BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXXVIII
H
1
NAPOLI
XX
H
1-2

Digitized by Google

XXXVIII

Digitized by Google

AMBROSII

# CALEPINI

DICTIONARIUM

OCTOLINGUE.

# CALEPINI
## DICTIONARIUM
## OCTOLINGUE.

# AMBROSII
# CALEPINI
# DICTIONARIUM,

QUANTA MAXIMA FIDE AC DILIGENTIA ACCURATE emendatum, & tot recèns factis acceſſionibus ita locupletatum, ut jam THESAURUM LINGUÆ LATINÆ quilibet polliceri ſibi audeat.

*Adjecta ſunt Latinis dictionibus Hebræa, Græca, Gallica, Italica, Germanica, Hiſpanica, atque Anglica;*

Item Notæ, quibus longæ, aut breves ſyllabæ dignoſcantur.

*Præter alia omnia, quæ in hunc uſque diem fuerunt addita, præcipuè à* JOANNE PASSERATIO, *olim in principe Academia Pariſienſi Eloquentiæ Profeſſore Regio,*

Acceſſerunt etiam inſignes loquendi modi, lectiones etymologiæ, antitheta, tranſlationes, emendationes, adagia ex optimis quibuſque Authoribus decerpta.

*Deinde magna ſylva nominum, tum appellativorum, tum propriorum, ut virorum, mulierum, ſectarum, populorum, Deorum, ſidcrum, ventorum, urbium, marium, fluviorum, & reliquorum, ut ſunt vici, promontoria, ſtagna, paludes, &c. ita ut omnibus aliis, quæ hactenus prodiêre, incredibili & rerum & verborum numero ſit locupletius.*

## EDITIO NOVISSIMA

Nunc à R. P. LAURENTIO CHIFFLETIO Soc. JESU, Preſbytero aliiſque Philologis reviſa, quamplurimis aliis dictionibus aucta, atque innumeris quæ aliàs irrepſerant mendis expurgata, & Supplemento R. P. JOANNIS-LUDOVICI DE LA CERDA ejuſdem Societ. propriis locis repoſito, elegantiſſimo ordine illuſtrata exhibetur.

R.
NAP

LUGDUNI,

Sumptibus LAURENTII ARNAUD, PETRI BORDE, JOANNIS & PETRI ARNAUD.

M. DC. LXXXI.

CUM PRIVILEGIO REGIS.

5-30.*



Digitized by Google

# AD LECTOREM.

*SINGULARE Dei beneficium eſt, quod magna ſolertia & induſtria præditi viri fuerint excitati, qui diſcere cupientibus liberales Artes aliáque politioris literaturæ genera viam ſternerent, adjumentáque memoriæ ſubminiſtrarent. Enimverò cùm ipſe ſermo, ipſaque dictiones minimè nobiſcum naſcantur, quantæ difficultates, quantæ animi anxietates novis jejuniſque ſcholaribus perferendæ eſſent, ſi methodo inveſtigandi vocabula, quæ ſunt innumera, eáque rebus applicandi carerent; cùm plerique etiam doctiſſimi in pleriſque vocibus hæſitent, earúmque ſæpenumerò ſignificationem ignorent. Rarus quippe inter mortales qui omnia vocabula nórit, nec niſi ſoli Deo convenit vocum omnium ſimul ac rerum perfecta ſcientia. Quapropter non mirum ſi Doctores antiqui, ad memoriæ ſubſidium, compoſuerint ſibi verborum commentarios & indices, qui præſtò eſſent quærentibus, ac ſine errore & moleſtia rem quæſitam ſuggererent. Quod quidem Commentariorum, aut Syllaborum genus neceſsitas, ut alia, excogitavit, uſus autem & ratio expolivit. Etenim cùm memoriam impediat atque obruat varietas omnis, tum verò illa perturbat facilè, quæ cùm ſit numero copioſa, genere ipſo eſt ſubtilis. Sunt autem ex hoc genere vocabula, quæ cùm ad res illuſtrandas ſint excogitata, rebus ipſis leviora ſunt, & magis lubrica, faciliúſque memoriâ excidunt. Itaque nullatenus illaudabile eſt* AMBROSII CALEPINI *artificium, quod Dictionariũ appellamus, cujus confectioni ſimul ac diſpoſitioni præclaram operam navaſſe in confeſſo eſt apud omnes de re literaria bene ſentientes: nec in minori pretio habenda ſunt ad ipſum augendum tot & tam accurata doctiſſimi viri* JOAN. PASSERATII *lucubrationes, aliorúmque nonnullorum egregiis artibus & literis excultorum, qui pari ſtudio ad idem locupletandum ſymbola contulerunt, opera minimè ſpernenda: quorum omnium acceſsione ſuſceptus à Calepino labor in juſtam magnitudinem excreviſſe videbatur. Qui quidem labor quàm inops & exiguus primùm in manus hominum venerit, nemo eſt qui ignoret. Omnes porrò præſtantes hi viri ſuam ſibi laudem jure vendicant; Calepinus quidem, quia prudenter Opus inchoavit; Paſſeratius, quia recenſuit, defæcavit, auxitque multùm; reliqui demum, pro collatis ſymbolis. Quoniam verò quæ noſtram hanc præceſſerunt editiones, præter ea quæ præfati viri ad hoc inſtitutum congeſſerunt, non pauca ſe vel addidiſſe, vel emendaſſe, nativóque nitori reſtituiſſe venditant; ideo, ſtudioſe Lector, quid hîc quoque à nobis ſit præſtitum, te monitum eſſe voluimus. In primis igitur quæ hactenus tum ad conflandum, tum ad augendum hoc Dictionarium*

*conquiſita fuerunt, omnia ſupra quàm credibile videri poſſit, accuratè recognovimus, defectúſque, qui ſive Typographorum inſcitiam, ſive fortè Correctorum oſcitationem ſpectes, irrepſerant propè innumeri, quantum in nobis fuit, emendandos curavimus. Deinde tantum abeſt ut Operis magnitudo nos deterruerit ab auctibus, quin potiùs ad ampliores excitârit: ſiquidem ſuſcepti operis amplitudo facit, ut quò plus adjunxeris, modò conſideratè, eò meliùs quid operis ratio poſtulet, intelligatur. Quod quidem ea propter fecimus, ne fortè tam iis, qui ante nos hoc ſtadium ſunt ingreſſi, quàm illis, qui poſt nos idem ingreſſuri ſunt, nimis inopes, & anguſti, vel exhauſti videremur. Ut autem faciliùs & quaſi uno oculi intuitu cognoſcatur, quæ (præter* S. ISIDORI *Gloſſarium, quod deformatum admodum, hîc autem ope Doctiſſimorum hominum, atque in primis R. P.* JOANNIS-LUDOVICI DE LA CERDA *Soc. Jeſu emendatum, antea per modum Supplementi ad calcem Operis rejecti, nunc propriis locis reſtitutum) Latinæ, & à Latinis Authoribus uſurpatæ, tum puræ, tum barbaræ voces huic Operi accreverint, notæ hujuſmodi || || deſignabunt: imo verò quamplures aliæ non deſignatæ, jamdudùm deſideratæ, huic noviſſimæ editioni acceſſerunt, ex Cœlio Rhodiginio, Fungero, Laurenbergio, aliiſque deprompta. Cæterum ne quem offendat noſtræ editionis commendatio, ſive recognitio ſpectetur, ſive correctio, diſpoſitio, incrementum, ſumptus, & id genus alia, quæ ad ampliorem ejus illuſtrationem conducere poterunt, non erubeſcemus illi ſoli inter omnes, quæ hactenus præceſſerunt, palmam aſſignare, utpote à R. P.* LAURENTIO CHIFFLETIO *Soc. Jeſu Preſbytero, aliiſque Philologis ſingulari opera ac diligentia reviſa, aucta, & innumeris quæ aliàs irrepſerant mendis expurgata. Quod an verum ſit, tibi, Lector, ut æquo æſtimatori, expendendum relinquimus. Interim, abjectâ glande, tot inventis, collectis, paratiſque frugibus veſcere ſecurus.* VALE.

SUMMA

Digitized by Google

# JOANNES TRITHEMIUS,
## DE ECCLESIASTICIS SCRIPTORIBUS.

AMBROSIUS CALEPINVS Bergomenſis, Ordinis D. Auguſtini quo tempore Ludovicus Sfortia Mediolanenſibus Dux præerat, floruit divinarum & humanarum literarum indagator ſtudioſiſſimus. Vnde opus pergrande ſuâ induſtriâ, & magno labore ex innumeris propè Authoribus collectum, de vocabulorum notitia, & præpoſitionùm interpretatione Græca, & Latina, cum Authorum atteſtatione, nobis commune fecit. In quo non ſolùm quæ ad literarum, Poëtarum, & Oratorum cognitionem plurimùm conferunt, ſed etiam quæ ad Medicos, Philoſophos, necnon Doctores Eccleſiaſticos pertinent vocabula doctè ſatis, elegantérque explicuit, quæ profectò doctis pariter & indoctis non mediocre attulerunt ſubſidium.

---


*Summa Privilegii Regis Chriſtianiſſimi.*

LUDOVICUS XIV. Dei gratiâ Galliarum & Navarræ Rex Chriſtianiſſimus ſingulari privilegio ſanxit, ne quis per univerſos Regnorum ſuorum fines, intra decem annos à die ultimæ Editionis computandos, imprimat, ſeu typis excudendum curet, & vænale habeat Opus, quod inſcribitur, AMBROSII CALEPINI DICTIONARIUM OCTOLINGUE, jam recèns infinitis penè dictionibus locupletatum, præter PHILIPPUM BORDE Bibliopolam Lugdunenſem, aut illos, quibus ipſemet conceſſerit. Prohibuit inſuper eâdem auctoritate Regiâ omnibus ſuis ſubditis, idemmet Opus extra Regni ſui limites imprimendum curare, vel quempiam, ubicumque fuerit, ad id agendum impellere, ac inſtigare, ſine conſenſu dicti PHILIPPI BORDE. Idque omne ſub confiſcatione Librorum, aliiſque pœnis originali diplomate contra delinquentes expreſſis. Dabatur Pariſiis, 22. Februarii 1668.

*Ex Mandato Regis*

Signatum

DENIS.

*Peracta fuit hæc ultima Editio die* 10. *Maii* 1681.

Initis antea pactis participes facti ſunt ſuprafcripti Privilegii DD. ANISSON Bibliopolæ Lugdunenſes.


AMBROSII

M. F.

# AMBROSIO CALEPINO BERGOMENSI

LATINA QUANTUM DEBEAT LINGUA,
EXPRIMI LINGUA NON POTEST.
LATIOR LATIO IPSO SCRIPTORIS FAMA,
QUI ABIIT HINC, HINC NON ABIENS.
M. D. V.

*ALOYSIUS NOVARIN.*

# AMBROSII CALEPINI DICTIONARIVM OCTOLINGVE.

## A

A Ab Hebræis, Græcis, Latinis, Arabicis, atque Hispanicis gentibus, quin etiam cunctis terrarum nationibus (teste Isidoro *lib.* 1. *Etymologiarum*) prima semper existit. Non tamen eadem apud omnes prolatio. Hebræi enim, Græci, & Arabes non simpliciter proferũt. Aleph Hebraicè, Alpha Græcè, & Alif, seu Alipha Arabicè sonat. Latini verò & Hispani, cæterique Europæi purè pronũtiant. Deiu apud Hebræos & Græcos vnà cum reliquis Alphabeti literis, numeris deseruit. Aliquando absolutionis est nota, sicut C condemnationis: inde salutaris à Cicerone dicta est. ¶ Hæc litera clara ex arteria prodit, os renidens hilaritate quadam liberiùs aperit, spiritúsque profundior suapte natura palati conuexum ferit: eius sonus magis auditur in principio, quàm in medio, remissior in fine dictionis: fit tamen in principio clarior si subsequitur minùs vehementis spiritus consonans: at si huiusmodi literæ geminentur, maius incrementum suscipit: si diversæ obstrepentes succedant, non parum asperitatis habet: denique iuxta qualitates consonantium aut simpliciter positarum, aut geminatarum, aut diuersarum coëuntium inter se, modò suauiùs sonat, modò asperiùs strepit. Cæteráſque soni præstantia longè antèit vox illa, in qua plurimùm viget A, quod maximè tum in oratione deprehenditur, tum in carmine. Sic duobus potissimùm locis apparet, in versu pentheminmeri scilicet, & hephtheminmeri, vbi fit arsis, & thesis, magis canora fiunt carmina. Grandiori figuræ nullum accommodatius elementum. Huius concursus, & positus crebrior non tam exprimit magnitudinis & grauitatis formam: vt

*——at nunc horrentia Martis*
*Arma virúmque cano, &c.*

quàm animi affectum declarat: vt,

*Phyllida amo ante alias, nam me discedere flentem*
*At regina grauí iamdudum saucia curá.*

Duo maximi apud Maronẽ affectus. Verùm quia vocales breues grauitati parum idoneæ, longiores verò multò præstantiores, vt ait summus & optimus dicendi magister, quum in dubium reuocet quis pes magis aptus sit, & conueniens in fine clausulæ, Trochæus, an Iambus: Iambum concludit qui constet vltima longa, Trochæus verò breui: non indignum fore existimaui hìc subijcere, & singulis elementis (quod non parum conferet ad numeros orationis, si rectè res perpendatur) correptionis & productionis regulas in solo dictionis fine: nam in principio, & in medio optimorum Authorum petantur exempla: date veniam viri docti, non enim ipsis hæc scribimus, sed nouitiis.

A, in fine cuiuscunque dictionis producitur. Corripiuntur, *ita*, *quia*, *puta*, item nominatiui, accusatiui, & vocatiui, nisi vocatiuus à nominatiuo in as: numeralia verò in *ginta*, communem habeat vltimam. Hæc à tergo aspirationem accipiens, fit interiectio, de qua vide infrà suo loco.

A autem præpositio sine aspiratione & cum graui accentu scribitur. Deducitur enim ab ἀπὸ Græca præpositione, remota vltima syllaba πὸ: à qua præpositione, Ab, quoque deduci videtur, abiecta vltima litera o, & mutato π tenui in suum medium b. Eadem ratio est de Abs: quarum trium eadem est significatio: in hoc autem vno differunt, quòd A nunquam coniungitur cum dictionibus incipientibus à vocali: Ab verò cum omnibus iis, & præterea cum l & r duabus liquidis, & consonantis locum tenente: vt Ab lege, Ab rege, Ab Ioue (licèt apud Liuium cum aliis quoque consonantibus coniunctum legatur) & Abs cum t, & q: vt Abs Tullio, Abs quolibet. Quæcunque igitur de A, eadem & de Ab & Abs, quantum ad significationem attinet, dici & posse & debere est putandum.

Ā, præpositio producitur, & grauatur in contextu. Priscian. *lib.* 2. *de diction.*

A, motum à loco significat: vt, Redeo à villa, ab agro: Venio ab vrbe, ab Italia. Virg. 2. *Æneid.*

*Et iam Argiua phalanx instructis nauibus ibat*
*A Tenedo.*

Neque solùm motum à loco significat: sed etiam tempus, & tum maximè declaratur per quum: vt, A puero te noui, id est, quum puer adhuc esses, te noscere cœpi. Sic, Ab infantia te dilexi, quum dico, significo statim quum inciperet infantia, cœptam esse meam dilectionem.

A, in ablatiuo breue. Hilarius.

*——per quem data luce renati.*

¶ A, in dictionibus Græcis præposita priuat, vt Apathia, priuatio passionis, &c. ¶

A & Ab proximitatem loci significat. Cic. *lib.* 1. *Acad.* Nunciatum est nobis à M. Varrone, venisse eum Roma pridie vesperi. Hoc est, non ex ipsa vrbe Roma, sed (vt vulgus loquitur) de prope Romam. Nam à vel ab, sic differt ab è vel ex. A Theatro venit, qui à loco qui est iuxta theatrum venit. E theatro venit, qui in ipso theatro fuit. His contraria sunt Ad & In: vt, Eo ad templum, & eo in templum. Author Seruius *in arte*. Hæc tamen differentia interdum confunditur ab Authoribus.

A vel ab, iunctum cum verbis passiuis, causam efficientem, siue personam agentem significat: vt, Victus est a Scipione, id est, Victi eum Scipio. Quintil. *lib.* 9. *cap.* 2. An ab eo fustibus vapulasset. Verti potest hic ablatiuus in datiuum, Græco more. Cic. Neque senatui, neque populo, neque cuiquam bono probatur. Et, Audita vobis esse arbitror. Virgil. *Æneid.* 1.

*——neque cernitur vlli.*

Ibidem,

*Nulla tuarum audita mihi, neque visa sororum.*

Interdum ponitur pro Post, μετὰ, cum accusatiuo, & ἀπὸ. Cic. *de senect.* Cuius à morte hic tertius & tricesimus est annus: hoc est, post cuius mortem. Sic dicimus, A partu, A funere, A commeatu: quod est, Post partum, post funus, post commeatum. Sueton. *in Cæsare.* Plebs statim à funere, ad domum Bruti & Cassij cum facibus tetendit: hoc est, post celebratas exequias. Idem *in Tiberio*, A cõmeatu castra repetentes: & A tergo, id est, post tergum, retrò, ponè ὄπισθεν, ὀπίσω. Liu. 3. *ab Vrbe.* Neque hostium à tergo incursum vidit. Sic, A somno, id est, post somnum. Dicimus etiam non inelegenter, A rege secundus: quod est, Post regem primus. Idem 1. *ab Vrbe.* Si dignum qui secundus à Romulo numeretur, creaueritis. ¶ Quandoque significat De, vel Ex. Terent. *in Adelph.* A villa mercenarium vidi. Sueton. *in Vesp.* Alterum ad Iunium Caluinam à gente Augusti pertinere dicebat: pro, de gente. Martialis,

*——ipsam protinus à via salutes.*

Et Cic. A Paulania Lentuli liberto audiui: quod alibi per De. vel Ex enunciauit, vt, de Philadelpho audies: id est, Philadelphus tibi dicet.

¶ Quando

¶ Quandoque habet vim defensionis, & significat Pro ὑπέρ, cum genitivo, ut, Ab aliquo facere: ab aliquo stare: ab aliquo esse: ab aliquo dicere, nullam aliam habent vim & sententiam, quam si diceres adjuvare & defendere aliquem, vel causam alicujus & defensionem suscipere. Cic. *in Brut.* Nec verò M. Cælium præterundum arbitror, quæcunque ejus in ætate vel fortuna, vel mens fuit: qui quandiu auctoritati meæ paruit, tanis tribunus plebis fuit, ut nemo contra civium perditorum populatem turbulentamque dementiam à Senatu, & a bonorum causa steterit constantius. Idem *de invent.* Commune est quod nihilo magis ab adversariis, quam à nobis facit. Idem *de Orat.* Sed vide ne hoc totum Scævola sit a me. Ubi quod A Senatu ait, & A causa bonorum, perinde est ac si diceret: Pro partibus Senatus, & bonorum, hoc est, Senatui studuerit & favent, eúmque tuentur fuerit. Idem *pro Cluentio*, Non modò dicendi a reo, sed ne surgendi quidem potestas fuit; id est, Pro reo: hoc est in gratiam & favorem rei. Sic dicimus,

A quæstionibus, A testibus, A voluntate, quæ loquutio crebertima est apud idoneos autores: quasi defensor quæstionum, testium & voluntatis alterius. Ab aliquo solvere, persolvere, dare, numerare, repræsentare, vel suppeditare quis dicitur, si quod ipse alteri debet, id curet, ut alius pro se ac nomine suo solvat, det, numeret, repræsentet, aut suppeditet. Cic. *ad Attic.* Frater elaborat, ut tibi quod debet ab Egnatio solvat. *Pro Cæcina.* Hac emptione facta, pecunia solvitur à C. Icona. Idem *pro Plane.* Sinite me, quod vobis fretus, huic sæpe promisi, id à vobis ei persolvere. Idem *pro Flac.* Ab Sixtilio dicit se dedisse & suis fratribus. *Ibid.* Si pretor dolit, à Quæstore numeravit. Idem *ad Attic.* Reliquæ pecuniæ usuram Silio pendemus, dum à Faberio repræsentabimus. Idem *cons. Rull.* Sumptum haurit ex ærario, suppeditat à sociis. ¶ Hinc natæ sunt illæ Iurisconsultorum formulæ, Ab aliquo possidere, Ab aliquo uti, id est, possessionem & usum ab aliquo nactum esse, *l. 1. D. uti possid. & l. 1. D. de itin. actuque priv.* ¶ Officiorum præterea & dignitatum nominibus præposita, eos significat, qui iis aut officiis, aut dignitatibus funguntur: qua quidem in re latissimus hujus præpositionis est usus. Nam A studiis dicitur esse, qui pro eruditione & doctrina sua, præest studiis alicujus, putà principis: Ab epistolis, ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν, qui præest epistolis, sive ut eas accipiat, sive ut ad illas respondeat,

A rationibus, qui nunc vulgò Clericus, sive Magister computorum dicitur. Sueton. *in Claudio*, Super hos Polybium a studiis, Narcissum ab epistolis, & Pallantem à rationibus, quos decreto quoque Senatus non præmiis modò ingentibus, & Quæstoriis, Prætoriisque ornamentis ornari libenter passus est.

A libellis, qui libellis supplicibus præest, ὁ χαρτῶν ἀναγνώστης ἢ ὑπομνημάτων. Sic

A batis, qui præest mensuris, quique annonam mensuris dividit. Nam batus, mensuræ genus est.

A caliculis, qui præest caliculis, quæ sunt vasa potoria, ὁ τῶν κυλίκων ἄρχων.

A commentariis, qui præest commentariis, hoc est, qui in commentarium custodias refert, & veluti diarium custodiarum conficit. Hunc Asconius Pædianus, Commentariensem vocat. Hieron. *lib. 2. Reg.* Iosaphat erat à commentariis.

A manibus, sive à manu, dicuntur scribæ, quorum manu ad litteras scribendas principes uti solent, ἐπὶ τῶν ὑπομνημάτων γραφεῖς. Sueton. *in Cæsare*, Philomenem a manu servum, qui necem suam per venenum inimicis promiserat, non gravius quam simplici morte punit. Hi alio nomine, Ad manum, dicuntur. Cic. *lib. 3. de Orat.* Licinium servum sibi Gracchus habuit ad manum. Similiter Amanuenses eos Sueton. alibi vocat.

A memoria, cujus officium est suggerere principi res obeundas, & quæ sint agenda in memoriam illius revocare, ex præscripto, ὁ ἐπὶ τῶν μνημείων καὶ ὑπομνήσεως.

A pedibus dicuntur servi, quorum pedibus utimur. Cic. *ad Attic.* Nec ullam obtinam causam, Pollucem servum a pedibus Romam misi. Martial. *lib 5.*

*Omnia quum vetèr puerò obsonia tradat,*
*Cur non mensa tibi ponitur à pedibus?*

Item *lib. 7.* eosdem vocat Ad pedes: Misto (inquit) lagenam replet ad pedes vino. Invenimus etiam pro eodem Pedes sine præpositione. Idem *lib. 5.* At ipse retrò flexus ad pedum turbam. Et Terentius, A pedibus, per omnes casus eadem terminatione dixit. Recte enim interrogaveris, Quid agunt a pedibus? Intelligitur enim ibi, Servi à pedibus: Missi a pedibus, Dedi à pedibus mihi. Hi etiam Circumpedes vocantur. Unde ait Agretius, Circumpedes, sint obsequia servorum: Antepedes, amicorum. Cic. Circumpedes autem bonunes formosos & litteratos, suos esse dicebat.

A pugione dicitur qui principis pugionem gestat, eique semper præstò est. Lamp. *in commod.* Inter quos libertinus, qui à pugione appellatus est.

A punctis, qui præest redditui aquariorum, apud Frontinum *lib. 2. de Aquæduct.*

A secreto, sive à secretis, Secretarius dicitur, qui ab ore principis (ut docet Budæus *in pandectis in Pandectar. Amor.*) imperia recipit diplomatum subscribendorum, edictorúmque, quæ in consilio relecto decerni solent, ὁ ἐπὶ τῶν ὑπομνημάτων.

¶ A vestiario dicebatur, qui principi erat à veste. Nicetas Choniates τοῦ βασιλικοῦ βεστιαρίου. Itaque à vestiario est, qui vestem dat Principi. ¶

A voluptatibus, qui studium habet comminiscendi voluptates ad principem oblectandum. Unde olim Xerxes edixit se præmium daturum ei, qui novum voluptatis genus reperisset. Suet. *in Tiberio.* Denique officium instituit a voluptatibus, præposito equite Romano, T. Cæsonio Prisco. ¶ Aliquando etiam hæ propositiones pro Contra, ponuntur. Virg. in Melibœo,

*Dum teneras defendo à frigore myrtos*, hoc est, contra frigus. Cic. *pro Fronteio*: A quo periculo defenditis, judices, civem fortem. ¶ Quandoque ponuntur pro Per. Plaut. *in Rud.* Ab se canere cuia sit, id est per se, sua sponte. Idem *in Bacchid.* Nunc ab transenna hic turdus iumbuicum petit: id est, per transennam. ¶ Quandoque pro Præter, sive Contra: unde Ab re, significat Præter, sive contra utilitatem, aut hanc utilitatem. ἀσυμφόρως. Plaut. *in Capt.* Quidvis, dummodo re ne quid ores, facium: id est, ne quid ores alienum ab honestis moribus, quod bonis moribus non conveniat. Idem *in Trinum.* Ab re consulit, id est, frustra. Sæpius autem usurpatur cum particula negativa. Plaut. *in Asinar.* Haud ab re aucupis. Livius, Haud ab re dux.

A vel ab pro ὑπέρ, sive pro eo quod dicimus, Quod pertinet ad. Cic. *ad Atticum*: Sumus enim flagitiosè imparati cum a militibus, tum à pecunia. Idem *de Oratore*. Hæc quum Crassus dixisset, paruimus & ipse conticui, & à cæteris silentium fuit: pro, Quod ad multos, ad pecuniá, ad cæteros pertinet. Plaut. *in Epidico*, A morbo valui, ab animo ægre fui: id est, quod ad morbum, quod ad animum pertinet. Idé *in Curc.* Tam a me pudica est quàm si soror mea siet. Pudica (inquit) est, quod ad me attinet. Hoc pertinent & hæc, Ab animo perit, Ab re perit, Ab animo otiosus, Ab ingenio improbus. Dolo ab animo, Doleo ab oculis, & similia apud Plaut. ac Terent. ¶ Accipiuntur etiam

A vel Ab, pro eo quod vulgò dicimus, *de parte*. Plin. *lib. 33.* Quod à Sole fuit, in iis medius, quàm quod à terra, pro Versùs Solem, & versùs terram. Idem *lib. 2. cap. 47.* Sunt ergo bini in quatuor cæli partibus: ab Oriente æquinoctiali Subsolanus, ab Oriente brumali Vulturnus. Dicitur tamen & A parte, pro eodem. Plin. *lib. 13. cap. 15.* Laudatissimo à parte Aquilonis, aut cum spongiis.

A vel Ab præterea cum ablativo personæ eleganter domicilium significat: ut A judice venio: hoc est à domo judicis. Terent. *in Andr.* Unde est? die clarè: MY. à vobis, id est, à domo vestra. *Ibidem*, Sed Mysis ab ea egreditur. Sic, A me: A Glycerio, apud eundem.

Ab eo, pro ejus. Terent. *in Eunucho.* Adibo, atque ab eo gratiam hanc, quam video velle, inibo. Ubi Donatus: Hæc est eloquutio, Gratiam ab eo inibo, pro, Ejus gratiam merebor. Nam ab eo, inquit Terentius, pro ejus ponere: ut *in Andria*, Hæc primùm animadvertenda ab eo injuria est, id est, ejus injuria. ¶ Sunt & aliæ harum præpositionum significationes, cujusmodi sunt quæ sequuntur. Cæsar: Opportuno, atque occulto loco à millibus passuum circiter duobus, Romanorum adventum expectabant, pro intervallo duûm millium passuum. Idem, Positis castris a millibus passuum quindecim, auxilia Germanorum expectare constituit. Livius verò aliter loquitur *lib. 1.* Castra à Fidenis mille passuum locat, pro distantia à Fidenis mille passuum. Idem, Castra ab urbe haud plus quinque millia passuum locant; & sic alibi sæpe.

Ab aliquo legare. Cicero *pro Cluent.* Itaque ei testamento legat grandem pecunium à filio, à secundo hærede nihil legat: subintelligo tradendam: id est, A. Cluentius ita legat Oppianico grandem pecuniam, ut is eam nonnisi à filio, si quis natus esset, accipere posset: ut scilicet ipsi Oppianico curæ esset salus filii, quum in ea tantum suum emolumentum positum intelligeret. Nam legata non valebant, si is à quo nominatim testamento relicta erant, hæres esse non potuisset.

A lenone manu asserere, apud Plaut. *in Pers.* Sermo est in compendium redactus, pro eo quod est, à lenonis possessione, vel dominio.

A calce ad carceres, id est, à fine ad principium. Cic. *de Senect.* Nec verò velim quasi decurso spatio à calce ad carceres revocari; hoc est, à senio ad pueritiam.

A cura præstantior. Suet. *in Tyberio.* Sed affectione & morositate nimia obscurabat stylum, ut aliquanto ex tempore, quàm à cura præstantior haberetur.

A matre pulli, id est, recenter à nido accepti. Colum. *lib. 8. c. 5.* Budæus.

A memoria exit, id est, oblivioni traditur. Seneca. *lib. 3. de benefic.* Quantum opus sit, quàm laudabile, quámque nunquam à memoria hominum exiturum.

A & Ab, eleganter utimur cum his dictionibus Usque & Propè. Cic. *de divin.* Vetus opinio est jam usque ab heroicis ducta temporibus. Virg. *Æneid. 7.*

*Dardanium Sicelo prospexit ab usque Pachyno.*

Plin. *lib. 15. c. 18.* Tam prope à muris habemus hostem. Hæc de significatione & usu harum præpositionum A, & Ab, & Abs, cæteris dictionibus appositarum. In compositione separationem significant, & privationem. Neque tamen cum quibuslibet literis componuntur. Nam A cum m, & v, consonante solum connectitur: ut, Amoveo, amens, avello.

A, quum præpositio est, apud Iureconsultos immediati temporis vim habet. Pompon. *l. 2. de orig. iur.* dixit, à exde. Paulus verò *in l. pater, ff. de adulteriis*, à divortio: quorum locorum interpretatio est: illicò post cædem, post divortium. Absumum a, d, e, fi, l, n, o, r, & u; ut, Abactor, Abdaco, Abcerto, Abfore, Abjuro, Ablato, Abnuo, Abortior, Abrogo, Abundo. Duo sunt ex Ab præpositione cõposita, quæ euphoniæ causa, b mutant in u, Aufero videlicet, & Aufugio. Significant autem ut diximus, hæ præpositiones in compositione ferè privationem, ut Absimilis, non similis. Nonnunquam separationem: ut Abduco, Aufugio. Interdum idem valet quod Extra: ut, Abduco. Aliquando idem quod Contra: ut Abusus, contra usum. Aliquando superfluæ sunt, ut apud Livium, Flavius supplementum ab Roma abduxerat. Cic. *pro Rosc. Amer.* Non est necesse omnes commemorare Curtios, Marios, Manercos, quos jam ætas à prælio avocabat. Quasi A milite Macedonio esset. Plaut. *Pseud. sc. 7. a. 4.* Ille qui abest A milite. Idem *Pseud. sc. 1. a. 4.* Qui A parte advenit Carysto. Idem *Pseud. sc. 1. a. 2.* Symbolum qui à milite allatus est; *de ea part.*) Idem *Pseud. sc. 4. a. 2.* Sed foris concrepuit hinc A vicino fene. Idem *Milit. sc. 1. a. 2.*

*Tempus & A nostris exige triste malis* (id est,) ob nostra mala, Ovid. *Eleg. 3. lib. 4. Trist.*

*Cognatam A parva Virgine magnanimam.*

Catull. *de com. Beren.* A propinquis ostium ferè clienti (i. adversùs propinquos.) Gell. *cap. 13. lib. 5.* Ut vales? haud à pecunia perbene. Plaut. *Aul. sc. 1. a. 1.*

*Quisque sit à favo longius hoste*, &c. pro abest à.

Ovid. *Eleg. 1. lib. 4. Trist.* A vitio studióque ostentationis loquacior. Gell. *cap. 14. lib. 5.* Abs te equidem tamam. Tu à me tumes? Plaut. *Pseud. sc. 5. a. 1.* A metu otiosos esse jubet. Gell. *cap. 29. lib. 2.* Interminatus est à minimo ad maximum. Plaut. *Pseud. c. 1. a. 3.* Iussero eodem vini veteris à me afferrier. Idem *Aul. sc. 1. a. 3.* Esse à milite

Macedo

Macedonio fi. ab eo missus, vel ex ejus familia. ‖ Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Aurum contra cedo modestum amatorem: aurum à me accipe. Idem *Curc. sc* 1. *a.* 1. Ædes leptimæ à porta. Idem *Stich. sc.* 2. *act* 2. A mane ad vesperâ pugnata pugna. Idem *Amphit.* A valetudine inofsenta vivere. Gell. *c.* 2. *lib.* 2. A Menandro mutat Cœnithus Attica. prior Menandro. Idem *c.* 23. *lib.* 1. A summa manu. Ovid. *Trist. eleg. ult. lib.* 3.

*Auferte hinc à me*, i. ex loco ubi sum.

Plaut. *Curc. sc.* 4. *a.* 4. A principio, vide *Principium*. A me consilium petunt. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 2. A multis aspicere hominum. Idem *Mil. sc.* 2. *a.* 2. Quando exierit à nobis. Idem *Mil. sc.* 1. *a.* 2. Has esse à nobis (i. ex ædibus nostris.) Idem *ibid. sc.* 3. *a.* 3. A servis esse se malverse. Gell. *c.* 12. *lib.* 15. Tam à me pudica est, quàm si soror mea fuit. Plaut. *Curc. sc.* 1. *à* 15. Cùm adveniat à foro domum (pro ex.) Idem *Mil. sc.* 6. *a.* 2. A Sole mitescere uvas. Gell. *c.* 8. *lib.* 15. Quando exierit à nobis. Plaut. *Mil. sc.* 6. *a.* 2. M. Audivisti? E. Usque à principio omnia. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 3. Ei dedi virginem, qui argentum à te attulit. Idem *Curc. sc.* 4. *a.* 4. Dabo à me, meque gnato. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. A me possum dare chlamydem. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Dare viaticum a Trapezita. *Ibid.* In honorè summo est & ab summis viris. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. A nobis est meretatus multa. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Quos emi de præda à quæstoribus. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 2. Inibis a me gratiam (id est, necem.) ‖ Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 3. Qui amant a lenone. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Non à me scibas pistrinum. In mundo tibi. (*de ma part.*) Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Idem *Aul. sc.* 2. *a.* 2. Diutinum a mane ad vesperam, supplicium. Idem *Mil. sc.* 6. *a.* 2. Quid a nobis meruit? Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 4. Usque à pueto servisti. Idem *ibid. sc.* 4. *a.* 5. A pueto pueritur quis educatus. Idem *sc.* 3. *a.* 4. Is qué dixi à principio. Idem *sc.* 4. *a.* 3.

*A vero tertia causa venit.*

Ovid. 5. *Fast.* Dum à sanguine recentia sunt vulnera, sanitas facilis. Senec. *cap.* 1. *de Consol.*

——— *A læva tertius Ajax.*

Ovid. 13. *Met.* A voluptatibus de offic. servi. Suet. *in Tiber. c.* 41.

A præpositum nominibus oppidorum patriam significat: ut, A Placentia, A Puteolis, i. Placentinus, Puteolanus. Cæs. 3. *de bell. civil.* A moribus, A viribus, A fortuna probare milites. Suet. *in Cæsar. c.* 65. A manu servus. Idem *ibid. c.* 74. *in August. c.* 67. A se addit verba, *de fœ.* Idem *c.* 84. A se dividere nummos. Idem *in Aug. c.* 40. Is quem dixi à principio. Plaut. *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Si ipsus à foro redierit. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 2. Megadorus eccum, incedit à foro. *Ibid. sc.* 4. *a.* 3. A mensa surgere. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. A tergo, vide *tergum*. Præterea sciendum non solùm hanc particulam significare motum è loco, sed etiam à tempore: ut cùm dico, Profectus ab Æmilia Romam me contuli, significo me iter ab Æmilia cœpisse. Sic verè dicet, Ab infantia te dilexi, cùm scilicet inciperet infantia. Abs verò componitur cum c, q, & t, ut Abscondo, Absque, Abstineo. Significat quoque retractionem, sicut in Abstraho: & aliquando privationem, ut in Abstemiis, quasi sine temeto.

Abron. ‖ אברון. *Abarón. Ἀβαρών.* ‖ Suidæ, nomen proprium summi Sacerdotis apud Hebræos, qui una cum fratre Mose Israëlitas eduxit ex Ægypto.

AB —

Ab, præpositio. *Cuius ab alloquiis anima hæc moribunda revixit.* Ovid. *Eleg.* 5. *lib.* 4. *Trist.* Quidvis ores, dum Ab te me quid ores, Plaut. *Cap. sc.* 2. *a.* 2. Corvus mihi cantat ab læva manu. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 4. Ab te exit domo, idem *Men. sc.* 2. *a.* 1. L. Cujatis? C. ab Theraponigono milite. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Rem pro ista solvi ab Trapezita meo, idem, *ibid. sc.* 2. *a.* 2. In honore summo est & ab summis viris, idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Ab aliquo cavere, videre *avere*. Da puer ab summo, tu ab infimo da suavium, idem *Asin. sc.* 2. *a.* 4. Ab epistolis, à studiis servus. Sueton. *in Claud. cap.* 28. Ab ira graviorem cædem edere, idem *in Tiber. cap.* 68.

*Luce mea Marso Consul ab hoste cades.*

Ovid. 6. *Fastor.*

*In ste vitis erat cœlum nigrescit ab Austris,*

Idem 5. *Fastor.*

——— *Flammas exensse ab aura*, i. flatu.

Idem 3. *Fast.* Credo te esse ab illo, ita nugas blattis, Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 3. (i. ex cius familia.) Ab dextra, ab læva, vide *Dextra*, & *Læva*. Abscede ab janua, idem *Mostell. sc.* 1. *a.* 1. Odiosus tandem vix ab ægrotis venit, idem *Men. sc.* 3. *a.* 5. Concede huc ab isto, quod potes, longissimè, idem *ibid. sc.* 2. *a.* 5. Da ab Delphio cantarchum citeum, idem *Mostell. sc.* 4. *a.* 1.

*Alter ab alterius funere mœstus erat.*

Ovid. *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.*

*Neve peregrinis tantùm defendar ab armis.*

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Ab oculis valere, Gell. *cap. ult. lib.* 13.

*Carmina fecerunt ut me morésque notarent*
*Iam pridem invisa Cæsar ab arte mea.*

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

——— *viridi malè textus ab ulva,*

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

*Imus ad insignes nebil ab arte vires.*
——— *tua nunc mirissime Cæsar*
*Fiat ab ingenio mollior ira meo.*

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Ab Iamia abegi uxorem. Plaut. *Menæch. sc.* 2. *a.* 1. Ab domo abeundum est mihi, idem *Aul. sc.* 2. *a.* 1. Ab alienis cautiores sunt ne credant alteri, idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. id est, aliorum exemplo. A Mytilenis recepit uxorem Pompeius. Velleius 2. 1. d. A Calatia & à Calleno exciti, Velleius 2. 2. Id haud est ab re auctupis, Plaut. *Asin. sc.* 3. *act.* 4. Eripe oculum isti, ab humero qui te tenet, idem *Men. sc.* 2. *a.* 5. Munera ab amatoribus conveniant. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. ‖ Ab ore honestissimus, id est, formosissimus facie. Apuleius *in Apologia.* ¶ Hæc dictio apud Hebræos mensem significat, qui Quintili respondet: non verò Augustum, cui respondet Elul. ‖

Abs te quidem sumam. Tu à me sumes? Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Abs te ac tuis me irrideas, idem *Aul. sc.* 5. *a.* 1. Cavco mihi abs te cautè, idem *Menæch. sc.* 2. *a.* 1. Da sodes abs te auchum auxilii, idem *Menæch. sc.* 3. *a.* 3. Domo hoc abs se surripuisse, idem *Menæch. sc.* 2. *a.* 5. De hac præpositione vide supra in A.

‖ Aba, Latinis est, quod Græcis ἄππα: compellatio, quâ apud veteres junior ad senior m utebatur. ‖

Aba, Xenophanis filia, quæ Olbi Ciliciæ urbis tyranni semquam pater procuratorio nomine administrarat, cultum obtinuit, quem ei Antonius & Cleopatra sibi impetravit, Ἄβα. Vide Strab. *lib.* 14. ¶ Fuit præterea Aba (ut idem Strabo refert *lib.* 13. ex Aristotelis Commentariis) civitas Phocidis, cujus cives Abantes, Ἄβαντες, dicebantur: qui postea relicta patria Euboeam incoluerunt, quæ etiam ab ipsis Abantis, Ἀβαντὶς, Stephano dicta est. ¶ Est etiam Aba, mons Armeniæ, ex quo Dometius Corbulo Euphratem navi volut, referente Plin. *lib.* 5. *c.* 24.

Abacæna, Ἀβακαινὰ, Ptolomæo, vel Abacænum, Ἄβακαινον Suidæ & Stephano. Oppidum est Siciliæ, non procul à Messana: cujus incolæ dicuntur Abacænini, Ἀβακαινῖνοι. Stephano. ¶ Est præterea Abacæna teste Ptol. *lib.* 6. oppidum Mediæ.

‖ Abaces, cantus vocc. Item vasorum conditoria, ab Abax. cis.

Abacion, Abaculus, parvus abax. Vas ad ferenda obsonia accommodatum. Item tabula calculatoria.

Abachi, græcè Abigei.

Abactores, fures pecuariorum animalium. Abactor, latrunculus pecuarius. Apul. ‖

Abactus, ajectivum, & abactus, us, vide *Abigo*.

Abax, genitivo Græco ἄβακος ab ἄβαξ, mensa est, vel tabula in qua aliquid deponitur: quales sunt mensæ coquorum, in quas receptacula eduliorum exponi solent. ‖ חץ *Inach.* Gall. *Dressoir, ou buffet, banc, ou siege.* Ital. *Descobanco, ò sedia.* Germ. Embanck/ stul. Hisp. *Aparador de la plaza ò vasos.* Angl. *A benche.* ‖ Item mensæ genus ex opere intestino, ad exponenda omnis generis vasa factum. Cic. *in Verr.* Ab hoc abaco vasa omnia, ut exposita fuerant, abstulit. Cic. 4. *Tusc.* Abacos complures ornavit auro & argento exornato. ¶ Est item tabula calculatoria, ἄβαξ. ὁ. Ammonio. Gall. *Tablette à escrire, ou table à jetter ou compter.* Ital. *La credenzieta, la tavoletta da scrivere, cartella.* Germ. Ein Rechnuisch oder tafel. Hisp. *Tabla para escrivir ò contar.* ‖ In qua Logistæ numeros, & mathematici suas lineas & figuras ducunt. Persius,

*Nec qui abacinumeros, & sesto in pulvere metis*
*Scit risisse vafer.*

Utitur eo in hac significatione & Apul. *in Mag.* Veteres mensam Pythagoricam appellabant. Hinc pro supputandi peritia, quæ Platoni λογιστικὴ dicitur, vulgus abaci solet. Aliquando planities è marmore vel structura ad sellum habilis hoc nomine appellatur. In abaco ludere eburneis quadrigis, Suet. *in Ner. cap.* 22. Sunt præterea Abaci columnarum ornamenta, & tabulæ quadratæ, quæ epistyliis supponuntur, de quibus Vitr. *lib.* 13. *cap.* 1. ‖ Ital. *La base della colonna.* Germ. Dieretrete tafel die man zu der sul eben auff die stul legt. Hisp. *Piedra labrada que se pone al pie de la columna baxo.* ‖

Abăcŭlus, diminutivum est à nomine Abax: quo significatur parva mensa, in qua vel rationes subducuntur, vel vasa reponuntur, ἀβάκιον. ¶ Sunt præterea Abaculi, calculi quibus utebantur veteres in supputatione, dispunctionéque rationum: qui mos etiam hodie apud omnes ferè nationes servatur. ‖ Gall. *Getons à compter.* Ital. *Segni de far conti, scrittini, ragionati.* Germ. Zulpfennig oder Rechenpfenning. Hisp. *Contador para hazer cuenta.* Angl. *Compters.* ‖ Plin. *lib.* 36. *cap.* 26. Vitri fragmenta reporata adglutinantur tantùm, pursus tora fundi non queunt, præterquam abrupta sibi, nec tingi, veluti cum calculi fiunt, quos abaculos appellant.

‖ Abadir, lapis quem Saturnus pro Jove devoravit, Betylus, p. c. dictus. ‖

Abæ, Abarum. Ἄβαι. Oppidi nomen est in Phocide, ab Aba quodam heroe illi inditum, ut Stephanus & Suidas prodiderunt. Hujus incolæ dicti sunt Abantes, Ἄβαντες, qui postea hac urbe relicta, in Eubœa sedes fixerunt, eámque insulam de se vocaverunt Abantidem. Pro eodem legitur & Aba singulari numero. Vide *Abantes*.

Abæa, Abææ, Ἄβαια Ptolomæo. Oppidum est in sinu Messeniaco, non procul à Pharis, quod nonnulli idem esse putant cum Hira, seu Œchalia, una ex septem civitatibus, quæ apud Homerum Io. *Iliad.* Achili offerebantur ab Agamemnone. Vide Harmolaum Plin.

Abæantæ, Ἀβαιάνται. Populi sunt Arcadiæ in sinu Messeniaco, quorum urbs Abæa commemoratur à Ptolomæo *lib.* 5. Vide Plin. *lib.* 4. *cap.* 6.

Abligio, onis, teste Varrone *lib.* 6. *de Lingua Latina*, à verctibus dicebatur pro eo quod nos una littera immutata, Adagionem dicimus. ‖ παροιμία. Gall. *Proverbe.* Ital. *Proverbio.* Germ. Ein Sprüchwort. Hisp. *Refran.* Angl. *A proverbe.* ‖

‖ Abaia, & Abason, infirma domus. Isid. gloss. ‖ Vide *infrà*, Abason.

Abala, Ἄβαλα. Oppidum est Troglodytarum, non procul à mari Rubro. Plin. *lib.* 6. *cap.* 29.

Abălieno, as, are. Quod meum erat alicuum facio, vendo, disjungo, separo. ‖ נוכרי, זור *hezir.* ἀποστερέω. Gall. *Aliener, estranger.* Ital. *Alienare, disgiungere.* Germ. Entfremdden. Hisp. *Enagenar, ò desaparpiar.* Angl. *To sell or alter.* ‖ Cic. *de lege Agr.* Hujusmodi res commissa nemini est, ut agros vectigales populi Romani abalienaret. Eam vendat, qui abalienavit, comburat, si velit. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 4. Non possum vivere, si illa à me abalienetur atque abducatur, idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. ¶ Ponitur etiam pro separare, disjungere. Idem *in Curc. sc.* 3. *a.* 1. Nisi mors meum animum abs te abalienavit. Idem *in Milit* Illum cruciora à vito me tali abalienarier. Cicer. *Attic. lib.* 14. Sed totum fœdè te abalienavit Dolabella. Hinc Abalienatio, id est (ut Cicer. *in Topic.* scribit) ejus rei quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in jure cessio, inter quos ea jure civili fieri possunt.

Abălienātus, participium, Disjunctus, separatus, venditus. ‖ סחר *mazar* ἀποστερέω. Gall. *Alienè, estrangé.* Ital. *Dipartito, disgiunto.* Germ. Entfrembdet/ abgesundert. Hisp. *Enagenado.* Angl. *Altered, Alienated.* ‖ Cic. *Attic.* 1. Sed moliendum in modum est animo abalienato. Idem *in Verr.* 6. Abalienati scelere istius à nobis omnes reges amicissimi, rationesque. Abalienati jure civium. Liv. 2. *belli Punici*, 37. 6. Abalienata morbis membra præcidunt medici. Fab.

Quintil. *pag.*411. Abalienata membra, dicuntur emortua, & quæ non amplius habent vigoris, & officiorum cum aliis communicationem. Quintil. *lib.*8. *c.*3.

Abaltes sinus, ἄβαλτος κόλπος. Exiguus est sinus in tractu Troglodytarum situs dictus ab Abala, eius regionis oppido maritimo. Vide Plin. *lib.*6. *c.*29.

Abălus, ἄβαλος. Insula est Oceani Germanici, in qua nonnulli credidêrunt electrum ex arboribus fluere, Plin. *lib.*37. *cap.*2. Sunt & Abali Indiæ populi ad Gangem fluvium, idem *lib.*6. *cap.*19.

‖ Abambaceſtos, ἀβαμβάκευστος, lenocinio nullo fucatus. ‖

Abambulantes, Abſcedentes, autore Feſto ἀπόδημοι.

Abămita, eſt ſoror abavi. ¶ Σὰν μητρὸς μικρὰ μήτηρ. Gall. *La ſeur du pere de noſtre biſayeul.* Ital. *Sorella del terzo avo.* Germ. Die ſchweſter des vrans. Hisp. *Hermana del tercero abuelo.* ¶ *Inſtit. lib.*3.

Abănă, æ. Fluvius Damaſci, qui in radicibus Libani exortus in Syriacum effunditur mare.

‖ Abanec, Abenet, ſeu Abnet, cingulum ſacerdotale, rotundum, polymitâ arte ex cocco, purpurâ, hyacinthóque contextum, ita ut flores appareant diſtincti, gemmæque. Bud. Iſid. ‖

Abannătio, unius anni exilium.

Abannati, qui in annuum exilium miſſi ſunt cædis perpetratæ cauſa, quod Græcus ſcriptor, ut author Euſtath. Homeri interpres, ἀπενιαυτισμὸν, quaſi abannationem dicas, conformi Latinis nomine appellat.

Abantes, ἄβαντες. Populi ex Thracia oriundi, qui finibus ſuis egreſſi, in agro Phocenſi oppidum condidêre, quod à ducis ſui nomine Abam vocavêre, ipſi quoque à nomine oppidi Abantes vocati. Hi poſtea in Eubœam tranſgreſſi, quæ tum Macris dicebatur, à ſuo, relictâque nomine oppidi, Abantidem illam vocavêre. Hos Herod. *lib.*1. inter Ionas commemorat. Alios hoc nomine populos Orpheus *in Argonaut.* iuxta Pontum collocat. Vide *Abantis.*

Abantĭas, adis, ἀβαντιὰς. Patronymicum eſt, à nomine Abas, quo ſignificatur vel filia, vel neptis Abantis. Apud poëtas ferè pro Danaë ponitur, Abantis ex Acriſio nepte, vel pro Atalanta, nepte eiuſdem ex Iaſio. Vide *Abas.*

Abantis, idis. Straboni, aut Abantias, adis, Plinio, ἄβαντις. Stephano & Suidæ, Inſula eſt Bœotiæ adiacens, tam exiguo à continenti Euripo diſtincta, ut ponte iungatur. Hæc teſte Strab. *in princip. lib.*10. olim Macris dicebatur, ob ſitus longitudinem: poſtea ab Abantibus Thraciæ populis, qui relicta Aba, Phocenſis agri oppido, in hac inſula ſedes ſuas fixerunt, dicta eſt Abantis, & poſtremò Eubœa. In hac inſula eſt Caphareus promontorium, Græcorum naufragiis infame.

Abaortæ, Plin. *lib.*6. *cap.*20. numerantur inter Indiæ populos.

Abăphus, Non tinctus, ¶ ἄβαφος, ab *a* privativa particula, & βάπτω, tingo. Gall. *Non teint.* Ital. *Non tinto.* Germ. Nit gefärbt. Hisp. *No teñido.* Angl. *Nod died.* ¶

Abaptiſtum, ſubſtantivum, Chirurgorum eſt inſtrumentum, terebellæ uſum præbens, quoties cranii os propter fracturam aliquam perterebrandum eſt: habet enim hoc inſtrumentum in ſummitate ſua labrum, ſive obicem prohibentem, ne altiùs immergi poſſit, aut meningas lædere: unde & nomen habet ἀβάπτιστον. Vide Galen. *lib.*6. *Method. cap.*6. & Celſ. *lib.*3. *cap.*23.

Abaptiſtus, adiectivuum, qui mergi non poteſt, ἀβάπτιστος, Epitheton eſt propriè ſuberi convenientis.

‖ Abar, placentæ genus. ‖

Abarbarea, ἀβαρβαρία. una Naiadum, ex qua Bucolion, maximus natorum Laomedontis Æſapum genuit, & Pedaſum. Homer. *Iliad.*6.

‖ Abarceo, prohibeo. ‖

Abarim, עברים *Abarim.* Mons excelſus, dividens terram Amon & Euphratis à terra promiſſionis, contra Iericho ad Iordanem uſque fluvium protendens radicem.

Abarimon, Scythiæ regio in magna Imai montis convalle, in qua Sylveſtres homines degunt averſis poſt crura plantis, qui maximam habent velocitatem, paſſimque cum feris vagantur. ἀβαρίμονες. Plinius *lib.*7. *cap.*2.

‖ Abaris, continentis habitator, quaſi baride, id eſt, navi non egens. ¶ Eſt etiam ‖ nomen viri proprium, quem ferunt ſagittam per orbem terræ circumtuliſſe, nihil omnino veſcentem. Hunc Abarim Scythæ filium, non ignarum literarum, oracula ſcripſiſſe traditur, quæ Scythica nuncupantur: & nuptias Hebri fluminis, ac Apollinis adventum ad Hyperboreos ratione metrica, ab quo ſagittam acceperit, quam diximus. Huius & Gregorius Theologus commeminit in epitaphio ad Magnum Baſilium. Hactenus Cœlius. Præter oracula Scythica, & nuptias Hebri fluminis, alia quædam ſcripſit, ut commemorat Suidas. Meminerunt huius Herod. *in Melpomene*, & Strabo *lib.*7. & Scholiaſtes Ariſt.

Abarnus, ἄβαρνος. Stephano, vel Abarnis, ἀβαρνὶς. Herodoto. Oppidum eſt, & regio aſperæ in tractu Bariano, ad Propontidem. Hecatæus & Ephorus Abarnidem ad Helleſpontum collocant, & Lampſaci aiunt eſſe volunt. Vide Steph.

‖ Abartēmum, inhoneſtum. Iſid. gloſſ.

Abarti, Bulimus, inſatiabilitas.

Abarticulatio, dearticulatio, naturalis oſſium coniunctio, evidentem motum habens.

Abas, ἄβας, bardus. ¶ Et ſacer morbus. Tarentin. ‖

Abās, ἄβας, ἄβαντος, per unum b, rex duodecimus Argivorum, Lyncei ex Hypermneſtra coniuge filius: ſunt tamen qui Beli filium faciunt: homo bellicoſus, & acerrimi ingenii fuit, & regnavit annis XXIII. ut inquit Euſebius. Pater fuit Prœti, & Acriſii, & avus Perſei, à quo poſtea Argivorum reges, Abantiadæ dicti. ¶ Abas alius fuit quidam nobilis comes, de quo Virgil. *lib.*10.

*Vnà ſervus Abas*, &c.

Et alibi,

*Æra cavo clypeum magni geſtamen Abantis.*

¶ Alius item fuit centaurus, Ixionis & Nubis filius. ¶ Fuit etiam hoc nomine Sophiſta quidam, qui & hiſtoricos quoſdam commentarios, & Rhetoricen ſcriptam reliquit, autore Suida. Ab Abas fit Abantius, ἀβάντιος. Item Abantiades patronymicum maſculinum. Ovid. *Metamorph.*

*Torquet in hunc haſtam calido de vulnere raptam*
*Vltor Abantiades*, hoc eſt, Perſeus proavus Abantis.

Abaſa, infima domus, quaſi ſine baſe, Iſid. *in Gloſſ.* ¶ Eſt item inſula proxima Æthiopibus, in ſinu quodam maris Erythræi. Pauſan. 2. *Eliac.*

‖ Abaſaniſtus, inexercitatus, non examinatus.

Abaſcĭnos, invidia vacuus.

Abaſcantus, faſcini amuletum. Tertull.

Abaſci, vel Abaſgi, paſtores latrociniis dediti. L.IC.

Abaſcirum, faſcini amuletum. ‖

Abaſes, plurali numero, loca ſunt deſerta & inacceſſa in Occidentali plaga Ægypti, ἄβασις. Hoc enim nomine Ægyptii vocant regiones inhabitatas, & maximis deſertis circundatas, ut ſcribit Strabo *lib.*17.

‖ Abaſilentus, ſine rege, non ſubditus Regi.

Abăſon, infirma domus, quaſi ſine baſe. Iſid. gl.

Abaſtratura, in gloſſ. lege, *à ſtratura*, qui ſternit equum. ‖

Abassvs, urbs Phrygiæ apud Livium *lib.*38. *ab urb.*

‖ Abaternum, inhoneſtum. Iſid. gloſſ.

Abathmata, ſtremmata, bellariorum genera.

Abaton, ſacrificium, ad quod non quivis admiſſus, inacceſſibile religionis gratiâ.

Abatos, inacceſſus, nulli pervius. ¶ Eſt item ‖ inſula Ægypti in palude Memphitica poſita: ita dicta, quòd ad illam propter limi & papyrorum copiam difficillimus ſit aditus, ab *a* privativa particula, & βαίνω, vado, vel aſcendo, ἄβατος. Huius meminit Lucanus *lib.*10.

*Hinc Abatos, quam noſtra colit veneranda vetuſtas,*
*Terra potens.*

Hoc nomine etiam vocatus eſt locus ultra Ægyptum & Æthiopas, iuxta paludem quam Stygem vocant. Latini huiuſmodi loca, ad quæ difficiles dantur acceſſus, Invia vocant, ſive avia, ſive Inacceſſa. Sic etiam Ovid. *de Pont.* Parthorum gentem inviam vocat:

*Gens fuit & terris, & equis, & tuta ſagittis,*
*Et non acceſſis invia fluminibus.*

¶ Abatos præterea ædificii nomen fuit, quod à Rhodiis fuit erectum ad regendum Artemiſiæ trophæum, quod religione impediti diruere non poterant.

Abauchās, nomen viri, cuius amicus fuit Gyndanes. Huius meminit Lucianus *in dialogo*, cui nomen *Toxaris.*

Abăuŭnculus, Frater abaviæ. ¶ דוד *dodh.* ὁ θεῖος μητρὸς μείζων. Gall. *Le frere de la mere grand.* Ital. *Il fratello della terza avola.* Germ. Der groſsvatters oder groſsmutter bruder. Hisp. *Hermano de la tercera abuela.* ¶ *Inſtitut. lib.*3.

Abăvus, Proavi pater. ¶ אב *ab.* πάππου πάππος. Gall. *Le Pere du biſayeul.* Ital. *Il terzo avo.* Germ. Des vrans vatter. Hisp. *Tercero abuelo.* Angl. *A great grand father.* ¶ Cic. *de Clar. Orat.* Iam duorum abavorum quàm eſt illuſtre nomen? ¶ Sic abavia, mater proavi. ¶ προμάμμη. Gall. *L'ayeule de noſtre ayeul.* Ital. *La terza avola.* Germ. Vnſers groſsvatters mutter Hisp. *Tercera abuela.*

Abăx, abacis, idem eſt quod Abacus, hoc eſt, menſa vel tabula, in qua aliquid ponitur: quales ſunt menſæ coquorum, in qua diſci, aliâque id genus exponuntur. ¶ לוח *lvach.* ἄβαξ. Gall. *Dreſſoir, ou buffet.* Ital. *Deſco.* Germ. Ein Credentztiſch/ ein Anrichte. Hisp. *Aparador de vaſos, à ſobre meſa del aparador.* Angl. *A benche.* ¶ ¶ Item tabula calculatoria, in qua Logiſtæ numeros, & Mathematici lineas ſuas ducunt. ¶ Gall. *Tablette à eſcrire, ou table à jetter ou compter.* Ital. *Tavoletta da ſcrivere.* Germ. Ein Rechenbanck oder Rechentiſch. Hisp. *Tabla pequeña para eſcrivirò contar.* ¶ Item tabula quadrata, quæ epiſtyliis columnarum ſupponitur. ¶ Sunt præterea Abaces, vaſa quædam viliora, in quibus pretioſiora reponuntur. ¶ Gall. *Eſtuy de pots, eſcuelles, vaſes, & autres choſes precieuſes.* Ital. *La veſte & conſerva di pretioſe coſe, come tazze d'argento, tinti, & ſimili.* Germ. Ein futer in dem man köſtliche geſchirr behalten. Hisp. *Aparador de coſas preciosas.* ¶ Hortum meminit Iavol. *in l. hæres* 100. §. 3. *D. de legat.*3. Cui Corinthia vaſa legata eſſent, huic abaces quoque eorum vaſorum collocandorum cauſa paratas deberi Trebatius reſpondit. Labeo autem id non probat, ſi eas abaces vaſorum numero teſtator habuit. Proculus verò rectè ait, ſi æneæ quidem ſint abaces, non autem Corinthiæ, non deberi. ¶ Notandum tamen eſt quòd *in dict. l.* docti viri malunt legere *Baccis.* Vide Alciati parerga. Hinc deducitur Abacion, idem ſignificans quod Abaculus, parvus Abax, ἀβάκιον. Ammonius tamen ita diſtinguit, ut Abax ſit menſæ genus in tricliniis, ubi vaſa omnis generis exponi ſolent: Abacion verò tabula illa calculatoria, in qua vel numeros, vel lineas deletiles ducimus.

Abazēi, ἀβάζια. Feſta fuerunt, vel potiùs ſacra à Dionyſio Caprii filio, & Aſiæ rege inſtituta, Cic. 3. *de Nat. Deor.* Dionyſios multos habemus, primum Iove & Proſerpina natum: ſecundum Nilo, qui Nyſam dicitur intermiſſe: tertium Caprio patre, eúmque regem Aſiæ præfuiſſe dicunt: cuius Abazea ſunt inſtituta. Dicta Abazea à taciturnitate, qua hæc ſacra celebrantur: ἀβάζειν enim taciturnum ſignificat. Sed hæc falſa eſſe iampridem docuerunt docti viri: legendum enim apud Cic. Sabazia.

Abbă, per geminũ b, ἀββᾶ. Hebræa, vel potiùs Syria dictio eſt. אבא *abbá*, compoſita ex aleph, & beth, in qua ſingulare quiddam eſt, quod & patres libenter audiunt, & pueri primum ſonare diſcunt. Paulus *Rom.*8. hanc vocem exponens: Per quem (inquit) clamamus, Abba pater.

Abbās, tis, Collegii ſocieratiſque magiſter ac moderator. ¶ ηγούμενος. Gall. *Abbé.* Ital. *Abbate* Germ. Ein Abt. Hisp. *Abbad, prelado de monges.* Angl. *An abbat.* ¶ Sunt qui unico b, ſcribant.

**Abyssus**, propriè dicitur infinita aquarum congeries, quæ fundum non habeat. { בתום *tehom* עמוק, quasi *mole magna.* Jonas cum *Abysso* dicunt eam. Syr. עמקא, Gall. *Abysme.* Ital. *Abysso, il profundo.* Germ. Ein grosse tiefe des wassers, ein abgrund. Hisp. *Abismo, Anegamiento, o ayuntamiento de aguas grandes.* } Augustinus tamen non de sum de aqua, sed quavis humida natura dixisse dicit. Apud Græcos etiam epitheton est, idem significans, quod fundo carens. ¶ Hinc quidam proverbii forma sacræ literæ vim inexhaustam ac quasi Abyssum appellant. Idem D. Chrysostomus τὴν ἐπιστολὴν ἄβυσσον *lib.* 6. *in*, inquit τὸ βάθος τοῦ πόντου. Vide laborum immensum pelagus. ¶ Erat præterea Abyssus sacellum Persephones, in quo magna vis auri multis seculis erat congesta : unde & nomen accepit ab infinita auri copia. Vide Suidam.

**Abȳtos**, populi sunt ad Oceanum Scythicum. Plinio teste *lib.* 6. *cap.* 13.

## A C

**Ac**, conjunctio, copulativa, pro Et, Atque. { καὶ *gam.* ק. Gal. & Ital. *Et.* Germ. Und. Hisp. Y. } ut doctus ac illustres. ¶ Aliquando adverbium est, & accipitur pro Quam, ὡς : ut, Haud secus ac missi fassunt. In principio sententiarum connectendi vim habet. Cic. *in proœm.* 1. *lib. de Orat.* Ac primò quidem totus orationis ignarus. ¶ Aliquando (sicut docet Donatus) significat Contrà quam. Terent. *in eund.* Nescio quid tibi tam obstitus subito, ac volui dicere. Ponitur etiam Ac, & Ac sic post Perinde, similiter, aliter : ut, Superbis perinde ac si rex esses. Aliter accidit ac putaram, &c. Ac pro duabus his particulis, *idque*, vel, *& quidem.* Terent. *Heaut.* Faciam boni tibi aliquid pro istac regie lubens. Idem *Eunuch.* Anabò quid ait : cognoscitne? Ç. Ac memoriter. Ac, in principio sententiarum connectendi vim habet pro Autem. Cic. 1. *de Orat. in proœm.* Ac primò quidem totus orationis ignarus, &c. ¶ Ac, in compositione ponitur pro Ad, mutatione d literæ in c : ut, Accedo, Accipio, Accolo. { ¶ Hebraicè particula Ac, si initio est sententiæ, idem est quod sane, & profectò. Si tamen est in media sententia, exclusiva est fere (solum, duntaxat, tantum significans.) }

**Acæbo**, Animal multùm valens vi medica, in deserti Arabiæ.

**Aca**, vel Acc. { ἡ Ἄκκη Suidæ. } Phœnicum est oppidum non procul a Tyro, postea Ptolemais dictum, Claudii Cæsaris colonia ita signe. Vide Plin. *c.* 19. *lib.* 5. & Strab. *lib.* 16.

**Acale**, ἄκαλη, mons est in finibus Ægypti à Ptolomæo collocatus.

**Acalis**, ἄκαλις, civitas est in Cyrenaica Africæ regione. Ptolom.

**Acacalis**, fructus est in Ægypto nascentis fruticis, quam Dioscorides Tamaricis seminis non absimilem esse, & in aqua maceratum oculis medere tradidit, ἀκακαλίς. Sunt qui à Minois regis filia nomen accepisse putent, quam Apollo vitiavit. Vide Ruellium.

**Acacia**, ἡ, quæ est quæ in Ægypto nascitur, arboris in modum fruticosa, nunquam se in rectum attollens, flore candido & semine lupino simili in folliculis contento (ex quo in pila contuso succus exprimitur,) ejusdem nominis cum sua arbore, qui in umbra siccatus mirum in modum astringit. { ἀκακία Gall. *Vivet portant gomme Arabica* Ital. *Acacia.* Germ. Ein Dornechtige bodrette in Aegypto, aus welcher man ein safft treibt, welches auch Diesen namen hat. Hisp. *Arbol de la goma Arabica.* } Est & alterum acaciæ genus, in Cappadocia Ponticique provenientes, Ægypticæ spinæ similitudine, longè tamen minus & tenerum & foliis rutæ. Utriusque speciem vide apud Dioscoridem, *lib.* 1. *cap.* 125. Meminit & Plin. *lib.* 12. *cap.*

**Acacius**, ἀκάκιος, Patriarcha fuit Constantinopolitanus, vir in primis pius, & Leoni Imperatori gratissimus. Vitam ejus vide apud Suidam. Fuit præterea Acacius Rhetor insignis, qui Libanii & Iuliani temporibus floruit, teste eodem Suida.

**Acaesium**, ἀκάσιον, Stephano urbs Arcadiæ, sic dicta ab Acaco Lycaonis filio, ut tradit Pausanias *lib.* 8.

**Acacus**, Purus, innocens, minimè versutus : { ακακον *ramim.* ἄκακος. Gall. *Pur, simplicissime malice.* Ital. *Puro, mundo, simplice.* Germ. Unschuldig, nicht boßhaftig. Hisp. *Puro, limpio.* Angl. *Without deceite.* } Inde Acacia, id est, Innocentia, sequritas ab omni terrore, in qua Philosophorum nonnulli summum bonum constituerunt. { ἀκακια. Gall. *Bonté, simplicité.* Ital. *Bontà, simplicità.* Germ. Unschuld, frömkeit. Hisp. *Cosa sin dolores.* Angl. *Innocentie, simplicitie.* } Hac voce usus dicitur Dionysius nescio quis, quem auctorem nemo sequetur studiosus linguæ puricis, atque Latinæ elegantiæ.

**Academia**, ἀκαδήμεια Suidæ, ἀκαδήμια & ἀκαδήμεια Stephano, locus nemorosus, ab Athenis mille passus distans : ab Academo heroe, ut Eupolidi placet : Ἐν κήποις ἥρωος Ἀκάδημου ἔνα, hoc est, in ambulacris umbrosis Academi dei. De Academo, unde dicta Academia, Plut. *in Thes.* Primò dicta Echedemia ab Echedemo. *Ibidem.* Eam arboribus & fontibus ornavit Cimon. Plutar. *in Cimo.* Ibi versatus est Plato, & Philosophiam magna discipulorum frequentia professus est. Unde & eius sectatores Academici vocati sunt : sicut a Stoa, quæ porticus Græcis est, Stoici. Hinc est illud Timonis apud Laertium,

Τῶν καὶ ἐγὼ ἐς πόντον ἐμὸν νόον ἐξεπέρασσα,
Πλάτωνα, τοῦτον ἄριστον, ὃς
Ἐκάδημου ἔσπετο μολπῇσι λιγυπτερύγεσσιν ἰδὼν
Ἀρτιθαλῆ δρόσῳ ἱερὸν ἄλσος Ἀκαδήμου.

id est,

*Hos inter dux ille Plato celsissimus ibat,*
*Cujus ab ore melos manabat, quale Academi*
*Arbustis lepida modulantur vere sicada.*

¶ Hinc quum cujuspiam hominis severitatem, cultum compositum, doctrinam, seu mores nitidos appellare volumus, hac proverbii forma uti licebit. Ex Academia venis, ἀπὸ τοῦ Ἀκαδημείου εἶ. Illic enim hominum quantumvis agrestium animi ita componebantur, ut illinc egressi, vultum modestum, hilarem, severum & gravem præ se ferrent. Quamquam & ἀκαδημαϊκοὶ torqueri potuit in fastuosum & vultu tetrico Philosophum ageretem. Vide Athenæum

lib. 2. Antea per i scribebatur, Ecademia. Erat autem Academia gymnasium infra Athenas: quum superiori gymnasio, cui Aristoteles præerat, nomen esset Lyceum, Λύκειον, quæ & inferior ambulatio, & superiores dicebantur. Academia nostro tempore vulgo usurpatur pro urbis parte, in qua celebrantur studiorum gymnasia: ut Academia Parisiensis, quæ vulgò æquè *Universitas* dicitur. Academia dici quoque potest quælibet literarum schola insignior atque celebrior. Hujus nominis Academia, penultima producitur, Cicerone,

*Inque Academia umbrifera, nitidoque Lycæo.*

Sic & in alio versu Laureæ Tullii,

*Atque Academia celebratam nomine villam.*

Verùm alii eam corripiunt, & communis usus servat. Claud.

*In Latium fœtus Academica migrat Athenis.*

Sidonius,

*Obrupit & quanquam tetigit Academia fellis.*

Utrique rectè. Nam (ut suprà diximus) modò Ακαδήμια, apud Græcos scribitur per i, pen. modò Ἀκάδημος per η diphthongum. Fuit etiam eo nomine villa Ciceronis ad Avernum lacum, non procul à Puteolis in littore sita, porticu & nemore insignis: à qua etiam Academicis quæstionibus, quas in ea villa conscripsit, nomen imposuit. Extat de laude ejus villæ apud Plinium Laurentem Ciceronis liberti Epigramma: quod quia elegantissimum & dignum est, quod ubique & non ibi tantùm legatur, hic adjiciamus.

*Quid tua Romana viridem clarissime lingua*
*Sylva loco melius surgere jussa vireat?*
*Atque Academia celebratam nomine villam*
*Nunc reparat cultus sub potiore Deus?*
*Hic etiam apparent lymphæ non antè repertæ,*
*Languida quæ infuso lumina rore levant.*
*Nimirum locum ipse sui Ciceronis honori*
*Hoc dedit, hæc fontes quum patefecit ope?*
*Ut, quoniam totum legitur jam fine per orbem,*
*Sint plures oculis quæ medeantur aquæ.* Plin. *lib. 31. cap. 3.*

Academicus, a, um, adjectivum, ἀκαδημικός: ut, Secta Academica, hoc est eorum qui Academicos sectantur.

Acadinus. Fons est Siciliæ juxta Delos lacus, Palicis fratribus sacer, ad quem juramenti veritatem explorare ad hunc modum solebant. Juramenti verba tabulis ligneis inscribebant, easque in fontem dejiciebant, quæ supernatantes juramenti integritatem, demersæ pernitiem indicabant. Alexander ab Alexandro *ex Arist.* ¶ Ita quidem ille, sed hæc esse falsa, & ex prava lectione Arist. verborum nata esse docent verba authoris, quæ subjiciemus, ne quis posthac hic erret. ἔστι δὲ ἐν Σικελίᾳ πλησίον τῶν Δηλίων τῶν Ἀκάδινος, ὕδατος δὲ ἀναβλύσεις, & quæ seq. lib. ὅρκοι ποιοῦσι. Ergo pro ἐν δὲ. ut habet Arist. legit ἔστι δὲ, malèque ex Stephano constat, qui eadem verba Arist. profert. Vide plura apud Macrob. 5. 19.

Acæna ἡ ἀκαίνα, spina, pallorum virga sarmulo præfixo. ¶ Item ἡ virga erat longa pedes decem, qua agros dimetiebantur, à Thessali, (ut scribit Apollonii interpres) primùm excogitata, ἀκαίνη. Sic dicta, ab α vocali, quæ vim privandi habet, & verbo καίνω, occido: quòd exdibus, quæ quotidie ob limum pertubationem sirbant, finem imponeret. Est etiam aratorum baculus, quo boves suos exhimulant. Vide Cæl. Rhod. *lib. 7. cap. 29.*

Acalandrum Plinio, ἀκάλανδρος Strabonis, fluvius est in sinu Tarentino, non procul à Metaponto oppido. Vide Plin. *lib. 3. cap. 11.*

Acalanthis, ἀκανθὶς Suidæ avis est, quam alii Acanthidem, alii Carduelem vocant. Vide *Acanthis.* Est præterea Acalanthis, canis nomen dictum (ut putat Suidas) ἀπὸ τῆς ἀκάνθου, hoc est, à dumo.

Acalia, æ, proxima violis, concolori amplitudine. Vincit numero foliorum marinam quinque foliorum numerum non excedentem, ab eadem odore superatur.

Acalyphe, ἀκαλύφη, ἀκαλήφη. Herba est, quam nostri urticam vocant: dicta Acalephe, teste Athenæo, παρὰ τὸ μὴ ψηλαφᾶσθαι ἁβρῶς: hoc est, quòd tactui non sit jucunda. (חרול *charul.* GALL. *Ortie.* ITAL. *Ortica.* GERM. Nesseln. HISP. *Ortiga.* ANGL. *A nettle.*) ¶ Est etiam ex genere mulcarum, apud Strabon. *de Animalib.* ¶ Item piscis quoddam genus, quod & nostri Urticam appellant. Plin. *lib. 9. cap. 45.* inter τὰ ζῷα τὰ συμμικτὰ connumerat, hoc est, inter ea quæ mediam habent naturam inter animantia & plantas. Vide latiùs in dictione *Urtica.*

Acallis, idis, ἀκαλλὶς, Minois fuisse filia creditur, & mater Oaxi. Steph. *de Urb.* Oaxus (inquit) oppidum Cretæ est, ab Oaxo filio Acallidis, quæ fuit Minois filia.

Acamantis, ἀκαμαντὶς, Insula est in mari Cilicio, quæ notiore nomine Cyprus appellatur: dicta Acamantis ab Acamante promontorio sito ad Occasum. Vide Plin. *lib. 31.* ¶ Fuit etiam Acamantis tribus ex decem tribubus Atheniensium, ita dicta ab Acamante Thesei filio. Vide Suidam.

Acamantium, ἀκαμάντιον, urbs est in majori Phrygia, ἀπὸ Ἀκάμαντος Thesei filii, qui quum in expeditione adversùs Solymos se strenuè gessisset, locum condendæ urbis à patre impetravit. Hinc fit gentile Acamantius, ἀκαμάντιος, & femininum Acamantis, ἀκαμαντὶς, & pollettivum Acamanteus, pen. prod. ἀκαμαντεὺς. Vide Stephan.

Acamantius, ἀκαμάντιος. Philosophus fuit Heliopolita. Vide apud Suidam.

Acamarchis, ἀκαμαρχὶς. Marinæ Nymphæ nomen est, quam Oceani filiam fuisse volunt, cujus meminit Diodor. *lib. 6.*

Acamas, antis, ἄκαμας, Promontorium est situm sum in Cypro insula, quod procul aspicientibus duarum mammillarum speciem præbet, à quo Cyprus autea Acamantis vocitata est, autore Strab. *lib. 14.* Meminit præterea Homer. *lib. 1. Iliad.* Acamantis cujusdam Thracis, qui Trojanorum amicus & in bello socius erat. ¶ Fuit præterea Acamas, Thesei filius, à quo una tribuum Atheniensium Acamantis, ἀκαμαντὶς, nominata est: & oppidum Phrygiæ Acamantium: de quibus *vide supra.*

Acamasia, negligentia: Lex. græc.

Acamatus, sine tangatione media membrorum figura. L. M. laborem non sentiens.

Acamne, ἀκάμνη. Emporium est ad mare rubrum, de quo Stephan.

Acanthe, ἄκανθος. Herba eadem est cum acantho. Vide *Acanthus.*

Acanthalauce. (ἀκανθολεύκη. GALL. *Chardon sauvage.* GERM. Wegdistel oder weiß wegdistel. ITAL. & HISP. *Cardo silvestre.*) Herba est foliis aculeatis, & candidis maculis variegatis, quasi lacte consparsis: unde & Latini Spinam albam vocant. Officinæ Punicum nomine vocant *Hedegarim.*

(Acanthariola, instrumentum ad evocandis spinis è gutture. L. M.

Acanthicus, spinosus, asper. Plaut.

Acanthion, cicadæ genus nostrum, item spinosa alba spinæ similis, caprum. Onom. m.)

Acanthivola, ἀκανθίβολα, Instrumenta chirurgorum spinis piscium educendis, quæ in gurgatione hæserunt, idonea.

Acanthix cicada, ἀκανθὶς τέττιξ. Proverbium est in indoctos atque insantes, ac mutos, aves docte loquentibus, aut musicæ ignaros dici solitum. Tractum à muris quibusdam cicadis, quæ Acanthiæ vocantur, sive quòd ejusmodi genus Acanthum urbem invenerint, ut Stephano placet, sive (ut mavult Suidas) quòd tales sint, quæ inter dumos & spinas versantur.

Acanthica mastiche, ἀκανθικὴ μαστίχη, Lachryma helxines herbæ, de qua sic Plin. *lib. 21. cap. 16.* Helxine rara visu est, neque in omnibus terris est: radice foliosa, ex qua media veluti malum exuberat, contectum sua fronde. Hujus vertex summus lachrymam continet jucundi saporis, Acanthicen mastichen appellatam.

Acanthion, sive Acanthium, thii, ἀκάνθιον, herba est albæ spinæ similis, cujus meminit Plin. *lib. 24. cap. 12.* his verbis, Spinæ albæ similis est spina illa, quam Græci Acanthion vocant, minoribus multò foliis aculeatis per extremitates, & arancosa lanugine obductis: qua collecta, etiam vestes quæ tam bombycinis similes fiunt in Oriente.

Acanthis, thidis. (ἀκανθὶς. GALL. *Chardonneret, ou chardonnerette.* ITAL. *Cardellino.* GERM. Ein Distelfinck. HISP. *Sirgueiro.* ANGL. *A goldfinche.*) Avis stridula, quæ & Carduelis: ita dicta quòd spinis & carduis pascatur. Nam ἄκανθος, spina est: ἀκανθὶς, spinetum. Avis vocalis est, & in primis canora. Hinc proverbium à Calphurnio *Ecl. 6.* usurpatum:

*Assyle credibile est si vincat acanthida cornix;*
*Pocalem superet si turpis aëdona bubo.*

Cornix quidem obstrepera est, sed minimè canora. Plin. *lib. 10. c. 74.* Et acanthis in spinis vivit: idcirco & asinos ipsa odit flores spinas devorantes. Virg. *lib. 3. Georg.*

*Litoraque halcyonem resonant, & acanthida dumi.*

Quo tamen in loco Pierius Acalanthida legendum contendit, itáque in vetustissimis exemplaribus legi asserit. Theod. Gaza *pro Acanthide*, vertit Spinum & Ligurium, *lib. Arist. 8. de hist. an. c. 3.* ¶ Acanthis Callimacho est genus herbæ, quæ Senecio dicitur, teste Plin. *lib. 25. c. 13.*

Acanthon, ἄκανθον, mons est Ætoliæ, cujus meminit Plin. *lib. 4. cap. 2.*

Acanthus, sive Acantha. ἄκανθος, ἡ ἄκανθος. *Acanthe, ou branche ursine.* ITAL. *Acanto.* GERM. Weiß bisentklaw. HISP. *Yerva gigante, branca ursina.*) Herba est quam Officinæ à similitudine, quam cius folia cum anterioribus ursorum pedibus habent, *Brancam ursinam* vocant. Plinius duo eius genera commemorat: quorum alterum aculeatum facit, & crispum: alterum læve, quod à quibusdam Paederota vocari asserit, ab aliis Melamphyllum. Dictum autem volunt Acanthum, ab Acantho puero in florem hujus herbæ converso. Folia eius in columnarum epistyliis insculpi solent: unde & Marmoriariam vocatam fuisse, autor est Dioscorides. Solent quoque pocula hujus sculptura decorari. Unde apud Virg. *Ecl.* Damœtas pocula ab Acanthi sculptura commendat, quum ait:

*Et molli circum est ansas amplexus Acantho.*

Ex acantho apparatus Pontici triumphi Cæsaris. Velleius. ¶ Est præterea Acanthus, ἄκανθος, oppidum Macedoniæ, situm ad Isthmum ejus Chersonesi, in qua est Athos mons: de hoc Plin. *lib. 5. cap. 11.* Item alterum ejus nominis oppidum in Ægypto, trecentis viginti stadiis distans à Memphi. Vide Steph. ¶ Item tertium in Asia ad Ninum fluvium: quod olim Dulopolis dicebatur. Vide Plin. *lib. 5. cap. 28.*

Acapeatæ, ἀκαπεάται, populi sunt circa Mæotim: de quibus Plinius *lib. 6. cap. 7.*

Acapis, Fluvius Asiæ apud Lazos populos.

Acapni, ἄκαπνοι. GALL. *Bois sec, qui ne fume point.* ITAL. *Legno secho che nell' ardere non fatia fumo.* GERM. Dürr vnd wol gemeltet holtz das nicht rauch vnd dempff. HISP. *Leña que no humea.* ANGL. *Dry trees which put in the fyre kes no reik.*) Dicuntur ligna sicca, quæ igni admota & flammam facile concipiunt, & quàm minimum edunt fumi. Unde nomen habent, ab α privativo, & καπνὸς fumus. De lignis cremandi videtur intellexisse Cato *de Re rust.* 130. his verbis: Codicillos oleagineos, & cætera amurca cruda perspergito, & in loco ponito, perbibant bene: ita neque fumosa erunt, & bene ardebunt.

Acapnos, ἄκαπνος. Mellis optimi epitheton est, quod ex fumo vitium non contraxerit. Vide Plin. *lib. 1. cap. 16.* Strab. *lib. 9.* mel ἀκαπνότατον vocat.

Acapnos, ἄκαπνος, majorana. Dios. *lib. 3 cap. 47.*

(Acapnus, a, um, unde ligna ἄκαπνα, fumo carentia, quæ nempe satis sunt exsiccata.)

Acapere, pro petere, capere, acquirere. Unde suum Itali *accattare*, & *achepter* Galli.

Acarna, ἄκαρνα. Oppidum est in medio Pannoniæ. Est etiam alterum hujus nominis oppidum in octava Italiæ regione, non procul à Regio Lepido: cujus meminit Strabo, *lib. 5.*

Acarnalius, ἀκαρνάλιος. Oppidum est Lyciæ, in minore Asia: cujus memini[t]

trinit Steph. *de Urb.* ¶ Inde fit gentile Acrarsius, ἀκραίαρσιος.

Acaria, ἀκαρία, fons est in agro Corinthio, apud quem Iolas Eurysthei caput amputavit. Author Strab. *lib.* 8.

‖ Acandius, Acantus, ita pusillus, ut nec caput, nec pes appareat. Suid. ‖

Acarne, ἀκάρνη. Oppidum est Magnesiæ regionis Thessaliæ, ut tradit Plin. *lib.* 4. *cap.* 9. ¶ Acarne quoque Theophrasto, herba quædam est aculeata, arrasty lidi similima, spinam habens pro folio, colore rutilo, & succo pingui. ¶ Est etiam Acarne Athenæo *lib.* 1. & Aristoteli ἄκαρνα, piscis maris genus, pagri vel erythrini forma, colore candido; squamis argenteis, oculis magnis aureisque. Linea recta à branchiis ad caudam ejus protenditur. Plin. *lib.* 32. *cap. ult.* Peculiaris autem maris accipenser, auratus, alilius, acarne, aphya.

‖ Acarus, sic vulgò. Sed Aristoteles de historia animalium *lib.* 5. *cap.* 32. dicit, ἄκαρυς: est animalculum caseo, ceræ, & humanæ carni, in primis manibus innascens, & eas quasi sulcans, parvumque ingenerans, ab ἀ & κείρω *tondeo*, item *secco*, quòd pene paruitate vix sit sectile. ¶ Est item frutex aculeatus, qui & Oxymyrsine, & Chamæmyrsine, & Latinè Ruscum appellatur. Vide Ruscum.

Acarna, geminato r, ἀκάρρια, urbs est Achaiæ, teste Steph. Unde fit gentile Acharrius, ἀκαρρίτης.

Acarnania, ἀκαρνανία, Epiri pars, quam Achelous ab Ætolia dividit. In hac, ut in Epiro, gigantur equi corpore & viribus maximi, eximiique pretii: hinc proverbium manavit, Equi Acarnici, ἀκαρνανικὸν ἴππον. Convenit uti de re quapiam eximia, aut insigni præmio. ¶ Est regio quædam parva in Ægypto dicta Acarnania, sicut scribit Servius *in lib.* 5. *Æneid.* Et civitas non procul à Syracusis (ut inquit Cic. *in Verr.*) in qua Olympii Iovis antiquissimum fanum fuit.

Acarnan, anis, ἀκαρνὰν, qui ex Acarnania est. Virg. 5. *Æneid.*

——— *quorum alter Acarnan,*
*Alter ab Arcadia Teucra sanguine genus.*

Plaut. *Amphit.* Acarnanes & Taphios.

Acarpia, ἀκαρπία, fructuum privatio dicitur: καρπὸς enim fructus est.

Acarpos, ἄκαρπος, Latinè infructuosus.

Acarus, ri, ἄκαρος. Gall. *Petit ver qui naist dedans la cire, ou ciron.* Ital. *Il tarlettoche nasce nella cera, & il pedicello è volgarmente pidochietto.* Germ. Ein milb die im wachs wechst. Hisp. *El arader.* Angl. *Amite.* ‖ Tinea genus in cera nascens, quod omnium animalium minimum esse existimatur. Ex Arist. *lib.* 5. *de Hist. animal. cap.* 33. dicitur à Græco ἄκαρος, quod est indivisibile & insectibile, ab ἀ privativo, & κείρω.

Acasta, ἀκάστη, Nympha Oceani & Tethyos filia. Apud Hesiod. *in Theogon.*

Acastus, ἄκαστος, Peliæ & Thessalorum regis filius, venator fugitivis clarus, cujus meminit Ovid. *lib.* 7. *Met.* Hic uxorem Cretheidem, sive (ut Suidæ placet) Atalantam duxit, quæ quum Peleum amaret, neque ille contrà huius amori obsequi vellet, ultrò eum de stupri appellatione apud virum accusavit. Itaque Acastus Peleo ceu venationis causa in saltum Pelii montis abducto, ibique omnibus armis spoliato, feris lacerandum præbuit: verùm Chiron, sive is Mercurius fuit, interveniens, accepta Vulcani machæra, Pelium liberavit: qui postea domum reversus, ab Argonautis adjutus, Acastum cum uxore interfecit.

Acatalectus, ἀκατάληκτος, & Acatalecticus versus, cui nulla syllaba deest: cui opponitur Catalecticus, cui una deest syllaba.

‖ Acate palæstus, luctâ insuperabilis. Plin. ‖

Acatalepsia, ἀκαταληψία, cum accentu in penultima. Latinè incomprehensibilitas dicitur, si modo quis ita se loqui Latinè putet. Cic. quidem Græca voce est usus *epist. ad Attic.*

Acatalis, ἀκατάλις, bacca iuniperi, quia inter ἀκάνθους φύεται, hoc est, inter acumina foliorum viret & nascitur. Alii parvam iuniperum virtute, ab acuminibus, seu spinis; & acatalem ἀκατάλιν magnam iuniperum dicunt.

Acataphractarii, milites hastati, auxiliarii. Rhod. ¶

‖ Acathistus, Hymnus erat quem Clerus & populus Constantinopolitanus ob urbem Constantinopolim servatam a Barbarorum exercitu obsessam, B. Virgini Servatrici cecinit. Dictus Acathistos, quòd populus unà cum clero totam noctem absque sessione, stando & canendo Deiparæ laudes & gratias concineret. Et inde viguit mos & pius animus fidelium in celebrando hoc hymno Deiparæ quotannis Sabbato quintæ hebdomadis Quadragesimæ, ut habetur in Rituali Græcorum libro, & meminit Curopalat. *cap.* 21. ‖

Acatium, ἀκάτιον, genus navigii est tardi. Plin. *lib.* 9. *cap.* 30. Aliam sibi in Propontide visam esse concham Mutianus prodidit, acuti modo carinatam, inflexa puppe, prora rostrata. Iul. Pollux scribit. Acatium velum in navi maximum esse; sicut minimum Dolonem, & tertium quod retrorsum panditur, Epidromum. Vide Baysium *de re navali.*

Acaustos, ἄκαυστος, Latinè minimè ustus dicitur, nam καυστὸς est adeo; ἀκαυσία calor intensus.

‖ Accalia, Laurentali festa Romæ. Isid. ‖

Acca Laurentia, Faustuli uxor, quæ Romulum & Remum lactavit, & materna solertia gubernavit. Quæ Gell. *cap.* 7. *lib.* 6. Plutar. *in Rom.* Hæc vocata est Lupa, quòd nobile scortum fuerit: vocantur enim scorta, Lupæ, ob avaritiam, cujus causâ pudicitiam prostituere; & cellæ earum Lupanaria. In honorem hujus instituta sunt festa, quæ Romani testamento eius locupletati, Laurentalia vocabant, de quibus suo loco plura dicentur. ¶ Fuit & alia Acca Tarutia, sic dicta à Tarutio nobili quodam Tusco & diti viro, cui nupsit. Vide de his Accis quæ notat Scalig. *ad Varr. de L. L.*

Accanto, as, avi, ut, cantatum, cantò. ‖ ᾠδὴν ᾄδω. Gall. *Chanter ou apres.* Ital. *Cantare appresso.* Germ. Zusingen. Hisp. *Cantar cerca alguna cosa.* Angl. *To singe to or ker.* ‖ Stat. 4. *Sil.*

*Sume animum, & magni tumulo accanto magistro.*



Equidem acciniat ator sum. Scaliger in hoc verbo imitandi.

Accatocorythus, ἀκκατοκόρυθος, quæ populi fuit in Mauritania, non procul à monte Atlante: ita dicti ab oppido, cui ἀκκατὸς κόρυθος, hoc est, Accabicus murus, nomen erat. Author Strabo.

Accaron, ἄκκαρον, Palæstinæ urbs, quæ postea ab Herode instaurata, in gratiam Augusti Cæsarea appellata est.

Accedo, is, Acessi, cessum, appello. ‖ נגש *nighgásch.* קרב *karáb.* προσέρχομαι, πρόσειμι. Gall. *S'approcher, se tirer pres, s'adjoindre.* Ital. *Accostarsi, tirarsi appresso.* Germ. Zugehen. Hisp. *Allegarse à lugar ò à otra cosa.* Angl. *To come neare.* ‖ Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Accedamus hinc obviam. Idem *Amph.* Dies è nocte accedebat (i. post noctem illucebat.) Idem *Menæch. sc.* 2. *a.* 2. Alio accede hinc. Constructionem eandem habet quam reliqua verba, quæ motum ad locum important: nimirum in nominibus propriis oppidorum, aut pagorum accusativum sepius nullâ præcedente præpositione. In reliquis accus. cum præpos. Cic. 12. *Philipp.* Potestne Arminum tutò accedere? Terent. *in And.* Ad flammam accessit imprudentius. Cic. *pro Cæcin.* Accedere in ædes suas. Idem *ad Attic.* Ne ante in Senatum accederent, quàm rem confecissent. Plaut. *Aul. sc.* 1. *a.* 2. Accessit animus in meum sententiam. Cum ad. Idem *Menæch. sc.* 2. *a.* 3. Dubo malum si propius ad me accesseris. Et *Mostel. sc.* 2. *a.* 2. Quis homo ad ædes meas accessit propè? Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 4. Ne Luna ad virum accedat, & Accedam ad hominem (pro ambo.) Idem *Mill. sc.* 2. *a.* 2. Tibull. *lib.* 4.

——— *Obscuras accessit ad ora.*

¶ Per translationem sæpe pro assentiri, probare, recipere, ponitur: ut Accedere sententiæ. Quintil. *cap.* 4. *lib.* 9. Accedere alicui, pro assentiri. Accedere ad conditiones alterius. Terent. *in Prol. Eunuch.* Voluntas vestra si ad Poëtam accesserit, hoc est, si Poëta favebit. ‖ משתים *hischim*, יאה *iadah.* αὐλαζ. Gall. *S'accorder, consentir.* Ital. *Consentire, approbare.* Hisp. *Consentir con otro.* Angl. *To consent.* ‖ Interdum similitudinem quandam denotat, vel æqualitatem: ut, Hoc ad aliud accedit, id est, simile est. Et cum dativo Cic. *in Verr.* Antonio Philippus proximus accedebat. ¶ Aliquando Accedere ponitur pro Addi, vel adjungi, ut quum dicimus, Accedit ad hæc, pro Adjungitur ad hæc, προσκειται τουτοις. Plaut. *Menæch. sc.* 1. *a.* 1. Si ad malum accidit malum (pro accedit.) Cæsar *lib.* 1. *de bell. civil.* Accedo ad amicitiam. Vide *Assire.* Et in hac significatione ponitur aut dativo. Plaut. *Amphit.* 2. Alcmenæ num tibi stultitia accessit? aut superat superbia. Ovid. 3. *Metam.*

*Anguis inceptæ servum accessisse labori.*

Cic. *Attic.* Dolor accessit bonis viris. Aut accusativo, me, illum præpositione, Ad. *Ibidem*, Ad calamitates hoc quoque malum accedit. Aut adverbiis Huc, Eò, Eódem, & similibus. Interdum etiam prorsus absolutè. Idem *de Orat.* Accedit, ut ne ipsum quidem in Clodium meum invidiosum fuerit. Dicitur etiam, Accedit quòd. Cic. *pro Rosc. Amer.* Accessit illa quoque causa, quòd à cæteris fortitan ita petitum sit, ut dicerent. Subauditur nonnunquam ipsum *quòd.* Terent. Accedere fessis dicitur, cùm per intervalla intenditur. Acceditur, Impersonale. Cicer. *pro Cæcin.* Ad eas cùm accederetur, iste cum omnibus copiis præstò fuit. ¶ Accederat, pro accesserat. Pompon. Accedisset, pro accessisset, Scal. ‖

Accepta, genus navis, fortè *Acatus.* Scribe, *Acceptor genus navis*; est enim *acceptor*, is quem *accipitrem* vocamus. Iusta, *Pipimulus, Accipiter, acceptor.*

Accessus, ab Accedo, pro Advenio, idem quod Accessio, pro adventu: Accessus, a, um, ἀφικτός, Participium. Ovid.

*Et non accessis invia fluminibus*, pro inaccessis.

Accessio, incrementum, lucrum, adjectio. ‖ תוספת *tosépeth.* προσθήκη. Gall. *Addition, surcroist.* Ital. *Aggionta.* Germ. Ein zugang/ zuwurf. Hisp. *Anadidura.* Angl. *Et king or vantage.* ‖ Cic. *Offic.* Ad veteres necessitudines magnam attulit accessionem tua voluntas erga me. Idem *Offic.* Hanc Scaurus demolitus accessionem adjunxit & filiam. Lepidus, alienæ semper dementiæ accessio. Senec. Et parvæ ruinæ ingentis accessio animus. Idem *cap. ult. de Consol. ad Marc.* Item Accessio, i. appendix. Liv. *lib.* 1. *bell. Macedon.* Minima accessio se imperi regno Macedoniæ esset, idem *lib.* 5. *d.* 5. Propriè autem Accessionis nomine intelliguntur ea omnia, quæ ad legitimum, & certum alicujus rei numerum adduntur: ut quum à debitore ad sortem honoris causa creditori aliquid additur: vel ab aratore ut decumanis, ultra decumas aliquantum frumenti datur. Cic. *de Divinat.* Hæc decessio capitis, aut accessio, subitòne fieri potest. Idem *in Verr.* Accessionem mille talentûm esse factam. Idem *pro Rab. postho.* Non intelligo hoc quale sit, utrùm accessionem decimæ centesima, an decessionem de summa fecerit. Hinc dicitur proverbio, Ne major tibi thylaco accessio, Μὴ σοι μείζων ὁ ἀσκὸς τῆς πήρας. Quo uti licebit quum digressio longior est quàm ipsa res. Translatum à mulionibus, qui præter legitimum onus vasculum quoddam superimponunt. Thylacus enim est culeus, sive mantica parata gestandis oneribus. Vide Lucian. *in encomio Demosth.* Simile huic est. Accessio capitis major. Accessiones etiam si lejussores vocantur à Paulo *in l. si servum stipulatus, D. de verborum oblig.* Accessio est si lejussor qui principali debitori accedit. ¶ Invenitur etiam Accessio pro adventu, sicut Decessio pro recessu. Cic. 1. *Offic.* Eorum neque accessionae vitam meliorem fieri, neque decessione peiorem. ¶ Accessio in febribus dicitur morbi ipsius exasperatio, quum febricitans recedente malo, ad pugnam irritatur naturæ vis: Græci paroxysmum, παροξυσμὸν dicunt: accessio febris προσβολὴ πυρετοῦ. ¶ Accessus. Decessio. Infrà suo loco.

Accessor, oris, accessitor, προσκλητὴς, qui accedit. Valerius *lib.* 5. *c.* 3. Nec accessor gloriosæ illius pompæ, sed auctor spectatus est.

Accessito, tas, Propero, festino, maturo, celero, celeritatem adhibeo. ‖ מהר *mahhar.* σπεύδω. Gall. *Avancer, haster.* Ital. *Andare ò ferretta.* Germ. Eylen, schnelen, geschwind. Hisp. *Apressurarse à hazer venir.* Angl. *To haist.* ‖ Cic. *in Cæcil.* Antehâc viâ profectus est, & accelerare volenti ad vesperam consequuntur.

Accelerabilis, vernac. Festinus, properatio. ‖ מהרה *mehherah.*

lombs. Gall. *Avantrenant, bastiveri.* Ital. *Affrettamento.* Germ. Eylung. Hisp. *Apressuramiento.* Angl. *Haisting.* } Autor *ad Heren.* Continuatio est orationis enuntiandæ accelleratio clamosa.

Accendo, dis, di, sum, ex Ad & cando, a, in e, mutata: quemadmodum à Mando fit Commendo. Neque enim fit à Candeo (ut quidam malè crediderunt,) habet enim neutralem significationem. Accendo verò agendi. Neque rursus à Cendo, quod nusquam legitur. Sequitur igitur simplex esse Cando: quod licèt hodie in usu non sit, ex neutro tamen eius Candeo, constat olim fuisse usitatum. Postulat enim analogiæ ratio, ut quemadmodum ab activo Albo fit neutrum Albeo, à Duro, Dureo, à Pendo, Pendeo, ita ab eo quod est Cando, deducatur Candeo. Est autem Accendo, ignem excito, inflammo. { קדח *hitar. ἀναίθω, ἀναίπτω.* Gall. *Allumer, enflammer.* Ital. *Accendere.* Germ. Anzünden Hisp. *Encender.* Angl. *To kendle.* } Cic. *in Pison.* Ego faces jam accensas ad huius urbis incendium extinxi. Idem *in somnio Scipionis*, Luna radiis Solis accensa, ἡ ἐκλάμπουσα ἀστὴρ ὑπὸ τοῦ ἡλίου σέλας. ¶ Per translationem significat Animare, & instigare. Virg. 6. *Æneid.*

——— *quemnam præstantior alter*
*Ære ciêre viros, Martémque accendere cantu.*

Cic. *in lib. de Oratore.* Præclarè enim se res habeat, si hæc accendi, aut commoveri arte possint. ¶ Accendere falsa, pro excitare mendacia, aut mendaciis accendere homines.

Accensus, a, um, incensus, Ardens, flagrans. Cic. Ego faces jam accensas ad huius urbis incendium extinxi.

Accensere, Senec. *epist.* 91. Eadem ætas Lycurgum sacro illi numero {sapientum} accensuisset.

Accensi (ut Marcellinus scribit,) genus militiæ erat administrantibus proximum, κατὰ τὴν ἐξυπηρέτησιν στρατιωτικῶν. Dicti, quod ad necessarias res sæpius acciterentur, veluti accersiti: Festus verò scribit fuisse, qui in locum mortuorum militum subrogabantur, & ad accessum adjiciebantur. Adscripticii, inquit, veluti quidam scripti dicebantur, qui supplendis legionibus adscribebantur: hos & Accensos dicebant. Sed Varro rectius docet, Accensos administros fuisse magistratuum, ab acciendo dictos, id est, vocabat quem magistratus, cui apparebat, iubebat. { שוטר *shoter.* ὑπηρέτης. Gall. *Bedeau, huissier.* Ital. *L'ussiere à Sergente.* Germ. Ein Stabtknecht oder weybel. Hisp. *Alguazil.* } Plin. *lib.* 7. Post aliquot annos adjectus est & meridies, Accenso Consulum id pronuntiante. Erant singulis Præsidibus provinciarum Accensi. Quod munus nemini, nisi libertis deferebatur, sicut scripsit M. Cic. *ad Quint. Fratrem*, cuius verba sunt hæc: Accensus sit eo etiam numero, quo eum majores nostri esse voluerunt, qui hoc non in beneficii loco, sed in laboris ac muneris, non temerè, nisi libertis deferebant. Asconius autem sic habet: Accensus, est nomen ordinis & promotionis in militia: ut nunc dicitur princeps, vel commentariensis, aut cornicularius. Accensi & præconis officia in hoc conveniebant, quod uterque ad imperium rutrumque magistratus præstò esse: verùm in hoc differebant, quòd Præco in comitiis, concione & iudiciis, si quid pronuntiandum recitandúmque esset, alta voce recitabat. Accensus verò ad magistratum homines privatos accersebat. Inter accensos & apparitores hoc interest, quòd Apparitoris verbum generale est, eoque omnes, qui magistratui solent apparere, eiúsque imperio præstò esse, intelliguntur: Honestior verò cæteris apparitoribus erat Accensus. Suet. *in Cæs. cap.* 20. Accensus antè ipsum. Lictores ponè. Gallicè *Greffier.* Gell. *cap. 9. lib. 6.* Flavius Libertino patre natus, scriptum faciebat, isque eo tempore Ædili curuli apparebat, &c. i. apparitor & minister erat scribendo.

‖ Accensor, in glotlar. vertitur ὑπομνηματογράφος, ὑπηρέτης, i.e. introductor, qui actionem rei dare potest, seu iubere, ut leges agas. princeps Consilii, seu Curiæ, & Accensiones, ἐπίκλησις, ὑπομνηματισμὸς, allumtio, significatio. ‖

Accentus, dicitur quasi Adcantus, hoc est, ad, sive iuxta cantum: quia ad cantilenam vocis nos cognoscere facit syllabas. { מנגן *tanûm.* Græci προσῳδία dicunt, quòd προσᾴδεται τοῖς τονικοῖς. Gall. *Accent, l'evation, ou abbaissement de voix entretenant.* Ital. *Accento, elevar, & abbassar della voce nella pronuntiatione delle voci.* Germ. Die stimm/ oder thon der sylben. Hisp. *El accento de cada palabra.* Angl. *An accent.* } A Latinis etiam Tonus & tenor vocatur: quia ibi sonus crescit & desinit. Definitur à quibusdam, quod sit anima verborum: ab aliis quod sit vox syllabæ. Hos veteres nunc Moderamenta, nunc Accentiunculas, nunc Vocalationes appellabant. Sunt autem tres accentus, acutus, gravis & circumflexus. Acutus, ἰθεῖα προσῳδία dictus est, quòd acuat & erigat syllabam. Gravis, βαρεῖα προσῳδία, quòd deprimat: est enim contrarius acuto. Circumflexus, περισπωμένη προσῳδία, qui ex acuto & gravi constat: incipiens enim ab acuto, desinit in gravem. De his Fabius *lib. 1. c. 5.* Priscianus & Tortellius.

Accentiuncŭla, diminutivum ab Accentus. Gell. *lib.* 13. *c.* 6. Quas Græci προσῳδίας dicunt, eas veteres docti tum notas vocum, tum moderamenta, tum accentiunculas, tum vocalationes appellabant.

Accepso, veteres pro accerperim dixêre. Pacuvius *Teucro*: Haud sinam quicquam profari, priusquam accepso quod peto.

Accepta, navis genus, fortè Acatus. Isid. gloss.

Acceptábulum, vide paulò pòst *Acetabulum.*

Acceptæ vocantur rei agrariæ scriptoribus agrorum portiones viritim adsignatæ, aut quæ fortitò obtigerunt. Sicul. Flacc. *de cond. agror.* Manipulus singulas acceptas accipiet, aliqui gradus singulas & dimidias. Hygen. *de limit. constit.* Secundum legem acceptæ aliquid sylvæ, ad implendum acceptæ modum. ¶ Vocantur & Acceptiones. Sicul. Flacc. *de cond. agr.* Ergo acceptiones in contrariis explicandæ sunt.

‖ Accepto ferre, fecerre, pro acceptum ferre. Vlp.

Acceptor, accipitor. Item Acceptator, qui acceptum fert. Cod. Il. antiq. ‖

Acceptilatio, Acceptio, Accepto, Acceptor, Acceptus, vide *Accipio.*

‖ Acceptrica, acceperix mulier. Plaut. *Trin. fr.* 1. *a.* 7. Neque datori, neque acceptricæ.

Accepturum, ἀγοραστὴς in Gloss. v. quasi ab accipiendo thure, sed legendum est *aterra tuaria.* Sicut alibi in eodem glossar. *acetra, thuribulum.* ‖

Accersio, sis, ire, quartæ conjugationis, Voco, adduco, accerso. { קרא *kara. μετάπεμμα, μετακαλῶ.* Gall. *Appeller à soy, aller, ou envoyer querir, mander venir.* Ital. *Chiamare, andare à chiamare.* Germ. Zu ihm beruffen/ beschicken. Hisp. *Llamar, ò ir à llamar.* Angl. *To call. upon.* } Liu. *lib.* 3. Placeret itaque partem accersire. Sal. *in Iug.* Postremò Syllam accersire iubet. ¶ Ponitur etiam pro Accusare. Cic. 2. *de Invent.* Quidam capitis accersierunt. Idem *pro Cal.* Nec ipse alterum ambitus crimine accersiret.

Accerso, sis, sivi, situm, μετάπεμμαι. & Arcesso, sis, ambo conjugationis tertiæ; idem quod accersio: sed in præterito, non aurem in præsenti, sunt quæ; quæ propterea desiderativa à Grammaticis dicuntur, quòd nunquam ferè eorum verborum actus sine desiderio fiant. Terent. *in And.* Obstetricem accerso. Fit autem Accerso, ab Accio: Arcesso verò ab Arcio, quod idem est: quum apud antiquos (ut Priscianus inquit) Ar pro Ad, poni consueverit; Aruenas, Aruentores, Arvolare, pro Advenas, Adventores, Advolare dicentes. Unde ostenditur rectè Arcesso, dici ab Arcio, quod nos Accio dicimus. Claud. *lib.* 3.

*Iuppiter interea sinistram Thaumantida nimbis,*
*Ire iubet, tectóque deos arcessere mundo.*

¶ Apud Virg. tamen *lib.* 4. *Georg.* pro attrahe ponitur.

*Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,*
*Quemque sibi tenuis nascentem arcessere vitas.*

¶ Accipitur interdum pro Accuso, κρίνω. Sallust. *in Iug.* Quos pernix capitis arcessebat, delicta patefierent. Cic. *in Verr. act.* 3. Quod tum magis invidioso crimine, quàm vero accersebatur. Et paulo pòst: Quis erit tam demens, qui te post quinquennium statuarum nomine accersat? Et alio loco, Arcessere aliquem crimine conjurationis, ἐπικαλῶ τινι ἐλευθερίαν. Sic Suet. *in Tib. cap.* 53. Accersitus etiam crimine veneni. Plaut. *Menæch. sc.* 2. *a.* 3. Accersit patrem filia, Et *ibid.* Ibo, atque accersam medicum. Suet. *in Claud. cap.* 21. Frigidis & accersitis locis. Senec. *cap.* 3. *de Tranquil.* Cibus nihil habens accersiti pretiosive. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 3. Accersam patrem istuc. Et *in Mil. sc.* 1. *a.* 1. Ad sese accersi jubet, ultrò amas, ultrò accersi iubes. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 3. Idem *Amph. sc.* 3. *a.* 4. Hunc me accersitum mittis, i. vocatum ad prandium. Et *in Asin. sc.* 2. *a.* 4. Ecquis curris Polinctorem accersere?

Accĕrsītus, a, um, Participium, Vocatus, { קרוי *karû. κεκλημένος ἐστὶν ὁ.* Gall. *Appellé, huché.* Ital. *Chiamato ad uno, citato.* Germ. Zu ihm beruffe/ beschitt. Hisp. *Llamado.* Angl. *Called upon.* } Cic. 2. *de Orat.* Etenim cavendum est, ne accersitum dictum putetur. ¶ Hinc proverbio datus est locus, Accersitum malum, ἐπικαλοῦμαι κακὸν, cùm quis sibi mali causam præbuerit. Hom. *Odyss. 6.* Vide in verbo *Accerso.*

Accĕrsītus, us, substant. { קריאה *mikrá. μετάκλησις ἀφίκνεται.* Gall. *Appellement, huchement.* Ital. *Il chiamare, il citare.* Germ. Beruffung/ beschickung. Hisp. *Llamamiento.* Angl. *Calling upon.* } Cic. 2. *de Nat. deorum*, Nam cùm feriis Latinis ad eum, ipsius rogatu, accersitúque venissem. Plaut. *Stich. sc.* 3. *a.* 1. Salve, tuo accersitu venio huc.

Accĕrsītŏr, oris, Vocator. { קורא *korê. ὁ κλήτωρ.* Gall. *Huissier, celuy qui va querir ou appeller quelqu'un.* Ital. *Chi va chiamar ò citar altri.* Germ. Ein Beruffer/ ein weybel der einen holet. Hisp. *Llamador.* Angl. *A caller.* } Plin. iun. *Epist.* 101. Altius ibi otium, & pinguius, eóque securius: nulla necessitate togæ, nemo accersitor ex proximo.

‖ Accessa, æ, pro accessus maris. C. ll. antiq.

Accessio, incrementum, lucrum. Item paroxysmus febris à primo insultu usque ad tempus consistentiæ. Lex. Med.

Accia, aliter Acceja, ἀκρωλόφιον. Gloss. ab acie rostri: unde Germanis Schepsen/ sicut Gallis *becasse*, à *bec* rostrum. Martialis *rusticam perdicem* vocat. Vulcanius in Gloss. *Pistores & Santones*, hodie vernaculâ suâ linguâ *accoja* appellationem retinere annotat.

Accidia, Acedia, pigritia.

Accidiari, accidiâ corripi. Voc. Bcc. ‖

Accido, ex Ad & cædo, Attenuo, circumcido, exhantio. { כרת *karat. κόπτω.* Gall. *Rogner, couper tout à l'entour.* Ital. *Tagliare, mettere al fundo.* Germ. Beharren/ bethneiden. Hisp. *Cortar y gastar.* Angl. *To make feble, to afflict.* } Liu. 2. *ab Vrbe.* Ita prælio uno accidit Veiinorum res, ut ne vallo quidem freti in oppida dilaberentur. Idem: Quam accisis res eorum satis constabit, id est, ἀκρωτηριάσαι, τὰ πλεονεκτήματα. Virg. 7. *Æneid.*

*Accisis coges dapibus consumere mensas.*

Accĭdo, ex ad & cado, quasi ad, id est juxta aliquid cado. Accedo, evenio, obtingo. { נפל *naphál. τυγχάνω.* Gall. *Cheir sur ou près quelque chose.* Ital. *Gittarsi davanti in ginocchione, accadere.* Germ. Zu ihm fallen. Hisp. *Caer, ò acontescer alguna cosa.* Angl. *To chance, to fall by anything.* } Suet. *in Cæs. & in Claud. cap.* 10. Lucullo tantum calumniarum metum injecit, ut ad genua sibi accideret. Cic. *Attic.* 1. Ad pedes omnium singulatim accidente Clodio. Liu. 2. *ab Vrbe.* Ubi accidit ad aures. Fabius accidit auribus (vox sup.) Accidere, vetustè positum cum accusativo sine præpositione. Plaut. *Stichо, sc.* 2. *a.* 1. Certo enim mihi patrem vocis sonitus aures accidit, pro ad aures, vel auribus. Sallust. *in Iugur.* Quos accidam? aut quos appellem? pro ad quos, vel ad quorum genua accidam? id est, quibus supplicem. Sic legit Donatus *in comment. in Heeyram*, licèt in quibusdam codicibus Sallust. corruptè legatur, quò accedam. ¶ Iureconsulti usurpant pro mori, in hac locutione, Si quid illi acciderit, ut & Græcis τελευτᾶν mortem significat. Si quid acciderit huic, Velleius de morte dixit. Et Suet. *in August. c.* 101. & *in Calig. cap.* 3. Vide Pomp. *l.* 162. *D. de verb. significatione.* In qua significatione & Cicusus est 2. *de Invent.* Cujus hæres non illo in testamento quisquâ scriptus erat, si quid pupillo accidisset. Item *in Antonium*, Si quid mihi humanitus accidisset: multa autem impendere videbantur præter naturam, præterque fatum. ¶ In tertia persona significat,

significat, præter spem venire : & hoc tam in bonum, quàm in malum. { קרה *karah.* συμβαίνειν, *evenire*, *contingere*. GALL. *Il advient, il est advenu.* ITAL. *Già accaduto, già occorso.* GERM. Es begibt sich offt es mag sich zu. HISP. *Es acontecido.* ANGL. *It chanceth.* } homini misero si ad malum accidit malum, i. accedit. Plaut. *Menæch. fc.* 3. *a.* 1. & *Mostell. fc.* 3. *a.* 1. Insperata magis sæpe accidunt, quam quæ speres. Et *Pseud. fc.* 3. *a.* 2. Ubi bene accidere, confidam, sperabo. Terent. *And.* Interea aliquid accidere boni. Cic. *de Amicit.* Nihil mali accidisse Scipioni putandum est. Ponitur etiam absolutè, fermente participia Ut. Cic. 3. *Verr.* Accidit quum ista Cn. Dolabella cogitasset ut se ad regem Nicomedem, regémque Sadalam mitteret, ut illo itinere veniret.

Accidens, { מקרה *mikreh.* συμβεβηκός. GALL. *Accident, une chose qui survient.* GERM. Ein zufall oder zufellig ding. ITAL. & HISP. *Il accidente, quel che avviene & sopravviene.* ANGL. *A accident, à chance.* } Vox est Dialecticis usitata, pro qualitate quæ adest & abest præter subjecti corruptionem : quod Cic. conjunctum, vel adjunctum vocat. Quint. *lib.* 5. *cap.* 10. Causa, tempus, locus, occasio, instrumentum, modus, & cætera sunt rerum accidentia : quanquam hîc Quintil. ea vocat accidentia, quæ aliis circumstantiæ. Gr. περιστάσεις. Accidentia quoque vocantur culus hominum. Quintil. Non molliri prosperis facilè, nec accidentibus frangi aut est, telum adversis.

Accidentalis, ab accidens, nomen adjectivum. Fab. Victorin. *in* 1. *Rhetor. Cic.* Illud præceptum est in faciendis generibus, & speciebus, & individuis, rem aut substantialem in omnibus esse servandam, aut accidentalem.

Accidentiâ, æ, verbale ab Accidit. { מקרה *keri.* συμβεβηκός. GALL. *Avanture.* ITAL. *L'avvenimento, La sorte, il caso.* GERM. Zufal. HISP. *Aquella obra de acontecer, o caer.* ANGL. *Eventure.* } Plin. *lib.* 32. *cap.* 2. Esse verò illam naturæ accidentiam, quod magis miremur, etiam in locis quibusdam oppositò occurrit exemplo.

Accio, accis, accivi, accitum. { קרא *kará.* καλέω, ἐπικαλέω GALL. *Appeller, envoyer querir, mander.* ITAL. *Chiamare à se.* GERM. Herzu beruffen. HISP. *Llamar de lexos.* ANGL. *To call for.* } Verbum rarum, idem significat quod Accio. Plautus *in Mil.* Vos modò curate, ego illum probè tam oneratum huc acciebo.

Accingo, gis, xi, ctum, ex Ad & cingo : instruo, armo : ferè cum ablativo jungitur : ut, Accingere se armis, ferro, esse, &c. { חגר *chaghár.* ἀναζώννυμι, ἀναζωσθῆναι, ἀναζωσάμενος. GALL. *Se trousser & mettre à point, s'accoustrer, & preparer à quelque chose.* ITAL. *Apparechiarsi, mettere à punto.* GERM. Sich vmbgürten, an oder anthun/ sich rüsten. HISP. *Poner haldas in cinta, aparetarse à hazer alguna cosa.* ANGL. *To gyd or prepare him self.* } Virg. 2. *Æneid.*

*Atque omnis facibus pubes accingitur atris.*

¶ Interdum aggredi, vel præparare. Habet autem vel dativum. Virg. *Æneid.* 1.

*Hîc se prædæ accingunt.*

Idem *lib.* 7.

*Accingunt omnes operi.*

Vel accusativum, etiam in passiva significatione. Idem *Æneid.*

——— *magis ad invitam accingier artes.*

pro, ad illas discendas præparari. Vel accusativum cum Ad, vel In. Livius, Proinde in hoc differi nemo, si juvat, accingere, id est, ad hoc periculum subeundum te para. Idem, Quin igitur ad hoc accingeris ? id est, cur hanc rem non aggrederis ? Accingere lumbos, de re quæ celeriter fieri debet. Itaque Heliæus ad servum Giezi : Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua, & vade : tractum ab Hebræis, qui tunicis utebantur ad talos fluentibus, ut perinde impediebatur gressus. Itaque opus erat accinctione, ut celeriter irent. ¶ Unde accinctos vocamus, industrios, paratos, expeditósque. Contrà, Discinctos, ignavos, incomptos, negligentésque. Sic Græce ἀζωνότερος.

Accinge, pro accingere. Pomp. *Maccio gemino* : Ego jam adero : dum ego revertor, age antè accinge ad molas.

Accino, is, ere, accinui, accentum, ex Ad & cano. { שׁורר *shirér.* ᾄδειν. GALL. *Chanter avec quelqu'un, s'accorder avec luy.* ITAL. *Cantar insieme & d'accordo con altri.* GERM. Zusingen/ mitsingen. HISP. *Cantar juntamente con mo.* ANGL. *To sing with another, to agree.* } Hinc accentus, us, et *accidia*, de quo infrà.

Accio, cis, civi, vel cii, citum, ex Ad & cio, significat advoco. { קרא *kará.* προσκαλεῖν. GALL. *Appeller à soy.* ITAL. *Chiamare à se.* GERM. Zů jm beruffen/ beschicken. HISP. *Llamar.* ANGL. *To call upon.* } Inde Accitus, advocatus. Virg. *lib.* 11. *Æneid.*

*Spem si quam accitu Æolidæ addidit armis.*

Cic. *ad Attic.* Tu invita mulieres, ego accier pueros. Tibul. *lib.* 4.

*Cùm memor accitos semper doctor admonet annos.*

Accire mortem conscientia. Velleius.

Accitus, us, ui, { מקרא *mikrá.* ἐπικλησις, πρόσκλησις. GERM. Beruffung/ fordrung. ANGL. *A calling.* } Cic. *in Verr.* Magistratus accitu eius evocantur. Virg. *Æneid. lib.* 5.

*Regina accitu cari genitoris ad urbem.*

Accipio, pis, Capio. { נשא *naschá*, לקח *lakách*, παραλαμβάνειν. GALL. *Recevoir, prendre.* ITAL. *ricevere, prendere.* GERM. Annemmen/ nemmen. HISP. *Tomar.* ANGL. *To take, to receave.* } Plaut. *Capt. fc.* 2. *a.* 3. Argentum accepi, nihil curavi cæterum. Et *Pseud. fc.* 2. *a.* 2. Volo summos viros magnificè accipere { de conviviis. } *Ibid. fc.* 2. *a.* 3. In loco festivo festivè accepti sumus. Et *Mostell. fc.* 4. *a.* 1. Is me hilari ingenio & lepidè accipiet { de conviva. } *Aul. fc.* 3. *a.* 2. Hos ut accipiat coquos, { id est, admittat. } *Ibid. fc.* 3. *a.* 4. Ego te præstigiator miseris accipiam modis. Et *Capt. fc.* 1. *a.* 4. Accipe à me hanc lætitiam quam fero tibi. *Amph. fc.* 1. *a.* 1. Accipi publicitus hospitio. *Ibid.* Ego te pro istis dictis & malefactis furcifer accipiam, id est, tractabo. *Ibid.* Comiter accipiet, Gell. *lib.* 9. *cap.* 10. Ædilis, qui convitia habebat, negat accipere, { i. appellari Ædilem renunciatum. } Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Trist.*

*Accepíque gravi vulnere ferre vetas.*

Senec. *cap.* 15. *de tranq.* Accipere placidè oportet humana vitia.



Multi & varii usus est hoc verbum : interdum enim est audire. Cic. *in Verrem.* Accipite veterum oratorum Archytæ. ¶ Interdum tenere. Terent. *in Heautont.* Clinia, alter de amore tuo, atque ei, accipis. ¶ Interdum cognoscere, intelligere. Cic. 1. *de natura deorum.* Quintus M. Catonem Græcas literas in senectute didicisse accepimus. ¶ Interdum concipere. Virgil. 8. *Æneid.*

——— *alii ventosi sollibus auras*
*Accipiunt, reddúntque.*

¶ Interdum recipere. Lucil. Sic, inquam, veteratorem illum veterem Sarsum Ambiviam accepimus. ¶ Interdum tractare, tam in malum quam in bonum. Terent. *in Adelph.* Ego abs te miseris sum acceptus modis. Cic. Roga ipsum quemadmodum ego eum Arimini accepi. ¶ Interdum probare : ut, Accipere legem populus dicitur, quam jubet & probat. Liv. Accipere nomen, pro eo quod vulgus Gallicum dicit, *Recevoir à la monstre.* Idem 1. *bell. Punic.* Itaque si suum nomen dictator acciperet, se comitiis intercessuros dicunt. Dicimus etiam accipere conditionem, colorem, fœdera, libertatem, &c. Hujus compositum est Præcipio. Accipere iudicium dicitur reus, cùm patitur à prætore dari iudices in eam rem, de qua movetur controversia. Cic. *in Orat. pro Quintio.* Iudicium quin acciperet in ea ipsa verba quæ edebat Nævius, non recusare. Vide Hotomanni Lexicon. ¶ Accipere alia quadam significatione ferè in verbum Afficior resolui potest, & cum ad bona, tum ad mala pertinet : ut, Accipit lætitiam, dolorem, &c. id est, afficitur lætitia, dolore. Inter accipere beneficium, & Recipere, discrimen est. Accipit aliquo beneficium, qui prius ei nihil contulit : Recipit, qui iam contulerat. Ex Seneca *de benefic.* Accipere in bonam, vel malam partem, est bene, vel malè interpretari dictum, aut factum alterius, quod ad nos pertineat : id est, de illo bene, aut malè iudicare. Huc pertinent, Accipere aliorsum, aliter, in eam partem, & similia. Accipere mancupio, vide *Mancupium.*

Acceptus, nomen ex participio, Gratus, vel jucundus. Plaut. *Capt. fc.* 3. *a.* 3. Esse tuo apud te is servus acceptissimus. Ovid. 3. *Fast.*

*Accepta Gentilis illa December habet.*

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Trist.*

*Commisi hæc igitur vestis accepta sub me,*
*Sed non exiguo crimine lapsa domus.*

{ נערץ *nirtsér.* φοβερός. GALL. *Agreable.* ITAL. *Quel ch' aggrada, & ch'è accettato.* GERM. Angenem. HISP. *Cosa cara y grata.* ANGL. *Acceptable.* } Cæsar 1. *bell. Gall.* Maximè plebi acceptus erat. ¶ Acceptum, accepti, absolutè dicitur quicquid ab aliis accipimus sine dono, seu mutuo, seu alio quovis modo. Plaut. *in Truc.* Hîc ratio accepti scribitur. ✠ Datum, sive Expensum. Unde tabulæ accepti & expensi dicebantur libri mercatorum, in quas referebant tam ea quæ accepissent, quàm quæ expendissent. Cic. *pro Roscio Comœdo.* Si tabulas Fannius accepti & expensi profert suas in suam rem suo arbitratu conscriptas, quo minus secundùm illas iudicetis, non recuso. Hinc, Accepeum referre, est pro accepto habere, & fateri se accepisse, etiamsi nihil sit acceptum : scribere in tabulis se accepisse. { συγχωρεῖν, συγκατάθεσις, ἀπόφασις. GALL. *Tenir pour receu.* } Plaut. *Mostell. fc.* 1. *a.* 1. Bene ratio accepti & expensi inter nos convenit. Sueton. *in Tiber. cap.* 13. Accepta referre legata peculio. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

*Acceptum refero vos filiumque esse nocens.*

Et notandum quod dicitur, Acceptum referre, non ferre : & rursus, Expensum ferre, non referre. { ITAL. *Haver per ricevuto, confessare il ricevuto.* GERM. Zůr empfangen haben. HISP. *Confessar ser lo devdor.* } Tracta est loquendi figura a civium Romanorum consuetudine, qui summa diligentia omnes tabulas accepti & expensi conficiebant, in quibus quid ab aliis accepissent, aut quid ipsi aliis erogâssent, perscribere solebant, quemadmodum ex Verrina cernis, itemque quinta, & multis aliis locis intelligitur : de quo plura suo loco fortasse dicturi. Hinc fit Acceptilatio, de quo infra. Dicitur etiam pro acceptum ferre, acceptum facere, & acceptum habere. *l.* 7. *de acceptilat.* A. Agerius Numerio Nigidio acceptum fecit. ¶ Accepto ferre rationibus aliquid, est quod Gallicè dicimus, *Coucher sur le livre du recen quelque chose*, ut *l.* 91. §. 4. *D. de leg.* 3. ¶ Accepto, vel acceptum rogare dicitur qui stipulatur an id quod promisit, creditor acceptum habeat. Contrà accepto liberare dicitur creditor, cùm debitori stipulanti respondet se acceptum habere. Hæc omnia fusiùs apud Hotom. *in Lexico.*

Accepto, as, are, frequentativum ab Accipio : significat accipere soleo. { קבל *kibbél.* δεξιοῦσθαι. GALL. *Accepter, prendre volontiers & souvent.* ITAL. *Accettare, ricevere spesso.* GERM. Offt nemmen/ oder vndersich nemmen. HISP. *Recebir muchas veces.* ANGL. *To take often.* } Plaut. *in Pseud.* P. Quid subitas dare ? R. Tibi ego dem ? P. Mihi hercle verò, qui res, rationésque heri Ballionis curo, argentum accepto, expenso. *Ibid. fc.* 2. *a.* 2. Item accepitare mercedes. Quintil. Accepso idem frequentativum, quo antiqui uti sunt. Pacuv. *in Teucro.* Haud finam quicquid profari prius quam accepso quod peto. Et Nonio. ¶ Sed aut erat Nonius, aut apud eum pro accipio est legendum accepero. Nam accepso pro accepero dixerunt veteres, non pro accipio ; ut levasso, pro levavero. Et in Pacuvii verbis haud sanè aliter accipi potest. Paulus Iurisconsult. *D. lib.* 26. *tit.* 7. *l.* 44. Sed si pupillus post pubertatem rationibus à tutore acceptis relaquationem ejus secutus usuras acceperit.

Acceptio verbale ab accipio. { קבל *mikbách.* λῆψις. GALL. *Prise, recepte.* ITAL. *Acceptamento, ricevimento.* GERM. Nemmung oder empfahung. HISP. *Aquella obra de recebir y confessar.* ANGL. *Receaving.* } Cic. *in Top.* Nam neque deditionem, neque donationem, sine acceptione intelligi posse. Vide supra verb. *accepto.*

Acceptor, alium verbale. { מקבל *mekhabbél.* δεκτής, ὑποδοχεύς. GALL. *Preneur, qui prend & reçoit.* ITAL. *Accettatore, chi riceve, & accetta.* GERM. Ein empfaher. HISP. *Recebidor.* ANGL. *A receaver.* } Plaut. *in Trin.* Qui illorum verbis falsis acceptor fui. ¶ Idem quod Accipiter. Lucil.

——— *Rebus acceptoris & magnis.*

Charis. *lib.* 1. *glossar.* Acceptor, ὑφέλκυστής.

Acceptrix, acceptricæ. Plaut. *Trucul. lib.* 2. *c.* 7. Des quantumvis, nusquam apparet neque latori, neque acceptricæ. A verbali Acceptrix, videtur formasse. Nomen est inusitatum & obsoletum.

Acceptilo, ‡ ἀπόκριτος. Gall. *Quittance, descharge par le creancier faite au debiteur.* Ital. *La quittanza, & ricevuta di qualche obligatione.* Germ. Ein quittung/ ein bekantnuß/ ein welcher man einen ledig sagt einer ansprach oder verbindung halben. Hisp. *Alualá de fin y quitto.* Angl. *An acquittance.* ‡ Est liberatio ‖ ut docet Modestinus ‖ quæ fit per interrogationem & responsionem, qua debitor liberatur. Ut si dicam, Quicquid tibi per stipulationem promisi, vel ex stipulatu debui, habésne acceptum? Et tu respondes, Habeo, acceptumque fero, id perinde est, ac si accepissem abs te per veram solutionem. Apocha verò ‖ inquit Ulpianus ‖ non aliàs, quàm si pecunia soluta sit, appellari potest.

Accipiter gentem, apud Lucret. *lib.* 4. Accipitres visæ, at Ovid. 2. *met.* Accipiter nulli avi satis æquus. ‡ γύπες, ἱέρακες. Gall. *Oiseau de proye, comme esprevier, faucre, faucon, & autres.* Ital. *Sparviere.* Germ. Ein Raubvogel/ als Habbich/ Sperber/ &c. Hisp. *Halcon, ò açor generalmente.* Angl. *A falcon, or any ravenous fowl.* ‡ Genus est ad omnes aves rapaces: cujus species sunt sexdecim: præcipuæ tamen sunt, Butteo, Triorchis, Æsalon: de quibus vide Plin. *lib.* 10. *c.* 9. Dictus est ab accipiendo, hoc est, à rapiendo. Terent. *in Phorm.* Non rete accipitri tenditur, neque milvio. Tantæ velocitatis hoc genus avium, ut inde hyperbolica paremia orta sit, Ocyor accipitre, ὠκύτερος ἱέρακος. Qua venustè utemur, si ad famam, aut nuncium, aut ejusmodi quippiam detorqueatur.

Accipitres, pro Iacerent, Gell. *cap.* 7. *lib.* 19. lege, *pro Lacerent*, ex Lævio Tragico.

‖ Accipitrina, Hieracium, lactuca sylvestris. Iun. ‖

Accisi, populi sunt ad Mæotim, quorum meminit Plin. *lib.* 6. *cap.* 7.

Accisso. ‡ משחק *hischchaceah*, חלאל *halál*, ἀσκίζω. Gall. *Estre hors du sens, dissimuler.* Ital. *Insettire, dissimulare.* Germ. Vngeschickte vnd närrische gebärd treiben. Item, nicht dergleychen thun. Hisp. *Hazer ò dezir necedades, dissimular.* Angl. *To be out of the wits, or to dissemble, to be mad.* ‡ Veteres dixerunt pro ineptire, delirare vel insanire: item pro dissimulare ea, quæ maximè cupimus. Utrumque tractum est à moribus Accûs aniculæ adeò ineptæ atque deliræ, ut & cum imagine sua in speculo reddita, tanquam cum altera muliere colloqueretur, & vestes nondum pertextas, à tela soleret detrahere, atque induere. Hinc proverbium manavit. In annis accisſat, ἐπὶ τοῖς ἑαυτοῦ ἀσκίζεται: in eum qui sibi placet, sesèque quasi contemplatur in annis, ut traditum est de Accone muliere, quæ ad speculum ineptè sibi blandiebatur. Illud etiam in moribus habuit peculiare, ut recusaret quod maximè cupiebat. Unde ab ejus quoque nomine Accismum dictum volunt, ἀκκισμὸν, fictam dissimulationem, quum scilicet, quæ maximè cupimus, nos velle dissimulamus. Cic. *Attic.* 2. Hoc, opinor, certi sumus, perisse omnia: quid enim ἀσκίζῃ tandiu: hoc est, quid dissimulamus? De hoc adagio vide Lucianum & Olympiodorum.

‖ Accitabulum, quasi accitum ferro sonabulum. P. ‖

Accitana colonia, ἀκκιτανὴ κολωνία, recensetur à Plinio in Hispania citeriore, in conventu Carthaginensi. Vide Plin. *lib.* 3. *c.* 3.

Accius, ἄκκιος. Tragœdiarum scriptor fuit, tanta sententiarum gravitate, verborumque pondere, ut Decius Brutus vir amplissimus, templorum ac monumentorum suorum aditus illius carminibus exornaverit: habitus tamen est duriusculus, neque aliter fieri poterat in prima illa nascentis adhuc Poëtices raditate. Vide Crinitum *de Poëtis Latinis.* ¶ Fuit & alter historicus, de quo Cic. *de leg. lib.* 1. Hinc Accianus. Gell. *c.* 16. *lib.* 3. Idem Accii, quod Titii.

Acclāmo, are, Exclamo. ‡ קרא *kará*, צעק *zaák*. ἐπιφωνέω. Gall. *S'escrier en la faveur, ou desfaveur de quelqu'un, luy favoriser, ou contredire par cry.* Ital. *Gridare in favore ò in disfavore d'una cosa.* Germ. Zuschreyen mit erhebter stimm. Hisp. *Dar vozes à las vezes de otro, llamar dando vozes.* Angl. *To cry or shout to ganesland or agree to crying.* ‡ Cic. *pro Cæcin.* Populus cum tisu acclamavit ita esse. ¶ Acclamare alicui, pro In favorem alicujus. ¶ Acclamare in aliquem, id est, Reclamare, ut indignantes faciunt.

Acclāmātio, verbale. ‡ צעקה *zeakáh*. ἐπιφώνημα. Gall. *Escry, acclamation, cri.* Ital. *Tal, ridamento in favore ò disfavore.* Germ. Zuschreyung. Hisp. *Aquella obra de dar vozes assi.* Angl. *Chonting.* ‡ Cic. *Att. lib.* 1. Credo te ex acclamatione Clodii, &c.

Acclāmito, frequentativum. ‡ צעק צעוק *banahgkehudáh*, צעק *zahák*, שרק *schineat*. συρφετὸν, ἐπαφίημι. Gall. *Souvent crier contre ce que dit quelqu'un, ou en luy favorisant.* Ital. *Gridar' in favore ò contro spesso.* Germ. Vil und offt mit lauter stimm zuschreyen. Hisp. *Llamar dando vozes muchas vezes.* Angl. *To shouth often.* ‡ Plaut. *in Amph.* Et quæ sunt factæ, infecta esse acclamitat. Alii legunt, *infecta refert acclamitat.*

‖ Acclibanum, obliquum. Isid. Gloss. ‖

Acclinē, adjectivum, Flexum, incurvatum, iacens, humile. ‡ משופע *meschuppah*. נטוי *natúi*. ἐπικλινὴς. Gall. *Inclinè, panché.* Ital. *Inclinato.* Germ. Hetzuhaltend/ neigend. Hisp. *Inclinado ò acostado hazia otra cosa.* Angl. *Which bowether croketh.* ‡ Et propriè in descensu dicitur. Hier. Scabellum accline, & ex una parte obliquum. Dicitur & Acclinus, a, um, sicut & interclinus: quo usus est Ambros. *in Egef.* Civitas, inquit, præruptæ undique propè erat, interclina rupibus.

Acclino, as, Ad aliquid flecto, inclino. ‡ בטח *bitáh*. κλίνω. Gall. *Encliner vers quelqu'un, pancher.* Ital. *Condescendere, inclinarsi.* Germ. Hetzuhalten/ oder neigen. Hisp. *Inclinar ò acostar hazia otra cosa, consentir con otro.* Angl. *To incline, or bowe, to leane to any thing.* ‡ Liv. 4. *ab Vrbe.* Haud gravatè acclinaturos se ad causam Senatus, pro Assenturos causæ Senatus. Ovid. 10. *Met. Acclinatáque colla Medullæ in plumis.*

‖ Acclinus, Acclinis, declinus, declinis. Gloss. Salmas. ‖

Acclīvis, sive Acclivus, a, um, pen. n. Quod est leviter erectum, & ad-duum, & propriè de ascensu dicitur, quasi in clivum acuminatum & sensim elevatum. ‡ ἀνάντης, ἀνάντωτος, ἀναφὴς. Gall. *Eslevé en montant, aigu par haut.* Ital. *Erto, alto, elevato.* Germ. Vbersich gehalten. Hisp. *Cosa cuesta arriba.* Angl. *Stay.* ‡ Cic. *Quint. fratri.* Ea viæ pars valde acclivis est. Ovid. 5. *Fast.*

*Leviter acclivo constituêre jugo*, & 2. *Metam.*

Liv. *lib.* 8. *d.* 4. Placidè acclivi colles. ✠ Declive, sive Declivum, quod est inclinatum, atque incurvum.

Acclivitas, ‡ שפע *éschedh*. ἀναφὴς. Gall. *La montant d'une terre, une legere roideur de montagne.* Ital. *La montana, herta.* Germ. Dan ringe aufsteigen eines hubels/ oder hergehungen orts. Hisp. *Aquel recuesto, cuesta arriba.* Angl. *The playnes of a hill.* ‡ Cæsar, Ab eo flumine pari acclivitate collis nascebatur.

Acclūdo, is. Vide in dictione, *Claudo.*

Acco, accûs, Ἄκκος, teste Plutarcho, nomen est mulieris cujusdam, vel potiùs terriculamenti, cujus metu solent matres pueros in officio continere, & à peccando deterrere. Item aniculæ cujusdam deliræ nomen, de qua vide plura in dictione *Accisso.*

Accognito, notum facio, & promulgo. Sinn.

Accolo, lis. Apud, sive juxta colo. Cic. *in somn. Scip.* Ea gens quæ locum illi accolit. Plaut. Saluto te vicine Apollo, qui ædibus propinquas nostris accolis. ‡ שכן *schachan*. παροικέω. Gall. *Demeurer auprés, estre voisin.* Ital. *Habitar vicino, ò à canto.* Germ. Beywohnen/ nachtwohnen. Hisp. *Morar cerca de lugar.* Angl. *To dwallnie.* ‡ Liv. *lib.* 4. Hi dimissis circa omnes populos legatis, qui Hetruscum mare, quique Tyberim accolunt, ad frumentum mercandum. Plin. *lib.* 4. Persæ rubrum mare semper accoluêre. Et *lib.* 3. *c.* 1. Accolitur dextra lævaque crebris oppidis. ¶ Accolere vitem. Catul. *in Epithal.*

Accolens, accolentis, participium. παροικῶν. Plin. Ante has est sphinx vel magis mirunda, qua sylvestria sunt accolentium.

Accŏla, Vicinus, ab Accolendo, id est, juxtà habitando dictus. ‡ שכן *schachén*. παροικῶν. Gall. *Habitant auprés, voisin à quelqu'un.* Ital. *Vicino, habitante.* Germ. Nachbawr/ der nahe bey einem wohnet. Hisp. *El morador cerca algun lugar.* Angl. *A neithgbour.* ‡ Accola montis, qui propè montem habitat. Accola Padi, Accola campi: qui juxta Padum, juxta campum habet domum. Liv. *lib.* 1. Pastor accola eius loci, nomine Cacus, ferox viribus. ¶ Aliquando idem significat quod popularem, sive concivem: ut 6. *Verr. & lib.* 10. apud Livium semel atque iterum. ¶ Idem est quod colonus, in Marcello. *lib.* 1. *c.* 13.

Accommŏdo, as, Adhibeo, adapto, adaptè colloco. ‡ תקן *tikén*. חכן *hechin*. ἁρμόζω, συμβιβάζω. Gall. *Accommoder, approprier.* Ital. *Accommodare, adattare.* Germ. Zufügen. Hisp. *Ayuntar una cosa à otra.* Angl. *Tomak feate.* ‡ Cic. *lib.* 2. *de Orat.* Africano illi superiori coronam sibi in convivio ad caput accommodanti. Idem *lib.* 1. *offic.* Qui se ad Rempublicam, & ad magnas res gerendas accommodavêre. ¶ Et dativè, Accommodare animum majoribus negotiis. Suet. *in August. cap.* 98. Accommodare se alicui, & sequi eius partes. Idem *in Tib. cap.* 48. Accommodare se ducem & assertorem alicui. Suet. *in Galba, c.* 9. ¶ Accommodare idem aliquando quod Commodare. Plaut. Cùm ædes pauperi accommodasset. Senec. Accommoda mihi paulisper eloquentiam, i. commoda. Sed hoc rariùs. Itaque eleganter & doctè distinguit Corn. Front. Commodo & Accommodo. Cómodat, inquit, aliquis mutuam pecuniam: Accommodat equo ephippium, id est, aptat. ¶ Accommodare alicui de habitatione. Cic. *Mem. lib.* 13. Peto igitur à te maiorem in modum, quod sine tua molestia fiat, ut ei de habitatione accommodes. ¶ Accommodare etiam Iurisconsulti dicunt, pro benignè & ex æquo & bono contra summi iuris regulas concedere, *l. filio, D. de vit. nupt.* Filio in libertatem paternam idem iuris quod ipsi patrono ex sententia legis accommodatur.

Accommŏdatus, id est, aptus. ‡ מכון *mucchán*, נכון *nachón*. ἐπιτήδειος, ἁρμόδιος. Gall. *Propre, apte, convenable.* Ital. *Accentio, atto, accommodato.* Germ. Zugefügt/ darzu tomlich. Hisp. *Ataviado, ayuntado.* Angl. *Feate apte, meete.* ‡ Cic. *in Orat. contra Rull.* Numeri singulis orationis generibus accommodati.

Accommŏdātè, adverbium, id est, Aptè. ‡ ἐπιτηδείως. Gall. *Proprement, bien à propos.* Ital. *Accommodamente, ben à proposito.* Germ. Reumlich/ geschicklich/ bequem. Hisp. *Ayuntadamente.* Angl. *Featelie or aptelie.* ‡ Cic. *lib.* 1. *de Orat.* Primum oratoris officium esse ad persuadendum accommodatè.

Accommŏdātio, nis, ipse actus accommodandi. ‡ מתכונת *mutchónet*. ἁρμόδιος. Gall. *Appropriation, application.* Ital. *Accommodatione, adattatione.* Germ. Reumlichkeit/ zufügung. Hisp. *Ayuntamiento.* Angl. *Appliyng.* ‡ Cic. *de Invent.* Elocutio est idoneorum verborum & sententiarum ad inventionem accommodatio.

Accommŏdus, a, um, idem quod Accommodatus, aptus, idoneus, ἐπιτήδειος. Virg. 1. *Æneid.*

*Est curvo anfractu vallis, accommoda fraudi.*

Accrēdo, is, ex Ad & credo, unà credo, credentibus accedo: sicut Assentio, sive Assentior, ad sententiam accedo. ‡ אמן *heemin*. πιστεύω, ὑποκρίνομαι. Gall. *Adjouster foy, croire à ce qu'on dit.* Ital. *Consentire.* Germ. Glauben geben/ mit einer glauben zustimmen. Hisp. *Consentir, creer à otro.* Angl. *To consent, to believe, that which one sayeth.* ‡ Colum. *lib.* 2. Idque etiam non spernendus autor rei rusticæ Saserna videtur accredidisse. Hor. *lib.* 1. *Ep. ad Val.*

*Scribere te nobis, tibi nos accredere par est.*

Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Quisnam ibhæc tibi accredat Cinede calamistrate.

Accrēduo, is, obsolerum verbum, idem quod accredo. Plaut. Neque divini, neque humani mihi posthac quicquam accreduas. Rectius tamen dixeris, accreduas pro accredideris, esse à Plauto positum: ut & suas apud eosdem veteres, pro fueris, legitur.

Accrēsco, is, crēvi, ex Ad & cresco, idem quod Cresco, augeor. ‡ גדל *nesáph*. ἐπαύξησις, ἐπαύξομαι. Gall. *Croistre, accroistre.* Ital. *Accrescere, aumentare.* Germ. Zuwachsen. Hisp. *Acrecentarse ò augmentar.*

augmentar. Angl. *To growe, to increase.* } Cic. *de Invent.* Plumen subitò accrevit. Sallust. *in Cic.* Quæ si tibi falsa objicio, redde rationem, quantum patrimonii acceperis, quid tibi ab illis accreverit. Plaut. *Curc. sc.1.a.1.* Valetudo decrescit, tam accrescat labor.

Accrētus. Cornel. Sev. *in Ætnam.*

*Et lapsa accrescunt recudis ignibus apta.*

Id est durus solidus, concretus, non spongiosus & punicus.

Accrementum, accrementi, idem quod incrementum. { תרבית *tarbith.* ἀυξησις, *incrementum.* Gall. *Accroissement.* Ital. *Accrescimento, crescimento, aumento.* Germ. Zuwachsung. Hisp. *Crescimiento.* Angl. *Increase.* } Plin. *lib.9. cap.2.* In mari autem latè supino, mollique ac fertili accrementi, accipiente causas genitales è sublimi, sempérque pariente natura, plerique etiam monstrifica reperiuntur.

Accrētio, nis, Incrementum, ipse actus accrescendi. { פרבות *Marbék.* } Cic. 1. *Tuscul.* Lunámque accretione & diminutione luminis, &c.

Accubo, luxtà cubo, adjaceo, accumbo, discumbo, שכב *scachab.* κατάκειμαι, συνανάκειμαι, παρακάθημαι. Gall. *Gesir auprés, estre couché joignte* Ital. *Giacere, sedere appresso.* Germ. Beyligen/ nåben einem ligen. Hisp. *Asistarse cerca alguno como à la mesa.* Angl. *To ly by.* } Plaut. Accubat mecum. Sueton. *in Cæs.* Me rogas quid agas? Accubas: an pro accumbas, ab accumbo, is. Plaut. *Most.* Quin unabò accubas. Idem *ibid.* Ubi liber licet ire accubitum. Idem *Men. sc.1.a.2.* Cum filio tuo libera accubat. Idem *Ps. sc.2.a.5.* Cocta sunt, iube ire accubitum. Idem *Menach. sc.4.a.2. ibid. sc.2.a.3.* Theatrum summæ magnitudinis, Tarpeio monti accubans. Cic. 4. *Tuscul.* Morem apud majores hunc epularum fuisse, ut deinceps qui accubarent canerent ad tibiam clarorum virorum laudes. Accubare in convivio, Suet. *in Cæs.* Cicer. Vide *Accumbo.* ¶ Accubare, pro Jacére. Senec. *in Hyppol.* Hippolytus (heu me) flebili voto accubat, hoc est, mortuus jacet, ut optatò. Et Suet. *in Cæs. cap.71.* accubuerit, pro jacuerit.

Accŭbātio, verbale. Cic. *de Senect.* Accubatio epularis amicorum. Idem *in Officiis*, Status, incessus, actio, accubatio. { שכבות *schichbáh.* κατάκλισις. Gall. *Assiette à table.* Ital. *Il sedere à tavola.* Germ. Ein beyligung. Hisp. *Assentamiento à la mesa.* Angl. *Sitting at the table.* }

‖ Accubitationes, accubita. Salmas. ‖

Accubitio, accubatio. Cic. *lib. de senect.* Bene enim majores accubitionem epularum amicorum, quasi vitæ conjunctionem haberet, convivium nominarunt. Alii legunt, Accubationem.

‖ Accubitor cubiculi, qui caput est puerorum, qui sunt in cubiculo, Cubiculariòque præest, & Procubitori cubiculi. Codin. Buleng. ‖

Accŭbĭtŭm, accubiti, sive Accubita, accubitæ, lectus in quo cubatur interdiu. Accubitorum usus non erat ante triclinia. Interpres Iuvenalis. { משכב *mischchab.* ἀναπαυτήριον. Gall. *Petit lict sur lequel on dort le jour, lict de repos pendant le jour.* Ital. *Letto dove si dorme di di.* Germ. Ein gutschen/ oder tagebetth/ auff dem man am tag schlafft. Hisp. *El lugar para se assentar à dormir de dia.* Angl. *Abed to sleip on in day tyme.* } Unde apud Lampridium de Commodo scribitur, non accubuisse nisi in accubitis, quæ pilum leporinum non habuissent, aut plumas pudicum subalareis. Hæc alio nomine dicuntur Anaclinteria. ¶ Hinc accubitalia dicuntur stragula, quibus hoc genus lecti solet operiri. Vide Cælium *lib.16. cap.29.* & *lib.27. cap.15.*

‖ Accubuò, & assiduò, id est diligenter, quasi accumbendo & assidendo. ‖ vox a Plauto ficta per iocum. Truc. *lib.2. c.4.*

Accŭbĭtŭs, lus jus accŭbĭtus. Ipse accubandi actus. { סבב *mesab.* ἀνάκλισις. Gall. *Assiette, couchement.* Ital. *Giacimento.* Germ. Die beyligung. Hisp. *Assiento amiento.* Angl. *Lying, sitting.* } Plin. *lib.18.c.2.* Plerique hominum triclinii accubitu iere per lectos.

‖ Accucula, acutus, solers. Isid. Gloss. ‖

Accūdo, is, Cudendo addo, & propriè de pecunia dicitur. { צור *tsur.* ἐπιτύπτω, ἐπιχαράσσω. Gall. *Forger dessus, battre monoye.* Ital. *Battere dinari, martellar.* Germ. Dinga schmeden. Hisp. *Herir à acuñar.* Angl. *To forge, to beate upon.* } Plaut. *in Merc.* Tres minas accudere etiam possum, ut triginta sient.

Accumbo, is, idem quod Accubo, παρανάκειμαι. Et in hac significatione ferè habet derivum. Est etiam Accumbere, mensæ assidere sumendi cibi gratiâ, vel convivio interesse. { משב *bittach.* ישב אל השלחן *iaschab el hallschem.* ἀνακλιθῆναι. Gall. *S'asseoir à table.* Ital. *Sedere à tavola.* Germ. Zu tisch sitzen. Hisp. *Assentarse à la mesa.* Angl. *To ly, to sit at the table.* } Cubabant enim antiqui veteres. Cic. *Pis.* Accubueram hora nona, quum id literarum exemplum in codicillis exaravi. Dicitur & Accumbere epulis. Cic. *pro Mur.* Qui quotidianis epulis in robore accumbunt, ἐπὶ τῇ ξένων παρασκευῇ. Plaut. *Mostel. sc.3.a.1.* Melius est ire intro atque accumbere. Et *sc.3. a.1. ibid.* Age, accumbe: puer appone mensulam.

Accŭmŭlo, as, amplificо, & quasi ad cumulum addo, augeo, coacervo. { צבר *tsabár.* ἐπισωρεύω. Gall. *Amasser, accumuler, entasser, assembler en un monceau.* Ital. *Amassare, ammontonare, ridurre in massa.* Germ. Zusamen hauffen. Hisp. *Amontonar sobre montones.* Angl. *To heap, to enlarge.* } Cic. *pro leg. Agrar.* Vix jam videtur locus esse, qui tantos acervos pecuniæ capiat: auget, addit, accumulat.

Accŭmŭlāre vitem, arborem, radices, & similia, est quod vulgus Gallicum appellat, *rechausser*: cui contrarium est Ablaqueare. De hoc vide Plin. *lib.10.c.19. lib.18.c.24. lib.19.c.5.*

Accumŭlātio, verbale, apud Plin. *lib.17.c.26.* { קבץ *kibbúts*, צבר *tsibbúr.* ἐπισώρευσις. Gall. *Amas, amoncelement.* Ital. *Ammassamento, accumulatione.* Germ. Zusammlung/ zusamen hauffung. Hisp. *Amontonamiento amiento.* Angl. *Heaping.* } Communia arborum remedia, accumulatio, ablaqueatio.

Accŭmŭlātīve, adverbium. { חמרים חמרים *chomarim chomarim.* σωρηδόν. Gall. *A monceaux.* Ital. *Accumulamente.* Germ. Zauffetrag. Hisp. *A montones.* Angl. *By heapes.* } Cic. *Gallo de lib.* 13. Cùm diceret omnia te accumulatissimè & liberalissimè procuratoribus suis pollicitum esse. Cic. *ad Her. lib.2. ad finem.*



Accŭro, m. per simplex r. Curo, guberno. { חשובי לב *heshbi leb*, הקשיב *hiqshib*, חרד *charád.* ἐπιμελοῦμαι. Gall. *Soigneusement faire ou penser de quelque chose, en prendre soing.* Ital. *Diligentemente curare, accortamente operare.* Hisp. *Obrar con diligencia.* Angl. *To do any thing diligentlie, to tak cure, in doing any thing.* } Plaut. *in Rud.* Eho, pentum meum lepidè accurabo, hoc est, curabo, ut efficiam quod mihi mandatú est. Idem *Men. sc.3.a.1.* Scin' quid te volo accurare? E. scio: curabo quæ voles. *Ibid.* Libe prandium accurarier. Idem *Men. sc.2.a.1.* Illud præcavendum & accurandum est mihi. Cic. *de Invent.* Melius accurantur, quæ sine consilio administrantur.

Accūrātus, Magna cura factus, meditatus, exquisitus. { חרד *charádh*, חשבי לב *hashbi leb.* Gall. *Fait soigneusement.* Ital. *Fatto con grand accorgimento.* Germ. Mit sonderbarem fleiß und sorg gemacht. Hisp. *Hecho con mucho cuydado, diligencia.* Angl. *Done diligentlie.* } Liv. 4. *belli Macedonici*, Sed oratione etiam longa, & accurata infectatus sit rogationem nostram.

Accūrātè, adverb. Diligenter, studiosè, exquisitè, ἐπιμελῶς. Gall. *Soigneusement.* Ital. *Accortamente.* Germ. Fleissiglich/ sorgsamlich. Hisp. *Con mucho cuydado.* Angl. *Diligentlie, with travell.* } Cic. *ad Brutum.* Literis tam accuratè scriptis. Accuratiùs ædificare, Cæs. *de bell. Gall. lib.5.* Plaut. *Capt. sc.1.a.1.* Accuratè, doctè, diligenter hoc agatur.

Accūrātio, cura, diligentia. { חרדות *charadhóth.* ἐπιμέλεια. Gall. *Soing.* Ital. *Accortezza.* Germ. Fleiß/ sorgsame. Hisp. *Cuydado.* Angl. *Cure, diligence.* } Cic. *de Clar. Oratoribus*, At inveniendis componendisque rebus mira accuratio.

Accŭrro, ris, per duplex rr. Ad aliquid curro. Plaut. *in Amph.* Accurro ut scisscam. Cic. 2. *de Divin.* Ita nobis audientes sunt, ut simul ac velimus accurrant. { προτρέχω. Gall. *Accourir.* Ital. *Correr à l'incontro à qualche cosa.* Germ. Hinzu lauffen. Hisp. *Correr hazia lugar.* Angl. *To rinne, to assemble.* } ¶ Accurritur Impersonale. Tacit. *lib.1. Annalium.* Accurritur ab universis, & carcere effracto, solvunt vincula. Plaut. *Men. sc.3.a.5.* Clamabas Deûm atque hominum fidem, cùm ego accurro atque eripio.

Accursus, huius accursus, verbale, ἐπιφορά. Apùd eundem Tacitum *lib.1.* Accursu multitudinis, quæ cum Druso advenerat, processus est.

Accusiorum colonia, εἰς Ἄουσιον, Ptol. Vrbs Allobrogum esse creditur, quæ postea à Gratiano Gratianopolis dicta est. Aliàs Acus, uno c.

Accūso, as, frequentativum est ab Accudo, sicut docet Priscianus. Componitur enim ex Ad, & cuso, quod à Cudo deducitur. Ex quo composita, Incuso, & Recuso. Quamquam non desint, qui dicant Accuso ex Ad, & causa, seu causor, componi. Sed magis audiendus est Priscianus, quia magis commoda sit compositio à cuso frequentativo verbi Cudo, quod cusum supinum facit. Imò ad causam dicendam voco, ut recuso & excuso. Plaut. *Curc. sc.3.a.2.* Nequeo durare, quin herum accusem meum. Ovid. 13. *Met.* Accusóque Parin; prædæque Helenámque poseo. *Ibid.* An falso Palamedem crimine turpe est accusasse mihi, &c. Plaut. *Men. sc.2.a.5.* Si quid ille deliquerit, multò tantò illum accusabo, quàm te accusavi amplius, i. objurgabo. Est autem Accusare propriè (ut ait Valla) apud iudicem, vel alium, & aliquando apud illum quem accuses, ostendere peccatum. { תוכיח *hochiach*, חלשין *hilschin*, ריגהל *rigghél.* κατηγορῶ, ἐγκαλῶ. Gall. *Accuser, reprendre.* Ital. *Accusare.* Germ. Anklagen/ beschuldigen. Hisp. *Acusar delante el que puede punir.* Angl. *To accuse, to blame.* } Terent. *in Prol. Andria.* Qui quum hunc accusant, Nævium, Plautum, Ennium accusant. Dicimus autem, Accuso illi, apud illum, vel coram illo magni sceleris, aut de magno scelere. Cic. 4. *Verr.* I: apud C. Sacerdotem rei capitalis accusatus. Idem *Attic. lib.4.* Non committam posthac ut me accusare de litterarum negligentia possis. Idem *pro Sext. Roscio*, Sexcenti sunt, qui inter sicarios & de veneficiis accusantur. Id observatum ferè comperi, ut quod peccati nomen exprimit, genitivo: quod minùs, ablativo poneretur: ut, Te accusavi homicidii, alióque nefario scelere. Incusare verò, est alterius mores reprehendere: & plerumque cum querela, quòd ab illo injuria sis affectus, μεμψις. Accusare, inquit Servius, & Incusare hoc differunt, Incusare propriè est superiorem arguere: ut in Terentio, pater ad filium, Quid me incusas Clitipho? Accusare verò, vel parem, vel inferiorem: ut in eodem ad maritum uxor, Me miseram, quæ nunc quam ob causam accuser, nescio. Et hoc proprietatis est, licèt usus ista malè corrumpat. Hæc Servius *Æneid.2.* Cæsar tamen ipse linguæ Latinæ magister hanc differentiam neglexit, 1. *Comment.* Omnium ordinum adhibitis ad id consilium centurionibus, vehementer eos incusavit. ¶ Accusare inertiam alicujus, pro culpare, reprehendere, vituperare. Sic, accusare vitium, culpâ, aut crimen alicujus: hoc est, eum vituperare, & est figura Græca, quia Latinè potiùs dixeris, accusare inertiæ, aut de inertia.

Accūsātor, verbale, qui accusat. { מלשין *malschin*, מוכיח *mochiách.* ἐγκαλῶν, κατήγορος. Gall. *Accusateur.* Ital. *Accusatore.* Germ. Ein anklager. Hisp. *Acusador.* Angl. *An accuser.* } Cic. 1. *de Finibus.* Plerumque improborum facta suspicio insequitur, deinde sermo atque fama, tum accusator, tum iudex. ¶ Accusatrix, κατηγόρος. Gall. *Accuseresse. ou Accusatrice.* Ital. *Accusatrice.* Germ. Ein anklägerin. Hisp. *Acusadora.* } Plaut. *Asl. 3. sc.1.* Tu mihi accusatrix ades.

Accūsātio, verbale. { תוכחות *torbelhóth*, שטנה *sitnáh.* κατηγορία, αἰτία. Gall. *Accusation, blâme.* Ital. *Accusa, biasmo.* Germ. Anklagung, beschuldigung. Hisp. *Acusation.* Angl. *Accusation, blame.* } Cic. *in Bruto*, Accusationes facitare dixit, quod Tacitus exercere dixit. Cic. *pro Cæcilio*, inter accusationem & maledictionem quid interfit, docet. Accusatio, inquit, crimen defigerat, rem ut definiat, hominem ut notet, argumento probet, teste confirmet. Maledicto autem nihil habet propositi præter contumelium.

Accūsātōrĭus, ria, rium, quod ad accusationem pertinet, κατηγορικός: ut, Liber accusatorius, in quo continentur accusationes. Cic. *pro Cluent.* Non accusatorio animo, non ostentatione aliqua, aut gloriæ adductum. Quint. Accusatoriam vitam vivere. Et Liv. *lib.2. ab Urbe*, Accusatorio spiritu causam dicere. Idem *lib.3. d.1.* Accusatoria voce.

Accūsātōrĭē, adverbium, κατηγορικῶς. Cic. 4. *Verr.* Ne quis hoc me in-

gis accusatorie, quàm liberè dixisse arbitretur. Idem 6. *Verr.* Liv. *lib.* 10. *d.* 4.

Accūsabilis, *adjectivum*, αἰτιατὸς, quod accusatione, aut reprehensione dignum est. Cic. 4. *Tusc.* Quorum omnium accusabilis est turpitudo.

Accūsātīuūs, a, um, per quod quis accusatur, κατηγορικὸς. Unde Accusativus casus dictus est, quia per hunc vel accusare, vel laudare solemus. Dicitur etiam Incusativus, vel Causativus, & Laudativus.

Accūsātus, a, um, incusatus, reprehensus, in judicium vocatus. Cic. *de Orat.* Æschines à Demosthene capitis fuit accusatus.

Acc, vide *Acca*.

‖ Accedeo, est negligo, contemno, fastidio, inusitatum Latinis, pro quo tamen usi sunt *Accidio*, hoc est, anxium esse. Ab hoc verbo est *accedior*, verbum deponens in sacris Bibliis tantùm in usu, estque accidiâ affici, seu fastidire, & anxium esse.

Accēdiā ἀκηδία, Latinè pigritia, tristitia, tædium, anxietas. ΑΝΟΝ. *Slouth, fulnesse, sluggishnesse.* Vide *Accidia*.

Accēdīci, ἀκηδεῖς, populi fuerunt in quarta regione Italiæ, qui olim Æquicolis paruerunt. Vide Plin. *lib.* 3. *c.* 12.

Accela, sive Accle, ἄκελα, civitas est Lyciæ, ita dicta ab Acelo Herculis & Malidis Omphales famulæ filio. Vide Stephanum.

‖ Acelibanum, obliquum. Isid. Gloss. ‖

Acelum, ἄκελον. Oppidum Italiæ in ora Venetorum. Vide Plin. *cap.* 19. *lib.* 3.

Acentra, ἄκεντρα, dicuntur, quæ sunt sine aculeis, centrisve, id est, punctis.

Acēntētā, quæ & Acentra, dicuntur gemmæ, quæ læves sunt, & mucrones non habent, quasi sine punctis centrisve. Plin. *lib.* 37. *c.* 2. *de crystallis.* Quæ verò sine vitio sunt, puras esse malunt, Acenteta appellantes. Her. *Barb.*

Acēo, es, ui, Acidus sum, Acorem sapio. { סר *sár*, חמץ *chamáts*. ὀξύζω. GALL. *Estre aigre.* ITAL. *Acetire, essere agro.* GERM. Saur oder essechtig sein. HISP. *Ser azedo.* ANGL. *To besower.* } CATO *cap.* 148. *de re rust.* Vini quadragenæ urnæ dabuntur, quod neque acerat, neque muceat. Præterea usus est Vlp. *l.* 1. *de peric. & comm. rei vend.* Si vinum venditum acuerit, inquit, emptoris erit damnum.

Aceōsus, a, um, adjectivum ab Aceo, es. { ὀξῶδης. GALL. *Suraigre, ou tirant sur l'aigre.* ITAL. *Agro, acetoso.* GERM. Saur essechtig. HISP. *Azedo.* ANGL. *Sower tasted.* } Propriè dicitur id quod acuit, id est, in acorem versum est, ut vinum acidum, Plin. *lib.* 10. *c.* 70. Culices acida petunt, ad dulcia non avolant. Virg. 3. *Georg.*

*Hic noctem luco ducunt & pocula lati*
*Fermento, atque acidis imitantur vitea sorbis.*

Acida lingua, id est, mordax, ac dicax. Seneca. *Controvers. lib.* 10. *in* 5. Hominem acidæ linguæ, & qui nimis liber erat: de *Asinio.*

Acidi fructus dicuntur, quibus jucundi acoris sapor inest. Col. *lib.* 5. *c.* 10. Et acidæ venæ fontium. Vitr. *lib.* 8. *c.* 3.

Acidulus, a, um, ὀξύδης, aliqua ex parte acidum, quod subacidum dicitur. Plin. *lib.* 15. *c.* 15. post Autumnalia acidulo sapore jucunda. Dictæ sunt aquæ acidulæ, ut Lincestis fluvii, vini modo inebriantes, teste Plin. *lib.* 2. *c.* 103.

Acēsco, is. Acidus fio. { ὀξύνω. GALL. *S'aigrir, devenir aigre.* ITAL. *Agrire, inacetire, inagrire.* GERM. Saur oder zu essig werden. HISP. *Azedarse.* ANGL. *To make sower.* } Horat. *in Epistol.*

*Syncerum est nisi vas, quodcunque infundis, acescit.*

Colum. *lib.* 12. *in r.* 16. In quo agro vinum acescere solet.

Acētum, Acre vinū. { חומץ *chómets*. ὄξος. GALL. *Vinaigre.* ITAL. *Aceto.* GERM. Essig. HISP. *Vinagre.* ANGL. *Vinegre.* } Colum. *lib. de arb. c.* 3. Vites quæ exiguum dant fructum, aceto aceri cum cinere rigato. Suet. *Calig. c.* 37. Aceto liquefactus est. Gell. *lib.* 17. *c.* 8. Acetū omniū maximè frigorificum est, atque id nunquam tamen concrescit. Acetum pro Lætitia, venustè transtulit Plaut. *in Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Ecquod habet aceti in pectore. Et *in Bacchid. sc.* 3. *a.* 3. Nunc experiar, sitne acetum tibi peracre in pectore. Hoc est proverbii metaphora, num quid sit, vel acrimoniæ, vel indignationis. Nam acida palatum juvant, acuúntque & irritant stomachum. Horatius acetum pro mordacitate dixit. At Græcus postquàm est Italo perfusus aceto, Perfusus exclamat. Quod & proverbii speciem habet, *lib.* 1. *ferm.* 7.

Acor est sapor acidus, qualis est in aceto, & in fructibus quibusdam, qui ad aceti saporem accedunt. { ὀξύτης, ὀξύτης. GALL. *Aigreur.* ITAL. *Saper agro, brusco, gar e.* GERM. Saure. HISP. *Agrura, azedura.* ANGL. *Sowrenesse.* } Colum. *lib.* 7. *c.* 8. Lac requietum celeriter acorem concipit. Et *lib.* 12. *c.* 13. Cæsi per acetum dèportati acore vitiantur. Quint. *lib.* 9. *c.* 3. In cibis interim acor ipse jucundus est.

Acéphalus. { ἀκέφαλος. GALL. *Sans teste.* ITAL. *Senza capo.* GERM. Der kein haupt hat. HISP. *Sin cabeça.* ANGL. *Without a head.* } Latinè sine capite dicitur, ab α, & κεφαλὴ, caput. Unde & Acephali versus, sine capite dicuntur, qui in genere heroico à brevi syllaba incipiunt. ¶ Et Acephali, vel Acephalitæ, hæretici quidam dicti sunt, quoniam nullus inveniri autor, à quo exorti sunt. Hi duarum in Christo substantiarum proprietatem negant, & unam in eius persona prædicant naturam. ¶ Acephali sacerdotes, qui sub nullius Episcopi disciplina gubernantur. Cæsius *lib.* 3. *antiquar. lect. cap.* 12. ¶ Acephala fabula, id est, imperfectus sermo, vel fabula nondum absoluta, apud Platonem.

Acer, ĕris. Arbor est, formâ & magnitudine tiliæ non absimilis, verùm cortice paulò scabriore. { σφένδαμνος. GALL. *Erable.* ITAL. *L'acero, l'arese.* GERM. Ein Maßholder baum oder ein ahorn. HISP. *El arce.* ANGL. *A maple tree.* } Plin. *lib.* 16. *c.* 15. autor est in hac arbore duo tubera inveniri, unum bruscì nomine, alterum molusci: quorum illud intortum & crispum, hoc simplex & sparsum facit. Utrumque discurrentibus venis, aspectu jucundissimum est; speciosus tamen molusci, adeòque haud dubiè citro præferretur, si mensarum amplitudinem caperet. Est autem Acer neutrius generis, contra Pusicianum, qui muliebris generis esse putavit. Ovid. *in Eleg.*

—— *At quondam vile fuisse acer.*

Ex hac arbore fiebant mensæ, quæ proximam citreis dignitatem obtinebant. Corripit autem Acer substantivum primam syllabam, quam adjectivum eandem producat.

‖ Acerarium, lutum cum paleis mixtum. Festus, ab acus, aceris: vel propriùs ab aceto. In Onomastico est acero ἀχρίω. ‖

Ăcĕrnus, a, um, quod ex acere confectum est, σφενδάμινος. Virg. 2. *Æneid.*

*Præcipuè quum jam trabibus contexitur acernis*
*Suarez equus.*

Ovid. 3. *Fast.*

*Prodit, & in salio medius consedit acerno.*

Ăcĕr, hæc acris, hoc acre, à quo Acrior & Acerrimus, propriè ad vinum acetum, & hujusmodi quæ acida sunt, pertinet. Interpres Iuvenal. acre aceto, *Sat.* 10. Velleius, acer belli juvenis. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 3. Heu morbum acrem & durum. Ovid. *El.* 9. *lib.* 4. *Trist.*

—— *sparget tamen acer arenam*
*Taurus.*

{ חומץ *chometz*, מר *mar*. ὀξύς. GALL. *Aigre, aspre.* ITAL. *Agro, brusco.* GERM. Saur, scharpff. HISP. *Agrio, fuerte.* ANGL. *Sower.* } Colum. *lib.* 3. Radice tenui vitem præscindito: plagam acri aceto pariter ac lotio permista terra linito, eodémque radices irrigato. Medici tamen, quorum est ex saporibus simplicium medicamentorum vires discernere, Acrem saporem, δριμὺ, ab acido distinguunt, acria nimirum appellantes, quæ ori admota, & ab illo calefacta ipsum vicissim recalfaciunt, atque accendunt, & mordicant, præque levitate ad caput sublevata, obvia quæque incidunt: ut ex Platonis *Timæo* annotavit Galen. *lib.* 1. *de facult. simp. med.* Plin. *lib.* 11. *c.* 53. Difficulter perficiuntur omnia in cibis acria. ¶ Acre vinum, quod in acetum degeneravit. ὀξίτης οἶνος, vel potiùs ὄξος. ¶ Transfertur ad alia, & modò pro forti ponitur. Virg. *Æneid.* 9.

*Haud acrem dubites in prælia poscere Turnum.*

¶ Modò pro veloci. Idem *lib.* 4.

*At puer Ascanius medio in vallibus æri*
*Gaudet equo.*

Idem.

—— *Calidúmque animis, & cursibus acrem.*

¶ Modò pro acuto. Cic. Acri homo ingenio. Gell. *c.* 8. *lib.* 4. acri avaritiâ homo. ¶ Modò pro vehementi. Idem *in Hortens.* Aut Philippo brevius, aut Theopompo acrius. Sic acrem hostem dicimus vehementem, id est, durum, fævum. ¶ Modò pro diligente. Virg.

*Jam tum acer curas venientem extendit in annum.*

Cic. 1. *Offic.* Sic nos si acres, ac diligentes esse volumus animadversores vitiorum, magna sæpe ex parvis intelligemus. Suet. *in Galb. c.* 9. Acer & vehemens in coërcendis vitiis.

Acerrimè, vehementissimè. Cic. Acerrimè cadere, vel reprehendere aliquem.

‖ Acerbitudo, acerbitas. Gell.

Aceries, securis genus. Cat.

Ăcrĭmōnĭa, est qualitas mordax, linguam calefaciens, qualis est in pipere, sinapi, allio & cepa. { מרורה *merorâh*. δριμύτης. GALL. *Aspreté, force & peinte, femme d'oignon, & choses semblables.* ITAL. *Asprezza, aggrezza, la punta & la mordacità di ogni ò altra cosa, acerbità.* GERM. Scherpffe, bäsle. HISP. *Agrura, aspereza, fieraleza.* ANGL. *Schairpnesse that byteth the tounge.* } Et propriè quidem usus est Cato *de re rust. c.* 157. *de bracsica Pythagorea.* Et si ulcus acrimoniam ejus ferre non poterit, farinam hordeaceam miscero. Et Colum. *lib.* 10. Abstineat omnibus redolentibus esculentis, ut sallamenta, & eorum omnia liquamina: item fœtentibus acrimoniis, allii, porri, caparum. ¶ Transfertur verò ponitur pro vehementia, δεινότης. Author ad Heren. *lib.* 4. Hæc exornatio cum multùm venustatis habet, tum gravitatis, & acrimoniæ plurimùm. ¶ Item pro severitate, sive ea in vultu, sive in verbis, aut etiam in rebus consistat. *Ibidem*, Convenit igitur in vultu pudorem & acrimoniam esse. Et paulò pòst, Licentia si nimium videtur acrimoniæ habere, multis mitigationibus lenietur.

Acerītās, atis, denominativum ab adjectivo Acer, idem significans quod Acredo, vel Acrimonia. שמרור *tamrûr*. δεῖνωσις. Gell. *lib.* 13. *c.* 3. Sicut autem nihil quicquam interest, suavitudo dicas, an suavitas: acerbitudo, an acerbitas: acritudo, an { quod Accius *in Neoptolemo* scripsit } acritas: ita, &c.

Ăcrĭtūdo, inis, & Acredo, inis. { מרירות *merirûth*. δεῖνωσις. } Idem quod acrimonia: tametsi nonnunquam ἐμπειρικοὶ pro aciditate, vel etiam acerbitate positum inveniatur. Vitruv. *lib.* 8. *cap.* 9. Fieri autem naturaliter hoc ideo videtur, quòd acer, & acidus succus subest in cavernis, per quam egredientes venæ intinguntur acritudine. ¶ Acritudo, σφοδρότης apud Gellium, vehementia, sive acritas. *lib.* 10. *c.* 17. In libris veteribus memoria extat, quod par fuit quondam vigor, & acritudo, amplitudóque. P. R. utitur eadem voce *lib.* 13. *c.* 2.

Ăcrĭtĕr, adverbium ab Acer: vehementer. { ἐξαίρετα, ὑψηλῶς, σφόδρα. GALL. *Aigrement, asprement.* ITAL. *Fieramente, con vehemenzia.* GERM. Hefftiglich, scharpff dapferlich. HISP. *Agra, aguda y fuertemente.* ANGL. *Sowerlie, vehementlie.* } Cic. *in Pis.* Acriter intelligere. Tacit. *lib.* 19. Satis paruit iis, qui principum offensas acriter speculantur. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 2. Quid agitur? amantes, atque egetur acriter.

Acero, Aceratus, Acerosus, vide *Acus, eris.*

Ăcerbĭtās, species est saporis, qualis est in fructibus immaturis, terrestri quadam substantia linguam contrahens, exsiccans, atque exasperans: non alia ratione differens ab Austero, quam quòd vehementius adstringat, ut rectè docet Plato *in Timæo*, & post eum Galen. *lib.* 4. *de simp. med. faculs. c.* 27. { φυσικὴ, πικρία. GALL. *Aigreur, asprété.* ITAL. *Acerbità.* GERM. Die herbe vnd saure oder bittere der vnzeitigen früchten. HISP. *Agrura, amargura.* ANGL. *Egernesse, or tartnesse.* } Translativè ponitur pro asperitate & crudelitate. Suet. *in Calig. c.* 2. Acerbitate verborum afficere. Cic. *Q. Fr.* Iracundia exorabilis, ut in malis acerbitati anteponenda est. Idem, Nec acerbitatem sententiarum, nec differendi spinas probavit. ¶ Aliquando pro molestia, sive tristitia potiùs, ex miseria & calamitate contracta: ut, Syllam temporis acerbitatem subterfugere, apud Ciceronem. Idem *in Catil.*

Mihi hæc consilio Consulatus data est, ut omnes acerbitates, omnes dolores, cruciatúsque perverterem.

Acerbitudo, idem quod Acerbitas. Gell. *lib.* 13. *c.* 3. Ut nihil quicquam interest suavitudo dicas, an suavitas, sanctitudo, an sanctitas, acerbitudo, an acerbitas, acritudo, an acritas.

Acerbo, as, Aspero, Exacerbo. { מרר *hemar.* πικραίνω, παροξύνω. Gall. *Aigrir, s'engreger un mal.* Ital. *Inacerbire.* Germ. Verbittern. Hisp. *Hater agrio i amargo.* Angl. *To sharp up to wrath.* } Claudian. *lib.* 1.

*Nec patrum cedunt, flammat communis in arma*
*Virginitas, crimenque fori rapuisse acerbat.*

Hoc est exasperat.

Virg. 12. *Æneid.*

*Vel quum se pavidum contra me jurgia fingit,*
*Artificis scelus & formidine crimen acerbat.*

Hujus compositum est Exacerbo, quod est valdè acerbè, vel asperè turbo.

Acerbus, a, um, propriè dicitur, quod sapore vehementer adstringente præditum est, linguámque gustatum contrahit, & exsiccat: ut post Platonem docuit Galen. *lib.* 1. *de facult. simpl. medic.* { מרורי *meriri,* מר *mar. ægrotit.* Gall. *Revesche, qui agace les dents.* Ital. *Acerbo.* Germ. Bitter/ bæb/ onzeitig/ rauch. Hisp. *Agro, amargo.* Angl. *Eger or sower tasted.* } Differtque ab Austero, ut majus à minori. Nam quæ vehementer adstringunt, Acerba, στυφὰ, dicuntur: quæ mediocriter, Austera, στύφοντα. Et quæ acerba sunt, ita gustatu molesta fauces afficiunt, ut iterum gustare nolimus. Hinc locus proverbio, Post acerba prudentior, μετὰ τὰ δριμέα ἐγένετο σωφρονέστερος. Congruet in eum, qui suo malo redditus est cautior. Uva primò est peracerba gustatu, deinde matura dulcescit. Cic. *de Senect.* Translate ponitur pro vehementi, duro & aspero: & tam ad res, quàm ad personas refertur. Ovid. *Ad.* { *lib.* 1. *Trist.*

——— *malè fidus rebus acerbis,* { i. duris. }

Et 4. *Fast.*

*Et pecus ante diem partus edebat acerbos.*

Et 2. *Fast.*

——— *in partus mater acerba suos.*

Unde Acerbum vulnus, Acerba mors, πικρὸς καὶ ἄωρος. Virgil. *lib.* 6.

*A fluit atra dies, & funere mersit acerbo.*

Plaut. *Amphit.* Qui multa Thebano populo objecerunt funera. Et *Asin. se.* 3. *a.* 3. Acerbum funus filiæ facies: sic carendum est. Senec. *c.* 9. *de Consol. ad Marc.* Acerba funera infantium. *Ibid. c.* 17. Nullum non acerbum funus est quod parens sequitur. *Ibid. c.* 16. Acerba mors Livii, Drusi. Tractum à fructibus immaturis, quæ nimia acerbitate gustui molesti sunt & injucundi. Cic. *Fam.* 1. Eo die acerbum habuimus Curionem. ¶ Acerba pro Acerbè adverbio. Lucret. *lib.* 5.

*Asper, acerba tumens, immani corpore serpens.*

¶ Acerbum, substantivum. Ovid. *lib.* 5. *Tristium. Eleg.* 2.

*Detrahat ut multum, multum restabit acerbi.*

Acerbè, acerbiùs, acerbissimè, adverb. Asperè. { πικρῶς. Gall. *Aigrement, asprement.* Ital. *Aspramente, duramente.* Germ. Bitterlich/ hartlich. Hisp. *Agramente, duro, severo, aspero.* Angl. *Egerlie, tartlie.* } Cic. 1. *Offic.* Ea bella minùs acerbè gerenda sunt. Idem 1. *Tusc.* Acerbiùs exigere dixit.

Acerra, Arcula, in quam thus reponi solet, quo diis sacrificatur. Festus. { מחתה *machtah.* θυμίατον. Gall. *Encensoir.* Ital. *Cassetta de l'incenso, navicella.* Germ. Ein Rauchfass. Hisp. *El vaso à navezilla del encienso.* Angl. *Aship which was used in the , church to put frankensence in.* } Thuribulum vulgò dicitur. Festus putat esse aram, quæ ante mortuum poni solebat, in qua odores incendebant. Cornutus scribit esse pateram in qua libatur. Virg.

——— *& plena supplex veneratur acerra.*

Acerræ, ἄστεα, oppidum est in sexta regione Italiæ, in tractu Umbriæ. Vide Plin. *lib.* 3. *c.* 14. ¶ Est & alterum hujus nominis oppidum mediterraneum Campaniæ, ad Clanium amnem, cujus frequenti inundatione penè est exhaustum. Ad quod alludit Virg. *lib.* 2. quum ait,

——— *vacuis Clanius non æquus Acerris.*

Hujus incolæ dicti sunt Acerrani, quorum meminit Plin. *lib.* 3. *c.* 5.

Acersecomes, { ἀκερσεκόμης. Gall. *Qui n'est point tondu.* Ital. *Zazzeruto, chi basta zazzera.* Germ. Ungeschoren/ der vil haar hat. Hisp. *El que tiene la cabelladuras no trasquilada.* Angl. *Unshorne.* } Idem quod intonsus, sive capillatus. Iuven. *Sat.* 3.

——— *si nemo tribunal*
*Vendit acersecomæ.*

Hoc epitheto apud Græcos insignis est Apollo, quemadmodum & apud Latinos Intonsi cognomine. Dicitur autem Acersecomes ἀπὸ τοῦ ἀείρειν τὴν κόμην, id *supra vel ejicio*, hoc est ab intonsa coma.

Acervus, Cumulus: & ut Varia vult, propriè minutarum rerum, ut frumenti, leguminis. { ערמה *tel. ἐπίθημα.* Gall. *Un monceau, un tas.* Ital. *Cumulo, mucchio, massa.* Germ. Ein hauff/ sürnemlich kleiner dinger/ als korn/ erbsen/ &c. Hisp. *Monton de cosa menudas, como sal.* Angl. *An heap.* } Pass. Ab aggerendo puto, velut Agervus. Tib. *lib.* 4.

*Latior eluxit strues os super ignis acervos.*

Plaut. *in Pseudolo,* Quibus cunctis montes, maximi acervi frumenti sunt domi. Aliquando tamen majorum: ut, Acervus scutorum. Accipitur etiam translatè pro rerum affluentia: ut, Acervus honorum, ἀγαθῶν σωρὸς, quum opes non pondere, neque numero, sed acervatim congestas, & ipso cumulo inutiles intelligimus. ¶ Simile huic est, Bos apud acervum, βοῦς ἐπὶ σωρῷ, de splendidè amplitérque viventibus. Aut, ut ait Suidas, de iis qui in media rerum copia constituti, non fruuntur bonis præsentibus tui. Strues autem est præcipuè lignorum: Strages cadaverum interfectorum, uno in loco jacentium, sive hominum, sive brutorum: Sarcina utensilium.

Acervatim, Sumenatim, per acervos, conjunctim. { חברים חברים *chomarim chomarim.* σωρηδὸν. Gall. *Par monceaux.* Ital. *L'uno addosso l'altro & facto alcun mucchio.* Germ. Haufechtig/ mit hauffen.

Hisp. *Amontonados.* Angl. *By heapes.* } Cæsar, Plerique acervatim se de vallo præcipitaverant. Columel. *lib.* 9. *c.* 13. Quum vinum spissi pellis incolit, sub terra acervatim cuncta reponuntur: acervatim dicere, quasi promiscuè & nullo servato ordine. Cic. *Claven.* Acervatim tamen ubique dicam Judices.

Acervo, as, Accumulo, { צבר *tsabar.* σωρεύω. Gall. *Amonceler, entasser mettre en un tas.* Ital. *Accomolare, ammassare.* Germ. Zusammen häuffen. Hisp. *Amontonar.* Angl. *To heap.* } Plin. *lib.* 22. *c.* 4. Phura undique acervabimus. Quintil. *lib.* 9. *c.* 3. Nec verba modò, sed sensus quoque idem facientes acervantur.

Acervatio, verb. { קבץ *kibbets,* צבר *tsabar.* σωρεία. Gall. *Amas, amoncelement.* Ital. *Ammassamento.* Germ. Häuffung. Hisp. *Amontonamiento.* Angl. *Heading.* } Plin. *lib.* 11. *cap.* 53. Acervatio saporum postilla.

Acervalis, & hoc acervale. Cic. 2. *de Divin.* Argumentationes, quas Græci Soritas vocant, acervales appellat, his verbis: Aut quemadmodum Sorites respondeas: quem si necesse sit, Latino verbo licebit acervalem appellare: sed nihil opus. Ut enim ipsa Philosophia, & multa verba Græcorum, sic σωρίτης satis Latino sermone tritum est.

Aces, ἄκης, fluvius est in Asia, Chorasmiorum, Parthorum, Hyrcanorum, Sarangorum, & Thomanorum regiones irrigans, de hoc Herod. *lib.* 3.

Acesa, ἄκεσα, oppidum est Macedoniæ, cujus cives dicuntur Acesæi, ἀκεσαῖοι. Vide Stephanum.

Acesamenæ, ἀκεσαμεναί. Oppidum est Macedoniæ, conditum ab Acesamene, uno eorum, qui in Pieria regnaverunt. Vide Steph. Gentile est Acesamenius, ἀκεσαμήνιος.

Acesco, vide *Aceo.*

Acesius, Patareus acupictor nobilis fuit, qui cum Helicone Carystio, Palladis, quæ Athenis in arce colebatur, peplum pinxit. Unde etiam nobilia opera & insigni arte confecta, vulgato proverbio Acesi Heliconis opera dicebantur. Ἀκεσίου ἢ Ἑλικῶνος ἔργα.

Acesias, ἀκεσίας. Nomen est imperiti medici apud Diogenianum, qui magis augebat morbos, quàm tollebat. Hinc fit, ut in proverbium abierit, Acesias medicatus est, ἀκεσίας ἰάσατο: quando quo magis malo nitimur occurrere, tanto magis ingravescit. Autor Diogenianus. Vide Eras. *in Adag.*

Acesinvs, ἀκεσίνης. Fluvius Orientalis, qui in Indum fluvium cadit, magnus & navigabilis: circa quem ferunt arundines tantæ magnitudinis nasci, ut singula internodia incolis præstent vicem navigii. Estque gemnifer. Plin. *lib.* 4. *cap.* 12. & *lib.* 6. *cap.* 20. Strabo Acesinem vocat.

Acesium, Apollinem apud Heleos, eundem Pausanias putat, quem Alexicacon vocant Athenienses. Cæl. Ant. *lib.* 9. *c.* 19. & id ratio nominis confirmat.

Acesis, ἄκεσις, genus est chrysocollæ, diversæ ab orbitide. Vide Plin. *lib.* 33. *cap.* 5.

Acesius, ἀκέσιος. Novatianorum Episcopus fuit, sub Constantino Imperatore: de quo vide Suidam.

Acestæus, ἀκεστικός. Nauta ignavissimus, qui semper lunam accusabat, ut parum navigationi opportunam. Hinc locus Adagio. Acestæi luna, ἀκεστικὴ σελήνη. Itaque Acestæi dicti sunt comperendinatores, quibus nunquam ad bene agendum tempus est opportunum. Diogenianus.

Acestis, ἄκεστις Stephano. Urbs Siciliæ, ab Aceste rege sic nominata, quæ eadem postea Segesta dicta est, ut inquit Servius Virg. 5. *Æneid.*

*Urbem appellabunt permisso nomine Acestam.*

In ea partem suorum reliquit Æneas, quum peteret Italiam.

Acestes, ἄκεστης, Filius fuit Crinisi fluminis Siciliæ ex Egesta Trojana muliere, ut testatur Servius Virg. 5. *Æneid.*

——— *recepit Acestes*
*Horridus in jaculis, & pelle Libystidis ursæ.*

Hic jam senex, primò Anchisen & Æneam Italiam petentes suscepit hospitio, & mortuum Anchisen in Eryce monte Siciliæ sepelivit. Demum iterum à Carthagine redeuntem Æneam, quò illum venti impulerant, suscepit: abeuntem vino, & aliis muneribus, memor veteris amicitiæ, liberalissimè prosecutus est.

Acestides, ἀκεστίδες, fornaces sunt ferreæ, prægrandésque, in quibus fit cadmia. Dioscor. *lib.* 5. *in c. de cadmia.*

Acestis, is. Fluvius Indiæ navigabilis: juxta quem Alexander Macedo Bucephalam urbem condidit.

Acestium, Acestii. Nomen mulieris proprium, apud Pausaniam.

Acetabulum, ab accipiendo dicitur, ut Hermolao placet: seu potiùs ab Aceto. Mensuræ genus est, quod Græci ἡμίξεστον appellant, Cotylæ quartam partem continens, hoc est, drachmas xv. ¶ Acetabula quoque in corporibus dicuntur pyxides { ut Anatomici vocant, } quibus coxendices infiguntur, & circa quæ vertuntur ossa coxarum, ἰσχία. Plin. *lib.* 28. *c.* 11. Item ossa ex acetabulis pernatum, circa quæ coxendices vertuntur. ¶ Acetabula item sunt veluti quidam calculi in iis piscibus, qui molles appellantur, ut in polypo. Plin. *lib.* 9. *c.* 30. Præterea negat esse ullum atrocius animal ad conficiendum hominem in aqua: luctatur enim complexu, & sorbet acetabulis, ac numerosis suctu detrahit eum. ¶ Acetabula sunt etiam præstigiatorum vasculi, sive calculi, quibus astantium oculos præstringunt. Seneca *lib.* 6. *epist.* Ista sine noxa decipiunt, quomodo præstigiatorum acetabula & calculi, in quibus me fallacia ipsa delectat. ¶ Latini etiam herbam quandam vocant hoc nomine, quam & Græci ὀξυλάπαθον appellant, quòd folia habeat concava, & quodammodo in acetabuli formam tornata: alio nomine Umbilicus Veneris dictus. ¶ Acetabulum abusivè dici potest de rebus aliis, quæ similitudinem quandam referunt acetabuli, quod in corporibus esse, suprà dictum est. Quintil. *lib.* 8. *c.* 6.

Acetare, dicebant veteres quod nunc dicimus agitare. Festus.

Acetaria, quibusdam dicuntur herbæ, seu cibaria, quæ ex aceto sumuntur ad excitandam cibi cupiditatem, quales sunt herbæ virentes, quas aceto, oleóque guttarum instillato concinnamus. { Gall. *Vinaigrettes, salades, ou autres choses en vinaigre.* Ital. *Cose composte in aceto.*

*aceto.* GERM. *Salsch/ die Keuter so man auff Essig setzt.* HISP. *Cosa compuesta con vinagre, como ensalada.* ANGL. *Sallets.* } Fiunt & ex herbarum radicibus acetaria. Plin. *lib.* 20. *cap.* 20. Stomachum in acetariis sumpta corroborat: de portulaca loquitur. Græci, ὀξύζωμον appellant, quasi aceto tinctum, παρὰ τὸ ὀξεῖ καὶ ζώειν. } ¶ Acetaria dici quoque possunt carnes minutim concisæ, quæ ex aceto sumuntur.

¶ Acetosa, oxalis, herba. Iun. ‖

Xacētum, vide *Aceto, as.*

Acetum, oppidum est Colchidis in ripa Phasidis.

Xchæi, ἀχαιοί, Ponti accolæ, Orchomeniorum colonia.

Xchæmĕnēs, cum diphthongo, ἀχαιμένης. Nomen primi Persarum regis (ut scribit Herodotus,) à quo reges omnes usque ad Darium descenderunt. Hinc Persæ dicti sunt Achæmenii, & Achæmenidæ. Fuit alius, Xerxis frater, hoc nomine. Luc. *lib.* 2.

——— *ceniuret in arma*
*Mundum, Achæmeniis decurrant Medica Susis*
*Agmina.*

Xchæmĕnĭă, ἀχαιμενία, pars Persidis, ab Achæmene Ægei filio. Autor Stephanus. ¶ Inde Achæmenius, id est, Persicus, vel Parthicus. Lucanus,

*Passu Achæmeniis longè decurrere campis.*

Achæmenides, ἀχαιμενίδης. Fuit unus ex sociis Ulyssis, Ithacus, Adamasti filius: à quo apud Cyclopas relictus, vitam in sylvis aliquandiu radicibus fructibusque sylvestribus sustinuit, donec eòdem delatus Æneas, navigationis suæ comitem eum assumpsit. Vide apud Virg. *Æneid.* 3.

Achæorum portus, ἀχαιῶν λιμήν. Portus est in Troade, sub promontorio ejusdem nominis: ita dictus, quòd ibi Græci classis suæ stationem habuerint, quo tempore Troianis bellum inferebant. Hujus meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.

Xchăĭă, ἀχαΐα, propriè dicitur Peloponnesi regio Septentrionalis secundùm littus sinus Corinthiaci, ab ipso Isthmo, usque ad Araxum promontorium & Eliorum agrum ad Occidentem extensa: ita dicta ab Achæo Xuthi filio, ut tradit Strab. *lib.* 8. Hæc & Ægialus dicta, quòd penè tota littoralis sit, præcipuáque suas urbes habeat, secundùm mare extensas. In hac urbes fuerunt, Bura & Helice à mari absumptæ: item Sycion, Ægira, Ægion, & multæ aliæ, quas enumerat Plin. *lib.* 4. *c.* 5. Hanc Ptolomæus, ut ab Hellade distinguat, Achaiam propriè dictam appellat. Plin. verò hanc solam Achaiæ nomine dignatur. Ptolomæus verò Achaiæ nomine (quoties nihil addit) latissimam regionem intelligit extra Peloponnesum, quæ à Plinio Hellas, sive Græcia dicitur: quæ quidem ab Occidente Epirum, à Septentrione Macedoniam habet, & partem Ægei maris: ab ortu quoque partem Ægei maris usque ad Sunium promontorium: à Meridie Ionium mare iuxta littus, quod ab Acheloo amne usque ad Isthmum extenditur. Hujus partes sunt Attica, Bœotia, Locris, & reliquæ, quæ enumerantur à Plin *lib.* 4. *c.* 7. & Ovid. 13. *Metam.*

——— *auxilium promittis Achaia.*

Xchæus, vel Achivus, ἀχαιός, propriè dicitur, qui ex Achaia oriundus est. Ovid. 4. *de Pont.*

*Nec potes infestis conferre Charybdin Achais.*

Sæpe tamen uno nomine accipitur pro quibusvis Græcis. Idem 13. *Metam.*

——— *quos vobis semper Achivi*
*Profuit*, &c.

Ibidem,

——— *vires subduxit Achivis.*

Horat. *in epist. ad Lol.*

*Quidquid delirant reges plectuntur Achivi.*

¶ Fuit etiam Achæus, poëta quidam Eretriensis, Tragœdiarum scriptor, paulò junior Sophocle, qui fabulas 44. docuit: unâ autem vicit. ¶ Fuit & alter ejusdem nominis Tragicus poëta, Syracusis oriundus, qui & ipse decem fabulas edidit, quemadmodum autor est Suidas.

Xchāĭcus, a, um, ἀχαϊκός, id est Græcus. Virg. 2. *Æneid.*

*Et Danaûm solita naves, & . cheica castra.*

¶ Et Achaicum mare dicitur quod Achaiam Græcorum provinciam ad Meridiem & Occidentem alluit.

Xchæĭās, dos, ἀχαιάς. Ovid. *Epist.* 3.

*Inter Achaiadas longè pulcherrima matres.*

Sunt qui legant Achaiadas.

Xchāīs, dis. Ovid. 5. *Metamor.*

*Per tot ramenias, per tot Achaidas urbes.*

Xchāīs, ἀχαΐς, oppidum est situm ad Orientalem plagam maris Hircani, non procul ab Oxo amne, quod antea Heraclea dicebatur, donec ab Antiocho Seleuci filio instauratum, Achaias cœpit appellari. Vide Plin. *lib.* 6. *cap.* 16.

Achana, fluvii nomen in Arabia, non procul ab Euphrate: de quo Plin. *lib.* 6. *c.* 28.

Achane, ἀχάνη, genus erat mensuræ frumentariæ, apud Persas, capiens medimnos Atticos 45. Gell. *lib.* 8. *cap.* 9 docet esse vasis genus, in quo commeatus eorum includebatur, qui ad Theorias mittebantur. Vide Suidam, Eustath. & Arist. *schol.*

Achani, ἀχανοί, populi sunt Scythiæ, qui & Acharni, ἀχαρνοί, dicuntur à Theopompo. Autor Stephanus.

Achar, nomen civitatis, quæ nunc Nizibis appellatur.

‖ Acharistus, beneficii accepti immemor.

Acharistia, ingrata memoria, animus ingratus.

Acharista medicamenta, quibus satis gratiæ referri nequit. Cels. ‖

Acharitanum, ἀχαριτανόν, oppidum liberum est in Africa propriè dicta: ab ea parte, qua spectat tractum Cyrenaicum. Plin. *lib.* 5. *c.* 4.

Acharnæ, ἀχαρναί. civitas est Græciæ, in Attica regione, totius ejus tractus olim potentissima. teste Thucyd. *lib.* 2. ¶ Verba Thucydidis sunt, ἐπεὶ δὲ ἐγένοντο ἐς ἀχαρνὰς καὶ μέρος τι Κρωπίας, ἔστησαν καὶ ἐστρατοπεδεύσαντο, i. Donec Achamas pervenerint locum agri Attici maximum, unum de us, quos vocant pagos, Vide Stephanum. Erant igitur qui aliam in Græcia civitatem ab hoc pago collocant.

Achateon, vide *Acatium.*

Xchātēs, ὁ ἀχάτης *scribo*, ου. } Gemma est versicolor ibus venulis ita distincta, ut nemorum, & fluviorum, & montium nonnunquam, & iumentorum & cuiusvis speciem referat. Hanc primum reperiam ferunt ad Achatem Siciliæ fluvium: unde & nomen accepit. Postea & in India, & in Phrygia inventa est. Insignem Achatem Pyrrhus Epirotarum rex habuisse traditur, in quo novem Musæ, & Apollo citharam tenens spectabantur, non arte, sed naturæ solertia ita discurrentibus maculis, ut Musis quoque singulis sua redderentur insignia. Vide plura de hac gemma apud Plin. *lib.* 37. *cap.* 1. & 10.

Xchātēs, fluvius est Siciliæ: &, apud Virgilium, assiduus Æneæ comes, ἀπὸ τῆς ἀχάτου, hoc est, à cura dictus, quæ perpetuò Reges comitatur.

Achedorus, vide *Echedorus.*

Xchēlōus, ἀχελῷος, Ætoliæ rex, à quo fluvius ejusdem nominis, qui à Pindo oriens, & Æ toliam ab Acharnania dividens, in Maleacum sinum defluit. Theas antè appellabatur.

Xchēlōĭus, a, um, ἀχελῷος, quod modò possessivum est, modò pro Aqueus ponitur. Virg. *Georg.* 1.

*Perculáque inventis Acheloia miscuit uvis.*

Veteres enim aquam omnem Acheloum nuncupavere, quòd primus post diluvium erupisse terra fertur: sive quòd Acheolus in Græcia (ubi tot ingenia floruerunt) omnium fluviorum celeberrimus fuit. De hoc Macrob. *lib.* 5. *c.* 18. Hinc Acheloides, ἀχελωΐδες, Nymphæ dictæ sunt.

Achemon, sive Achmon, ἀχμών, ὁ ἀχμών, unus fuit Cercopum, qui unà cum fratre Passalo, nullo non injuriarum genere in obvium quemque debacchabatur. Hisce erat mater nomine Sennonis, mulier fatidica, quæ filios cavere iussit, nequando in Melampygum incíderent. Evenit deinde, ut Hercules aliquando sub arbore quadam dormiret, armis in eandem reclinatis. Accessêrunt Cercopes fratres, & Herculem dormientem ipsius armis aggredi tentarunt. At ille protinus insidias sentiens, correptos ac vinctos de clava à tergo suspendit leporum ritu, atque ad eum modum gestabat. Capitibus itaque pendentes deorsum demissis, posticum Herculis nigris pilis horridum, atque hispidum viderunt, non Lydorum more lævе ac depilatum. Quapropter materni moniti memores, hac de re inter se confabulabantur. Quod simul ac audisset Hercules, cognomine delectatus, & in risum solutus, vinculis eos liberatos dimisit. Hæc Erasmus in proverbio, Ne in Melampygum incidas. Meminerunt hujus fabulæ & Suidas, & Gregorius Nazianzenus.

Xchĕron, ontis, masculini generis, ἀχέρων, Epiri fluvius est iuxta Pandosiam urbem, ex Acherusia palude Thesprotiæ profluens, multísque fluviis auctus in sinum Ambracium influens. Quem qui traieceris, nunquam redire à poëtis fertur. Ad quod alludens meretrix apud Plautum, amanti reposcenti quæ dederat, respondet: Nam itidem ut Acheronti hîc ratio accepti scribitur, Intrò recepta, quando acceptum non potest ferri foras. Sentit, nihilo magis ad amantem redire quod in meretricis domum est delatum, quam redeunt ab inferis mortui: unde, ut Catullus ait, negant redire quemquam. Plaut. *Capt. sc.* 4. *a.* 5. Vidi multa quæ sub Acheronte fierent, sed nullus, &c. *Ibid. sc.* 5. *a.* 3. Facito ut Acheronti ducas gloriam. Abi ad Acherontem Venefice. *Amph. sc.* 4. *a.* 4. & *ibid. sc.* 1. *a.* 5. Nec secus est quàm si ab Acheronte veniam. ¶ Item Acervus, idem *ibid. sc.* 2. *a.* 4. Ulmorum acervus. ¶ Est & alter Acheron, teste Strabone, in agro Brutio, ubi Alexander Molossorum rex à Lucanis trucidatus est, Dodonæo deceptus oraculo, quo iubebatur Acherusiam aquam, Pandosiámque urbem cavere. ¶ Dicitur autem Acheron, non ut quidam somniant, ab ἀ, & χαίρω. (sic enim dipthongo scriberetur: quod fieri non potest, quum penultimam semper corripiat.) sed potiùs ἀπὸ τῆς ἄχης, ἡ λύπη, quasi doloris fluvius. Vnde etiam poëtæ fluvium inferorum esse finxerunt. Virg. 7. *Æneid.*

*Flectere si nequeo superos, Acheronta movebo.*

¶ Ab Acheron sunt adjectiva Acherusius, a, um, ἀχερούσιος, & Acherontius, ἀχερόντιος & ἀχερόντειος Aristophani, & Acherons apud Plautum. Verum enimverò nullus adæquè est Acherons. Accipitur etiam prò infero loco.

Xchĕrōntīni, ἀχερόντινοι, populi sunt in agro Brutio juxta Acherontem fluvium habitantes, quorum meminit Plin. *lib.* 3. *c.* 5.

Achĕrōĭs, ἀχερωΐς, peculiariepitheto vocatur populus alba, sive quòd ad ripam Acherontis fluvii nascebatur, sive quòd inter infelices arbores, quæ diis inferis sacræ erant, soleret numerari: sive, ut Pausanias refert, quòd Hercules huius apud inferos conspectæ ramum ad superos attulerit. Aristoteles contrà, populum nigram ita cognominatam refert. Vide hæc latiùs apud Ruellium *lib.* 1. *c.* 119.

Xchĕrōntĭă, civitas parua Apuliæ, in monte sita: quam ob hoc nidum appellavit Horatius, quia parua est, & in montis constituta summitate, sicut nidi avium in summis arboribus. Horat. *lib.* 2. *Car.* 3.

*Mirum quod foret omnibus*
*Quietum quæ celsa nidum Acherontia*, &c.

Acheruns in fœm. gen. Plaut. *Capt.* Verumenimverò nulla adæquè est acheruns, atque ego ubi fui. ¶ Acheruns ulmorum, pro acervo in quo conteruntur ulmi.

Acheruntĭcus, capularis senex. Plaut. *Merc.* Quid tibi ego ætatis videor? Acheruntĭcus senex, vetus, decrepitus.

Achĕrūsĭa palus, ἀχερουσία λίμνη, inter Capuam & Aversam, per aperta plana ad ipsas usque Cumas penè diffusa. Diod. *lib.* 2. *Bibl.* agens de sepulchris Ægyptiorum, qui Heliopolim accolunt, tradit paludem esse Acherusiam, in quam immittantur cadavera in ulteriorem ripam deferenda: navim verò ipsam qua trajicitur, Barim, hoc est onerariam appellari: inde natam de Charonte, qui animas transvehebat Stygem, fabellam. ¶ Acherusia, item specus est iuxta Heracleam urbem, ab Hercule conditus in littore maris Euxini, ad Manes usque (ut fama fert) pervius, & ex eo Cerberum ad superos tractum incolæ memorant. De hac Ovid. *lib.* 7. *Met.*

——— *Specus est tenebrosa cacumi hiatu,*

*Et via deflexit, per quam Tyrinthius heros*
*Restantem, contraque diem, radiisque micantes*
*Obliquantem ictus, nexis adamante catenis*
*Cerberon attraxit.*

¶ Item, lacus Thesprotiæ in Epiro, ex quo amnis Acheron profluit qui in Ambraticum sinum defertur. Autores Pompon. *lib.* 2. Strabo *lib.* 5. & Plin. *lib.* 3. *cap.* 5.

**Acherusius** humor. Sil. Italicus *lib.* 13. & Lucret. *lib.* 3.

**Acherusis**, hujus Acherusidis, vel Acherusidos. fœm. gen. ἀχερηΐς, idem quod Acherusia. Valer. Flacc. *lib.* 5. *Argonaut.*

*Iude premente Notio tristes Acherusidos eras*
*Præterit.*

**Ăchĕta**, quasi sonora, ἀχέτα, Dor. pro ἠχέτα. ¶ Gall. *Cigalles, sauterelles.* } cicadarum quarumdam { ut inquit Suidas, } non species, sed epitheton est, dictum ἀπὸ τῆ ἀχεῖν ἐν ἀηδίαι, hoc est, ab eo quod inter spinas canant. Plin. *lib.* 11. *cap.* 26. Similis cicadis vita: quarum duo genera, minores, quæ primæ proveniunt, quæque sunt mutæ, & novissimæ pereunt: majores, quæ canunt, vocantur Achetæ.

**Achillas**, ἀχιλλᾶς Plutarcho. Servi Ægyptii nomen est, cujus manu interfectus fuit Pompeius. Lucan. *lib.* 8. *Pharsalia,*

——— *scelere deletum Achillæ.*

De hoc vide plura apud Plutarchum *in vita Pompeii.*

**Achillea**, ἀχιλλεία, insula est exigua, Borysthenis ostio objecta: ab Achille in castiputio nomen habens, ut refert Pompon. *lib.* 2. ¶ Est & Achillea, ἡ, ἀχιλλειὰ, herba millefolio similis, qua Achilles illius inventor Telephum sanasse fertur, teste Plin. *lib.* 25. *cap.* 5. Hodie tamen parum est cognita, inquit Cordus.

**Achilleus**, cutsus, ἀχίλλειος ἰσθμὸς, Peninsula est non procul ab ostio Borysthenis amnis ad formam gladii in transversum porrecta, ab exercitatione Achillis nomen habens. Vide Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.

**Achilleis**, ἀχιλλεὶς, opus est Statii Papinii, quo ille Achillis pueritiam descripsit, eoram ejus vitam prosequuturus, nisi immatura ejus mors tam insigne nobis opus invidisset.

**Achilleis**, sive Achilleas, ἀχιλλεία, Theophrasto, ἀχιλλὰς Hippocrati, hordei genus, cui spica folio proxima est, amplitudinis & crassitudinis majoris: ideóque aruginis magis obnoxium. Vide Ruell. *lib.* 2. *c.* 15.

**Achilleus**, ἀχίλλειος, Myriophyllum herba appellata, quòd eam Achilles invenisse traditur in curando vulnere Telephi. Plin. *lib.* 25. *c.* 4.

**Achilles**, sive Achilleus, ἀχιλλεύς, nomen viri apud Homerum celeberrimi. Hujus nominis genitivus tam in ισ quàm in ις, finitur: ut, Achillis à nominativo Achilles: Achillî verò à nominativo Achilleus: Nomina enim in eus per diphthongum terminata, quæ more Latino genitivum faciunt in ei, per duas syllabas, sæpe per crasim contrahuntur in ei diphthongum, vel i longum, ut apud Virg. 1. *Æneid.*

*Troas reliquias Danaûm atque immitis Achillei.*

Interdum tollitur hæc diphthongus in carmine, dicimúsque Achillo. pro Achillei, & Ulysso, pro Ulyssei. Horatius *lib.* 1. *Carmin.*

*Nec cursus duplicis per mare Ulyssei.*

Hic Pelei & Thetidis filius Chironi nutriendus datus est. Inter filias Lycomedis habitu muliebri absconditus, ex Deidamia genuit Pyrrhum. Iratus Agamemnoni, post mortem Patrocli suscepit à Vulcano arma nova. Hectorem occidit. A Paride, conjugium Polyxenæ sperans, tandem occiditur, & in Sigeo sepelitur. Ovid. 13. *Met.*

*Nec se magnanimo maledicere sensit Achilli.*

Ibidem,

*Tuque tuis armis nos te potiremur Achille.*

Ibidem,

——— *Danais magnus successit Achilles.*

Plaut. *Mil. sc.* 1. *a.* 1. Hiccine est Achilles? Est, inquit, sibi: Imò ejus frater. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

——— *qui mihi vulnera fecit*
*Solus Achilleo tollere more potest.*

¶ Tantæ fortitudinis fuisse fertur, ut (teste Gellio *lib.* 2. *c.* 11. { insigni fortitudine duces Achilles appellentur, & argumentum Achilleum, quod sit insuperabile & insolubile, vocetur. Quicquid itaque invictum & insuperabile volumus intelligi, Achilleum dicimus. Male de iis qui omni in re vincerent dictum fuisse, ex Aristophane conjiciendum est. Iecit Achilles duas tesseras & quaternionem, δύο λαβὼν ἀχιλλέα καὶ τετράδα: propterea quòd is tesserarum iactus felix esset. ¶ Item Achilles, nomen est tragœdiæ ab Aristarcho compositæ. Plautus *in prologo Pœnuli.* Achillem Aristarchi mihi commentari lubet: Inde mihi principium capiam ex tragœdia. ¶ Achilles Romanus ob insignem fortitudinem dictus est Lucius Sicinius Dentatus, quòd pugnans in hostem centum & viginti prœliis cicatricem aversam nullam, adversas quinque & quadraginta tulerit. Gell. *lib.* 2. *cap.* 11. Achillis etiam cognomen eadem de causa adscribit Q. Cotio Val. Max. *lib.* 3. Ab Achille sit patronimicum Achilleides. Ovid. 8. *epist.* 1.

*Pyrrhus Achilleides animosus imagine patris.*

**Achillium**, ἀχίλλιον, genus spongiarum tenue densumque, ex quo fiebant penicilli. Plin. *lib.* 4. *cap.* 21.

**Achillis**, Achillidos, ἀχιλλὶς, insula in Ponto Euxino ad Borysthenem, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.

**Achimenes**, lege Achæmenis, & vide in dictione *Achamenia.*

**Achimenis**, Plinio ἀχιμηνὶς, sive, ut apud Dios. legitur, Achamenis, ἀχαμηνὶς, herba est quæ alio nomine Polium montanum appellatur. De hac Plin. *lib.* 25. *cap.* 4. Achimenide conjecta in aciem hostium, repidare agmina, ac terga vertere.

¶ Achinesia, media quies inter systolem, & diastolem pulsus. L. M.

**Achirologia**, sermo, qui ad manus non potest venire. Pap. ‖

**Achisar**, oppidum. Plin. *lib.* 6. *c.* 4. 30.

**Achisarmi**, ἀχισαρμοὶ, Africæ populi. Plin. *lib.* 6. *cap.* 30.

**Achne**, ἄχνη, autore Plin. *lib.* 5. *cap.* 31. Insula est Rhodiorum in mari Carpathio: quæ deinde Casos dicta est. ¶ Achne etiam, id est, ἄχνη, significat minutas quasdam festucas ex spicis inter triturandum evolantes, & latiùs accipitur pro quibusvis rebus minutis: dicta quasi ἀχνίον, ab α. privativo, & ἔχω, teneo. Vide Erasmum *in proverb.* Nec ramenta quidem.

**Acholai**, ἀχολαὶ, oppidum est Arabiæ, non procul à Nabatæis. Autor Plin. *lib.* 6. *cap.* 28.

**Acholla**, ἄχολλα, libera civitas est in Africa propriè dicta, non procul à Zella, autor Strab. *lib.* 17.

**Achŏlus**, ἄχολος, carens bile.

**Achomæ**, & Achomeni, populi sunt Arabiæ felicis. Stephan.

**Achŏres**, ἀχῶρες Galeno, sunt cutis capitis ulcera foraminosa, saniē tenaci fluentia, quæ mediam quandam consistentiam inter aquæ tenuitatem & mellis crassitudinem obtinent. Nam in quibus sanies mellis crassitudinem adæquat, Ceria, κηρία, vocantur, quæ & foramina habent ampliora. ¶ Achoras Galli tineas vocant, similitudine sumpta ab iis animalculis, quæ vestes arrodunt. Malum est pueris in primis familiare. Vide Fuchsium & Manar. *in epist.*

**Achor**, ἄχωρ, Deus habitus est apud Cyrenaicos, cui sacra faciebant, quoties muscarum multitudo pestilentiam invehebat, quæ protinus ut Deo huic litatum erat, extinguebatur. Vide Plin. *lib.* 10. *cap.* 28.

**Achradina**, ἀχραδίνη Stephano, pars est urbis Syracusanæ, cum reliquis urbis ejus partibus pontè conjuncta. Vide eius descriptionem apud Cic. *act. in Verr.* 6.

**Achras**, adis. { ἀχράς. Gall. *Poires sauvages.* Ital. *Pera salvatiche.* Germ. Ein gattung der holtzbyren/ oder wildbyren. Hisp. *Peras de mata, peros montesinos.* Angl. *An sort of peares which do growe in woodes.* } Pyri sylvestris genus est tardissimè maturescens, majorémque vim habens astringendi, quàm cætera pyrorum genera, vocique in primis officiens. Unde Trasybulum Atheniensem accepimus Lacedæmoniorum legatis corruptum, ut postulatis illorum contraderet, simulasse se achrades comedisse, atque ob id loqui non posse. Vide Col. *lib.* 7. *cap.* 9. & Dioscor. *lib.* 1. & Gal. *lib.* 6. *de facult. simpl. med.* ut quidam *Matthæi* 3. ubi de Ioannis cibo mentio fit, ἀχράδας legebant, quasi pyris sylvestribus ille vesceretur: sed male, cùm haud dubiè de locustis intelligendum sit.

**Achrēstus**. { ἀχρεστος Gall. & Ital. *Inutile.* Germ. Vnnutz. Hisp. *Desaprovechado, sin provecho.* Angl. *An unprofitable, of no price, that serveth for no use.* } Inutilis, ineptus, nullius momenti & pretii. Inde ἀχρειότης inutilitatem significat, sive incommoditatem.

**Achriane**, ἀχριανὴ Stephano, oppidum est ad mare Hyrcanum, cujus meminit Polib. *lib.* 10.

**Achsiogelus**, { ἀχσιγέλως. Gall. *Grand riard.* Ital. *Colui che ride troppo & senza causa.* Germ. Idtherig/ der vmb eins yeden dings willen lachet. Hisp. *El que mucho se rie.* Angl. *A great laugher.* } Dicitur qui proclivis est ad risum, quasi temerè & sine causa ridens, quod stultitiæ signum est: unde etiam pro stulto, aut insano positum invenitur proverbiali nova forma.

**Achtua**, Ptolomæo est civitas Arabiæ felicis. Vide *Achema.*

¶ **Achylis**, cicatricula circa nigrum oculi, caligini similis, superficiaria. L. M. ‖

**Achyrosis**, ἀχύρωσις. Ratio quædam est commiscendi paleas cum argilla, alióve luto ab hirundinibus (ut videtur) primùm excogitata, quæ ex luto festucis quibusdam commisto nidos sibi conficiunt. Has deinde rustici imitati ædificiorum suorum parietes hac materia faciunt. Nomen habet ἀπὸ τῆ ἀχύρου, hoc est ab acere: unde & à Latinis quibusdam Lutum aceratum appellatur.

**Acia**, filum aciculæ. Gloss. ῥάμμα, Titin. *Barbato*: Phrygio sui primò, hercque id opus scivi, reliqui acus acúsque hero atque heræ nostræ: Marcell. ¶ Pro manipulo, sive contubernio. Leo *const.* 3. Anonymus. ἀκόλουθοι, οἱ σὺν αὐτῷ, οἱ συνδιατρίβοντες, ταῦτα ἐστι.

‖ **Aciarium** εἴμαγμα. Gloss. id est, ferrum acie roboratum. ‖

**Ăcĭĕris**, securis ærea, qua in sacrificiis veteres sacerdotes utebantur. Festus, & Glossarium.

**Acini**, ἄκινοι, populi sunt in Sarmatia Europæa post Riphæos montes; recensentur à Ptolomæo.

**Ăcĭcŭla**, formatione, non significatione diminutivum ab acu, ut inquit Priscianus, est spinula quædam ex ferro, vel alio metallo, quandam acus similitudinem referens, qua utuntur mulieres ad ornatum capitis. { πὴν ἐλάχιστον ἀκίδιον. Gall. *Espingle.* Ital. *Decapo le spillette.* Germ. Ein glosen. Hisp. *El alfiler ò aguja pequeña.* } Est item piscis tenuis ac longus, qui & Acus dicitur. A Græcis βαφὶς appellatur. ¶ Est & herba hujus nominis incultis in locis sponte sua nascens, plebis Atheniensis quotidianus olim cibus, odore ad daucum, reliqua similitudine ad chærephyllum accedens, exerta habens in vertice cornicula, quæ acus effigiem repræsentant: à quo habitu à Romanis vocata est Acicula, teste Dioscoride. Græcis dicitur σκάνδιξ, quo nomine & Latini utuntur.

**Acidalia**, ἀκιδαλία, Veneris epitheton, vel quia injecit curas, quas Græci ἀκηδίας dicunt: vel certè à fonte Acidalio, qui est in Orchomeno Bœotiæ civitate, in quo se Gratiæ lavant, quæ Veneri sunt sacratæ. Ipsius enim, & Liberi filiæ sunt: nec immeritò. Gratiæ enim per horum ferè numinum munera conciliantur. Hæc Servius.

**Acidalius**, ἀκιδάλιος Suidæ, fons in Orchomeno, oppido Bœotiæ, Veneri sacer: unde etiam Acidalia dicta est. Virg. 1. *Æneid.*

——— *at memor ille*
*Matris Acidaliæ.*

In hoc etiam fonte se Gratiæ lavare dicuntur: unde & ipsæ, Sorores Acidaliæ passim a Poëtis appellantur. Græci hunc fontem ἀκιδάλιον efferunt. œmnino genere, respicientes nimirum ad substantivum πηγὸν, vel ὕδωρ, eiusdem generis. Nos acidalium efficimus, qui fontis nomen in masculino genere appellamus, quemadmodum etiam Castalium dicimus, quem illi τὸ Κασταλίαν.

**Acidon**, ἄκιδων, amnis est in Elide Peloponnesi regione, Iardanis sepulchrum præterlabens. Strabo.

**Acidōron**, ἀκιδωρὸν, herba est, quæ notiore nomine Poterium, σανγίσορβα & Neuma, νεῦμα, dicitur. Plin. *lib.* 25. *c.* 9. eandem Phryganion vocat. Vide Dioscor. *lib.* 3. *c.* 15.

**Acidus**, & Acidulus, vide *Aceo*, es. Quint. Placidus quidam dictus est

Acidus,

Acidus, quòd natura acidus esset.

Acidulus, pontis nomen in agro Venefrano: ita dictus, quòd aquas haberet acidulas, idest, sabacidas. Plin. *lib.* 31. *cap.* 2.

Xcĕnsēs, olim populi erant in Latio, qui una cum reliquis Latinis carnis in monte Albano solebant accipere. Plin. *lib.* 3. *cap.* 5.

‖ Acĕres, genus securis. Non. Ital. gloss.

Acĕris, Securis ærea Sacerdotum sacrificantium, Fest. ‖

Xcĕs, cria significat. Primò acumen falcis, gladii, & similium quæ secant. ‖ אור *ifar*, מחתרת *pi hacherĕb.* ἀκρον, ἀκμη. Gall. *La pointe ou taillant d'une espée ou autre glaive.* Ital. *Il taglio ò punta di coltello, & cosa simile.* Germ. Die schneiden oder scherpste zinnen eisens. Hisp. *Filo ò punta de cosa aguda.* Angl. *The edge of a sword apert.* ‖ Et ἀπὸ τῆς ἀκμῆς dicitur: sive à Latino verbo Acuo, unde & Acumen deducitur. Cic. *in Verrem act.* 4. Iam antè aciem secerimus tuarum videras. Columella *lib.* 4. Obtusa enim, hebesque & mollis falx putatorem moratur, eóque minùs laboris efficit, & plus laboris affert vinitori. Nam sive curvatur acies, quod accidit molli: sive tardiùs penetrat, quod evenit in retuso & crasso ferramento, majore misu est opus. Virg. 2. Georg.

*Ipsa acies falcis nondum tentanda, sed unctis*
*Carpenda manibus frondes.*

¶ Aciem ferri extertere, est adhibita cote acuere. Plin. *lib.* 26. *cap.* 3. Alii, quoniam vis eadem in morte esset, quæ cotibus ad ferri aciem deterendam. ¶ Aciem trahere, propriùm est æquæ quum ferrum acuitur. ¶ Secundò, Exercitus instructus. Vegetius *cap.* 13. *lib.* 3. Acies exercitus instructus. Tibull. *lib.* 4.

*Adversisque parant acies concurrere signis.*

Idem *ibidem*,

*Seu sit opus, quadratum acies consistat in agmen.*

Plaut. *Milit. sc.* 1. *a.* 1. Splendor clypei oculorum perstringat aciem in acie hostibus. Velleius, Directa acie, vel agminibus pugnare. Idem, Nemo nisi acie consumptus civis. Idem Velleius, Acies Labienum absluit. Plaut. *Curc.* Ita me clypeus & machæra iuvent pugnantem in acie. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Hostes vivos capere ex acie soleo. Ovid. 13. *Metam.*

——— *in quantum marte ferocis,*
*Ingue acie valet.*

Vell. Acie concurrere. Quint. Acies ut instruenda. ‖ παράταξις. Angl. *The fore part of ane mey.* ‖ & quum ad dimicandum paratus est: vel quòd acuto ferro armatus sit: vel oculi quòd acuta fronte soleat collocari. Virg. *Georg.* 2.

——— *& campo sterit agmen aperto*
*Directæque acies.*

Et acies quidem instructa his vocabulis vocari solet. Frons, subsidia, cunctus, orbis, globus, alæ, turres, cornu, & quibusdam aliis. Atque interdum pro ipso conflictu & prælio sumitur. Tacit. *lib.* 20. Prima acie fusum, victum, vinctúmque Romanum. Et *lib.* 14. Vincendum illa acie, aut cadendum. Ovid. 13. *Metam.*

*Post primas acies.* id est, prima prælia.

Cæs. *lib.* 1. *bell. civ.* Aciem triplicem ducere. *Ibid.* Acies pro singulis exercitus partibus, ut Acies prima, secunda, tertia. Idem, Acies in re navali. *Ibid.* ¶ Hinc locus proverbio, in acie novacula, ταῦτ' ἐν ἀκμῇ, hoc est, in summo discrimine. Hom. *Iliad.* 1.

Νῦν γὰρ δὴ πάντων ἐπὶ ξυρὸς ἵσταται ἀκμὴ,
ἢ ἡμῖν λοιγὸς ἐνίσσεται ἠδὲ καὶ ἄλλοις, εἰ δὲ κε.

i. e. est, Nunc etenim cunctis sita res in acie novaculæ est, Vivantne, an tristi exitio absumantur Achivi. Vide Sophoclem *in Antigone.* ¶ Tertiò, oculi lumen, ὀξεῖα ὄψις. Angl. *The sight of te eye.* ‖ Cic. *de Somnio Scipionis.* Radiis Solis acies nostra, sensúsque vincitur. Idem 2. *de Nat. deorum.* Acies ipsa, qua cernimus, quæ pupilla vocatur. ¶ Per translationem, Acies sumitur pro ingenii perspicacitate. Cic. *in Carine.* Nómne nobis videtur animus, qui plus cernit & longiùs, videre se ad meliora profectus: ille autem cujus obtusior est acies, non videre? Acies orationis. Plaut. *Epid.* Orationis aciem contra conferam. Orationis aciem loco dixit de acutissima atque acerrima oratione. Acies authoritatis: id est, vis authoritatis. Cic. *in Catil.* 2. ¶ Hujus genitivum veteres tam Acie quàm Aciei extulerunt. Sallust. *lib.* 1. *Historiarum*, referente Gellio, Dubitavit acie pars, pro aciei.

Acila, ἀκίλα, emporium est maritimum Arabiæ, distans (autore Plin. *lib.* 6. *cap.* 28. in descriptione navigationis Indicæ) triginta dierum navigatione à Berenice Troglodytarum urbe.

Acilisena, ἡ Ἀκιλισηνή, regio est Asiæ, inter Taurum, & Euphratem, de qua Strabo *lib.* 11.

Aciliorum Romæ nobilis fuit familia, ex qua fuit Acilius ille Glabrio, cui devicto Antiocho statua oblata est auris hastilibus inculta: ut annotavit Cælius Rhod. *lib.* 29. *cap.* 24. Item Acilius prænomine Marcus, quo consulatum gerente cum C. Portio, lacte & sanguine pluisse, autor est Plin. *lib.* 2. *cap.* 56. ¶ Fuit & Acilius cognomine Buta, cui post amplissimum patrimonium absumptum, inopiam suam confitenti, nihil aliud à Tiberio responsum est, quàm illum serò experrectum esse. Vide Suet. *in Tiberio.*

‖ Acilius, vel habens nasum aquilinum. Pap. ‖

Acimero, oppidum ulterioris Hispaniæ, in tractu Celtico, iuxta Lusitaniam in conventu Hispaniæ: de quo Plin. *lib.* 3. *cap.* 1.

Acina, Ἄκινα, oppidum est interioris Æthiopiæ, altera Syenem, cujus meminit Plin. *lib.* 6. *cap.* 29.

Acinăcis, gladius Persicus. Horatius *lib.* 2. *Carm.* Vino & incensis Medus acinacis. Immane quantum discrepat. Valerius Flac.

*Infigis manicis, infigis acinace dextra.*

Pollux Acinacem esse interpretatur ξιφίδιον τι μικρὸν περσικὸν ἀκινάκην, hoc est, Persicum quendam gladiolum, qui à femore suspendebatur. Herodotus quoque *lib.* 7. autor est, Pantheam Abradatæ uxorem, acinace quem habebat, sibi jugulum aperuisse. Suidas verò Acinacem esse ait μικρὰν δόρατος ἀκίδα, hoc est, paruam Persarum hastam. In qua etiam sententia Arrianus fuisse videtur: omnibus tamen hoc convenit, ut nominativus ἀκινάκης efferatur. Unde & apud Latinos Acinaces per secundam vocalem, non Acinacis per tertiam, legendum videtur.

‖ Acinari, tricari, in parvo morari. Isid. gloss.

Acinaticum, acidum. Suppl. Antiq.

Acinĕta, immobilia. Ternil. ‖

Xcinos, ἄκινος. Dioscorides, herba est tenuibus siccisque sarculis, ocymo similis odoratu, sed hirsutior, ex qua coronæ fabricantur. Quidam ex vulgo, Sylvestre basilicum vocant, Latini Ocymastrum, quòd planè Ocymum imitetur. Plin. *lib.* 20. *cap.* 16. hanc herbam & coronarum & ciborum causa ab Ægyptiis seri asserit: & alio nomine Epithymon vocari, & nusquam florere.

Xcinus, i, masculini generis, & Acinum neutrius, teste Nonio, in uva id dicitur quod vulgus granum appellat. חרצן *charitzan, pers.* Gall. *Un grain de raisin.* Ital. *Acino, grano d'uva.* Germ. Körnlin in den Trauben. Hisp. *El granillo de racimo.* Angl. *A kernell in grapes, or inetter such fruites.* ‖ Neque solùm uvæ, sed hederæ, sambuci, tribuli, mali punici grana, acinorum vocabulo continentur. Acina ebriosa, pro acino. Gell. *cap.* 2. *lib.* 7. Atque in hoc a bacca differt (ut Valla vult *lib.* 4. *cap.* 26.) quòd acini fructus minutiores, arborum fruticúmque densiùs consarcinati; baccæ verò dispersiùs & tariùs, ut fructus lauri, olivæ, corni, loti, lentisci, baccæ meliores, quàm acini dicuntur. Nonnunquam tamen indifferenter ponuntur. Virg. *in Gallo.*

*Sanguineis ebuli baccis, minióque rubentem.*

Hoc Acinum, Varro apud Non. Colum. *lib.* 12. *cap.* 43. Quo tempore crassa, vanáque sint acina. Idem *lib.* 12. *cap.* 39. Uvam præcoquam brevi maturam legere, acina arida, & vitiosa rejicere. *Ibid.* Ubi satis erunt corrugata acina demito. Et Cato *lib.* 12. Si quæ acina corrupta erunt, expurgato.

Xcinicĕus, sive Acinatitius, Palladio *lib.* 1. *cap.* 6. *in fine.* ut, Vinum acinaceum, quod ex acinis aqua maceratis expressum est: ita dictum ad differentiam vini lacrymi. Ulpian. *l. si quis vinum. ff. de tritico, vino, vel oleo legato.* Acinaceum planè vino continebitur. Huius confectionis rationem leges apud Cassiodorum *lib.* 12. *var. epist. ad Canarie. Venet.* & Plin. *lib.* 14. *cap.* 9.

Acinari, tricari, in parvo morari, vocé *Aginari*. Festus, *Agina est, quæ inseritur scapo trutinæ, i. est, in quo foramine trutina se vertit. Unde aginatores dicuntur, qui parvo lucro moventur.*

Ἀκινήσιος, a, um, ab Acinus dicitur, quod multos habet acinos. ‖ μέγας δὲ καὶ ἀκινήσιος. Ital. *Grainenx, plein de grains, raisineux.* Ital. *Cosa piena d'acini d'uva.* Germ. Das voll körnlin ist. Hisp. *Cosa llena de aquellos granillos:* Angl. *Which is full of kernels or graines.* ‖ ut, Uva acinosa. Dicitur etiam de aliis plantis, quæ semen habent ita dispositum, ut in uva acini. Plin. *lib.* 12. *cap.* 13. Asari semen acinosum, saporis calidi ac vinosi. Idem *lib.* 14. *cap.* 3. Columbinæ uvæ acinosissimæ.

Ἀκιπήσιος, & Acipensis apud antiquos piscium nobilissimus est habitus, qui unus omnium siquamis ad os versis contra aquam nando meat. Hunc Plin. *lib.* 9. *cap.* 17. testatur suo sæculo nullo fuisse in honore, quod se mirari ait, quum esset rarissimus. A quibusdam, eodem Plinio teste, Ellops, ἔλλοψ, vocatus est. Alii Callionymon, alii Authiam, nonnulli etiam Callichthyn appellavere. Huic olim tantus habebatur honos, ut à coronatis ministris cum tibiis in convivium solerent inferri: ut in Saturn. testatur Macrob. *lib.* 3. *cap.* 16. De hoc pisce extat distichon Martial. *lib.* 3. *in Xeniis*,

*Ad pallatinas acipensem mittite mensas,*
*Ambrosias ornent munera rara dapes.*

Aciris, Ἄκιρις, fluvius est in ea Italiæ parte, quæ olim Græcia magna dicta est, inter Heracleam & Metapontum. Plin. *lib.* 3. *c.* 5.

Acis, Ἄκις, fluvius Siciliæ, ex Ætna procedens: ex cujus ripis fertur Polyphemus saxum in Ulyssem iam fugientem eiecisse. ¶ Acis, insula una ex Cycladibus. Plin. *lib.* 4. *c.* 12. ¶ Acis etiam adolescentis Siculi nomen fuit, Fauni & Simæthidis filii, qui quum Galatheam Nympham adamaret, à Polyphemo rivale suo est occisus, & deinde in fontem sui nominis mutatus. Vide Ovid. 13. *Metamorph.*

‖ Acisculatius, lapicida. Suppl. ‖

Acitani, Ἀκίτανοι, Hispani gens, simulacrum Martis radiis ornatum maxima religione colens, quem Neeyn, id est, Martem vocant. Macrob. *Saturn. lib.* 1. Vide Strab. *lib.* 4. *initio.*

Acitavones Plin. *lib.* 3. *cap.* 20. numerat inter populos Alpinos.

Acithius, Ἀκίθιος, fluvius est Siciliæ, non procul a Lilybeo promontorio, in mare influens. Autor Ptolomæus.

Acito, agito. Propter cognationem & affinitatem inter se literæ c, & g, commutabantur. Fest.

Aclatilis, topica ab humeris non consuta. Festus.

Ἀκλῆρος, exhæres, qui hereditate privatus est, ἀκλήρως, quasi ἄτερ κλήρου. Ital. *Desheredato.* Gall. *Deshérité.* Germ. Enterbt. Hisp. *Desheredado.* Angl. *Disherted.* ‖ Hoc est, sine sorte, parte, vel hereditate. Bud. *in Comment. lingua Græca.*

Aclesi, ἀκλησὶ, adverb. Græcum, quasi dicat, citra vocationem, citra invitationem. Pro ebrii loco dicitur quoties invocatus quis accedit ad convivium, quod & amici cœnipetæ faciunt. Hieronym. Plin. *lib* 35. *cap.* 11.

Aclides, ἀκλίδες, sunt tela quædam antiqua adeò, ut nusquam memorentur in bello. Legitur tamen quod sint clavæ quædam breves eminentibus hinc & hinc aculeis quibusdam, quæ ita in hostem iaciuntur religatæ loro, vel lino, ut peractis vulneribus, possint redire. Vug. *lib.* 7.

——— *teretes sunt aclides illis*
*Tela: sed hæc lenta mos est apparere flagello.*

Acmatisca, seu homotona febris, ἀκμαστικὸς πυρετὸς, febris ab initio ad finem usque similis. Epacmastica, sensim invalescens, sive quæ continuò crescendo procedit. Paracmastica, quæ decrescendo remittitur. Galen.

Acmata, Arabiæ regio. Steph.

Ἀκμὴ, ἀκμὴς. Vox Græca est, Galeno familiaris, quam Theodorus Gaza modò vigorem, modò florem ætatis interpretatur. ¶ Est etiam mulieris nomen, apud Catullum.

Acmŏdæ,

by Google

Acmōdæ, ἀκμώδες. Septem sunt insulæ post Hyberniam, non procul ab Orcadibus. Vide Plin. *lib.* 4. *cap.* 16.

Acmonia ἀκμονία. Stephano urbs est Phrygiæ in conventu Synnadico: cujus meminerunt Ptolom. & Steph.

Acmonienſes, sive ut apud Plin. *Nat. hiſt. lib.* 5. *cap.* 25. legitur, Acmonenſes: ἀκμονηνοὶ. Stephano populi sunt Acmoniæ urbis.

Ācmōn. ἄκμων, Latinè incus. GERM. Ein Ambos. ANGL. *An anuil.* } unde Pyracmon unus fuit ex Vulcani famulis, quod à calenti incude nunquam discederet. Virg. 8. *Æneid.*

*Brontesque, Steropesque, & nudus membra Pyracmon.*

Acmonides, ἀκμονίδης, inter Vulcani ministros numeratur. dictus ἀπὸ τῆς ἄκμονος, hoc est ab incude.

Acmotheton, ἀκμοθέτιον, truncus ille, qui impositam sustinet incudem.

Acnua, mensuræ genus, quo rura antiqui metiebantur, ut tradunt rei rusticæ scriptores.

Ācœtēs, ἄκοιτος, apud Ovid. *lib.* 3. *Metamorph.* natus pauperis nomen est, quod & ipsum vocis compositio indicat: ἄκοιτος enim apud Græcos sonat, Sine cubili.

Acœton, ἄκοιτον, à Plinio *lib.* 11. *cap.* 15. optimum mellis genus appellatur, quod per se manat: quodque nihil habeat retinimenti, aut sedimenti admistum. Dictum ἄκοιτον, quasi sine cubili. Nam sedimentum in vino, aliisque rebus liquidis, fulcorum nonnulli etiam hodie vocant cubile.

Acōlāstus, ἀκόλαστος, prodigus, intemperans, immodestus, lascivus, libidinosus, infrænis, immoderatus. Gell. *lib.* 19. *cap.* 2. negat Latinè verti posse: sonat ad verbum, impunitus, vel incoërcitus, ut sit qui cupiditates non puniat, veluti injecto fræno, ab α privativa particula, & κολάζω, emendo, corrigo, castigo, coërceo. Nec solùm de hominibus, verumetiam de rebus dicitur, ut ἀκόλαστος γλῶσσα, lingua infrænis. Acolastus homo, homo nihili, neque rei, neque frugis bonæ. Gell. *lib.* 7. *cap.* 11. Budæus *in Comment.* proterum propriè significare putat, & qui sibi citra libidines tempetare non potest. Unde Acolasti dici possunt, quos Latinè geneones, vel decoctores vocamus.

Acolitanum, ἀκολιτανὸν, oppidum liberum est in Africa propriè dicta, ab ea parte, qua tractum Cyrenaicum spectat. Vide Plin. *lib.* 5. *cap.* 3.

‖ Acolor, mus. Pap. ‖

Acolyti, ἀκόλουθοι. Dicti sunt qui nullis minis ab instituto poterant revocari. Unde Stoici acolyti dicti sunt, qui turpe putabant mutare sententiam. Inde Acolyti in Ecclesia olim dicebantur sacerdotum administri, quasi comites: inter inferiores ordines in canone enumerantur.

‖ Acoluthia, ordo, sequentia. ‖

Acōlŭthŭs, ἀκόλουθος. Latinè Consequens dicitur, ἀπὸ τοῦ ἀκολουθεῖν, id est, à sequendo.

Acōnē, { מטח *miſthat.* ἀκόνη. GALL. *Queux à aiguiſer.* ITAL. *Cote.* GERM. Hatte stein oder schleiffstein. HISP. *Piedra para aſilar herramientas.* ANGL. *whytſtone.* } Latinè cotem sonat, vel cautem. Est etiam Aconæ, ut apud Plinium legitur, sive ut est apud Stephanum, Aconæ, ἀκόναι, nomen oppiduli, vel portus Mariandinorum, non procul ab Heraclea Ponticâ, ubi magnâ in copiâ provenit aconitum, quod { ut quibusdam placet } ab hoc loco nomen accepit. Plin. *lib.* 6. *cap.* 1. Portus Aconæ, veneno aconito dirus.

Aconiti, ἀκονιτί. Latinè idem sonat quod sine pulvere, hoc est, citra negotium & laborem. Quod eleganter expressit Horat. 1. *Epiſt.* Sine pulvere. Quæ sit conditio vilis sine pulvere palmæ. Plin. *lib.* 35. *c.* 11. Alcimachus pinxit Dioxippum, qui Pancratio Olympiæ citra pulveris iactum { quod vocant Aconiti } vicit. Aconiti Nemæa, proverbii loco dicitur deco, qui sine sudore victor evadit: ab athletis sumptum, qui pulverem inspergebant corporibus, ut se facilius comprehendere possent. Ovid. *lib.* 9. *Metamorph.* Eadem forma dicimus ἀνιδρωτὶ, sine sudore: & ἀναιμωτὶ, sine sanguine.

Acōnitum, τὸ ἀκόνιτον. GALL. *Reagal Aconit.* ITAL. *Aconito, Napello.* GERM. Doolfismich/ wolffstrauw. HISP. *Centella.* { Herba, quæ Cerberi spumâ conspersa, venenum efficacissimum contraxit, quo tempore eum Hercules ab inferis traxit. Dictum Aconitum, ἀπὸ τοῦ ἀκονᾶν, hoc est, à coteisseu cautè. Ovid. *Metamorph.*

*Quæ quia naſcuntur dura vivacia cautè,*
*Mortales Acotita vocant.*

Sunt qui ab Aconæ portu, seu oppido Mariandinorum deducant, juxta Heracleam Ponticam, ubi copiosissimè provenit. Illinc enim non longè abest Acherusia specus, per quam Hercules Cerberum ad superos ferebat pertraxisse. Alii Aconitum dictum putant, quòd ἀκονιτὶ, hoc est, sine pulvere, aut terra proveniat. Plin. *lib.* 27. *cap.* 5. Nascitur Aconitum in nudis cautibus, quas Aconas vocant. Et ideo Aconitum quidam dixere, quòd nullo, ne pulvere quidem nutriente proveniat. Alii ἀπὸ τῆς ἀκονίας derivant, quod est accelero, quia mortem accelerat. Alii, quoniam vis eadem in morte esset, quæ cotibus ad ferri aciem deterendam, flatimque admota velocitas sentiretur. Hæc Plin. Alio nomine dicitur Pardalianches, παρδαλιαγχὲς, quòd pantheræ eo gustato statim strangulantur.

‖ Aconomintus, qui nulli communicat. Pap. ‖

Acōnteus, ἀκοντεύς, venator egregius, ut docet Statius *lib.* 7. *Thebaid.*

——— *dimet flammatum Aconteus.*

*Strage virûm, cui fama feras proſtrauere virtus.*

Acontiæ, { ἀκοντίαι. GALL. *Cometes.* ITAL. *Cometa.* GERM. Ein Comet wie ein pfeil. HISP. *Cometas del cielo.* ANGL. *Cometes ſtarres ſo called.* } Sunt stellæ crinitæ, seu impressiones: dictæ ἀπὸ τῆς ἀκοντίου, hoc est, à iaculo: quia { ut Plin. scribit *lib.* 2. *cap.* 25. } jaculi modo vibrantur ocyssimo volatu. Ex his quasdam breviores, & in macronem fastigiatas, Xiphias vocavêre, quæ sunt omnium pallidissimæ, & quodam gladii nitore sine radiis.

Acontiæ, ἀκοντίαι. Spontes quidam duorum cubitorum magnitudine, figura circa caput ensiformi, paulatim in tenuem abeunte, colore viridi, alvo minutis quibusdam maculis conspersa, quæ quandam grandorum milii similitudinem repræsentant. Unde & Cenchrides, κεγχρίδες, & à Latinis nonnullis Miliariæ vocantur. Acontiæ autem ἀπὸ τῆς ἀκοντίου, hoc est, à similitudine iaculi. Mira enim celeritate progrediuntur, non flexuosis spiris, ut reliqui serpentes, sed recto quodammodo tramite ipse quodammodo circulantes. Dictus Acontius *lib.* 13. *cap.* 27. & Lucanus *lib.* 9. Vide infrà in dictione *Cenchris.*

Acontion, ἀκόντιον, oppidum est Arcadiæ, nomen habens ab Acontio Lycaonis filio. De hoc Steph.

Acontius, ἀκόντιος, Bœotiæ mons: is, teste Plinio *lib.* 4. *cap.* 7.

Acontius, ἀκόντιος. Adolescentis nomen est ex Cea Coryci maris insulæ oriundi, qui quum in Dianæ templo Cydippen conspexisset, ejus amore captus, devovit ad pedes ejus malum hujusmodi carmine inscriptum, Me tibi nupturam { felix eat omen } Aconti, juro quam colimus, numina magna Dea. Postea à patre alteri desponsa, quum periculosissima febri esset correpta, tacta perjurium morbi sui causam esse, maluit Acontio nubere, quàm Dianæ iram ulteriùs experiri. Extant hac de re duæ Ovidii epistolæ, una Cydippes, Acontii altera.

Ācŏpi, Medicamenta lassitudines & fatigationes levantia, impositio ex re vocabulo ἄκορον, confortativa. Plin. *lib.* 29. *cap.* 3. Ad omniaque quæ acopis curantur, unguentúmque pariter & medicamentum est.

Ācŏpis, gemma nitro similis, pumicosa, aureis guttis stellata, cum quo oleum subfervefactum perunctis lassitudinem solvit, ἄκορις. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Ācŏpus, ἄκορον. Dioscoridi herba est fruticosa, gravi odore, flore holeris: quæ & Anagyros vocatur à Plinio, à Dioscoride etiam Anagyris, ἀναγυρὶς. Vulgus ob odoris gravitatem Lignum fœtidum appellat. Huius semen, quod in oblongis corniculis habet, commanducatum vomitiones ciet. ¶ Unde factus est locus proverbio, ἀναγυρὸν κινεῖν, Anagyrim movere, quo utimur in eos, qui obiurgatura sibi commovent.

Ācŏn, vide *Acco.*

Ācŏnŭs, herba est ex genere acanthacearum, spinam habens pro folio, vernaculo cæco similis, colore tamen rufo, succum pinguem & sanguineum fundens, ἄκανα. De hac Plin. *lib.* 20. *cap.* 16.

Acorum. { ἄκορον Dioscoridi. GALL. *Galange.* ITAL. & HISP. *Acoro.* } Plinio Acoros, herba est folia habens iridis, radicésque illi non absimiles, gustu acres, odore non ingratas, eæque complicatas, nec in rectum, sed in obliquum actas. Eæque verus acorus Galanga crassa, teste Amato Lusitano in Dioscor. qui Galeni, & Plinii, & Dioscoridis de eo locos optimè conciliavit. ¶ Alii volunt esse Calamum aromaticum officinarum, non verò Galangam, sed earundem acorum, βαστάζειν Theophrasti, & Caricta Virgilii. Vide *Carex.* Galangam verò esse speciem Cyperi Babylonici censetur.

Ācōsmŭs, idem est quod inornatus, ἄκοσμος. Nam κόσμος, apud Græcos ornatum, vel ornamentum significat. Lucr. *lib.* 4. hac voce utitur, sed Græcè scripta.

Acquiesco, rei alicui quietis & otii gratiâ innitor. { מנוח *manôah*, מחץ *machatz*, רכש *racaſeh.* ἀναπαύομαι, ἐπαναπαύομαι. GALL. *Se repoſer.* ITAL. *Riposarſi, Acquetarſi.* GERM. Auff einer sach beruhen. HISP. *Descansar ò sentir con otro.* ANGL. *To reſt.* } Seneca, nihilo miserior ero, si lassa cervix mea in manipulo ferri acquiescat. Nonnunquam accipitur pro simplici suo quiesco, ἡσυχάζω. Cic. *Attic. lib.* 7. Acquiesco enim, & ad te scribens, & legens tua. *Ibid.* Vitandi caloris causa Lanuvii tres horas acquieveram. Interdum transsumitur Acquiescere pro eo quod est, cum animi tranquillitate voluptatéque in re aliqua versari. *Ibidem*: Nulla est respublica quæ me delectet, aut in qua acquiescam. Senec. *de conſol. ad Polyb.* Multos habes, in quibus acquiescas. Idem Gell. *cap.* 3. *lib.* 1. Petiit ut acquiesceret, i. paululùm consisteret. Plaut. *Aſin. ſc.* 2. *a.* 2. Placidè unumquidque tegita, ut acquiescam. Non vides me anhelitum ducere. Nonnunquam etiam pro eo quod est in re aliqua quietem suam & spem repositam habere. Idem *de Amicit.* Libenter enim senes in adolescentulum charitate acquiescimus. ¶ Acquiescere rei alicui, pro aliqua in re. Senec. *epiſt. lib.* 24. Ut meliora tibi proponas, & acquiescas spei blandæ. Senec. *de Conſol. ad Polyb.* Acquiescerem præteritis. Suet. *in Tyber. c.* 31. Acquiescere honori. *Ibid. cap.* 56. Convictoribus Græculis acquiescebat.

Ăcquīro. Quæro, comparo, adipiscor, consequor: ab Ad, & quæro. { קנה *kanáh*, רכש *racaſeh.* κτάομαι, κέκτημαι. GALL. *Acquerir.* ITAL. *Acquiſtare.* GERM. Erlangen/ überkommen. HISP. *Alcançar lo deſſeado.* ANGL. *To purchaſſe.* } Cic. *de Amic.* Semper aliqui acquirendi sunt, quos diligamus, & à quibus diligamur. ¶ De malis etiam rebus dicitur: ut, Acquirere inimicitias. Plaut. *in Milit. ſc.* 3. *a.* 2. Quis est qui inimicitias sibi magis acquirat, quàm tu? ¶ Interdum Acquiro, pro Augeri, vel conciliari. Plin. *lib.* 15. *cap.* 13. Quo genere & vino odorem acquiri putant.

Ārī, vicus est Panticapensis agri, ad ostium Mæotidis, 70. stadiorum freto à Corocondamo appositus urbe discretus, ἄκρα. ¶ Est & Acra cognomento Iapygia, promontorium extremum Salentinorum, quo quam longissimè, ut inquit Plin. *lib.* 3. *cap.* 11. in mare excurrit Italia: Iapygiæ cognomentum discriminis gratiâ additum est. Nam Græci quælibet promontoria Acras, ἄκρας, vocant. Unde & plerasque urbes in promontoriis sitas, Acræ appellantur. Vide Stephanum, qui decem huius nominis urbes enumerat.

Acrabathena, una est ex decem Iudææ toparchiis, ἀκραβαθηνὴ. Vide Plin. *lib.* 5. *c.* 14.

Acradina, vel potius Achradina, Stephano ἀχραδινὴ, vide suprà *Achradina*, & infrà in dictione *Syracuſæ.*

Acræa luno, ἡ ἀκραία, dicta fuit à Corinthiis, quod ἐν ἀκρωτηρίῳ, hoc est in promontorio quodam inter Lecharum & Agas, non procul à Corintho coleretur: ubi & vetustum ejus extabat oraculum. Strab. *lib.* 8.

Acræpala, ἀκρεπάλαι, ab Hippocrate dicuntur ea omnia, quæ crapulæ obsistunt, quemadmodum Adipsa, ἄδιψα, quæ sitim prohibent. Inter Acræpala numerantur amygdalæ amariores.

Acræphia, ἀκραιφία, urbs est Bœotiæ, quæ ab Homero Aræ vocatur. dicta Acræphia, ab Acræpho Apollinis filio, ut Stephano placet.

Ăcrĕ

Ἀκράγας, Nobilis artificis nomen est, qui in auro argentóque cælando plurimum præstitit: cuius etiam Plinii ætate Rhodi in templo Liberi patris opera quædam exstabant, Bacchæ scilicet & Centauri in scyphis cælati. *ἀνάγλυφα*. Vide Plin. *lib.* 33. *cap.* 11. ¶ Est item Acragas, *ὁ Ἀκράγας*, Stephano mons Siciliæ, non procul a Pachyno promontorio, cum oppido eiusdem nominis, quod à Latinis Agrigentum dicitur, teste Plin. *lib.* 3. *cap.* 8. Virg. *Æneid.*

*Arduus inde Acragas ostentat maxima longè*
*Mœnia.*

Stephanus existimat hanc urbem, ut plerasque in Sicilia, à præterlabente fluvio nomen accepisse. Alii ab Acragante Iovis & Æthiopes filio dictam putant. Quatuor præterea alias huius nominis urbes commemorat Stephanus, quarum primam in Thracia ponit, alteram in Eubœa, tertiam in Cypro, quartam in Ætolia. Scribitur & Agragas per quintam consonantem in secunda syllaba. Hinc deducitur gentile Agragantinus, *ἀκραγαντῖνος*. Lucret. *lib.* 1. Quorum Agragantinus cum primis Empedocles est. Hos Latini vocant Agrigentinos.

Ἀκρατοκωθῶνες, *ἀκρατοκωθῶνες*. Dicti sunt homines vinosi & meracius bibentes: quasi dicas, vini meri pocula: *ἄκρατος* enim merum est; *κώθωνες* autem inter pocula numerantur. Vide Cæl. *lib.* 27. *cap.* 27.

Ἀκρατοφόρων. ‖ *משקה אשישה. ἀκρατοφόρος.* Gall. *Couche, coquemart, brac.* Ital. *Orciuolo.* Germ. *Ein Trübel oder krug.* Hisp. *El arcaduz para sacar vino.* Angl. *A pitcher or pot for water.* ‖ Urceolus Latinè dicitur. Cic. 3. *de Fin.* Et tamen puto concedi nobis oportere, ut Græco verbo utamur, siquando minùs occurret Latinum, ne hoc ephippiis & acratophoris potius quàm *ἀκρατοφόροις*, & *διαγωνιαῖοις* concedatur.

‖ Acratophorus, merum ferens. ‖

Ἀκρατος, *ἄκρατος*. Bacchantium Genius qui Athenis spectabatur, cui os duntaxat extra parietem extabat. Autor Pausanias *in Attic.*

Ἀκραυίσι, *ἀκραυίσιοι*, populi sunt Pannoniæ inferioris, iuxta Discos: de quibus Plin. *lib.* 3. *cap.* 25.

Ἀκρēδο, inis, idem quod acrimonia, & acritudo. Vide *Acer.*

Ἀκρēδūla. ‖ *ἀκανθυλλίς.* Gall. *Rossignol.* Ital. *Rosignuolo.* Germ. *Ein nachtigall.* Hisp. *Ruyseñor.* Angl. *A reedlark.* ‖ Putatur Luscinia avis, sive (ut aliis placet) avis illa quam vulgò *Rauallionem* vocamus. Cic. *de Divin. ex Arato*, Et matutinis Acredula vocibus instat: Instat, & assiduas vocum jacit ore querelas, Cum primùm gelidos torres aurora remittit.

‖ Acrementum, omphacium. Onom. Med. ‖

Ἀκρενses, *ἀκρῆνοι*, populi sunt Siciliæ, stipendiarii Romanorum, non procul ab Acesta oppido, de quibus Plin. *lib.* 3. *cap.* 8.

Ἀκρia, *ἀκρία*, oppidum est Hispaniæ in conventu Hispalensi: de quo Plin. *lib.* 3. *cap.* 1. Item alterum in Peloponneso, ad ostium Eurotæ fluvii in sinu Laconico: de quo Ptolomæus.

Ἀκριβοδίκαι, *ἀκριβοδίκαιοι*, teste Budæo, ab Aristotele appellantur Iurisconsulti, qui neglecta æquitate, summo iure, hoc est, verbis ipsis nituntur, sic dicti, quòd nimium exactè legis rigorem, quem vocant, observarent. Et strictum illud ius Acribodicæum, *ἀκριβοδικαῖον*, appellatur.

Ἀκριδοφάγοι, *ἀκριδοφάγοι*, populi sunt inter Æthiopes, veloces cursu, vita verò adeò brevi, ut annotinus quadragesimum annum non excedat. Solis ferè locustis victitant, à quibus & nomen inverterunt. Nam Acridas, *ἀκρίδας*, Græci dicunt, quas nos Locustas. Vide plura de his apud Diod. Siculum *lib.* 4 *cap.* 3. Et Matthæus Ioannem Baptistam refert locustis usum, *cap.* 3.

Ἀκρīfolium, arbuscula est, quæ à Macrobio inter arbores infelices numeratur, *κακόν*. Creditur eadem esse, quæ Lotos alio nomine, a Gallis autem, *Alysa*, vel *Alyserum*, *Alysier*. Vide Ruellium.

Ἀκρīlla, *ἀκρίλλα*, oppidum est Siciliæ, non procul à Syracusis: cuius incolæ dicuntur Acrillæi, *ἀκριλλαῖοι*. Vide Steph.

Ἀcrimonia, vide *Acer* adjectivum.

Acrio, onis, Locrus, Philosophus fuit Pythagoricus, cuius meminit Cic. *lib.* 3. *de Finib.*

Ἀcris, *ἀκρίς*, locusta. ‖

Acrisia, *ἀκρισία*, est absentia iudicii & rationis. Bud. *in Commentariis.*

Acrisius, *ἀκρίσιος*, filius fuit Abantis, & pater Danes, qui Proto fratri in regnum Argivorum successit. Hic cùm oraculo monitus esset, fore ut a nepote vita exueretur, filiam suam unicam munitissimæ turri inclusit, eo consilio, ut perpetua virginitate damnata, omni qui à posteritate impendere videbatur, metu solveretur. At Iupiter Danes amore captus in speciem imbris aurei se transformavit, & per impluvium in puellæ gremium descendit, voluptate compos factus ex ea Perseum genuit. Quod ubi Acrisius animadvertit, filiam unà cum infantulo recèns nato in arcam impositam, in mare abjecit: quæ ad litteus Apulum appulsa, & a piscatoribus excepta, ad Pilumnum regem deducta est: qui & formæ eius & genere adductus, eam sibi uxorem delegit. Porrò Perseus simul ac adolevit, adversus Gorgonas expeditione suscepta victor evasit: nec tamen multò post Argos venit, sed Acrisium Medusæ caput ferens: in quod quum forte Acrisius inciderit, in lapidem transmutatus est. Hæc ex Ovidio & aliis. Fuit & Acrisius alter Vlyssis avus paternus, quem alii Acresium legunt apud Ovidium *Metamorphoseos lib.* 13. ¶ Verba Ovidii sunt:

*Nam mihi Laërtes pater est, At ipsius ille,* [al. Arcesius.]
*Iupiter huic.*

Ἀcrisiōnēus, a, um, adjectivum, *ἀκρισιονεύς*. Virgil. *Æneid.*

——— *hanc dicitur urbem*
*Acrisioneis Danaë fundasse colonis.*

Acrisioniades. Acrisioniadæ Patronymicum masculinum, *ἀκρισιονιάδης*, Perseus Acrisii ex Danaë nepos. Ovid. *Metamorph.*

*tertit in hunc iugulum madefactam cæde Medusæ*
*Acrisioniades, adigitque in pectora vultum.*

Acrisiōnē, es, *ἀκρισιονή*, patronymicum item, ab Acrisio deductum, quo significabatur Danaë filia Acrisii, & Persei mater.

Ἀcritas, Acritudo, Acriter. Vide *Acer* adjectivum.

Acritas, Peloponnesi promontorium iuxta Maleam & Tænarum. Autor Pompon. Mela *lib.* 2. & Plin. 4. 5. & 13.

Ἀκροάσασθαι, *ἀκροάσασθαι*. Græci auditiones, sive auscultationes vocant: *ἀκροᾶσθαι* enim audire est seu Auscultare. Aristoteles Acroamata nominavit commentationes suas, quas auditoribus tradebat, in quibus Philosophia remotior, subtilisque agitabatur. Huic disciplinæ, quæ Acroamatice dicitur, tempus dabat in Lyceo gymnasio matutino. Vide Plutarch. *in Alex.* & Gell. *cap.* 4. *lib.* 20. Alii appellant Acroamata, festivas recitationes, lusoriasque narrationes. Quod significat Cic. *Ver.* 6. Hic quasi festivum acroama, ne fine corollario de convivio discederet, ibidem convivis inspectantibus, emblemata avellenda curavit. Et Suet. *cap.* 47. *de Augusto* scribit, Acroamata, hoc est narrationes recitationesque ludicras & mimicas ab Augusto interponi solere conviviis, ad convictores oblectandos. Lampridius accipere videtur pro ipsis hominibus acroamata recitantibus, quum ait in Alexandro, Alexandrum nanos & nanas, & moriones, & vocaleis exoletos, & omnia acroamata, & pantomimos populo donasse. Similiter Plin. *in Epist.* Interdum, inquit, audiebamus acroamata, interdum iucundissimi, sermonibus non diebatur.

Ἀκρόāmi, mos erat apud veteres, qui hodie nullus est, ut in fabulis agendis actionem histrionum musica symphonia commendaret. Vnde illud: Tibiis dextris & sinistris, aut paribus & imparibus, aut Serranis & Phrygiis. Erat igitur in voce histrionum actio, erat in musica symphonia; quod Acroama dicebatur: indascilicet, quod fabulæ pars auribus perciperetur, & auditio quædam esset, animum leniente musico concentu, sicut illa quæ ad actionem histrionum pertinebat, spectantium oculos oblectabat. Atque hanc fuisse Acroamatis significationem, loci demonstrant quos in antiquorum scriptis observavimus. Nam *in oratione pro Archia*, distinxit Orator inter Acroama & vocem, id est, cum qui fidibus, & cum qui voce caneret: Cùm (inquit) ab eo quæreretur, quod Acroama, aut cujus vocem libentissimè audiret? Respondit, eius a quo virtus optimè prædicaretur. Et *in Verrem*: Acroama pro homine potiùs quàm pro re, planè constat esse usurpatum. Sunt enim hæc verba: Hic quasi festivum acroama, ne sine corollario discederet, emblemata avellenda curavit. Sed nusquam apertius quàm apud Macrobium quid Acroama sit, intelligitur. Saturn. *lib.* 11. inquit: Delectatus inter cœnam erat Augustus pueris symphoniacis Turionis Flacci mangonis, atque eos frumento donaverat, cum ipsa alia acroamata fuisset liberalis nummis, eosdemque postea Turionius æquè inter cœnam quærenti Cæsari sic excusavit: Ad moles fuit. In oratione autem pro Sextio, de P. Clodio: Ipse ille maximè Ludius, non solùm spectator, sed actor & acroama. Quod ideo dixit Cicero, quia Clodius utrumque munus, & histrionis, & musici obiret.

Ἀκροāmātĭcus, a, um: idem quod Auscultatorius, *ἀκροαματικός*. Aristoteles in epistola quadam ad Alexandrum, logos acroamaticos appellat libros de recondita Peripateticorum disciplina editos. Gell. *lib.* 20. *cap.* 4.

‖ Acroāsis, *ἀκρόασις*, auditio, auditorium. Varro. Cic. *ad Att.* Ejus literas vel in acroasi audebam legere.

Acroaticus, a, um, *ἀκροατικός*, idem quod Acroamaticus.

Acroathon, *ἄκρωθον*. Oppidum est Thraciæ, in vertice montis, qui Athos dicitur, situm; unde & nomen habet. Pomponius Mela *lib.* 2.

‖ Acroboticum, machina scansoria, portatilis ad dealbandos muros, &c. Vitr. ‖

Ἀcrocĕraūnĭi, orum, vel Acroceraunii montes, *ἀκροκεραύνια*. Montes sunt in fronte Epiri, Ionium mare ab Adriatico dirimentes, ita dicti quòd propter immensam altitudinem vertices habeant fulminibus maxime obnoxios. *ἄκρα* enim verticem significat, & *κεραυνὸς* fulmen. Horat. *lib.* 1. *Carm. ad Virg.*

*Qui fretum oculis monstra natantia,*
*Qui vidit mare turgidum, &*
*Infames scopulos Acroceraunia.*

Plin. *lib.* 3. *cap.* 23. Inde initium Epiri, montes Acroceraunii. Idem *in præamio lib.* 4. Item *ejusdem libri cap.* 1. Non defuerunt qui & iuxta Annesiam montes Acroceraunios collocarent: verùm illi nominis vicinitate lapsi sunt. Siquidem illi Ceraunii montes appellantur, non Acroceraunii: de quibus vide Plin. *lib.* 5. *cap.* 27. & *infrà suo loco.*

Acroceraunion, *ἀκροκεραύνιον*, est primum Epiri promontorium, eique Acroceraunorum montium pars, quæ mari imminens secundum Europæ finum a tertio, hoc est, Adriaticum mare ab Ionio dividit: distatque a Lacinio, extremo Italiæ promontorio 75000. pas. Vide Plin. *lib.* 3. *cap.* 11. & 19.

‖ Acrocheria, ligatura arteriolarum. Pap. ‖

Acrochiastæ, Astutæ, qui summis manibus depugnant inter se.

‖ Acrochirion, summa manus. Onom. M.

Acrocolia, truncus, extrema membrorum, & edulia ex truncis. Item è pomis. Poll.

Ἀcrŏchordon, ‖ *שחין שחוח. ἀκροχορδών.* Gall. *Verrue.* Ital. *Porro che nasce per le mani, bruscio.* Germ. *Warzen die vnden auff der haut aller ding sind wie ein saltzn.* Hisp. *Vegeneres de berruga que nacen.* Angl. *Warts.* ‖ Tubercula sunt in cute excrescentia, dura, & exigua, ima sui parte adeò angusta, ut veluti chordarum nexu summa in cute suspensa videantur: unde & nomen habent. A quibusdam Verucæ pensiles appellantur. Vide Galenum *Methodi lib.* 2 *cap.* 11. & Manard. *epist. lib.* 7.

Acrocomæ, *ἀκροκόμαι*. Populi sunt Thraciæ, à capillorum longitudine dicti, quòd antea in fronte mulierum more demissos gestarent. Autor Homerus. ¶ Sed apud eum *ἀκροκόμαι* appellati sunt *ἀπὸ τῆς* Thracum, sitis comitat: ideque non quòd antias in fronte demissas gestarent, sed quòd in summo capite capillos alerent: i. *ὅτι ἐπὶ ἄκρου τρέφουσι τὰς τρίχας.* Vide Eustath. & Herod.

‖ Acrocomia, brachii prominens summitas. Onom. M.

Acrocomus, longas habens comas anteriores. Opisthocomus, posteriores. Rhod. ‖

Ἀcrocorinthus, *ἀκροκόρινθος*, mons Peloponnesi, inter duo maria, Ægeum videlicet, & Ionium, sta fiorum trium & dimidiam altitudine ad perpendiculum, sub cuius radice in plano situs mensæ, licet oppidum

dium Corinthi. Strabo *lib.* 9. autor est, monetæ hunc mœnibus ita fuisse circumdatum, ut intra ultimi præsidere quiè sit, at minimum virum videri debeat, Acrocorinthum a Plinio arcem appellari, quem Strabo montem vocat. Illi *lib.* 4. *cap.* 4. Medio hoc inter vallo, quod Hilbrai appellavimus, applicata colli habitatur colonia Corinthus, extra Ephyra dicta, scripserunt ab utroque latere habitata summa tua arx, quæ vocatur Acrocorinthus, in qua fons est Pyrithoe.

Acrocotium, Bulbi species est. Plin. *lib.* 19. *cap.* 5. ἀκροκώτιον.

Acrodrya, Cajus hoc nomine omnem fructum arborum significari dixit: proprie tamen Acrodrya vocantur fructus arborum, qui glandes corticibus habent, quales sunt castaneæ, glandes, amygdalæ, juglandes, & similes, ἀκρόδρυα. Quod genus appellatione Nucum, apud Latinos continetur. Et contra, Opora dicuntur quæ molli sunt pericarpio, ὀπώρα. Vide Ruellium *lib.* 1. *c.* 97. & Brunfelsium.

Acrolema, cubiti summitates. Item rerum pars superflua, fimbria illorum. Poll.

Acrolissus, ἀκρόλισσος, arx est in colle supra Lissum Illyrici urbem, cujus meminit Strabo *lib.* 7.

Acrolithum, summum saxum, statua, summus lapis. Vitr.

Acrolochias, ἀκρολοχίας. Promontorium est Ægypti ad Pharon. Strabo *lib.* 17.

Acromium, ἀκρώμιον, ἄκρον ὦμον, i.e. humeri summitas, ubi cum scapulis humeri committuntur.

Acromphalum, ἀκρόμφαλον, ἄκρον ὀμφαλός, umbilici medium.

Acron, ἄκρων. Fuit Cenienſium rex eo nomine, quem Romulus singulari certamine vicit, ejusque arma Jovi Feretrio dedicavit. ¶ Acron præterea medicus Agrigentinus fuit, qui Atticis una cum Empedocle philosophatus est. Antiquior fuit Hippocrate Scripsit lingua Dorica de victu salubri librum unum, autore Suida. Vide Laertium *in Empedocle*. ¶ Acron item fuit nobilis Grammaticus, qui Horatium poëtam editis commentariis enarravit.

Acronius lacus, ἀκρώνιος λίμνη, olim dictus, qui aliis nominibus & Podamicus, & Brigantinus nuncupatur. Hodie à Constantiæ urbe imminente, Constantiensis dicitur. Pomp. Mel. *lib.* 3. Rhenus ab Alpibus decidens propriè à capite duos lacus efficit, Venetum, & Acronium.

Acroomeni, auscultantes, Pœnitentium ordines in Ecclesia Orientali. Lex. gr.

Acronyctæ, ἀκρώνυκτα, stellæ vespertino tempore orientes, quum sol vergit ad Occasum. Nam ἀκρώνυξ à Græcis dicitur, quod nos Crepusculum vespertinum vocamus. Vide Cæl. Rhod. *lib.* 21. *cap.* 5.

Acrophysium, ἀκρόφυσιν, ἄκρον φύσιν, extrema follis pars, quæ fornacis, aut fusorii infundibuli ori inseritur: rostrum follis, spiramentum. vox Thucydidis.

Acropolis, Arx dicitur supra oppidum in edito loco sita, cujusmodi olim Athenæ habuerunt, Minervæ delubro insignem. ἀκρόπολις.

Acroptilum, in summo glabrum. Hipp.

Acrorei, urbs Triphyliæ. Steph.

Acrostichis, dis, dicitur quum primis aliquot versuum literis nomen alicujus, vel alia quæ vis dictio, aut oratio exprimitur, ἀκροστιχίς. In hoc genere Plautus fuisse aliquot argumenta Comœdiarum, quæ primis literis fabulæ nomen indicant. Sic Cic. *de Divinat.* citat Acrostichia Sibyllæ, quæ adhuc in libris Sibyllinis extant, Cæl. Rhod. *Antiq. lect. lib.* 15. *cap.* 39.

Acrostolia, orum, ἀκροστόλια, sunt extremæ partes navis, quæ facilè evellebantur, quum collibitum fuerat, ut constat ex Diodoro Siculo *lib.* 20. Latini (ut putat Bayfius.) tostra vocant, & si quæ similia. Erat autem in more positum apud antiquos, ornari naves victrices acrostoliis captivarum.

Acrotadus, ἀκρωτάδης, insula est in sinu Persico: de qua Plin. *lib.* 6. *c.* 23.

Acrotelevtium, extremus versus, dies. Iun.

Acrotémo. Suprema pars temonis. Poll.

Acroteria, dicuntur pinnacula in summitate ædificiorum prominentia. Item in corpore humano extremitates etiam Acroteria dicuntur, quales sunt in manibus & pedibus illæ partes digitorum, quæ sub unguibus latent. ἀκρωτήρια. ANGL. *Pinnacles in ye high partes of buildingis.* Vide Vitruvium & Bud. *in Comm.*

Acrothinia, primitiæ frugum sunt, quæ de summo acervo solent tolli. ἀκροθίνια. ἄκρον enim summum sonat, omne autem frugum acervi dicuntur. Vnde ἀκροθινιάζειν Græci dicunt, pro eo quod est, Summa delibare, vel primitias consecrare.

Acrothoon, vide *Acroatium.*

Acruelia, articuli. Pop.

Acrumax: uma, utensilia ampliora. Fest.

Acroustica, frigida, atque colorem tia. Cæl.

Acroxonia, axis cujuslibet extremitates. Poll.

Ăcti, æ, substantivum nomen, & Græcum, ultima depresso accentu. ἀκτή *chaph. dam.* GALL. *Le bord & rivage de la mer.* ITAL. *Lito*, GERM. Eingefsad. HISP. *La orilla dèlmar, ò tierra cerca della.* ANGL. *The shoare, or sea coaste.* Litus secretum & amœnum. Virgil. *lib.* 5.

*At procul in sola secretæ Troades æqua*
*Anchisen flebant.* Servius.

Cic. *in Verr.* Uxorem non poterat in acta tot diebus habere.

Acta, orum, vide *Ago.*

Ăctæa, herba est, sive frutex grani foliorum oblongæ, caulibus anisi geniculatis, semine nigro, ut sedero, baccis mollibus. Nascitur in opacis & asperis & aquosis. Hæc Plin. *lib.* 26. *cap.* 8. Ruellius hanc eandem esse putat, aut certè similimam illi, quæ à Dioscoride χαμαίακτη, à Latinis Ebulum vocatur.

Actæon, ἀκταίων, cum diphth. Aristæi & Autonoës filius, à Diana in cervum conversus, & à suis canibus discerptus. Vide fabulam apud Ovid. *lib.* 3. *Metamorph.* & Fulgentium, atque etiam in Commentariis Apollonii *lib.* 4.

*Ingrium Actæon vidit sine veste Dianam:*
*Præda fuit canibus non minus ille suis.*
Ovid.

Actania, ἀκτανία, insula est in mari Germanico, cujus meminit Plinius *lib.* 4. *cap.* 13.

Actata, vide *Acuta.*

Actæ, es, ætis. Græciæ regio nobilissima, quæ pellea ab Actæide Græci regis filia, Attica nominata est. Dicta Actæ, vel ab Actæo quodam rege indigena, ut putant Stephanus, vel potius, quod maxima sui parte littoralis sit, & undique extensa. Nam ἀκτὴ Græci litus vocant. Plinius *lib.* 4. *cap.* 7. Intra primam Atticam, antiquitus Acta vocata.

Actæus, a, um, id est, Atticus, ἀκταῖος. Ovid. *Metamorph.*

*Separat hos Actæa Ceres, discordibus arvis.*

Actæ, sambuci arboris species quem Latini Sambucum vocant. ἀκτὴ. GALL. *Sureau, ou ſeu en.* ITAL. *Sambuco.* GERM. Holderstud. HISP. *Sabuco.* ANGL. *Eldertree.* Vide Chamædrys, χαμαίδρυς dicta, quod Ebulum a Romanis appellatur, quasi pumila Sambucus. Vide infra in dictione *Sambucus.*

Actia, ἄκτια. Stephano ludi erant in Actio Epiri promontorio quinto quoque anno celebrati laudi in honorem Apollinis, qui & ipse Actius cognominabatur. Hos ludos vetustissimos fuisse constat, utpote quorum & Callimachus meminerit. Summo tamen apparatu ab Augusto instaurati fuerant, postquam Antonium & Cleopatram navali prælio ante Actium superasset: cura eorum demceps Lacedæmoniis mandata. Hæc Strabo *lib.* 7. Stephanus tertio quoque anno celebratos fuisse tradidit: tribusque certaminibus fuisse insignes, gymnico, equestri, & navali. Horum meminit & Servius in illud Virgil. 3. *Æneid.*

*Actiaque Iliacis celebramus littora ludis.*

Actin, ἀκτὶς, ῖνος, radius Solis: unde Ecclesia *actinosa*, quasi radiosa dicitur, quæ fide operibusque resplendet; apud Ambrosium *de interpell. Daniel.*

Actio, Actionarius, vide *Ago.*

Actiosus. Vide *Axiosus.*

Actis, teli genus. Novar.

Actisones, ἀκτίσωνες, Rex Æthiopiæ, qui Amasim Ægypto depulit, quod nimis immoderatè tyrannidem exerceret, regnumque ejus occupavit. Vide Diodorum *lib.* 2. *cap.* 1.

Actium, ἄκτιον, Epiri promontorium, ubi Augustus, devictis navali prælio Antonio & Cleopatra, urbem condidit, & Nicopolim à victoria nominavit.

Actius, & Actiacus, a, um, ἀκτιακός. Virg. 3. *Æneid.*

*Actiaque Iliacis celebramus littora ludis.*

Ovid. *ep.* 21. Sappho *ad Phaonem.*

*Cur non Actiacus miseram me mittis ad urnam?*

Actius Navius, inclytus Tarquinii Prisci temporibus Augur fuit, quem inspectante rege, cotem novacula discidisse fabulantur. Vide Livium *lib.* 1. *ab urbe.* Alii malunt scribere *Accius.*

Actius, sive Accius, fuit Tragœdiarum scriptor, natus libertinis parentibus, & inter Colonos Pisaurum deductus, à quo & fundus Actianus juxta Pisaurum dictus: inscribendis Tragœdiis, sententiarum gravitate, verborum ponderе, personarum autoritate clarissimus extitit. Vide suprà *Accius.*

Actito, Activus, Actor, vide *Ago.*

Actor, qui agit: in specie, qui agit in judicio: item it qui fabulam agit. Vide *Ago.*

Actor, ἄκτωρ. Comes fuit Herculis in expeditione contra Amazones, in quo bello vulneratus, quum domum redire vellet, in itinere mortuus est. ¶ Actorides, ἀκτορίδης. Patroclus, nepos Actoris. Is enim ex Ægina, quam ei Iupiter à se vitiatam, uxorem dederat, Menœtium genuit. Menœtius autem relicta Ægina, Opuntem in Locros se contulit, & ibi Patroclum genuit. Legend. Ovid. *Eleg.* 8. *lib.* 1. *Trist.* Actoris urbs. Idem *Eleg.* 9. *lib. Trist. & Met.*

*Repulit Actoridas sub imagine tutus Achillis*
*Troas.*

¶ Fuit & Actor quidam Aurunceus, cujus meminit Virg. *lib.* 12. *Æneid.*

——— *validam vi corripit hastam*
*Actoris Aurunci fpoliumque, &c.*

Actuälis. Macrob. *Comment. lib.* 2. *cap.* 17. Hic à festivis remotus, emittet tamen actualium vigore virtutum.

Actuo. Activitas. Actiuncula, Activus, Actualis, actor. Vide *Ago.*

Actuärius, Actuosus, Actum est, Actus adjectivum & substantivum. Vide *Ago.*

Actuarius, ἀκτουάριος. Medici Græci nomen, qui plurimis scriptis voluminibus artem suam illustravit: ex quibus etiam hodie sunt in manibus septem libri de urinarum ratione.

Actuarius, lunes est, qui primus actus est ab eo quintus quisque, quem si numeres cum primo erit sextus: quoniam quinque centurias sex limites claudunt. Actuarii autem extra maximos D. & K. latitudinem habent pedes CXL. Per hos iter populo, sicut per viam publicam debetur; ita enim cautum est lege Sempronia & Cornelia, & Iulia. Quidam ex his latiores sunt CXL. pedibus, ut hi qui sunt per viam publicam militarem acti, habent enim latitudines viæ publicæ. Hæc tradita sunt ab Hygino *in lib. de limitibus constituendis.*

Actuariæ naves, quòd facilè agantur. ὠκύπορος. Sisen. *lib.* 3. *hist.* Quibus occisis, actuarias ad vigenti, naves item complures onerarias ipsendunt. Non. Salust. *hist. lib.* 2. Ad hoc pauca piratica actuaria navigia.

Actus agrestis, mensuræ genus fuit, de quo dictum est in dictione *Mensura.*

Actum, vide *Ago.*

Aculeus, stimulus. ḥaṭ *darbán.* κέντρον. GALL. *Pointe ou aiguillon.* ITAL. *Pungolo, ago.* GERM. Ein ipun oder angel der Wespen und Bienen. HISP. *El aguijon delas auejas ò abijas.* ANGL. *A prike or sting.* Col. *lib.* 1. Nec pabulem quidem vicinam esse oportet ædificiis, nec junctam militarem viam: quòd illa caloribus noxium virus erudiat, & infestis aculeis armatos culices, muscas, tabanos, quæ in nos densissimis agminibus involant. Cic. 3. *de Fin.* Vespas aculeis uti videmus. Idem 2. *Tusc.* Quum lugeſcimus, flammisque mollitia, apis aculeum

aculeum ferre non possumus. ¶ Dicuntur & in herbis aculei, spinulæ quædam in folii caule, aut flore eminentes: ut in carduo, tribulo, leucacantha, & similibus. ¶ Cic. *de optimo dicendi genere*, transtulit ad orationem. Horum oratio, inquit, neque nervos, neque aculeos orationis, ac forenseis habet. Infixo aculeo fugere: Metaphora proverbialis, ubi quis dicto convitio, vel malefacto quopiam peracto, statim subducit se, ne vel tueri cogatur quod dixerit, aut ne mutuum accipiat. Translatum videtur ab apibus, aut vespis, quæ infixo aculeo, statim aufugiunt. Qua trahit & in eos qui velut oracula quædam pronunciant, & intellectu difficilia, aliis conjectandi materiam ministrantes, ut qui non interpretentur quamobrem ita senserint. Erasm. *in Chiliad.*

Aculĕŏlus, diminutivum, quo utitur Martial. *Epigr. lib. 8. malo fine.*

Aculĕātus, a, um, quod aculeum, sive acutum quiddam aculei ipsius habet. { *κεντρωτὸς.* Gall. *Pointu, picquant.* Ital. *Chi ha tal age.* Germ. Spitzig/ stächetig. Hisp. *Cosa que tiene punta ò aguijon.* Angl. *Any thing that hath a sting or pricke.* } Plin. *lib. 11. cap. 26. de cicadis.* Sine ore, est pro eo quiddam aculeatum linguis simile, & hoc in pectore, quo rorem lambunt. ¶ Per translationem quoque oratio, aut epistola aculeata dicitur, quæ veluti aculeis quibusdam mordet ac pungit. Cic. *ad Attic. lib. 14.* Satis aculeatas ad Dolabellam litteras dedi.

Aculeus, ministerialis domus regiæ. Eorum, *aculeatum*, est qui probes *Aulicus*, ejus quæ *Aquila*, ita dictus ab agendo videlicet. Isid. gloss.

‖ Acumba, accubitum. Acumbissima, fulcrum. Lex. g. b. ‖

Acuncula, vide *Acus.*

Acŭo, is, ui, utum, Aciem rei alicui induco, exacuo. { לטש *latásch*, שנן *schánan.* ἀκονάω, θήγω, ἐξακόω. Gall. *Aiguiser en tranchant, affiler, faire aigu.* Ital. *Dare il file, affilare, aggruzzare.* Germ. Scharpffen/ wetzen/ spitzen. Hisp. *Aguzar.* Angl. *To sharpe, to mak sharpe.* } Colum. *lib. 3.* Quoties falcem acueris, pelle acient detergito, atque ita putare incipito. ¶ Interdum ponitur pro excito, hortor, &c. Terent. *in Adelph.* Attentiores sumus ad rem omnes, quàm sat est: quòd illos sat xtas acuet, id est, docebit. Virgil. 2. *Georg.* in simili significatione animo tribuit,

*——— Curis acuens mortalia corda.*

Cic. *in Topic.* viris apposuit. In excitando autem, & in acuendo plurimùm valet, si laudes illum, quem cohorteris. Gell. *cap. 16. lib. 2.* Acuere & quasi incendere colorem. Livius *lib. 10.* Acuit hoc curam patribus. Item acuere iram. Et *lib. 3. offic.* Dux res quæ languorem afferunt exteris, illum acuebant, otium & solitudo, id est, incendebant. Virgil. 7. *Æneid.* in malam partem accipit, pro instigare, incendere, irritare.

*Postquam, inquit, visa satis primos acuisse furores.*

¶ Huius verbi composita sunt, Exacuo, & Præacuo: quorum significata vide suis locis.

Acūtus, a, um, propriè de ferro dicitur, quod aciem habet, & bene secat. Cui opponitur Hebes, vel obtusum. { מלוש *melutásch*, שנון *schanún.* ἐξὺς. Gall. *Aigu, aiguisé.* Ital. *Acuto & appuntato.* Germ. Spitzig/ scharpff. Hisp. *Cosa aguda ò aguzada.* Angl. *Sharpe made sharpe.* } Plaut. *in Milit.* Vide, ut tibi istic sit acutus Cario culter probè. Item quod in mucronem, sive acumen desinit, ut Acutus palus, Acutus angulus, Acutum rostrum. ¶ Per metaphoram autem ponitur pro subtili, vel acri, aut perspicaci: ut Acutum ingenium, Acutus sophista, Acuta vox, ὀξυφωνία. Item acuti oculi, id est, clarè cernentes, ὀξυδερκεῖς. Plaut. *Capt. sc. 4. a. 3.* Macilento ore, naso acuto. Et *in Pseud. sc. 7. a. 4.* Magno capite, acutis oculis (an argutis?) Senec. *ep. 85.* Acuta sunt ista argumenta: Nihil aristâ acutius. Acutum cernere, Horatius, ὀξυδερκεῖν. Acutæ aures, Horatius, ὀξήκοαι. Acuti cibi, τὰ δριμέα καὶ ὀξέα. Xenophon, Leviora studia, sed tamen acuta, λεπτότερα μὲν, ὀξέα δὲ. Gaza ex Cicerone.

Acuti, clavi, aut gomphi. Pelag. *lib. 15. n. 48.* Sicut impossibile est navim fabricari sine acutis.

Acūtē, adverbium. { ὀξέως. Gall. *Aigrement, ingenieusement.* Ital. *Acutamente, ingeniosamente.* Germ. Spitzfündigklich/ subtyl. Hisp. *Agudamente, ingeniosamente.* Angl. *Sharplie, ingeniouslie, quicklie.* } Quod quamvis primò de acie ferri dicatur, sæpiùs tamen ad animum refertur, idémque significat quod ingeniosè, vel subtiliter. Cic. *pro Calio.* Si mihi acutè, argutéque respondebit. Idem *in Lælio*, Multa responsa acutè ferebantur. Interdum de voce dicitur: ut, Vox acutè sonans, apud eundem *de somnio Scipionis*, & graviter sonans. Nonnunquam & de visu, pro Clarè, perspicaciter. Pro quo etiam legimus Acutum. ut Horat. *lib. 1. Serm. Sat. 3.*

*Quum tua pervideas oculis mala lippus inunctis,*
*Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum?*

Acūtŭlus, diminutivum, idem quod subacutus. { ὑποξὺς. Gall. *Aucunement aigu ou subtil.* Ital. *Alquanto acuto ò sottile.* Germ. Ein wenig subtyl oder scharpff. Hisp. *Un poco agudo ò sutil.* Angl. *Somewhat sharpe.* } Breves & acutulas conclusiones.

Acūmĕn, idem quod aculeus, seu cuspis. { דרבן *darbán.* αἰχμὴ. Gall. *Pointe ou aiguillon.* Ital. *Acuteza, acume.* Germ. Ein spitz. Hisp. *Agudeza ò aguzadura.* Angl. *A sting or prick, sharpnesse of wits.* } Cic. *in Arati Phænomenis.* Tergaque Centauri, atque Nepæ portat acumen. ¶ Accipitur & pro ingenii perspicacitate, quod quæ in acutum terminent, interiùs magis penetrent, quomodo solent perspicacia ingenia penetrare. { חרמש *hormáh.* ἀκωκὴ. Gall. *Subtilité, finesse, astuce, cautelle.* Ital. *Astutia, astuzia.* Germ. Scharpffsinnigkeit/ gschwindigkeit. Hisp. *Agudeza ò astucia de ingenio.* } Cic. *de Nat. deor.* Epicurus homo sine acumine, sine ullo lepore. Col. *in præfatione*, Facillimam esse, nec ullius acuminis rusticationem. ‖ Item pro rostro avium, ex quibus si quid sibi caderet, auspicia ex acuminibus augures capiebant dicti. Cerda. ‖

Acŭmĭno, as, Acutum facio. { לטש *litteésch*, שנן *schnán*, חדד *hitsíl.* ὀξύνω. Gall. *Aiguiser, faire aigu.* Ital. *Aguzzare.* Germ. Spitzig oder scharpff machen. Hisp. *Aguzar, ò hazer agudo.* Angl. *To mak sharpe.* } Lact. *de Opific.* In quadrupedibus autem conterrum spinæ à summo capite deductum, longiùs extra corpus eduxit, & acuminavit in caudam.

Acūmĭnātus, a, um, quod acumen habet. { מלוש *melutasch*, שנון *schanún.* ὀξὺς. Gall. *Aigu, pointu.* Ital. *Aggruzzo.* Germ. Scharpff gemacht/ oder gespitzt. Hisp. *Cosa hecha aguda.* Angl. *That which hath a sting or prick.* } Plin. *lib. 11. cap. 2.* Ita reciproca generavit arte, ut fodiendo acuminatum, sorbendóque fistulosum esset.

Acūpēdĭus dicitur, cui præcipuum est in currendo pedum acumen. ἰσχνόπους, Festus.

‖ Acupediarii cursores, quasi acutis pedibus, Acupedes, acupides, quasi acuti pedes in currendo. Salm. ‖

Acupedium, in Glossario, ὀξυπόδιον.

Acupictōres, qui acu pingunt. { רקם *rokem.* ποικιλτὴς, ποικιλτοὶ ἐν χρυσῷ. Gall. *Brodeurs, en tapisserie.* Ital. *Ricamatori.* Germ. Seydenstücter. Hisp. *Bordadores, ò basladores.* Angl. *Brodurers.* } Alio nomine Phrygiones appellantur, à Phrygia regione Troiæ, ubi primùm inventa hæc ars licitur.

‖ Acupictile, Phrygium opus. Cod. Ilant. ‖

Acūs, ci, generis masculini. Genus piscis, qui & acicula dicitur. Martial. *lib. 10.*

*Et satibi tenues ducere credù acus.*

Hic etiam Belone dicitur. { βελόνη. Gall. *Esguille.* Ital. *Anguicola.* Germ. Ein langer Meerfisch. Hisp. *Aguja paradar pescado.* } Plin. *lib 9. cap. 51.* Acus, sive Belone, unus piscium, dehiscente propter multitudinem utero parit. ¶ Est & acus minoris piscis genus, cui rostrum tubæ modo edentulum, quod descriptioni ὑ βελόνης Aristotelis magis congruit.

Acūs, ĕris, generis neutrius, purgamentum frumenti. { מוץ *mótz.* ἄχυρον. Gall. *Paille, en balle.* Ital. *La loppa ò mondatura di grano.* Germ. Spreuwer. Hisp. *Las granças ò abechaduras de pan.* Angl. *Caffe.* } Col. *lib. 8.* Nam in suburbanis hactenus porcus acere nutricandus est.

Acĕro, as, are, Paleis inficere, ἀχυρόω.

Acĕrātus, adject. Acere plenus, aut permistus. } ἀχυρώδης. Gall. *Pailleux, comme le pain bis.* Ital. *Pieno di paglia.* Germ. Das voll spreuwer oder kleyen ist. Hisp. *Granoso embuelto en granças de pan.* Angl. *Full of caffe.* } Inde Lutum aceratum, autore Festo, quod paleam habet admistam.

Acĕrōsus, adject. idem: ut, Panis acerosus, qui confectus est ex frumento parum purgato, acereque non satis diligenter excreto.

Acus, quartæ declinationis, generis fœminini. Instrumentum est quo vestes sarciuntur. { מחט *machat.* ἀκὶς, ῥαφὶς. Gall. *Esguille à coudre.* Ital. *Ago.* Germ. Ein nadel. Hisp. *Aguja para coser.* Angl. *A needle.* } Plautus *in Menæch.* Acum credo invenisses, si acum quæreres. Proverbialis hyperbole de re diligenter vestigata. Nam acus inventu difficillima, quòd ob exiguitatem facilè fallat oculos quærentis. Rem acu tetigisti, apud eundem Plautum *in Rudente.* Id est, rem ipsam divinasti, nihil aberrans, q. d. ipsissimum punctum attigisti. Nam minutissima puncta denotantur acu. ¶ Ponitur etiam pro instrumento, quo utuntur fœminæ ad ornandos discernendósque capillos. { שרשרת *sharit.* φαλλὶς. Gall. *Poinçon d'atourneresse à degrediller les cheveux, & faire les passe-flans.* Ital. *Seminale.* Germ. Ein nadel. Hisp. *Aguja para hazer la trencha.* } Iuven. *Satyr. 2.*

*Ille supercilium madida fuligine tinctum*
*Obliqua producit acu.*

Martial.

*Figat acu rorem, fustinetque comas.*

Purgamenta quoque leguminum Acus dicta invenimus à Columella *lib. 2. cap. 10.* ubi sic scribit de fabarum tritura. Nam semina excussa in area iacebunt: supérque ea paulatim eodem modo reliqui fasciculi excutientur, ac durissimæ quidem acus resectæ separatæque erunt à cudentibus: minutæ verò, quæ cum siliquis de faba resederunt, aliter secernentur. ¶ Similiter exercitus instructi pars prior. Gallus. *La pointe*, Acus dicitur, quòd ea multitudo pars vehementissima sit ad hostem vulnerandum acumine telorum. Petrus: nisi potiùs legendum sit acies, quod puto, &c. Vide Scal. ad Fest.

Acūcŭla, diminutivum ab Acu: qua utuntur mulieres ad se ornandum. { ἀκὶς. Gall. *Petite esguille.* Ital. *Ticciolo ago.* Germ. Ein nädlin. Hisp. *Pequeña aguja.* Angl. *Aprein or any such thing whair with an woman vsis to bush hir.* } Hujusmodi est discriminculum, quod capillis discriminandis est accommodatum. Vide Scal. ad Festum. Aciculam vocat Codex Theodosianus.

Acusĭlaus, ἀκουσίλαος, Athenienses Rhetor, qui Galba imperante Romam contulit, ibique ludum aperuit tanto successu, ut moriens Atheniensibus decem myriades ex fœnore partas reliquerit. ¶ Fuit & Acusilaus quidam Argivus Historicus, qui Genealogias quasdam conscripsit, ex æneis tabulis, quas patrem ejus ferunt invenisse, quum in domo sua nescio quid foderet. Utriusque meminit Suidas.

‖ Acustici, q. auditivi, qui tantùm sunt discipuli auditores in silentio.

Acutarii, argutarii, canes vertagi, acutis, & celeribus pedibus. Salmas. ‖

Acūtē. Acutus, Acutulus. Vide *Acuo.*

Acutĕa, ἀκουτία, Hispaniæ urbs est Strephano, cujus incolæ dicuntur Acutani, ἀκουτηνοί.

‖ Acutĕla, acumen. Gloss.

Acutella, herba. Plin.

Acutia, P. Vitellii uxor. Tacit. *lib. 5.*

Acutiarii, qui acuunt. Salmas.

Acylas, ἀκύλας, Philosophi nomen, qui Dialecticos commentarios conscripsit de Syllogismis. Suidas.

Acylon, seu potiùs Acylos, ἄκυλος. Suidæ, fructus est ilicis fœminæ. Plin. *lib. 16. cap. 6.* Ilicis glans utriusque brevior, & gracilior, quam Homerus Acylon vocat: eóque nomine à glande distinguit. Masculas ilices negant ferre. Dicitur etiam hoc nomine fructus arboris cujusdam, quæ medium quandam naturam obtinet, inter suber

&

& quercum, quæ ob id Phellodrys vocatur. Vide Rellium *lib.*3. *cap.*19.

Acyphas, ἄκυφα, oppidum est in Dorica tetrapoli, ut ex Theopompo refert Stephanus.

¶ Acyrtesum, mentis amentum impedimentum concepit. L.M. ¶

Acyton, ἄκυτον, Stephano Insula est non procul a Creta, e regione Cydoniæ civitatis, quæ alio nomine Melos appellatur. Vide Plin. *lib.*4. *cap.*12.

Acyrologia, ἀκυρολογία, Latinè impropria locutio, qualis est illa Virgil. 4. *Æneid.*

*Hunc ego si potui tantum sperare dolorem,*

Ubi sperare, pro timere dixit; quam propriè speramus bona, timemus adversa. Aliis aliis dicitur dictio minus conveniens vel lata, vel non propria dictionario additurus sententiæ ut, Accede ad ignem hunc, jam calefies plus satis. Interdum nullius significatur ignis, sed meretrix. Dicta est autem Acyrologia, quasi ἀκυρολογία, hoc est, impropriius sermo.

## AD

Ad, ¶ πρὸς εἰ. ὡδὶ ἐ πρὸς, cum Accusativo. Gall. *Auprés, vers.* Ital. *Appresso. verso.* Germ. Zu oder bey. Hisp. *Cerca de lugar ò de persona*; Præpositio accusativo juncta propinquitatem significat, quæque frequentissime conjungitur cum motu ad locum, vel ad personam. Cic. *in Vatinium*, Venisti ad fretum per Mauritaniam. Terent. *in Andria*, Venit ad me Chremes postridie. In hos usus quod est, ut a præpositione Apud, quòd hæc nunquam motum, neque ad locum, neque ad personam importet: Ad, verò frequentissime motum ferunt, sæpe etiam quieti, ut mitra offendemus. Gell. *c.*1. *lib.*11. Ad domum prosequi. Plaut. *Milit. sc.*2. *a.*1. Insinuat sese ad illam. Idem *Capt. sc.*ult. *a.*5. Ad judicos mores facta fabula. Idem *Aul. sc.*1. *a.*1. Me miserum, decies ad hunc modum extrudit uno die. Et ut ad id exemplum somnium quam simile somniavit. Idem *Milit. sc.*4. *a.*2. Idem *sc.*1. *a.*1. Cùm ad forum advenero. Gell. *cap.*16. *lib.*2. Cum ad Frontonem ægrum visitet. Plaut. *Capt. sc.*4. *a.*1. Dabo te ad carnificem (i. mittam.) Idem *Asin. sc.*3. *a.*3. Ad me adversum. Idem *Capt. sc.*1. *a.*2. Ad fratrem captivos invisos meos. Ibidem *sc.*1. *a.*4. Gemi ad terram dabo. Ovid. *Eleg.*4. *lib.*5. *Trist.*

*Et dicunt lædes ad tua vina tuæ.*

Plaut. *Men sc.*1. *a.*1. Num ad eum invisos. Idem *Amphit.* Hæc me modò ad mortem dedit. Idem *Asin. sc.*3. *a.*3. Ad lanionem eya duritia deferis octo vitos. Ibid. *sc.*4. *a.*3. Ego te ad pilorem dabo. Loqui ad populum pro reo. Idem *Men. sc.*2 *a.*4. Ad populum legere. Tradere ad posteros gloriam. Quintil.

*Hoc est ad vestros non leve crimen avos* (i. avis vel apud avos.) Ovid. *Eleg.*1. *lib.*2. *Trist.* Non ausit Mars æquiparare suas virtutes ad tuas, (i. tuis, *si quales sit vestra, aut vicissim.*) Plaut. *Mil. sc.*1. *a.*1. ¶ Differt à præpositione In, quod hæc cognitionem termini significet: Ad, verò tantummodò accessum ad terminum. Unde recte dixeris, In judicium, vel Pretorem in tribunal se conferre, Litigatorem autem ad tribunal. Sic ad Urbem olim accedebant Imperatores, qui ob res prosperè gestas triumphum sibi decerni cupiebant: quique antequam hoc impetrassent, urbem cum fascibus & imperio ingredi non poterant. ¶ Sæpè etiam, ut diximus, sine ullo ponitur motu, ut idem sit quod apud, *sagax* cum dativo. Cic. *pro Gallo*, Habes hortos ad Tyberim. Idem *pro Flacco*, Qui producti, tabulas se publicas ad speluncas perdidisse dicebant. Tu etiam aiegando cum accusativo persone, quo locus circa morum denotatur. Idem *in Verr. act.*1. Decem fuisse ad Senatorem relicti. Idem *Attic. lib.*9. Dionysius ad me fuit benè manè, hoc est, domi. Senatus is domi nunc: accusativus persone pro loci accusativo. ¶ Multipliex præterea hujus præpositionis est usus; ut, Quum pro tu, cum ablativo ponitur. Plaut. *Capt. sc.*1. *a.*4. Ad portum nactus nescio quem, i. in portu, & Quintil. Ad libellum respicere (ut pueri solent.) Ad manum arma debere habere. Idem Cic. *in Pison.* Deprehensus denique cum ferro ad Senatum est. Cæs. *Bell. Gall.*5. Totam hyemem ipse ad exercitum manere decrevit. ¶ Pro Circa. Cic. *Attic.* Ad quæ tempora te exspectem, facias me certiorem velim. ¶ Pro Circiter. Terent. *Heautont.* Talenta ad quindecim coëgi. ¶ Pro Verùs: ut, Ad Orientem, ad Meridiem, Plaut. *Pseud. sc.*7. *a.*4. Sic, Ad sidera. Ad cœlum tendere manus, sive oculos. Virg. 2. *Æneid.*

*——— duplices tendens ad sidera palmas.*

¶ Pro Per. Terent. *in eunuch.* Est hoc, ut ferunt, somnia? Sanè est. At nihil ad nostram hanc. Pro Juxta, vel Apud. Plaut. *Asin. sc.*3. *a.*4. Ad amicam potare. ¶ Pro Post. Cic. *Attic.* 12. Nescio qui interlit, utrùm illinc nunc veniam, an ad decem annos. ¶ Pro Propter. Propert. *Eleg. ult. lib. ult.*

*Panditur ad nullas ianua nigra preces.*

Livius 1. *ab Urbe.* Inde quum alias boves quærerent ad desiderium, ut fit, relictarum magis (i. ut ad est, propter desiderium: vel præ desiderio. ¶ Interdum etiam idem valet, quod Pro aut apud Græcos πρὸς accipitur. Plaut. *Amul. sc.*2. *a.*1. Venimus coctum ad nuptias, i. pro nuptiis. Idem *Milit. sc.*2. *a.*2. Bonum habet horum ad bonos mores maleficos. Terent. Argentum dabitur ei ad nuptias, id est, Nuptiarum causa, πρὸς γάμους. Cicer. 5. *Verr.* Qui ad statuam pecuniam contulerant. ¶ Pro Ante, Plaut. *in Amph. sc.*2. *a.*4. Quis ad fores? (i. ante ostium, *qui est à Plauto*: ut, Ad limina expectare. Virg. 4. *Æneid.*

*Regnum thalamo custodiret ad limina primi*
*Pœnorum exspectans.*

Ad pedes se abjecere. Cicero *Attic. lib.*2. Clodium abjecta roga, se ad genua pedes abjicit. ¶ Pro De. *Luc.* 19. Ait Jesus ad eum, quia hodie filius domui huic facta est, id est, de eo: non enim sermo dirigitur ad Zachæum, sed ad circumstantes: & *ad Hebr.* 1. Et ad Angelos quidem dicit, id est, de Angelis: & *cap.*4. Ad quem nobis sermo est, de quo. ¶ Pro Præter, ἀφ'. Terent. *in Andr.* Ad hæc malis hos mihi accedit etiam. ¶ Pro Secundum, similitudinem significans: ut, Ad arbitrium, ad nutum alicujus. Plaut. *Merc.* Ad illam faciem vitium quæro. ¶ Pro Quantum ad. Cic. 3. *Verr.* Vidi simul cum populo Ro-



mano forum, comitiumque adornatum ad speciem magnifico ornatu: ad sestum cognitionemque accessio & in quem, id est, Quantum ad spectum, Quantum ad festum. ¶ Pro Usque ad, vel Usque in. Cic. Ad unum omnes contenderunt. Cæsar. Alborum nonnulli in anchoris capescivit. Livius. Ad lucem accensæ pugnatum est. Gell. *cap.*1. *lib.*12. Ad domum prosequi Senatorem. Pro Prope. Cic. *in Verr.* Ad urbem cùm esset Verres venisset, &c. Iracundia *stat*, is dixit si quis ad Kal. Maias ad urbem exercitum habuerunt. Idem *in Verrem.* Cum quo jocosè ille ad potum. ¶ Pro Adversus, Gell. *cap.*8. *lib.*18. quæ adhuc hoc cap.) ad Sophistas urebatur. Catullus *ad Mallium.*

*Cupere ad fossa Troia cieres viros.*

¶ Pro Apud, per accusativo. Plaut. *Asin. sc.*3. *a.*2. Ad amicam potare (i. apud.) Idem *Mil. sc.*2. *a.*2. Vise ad me jam foras (i. apud me & domi. Et *Most. sc.*2. *a.*1. Conspicatus ad portum lenum. Ad aliquem cenare. Gell. *cap.*2. *lib.*19. Ad aurem invocare. Quintil. Plaut. *Asin. sc.*1. *a.*3. Quæ tibi hæc mercipotis? (i. est, meum erum (i. apud.) An ancherium? Cæsar. *de bello Gal.* Plaut. *Mil. sc.*6. *a.*2. Me dispersisse ad te per amicum fatebor (i. apud te, & domi quæ. Id. *Capt. sc.*3. *a.*3. In libertate est ad patrum. Liv. *lib. ad Urbe.* Quæ mandata habeant a Senatu Rom. ad Quercum subsistere (i. apud arborem,) se interim alia acturum. Quo genere loquendi præter Plautum utitur Cæs. *lib.*1. *belli civilis.* Magnam tamen hæc res illis offensionem & contemptionem ad omnes attulit. ut Græcè, πρὸς πάντας. Apud Horat. *lib.*2. *Serm. Satyr* 6.

*——— semper ego auditor tantum? nunquamne reponam?*

id est, adversùs, sive erga. Pro Super. Plaut. *Asin.* Hoc recipio ad me. Cic. recipio in me, *te te prono fore.* Pro Ab apud veteres. Sallust. *in Orat. Cotta Cos.* At contra in his miseris cuncta me cum fortuna deseruere. Catullus. At Acme, leviter caput reflectens, ad impatientiam delabi. Coracius Tacitus *lib.*15. Ad integrum, *ἐπανόρθωσις*, integre. Macrob. *Comment. lib.*1. *cap.*1. Et hæc est prima incorporea natura post corpora: sed non purè, nec ad integrum carens corpore. Ad lectiem hominem, id est, lectiorem. Catullus *in Epigr. de Vari fovere*, Æs comparasti ad lectiem hominem. Et Cæsares corpora lectiorum habuerunt, Ovid. quidam fratrum inscriptionibus ex corpore lectiorum Cæsaris. ¶ Ad, præponitur interdum adverbio, ut apud Gell. *lib.*7. *cap.*7. Adhibitè, Adprobè. Plaut. *Capt. sc.*1. *a.*4. Nemo adæquè fortunatior. Et *Most. sc.*1. *a.*1. Quo nemo adæquè pareus, nec magis continens. Idem *Aul. sc.*5. *a.*3. Ad postremum exeunt Milites (i. postremo loco.) Ad ultimum, Velleius. Gellius *lib.*2. *c.*19. Ad postremum igitur domus filio: Valeant, inquit, amici cum propinquis. Ad urbem Imperator. Asconius Pedianus *in* 4. *Verr.* Omnis enim magistratus, qui intramuranus non est, nec urbanus etiam, si administrator ejus Romæ est, ad urbem ducitur. Salustius, in utrique ad urbem Imperatores erant. ¶ Aliquando significat rei usum. Cic. *sexta Verr.* Quo solitus erat uti ad festos dies, & ad hospitum adventum. ¶ Aliquando officium. Unde ad manus servus dicitur, qui & A manu, sive Amanuensis, de quo antea. Sic, Ad cyathos stare, dicuntur pincernæ vini administratores, & apud Græcos, *οἱ πρὸς οἴνῳ.* ¶ Ad limina custos, qui est ædituus. Ingruit & cum gemitibus in dum: ut, Fuit ad lavandum. Terent. *in Andr.* Nec satis ad objurgandum causæ. ¶ Ad tempus, duobus modis sumitur: uno ad constitutionem temporis, necessitatem & opportunitatem. Cic. *De tabella*, Neque solum ad tempus maximam utilitatem attulisti, sed etiam ad exemplum facti. Planeus *Ciceroni*. Si autem in itinere meo se opposuerit, ad tempus consilium capiam. Altero ad spatium temporis. ut, Silebo ad annum, haebo ad tempus, id est, usque ad tempus quoddam. Ovid. 4. *Fast.*

*——— Faciamus ad annum.*
*Pasterum domina grandia liba Pali.*

Quintil. Si ad horam constiterit Orator. Cæs. *lib.*1. *de bell. civ.* Missis ad vesperum Senatu. Ad unguem, id est, exquisita diligentia, atque exactissima cura. Ad hunc modum, ad illum modum, vide *Modus*, & hic suprà. Senec. *cap.*6. *de Consol. ad Mar.* Ad cœli naturam intemperantiùs. Quintil. Ad legem & regulam compositus. Item. Ad hoc, vide *Hoc.* Senec. *epist.* 72. Ad literam locum dicere, ad perfectum, ad plenum. Et Liv. *lib.*5 *d.*4. Ad liquidum veritas explorata. Suet. *Tib. cap.*68. Ad breve videre. Ad terram deligare navem. Cæs. 3. *de bell. Civ.* Ad remum servi. Liv. 4. *d.*4. Ad dignitatem restituere. Cæs. *lib.*1. *de bell. civ.* pro in dignitatem. Ad tribunos dare nomina. Liv. *lib.*5. *d.*5. Hæc ad verbum dixit Suet. *in Cæs.*5. *cap.*30. Ad flumen profiluit, *ibid. cap.*12. pro in flumen. Ad Tribunum dare nomina. Liv. 5. *d.*5. Ad manum hæc arma debere habere. Quint. Ad terram dare & affligere. Suet. *in Calig. cap.*96. Ad supplicium dari. *Ibid. cap.*12. Ad considerandum ponere bellum. Gell. *c.*1. *lib.*12. Ad formulam suam exigere aliquem, Senec. *c.*4. *de vita beata.* Ad manum subministrare telo. Quint. Ad hanc regulam non sunt loquuti. Idem, Ad tollendas invisum nomen Populi Rom. Liv. *lib.*4. *bell. Pun.* Damnatæ matronæ ad populum. Idem *lib.*10. *ab Urb.* Ad flammam sudare. Suet. *Aug. c.*92. Marius creatus Consul, cùm ad exercitum esset. Liv. *lib.*4. *d.*3. A marmorariis ducta metaphora, qui superinducto ungui commissuras explorant marmorum Horat. Coccius ad unguem factus homo. Sunt alia quoque hujus præpositionis locutiones: ut, Ad ædes desilire. Cæs. pro de equo descendere: sic sæpe Liv. ad dexteram, ad sinistram, licebit magum. Tetent. *in Adelph.* Ad sinistram hæc recta platea. Plaut. *Milit. sc.*4. *a.*2. Respice ad lævam. Ovid. *Eleg. ult. lib.*4. *Trist.*

*——— pejus ad læva Tomitæ.*

¶ Ad extremum, ad postremum, ad ultimum, quæ aliquando ordinis sunt, vel temporis, & pro Denique, vel postremò, vel tandem, accipiuntur. Aliquando nullius sunt ordinis. Ad summam, & ad summum, vide in *summarium.* Ad verbum, Idem est quod De verbo ad verbum. Cic. Fabellas Latinas ad verbum de Græcis expressas. Plinius. Ad verbum translata sententia. Ad unum, idem quod nullo excepto. Livius 1. *ab Urbe*, Quos Consul Romanus in Algido consequutus, ad unum omnes occidit. Sic, Ad lyram canere, Ad incertam

studere. Et Cic. Ad eum nuntium commoti sunt omnes, id est, audito eo nuntio. Ovid.

*Merina, credo mihi, tamen ad tua verba revixi.*

¶ Ad eum finem. Tacit. *lib.* 14. Quod ad eum finem memoravimus. Ad genus faciendum, pro Ad sobolem procreandam. Iustinus *Histor. lib.* 9. Viginti millia nobilium equitum ad genus faciendum in Macedoniam missi. Ad finem mortalitatis accessisse, eleganter dictum de imminenti fato vitæ supremæ. Suetonius *in Clodio.* Et in ultima cognitione pro tribunali, accessisse se ad finem mortalitatis, quanquam abominantibus qui audiebant, scinel, atque iterum pronunciavit. ¶ Cæterùm notandum quod ad, in compositione quum jungitur dictionibus incipientibus à c f g l p r s t, mutatur d in litteras sequentes: ut Accurro, Affero, Aggrego, Allego, Annumero, Appono, Arrogo, Assisto, Attribuo. Excipiuntur Agnosco, in quod abjicitur, aut in g mutatur, sicut in Agnatus, euphoniæ causa: similiter Adsum, ubi d remanet, sicut suo dicetur loco. Sed si componatur cum a b d e h i o u, semper d integrà manet: ut, Adamo, adbibo, adbrevio, adduco, adeo, adhibeo, adimpleo, adoleo, advoco. Si verò cum q, d mutatur ipse, ut Acquiro. Anquiro autem ab An fit, quod significat circum, ut latiùs suo loco dicetur.

Ada, Ἄδα, filia fuit Hecatomni Cariæ regis, & Artemisiæ soror, quæ Hydrico fratri nupsit, ut tradit Strabo *lib.* 14.

Adachidæ, gens Libyca, Steph.

Adadata, Ἀδάδατα, civitas Pisidarum, ad Taurum montem. Strabo *lib.* 12.

Adad, teste Macrobio *Saturn. lib.* 1. *cap.* 23. non Adab, quemadmodum hactenus legebatur, Assyriorum summus habebatur Deus: cui etiam dicam Atargatim uxorem assignabant, per Adad Solem, per Atargatim Terram intelligentes: quòd ex his duobus potissimùm cuncta crederent procreari.

Adæ, Ἄδη, oppidum est Æolidis, 40. stadiis ab Hydera promontorio distans, non procul à Cuma. Autores Strab. *lib.* 1. & Plin. *lib.* 5. *c.* 30.

Adæquè, æquè, pariter, æqualiter. ¶ כשורה *beschaveh. mini.* Gall. *Pareillement, autant.* Ital. *Parimente.* Germ. Gleychlich. Hisp. *Ygual, y semejantemente.* Angl. *Egallie.* } Plaut. *in Cas.* Neque est, neque fuit me senex quisquà amator adæquè miser. Vide supra *in Ad.*

Adæquo, æquare, exæquare, parem facere. ¶ שווה *schivveh.* ἰσάζω. Gall. *Egaler, faire égal.* Ital. *Vgualare, spianare.* Germ. Ebnen, eben machen. Hisp. *Ygualar una cosa à otra.* Angl. *To make egal.* } Cic. *de universit.* Ut Deorum vitam possint adæquare. Idem, Adæquare cum virtute fortunam. Liv. 1. *ab Vrbe*, Romanus passim publica, privatàque omnia tecta adæquat solo. Cic. *pro Cæc.* Qui in summa amicorum copia cum familiarissimis eius est adæquatus.

‖ Adæquatio, æquabilis divisio hæreditatis inter fratres. L. IC. ‖

Adæro, as, are, ab ære deductum, significat Ære æstimare. ¶ חריך *heberich*, תוקיר *tokir.* ἐκτιμῶν. Bud. *Annot.* 2. Gall. *Apprecier à argent, priser.* Ital. *Stimare à contanti.* Germ. Zu gelt anschlagen, oder schätzen. Hisp. *Estimar ò apreciar con dineros.* Angl. *To pryse or value.* } Hinc Adæratio, prædia apud Iurisconsultos, ex quibus certum æs præstabatur. Et adæratio, æstimatio ad æris pretium.

Adæstuo, as, aui, are. ¶ חמה *hamath*, חמר *chamár.* ἀφυπνόω, ἐκζέω. Gall. *S'enfler d'ondes & flots.* Ital. *Haver gran caldo, endegiare.* Germ. Der ongestüme auffstauffen/ vberlauffen. Hisp. *Mucho hervor, rebossar.* Angl. *To ouer flowe.* } quod est extrà æstuo, exundo incremento. Virg.

——— *fundóque exæstuat imo.*

Iustin. *lib.* 1. Quæ materia in his locis passim è terra exæstuat. Sueton. Fossas omnes, in quas Nilus exæstuat, oblimatas longa vetustate, militari opere detersit.

Aggĕro, as, quasi aggerem facio, cumulo. ¶ סל *sal*, צבר *tsabar*, συναγείρω. Gall. *Accumuler, amonceler.* Ital. *Accumulare, ammassare.* Germ. Zusammen häuffen. Hisp. *Amontonar.* Angl. *To heape.* } Cato *cap.* 94. Quum ver appetit, terram adaggerato benè. Colum. *lib.* 5. *cap.* 18. Plin. *lib.* 36. *cap.* 18. Compositum ex Ad, & aggero, quod ab Agger, eris, derivatur.

Adagium, gii, & apud antiquos Adagio, onis, est sententia brevis, rebus temporibúsque accommodata, tectam latentémque in oratione sensum obtinens. ¶ משל *maschál.* παροιμία. Gall. *Vn proverbe, vn rencontre.* Ital. *Proverbio.* Germ. Ein Sprüchwort. Hisp. *El refran.* Angl. *A proverke.* } Dictum Adagium, quasi circumagium, quòd, teste Varrone, passim per hominum ora obambulet.

‖ Adágonista, incitator certatorum. Cath. ‖

Adaligni, Edaligni, nobiles, ingenui. Cod. II. ‖

Adalligo, as, are. Ad aliquid ligo. ¶ אסר *asar*, צרר *tsarár.* συνδέω. Gall. *Lier à quelque chose.* Ital. *Legar' à qualche cosa.* Germ. Anbinden. Hisp. *Atar una cosa à otra.* Angl. *To knitt the ani thing.* Plin. *lib.* 10. *c.* 11. Quin & semen tritum adalligant brachio.

Adam, Ἀδάμ, Hebraica lingua (sicut *lib.* 1. Iosephus scribit) idem est quod Ruber: quoniam e rubra terra factus est.

Adamas, ¶ שמיר *schamir.* ἀδάμας. Gall. *Diamant.* Ital. & Hisp. *Diamante.* Germ. Ein Demant. Angl. *A adamant.* } Lapis maximi inter gemmas omnes pretii, ab α privativa particula, & δαμάω, domo, quòd durissimus credatur, & nulla vi domabilis; quod tamen falsum esse sæpius compertum est. Nulla tamen re facilius, quam hircorum calido sanguine dissolvitur. Sunt autem adamantum genera quatuor, scilicet Indicus, Arabicus, Macedonicus & Cyprius. Qui in India nascitur, æquè magnus est ac nucleus avellanæ: cui similis est Arabicus, sed aliquanto minor. Qui in Macedonia in Philippico arvo inventus est olim, cucumeris semini par est magnitudine. Cyprius colorem æthium repræsentat, & in medicamine plurimum valet. Est etiam Adamas cognomine Siderites, quòd ferrei sit splendoris, cæteris adamantum generibus ponderosior, sed dissimili natura, utpotè qui frangatur facilius, & adamante alio perforetur, nempe eo qui Cyprius est. Volunt quidam in adamante Indico (qui omnium pretiosissimus est) tantam inesse vim, ut juxta magnetem positus ferrum ab eo abstrahi non patiatur, aut abstractum ad se rapiat. Sed vide Scaligerum, ubi de magnetis effectibus disputat. Venena præterea, lymphationes, metúsque vanos abigit ex hominum mentibus. ¶ Huius lapidis incredibilis durities proverbio locum fecit, quo hominem inexorabilem, durum & infatigabilem, imo quicquid invictum atque inexpugnabile, Adamantinum vocamus. Hesiod.

Ἀλλ' ἀδάμαντος ἶφι καὶ αἰχμῇσιν μέδοι: id est,
*Durum at his animum solido ex adamante creatum.*

Ovid. 3. *Fast.*

——— *facta ex adamante securi.*

& *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Tristium.*

*Nil adeo validum est, adamas licèt alliget illud.*

Adūlor. Assentor, blandior sive voce, sive gestu, omniáque ad voluntatem loquor & ago, non ad veritatem. } מחלק *hechelik*. κολακεύω, θωπεύω. Gall. *Flatter, ablandir, & faire feste comme les chiens de leur queuë.* Ital. *Adulare, lusingare.* Germ. Schmeichlen/ flatiren/ liebkosen. Hisp. *Lisengear, à mover la cola.* Angl. *To flatter.* } Cic. *de Amicit.* Aperte adulantem nemo non videt, nisi admodum sit excors. Idem 2. *de Divinat.* Nec adulatus, nec admiratus sum fortunam illius. Valla *lib.* 5. *c.* 39 Adulari, inquit, est inservire, & aditi ut favorem emereamur quoquo modo, vel voce, vel gestu. Estque tractum ἀπὸ τῆς οὐρᾶς, quod servum significat. Est enim sanè quàm servile, hominéque ingenuo minimè dignum. ¶ Festus ab alluendo deductum putat, paucis litteris transpositis. In qua sententia Nonius quoque fuisse videtur, quum Adulationem propriè eanum blandimentum esse interpretatur, consuetudine ad homines traductum. Dicuntur enim canes adulari, quum corporis gesticulatione, & caudæ motu nobis blandiuntur. In qua significatione usus est hoc verbo Ovid. *lib.* 14. *Metamorphos.*

*Quin etiam blandas movere per aëra caudas,*
*Nostraque adulantes comitant vestigia.*

¶ Veteres etiam dicebant Adulo, activa voce. Lucret. *lib.* 5.

*Longè alio pacto gannitu vocem adulant.*

Huius passivo usus est Cic. *lib.* 1. *Offic.* Cavendum est, ne assentatoribus assuefaciamus aures, néve adulari nos sinamus. ¶ Veteres etiam pro lambo & ebibo usurparunt. Cic. 2. *Tusc.* Ex Accii Prometheo, Sublime advolans pennata cauda nostrum adulat sanguinem.

Adūlātio, verbale, Assentatio, simulatio. } כלקלקה *chalaklakháh*. κολακεία. Gall. *Flatterie, blandissement.* Ital. *Adulatione.* Germ. Schmeichlerey/ flatterey. Hisp. *Lisenja.* Angl. *Flattering.* } Cic. *in Lal.* Nullam in amicitiis pestem esse majorem, quàm adulationem, blanditias, assentationem. Idem 2. *de Natur. deor.* Canum verò tam fida custodia, tamque amans dominorum adulatio. Plin. *lib.* 10. *c.* 34. Adulatio est ostentatio sui, & ἐπιδεικτικὴ. Cæs. *lib.* 1. *de bell. civ.*

Adūlātor, Assentator, homo fallax, levis, omnia ad voluntatem loquens. } מחליק *machalik* מלק. Gall. *Flatteur, amadoüeur.* Ital. *Adulatore.* Germ. Ein schmeichler/ ein flatterer. Hisp. *Lisonjero.* Angl. *A flatterer.* } ¶ Autor ad Her. Nolo esse laudator, ne videar adulator. Est igitur adulatori contrarius verus amicus: nempe qui nihil simulat apud eum quem amat, sed liberè ex animo facit ac dicit omnia: adulatur verò, qui ad alterius non modò sensum, sed etiam vultum atque nutum convertitur. ¶ Hinc Phocionis ad Antipatrum Adagium. ὁ ἀνταγωνιστὴς ἢ φίλος χρήσεται ἢ πολακεύσει, Non potes me simul & amico uti & adulatore.

¶ Adulatorculus, parvus adulator. Gloss. ¶

Adūlātrix, quæ adulari solet, κολακεύτρια. Trebellius Pollio *in Claudio.* Adulator igitur Senatus, adulator P. R. adulatrices exteræ gentes.

Adūlātōrĭus, adjectivum, κολακευτικὸς, Tacit. *lib.* 5 Vitellius formidine C. Cæsaris, familiaritate Claudii turpe in servitium mutatus, exemplar apud posteros adulatorii dedecoris habetur.

Adūltĕr, } נאף *noiph*. μοιχὸς. Gall. *Adultere, celuy ou celle qui viole son mariage.* Ital. *Adultero, & adultera.* Germ. Ein Ehebrecher oder Ehebrechrin. Hisp. *Adultero de casada, ò adultera muger casada.* Angl. *An adulterer.* } Cic. *in Pis.* Tu omnium mensarum assecla, omnium cubiculorum in ætate pellex, & idem postea adulter. Componi videntur ex Ad & alter, seu altera: quòd ille ad alteram, & hæc ad alterum se conferat. Festus. ¶ Adultera, Ovid. *Ep.* 2. *lib.* 2. *Trist.*

*Illius ipsa quid est, nisi turpis adultera?*

Adulterio onis, pro Adultero, & Adulteritas, atis, dicta à Laberio testatur Gell. *c.* 7. *lib.* 16. Item Nonius.

Adūltĕrium, } נאוף *niúph*. μοιχεία. Gall. *Adultere.* Ital. *Adulterio.* Germ. Ehebruch. Hisp. *Adulterio de Casados.* Angl. *Adulterie.* } Quod propriè cum nupta committitur, ut Valla scribit *lib.* 6. Cic. 3. *de Orat.* Qualem existimas eum, qui in adulterio deprehendus sit? tradatur,

tardum. Quintil. *lib.7. cap.4.* Non commisi adulterium. Ovid. *El.1. lib.2. Trist.*

*Arguor obscœni doctor adulterii.*

Ibid.

*In quibus ipse sum passus adulterium.*

Scenica vi libitis adulteria.

¶ Transfertur aliquando ad alia: ut, Adulteria naturæ, pro operibus non verè naturalibus. Adulteria mercis, pro fraude. Adulteria arborum, pro insitionibus. apud Plin.

Ădŭltĕro, as, adulterium committo, cubile alterius ineo, { נאף *naaph.* μοιχεύω. GALL. *Commettre adultere.* ITAL. *Commettere adulterio.* GERM. Die eh brechen. HISP. *Ayuntarse con muger agena, adulterar los casados.* ANGL. *To commit adulterie.* } Gell. *lib.10. cap.23.* In adulterio uxorem si deprehendisses, sine judicio impunè necares: illa te, si adulteraret, non auderet digito contingere. ¶ Est etiam adulterare, arte aliqua quippiam pro vero assimilare, atque ita rem synceram corrumpere. *Calx viva* Plin. *lib.12. c.7.* Piper longum facillimè adulteratur Alexandrino sinapi. Inde etiam Adulterare judicium, Adulterare tabulas, &c. apud Cic. Apud Jurisconsultos, Monetam adulterare. Adulterare matronas, Suet. *in Aug. cap.67.* Ovid. 1. *Fast.*

*Ille suam faciem transformis adulterat arte.*

Ădŭltĕrātŏr, Adulteratores monetæ. *D. lib.49. tit.14. l.16.*

Ădvŭltĕrŏr, aris, deponens. Cic. 1. *de offic.* Latrocinari, fraudare, adulterari, turpe est. ¶ Item passivè, pro per adulterium cognosci. Horat. *Epod.16.*

*Mirus amor, juvet ut tigres subsidere cernis.*

Adulteretur & columba milvio, hoc est, à milvio per adulterium incatur.

Ădŭltĕrŏr, aris, passivè, μοιχεύομαι. Horat. *Epod.17.* Vide hîc suprà.

Ădŭltĕrātus, a, um, quod alienæ rei commistione corruptum est: ut Adulteratum gummi, κεκιβδηλευμένον. Plin. *lib.19. cap.3.* Huic opponitur Syncerum. ¶ Adulterata mulier, id est, adulterio stuprata. Sueton. *in Cæsare, cap.48.*

Ădulterīnus, a, um, ex adulterio procreatus, spurius, nothus. { ממזר *mamzér.* μοιχεύω. GALL. *Faux, contrefait, bastard.* ITAL. *Bastardo.* GERM. Ein Bastard/unehlich. HISP. *Falso, bastardo, contrahecho.* ANGL. *A bastard.* } Plin. *lib.10. cap.3. de aquila pulli.* Si convenerit dentemque animadverterit, præcipitat eundo, velut adulterinum & degenerem. Unde per metaphoram, Adulterina signa, dicuntur quæ sunt falsis, assimilatisque annulis facta. Cic. *pro Cluent.* Testamentum in alias tabulas transcriptum signis adulterinis obsignavit. Sic, Adulterinæ literæ, & Adulterinæ claves, quæ pro veris substituuntur. Item, Numinus adulterinus, apud Cic. 2. *Offic.* Adulterina & barbara verba. Gell. *cap.2. lib.8.*

Ădultŭs, vide *Adolesc.*

Ădumbro, as, umbram adhibeo, sive umbram tegendo facio. { חצר *hetsél.* ἐπισκιάζω. GALL. *Couvrir pour faire ombre, faire les premiers traits de quelque chose.* ITAL. *Abbozare, ritrare.* GERM. Schatten machen/Entwerffen. HISP. *Hazer sombra, trasar à dibuxar rayando, trasando.* ANGL. *To shardow.* { Colum. *lib.5. cap.11.* Sub ortu caniculæ pallentes tegetibus vineas adumbrabat. Idem *lib.11.* ¶ Adumbrare etiam est lineari pictura, umbratilique aliquid fingere & simulare. Quintil. *lib.7. cap.11.* Quis pictor omnia quæ in rerum natura sunt, adumbrare didicit? Cic.3. *Tusc.* Est enim gloria, solida quædam res, & expressa, non adumbrata, id est non levitèr, sed expressa, id est, sculpta. ¶ Adumbrare & Exprimere, contraria. Cic. *pro Cal.* Permulta maximarum non expressa, sed adumbrata virtutum. ¶ Adumbrare pro imitari: Cic. 3. *de Orat.* Ipsum summus in eorum sermone adumbrare conati. Idem 2. *de Orat.* Qui non horum veteres casus, fictósque luctus vellem imitari atque adumbrare dicendo, &c.

Ădūmbrātio, verbale, ὑπογραφή. Cic. *de perf. Orat.* Nulla est enim ullo in genere laus oratoris, cujus in nostris orationibus non sit aliqua, si non perfectio, at conatus tamen, & adumbratio.

Ădūmbrātim, adverbium, subobscurè, non apertè. Lucret. *lib.4:*

*Non tamen ut coram quæ sunt, verâque rotunda,*
*Sed quasi adumbratim paucis simulata videntur:*

Ădūnco, as, ab Uncus, significat cuneo, ἰσοπλευρίζω. Festus, Angulus quòd aduncatur.

Ădūncŭs, curvus, tortuosus, reflexus. { חכף *chaphóph.* γαμψώνυξ. GALL. *Torin & crochu contre bas, recoquillé, courbé.* ITAL. *Piegato.* GERM. Krumb oder das ein hacken hat. HISP. *Cosa torcida y retornada.* ANGL. *Crooked, crooked.* } Cic. *pro Cluent.* Serrula adunca ex omni parte dentium, & tortuosa. Idem 1. *de Nat. deorum.* Corpuscula cuneata, & quasi aduncæ. Ovid. 6. *Fast.*

*Tunc erimus magni graves aduncæ levis.*

Ădūncĭtās, ipsa (ut sic dicam) incurvitas, γαμψωνυχία, ut Aduncitas rostri. Plin. *lib.8. cap.17.* Cic. *de Nat. Deor.* Rostrorum aduncitate.

Ad unguem, perfectè, absolutè. { מאד מאד *meódh meódh.* ἐπὶ τὸν ὄνυχα. GALL. *Exactement, avec toute diligence.* ITAL. *A punto.* GERM. Der einem nach fingang3 fleyssig. HISP. *Derecha y igualmente.* ANGL. *Perfectlie.* } Translatio sumpta à marmorariis, qui juncturas marmorum tunc absolutas existimant, quum unguis superductus nihil offendit: vel quum juncturæ ita exactæ sunt, ut scrutos (licet ait Persius) excludant ungues: sive ab iis qui magna diligentia, magnóque judicio aliquid agentes, inter cogitandum ungues mordere solent. Horat. *lib.1. Serm.*

——— *Fonteius ad unguem*
*Factus homo:*

hoc est, omni parte perfectus.

Aduncæ, *ἀδυνατοι*, populi in Gallia Narbonensi commemorantur à Plin. *lib.3. cap.4.*

Ădvno. Congrego. { יחד *jachádh.* ἐνόω. GALL. *Venir, assembler en un.* ITAL. *Adunare.* GERM. Vereinigen/ eins machen. HISP. *Ayuntar diversas cosas en una.* ANGL. *To malane, together, to gether.* } Plin. *lib.19. cap.1.* Vulsum fascibus in acervo adunatum video. Pall. *lib.3. cap.9.* Membra iterum divitiæ partus adunare.

Ădūnati, simul congregati.

Adunatio, *ἕνωσις.* Dionysius Grammat. *lib.1.* Sin autem longus sermo effertur, adunationis causa recipitur futurum.

Ad unum, { גם אחד *gam echadh.* πάντες ὁμοῦ. GALL. *Tous.* ITAL. *Tutti.* GERM. Zu samen/ bey ein Alle. HISP. *Todos.* ANGL. *All vato one.* } Adverbialiter sumptum significat Omnes, nullo excepto. Cuit. Omnes ad unum perière.

Ădvŏco, as. Ad me voco, accerso, in auxilium voco. { קרא *kará.* προσκαλέομαι. GALL. *Appeller à soy.* ITAL. *Chiamare à se.* GERM. Zuhet beruffen. HISP. *Llamar para alguna cosa.* ANGL. *To call upon serto some.* } Cic. *pro Quinct.* Vitos bonos complures advocat. Unde pro consilium, auxilium causa amicos accersere, ponitur. Terent. *in Phorm.* Amicos advocabo, ad hanc rem qui adsint. Propriè hoc verbum ad res pertinet, & significat homines vel patrocinii, vel testimonii, vel consilii causa convocare. Hinc Asconius *Verr.1.* Advocatum in judicio dicit eum esse, qui vel jus suggerit, vel præsentiam suam amico commodat. Etenim mos erat in judiciis tum privatis, tum publicis, amicos omnes advocare, quorum autoritate judices moverentur. Advocati ad defendendas causas. Fab. Advocati alicui, pro Advocatum esse. Idem, Advocare aliquid in gladiatorio certamine. Idem, Hunc advocare mihi volo (i. esse in consilio.) Plaut. *Se.7. a.4.* Utilitas vel oratorem advocabit, i. dabit patronum. Fab. Advocabit, i. dabit patronum. Idem, Advocanda tibi minator virtus. Senec. *cap.11. de consol. ad Hel.* Advocare pro Allicere, Plin. *lib.1. epist. ult.* Qui advocet magis quam distringat, hoc est, qui delectet magis quam occupet. Alii tamen legunt Avocet: & interpretantur, A curis mundanis removeat.

Advocata. Senec. *cap.9. de tranq.* Advocata frugalitatis paupertas se in divitias convertet.

Ădvocati dicuntur, qui alteri adsunt in causa. { συνήγοροι. GALL. *Advocats.* ITAL. *Advocati.* GERM. Beystender am rechten/ Adrocaten/ Fürsprechen. HISP. *Abogados para acusar ò defender.* ANGL. *Advocates.* } Plaut. *in Cas.* Cultus contrivi diem, dum adsto advocatus cuidam cognato meo: quem hercle litem adeò perdidisse gaudeo, ne me nequequam sibi hodie advocaverit. Non equidem te advocarum mihi adduxi patet; sed viro Advocatus mihi adsis. Idem *Amphitr.* Gell. *cap.5. lib.15.* Barbatulus ex Advocatorum turba Advocatus est qui adsit reo. Fab. Quibus advocamur, id est, quibus Advocati sumus. Advocator minores interrogare. Idem, Advocatus litium (causidicus.) Fab. Quint. ¶ Inter Advocatum & Patronum hoc interesse Valla existimat, quòd Advocatus non tantùm significet eum, qui alterius causam agit (quem propriè Patronum dicimus,) verùm etiam quicunque adest alteri in causa officii gratiâ, Advocatus appellatur, etiamsi nihil dicat, neque agat, sed tantùm paratus sit defendere. Patronus propriè qui agit causam, sed accusati, non accusantis. Cic. *Trebat. Epist. lib.7.* Quod si scribere oblitus es, minùs multi jam te advocato causa cadent.

Advocatio, negotii publici procuratio, à superiori mandata. Item tutela & defensio alicujus collegii. Lex. I.C.

Ădvocātio, consultatio. { συνήγορία, παράκλησις. GERM. Einbeystandung rechten. } Amicorum in alicujus causa congregatio. Cic. *pro Quintio.* Nihil tam copiosa advocatione uteretur, si utendum esset, id est, non tam multos amicos advocarem, aut congregarem. Idem *pro Sext.* Scio quid gravitas vestra, quid hæc advocatio postulet. ¶ Interdum significat id quod vulgò Consultationem vocant, properatque quòd amicis convocatis de causa sua consilium quisque capere solebat. Idem *in Epist. fam. ad Treb.* In republicâ multo es cautior, quàm in advocationibus. Idem 3. *Verr.* Quò sæpenumero Senatus convocatur, quòd maximarum rerum quotidie advocationes fiunt. Budæus. Advocationem suscipere, est Advocati officio fungi. Ulpian. *de Off. Proconf. D. lib.1. tit.9* Si quis tam impotenter se gerat, ut omnes metuant adversùs eum advocationem suscipere. Senec. *cap.10. de consol. ad Marc.* Nimis magnam advocationem dedi. In advocationem duerunt causa orator. ¶ Advocatio pro turba Advocatorum. Liv. 3. *ab Urb.* Cum ingenti advocatione in forum deducit. Senec. *cap.3. de Tranquill.* Silentium indictum est: tacita advocatione cives jussit.

Advocamentum, συνηγορία, advocatio, vel remedium. Plin. *epist.5. lib.8.*

Advocito, sæpe advoco. Lucill. *lib.29.* Amicos hodie cum improbo Lucilio audivimus advocitasse. Festus Advocitat, sæpe advocat.

Ădvŏlo, as, ad aliquem locum volo. { עוף *úph.* πτερύσσομαι. GALL. *Voler à, en vers quelque chose, s'y transporter en diligence.* ITAL. *Volar ad alcuna parte.* GERM. Zufliegen. HISP. *Volar ò correr hazia alguna cosa.* ANGL. *To flee, to any thing.* } Et constituitur cum accusativo, præposito Ad, vel In, & aliquando cum dativo. Plin. At in agrum Volaterranum palumbium vis è mari quotannis advolat. Idem *lib.19. cap.40.* Platea nominatur advolans ad eas, quæ se in mari mergunt. ¶ Advolare translatum ad homines. Cic. *ad Brutum lib.10.* Quamobrem advola obsecro. Idem *ad Cassium lib.15.* Sol insulam Britanniam cepero cogitare, eius *ἀδύναις* mihi advolabit ad pectus.

Ădvŏlātŭs, us, Actus advolandi, ἱπτάμενος, πτέρυγος. Cic. 2. *Tusc.* Tristi advolatu aduncis lacerans unguibus.

Ădvŏlvo. περιστρέφω. Quasi volvendo adduco. Virg. 3. *Georg.*

——— *co. gestaque cohors ætas*
*Advolvere foris nimos, ignique dedisse.*

Ădvŏlūtŭs genibus, Livius, περὶ τὰ γόνατα.

¶ Advorsitores pueri, qui heris obviam eunt, ab advorsus, pro adversus, è regione. Gl. Advorsitores, ἀντίστροφοι.

Ădvŏrsor, *ἀντίστροφος*, pro Adversor: & Advorsorem, pro Adversarium, veteres dixerunt, teste Festo. Sic Advorsum, & Advorto, pro Adversum, & Adverto.

Advorsum fuas, adversùs fis, adverseris. Liv. Andronicus *Hermione.* Obsecro te Anticle, matri ne quid advorsus fuas.

Advorses, vel Advorsi, *ἀντίστροφοι*. adversarii. Fest. Gloss.

Ăd vŏtum, Ex sententia, ad voluntatem. { κατὰ γνώμην. GALL. *A, ou selon son*

*Son souhait.* ITAL. *A sua voglia, secondo il suo desiderio.* GERM. *Nach dem wunsch vnnd begird.* HISP. *Segun su voto, ò desseo.* ANGL. *Effect my wyshe.* } Quintil. *lib.* 7. *c.* 12. Hæc sine uxorem ex animi sui sententia. Et alibi, Ad votum omne fluente fortuna lasciva otium.

Ădĭŭgo, ĕre, ēre, vehementer urgeo, πιέζω, πιέσσω. Cellus, Ivo quoniam natus est dens in locum puerile, quotidie digito adurgendus est. Hor. 1. *Carm.* 37. *Cæsar ab Italia volantem remis adurgebat.*

Ădŭro, idem est quod simplex Uro. } פחד *pahádh*. שרף *scharaph*, חרה *harah*, חרך *charach*. *uro*. GALL. *brusler*, *hasler*. ITAL. *Abruciare*. GERM. Auß brennen, verbrennen. HISP. *Abrecho quemar*. ANGL. *To burne*. } Cic. 2. *offic.* Quid enim censemus superiorem illum Dionysium, quo cruciatu timoris augi solitum, qui cultros anctuarios tonsorios, candenti carbone sibi adurebat capillum? Plin. Adusta navibus dixit.

Ădŭstĭo, onis, verbale. } סרפה *serephâh*. מכוה *mikwâh*. *ustio*. } Plin. *lib.* 14. *cap.* 14. Vitia præter supra dicta, achor, aut tumidum virus: picis autem, adustio.

Ădūsquĕ, id est, Usque ad, } עד *ádh*. *usque*. GALL. *Iusques à*. ITAL. *Fin à*. GERM. Biß dahin. HISP. *Hasta à*. ANGL. *Even unto*. } Virgil. 11. *Æneid.*

*Atrides Protheï Menelaus adusque columen*
*Exultat.*

Ovid. 3. *Fast.*

*Seu quod adusque decem numero crescente venitur.*

Idem *Eleg.* 4. *lib.* 3.

——— *Adusque nivosum*, &c.

Gell. *lib.* 15. *cap.* 2. Præterea vini libidine adusque ludibria ebriosus. Vide suprà.

Ădynamum, ἀδύναμον, vini saporis genus, quod fiebat ex musto albo, dimidia parte aquæ addita, quod admotum igni decoquebatur, donec aquæ mensura exaresceret. Vide Plin. *lib.* 14. *cap.* 16. Dictum Adynamum, ἐπὶ τῇ ἀδυναμίᾳ, propterea quòd esset imbecille & sine viribus: ideóque ægris dabatur, quibus vinum nocuum metuebant.

Adymachidæ, ἀδυμαχίδαι, populi sunt interioris Libyæ, ab ea parte qua Ægyptum spectat. De horum moribus memoriæ proditum est, uxores in utroque crure armillam æream gestare. Utrumque autem sexum ex æquo comatum esse, quo fit ut plurimos alant pediculos: quos ubi ceperint, prænimios abjiciunt. Virgines viro maturæ ad regem conveniunt: ex quibus ille unam deligit, quam ubi vitiarit, statim dimittit. Vide Cæl. Rhod.

Ădytum, } ἄδυτον. ANGL. *The chauncell or secret place of a church.* } Locus est secretior templi, ad quem nulli est aditus, nisi sacerdoti: ab α privativo & δύω, ingredior. quasi inaccessibile. Virgil. *Æneid.*

*Isque adytis hæc tristia dicta reportat.*

Ovid. 4. *Fast.*

*Ecfis est adytis diva locuta suis.*

Vide Cæs. *lib.* 3. *de bello civili, sub finem.*

A E

Æ diphthongus, communis error per multa sæcula, & malè scribitur, dum ex duobus corporibus fit unum æ, aut signatur ę caudatum pro æ, & male pronunciatur, dum solum e sentitur in prolatione. Scribi debent sejunctim hæc duo elementa, & utrumque proferendo audiri.

Æa, Æa. Civitas est Colchidis, Æetæ regis opus: ut scribit Stephan. quam Hippos & Cyanos fluvii è diversis locis in Phasim influentes, peninsulam efficiunt. Fabulantur Poëtæ Æan nomen accepisse à puella ejusdem nominis, quæ quum Phasidis amnis vim effugere non posset, misericordiâ deorum in peninsulam est conversa, quam etiam nunc, ut veterem illum amnem adhuc possis agnoscere, magna sui parte ambit, & veluti amplectitur phasis. De hac Plin. *lib.* 6. *c.* 4.

Æa, Aiæa, Circe dicta, ab aspernantium voce, propter celebratas illic corporum mutationes: placet Servio in illud Virg. 3. *Æneid.*

——— *Æaque insula Circes.*

Verisimilius tamen est Æam dictam ab Æa Colchorum civitate, quemadmodum & Cytæis, & Cytæa dicta est Κυτάϊς, κυτάια, à Cita ejusdem regionis oppido. Quod etiam ab Apollonii interpretibus annotatum est.

Æætes, αἰήτης, Denominativum est ab Æa Colchidis peninsula & urbe ejusdem nominis, in qua mata creditus Circe Solis filia. Unde peculiari epitheto Æa appellatur. Virg. 3. *Æneid.*

*Infernique lacus, Æaque insula Circes.*

Æmĭa, sive Æa, Aiæa, insula fuit in mari Tyrrheno à non modico olim tracto ab Italia dirempta; hodie continens, ita tamen ut paludibus circumquaque cincta insulæ speciem præferat. In hac Homerus Circen eadem collocavit, sic scribens *Lib.* 10. *Odyss.*

Αἰαίη δ' ἔνι δῶμα θεὰ δεινή τε πολύφρων
Κίρκη ἰηλεμάχοιο κασιγνήτη, &c.

Hujus meminit & Virg. *lib.* 3. *Æneid.*

*Inferiique lacus, Æaque insula Circes.*

Nam Servius ibi tres diphthongos videtur agnoscere, ut sit Ææa Circes. Latini quoque horum hunc à Circes domicilio Circæum, vel Circæos appellant: ibidémque antiqui Latii terminum constituunt. Vide Plin. *lib.* 2. *cap.* 84. & *lib.* 3. *cap.* 5.

Æăcus, αἰακός, Jovis filius ex Ægina filia Asopi, qui primus insulam, in qua regnavit, Æginam matris suæ nomine appellavit, quum antea Œnone diceretur (ut Plinius, Strabo, & Stephan. tradiderunt) aut certè Œnopia, ut apud Nasonem legitur *lib.* 7. *Met.*

*Œnopiam veteres appellavêre, sed ipse*
*Æacus Æginam genitricis nomine dixit.*

Hunc tamen justitiæ fuisse dicunt, ut apud inferos animarum creditus fuerit à Platone delectus judex, cum Minoe & Rhadamantho, & percantium peccata discutere, & pro meritis pœnas inferre. Ovid. *in Ibin.*

——— *tuâsque*
*Æacus in pœnas ingeniosus erit.*
*Æacus huic pater est, qui jura silentibus idem*
*Reddit.*



——— *Æacum famulus, proleisque futurus*
*Juppiter esse suam.* Idem 15. *Metam.*

Æăcĭdēs, αἰακίδης. Sumitur Patronymicum masculinum, quo significatur filius, vel nepos, vel aliquis ex posteris Æaci. Virg. 1. *Æneid.*

*Sævum ubi Æacida telo jacet Hector:*

hoc est Achillis, Æaci ex Peleo nepotis. Ovid. 13. *Met.*

*Inferis Æacidis aliena nomina gentis.*

¶ Æacides item Pyrrhus, Æaci ex Achille pronepos. Virgil. 3. *Æneid.*

*Conjugio Æacidæ Pyrrhi, sceptrisque potitum.*

¶ Pyrrhus item Epirotarum rex ab Æaco trahens originem, Æacides dictus. Virg. 6. *Æneid.*

*Eruebăt Argos, Agamemnoniásque Micenas,*
*Ipsumque Æacidem, genus armipotentis Achillis.*

Æăcĭdĭus, a, um, adjectivum sex syllabarum. Ovid. 7. *Met.*

*O Eurypiam Minos petit Æacidia regna.*

Æăcĭdīnus, a, um, ab Æaco Achillis patre. Plaut. *in Asinar.* Siquidem hercle Æacidinus minis animisque expletus incedit. Iratus si me tetigerit, iratus vapulabit. Non sine proverbii specie dictum fuit, pro atrocibus & superbientibus minis.

Æămēne, αἰαμήνη, regio est Nabathæorum, apud Stephanum.

Æănē, αἰανή, Macedoniæ oppidum, dictum ab Æano Heleni filio, qui eò colonam deduxit.

Æănēus, αἰανεύς, nomen gentile. Vide Steph.

Æănītis, αἰανῖτις, regio Nabathæorum.

Æănītes, αἰανίτης, Gentile.

Æantium, αἰάντιον. Ptolomæo oppidum Troadis, à Rhodiis conditum eodem in loco, in quo sepultus est Aiax, & ubi classis ejus habuerat stationem, unde & nomen habet. Nam quem nos Aiacem, Græci αἴαντα vocant. Vide Plin. *lib.* 5. *c.* 30. ¶ Est nomen promontorii in Magnetia, ad sinum Pelasgicum: de quo idem Plin. *lib.* 4. *c.* 9.

Æas, antis, ντος, fluvius qui ex Candaviis Macedoniæ montibus ortum ducit, & non procul ab Apollonia Taulantiorum urbe, in mare Ionium illabitur. Lucanus *lib.* 5. Purus in occasum, parui sed gurgitis Æas, Ionio fluit inde mari. Meminit hujus fluvii etiam Plin. *lib.* 3. *cap.* 23.

Æbŭdæ, insulæ quinque Britannicæ, Stephanus. Vide *Hebudes.*

Æbura, oppidum Hispaniæ, Steph. Vide *Ebura.*

Æca, αἶκα, Marsorum civitas, à qua Æcani populi, αἰκανοί, quorum meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 11.

Æcălum, oppidum Italiæ. Steph.

Æclas, αἰκλᾶς, Nobilis Athenienſis, qui Eretriam Euboeam civitatem coloniam duxit. Strabo *lib.* 10. Post res verò Trojanas Æclus & Cothus ex Athenis profecti colonias duxerunt: ille quidem Eretriam, Cothus verò Chalcidem.

Ædepsus, αἰδηψός, Steph. Oppidum fuit Euboeæ insulæ, cujus meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.

Ædĕpŏl, ναὶ μὰ τὸν Πόλλω. Adverbium jurandi, quod est quasi per ædem Pollucis. Item Pol & perpol, quæ idem significant, Perpol, quàm pauci, apud Terent. *in Andr.* per tmesin dictum puto pro, Pol perquàm pauci. Ergo Ædepol me emittas manu, *sc.* 7. *a.* ... Ædepol profectò. Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. & *Men. sc.* 5. *a.* 5. Ædepol ne hic dies. *Ibid. sc.* 2. *a.* 3. & *sc.* 3. *a.* 4. Ædepol equidem. *Amph.* Certè, Ædepol, equidem, ipsum *Aul. sc.* 4. *a.* 1. Ædepol næ ego. Ædepol dissyllabum hîc est. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 3. Ædepol here næ adveni tempori: idem *Men. sc.* 7. *a.* 5. Erat autem Ædepol teste Gell. *lib.* 11. *cap.* 6. Juramentum tam virile, quàm muliebribus commune. Per Herculem autem mulieres nunquam jurabant, neque viri per Castorem.

Ædes, tam in singulari, quam in plurali numero pro templo vel sacrario, sed fere semper cum adjectione, ut ædes sacra, vel ædes sacræ: Ædes Jovis, Ædes deorum, Ædes pacis, & hujusmodi. } בית אל *beth-él*. בית אלהים. GALL. *Temple*. ITAL. *Il tempio, la chiesa*. GERM. Ein tempel. RUSTICUM. HISP. *Templo*. ANGL. *A temple, or church.* } Cic. 2. *Verr.* Ædes Minervæ in fano Apollinis. Idem 1. *Philipp.* Ex eo die, quo in ædem Telluris convocati sumus. Ovid. 13. *Met.*

——— *Suâque*
*Eripere ede Deam,*

de Palladio. Idem 1. *epist. Didûs*, pro sepulchro posuit, quum ait,

*Est mihi marmorea sacratus in æde Sichæi.*

Nam & sepulchra, ut scribunt Jurisconsulti *de sepulchr. & relig.* inter loca sacra habentur. Gell. *cap.* 7. *lib.* 14. Non omnes ædes sacras templa esse. Pro ædificio profano, vix aliter quàm plurali numero utimur. Idem *cap.* 4. *lib.* 14. Non fuisse in æde suâ aid ædibus meretricis. Vide exempla infra in *Ædis.* } οἰκοδόμημα. GALL. *Maison*. ITAL. & HISP. *Casa*. ANGL. *A house.* } Cic. 2. *Verr.* Quæ vidi egomet apud illum in ædibus. Idem *de Clar. Orator.* Ex testudine quadam exit in ædes. ¶ Singulari numero posuit Curtius. *de gest. Alexandri.* Excubabant principum liberi servatis noctium vicibus, proximi foribus ædis, in qua Rex acquiescebat. Ubi Ædem pro cubiculo dixisse videtur. Idem alibi eodem in numero pro cœnaculo posuit, quum ait, Stabat ad fores ædis ejus, in qua Rex vescebatur. ¶ Tantæ curæ nobis debent esse ædes nostræ, ut his neglectis alia minùs curanda sint. Hinc locus Adagio.

*Ædibus in nostris quæ prava, aut vetta gerantur.*
Οὐδὲ τι ἐν μεγάροις κακὸν ἐστὶν ὅ τι μὴ σὺ πύθηται.

Scribit Gellius hunc Homeri ex Odyss. versiculum vice proverbii semper in ore Socrati fuisse. Diocles adscribit Diogeni, ut refert Laërtius. Quo versu admonemur ut ea potissimùm, quæ ad nosipsos pertinent, curemus: externa atque aliena ne inquiramus. ¶ Dicitur autem Ædes (ut scribit Servius) ab Edo, quòd in ea sacrificantes edere consueverint. Nam quædam sunt nomina, quæ initio diphthongum recipiant, quamvis à verbo monophthongo deriventur, ut Ædes, Æsculus. Varro *lib.* 4. *de lingua Lat.* ab usu fieri putat, quòd scilicet plano pede subibant: unde etiam prima syllaba diphthongum accepit. Festus, Ædes quòd in edito pon solerent. Alii eadem dici existimant, quòd in ea ærum degatur, quod Græcè αἰὲν vocatur. ¶ Ædis, in nominativo singulari. Plaut. *Most. sc.* 3. *a.* 1. Omnia

periere, & ædis & ager. Liv. *lib.*2. *d.*5. Plaut. *Most. sc.*2. *a.*2. Tetigistin fores? i. fores. Quando ædes pulsabit senex, i. fores. *Ibid. sc.* . *a.*2. ædes plenas convivarum & mulierum. *Ibid.* Ædes factæ occlusæ sient. *Ibid.* Usus ædium nequiores factus, ædes ruunt. Idem *Most. sc.*2. *a.*2. Ædes hisce sunt. Idem *Pseud. sc.*1. *a.*4. Occlusit ædes. Idem *Men. sc.*3. *a.*4. Pone ædem Castoris. Idem *Curc. sc.*2. *a.*4. Vides ut aperiunt ædes festivissimè. *Ibid. sc.*1. *a.*2. Ædes mihi arridebant tuæ. Idem *Asin. sc.*3. *a.*2. Quid intus servem? Anne qui ædes auferat? Idem *Asi. sc.*2. *a.*2. Faciteant ædes. Idem *Pseud. sc.*1. *a.*2. Capitalis ædes est facta. Idem *Mostell. sc.*3. *a.*2. Nemo in ædibus servat. *Ibid. sc.*2. *a.*2. Ilia est hic intùs in ædibus. Idem *Mil. sc.*6. *a.*2. Quid tibi hîc ante ædes clamatio est? Idem *Most. sc.*1. *a.*3. In hasce ædes nemo pedes intrò tulit. Idem *Men. sc.*2. *a.*1. & *sc.*2. *a.*5. Non video mihi habitare posse ædes meas. Idem *Asin. sc.*3. *a.*2. Ille homo ædes compilavit. *Ibid. sc.*2. *a.*2. Ædes non patent. *Ibid. sc.*3. *a.*3. Ædes aperiuntur. Item occluserunt ædes. Idem *Amphit.* Vænibunt servi, fundi, ædes, omnia. Idem *Men. sc. ult. a.*5. Tuane causa me ædes incensurum putas? {de ignis magnitudine.} *Ibid. sc.*1. *a.*5. Nec nostras ædes comburere postulas {de affectibus.} Idem *Asi. sc.*3. *a.*2. Intra ædes huius ubi habitat penetravi pedem. Idem *Men. sc.*2. *a.*5. Ædes dixit esse septimas à portu. Idem *Pseud. sc.*2. *a.*2. Ædificabuntur ædes totæ denuò. Idem *Most. sc.*2. *a.*2. Fac nitrent ædes. Idem *Pseud. sc.*1. *a.*1. *&c.* Varro *de vita pop. Romani lib.*1. Hæc ædis quæ nunc est, multis annis pòst facta fit, &c. Hoc etiam ex diminuti formatione videtur consequi, ut Ædis, in recto dicamus, non Ædes. Nam ut Apicula fit à nominativo Apis, videtur analogiæ ratio exigere, ut Ædicula fit ab Ædis. Nam ab eo quod est Ædes, potùs fieret diminutivum Ædecula, ut à Vulpes, Vulpecula. Verumtamen ut e, in compositione fæpè mutatur in i, ut Rego, corrigo, Lego, colligo: sic potuit & in derivatorum formatione.

Ædicula, parua domus, pro quo potiùs usurpatur pluralis, Ædiculæ. {לשכה *lischekah*, ηδυα, *isikon*. GALL. *Maisonnette, logette*. ITAL. *Picciola casa*. GERM. Heußlin/ Cämmerlin/ oder ein capell. HISP. *Casa pequeña*. ANGL. *A litle house*.} Aliquando pro cellula in ædibus. Plautus *in Epid.* In ædiculam seorsum isthæc ear, iube. ¶ Aliquando pro sacello, quod est ædis sacræ appendix. Livius, Iisdem diebus ædiculam Victoriæ virginis, prope ædem Concordiæ M. Portius dedicavit. ¶ Aliquando pro loculamento simulacri. Plin. *lib.* 22. *de Venere Cinidia*. Ædicula eius tota aperitur, ut conspici possit undique effigies deæ.

¶ Ædilex, cis, ædificator. Tertull. ¶

Ædifico, ædes construo, propriè. {בנה *banah*. οἰκοδομέω. GALL. *Edifier, bastir, maisonner*. ITAL. *Edificare, fabricare*. GERM. Bawen. HISP. *Edificar*. ANGL. *To build or*.} Nam ab æde, vel ædibus faciendis dictum est. Plaut. *Mostell. sc.*2. *a.*1. Ædificantur ædes totæ denuò. Et ita ferè absolutè ponitur sine casu. Cic. *ad Quint. Frat.* Tribus locis ædifico, reliqua reconcinno. Horat. 2. *Epist.*

*Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis.*

Mart. *in Gellium*,

*Poscenti numos ut dicere possit amico*
*Hoc unum verbum Gellius, Ædifico.*

¶ Interdum ponitur pro construo, extruo, efficio: & non solùm de ædibus, sed aliis etiam rebus dicitur, & tum accusativum semper adjunctum habet. Cæs. *lib.*2. *de bell. civ.* Ædificare locum. Cic. *pro lege Manilia*. Qui quum maximas ædificasset, exornassetque classes. Idem *pro Sylla*, Ad illius pœnam careat ædificatus est? Idem 1. *Offic.* Urbes sine hominum cœtu nec ædificari potuissent, nec frequentari. Idem, Qui quum ædificasset in Palatio domum plenam dignitatis. Quo in exemplo accusativus, *Domum*, additus facilè indicat, Ædificare, simpliciter ibi accipi pro struere, nam alioqui redundaret. Ut & apud Græcos illa sunt usitatissima, οἰκοδομῶ οἶκον, οἰκοδομῶ οἶκον. Cic. 1. *de Natura Deorum*. Quibus enim oculis animi intueri potuit vester Plato fabricam illam tanti operis, qua construi à Deo, atque ædificari mundum facit? Huius composita sunt Coædifico, Exædifico, Inædifico, Reædifico, quorum significata vide suis locis.

Ædificatio, ipse ædificandi actus. {בנין *binjáh*. οἰκοδόμημα. GALL. *Bastiment*. ITAL. *Edificio, fabrica*. GERM. Ein bawung/ erbawung. HISP. *Obra de edificar*. ANGL. *Building*.} Cic. *ad Att.* Ædificatio non movet. Plaut. *Aul. sc.*2. *a.*2. Non placet mihi illa ædificatio, quia columnam fundamento suffulcit suo. Specimen cernitur quo crevitat ædificatio. {Metaphor.} Idem *Most. sc.*2. *a.*5.

Ædificatiuncula, οἰκοδομημάτιον, parva ædificatio. Cic. *ad Quint. Frat.* Quæsivitque ex eo, quid de illa ædificatiuncula Lærtæ, de qua mecum loquutus es, mandavisses.

Ædificator, verbale. {בנאי *bonéh*. οἰκοδόμος. GALL. *Edifieur, architecte*. ITAL. *Edificatore*. GERM. Ein Bawer. HISP. *El que edifica*. ANGL. *A der*.} Cato, De bono ædificatore meliùs emetur.

Ædificium, ædis, constructio, & ponitur pro omni structura. {בנין *binján*. οἰκοδόμημα. GALL. *Edifice*. ITAL. *Edificio*. GERM. Ein gebeüw. HISP. *Edificio*. ANGL. *Building*.} ¶ Ædificii quoque appellatione non superficiem signari, sed solum quoque ipsum, cui ædificium superponitur, est. Ulpianus putat. Plin. *lib.*16. *cap.*6. Minus utilis ædificiis. Cæs. *bell. Gall. lib.*2. Omnibus vicis, ædificiisque, quæ adire poterant, incensis. Plaut. *Most. sc.*2. *a.*1. Hæc argumenta ædificiis dixi {i. ædibus.} Suprà enim & mox infrà ædes dixit.

Ædiles, ἀγορανόμοι, dicti sunt ab eo, quòd ædes sacras & privatas procurarent, teste Varrone *lib.*4. *de lingua Latina*. Primò ex plebe duo creati sunt Ædiles: & deinde procedente tempore duo ex patriciis adjuncti sunt, qui a sella curuli, qua illi utebantur, Curules dicti sunt. Gell. *cap.*9. *lib.*6. Ædilis Curulis ædilitia comitia habebat. Idem sellam curulem jubet afferri. Officium Ædilium erat. Ludos publicos exhibere, & sacras privatasque ædes procurare, totam urbem tueri, ut cloacæ & aquæductus, & quæque publica ædificia munda essent: loca in theatro assignare. Si quispiam servum, aut jumentum morbosum, vitiosumve, pro integro, sanòque vendidisset, edicto Ædilium emptori succurrebatur: idque Edictum ædilitium dicebatur, sive Edictiones ædilitiæ. Cic. 3. *de legibus*, Ex *lege* XII. *Tabular*. Suntóque Ædiles curatores Urbis, annonæ, ludorumque solennium: ollisque ad honoris ampliores gradum is primus ascensus esto. Ovid. 6. *Fast.* Ædilium edictum de Tibicinibus. Plaut. *Men. sc.*2. *a.*4. Apud ædiles dixi causam pro factis plurimis & pessimis. Idem *in proleg. Amph.* Sive adeo Ædiles perfidiosè cui dunt (palmam.) Ædilium Curulium edictum, idem. Vide *Edictum*. Ædiles lictorem non habent, & vocare in ius possunt ad Prætorem. Gell. *cap.*12. *lib.*13. Annonæ curam gerunt, Suet. *in Tiberio*, *cap.*34. Coërcent popinas. Idem *in Claud. cap.*38. Ædiles jussu Tribuni plebis capiebant ad supplicium. Plutar. *in Coriolan.* Ædiles olim habebant balnea. Senec. *epist.* 87. Erant & alii Ædiles, qui frumento præerant, a Cæsare primùm creati, & à Cerere Cerealeς nominati, ut scribit Pomponius. His cura ponderum, ne qua fraus fieret, & mensurarum commissa erat. Vide Hotom. *in suum Lexico*.

Ædilitas, ipsa dignitas. ἀγορανομία. Plaut. *in Stycho*. Sine populi suffragio nemo ædilitatem hic quidem gerit. Proverbialis est figura, ubi quis impertitior in alieno negotio, aut in ædibus alienis. Cic. 1. *offic.* Crassus cum omnium hominum moderatissimo Q. Mutio munificentissima ædilitate functus est. Suet. *in Cæsar.* Siquidem ante paucos dies, quàm ædilitatem iniret. Livius *lib.*7. *ab Urbe*, Annus hic insignis novis duobus magistratibus, Prætura, & Curuli ædilitate, hos sibi patricii quæsivêre honores, pro concesso plebi altero Consulatu. Ædilitas curulis, & Ædilitas plebis, Plaut. *in Mario*.

Ædilitàtus, idem quod Ædilitas. ἀγορανομία.

Ædilitius, a, um, ἀγορανομικός. Nomen possessivum ab Ædilis: ut Comitia ædilitia, in quibus creabantur Ædiles, & Ædilitium munus: hoc est, officium ad Ædiles pertinens. Cic. 1. *offic. lib.*1. Sed quid ego Ædilitias repulsas colligo? Ædilitias edictiones hic habet. Plaut. *Capt. sc.*1. *a.*4.

Ædilitus, 1), qui Ædilitate functus est, quemadmodum & Consularis, qui Consulatum gessit; & Prætorius, qui Præturam administravit. Cic. *in Bruto*, Sed omnia in summa sperans, ædilitius est mortuus.

Ædilitimor {sic enim dicendum, non Æditior: cùm hoc sit recenti novitate fictum, illud antiqua origine incorruptum, secundùm Varr. *de L. L. lib.*2.) eadem tuetur. Pomp. *Æditue*: Qui postquàm tibi adpareo, atque æditimor in templo tuo, nec mortalis, nec mortalium ullus in terra miserior est. Gell. *lib.*12. *cap.*10.

Æditimus, qui ædibus præest. {כמר *chemár*. νεωκόρος. GALL. *Sacristain, garde du temple, marguillier*. ITAL. *Sacrestano, guardiano di chiesa*. GERM. Kirchenhüter/ Signift. HISP. *El sacristan, guardador del templo*. ANGL. *A churchwarden*.} Cic. *in Top.* Gell. *lib.*12. *cap.*10. ait, quod æditimus dicitur ea forma, qua finitimus, legitimus; ut timus sit adjectionis causa. Verùm pro eo nunc dicimus Ædituus, ut Varro *lib.*1. *de re rust.* ait. Et sementinis feriis in ædem Telluris venerat togatus ab æditimo, ut didicimus à patribus nostris: at corrigimus à recentibus urbanis, ab ædituo. Utriusque diversam notationem tradit Sosipater *lib.*1. Æditimus, inquit, dicitur qui ædem servat, quasi ædis tutimus, & dituus ab ædè tuenda.

Ædituor. Vide *Æditimor*.

Æditus, quasi ædes tuens. Sosip.

Æditrtrûs, judex quem una pars delegerit. Cic. *in Planco*. Neque enim quicquam aliud in hac lege, nisi æditrtrius judices ea sequuntur. Scribe per E.

Æditris, a, um, ἐνθεαστικός, ἔνθεος & sortis dicitur: Æditum aperite fanum. Plaut. *Curc. sc.*3. *a.*1. Horat. *in Sat.* Viribus æditior credebat, ut in grege taurus. Et ædita loca dicuntur alta ac fere ædentia, id est, ostendentia: scribiturque cum diphthongo, ut differat ab Edo, pro comedo. Sic & Comucop. Non videtur tamen efficax ratio, cùm in conjugando multùm differant edò compositum, & edo simplex. Nec potest editum ab edo deductum videri. Denique per E scribendum est omninò, sine diphthongo.

Æditus, idem quod æditimus, sacræ ædis tutor, id est, curam gerens: ab ædibus sacris, quas tuetur, νεωκόρος. Cic. Illi noctu facta manu, armatique veniunt: fores ædis effringunt: æditui, custodésque mature fentiunt: Horat. 2. *epist.*1.

*Sed tamen est operæpretium cognoscere quales*
*Ædituos habeat, belli spectata domique*
*Virtus.*

hoc est, narratores. ut ait Porphyr. Æditui enim templorum & numinum quibus inserviunt, sacrorum originem adventus & ignorantibus narrant. Alii ædituos pro clientibus, ac familiaribus dici putant ac per hos laudatores poëtasque significant. Valerius ædituus, poëta vetus, cujus aliquot carmina citat Gell. *lib.*19. *cap.*9. ad quem forte respexit Horatius: quomodo etiam rectè dixeris, Quales habeat Virgilios. Lucret. pro ædituis dixit æditantes. ut est apud Gell. *lib.*12. *cap.*10. Hospitibus loca, quæ complerant æditantes.

Ædèsia, Μαδιάμ. Mulier Ægyptia, uxor Hermetæ, & Syriani Philosophi propinqua, totiusque castitatis & probitatis exemplar: cujus vitam latissimè describit Suidas.

Ædœa, ea ulcera, αἰδοῖα ἕλκη. Ægineta appellat, quæ circa pudenda nascuntur. Nam αἰδοῖα Græci vocant, quæ nos pudenda.

¶ Ædœpalmus, morbus pudendorum, satyriasis ¶

Ædon, dictio trisyllaba, ἀηδών. Avis est, quæ aliis nominibus & Philomela, & Luscinia dicitur, dicta Ἀèδὼν ἀπὸ τοῦ ἀείδειν, hoc est, a perpetuo canendi quasi instituto, quòd etiam tunc canat, quum reliquæ volucres silent. Virg. *de tanto Syreth.*

*Quodque leves calami, quòd suavis cantus ædon.*

Æduisi, socii Romanorum juxta Galliam Celticam. Stephanus.

Æëtes, vel æta, ἀήτης. Rex fuit Colchorum, & filius Solis ex Persa Oceani filia, & pater Medeæ. Absyrti, & Chalciopes: qui quum aureum vellus à Phrixo Athamantis filio in luco Martis suspensum diligentissimè asservaret, à Medea filia proditus, & vellere, & duobus insuper liberis spoliatus est. Nam Medea, quùm Iasoni in rapiendo vellere se adjutricem præbuisset, unà cum illo profugit, fratrem

fratrémque Absyrtum, quem fugæ comitem assumpserat, ut patrem insequentem tumorarentur; multas in partes distraxit. Fabula notissima est ex Valerio Flacco, & Apollonio Rhodio. Hinc fit patronymicum Æetias, *æetias*, quo significatur Medea Æetæ filia. Ovid. 7. *Metam.*

*Concipit interea validos Æetias ignes.*

Ægæ, Promontorium est Æolidis, non procul à Caici fluminis ostio. Strabo *lib.* 13.

Ægæ, *αἰγαὶ*, multorum oppidorum nomen est, quorum unum est in Macedonia, non procul ab Halyacmone fluvio, in quo receptum erat Macedonum reges sepelire, de hoc Plin. *lib.* 4. *c.* 10. Alterum in Cilicia, non procul à Pyramo fluvio, ut tradidit idem Plin. *lib.* 5. *c.* 27. Tertium in Æolide, apud eundem *lib.* 5. *cap.* 30. Quartum in Eubœa, à quo Strabo mare Ægeum dictum putat. Quintum in Lydia. Sextum in Æolia, & Septimum in Locride commemorantur à Stephano.

Ægæa, *αἰγαία*, nomen duarum urbium, ut scribit Ptolomæus, quarum una in Emathia, alia in Mauritania. Commemorantur & a Strabone duo hujus nominis oppida, quorum unum ad Amanum montem, alterum in Agro Laconico collocat.

Ægæ, *αἰγαίαι*, Insulæ sunt Ioniæ adjacentes, quæ commemorantur à Plin. *lib.* 5. *cap.* 31. Ægeæ Cyclades. Ovid. *el.* 10. *lib.* 1. *Trist.*

Ægæon, *αἰγαίων*, nomen gigantis, quem centum manus, & quinquaginta ventres habuisse fabulantur. Hunc Homerus 1. *Iliad.* ab hominibus quidem Ægeonem, à diis verò Briareum vocari tradit. Vide latiùs in dictione *Briareus.*

‖ Æganea, iaculi levioris species ex ferro solido latóque. Cerd. ‖

Ægeum mare, *αἰγαῖον πέλαγος*, *τὸ αἰγαῖον πέλαγος*, vulgò, *Archipelago*, Stephano & Suidæ. Amplissimus est maris mediterranei sinus à parte Orientali Isthmi Corinthiaci (ut Plinio placet,) aut certè à Sunio Atticæ promontorio (ut tradit Ptolomæus) ad ipsum usque Hellespontum extensus, alia aliis in locis à regionibus quas alluit, nomina sortitus. De ratione nominis varia traduntur à scriptoribus. Nonnulli (in quibus est Suidas) ad Ægeum Thesei patrem referunt, quem in hoc mare sese præcipitem dedisse ferunt, quum navim filii, qua ille in Cretam ad Minotaurum vectus fuerat, nigro cum velo (quod ipsi cum nauclero amissi filii signum convenerat) redeuntem videret. Alii ab insula quadam, seu verius scopulo, deductum putant, in hoc mari inter Tenedum & Chium sito, quem à capræ similitudine, *αἴξ*, nautæ appellant. In hac sententia est Plinius, hæc scribens *lib.* 4. *cap.* 91. Ægæo mari nomen dedit scopulus inter Tenedum & Chium, verius quàm insula, Æx nomine, à specie capræ (quæ ita à Græcis appellatur) repentè in medio mari exsilientis. Cernunt eum à dextra parte Andrum navigantes ab Achaia dirum & pestiferum. Idem sentit & Solinus, cujus verba, quòd parum discrepent a Plinianis, supervacuum esset hic adscribere. Strabo autem *lib.* 8. ab Ægis Eubœæ oppido, Ægeum appellatum existimat: tametsi idem *lib.* 13. *παρὰ τὴν Αἰγῶν*, hoc est, ab Ægæ Æolidis promontorio, dictum velit, quod suo sæculo Canam, sive Canas tradit fuisse appellatum. Hæc etymi diversitas facit, ut nec de orthographiæ ratione idem omnes sentiant. Græcorum tamen codicum consensus, in eam me adducit sententiam, ut Ægæum potissimùm per æ diphthongum scribendum existimem. ¶ Hoc mare cæteris est periculosius ob frequentes scopulos. Unde locus proverbio apud Ælianum, Ægeum navigat, *τὸν Αἰγαῖον πλεῖ*, ut subaudias *σφόδρα*. Quadrabit in eum, qui in maximis versatur difficultatibus. In hominem quoque ob lucri studium nihil omnino periculi recusantem. ¶ Utitur & Lucianus in Sectis alio adagio ab hoc mari tracto, Viminea scaphula Ægæum transmittere, *ἐκ βαιῶν τῶν Αἰγαίων ἀφικνεῖσθαι*. In eos dicitur, qui rem supra modum arduam levi opera conficere tentant.

Ægaleos, *αἰγάλεως*, nomen montis apud Strab. *lib.* 8. sub quo antiqua Pylos Messeniæ civitas erat.

Ægemon, *αἰγήμων*. Poëtæ Græci nomen est, qui bellum Leuctricum inter Thebanos & Lacedæmonios gestum, carmine complexus est.

Æger, a, um, ab Ago, is, per contrarium (ut quidam opinantur) eo quòd ægri non probè fungantur suis vitæ muneribus: sive quòd qui morbo correptus est, gravius agitetur. { חולי *cholêh*, νοσῶν, λυπούμενος. Gall. *Dolent, faschè, ennuyé, malade.* Ital. *Infermo, debole.* Germ. Kranck/ bekümmert/ verdrüssig. Hisp. *Enfermo, ò passionado del alma.* Angl. *Sick feble of courage, feckle.* } Æger, ab egendo, quia eget bona valetudine. Vide e, pro æ, & econtrà: sic verus poëta, Inops sanitatis. Vide & Fest. in ægrum, qui tamen erat. Et tam de animo dicitur, quàm de corpore: quamvis Donatus eam fecerit differentiam, ut Ægritudo ad animum, Ægrotatio ad corpus referatur. Vide infrà in *Ægrotatio.* Et in *Ægritudo*, ubi ipse Donatus ægritudinem de infirmitate & morbo corporis exponit. Et certè id quidem omnino verum non est. Sallust. *in Catil.* Antonius pedibus æger. Gell. *lib.* 17. *c.* 16. Quem M. Frontonem Consulatem pedibus ægrum viseret, Cic. *Attic. lib.* 7. Tyronem patris ægrum reliqui. Idem *pro Cal.* Medea animo ægra, *διάνοιαν*, amore lævo saucius. Ovid. *El.* 6. *lib.* 4. *Trist.*

*Corpore, sed mens est ægro magis ægra.*

Et *El.* 2. *lib.* 5. *Trist.*

*Mens tamen ægra latet.*

Et *Eleg.* 8. *lib.* 3.

*Ægra est utraque pars aquè*

(i. Animus & corpus) & *El.* 2. *lib.* 3. Vitiant artus ægræ contagia mentis. *El.* 2. *lib.* 3.

*Fallebat curas ægraque corda labor.*

*Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.*

——— *ager eram, incertúsque salutis.*

Gell. *cap.* 2. *lib.* 5. Synceræ, aut ægræ animi partes. Et *c.* 9. *lib.* 17. ægros oculos habere diu. Consilii æger. Stat. *lib.* 11. *Thebaid.*

——— *obscura vallum dum nocte peragrat*
*Æger consilii, curisque novissima volvens:*

hoc est, tristia cogitans, sive consilio imbecillis. Æger delicti, id est, dolens ob delictum à se commissum. Sil. Italic. *lib.* 13.

*Sed postquàm OEnotriis fundavit finibus urbem,*
*Ægro dolitti, Phrygium placare colendo*
*Numen, & Iliaco, parat exercere penates.*

De Diomede loquitur quem raptæ Palladis pœnitebat. Transferretur etiam ad res inanimatas. Cic. *in Verr.* 3. Mihi videor magnam, & maximè ægram, & propè depositam Reipublicæ partem suscepisse. ¶ Ægrior & Ægrius. Nunquam quicquam animo meo fuit ægrius. Plaut. *Amphit. sc.* 2. *a.* 3.

Ægrum, substant. Plaut. *Amphit.* Plus ægri ex abim viri, quàm ex adventu voluptatis cœpi.

Ægrésco, is, escere. { רגז *daâb*, דאג *daâgh*, λυπεῖσθαι. Gall. *Devenir malade, encenrir maladie, faschene ou ennuy.* Ital. *Infermare, attristarsi.* Germ. Kranck oder schmertz werden. Hisp. *Estar enfermo o passionado del alma.* Angol. *To waxe sicker feble.* } à nomine Ægri derivatum, significat ægriorem fieri: & propriè refertur ad animum. Virgil. 2. *Æneid.*

——— *exsuperat magis, ægrescitque medendo.*

Interdum ponitur pro ægrotare. Plin. *lib.* 10. Corni ante solstitium generant: item ægrescunt sexagenis diebus siti maximè, antequam fiat coquantur autumno.

Ægrè, molestè, dolenter, iniquo animo. Terent. *in Andr.* Redeo inde iratus atque ægrè ferens. ¶ Ægrè, male, difficulter, vix. { קשה *bekâschéh*, כחוש *bechomer.* χαλεπῶς, ὀδυνηρῶς. Gall. *Avec peine, avec grande difficulté.* Ital. *Mallestamente, mal volentieri.* Germ. Kümmerlich, schwerlich. Hisp. *A passionadamente, ò con difficultad.* Angol. *Hardlie pamefullie, with difficultie.* { Vulg. 3. *Georg.*

*Ergo ægrè rastris terram rimantur.*

Neque solum cum verbo Ferre, sed cum aliis etiam verbis jungitur: ut Carco ægrè, Sustineo ægrè. Et Cic. *Attic.* Ab hasta ea ægrè me tenui. ¶ Ægrè est mihi, frequens est apud Plautum, pro dolet mihi, aut male me habet: ut *in Men. sc.* 2. *a.* 4. & *in Casi.* Quid tibi ægrè est? & *Capt. sc.* 1. *a.* 3. Hoc mihi ægrè est, *Ibid. sc.* 1. *a.* 3. Miser est qui quærit quod edat, & id ægrè invenit. Ægrè facere alicui, pro eo quod est, aliquem ægritudine, vel molestia afficere. Terent. *Eunuch.* Voluit facere contra hunc ægrè. Ægriùs, & Ægerrimè, pro difficiliùs, difficillimè. Plin. *lib.* 16. *c.* 10. Fragosiùs fidunt, ægriùs revelluntur. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Nec magis vertutus, nec ab quo caveas ægriùs (i. difficiliùs.) Et ægrè, i. difficilè. Ovid. *El.* 5. *lib.* 3. *Trist.*

——— *Vt illam*
*Non ægrè posses dissimulare.*

Cæs. 1. *bell. Gall.* Ægerrimè confecerant, ut flumen transirent.

Ægritúdo, est animi ægri affectio. { דאגה *daaboh.* λύπη, νόσημα. Gall. *Douleur, ennuy, fascherie.* Ital. *Dolore d'animo, fastidio, malenconia.* Germ. Krancheit/ betrübnuss/ vnmut. Hisp. *Enfermedad, aquella passion del alma.* Angol. *Doulour, sinesse.* } Terent. *in Andr.* Si nulla ægritudo huic gaudio intercesserit. Cic. 3. *Tusculan.* Ægritudo est animi adversante ratione contractio. Terent. *in Heaut.* proverbiali figura dixit, Deum adimere ægritudinem. Sic Cic. 3. *Tusc. Quæst.* Quod ita esse dies declarat, quæ procedens ita mitigat, ut iisdem malis manentibus, non modò leniatur ægritudo, sed in plerisque tollatur. Terent. *in Phorm.* pro corporis morbo usurpavit. Matrem ipsam ex ægritudine miserâ mors cœquuta est. Vbi Donatus, Ex ægritudine, inquit, hoc est, ex infirmitate & morbo. Sic & Plin. *lib.* 8. *c.* 1. Visique sunt fessi ægritudine, quando & illas moles infestant morbi.

Ægrimónia, *νόσος*. Idem quod ægritudo, factum ea forma qua ab Acer, Acrimonia. Plaut. *in Rud.* Tantisper dum abscedat à me hæc ægrimonia. Cic. *ad Attic.* 12. Ferè graviter, si nova ægrimoniæ locus esset.

‖ Ægriparus, qui ægrè parus est. Pap. ‖

Ægror, morbus, ægrotatio. Lucret. *lib.* 6.

*Consimili ratione venit bubus quoque, sæpe*
*Pestilitas, etiam pecudum balantibus ægror.*

Ægrótus, a, um. { חולי *cholêh.* νοσῶν. Gall. *Malade.* Ital. *Infermo.* Germ. Kranck. Hisp. *Enfermo.* Angl. *Sick.* } Sent. Æger & corpore & animo dicitur. Ægrotus corpore tantùm. Horat. 1. *epist.*

*Non domus, aut fundus, non aris acervus & auri*
*Ægroto domini deduxit corpore febres.*

¶ Ægroto dum anima est, spes est. Sententia proverbialis, admonens ne in afflictissimis quidem rebus abjiciendam esse spem. Cic. *ad Attic. lib.* 9. Ut ægroto, dum anima est, spes esse dicitur: sic ego, quoad Pompeius in Italia fuit, sperare non desiti. Proverbii quadam specie Terentius dixit, Facilè omnes quum valemus, recta consilia ægrotis damus: tu si hic sis, aliter sentias. Plaut. *Men. sc.* 3. *a.* 5. Ostiosus (medicus) tandem vix ab ægrotis venit. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Leno ægrotus incubat in Æsculapii fano. Terent. *in Andria* ad animum transtulit: Animum ægrotum plerumque ad partem deteriorem applicat.

Ægróto, as, Ægro corpore sum, morbo afficior. { חולי *cholêh.* νοσῶ. Gall. *Estre malade.* Ital. *Infermarsi.* Germ. Kranck vnd schmach sein. Hisp. *Enfermar.* Angl. *To be sick.* } Cic. *pro Cluent.* Is ibi in morbum incidit, ac satis vehementer, diúque ægrotavit. Idem *de Senect.* Adolescentes facilius in morbos incidunt, gravius ægrotant, difficiliùs curantur. ¶ Transfertur etiam ad animum. Cic. 4. *Tusc.* Ut ea res, ex qua animus ægrotet, oriatur. Sic Adagii forma dicimus, Animo ægrotanti medicus est oratio. *ψυχῆς νοσούσης ἰατρὸς λόγος.* Ex Plutarcho ad Apollonium. Ab Ægroto fit & Coægroto. Hieron. Quod si ipsa languerit, coægrotandum est, & numquam ab ejus lectulo cedendum.

Ægrótatio, verbale, quod & ipsum propriè de corpore dicitur. { חולי *cholí.* νόσημα. Gall. *Maladie, infirmité.* Ital. *Malatia, infirmità.* Germ. Kranckheit. Hisp. *Enfermedad.* Angol. *Sickenesse, infirmitie.* } Cic. 3. *Tusculan.* Sed propriè, ut ægrotatio in corpore, sic ægritudo in animo nomen habet. Aliquando tamen de animo dicitur, quemadmodum & verbum à quo defendit. Idem *Tusc.* 4. Quis enim dubitavit, quin ægrotationes animi, &c. Vide in *Æger*, & in *Ægritudo.*

Ægéria, *αἰγερία*. Nympha fuit, quæ celebratur in luco Aricino, cui quæ Numa Pompilius & connubium & colloquium se habere simulavit superculto religionum, quo armorum & prædæ studio flagrantem populum Romanum ad pacis artes abstraheret. Unde Ovid. *in Fast.* 3.

*Ægeria est quæ præbet aquas, Dea grata Camœnis;*
*Illa Numæ conjux, consiliumque fuit.*

Ægĕstini, αἰγεστῖνοι Stephano populi sunt Siciliæ, quorum urbs Ægesta non procul à Lilybæo promontorio sita est, ab Ægesto Troiano nomen habens. Hi Segestani vocantur à Plin. *lib.* 3. *c.* 8.

Ægeus, per duas syllabas, αἰγεύς, filius Pandionis fuit, & rex Athenarum, qui ex Æthra Pittheï Troezeniorum regis filia Thesëum suscepit, ex Medea autem ab Iasone repudiata alterum filium nomine Medum, ut placet Iustino. Hoc jam ad senium vergente, Minos Cretensium rex Atheniensibus ob Androgei filii necem bellum intulit, victisque durissimas pacis conditiones imperavit, ut septem quotannis juvenes Athenienses ex suis in Cretam mitterent, Minotauro monstro objiciendos. Quibus legibus quum triennio paruissent, evênit ut quarto anno sors inter omnes ex æquo ducta Thesëum proderet: qui maximo omnium cum dolore navim conscendens, à patre in mandatis accepit, ut si qua fatorum benignitate hospes remearet, velum navis, quod nigrum, præsentique fortunæ congruum erat, candido commutaret: idque eo consilio, ut si quid filio accidisset, veli colore suæ fortunæ eminus pater admoneri, & calamitatis suæ nuntium morte posset prævenire. At Thesëus occiso Minotauro, opëque Ariadnes è Labyrintho eductus, paternorum monitorum immemor, nigro in patriam velo revectus est: quod quum eminus è specula intueretur Ægeus, filium interiisse ratus, doloris impatientia sese in mare præcipitem dedit. Cui vita functo Athenienses Thesëi operâ gravissima servitute liberati, divinos honores instituerunt: Deum marinum, & adoptivum Neptuni filium appellantes. Mare quoque ipsum nonnulli sentiunt ab eo Ægeum esse appellatum.

Ægiale, αἰγιάλεια, sive αἰγιάλεια, uxor fuit Diomedis, quam Venus à viro eius in bello Trojano vulnerata, tanta adulteriorum involvit turpitudine, ut Diomedes ad eam in patriam redire recusarit, acceptâque a Dauno agri portione, urbem condiderit in ea parte Italiæ, quæ magnæ Græciæ dicitur, quam à nomine veteris patriæ Argos Hippium appellavit, quæ deinde Argyripa, & postremò Arpi fuit Appellata. Vide Servium in illud *Æneid. lib.* 11.

*Ille urbem Argyripam patriæ cognomine gentis*
*Victor Gargani condebat Iapygis agris.*

Ægialeus, αἰγιαλεύς, filius Æetæ fuit, & frater Medeæ, à qua discerptus fuit, ut patri eam persequenti mora injiceretur. Alio nomine dictus est Absyrtus. Vide suprà suo loco. ¶ Fuit etiam hoc nomine Phoronei regis Argivorum filius, cui Apis (quem quidam Phoronei, quidam Iovis filium, ex Niobe Phoronei filia, esse tradunt) postquam Argis regnasset, in Ægyptum transiens, Achaiæ regnum reliquit.

Ægialia, αἰγιάλεια, insula est adjacens Ætoliæ regioni. Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.

Ægialus, ὁ αἰγιαλός, Gall. *Le bord de la mer.* Ital. *Lito.* Germ. Das gestad des meers. Hisp. *La ribera del mar.* Angl. *The shoare or coaste of the sea.* Latinè dicitur litus. Unde Achaia propter urbes in littore positas, antè αἰγιαλὸς vocata est, teste Plin. *lib.* 4. *c.* 5.

Ægida, oppidum Istriæ. Plin. *lib.* 3. *cap.* 19.

Ægĭdes, αἰγίδης, Patronymicum masculinum est, formatum à nomine Ægeus: quo Poëtæ utuntur pro Thesëo Ægei filio. Ovid. 3. *de arte.*

*Perfidus Ægides ducentia fila sequutus.*

Ægila, αἴγιλα, Insula est in sinu Megarico XXV. M. passuum distans a Phalasarna Cretæ oppido, & à Cythera XV. M. passuum, Plinio teste *lib.* 3. *cap.* 12.

Ægilips, ipis, αἰγίλιψ, Stephano, dicitur locus editus & penè inaccessus. Latinè sonat relictum à capris, hoc est, locus tam arduus, quem ne ipsæ quidem capræ queant ascendere. ¶ Est etiam hoc nomine urbs Epiri in prærupta rupe sita: unde & nomen invenit. Author Steph.

Ægilĭdes sinus, αἰγιλίδης κόλπος, sinus est exiguus inter Messeniacum & Laconicum medius: de quo Plin. *lib.* 4. *c.* 5.

Ægilops, ægilopis. ὁ αἰγίλωψ. Gall. *Coquiole, auron.* Ital. *Squala.* Germ. Wilder haber/haſenhoet. Hisp. *Vna suerte d'auena montesina.* Herba est folio verno tempore pilosa, ut lolium, hordeum eneum, quæ & Festuca dicitur, quòd messis tempore, quum semen jam deciderit, vacuum reperiatur in modum festucæ. Plin. *lib.* 18. *cap.* 1. Est herba quæ cicer enecat & ervum, circumligando se: vocatur *orobanche.* Triticum simili modo ατα, (alias herba) hordeum festuca, quæ vocatur ægilops. Hæc Plin. Virg. 1. *Georg.* Latinè vertit *Sterilem avenam*, in hoc versu:

*Infelix lolium, & steriles dominantur avenæ.*

Est præterea Ægilops, abscessus inter nares & magnum oculi angulum, qui si incuriosè tractetur (ut inquit Ægineta) in fistulam vertitur. Dictus Ægilops, quasi oculus caprinus, quòd capræ huic vitio peculiariter obnoxiæ sint. Huic malo medetur Ægilops herba, teste Plinio *lib.* 25. *c.* 43. Unde & ipsa nomen accepisse videtur.

Ægilops, ωπος, eadem putatur quæ & Cerrus, arboris glandiferæ species apud Plinium *lib.* 16. *cap.* 6. Excellentissima autem Ægilops, incultis amica, *lib.* 16. *c.* 8. E glandiferis sola quæ vocatur Ægilops, fert pomos ærentes, musculo villo canos non in cortice modo, verum & è ramis dependentes cubitali magnitudine, odoratos, ut diximus, inter unguenta. ¶ Est etiam Ægilops bulbi genus, apud Plin. *lib.* 19. *cap.* 5.

Ægilos, ὁ αἰγίλος. *Isola di Capri.* Insula est in mari Ligustico, quæ Latinè Capraria dicitur, teste Plin. *lib.* 3. *cap.* 6.

Ægimius, ου, ἐγκώμιος, tenis ætate provectissima nomen, quem Anacreon Poëta (referente Plinio *lib.* 7. *c.* 48.) tradidit ad ducentesimum usque annum vixisse.

Ægimori, αἰγίμουροι duæ sunt insulæ in mari Libyco, è regione Carthaginis. Autor Plin. *lib.* 5. *c.* 7.

Ægimuros, αἰγίμουρος, insula est in mari Libyco, infidiosa naufragiis. Vide Strab. *lib.* 6. *& 7.*

Ægĭna, αἴγινα. fuit Asopi Bœotiæ regis filia, & mater Æaci, à qua insula Peloponnesо adjacens contra Atticam, Ægina vocata est, quum antea Œnone diceretur, (ut apud Strabonem, Plinium & Stephanum legitur,) aut certè Œnopia, ut placet Ovid. *lib.* 7. *Metamorph.* ubi sic scribit:

*Œnopiam veteres appellavêre, sed ipse*
*Æacum Æginam genitricis nomine dixit.*

¶ Ab hujus insulæ nomine dictum proverbium, Primum Ægina pueros optimos alit, τὰ πρῶτ' αἴγινα παῖδας ἀγαθοὺς τρέφει: de de re quapiam quæ melioribus initiis cœpta, paulatim ad deterius dolabitur. Vide Erasm. *in Chiliad.*

Æginæa merces. Proverb. videtur fuisse de vilibus mercibus usurpari solitum, apud Strabonem sic effertur, Αἰγινητικὸν ἐμπόριον.

Æginæa omnia, nugalia dicuntur grandiora omnia. Quod ex talenti ratione deductum putant, quod in ea insula habebatur maius cæteris. Sunt etiam Æginæa rerum venalium onera miscellanea, id est, farcinæ complectentes varias merces. Unde Æginopolæ, id genus mercium venditores. Ex Calio *lib. antiq. lect.* 11. *cap.* 56. & Erasm. *in Chiliad.*

Æginensis, Αἰγινήτης, Æginæ incola.

Æginopolæ, vide Æginea, orum.

Ægineta, Αἰγινήτης. Gentile. Unde Paulus Ægineta medicus clarissimus.

Æginetĭcus, a, um, αἰγινητικός, ut Ægineticum as, quod in hac insula non gignebatur quidem, sed optimè temperabatur, ut est author Plin. *lib.* 34. *cap.* 2.

Æginium, αἴγινιον, oppidum Macedoniæ, in ea regione, quæ appellatur Pieria, Plin. *lib.* 4. *cap.* 10.

Æginos, cicuta, apud Dioscor.

Ægion, Αἴγιον Suidæ, oppidum Achaiæ propriè dictæ, quæ regio est Septentrionalis Peloponnesi. Vide Plin. *lib.* 4. *c.* 5.

Ægipanes, αἰγίπανες, quos nonnulli Semicapros vocant. Monstra sunt caprinos pedes habentia, reliquis partibus humanam referentia figuram. Plin. *lib.* 5. *cap.* 1. Atlantem Africæ montem prodiderunt noctibus micare crebris ignibus Ægipanum Satyrorumque lasciva. Veteres hujusmodi monstra pro semideis, sive pro sylvestribus diis coluerunt, quemadmodum Faunos, Sylvanosque. Faunos ac Satyros nemorum deos esse dicentes, Panas agrorum, Sylvanos sylvarum.

Ægira, αἴγειρα, Oppidum Achaiæ in Peloponneso, de quo Plinius *lib.* 4. *cap.* 5.

Ægirinon, αἰγίρινον, unguenti genus est, teste Ruellio, ex uva populi arboris confectum, ἀπὸ τῆς αἰγείρου, quam alii alnum, alii nigram populum credunt.

Ægirocĭa, αἰγειρόκια, oppidum Æolidis in Asia, cuius meminit Herodotus *lib.* 1.

Ægĭsidis, αἰγίδιον, munimentum pectoris æneum, à Vulcano fabricatum, habens in medio Gorgonis caput. Quod si in pectore numinis sit, Ægis: si in corpore hominis, sicut in antiquis Imperatorum statuis videmus, Lorica dicitur. Virg. 8. *Æneid.*

*Ægidaque horrificam, turbata Palladis arma.*

Hæc ferè Servius. ¶ Ægis apud Græcos varia significat, Pelliceum tegmen, quod gestant Asii: præterea maris intumescentis undas, ac ventorum procellas & turbines. Alii malunt esse rete ex coronamentis contextum. Nec desunt qui putent significare sacerdotem, quæ Athenis solita sit ferre sacram Ægidem, & ita ingredi ad eos, qui nuper duxissent uxores. Unde factum proverbium, Ægis venit. Quod Suidas indicat dici solitum de iis qui petulanter & impudenter agerent. Vide Erasm. *in Chiliad.* ¶ Est præterea Ægis, scutum Iovis, & Palladis, *Iliad.* 4. 5. in cuius medio erat Medusæ Gorgonis caput serpentibus vice crinium terribile: quod qui intuebantur, mox vertebantur in lapides, ut apud Ovid. 4. *Metamorph.* habetur. ¶ Est etiam Ægis lignum densum, medullæ simile, in larice fœmina nascens, mellei coloris, ex quo pictoriæ tabulæ fiebant, & codicilli immortali penè materia, nullisque rimis, aut fissuris obnoxia. Autor Plin. *lib.* 16. *cap.* 39.

Æginosius, a, um, ægidè sonans. Æginosium postus Palladis, apud Valer. Flaccum *lib.* 3. *Argonaut.*

Ægisthus, ου, Αἴγισθος, Thyestis filius, ex Pelopeia, eiusdem filia, quem infantulum mater causa tegendi sceleris perdendum feris exposuit in sylvis: sed à pastore inventus, ejúsque beneficio nutritus est, & inde αἰγισθος dictus, quòd nutritus sit à capris. Hic provectior ætate Atreum, impellente tamen patre, interfecit, & ejusdem filium Agamemnona in balneis, vel ut alii volunt, in primo egressu, adjuvante uxore Clytemnestra, qua etiam turpissimè usus erat, obtrunc avit. Postremò ab Oreste Agamemnonis filio patris mortem ulciscente, è medio est sublatus. Ovid. *de remed. amor. lib.* 1.

*Quæritur Ægysthus quare sit factus adulter,*
*In promptu causa est, desidiosus erat.*

Meminit Suet. *in Cæsare cap.* 50.

Ægistus, Beli filius. Vide *Ægyptus.*

Ægithalos, αἰγίθαλος, avis est apud Aristotelem, quæ à Theodoro Parus vertitur. Hermolaus *in Plinium.*

Ægithus, αἴγιθος, aviculæ nomen est, irreconciliabiles cum asino simultates exercentis, quòd nidus eius, quem ferè in carduis struit, ab asino dissipetur. Contrà ægithus, quoniam alia parte nocere non potest, asini ulcera erodit. Plin. *lib.* 10. *cap.* 74.

Ægitis, αἰγῖτις, herba est Dioscoridi, quæ notiore nomine Anagallis dicitur.

Ægium, αἴγιον, oppidum Achaiæ, quæ est in Peloponneso, quo in loco Iovem à capra nutritum ferunt: unde oppido nomen; αἴξ enim capram dicunt.

Ægle, αἴγλη, una Hesperidum fuit, hoc est, una filiarum Hesperi Italiæ regis, quæ una cum Arethusa, & Hesperethusa sororibus, amœnissimos in Mauritania hortos habuit iuxta Lixum Romanorum coloniam, iussu Claudii Cæsaris eò deductam, in quibus (ut est in tabulis) aurea mala nascebantur, quæ à pervigili dracone asservabantur, quæ postea abstulit Hercules, dracone interempto. Vide infra in dictione *Hesperides.* ¶ Fuit & nympha hoc nomine, una Nasadum, Solis (ut volunt, ex Neæra filia. Virg. *in Sileno,*

——— *timidisque supervenit Ægle*
*Naiadum pulcherrima.*

Ægles,

Ægle, ἀγλαΐη, Aulon Cumi nomen, qui quum per omnem ætatem mansisset virgo, cum ea Cumæ certamine, &c. Vide Strab. lib. 5. de Cumis. Ægle, Hesiodo Thespiadum una, Euæneri & Apollinis filia, Asclepiadæ conjux, Machaonis & Podalirii mater. Vide Paus. in Bœot. & Eustath. in Il. β. Ægle, Naiadum una, Theocrito Idyll. 7. & Virg. Ecl. 6. Ægle, Solis & Clymenes filia, Ovid. Met. 2. fab. 5.

Æglos, ἄγλωψ, Capranum, sive rarum pullum minorem, dicitur quam ἀετός. At Hesych. ἄγλωψ, vocat ἀετὸν ὀξύτατον, celerem, vel explanatum, sive elegantem aquilam, ut Plinio lib. 10. cap. 3. Eustath. in Il. ε. Ægle, Euæneri & Asclepiadæ conjux, Machaonis & Podalirii mater. Vide Paus. in Bœot. & Eustath. in Il. β. Ægle, Naiadum una, Theocrito Idyll. 7. & Virg. Ecl. 6. Ægle, Solis & Clymenes filia, Ovid. Met. 2. fab. 5. Sed vox Aglos quia pro volucri Virgilii Bucolica intelligi nequit, tanquam aquilæ species explicata.

Ægolphius, αἰγόλφιος. Avis est lingua carens. Vide Arist. lib. 1. de Anim. & Plin. lib. 11. cap. 37.

Ægoceros, ὄτος, αἰγόκερως, signum cœli sic est, quod à nobis Capricornus dicitur: quasi sui ingeniculans. Sofibium hominis effigiem. Poetæ fabulantur hunc ex Amaltheæ nympha capra nutricatum Jovem, eodem Lycæo una cum Pane educatum, qui postea cœli imperio potitus, ut eorum collactaneum inter astra collocavit. Inveniuntur etiam scriptores Ægoceron, ut & apud Græcos poetas αἰγόκερος, pro αἰγόκερως, & αἰγόκερο, pro αἰγόκερω non Nominativo, propriè dicto, sed Attica per ω declinatione forma Lucanus. Ægoceron Cæsar numquam tenet. ¶ Est etiam Ægoceros, αἰγόκερος, Dioscoridi, sive (ut apud Plinium legitur) Ægoceras, herba, quæ nec ovis nomine Latinum Græcum appellatur: an arietem, quod Unum habeat in ramulis caprino cornu similibus. Vide Plin. lib. 24. cap. ult.

Ægon, ὠνος. Idem quod capulus, hoc est, fabulum captarum.

Ægon, nomen pastoris apud Virgilium in Palæmone, & Theocritum. ¶ Mons prætereà Quirinalis, qui antequam in eum Sabini commigrarent, Ægon appellatus est: postea quam ab Agonalibus dies celebratur, alio nomine Quirinalem dicitur. Autor Festus. ¶ Item promontorium Ægon, apud Strabonem lib. 3. Hebrard & alibi, ut lib. 1. Argonaut.

——— *vix littore puppim*
*Solvimus, & quanto fremitu fera tulit Ægon!*

Ægolethros, αἰγόληθρος: herba, ut in Ponto alba, ex cujus flore apes decerpunt mellis genus amarum, quod Heracleoticum vel Ponticum vocatur: dicta à capris interimendis, αἴξ enim caprum, & ὄλλυμι, & perniciem significat.

Ægôlius, αἰγώλιος, Ulula. Ægolius, Plin. lib. 10. cap. 60. quam describit ex Aristot. histor. lib. 6. ¶ Gall. La Dame. Ital. Barbagianni. ¶ Avis est luctifuga semi ungues adunci, color rufus nigro conspersus, oculi prægrandes, cujus vox lugubris ululatu. Hanc & Parcam vocat Plin. lib. 18. cap. 29. Cujus præter Horat. 3. Carm. Ode 27. meminit Pompeius.

Ægônomûs, ¶ αἰγόνομος. Gall. Chevrier, gardeur de chevres. Ital. Pastor di Capre. Germ. Ein geißhirt. Hisp. Cabrero, cabrerizo. Angl. Agoatherd, or goate eeper. ¶ Caprarum ductor: qui & Apolut αἰγόλος dicitur, quasi αἰ αἰγῶν, id est, capras pascens.

Ægônychôn, αἰγόνυχον. Dioscoridi, herbam illam esse docet Ruellius, quæ in officinis Milium Solis appellatur. Alio nomine Lithospermum vocatur.

Ægophagos, αἰγοφάγος, Iuno apud Spartanos dicta, quòd illi caprea præcipuè sacrificabant. Cælius antiq. lect. lib. 26.

Ægophthalmus, à Plin. 37. c. 11. gemma quædam appellatur, quæ caprini speciem præ se fert, αἰγοφθάλμου.

¶ Ægopos, Ægops caprinos oculos habens. L. M. ¶

Ægos Potamos, seu flumen, αἰγὸς ποταμός, Thraciæ fluvius; ad cujus ostia classis Atheniensium à Lysandro capta fuit. Plin. lib. 2. c. 60. Idque factum interdiu in Thraciæ parte ad Ægos flumen. Stephanus ad Hellespontum collocat oppidum nomine αἰγὸς ποταμοί, quod nos Capræ flumen interpretari possumus: à quo deducitur gentile Ægopotamites, vel Ægopotamita, αἰγοποτάμιτης.

Ægosthena, αἰγόσθενα, civitas est Locridis, quam recenset Ptolomæus in descriptione Achaiæ. Hujus incolæ à Plinio lib. 4. c. 7. vocantur Ægosthenenses, Megarensium ruri finitimi attribuit.

Ægre, ægreo, ægrefco, ægritudo, ægrotus, ægroto, ægrotatio, ægum substantive: unde Ægrè supra.

¶ Ægrolethros, herba aquatica, quâ apes condunt mel amarum: est caprificus exitialis. Quorum med.

Ægromandra, caprile. Lex. græc. ¶

Ægyla, vide supra Ægila.

Ægypios, & Gypas, αἰγυπιὸς & γὺψ: Græci vocant, quos Latini, Vultures.

Ægypsûs, αἰγυψός: urbs ad ripam Istri fluvii sita, nomen habens ab Ægypso Caspio conditore. Ovid. de Ponto 4. Eleg. 7.

*Stat vetus urbs, &c.*
*Caspius Ægypsus, &c.*

Ægyptini, dicuntur Æthiopes, quia Ægyptis sunt finitimi. Autor Festus.

Ægypta, αἰγύπτια, Ciceronis libertus fuit, cujus idem meminit Cic. in Epist. ad Tyronem. Tres omnino præterea nominis hujus: Ciceronis libertus, Tiro, Ægypta, & Laurea, cujus extat Epigramma de aquis Ciceronianis, apud Plin. lib. 31.

Ægyptûs, αἰγυπτος: Regio quæ ab Africa (ut Plinius inquit) Canopico discriminatur ostio: ab Asia verò Pelusiaco: quam ob rem quidam inter insulas Ægyptum computavere. Qui tamen Asiam dimensi sunt, inter Africam & Ægyptum quinque dumtaxat ponunt. Est Africæ proxima: ab Ægypto Danaë fabulæ nomen adjecit, prius Aëria dicta. Catul. de nom. Berec.

*Captam Asiam Ægypti finibus addiderat.*

Plut. Mosell. sect. 2. Tiberiano post Ægypto advenio domum. Hæc (teste eodem Plin. lib. 5.) ab Oriente Rubro mari Assyriæque contingitur, ab Occasu Cyrenaico & Africo Libyco mari. Assyriæque contingitur, ab Meridie ulteriore Æthiopiam priores finit, à Septentrione habet mare Ægyptium. Ejus insignes urbes sunt. Thebæ, Abydos, Alexandria, Babylon, & Memphis. In hac (ut Plato inquit) nunquam visum est pluere, sed Nilo inundante irrigantur. Ejus figura triquetra est, quam efficit Nilus, ita se dividens, ut à littera Δ. figuram facere videatur.



Tempore Amasis regis urbes habuit 1000. Narbo fuit superstitiosa, adeoque non tolerabat animalia, ut canem, bovem, & familia, verum etiam res inanimatas, ut allium, & cepas inter deos collocant. Dicitur primus tentasse, ut inquit Curtius, navigare Ægyptii omnium primi, quibus ante hoc tempus, ut ait Plinius, commercia cum vicinis externisque deerant. & Lydorum primi nummum percussere, ut Herodotus memorat: primi tabernas habuere, ut idem auctor est

Æmilius Scaurus, homo factiosus, & subdolus: de quo multa Sallust. *in Iugurtha.* Sunt qui Æmylius scribere malint per y, in antepenultima, nomines eius initium referentes ad Mamercum, Pythagoræ Philosophi filium, qui ob singularem morum comitatem, sermonisque festivi, quæ ἐμμέλεια dicunt, Æmylios est cognominatus, ut autor est Plutar. *in Paul. Æmylio, & in Num.* Animadvertimus tamen à Græcis ipsis, & præcipuè in Onomasticis, in quibus litterarum series dictionum initia non facilè init corrumpi, αἰμύλος, αἰμύλια, & ει αἰμυλίως scribi per quartam Græcorum vocalem, non per sextam. Præterea Moschopuli in lib. περὶ πνευμάτων, hæc sunt verba, Αἰμύλος, ὁ ἀπὸ τοῦ αἷμα, διὰ τοῦ ι γράφεται· ἀφαιρεῖται γὰρ τὸ α, καὶ γίνεται μύλος· ἀπὸ δὲ τοῦ μύλος, Αἰμύλιος γίνεται διὰ τοῦ ι.

Æmilia, αἰμιλία, Virgo Vestalis fuit ex nobilissima Æmiliorum familia: de qua sic scribit Valer. *lib.* 1. *c.* 1. Æmiliæ virginis disciplinam, extinctæque tam altæ omnis reprehensionis nomen Vestæ juxta fuit: quæ olentante, quum cariosum, quam optimam habebat, sæculo impositilles, subito ignis emicuit.

Æmilianus, αἰμιλιανός, Africanus minor primus appellatus fuit, Pauli Æmilii filius, cùm ex Æmilia gente in Scipionum familiam esset adoptatus. Adoptionis enim ratione, ex causa nomen naturalis familiæ unà cum altera litera prosequebatur. Postea & alii plerique ejusdem familiæ viri clarissimi & triumphales, eodem cognomine dicti fuerunt. Iuvenal. *Satyr.* 8.

——— *pictosque effundere vultus*
*Maiorum, & fastos in curribus Æmilianos.*

Sueton. *in Claud. c.* 24. Æmiliana ædificia.

Æminium, αἰμίνιον Ptolomæo, oppidum Lusitaniæ mediterraneum.

Æmonius, αἰμόνιος, fluvius Hispaniæ à Minio Tarraconensis tractus Rivio distans CC. M. pass. ut ex Varronis sententia tradit Plinius *lib.* 4. *cap.* 22.

Æmochares, αἱμοχάρης, cognomen Martis fuit, quasi sanguine gaudens ἐκ τοῦ χαίρω. Latinè sanguis dicitur. Hæmochares potiùs scribendum.

Æmonia, αἱμονία Stephano, regio (postea dicta est Thessalia) ab Æmo monte: cui propinqua est, vel ab Æmone Deucalionis filio: priùs Pyrrhæa dicta, à Pyrrha Deucalionis uxore. Quidam cum aspiratione scribunt αἱμωνία: quo pacto etiam apud Suidam legitur. Meminit Ovid. *Heleg. 9. lib. 3. Trist.*

——— *Cyzicon Æmonia nobile gentis opus.*

——— *Idem. Eleg. 1. lib. 4.* Æmonia curas attenuisse lyra.

Æmonius, αἱμόνιος, gentile, αἱμών Stephano: & fœmininum Æmonis, idis, ἡ ὁ τι. Et passivum Æmonius, a, um. Ovid. *in Epistol. Laodamia ad Protesilaum,*

*Æmonis, Æmonio Laodamia viro.*

¶ Æmonia item oppidum est Norici, apud Plinium *lib.* 3. *c.* 24.

Æmonides, αἱμονίδης, nomen viri, non quidem patronymicum, ut sit Æmonides, quasi Æmonis filius, sed primitivum, ut Thucydides. Virg. 10. *Æneid.* Vide Servium *eo loco.*

Æmulor, aris, cum accusativo junctum, idem quod imitor. ¶ בדרך *kalach bedérech.* ζηλόω, φιλονικῶ. Gall. *Imiter, tâcher à faire aussi bien qu'un autre.* Ital. *Imitar à concorrenza.* Germ. Mit eifer nachthun, nachfolgen. Hisp. *Aver embidia en buena y mala parte.* Angl. *To studie, to do as well as an other, to followe.* ¶ Cic. *pro Flacco.* Omnes eius urbis instituta laudare faciliùs possumus, quàm æmulari. Terent. *in prol. Andr.* Quorum æmulari exoptat negligentiam potius quam illorum obscuram diligentiam. Horat. *lib.* 4. *Carm.* Pindarum quisquis studet æmulari. ¶ Interdum sine casu. Plaut. *in Mercat.* Æmulari quæ non licet, invidet. ¶ Interdum ponitur pro invideo, & cum dativo ferè semper jungitur. Quintil. Qui veteribus æmulantur. Liv. 8. *bell. Pun.* Tanquam ab infimo mihi periculum sit, ne mecum æmulentur. ¶ נקנא *kinné.* φθονῶ. Gall. *Estre marry quand on n'a pas ce qu'a un autre.* Ital. *Invidiare amaramente con desio di havere lo altrui.* Germ. Mißgünnen, vergünstig sein. Hisp. *Aver embidia, remedar en mal.* Angl. *To envie.* ¶ Cic. *Tusc.* Obtrectare alteri, aut illa vitiosa æmulatione, quæ irritari similis est, æmulari, quid habet utilitatis? Et paulò pòst: Quùmque corporis facibus inflammari soleamus ad omnem ferè cupiditatem, eóque magis incendi, quòd his æmulemur, quos habere quæ nos habere cupiamus, &c. ¶ Propriè autem Æmulatio significat cum quadam invidia atque ambitione & quasi certamine conari alienum opus superare, ut inde majorem gloriam consequamur, quam ille quem æmulamur. Plin. *ad Genit. lib.* 7. Tu mihi bonum animum facis, qui libellos meos de ultione Helvidii, Demosthenis orationi ἀντιπαραβάλλεις contra. Quam sanè cùm componerem illos, habui in manibus, non ut æmularer, improbum enim, ac pene furiosum; sed tamen imitarer, & sequerer tantum quantum aut divertitas ingenii, cui maxime & minime, aut cuique finitimo pareretur.

Æmulatio, Imitatio virtutis, invidia. Nam & in bonam, & in malam partem accipitur. ¶ קנאה *kinaáh.* ζῆλος, φθόνος. Gall. *Envie d'enjoindre quelqu'un, jalousie.* Ital. *Il contrefare, imitare altri in qualche opera invidiosamente.* Germ. Nachfolgung, Eifer. Item Neigung. Hisp. *Remedamiento en bien ò en mal, embidia.* Angl. *Following of another, amitie in following the mades of another.* ¶ Cic. *Tusc.* 4. Æmulatio duplicitèr dicitur, ut in laude & in vitio nomen hoc sit. Nam imitatio virtutis, æmulatio dicitur: & est æmulatio ægritudo, si eo quod concupierit alius potiatur, ipse careat.

Æmulator, oris, idem quod Æmulus. Cic. *Attic. lib.* 1. Servilius æmulator eorum.

Æmulus, Invidus. ¶ מקנא *mekanné.* φθονερὸς. Gall. *Imitateur, enviant.* Ital. *Imitatore della altruy opera, invidioso.* Germ. Nachfolger eines Dinges, Neidisch. Hisp. *Embidioso en bien y mal.* Angl. *An followar, that envyeth.* ¶ Demat honorem æmulus Aiaci (Ulysses) Ex. *Met.* ut, Æmula Cæcilius, apud Virg. *Æneid.* Quæ quasi invidere nobis videtur lucubratioris æmulæ celeritatem. ¶ Item eadem rei studiosus sectator, atque imitator. ζηλωτὴς. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *act.* 1. Lenonum æmule lanii, qui lenones pariter malo malum rem quærunt. Cic. *Att.* 6. Licebit enim solus amicorum æmulum non habebis. ¶ Ejusdem malæ æmulus, pro ejusdem artis studioso, usurpatur à Gellio pro varii vice. Æmulus alicujus de re aliqua, id est, contendens cum aliquo de re aliqua. Plin. *l.* 6. *c.* 28. ¶ Fama æmula Herculei laboris, in eis, non minor quàm quæ de Hercule olim ferebant, vel quam si adventaret Hercules. Sil. Italic. *lib.* 1. Velleius, Æmula imperii Carthago.

Æmus, ος Stephano, mons Thraciæ, sic dictus ab Æmo Boreæ & Orythiæ filio. In hoc monte Martis domicilium collocaverunt Poëtæ. Sunt qui per aspirationem scribunt, αἷμος: quo pacto & apud Suidam legitur.

Æmylia, vide *Æmilia.*

Ænaria, αἰναρία, insula est in sinu Puteolano, de qua Suet. *Augustus.* 92. sic scribit Plin. *lib.* 3. *cap.* 6. Ænaria a statione navium Ænea Homero inserta dicta, Græcis Pithecusa, non à simiarum multitudine (ut aliqui existimavêre,) sed à figlinis doliariorum. Hodie Ischia dicitur, a figura oppidi quòd in monte habet coxendicis figuram.

Ænarius, αἰναῖος. Locus in Achaia Peloponnesi regione, juxta Olenum oppidum, in quo Achæi, de rebus communibus consultaturi, conventum agebant. Autor Strabo *lib.* 8.

Ænea, αἰνεία, urbs in Thracia, ab Ænea, ut Stephano placet, condita, quam nos eandem esse credimus cum ea, quam Plinius Æmon vocat. Hujus meminit Livius *lib.* 4. Proficiscuntur (inquit) à Thessalonica Æneam ad statutum sacrificium. Item Theophrast. *de plantis,* Circa Æneam ficus arbor scabiem non sentit. ¶ Hinc fit gentile Æneates, αἰνεάται, Stephano, & Æneaticus, αἰνεατικὸς, denominativum. Hoc etiam nomine olim dictum fuit oppidulum urbi Romæ imminens, quod & Ianiculum dicitur, conditum à Romulo Æneæ filio, ut tradit Dionysius. Ianiculum verò dictum, Festus ait, quia per ipsum populus Romanus transire cœperat in agrum Hetruscum. Nam & Ianus ab eundo dictus est, quasi Eanus, ut Cic. *de natur deor.* ait.

Æneas, αἰνείας, Veneris & Anchisæ filius, Virgilii carmine notissimus. Dictus Æneas, ut quidam putant, ab αἶνος, quod est laus: nam Laus à Græcis, αἶνος, dicitur. Ab Ænea dicti sunt Æneadæ, αἰνεάδαι, Troiani. De hujus genealogia vide Ovidium *lib.* 4. *Fastorum.*

Æneis, penult. anciputi, hujus Æneidos. liber de gestis Æneæ. Stat. & Ovid. ¶ Æneidomastix, liber à Carbilio Pistore in Virgilium editus. ¶ Æneius, quadrisyll. adject. Virg. 7. *Æneid.*

*Tu quoque litteribus nostris Æneia nutrix,*
*Æternam moriens famam Caieta dedisti.*

Ubi Servius: Hanc alii Æneæ, alii Creusæ, alii Ascanii nutricem volunt.

Æneſidemus, αἰνησίδημος. Illustris Argivorum Imperator fuit, qui quum Argis à Philocle obsideretur, nec urbem tueri posset, impetrata a militibus abeundi facultate, ipse honestè in prælio sibi credito occumbere maluit, quàm cum dedecore in patriam reverti. Vide Liv. *lib.* 12. *ab urb. cond.*

Æneus, a, um, idem est quod æreus. ¶ נחשת *nachúsch.* χάλκεος. Gall. *Qui est de cuivre ou d'airain.* Ital. *Cosa fatta di bronzo.* Germ. Ehrn, Dannen etz gemacht ist. Hisp. *Cosa de alambre ò cobre.* Angl. *Made of brasse or copper.* ¶ Col. *lib.* 12. *cap.* 20. In coctura æruginem remittunt ænea vasa. Cic. 6. *Verr.* Lectos æratos, & candelabra ænea. Vide *Athenæum, Ahenum.*

Ænēātōtēs, dicti sunt tubicines, ab ænea tuba. ¶ חצוצרה *matsutsal.* σαλπιγκτής. Gall. *Trompetteurs.* Ital. *Trombetti.* Germ. Trommeter. Hisp. *Tañedores de trompeta.* Angl. *Trumpetteries, which blowe with the trumpette.* ¶ Ammian. *lib.* 19. Quum superesset exiguum noctis, æneatorum clangore ductores urbem ut mox casuram, terribili corona cinxerunt. Suet. *in Cæsar. Dict. cap.* 35.

‖ Ænesi. Æneæ comites. Fest.

Ænesis, gratiarum actio, laudatio. ‖

Æni insula, αἶνος νῆσος, est insula in sinu Arabico. Ptolom.

Ænia, αἰνία. Stephano, oppidum est Perrhæborum, non procul ab Achelöo fluvio, cujus meminit Strabo *lib.* 8.

Ænienses, gentile, quo utitur Plin. 4. *c.* 9. & Ænian, anis, αἰνιὰν Strabonis, sicut Acarnan, anis.

Ænianicus, denominativum: ut sinus, αἰνιανικὸς κόλπος.

Ænigma, involucrum. ¶ חידה *chidháh.* αἴνιγμα. Gall. *Enigme, Sentence obscure & couverte.* Ital. *Enigma, allegoria oscura.* Germ. Ein rätzel. Hisp. *Enigma ò sentencia obscura.* Angl. *Aridle, ò intricat question.* ¶ Obscura allegoria, vel quæ difficilè intelligitur, nisi aperiatur, ab αἰνίσσω, obscurè loquor, innuo. Innuitur enim quiddam, quod pluribus explicandum est. Hujusmodi est illud libri Judicum, De comedente exivit cibus, & de forti egressa est dulcedo. Gell. *lib.* 12. *c.* 6. Quæ Græci dicunt Ænigmata, hoc genus quidam ex nostris veteribus Scrupos appellarunt. ¶ Idem est aliquando quod parabola. Sic apud *Ezech.* 17. dicitur, Fili hominis propone ænigma, & narra parabolam: aquila grandis, &c. ubi ænigma, vel parabola vocatur aquila vastans Libanum, per quam intelligit Nabuchodonosorem vastatorem Hierusalem.

Ænigmaticus, um, αἰνιγματικὸς, obscurus & ænigmaticus, involutus.

Ænigmatistes, αἰνιγματιστὴς, qui ænigma facit, seu proponit. Hieronymus *contra Iovin.* Sed quid ad nostrum ænigmatistam, cujus libros multò infacetius est nosse, quàm vivere?

Ænigmatizo, & parabolizo, Ezech. 17. sic habes, Fili hominis propone ænigma & narra parabolam, quod Hebraicè conceptum, Ænigmatizza ænigma, & parabolizza parabolam. Qui modus loquendi usitatus est Atticis & Latinis. Consuetudinem servite, moti mortem.

Ænobii, vide *Henobii.*

‖ Ænitologium carmen appellant, quod capit dactylos duos, trochæos tres, sic:

*Prælia dira placent truci inventa.* ‖

Ænobarbus dictus est Domitius, quoniam Castor & Pollux quum victoriam illi nunciarent, ipsique nimiùm crederet narrantibus, malas, barbámque minitanti permulserunt, & eam ex fusca in flavam converterunt: unde a barba rutila, rubentis coloris, Ænobarbus dictus, quod postea Domitiorum cognomen fuit. Vide Suet. *in Nerone. c.* 1. & Plin. *in præfat. Annal.*

Ænos, αἶνος Strabone, oppidum Thraciæ liberum, cum Polydori tumulo Plin. *lib.* 4. *c.* 11. Strabonis Polyxenia dicitur. Oppidum hoc Virg.

credi vult, ab Æneæ conditum fuisse, & ab eo nomen accepisse, quum aut lic. 3. Æneid

——— *fores hæc, & littera curvo*
*Hannia prima loca, fatis ingressus iniquis,*
*Æneadæ sine meo nomen de nomine finge.* Serv.

Æneum, genus vasis, ahenre, quod & cacabos, sive caldare dicitur, χαλκεῖον. Dividitur quandoque diphthongus per dixresin, & tunc (ut Serv. docet) aspiratio interponatur, ut apud Horatium,

*Sub noctem gelidam pigna calefacta ahenum.*

Virg.

*Aut fulvis undam tepidi dispumat ahenis.*

Æneum. & Æneolum, diminutivum ex Æneo. Pompon.

Æneus, vel Aheneus, unum idem significat quod æreus. Virg. 2. Æneid.

——— *& luce carentem aheneæ.*

Quem Virg. locum Gell. *lib.* 12. *c.* 3. testatur se vidisse in vetustissimo exemplari, & Virgilii (ut ipse credebat) archetypo: ubi aspiratio in dictione æneæ non interposita erat literis, quemadmodum nunc scribimus: sed Græcorum more literis superposita.

Æneus, *alvos*. Germaniæ fluvius est, Vindelicos à Noricis dividens. Ptolem.

Æolia, *Αἰολία*, Stephano, insula est Siciliæ adjacens, una earum, quæ à Græcis Hephæstiades, à Latinis Vulcaniæ appellantur, & Æoliæ. Putatur eadem esse quæ alio nomine Strongyle dicitur. In illa enim Æolus, quamvis Vulcanis omnibus imperaret, præcipuè domicilium habuisse fertur. Plin. *lib.* 2. *c.* 106. Æoli insula juxta Italiam cum ipso mari arsit per aliquot dies sociali bello, donec legatio Senatus placavit. Meminit huius & Homerus *lib.* 10. *Odyss.* Αἰολίην θ' ἐς νῆσον ἀφικόμεθ'. Et hanc imitatus Virg. *lib.* 1.

*Interea in patriam, loca fœta furentibus Austris,*
*Æoliam venit.*

¶ A quibusdam etiam Æolia dicitur, regio minoris Asiæ, Hellespontо, & Propontidi adjacens, quæ olim Mysia dicebatur. Verùm hanc cum Plinio, Strabone, Mela, cæterisque Geographis melius Æoliden appellaveris. Vide paulò post in dictione Æolis. ¶ *Æolia insula*, quæ & Vulcaniæ, *ἡφαιστιάδες*: insulæ sunt numero septem, non procul à Peloro Siciliæ promontorio dissitæ: de quibus sic scribit Plin. *lib.* 3. *c.* 8. Citra verò Siciliam ex adverso Metauri amnis XII. millibus fermè passuum ab Italia, septem Æoliæ appellatæ. Eædem Liparæorum, & Hephæstiades à Græcis, à nostris Vulcaniæ. Dictæ Æoliæ, quòd Æolus Iliacis temporibus ibi regnabat. Harum insularum nomina sunt, Lipara, Hiera, Strongyle, Dydime, Ericusa, Phœnicusa, & Evonymus, Plin. *eod. lib. c.* 9.

Æolidæ *Αἰολίδαι*, Populi fuerunt Græci, ita dicti ab Æolo Hellenis filio. Hi relicta patria, in Asiam trajecerunt, sedibusque in Misia minore fixis, Æolidem à sese vocaverunt. Antea Pelasgi dicebantur, teste Herod. *lib.* 7.

Æolicus, a, um, *αἰολικός*, ut lingua Æolica, una ex quinque Græcorum dialectis.

Æolides, *Αἰολίδης*, dictus est Ulysses ab avo Æolo, qui filium habuit Sisyphum, ex quo & Anticlea ante Laërtæ nuptias natus est Ulysses. Virg. *lib.* 6.

——— *comes additur unâ*
*Hortatur scelerum Æolides.*

Hoc etiam nomine vocat Virg. Misenum Æneæ tubicinem.

*Misenum*, inquit, *Æolidem, quo non præstantior alter*
*Ære ciere viros.*

Æolis, idis, *Αἰολίς*, regio est in minore Asia, Lecto promontorio à Troade, Hermo autem fluvio ab Ionia divisa: ita dicta ab Æolibus Græciæ populis, qui duodecim in ea urbes ædificarunt, teste Herodoto *lib.* 1. Antea Mysia dicebatur, teste Plin. *lib.* 5. *c.* 30.

Æolus, *Αἴολος*, Jovis filius ex Aeolia, sive Sergesta filia Hippotæ Troiani: à quo Hippotades dicitur, Ovid. 11. *Metamorph.*

*Quòd facer Hippotades tibi sit, qui carcere fortes*
*Continet ventos.*

Hic in hospites benignus fuisse, & Æolias à se nominatas insulas in ora Siciliæ tenuisse perhibetur, & in his Strongylen, ex cujus fumo, quinam status futurus esset, in triduum prædicebat. Unde ventorum rex putatus est. ¶ Æolus Hellenis filius, à quo ventorum rationem primò inventam tradit Plin. *lib.* 7. *cap.* 1.

‖ Æon, is, æv um. Tertull. ‖

Æos, *Αἰώς*, Typhonis frater hlius, quem quidam scribunt Paphon Cypri civitatem condidisse: quum tamen sint, qui Paphi Pygmalionis filii opus esse scribant.

Æpea, *Αἴπεια* Stephano, Agri Lacomici oppidum, non procul à Pharis, Strabo *lib.* 8. Æpea hoc tempore Thuria dicitur, quam Pharis conterminum commemoravimus: sita verò est in excelso colle: unde *αἰπεία*, id est celsa, nomen sortita est.

Æpolus, *Αἴπολος*. Pastoris nomen apud Theocritum, per syncopen dictum (ut quidam putant) pro *ἀγροιώτης*, *ἀπὸ τῶν αἰπῶν, ἐν οἷς τὰ ἄκρα τῶν ὀρέων λέγεται*: quasi *ἀπὸ τῶν αἰπῶν ἀναστρεφόμενος*. Latinè Capranum vertere possumus. Nam ille *αἰπόλος* dicitur, quem nos Caprarium græcè.

Æpulo, Istriæ rex fuit, teste Livio, qui à Romanis victus, ferro se malue occidere, quam vivus in Romanorum potestatem venire.

Æpy, *Αἶπυ*, urbs fuit sub ditione Nestoris, quam *αἰπὺ πέδιον*, hoc est, bene munitam, dixit Hom. *lib. Iliad.* 2. Et in montibus fuisse dicit Stat. *lib.* 4. *Thebaid.* quum inquit, Quos Thryon & summus ingestum montibus Æpy. Unde & nomen accepisse videtur, quod edito in loco situm esset. Nam *αἰπὺς*, idem est quod altus, sive excelsus. Meminit urbis hujus & Strabo *lib.* 8.

Æquabilis, vide *Æquus*.

Æquævus, Æqualis, ejusdem ætatis, ab æqualitate ævi. ‖ *בְּנֵי־עִדִּי beghil. ἐφηλ.* Gall. *D'un mesme âge.* Ital. *Della medesima età.* Germ. Gleiches alters. Hisp. *Cosa de ygual edad.* Angl. *Of the same age.* ‖ Virg. 2. *Æneid.*

*Ut regem æquævum crudeli vulnere vidi*
*Vitam exhalantem.*

Nomen est propriè Poeticum, nam Æqualis oratorium est. Plin. Cæcilius, Pars I.

tamen hac voce est usus *lib.* 6. *cap.* 44.

Æquamentum, Æquatio est: quod & Libramentum dicitur, æqua utrinque portione propendente: *ἰσόρροπον*. Sic eum vertit Gaza locum Arist. *de Animalibus.*

Æquanimis, & hoc Æquanime, & Æquanimus, a, um, qui est æqui animi, qui nec prosperis extollitur, nec adversis frangitur: ‖ *אֹרֶךְ אַפַּיִם erech appayim. Ἀγχίθυμος, ἐπιεικής.* Gall. *Qui prend bien les choses: qui supportement sans se fascher & ennuyer.* Ital. *Quelle che è d'animo temperato.* Germ. Bedächtiger gemüth. Hisp. *Paciencia y sufrido.* Angl. *Patient, which taketh all in a good part.* ‖ Ausonius,

*Æquanimus fiam te judice, sive legenda,*
*Sive tegenda putes carmina quæ dedimus.*

Æquanimitas, Favor, & propitius animus. ‖ *אֹרֶךְ אַפַּיִם órerh appáyim, ἀγχιθυμία, ἐπιείκεια.* Gall. *Patience.* Ital. *Temperanza d'animo.* Germ. Gedultmüthigkeit. Hisp. *Paciencia, y sufrimiento.* Angl. *Patience in adversitie as in prosperitie.* ‖ Terent. *in Adelph.* Facite, æquanimitas vestra Poetæ adjuvandum augeat industriam.

Æquanimiter, moderate, patienter, æquo animo, sive *ἀγχιθύμως, ἀζήμιως*. Macrob. *Satur. lib.* 2. *c.* 4. Cùm æquanimiter aliqua etiam socia mordacitas pertulerit.

Æquatio, vide *Æquo, æquas*, in *Æquus*.

Æquator, oris, Circulus in cœlo sphæram dividens in duas partes æquales, parem utrumque versùs polos mundi distantiam relinquens, in quem quum Sol incideris (quod bis contingit in anno, semel in principio Arietis, atque iterum in principio Libræ) dies fiunt æquales nocti in toto orbe terrarum, *ἰσημερινός*.

Æquè, vide *Æquus*.

Æqui, populi fuerunt Italiæ, Latinis & Volscis finitimi, à Quinto Cincinnato Dictatore ad internecionem deleti.

‖ Æquisitla, mensuræ genus. Pap. ‖

Æquiculani, Italiæ populi, Sabinis ad Orientem proximi: quorum oppida sunt Cliternum, & Calecoli. Horum meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 12. Idem à Virg. 7. *Æneid.* Æquicolæ vocantur.

*Horrida (inquit) præcipuè cui gens, assuetaque multo*
*Venatu nemorum, duris Æquicola glebis.*

Eosdem & Æquicolos dictos invenimus. Ovid. 3. *Fast.*

*Quintum Laurentes, bis quintum Æquicolus acer.*

Æquicus, a, um. Liv. *lib.* 3. *ab Urb.* Bellum Æquicum.

Æquidiālē, dictum ab antiquis, quod nunc dicimus Æquinoctiale, quia nox dici potius, quàm dies nocti annumerari debet, *ἰσημερινόν*. Sic etiam Æquidium, *ἰσημερία*, quòd nunc Æquinoctium. Festus Architectonius *lib.* 8. *cap.* 9.

——— *Æ quater solem stationc vestitit,*
*Æquidiémque facit.*

Æquidici versus dicuntur, qui singulis propositionibus ἀξιώσεως apparant versûs dictiones, ut

*Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.*

Albis enim nigra, ligustrix vaccinia attribuit, & cadentibus legenda assignavit. Hæc ex Diomede Grammatico *l.* 3.

Æquiformis, *ἰσόμορφος*, ut versus æquiformis, apud Diomedem Grammatic. *lib.* 2.

‖ Æquilabia, commensurata. Poll. ‖

Æquilatio, *τὸ ἰσοπλατές*, Gr. Nomen detritiusculè compositum ex æquo latum, quasi æqualium linearum secundùm latitudinem productio, Vitruv. *lib.* 2. *c.* 8. Tunc ab centro diducto circinio ad lineam planitiæ æquilatario signetur.

Æquilavium, seu ut alii, Æquilaviun. Festus exponit à lavatione lanæ, quæ dicitur æquilavio redire, quum dimidium decidit sordibus. ‖ Isid. in Gloss. Æquilorium, æquatio. ‖

‖ Æquilatatio, æqualium, secundùm latitudinem, linearum productio: ab æquus & latus. ‖

Æquilibrium, Æquatio libræ. ‖ *פֶּלֶס péles.* מִשְׁקָל *mischkál. ἰσορροπία.* Gall. *Pareil poids, entre deux fers.* Ital. *La languetta della bilancia.* Germ. Gleichwag instehr/ gleichst. Hisp. *Peso que ygnala à otra tanta peso.* Angl. *Equall weigh.* ‖ quod & Æquamentum, & Libramentum dicitur, quum pro bilancis, seu statera lingua sumitur, *ἰσορροπία*. Gellius *lib.* 20. *c.* 1. Nec cui membrum ab alio ruptum est, si ipse itidem rumpere per talionem velit, quæro an efficere possit rumpendi pariter membri æquilibrium. Colum. *lib. de arbor. c.* 5. Cùm undique velut æquilibrio subtilita in eo tequiesceit.

Æquilibris, & hoc bre, ex Æquus & libra compositum, propriè significare videtur, quod ad libram æquali constat pondere, ut si dicas, Hi nummi sunt æquilibres, id est æquali pondere. ‖ *בְּמִשְׁקָל־אֶחָד bemisehkál echádh, שָׁוֶה schovéh. ἰσόρροπος.* Gall. *Tout d'un poids, d'un mesme poids.* Ital. *Di eguale peso.* Germ. Gleich gewichtig. Hisp. *De peso ygual.* Angl. *Of the same weight.* ‖ Transfertur tamen ad aliam æqualitatem. Vitruv. *lib.* 5. *c.* 12. Sesquipedales margines struantur æquilibres ei planitiæ, quæ suprà scripta est, hoc est, omnino æquales, quasi ad libram æquam vel quasi æqualiter librati.

Æquilibritas, atis, æquabilitas, æqualitas, *ἰσότης*. ‖ Angl. *Equalitie of weight.* ‖ Cic. 1. *de nat. Deorum*: Confugis ad æquilibritatem: hic enim *ἰσονομία* (si placet) appellemus.

‖ Æquilotium, æquatio lotionis. Isid. ‖

Æquilotium, æquatio. Festus: *Æquilavium significat ex toto dimidium, dictum à lavatione lanæ, quæ dicitur æquilavio redire, cum dimidium decidit sordibus.*

Æquimanus. ‖ qui utraque manu gladio incunctanter utitur. Isid. *Orig. lib.* 18. Autor. *in Monosyllab.* Æquimanus Thrax.

Æquimelium, locus Romæ, ubi domus Melii solo æquata fuit. Spe enim Melius ob frumenti largitionem in suspicionem affectatæ dominationis venit: & quum ad populi fidem fugeret, à Servilio Hala magistro equitum comprehensus & occisus est, domúsque ejus diruta, & area Æquimelium dicta. Ex Tito Livio 1. *de ad lib.* 4. Cicer. *pro domo sua*, Melii regnum appetentis domus est complanata. Et quid aliud æquum accidisse Melio Populus Rom. indicavit? Nomine ipso Æquimelii stultitiæ pœna comprobata est.

Æquimœnium, ait Nonius. Isid melius Equimenium, de quo suo loco.

Æquinoctium, ab æqualitate noctium dicitur, quòd tunc dies & nox horarum spatio æquales sint. { שוויון *schivvunhasém. ἰσονυκτία.* Gall. *L'equinoxe.* Ital. *Equinottio.* Germ. Gleiche länge tags vnd nachts. Hisp. *La ygualdad del dia y de la noche.* } Cic. *ad Attic.* Nunc quidem æquinoctium nos moratur, quod valde perturbatum erat. Æquinoctii periphrasis elegans est apud Ovid. *El. 12. lib. 3. Trist.*

*Impositámque sibi qui non bene pertulit Hellen,*
*Tempora nocturnis æqua diurna facit.*

Duo sunt autem æquinoctia. Vernale scilicet, & Autumnale. Vernale fit quarto Idus Martias, vel circa octavum Kalend. April. & in octava parte Arietis conficitur. Autumnale decimooctavo Kalend. Octobris ante Vergiliarum occasum diebus quadraginta. Annum enim olim in duas tantùm partes dividebant, hoc est, in æstivum & hyemale solstitium.

Æquinoctialis, adjectivum, *ἰσημερινός.* { Gall. *Equinoctial.* Ital. *Cosa pertinente a l' equinottio.* Germ. Das zu des tags vnd nachts gleiche gehört. Hisp. *Cosa de aquella ygualdad.* Angl. *Equinoctiall.* } ut, Tempus æquinoctiale, & Horæ æquinoctiales, quarum 12. ex æquanti diem naturalem. Plin. *lib. 2. c. 73.* Sic fit, ut vario lucis incremento in Meroë longissimus dies XII. horas æquinoctiales, & octo partes unius horæ colligat. Catull.

*Jam vere gelidos refert tepores,*
*Jam cœli furor æquinoctialis,*
*Jucundis Zephyri silescit auris.*

Æquipar, æqualis. Cath.

Æquiparo, as, Comparo, æquo. { שווה *schivvah.* דמה *dimmáh. ἰσόω.* Gall. *Egaler, parangonner.* Ital. *Aggungliare.* Germ. Dem gleichen. Hisp. *Igualar una cosa à otra.* Angl. *To compare, to make equall.* } Cic. 5. *Tusc.* Nemo est qui facilis me æquiparare possit. Virg. 3. *Eclog.*

*Nec calamis solùm æquiparat, sed voce magistrum.*

Æquiparabilis, & hoc le, Comparabilis, æqualis. { דמוי *demúhh.* Gall. *Equiparable, digne d'estre égalé.* Ital. *Cosa che si può comparare.* Germ. Gleichlich/ Das mol zuvergleichen. Hisp. *Cosa que se puede ygualar.* Angl. *Equall, comparable.* } Plaut. *in Trin.* Ita tu nunc dicis, non esse æquiparabiles vestras cum nostris factiones, atque opes.

Æquiparatio, Comparatio, æquatio. { דמיון *dimyon. ὁμοίωσις, σύγκρισις.* Gall. *Egalement, comparaison.* Ital. *Comparatione, parangone.* Germ. Vergleichung. Hisp. *Ygualdad.* Angl. *Comparaison.* } Gell. *lib. 14. c. 3.* Æquiparatio ipsa plerumque, & partilitas virtutum inter se consimilium. Item *lib. 5. c. 5.*

Æquipēs, *ἰσόπους, ἰσοπλευρος.* Apuleius *lib. de Dogmate Platonis*: Æquipedum verò trigonum efficere, ex sese quadratum: quadratum verò, cubum. Diomedes Gram. *lib. 3.* Æquipedi sonu tubicen spondaliun canere habebant.

Æquipōllĕo, es, per duplex ll, parem potestatem habeo, idem valeo. { *ἰσοδυναμέω.* Angl. *To have equall power.* Æquipollentia, æquivalentia. Perottus.

Æquipōndium, ex adjectivo Æquum, & pondus. Ponderis æqualitas. מאזנים *peléz,* משקל *mischkal. ἰσορροπία.* Gall. *Egal poids.* Ital. *Contrapeso giusto.* Germ. Gleich gewicht. Hisp. *Pesa que ygual à otro tanto peso.* Angl. *Equall weight.* } ut si dicas, Aurum dedi ad argenti æquipondium. Legitur hoc nomen apud Vitruvium *lib. 10. c. 1.* apud quem & Salonia, pro eodem.

Æquitas, Æquo, æquus, vide *Æquus.*

Æquivălĕo, es, æquipollgo, assequor, tantundem valeo. { שוה *schavah,* ערך *harach. ἰσοδυναμέω.* Gall. *Valoir autant.* Ital. *Poter parimente.* Germ. Gleich vermögen/ gleich gelten. Hisp. *Valer otro tanto.* Angl. *To be of alyk valeur.* } Ovid. *de Philomela,*

*Nam quamvis alia volucres modulamina tentent,*
*Nulla potest melodis æquivalere tuis.*

Æquivŏcum, à Martino vocatur Plurivocum, quando pluribus rebus eadem est appellatio: ut Aries. Nam & machinamentum quo muri expugnantur, & sidus in cœlo, & animal in terris Aries vocatur. *ἰσώνυμον.*

Æquivocor, ĕris Eodem nomine vocor. Hinc Æquivocus, a, um, adject. Flodoard. *lib. 3. cap. 13.* Filius ejus atque æquivocus Carolus. Cujus filius, Caroli nempe: sic enim initio ejusdem capitis, Nostri Caroli Regis gloriosi.

Æquor, oris Mare dicitur, quòd æquam superficiem habeat, sive planum sit, nullis tam à tempestate fluctuantibus procellis. { מישור *mischór. πέλαγος.* Gall. *Vne plaine, le plan de la mer.* Ital. *Piana pianura.* Germ. Das meer. Hisp. *Llanadura del mar à del campo.* Angl. *The sea.* } Cic. *Academ. Quæst.* quid tam planum quàm mare, ex quo etiam æquor illud poëtæ vocant. Virg. *Æneid. 1.*

*Hen quæ nunc tellus, inquit, quas me æquora possunt*
*Accipere!*

Idem *Georg. 3.*

*At primi ignotum ferro quàm scindimus æquor.*

Gell. *cap. 1. lib. 12.* Ne æquor illud ventis irrugetur. ¶ Interdum ponitur pro planitie ipsius terræ. Cic. *de Div. 1.* Sic enim Ægyptii, sic Babylonii in camporum patentium æquoribus habitantes, quum ex terra nihil emineret, quod conspectui cœli officere posset, omnem curam in siderum cognitione posuerunt. ¶ Quandoque pro aëre, Virg. 1. *Æneid.*

*Aspice bis senos lætantes agmine cygnos*
*Æthera quos.*

¶ Æquor ventis, pro tumore; *κῦμα.* Gell. *lib. 12. c. 1.* Ne æquor illud ventis irrugetur, ac gravitate oneris, ac labore partus tabificet.

Æquōrĕus, a, um, quod ad æquor pertinet, *θαλάσσιος.* Mart. *lib. 3.*

*Hic secum æquoreus qui venit obsequium ab undis.*

Virg. 4. *Æneid.*

*Et genus æquoreum*, pro piscibus.

¶ Bustum æquoreum, i. e. sepulchrum in littore maris erectum. Val. Flac. *lib. 5. Argonaut.*

*Talia ab æquoreis consurgens aggere bustis*
*Emicuit.*

Æquus, a, um, in quo nihil eminet, nihilque est inæquale. { ישר *iaschár. ἴσος, ὁμαλὸς, ἰσόνομος.* Gall. *Egal, bien proportionné.* Ital. *Pguale.* Germ. Gleich. Hisp. *Cosa sanbien ygual, y amigable.* Angl. *Egall.* } Cic. *Offic. 1.* Sed hoc colendum est æquabile, & temperatum orationis genus: hoc est, quod uno tenore incedit, nec multis figuris & affectibus variatur, sicut solet orationum stylus. Idem *pro Cecinna.* Quod æquabile inter omnes, & omnibus unum esse possit. Vis hostilis fecit meas opes tum isto æquabiles (i. æquavit.) Plaut. *Capt. sc. 1. a. 2.*

Æquabilitas, æqualitas. { ישר *jóscher,* מישור *mischór. ἰσονομία, ὁμαλότης.* Gall. *Egalité.* Ital. *Pgualità.* Germ. Gleichförmigkeit. Hisp. *Igualdad.* Angl. *Equalitie.* } Idem ferè quod æqualitas, hoc est, certus quidam rerum modus, & constantia; vel sibi constans, & nulla parte in vitium inclinans ratio: ut, Æquabilitas vitæ, in qua nulla est perturbatio, neque varietas, aut discrepantia. Cic. 1. *Offic.* In liberis verò populis, & in iuris æqualitate exercenda etiam est facilitas. *Ibidem.* Æquabilitas tum universæ vitæ, tum singularum actionum maximè decora est.

Æquabiliter. *ὁμαλῶς, ἰσονόμως.* Cic. 1. *Orat.* Genus facetiarum æquabiliter in omni sermone fusum. Idem 2. *de natur. deorum.* Tactus autem toto corpore æquabiliter fusus est.

Æqualis, par, æquè magnus, æquabilis. { שוה *schevéh,* שוה *schavéh. ἴσος, ὁμαλὸς.* Gall. *Pareil, egal.* Ital. *Piano, eguale.* Germ. Gleich. Hisp. *Cosa ygual à otra cosa.* Angl. *Alyk, equall.* } Cic. 3. *de leg.* Paupertatem divitiis etiam inter homines æqualem esse volumus. Item 3. *de Orat.* Et Cretici æqualis Paan, qui spatio par est, syllaba longior. ¶ Interdum accipitur pro simili, *ὅμοιος.* Plin. Quum & ipse æqualem fortunam expertus fuissem. ¶ Refertur & ad ætatem, dicuntque æquales, *ἡλικιῶται*, qui pares sunt ætate, & æquè multos numerant annos. Coætanei verò *συνήλικες* dicuntur, qui ætate eadem vixerunt, etiamsi alter altero annis multis fuerit major. Sic Ciceronem, & Augustum coætaneos fuisse dicemus, æquales verò nequaquam. Cic. *in Catone.* Nec cum æqualibus solùm, qui pauci admodum exstant. Idem *e Clar. Oratoribus.* Livius Ennio æqualis fuit. ¶ Proverbialiter dicimus, Æqualis æqualem delectat, *ὅμοιον ὁμοίῳ τέρπει*: pares

portet enim facillimè congregantur. Nam prima familiaritatis conciliatio proficiscitur ab æstatis æqualitate, quam Græci vocant ὁμηλικίαν. Ad quod alludens Homerus *in Odyss.* ο, ait:

——— αἰεί τε τὸν ἡλικίην ἐπιφέρει θεός.

id est, quam etiam summus æquavit. Vide Aristotelem 1. *Rhetoric.* Æqualis hujus temporis, Velleius.

Æqualitas, similitudo, paritas, seu æquabilitas. { ישר *jésher*, מישור *mischór*. ὁμαλότης. GALL. *Egalité*. ITAL. *Vgualità*. GERM. Gleicheit. HISP. *Vgualdad*. ANGL. *Equalitie, lykenes*. } Cic. *Top.* Multa autem sunt quæ æqualitate ipsa comparantur. Plin. *lib.* 30. *cap.* 31. Carnémque quæ exciderunt, ad æqualitatem redigit: explet quoque, & ad cicatricem perducit. ¶ Paroemia Pythagorica est, Amicitia æqualitas, Amicus alter ipse. Τὴν φιλότητα ἰσότητα εἶναι, καὶ τὸν φίλον ἕτερον ἑαυτόν. Τὸν ἕτερον ἴσον ἄνδρα. Neque enim quicquam non commune, ubi fortunarum æqualitas; neque dissensio, ubi idem animus; neque divortium, ubi coagmentatio duorum in unum. Vide Arist. *magnor. Moral.* 2. & Plat. *de leg.* 6. ¶ Huic proverbio est illud simile: Æqualitas haud parit bellum, τὸ ἴσον πολλοῖς οὐ ποιεῖ πόλεμον. Æqualitate enim continetur concordia, inæqualitas discordiarum est mater. Solonis est apophthegma *in Plutarcho.*

Æqualiter, æquabiliter, similiter, pariter, ex æquo. { בשׁוה *beschaváh*, יחד *iáchdh*. ὁμοίως. *Iust.* GALL. *Egalement, pareillement*. ITAL. *Vgualmente*. GERM. Gleichlich. HISP. *Vgualmente*. ANGL. *Equalie*. } Cic. 4. *Acad.* Æqualiter omnibus abrogatur fides, hoc est, tam his abrogatur, quàm illis.

Æquè, adverbium, pariter, similiter, æqualiter, justè. { יחד *jáchdh*, במישׁור *bemischór*, בצדק *betsédek*. ὁμοίως. *Iustam*. GALL. *Iustement, pareillement, iustement*. ITAL. *Giustamente, vgualmente*. GERM. Billigklich. HISP. *Vgualmente, à por tambien, à iuslamente*. ANGL. *Equallie, justlie*. } Senec. Iudex qui parte inaudita altera aliquid statuit, etiamsi æquè statuerit, haud æquus fuit. Cic. 1. *Offic.* Benevolentia civium non æquè omnes egent. Idem *Famil.* 13. Literæ utique nostrûm propè æquè gratæ erant. ¶ Interdum significat Tam, vel tantùm, vel similiter, *tam, tantum*, & admittit Ac, vel atque, vel ut. Nunquam hic argentum æquè benè collocassem { i. tam benè. } Plaut. *Asin.* sc. 5. *a.* 1. Haud æquè magno periculo. Idem *Menæch.* sc. 5. *a.* 1. Æquè summum periculum. Liv. *lib.* 34. Faciam vestra latera ita valde varia, ut ne tapeta quidem æquè picta sint. Plaut. *Pf.* sc. 2. *a.* 2. Non est æquè quisquam, cui æquè melius velim. Idem *Capt.* sc. 5. *a.* 1. Nemo est alter, cui credi rectè æquè putem. Idem *Asin.* sc. 4. *a.* 2. Non omnia omnibus æquè suavia. *Ib.* sc. 3. *a.* 3. Nemo est qui æquè faciat considenter, quam mulieres. Idem *Mil.* sc. 3. *a.* 3. Nullus est hoc meticulosus æquè, { id est, æquè ac hic. } Idem *Amph.* Et qui me æquè fortunatus? { i. ac ego. } Idem *Curc.* sc. 2. *a.* 1. Suetон. *in Cæs.* Nihil æquè ac iudicis acerbitas profuit. Ter. *in Andr.* Miser æquè atque ego. Cic. *attic.* Simul quòd æquè ea quæ sunt, ut ea quæ certò futura sunt, videre possum. Interdum admittit Quàm, ut Suet. *in Claud.* c. 38. Sed nihil æquè quàm timidus ac diffidens fuit. Idem *in Aug.* c. 64. Æquè exiguo quàm. Senec. *e.* 11. *de consol. ad Helv.*

Æquitas, Æqualitas, æquum & bonum. { משׁור *mischór*, ישׁר *jeschér*, צדק *tsédhek*. δικαιοσύνη. GALL. *Egalité, equité, moderation de droict*. ITAL. *Pianura, Giustitia*. GERM. Billigkeit. HISP. *La justitia que templa e derecho*. ANGL. *Iustice, equitie*. } Cic. 1. *de Offic.* Difficile est cùm præstare omnibus cupieris, servare æquitatem quæ est iustitiæ maximè propria. Sæpenumerò autem accipitur Æquitas pro perfectâ quadam ratione, quæ leges, strictúmque ius interpretatur, & emendat, nullâ scriptura comprehensa, sed solùm in vera ratione consistens. Idem *pro Cecina*, Omnino tam bene agis: à verbis enim recedis, & æquitate uteris. Idem *pro Plancio*, Fugisti sententiam legis, æquitatem omnem rejecisti. ¶ Pro eodem etiam dicimus Æquum & bonum. Idem *pro Cecina*, Ex æquo & bono, non callido versúmque iure rem iudicari oportet. ¶ Æquitas animi est constantia quædam ac moderatio, quum æquo animo, patientérque omnia ferimus, & in bonam partem accipimus. Ἐπιείκεια. Idem *ad Atticum*, Perspice æquitatem animi mei. Idem *de Senectute*, Novi enim moderationem animi tui & æquitatem. Pro eodem etiam legitur Æquitas absolutè. Idem *in Pisonem*, Quo in spectaculo mira Reipublicæ æquitas erat, uter eorum periisset, tanquam lanista. Idem *in partition.* duplicem vim æquitatis constituit, cuius altera directi, & veri, & iusti ratione constet: altera ad vicissitudinem referendæ gratiæ pertineat, quæ in beneficio Gratia, in injuria Ultio nominatur.

Æquiter, ἰσῶς, adverb. pro æquè. Accius Anteporidis. Ad populum intelligo referendum, quoniam æquiter sententiæ fuere. Pacuv. *ita lanta*: Certare ac dissentire partem cuiusdam æquiter. Liv. *Æglisthe*, Nam ut Pergama accensa priùs per participes æquiter patriis est. Novius.

Æquiternus, æquè æternus ac sæculum. Isidor.

Æquo, as, Æquum, sive Æqualem facio, compano, complano. { שׁוה *schováh*, דמה *damáh*. ἰσόω. GALL. *Egaler, égaler, faire vny*. ITAL. *Spianare*. GERM. Ein mach, gleich machen. HISP. *Vgualar una cosa à otra*. ANGL. *To mak equalle plane, to mak euen*. } Plin. Æquato deinde pavimento infundit oleum. Cic. *in Verr.* 6. Quo in summo est æquata agri planities, & æquæ perennes. Et hæc propria est huius verbi significatio. ¶ Per translationem autem significat, æqualiter divido. Virg. 1. *Æneid.*

——— *operumque laborem*
*Partibus æquabat iustis.*

¶ Aliquando continuò. Idem 9. *Æneid.*

——— *Felix si pertulit illum*
*Æquassetque Dii Iudum.*

¶ Æquare solo urbes, domos, turres, ædificia. Usque ad superficiem terræ diruere & complanare. Liv. 1. *belli Pun.* Solo æquata omnia inter salinas ac portam Carmentalem cum Æquimelio Lugarésque vico. Sic sæpè legimus urbem solo æquatam, id est, funditus eversam, sive diruram. Æquare solo Dictaturam, metaphoricè dictam pro abrogare, & omnino abolere. Idem 6. *ab Urbe*. ¶ Accipitur etiam frequenter Æquare, pro eo quod dicimus, Æqualem, vel parem alicui facere, vel etiam quempiam aliqua in re assequi. Atquè ita interdum construitur cum præpositione [illegible]. Cic. *de legib.* 1. Inventum est tempus ætatum, quo tenuiores cum principibus æquari potuerint. Interdum cum dativo. Idem *Offic.* 1. Ut non solum rationes meas, sed hos etiam [illegible] libros, qui se jam istis fere æquarunt, studiosè legas. Interdum absolutè. Cæs. *bel. Gal.* 1. Ut æquato omnium periculo [illegible] fugæ tolleret. Ovid. *El. ult. Trist.*

*S[illegible] æquet tua nupta virum bonitate perenni.*

Idem *El. lib.* 3.

*[illegible]quato (sup. gliciè) ficeis Aquilonibus Istro.*

Item *Æquatis castris*, pro, similiter inter se consertis. Liv. *lib.* 4. *d.* 4. Huius compositi Adæque, Coæquo, Exæquo & Peræquo, quæ secundùm vim præpositionum significant.

Æquatio, verbale, Æqualitas. { משׁור *mischór*. ἰσότης. GALL. *Applanissement, egalement*. ITAL. *Pareggiamento, vgualità*. GERM. Einebnung, gleiche. HISP. *Obra de vgualar una cosa à otra*. ANGL. *A making of any thing equall or plaine*. } Liv. 4. *ab Urbe*, Nec excellere unum aut alterum ordinis ac meritate, sic æquationem ad dignitates fore credidit, &c. & *lib.* 8. Æquatio iuris.

Aër, ἀήρ, רקיע *schakiak*, אויר *avir*. ἀήρ. GALL. *L'air, un des quatre elements*. ITAL. *Aëre, aria*. GERM. Die luffi. HISP. *Ayre, elemento*. ANGL. *The aire*. } Propriè dicitur medium spatium inter elementum ignis & terram, plus multo habens raritatis, quàm inferiora elementa. A Virgilio etiam Inane vocatur *in Silvo*. Namque canit uti magnum per inane coacta Semina. Aëre fulva (non rubro) dixit Ennius 18. *Annal.* apud Gell. *cap.* 19. *lib.* 13. Impellent nutantibus aëra pennis. Catull. *de com. Beren.*

*Quot tenerum pennis aëra pulsat avis.*

Ovid. *El.* 2. *lib.* 3. *Trist.*

*Qualis in immenso desederit aëre tellus.*

Tib. *lib.* 4.

*Nam circumfuso consistis in aëre tellus.*

Ibid.

*Sive ego per liquidum volucris vehar aëra pennis.*

Ibid.

*Aër sinit* { de vento. }

Gell. *e. vet. lib.* 2. Dictus Aër (ut quidam autumant,) ἀπὸ τοῦ ἀεὶ ῥεῖν, ab eo, quòd fertur semper, vel quòd ferat. Sed credo potius dici, ab ἄημι, id est, spiro: unde producit ultim. Luc. *lib.* 1.

*Aër & longi volvunt Titana labores.*

Qui corripiunt, Claudiani depravata lectione falluntur, dum sic legunt,

*Lucidus umbroso miscebitur aër Averno;*

vera siquidem lectio non habet *Aër*, sed *Axis*. Alioqui neque quantitatis ratio constaret, neque sensus conveniret: Hic autem aër partim ad terrenam, partim ad cœlestem materiam pertinet. Nam ille subtilis, ubi venton ac procellosi motus non possunt existere, ad cœlestem pertinet partem: ille verò qui volucribus permeatur, & stadiis quadraginta (ut Possidonius ait) à terra distat. quum sit turbulentior, & exhalationibus humidis corporetur, terræ deputatur, atque ex ie multas species reddit. Nam commotus, ventos facit: vehementiùs concitatus, ignem & tonitrua: contractus, nubila: conspissatus, pluvias: congelatis nubibus, nivem: turbulentiùs congelantibus densioribúsque, grandinem: dilutus, serenum efficit. Proverbiali figura dicimus, In aëre piscari, & in mari venari. Usurpatur à Plauto *in Asinar. sc.* 1. *a.* 1. quadrabitque simpliciter in eos qui frustrà moliuntur τὰ ἀδύνατα: aut qui præposterè ibi quærunt aliquid, ubi ne sperari quidem possit. Ut si quis in magistratibus vitam tranquillam, in voluptatibus beatam, in opibus felicem quærat. ¶ Aliquando Aër dicitur ventus, spiritus, vel flatus modicus. Virgil.

*Aëra dimovit tenebrosum, & dispulit umbras.*

¶ Aliquando dicitur sonus. Varro, Anima ut conclusa in vesica, quando est arctè ligata, perculeris, aëra reddet. Est aër omnium rerum, & morborum causa. Hippoc. *lib. de flatib.* ¶ Aëres, est in Cassiano *cap.* 11. *lib.* 4. Nec aërum temperies, nec qualitas nostræ fragilitatis admittit.

{ Aëriadi, spiritus corporei in aëre degentes. Procl. }

Aëripes, quatuor syllabarum, Celer, quasi aerios pedes habens, ἀερίπους, ἀεροπόδης, ita Prisc. *lib.* 17. Virg. synæresin fecit,

*Fixerit aripedem cervam licèt.*

Aëreus, adjectivum quatuor syllabarum haud Aëreus. { ἀέριος. GALL. *De l'air, qui est de l'air*. ITAL. *Fatto di aria*. GERM. Luffig, oder was in der luffe ist oder lebt. HISP. *Cosa ayrosa*. ANGL. *That which is of the aire*. } Propriè significat quod in aëre fit, aut in aëre vivit. Cic. *in Topic.* Deinceps aërii volatus avium atque cantus. Virg. 4. *Georg.*

*Pretia fu aërii mellis, cœlestia dona.*

Mel aërium vocat, quia ex rore colligitur, qui ex aëre defluit. Gyro devocer aërio. Tib. *de coma Ber.* ¶ Aliquando altum significat. Virg.

*Nec gemere aëria cessabit turtur ab ulmo.*

Et Alpes aëriæ, idem 3. *Georg.* Arces aëriæ, 3. *Æneid.* Divinatio ex aëre.

*Cornibus aëriis & in sua terga recurvis*, (de capella.)

Ovid. 5. *fast.*

Æra, æ, numeri nota erat in moneta, qua ejus pretium designabatur. Lucilius, Hæc est ratio perversa, æra numeri subducta improbè. Astrologi quoque temporis initium, à quo supputationem incipiunt, Æram vocant. Vide Cælium Rhodiginum *lib.* 1. *cap.* [illegible]. ¶ Æra, pro epocha. Vox est corrupta. Hispani enim cùm ipsis admodum salutare esset imperium Augusti Cæsaris, curarunt ut rerum actarum annos ab Augusto repeterent. E. gr. Dicuntur hæc Toleti, Kalendis Martii, A. ER. A. C. C. L. id est, Annus erat Augusti 150. Tres illiones autem unam vocem fecerunt Æ[illegible]. Sunt qui & *Heram* vocant, monarchiam, quæ vox est corrupta Hispanica. Sic Hera Cæsaris, est initium monarchiæ. ¶ Æra, ἄιρα, herba triticum necans, quæ quid nos Lolium dicimus. Dioscor. Plin. *lib.* 17. *c.* 17. Est herba quæ citer exercat,

& eruum, circumligando se, vocatur *orobanche* : triticum simili modo æra. Vide sup. *Ægilops.*

Æranus, æranum, & æratus, vide *Æs.*

Ærinus, a, um, quod ex æra factum est. Plin. Panis verò cum melle & ærinea farina, id est, loliacea.

Æræ, ων. Oppidum est Macedoniæ, cuius incolæ Ærei αἰγιᾶται dicuntur. Alterum ad Hellespontum, à quo gentile Æraces αἰράκιος. Tertium in Ionia. Vide Steph. *de Urb.*

Aëria, ας, Olim dicta Ægyptus, teste Stephano. Aëria, Narbonensis Galliæ oppidum, apud Plin. *lib.* 3. *c.* 4. ¶ Item insula in mari Ægeo non procul à Nessi fluminis ostio, quæ alio nomine Thassus dicitur. Autor Plin. *lib.* 4. *cap.* 12. ¶ Hoc etiam nomine cincta est insula, quæ notiore nomine Creta appellatur, ut idem Plin. testatur *loco iam citato.*

Æricus, pisces est carnivorus, qui unus inter omnes pisces pediculis sub branchiis innatis infestatur, ὁ ἐρικος. Aristoteli Chalcidem vocat, si Gazæ credimus, qui *lib.* 9. *Hist. anim.* Æricum vertit, quem Aristoteles Chalcidem appellat.

Ærinus, a, um, sive (ut alii legunt) Ærineus, idem est quod Loliaceus. Unde Farina ærina, vel æracea, quæ fit ex lolii semine. Plin. *lib.* 22. *cap.* 25. Ærina farina magis exteris purgat ulcera veteta. Vide *Æra.*

Aërium, genus vestigalis est.

Aëritis, ιδος, gemma est ex Iaspidum genere, ab aërio colore nomen habens. Nam ἀερίζω, est aërem imitari, de hac Plin. *lib.* 37. *cap.* 8.

Aëromeli, ἀερόμελι, liquor est in Syria præcipuè & Arabia sereno cœlo ex aëre defluens sub exortum Vergiliarum, plantisque adhærescens, & deinde dulcitiem quandam colligens. A quibusdam ros Syriacus, à recentioribus Manna dicitur. Vide Ruellium *lib.* 1. *cap.* 24.

Aërope, per quatuor syllabas, & ἀερόπη. Uxor Atrei, ex qua Thyestes duos suscepit filios, quos postea Atreus fratri comedendos posuit. Quorum scelerum turpitudine ne pollueretur, Solem aversum fabulantur poëtæ. Ovid. 2. *trist.*

*Sinon Æropen frater sceleratus amasset,*
*Aversos solis non legeremus equos.*

Ærosus, ab ære, qui multum habet æris. Unde ærosa dicta est Cyprus, ait Festus, quòd in ea plurimùm æris nascatur. Et pecunia ærosa, quæ habet æris admixti plurimùm, & proinde est adulterina. Scævola *l.* 102. *de solutionibus.* Mox pecunia, qua illa Respublica utebatur, quasi ærosa sublata est. Græcis χαλκοῦς numus dicitur. Plin. *lib.* 33. *c.* 5. Aurum ærosum. Et *lib.* 34. *c.* 1. lapis ærosus.

Ærugo, inis. Rubigo, & propriè in ære, vel argento, quum virescit. ἰὸς χαλκοῦ, ἰὸς ἀργύρου. Gall. *Le rouil, ou la vieillesse du cuivre, ou d'airain, ou d'autre chose.* Ital. *Ruggine.* Germ. Rost am ern oder silber. Hisp. *El moho de cobre.* Angl. *Rost, verdegreate.* ¶ Rubigo verò, in ferro, & segetibus, ἰὸς σιδήρου. Quamquam & rubigo pro æris vitio positum invenitur. Plin. *lib.* 34. *c.* 9 Æra exterla celeriùs rubiginem habuit, quàm neglecta, nisi oleo perunguntur. ¶ Transferrur ad segetum rubiginem, ut est apud Theophrast. *lib.* 4. *de causis plantarum*, appellat enim Græcè ἐρυσίβην, ab ἐρυθρὸν. Est autem Ærugo incidentia segetibus humoris putrefactio, quo vitio spicæ marcidæ fiunt, & in pulverem fœtidum confriabiles. Apud Horatium & Iuvenalem accipitur Ærugo pro pecunia, quæ ex ære fit.

Ærugnosus, a, um, æruginc obductus, ἰώδης. Gall. *Plein de rouil, rouillé.* Ital. *Pieno di ruggine.* Germ. Rostig. Hisp. *Cosa mohosa.* Angl. *Rustie vncanker'd.* ¶ Seneca *lib. de brevitate*, Maiorem dierum partem in æruginosis lamellis consumit. Sev. contr. 2. Ostende istum æruginosum manum.

Ærumna, ας, ἡ ὥ, æ, Levo, tollo : nam propriè Ærumnæ, & per diminutionem Ærumnulæ dicuntur furcillæ, quibus viatores sarcinas suas relegatas, tabella interpolita ferre consueverunt : quæ à Mario earum inventore Muli Mariani postea vocatæ sunt, de quibus suo loco. Hinc factum est, ut labores onerosi, Ærumnæ dicantur. ¶ *kébsch*, כבש *kibsah.* ἐπίχυσις. Gall. *Tribulation & une fascherie pleine de travail.* Ital. *Gran fatica.* Germ. Trübsäligkeit/ beschwerd/ mühesäligkeit. Hisp. *Trabajo con afan.* Angl. *wretchednes.* ¶ Cic. *lib.* 2. *de finibus*, Labores non fugiendos, ærumnas nominarunt. Unde labores Herculis, Ærumnæ sunt appellatæ. Plaut. *in Persa*, Superavit ærumnis suis ærumnas Herculis. Uno ut labore exsoluat terumnas duas, id est duos labores partus. Idem *Amph.* Verger erexit omnes has ærumnas. Idem *Mil. sc.* 1. *a.* 1. Dii immortales id voluerunt vos hanc ærumnam exequi. Idem *Capt.* 2. *sc.* 2. 2. Cuius causa hanc ærumnam exigo. *Ibid. sc.* 4. *a.* 1. Misera afficitur ærumna. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Malam rem magnam, multásque ærumnas dabunt (Dii.) Idem *Ps. sc.* 1. *a.* 3. Ærumna tristior crescit & aucta mora. Ausonius,

*Prima Cleanei tolerata ærumna laboris,*

Cic. *lib.* 4. *Tusc.* Ærumna est ægritudo laboriosa. Breviter, Ærumna dicitur miseria, calamitas, inclicitas. ¶ Erumna, prima brevi, & ita scribendum *erumna*, nam hoc nomen apud Sanctos ita enunciabatur, ac si esset illud e breve. Ita Paulinus *lib.* 1. *de vita Martini.*

——— *Tristem miseratus erumnam.*

Et *lib.* 1.

——— *& lingua tertes proclamat erumna.*

Et *lib.* 2. *de miracul. Martini*,

——— *refugit pompam, sed deflet erumnam.*

Et *lib.* 4.

*Dissimulare istam miseri plangentis erumnam.*

Et Fortunat. *lib.* 1. *de vita Martini*, *cap.* 20.

*Illa tarem anima pavit, hic carnis erumnis.*

Ærumnosum dicitur quod est laboribus, ac miseriis afflictum. ¶ עצב *katsab.* ἐπίχυσις. Gall. *Fascheé & affligé extremement.* Ital. *Cativo di miserie & disgratie.* Germ. Trübsälig, mit elend beladen. Hisp. *Afligido.* Angl. *wretched full.* ¶ Cic. 3. *Tusc.* Nec cum ærumnoso navigasset solo. Apud Plaut. *in Capt.* nam inventur

Ærumnatus adjectivum. Tum igitur ego ærumnatus, deartuatus sum miser.

Ærumnabilis, ἐπάλξεως. Ærumnis plenus. Lucret. *lib.* 6.

*Illud in his rebus miserandum magnopere unum*
*Ærumnabile erat.*

Ærumnalis, adjectivum : ut, Labor ærumnalis. *lib. epist.* Apul. *lib. de Asin.* Mox in urbe Latia advena studiorum Quiritum indigenam aratrum labore aggressus excolui.

Ærumnula, Diminut. Festus. Ærumnulæ Plautus refert furcillas, quibus relegatas sarcinas viatores gerebant. Quarum quia C. Marius reperit usum, Muli Mariani postea appellabantur. Vide supra *Ærumna.*

Æruscare, veteres dixerunt pro Pecunias undique fallaciis colligere. Festus. ¶ ἀγυρτεύω, γαλεάζω. Gall. *Quester, mendier avec mensonges & tromperies, helistrer.* Ital. *Buscare denari.* Germ. Betrug/ bin und wider erbetlen. Hisp. *Buscar dineros por todas partes.* Angl. *To conquis money begnile.* ¶ Gell. *lib.* 9. *cap.* 2. Æruscanti cuipiam id genus, & philosophum se ostentanti, dari iussit mille nummum.

Æruscator, ἀγύρτης. Qui malis artibus æs ad est, pecuniam corradit undique : quales suprimi, præstigiatores, arioli. Gell. *lib.* 14 *cap.* 1. Sed id præstigiarum, atque officiarum genus commentos esse homines æruscatores, & ibam quæstumque ex mendaciis captantes.

Æs, æris, propriè species est metalli rubro colore, primùm in Cypro reperta. ¶ נחשת *nechoscheth.* χαλκός. Gall. *Arain, cuivre, leton.* Ital. *Rame.* Germ. Ertz. Hisp. *Cobre.* Angl. *brasse, leton.* ¶ Deductum nomen putant alii ab aeri similitudine, alii à Græco γαῖα, terra, Varro ab Asse. Et quia primùm maximo in pretio fuit, adeò ut pecuniam quoque, jacente auro, ex eo signarent, factum est, ut pro ipsa pecunia accipiatur. Ovid. *in Fastis*,

*Æra labant olim : melius nunc cuncta in auro est.*
*Villáque concessit priscæ mercatura novæ.*

Cato, Fundum æribus suis empeum possidebat. Idem apud Priscian. *lib.* 7. Ærum equestrium, æribus equestribus, id est, stipendiis Servius rex, primus post Urbem conditam signare cœpit, cuius in altera parte nota fuit Iani geminus : in altera rostrum navis. Hæc Plin. *lib.* 33. Macrobius autem primùm æs à Iano ipso signatum fuisse, tradidit, eo tempore quo Saturnus, filium fugiens, primùm in Italiam venit. Hócque à Iano tributum existimat advenæ bene de se meriti memoriæ, quòd rudi illa Aborigenum genti monstrato agriculturæ usu, ab illo ad meliorem vitam esset traducta. Quare etiam à Iano in portionem regni est receptus. Et quoniam navi fuerat advectus, in signando ære ex una quidem parte sui capitis effigiem, ex altera navis rostrum impressit, ut quantum in se esset, Saturni memoriæ consuleret, ne acceptæ beneficii immemor esse videretur. ¶ Ponitur etiam quandoque pro tubis, quoniam ex ære fiunt. Virg. 6. *Æneid.*

*Ære ciere viros.*

Unde Æneatores, tubicines dicuntur. ¶ Æs, apud auctores finium regundorum invenimus positum pro æreis tabulis publicis, quæ formas agrorum continebant, & modum declarabant singulatim acceptarum. Flacc. Frontin. Aggenus & Hygenus. ¶ Æs alienum, idem quod debitum. ¶ חוב *chob*, ὀφείλημα, ὀφείλω. Gall. *Debte, les deniers d'autruy.* Ital. *Il debito fatto.* Germ. Schuld. Hisp. *La deuda de diuersos prasiados.* Angl. *Debte.* ¶ ut, Æs alienum meum, æs alienum tuum, æs alienum filii, id est, quod ego, quod tu, quod filius contraxit & debet. Æs alienum facere, Liv. *lib.* 2. *ab Vrbe.* Ære alieno demersum, idem *ibid.* Pet æs & librant adoptare. Suet. *in Aug. cap.* 64. ¶ Hinc proverbiali quadam specie dicimus eum in ære nostro esse, quem nobis officiis obstrictum significamus, ita ut jam totus, cor quoque noster sit. Quo eleganter usus est Cic. *famil.* 13. Et mehercule semper sic in animo habui, te in meo ære esse propter L. Lamiæ nostra conjunctionem, id est, inter amicos meos esse. Idem *ad Cassium lib.* 15. In ære enim meo est, idem est, quod meum, & in bonis meis est, in censu meo. Sic, In ære alieno nullo esse, idem quod nihil debere. Idem 6. *Verr.* At hominem video auctionem fecisse nullam, vendidisse præter fructus suos nihil unquam, non modò in ære alieno nullo, sed in suis nummis multis semper fuisse. ¶ Dicitur etiam Æs nostrum τὸ χρεωστούμενον, quod nobis alii debent. ¶ Æs militare dicebatur, quod tribunis ærariis attributum erat, ut militibus redderetur, χρήματα στρατιωτικά. Plaut. *in Aul. sc.* 3. *a.* 3. Cedit miles æs petit. Item æs censeri dari (i. stipendium.) *Ibid.* Textores, artificium dicuntur : datur æs, *ibid. sc.* 5. *a.* 3. Subducam rationculam, quantum æris mihi sit, & quantum alieni sit. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Æs grave supra decies H. S. Senec. *c.* 12. *de Consol. ad Helu.*

*Et tellus ferro, Pontus confunditur ære,*

(id est, remis & rostris.) Tibul. *lib.* 4. Æs ductile, quod facilè ducitur, attenuatúrque in laminas. χαλκὸς ἐλατός. Hoc & Regulare vocat Plin. *lib.* 34. *c.* 9. Æs caldarium, quod funditur tantum, & malleis fragile est, χαλκὸς χυτός. Idem *lib.* 34. *cap.* 9. ¶ Ære diruti milites vocabantur, quibus propter ignominiam stipendium subtrahebatur. Non. *cap.* 12. *num.* 53. & Bud. *in Pandect.* Cic. *in Verr.* Aleatoris castra, in quibus cum frequens esset, ære tamen diruus est. ¶ Æris alicuius, id est, alicuius pretii, & indicatur æ. apud Gell. *lib.* 18. *cap.* 1. Et quid putatis si magistrum præfectoremque habuisset alicuius æris quadrupes equus, dicturum fuisse?

Æramentum, ti, opus ex ære confectum, ut Ferramentum ex ferro. ¶ χαλκουργία, χαλκουργεῖον. Gall. *Ouvrage de cuivre ou d'airain, dinanderie.* Ital. *Cosa fatta di rame.* Germ. Erinwerck/ dan auch ertz gemahl hie ertzt gestibt. Hisp. *El alambre.* Angl. *Anwerk of brasse.* ¶ Plin. *lib.* 15. *c.* 7. Lora etiam accoria omnia, & calceamina, axesque decocta ungi atque æramenta contra æruginem.

¶ Æramina, χαλκώματα, utensilia ærea. ¶

Ærarium, locus ubi pecunia publica reponitur. ¶ ταμεῖον, γαζοφυλάκιον. Gall. *Le thresor public, ou le lieu ou il est.* Ital. *Dove si repone il thesoro.* Germ. Schatzkammer. Hisp. *El thesoro publico.* Angl. *A publick treasure.* ¶ Romanorum autem ærarium in æde Saturni fuisse constat, propterea quòd Saturno tertio nullum factum esse furtum creditur. Cic. *in Verr.* Primum mihi lucras publicas, quas in ærario sanctiore

sanctiore conditas habebant, proferunt. ¶ Interdum ponitur pro ipsa pecunia per quandam Synecdochen. Idem *Annal.* At olim tanta nullum æra fuit, nullum vectigal habebat, id est, nullam pecuniam publicam. Idem 3. *Tusc.* Et quidem C. Gracchus quam longissimas maximas strauisset, & effudisset æratum, verbis tamen defendebat æratium. ¶ Distinguitur autem æratum a fisco, quod æratum sit civitatis, fiscus principis. Æratium Saturni. Suet. *in Claud.* 24. Præfectus ærario successit Quæstori. Gellius, 14. *lib.* 13.

Ærārios præfectos, hodie (ut arbitror) vocare possumus, quos Generales financiarū dicunt, quos etiam Quæstores vocari possunt, quod munus olim Prætores, Prætorioque obibant. | Gall. *Generaux des Finances.* Ital. *Tesorieri, Cassieri inglesi.* Germ. Schatzmeister die vber den gemeinen seckel verordnet sein. Hisp. *Thesoreros.* Angl. *Threfourers.* } Tribunos verò ærarios, ἀεροδίκας, quos Receptores generales appellant. Illis autem (ut Varro scribit) tributa erat pecunia, quam militibus redderent: reliqua quod attributum erat, dicebatur æs militare. ¶ Ærarii milites, dicti sunt ab ære quòd stipendium facerent, μισθοφόροι.

Ærārius, a, um, quod ad æs, sive æratum pertinet. ¶ χαλκεύς. Gall. *Qui est fait d'airain ou de cuivre.* Ital. *Cosa fatta di rame.* Germ. Dasjn dem ertz gehört. Hisp. *Cosa de materia de cobre.* Angl. *Made of brasse or copper.* } Plin. *lib.* 33. Laudationem eandem in æratis metallis, & proximum in argentariis fieri compertum est. Cic. *pro Quint.* Hoc eo pertinebat, quod non satis erat propter æratam rationem in tabulis inspexisse quantam deberetur. ¶ Ærarius substantivum, qui ærea opera fabricat. | χαλκεύς, χαλκουργός. Gall. *Qui œuvre en airain ou cuivre, chaudronnier, dinandier ou marchant.* Ital. *Chi fa opera di rame.* Germ. Kupfferschmid, ertzschmid. Hisp. *Official que labra cobre.* Angl. *A coppersmyth or he which worcheth in copper or brasse.* } Plin. *lib.* 16. *c.* 6. Ærariorum tantum officinis compendio. ¶ Ærarius fieri dicebatur, qui plebeias à Censoribus in Ærarium tabulas referebatur, ut in eo tantum civis esset, quòd tributum civibus tributum pendebat, κατάλογος, ἀπογραφή. Unde Ærarium facere, & inter ærarios, sive in ærarios referre, pro eodem leguntur, hoc est, ea ignominia quempiam afficere: quod ius propriè ad Censores pertinebat. Liv. *lib.* 4. *secund. bell. Punic.* His, superioribúsque illis equi adempti, qui publicum equum habebant, tribúque moti ærarii omnes fuêre.

Ærarix, ubi lavarur æs. Varro *de L. L. lib.* 7. Ubi laveturæs, ærarias, non argilavinas nominari: & ubi fodiatur argentum, Argentifodinas dici.

Ærarios, pro æraria. Varro χειροκμήτων. Hoc est, magnum censorem esse, ac non studere multos ærarios facere.

Ærātus, adjectivum, quod ære tectum est. ¶ χαλκοκαμπής. Gall. *Couvert d'airain ou de cuivre.* Ital. *Coperto di rame.* Germ. Vberzogen vnd bedeckt. Hisp. *Cosa de suero cubierta de cobre.* Angl. *Couered with brasse.* } Plin. *lib.* 34. *c.* 3. Quòd ærata ostia haberet in domo, & triclinia ærata, abacósque & monopodia.

*Vidimus ornatos ærata per atria* (senes.)

Ovid. 6. *Fast.* Æratæ naves, Cæsar *lib.* 2. *de bell. civ.* Æratus homo, ære alieno obstrictus, qui usurariis dicitur Obæratus. Cic. *Attic. lib.* 1. Tribuni non tam ærarii, quàm, ut appellantur, ærati. Plaut. pro pecunioso posuit *in Aulul.* Ferocem facis, quia te æratus amat.

Ærediti, milites quibus propter ignominiam stipendium subtrahebatur, quíque sine pellibus tabernacula habere, & sub dio ac humi accubare cogebantur, & ne in oppidis hybernarent, inhibebantur. Varro *de vita pop. Rom. lib.* 2. Stipendium appellatur æs, quod militi semestre, aut annuum dabatur: cui datum non sit propter ignominiam, æredirutus esset.

¶ Æneatui, qui nervos lyræ cum modulamine pulsant. Firmic.

Æreolus, Chalcus, misocera. Iun. }

Ærĕus, a, um, quod est ex ære factum. ¶ χάλκεος. Gall. *D'airain ou de cuivre.* Ital. *Cosa fatta di bronzo.* Germ. Ertzin/ das auß ertz gemacht ist. Hisp. *Cosa de materia de cobre.* Angl. *Made of brasse or copper.* } Virg. 1. *Æneid.*

*Æreæ cui gradibus surgebant limina, nexæque*
*Ære trabes: foribus cardo stridebat ahenis.*

Ærifer, Adjectivum, κατηφόρος, id est, æra ferens. Ovid. 3. *Fast.*

*Iamque erat ad Rhodopen, Panchaque flumina ventum,*
*Æriferæ comitum concrepuere manus:*

id est, crepitacula ærea ferentes.

Ærisrelum, quod ex ære factum est, χάλκιον. Varro, Politæ enim quasi ærificio videbantur, apud Non.

¶ Ærisodinæ, æris fodinæ. Var. ‖

Ærinæ compedes, pro æreæ. Varro *Sesqui vlysse.* Quò cùm ire vellemus, obvius fiare ubi corpori ærinas compedes impositas video. Non. *cap.* 1. *n.* 113.

Æripĕs, trium syllabarum, Æneos habens pedes. χαλκόπους. Ovid. 6. *Epist.*

*Narrat & æripedes Martis arasse boves:*

hoc est, habentes pedes ex ære munitos. Idem 12. *Epist.*

¶ Æris flos, gignitur constationibus resoluto, atque liquato ære, superfusa aqua. Isid. ‖

Ærisonus, a, um, adjectivum, Æris dans sonum, χαλκήρης. Stat. *lib.* 1. *Thebaid.*

——— *melius nec Maretia sumat*
*Caprum, & arisoni tegeæa flumina Nili.*

Ærisoni Nili, hoc est, dantis sonum æris, propter sistra, quibus in Isidis sacris utebantur.

¶ Æritæa, gemma ex lapidum genere. Plin.

Æro, as, Ære orno, ære tego. } χαλκόω. Gall. *Couurir d'airain.* Ital. *Coprir di rame.* Germ. Mit ertz vermischen/ oder mit ertz zieren. Hisp. *Cobrir de cobre.* Angl. *To couer with brasse.* } Unde ærata fores apud Virgil. Priscianus, A metallorum quoque nominibus solent nasci verba: ut ab auro, Auro, aurare, deaurare, aurator. Unde Auratus, & ærator. Cic. 4. *Verr.* Lecti ærati, candelabra aurata. ¶ Huius verbi composita sunt Obæro, Subæro, & Adæro: de quibus vide suis locis.

¶ Ærosis, ærario, sanguinis attenuatio, & in habitum salutis. L. M. ‖

Ærosus, a, um, quod ære abundat, quo vetera nullum est. χαλκώδης. Gall. *Plein d'airain, mesmement auec force airain ou cuiure.* Ital. *Pieno di rame.* Germ. Dell ertz oder kupffer. Hisp. *Cosa que tiene mucho cobre.* Angl. *Full of brasse.* ¶ Unde Cyprus ærosa dicta est, quòd in ea æris plurimum nasceretur, vel quòd primùm ibi æs fuerit repertum. ¶ Aurum ærosum, quòd multum æris habeat admixtum. Plin. *lib.* 33. *cap.* 4. Ex diverso auram ærosum contabescit, celeritate utique & difficulter terminatur. ¶ Lapis ærosus, ex quo æs excoquitur, & quem Cadmiam, καδμίαν, appellari testatur idem Plin. *lib.* 34. *cap.* 2.

Ærusare, χαλκοῦν, id est, pecuniam undique corradere: unde ærusator, qui & æsculator, χαλκεύς, idem quod numularius. Gellius *lib.* 14. *cap.* 2. de Genethliacis: Homines ærusatores circumforaneosque ex mendaciis captantes: vide suo loco, ærusare, Ærusator.

Æsi, æsium. Thraciæ oppidum est Pallenæ proximum, cujus incolæ dicuntur Æsii, Αἴσιοι, ex Stephano.

Æsacus, Αἴσακος, Priami filius ex Alyxothoë nympha, qui quum Hesperiæ amore captus, eam per avia fugientem insequeretur, evenit ut serpens a puella calcatus pedem ejus mordicus apprehenderet, quo ex vulnere quum illa interiisset, Æsacus doloris impatientia sese in mare præcipitavit. Quem Thetys miserata (ut *lib.* 11. *Metamor.* fabulatur Ovid.) in mergum avem convertit.

Æsălon, αἴσαλον, genus accipitris, in cujus descriptione Plin. cum Aristotele non convenit. Aristoteles enim *lib.* 9. *de Histor. animal. cap.* 36. Æsalon inter accipitres tecundum locum post Triochen tribuit. Plin. verò *lib.* 10. *cap.* 8. Æsalona tertium accipitrum genus esse ait. Deinde perperam Plin. Æsalonì tribuit, quod Aristoteles Triochi, nempe quod sola toto anni tempore in nostris regionibus appareat, cùm reliqua accipitrum genera sub hyemem abeant. A totam inimicitia est (Arist. *lib.* 9. *de Hist. cap.* 1.) cum vulture, alino & corvo, quem loco Aristoteli daphni nomine non satis recludit fideliter Plin. *lib.* 10. *cap.* 24. Primùm, quòd Æsalona parvam avem facit. Deinde, quòd verba Aristotelis de inimicitia Æsalonis cum vulpe & corvo everrit, quod ipsum prædicta Aristotelis & Plinii loca intelligentibus planum erit.

Æsar, Hetruscè Deus dicitur. Sueton. *in Aug. cap.* 97.

Æsaras, αἴσαρας. Fluvius est in magna Græcia, juxta Crotonem oppidum, de quo Strabo *lib.* 7.

¶ Æscharites, panis ab eschara dictus, sub finem cœnæ convivis appositus ex passo. L. M. ‖

Æschines, αἰσχίνης, Athenienses orator, Demosthenis æmulus, cujus orationes tres extant, & aliquot epistolæ. Æschinis pater docuit literas. Fabric. 17. *lib.* 2. Præter hunc, alii septem hoc nomine claruerunt, teste Diogene Laërtio. Primus philosophus, Socratis discipulus. Secundus qui artem oratoriam scripsit. Tertius, hic orator. Quartus, Arcadiæ profectus. Quintus, Mitylenæus, quem flagellum oratorum vocabant. Sextus Neapolitanus, philosophus Academicus, Melanthii Rhodii discipulus. Septimus, Milesius scriptor. Octavus, statuarius. Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Adducite ad trapezitam Æschinem.

¶ Æschinus, à pudore quis dictus, verecundus. Plaut. ‖

Æschrodora, nomen est meretriculæ apud Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1.

Æschylus, αἰσχύλος. Poëta tragicus Athenienstis. Horat. *lib.* 2. *Epist.* Idem *in Arte poëtica,*

*Post hunc personæ, pallæque reperter honestæ*
*Æschylus & modicis instravit pulpita tignis:*
*Et docuit, magnúmque loqui, nitique cothurno.*

Valer. Max. *lib.* 9. *cap.* 12. cum appellat originem & principium fortioris tragediæ. Hic Athenis excedens in Siciliam venit. Quúmque monitus esset, in satis esse, ut ex ictu superne mori eum oporteret: tectum vitans sub dio manebat aperto capite. Itaque mœnibus urbis, in qua morabatur, egressus, aprico in loco resedit: super quem aquila testudinem ferens, cluta splendore capitis (erat enim capillis vacuum) perinde atque lapidi eam illisit, ut fracta testudine vesceretur, cùpse ictu extinctus est anno ætatis LVIII. Ex Valer. & Volater. Vide Plin. *lib.* 10. *cap.* 3. Quinc. *lib.* 10. *cap.* 1. & Cic. 2. *Tusc.*

Æschylus Gnidius, rhetor, Ciceronis præceptor, ornato & facundo verborum genere usus est. Cic. *in Bruto.*

Æschyleus, adject. αἰσχύλειος. Propert. *lib.* 2. *Eleg. ult.*

*Desine & Æschyleo componere verba cothurno.*

Æsclurion, αἰσχίον. Mitylenæus versificator, inter Alexandri Macedonis comites expeditionis, Aristotelis familiaris, maximéque ei dilectus, ut tradit Nicander Alexandrinus *in lib. de discipulis Aristotelis.* Fuit & alter hoc nomine Galeni præceptor.

Æsculānus Deus, & Argentinus, dicti sunt dii æris, & argenti, id est, locupletandorum hominum potestatem habentes. Aug. *lib.* 5. *de Civ.*

Æsculapius, ἀσκληπιός. Nomen est Apollinis filii, qui medicam artem vel laude, vel opere ampliavit, ob eámque rem in deorum numerum receptus fertur. Vide Suet. *in Claud. cap.* 25. Ac se obligasse eius fratri Æsculapio, Apollinem autem brachium. Plaut. *Men. sc.* 3. *a.* 3. Vetus fuit tueri procul fidere Æsculapio. Idem *Cure. sc.* 1. *a.* 1. In Æsculapium ægrotus incubat. Idem *ibidem, & sc.* 3. *a.* 2. Et Æsculapium salutare. *Ibid. sc.* 1. *a.* 3. Cujus duo filii, Podalirius & Machaon, bello Trojano Agamemnonem sequati, non mediocrem opem commilitonibus attulere. ¶ Æsculapios multos facit Cic. *lib.* 3. *de Nat. Deor.* His quidem verbis, Æsculapiorum primus Apollinis, quem Arcades colunt, qui specillum invenisse, primusque vulnera dicatur obligasse. Secundus Jovis secundi Marcuti frater: is fulmine percussus, dicitur humatus esse Cynosuris. Tertius Arsippi & Arsinoës, qui primus purgationem alvi, dentiúmque evulsionem, ut ferunt, invenit. Quique in Arcadia longè à Lusio flumine sepulchrum & lucus obtinetur.

Æsculus, πασσάλος. Vide *Esculus.*

Æsepus, αἴσηπος, fluvius est in minore Mysia, ex Ida monte profluens: cujus meminit Plin. *lib.* 5. *cap.* ult. Fuit præterea hoc nomine filius Bucolionis, filii Laomedontis, & frater Podæi, quos ille ex

Absalyâ

Abarbarea nympha sæpe pitat refert Homerus *in princ. lib. 6. Iliad.*

Æsernia, *oppidum.* Proleni. Samnitum urbs in Italia. Strabo *lib. 5.* Æsernia & Allifæ, Samnitica ut oppida, alterum bello Marsico deletum, alterum superstes adhuc. ¶ Hinc Æsernini, *ciues.*, quorum meminit Plin. *lib. 3. cap. 12.* Quanquam ibi Æsernini legatur hac diphthongo.

Æsis, *fluuius*, Fiumesino. ¶ Unicus fluuius est inter Ancona & Sinogalliam, in mare Adriaticum influens, qui olim Italorum a Gallia dividebat. Hæc etiam memorat Ptolemæus *in descriptione Italiæ*, Plin. *lib. 3. cap. 14.* Strabo *lib. 5.* ¶ Hoc quoque nomine a Ptolomæo appellatur quidam regionis oppidum, quod à Strabone Æsium vocatur. Nomen autem quod Æsium flumen habuit, a quo oppidum hoc non longe distans fluebat. Hinc Æsinates, *ciues*, quorum meminit Plin. *lib. 3. cap. 14.*

Æsium. ¶ *oppidum*, *Asculum.* ¶ Urbs Umbrorum, Ptolomæo, Asisia hodie dicta.

Æson, *nomen*, Cretheï filius, frater Peliæ regis Thessaliæ, & pater Iasonis, qui Aesonides vocatus; Æsonides.

Æsopus, *nomen*. Philosophiæ Phryx genere, conditione seruus Xanthi, liberatus ab Idmone circa tempora Crœsi Lydorum Regis, ut fabulas fuas docuit. ¶ Germ. Sobeldonner. ¶ Quas antiquitus eriam vulgus stolatarum tenebat. Has vulgo narrare, nihil fere videbatur. Unde locus proverbio apud Aristophanem & Suidam. Ne Æsopum quidem tu istum, ὁ Αἴσωπος οὐκ ἂν τοῦτον, de vehementer stupidis & insipientibus. ¶ Fertur hunc illud commentitium interemptum fuisse a Delphis, qui obscœnis petiti erga grauissimas pœnas dedere. Unde vetus Adagium, Æsopum iugulare, Αἴσωπον σφάττειν. Dicebatur, quum quis præter meritum acerba patitur: cui simile proverbium Ἰσοκράτην ἀποκτείνειν, tradi Isocratem pœnam sine iniuria subiisse, ut etiam refert Pausanias, quatuor fere pœnas dari. Æsopi lingua, Seneca *de Const. ad Polyb.* ¶ Item alius Æsopus antiquarius Mithridatis eruditionem, Scripsit de Iudæis Mithridatis, & de Helena, ut autor est Suid. ¶ Præterea Æsopus, Tragœdiarum actor amicus iunctus Ciceroni: cum quo sæpe ioculum illum commentum est. Horatium Flaccum profecisse, refert Val. Hic adeo tantæ opes ex histrionica parsimonia, ut testamento reliquerit filium reliquit, a sero diuitem, simul & prodigum, ut unionibus acceto liquefactos cœnis apponeret: scribit Plin. *lib. 10 cap. 1.*

Æsopius, vel Æsopeus, *adiect.*, Macrob. *lib. 1. Comment. in somnium Scipionis 15. cap. 2.* Æsopi fabulæ elegantia fictionis illustres. Vide fusiùs.

Æstas, ¶ *pro hiems.* Ὥρα θερινή. Gall. *Esté.* Ital. *Estate.* Germ. *Der Sommer.* Hisp. *Estio.* Angl. *Sommer.* ¶ Anni pars incipiens ab æquinoctio vernali, & finem accipiens æquinoctio autumnali: constatque spatio quindecim. Nam totus olim annus in æstatem tantùm & hyemem diuidebatur. Postea tamen anno in quatuor partes diuiso, cœpit Æstas nomine vocari Trimestre illud ab ingressu Solis in Cancrum, usque ad æquinoctium autumnale, quod fit sole ingrediente Libram.

*Vere prius flores, æstu numerabilis aristæ:*

Æstate. Ovid. *Eleg. 1. lib. 4. Trist. & Eleg. 3. ibid.* Ita enim distinguuntur quatuor anni tempora, ut Sole ingrediente Arietem, incipiat Ver, Cancrum Æstas, Libram Autumnus, Capricornum Hyems. Varro 4. *de ling. Lat.* Ab æstu Æstas: hinc Æstivum, nisi forte à Græco αἴθω. Virg. 1. *Æneid.*

——— *nam te iam septima portat*
*Omnibus errantem terris & fluctibus æstas.*

Æstate anni novi, pro Vere, Gell. *cap. 1. lib. 1.* ¶ Æstati opponitur hyems, unde quum admonendi quidam sint, ut omnia suo tempore agant; in eos quadrabit hæc prouerbialis formula, Alia æstate, alia hyeme. Sic Theocrit. *in Idill. 1.*

Ἄλλα τὰ μὲν θέρεος τὰ δ' ἐν χειμῶνι γενοῖτο:

id est. Verum alia æstivo atque hybernio tempore fiant. ¶ Ad eundem fere sensum pertinet & illud ex Hesiodo in libro, qui inscribitur Ἔργα καὶ ἡμέραι,

ἔτος οὐ πᾶν ἐπὶ ἔργον, ἀρηρόσι καὶ σπείρειν.

i. est:

*Non semper fuerit, componite nidos.*

Hoc dicta oportuit aliud locum palæstræ subire, neque enim tantùm adhortatur ut tempestiuè terram scindamus, verùm eorum admonemur, vbi certum sit non tantùm, quæ prædicta sunt optima fructuosa.

Æstiua, eorum, qui dicuntur loca umbrosa, nemorosa, in quibus per æstatem vitatur Solis ardor. ¶ בֵּית מָרוֹחַ *bajith merouach*, בֵּית חַמָּן *bith hammon*, עֲלִיַּת חַמָּה *aliyath hammah*. Ezech. 6. 16. 20. Gall. *Lieux pour se mettre à l'ombre en esté.* Ital. *Ombra meriggia.* Germ. Ein schattig sommerhauß. Hisp. *Lugar fresco para tener se en el estio.* Angl. *Shadow places in summer for coolness.* ¶ Statius,

——— *et umbrosi patuêre æstiua Lycæi.*

¶ Quandoque ponitur pro ipsis gregibus in æstivo commorantibus: vel contra pro ipso loco, in quibus æstate sunt armenta ac greges. Virg. *lib. 3. Georg.*

——— *nec singula morbi*
*Corpora corripiunt, sed tota a stirpe repentes,*

¶ Æstiua dicuntur, in quibus æstate mulctæ degunt, quamdiu non Hyberna, in quibus hyemem transigunt. Cic. *Epist. libr.* Mihi erat in animo, quam primum æstiua attigissem, meritòque tam collocatam, decedere ex Senatusconsulto. Item *Verr. lib. 1.* Ciceronis nostris Deiotarus tribus scenis in regnum duxit, dum in æstiuis mansissent.

Æstiuo, *adiect.* Propter æstum evitandum alio ubi morari quemadmodum Hyberno, hyemem alioquin in loco transigo. ¶ θερίζω, vel διαιτῶ. Gall. *Passer l'esté, faire son estiue en quelque lieu.* Ital. *Ombreggiar per fuggire il caldo.* Germ. Den sommer allhie haben. Angl. *To dwell or haue an abode in summer time.* Hisp. *Tener en estio en algun lugar.* ¶ Plin. *lib. 11.* Iuxta fepem eam æstiuant pastores, opacam putant & mansuram vallo arbutis. Varro 2. *de re rust. cap. 2.* Nam mihi greges in Apulia hybernabant, qui in Reatinis montibus æstivabant. Colum. *lib. 11. c. 2.* ut uva & ab æstivante sole, & a rore protegatur.

Æstiue adverb. Æstive Asianorum viaticati sumus. Plaut. *Men. sc. 1. a. 2.*

Æstivus, a, um, quod Æstatis. ¶ Gall. *Estié, appartenant à l'esté.* Ital. *Dell'estate.* Germ. Sommerlich. Hisp. *Cosa de estio.* Angl. *Pertaining to summer.* ¶ Licèt ab *æstus*, non ab *æstas* formatum sit ut Æstivus mendax, Ovidius.

*Sen pecus in terris, sol æstivum fecerit orbem.*

Tibul. *lib. 4.* Et cruentus æstivis, Sidon. *in Claud. cap. 1.* ¶ Æstivæ fruges, frumenta, milium, panicum, & cætera id genus, quæ ante Vergiliarum occasum fatæ, per hyemem terra nutriuntur. Vide Plin. *lib. 18. cap. 7.* Æstivum tempus, Gell. *cap. 15. lib. 9.* Et æstivum solum & locus magis, Idem *cap. 5. lib. 15.*

Æstimo, as, pato, (ut Varro) censeo. Cellus: si hæc quispiam digna æstimet quæ in nostra sunt. ¶ קָרַךְ *karach*, חָקַר *hakar*, חָשַׁב *chasab*, λογίζομαι. Gall. *Priser, estimer.* Ital. *Estimare, stassare.* Germ. Schätzen, ermessen, achten. Hisp. *Estimar, apreciar.* Angl. *To esteem, to prise, to estime.* ¶ sicut Existimo, iudicare: ut Valla vult *lib. 5. c. 39.* Ponit et etiam pro Taxo, rei alicuius pretium indico, τιμῶ. Habet autem accusativum cum genitivo bonum nominum, tanti, quanti, quantivis, tantidem, quanticunque magni, parui, pluris, maioris, maximi, plurimi, nihili, & si qua huiusmodi reperiantur. Plaut. *Mostell. sc. 2. a. 1.* Neque quæ dixi flocci æstimat (aliàs æstumat.) Ovid. *Eleg. ult. lib. 3.*

——— *si quis legat, æstimet ante*
*Conscriptum quo sit loco.*

Plaut. *Capt. sc. 3. a. 3.* parui æstimo. *Ibid. sc. 2. a. 2.* & Æstimatum mihi des quem mittam ad patrem. Et *sc. 3. a. 3.* æstimat 30. minis. Cic. 2. *de Finibus* Magni æstimabat pecuniam. Si tamen hæc nomina adjectivè accipiantur, hoc est, si habeant aliud substantivum adjunctum, debent poni in ablativo. Non enim rectè dixeris, non æstimo hoc parui pretii, sed parvo pretio: quanquam etiam sine substantivis inveniuntur, in ablativo positi. *Ibidem*, Ne ego illam gloriosam virtutem non magno æstimari iam putem. Sic etiam cum aliis ablativis. Idem 4. *Verr.* Hæc pecunia æstimari non queunt. Seneca, Data magno æstimas, accepta parvo. Liv. utrumque casum complexus est, Mancipia minora annis viginti, quæ post proximum lustrum decem millibus æris, aut plenis venirent. Perspicue tamen subintelligitur accusativus, & tamen exprimuntur genitivus, vel ablativus. ¶ Interdum sine ablativo, aut genitivo, cum accusativo solùm: quale est illud Cicer. *in Verr.* Deinde crimen sine accusatore, sententia sine consilio, damnatio sine defensione, æstimare harum rerum omnia prætia. Similem significationem habent, pendo, facio, curo, æstimo, & refert, quum pretium iungitur: quia ejusdem ferè sunt significationis. ¶ Interdum habet accusativum cum ablativo, & præpositione Ex: & tunc significat perpendo, metior. Cic. *pro Rosc.* Vulgus ex veritate, pauca: ex opinione, multa æstimat. Valla arbitratur hoc verbum componi ex Æs, æris, & nomine νέμω, hoc est, pretium, ut Æstimo sit idem, quod æris pretio taxo. Quanquam sibi permittit quod in aliis reprehendit, ut dictio aliqua ex Græca, & Latina dictione componatur. Malim itaque scribere Extimo: ut per Syncopen dictum sit ab existimo: vel totum Græcum sit, compositum ex præpositione Græca ἐξ, & τιμῶ. ¶ Æstimare litem, est quod vulgò dicitur. Taxare expensas τιμᾶσθαι τὰ ἔκδικα. Unde Lis æstimata vocabatur (ut Budæus scribit) pecunia mulctatitia, & nummaria sententia, ut hodie quum iudices actorum dispendia & incommoda certa summa æstimantes, tantæ pecuniæ reos damnant. ¶ Et æstimatur pœna, τιμᾶται, quæ certa ære censebatur, ovis decussi, id est, decem assibus: bos centussi, id est, centum assibus. Fest. in *Æstimamenta.*

‖ Æstimia, æstimatio. Fest. *ibid.*

Æstimator, verbale, qui æstimat, & considerat. ¶ מְעָרִיךְ *maarich.* τιμητής, δοκιμαστής. Gall. *Estimeur, priseur.* Ital. *Preggiatore, stimatore.* Germ. Schätzer, vberschlager, ermesser einer handlung. Hisp. *Estimador, apreciador.* Angl. *An valuer, considerer.* ¶ Cic. 3. *de Fin.* Et quia te aptissimum habeo eorum studiorum, quæ mihi communia tecum sunt, æstimatorem & iudicem.

Æstimabile, quod facilè æstimari potest, τιμητόν. Cuius contrarium est, Inæstimabile. ¶ יְקַר *jakar*, πολύτιμος. Gall. *Estimable, digne d'estre prisé.* Ital. *Cosa da stimare.* Germ. Schätzbarlich, oder das schätzen zuhertzen ist. Hisp. *Estimable, cosa de precio.* Angl. *Easilie valued.* ¶ Cic. 3. *de finib.* Æstimabile esse dicitur, quod pondus habet æstimatione dignum.

Æstimatus, a, um, quem antiqui æstimarunt ære. Eam multam fuisse notat Gell. *lib. 11. noct. Attic. cap. 1.*

Æstimatio, ab antiquis æstimia dicebatur. Fest. ¶ עֶרֶךְ *Erech*, τίμημα. Gall. *Valeur, estimation.* Ital. *Istima.* Germ. Schätzung, achtung. Hisp. *Aquella obra de estimar o apreciar.* Angl. *An prising, valuing.* ¶ Cicer. *de Fin.* Quod pondus habeat dignum æstimatione.

Æstimatitius, a, um. Gaius D. *lib. 21. tit. 1. l. 18.* Si quid venditor de municipio æstimaverit, atque non ita esse emptor queratur, aut redhibitorio, aut æstimatorio, id est, quanto minoris iudicio agere potest: *l. 43.* Æstimatoria agere quanto minoris. ¶ Æstimatoria actio, id est, de æstimato: cùm res æstimata vendendi data sit, de quo titulus *D. lib. 19. de æstimat. a. l.*

Æstium, *oppidum* Macedoniæ, & Æstrei populi sunt eius urbis incolæ, teste Ptolomæo.

Æstuosus, calore nimius & fervor, flagrantis Solis. ¶ חֹם *chom*, καῦμα, καύσων. Gall. *Ardâtre, ou grande chaleur.* Ital. *L'ardor del sole.* Germ. Hitzig wetter. Hisp. *La siesta, ò calor de la siesta.* Angl. *Great heat and burning of the sun.* Virg. *Georg. 3.*

*Tibi, in medijs nubes fumantem exuperet valem.*

Æstuosus, Gell. *cap. 16. lib. 7.* Et venti æstuosi lugenti nostu in Lucretio. ¶ Ovid. *Eleg. 1. libro 4. Trist.* Æstuosa pro æstiua. Vide Ter. ¶ Aliquando pro motu & agitatione fluctuum. Cic. *de Orat. 3.* Undique

dique omnes venti erumpant, sævi existunt turbines, ferret æstus pelagus. { ηνη ταραξιν, ὁ σάλος. Gall. *Le flus & reflus de la mer.* Ital. *La revigna & travaglio del mare.* Germ. Wegstürme des meers. Der anlauff vnd ablauff des meers. Hisp. *La creciente o tempestad del mar.* } Plaut. *in Asin.* Quò magis te in alium capessas, tam æstus in portum feret. ¶ Ab hoc tam lato oritur proverbialis & frequens apud autores metaphora, Secundo æstu procedere. Ἐν πρώτῳ ῥεύματι: sumpta à nautis, quibus facilior cursus quum dimen, aut etiam maris æstus secundus est. Lucian. *in Iove Tragœdo*, & Æschylus *in Persis*. Ab utraque etiam significatione ducta metaphora, ponitur pro variis animi ægritudinum generibus, cupiditatum, amore, libidine. Cic. *de Orat.* 3. Repentè te quasi quidam æstus ingenii tui procul à terra abripuit. Idem *in Bruto*, Hunc quoque absorbuit æstus quidam gloriæ. ¶ Sic apud Plin. iun. pro scrupulo ponitur, & dubitatione non mediocri. Explicat, inquit, æstum meum: audio me malè legere, duntaxat versus: orationes enim commodiùs.

Æsti, pro æstus. Pacuv. *Obscure*: Æsti forte ex arido. Non.

Æstuárii, { מורות *gedótsi*. Ἕλη, τέλματα. Gall. *Lieux par où l'eau flote & reflote.* Ital. *Stagni, lagune.* Germ. Ein arm des meers, ein sumpff oder graben des meers. Hisp. *Estero de laguna del rio ò mar.* Angl. *Armes of the sea.* } Loca dicunt per quæ mare vicissim tum accedit, tum recedit: sive quæ marinis aquis referta sunt ex inundationibus pelagi, ut docet Strabo *lib.* 3. Plin. *lib.* 3. Illyrici ora mille amplius insulis frequentatur, natura vadosi maris, æstuariis tenui alueo intercursantibus. Cæsar, Pedestria esse itinera concisa, æstuariis navigationem impediri.

Æstŭo, as, Fervco, Cujus contrarium, Algeo; frigeo. { חם *chom*, חמה *chimáh*. καυσῶμαι. Germ. *Aussir, on setter grande chaleur, bouillir.* Ital. *Bollire.* Germ. Hitz seine, grosse hitz haben. Hisp. *Hervir, ò aver calor.* Angl. *To be in great heat.* } Cic. 2. *Tusc.* Itémque Lycurgi laboribus eruditur juventutem, venando, currendo, esuriendo, sitiendo, algendo, æstuando. Idem 1. *Acad.* Ille quum æstuaret, umbram sequutus est. Per metaphoram ponitur etiam pro angi & dubitatione torqueri. Idem 4. *Verr.* Itaque æstuabat dubitatione, versabat se in utramque partem. Idem *pro Flacc.* Hunc æstuantem & vergivertantem judicio ille prosequitur. ¶ Aliquando æstuare est fluctuare, agitari, κυμαίνεσθαι, ἁλίζεσθαι. Virg. 6. *Æneid.*

*Turbidus hic cæno, vastâque voragine gurges*
*Æstuat, atque omnem Cocyto eructat arenam.*

¶ Æstuatio, verbale ἀναβρασμὸς, ζέσις. Plin. *lib.* 18. *cap.* 1. Quorum æstimatione & gaudio, nos quoque, relictis æstuationi suæ illis hominum turbis, pergamus excolere vitam: id est, vehementibus desideriis & gaudiis.

Æstŭōsus, a, um, quod est calore plenum. { חם *chom*. θερμὸς. Gall. *Plein de grande chaleur, fort chaud.* Ital. *Pieno di caldo.* Germ. Hitzig, voll hitz. Hisp. *Cosa calorosa.* Angl. *Full of heat.* } Colum. *lib.* 4. Cœlum neque nivale vinea, nec rursus æstuosum desiderat. Cic. *Attic. lib.* 2. Iter conficiebam æstuosa & pulverulenta via.

Æstĭfer, a, um, quod æstum, id est calorem affert. { πυρῶδες. Angl. *Which bringeth heat.* } Virg. 2. *Georg.*

*Hoc ubi hiulca siti findis Canis æstifer arva.*

Æstifer Canis, quòd æstum afferat. ¶ Æstiferum etiam dicitur quod æstum fert & parit. Luc. *lib.* 1.

——— *sicut squallentibus herbis*
*Æstifera Libyes visa leo cominus hasta*
*Subsedit dubius, totam dum colligit iram.*

Æstuia prata, est locus Plutarch. *in Valerio.*

Æsyma, αἴσυμα Stephano urbs Thraciæ, patria Castianiræ, ex qua Priamus Gorgythionem suscepit, qui in bello Troiano ab Aiace fuit interfectus. Autor Homer. 8. *Iliad.*

Æsymnus, αἴσυμνος. Vir fuit Megarensis, qui regum tyrannidem exosus, consuluit Appollinem, quo potissimùm modo Megarenses felicissimè Rempublicam possunt administrare: quúmque responsum esset, Si cum pluribus consultarent, arbitratus id ad mortuos attinere, qui vivorum numerum longè exsuperarent, tumulum Heroibus congessit, qui ab ipso Æsymnius dictus est, Curiámque extruxit, quæ ambitu suo tulum includeret, arbitratus ita futurum, ut ipsi etiam, mortui ipsorum consultationibus interessent.

Æsymnus, αἴσυμνος. ab Homero inter principes Græcorum memoratur, qui ab Hectore sunt interfecti, *Iliad.* 12.

Æsymnus, urbs Thraciæ, teste Homer. *Iliad. lib.* 8.

Æta, vide *Æeta.*

Ætas, ab αἰὼν, Græco nomine deductum, ab hoc enim Ævum, Ævitas, & per syncopen Ætas. { עדי *herb.* דור *dor.* גיל *mia.* Gall. *Aage.* Ital. *Eta, etade.* Germ. Ein sedes alter. Hisp. *Edad, siglo.* Angl. *Enge.* } Generaléque nomen est ad infantiam, pueritiam, adolescentiam, juventutem & senectutem pertinens. Varro quinque gradus facit. In primo usque ad annum decimumquintum, Pueros dictos vult, quòd sint puri, id est, impuberes. In secundo ad annum trigesimum. Adolescentes, ab *adolescendo* nominatos. In tertio, usque ad annum quadragesimum, Iuvenes appellatos, eo quòd Rempublicam in re militari juvare possent. In quarto autem gradu, usque ad sexagesimum annum, Seniores nuncupatos, quòd tunc corpus senescere incipiat: inde usque in finem vitæ unius cujusque quintus gradus factus, in quo qui essent, Senes appellatos, quod ea ætate corpus iam senio laboraret. Horum tamen singuli trifariam dividuntur: ut prima pars viridis sit, deinde adulta, postea præceps. Unde Virg.

——— *viridisque inventa.*

¶ Alii aliter dividunt ætates. Ætas præterea mundi prima, ab Adam usque ad Noë numerabatur: secunda à Noe usque ad Abraham: tertia ab Abraham usque ad David, quarta à David usque ad transmigrationem Iudææ in Babyloniam: quinta deinde usque ad adventum Servatoris in carne: sexta quæ nunc agitur usquequò mundus ille finiatur. ¶ Interdum Ætas accipitur pro anno. Virg.

——— *ubi quarta accesserit ætas.*

Varro, Ætatem vix decimam egressus. ¶ Interdũ pro triginta annorũ spatio. Sued. Cic. Tertiam iam ætatem hominum vivebat. Sic Plutarchus, Ætatem obtinuisse Spartanos triginta annorũ, secundùm Heraclitum. ¶ Interdum pro centum annis. Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 2. *Trist.*

——— *quæ tempore ludos*
*Fecit quot ætas aspicit una semel* (i. Sæculum.)

Ovid. 12. *Met.*

——— *vixi*
*Annos bis centum, nunc tertia vivitur ætas.*

Bona ætas, de Adolescentia. Senec. *ep.* 47. Ætatem malè ferre (i. citiùs quàm oporteat, senescere.) Senec. *ep.* 89. In ætatem venire. Liv. *lib.* 2. Vid. 5. Vetus ætas. Vide *Vetus.* Ætas purpurea tua, ætas mala, mala merx est tempus? Plaut. *Sten. sc.* 1. *a.* 3. In te omnis spes est ætati meæ: id est, mihi. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. In hominum ætate multa eveniunt hujusmodi. Idem *Amph.* Ut ætati tuæ, id est, tibi. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 1. Qui se, suámque ætatem bene curant. Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Media est mulieris ætas. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 1. Ætatis atque honoris causa id fiet tuæ. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Ætatem meam scis. E. Scio esse grandem, itidem ut pecuniam. Idem *Aul. sc.* 4. *a* 1. Ovid. *Eleg.* 8. *lib.* 4.

*Iam subeunt animi fragiles & inertior ætas.*

¶ Ponitur & pro quovis tempore humanæ vitæ longissimo. Græci ἡλικίαν dicunt. ¶ Ætas in masculi. Plaut. *Trinum.* Propter eosdẽ, quorum causa fui hoc ætate exercitus. ¶ Ætas mala, dicta est senectus. Idem. Consitus sum senectute, omnibum gero corpus, vires reliquerunt: ut ætas mala est, mors mala est. E contrario, Bona ætas, Iuventa appellatur, ἀκμὴ ἡλικίας. Cic. Quòd si ipsis voluptatibus bona ætas fruitur liberiùs, primùm parvis multis fruitur rebus. ¶ Ætas media, vocatur illa, quæ est inter iuventam & senectam: quam Avicenna vocat ætatem pulchritudinis, ἀκμὴ ὡραιότητος, quæ fere est à trigesimo usque ad quadragesimum annum. Eadem dicitur Ætas constituti, ἀκμὴ σωμάτων, in qua Hippocrates *Aphorism.* 2. facilè inediam ferri dicit. ¶ Ab ætate petuntur duæ proverbiales loquendi formulæ: prima est, Aliam ætatem alia decent: nec enim eadem decent eadem, quæ aliquando decuerunt iuvenem. Terent. *in Andr.* sic ait. Nunc hæc dies aliam vitam adfert, alios mores postulat. ¶ Altera, Ætate prudentiores reddimur. Congruet quum negabimus bobis eadem probari iam utru grandioribus, quæ quondam ob ætatis insciti am arrisere sedula rerum auctam prudentiam. Fabulam ætatis peragere. Cic. *de Senect.* Quæ sunt igitur voluptates corporum cum authoritatis præmiis comparandæ? quibus qui splendidè usi sunt, iij mihi videntur fabulam ætatis peregisse, nec tanquam inexercitati histriones in extremo actu corruisse. Congruenter autem vitæ tempora fabulis comparantur, quia sicut fabula quinque actibus constat, ita hominis vita quinque ætatibus, seu gradibus.

Ætatem aliquid esse, aut facere, dicitur pro diuturno & continuato tempore, & ferè habet vim proverbii. Plautus, Ut tibi superstes uxor ætatem sit. Terent. Iamdudum ætatem lites sunt inter eos. Idem, Iamdudum ætatem abii. Idem *in Hecyr.* Nam neque ille hoc animo erit ætatem. Idem, Ætatem velim servire, Litanum modò ut conveniam. Do lorem testem te ætatem impunè habiturum id. Plaut. *in Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Eo modo ut vivas ætatẽ miser. Idem *Amph.* Adeò ut ætatẽ nobis sient obnoxii. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Ægróta, si lubet, per me ætatem.

Ætătŭli, diminutivum, Ætas modica, & tenerior puerorum ætas. { πυεριὴ ἡλικία. Gall. *Petit âge.* Ital. *Età tenera.* Germ. Klein alter, oder part alter. Hisp. *Edad tierna.* Angl. *Infancie, youth.* } Cic. 1. *de Fin.* Facile est hoc cernere in primis puerorum ætatulis. Idem *de arusp. respons.* Qui primam illam suam ætatulam ad scurrarum locupletum libidines detulit. Plaut. *in Pseud.* In mundítiis, mollitiis, deliciísque ætatulam agitis.

Æternŭs, perpetuus, quasi æviternus, à quo Sempiternus, quasi semper æternus. { אשר לעולם *aschér leholám*. ἀΐδιος, ἀεί. Gal. *Eternel, durable à iamais, perpetuel.* Ital. *Eterno, perpetuo.* Germ. Ewig. Hisp. *Cosa que siempre dura y vive.* Angl. *Perpetuall, eternel, which, durerk for ever.* } Cic. 1. *Tusc.* id ait esse æternum quod per se moveatur. Sal. *in Cat.* Virtus clara, æternaque habetur. Tibul. *lib.* 4.

*Æterna sed erunt tibi magna volumina versu.*

Ibidem,

——— *Æterno propior non alter Homero.*

Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Trist.*

*Vxor in æternum vivo mihi vivia negatur.*

Senec. *cap.* 6. *de Consol. Marc.* In æternum fixa sors. *Ibid. cap.* 15. In æterna rerum dimissæ animæ. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Spero me ob hunc nuncium æternum adepturum cibum. *Ibid.* Æternum tibi dapinabo victum. Æternum, idem est quod diuturnum, & multo tempore duraturum. *Deut. cap.* 15. cùm dicitur de servo illo, qui oblata libertate frui nolit, Perforabis autem eius in ianua domus tuæ, & serviet tibi in æternum: id promittitur, ut multo tempore serviat, saltem usque ad mortem, quæ enim servitus durare ultra mortem potest? ¶ Differunt tamen æternum, & sempiternum, quòd Sempiternum dicunt Deum esse, qui semper fuit, erítque: Æternos homines, qui principium quidem habuerunt, & tamen animo sunt immortales atque perpetui. Imò sempiternus, de homine etiam usurpatur. Plaut. *Most. sc.* 3. *a.* 1. Fore amicum sempiternum & amatorem proprium in vita. Æternùm, frequenter pro adverbio temporis accipitur. { לעולם *leholám*, לעד *laádh*. ἀϊδίως, ἀεί. Gall. *Eternellement, à iamais.* Ital. *Eternalmente.* Germ. Ewiglich. Hisp. *Siempre.* } Virgil. 6. *Æneid.*

——— *sedet, æternúmque sedebit*
*Infelix Theseus.*

Loquitur de pœnis inferorum. Idem,

——— *manet, æternúmque manebit.*

¶ Sic Æternò, idem. Plin. *lib.* 2. *cap.* 107. Vide æternò hunc fontem ignemque contexens fraxinus.

Æternĭtās, Perpetuitas, quæ nulla temporis quantitate mensurari; nullo temporis spatio designari potest: quum omne contineat ævum, & contineatur à nullo. { עד תולם *holum*; עד *láadh*. ἀϊδιότης. Gall. *Eternité, perpetuité.* Ital. *Eternità.* Germ. Ewigkeit. Hisp. *Siempre.* }

*Aquella duracion sin comienço y fin.* ANGL. *Perpetuitie.* } Plin. *lib.* 11. *cap.* 1. Materiæ verò ipsi Æternitas. Cic. Sed fuit quædam ab infinito tempore æternitas, quum nulla circumscriptio temporum metiebatur. Quint. In hac quæ superè æternitate inveniri poterit perfectior.

Æterno, as, Perpetuum facio. { ἀϊδιοποιῶ, ἀΐω. GALL. *Eternizer, perpetuer.* ITAL. *Perpetuare.* GERM. Ewig oder unsterblich machen. HISP. *Durar para siempre sin fin.* ANGL. *To mak perpetuell.* } Varro *rerum humanarum lib.* 2. Literisque ac laudibus æternare, verbum est antiquum. Hor. 4. *Carm.*

*Quæ cura patrum, quæve Quiritium,*
*Plenis honorum muneribus tuas*
*Auguste virtutes in ævum*
*Per titulos memoresque fastos*
*Æternet.*

Æthræ, αἴθρη, regionis Laconicæ oppidum, apud Steph.

Æthalia. { αἰθαλία Strabonis, αἰθάλη Stephano, Palmos. } Insula est in mari Tyrrheno, distans à continenti stadiis circiter centum, hoc nomine memorabilis, quòd ferri fodinas habet, quæ à fossoribus exhaustæ, certo tempore succrescant. Author Strabo *lib.* 5. Alio nomine Ilva vocatur, teste Plin. *lib.* 3. *cap.* 6. Quo nomine & à Virgilio appellatur *Æneid. lib.* 10.

——— *at Ilva trecentos*
*Insula inexhaustis Chalybum generosa metallis.*

Æthalides, αἰθαλίδης. Mercurii filius creditur, qui à patre impetravit, ut & vivus, & vitâ defunctus, omnium quæ gererentur, haberet memoriam. Hunc se aliquando fuisse, Pythagoras gloriari solet, atque inde sibi omnium eorum quæ gesserat, quum Hermotimus esset, aut Euphorbus, memoriam mansisse.

Æthaliones, { αἰθαλίωνες. GALL. *Cigales.* ITAL. *Cicale.* GERM. Heuschrecken. HISP. *Cigarras.* ANGL. *Grashoppers.* } Cicadæ dictæ, παρὰ τὸ ἀεὶ θάλλειν ὑπὸ τοῦ ἠέλιου, hoc est, propterea quòd à sole adurantur. Cælius ex Theocriti interprete *lib.* 17. *cap.* 6.

Æther. { אש *schachak.* αἰθήρ. GALL. *L'air supreme ou l'element du feu.* ITAL. *Sfera del fuoco.* GERM. Der himmel, oder das element des feuers. HISP. *Cielo del fuego.* ANGL. *The aire or skie.* } Ab Anaxagora accipitur pro elemento ignis. Aristoteles verò *de Mundo* hoc nomine significari ait cœli, syderúmque substantiam, hoc est, totam syderum, & cœli, & stellarum compaginem, non quòd ignita flagret, διὰ τὸ καίειν, sed quòd semper motu suo circumductili currat, & cursibus rapidissimis toteat, διὰ τὸ ἀεὶ θεῖν, quum sit, inquit, illud elementum à quatuor illis diversum, tum divinum, tum interiùs expers. Hodie quoque Philosophi duas præcipuas mundi constituunt partes, Elementa & Ætherem, hoc (quod in unum recidit) Mundum elementarem & Ætherium: elementorum nomine Terram, Aquam, Aërem, & Ignem intelligentes: Ætheris autem nomine complectentes quicquid est supra elementum ignis. Alii ætherem accipiunt pro aëre. Apuleius, Aqua, tellus, æther, ignis. Virg.

——— *resonántque fragoribus æther.*

¶ Ex quo significato ortus hoc Adagium, Tranquillum æthera remigas, αἰθέρα κώπῃ ἐρέσσεις, apud Zenodotum refertur de incassum laborantibus. Perinde est quasi dicas, Aërem diverberas, remigantium more. ¶ Lucret. *lib.* 1. Æthera posuit pro Iove,

*Postremò pereunt imbres: ubi eos pater Æther*
*In gremium matris Terræ præcipitavit.*

Ætherius, a, um, αἰθέριος, quod est ætheris. Virg. 12. *Æneid.*

*Ætherio quos lapsa plaga Iovis ales aperto*
*Turbabat cælo.*

¶ Ætheria terra apud Macrob. *Comm. in somn. Scip. lib.* 1. *cap.* 11. A Luna enim deorsum natura incipit. Denique illam ætheriam terram physici vocitârunt, & habitatores eius lunares populos. Rursus: Ut hic Luna pro terra, quam ætheriam terram diximus nominatam.

Ætherii, Αἰθέριοι, populi subter Ægyptum, qui postea ab Æthiope Vulcani filio Æthiopes vocati sunt. Author Plin. *lib.* 6. *cap.* 30. { GERM. Moren. }

Æthices, αἰθικες Stephano, populi Thessaliæ, quorum meminit Homerus *in Catalogo*, & Strabo *lib.* 9.

‖ Æthiologica, Pathologica, medicinæ pars, in qua ea, quæ præter naturam sunt, inquirimus, morborum causas, accidentium concursus. I. M. ‖

Æthiopè, αἰθοπὶς, insula Asiæ adjacens, non procul à Lesbo, quæ olim Macaria appellabatur, teste Plin. *lib.* 5. *cap.* vlt.

Æthiopîs, αἰθιοπὶς, ab Æthiope Vulcani filio, qui illi præfuit, dicta, ut ait Plin. *lib.* 6. *cap.* 30. vel à Græco αἴθω, cremo, & ὄψ, aspectus, facies: nam Solis vicinitate eius regionis incolæ torrentur: est enim ibi ingens æstus. { GERM. Morenland. } Quicquid eius fertile est, sub meridiano cardine est. Circa verò Occiduum, montosa est, arenosa est in medio. Ad Orientalem plagam deserta: cuius situs ab Occiduo Atlantem montem, ad Orientem usque in Ægypti fines porrigitur: à Meridie, Oceano: à Septentrione, Nilo flumine cluditur. Plurimas habet gentes, diverso vultu & monstrosa specie horribiles. Ferarum quoque & serpentium referta est multitudine. In ea enim rhinoceros, chamæleon, pardus, basiliscus, draecones ingentes. ¶ Strabo *lib.* 1. Homerum sequutus: duplex est Æthiopia. Altera ad plagam Africæ Orientalem, primùmque ab iis cognita, qui ex Arabia solverunt: altera ad Occidentem, cuius notitiam primi habuerunt, qui Gadibus egressi Occiduum latus lustraverunt.

Æthiopis, αἰθιοπὶς, herba est lactucæ folio, in Æthiopia nascens, vel in Meroë Nili insula { à qua etiam Merois dicitur } cuius tactu { si Magorum vanitati credimus } clausa omnia aperiuntur, amnésque etiam, & lacus exarescunt, de hac Plin. *lib.* 26. *cap.* 4. *& lib.* 27. *cap.* 4.

Æthiops, αἰθίοψ, sive Æthiopus, Vulcani filius fuit, qui Æthiopiam à se denominavit, ut placet Plin. *lib.* 6. *c.* 30. Lucil. *lib.* 3.

*Brunchus benillanus, dente adverso eminulo, hic est*
*Rhinoceros velut Æthiopus.*

¶ Æthiopes quoque dicuntur, qui Æthiopiam incolunt, & mulieres Æthiopissæ, αἰθιόπιδες. ¶ Sunt qui Æthiopas dictos putent, à Chus filio Cham. Nam Chus Hebræis, Æthiopem sonat. Hi olim ad Indum fluvium habitasse creduntur, relictisque sedibus suis, iuxta Ægyptum consedisse inter Nilum & Oceanum supra Heliopolim, & paulatim etiam ad interiora Africæ penetrasse. ¶ Æthiopes tam atro sunt colore, atque adeò immutabili, ut proverbiali figura dictum sit, Æthiops non albescit, αἰθίοψ οὐ λευκαίνεται: de iis qui nunquam mutatis sunt ingenium. Quicquid enim nativum, id haud facilè mutatur. Fertur in hanc rem Epigramma Luciani nomine:

Εἰς τὸ μέλαν λούεις Αἰθίοπα λουτρόν, Ἰχθιόεις·
Οἶδα· καὶ ἀνθρώπου φύσεις οὐκ ἀμείβεται·

id est,

*Ablue Æthiopem frustrà: quin desinis autem?*
*Haud unquam efficies nox sit ut atra, dies.*

¶ Pandem vim habent, Æthiopem lavas, αἰθίοπα σμήχεις: & Æthiopem dealbas, αἰθίοπα λευκαίνεις. Hoc item peculiariter quadrabit, quum res parum honesta verborum fucis adornatur: aut quum laudatur illaudatus, aut docetur indoctis. Vide Æsopi apologum de mercatore, qui empto servo Æthiope assidua lotura faciem divexavit. Nam veterem mutare potest Æthiops, faciem non potest. Hinc etiam proverbialiter dicimus, Æthiopem ex vultu judico. Τὸν Αἰθίοπα ἐκ τοῦ ὄψεως κρίνω. Præfert quisque aliquo signo cuiusmodi sit moribus.

‖ Æthithes, lapides in nidis aquilarum reperiuntur partum accelerantes. Isid. ‖

Æthnici, spiritus igniei apparentes variis formis, ut globi, stiriones, &c. Cels. ‖

Æthon, αἴθων, equus Phœbi dictus est. { GERM. Eine aufs den rossen pferd der Sonnen. } Fuêre autem (ut in fabulis fertur) quatuor equi Solis: Phlegon, Pyrous, Eous & Æthon, quibus significantur quatuor diei horæ. Ovid. 2. *Metam.*

*Interea volucres Pyrois, & Eous, & Æthon,*
*Solis equi, quartúsque Phlegon hinnitibus auras*
*Flammiferas implent.*

Latinè Æthon interpretatur ardens: Phlegon, inflammans: Pyrous, ignitus: Eous, Lucifer.

Æthone, insula maris Oceani, Macaria antea appellata, ut tradit Plin. *lib.* 5. *c.* 31.

Æthrà, æ, splendor ætheris, & pro aëre ponitur, αἰθήρ. Virg. *lib.* 3.

*Nam neque erant aëriorum ignes, neque lucidus æthrâ*
*Syderea polus.*

Ubi Servius, per Æthram sydeream, intelligit splendorem ætheris. ¶ Nam æther est ipsum elementum, æthra verò splendor ætheris.

Æthrà, αἴθρη, filia Pitthei regis, & uxor Ægei, materque Thesei. Ovid. *in Epist. Ariadnes ad Thesæum,*

*Nec pater est Ægeus, nec tu Pittheidos Æthræ*
*Filius.*

Vide in *Ægeus.* Alia fuit Æthra Oceani & Tethyos filia, uxor Atlantis, filia Iapeti, qui ex xii. filiis, & unum filium, Hyantem videlicet, suscepit; sed Hyas in Libya à serpente occisus est, cuius mortem quum quinque sorores nimium deflerent, luctu contabuerunt, sed Iovis commiseratione inter sydera sunt translatæ, Hyadésque à fratris nomine dictæ. Reliqua septem, eo quòd plures superstites mansissent, Pleiades sunt appellatæ, ut author est Timæus Græcus scriptor; sed de his infrà paulò aliter.

Æthræa, αἰθραία, insulæ nomen est in mari Carpathio, quæ hodie Rhodus dicitur, *Rhodes.* { GERM. Die insel Rodis. } Author Plin. *lib.* 5. *cap.* 33.

Æthria, αἰθρία, in Ægeo mari insula est, quæ & Æria, & Thassos appellata est. Plin. *lib.* 4. *c.* 12.

Ætruria, vide *Hetruria.*

Æthusa, αἴθουσα, insula est in mari Libyco, quæ à quibusdam Ægusa dicitur. Plin. *lib.* 5. *c.* 8. *ad fin.*

Ætia, orum, αἴτια, Callimachus poëta librum suum inscripsit, quem de causis & rationibus sacrorum edidit, eodem penè argumento quo Ovidius Fastos conscripsit. Opus hoc temporum injuria interceptum ad nos non pervenit.

Ætiologia, αἰτιολογία. Causæ redditio, composita dictio ἀπὸ τοῦ αἰτίαν καὶ λόγου. Quint. *lib.* 1. *cap.* 5. Sententiæ quoque & chriæ, & ætiologiæ subjectis dictorum rationibus apud Grammaticos scribantur, quia initium ex lectione ducunt. Quorum omnium similis est ratio, forma diversa, quia sententia universalis est vox, Ætiologia personæ continetur.

Ætiòn, αἴτιον, Causa, principium, origo. Unde Ætia Callimachus librum suum inscripsit, quo causas & origines sacrorum Græcanicorum est complexus, quemadmodum Ovidius in Fastis Romanorum Latinorúmque sacrorum initia causásque est prosequutus.

Aëtites, αἰέτης, lapis est colore subfuso, quem si concutias, alium lapidem, quem veluti prægnans in utero gerit, intus audis sonantem. Inveniuntur bini in aquilarum nidis, feruntúrque Aquilæ sine iis ova parere non posse. Quam ob causam nomen illis impositum creditur. Mulierum quoque partus femori alligatus aëtites faciles reddere putatur. Quatuor autem sunt aëtitæ species, quas enumerat Plin. *lib.* 36. *cap.* 23. ¶ Est & Aëtites gemmæ nomen, impositum à colore aquilæ, candicante cauda. Vide eundem *lib.* 37. *c.* 18.

Aëtius, αἰέτιος. Medicus fuit insignis, ex Antiochia Syriæ urbe, discipulus Eunomii, tempore Constantini Imperatoris, Atheos cognominatus, quòd diceret nullum esse Deum, ut alii quidam impii philosophi. Scripsit de re medica libros sexdecim, & epistolas quasdam. Nomen deductum est ἀπὸ τοῦ αἰετοῦ, hoc est, ab Aquila. Unde per quatuor syllabas proferri debet.

Ætna. { αἶτνη. ITAL. *Mongibello.* GERM. Ein berg in Sicilien der stetes brennet. } Mons Siciliæ perpetuo clarus incendio, eóque nomine à Poëtis celebratus. De quo Senec. *epist.* 81. Ovid. *Elog.* } *lib.* 1. *Trist.*

Flammis

flammis rapidæ Ætnæ vti. Incendii autem eius causas explicat Trogi abbreviator. Iustin. *lib.* 4. Sicilia (inquit) terra est cavernosa, & sulfurosa, quo fit, ut ventorum flatibus patefacta, unde ignis concipitur. Intumescens sulphur habet & bitumen, quod ubi ventus per spiramenta cavernarum incubuit, diu inclusus concipit ignem: sic Ætnæ durat incendium. Motus ergo ventorum, causa incendii est. Ætnam & Athonem montes in molestiæ tædiique proverbium abisse testatur Lucill. apud Gell. *lib.* 6. *cap.* 9.

**Ætnæus**, a, um, αἰτναῖος. Denominativum. Tib. *lib.* 4.

*Vel parvum Ætnæa corpus committere flammæ.*

Virg. 8. *Æneid.*

——— *Cyclopum exesa caminis*
*Antra Ætnæa tonant.*

Accipitur interdum pro magno, instar Ætnæ montis, ut annotavit Cælius *antiq. lect. lib.* 21. *c.* 23. In qua significatione Virgilius quoque usurpasse videtur *lib.* 5. *Æneid.*

*Cernimus astantes nequiquam lumine torvo*
*Ætnæos fratres.*

Et Tibul. *lib.* 4.

*Cessit & Ætnæa Neptunius incola rupis.*

¶ Et proverbialiter Ætnæus cantharus, Αἰτναῖος κάνθαρος, de magnis & fœdis. Est enim cantharus, sive scarabeus, insecti, genus fœdum, quod ut è stercore nascitur, ita pascitur. Aristophanes *in Pace.*

**Ætnā**, oppidum est in Sicilia, non procul à Catana, Hieronis opus, quod olim, teste Stephano, Inessum dicebatur. Hinc Ætnenses populi, αἰτναῖοι, quorum meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 7.

**Ætōlĭa**, ἡ αἰτωλία. Ital. *Il dipartado.* Germ. Ein landschafft in Griechenland. Græciæ regio in tertio sinu Europæ, Epiro, Acarnaniæ, & Locris finitima: dicta ab Ætolo Martis (ut Plinio placet,) sive (ut Stephanus mavult) Endymionis filio: quum antea Hyantis, vocitata, diceretur.

**Ætōlŭs**, a, um, sive Ætolius, αἰτωλὸς, αἰτώλιος. Virg. *lib.* 11. *Æneid.*

*Non erit auxilio nobis Ætolus, & Arpi.*

Ætolius heros, Diomedes Tydæi Ætolæ regis filius, Ovid. 14. *Metamorph.* ¶ Ætoli, αἰτωλίται, dicti sunt olim ioco proverbiali, qui iuxta mores Ætolorum pertaces essent, & improbi. Aliusum est ad vocem: Ætoli namque dicti videntur, quòd omnia petant, παρὰ τὸ αἴτειν. Meminit Stephanus. Dicitur & Ætolicus. Liv. *decad. lib.* 7. Ætolicum magis ad Thermopylas bellum, quàm regium fuit. Iterum *lib. eodem*, Ætolica vestis. Plaut. *in Pœnulo*, Ætolicus ager.

**Ætōlŭs**, αἰτωλὸς, ut scribit Plin. *lib.* 6. *cap.* 56. Martis fuit filius. Homeri autem enarrator, de Ætolo sic tradidit: Ætolus (inquit) filius Endymionis fuit, qui cæde per imprudentiam in patria perpetrata, fugit in eam regionem, quæ postea ab ipso Ætolia dicta est: ibique genuit filium Pleuronem, à quo urbs Ætolia dicta. Huius autem alii duo filii fuerunt Cures, & Calydon, à quibus rursus aliis urbibus nomina data sunt. Plaut. *in Prolog. Capt.* Belligerantur Ætoli cum aliis.

**Æĕrŭs**, αἰρὸς, olim appellatus fuit Ægypti fluvius, qui postea Nilus dictus est, ut ex Lycophrone annotavit Cælius Rhod. *antiq. lib.* 20. *cap.* 13. (Germ. Der fluß Nilus in Egypten.) Quod nomen à cursus velocitate illi impositum fuisse apparet, quòd scilicet volatum aquilæ (quam Græci vocant ἀέρα) propemodum æquare videretur. Commemoratur & in Scythia fluvius nomine Æerus, qui quòd Promothei agtum uberem alioqui, crebris exundationibus infestaret, fecit locum fabulæ, ut Promothei continuò renascens jecur ab aquila exedi diceretur. Ex ejusdem Cælii *lib.* 7. *cap.* 10.

**Ævum**, (דור *dor.* αἰών. Gall. *Temps perpetuel, l'âge que peut vivre un homme.* Ital. *Longa età, tempo longo.* Germ. Lange zeit/ ewigwerende zeit. Hisp. *La edad, ò siglo que vive un hombre.* Angl. *An everlasting tyme, the age of a man.*) Ævum (inquit Censorin. *de die natal.*) tempus est maximum, sine origine, quod & semper fuit, & semper futurum est. Propriè tempus, & ætas longa, sive perpetua, à Græco αἰὼν, ν litera intersecta, ut inquit Apul. Virg:

*Tantum ævi longinqua valet mutare vetustas.*

Pro ætate. Idem 2. *Æneid.*

——— *vos ô quibus integer ævi*
*Sanguis, ait.*

Sueton. *in Calig. c.* 34. Adversùs omnis ævi homines. Senec. *cap.* 15. *de Consol. ad Marc.* Omnis ævi mortalis situm, &c. Quintil. Ævum sæculorum omnium consecutus. Ovid. *Eleg. vit. lib.* 4. *Trist.*

*Viridi tendebat ab ævo.*

*Ibid.* Grandior ævo Macer. Velleius, Non sæculi sui, sed omnis ævi optimus. Inde Ævitas, & Æviternus secundùm Priscianum, quod per syncopem Ætas, & Æternus dicitur, pro senectute, longævitatéque. Hinc deducuntur, Coævus, & Æquævus, Grandævus, Longævus, & Primævus. ¶ Ævum item ponitur pro rebus aliquo ævo gestis. Virg. 8. *Æneid.*

*Haud vatum ignarus, venturique inscius ævi.*

Servius: Non ævi, sed quæ in ævo erant futura. ¶ Ævum omnem, pro omne. Lucr. *lib.* 3.

Ævintegri dii, ab ævo integro; quia perfecta eorum ætas. Serv.

**Ævitās**, antiqui pro *ætas*, vel *annositas* dixerunt. (שׁוּב יָמִים *sobab jamim.* Gall. *Age, vieillesse.* Ital. *Età, vecchiezzà* Germ. Alter. Hisp. *Edad, vejez de muchos años.* Angl. *Age, oldenesse.*) Varro *Tithono*, Extima attigit metam ævitas. Gell. *lib.* 20. *cap.* 11. Si in ius vocat, si morbus, ævitasque vitium esset, qui in ius vocabit, immeorum dato. Hic pro annositate. Sunt autem verba ex lege XII. Tab.

**Ævitĕrnŭs**, αἰώνιος, Sempiternus, æternus. Apuleius *de Deo Socratis*, Quos Deus Plato exiitimat veros, incorporales, animales, sine ullo fine, neque exordio, sed prorsus ac retro æviternos.

**Ævōsus**, a, um, adject. Hinc ait. *in Remigio.*

**Æx**, αἴξ, γὸς, ὁ, insula scopulosa in mari Ægæo inter Tenedum & Chium, quæ capræ speciem procul aspicientibus præbet. Unde & nomen accepit. Nam αἶγα Græci vocant, quam nos capram. Ab hac insula mari Ægæo nomen factum esse tradit Plin. *lib.* 4. *c.* 12. Quanquam alii alias eius nominis afferant rationes. ¶ Est etiam Avis Æx, apud Aristotelem *lib.* 8. *cap.* 3. *de Hist. Animal.* quæ Latinè vertitur Capella, sed nomen a voce. Hæc amnes & lacus incolit, satis pulchra est, & cirrhata (ob id quibusdam Stymphalis Plinii) ac in hortis assuescit, herbasque noxia animalia, ut erucas, depascitur.

**Æxōnes**, ἄξονες, proverbii specie dicuntur convitiatores, ab Æxonibus, Atticæ regionis populis, dicacitate & mordaci virulentia (ut notis. Cæl. *antiq. lect. lib.* 18. *c.* 25.

Æxonia, urbs Magnesiæ, & Axonæ pars tribus Cecropidis.

Æzica, pars Thraciæ, Steph.

## A F

**Āfer**, aut potiùs Aphet, ἄφης. Vide *Africa.*

**Āfabilis**, vide *Affor.*

**Āfabrè**, adverbium. Significat artificiosè, scitè: sicut Infabrè, sine artificio. (בְּמַעֲשֵׂה יְדֵי אָמָן *bemaasséh jedéi ómen*, בְּמַעֲשֵׂה חָרָשׁ *bemaasséh chárásch. δαιδαλίως.* Gall. *Artificieusement, elegamment.* Ital. *Apenello, artificiosamente.* Germ. Meisterlich/ Künstlich/ zierlich. Hisp. *Artificiosamente, lindamente.* Angl. *Craftily, cunninglie, with skill, workelike.*) Cic. 2. *Verr.* Deum denique nullum Siculis, qui ei paulò magis affabrè, atque antiquo artificio factus videretur, reliquit. Pacuvius, Barbaram pestem nostris navibus obtulit, nova figura factam commissam unfabrè. Gell. *lib.* 7. *cap.* 7.

Affabrum, pro Affabrè factum, dixêre veteres. Festus in Adfabrum: ἐπιτηδείως.

**Āfabŭlātio**, dicitur breve documentum, quod fabulis subnexum, earum explicat utilitatem. ὑπόθεσις.

(Affamen, affatus, allocutio. Apul.)

**Āfflānĭæ**, arum, sunt nugæ, verba futilia, ac mera mendacia, à fando inclinatum nomen. (דְּבָרִים *badhim.* φλύαρα. Gall. *Bourdes, parolles vaines.* Ital. *Ciancie, parole vane, bugie.* Germ. Eytel redung/ vnnütze reden. Hisp. *Los desvarios de vanas palabras.* Angl. *Bourdes, vaine wordes.*) Apul. *lib.* 4. Hæc & alias similes affanias frustrà oblatrantes, eos retrorsum adducunt pagani.

**Āffātim**, adverb. ut Quintil. *lib.* 4. docet, significat Abundè, largè. Secunda verò correpta. Cic. ex Æschylo 2. *Tusc.* Fest. à fandi copia, sed ex eodem videtur dictum à fatiscendo. Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 1. Det ei quod edat & potet, arbitratu suo affatim quotidie. *Ibid. sc.* 1. *a.* 3. Affatim est hominum, qui singulas escas edunt. Lamprid. *in Alex. Severo.* Ipse cibo plurimo reficiebatur, vino neque parcè, neque copiosè, affatim tamen: (id est, satis multo.) Plaut. *Most.* Aliorum est affatim, qui faciant. (בְּמֹאד מְאֹד *bimeódh meódh.* ἀδῆν. Gall. *Largement, à foison, en abondance.* Ital. *Abondevolmente, largamente.* Germ. Reichlich/ gnugsamlich/ vberflüssig. Hisp. *Copiosamente.* Angl. *Abundantlie, largelie, plentifullie.*) Cic. *lib.* 1. *ad Atticum.* Puto me Dicæarcho affatim satisfecisse. Idem *de natura deorum lib.* 1. Iisdémque seminibus homines affatim vescuntur. Vide de hoc Gell. *lib.* 7. *c.* 7. & Vallam *lib.* 3.

**Affectātè**, Affectatio, Affectatus, Affectio, Affecto, Affectus, vide *Afficio.*

**Āffĕro**, compositum ex Ad & fero, significat Apporto. (נָשָׂא *nasá*, הוֹבִיל *hobil*, הָבִיא *hebi.* ἐπιφέρω. Gall. *Apporter.* Ital. *Recare, portare.* Germ. Herzubringen. Hisp. *Traer à lugar.* Angl. *To bring.*) Terent. *in Eunuch.* Hic quoque bonam, magnamque partem ad te attulit. Idem *in Andr.* Et puerum ut afferret simul. Afferre res plurimas pessimas, cùm advenit senectus. Plaut. *Menæch. sc.* 1. *a.* 1. Maximam prædam & triumphum eis adfero adventu meo. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Afferre argentum credo, id est, allaturum. Idem *Cure. sc.* 2. *a.* 2. Vim afferri noctuam. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 4. Atque huius significationis infinitus ferè est usus. ¶ Interdum ponitur pro eo, quod vulgò dicitur, allego, adduco. Cic. An ætatem adferet? id est, in causam, vel excusationem adducet. ¶ Interdum pro Addo, Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Qui tu abiens affers morbum. Cic. *ad Atticum lib.* 16. Magnam attulit accessionem tua voluntas erga me. Aliquando nuntio. Idem *Attic. lib.* 8. Caius Missius familiaris tuus, aliique complures attulerunt, Cæsarem iter habere Capuam, pro venire? Ovid. 3. *Fast.*

——— *Quid te Saturnia, dicit,*
*Attulit?*

(id est, cur venisti.) Et pro, mittere. Plaut. *sc.* 3. *a.* 1. Nisi attulerit miles xx. minas (id est, miserit.) ¶ Afferre alicui manus, est vim alicui inferre, ἐπιφέρειν τὰς χεῖρας. Cic. 1. *Offic.* Qui iniuste impetum in quempiam facit, is quasi manus videtur afferre socio. ¶ Sibi manus afferre, est sejpsum interficere. Idem *Octavio*, Ego ipse senatum sibi manus afferre coëgi.

**Āllātus**, Apportatus, participium est ab Afferor. (נָשׂוּא *nasú*, מוּבָא *mubá.* φερόμενος. Gall. *Apporté.* Ital. *Portato, arrecato.* Germ. Zugetragen. Hisp. *Traido.* Angl. *Brought.*) Plaut. Allata peregrè epistola.

**Āfficio**, is, ci, ctum Ad & facio, Moveo, permoveo. (עָשָׂה *asáh*, תָּכַן *tichchen*, תָּקַן *tikkén*, תָּכַן *hekin.* ἀφορμὴν παρέχω, ποιῶ. Gall. *Esmouvoir, toucher.* Ital. *Disponere.* Germ. Ein ensächtung machen/ bewegen. Hisp. *Aficionar à otra cosa.* Angl. *To mone.*) Et tam ad animum, quàm ad corpus refertur: & tam in bonam, quàm in malam partem accipitur: construiturque cum accusat. & ablat. Cic. *pro Mil.* Milo populum Romanum maxima lætitia affecit. Idem *Attic.* Studium tuum curáque de salute mea, nulla me nova voluptate affecit. Affici doloribus pedum. ¶ Afficere lucris, & afficere nunciis bonis. Plaut. *in prologo Amph.* Præda atque ægto, adoreáque afficit populares suos. Idem *in Amph.* Suis factis immortali te afficiet gloria. *Ibid.* Afficere aliquem rerum & verborum gravissimis acerbitatibus. Suet. *in Calig. cap.* 2. Invenitur quandoque absolutè positum. Cic. *Attic.* Litteræ sic tuæ me affecerunt, ut non dare tibi beneficium viderer, sed accipere. ¶ Interdum ponitur pro Cumulo, mulcto. Idem *Epist.* Afficere aliquem maximis muneribus. Idem *pro Rosc.* Qua is tandem pœna afficitur? Interdum pro Nomen imponere, aut nominare. Idem *in Pis.* Negari potest, non eo nomine afficiendum, quo laudator afficerit.

Affictā

Affectŏr, passivum, quasi animor, id est, istius animi sum. ¶ מחמד *mithchâdh*, חנן *kachán*. Ἀγάπησις, ἀγαπητός, ἀγαπάω. Gall. *Estre esmeu, ou despit*. Ital. *Esser dispetto ò ismesso*. Germ. Gejnnet ſeyn/ bewegt werden. Hisp. *Estar dispuesto y movido*. Angl. *To be moved or disposed*. } Cic. *in Lælio*, Ut eodem modo erga amicum affectus simus, quo erga nosmetipsos. Postea sequitur, Ut quemadmodum in se quisque, sic in amicum sit animatus.

Affectus, a, um, vexatus, afflictus. ¶ מעכור *mekumâh*. πεπονθώς. Gall. *Mal disposé, languissant*. Ital. *Affannato*. Germ. Betrogt ſein in dem gmüt oder leib. Hisp. *Flaco, con defencia*. Angl. *Troubled, evil disposed*. Propert.

*Iuppiter affecta tandem miserere puellæ.*

Ovid. *Eleg. 3. lib. 3. Trist.*

*Affectâ nunc mihi quicquid abest.*

Suet. *in Aug. cap. 21.* Affectum reperit, sed spirantem. Liv. 3. *ab Vrb.* Affecta res familiaris, & *lib. 6.* Omnibus rebus affectis orare. Vide plura in *Fides*. Liv. *lib. 5.* Vires corporis affectæ. Affectus, interdum significat inchoatus, & propè confectus, vel ut Gell. *cap. 15. lib. 3.* Affecta ea propriè dicuntur, quæ non ad finem ipsum, sed proximè finem progressa, deductaque sunt. Et *lib. 19. cap. 5.* probat ex Cic. *in orat. de provinc. Cons.* Nam ipse Cæsar (inquit) quid est quod in ea provincia cognoscari velit, nisi ea, quæ per eum affecta sunt, perfecta reip. tradat? Idem Cic. paulò antè. Bellum affectum videmus, & ut verè dicam, pene confectum. Et Gell. *ibid.* dixit, ædificia propè absoluta affectáque. ¶ Interdum pro Animatus. Cicer. *de Amic.* Eodem modo erga amicum affecti sumus, quo erga nosmetipsos. ¶ Interdum pro commotus. Idem *de Orat.* Si iusto, si pio dolore me affectum vides. ¶ Interdum pro dispositus, compositus. Idem *de Divin.* Ad rem pertinet quomodo cœlo affecto, quodque signum oriatur. ¶ Interdum pro cognato, affini, idem *in Top.* Ducuntur etiam argumenta ex iis locis, qui quodammodo affecti sunt ad id, de quo quæritur.

Affectā fœmina (inquit Festus,) vel in bonam partem dicitur, vel ut honorata, αἰσχ: vel in malam, ad extremum periculum adducta.

Affectissimŭs superlativus, αἰσχ. Velleius Paterculus *histor. 1.* Inopia affectissimi remiges.

Affectus, us, Affectio. ¶ מחמדה *machebónet*, יצר *jétser*. πάθος. Gall. *Affection, disposition, passion*. Ital. *Affetto, affezione, passione*. Germ. Ein jedoch bewegung des gmüts/ als freud/ forcht/ zorn/ &c. Hisp. *La passion del anima*. Angl. *Any affection of the mynd*. } Cic. *1. de Inventione*, Impetus & quædam commotio animi, affectióque. ¶ Interdum & latiùs sumitur, ut etiam ad corporis malæ extendatur. Unde sic definitur a Cic. *lib. 1. de Invent.* Affectio, est animi, aut corporis ex tempore aliqua de causa commutatio: ut lætitia, cupiditas, metus, molestia, morbus, debilitas, & similia. ¶ Adfectio, pro Adfectatio, Tertull. *lib. 1. de patientia, cap. 16.* Quæ (patientia) aucupandis orbitatibus omnem conati obsequii laborem mentitis adfectionibus tolerat. ¶ Extenditur & ad alias res, affectio astrorum. Cicer. *de Fato*. Affectio cœli, idem 2. *de Divinat.*

Affectiūscŭlus, αἰσθάνομαι. Macrobius *Saturn. 3. cap. 15.* Piam, affectiosámque eam fecisse Cornificiam.

Affecto, as, appeto, animis exquiro. ¶ יאב *jaáb*, תאב *taáb*, ערה *biráh*. ἐπιθυμέω, ὀρέγομαι, ποθέω, ζητέω. Gall. *Affoller, avoir un desir merveilleux de quelque chose*. Ital. *Desiderare, cercare con instetà*. Germ. Ein groſſer ammütung einem ding nachſtellen/ emſig begären. Hisp. *Codiciar*. Angl. *To have an mervellous desire of any thing*. } Velleius, Affectavimus sæpè Gallias, & amisimus. Utne defraudes, eam affectas viam. Plaut. *Men. sc. 3. a. 4.* Affectare infamiam regii nominis. Suet. *in Cæs. cap. 79.* Virg. 4. *Georg.*

——— *viamque affectat Olympo.*

Cic. *pro Ros. Amer.* Nunc verò quam viam muniret, quod iter affectet videris; sic in Rhetor. ad Herennium. ¶ Affectare, pro eo quod est, consuleò aliquid facere. Ulpianus *in l. quod ait lex. Ad leg. Iuliam de adulteriis*. ¶ Aliquando affectare est probro afficere. Plaut. *in Bacch.* Tua flagitia, aut damna, quibus patrem, & me, tèque, amicósque omnes affectas tuos.

Affector, ōris, nomen, sed obsoletum, ἐπιθυμητής. Varro apud Diomedem *lib. 1.* Affectatus est regnum. ¶ Ab Affector fit Affectatus nomen, & participium, ut Affectata castitas. Plin. Iunior *in Panegyr.* Affectata aliis castitas, tibi ingenita, & innata. Quintil. Affectati regni signum populares. ¶ Affectata oratio, φερεκρατειάζουσα λέξις, quæ animis anxiè, & curiosè quæsita est, & ex nimio cultu quandam recepit novitatem. Sic affectatus sermo, & affectata verba dicuntur. Ejusmodi autem sermo affectatus reprehenditur à doctissimis. Unde & cacozelium, id est malam & perversam affectationem Grammatici inter orationis vitia posuerunt.

Affectatè, is est, curiosè. ¶ αἰσθητῶς, φιλοτιμότερον. Gall. *Curieusement*. Ital. *Curiosamente*. Germ. Zu vil ſleyſſigklich/ oder noch ſorgfeltiglich. Hisp. *Curiosamente*. Angl. *Curiously*. ¶ ut, Affectatè scribere. Affectatus in scribendo aliquid postulantes autes. Quintil.

Affectātio, verbale, nimia diligentia, immoderatum studium. ¶ מחמד *machmâdh*, בנין *binjân*. ἀλαζονεία, ζῆλος. Gall. *Desir déreglé*. Ital. *Desiderio disordinato*. Germ. Ein verlangen ſeyn oder beyond. Hisp. *Codicia con diligencia*. Angl. *An unmeasurable desire*. } Sueton. *in Tib. cap. 70.* Affectationes & inopinitate & obscuritate oderatus stylum. Plin. *lib. 11. cap. 37.* Tanta est cæcoris affectatio, ut tinguantur oculi quoque.

¶ Affidati, quasi in alicuius fidem, & clientelam recepti, quasi vassalli. Cod. ll. ant. ¶

Affīgo, is. Ad aliquid figo. ¶ תקע *taiaḳ*. הדביק *hidbîk*. προσάπτω, προσηλόω. Gall. *Ficher a quelque chose, attacher*. Ital. *Attaccare, appiccare, ficcare*. Germ. Zuneglen. Hisp. *Atacar à una cosa*. Angl. *To attacher fastens to any thing*. } Cic. 2. *de Natura deorum*. Minerva, cui talia affigunt. ¶ Per translationem de incorporeis dicitur. Plin. *lib. 30. cap. 1.* Hunc cum maximè affixisset animis eam dulcedinem tondat, id est, tenaciter impressisset. Senec. *cap. 2. de consolat. ad Marc.* Intenta in hoc unum, & toto animo affixa. Plaut. *Most. sc. 1. a. 2.* En cruces, si excurrent primi, ut affigant hos pedes. Ius Irachia.

Affixūra, æ, affixa in plurali, apud Iurisconsultos dicuntur ad fartilium & domum pertinentia, ut domum instructam legare cum omnibus affixis. Paulus *D. lib. 33. tit. 7. l. 18.* & 21. Quæ cumque affixa immobilisque sunt; *l. 26.* Illigata ædibus. Dicuntur etiam affixa, apud Hebræos literæ quædam consignificantes, & nominum personas variantes.

Affiguro, as, Gell. *cap. 9. lib. 4.* Quæ (verba) M. Cato ita affiguravit.

Affingo, is, idem quod fingendo accommodo, sive addo. ¶ יצר *jatsár*. בדא *badá*. κατασκευάζω, πλάττω. Gall. *Contrefaire, & feindre*. Ital. *Contrafare, trovar inventioni*. Germ. Darzuthun/ darzu erdichten und ſetzen. Hisp. *Componer ò fingir*. Angl. *To adde in fayning, to fayne moreover*. } & proprie est figulorum, quum vasis ansas, vel alia quamvis particulam addunt. Quanquam etiam latiùs accipitur pro efformo, sive addo. Cic. 2. *de Orat.* Nullam partem corporis sinceali pia necessitate affictam, cotumque formam quasi perfecta reperies. Varro *lib. 3. c. 9.* In pariebus sint cubilia gallinarū, aut exsculpta, aut afficta firmiter. ¶ Sumitur etiam pro eo quod est rem aliquam inter narrandum mendaciis augere. Cic. 2. *Phil.* Qui boni aliquid volunt afferre, affingunt aliquid, quo id efficiant, quod nuntiant lætius. ¶ Affingere hominum mores, pro assimulare. Idem 2. *de Orat.* In quibus deficiuntur hominum mores, & hæ affinguntur, ut quales sunt intelligantur. Aquila Romanus *in lib. de figur.* Per hoc schema certis quibusdam personis verba accommodate affingimus, vel ad improbitatem eorum demonstrandam, vel ad dignitatem.

Affictĭtĭus, a, um, verbale, quod rei alicui affingitur, sive additur. ¶ בדוא *badûi*. πλαστός. Gall. *Adjousté, contrefait*. Ital. *Fittitio*. Germ. Zugethon/ zugemacht. Hisp. *Añadido, contrahecho*. Angl. *That is added by fayning*. } Varro *lib. 3. de re rust. cap. 12.* Sequitur, inquit Appius, actus secundi generis, affictitius ad villam, qui solet esse, ac nomine antiquo a parte, quadam leporarium appellatum.

Affīnes sunt viri & uxoris cognati inter se, quod duæ cognationes inter se diversæ per nuptias conjunguntur, & altera ad alterius fines & terminos accedit, ex ad, & finis; vel (ut Pasf. ait) Affines sunt aut quorum propinquam aliquis in uxorem duxerit, aut qui aliorum ipsi propinquam duxerint. Affines autem post cognatos colendi sunt. Gell. *cap. 13. lib. 5.* [חתן *chothén*. συγγενὴς κατ' ἐπιγαμίαν. Gall. *Proche amis par lignage, allié par mariage*. Ital. *Parenti per conto di matrimonio*. Germ. Schwäger/ geſchwäger. Hisp. *Parientes por casamiento*. Angl. *Cosinges by mariage*. } Neque solum de viris dicitur, verùm etiam de mulieribus. Cic. post red. in Sen. Tu affinem tuam, meam filiam, superbissimis & crudelissimis verbis à genibus repulisti. Item Affinis modò de genero, modò de socero dicitur. Sed Magagorus meus affinis (i. gener.) Plaut. *Aul. sc. 1. a. 3.* Et, eccum affinem ante ædes. *Ibid. sc. 5. a. 3.* i. socer. Terent. *in Adelph.* Hegio his est cognatus proximus, affinis nobis. Idem *in Heaut.* Imo gener & affines placent. Ubi Donatus ait: Uxoris cognati, sunt affines mariti. Unde multi gradus sunt & velut rami propinquitatis in affinitate, & cognatione dispositi. Nomina eorum hæc sunt, Socer, Socrus, Gener, Nurus, Vitricus, Noverca, Privignus, Privigna, Levir, Glos, Janitrices. Sed de singulis horum vide suis locis. Idem, Affinis & socius conductionis publicæ, apud Liv. *lib. 3. d. 5.*

Affinis, adjectivum, vicinus, conjunctus. ¶ קרוב *karób*. σχεδὸς. Gall. *Voisin, prochain*. Ital. *Vicino, congiunto*. Germ. Nachbaror/ anſteſſer. Hisp. *Cosa cercana*. Angl. *Anighbour nigh*. } ¶ Affinis culpæ, vel sceleri dicitur is, in quem cadit culpæ, vel sceleris suspicio, vel qui est culpæ, vel sceleris particeps. Cic. *in Cat.* Huic sceleri qui pautos putaris affines esse, vehementer erraris. Idem *pro Sylla*. Ubi neque hominis fuisse putantur huius suspicionis affines. Idem: Cicenaspicite paulisper mentibus vestris homines, qui huic affines sceleri fuerunt. Affinia vincula, hoc est vincula affinitatis. Ovid. *de remed. elog. 8.*

*Ius aliquod facium affinia vincula nobis,*
*Quæ semper maneant illabefacta precor.*

Affinĭtas, atis. Propinquitas ex cognati nuptiis contracta, vel hominum affinium inter ipsos conjunctio. ¶ חתנה *chathunnáh*. κηδεία. Gall. *Affinité, alliance par mariage*. Ital. *Parentela per conto di matrimonio*. Germ. Schwägerſchafft. Hispan. *Parentesco por casamiento*. Angl. *Alliances*. } Cic. 4. *Verr.* Quo quisque te maximè cognatione, affinitate, necessitudine aliqua attingebat. Plaut. *Aul. sc. 4. a. 1.* Eas affinitatem hanc obstinavit gratia.

Affirmo, as, Asseveto, asseto, confirmo. ¶ יצר *jakadh*. חזק *chezéḳ*. βεβαιῶ, διισχυρίζομαι. Gall. *Affirmer, asseurer*. Ital. *Affermare*. Germ. Beſtändig ſagen/ groß creas ſagen. Hisp. *Mucho affirmar algunas cosas*. Angl. *To allenge*. } Cic. 4. *Acad.* Quid dubitamus igitur affirmare, nihil inter hæc interesse? Affirmare societatem. Liv. *lib. 9. bell. Pun.* Et affirmata quæ data erant, i. confirmata, *lib. 8. d. 4.*

*Non agis, affirmo: liquet hoc, &c.*

Ovid. *lib. 3. El. 3. Trist.*

Affirmātio, asseveratio, confirmatio. ¶ חזוק *chezúḳ*. βεβαίωσις. Gall. *Asserte*

Digitized by Google

*Asseruement, affermation.* Ital. *Affermatione, asseramento.* Germ. Zeitdrugung, gewiß bezeugung. Hisp. *Affermacion.* Angl. *Affirming, assedging.* } Cic. 3. *Offic.* Est enim jus jurandum affirmatio religiosa.

**Affirmate**, asseveranter. { נחרצות *neḥarṣáṯ.* Gall. *En affermant qu'il est.* Ital. *Affermatamente.* Germ. Gewißlich, eigentlich. Hisp. *Affirmadamente.* Angl. *By affirming.* } Cic. *Offic.* Quod autem affirmate, quasi Deo teste promiseris, id tenendum est. Superlat. Affirmatissime. Gell. *cap.* 12. *lib.* 10.

**Affirmatores**, qui testimonio suo negotium rerum habent, atque constituunt. Tertull. *de Anima. cap.* 46. Quanti autem commentatores & affirmatores in hanc rem! ¶ Affirmatores in jure, qui cum idoneis tutoribus affirmaverint, vicem fidejussorum obtinent. Ulpian. *l.* 4. *de fidejusser.* Paul. *lib.* 4. *sit.* 4. §. 13.

**Affatus**, vide *Affio.*

**Afflĕo**, es, evi, etum, Illachrymor. { בכה *bachâh.* ἐπιδακρύω. Gall. *Pleurer. Larmoyer.* Ital. *Piangere.* Germ. Mit einem weinen. Hisp. *Llorar.* Angl. *To weepe.* } Plaut. *in Perſa.* Sed longe ab Athenis esse se natam autumet, & ut afflet, quum ea memoret.

**Affligo**, is, compositum ex Ad, & figo antiquo verbo, Prosternonin terram conjicio, & deprimo. { חזיר *bippil,* נתץ *narbatz.* κατάρασσω, κατάπτω, καταγνύω, &c. Gall. *Ruer & accabler par terre* Ital. *Metersi sotto i piedi, abbassare, atterrare.* Germ. Nider werffen, boden werffen. Hisp. *Derribar por el suelo.* Angl. *To caſt to the ground to ſpylle.* } Cic. *in Piſon.* Illi autem statuam istius pertimiscam, quam stare in loco celeberrimo voluerunt, ne suavissimi hominis memoria moreretur, affigunt, comminuunt, dilapidant. Idem *pro Cælio.* Qui Catuli monumentum affixit, meam domum diruit. Plin. *lib.* 8. *c.* 40. Cæs. 6. *bell. Gal.* Suet. *in Ner. cap.* 7. Affigere aliquem testimonio. Plaut. *Asin. ſc.* 2. *a.* 4. Quam quidem, nisi illa te occupatlit, affliges scio, i. interimes. Cedo manum, solo equidem te affligi, terram esdere & calu lædi. Idem *Mostell. ſc.* 4. *a.* 1. ¶ Accipitur pro opprimo, malè multo, dolore afficio, perdo. { עגם *linnâh.* κατάπτω, καταγνύω. Gall. *Tourmenter, affliger.* Ital. *Tormentare, affligere.* Angl. *To afflict, to chaſtice.* Germ. plagen, engstigen, bekümmern. Hisp. *Atormentar, affligir.* } Cic. *Attic lib.* 4. Ut me levarat tuus advéntus, sic discessus afflixit. Cic. *in Piſ.* Afflictus luctu ac mœrore.

**Afflictus**, a, um, prostratus, jacens, & rebus adversis oppressus. { מעגם *mekuneh,* עגם *haṣúm,* κατακεκλιμένος. Gall. *Affligé.* Ital. *Afflitto.* Germ. Zu boden geworffen. Item Betrübt, geplaget. Hisp. *Afligado.* Angl. *Afflicted, ſacked.* } Cic. *pro lege Manilia.* Diffidentem rebus suis confirmare, afflictum erigere, perditúmque recreare. Idem *post reditum.* Qui mihi afflicto, & jacenti dextram porrexit. Suet. *in Otton. cap.* 9. Victis non tam afflictis, quin etiam vellent quidvis subire. Plaut. *Curc. ſc.* 1. *a.* 1. Illum (puerum) afflictum velim (fortasse ambiguè.)

**Afflictio**, afflictatio, vexatio. { עצב *ʿeṣéb.* φόβος. Gall. *Affliction, vexation, tourment.* Ital. *Afflittione, travaglio.* Germ. Trübsal, bekummernuß. Hisp. *Afligimiento.* Angl. *Affliction, torment.* } Cic. 4. *Tuſc.* Molestia, afflictio, desperatio. Idem 3. *Tuſc.* Alii ubique legunt Afflictatio. Senec. *cap.* 16. *de Conſol. ad Helviam.* Afflictionis genitrix vexatio.

**Afflictatio**, κάκωσις, κατάκλισις. Cic. 4. *Tuſc.* Afflictatio, ægritudo cum vexatione corporis.

**Afflictus**, us, idem. Cic. 2. *Tuſc.* Effœminata virtus afflictu occidit.

**Afflictor**, aliud verbale, qui afflixit, vel affligit. { מעגים *mehanneḥ.* θλῖπτης, κακωτής. Gall. *Celuy qui afflige.* Ital. *Chi affligge, tormentatore.* Germ. Ein plager, bnchdæchter, bekümmerer. Hisp. *Atormentador.* Angl. *An tormenter, which puniſheth.* } Cic. *in Piſ.* Age, Senatus odit te (quòd cum te facere jure concedis) afflictorem, & proditorem non modò dignitatis, &c.

**Afflicto**, as, frequentativum. { עצב *ʿiṣṣéb.* κακόω. Gall. *Vexer affliger & tourmenter.* Ital. *Affligere ſtremamente.* Germ. Sting vnd hefftig plagen, vexiren vnd bekümmeren. Hisp. *Afligir mucho.* Angl. *To torment and afflict greatlie.* } Cæsar 4. *bell. Gal.* Et onerarias, quæ ad anchoras erant deligatæ, tempestas afflictabat. *Ibid. lib.* 3. Tacit. *lib.* 13. Cic. 4. *Tuſc.* O te infelicem, quàm te afflictarem, nisi iratus essem. Idem *ad Attic. lib.* 1. Hic tu me accusas quòd me afflictem.

**Afflo**, as, Ad aliquid spiro. { נשב *naſhaḇ,* נפח *napháḥ,* פוח *puaḥ,* נשף *naſhaph.* ἐμπνέω. Gall. *Souffler ou haleter vers, ou contre quelque choſe.* Ital. *Spirare à qualche cosa.* Germ. Anblaſen, anhauchen, anwehen. Hisp. *Soplar hazia otra cosa.* Angl. *To blowe or breath upon any thing.* { Liv. Afflabat vis frigoris acrior. Cic. *de Senect.* Odores afflantur è floribus, per translationem. Virg. 1. *Æneid.*

*——— namque ipſa decorum*
*Cæſariem nato genitrix, lumenque juventæ*
*Purpureum, & lætos oculis afflarat honores,*

id est, afflando dederat. Lact. *lib.* 7. Odor ille sapientiæ tam suavis, tam jucundus afflaverit. ¶ Interdum ponitur pro excito, incito. Cic. *pro Arch.* Poëtas mentis viribus excitari, & quasi divino quodam spiritu afflari. ¶ Afflare alicui, pro aspirare, seu favere. Tibul. *lib.* 2. *Eleg.*

*Felix, cui placidus leniter afflat amor.*

Quinc. Afflante fortuna. Suet. *in Tib. cap.* 69. Fulmine afflati laurum negant. *Ibid. cap.* 79. Afflatus aura.

**Afflatus**, us, verbale, Actus afflandi. { נשמה *neſchamáh.* πνεῦμα. Gall. *Souffle, Vent.* Ital. *Vento.* Germ. Athemung, anwehung. Hisp. *Viento* Angl. *Liewing, breathling on.* } Plin. *lib.* 10. *cap.* 3. Perdices concipiunt supervolantium afflatu. Cic. 1. *de divin.* Oracula quæ instincta divino afflatuque fundantur. ¶ Afflatus item pro H, aspiratione, seu nota aspirationis. Varro *lib.* 5. *de re ruſt. cap.* 12. Nec minus oppidi quoque nomen Thebæ indicant antiquiorem esse agrum, quòd ab agri genere non à conditore ei nomen est impositum. Nam lingua prisca & in Græcia Æoles Bœoti, sunt affatu vocant Æoles Tebas.

*Calepini Part I.*

**Affŭo**, is, Abundo. { נוד *nabáḏ,* תעדיף *heʿdiph,* שגה *ſheghâh,* ἐπιῤῥέω. Gall. *Abonder, couler vers quelque chose.* Ital. *Abondare, correre verſo qualche luogo.* Germ. Vberflieſſen, vberflüssig ſein. Hisp. *Abundare à correr lo liquido.* Angl. *To abound, to have plentie of any thing, to flowe to.* } ut, Affluere divitiis, voluptatibus, &c. Plaut. *Pœnul. ſc.* 1. *a.* 1. Ut in frumento affluam. Lucret. Cic. &c. Proprie ad aliquid fluere: Colum. Ne quando vertice torrens imbribus conceptis affluxerit, fundamenta convellat. Plin. *lib.* 2. *c.* 97. Bis inter duos exortus Lunæ affluunt, bisque remeant. De maris æstibus loquitur. Cic. transfluere usu est, 1. *de finib.* Nam si ea voluptas esset quæ quasi titillaret sensus, ut ita dicam, & ad eos cum suavitate affluere & illaberetur. Tanquam de liquore dixit, Afflueret, id est, lenire flueret.

**Affluens**, participium, εὐπορούμενος. Liv. 5. *bell. Macedon.* Quotidie affluente multitudine ad famam belli. Idem 4. *Bell. Pun.* ¶ Affluens, abundans. Cic. *pro Arch.* Urbs eruditissimis hominibus, liberalissimis studiis affluens. Idem *contra Rull.* Opibus & copiis affluens. Idem *Offic.* 3. Omnium rerum affluentibus copiis ditati. Affluens Senatus. Suet. *in Aug. cap.* 35.

**Affluentia**, Abundantia. { פרוד *meṯḇár,* שפע *ſheph'áh,* מחביר *maḥbir.* ἐπιῤῥοή, εὐπορία. Gall. *Abondance.* Ital. *Abondantia, copia.* Germ. Vberflüssigkeit, genügde. Hisp. *Abundamiento.* Angl. *Abundance, plentie.* } Cic. *de lege Agrar.* Ex hac copia atque omnium rerum affluentia, primùm nata est arrogantia. Quintil. Affluentia ingenii.

**Affluenter**, adverbiùm. Copiosè. { בשפוד כוחו *bimeód meód, vâlo,* ἐμπλουσίως. Gall. *Copieuſement, largement.* Ital. *Abondamente.* Germ. Vberflüssiglich, genugſamlich. Hisp. *Abundantemente.* Angl. *Abundantlie, plenteouſlie.* } Cic. 5. *Tuſc.* Quique affluentiùs voluptates hauriat. ¶

**Affodio**, is, affodi, affossum, fodiendo adjungo. { חתר *ḥaṯar,* חפר *ḥaphar.* συμφόσσω. Gall. *Fouyr auprés, enfoncer ſi avant qu'on atteint.* Ital. *Cavar vicino, zappando aggiongere.* Germ. Mit graben, zuſammen fügen. Hisp. *Echar la cavado ſobre cavado.* Angl. *To diche or digge wich, in digging to joyne to.* } Plin. *lib.* 2. *cap.* 68. Furtóque vicini cespitem nostro solo affodimus.

**Affor**, aris, atus sum, ex Ad & fari compositum, significat alloqui. { דבר *dibbér.* προσφθέγγομαι. Gall. *Parler à quelqu'un.* Ital. *Parlare.* Germ. Anreden, ansprechen. Hisp. *Hablar.* Angl. *To ſpeak, to any man.* Cic. 2. *Phil.* Quis locus est aut tam desertus, aut tam inhumanus, qui illos qui accesserint, non affari atque appetere videatur. Virg. *Æneid.* 2.

*Tunc sic affari, & curas his demere dictis.*

**Affātus**, a, um, particip. Alloquutus.

**Affatus**, huius affatus, nomen verbale, Alloquium, collocutio. Virg. 4. *Æneid.*

*Heu quid agat? quo nunc reginam ambire furentem*
*Audeat affatu?*

¶ Affămĕn, pro affatu, apud Apuleium *lib.* 11. *Metam.*

**Affabilitĕr**, & Gellius affabilissimè. Macrob. *Saturn. lib.* 7. *cap.* 1. Ab Imperatore comiter, affabilitérque susceptus est. Spartianus *in Caracalla.* Quos occidere parabat, affabiliter est allocutus.

**Affabilis**, ex Ad & fabilis. In sermone jucundus & gratus: vel comis, lenis, facilis. { נעים שפה *neʿeſh ſheḥen,* עניה *hanáv.* ἡδύλογος. Gall. *Affable, gracieux en paroles.* Ital. *Affabile.* Germ. Gesprächig, holdſelig im reden. Hisp. *Cortes, y bien hablando.* Angl. *Gentil in ſpeaking to.* } Cic. 1. *Offic.* Et in omni sermone omnibus affabilem & jucundum se esse velliet. Terent. *in Adelph.* Meditor esse affabilis. Virg. 3. *Æneid.*

*Nec viſu facilis, nec dictu affabilis ulli.*

**Affabilitās**, facilitas alloquendi, comitas in sermone, facilitas audiendi. { חן *ḥen,* ענוה *hanavâh.* ἡδυλογία. Gall. *Courteiſie en parlant aux gens.* Ital. *Affabilità, cortesià.* Germ. Freundtlich die leut anreden. Hisp. *Cortesia, y buena habla.* Angl. *Meakenesſe and courteſie in ſpeaking or hearing others.* } Cic. 2. *Offic.* Quantopere conciliet animos comitas affabilitásque sermonis.

**Affabrè**, adverb. Gell. *lib.* 16. *cap.* 3. Hæc tum Pharorinus, multaque ejusmodi alia affabilissimè dicebat.

**Affore**, unde nec. Est verbum ita defectivum, ut ipsum verbum *Fore*, Cic. *ad Papin. lib.* 9. Non mehercule suspicatus sum illam affore. Cæsar 5. *bell. Gall.* Hanc affore biduo. Virg. *Æneid.* 1.

——— *atque utinam ipſe Noto compulſus eodem*
*Afferet Æneas.*

¶ Affostrata, redditus. Isid. gloss. ¶

**Affŏrmido**, as, are, formido. { פחד *paḥád,* חרד *ḥarád.* φόβος. Gall. *Craindre davantage.* Ital. *Temere.* Germ. Grosse forcht haben, sich vbel fürchten. Hisp. *Temer demaſiadamente.* Angl. *To feare greatlie.* } Plaut. *Bacchid.* Magisque efformido, ne is pereat.

**Affrango**, is, frango, συντρίβω. Stat. *lib.* 1. *Theb.*

——— *aut exſiccata faticet*
*Mater Achillei hyemes affrangere buſtis.* Vide *Adfringo.*

**Affremo**, is. Sil. Italic. *lib.* 14.

——— *Boreæ ſtridentibus affremit alis.*

**Affrĭco**, at. Ad aliquid fricare. { שבר *ſchibbár.* συντρίβω. Gall. *Frotter à, ou contre quelque choſe.* Ital. *Fregare à qualche cosa.* Germ. Reiben. Hisp. *Refregar una cosa à otra.* Angl. *To rubbe upon any thing.* } Plin. *lib.* 8. *cap.* 17. Marathro herbæ se affricans. Idem *lib.* 29. *cap.* 6. Colum. *lib.* 7. *cap.* 5. Aut arbori affricans, subaudi, se.

**Affrictus**, us, verbale, ab Affrico. { נגד *gaṛádh,* גלש *galáſch.* σύφλασις. Gall. *Frottement contre quelque choſe.* Ital. *Fregamento contra qualche cosa.* Germ. Die anreybung, oder das anreiben. Hisp. *Refragamiento de una cosa à otra.* Angl. *Rubbing upon any thing.* } Plin. *lib.* 31. *cap.* 6. Spumáque aquæ affrictu ventus tollit.

**Affrio**, as, ex Ad, & frio, & dicitur terendo aliquid aspergo, & propriè de rebus iis dicitur, quæ facilè & modico tritu comminuuntur & in pulverem rediguntur. { דקק *dakáḳ.* συντρίβω. Gall. *Eſmier en briſer menu quelque choſe ſur, ou avec une autre.* Ital. *Rompere, è tri-*

*tare mis ut amante una cosa contra un'altra.* GERM. Etwas zuwider. HISP. *Desmenuzar con à entre dedos.* ANGL. *To break in small peeces one thing with another, to bruze.* ‖ Varr. 1. *de re rust.* Item alius aliud affinat, aut aspergit, ut Caiendicam, aut Carcam cretam, &c.

Affossura, reditus. Lege *Apotrapha*, in Glossario Latino Græco ἀποτρ-οφὴ dicitur.

‖ Affucillo, affurcillo, affarcillatus, furcillis captus. Gloss. ‖

Affulgeo ; ‖ { מנהר *maghâh.* ἐπιφαύω, ἐπιλάμπω. GALL. *Reluire & resplendir contre quelque chose.* ITAL. *Resplendere contra qualche cosa.* GERM. Anscheinen/ anleuchten. HISP. *Resplendeger hazia otra cosa.* ANGL. *To shyne, and cast a glace or light upon any thing.* ‖ Sil. *lib.* 8. Affulgere vultu nitenti: Et, Huic enim parcè rarò sol affulget. Et proverbialiter, lux affulsit, dicimus ubi melior rerum spes ostendi cœperit. Translatè etiam affulgere dicitur, quod animum nobis erigit atque excitat. Liv. 6. *bel. Pun.* Prima spes morte nuncupata Marcelli affulsit. Idem *lib.* 10. Et mihi talis aliquando fortuna affulsit.

Affundo, is, aspergo, { שפך *schaphâch.* ἐπιχέω. GALL. *Espandre. & faire couler quelque liqueur contre quelque chose.* ITAL. *Versare adagare.* GERM. Angiessen/ zuschütten. HISP. *Derramar sobre otra cosa.* ANGL. *To sprinkle, and powre out upon any thing.* ‖ Plin. *lib.* 16. *cap.* 44. Vinúmque illi affundere. ¶ Affundi fluvii quoque & mare dicuntur iis locis quæ alluunt, aut præterlabuntur. Idem *lib.* 5. *cap.* 1. Affunditur huic autem Atlanticum è mari flexuoso meatu. Affundo, pro infundo. Tacit. *lib.* 12 Frigida in aqua affunditur venenum. Idem *lib.* 5. Affusa urbs mari, pro effusum mare urbi. Plin. 3. *cap.* 3. Suec. *cap.* 12 *de Consol. ad Polyb.* Non recuso quidquid lacrymarum fortunæ meæ superfluit, tuæ affundere. Varro *lib.* 3. *c.* 16. Uvam pallam cum proferunt, affundunt fœpam.

Affusus, partic. κεχυμένος. Plin. Exprimitur foliis succis mollissimis, in pila tusis, affuso paulatim vino austero. Ovid. & Lucan.

Āforis, adverb. A parte exteriori. { חוץ *michûts.* ἔξω. GALL. *Le dehors.* ITAL. *Di fuori.* GERM. Den aussen hât. HISP. *De fuera.* ANGL. *Frome outwards.* } Plin. *lib.* 18. *cap.* 24. Invictus penetrat omnis aforis injuria. Sunt qui divisim scribant, à foris, melius meo quidem judicio.

Afrānius, Poëta Latinus fuit, togatarum fabularum scriptor. Cuius comœdiæ, alioqui festivæ & elegantes, minùs gratæ fuerunt, quòd fœdis puerorum amoribus essent conspurcatæ. ¶ Etiam dux fuit Pompeianarum partium, victus à Cæsare in Hispania ad Sicorum amnem. Vide Lucan. *lib.* 4, Suet. *in Ner. cap.* 11.

Afrania, Licinii Bructionis uxor, prompta ad lites contrahendas, muliebris verecundiæ oblita, adeò ut pro crimine improbis fœminarum moribus C. Afraniæ nomen objiciatur. Valer. Max. *lib.* 8. *cap.* 3.

Africa, ‖ quòd ibi nulla sit φρίκη, nullum gelu, ut vult Servius ‖ regio latissima, una ex tribus principiis mundi partibus, ad Orientem Ægypto & Nilo fluvio, ab Occasu Oceano Atlantico terminata : à Meridie Oceanum Australem, ad Septentrionem mare Libycum spectans. { GERM. Der dritte theil der welt. } Nomen habet { si Iosepho credimus } ab uno posterorum Abrahæ, cui nomen erat Afer : vel { quod verisimilius est } ab α privativo, & Græco nomine φρίκη, quod horrorem significat. Est enim hæc regio frigoris horroribique expers, ut quæ majore sui parte inter Tropicos sita sit. Provincias habet ad Mediterraneum mare extensas, duplicem Mauritaniam, Tingitanam, & Cæsariensem, deinde Numidiam, post Africam propriè dictam, quæ & Africa minor dicitur. Hanc excipit Cyrenensis, sive Pentapolitana regio. Post hanc & Libya Marmarica, Ægypto contermina. Interiora Africæ Æthiopes habent, pluriesque alii populi monstrosi, quos enumerat Plin. *lib.* 5. *cap.* 8. ¶ Africa minor olim urbes habuit Carthaginem, Uticam, Adrumetum, Zamam, Hipponem regium, & alias quidem. ¶ Africa semper aliquid novi apportat. Proverbium quod quadrat in hominis lubrica hâc, semperque novandarum rerum avidos. Quod quidem ideo dicebatur, quod in Africa siticulosa regione ad unum aliquem rivum plurimæ ferarum species bibendi gratia convenire cogantur, ibique varia mistura violentæ Veneris varias monstrorum formas subindè que novas nasci. Ex Plin. *lib.* 8. *cap.* 16. Aristot. *de generat. anim. lib* 2. *cap.* 5.

Africus, a, um, adjectivum. Armentarius, Afer. Virg. 3. *Georg.*

*Murice Afro tinctæ lanæ.*

Horat. 2. *Carm.* ¶ Afra avis, proverbii species, λίβυς, λιβυκὸν ὄρνεον. Refertur à Suida de rebus prægrandibus, quòd ex ea regione deportentur aves immani magnitudine. Horat. de præclara usurpavit.

*Non ego ventosæ plebis suffragia venor*
*Impensis cœnarum & tritæ munere vitæ,*
*Nec fragilem calamo ferro scindente capellam*
*Dono Lenæo. Tu pinguia Manlia mecum*
*Tempora testa bibes. Melior lux, recte precanti,*
*Recte cantanti, major tibi. Tu quotus esto,*
*Conditor Albani, seu Corvinus seu Camillus,*
*Dicet, ut hæc possim, quæ non mihi cornua nec mi*
*Frons levis, aut acres possint defendere mores,*
*Non ego perfidum dulci lenire veneno*
*Idoneus, & rivalem odiis dispellere longis,*
*Incundior quàm lecta de pinguissima*
*— Oliva ramus arboreæ.*

Nam gallinas peregrinales olim mittebat Africa, quas easdem Numidicas aves appellant. Acron videtur de struthione sentire, quæ & ipsa avis mira mole corporis esse fertur. Non ineptè jactetur in hominem peregrino cultu notabilem. Plaut. *Pœnul.* Pœnum autem vocat ob munitas glarum instar utrinque pensiles. Proverbium extat *in Avibus Aristophan.* Interpres in litem convenire in barbatos, ac meticulosos. Sunt enim peregrinales ferè timidiores. Terent. Hic nebulo magnus est. Ex Adag. Chiliad.

Āfer, ĕra, ĕrum, qui est ex Africa.

*Divine Afer,*

Horat. 4. *Carm.*

*Sitientes Afri.*

Virg. 1. *Eclog.* Est enim Africa calidissima regio.

‖ Afortus, piscis, qui propter exiguitatem hamo capi non potest. Isid.

Afratum, spumeum. Isid. *lib.* 1. *cap.* 2.

Africus, a, um, Ἀφρικὸς : ut Africa bella, apud Sil. *lib.* 17. Liv. *lib.* 1. *d.* 7.

Africānus, a, um, ut Gens Africana, Gallinæ Africanæ. Varro *de re rust. lib.* 3. *cap.* 4. Gallinæ Africanæ sunt grandes, varias gibberæ, quas Meleagrides appellant Græci. Vide Suet. *in Calig. cap* 18.

Africanæ, feræ sunt in Africa copiosæ, ex genere pantherarum, quæ & Variæ appellantur, à macularum varietate, παρδάλεις Plin. *lib.* 8. *c.* 17. Senatusconsultum fuit verum, ne liceret Africanas in Italiam advehere. Vide Suet. *in Claud. cap.* 21. Liv. *lib.* 4. *d.* 5.

‖ Africia, genus libri, quo antiquiùti in sacrificiis. Arnob. ‖

Africus, subst. nativum, venti nomen est ab Africa spirantis inter Austrum & Zephyrum, qui & λίψ à Græcis dicitur. { ITAL. *Ponente. Labeche* Flandris, *Zuid, westen, Westen.* } Virg. *Æneid.*

*Vim Eurúsque, Notúsque ruunt, creberque procellis*
*Africus.*

Horat. *lib.* 1. *Carm.*

*Ludantem Icariis fluctibus Africum.*

Africus, adject. ab Africo vento : ut, Africæ procellæ, ab Africo vento excitatæ.

*Non est mirum, si magnas Africis*
*Malus procellis.*

Horat. 3. *Carm. Od.* 19.

‖ Afrutabulum, vasculum. Pap. ‖

AG

‖ Agābo, qui negotia præcedit. Isid. gl. Pap ‖

Agæctari, populi, alias Agaturi. Plin. 28. *cap.* 68.

Agætus, ὁ, Ἀγαθὸς. Scytharum rex. Vide in Panticarpæo.

Agamantæ, populi sunt circa Maotim. Plin. *lib.* 6. *c.* 7.

Agangulo, dicitur vanus fornicator. Isid. gl. Pap.

Agallochia, palmas nuncuparunt veteres medici, docti minùs accommodè : nam herbis lactis aliquo modo naturam immutari traditum est.

Agallochum, { אהלים *ahalim.* ἀγάλοχον. GALL. *Bois d'aloes.* ITAL. *Legno aloe.* GERM. Holtz aloes. HISP. *Leynaloes.* } Lignum est Dioscoridis thyix ligno simile, maculis quibusdam distinctum, odore jucundissimo, gustu subamarum, oris graveolentiæ maximè conducens. Græci recentiores ξυλαλόη appellarunt : quos nostræ ætatis sophistæ imitati, Lignum aloes vocarunt.

Agamede, ἀγαμήδη, virgo Lesbi insulæ. Plin. 5. *cap.* 31.

Agamedes, ἀγαμήδης, viri ejus nomen fuit, qui cum Trophonio Apollini Delphis templum extruxit : cujus mercedis nomine, quam ab Apolline præmium postulassent quod ille hominibus optimum duceret, post diem tertium in lecto mortui reperti sunt.

Agamémnon, ἀγαμέμνων, Atrei & Æropes filius, frater Menelai, & rex Mycenarum, qui in ea expeditione, quam Græci ob Helenæ raptum adversùs Trojanos susceperunt, omnium consensu universi exercitus dux est declaratus. Quo in bello, decimo demùm anno victoria potitus, ubi primùm in Græciam rediit, à Clytemnestra uxore, adjuvante Ægisthio { qui cum illa, absente viro, adulterii consuetudinem habuerat } est interfectus, relicto filio Oreste, qui postea indignam patris necem ulciscens, matrem unà cum adultero interemit. Vide Senec. *in Agamemn.* & Euripid. *in Oreste.*

Agamemnónius hostia, ἀγαμεμνόνιος θυσία, in duros & persuasu difficiles dicitur. Inde natum, quòd Agamemnone rem divinam in Troja facturo, bos effugerit, vixque multo negotio comprehensus, reductus est. Quadrabit etiam in eos, qui noleates & adacti quippiam agunt. Olim in sacris spectabatur, ut hostia lenis ac volens adstaret. Quod si refracto fune profugisset, infaustum omen habebatur. Videtur & huc posse referri, quod Agamemnon in Aulide filiam Iphigeniam sacrificavit : sed admodum invitus. Recenseur à Zenodoto.

Agamemnónius, adjectivum. Virg. *lib.* 6. *Æneid.*

*Ernet ille Argis Agamemnoniásque Mycenas.*

¶ Agamemnonii putei, ἀγαμεμνόνιον ἔργον, proverbialiter de admirandis operibus dicebatur : aiunt enim & circa Aulidem, & passim in Græcia puteos effodisse, ne per æstum aquarum inopia laborari posset. Autor Zenodotus.

Agamnestor, ἀγαμνήστωρ, nomen est Athenicasium regis.

Agāmos, Latinè dicitur cœlebs, ἄγαμος, hoc est, sine viro, seu uxore. { ANGL. *chaste.* } γάμος enim nuptiæ sunt.

Agamyria, Medicæ oppidum. Plin. *lib.* 16. *cap.* 14.

Agandri, populi circa Maotim. Plin. *lib.* 6. *cap.* 7.

Agave, ἀγαύη, nomen proprium filiæ Cadmi & Hermiones, & Echionis uxoris, quæ vecta furiam, Pentheum filium laniavit.

Agenippē, pes, fons Bœotiæ à Cadmo monstratus. Musis sacer, quem poëtæ fabulantur factum esse Pegasi equi alati ungula, ἵππου κρήνη. { GERM. Ein brunnen im Beotia den Musis zugeeignet. }

Āgenippēus, a, um, denominativum, ἀγανιππικὸς. Propertius,

*Par Aganippea ludere docta lyra.*

Agenippis, ἀγανιππὶς, patronymicum fœmininum. Ovid. 5. *Fast.*

*Dicite qua fontes Aganippidos Hippocrenes,*
*Grata Medusæi signa tenetis equi.*

Agapenor, ἀγάπηνωρ, Præfectus classis Agamemnonis, apud Hom. *in Catalog. navium.* Latinè, Amans viros, vel qui ab aliis amatur.

Agape, spes, ἀγάπη, habet duo nomina apud Latinos, charitatem scilicet, & dilectionem. August. *de verbis Domini*, loquens de epulone divite, contra raptores, qui amore Dei aliena distribuunt, dicit in persona talium : Ego similis illis divitis, non sicut agapes facio. Agapes, *in Decret. Pontif.* 42. *distinct. cap. si quis deinceps*, sumitur pro eleemosyna. Prisci Christiani convivia sua appellabant Agapas : atque hinc quoque sacram ac mysticam Domini nostri Jesu Christi cœnam. Locus tamen citatus in Decret. aliter legitur ab aliis : nam pro *agapes*, legunt *eleemosynas.*

Agapetus, ἀγαπητὸς, dilectus, gratus, jucundus.

Agapetus, ἀγαπητὸς, Synnadæ, quæ est in Phrygia, Episcopus, de quo vide Euseb. *hist. Eccl.* Latinè interpretatur diligibilis, vel dilectione dignus.

Agapius, ἀγάπιος, Alexandrinus medicus fuit, qui Byzantii magna celebritate medicinam docuit. ¶ Fuit & alter Atheniensis Philosophus, post Proclum Marini Neapolitani discipulus. Suidas.

Agar, ἄγαρ, nomen ancillæ Abrahæ, quod interpretatum advena : à qua Agareni ἀγαρηνοὶ, populi Arabiæ, qui nunc Saraceni dicuntur, à Sara uxore.

store Abrahæ. Isidor. Hos bello aggressus Traianus Cæsar, eorum oppidum Agaram mœnibus munivit, eos tamen nunquam potuit acie superare, tempestatesque eâ tanquam divinitas perpetuo obitante. Autor Dion.

Agaricon, {ἀγαρικόν. Gall. *Agaric.* Ital. & Hisp. *Agarico.* Germ. *Donnerschwam.* } Fungus est, aut certè radix lasere succo similis, fungi more in arboribus nascens, sapore initio dulci, sed mox in amaritudinem desinente. Nascitur circa Bosphorum Cimmerium, tenera suvium Agarum, & in Galatia. Duo ejus sunt genera, mas, & fœmina. Vide Plin. *lib.* 25. *cap.* 9. & Ruell. *lib.* 3. *cap.* 1.

Agāton, agathon, minister officialis. Isid. gl.

Agium, Promontorium est Sarmatiæ Europææ, ab ea parte, qua Bosphoro Cimmerio proxima est. Autor Ptolem.

Agarus, ἄγαρος, fluvius Sarmatiæ Europææ, in Bosphorum Cimmerium illabens, circa quem radix quædam fungosa arboribus adnascitur, quæ ab eo Agaricum dicitur. Fluvii hujus meminit Ptolemæus *in descriptione Sarmatiæ*, & Cœl. *antiq. lect. lib.* 18. *cap.* 8.

Agasias, ἀγασίας, ex Stymphalo Arcadiæ oppido vir fortis, & bello clarus: de quo Xenophon *lib.* 6. *de expeditione Cyri minoris.*

Agasicles, ἀγασικλῆς. Spartanorum rex clarissimus fuit, cujus extat aureum illud apud Plutarchum apophthegma, Nullum esse firmius stabilendi regni præsidium, quàm si rex ita civibus imperetur parentes liberis.

Agāso, Equorum, vel asinorum ductor. {רכב *rachchab.* ἱππάναι. Gall. *Palefrenier, qui mene les chevaux, & les panse, Muletier.* Ital. *Asinaio, mulattiere.* Germ. Ein viehtreiber/eselstreiber/rossbub. Hisp. *Harriero, è que agasaja las mulas.* Angl. *A horse or mule keeper.* } Plin. *lib.* 35. *cap.* 11. Pinxit & in una tabula, quâque maximè inclaruit, agasonem cum equo. Livius, acceptos ab agasonibus equos, quum rex ascensurus erat, admovebant. Pers. 5. *Satyr.* Tressis Agaso dixit, pro homine qui omnibus est contemptui.

Agāso, nomen proprium servi. Horatius,

*—— si patinam pede lapsus frangat Agaso.*

Agasthenes, ἀγασθένης, fuit, teste Hom. *lib. Iliad.* 2, pater formosi Pollyxeni, qui navibus suæ gentis præfuit in expeditione Trojana. Latinè interpretatur insigniter robustus.

Agastrophus, ἀγάστροφος. Pæonis fuit filius, & heros, inter primos Trojanorum bellatores: sed à Diomede vulneratus in coxa, mortem obiit, ut scribit Hom. *lib. Iliad.* 12.

Agasyllis, ἀγασυλλίς, fluvius est, quem juxta Cyrenem Africa gignit, ex quo succus profluens in subjectas arenas decidit: quem Ammoniacum vocant. Vide Diod. & Ruell. *lib.* 3. *cap.* 12.

Agasyrtus, {לבש גרים צאם *labasch begnadhim tsoim.* ἀγάνυτος. Gall. *Ord, sale.* Ital. *Sordido, scabbido.* Germ. Wüst/ vnsläts tig/ vngereinigt. Hisp. *Sucio.* Angl. *Slutish, unkempt in his clothes.*} Apud Latinos squalidum sonat & sordidum: unde Pittacus Mitylenæus philosophus, Agasyrtus est ab Alcæo dictus, quòd neglecto corporis cultu videretur sordidior.

Agatha, ἀγάθη. Stephano, oppidum provinciæ Narbonensis, quondam Massiliæ usium. Vide Plin. *lib.* 3. *cap.* 4. Fuit præterea hoc nomine virgo (teste Volaterrano *lib.* 13.) Catbanensis, & martyr, sub Gallo mamillis cæsa.

Agatharchides, ἀγαθαρχίδης, Historicus Samius, de quo Plut. *in historia Persica*, & Diodorus Siculus. Extant hodiéque nonnulla ex eius scriptis excerpta.

Agathēa, ἀγαθέα, oppidum est Phocidis. Steph.

Agathias, ἀγαθίας, Smyrnæus fuit historicus nobilissimus, qui Justiniani Cæsaris gesta conscripsit.

{ Agathis, gemma primùm reperta juxta fluvium Siciliæ. Pap. }

Agathyrnum, vide *Agathyrsum.*

Agātho, ἀγάθων, Philosophi Pythagorici nomen fuit. Hic quum annorum esset octoginta, ab Archelao rege interrogatus, num quas adhuc servaret pristini roboris reliquias? Quidni? inquit, nam non modò Ver, verùm etiam Autumnus consuevit bonos fructus proferre. ¶ Fuit etiam hoc nomine Atheniensis vir, portentosæ proceritatis & fortitudinis, de quo Philostratus *in vita Herodis Attici.* ¶ Fuit & nomen filii Priami, qui cum patre Hectoris corpus redempturo, ad Achillem profectus est, ut habet Hom. *Iliad. lib. ult.* ¶ Alius fuit Agathon tibicen quispiam, cantilenarum suavitate majorem in modum aures delinitus. Nec hujus mores difficiles musicæ prohibentur, laboravit enim infamiâ mollitiei. Unde Adagium, Agathonia cantio, Ἀγαθώνειος ᾠδή. Rectè dicetur de oratione blanda magis, quàm frugifera. Authores Suidas & Zenodotus.

Agathopolis, ἀγαθόπολις, Galliæ Narbonensis civitas est, quæ hodie Monspessulanus dicitur, vulgò *Montpellier*, vel potiùs *Agde.*

Agathocles, ἀγαθοκλῆς, Siculus tyrannus fuit. Plaut. *Men. sc.* 4. *a.* 2. In Sicilia, ubi Rex Agathocles regnator fuit, & *in Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Virtute regi Agathocli antecesserit, qui ex sordido genere natus, patre scilicet figulo, quum libidini, latrocinióque operam dedisset, gregariam militiam exercuit: in qua quòd manu strenuus esset, & concionibus perfacundus, brevi ex centurione tribunus militum evasit: & primo quidem bello contra hostes pugnans magna suæ virtutis præbuit experimenta, adeò ut in demortui regis locum fuerit suffectus. Nec multò post interfectis Syracusanis nobilibus, cum Carthaginensibus bellum gessit. Deinde spe ampliandi regni in Italiam trajecit: ubi quum decepsus fuisset, ex indignatione morbum contraxit: ex quo etiam vita functus est. Hic quum figuli (ut modò diximus) esset filius, generis humilitatem non modo non dissimulavit, verùm etiam eo veluti firmissimo argumento usus est ad inflammandos suos ad capessendam virtutem. Unde vasis auctis frequenter figulina solebat admiscere, ut ostenderet sordidissimæ etiam conditionis hominibus per virtutem ad honores iter patere.

Agathosa, ἀγαθόσα. Callimacho, dicta est insula unguento nobilis, quæ alio nomine Telos dicitur. Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.

Agathyrsum, sive Agathyrsa, ἀγάθυρσα. Steph. Urbs est Siciliæ, quæ recentiùs à Plin. *lib.* 3. *cap.* 8.

Agathyrsi, ἀγάθυρσοι, populi Scythis vicini, qui mollem habent auri, sine avaritia, aut invidia. Hos Plin. *lib.* 4. *cap.* 12. scribit habere capillos exuleos. Poëtæ pictos vocant, quoniam versicoloribus vestibus induuntur. Virg. *lib.* 4.

*Cretésque, Dryopésque fremunt, pictíque Agathyrsi.*

dicti Agathyrsi, ab Agathyrso Herculis filio.

Agaton, nomen officialis: fortè *Agaso.*

Agāve, ἀγαύη, filia Cadmi & Hermiones, & uxor Echionis, quæ in furorem versa, Pentheum filium regem Thebanorum, in Orgiis Bacchi suis manibus dilaniavit.

Agavi, ἀγαυοί, Populi sunt Septentrionales, quos Homerus *circa initium lib.* 13. *Iliad.* dixit esse gentem innocentissimam, ut quæ sine ullis divitiis equino victitent lacte.

Agavus, ἄγαυος. Unus è Priami filiis, apud Homerum *lib. Iliad. ult.* qui patrem Hectoris corpus ab Achille redempturum comitabatur.

Agbarus, ἄγβαρος, Rex fuit Edetiæ, cujus ad Christum Servatorem nostrum epistolam, Christique itidem responsum, vide apud Euseb.

Agbatana, orum, ἀγβάτανα. Stephano, oppidum Phœnices, quod Plin. *lib.* 5. *cap.* 19. Ecbatana appellat. ¶ Item oppidum Mediæ, totius regionis caput, a Seleuco conditum: quod & ipsum Plinius Ecbatana appellat, *lib.* 6. *cap.* 14.

Agē, Adverbium adhortantis: & singularem numerum desiderat, Agite pluralem: Agedum utrumque admittit. {חבה *chabah.* ἄγε, φέρε, γε. Gall. *Or sus, or avant, courage.* Ital. *Horsu, Horvia*, Germ. Wolan. Hisp. *En animo.* Angl. *Go to, courage.* } Quint. Agedum, si videtur, extra portas prospicite. Cic. *pro Sylla*, Agedum conferte nunc cum illis vitam P. Syllæ. ¶ Dicimus & Agitedum, sed in plurali semper. Liv. *lib.* 1. Agitedum, ite mecum. Age ut jubet. Plaut. *Men. sc.* 5. *a.* 5. Agite, abite, fugite. Idem *ibid. sc.* 7. *a.* 5. Agite, Amores mihi hinc vos. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Nunc agite, utercque quod rogabo dicite. Idem *Men. sc. ult. a.* 5. Age nunc jam quando jubes. S. Quid agam? P. Peri. Idem *Mil. sc.* 4. *a.* 2. Age, age manseto. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Age sanè quando æquum oras. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 1. Agedum expedi. Idem *Amph. sc.* 1. *a.* 5. Agedum exeute. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 4. Agedum aspice. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. ¶ Agesis roga. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Age, interdum non est hortantis, ut apud eundem *Asin. prol.* Age, nunc tessile, &c. ¶ Interdum est corripientis. Terent. *in Adelph.* Age, scis quid loquar? Pecuniam in loco negligere maximum interdum est lucrum. ¶ Interdum pro Die. Idem *in Adelph.* Age novi tuum animum, quasi jam usquam tibi sint viginti minæ. Ubi Donatus, Age, nunc verbum est significans Die, quia jam propè est, ut consentiat persuadenti. Interdum consentientis. Terent. *in Adelph.* Age age, traducatur Bacchis. ¶ Interdum excitandi, & plerunque post Nunc, apud Poëtas ponitur. Virg. *Georg.* 4.

*Nunc age, naturas apibus quas Jupiter ipse*
*Addidit, expediam.*

Ăgĕa, vel Ageia, Via in navi, dicta quòd in ea maximæ quæque res agi soleant, ὑπερεσία. Ennius.

*Multa foro pauxus ageâque longa repletur.*

Usitatius Foros vocamus. Vide Fest. & Scaligerum in *Agea.*

{ Agea, orum, victimæ, quæ pro rebus agendis offerebantur. }

Agedĭcum, ἀγέδικον, Ptolemæo, Gallorum Senonum oppidum est, quod idem esse existimatur cum eo, quod Galli sua lingua *Sens* vocant. Scribitur apud quosdam Agendicum. Vide Vigoucetum *in Cæsarem.*

{ Agedum, ἄγεδον. Vide *Dum.*

Agelada, juvenca. Lex. gr. b. }

Agelades, ἀγελάδης, nomen insignis statuarii, & magistri Polycleti: cujus meminit Plin. *lib.* 34. *cap.* 8.

Agelæus panis, ἀγελαῖος ἄρτος dicitur à Græcis, qui à nostris Cibarius dicitur, ex farina parum bene cribrata confectus. Vitæ Cæl. *lib.* 9. *c.* 16. & Ruell. *lib.* 2. *cap.* 14.

Agelastus, {שחק לעולם צחק *schechók leolám.* ἀγέλαστος, ab α & γελάω. Gall. *Qui ne rit iamais.* Ital. *Mesto, che mai non ride.* Germ. Traurig/ der nie lacht. Hisp. *Que nu rie ò burla en ningun tiempo.* Angl. *which never, laugheth heavie harted.* } Latinè mœstus, & sine risu. Quo nomine dictus est Crassus, avus Crassi à Parthis interempti, quem tradunt semel tantùm in vita sua risisse: quod factum est, quum vidisset asinum carduos comedentem, dixisseque, Ob id similem habent labra lactucam. Factum hoc dictúmque festivissimum ritus subsecutus est. Cic. 5. *de finib.*

{ Agellarius, rusticus dux gregis. Lex. g. b. }

Agellus, vide *Ager.*

Agmĕn, ătis, agmen. {נגף *nagáph*, ἄγμα. Gall. *Certaine legion de gens de guerre.* Ital. *Squadra.* Germ. Ein hauffe oder rott. Hisp. *Muchedumbre, ò compañia de gente.* Angl. *An companie of men of warre.* } Arrianus scribit alam equitum fuisse, quæ dicebatur ἄγμα, quanquam & de peditibus dici agema, idem testatur Arrianus. Liv. 9. *de cad.* Delecta inde, & viribus & robore ætatis ex omni cætratorum numero duo erant agemata: hanc ipsi Legionem vocabant.

Agēnŏr, ἀγήνωρ, Nomen regis Phœnicum, & Beli filii. Hic genuit Taygetam & Europam filias; filios verò Cilicem, Cadmum & Phœnicem. { Germ. Ein König der Phœnicier/ ein vatter Cadmi vnd Europæ. } Virg. 1. *Æneid.*

*Punica regna vides; Tyrios, & Agenoris urbem.*

¶ Hoc etiam nomine dictus fuit filius Antenoris Trojani.

Ăgĕr, {שדה *sadhéh*, נגב *jaghek.* Gall. *Vn champ.* Ital. *Campo.* Germ. Ein acker/ ein feld. Hisp. *Cãpo que se labra.* Angl. *A feilde.*} ab Ago, is, quòd in eo aliquid agatur, vel { ut Donatus inquit } quòd in eo multa sine agenda. Quint. autem *lib.* 1. scribit, Græcum esse: nam ἀγρὸς Latinè rus dici potest. Significatque Ager quandoque circumjectum territorium alicujus urbis, seu Provinciæ, ἀγρός. Sallust. *in Catil.* Reliquos Catilina per montes asperos in agrum Pistoriensem abduxit. Unde dicimus, Ager Campanus, Ager Brixianus. Et includit in se nemora, saltus, pascua, lacus, flumina, & omnia quæ in territorio illo sunt, & in ea significatione vix unquam reperitur pluraliter. ¶ Quandoque significat partem quandam ipsius territorii urbis, quæ privatum ab aliquo possidetur; & esse videtur rus, in quo domus,

& omnia, quæ in agro sunt, generaliter continentur: id est, quæ pro capitu ipsius partem in possunt. Unde Terent. *in Eunuch.* Ex meo propinquo rure hoc ejus commodi. Et sequitur: Neque agri, neque urbis otium me unquam percipit. Ubi Gnatas cœpit heri, commuto locum. Idem *in Heaut.* Agrum in his regionibus meliorem, neque pretio majoris nemo habet. Et paulo pòst, Talenta duodecim corrigi, agrum hunc mercatus sum: hic me exercebo. Ex his innuitur sub Agri nomine, & domum, & omnia alia quæ in agro continentur comprehendi, idémque esse Agrum, Rus & Possessionem. ¶ Notandum tamen quod nec rus, nec ager villa est, sed villa in rure, sive agro dicitur esse. Ex hoc significato licitum paræmia, Nihil ex agro dicis, οὐδὲν ἀγροῖκον λέγεις, id est, Nihil humile, neque triviale loqueris. Meminit Suidas. Cui similis illa Græcorum ἄγαν ἄστειος, quod Catullus dixit,

*Ruris plenus & inficetiarum.*

¶ Quandoque ager significat locum in rure quem colimus, sive arando, sive conserendo: & singularem, pluralémve numerum habet. Plaut. *in Pœn. Prol.* Agri reliquit ei non magnum modum. Idem *Amph.* Præbere uxorem usuariam, perinde est, ac si agrum sterilem fodiendum locet. Idem *Mostel. sc. 1. a. 1.* priusquam omnia perlere, & ædes, & ager. Colum. *lib. 1. cap. 3.* Virgilii proverbialem sententiam explicans: Quippe, inquit, acutissimam gentem Pœnos dixisse, convenit imbecilliorem agrum, quàm agricolam esse debere, quoniam quum sit colluctandum cum eo, si fundus prævaleat, allidi dominum. Nec dubium quin minùs reddat laxus ager non rectè cultus, quàm angustus eximiè. Conveniet in eos qui student imperio proferendo, quum hoc ipsum quod habent, non possint administrare. Aut qui suscipiunt munus, cui gerendo sunt impares. Et *lib. 4.* Pestilentem annum inopia frugum, neglecto cultu agrorum, ut plerumque fit, excepit. ¶ Ager colonus. Cic. *de leg. agrar.* Cognoscerent qui ager colonus esset, quo milites veterani deducti essent, qui, &c. Videtur eam agri partem significare, quæ propriè ad arandum accommodata est, & alio nomine Arvum dicitur.

Agellus, diminut. significat parvum agrum. ζ χώριον, ἀγρίδιον. Gall. *Petit champ, petit territoire & possession.* Ital. *Capicello.* Hisp. *Campo pequeno.* Angl. *A little field.* ζ Terentius *in Adelph.* Agelli est hic suburbe paulùm, quod locitas foris. Huic demus qui fruatur. ¶ Hinc fit aliud diminutivum Agellulus. Ambros. Qui fidei exercet militiam, ab omni usu negotiationis abstinere debet, agelluli sui contentus fructibus.

‖ Agerātus, lapis quo antiqui usi expoliendis coriis Gell. ‖

Agerochus, filius fuit Nelei ex Chloride uxore, ut est apud Hom. *lib. 11. Iliad.*

Agesimba, Æthiopum regio in Africa.

‖ Agesis, id est, age si vis. ‖

Agesilis, Apollinis filius, ut habet Iustinus, ex Cyrene virgine, in Pelio monte Thessaliæ rapta, frater Aristæi. Hunc alii nunc Argeum vocant.

‖ Agēter, partes gutturis. Poll. ‖

Aggagula. Gloss. Isidori: Aggagula, lenocinator, pantomimus.

‖ Aggatha, stuppa. Gloss. ‖

Aggens, pro angens: Aggilla, & Aggulus, pro anguilla, & angulus, dixerunt Varro *lib. 1. de L. L.* Priscian. *lib. 1.*

‖ Agger, lapidum, aut terræ moles quæ fixis vallis aggeritur. ¶ Est etiam Agger, strata, via publica. Gloss.

Aggero, ab ad, & gero. Gloss.

Aggilas, aguilo. Lex. gr. b.

Agginantes, explicantes. Isid. gl.

Aggurium, aggurus, placentæ genus. Lex. gr. b.

Agiades, montes Asiatici. Idem.

Agiæ, glandulæ. Isid. gl.

Agigarton, uva sine granis, arte sic plantata. Onom. Med.

Agilea, bos qui inter gregem agit. Idem.

Agiartores, aurigæ, qui ludis Circensibus se exercebant, & qui paruo lucro moventur. Fest.

Agiopolitæon, topiarium quoddam. Lex. gr. b.

Agioteria, ἀγυιάτεια. Festa seu sacra Carnia, quorum sacerdos ἀγύτης dicebatur. Cœl. *lib. 9. cap. 8. Rh.*

Apipēdes, senatores pedarei, seu pedarii. Mars. Don.

Agita, auxilium. Lex. gr. b.

Aglotta, lingua non valens loqui. Rh.

Agnæon, locus ubi pudicitia virginibus eripiebatur, per antiphrasim dictus apud Athen.

Agnōtus, agnitus Pac.

Agnytes, lapides, quos stamini inter texendum appendunt textores. Poll.

Agōgæ, fossæ in metallis aurariis, per quas aqua aurum trahens ducitur. Plin.

Agogiaticon, sarcina. Gloss. ‖

Agora, oppidum in Chersone. Steph.

Agrarius, a, um, quod ad agros pertinet. ζ ἀγρικός. Gall. *Chose des champs.* Ital. *Cosa appartenente à campi.* Germ. Das zu dem acker oder feldbau gehört. Hisp. *Cosa pertenciente al campo.* Angl. *Of the fe-elde, belonging to the feelde.* ζ ut, Lex agraria, νόμος νεμητικός, γεωδατικός, quæ ferebatur de agris populo dividendis. Livius *lib. 2.* Tum primum lex agraria promulgata est.

Agrārius, rii, substantivum. Legis agrariæ suffragator, aut qui agros publicos divitis possidet. Cic. 15. *Phil.* Num rursus reprobos decuriabit: num solebat rursus agrarios?

Agrarium, vectigal agro impositum. Marculf. Monach. *lib. 2. Form. c. 36.* ¶ Sed apud Græcos est genus navigii, ζ in quod ingrediebatur solum Arangarius vigiliæ, Drungarius rei navalis, Logotheta cursus, Hetæriarcha mysticus, supplicum libellorum magister, domesticus scholarum, Acroitor, Vestiarius, & e Cubiculariis quos Imperator jussisset. Cord. ζ

Agreste, dicitur quod rusticum est, & ad agros pertinet, quódque in agris, non in hortis nascitur. ζ ἄγριον. Gall. *Agreste, rural, champestre.* Ital. *Villesco.* Germ. Bereitsch/ wild. Hisp. *Cosa del campo.* Angl. *Rustical, which pertaineth to the feeldes.* ζ Virg.

——— *Cererem jubet agrestu adoret.*

Idem,

*Dicendum & quæ sint duris agrestibus arma.*

Agrestes Dex. Oreades. Gell. *cap. 9. lib. 9.* ¶ Item Agrestis dicitur, qui sylvestrem vitem agit, & etiam: quem & Græci ἀγροῖκον dicunt. Unde in compositione Onager dictus est alinus ferus. ¶ Agrestis, substantivum, pro homine rustico. Virg. *lib. 9. Æneid.*

*Lyncorumque manum, vallectos amat agrestes.*

Agricolā, ex Ager, & colo. Cultor agri. ζ אכר *ichchar*, יגב *iegheb*. γεωργός. Gall. *Laboureur, rustique, villageois.* Ital. *Lavoratore della terra.* Germ. Ein ackerman/ oder baurman. Hisp. *Labrador del campo.* Angl. *A husband man.* ζ Virg. 1. *Georg.*

*O fortunatos nimium, bona si sua norint, Agricolas.*

Cic. 1. *Tusc.* Arbores serit diligens agricola. Est autem nomen generale, nam agricolarum alii Aratores, alii Vinitores, nonnulli Arboratores, multi etiam Pastores, quales erant fere apud antiquissimos. Nec solùm rustici, & agrestes dicuntur Agricolæ, sed multi etiam oppidani: quod genus vitæ olim in maximo pretio fuit, atque honore, præfectum apud Romanos. Cato *de re rust. cap. 1.* Bonus agricola, bonusque colonus. Ita laudabant antiqui virum bonum. ¶ Proverbialiter dicitur, Semper agricola in novum annum dives. Ἀεὶ γεωργὸς εἰς ἔτος πλουτεῖ, de iis dictitatum, qui spe futuri compendii divites sunt, ac sibimet expectatione rerum ampiarum blandiuntur.

Agricolātiō, onis, idem quod agricultura. ζ עבדת האדמה *Iabodhath haadhamáh*, γεωργία. Gall. *Labourage.* Ital. *Lavoramento di campi.* Germ. Ackerbaw/ arbeit deß felds. Hisp. *La labranza.* Angl. *Laboring of the land.* ζ Col. *lib. 1. cap. 9.* Minus in hoc officio quàm in cæteris agricolatio frugalitatem requirit. Ita sæpiùs in aliis locis.

Agricŏlor, idem quod Agricola. Livius 6. *bell. Pun.* Servos agricultores temp. abduxisse. Sic *D. lib. 22. tit. 3. l. 25.* Paulus: Miles, & agricultor, &c. Curt. *lib. 8. c. 11.* Quærenti Alexandro plures agricultores haberet, an milites.

Agricultūra, æ, cultus agrorum. ζ עבדת האדמה *Iabodhath haadhamah*. γεωργία, γεωργία. Gall. *Labourage, labeur de terre.* Ital. *Lavoramento è coltivamento di campi.* Germ. Ackerbaw/ baurenwerck. Hisp. *La labranza.* ζ Cic. 1. *Offic.* Nihil est agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius.

‖ Agrimelissa, apis sylvestris.

Agriomēla, ἀγριομῆλα, mala sylvestria Dioscor.

Agriomorphus, qui agresti est aspectu. ‖

Agripĕtæ, æ ἀγρίπεται. Qui petunt ex agrorum divisione portionem, quæ viritim dabatur. Cic. *ad Attic.* Servulos autem dicere eum, & agripetas ejectos à Brutotiis.

Agrosus, Varro *lib. 4. de Ling. Latina*, agrosum hominem dixit, pro agris abundante, & locupleto, ut arbitror, quemadmodum dicitur pecuniosus. Si ab agro, inquit, ad agrosum hominem venero, & agricolam, non aberraro.

Ageraton, ἀγήρατον, herba est ad duorum palmorum altitudinem excrescens, similis Origano, flotem ferens bullis aureis non absimilem: ita dicta, quòd non facilè marcescat. Vide Plin. *lib. 24. cap. 4.* De Ageraro tamen inter authores non satis convenit.

Ageratus, ὁ, ἀγήρατος, lapis est quo coriarii olim utebantur in poliendis coriis: cujus loco hodie utuntur matta vitri. Meminit huius lapidis Gal. *lib. 9. simpl.*

Agerochus, filius fuit Nelei, ex Chloride uxore, ut est apud Homerum *lib. 11. Iliad.*

Agerona, Dea cujusdam nomen erat apud Romanos ab agendo dicta, quòd industriæ præsidere putabatur. Sicut contrà, Murcea socordiæ Dea credebatur.

Agesander, ἀγήσανδρος, insignis statuarius fuit ex Rhodo insula, qui unà cum Polydoro & Athenodoro, Laocoontem marmoreum fecit in domo Titi Vespasiani Imperatoris, omnium artificum opera longo intervallo superantem. Vide Plin. *lib. 36. cap. 5.*

Agesias, ἀγήσιας, Cyrenaicus philosophus, cui à Ptolemæo Philosophiæ professione fuit interdictum, quòd animæ immortalitatem docens multos ad spontaneam mortem compelleret, ut Cleombroto Ambraciotæ accidit. Cic. *in Tusc. lib. 1.* Hic ab aliis Hegesius appellatur.

Agesidamos, ἀγησίδαμος, Locrensis Epizephyrius nobilis Olympionices, in quem pugilatu vincentem Pindarus hymnum cecinit.

Agesilaus, ἀγησίλαος, Lacedæmonius, Archidami filius, qui post mortem Agidis fratris sui Rex constitutus, Tissapherum in Asia, qui principatum tenebat inter Persas, vicit, & Athenienses & Bœotios apud Coroneam urbem Peloponnesi. Brevi statura corporis, & altero pede claudus fuit, sed rara virtute præditus. Vitam eius vide apud Plutarch.

Agesinates, Galliæ populi sunt. Pictonibus vicini. Plin. *lib. 4. cap. 19.*

Agesipolis, ἀγησίπολις, Lacedæmoniorum dux, qui speciosam sæpiùs Victoriam ab Argivis retulit. Vide Xenophontem *rerum Græcarum lib. 4.*

Agēsis, adverbium excitandi: compositum ex particula *Sis*, pro *si vis*, quæ verbis imperativi modi apud veteres addebatur, ἄγε δή, age dum. Lucretius *lib. 1.*

*Nunc agesis, quoniam docui nil posse creari*
*De nihilo.*

Aggaudeo verbum, quod impensè gaudere explicabis. Usurpat idem Venerabilis Petrus *epist. 16.*

Aggemo, is, vide *Adgemo.* Ovid. *Eleg. 3. lib. 1. Trist.*

*Aggemit & nostris ipsa carina malis.*

Agger, is, masculini generis, significat propriè lapidum, aut terræ coacervationem quæ fixis vallis aggeritur, castrorum, alteriúsve loci muniendi gratiâ. Ovid. *Eleg. 3. lib. 3. Trist.*

——— *Dum solvunt aggere fossæ.*

¶ סלולה *folelah.* γῶμα. Gall. *Amas ou monceau & tas de quelque chose.* Ital. *Agrine.* Germ. Ein ſchante oder wall/ ein zuſamen hauffung deſs erdtrichs/ ein damm. Hisp. *Monton de tierra à balnarte.* Angl. *A heap off stones or turfes.* ¦ Solebant enim Romani milites valles, hoc eſt, palos ſecum circumferre quoties caſtra mutabant, eoſque quoties conſiderant, hunc in ordinem, terræque illis aggerebant, ut tuti eſſent ab hoſtium irruptionibus. Improprie dicitur cujuſlibet rei coacervatio, qua foſſæ, aut valles implere poſſunt. ¶ Quin & muros & munimenta aggerem dici voluit Servius in illud Virg. 12. *Æneid.*

*Quin intra portas atque ipſis prælia miſcent*
*Aggeribus murorum.*

¶ Dicitur etiam Agger media viæ eminentia, ex aggeratis lapidibus ſtrata. Idem,

*Qualis ſæpe via deprehenſus in aggere ſerpens.*

¶ Agger item dicebatur cumulus ex terra aliâve materia congeſtus ad oppidi, vel arcis cujuſpiam oppugnationem. Cic. *Attic. lib.* 1. Oppidum cinximus vallo & foſſa, aggere maximo. Item 5. *Philipp.* Græciam per tranſitionem vocat Aggerem oppugnandæ Italiæ, quòd ea aptiſſima eſſet, ex qua, tanquam ex loco ſuperiore, bellum Italiæ poſſet inferri. Græcia, inquit, vel receptaculum eſt pulſo Antonio, vel agger oppugnandæ Italiæ. ¶ Agger etiam dicitur ipſa materia ex qua fiebat ipſe agger. Fiebat autem ex trabibus, frondibus, ceſpitibus, Cæſar *bel. c.* 2. *c.* 3. Quòd unde agger comportari poſſet nihil erat reliquum, omnibus arboribus in finibus Maſſilienſium exciſis. Idem Gell. 2. *cap.* 6. Lapidibus teliſque ſubminiſtrandis, & ad aggerem ceſpitibus comportandis. Idem Cæſar *lib.* 1. *de bell. civ.* Longiùs petendus erat agger, {i. terra, aut ſimilis materia.} Item Quint. Per ſora & aggerem, circuli {auditorum.}

Aggĕro, as, Accumulo, cumulum facio. ¶ סלל *ſalál*, צבר *tſabar.* σώρευσις, χῶμα, πλῆθος. Gall. *Amonceler, accumuler.* Ital. *Acumular.* Germ. Zuſammenhäuffen. Hisp. *Amontonar una coſa ſobre otra.* Angl. *To heap, to make a bulwark.* } Unde Arbores aggerare, vel Aggerare circa arbores terram dicimus, quum poſt hyemem, æſtate jam inſtante, terram circumfodimus, & veluti circummuninus, ne calore nimio radices exareſcant: pro quo etiam dicimus, Arbores operire, vel adobruere. Colum. Omnes arbores fructiferæ circumfoſſæ aggerari debent. ¶ Interdum tranſlatè ponitur pro augere & aggravare. Virgil. 11. *Æneid.*

——— *auxerat dictis, atque aggerat iras.*

¶ Hinc fiunt compoſita Adaggero, & Exaggero, quorum ſignificata vide ſuis locis.

Aggĕro, is, ſi, ſtum, iuxta gero, Ad aliquid gero. ¶ צבר *tſabár*, נשא *naſá*. ἐπφέρω, φέρω. Gall. *Amaſſer, apporter en un tas.* Ital. *Portar à coſto.* Germ. Zů den andern tragen/ herzů tragen. Hisp. *Añadir ò traer una coſa à otra.* Angl. *To beir to.* } Plin. *lib.* 17. *cap.* 4. Nec fluminibus aggeſta ſemper laudabilis. Plaut. *in Rud.* Siquidem mihi ultrò his aggerenda etiam eſt aqua.

Aggeratim, adratim, magna copia. Ovid. *lib.* 4. *Metam.*

Aggeſtus, huius aggeſtus, χῶσις, ſubſtantivum verbale. Tacitus *lib.* 19. Et locus ipſe caſtrorum placebat, latè proſpectans, tuto copiatum aggeſtu, florentiſſimis ponè tergum municipiis.

Agglŏmĕro, implico, adjungo. ¶ גלם *ghalám*, συναγείρω. Gall. *Mettre dan ſit en ploton, devider, & liceler.* Ital. *Involtare, inghiamare.* Germ. Zuſammen fügen/ an ein kugel winden. Hisp. *Embolver una coſa à otra.* Angl. *To gather, to yether to wind, thread in bottomes.* } à Glomero, quod à Glomus, ſeu Glomer deducitur. Virg. 1. *Æneid.*

*Et lateri agglomerant noſtro.*

Idem 12. *Æneid.*

——— *denſi cuneis ſe quiſque coactis*
*Agglomerant.*

Agglūtĭno, ad aliquid glutino, copulo, adjungo. ¶ חברוק *kidhbhik.* κολλάω. Gall. *Coller enſemble.* Ital. *Congiungere.* Germ. Anleimen/ an einander klaiben. Hisp. *Engrudar, ò pegar una coſa à otra.* Angl. *To gine, or ſouldour to gether.* Plaut. *Men. ſc.* 2. *a.* 2. Se applicant, agglutinant meretrices hoſpitibus. Idem *in Pœn. ſc.* 6. *a.* 2. Ita mihi ad malum malæ res plurimæ ſe agglutinant. Cic. *Attic. lib.* 16. Itaque ſtatim novum prooemium exarari, & tibi miſi, tu illud deſecabis, & hoc agglutinabis.

Aggrăvo, as, Onero, gravo, opprimo. ¶ חכבד *hichbhidh.* ἐπιβαρύνω. Gall. *Aggraver, appeſantir.* Ital. *Aggravare.* Germ. Beſchwären. Hisp. *Aggraviar, ò apegar.* Angl. *To burden.* } Ovid. *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Triſt.*

*Illa meos caſus aggravat, illa levat.*

Ab hoc fit Aggraveſco, quod eſt, Valde gravis fio. Liv. *bell. Punic.* 2. *lib.* 8. Nihil aliud ab ſuis relatum eſt, quàm inopia aggravari ſocios. Plin. *lib.* 12. *cap.* 17. Odor aggravans capita, ſed citra dolorem. ¶ Aggravata valetudo, apud Suetonium *in Auguſto*, gravior facta: Aggravata valetudine tandem Nolæ ſuccubuit.

Aggrăvēſco, is. ex Ad, & nomine gravis, factum verbum: Gravius fieri, aggravari. Terent. *in Hecyr.* Malè metuo ne Philumenæ magis morbus aggraveſcat, id eſt, gravior fiat: quia morbi graves dicti, ſic & aggraveſcens vulnus. Cic. 3. *Tuſc.*

Aggrĕdĭor, Ad aliquem gradior, adeo, accedo: item adorior, invado, peto, incipio. ¶ בוא *ba*, קרב *karáb.* προσέρχομαι, πορεύομαι, ἐπέρχομαι. Gall. *Aſſaillir, aller vers quelqu'un, s'avancer ſur luy.* Ital. *Aſſalire in buona & in mala parte.* Germ. Zů einem gehn. Item, Einem angreiffen/ anfallen. Hisp. *Acometer, ò arremeter.* Angl. *To feet upon, to innadette beginne.* } Cic. *pro Cæcin.* Quid agat, quomodo aggrediatur, judicem non habet. Plaut. *Mil. ſc.* 2. *a.* 2. Aggrediar hominem {quaſi pedem collaturus.} Idem *Aſin. ſc.* 3. *a.* 3. Quin aggredimur vinum. *Ibid. ſc.* 1. *a.* 1 Ita me obſtinatè aggreſſus {i. adjurare cœpiſti.} Idem *in Curc. ſc.* 1. *a.* 2. Aggredior hominem, ſaluto, doloſè ſalutet. Sic Ovid. 13. *Metam.*

*Te tamen aggrediar* (dolo ſup.) *mecúmque reducere nitar.*

Virg. 4. *Æneid.*

*Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis.*



Cicer. *de nat. deor.* Antequam aggrediar ad ea, quæ à te diſputata ſunt. Idem *Offic.* 2. De quibus dicere aggrediar. Paſſive. Cæſ. apud Priſcian. *lib.* 8. Hoc teſtificat etiam, ut à nobis aggrediar dictus. Juſtinus, Quos ex improviſo aggreſſus facilè fudit. Cicer. 1. *Offic.* Omnibus autem in rebus priùs quam aggrediare, adhibenda eſt præparatio diligens. ¶ Aliquando pro tentare. Saluſt. *in Ingurth.* Omnes aſperitates ſupervadere, naturam etiam loci vincere aggrediuntur. Hæc autem verba, Aggredior, Adorior, Alloquor, & ſimilia, Ad, præpoſitione cis aliunde cum accuſativo ſolo elegantius ponuntur, quam ſi ſimplicia eorum accuſativo, Ad præpoſita, jungantur, ut, Aggredior hominem, non, Gradior ad hominem. ¶ Rem novam quis, proverbiali ſpecie, aggredi dicitur, quum rem arduam ac novam molitur, & aliis adhuc intentatam. Ex Homeri verſu *Odyſſ.* 9.

Aggrĕſſio, verbale. Actus ipſe aggrediendi. ¶ קרבה *kerabah.* ἐπίθεσις, ἐπιφορά. Gall. *Aberdement, aſſaut.* Ital. *Aſſalto, aſſaltamento.* Germ. Anfall/ angriff. Hisp. *Acometimiento.* Angl. *Setting upon, invading.* } Cic. *in Orat.* Quùmque animos prima aggreſſio: occupaverit, infirmabit, excluſerique contraria.

Aggrĕſſŏr, is, graſſator. Ulpianus *D. lib.* 42. *tit.* 9. *l.* 7. Ut latronibus, aggreſſoribuſque darentur, qui patrem interficerent. Idem *D. lib.* 16. *tit.* 3. *l.* 1. Veluti ſi quis clamavit ut ad auxilium conveniretur, aut terruit aggreſſores.

Aggreſſūra, æ, Ulpianus *D. lib.* 29. *tit.* 5. *l.* 3. Si cùm omnes domini aggreſſuram paterentur, uni ſervus opem tulit.

Aggrĕgo, as, congrego, quaſi in unum locum gregem contraho. ¶ אסף *aſáph*, יחד *chadh.* ἐν συναγωγῇ. Gall. *Amaſſer en un troupeau, aſſembler.* Ital. *Congregare.* Germ. Zuſamen ſamlen. Hisp. *Ajuntar como ganados.* Angl. *To gather, to gether.* Velleius: Quos in comites fortuna aggregaverat. Cic. *in Catil.* Quod ſi eòdem cæteros undique collectos naufragos aggregaverit. ¶ Tranſlatè pro adjungere, apud Cæſ. 6. *belli Gallici*, Qui ſe ad eorum amicitiam aggregaverint. ✕ Abgrego.

Aggrĕtus, apud antiquos legitur pro Aggreſſus, ut apud Ennium, Aggretus fari, &c. Scribitur & Adgrettus.

Agiæ, glandulæ: ſcribendum *Angina.*

Agilis, proprium viri, quem poëtæ cum Tirinthia pube in bello Thebano fuiſſe commemorant.

Ăgilis, Levis, dexter: qui ſe facilè agit, hoc eſt, qui levi & expedito eſt corpore: vel pronus, aut voluntarius ad agendum. ¶ מהיר *mahir*, קל *kal*, חיש *chúſeh.* ἰκμερὴς. Gall. *Agile, habile du corps, viſte.* Ital. *Deſtro, leggiero.* Germ. Behendigkeit/ geringe. Hisp. *Ligero para hazer alguna coſa.* Angl. *Nymble.* } Horat.

*Oderunt hilarem triſtes, triſtémque jocoſi,*
*Sedatum celeres, agilem gnavúmque remiſſi.*

Ovid. 2. *Faſt.*

*Laſſabant agiles aſpera bella vires.*

Columella, Malo unius agilem induſtriam, quàm decem hominum negligentem & tardam operam.

Ăgĭlĭtas, Dexteritas, corporis celeritas. ¶ מהר *páchaz*, ἰκμερία, εὐτονία. Gall. *Agilité, ſouplesſe de corps.* Ital. *Agilità, attitudine, deſtrità.* Germ. Behendigkeit/ geringe. Hisp. *Ligereza de hazer alguna coſa.* Angl. *Nymblines.* } Cic. *Attic. lib.* 1. Nam ſi ita eſſe ſtatueris, & irritabiles eſſe optimorum ſæpe hominum, & eoſdem placabiles; & eſſe hanc agilitatem, ut ita dicam, mollitiemque naturæ. Hìc eſt à corpore ad animum tranſlatio. Columell. *lib.* 1. Ejuſdem agilitatis homo frugi melius quàm nequam faciet.

Ăgĭlĭtĕr, agiliùs, agillimè, id eſt, cum agilitate. ¶ מהירות *meherúth*, ἐλαφρότης. Gall. *Legerement, viſtement.* Ital. *Agilmente, prontamente.* Germ. Zertiglich/ behendig. Hisp. *Ligeramente.* Angl. *Nymblie.* } Colum. *lib.* 2. *cap.* 2. Detque requiem iu ſummâ, ut ſpe ceſſandi totum ſpatium bos agilius emetatur.

Ăgĭna, Eſt foramen cui inſeritur ſcapus trutinæ, id eſt, in quo trutina agitur, & vertitur, ab agendo dicta. Feſtus.

Ăginātor, qui paruo lucro movetur: nomen ab Agina tractum, quæ minimo pondere huc, aut illuc impellitur. Feſtus.

Aginatores, Aurigæ ſunt, qui in ludis Circenſibus curuli certamine ſe exercebant.

Aginantes, explicantes. Aginatores dicuntur qui paruo lucro moventur. *Gloſſarium Cambrenſe MS. Aginator, negotiator*, dictus ab agina. Agina enim dicitur illud foramen in quo ſcapus trutinæ inſeritur, & in quo trutina ſe vertit. Inde aginator dicitur, qui paruo lucro movetur. Idem, *Aginare, explicare, agitare, figere, diſtum ab agina, quod eſt ſcapus trutinæ, qua ideo ſic vocatur, quòd eâ mercium menſura ponderis agatur.* Et quia, &c. mutuas ſibi operas præſtant, hinc in Gloſſis Iſidori: *Acinari, tricari, in parvo morari.*

Ăginor, vilia negotior.

Aginum, urbs Galliæ Ptolomæo. Vulgò *Angoleſme.*

Agis, ἄγις. Lacedæmoniorum rex, qui cum Athenienſibus cruentiſſima bella geſſit: à ſuis tandem civibus in carcere necatus, quòd Licurgi leges reducere, & bona publicare vellet. Plut. *in vita eius.* Et Cic. *Offic.* 2.

Agitatio, Agitator, Agito. Vide *Ago.*

Agite, Agitedum. Plaut. *Moſtel. ſc.* 1. *a.* 1. Agite porrò, pergite. Vide *Agò* infrà, & *Age* ſuprà.

Agla, ἄγλη, Hiſpaniæ oppidum in tractu Bœtico, apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 1.

Aglaia, ἀγλαΐα, una eſt ex Gratiis, ſeu Charitibus, Latinè interpretatur Lætitia.

Aglais, idis, ἀγλαΐς, Megalis filia, mira guloſitate & voracitate mulier, utpote quæ carnium libras decem, panis chœnices quatuor, & vini choas, hoc eſt, Romanum congium, ſivè ſextarios ſex, unicâ cœna abſumeret. Cæl. Rhod. *lib.* 15. *cap.* 19.

Aglaonice, ἀγλαονίκη, Hegemonis filia fuit, aſtrologiæ perita, quæ quòd eclipſes Lunæ prædicere poſſet, jactabat ſe Lunam de cœlo detrahere: propter quam inſolentiam punita, locum fecit proverbio, τὴν σελήνην καθαιρεῖ, quo utimur, quoties aliquis ſuæ jactantiæ in calumnitatem incidit.

Aglaope, ἀγλαόπη, una Sirenum, quasi splendida aspectu. Nam ἀγλαὸψ apud Græcos, nobis sonat aspectu splendidum.

Aglaophon, ἀγλαοφῶν, pictor nobilissimus. Plin. *lib.* 35. *cap.* 9. & Cic. 3. *de Orat.* Floruit nonagesima Olympiade.

Aglŏphŏtis, ἀγλαοφωτὶς, herba est pecundissimi coloris, qua magi uruntur ad evocandos dæmones. Nascitur in marmoribus Arabiæ, unde & Marmoritidem quidam appellant. Plin. *lib.* 24. *c.* 17.

Aglāpis, nomen legionis. Liv. 5. *decad. lib.* 4. Intervallum, quod inter cetratos, & phalanges erat, implevit Legio, atque aciem hostium interrupit. A tergo cetratis erat, frontem adversùs clypeatos habebat. Aglapistes appellabantur.

Aglaūros, ἄγλαυρος. Cecropis regis Athenienssium filia, quæ quum Mercurio Herseu sororem suam adamanti, acceptâ pecuniâ operam suam esset pollicita, pollicitaque invidiâ correpta, limen ingredienti pertinaciter obstaret, in saxum conversa est. Vide latiùs hanc fabulam apud Ovid. 2. *Metamorph.*

Aglaus, ἄγλαος, senex fuit Plophidius, qui ab Apolline Gyge felicior est iudicatus, quòd agelli sui limites unquam esset egressus. Plin. *lib.* 7. *cap.* 46. Valer. 7. *cap.* 1.

Aglidia, orum, ἀγλίδια, dicuntur segmenta illa in capitibus allii, quæ alio nomine Aglithes dicuntur. Ruell. *lib.* 2. *cap.* 2.

‖ Aglis ἄγλις, *idos*, allii caput, nucleus, spica. ‖

Aglyphos, ἄγλυφος, Latinè non sculptus: nam *a* fine, γλύφω, sculpo.

Agmen, multitudo. { אגף *agáph*, מחנה *machanéh*, πλῆθος, λόχος, τάγμα. Gall. *Une compagnie de gendarmes, bande.* Ital. *Moltitudine, scadra, ordinanza.* Germ. Ein schar volcks/ ein zeug. Hisp. *Muchedumbre ò compañia de gente.* Angl. *A companie of folkes.* } Senec. *Epist.* 88. Quadrato agmine ire. Vellcius. In agminibus, vel acie directa pugnare. Tibull. *lib.* 4.

*Seu sit opus quadratum, acies consistat in agmen.*

Ovid. 13. *Metamorph.*

——— *Agmina ferro Devastata meo.*

Senec. *cap.* 2. *de Consol. ad Marc.* Tibull. *lib.* 4.

*Culque pecus densè pascebant agmine colles.*

Virg. 7. *Æneid.*

——— *vocat agmina sæva sororum.*

¶ Interdum ordinatam multitudinem, & aciem exercitúmque significat. Idem 2. *Æneid.*

——— *is clamor, & agmine facto,* { sive grege facto }

*Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.*

Cic. 2. *Tusc.* Cum æstu magno agmen ducebat, laborabat Marius. Liv. *lib.* 4. *d.* 4. Cogere agmen. ¶ Interdum impetum, ut apud Virgil.

——— *& teni finit agmine Tybris.*

Et 2. *Æneid.*

——— *illi agmine certo*

*Laocoonta petunt.*

Liv. *lib.* 34. Uno agmine omnes mulieres obsedere ianuas.

Agminālis, is, e, adject. ἐφόδιος. Vnde Agminales equi, qui agmẽ exercitus sequuntur ad convehenda impedimenta. Budæ. *in Annot. post.*

Agnă, æ, vide *Agnus.*

Agnāscor, eris, sci, compositum ex Ad & nascor, Ad alia quæ nata sunt nascor, iuxta alia nascor. { גולד *noládh.* συγγένεια. Gall. *Naistre auprés.* Ital. *Nascere.* Germ. Hetzu geboren werden. Hisp. *Nacer.* Angl. *To be borne nigh by.* } Itaque filius patri nasci dicitur, quum ad patrem cognatio refertur: agnasci verò, quum ad agnatos, ut fratres & patruos. Cic. 1. *de Orat.* Num quis eo testamento, quod paterfamilias ante fecit, quàm ei filius natus est, hæreditatem petit? nemo, quia constat agnascendo rumpi testamentum. Ex quibus Ciceronis verbis apparet, Agnasci eos propriè dici qui nascuntur alicui postquam testamentum fecerit. Paulus *in l. qui in adoptionem, de adopt. lib.* 1. *Pand.* Qui in adoptionem datur, iis quibus agnascitur, & cognatus fit. Quibus agnascitur, id est, in quorum familiam venit per adoptionem. ¶ Agnasci præterea dicuntur, quæ in re aliqua nascuntur, ad eius perfectionem minimè necessaria, nihilque utilitatis habentia, ut sextus in manu digitus, & fungi in arboribus, παράφυαδες. Vide *Adnascor.*

Agnātio, verbale. id est agnatorum consanguinitas. { מדרת *modhâth.* συγγένεια, ἀγχιστεία. Gall. *Lignage ou parentage du costé du pere.* Ital. *Parentela.* Germ. Die freundtschafft von dem vatter hár. Hisp. *Parentesco de parte del padre.* Angl. *Lignage.* } Cic. 2. *de Leg.* Ex quo verè vel agnatio nobis cum cœlestibus, vel genus, vel stirps appellari potest. Et paulo pòst, In civitatibus ratione quadam agnationibus familiarum distinguuntur status.

Agnati, { מורד *modhâdh*, ἀγχιστεῖς, οἱ κατὰ ἀνδρὸς γενῶν. Gall. *Parens du costé du pere.* Ital. *Parenti da lato di padre.* Germ. Geschwndte von dem vatterwẽgen. Hisp. *Parientes de parte del padre.* Angl. *Friendes on the fatheris syde.* } Dicuntur, qui per virilis sexus personas cognatione conjuncti sunt, quasi a patre congeniti { inquit Caius Iurisc. } veluti frater eodem patre natus, filius fratris, nepósve ex eo. ¶ Inter Agnatos & Cognatos συγγενεῖς, hoc interest, quòd in cognatis continentur agnati, in agnatis non utique cognati: utputà, frater patris, id est, patruus, est agnatus, & cognatus: matris verò frater, id est, avunculus, cognatus est, sed non agnatus. ¶ Ad agnatos & gentiles deducendus, proverbii loco veteres usurparunt, quum furere aliquem & mente captum esse significare volebant, quod ex lege 12. tab. orium est, qua furiosi, & mente capti in agnatorum gentiliúmque potestate esse iubebantur. Varr. *de re rustic. lib.* 1. *cap.* Qui salubrem locum negligit, mente captus est: atque ad agnatos & gentiles deducendus. Cic. 2. *de Invent.* Si furiosus existet, agnatorum, gentiliumque in eo, pecuniáque eius potestas esto. Iustinian. *lib.* 1. *Institut. de Curat.* ¶ Agnatum dicimus quicquid ultra debitum natum est: hoc est, quicquid inutiliter in re aliqua gignitur, ad eius perfectionem minimè requisitum. Unde agnascentia, & agnata membra appellantur, παραφυάδες, παράφυα, Plin. *c.* 12. *lib.* 10. Membra animalibus agnata, inutilia sunt, sicut sextus hominis semper digitus. Gell. *cap.* 14. *lib.* 7. Agnata vitia virtutibus, id est, proxima & mala bonis. Idem *cap.* 1. *lib.* 6.

Agnellus, Agninus, vide *Agnus.*

Agnitorium, Promontorium est ad Bolbiticam Nili ostium. Strab. *lib.* 17.

Agnitis, fluvius in Tegeam influens. Plin. *lib.* 6. *cap.* 17.

Agnitas, ātis, vel Agnita, æ, ἀγνίτης. Æsculapii cognomentum apud Spartanos, apud quos eius dei simulachrum ex agno, quæ planta est, erat exsculptum. Cælius *lect. antiq. lib.* 18. *cap.* 5.

Agno, ἀγνὼ, fons Arcadiæ esse traditur, cuius aqua cæremoniis quibusdam commota, nebulæ in morem in aëra ascendens, largissimos demittit imbres: ita dictus ab Agno, una ex Iovis nutricibus. Cælius Rhod. *lect. antiq. lib.* 13. *cap.* 17.

Agnōmĕn, dicitur quod est extrinsecùs aliqua ratione, vel casu quæsitum: ut Africanus, Asiaticus, Achaicus, & similia. { שם פנוי *schem pheghuuí.* ἐπώνυμα. Gall. *Surnom d'une famille.* Ital. *Cognome d'una famiglia.* } Germ. Zunam̃den nam vom geschlecht. Hisp. *El renombre.* Angl. *Surname gotten by an act.* } Cic. *de invent.* 1. Nomen quum dicimus, cognomen quoque intelligatur oportet. Vide *Nomen* infrà.

Agnōmentum, { ut cognomentum, } agnomen, ἐπώνυμα. Apuleius in *Apologia*, Igitur agnomenta ei duo indita, Charon, ut jam dixi, ob otii & animi diritatem: Sed altertum quod libentiùs audit, ob deorum contemptum. Mezentius.

Agnomones, equi dicuntur, veluti ex quorum dentibus ætas ampliùs dignosci non potest. ἀγνώμονες. Vide Cæl. Rhod. *antiq. lect. lib.* 12. *c.* 9.

Agnon, nomen autoris, apud Quint. *lib.* 2. *cap.* 17.

Agnōsco, ex Ad, & nosco, euphoniæ causâ d, mutata in g. Recognosco, & eius notitiam cognitionémque in memoriam revoco. Propriè est id, quod nobis olim aut visum fuit, aut alia quavis ratione cognitum. { תבין *hikhîr*, ידע *iadhaâ*. ἐπιγνώσκω. Gall. *Reconnoistre.* Ital. *Conoscere, riconoscere.* Germ. Bidet erkennen. Hisp. *Reconocer lo ante conocido.* Angl. *To acknowledge.* } Varro, Vereor ne me quoque dum revertero, præter canem agnoscat nemo. Virg. 5. *Æneid.*

*Agnoscitque suos, lætúsque ad mœnia ducit.*

Atque hæc potissimùm ratione differt à verbo Cognosco, quod propriè dicitur de rebus antea nunquam cogniris. Idem 4. *Ecl.*

*Incipe parve puer risu cognoscere matrem.*

¶ Interdum idem est quod admittere, recipere, approbare, ἀποδέχεσθαι. Cic. *pro Milone*, Quum tota Italia facti illius gloriam libenter agnosceret. Suet. *in Tiber. cap.* 23. Agnoscere signa (de testamento.) Idem *Aug. cap.* 65. Agnosci infantem vetuit. ¶ Aliquando ponitur pro confiteri. Cic. *pro Rab.* Ego si mihi esset integrum, susciperem hoc crimen, agnoscerem, confiterer. ¶ Agnoscere onus tributi, i. in se suscipere. D. *de pactis, l.* 42. Inter debitorem & creditorem convenerat, ut creditor onus tributi prædii pignorati non agnosceret, sed eius solvendi necessitas debitorem spectaret.

Agnotus, pro agnitus. Pacuv. *Oreste*, & Prisc. *lib.* 10.

Agnitus, a, um, particip. Valer. Flac. *lib.* 4.

——— *salve à mihi longum*

*Expectata mamus, nostrisque, ait, agnita votis.*

Agnitio, verbale. Actus ipse agnoscendi. { הכרת *hakkcharâh.* ἐπίγνωσις. Gall. *Reconnoissance.* Ital. *Riconoscenza.* Germ. Erkantnuss. Hisp. *Reconocimiento.* Angl. *Acknowledging.* } Cic. *de nat. deor.* Quæstio de natura deorum ad cognitionem animi pulcherrima est. Plin. *lib.* 10. *cap.* 70. Pisces siti cadaveris agnitionem fugientes.

Agnus. Fœtus est ovis, qui annum nondum egressus est. { כשב *chesebh*, ἀρνός. Gall. *Agneau.* Ital. *Agno, agnello.* Germ. Ein lamb. Hisp. *Cordero, ò borrego dentro del año.* Angl. *A lamb.* } Cic. *de Senect.* Villa abundet porco, hœdo, agno. Plaut. *Pœnul.* Lupo agnum eripere postulat, nugas agnat. Ubi species quædam est proverbii, quum quis frustrà conatur prædam recipere, cui semel manus injecit rapax aliquis. ¶ Objicere canibus agnos, proverbialiter dicuntur, qui imbellem & litium imperitum calumniatoribus & exercitatis exponunt. Refertur à Diogeniano. Nomen habere putatur ἀπὸ τῆς ἁγνείας. hoc est, à puritate, sive castitate: unde & nonnullis Hagnus, per aspirationem scribendum videtur. ¶ Est etiam Agnus, ἄγνος. Dioscoridi frutex arborescens, quem Latini à vinciendi usu Viticem appellant. Dictus Agnus, quasi ἁγνὸς, id est, castus, quòd mulieres in Thesmophoriis, hoc est, Cereris sacris, pudicitiæ conservandæ causa hunc sibi fruticem substernerent. Alii Agnum per syncopen dictum putant, quasi ἄγνυμι, quòd calore & siccitate sua genituram dissipare putetur. Vide de hoc nonnulla in dictione *Vitex.* Martial. *Epig.* 52. *lib.* 10. ¶ Agnus pro Ariete. Gell. *c.* 3. *lib.* 4. Agnum fœminum Iunoni excidito. Plaut. *Aul. sc.* 2. *a.* 2. Agnûm horum uter est pinguior, cum sume, pro Agnorum: ubi Agni nuptiis celebrandis adhibentur. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Qui locant cædendos agnos, duplam agninam dabunt. Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 2. Pisces indicant caros, agninam caram, caram bubulam. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Agninis me extis placari volo.

Agnellus, diminut. { ἀμνίον, τὸ ἀρνίον. Gall. *Agnelet.* Ital. *Agnello.* Germ. Ein lämblin. Hisp. *Pequeño cordero.* Angl. *A little lamb.* } Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Agnellum, hœdillum me tuum dicesse.

Agnīnus, quod ex agno est, aut ad agnum pertinet. { ἀρνεῖος. Gall. *D'agneau.* Ital. *Cosa di agnello.* Hisp. *Cosa de cordero ò borrego.* Angl. *Any thing pertaining to a lamb.* } Plaut. *in Pseud.* Pol, quæ opera credam tibi, una opera alligem fugitivum canem agninis lactibus. Proverbium est. Nam qui canem alligat intestinis agninis, non modò canem amittit, verùm & prædam ultrò dederit fugitivo. Sic credit homini malæ fidei, & rem perdit, & frustrà habet obligatum eum, qui non est solvendo. Lactes enim dicuntur intestina molliora.

Agnŭs, ūs, mensuræ genus in agrorum dimensione. Col. *lib.* 5. *cap.* 16. Actus quadratus undique finitur pedibus cxx. hoc duplicatum facit Iugerum, & ab eo quod erat junctum, nomen Iugeri usurpavit: sed hunc actum provinciæ Bæticæ rustici Agnum vocant. Item Agna, fœmineus ovis fœtus: ut Lædens agna. Ovid. *lib.* 4. *Metamorph.* Item *Reg.* 12. *lib.* 3. *Trist.*

*Metanis*

*—— Montanò ut pavet aqua lupi.*

Accidit, actum. ] שעה Iaſah, עשה pakal. ἄγω. GALL. *Faire, agir.* ITAL. *Fare, operare, trattare.* GERM. Thun handlen/ wircken. HISP. *Hazer lo que ne queda.* ANGL. *To work/ trade.* ] Multa ſignificat: nam Agere eſt gerere. πράττω. Plaut. *in Amph.* Dum hæc aguntur. Cic. *lib. 1 epiſt.* Hic quæ aguntur, quoque acta ſint, ea te literis multorum cognoſcere arbitror. ¶ Item pro facere. Plaut. *Mil. ſc. 2. a. 2.* Si ambas videre volui, quid agimus? pro agemus, i. faciemus. Idem *Pſeud. ſc. 4. a. 4. & ſc. 7. a. 4.* Quid nunc fiet? quid agimus? Et *in Aul. ſc. 2. a. 1.* Rogitant me ut valeam, quid agam? Et *in Muſt. ſc. 1. a. 2.* Me rogitas quid agas? Accubas. Idem *Aul. ſc. 6. a. 1.* Quid agam? abeam, an maneam? Idem *Capt. ſc. 1. a. 4.* Hanc rem age. & ſexcenta ſimilia apud Plaut. Quid agitur Eucli? & alibi. Quid agitur Callidore? Amatur atque egetur. Idem *Pſeud. ſc. 5. a. 1.* Quid agitur? ſtatur in hunc modum. Et *ſc. 5. a. 1.* Dum hæc aguntur, voce maxima exclamat uxorem ſuam, &c. ¶ Quandoque inducere, ſeu impellere. Lactant. *lib. 19.* Tres ſunt affectus, qui homines in omnia facinora præcipites agant, ira, cupiditas, libido. Quæ intemperiæ noſtram agunt familiam? Plaut. *Amph.* Agere præcipitem. Vide *Præceps.* Agere aliquem in lachrymas. Senec. *cap. 14. de Conſ. ad Helu.* Unde agis te? Unde homo ebrius. Plaut. *ſc. 4. a. 1.* Quò agis te? domum. *In Amph. ſc. 1. a. 1.* Item Ovid.

*Miſerandas longè rivum agebat aquas.*

Plaut. *in Amph.* Pro claris factis, dictis aguntur malis, i. vexantur, cruciantur. ¶ Item pro vitam traducere. In mundi tiis, mollitiis, deliciiſque ætatulam agitis. Plaut. *Pſeud. ſc. 2. a. 1.* Quandoque audire. Terent. *in Andr.* Hoccine agis, an non? id eſt, audis, ut exponit Donatus. Sic Plautus, Vos agite ſpectatores. Idem *Curc. ſc. 2. a. 5.* Hanc rem agite (i. attendite) ſequitur enim, Atque advortite. Idem *prol. Aſin.* Hoc agite, ſultis (i. attendite.) Plaut. *Pſeud. ſc. 2. a. 1.* Hoc videtis, ut alias res agunt, (dixerat, vigila, expergiſcere.) Hoc agite atque advortite, huc adhibete aures. Et *Men. ſc. 2. a. 5.* Iam ſatis iocatus, nunc hanc rem age. ¶ Quandoque dicere. Idem *in Adelph.* Sed eſtne hic ipſus de quo agebam? Quid opus eſt multas agere ambages. Idem *Pſeud. ſc. 2 a. 1.* Maximas nugas agis, i. loqueris. Idem *Aſin. ſc. 1. a. 1.* Idem *Men. ſc. 2. a. 2.* Nugas agis, & vana loqueris (ſæpè eſt repetitum.) vide *Nuga.* Cæſ. *lib. 1 de bell. civil.* Pompeius eadem illa, quæ oſtenderat, agit (i. loquitur.) ¶ Quandoque pronuntiare, ὑποκρίνεσθαι. Cic. *de optimo genere dicendi.* Differti deformitate agendi multi infantes putati ſunt, ut iam non ſine cauſa Demoſthenes tribuerit primas, & ſecundas, & tertias partes actioni, ὑποκρίσει. ¶ Quandoque cogitare. Plaut. *Aſin. ſc. 2. a. 2.* Quid conſilii capiendum eſt? iſtud ago. *Virg. Eclog.*

*Id quidem ago, & tacitum Lycida mecum ipſe voluto.*

¶ Quandoque effingere, πλάττειν, ut, Ago ſtultum: id eſt, fingo, ſive repræſento me ſtultum. Unde Actores comœdiarum, ὑποκριταὶ, dicuntur, qui diverſorum hominum geſtus agunt in ſcena. Cic. *pro Quint. Roſcio*, Roſcius lenonem Ballionem quum agit, agit Chæream. ¶ Quandoque ire, incedere, vivere, διάγειν, ut Nudus ago. Pompon. Mel. Exercent bellando animos, corpora ad conſuetudinem laborum, maximè ad frigora nudi agunt ante, quàm puberes ſint. ¶ Agere bonum civem, eſt fungi boni civis officio. Cic. *lib. epiſt.* Dum mihi pacis mandata das ad Cæſarem, mirificum agis civem. Sic agere Conſulem, vel Senatorem, eſt facere ea, quæ propria ſunt Conſulis, vel Senatoris. Cujuſmodi orationes Valerius Maximus aliquando novè per nominativum exulit, ut quum ait, Experiri voluit, an ſcires Conſul agere: id eſt, fungi Conſulis officio. Idem, Publius Rutilius, non publicanus in Sicilia egit, ſed operas publicanis dedit. ¶ Quandoque Agere, ſignificat extendere, corrigere: ut, Vera gloria radices agit, atque etiam porrigit, ἐκτείνει, ὀρθοῖ. ¶ Agere teſtudinem, eſt admovere, vel applicare, teſte Servio in illud Virg. 2. *Æneid.*

*—— obſeſſumque acta teſtudine limen.*

Sic agere vineas, & turres. Cæſar. *bell. Gal.* 5. Quibus fortiter reſiſtentibus, vineas, turréſque egit. ¶ Item Agitare. Plautus, Ædepol eum agam verberibus. Virg. 6. *Æneid.*

*Prodigiis acti cœleſtibus oſſa piabunt.*

¶ Agere cum aliquo dicimur, quum quippiam abeo impetrare, vel aliquid ei pertractare conamur. Plaut. *Aſin. ſc. 3. a. 1* Dedi, quod mecum egiſti, id eſt, orati, perſiſti. Cic. *Attic. lib. 5.* Is egit mecum accuratè multis verbis, ut tibi reſponderem. Idem *in Lælio*, Quum enim ſæpe mecum ageres, ut de amicitia aliquid conſcriberem. ¶ Bene, vel præclarè agi nobiſcum dicimus, quum res nobis feliciter ſuccedunt, nihilque habemus, de quo magnoperè queri poſſimus, εὖ πράττειν. Cic. *de Amicitia*, Cum illo quidem actum optimè eſt, mecum autem incommodiùs. *Ibidem*, Cùm illo quis neget actum eſſe præclarè? Idem *in Verr. act. 4.* Hæc conditio fuit aratorum, ut ſecum præclarè agi putarent, ſi vacuos agros Apronio tradere liceret. ¶ Agitur res noſtra, vel, De re noſtra agitur, hoc eſt, ad nos pertinet, vel res noſtra in diſcrimen adducitur. Idem *pro Sext. Roſc.* Tua quoque res permagna agitur. Idem *pro lege Manil.* Agitur enim ſalus ſociorum, aguntur certiſſima pop. Rom. vectigalia, aguntur bona multorum civium. Idem *de Amic.* In quibus eorum de capite agatur, aut fama. Id de quo agitur (τὸ κινδυνεῦον.) Liv. *lib. 34.* Item, Non agitur de me, pro re mea. Ovid. *in epiſt. ſententii.* Agitur res hodie apud iudicem. Plaut. *Pſeud. ſc. 2, a. 2.* Hæc res agetur nobis (vera) vobis fabula. Idem *Capt. prolog.* ¶ Agere cum aliquo tabellis obſignatis, eſt cum convincere teſtimonio literarum ſuarum. Cic. 5. *Tuſc.* Agere cum aliquo, additis adverbiis, per verbum Tractare declaratur: ut, Pacificè egit mecum, id eſt, Pacificè me tractavit. Non acerbè egit mecum, non inimicè. Agere cum aliquo, item alio modo. Terent. Quid cum illis agas, qui neque ius, &c. Id eſt, Quod ius ab illis obtineas: ſive (ut Galli loquuntur) *quelle raiſon pourrois tu avoir de leur, &c.* Agere cum aliquo, in alia ſignificatione, Plaut. Nihil ago tecum: hoc eſt, nihil mihi rei eſt tecum. Et pro alloqui aliquem, ut Plaut. *Pſeud. ſc. 1. a. 1.* Hedylum tecum ago (id eſt, te alloquor.) Et *Aſin. ſc. 3. a. 1.* Male agis mecum. Ubi leniz bene agat. ¶ Agere & ferre, ἄγειν καὶ φέρειν, triſtiſſima quidem, ſed tamen proverbialis eſt figura. Dicitur de hoſtibus agros noſtros excurrentibus Senec. *cap. 15. de Conſ. ad Marc.* Vaſtat & agit omnia, ut ſua ipſa, &c. Item Suet. *in Galba*, *cap. 20.* & Gell. *cap. ult. lib. 1.* Hoc agere aut ferre, hortantis. Agunt & ferunt, ἄγουσι καὶ φέρουσι, pro eo quod eſt hoſtili more populantur, aut vexant. Id ſi traducatur ad animum, erit paulò fiet feſtivius, quemadmodum Ariſtoph. *in Nebulis.* ¶ Actum eſt, vel Res acta eſt, hoc eſt, perit, vel deplorata eſt. *Actum, agimus*, Plaut. *Pſeud. ſc. 7. a. 4.* Actum eſt de memoriter. Et Sueton. *in Neron. c. 42.* Actum de ſe pronuntiavit. Plaut. *Pſeud. ſc. 1. a. 1.* Actum eſt hodie de me. Ovid. 6. *Faſt.* Nil agis, nil agis. Plaut. *Pſeud. ſc. 1. a. 1.* Stultus es, rem actam agis. Terent. *in Heaut.* Unam et eram atque eandem deam: quod ſi iterum mihi ſit danda, actum ſiet. Idem. Acta hæc res eſt, perit: proverbialiter his verbis deſperationem ſignificamus, quæ res ſecundum ius Civile dicitur, quo cavetur, ne quis rem actam repetat, ſuámque damnationem reſcindat. ¶ Actum agere, id eſt, nihil agere, τὰ πεπραγμένα πράττειν. Idem *in Eunuch.* Actum, aiunt, ne agas, τὰ πεπραγμένα μὴ πράττε. Forma adagii eſt à iudiciorum conſuetudine ſumpta, quæ admonet fas non eſſe iterum agere cauſam, de qua iam ſit pronuntiatum. Sic Plaut. Actum agis, id eſt, incaſſum laboras. Quod enim iure ſemel iudicatum fuerit, reſcindi, & iterum agi non poteſt. Aliud agere, vel Alias res agere, eſt non eſſe intentum iis quæ aguntur. Cic. *pro Sext. Roſc.* Vſque adeò animadverti, iudices, tum iocari, atque alias res agere. ¶ Pro vertere. Virg. Ipſe ter adductâ circum caput egit habenâ. ¶ Pro urgere, perſequi. Idem, Paſtor agens telis. Pro contorquere, ut Agere tela in aliquem. Senec. *cap. 26. de Conſol. ad Marc.* ¶ Pro habere. Virg. 1. *Æneid.*

*Tyros, Tyriuſve mihi nullo diſcrimine agetur,*

id eſt, habebitur. Pro ante nos pellere. Idem 1. *Eclog.*

*—— en ipſe capellas*
*Protinus æger age.*

Suet. *in Cæſ. cap. 68.* Agere obvios, id eſt, repellere. Item pro præbere. Idem *in Tib. cap. 16.* Egit ſe civilem, id eſt, præbuit. Idem *in Claud. cap. 25.* Egit ſe non principem, ſed miniſtrum: pro gerere. Idem *in Claud. cap. 24.* Agere ſe pro equite. Item pro exhibere, ut Agere Comœdiam. Plaut. *Mil. ſc. 2. a. 2. Ieſter une comedie, en repreſenter:* unde Actus Tragicus. Suet. *in Ner. cap. 24.* Et, Actui rerum, pro rebus agendis. Suet. *in Claud. c. 25.* Pro vehere, ducere. Varro, *non hunc Pactolus aureas undas agens* etiam *unquam è miſeriis.* ¶ Pro foras pellere, fugare: ut, Membris agit ater veneno. ¶ Agere in crucem, id eſt, tollere. Cic. & Liv. ¶ Pro celebrare: ut, Agere diem feſtum. ¶ Pro convocare: ut, Agere concilium. ¶ Pro emittere & exhalare: ut, agere animam. ¶ Agere etiam ad lites pertinet: ſignificat aliquando nomen deferre, & legibus obligare reum. Fab. Quint. *in Declam.* Item, nolo hic meam rem agere (i. meo commodo conſulere.) Plaut. *Curc. ſc. 2. a. 5.* Hodie peregrinos abſoluam, eras agam cum civibus. Idem *Pſeud. ſc. 7. a. 4.* Sed ego, quod ago, id me agere oportet. Idem *Mil. ſc. 2. a. 2.* Item, Nihil ago tecum. Ubi eſt ipſus tecum, mihi rem eſſe nolo: ſunt verba ſumpta è iure. Sic rem actam egit. Vide *Actum.* Unde emerſerunt innumeræ penè loquendi formulæ: ut, Furti agere, hoc eſt, actionem furti intentare. Agere cauſas. Agere ſyngrapha. Lege agere, vide *Lex.* Lege agere ex ſponſo, de quo infrà in dictione *Sponſio*, Plaut. *Pſeud. ſc. 4. a. 2.* Quid illo homine es actutus? (i. quam ad rem uſurus.) *Ibid. ſc. 4. a. 2. & ſc. 7. a. 4.* Quid nunc fiet? quid agimus? Velleius. Nihil egiſti Marce Antoni occidendo Ciceronem, (i. nihil promoviſti, nihil tibi id profuit.) Plaut. *Pſeud. ſc. 4. a. 2.* Quid actum eſt? (i. quid egiſti, quid promoviſti?) Porrò innumeræ ſunt aliæ huius verbi ſignificationes quæ paſſim legentibus occurrunt, ut Agere paœm. Senec. *cap. 5. de Conſ. ad Helu.*

*Otia mundus agat,*

Ovid. *Faſt.* Opus eſt agendo (i. pugnando.) Idem 13. *Met.* 4. *& 1. Faſt.* Agit palmes gemmas. Agere ſilentium. Quintil. *&c.* Item, Hoc age, Hoc agite, Hoc agamus. Plaut. Vide *Hoc.* ¶ Agere reum, *alicui crimen intendere*, hoc eſt, accuſare. ¶ Peragere reum, *apud iudices*, hoc eſt, agendo perficere ut reus condemnetur. ¶ Agere gratias, hoc eſt, verbis oſtendere, nobis aliquid fuiſſe gratum. Nam gratias habere, χάριν ἔχειν, pertinet ad animum, quum memorem accepti beneficii mentem animúmque habeo, & invicem gratificandi voluntatem. Referre verò gratiam, ἀνθυποιεῖν χάριν, eſt facto acceptum beneficium remetiri, ut ſi à me ſublevatus aliquo beneficio, viciſſim aliquo modo me ſublevaveris, gratias retuliſti, reddidiſtique. Et licèt Seneca voluit malas gratias referri poſſe, ſed reddi: Cicero tamen *in Salluſtium* ait: Quòd iſta inſuſitata rabie in uxorem & filiam meam invaſiſti, qua ſe facilius mulieres abſtinuerunt à viris, quàm tu vir à viris, ſatis doctè ac peritè feciſti. Non enim ſperaſti me mutuam tibi gratiam relaturum, ut viciſſim tuos compellarem. Terent. *in Eunuch.* Illis crucibus quæ nos noſtrámque adoleſcentiam habent deſpicatui, nunc referam gratiam, atque eas itidem fallam, ut ab illis fallimur. Referre igitur gratiam, tam in malum, quàm in bonum dicitur, quum ſit facto beneficium, aut injuriam acceptam compenſare. Reſtátque huic verbo ſingularem accuſativum Gratiam jungimus, quàm pluralem Gratias. Et contrà, melius dicimus, teſte Valla, Habere gratias, quàm gratiam: nunquam autem, vel rariſſimè, Agere gratiam, ſed ferè ſemper, Agere gratias. Livius, Satiatus tandem complexu filii, renuntiate, inquit, gratias Regi me agere: referre gratiam aliam nunc non poſſe, quam ut ſuadeam non antè in aciem deſcendat, quàm in caſtra me rediiſſe audierit. Cic. Cui pro me Senatus gratias agendas putavit, ego à me gratiam referendam non putem? Pro eodem etiam dicimus, Reſpondere officiis. Planc. *Cic.* Immortales tibi ago gratias, agámque dum vivam; nam relaturum me affirmare non poſſum: tantis enim tuis officiis non video mihi reſponderi poſſe. ¶ Agere cum populo, eſt populum rogare, ut ſuis ſuffragiis quid iubeat, aut vetet; ἐκκλησιάζειν. Agere cum populo dixit quoque Geli. *cap. 15. lib. 4.* de eo quod provocavit ad populum, & *cap. 1 (. lib. 13.* docet quid ſit cum populo agere, & Agi cum populo bifariam non poſſe. ¶ Cuniculos agere, eſt ſpecus ſubterraneos effodere, per quos occultus in locum aliquem fiat aditus. Cicer. 3. *Offic.* Quod ſi fama patet,

expilet, cuniculos agat ad erarium. ¶ Agere viam, est viam sibi aperire per loca invia. Virg. 3. *Æneid.*

*—— Alpheum fama est huc Elidis amnem*
*Occultas egisse vias subter mare.*

¶ Item pro tenere viam. Senec. *cap.* 18. *de Consol. ad Marc.* Agunt vias diversas sidera. Et Tib. *lib.* 4.

*Curva nec assuetos egerunt flumina cursus.*

Item agere principatum, id est, tenere, sive gerere, bis Suet. *in Tib. cap.* 24. ¶ Denique Agere, pertinet ad omnes actus humanos εὐφημότερον. Nam qui sedet, qui stat, qui cogitat, qui jacet, qui moritur, aliquid agere dicitur: ita ut nullus qui modò vivat, esse unquam possit sine actione. ¶ Hinc fit, ut & agere dicamus pro vivere, pro quo etiam dicimus, Vitam agere, βιοῦν. Terent. *in Andr.* Primùm hæc publicè vitam parcè ac duriter agebat. ¶ Item, Annum vigesimum, vel trigesimum agere, Ævum agere, Senectutem agere, & similia. Annus, vel mensis vigesimus agitur, hoc est, currit, vel in cursu est. Terent. *in Heaut.* Tum postquam ad te venit, mensis iam hic agitur septimus. ¶ Agere animam est mori, vel morti proximum esse. Cic. *Epist. lib.* 4. Qu. Hortensius quum hæc scripsit, animam agebat. ¶ Componitur Ago cum Ad, ut Adigo: cum Ab, ut Abigo: cum Am, ut Ambigo: Con, ut Cogo: Circum, ut Circumago, quod est Circumduco: De, ut Dego: Ex, ut Exigo: Per, ut Perago: Pro, ut Prodigo: Re, ut Redigo: Sub, ut Subigo, à quo fit Prosubigo: Trans, ut Transigo. ¶ Sunt etiam qui putent Castigo, Instigo, Mitigo, Lævigo, Litigo, & Nego composita esse verbi Ago: ut sit Castigo, Castè ago: Mitigo, Mitem ago: Lævigo, Lævem ago, id est, planum: Fustigo, Fuste ago: Litigo, Lite ago: sed quum sint primæ conjugationis, habeantque quædam i, productam, non videntur ab Ago composita.

Agon, victimarii verbum, pro Agónc? Ovid. *lib.* 1. *Fast.*

*Qui calido strictos tinctarus sanguine cultros*
*Semper agônc rogat: nec nisi jussus agit.*

Et Senec. *lib.* 3. *Controv.* Carnifex manum tollet: deinde respiciat ad patrem, & dicat, Agon? quod fieri solet in victimis. Unde proverbialiter Agones dicti cunctatores, qui semper deliberant, neque quicquam aggrediuntur.

AGITO, as. Crebrò facio, factito. { יגע *hanâh*, תנד *hemidh.* σάλευμα, ἄσκημα, ὄ. Gall. *Agiter, demener fort & souvent.* Ital. *Agitare, far spesso.* Germ. Bewegen hin vnd wider Fleyssig thun/ offt handlen. Hisp. *Hazer muchas vezes.* Angl. *To tosse and stirre to do often, to trouble.* } Ovid. *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.*

*Quid fuit ut tutas agitaret Dædalus alas.*

Idem 2. *Fast.*

*Vota feris similis nullos agitata per usus.*

Idem *Eleg.* 4. *lib.* 1. *Trist.*

*Ille* { Ulysses } *erat assiduè sævis agitatus in armis.*

Sallust. *in Jugurtha*, Ita variè per omnem exercitum lætitia, mœror, luctus atque gaudia agitabantur. ¶ Item Stimulare, compellere, ἀναγκάζειν. Plaut. *Apul. sc.* 3. *a.* 3. Nam iam agitabo quadrupedem calcari. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

*—— Agitante cupidine currum.*

¶ Item Observare. Virg. *lib.* 3. *Georg.*

*Ipsa dies agitat festos.*

¶ Item, perturbare, molestare, cruciare, vexare. Cic. *de Legib.* Furiæ agitant infectantúrque improbos. Plaut. *in Cure. sc.* 1. *a.* 2. Tum te igitur morbus agitet hepatarius. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Atra bilis agitat hominem. At te atra pix agitet: & *Amph.* Pro clavis factis diris aguntur malis. Idem *Cure. sc.* 1. *a.* 1. Profundis vinum, quæ te res agitant? Luxuriæ & intemperiæ agitant senem. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 4. & *ibi I.* Quæ te mala crux agitat? & *Mil. sc.* 2. *a.* 2. Age si quid agis, nisi navis agitari vis gis. ¶ Item venari & insectari feras. Cicer. *lib.* 3. *Offic.* Sunne igitur insidiæ, tendere plagas, etiamsi exciturus non sis, nec agitaturus? Ipsæ enim feræ nullo insequente sæpè incidunt. ¶ Item Exercitare. Lactant. Nisi virtus agitetur, proficimus parum. ¶ Liv. *lib.* 5. *d.* 4. Agitare animum, id est, exercere. ¶ Agitare vitam, idem quod agere, vel ducere. Sallust. *in præcm. bell. Catil.* Etiam tum vita hominum agitabatur sine cupiditate. Sic Gell. *cap.* 7. *lib.* 20. Agitare vindemiam hilarè. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 3. Agitemus hoc convivium vino & sermone suavi. ¶ Pro Movere & omnia miscere, Liv. *lib.* 9. *d.* 4. Agitare, posuit. ¶ Item, Eum bene agitare, pro bene valere, dixit Gell. *cap.* 19. *lib.* 16. Item Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Quid rerum agitem patri perferat, id est, ut valeam. ¶ Item Cruciare, ut apud eundem, Agitabatur magis, magisque in dies ferox animus, inopia rei familiaris, & conscientia scelerum. ¶ Item sæpè administrare. Idem, In pace verò beneficiis magis, quàm metu imperium agitabant. ¶ Item. Sæpè considerare, cogitare, recogitare. Idem, Sed ea quæ mente agitari omnes jam antea audistis. Agitare animo. Liv. *lib.* 5. *d.* 4. Agitare cogitationes cum aliquo. Idem *lib.* 10. *d.* 4. Agitare consilia. Terent. *in Phorm.* Ego quoque id quidem agitans mecum sedulò, inveni (ut opinor) remedium huic rei. ¶ Aliquando Tractare, disputare, excutere. Cic. *pro Dom.* Sententia quæ erat tractata in Senatu. ¶ Agitare ferociter, est sese ferociter gerere. Salust. *in Catil.* Minari interdum ferro, nisi obnoxia foret: postremò ferocius agitare, quàm solebat. ¶ Agitare lætitiam, est lætitiam præ se ferre, & reipsa gaudium ostendere. *Ibidem*, Ciceronem ad Cœlum tollere, & veluti servitute erepta, gaudium & lætitiam agitabat.

Agitatio, verbale, ipse agitandi actus. { תנד *manôdh.* ἄ δίωσις, *Commotio.* Gall. *Mouvement, esmotion, agitation.* Ital. *Smovimento, commotione, agitatione.* Germ. Bewegung/ treyb. Hisp. *Obra de acossar aguijadura.* Angl. *Stiering or troubling.* } Cic. 2. *de nat. deor.* Nec enim ille externus, & adventitius habendus est lepor, sed ex intimis maris partibus agitatione excitatus.

Agitatus, us, δίωσις & κίνησις, motus, agitatio. Macrob. *Comment. lib.* 2. *cap.* 14. Imò per diversas ipsi spontaneo ferrentur agitatu.

Agitator, qui est equorum, currúmve rector. { תנד *manhigh.* ἀμαξήλατης, ἡνίοχος. Gall. *Qui conduit & chasse cheval, asne, ou autre chasse.* Ital. *Cacciatore & mena cavalli ò asini.* Germ. Ein wagenfürer/ kutzer/ fuhrman. Hisp. *Aguijador ò acossador de animales.* Angl. *A driver of a cart or of beastes.* } Cic. *Attic. lib.* 13. Nec est melius quicquam, quàm ut Lucullus sustineat currum, equósque, ut bonus sæpe agitator.

Agones, victimæ. Agonia, hostia. Festus: *Agonias, hostias putabant ab agendo dictas.* Glossarium: *Agonia* ἀγώνια, non *agionia*, ut nunc legitur. Item *agonalia*, & *agonaria*, ἀγῶνα.

¶ Actiùs, amplius, melius. Pap. ¶

Actus, a, um, Completus. { עשׂה *naasah.* πραγμάτευμα. Gall. *Fait, parfait.* Ital. *Fatto, perfetto.* Germ. Dan schon vberkon vnd volbracht ist. Hisp. *Hecho.* Angl. *Done, ended.* } Virg. *lib.* 6.

*His actis propere exequitur præcepta Sibyllæ.*

Unde actum agere, proverbio dicitur, pro nihil agere. Quod enim (inquit Donatus,) in iure semel iudicatum fuerit, rescindi & iterum agi non potest. ¶ Ponitur etiam Actus pro Adpulsus. Idem *lib.* 7.

*Sive errore via, seu tempestatibus actus,*

Ovid. *lib.* 4. *Trist. eleg. ult.*

*Talia mihi tandem longis erroribus acto.*

¶ Pro Admotus. Idem Virgil. *lib.* 9.

*Accelerant acta puriter testudine Volsci.*

¶ Pro Coactus, territus. Idem *lib.* 6.

*Prodigiis acti cœlestibus ossa piabant.*

Alis significata quære in dictione *Ago.*

Actum est, vide in *Ago*, & semper in malam partem accipitur, ut, Actum est de re publica: id est, extincta, desperata, perdita est. πέπρακται. Terent. *in Andr.* Quid ego audio? actum est, siquidem hæc vera prædicat.

Acti, orum. { דברי הימים *dibré haiamim.* πράξεις. Gall. *Faicts & actes publics, les registres publics.* Ital. *Atti publici, registrati.* Germ. Handlungen/ geschichten. Hisp. *Los hechos publicos de cada dia.* Angl. *Gestes or actes.* } Generaliter dicuntur quæcunque aguntur, sive publicè, sive privatim, sive in iudicio, sive extra iudicium. Cic. *de Orat.* Consilia primùm, deinde acta, postea eventus.

*—— in omnibus actis,*
*Victima si demas, vita tumulta mea est.*

Ovid. *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.*

*Ille licèt patriis sit fine superbiat actis.*

idem *in Epist.*

*At sua Tydides mecum communicat acta,* (id est, res.)

idem 13. *Metam.*

*Et tua lethæis acta dabuntur aquis.*

idem *Eleg.* 9. *lib.* 4. *Trist.*

*—— quæ vita quaritis acta meis,*

idem *Eleg. ult. lib.* 4. *Trist.*

*Divitis ingenii est immania Cæsaris acta*
*Condere.*

idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* pro rebus gestis. ¶ Acta propriè dicuntur quæ gesta sunt ab eo qui togatus in Republ. cum potestate imperióque versatus est. Nam Imperatorum res gestæ dicuntur. Cic. *Philipp.* 1. An in commentariolis & chirographis & libellis acta Cæsaris firma erunt, quæ ille in æs incidit, in quo populi iussa, perpetuásque leges esse voluit, pro nihilo habebuntur? Et paulò post, Ecquid est quod tam propriè dici possit actum eius, qui togatus in Rep. cum potestate imperióque versatus est, quàm lex? qua re acta Gracchi leges Semproniæ proferentur. Postea autem consuetudine sermonis factum est, ut literæ omnes de quorumlibet iudicum sententiis perscriptæ, actorum nomine censerentur. Item, quodcunque apud ius dicentem ad causam sive publicam, sivè privatam pertinens, gestum ejúsque autoritate mandatum literis esset. Ex lexico Hotomanni. ¶ Acta circunducere, est antiquare, & delere. Paul. *l. acta. ff. de re iud.* acta apud se habita, si partes consentiant, & iudex hoc permiserit, potest iubere eadem die circunduci. ¶ Acta diuturna, quæ in singulos dies conficiuntur. Græci ἐφημερίδες vocant, Latini Diaria. Ad acta maiorum revertí (id est, ad annales.) Sen. *cap.* 1. *de Const. ad Marc.* ¶ Referre in acta, est inter acta perscribere. Iuven. *Satyr.* 2.

*—— liceat modò vivere, fiant,*
*Fiant ista palàm, cupient & in acta referri.*

Suet. *in Calig. cap.* 3. In acta refert repudia. Item, in fastos, actáque publica referre, *in Tib. cap.* 1. ut Senatus actis contineatur. Idem *in Aug. cap.* 5. Intrare in acta principis. Suet. *in Tib. cap.* 26. Referre de actis superioribus ad Senatum, idem *in Cæs. cap.* 23.

¶ Actualia, quæ ab actu descendunt nomina, activa. Isid.

Actualis, activa. Idem. ¶

Actus, us, generali vocabulo dicitur omne quod agitur, aut dicitur, πρᾶξις. Cic. *in Sal.* Si de mea vita atque actibus huic convitiatori respondero. Idem 1. *de Legib.* Non solùm in rectis, sed etiam in pravis actibus insignis est humani generis similitudo. Quintil. in exteris actibus vitæ. Idem, In actu, non in effectu posita est Rhetorica. Senec. *epist.* 38. Ex minimo in maximos actus diffunditur semen. Suet. *in Aug. c.* 78. Actus diurnus (an ephemeridis.) ¶ Item, Actui rerum, (pro rebus gerendis, sive agendis.) Idem *in Aug. cap.* 32. & Actus rerum, pro iudiciis. Idem *in Claud. cap.* 23. & *cap.* 15. & *in Nerone cap.* 17. ¶ Actus, Gallicè *contenance.* Quintil. Amictus habet actum quendam præliantem. ¶ Dicuntur præterea Actus, partes fabularum, inter quas modi fieri solent. Hos in omni fabula quinque exigit Horatius *in arte poëtica.*

*Neve* (inquit) *minor quinto, neu sit productior actu*
*Fabula, quæ posci vult, & spectata reponi.*

Suet. *in Ner. cap.* 24. Actus tragicus. ¶ Unde proverbiali figura dicimus, supremum fabulæ actum addere, pro eo quod est, extremum finem imponere. Cic. *in Catone* transfert ad vitam peractam. Hi mihi videntur fabulam ætatis peregisse, nec tanquam inexercitati histriones in extremo actu corruisse. ¶ Per translationem, Actus dicuntur diversæ vitæ humanæ partes, in quibus non secus atque histriones in Comœdia, alias atque alias quodammodo induimus personas. *Ibidem*, Naturam optimam ducem sequimur, à qua non verisimile est, quum exteræ partes ætatis bene descriptæ sint, extremum actum, tanquam ab inepti poëta, esse neglectum. ¶ Item, Actus dicitur spatium

tium in agro centum viginti pedum, quòd in eo boves agerentur, quum aratur uno imperu iusso, ut inquit Plin. *lib.* 18. *cap.* 3. Triplices autem reperiuntur Actus, minimus, quadratus, & quadratus duplicatus. Minimus quatuor pedes habet latitudinis, longitudinis pedes centum viginti: quod spatium in agris erat inter vicinos. Quadratus ubique centum viginti pedibus pretiatur. Quadratus duplicatus lugerum præstat. ¶ Restius. Actus (ut Modestinus *de seruitute prædiorum rusticorum* scribit) est ubi armenta trahere, & vehiculum ducere licet, ἰτὸς, hoc est, via qua quis pedes, vel equo commeare potest. Vide Institutiones Iustin. *lib.* 2. *tit.* 3. Item, Actus dispensationem & administrationem pecuniæ significat apud Iurisconsultos. Scævola *l.* 40. *D. de servitut.* Stichus servus meus actor, si rationem omnem actus sui hæredi meo reddiderit, liber esto.

Activus, ἐνεργητικὸς, δραστικὸς, ποιητικὸς, qui agit, fictum à Grammaticis, ut Activa significatio, & verbum activum, quod (teste Prisciano *lib.* 8.) semper actum significat, & facit ex se passivum. Activa ars. Quintil.

Activitas, & passivitas, vocabula sunt Censorii Grammatici apud Probum in Catholicis: secunda persona activitatis, & passivitatis.

Actuōsus, laboriosus, laboris plenus. ¶ עמל *amál*, יגע *iagháh*. πονηρὸς, ἐργώδης. Gall. *Laborieux, agile, qui repose sur le bien les mains & contenances.* Ital. *Attuoso, pronto ne gesti del corpo.* Germ. Der vil gebärden vnd geschäfftig mit seinem leib treibt. Hisp. *El que haze gestos y visages.* Anol. *Full of labour.* Actuosi homines, qui motu corporis maximè exercentur, ut histriones & saltatores. Et actuosus ignis apud Senecam. Actuosa vita, quæ in actione & labore versatur, non in studio & contemplatione. Et hæc activè: passivè autem quum accipitur, significat rem in qua multùm sit laborandum, ut actuosa comœdia. Donat. *in Terent.* Hæc fabula actuosa est, magis in gestu, quàm in oratione constituta. Cic. *de nat. Deor.* Virtus actuosa est.

Actuōsè, adverb. Magno labore, σπουδαίως, ἐμπράκτως. Cic. 1. *de Orat.* Quid petam præsidii? quàm leniter? quàm remissè? quàm non actuosè?

Actio, verb. Actus, vel operatio, administratio. ¶ פעל *pe'ál*. פעלה *pehullah*, מפעל *mipheal*. πρᾶξις. Gall. *Action.* Ital. *Attione.* Germ. Handlung. Hisp. *Obra, hechura.* Anol. *Doing, action.* ¶ Cic. 1. *Offic.* Virtutis enim laus omnis in actione consistit. Apud Rhetores autem significat eam artis partem, quæ in pronunciando & gestum agendo consistit, ὑπόκρισις. Cic. *in Orat.* Est enim actio, quasi corporis quædam eloquentia, quum constet è voce atque motu. Quid autem sit pronuntiatio, *lib.* 3. *ad Heren.* explicatur: pronuntiatio est vocis, vultus, gestus moderatio cum venustate. ¶ Quandoque Actio pro Accusatione, sive petitione accipitur, κατηγορία, quemadmodum Actor pro accusatore, κατήγορος: ut Ciceronis actiones in Verrem. Quint. *lib.* 7. Cujus actionem equidem solam in hoc tempus emiseram. Idem, Actiones pupillares habuit puer Demosthenes. ¶ Quandoque dicitur defensio, sive oratio pro causæ defensione, aut alicuius rei, de qua agitur, ἀπολογία. Cic. Quint. *Valerio*, Actionem meam C. Cæsar primo suo Consulatu lege Agraria comprobavit. Item, Actio Ciceronis pro Sextio, dixit de defensione Quint. ¶ Est etiam actio, Ius agendi & iudicium intentandi, δίκη. Autor ad Heren. *lib.* 1. Et à causa cadit is qui agit, nisi habeat actionem. Gell. *cap.* 15. *lib.* 5. Is apud quem est legis actio. Quintil. Ius actionis non habes: & mox, Non licet agere. ¶ Actiones item certæ formulæ sunt apud Iureconsultos, quibus iudicium datur: vide Hotom. *in Lexic.* ¶ Dicimus etiam Gratiarum actionem, pro beneficii accepti confessione, & grata verborum redditione. Cic. *Planco*, Quanquam gratiarum actionem à te non desiderabam. ¶ Actio vitæ, pro vivendi ratione, seu modo. Cic. 5. *Tusc.* Si vitæ modum actionémque quærimus, alterius mens rationibus agitandis exquirendisque alebatur, cum oblectatione solertiæ, qui unus suavissimus pastus animorum: alterius in æde & iuvrtis, cùm & diurno & nocturno motu [de Archimede mathematico, & Dionysio tyranno loquitur.] Si quæritimus actionem vitæ, id est, qualem uterque vitam egerit. Idem 3. *Offic.* Ad eas res parandas tuendasque, quibus actio vitæ continetur.

[Actionarii, qui res nostras agunt. Gloss. vet. Cod. II. ant.]

Actiuncŭla, æ. diminutivum ab Actio. Plin. *Epist. lib.* 3. *Falconi*, Retracto enim actiunculas quasdam.

Actito, as, frequentativum, oriundum, non ortum ab Ago, sed ab Acto, sicut Scriptito à Scripto, Lectito à Lecto: & propriè Actitare dicitur in causis, ἀγωνίζομαι. Plin. iunior *ad Marcum*, Magis miraberis, si scieris illum aliquandiu causas actitasse. Cic. *de claris Orat.* Etiam M Pontidius municeps noster multas privatas causas actitavit. Vide & Gell. *lib.* 9. *cap.* 6. [Actitor, aris, sæpe ago. Pap.]

Actor, dicitur omnis qui aliquid agit. ¶ פועל *poél*. ἐργάτης. Gall. *Exploiteur.* Ital. *Operatore.* Germ. Ein thäter, ein verbindter. Hisp. *El que haze.* Anol. *An worker, doer.* ¶ Cic. *pro Sest.* Cato & dux, & autor, & actor illarum rerum fuit. ¶ Item is qui in iudicio causam agit, συνήγορος. Idem *de Clar. Orat.* Eodem anno Miloni Rhodio Romæ dedimus operam & actori summo emtarum & magistro. ¶ Apud Iurisconsultos Actoris vocabulum ferè semper accipitur pro accusatore, seu petitore, hoc est, pro eo qui actionem in iudicio intentat adversus reum, κατήγορος. Ulpianus *l. qua omnia, ff. de procurat. & defensoribus.* Quæ omnia non solùm ex parte rei, sed etiam in persona actoris observabantur. Item Tacit. *lib.* 2. Actori publico mandare. ¶ Actor etiam dicitur histrio qui fabulam agit, ὑποκριτὴς. Cic. *ad Q. Fratrem*, Poëtæ boni & actores inducuntur in extremo actu solent esse diligentissimi. ¶ Item actor servus, dicitur idem qui dispensator, nimirum qui pecuniæ domini tum exigendæ, tum dispensandæ præest, *l.* 5. *de doli except. l. Stichus, de statulib.* Vulgò iam factorem appellare solemus, Col. *lib.* 1. *cap.* 7. Ita fit ut actor, & familia peccent, & agri sæpiùs infametur.

Actuarius, qui actum describit veloci stylo, eáque descripta deinde recitat, Notarius. ¶ ספר *sepher*. מזכיר *mazchir*. γραφεὺς. Gall. *Notaire.* Ital. *Notario.* Germ. Ein Notarius so die händel schnäl vnd in eyl schreibt. Hisp. *Aquel que escriue lo que otro dize.* Anol. *Whiche writeth geslu.* Suet. *in Cæsare*, Quam non immeritò Augustus æstimabat magis abactariis exceptam, malè subsequentibus verba dictantis, quam ab illo editam. Actuarii vice fungi, Senec. *epist.* 13.

Actuārius, a, um, ἐφόδιος. Agilis, velox, & facilis ad circumagendum, unde Naves actuariæ, ναῦς ταχεῖαι dicuntur, quæ leviores sunt, agiliores, quæque huc illuc quam maximo negotio flecti possunt. Liv. 4. *dec. ad. lib.* 8. Traditio x naves, armamentaque earum, nève plures quam decem naves actuarias, nulla quarum plus quàm triginta remis agatur, habeto. Vide Gellium *cap.* 25. *lib.* 10. ¶ In eadem etiam significatione Actuarium leginus neutro genere. Cic. *Attic. lib.* 10. Recordor enim æstare cum illo Rhodiorum ἐφόδιον navigans quam furiùm solicitus. Quid duro anni tempore actuaria fore censes.

Actuariolum, diminutivum, τὸ ἐφόδιον. Cic. *Attic. lib.* 16. Hæc egò conscendens è Pompeiano tribui actuariolis decem scalmi, id est, remigibus earum navicularum, quæ vocantur actuariæ, vel actuariolæ.

[Actuarius, actio. Tertull.]

Actutùm, adverbium temporis: ab Actu, id est, celeritate derivatum; significat enim confestim, sine dilatione. ¶ מהרה *pithhóm*, פתאם *péthah*. αὐτίκα. Gall. *Tost, incontinent, soudain.* Ital. *Disubito, di fatto, incontinente.* Germ. Schyerlich, stracks eins wegs. Hisp. *presto, luego.* Anol. *Incontinent.* ¶ Cic. 2. *Philipp.* Ego mortem actutùm ferendam puto. Terent. *in Phorm.* Aggredere actutùm. Credo istuc nomen tibi actutùm fore. Plaut. *Mil. sc.* 1. *a.* 2. Colo actutùm. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. In pistrinum te scis actutùm trahier. *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. Exemplo actutùm tibi exeundum. Idem *Asil. sc.* 4. *a.* 2. nisi actutùm hinc abis. Idem *Amph. sc.* 1. *act.* Redibo actutùm. Illud actutùm dictum est. *Ibid.* Actutùm eloquere. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Abducito istam actutùm. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 3. Age, recipe actutùm. T. licet. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 5. Propera atque actutùm. Idem *Rud. sc.* 3. *a.* 1. *bis.* Abduce illos in tabernam actutùm diversoriam, *ibid. sc.* 3. *a.* 2.

[Agenda, vespertina, & matutina lectio. Cod. II. ant.]

Agens, auriga. Rutgers.]

Agoce, es, nomen urbis Æthiopiæ, quæ est sub Ægypto. Plin. *lib.* 6. *cap.* 29.

Agogæ, ἀγωγαὶ, ἀγωγοὶ, fossæ sunt in metallis aurariis, per quas aqua aurum trahens ducitur: vide Plin. *lib.* 33. *cap.* 4. Hermolaus Inlices vocari tradit.

Agōlum. Pastorale baculum, quo pecudes aguntur. Festus, unde bacillum oblongum Gallis vocatur *Gaule.* ¶ מסרת *matth*, שבט *schebet*. ἀγκυλωτὸν. Gall. *Baston de pasteur, houlette.* Ital. *Bastone de pastore.* Germ. Ein hirten stäcken. Hisp. *Cayado, à bordon de pastor.* Anol. *A goade to prik forward, cattell.*]

Agōn. ¶ מתאבק *naphtul*. ἀγών. Gall. *Tout exercice de combat, comme luittes, jouttes, & autres.* Ital. *Agone.* Germ. Kampff vbung zum streit. Hisp. *Contencion, porfia.* Anol. *Exercise of combat.* ] Græcè idem est quod certamen, studium, contentio, labor cum difficultate cõjunctus. Accipitur & pro loco ipsius certaminis. Vnde locus Romæ iuxta Tyberim, qui Circus Flaminius dicitur, etiam Agon appellatus fuit, quòd in eo cursu certamen solent exhiberi. ¶ Fuit quoque proprium viri nomen ex Teio, de quo Plin. *lib.* 35. *Pap.* 5. Summæ apud exteros licentiæ fuerat, Agonem Teium Alexandri Magni præfectum aureis clavis suffigere crepidas. ¶ Agones, Musici. Suet. *in Ner. cap.* 20. Vide eundem *ibid. cap.* 45.

Agōnālia, dium, vel iorum, ἀγώνια, festa erant apud Romanos quotannis celebrari solita in honorem Iani (ut est apud Ovid. 1. *Fast.*) aut certè in honorem Agonii Dei (ut Festus tradit) quibus agendis præesse putabatur. Hoc die Rex sacrorum arietem immolabat, ut tradit Varro *lib.* 5. *de ling. Lat.* Nominis rationes multæ afferuntur. Nam Varro *loco iam citato*, ex ritu sacrorum ductum existimat, in quibus minister structum ad arietem iugulandum tenens cultrum, idemidem rogare solet, Agon? Quam opinionem Ovidius quoque attingit his versibus,

*Nominis esse potest succinctus causa minister,*
*Hostia cultribus quo feriente cadit.*
*Qui calido strictos tinctorum sanguine cultros,*
*Semper agáne rogat, nec, nisi iussus, agit.*

Festus (ut diximus) ad Agonium, rerum agendarum deum, dictionis huius etymon refert. Alii ad Agonem montem, in quo die illa sacrificari solebant, qui postea Quirinalis dictus est, ex quo in eo consederunt Sabini, in urbis portionem recepti. Alij à certamine cuculi dictum putant, quod hisce feriis antiquitus solebat celebrari. Nam Græci certamina & ludos ἀγῶνας appellabant. In quam opinionem Ovidius quoque descendit, cum scribit,

*Fas etiam fieri solitis ætate priorum*
*Nomina de ludis Græca tulisse diem:*
*Et prius antiquis dicebat Agonia sermo,*
*Verague iudicio est ultima causa meo.*

Agōnia, ἀγώνια, feriæ erant Romæ mense Ianuario celebrari solitæ, postea Agonalia appellata. Ovid. 1. *Fastor.* & 3. *sub finem.*

*Et prius antiquis dicebat Agonia sermo.*

Vide paulò antè in dictione *Agonalia.* ¶ Agonias quoque antiqui hostias appellabant, teste Festo, nomine ab agendo deducto. Sterilitatem quoque & impotentiam generandi, Agonium, Græco vocabulo ἀγώνιον, vocamus. ¶ Agonia, ἀγωνία, extrema est conturbationis species, quam Latini Trepidationem vocant. Quam vocem etiam sacer Interpres servavit, *cap.* 22. Et factus (inquit) in agonia prolixiùs orabat.

Agōnisma, atis, ἀγώνισμα. Græcis est palma, sive præmium certaminis.

Agōnium, dies appellabatur, quo Rex sacrorum agonias, hoc est, hostias immolabat. Autor Festus.

Agōnistæ, ἀγωνισταὶ, qui in agone contendit, certator, pugil.

Agōnius, ἀγώνιος, dicebatur Deus, qui præsidebat rebus gerendis, in cujus honorem Agonalia instituta fuisse existimavit Festus.

Agōnizo, ἀγωνίζομαι, neutrum, Agonizor deponens, significat dimico, contendo. Hieronymus *in Eccles.* Agonizare pro anima tua, pro justitia. Cypr. *ad Mosen*, Omnis qui agonizatur, in omnibus continent est.

dictum à viis urbanis, quas Græci ἀγυιὰς vocant, quibus Apollo præesse creditur: unde & ἀλεξίκακος, hoc est, malorum depulsor vocatus est. Ex Stephano.

Agylla, Ἀγύλλα, urbs Thusciæ, aliàs Cære vocata, & Agyllina, à nomine conditoris, quem Virg. *lib.* 8. ex Lydia venisse ostendit, quam ait:

*Haud procul hinc saxo celsa sedet fundata vetusto*
*Urbs Agyllina solet, ubi Lydia quondam*
*Gens bello præclara Italis insedit Etruscis.*

Vide Stephan.

Agylleus, luctator Cleonæus, staturæ prægrandis, nec minor Hercule, palæstra tamen à Tydeo victus. Stat. 6. *Thebaid.*

Agyrium, sive Agyrena, ἀγύριον Dionysio, ἀγύρινα Stephano, oppidum Siciliæ. Unde Agyrini populi, quos recenset Plin. in descriptione Siciliæ *lib.* 3. *cap.* 8. Stephanus Agyrenæos vocat ἀγυρηναίους. Vulgò, *Los de S. Philippo de Agirone.*

Agyrtæ, ἀγύρται, præstigiatores sunt, & circulatores circumforanei. Nam ἀγυρτεύειν inter cætera significat, Præstigium exercere.

A H

Ah, sive Aha, ἦν *hab.* ᾱ, ἀᾶ. Aha integrum est, Ah remansit detritâ vocali. Prisc. *lib.* 1. & *lib.* 2. Est autem interjectio multorum affectuum significativa. Nam modò dolentis est, sive commiserantis. Virg. 1. *Eclog.*

*Spem gregis ah! silice in nuda connixa reliquit.*

¶ Modò admirantis, ut apud Plautum, Ah! quid ais? ¶ Aliquando dehortantis, in qua significatione crebrò occurrit apud Ieremiam & Ezechielem Prophetas. ¶ Ah indignantis, sive increpantis seipsum. Terent. *Andr.* Ah, vix tandem sensi stolidus. Virg. *Ecl.* 2.

*Ah Corydon, Corydon, quæ te dementia cepit?*

Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Ah sævissimum est mihi. ¶ Ah, desiderantis. Idem *in Asin.* Ah, quanto amplius valeres, si hìc maneres. ¶ Ah, factum alterius reprehendentis. Terent. *in Andr.* Nam quid ego dicam de patre? Ah, tantâne rem tam negligenter agere? ¶ Ah, objurgantis, *ibidem.* Ah, quanto satius est te id operam dare, qui illum amorem ex animo amoveas tuo. ¶ Ah! Abseguentis. *ibid.* Ah, ne me obsecra. ¶ Ah, reclamantis, aut contradicentis. Plaut. *Amphit.* Ah, propitius sit potiùs. Idem. *Aul. sc.* 1. *a.* 3. Redde aurum. St. Ah, unde. Terent. *in Hecyr.* Meum receptas filium ad te Pamphilum. Bacchis: Ah, Laches, sine dicam. Ubi Donatus, Ah, quod falsum est, reclamavit meretrix statim, & voluit contradicere, si permitteret senex. ¶ Ah, ah, suspirantis. Plaut. *in Milite*, Habe bonum animum. *Pamph.* Ah, ah, quum venit in mentem mores mihi mutandi ut sient. ¶ Item gaudentis, ut apud eundem *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Ah! P. Quid est? Ecquid habet? ubi Ah, videtur esse gaudentis. ¶ Dolentis, Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

*Ah sortem, & nobis nimium crudeliter hostis.*

¶ Ah ah, irridentis est. Dionys. *lib.* 1. Ah age, laudantis. Idem *ibid.*

Ahama, oppidum Hetruriæ, apud Livium *decad.* 1. *lib.* 10.

Ahēnum, vas est, in quo aqua ad lavandum calefit. { סיר *sir*, פרור *parûr*. χαλκεῖον. Gall. *Chaudron*, *ou coquemar.* Ital. *Caldaio.* Germ. Ein kessel. Hisp. *Caldera de cobre.* Angl. *A caulдron, or any brassen vessel wherin water is made heat for to wash with.* } Paul. *in l. quum de lanionis, D. de instruct. & instrum. leg. lib.* 33. *Pand.* Nec multum refert inter cacabos, & ahenum quod supra focum pendet. Hic aqua ad potandum calefit: in illis pulmentarium coquitur. Virg. 1. *Georg.*

*Et fœtis undam torpidi desumat aheni.*

Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Vasa ahenea rapere. ¶ Ahenum dicimus per h, interpositam inter a, & e, non aënum, ut sonus sit gratior, jucundiorque, teste Gell. *lib.* 2. *cap.* 3. ¶ Ahenum sæpenumero capitur pro amplissimo vase in quo tingitur purpura. Ovid. 3. *Fast.*

*Hanc cole vellribus grisæis aherna paro,*

Id est, Infector. Unde multa habent epitheta ex iis locis, in quibus claruit usus purpuræ: ut Agenoreum ahenum, id est, Tyrium, vel Sidonium. Agenor quippe rex fuit Phœniciæ, in qua fuerunt Tyrus & Sidon urbes purpura nobiles. Mart. *lib.* 10. *in Caium.* Amyclæum ahenum. Ovid. *lib.* 2. *de rem. amor.* & alia id genus.

Ahēnŭs, a, um, Æneus. { ווּנְחוּשׁ *nechûsch*, χάλκεος. Gall. *Chose de cuivre.* Ital. *Cosa di bronzo.* Germ. Ehrnes ding/ das von erz oder kupfer gemacht ist. Hisp. *Cosa de materia de cobre.* Angl. *Made of brasse.* } Virg.

——— *& iuxe cornipedes ahena.*

Ahēnĕus, a, um, idem. Horat. 3. *Epist.*

——— *his murus ahenens esto.*

Ahertæ, vocantur duæ venæ, quæ ab umbilico & mâttice per pectinem transeunt infra renes.

Ahori, ἄωροι, qui immaturâ morte præveniuntur.

Ahu, Interjectio animi perturbati significativa, ᾱῦ. Ter. Ahu, tace obsecro.

A I

Ai, diphthongus antiquis, pro æ, posita, quam teste Martiano *lib.* 3. sexcentis in locis usurpavit Lucretius distractam.

Aĭax, *ăcis*, duorum fortissimorum Græcorum nomen fuit, quorum alter à patre Telamone, Telamonius cognominatus, proximum ab Achille fortitudinis laudem obtinuit in Græcorum exercitu. Hic cum Hectore singulari certamine congressus est, & victor evasisset, nisi noctis adventu pugna fuisset dirempta. Qua necessitate adactus, re infecta ad suos rediit, gladio ab Hectore donatus, quem ipse vicissim baltheo donavit: quæ dona (ut exitus declaravit,) utrique fuerunt exitialia. Nam Hectoris corpus hoc ipso baltheo circa Patrocli tumulum tractum est ab Achille. Aiax verò, Achille interempto, quum de armis illius cum Ulysse iudicium instituisset, adversarique eloquentia superatus, inferior discessisset, rei indignitate in furorem versus, in nuta pecora ira vit, Atridas sese & Ulyssem credens interimere. Verùm ubi ad mentis sanitatem rediit, seque delusum cognovit, acri dolore compulsus, gladio quem ab Hectore dono acceperat, in loco deserto se confodit, cruóreque eius in Hyacinthum florem est permutatus. ¶ Aiax alter fuit, qui ab Oilei patris sui nomine Oileus dictus est. Ovid. 13. *Metam.* ejus meminit, Tetetet armis moderator Aiax (Oilei filius fuit.) *Ibid.*

*Atque Aiax armis, non Aiaci arma petentur.*

Hic Locrensium rex fuit, velox pedibus, & peritus hastæ vibrandæ; multaque fortitudinis exempla in obsidione Trojæ edidit. Capto autem Ilio, Cassandram virginem in Minervæ templo (cujus ille sacerdos erat) violavit. Quam ob causam indignata Minerva tempestatem Græcis redeuntibus circa Caphareum promontorium immisit, in qua quum alii plerique, tum ipse etiam Aiax periit. Virgil. 1. *Æneid.*

——— *Pallásne exurere classem*
*Argivûm, atque ipsos potuit demergere ponto,*
*Unius ob noxam & furias Aiacis Oilei?*

Aĭdōnēus, *ălis*, Rex inferorum, quem nos Ditem & Platonem appellamus. Fuit præterea eodem nomine rex Molossorum, cujus filiam nomine Persephonê Theseus conatus fuit rapere non procul ab Acheronte fluvio. Unde factus est locus fabulæ, Theseum ad inferos descendisse, & Persephonem Ditis uxorem rapere voluisse. Vide Plutarch. *in vita Thesei*, & quæ supra à nobis annotavimus in dictione *Ades.*

Aigleucēs, αἰγλεύκης, vini genus est, quod musti dulcedinem non amisit: ita dictum, quòd semper mustum videatur, qualis est vinum, quod in lacu nunquam defervuit. Plin. *lib.* 14. *cap.* 9.

Aio, ais, ait, aiunt, præteritum imperfectum habet integrum, perfecti solùm secundas personas. In imperativo Ai. In futuro optativo, Aiasi aiat, aiamus, aiant. Participium habet unum, Aiens. Reliqua omnia tempora desiderantur. Affero, Affirmo, dico. { אמר *amar.* בטח *betah.* φημί. Gall. *Dire, affirmer.* Ital. *Dicere, affermare.* Germ. Sagen/ oder reden. Hisp. *Decir ò affirmar.* Angl. *To say or alledge.* } Cic. 2. *de Orat.* Et docebo sus (ut aiunt) Oratorem, &c. Quid ais bone vir? Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 3. (Minantis.) Quid ais propudium? (Convitantis.) *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Peregrinum aiebas esse te. Idem *Mem. sc.* 2. *a.* 4. Ain verò? Aio enimverò. Idem *Amph. sc.* 1. *a.* 1. Quid ais tu (increpantis.) Idem *sc.* 2. *a.* 3. Uxor tua geminos peperit filios. Ai. Ain tu geminos? *Ibid.* Me tuque hospitæ fecisse aio injuriam, id est, fateor. Idem *Mil. sc.* 6. *a.* 2. Insanire me aiunt ultro, cùm ipsi insaniant. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 3. Ain tu hæc omnia. (Ietantis & admirantis.) Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Pater iam aderit. Ain tu pater. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 2. Eccum affinem, quid ais Eucli? (Salutantis.) Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 2. Ain tu apud antiquas? (irascentis & neminem alloquentis.) Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 4. ¶ Aio aliquando accipitur pro affirmo, & ei opponitur Nego: Id enim quod tu vis, id aio, atque nego. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 1. Nego enimverò, & me advenisse nunc primùm aio. Et, Ain verò? Aio enimverò. Idem *Amph. sc.* 1. *a.* 1. Tunc ais? M. Si negas, nego. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 1. Ain tandem ita esse ut dicis? *Ibid. sc.* 1. *a.* 2. ¶ Sumitur & pro fateor: Me tuæ hospitæ fecisse ain injuriam (i. fateor.) Idem *Mil. sc.* 6. *a.* 1. Idem *in Asinar.* Me unicè unum ex omnibus, atque illam amare aiebat. Nævius, An nata est sponso prægnans? vel ai, vel negâ. Cic. *de Finib. bon.* Quasi ego id curem, quod ille aiat, aut neget. Gel. *lib.* 6. Sive aias, sive neges, hæc bis in captione. Priscianus Aiamus dixit *lib.* 2. *de constru.* ¶ In actionum formulis hoc verbo antiqui utebantur, Aio te mihi dare facere oportere. Hunc hominem ex iure Quiritium meum esse aio, id est, affirmo, contendo, defendo. Unde Aientia, Cicero appellat, quæ Græci forensi & litigioso verbo κατηγορικὰ. Ex Lexico Frotomanni.

Aiuga, herba quæ Græcè Chamæpitys { χαμαίπιτυς. Gall. *Tue musgate.* Ital. *Iva, Camepitio.* Germ. Feldcypressen. Hisp. *Tinillo.* } cujus tres sunt species, quas vide apud Plin. *lib.* 24. *cap.* 6. Alii legunt Abiga, adductis verbis Plinii, qui eam ab aborsu nomen habere affirmat.

Aius, Deus à Romanis dictus est, ab eo quod aiebat, id est, loquebatur. Nam olim Romæ audita vox est silentio noctis, clarior humana voce, quæ iuberet magistratibus nuntiari, Gallos adventare, & ut providerent ne Roma ab iis caperetur. Propter quod beneficium templum ædificatum est Deo illi talia monenti: quem cùm nomen eius ignorarent, Aium appellarunt. Cic. *lib.* 1. *de Div.* Quid ergo? Aiùs ille loquens, quando eum nemo norat, aiebat, & loquebatur: unde & nomen adinvenit. Legendus Gell. *cap.* 17. *lib.* 16. Livius hunc eadem ratione vocat Loquentium. Plutarch. *in Camil.*

Aiutantini, pro adjutare. Pacuv. *Chryse.* Marcell.

Aizōŏn, { ἀείζωον. Gall. *Joubarbe.* Ital. *Sempre viva.* Germ. Hauss wurz/ Katzen trubel. Hisp. *Yerva puntera, siempre viva.* Angl. *A herbe called, Eyegrene, Senegrene, or Semegrene.* } Herba est folio carnoso, lævi, oblongo, & semper virenti: unde & ἀείζωον à Græcis, & a Latinis quibusdam Sempervivum appellatur. Plin. *lib.* 25. *cap.* 13. duo eius constituit genera: maius in fictilibus vasculis seritur, quod aliqui Bophthalmum, id est, bovis oculum, à similitudine vocant. Alii Zoophthalmum, id est, animalis oculum: ambitus enim effigiem oculi imitatur. Alii, quòd amatoriis conveniat, Erogemeton: ἔρως enim gigno, ἔρως amor. Alii Hypogeson, quoniam ferè in subgrundiis nascitur. Græci enim parietes tecti proximentes γείσα vocant. A Latinis etiam Sedum majus, aut digitellus appellatur. ¶ Aizoon minus, quod & Sedum minus à Latinis, à Græcis etiam ἑπτάφυλλον appellatur, quòd ter quotannis floreat. Vulgò Vermicularis, à similitudine foliorum, quæ figura oblonga & propemodum ovali, vermiculorum speciem referunt. Nascitur in petris, & parietibus vetustis. ¶ Huic à Dioscoride tertium additur Aizoi genus, foliola habens pinguiora, ad portulacæ figuram nonnihil accedentia, sed hirsuta, breviorique caulinine. Herbam Vermicularem inferiorem vocant.

A L

‖ Al, est articulus Arabicus, quo appellativa & adjectiva nomina sæpè patentia & vaga restringunt. ‖

Alà, quæ aves volant. { נֵץ *chondph.* Gall. *Aile.* Ital. *Ala.* Germ. Flügel/ oder fuetch. Hisp. *El ala del ave, ò cosa que buela.* Angl. *Winge.* } Virg. 1. *Æneid.*

*Vt reduces illi ludunt stridentibus alis.*

Alas addere alicui dicuntur proverbialis figura, qui verbis alicui adu-

dunt

dunt animum, & in spem bonam erigunt. Graeci ἀναπτερῶσαι aiunt. Aristoph. *in Avibus.* Ovid. *Eleg. 4. lib. 3.*

——— *Agitare alas.*

¶ Cicadam ala corripuisti, πτέρυγα πρὸς τεττίγων, proverbialiter dicitur in eos, qui quempiam provocant minimè ex usu: nam si cicadam naturâ garrulam ala prehendas, clarius obstrepit. ¶ Interfectionis ala, φόνος ἀπὸ πτερύγων, de subito interitu dici solitum. Sumpta metaphora ab alatis jaculis, quæ repentè mortem afferunt. Vel ἀπὸ πτερυγῶν, quòd ipsa mors sit alata. Zenodotus. ¶ A cujus similitudine Ala etiam dicitur locus ille concavus subter brachium in homine: quia in eo pili quasi pennæ nascuntur. { ἡ ὑπὸ τὴν μασχάλην. GALL. *Aisselle qui est sous le bras.* ITAL. *Ascella.* GERM. Die achsel. HISP. *Sobaco.* ANGL. *The hollowe place under the arme wher heare groweth.* } Plaut. *Pseud. sc. 4. a. 2.* Quid sapit? Hircum ab alis. Plin. *lib 11. c. 40.* Elephas tantùm sub armis, duas { scilicet mammas } nec in pectore, sed citrà in alis occultat. Hinc hircinus ille odor concipitur. Horat. *Epod. 12.*

——— *gravis hirsutis cubat hircus in alis.*

¶ Pro eodem etiam Axillam dicimus, cóque vocabulo antiqui solùm utebantur. Nam Alæ appellatio recentior est, fuga vastioris literæ ex Axilla effictæ, ut satis docet Cic. *in Oratore*, his verbis. Quinetiam verba sæpe contrahuntur, non usus causa, sed aurium. Quomodo autem vester Axilla. Ala factus est, nisi fuga literæ vastioris? quam literam etiam è maxillis, è taxillis, & vexillo, & paxillo, consuetudo elegans Latini sermonis evellit. Præterea Ala dicta est equitum turma, quòd pedites tegant alarum vice. Nam in equitum ordinibus circum legiones dextra sinistráque tanquam alæ in avium corporibus locantur. { αἱ πτέρυγες, ἢ ἵππος. GALL. *Les ailes d'une armée.* ITAL. *Ale de una squadra.* GERM. Ein squaden reuter oder trisigk. HISP. *Ala de la gente de cavallo tendida.* ANGL. *The winges of an armie.* } Cic. 1. *Offic.* Quo in bello te Pompeius alæ alteri præfecit. Hinc Alarum præfectura, apud Suet. *in August. cap. 38.* Et alis præponere, *ibid.* Alæ autem in re militari unde dictæ, Gell. docet *cap. 4. lib. 16.* & vide de iis *cap. 9. lib. 10.* Ala, pro exercitu magno & immenso apud Ezech. *cap. 17.* ubi posuit ænigma de Aquila grandi magnarum alarum, id est, potenti rege Babylonis. ¶ Alæ etiam navium dicuntur: ut, Velorum pandimus alas. Et Ovid. *Eleg. 10. lib. 3. Trist.*

*Et quanquam Boreæ iactatis insonet alis.*

¶ Ala in herbis dicitur cavus inter caulem & ramulos anfractus, unde sinuatim nova proles egreditur, facta ab humanis alis translatione. Plin. *lib. 17. cap. 4.* Caulem quadrangulum, scabrum, multis concavum alis. ¶ Alæ pro velocitate, figuratè ab effectu, quia alæ avibus velocitatem faciunt. Virg. 3. *Æneid.*

——— *& ventis & fulminis ocyor alis.*

Ālāris, alare, denominativum ab Ala: & Alarius adjectivum, pro eodem: ut, Equites alarii, & Cohortes alariæ. { πλάγιος. GALL. *Qui est des ailes.* ITAL. *Che è dell' ala d'un exercito.* GERM. Der auß einem flügel eine ertegs ordnung ist. HISP. *Hombre de aquella ala de gente de cavallo tendida.* ANGL. *That which perteneth to winges, of a winge.* } Liv. *lib. 10. ab Vrbe*, Cum cohortibus alaribus. Idem, Qui præerat alaribus equitibus. Cæs. 2. *bell. civ.* Cohortes circiter triginta alariorum addidit.

Ālātus, a, um, ab ala avium, Ala munitus & ornatus. } πτερωτός. GALL. *Qui a des ailes.* ITAL. *Che ha ale, alato.* GERM. Geflügelt/ vnd flügel/ oder fittich hatt. HISP. *Cosa que tiene alas para volar.* ANGL. *Winged.* Mercurius alatus. Ovid. 5. *Fastor.*

——— *alato qui pede carpit iter.*

Et *ibidem*, Alipedem, Deum, ipsum vocat. Virg. 4. *Æneid.*

*Vt primùm alatis tetigit magalia plantis.*

Alari equi Solis. Ovid. 3. *Fast.* Verba alata proverbialiter dicuntur, quòd facilè evolent: at revolare nesciant.

Alātus, Alatus, πτερωτός. Ovid. 4. *Fast.*

——— *& alifero tollitur axe Ceres.*

Āl ger, Alatus, πτερωτός. GALL. *Qui a ailes.* ITAL. *Alato.* GERM. Der flügel hatt. HISP. *Que tiene alas para volar.* ANGL. *Which beareth winges.* } Unde Cupidinem alatum & aligerum Poëtæ vocant. Virg. 1. *Æneid.*

*Ergo his aligerum dictis affatur Amorem.*

Ālipēs, velox, quasi alas in pedibus habens. { πτερόπους. ANGL. *Swift.* } Virg. 1. *Æneid.*

*Alipedúmque fugam cursu tentavit equorum.*

Sil. Ital. *lib. 7.*

*Alipedem planta curru premit.*

Ovid. 5. *Fast.* Alipedem Deum vocat Mercurium.

Ālipilus, li. Alarum pilos in balneis vellens. Seneca *lib. 8. Epist. ad Lucilium.* Alipilum cogita, tenuem & stridulam vocem, quo sit notabilior, subinde exprimentem, nec unquam tacentem, nisi quum alas vellit, & alium pro se clamare cogit. Cæl. *lib. 30. cap. 19.*

Alba, æ. Ptolomæo, oppidum est Celtiberorum.

Alabandi, ἀλάβανδα Stephano, Cariæ civitas est non procul à Mæandro fluvio, cujus opinionum copiâ affluens, duobus montibus ita subjecta, ut cistæ inversæ aspectum exhibeat. Ex hac originem traxerunt tres clarissimi oratores, Menecles, & Hierocles fratres, & Apollonius Molo. Nomen accepit ab Alabando Euippi filio, ut Stephano placet. Apud Latinos frequentiùs legimus Alabandæ, arum, plurali numero. Iuvenalis *Satyr. 3.*

*Hic Androgeo, illè Samo, hìc Trallibus, aut Alabandis.*

Plin. *lib. 37. cap. 7.* Adjiciunt Æthiopicos & Alabanticos in Orthosia cautè nascentes: sed qui præferuntur Alabandis. Stephanus quoque admonet olim Alabandam inter Cariæ civitates opulentissimam ac florentissimam fuisse, ut huic proverbio locum fecerit, Alabanda Cæsum fortunatissima, ἀλάβανδα κεφὸν δ' ἐτύχησεν: intelligi fortunam amplam, & vitæ genus voluptarium, à literis & virtutis studio alienum. Veluti si dicat aulicus, aut negotiator quispiam, Ala se in literis macerent, alii cum paupertate philosophentur. Alabanda Cæsum fortunatissima. Potuit & per irrisionem usurpari, veluti si joccus in quempiam parum egregium, qui tamen in gente vehementer barbara & crassa præcellere videatur. Alabandensis, Alabandeus. Cic.

Ălăbandēus, ἀλαβανδεύς, gentile. Cic. 2. *de nat. deor.* Alabandi Alabandum consecrarunt.

Ălăbandĭcus, & Alabandiacus, ἀλαβανδικός, ἢ ἀλαβανδιακός possessivæ ut, Rosa Alabandica, apud Plin. *lib. 21. cap. 4.* quæ folia habet albicantia, & inter viliora florum genera connumeratur.

Ălăbarchēs, vide *Halabarches.*

Ălăbastrītes, { ἀλαβαστίτης. GALL. *Albastre.* ITAL. & HISP. *Alabastro.* GERM. Ein Marmel stein. } Lapis humani unguis candorem referens: unde & Onyx appellatur: dictus Alabastrites, quòd alabastra ex eo fieri soleant. Vide in dictione *Alabastrum.* ¶ Est etiam Alabastrites, gemma quædam, candorem habens variis coloribus intertinctum, quæ cremata cum fossili sale ac terra, gravitatem oris, & dentium extenuat. Plin. *lib. ult. cap. 10.*

Alabastrus, ἀλάβαστος, fluvius est in Æolide minoris Asiæ regione. Plin. *lib. 5. cap. 30.*

Ălăbastrum, } ἀλάβαστρον, ἢ ἀλάβαστον. GALL. *Vaisseau d'albastre.* ITAL. & HISP. *Vaso d'alabastro.* GERM. Glatt Marmel steinbüchsen. ANGL. *A vessel to keep oyntmen in.* } Vasis genus erat ex Alabastrite lapide torno excavatum, ad conservanda unguenta maximè idoneum. Martialis,

*Quod Cosmi redolent alabastra, focique Deorum.*

¶ Dicitur etiam in masculino genere Alabaster. Cic. *lib. 2. Acad.* Quibus etiam Alabaster plenus unguenti putêre videtur. Proverbialis figura, hæc Cicero dixit, pro, Optima pro pessimis displicent. ¶ Alabastrites autem, ex quo vascula hujusmodi fieri consueverint, autore Plin. *lib. 36. cap. 7.* Lapidis genus est colore candido, quem Onychem à colore humani unguis nominabant. Alabastrum dictum videtur ab ἀ privativa particula, & λαβεῖν. Erant enim vascula sine ansis, quæ propter summam lævitatem vix comprehendi, teneríve possent. ¶ Est etiam Alabastrum Ægypti oppidum. Plin. *lib. 5. cap. 9.*

Alabes, ἀλάβης, piscis est Nilo peculiaris, inde dictus, quòd ob lubricitatem manibus comprehendi non possit. Meminit ejus Strab. *lib. 17.* Plin. *lib. 5. c. 9.* Alabetem vocat.

Alabrum, dicitur instrumentum quo fila vertuntur. Filum enim à colo ducitur in fusum, de fuso in alabrum, hinc in gitgillum, deinde in glomicellum, hinc in telam, postea in pannum.

Alaburion, ἀλαβούριον. Synæ oppidum, Steph.

Alabus, ἄλαβος. Flavius in orientali parte Siciliæ. Ptolomæo.

Alacritia, ἀλακρίτια, machinamenta sunt, seu potiùs currus, qui utrinque vertuntur. Meminit Leo *in Constitut.*

Xlăcĕr, alacris, & hoc alacre: vel hic & hæc Alacris, & hoc alacre. Qui viget sensibus universis (ut inquit Asconius) erectus & sublimis animus. { תובלה *tohelah*, מבוהל *mebhil*, ἀκμαῖος, ὀξύθυμος. GALL. *Gay & deliberé, prompt, alaigre.* ITAL. *Vigoroso de sensi, allegro.* GERM. Muttig/ frisch dapfer. HISP. *Ligero, con alegria.* ANGL. *Lustie, of courage, glade.* } Virg. *lib. 5. Æn. Ergo alacris cunctosque putans excedere pugnâ.* Nam è contrario Lacer dicitur, amputatis in corpore membris, hoc est, auribus, oculísve. Quod ad animum sæpe transfertur, quòd plerunque afflicto animo, sensibus non utamur erectis. Sic alacer dicitur is, qui omni sensu & mente bene est constitutus. Qua re cognita, illud quoque intelligitur, aliud esse alacrem, aliud lætum. Sunt qui alacrem festinantem & properum dici putant, quasi alis acrem. Hæc Ascon. Præd. Donatus *in illud Terent.* Quid tu es tristis? quidve alacris? alacrem pro ἄδηκτον, id est, non tristem, litera l. pro d. posita, dici. Plaut. *Amphitr.* Impetu alacri fœdant & proterunt hostium copias.

Xlacrĭtās, vigor, & animi erectio, necnon lætitia gestiens, quæ secundùm Donatum, propriè est mutatio quædam vultus gestientis in rem aliquam, & media est inter lætitiam atque tristitiam. Itinc Cic. 1. *de divinatione*: Galli victores alacritate, & quasi lætitia ad canendum excitantur. { גיהל *ghil*, גלה *ghilah*. εὐφροσύνη. GALL. *Gayeté de cœur, courage deliberé.* ITAL. *Allegrezza, prontezza, cuor deliberato.* GERM. Frodigkeit/ leichtsinnigkeit. HISP. *Ligereza con alegria.* ANGL. *Quicknesse of sprite, livelinesse and courage, of the hart gladenesse.* } ¶ Interdum dicitur voluntaria celeritas, seu promptitudo, ardórve, σπουδή. Liv. 3. Postquam ingenti alacritate clamor est sublatus (quod bene vertat) gesturum se illis morem, posteróque die in aciem educturum affirmat. Cic. *lib. 1. Tusc. qq.* pro lætitia gestiente, quæ in malis habenda sit, accepit. Vir igitur (inquit) temperatus, constans, sine metu, sine ægritudine, sine alacritate, nulla libidine vexatus. Idem 4. *Tusc.* Alacritatem, gestientem lætitiam interpretatur. Itaque hominis lætitia propria, quippe quæ opinione constet. Alacritas autem communis omnium animantium.

Xlacrĭtĕr, { בגיהל *beghilah*, σπουδῇ, ἐμφρόνως. GALL. *Gayement, alaigrement, de cœur deliberé.* ITAL. *Allegramente, prontamente.* GERM. Hurtigklich/ dapferlich/ häfftigklich/ frewdig. HISP. *Allegre y ligeramente.* ANGL. *Gladlie, willinglie.* } Plin. *lib. 20. cap. 11.* Secuta ætas alacriter defendit. ¶ Et alacrè, pro alacriter. Plaut. *in Amph.* Verùm quidem è loco compellemus alacrè.

Alachtoæ, populi Africæ juxta Aras Philenorum, qui etiam Lotophagi appellantur. Plin. *lib. 5. c. 4.*

Alagabal, Sol. Salmas.

Alala, acclamatio militaris ante pugnam. Item vociferatio rusticorum. ¶ Est etiam infantia, cùm quis fari non potest. Alalus, fari nescius.

Alalagma, clamor lætus militum. Item victorialis hymnus. Suid.

Alalcomeniæ, sive *Alalcomenion*, ἀλαλκομεναί, ἀλαλκομένιον Straboni, ἀλαλκομήνιον Steph. Oppidum Bœotiæ, ab Alalcomeneo conditore appellatum, qui & Minervæ simulacrum ibidem consecravit, quam à suo nomine ἀλαλκομενὶς appellavit, cujus meminit & Homer. *Iliad. 4.*

Alalia, ἀλαλία, urbs insulæ Cyrni. Phocensium colonia. Herod. *lib. 1.*

Ălăli, urbs Æthiopiæ. Plin. *lib. 6. cap. 29.*

Xlānī, regio est Scythiæ Europæ, quæ ad Mæotidas paludes pertingit: cujus incolæ Alani, de quibus Plin. *lib. 9. cap. 11.*

Alanticus, finus maris rubri, qui & Æmanitus, & Laanticus dicitur { Hæmol.

Hermol. in Plin. *lib.6.c.ult.* Meminit & Plin. *lib.6.c.18.*

Alanis, Scythiæ fluvius, à quo Alani populi dicti sunt iuxta Rozalanos: de quibus Plin. *lib.4. cap.12.* Ammianus scribit Alanos deos, quos pulci Magalitas dixerunt. Hi carnibus vescuntur, & panem non manducant. Mart. *lib.7.*

*Nec te Sarmatica transit Alanus equo.*

Iulius Capitol. Alanos in parte Daciæ collocat: Ptolemæus verò in ea Scythiæ parte, quæ est intra Imaum.

Alanorsi populi Scythici ad Septentrionem ultimi. Ptolemæo.

Ἀλαπάξ, Colaphus. ¶ מכת כף *macheta kheph*. ὑποπτύσμα. Gall. *Un coup de main sur la joue, un soufflet, un coup de paing.* Ital. *Guanciata, mostatione, punzone.* Germ. Ein backenstreich / ein schlappen. Hisp. *Bofetada.* Angl. *A blowe or strake on the cheek.* ¶ Sed alaga Latinum est, Colaphus Græcum. Autor Valla *in Rudentem.*

Alapathus, ἀλάπαθος. Gall. *Dogne, pareille ou patience.* Ital. *Rombine.* Hisp. *Labaca.* ¶ Herba est Theocrito, quam Lapathon Dioscorides, & Latini Rumicem appellant, deficiendæ alui vim habens: unde & nomen invenit, Græci enim ἀλάπτω purgationes vocant.

Alapeni, ἀλαπηνοί, populi in Arabia felici, Ptolemæo.

Alaricus, ἀλάριχος, Nomen Regis Gothorum, qui Romam aliquandiu obsessam tandem expugnavit, & solo æquavit. ¶ Fuit & Alter Alaricus, quartus Gothorum rex, qui & ipse Romam cepit anno nostræ salutis octingentesimo quinquagesimo quarto: quæ tamen non diu est postea. Nàm in ipso Paschæ festo insidiis circumventus, unà cum suis omnibus est trucidatus. Vide Paulum Diaconum.

Alaris, & Alarius, vide *Ala.*

Alarodii, ἀλαρόδιοι Stephano, populi sunt circa Pontum, de quibus Herodotus *lib.3.*

Ἀλάστωρ, ἀλάστωρ, à Græcis dicitur animus sibi malè conscius, sive (ut ita dicam) conscientiæ remorsus, vel etiam malus genius hominem crucians, ἀλάσσω enim apud Græcos crucior significat, vel grave aliquid patior. ¶ Numeratur etiam Alastor inter equos Plutonis, quorum nomina Claudianus recensuit his versibus,

*Orphnæus crudele micans, Æthónque sagitta*
*Oeyx, & Stygii crudelis gloria Nysæus*
*Armenti, Ditisque nota signatus Alastor.*

Alata, ἀλάτη, civitas in Arabia felici, apud Ptolem. *lib.6.c.7.* Item altera ejusdem nominis in Arabia deserta, apud eundem *lib.5.cap.20.*

Alata castra, ἀνωνύμη φυρώματα Ptolemæo. Oppidum Britanniæ insulæ, quod alii Castra puellarum vocant. Credunt eruditi nostri credulitate urbem esse Scotiæ, quæ illorum lingua *Edinburg* vocatur.

Alaternus, (ἰλατίνος, Cretensium, & φυλλίνη Theophrasti & quorundam opinione) Arbor est, sive frutex, cuius folia inter ilicem, & olivam media quadam sunt similitudine, viridis coloris, obscuri. Plin. *lib.16.c.26.* inter infrugiferas reposuit: fert tamen fructus racematim Lentisco similes. Vide Colum *lib.7.c.6.*

Alaternus, Arbor, sive frutex, nullum semen, aut fructum ferens, cui folia sunt media quadam similitudine inter ilicem & olivam. Plin. *lib.16. c.26.* & Colum. *lib.7.c.6.*

Alatrium, urbs Hernicorum. Hernici autem populi fuerunt saxosa Campaniæ loca incolentes. Volaterranus. Vulgò *Alatri.* Plaut. *Capt.fc.1. a.4.* ex ἀλατρεύω.

Alatrinates, Hernicorum populi, Livio 1. *decad. lib.9.*

Alatus, Vide *Ala.*

Ἀλαυδᾶ, avis, quæ olim Galerita vocabatur, quia apicem habet, hoc est, plumam elatam in capite ad similitudinem galeri, sive galeæ. ¶ *vogelaer.* Gall. *Alouette.* Ital. *Allodola, allodetta.* Germ. Ein lerch. Hisp. *Coguiada.* ¶ Varro appellat Galericum. ¶ Alauda legionis nomen, quam Cæsar dictator in Gallia conscripsit. Plin. *lib.11.c.37.* Atque ab illo Galerita appellata quondam, postea Gallica vocabulo etiam legioni dederat Alauda. Cic. *ad Attic.* Antonius cum legione Alaudarum ad urbem pergit.

Alaudium, teste Budæo, à laudando, hoc est à nominando dictum, quòd qui prædia eo iure habent, laudare, hoc est nominare autorem iuris nemini teneantur. Vox est recentioribus duntaxat Iurisconsultis cognita. Rectiùs dicitur Alodium, quod vide.

Ἄλαυνα, ἄλαυνα, oppidum est Britanniæ insulæ, apud Ptolemæum.

Alaudi, populi sunt Scythiæ regionis, Ptolemæo.

Alaunus, ἀλαῦνος, duorum fluviorum nomen est in Britannia, quorum alter est in Orientali eius insulæ plaga, alter in Meridionali, Ptolemæus.

Ἀλαυσία, vel Alosa, Ausonio, qui viles Alausas dixit ob abundantiam. Vide *Clupea.*

Alazon, ἀλαζών, fluvius ex Caucasæis montibus in Cyrum amnem defluens, Albanósque ab Iberibus dividens. Plin. *lib.6.cap.10.* Ἀλαζών. Hinc nomen comœdiæ: id nos Latinè Gloriosum dicimus.

Alazonia, ¶ גבהות *ghbhon*, גאות *ghenth.* ἀλαζονία. Gall. *Orgueil, fierté.* Ital. *Superbia, arroganza.* Germ. Hoffart / stoltheit. Hisp. *Soberuia ò altiveza.* Angl. *Arrogancie, prowdenesse.* ¶ Superbia est vel arrogantia, quam quis plura polliceatur, quàm potis est præstare. Ἀλαζονεύεσθαι enim superbire est, vel mentiri, vel sibi plus æquo arrogare. Ulpian.

Alba, ἄλβα, nomen est duarum urbium, quarum una est in Latio, à qua Albani populi, ἀλβανοί, & Albanus mons, sub quo Ascanius civitatem hanc Albam condidit, quæ (ut Livius scribit *lib.1. ab Vrbe*) à situ porcetæ in dorso urbis, Alba longa vocata est. Vulgatior fama est ab omine porcæ albæ ibidem inventæ: Albam esse dictam. ¶ Altera est ad lacum Fucinum, à qua Albenses dicuntur, ἀλβανοί: quamvis etiam Albani quandoque vocentur. Hoc addere placuit, esse & aliam Albam in Pannonia, olim Taurorum, & Belgradum appellatam: nunc Albam Græcam. ¶ Germ. Griechisch weissenburg. ¶ Item aliam, quæ Alba regalis dicitur, quòd Pannoniorum reges in ea inaugurati soleant, & inungi. ¶ Germ. Stuhlweissenburg. ¶ Item tertiam in Transylvania, quæ Alba Iulia dicitur, principum Transylvaniæ sedes, & habitatio perpetua. ¶ Item Alba Duus Latini, patet Epyri. Ovid. 4. *lib. Fast.*

Ἄλβα, ἄλβις, flumen est Hispaniæ citerioris, ad radices Pyrenæi. Plin. *lib.4.cap.3.*

Alba spuma, λευκὴ ἄκανθος, herba est aculeata, folia habens Chamæleontis albi similia, quam officinæ Sedegarum appellant. Vide supra *Acanthalunca.*

Ἄλβανα, ἄλβανα Ptolemæo, urbs felicis Arabiæ.

Albanæ, aures pilarum. Forte, *Prænestinæ.* Albanæ autem dictæ forsitan quòd L. Vitellius, cùm Legatus in Syria esset, in Albanum rus, ut & coctalia & caryeas (auctore Plinio *lib.15. cap.19.*) transtulerit. Est qui corrigat, *Avellanæ, nuces Prænestinæ.*

¶ Albanæ, nuces pilarum. Isid. Glos. ¶

Albani, ἀλβανία, regio in Oriente à colore populi vocata, eo quòd albo crine nascantur. Hæc ab Oriente sub mare Caspium surgens, per totam Oceani septentrionalis, usque ad Mœotidas paludes pur deserta extenditur. Intra Albana civitas, & Albanus fluvius. Apud hanc habentur canes ferocissimi, qui tauros & leones occidunt. Hæc Nomadico generi proxima est, inter Hiberiam & mare Caspium, ab Ortu Solis mari conjuncta, ab Occasu Hiberiæ finitima, a qua Alazone amne dirimitur. Boreale latus munitur Caucasæis montibus. Austrinæ Armeniæ contingit. Strabo sex & viginti linguas Albanorum fuisse tradit, & totidem aliquando reges. Fuere & sub imperio Persarum, postea Macedonum, deinde Romanorum. Sed & Trajanus Imperator his Regem dedit. Nunc sub magno Cane degere creduntur. Ab his Albani orti sunt, quorum pars hodie in Peloponneso, pars in Macedonia sedet, iuxta Dyrrachium, & in Epiro, quæ hodie vulgò *Albania* dicitur. Gell. *cap.1. lib.9.* de Albania mira refert. Gigni homines qui in pueritia canescunt, & plus cernunt oculis per noctem, quàm inter diem, &c.

Ἄλβανος, ἀλβανὸν ὄρος, nomen est montis, & lacus, non procul ab urbe: unde vaticinium fuit, nunquam Romanos Veios capturos, ni primò ex Albano lacu emitteretur aqua. ¶ Item Albanus nomen est duarum urbium, quarum una est in Macedonia mediterranea, altera in majori Armenia, ubi divus Bartholomæus fuit decoriatus. Hoc etiam nomine dictus est fluvius Albaniæ. De Albani lacus miraculo Plut. *in Cam.*

Albānus, a, um, *à Cælo*, posteriorum ab Alba, & Latii urbe: ut, Albani patres, apud Virgil. 1. *Æneid.* Albanæ Columnæ, Sueton. *in Augus. cap.72.*

Albarium, vide *Albus.*

Alabatenius, Medici nomen, qui Galeni libros primus in Arabicum convertit idioma, teste Ioanne Serapione. Idem scripsit commentarios in Aristotelem.

Albātus, & Albēdo, vide *Albus.*

Albi geminâ, partes extorum, quæ diis immolabantur, à calore eorum dicta. Festus.

Albĕŏlus, pro Alveolus. Cic. *de Finibus*: aut Albeolum poscere, aut quærere quempiam ludum.

Albergariæ, census sunt, seu pactiones, quæ debentur pro comestionibus: de hoc gl. *in c. præterea. de iurepatron.*

¶ Alberia, bona quibus alimur. Scal. ¶

Albesia, scuta dicebantur, quibus Albenses, qui sunt Marsi generis, usi sunt. ¶ Hæc eadem Decumana vocabantur, quòd essent amplissima: ut Decumani fluctus, qui cæteris longè maiores & periculosiores creduntur. Festus.

Albeus, ἀλβεῖος, per diminutivum Albeolus, tabula lusoria. Cic. *de Finibus bonorum*, Aut albeolum poscere, aut quærere quempiam ludum. Plin. M. Messala consul, pridie Calend. Octobris diem natalis sui egit. Transtulit albeum cum tesseris lusorium, à gemmis duabus latum pedes tres.

Albia, ἀλβία, regiuncula est montana. Carnis finitima. Strab. *lib.7.*

Albicerata sicus, pediculo minimo latissima. Plin. *lib.15.c.18.* Androtion λευκοκέρατα appellat.

Albico, Albicus, vide *Albus.*

Albici populi iuxta Massiliam. Cæsar *lib.1. de bello civ.*

Albi, ἄλβια. Olim dicti fuerunt montes, quos nunc Alpes dicimus. Athenæus. ¶ Germ. Das Alpgebirg. ¶ Albi etiam dicti fuerunt liberi Galliæ populi, in quorum agro conditum est Lugdunum. Plin. *cap.1. lib.28.*

Albimilium, Ptolemæo, Liguriæ urbs, quam alio nomine Vintimilium, sive corrupta voce, Vintimium vocant. Vulgò *Vintimiglia.*

Albinga, oppidum, Ligurum colonia ad mare deducta, cuius incolæ Ligures Ingauni vocantur. Ex hoc loco ad Monœci portum stadia sunt septuaginta. ¶ Dicitur & Albingaunum. Vide in dictione sequenti.

Albingaunum, ἀλβίγαυνον Ptolem. & Albium Intemelium, Ἄλβιον ἐντιμέλιον, Liguriæ oppida quæ iam. Nam quum Ligures partim Ingauni, ἴγγαυνοι, partim Intemelii dicerentur, eorum coloniæ ad mare deductæ, altera Albium Intemelium, quasi Alpium Intemelium: altera Albingaunum vocitatæ sunt. Utriusque oppidi meminit Plin. *lib.3. c.4.* Vulgò *Albenga.*

Albigerius, Magus fuit Carthaginensis, qui quod quisque egisset, aut omninò cogitavisset, suggerentibus dæmonibus, respondebat: cujus variciniis & sæpiùs interfuisse tradidit Augustinus.

Albinŏvānus, cognomen Celsi cuiusdam ex familiaribus Horatii, ad quem extat epistola, cuius initium est,

*Celso gaudere, & bene rem gerere Albinovano*
*Musa rogata refer.*

Albinus, ἀλβῖνος, nomen Imperatoris Romani ita dicti, quòd exceptus sit utero candidissimus, contra consuetudinem puerorum, qui nascendo solent rubere, quum involuti secundinis erumpente menstruo perliti esse soleant profluvio sanguinis partem egredientis. Hinc aliud Satyrici poetæ,

——— *modò primos incipientem*
*Edere vagitus, & adhuc à matre rubentem.*

Vide Cælium Rhodig. *lib.15. cap.23.* ¶ Fuerunt & ante hunc plerique apud Romanos eodem nomine appellati: ex quibus commemorantur à Sabellio Spurius, & Aulus, Albani fratres, qui rem

infeliciter

infeliciter gesserunt adversùs Ingurtham.

Albion, Ἀλβίων Stephano, insula est (hodie Britannia à doctis, à vulgo Anglia dicta) ab albis rupibus, quas mare abluit. ¶ GERM. Engelland. ¶ Vide *Anglia*.

Albion & Bergion, Ἀλβίων, & Βεργίων. Gigantes fuerunt, & filii Neptuni, in Herculis gratiam à Ioue interfecti. Hercules enim quum Rhodani ostia transiret, ei obviam facto hi duo fratres transitum eius impediverunt, quapropter Hercules cum eis pugnavit: & quum sibi tela deficerent, Iovem patrem in auxilium vocavit, qui lapidum imbrem demittens, inimicos eius interfecit. Autores Pomponius Mela, & Diodorus Siculus.

Albis, Ἄλβις, fluvius est nobilissimus, quem Romani olim voluerunt esse terminum sui imperii. Oritur ex montibus qui Moraviam à Boëmia dividunt. Suscepto deinde Molta fluvio, Pragam Boemorum metropolim praeterlabitur. Influit in mare vastissimo ostio iuxta Hamburgum. Vulgus Germanorum hodie Elbam vocat. De hoc Lucan. *lib.*2.

*Fundat ab extremis fluctus Aquilone Suevos*
*Albis, & indomitum Rheni caput.*

Vulgò *Lib.*

Albium intemelium, oppidum Ligusticum. Plin. *lib.*3. *cap.*5. Vide supà in dictione, *Albingaunum*.

Albius, proprium nomen viri. Horat. *Serm. sat.*4.

——— *stupet Albius aere.*

¶ Albius Tibullus poeta elegiographus, Horatio & Ovidio familiaris. Horat. *lib.*1. *Epist.*

*Albi nostrorum sermonum candide index.*

Hic Messalam Corvinum in Provinciam sequens, in Coreyra insula morbo correptus, extremum vitæ diem clausit. Vide Crinitum *de poëtis Latinis*.

Albō, as, Album facio, λευκόω, λευκαίνω. ¶ ANGL. *To make whyte.* ¶ cujus passivum Albor, aris, Albus fio. Unde & Dealbo ejusdem significationis. Curtius Ciceroni, Nec solere duos parietes de eadem fidelia dealbare.

Albōgălērus, pileum capitis, quo flamines Diales utebantur. Fiebat enim ex hostia albâ, Iovi cæsa. Festus.

Albonenses, Liburniæ populi in conventu Scardonitano. Plinius *lib.*3. *cap.*12.

Albŏr, albŏris, vide *Albus*.

Albucilla, apud Tacitum mulieris nobilis nomen est, sed admodum impudicæ, & multis adulteriis infamis.

Albucum, ἀφόδιλος. GALL. *Aphrodille.* ITAL. *Asphodello.* GERM. Weiß aphrodillen/ſpoldrum. HISP. *Gamones.* ¶ Herba est scapum habens cubitalem, radicem similem multis napis simul coacervatis. Alio nomine Asphodelon, sive Hastulam regiam vocant.

Albuelis, uvæ genus. Plin. *lib.*14. *cap.*2. Albuelis summis arboribus est fertilior.

Albūgo. Macula in oculo. ¶ חברבר *tabbúl.* τὸ λευκὸν, ἢ ὑπόχυμα, λεύκωμα, λεύκανσις. ¶ Plin. *lib.*21. Qua alligata oculo albugines tolli dicuntur. Idem Albuginem vocat album in ovo.

Albula, Ἄλβουλα, fluvius ab albo colore aquæ, qui postea Tyberis à Tiberino Sylvio Albanorum rege ibi extincto dictus est. Livius, Pax ita conveniat, ut Hetruscis Latinisque fluvius Albula, quem nunc Tiberim vocant, finis esset. Ovid. 4. *Fast.*

——— *& tanto est Albula potu Deo.*

Et 5. *Fast.*

*Albula, si meminî, tunc mihi nomen erat.*

Albulæ (interprete Galeno *lib.*9. *Methodi*) dicuntur aquæ aluminosæ cutem lavantium mirum in modum adstringentes, & vulneribus medentes: cujusmodi Strabo non paucas esse tradit in agro Tiburtino. Martialis *lib.*4.

*Quod sicca redolet palus lacuna,*
*Cendarum nebula quod albularum.*

Plin. *lib.*31. *cap.*2. Albulæ aquæ iuxta Romam vulneribus medentur: gelidæ hæ; sed Cutiliæ in agro Sabino gelidissimæ. Suet. *in Aug. c.*82. & *in Ner. cap.*31.

Albulates, fluvius est in quinta regione Italiæ, Plin. *lib.*3. *cap.*13.

Album promontorium Africæ, v. M. pass. freto à Mellaria Hispaniæ vico dirimptum. Plin. *in præmio lib.*3. ¶ Est & alterum ejusdem nominis promontorium in Phœnice, non procul à Tyro: de quo Plin. *lib.*5. *c.*19. Vide *infrà*.

Albūmĕn, quod est in ovo album. ¶ חלבון *chelbón.* λεύκωμα. GALL. *Aubin d'œuf, le blanc d'œuf, la glaire.* ITAL. *Chiaro de l'ovo.* GERM. Das weiſs in dem ey/ eyerklar. HISP. *Lo blanco, ò claro del huevo.* ANGL. *The whyt of an egge.* ¶ Vitellus verò quod croceum. Plin. *lib.*16. *cap.*28.

Albuna, Dea nomen, quæ in nemore quodam agri Tiburtini colebatur. A Græcis dicitur λευκοθέα, putatúrque fuisse Ino Athamantis uxor, quæ viri furorem metuens, unà cum Melicerta filio se in mare præcipitavit. Alii Sibyllam Tiburtinam fuisse existimant, quæ ob admirabilem sapientiam, humanâque majorem, à vicinis populis dea credita est.

Albunēa, fons, & nemus iuxta Anienem, sive ab albore aquæ sulphureæ, sive quod Albuna, Latinè sit, quæ Græcè λευκοθέα dicitur. Virg. *Æneid.*7.

——— *lucosque sub alta*
*Consulit Albunea, nemorum quæ maxima sacro*
*Fonte sonat.*

Albūrnum, adeps arboris. ¶ חלב עץ *chelb etz, pissath le'anaz, cinis ebrius.* GALL. *L'aubour, l'aubier d'un arbre.* ITAL. *Rasa ò grassa dell' arvore.* GERM. Das harz oder gumm so aus dem baum flusst. HISP. *Alburno ò blanco de la madera.* ANGL. *The fatnesse or softe part of a tree.* ¶ Plin. *lib.*16. *cap.*38. Humor in cortice arborum est, qui sanguis earum intelligi debet. Est enim in toto corpore arborum, ut reliquorum animalium, cutis, sanguis, cutis, nervi, venæ, ossa, medullæ. Pro cute, cortex, humor sanguis, proximi plerisque adipes. Hi vocantur à colore albumina. Hinc exalburno, as, quod est Albumen detrabo. Idem *lib.*16. *cap.*40. E reliquis arboribus siccissimæ lotos, deinde robur exalburnatum, cui niger color. Solent autem robora exalburnari, hoc est, alburno suo spoliari, eo quòd ea pars materiæ sit inutilis, propterea quod facillimè carie teratur: eo autem detracto, quod reliquum est, adversùs omnem corruptionis injuriam se præbet invictum. Id nonnulli esse existimant, quod a Theophrasto μελανόξυλον appellatum: quanquam ille hoc nomine potius quamdam roboris speciem videtur designasse.

Albūnus, Lucaniæ mons a candore verticis dictus, & portus ejusdem nominis. Virg. 3. *Georg.*

*Est locus Italiæ medio sub montibus altis,*
*Nobilis & fama multis memoratus in oris,*
*Plurimus Alburnum vellunt, cui nomen Asylo*
*Romanum est.*

Alburnus, piscis apud Ausonium. GALL. *Alborn Albette.* Fluvialis est, digitali magnitudine, aphyis albis similis, oculis magnis, rubescentibus, dorso subviridi, ventre candido: lineisque duabus distinguitur.

Albulus, adject. diminut. ab Albus. Catull. *Epigr.*17. *in Iulium Cæsarem,*

*Ut albulus columbulus, Dionæus.*

ALBUS, a, um, nomen coloris notissimi, quod à candido ita differt, ut Album pallori conjunctum sit, quale est plumbum: candidum verò splendori, qualis est in nive. Itémque ut dicatur Album, quod naturâ sit; candidum, quòd cutâ. Corn. Front. *de differen. vocabul.* ¶ לבן *lavân, חור chivvar.* λευκὸς, ὑπόλευκος. GALL. *Blanc.* ITAL. *Bianco.* GERM. Weiß. HISP. *Blanco.* ANGL. *whyte.* ¶ Albus; ✠ ater. Candidus, ✠ niger. Hæc antithesis non semper servatur. Plaut. *Men. sc.*5. *a.*5. Die mihi album, an atrum vinum potas? Idem *Capt. sc.*4. *a.*3. Corpore albo, oculis nigris. Et Ovid. *Eleg.*5. *lib.*3. *Trist.*

*Hoc utinam nitidi solis prænuntius ortus*
*Aderat admisso Lucifer albus equo.*

Item, Albis quadrigis. Vide *Quadriga*. Festus vult album à Græcorum ἄλφῳ esse appellatum. Alii ab eo, quod Sabini Alpum dicunt. Unde credi potest Alpium nomen à candore nivium esse derivatum. Albus, an ater sis, nescio, solet dici de homine vehementer ignoto. Cic. *in Philipp.* Et quidem vide quàm te amarit is, qui albus, atérve fueris, ignorans, fratris filium præterierit. Vide Quint. *lib.*11. Catul. & Apul. ¶ Novit quid album, quid nigrum. Οἶδε τὸ λευκὸν, καὶ τὸ μέλαν. Duplicem in sententiam accipi potest: aut, Novit discrimen rectique pravique: aut, Novit id quod nemo vel indoctus ignorat. Nam evidentius est albi nigrique discrimen, quàm ut quisquam non videat. Aristoph. *in Equit.* ¶ Interdum per metaphoram Albus ponitur pro bono, aut felici, sicut è contrario niger pro malo, aut infelici. Cic. *pro Cecin. de teste Sex. Clodio rhetore:* Nec minus niger, inquit, nec minus confidens quàm ille Terentianus Phormio. Persius, Perme equidem sint omnia protinus alba. Horat. Hic niger est, hunc tu Romane cavento.

Album, substantivum. Tabula alba, tabula gypso obducta, tabula gypsata. ¶ לוח *luách.* λεύκωμα, λευκὸς πίναξ, καὶ γραμματεῖον. GALL. *Tablettes enduites de blanc, pour y escrire ce qu'on veut, rolle.* ITAL. *Tavola ingessata.* GERM. Ein geweiſte tafel. HISP. *Tabla blanca en que se escriven las cosas publicas.* ANGL. *A table overſmered with any whyte colour to write on.* ¶ In albo Prætores edictum, ex quo anno suo ius dicturi erant, scribebant, & in loco publico proponebant, ut omnibus cognoscendi esset potestas. Si quis verò album corrupisset, puniebatur, quia Prætoris majestas contempta videbatur. Paulus, Si familia alicujus album corruperit, non similiter hic edicitur ut in furto. Iudex (inquit Seneca *lib.*3. *de benefic.*) ex turba selectorum, quem census in album & equestris hæreditas misit. Hinc locus factus proverbio, Non eras in hoc numero. Plin. *in præfation. Hist. mund.* Quum hanc operam condicerem, non eras in hoc albo: hoc est, non eras ex eorum numero, quos hæc lectitos credebam. Hoc & Pyctarium dicitur, ut in Alexandro Cæsare Lampridius, vulgò Matrix appellata. Similiter ea tabula dicitur Album, in qua singulorum annorum acta literis mandabantur à Pontifice maximo, proponebantúrque domi ejus, ut potestas esset populo cognoscendi. Hique nunc Annales maximi nominantur, ut auctor est Cicero *lib. de Oratore.* ¶ Est & Album decurionum & citharœdorum. Nam in Digestis titulus est, *de Albo*, ubi docet Ulpianus quo ordine decuriones in albo scriptos esse oporteat. Albo adscribi, de Decurionibus, Suet. *in Tiber. c.*51. Albo iudicum erasit, Suet. *in Claud. cap.*16. Album describere dicitur accusator ante rejectionem iudicum. Fab. *decl.*249. Potentius est quod in Albo lego (i. Lex) quàm Testamentum. Fab. *decl.*374. Ad Album sententiam ferre. Idem Quintil. *decl.*63. Item ad Album sedere (de I. C. opinor.) Senec. *epist.*94. Si ad nostrum Album verba ditigamus. Idem *epist.*60. Vide *Pyctatium.* ¶ Ponitur etiam Album absolutè pro arbore. Virg. *in Bucolicis,*

——— *sparsis etiam nunc pellibus albo.*

Idem 3. *Georg.*

*Nec mihi displiceat maculis insignis & albo.*

¶ Item pro placido, tranquillo. Varro *Sesquilysse*: Adversi venti conciderunt, album est mare.

Albārium, dicitur quod illinitur tectorio, quum paries pingendus non est, quod fit ex calce. ¶ שית *tiet.* ὑπόχυμα. GALL. *Blanchissage ou crepissure de chaux.* ITAL. *Il bianco da imbiancare le case.* GERM. Weiſſe/ mit dem man die wend weiß macht. HISP. *La blanqueadura de la pared.* ANGL. *whyte morter, or ſuch thing to ſparge walles with.* ¶ Plin. *lib.*35. *cap.*16. Eadémque lacte diluta, & tectoriorum albaria interpolantur. Albarium opus. Plin. *lib.*16. *c.*13. Contra in albario opere: ut macerata calx, cum glutinum hæreat.

Albātus, a, um, Albedine obductus, albis vestibus indutus. ✠ Atratus. ¶ לבוש לבן *labúsch laván*, לבושתו *labúschetur.* λευκοφορούμενος. GALL. *Vestu de blanc.* ITAL. *Vestito à bianco.* GERM. Weiß gekleidet/ in weiß angethon. HISP. *Vestido de vestidura blanca.* ANGL. *Cladde in whyte.* ¶ Cic. *in Varinium*, Quum ipse epulo dominus ablatus esset, toto templum Castoris te cum C. Fidulâ ataxo, cæteríque tuis furiis

furiis funestum intulisti. Moris autem apud veteres fuit ut diebus festis albati essent, & cùm conviva publica inirent: itaque eam ob causam Cicero Vatinium reprehendit, quòd solus atratus esset in supplicationibus publicis, & diebus festis.

Albitus Iupiter. Gell. *c.* 15. *lib.* 12. Iovi immolata hostia albato.

Albaveræ, sunt gemmæ candidissimæ, quæ clausæ erant bullis, seu ornamentis orbiculatis.

Albĕo. Albitudo, pro candore accipiuntur. { לבן *laban*, חור *chur*. λευκότης. Gall. *Blancheur*. Ital. *Bianchezza*. Germ. Weisse sein. Hisp. *Blancura*. Angl. *Whytnesse, whyte colour*. } Plaut. *in Trin.* Et item alterum ad illhanc capitis albitudinem, Callicles aebat vocari.

Albĕo, es, Albui sum. { חלבן *hilbin*, חתלבן *hitlabilen*. λευκὸν εἶναι, λευκαίνεσθαι. Gall. *Estre blanc*. Ital. *Essere bianco*. Germ. Weiss sein. Hisp. *Ser blanco*. Angl. *To be whyte*. } Virg. 11. Æneid.

——— *Campique ingentes ossibus albent.*

Cæs. *lib.* 1. *de bell. civ.* Albere coepit, ut prima lux.

Albĕsco, Albus fio. { חלבן *hilbin*. λευκαίνομαι. Gall. *Devenir blanc*. Ital. *Imbiancare, divenir bianco*. Germ. Weiss werden. Hisp. *Emblanquecer*. Angl. *To wexe whyte*. } Virg. *lib.* 1. *Georg.*

*Flammarum longos à tergo albescere tractus.*

Ovid. 5. *Fast.*

*Aut quia maturis albescit messis aristis.*

Huius compositum est Exalbesco.

Albĭcor, aris, Albesco, aliquantulum albus sum. { חור *chavár*. λευκὸς εἶναι. Gall. *Estre aucunement blanc, devenir blanc & cheu*. Ital. *Biancheggiare*. Germ. Weisslichtig sein. Hisp. *Blanquear se*. Angl. *To be or waxe somewhat whyte*. } Plin. *lib.* 22. Solidum semen conjecit in oculum, nec timbat, sed se in caliginem contrahit: mutat colorem, & ex nigra albicare incipit & nimis fit. Horatius.

*Nec prata canis albicant pruinis.*

Idem censendum de verbis similiter terminatis, qualia sunt Vellico, Fodico, Candico, Nigrico, Nutrico, & pleraque alia, quæ omnia diminutionem important actionis suorum primitivorum. Nonnius ex Varrone citat Albicatur passivè, pro Albescit: Ubi rivus præcipitatur, decurrum rapitur, atque offensus aliquo à scopulo lapidoso albicatur.

Albicasco. Albicascit Phœbus, Gell. *c.* 15. *lib.* 15.

Albĭdŭs, a, um, quod est aliquantulum album. { חור *chavir*. λευκὸς ὑπάρχων. Gall. *Blanc hastre, tirant sur le blanc*. Ital. *Alquanto bianco*. Germ. Weisslichtig. Hisp. *Blanquezino, ò blanco empece*. Angl. *Somewhat whyte*. } Ovid. *lib* 3. *Metam.*

*Spumaque pestiferos circumfluit albida vultus.*

Col. *lib.* 2. *c.* 9. Quod extrinsecus albidum, intus etiam conspicitur candidum, lævo, &c. Augustus *lib. de Civit.* pro albo posuit, Lapides igne candente percocti, & ipsi fiunt candidi. Et quamvis ille magis rubeat, illi albido colore nitescant: congruit tamen illi luci, quod album est, sicut nigrum tenebris.

Albŏr, oris, Albedo. { לבן *laban*. λεύκωμα. Gall. *Blancheur*. Ital. *Albore, bianchezza*. Germ. Weisse. Hisp. *Blancura*. Angl. *Whytnesse, whyte colour*. } Varro, Qui vident alborem ejus admirantur. ¶ Alborem Apitius vocat, quod est album in ovo, quod Plinius Albuginem appellat, medici Albumen.

Albicălculi, λευκὰ ψήφοι, dicebantur, quibus Cretenses dies lætos, quos in vita agerent, numerare solebant: nam candidos lapillos ad hoc officium eligebant; quemadmodum è contrario infelices, atque infaustos dies nigris lapillis signabant, & ex candidorum numero vitæ tempus metiebantur: malos enim dies in annorum numeros non rediigebant. Huc alludit Horat. *in Epist.*

*Hunc Macrine diem signa meliore lapilli.*

Albus spinus, à vulgo Gallorum appellatur fruticæ, sive arbuscula spinosa, pruni magnitudine: acinis, quum pubescunt, viridibus; quum maturescunt, fuscis. Vide Ruell. *lib.* 15. *c.* 12.

Albutius Silus, Novariensis orator. Romam venit, receptus in Planci oratoris contubernium. Iam verò senior ob vitium vomicæ Novariam rediit, convocatáque plebe, causis propter quas mori destinasset, in concione redditis, abstinuit cibo, sibique inedia necem consciivit, ex Tranquillo. ¶ T. Albutius, cujus M. Varro meminit, dictique scripsisse Satyras Luciano stylo. Nam & Lucilius eum ut Græcè miscentem verba, notat his verbis.

*Græcum te, Albuti, quàm Romanum atque Sabinum*, &c.

Vide reliqua apud Ciceronem *in princip. de Finib.*

Alcæi. Leo dicitur, διὰ τὴν ἀλκήν, hoc est, à fortitudine, quòd caudæ incitamento ad fortitudinem excitetur. Cælius *lib.* 7. *c.* 29.

Alcæus, ἀλκαῖος, cum diphthongo, nomen poetæ Lytici Mitylenæi. Hic magnificus, brevis, diligens, & plurimùm Homero similis. ¶ Alcæus item vocatus est Alcmenæ filius, cui pòst Herculis cognomen est inditum: non quòd propter Iunonem sit gloriam adeptus, sed quia virtutem prisci illius Herculis Ægyptii imitatus. Diod. *lib.* 1. *c.* 1. ¶ Alcæus item fuit Amphitryonis pater, avus Herculis: unde Alcydes dictus est. Sed alii scribunt Alceus, Græcè ἀλκεύς.

Alcaicum metrum, ἀλκαϊκὸν μέτρον, quod pòst duos dactylos trochaicam habet syzygiam: quale est illud apud Horatium,

*Hesperia mala luctuosa.*

Nomen autem accepit ab Alcæo inventore.

Alcamenes, ἀλκαμένης. Nobilis statuarius fuit, Phidiæ discipulus, qui Agoracritum Parium condiscipulum in facienda Veneris, populi Atheniensis suffragiis superavit. Plin. *lib.* 36. *c.* 5.

Alcander, dri, ἀλκάνδρου, unus è comitibus Sarpedonis Lyciæ regis, ab Ulysse ad Troiam occisus. Ovid. 3. *Metam.*

Alcanor, ἀλκάνωρ, viri proprium, cujus mentionem facit Virgil. *lib.* 3. *Æneid.* 11.

*Huic frater subit Alcanor*, &c.

Alcarmes, sive Garmes Punica lingua, dicitur coccus, seu vermiculus, ex quo fit coccineus ille color, quem inde Carmesinum vocant. Ruell. *lib.* 1. *c.* 136.

Alcathoe, ἀλκάθοη, urbs eadem esse putatur, quam alio nomine Megaram vocant. Ovid. 9. *Metam.*

*Alcathoe quam Nisus habet.*

Alcathous, ἀλκάθους, Pelopis filius, qui exulis Chrysippi fratris suspectus, Megaram venit, occisóque leone, qui Cithæronius à loco dicebatur, adscitus à Megareo genet, in regnum illi successit, & urbem Megaram Alcathoen appellavit. ¶ Alcathous alius fuit Troianus, qui Hippodamiam Anchisæ filiam in uxorem habuit, & in pugna apud Troiam ab Idomeneo Cretensi occisus est.

Alce, ἄλκη, canis nomen apud Xenoph. *de Venatione.*

Alce, nomen meretricis. Vide Gell. *lib.* 4. *c.* 11.

Alce, jumento fere similis bestia, in Asia & Africa, ni proceritas aurium & cervicis distinguat. Plin. *lib.* 8. *c.* 15.

Alcea. { ἀλκαία. Gall. *Guimauve sauvageon rustique*. Ital. *Malva salvatica, buanse ischia*. Germ. Stigman muntzel. Hisp. *Malva de Vegria, malva rustiejna*. Angl. *Wylde mallowe*. } Herba est sylvestrium malvarum generi assignata, folia habens verbenacæ. Plin. *lib.* 20. *cap.* 4. Alcea tolla habet similia verbenacæ, quæ & Peristereon cognominatur.

Alcedines, sunt quædam aves, dictæ quasi algedines, quod frigidis temporibus in mari pariant, ἀλκυόνες. Plautus, Nam hercle tu perinde, nisi illam tam tranquillam facis, quam mater est olim, quum alcedo pullos educat suos. Dicta est à Græcis, ἀλκυών, vel ἁλκυών, ὁτι περὶ τὰς ἁλκὰς νέοται, ab eo quod in mari fœtus excludat. Ambros. *lib. Hexaem.* Halcyone est avis maritima, quæ in littoribus fœtus suos edere solet: ita ut arenis ova deponat medio fere hyemis: nam id temporis fœcundis habet depravatum partubus, quando maximè insurgit mare, littoribúsque vehementior fluctus illidatur, quo magis tepentem piscilitatis tolerantiæ avis hujus educet gratia. Namque ubi undosum fuerit mare, potiùs ovis subtrahi meleit, & omnes cadunt ventorum procellæ, stat ulque aurarum quietem, ac placidum ventis stat mare, donec ova fovet halcyone sua. Septem dies fœtus sunt, quibus decursis educit pullos illicò: alios septem adjungit dies; quibus enutriat partus suos, donec incipiant adolescere. Tantum autem beneficium avicula hæc divinitus sibi datum habet, ut hos quatuordecim dies nautici præsumptæ serenitatis observent, quos & Halcyonides vocant, quibus nulli motus procellosæ tempestatis horrescant. Hinc poetæ ansam fabulandi arripuerunt, Halcyonem filiam Æoli fuisse, qui in gratiam filiæ, dum illata littore ova parit, & fœtus educat, ventosum lusos servat. Fertur hanc avem paulo majorem esse passere, pennis purpureis, candidis admixtis, collo gracili & procero, rostro subviridi, longo & tenui, rarò visam. Aristot. *lib.* 8. *de Animal.* Halcyonum duplex genus esse scribit: alterum vocale, arundinibus insidens: alterum mutum, ampliori corpore. ¶ Ab Halcione fit Halcyonius, a, um: ut Halcyonii dies, ἁλκυονίδες ἡμέραι, sicque à Græco ἁλς, quod mare significat: unde etiam per aspirationem scribendum videtur Halcyon { quum Alcedo Latinis sine aspiratione notetur. } Eustathius tamen contra etymologiam ἁλκυὼν tenui spiritu notandum tradidit, adjecto etiam generali canone, quo negat vocabulum ullum esse aspirandum, quod initium sumat ab α, subsequente ε.

Alcedonii, ἀλκυονίδες, ἢ ἀλκυονίδες ἡμέραι. Dies sunt hyberni ferè quatuordecim, quibus Alcedo ova parit in mari & excludit, quo tempore summa ventorum est tranquillitas. ¶ Dicti sunt autem Alcedonia ab alcedine, quem admodum & à Græcis Halcyonides ab Halcyone appellantur. Plaut. Tranquillum est, alcedonia sunt circa forum.

Alcĕnor, ἀλκένωρ, vir Argivus fuit, qui in ea pugna, qua trecenti Argivi cum totidem Lacedæmoniis de finibus certarunt, solus cum Chromio ex suis superfuit, hostibus quoque omnibus, uno Othryade excepto, ad internecionem deletis. Herod. *lib.* 1.

Alces, is, seu Alces, æ, sive Alce, es, ἄλκη. Pausaniæ. Animal Galliæ transalpinæ, figura, colore & magnitudine mulæ similitudinem prætendens: sed labrum superius adeò protensum habet, ut nisi retrogradè incedens, in terra carpere non possit. Est inventu rarum, olfactu è longinquo venatorem sentiens, statimque in specus & latibula se condens, media inter camelum & cervum similitudine. Sed mares ex his in supercilliis habent cornua. ¶ De his animalibus Cæs. *lib.* 6. & Iulius Capitol. mentionem faciunt. Plinius *lib.* 8. *cap.* 15. Septentrio fert & equorum greges ferorum, sicut & asinorum Asia & Africa: præterea Alcen, ni proceritas aurium & cervicis distinguat, jumento simillem.

Alces, Bithyniæ fluvius. Plin. *lib.* 5. *c. ult.*

Alcestis, e, sive Alcestis, idis, ἄλκηστις, fuit Peliæ filia, Admeti Pherætorum regis conjux, quæ maritum tanto amore dilexit, ut pro eo perire non recusarit. Nam quum Apollo ab Admeto humaniter exceptus, hoc illi à Parcis impetraret, ut fatalem diem proferre posset, si quis aut cognationis, aut amicitiæ vinculo adductus, spontaneam pro eo mortem obire vellet, exteris id abnuentibus, sola Alcestis inventa est, quæ mariti vitam tua morte redimere non recusaret. Iuvenalis,

——— *stellatam subeuntem fata mariti*
*Alcestim.*

Plura apud Euripidem *in Alcesti.*

Alceta, ἀλκέτας, Molossorum rex fuit, longa generationum serie genus suum ad Pyrrhum Achillis filium referens. ¶ Fuit & alter hoc nomine, unus eorum qui sub Alexandro Macedone ordines duxerunt: utriusque meminit Suidas.

Alcetes, Arymbæ filius, Æacida fratre natu maior, Epirotarum Rex, sed impotentis insaniæ vir, atque ideircò à patre expulsus: quum in Epirotas quoque sæviret, ac furere inciperet, nocta conspiratione facta, una cum liberis de medio sublatus est. Cui interfecto Epirotæ Pyrrhum Æacidæ filium substituerunt. Pausanias *in Attica.*

Alcĕus, dictio dissyllaba, ἄλκαιος, pater Amphitryonis, & avus Herculis, à quo & Alcides, ἀλκείδης, appellatur.

Alcheeh, Arabicè est animal quod multi Arabici Lynceam vocant. Nascitur ex leone & pardo, & nimium ferox est.

Alchymia, scientia docens facere aurum, vel argentum ex pulveribus metallis

metalli, vel aurum quoque à cupro separare. ‖ Ab *al* articulo, & Chymus *χυμὸς*. ‖

Alchymista, qui hanc artem callet, seu profitetur.

Alchides, *Ἀλκείδης*, Rhodius Cupidinem nudum Praxitelis manu factum admiratus, atque sui amoris vestigium reliquit. Plin. *lib.* 36. *c.* 5.

Alchione, *Ἀλκιόνη*, mons Macedoniæ. Plin. *lib.* 4. *c.* 10.

Alchippe, Marsorum oppidum est, lacu Fucino absumptum, extructum à Marsis Lydorum duce. Plin. *lib.* 3. *cap.* 12. Alii tamen Archippe scribunt.

Alcibiades, *Ἀλκιβιάδης*, Nomen Atheniensis Imperatoris summi; qui genere & forma præcipuus, omnibus rebus aptus fuit: dives præterea, affabilis, patiens, denique summis naturæ, fugæque dotibus egregiè exornatus: cæterùm tanto rursùs vitiorum agmine deformatus, ut si vitia virtutibus pensès, meritò addubites, laudènè an vituperio dignior videatur. Hic quum esset proclivis ad luxum & ad cæteras voluptates, ad bonam disciplinam traductus est à Socrate. Nam discendi studio, & sapientiæ amore pellectus, exemplò cunctis amatoribus, adulatoribusque repulsis, ad Socraticam disciplinam animum vertit, nunquam recedens à latere Philosophi sapientissimi. Reliqua vide in vita ejus apud Plutarch.

Alcibiadion, *Ἀλκιβιάδιον*, Dioscoridi, herba sic dicta, quòd uti ea ad formam conciliandam soliti sint Alcibiades, magnis foliis & aspectis, radice rufa, oblongè, nascens præcipuè in arvis & arenosis locis. Notiore nomine vocatur Anchusa. ‖ Gall. *Orchanette.* Ital. *Anchusa.* Germ. Ein gattung der rechten Ochsenzungen. Hisp. *Soagen.* ‖

Alcibion, *Ἀλκίβιον*, herba adversùs serpentum morsus remedium habens. Plin. *lib.* 27. *c.* 5.

Alcida, *ὁ*, (ut Diodor. fabulatur,) fera fuit immensæ magnitudinis, ignem ore vomens, quo regiones omnes per quas faciebat iter exussit, donec Pallas humani generis miserta, partim viribus, partim ingenio feram interfecit.

Alcidamas, *Ἀλκιδάμας*, luctator insignis. Stat. 10. *Theb.*

——— *tuque ô spectate palæstris*
*Omnibus & nuper Nemeo in pulvere felix*
*Alcidamas.*

¶ Alcidamas Eleates, Philosophus scripsit de musica, discipulus Gorgiæ Leontini. Suidas hunc inter scriptores Rhetoricæ annumerat. Quint. *lib.* 3. *c.* 1. meminit eius, & Laërtius *in Protagora.*

Alcidamus, Rhetor antiquus, in primis nobilis, qui mortis laudationem scripsit. Cic. *lib.* 1. *Tusc.*

Alcides, *Ἀλκείδης*, Hercules Græca significatione à virtute appellatur: nam *ἀλκὴ* virtus, robur, fortitudo dicitur. Vel verùs Alcides (ut Herod. ait) nomen est patronymicum, ab Alceo, avo paterno, hoc est, Amphitryonis patre.

Alcimachus, *Ἀλκίμαχος*, pictor nobilis. Plin. *lib.* 35. *c.* 11.

Alcimedè, *Ἀλκιμήδη*, Uxor Æsonis fuit, mater Iasonis. Valer. Flacc. *Argonaut.* 1.

——— *hunc gravis Æson,*
*Et pariter vigil Alcimede flectúntque, tenentque.*

Alcimedon, ontis, *Ἀλκιμέδων*, Sculptor nobilis, apud Virg. 3. *Eclog.*

Alcimenes, *Ἀλκιμένης*, Poëta tragicus, Megarensis. Suidas.

Alcimus, *Ἄλκιμος*, Orator omnium, qui in Græcia tum florebant, eminentissimus. Diog. Laërt. *lib.* 2. *in vita Stilponis.* Fuit præterea Alcimus Lydorum rex præcipua pietate insignis, ingenióque mitissimo. Cœlius *lect. antiq. lib.* 19. *c.* 2.

Alcinoüs, *Ἀλκίνοος*, Nausithoi filius, teste Homero *Od.* 7. Rex Phæacum in Corcyra insula iustissimus, dicente Orpheo *in Argonaut.* *κρατεῖ δικαιοσύνῃ δὲ βασιλεύει.* Fulteque diligens hortorum cultor. Quamobrem dixit Virg. *lib.* 2. *Georg.* Pomâque & Alcinoi sylvæ, id est, arbores pomiferæ. Huius meminit Ovid. *lib.* 2. *Metam.* Fetum horum pomariorum tantam fuisse fertilitatem, ut maturis fructibus novi succiderent. ¶ Alcinoi Apologus. De longis & anilibus fabulamentis. Refertur à Diogene, & Iulio Pollute *lib.* 6. Sumptum ex Homer. *Odyss.* ubi Ulysses in convivio Alcinoi Phæacum regis prodigiosas aderidiculas fabulas & portentosa miracula commemorat, de Lotophagis, Læstrygonibus, Cyclopibus, atque id genus aliis plurimis miraculis, fictus videlicet Phæacum insciitas ut fit Alcinoi Apologus, ficta narratio apud Alcinoum habita. Hoc proverbio usus est Plato *de Republ. lib.* 1. Haud tibi fum narraturus Alcinoi apologum. ¶ Fuit etiam Alcinous philosophus Platonicus, qui Epitomen composuit decretorum Platonis.

Alcion, Medicus, de quo Ioseph. *antiq. Iud. lib.* 19. *c.* 1.

Alciphron, *Ἀλκίφρων*, Magnesius. Alexandri temporibus philosophus. Suidas.

Alcippe, *Ἀλκίππη*, una ex Haleyonei gigantis filiabus, quæ Haleyonides, *Ἀλκυονίδες*, dictæ sunt. Suidas. Est præterea Alcippe, nomen rusticæ mulieris proprium, cuius sæpe meminit Theocritus, & Virg. *Eclog.* 7.

*Quid facerem? neque ego Alcippen, nec Phyllida habebam.*

Alcippus, *Ἀλκίππος*, Lacedæmonius civis fuit, inter suos maximæ authoritatis, patriæque studiosissimus, qui ab inimicis contrariis in republ. partes foventibus in exilium actus fuit. Huic uxor fuit nomine Damocrita: quæ quum virum in exilium euntem prosequi prohiberetur, filiæque iam viro maturæ publico edicto matrimonio arcerentur, ne quis ex illis injuriæ avo ulatæ ultor nasceretur, concepit animo facinus supra omnem muliebrem audaciam. Nam quum ex amore fœminæ urbis primariæ ad nocturnum sacrum in Andronem quendam convenissent, Damocrita à filiabus adjuta, magnam vim lignorum, quæ ad sacrificia parata erant, ad fores congessit, ignémque injecit, ut omnes intus exirent. Accurrentibus deinde amico viro, illa filias primùm, deinde seipsam interfecit. Ex Plutarchi narrationibus amatoriis.

Alcisthene, *Ἀλκισθένη*, Nobilis pictricis nomen apud Plinium *lib.* 35. *cap.* 11.

Alcithoe, *Ἀλκιθόη*, Thebana mulier fuit, quæ quum Bacchum, cæteraque Orgia contemneret, cæteraque mulieribus sacra celebrantibus, cum sororibus & ancillis lanificio operam daret, ab irato Baccho in vespertilionem mutata est: telæ autem in vitem & hederam. Vide Ovid. 4. *Metamorph.*

Alcmæon, *Ἀλκμαίων*, Amphiarai vatis, Eriphyles filius fuit, qui matrem suam in ultionem patris, quem illa dolo occiderat, interemit. Plaut. *Capt. sc.* 4. *a.* 1. Alcmæon. Orestes, Lycurgus, (insani sup.) ¶ Item Alcmæon, Philosophus Crotoniates, Pythagoræ auditor, qui, teste Laërtio, de natura rationes scripsit lingua Dorica.

Alcman, *Ἀλκμάν*, è Lydia Messenius, poeta Lyricus, filius Damantis. Claruit LXVII. Olympiade, quum apud Lydos regnaret Ardys, pater Alyattæ. Hinc quum olim amore puellam quandam deperiret, amatorios cantus primus invenit. Fertur phthiriasi morbo interiisse. Suidas.

Alcmana, *Ἀλκμανία*, civitas Cariæ mediterranea: aliàs Heraclia dicta. Stephan.

Alcmenà, *Ἀλκμήνη*. Nomen proprium fui. matris Herculis: Electrionis filia, Amphitryonis Thebani uxor, quæ Iovi Herculem peperit. Alcmena Electri filia Plauto dicitur *in Amphit. prolog.* Dicitur *ἀπὸ τῆς ἀλκῆς*, id est, a robore, quoniam hæc mulier præ se tulerit animum constantem, ad vitos proximè accedens. Aliquando posita, ponitur u. Alcumena, prout versus exigit. Vide Hesiod. *in Aspid.*

Alcomenæ, *Ἀλκομεναί*, Itharæ insulæ civitas est, à qua Ulysses Alcomeneus, *Ἀλκομενεύς*, à poëtis appellatur. Steph.

Alcon *Ἄλκων*, nomen proprium Cretensis sagittarii, cuius filium quum draco invasisset, tanta arte direxit sagittam, ut ea in serpentis defecerit vulnere, nec transfixerit filium. Fuit hic Alcon Erichthei Atheniensium regis filius, qui ex Attica in Eubœam fugit. Virgil. 5. *Æneid.*

——— *si quos aut Phyllidis ignes,*
*Aut Alconis habet laudes, aut iurgia Codri.*

‖ Alcoranum, Codex legum Mahumetis impostoris. ‖

Alcothus, lege *Alchatum.*

Alcyon, & Alcedo, vide *Halcyon, Halcedo.*

Alcyonè, *Ἀλκυόνη*. Æoli regis ventorum filia fuisse creditur, & uxor Ceycis; quæ desiderio mariti, qui naufragio perierat, in mare se dejecit, versaque est, ut poëtæ fabulantur, in avem sui nominis. Vide Ovid. 11. *Metamorph.* Gell. *c.* 10. *lib.* 3. Alcyones septem diebus hyeme in aqua nidulantur. ¶ Altera fuit Alcyone Eveni fluminis filia, uxor Ixi, antè Marpessa appellata: quam Apollo quum rapuisset, non dubitavit marinis arcu & sagittis uxorem vi ab eo repetere. Quod quum frustrà conatus esset, parentes filiæ casum lugentes, commutato nomine, Alcyonem eam appellarunt, quòd fatum superiori Alcyone non dissimile sortita videretur. Hæc Hom. 9. *Iliad.* Alii scribunt Halcyone, prima vocali aspirata: qua de re vide ea, quæ suprà annotavimus in dictione *Alcedo.*

Alcyoneus, *Ἀλκυονεύς*, Gigas fuisse traditur, Gorphyrionis frater, ab Hercule telis confossus: cuius & filiæ, quas septem numerant, ob patris mortem in mare præcipitantes se, ab Amphitrite in Alcyones, ut quorundam opinio est, sunt mutatæ. Harum nomina sunt, Phoslonia, Anthe, Methone, Alcippe, Pallene, Drymo, & Asterie. Ex Suida. Alii scribunt Halcyoneus. Vide *Alcedo.*

Alei, *Ἀλαί*, Strephano, nomen oppidi in Arcadia, dictum ab Aleo conditore. ¶ Item Mineryæ cognomen, quæ circa hanc urbem colebatur, ut est videre apud Herod. *lib.* 1. Verùm in duabus hisce postremis significationibus primam corripit (quam alioqui producit) Papinius *in Sylvis,*

*Aut Alea lucis vidit Tegea sacerdos.*

Alea, Tessera, ludus tesseratum, ‖ *κύβοι, κυβεία.* Gall. *Tout ieu d'hazard.* Ital. *Gioco di sorte, come dadi & carte.* Germ. Beretzspil/ alle würffelspyl so man wagt. Hisp. *Qualquier juego de fortuna, como dados.* Angl. *A dice, playing at the dice or any fachgley.* ‖ Horat. *in Epist.*

*Quem damnosa Venus, quem præceps alea nudat.*

Talos poscit, provocat me in aleam, Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Et, Eluso militem in alea (de talorum lusu.) *ibid. sc.* 2. *a.* 5. Idem, Redemptus ex alea, nudus in nervo. Quint.

*Sunt aliis scripta quibus alea luditur artes,*
*Hoc est ad vestros non leve crimen avos,*

Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 2. *Trist.* ¶ Accipitur etiam pro quovis ludo, qui casu potius quàm arte gubernatur. Mart. *in Dystichis,*

*Alea parva nuces, & non damnosa videntur:*
*Sæpe tamen pueris abstulit illa nates.*

¶ Per translationem ponitur pro quavis fortuna, sive periculo, sive etiam periculi dubitatione, dicitúrque, Aleam omnem jacere, *ἅπαν ἀνδρὶ κίνδυνον ἐπιβάλλειν*, qui se periculo fortunæque committit. Cic. *de Divinat.* Non perspicitis aleam quandam inesse bellis deligendis? C. Cæsar ad Rubiconem (qui fluvius Italiam à Gallia disterminat) paulisper secum hæsitans, animóque reputans quàm arduam rem moliretur, postea quàm ostento animus est additus: Eamus, inquit, quò deorum ostenta, quò inimicorum iniquitas vocat, iacta esto alea. Plutar. *in Apoph.* ad hunc modum dixisse refert, *ἄνω ἡ ἀναῤῥιπτὼ κύβος*, Omnia jacta sit alea. Ad quod alludens Lucanus,

——— *cadat alea fati*
*Alteutrum mersura caput.*

¶ Contrà, Extra omnem aleam esse aliquid dicimus, de quo dubium non est, quod est extra omne periculum, omnémque controversiam. ¶ In alea atque vino, genus loquendi antiquum, quemadmodum in vino, in loco atque vino: de quo vide infra in præpositione *In.* Aleæ emptio dicitur a Iurisconsultis, cùm incertus eventus, & quasi spes emitur, veluti cum captus piscium, vel avium, vel mullilium emitur, *l.* 2. *de hæredit. vel action. vendit.* Hotom. *in Lexico.* Alea festiva & honesta, sophismatum propositio & solutio. Gell. *lib.* 18. *c.* 13.

Aleator, qui alea ludit. ‖ *κυβευτής.* Gall. *Joueur ordinaire.* Ital. *Giocatore.* Germ. Ein beretzspieler. Hisp. *Jugador, ó tahur de aquel juego.* Angl. *A diser.* ‖ Cic. *in Cat.* In his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, omnes impuri, impudicique versantur.

Idem

Idem s. *Philipp.* Domus erat aleatoribus referta, plena ebriorum.

Aléo, aleonis, idem quod aleator, teste Festo. Naevius, Pessimorum pessime, audax ganeo, latro, aleo.

Aleatorium, apud Sidonium, pro ludo aleæ. } κυβεία τόπος. Gall. *Berland.* Ital. *Luogo di gioco.* Germ. Ein würffel ort. Hisp. *Lugar de juego.* Angl. *Dicing, playing at the dice.* { Ait enim, Atque illic aleatorum latis consumpto sphæristerio facto. Sacr. vocat Aleatorium forum. Idem *in Augusto, cap. 71.* Luditur per omnes dies, fortunæque aleatorium celebramus. Verba sunt Augusti. Aleatorius, a, um, ad aleam pertinens. Gell. *lib. 18. c. 13.* Ritu aleatorio.

Alebras, ἀλέβρας, Larissæorum in Thessalia crudelissimus tyrannus fuit, ab ipsis tandem satellitibus, quos ad corporis custodiam adhibebat, interfectus.

Alebecrii, Galliæ Narbonensis populi. Plin. *lib. 3. c. 4.*

Alebri, ἀλέβρι, veteres dixerunt pro bene aleantibus. Festus.

Alec, & Alecula. Vide *Halec.*

Alecto, ἀληκτὼ, una ex furiis infernalibus, & Latinè Incessans interpretatur, ab α privativa, & λήγω, desino, quia cupiditas nunquam satiatur.

Alector, ἀλέκτωρ, filius Anaxagoræ, Iphim genuit & Capaneum, qui fuit unus è septem ducibus Argivorum apud Thebas. Volaterran.

Alectrii, Alectorii, ἀλεκτρυόνια, gemma quæ in ventriculo Galli invenitur. Gallus enim Græcè ἀλέκτωρ dicitur: de qua Plin. *lib. 37. cap. 10.* Alectorias, inquit, vocant gemmas in ventriculis gallinaceorum inventas, crystallina specie, magnitudine fabæ, quibus Milonem Crotoniensem usum in certaminibus invictum fuisse videri volunt.

Alectorolophos, ἀλεκτοροφόβος, herba est rustimentibus utilis, foliis galli gallinacei cristæ similibus, caulem tenuem, semenque nigrum in siliquis habens. Latinis Crista dicitur, teste Plin. *lib. 27. c. 5.*

Alectryon, ἀλεκτρυὼν, adolescens fuit { ut fabulatur Lucianus } Marti adeò familiaris, ut adulteril, quo Veneri ille commiscebatur, conscius adhiberetur, foribusque custos apponeretur, ne Solis interventu deprehenderetur adulter. Verùm quum ille somno oppressus negligentiùs excubias ageret, amantes eius fiducia in utramque autem dormientes, à Sole deprehensi sunt, & apud Vulcanum delati, adamantinis catenis multò antè eum in usum paratis sunt impliciti. Qua de causa indignatus Mars, Alectryonem in avem sui nominis transformavit, quem Gallum Latini appellant: qui etiam hodie veteris negligentiæ memor, Solis adventum cantu suo prænuntiat.

Alegenor, unus fuit filiorum Boëthi: quatuor enim fuerunt, Hippodamus, Electrion, Archilycus, Alegenor, teste Diod. *lib. 5.*

Alegmina, partes extorum, Prolegmina dicta. Isid. Gloss.

Alei campi, ἄλειον πεδίον, locus est Lyciæ, in quem cecidit Bellerophon, quum à Pegaso ab æstro agitato excuteretur: sic dictus, quòd in eo cæcus errarit Bellerophon, donec periret.

Alele, Phazaniorum urbs in Africa. Plin. *lib. 5. c. 5.*

Alemanni, { ἀ μανοὶ Stephano. Germ. Die Teutschen. Angl. *Germanes, Almanues.* } populi Septentrionales, qui & Germani dicuntur: Rheno fluvio à Gallis, Alpibus ab Italis discreti: ita dicti patrio vocabulo, quasi prorsus viri. Quum enim Germani illi Septentrionales, præsertim Transalbiani mutare sedes cogitarent, imitati priores Germanos, qui trajecto Rheno, quo se totos viros ostenderent, sibi hoc nominis, quasi Guerin man! imposuissent: & ipsi se, quòd fortissimi bellatores & viri omnes esse vellent, & deberent, Alemannos, quasi ala mánner! appellavere. Hæc beatus Rhenanus *in Tacitum.*

Alemannus, Spartianus *in Caracalla*, cùm Alemanni nomen scriberet.

Alemanus, fluvius apud Rutilium originem à tubro castro Norimburg trahens, hic ad Nebrum oppidum jungitur Danubio. Vulgò *Alimola*, vel *Alimul* appellatur. Vide Althamerum *in Tacitum.*

Alembicum, foramen, per quod aquæ ex balneo effluunt: vel etiam fistula, per quam aqua influit in balneum.

Alemusii, Atticæ populi, apud quos est Cereris legiferæ & Proserpinæ templum. Pausanias *in Attic.*

Alentieus, fluvius. Plin. *lib. 3. c. 17.*

Aleo, onis, vide *Alea.*

Aleopetra, insula in Maeotide.

Aleria, Corsicæ colonia à Sylla dictatore deducta. Plin. *lib. 3. c. 6.*

Alès, itis, dicitur quælibet volucris, ab alis gerendis. Vel ab alis & eundo, ut comites. Quidam tamen Alites propriè volunt dici maiores aves: ut sunt gallinæ, austores, cornices, corvi, grues. Et tam masculino, quàm fœminino genere profertur. { φύλ *bupi*, ωτ *bateau-ois, ipse.* Gall. *Oiseau grand, comme geline, oye, grue*, & *autres.* Ital. *Uccello, augello.* Germ. Ein grosse vogel. Hisp. *Ave, o otra cosa que buela, como sea.* Angl. *Any great or winged foule.* } Virg.

——— *namque volans fulvum leeus ales in aethera.*

Martialis,

*Alitis eximiæ cauda superba fuit:*

id est, pavonis. Cayltrius ales { id est, cignus. } Ovid. *Eleg. 1. lib. 3. trist. & Eleg. 5. lib. 1.*

*Protinus ales eris.*

Secunda alite aliquid facere, id est, prospero auspicio, ut interpretatur Porphyrio in Horat. *Epod. 16.* Secundis alitibus procedere dicit, felici & prospero auspicio. Claud. *in Eutrop. 1.* Lugubris alitis pro malo & infelici auspicio, ut interpretatur Acron. Horat. 3. *Carm.* In genitivo plurali alitum, & alituum, per epenthesin, secundùm Priscianum. Virg. *lib. 12.*

*Alitum, pecudumque genus sopor altus habebat.*

¶ Avis est quæ parit ova, & pennis prædita, *volans.* ¶ Volucris autem significatio latiùs patet. Nam de omni eo dicitur quod volat, sive pennas habeat, sive non. Unde vespertilio volucris est, non tamen avis.

Ales, adjectivum omnis generis, velox, celer. { סהיר *mahir, velox, agilis.* Gall. *Leger, viste.* Ital. *Veloce, alato.* Germ. Schnell, geschwind. Hisp. *Ligero.* Angl. *Swift, spedie.* } Gell. 4. 11. *lib. 9.* Auxiliam propugnationémque corvi alunt. Catul. *de com. Berec.*

*Se obtulit Arsinoe Chlonides ales equum.*

Aliàs ales eques. Silius, Alite vectus equo. Virg. 8. *Æneid.*

——— *Ignis & alitis Anxur.*

Plumbum ales, pro glande plumbea, quæ funda emittitur in hostem. Sil. Ital. *lib. 13.* ¶ Ponitur & pro Alato, hoc est, alas habente. Cic. 2. *de invent.* Angues ingentes, alites juncti jugo.

Alesa, civitas est Siciliæ, Ptolomæo. ¶ Hinc Alesius, a, um. Cic. *in Epist. famil.* In Alesina civitate, &c.

Alesias, ἀλησιὰς, oppidum Elidis. Stephano. ¶ Item mons Arcadiæ, non procul à Montinga, sic dictus ab errore Rheæ. Autore Pausania.

Alesium, ἄλησον, oppidum Peloponnesi, apud Strab. *lib. 8.*

Alesco, scis, antiquum verbum, ab Alo, is: idem quod crisco. { גדל *gadal, adjecit.* Gall. *Croistre.* Ital. *Crescere.* Germ. Wachsen, zunemen. Hisp. *Crescer o manteneresse.* Angl. *To increase, to waxe more, to grow.* } Varro *de re rust. lib. 1. cap. 44.* Quæ nata sunt in fundo, alescunt, aliuta concipiunt. Idem *cap. 1.* Quemadmodum qui equum scit, aut alescere, aut mori potest. ¶ Inde Coalesco, pro Concresco.

Alethes, ἀλήθης, nomen proprium viri Trojani, de quo Virgil. *lib. 1. Æneid.*

——— *Et quo grandævum Alethen.*

Latinè sonat verecem.

¶ Alethina, germana, vera. Alethina vestis, verè purpurea. Salmas. ¶

Aletium, ἄλητον, oppidum Salentinorum in Italia, autores Ptol. & Plin. *lib. 3. c. 11.* ¶ Hinc Aletini populi, apud Plin. *lib. 3. c. 11.* Vulgò *Lezze in terra di Otranto.*

Aletrinates, Italiæ populi in tractu Campaniæ. Plin. *lib. 3. cap. 5.* Aletrini, apud eundem *lib. 3. c. 11.*

Aletudo, apud Festum, verbale ab alendo, corporis pinguedinem significat. Obesitum est.

Aleuron, i, neut. ἄλευρον. Farina propriè tritici, alphiton verò hordei: hinc apud Ruellium *lib. 6. c. 14.* panis aleurites.

Aleus, fluvius Siciliæ, & tribus quidam, sive locus in Chronico. Ita dictus ab Aleutio quodam rege. Interpres Theocriti *in septimum Idyllium.*

Alex, alecis, vide Halec.

Alex, alecis, fluvius Rhegiorum agrum à Locrensi disterminans. Strab. *lib. 6.* apud Theocritum verò scribitur Ales, alitis. Hic fluvius Plinio Carcinas appellatur, Pausaniæ & Æliano Cecinus. Volaterranus.

Alexamenus, Æolus, Nabidis tyranni Lacedæmonii interfector, mox ab Lacedæmoniis ipsis in regia obtruncatus. Liv. *decad. 4. lib. 5.*

Alexander, ἀλέξανδρος, nomen proprium regis Macedonici, cujus clarissima gesta & ab historicis, & in sacris literis traduntur. Hic longè omnium excellentissimus fuit, cui ex rebus actis & auctis, Magni indicium est nomen, nec viri unicam gloriam adepti, sine laude unquam nominaretur. Nam solus à condito ævo, quantùm hominum memoria est, incredibili imperio orbis auctus, fortuna sua major fuit; successibusque amplissimis & provocavit ut strenuus, & æquiparavit ut meritus, & superavit ut melior, solúsque sine æmulo clarus, adeò ut nemo audeat virtutem eius sperare, vel optare fortunam. Hæc apud. ¶ Fuêre & alii Alexandri: quorum unus Aphrodiseus, interpres Aristotelis, sed tali ingenio, ut Aristotelem identidem carpat: de hoc Suidas & Stephanus meminerunt. ¶ Alius fuit Alexander Grammaticus, ex oppido quod Goricon dicitur, qui de varia historia, sive materia XXIV. volumina scripsit, peritissimus artis suæ vir. ¶ Alius Alexander Asiæ rex, & Syriæ, dictus Balam. ¶ Alius Judæorum rex, qui Aneus dictus fuit, & regnavit annis viginti septem. ¶ Alius Alexander Epirota, qui quum Italiæ bellum inferret, à Lucano milite interemptus est. Dionysius *lib. Alexander Dardan.* Patris prænomen, nomen, cognomen.

Alexandra, quæ & Cassandra, Priami filia, ac vates. Hoc etiam nomine Lycophronis inscribitur poëma de Alexandro Paride. Volaterranus. ¶ Fuit & Alexandra, Alexandri Judæorum regis uxor, Egesippo *lib. 1. cap. 12.*

Alexandria, ἀλεξάνδρεια. Vulgò à Turcis Scanderia dicitur. Urbs Ægypti, non longè à Nili ostio, ab Alexandro Macedonio condita: urbs fertilissima, quam Dinocrates architectus metatus est mirabili ingenio, quandoquidem millium passuum latitudine, à effigiem Macedonicæ clamydis orbis gyrato latitudinem, angulosa dextra lævâque procursu. Macetis latus ad meridianam urbis partem Euripi Canopico ostio immittitur. Habuit olim scholas omnium disciplinarum liberalium: fuitque ob situs commoditatem maximum totius orbis emporium. Constructa autem fuit ante Salvatoris adventum anno vigesimo supra trecentesimum, Intra spatium septendecim dicitur, ut refertur Justinus *lib. 12.* cum sex millibus nutrorum pabulatus.

Alexandrinum. Senec. *epist. 87.* Alexandrinum marmor. Plaut. *Pseud. fe. 2. a. 1.* Alexandrina belluata tapetia, & Quint. Alexandrinæ deliciæ.

Alexandrium, ἀλεξάνδριον, Judææ oppidum Josepho & Strab. *lib. 16.*

Alexandropolis, ἀλεξανδρόπολις, Panthorum civitas, hic ab Alexandro Magno conditore nuncupata. Plin. *lib. 6. c. 25.*

Alexia, Sequanorum urbs est, quam Ptol. Regnacum vocat. Diodorus autor est, hanc urbem ab Hercule conditam esse, semperque liberam mansisse, donec à Cæsare longa obsidione capta; Romano accessit imperio. Creditur eadem esse, quam Galli hodie *Alaise* vocant.

Alexicacon, ἀλεξίκακον, remedium quod sit ad depellenda mala, hoc & Amuletum dicitur.

Alexicacus, ἀλεξίκακος, in malis adjutor, malorum depulsor. Hercules & Apollinis epitheton. Paus. *in Attic.* Alexicaci Apollinis simulacrum etiamnum Colonæ. Id Apollini nomen indiderunt, quòd quum pestis lenta bello Peloponnesiaco in Attica grassaretur, oraculo Delphis reddito tanta calamitate populum liberavit. ¶ Alexicaci dæmones dicebantur, qui nocumenta & diras amoliri existimabantur, qui & Apopompæi, & Apotropæi, Lysii quoque, & Phyxii appellabantur. Budæ. & Cæl. *lib. 1. cap. 31.*

Alexiphārmăcă, ἀλεξιφάρμακα, sunt (ut Suidas ait) medicamenta auxiliatoria, quæ scilicet, venena, incantamenta & exsecrationes pellunt, prohibentque ne iis nobis nocere possit. Plin. *lib.* 21. *cap.* 20. Nec magis alia herba convenit medicamento, quod Alexipharmacon vocant.

Alexis, ἄλεξις, Asinii Pollionis puer fuit, quem Virgilius, cius amore captus, ab illo dono accepit. In eius gratiam (ut Servius putat) Virgilius scripsit secundum Eclogam.

Alexis Thurius, ἄλεξις ὁ θούριος, qui priùs Sybaris dicebatur, poëta comicus ante Menandrum, reliquit plures fabulas. Habuit filium Stephanum, poëtam & ipsum comicum. Suidas.

Alexitērii, ἀλεξητήρια, eadem quæ Alexipharmaca.

Algă, herba, quæ nascitur in aquis marinis: dicta ab algore aquæ, sive quòd pedes alliget, quia crassa est, foliis ex parte supernatantibus. { סוף *suph.* σῦφ· ἁλάσσιον. Gall. *Herbe croissant en la mer, Algue.* Ital. *Alga.* Germ. Kraut/ oder gras das in dem meer wachst. Hisp. *Las ovas, o yervas del mar.* Angl. *wreck, a heerbe which groweth in the sea.* } Virg. *lib.* 6. Lateríque illisa refunditur alga. ¶ Algenses Pelagiæ, Purpuræ genus vilissimum, nomen habens ab alga, qua nutritur. Plin. *lib.* 9. *cap.* 37.

Algōsus, a, um, Alga abundans, φυκώδης. Plin. *lib.* 32. *c.* 9. Acervantur muricum modo, vivúntque in algosis.

Algĭdus, Mons ab urbe duodecim passuum millibus distans, ab assiduo frigore sic dictus. Horatius,

*Quæque Aventinum tenet, Algidumque.*

Ab hoc quoque sylva Algida dicta est, huic monti subjacens, in cuius ingressu Regillus lacus est.

Algidum, ἄλγιδον Stephano, Italiæ oppidum, non procul à Tusculo, in Alco monte situm, ex æris algore propterea dictum, nunc *Rocca di Papa*, ex veteris situs descriptione existimatur, sylvàque proxima adhuc Algidi sylua cognominatur. Volaterr.

Algĭdensis, e, adject. ut Raphanus Algidensis, qui circa Algidum nascitur, longus & translucidus. Plin. *lib.* 19. *c.* 4.

Algĕo, es, alsi, vel alxi, alsum, à Græco ἀλγέω, frigeo. { קר מני *kar ani*, צנן *tsanán.* ψύχομαι. Gall. *Avoir grand froid, geler de froid.* Ital. *Patir freddo.* Germ. Groß frost oder kelte erleyden. Hisp. *Enfrianse.* Angl. *To be very cold.* } ¶ ✻ Æstuo. Cic. *Tusc.* 2. Itémque Lycurgi laboribus eruditur iuventutem venando, currendo, esuriendo, sitiendo, algendo, æstuando.

Algĭdus, a, um, adject. Frigidus. { קר *kar.* ψυχρὸς, ψυγερὸς. Gall. *Fort froid.* Ital. *Freddo.* Germ. Kalt. Hisp. *Cosa fria, fresca, con frialdad.* Angl. *Very cold.* } Catul. Ego viridis algida Idæníve amica loca colam, Algida nive, hoc est frigida. Ovid. 6. *Fast.*

*Videras in campo algida terra tuis.*

Algĭfĭcus, quasi Algefacions. { ψυχρόποιος. Gall. *Qui fait qu'on tremble de freid.* Ital. *Infreddante.* Germ. Der kelte oder frost macht. Hisp. *Cosa que haze frio ò frescura.* Angl. *which maketh, or bringeth much coldnesse.* } Gell. *lib.* 19. *c.* 4. Quòd timor sit omnibus algificus: id est, frigus inducens.

Algo, pro algore: ut Guberna, pro gubernacula: Do, pro domo.

Algor, oris, ab algeo. Idem quod frigus, & propriè frigus vehementius. { קור *kor*, צנה *tsinán.* ψύχος. ῥῖγος. Gall. *Froidure grande, grand froid.* Ital. *Freddo.* Germ. Kelter frost. Hisp. *Frio ò frescor grande.* Angl. *Great coldnesse.* } Plinius *lib.* 14. *cap.* 2. Æstu magis quàm algore vexantur. Salust. *in Catil.* Corpus patiens inediæ, vigiliæ, algoris.

¶ Algorithmus, supputandi peritia: ab *al* articulo Arabico, & ἀριθμὸς numerus.

Algorista, peritus supputandi, tanquam à verbo ἀριθμέω. ‖

Algŭs, i, idem quod algor. { Angl. *Exceading coldnesse.* } Lucretius *lib.* 3.

*Solicitè evolitant morbis, algóque, faméque.*

Nonius. Algus facit ordinis quarti: Algu, inquit, pro algore. Accius *in Andromeda*, Misera obvallor saxo, senio, perdore, algúque & fame. Varro *περὶ γεωργ.* Teges ruina subjacentem, ne sub dio ambellet algus dentiente frigore. Ex Nonio.

Algŭs, us, ui. Plaut. *in Rud.* Vel sudа, vel peri algu, vel etiam ægrota. ¶ Per translationem ponitur pro dolore & tristitia. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Nisi illam interfecero siti, famèque & algu.

Alsius, ψυχρότερος, comparativum ab Alsus: unde & Alsiosus. Cic. *Attic. lib.* 4. Nihil quietius, nihil alsius, nihil amœnius. Idem *ad Q. Frat. lib.* 3. Iam apodyterio nihil alsius, nihil muscosius.

Alsiōsus, adjectivum. { ψυχρὸς *tsenún.* ψυχρόλ. Gall. *Frileux, fuyet à froid.* Ital. *Freddoloso, aggbiacciato.* Germ. Frößsam/ Das bald erfrewret ist. Hisp. *Cosa fria ò fresca.* Angl. *Subiect to rodelesse.* } Quod naturæ est frigescentis, & facilè à frigore lædítur. Plin. *lib.* 20. *cap.* 13. Alsiosisque crudam dedemus in cibo. Idem *lib.* 27. *cap.* 10. Abrotonum & adonium alsiosa admodum sunt. Varr. *de re rustic.* 3. Stabulatur pecus melius ad hybernos exortus, si spectat quod est alsiosum.

Alsi, est ἄλλοτε, alio tempore. Vide *Alius.*

Alibantes, ἀλιβαντες, mortui dicuntur, παρὰ τὸ ἰχῶρ ἀλείβειν, hoc est, eo quòd humido illo naturali destituti sint. Cæl. *lib.* 3. *c.* 12.

¶ Alibi, ab Aliud & Ibi, alicunde aliquo unde, alienus ab alius, ut ἀλλοτρίως ab ἄλλος.

Alibre, alimentum. Gloss. Isid. ‖

Alica, Ex tritici generibus est (ut inquit Galenus *lib.* 1. *de facult. aliment.*) aut certè farris genus tritico simile, succum tamen lentiorem habens quàm triticum, sive in aqua cocta cum mulso, aut vino, sive cum oleo saléque frixa sumatur. χόνδρος. Plin. *lib.* 18. *cap.* 7. Tunicæ frumento plures. Hordeum maximè nudum, & alica, sed præcipuè avena. Nomen autem Alicæ, ab alendo Festus deducit, quòd vehementer nutriat. ¶ Est præterea Alica, confectio quædam ex frugum quarundam farina, aliis in locis aliter præparata: ita dicta (ut ex Ægineta colligi potest) quòd primùm ex frumento, sive farre, cui Alica nomen est, fuerit confecta. Postea tamen magis receptum fuit, ut ex zea conficeretur: plures autem fuerunt apud veteres alicæ conficiendæ rationes, quas omnes exequitur Plin. *lib.* 18. *c.* 21. Palladius quoque *lib.* 6. docet quo pacto ex hordeo confici possit.

¶ Alicalou, bonum nomen. Onom. M. ‖

Alicarix, meretrices festo, quæ ante pistrina alicariorum sedebant quæstus gratia: sicut ante stabula versantes, Prostibulæ, & Prosedæ dicebantur. Plaut. *Casina.* Ambi vis inter istas versarier prosedas, pistorum amicas, &c. Sic Alicarius. Lucil. *Satyris.* Charis. *lib.* 1.

‖ Alicarius, qui alicam conficit, aut rei salariæ præfectus. Lex grab. ‖

Alicastrum, genus farris est, ea forma ab Alica derivatum, qua Silicastrum a Siliqua. Col. *lib.* 2. *c.* 6. Semen trimestre quod dicitur Alicastrum, idque pondere, & bonitate præcipuum est.

¶ Alices facere, i. e. extensiones omnium membrorum, more eorum qui à somno expergefiunt.

Alicruda, alimenta cruda. Suid. ‖

Alicŭlæ, recensentur ab Ulpiano inter pueriles, vestes, *l. vestis* 23. §. 2. *D. de auro & argento.* Hotomannus, vir Iurisconsultus doctissimus, *Allicula*, legendum conjicit, ut manicatæ tunicæ intelligantur, quæ pueris decorè, grandioribus autem minus honestè apud Romanos erant, ut patet ex Gellii *lib.* 7. *c.* 12. Καὶ ἀλλαντίδα, quod vocabulum, ut autor est Hesychius, tunicam chiridotam, id est manicatam significat: ἄλλας, inquit, χειριδωτὰς. Ex Lexico Hotomanni. Alii, *Caligula*, ut notat Gothofred. *ibid.* vide Cuiac. *lib.* 10. *observ.* 17.

¶ Alid, alit, aliut, pro aliud. Lucret. ‖

Alienigĕnus, a, um. Nomen compositum à nomine Genus, vel à verbo Gigno, & significat quod est externum, vel alieni generis, vel inter alios genitum, { ἀλλοδαπὸς, ἀλλόφυλος. Angl. *Straunger.* } Valer. *lib.* 1. Adjici nostris duo ejusdem generis alienigena exempla non absurdè possunt. Colum. *lib.* 8. *c.* 16. Alienigeni pisces. Et *lib.* 3. *c.* 4. Alienigena semina.

Alienigĕna, communis generis, vel secundùm Probum, omnis generis, sumitur in eodem significato cum Alienigenus. { נכר *nechar.* ἀλλόφυλος. Gall. *Estranger.* Ital. *Forestiere.* Germ. Ein frembling/ ausslander. Hisp. *Estrangero.* Angl. *Straunger.* } Gell. *lib.* 2. *c.* 24. Neque vino alienigena, sed patrio usuros. Sic & alia composita à Gigno: ut Agmen, Troiugena. Cicero alienigena dictus. Quint. Tacit. *lib.* 11. Cœtus alienigenarum.

Alifer, Aliger, vide *Ala.*

Aligurius, proprium nomen. Cicer. *Tyroni lib.* 16. *epist.* 18. *ad finem.* Aligurius Cæsaris familiaris mortuus est, bonus homo, & nobis amicus.

Alima, ἄλιμα, medicamenta dicuntur, quæ famen aut sedant, aut prohibent obrepere, quemadmodum Adipsa dicuntur, quæ sitì resultant. Utrorumque meminit Plutarch. *in Symp. septem Sapientum.*

Alimala, ἀλίμαλα Stephano, locus est in Lycia.

Alimentum, Alimentarius, Alimonia, Alimonium, vide *Alo.*

Alinda, ἄλινδα, urbs Cariæ, in qua regnavit Ada, filia Hecatomni regis Cariæ, auxilio Alexandri Magni. Strab. *lib.* 14.

Alindoia, ἀλίνδοια, civitas Macedoniæ. Steph.

Alipæna, emplastra quæ ex medicamentis non pinguibus conficiuntur, ἀλιπαίνω. Nam λιπαίνω idem est quod impingo. Celsus *lib.* 5. *c.* 19.

¶ Alipasma, pulviculus, qui oleo commistus inungitur ad cohibendos sudores. ‖

Alipēs, vide *Ala.*

Aliphē, ἄλιφα, olim oppidum erat in Samnio. Hinc Aliphani populi, & Aliphana pocula, apud Horat. *lib.* 2. *Serm.*

Aliphirxi, ἀλιφιρξαι, Arcadiæ populi. Plin. *lib.* 4. *cap.* 6. ab oppido Aliphira. Cic. *ad Attic. lib.* 6. *epist.* 113. Arcasiæ censebat esse Lepreon quoddam maritimum. Tenc autem, & Aliphira, & Tritia, νῆσοι ei videbantur.

Alipilus, vide *Ala.*

Aliptērium, ἀλειπτήριον, locus erat in balneis, in quo loti ungebantur. Cæl. *lib.* 16. *cap.* 47.

Aliptă & Aliptēs, ἀλείπτης, dicebatur magister athletarum, qui eos certaturos inungebat, eáque curabat, quæ ad corporis robur attinebant. Dictus λαὸ τῷ ἀλείφειν, quod est inungere. Hac voce usus est Cic. *epist. ad Lentulum.* Qui homines quòd me salvum voluerunt, est gratissimum. Sed vellem non solum salutis meæ, quemadmodum medici, sed etiam ut aliptæ, virium & coloris rationem habere voluissent. ¶ Dicuntur præterea Aliptæ, chirurgi, qui & ipsi oleis, pinguibúsque malagmatibus foris adhibitis vulneribus morbísque exterioribus medentur. Celsus *lib.* 1. *cap.* 1. Sanus homo, & qui bene valet, nullis obligare se legibus debet, ac neque medico, neque aliptæ egere. Ubi tamen nonnulli leguntur Iatrolipta. ¶ Est etiam Aliptes, fontis nomen apud Ephesum.

Aliquando, { פעמים *pehamim.* ποτὲ Gall. *Quelquesfois, aucunesfois, une fois entre autres.* Ital. *Alcuna volta, tal' hora.* Germ. Etwan ein mahl/ bisweylen. Hisp. *Alguna vez, en algun tiempo.* Angl. *Some tyme.* } Secundùm Priscianum, cum accentu in antepenultima, quamvis in carmine ratione positionis semper producatur. Aliud enim est syllabæ quantitas, aliud accentus. Habet autem tria tempora, præsens, præteritum, & futurum; & significat idem quod Nonnunquam: interdum quondam, vel aliquo tempore, vel tandem, vel etiam longo ordine. Ovid. 6. *Fast.*

*Venimus ad felix aliquando nomen Iuli,*

i. longo ordine stirpis. Cic. *Valerio*, Aliquando nos revisas.

Aliquanto, Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 4. Aliquanto ampliùs valere. Aliquanto ante: aliquanto post: aliquanto amplius. Cic.

Aliquantŭs, adjectivum, ex Alius & quantus, ποσὸς, ποσότις etc. Gall. *Aucunement grand, de quelque grandeur ou quantité.* Ital. *Aliquanto grande.* Germ. Etwan groß. Hisp. *Cosa algun tanto, tal, ò tamaña.* Angl. *Of some quantitie and greatnesse.* } Idem penè quod mediocris significat. Sallust. *in Iugur.* Timor aliquantus, sed spes amplior.

Aliquantum, { מעט *chimʿát.* ἐπὶ ποσὸν, ὀλίγον. Gall. *Vn peu, quelque peu.* Ital. *Alquanto.* Germ. Etwas/ ein wenig. Hisp. *Algun tanto tal.* Angl. *Sommewhat, a litle.* } Modò nomen est, ut apud Cic. *pro Cluentio*, Aliquantum agri in medio relictum est. Plaut. *Most. sc.* 1.

*m.* 2. Aliquantum argenti lucrifacere. Et *Cap. fc.* 5. *a.* 3. Sabinus aliquantum. Modò adverbium significans Paulùm, Nonnihil, Leviter: Nescio quid, Aliqua ex parte. Plin. *lib.* 3. *c.* 3. Aliquantum vetus forma mutata est. ¶ Propriè positivo jungitur: interdum tamen comparativo, ut apud Terent. *in Eunuch.* Eius frater aliquantum ad rem est avidior. ¶ Aliquantò, aliud adverb. idem quod aliquantùm: sed comparativis propriè jungitur. Plin. *lib.* 22. *c.* 6. Folio aliquantò latiore.

Aliquantulum, diminutivum ab Aliquantum, idem significat quod Paululum. { *מְעַט zeʼér. ὀλίγον.* Gall. *Vn peu, tant soit peu.* Ital. *Pochetto, picolino.* Germ. *Ein klein wenig.* Hisp. *Pequillo.* Angl. *Somewath, or a litle.* } Cic. *lib.* 2. *de Invent.* Et de natura licet aliquantulum ducere suspicionis. Idem *pro Quinct.* Quum reis alieni aliquantulum relictum esset.

Aliquantillum, diminutivum ab Aliquantulùm. { *זְעֵר שְׁחַם זְעֵר שְׁחַם. μικρὸν μικρόν, μικρὸν μικρόν.* Gall. *Tant soit peu, le moins du monde.* Ital. *Pochissimo, poco.* Germ. *Gar ein klein wenig.* Hisp. *Muy poquillo.* Angl. *A litle, somewhate.* } Plaut. *in Capt.* Foris aliquantillum etiam quod gusto, id beat.

Aliquāndiū, adverbium temporis: aliquo tempore, non autem longo admodum. { *ἐπί χρόνον, ἐπὶ πολὺ χρόνον.* Gall. *Quelque temps, par l'espace de quelque temps.* Ital. *Alquanto tempo.* Germ. *Etwan ein zeytlang.* Hisp. *Algun tiempo.* Angl. *A litle while, or space.* } Cic. *Acad.* Aristum Athenis audivit aliquandiu.

Aliquāmmultī, pro aliquot. Cic. 6. *Verr.* Sunt vestrùm aliquammulti qui L. Pisonem agnoverunt. Alii legunt, Quàm multi.

Aliquāntisper, adverbium, ad temporis brevitatem refertur, ut ait Valla: idémque significat quod aliquandiu. { *כְּמְעַט chimhát. ἐπὶ χρόνον.* Gall. *Pour quelque peu de temps.* Ital. *Alquanto tempo.* Germ. *Ein weyle ein kleine zeytlang.* Hisp. *Por algun tiempo.* Angl. *A litle while or space.* } Terent. *in Heautont.* At certè concedas aliquò ab eorum ore aliquantisper. Plaut. *Pseud. fc.* 5. *a.* 1. Concedere intrò aliquantisper libet.

Aliquis, aliqua, aliquod, quasi Alius quis, & habet vim pluralem, quamvis singulariter dicatur: non enim est aliquis, nisi de multis. Unde & apud Veteres vario genere numeróque proferebatur. { *אִישׁ echádh. τὶς.* Gall. *Aucun, quelqu'un.* Ital. *Alcuno, qualch'uno.* Germ. *Etwan einer / jemandts.* Hisp. *Alguno.* Angl. *Some, some one.* } Terent. Aperite aliquis acturùm ostium. Idem est dicendum de Quispiam, & Ullus. Plaut. *Most. fc.* 2. *a.* 1. Adminiculum eis danunt aliquem cognatum suum. Idem *Aul. prol.* Aut thure, aut vino, aut aliqui semper mihi supplicat (aliàs aliquo; id est, re aliqua.) Reperisti aliquam rimam (proverbium.) Idem *Curc. fc.* 2. *a.* 1. Ovid. *Eleg.* 11. *lib.* 3. *Trist.*

*Et tamen est aliquis qui vulnera cruda retractet.*

Idem 13. *Metam.*

——— *Aliquem nobit quoque reddat honorem.*

Capenates aliqui (pro quidam) vel aliquot. Liv. 6. *bell. Pun.* Et in re aliqua, pro certa quadam. Idem *lib.* 6. *bell. Pun.* Et in aliqua insula, (pro certa quadam,) idem *lib.* 34. ¶ Aliquis etiam, ut Græcis τὶς, capitur pro homine non obscuro, & nonnullius pretii. Cicer. *Attic.* Itaque fac, ut me velis esse aliquem: quoniam qui fui, & qui esse potui, iam esse non possum: id est, Velis esse me non prorsus obscurum & abjectum. Juven. *Sat.* 3.

*Aude aliquid brevibus Gyaris, & carcere dignum,*
*Si vis esse aliquis.*

¶ Aliquis ex Plin. *lib.* 13. *cap.* 3. Aliquem ex privatis audivimus jussisse. ¶ Aliquis cum genitivo. Cic. *ad Attic.* Expectabam aliquem meorum.

Aliquid, substantivum est: ut, Aliquid utile. { *מְאוּמָה meumáh.* τὶ. Gall. *Quelque chose.* Germ. *Etwas.* Angl. *Some thing.* } Cic. *Attic.* Ego tibi aliquid de meis scriptis mittam. Plaut. *Capt. fc.* 4. *a.* 3. Iam aliquid pugnæ edidit. Idem *Curc. fc.* 3. *a.* 2. Iam edes aliquid. C. Nolo hercle, aliquid certum, quàm aliquid mavolo. *Ibid.* Aliquid priùs obtrudamus, pernam, &c. Idem *Pseud. fc.* 3. *a.* 1. Dabit, parabit aliquid. Idem *Most. fc.* 3. *a.* 1. Dabo aliquid tibi peculi. Ovid. *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Trist.*

*Non aliquid dixi, violentaque lingua locuta est.*

Idem *Eleg.* 11. *lib.* 2. *Trist.*

*Cur aliquid vidi, &c.*

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.*

*Est aliquid fatale malum per verba levare.*

Idem *lib.* 13. *Metamorph.*

*Si Troia fatis aliquid restare putasti.*

Idem 6. *Fast.*

*Est aliquid nupsisse Iovi, Iovis esse sororem.*

Quintil. Paulùm aliquid sedere in scholis.

Aliquispiam, idem prorsus est quod quispiam, *τὶς.* Cic. *pro Sestio.* Aliquapiam vi pelleretur. ¶ Alia exemplaria habent, alia quapiam vi expelleretur ex hac urbe, facilè pateretur. Et ita omnino legendum est. Alicuiquam. Liv. *lib.* 1. *d.* 5.

Aliquā, adverbium. Per aliquem locum. { *πῇ.* Gall. *Par quelque part, par quelque lieu, par quelque voye.* Ital. *Per qualche luogo.* Germ. *Etwan durch ein ort oder weg.* Hisp. *Por algun lugar.* Angl. *Bi some place, or waye.* } Cic. 3. *Verr.* Capere aliquà evolare, si posset. ¶ Item Aliquà, pro Aliquo pacto. Virg. 3. *Eclog.* 1.

*Et si non aliquà nescissei, mortuus esses.*

Ubi Servius. Aliquà, id est, Aliquatenus, Aliqua ratione.

¶ Aliquammulti, pro aliquot. Cic. ¶

Aliquatēnus, significat Usque ad aliquam partem, Ex aliqua parte, Aliqua ratione. { *מִמְּקוֹם מְקוֹם, אִישׁ אִישׁ, מִזֶּה מִזֶּה.* Gall. *Iusques à quelque quantité, iusques icy ou là.* Ital. *Ad alcuna parte.* Germ. *Biß auff ein theil / etlichermaßen.* Hisp. *En alguna manera.* Angl. *To some part, by some waye.* } Quint. Verùm hoc aliquatenus temporum mutaturu est conditione. Plin. *lib.* 17. *cap.* 11. Caulibus pluribus ab una radice aliquatenus rubentibus. Quintil. *Declam.* 330. Me verecundia inhibuit aliquatenus verum illarum dicere.



Aliquō. Ad aliquem locum, { *πού. ἐκείνου.* Gall. *En quelque lieu.* Ital. *A qualche luogo.* Germ. *Etwan hin.* Hisp. *En algun lugar.* Angl. *To some place.* } Terent. *Heaut.* Aliquò protegit militarem. Plaut. *Milit. fc.* 6. *a.* 1. Aliquò sufugiam, & me occultabo aliquot dies. Idem *Men. fc.* 2. *a.* 1. Aliquò condixi eam. ¶ Interdum additur ei accusativus cum præpositione *in.* Terent. *in Adelph.* In angulum aliquò abeam, pro in aliquem angulum. Plaut. *Men. fc.* 1. *a.* 3. Immersit aliquò se in ganeum. Aliquo multum: Apuleius *in Apolog.* Sed hæc defensio, ut dixi, aliquò multùm à me remota est.

Aliquòrsum, versùs aliquem locum. *εἰς τινα τόπον.*

¶ Aliquo seorsus, *κατά τινα χωρίον*, Glossæ vet. ¶

Aliquot. { *מִסְפָּרִים mikhsafim. τὰ ἐκ τινων.* Gall. *Quelques-uns, quelque nombre, ie ne sçay combien.* Ital. *Alquanti.* Germ. *Etlich / etwan vil.* Hisp. *Algunos en numero.* Angl. *Some.* } Numero tantùm pluralis, teste Donato, significat idem quod Nec multi, nec pauci. Nonnulli. Terent. *Andr.* Aliquot me adiere. Cic. *de Universit.* Disciplinæ Pythagoricæ aliquot sæcula in Italia, Siciliáve viguit. Plaut. *Men. fc.* 5. *a.* 5. Elleborum potabis aliquot dies: (aliàs Aliquos. ¶ Idem *Curc. fc.* 1. *a.* 2. Aliquot dies perdura, &c. Vide *Aliquo*, suprà.

Aliquōtfariam, *ἐκ πολλοῦ.* Varr. *de re rust. lib.* 1. *c.* 2. In eo agro aliquotfariam in singula iugera dena culea vini fiunt, id est, quibusdam locis.

Aliquotiēns, seu Aliquoties, finem, significat aliquot vicibus. { *פְּעָמִים pehamim. ἐνίοτε, ἐνίοτε.* Gall. *Quelquesfois, iesne sçay combien de fois.* Ital. *Alcune volte, alquante volte.* Germ. *Etlich mahl / nit etwas.* Hisp. *Algunas vezes.* Angl. *Some times.* } Cic. 4. *Verr.* Aliquoties ad socios literas de istius injuriis miserat. Idem *pro Quinct.* M. Iunius, qui hanc causam aliquoties apud te egit.

Alisarna, ἀλίσαρνα, oppidum est Troadis, apud Stephanum: à quo fit gentile Alisarnæus, *ἀλισαρναῖος.*

Alisma, sive Damasonium, *ἄλισμα* Dioscoridi, herbæ est nomen, quam Plinius describit ex Dioscor. *lib.* 27. *c.* 10. Adhuc planta ignota est. Nec enim est (ut nonnulli putant) plantago aquatica, nec falula pastoris, minusque ea, quam figura exhibet Matthiolus, cui caulis simplex, nec quicquam Thysi instar (ut in achanto cernitur,) & tamen eadem vires quas Alisma Dioscoridis habere attestatur, cuius testimonio fidem derogat vel ipsa remediorum varietas, cum experiendi difficultate.

Alistus, ἄλιστος Ptolomæo, oppidum Germaniæ in tractu maritimo Saxoniæ.

Alisum, ἄλισον Ptolomæo, oppidum in Septentrionali plaga Germaniæ, non procul à Sicambris.

Alisma, atis, *ἄλισμα* Dioscoridi, herbæ est nomen, quam nonnulli fistulam pastoris, alii Plantagini aquaticæ eandem faciunt.

Alista, ἄλιστα, insulæ Corsicæ urbs, in latere Meridionali, Ptolom.

Alitta ab Arabibus Venus vocatur, ab Assyriis Melitta, à Græcis Pitho, ab Eleis Urania, à Scythis Argimpasa, à Cypris Barbata, Calua, Armata, Pandemis, Apostropha, Callipygos: à Thebanis Præpotens, à Persis Mitra appellata est. Dicitur eadem & Cypris, Adonis, Verticorda, Aphrodite, &c.

Alitūra, vide *Alo.*

Aliter, Infrà suo loco.

Alius, a, ud, genitivo alius, quamvis in carmine sit indifferens, idem est quo diversus. ¶ Veteribus Alis, unde neutrum Alid. Alis, id est, aliis. Catull. *de Coma Beren.*

*Conjugium quod non fortior ausit alis.*

Lucret. *lib.* 1.

*Quando alid ex alio reficit natura.*

Sic etiam dicimus. Honor alit artes, hoc est, Auget artes, & ad eas capessendas nos incitat. Speciem proverbii habet, quo admonemur, honorem esse præmium virtutis. ¶ Duo sunt huius verbi participia præteriti temporis, Alitus & Altus, quemadmodum & duo supina, Alitum & Altum. Diomedes tamen Altum rectiùs dici putavit, quàm Alitum, idque ambiguitatis vitandæ gratiâ. Apud Ciceronem tamen contrà, Altum sæpiùs legimus, quam Alitum: ut *in Brut.*

Vidēsne igitur, ut in ea ipsa urbe, in qua & nata, & alta sit eloquentia, quàm ea ferò prodierit in lucem?

Alodis, vel Alodium, est hæreditas omnis, quæ à parentibus possidetur, & accipitur.

Altĕr, ĕrtis, verbale, qui alit, sive educat. { אמן *omén.* τροφός, θηλάζων. GALL. *Nourrissier.* ITAL. *Balio.* GERM. Ein ernehrer. HISP. *Criador à mantenedor* ANGL. *He which nourisheth, or feedeth.* } Cic. *lib.* 2. *de nat. Deor.* Omnium autem rerum, quæ naturâ administrantur, fominator & sator & parens, ut ita dicam, atque educator & altor est mundus.

Altrix, icis, quæ alit. { אמנרת *oméneth.* θηλάζουσα, ἡ τροφός. GALL. *Nourrisse.* ITAL. *Balia, nutrice.* GERM. Ein ernehrerin, auffzeucherin, seugamm. HISP. *Criadora à mantenedora.* ANGL. *She that nourisheth.* } Plaut. *lib.* 10. *c.* 64. Altricémque habere per se vitam illam, quæ satis arbotibúsque contingat.

Alebra, bona quibus alimur.

Alibĭlis, e, quod facultatem habet alendi. { אמן *ómen.* θρεπτικός. GALL. *Nourrissant.* ITAL. *Cosa da nutrire.* GERM. Das yrot nehrt. HISP. *Cosa que cria.* ANGL. *Which nourisheth, nourishing.* } Varro *de re rust. lib.* 1. *cap.* 11. Est enim lac omnium rerum, quas cibi causa capimus, liquentium maximè alibile: *rum infrà*, Cum molles sunt caseî, magis alibiles & in corpore non resident.

Alitūra, pro nutritione. { מחיה *michiáh.* ἡ θρέψις, τὸ τρόφιμον. GALL. *Nourriture.* ITAL. *Nutritura.* GERM. Ernehrung. HISP. *Crianza.* ANGL. *Nurishment.* } Gell. *lib.* 12. *cap.* 1. Alituram ferat, & sævam criminatus est.

Alimentārius, a, um, quod ad alimentum pertinet. { τροφικός. GALL. *Appartenant à la nourriture.* ITAL. *Pertinente al nutrimento.* GERM. Dan yu der ernehrung, oder erziehung gehört. HISP. *Cosa perteneciente à mantenemiento.* ANGL. *Which pertinegh to nurishment.* } ut, Lex alimentaria, quâ filii parentes alere tenebantur. ¶ Alimentarius, cui alimenta legata sunt: sæpè legitur in iure civili, & præcipuè *in l. quum* 39. *de transact. lib.* 2. *Pandect.* Cic. *ep.* 8. Lex alimentaria.

Alimentum, quod datur ad vitæ sustentationem. { מזון מחיה *mazón, michiah.* τροφή. GALL. *Nourriture, aliment.* ITAL. *Nutrimento.* GERM. Nerung. HISP. *El mantenemiento.* ANGL. *Meate, nurishment.* } Scribunt Iurisconsulti, alimentis legatis, cibaria, & vestitum, & habitationem deberi: quia sine his alii corpus non potest, *l.* 43. & 44. *ff. de verb. sign.* Plin. *lib.* 11. *c.* 13. Hoc quidam attingi vetant, ut largo alimento valida exeat soboles. Cicer. *de Univer.* Nec verò desiderabat mundus alimenta corporis. Inter alimenta igitur & cibaria hoc interest apud Iurisconsultos, quod illorum nomine ea omnia continent, sine quibus alii corpus non potest: Horum verò tantùm quæ ad cibum pertinent *D. lib.* 34. *tit.* 1. Senec. *cap.* 11. *de consol. ad Marc.* Alimenta metuit sua homo, quorum modum inopia rumpit. Gell. *c.* 4. *lib.* 9. Eius victus alimento vitam ducere. Et Liv. *lib.* 5. *c.* 4. Alimenta immoribus addere.

Alimōnia, idem quod alimentum, nutrimentum. Macrobius. Et Gell. *lib.* 17. *c.* 15. Amissóque omni naturalis alimoniæ fundamento, homo exhaustus intereat. Et *lib.* 12. *c.* 1. Filium alimoniâ privare.

Alimonium, ii, idem. Var. *lib.* 1. *c.* 16. Hæc omnia vocant è mellis alimonio, aluos Et *lib.* 1. *c.* 8. In partu & alimonio vinum non ut in calice quærit aquam, sed solem. Alimentum est, quo alimur: Alimonium, alendi cura. Isid. *lib.* 20. *orig. cap.* 2.

Alsium, algidum, frigidum. Lucr. *lib.* 5.

*Ignis enim curavit ut alsia corpora frigus*
*Non ita iam possent cœli sub tegmine ferre.*

Altilis, & in plurali Altilia. { אבוס *ábús.* σιτευτόν. GALL. *Qu'on engraisse, nourry pour engraisser.* ITAL. *Tutto le cose che s'ingrassa.* GERM. Gemeste dyer, was mestet. HISP. *Cosa por engordar.* ANGL. *Which is made fat by nurishing.* } quicquid domi, vel in villis, vel in vivariis saginatur, sive sit avis, sive quadrupes, sive piscis: ab alendo, quasi Alitilis, ut Altilis gallina, quæ alia est. Gell. *c.* 8. *lib.* 15. superiorem partem avium, atque altilium qui edunt, eos palatum non habere. Apuleius *Apologia* 1. Non magis arbitror, quam si quærentem lepores, vel apros, vel altilia. Macrobius Altilem sanguinem dixit, non qui alitur, sed qui alit. πίσσυρον, quasi Alentem. Plaut. *in Cist.* Docem altilem, opulentiam dixit.

Altus, us, ui, alendi actio, θρέψις, Macrob. *Satur. lib.* 1. *c.* 20. Vel terræ, vel rerum naturæ alta nutritur universitas. Varro *lib.* 2. *cap.* 5. Boves altiles ad sacrificia publica saginati. Plin. *lib.* 10. *c.* 50. Gallina altilis. Iuven. *sat.* 5. Aper altilis. Plin. *lib.* 9. *c.* 56. Altiles cochleæ.

Alūmnari, Alere & enutrire, { אמן *amán*, גדר *ghiddél.* τρέφειν. GALL. *Nourrir.* ITAL. *Nutrire.* GERM. Ernehren. HISP. *Criar.* ANGL. *To nurishe, to feed.* } Apul. *lib.* 8. *de Asin.* Quos ad tutelæ præsidia curiosè fuerant alumnati. Vox non satis recepta Latinis.

Alūmnus, dicitur filius, vel discipulus, qui ab aliquo, velut à patre, alitur, sive victu, sive moribus, sive doctrina. { אמן *amon.* τρόφιμος. GALL. *Nourrissen, celuy qu'on nourrit.* ITAL. *Allievo, chi è nozrito.* GERM. Ein ernehrer, ein iungling. HISP. *Criado.* ANGL. *An foster, he which is nurished, or brogh up ather in meate, manors or learning.* } Cicer. *Dolabellæ*, mihi verò gloriosum, te juvenem Consulem florere laudibus, quasi alumnum disciplinæ meæ. Curt. *lib.* 7. Oro quæ quòque ne humanarum rerum terminos adeuntem alumnum, commilitonem vestrum, ne dicam regem, deseratis. Virg. 6. *Æneid.*

*Nereus & Tityon, terræ omnipotentis alumnum*
*Cernere erat.*

Plaut. *Mostell. sc.* 4. *a.* 1. Oh ocellus meus, cuius sum alumnus! quid tuam mammam adeo. } B. August. *lib.* 7. *de civ. Dei.* Alumnus Iupiter dictus, quòd omnia aleret. Nonius putavit tam activè, quam passivè accipi posse, hoc est, tam pro eo qui alit, quàm qui alitur, quo nomine reperiendi situs immeritò a Varr. Nam & Cic. & Plin. & Cato. Tacit. in hac significatione posuerunt. Plin. *lib.* 3. *c.* 5. Terra omnium rerum alumna, eadem & parens nomine Deûm electa de Iuba dictum. Sic Cato. Tacit. *in Dialog. de Clar. Orat.* Et, inquit, magna ista & notabilis eloquentia, alumna licentiæ, quam stulti libertatem vocant.

Alumnus Christianis, pro Christianis. Prudent.

àloè, { אהלות *ahaléth.* ἀλόη. GALL. *Herbe tres-amere, de laquelle le iuz s'appelle aloë.* ITAL. *Herba di aloe.* GERM. Aloe/ ein kraut so bitter ist/ist. HISP. *Hierva baboſa, Acivar.* ANGL. *An very bitter keerbe the iuice wherof is called Aloe.* } Herba est amaritiei succi, quæ a quibusdam Sempervivum marinum appellatur. Resistit vermibus & putredini, ac visui utilis est. Gignitur in India & in Arabia herba odoris gravissimi, foliis pinguibus, & crassis, & in modicam latitudinem se fundentibus, usque ltriatis, & in spinulas teretes desinentibus. ¶ Pus aloes quam mellis habere, proverbialis metaphora, perinde declarans, ac si dicas, plus molestiæ, quam voluptatis. Apud Plautum alicubi legitur, vitam hominis plus aloes, quam mellis habere. Et Iuvenal. *de uxore.*

*Plus aloës quàm mellis habet.*

Alōeūs, ἀλωεύς. Nomen Gigantis, Titanis & Terræ filii: cuius uxor Iphimedia a Neptuno violata, duos peperit filios, Otum, & Ephialtem, quos Aloëus pro suis educavit: unde & Aloidæ, ἀλωάδαι appellati sunt. Hi quum Gigantibus superi bellum inferentibus opem ferrent, Apollinis & Dianæ telis confixi sunt. Virg. 6. *Æneid.*

*Hic & Aloïdas geminos, immania vidi.*
*Corpora, qui manibus magnum rescindere cœlum Aggressi.*

Aloga, ἄλογα, pro equis passim sumuntur apud Leonem, Mauritium & alios.

Alogia, ἀλογία. { ANGL. *Lacke of reazone.* } Latinè irrationalitas (ut ita dicam) interpretari potest, quum scilicet quavis in re à rectæ rationis dictamine recedimus. Augult. *ad Casulanum*, pro immoderato conviviorum luxu accepit: Attendite (inquit) quemadmodum Dominicæ dies non parum prandio reficiatur, sed alogia delectetur. Sicut enim animalia ratione carentia ἄλογα dicuntur, quibus similes sunt, ventri dediti: ita immoderatum convivium, quo mens (in qua ratio dominatur) ingurgitatione vescendi ac bibendi quodammodo obruitur, Alogia nuncupatur. ¶ Dicitur etiam Alogia, quum principis liberalitate, gratiáque necessitas reddendarum rationum cuipiam remittitur.

Alogiani, ἀλογοι, Hæretici fuerunt, sic vocati tanquam sine verbo: propterea quod τὸν λόγον, hoc est, Dei filio, qui Patris verbum appellatur, divinitatem non agnoscerent, Ioannis Evangelium respuentes.

‖ Alogista, qui reddere rationem non tenetur.

Alogitta, alogia, liberatio.

Alogium, actio in cum, qui non reddit rationem. Isid.

Alogoflabios, equile. Lex. gr. b. ‖

Alogum, vox est deficientis sæculi, & est equus, sic dictus, ut qui careat ratione.

Aloia, iuxta Plinium, dicitur esse animal mulæ, propemodum carens flexura poplitum in anterioribus cruribus. Ideò inter dormiendum non cubat, sed innititur arbori. Tu vide locum.

Alolte, es, { דודאים *dudhaim.* ἀλλὶμ. GALL. *Mandragore.* ITAL. *mandragora.* GERM. Alraun. HISP. *Mandragola.* ANGL. *A mandrager.* } Herba est vim habens soporificam, quæ alio nomine Mandragora dicitur.

Alona, æ, ut apud Melam legitur } sive Alona, æ, ἀλόνα Ptolomæo, fluvius est Hispaniæ in finu Iberico. Est & Alone, ἄλωνη, insula inter Lebedum & Theom reperte cauta. Plin. *lib.* 12. *c.* 89.

Aloni, populi Mesopotamiæ Gordyæis juncti, per quos Zerbis fluvius in Tigrim cadit. Plin. *lib.* 6. *cap.* 26.

Alontigeti, Hispaniæ populi in conventu Hispalensi. Plin. *lib.* 3. *cap.* 1.

Alonium, vide *Alunium.*

Alope, es, ἀλόπη, Thessaliæ civitas est apud Plin. *lib.* 4. *c.* 7. dicta ab Alope Cercionis, sive (ut aliis placet) Actoris filia. Enumerantur & aliæ quinque ejusdem nominis civitates, quas vide apud Stephanum.

Alopece, ἄλωπεκε, insula est Bosphori Cimmerii, apud Plin. *lib.* 4. *c.* 12. ¶ Est altera ejusdem nominis insula, è regione Smyrnæ sita, in mari Ægæo, quæ recenletur a Plin. *lib.* 5. *cap.* 31.

Alopecia, ἀλωπεκία, morbus in capite humano & barba, ex vitio humorum, qui fit cum profluvio capillorum. Dicta à vulpe, quam Græci vocant ἀλωπεκα, quòd ea crebrò id genus morbi patiatur. Plinius, Lingua, herba est, quæ circa fontes nascitur, cujus radix combusta & trita alopecias emendat. ¶ Est & Alopecia Strab. *lib.* 11. insula Maeotidis paludis, ante ostia Tanaidis, Mygdorum domicilium.

Alopēcus, qui Alopecia laborat.

Alopecias, piscis marini genus, apud Plin. *lib.* 31. *c.* 11.

Alopecides, ἀλωπεκίδες, canum genus, ex cane & vulpe prognatum, Pollux.

Alopeconnesus, ἀλωπεκόννησος, oppidum est, teste Stephano, in Hellespontiaca Chersonneso, ex oraculo nomen adeptum, quo iubebantur Athenienses ibi urbem condere, ubi vulpinos catulos repertissent. Circa hanc urbem præstantissima tubera nascì, autor est Plin. *lib.* 19. *cap.* 3. Est præterea ejusdem nominis insula, ante Thraciam Chersonesum, non procul à Cæla, ejusdem Chersonesi portu, de qua Plin. *lib.* 4. *c.* 12.

Alopecurus, ἀλωπέκουρος, Theophrasto *Hist. lib.* 7. *cap.* 10. gramen tomentosum Herbariorum. Herba est quæ spicam habet mollem, & lanuginem densam, albam, ac splendentem, non dissimilem vulpium caudis, unde & nomen habet. Plin. *lib.* 22. *cap.* 17. inter spicarum genera recenluit. Alius tamen spicarum genus ex quo est Lagopus, alopecuros, Hesychio teste, &c. Kuhnius: Ex his Alopecuros spicam habet mollem, & lanuginem densam, non dissimilem vulpium caudis: unde ex nom. a.

‖ Alopus, in Gloss. Isid. est qui propter mercedem alapas patitur. Vet. Lex. monast. habet. Alapus, qui alapas patiendo acquirit victum: ut est Gnatho, vel Gnathonicus parasitus. ‖

Alos, ἄλως, Ptolomæo, Macedoniæ urbs, authore Pomponio *lib.* 1.

Alōsa,

Ἀλόσες, πλῆθος, pisces sunt, sic dicti à Gallis & Campanis: quòd ſ Hesych. *Saxales*. Gall. *Allozes*. Ital. *Chieppe*. Germ. Allosen/ein fiſch den man in dem meer fangt. ſ Hetrusci autem & Veneti, vetere servato nomine *Clupeas* appellant. Apud Aristotelem verò Strabonem, Ælianum, Oppianum, & Athenæum Trissas legere est, quam vocem Alosam interpretatur Cuiac. Ausonius *in Mosella*,

*Strideneſque ſacit copſenia plebis aloſas.*

Alosici, Hispaniæ populi in conventu Hispalensi. Plin. *lib.* 3. *c.* 1.

Ἄλπεις, τὰ ἄλπεα ὄρη. ſ Ital. *Alpi*. Germ. Alpen ſo Italiam von Frenchreich vnd dem Schweitzerland abſünderen. ſ A canitie nivium dictæ sunt, quia perpetuis ferè nivibus albescunt. Sabinum enim Alpum dixêre, quod postea Latini Album: unde Alpium nomen. Silius,

——— *clauſas nimbis rupes, ſuppoſtaque cælo*
*Saxa vocat.*

Sunt autem montes altissimi, qui Galliam Transalpinam à Cisalpina dividebant, nunc verò promotis finibus termini sunt Italiæ. In longitudine centum millia passuum patent, à supero mari ad inferum, ut Celsus tradit, Livius verò trià millia stadiorum. ¶ Dicitur etiam singulari numero, Alpes, alpis. Claudian.

——— *extemplò frondeſa ferunt ab Alpe.*

Hinc fit, Alpinus, a, um, ἀλπικός, Plin. Gentes Alpinæ, & venti Alpini, qui ab Alpibus flant. Unde & Cisalpinus, a, um, & Transalpinus, composita.

Alpesa, oppidum est Celticæ regionis in Hispania ulteriori, apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 1.

Alphà, ἄλφα, nomen primæ Græcorum literæ. Unde pro principe, capite, & antesignano accipitur. Martial. *lib.* 2. Non ipse Codrus alpha penulatorum. Et *lib.* 5. Quod alpha dixi, Codre, penulatorum. Ubi videtur proverbiali quadam figura significare, Codrum fuisse primum penulatorum, hoc est, inter plebeios & pauperes primum tenuisse locum. Alpha enim pro principio, sicut ω mega pro fine sumitur, ut in Apocal. scriptum reperitur, ἐγώ εἰμι Α καὶ Ω, Ego sum rerum omnium summa.

Alphæas, ἀλφειάς, dicitur Arethusa, apud Ovid. *lib.* 5. *Metam.*

*Tum caput Eleis Alphæas extulit undis.*

Ubi alludit ad fabulam, qua fertur Arethusam Alphei amatoris vim fugientem, in fontem sui nominis esse conversam.

Alphenûs, nomen est sutoris apud Horat. *lib.* 1. *ſatyr.* 3.

——— *ut Alphenus vafer omni*
*Abjecto inſtrumento artis, clauſáque taberna*
*Sutor erat*, &c.

Alphesiboëa, ἀλφεσίβοια. Phlegei fluminis filia, quam Alemæon, donato illi monili, quod Eryphilæ matri detraxerat, in uxorem duxit.

Alphesiboëus, ἀλφεσίβοιος, nomen pastoris, apud Virg. *Eclog.* 5. παρὰ τὸ ἄλφειν τὰς βοῦς, quasi inveniens boves.

Alphëus, per tres syllabas, & ἄλφειος, vulgò *Rofeo*. Fluvius est in Elyde Peloponnesi regione, quem Pausanias *lib.* 5. tradit occultis meatibus subter mare labi, & in Arethusam Siciliæ fontem desinere. Qua in re secutus est Poetarum fabulas, qui Arethusam venatricem fuisse tradunt, ab Alpheo adamatam: cui quum illi vim adhibere pararet, Diana miseratione in fontem sui nominis esse, conversam, occultisque meatibus, ne amatoris undis polluëretur, in Siciliam usque fugisse, tandémque in ea parte Syracusanæ urbis, quæ Ortygia dicitur, magna aquarum vi erupisse, Alpheúmque amatæ Nymphæ desiderio eódem esse insecutum. Virg. 8. *Æneid.*

——— *Alpheum fama eſt huc Elydis amnem*
*Occultas egiſſe vias ſubter mare, qui nunc*
*Ore Arethuſa tuo Siculis confunditur undis.*

Verùm hæc fabulosa esse constat, quum Alphei aquæ nusquam absorbeantur, ut docet Strab. *lib.* 6. ejúsque ostium manifestè videatur inter Ichthyn promontorium, & Haliartum oppidum.

Alpheonix Dianæ templum, locus est ad Alphei fluminis ostium ab Olympia stadiis octoginta distans. Strab. *lib.* 8.

Alphion, ἀλφίων, lacus in Pyrrhea, vitiligines tollens. Plin. *lib.* 31. *c.* 2.

Alphius, fœneratoris nomen, à quo primùm protecta esse dicitur celebris illa sententia, vel optima nomina, non appellando, mala fieri. Hujus meminit Horat. *in Epod. ode* 2.

Alphòs, ἄλφος, species est vitiligînis, corporis superficiem maculis albis, asperis, & non continuis, quasi guttis quibusdam aspergens: differtque ab ea specie, quam μέλαν, hoc est, nigram vitiligînem vocat Celsus, solo colore. A Leuce verò distinguitur, quòd plus habeat albedinis, altiúsque descendat, adeò ut & carnem contingat, ac pilos coloret. Alphi autem minus albescunt, solúmque contingunt cutem. Vide Celsum *ad finem lib.* 5.

Alpinius, malus quidam Poëta fuit, qui Memnonis Auroræ filii bella descripsit, sed tam malè, ut ab Horatio dicatur, Memnona suis carminibus jugulare.

*Turgidus Alpinus jugulat dum Memnona*, &c.

Vide & suprà *Alpes*.

Alsa, fluvius est Venetiæ, Aquileiam præterfluens. Plin. *lib.* 3. *c.* 18.

Alsfeldia, urbs Hassiæ.

Alsia, villæ nomen est, ditionis Mediolanensis, in Varisiensi præfectura. Vide annotationes Alciati *in Cornelium Tacitum*.

Alsine, nes, ἄλσινε, herba est, quam Muris auriculam vocant Itali, Galli *Mouron*, quòd hortorum muris peculiariter delectetur. Vide Plin. *lib.* 26. *cap.* 4.

Alsiosus, vide *Algeo*.

Alsium, ἄλσιον Ptolomæo, urbs est Tusciæ litoralis, quam hodie *Santham Severinam* vocant. Plin. *lib.* 3. *cap.* 5.

Alsus, nomen est pastoris apud Virg. *lib.* 12. *Æneid.*

——— *Pedaſiríne Alſum*
*Paſtorem, primáque acie per tela ruentem,*
*Enſe ſequens, unde ſupereminet.*

Altanus, Genus venti, sive flatus è terra consurgentis. ſ Gall. *Vent qui ſouffle de la terre en la mer*. Ital. *Vento da terra*. Germ. Ein wind auß dem erdtrich her. Hisp. *Viento que corre de la tierra à la mar*. Angl. *A windy ſyng from the earth which bloweth in the ſea*. ſ Plin. *lib.* 2. *c.* 43. Namque & è fluminibus, & è nivibus, & è mari etiam tranquillo videmus & alios ventos, quos vocant Altanos, è terra consurgere: qui quidem quum è mari redeunt, Tropici vocantur: si pergunt, Apogæi.

Altare, ab altitudine dictum est. Nam antiqui in ædificiis è terra elevatis sacra faciebant diis superis: in terra, diis terrestribus: inclusis diis infernalibus. Festus ſ מזבח *mizbeach*. Hebr. Gall. *autel*. Ital. *Altare*. Germ. Ein altar. Hisp. *Altar*. Angl. *An altar*. ſ Plin. *lib.* 15. *cap.* 30. Ut ne propitiandis quidem numinibus accendi ex his altaria, arxque debeant. ¶ Altare superis tantùm conjectarum erat: Ara tam superis, quam inferis.

Altè, vide *Altus*.

Altellus, Romulus dictus est, sive quòd in tellure altus fuerit à lupa: sive quòd rebus gestis excelsus ac gloriosus esset: seu quòd à Tatio Sabinorum rege in colloquium postulatus, alternis vicibus audierit ac loquutus fuerit. Nam sicut à Macro Marcellus, à Vatio Vafellus ita ab Altero Altellus fit. Hæc Festus.

Alter, a, um, genit. alterius, ſ אחר *achér*. ἕτερος, ὁ *Virus*. Gall. *L'autre, le ſecond*. Ital. *Altro, l'uno de due*. Germ. *Der andere* auß zweyen einer. Hisp. *Otro, uno de dos, ò ſegundo en orden*. Angl. *An other*. ſ & de uno ex duobus dicitur: ut, Annibal in transitu Alpium amisit alterum oculum. Sive de duabus partibus. Cic. Duplices similitudines esse debent, unæ rerum, alteræ verborum. Virg. 3. *Eclog.*

*Aurea mala decem miſi, cras altera mittam.*

Ovid. 5. *Faſt.*

*Ego dimidium voti, párſque altera veſtri.*

Idem *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Triſt.*

*Alter ab alterius funere mœſtus erat.*

Idem *ibid.*

*Nec mihi detractus poſſidet alter opes,*

In alterum partem errare. Quint. Nihil fecit altero superstitiosius. Idem, Non soles te respicere cum dicis injustè alteri? Plaut. *Pſeud. ſc.* 3. *a.* 2. Pro Alius: ut, Qui alteri de nihilo dicunt contumeliam. Idem *Curc. ſc.* 1. *a.* 4. [id est, alii.] Item, Hominem homini similiorem unquam vidi alterum. Idem *Men. ſc. ult. a.* 5. & *in Aſin.* Tu contumeliam alteri facias, tibi non dicatur? Et, Qui me Thebis alter vivit miserior? Idem *Amph.* Qui me alter est audacior hominum? *ibid. ſc.* 1. *a.* 1. Est te alter audacior? Idem *Mil. ſc.* 1. *a.* 2. Non videor vidisse lænam callidiorem ullam alteram. Idem *Moſt. ſc.* 1. *a.* 1. Non est alter Athenis cui credi rectè æquè putet. Idem *Aſin. ſc.* 2. *a.* 2. Neque illo quisquam est alter parcior. Idem *Aul. ſc.* 4. *a.* 1. Aspicio illum cum altero nescio quo osculantem. Idem *Mil. ſc.* 3. *a.* 2. Ab alienis cautiores sint, ne credant alteri. Idem *Pſ. ſc.* 3. *a.* 1. Sic, Alterum altera reprehendit eos manu perniciter. Idem *Amph.* Item, Altera manu fert lapidem, altera panem ostentat. Idem *Aul. ſc.* 1. *a.* 1. Item,

*Poſſidet alter aquas, alter inane chaos.*

Ovid. 4. *Faſt.*

*Infelix* [Narcisse] *quòd non alter & alter erat.*

Idem 5. *Faſt.*

*Alter dicat opus magni mirabile mundi.*

Tibul. *lib.* 4. Alius verò ἄλλος, de pluribus dicitur: ut alii virtutem præponunt, alii voluptatem, alii indolentiam. ¶ Interdum tamen Alius de duobus dicitur, & tunc idem ferè significat quod diversus. Alia est facies mea, alia tua. ¶ Item, Alter ponitur pro secundo è duobus, plurióve: ut, Altero mense repudiavi uxorem: & Hic est alter annus belli Punici: id est, secundus à belli Punici origine. Plaut. *Pſeud. ſc.* 7. *a.* 4. Altero ad meridiem die [hue perveni sup.] Cicer. *de ſenect.* Nec nunc quidem adolescentis vires desidero. Is enim erat alter locus de vitiis senectutis. Plin. *lib.* 35. Tabulas plureis pinxit, è quibus unam in foro, alteram in comitiis, duas in Pompei porticibus videmus. ¶ Alter, junctum numeralibus iis quæ ordinalia dicuntur, pro Primus accipitur. Liv. 3. *ab Vrb.* Anno tricesimo altero quàm condita Roma erat, id est, tricesimoprimo. ¶ Alter ab illo, Virg. *Eclog.* 10.

——— *Tu nunc eris alter ab illo*, id est, post illum primus.

¶ Aliquando pro adverso [autore Festo] & non bono, ut in Auguriis, Altera appellatur avis, quæ utique prospera non est. Unus aut alter, idem valet, quod unus aut duo. Cic. *pro Cluent.* Quum is unum iam & alterum diem desideraretur. Idem *Attic.* Ut factum Dolabellæ laudarem, adductus sum tuis unis & alteris literis. Terent. *in Andr.* Postquam amans accessit unus, & item alter pretium pollicens: Quem tamen in locum Donatus annotavit, Alterum de tribus dici, quòd totidem essent Chrysidis amatores. Ovid. *El.* 1. *dib.* 2. *Triſt.*

*Hic ille, alter hominum monſtrat* [de pluribus dicitur.]

Alter ego, elegans locutio, pro homine mihi charissimo, arctissimáque necessitudine devincto. Cic. *Attic. lib.* 2. Meipsum accuso, deinde te, quasi alterum me. Idem *lib.* 2. *Epiſt. fam.* Quam si reliquissem, dicerent iniqui, non me planè post annum ex provincia decessisse, quoniam alterum me reliquissem. Ovid. 5. *Faſt.*

*Ego, dimidium voti, párſque altera veſtri.*

¶ Alterum tantum, id est, tantundem ampliùs, Iulianus *D. de lib. & poſth.* Ita enim secundùm voluntatem testatoris altero tanto ampliùs habebit quàm uxor: item uxor altero tanto amplius quàm filia. Cic. *in Orat.* Pes qui adhibetur ad numeros, partitur in tria, ut necesse sit partem pedis, aut æqualem esse parti, aut altero tanto sesquima jorem esse. Altero tanto. Plaut. apud Charis. *in Pluto.* Item, Quem ut non excruciem, alterum tantum auri non meream. Idem *Bacch. ſc. ult.* Olim per primam & secundam nominum inflexionem declinabatur, ut: Niger, a, um. Unde apud Terent. *in Heaut.* legitur dativus Alteræ. Hoc ipsum (inquit) alteræ dum narrat, fortè audivi.

Alter, teris, ἀλτήρ, & genere masculino. Significat massam plumbeam, qua ad exercenda corpora in gymnasiis utebantur. Mart. *lib.* 14. *Epig.* 49.

*Quid perenni ſtulto fortes alterè lacerti?*
*Exercet melius vincta ſoſſa viros.*

Dictus est ab ἅλλομαι, quod est salio. Nam massalis hujusmodi

plumbeis utraque manu se librabant, qui saltu se exercebant. Videtur plerisque aspirari oportere Halter. Vide Budæum : vide infrà *Alteres*.

Altĕrās antiqui dicebant, pro Alias. Festus. Aliàs adverbio. Festus.

Alteratus, id est, mucatus altero latere. ¶ Idem quod alter. Cellens. *lib.5. epist.19.*

ALTĔRCOR, aris, Concerto, contendo, jurgium cum aliquo habeo, & contra aliquem clamo. { תצרו *hitstsah*, ראב *rab*. ἀμφισβητῶ, ἀντιλογίαν ἔχω, ἀγωνίζομαι, φιλονικῶ. GALL. *Debattre l'un contre l'autre, se disputer ou contester quelque chose l'un à l'autre.* ITAL. *Contendere, contrastare.* GERM. Hadern/ zancken/ balgen. HISP. *Contender y pugnar con disputacion.* ANGL. *To chyd, to debate.* } Cæsar *bell. civ.3.* Qua ex frequentia T. Labienus prodiit, ac summissa oratione loqui de pace, atque altercari cum Vatinio incipit. Liv.2. *bell. Pun.* Populi universi inter se altercabantur. Item pro Colloqui. Senec. *e.14. de tranquill.* Altercaris cum Caio { Caligula. } ¶ Dicitur & altereo. Terent. *in Andr.* Scio, cum patre tuo altercasti dudum.

Altĕrcātio. Contertatio, contentio, qualis erat inter actorem, & reum, quando non perpetua oratione, sed intercisis jurgiis sese mutuò impetebant. { ריב *rib*, מצה *matstsáh*. ἀμφισβήτησις. GALL. *Debat, controverse, crierie d'Advocats l'un contre l'autre.* ITAL. *Altercatione, contesa de parole.* GERM. Hader/ zanck. HISP. *Disputa contenciosa.* ANGL. *Chyding, debate.* } Cic. *de Orat.* Nulla est altercatio clamoribus unquam habita majoribus. Idem *de nat. Deor.* Oritur mihi de re altercatio cum Velleio. Livius, Altercatio inde, non sermo fuit. Plaut. *Aul. sc.5. a.3.* In pauciores avidè altercatio est. Suet. *in Aug. c.54.* Altercationes disceptantur. Liv. *lib.5. dec.4* Ex disceptatione altercationem fecerunt.

Altĕrcātor, oris, qui altercatur. { ריב *rab*, ἐριστὴς, ἀμφισβητήσιος. GALL. *Qui conteste contre un autre.* ITAL. *Chi contende de parole.* GERM. Zancker/ hadderer/ Kampfer. HISP. *Contendedor con persona.* ANGL. *Chyder.* } Quint. *lib.6. cap.4.* Bonus altercator vitio iracundiæ careat. Idem. Nec turbidus, & clamosus sit altercator.

Altercum, sive Altercangenum, apud Arabes herba est, quæ à Græcis ἰσάτις, id est, Faba porcina : a Latinis Apollinaris appellatur. Plin. *lib.25. cap.4.* ¶ Altercum qui biberint, capitis gravitate & venarum distentione laborant, mentéque alienantur, cum quadam verborum altercatione runde & nomen apud Latinos. Ideo in Anania vocatur vulgari sermone Disturbatio, ut quod maximè mentem turbet, ut notat Mathiolus ad Dioscor. *lib.4. cap.64.* Gloss. habet *altercutum ἀκόνιτον.*

Altĕres, genus exercitii. Mart. *Epig.49. lib.14.* vide sup. Alter.

¶ Alteria, pharmaca composita. L.M.

Alterias, vicissitudo. Cath.

Altĕrnātim, adverb. per vices. { תלופות *elaliphóth*. ἀμοιβαίως. GALL. *Alternativement, l'un après l'autre, par fois.* ITAL. *A vicenda, scambievolmente.* GERM. Eins vmbs ander/ Abgewechßlets weyß nach. HISP. *A las vezes uno, à las vezes otro.* ANGL. *Course about.* } Quadrig. *Ann. al. lib.3.* Item gaudium, atque ægritudinem alternatim sequi. Nonius.

Alternè, adverbium à nomine Alternus, Alternatim, alternis vicibus, ἐναλλάξ. Plin. *lib.11. cap.37.* Supercilia hominis & pariter, & alternè mobilia.

ALTĔRNUS, adjectivum, à nomine Alter : quod fit alternatim, seu alternis vicibus. { חלף *chaléph*. ἀμοιβαῖος, ἐναλλάξ. GALL. *L'un après l'autre.* ITAL. *Uno doppo l'altro.* GERM. Einer vmb den andern. HISP. *A las vezes.* ANGL. *vbic is done by course about.* } Cic. *de Orat.* Pedes, aut Heroos, aut Choreos, aut alternos esse oportet. Virg. *Ecl.7.*

*Alterna igitur contendere versibus ambo*
*Cœpere.*

Alternis diebus, ἐναλλὰξ ἡμέρας. Plaut. *Asin. sc.2. a.5.* Alternas noctes cum aliqua frui amica. Alterni cursus & recursus maris. Senec. *cap.17. de Consol. ad Helv.*

——— *Alterno subsidant carmina versu,*

Ovid. *El.1. lib.3. Trist.*

*Aspicis alternos intremuisse pedes.*

Idem *ibidem.*

*Aptaque in alternos cogere verba pedes.*

Idem *Eleg.7. lib.3. Trist.*

*Si qua peregrinis ubi sunt alterna columnis Bolides.*

Idem *ibid.*

——— *alterno depressior orbe.*

Tibul. *lib.4.*

Alternis, adverbium, significat vicissim, nunc unum, nunc aliud. { חלופות *chaliphóth*. ἐναλλὰξ, ἐν μέρει. GALL. *L'un après l'autre.* ITAL. *Uno doppo l'altro.* GERM. Jetz eins vmb das ander abgewechßelt. HISP. *A las vezes uno, y a las vezes otro.* ANGL. *Course about one after, an other.* }

*Alternis dicetis, amant alterna Camœnæ.*

Ovid. *4. Fast.*

ALTĔRNO, as, are, vicissim alterum duorum ponere. { חלף *hecheliph*. ἀμοιβαίως, ἐναλλάξ, ἀμφοτερίζω. GALL. *Faire maintenant l'un, maintenant l'autre, changer par fois.* ITAL. *Alternare, scambiare.* GERM. Eins vnd das ander machen/ Abwechßeln. HISP. *Dezir ò hazer à vezes.* ANGL. *To charge one after an other.* } Col. *lib.5.* Dabimus operam in ordinibus disponendis, ut pari ordine vernaculas & Atinias alternemus. Senec. *cap.15. de tranq.* Alternanda sunt solitudo & frequentia.

Alternatio, ἀμοιβὴ, vicissitudo. Apul. *Hermetis Asclepio, & lib.2. de Asino.*

ALTĔRO, as, are, Vario, & quasi alterum facio. { חלף *chilléph*, שנה *schanáh*. ἀμείβω. GALL. *Varier, faire tout autre, Changer.* ITAL. *Alterare.* GERM. Endern/ anderst machen. HISP. *Mudar.* ANGL. *To alter to change.* } Ovid. *in Fast.*

*Ille suam faciem transformat, & alterat arte.*

vel, *transformis adulterat arte.*

Alteratio, ἀμοιβὴ, quam Philosophi definiunt esse progressionem ab una qualitate in alteram.

Altĕrplex, a veteribus pro duplici positum invenitur. Festus.

Altĕrtām, pro Alteruter veteres posuerunt. Festus.

Altĕrutĕr, alter ex duobus. { זה זה אחד *zeh ò zeh*. ἑκάτερος. GALL. *L'un de vous, l'un ou l'autre.* ITAL. *O l'uno o l'altro de due.* GERM. Entweder/ einer auß den zweyen. HISP. *El uno ò el otro de dos.* ANGL. *The one of the two.* } Cic. *in Verr.* Video necesse esse alterutrum. Cæl. Cicer. Pompeius dicitur valde pro Appio laborare, ut etiam putent alterutrum de filio ad te missurum. Id. *pro Marcel.* Quod si in alterutrum peccandum est.

Alterutrinquè, adverb. Videtur significare ab altera utra parte. { מפה ומפה *mippéh ò mippéh*. ἑκατέρωθεν. GALL. *De deux costez.* ITAL. *Di ambedue parti.* GERM. Von einem theil oder seiten. HISP. *De una y otra parte.* ANGL. *Fermo both the partes.* } Plin. *lib.1. c.7.* Eadem in causa alterutrinque modus est.

Althæa. { *asaia*, Suidæ. GALL. *Guimauve.* ITAL. & HISP. *Malua, Ebisco.* GERM. Eibisch. ANGL. *Amylde malowe.* } Alterutrum è malvarum generibus est, sylvestre scilicet, cui grande folium, & radices candidæ. Virg. Hibiscum, vulgus autem Septifariorum, Pismalvam vocat. ¶ Dicitur autem ἀλθαία, ab ἀλθαίνω, id est, mederi, quasi medicam dixeris. ¶ Est & Althæa proprium Meleagri matris nomen, quæ ut fratrum suorum eadem ulcisceretur a Meleagro filio suo perpetratam, fatalem illius stipitem igni imposuit, filiúmque unà cum illo exussit. Vide infrà in dictione *Meleager.*

Altimĕtĕr, a Geometris vocatur instrumentum quo metiuntur alta.

Altinum, ἄλτινον, Vulgò *Alcino.* Urbs olim in littore Venetiæ florentissima fuit : à qua Altinates populi dicti sunt. Plin. *lib.3. epist.* Atrianus Maturius Altinatium est princeps.

Altĭsŏnus, a, um, רעים גבורה *boném gheburáh*. ὑψηχὴς. GALL. *Qui sonne haut & clair, ou d'enhant.* ITAL. *Chi fa gran suono.* GERM. Das laut hoch/ oder hell dönet. HISP. *Que suena alto.* ANGL. *which soundeth cleare, or shrill.* } Quod ex alto sonat, poëticum est. Cic. 3. *Tusc.* Septum altisono carmine templum. Idem 1. *de Divin.*

*Hic Iovis altisoni subitò pennata sagittes,* &c. ex Ennio.

Altĭtŏnans, רעם מטרום *rehém mimmaróm*. ὑψιβρεμέτης. GALL. *Qui tonne d'enhant.* ITAL. *Altitonante.* GERM. Der auß der hohe donret oder dondert. HISP. *Lo que truena de alto.* ANGL. *That thundereth frome above.* } Qui ex alto tonat. Cicer. *de Div.*

*Nam pater altitonans stellanti nixus Olympo.*

Altivŏlans, qui altum volat. { ὑψίπτης. GALL. *Volant en haut.* ITAL. *Altivolante.* GERM. Der hoch fligt. HISP. *Cosa que buela alto.* ANGL. *which fleeth highe.* } Cic. 2. *de Div.*

——— *at Romulus pulcher in alto*
*Quærit Aventino, servat genus altivolantum.* Ex Ennio.

Altivŏlus, a, um. Plin. *lib.10. c.19.* Sunt ferè omnes altivolæ præter nocturnas.

Altor, oris, & Altrix, vide *Alo.*

Altrinsĕcus. { מפה ומפה *mippéh ò mippéh*. ἑκατέρωθεν. GALL. *De l'autre costé.* ITAL. *Altronde.* GERM. Von der andern seiten. HISP. *de la una ò de la otra parte.* ANGL. *Frome the other part.* } Adverbium ab *Alter* formatum, significat ab altera, vel ab utravis parte. Lactant. *lib. de Opificio.* Aureis duas, quarum duplicitas incredibile est quantam pulchritudinem præ se ferat, quòd tum pars utraque similitudine ornata est, tum ut venientes altrinsecùs voces facilius colligantur. ¶ Item significat, juxta alteram partem. Plaut. *in Pseud.* Assule altrinsecus, atque onera hunc maledictis. Idem *in Mil. sc.5. a.2.* Quid malum astas? & *Pseud. sc.1. a.3.* Si nostrum sumet, tu tecto altrinsecùs. Idem *in Rud. sc.4. a.4.* In ensiculo mei nomen patris, post altrinsecus est securicula, item aures literatæ. ¶ Quandoque in altiore parte. Apul. *lib.3.* Tectum scandulare consecudit, quod altrinsecus ædium parte perflabili nudatum, ad omnes Orientales exterósque aspectus pervium. Et *lib.5.* Altrinsecus ædium horrea sublimi fabrica perfectè congesta gazis conspicit.

Altrŏversum, adverbium antiquum ex Alter, & versùs, in, vel versùs alteram partem. { ἑτέρωσε. GALL. *Vers l'autre part, vers l'autre costé.* ITAL. *Verso altrove.* GERM. Gegen der andern seyten. HISP. *De la otra parte.* ANGL. *Towardes the other part.* } Plaut. *in Casin.* Verùm autem altroversum quum eam mecum rationem puto, eius esset mecum potiundi.

ALTUS, a, um, quum est nomen, significat idem quod sublimis, aut editus. { גבוה *ghabóh*, רם *ram*, תלין *helion*. ὑψηλὸς. GALL. *Haut.* ITAL. *Alto, profundo.* GERM. Hoch/ oder tieff. HISP. *Alto, ò hondo, cumo el cielo ò el mar.* ANGL. *Highe* }

*Nam mihi cùm magnis opibus domus alta niteret,*

Tibul. *lib.4.*

——— *Cùmque alto sidera cœlo.*

Ovid. 13. *Metam.*

*Altaque posse capi faciendo.*

Ibid.

*Visque & intrata est alta mihi curia Troia.*

Ibidem.

Interdum etiam idem quod profundus, βαθὺς, ut quum puteum altum, aut mare altum dicimus,

*In medio gelida fonte erat altus aqua.*

Ovid. 2. *Fast.* Quinetiam Altũ ponitur pro ipso cœlo. Virg. 4. *Æneid.*

*Hæc ait, & Maia genitum demittit ab Alto.*

¶ Et pro ipso mari profundiore, & à terris remoto. Idem 1. *Æneid.*

*Vix è conspectu Siculæ telluris in altum*
*Vela dabant læti.*

Salust. Et piscatoria scapha in altum navigat. Cùm ex alto procul navis terram conspicium. Plaut. *Aten. sc.1. a.5.* Quod magis te in altum capessis, tam te æstus in portum refert. *Asin. sc.3. a.1.* Ubi sumus provecti in altum. Idem *Milit. sc.1. a.1.* ¶ Per transtationem quoque ponitur pro excellenti, glorioso. Virg. 3. *Æneid.*

*Te sine nil altum mens inchoat.*

¶ Et pro magno. Idem 10. *Æneid.*

*Sic pater ille Deum faciat, sic altus Apollo.*

Sence.

Senec. *cap.*1. *de tranquill.* Altos incedo. In alcum revocare vultur. Idem *c.*11. *de Consol. ad Marc.* ¶ Transfertur & ad incorporea, pro recondito, seu profundo. Virg.9. *Æneid.*

——— *quid me alta silentia cogunt Rumpere?*

Idem 1. *Æneid.*

——— *manet alta mente repostum Iudicium Paridis.*

Altior, & altius. Ovid. *Eleg.*4.*lib.*4.

*Altior humano spiritus ille malo est.*

Fab. Altior exlatura rumpit tenuem luminum. Senec. *c.*1. *de tranquill.* Ne altius in me figat vitium. Idem *c.*23. *de Consol. ad Marc.* Altius concipiunt terrena animi. Senec.14. *de Consol. ad Polyb.* Carthaginem & si quid altius ceciderit lamentetur. Idem *cap.*14. *de Consol. ad Helv.* Altiùs descendunt præcepta quæ teneris imprimuntur ætatibus. Altiora meditari. Suet. *in Cæsar.cap.*26.&c. Vide *Altè*, infrà.

Altè, adverbium qualitatis. Excelsè, sublimè, profundè. ‖ ὑψοῦ, βαθέως. Gall. *Hautement, en haut.* Ital. *Altamente, profundamente.* Germ. Höchlich, tieff. Hisp. *Alto à hondamente.* Angl. *Highlies deeplie.* } Virg.6. *Æneid.*

*Ergo altè vestiga oculis.*

Liv.1. *ab Vrb.* Ferrum haud altè in corpus descendit. Senec. *c.*15. *de consol. ad Polyb.* Altè desicere aliquem. Idem. Altè cincti. Idem *epist.* 33. Altissimè, Superlativus. Suet. *in Aug.* Cùm altissimè evolasset. Altiùs, Comparativum. Cic.2. *de Divin.* Quum terra aratetur, & sulcus altiùs esset impressus.

Altegrāda, altè gradiens bestia, Tertul. ‖

Altiūscŭlus, paulò altior. Suet. *in Aug.* Calceamentis altiusculis usus est, ne procerior quàm erat, videretur. Vide paulò antè *cap.*74.

Altĭtūdo, Excelsitas, profunditas. { גבהה *ghobah*, מרום *marôm.* ὕψος, βάθος. Gall. *Hauteur, hauteur.* Ital. *Altitudine, altezza, profundità.* Germ. Höhe, tieffe. Hisp. *Altura d'grandad, hondura.* Angl. *Highnesse, deepnesse.* } Cic. *de Off.* Demolitæ ædes quarum altitudo officeret auspiciis. Plin. *lib.*10. *c.*33. Metops ædificat in specu, ex pedum detritis altitudine. Cic.7. *Verr.* Totum opus est ex saxo in mirandam altitudinem depresso. ¶ Altitudo animi, penè idem significat quod magnitudo animi. Cic.2. *Off.* In liberis verò populis, in iuris æquabilitate exercenda est etiam facilitas & altitudo animi quæ dicitur. Idem *in Partit.* Altitudo animi in capiendis incommodis.

Altatus, sublimatus. Sidon. Apoll. *lib.*2. *epist.*2.

‖ Alucitæ tabernales, culices cauponarum. Petron. Salmas. ‖

Alvĕus. { נחל *nâchal*, שבולת *schibbôleth.* αὐλών. Gall. *Canal, auge.* Ital. *Canale à letto del fiume.* Germ. Der fürt eines wassers, Der graben in dem das wasser herein fürt. Hisp. *La madre à valle por donde corre el rio.* Angl. *The channel of a river.* } Propriè dicitur fossa, per quam fluvius defluit. Virg.

*Assueta ripis volucres, & fluminis alveo.*

Ovid. 2. *Fast.*

*Sustinet impositos summa cavus alveus undas:*
*Hen quantùm fati parva tabella tulit!*

¶ Ad ejus similitudinem etiam vas quoddam amplum in balneis hoc nomine appellatur. Cicer. *pro Cal.* Ex quibus requiram, quomodo lacuerint, alveúsne ille, an equus Trojanus fuerit. ¶ Item tabula lusoria ad aleam & latrunculorum ludum accommodata. Alveus dicitur. { Græcè αὐλός. Gall. *Tablier à iouer aux dames, damier.* Ital. *Il tavogliere da giuocare à scacchi, à tavole.* Germ. Brettspil, tafel. Hisp. *Tablero para jugar.* Angl. *An table to playe at thes dames.* } Plin. M. Messala Consul, pridie Calend. Octob. diem natalis sui egit: transtulit alveum cum tesseris lusorium, è gemmis duabus latum pedes tres. ¶ Sed & receptaculum, in quo apes mellificant. Alveus dicitur, à mellis alimonia, ut Varro existimat. Plin. *lib.*11. Alveos ex cornu spectatos esse, id est, apum alvearia. ¶ Alveus item pro ipsis apibus. *Ibid. lib.*11. *cap.*16. Ferúntque societate fraudata alveos mori. ¶ In hac significatione etiam Alvus dicitur. Varro *de re rust.* Siex alvo minus frequenter exeunt. ¶ Aliquando pro navi, sive pro ipsius navigii receptaculo, ut apud Propertium,

*Aut quidnam fraudi gaudens Neptunus carinæ,*
*Portabat sanctos alveus ille viros.*

Liv. *lib.*41. Alveos informes raptim faciebant, id est, navículas. ¶ Declinatur & hoc alveum. Festus, Naustibulum alveum est, ad navis similitudinem factum.

Alvĕŏlus, & Alveolum, diminutiva sunt: tabula lusoria, quæ alio nomine dicitur Latrunculatoria & Aleatoria, à latrunculis & aleis, πεττοί, ἀστράγαλοι, κύβοι. Cic. *de Finib.* Aut alveolum poscere, aut quærere quempiam ludum. ¶ Est etiam Alveolus, vas ligneum concavum. Liv.8. *bell. Pun.* Secures, falces, alveolos, molas. Col. *lib.*8. *c.*3. Totum ovorum numerum in alveolum ligneum conferat.

Alvĕārium, ii, quod & alveare, & per apocopen Alvear, locus vel copia ipsa alveorum. { σμῆνος, κοφινός. Gall. *Les ruches à mouches à miel, ou le lieu où ils sont.* Ital. *Vasò è cosa dove le api nidificano, & molte simili cose.* Germ. Ein immenkorb. Hisp. *Colmena.* Angl. *Amplace wherbees do make honie, an beehine.* } Varr. *lib.*3. *de re rust.* Quæ materiæ ad villam venationis causa clauduntur, & propter alvearia. Col. *lib.*9. *c.*11. Quum vetus alveare numero apum destituitur. Idem *lib.*3. *c.*8. Earum frequentiam apertis alvearibus consideremus.

Alvĕātus, a, um, adjectivum, in alvei modum factus, cavatus. { σκαφοειδής. Gall. *Cavé en façon d'un canal, ou auge.* Ital. *Luogo cavato in modo di albio è canale.* Germ. Dan eins gemölt ist wie ein müter oder kast. Hisp. *Cavado en manera de canal, acanalado.* Angl. *Made infashion of an channell.* } Cato *cap.*45. Sulcos, si locus aquosus erit, alveatos esse oportet.

Alvĕŏlātus, a, um, σκαφοειδής. Vitr. *lib.*3. Si enim ad libellam dirigetur, alveolato oculo videbitur.

‖ Alvi, alvearia. Varro. ‖

Alvini, vide *Alvus.*

Alum, autore Plin. *lib.*19. *cap.*6. herbæ species est. ἀνάγυρις μικρά, quæ in petris præcipuè nascitur, similis cunilæ bubulæ, foliis parvis, ramis tribus, aut quatuor à radice, cacuminibus thymi, funiculosum odoratum, gustu dulce, radice longa & tutila. Ruel. *Buglam* vulgò creáit vocari.

Alūmĕn, Salsugo terræ, ad crystalli colorem accedens, quam Græci ἀπὸ τοῦ στύφειν, hoc est, ab adstringendo, στυπτηρίαν vocavêre. } מלח *melach.* Gall. *Alun.* Ital. *Alume.* Germ. Alaun, alat. Hisp. *Alumbre.* Angl. *Alme.* } Gell. *c.*1. *lib.*15. Alumine oblita non adstrictæ. Tria hujus enumerantur genera, liquidum, rotundum, scissile. Liquidum naturâ primum est: nam ex eo duæ reliquæ species concrescunt. Verùm hoc rarissimum est, quæmalitodam & scissile. ¶ Invenitur tamen in Ægypto, lacti persimile. ¶ Alumen rotundum & globosum est, non tamen absolutè sphæricum (habet enim plurimos angulos) sed ad rotundam figuram nonnihil accedens. Hujus hodie maxima ad nos advehitur copia. Tertium genus aluminis est, quod Græci στυπτηρίαν, hoc est, scissile vocant, eo quòd facilè scindi & friabile in minutas partes. Hoc quoque rarissimum est. Nam quod scissile putant pro eo supponunt, quodque hodie Galli tua lingua vocant *Alun de plume*, Amiantus lapis est: vide Plin. *lib.*35. *c.*15. & ea, quæ infrà annotavimus in dictione *Amiantus.* Dictum putatur à Luminis, quòd lumen coloribus tingendis præstet.

Alūmĭnātus, a, um. { στυπτηριώδης. Gall. *Mixtionné d'alun.* Ital. *Mescolato d'alume.* Germ. Das von alaun ist, oder mit alaun vermischt. Hisp. *Lo que tiene alumbre.* Angl. *Mixed with alme.* } ut, Aqua aluminata, quæ transit per venas aluminis, apud Plin. *lib.*31. *cap.*6. ¶ Aluminosus, idem Plin. *lib.*31. *cap.*3.

Alūmnus, Alumnari, vide *Alo.*

Aluntium sive Aluntium, ἄλουντιον Ptolomæo, oppidum Siciliæ, non procul à Lilybæo promontorio. ¶ Inde Aluntini, sive Alontini, quorum meminit Plin. *lib.*3. *cap.*8.

Aluona, ἡ Ἴουονα Ptolomæo, quæ & Albona: vulgò S. *Angelo*, oppidum Liburniæ. Inde Aluonenses, sive Albonenses populi, quorum meminit Plin. *in descriptione Liburniæ.*

Alus, symphytum petræum. Dioscorides.

‖ Alusia, abstinentia à balneo. Quom. M. ‖

Alusiæ, specus facer in Thalamo Thuriæ montis, ab Alusio proximo atque cognominatus, ut scribit Lucius Ianus Parrhasius *in Claudianum.*

Alūtă, Pellis mollior, & ad calceos, & ad extera opera facienda concinnata. { βύρσα. Gall. *Peau deliée & molle, de quoy on fait gants & bourses, esguillettes, & telles choses.* Ital. *Pelle mollicina & delicata.* Germ. Linde und weiche fällzart leder. Hisp. *Pelleja ò cuero bien adobado y curtido.* Angl. *Tawed leather.* } Cæsar *bell. Gall.*3. Pelles pro velis, alutæque tenuitate confectæ. ¶ Sumitur etiam quandoque pro sacco, seu marsupio. Iuvenal.

*Appositam nigræ Lunam subtexit alutæ.*

Alūtāmĕn, & Alutamentum, à veteribus dicebátur opus ex concinnatis pellibus factum.

Alūtārius, Coriarius, hoc est, pellium & cotiorum concinnator. { βυρσοδέψης. Gall. *Megissier, qui accoustre & appareille telles peaux.* Ital. *Quel che acconcia tal pelli.* Germ. Ein weissgerber, ein lederbereiter. Hisp. *Capatero de obra prima y polida.* Angl. *A tanner of le ather.* } Plaut. Hic alutarius cerdo. Propriè tamen Alutarii tenuiorum pellium dicuntur, Coriarii crassiorum.

Alūtātio quàm sit, docet his verbis Plin. *lib.*33. *cap.*4. Aurum qui quærunt, ante omnia sequilam tollunt, ita vocatur indicium. Alius, ubi id est, arenæque lavantur: atque ex eo quod resedit, conjectura capitur, ut inveniatur aliquando in summa tellure protinus. Summa felicitate Alutationem vocant, si & auro ea tellus subest. Vide in hunc locum Hermolaum Barbarum.

Aluta, populi Illyrici, in conventu Scardonitano. Plin. *lib.*4. *c.*21.

Alutrenses, Istriæ populi. Plin. *lib.*3. *c.*19.

Alvus. { בטן *beten.* γαστήρ. Gall. *Le ventre.* Ital. *Ventre.* Germ. Der bauch. Hisp. *Vientre.* Angl. *The bellie.* } Ab eluendo propriè dicitur, qua sordes effluunt, sive eluuntur. Alvus infectior, & venter superior. Gell. *cap.*13. *lib.*17. Alvum subducit & levigat faba. Idem *c.*21. *lib.*4. Alvo cita hunc timidi. Idem *cap.*4. *lib.*19. Alvo prona & præcipiti. Idem *ibid.* Plin. *lib.*20. Pepones qui vocantur, refrigerant maximè in cibo, & emolliunt alvum. ¶ Quandoque ponitur pro ventre qui apparet. Colum. *lib.*8. Nisi obesam ingluvie, atque distentam in pabulis alvum demeserit. ¶ Item pro incrementis alvi. Cels. *lib.*2. *cap.*6. *de indiciis mortis*, Alvus quoque varia, pessifera est. Plin. *lib.*21. *cap.*18. Lilii radices è mulso potæ inutilem sanguinem cum alvo trahunt. ¶ Item Alvus, ubi apes mellificant, qui alveus. Varro. Si ex alvo minus frequentes exeunt. ¶ Interdum vas cavatum, ubi quid reponitur. Olim erat tam masculinùm, quàm fœminino genere positum. Alvus quàm frigidissimus. Item Plaut. *Sc.*2. *a.*3. Cùm has herbas in suum alvum congerunt. Sic multi alii, teste Prisciano *lib.*6. Sed id nunc obsoletum est. Cant. *lib.*2. Alvus genere masculi, quod usus magis celebravit: citat Calvum, Cinnam, Accium, Laberium.

Alvinus, qui & lienericus. σπλανικός, à Græcis dictus, quòd alvo laboret. } Gall. *Malaidif de ventre, qui a le flux de ventre ordinairement.* Ital. *Infermo di ventre.* Germ. Bauchflüssig oder der wenig und trucken dess bauchs hat. Hisp. *El que tiene camaras.* Angl. *With his sicke of the flixe.* Plin. *lib.*21. *cap.*17. Vincapervinca, alvinis impolita, multum prodesse dicitur.

Alyacmon, fluvius Macedoniæ. Claudianus,

*Et frustra rapidam damnant Alyacmona Bessi.*

¶ Legitur & Haliacmon pro eodem.

Alyatta, ἀλυάττα, Regiuncula Bithyniæ, ita appellata ab Alyatte rege. Stephanus.

Alyattes, ἀλυάττης, Lydorum rex fuit, Crœsi pater, cujus memoriæ extructum est monumentum apud Sardos, maxima impensa parte ab ancillis, quæ omnes apud Lydos corpore quæstum faciunt, in hoc opus collata.

Alyba,

Alyba, Ἄλυβα, regiò non longè à Mysia, ubi argentifodinæ esse ab Homero traditur.

Alybes, Ἄλυβες, Græcorum nonnulli eos putant esse, qui & Chalybes. Strab. *lib.* 12.

Alyssus, civitas Peloponnesi. Steph.

Alysson, ἄλυσσον. Dioscoridi vulgò *Turbit di Levante*: est herba suberuba, lætis festucis, foliis minutis, flore nigro, radice betæ non absimili.

Alytas, Ἀλύτης, Bacchus dicitur, ἀπὸ τοῦ λύω, id est, solvo. Gyrk. *lib.* 7. *cap.* 15.

Alyssones, Ἀλυσσόνες, populi sunt Scythiæ Asiaticæ, ut docet Herod. *lib.* 4.

Alyssum, ἄλυσσον Dioscoridi, frutex ex caule tantùm & foliis minoribus à rubia silvana, ut habet Plin. *lib.* 24. *c.* 10. Nomen habet ab eo, quod solis conspectu tibi in cura creatum. Quidam eandem putant esse cum ea, quam hodie Rusticanorum vocamus, alii eam esse malunt, quæ Cannabis agrestis dicitur.

Alyssos, Ἄλυσσος herba est, cujus aqua canis rabidi morsui medetur.

Alyxothea, Ἀλυξοθέα. Nymphæ nomen, ex qua Priamus Æsacum suscepit. Ovid. *lib.* 11. *Metamorph.*

*At facta umbrosa furtim peperisse sub Ida*
*Fertur Alyxothoë.*

Alyzia, Ἀλυζία Stephano, Arcananiæ civitas est, non procul à littore. Strab. *lib.* 10. Cic. *Tyroni.* Tertio die abs te ad Alyziam accesseramus: is locus est citra Leucadam Itacia ex.

A M

Am, præpositio Græca, quæ nisi apud vetustissimos, extra compositionem non reperitur, significatque circum. Cato separavit, quum dixit, Am terminum. Verum quando componitur cum dictione incipiente ab a, e, u, interponitur b, euphoniæ causa: ut, Ambages, Ambio, Ambesas, Ambigo, Amburbium, Ambaryalis, Ambustus. Si verò cum c, h, f, quæ aut in u ut Ancilla, Anhelo, Anfractus, Anquiro. Cùm p, tenuant mediam: ut Amputo. ¶ Am, idem quod cam: ut, Am cohibuit, pro eam cohibuit. Lucr. *lib.* 6.

*Corpore qui nostro rarus magis am cohibebat.*

Ama, avis nocturna, quæ & strix, eadem fortè, quæ vespertilio. ¶ Ama etiam dicitur vas ad fundendum vinum accommodum. ¶ In Ecclesiis sunt Amæ, urceoli, & gutturnia vino & aquâ plena ad sacrificium Eucharistiæ. ¶ Erant insuper Amæ donaria ad ornatum templorum. Aliqui scribunt Hama, inde Hamula diminutivum, quo usus Columella.

Amabilis, Amabilitas, Amabiliter, Amabò, vide *Amo*.

Amadoca, orum, Ἀμαδόκα, τὰ, sive Amadoci, montes sunt in Sarmatia Europæa, à quibus & accolæ, Amadoci dicuntur Ptolomæo.

Amadryades, vide *Hamadryades*.

Amaracus, apud Tyrrhenios Ceres dicta: Proserpina verò Azesia, autore Didymo. Unde proverbium, Amaca Azesiam reperit. Dici consuevit de diu multùmque quæsitis desideratisque. Nota est fabula de Cerere quærente Proserpinam: refertur à Plutarcho.

Amalchium, à Scythis appellatur Oceani Septentrionalis portio, quam nos mare congelatum dicimus. Plin. *lib.* 4. *c.* 13.

Amalecitæ, Ἀμαληκῖται. Gens Hebræorum. Steph.

Amaltheï, Ἀμάλθειοι. Fuit nutrix Iovis infantis. Nam Melissus rex Cretæ duas filias habuit, Amaltheam & Melissam, quæ Iovem caprino lacte & melle nutriverunt, teste Lact. *lib.* 1. *Institut.* Vide Ovid. 5. *Fast.* Alii dicunt captam illam appellatam esse Amaltheam, ut Parmenius poëta Græcus: quæ propterea in cœlum sublata, inter sydera cum gemmis brachii fuit collocata. Ejus autem ortu & occasu maximæ fiunt pluviæ. Hinc & illud Ovid. 5. *Fast.*

*Nascitur Oleniæ signum pluviale capellæ.*

Porrò Olenia dicitur, quia in Oleno urbe Bœotiæ, vel Achaiæ, ut alii volunt, nutrita est. Sunt qui tradant ex altero Amaltheæ cornu fluere ambrosiam, altero nectar, cibum & potum deorum. ¶ Est & nomen Sibyllæ apud Tibullum.

Amaltheæ cornu, κέρας Ἀμαλθείας λέγεται, idem quod copiæ cornu. Utimur quoties affatim superesse significamus. Translatum à fabula quæ variè narratur apud Auctores. Quidam ad hunc modum narrant. Rhea Iovem cæca metu Saturni patris liberos recèns natos devorare soliti, infantem in Creta occuluit, nutriendum à duabus Nymphis Adrastea & Ida Melissi filiabus. Hæ nutricaverunt illum lacte cuiusdam capræ, cui nomen erat Amaltheæ, quam Iupiter iam adultus ob acceptum beneficium in sydera tulit. Huius alterum cornu nymphis nutricibus dedit, videlicet officii præmium, hanc adjiciens facultatem, ut quicquid optassent, id illis ex eo cornu largiter suppeditaretur. Ovid. *lib.* 5. *Fast.* paulò diversiùs fabulam narrat:

*Nais Amalthea Creta nobilis Ida, &c.*

Aliter narrat Diod. Sicul. *lib.* 4. *c.* 5. Rursum aliter *lib.* 6. *cap.* 2. Vide Strab. *lib.* 10. Philostratus Dionem sophistam appellat Amaltheæ cornu, velut omni genere virtutum expolitum. Plutarch. in Stoicorum paradoxa Stoicorum, qui suo Sapienti tribuunt universa, divitias, liberalitatem, sanitatem, & regnum: Qui Stoicam inquit, acceperit Amaltheam.

Amalthea & Amaltheum, Cicero vocat Attici Bibliothecam, propter variam & magnam bonorum librorum copiam, quasi dicas Copiæ cornu. Cic. *ad Attic. lib.* 13. & *lib. eodem, epist.* 11. *ad finem.* Velim ad me scribas cujusmodi sit Ἀμαλθείον tuum, quo ornatu, qua *remoto*: & quæ poemata, quasque historias de Ἀμαλθείῳ habes, ad me mittas. Et *lib.* 2. *epist.* 16.

Amani, Ἀμανοί, civitas Mediæ, Ptolomæo.

Amando, as, alio mando, ablego, aliquò mitto, removeo. ‖ שלח *schillach. ἀποστέλλω, ἐκπέμπω.* Gall. *Envoyer hors de chez soy, envoyer en quelque part.* Ital. *Mandare altrove.* Germ. Anderswohin senden, hinweg schicken. Hisp. *Embiar de si.* Angl. *To send away.* ‖ Cic. *pro Rosc.* Amandaveras hunc ita, ut esset in agro, ac tantùmmodò abiceretur ad villam, ut commodis omnibus careret. Idem *pro domo sua ad Pont.* Me expulso, Catone amandato. Liv. *lib.* 9. *d.* 4.

Amandatio, onis, relegatio, rejectio. ‖ משלח *schilluach.* ἀποστολή. Gall. *Envoy, lors de chez soy, eslongnement de soy.* Ital. *Il mandare lontano.* Germ. Ein hinwegschickung. Hisp. *Embiada de si.* Angl. *Sending away.* ‖ Cic. *pro Rosc.* Tantumne hæc attenta vita & tutissima, & relegatio atque amandatio appellabitur?

Amandra, regio ad Indum fluvium in quatuor divisa populos, Peucolaitas, Asiganitas, Geretas, & Asoos. Autor Plin. *lib.* 6. *c.* 20.

‖ Amanco. Glossæ, Ἀμανῆσαι, ἐκδέχεσθαι. ‖

Amanides portæ, Ἀμανίδες πύλαι, dicuntur angustiæ Amani montis, in quas ille definit à Tauro discedens. Vide Strab. *lib.* 4.

Amanoides, Ἀμανοῖδες, Scilix promontorium Pomponio dictum, quòd fortium effigiémque Amani circumnavigantibus exhibet. Hermolaus.

Amans, Amanter, vide *Amo*.

‖ Amansit, expectavit. Hild. Glossæ. ‖

Amantes, populi sunt in Africa, Troglodytis proximi, apud quos tum salis, tum carbunculorum, gemmarumque copia est, adeò ut ex sale domos ibi extruere dicantur. Autor Solinus.

‖ Amantia, amoris ut, Repentia, à repo. Habentia, ab habeo. Plaut. ‖

Amantia, Ἀμαντία, civitas Macedoniæ, Ptolomæo. Cic. 11. *Phil.* C. Antonius qui tenet Apolloniam magnam urbem, & gravem: tenet opinor Bulliden, tenet Amantiam, &c.

Amantini, Ἀμάντιοι Ptolomæo, Amates Plinio, populi sunt Pannoniæ inferioris, quæ hodie Ungaria dicitur.

Amanuënses, dicti sunt servi, quorum opera & manu in scribendo perinde ac scribarum utimur. Hi & A manu dicuntur. ‖ יד *yad.* ὑπογραφεῖς. Gall. *Clercs qui servent à escrire, Secretaires.* Ital. *Servi che s'adoprano à scrivere.* Germ. Diener so man zum schreiben brauchet, Substituten. Hisp. *Los que escriven lo que se dize.* Angl. *Clerkes which serveth in writting secretars.* ‖ Suet. *in Ner. cap.* 44. Ne dispensatoribus quidem, aut amanuensibus exceptis. Vide in A. ¶ Alius est servus qui dicitur Ad manum.

Amanus, Ἄμανος Stephano, Pars Tauri montis, qua Syria à Cilicia dividitur. Strabo *lib.* 11.

Amaracus, Cynaræ regis Cypri puer, qui casu lapsus, dum ferret unguenta, fregit alabastrum. Deinde, quum nimio calore contabuisset, versus est in sampsuchum, quæ ex eius nomine Amaracus cœpta est appellari, ἀμάρακος, στέφανος. Virg. 1. *Æneid.*

*——— ubi mollis amaracus illum*
*Floribus & dulci adspirans complectitur umbra.*

Plin. *lib.* 21. *cap.* 22. Sampsuchum, sive amaracum in Cypro laudatissimum, & odoratissimum, scorpionibus adversatur ex aceto & sale illitum. Herbam hanc vulgò *Maieranam* vocamus.

Amaracinum, ἀμαράκινον, sive sampsuchinum, ἀμαρακῖνον. Oleum, seu unguentum, quod fit ex amaraco, ad calefaciendos emolliendósque nervos, ut Plin. scribit *lib.* 21. Lucretius,

*——— postéque superbos*
*Unguit amaracino, & frontis miser oscula figit.*

Et iterum,

*Sicut amaracini blandum flataque liquorem.*

Hujus unguenti nobilissimus odor locum fecit proverbio, Nihil cum amaracino sui: quod Aulus Gellius, extremo lucubrationum suarum capite, elegantèr torquet in quosdam ingenio pinguiore homines, & à Musarum sacris alienos, qui elegantiores literas, quas non assequuntur, miro supercilio contemnunt.

‖ Amaræ, meatus in auribus, per quos sordes è capite deferuntur. Item sulci irrigandis hortis. Onom. M. ‖

Amaramis, ut refert Iosephus, fuit nomen patris Mosis.

Amarantus, ἀμάραντος, herba est spicam verius habens, quàm florem, cámque purpuream, ab immortalitate nomen trahens: unde, Immortales amaranti, nunquam enim marcescit. Fitque ab α privativa particula, & μαραίνομαι, marcor, tabesco. Plin. *lib.* 21. *cap.* 8. Amaranto non dubiè vincimur. ¶ Est autem non φλόξ, sive φοῖνιξ Theophrasti (ut quidam censent,) sed πορφύρα potiùs, quam purpuream transtulit idem Plin. *lib.* 21. *cap.* 17. cui φλὸξ flammea est. Gall. *Passevelours* vocant.

Amaranthi, Ἀμάραντοι, populi inter Colchos, apud quos Phasis fluvius oritur: unde & Amaranthus à quibusdam appellatur. Steph.

Amarpi, populi Scythiæ, Hircanis proximi: quorum meminit Plin. *lib.* 6. *c.* 13. Strab. *lib.* 11. Amardos vocat.

Amardus, Mediæ fluvius, Ptolomæo.

Amārus, a, um. ‖ מר *mar*, מרירי *meriri.* πικρός. Gall. *Amer*, Ital. *Amaro*, Germ. Bitter. Hisp. *Amargo.* Angl. *Bitter.* ‖ Quod contrarium dulci. Virg. 1. *Eclog.*

*——— & salices carpetis amaras.*

Plin. Esse debet gustu amarum. Ovid. *el.* 11. *lib.* 3. *Trist.*

*Quid simulatchra ferox dictis incessis amaris.*

Et ibid. *el.* 2. *lib.* 5.

*Vique via casus, ut amara pericula ponti.*

Os amarum habeo. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Dulce amarúmque unà mihi misces mihi, de Amore. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Dulcia atque amara sum elocutus omnia, scin amorem, scis laborem, *ibid. sc.* 4. ¶ Translatè pro aspero. Virg. 1. *Æneid.* Hostis amare quid increpitas? Cic. *Attic.* Amariorem me fecit senectus. Plaut. *in Pseud.* non sine proverbii specie ait dulce & amarum pro lætis & tristibus. Amans adolescens de epistola amicæ. Dulce amarúmque unà atque misces mihi. Idem *in eadem fabula*, Dulcia atque amara apud te sum eloquutus omnia. ¶ Amarum agrum vocant sterilem, & infertum. Siculus.

Amarescĕre, amarum fieri. ‖ מר *mar.* πικραίνομαι. Gall. *Devenir amer.* Ital. *Divenir amaro.* Germ. Bitter werden. Hisp. *Amargar.* Angl. *To waxe bitter.* ‖ Paliadius, Amygdalus, si fodatur, amarescit.

Amarificare, Suet. *in Tiberio*, *c.* 54. Accusavit per litteras amarissimè, congestis etiam probris. Idem *in Aug. cap.* 70. Quintil. *declam.* 342. Non arrogè, nec amarificè.

Amarĭtudo, & amaror pro eodem accipiuntur: nam significat insuavitatem

tatem & asperitatem illam, quam Græci ‖ πικρίαν τοῦ μέλιτος *méliti*. Gall.: *Amertume*. Ital. *Amaritudine*. Germ. Bitterkeit. Hisp. *Amargura*. Angl. *Bitternesse*. ‖ vocant, quum scilicet lingua adeo detergium, ut etiam exasperetur. Hujusmodi enim sapores amaros vocari, docet Plato *in Timæo*, & post eum Gal. *lib.* 1. *de facultat. simp. med.* Virg. 2. *Georg.*

*At sapor indicium faciet manifestius, & ora*
*Tristia temptantum sensu torquebit amaror.*

Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Idcirco tam amaritudinem habent amaritudinem, ut à canibus non attingantur. ¶ De voce *Amaror*, vide Gellium.

Ἀμάρυσσις, eidem quod amaror: & per translationem accipitur pro solitudine & dolore. Catul.

*Multa satis lusi: non est dea nescia nostri,*
*Quæ dulcem curis miscet amaritiem.*

‖ Amaritium, ungnentum. Pap. ‖

Ἀμαρύλεντος, valde amarus. ‖ πικρὸ *meriti. méqle.* Gall. *Fort amer. plein d'amertume.* Ital. *Pieno di amaritudine.* Germ. Hefftig bitter. Hisp. *Muy amargo.* Angl. *Very bitter.* ‖ ut Sucçus amarulentus. Per metaphoram ponitur pro animi dolore in invidiam, aut malevolentiam exacerbato. Timon amarulentus librum maledicentissimum conscripsit. Gell. *lib.* 3. *cap.* 17.

Amarusia, Ἀμαρυσία, Dianæ cognomen est, tractum (ut Pausaniæ videtur) ab Amarintæo Euboeæ vico, ubi summa cum veneratione colebatur Diana.

Ἀμαρυλλὶς, huius Amaryllidis, nomen rusticæ, de qua Virg. *Eclog.* 2.

*Miratur quid mœsta deos Amaryllis vocarit.*

Amaryllì, vocativus Græcus est, qui brevis est quotiescunque in Is terminatur nominativus, ut Pieris, apud Horatium,

*Dulcémque sirepitum Pieris temperas.*

Amarynthus, Ἀμάρυνθος, vicus est Euboeæ insulæ iuxta Eretrium, in quo Diana colebatur, quæ inde Amarusia dicta est. Strab. *lib.* 10. & Amarynthis. Liv. *lib.* 5. *d.* 4.

Amasco, amare cupio. In Festo itaque lege *Amasce ab amore denominatum.* Vulgò legitur *Amatis.*

Ἀμᾶσῆνὸς, fluvius Volscorum. ¶ Est & alius in Sicilia eodem nomine, de quo Ovid. *lib.* 15. *Metam.*

*Necnon Sicanius volvens Amasenus arenas.*

Amasia ἀμάσεια, Oppidum Capadociæ, quod Iris fluvius præterfluit, Strabonis Geographi patria. ut idem Strabo testatur *lib.* 12.

Amasias, ἀμασίας Strabonì, fluvius est Germaniæ inter Rhenum & Albim, iuxta Emdam Phrysiæ orientalis metropolim, in Oceanum Illabens. Germani sua lingua, Die Ems vocant. Plin. & Pomp. Melæ Amisius dicitur.

Ἄμασις, ἄμασις, Nomen proprium regis Ægypti, cuius tumulus fuit una pyramidum, dicente Lucan. *lib.* 19.

*Non mihi pyramidum tumulis evulsus Amasis.*

Hic legem condidit, ut quisque quotannis apud præsidem rationem vitæ redderet, demonstrarétque unde viveret, aut quo quæstu sustentaretur: qui hoc non faceret, morte afficeretur. Hanc legem Solon ab Ægyptiis transtulit ad Athenienses. Regnavit eodem tempore in Ægypto, quo septem Sapientes in Græcia floruerunt. Mulea de hoc Plutarchus *in Symposio septem Sapientum.*

Ἀμᾶσῖτὸς, ἀμασίτης: vel amasia, ἀμασία, qui, vel quæ amat, vel amatur. ‖ בעל חשק *baal hesheq.* Gall. *Amoureux.* Ital. *Inamorato.* Germ. Ein buhler/ oder buhlerin. Hisp. *Enamorado.* Angl. *A paramour, he or she that loveth, or is loved.* ‖ Gell. *lib.* 19. *cap.* 9. Audite ac discite, nostros quoque antiquiores poëtas amasios ac venerios fuisse. Idem *cap.* 8. *lib.* 7. Venerii & amasii sunt Delphini. *Ibid.* Amatores. Amasius, item Germaniæ fluvius Ptolomæo, qui Plinio Amisius dicitur, & Pomponio Melæ: & Amasia, sive Amasias, Strabonì.

‖ Amasco, suprà, & vide infrà. ‖

Ἀμᾶσσὼ, pro Amavero, scripsit Laberius, & Plautus *in Mil.*

Amasseus, & Amasio, amator. Diomedes, Plaut. Apuleius, & alii.

Amassi. Plin. *lib.* 6. *cap.* 7. populi circa Maeotim.

Amastris, Ἀμάστρις, Metropolis Paphlagoniæ, quæ antea Cromna dicebatur: postea Amastris appellata ab Amastri, muliere Persica, filia Oxyathræ fratris Darii, aut (ut aliis placet) ab Amastri quadam Amazone. ¶ Est & urbe Bithyniæ Ptolomæo.

Amath, nomen filii Chanaan, qui (autore Iosepho) Amathrones instituit, qui & Amathei dicuntur.

Amata, à Pontifice appellabatur Virgo Vestalis, quum ad ministerium Vestæ capiebatur: quòd prima, quæ hoc ritu capta fuit, hoc fuerit nomine. Capi autem ideirco dicebatur, quòd veluti bello capta à parente, vel ab eo, in cuius potestate erat, manu à Pontifice maximo apprehensa abducebatur. Vide Gellium *lib.* 1. *cap.* 12.

Amatæ, populi Indiæ. Plin. *lib.* 6. *cap.* 20.

Amatha, orum, ἄματα, τὰ, regio Arabiæ. Unde Amathæi, ἀματαῖοι, Arabiæ populi. Plin. *lib.* 6. *cap.* 32. Horum meminit Ioseph. *lib.* 1. *antiq. cap.* 12. & Steph.

Amathe, es, ἀμάθη. Stephano oppidum est Phœnices, & alterum Siciliæ: ab utroque deducitur gentile Amathæus, ἀματαῖος.

Ἀμάθὼς, untis, ἄμαθος. Cypri civitas est Veneri sacra, in qua & Adonis colebatur. Virg. *lib.* 10. *Æneid.*

*Est Amathus, est celsa mihi Paphos, atque Cythera.*

Ovid. *Met.* 10.

*At si fortè voles fœcundam Amathunta metallis,*

Ἀμαθὼντεὺς, a, um. Idem *lib.* 10.

*Lætentes vitulos, Amathunteásque bidentes.*

Ἀμαθὼντῖὼς, a, um. Virg. *in Cyri*, sive Culi.

*Quod si animo quovis alio laltaris amores:*
*Nam te laltari, nec est Amathuntia nostri,*
*Tam rudis, ut nullo possim cognoscere signo.*

Ubi tamen in castigationibus exemplaribus, non Amathuntia legitur, sed Amathusia.

Ἀμαθὼσῖὶ, ἀμαθούσιοι, Cyprii sunt ab Amathunte urbe. Strabo *lib.* 8.

Amathus, amathi, ἄμαθος, fluvius Pylon urbem, Nestoris patriam pretrilabens: à cuius nomine Pylos ipsa Amathoessa videtur appellata. Hic etiam Pamphus vocatur, & Mamaus, & Arcadicus. Autor Strabo *lib.* 8.

Ἀμαθὼσία, ἀμαθοῦς, insula in mari Cilicio, ab Amathunte vetustissima urbe sic appellata. Nunc Cyprus dicitur. Plin. *lib.* 5. *cap.* 31.

Ἀμᾶτὼrius, a, um, adjectivum Ovid. *Met.* 10.

*Lætentes vitulos, Amathusiacasque bidentes.*

Ἀμᾶτὼr, Amatoris, Amatorius, vide, *Amo.*

Ἀμαὺρὸσις, ἀμαύρωσις, Latinè dicitur oculorum obscuritas, quum sine ullo evidenti vitio, & citra dolorem visus obscuratur: quod solet contingere ex obstructione nervi visivi.

Ἄμαξα, ἄμαξα. Stephano, Lydiæ locus, à quo gentilia Amaxæus, ἀμαξαῖος, & Amaxenus, ἀμαξηνός.

Ἀμαξία, ἀμαξία, Cilicæ urbis est, materia ad fabricandas naves maxime abundans, quam Cleopatra ab Antonio dono accepit. Strabo *lib.* 12.

Amaxobii, populi inter Sarmatas. Vide *Hamaxobii.*

Amaxitus, ἀμαξιτὸς Stephano, Troadis locus, ab Amaxitho Deorum indigite, quem Agamemnon condidit. ¶ Hinc Amaxitani memorantur, Amaxici incolæ, quos Apollodorus Amaxenos, ἀμαξηνοὺς appellat. Meminit hujus loci Plin. *lib.* 5. *cap.* 30. & Strabo *lib.* 10. ¶ Est præterea Amaxitus, oppidum in sinu Doriaco, apud Plin. *lib.* 5. *cap.* 29.

Ἀμᾶzὸnes, ἀμαζόνες, Fœminæ bellicosissimæ, Scythiam juxta Tanaim primùm, deinde ad Thermodontem incolentes, quæ magnam Asiæ partem occupavere. Germ. Saumbare weiber in Scythien. ‖ Dictæ Amazones, eo quod in unum carerent sub à sine, & μαζὸς mamma. Mos enim fuit Amazonibus, interfectis maribus, quos genuissent, servare fœminas, earumque infantium mammas dextras amputare, ne impedimento essent ad pugnam conficiendam, & ne sagittarum ictus impediretur. Vel Amazones ab ἀ, & μάζα, id est, pulte, seu pane, quasi sine pane, eo quòd non pane vescerentur, sed carnibus. Alii ab ἀμὰ & ζώνη, cum aspiratione in principio, tanquam in communi viventes, dictas putant. Stephanus dictas putat à nympha Amazonide, filia Samonæ. Fuere & in Libya Amazones, quas ait Silius Ital. *lib.* 2. Habitem Habæ tiam Amazonica pelta finigenem facit. Alii ab Amazone quadam, Dianæ sacerdote, & regina Ephesi, Amazones volunt appellatas. Amazonia, ἀμαζονία, illarum regio dicitur. ¶ Amazonum cantilena, ἀμαζόνιον ἆσμα, in delicatos & parum viros. Philostrat. *in Apollonii vita, lib.* 4. ¶ Amazones pro pauperibus, & tenuiori promiscuóque victu utentibus apud Græcè scientissimos reperiuntur, veluti qui mazam, id est panem, non habebant. Vide Cæl. *lib.* 5. *c.* 31. & Hermolaum in Plin. *lib.* 6. *cap.* 7.

Ἀμᾶzὸnicus, idem quod Amazonius: a apud Suet. *in Nerone, cap.* 44. Pelta Amazonicæ. *Ibid.* Amazonicæ secures.

Ἀμᾶzὸnius, mons Cappadociæ, præter cuius radices labitur Thermodoon fluvius. Plin. *lib.* 6. *cap.* 3.

Ἀμᾶzὸnides, plur. num, id est Amazones, Virg. 1. *Æneid.*

*Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis*
*Penthesilea furens.*

Ubi Servius, Amazonides derivatio est pro principalitate: sicut Scipiadas duros bello, pro Scipionibus.

Ambáctus, ambacti, apud Ennium, inquit Festus, lingua Gallica significat servum. Cæs. *lib.* 6. *bell. Gall.* Eorum ut quisque est genere copiosque amplissimus, ita plurimos circum se ambactos, clientesque habet.

Ambāges, vel Ambagio, ab am, & ago. Significat verborum circuitus. ‖ מליצה *Melitzah.* מאמר. Gall. *Propos ambigu, ambages*, ab Ambigo formatè. Ital. *Giro de parole, ciancie.* Germ. Dunckelschwirffinderey. Hisp. *Los rodeos de palabras.* Angl. *A circumwordes, decent full speache.* ‖ Virg. *lib.* 2. *Georg.*

——— *non hic te carmine fallo,*
*Atque per ambages & longa exorsa tenebo.*

Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 3. Quid opus est nunc multas agere ambages? Ovid. 4. *Fast.*

*Obscura sortis patres ambagibus errant.*

Veteres quoque Ambagio dixerunt, de quo nomine Varr. *lib.* 6. *de ling. Lat.* Ambagio, inquit, dicta ab eo quod ambit oratione.

Ambāgiōsus, a, um, quod abundat ambagibus. ‖ מליצי *Melitzi.* מאמרים. Gall. *Plein d'obscurite & ambiguite.* Ital. *Pieno di giri.* Germ. Dunckelschwirffig ist. Hisp. *Lleno de rodeos.* Angl. *Full of decent full wordes.* ‖ Gell. Neque præcepta dicunt, sed lubrica atque ambagiosa conjectatione nitentes inter falsa & vera.

Ambarri a Cæsare inter Galliæ Lugdunensis populos numerantur.

Ambarvālis hostia, ab ambiendis arvis dicta: victimæ genus erat quotannis pro frugibus sacrificari solitum. Solebant enim huiusmodi hostiis, antequam cederentur arva lustrari. Virg.

*Terque novas circum felix eat hostia fruges.*

Festus tamen ab ambo videtur compositum, ut ducerit, dicens: Ambarvales hostiæ appellabantur, quæ pro tribus à duobus fratribus sacrificabantur. Hunc autem sacrificio ‖ [illegible] numero XII. à Romulo primùm institui, quos Fratres Arvales vocabant, de quibus latius suo loco.

Ambarum, adorandi genus est, quod ab Actio recentioribusque Græcis ἄμβαν appellatur, quod tetigit Rucil. *lib.* 1. *cap.* 27. vulgo *Ambrageson* vocatur.

Ambassator, Ambassare, Ambasciator, nuncius, seu legatus; Latinis etiam haud imitatum.

Ambassæ, populi sunt Asiæ, & Ambastum, fluminis nomen in Asia, autore Ptolomæo.

‖ Ambastio qui, circumeuntes catervatim. Fest. Ubi Scaliger legit Ambaxiabum, & axes, id est, glomerati. ‖

Ambe, ἄμβη, civitas est Arabiæ felicis. Ptol.

Ambēdo, is, edi, amb edere, ex Am. & edo, id est, circumquaque edere. ‖ כלה *achal.* אכילה. Gall. *Manger, ronger tout autour.* Ital. *Roder à mangiar tutt' intorno.* Germ. Umbessen/ zuring umbessen.

Hinc

Hisp. *Comer en derredor.* Angl. *To eat about, to gnaw about.* } Tacit. *lib.* 15. Ingens exorta vis ambederat quidquid herbidum & frondosum.

Ambens, ambedens, consumens. Lucr. *lib.* 5.

Ambesùs, a, um, Circumquaque esus. { מאכל *mochál*, αὐτοφάγος. Gall. *Rongé tout à l'entour.* Ital. *Roduto d'intorno.* Germ. Ymbgefreſſen/vmbnagt. Hisp. *Comido en derredor.* Angl. *Eaten on all parts.* } Virg. 3. Æneid.

*Quàm vel dira fames, nostræque injuria cædis*
*Ambesa subigat malis abstinere manus.*

¶ Legitur & Ambesti, tertia persona ab Ambedo, quemadmodum Est ab Edo. Festus *in Amnesti.* Reliqua tempora & personæ regulariter per tertiam verborum declinationem inflectuntur.

Ambigni, à veteribus bos & verres appellabantur, quum ad eorum utraque latera agni in Sacrificium cæsuri ducebantur. Festus. Apud Varronem Ambigni est: Ambigna bos, inquit, est circum quam alia hostiæ constituuntur. Ambignæ oves quæ geminos agnos pepererunt. Barbius Macer *apud Fulgent.*

Ambiani, sive Ambianenses, ἀμβιανοὶ, populi sunt Galliæ Belgicæ, quos Plin. *lib.* 4. Bellovacis conjungit. Gall. *Amiens.*

Ambitiosus vicus. Suet. *in Calig. cap.* 8.

Ambidentes, oves dictæ a veteribus juveniuntur, quæ in utraque mandibula habeant dentes. Hæ & bidentes dicuntur. Autor Festus *in Ambidens.*

Ambidexter, qui ita læva manu utitur ut dextra. { אישאשר ידימנו *iſch asher yedimenu.* ἀμφιδέξιος, ἀμφοτερόδεξος. Gall. *Gaucher & dextrier.* Ital. *Dritto & mancino.* Germ. Der die linke hand als die rechte brauchet. Hisp. *Diestro de entrambas manos.* Angl. *Herehick es alyk able of the left handes of the eygist.* }

Ambigatus, Celtarum rex fuit, qui ubi majorem vidit suorum multitudinem, quam ut commodè ab ea regione ali posset, Bellovesum & Sigovesum sororis suæ filios cum magna Senonum parte ad quærendas novas sedes, alterum in Italiam, alterum ad saltus Hercinios misit. Vide Liv. *ab Vrb. cond. lib.* 5.

Ambifariam, bifariam. Apuleius *in Apologia.* Item Zenonem illum antiquum, Vesta Ornandum, qui primus omnium dictionem solertissimo artificio ambifariam dissolueret.

Ambiegna, bos augurum, quam circum aliæ bestiæ constituebantur. Varr. *de L. L.*

Ambigenæ, hermaphroditi & androgyni. Bluſcul. *epist.* 90. Ambigenæ non generat, teste Hippocrate.

¶ Ambigenes, loca flexuosa. Pap. ¶

Ambigo, is, ex Am & ago, propriè significat circumago, circumdo. { סבב *sabáb.* περιάγω. } Augustin. Quibus muris ambigere. Unde & Ambactus, & Ambages. ¶ Item Ambigere, est dubitare. { תמה *tmh*, תלה *talâh*, ἀμφιβάλλω, ambigo. Gall. *Estre en doute, estre en different.* Ital. *Dubitare, stare in dubio.* Germ. Zweiffelen in einem zweifel ſtehen. Hisp. *Dudar.* Angl. *To bring about so doubt.* } Interdum ponitur pro litigare, & controversiam movere. ἀμφισβητῶ. Terent. *in Heaut.* Sino Sc. Crito, vicini nostri hîc ambigunt de finibus: me accepêre arbitrum. Ambigendi naturam habent. Cic. 3. *de Orat.* Omnis igitur res eandem habet naturam ambigendi, de qua quæri, & disceptari potest. Hîc Ambigendi videtur accipi passivè. Non enim res ambigit, sed ambigitur & controvertitur.

Ambigitur, impersonale, disceptatur. Cic. 3. *Verr.* Si de hæreditate ambigitur.

Ambiguus, a, um, dubium, quod in ambas agi partes potest. { תלוי *talui*, כפר *nabach*. ἀμφίλογος. Gall. *Ambigu, douteux.* Ital. *Ambiguo, dubio.* Germ. Zweiffelhafftig. Hisp. *Cosa dudosa à dos partes.* Angl. *Ambiguous. doubtsome.* } Liv. 6. *ab Vrb.* Nunquam ambigua fide in amicitia populi Rom. fuerunt. Idem *lib.* 7. *bell. Pun.* Ambiguo inter matrem & fœminam sexu. Amitrogyni. Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.*

*Cur labat ambiguus spes mea mixta metu.*

Gell. *cap.* 30. *lib.* 15. per ambiguam ætatem non est receptus in Athletas. Idem *cap.* 16. *lib.* 3. Non ambigua pudicitiæ mulier. Ambiguum nullum esse verbum, & contrà Gell. *cap.* 12. *lib.* 11. Item, Quicquid incerti & ambiguum in animo fuit, nunc liquet. Plaut. *fr.* 4. *a.* 2. *in Pseudolo.* Ambigua juris loca. Suet. *in August. cap.* 32. Ovid. 13. *Metamorph.*

*Non foret ambiguus tanti certaminis hæres.*

*Lib.* 1. *ad Herenn.* Ex ambiguo controversia nascitur, quum scriptum duas sententias, aut plures significat, hoc modo: Tullius meus hæres Terentiæ uxori CXX. pondo vel orum argenteorum dato, quæ voler. Post mortem ejus pretiosa vasa, & exlecta magnificè præt mulieri. Filius sc. quæ ipse vellet, in reliqua pondo ei debere dicit. Constitutio est legitima ex ambiguo. ¶ Habet etiam Ambiguus nonnunquam genitivum, quemadmodum & dubius. Cornel. Tacit. *lib.* 2. Tiberium accepta cura distrahere, vitæ nullum servum suum coercere, an inanem crudelitatem tempore vanescere sueret, ambiguus pudoris, ac metus reputaretur.

Ambiguitas, dubia, anceps & incerta verborum potestas. { מטמה *mebuchah*, מחלקת *machaloketh.* ἀμφιβολία. Gall. *Ambiguité. doute.* Ital. *Ambiguità. dubbietà.* Germ. Zweiffelung. Hisp. *Aquella duda de amba parte.* Angl. *Ambiguitie, doubtfulnesse.* } Cic. *de Invent.* Sed nobis ambiguitate nominis videntur errare. Ambiguitas nominis est quod Æquivocationem vocamus.

Ambiguè, adverbium, dubiè. { ἀμφιβόλως. Gall. *Ambiguement, douteusement.* Ital. *Dubiosamente.* Germ. Zweifelhafftig. Hisp. *Dudosamente.* Angl. *Doubtfomelie.* } Cic. 3. *Academ.* Si quid ambiguè dictum sit.

¶ Ambimanus, μεταλλοκόπος. Gloss. qui ambabus manibus utitur. ¶

Ambio, is, ivi, vel ii, itum. ex Am & eo, is, permutatione e in i, & interpositâ, Umbque ingo, circumeo, concludo. { סבב *sabáb.* חקף *hikkiph.* περιάγω. Gall. *Environner.* Ital. *Girare.* Germ. Vmbgehen/vmbgehen. Hisp. *Rodear y cercar.* Angl. *To compasse. to go about, to environne.* } Sive etiam qui ambiunt palmam hujusmodi, Plaut. *prolog. Amph.* Ambire magistratum sibi, alteive. *Ibid.* Virtute ambire oportet, non favitoribus. *Ibid.* Ambienti ut solverentur legibus, (id est, petenti.) Suet. *in Cæs. cap.* 18. Virg. 6. *Æneid.*

*Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis.*

Julius Firmicus, Pompeii post cot triumphos ad Nili fluminis ripam cervices invictas, & regias, & quas toties purpura triumphalis ambierat. ¶ Per translationem verò ambire ponitur pro blandiri, interpellare, παραγίνομαι, mimor. Virg. *lib.* 4.

——— *quo nunc reginam ambire furentem*
*Audent affatu.*

¶ Quoniam verò Romani, dum honores & magistratus quærerent, circumire singulos solebant, petere dextras, rogaréque ut se suffragiis adjuvarent: factum est, ut Ambire capiatur pro honores quærere, τοὺς ἀρχὰς, ἐπιποθῶ. Cic. 11. *Phil.* Quod si comitia placet in Campo habere, petamus, ambiamus, tabula modò nova detur nobis, dicat populo data est. ¶ Interdum etiam significat simpliciter desiderare. Hier. *ad Damasum*: Nihil aliud ambiunt, quam ut autoritate communionis nostræ fulti, reis hypostaseis cum antiquo sensu prædicent. August. *lib.* 8. *Confess.* Quæso te, omnibus illis laboribus nostris, qui ambimus pervenire, quid quærimus.

Ambitio, Circuitio. { בזז *mesáh.* περίοδος. Gall. *Environnement, ambition, appetit d'honneur.* Ital. *Aggirata, ambitione.* Germ. Vmbgangk/ehrgeytz. Hisp. *Redeo, Codicia de honras.* Angl. *Going about, desire of honour, ambitione.* } Ambros. Sinus in quo Christus requieſcit, non corporis gremio præparatur, nec vestimentorum ambitione componitur, sed virtutum operatione colligitur. ¶ Sumitur & pro rerum magnarum, honorum, & imperiorum scilicet, immoderata cupiditate. { נאון *gháon*, גאוה *ghaváh*, גבהות *ghabhuth.* } Cic. 2. *Tusc.* Quid de nostris ambitionibus, quid de cupiditate honorum loquar? Idem 1. *Offic.* Miserrima est omnino ambitio, honorumque contentio, φιλονικία Græci appellant. Ovid. *Eleg. ult. lib.* 4. *Trist.*

*Sollicita fugax ambitionis eram.*

Liv. *ab Vrb.* Quærente petitore quòd jus sibi per ambitionem dictum non esset. Item, Magna ambitio fuit (id est, magna petitio, contentio.) Liv. *lib.* 5. *d.* 4. Item, Ambitio pro gratia. Liv. *lib.* 3. *d.* 4. Per ambitionem, i. gratiam: nam dicitur paulò pòst gratiosa missio. Per ambitionem data civitas. Sueton. *in Cæs. cap.* 29. Item Suet. *in Oth. cap.* 4. Nullum officii, aut ambitionis genus in quemquam omittere. Ambitio etiam studium conciliandæ gratiæ significat. Cicer. *Verr.* 4. Si abs te pater tuus illam rem alicuius amici rogatu, benignitate, aut ambitione inductus petiisset, &c. Idem *ad Quint. Frat.* Præsertim quum mores ad nimiam lenitatem atque ambitionem incubuerint. Et hinc ambitiosa decreta dicuntur, quæ sunt in alicuius gratiam concessa, ab Ulpiano *l.* 3. *D. de minoribus.* ¶ ¶ Ambitio, ipsa actio ambiendi. Fest. ¶

Ambitiosus, qui immoderatè appetit honores. { גאוה *gheth*, גבהות לב *gebáh lêb.* φιλόνικος. Gall. *Ambitieux, qui brigue ou pourchasse honneur.* Ital. *Ambitioso.* Germ. Ehrgeytzig/ der nach ehren ſtellt. Hisp. *Codicioso de honras.* Angl. *which desyreth honoures greatlie, ambitious.* } Cic. *in Sallust.* Si fortè fui in honoribus petendis nimis ambitiosus. Item *pro Flac.* Qui ambitiosus est, ut nos omnes quotidie persalutet. Ambitiosus dicitur, & qui ambit, & qui ambitur. Gell. *c.* 12. *lib.* 9.

*Turbaque cælestes ambitiosa fumus.*

Ovid. 5. *Fast.* Ut ambitiosi pauperis supellex. Fab. Quintil. *c.* 14. *lib.* 2. Ambitiosus in diem. Senec. *cap.* 1. *de Tranq. vitæ.*

*Quod precibus petiit ambitiosa suis.*

(Semele.) Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.*

——— *pronus Cærula mater*
*Ambitiosa sue.*

Idem 13. *Met.* ¶ Dicitur etiam ambitiosus, qui habitu, sermone, vultu, denique modis omnibus misericordiam captat. Quint. *lib.* 1. Non fui ambitiosus in malis, nec lacrymarum causas augere volo; utinam esset ratio minuendi. Ovid. *lib.* 3. *de Ponto.*

*Sed tamen hoc factum adjunge pristinis unum.*
*Pro nostris ut sis ambitiosa malis.*

¶ In propria tui significatione significat quod magni ambitus est, sive multa ambiens. Plin. *lib.* 5. *cap.* 15. Amnis amœnus, & quantum locorum situs patitur, ambitiosus.

Ambitiosè. Cicer. *ad Attic.* Petivit à me ut eius orationem ne ambitiosè corrigerem. ¶ Ambitiosiùs, Idem *in Epist. fam.* Quum in isto genere multò etiam ambitiosiùs facere soleam, quàm honos meus & dignitas postulat.

Ambitor, is, Lampridius *in Alex. Severo*, Ita & patronis authoribus damnatus ambitor est. De quodam loquitur, qui per ambitionem ad militiam aspirasset.

Ambitûdo, ambitus, περίοδος, Apuleius *in Hermetis Æsclepio*, Tempus autem quod definitur, potest vel numero, vel alternatione, vel per alterius ambitudinem vedimus æternum esse.

Ambitus, a, um, partic. Circumdatus, περιεχόμενος. Ovid. 1. *Metam.*

*Iussit & ambita circumdare littora terra.*

Ambitûs, us, nomen, propriè circuitus. { סבב *mesáb.* περίοδος, περίοδος. Gall. *Circuit, circuit, entour.* Ital. *Giro.* Germ. Vmbgang/ vmbkreiß. Hisp. *Rodeo.* Angl. *Compassing.* } Cic. *de Vniv.* Quum se octo ambitus, confectis suis cursibus, ad idem caput retulerint. ¶ Ambitus ædium dicebatur locus inter ædificia relictus, pedum duorum & dimidiati: ab ambiendo dictus, quod domum ambiret, vel quod per eum domus posset circumquaque ambiri. Festus. Cicer. *in Top.* Qu. Scævola id esse solum ambitus ædium dixit, quantum communis parietis tegendi causa tectum projiceretur. ¶ Et quoniam qui honores petebant, si virtuti, aut meritis diffiderent, tribus circumire solebant, cæque aut largitionibus, aut pollicitis corrumpere, factum est, ut Ambitus ponatur pro crimine honoris malis artibus affectati: quod severissimis apud Romanos legibus coercebatur Cic. 2. *de Orat.* Ratò illud datur, ut pollis liberalitatem ac benignitatem ab ambitu atque largitione sejungere. Idem *ad Quint. Frat.*

*Prætor.* Senatusconsultum factum est de ambitu, in Afranii sententiam. ¶ In ambitu stare, i. ante ostium, vel ante domum. P. Valerius de nece M. Antonii oratoris. ¶ Item, Ambitus, pro ambitione, de eo, qui famæ tudet, & videri bonus. Fabius, proprio quodam ambitu eligendi, i. iudicio ambituoso. Idem Fab. Quintil. ¶ Capitur interdum pro captatione misericordiæ, quum habitu, vultu, gestu & oratione, præsentium commiserationem aucupamur. Quint. Si juvenis innocentissimus, Iudices, uti vellet ambitu tristissimæ calamitatis, poterat allegare vobis amissam in oculis omnium cogitationum temeritatem, id est, misericordiam captare ex commemoratione malorum. ¶ Est item Ambitus, prolixior verborum circuitus, ex colis, hoc est, membris & commatibus constans: Græci περίοδον vocant. Cic. *de Clar. Orat.* Comprehensio, & ambitus ille verborum, si sic Periodon appellari placet. Idem *in Orator.* Arguti, cernique, & circumscripti verborum ambitus. Suet. *in Tib. cap.* 71. pro periphrasi.

‖ Ambix. Hes. ἄμβιξ, ἔγκυκλα, γάδη, est nomen vasis, quo ita fermè utebantur, ut nos hodie eo, quod fermo vernaculus alambicem vocat. ‖

Amblothridion, ἀμβλωτήριον, Pharmacum abortum faciens.

‖ Amblyopia, ἀμβλυωπία, oculorum hebetatio, ab ἀμβλὺς, obtusus, & ὤψ visus. ‖

Ambo. Ex Græco ἄμφω videtur deductum, & non dicitur nisi de duobus, quæ præcesserint. ‖ שניהם *sibenibem.* Gall. *Tous deux ensemble.* Ital. *Ambidue, l'uno & l'altro.* Germ. Beidsamdt. Hisp. *Dos juntamente en numero.* Angl. *Both the two.* ‖ Plato & Aristoteles ambo Philosophi. Ter. *in prol. Andr.* Qui utrumvis rectè norit, ambas nôverit. Idem *Hecyr. sc.* 4. *a.* 1. Iacentes tollet nos ambos aliquis. Uter eratis major natu? æquè ambo parce (supra duo.) Idem *Men. sc. ult. a.* 1. Gemini ambo eramus. *Ibid.* In patriam redeamus ambo. *Ibid.*

*Si simulasse vocem crimen, simulavimus ambo.*

Ovid. 13. *Metamorph.* Ostende manum. Ambas profero. Plaut. *Aul. sc.* 3. *a.* 4. Quæ me ambæ obsecraverint. Idem *Mil. sc.* 1. *a.* 1. ¶ Vel cum hac dictione Duo: ut, Vidi duos homines, ambos mihi amicos. ¶ Vel quum de his loquimur, quæ tantummodo sunt duo: ut, Perdidi ambos oculos, & ambas manus. Cicer. *de Divin.* Quorum amborum generum una ratio est. Ambabus manibus haurire, ἀμφοῖν ἐμφορεῖσθαι. Subaudi χερσίν. De iis dici consuevit, qui summo conatu quippiam agunt. Itidem Aristoph. *in Equitib.* ¶ Accusativum facit communiter ambos, sed tamen reperitur etiam Ambo in accusativo, imitatione Græcorum: illi enim ἄμφω dicunt. Faciam vos ambo, Plaut. *Curc. sc.* 4. *a.* 5. (hîc Ambo est ✠ 4. casu.) Sic & *in Amph.* Erroris ego ambo illos & dementiæ complebo (pro Ambos.) Puer ambo angues necat (pro ambos.) *Ibid. sc.* 1. *a.* 5. Afranius *in Pantaleo.* Revocas nos ambo ad prælium. Terent. *in Andr.* Hem Charine, ambo opportunè vos volo. Maro *Georg.* 4.

*Verùm ubi ductores acie revocaverit ambo.*

Idem *in Bucol.*

——— *nam sæpe senex spe carminis ambo Luserat.*

Sosipater *lib.* 1.

Ambo, nis, pulpitum, apud authores Ecclesiasticos.

Ambones, ἄμβωνες, sive ἄμβωνες, calicis genus, Ulpian. *D. lib.* 33. *tit.* 7. *l.* 13. Ambones, calices, trullæ. Vbi tamen mendosè legitur *Ancones.*

Ambracia, Ἀμβρακία, vulgò *Arta*, urbs in Epiro, Pyrrhi regia, ab Ambrace rege, Thesproti filio, à quo proximus sinus Ambracius dictus est. Gell. *cap.* 16. *lib.* 7. Ex Ambracia hordi optimi.

Ambraciensis, & Ambraciotes, sive Ambraciota, ἀμβρακιώτης. Ex hac urbe originem traxit Theombrotus, Ambraciota dictus, qui quum Platonis librum de æternitate animarum perlegisset, præcipitem se dedit in mare.

Ambro, devoratot, consumptor patrimoniorum, decoctor, luxuriosus, fusus. Festus, *Ambrones fuerunt gens quædam Gallica, qui subita inundatione maris cùm amisissent sedes suas, rapinis, & prædationibus se suasque alere cœperunt: eos, & Cimbros, Teutonicosque C. Marius delevit, ex quo tractum est, ut turpis vita homines Ambrones dicerentur.* Mitto quod de Ambronibus dicit, aliter narrari ab Strabone.

Ambrices Sunt pertica, quæ transversæ asseribus & tegulis interponuntur, ut inquit Festus. Ubi per assères, cantherios etiam intelligimus. Imbrices verò tegulæ, quibus incurvis domus regitur.

Ambrones, Gentes quædam Galliæ, qui subita inundatione maris quum sedes suas amisissent, rapinis se alere cœperunt. Hos cum Cimbris, Teutonicisque Marius delevit. Hinc tractum est, ut turpis vitæ homines, Ambrones dicantur. Ita Festus. Vide de hoc latiùs in Epitom. *lib.* 68. & Plut. *in vita Mar.*

Ambrosia, ἀμβροσία, Latinè immortalitas dicitur, ab ἀ privativa, & βροτὸς mortalis: vel quia mortales eam non comedunt, vel quia qui comederent, efficerentur immortales: sed μ interponitur ob euphoniam. Fabulæ ferunt esse deorum cibum, nectarque potionem. Ex quo illud Martialis,

*Iuppiter ambrosia satur est, & nectare vivit.*

Cic. *lib.* 1. *Tusc. Quæst.* Non enim Ambrosia deos, aut nectare, aut juventute pocula ministrante lætari arbitror. ¶ Dioscor. Ambrosiam scribit Romanis vocari Caprum sylvaticum, aliis Botryn, aliis Apium rusticum. Plin. herbam esse scribit odore non iniucundo, vagi nominis, & circa varias herbas fluctuantem. ¶ Ambrosia alendus, proverbiali figura dicitur, qui est egregius, & velut diis æquandus, quum ambrosia deorum cibo mercentur ali. Usus est Cic. *Lib.* 2. *de Orat.*

Ambrosius, a, um, Pro immortali, divino, odorifero, fragranti. Virgil. 2. *Æneid.*

*Ambrosiaque coma divinum vertice odorem Spiravêre.*

Ambrosius, ἀμβρόσιος, proprium nomen, divinus, seu immortalis dicitur.

‖ Ambrum, gemma nigri coloris. Tum. ‖

Ambrysus, Ἄμβρυσος, nomen est duarum urbium, quarum unam Strabo locat in Phocide, alteram in Bœotia. ¶ Est & hoc nomine fluvius Magnesiæ, iuxta quem Apollinem Admeti regis pecus pavisse Poetæ fabulantur. Alii scribunt Amphrysus. Vide *infra.*

Ambūtiæ, sunt (Porphyrione autore) mulieres vagæ, ac viles, quibus nomen ab obtinere balbutientium verborum vitium esse indutum. Nonnulli Ambubaias, tibicinas Syriaca lingua putant dici. Horat. Ambubaiarum collegia, &c.

Ambūtia, herba est quam alii Ambugiam, alii Intubum agrestem, de nostri nomine Cichorium appellant, κιχώριον.

Ambulacrum. vide *Ambulo.*

Ambulatri, a Plin. *lib.* 4. *cap.* 19. referuntur inter populos Galliæ Aquitanicæ.

Ambŭlo, as, Eo, incedo, iter facio, inambulo, deambulo. ‖ הלך *halàch, ἐπορεύεσθαι.* Gall. *Aller, cheminer, se promener.* Ital. *Andare, caminare, passeggiare.* Germ. Wandern, gehn, spatieren. Hisp. *Andar, passearse.* Angl. *To go, to walk.* ‖ Cic. *Attic.* Si enim rectè ambulavit is, qui hanc epistolam tulit, in ipsum tuum diem incidit. Plin. *lib.* 10. *c.* 66. Mures Ægyptii bipedes ambulant, non Alpini. Item, Ambula in ius. Non eo. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 5. In medio foro boni & dites ambulant. *Ibid. sc.* 1. *a.* 4. Demitor ubi nunc ambulet Messenio. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 5. Sinito ambulare, si foris, si intùs volet (captivos.) *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Si non ubi sedeas locus est, est ubi ambules. *Ibid. Prolog.* Qui hoc noctis solus ambulem. Idem *Amph. sc.* 2. *a.* 2. Bene ambula, & redambula. Idem *Capt.* Eo ad forum: nisi quid vis. De Etiamne ambulas? Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 2. Bene ambulato (alloquitur discedentem.) P. Bene vale. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Insanine estis? Quidum? Sic quia foris ambulatis. Idem *Most. sc.* 2. *a.* 1. Nisi ambulavit dormiens in tegulis. Idem *Mil. sc.* 3. *a.* 2. Prius jam convivæ ambulant ante ostium, quàm ego obsonatu redeo. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 2. Non domi est: abiit ambulatum (animi causa.) Idem *Milit. sc.* 2. *a.* 2. ¶ Transfertur etiam ad alia, ut quum dicimus, Ambulare maria. Cic. 2. *de Fin.* Ambulant naves, Cato *de re rustic.* Gell. *cap.* 26. *lib.* 10. Amnis & mare, quà naves ambulant. Ambulant aves, Plin. *lib.* 10. *cap.* 18. Ambulat hoc caput per omnes leges. Plin. *lib.* 18. *cap.* 50. Hoc primum antiquis cœnarum interdictis exceptum invenio iam lege C. Fannii. Et paulò post, Quod deinde caput translatum per omnes leges ambulavit. Quasi dicat pervagatum est, utpote in legibus passim repertum. Ambulari, passivum in 3. personis. Plin. *lib.* 13. *cap.* 14. Si statim bina stadia ambulentur. ¶ Huius composita sunt, Anteambulo, ante alios ambulo, à quo Anteambulones, προπομποὶ, dicti sunt stipatores & satellites, qui honoris gratia comitando principem solent præcedere. Suet. *in Vesp.* Dum eum itidem per contumeliam anteambulonem fratres appellant. Martial. *lib.* 3.

*Sum comes ipse tuus, tumidique anteambulo regis.*

Deambulo, vide alibi. Inambulo, spatior. Redambulo, i. ex ambulatione redeo, vel simpliciter redeo. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Benè ambula & redambula. Et propriè inambulare est Peripateticorum, qui deambulantes disputare consueverunt. Obambulo, adversùs alios ambulo, & quasi ambulanti oppono, ascendo. Perambulo, per aliquid, sive ad finem usque ambulo.

Ambulātio, חליכה *halichàh.* בּאוּת, περίπατος. Gall. *Allée, pourmenement.* Ital. *Passeggiamento.* Germ. Spatiergang. Hisp. *Aquella obra de andar passeandose, passeo.* Angl. *Walking, going, pourmening.* ‖ Ipse actus est ambulandi. Cic. 5. *de Finib.* Constituimus inter nos, ut ambulationem pomeridianam conficeremus in Academia. ¶ Est & locus ad ambulandum, & idem quod ambulacrum. Vitruv. *lib.* 5. *cap.* 9. Circa theatra sunt porticus & ambulationes. Cic. *ad Quint. Fratr. epist.* 17. Sed tamen ei nihil restabat præter balnearia, & deambulationem, & aviarium. Suet. *in Aug. cap.* 1. Ambulationes in urbe.

Ambulātiūncŭla, diminutivum. ‖ μικρὸς περίπατος. Gall. *Petit pourmenoir.* Ital. *Passeggiamento picciolo.* Germ. Ein gänge gle. Hisp. *Pequeño lugar para passearse.* Angl. *Alittle walking or, pourmening place.* ‖ Cic. *ad Cal.* Cum una mehercule ambulatiuncula, cumque uno sermone nostro omnes finitimæ provinciæ non confecto.

Ambulātor, qui huc, & illuc ambulat. ‖ הלך *helech.* ἐμπεριπατητὴς. Gall. *Qui aime à se pourmener.* Ital. *Caminatore.* Germ. Wandersperatierer. Hisp. *El que anda como passeandose.* Angl. *That walketh hither and thither, a rumer.* ‖ Colum. *lib.* 8. *cap.* 8. Villicus (ut ait Cato) ambulator esse non debet. Et Cato *c.* 5.

Ambulātrix, ἡ περιπατοῦσα. Cato *cap.* 143. Ad cœnam ne quò eat, neve ambulatrix sit.

Ambulātōrius, a, um, quod ambulat, quódque moveri potest. ‖ περιπατητικὸς, περιπατούμενος. Gall. *Qu'en fait marcher, & aller çà & là.* Ital. *Passeggiante, che passeggia.* Germ. Das geht, spatziert oder beweget sich. Hisp. *Cosa para andar.* Angl. *Which walketh or tis moved hither an thither.* ‖ Turris ambulatoria, quæ rotis & machinis admovebatur muris, ad urbes oppugnandas, ut scribit Vegetius. Hirt. *de bell. Gal. lex.* Quæque partes urbis inferiores erant, has altissimis turribus denorum tabulatorum munierant: præterea ambulatorias totidem tabulatorum confecerant. Plinius *lib.* 21. *cap.* 14. Operculum à tergo esse ambulatorium. ¶ Ambulatorius interdum ponitur pro Mutabilis apud Iurisconsultos: ut quum voluntatem testatoris dicunt esse ambulatoriam usque ad mortem: ut Ulpian. *D. lib.* 34. *tit.* 4. *l.* 4. Ambulatoria enim est voluntas defuncti usque ad vitæ extremum exitum. ¶ Ambulatoria legis potestas, i. sub alternatione concepta. Paulus *D. lib.* 23. *tit.* 5. *l.* 10. Erit ergo potestas legis ambulatoria, quia dotalis fuit obligatio.

Ambulācrum, Est locus ad ambulandum, ubi commodè ambulari potest animi causa. ‖ רחוב אול, חוץ, אתיק, גלריא. Gall. *Pourmenoir, galerie, lieu à se pourmener.* Ital. *Loggia, portile.* Germ. Ein ort do man spatierplatz. Hisp. *El lugar para se passear.* Angl. *A walking place, a galerie.* ‖ Festus, Ambulacra, ambulationes. Plinius, Tam fora atque gymnasia, & pro suis exstructa porticibus ambulacra miremur.

Ambulatilis, Adject. περιπατητὸς. Hinc ambulatiles fundali, Vitruvio *lib.* 10. *cap.* 13.

Ambūrbĭālĭa, vel Amburbium, sacrificij genus erat, quo civitas lustrabatur: ita dictum, quòd victima, ante quam immolaretur, urbem ambibat: unde & ipsæ victimæ Amburbiales dictæ sunt, eadem forma, quâ hostiæ ambarvales, quæ circum arva ducebantur, antequam cæderentur, ut fruges facilius provenirent.

Ambūro, Circumuro. {חרך *charách.* καταφλέγω. Gall. *Bruſler tout autour, ou à demy.* Ital. *Bruſciare d'ogni parte.* Germ. Rumbrennen. Hisp. *Quemar en derredor.* Angl. *To burne about.*} Plaut. *in Epid.* Nam ille quidem Vulcani itaque est filius: quaquà tangit omne amburit.

Ambus, Malcus. Gl. Emenda, *Ancus, Mancus.*

Amburro, ab am. & urro.

Ambūstus, a, um, circumustus, adustus, non planè combustus. {חרך *charách.* καταπεπυρωμένος. Gall. *Brûlé autour, ou à demy.* Ital. *Abbruſciato d'intorno, ſcottato.* Germ. Umbgebrent. Hisp. *Quemado al derredor.* Angl. *Half burnt, burnt about.*} Cic. *pro domo ſua.* Qui denique ambustas fortunarum reliquias, suas domos comportari iuberent. Plin. *lib.* 10. *cap.* 33. Hirundinum pulli ad cinerem ambusti multis morbis medentur.

Ambūstĭo, nis, verbale. {יקוד *jekódh.* κάυσις. Gall. *Brûlure, échaudure.* Ital. *Scottatura, arſura.* Germ. Ein brand. Hisp. *Quemadura al derredor.* Angl. *Burning.*} Plin. *lib.* 23. *cap.* 4. Myrteum oleum medetur eruptionibus & ambustionibus.

Amēcum, & Amecam, pro amico & amica antiqui dicebant. Laberius, In lacu Averno mulierem fuisse amecabundam scripsit, hoc est, Amantem.

Ameja, semen ulmi, Plin. gamaria, Ruell. legit samaria.

Amelas, Lyciæ oppidum. Plin. *lib.* 5. *cap.* 27.

Ameles angulus, ἀμελὲς γωνία, id est, neglectus angulus, de eo dicebatur, qui supinus & oscitabundus dehæret, nihil bonarum rerum tentans. Aiunt in Libya locum esse, qui ἀμελὲς γωνία, hoc est, securus angulus vulgo dictus sit: ob id fortasse, quòd neglectus & inculcus jaceret, scriptum reperitur & ἀμελὲς γωνία, idest, negligentis angulus. Recensent Zenodotus & Hesychius.

Amelius, Philosophus Apamiensis, discipulus Plotini, Porphyrij magister, Ammonij & Origenis coætaneus. Suidas.

Amēllă, herba quæ nascitur juxta Mellam Galliæ fluvium, à quo nomen accepit Amellus flos ejus. Vide Serv. in illud Virg. 4. *Georg.*

*Est etiam flos in pratis, cui nomen Amello*
*Fecêre agricolæ.*

Amen. {אמן. ἀμήν.} Dictio Hebræa, verè, aut veritas: partitula ad confirmandum aliquid. *Deuteron.* 27. 16. Respondebitque universus populus אמן Amen, id est, verè, vel veritas erit hoc. Aquila interpretatus est, Fideliter: Septuaginta, Fiat: quòd ea quæ supra dicta sunt, vera sint.

Āmens, qui à mente sua discessit, mente motus, de statu mentis dejectus. {משגע *meſchugháh.* ἄνοια. Gall. *Inſenſé, hors du ſens, forcené.* Ital. *Furioſo pazzo.* Germ. Unſinnig/taub. Hisp. *Sin ſeſo, loco.* Angl. *Mad wood.*} Cic. 1. *de Fin.* An me tam amentem putas, ut apud imperitos isto modo loquar? Senec. *cap.* 7. *de conſol. ad Marc.* Vagus & amens discursus equarum. Quintil. Velut amentis manuique intenti. Ovid. *Eleg.* 1. *Triſt.*

*Illa dolore amens.*

*Ibid. Eleg.* 3. *lib.* 3.

*Vt foret amentis nomen in ore tuum.*

Quidam Dementem ab Amente ita distinguunt, quòd Demens sit, qui non cogitat quid agat, aut loquatur: Amens, qui prorsus insanit.

Āmēntātŭs, a, um, vide *Amentum.*

Āmentĭă, {שגעון *ſchighgháhon.* ἄνοια. Gall. *Forcenement, maladie d'eſprit.* Ital. *Pazzia.* Germ. Unſinnigkeit. Hisp. *La perdida del ſeſo, ò la locura.* Angl. *Madneſſe, woodneſſe.*} Ter. *in And.* Cur meam senectutem solicito hujus amentia? Cic. 3. *Tuſc.* Nec minùs illud acutè, quòd animi affectionem lumine mentis carentem nominaverunt Amentiam, eandemque dementiam. Senec. *cap.* 3. *de conſ. ad Marc.* Quæ malum est amentia.

Āmentum, omne ligamen, veluti lorum, quo jaculum, seu media hasta religatur, ut jacti longiùs possit: ita dictum, quòd aptantes ea ad mentum trahant. Festus. {מתאר *methár,* עבורת *abóreth.* ἄγκυρα, ἱμὰς, ἄμμα. Gall. *Lien, courroye, comme deqnoy on lie un ſoulier, ou un dard, pour le jetter plus viste.* Ital. *Ogni ſorte di legame.* Germ. Ein iedes bandsein rem. Hisp. *Amiento para tirar, como dardo.* Angl. *A loope, à thong.*} Silius *lib.* 4. Hasta iuvatur amento. ¶ Hinc Amentatæ solex, & Amentata jacula dicuntur. Cic. *de Orator.* Amentatas hastas ab alio accipere, cásque Oratoris viribus lacertísque torquere, metaphoricè dixit, pro argumentis alùnde petitis, quasi telis, quibus utatur orator. ¶ Et Amentare apud Lucanum pro Jacere, aut circumdare, aut amento munire. Jaculum amentavit habena. Videtur autem Amentum propriè ea ligamina significare, quæ infra mentum pertinent, & pileum retinent, quæ dicuntur etiam offendices, quòd se mutuò offenderent, & convenirent: ita ut metaphora quadam, vel potiùs Synecdoche ad cætera ligaminum genera translatum sit. ¶ Amentum, etiam cachryn roboris significat. Rucil. *lib.* 1. *cap.* 86. Hermol. in Plin. *lib.* 16. *cap.* 8.

Āmĕrĭa, ἀμέρια Stephano, vulgò *Amelia*, civitas in Umbria, ante Persicum bellum annis nongentis septuaginta quatuor condita: unde Salix Amerina apud Plin. *lib.* 4. *cap.* 29. ¶ Et, Amerina retinacula, pro vimmibus. Virg. 1. *Georg.*

*Atque Amerina parant lenta retinacula viti.*

Ubi Servius, Amerina retinacula, virgas intelligit, quibus vites religantur: quæ virgæ abundant circa Ameriam oppidum Italiæ, cujus crebram in Rosciana fecit Cicero mentionem.

Ămĕthўstĭnon, {ἀμέθυστος. Gall. *Iombarbe.* Ital. *Sempre viva.* Germ. Hauswurtz. Hisp. *Yerva puntera.*} Herba est quæ alio nomine Aizoon majus appellatur, autore est Plin. *lib.* 25. *cap.* 13. Nomen habet ab eo quòd curam & solicitudinem levare putetur, ἀμέριμνον enim idem est quod solicitudinis expers.

Amĕrĭna, species est salicis arboris, quæ & Sabina appellatur. Plin. *lib.* 24. *cap.* 9. Amerinæ nigræ semen cum ſpuma argenti pari pondere philothrum est.

Amerĭola, oppidum in Latio. Plin. *lib.* 3. *cap.* 5.

Amĕs, ĭtis, masc. gen. {Angl. *A percke for an halk.*} Pertica aucupalis. Horat. *in Epodo*,

*Aut amite levi rara tendit retia.*

Pallad. *lib.* 9. *cap.* 12. Nunc in amnibus apparet aucupium nocturnæ. Festus, Amites, pertice aucupales.

Amĕthystus, ἀμέθυστος, Siciliæ oppidum: cujus incolæ dicuntur Amethystini, ἀμεθυστῖνοι. Autor Stephanus. Horum meminit Cic. 5. *actione in Verrem*, Quid Amethystini miseri, impositis ita magnis decumis?

Ămĕtrĭs, ἀμητρὶς, Reginæ fuit Persarum, uxor Xerxis, de qua multa Herodotus.

Ămĕthўstŭs, {אחלמה *achlámeh.* ἀμέθυστος.} Gemma est diluto violæ colore, fulvore purpuræ, non protsus igneo, sed in vini colorem desinente: ita dicta ab α privativo, & verbo μεθύσκω, quod est inebrior, sive quòd ebrietati credatur resistere, ut Aristoteli cum Magis convenit: sive (ut Plinio placet,) quòd usque ad vini colorem accedens, priùs quàm eum degustet, in violam desinat. Plin. *lib.* 37. *cap.* 9. quinque enumerat amethysti species, ex quibus palmam tribuit Indico. ¶ Amethystus quoque à nonnullis vocatur uvæ quædam species, vinum tam infirmatum, ut nullo modo inebriet: unde Plin. *lib.* 14. *cap.* 2. eam suæ ætate Inerticulam appellatam fuisse testatur. ¶ Ab *Amethyſtus* fit adjectivum Amethystinus, a, um, quod ex Amethysto constat, aut quod amethysti colorem refert. Suet. *in Ner. cap.* 32. Amethystino Tyrij coloris interdictus. Et Amethystinæ lanæ, de quibus Martial. *Epigram.* 254. *lib.* 14. ¶ Item Amethystinatus, amethystino colore ornatus: sicut purpuratum dicimus vestem purpurea exornatum. Mart. *lib.* 2. *Ep.* 45.

*Hic quem videtis greſſibus vagis lentum,*
*Amethyſtinatus media qui secat ſepta.*

Ămĕthystizōntes, carbunculi, ἀμεθυστίζοντες ἀνθρακίαι, optimum carbunculi genus, cujus extremus igniculus in Amethysti violam exit. Plin. *lib.* 37. *cap.* 7.

Amfariam, per amborum partes. Gloss. Isid. Lege *Ambifariam.*

Amfractus, & Amfractum, flexus: ab ambitu, & frangendo. Varr. *de L. L. lib.* 6. Ab eo leges jubent in directo pedum octo esse, in amfracto sedecim, id est in flexu: vide *Anfractus.* Loquitur de via privata, quæ est Servitus rustica apud Jurisconsultos.

Ămi, vigiliæ, custodiæ. {Gall. *Sentinelle.*} Pap.

Ămĭlă, pisis est Pelamidi similis, cujus incrementum singulis diebus intelligitur. Plin. *lib.* 9. *cap.* 15.

Ămĭănus, ἀμίαντος, lapis est friabilis in modum lanæ, alumini scissili adeò similis, ut pro eo à Sophistis supponatur. Vulgus Gallorum vocat *Alumen plumbeum*, falsò existimans speciem esse aluminis. Ex hoc lapide tenuiores conficiunt ellychnia, propterea quòd ab igne non consumatur. Texitur quoque in veltes & mappas, quæ sordidatæ, igni purgantur. Discernitur ab alumine scissili, quòd hoc aquæ innatet: amiantus autem mergatur. Gustu quoque dignoscitur: nam alumen scissile substantiæ tenuitate linguam mordicat, & tandem exulcerat: amiantus verò acrimoniæ omnis, mordacitatisque expers est. Ad hæc, amiantus in ignem conjectus, perpetuò durat: alumen autem liquescit, bullásque excitat.

Amicimen, amictus, vestis. Apul. *lib.* 11. *Metam.*

Ămĭcinŭm, Uteris pediculus, seu os, ex quo vinum diffunditur. Festus.

Ămĭctio, is, præteritum amicui & amixi, amictum, vestio, operio, &c. Vide Diom. *lib.* 1. Brutus *in laudatione Appij Claudij*, Quæ ea toga præterea amicuit. Varro aliter, Celerius mater amixit. Horatius,

*Et piper & quicquid chartis amicitur ineptis.*

Suet. *in Vespaſ.* Dum salutabatur, & calciabat ipse sese, & amiciebat. Veteres amicibor dixerunt, pro amiciar. Plautus, Subnixus alius me inferam, atque amicibor gloriosè.

Ămĭctōrium, vestimentum puellare, candidum & subtilissimum, ex lino. {מעטפת *mataphóth,* כתנת בר *chetóneth badh,* שיש *ſhésh.* ἀμφίασμα. Gall. *Vnhabit de fin lin ſervant aux filles.* Ital. *Boccaſſino.* Germ. Ein rein weyß ebenteid vor die mägdlein. Hisp. *Veſtidura de lino.* Angl. *A rayle for a woman.*} de quo Martial. *in diſtichis Apig.* 149. *lib.* 14.

*Mammoſas metuo, tenera me trade puella,*
*Vt poſſint nitido pectore lina frui.*

Hujus distichi thema est *Amictorium.*

Ămĭctŭs, a, um, partic. Idem quod vestitus. {עטה *Potéh.* ἀμπεχόμενος. Gall. *Veſtu, couvert.* Ital. *Veſtito.* Germ. Bekleidet/ angethon. Hisp. *Veſtido.* Angl. *Cladde, clothed.*} Cic. 2. *Philipp.* Sedebat in toltis collega tuus amictus toga purpurea in sella aurea coronatus.

Ămĭctŭs, us. {מעטה *mataféh.* ἔσθησις, ἀναβολὴ, ἱμάτιον, ἀμπεχόνη. Gall. *Veſtement, habit.* Ital. *Sopraveſte.* Germ. Kleidung ebenkleid. Hisp. *Veſtidura.* Angl. *An clothing.*} Vestis quæ supponitur aliis vestibus, quasi pallium. Cic. 1. *Tuſc.* Mihi amictui est Scythium tegmen. Tibull.

*Proſtrâ jam veſtes, frustrà mea munera amictus.*

¶ Proverbiali figura dixit Catullus,

*Contra nos tela ista tua evitamus amictu:*

id est, facilè depellimus, non secùs quàm muscarum insultus.

Ămĭcŭlum, genus vestimenti, autore Festo, à circumjectu dictum. {טפריך *tachrich.* ἀμφίεσμα. Gall. *Manteau.* Ital. *Manto.* Germ. Ein kleid daman vber andre anlegt. Hisp. *Cierta veſtidura, capa.* Angl. *A cloake.*} Vellejus, Amiculo pullo velatus. Amiculum purpureum muliebre. Liv. *lib.* 34. Decet hoc amiculum. Plaut. *Meſſ. sc.* 1. *a.* 1. Cic. 2. *de Divin.* Visus est in somnis amicæ esse amictus amiculo. Valer. Maxim. Detracto etiam Jovi Olympio magni ponderis aureo amiculo, injectóque ei laneo pallio. ¶ Inde Amiculatus, amiculo indutus. Solinus *cap.* 65. Pars nudi, pars obscœna tantùm amiculati.

Ămĭcŭs, æ, quasi quis amat inhoneste. רעה *raháh.* ἑταῖρα. Gall. *Amie*

*Amic. amasenſe.* Ital. *Amica, amorosa.* Germ. Ein hur oder liebe haberin. Hisp. *Amiga.* Angl. *A lemmand.* ¶ Horat. *epist. 1.*

*Invenies aliquem mendacem amica, ancillæ.*

Terent. *in Andr.* Suventia uxor, hæc amica est, gravida è Pamphilo tibi.

Amic. dim. diminutivum ab amica. ¶ τὸ ἑταιρίδιον. Gall. *Amiette, petite amie.* Ital. *Amichetta.* Germ. Ein bul-lobsaberin. Hisp. *Pequeña amiga.* Angl. *A little lemmande.* Hier. Magister civium epistolas Romanas ad me aliquantulum, Suet. *in Calig.* Quorum Lælia, vel amiculæ colliviæ solidarentur.

Amicus, substantivum. Amator, amicissimus, qui benevolentia amore complectitur. Ἑταῖρος, φίλος, ἐρώμενος, ἐραστὴς, ἀγαπητὸς, ἀγαπητικὸς, ἀγαπητὸς ἑταῖρος, ἀγαπητὸς φίλος, ἀγαπητὸς ἐραστὴς, ἀγαπητὸς ἐρώμενος, ἀγαπητὸς ἑταῖρος φίλος, ἀγαπητὸς ἐραστὴς φίλος, ἀγαπητὸς ἐρώμενος φίλος, ἀγαπητὸς ἑταῖρος ἐραστὴς, ἀγαπητὸς ἑταῖρος ἐρώμενος, ἀγαπητὸς ἐραστὴς ἐρώμενος, ἀγαπητὸς ἑταῖρος ἐραστὴς ἐρώμενος φίλος. Constantissimus est Iamblichus, amore alterius quidam. ¶ בן רעות *amab.* רעות *relat.* Gall. *Amy.* Ital. *Amico.* Germ. Ein freund. Hisp. *Amigo.* Angl. *A friend.* ¶ Paul. Iurisc. Amicos accipere debemus eos, cum quibus nobis familiaritates quasdam contrahimus. Interest autem inter amicum & familiarem, quod familiares sæpius videmus, amicos rarius, quamvis familiaritates quasdam contrahimus. Amicum & familiarem eodem loco putavit. Imò & pro Amatore. Plaut. *Cas.* 2. 2. Oculum vis amicum tuum (ergo ipsa amatorem,) Hunc habere? Idem *Pseud.* 1. 2. 61. Illum tibi amicum fore puto. Idem *Merc. sel.* 2. 4. 1. Nostræ hæc amicorum vestrorum perdita libertas. Idem *Pseud.* 1. 2. 61. Bis tanto sunt amici apud te, quam prius. Idem *Asin.* de amantibus dictum. ¶ Hæc amicorum vita dicitur, quæ amatorum seu perpetua in vita. Denique, ut Donatus tradit, Amicus, amici est Amator, corporis. Cicer. *c. Verr. Pisonem.* Alii meos amicissimos non solum amicos, verumetiam amatores dicebant. ¶ Magis amicus, benevolentia, φιλανθρωπία. Pupillo-rum *in Horat.* hunc versum proverbialem fuisse ait, quo admonemur, in amicorum moribus quædam vitia dissimulanda esse, ut vel ignoscamus quidem, sed tamen toleremus, ne levitas & exultatio in objectandis amici malis subvertat amicitiam. Nisi quis me forsan, qui mihi atque amicis placeat consulo magis. Plaut. *Cas.* 2. 2. 1. Ita & consulam hanc rem amicæ, quod facere me æquum censeam. Idem *Merc.* 3. 4. 1. Nam hæc amicis consilium. Idem *in Amphit.* 5. 1. Nam tuæ. Amici compulerant ; eorum hæc reddere fidentem. Idem *Curc.* 5. 1. Serva tibi perpetuum amicum me. Idem *Capt.* 5. 4. 2. Nolui fruſtrarier, ut decet vera inimicum amicum amico, atque optimum. Idem *Curc.* 5. 2. Pauci cernuntur amici, qui vera loquantur. Idem *Pseud.* 5. 2. 1. Amici autem & Amatus differentia quæ hic datur Senec. *Epist.* 34.

*Quid facis ingenio semper amice meo?*

Ovid. *Eleg. lib. 1. Trist. 1. Ibid. Eleg. 2. lib. 4.*

*Draconis amicorum templa promissa Deorum.*

Et 13. *Metamorph.*

——— *trepidique fugam exprobraverit amico.*

Velleius, Amicum habere ausus est Brutum, similemque Cassium. Gell. *c. 14. lib. 15.* Is cum amicum amantissimque haberet. ¶ Amicorum communia omnia, κοινὰ τὰ φίλων εἶναι. Ex hoc proverbio Socrates colligebat, omnia bonorum esse virorum, non secus quam deorum. Deorum, inquit, sunt omnia : Boni viri deorum sunt amici, & amicorum inter se communia sunt omnia ; Bonorum igitur virorum sunt omnia. Referuntur apud Euripidem *in Oreste, in Phœnic.* & *in Andromacha* : apud Terent. *in Adelph.* apud Cic. *Offic.* & 1. *de Leg.* Citatur ab Aristot. *lib. moral. 8.* & a Plat. *de Legg.* ¶ Amicus certus in re incerta cernitur. M. Tullius *Lælio.* Sententiam hanc ex Ennio citat proverbii speciem. Quo significatum est, amici fidem in rebus adversis explorari. ¶ Nihil homini amico opportuno amicius. Grandissimi ostentum quod præstant in tempore, contra interpellationem, quæ plerisque molesta esse solet. ¶ Viri infortunati procul amicis [illegible]. Patrentia notat mores amicorum vulgarium, qui infirmandum nec, pro ratione temporum advolant, aut devolant. Advolant, ubi res secundæ : devolant ingruente rerum tempestate. ¶ Fortuna multos habet amicos. Ἀνέχει πολλοὺς. Non eget sententia quam ut requirat interpretem. ¶ Amicus magis necessarius quam Ignis & aqua, Ἀναγκαιότερος πυρὸς καὶ ὕδατος φίλος. Hyperbole proverbialis, admonens neminem esse tam divitem, aut potentem, qui non habeat amicorum officiis. Ob id ipsum Lucianus amicos vocat, ut amicorum necessitudinem. Cic. ad hoc alludens, ait *Lel.* Hodiéque vulgus inconstantiæ jubet in arte, quod sit verissimum. Tolerabilius vivi hac pecuniæ, quam sine amicis. Novos pleraque amicos, ne oblivisceretur veterum. Νέους ἑταίρους, ἀντὶ τῶν παλαιῶν ἀποβάλλου. Tum præcipit de amicorum delectu, quos eligere oporteat : nonnullum rei petendæ, etiam postulandi, deinde adhibendos officiis. Hermol. Barbar. *in epist. quadam ad virum Mirum.* ¶ Mendicitate parentes quærunt amicos, πτωχεύουσι φίλους. Divitiæ conciliant amicos : paupertas nec illos habet amicos quos natura conjunxit. ¶ Unus Deus, & plures amici, εἷς θεὸς, καὶ πολλοὶ φίλοι. Hesiodo tamen non probatur πολλοὶ ἑταῖροι ἴσον τε καὶ ἐπιεικέες. ¶ Amicos tragœdos habuit, τοὺς τραγῳδοὺς ἑταίρους ἐποιήσατο. Suidas e Didymo citat, addens dici solitum deum, qui se accommodaret, & motum severitatem sumeret ad æmulationem alterum Sapientum ab histrionibus. ¶ Lingua amicus, λόγῳ φίλος, qui verbis tantum dicit, non re præstat benevolentiam. Aut qui sine animi ex bonitate benevolentiam oratione præfert. ¶ Cum amicorum certaminum æmulatione. Cum amici non certandum invidia. Cum amicis & veris amicitiæ non est suscipiendum certamen, ne quid violentiæ amicitiæ propter æmulationem hujusmodi comitem contentionum. Id fugit Homer. *in Odyss. 6.*

——— *τίς δὲ θεὸν μαχέσαιτο, id est,*

quis unquam benigno cum hospite pugnaret? Petenti amici, dum animi intenti intercant. Verissimus refertur a Cic. *in Oratore pro Deiotaro*, ut proverbio utebatur. Congruit in illos, qui se amicos profitentur, nec amicis, modo quod imperasse optant, affirmantur. Verbis eorum est immanis : quam humanitatis sit & amicos multos facere, nolle habere amicos. ¶ Neque malles set ardentiusque amicis. Cum scribit Hieronymus & alia pleraque, cella ut proverbium :





Μηδὲ [illegible], id est,

Nec multos, ut nec nullis locaris amicos. Aristot. *lib. 9. Moral. 9.* Iamquam proverbio tritum erat, quod pauciores certa ullius amicitia consecutos eum vivere. Verum atque imprimis cavendum esse videtur, ne facilitate nimia, velut omnes amare profitemur indiscriminatim, nec pauci nobis amici contingere. Diversa tamen sunt Cicero in *Lælio*, & Plutarchus *Communem.* ¶ Ubi amici, ibi opes. Plaut. *in Trinumm.* Verum est verbum, quod memoratum. Ubi amici, ibi eadem opes. Cicero & à Pythio proverbium refert. *Iubet. Graece Asylium.* Semper est potius, & elegantius, qui pecuniam & rebus præditum plus habere amicorum existimant, quam qui pecuniam. Plautique amicis opes. Valeat amicos amicum [illegible].

——— [illegible]

Qui nihil in eo quæ tam ad beate vivendum, nec amici magis, quam inimici rationem habent. ædificandæ fortunæ. Timon ille Misanthropos. ¶ Virquæ ad illos affluens, μισάνθρωπος ἐκεῖνος. Hoc refellunt Periclea amico cuipiam, qui [illegible] quam [illegible] tamen. A [illegible] quanquam [illegible] tamen confidimus amicorum [illegible] [illegible] [illegible]

fortunam boni consulat. ¶ Amicitias immortales, inimicitias mortales esse oportet. Tit. Livius vice proverbii sumi refert *lib.* 10. *de bell. Maced. & Asiatico.* ¶ Multas Amicitias silentium diremit, *πολλὰς φιλίας ἀσιγησία διέλυσεν.* Admonet adagium assiduo convictu ac frequentibus alloquiis necessitudines ali, intermissione & absentia dissolui. Munit huius adagii Aristot. *lib.* 8. *Moral.* 8. Amicitia etiam cum malis esse dicitur. Plaut. *Pseudist.* 3. *a.* 1. Amicitia est antiqua [mihi cum lenone, sup.]

Amilcar, is, *ὁ*, Punicum nomen est, quo dicti sunt aliquot illustres Carthaginensium duces, quorum præcipuus fuit Annibalis pater, qui filium irreconciliabili in illo erga Romanos odio primus imbuit. ¶ Fuit & alter Alexandri magni tempore, qui quum cives sui crescentes Alexandri vires extimescerent, exulem se fingens, ad eius castra transfugit. Receptus iraque ab Alexandro in militiam, & consiliis adhibitus, suis omnia civibus in tabellis ligneis, cera superinducta prescribebat.

Amilus, urbs Arcadiæ Steph. & fluvii nomen. Vide *Anilus.*

Aminæum, genus vitis: unde Aminæa uva & Aminææ vites. Virg.

*Sunt & aminææ vitis firmissima vina.*

A regione autem ita vocabantur: & Aminea nunc, ubi nunc Falernum est, ut Macrobius testatur. Quod facit ut mires Servium tantum Grammaticum scripsisse Aminæum dictum quasi sine amino, hoc est, sine rubore, quoniam naturâ album est. Alii Amineum scribunt, geminato m. Unde & versum Virgilii supra citatum sic restituerunt. Sunt etiam Amminææ vites, &c. Etita est. Nam sine diphthongo esse scribendum penul. etiam Perotalus ex Ausonii versu in Columellam demonstrat: Solus qui Chium miscet Oceanum influx. Germani hunc fluvium sua lingua vocant, quasi Emysium & Ammineum.

Aminias, *ὁ*, Poëta comicus Atheniensis, Suid. Huius meminit Laertius in Vezate.

Amiræus, Prætor navis, Protosymbolus, Princeps Senatus, Saracenorum præfectus. Buleng.

Amirallus non erat maris præfectus, ut nunc, sed subjectus magno duci, magno Drungario classis, supra Protonotarium. Cod. Lex gr. b.

Amisius, fluvius est Germaniæ, quem Amasiam à Strabone voceri supra diximus. Hic in Frisia Orientali juxta Emdam civitatem in Oceanum influit. Germani hunc fluvium sua lingua Diemba vocant, quasi Emysium dicas. Meminit eius Plin. *lib.* 4. *cap.* 13.

Amissides, lapis est, quem qui secum gestaverit, inebriari non poterit.

Amis, itis, est lignum bifurcatum, per quod venatores expanuant retia ad capiendas feras.

Amisum, *ἄμισος*, sive Amisus, *ἄμισος*, Stephano, oppidum est insigne in confinio Paphlagoniæ & Cappadociæ, distans a Sinope CXXX. M. passus, de hoc Plin. *lib.* 6. *cap.* 2.

Amita, Theoph. Patris meæ soror, quasi ἀμὴ τέτα sit, atque avia videri possit, vel quia à patre meo amata est. Ita Festus. Iustinian. *lib.* 3. *tit.* 6. *Instit.* §. 3. & Theophil. *ibid.* ¶ *πατρὸς ἀδελφὴ, ἡ πρὸς πατρὸς θεία.* Gall. *Tante du coste du pere.* Ital. *Zia.* Germ. *Des vatters schwester.* Hisp. *La tia, hermana de mi padre.* Angl. *The fatherie syster.* ¶ Nam plus sorores à fratribus, quàm fratres diligi solent, propter dissimilitudinem personarum, quæ ideo minus dissensionis habent, quo minus æmulationis. Major amita dicebatur, avi & aviæ amita: sicut & Major avunculus, avi & aviæ avunculus. Liv. Adolescens inde se ab Eautium amitem contulit. ¶ Amita item Pediculorum oppidum est. Ager autem Pediculorum est Brundusio conterminus.

Amiternum, *ἀμίτερνον*, urbs Campaniæ, ex qua Crispus Sallustius natus perhibetur. Hodie Aquila dicitur. Plin. *lib.* 3. *cap.* 5.

Amiternus, adject. amiternus, Amiterna cohors, apud Sil. Ital. *lib.* 8. Item Amiternus ager. Mart. *lib.* 13.

*Nec amiterninus ager felicius educat hortis.*

Amithaon, *ἀμυθάων*, pater Melampi vatis. Stat. *Theb.* 3.

——— *frater tibi cura futuri*
*Amphiarai datur, iuxtáque mithaone cretus*
*Iam senior, sed mente vires, Phlegyque Melampus.*

¶ Amithaonia domus. Propertius.

*Mox Amithaonia nupta futura domo.*

Tib. 4.

*Quis Amithaonios nequeat certare Melampus.*

Amithosenta, regio Arabiæ. Plin. *lib.* 6. *cap.* 28.

Amithusenses, Iturææ populi in tractu Hermonis. Plin. *lib.* 5. *c.* 5.

Amitini, autore Nonio dicuntur ii, quorum alter ex fratre, alter ex sorore est genitus. ¶ *ὁ ἐκ τοῦ ἀδελφοῦ καὶ τῆς ἀδελφῆς ἀνεψιός.* Gall. *Cousins germains, le fils du frere & de la sœur.* Ital. *Figlioli di fratelli & sorelle, cugini germani.* Germ. *Geschwisterkinder tinder.* Hisp. *Primos hijos de hermanos.* Angl. *Brother and syster sonne.* ¶ Duorum autem fratrum filii, patrueles, sororum vero liberi, consobrini appellantur. Iustinian. *lib.* 3. *Instit. tit.* 6. § 4.

Amitto, Dimitto, Abire permitto, *ἀπολύω.* Terent. *Heaut.* Nam si semel tuum animum intellexit, priùs proditurum te tuam vitam, & priùs pecuniam omnem, quàm abs te amitti filium. Haec, &c. Sic Plaut. *in Capt. sc.* 2. *a.* 2. Esse, & hunc amittam hinc: alio pacto abire hinc non potes. Et *Men. sc.* 2. *a.* 4. Perditam amittunt dominum. Item, Ut post te hinc amittamus [sup. salvum, hic mittimus hinc.] Idem *Mil. sc.* 5. *a.* 3. Amittere captivum [i. finere abire.] Idem *Capt. prolog. & sc.* 2. *a.* 2. *ter.* Paratum ne amittas [i. ne abire finas.] Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Me amisisti liberum: Liberum te ego iussi abire? N. quid animæ amittat dormiens. Idem *Asi. sc.* 1. *a.* 2. Animam amittunt, priusquam loco demigrant. Idem *Amph.* Manibus amisisti prædam. Idem *Mil. sc.* 5. *a.* 2. Qui occasionem amisisti tam bonam. Idem *stich. sc.* 2. *a.* 2. Certum est istam rem inquilinum non amittere [i. relinquere illam.] Idem *Amph. sc.* 3. *a.* 2. & *sc.* 2. *a.* 4. Nucleum amisi, reliqui putamina. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Item. Ad patrem hunc amisi Tyndarum [i. curavi aut ad eum mitteretur.] Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. ¶ Item amittere, significat perdere, & iacturam facere, *Ibid. sc.* 2. *a.* 1. Tum nostra bona intelligimus, cùm amittimus. Item, Nihil nobis magis placet, quàm quod amissum est. Seneca *c.* 16. *de Consol. ad Marc.* Amissa coniuge mœstus erat Orpheus. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

*Non es ut amisso coniuge digna fleas.*

Item *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.* Amittere agios, mox perdere dicit. Vellejus.

*Amissámque meam virtutem voce reposco,*

Ovid. 15. *Metam.* ¶ אבד *ibbádh.* ἀπώλεια. Gall. *Perdre.* Ital. *Perdere.* Germ. Verlieren. Hisp. *Perder.* Angl. *To forgo, to lose.* Salust. Iampridem equidem nos vera rerum vocabula amisimus, quia bona aliena largitio, liberalitas: malarum rerum audacia, fortitudo vocatur. ¶ Item ignoscere. Terent. *in Eunucho*, Unam hanc noxam amitte: si aliam admisero unquam, occidito. ¶ Item admittere. Plaut. *in Asin.* Cur ergo minaris tibi vitam esse amissam?

Amitto, verbale, *ἀπόβλησις*, rei alicuius petitio, & iactura. Cic. 3. *de Finib.* Amittio sensuum. Et *in Pisonem*, Amissio dignitatis. *Ibidem*, Oppidorum turpis amittio.

Amma, mater spiritualis, apud Pelagium, Palladium, & alios.

Ammi, idis, *ἄμμι*, Dioscoridi, herba est caule rotundo, furculis multis & exiguis, folio oblongo, angusto, per ambitum incisuris diviso, flore parvo & candido, umbella anethi, semine multo, cariore quam cuminum, gustu origanum præ se ferente, aeri nimirum & subamaro, radice candida & capillosa, a nonnullis pipercula dicitur. Apud Plin. *lib.* 1. . *c. ult.* legitur genitivus Ammi, tanquam à nominativo Ammis: Anethi, inquit, & fœniculi seminis, & ammii. Officinis vocatur Ameos.

¶ Ammiculæ, vitis caprioli. Cod. Il. antiq. ¶

Ammon, onis, *ἄμμων*. Suidæ, sive [ut alii malunt] Hammon, Iupiter appellatus fuit, qui in desertis Libyæ sub arietis forma colebatur. Cuius appellationis ratio haec fuisse traditur: Quum Liber pater per desertam Libyæ exercitum duceret, universa iam Asia devicta, & sitì admodum laboraret, implorasse à patre auxilium dicitur. Quo facto, apparuisse ei extemplò arietem: quem dum fugientem persequitur, pervenisse illo duce ad fontem amœnissimum. Quapropter desiderio potionis, existimasse arietem illum fuisse Iovem, cique templum miræ magnitudinis in arena constituisse, & Deum vocasse Ammonem, hoc est, Iovem arenarium. Sunt qui dicant lingua Ægyptia Ammon Iovem dici: hinc corrupto nomine Ammonem vocitatum. Alii tradunt Ammonem dictum ab Ammone quodam pastore, qui primus illic templum ædificavit. Hujus meminere Suidas, & Aristophanes *ἐν ταῖς νεφέλαις.*

Ammochrysus, gemmæ nomen, *ἀμμόχρυσος*. Plin. *lib.* 37. *cap.* 11. Arenarum similitudine est in ammochryso, velut auro arenis misto.

Ammodites, *ἀμμώδυτης*, serpens est viperæ similis, arenosi coloris, unde nomen accepisse videtur. A nonnullis Cenchrias dicitur, quòd caudam habeat duram instar milii. Aët. *lib.* 13. *c.* 25. ¶ Alii Ammoditem piscem esse volunt, fusi formâ, ac longitudine, maxima parte album, suavem, & elixum, & frixum. Arenis fere occultat, eruiturque à piscatoribus palâ: aut in æstuariis calcando exsertus excipitur fagenæ, vel verriculi genere.

Ammonethus, insula Arabiæ. Plin. *lib.* 6. *cap.* 8.

Ammônia *ἀμμωνία*, regio mediterranea Libyæ, in qua Iupiter Ammon colebatur, ita dicta ab arenæ copia, quæ *ἄμμος* à Græcis dicitur.

Ammoniacum, *ἀμμωνιακὸν*, est gutta sive lachryma ferulæ in Libya nascentis, quæ à Dioscoride Agasyllis, à Plinio Metopion appellatur. Nomen habet ab arenis, quas Græci *ἄμμους* appellant, propterea quòd ab arbore sua distillans, in subjectas arenas decidat, atque in iis in grumos quosdam thuris more concrescat. Aut certè ab Ammone Iove, qui in desertis Libyæ in locis arenosis templum habebat, circa quod hoc ferulæ genus præcipuè nascebatur. Plin. Ammoniaci lachrymam vocat, eo [opinor] consilio, ne quis homonymia deceptus, Ammoniacum sale intelligeret, qui ab Ammoniaci gutta omnino est diversus. Vide Dioscor. *lib.* 1. Plin. *lib.* 12. *cap.* 23.

Ammoniacus sal, *ἀμμωνιακὸν*, Dioscoridi, terræ salsugo est in Libyæ arenis, crescente luna effervescens, alumini scistili non dissimilis, glebis oblongis, venisque in longitudinem tractis. Invenitur potissimum in tractu Cyrenaico, & iuxta Iovis Ammonis templum, ubi ab accolis effoditur, terræ tumorem, veluti certissimum indicium, sequentibus. ¶ Ammoniaci igitur nomen sortitus est, aut ab arenis, sub quibus invenitur, ab aut Ammonia regione Libyæ, in qua Iupiter Ammon colebatur, circa quam præstantissimus erui perhibetur. Vide Plin. *lib.* 31. *cap.* 7. & Dioscor. *lib.* 5. Hodie nativo, veroque Ammoniaco sale caremus: nam qui à Septasiariis nobis ostenditur, factitius est.

Ammonis cornu, *ἀμμωνος κέρας*, gemma est aureo colore, arietini cornu effigiem repræsentans, quæ somnia vera afferre perhibetur. Autor Plin. *lib. ult. cap.* 10.

Ammonitrum, *ἀμμωνίτρον*, massa est constans ex arena molis trita, & tertia parte nitri: ex qua recocta fit nitrum purum & candidum. Plin. *lib.* 36. *cap.* 26.

Ammonius, *ἀμμώνιος*, Alexandrinus philosophus fuit, Origenis & Porphyrii coætaneus: de quo vide Euseb. *in hist. eccl.*

Ammothea, *ἀμμοθέα*, Nymphæ nomen est, ita dictum ἀπὸ τοῦ ἄμμου θεῖν Si. e. quasi per arenam currens.

Amnicenses, amnium accolæ. ¶ *ἀφεστιάδιοι.* Gall. *Ceux qui demeurent près des rivieres.* Ital. *Quelli ch' habitano appresso li fiumi.* Germ. *Die bey bächen wohnen.* Hisp. *Moradores cerca del rio.* Angl. *Which dwelleth by rivers.* ¶

Amnestia, ¶ נשיה *neschijah.* ἀμνηστία. Gall. *Oubliance, amnistie.* Ital. *Dimenticanza, oblio.* Germ. Vergässung. Hisp. *Olvidanza.* Angl. *Forgetting, oblivion.* ¶ Cum accentu in penultima, Latinè præteritorum in perpetuum oblivio dicitur, quasi lex oblivionis: ab ἀμνηστέω, id est, immemor fio, obliviscor. Cic. 1. *Phil.* Ieci fundamenta pacis, Athenasque removavi veteris exemplum, Græcum etiam verbum ἀμνηστεύω usurpavi, quod tum in sedandis discordiis usurpaverat civitas illa, atque omnem memoriam discordiarum perpetua oblivione delendam censuit.

Amnis, ¶ נהר *nahár*, יאר *jeór.* ποταμός. Gall. *Fleuve, riviere.* Ital. *Fiume.*

*Vinme.* Germ. Ein fluß/ein bach. Hisp. *El rio.* Angl. *A flude, à river.* ¶ Fluvius: ab Am, circum, & No, fluo, quoniam flexuoso meatu labitur: vel ab ambio. Omnia enim flumina circumeuntes, deinde cornuta pinguntur. Nec desunt, qui à Graeco ἀμνὸς deduci malint, quod etiam Suidas fluvium interpretatur. Hinc etiam ἀμνίδες νύμφαι, à Callimacho dici putant, pro amicis. Sic enim habet ille in Hymno Dianæ,

Δὸς δὲ μοι ἀμνιάδας καὶ ἀνωνύμους ἔμμεν ἑταίρας: hoc est,
Da mihi fabulas Amnitidas viginti Nymphas. Verùm hoc potiùs deductum videtur ἀπὸ τῆς ἄμνου, quod proprium nomen est fluvii in Creta, à Suida quoque commemorati: quod etiam Callimachi interpres annotavit his verbis, ἀμνισὸς ποταμὸς Κρήτης. ἀφ' οὗ ἀμνιάδες Κρῆτες. id est, Amnisus fluvius Cretæ, à quo Amnitidas, hoc est, Cretenses. Virg. 1. *Georg.*

*Atque alius latum funda iam verberat amnem.*

Plin. *lib.* 10. *cap.* 32. Halcyones subeunt & in amnes. ¶ Ponitur & pro torrente Virg. 4. *Æneid.* Ruunt de montibus amnes. Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.* Amnes, lacus montes in triumpho. *Ibid. Eleg.* 2.

*Adverso tardam qui vehit amne ratem.*

¶ Amnis in fœminino dixerunt antiqui. Varr. ¶ ¶ Amnigenus, in amne genitus: Amnensis, ad amnem situs: Interamnas, inter amnem: Autemnus, ante amnem positus, vel habens ante se amnem. ¶

Amnicolă, ὁ, ἡ, ὁμώνυμος. Gall. *Qui habite prés de la riviere.* Ital. *Quello ch' abita appresso il fiume.* Germ. *Der bey einem fluß wohnet.* Hisp. *El morador, que mora cerca del rio.* Angl. *which dwelleth by a river.* } Amnis accola. Ovid. 10. *Metam.*

*Amnicolæque simul salices, & aquatica lotos.*

Amnicŭs, a, um, significat fluviale. { ποτάμιος. Gall. *De riviere.* Ital. *Di fiume.* Germ. Das des fluß oder bachs ist. Hisp. *Cosa perteneciente al rio.* Angl. *which belongeth to a river.* { ut, Stirps amnica, apud Apuleium Plin. *lib.* 3. *cap.* 35. Insula in Sao Marubarthis, amnicarum maxima.

¶ Amnium, fœtus involucrum tenue, quod eius velut fuddres recipit: ἀμνίον. ¶

Ămnisis, insulæ Doliche in Arabia fluvius. Plin. *lib.* 6. *cap.* 28.

Ămo, as, are, Diligo, charum habeo, studio prosequor, benevolentia complector, magno amore in aliquem feror. { אהב *ahab*, חבב *chabab*. φιλῶ. Gall. *Aimer.* Ital. *Amare.* Germ. Liebhaben/ lieben. Hisp. *Amar ó affician.* Angl. *To love, hartelie.* } Ita tu me amas, ita te Philoliches amet ut venusta es! Plaut. *Most. sc.* 3. *a.* 1. Neque amatorem invenire queo qui amet me. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 3. Quamobrem vitam amet. *Ibid. sc.* 1. *a.* 5. Næ si te dii amant { aliàs amabunt } linguam comprimes. Idem *Mil. sc.* 6. *a.* 2. Amant te omnes mulieres. *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. Dii me servant atque amant. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Pariter pereunt amando atque insanitum. Idem *Cure. sc.* 3. *a.* 1. Quam est pauxillum amare sanè, insanè non bonum. *Ibidem.* Dii me omnes adjuvant, augent, amant. Idem *Menæch. sc.* 3. *a.* 3. Qui amat, si eget, miseria afficitur æramna. Idem *Cure. sc.* 2. *a.* 1. Id quod amo, carco. Et quod amas, adducam. *Ibidem.* Qui quod amat videt, nec potitur. Idem *Cure. sc.* 3. *a.* 1. Ita me amabit lancta saturitas. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Ita te amabit Iupiter, ut tu nescis. Idem *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Ita me dii amabunt. *Ibid. sc.* 5. *a.* 3. Amo quia non adest. *Ibidem*, Scibo utrum me magè amet, an marsupium. Idem *Menæch. sc.* 4. *a.* 2. Amando me exoratior te vis, an oscu lando (i. blandiendo.) Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 2. Hic homo te amat. *Ibid. sc.* 5. *a.* 4. Amat, sapit, rectè facit, animo quandoque obsequitur suo. *Amph.* Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 3. Ut miser est qui amat? *Ibid. sc.* 3. *a.* 3. Salve, Dii te ament. Idem *Most. sc.* 4. *a.* 1. Decet me amare. Idem *Menæch. sc.* 1. *a.* 1. Dii te ament Megalore. Idem *Aul. sc.* 4. *a.* 1. Ita me bene amet Laverna. *Ibid. sc.* 2. *a.* 3. Libet amare, potare. Idem *Mostel. sc.* 1. *a.* 1. Quid agitur? Amatur atque egetur. Idem *sc.* 3. *a.* 1. Ita me Venus amet. Idem *Cure. sc.* 1. *a.* 4. Dii te, Deæque ament, & neque ament, neque faciant bene. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Ita me dii ament ut sapit multùm. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Te amo, & metuo. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 4. Quod te amo, operam nullam potui melius ponere: tu me amas, ego te, meritò fit. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Catull. Nunquam te aspiciam posthac, at certè semper amabo. Verum amo, vide *Verum.* Amo medullitus, vide *Medullitus.* Corde amare, vide *Cor.* Amari à lenone, vide *Lena.* Cic. *Delai.* Quis erat, qui putaret ad eum amorem, quem erga te habebam, posse aliquid accedere? tantum tamen accessit, ut mihi denique nunc amare videar, antè dilexisse. In eodem sensu idem Cic. *ad Attic.* Sed tamen ut scires eum non à me diligi solum, verumetiam amari. Terentius tamen contrarium potuisse videtur, quum inquit: Pol, quò plus quenquam amem, aut plus diligam, eò feci. Quod si *amo* absolutè ponatur, capitur pro Amore captus sum: hoc est, esse in amore. Plaut. Amat filius: certum est. Amare pro Orare: Amare te multùm ait, ut hoc ad aurificem deferas. Plaut. *Men. sc.* 3. *a.* 3. Sein' quid te amabo ut faciàs? *Ibidem sc.* 4. *a.* 2. Amat item, pro Solet. Quintil. Amat fieri. Tacit. *lib.* 4. Memoriæ Drusi eadem quæ in Germanicum decernuntur, pletisque additis, ut fermè amat posterior adulatio. Tractum à Græcis, apud quos φιλεῖ, *Solet* interdum significat. ¶ Amo, de rebus inanimatis. Horat.

——— *amat quoque iniuria limen.*

Composita huius verbi sunt, Adamo, Deamo, Redamo, & Peramo.

Ămābò, { נא *na*. φίλε δή. Gall. *Pour Dieu mon amy, s'il vous plaist.* Ital. *Di gratia.* Germ. Ey lieber. Hisp. *Por mi amor.* Angl. *I pray you, the se i you.* } Interjectio blandientis, Comicis. Plaut. Noli amabò, verberare lapidem, ne des malum. Idem *Cure. sc.* 3. *a.* 1. Noli amabò verberare. Item, Amabò advorte animum. Idem *Men. sc.* 4. *a.* 2. Quin amabò is intrò. *Ibid.* Iam amabò, desine ludos facere. *Ibidem.* Amabo te palàm redde. Cedo, amabò decumbe. Idem *Mostel. sc.* 3. *a.* 1. Duce me amabò. *Ibid. sc.* 4. *a.* 1. Quin amabò acculas. *Ibid.* Quidam exponunt, Gratum erit. Gell. *lib.* 11. Amabò mi fili quiescas. ¶ Sæpe etiam habet adjunctum accusativum. Cicer. *ad Attic.* Cura, amabo te, Ciceronem nostrum.

Ămans, particip. significat eum, vel eam, qui, vel quæ amat, pudicè, vel impudicè. { אהב *ehb*, אהב *chebb*. ἐρῶν, ἐρῶσα. Gall. *Amant,*



*amoureux.* Ital. *Amante, inamorato.* Germ. Ein liebhaber/ oder ein liebhaberin. Hisp. *El que ama, amador.* Angl. *Loving, which loveth.* } Cicer. Nihil difficile amanti puto. Amo autem, & semper amavi nimium fudra & mores tuos. Accubantes, stantes, amantes. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. Tui amans abeuntis ego. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Amantem uxoris, mox osorem. *Ibid. sc.* 1. *a.* 5. Ubi amans adolescens scortum liberet. Idem *Capt. sc.* 5. *a.* 5. Amantes propinquæ vinum dabent Veneri. Idem *Cure. sc.* 1. *a.* 1. Misero amanti chlibit fungurnem amica. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Impressiones arctæ amantium corporum. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Non iucundum est, nisi amans facit lubens. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Ubi amans adolescens scortum liberet. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 5. Amantum animo inlecebra mundities. Et amanti amœnitas malo. Idem *Men. sc.* 3. *a.* 2.

*Senfit amans sua damna, ferè tamen hæret in illis.*

Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

——— *Aliquid amantes*
*Nonlungè à cheris corpore abesse volunt.*

Catul. *de com. Beren.* Cum genitivo constructum transit in nomen: ut, Amans quietis, θερίζων. ¶ Interdum substantivè accipitur in eadem significatione qua amator, ἐραστής. Ovid. 1. *de Arte,*

*Fallat enim amans: color est hic aptus amanti.*

Amicum & amatum eum habuit. Cell. *cap.* 19. *lib.* 16.

Ăm inter, a, ivi, ĭtum. Significat benevolè, vel cum amore. { לאהבה *leahabah*, ἐρασθῆναι. Gall. *Amoureusement.* Ital. *Amorevolmente.* Germ. Freundtlich/ mit lieb. Hisp. *Amorosamente, y amigablemente.* Angl. *Lovingly, of to ter the manner of lovers.* } Cic. 2. *Phil.* Erat enim amatoriè scripta epistola. ¶ Amatorie quoque nonnulli unam ex Musis esse voluerunt, quæ Græcis Erato dicitur, decepti nimirum corrupto Ovidii versiculo ex Epist. Sapphûs ad Phaonem, quem sic legunt:

*Vilis Amaterie, vilis mihi candida Clio.*

Quem Ovidii locum si quis propiùs expendat, facilè deprehendet, non de Erato & Clio esse intelligendum: sed de Amythone & Cydno Lesbyis mulierculis, quibus ille ad portentosam libidinem abutebatur. Subdit enim, Quas non sine crimine amavi: Quod, quàm rectè conveniat Musis virginibus, quivis facilè intelligat.

Ămātōrium, quod ad amoris intaniam impellit, φίλτρον: ut amatorium poculum. Sic amatorium virus, apud Plin. *lib.* 8. *c.* 22. & *lib.* 13. *c.* 23. Quint. *lib.* 7. An amatorium vocabulum sit, nécne.

Ămātōrĭus, a, um, quod ad amorem pertinet, ἐρωτικός. Cic. 3. *Tusc.* Anacreontis tota poësis est amatoria. ○

Ămābilis, e, dignus amari, dulcis, suavis. { ידיד *iedhidh*, ἐρασμιώτερος. Gall. *Digne d'estre aymé, aymable.* Ital. *Amabile, degno d'esser amato.* Germ. Liblich/ Das wirdig ist sich zuhalten. Hisp. *Digno de ser amado.* Angl. *worthie to be loved.* } Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Nimis belle es, atque amabilis. Cic. *ad Attic.* Filiolam tuam tibi iam Romæ iucundam esse gaudeo: eamque quam numquam vidi, tamen & amo, & amabilem esse certò scio. Cuius contrarium est Inamabile. Mart. Inamabilis sciurus & frequens phœnix. Amabilissimus, Gorgonius Rhetor.

Ămābĭlĭtās, { ידידות *iedhidhuth*. φιλότης, ἐρασμιότης. Gall. *Amabilité.* Ital. *Amorevolezza.* Germ. Geldfälligkeit. Hisp. *Amistad.* Angl. *Amiablenesse de love somwrse.* } Morum comitas, forma ve venustas ad amorem allicions. Plaut. *in stich.* Si amabilitas tibi nostra placet, si tibi ambo accepti sumus. Idem *in Pœn.* Qui amabilitati animum adducerem.

Amābilitèr, adverb. { ἀγαπητῶς, ἐρασμίως. GALL. *Amiablement.* ITAL. *Amorevolmente.* GERM. Holdſäliglich. HISP. *Amigablemente.* ANGL. *Amiable.* } Ant. ad Cicer. *in Epiſt. ad Attic.* Sed mehercule ſi humaniter, & ſapienter, & amabiliter tu me cogitare vis, facilem te profectò præbebis.

Amata, quamvis virgo quæ à Pontifice Max. capitur ad ſacerdotium Veſtæ appellatur: quoniam quæ prima capta eſt, hoc fuiſſe nomine traditur. G. Ilig. *lib.* 1. *cap.* 12.

‖ Amatò, non natu, ἀπάτωρ. Gloſſ. amodò. ‖

Amāthūsius, ἀμαθοῦσιος, in pen. cum *x*, & in antepenult. cum *o* diphthongo. Genus carminis, in quo qui canunt, utuntur æquali numero verſuum, & ita ſe habet ipſa reſponſio, ut aut manus, aut contrarium aliquid dicat: ita Feſtus, & eſt apud Virg. *in Buc.*

*Ab Iove principium Muſa, Iovis omnia plena:*
*Ille colit terram, &c.*

Nomen deductum ἀπὸ τῆς ἀμαθίας, quod inter cætera ſignificat alterius reſpondere.

Amœno, as, delectatione afficio. { שמח *ſimmách*, חיב *hetib.* Ἐφηδύνω. GALL. *Deleſter, recreer.* ITAL. *Dilettare, aggradire.* GERM. *Beluſtigen.* HISP. *Deleytar.* ANGL. *To delyte, to recreate with pleaſure.* } Cyprian. *ad Don.* Et dum in arboribus & vitibus, quas videmus, oblectante proſpectu, oculos amœnamus, animum ſimul & auditum inſtruit, & paſcitur obtutus.

Amœnus, a, um, cum *æ* diphthongo, jucundus aſpectu. { נעים טוב *tob, naím.* ἡδύς, ἀστεῖος. GALL. *Plai ſant, recreatif.* ITAL. *Ameno.* GERM. *Luſtig, Lüſtlich vnd lüſtlich anzuſehen.* HISP. *Naturalmente delectable.* ANGL. *Pleſant, delyteſome.* } Componitur ab A, id eſt ſine, & munus, quòd ſit res grata, vel ſine fructu. Vel (ut inquit Servius) à Mœnio, munio, vel fructum capio: unde qui nihil præſtant, Immunes vocantur. Feſtus ab amo derivat, cùm ait, Amœna loca dicuntur, quæ ad ſe amanda alliciunt. Virg. 6. *Æneid.*

——— *& amœna vireta*
*Fortunatorum nemorum.*

Cic. *de Orat.* Nec amœnum, nec ſalubrem locum cenſeo. Idem *Att.* Prædiola noſtra bellè ædificata & ſatis amœna. Amœno ingenio. Gell. *c.* 2. *lib.* 19. Puer Delphino amœnus (i. ab eo amatus.) Idem *cap.* 8. *lib.* 17. Item, Amœnior cultus. Liv. 4. *ab vrb.*

Amœnitas, jucunditas illa, quæ ex rebus amœnis percipitur. { נעם *nóham.* τερπνότης, ψυχαγωγία. GALL. *Plaiſance, recreation.* ITAL. *Giocondità, piacevolezza.* GERM. Luſtbarkeit. *Deleyte.* ANGL. *Pleſauntneſſe, delyſomneſſe.* Cic. 2. *de Legib.* Præſertim hoc tempore anni & amœnitatem & ſalubritatem hanc ſequor. Plin. *lib.* 12. *cap.* 1. Glidi fontis amœnitate. Amœnitates ingenii. Gell. *cap.* 7. *lib.* 7.

Amœnitèr, adverb. pro Amœnè, ἁβρῶς, τρυφερῶς. Gell. *lib.* 20. *cap.* 8. Annianus Poëta in fundo ſuo, quem in agro Faliſco poſſidebat, agitare erat ſolitus vindemiam hilarè atque amœnitèr. Et *lib.* 14. *c.* 1. At Phavorinus, quæ eſt Græcæ facundiæ copia, eâ amœniùs & ſplendidiùs exequebatur.

Amœniſſimè, adverb. ſuperl. Plin. *Epiſt. lib.* 4. *Pomponio*: habitare amœniſſimè.

Amōlior, iris, ex A. & molior, Amoveo, & propriè de iis dicitur quæ cum magna difficultate ſubmoventur. { בער *bíer*, חסר *hesir.* ἀπωθῶ, ἀποκινῶ, ἀπορρίπτω. GALL. *Chaſſer & oſter de quelque lieu avec grande peine.* ITAL. *Rimovere.* GERM. Von dannen thun mit arbeit. HISP. *Apartar, arredrar.* ANGL. *To put treak away with pane or difficultie.* } Plin. *lib.* 11. *cap.* 10. Amoliuntur omnia à medio. Plaut. *Moſt. ſc.* 1. *a.* 1. Iube hæc hinc omnia amolirier. Item, Hæc illuc amolimini. *Ibid.* Item, Noſtra properes amoliri hinc omnia. Idem *Pſeud. ſc.* 2. *a.* 3. Amoliri & diruere. Liv. *lib.* 9. *d.* 4. ¶ Interdum ponitur pro Recedo, Terent. *in Andr.* Proinde hinc vos amolimini: nam mihi impedimento eſtis. ¶ Accipitur & pro refellere. Quint. *lib.* 3. *cap.* 13. Videndum etiam, an ſimul nobis plura aggredienda, an amolienda ſingula.

Amōlitio, nis, verbale. Gell. *lib.* 12. *cap.* 1. Nam ubi infantis aliorſum dati facta ex oculis amolitio eſt, vigor ille materiæ flagrantiæ ſenſim ac paulatim reſtinguitur.

Amometus, ἀμώμητος. de Scribus privatim condidit volumen, ſicut Hecatæus de Hyperboreis, *lib.* 1. *c.* 17.

Amōmis, ἄμωμις. Herba eſt, teſte Plinio, amomo ſimilis, minus tamen venenoſa, & durior, minúſque odorata.

Amōmum, ἄμωμον. Frutex eſt ex ligno ſe convolvens in racemi modum, flore ceu candidæ violæ, foliis vitis albæ ſimilibus. ¶ Eſt autem triplex, Armeniacum, Medicum, & Ponticum. Aëtius ſcribit, amomum viribus eſſe acoro ſimile, ſed ſiccius (ξηρότερον) acorum, digeſtivum verò magis (πεπτικώτερον) amomum. Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Triſt.*

*Atque ea cum foliis & amomi pulvere miſce.*

Amor. { אהב *oheb.* ἔρως. GALL. *Amour.* ITAL. *Amore.* GERM. Liebe. HISP. *Amor.* ANGL. *Loue.* } Plus eſt quàm benevolentia, licèt plerumque pro eodem accipiantur. Ex amore enim naſcitur benevolentia, ſicut oſtendit Cicer. Amor enim (ex quo amicitia nominata eſt) princeps eſt ad benevolentiam conjungendam. Differt autem Amor à Charitate, quòd Charitas ſit amoris ſpecies. Ille ad omnes pertinet animantes: hæc ad homines tantùm. Amor amicitiæ, Gell. *cap.* 6. *lib.* 8. Amoris verò ſimulacrum dicatum in Academia. Plutar. *in Solon.* Amoris & amicitiæ differentia. Senec. *Epiſt.* 34. ¶ Eſt autem Amor (ut inquit Auguſt. *lib. de Amicitia,*) animæ rationalis affectus, per quem ipſa aliquid cum deſiderio quærit, & appetit ad fruendum, per quem & fruitur eo, & cum quadam ſuavitate interiori amplectitur, & conſervat adeptum: ut, Amor quietis, ἔρως ἡσυχίας. ¶ Amor ſingulari numero plerumque honeſtè eſt, ut Amor fraternus, Amor patris in filium. Cicero, Incenſus ſum amore incredibili virtutum tuarum. Poteſt tamen & in veneream partem accipi, & tunc (ſecundùm Auguſtinum) cupiditas, aut libido vocatur. Virg.

*Omne adeò genus in terris hominúmque, ferarúmque,*
*Et genus æquoreum, pecudes, pictæque volucres,*
*In furias ignémque ruunt, amor omnibus idem.*

Eius (vi) Amos me cupidam pellicit. Plaut. *Curc. ſc.* 2. *a.* 1. Vini vitio & amoris ieci, & amoris cauſa. Idem *Aul. ſc.* 6. *a.* 4. Nimis vile vitium & amor ebrio & amanti quidvis impunè licet. Idem *ibid. ſc.* 6. *a.* 4. Quibus (lenonibus) ut ſerviant tuus amor cogit. Idem *Pſeud. ſc.* 2. *a.* 1. Amor & Cupido in pectus perpluit meum. Idem *Moſtell. ſc.* 3. *a.* 1. Si amor ſuperat amantem, retinendus homo, non impellendus. Idem *Stul. ſc.* 1. *a.* 4. Quo Venus, Cupidóque imperant, tuadétque Amor. Idem *Cure. ſc.* 1. *a.* 1. Fateor me ex amore hujus corruptum. Idem *Aſin. ſc.* 2. *a.* 5. Ex amore tantum eſt homini ſuccurrendum. *Ibid.* Amoris cauſa pericitem id feciſſe. *Ibid. ſc.* 3. *a.* 4. Salus interioris corporis, Amoriſque Imperator. Item, Donum decúſque amoris. *Ibid. ſc.* 3. *a.* 5. Ex amore & inopia argentaria pereo. Idem *Pſeud. ſc.* 3. *a.* 1.

*Addebat veris multa fovenſis amor.*

Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Triſt.*

*Tantus amor, &c.*

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Triſt.*

*Et comes exemplum veri Phocæus amoris.*

*Ibid. Eleg.* 5. *lib.* 4. Amor (inquit Plautus) melle & felle fœcundiſſimus eſt, guſtu dulcedat, amarum ad ſanctatem uſque aggerit. Amor formæ (ait Seneca) rationis oblivio eſt, & inſanus proximus: fœdum minimè convenientem animæ ſoſpiti vitium, turbat conſilia, altos & generoſus ſpiritus frangit, à magnis cogitationibus ad humillimas detrahit. ¶ Amores verò plerumque laſcivi ſunt. Cic. *pro Cælio.* Mulier amorum turpiſſimorum quotidie fœdera feriens. Idem 4. *Tuſc.* Atque horum omnium libidinoſos amores eſſe videmus. Amores jungere, Tibul. *Eleg.* 1. *lib.* 1.

*Denique compeſui teneros non ſolus amores?*
*Compoſito pannus ſolus amore dedi.*

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Triſt.* Invocat Planetium. *Ph.* Meóſne amores? Plaut. *Cure. ſc.* 3. *a.* 1. Nunc noſtri amores, mores, conſuetudinem. Idem *Pſeud. ſc.* 1. *a.* 1. ¶ Nonnunquam tamen etiam honeſtos amores dicimus. Cicer. *lib.* 1. *Offic.* Eorum quidem ipſum, Marce fili, & tanquam faciem honeſti vides, quæ ſi oculis cerneretur, admirabiles amores ſui excitaret. ¶ Amor item pro Cupidine (quem veteres Deum amoris eſſe putaverunt) accipi ſolet. Propert.

*Quicunque ille fuit puerum qui pinxit amorem.*

Amotabundus. Gell. *lib.* 11. *cap.* 15. Labienus mulierem amantem verbo inſuſitatiùs ficto amorabundam dixit.

Amŏrgēs, ἀμόργης. Fuit ex Darii ducibus unus, qui à Caribus inſidiis circumventus, una cum Dauriſe, & Siſamace, & Myrſe Gygis filio fuit obtruncatus. Herodot. *lib.* 5.

Amorginum, lini, aut byſſi genus fuit. Suidas. Forteſſis ſunt veſtes, quas Paulinus deſcribit in Natali S. Felicis.

Amŏrgine, ἀμόργινα. GALL. *Parietaire.* ITAL. & HISP. *Parietaria, vitrezza.* } Herba eſt quæ notiore nomine Helxine dicitur. Dioſcor. *lib.* 4.

Amŏrgos, ἄμοργος, inſula una ex Sporadibus. Strab. *lib.* 10. & Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.

Amŏrrhæi, ἀμορραῖοι, populi dicti ſunt ab Amor patre Sichem, vel ab Amorrhæo filio Canaan.

‖ Amoſio, annuo. Feſt. ‖

Amŏvĕo, es, Abigo, removeo. { חסר *hesir.* ἀπωθῶ. GALL. *Oſter.* ITAL. *Rimovere.* GERM. Himweg thun/ von dannen treyben. HISP. *Quitar alguna coſa de otra.* ANGL. *To put away, to tak away.* } Plaut. *in Amph.* per translationem dixit, Amovi è foribus maximam moleſtiam, id eſt, abegi, ſive abire compuli: quia priùs dixerat, Abigam ego iam hunc venientem ab ædibus. Quo item modo Terent. *in Adelph.* uſus eſt, Ego hunc amovebo. Cicer. *ad Attic.* Et nebulonem, ſi quo pacto potes, ex iſtis locis amove. Moleſtus ne ſis, hinc te amove. Plaut. *Moſt. ſc.* 1. *a.* 1. Abs te ſocordiam omnem rejice, atque ſegnitiem amove. Idem *Aſin. ſc.* 1. *a.* 2. Etiam tu iſtum rabis te amoveſ? *Ibid. ſc.* 3. *a.* 3. Hinc amoverimini intrò vos. Idem *Pſeud. ſc.* 5. *a.* 1. Inde huc exii crapulam amoverem. *Ibid.* Item, Seſe è medio amovere. Suet. *in Tib. cap.* 10. Amoveri in inſulam, id eſt, deportari, vel relegari. Tacit. *lib.* 4. *Annal.* At P. Suillium amovendum in inſulam cenſuit. ¶ Amovere, pro Auferre, Intervertere. Ulpian. *in l. rei, pro ſocio. lib.* 17. *Pandect. & alibi.* Fraude amotæ claves urbis, ubi dolus inceſt. Liv. 7. *bell. Pun.*

Amōtio, Cic. *lib.* 2. *de Finib.* Augendæ voluptatis finis eſt doloris omnis amotio.

Ampē, ἄμπη, oppidum Arabiæ, non procul à mari rubro: cujus meminit Herod. *lib.* 6. Gentile eſt Ampæus, ἀμπαῖος. Steph.

Ampedices, appendices. Feſtus, quòd circumpenderent.

Ampela, civitas eſt Cretæ inſulæ, apud Plin. 4. *cap.* 12.

Ampelinus color, interpres Iuvenal. *Satyr.* 16.

Ampelopraſum, ἀμπελόπρασον. Herba eſt foliis porri, ſed anguſtioribus, flore candido, radice bulboſa. Naſcitur in vineis, unde & nomen accepit. Vide Plin. *lib.* 24. *c.* 15. Vulgus Porrum vinearum vocat.

Ampelitis, idis, ἀμπελῖτις, terra eſt bitumini ſimilis, circa Seleuciam Syriæ naſcens, qua ruſtici vites illinire ſolent, ad necandos vermiculos oculos illarum depaſcentes, quos Ipas, ſive Scinipas vinitores appellant. ¶ Eadem & Pharmacitis, φαρμακῖτις, dicitur, quòd vitium morbo medeatur. De hac Dioſcor. *lib.* 5. & Gal. 9. *facult. ſimpl. med.*

Ampelodeſmos, ἀμπελοδέσμη. Plin. *lib.* 37. *cap.* 23. Herba eſt, qua vites religari ſolent apud Siculos: qui quamvis ſalicibus abundent, quia tamen earum vincula duriuſcula ſunt, malunt eam ad rem ampelodeſmo uti.

Ampelos melæna, ἄμπελος μέλαινα, vitis nigra, herba eſt foliis ſimilacis, ſed majoribus, clavi culis quibuſdam obvia quæque complectens. Semen habet racemoſum, modo herbaceum, ſed ubi maturuerit, nigrum. Radicem foris nigram, intus buxei coloris. Vitis nomen inde nacta videtur, quòd ſerpat in modum vitis, quò ſque arbores, fruticéſque claviculis ſuis, velut pectamentis apprehendat. Nigræ autem cognomentum à radicis, ſeminiſque nigredine videtur eſſe ſortita.

Ampĕlos, ἄμπελος, a Græcis dicitur, quam nos vitem appellamus. ¶ Eſt & nomen civitatis Macedoniæ, apud Plin. *lib.* 4. *cap.* 10. ¶ Pro-

lomæus

lomæus quAque Ampelon urbem in Creta collocat. Stephanus aliam in Cyrenaica regione. ¶ Est præterea Ampelos promontorium Samu insulæ e regione Drepani Iceriæ insulæ. Autor Strab. *lib.* 14.

Ampelos, juvenis amatus a Baccho. Ovid. 5. *Fast.*

Ampelos Iuce, ἄμπελος λευκή. Herba est, quæ aliis nominibus Bryonia, Pselothrum, & à Latinis Vitis alba dicitur. Vitis quidem, non quòd revera sit vitis, sed quòd ad eius similitudinem accedat: nam & sarmenta habet, & folia & capreolos, sativæ viti similia omnia, tamen hirsutiora. Alba verò à radicis colore dicta putatur.

Ampeloessa, ἀμπελόεσσα, oppidum est in Decapolitana regione, quæ Syriæ proxima est. Autor Plin. *lib.* 5. *cap.* 18.

Ampelos agria, ἄμπελος ἄγρια. Labrusca, id est, vitis agrestis. Plin. *Lib.* 23 *cap.* 31.

Ampelusia, ἀμπελουσία. Nomen est promontorii in ea Africæ parte, quæ Atlantem alluit Oceanus, à vitium copia impositum. Plin. *lib.* 5. *cap.* 1.

Amphapalia, locus est Cretæ, apud Strabonem in ipsius insulæ descriptione.

Amphe, ἄμφη. Una Cycladum. Vide *Cæos.*

Amphea, ἀμφεία, urbs Messeniæ Steph.

Amphemerinos, ἀμφημερινός, febris species est, quam quartanam exquisitam vocant Medici. Fit ex pituita extra vasa putrescente.

‖ Ampli, ἀμφὶ, est circum, cum qua præpositione quædam voces componuntur, etiam in Latina oratione ufitatæ, ut significetur *circa, utrinque.* ‖

Amphiala, oppidum est Atticæ. Strab. *lib.* 9.

Amphiaraus, ἀμφιάραος. Argivus Oeclei, aut (ut alii malunt) Lini & Hypermnestræ filius, vates & Augur fuit, futurorum peritissimus: qui quum prævideret fore, ut in bello Thebano interiret, domi latitavit. Tandem tamen ab uxore proditus, invitus à Polynice ad bellum est pertractus: ubi quum fortiter pugnaret, una cum curru terræ hiatu absumptus est. Vide hæc latiùs apud Statium.

Amphias, ἀμφίας. Tarsius fuit, qui ex infima sorte ad summas opes evectus, quum amicum, tanquam degenerem, multis probris afficeret, tandem velut resipiscens, subjecit: Sed & nos ex tisdem seminibus sumus. Quæ vox ab astantibus summa lætitia excepta est.

Amphibalum, birrum villosum. Chronicon Laurishamense,

*Et sunt immensis induti calceamentis,*
*Amphibalo tegmen utentes & spatiosis.*

Sulpitius in vita S. Martini: *Nec mora Sanctus, pauperem non videns, extrà amphibalum sibi tunicam latenter eduxit, pauperémque contectum discedere iubet.* Deinde iterum: *Diaconus verò, nihil intelligens, quia exterìùs indutum amphibalo veste, nudum intùs non videbat, postremò pauperem non comparere causatur.* Apud Greg. Turon. *Amphibalum* scribitur, de Gl. Confess. lib. 2. c. 59. Vel lege *Amphimallum.* Sulpitius Severus Dialog. 2. *Amphimallum tunicam latenter eduxit.* Et infrà: *Indutum Amphimallo.* Pro *birrum* verò, legerim *utrinque.* Nam ἀμφίβαφος, est utrinque villosum, ad differentiam ἑτεροβαφοῦς, id est, ex altera tantùm parte villosi: & Birrum postea interpretantur hæ ipsæ Glossæ *Rusum*, quod non est interpretatio Amphimalli: tu vide, & eligo correctionem quam malis: ego primæ hæreo.

Amphibalus, appellatur quod injicitur alteri, & toti quidem corpori. ¶ Item byrrhus villosus. ¶ Indumenti genus; ab ἀμφιβάλλω. Remigium.

Amphibia, ἀμφίβια. ANGL. *Beastis that liveth in two elementis.* Animalia tam in terris, quàm in aquis viventia. Amphibion Græci dicunt, quod est duplicis vitæ. Colum. *lib.* 9. Venio nunc ad aves, quas Græci vocant ἀμφίβια, quia non tantum terrestria, sed aquatilia quoque desiderant, ab ἀμφὶ & βίος, quòd in amborum elementis degant. Varr. 4. *de ling. Lat.* 4. Græci ea quæ in aqua, & in terra possunt vivere, vocant amphibia. Hæc Cic. ancipites bestias vocat *lib.* 1. *de Nat. Deor.* 1. Bestiarum autem terrenæ sunt aliæ partim aquatiles, aliæ quasi ancipites, in utraque sede viventes.

Amphibolia, ἀμφιβολία, ambiguitas.

Amphibologia, ἀμφιβολογία, dubium dictum, sermo dubiam sententiam indicans. Figura quæ fit vitio compositionis, quum in ambiguo posita est sententia. Et modò fit per duos accusativos à verbo infinito rectos: ut,

*Alio te Æacida Romanos vincere posse.*

¶ Modò per verbum commune: ut quum dicimus, Cato injustè criminatur: incertum est enim, an ipse ab alio criminetur, an ipse alium. ¶ Modò per participium: ut, Vide statuam aurcam hastam tenentem. ¶ Modò per homonyma: ut si quis dicat Acirem, nec exprimat oculi, vel glasii, vel exercitus. Potest etiam fieri aliis modis.

Amphibolon, ἀμφίβολον, ambiguum dicitur, quasi utrinque percutiens, ἀπὸ τοῦ ἀμφὶ, & βάλλω.

Amphibrachus, ἀμφίβραχυς, Pes est ex prima & ultima brevibus, media producta: sic dictus, quòd in utraque parte brevem habeat, ut Timere. Ab ἀμφὶ, utrinque, & βραχὺς, brevis. ¶ Huic opponitur Amphimacrus, qui brevem habet syllabam inter duas longas.

Amphicaulis, ἀμφίκαυλις, hordeum montanum, quod & Κριθὸ Græci vocant. Vide Ruell.

Amphictyones, ἀμφικτύονες. Publicum Græciæ concilium, ut scribit Cic. *de Invention. lib.* 1. Unde decreta Amphictyonum citat Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte. Constabat autem Amphictyonum conventus ex septem Græciæ civitatibus, ut docet Strab. *lib.* 9. Unde autem Amphictyonum nomen deducatur, docet Dion. *lib.* 14. Amphictyonem Helени filium commentum esse Amphictyonicum concilium, cui ab ipsius nomine nomen indiderint. ¶ Hinc Amphictyonicus, a, um: ut, Leges Amphictyonicæ, quibus ad concordiam colendam invitabantur. ¶ GALL. *Versamlung Griechenlandts so bey der gantzen versamlung Griechenlandts gehalten.* ¶ Amphictyonum consensus, ἀμφικτυονικὸς συνέδριον, de frequenti gravium virorum conventu. Vel venustius fuerit adagium, si per ironiam torqueatur ad indoctorum conventum, qui sibi tamen solours esse videntur. Plutar. *in Cat. Censor.*

Amphicyrtos, ἀμφίκυρτος. à Græcis appellatur, quod est utrinque declive & gibbosum. Hinc fit ut Lunam ἀμφίκυρτον vocemus peculiari epitheto, quum nondum semiplena est, circa decimum scilicet, aut duodecimum à conjunctione diem: nunc enim cornua & convexitatem quandam oculis nostris exhibet. ¶ Est & Amphicyrton, lignum quoddam incurvum, quo uncta gestari solent, non dissimile illi, quo mulieres quibusdam locis aquam gestant, æqualibus utrinque urnis propendentibus.

Amphidamas, ἀμφιδάμας, Busiridis fuit filius, quem Hercules una cum patre hospites immolante interfecit.

‖ Amphidromius, quintus dies à partu, ubi cursim circum focum gestabatur puer. Amphidromia erat dies festivus, quo die nomina imponebantur. Vide Suetonium in Nerone: ἀμφιδρόμια, circumcursio. ‖

Amphigenia, ἀμφιγένεια, oppidum Peloponnesi, in tractu Messeniaco, cujus meminit Statius 4. *Theb.*

*Huic parere datique soli fertilis amphigenia,*
*Planáque Messene, mentamque nutrit Sehome.*

Meminit eiusdem & Homerus.

Amphilochi, ἀμφίλοχοι, Acarnaniæ populi, Argo Amphilochium incolentes.

Amphilochus, ἀμφίλοχος, Atheniensis philosophus, & agriculturæ scriptor, ut testis est M. Varro *lib.* 1. *de re rustica.* ¶ Fuit & Amphilochus filius Amphiarai vatis ex Eriphyle susceptus, ut *in Odyss.* celebratur Homer.

Amphilytus, ἀμφίλυτος, Arioluz ex Acarnania, qui Pisistrato tertiò Athenarum tyrannidem repetenti autor fuit, ut noctu Athenienses invaderet. Herod. *lib.* 1. Hic divina pompa furigens Amphilytus Acarnan, vir ariolus, Pisistratum cui assistebat, adiit, atque hæc hexametro carmine vaticinatus est, inquiens:

*Est nummus projectus, item sunt vetùs tenta,*
*Nette meant thynni clarè sub sydere lunæ.*

Amphimachus, ἀμφίμαχος, Cteati filius, unus ex quatuor ducibus Epeorum: de quo Homer. *in Catalogo.*

Amphimalis, ἀμφίμαλις, finis est Cretæ insulæ, ut testis est Prol. Hodie S. Nicolaus vocatur. Stephano Amphimallum, vel Amphimallia, civitas est Cretæ. Meminit etiam Plin. *lib.* 3 *cap.* 12.

Amphimacrus, & Amphimacer, ἀμφίμακρος, pes ex tribus syllabis constans, prima & ultima longis, media correpta: ut, Pallidi. Sic dictus, quòd utraque parte longam habeat syllabam, ἀμφὶ enim utrinque sonat, & μακρὸς, longum. Est autem contrarius Amphibracho.

Amphimalla, } עדרת שער addereth sehár. ἀμφιμάλλα. GALL. *Habit velu des deux costez.* ITAL. *Veste peloſa di ammendue parti.* GRAM. Ein harechtig oder zerechtig kleid zu beydẽ seiten. HISP. *Vestidura velloſa dentro y fuera.* ANGL. *A cloting xhong on both the sydes.* } Erant tunicæ gausapinæ, ex utraque parte pilos habentes, quæ & Gausapia dicebantur. Plin. *lib.* 8. *cap.* 48. Patriæ meæ memoria cœpêre amphimalla postra, sicut villosa etiam ventralia. Quæ verò ex altero tantùm latere villos habebant, Heteromalla dicebantur.

Amphimaschala, ἀμφιμάσχαλα, vestes erant liberorum, duas habentes manicas: Heteromaschala autem, quæ servorum vestes erant, unam tantùm habebant manicam. Utraque nomen acceperunt ab axillis, quæ à Græcis vocantur μασχάλαι.

Amphimedon, nomen Libyci cujusdam, qui in Aula Cephei regis adversùs Perseum pugnans, occisus est. Ovid. 5. *Metam.*

*Ecce Syenites genitus Arethione Phorbas,*
*Et Libys Amphimedon, avidi commissere pugnam.*

Amphinome, ἀμφινόμη, Nympha, à circumpascendo, quòd proprium est aquarum, quæ ripas & littora circumquaque depascuntur.

Amphion, ἀμφίων, Jovis & Antiopes, vel secundùm aliquos, Mercurii filius, à quo accepta lyra adeò suaviter canebat, ut saxa ad structos muros Thebanos traxisse dicatur. Horatius,

*Dictus & Amphion Thebana conditor urbis,*
*Saxa movere sono testudinis.*

Quod ideò fictum, quia eloqui suavitate homines rudes, & incultis moribus, ad obsequium civilis pellexit disciplinam. Quod idem Horatius exposuit: nam quum dixisset, *Sono testudinis*, addidit, *Et prece blanda.* Ferunt hunc invenisse Musicam. De Amphione *lib.* 1. Apollonius Rhodius *in Argonautico.* ¶ Hinc Amphionius, a, um.

Amphipolis, ἀμφίπολις, civitas in ea parte, qua Thraciam Macedoniâ contingit, dicta quòd eam Strymon amnis circumfluat.

Amphippi, ἀμφίπποι. Milites qui duobus equis in bello utuntur, & ex sello in recentem transiliunt. Liv. 2. *Bell. Pun.* Desultores vocat, & equi ipsi Desultorii appellantur.

‖ Amphiprostylos, quasi ναοὶ πρόστυλοι, ædes quæ στύλους, i. e. columnas utrinque in anteriore & posteriore parte habet Vitruv. *lib.* 3. *c.* 1. ‖

Amphitrite, ἀμφιτρίτη, Nympha, ab undecunque fluendo.

Amphisbæna, sive (ut & aliis placet) Amphibæna, ἀμφίσβαινα, ἀμφὶ & βαίνω, serpens est in Libyæ desertis, duo habens capita, unde & circulatim reciprocantibus creditus incedere. Lucan. *lib.* 9.

*Et gravis geminum surgens caput amphisbæna.*

Amphiscii, ἀμφίσκιοι. Appellantur ii, qui sub æquinoctiali habitant circulo, eò quòd quadruplici verbererentur umbra. Nam sole existente in alterutro punctorum æquinoctialium, hoc est, in principio Arietis, aut Libræ, umbra eorum matutina jacitur versùs Occidentem, vespertina versùs Orientem. Sole autem Cancrum, aliquòve ex cæteris signis Septentrionalibus perambulante, umbram habent Australem: contrà verò Septentrionalem, Sole sub Capricorno, aliisve Australibus signorum iter faciente. Vide Cleomedem *lib.* 1.

Amphissa, ἄμφισσα, tribus Locrorum, qui Ozolæ dicuntur, ita appellata, teste Stephano, quòd undique montibus cingatur. Lucan. 3.

*Phocaicas Amphissa manus, saxique Cyrrha.*

¶ Hinc Amphissæi, ἀμφισσαῖοι, qui Delphicum templum diripuerunt, apud Demosth. *in Orat. pro Ctesiphonte.*

Amphistatès, ἀμφιστατὴς, Statuarii nomen, apud Plin. *lib.* 36. *c.* 5.

Amphitane, ἀμφιτάνη, gemma quæ alio nomine dicitur Chrysocolla. Invenitur in ea India parte, in qua formicæ eruunt aurum, colore auri, figura quadrata, traditurque natura ejus eadem, quæ magnetis, nisi quod aurum quoque trahere dicatur. Hæc Plin. *lib.* 37. *cap.* 12.

Amphitapa, ἀμφιτάπη, ἀμφιτάπης. Gall. *Habillement velu des deux costez.* Ital. *Veste velosa di ambedue parti.* Germ. *Ein sorgeching tuchading kleid oder decke zu beiden seiten.* Hisp. *Vestidura vellosa dentro y fuera.* Angl. *A cloting, or garment rough on both the sydes.* } Athenæo vestis genus utrinque villos habens. Varro. Alterum bene acceptum deterruit sub amphitapa bene mollis. Lucilius. *lib.* 6.

*Pinna, atque amphitapa, & si quid aliud deliciarum.*

¶ Utitur hoc vocabulo Ulpianus *in l. vestis. D. de auro & arg. leg.* Pro eodem etiam legimus Amphimallon.

Amphithalamus, cubiculi genus est, quod duplex thalamus. Vitruv. *lib.* 6. *cap.* 9. Dextra & sinistra cubicula sunt collocata, quorum unum thalamus, alterum amphithalamus dicitur.

Amphitheatrum. } ἀμφιθέατρον. Gall. *Amphitheatre.* Ital. & Hisp. *Amphitheatro.* Germ. *Ein rund hauß der inwendig sitzen.* Angl. *A sete of round building.* { Æ sitiensium erat rotundum, veluti ex duobus theatris (quæ hemicycli figura erant) compositum, circumquaque spectandi usum præbens. Mart. *lib.* 1.

*Omnis Cæsareo cedat labor amphitheatro.*

Amphitheatrum Tauri Romæ. Suet. *in Calig. cap.* 18. Vide Cassiodor.

Amphitheatrālis, e, adject. ad amphitheatrum pertinens: ut, Ludi amphitheatrales: Amphitheatrale spectaculum. Plin. *lib.* 12. *c.* 24.

Amphitheatrica charta, ita dicta a loco confectura, cui quartus locus tribuitur a Plin. *lib.* 13. *c.* 12.

Amphithetum, ἀμφίθητον. Poculi genus est, quod utrinque ex parte stare potest. Erasmus *in Proverbia*, ex Hesychii sententia ejusmodi esse poculum, quod ob magnitudinem ambabus tollitur & reponitur manibus: quod genus Hollandi *kanjan* vocant. Neque absurdum fortasse fuerit dicere, esse posuli genus circa medium, quum clausum est, veluti coitum, utrinque bajam habere cui insistat: quod si aperias, dividetur in duo æqualia pocula, in talem fere quale Cocuntria. Qua etiam forma salina fieri consueverunt, & hoc genus est ex etiam pocula ex auro & argento fiunt. Quicquid id est, constat certe magnum fuisse poculum, quo uti solebant, quum strenuè potare volebant: unde manifesti proverbium, Ex amphitheto bibisti: quum aliquem ad concertationem usque bibisse volumus indicare.

Amphithoe, ἀμφιθόη. Nymphæ nomen est, à circumsurfitando dictum: ἀμφὶ circum, undequaque; & θοὸς, cursus.

Amphitrīte, ἀμφιτρίτη, Oceani & Dorides filia, quæ fingitur à Poëtis esse uxor Neptuni, & per metonymiam ponitur pro mari. Nomen deductum est ab ἀμφιτρίβω, hoc est, a circumterendo, quod mare terram undique terat, & lambat. Ovid. *Metam.* 1.

—— *nec brachia longo*
*Margine terrarum porrexerat Amphitrite.*

Amphitus, ἄμφιτος, alter ex Castoris & Pollucis auriga. Plin. *lib.* 6. *cap.* 3.

Amphitryo, ἀμφιτρύων, Princeps Thebanus, Alcei filius, & Alcmenæ Herculis matris conjux, à περιτρύω gemo, vel πέτρω vexo. Plaut. tamen Amphitruo scribit, aut quòd vetustissimi Romani peregrinas literas non admittebant, aut quòd υ Græcum idem sonat ac u exile Latinum: unde & Phryges dicebant, quod nos Phryges, & Sullam, quem nos Syllam. Amphitruo autem natus est Argis ex Argivo patre. Plaut. *in Amphit.* ¶ Hinc deducitur Amphitryoniades patronimicum, & per epenthesim Amphitryoniades, quo Poëtæ utuntur pro Hercule, Amphitryonis revera filio, quamvis ob rerum gestarum magnitudinem nonnulli originem eius ad Jovem retulerint. Virg. 8. *Æneid.*

*Interea quum jam rabidis fœmrata moveres*
*Amphitryoniades armenta, &c.*

Amphora, } חִי *châdh.* ἀμφορεύς. Gall. *Vaisseau à vin tenant la huitieme partie d'un muy.* Ital. *Anfora.* Germ. Eimbrigi oder tantzen mit zweyen ören: ein weingrichtin. Hisp. *Cantaro, ò arroba de vino.* Angl. *A tankard of wyne 8 gallons.* { Vasis fictilis genus duas habens ansas: unde & nomen accepit, quòd scilicet ansis utrinque apprehensis ferretur: ab ἀμφὶ & φέρω. Horat. *in Arte*,

—— *amphora cœpit*
*Institui, currente rota cur urceus exit?*

Erat autem hoc vasis genus vino asservando in primis accommodatum. Idem 1. *Carm.* Ode. Latitrigonia Bacchus in amphora languescit mihi. ¶ Erat præterea Amphoræ mensuræ genus, capiens congios octo, hoc est, quadraginta octo sextarios. Alio nomine Quadrantal dicebatur, à mensuræ ejus figura, quæ omni ex parte pedem habebat quadratum. Ita Rhemnius Palæmon in carmine quod *Cœcum* vocat. Gell. *lib.* 1. *c.* 25. Quadrata undique quæ ἀπήνη, illi nos Quadrantalia vocamus. Cicer. *pro Frontein*, Itaque Titurium Tuticæ quadrantos denarios in singulas vini amphoras portorii nomine exegisse. Idem *in Verrem*, Jam non quæro, unde quadringentas amphoras melius habueris.

Amphorālis, e, quod est unius amphoræ capax. ἀμφορικός. Plin. *lib.* 37. *cap.* 2. Idem Xenocrates autor est, vas amphorale visum, & album ex India crystallinum sextariorum quatuor.

Amphoriscophon, genus nauticum est, quum Emeratus & commeatus, & remeatus periculum fugerit. Hæc scripsi, quum commeatus error sum: notat Budæus *in l. nihil interest, de naut. fœn.* Vide Poducem apud Cujacium *tit. de verb. oblig.*

Amphorarius, ἀμφορεύς. Qui mercedis gratiâ amphoram portat. Et amphorarium vinum dicitur a Proculo, *l. uit.* §. 1. *D. de trit. vin. & oleo*, quod e dolio in amphoras est diffusum.

Amphrysus, ἄμβρυσος, ποταμὸς Θετταλίας Stephano, fluvius Thessaliæ juxta quē armenta regis Admeti Apollo pavisse fertur. Lucan. *l.* 6.

*Irrigat Amphrysus famulanti pabula Phœbi.*

Amphrysĭus, a, um, ἀμφρύσιος. Virg. 6. *Æneid.*

*Quæ contrà breviter fata est Amphrysia vates.*

¶ Item, Amphrysĭăcus, a, um. Papinius,

*Aut Amphrysiaco pastor de carmine carpsit.*

¶ Est & nomen duarum urbium. Vide supra *Ambrysus.*

Amphysa, æ, ubs.

‖ Amputo, menis edo, gyrum aut saltum do, ut faciebat Præsul Saliorum: quasi ut ab dum Æolico, circa, pro ἀμφὶ: & πίω, moveo. Sed lege Amperito: Lucil. *lib.* 9.

*Præsul ut amperat hinc, ut vulgo redamperat inde.*

Sed Scaliger docet legendum esse ambiturat, ἀναπηδᾷ.

Amplar, amplificat. Papinius. ‖

Amplecto, pro Amplector, vetustè dictum. Plaut. Extemplò amplectitor: cura fustibus.

Amplector, aris, amplexus, Amplexu circumplico, complector. { pan *chabak.* περιπλέκω, περιβάλλω. Gall. *Embrasser.* Ital. *Abbracciare.* Germ. Umbfahen / vmbfassen / vmbgreiffen. Hisp. *Abrazar.* Angl. *To embrace.* } Plaut. *in Cistellaria*, Anus ei amplexa est genua. Vis ego te, ac tute me amplectari. Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* 1. Tene me, amplectere verba amicæ. Idem *Cure. sc.* 3. *a.* 1. Compedes quid cessas amplecti cutra. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Inspectavisti amplexam amicam cum osculatus sum. Idem *Mil. sc.* 6. *a.* 2. Tenere & amplecti dolorem. Amplecti imperium. Ovid. 4. *Fast.*

—— *Sed durum amplectere ferrum:*
*Quodque potest aliis perdere, perde prior,* i. rubigo.

Senec. *cap.* 1. *de Consol. ad Marc.* Quod istud est imperium Decemviri, quod amplexi tenetis. ¶ Ponitur & pro diligere & amare. Eos enim amplecti solemus, quos vehementer amamus. Cic. *Epist. fam. lib.* 5. Libenter amplector talem animum. ¶ Amplecti jus civile. Idem 1. *de Orat.* Nec quod jus civile Crassi tam vehementer es amplexus, hoc est, ad quod tanto studio animum appulisti. ¶ Amplecti, pro Complecti, sive comprehendere. Virg. 2. *Georg.*

*Non ego cuncta meis amplecti versibus opto.*

Ubi Servius, id est, Non sum universi dictionis. ¶ Amplecti aliquid pro cognoscere & intelligere. Cicer. 4. *Verr.* Verum ut totum genus amplectamini judiciorum, prius jura Siculorum, deinde istius instituta cognoscite.

Amplexus, us, ui, nomen, ipse amplectendi actus. { pan *chibbûk.* σύμπλεξις. Gall. *Embrassement.* Ital. *Abbracciamento.* Germ. Umbfahung. Hisp. *Abrazamiento.* Angl. *Embracing.* } Cic. 1. *de Divin.* Puerum dormientem circumplicarum serpentis amplexu. Illius te arctissimis amplexibus alliga, Seneca. *cap.* 17. *de Consol. ad Helv.*

*Hujus in amplexus, Jupiter (inquit) erat.*

Ovid. 2. *Fast.*

—— *sub amplexus venio tuos, ire tui,*

Idem 6. *Fast.*

Amplexor, aris, ἀγκάζομαι, amplexari, frequens amplector, vehementer diligo. Cic. 2. *Acad.* Quas mirificè Plato amplexatus erat. Idem *Epist.* Initium meum sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fovebant, sic me præsente osculabantur; ut, &c. ¶ *Amplexo*, vetustè pro Amplexor. Accius *Alemæone*, Postremò amplexa: fructum, quem dii dant, cape. Ex Nonio. Illam vidisse cum suo amatore amplexantem & osculantem. Plaut. *Mil. sc.* 2. *a.* 2. Patri ut liceret suo illam amplexarier. Idem *Amphit.* Quid modi amplexandi facies? Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 5. & *sc.* 3. *a.* 3. Ut me præsente hoc amplexetur. *Ibid.* Hodie liberam amicam amplexaberis. Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. & *sc.* 4. *a.* 4. & *sc.* 3. *a.* 1.

Amplus, a, um. Magnus, spatiosus, latè patens. { רב *rab*, רחב *rachâb.* μέγας, εὐρύχωρος. Gall. *Ample, spacieux.* Ital. *Ampio, spatioso.* Germ. Weit / breit / groß. Hisp. *Ancho.* Angl. *Wyd, ample.* } Ad Hercynium, Loci præter modum ampli vagas imagines reddunt. Virg. 1. *Æneid.*

—— *vecémque per ampla volutam*
*Aëria.*

¶ Est item amplus, idem quod Græcis ἄξιος, hoc est, dignitate multa, & ornatus præditus. Cic. *pro Sext. Roscio*, Is mihi videtur amplissimæ spei suæ virtute in alterum locum pervenit. Idem *de Amicitia*, Satis per omnes fere esse amplores volebat. Amplus, ab ἀν & πλέω, quasi undique plenus & abundans. Bono, atque amplo auctore perpetuo lucro. Plaut. *prol. Amph.*

*Sive hæc, sive illæc grandis venit impetus hasta*
*Amplior,*

id est, major, vehementior. Tibul. *lib.* 4.

Ample, adverbium, Copiosè, magnificè. { ברוב *berôb.* ἄφθονος, πλουσίως. Gall. *Amplement.* Ital. *Ampiamente.* Germ. Vberflüssig. Hisp. *Anchamente.* Angl. *Amplie.* } Cic. 2. *de Finib.* Si hæc quidem satis ample, satis honestè dici putas. Idem 6. *in Verrem.* Exornat ample, magnificeque triclinium. ¶ Amplius, vide *infrà.* ¶ Amplissime erat. Amplissimè gerere honores, hoc est, cum summa amplitudine & dignitate. Cic. 4 *in Verr.*

Ampliter, adverbium, pro amplè ponitur, Ampliter acceptus, hoc est, cum magno apparatu, & copia. Ampliter sumptum facere. Ampliter mentiri. Ampliter fieri salutum. hæc omnia sunt Plauti.

Amplius, adverbium, significat Plus. { יותר *jothér*, בזר *bodh.* πλείων. Gall. *Plus largement, davantage.* Ital. *Più.* Germ. Mehr / weiter. Hisp. *Mas.* Angl. *Moreover.* { Amplius duo millia. Liv. *ab Urb.* Amplius ducenti, Cæs. *lib.* 1. *de bell. civ.* Amplius ducenti, sexcenti. &c. Ubique apud Liv. & Cæs. Adhuc amplius? { pro, pergis adhuc male loqui? Plaut. *Amph. sc.* 1. *a.* 4. Etiam amplius? { pro magis adhuc, magisque. Idem *Asin. sc.* 1 *a.* 1. Nemo est cui de industria amplius male plus habeam factum. Idem *Aul. sc.* 2. *a.* 3. Satin' tribus vobis explicatum est? An optione amplius? Idem *Men. sc.* 2. *a.* 1. Sed cujus? non dico amplius (i. apertius.) Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Quid illud exoptem amplius? *Ibid. sc.* 3. *a.* 3. Aliquanto amplius valerian tibi minacis. *Ibid.* Patrem reputum tibi amplius, quam ulla mater filium. Senec. *cap.* 5. *de consol. ad Marc.* Obitum tot tuorum amabo; amplius? i. magis & serius. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 3. Multo illâ accusabo, quam te accusavi amplius. *Ibid.* Donu hunc devitant, ne

quid

quid turbarum faciat amplius. Idem *ibidem*. Et in hac significatione, nominativo, accusativo, & ablativo conjungitur. Cic. *in Verrem*, Cum cum Syracusis amplius centum cives Romani cognoscerent. Cæsar *Comment. lib.*5. Amplius octingentæ, quæ uno erant tempore, à littore discesserant. Accusativo, Cic. *in Verr.* Qui cùm amplius centum cives Rom. haberet ex conventu Syracusarum. Virg. 1. *Æneid.*

*Nollem non amplius unam.*

Ablativo. Cic. *pro Roscio Comœd.* Hoc nomen triennio amplius in adversariis relinquas. Cæsar, Milliaribus amplius quingentis in latitudinem patet. Genitivo conjunxit Hirtius *in Comment.* Amplius duorum nullum terga vertebant. ¶ Ponitur etiam pro Præterea, sine casu. Cicero *de Arusp. Respons.* Quid enim si illi inimicissimus esset, amplius ad eius laudem minuendam facere potuisset? Item aliquando pro Deinceps, aut Posthac, ut annotavit Sosipater. Lucilius *Satyr.* 1.

*Quo pacto populum atque urbem servare potis sit*
*Amplius Romanam.*

Atque inde verbum est *Ampliare*, in sequentes dies differre: de quo paulò post.

Āmpliŭscŭlus, paulò amplior. Apuleius *in Apologia*, Quid enim faciat homo miser, ampliuscula fortuna devolutus.

Āmplĭtūdo, ut Cic. *lib.*2. *de Invent.* scribit, est potentiæ, aut majestatis, aut aliquarum copiarum magna abundantia. { הדר *rob.* ὄγκος, ὄγκωμα, ὀγκωμάτιον. Gall. *Longueur, largeur, majesté, & dignité.* Ital. *Amplitudine, ampiezza.* Germ. Gröſſe heuligkeit/ groſſmächtigkeit. Hisp. *Anchura, honra.* Angl. *roydnesse, dignitie, largnesse.* } Idem *ad Lentulum.* Tuæ sapientiæ, magnitudinisque animi est, omnem amplitudinem, & dignitatem tuam in virtute, atque in rebus gestis tuis, atque in tua gravitate positam existimare. ¶ Amplitudo corporis. Plin. *in Epist.* Nam meatus animæ, quæ illi propter amplitudinem corporis gravior & sonantior erat.

Āmplivăgus, a, um, πλανώμενος, πλάνητος, quod in amplum vagatur. Autor ad Heren. *lib.*4. Amplivagas imagines reddunt.

Āmplĭo, as, Augeo, protraho, dilato, { הרחיב *hirchib*, הרבה *hirbáh*. πλατύνω, μεγαλύνω. Gall. *Accroistre, augmenter.* Ital. *Ampiare, ampliscare.* Germ. Weiteren/ Groß machen. Hisp. *Ensanchar*, ò *estender.* Angl. *To amplifie to augment, to make wyde.* } Ut ampliare ætatis spatium, Mart. *lib.*10. Ampliare vites, Plin. *lib.*23. *c.*2. Ampliare plagam, Celsus *lib.*7. *cap.*5. Ampliare numerum (i. augere.) Suet. *in Cæs. cap.*41. & *in Ner. cap.*12. Item, Apliato templo, Suet. *in Aug. cap.*18. ¶ Pertinet etiam hæc vox ad judicia, ut cùm reus ampliari dicitur: quod tum fiebat, quum judicibus causa non satis erat probata. Ad Heren. *lib.*4. Nam quid fuit, judices, quare in sententiis ferendis dubitaveritis: aut iustum hominem nefarium ampliaveritis? Liv. *lib.*4. *ab Urb. cond.* scribit, Posthumiam virginem Vestalem ampliatam, deinde absolutam pro collegii Pontificum fuisse sententia, hoc est, per ampliationem in secundam actionem interposita dilatione protractam, ut scilicet bis causam dicere posset. Romani enim judicia hoc modo peragebant. Nam aut statim sententia ferebatur à judicibus, si absolvendus esset reus: aut amplius pronuntiabatur, si causa obscurior esset. & tunc duabus hisce literis N.L. judices significabant sibi non liquere quid esset statuendum, causamque denuò esse dicendam. ¶ Hinc Ampliatio nascebatur, ἀναβολή, διαίρεσις, quæ appellata videbatur, quasi amplius dicendi pronuntiatio, quia qui ampliabatur, interposita dilatione, rursus ad agendam causam rediibat. De hac ampliatione intelligit Cicer. 3. *in Verrem actione*, quum ait: Etsi lex ampliandi faciat potestatem, tamen isti sibi turpe existiment non primò iudicare. Differt autem Ampliatio à Comperendinatione, quòd Ampliatio certum numerum actionum non habebat: Comperendinatio iteratam actionem in tertium diem. Cicer. *in Verr.* 2. Glaucia primus tulit, ut comperendinaretur reus: antea vel iudicari primò poterat, vel amplius pronuntiari. Deinde quòd comperendinatio in diem perendinum duntaxat alteram actionem differebat: Ampliatio verò in tempus quod iudicibus placebat. Tertiò, quòd comperendinatio necessaria fuit, & lege constituta: Ampliatio verò in judicum potestate posita. ¶ *Ampliare*, pro amplificare. Pacuu.

Āmplĭātio, vide in proximè præcedenti voce *Amplio.*

AMPLIFICO, as, Augeo, amplum facio, dilato, multiplico. { הרבה *hirbáh*, הרחיב *hirchib*. αὔξω. Gall. *Amplifier, agrandir.* Ital. *Amplificare.* Germ. Groß machen/ Erweyteren. Hisp. *Mucho honrar, ò ensanchar.* Angl. *To dilate, to make wyde.* } Cic. 1. *de nat. deor.* Eámque facultatem amplificavit Academia. Idem 3. *Tusc.* Nam attrectatu sævum amplificatis dolorem. Idem *pro domo sua*, A populo semper sum defensus, amplificatus, atque ornatus.

Āmplĭfĭcātor, verbale { מרבה *marbéh*, מרחיב *marchíb*. ἐπαυξητής. Gall. *Eſlargiſſeur, agrandiſſeur.* Ital. *Chi aumenta.* Germ. Ein mehrer/ zuſprinthäer/ der ein ding groß macht. Hisp. *Ensanchador.* Angl. *An enlarger.* } Qui rem aliquam, aut personam majorem, aut ampliorem reddit. Idem 3. *Tusc.* Pythagoras non solùm nominis inventor, sed etiam rerum ipsarum amplificator fuit.

Āmplĭfĭcātio, onis, augmentatio. { מרבה *marbéh*. αὔξησις. Gall. *Accreiſſement, amplification.* Ital. *Aumento, accreſcimento.* Germ. Mehrung/ Groſsmachung. Hisp. *Enſanchamiento.* Angl. *Amplifying, enlarging.* } Cic. 1. *Offic.* Nec verò amplificatio rei familiaris nemini nocens vituperanda est. ¶ Apud Rhetores autem Amplificatio (definiente Cicerone *in partitione*) est gravior quædam affirmatio, quæ motu animorum conciliet in dicendo fidem.

Āmplŭ ſtrē, vide *Apluſtre.*

Ampſaga, ὄμψαγα Ptolomæo, fluvius est Mauritaniæ Cæsareensis: cuius meminit & Plin. *lib.*5. *c.*1.

Ampſĭlis, ἄμψιλις, civitas Sarmatiæ in Asia, Ptolomæo.

Ampſuo, motas edo, circumvolvor: quod propriè præsulis est: Redampſuare verò Saliorum. Lucil. *lib.*9. vide sup. *Ampſuo.*

ĀMPVLLA, gemino ll, vasis genus ex vitro, aut alia materia, ad servandum oleum in balneis, item in mensa ad aquam, vel potionem, adhibitæ usus accommodatum. { צפחית *ſsapháchtah.* λήκυθος. Gall. *Fiole, bouteille.* Ital. *Ampolla.* Germ. Ein Oelguetter von glaß/ Ein trug/ Ein gleichen das ein weiten bauch hatt. Hisp. *Ampolla à redoma de vidrio.* Angl. *A litle bottle or viole.* } Apul. *in Floridis*, Hippias præfecerat ampullam quoque oleariam, quam gestabat à semet sibi fabricatam. Cicer. *lib.* 4. *de Finibus*, Si ad illam vitæ, quæ cum virtute degatur, ampulla, aut strigilis accedat, sumpturum sapientem eam vitam potius, cui hæc adjecta. Erat autem hoc vasis genus turgidum, veluti ventre inflato: unde per translationem dixit Horat.

*Frejeris ampullas & ſeſquipedalia verba,*

pro eo quod est, verba turgentia & sufflata abjicit. Utebantur etiam Romani ampullis ad hauriendas potiones. Suet. *in Domit.* Prandebatque à lautiorem, ut non temerè super cenam præter Martianum malum & mollicam in ampulla potiunculam daret. Ampulla potoria. Martial. *Epigr.* 110. *lib.*14. ¶ Est etiam Ampulla, tumor inflatus, quem & Bullam vocamus, Græci modò φλύκταινα, modò ὄγκους appellant. ¶ Ampullæ, sunt vasa illa, in quibus Christus servatur.

Āmpullārĭus, ii, substantivum, Artifex ampullarum, { ληκυθοποιός. Gall. *Faiſeur de telles fioles.* Ital. *Artefice di ampolle.* Germ. Der die gläſer macht mit weyten bauchen. Hisp. *El que haze ampollas.* Angl. *A bottlemaker.* } Plaut. *Rud.* Nil erit eam syncerum, ut quivis dicat ampullarius, Optimum esset opere faciundo eorum & syncerissimum.

Āmpullārius, a, um, adjectivum, ut Ampullariæ unctiones. Plaut. *Stich.* Vel unctiones Græcas sudatorias, vel alias malis malactas ampullarias.

Āmpullăcĕus, a, um; quod ex ampulla est, { נאד *ghéeh* ληκυθόειδες. Gall. *Enflé comme une bouteille.* Ital. *A fogia di ampolla.* Germ. Das aufgeblaſen iſt wie ein gutter. Hisp. *Cosa inchada como ampolla.* Angl. *Made lyke a bottle.* } Ut, Frustum ampullaceum, Col. *lib.*8. *c.*2. Plaut. *in Menæch.* videtur vocare mulierem magnificè cultam, ampullaceam.

Āmpullācea pyra, quæ ab ampullæ forma nomen habent. Plin. *lib.*15. *cap.*15.

Āmpullor, aris, ab Ampulla, pro superbio, turgeo. { נאד *ghaáh.* Gall. *Devenir gros & enflé, emponler.* Ital. *Inſuperbire, gonfiare.* Germ. Auffblaſen/ oder ſtoltz ſein. Hisp. *Ampollarſe à hinchaſſe.* Angl. *To waxe proude.* } Quo verbo usus est Suet. *in Domitiano*; & Horat. 1. *Epist.*

*An tragica desævit & ampullatur in arte.*

ĀMPŬTO, as, Circumcido, reseco. { זמר *zamár.* κλαδεύειν, περικλαδεύειν, ἀποτέμνειν. Gall. *Renger, couper à l'entour.* Ital. *Potare, mozzare via.* Germ. Abſchneiden/ beſchneiden. Hisp. *Cortar en derredor.* Angl. *To cut of to gnaro away.* } Cic. 3. *de Finib.* Quæ sit scientia, atque ars agricolarum quæ circumcidat, amputet, erigat, extollat, adminiculetur. Idem 8. *Philipp.* In Reip. corpore ut totum salvum sit, quicquid est pestiferum amputetur.

Āmpŭtātio, verbale, ipse amputandi actus. Cic. *de Senect.* Propagatio vitium sarmentorumque, ea quam dixi, aliorum amputatio, & aliorum immissio.

Āmpycus, Ἄμυκος, Titanoris filius, qui ex Chloride (ut ait Apollonii Commentator) Mopsum augurem suscepit, à quo Ampycides appellatur. Ovid. 12. *Metam.*

*Nec tu credideris tantùm cecinisse futura*
*Ampyciden Mopſum*, &c.

Amriades, Mosis.

Āmſanctus, locus est in medio Italiæ apud Hirpinos, sulphureas habens aquas, quæ quòd undique sylvis angustiisque clausæ sint, iam pestilentem emittunt odorem, ut propiùs accedentes eò coecentur. ¶ Hinc factus est locus fabulæ, in Amsancti vallibus inferorum spiraculum esse. Cic. 1. *de Divin.* Quid enim non videmus, quàm sint varia terrarum genera? ex quibus & mortifera quædam pars est, ut & Amsancti in Hirpinis, & in Asia Plutonia quæ videmus. Virg. 7. *Æneid.*

*Eſt locus Italia in medio ſub montibus altis*
*Nobilis, & fama multis memoratus in oris,*
*Amſancti valles, denſis hunc frondibus atrum.*

Servius ex omni parte sanctus interpretatur, sed malè, cùm non sit nomen adjectivum, sed proprium.

Amsegetes dicuntur, quorum ager viam tangit. Festus.

Amterminus, ἀμφιτέρμων, circa terminum manens.

Amsterodama, Hollandiæ urbs.

Āmŭla, genus vasculi ad aquam gestandam, quod religionis & expiandorum malorum gratiâ gestabatur, ἀποσκευάσιον dictum, quasi amolia, ab amoliendis periculis. Huius diminutivum, Amulala.

Āmŭlētum, Omne genus remedii adversùs cuncta mala medicamenta, & præsertim contra venenicia, ἀλεξιφάρμακον, ἀλέξημα. Plin. Infantibus alligatur succinum amuleti ratione, formam vasculi habens. Græci etiam ἀποτρόπαια hæc vocant, ἀπὸ τοῦ ἀποτρέπειν, quod est amoliri, summovere, depellere. Dictio hæc frequens est apud Plin.

Āmŭlĭus, ἀμύλιος, Porcæ filius, & Numitoris frater, qui regnum fratri abstulit, atque omnem eius stirpem virilem necavit. Fratris quoque filiæ, Rhea Sylvia, per speciem honoris, quum Vestalem eam legisset, perpetua virginitate spem partus ademit. Liv. 1. *ab Urbe.*

Amurachonus, minister aulæ Turcicæ. Glossæ græc.

ĀMURCA. { משלרת *peſolèth.* ἀμόργη. Gall. *La lie d'huile.* Ital. *Fece d'oglio.* Germ. Oelmuſen/ oder hefen. Hisp. *Alpechin de azeyte.* Angl. *The dregges of oyle, or lies.* } Sordes olei, quæ præcedunt. Nam quæ sequuntur, Fæces vocantur. Virg. *Georg.* 1.

——— *& nigra perfundet amurca.*

Hoc nomen per c, scribitur, sed profertur per g, ut sit in Caim, & Cneus. Amurca contra culices & limaces vim habet maximam. Hinc Examurcatus, sordibus purgatus.

Āmūrcārĭa dolia, in quæ amurca infunditur. Cato *de re rust.* cap. 10.

Dolia quèis vinacia condat, decem; amurcaria decem, πίθοι ἀμυργικοί.

Amuſium, ventis diſcernendis excogitatum organum, ut ait Cælius. Vitruvius *lib.1.cap.6.* Colloceturque ad libellam marmoream amuſium mediis mœnibus: aut locus ita expolietur ad regulam & libellam, ut amuſium non deſideretur.

Ămūssis, is. ¶ אזן *azan*, מלם *pelés*. σάτμη. Gall. *Le cordeau ou la ligne des charpentiers, eſquierre.* Ital. *Archipendolo, ſquadra.* Germ. Ein richtſcheit/ ein ſenckerſcheit/ ein richtſchnur/ welche die zimmerleut brauchen. Hisp. *Pilo de almagre que uſan los carpinteros.* Angl. *A carpenters rule or line.* ¶ Filum eſt, quod fabri materiarii rubrica oblinunt, aut alio colore. Sic Budæus. Feſtus autem Regulam vocat, ad quam aliquid adæquatur. Ex quo videtur innuere & Amuſſim & Normam idem eſſe. Latè tamen pro omni ordine ponitur.

Ămūssim, adverbium, & ab eo compoſitum Adamuſſim, amuſſim, regulariter. Feſtus. ¶ במשפט *bemiſchpát*. ἐν σάτμῳ. Gall. *Avec toute diligence, à plomb, à eſquierre.* Ital. *A punto.* Germ. Eben/ richtſchnurig. Hisp. *Derechamente, o ygualmente.* Angl. *With diligence, made of ſtreight rule or line.* ¶ Ut Iudicium adamuſſim factum, apud Gellium *cap.4.lib.1.* Legitur & Examuſſim, adverbium, pro rectè & examinatè. Plaut. *in Amph.* Si vera hæc loquitur examuſſim, eſt optima. Examuſſim rem enarrat. *ibid. ſc.4. a.4.* ubi Siſenna & Soſipater pro examinare, interpretantur. Amuſſis enim eſt regula rubricata, quæ dimittitur, examinandi operis cauſa.

Ămūssi alba, ἀσκὴ σάτμη, hoc eſt, nullo delectu, ac citra diſcrimen. Gell. *in Noct. Attic.* Namque illi omnes, & eorum maximè Græci, multa & varia lectitantes in quas res cumque inciderant, alba, ut dicitur, linea, ſine cura diſcriminis ſolam copiam ſectati, convertebant. Plut. *in Commentariis* περὶ τ ἀδιαφόρων. Nonnulli ſic efferunt Adagium, In albo lapide amuſſis alba. Utitur Plato *in Charmide*, ubi Socrates ait ſe erga formoſos adoleſcentes perinde eſſe, ut albam amuſſim in albo lapide, propterea quòd neque diſcerneret ſatis inter formas, & omnes ex æquo amaret. Dicitúrque vel in eos, qui nullo ſunt iudicio, vel in ſtupidos, vel in eos, qui incertis probant, vel ſignificant incerta.

Ădămūssim, Examuſſim, & Amuſſatim, frequens eſt apud autores, pro eo quod eſt exquiſita diligentia, atque exactiſſima cura. Gell. *lib.1. cap.4.*

Ămūssitātā opera dicuntur, quæ ad amuſſim facta ſunt. *πεπανδίκτα ἔργα.* Plaut. *in Milit.* In hoc amuſſitata ſua ſibi ingenua indoles. Nonius.

Ămūsus, ¶ הער *haſar*. ἄμουσος. Gall. *Qui eſt ſans lettres, ignorant.* Ital. *Indotto.* Germ. Ungelehrt/ ungeſchickt. Hisp. *Sin enſeñado, no elegante.* Angl. *Unlearned, unskilfull.* ¶ Inelegans, & indoctus: hoc eſt, à Muſis alienus. Antiquitus enim nihil eruditum habebatur ſine muſica: unde apud Comicos, qui literas ſe didiciſſe negant, aiunt ſe non didiciſſe muſicam. Vitruv. *lib.1.cap.1.* Nec muſicus, ut Ariſtoxenus: ſed non amuſus.

Ămyclă, ἀμύκλαι, unà è filiabus Niobes, quam tradit Pauſanias cum Meliboea ſorore ſervatam, implorata Latonæ venia. Homerus tamen omnes interiiſſe tradit. Hermol. in Plin. *lib.36.cap.5.*

Ămyclæ, ἀμύκλαι, pluraliter, nomen eſt urbis Laconiæ, Tyndari regia, in qua nati ſunt Caſtor & Pollux. Alia eſt in Italia inter Tarracinam & Fundos, in paludibus, à Laconibus condita, iuxta Servium: cujus cives, quum Pythagoricam ſectam ſequerentur, & abſtinerent cæde animalium, nec vicinæ paludis ſerpentes interimerent, ab illis deleti ſunt. Alii non à ſerpentibus, ſed hoſtium repentino adventu hanc urbem deletam prodiderunt. Nam quum aliquoties falsò nuntiatus eſſet adventus hoſtium, poſtea cautum eſt, ne quis amplius nuntiaret. Inde ex improviſo captæ ſunt Amyclæ. Hinc proverbium, Loqui volo; nam ſcio Amyclàs tacendo periiſſe. Hinc Virg. tacitæ Amyclæ, dictæ ſunt.

Ămyclæus, a, um, adject. ἀμυκλαῖος.

Amyclas, ἀμύκλας. Lacedæmonis filius, ut eſt autor Dictys Cretenſis, in libro quem de expeditione Græcorum in Troianos, compoſuit.

Ămycus, ἄμυκος, Neptuni & Melies Nymphæ filius, Bebrycionum rex, qui eam conſuetudinem habuit, ut advenas in Bebrycium nemus ad certum certamen provocaret, & inſidiis circumventos ibidem interficeret. Quum itaque Argonautæ in Bebrycium veniſſent, Pollux ab eodem ad certamen provocatus, cognitis inſidiis, ſocios convocavit, & ab iis adjutus Amycum interfecit. Virg. 5. *Æneid.*

——— *qui ſe*
*Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat.*

¶ Amycus item unus è Centauris fuit, Ixionis & nubis filius. ¶ Alius fuit Æneæ comes. Virg. 6.

——— *inde ferarum*
*Vaſtatorem Amycum, &c.*

Ămydōn, ἀμυδών, Civitas Pæoniæ, quæ auxilia miſit Troianis. Iuven. *Satyr.3.*

*Hic alta Sicyone, aſt hic Amydone relicta.*

Ămygdălă. ¶ שקד *ſchakédh*. ἀμυγδάλη. Gall. *Amandier.* Ital. *Mandorlo.* Germ. Ein mandelbaum. Hisp. *Almendro.* Angl. *An almond tree.* ¶ Arbor amygdala, hoc eſt, nuces Græcas proferens. Col. *lib.x. cap.14.* Amygdala, ſi parum ferax erit, forata arbore lapidem adjicito. Hinc Amygdalinus, a, um. Serenus:

*Fértur amygdalina ſuccens nucis eſſe bibendus.*

Amygdalinum oleum, Plin. *lib.23.cap.4.*

Ămygdălicum, folium. Plin. *lib.26.cap.11.*

Ămygdălă, æ. ¶ שקדים *ſchékedhim* ἀμυγδάλη. Gall. *Amande.* Ital. *Mandorla.* Germ. Mandelnuß/ mandelkern. Hisp. *Almendra.* Angl. *An almond.* ¶ Nux Græca, quæ & Thaſia dicitur. Plin. Intus nucleus amygdalæ eſt. ¶ Amygdalum, ἀμύγδαλον, etiam neutro genere dicitur pro fructu. Palladius, Græci aſſerunt naſci amygdala ſcripta, ſi aperta teſta nucleum ſanum tollas, & in eo quodlibet ſcribas, & iterum luto, & porcino ſtercore involutum reponas.

Amygdalites, ἀμυγδαλίτης. Dioſcoridi herba eſt ex genere tithymali, à ſimilitudine foliorum amygdali, quæ & Corymbites dicitur, & Platyphyllos, à latitudine foliorum. Plin. *lib.26.cap.8.*

Amygdalinus, adject. ἀμυγδάλινος. Id quod eſt, vel fit ex amygdalis: ut Amygdalinum oleum. Plin. *lib.23.cap.4.*

Ămylum. ¶ ἄμυλον. Gall. *Amidon.* Ital. *Amido.* Germ. Amelmdl. Hisp. *Almiden.* Angl. *A kinde of wafer made of fine wheat.* ¶ Placentæ genus, quod ex tritico fiebat, aut ſiligine ſæpiùs elota: ita dictum, quod ἄνευ μύλης, hoc eſt, ſine mola fieret. Macerabatur enim ſæpiùs quotidie triticum, aut ſiligo, donec ita molleſceret, ut cremor exprimi poſſet, qui deinde in ſole ſiccabatur. A vulgo Sepla ſiariorum unica litera immutata *Amydon* vocatur. Rationem conficiendi amyli, vide apud Plin. *lib.18.cap.7.* & apud Catonem *de re ruſt. cap.87.*

Ămymōnē, ἀμυμώνη, una ex quinquaginta filiabus Dani regis, quæ dum ſe in ſylvis jaculando exercerent, Satyrum percuſſit imprudens, qui impetu in eam facto, vim ei voluit inferre. Quapropter implorato Neptuni auxilio, id ab eo paſſa eſt, quod à Satyro formidarat. Itaque præſtans facta, Nauplium peperit. Vide Strabonem *lib.8.* ¶ Eſt & Amymone apud eundem, fons iuxta Lernam, cujus meminit & Plin. *lib.4. cap.5.*

Ămyntās, ἀμύντας. Pater fuit Philippi Macedonis. ¶ Eſt item paſtoris nomen apud Theocritum. Virg. 3. *Eclog.*

*At mihi ſeſe offert ultro meus ignis Amyntas.*

Ămyntŏr, ἀμύντωρ. Dolopum rector. Ovid. 12. *Met.*

*Quem Dolopum rector bello ſuperatus Amyntor.*

Hic, Homero teſte *Iliad.2.* pater fuit Phœnicis. Ovid. 8. *Metam.* Amyntore cretus Phœnix.

¶ Amyris, arbor, ἄμυρις dicuntur Etym. loci ſ humidi. ἀμύρω, i. fluo. Apud Heſych. eſt ἀμυδρὸς, quaſi λίαν μυδῶν, valde madidus. ¶

Ămysis, ἄμυσις. ſtrenuæ potationis genus erat apud Thraces, quum potus ingurgitabatur, ut vinum in dolium infunditur, neque ſpiritu reciprocato, neque ore contracto. Unde ἀμυσίζειν Græci dicunt, pro ingurgitare, & ſine reſpiratione affatim bibere. Horat. *lib.1. Carm.*

*Baſſum Threicia vincat amyſtide.*

¶ Alii Amyſtidem poculi ſpeciem interpretantur, quo Thraces utebantur quoties ἀμύσσει, ἐ ἀναδύει, hoc eſt, citra labiorum contractionem, & ſpiritus reciprocationem potare volebant. Ut Germani potatores aiunt, Ohn ſchnauſen end bathe geruſcht.

Ămythāōnĭă, ἀμυθαονία. Elidis pars eſt, teſte Stephano, ita dicta ab Amythaone Crethei filio.

Ămythāon ἀμυθάων. Melampodis inſignis augur is & medici pater fuit quem ab illo Amythaonium vocat Virg. 3. *Georg.*

*Phillyrides Chiron, Amythaoniúſque Melampus.*

Tib. *lib.4.*

*Queis Amythaonium nequeat certare Melampum.*

Amyſon, ἄμυσον. Prolonco, Cariæ oppidum eſt, cujus meminit Plin. *lib.5. cap.29.*

A N

An, adverbium interrogandi, ἢ pro Nunquid ponitur, ἦ μή. Cicero, An verò Romulus ille, aut paſtores, aut convenas congregaſſe videtur? Statim, an non. Plaut. *Pſeud.ſc.1.a.5.* Licétne obſecro petere, an non licet? *Ibid. ſc.3. a.1.* Es ne tu, an non es ab illo? *Ibid. ſc.3. a.2.* Album, an atrum vinum potas? Idem *Men.* An quia latrocinamini, arbitramini quidvis vobis licere? Idem *Milit.ſc.6. a.2.* Eſtne herilis concubina, an non eſt ea? *Ibid. ſc.5.a.2.* Die mihi an unquam tibi inteſtina crepant? Idem *Men.ſc.3.a.5.* Quid faciam, manéam, an abeam? Idem *Curt.ſc.4.a.4.* Redin', an non virginem? *Ibidem,* An non iuſta cauſa, ut &c. Idem *Capt.ſc.2.a.2.* Abin', an non? Idem *Aul.ſc.3.a.4.* Facis mihi injuriam, an non? *Ibid.* Eſtne invocatum, an non? Eſt planiſſimè. Idem *Capt.ſc.1.a.1.* Iubes, an non? *Ibid.a.4.* Mittis me, an non mittis? Idem *Milit.ſc.5.a.2.* Perii, an non? Idem *Pſeud.ſc.3. a.1.* An ſis abitura à viro? Idem *Men.ſc.1.a.5.* Anne bonum oblita es facinus? Catul. *de com.Ber.*

——— *Anne parentum*
*Fruſtrantur falſis gaudia lacrymulis.*

Ibidem,

——— *An quod amantes*
*Non longè à caro corpore abeſſe volunt?*

Ibidem,

——— *An & hunc ſibi poſcit Ulyſſes?*

Ovid. 13. *Metam.* Fallor, an. vide *Fallor.* Finem vitæ ſponte, an fato. Tacit. *lib.2.* Verónè, an falſò iactabantur? Suet. *in Galb. cap.12.* An arva colentem. Ovid. 4. *Faſt.* Sed legendum fortè eſt (aut arva.) Sed aliquando tranſit in vim conjunctionis, Si, quum ſermo dubitativus eſt, & tunc ferè ſubjunctivo jungitur: ut, Neſcio an pater vivat. ¶ An, diverſis in locis collocatur. Primo loco, Cic. 2. *Philipp.* An tu, Narbonæ in menſas hoſpitum quum vomeres, Dolabella pro te in Hiſpania dimicaret? Secundo loco. Idem 5. *Verr.* Etravit, an potiùs inſanivit Apronius? Et hic & in ſimilibus ſubaudis An, vel utrum. ¶ An, ter repetitum. Idem *in Orat.* In quo quæſitum eſt, in torónè circuitu illo orationis, an in principiis ſolùm, ac in extremis, an in utraque parte numerus tenendus ſit. ¶ An, quater repetitum. Idem *de Orat.* Refert etiam qui audiant: Senatus, an populus, an iudices frequentes, an pauci, an ſinguli. ¶ An, & Ne, conjungi ſolent pro An. Terent. *in And.* Anne eſt intus Pamphilus: Cic. *in Piſonem*, Annè geſto? An, & Ne, interpoſitis aliquot dictionibus. Idem 1. *de Finibus*, An partus ancillæ ſimne in fructu habendus. ¶ An, & Si, conjunguntur. Ovid. *in Epiſt.*

*Anſi quis rapiat flabulis armenta reclúſis.*
*Arma ferat, rapta conjuge, lentus eris?*

¶ Ana, ἀνὰ, Græca præpoſitio, variè uſurpatur: ferè ut *re* Latinorum; iterationem & motum *retro*, & ſurſum notat: occurrit in vocibus, quas etiam Latinus ſermo admiſit. Interdum autem videtur ἀν- eſſe, ſed eſt ἀ- privans, inſerto ν, & ſignificat *ſine*, ἄνευ. ¶ Mediis uſitata eſt etiam, quum Latinè ſcribunt, declaratque æqualem diſtributionem, ut *Miſce cinnamomi, cardamomi & nardi, ana*

Vnc. i.e. uniuſculuſque unciam, &c. Martin.

Ana, ſive ( ut apud Melam legitur ) Anas, ἀνὰς Proloſmæo, fluvii nomen eſt apud Hiſpanos: Bœticam, hoc eſt Granatam, à Luſitanis, quam hodie vocant Portugalliam, dividit. Vide Plin. *lib.*3. *cap.*1. & 22. Vulgò *Guadiana.* ¶ Eſt quoque nomen animalis cujuſdam Orientis.

Ănăbăsis, ἀνάβασις Dioſcoridi, herba quæ Equiſetum Latinè dicitur, à Græcis Hippuris. { סוס זנב *zenab haſſús.* Gall. *Queuë de cheval, aſpreſle ou preſle.* Ital. *Coda di cavallo, aſperella.* Germ. Schafthew. Hisp. *Cola de mula, rabo de mula.* Angl. *An herbe called the horſe tayle.* } Plin. *lib.*26. *cap.*13. Recentiores Caudam equinam vocant.

Ănăbăslus, ἀναβάσιος. Qui emittitur in exteras regiones, rumorem aliquem diſſeminaturus, qualem Triptolemum fuiſſe in fabulis legimus, quem ſemina per orbem ſparſurum, Cereriſque beneficia annunciaturum, à dea rapidiſſimo curru emiſſum fabulantur. Nomen deductum eſt ἀνὰ & ἀναβαίνω, hoc eſt, ab aſcenſu, curruum ſcilicet, vel equorum. Hieronym. contra Ruff. Ideircóne cereales, & anabaſii tui per diverſas provincias cucurrerunt, ut laudes meas legerent?

Ănăbăthră, ἀναθρα. Scalæ, pulpita, gradus ſuperiores ſcamilles, aut inſtrumenta ſcabellorum, aut ſubſeſſia: ab ἀναβαίνω, id eſt, ſurſum aſcendo. Iuven. *Satyr.*7.

*Et quæ conducto pendent anabathra tigillo.*

‖ Anabathini, gradus imi, unde in theatris exſilibant Futiæ. Scal. Anabibazon, aſcendens planeta. Tertull. ‖

Anabis, ἀνάβις, oppidum Hiſpaniæ, in tractu Tarraconenſi. Ptolom.

Ănăbŏlĭgium, ἀναβολάριον, vel Anaboladium, ἀναβολάδιον. Syndonis genus eſt, quo humeri operiuntur: dictum ἀνὰ & ἀναβάλλομαι, quod interdum Induo ſignificat, interdum rejicio. Solebant enim mulieres in negligentiori cultu hoc ornamento pectus & humeros protegere & quum viſum eſſet, rejicere.

Anabula, æ, ut ſcribit Plinius, animal Æthiopicum, capite camelli, collo equi, cruribus bovis prætendens ſimilitudinem, per totum corpus nitentem habens rubedinem albis maculis immiſtam. Eſt & miri decoris, longo collo, & altis anterioribus & poſterioribus cruribus.

Anabura, ἀνάβυρα, Piſidiæ oppidum apud Strab. *lib.*12.

Anacacabes, ἀνακακάβη, -ης. A vulgo Græcorum arbuſcula quædam appellatur, teſte Aëtio, quæ Homer. Lotos dicitur. Galli Alyſam & Aliſarum nominant. Fructus quoque, eodem Aëtio teſte, à recentioribus Græcis Anacacabon appellatur! Latini vocant Fabam Græcam. Vide Ruell. *lib.*2. *cap.*95.

‖ Anacalypteria, dona quæ maritus deteſtionis cauſa ſponſæ dabat, ab ἀνακαλύπτω, detego. ‖

Anacampſeros, otis, ἀνακαμψίρροος, herba eſt, cui à Magis revocandi amoris vis tribuitur: ita dicta ab ἀνακάμπτω, reflexo, & ἔρως amor. Plin. *lib.*24. *cap.*17. Anacampſerotem celeber arte Grammatica paulò ante, cujus omnino tactu redirent amores, vel cum odio depoſiti.

Anacalypteria, Romanis dona fuere, quæ domeſtici conferebant & amici, cum primùm nova nupta revelatâ facie ſe videndam præbebat: ἀνακαλύπτω enim eſt revelari. Alex. ab Alexand. *Genial.dier.lib.*2. *cap.*5.

Anacara, tympana ſunt rotunda inferiore parte. Hodie ſcribitur Macariis: perperam correxit Meurſius.

Anacardium, ἀνακάρδιον, arbor Indis familiaris, fructu aviculæ corculo non diſſimili: unde nomen putant inditum, rubente intus cruore, quod veluti ſanguine ſcatet. Ruell. *lib.*1. *cap.*37.

Amnace, ἀμνακες, oppidum Achaiæ, apud Steph.

Ănăcĕphălæōsis, { ἀνακεφαλαίωσις. Angl. *A ſhort repetition of thingis ſaid.* } Brevis capitulatio, in qua repetitio rerum ſummatim fit. Quintilianus *lib.*6 *cap.*1. Rerum repetitio, & congregatio, quæ Græcè dicitur ἀνακεφαλαίωσις, à quibuſdam Latinorum enumeratio, & memoriam judicis reficit, & totam ſimul cauſam ponit ante oculos judicis. Græcè κεφάλαιον, caput dicitur in ea ſignificatione, qua nonnulli capituli appellatione utuntur.

Ănăchărsis, ὁ Ἀνάχαρσις, Philoſophus ex Scytharum genere ſapientiæ admirandæ, ut ſcribit Cic. *lib.*5. *Tuſc.* qui ſtudio cognoſcendi ritus & mores Græcorum in Græciam ſe contulit, eodem tempore, quo ſeptem Sapientes florebant. Hujus imaginibus inſcriptum erat, Lingua, ventre, pudendis abſtinendum eſſe. Plin. tradit Anacharſim inveniſſe rotam figuli, cujus circuitu vaſa formantur. Sed ſi (ut inquit Seneca) apud Homerum, longè antiquiori inveniatur figuli rota, non video quomodo Anacharſis eſſe autor hujus rei potuit. Ibat nudis pedibus, dormiebat in terra, & famem pro pulmento habebat. Hic leges aranearum telis quàm ſimillimas eſſe dicebat, quòd muſcas quidem & cætera ejus generis infirmiora animalcula irretirent, à fortioribus autem perrumperentur. Interrogatus autem quo pacto quis abſtemius fieret? reſpondit, ſi ebriolorum motus ſibi ante oculos ponat. De genere mortis ejus tradit Laërtius, quod quum in patriam ſe recepiſſet, Græcóque ritu ſacrificaret, à fratre ſuo Scytharum rege fuerit interemptus.

Ănăchītēs, ἀνακίτης, gemma eſt omnium pretioſiſſima, quam notiore nomine Adamantem vocamus: ita dicta, quòd vanos motus, animique lymphationes credatur abigere, & adverſùs venena habere vim antidoti. Plin. *lib.*ult. *cap.*4.

Ănăchōrēsis, ἀναχώρησις, Eremus, ſeceſſus: unde monachi eremum incolentes, & quicunque procul ab hominibus ſeceſſerint, ἀναχωρίται vocantur. Caſſianus *in Col.* Cujus ſectatores anachoretæ, id eſt, seceſſores meritò nuncupantur, eo quòd nequaquam contenti hac victoria, qua inter homines occultas inſidias diaboli calcaverunt, aperto certamine ac manifeſto conflictu cum dæmonibus congredi cupierint, vaſtos eremi receſſus penetraſſe non timeant.

‖ Ănăchōrētă, ἀναχωρητής, quaſi dicas ſeceſſor, qui ſeceſſus & ſolitudines petit, qui in ſolitudine degit, eremita: ab ἀναχωρέω, ſecedo. Germ. Ein fidler, ein unum { olus } & finen, ſeceſſere. ‖

Ănăclīnatŏrĭum, { מטה משכב *miſchkáb.* ἀνακλιντήριον. Gall. *Lict de matelas pour ſe repoſer le jour.* Ital. *Lettiriolo, matarazzo.* Germ. Ein gutſchen oder nidbettlin/ lotterbet. Hisp. *Lugar para dormir de dia.* Angl. *A flobbed ſet or matres.* } Lectulus ſuper quo quieſcimus interdiu, qualia celebrantur Florentiæ Tuſcanicæ: & apud Lampridium *in Heliogabalo*, Accubita: à quibuſdam quoque Stabella dicuntur. Spart. *in Ceione Commodo.* Nam lectum eminentibus quatuor anaclinteriis fecerat, minuto reticulo undique inciſum. ¶ Vocantur hujuſmodi lecti etiam Grabati, & Græcè κράβατοι. ¶ Vocatur & Pluteus, cui incumbit Imperator. Græci vocant ἀναπτύχια, προσκεφάλια, ἀνάκλιτα, pulvillos quibus caput dormientis incumbit. Erant lecti quibus eſſent quatuor plutei, & pulvilli, utrinque duo, in quibus cubantes adverſis veſtigiis jacerent: alii erant ἀναπαύλοποι in quibus duo plutei, ſive mavis, duo reclinatoria, ut veſtigiis opſi poſitis, & obverſis ſomnum caperent, & hinc inde pluteis capita incumberent.

Anacollia, vocantur quorum lacryma incommodantes pilos corrigit. Aëtius.

Ănăcŏlūthŏn, ἀνακόλουθον, Latinè inconſequens: unde Anacoluthon figura eſt, quum non redditur quod ſuperioribus reſpondeat, ut ſi in oratione ponatur μέν, & non ſequatur δέ. Aut è contrario, quum particula quæ non niſi poſteriori loco poni conſuevit, ſola ponitur ſine ea quæ ſolet præcedere: ut ſi, verbi gratia, relativum ponatur ſine antecedente. Virg. 1. *Æneid.*

*Millia quot magnus numquam venêre Mycenis.*

Ubi Servius, Anacoluthon eſt: nam dicit Quot, quum non præmiſerit Tot.

Ănăcrĕōn, ἀνακρέων. Nomen proprium poëtæ lyrici, à quo metra Anacreontica dicta ſunt. Ortus fuit ex Teo Ioniæ civitate: ex qua etiam Hecataeus hiſtoricus. Amavit puerum nomine Batyllum viſenda pulchritudine ſpectabilem. Horatius,

*Non aliter Samio dicunt arſiſſe Batyllo*
*Anacreonta Teium.*

Periit acino uvæ paſſæ ſtrangulatus, ut tradit Plin. *lib.*7. *cap.*7. ¶ Anacreontius, adject. Quint. *lib.*9. *cap.*4. Anacreontium protinus colon efficias. Anacreontius verſus, Miſeri invidi vivimus ſcientes. Recipit Pyrrhichium, Chorium, Spondæum, Brachyſyllabum, Anapæſtum. Primus ſemper eſt Pyrrichius. Cenſorinus *de die natal. cap. ult.*

Anacriſis, { בחן *béchan.* ἀνάκρισις. Gall. *Examen, information, queſtion.* Ital. *Eſſamine.* Germ. Befragung einer ubeltheterin ee ſey mit marter oder ohn marter. Hisp. *Examen, ò queſtion, ò informacion.* Angl. *Examination, queſtion of the giltie.* } Quæſtio de reo habita, ſive ea per tormenta fieret, ſive ſine tormentis. ¶ Inde interrogatio teſtium, quam vulgus *Informationem* vocat. Vide Bud. *in Comment.*

Ănăctŏrĭon, ἀνακτόριον. Herba eſt, quæ notioribus nominibus ξιφίον Græcis, & Latinis Gladiolus appellatur. Dioſcor. *lib.*8.

Anactoria, ἀνακτορία Stephano, oppidum eſt Acarnaniæ, colonia olim Corinthiorum ad ſinum Ambracium. Plin. *lib.*4. *cap.*1. ¶ Eſt item hoc nomine Ioniæ urbs in minore Aſia, poſtea Miletus appellata, ut teſtatur idem Plin. *lib.*5. *cap.*29.

Ănădēmă, ἀνάδημα. Corona, ſertum, aut ſimile capitis ornamentum. A verbo ἀναδέω, corono, vel circumligo. Luc. *lib.*4.

*Et benè parta patrum ſiunt anademata mitra.*

Paulus inter ornamenta capitis muliebria recenſet, *in l.*26. *de auro & argent. leg.* Item & Heſychius, qui ſcribit eſſe κόσμου εἶδος ἐπὶ κεφαλῆς. Itaque à Polluce *lib.*5. in mundo muliebri ἀναδήματα numerantur.

Anadendrădes, ἀναδενδάδες, vocantur à Græcis vites arbuſtivæ, quæ ſcilicet arboribus fulciuntur.

Anadendromalache, ἀναδενδρομαλάχη, Malva aboreſcens, quam Galenus 4. Therapeutices eandem facit cum Althæa.

Ănădiplōsis, ἀναδίπλωσις. Dici poteſt reduplicatio. Eſt enim dictionis in ultima parte præcedentis verſus ſitæ, in prima ſequentis repetitio. Virg. *Eclog.*8.

*Certent & cygnis ulula, ſit Tityrus Orpheus,*
*Orpheus in ſylvis, inter Delphinas Arion.*

Anadyomĕne, ἀναδυομένη, Participium eſt fœmininum verbi ἀναδύομαι. Latinè reddi poteſt Emergens. Hoc nomine Apellis opus dictum eſt, quòd Venerem habebat è mari emergentem. Vide Plin. *lib.*35. *cap.*10.

Anæa, ἄναια Stephano, urbs Cariæ contra Samum: à qua fiunt gentilia, Anæus, ἀναῖος, & Anaites, ἀναίτης. Hinc ortus fuit Menelaus Anæus, Peripateticæ familiæ Philoſophus, & hiſtoriarum ſcriptor egregius.

Anætia, ἀναετία, Oppidum majoris Armeniæ, quod ab Euphrate alluitur. Plin. *lib.*5. *cap.*24.

Anagallis, { ἀναγαλλίς. Gall. *Mouron ou morgeline.* Ital. *Anagallo.* Germ. Gauchheil. Hisp. *Murages.* } Herba eſt quam Morgelinam, vel Gallinæ morſum vulgò vocant, ſi Ruellio credimus. Duæ ejus à Plinio traduntur ſpecies floris colore diſtinctæ. Mas enim florem habet Phœnicum, fœmina cæruleum.

‖ Anagiotria, nutrix. Lex. gr. b. ‖

Ănăglyphă, { מחרת *pittuách.* ἀναγλύφα. Gall. *Choſes taillées en boſſe, ou relevées.* Ital. *Coſe di relevo.* Germ. Ein außgetriben werck/ was getriben wercke/ oder außgeſtochen iſt/ das in bildet hatt. Hisp. *Vaſos labrados de buril ò ſinzel.* Angl. *A ſord of carved wor.* } Dicuntur vaſa, aliáve opera ſculpturis aſpera, quæ ſcilicet ita exſculpta ſunt, ut in eis imagines eminent: ita dicta ab ἀνά, quod ſurſum ſignificat, vel ſuprà, & γλύφω ſculpo: eo quod ſculpturæ in ſuperiori parte eminent. Unde & à Gallis *Relevata* dicuntur, *gratez en relief.* Eadem & Anaglypta invenimus appellata. Plin. *lib.*33. *c.*11. Nunc anaglypta in aſperitatémque inciſa circa lineaturam picturæ quærimus. Martial. *lib.*1.

*Nec deſunt tibi vera Glaniana,*
*Ne menſis anaglypta de paternis.*

Ănaglyptēs, { מחרת *mepháteach.* ἀναγλύπτης. Gall. *Statuaire, Seulpteur.* Ital. *Scultore.* Germ. Ein meiſter der getriben arbeit mit

bildwerck machē/bildhawer. Hisp. *Platero que labra por ſinzel.* Angl. *A carver, a grauer.* } Sculptor qui ita quippiam exſculpit, ut in eo imagines prominent.

Ἀναγλυφίς, ἀναγλυφικὴ, ἡ ἀναγλυπτική. Gall. *L'art de tailler en relief.* Ital. *L'arte da ſculpir di relevo.* Germ. Die kunſt den bildwercken/ durch grabēne oder getruckte aber. Hisp. *El arte de labrar de buril ò ſinzel.* Angl. *The art of carving or graving.* } Ars & ratio ita ſculpendi, ut in opere imagines eminent. Huic opponitur Diaglyphice, διαγλυφική, quum imagines ſuperficie operis ſunt depreſſiores, & ita excavatæ, ut eminentes imagines cereæ alterive corpori molli poſſint imprimere: cujuſmodi ſunt annuli & ſigilla, tam publica, quam privata, quibus literæ, & diplomata obſignantur.

Ἀναγνία, ἀναγνία Ptolomæo, civitas Hernicorum in Latio, ubi Antonius ſorore Auguſti contempta, & Cleopatra in uxorem ducta, monetam ferri juſſit. Virg. *lib.* 7.

——— *Quos dives Anagnia paſcit*, &c.

Ἀναγνώστης, ὁ ἀναγνώστης. Angl. *Areader.* } Latinè lector dicitur. Nam ἀναγνῶσιν lego, ἀναγνῶσις recognitio, lectio. Cic. *Attic.* Nam puer feſtivus anagnoſtes noſter Soſiſtheus deceſſerat.

‖ Anagoge, ἀναγωγὴ, ſubductio, ad myſticum Scripturæ ſacræ ſenſum de Trinitate & vita æterna. ἀνάγω eſt ſubduco, ſurſum duco. ‖

Anagyris, ἀναγυρὶς, herba eſt graviſſimi odoris, quæ ob id à ruſticis lignum putidum vocatur. Huius folia, virgáſque ſi quis decerpſerit, fœdiſſimo odore manus imbuit, quo non niſi frequenti lotione poteſt liberari. ¶ Hinc factus eſt locus proverbio, ut qui ſibi obſtruxerat commoveat, ἀναγυρὸν κινεῖ, hoc eſt, Anagyrin movere dicatur. ¶ Anagyrus, ἀναγυροῦς, populus Athenienſis, tribus Erechtheidis. Vide Stephanum.

Anaitis, idis. Dea cujuſdam nomen, quæ in Sacæſena Armeniæ regione præcipuè colebatur. Huius deæ miniſterio moris erat optimatum filias forma præſtantiſſimas dedicare: quæ ubi aliquandiu omnibus corporis ſui copiam feciſſent, tanquam nobiliores redditæ, deinceps viris tradebantur. Dies feſtus huic numini dicatus, Sacra vocabatur, quo ſe viri mulieribus permiſti ad ſtuporem vino ingurgitabant. Sunt qui tradant, hæc feſta in memoriam victoriæ, quam Cyrus de Sacearum gente retulit, eſſe inſtituta. Ferunt enim Sacas Cyri caſtra ingreſſos, quæ ille ſimulata fuga, epulis vinóque differta reliquerat, ita ſe vino obtuliſſe, ut à Cyro omnes ad interneciouem pene deleti fuerint prius quàm poſſent expergiſci. Strab. *lib.* 11.

Ἀνάλεκτα, } שחרית שלחן *ſchetrēcket ſeulchan*, פרס *path.* ἀνάλεμμα. Gall. *Ce qui tombe ſous table, miettes.* Ital. *Immondi dalla tavola.* Germ. Diſchlachen/ ſchütte/ oder was ob dem tiſch felle/ als bein/ ſchalen/ rinden/ &c. Hisp. *Las reliques del manjar que ſobra.* Angl. *Crommes, that falleth from the table.* } Purgamenta cœnarum, & quiſquiliæ ciborum ſub menſam cadentes, quæ manu colligi ſolent, & extra triclinium efferri. Mart. *lib.* 7.

*Colligere longa turpe nec putat dextra*
*Analecta, quicquid & canes reliquerunt.*

Dicta Analecta, ἀπὸ τοῦ ἀναλέγεσθαι, hoc eſt, colligendo, propterea quòd manu colligerentur, non ſcopis everrerentur. Inuentis enim lithoſtrotis, exteriſque id genus pretioſioribus pavimentis, ceſſavit uſus ſcoparum. Illa enim, quòd ex minoribus teſtulis conſtabant, ſcopas non admittebant, unde etiam Aſarota dicebantur, quòd non verrerentur, ſed quòd manu purgamenta colligi ſoleant, & pavimenta ipſa ſpongiis lavari. Idem *lib.* 14.

*Impretia ſcopas teſtatur palma fuiſſe;*
*Otia ſed ſcopis nunc analecta dabunt.*

Ἀναλεκτῆς, ὁ ἀναλέγων. Gall. *Qui recueille les miettes & autres reliquats.* Ital. *Chi raccoglie le avanzature di tavola.* Germ. Ein zuſammen lāſer der tiſchlachenſchütte. Hisp. *El que barre las reliques.* Angl. *A gatherer of the crommes of the table.* Qui colligit, aut verrit analecta. Dicitur etiam per tranſlationem, teſte Cœlio Rhod. *lib.* 13. *c.* 31. qui multa lectione exercitatus memoriâ eſt firmiſſimâ. ita ut quicquid unquam legerit, vel audierit, habeat ad manum. Nomen deductum eſt à verbo ἀναλέγω, quod inter cætera ſignificat, ἀναμνήσεως ἔχειν, ὁ ἀναλέγω, hoc eſt, memoria concipere, & firmiter tenere. Seneca: Suaſit illi Satellius Quadratus, ut Grammaticos haberet analectas.

Ἀναλεκτίδες, ἀναλεκτίδες, dicuntur, quibus è xylino lino, vel quavis materia, patellæ tanquam pulvillis conſtipant ſcapulas prominentes, ut videri habiliores poſſint. Ovid. 3. *de Arte amandi:*

*Conveniunt tenues ſcapulis analectides altis,*
*Auguſtum circa faſcia pelle erat.*

Cæl. *lib.* 13. *c.* 31.

Analemma, ἀνάλημμα, eſt ratio conquiſita Solis curſus & umbræ creſcentis à brumæ obſervatione inventa, è qua per rationes architectonicas circinique deſcriptiones eſt inventus effectus in mundo. Vitruv. *lib.* 9. *c.* 4.

Analeſia, dicta eſt eo quòd ſanas partes capitis ſenſu priver. Fit, vel naſcitur ex negligentia, aut ex nimio cibo, aut ex luxuria, aut potu frigido, bibendo, vel nimium cogitando, vel ex indigeſtione ciborum.

Analitæ, ἀναλῖται, populi Arabiæ apud Plin. *lib.* 6. *cap.* 28.

ἈΝΑΛΟΓΙΑ, } משקל *miſchkāl*, ἀναλογία. Gall. *Analogie, proportion, convenance.* Ital. *Proprietà, convenienza.* Germ. Gleychförmigkeit/ ähnlichkeit. Hisp. *Propriedad, conveniencia.* Angl. *Proportion, likneſſe.* } Cicero. Quod analogiam Stoici, nos appellamus convenientiam, ſi placet. Quinc. *lib.* 1. Analogia præcipuè, quam proximè ex Græco tranſferentes in Latinum, Proportionem vocaverunt. Analogia quid ſit, docet Gell. *c.* 25. *lib.* 2. dicitur ratio proportionis ab eodem *cap.* 9. *lib.* 15. Hæc eſt eius vis, ut id quod dubium eſt, ad aliquid ſimile, de quo non quæritur, referat, ut incerta certis probet, ut ſi quæratur, ſunis maſculini, an fœminini generis ſit, ex eius diminutivo cognoſcatur, quia funiculus generis maſculini eſt. ¶ Analogia apud Mathematicos eſt quum numeri duo, aut plures, quum item magnitudines inter ſe comparantur, ad ſimilitudinem ſecundæ comparationis, iuxta æqualitatem, vel inæqualitatem: ut ſi dicas, Ut ſe habent quatuor ad duo, ſic octo ad quatuor: & quanto eſt longior pes Herculanus alterius alicuius pede, tanto item Italium Herculano pede ſexcentis commenſum, longius eſt eo ſtadio, quod alterius pede toties tranſmiſſum eſt.

Ἀναλογιστικὸς, ἀναλογιστικὸς, à Dialecticis vocatur ſimiliſſimum illud argumenti genus, quod à cauſa propinqua ducitur. Cui opponitur Epilogiſticus, qui ſolet ſumi ab effectu, aut certè à cauſa remota. Dicitur autem Analogiſticus à verbo Græco ἀναλογίζομαι, quod inter cætera ſignificat ratiocinari, & ſimiliſſimis argumentis aliquid colligere.

Ἀναλογισταὶ, tutores qui non tenentur rationem reddere tutelæ. Vide infra *Auerlegiſtæ.*

Analogus, ἀνάλογος, proportione reſpondens.

Analphabeti, ἀναλφάβητοι, a Græcis dicuntur, qui ne elementarias quidem literas noverunt, quos Fulgentius Abecedarios appellat, *in* 3. *Mythologicon.* Bud. *in Pandect.*

‖ Analysis, ἡ ἀνάλυσις, reſolutio, ἀναλύω reſolvo.

Analyticus, a, um, reſolutorius. ‖

Ἀναλυτικὰ, ὁρῶν, ἀναλυτικὰ, nomen eſt duorum librorum Ariſtotelis, quibus ille judicandi, ſive (ut alii loquuntur) argumenta reſolvendi partem exequitur. Nomen deductum eſt à verbo ἀναλύω, quod reſolvere ſignificat, nonnunquam etiam dijudicare. Budæus *in Comment. lingua Græca.*

Ἀναμνῆσις, ἀνάμνησις, Latinè commemoratio dicitur.

Ἀνάγκαιον, ἀναγκαῖος. Neceſſarium Latinè dicitur. Figura, quum voluimus oſtendere neceſſitudinem aut naturæ, aut temporis, aut alicujus perſonæ: quale eſt illud Demochares, Nihil valebat aſſidua pro ſtatue ac muſicorum deprecatio, quum judicaret tyrannus, cujus crudelitas omnem naturæ neceſſitudinem extinguebat. Rutilius Lupus *lib.* 1.

‖ Anance, ἀνάγκη, neceſſitas. Heſ. Iudicialis clepſydra. Apud Plaut. *in Rud.* 1. 3. Credo Hercle Anancæo datum, quod biberet. De quo variè diſputant. Vide Taubman. *Comm.* ubi plurium opiniones collegit. ἀναγκαῖος eſt neceſſarius. Meurſius legit, Ancæi poculum. ‖ Varro *lib.* 2. *de vita pop. Rom.* ad Sybaritanam prædam, in qua ſunt tripedes crateres, refert Ananceæ, pocula nobilium Tarentinorum.

Ananchitis, ananchitidis, ἀναγχῖτις, gemma, de qua ſic Plin. *lib.* 37. *cap.* 11. Ananchitide in hydromantia dicunt evocari imagines deorum. Vide ſupra *Anachites.*

Anantapodoton, ἀναναπόδοτον, ſchema eſt, quo Græci frequentiùs utuntur quàm Latini, quum ſcilicet oratio aliquo membro deſtituitur.

Ἀνάπαιστος, ἀνάπαιστος, pes ex duabus ſyllabis brevibus, & ex tertia longa. Componitur ex ἀνὰ, re, & παίω, ferio, eo quòd repercutiat dactylum ſono reciproco. A Græcis, ἀνάπαιστος dicitur, quaſi dactylo contrarius. Cic. *lib.* 3. *Tuſcul.* Non adhibetur ulla ſine anapæſtis pedibus exhortatio.

Anapavomenos, ἀναπαυόμενος, fons eſt in Dodone, Iovi ſacer: ita dictus, παρὰ τὸ ἀναπαύεσθαι, eo quòd ſub meridiem quotidie deſinat fluere. De hoc ſic ſcribit Plin. *lib.* 2. *cap.* 103. In Dodone, Iovis fons quum ſit geliduſ, & immerſas faces extinguat, ſi extinctæ admoveantur, accendit. Idem meridie ſemper deficit: de qua cauſa Anapauomenon vocant: mox increſcens ad medium noctis exuberat: ab eo rurſus ſenſim deficit.

‖ Anapele, ſaltatio. Scal. ‖

Anaphalis, ἀναφαλὶς, herba eſt, quæ notiore nomine Cnaphalium, & à quibuſdam Centunculus appellatur.

Anaphe, ἀνάφη, inſula eſt una Sporadum, inter Theraſiam & Aſtypalæam, quam Plin. *lib.* 2. *cap.* 87. enumerat inter eas, quæ diu aquis tectæ, tandem emerſerunt. Nominis ratio Stephano hæc traditur, quòd Argonautis intermeſtis luna tempeſtate iactatis opportunè apparuerit.

Ἀναφορὰ, ἀναφορὰ, ſeu Epanaphora, ἐπαναφορὰ. Figura quam nos relationem, ſeu repetitionem dicere poſſumus, quæ fit quoties in principio ſingulorum membrorum, aut verſuum, eadem pars orationis repetitur, hoc modo, Verres calumniatores apponebat, Verres de cauſa cognoſcebat, Verres pronuntiabat. Virg. 1. *Æneid.*

*Nate, meæ vires, mea magna potentia, ſolus*
*Nate patris ſummi.*

¶ Anaphoræ etiam ſcanſiones ſignorum vocabantur ab Oriente circumactu mundi quotidiano factæ, ex inclinatione cœli varia nunc majores. Firmicus, Sed iſtis tandiu vitiis laborabit, quoad ſigni eius fuerit anaphora completa.

Anāpis, ἄναπις, Siciliæ fluvius leniter decurrens, decem ſtadiis procul à Syracuſis in mare defluens. Ovid. 5. *Met.*

*Præterit & Cyanem, & ſontes lenis Anapis.*

Ἀναπολόγητος, ἀναπολόγητος, Latinè inexcuſabilis.

‖ Anaporica horologia. Vitruv. *de architect. lib.* 9. *cap.* 9. Fiunt etiam alio genere horologia hiberna, quæ Anaporica dicuntur. In bulla ingrediens per puncta, contra centri tympani verſationem, quotidie tranſfertur: unde anaporica duci puto, quaſi regradantia: ἀναπορικὸν eſt regradior, ut Solino *cap.* 3. menſes regradati dicuntur, Martin.

Anapſelaphēſis, ſupplicatio Principi oblata à ſententia Præfecti Prætorio. Lex. IC. ‖

Anarchus, ἄναρχος, ſine principe, vel principio. Ambr. *lib. Hexaëm.* Dedit ergo principium mundo, dedit etiam creaturæ infirmitatem, ne anarchon id eſt, principio carentem crederemus.

Anariacæ Strabonis, Anariaci Plinio, ἀναριακοὶ Stephano, populi ſunt mare Caſpium ad Ortum incolentes: quorum oppidum Anariace ἀναριάκη, commemoratur.

Anarrhinon, ἀνάρρινον, quod & Antirrhinum, herba eſt Anagallidi ſimilis, radice nulla, aut perexigua, ſemine vitulinas nares imitante: unde & nomen habet. Galenus Lucernarium appellat. Gal. *Oculum cati.* Vide Plin. *lib.* 25. *cap.* 10. Ruel. *lib.* 3. *cap.* 131.

Ἀνᾶς, ἀνάδος, Avis notiſſima ex genere amphibiorum, ita dicta ab aſſiduitate

Google

tate natandi. ‖ ἄνηθ. GALL. *Cane en canart.* ITAL. *Anitra.* GERM. Ein ánt. HISP. *Anade.* ANGL. *A duske, a drake.* ‖ Martial. *lib.* 13.

*Tota tibi penatur anas, sed pectore tantum,*
*Et cervice sapit tostera reddit coqus.*

Patriciis pueris dantur anates, coturnices. Plaut. *Capt. sc. 2. a.* 1. Anates pontica veneno vescuntur. Gell. *cap.* 16. *lib.* 17. ¶ Anatem morbum anuum dicebant, id est, vetularum: sicut senium, morbum senum. Festus. Imò morbus ani, scripsit Lautenburg. ‖

‖ Anasarca, ἀνασάρκα, toto corpore diffusus hydrops, aliter ὑποσαρκίδιον, ἀδιαφορυγματία, ab ἀνὰ & σὰρξ caro. Melior est analogia, divisis vocibus, ἀνὰ σάρκα per carnem. Martin. ‖

Anastasis, resurrectio: ut Anastasis Dominica, &c.

Xnătĭcŭla, diminutivum est. ‖ νησσάριον GALL. *Petite cane, un petit canart.* ITAL. *Piccola anitra.* GERM. Ein kleine ent vögelin. HISP. *El anadino, à anadina.* ANGL. *A little duske or drake.* ‖ Cic. *de finibus*, Serpere anguiculos, et colaresmenulas, nare anaticulas, cornibus uti videmus boves. Dic me tibi anaticulam, columbam, vel catellum. Plaut. *Asin. sc.* 3. *act.* 3.

Xnătīnus, a, um. ‖ νήσσειος. GALL. *De cane ou canart.* ITAL. *Cosa di anitra.* GERM. Das zu der enten gehört. HISP. *Cosa perteneciente a las anades.* ANGL. *Y which pertaineth to a duske or drake.* ‖ Plaut. *in Rud. sc.* 6. *a.* 3. Utinam fortuna anatina nunc uterer: ut quum exissem ex aqua, arrem tamen.

‖ Anataria, aquila, ἁρπάγιον, ab anatibus occidendis nomen fortita. ‖

Anatarius, qui anates custodit, pascitve, νησσοφύλαξ. ¶ Anataria aquila, quæ anates circa lacus venatur. Ex Sipontino. De anataria aquila. Plin. *lib.* 10. *cap.* 3.

Xnătārĭus, a, um, quod ex anate est: ut, Anatariæ plumæ, sive quod ad anates pertinet: ut, Anataria aquila, νησσοφόνος αἰετός, quæ anates venatur. Plin. *lib.* 10. *cap.* 3.

Anasa, ἄνασα, oppidum Germaniæ, apud Plin. *lib.* 6. *cap.* 8.

Anas, ἄνας, fluvius ulterioris Hispaniæ, Bœticam dividens à Lusitania: de quo Pomp. Mela *lib.* 2. ¶ Antiqui præterea Anatem vocabant annum morbum, scilicet vetularum. Festus.

Anasphorbe, ἀνασφόρβη, à quibusdam vocatur herba, quam Græci λίνειον, Latini Linum appellant. Legitur hoc nomen in quibusdam Dioscoridis exemplaribus. Quidam verò hanc, ut pleraque alias herbarum nomenclaturas apud eundem inter nothas referre malunt.

‖ Anastasion, troparion, seu canticum dici Dominicæ proprium. Lex. gr. b. ‖

Anastomosis, ἀνάστομωσις. A medicis appellatur apertio venarum, quando scilicet venarum orificia amplius æquo aperiuntur: quod fit aut propter vasorum imbecillitatem, aut propter sanguinis ad orificia affluentis copiam. Gal. *lib.* 4. & 5. *Method.* Est autem nomen hoc deductum à verbo Græco ἀναστομόω, quod Latinè sonat Aperio. Cels. *lib.* 4. *cap.* 4. *de tussi.*

Xnăstrŏphē, ἀναστροφή, inversio, vel perversio dicitur: est enim (ut docet Diomedes) duorum verborum ordo præpostetus: ut, Italiam contra, pro contra Italiam.

XnāthēmX, detestatio, execratio. ‖ חרם *cherem*, ἀνάθεμα. GALL. *Excommunication, execration.* ITAL. *Scommunica.* GERM. Ein fluch, ein verbanten. HISP. *Descomunion.* ANGL. *Excommunication, execration.* ‖ Ponitur interdum pro donario, quod diis suspenditur in columna, vel pariete templi, ἀπὸ τοῦ ἀνατίθημι, hoc est, suponendo, vel suspendendo: aut certè ab eo, quòd nefas esset ea loco movere. ‖ ¶ Anathema verò, ἀνάθημα, donarium, quod sacratum diis in parietibus, vel columnis templi, vel ex lacunaribus suspendebatur, ab ἀνατίθημι repono, vel sursum pono, deducitur. ‖

Xnāthēmātizo, as, Devoveo, detestor, ἀναθεματίζω.

Xnātŏcismŭs. ‖ ἀνατοκισμός. GALL. *Renou vellement d'usure, quand les arrerages se baillent encores à usure, & sortissent nature de sort & principal, interest des interests.* ITAL. *Rinovamento d'usure, quando l'usura acquistata entra nel principale & fa usura.* GERM. Do nu chen da man zinst anlegt das die selbigen wider zinst tragen, zinst von zinsen. HISP. *Renovamiento de usuras, usura sobre usura.* ANGL. *Yearlie usurie, and usurie of usurie.* ‖ Est usuræ annua festaria revolutio, & quas usuras usuratum vocant. Cic. *ad Attic.* Interim quum in eiusdem tantillo centesimas me observaturum haberem cum anatocismo anniversario. Latinè autem Cicero ipse hoc verbum interpretatur in Epist. Conferetam, inquit, ut solverem centesimis Sextantii cuidis cum revocatione singulorum annorum.

Xnătŏmē, ἀνατομή, dissectio, vel consectio, quum scilicet humanum corpus dissecatur, ut venæ, & nervi à Medicis conspici possint. ¶ Inde Anatomice, ἀνατομική, scilicet τέχνη, ars dissecandi & aperiendi corpora.

Anava, ἄναυα, urbs Phrygiæ. Steph.

Ānaūros, ἀναυρος, fluvius Thessaliæ, ex Pelio monte fluens, quasi absque aura dictus. Lucan. *lib.* 6.

*Quique nec humentes nebulas, nec rore madentem*
*Aera, nec tenues ventos alitas inaures.*

De hoc fluvio, vel potiùs torrente, vide plura apud Apollon. *Argon. lib.* 6.

Anaxis, apud Flaccum *in Argon.* Procus est Medeæ, Alanorum & Heniochorum rex, postea à Styllo rivali interfectus.

Anax, ἄναξ, proprium viri nomen, qui fuit Cœli & Terræ filius, à quo Miletus olim dicta fuit Anactoria. Cæl. Rhod. *lib.* 8. *cap.* 1.

Xnaxĭgŏras, ἀναξαγόρας. Clarissimus philosophus fuit, in physicis præcellens, qui non modò generis gloria claruit, verùm animi quoque magnitudine clarissimus fuit, quippe qui totum patrimonium suis sponte reliquit. Et quum ab eis neglectus fuisset tantulum: Quid ergo, inquit, nôsne vos illa curastis? Mox abscedens, ad speculandum rerum naturam se contulit, studio doctrinarum flagrans, rei privatæ & publicæ omnino negligens, & mauritalis, adeò ut cuidam ipsum ita compellanti. Nullane tibi patriæ cura est? dixerat, Mihi vero patriæ cura, & quidem summa est; digitum in cœlum intendens. Hic cùm post diutinam peregrinationem in patriam rediisset, postque desertas vidisset: Non essem, inquit, ego Galvus, nisi hæc pertulissem. Digna profectò vox philosopho, qui plus tribuerit culturæ ingenii, quam prædiorum. Anaxagoræ opinio de astris, & de lapide cœlitus ruituro. Plutarch. *in Lys.* Vide plura de hoc apud Lactium.

Anaxandrides, ἀναξανδρίδης. Poëta Græcus, Comœdiarum scriptor, patria Rhodius, qui sub Philippi Macedonis floruit. Docuit tabulas 65. vicit una, ut scribit Suidas.

‖ Anaxare, ἀναξάρη. Glossæ vocant ad axim, i. asserem, tabulam referunt, ubi politor solet aliquid tornare. ‖

Anaxĭnus, populi Italiæ. Plin. *lib.* 3. *cap.* 12.

Anaxarbeni, populi Ciliciæ ab eadem urbe sic dicti apud Plinium.

Anaxarchus, ἀνάξαρχος, nomen proprium philosophi Abderitæ, discipulique Democriti. Hic habuit inimicum Nicocreontem Cypri tyrannum, à quo comprehensus, conjectisque in pilam tritaream, quam Græci ὑπερῶον vocant, atque ferreis malleis contusus, adeò tolerantèr pertulit asperrimos illius cruciatus, ut verbum illud memorabile condiderit, Tunde, tunde Anaxarchi follem, Anaxarchum enim non tundis. Ad eleganter amputationem linguæ à mutante tyranno, protinus momordisse, dicitur, & comminutam linguam in os tyranni patulum dicitur exspuisse. Vide Laert. Valer. &c. Floruit Anaxarchus Olympiade 111. ut scribit Suidas.

Xnăxărētē, ἀναξαρέτη, puella fuit Cypria, ex Salamine oppido, forma insignis, & regia stirpe superba, quam quum Iphis infima sortis juvenis perditissimè amaret, & ab ea ludibrio haberetur, dolore impatiente sese ad fores ejus suspendit: cujus funus quum Anaxarete fleta immotisque oculis intueretur, in saxum est conversa, ut tabulatum Ovid. *lib.* 14. *Metam.*

Anaxarus, civitas mediterranea Ciliciæ, ut scribit Plin.

Anaxĭus, ἀναξῖος, Cultu ædes fuit, quam Magnesia civitas valdè exuluit: sed magis M. Antonius, qui quatuor civitatum ei tributa legenda tribuit, ut scribit Strabo *lib.* 14.

Anaxĭrum, ἀνάξιρον, apud Dioscoridem *lib.* 3. legitur inter nomenclaturas Graphisagriæ herbæ. Quamquam non desunt qui & hoc malint inter notha referre.

Anaxĭlas, ἀναξίλας, Poëtæ comici nomen, cujus meminit Suidas.

Anaxĭlaus, ἀναξίλαος, Rheginorum in agro Siculo tyrannus fuit, & Messanæ in Sicilia conditor, qui ex testamento liberos suos Mycithi servi sui tutrici commendavit. Micythus autem provinciam sibi impositam tanta fide, moderationeque administravit, ut Rhegini servo imperium non detractarent. Pueris deinde ad legitimam ætatem provectis, bona fide & imperium, & patrimonii hereditatem restituit, sibique exiguo servato viatico, reliquum vitæ peregit. ¶ Fuit præterea Anaxilaus quidam ex Lacedæmoniorum principibus, qui unà cum Lycurgo in vincula conjectus fuit, & paulò post cum eodem solutus. Vide Plutarchum *in Alcibiade.*

Anaxymĕnes, ἀναξυμένης, nomen Philosophi, de quo Hieronymus *contra Iovin.* scribit, quod *in lib.* 2. *Philosophia* asserat Potonam matrem Platonis phantasmate Apollinis fuisse oppressam, quódque sapientiæ principem non aliter arbitretur, nisi de partu virginis editum.

Anăximandĕr, ἀναξιμάνδρος, Milesius Philosophus, Thaletis auditor, primus tertiæ mantipæ circuitus descripsit, & Ipharam insuper construxit, inquit Laertius. Hic dixit infinitum, rerum omnium generationis atque corruptionis causam esse, & partes quidem universi corrumpi, totum autem esse immutabile. ¶ Præterea cylindri formæ esse terram asserit, tantæ profunditatis, ut ad latitudinem profunditas terræ inveniatur.

Xnăximĕnēs, ἀναξιμένης, Philosophus fuit Milesius, Eurystrati filius, Anaximandri discipulus fuit, eoque die obiit, quo Sardis à Cyro captus fuerunt. Hic principium rerum aëra opinatus est, quem genere infinitum, qualitatibus finitum arbitrabatur, cujus condensatione ac rarefactione cuncta gigni putavit. Motum verò ab æterno esse dixit, Terramque ære constipato, primum omnium latam, latam, magnam: ideòque eam ab aëre super aërem contineri: solem, Lunam, cæteraque stellas a terra ortum habere.

Anaxĭmi, populi in quarta regione Italiæ. Plin. *lib.* 3. *cap.* 14.

Anaxus, fluvius qui fluit per Feltrensium agrum.

Anavo, ἀνάω, Ancæi cujusdam filia fuit, quam quidam Alcmenæ matrem faciunt, non Lysidicen sororem Pitthei ex Pelope & Hippodamia, ut habet Plutarchus.

Anaxyris, ἀναξυρίς, Herba est notissima, quam & Orobiden Græci & Latini Rumicem appellant. Ita dicta, quòd folia eius calceorum soleas imitentur, quæ & anaxyrides quandoque à Græcis appellantur.

Anazarba, ἀνάζαρβα Stephano, oppidum est Ciliciæ. Dioscoridis illustrissimi Medici patria.

Ancæi, dicta sunt ab antiquis vasa quæ cælata vocamus, quòd circumcidendo cælata fiant. Ipsum quoque *cælare* verbum ab eadem causa dictum est, à cæmentaria. Festus.

Xnĕrus, ἀνηρός, Samiorum rex, qui fluviis missionis agricola habitus fuit. Huic, quum servos nimio labore premeret, superi dedisse fertur vetus, nullum illum eius vineæ, quam tum plantabat, vinum bibiturum. Paucis post annis, concrepante vinea, nuntiatum fuit, illi ex loco vetum hauriri, increpens eum, qui futurum prædixerat, ut nunquam ejus vineæ vinum biberet. Jamque calicem ori admotum tenebat, quidam, aprum miræ magnitudinis vineam vastare. Abjecto itaque poculo, quum aprum vellet interficere, ab illo dente suus interiit. Hoc alludit Horat. quum ait,

——— *inter calicem supremáque labra*
*Multa cadunt.*

Vide Erasmi Adagia. ¶ Fuit & alter hoc nomine filius Lycurgi.

Anceniscus, incastratus. Vide *Incastratus.*

Anceps, itis, quod utrimque jacuturn est. ‖ ἀμφίκοπος, ἀμφίκοπον. ‖ Anceps (inquit Festus) significare videtur, quod ex utraque parte caput habet, ut serum, bipennis. Sed magis a capiendo, quòd

quòd ex utraque parte æquè capiatur, appellatum est. Lucil. Vecte, atque anciputi ferro effringam cardines. ¶ Accipitur pro dubio, sive ambiguo. } שלו *talui*. ἀμφίβολον, διπροσωπούμενον. GALL. *Douteux, incertain*. ITAL. *Dubio*. GERM. Zweifelhafftig. HISP. *Dudoso*. ANGL. *Doubte, or two ed ged, doubtsome*. } Cic. *pro Marcel*. Incertus est exitus, & anceps fortuna. Idem 1. *de nat. deor*. Bellua quasi anciptes, in utraque sede viventes. Ex anciputi morbo, Sueton. *in Augus. c.* 59. Anciputia monumenta. Liv. 5. *ab Urb*. Anceps Deorum ira, quæ utrinque urget. Idem *lib.* 10. *ab Urb*. Anceps genus elephantorum, quod tam nocere solet, quam profuisse. Idem 3. *bell. civ*. Anceps prælium, utrinque urgemur. Cæsar *de bell. civ*. Anceps terror intra & extra munitiones. Idem 3. *de bell. civ*. Ancipitibus telis hostem submovere. Liv. *lib.* 2. *d.* 4 Secutum capiam ancipitem. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Quod quoniam est anceps (incertum an velitis nominat.) Ovid. *Heg.* 4. *lib.* 3. *Trist*. Quos sors iniqua in ancipiti posuit. Senec. *cap.* 10. *de Trang*. Ancipitia verba & media. Gell. *c.* 9 *lib.* 11. Dubia & interdum ancipiti fortuna gestum bellum. Vellejus, Ancipitis fortuna tempestatis, de tempestate. Idem. Veteres anceps in nominativo dixerunt non sine ratione, ne in genitivo anceps, duabus syllabis videretur crescere. Saliquet *lib.* 1. Plaut. *in Rud*. Post alii toti eius est (cuncula anceps. Vide Priscianum *lib.* 6. ¶ Vocabula ancipitia, quæ & in onam, & in alem partem accipi possunt: ut, tempestas, valetudo, tactus, &c. Vide Gell. *lib.* 12. *cap.* 9.

Anchates, nomen ducis in exercitu Persæ contra Æeten Colchorum regem, fratrem Persæ. Valerius 6. *Argonaut*.

*Dextræ & inclusos gaudent nexuque gyro*
*Spargere, & extremas laqueis adducere turmas*.

Anchémolus, ἀγχέμολος. Rhœti regis Marrubiorum filius fuit, qui cum Caspetia navem Hyrum intulisset, à patre ad supplicium petitus, ad Turnum in nuptias profugit. Hæc Servius in illud Virg. 10. *Æneid*.

*Hinc Scelerum petit & Rhœti de gente vetusta*
*Anchemolum thalamos ausum incestare novercæ*.

Anchiale, ἀγχίαλη, civitas Ciliciæ, de qua Strabo. Post Zephyrium, inquit, anchiale supra mare, Sardanapali opus. Ex hac urbe fuit Athenodorus, qui non a Sardanapalo, sed ab Anchiale Iapeti filia conditam vult Cydni marte, a quo nomen vicino flumini, ex Steph.

Anchialos, ἄγχιαλος, urbs Traciæ, sita in intimo sinu, atque ubi Pontus altissimum sui devium angulo finit, non procul à magna Apollonia. Hæc Pomponius. ¶ Est & Anchialus, Athenagi nomen, cuius meminit Cic. *lib. de Divinatione*.

¶ Anchiomachias, navigium aptum ferendis navibus, cum cæteris nauticis utilibus. C. Steph.

Anchises, ἀγχίσης, Capyos filius; ante bellum Trojanum nemorum lucubras & solitudines coluisse fertur, gregibus & armentis intentus. Cupidus eum vacantem, a Venere adamari cœpit, & cum ea concubuit, unde natus est Æneas apud Simoenta Troiæ fluvium. ut scribit Servius. Porro quum de Veneris concubitu ulum fuisse iactaret, a Iove fulmine est afflatus. Propterea dicunt eum Trojanorum consiliis non interfuisse. Ardente Troia, quum nulla salutis spes appareret, sumto confectum Æneas humeris imposuit, secumque Dicæarum usque Stellæ urbem vexit, ubi fatis concessit. Virg. 1. *Æneid*.

*Tuncille Anchisa, cui te Dardanio Anchisæ*
*Alma Venus Phrygii genuit Simoëntis ad undam?*

Anchisiades, Patronymicum. Virg. 3. *Æneid*.

*Æneas Anchisiades & fidus Achates*.

Anchisiade, vocativus. Idem 6. *Eneid*.

*Dux Anchisiade nec me Deus æquore mersit*.

Anchóra. Ferreum instrumentum quo naves retinentur, quod & à Græcis ἄγκυρα vocatur: unde & Latini vocem hanc proclivi usu mutarunt, & tenue in suam aspiratam, & vim communicarunt. } GALL. *Ancre, jetter ancre de fer, dequoy on retient les navires*. ITAL. *Ancora*. GERM. Ein anther. Der groß eysen hack an dem man in dem meer die schuff helt. HISP. *Ancla, ò ancora de la nave*. ANGL. *An anker*. } Cic. 5. *Verr*. Vela fieri, præcidi anchoras imperavit. Anchoris sublatis, Cæs. *lib.* 2. *de bell. civil*. Ad anchoram stare. *lib.* 3. *de bell. civil*. Idem, Ad anchoras collocatæ naves. Suet. *in Calig. cap.* 19. Anchoræ sublatæ sunt, provectæ sumus. Quintil.

*Dum capitur celeres anchora tracta manu*,

Ovid. *Eleg.* 6. *lib.* 3. *Trist*.

*Anchora iam nostram non tenet ulla ratem*.

Idem *lib.* 5. *El.* 2. ¶ Et quia nautæ tempestate jactati, quando feliciter navigandi nulla spes superest, ad anchoram confugiunt, quæ ejecta navim eodem in loco terminat, donec feliciùs navigandi se offerat occasio: factum est ut sacram anchoram proverbialiter dicamus pro extremo perfugio. Unde etiam proverbiali figura apud Euripidem Hecuba Polydorum familiæ gentisque suæ anchoram nominat, Ὁ τῶν ἐμῶν ἀγκυροβόλιον κακῶν. Qui jam solus generis superest anchora nostri. Dicemus itaque Anchoram domus pro refugio & columna domus. ¶ Præverti anchoræ iactum Deus. Ἀνέστειλεν ἐς ἄγκυρας τύχη, dicimus quum res præter spem evenit. Tradidum a nautis, quibus accidit (quod plerumque) ut quum nituntur anchoram jacere, in portum appulsui, repellantur à ventis, & in mediam tempestatem revocentur. ¶ Duabus anchoris fultus, ἐπὶ δυοῖν ἀγκύραιν. Duobus nixus in portu, subeundi anchoris. De firmis & immotis, & qui rem suam prudenter constabilierunt, meminit Aristot. *in Paræmiis*. Huic simile est, Bonum est duabus niti anchoris. ¶ His contrarium est, Rapta anchora, de his qui repentè tanquam magnum quiddam facturi prosiliunt, deinde in falsa omnium expectatione turpiter & indecorè se gestitlent in negotio. ¶ Sacram anchoram solvere, τὴν ἱερὰν ἄγκυραν λύειν, proverbialiter dicitur, quoties ad extrema contigitur. Translatum à nautis qui navim tum demum mittunt, quum extremo laborant discrimine. Vide Lucian. *in Iove*, & *in Dropetis*. & Euripidem *in Hecuba*. ¶ Anchoræ tollere dicitur à Varrone non sine proverbiali specie pro nolari discessum.

Anchorarius, ἀγκυρίσκος, qui curam anchoræ habet, ut eam vel demittat, vel elevet. *Cæs. lib.* 2. *de bell. civ*.

Anchorárius, a, um, quo ad anchoram pertinet, ἀγκυρικός: ut, Funes anchorarii. Hirtius, Stolas autem ex funibus anchorariis ties fecerant.

Anchorarii, lapides sunt cementarii, & qui in imo jaciuntur, instar anchoræ in mari.

Anchoralis, adjectivum, ἀγκυρικός. Plin. *lib.* 16. *c.* 9. Usus eius anchoralibus navium & navium piscantiumque tragulis. Anchoralis tractus. Liv. 7. *belli Maced. & lib.* 7. *d.* 4.

Anchorágo, piscis est, qui & Salmo à rostri aduncitate (ut in Anchora) Anchorago vocatus. Callodor. *variarum lib.* 12. *c.* 4. Destinct carpam Lemborius, a Rheno venire anchoragio. Vide *Tonsicula*.

Anchoria, ἡ Ἀγχορία, urbs Bithyniæ, Antigonia postea dicta.

Anchurus, ἄγχουρος. Midæ regis filius fuit, de quo hæc tradit Plutarchus *in Parallel*. Circa Celænon Phrygiæ oppidum terrâ ingenti hiatu divisâ, quum Midæ responsum esset, futurum ut terra coiret, si res in historum pretiosissimas deiecisset, Anchurus regis filius nihil hominis anima pretiosius existimans, consenso equo, se in specum præcipitavit. Nec ita multò post terra in pristinam coiit figuram.

Anchusa, ἄγχουσα, herba est lactucæ foliis radicem habens digitali crassitudine, colore sanguineo, æstate manus inficiens, qua mulieres colorem purpureum malis inducunt. Galli vocant *Orchanette*.

Ancíræ, concinni dependentes prope auriculas.

Ancile, per i simplex, } צנה *tsinnah*, מגן *maghén*. ἀγκύλον. GALL. *Un escusson rond, ou bouclier*. ITAL. *Scudetto, brochiero*. GERM. Ein rondt schilt den man im krieg brauchte ein rendellen. HISP. *Escudo ò broquel redondo*. } Scutum breve erat, autore Festo, ita ex utroque latere resectum, ut nullus angulus videri posset, & summum infimumque eius latus medio pareret. Dictum ab am exsum, quasi ancisum, vel ab ἀγκὼν, quod est cubitus, vel ab ἄγος remedium, quoniam pestilentiæ remedium fuit. Fertur Numæ Pompilii tempestate de cœlo decidisse, unâque editam vocem, omnium potentissimam fore civitatem, quandiu in ea manssisset. Itaque facta sunt eiusdem generis plura, quibus id misceretur, ne internosci cœleste posset. De hoc Ovid. *lib.* 3. *Fast*.

*Ecce levi scutum versatum leniter aura*
*Decidit, à populo clamor ad astra venit*.

Et paulò post,

*Atque ancile vocat, quod ab omni parte recisum est,*
*Quemque notes oculis, angulus omnis abest*.

Livius *lib.* 1. Salios item duodecim Marti gravido legit, tunicæ pictæ insigne dedit, & cunicam, æneum pectori tegmen, cœlestiâque arma quæ ancilia appellantur, ferre, ac per urbem ire, canentes carmina cum tripudiis, solemnique saltatu iussit. Hor. *lib.* 3. *Carm*. hoc ancilium, declinavit, quum ait, Ancilliorum nominis & togæ. Iuvenalis verò adjectivum posuit, quum dixit, Clypeis ancilibus. Motis necdum ancilibus, quod infinitum antiquitus. Suet. *in Othon. cap.* 8. De ancili delapso è cœlo & undecim aliis fabricatis. Plut. *in Num*.

¶ Ancilla, primùm ancula, ab anclo, vel anculo, antiquo vocabulo, i.e. ministro. Fest. qui etiam habet, ancillas dictas esse ab anco Marcio, quòd is bello magnum numerum fœminarum ceperit. ¶ Item.

Ancílla, } שפחה *schiphchah*, אמה *amáh*. ἁμὰ. GALL. *Chambriere, servante*. ITAL. *Fante, serva*. GERM. Ein dienstmagt. HISP. *Sierva, esclava, ò moça de servicio*. ANGL. *Amaid servand*. } Mulier serva. Nomen deductum putavit Festus ab Anco Martio, quòd is in bello magnum fœminarum numerum ceperit. Sive quòd antiqui anculare dicebant ministrare. Ex quo dii quoque ac deæ feruntur coli, quibus nomina sunt Anculi, & anculæ. Plin. *lib.* 2. *cap.* 65. Terra mortalium semper ancilla. ¶ Quæ semel ancilla, nunquam hera: ut vulgò jactatum refertur in Græcis Epigram.

Μοῦνον δὲ λάθεσθαι σὺ, δέσποινα χθονὸς ἁμὴ
Ἐν᾽ ἀναμιμνήσκοις, id est:

Si qua ancilla semel fuit, haud unquam dominetur: ut proverbium habet. Videtur ideo dictum, quod qui ex humili fortuna subvehuntur ad res amplas, soleant esse in cæteris insolentiores, minúsque tolerabiles quam qui felices nascuntur. Meâne ancilla libera ut sit, quam ego nunquam emi mihi. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 5. Non pluris facio, quam ancillam quæ lautiam lavat. Idem *Curc. sc.* 4. *a.* 4. Ancillas, malos, mulliones, pedisequas. Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 3. Vult placere amicæ, vult mihi, vult pernicosæ, vult ancillis. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Ego tibi præbeo ancillas, lanam, penum. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 1. *& sc.* 2. *a.* 5. Ancillæ respondent, aut servæ. *Ibidem, a.* 4. Lanam carpere. Inter ancillas sedere, lanam carpere, *ibid. a.* 5. Labor Ancillæ. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist*.

Ancíllula, { Ἀμαμαλίθιον. ANGL. *A litle maid servand*. } Diminutivum ab ancilla. Terent. *in Eun*. Nónne ubi mihi dixti cupere te ex Æthiopa ancillulam, &c. Cic. *de Orat*. Iuris scientiam eloquentiæ, tanquam ancillulam peditsequámque adjunxisti. Ei, lenoni ancillula est. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Ad portum mittunt servulos, ancillulas, idem *Menach. sc.* 3. *a.* 2.

Ancillaris, adjectivum, quod ad ancillam pertinet, δουλικός, δουλικῶς. Sallust. *in Ciceronem*, Cui insidias in civitate fecisti ancillares. Cic. *in Tusc. quæst*. Ancillari, sordidóque artificio regiæ virgines ut tonstrices tondebant herbam.

Ancillárius, ancillæ addictus, qui ancillam amat, δουλοπρεπής. Martial. *lib.* 2.

*Ancillariolum tua te vult uxor, & ipsa*
*Lecticariola est: esto Alauda pares*.

Seneca *lib.* 1. *de benef*. Si quis nulla se amica fecit insignem, nec alieni uxori annulum præstat: hunc matronæ humilem, & sordidæ libidinis ancillariolum appellant.

Ancíllor, aris. { עבד *abad*. δουλεύω. GALL. *Servir, s'assuiettir à quelqu'un comme serviteur*. ITAL. *Ministrare, servire*. GERM. Ein dienstmagt sein. Dienen. HISP. *Servir como esclavo ò moço*. ANGL. *To serve, to subiect him self as a servand*. } Mimilio, vel dedico me ad ministrandum, ac serviendum more ancillarum, quæ suis ministrant

ministrant ac serviant heris. Cic. *in Sal.* Non enim uni privatim ancillatus sum.

Ancisa, circumcisa. Lucr.

¶ Anclabeo, vel Auncalbeo, in Lex. Longobardorum. Ita Gloss. Isid. puto dici ab *anclebem* i. e. affigere. ‖

Anclabria, vasa sunt quibus sacerdotes utebantur. Anclabrit (inquit Festus) est mensa ministeriis apta divinis. Vasa quoque in ea, quibus sacerdotes utuntur, anclabria appellantur. Sunt qui legunt Antlabria, ἀπὸ τοῦ ἀντλεῖν, hoc est, ab hauriendo.

‖ Anclo, hausio, ex ἀνδίω: vel contractum ex *anculo* verbo, i. e. ministro. Gloss. *anclat* (ibi est ancleat) ἀντλεῖ, *anclator*, ὑπηρέτης.

Anco, ἀγκών, id est, cubitus, flexus brachii, Vitruvio flexus qui rectum angulum describit. Gloss. Isid. ‖

Ancōn, onis, sive Ancona, æ, ἄγκων. Vulgò *Ancona*. Urbs est totius Piceni celeberrima, portum habens insigni opere à Traiano Cæsare exstructum. Nomen habet à situ qui cubiti flexuram refert. Græci enim cubitum, & locum cubiti modo sinuosum, ἀγκῶνα appellant. Plin. *lib.* 3. *cap.* 13. Ab iisdem colonia Ancon, opposita promontorio Cumero in ipso flectentis se oræ cubito. ¶ Fuit item Ancon, apud Carthaginenses obscurum domicilium, in quod detrudebantur, quibus iratior erat tyrannus. ¶ Ancones item vasa sunt cubitalia, ut origo vocabuli declarat, quorum meminit Paul. *in l.* 13. *D. de instruct. vel instr. leg.* ¶ Præterea, incantatores, vel vicini. Gloss. Isid. ‖

Ancōniscī, ἀγκωνίσκοι, instrumenta torturia. ¶ Item ferramenta oneribus sustinendis idonea, quæ à Gallis corruptè *Angeas* vocantur, cujusmodi in cellarum vinariarum columnis videmus, quibus incumbunt ligna, quæ dolia ferunt. Dicta à similitudine cubiti, quem ἀγκῶνα Græci appellant. Nam ut plerique dormientium cubitis, ita hisce ferramentis onera innituntur.

‖ Ancora, ἄγκυρα, ab ἀγκύλος curvus: est enim curvum ferrum. ‖

Ancorx, vincula, quibus antennæ teruntur. Lucil.

‖ Anculare, ministrare. Antiq. Rosin. Fest. ‖ Vide *in Ancilla*.

Ancūs, ἄγκος, cognomento Martius, quartus fuit Romanorum rex, Numæ Pompilii ex filia nepos, qui & Latinos bello domuit, & Ianiculum ponte sublicio urbi conjunxit, Romanorumque limites ad mare usque promovit, ubi & Ostiam condidit. Reliqua vide apud Livium *lib.* 1. *ab Urbe condita*. Dictum autem volunt Ancum, ἀπὸ τοῦ ἀγκῶνος, hoc est, à cubito, quem incurvum habebat, nec poterat exporrigere. Vide Servium in illud Virg. 6. *Æneid.*

——— *quem iuxta sequitur jactantior Ancus.*

Ancīstrēs, ἀγκιστρεῖς, vincula sunt, quibus vulnerum labra constringuntur, ne latior fiat cicatrix. Gal. 5. *Therapeut.* Item pars colli, suffocationi maximè obnoxia, ἀπὸ τῆς ἀγχόνης. Vide Cæl. Rhod. *lib.* 4. *c.* 2.

Anctare, constringere: nunc *Arctare*.

Ancŭli, & Anculæ, dii deæque ancillarum putabantur. Festus. Vide *in Ancilla*.

‖ Anculo, as, ministro, ἀπὸ τοῦ ἀγκύλου, ministratorio vase. Ita Scalig. in Varr. ‖

Ancūnulentæ, dicuntur fœminæ tempore menstrui. Fest. Gloss. Ancunulenta, ἐσταφυλισμένη.

Ancyloglossum, ἀγκυλόγλωσσον. Vinculum nervosum sub lingua, in pueris præsertim, quod *filum*, vulgò appellatur. Eximitur autem instrumento, quod ἀγκυλογλώσσιον appellant. Vide Paulum Æginetam *lib.* 6. *cap.* 29.

Ancyra, ἄγκυρα, nomen duarum urbium, quarum altera est Phrygiæ, altera Galatiæ, à qua Synodus Ancyrana, in iure Pontificio sæpe nominatur. Dicta Ancyra ab anchoris navium captarum à Mithridate, quas Ptolemæus Ægypti rex suppetias Gallogræcis miserat. Vide Steph. & Plin. *lib.* 5. *c. ult.*

Ancyranus, adjectivum ab Ancyra, quæ secundùm Ptolomæum & alios, Metropolis est Tectosagum Bithyniæ populorum. Claudian. *lib.* 2. *in Eutrop.*

*Cum duce mutata vires: Byzantia robur*
*Fregit luxuries, Ancyranique triumphi.*

Ancytomagus, ἀγκυτόμαγος, genus navigii, ita dictum, quòd anchoris, & reliquis navigii instrumentis vehendis sit aptum.

Andabatæ, ἀνδάβατοι. Ital. *Combattenti à la cieca.* Gladiatores erant, qui oculis clausis digladiabantur. Cic. *Trebatio*. Quem antea ne Andabatam quidem defraudare poteramus. De Andabatis sic scribit Erasmus, Andabatæ fuerintne populi clausis oculis soliti pugnare, an gladiatorum genus, qui clausis oculis tenderent in adversarium, an potiùs lusus genus, ut propemodum ex Seneca licet conjicere, nondum (ut ingenuè fatear) satis compertum habeo. ¶ Quidam legunt Antibadiatæ. Vide Leunclavium *in Leges Bas.*

Andania, Ἀνδανία Stephano, oppidum est Peloponneli in tractu Messeniaco, cujus meminit Strabo *lib.* 8.

Andanis, Ἄνδανις, fluvius est Carmaniæ regionis, cujus meminit Plin. *lib.* 6. *cap.* 23.

Andarum, urbs Cariæ. Vide Stephanum *in Bargylia*.

Andegavi, Galliæ Lugdunensis populi, qui & Andes. Cornel. Tacitus *lib.* 3. Erupêre primi Andegavi ac Turonii, quorum Andegavos Acibius Aviola legatus, excita cohorte, quæ Lugduni præsidium agitabat, coërcuit. Horum meminit & Plin. *lib.* 4. *c.* 18. Vulgò *Angevins*.

Andelium majus. Gall. *Le grand Andely*. Normanniæ superioris oppidum est peramœnum: cujus ager fertilis ac fructuosus vino, frumento, ac fructibus omnis generis abundat. In eo natus est magnus ille Adrianus Turnebus Criticorum ac eruditorum parens. Est & Andelium minus, vulgò *le petit Andely*, oppidulum à superiori distans IV. vel V. millia passuum, cuius latus alluit Sequana nobilis Galliæ fluvius.

Andēlūs, Ἄνδηλος, civitas est Hispaniæ in Vasconia, non procul à Pompeiopoli, quæ vulgò *Pampilona* appellatur: metropolis regni Navarræ.

Andes, ium, populi inter Celtas, Carnutibus & Turonibus finitimi, ac ducatui Biturigensi, Oceanoque proximi, quos Ligeris flumen abluit. Plin. Andegavos appellat, Cæsar Andes. Vulgò *Angers*.

Andēs, vicus non procul à Mantua, Virgilii patria.

‖ Audigare, judicare res proprias se vivente. Cod. Il. antiq. ‖

Andinus, adjectivum: ut, Andinus vates: cantus Andinus. Sil. *lib.* 8.

*Mantua musarum domus, atque ad sydera cantu*
*Evecta Andini.*

id est, Virgiliano.

Andocides, Ἀνδοκίδης, unus ex decem præcipuis Atheniensium Rhetoribus, Leogari filius, qui fuit ex Telemachi & Nausicaæ posteris, ut ex Helanici sententia tradit Suidas.

Andrachnē, ἀνδράχνη, herba est, quæ à Latinis Portulaca dicitur.

Andrachne agria, ἀνδράχνη ἀγρία. Herba est majori sempervivo similis, sed foliis minoribus, quæ à Latinis Illecebra appellatur, & Portulaca sylvestris. Vide Ruell. *lib.* 1. *cap.* 140.

Andrago, ἀνδραγὼν, Mulier animum virilem habens, ἀπὸ τῆς ἀνδρὸς καὶ ἄγω. Latini Viraginem vocant.

Andremones, Ovid. 12. *Metam.*

*Clarique Andremone fatu.*

Andrīa, Ἀνδρία, Phrygiæ oppidum, apud Plinium *lib.* 5. *cap. ult.* Ecephalus præterea Andriâ in Elide collocat, & alteram in Macedonia.

Andriaca, Ἀνδριάκη Ptolomæo, oppidum est in Media, & alterum in Lycia, Ptolomæo. Ruisuni aliud in Tracia, Straboni.

Andrīcus, Ἀνδρικὸς, Ciliciæ mons, ut inquit Strabo *lib.* 14. Quo etiam nomine dictum est flumen quoddam ejusdem regionis, non procul ab Amani portis. Plin. *lib.* 5.

Androbius, Ἀνδρόβιος, nobilis pictoris nomen, qui Scyllin pinxit anchoras classis Persicæ præcidentem. Plin. *lib.* 35. *c.* 11.

Androcleus, Ἀνδρόκλειος, fuit Philosophus, Porphyrii discipulus, cujus ipse Porphyrius mentionem facit, ut refert Volaterranus.

Andrōdāmās, Ἀνδρόδαμας, lapis est ex genere hæmatitarum, colore nigricante, pondere ac duritia insignis, qui attritus cor sucenm reddit sanguineum. Vide Plin. *lib.* 36. *cap.* 20. ¶ Est præterea Androdamas, gemmæ nomen, quæ argenteum nitorem habet: ut adamas, quadrata, & semper tessellis similis: cui Magi putant nomen impositum ab eo, quòd impetus hominum & incundias domet, ἀπὸ τοῦ ἀνδροδαμνᾶν τὰς ἀνδρῶν: hoc est, à domandis viris. De hac Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Androdamus, Ἀνδρόδαμος, Rheginus, qui leges condidit Chalcidensibus, qui sunt in Thracia, ut scribit Aristoteles.

Androdus, nomen proprium filii Codri Atheniensium regis, qui Ephesum condidit, & Ionum regiam ibi constituit. ¶ Fuit & alter Androdus servus, hospes, & medicus Leonis, de quo vide historiam cognitu dignissimam apud Aulum Gellium.

Androgĕos, Ἀνδρόγεως, præclaræ indolis adolescens, Minois Cretensium regis filius fuit, qui ab Atheniensibus & Megarensibus per invidiam occisus est, quòd palæstra cæteros superaret. Quapropter susceptо à Minoë adversùs hos populos bello, primò Megarenses subegit: deinde Atheniensibus sibi tributarios fecit, & in Androgei memoriam pueros Atheniensis Minotauro cœpit objicere. Vide Plutarch. *in Theseo*. Genitivus, Androgei, & Attice Androgeo. Virg. 6. *Æneid.*

*Inferibus lethum Androgeo*, &c.

Andrōgĕōnā accusativus à nominativo Androgeon. Propert. 2. *Eleg.*

*Et Dem extinctum Creßis Epidaurius herbis*
*Restituit patriis Androgeona focis.*

¶ Androgeonæus, adjectivum. Cat. *in Argon.* Androgeonææ pœnas exsolvere.

Andrōgyni, ἀνδρόγυνοι. Sunt populi in Africa supra Nasamonas, ut *lib.* 5. *cap.* 2. Plin. scribit, utriusque naturæ inter se vicibus coëuntes: Dextera mamma his virilis, læva muliebris est.

Andrōgynos, ἀνδρόγυνος, qui utrumque habet sexum, & maris & fœminæ: cujusmodi Hermaphroditum fuisse Poëtæ fabulantur, & Mercurii & Veneris filium, ἀνὴρ & γυνή. Cic. *de Divinat.* Quid ortus Androgyni? nónne fatale quoddam monstrum fuit?

‖ Androlepsia, ἀνδροληψία, corporum pignoratio, ab ἄνθρωπος, id est, homines, & λαμβάνω, accipere. ‖

Androlitia, oppidum Plin. *lib.* 29. *cap.* 41.

Andrōmachē, Ἀνδρομάχη, Ætionis regis Thebarum, quæ in Cilicia sunt, filia, & Hectoris Trojani uxor, & mater Astyanactis, quæ à virili pugna nomen sortita est. Fuit enim virili animo septa, & quædam veluti Virago. Hanc mortuo Hectore Pyrrhus in Græciam adduxit, & ex ea Molossum filium suscepit: posteáque Helenovati Priami filio eam uxorem tradidit, regnique portionem eidem assignavit.

Andrōmachus, Ἀνδρόμαχος, adulator Crassi, à quo tamen Crassus ipse Parthis proditus est. Autor Plutarch. ¶ Fuit & Andromachus sophista è Neapoli Syriæ, filius Zonæ, qui Grammaticam docuit Nicodemiæ, Diocletiani principis tempore, ut autor est Suidas.

Andromartyrum, Lugdunum civitas in Gallia. Ptolom.

Andrōmĕdē, Ἀνδρομέδη, Cephei & Cassiopes filia, quæ ob matris superbiam, quæ se Nereidas forma antecellere gloriabatur, à Nymphis scopulo fuit alligata, & ceto devorandæ exposita, sed Perseï virtute liberata, qui illac opportunè iter faciens, & cetum interemit, & Andromedem uxorem duxit. Postremò Minervæ beneficio inter astra collocata dicitur. Oritur in parte piscium duodecima.

Andromon, nomen ejus, qui Colophonem ædificavit.

Andrōn, ἀνδρὼν, à quibusdam putatur esse locus in ædibus, parietibus undique septus, sed fere sine tecto. Plin. *lib.* 2. *epist.* Tam altis ædibusque secreti illa ratio est, quòd interjacens andron parietem cubiculi hortisque distinguit, atque ita omnem sonum medii mansitate dilinguit. Festus ait locum esse in ædibus longitudine angustiorem, in quo viri plurimùm versantur; ut γυναικωνῖτιν, in quo mulieres. Solebant enim viri publico scito in conviviis maximè à mulieribus sejungi, ne illorum moribus accumberent. Suidas quoque Andronem interpretatur locum in ædibus, in quem viri solent convenire. Dicebatur hujusmodi locus etiam Andronitis, quòd in eo viri sine interpellatione

tibus multerum versarentur, ut scribit Vitruv. *lib. 6. cap. 10.* ἀνδρών. conclave virorum. ¶ Est etiam Andron (sicut scribit Prol.) oppidum inferioris Nili.

Andronicus, Rhodius, Philosophus Peripateticus, cujus meminit Strabo. ¶ Fuit & alius Andronicus Grammaticus de subalterior in professione Græca, ex quo minus idoneus ad tuendam scholam, ut refert Tranquillus. ¶ Andronicus item alius fuit historicus, qui res Alexandri scripsit, ut scribit Volaterranus. ¶ Fuit item Andronicus Livii cognomen, poëtarum Latinorum vetustissimi: cujus vitam vide apud Cruitum.

Andronium, medicamentum est ὐνὰ, quæ in fine fanicum nascitur, oleo, curandæ utile. Eius confectionem vide apud Celsum *lib. 6. cap. 18.*

Andros, sive Andrus, ἄνδρος, insula est una Cycladum, Eubœæ adjacens: de qua Plin. *lib. 4. cap. 12.* ¶ Est item Andrus insula Oceani Septentrionalis, inter Hiberniam & Britanniam, Plin. *lib. 6. cap. 16.*

Androsæmon, ἀνδρόσαιμον, herba est similis Hyperico, caulículis tamen majoribus, ac magis subeuntibus. Florem habet lutei coloris, qui digitis attritus, succum emittit sanguini similem, unde & nomen habet: αἷμα enim apud nos sanguinem significat. De hac herba vide Plinium *lib. 26. cap. 5.*

Androsaces, ἀνδρόσακες, herba est in maritimis Syriæ locis copiosissimè proveniens, alba, carens foliis, folliculos in citris habens, & in folliculis semen. Vide Plin. *lib. 27. cap. 4.*

Andruare, ἀνδρυάω, recurrere. Lucil. *lib. 9.*

*Præsul ut andruat hinc, sic volgus redandruat illinc.*

Non. Vide *Antruare*, infrà.

Anecclogistus, ἀνεκλόγιστος, tributionibus reddendis liber & solutus. Ulpian. *l. 5. §. 7. D. de admin. tut.* Quidam decedens filiis suis dederat tutores, & adjecerat: Eósque anecclogistos esse volo. Et ait Iulianus, tutores nisi bonam fidem in administratione præstiterint, damnari debere: quamvis testamento comprehensum sit, ut anecclogisti essent. Idem est anexetastus, ἀνεξέτασος. Hotomannus *in Lexico*, i. non examinatus.

Anellus, vide infrà *Annulus*.

Anémo, Suvius est in octava Italiæ regione. Plin. *lib. 3. cap. 5.*

Anémóné, ἀνεμώνη. Gall. *Coquelourde, ou passe-fleur.* Ital. *Anemone.* Germ. Klein oder groß Klapperrosen. Hisp. *Amapolas de flor chiquita.* ¶ Herba est florem habens ejusdem nominis, caduca levitate statim evanescentem, quem poëtæ fabulantur ortum esse ex sanguine Adonidis ab apro interempti. Galli vocant Herbam venti, quòd flante vento floribus suis spolietur, quos illi *Coquelourdes* appellant. Meminit huius herbæ Nicander. *in Theriacis*, & Theocritus *in Bucol.* Flos est purpureus, aspectu satis amœnus, sed nulla odoris gratia commendatus. Unde ortum est proverbium, ἤδιον ἀνεμώνης συνάγειν: hoc est, Rosam cum Anemone conferre. Convenit in eum, qui vehementer imparia inter se componit. Dicta putatur Anemone, quòd nisi vento flante (quem ἄνεμον vocant Græci) non aperiatur.

¶ Anemopolémus, velitatio. Lex. gr. b. ¶

Anemorea, ἀνεμόρεια. Homero oppidum Phocidis, quod postea Anemoleam appellarunt.

Anemurium, oppidum in Cilicia. Plin. *lib. 5. cap. 21.* Anemurii *lib. 2. cap. 27.*

Apetia, oppidum. Plin. *lib. 5. cap. 1.*

Anethus, Asiæ locus est arundinibus abundans.

Anetussa, ἀνέτουσα, urbs est Libyæ. Steph.

Anemosphoros, ἀνεμόσφορος, herba est ex naporum generibus, quæ receptiore nomine *Bunion* appellatur.

Anethum, ἄνηθον. Gall. *Anet.* Ital. *Anethe.* Germ. Dill. Hisp. *Eneldo.* Angl. *Dill, anet.* ¶ Genus herbæ boni odoris, etiam hodie in officinis nomen retinens, ructus movens, comma sedans, & singultus cohibens. Plin. *lib. 20. cap. 18.*

Ovid. 3. *Aterum.* Item. Apertioribus locis, i. patentioribus campis. Tac. 3. *de bell. civil.* Apertus campus, planissimus & latissimè patens. Virg. 2. *Georg.* Liv. *belli Macedon.* Sic apertum mare, apud eundem 3. *belli Pun.* ¶ Apertum item, quod fraude, vel insidiis caret. Virg. 11. *Æneid.* Saltus aggressus apertos, id est, vacantes insidiis, ait Servius. Aperti & simplices homines, qui nihil habent simulatum, qui sunt naturæ ingenuitate contenti. Cic. 1. *Offic.* ¶ Apertum, absolutè. Liv. *ab Urb.* Et collibus in apertis positis, id est, in locis undique patentibus. Cicer. *in Paradoxis,* Hoc tamen opus in apertum ut proferas nihil postulo: ¶ Aperti honores, aut beneficia, aut dignitates, sunt honores qui vacant omnino.

Aperta. Apollo vocabatur, quia pangite cortina respondebat. Fest.

Aperta sunt, pro nudis & non opertis pedibus. Nonius.

Apertularius, Apricularius, est cui aditus & cui nihil est occlusum, vel obligatum. Iul. in Glossis MS.

Apertum, i, idem, ἀνοίγμα. Vitruv. *lib. 5. cap. 5.* Contráque eas cellas relinquantur aperturæ inferiorum graduum cubilibus, &c. Idem *lib. 10. cap. 9.* Circa frontem ejus ingustus tabulæ relictis semipedalibus aperturis, ad aquam intro concipiendam. ¶ Apertura tabularum apud Iurisconsultos, Ulpianus *D. lib. 18. tit. 5. l. 3.* Aperturæ tabularum dilatio necessaria hæredis ius non mutat.

Aper, vel Apis, in nominativo singulari. { דבורה *debòrâh, pia ouë.* Gall. *Mouche à miel.* Ital. *Ape.* Germ. Ein Bienen der Tyn. Hisp. *Abeja.* Angl. *Abee.* } Colum. *lib. 10.* Nam quanto grandior apis atque rotundior, tanto prior, Ovid. *lib. 12. Metam.*

*Non apis inde ruit, nec cellulis insidit apertis.*

¶ Hoc nomen compositum exsilimant plerique ab a fine, & pes, quòd sine pedibus nisi videantur, dicente Virgilio,

*Truncæ pedum primo.*

Sed quum non teneat analogiam, sicut cætera composita, Bipes, edis; Tripes, edis, Compes, edis, magis simplex studiosè tuendum est. Creamus apes ex boum fimo, sicut crabones ex equorum, fucos ex mulorum, vespas ex asinorum excrementis. ¶ Neque miel, neque apes, μέλι, μέλιττα. In cos dici solitum, qui recusant, commodum ferre, quod sit cum incommodo quopiam conjunctum. Veluti, si quis apes, quod sint aculeatæ, nolit petpeti, is nec melle quidem, quod optat, fruetur. Typhon ex Sappho poëtria Lesbia. ¶ In apes irruisti, ἐς μελίσσας ἐπέβης. Ubi quis præter opinionem in ingens agmen, velut examen malorum immergitur : quemadmodum evenire solet illis, qui imprudentes in apum nidos incidunt. Apium & Apum, in genitivo plurali. Iuvenalis *Satyr. 13.*

*Examenque apium longa consederit uva.*

Sic bisillabus tantùm Columella modò uno, modò altero utitur genitivo : sed Apum frequentiùs usurpat, sine i.

Apecula, sive Apicula, diminutivum, parva apis. { μελίσσιον. Angl. *A little bee.* } Plin. *lib. 7.* Quadrigam ex eadem materia, quam musca integeret alis, fabricatam, & navem, quam apicula pennis absconderet. Apicularum opera congestum (cereum.) Plaut. *Curc. sc. 1. a. 1.*

‖ Apethamenus, mortuus. Cor. pres. Lex. grab. ‖

Apetisc ere, vide *Præsentiscere.* ‖

Apiasterra, ἀπιαστέρα, equorum monumenta.

Aphoplystæ, qui privatis hominibus arma habere non concedunt, sed rapidas, aut cædes faciant. Iulianus Antecessor *const.* 15.

Apianus, vide *infrà.*

Apiarium, locus ubi apes considunt, hoc est, ubi alvei apium tenentur; quod Mellarium, sive alvearium nominatur. { μελισσών. Gall. *La ruche, lieu où se nourrissent les mouscles à miel.* Ital. *Luogo dove stanno l'api.* Germ. Ein ort da die bienen wonhaft sind. Hisp. *El colmenar.* Angl. *A place where bees miketh home.* } Colum. *lib. 10.* Non est dubitandum, quin ædificiis iunctus sit apiarium macerias circumdemus, tectumque parte, quæ tegulis latrinæ, sterquiliniique & baluci odoribus libera est. Idem *lib. 8. cap. 14.*

Apiarius, qui curat, sive qui possidet apes. { μελισσουργός. Gall. *Celuy qui a la charge & gouvernement des mouscles à miel.* Ital. *Governatore o possessore d'elli api.* Germ. Der ynen hat mit den ynen umgehet zu den ynen sorg treget. Hisp. *Colmenero.* Angl. *That hath the charge of bees.* } Plin. *lib. 21.* Proventum enim sperant apiarii, largè florescente thymo.

Apiastrum, μελισσόφυλλον, herba est, quam apes delectantur : unde & Melissophyllon, & per syncopen Meliphyllon appellatur. Vulgo *Melissa.* Vide latiùs in dictione *Melissophyllon.*

Apiastra, cognitas Meropi, μέροψ. Aristot. *lib. 9.* In Creta à comedendis apibus, { μελισσοφάγος. Gall. *Guespier.* Ital. *Gaulo.* } Serv. *in 4. Georg. Virg.* Meropes avis vocantur apiastræ, quia apes comedunt. Vide *Merops.*

Apiatus, a, um, ab apibus : sicut à vermibus Vermiculatus. Dicitur quod apium imprimis habet similitudinem : ut, Apiata mensa, apud Plin. *l. 13. cap. 15.* ubi de mensis cedrinis loquitur.

Apidanus, amnis, ποταμός. Montis nomen est qui Nemeæ saperjatet, ubi Theseus Iovi primùm operatus creditur. Dictus ab heroë, cui Apelas nomen erat. Papinius,

*Mons erat audaci fodiendus in æthera dorso,*
*Nomine Lernæi dicunt Apesanta coloni,*
*Gentilem Angelicis olim sacer.*

In castigationibus tamen exemplaribus hoc loco apud Statium *Aphesanta* legitur à nominativo Aphesas. Apud Plin. autem *lib. 4. c. 5. Apesus* absque aspiratione.

Apex, icis, fastigium in summo Flaminis pileo, in cuius extremo modica lana est, quod primùm constat ad Albam Ascanium institutisse. Ponitur tamen pro ipso pileo Flaminis acuminato, ἄκρον πῖλος. Ita

Hodie

Hodie Pontificum insula hoc nomine appellari potest. Valer. *lib.* 1. At Sulpitio inter sacrificandum à capite apex prolapsus, eidem sacerdotium abstulit. ¶ Sumitur aliquando pro summa vertice parte, quod longè sit a pedibus; & pro cuiusque rei summitate acuminata. { רֹאשׁ *resch*, גַּב *gab*. GALL. *La pointe ou sommet de quelque chose.* ITAL. *La summità di qualche cosa.* GERM. Ein spitz/ das eusserst oder oberst theil eines dings. HISP. *La altura à cumbre de qualquier cosa.* ANGL. *The point or toppe of any thing.* } Col. *lib.* 3. Eiusque velut apex pronus imminens vocatur. Cicero translatit ad summam rei alicuius dignitatem: Apex, inquit, senectutis est authoritas, quanta fuit in M. Curio & Marcello. ¶ Apices iuris etiam dicuntur in libris Iurisconsultorum, pro iure summo & subtili, ipsoque disputatione. Ulpianus *l.* 29. *D. mandat.* De bona enim fide agitur, cui non congruit de apicibus iuris disputare. ¶ Apices litterarum dicuntur accentuum notæ, Gell. *lib.* 13. *c.* 29. ¶ Apex avium, crista, ut in pavone, galerita, upupa, & gallinaceo genere. Plin. *lib.* 11. *c.* 37. In capite paucis animalium, nec nisi volucribus, apices diversi quidem generis.

¶ Apexabo, onis, sacrificium: intestinum sanguine factum, admistâ arvinâ. ¶

Apexăbo, onis, Intestinum sanguine plenum admisto pingui; sic dictum quòd in summitate quiddam, quasi in capite, apicem habet. Varr. *lib.* 3. *de lingua Latina.*

Apicatus, i. apicem gestans. Ovid. 3. *Fast.*

*His etiam conjux Apicati sacrificulæ Diales.*

Apiculus, diminutivum, parvus apex, ἀκροστόλιον, quod & apiculum dicitur. Festus. Apiculum, filum est quo Flaminica velatum apicem gerunt.

Aphaca, æ, sive Aphace, es, ἄφακη, herba est in arvis nascens, paulò altior lente, foliis admodum tenuibus, terna, aut quaterna semina nigra in siliquis ferens. Hæc Plin. *lib.* 27. *c.* 5. Ruellius eandem esse putat cum ea, quam vulgus Ulciam agrestem appellat.

Aphace, ἄφακη, urbs Libyæ. Steph.

Aphæresis, ἀφαίρεσις, dici potest abscissio, figura, quæ à principio dictionis literam, vel syllabam aufert: ut, Pone metum, pro Depone. Ex ἀπὸ & αἵρεσις.

Aphannas, regio Siciliæ ignobilis: unde proverbium, ad Aphannas, de obscuris & relegatis. Steph. ἀφάνη.

Aphareus, per tres syllabas, ἀφαρεύς, patris Lynceï nomen est, à quo Ovid. Lynceï prolem Aphareiam vocat, *lib.* 8. *Metam.*

Apharus, locus in Euxino, Absyrtus antèa dictus.

Aphedas, nomen regis Atheniensium; vel ut vult Stephanus, Molossorum, ἄφηδας.

Aphetas, antos, montis nomen est supra Nemeam. Vide *Apesus.*

Aphetæ, ἀφεταί, urbs Magnesiæ in Peganetico sinu: causam nominis lege apud Steph.

Aphētērĭa, ἀφετηρία. GALL. *La barriere, ou le lieu duquel partoient les chevaux pour courir.* ITAL. *Mette.* GERM. Schrancken in welche man die ross stellt sich mit lauffen zuüben. HISP. *La cuerda que emparexa los cavallos.* ANGL. *An place out of the which horse beginneth to runne.* { Latini dicunt carceres, unde equi emittuntur ad cursum. ¶ Sunt & Aphetericæ, ut inquit Suidas, organa ad expugnandas urbes accommodata.

Aphidantes, Ἀφιδάντες, populi sunt ex Molossis (ut inquit Stephanus) ita dicti ab Aphidante rege.

Aphidnæ, arum, ἄφιδνα Stephano, locus celebris in Attica. Senec. *in Hip.*

——— *parvas aliæ colsere Aphidnas.*

Est etiam civitas Laconiæ.

Aphnæum, ἄφναιον, civitas Phrygiæ, & alia Lydiæ. Steph.

Aphnites, palus circa Cyzicum: Artynia prius, ἀρτυνία, Steph.

Aphorismus, ex Galeno, Doctrinæ genus, quod omnes rei proprietates paucis verbis circumscribit.

Aphormium, ἀφόρμιον, locus Thessaliensium, Steph.

Aphractī, ἄφρακτα. Sunt aperta, intectaque navigia. Cicer. *ad Attic.* Nos Rhodiorum aphractis tranquillitates occupaturi eramus. Item *ad Tironem*, Nosti aphracta Rhodiorum? nihil est quod minùs fluctum ferre possit. ¶ Legitur & Aphractus, masculini generis. Cicer. *ad Attic. lib.* 6. Nos Etesiæ vehementissimè tardarunt: detraxit viginti ipsos dies etiam aphractus Rhodiotum.

Aphrica, æ, Ἀφρική, tertia orbis pars, ab Asia Nilo fluvio, ab Europa mari mediterraneo discreta: ita dicta quasi Aprica, quòd Solis æstibus maximè sit exposita. Alii à Græcis sumptum putant nominis huius etymon, ut Africa dicta sit, quasi ἀφ' ὧν φρίκη, hoc est, sine horrore, aut frigore. Est enim hæc regio calidissima, ut quæ magna sui parte inter Tropicos sita sit. Vide plura suprà in dictione *Africa.*

Aphrodisia, ἀφροδίσια, accuntur Veneris festa, vel venereæ voluptates. Plaut. *Pœn.* 5.

Aphrodisias, ἀφροδισιὰς, insula est in mari Persico, ubi Persis à Carmania separatur: sic dicta, quòd in ea Venus quàm religiosissimè coleretur: alio nomine Arine dicta. Insulæ huius meminit Plin. *lib.* 6. *cap.* 25. ¶ Est præterea Aphrodisias Cicilix oppidum; teste Stephano. ¶ Est item insula in Oceano Hispanico, non procul à Gadibus: de qua Plin. *lib.* 4. *cap.* 22.

Aphrodisium, ἀφροδίσιον, oppidum fuit in Latio maritimum, quod postea mutato nomine Antium dictum est: de hoc Plin. *lib.* 3. *cap.* 5. ¶ Apud Græcos hoc nomine significatur Statua Veneris, atque adeò res ipsa venerea. Unde & ἀφροδισιάζειν dicunt, pro eo quod est rem veneream exercere.

Aphrodisium, ἀφροδίσιον, Cariæ promontorium est Pomponio, quod Aphrodisias Plinio appellatur. ¶ Est & Aphrodisium Prosopitidis utriusque Atticæ. ¶ Est præterea Aphrodisium Hispaniæ Tarraconensis promontorium, eodem autore.

Aphrodisius, ἀφροδίσιος, Præsul Bituricensis, Petri discipulus, genere Ægyptius, qui diem suum obiit apud Biturigenses, tertio Volteris.

Aphrodite, ἀφροδίτη. Veneris cognomen est, dictum ἀπὸ τῆς ἀφροῦ hoc est, à spuma. Venerem enim ex spuma maris ortam esse Poëtæ fabulantur.

¶ Aphrogala, ἀφρόγαλα, lac spumosum, i. e. tantopere agitatum, ut totum in spumam versum sit: remedium adversus calidam ventriculi intemperiem præstantissimum, ab ἀφρὸς, spuma, & γάλα lac. ¶

Aphrum nitrum, { ἄφρον νίτρον. GALL. *Escume d'une sorte de Salpetre.* ITAL. *Schiuma di salnitro.* GERM. Schaum des salpeters. HISP. *Alatron.* ANGL. *Salpeter.* } Spuma nitri de qua Plin. *lib.* 31. *cap.* 10. & Martial. *lib.* 14.

*Rasisse te nescis quid Graco nomine dicar?*
*Spuma vocor nitri, Graculus? Aphrum scram.*

Aphron, Plinio herba est, ex generibus papaveris, foliis quæ propiùs intuearis, pallentem speciem repræsentantibus, radicem habens in summa terræ cute, similem spumæ. A Dioscoride μήκων ἀφρώδης, hoc est, spumeum papaver, appellatur: de hoc Plin. *lib.* 20. *c.* 19.

Aphroselinum, ἀφροσέλινον, genus est alli majoris incrementi, quod a Plinio Ulpicum vocatur. Nominis ratio diversa traditur. Nam Col. ab Aphro nomen sumptum esse existimat. Ulpicum (inquit) quod quidam alium Punicum vocant. Græci Aphroscorodon. Plin. à spuma dictum existimat, quam gignit in pulmentariis, quibus adiicitur: ita enim habet *lib.* 19. *cap.* 6. Ulpicum quoque in genere Græci appellaverunt alium Cyprium, præcipue Apulicæ celebratum inter pulmentaria rutis, grandius allio. Tritum in oleo & aceto mirum quantum increscat spuma.

Aphroselenus, ἀφροσέληνος. Lapis alio nomine Selenites dictus, ἀπὸ ἀφρώδους ὕδατος ὑπὸ τῆς σελήνης πηγνύμενος. Nascitur in Arabia, colore candido, pellucidus & minimè ponderosus. A Latinis etiam Lunaris appellatur. Vide Dioscor. *lib.* 5.

Aphthæ, ἄφθαι. Exulcerationes sunt in summo ore, infantibus peculiares, provenientes vitio lactis quo nutriuntur, calida humore corrupti. Oriuntur & in ætate provectioribus, quum ora illis intumescunt, rubent, utque, calidis humoribus eò confluentibus. Vide plura apud Cæl. Rhod. *lib.* 9. *cap.* 10.

Aphthonides, pars Ægypti. Steph.

Aphthonius, ἀφθόνιος, Sophistæ cuiusdam nomen, qui in Rhetorica Hermogenis ἀφθονίου προγυμνάσματα, hoc est, præexercitationes conscripsit, quæ etiam hodie extant.

Aphya, ἄφυα, piscis genus, candidum, molle ac tenerum, quòd admotum igni protinus decoquitur. Unde proverbium, Aphya ad ignem, ita ea quæ celeriter intereunt, aut consumuntur. Piscis huius meminit Aristot. *lib.* 6. *de animal.* Theodorus Apuam vertit, Athenienses πλαγιοκέφαλον, hoc est, mendicorum opsonium vocare solent, ob nimiam rei vilitatem. Cicer. *Attic. lib.* 4. Aphyam populi vocat sentinam, & sordes populi. Quare (inquit) ut homini curioso, ita perscribe ad me: qui primus dies, quid secundus, quid Censores, quid Appius, quid illa popli Aphya, denique etiam quid de te fiat, ad me velim scribas. Vide Cæl. *lib.* 5. *cap.* 19.

Aphythagoras, Cretas (referente Plinio) arbores quasdam esse voluit iuxta Hypobarum Indiæ fluvium, electrum ferentes: vocèque hac pæne dulcem suavitatem significari tradidit. Vide Plin. *lib.* 37. *cap.* 2.

Aphytæ, es, ἄφυτα, sive Aphytis, ἄφυτις, oppidum est Thraciæ, non procul à Pallene, Apollinis oraculo insigne: ab Aphyo quodam indigena ita appellatum. Hujus incolæ dicuntur Aphytæi, ἀφυταῖοι. Steph. piano.

Apianus, a, um, quod apes avidæ sumunt: μελισσοφόρητος. Unde Apianæ uvæ dictæ sunt, quas muscæ infectantur: nunc vulgò a muscis, *Muscatellæ* dicuntur. Plin. *lib.* 13. *cap.* 2. Apianæ, apes dulcis cognomen, præcipuè earum avidæ. Col. *lib.* 12. *cap.* 14. Passum si ex uva apiana facere volueris, uvam apianam integram legito. Idem *lib.* 3. *cap.* 2. Magnis etiam dorsibus tres apianæ commendantur, omnes feraces, jugosque & arboribus satis idoneæ: generosior tamen uva, quæ nullis foliis est. Nam duæ Lunatæ, quamvis frondibus, & palmitum facie fluxuræ, qualitate sunt dispares, quum tardius altera recipiat caricem veritatis. Pingui solo feracissimæ, mediocri quoque fecundæ, præcoquæ fructus, ideòque frigidis locis aptissimæ, vinì dulcis, sed capiti, nervis, ventrique non aptæ, nisi naturæ lectæ. Pluviis, ventisque, & apibus afferunt prædam, quarum vocabulo propter hanc expopulationem cognominantur.

Xpĭă, æ, a Græcis arbor dicitur, quam Latini Pyrum vocant.

Apiastrum, { μελισσόφυτον. HISP. *Torongil.* } à tauro deductum, quasi dicas herba filiarum taurinarum est apium.

Xpĭcæ oves, dictæ quæ ventrem glabrum habent, Festus, sive quæ non amplo corpore sunt, nec multam lanam habent circa corpus totum. { ἀφανῆ πρόβατα. GALL. *Brebis pelées sous le ventre.* ITAL. *Pecore che non hanno molta lana.* GERM. Schaaff die nicht viel wo/ sonder vnnig wollen haben. Dürre vnd blutte schaff. HISP. *Las ovejas que tienen el vientre lampino.* ANGL. *A kind of sheep with an litle bedie, an litle wull.* { Plin. *lib.* 8. *cap.* 48. In ipsis ove satis genetoburæ ostenditur brevitate eurum, ventris vestitu: quibus nudus esset, Apicas vocabant, damnabantque. Idem scribit Varr. *lib.* 2. *cap.* 2.

Apicere, ligare. Apicitus, ligatus. Quid si *allicere*, sive *alliciare*, *allicitus*, sive *alliciatus*, ligatus à licio, *furcis* non placet. Simplicissima emendatio est *apicare*, *ligare*, *apicatus*, *ligatus*.

Apicere, ligare. Gloss. Isid. Hoc effet quasi ab apice. ¶

Xpĭcĭlă, vide *Aper*, & *Apicula.*

Apiculus, vide *Apex.*

Apidanus, ἀπίδανος, fluvius est Thessaliæ, cui Enipeus, Melas, & Phœtia miscentur, quos ipse secum in Pœneon defert, ut habet Lucan. *lib.* 1.

——— *it gurgite vasto*
*Apidanus, nunquamque celer, nisi missus Enipeus.*

Apilasius, udis, Plin. *lib.* 33. *cap.* 4. Nam aurum quod ad pilas cudunt, Apilasium eadem vocant.

Xpĭnă, & Trica, duo oppida Apuliæ fuerunt, quæ Diomedes evertit tanta ignominia, ut in proverbii habitum transierint. Quoties enim rem nullius pretii ostendere volumus, Apinas & Tricas nominamus. Martial. *lib.* 13.

*Sunt Apinæ, Tricæque, & si quid vilius istis.*

Xpĭnæ,

Ἀρῖναι, Nuces vocantur (inquit Petronius) quæ tutem versùs quàm putamen, adeò molicem habent, ut simul mandantur. Apud Plin. tamen *lib.* 15. *cap.* 20. unde Petronii hæc ad verbum descripsit, Sapinem, hoc nucis genus, non Apinam nominatum invenimus.

‖ Apio, ligo. Gloss. Arabic. Sed videtur legendum *apo*: quod *infrà*. ‖

Ἀπαῖα, ἀπάθεια, inexperientia. Cic. *de Finib.* vertit Infinitionem. Quarum, inquit, incursionem non solum videamus, sed etiam cogitemus infinitionem ipsam, quam Apiriam vocant.

Apis, vide *Apes*.

Ἄπις, ἄπιδος, bovis nomen apud Ægyptios, quem pro Deo colebant: alio nomine Serapis dictus. Corpore erat niger, candida fronte, in tergo alba nota insignis, duplicibus pilis in cauda, & lingua cantharo notatus, quem certos vitæ annos excedere non licebat. Hunc in lacum demersum Ægyptij, indicto justitio, vestibus scissis, & lacertis crinibus defunctum plangebant: invento verò alio mirificè lætabantur. Responsa autem dare non ut reliqua oracula solitus, sed si manu oblatum pabulum sumpsisset à consulentibus, secundos eventus, atque omnia prospera decernebat: si verò abnueret, omnia sinistra portendebat. Ideo quum à Germanico Cæsare pabulum oblatum tenuisset, funestum omen, & indubiam necem, quæ paulò pòst sequuta est, prænuntiavit. Hæc Alexander ab Alexandro *lib.* 6. *cap.* 2. & eadem ferè Marcellinus *lib.* 22.

Ἀπίσκομ, eris, cujus præteritum volunt esse Apius sum, Acquiro. { קנה *kánah. vsurpare.* Gall. *Recouvrer, jouir.* Ital. *Aquistare.* Germ. Obertommen/erlangen. Hisp. *Alcançar lo dessendo.* Angl. *To get, to obtene, to recover.* } Verbum est penè obsoletum, quod nonnisi apud antiquissimos legitur. Hæreditatem sum apius. Plaut. *Capt. sc.* 3. *act.* 4. Lucr. *lib.* 1.

*Nec ratione animi, quam quivis possit apisci.* Idem *lib.* 6.

*Quippe etenim nullo cessabant tempore apisci.*

*Ex aliis alios avidi contagia morbi.*

In Jurisconsultorum libris adhuc frequenter legitur apisci possessionem, pro adipisci. Hujus composita sunt Adipiscor, & indipiscor, de quibus suis locis.

‖ Apis mergis, loca calentia apum. Isid. Gloss. ‖

Ἀπίστὸς (quod hactenus hic perperam pro gemmæ nomine lectum est) lege Apiyctos ἄπυκτος.

Ἄπιστος, ἄπιστος, omnium nepotum fuit princeps, cui parum visum est, & principum congiaria, & Capitolij vectigal cometlationibus devorasse, nisi suæ etiam gulæ monimentum posteris reliquisset, conscripeis de gulæ irritamentis aliquot libris. Hunc vixisse suo seculo testatur Seneca *in lib. de consol. ad Helviam.*

Ἄπιον, herba est hortensis. { σέλινον. Gall. *Persil.* Ital. *Petrosemolo.* Hisp. *Perexil.* Angl. *Persley.* } Ex hac fiebant apud antiquos coronæ victoribus in Nemæorum sacris certaminibus. Iuvenalis,

*Gaudentes sordo peregrina ad pulpita saltu*

*Prostituit, Graiaque apium meruisse corona.*

Quidam hoc nomen ab apice deducunt, quia antiqui apicem capitis apio coronabant: unde est illud dictum,

——— *Quod apex hoc ferre solebat*

*Victoris, veterum fuerat dum more triumphus,*

*Ipse sibi talem prior imposuisse coronam*

*Dicitur Alcides.*

Alij hoc nomen ab apibus deductum putant, quæ illo præcipuè delectari putantur. ¶ Ne inter apia quidem sunt: Οὐδ' ἐν ἄπιοις εἶναι: pro eo quod est, ne ingressum quidem, aut initium rei attigerunt. Sumpta metaphora ab iis qui hortos ingrediuntur. Nam antiquitùs extremus hortorum ambitus apio conterebatur, quem qui nondum præterissent, velut in horti limine adhuc esse videbantur. Aristoph. *in Vespis.* ¶ Apio est, Σπάνιον ὄντων. Ita loquebantur quoties morbum capitalem imurbant, & vitæ periculum immineret. Nam olim monumenta defunctorum apio coronabantur, Plutarch. *in Symposiacis.*

Ἄπιον montanum, herba est cicutæ foliis, quæ apium agreste vocatur, in montibus ferè, locisque petrosis nascens: unde & nomen habet. { ἀγριοσέλινον Gall. *Persil de montagne.* Ital. *Petrosemolo agresto.* Germ. Ein wilder eppich. Hisp. *Perexil montesino.* }

Ἄπιον palustre, herba est apio sativo major: sic dicta quòd in paludibus, & aquosis locis proveniat. { ἕλειον. Gall. *Persil de marest.* Ital. *Petrosemolo dell' aqua.* Germ. plätzen eppich. Hisp. *Perexil de agua.* Angl. *A kind persley that groweth in marshes.* }

Ἄπιον saxatile, herba est femelli prosperos ammeos semini non dissimile, sed odoratius: quæ quoniam in Macedonia optima nascitur, vulgò Petroselinum Macedonicum vocari cœpit, μακεδονικὸν. Nascitur in petris: unde & nomen accepit. Pro hoc officinæ hipposelinum perperam substituunt, quæ est herba à petroselino omnino diversa, quam Latini Olusatrum appellant. Vide suo loco.

Aplānēs, Inerrans, minimè vagus, ἀπλανὴς. Macrob. *lib.* 1. *de Som. Scip.* Prima illa stellifera sphæra, quæ proprio nomine dicitur cœlum, Aplanes apud Græcos vocatur; continens, & arcens cæteras.

Aplectum, ἄπλεκτον, fossatum. Leo *const.* 11.

Aplomistos, implumis. Lex gr. b. ‖

Apluda, id est, furfur tritici. Gell. *cap.* 7. *lib.* 11. vide *Appluda*.

Apludæ, arum, antiquorum rusticorum vocabulum, de quo ita Nonius. Apludas, inquit, frumenti furfures dicunt rustici veteres. Hoc in antiquis inveniri, quorum in dubio est autoritas: itaque exemplis supersedebimus: quanquam & Plaut. *in Astraba* usus sit. Gellius *lib.* 11. *c.* 7.

Ἀπλοῦστρε, & in numero plurali Aplustra, vel Aplustria, navis est ornamentum in summitate mali, interpres Iuvenalis *Satyr.* 10. & omnino scribendum est absque m, quia apud Poëtas invenitur prima correpta: quæ si per m, scriberetur, ratione positionis necessariò produceretur. Cic. *in Arato.*

*Navibus absumptis finitantia quærere aplustra.*

Festus utroque modo scribi posse existimavit. Aplustra, inquit, navium ornamenta: quæ quia erant amplius, quàm essent necessaria usui, etiam Amplustria dicebantur. Hæc ille. Nos contrà putamus, non ab adverbio Amplius hoc nomen deduci, sed ab *a* privativa, & verbo πλέω, quòd ad navigationem non sit necessarium. Aplustria. Cic. & Salust.

Ἀπλυσία, ἀπλυσία, Illotarias vertit Theodorus, spongiarum genus vilissimum, maximas habens fistulas, & reliquam partem admodum spissam, ita tectum, quòd eluti non possit. Vide Plin. *lib.* 9. *cap.* 45.

‖ Apo, antiquis, comprehendo vinculo: ab ἄπτω, necto, alligo.

Apo, ἀπὸ, præpositio Græca, i. e. ab a: in multis vocibus mutata est, quas Latina lingua recepit. Sequente vocali tenui, fit contractio, & est *ap.* sequente aspera, est *aph.* ‖

Apobatæ, ἀποβάται, populi Ætoliæ, Steph.

‖ Apobaterium, ἀποβατήριον, carmen, quo discedentes utuntur: ab ἀποβαίνω, abeo, Scal.

Apocalypsis, ἀποκάλυψις, revelatio, ab ἀποκαλύπτω. ‖

Apocatastasis, reintegratio. Apocatastaticus, reintegratus. Firmicus *lib.* 3. *cap.* 1.

Ἀποχὴ, ἀποχὴ, Schedula est, qua fatemur nobis de pecunia esse satisfactum. { ἀποχὴ. Gall. *Quittance.* Ital. *Quitanza.* Germ. Ein quittam. Hisp. *Alvala de paga y fin y quite, carta de pago.* Angl. *An acquittance or discharge.* } Vulgò *Quittantiam* vocant. ¶ Antapocha verò est, quam debitor dat creditori. ¶ Acceptilationis autem nomen generalius est, quàm Apochæ. Illa enim quamvis liberationem continet, etiamsi nulla præcesserit numeratio: Apocha autem solum dicitur, quum pecunia soluta est. Ulpian. *D. de accept. l. si acceptilatum.*

Apocinos, ἀπόκινος, genus saltationis fuit inter Gentiles, & satis impudicum.

‖ Apocolocyntosis, incucurbitatio. Ludicra Cæsaris apotheosis. Senec. ‖

Ἀπόκοπὴ, ἀπόκοπη, Amputatio: ex ἀπὸ, quæ Re, vel Ab, significat, & κόπτω, scindo, amputo. Figura quando ultima littera, vel syllaba tollitur, ut peculi, pro peculij.

Ἀποκόπι, ἀπόκοπος. Gall. *Chastrez.* Ital. *Castrati.* Germ. Verschnitten. Hisp. *Hombres castrados.* Angl. *Gelded.* } Dicti sunt à Julio Materno castrati: quasi excecti, & spoliati.

Ἀποκρότὸς, idem quod durus, asper, rigidus, ἀπόκροτος. Firmicus *lib.* 7. Nascentur servi, miseri, apocroti, oligochromi, & infelices.

Apocrisis, ἀπόκρισις, responsum.

Apochrisiarius, minister Romanæ Ecclesiæ. Masch. *cap.* 88. *Habet Thomam apocrisiarium cœnobij*: & cap. 145. alium quendam *apocrisiarium* Gennadij Patriarchæ Constantinopolitani: unde colligitur Apocrisiarios curasse negotia Ecclesiarum, & Cœnobiorum. Glossarium MS. Cambetonense: *Apocrisiarius, secretarius.* Papias vocabulista: *Apocrisiarius, thesaurarius, vel legatus.* Justinianus Novella 6. Περὶ τῶν τὰ πράγματα πραττόντων ἐκκλησίας, Ἀποκρισιάριοι τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν καλοῦνται. *Apocrisiarij vocantur, qui sanctissimarum Ecclesiarum negotia curant.* Occurrit passim apud scriptores posterioris ætatis. Ut videlicet Apocrisiarius, ὁ ἐπὶ τῇ ἀποκρίσει, *à responsis.* Quod apud Georgium Patriarcham Alexandrinum in vita S. Chrysostomi est ἀποκρισιάρχης. Godefrid. Tilmannus vertit *Secretarius.*

Apocrisiarij, non Apocrisarij, necnon Ipocrisiarij, quamvis perinde barbarum, ut hæc, esse videantur: attamen illud rectiùs, ab ἀποκρίσιον. quod respondeo significat, dicitur. Est autem Apocrisiarius, ut quidam putant, Responsalis, & Legatus Episcopi: inde dictus, quòd aliquando pro Episcopo respondere cogatur. Usi sunt hac voce Pontifices. Meliùs tamen alij qui aiunt, Apocrisiarios dictos, velut locum tenentes Episcoporum, ut res Ecclesiæ gubernatent, negotia singulorum audirent, referentque ad Episcopum.

Ἀπόκρυφὸς, a, um, { סתום *sathúm.* סתר *sathar.* גנוז *gnúz.* Gall. *Apocryphe, caché, sans autheur.* Ital. *Ascoso, secreto, non provato, non autentico.* Germ. Verborgen/heimlich. Hisp. *Escondido, o lo que no tiene autoridad.* Angl. *Hid but an authour.* } Latinè absconditus, secretus, ex ἀπὸ, quæ exaggerat rem, & κρύπτω, abscondo. Illa verò scriptura dicitur Apocrypha, cujus occulta origo est, & in qua, licèt inveniatur aliqua veritas, tamen propter multa falsa non habet scripturæ canonicæ pondus. Qui verò sint apocryphi libri; vide *in Decr. dist.* 15. *cap. sancta Rom. Ecclesia.*

Ἀπόκυνον, ἀπόκυνος, officulum in vasa fictilia latere, quod si in aquam dejectum fuerit, statim fervere ferunt: amorem eo, & furgia si in potionem detur, concitari, multaque præterea alia de hoc tradit magica vanitas. Sic dictum, quoniam canum impetus eo cohibentur. Vide Plin. *lib.* 32. *cap.* 5.

Apodectæ, Athenis dicebantur, qui collationibus, & vectigalibus præerant, quorum judicio quicquid controversiæ erat in publicis collationibus decernebatur.

Ἀπόδες, ἄποδες, aves quædam, ex genere hirundinum, ita dictæ quòd careant usu pedum. Alio nomine Cypselli dicuntur: volant plurimùm, nidificant in scopulis atque in editioribus domibus. Quæ eis nulla nisi in nido: aut pendent, aut jacent. Plaut. *lib.* 10. Plurimùm volant, quæ Apodes vocantur, quia carent usu pedum.

‖ Apodideascinda, ἀποδιδρασκίνδα, ab ἀποδιδράσκω, fugio. Ludus est puerilis, quo obstructis oculis ei, qui in medio sedet, cæteri in latebras sese abdunt: mox dato signo, dum ille latentes vestigat, hi ad sedem ejus tanquam ad metam recipientes se, præverrere eum satagunt. Ita Hadr. Iun. *Nomencl.* ‖

Ἀπόδειξις, evidens probatio, demonstratio, documentum. { תוכחה *tochathàh.* ἀπόδειξις. Gall. *Preuve evidente, demonstration claire.* Ital. *Prova evidente, demonstratione chiara.* Germ. Ein gewisse anzeigung vnd beweisung eines handels. Hisp. *Fuerte demonstracion, prueva evidente.* Angl. *A plane probation.* } Unde Apodixes grammaticas Quint. vocat potentissimas Geometrarum demonstrationes.

Ἀπόδὸς, scribitur enim per φ, ἀπφδὸς. Est vox galli intempestivæ, sive immaturæ: & vox quæ neque choro, neque fidibus concordat.

Ἀπόδοσις, Schema jucundissimum, quùm præcedentium membrorum singulis singulæ particulæ respondent. Ἀπόδοσις. Exemplum ejus est apud Terentium *in Andria.* Adeón' me ignavum putas? Adeón' pon-

portò ingratum, aut inhumanum, aut ferum, ut neque consuetudo, neque pudor commoveat, ut servem fidem? Ibi enim consuetudo feritati, pudor inhumanitati, pudor ingratitudini respondet. Latinè enim redditionem sonat.

Apodyterium, spoliatorium. Locus in quo loturi, aut sudaturi vestes deponebant, quas capsari servabant ἀποδυτήριον. GALL. *Le lieu ou l'on laisse les habillemens quand on veut entrer dans les bains, ou estuves.* ITAL. *Luogo da lasciare i drapi quando si va in stufa, spogliatoio.* GERM. Ein abzeychstuben / ein ort in dem bad da die kleyder abgezogen und bewart werden. HISP. *Lugar donde se ponen los vestidos quando se entra en los baños.* ANGL. *An place where they put their clothes which entereth in the stewes.* } nam ἀποδύειν, exuere dicitur. Plin. *ad Spollinarem*. Inde apodyterium balnei laxum, & hilare excipit cella frigidaria, in qua baptisterium amplum atque opacum.

Apœninus, vide *Appenninus*.

Apœnigenæ, & Apœnicolæ, qui Apœninum inhabitat, aut in Apœnino versatur. 4. *Georg.*

*Apœnigenis cultæ pastoribus arces.* Virgil. 11. *Æneid.*
*Apœnicola bellator filius Anni.*

Apogæum, ἀπόγαιον, ab Astrologis vocatur pars media cœli, quæ & μεσουράνημα dicitur: sicut contra Hypogæum, pars ima cœli appellatur. Vide Cœlum Rhod. *lib.* 2. *cap.* 21.

Apogæi, venti sunt à terra flantes. ἀπόγαιοι. GALL. *Vents de terre.* ITAL. *Venti da terra.* GERM. Die wind so von dem erdtrich ausgehn. HISP. *Vientos de la tierra.* } Plin. *lib.* 2. *cap.* 43.

Apographum, Exemplum, descriptio libri, quasi diceres descriptum, aut exscriptum. { פתשגן *pathschégen*. ἀπόγραφον. GALL. *Copie, ou double, transcript ou extrait.* ITAL. *Essemplare.* GERM. Ein abschrifft / ein copey / ein auszug. HISP. *Copia ò traslado sacado de escritura.* ANGL. *A copie, which is wrot out of another, a paterne.* } Unde Cicero libros suos philosophicos Apographa vocat, quasi scriptorum Græcorum imagines, & exempla. Plin. *lib.* 5. *c.* 11. Hujus tabulæ exemplar, quod Apographon vocant, L. Lucullus duobus talentis emit.

Apoläctizo, as, ἀπολακτίζω. Calcibus invado, per translationem, parvi facio, contemno. Plaut. *in Epid.* Auxilia mihi, & suppetiæ domi { sunt, apolactizo inimicos omnes.

Apolecti, ἀπόλεκτοι, Senatores erant, sanctiúsque concilium, quod ex delectis viris constabat: ita dicti παρὰ τὸ ἀπολέγειν, eo quòd ex multis soleant deligi. Livius *lib.* 6. *belli Staved.* Vbi quum in concilio delectorum, quos Apolectos vocant, Phaneas & quæ imperarentur, & quæ ipsis propè accidissent, exposuisset, *ibidem*. Concilium quidem universæ gentis Ætoli post dimissos Romanos non habuerunt: per Apolectos autem { ita vocant sanctius concilium, quod ex delectis constat viris } id agitabant, quomodo res in Græcia novarentur. ¶ Est & genus piscis, ex pelamidum genere. Plin. *lib.* 9. *cap.* 15. Pelamides in apolectos, particulatimque consectæ in genera cybiorum dispartiuntur. Idem *lib.* 32. *cap.* 1. Pelamis earum generis maxima apolectus vocatur, durior tritone.

Apoliopolitis, Præfectura. Plin. *lib.* 5. *cap.* 11. 70.

Apolis. { נדח *nádah*, גלות *gholéph*. ἄπολις. GALL. *Banni, estranger.* ITAL. *Bandito.* GERM. Ein bandit / der auß seiner statt und heimet vertriben ist. HISP. { *esterrado, à fuera de su tierra.* ANGL. *Thath ath, not a citie, a stranger, banished.* } Latinè extorris dicitur, qui caret civitate, quales sunt exules, aut deportati, aut in metallum damnati, quibus civitatis jus ademptum est. Martian. *l. quidam, D. de pœnis.* ¶ Item quidam apolides sunt, qui ad opus publicum perpetuò damnati, vel in insulam deportati sunt.

Apollo, inis, Ἀπόλλων. Creditus fuit Deus: quem etiam Græci Φοῖβον, hoc est, Solem appellant. Cui, ut Macrobius inquit, variæ fuerunt adscriptæ potestates. Nam fuit autor carminis, præsesque vaticinij, sagittandi peritiam habuit, artem medicinæ percalluit, & citharam adinvenit. Unde Adagium, Quid tibi Apollo cecinit? hoc est, quid tibi respondit? Allusum est autem ad Apollinis citharam, quam illi tribuunt poëtæ. Usus est Æschyl. *in Ajace Locrensi*. Refertur à Zenodoto. Conveniet ubi quis à Principe redeuntem percunctabitur quid responsi tulerit, *ἵνα δὴ τὰ παρὰ τοῦ ἄνακτος πυνθάνηται*. Idem arte Medicinæ clarus: unde Plaut. *Men. sc.* 3. *act.* 5. ait se obligasse eius fractum Æsculapio: Appollini autem brachium. Idem *Rud. sc.* 3. *act.* 2. Capto. Apollo confige sagittis fures thesaurarios. Idem *Aul. sc.* 3. *act.* 2. Apollo me jubes equos capere. Idem *Men. sc.* 2. *act.* 5. Ecce Apollo mihi ex oraculo imperat ut illi oculos exuram lapidibus ardentibus. Perij. *Ibidem*, Apollo me jubes equos rapere, *Ibidem*.

——— *Chrysenque & Cillan Apollinis urbes,*

Ovid. 13. *Metam.* Cæterùm Apollinis recto casu in numo æreo Heraclij Imperatoris. Et Plaut. *Capt. sc.* 2. *act.* 3. Imperium tuum demutat atque edictum Apollinis. { An denutat? an ratum esse non patitur? } ¶ Idem dicitur Liber, quòd liberè vagetur per æthera. ¶ Nomius etiam, i. pastor, dictus est ab eo, quod Admeti regis paverit armenta. Apollinis tripodem vas aureum fuisse constat trium pedum, à Vulcano fabrefactum, ac pro munere Pelopi datum, quum uxorem duceret. Porphyrius ait eundem esse Solem apud superos, Liberum patrem in terris, Apollinem apud inferos. Unde etiam tria insignia circa ejus simulachrum videmus: Liram, quæ nobis cœlestis harmoniæ imaginem monstrat: Grynæum? quod terrenum numen ostendit: Sagittas, quibus infernus Deus indicatur, & noxius. Unde & Apollo dictus est, ut quidam existimant, ἀπὸ τοῦ ἀναιρεῖν, quod perdere significat, sive destruere, quòd non paucos nimio æstu crederetur extinguere. Unde etiam spicula ei assignavit vetustas: quæ tamen non dexterâ gestat, sed sinistrâ, quòd ad juvandum promptior sit quàm ad nocendum. Unde etiam nonnulli παρὰ τὸ ἀναστρέφειν μὴ εἶναι, hoc est, ab abigendis morbis, Apollinem dictum existimant.

Apollinëus, a, um, adjectivum, Φοιβεῖος: ut, Apollinea ars, pro arte medica. Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.*

*Nullus Apollinea qui levet arte malum, est.*

Et ars Apollinea, pro arte vaticinandi. Idem *in Ibin*, Apollinea clarus in arte senex. Tiresium intelligit.

Apollinares ludi, qui in honorem Apollinis fiebant: de quorum institutione vide Liv. *lib.* 25. & Macrob. *Sat.* 1. Cic. *ad Att.* Ludis Apollinaribus Diphilus tragœdus in nostrum Pompeium petulanter invectus est.

Apollodorus, Ἀπολλόδωρος, nomen pictoris excellentis, & nomen oratoris Pergameni. Apollodori sex memorantur. Primus Atheniensis Comicus. Secundus Celeus, cujus comœdiæ fuerunt Philadelphi, & Sysiphus. Tertius Tarsensis Tragicus. Quartus item Atheniensis Grammaticus, Aristarchi discipulus. Quintus Pergamenus Rhetor, præceptor Cæsaris, qui docuit Augustum Suet. *in August. cap.* 88. Sextus Alexandrinus Comicus. Memandri æmulus.

Appollonia, ἀπολλωνία, oppidum in ea parte Macedoniæ, quæ Adriatico mari adjacet, Corinthiorum colonia, optimis olim institutis legibus. Vulgò his temporibus *Valona* nominatur. De hac Strabo: Condidêre Apolloniam Corinthij Coreyræique ab Æante fluvio stadiis decem, à mari sexaginta. ¶ Est & Apollonia inter insulas Thraciæ, cis Istrum amnem locata. ¶ Est & Apollonia civitas in Creta, & alia in Syriâ. Vide Stephanum.

Apolloniatæ, ἀπολλωνιάται, populi Apolloniæ. Valer. Max. *lib.* 1. Apolloniatæ quidam pœnitentiam egerunt.

Apollonias, ἀπολλωνὶς, Vrbs in Parnasso juxta Delphos, aliàs Cyparissus dicta. Steph. Vide *in Cyparisso*. Troëzen etiam Peloponnesi olim Apollonias dicebatur. Stephanus.

Apollonius, ἀπολλώνιος, nomen Philosophi Alexandrini, qui Rhodi vixit, unde & Rhodius appellatus est. ¶ Fuit etiam hoc nomine Alabandensis Philosophus, dictus a Suetonio Clarissimus dicendi magister, sub quo (ut Plutarchus scribit) Cicero, & Cæsar condiscipuli fuere. Præter hos fuit & Apollonius Tyaneus, Pythagoricus Philosophus, & magus, cujus vitam scripsit Philostratus, Græcorum omnium mendacissimus. Fertur hic dum Ephesi vitam ageret, & fortè in multitudine disputaret, per eam horam, qua Domitianus interficiebatur, defixus, & elinguis stetisse, atque ubi primùm loqui potuit, exclamasse, Euge Stephane, pulchrè: Stephane percute sceleratum: pulsasti, vulnerasti, & interfecisti.

Apologia, defensio, excusatio, responsio, & satisfactio. { התנצלות *hithnatselúth*. ἀπολογία. GALL. *Apologie, defense.* ITAL. *Apologia, difesa.* GERM. Ein verantwortung / beschirmung / gegenantwort. HISP. *Respuesta, excusacion.* ANGL. *An excusation, a defence.* } Dicitur & Apologeticon, & Apologema, ἀπολόγημα. Vnde Apologeticus liber, quo nos expurgamus, aut adversario satisfacimus.

Apologus, Fabula in qua bruta animalia introducuntur loquentia. { משל *maschál* שׁנינה *schenináh*. ἀπόλογος. GALL. *Fable.* ITAL. *Favola.* GERM. Ein fabel / ein gedicht / fabulirt. HISP. *Ficion, ò novela fingida.* ANGL. *A fable where brute beasties ar fained to speak.* } Nam est quædam ex humilibus rebus composita forma ac species accommodata ad ridendum, quæ & Apologia dicitur. Cic. 2. *Orat.* Et ad hoc genus adscribamus etiam narrationes apologorum. Vide Quint. *lib.* 5. *cap.* 11. & Gell. *cap.* 19. *lib.* 2.

Apologo, as, Postulo. { שנן *schinnén*. ἀπολογῶμαι. } Senec. *epist.* 47. Et sæpe illum invicem apologavit. Gallicè dicitur *Brocarder*.

Apologatio, onis, ἡ μυθολογία. Quint. *lib.* 5. *cap.* 11. Nostrorum quidam, non sanè recepto in usum nomine, Apologationem vocant: de fabulis loquitur.

Apolysis, liberatio, absolutio, discessus. Item ultimus dies cujusque festi, quasi tunc solvatur. Lex. gr. b.

Apolyticæ, epistolæ nunc dimissoriæ. Balsam. Lex. gr. b.

Apolyticum, formula, qua populus dimittebatur post liturgiam. Lex. gr. b.

Apomeli, itis, ἀπόμελι. Potus confectus ex macerata aqua favis, medium inter mulsum, & oxymeli locum obtinens: cujus plurimus est usus circa Peloponnesum, ut scribit Galen. *lib.* 8. *Method.*

Apönus ἄπονος, fluvius, seu fons calidis aquis, haud longè à Patavio, vel vicus ipse, in quo Balneæ sunt. Lucan. *lib.* 6.

*Colle sedens Aponus terris ubi sumifer exit,*
*Atque Antenorei dispergitur unda Timavi.*

Aponus autem dicitur, non tam quòd morbis medeatur, quàm quòd sine dolore remedium afferat. ¶ Aponus fons. Suet. *in Tib. cap.* 34.

‖ Apopemptici hymni, quum quis ex iis locis abiret, in quæ venisset. ἀποπέμπω, est ablegare. ‖

Apophasis, ἀπόφασις, Negatio, abnuentia, depulsio, ab ἀποφάναι. Vide de hac figura Quint. *lib.* 9. *cap.* 2. ¶ Apophasis etiam dicitur catalogus, & index bonorum: qualis ferè fieri solet à morte alicujus. Jurisperiti suo quodam more vocant Inventarium. Dicitur autem Apophasis in hac significatione ab ἀποφάσκω, quod est, in rationes tutelæ refero.

Apophlegmatismi, ἀποφλεγματισμοί, vocantur remedia, quæ in ore retenta, vel manducata, aut linguæ subdita, noxios quosque humores ex capite detrahunt. Fit à verbo Græco ἀποφλεγματίζω, quod est capitis pituitam expurgo.

Apophyädes ἀποφυάδες, Latinè Appendices vocari possunt, quæ scilicet rei alicui adnascuntur. Vnde & Aristoteles ἀποφυάδας vocat intestinorum appendices, quæ & ἐπιπλοΐδες dicuntur.

‖ Apophora, anaphora, pecunia à servis persoluta dominis. Rhod. ‖

Apophoretà, Munera quæ dari solent in Saturnalibus: quem morem hodie quoque servant mense Decembri in natali Salvatoris, & initio anni. { משאת *massét*. ἀποφορήτα. GALL. *Estrenes.* ITAL. *Mancia.* GERM. Geschenck zum guten jahr. HISP. *Cosas que se dan como presente.* ANGL. *Giftes geven ofcertane dayes, as new yeare gifte.* } Munuscula quoque quæ à cœna convivis labantur domum auferenda, etiam Apophoreta dicebantur: ita dicta à verbo Græco ἀποφέρω, quod auferre significat. Suetonius *in Calig. cap.* 55. *in Domit.* Dabat sicut Saturnalibus viris apophoreta, ita per Calendas Martias fœminis. Vide Turnebum, & Interpr. vet. Martialis.

Apophthegma, { משל *maschál*. ἀποφθέγμα. ANGL. *Abriefe or short manner of speaking full of sentence.* Brevis, & acuta sententia, sive

argumentum

argutum dictum, non cuiuslibet, sed illustrium tantùm virorum. Vnde Plutarchi Apophthegmata. Cic. 1. *Officiorum*. Multaque multorum facete dicta, ut ea quæ a Sene Catone collecta sunt, quæ vocant ἀποφθέγματα. Gal. *Apophthegme, brieue parole sentencieuse*. Ital. *Sentenza, ouero detto breue*. Germ. Ein kurtzer/ thedoch weyser (pruch vnd sentenz. Hisp. *Dicho gratioso y sentencioso*. }

Ἀποπλῆκτοι ἀποπληκτικοί. Sunt quorum videlicet & corpus, & mens stupet ictu fulminis, aut morbo. Celsus *lib.* 3. *cap.* 26. vocat Attonitos.

Ἀπόπληξις, sive Apoplexis, { ἀποπληξία. Gall. *Apoplexie, quand on est perclus de tous les membres*. Ital. *Tocceria*. Germ. Der schlag/ der tropff ob welchem alle glider erstarren. Hisp. *Apoplexia, enfermedad*. Angl. *The palsey, a depriving of feeling or moving in the bodie*. } Est rupefactio nervorum totius corporis cum privatione sensus & motus. Ita dicta à verbo Græco ἀποπλήσσω, quod est percutio, affligo, attonitum reddo. Celsus *lib.* 2 *cap.* 28. Attonitos quoque tantò videmus, quorum & corpus & mens stupet. Fit interdum ictu fulminis, interdum morbo: ἀποπληξίαν hunc Græci appellant. Idem *e proximè sequenti*: At resolutio nervorum frequens ubique morbus est: sed interdum corpora, interdum partes infestat. Veteres autores illud Apoplexiam, hoc Paralysin nominaverunt: utcunque Paralysin appellari video.

Apor, pro Apud, antiquis. Fest.

Ἀπορία, ἀπορίη, indigentia, vel dubitatio, & consilii inopia.

Aporior, aris, verbum ex Græco ἀπορέω tractum, quo vetus interpres Testamenti novi usus est 2. *ad Cor. cap.* 4. Significat autem modò hæreo, & consilii inops & perplexus sum: modò ad summam angustiam rediger: modò indigeo.

Ἄπορον, ἄπορος, controversiæ genus inexplicabile, cuius exemplum proponitur à Gell. *lib.* 9. *cap.* 15.

Ἀπορροῶντες, ἀποῤῥοίαι, Græci vocant defluxus quosdam ætios, qui ad terram labentes, stellarum casus imitantur.

Ἀποσιώπησις, ἀποσιώπησις, à Cicer. dicitur Reticentia; à Celso, Obticentia; alii Interruptionem appellant. Nam est quasi interceptum silentium. Figura indignantibus familiaris, in qua verbum extrinsecus subintelligitur. Virg. 1. *Æneid. Quos ego*: deest enim *Puniam*, vel quid simile. Quintil. *lib.* 9. Omne in quo aliquid deest, Aposiopesis poterit appellari.

Aposimata, desquamationes.

Aposima ἀπόσιμα. Id omne quod detractum est, & ἀποσιμόω.

Aposphasmata, i. avulsiones. Aposthematis quoque species est, sed cuius nomen nunc non succurrit, ubi phlegmoni arena innascitur, ligna, carbones, amurca, fæces, setæ porcinæ, calculi, quisquiliæ, & id genus alia quædam, quæ malis medicamentis fieri insana vulgi arbitratur credulitas: fit autem, ut inquit Galenus, inveteratis abscessibus ob varias humorum qualitates materiam in hunusmodi quisquilias, & istiusmodi formam convertentes.

Aposphragisma ἀποσφράγισμα, sigilli celatura forma expressa. Plin. *Trebiano*, Signata est anulo inco, cuius est aposphragisma quadriga. Sic Ectypa dicuntur.

Apostasion, repudii libellus.

Ἀπόστατ, defector, & desertor sui ducis, sive religionis, & instituti. { מרד *mapbel*. סרר *sorér*. ἀποστάτης. Gall. *Apostat, rebelle*. Ital. *Fratato, ribelle*. Germ. Ein abtrunniger/ ein abgefallner. Hisp. *Cosa rebelde ò que rebela*. Angl. *An apostat, rebell which revolteth*. } Huiusmodi autem defectio, Apostasia, ἀποστασία, appellatur.

Ἀπόστατο, as. Deficio, desero, oppugno quod antea defendebam. { מרד *maphal*. עזב *pasehab*. ἀποστατέω. Gall. *Rebeller, se revolter*. Ital. *Ribellare*. Germ. Abfallen/ abtrunnig werden/ sich widersetzen. Hisp. *Rebelar*. Angl. *To mak defection, to revolte*. } Cyprianus *ad Cornelium*, Eos qui velut apostataverunt, & ad sæculum, cui renunciaverunt, reversi, gentiliter vivunt, vel ad hæreticos transfugæ facti, contra Ecclesiam pernicialia arma suscipiunt.

Ἀπόστεμ, atis. { סוגר *mazór*. ἀπόστημα. Gall. *Apoſteme*. Ital. *Posta, postema*. Germ. Ein geschwär/ ein böse beul. Hisp. *Postema*. Angl. *An impostume, an vnnatur all swellinig of any matter in the bodie*. } Est tumor præter naturam, quum pus ex phlegmone resolutum in quendam quasi sinum colligitur: vel etiam nulla præcedente phlegmone, quum humor quidam acris statim ab initio in parte aliqua colligitur, sparsimque sibi molliens vel inter duas tunicas, vel sub certis membranis, tunica distentione eam exagitat. Tria autem præcipua horum genera, quorum singula propriam appellationem sunt sortita à rebus in ipsis contentis. Nam si quidam melli simile continent, Meliceredes, μελιτώδη appellantur. Si pingue quippiam instar sebi, Steatomata, στεατώματα. Quod si pultis similitudinem referat quod in iis continetur, Atheromata, ἀθερώματα dicuntur. Dicitur autem Apostema à verbo Græco ἀφίσταμαι, quod est abscedo: unde & Latini verbum ex verbo exprimentes, Abscessum appellarunt. Cels. *lib.* 2. *cap.* 1. Abscessus corporis, quos Apostemata Græci nominant. Plin. *lib.* 20. *cap.* 3. suppurationem interpretatur: Caro (inquit) eius inferior clavis pedum, & suppurationibus molestur, quas Græci vocant Apostemata.

Ἀποστολή, tributum, quod ad Imperatorem mittebant Iudæi. Apostoli verò dicti exactores eorum. Buleng. §

Ἀπόστολος, { ἄγγελος. Angl. *A messinger, ambassadeur*. } Latinè Missus, sive nuntius dicitur, ab ἀποστέλλω, mitto. Apostolorum autem quatuor sunt genera. A Deo missi, non per hominem, ut Moses: à Deo, sed per hominem, ut Iesus Nave: & in lege Gratiæ, Viri Apostolici & Religiosi prædicantes ubique gentium Regnum Dei, ut qui crediderint & baptizati fuerint, salui fiant: per hominem tantùm, ut novatores & emissarii hæreticorum, qui zizaniam superseminare latagunt in agro Domini: ex se tandem, sunt ipsi hæresiarchæ, pseudoapostoli & pseudoprophetæ. ¶ Apostoli etiam dicebantur literæ dimissoriæ, quæ ab eo, à quo appellatum erat, ad eum qui de appellatione cognituras erat, tollendæ appellationis causa dabantur, de quibus Alciat. *de verborum & verborum significa.* & Horomanus *in Lexico suo*. ¶ Athenis quoque Apostoli, magistratus quidam



erant, quorum officium erat recitè atque ordine citare, atque instruere classem.

Ἀποστολικὸς. Petr. Damianus in vita S. Odilonis *cap.* 19. Benedictum summum Pontificem appellat Apostolicum simpliciter, cùm ait: Apostolicus igitur ille, quem diximus, dum adviveret, beatum virum affectuose dilexit, reverenter excoluit, & Apostolorum limina frequentanti necessarios sumptus ac opima sæpe subsidia suppeditavit.

Ἀποστροφὴ, ἀποστροφή, dici potest conversio: figura quum sermonem à iudice, vel auditore ad absentem aliquem convertimus. Te nunc alloquor, Africane, cuius nomen splendori ac decori esse vitam, ἀποστροφὴ cum averto.

Ἀπόστροφος, ἀπόστροφος. Collisionis nota in fine alicuius dictionis, denotans vocalem præcedentis dictionis elisam propter hiatum: ut ἀλλ' ἐγὼ pro ἀλλὰ ἐγώ.

Apostrophi, oculi retrò versi: *Diastrophi*, perversi, ut in furentibus. Rh.

Apotáphi, qui sepulchro suorum maiorum sunt privati. Rh. §

Ἀποτελεσμά, ἀποτέλεσμα, effectus horoscopi, hoc est, quicquid cœlum ex astrorum compositione & aspectu mutuo affectum, in natali hora cuiusque efficit. ¶ Hinc Apotelesmatici, ἀποτελεσματικοί, post Homeri ætatem dicti sunt, qui nunc Mathematici & Chaldæi vocantur: quorum curiositas nihil reliquit, quod planetarum non subjiceret potestati, ut *in* 1. *lib. Iliados* annotavit Eustathius.

Ἀποθήκη, { אוצר *otsár*, משכנות *miskenóth*. ἀποθήκη. Gall. *Boutique, lieu où on serre quelque chose pour la garder*. Ital. *Caneva, bottega*. Germ. Ein weinkeller/ ein iedes orth darinn man etwas behelt. Hisp. *Bodega, ò taverna, ò tienda*. Angl. *A place where any thing is layde to be keept, as shope, storehouse*. } Quælibet cella dicitur, in qua aliquid reponitur, taberna ubi vinum & conservatur & venditur, ut cellæ vinariæ Plinius. Tantum pecuniarum detinent vinariæ apotheceæ, nec alia res maius incrementum sentit. Idem, Vina in apothecis Canis ortu mutantur. Quum omnium domos, apotheceas, navèsque furacissimè scrutarere. Cicer. *in Vatin.* Idem *in Antonium*, Apotheceæ totæ hominibus nequissimis condonabantur.

Ἀποθέωσις, ἀποθέωσις, { Gall. *Deification, consecration*. Ital. *Consecratione, deificatione*. Germ. Ein vergöttung/ Da man ein menschen zu einem gott setzt vnd aufwirfft. Hisp. *Consagracion*. Angl. *Consecration, deification*. } Consecratio, seu deificatio, relatio in numerum deorum: quæ quibus cæremoniis apud Romanos fieri soleat; eleganter scribit Herodianus *lib.* 4.

¶ Apothesis, repositio. Pap.

Apothetæ, locus in agro Laconico præruptus, in quo exponebant partus informes, monstruosos & degeneres. Plaut. ¶

Apothetos, lex tibiæ, quæ remitteret. Scal. ¶ Lat. Expositus.

Ἀποτομὴ, ἀποτομὴ, maior pars semitonii, quæ à Latinis discissio dici potest: à verbo Græco ἀποτέμνω, quod est abscindo.

¶ Apotropæa, ἀποτροπαῖα, carmina quæ ad avertendam, averruncandamque infensorum animorum iram comparantur. Scal. ἀποτρέπω est avertere. ¶

Ἀποξυόμενος, ἀποξυόμενος, signum æreum Lysippi, quod à M. Agrippâ ante thermas suas dedicatum Tiberius Cæsar detraxit, & in cubiculum suum transtulit: quod tamen, populi clamoribus adactus, postea reposuit. Erat autem imago distringentis se: ita dicta à verbo Græco ἀποξύω.

Ἀπόζεμα, ἀπόζεμα. { Gall. *Apozeme, decoction*. Ital. *Aqua cotta con varii condimenti*. Germ. Ein tranck von wasser das man mit spetzereyen kocht und zurüst. Hisp. *Cozimiento de muchas cosas*. Angl. *water sodden with diverse sorte of spices and herbes*. } Aqua cocta cum variis condimentis, decoctum ex herbis. A verbo Græco ἀποζέω, quod est defervesco.

Appanagium. Francicum vocabulum. Sumi solet pro ea bonorum parte, quæ Regis Franciæ liberis natu minoribus solet concedi, postquam natu maximus mortuo patre regnum adeptus est. Dictum autem est quasi Abbanagium, B. in P. mutato, quasi quis partem exclusoriam dicat: non à pane quotidiano, ut volunt pragmatici. Vide Chopin. de doman. Franc. *lib.* 2. *tit.* 3. ubi vocat Panagium.

Apua, æ, piscículus est minimus & vilissimus, quem Græci, quòd ex pluvia nascatur, ἀφύη vocant. Vide Plin. *lib 31. cap. 8.* & ea quæ suprà annotavimus in dictione *Aphya.* ¶ Est etiam ex Apuarum genere, quæ vulgo Anchoïæ, Aristotelis ἐγκρασίκολοι, Ælliano ἀνθρωπόμορφοι. Ex qua liquamentum atque elæogarum optimum ad excitandam appetentiam conficitur. Addito oleo, vino, & aceto, totus piscis subjectis prunis liquatur: nec spinæ vestigium remanet. ¶ Est & alia Apua quæ Aristotelis ἀφύη κωβιὸς { vel, ut alii, κωβίος } vulgò *Iocke.* Fœtus est gobii. ¶ Est & Apua phalerica, ἀφύη φαληρικὴ, vulgò *Nadelle*, vel *Maleto*, Rothomagi *Crudo.* Piscis mollissimus atque pinguis,

fardinis similis, nisi quod minor & latior. ¶ Denique est in censu apuanum piscículus, qui Aristoteli ἰφύη dicitur, Nanica Plauto, apud Fabium & Apua membras, μαῖνα, vulgo *Celerin.*

Apuani, vulgò *Genovesi*, Ligures sunt, teste Liv. *lib.*10. Sempronius (inquit,) è Pisis in Apuanos Ligures vastando aperuit saltus, &c.

Xpud. Præpositio est, quæ nunquam composita reperitur: apposita verò casibus, quandoque locum denotat. ¶ Ἐπὶ *iussi. mansi, egis.* Gall. *Auprés, chez, devant.* Ital. *Appo, appresso, presso.* Germ. Bey. Hisp. *Cerca.* Angl. *By ernigh.* ; ut, Nec edes, nec bibes quicquam apud me. Plaut. *Most. sc.*3. Apud me cœnabis hodie. Idem *Curc. sc.*3. *a.*5. Apud te habitabo. Idem *Men. sc.*7. *a.*5. Metuit ne apud prætorem solvere. Idem *Curc. sc.*3. *a.*5. Haud diu apud hunc servitutem servio. Idem *Mil. sc.*1. *a.*2. Hic apud me nunquam delinges falem. Idem *Curc. sc.*4. *a.*4. Apud hasce ædes, (i. ibi, vel ad, vel propè.) Idem *Men. sc.*2. *a.*1. Etiam decem minæ apud te sunt (i. pro te impensæ) & eas mihi debes. Idem *Most. sc.*3. *a.*1. Quid apud hasce ædes tibi est negotii? Idem *Amphitr.* Apud hostes dum sedemus. Idem *ibid.* Quæ apud legionem vota vovi. Idem *ibid.* In mediciniis, in tonstrinis, apud omnes ædes sacras; *ibid.* Servire apud te. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 2. Qui? audio? Vix apud me sum. Idem *Men. sc.*4. *a.*4. Neque apud amicam, neque domi, &c. *Ibid. sc.* 3. *a.*4. Tuus animus apud nos est fixus clavo Idem *Asin. sc.*7. *a.*1. Apud ortum te videbo, *ibidem sc.*2. *a.*3. Ego mihi apparari iussi istic apud te. Idem *Men. sc.*2. *a.*1. Conduxit coquos apud forum. Idem *Aul. sc.*2. *a.*1. Herus major apud forum est. Idem *Asin.* Apud vos id proloquar. Idem *Cap. Prolog.* Apud mensam loquebatur. Gell. *cap.*22. *lib.*2 bis, & *cap.*9. *lib.*9. Apud cœnam cùm discubitum erat, legebatur: idem *cap. ult. lib.*3. Ubi istuc est loci? apud Fastitudinas insulas, Plaut. *Asin. sc.*1. *a.*2. Potius, quàm hoc pacto apud te serviant. Idem *Aulul. sc.*1. *a.*1. (i. tibi.) Credo Deos voluisse ut apud te me in nervo cæcem. *ibidem sc.*1. *a.*4. Apud hunc confessus es divitias meas. Idem *Capt. sc.*4. *a.*3. Essétne apud te acceptissimus (i. tibi.) *Ibid. sc.*5. *a.*3. Apud Novercam quærere. Idem *Pseud. sc.*3. *a.*1. Res agitur apud iudicem. *Ibid. sc.*3. *a.*2. Iube igitur nobis tribus apud te prandium accurarier. Idem *Menach. sc.*3. *a.*1. Devortor apud anum illam. Idem *Pseud. sc.*2. *a.*2. Apud te servire tibi postulas viros. Idem *Sten. sc.*2. *a.*1. Oratores qui apud Concliones Athenienſium Bonuerunt. Gell. *cap.*3. *lib.*18. Apud lecti fulcrum capsula. Idem *cap.*15. *lib.*10. Apud se esse (i. sui compos, suppl.) Senec. *cap ult. de Tranq. vitæ.* Apud aram supplicare. Suet. *in Calig. cap* 35. Apud amicos quid statuere. Liv. 6. *ab Vrb.* Apud milites concionatur. Cæs. *lib.*1 *de bell. civ.* Apud Senatum, pro in. Suet. *in Tib. cap.*42. Accipias apud te alienum (i. domi.) Plaut. *Men. sc.*2. *a.*3. Lupos apud oves linquere (i. cum, vel inter.) Idem *Pseud. sc.*2. *a.*1. Apud Mantuam hæc scripsi. ¶ Quandoque personam: ut, Apud regem. Quandoque loci & personæ conjunctionem, ut, Cenavi apud Pompeium. Sed quum ad personam refertur, plerumque familiaritatem significat, non dominium: ut, Fui apud te, id est, tecum, vel domi tuæ. Penes verò & potestatem, & personam, & dominium (i. in, cum dativo.) Ovid. *lib.*1. *Fast.*

*Me penes est unum fasti custodia mundi.*

Quamquam etiam sine dominii significatione aliquando inveniatur, ut latiùs docebimus suo loco. Apud, aliquando accipitur pro In, ut apud Terent. *in Andr.* De Davo modò apud forum audivi. ¶ Apud se dicitur esse, qui omissis negotiis se in recessum recipit. Cic. *lib.*1. *de Orat.* Marcus verò Scaurus, quem non longè ruri apud se esse audio. Magis tamen videtur, apud se, *in loc* Cic. *loco* accipi pro Domi suæ, quemadmodum frequenter apud Terent. Apud nos, pro Domi nostræ. ¶ Apud, etiam Juxta significat. Cic *de offic.* Cuius focum mirari solitus Cato, apud quem ille sedens, Samnitum quondam hostium, jam clientium suorum munera repudiabat. Idem *de Orat.*1. Quum etiam tum in lecto Sulpitius esset, apud eum Crassus sederet. ¶ Apud aliquem obligari, pro alicui. Iulianus *D. de fide instrib.*, Fideiussor obligari non potest ei, apud quem reus promittendi obligatus non est. ¶ Apud, exponitur etiam per Inter. Cic. *pro Frontio*, Studijs militaribus apud iuventutem obsoletis, hoc est, inter juvenes. Tale est quum dicimus, Mos fuit apud Romanos, pro eo quod est inter Romanos. ¶ Apud majores, vel patres nostros, pro temporibus majorum, vel patrum nostrorum. ¶ Apud Platonem, id est, in Platonis libris. Cic. 1. *de Divin.* ¶ Apud, aliquando postponitur suo casui. Tacit. *lib.* 5. Ripam apud Euphratis, & *lib.*4. Mœnum apud & Ravennam.

Xpus, odis, vel cypsellus, ¶ ἀπυσπόλιος. Angl. *A martinet birde.* ¶ Avis est de genere hirundinum, cuius pedes curti, & mutili, quasique inutiles. Plin. *lib.*10. *c.*39. Plurimùm volant quæ Apodes, quia carent usu pedum: ab aliis Cypselli appellantur, hirundinum specie. ¶ Est & aquilæ species apud Avicennam Atlachine. ¶ Apud Pausaniam verò aquilæ cygneæ fit mentio *in Arcad.* Et quæ variis pedibus, τετράπους recentium.

Apulia, extra portus, si de terra: extra columnas, si de mari. Tertull. ¶ Xpúlia, *Puglia*, Italiæ regio mari Adriatico contermina, inter Daunium & Calabriam, quæ & Iapygia, ab Iapyge Dædali filio, qui eam regionem retinuit, dicta est ἀπὸ τοῦ. Corripit autem hoc nomen primam syllabam, & unico p, scribendum est: assumit tamen interdum alterum p, ut eandem producat. Secundam autem semper producit. Contrà Apulus semper primam producit, & corripit mediam. Horat. *lib.*3. *Carm.* Nutritis extra limen Apuliæ. Iuvenal.

*Vendit agros, sed maiores Appulia vendit:*

ubi & prima producitur. ¶ Hinc Apulus, a, um, sive Appulus, adject. Luc. *lib.*5.

*Appulus Adriacum exit Garganus in undas.*

Xpyrenòn, ἀπυρηνον, q. non est mali Punici dulcissimi, ita dictum, quasi ἀπὸ τοῦ πυρήν, hoc est, sine nucleo: non quòd prorsus nucleis carnat, sed quòd eos habeat minùs lignosos. Quo fit, ut & acinos habeat blandiores & minùs amaros. Plin. *lib.*13. *cap.*19. Mart. *lib.*13.

*Lecta suburbanis mittuntur apyrena ramis,*
*Et verna tuberes, quid tibi cum Libyci?*

Senec. *Epist.*86. ¶ Legitur & adjectivum Apyrinus, a, um: ut, Apyrinus fructus, hoc est, dulcis, nucleique minus lignosis, qualem habent apyrena. Colum. *lib. de Arborum*, *cap.*23. Ea res fertilem arborem reddet, & primitivis annis fructum vinosum, postea verò etiam dulcem, & apyrinum facit.

Apyrum sulphur, ἄπυρον θεῖον. Plin. *lib.*33. *cap.*11. vocat sulphur vivum, quodque ignem non est expertum: πῦρ enim Græci vocant incoctum, & quod igni non est admotum. Unde & Apyri tripodes, ἄπυροι τρίποδες dicebantur, qui ignibus intacti erant, ut qui non culinario usui, sed donorum, templorumque ornatui dicati erant.

Xpyretos, ἀπύρετος, genuina ignis carbonis similitudinem referens, quam Ovid. 2. *Metam.* Pyropum vocat. Latini Carbunculum: inde Apyretus dicta, quòd ignem non sentiat. Plin. *lib.*37. *cap.*7. Principatum habent Carbunculi, à similitudine ignium appellati, quum ipsi non sentiant ignes, ob id à quibusdam Apyroti vocati.

A Q

Xquæ, componi videtur ex A, & qua, quasi à qua vivamus, ait Festus. ¶ Ὑγρὸν μάσιμον. *visi.* Gall. *Ian.* Ital. *Acqua.* Germ. Wasse. Hisp. *Agua.* Angl. *Water.* ¶ Unde aqua & igni interdici solebat damnatis. Aquæ & ignis interdictio. Vellejus. Aqua deficit (i. clepsydra.) Quint. l. Aquam perdere (de clepsydra.) Idem Quint. Paris & aquæ exclusit, & tamen ac lis permit. Scæc. *cap.*11, *de Tranq.* Aquæ metallarii (i. urinæ.) Plaut. *Amph.* apud Nonium in Metalla. Respiratio sub aqua, Quint. Diem, aquam, salem argento non emo. Plaut. *Sin. sc.*3. *a.*1. eno aquam manibus puer. Idem *Most. sc.*3. *a.*1. Aquam hausisse dicere, si quis peteret. Idem *Aul. sc.*2. *a.*1. Aquam hercle plorat, &c. *Ibid.* Neque aqua aquæ, neque lac lacti similius. Idem *Men. sc. ult. a.*5. Ex uno puteo similiter nunquam potest aqua aquæ simi. Idem *Mil. sc.*6. *a.*1. Quasi aquam frigidam ferventem esse ita putarit. Ita putatis leges. Idem *Curc. sc.*2. *a.*4. Pernam, callum, sumen, facito in aqua iaceant, i. macerentur. Idem *Pseud. sc.*2. *a.*1.

*Nec cœlum patior, nec aquis assuevimus istis.*

Ovid. *Eleg* 3 *lib.*3. *Trist.*

*Nec cœlum, nec aqua faciunt, nec terra, nec aura.*

Idem *Eleg.*8. *lib.*3. *Trist.*

*Ieiuna numerum dicere coner aqua.*

Idem *Eleg.*2. *lib.*5. *Trist.* Aquam & ignem sumebant nuptæ, & qui funus persecuti fuerant, redeuntes ignem supergredrebantur aqua aspersi, quod purgationis genus vocabant Suffitionem. Hoc elementum cæteris omnibus videtur imperare. Terras enim devorant aquæ, flammas necant, scandunt in sublime, & ipsum quoque sibi vendicant cœlum. Quid esse mirabilius potest, quam stare in cœlo aquas? At illæ non modo in tantam altitudinem, sed secum quoque piscium examina, & lapides rapiunt. Eadem cadentes omnium in terra nascentium causa fiunt: fruges, arbores, frutices juvant, migrant in cœlum, ut vitalem animam deferant herbis. Præterea alibi calidæ sunt, alibi frigidæ, alibi tepidæ, & penè omnibus morborum generibus auxiliantur. Aliæ sulphuris, aliæ aluminis, aliæ salis, aliæ nitri, aliæ bituminis, aliæ æris. Aliæ acidæ sunt, aliæ salsæ, & cunctæ hominum tantùm causa videntur erupisse. Generatim nervis prosunt omnes, aliæ pedibus aliæ coxendicibus, aliæ luxatis, aliæ fractis: aliæ extenuant alvos, aliæ sanant vulnera, aliæ capiti auribúsque & oculis privatim medentur, aliæ sterilitatem mulierum, & virorum insaniam abolere produntur, nonnullæ juvant calculosos, aliquæ prohibent abortum. Sunt quæ tollunt vitiligines, aliæ podagris prosunt: aliæ tertianas febres discutiunt, aliæ dentes siftunt: aliæ ungulas etiam jumentorum indurant, aliæ subtiliores faciunt sensus, aliæ memoriam afferunt, aliæ oblivionem inducunt, aliæ canoras voces faciunt. Hæc Perottus ex Plin. quibus illud præterea addit, se deduxisse aquas in agro Viterbiensi, quæ lethargicos, & hydropicos & colicos curant, luxatos statim sanant, dentes ea collutos sistunt, scabiem, lichenas, vitiligines mira celeritate tollunt, famem omnino sublato fastidio inducunt, fœcunditatem mulieribus afferunt, venerem debilitatam excitant, calculorum vitia discutiunt. Hæc ille. ¶ Aqua, priore producta, aut disjuncta ultimâ. Lucret. *lib.*6.

*Fit quoque ubi in magnas aquas, vastásque lacunas*
*Glæba vetustate à terra provelvitur ingens.*

Ibidem *ibid.*

*Quæ calidum faciunt aqua tactum atque saporem.*

¶ Alii aquam, quasi æquam, hoc est, æqualem dictam volunt, ablato e, quòd aqua, nisi ventis agitetur, nihil sit æqualius. ¶ Aspersisse aquam proverbialiter quis dicitur, qui dicto quopiam reddiderit animum, ac metum ademerit Plaut. *in Bacch.* Evax aspersisti aquam. Idem *Truculent.* Aspersisti aquam, iam rediit animus. Idem *Amph. sc.*1. *a.*5. Animo male est, aquam velim. Idem *sc.*3. *a.*2. Datin' aqualem cum aqua. *Cur.* Animo malè est. *Ph.* vin' aquam? *Curc.* Si fruitulenta est: translatum ab iis qui in deliquio, quem Græci λειποθυμίαν appellant, aspersi in faciem aqua ad sui sensum revocantur. ¶ Aqua caduca, ex lacubus abundans. Lex. IC. Aqua pedum, est urina. Isid. 36. Et bibant urinam pedum suorum. Hebr. est, Bibant aquam pedum. ¶ Aquam bibens nihil boni parias, πῖνε ὕδωρ, μηδὲν ἀγαθὸν πράξεις: cuius proverbii sensus est, à poëtis nihil præclarum, aut venustum proficisci, se biberent aquam, hoc est si pauperes fuerint & tenui victu. Demetrius Halicarnasseus. ¶ Inaniter aquam consumis, μάτην ὑδατίζεις ὦδε. In eos quadrabit qui frustrà suadent. A prisco more indiciorum sumptum, in quibus ad clepsydræ modum dicebatur. ¶ In aqua hæret. In eos competit, qui sic implicanter negotio quopiam, ut se nequeant extricare. Cic. 3. *Offic. de Epicuro.* Dicit ille quidem multa multis in locis, sed aqua hæret, ut aiunt. Translatum apparet vel a fluitantibus, vel certè ab Oratorum clepsydra. ¶ Aquam cribro haurit, πρίνῳ ὕδωρ ἀντλεῖ, ἀντλήσεις. In aqua scribis, εἰς ὕδωρ γράφεις. In aqua sementem iacis, εἰς ὕδωρ σπείρεις. Aquam in mortario tundere, ὕδωρ ἐν ὑδρίᾳ κόπτειν, & similes paræmiæ in eos quadrant, qui laborant inaniter. ¶ Ad aquam malus, ἐπ' ὕδωρ κακός. In infimæ sortis homines olim dicebatur, ac sordidissimis quæstibus addictos: propterea quòd antiquitus infames habebantur, multóque omnium contemptissimi, qui histrionibus aquam subministrare consueverunt. ¶ Aquam igni miscere. πῦρ ὕδατι μιγνύναι, inter proverbia,

verbis, quibus ὑδατοῦσθαι significamus, referendum est. Pugnat enim aqua cum igne. Plutarch. *in lib. εἰ τὰ πρὸς ὑγρὰ*. ¶ Mitte in equam, *ἄπιθι εἰς ὕδωρ* hoc est, aufer e medio. Dicitur vel in hominem, vel in rem exitio addictam. Tractum à supplicio quorundam, qui in profluentem, aut mare mittebantur. ¶ Aquam è pumice postulas, pro eo quod est frustrà ab alio petere, cujus ipse a quo petas maximè sit indigus. ¶ Cremo puram aquam turbans, nunquam invenire potum, *ἀσελγὴς γὰρ ἀκρατοποσία ἐστίν*, ἔνθ' ἀζήνας πίνει. Dici solitum, ubi quis ea quæ sunt per se pulcherrima, contaminat, admistis iis quæ sunt turpissima.

Aquŭla, diminutivum ab aqua. { ὑδάτιον. Angl. *A litle brooke.* } Mandè suffundam aquulam { ne crepent cardines. } Plaut. *Curc. sc. 1. a. 1.* Cic. *lib. de Orat.* Quæ mihi videntur non tam ipsa aquula, quæ describitur, quàm Platonis oratione crevisse. Et *lib. 2.* Ubi non seclusa aquula tenearur, sed unde universum flumen erumpat. ¶ Est & aquula Ptolemæo oppidum Hetruriæ: unde Aquulenses, quos Aquenses vocat Plin. *lib. 3. cap. 5.*

Aquæburgum, urbs Bavariæ, vulgò Wasserburg.

Aquæductus, us, ui, ab aqua ducenda. { תְּעָלָה *tehalah*, ὑδραγωγία. Gall. *Conduite d'eau.* Ital. *Acquedotto.* Germ. Wasserleitung/ wassergräben/ wasserfurt. Hisp. *Aguaduces para traer agua.* Angl. *A conveyance or cunduite of water.* } Est enim aquarum deductio, hoc est, quum aliunde aqua derivatur, ut per cuniculos impositis canalibus aliò inducatur, sive ad bibendum, sive ad irrigandum, ut est videre apud Julium Frontinum *in lib. 1. de Aquæductibus Romanorum.* Erat autem apud veteres duplex ratio ducendæ aquæ. Nam aut per subterraneos cuniculos ducebatur, aut opere arcuato. Utriusque generis etiam hodie Romæ non pauca extant vestigia. Ulpian. *de servit. rust. pred.* Servitutes rusticorum prædiorum hæ, Iter, actus, via, aquæductus.

Aquæficium, dicitur quum aqua pluvialis mediis quibusdam elicitur: quod in magnis siccitatibus aliquando factum creditur.

Aquæni vāles mensæ adhibebantur antiquitus, quæ decoquebantur ut essent salubriores, *ἕλυτα χοιλά*. Postea coloni vario & sacco attenuabantur, deinde refrigerabantur.

Aquāgium, quasi aquæ agium, inquit Festus. Idem quod aquæductus. *ὑδραγωγία, ὑδραγώγιον.* { Angl. *A conveyance or cundite of water.* } Pomp. *l. hoc iure, de aq. quotid.* Dummodò ne fundum domino, aut aquagium rivalibus deterius faciat.

Aquā intercus, morbus est, quem Græci Hydropem appellant. { Gall. *Hydropisie.* Angl. *The dropsie.* } quum inter cutem aqua colligitur, qua corpus turgescit, *ὑδρωψ, ὑδρωπικός.* Nonius, Aqua intercus, hydrops morbus, quasi aqua inter cutem. Cic. 3. *Offic.* Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem. A Celso Aqua inter cutem appellatur: ita enim habet ille *lib. 3. cap. 2.* Longiùs verò fieri potest morbus eorum, quos aqua inter cutem malè habet. Plinius vocat aquam subter cutem fusam.

Aquālĭcus, Alvus, quo sordes defluunt. Item genus quoddam lati intestini, ex quo farcimina fieri solent. Apicius, Reple aqualicum, sic ut laxamentum habeat, nec dissiliat in coctura.

Aquālĭcŭlus, diminutivum est ab Aqualicus, vas est in quo porci sorbent. { γύρος. Gall. *Auge où mangent les pourceaux.* Ital. *Albio, Abuolo da porci.* Germ. Ein sautrog. Hisp. *Baxo ò barriga, Dornajo donde comen los puercos.* Angl. *A trenghe for swyne.* } Per translationem pro ventre, sive alvo sumitur, tam occulta, quàm apparente, in quam sordes fluunt. Persius *Satyr. 1.*

——— *ungaru quum tibi calvæ*
*Pinguis aqualiculus propensoque sesquipede extet.*

In quo Cornutus scribit aqualiculum proprie ventrem esse porci, & per translationem de humano ventre dici.

Aquālis, generis masculini, genus vasis ad aquam tenendam, quo aqua manibus datur, quod & Matellio dicitur, teste Varrone. } כּוֹס *cos*, סְפַל *sephel*, גְּבִיעַ *ghebiah*, חַר *châd.* ὑδρία. Gall. *Eguiere, pot à eau.* Ital. *Vrna.* Germ. Ein wassergeschirr/ ein gießfaß. Hisp. *Jarro de agua para bever.* Angl. *A laver, or eawer to washe the handes.* } Plaut. *in Curc.* Date isti scilam ut sedeat, & aqualim cum aqua.

‖ Aquĭna, aquæ: ut, Terrena, terrea. Tertull. ‖

Aquārĭŏlă. } Angl. *Places where water is voyded.* Dicuntur latrinæ, in quas lotura projicitur: nec in culina tantùm, sed & in tricliniis, & cubiculis, & cœnationibus cum dignitate & elegantia fiunt.

Aquārĭŏlī, dicuntur mulierum impudicarum sordidissimi assectæ. Festus. { μαστροπεῖς, μαστροποί. Gall. *Maquereaux.* Ital. *Ruffianelli.* Germ. Hurenfürer/ Hurenwaibel. Hisp. *Alcahuetes.* Angl. *Bandes, marchaunces of hoores.* }

Aquārĭŏlum, sive aquarium, ὑδρηχεῖον, locus in quem sordida aqua demittitur, qui & Lavatrina dicitur à lavando, & per syncopen, Latrina.

Aquārĭum, ii, locus in flumine, aut alia quavis aqua, ad quem animalia potum aguntur. { שְׁקוּי *schóketh.* ὑδρεία, ὑδρεῖον. Gall. *Evier, abrevoir.* Ital. *Luogo de abeverare.* Germ. Ein ort das sich das wasser versamlet/ und das vich darab trendet/ Brunntrog. Hisp. *Abrevadero donde beven bestias.* Angl. *A place where beastes may drink at in rivers or any waters.* } Cato *cap. 1.* Si poteris, sub radice montis fiet, in meridiem spectet, loco salubri, operariorum copia fiet, boúmque ibi aquarium. ¶ In Glossario sic legitur, aquarium, ὑδατοχώριον.

Aquārĭus, a, um, quod ad aquam pertinet, ὑδατικός: ut, Cos aquaria. { Angl. *A grindstone going in troughes of water.* } Gell. Re aquaria defectos. Aquārius urceus. Gell. *cap. 29. lib. 10.* Plin. *lib. 34.* Quippe quum in exacuendo oleares cotes, & aquariæ differant, oleo delicatior ei fiat acies. Aquarii, servi dicuntur aquarum custodes & hydrophylaces.

Aquārĭus, ii, undecimum signum Zodiaci, est proximum Capricorno, quod oritur xv. Kalend. Febr. } ὑδροχόος. Gall. *Vn des douze signes du Ciel, le Verseau.* Ital. *Acquario.* Germ. Wassermann. Hisp. *Aguador.* Angl. *One of the twente signes of heaven.* } Juvenal. *Satyr. 6.* Venit conductus Aquarius, Fabulamur Poëtæ hunc fuisse Ganymedem, quem Jupiter ejus pulchritudine captus, ab aquila in cœlum raptum, ministrum suum fecisse existimatur.

Aquārĭus sulcus, qui aquam educit, ἔκπλους ὑδάτων. Col. *lib. 2. cap. 7.* Crebrósque sulcos aquarios, quos & nonnulli Elices vocant.

Aquātĭcus, a, um, qui in aqua degit. { ἔνυδρος. Angl. *That liveth in the wather.* } sicut terrestris, qui in terra vivit. Plin. Terrestres & aquatici pisces. ¶ Aquaticum dicitur etiam quod in aquis, aut propè aquas nascitur. Plin. *lib. 16. cap. 36.* Inter ea quæ frigidis gaudent, & aquaticos frutices dixisse conveniat. ¶ Aquaticus etiam dicitur Auster, quòd pluviam inducat. Ovid. *1. Met.* Pallad. *lib. 1. cap. 31.* Aves aquaticæ.

Aquātĭlis, aquaticus, ὑδατώδης. } Angl. *whatsoever liveth in the water.* } Plin. *lib. 9. cap. 12.* Aquatilium tegmenta plura sunt. Cic. *2. de nat. Deor.* Beluarum autem terrenæ sunt aliæ, partim aquatiles, aliæ quasi ancipites, in utroque sede viventes. Varro *lib. 2. c. 64.* Amurca, qui est humor aquatilis olex.

‖ Aquigĕna, aquâ geniti, pisces. Terrigĕna, terrâ. Tertull. ‖

Aquĭlex, qui aquam allicit & ducit. { ὑδραγωγός. Gall. *Maistre fontenier.* Ital. *Colui che ranoglie l'acqua.* Germ. Der die Brunen erfindt/ Brunnen meister. Hisp. *El que coje agua derramada, ò el que conoce donde ay agua.* Angl. *A welmaister that gathered waters together.* } Varro *in Quinquatrib.* An hoc præstat Herofilus Diogeni (ut legit Scaliger,) quòd ille è ventre aquam mittit? an hoc te istas? at hoc pacto utilior te Tuscus aquilex. Ex Nonio.

‖ Aquimanīle, χειρόνιπτρον, Gloss. i. e. χειρονιπτῆρες, pollubrum habens aquam manibus abluendis. ‖

Aquiminale, vas Aquarium dicitur à Paulo *in l. 3. de supel. leg.* Nam & pelves argenteas, & aquiminalia argentea.

Aquiminārium, vas quoddam escarium fuit. Pomp. *in l. 21. §. 1. D. de aur. & arg. leg.* Sed de aquiminario Cassius ait, quum alteri argentum potorium, alteri escarium legatum esset, escario cedere. Item Ulpian. Si cui escarium legatum sit, argentum aquiminarium continetur. Nam & hoc propter escam paratum est.

‖ Aquinarius, vas aquis ferendis. ‖

Aquō, ās, are, verbum castrense est, Aquam haurio, sive aquam fero ad usum exercitus, vel alterius rei. { שׁאב *schaab*, ὑδρεύω, ὑδροφορέω. Gall. *Prendre eau, se fournir d'eau.* Ital. *Cavar acqua, andar per acqua.* Germ. Wasser schöpffen/ sich mit wasser versehen. Hisp. *Ir por agua para el real.* Angl. *To furnish water, to drawe and beare water to and hoste.* } Cæs. 1. *de bell. civil.* Aquabatur ægrè. Curtius, Quum miles aquarum profectus esset. Virgil. Sub mœnibus urbis aquantur. Vide in dictione *Adaquo.*

Aquātĭo, onis, verbale, Actus aquandi, hoc est, aquam ad castra asserendi. { ὑδρεία. Gall. *Puisement d'eau, ou apport, abreuvement.* Ital. *L'anacquare, l'andare à pigliar acqua.* Germ. Wasserschöpffung/ ein wasserholung. Hisp. *El traer agua para el real.* Angl. *Drawing or bearing of water to an armie.* } Cæs. *de bell. Gall.* Tamen sese non longiùs millibus passuum quatuor aquationis causa processurum eo die dixit. ¶ Aquatio item Aquarum pluvialium abundantia. Plin. *lib. 32. c. 7.* Et hoc urebatur in multis variisque per aquationem Autumni nascentibus. Pallad. *lib. 3. c. 17.* Et salices aquationibus adjuvandas, id est aquarum abundantia in locis humidis & riguis.

Aquātŏr, oris, qui aquandi ministerium, præsertim in exercitu facit. { שׁאב מים *schoeb máim.* ὑδροφόρος. Gall. *Porteur d'eau, celuy qui fournit d'eau au camp.* Ital. *Chi va per acqua per fornire uno exercito.* Germ. Der ein läger mit wasser versihet/ wasser/ schöpffer. Hisp. *Aguador del real.* Angl. *Vvich draweth and furnisheth water a bearer of water to an armie.* } Cæs. 1. *bell. Civ.* Hæc consultantibus eis nuntiantur aquatores ab equitatu premi nostro.

Aquātus, a, um, Aqua mixtus aqua dilutus. { מזוג *mazúgh.* ὑδρόκρατος. Gall. *Abstionné d'eau, où on a mis de l'eau.* Ital. *Adacquato, acquoso.* Germ. Wässerechtig/ mit wasser vermischt. Hisp. *Aguado.* Angl. *Alingeld or mixed with water.* } ut, Aquarum vinum. Interdum idem quod aquosus: ut, Lac aquatum. Plin 28. *cap. 9.* Omne autem vernum aquatius æstivo.

Aquĕus, a, um, quod ex aqua est, ὑδατώδης: ut, Color aqueus.

Aquōsus, a, um, quod copiam aquæ habet. { ὑδατώδης. Gall. *Plein d'eau, aqueux, fort humide.* Ital. *Acquoso, abondante d'acqua.* Germ. Gewässert/ das vil wasser hat. Hisp. *Lleno de agua, humedo.* Angl. *Full of water, waterish, very wet.* } ut, Hyems aquosa. Col. *lib. 4. de ficis*, Locis, inquit, frigidis, & autumni temporibus aquosis præcoces serito. ¶ Hujus compositum, & contrarium est inaquosus, ἀνύδρος.

Aquōsissĭmus, Superlativus, Senec. *Quæst. nat. 3. cap. 11.* Quia ferè aquosissima sunt quæcunque umbrosissima. ¶ Pisces aquosus. Virg. 4. *Georg.* Id est, Australis piscis, qui Aquarii undam suscepit, nam oritur quo tempore pleiades occidunt.

Aquæ Augustæ, ὕδατα αὐγούστα, urbs in Gallia Aquitanica, Ptolemæo. Hanc vulgò *Baionam* vocant.

Aquæ Cālidæ ὕδατα θερμά, urbs Britanniæ insulæ, Ptol.

‖ Aquaemolus, in Lex. vet. Græcol. ὑδραίμολος, *aquaemolus*, fortè *aquæ mola* legetur: nisi placuerit genus masculinum, quod in Græca voce est, retinere. Ibidem, *Aquamulina*, ὑδρομύλη, ubi Vulcanius in notis: fortè *aquæ molina.* ‖

Aquæmortĭæ, hodie vocatur oppidum Narbonensis provinciæ, ad alterum ex Rhodani ostiis situm. Ptolemæus Marianas fossas appellat, à propinqua fossa, quam Marius ex Rhodano duxit in vicinum lacum, ostreis (ut scribit Strabo) abundantem. De hac fossâ vide Plin. *lib. 3. c. 4.* & Melam. *lib. 2.* & Strab. *lib. 4.* Vulgò *Aigues-mortes.*

Aquæ Sĕxtiæ, ὕδατα σέξτια, Ptolem. Urbs Galliæ Narbonensis, juxta quam sunt aquæ calidæ, quæ ægros curare solent: ita appellatæ à Sexto quodam Romanorum duce, qui perdomitis Salybis oppidum extruxit. Autor est Strab. *lib. 4.* vulgò *Aix en Provence.*

Aquifŏlĭă, species est ilicis, mespilum foliis referens, ἀγριομηλέα, ἢ κρατοπύρος. Theophrasto: unde & Mespilus sylvestris, μηλέα ἄγριος, à nonnullis appellatur. Vide Plin. *lib. 24. cap. 13.* & *lib. 27. cap. 8.*

¶ Aquifolia etiam diversa arbor est, semper viridis, cuius folia per omnium aculeata, ac spinosa, fructus rotundus ac rubeus. Ex cujus corticibus in limo putrefactis fit viscum capiendis avibus. Olim vocata est aquus, pro acus. Theophrasto ἀγρία, non verò, ut putavit Plin. κράταιγος.

Aquila, urbis nomen est in Brutiis, ex ruinis Furconiis, antiquissimi oppidi, à Longobardis ædificatæ. Volater.

Ἀϙυίλα] נשר nēsher. ἀετός. Gall. *Aigle*. Ital. *Aquila*. Germ. Ein Adler. Hisp. *Aguila*. Angl. *An egle*. Regina avium, quam poetæ Iovis alitem, ejusdemque armigeram appellant, & fulmina ei subministrare fabulantur. Cui fabulæ occasionem dedit aquilæ natura, quia sola avium & fulminis ictu non læditur, & Solis fulgorem oculis inconniventibus potest aspicere. De Aquilæ pullis, & quot, Plut. *in Mario*. Ubi Aquila Catamithum rapit. Plaut. *Aten. sc.* 2. *a.* 1. Sex autem Aquilarum genera enumerantur à Plin. *lib.* 10. *cap.* 3. Primum est Valeria, μελανάετος, apud Eustathium, minima magnitudine, viribus præcipua, colore nigricans: sola aquilarum fœtus suos alit, sola sine clangore, sine murmuratione conversatur in montibus. Secundi generis est Pygargus, πύγαργος, eo quòd πυγὴ ἀργὴ, id est caudam albam habeat, & albicante sit cauda, cognomine ὀφενδόβατος, id est, hinnularia. In oppidis & campis manserat. Tertii generis est Anataria dicta, γένος ὑπὸ μέγεθος, κλάσος, melius quàm ψαλάσος apud Aristot. Hanc Homerus ὀξυάετον, percnum, & Latini plancum vocant, secunda magnitudine & vi: huicque vita circa lacus, utplurimùm. ¶ Sex autem aquilarum genera enumerantur à Plinio, Melanaëtos, quæ & Valeria: Pygargus: Morphnos, quam & Percnon Homerus, Latini Plancum & anatariam vocant: Percnoperus: Oneosis & Halyæetus. ¶ Aquila non captat muscas, ἀετὸς οὐ θηρᾷ τὰς μύας. quo significatur summos viros negligere minutula quæpiam. Animus enim excelsus res humiles despicit. Aut, egregiè docti nonnunquam in minimis quibusdam laborant. Et maximis occupati negotiis ad pusilla quædam connivent. Effertur & citra negationem adagium, ἀετὸς μύας θηρᾷ, Aquila venatur muscas, quoties magnis minima sunt curæ. ¶ Aquila nubibus, ἀϊδὸν εἰς νεφέλας: plerique interpretantur de re magna quidem, sed quam non facilè assequaris: alii de iis qui longè reliquis præcellunt. Aristoph. *in Equit.* ¶ Iupiter aquilam delegit, ζεὺς ἀετὸν ἔλαχε, ubi quis ascisci sibi præclaros, fulsisque rebus accommodos. ¶ Aquilam cornix provocat, ἀετὸν κορώνη ἐρεθίζει. Locus fuerit adagio si quando leviusculus quispiam homuncio, qui neque prodesse queat, neque lædere, maximis viris allatrat. ¶ Aquilæ senecta, ἀετοῦ γῆρας. In senes dicebatur bibaces magis, quàm edaces. Aquila stirpes despiciens, ἀετὸς τρίγλας ἐρᾷ. De magnis qui pusilla negligunt. Est enim τρίγλη avicula minutissima, aut vermiculi genus. ¶ Aquilam testudo vincit, accipi potest per ironiam, aut simpliciter, ubi quis potentiorem arte vincit: & quod viribus non potest, assiduitate conficit. ¶ Aquilam volare doces, ἀετὸν διδάσκεις πέτεσθαι. In eos competit qui monere quempiam conantur in ea re, in qua quum sit ipse exercitatissimus, nihil eget doctore. ¶ Aquila præterea, sydus cœleste est, cujus ala dexera circulum æquinoctialem attingit, sinistra autem non longè à capite Ophiuchi videtur figurata. Rostrum eius à reliquo corpore dividit circulus à Cancro ad Capricornum perveniens. Exoriente Leone occidit: exoritur tamen cum Capricorno. Habet in capite stellam unam, in utraque ala unam, & unam in cauda. ¶ Est etiam aquila, piscis nomen ex genere planorum, quem & Græci ἀετὸν appellant, teste Plin. *lib.* 9. *cap.* 24.

Aquilaria loci nomen. Cæs. 2. *de bell. civ.*

Ἀquilīnus, a, um, quod est aquilæ, vel quod ad aquilam pertinet. { ἀετῶδης. Gall. D'*aigle*. Ital. *Aquilino*. Germ. Das zu dem Adler gehört. Hisp. *Aquileno, cosa de aquila*. Angl. *Of an egle, belonging to an egle*. } ut, Aquilinæ ungulæ, Plautus *in Pseud. scena* 2. *a.* 3. An tu invenire postulas quenquam coquum, nisi sit milvinis, & aquilinis unguli? Ubi Aquilinas ungulas dixit pro manibus rapacibus, quales sunt ungues aquilarum.

Ἀquilīferi, dicti sunt signiferi in Romana militia, ἀετοφόροι, ab aquila, quam Romanis legionibus Marius in secundo Consulatu suo propriè dicavit: fuitque tanquam princeps totius legionis signum. Cæs. 3. *de bel. Civ.* In eo prælio quum gravi vulnere esset affectus aquilifer. Vide Suet. *in Cæs. cap.* 62. Habuerunt & Romani alia quatuor signa, videlicet lupos, minotauros, equos, apros, quæ singulos ordines antibant. Item & Draconem, unde Draconarii. Postea tamen repulsis cæteris, unam servaverunt aquilam.

Ἀquilĕgium, Aquæ collectio, & aquæ ductus. { ὑδρία. Angl. *A conduite or conveyance of water*. Plaut. Si pluet, aquilegio juvabo.

Ἀquilēia, ἀκυλήια, vulgò *Aquilia*. Carnorum metropolis, iuxta quam defluit Timavus: à legendis aquis dicta. Martialis,

*Et tu Ledæ felix Aquileia Timavo.*

Plin. Aquileiam collocat in decima regione Italiæ. *lib.* 3. *c.* 17. Fuit autem Romanorum colonia duodecies mille passibus à mari sita. Ad eam flumine adverso onerariis navigatur navibus per Natisonem fluvium. Ex qua orti sunt Chromatius, ad quem Hieronymus sæpe scripsit, & Rufinus Græcè Latinèque eruditus, qui Iosephum convertit in Latinum, cujus archetypon est Mediolani in sancti Ambrosii fano, Longobardis characteribus cariosissimis.

Aquilex, egis. ὑδροσκόπος. Gall. *Maistre fonteinier qui trouve les sources d'eau*.

Ἀquillius, ἀκύλιος. Cognomen Iurisconsulti, factum à colore subnigro. Festus. Item Historicus. Suet. *August. c.* 11. de quo Gell. *cap.* 22. *lib.* 2. Item, Aquiliorum conjuratio. Plut. *in Public.*

Ἀquĭlo, Ventus Septentrionalis, frigidus & siccus: ita dictus à vehementissimo volatu instar Aquilæ. Festus. { נשב tsephon. βορέας. Gall. *Le vent de Bise, le vent de Septentrion, du Nort*. Ital. *Aquilone, borea*. Germ. Nortwind, der Boser, der Schneebengst von mitnacht. Hisp. *Regannon, viento entre Norte y Solano*. Angl. *The northwind*. } Ovid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

*—— Æquatæ siccu Aquilonibus Istro.*

Ibidem,

*Tantáque commoti vis est Aquilonis, ut altos*

*Arguat humo turres, &c.*

Et *Eleg.* 10. *lib.* 1.

*—— stridens Aquilone rudentes.*

De hoc scribit idem *lib.* 6. *Metam.*

*Apta mihi vis est, quâ tristia nubila pello,*
*Et freta concutio, nodosaque robora verto,*
*Induroque nives, & terræ grandine pulso.*
*Idem ego quum fratres cælo sum nactus apertos*
*(Nam mihi campus is est) tanto molimine luctor,*
*Vt medius nostro concursibus insonet æther,*
*Exsiliantque cavis elisi nubibus ignes.*
*Idem ego quum subii conversa foramina terræ,*
*Suppositique ferox imis meа tecta cavernis,*
*Sollicito maneo, tremorique tremoribus ebrem.*

Flat autem hic ventus, teste Plin. *lib.* 2. *cap.* 47. inter Septentrionem & ortum solstitialem, è regione Cauri.

Ἀquilōnālis, e, adjectivum. { צפוני tsephoni. βόρειος. Angl. *Toward the north*. } Cic. *de nat. deor.* Sed etiam regio, quæ tum est Aquilonaris, tum Australis.

Ἀquilōnĭus, a, um, ut loca Aquilonia, in quibus flat Aquilo. Plin. *lib.* 27. *cap.* 13. Omnes verò herbæ vehementiores effectu viribúsque sunt in frigidis locis, ut in Aquiloniis. Col. *lib.* 11. *c.* 2. Aquilonius piscis desinit oriri.

Ἀquilus, a, um, cölör fuscus & subniger, ab Aqua. { שחכור schachór. ἀλουδής, χρῶμα. Gall. *Brun, tirant sur le blanc & sur le noir*. Ital. *Fosco, alquanto negro*. Germ. Braun, dunckelfarb. Hisp. *Un poco negro*. Angl. *Dunne colour, the colour of water, half yelyte half blake*. } Nã quum antiqui duos omnino naturales colores noscerent, album scilicet & nigrum, intervenit is quoque, qui ita neutri similis est, ut tamen ab utroque proprietatem trahat: quem potissimum ab aqua nominaverunt, cujus incertus est color. Plaut. *in Pœn.* Statura haud magna, colore aquilo. Suet. *in August.* Nasum à summo eminentiorem, & ab imo diductiorem, colorem inter aquilum candidúmque.

Aquinum, ἄκουϊνον Proleinæo, vulgò *Aequino*, oppidum est Latii, aut (ut aliis placet) Campaniæ, Cicer. 2. *Phil.* Quum Romam proficiscens ad Aquinum decederet, obviam processit magna sanè multitudo.

Ἀquipēnser, genus piscis, pro Acipenser. ὀξύρυγχος.

Aquisgranum, Germaniæ nobilissima civitas, prius Vegeta dicta, Caroli Magni sepulchro nobilitata. Vulgò *Aquisgrane*. { Germ. Aach. }

Aquitania, ἀκουϊτανία, Regio & tertia Galliæ pars, ab obliquis aquis Ligeris. Vulgò *Guienne*. Hæc à Circio Oceanum habet, qui Aquitanicus dicitur: à Meridie Hispaniam, à Septentrione Lugdunensem provinciam: ab Ortu Narbonensem: in ea Tolosa, & Burdigala civitates. ¶ Hinc Aquitanus, a, um: unde Aquitani populi, ἀκουϊτανοί.

Ἄquītes, Sacerdotis nomen apud Phasidem. Val. Flac. *lib.* 8.

*—— magnique sacerdos*
*Phasidis arcteris Aquites errabat in agris.*

Aquivergia, aquarum divergia & diverticula. Innoc.

Aquila, oppidum Hetruriæ, unde Aquilenses & Aquenses, Plinio & Ptolomæo dicti.

## A R

Ar veteribus, pro ad: ut Arduitur, pro additur, h. e. additur: Arlabitur, pro adlabitur. Prisc. Sic Arferiam aquam dicebant, & Arferium vinum, pro quæ inferis adferebantur, ac libabantur, vino atque aqua.

ĀRA, quasi ansa, ut Var. placet, dicta est à tripodibus, quòd sacrificantes ansas tenerent: vel potiùs, quia precantes manibus aras apprehenderent. { מזבח mizbeach. βωμός. Gall. *Autel*. Ital. *Altare*. Germ. Ein Altar. Hisp. *Ara, ò altar*. Angl. *An altar*. Hinc Virg. *Æneid.*

*Talibus orantem dictis, arásque tenentem.*

Primò ergo ansæ dictæ, deinde commutatione literarum aræ. Aræ apud Antiquos Asæ dicebantur. Terent. Scaur. *de Orthogr.* deinde Aræ, mutata litterula. Sunt qui aras ab ardendo derivent, quòd in iis victimæ adolerentur. Alii ab ἀράομαι, quod est oro (unde & ἀρὰ oratio dicitur) quòd in sacrificando oretur. Iurantes etiam olim aras tangebant. Unde celebratur nobilis illa Periclis sententia, Ad aras usque me amicum esse oportet: qua significatur, neminem amici causa aut peierare, aut quidpiam inhonestum facere oportere. ¶ Quibus nec ara, neque fides. Aristoph. οἷς οὐκ ἀγαπῶσι, οὔτε βωμὸς οὔτε πίστις οὐδ' ἀγών. Queis nec ara, nec fides, nec ulla durant fœdera, de vehementer perfidis. Dictum est in Spartanos, quorum perfidiam taxavit Euripides. ¶ Tanquam ad aram confugere, proverbiali figura dicimus, quum extremum refugium intelligi volumus. Inde sumptum, quòd olim qui extrema necessitate urgebantur, ad aras Deorum solerent confugere, unde nefas erat quenquam extrahere. Cicer. usus est hoc proverbio *in Orat. pro Rosc. lib.* 3. *de nat. deor. & 4. act. in Verr.* & Plaut. *Mostellaria*. Aræ pro Penatibus, numeri plur. sunt: Diomed. *lib.* 1. ferè in principio. Ara, quam sepulcrum Scipionis arbitrabar. Senec. *epist.* 85. Est & Ara signum cœleste. Aræ etiam locus in mari, de quo Virgil. 1. *Æneid.*

*Fumida cingatur sacrorum ara coronis.*

Ovid. *Eleg.* 13. *lib.* 3. *Trist.* Ara (Tauricæ Dianæ) cruenta ante fores. Idem *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.*

*Vnica fortunæ ara reperta meæ.*

Ibidem,

*—— sacram quamvis invisus ad aram*
*Confugiam, nullus submovet ara meum.*

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.*

*—— additus arvis*
*Latior eluxit strullos super ignis acervos.*

Tibul. *lib.* 4.

Ara Veneris ante, aliàs iuxta Lenonis fores. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Siquidem mihi staturam & aram statuis, & ut Deo mihi immolas bovem. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. & *Aul. sc.* 1. *a.* 4. ¶ Pro aris focisque dimicare dicimur, quum nobis de re chara seriaque certamen est incundum.

fecundum, fortique animo pugnandum. ¶ Est etiam Ara civitas Arabiæ regia, necnon & insula Arabiæ regi adjacens, ut scribit Ptolomæus. Habet autem hoc nomen priorem syllabam producta. Hara autem cum h. eandem corripit, & significat porcorum, seu avium stabulum, ὑφόρβιον, συφεῖον. Ovid. *in Epist. Penelopes ad Ulyssem*,

*Tertius immundæ cura fidelis hara.*

De hoc plura suo loco. Ara sydus cœleste. Cic. *de nat. deor.*

*Deinde Nepa cernes propter fulgentis aranum*
*Aram, quam flatu permulcet spiritus Austri.*

Arx dicuntur etiam saxa quæ inter Africam & Sardiniam medio mari eminent. Arx dicta propterea quòd ibi Afri & Romani fœdus inierunt, & fines imperii sui illic esse voluerunt. Hæc ita Servius ad illud Virg. 1. *Æneid.*

*Tres notus abreptas in saxa latentia torquet,*
*Saxa vocant Itali mediis quæ in fluctibus, aras.*

Arula, idem quod torculus Tertulliano *in Apolog.*

Ἀrăbārchēs, ἀραβάρχης (ut pulchrè ostendit Alc. *lib.* 1. *Prætermissorum*) dicebatur publicanus, qui præerat exigendo vectigali de pecoribus, quæ ex Arabia in Ægyptum adducebantur. Horum autem officium Arabarchia, ἀραβαρχία vocatur. Super hac re extat Constitutio Val. Græc. Theod. Imp. in hæc verba. Usurpationem totius licentia submovemus circa vectigal arabarchiæ, per Ægyptum atque Augustaneam constitutum, nihilque super translatione animalium vendicari permittimus. Hinc facilè intelligi potest sententia horum versuum apud Iuvenalem,

*Atque triumphales inter quos ausus habere*
*Nescio qui titulos Ægyptius, aut Arabarches.*

Invenitur enim in T. Alexandrum natione Ægyptium, quem Arabarchem vocat, hoc est, Ægyptorum publicanum.

Ărăbĭă, Ἀραβία, regio inter Iudæam & Ægyptum, ab Arabo Apollinis ex Babylone filio, Solinus Arabum interpretatur sacram. ¶ Est autem triplex Arabia, secundùm Plin. *lib.* 2. Una Felix, εὐδαίμων, ἐλαιοφόρος, ἐλλιβανοφόρος: altera Petræa, πετραία: tertia deserta, ἔρημος: de quibus plura in dictione sequenti. In Arabia est mons Sina, qui & Oreb, in quo Moses legem accepit. In eadem & Phœnix avis nascitur, & Sardonix gemma. ¶ Arabia Petræa, ἀραβία πετραία. Sic dicta à Petra vetustissimo oppido: pars illa Arabiæ, quæ est Ægypto, Judææque confinis. Autor Ptolom. Straboni ac Plin. alio nomine Nabathæa dicitur. ¶ Post Petræam sequitur alia Arabiæ pars, Arabia deserta Ptolom. vocata, Straboni autem Scenitis, ἀπὸ τῶν σκηνῶν, quòd gens vaga, & sine ædificiis in tentoriis habitet. Hæc à meridie montibus Arabiæ Felicis cincta est, à Septentrione Mesopotamiam habet, ab Occidente Petræam. ¶ Cavam Arabiam serere, τὸν σκληρὸν Ἀραβίαν ἀρόειν, pro frustrà sudare, aut in re perdifficili, nec admodum frugifera operam consumere. Luc. *in Apologia.* ¶ Arabia Felix Meridiem versus, inter duos sinus Arabicum & Persicum, veluti peninsula excurrit, fluminibus fœcunda: quæ, ut Strabo scripsit, bis quotannis, ut India, seritur, ob fœcunditatem. Vide Plin. *lib.* 6. *cap.* 28.

Ărăbs, is. ἄραψ, Gentile nomen est, quo is significatur, qui ex Arabia ortum traxit. Virg. 4. *Æneid.*

*——— omnis eo terrore Ægyptus, & Indi,*
*Omnis Arabs, omnes verebantur terga Sabæi.*

Plaut. *Curc. fe.* 1. *a.* 3. Arabs Syros subegit, *ibidem a.* 1.

Ărăbĭcŭs, & Arabicus, ἀραβικός, a, um, ut Arabicus odor. Plaut. *Mer. fe.* 5. *a.* 2. Ut arabico ei (Dianæ) fumificem odore. Propert.

*Nec si qua Arabio lucet bemostre puella:*

ubi metri causa legendum est Arabio. ¶ Arabicus tibicen, Ἀραβικὸς αὐλητής: aut, Arabius nuntius, Ἀραβικὸς ἄγγελος. In eos dici solitum, qui à semel cœptis nunquam desistunt. Adagium hinc natum existimant, quòd olim sola mancipia musicam exercerent, quæ plerumque ex Arabia producebantur. Citatur ex Menandro, illiusque meminit Iul. Pollux.

Ărăbicè, adverb. ut, Arabicè olere, id est, bene olere, & odoribus Arabicis. Festus, ἀραβικῶς, ὄζειν.

Ărăbĭlis, vide *Aro.*

Ărăbus, i. Arabs. Virgil. *lib.* 7.

*Hirpanique sacer, Arabique parator.*

Ărăbus, ἄραβος. Apollinis fuit filius ex Babylone, ut inquit Plin. *lib.* 7. *cap.* 56. quem medicinæ artis qualemcunque volumen extitisse reperiorem. ¶ Est & Arabus lapis, teste Plin. *lib.* 36. *cap.* 21. rubenti candoris, qui in pulverem redactus, aptissimus est dentifricis.

Ărăchnē, ἀράχνη, nomen puellæ Lydiæ, quæ quum de lanificio ausa fuisset cum Pallade certare, victrice dea, percussa radio, in aranean est commutata. Verùm hoc a poëtis fictum est. Condidit enim, autore Plin. Arachnem linum & retia invenisse; Closterem autem, filium eius, sutos in lanificio. Suidas scribit ἀράχνην, filum esse & lichum tenuissimum: ἀράχνιον, femininum genus, telam, seu texturam: masculino genere, ἀράχνιον, pusillum animal ita dictum, quòd rara molliaque habeat vestigia.

Arachotia, ἀραχωσία, regio est Scythiæ Asiaticæ, Drangianis, & Gedrosiis finitima: cujus præcipuæ civitates sunt Alexandria, & Arachotus, ἀράχωτος, quæ regioni nomen dedit. Vide Strab. *lib.* 11. & Ptol. *lib.* 6. *cap.* 20.

Arachthus, ἄραχθος, fluvius est Epiri, non procul à Nicopoli, in sinum Ambracium influens. Meminit hujus fluvii Plin. *lib.* 4. *c.* 1. & Ptolom. *lib.* 3. *cap.* 14.

Aracĭæ ficus, dicuntur albæ, pediculo minimo, latissimæque: quibus Plin. *lib.* 13. *c.* 18.

Ărāchŭs, ἄραχος, sive ἄρακος, Theophrasto; (sylvestris verò Arachus, ἄραχος Galeno. Vide *Clymenum*) leguminis genus: Gallis *vesce*. Italis *Mocho.*

Ărăcynthus, ἀράκυνθος, mons est Acarnaniæ, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 2. ¶ Est & alter in Attica montis ejusdem nominis: de quo Virg. 2. *Eclog.* Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho. Sunt tamen qui putent ibi Virgilium personæ pastoritiæ rationem habuisse, ideòque in Attica montem collocasse, qui revera est in Acarnania, cujus genetis plerasque etiam apud Theocritum animadvertimus. Stephanus præterea Aracynthum in Bœotiæ collocat: à quo Minervam Aracynthiam dictam scribit.

Araduca, ἀραδοῦκα, urbs Lusitaniæ, quæ vulgò ab Hispanis *Arzua* dicitur. De hac Ptol. *lib.* 2 *cap.* 5.

Aradus, ἄραδος. Insula est, sive potiùs urbs in petra sita, habens in ambitu septem circiter stadia distans a Phœnice, cui adjacet, viginti stadiis. Estque, ut tradit Strab. *lib.* 16. una ex Phœniciæ urbibus, quæ Tetrapolim efficiunt: reliquæ duæ sunt Tyrus ac Sidon. Huius etiam meminit Plin. *lib.* 5. *cap.* 32. In Phœnicco, inquit, mari est ante Ioppen Paria, tota oppidum, in qua objectam Andromedam bellua ferunt, tam dicta Arados inter quam & continentem quinquagiuta cubita alto mari (ut autor est Mutianus) è fonte dulcis aqua tubo coriis facto usque a vado trahitur. E regione eius insulæ, ad Meridiem, urbs est huic opposita, quæ olim Antarados, hodie *Tortosa* vocatur.

Aræflavia, urbs Germaniæ, non procul à Danubio fluvio, quam Germani sua lingua Nördlingen vocant, alii putant Heydenheym.

| Arærosynetitus, ἀραιοσυνέτιτος, cujus corpus raræ texturæ est & transpirabile: ab ἀραιὸς rarus, & σύνειμι contrabo. |

Araxyrea, ἀραξύρεια. regiuncula est Achaiæ propriè dictæ, postea Asophis dicta, urbem habens ejusdem nominis, quam Homerus in Catalogo ab amœnitate commendat, ἀγαθὴν ἐρατεινὴν, eam appellans: de hac Plin. *lib.* 4. *cap.* 6. & Strabo *lib.* 8.

Aragus, ἄραγος, fluvius Massagetarum agrum irrigans, cujus meminit Strab *lib.* 11.

Aramei, teste Plin. *lib.* 6. *cap.* 17. Antiquis dicti sunt Scythæ, alio nomine Sacæ a Persis appellati.

ĂrāNĔă, æ, idem quod aranæus. | ἀράνεα. Gall. *Araignée.* Ital. *Ragno, aragna.* Germ. Ein Spinnewepp. Hisp. *Arana.* Angl. *Aspide.* Ovid. 4. *Met.*

*——— non illud opus tenuissima vincant*
*Stamina, nec summo quæ pendet aranea tigno.*

Virg. 4. *Georg.*

*Laxos in foribus suspendit aranea cassas.*

Ovid. 6. *Metamorph.*

*Si tamen antiquæ exercet aranea telas.*

Salicis fructus ante maturitatem in aranean abit. Plin. *lib.* 24. *cap.* 9. id est, in lanuginem aranæ similem. Aranearum telis similes leges. Plut. *in Solon.*

Ărāněus, i, animal telium ex genere insectorum, quod Græci ἀράχνια appellant. | עכביש *kalbchabish*, שממית *semmamith.* Gall. *Araignée.* Ital. *Ragno, aragna.* Germ. Ein Spinn. Hisp. *Arana.* Angl. *Aspider or cornebbe.* | Huius multa sunt genera: unum tamen præcipuum, nulliqui incognitum, quod intro quodam artificio telas orditur, quibus muscæ irretiuntur. Plaut. *in Asin. fe.* 4. *a.* 2. Iulfin' columnis depicter opera aranearum? Idem *in Stichio*, Ut operam omnem aranearum rejiciam, & texturam improbem, deficiamque eorum omnes telas. Idem *Aul. fe.* 1. *a.* 1. Inanitus oppletæ sunt atque araneis. Item, Araneas ergo illas mihi servari volo. ¶ Sunt & ex araneorum genere Phalangia Italiæ nota (ut scribit Plin. *lib.* 29. *cap.* 4.) quorum noxii morsus corpus, riguum, varium & acuminatum. Hæc rursus in multas secantur species, quas vide apud eundem *loco iam citato.* Sunt & alia araneorum genera, quæ latius explicat idem Plin. *lib.* 11. *c.* 24. ¶ Araneorum telas texere, τὰ ἀραχνίων μηχανήματα, id est, in re trivola, nulliusque frugis infinitum atque anxium capere laborem. Refertur à D. Basilio *initio enarrat. Hexaemer.* ¶ Est præterea Araneus, vitium peculiare vitibus & olivis, quum veluti telæ involvunt fructum & absumunt. De hoc Plin. *lib.* 17. *c.* 24. ¶ Est etiam piscis quidam hoc nomine, aculei peculiaris, noxiam in dorso spinam ferens: de quo Plin. *lib.* 9. *c.* 48. & *lib.* 32. *c.* 11. ¶ Araneus mus, animal est ex genere mustelarum, morsu venenato, quod si orbiram transierit, statim emoritur. De hoc Plin. *lib.* 8. *cap.* 38. & Ælianus *lib.* 8 *cap.* 39.

Araneolus, ἀραχνίδιον, parvus araneus. Virg. *in Catal.*

*Atque ut araneoli tenuem formavimus orsum.*

Ărāněŏla, æ, idem quod Araneolus. | Angl. *A little spider or cornebbe.* | Cic. *de nat. deor.* Ut in araneolis aliæ quasi texerunt, aliæ ex improviso observant.

Ărāněōsus, a, um, araneorum faciem habens. | ἀραχνοειδὴς. Gall. *Araigneux, plein d'araignées, semblable aux toiles d'araignées.* Ital. *Pieno de ragni, simile à tela di ragno.* Germ. Das der Spinnewepp gleich, oder von Spinnewappen ist. Hisp. *Lleno de arana, ò tela-rana.* Angl. *Full of spiders webbes.* | ut, Araneosus caulis. Plin. *lib.* 21. *cap.* 15. Huic similis est lycina illa, quam Græci Acanthion vocant, minoribus multo foliis aculeatis per extremitates, & araneosa lanugine obsitis. *lib.* 24. *c.* 12. Aranea est quod textum est ab araneis, tela sive rete aranearum. Neque in hac significatione, Aranea, dicendum est, quod usquam adhuc falsò hic notatum fuit. Repudiat enim hoc primum Latine loquentium usus, deinde etiam authoritas Cor. Front. qui aperte scribit, Araneam esse quæ texit: Aranea quod textum est. ¶ Araneosus vomitus. Plin. *lib.* 29. *cap.* 4. Pejor utroque est exitulus, lanugine nigra caliginem concitans, & vomitus araneosus, hoc est, in quibus telæ araneæ conspiciuntur, ut ait Sipontinus.

Ărăr, is, per apocopen Arar, Ἄραρ, fluvius Galliæ Lugdunensis, à monte Vogeso per fines Heduorum & Sequanorum in Rhodanum fluens. Lucan. *lib.* 6.

*——— Rhodanumque fluentem*
*Præcipitavit Arar.*

Hodie *Saone* dicitur. ¶ Alius est ab eo qui per Helvetios lapsus, hodie Arola, vulgò *Aar* dicitur.

Ararus, Ἄραρος, fluvius Scythiæ Europæ, in Istrum influens; cujus meminit Herod *lib.* 4.

Arātio, Aratiuncula, Arator, Aratro, Aratrum, vide *Aro.*

Arātor, Poëta Christianus, Romanus. Subdiaconus fuit, qui Apostolorum acta hexametro versu conscripsit, ut notat Volaterranus.

Aratus, ἄρατος, Poëta Cilix, Astronomiæ peritissimus, cujus Phænomena

mena extant Græcè, & Latinè à Cicerone adhuc adolescente versa. ¶ Fuit & alter Aratus dux Sicyonius, vir optimus, qui patriam suam a tyranno de liberavit: de quo Cic. 3. *Offic.*

Araxius, ἀραξιος & Ptolomæo, vel (ut Straboni placet) Rauraris, fluvius est Galliæ Narbonensis, non procul à Massilia.

Arausio, civitas est Galliæ Narbonensis, prope Avenionem, principatu nobilissimo insignis, vulgò *Auranges*. Huius oppidi meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 4. Strab. *lib.* 4.

Ἀράξης, ἀράξου, fluvius est Armeniæ eodem in monte, ex quo Euphrates nascitur, ortum habens, Armeniámque ab Atropatia dividens. De hoc scribit Pomp. *lib.* 3. *c.* 5. Araxes Tauri latere demissus, quoad campos Armeniæ fecat, labitur placidus, atque innocuus in partem erat, quamquam intueanis, manifestum. Quum in superiora devenit, hinc atque illinc rapidus pressus: & quanto angustior, tanto magis pernix. Frangit se subinde ad apposita cautium: atque ob id ingenti cum murmure, spumisque devolvitur adscitis, ut qua ex præcipiti casurus est, in subjectum non declinet (haud enim fert) sed ultra quam canalem habet, evehat plus aggeris spatio, sublimis, & aquis pendentibus semet ipsum suo alveo ferens. Deinde ubi incurvo, arcuatóque amne descendit, sit tranquillus, iterum per campos tacitus & vix fluens, in lites elabitur. Hæc ille. Meminit huius fluvii & Plin. *lib.* 6. *c.* 9.

Ἄραξον Plinio, ἄραξος Ptolomæo. Promontorium in occidua parte Peloponneti, non procul à Parthis. Vide Plin. *lib.* 4. *c.* 5. & Ptol. *lib.* 3. *c.* 5.

Arbi, ἄρβη Plin. *lib.* 3. *cap.* 21. Insula est ante Illyricum. Ptol. vero *lib.* 2. *cap. ult.* Arbam civitatem esse ait Scardona, quæ est insula Illyrico adjacens.

Arbilla, arvina, id est, pinguedo corporis. Festus. ¶ Est arvilla ex arvina, quod vide. ¶

Arbi, ἄρβιοι, & ἄρβιται, Stephano populi sunt Indiæ finitimi, non procul ab Arianis, & Gedrosiis: à dicti ab Arbi vicino fluvio. Recensentur a Plin. *lib.* 6. *cap.* 23.

Arcifinalis ager, dictus eſt, qui certis linearum menſuris non continetur, ſed accentur fines eius obiectu fluminum, montium, arborum: unde & in his agris nihil ſubſecivorum intervenit. Sic *in lib. var. auctor. de limitibus.* Siculus autem Flaccus: Occupatorij, inquit, agri, quos quidam arcifinales vocant: ii autem arcifinales dici debent, quibus agris victor populus occupando nomen dedit; bellis enim geſtis victores populi terras omnes, ex quibus victos ejecerunt, publicè, atque univerſaliter territorium dixerunt, intra quos fines ius dicendi eſſet: deinde ut quiſque virtute colendi occupavit, arcendo vicinum, arcifinalem dixit. Hæc apud Frontinum legantur. Ager arcifinius, ſicut ait Varro, ab arcendis hoſtibus eſt appellatus: qui poſtea, interventu litium, per ea loca, quibus finit, terminos accipere cœpit: in his agris nullum ius ſubſecivorum intervenit. Arcifinales agri, & Arcifinii dicuntur, quorum fines deprehendi non poſſunt.

Arcilalis, ἀρκιλαλίς, oppidum eſt Hiſpaniæ in tractu Bætico. Ptol.

Arcinna, ἄρκινα, oppidum eſt Daciæ. Ptolomæo.

Arcio, is, arcivi, arcitum, pro Indere, & adigere, accepiſſe videtur Cato *de re ruſt.* c. 40. Antiquum eſt verbum.

Arcitoeſſa, ἀρκιτόεσσα, civitas in Ponto Heraclex ſubdita. Steph.

Arciſitio apud Rutilium *lib.* 2. *epiſt.* 4. pro morte. Deſcendit enim ab Arceſſo; itaque Arceſſere aliquem, vel arceſcere, eſt vocare.

Arcitenens, adjectivum, Apollinis epitheton, ab arcu tenendo, quòd ſemper cum arcu & pharetra pingeretur Apollo. { τοξοφόρος. ANGL. *Which beareth or ſhooteth with a bowe.* } Virg. 3. *Æneid.*

*Quam pius arcitenens arcu & littora circum*
*Errantem Mycenæ ceſſa, Giyraque revinixit.*

Ovid. 1. *Metam.*

*Hinc Deum arcitenens, & nunquam talibus armis*
*Antè niſi in damis, capreiſque fugacibus uſus*
*Perdidit, &c.*

Arquitenens, Priſcian. *lib.* 2.

Arcophthalmon, ἀρκοφθάλμων, à quibuſdam appellatur herba, quæ Chryſogonon Dioſcor. dicitur. Eſt autem hæc nomenclatura ex iis, quæ inter notha Dioſcoridis a Doctoribus numerantur.

Arcophyton, ἀρκόφυτον, ex iis nomenclaturis, quæ Bechio, ſeu Tuſſilaginis herbæ in quibuſdam Dioſcor. exemplaribus tribuuntur.

Arctanes, ἄρκτανες, gens Epiroticæ. Steph.

Arctalio, σπουγγία, ἄνεμος, Dionedes Gramm. *lib.* 2. Cum quadam arctatione ſonorum, quæ ἀρκταῖος a poëtis congeruntur.

Arctax, mons eſt Propontidis, apud Strab.

Arcto. Vide *Arceo.*

Arctomys, ἄρκτομυς, animal habens ſimilitudinem muris & urſi.

Arctonnesus, ἀρκτόννησος, oppidum eſt Milethorum, apud Propontidem ſitum, quod alio nomine Cyzicum appellatur. Plinius *lib.* 5. *cap.* 31.

Arcton, ἄρκτον, mons qui imminet Cyzico, ita dictus à Iovis nutricibus, quas illic in ἄρκτους, id eſt, in urſas migraſſe tradunt.

Arctophylax, ἀρκτοφύλαξ. Sydus iuxta majorem Urſam, alio nomine Bootes. Cicer. *in Phænom. Arati,*

*Arctophylax vulgò qui dicitur eſſe Bootes.*

Latinè urſæ cuſtodem interpretari poſſumus: nam velati cuſtos quidam urſæ adhibitus, à tergo eam ſubſequitur: ſimili etiam ratione Bootes appellatur, quod in modum bubulci plauſtrum ſequatur: ruſtici enim Septentriones Plauſtra vocant. Fabulantur autem Poëtæ, hunc eſſe Caliſtûs ex Iove filium, cui nomen Arcadi fuit. Ovid. 3. *Faſt.*

Arctos, ἄρκτος, apud Græcos urſum, vel urſam ſignificat. Quo fit, ut pro duobus ſignis Septentrionalibus accipiatur, quæ & à Latinis Urſæ appellantur. Sunt autem Arcti duæ Septentrionali polo, velut axe quodam nixæ, Arctico circulo clauſæ, & ita collocatæ, ut utraque reſupinata, alterius contegat caput: ſed caput eius quæ ſuperior eſt, ad caudam inferioris contendat. Alteram majorem Urſam, ſive Elicen: alteram minorem Urſam, ſive Græcorum linguæ Cynoſuram, id eſt, Canis caudam nominant. Illam Græciæ populi notare ſoliti, hanc Sidonii obſervant inter navigandum. Ovid.

*Eſſe duas Arctos; quarum Cynoſura vocatur*
*Sidoniis, Elicen Graia carina notat.*

Elicen, ſcribit Heſiodus Caliſto, Lycaonis Arcadiæ regis filiam fuiſſe. Hanc ſtudio venationis inductam, relicto patre, ſeſe in ſylvas contuliſſe, factámque unam ex comitibus Dianæ, à qua quum mirificè amaretur, quodam die ſolam in ſylvis inventam, à Iove compreſſam fuiſſe. Quod facinus quum aliquandiu celaſſet, tandem iuſſam cum cæteris virginibus lavari, tumore uteri crimen deteciſſe. Quamobrem indignatam deam, in Urſæ effigiem eam commutaſſe, quæ Græcis ἄρκτος appellatur: in ea ſpecie non multo poſt filium peperiſſe, quem Arcada nominavit: à quo poſtea dicta eſt Arcadia Peloponneſi regio. ¶ Arctos item Claudianus dixit pro illis qui Septentrionalem regionem inhabitant ſub Arctis poſitam. 4. *Paneg.*

*Atque indignantes in ima redegerit Arctos.*

Et Ovid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Triſt.*

*Dum patet & Boreas, & nix injecta ſub Arcto:*
*Tum patet has gentes axe tremente premi.*

¶ Ab Arcto oritur Arctous, Arcticus, Antarcticus.

Arcticus, a, um, adject. ἀρκτικός. ANGL. *Northward or northen.* } ut, Polus arcticus, hoc eſt, Septentrionalis, cui oppoſitus eſt Antarcticus polus, hoc eſt, Meridionalis.

Arctous, adject. ab Arcto, } ἀρκτῶος. ANGL. *Northward or northen.* } Idem quod Septentrionalis. Mart. *lib.* 10.

*Felices quibus una dedit ſpectare coruſcum*
*Solibus arctois, ſyderibuſque ducem.*

¶ Arctous orbis. Lucan. *lib.* 1. Arctoa ſedes, & arctous polus, Seneca *in Hercule Oeteo.*

Arctūrus, ἀρκτοῦρος. Stella in ſigno Bootæ poſt caudam maioris Urſæ, cuius ortus & occaſus tempeſtates facit, dictus Arcturus παρὰ τὴν οὐρὰν ἄρκτου, hoc eſt, ab Urſinæ caudæ ſimilitudine. Virg. 1. *Georg.*

*Eſſi non fuerit tellus fœcunda ſub ipſum*
*Arcturum, tenui ſat erit ſuſpendere ſulco.*

‖ Arcuatus morbus, id eſt regius, à colore æmulo arcus cœleſtis. Vide *Arquus.* ‖

Arcubiæ, qui excubabant in arce. Feſt. Aliàs Arcubii.

Arcŭlă, vide *Arca.*

Arcŭlāta, circuli qui è farina in ſacrificiis fiebant. Feſtus.

Arcularius. Vide *Arca, Arcula,* ſuprà.

ARCUS, huius arcus, quartæ tantùm declinationis, inſtrumentum eſt notum, è quo ſagittæ emittuntur. { קשת *kiſheth. téξις.* GALL. *Arc.* ITAL. & HISP. *Arco.* GERM. Ein Bogen. ANGL. *A bowe.* } Ovid. 1. *Met.*

——— *Figat tuus omnia, Phœbe,*
*Te meus arcus, ait.*

Cic. *de Senect.* Appius animum intentum, tanquam arcum, habebat. Dictus eſt autem arcus ab arcendo, quòd eminus arceat hoſtem, non cominus propulſet, quemadmodum enſis, aut haſta.

——— *Nunc porrigit arcum*
*Parthus eques.*

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Triſt.* Arcus marmoreus ei decretus, Suet. *in Claud. cap.* 11. ¶ Eſt præterea arcus, curvatura in ædificiis, quæ alio nomine Fornix appellatur. Ita dictus ab arcendo, hoc eſt, continendo, vel conſtringendo ædificio, { θριάμβος, ἀψίς. ANGL. *A vaute in a building.* } Cic. Iam enim arciolum, & arcus duos abſolverat. Atque in hac ſignificatione in ſecundo ordine uſus eſt Varro *de vita pop. Rom.* Eóque, inquit, pecuniam magnam conſumpſiſſet, quòd arci, quos ſummopere fecerat, teſti pondere diu facti, celeriter corruiſſent. Ex Nonio. ¶ Arcus item, ſive (ut Nonio placet) Arquus, ἶρις. { ANGL. *The rayneborse.* } accipitur pro arcu cœleſti, quem pluvio tempore variis coloribus expreſſum in nubibus conſpicimus. HORAT. *in Arte.*

*Quum flumen Rhenum, aut pluvius deſcribitur arcus.*

Bibit arcus, pluet hodie (de Lena curva ſenio.) Plaut. *Curc. ſc.* 2. *a.* 1. In hac autem ſignificatione, etiam per ſecundam declinationem inflexum legitur. Cic. *de nat. deor.* Cur autem Arci ſpecies in deorum numerum non reponitur? Ennius genere fœminino protulit. Formatur autem arcus cœleſtis hoc modo: dum enim Sol in nubibus tabeſcentibus ex adverſo reſulſerit, radiique ſui directa

linea

linea humori nubilo transfundens impressérit, & repercussio splendoris eius in nubibus, ex quibus fulgor emicans arcus speciem format. Sicut enim impressa cera anuli imaginem exprimit, sic nubes ex adverso ex rotunditate Solis figuram sumentes, orbem efficiunt, & arcus effigiem fingunt. Apparet autem hoc non semper, sed quum rarescunt nubila cœli. Nam rursus quum coeunt in se nubes atque densantur, confestim arcus forma resolvitur. In nubium enim densitate arcus imperfecto gyro complectitur. Denique sine Sole & nubibus nunquam apparet arcus. Quadricolor autem est, quia ex omnibus elementis in se rapit species. De cœlo enim trahit ignitum colorem, de aquis purpureum, de aere album, de terris colligit virgium. Nonius hoc discrimen statuit inter Arcum, & Arquum, ut Arcus dicatur fornix suspensus: Arquus autem nonnulli qui in cœlo apparet, quem Irim poëtæ dixerunt. Unde etiam Arquatos dictos vult, quibus color & oculi virent, quasi in arqui similitudinem. Verùm eam differentiam non usquequaque observari, abundè magno illud est argumento, quod & arquatum dicimus pro camerato, & Arquites pro sagittariis. ¶ Arcus apud Hebræos, quibus maximè in usu fuit, sumitur pro omni instrumento bellico. ¶ Arcus, arci, pro arcûs. Varro apud Non. *cap.*2. *in Arci.* ¶ Arcus in fœm. gen. Prisciamus *lib.*6. ¶ Arcum tendere, in obscœno significatu, apud Apul. Ovid. & Horat.

Arcŭlus, diminutivum ab Arcus, { τοξάριον. ANGL. *A litle bowe.* } à quo aliud diminutivum, Arcellus. ¶ Arculus præterea, teste Festo, dictus est Deus, qui tutelam gereret arcarum. ¶ Item Arculus, ut idem Festus testatur, dicebatur circulus, qui capiti imponebatus ad sustinenda commodiùs vasa, quæ ad sacra publica capite portabantur. Erat enim ritus apud Athenienses, postea ad alias quoque nationes translatus, ut virgines nubiles Dianæ sacra capite gererent in ministris (unde Canephoræ, κανηφόροι, dictæ sunt) circulis quibusdam suppositis, ut firmiùs inhærerent: hoc ipso Dianæ fidem facientes, se virginitatis pertæsas cupere exautorari. Legitur *exanclari*, apud Laurenberg.

Arcuma, genus modici plaustri, quo homo gestari possit. Chiromarium Petronius appellat. Lecticæ impositus est, prætendentibus phaleratis cursoribus quatuor, & chiromaxio, in quo deliciæ ejus ferebantur.

Arcŭo, as, ate, in modum arcus curvare. { קבף *chaphâf*, אכף *achâph*. κυκλοῦσθαι, καμπυλίζειν, κορμαῖ. GALL. *Faire en voute, courber en forme d'arc.* ITAL. *Piegar in modo d'arco, inarcare.* GERM. Biegen/ als ein Bogen krümmen. HISP. *Encorvar.* ANGL. *To bowe or crooke like a bowe, to make lik à vaute.* } Plin. *lib.*19. *c.*6. Illam autem, quæ non arcuatur, Sepam Græci vocant, alii Scolopendram.

Arcuarius, & Arcuatus, curvatus. Sidon.

Arcuātus, a, um, particip. Curvatus in modum arcus. { קבוף *chaphûph*. καμπύλος. GALL. *Ventè, courbé en forme d'arc.* ITAL. *Inarcato.* GERM. Gebogen/ gewölbt. HISP. *Encorvado.* ANGL. *Crooked lyk a bowe, vaulted.* Liv. 1. *ab Vrbe.* Ad id sacrarium Flamines bigis curru arcuato vehi iussit. Plin. *in Epist.* Sicut initio tentarum erat, arcuato opere. ¶ Est verò arcuatum opus, quod arcus & fornices habet, non solidam substructionem. ¶ Dicitur etiam arcuatus, correptus ictero, hoc est morbo regio: de quo vide infrà *Aruginatus.* Colum. *lib.*7. *c.*5. Potio humana veteri urinæ remedio & pectori arcuato.

Arcuatus, pro Arcuatus, apud Ovid. legitur 11. *Metam.*

*Iris & arcuato tulum curvamine signans.*

Arcŭātim, adverb. in modum arcus. { ἀψιδοειδῶς, καμπυλωτῶς. GALL. *En façon d'arc.* ITAL. *A foggia di arco.* GERM. Wie ein Bogen. HISP. *A guisa de arco.* ANGL. *Efter the maner of a bowe, or vaulte.* } Plin. *lib.*19. *c.*6. Millepeda, ab aliis centipeda, aut multipeda dicta, animal est è vermibus tetrx, pilosum, multis pedibus arcuatim repens, tractúque contrahens sese.

Ardălidēs, vel Ardabotides Musæ columtur in Trœzene, ab Ardalo quodam conditore, aut à loco dictæ. Stephanus.

Ardĕa, ἄρδεα, nomen urbis in Latio, Turni & Rutulorum regia, à Danaë Persei matre, vel ut alii malunt, à Dauno Pilumni filio condita, & à fervore regionis sic dicta, quæ decem & octo milliaria ab urbe est posita. Martialis,

*Ardea solstitio, Præsanaque rura petantur,*
*Quique Cleonæ sidere fervet ager.*

Servius, Ardeam dictam ait, quasi arduam, id est, magnam & nobilem. Higinus verò ab augurio avis Ardeam dictam vult. Hanc urbem post Turni mortem igni consumptam, & in avem sui nominis commutatam esse fabulatur Ovid. 14. *Metam.*

Ardĕātēs, ἄρδεατες, populi sunt Ardeæ incolæ.

Ardĕās, atis adject. Cic. 3. *de nat. deor.* Cui in agro Ardeati rem divinam facere solemus. Legitur & Ardeatino.

Ardĕa, avis quædam, quasi ardua, quoniam volando alta petit. { שלך *schalâch.* ἐρωδιός. GALL. *Heron.* ITAL. *Hieronne.* GERM. Ein reyger. HISP. *Garça.* ANGL. *An heron.* } Virg. 1. *Georg.*

——— *Atque altum supra volat ardea nubem,*

Cujus diminutivum est Ardeola. Ardearum tria genera ponuntur ab Aristotele. Leucon, ab albedine dictum: Areskias, a fulgore astrorum: & Pelos, ab adverb. πέλας, quod propè significat, quoniam hoc tertium non ita altè volat.

Ardĕlio, [ id est, Polypragmon, ab ardeæ imitatione, ] homo inquietus, & hic atque illuc semper volitans, saliens, & omnibus negotiis sese immiscens. { דלק *dalek.* πολυπράγμων. GALL. *Qui de tout se mesle.* ITAL. *Inquieto, che vorrebbe far ogni cosa.* GERM. Ein verbotwiger mensch/ der sich aller sachen underzeucht. HISP. *Hombre ligero, sin verguenza, ò perdido por glotonia.* ANGL. *Amedler with many thinges, à smatterer.* } Mart. *ad Attu.*

*Vis dicam quid sis, magnus es ardelio.*

Ardĕo, es, arsi in præterito, arsum in supino, ardere. Flagro, deflagro, conflagro. { בער *balâr*, קלך *dalak.* φλέγομαι, πυροῦμαι. GALL. *Ardre, bruster.* ITAL. *Ardere.* GERM. Brennen. HISP. *Arder.* ANGL. *To burne.* } Virg. 2. *Æneid.*

*Namque volans liquidis in nubibus arsit arundo*



Ardent iam omnia; de acerrima parte orationis & affectibus. Quint.

*Scena viget studiisque fama discentibus ardet.*

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Trist.* Ardent oculi, &c. Plaut. *Capt. sc.* 4. *act.* 3. Ardere cœnit: ædes, ita tum confulgebant. Idem *Amphit.* ¶ Per translationem Ardere ponitur pro ardenter, seu impatienter amare, sive alicuius cupiditate, vel studio teneri: sic modò cum accusativo, modò cum ablativo construitur, Virg. 2. *Eclog.* Corydon ardebat Alexin. Sic ardere pueros, pro impensè amare. Gell. *cap.*8. *lib.*7. Horat. *in Epod. Od.*14.

*Non aliter Samio dicunt arsisse Bathillo*
*Anacreonta Teium:*

Cicer. Quoniam nimio videndi te desiderio ardebam. Et cum infinitivo. Virg.

——— *patriæque pro manibus ardent.*

Plin. Ardeo te videre. ¶ Interdum pro festinare, σπεύδω: unde ardens, pro festinante, ingenioso, acutóque ponitur, quòd instar ignis omnia penetret. Sicut è contrario Segnis dicitur tardus, quasi sine igne. Virg. 1. *Æneid.*

*instant ardentes Tyrii.*

¶ Interdum pro fulgorem emitto, αἴθω, idem 4. *Æneid.*

——— *Tyrióque ardebat murice lana.*

Unde & ardens, αἴθων, pro fulgido, seu flammeo. ¶ Interdum furere, vel nasci. ut apud eundem *lib.* 10.

*Proxima quæque metit gladio, latúmque per agmen*
*Ardens limitem agit ferro, ac Turne superbum*
*Cade nova quærens.*

Huc pertinent illa, ardere bello, avaritia, cupiditate, cura, dolore, flagitio, iracundia, invidia, &c. ¶ Ardere, activa significatione, pro adurere. Idem 4 *Æneid.*

——— *ardebat Sirius Indos.*

¶ Huius composita sunt exardeo, ἐξάπτομαι, Inardeo, & Peradeo, in quibus præp. auget vim significationis.

Ardĕsco, is, ardens fio, iterum atque iterum ardeo, ardorem concipio. { יקד *jakâdh*. בער *bâar*. φλέγομαι. ἀναπτομαι. GALL. *S'allumer, s'embraser.* ITAL. *Devenir ardente.* GERM. Brennend werden/ eine brünstig werden. HISP. *Hazerse ardente.* ANGL. *To be or waxe very hoat or fierie.* } Virg. 1. *Æneid.*

*Explere mentem nequit, ardescitque tuendo.*

Inde Exardesco & Redardesco.

Ardĕns, nomen ex participio. { בער *bohér*, φλεγμαίνων. GALL. *Ardent.* ITAL. & HISP. *Ardente.* GERM. Brunnend. ANGL. *Burning, very hoate.* } ut, Ardentissimæ diei horæ. Plin. *lib.*31. *c.*3. Ardentissimus color. Idem *lib.*21. *c.*4. Addidere, alii Milesiam, cuius sic ardentissimus color, id est, fulgentissimus color.

*Ille ferox, & adhuc ceulis hostilibus ardens.*

Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.* Vt oculos exuram lampadibus ardentibus. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5.

*Cretaïs ardens campis.*

Tibul. *lib.*4. Ardente bello in Africa. Sueton. *in Cæsar. cap.*70.

Ardĕntĕr, adverbium. { φλεγμαίνως. ANGL. *Earnestlie, ferventlie.* } Plin. *lib.*32. *cap.*19. Austros ibi tam ardenter flare, ut æstatibus sylvas accendant.

Ārsūrŭs, participium futurum. Ovid. 14. *Metam.*

*Luridaque arsuræ portabat membra pharetræ.*

Idem 4. *Fast.*

——— *Portat & arsuris arida ligna focis.*

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

——— *in arsuras carmina nostra rogas,*

Ab arsuris carinis. Idem 13. *Metam.* Arsura bello Græcia. Liv. *lib.*3. *d.*4.

Ārdor, is, vehemens calor & incendium. { דלקת *dalleketh*. φλόγωσις. GALL. *Ardeur, vehemence, chaleur.* ITAL. *Ardore.* GERM. Brunst/ grosse hitz. HISP. *Ardor, calor estraño.* ANGL. *Great heat.* } Cic. 4. *Academ.* Fore tamen aliquando, ut omnis hic mundus ardore deflagret. Plin. *lib.*14. *cap.*16. Singulare remedium habent ad refrigerandum in morbis corvorum ardores. Tanto ardore oris in eos invectus est. Velleius. ¶ Ardor, & fervor, pro æthere: quæ ab αἴθω, i. ardere, fervere, sumpta est verbi expositio. Cic. 2. *de nat. deor.* Ardor mundi per se ipse, ac sua sponte movetur. Rursus *ibid.* Fervor ille mundi purior, aptior est ad sensus commovendos, quàm hic vester calor.

Ardĭa, civitas Illyriæ. Steph. Cives Ardixi dicti sunt.

Ardĭscos, ἄρδισκος, teste Aristarcho, fluvius Scythiæ, de quo Herodot. *lib.*4.

Arduenna, sylva est miræ magnitudinis, quæ olim à ripis Rheni & Trevirorum finibus ad Nervios usque pertigit, & in longitudinem, teste Cæsare, millibus amplius quingentis patuit. Vulgò *Ardene.*

Ārdum, veteres pro Aridum dicebant, inquit Nonius, citans illud Lucilii ex *lib.*27. Ardum, miserimum atque infelix lignum, lambucum vocat.

[ Arduo, adduo, addo. Antiq. Rosin. ]

Ardŭus, a, um. Ascensu difficilis. { קשה *Kaschéh*, נשגב *nisgháb*. ἄβατος, ἀνάβατος. GALL. *Haut & mal-aisé à atteindre.* ITAL. *Arduo, alto, difficile malagevole.* GERM. Hoch/ steyig. HISP. *Alto, y arriscado, difficultoso d'alcançar.* ANGL. *High, which may not be eaßilie climmed or paßed up.* } Ovid. 2. *Metam.*

——— *Ardua prima via est.*

*Ardua per præceps gloria vadit iter.*

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Trist.* Arduum an ab Arida & aspera via, an verò ab arduo, is, pro addo, quia quæ adduntur ad magnitudinem rei alicuius, eam altiorem faciunt. Propert.

*Romani montes, & montibus addita Roma.*

Sic Arvenio, Arcedo, Arbiter, Arcio. Tibul. *lib.*4.

*Vt facilisque tuus aditus sit, & arduus hosti.*

Idem *lib.*4. Ardelis supercilliis homo. Gell. *cap.*1. *lib.*4. ¶ Per metaphoram

taphoram accipitur pro difficili, laborioso & molesto. Salust. *in Catilin.* At mihi quidem, tametsi haudquaquam par gloria sequatur scriptorem & actorem rerum, tamen in primis arduum videtur res gestas scribere. Quod verbum exponens Gell. *lib.4.c.15.* inquit, Sed arduum Salustius non pro difficili tantùm, sed pro eo quoque posuit, quod Græci ὀκχηρὸν, aut χαλεπὸν appellant, quod est cùm difficile, tum molestum quoque & incommodum & intractabile. Plin. *Lib.2.c.46.* Tam ardua inventu perquirere, inter bella præsertim, & infida hospitia. ¶ Hinc nascitur proverbium, In arduis constanter agendum: quo admonemur, in arduis ac periculosis negotiis non esse præcipitandum consilium. ¶ Arduior, pro magis arduus. Cato.

Ārdŭĭtās, is, Altitudo. { משנב *misgháb*, רפי *resché*. ὑψηλότης. Gall. *Hauteur difficile à monter.* Ital. *Altezza.* Germ. Höhe. Hisp. *Altura arriscada.* Angl. *Highnesse uneasinesse in climming.* } ut, Montium arduitas atque asperitas. Varro 1. *de re rust. cap.*10.

Ardum, aridum. Lucil. *lib.*17. Ardum, miserrimum, atque infelix lignum vocant sambucum.

Ardys, ὁ Ἄρδυς, filius Gygis Lydorum regis, cui etiam in regno successit. Herod. *lib.*1.

Ἀρεῖον, proprie locus est ubi frumenta secta terunter & arescunt, unde ædificii area dicta est. Ad huius similitudinem locus in urbe purus sine ædificio area dicitur, *lib.4. de lingua Lat.* quem Græci κονίστραν dicunt. } גרן *gheren.* ἅλως ἢ ἄλων. Gall. *Aire, place sans ba timent.* Ital. *Aia, piazza.* Germ. Ein ort oder platz on ein gebeuw ein hoffstatt. Hisp. *Era.* Angl. *The floore of an house, a plane or even place.* } Varro, Campus est planities ampla & grandis, ideóque spatiosæ plateæ areæve, campi nomen accipiunt. Unde Romæ campus Martius: nam locus hujusmodi vocatur area. Cic. *in Parad.* Etenim si callidi isti rerum æstimatores, prata & areas quasdam magni æstimant, quòd ei generi quasi nocere nihil potest. Suet. tamen *in Cæsare*, posuit Aream pro loco puro, accommodato foro exstruendo, quum inquit, Forum de manibus inchoavit, cuius area super sestertium millies constitit. Virg. *lib.*1. *Georg.*

*Area tum primùm ingenti est æquanda cylindro.*

Colum. *lib.*1. Area quoque si terrena erit, ut sit ad tritutam satis habilis, primùm radatur.

——— *Bis frugibus area trita est,*

Ovid. *Eleg.6. lib.4. Trist.* Area Vulcani. Gell. *cap.*5. *lib.*4. Areæ exiguæ describentis arte patent in multos usus. Senec. *cap.*10. *de Tranq.*

*En patet in laudes area lata tuas,*

Ovid. *Eleg.*1. *lib.*4. *Trist.* Item Plaut. *Asin. sc.*3. *a.*1. Anceps quando concinnavit aream, offundit cibum. ¶ Proverbiali figura dicimus, In area latitas, ἐν ἅλῳ ἡμένεις. De eo qui in eo versatur negotio, ut non possit non esse conspicuus: aut qui sic latitat, ut à nemine tamen non conspiciatur: nam in area nullæ latebræ. ¶ Item Area, & per diminutionem Areola, est terra probè subacta, atque sata, seu serenda, quales sunt in hortis quadrata quædam & benè subacta, & coæquata spatia, in quæ mox semina iaciantur. Colum. Areæ sic informandæ sunt, ut facilè rancantium manus ad dimidiam partem latitudinis perveniant. ¶ Apud Geometras area sumitur pro spatio vacuo in aliqua figura, ut triangulo, vel quadrangulo. ¶ Item area morbus est capitis cum profluvio capillorum, ita dictus, quòd areas quasdam, hoc est, loca capillis nuda, in capite efficiat. Area de calvitie, Mart. *Epigr.* 50. *lib.*5. Celsus *lib.*6. *c.*4. Arearum genera duo: commune utrique, quòd emortua summa pellicula, pili primùm extenuantur, deinde decidunt. Ea quæ ἀλωπεκία appellatur, sub qualibet figura dilatatur: sic & in capillo & in barba. Id verò quod à serpentis similitudine, ὄφιασις appellatur, incipit ab occipitio, & duorum digitorum latitudinem non excedit. Hæc ille. ¶ Area præterea à quibusdam nominatur species, vel imago syderea claritatis, illustrata undique, quæ & ἀὴρ à Græcis dicitur: differens ab iride, quòd hæc adverso sole apparet: area verò totum sydus ambitu suo cingat. Vide commentarium *de Mundo*, qui Aristoteli adscribitur.

Ārĕa, ἄρεια, sive Aria, media prod. Insula est in Ponto versùs Colchos, Martí consecrata. ¶ Item Area, ἄρεια, fons & lacus in Thebis, incolæ Arii dicuntur. Stephanus.

Ārĕātŏr, qui aream purgat, & in ea frumentum triturat. { ἀλοητὴς. Angl. *That wypeth the floore.* } Colum. *lib.*2. *c.*21. Atque hoc supremum areatoris emolumentum percipiendorum seminum, quæ terræ crediderat. Hæc Calepinus. Mea tamen sententia, Aratoris, non Areatoris legendum est.

Ārĕŏlă, diminutivum ab area. { ἀλώνιον. Angl. *A litle floore.* } Col. *lib.*6. Quum terram bene subegeris, areolas facito. ¶ Aliter accipitur à Geometris, pro spatio scilicet in figuris vacuo inter lineas.

Arecomici, orum, populi sunt Galliæ Narbonensis, trans Rhodanum, in Occasum versùs, quorum Metropolis est Nemausum, vulgò *Nismes.* De his Plin. *lib.*3. *cap.*4. & Pomp. *lib.*2. Strabo Aricomiscos vocat, Ptolomæus Arecomios.

Arĕlate, ἀρελάτη, civitas est in mediterraneo Narbonensis Galliæ, à Plinio dicta colonia Sextanorum, quoniam ex sexta legione coloni eò deducti sunt. Suet. *in lib. cap.*4. Vulgò *Arles.* ¶ Est & Germaniæ civitas in Norico, Ptolomæo, quæ vulgò *Linz* appellatur.

Armorica, Galliæ comatæ pars tertia, à Celtis Garumna fluvio divisa: alio nomine Aquitania dicta, teste Plinio *lib.*4. *cap.*17. vulgò *Guienne.*

Arena, ἄρελος, Peloponnesi civitas est iuxta Pylum, quæ flumine Mynelo abluitur. Urbis huius meminit Homerus *lib.*2. *Iliad.* & Strabo *lib.*8.

Ārēnă, tenuissimus pulvis & aridus, ideóque ab ariditate deductum nomen quidam existimant. { חול *chol.* ἄμμος. Gall. *Sable, arene, sablon, gravier.* Ital. *Arena.* Germ. Sand. Hisp. *Arena.* Angl. *Sand, gravel.* } Caret enim omni humore, & succo, unde & plurimùm aquæ ebibit: & ita sine aspiratione scribi debet. Nec quenquam movere debet, quòd Arena habeat primam brevem, Areo verò productam, quum derivativa non semper primitivorum naturam servent. Alii per aspirationem scribunt, volúntque dici ab hæreudo, quòd sit leviter propter tenuitatem cohæreat: vel quòd cum calce parietibus inhæreat, sicut in fabricis videmus. Eius verò tres sunt species: scilicet fossilis, fluviatilis, & marina, inter quas crassior, glabulum, ψαμμος, nuncupatur. Arena sine calce, Suet. *in Calig. cap.*55. *Metaph.* Arenæ scenæque devoti. *Ibidem cap.*10. Arenæ, vel scenæ operam edere. Idem *in Tib. c.*35. Arenarum remedio confirmare claudicationem. Idem *in Aug. cap.*82. Morbum intercutem curare, Gell. autor est *cap.*2. *lib.*19. ubi disputat, Arenas numero multitudinis non dici. ¶ Littoris arenas furari, proverbialiter dicitur, qui rem ab omnibus neglectam & incustoditam tollit. Ovid. *de arte amandi:*

*Ille potest vacuos furari littore arenas,*
*Vxorem multi quisquis amare potest.*

¶ Ex arena funiculum nectis, Ἐξ ἄμμου σχοινίον πλέκεις. In stultè frustráque conantem dicebatur: aut ubi quis ea connectere laboret, quæ nequaquam cohæreant. In summa quadrabit in quidvis ἀδύνατον ἔργον. ¶ Arena interdum terram aridam significat, quæ est sicut arena, authore Servio Virg. 1. *Georg.*

*Exiguus flavidem ne deferat humor arenam.*

¶ Quandoque Arena ponitur pro loco in quo pugnabant gladiatores, quòd locus ille arena & pulvere solet esse conspersus.

*Scilicet ut vilem repetit gladiator arenam.*

Ovid. *Eleg.*1. *lib.*2. *Trist.*

*Fortior in sulva novum est initator arena.*

Idem *Eleg.6. lib.4. Trist.*

*Integer est melior nitidâ gladiator arenâ,* ibid.

——— *Quot flavus Tybris arenas,*
*Mollia quot Martis gramina campus habet.*

Idem *Eleg.*1. *lib.*5. *Trist.*

——— *Quot littus arenas*
*Quotque fretum pisces.*

Idem *Eleg.*1. *lib.*4. *Trist.*

——— *Parget tamen acer arenam*
*Tamen, & infesto iam pede pulsat humum.*

Idem *Eleg.*9. *lib.*4. *Trist.* Ne arenam quidem, aut limat explodet. Senec. *cap.*10. *de consol. ad Marc.*

——— *inimica limosa premens arena.*

Ovid. *Eleg.*1. *lib.*4. *Trist.* Sueton. *in August.* Quodam autem munere die Parthorum obsides tunc primùm missos, per arenam mediam ad spectaculum induxit. ¶ Hinc arenarii dicti sunt gladiatores qui in arena depugnabant. ¶ Per translationem arenam dicimus, pro foro, quia illic sic depugnabant actores causarum, ut in arena gladiatores digladiabantur. Senec. Hoc ita habitum est, scholam quasi ludum esse, forum arenam. Hinc Plin. Arenam suam appellat Centumviros: quoniam in iudicio centumvirali certabant frequenter actiones oratoriis. Hoc nomen licèt nerò pluralem numerum haberat, Virg. tamen dixit:

——— *Quàm multa Zephyro turbantur arena.*

¶ Ab hac significatione oritur adagium, In sua ipsius arena, hoc est, in sua arte: neque enim parum gladiatorum referebat, in nota, an ignota dimicarent arena.

Ārēnăcĕus, a, um, quod est arenâ mixtum, vel arenæ simile, vel ex arena. { ἀμμώδης. Gall. *De sablon.* Ital. *Di arena.* Germ. Das von sand ist, sandechtig. Hisp. *Cosa de la materia de arena.* Angl. *Of sand.* } Plin. *lib.*17. *cap.*7. Est enim alba, rufa, columbina, argillacea, cophacea, arenacea. Idem *lib.*13. *c.*15. Inveniuntur in corniculis cochlearum arenaceæ duritiæ.

Ārēnārĭus, a, um, quod ad arenam pertinet. { ἀμμώδης. Gall. *Appartenant à sablon.* Ital. *Pertinente all' arena.* Germ. Das zu dem sand gehört. Hisp. *Cosa perteneciente à la arena.* Angl. *That belongeth to sande.* } ut, Iupiter arenarius, quem Græci Ammonem dicunt.

Arenarius, substantivum, ὁ ἐπὶ θηρίοις, bestiarius, qui in arena atque amphitheatro cum bestiis depugnat: qui infamis est Iurisconsultis ac satyris. Iulius Capitol. *in Antonino*: Tum sancti principis filius his moribus fuit, quibus nullus lanista, nullus scenicus, nullus arenarius, &c. Item qui arenam vendit, Diomed. *lib.*1.

Ārēnārĭæ, arum, Arenæ fodinæ. { ψαμμοβόλοι. Gall. *Sablonieres.* Ital. *Luoghi se cava l'arena.* Germ. Sandgrub. Hisp. *El lugar de donde se saca la arena.* Angl. *Sandpittes.* } Cic. *pro Cluentio.* In arenarias quasdam extra portam Esquilinam productus occiditur. Varro, Neque lapidicinæ, neque arenariæ ad agriculturam pertinent.

Ārēnātŭs, a, um, quod arenâ mixtum est, { ψαθυρὸς. Angl. *Mingled with sand.* } ut Calx arenatus. Cato *de re rust. c.*18. Postea cementis minutis & calce arenato semipedem unumquodque eorum struito.

Ārēnātum, substantivè, pro eo quod ex arena factum: sicut marmoratum, quod ex marmore. { ἀμμοβετὸν, ψαμμωτὸν. Angl. *Morter made of lyme & sand.* } Vitr. Quæ autem tectorio fundata arenari & marmorati soliditate sunt. Varro *de re rustica*, Ubi libraveris de glarea & calce, arenatum primo corio facito. Plinius, In Græcia tectoriis etiam arenatum quod ductuli sunt, priùs in mortario ligneis vectibus subigunt. Arenatum alio nomine Intritum vocamus: Barbari etiam *Morrarium*, nonnulli & *Camentum*, sed perperam. Nam cementi appellatione lapides significantur impoliti, vel potiùs lapidum frusta quæ arenato conjunguntur, ut latiùs docebimus suo loco.

Ārēnōsus, a, um, quod arena abundat. { ψαθυρὸς, ψαμμώδης. Gall. *Sablonneux, plein de sable.* Ital. *Arenoso, pieno d'arena.* Germ. Vol sandy sandechtig. Hisp. *Cosa llena de arena.* Angl. *Full of sand or gravell.* } Plin. Litus non arenosum, sed alga & fluviorum sordibus plenum. Virg. 4. *Æneid.*

*Litus arenosum Libyæ.*

Cels. *lib.*2. *c.*7. Urina arenosa.

Ārēnŭlă diminutivum ab Arena. { ψαμμίδιον. Gall. *Menu sablon.* Ital. *Minuta sabbia.* Germ. Klein sand. Hisp. *Arena delgada.* Angl. *Smal sand.* } Arena tenuissima. Plin. *lib.*30. *c.*3. Arenulæ quæ inveniuntur

lavenantur in cornibus cochlearum, cavis denuò indita, statim liberant dolore.

Ārō, ēs, ui, Aridus sum. { יבש *jabésch*, חרב *charáb*. ξηραίνω. Gall. *Se secher*. Ital. *Essere secco*. Germ. Dürr ſeyn. Hisp. *Secarse*. Angl. *To be drie*. } Plaut. *in Rud*. Utinam fortunis nunc anatina uterer, ut cùm exiſſem ex aqua, aterem tamen. Plin. *lib*. 13. *c*. 4. In totum arentes Thebaides. Quidam hoc verbum ab ara deducunt, in qua quæ Diis immolabantur, torrere ſolebant. Alii verò per contrarium ſenſum ἀπὸ τῆ ἄρδειν, quod ſignificat Irrigare, quòd aridum minimè ſit irrigatum. ¶ Atere pro Situe, dixiſſe videtur Ovid. *lib*. 2. *de remedio amoris*,

*Tantalus in mediâ garrulus aret aquâ.*

Huius compoſita ſunt, Adareo, Exareo, Inareo, Obareo, Perareo & Subareo: de quibus ſuis locis.

Ārēfăcio, aridum facio. { החריב *hecherib*. ξηραίνω, πίνω, ποιῶ &c. Gall. *Secher en deſſecher quelque choſe*. Ital. *Seccare*. Germ. Dürr machen/ dörren. Hisp. *Secar otra coſa*. Angl. *To mak drie*. } Cato *de re ruſtica*, *cap*. 69. Poſtea amurcam eximito. & arefacito. Plin. *lib*. 13. *c*. 21. Quidam caulem incidunt per meſſes, & in ipſa excavant radice, quo ſuccus confluat, arefactúmque tollunt. Huius paſſivum eſt Arefio, ξηραίνομαι, pro exſiccor.

Ares, pro aries. Varro.

Ārēſco, is, Aridus fio, viriditatem amitto. { יבש *jabéſch*, חרב *charáb*. ξηραίνομαι, μαραίνομαι, πίνομαι, ἐξικμάζομαι, καταμαραίνομαι. Gall. *Devenir ſec, ſe ſecher*. Ital. *Seccarſi*. Germ. Dürr und Trucken werden. Hisp. *Hazerſe ſeco*. Angl. *To waxe drie*. } Autor *ad Heren*. *lib*. 2. Nihil lachryma citiùs areſcit. Idem *in part*. Citò areſcit lacryma, præſertim in alienis malis. ¶ Areſcit in gemmas, id eſt, concreſcit. Plin. *lib*. 8. *cap*. 38. Lyncum humor ita redditus glaciatur, areſcitve in gemmas carbunculis ſimiles. ¶ Huius compoſita ſunt Adareſco, Inareſco, Obareſco, Exareo, ſive Exareſco, quorum ſignificata vide ſuis locis.

Ārĭdŭs, a, um, Siccus, exſiccatus, tenuis. { יבש *jabéſch*, πίων, ξηρός, μαραντὸς, ἀναυαλέος. Gall. *Sec, aride*. Ital. *Secco*. Germ. Dürr ſeyn/ verdorret/ außgetrucknet. Hisp. *Seco, enxuto de toda humedad*. Angl. *Drie*. } ut, Fons aridus. Catul. Atqui corpora ſicciora cornu, aut ſi quid magis aridum eſt. ¶ Interdum ponitur pro puro & lucido. Plaut. *in Rudent*. Argento aridò. Interdum pro horrifico, acuto, quum de ſono loquimur: Quin ea quæ arida ſunt, quum tangi cœperint, minimum atque horrificum ſonum edunt. Virg. *lib*. 1. *Georg*.

——— *& aridus altis*
*Montibus audiri fragor.*

Plin. *lib*. 12. *c*. 12. diſtinguit inter aridum & ſiccum, quum ait, Arida ſint potius quam ſicca folia. Catullus non diſtinguit: nam *ad Furium* 20. At qui (inquit) corpora ſicciora cornu, aut ſi quid magis aridum eſt, habetis. Arida vita, Cic. *pro Quint*. Pumex non æquè aridus (i. parcus) atque hic eſt ſenex. Plaut. *Aul*. *ſc*. 1. *a*. 2.

*Et longè periit arida facta ſitu.*

Ovid. *Eleg*. *ult*. *lib*. 3.

Ārĭdĭtās, quæ & aritudo, Siccitas. { יבשת *jabéſchet*, πῖμος, ξηρασία, ἐξικμασία. Gall. *Secheresſe*. Ital. *Aridità, ſicità*. Germ. Dürre/ Trucknę. Hisp. *Sequia*. Angl. *Dryneſſe*. } Plin. *lib*. 11. *c*. 35. Sitit enim araneus, & omnem humorem abſorbens, aridítatem ampliat. Varro *de re ruſt*. *lib*. 1. *cap*. 22. Quòd & beſtiolæ, ſi quæ propè naſcuntur, & inferuntur, aut affantur, aut aritudine citò pereunt.

Āritūdo, pro parſimonia, apud Plaut. *in Rud*. Qui ſemper ſervas gloriam aritudinis. Loquitur de ſcirpo, ſeu iunco.

Areopagus, ὁ Ἄρειος πάγος Stephano. Senec. *cap*. 3. *de tranq*. Vicus erat Athenis à templo Martis ſic cognominatus, ubi primum iudicium capitis actum fuiſſe ſcribit Plin. *lib*. 7. Nam quum Mars Halirrhothium, Neptuni filium, qui vim Alcippæ filiæ ſuæ intulerat, occidiſſet, à Neptuno homicidii reus factus eſt, cauſáque à duodecim diis in Areopago cognita, ſex ſententiis eſt abſolutus. Meminit huius iudicii Hellanicus 1. *Hiſt*. Libanius quoque pereleganti declamatione Martis cauſam tuetur.

Areopagita, ἀρειοπαγίτης. Illi dicebantur, qui in templo Martis iudicabant: quod iudicium exquiſitiſſimum habebatur. Nam quum Mars, qui Græcè dicitur Ἄρης, homicidii crimine reus factus eſſet à Neptuno, iudicantibus duodecim diis in eo pago ſex ſententiis abſolutus eſt, ut Stephanus Byzantius docet, & multi alii Græci. De his vide copioſiùs apud Alexandrum ab Alexandro *lib*. 3. *c*. 5. & *lib*. 4. *c*. 11. & *lib*. 6. *cap*. 12. Apud Cœlium Rhod. *Antiq*. *lect*. *lib*. 7. *c*. 19. Budæum in Pandectis. & Eraſ. *in Chiliad*. qui duas ab hac voce ortas patronimias recenſet. Una eſt, Areopagita, Ἀρειοπαγίτης. De triſti ſeverâque dicebatur, aut etiam de radice vehementer incorrupto. Inveniuntur & Σκληροτέρα τῆ Ἀρειοπαγίτου, id eſt, Triſtior Areopagita. Alluſit ad hoc proverbium Cic. *ad Attic*. *lib*. 1. & 4. Altera eſt, Areopagita taciturnior, ἀρειοπαγίτης σιωπηρότερος. Dicebatur de eo qui conſultiſſimum arcanum optimè contineret. De iis Plutarch. *in Solon*.

Areopolitæ, ἀρεοπολῖται, qui habitant Areopolim. Areopolis autem civitas eſt Arabiæ, quæ alio nomine dicitur Moab, de qua in dictione *Moab*.

Arepennis, apud Gallos menſura eſt dimidii iugeri, qua illi agros ſuos metiuntur. Col. *lib*. 5. *cap*. 1. Galli Candetum appellant in areis urbanis ſpatium centum pedum: in agreſtibus autem pedum 120. quod aratores Candetum nominant, ſemijugerum quoque Arepennam vocant.

Ares. Arens, ἄρης, regio Euboeæ. Stephano: hinc Areſius, gentile.

Areſtor, ἄρεστωρ, pater Pelaſgi. Vide in *Parrhaſia*.

Areſtum, ἄρεστον. Angl. *An ordinance or lawe agreed upon*. } Vnico t. Latinè ſonat placitum, ab ἀρέσκω, placeo. Hinc factum eſt, ut ſententiæ Præfecti prætorio, quæ appellatione reſcindi non poſſunt, Areſta dicantur. Budæus. ‖ In areſto aliquem detinere, eſt ſub placito, & ſententia, ut Principis, &c. ‖

Arĕta, ἀρήτη, fuit Ariſtippi philoſophi filia, quæ ei ſucceſſit in ſchola: ſummum bonum in voluptate, quæ maximè ſenſum moveret, poſuit. Huius filius fuit Ariſtippus, qui quòd a matre Philoſophiam hauſerit, μητροδίδακτος cognominatus eſt. Fuit præterea hoc nomine



Alcinoi Phæacum regis uxor, de qua Hom. *in Od*.

Ărĕtălogus, { ἀρεταλόγος. Gall. *Iouleur de moralitez, farceur, Comedien*. Ital. *Garrulo, loquace, ciarlatore, ciantatore, avantatore*. Germ. Ein ſchwetzman/ der ſich ſeiner Lugenden vil thůmpt. Hisp. *Componedor de novelas fingidas, el que habla vanas mente*. Angl. *He which ſpeaketh many vaine wordes, with vaineth much*. Porphyrione teſte, garrulus & loquax dicitur ob oſtentationem virtutis, unde nomen deducitur: ἀρετὴ enim virtus eſt, & λόγος ſermo. Suet. *in Aug*. & *ibidem cap*. 74. Frequentiùs aretalogos & feſtos & ſolutiores, nonnunquam tantùm iocularitatem celebrabat. Iuv. *Sat*. 15.

——— *riſum fortaſſe quibuſdam*
*Moverat, ut mendax Aretalogus.*

¶ Aretalogus etiam dicitur, qui in fingendis mendaciis auditores movet arte verborum: vulgò, *Charlatan*. Sed nunc contra Porphyrionem ab ἀρίστω, placeo, fluxit, ut ſit Aretalogus, facetus, urbanus, quique ſermonis lepore oblectat auditores, *aggreable en converſation*.

Arethous, ἀρέθουσα. Rex fuit in Aonia Bœotiæ.

Ărĕthūsa, ἀρέθουσα, Virgo venatrix, Dianæ comes, ab Alpheo amata, cuius vim quum effugere non poſſet, Dianæ miſeratione in fontem ſui nominis dicitur commutata: qui ne amatoris aquis polluceretur, per ſubterraneos cuniculos in Siciliam aufugit, & iuxta Syracuſas ubertimo aquarum gurgite emergit. Unde & Syracuſæ Arethuſides dictæ ſunt, forma patronimici fœminini. Ovid. *lib*. 4. *Faſt*.

*Vesque Syracuſæ Arethuſidas abſtulit armis*
*Claudius.*

¶ Fuit & Arethuſius fons Smyrnæ: tertius in Chalcide: quartus in Ithacha: quintus in Eubœa: ſextus in Bœotia prope Thebas. Didymus octo eius nominis fontes commemorat: adeò ut epitheton eſſe putetur cuiuſcumque fontis, ab irrigando. ¶ Eſt præterea Arethuſa, lacus Armeniæ majoris, pondera omnia ſuſtinens, & nitium nebulis exhalans: per quem Tigris fluvius tanto fertur impetu, ut aquæ non commiſceantur. Unum ei piſcium genus eſt, & hoc tranſcurrentis fluvii alveo non miſceatur, ſicut nec è Tigri piſces in lacum tranſnatant. Autor Plin. *lib*. 6. *cap*. 27. ¶ Eſt & Arethuſa locus Syriæ munitus iuxta Emeſam ſexdecim millibus paſſuum: à qua Arethuſius, ut inquit Strabo. ¶ Eſt item Arethuſa urbs una Euboeæ, alteta Syriæ, auctore Volaterrano.

Arĕtium, ἀρήτιον, *Arezzo*, civitas Tuſciæ, à Græcis condita eo tempore, quo populus Iſraël ſub Iudicibus regebatur: à qua incolæ dicti ſunt Aretini. ¶ Vaſa quoque fictilia quæ in ea fiebant, Aretina appellabantur. Mart. *lib*. 4.

*Aretina nimis ſpernis ne vaſa moremur:*
*Laurus erat Tuſcis Porſena fictilibus.*

Ārferīā, æ, aqua quæ diis inferis libabatur, ſeu vas vini, quod adhibebatur ſacris, & a Fero deducitur. Feſtus.

‖ Arferius, a, um, pro *Adferius*.

Arfero, pro adfero, vetus verbum. ‖

Argabia, ἀργαβία, unde ſtaſcia, aut ſtaſcones, aut vaſa aquaria militum ab ephippio pendebant.

Ārgæus, ἀργαῖος, Pelopis fuit filius, & Alcithoës pater. ¶ Alius fuit Licymnii, qui ab Hercule abductus, vi morbi peregrè periit, cuius crematos cineres Hercules retulit, ut iusjurandum, quod dederat, ſe illum reducturum, ſervaret. Hunc dicunt primum fuiſſe, qui crematus ſit, & ab eo deinde morem ſervatum. ¶ Eſt item Argæus, Cappadociæ mons arduus & perpetuis pruinis tigens, cui Mazaca civitas Cappadocum metropolis ſubjacet, ἀργαῖον. Author Strabo *lib*. 12.

Argante, ἀργάνη, civitas Indiæ, Steph.

Arganthonius, ἀργανθώνιος, Rex fuit, ut teſtatur Herod. *lib*. 1. in Arna civitate Bœotiæ. ¶ Fuit item Arganthonius, Tarteſſiorum rex in Hiſpania, quem Plin. 5. ait vixiſſe cxx. annos: Silius autem cce, qualem meminit *lib*. 3.

*Arganthoniacos armas Carteia nepotes.*
*Rex prævus, ſpes humani diviſſimus ævi.*
*Ter denos decies emenſus belliger annos.*

‖ Arganthus, mons arganthonius. Tum.

Argates, agricola, q. Erigates. Gloſſ. gr. b. ‖

Argathon, ἀργάθων: mons in Miſia, ubi raptus Hylas. Dictus ab Argathone Rheſi conjuge, cui & Argathon, ut montis quoque, nomen fuit.

Ārgēmă, Loca quædam Romæ appellantur, quòd in iis ſepulti eſſent quidam Argivorum illuſtres viri. Hæc Feſt. Liv. Argeos vocat maſc. gen. ſic enim ſcribit *lib*. 1. *ab Vrbe*, Multa alia ſacrificia locáque ſacris faciendis, quæ Argeos Pontifices vocant, dedicavit. A Varr. *lib*. 4. *de L*. *L*. Argeorum ſacraria appellantur. Reliqua (inquit) urbis loca olim diſcreta, quum Argeorum ſacraria in ſeptem & viginti partes urbis ſint diſpoſita.

Ārgēmă, atis, ἄργεμα, morbus eſt oculorum, quum ſcilicet albidum quoddam ulcus oculi infeſtat oculum, quem Irim Græci dicunt: quod mali genus affine eſt illi, quod Latinis Albugo vocatur, Græcis etiam λεύκωμα, Plin. *lib*. 29. *cap*. 6. Eadem vis eſt in Gallinacei felle alligato ad argema & albugines. Apud eundem (niſi forſè vitiata ſit lectio) legitur & argema, ατος, per primam nominum declinationem: ut *lib*. 20. *cap*. 1. Succo & cicatrices oculorum, & albugines argematis iunxêre. Item *cap*. 9. *lib*. *eiuſdem*. Polia trita cum oleo argema inunctorum ſanant. Quibus tamen in locis nonnulli legunt *Argemos*. A Græcis certè ἀργεμῶνος, & ἀργεμῶνι, indifferenter efferitur.

Argemon, herba eſt apud Plin. *lib*. 24. *cap*. 19. quæ ſuppa canaria dicitur.

Argemōne, es, ἀργεμώνη, herba eſt ſylveſtri papaveri omninò ſimilis: tradicta ab effectu, quòd oculorum albugines, quæ argemata appellantur, ſanet. Vide Dioſc. *lib*. 2. *cap*. 169. Plinius Argemoniam appellat *lib*. 21. *c*. 9.

‖ Argemon, argentum perecandidum. Feſt. ἀργόεις eſt album.

Argentoratum, ἀργεντόρατον, Ptolomæo aliiſque veteribus notum, in inferiori Alſatiæ tractu, Germanis hodie *Straßburgum*, Italis & Hiſpanis *Argentina*, vulgò *Straßburg*. V. E. ſub A. Moguntino in

clarissimis Germaniæ civitatibus, turris quæ est ad Cathedralem Ecclesiam, mirificâ & magnificâ structurâ, item armamentario instructissimo, maximè insignis est.

Argennus, ὁ Ἄργεννος Stephano, insula est Lesbo adjacens, iuxta Argennon promontorium, in qua Alcibiades extinctus est. Plin. *lib.* 5. *c.* 31. Argiussam vocat.

ARGENTVM, metallum est post aurum pretiosissimum, quod gignitur (si chymistis credimus) ex argento vivo, & sulphure albo, ἧς ὅρος ἄργυρος, ἄργυρου. GALL. *Argent.* ITAL. *Argento.* GERM. Sylber. HISP. *La plata.* ANGL. *Sylver.* ‡ Petito argentum à me præsentarium. Plaut. *Mostel. sc.* 1. *a.* 2. Mutuo ne oleant argentum manus. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Ne argentum te accepisse suspicetur. *Ibid.* Pro capite argentum dare. *Ibid.* Namque si me argento emeris, liber servibo tibi. Idem *Men. sc. ultim.* 5. Resolui argentum cui debeo. *Ibid. sc.* 5. *a.* 5. Vasa & argentum tibi referam (i. vasa argentea.) Idem *Menæch. prologo.* Tu argentum eluito, & idem exstruito, i. vasa. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Quod vis tibi argentum accipias. *Pseud.* Si non feres argentum, pedem intrò non feres. Idem *Men. sc.* 3. *a.* 4. Pro capite argentum numera. Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* 3. Promisisti argentum redditum iri, xxx. minas. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Cui nec paratus numus argenti fiet. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. & *sc.* 3. *a.* 1. Respondit sibi esse argenti inopiam. Idem *Curc sc.* 3. *a.* 2. Ut argenti faceret copiam. *Ibidem.* Sportulam cape & argentum, eccos tres numos. Idem *Menæch. sc.* 4. *a.* 1. Mili petitum argentum mutuum. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Quid id tua refert peierare dum argentum accipias. Idem *Amphitr. sc.* 1. *a.* 3. Non sinam nisi argentum mihi redditur, viginti minæ. Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Argentum accepi, nihil curavi cæterùm. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 5. Argentum accepi, dote Imperium vendidi. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Hæc argento non emo. Idem *ibidem. sc.* 7. *a.* 1. Dividere argenti nummos in viros. Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 1. Quantillum argenti mihi apud Trapezitam. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 1. Solutos sinat quos argento emerit. *Ibidem*, præsenti pecunia. Quod lamentare non esse argentum tibi. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Nemo prohibet, quin quod palam venale est, si argentum est, emas. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Allatus est cum argento matsupium: suprà, cum viatico. Idem *Men. sc.* 7. *a.* 5. Quis est qui cupiat argenti facere aliquid lucri. Idem *Mostel. sc.* 1. *a.* 2. Eius spuma vulnera sanat, neque sinit superfluas carneis exetescere, & sordes cordis mundificat. Argentum factum dicitur, quod elaboratum est, & in vasa, aliamve supellectilem fabricatum. Græci ἀργυρώματα appellant. Pomp. *ff. de auro & argent. legato.* Argento facto Q. Mutius ait, vasa argentea continere, veluti trullas, paropsides, pelves, & his similia. ✠ Argentum infectum, hoc est, rude & nondum elaboratum. ¶ Argentum signatum, ab eo dicitur pecunia argentea, quòd signum principis, vel magistratus habeat impressum. ἀργ. ἔσημον. Seneca 1. *de benef.* Libentiùs donabo argentum factum, quàm signatum. ¶ Interdum etiam Argentum absolutè positum legimus pro argento facto, sive supellectili argentea. Plaut. Tu esto lectisternator, tu argentum eluito. Cicero. Quum essent triclinia strata, argentúmque expositum in ædibus. ¶ Item pro argento signato, hoc est, pecunia argentea. Terent. *in Phorm.* Emunxi argento senes. Idem *in Heaut.* Argentum cudo. ¶ Argentum primò signatum est anno Urbis 513. Quinto Fabio consule, quinque annis ante bellum Punicum primum. Nota argenti bigæ & quadrigæ fuerunt, inde Bigati, & Quadrigati nummi appellati sunt. Aureus verò numnus 60. anno post argenteum percussus est, in quo primò Consulum, deinde Imperatorum capita imprimi cœperunt, & ab iis sæpe nomina accepere. Argenti vena, ἀργυρίτις φλέψ. ¶ Argentum pustulatum, vide infra statim post dictionem *Pustula.* ¶ Argentum accepi, imperium vendidi. Plaut. proverbii quadam specie *in asinaria* dixit. Nihil hac sententia decantatius, Qui accepit beneficium, perdit libertatem. ¶ Argenti fontes loquuntur ἀργύρου πρῶτα λαλῶν. Hoc adagio notabantur ij, qui stolidè quidem atque indoctè, sed arroganter tamen & confidenter loquerentur, opibus videlicet suis freti. ¶ Argentum sublimatum nusquam apud antiquos reperiri traditum est. Planè venenum est, quod semihora & minori spatio exedendo interficit. Nam omnia inarescit, & præsertim præcordia, velut ignis urit. ¶ Argentum rasile. Velleius Paterculus *histor.* 2. *de Lusarr.* Quinque egit triumphos: Gallici apparatus ex Citro, Ponnici ex Acantho, Alexandrini testudine, Attici ebore, Hispaniensis argento rasili constitit. Argentum viatorium, & argentum balneare: de quibus *D. lib.* 34. *tit.* 2. *l.* 39. & 40. Aquam argento non emo. Plaut. *Asin. sc.* 3. *ult.* ¶ Argentum muliebre. *l.* 12. §. *ult. ff. de instruct. & instrum. leg.*

Argentārium, argentex supellectilis instrumentum, ἀργυροθήκη. Ulp. *D. lib.* 24. *tit.* 2. *l.* 19. Ut injunctura argentea scio me dixisse, quod non in argentario paterfamilias reponebat.

Argentārius, rii, substantivè, qui argentum exercet, hoc est, apud quem pecuniam deponimus, quam tempore locáve alio nobis reddat. ‡ τραπεζίτης, ἀργυρο μοιβός. GALL. *Banquier, changeur.* ITAL. *Cassiere, banchiere.* GERM. Wechßler. HISP. *Cambiador ò banquiero publico.* ANGL. *A banckers vilende th money.* ‡ Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 1. Apud Archibulum ero argentarium. Et *paulò pòst.* Ibo ad forum, ibi mancbo apud argentarium. Miles æs petit, itur, putatur ratio cum argentario. Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 3. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 3. Argentariis malè credidi, & bene credi ridiculum est. Et *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. periphrasticè. Postquam à mensa isti surgunt, Romæ cum pecunia alicui aut assignabatur, aut solvebatur, ea ab argentariis curari consuevit. Idem *in Curcul.* Habent hunc morem plerique argentarii, ut alius alium poscant, reddant nemini. Eundem etiam Trapezitam & Mensarium appellamus. Idem *ibid.* Ibi me interrogat, ecquem in Epidauro trapezitam Lyconem noverim. Cicer. *pro Flacco.* Civitas, in qua nummus nullus moveri potest, sine quinque Prætoribus, tribus Quæstoribus, quatuor Mensariis. ¶ Propriè autem argentarii dicuntur (ut docet Iureconsl. *ff. de edend.*) majores mensarii, qui multorum pecunias acceptas custodiunt, quum opus fuerit reddituri, & quorum officium atque ministerium publicam habet causam: hique rationes conficiunt. Author est Seneca, argentarios prælis publicis auctionibus. Vide Budæi annotationes *in Pandectas.*

Argentārius, a, um, adject. quod est argenti, quod ad argentum pertinet. ‡ ἀργυρικός, ἀργυρεῖος. GALL. *D'argent, appartenant à argent.* ITAL. *Cosa d'argento, quello ch' appartiene all' argento.* GERM. Das zum Sylber gehört. HISP. *Cosa pertenciente à la plata.* ANGL. *Belonging to sylver, of sylver.* ‡ Plin. *lib.* 33. *cap.* 5. Laudatiorem eandem in cæteris metallis, & proximam in argentariis fieri compertum est. Ratio argentaria, id est pecuniaria. Cato *de re rust. cap.* 2. Rationem putare argentariam & frumentariam. ¶ Auxilium argentarium. Plaut. *in Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Spero alicunde hodie me bona opera, aut mala tibi inventurum esse auxilium argentarium. Ita miser & amore perco, & inopia argentaria. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Illecebræ argentariæ, meretrices. Idem *Men. sc.* 4. *a.* 2.

Argentāria, æ, mensa, taberna argentarii, vel etiam officina, in qua argentum cuditur, aut præparatur. ‡ ἀργυρεῖον, ἀργυροπωλεῖον. GALL. *Bouticque ou forge où on bat, ou forge l'argent.* ITAL. *Banco, cecca, bottega dove se batte l'argento.* GERM. Wechßelbanck/ oder ein Sylberschmeltzen. HISP. *Plateria, à la casa de la moneda.* ANGL. *A banckers table or shoppe.* ‡ Plaut. *in Epid.* Per myropolia & lanienas, circúmque argentarias. ¶ Significat & Argentaria officium, seu functionem argentarii. Ulpianus *tit. de eden.* Sed & quod solvi constituit argentarius, edere debet: nam & hoc ex argentaria venit. ¶ Argentariam facere, vel exercere ἀργυροπρατεῖν, ἀργυρᾶς. Idem *eod. tit.* Is etiam qui desiit argentariam facere, ad editionem compellitur, ubi argentariam exercuit.

Argentātus, a, um. Argento tectus. ‡ ἀργυρωτός. GALL. *Argenté, couvert ou revestu d'argent.* ITAL. *Coperto d'argento.* GERM. Versylbert. HISP. *Cosa plateada ò de fuera.* ANGL. *Covered with sylver, overlaide with sylver.* ‡ Livius 9. *ab Vrb.* Tunicæ auratis militibus versicolores, argenteis lineæ candidæ. Ad me cum argentata accedit querimonia. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 2. Drachmæ, sive lacrymæ argenteæ. *Ibid. sc.* 1. *a.* 1.

Argentĕus, a, um, quod est ex argento. ‡ ἀργυροῦς. GALL. *D'argent.* ITAL. *Fatto d'argento.* GERM. Sylbern. HISP. *Cosa tocada de materia de plata.* ANGL. *Made of sylver.* ‡ ut, Argenteus denarius, & argenteæ sphæræ, apud Plin. Argenteum solium, argenti splendorem referens, apud eundem *lib.* 16. *cap.* 18. Argentea amica, quæ argento vendita est. Plaut. *in Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Quid ego ex te audio? amicam tuam esse factam argenteam. *Ibid. sc.* 2. *a.* 1. pro lignea salute argenteam vis remittere. ¶ Argenteis hastis pugnare, ἀσπίσιν ἀργυραῖς μάχεσθαι, qui quum negotium alio pacto confici nequit, muneribus & largitione perficiunt. Nihil autem tam arduum, quod pecuniâ non explicetur. Oram aiunt paternam ab oraculo quodam Apollinis, qui Philippo regi consulenti, quo pacto posset victoria potiri, respondit ad hunc modum, Ἀσπίσιν ἀργυραῖς μάχου, καὶ νικήσεις πάντας, i. Argenteis pugna telis, atque omnia vinces. ¶ Bos in quadra argentea, βοῦς ἐπὶ τέτρασιν ἀργυροῦς. In eos qui personam sustinent officium aliquod egregium pollicentem, nec ulli tamen sunt usui, nisi ad voluptatem, aut fastum.

Argentōsus, cui immistum est argentum. ‡ ἀργυρώδης. GALL. *Plein ou meslé d'argent, argenteux.* ITAL. *Che tiene d'argento.* GERM. Das mit Sylber vermischet ist. HISP. *Cosa que esta mezclada con plata.* ANGL. *Full of sylver wherwith sylver is mingled.* ‡ ut, Aurum argentosum. Plin. *lib.* 33. *cap.* 5. Ita ferruminantur aurum, quod argentosum vocant.

Argentifodīna, æ, ubi foditur argentum, quam Argenti minam vocamus. ‡ ἀργυρῶνος, ἀργυρωρυχία. GALL. *Mine d'argent.* ITAL. *Miniera d'argento.* GERM. Ein Sylbergrub. HISP. *Alinero de donde sacan plata.* ANGL. *A sylver mine.* ‡ Plin. *lib.* 33. *c.* 6. Odor ex argentifodinis inimicus est omnibus animalibus, sed maximè canibus.

Argentum vivum, genus est metalli liquidi, argentum colore, fluida verò consistentia aquam referens: unde & nomen accepit ὑδράργυρος. Aristoteles ἄργυρον ὑγρὸν, hoc est, fusile, seu liquidum argentum vocat. ‡ GALL. *Vif argent.* ITAL. *Argento vivo.* GERM. Quecksylber. HISP. *Azogue.* ANGL. *Quicke sylver.* ‡ Huius duæ sunt species, Nativum, seu Fossitium, & Factitium, quod ex minio excoquitur. Utrumque Hydrargyros Dioscoridi dicitur. Plinius Hydrargyron ab argento vivo distinguit, quòd fossile est & nativum. Argentum vivum, quod ex minio purgatur. Hydrargyron appellant. Sic enim habet *lib.* 3. *c.* 3. Æs Inaurari argento vivo, aut certè hydrargyro legitimum erat. Utraque species pestilentem exhalat odorem, auramque planè exitialem.

Argentangina, vocabulum est Latinum, ex Græco ἀργυράγχη effictum: quo significatur angina ex argenti, hoc est, pecuniæ cupiditate profecta. Unde Argentangina laborare dicuntur, qui pecunia corrupti retinent ea, quæ ad Reipublicæ commoda iudicant pertinere. Vide infrà in dictione *Argyranche.*

Argestēs, ‡ ἀργέστης. ITAL. *Vento di maestro.* GERM. De westwind. HISP. *The Dersweſtwind.* ‡ Ventus flans ab occasu æstivo, qui à Latinis Corus & Caurus dicitur. Plin. *lib.* 2. *c.* 47. ab occasu æquinoctiali Favonius, ab occasu solstitiali Corus: Zephirus & Argestes vocant.

*Frigidus Argestes summas mulcebit aristas.*
Ovid. 5. *Fast.*

Argēus, a, um, ἀργεῖος, denominativum deductum ab Argis Peloponnesi urbe, idem significans, quod Argivus. Horat. *lib.* 4. *Carm.* Tybur Argeo positum colono. ¶ Argei quoque, teste Festo dicebantur scirpea effigies, quæ per Virgines Vestales iaciebantur singulis annis in Tyberim per pontem sublicium. Ire ad Argeos dicitur Flaminica. Gell. *cap.* 15. *lib.* 10.

Argīa, ἀργεία. Adrasti regis Argivorum filia, & uxor Polynicis: de cuius in defunctum maritum pietate, vide Statium *lib.* 12. *Theb.*

Argīæ, ἀργίαι, insulæ sunt numero viginti, Cariæ adjacentes: ut scribit Plin. *lib.* 5. *cap.* 31.

Argila, ἄργιλλα, urbs Cariæ. Steph.

Argilētum, locus erat Romæ iuxta Palatium, ita dictus (ut quidam volunt) ab Argo Argivorum duce, qui ab Evandro hospitio exceptus, quum in affectati regni suspicionem venisset, ab Arcadibus, iussu

Inſcio (ut volunt) Evandro, eſt occiſus. Cui poſtea Evander tumulum erexit, quem de nomine ejus Argiletum appellavit. Huc alludit Virg. 8. *Æneid.*

——— *& lethum docet hoſpitis Argi.*

Alij Argiletum dictum putant quaſi argilletum, ab argilla. hoc eſt creta, cujus eo in loco erat magna copia. Utrumque opinionem refert Varro *lib.* 4. *de L. L.*

Argilla, terra tenax, qua figuli utuntur ad facienda vaſa. חמר *chomér.* ἄργιλος. Gall. *Argille, terre forte, terre graſſe.* Ital. *Creta, terra.* Germ. Wuch Erdtrich / weicher Leim oder Leti. Hisp. *Barro, ò arcilla.* Angl. *Potters claye.* ‡ Cic. *in Tiſenem.* Quid ceſſat hic homulus ex argilla, & luto factus Epicureus? Horat. 2. *Epiſt.*

——— *idoneus arti*
*Cuilibet, argilla quidvis imitaberis uſu.*

Sunt qui unco l, ſcribant, quod etiam convenire videtur cum Græca origine: contrà tamen uſus obtinuit.

Argillacĕus, a um, quod ex argilla eſt, aut quod tenax eſt in modum argillæ. ‡ ἀργιλῶδης. Gall. *Qui eſt d'argille, ou gluant & pesant comme argille.* Ital. *Coſa fatta di creta.* Germ. Das auß Leim oder Letten gemacht / Schlipfferechtig. Hisp. *Coſa de materia de barro.* Angl. *Of potters claye.* ‡ Plin. *lib.* 17. *cap.* 7. Eſt enim alba terra, rufa, columbina, argillacea.

Argillōsus, a. um, abundans argilla. ‡ ἀργιλῶδης. Gall. *Argilleux, plein d'argille.* Ital. *Abondante di creta.* Germ. Der Letten voll oder Leimechtig iſt. Hisp. *Lleno de barro.* Angl. *Full of potters claye.* ‡ Plin. *lib.* 22. *cap.* 4. Seri nec pinguibus vult, nec argillosis locis. Colles argillosi. Colum. *lib.* 1. *de arbor. cap.* 17. Olea maximè collibus ſiccis & argillosis gaudet.

Argilus, ἄργιλος, Herod. *lib.* 7. *hiſt.* teſte, urbs fuit Æmathiæ, non procul ab oſtiis Strymonis fluvij verſus Occidentem.

Arginuſa, ἀργινοῦσσαι, inſula eſt exigua, Lesbo adjacens, inter Methymnam & Mitylenem, juxta Argenum promontorium, unde & nomen habet. Meminit hujus inſulæ Plin. *lib.* 5. *c.* 31. Stephanus ἀργεννοῦσσαι vocat. Strabo autem *lib.* 13. tres facit inſulas Arginuſas modico intervallo diſcretas.

Argiphontes, ἀργιφόντης, cognomen eſt Mercurij, tractum ab Argo centoculo, Jūs cuſtode, quem Jovis juſſu interfecit. Mythologici interpretantur Argum ſphæram eſſe ſtellatam, quòd illi inſit ſpecies quædam cœleſtium oculorum. Io autem terram eſſe volunt, quam Ægyptij in hieroglyphicis literis bovis imagine exprimunt. Hanc Argus, hoc eſt cœlum ſtellarum, nocturno tempore deſuper videtur obſervare. Mercurium autem Solem interpretantur, qui Argum tunc dicitur occidere, quum luminis ſui magnitudine ſtellas omnes obſcurat, earumque conſpectum mortalibus eripit. Vide Macrob. *Saturn. lib.* 1. *cap.* 19.

Argippæi, orum, ἀργιππαῖοι, populi ſunt Scythiæ, juxta Sarmatas, & Thuſſagetas, ab ipſa nativitate calvi, ſimis naribus, & tegenti mento, proprio quodam oris ſono, ex arboribus victitantes. Hi quum arma nullà habeant, à nemine tamen afficiuntur injuria, propterea quòd ſacri putentur. Iidem finitimorum controverſias dirimunt, & ad ſe confugientes tuentur ab injuria. Plura de his Herod. *lib.* 4.

Argis, εἰς Ἄργη, adverbialiter in loco. Plin. *lib.* 16. Argis etiam olea durare dicitur.

Argiſſa, ἄργισσα, Theſſaliæ civitas eſt propè Peneum, condita à filiis Lariſſæ, deinde Argiſſa vocata, ut ſcribit Strabo *lib.* 9.

Argo, genet. feminin. ἀργοῦς. Prima navis fuiſſe creditur, qua Iaſon, unà cum flore juventutis Græciæ, Colchida navigavit, velluſque aureum, à Medea adjutus, in Græciam reportavit. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Triſt.*

*Is quoque Phaſiacæ Argon qui duxit in undas.*

Volunt autem hanc navem Argo appellatam ab Argo architecto, de quo Flaccus,

——— *ad thorum Tritonia devolat Argum.*
*Moliri hunc puppim juberis & dimittere ferro Robora.*

Diodorus à velocitate dictam putat nam ἀργὸς inter cætera ſignificat velocem. Alij ab Argivis, qui in ea vecti fuerunt, malunt appellatam. Quod ſentire videtur Cicer. *lib.* 1. *Tuſcul. quæſt.* quum ait: Et eas angustias, per quas penetravit ea, quæ eſt nominata Argo, quia Argivi in ea delecti viri vecti perebant pellem inauratam arietis. ¶ Eſt & Argo ſignum cœleſte, quod & navis appellatur. Oritur pridie Idus Martij.

Argonautæ, ἀργοναῦται; dicti ſunt heroës illi, qui cum Iaſone in Colchos profecti ſunt, numero amplius quinquaginta: ex quibus præcipui fuere Caſtor, & Pollux, Telamon, Orpheus, Hercules, & Hylas puer. Sic cognominati à navi qua navigarunt. De his Orpheus *lib.* 1. & Apollonius *in* 1. *Argonaut. Herſum*, & Flacc. *in Argon.* Dicti ſunt à cardinate. Martial. *epigr. lib.* 3.

Argopelaſcos, Homerus vocat *Theſſalos.*

Argŏs, eos, & in plurali numero Argi, orum, ἄργος, τὸ, clariſſima civitas Peloponneſi, non procul à Mycenis, quæ ad diſcrimen aliarum ejuſdem nominis urbium, Argos Hippium dicebatur, quòd agrum haberet paſcendis equis in primis idoneum. Dicitur & Dipſion, ab aquæ penuria: quo fit ut plures eodem utantur puteo: quod genus eſt apud illos arctiſſimæ ſocietatis. Aliquando & Phoronicum dictum eſt, teſte Strephano, à Phoronto primo rege. Eſt autem hoc nomen in ſingulari numero neut. gen. quod apud Græcos declinatur, τὸ ἄργος, τοῦ ἄργεος: apud Latinos autem tantùm in uſu habet nominativum, accuſativum & vocativum; in plurali verò maſculinum eſt ſecundæ nominum inflexionis. Horatius,

*Aptum dicit equis Argos, ditiſque Mycenas.*

Virg. 7. *Æneid.*

——— *Ecce autem Inachiis ſeſe referebat ab Argis.*

¶ Eſt item Argos oppidum Theſſaliæ, quod & Pelaſgicon dicunt, à Pelaſgis. Lucanus.

——— *ubi nobile quondam*
*Nunc ſuper Argos erat.*

¶ Aliud in Acarnania, Amphilochicum cognominatum, quod Alcmæon, ejuſque liberi condidere, ut inquit Strabo *lib.* 7. ¶ Fuit & Argo Apuliæ oppidum, a Diomede conditum, & primum à nomine ſcilicet patriæ Argos Hippium appellatum, quod deinde Argyrippam & poſtremò Argos vocitarunt. ¶ Theſſaliam quoque aliquando Argos Pelaſgicum appellatam fuiſſe, autor eſt Plin. *lib.* 4. *cap.* 7. ¶ Ipſam præterea Peloponneſum antiqui Argos, & Argos Achaicum appellavere, ut ſcribit Strabo *lib.* 8. ¶ Eſt item Argus, ſive Argus, canis nomen apud Hom. *lib.* 17. *Odyſſ.* qui ſolus Ulyſſem vigeſimo demùm anno in patriam redeuntem agnovit.

Argīvus, adjectivum, ἀργεῖος, id eſt, Græcus. Virg. 2. *Æneid.* Argiva phalanx. Cic. 2. *de Orat.* Argivus orator. ¶ Argiva calumnia, ἀργεία δίκη. De calumniatore, & delatoribus dici ſolitum. Nam Argivos olim notavit antiquitas, tanquam ſycophantas, & litium avidos. Euſtathius ex Pauſania, & Diogeniano ut colligantur. ¶ Argivi fures, Ἀργεῖοι φῶρες, de palàm improbis. Nam Argivi ſimulatis infamiâ laborabant antiquitùs. Extat & hoc apud Suidam. ¶ Argivos vides, Ἀργείους ὁρᾷς, id eſt, ſtupentibus, & attonitis oculis.

Argolicus, a, um, ἀργολικός, idem quod Argivus: ut Virg. 1. *Æneid.*

——— *Argolici exercuit Pergama telis.*

Cic. *in Arat.* Argolica navis.

Argŏlis, is, fœm. gen. ἀργολίς, id eſt, Argiva. Ovid. 9. *Metam.*

——— *at longis anxia curis*
*Argolis Alcmene.*

Argōus, a, um, ἀργῶος, idem quod Argolicus. Horat. *in Epod.*

*Non hunc Argoo contigit vemige pinus.*

Argulus, filius fuit Amyclatis, quem primum apud Achæos quadrigam junxiſſe dicunt, quum alij Argolio illud adſcribant.

Arguſa, civitas Theſſaliæ, quæ priùs Argiſſa dicebatur. Vide *Argiſſa.* Eſt & locus Eubœæ. Vide Steph. qui loci illius incolas etiam Argivos, & Leontinos vocari ſcribit.

Arguō, is, ui, utum, accuſo, reprehendo. ‡ תוכיח *hocchiach*, נכח *bith vachchách.* Iaiſm. Gall. *Reprendre, convaincre.* Ital. *Imputare, reprendere, accuſare.* Germ. Schelten / ſtraffen / anklagen. Hisp. *Redarguir, y reprender.* Angl. *To accuſe, to rebuke.* ‡ Arguere pro objicere, & accuſare. Suet. *in Calig. c.* 32. & ibi *cap.* 1.

*Quid quod me duri fugientem mœnia belli*
*Arguit incepto ſecum accepiſſe laberi.*

Ovid. 13. *Met.* Egomet te vidi facere: egomet eccè arguo. Plaut. *Men. ſc.* 5. *a.* 5. Qui arguit? ſimi (ſup.) Ego. *Ibid. ſc.* 2. *a.* 4.

*Apparet virtus, argumúrque magis.*

Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Triſt.*

*Arguor obſcœni doctor adulterii.*

Idem *El.* 1. *lib.* 2. *Triſt.* Qui arguet ſe, eum contrà vincat ſureiurando ſuo. Plaut. *Mil. ſc.* 2. *a.* 2. Cum etiminatus ſit eunt, contrà arguat. Idem *ibid.* Non ut arguerem, id dixi, ſed ne arguerer. Velleius. Quæ me arguit hanc ſuſtripuiſſe. Plaut. *Men. ſc.* 2. *a.* 1. Et genitivo ſæpiùs quàm ablativo jungitur. Curtius, Oſtiucm modò avaritiæ, interdum & defectionis arguebat. Plaut. *in Amph.* Et eccum video, qui me miſeram arguit ſtupri dedecoris. Si verò id quo quis arguitur, non exprimitur, accuſativum tantùm habet. Lact. *lib.* 3. Tui ergo te liberi arguunt. Interdum idem ſignificat quod oſtendere. Virg. 4. *Æneid.* Degeneres animos timor arguit. ¶ Arguere reum, eſt demonſtrare, & argumentis probare ab eo commiſſum crimen. Ulpian. *de verb. ſignif.* Indicaſſe reum, eſt detuliſſe: arguiſſe, accuſaſſe, & conviciſſe. ¶ Argui de crimine. Cic. 1. *de invent.* Negare oportebit de vita ejus, & moribus quæri, ſed de eo crimine, quo de arguatur. ¶ Arguere pro Vetare, & prohibere, dictum videtur ab Ovid. *lib.* 1. *de Ponto*, Eleg. 7.

*Aſt quoque tenantem gladio finire dolorem*
*Arguit, injecta continuitque manu.*

¶ Aliquando in diſcrimen vocare. Feſtus, Argutum iri, id eſt, in diſcrimen vocari. Hujus compoſita ſunt, Coarguo, & Redarguo. ¶ Sciendum eſt, quod licèt Arguo, Argutum ſupinum faciat, ex quo Argutus, participium tamen futuri temporis eſt Arguiturus. Salluſt. *Iug.* 2. *hiſt.* Quos adversùm multi ex Bithynia volentes occurrere, falſum filium arguituri. Nam, ut docet Priſcianus, quædam ſunt verba in *uum* ſupinum formantia, quorum participia futuri terminant in *iturus*, & verbalia in *itio*, ut arguitum, Arguiturus: Tutum, tuiturus: Sputum, ſpuiturus: Plutum, pluiturus, pluitio.

Argūtus, a um, participium paſſivum ab Arguo: Accuſatus, reprehenſus inſectatus. Plaut. *in Pſeud.* Argutus malorum factorum. ¶ Quandoque eſt nomen, idem ſignificans quod ſubtilis, & acutus. ‡ חריף *hoſemi*, ἰθὺς, ἀγχίνους. Gall. *Subtil, ingenieux.* Ital. *Argute, ſtrilere* Germ. Beſchriben / Spitzfündig / oder liſtig. Hisp. *Agudo, à ingenioſo.* Angl. *Subtill, wittie, ingenious.* ‡ Plin. *in Epiſt.* Vitaſſem jamdudum, ne viderer argutior, niſi propoſuiſſem omnes angulos tecum epiſtolæ circuire. ¶ Interdum ſignificat, canorus, reſonans, κανόρος: ut, Arguta hirundo, & arguti homines, qui multùm; & celeriter loquuntur. Virg.

——— *Argutos interſtrepere anſer olores.*

Col. *lib.* 9. *c.* 5. Vitentur cavæ rupes, & arguta valles, quas Græci ἠχοῦς vocant. ¶ interdum, Exilis, brevis, acutus. Idem Virg. *lib.* 3. *Georg.*

*Argutúmque caput, brevis alvus, obeſáque terga.*

¶ Arguta cœca, quæ maximè declaratit, & oſtendunt quid futurum ſit. Cic. 2. *de Divin.* Itane probri, & ſtupri dedecoris à viro arguta meo? & *Pſeud. ſc.* 4. *a.* 2. Ecquid argutus eſt? &c. Arguti occelli, Ovid. *Eleg.* 3. *Amor. & Eleg.* 23.

Argūtè, adverbium, Subtiliter, acutè. Cic. *pro Cœcin.* Si mihi acutè argutèque reſponderis. Idem *de Orat.* De rebus difficillimis argutiſſimè diſputare.

Argūtulumè Gell. *lib.* 11. *c.* 5. Super qua re Phavorinus ſubtiliſſimè, argutiſſimèque decem libros compoſuit.

Argutulus, ‡ κομψός, ἰσχνόγνωμος. Germ. Naſeweiß. Angl. *Somewhat ſubtill, ſhrill.* Diminutivum ad contemptum, & non blandiendi cauſa, ut Homuncio, & Homulus.

sardinis similis, nisi quod minor & latior. ¶ Denique est in censu apuarum piscículus, qui Aristoteli ἀφύη dicitur, Natica Plauto, apud Festum & Apua manibias, ἀφύαι, vulgò *Colerin.*

Apuani, vulgò *Genevesi*, Ligures sunt, teste Liv. *lib.* 10. Sempronius (inquit,) è Pisis in Apuanos Ligures valtando aperuit saltus, &c.

Apud. Præpositio est, quæ nunquam composita reperitur: apposita verò casibus, quandoque locum denotat. Ἐπὶ *isol. ma.* ἐπὶ, *sur.* Gall. *Auprés, chez, devant.* Ital. *Appo, appresso, presso.* Germ. Bey. Hisp. *Cerca.* Angl. *By or nigh.* ut, Nec edes, nec bibes quicquam apud me. Plaut. *Most. sc.* 3. Apud me cœnabis hodie. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 5. Apud te habitabo. Idem *Men. sc.* 7. *a.* 5. Metuit ne apud prætorem solvere.t. Idem *Merc. sc.* 3. *a.* 5. Haud diu apud hunc servitutem servio. Idem *Stil. sc.* 1. *a.* 2. Hic apud me nunquam delinges salem. Idem *Curc. sc.* 4. *a.* 4. Apud hasce ædes, (i. in, vel ad, vel propè,) Idem *Men. sc.* 2. *a.* 2. Etiam decem minæ apud te sunt (i. pro te impensæ) & eas mihi debes. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Quid apud hasce ædes tibi est negotii? Idem *Amphitr.* Apud hostes dum sedemus. Idem *ibid.* Quæ apud legionem vota vovi. Idem *ibid.* In medicinis intonstrinis, apud omnes ædes sacras; *ibid.* Servire apud te. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 2. Quid audio? Vix apud me sum. Idem *Men. sc.* 4. *a.* 4. Neque apud amicam, neque domi, &c. *Ibid. sc.* 3. *a.* 4. Tuut animus apud nos est fixus clavo Idem *Asin. sc.* 7. *a.* 1. Apud ortum te videbo, *ibidem sc.* 2. *a.* 3. Ego mihi apparari jussi istic apud te. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 1. Conduxit coquos apud forum. Idem *Aul. sc.* 2. *a.* 1. Herus major apud forum est. Idem *Asin.* Apud vos id proloquar. Idem *Cap. Prolog.* Apud mensam loquebatur. Gell. *cap.* 22. *lib.* 2. bis, & *cap.* 9 *lib.* 9. Apud cœnam cùm discubuisset erat, legebatur: idem *cap. ult. lib.* 3. Ubi istuc est loci? apud Fastitudinas intulas, Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Potius, quàm hoc pacto apud te serviant. Idem *Aulul. sc.* 1. *a.* 1. (i. tibi.) Credo Deos voluisse ut apud te me in nervo enecem. *ibidem sc.* 1. *a.* 4. Apud hunc confessus es divitias meas. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Essetne apud te acceptissimus (i. tibi.) *Ibid. sc.* 5. *a.* 3. Apud Novercam quærere. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Res agitur apud iudicem. *Ibid. sc.* 3. *a.* 2. Iube igitur nobis tribus apud te prandium accurarier. Idem *Menæch. sc.* 3. *a.* 1. Devortor apud anum illam. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Apud te servire tibi postulas viros. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 1. Oratores qui apud Concliones Athenienssium floruerunt. Gell. *cap.* 3. *lib.* 12. Apud lecti fulcrum capsula. Idem *cap.* 15. *lib.* 10. Apud se esse (i. sui compos, suppl.) Senec. *cap ult. de Tranq. vitæ.* Apud aram supplicare. Suet. *in Calig. cap* 35. Apud amicos quid statuere. Liv. 6. *ab Vrb.* Apud milites concionatur. Cæs *lib.* 1 *de bell. civ.* Apud Senatum, pro in. Suet. *in Tib. cap.* 42. Accipias apud te alienum (i. domi.) Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 3. Lupos apud oves linquere (i. cum, vel inter.) Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Apud Mantuam hæc scripsi. ¶ Quandoque personam: ut, Apud regem. Quandoque loci & personæ conjunctionem, ut, Cœnavi apud Pompeium. Sed quum ad personam referat, plerumque familiaritatem significat, non dominium: ut, Fui apud te, id est, tecum, vel domi tuæ. Penes verò & potestatem, & personam, & dominium (ἐπί, cum dativo.) Ovid. *lib.* 1. *Fast.*

*Me penes est unum fasti custodia mundi.*

Quamquam etiam sine domini significatione aliquando inveniatur, ut latiùs docebimus suo loco. Apud, aliquando accipitur pro In, ut apud Terent. *in Andr.* De Davo modò apud forum audivi. ¶ Apud se dicitur esse, qui omissis negotiis se in recessum recipit. Cic. *lib.* 1. *de Orat.* Marcus verò Scaurus, quem non longè ruri apud se esse audio. Magis tamen videtur, apud se, *in hoc* Cic. *loco* accipi pro Domi suæ, quemadmodum frequenter apud Terent. Apud nos, pro Domi nostræ. ¶ Apud, etiam Juxta significat. Cic *de offic.* Cujus focum mirari solitus Cato, apud quem ille sedens, Samnitum quondam hostium, jam clientium suorum munera repudiabat. Idem *de Orat.* 2. Quum etiam tum in lecto Sulpitius esset, apud eum Crassus sederet. ¶ Apud aliquem obligari, pro alicui. Iulianus *D. de fideiussoribus*, Fideiussor obligari non potest ei, apud quem reus promittendi obligatus non est. ¶ Apud, exponitur etiam per Inter. Cic. *pro Fronteio*, Studiis militaribus apud juventutem obsoleris, hoc est, inter juvenes. Tale est quum dicimus, Mos fuit apud Romanos, propter eo quod est inter Romanos. ¶ Apud majores, vel patres nostros, pro temporibus majorum, vel patrum nostrorum. ¶ Apud Platonem, id est, in Platonis libris. Cic. 1. *de Divin.* ¶ Apud, aliquando postponitur suo casui. Tacit. *lib.* 5. Ripam apud Euphratis, & *lib.* 4. Miscetur apud & Ravennam.

Ἀπὸς, odis, vel cypsellus, ἕνα τῶν πτηνῶν. Angl. *A martinet birde.* Avis est de genere hirundinum, cujus pedes curti, & mutili, quasque inutiles. Plin. *lib.* 10. *c.* 39. Plurimùm volant quæ Apodes, quia carent usu pedum: ab aliis Cypselli appellantur, hirundinum specie. ¶ Est & aquilæ species apud Avicennam Arlachine. ¶ Apud Pausaniam verò aquilæ cygneæ fit mentio *in Arcad.* Et quæ variis pedibus, ἑτεροπόδων recentium.

¶ Apulia, extra portus, si de terra: extra columnas, si de mari. Tertull. ¶

Apúlia, *Puglia*, Italiæ regio mari Adriatico contermina, inter Dauniam & Calabriam, quæ & Iapygia, ab Iapyge Dædali filio, qui eam regionem retinuit, dicta est Ἀπουλία. Corripit autem hoc nomen primam syllabam, & unico p, scribendum est: assumit tamen interdum alterum p, ut eandem producat. Secundam autem syllabam semper producit. Contra Apulus semper primam producit, & corripit mediam. Horat. *lib.* 3. *carm.* Nutricis extra limen Apuliæ. Iuvenal.

*Vendit agros, sed majores Appulia vendit:*

ubi & prima producitur. ¶ Hinc Apulus, a, um, sive Appulus, adject. Luc. *lib.* 5.

*Appulus Adriacum exit Garganus in undas.*

Ἀπύρηνον, ἀνώνυμον, genus est mali Punici dulcissimi, ita dictum, quasi ἄνευ πυρῆνος, hoc est, sine nucleo: non quòd prorsus nucleis careat, sed quòd eos habeat minùs lignosos. Quo fit, ut & acinos habeat blandiores & minùs amaros. Plin. *lib.* 13 *cap.* 14. Mart. *lib.* 13.

*Lecta suburbanis mittuntur aprica ramis,*
*Et verna tuberes, quid tibi cum Libyca?*

Senec. *Epist.* 86. ¶ Legitur & adjectivum Apyrinus, a, um: ut, Apyrinus fructus, hoc est, dulcis, nucleíque minus lignosis, quales habent apyrena. Colum. *lib. de Arboribus*, *cap.* 23. Ea res fertilem arborem reddet, & primitivis annis fructum vinosum, postea verò etiam dulcem, & apyrinum facit.

Apyrum sulphur, ἄπυρον θεῖον. Plin. *lib.* 33. *cap.* 15. vocat sulphur vivum, quodque ignem non est experitum: ἄπυρον enim Græci vocant incoctum, & quod ignem non est assuetum. Unde & Apyri tripodes, ἄπυροι τρίποδες dicebantur, qui ignibus intacti erant, ut qui non culinario usui, sed domorum templorumque ornatui dicati erant.

Ἀπύρωτος, ἀνέφικτος, genus ligni carbonis similitudinem referens, quam Ovid. 2. *Metam.* Pyropum vocat, Latini Carbunculum: inde Apyrotus dicta, quòd ignem non sentiat. Plin. *lib.* 37. *cap.* 7. Principatum habent Carbunculi, à similitudine ignium appellati, quum ipsi non sentiant ignes, ob id à quibusdam Apyroti vocati.

## A Q

Ἄϙυα, componi videtur ex A, & qua, quasi à qua vivamus. sic Festus. ἐπὶ τῶν *majorum.* Gall. *Eau.* Ital. *Acqua.* Germ. Wasse. Hisp. *Agua.* Angl. *Water.* ¶ Unde aqua & igni interdici solebat damnatis. Aqua & igni interdicere, Velleius. Aqua deficit (i. clepsydra.) Quintil. Aquam perdere (de clepsydra.) Idem Quint. Panis & aqua ei defuit, & fame ac siti periit. Senec. *cap.* 11. *de Tranq.* Aquæ metalla (i. urinæ.) Plaut. *Amph.* apud Nonium in Metalla. Respiratio sub aqua, Quint. Dicn, aquam, salem argento non emo. Plaut. *fin. sc.* 3. *a.* 2. eno aquam manibus puer. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Aquam hausisse dicito, si quis petet. Idem *Aul. sc.* 2. *a.* 1. Aquam hercle plorat, &c. *Ibid.* Neque aqua aquæ, neque lac lacti similius. Idem *Men. sc. ult. a.* 5. Ex uno puteo similior nusquam potest aqua aquæ sumi. Idem *Mil. sc.* 6. *a.* 1. Quasi aquam frigidam fovenlem esse ita putatis. Ita putatis leges. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 4. Pernam, callum, sumen, facito in aqua lacent. i. macerentur. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1.

*Nec cœlum patior, nec aquis assuevimus istis.*

Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.*

*Nec cœlum, nec aqua faciunt, nec terra, nec aura.*

Idem *Eleg.* 8. *lib.* 3. *Trist.*

*Icaria numerum dicere coner aqua.*

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 5. *Trist.* Aquam & ignem sumebant nuptæ, & qui funus persecuti fuerant, redeuntes ignem supergrediebantur aqua aspersi, quod purgationis genus vocabant Suffitionem. Hoc elementum cæteris omnibus videtur imperare. Terras enim devorant aquæ, flammas necant, scandunt in sublime, & ipsum quoque sibi vendicant cœlum. Quid esse mirabilius potest, quam stare in cœlo aquas? At illæ non modò in tantam altitudinem, sed secum quoque piscium examina, & lapides rapiunt. Eædem cadentes omnium in terra nascentium causa sunt: fruges, arbores, fruticesque juvant; migrant in cœlum, ut vitalem animam deferant herbis. Præterea alibi calidæ sunt, alibi frigidæ, alibi tepidæ, & penè omnibus morborum generibus auxiliantur. Aliæ sulphuris, aliæ aluminis, aliæ salis, aliæ nitri, aliæ bituminis, aliæ æris. Aliæ acidæ sunt, aliæ salsæ, & cunctæ hominum tantùm causa videntur erupisse. Generatim nervis prosunt omnes, aliæ pedibus, aliæ coxendicibus, aliæ luxatis, aliæ fractis: aliæ eximunt alvos, aliæ sanant vulnera, aliæ capiti auribúsque & oculis privatim medentur, aliæ sterilitatem mulierum, & virorum insaniam abolere produntur, nonnullæ juvant calculosos, aliquæ prohibent abortum. Sunt quæ tollunt vitiligines, aliæ podagris prosunt: aliæ tertianas febres discutiunt, aliæ dentes sistunt: aliæ ungulas etiam jumentorum indurant, aliæ subtiliores faciunt sensus, aliæ memoriam afferunt, aliæ oblivionem inducunt, aliæ canoras voces faciunt. Hæc Petronus ex Plin. quibus illud præterea addit, se deduxisse aquas in agro Viterbiensi, quæ lethargicos, & hydropicos & colicos curant, luxatos statim sanant, dentes ea collutos sistunt, scabiem, lichenas, vitiligines mira celeritate tollunt, famem omnino sublato fastidio inducunt, fœcunditatem mulieribus afferunt, venerem debilitatam excitant, calculorum vitia discutiunt. Hæc ille. ¶ Aqua, priore productâ, aut distincta ultimâ. Lucret. *lib.* 6.

*Fit quoque ubi in magnas aquas, vastásque lacunas*
*Glebæ vetustate è terra prevolvitur ingens.*

Ibidem *ibid.*

*Quæ calidum faciunt aquæ tactum atque saporem.*

¶ Alii aquam, quasi æquam. hoc est, æqualem dictam volunt, ablato e, quòd aqua, nisi ventis agitetur, nihil sit æqualius. ¶ Aspersisse aquam proverbialiter quis dicitur, qui dicto quopiam reddiderit animum, ac metum ademerit. Plaut. *in Bacch.* Evax aspersisti aquam. Idem *Truculent.* Aspersisti aquam, jam rediit animus. Idem *Amph. sc.* 1. *a.* 5. Animo malè est, aquam velim. Idem *sc.* 3. *a.* 1. Datin' aqualem cum aqua. *Cur.* Animo malè est. *Ph.* vin' aquam? *Curc.* Si fruitulenta est: translatum ab iis qui in deliquio, quem Græci λειποθυμίαν appellant, aspersi in faciem aqua ad sui sensum revocantur. ¶ Aqua caduca, ex lacubus abundans. Lex. IC. Aqua pedum, est urina. Isid. 36. Et bibant urinam pedum suorum. Hebr. est, Bibant aquam pedum. ¶ Aquam bibens nihil boni parias, ὕδωρ πίνων, χρὸς οὐδὲν ἀποβήσῃ: cujus proverbii sensus est, à poetis nihil præclarum, aut venustum proficisci, & biberent aquam, hoc est, si pauperes fuerint & tenui victu. Demetrius Halicarnasseus. ¶ Inaniter aquam confunis, Ἀλλ' ἐκ ἀνέμου ῥέεις ὕδωρ. In eos quadrabit qui frustrà suadent. A prisco more indictorum sumptum, in quibus ad clepsydræ modum dicebatur. ¶ In aqua hæret. In eos competit, qui sic implicantur negotio quopiam, ut se nequeant extricare. Cic. 3. *Offic. de Epicuro.* Dicit ille quidem multa multis in locis, sed aqua hæret, ut aiunt. Translatum apparet vel à fluitantibus, vel certè ab Oratorum clepsydra. ¶ Aquam cribro hausit. ἐκ κοσκίνου ὕδωρ ἀντλεῖν, ἢ πιμπλάναι. In aqua scribis. εἰς ὕδωρ γράφεις. In aqua sementem iacis, εἰς ὕδωρ σπείρεις. Aquam in mortario tundere, ὕδωρ ἐν ὑδρίᾳ κόπτειν, & similes paræmiæ in eos quadrant, qui laborant inaniter. ¶ Ad aquam malus, Ἐπὶ τὸ ὕδωρ κακός. In infimæ sortis homines olim dicebatur, ac sordidissimis quæstibus addictos: propterea quòd antiquitus infames habebantur, multóque omnium contemptissimi, qui frigantibus aquam subministrare consueverunt. ¶ Aquam igni miscere. πῦρ ὕδατι μιγνύναι, inter proverbia,

verbis, quibus ὑδατώσεις significamus, referendum est. Pugnat enim aqua cum igne. Plutarch. *in lib. εἰ πρέπει γαμεῖν.* ¶ Mittere in aquam, *βάπτειν εἰς ὕδωρ* hoc est, auferè medio. Dicitur vel in hominem, vel in rem exitio addictam. Tractum à supplicio quorundam, qui in profluentem, aut mare mittebantur. ¶ Aquam è pumice postulas, pro eo quod est frustrà ab alio petere, cujus ipse a quo petas maximè sit indigus. ¶ Cæno puram aquam turbans, nunquam invenies potum, *βορβόρῳ τὸ ὑγρὸν συγκεκραμένον, ἄπωθεν λίμνης πίνε.* Dici solitum, ubi quis ea quæ sunt per se pulcherrima, contaminat, admistis iis quæ sunt turpissima.

Aquŭlŭs, diminutivum ab aqua. { ὑδάτιον. Angl. *A litle brooke.* } Manè suffundam aquulam { ne crepent cardines. } Plaut. *Curc. fe. 3. a. 1.* Cic. *lib. de Orat.* Quæ mihi videntur non tam ipsa aquula, quæ describitur, quàm Platonis oratione crevisse. Et *lib. 1.* Ubi non secluſa aquula remeatur, sed unde universum flumen erumpat. ¶ Est & aquula Ptolemæo oppidum Hetruriæ: unde Aquulenses, quos Aquenses vocat Plin. *lib. 3. cap. 5.*

Aquæburgum, urbs Bavariæ, vulgò Wasserburg.

Aquæductus, us, ui, ab aqua ducenda. { מעלה *telalah.* ὑδραγωγία. Gall. *Conduite d'eau.* Ital. *Acquedotto.* Germ. Wasserleitunge/ wassergräben/ wasserfurt. Hisp. *Aguaduco para traer agua.* Angl. *A conveyance or cundite of water.* } Est enim aquarum deductio, hoc est, quum aliunde aqua derivatur, ut per cuniculos impositis canalibus aliò inducatur, sive ad bibendum, sive ad irrigandum, ut est videre apud Iulium Frontinum *in lib. 1. de Aquæductibus Romanorum.* Erat autem apud veteres duplex ratio ducendæ aquæ. Nam aut per subterraneos cuniculos ducebatur, aut operto arcuato. Utriusque generis etiam hodie Romæ non pauca extant vestigia. Ulpian. *de servit. rust. prad.* Servitutes rusticorum prædiorum hæ. Iter, actus, via, aquæductus.

Aquælĭcium, dicitur quum aqua pluvialis mediis quibusdam elicitur: quod in magnis siccitatibus aliquando factum creditur.

Aquæni vălĕs mensæ adhibebantur antiquitus, quæ decoquebantur ut essent salubriores, *ὕδατα χυτά.* Postea coloni vario & sacco attenuabantur, deinde refrigerabantur.

Aquāgĭum, quasi aquæ agium, inquit Festus. Idem quod aquæductus. *ὑδραγωγεῖα, ὑδροφόρια, ὑδραγωγοί.* { Angl. *A conveyance or cundite of water.* } Pomp. *l. hoc iure, de aq. quotid.* Dummodò ne fundum domino, aut aquagium rivalibus deterius faciat.

Aquā intercus, morbus est, quem Græci Hydropem appellant. { Gall. *Hydropisie.* Angl. *The dropsie.* } quum inter cutem aqua colligitur, qua corpus turgescit, *ὑδρωψ, ὑδρωπικός.* Nonius, Aqua intercus, hydrops morbus, quasi aqua inter cutem. Cic. 3. *Offic.* Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem. A Celso Aqua inter cutem appellatur: ita enim habet ille *lib. 3. cap. 2.* Longiùs verò fieri potest morbus eorum, quos aqua inter cutem malè habet. Plinius vocat aquam subter cutem fusam.

Aquālĭcus, Alvus, quo sordes defluunt. Item genus quoddam lati intestini, ex quo farcimina fieri solent. Apicius, Reple aqualicum, sic ut laxamentum habeat, nec dissiliat in coctura.

Aquālĭcŭlus, diminutivum est ab Aqualicus, vas est in quo porci sorbent. { χάραν. Gall. *Auge où mangent les porceaux.* Ital. *Albio, Abuolo da porci.* Germ. Ein sautrog. Hisp. *Baxo à barriga, Dornajo donde comen los puercos.* Angl. *A trought for swyne.* } Per translationem pro ventre, sive aluo sumitur, tam occulta, quàm apparente, in quam sordes fluunt. Persius *Satyr. 1.*

——— *angaris quum tibi calvæ*
*Pinguis aqualiculus propensa sesquipede extet.*

In quo Cornutus scribit aqualiculum propriè ventrem esse porci, & per translationem de humano ventre dici.

Aquālis, generis masculini, genus vasis ad aquam tenendam, quo aqua manibus datur, quod & Marcellio dicitur, teste Varrone. { כוס *cos*, כד *sephel*, גביע *ghebiah*, חד *chád.* ὑδρία. Gall. *Eguiere, pot à eau.* Ital. *Urna.* Germ. Ein wassergeschirr/ ein giessfass. Hisp. *Jarro de agua para bever.* Angl. *A laver, or ewer to vasse the handes.* } Plaut. *in Curc.* Date isti sellam ut sedeat, & aqualim cum aqua.

Aquāna, aquea: ut, Terrena, terrea. Tertull.

Aquārĭōli. } Angl. *Places where water is voyded.* Dicuntur latrinæ, in quas lotura projicitur: nec in culina tantùm, sed & in triclinĭis, & cubiculis, & cœnationibus cum dignitate & elegantia fiunt.

Aquārĭōli, dicuntur mulierum impudicarum sordidissimi assectæ. Festus. { *αὐτηρετίδες, κρουσταί.* Gall. *Maqueraux.* Ital. *Ruffianelli.* Germ. Hurenfürer/ Hurenwaibel. Hisp. *Alcahuete.* Angl. *Bandes, merchaunces of hoores.* }

Aquārĭŏlum, sive aquarium, *ὑδατικῶν*, locus in quem sordida aqua demittitur, qui & Lavatrina dicitur à lavando, & per syncopen, Latrina.

Aquārĭum, ii, locus in flumine, aut alia quavis aqua, ad quem animalia potum aguntur. { שקרת *schéketh.* ὑδατόκρουνα, ὑδρεῖα. Gall. *Evier, abreuoir.* Ital. *Luogo de abeverare.* Germ. Ein ort das sich das wasser versamlet/ vnd das vich darab trencke/ Brunntrog. Hisp. *Abrevadero donde beven bestias.* Angl. *A place where beastes may drink at in rivers or any waters.* } Cato *cap. 1.* Si poteris, sub radice montis fiet, in meridiem spectet, loco salubri, operariorum copia fiet, boúmque ibi aquarium. ¶ In Glossario sic legitur, aquarium, *ὑδραγώγιον.*

Aquārĭus, a, um, quod ad aquam pertinet, *ὑδατικός*: ut, Cos aquaria. { Angl. *A grindstone going in troughes of water.* } Gell. Re aquaria defectos. Aquārius urceus. Gell. *cap. 19. lib. 10.* Plin. *lib. 34.* Quippe quum in exacuendo oleares cotes, & aquariæ differant, oleo delicatior et fine acies. Aquatii, servi dicuntur aquarum custodes & hydrophylaces.

Aquārĭus, rii, undecimum signum Zodiaci, est proximum Capricorno, quod oritur xv. Kalend. Febr. { *ὑδροχόος.* Gall. *Vn des douze signes du Ciel, le Verseau.* Ital. *Acquario.* Germ. Wassermann. Hisp. *Aguador.* Angl. *One of the twelve signes of heaven.* } Iuvenal. *Satyr. 6.* Venit conductus Aquarius. Fabulantur Poëtæ hunc fuisse Ganymedem, quem Iupiter eius pulchritudine captus, ab aquila in cœlum raptum, ministrum suum fecisse existimatur.

Aquātĭlis sulcus, qui aquam educit, *ἄρδην ὑδατικόν.* Col. *lib. 2. cap. 7.* Crebrósque sulcos aquarios, quos & nonnulli Elices vocant.

Aquātĭcus, a, um, qui in aqua degit. { *ὑδρόβιος.* Angl. *That liveth in the wather.* } ficut terrestris, qui in terra vivit. Plin. Terrestres & aquatici pisces. ¶ Aquaticum dicitur etiam quod in aquis, aut propè aquas nascitur. Plin. *lib. 16. cap. 36.* Inter ea quæ frigidis gaudent, & aquaticos frutices dixisse conveniat. ¶ Aquaticus etiam dicitur Auster, quòd pluviam inducat. Ovid. *5. Met.* Pallad. *lib. 2. cap. 31.* Aves aquaticæ.

Aquātĭlis, aquatica, *ὑδατώδης.* } Angl. *Whatsoever liveth in the water.* } Plin. *lib. 9. cap. 12.* Aquatilium tegmenta plura sunt. Cic. 1. *de nat. Deor.* Bestiarum autem terrenæ sunt aliæ, partim aquatiles, aliæ quasi ancipites, in utraque sede viventes. Varro *lib. 1. c. 64.* Amurca, qui est humor aquatilis olex.

‖ Aquigĕna, aquâ geniti, pisces. Terrigĕna, terrâ. Tertull. ‖

Aquĭlĕx, qui aquam allicit & ducit. { *ὑδραγώγος.* Gall. *Maistre fontenier.* Ital. *Colui che ranceglie l'acqua.* Germ. Der die Brunen ausnöt/ Brunnen meister. Hisp. *El que coje agua derramada, ò el que conoce donde ay agua.* Angl. *A welmaister that gatehred waters together.* } Varro *in Quinquatrib.* An hoc præstat Herofilus Diogeni (ut legit Scaliger,) quòd ille è ventre aquam mittit? an hoc te jactas? at hoc pacto utilior te Tuscus aquilex. Ex Nonio.

‖ Aquimanile, *χερνιβεῖον*, Gloss. i. e. *χειρόνιπτρον*, pollubrum habens aquam manibus abluendis. ‖

Aquiminale, vas Aquarium dicitur à Paulo *in l. 3. de supel. leg.* Nam & pelves argenteas, & aquiminalia argentea.

Aquiminarium, vas quoddam escarium fuit. Pomp. *in l. 21. §. 1. D. de aur. & arg. leg.* Sed de aquiminario Cassius ait, quum alteri argentum potorium, alteri escarium legatum esset, escario cedere. Item Ulpian. Si cui escarium legatum sit, argentum aquiminarium continetur. Nam & hoc propter escam paratum est.

‖ Aquinarius, vas aquis ferendis. ‖

Aquŏr, aris, verbum castrense est, Aquam haurio, sive aquam fero ad usum exercitus, vel alterius rei. { שאב *schaáb*, ὑδρεύω, ὑδροφορέω. Gall. *Porteur d'eau, celuy qui fournit d'eau au camp.* Ital. *Chi va per acqua per fornire uno exercito.* Germ. Der ein Läger mit wasser versihet/ wasser/ schöpffen. Hisp. *Aguador del real.* Angl. *Vvich draweth and furnisheth water a bearer of water to an armie.* } Cæs. 1. *bell. Civ.* Hæc consultantibus eis nuntiantur aquatores ab equitatu premi nostro.

Aquātŭs, a, um, Aqua mixtus aqua dilutus. { מזוג *mazúgh.* ὑδρομελής. Gall. *Meſlé d'eau, où eau a mis de l'eau.* Ital. *Adacquato, acquoso.* Germ. Wässerecht ig/ mit wasser vermischt. Hisp. *Aguado.* Angl. *Mingold or mixed with water.* } ut, Aquatum vinum. Interdum idem quod aquosus: ut, Lac aquatum. Plin 28. *cap. 9.* Omne autem vernum aquatius æstivo.

Aquĕus, a, um, quod ex aqua est, *ὑδατώδης*: ut, Color aqueus.

Aquōsus, a, um, quod copiam aquæ habet. { *ὑδατώδης.* Gall. *Plein d'eau, aqueux, fort humide.* Ital. *Acquoso, abondante d'acqua.* Germ. Gewässert/ das vil wasser hat. Hisp. *Lleno de agua, humedo.* Angl. *Full of water, waterish, very wet.* } ut, Hyems aquosa. Col. *lib. 4. de ſicis.* Locis, inquit, frigidis, & autumni temporibus aquosis præcoces serito. ¶ Huius compositum, & contrarium est inaquosus, *ἀνύδρος.*

Aquōsissĭmus, Superlativus, Senec. *Quæſt. nat. 3. cap. 11.* Quia ferè aquosissima sunt quæcunque umbrosissima. ¶ Piscis aquosus. Virg. 4. *Georg.* Id est, Australis piscis, qui Aquarii undam suscepit, nam oritur quo tempore pleiades occidunt.

Aquæ Augustæ, *ὕδατα σεβαστά*, urbs in Gallia Aquitanica, Ptolemæo. Hanc vulgò *Baionam* vocant.

Aquæ Cālidæ *ὕδατα θερμά*, urbs Britanniæ insulæ, Ptol.

‖ Aquæmolus, in Lex. vet. Græcol. *ὑδρομόλιος, aquamolus*, fortè *aqua mola* legetur: nisi placuerit genus masculinum, quod in Græca voce est, retinere. Ibidem, *Aquamulina, ὑδρομύλαι*, ubi Vulcanius in notis: fortè *aqua molina.* ‖

Aquæmortŭæ, hodie vocatur oppidum Narbonensis provinciæ, ad alterum ex Rhodani ostiis situm. Ptolemæus Marianas fossas appellat, à propinqua fossa, quam Marius ex Rhodano duxit in vicinum lacum, ostreis (ut scribit Strabo) abundantem. De hac fossa vide Plin. *lib. 3. c. 4.* & Melam. *lib. 2.* & Strab. *lib. 4.* Vulgò *Aigues mortes.*

Aquæ Sextiæ, *ὕδατα σέξια*, Ptolem. Urbs Galliæ Narbonensis, iuxta quam sunt aquæ calidæ, quæ ægros curare solent: ita appellatæ à Sexto quodam Romanorum duce, qui perdomitis Salybis oppidum extruxit. Autor est Strab. *lib. 4.* vulgò *Aix en Provence.*

Aquifŏlĭum, species est ilicis, mespilum foliis referens, *κραταιογόνον, ἢ κρατοειδὲς* Theophrasto: unde & Mespilus sylvestris, *μεσπίλη ἄγριος*, à nonnullis appellatur. Vide Plin. *lib. 24. cap. 13.* & *lib. 27. cap. 8.*

¶ Aquifolia etiam diversa arbor est, semper viridis, cuius folia per ambitum aculeata, ac spinosa, fructus rotundus ac rubeus. Ex cujus corticibus in limo putrefactis fit viscum capiendis avibus. Olim vocata est aquus, pro acus. Theophrasto ἀγρίη, non verò, ut putavit Plin. ἀκρίη &.

Aquila, urbis nomen est in Brutiis, ex ruinis Furconiis, antiquissimi oppidi, à Longobardis ædificatæ. Volater.

Xquīla. נשר nésher. ἀετός. Gall. *Aigle.* Ital. *Aquila.* Germ. Ein Adler. Hisp. *Aguila.* Angl. *An egle.* Regina avium, quam poëtæ Iovis alitem, ejusdemque armigeram appellant, & fulmina ei subministrare fabulantur. Cui fabulæ occasionem dedit aquilæ natura, quia sola avium & fulminis ictu non læditur, & Solis fulgorem oculis inconniventibus potest aspicere. De Aquilæ pullis, & quot, Plut. *in Mario.* Ubi Aquila Catamithum rapit. Plaut. *Menæch. 2. a. 1.* Sex autem Aquilarum genera enumerantur à Plin. *lib. 10. cap. 3.* Primum est Valeria, μελανάετος, apud Eustathium, minima magnitudine, viribus præcipua, colore nigricans: sola aquilarum fœtus suos alit, sola suo clangore, sine murmuratione conversatur in montibus. Secundi generis est Pygargus, πύγαργος, eo quòd πυγὴ ἀργὴ, id est caudam albam habeat, & albicante sit cauda, cognomine ἁλιάετος, id est, hinularia. In oppidis & campis mansitat. Tertii generis est Anataria dicta, ἀετὸς ὁ ἐκ μέσης, κλάσης. melius quàm πλάσης apud Aristot. Hanc Homerus φήρην, percnum, & Latini planctum vocant, secunda magnitudine & vi: huicque vita circa lacus, utplurimùm. ¶ Sex autem aquilarum genera enumerantur à Plinio, Melanætos, quæ & Valeria: Pygargus: Morphnos, quam & Percnon Homerus, Latini Planctum & anatariam vocant: Percnopterus: Oncsios & Halyætus. ¶ Aquila non captat muscas, οὐκ ἐπὶ τὰς μύας, quo significatur summos viros negligere minutula quæpiam. Animus enim excelsus res humiles despicit. Aut, egregiè docti nonnunquam in minimis quibusdam labuntur. Et maximis occupati negotiis ad pusilla quædam connivent. Effertur & citra negationem adagium, οὐκ ἐπὶ μυῖαν ἀετός, Aquila venatur muscas, quoties magnis minima sunt curæ. ¶ Aquila nubibus, ἀετὸς ἐν νεφέλαις: plerique interpretantur de re magna quidem, sed quam non facilè assequaris: alii de iis qui longè reliquis præcellunt. Aristoph. *in Equit.* ¶ Iupiter aquilam delegit, Ζεὺς ἀετὸν ἔλαβε, ubi quis asciscit sibi prælatos, suisque rebus accommodos. ¶ Aquilam cornix provocat, κόραξ ἀετὸν ἐρεθίζει. Locus fuerit adagio si quando leviusculus quispiam homuncio, qui neque prodesse queat, neque lædere, maximis viris allatrat. ¶ Aquilæ senecta, ἀετοῦ γῆρας. In senes dicebatur bibaces magis, quàm edaces. Aquila thripas despiciens, ἀετὸς θρῖπας ὁρῶν. De magnis qui pusilla negligunt. Est enim θρὶψ avicula minutissima, aut vermiculi genus. ¶ Aquilam testudo vincit, accipi potest per ironiam, aut simpliciter, ubi quis potentiorem arte vincit: & quod viribus non potest, assiduitate conficit. ¶ Aquilam volare doces, ἀετὸν ἐπεύχῃ διδάσκειν. In eos competit qui monere quempiam conantur in ea re, in qua quum sit ipse exercitatissimus, nihil eget doctore. ¶ Aquila præterea, sydus excelsæ est, cuius ala dextra circulum æquinoctialem attingit, sinistra autem non longè à capite Ophiuchi videtur figurata. Rostrum eius à reliquo corpore dividit circulus à Cancro ad Capricornum perveniens. Exoriente Leone occidit: exoritur tamen cum Capricorno. Habet in capite stellam unam, in utraque ala unam, & unam in cauda. ¶ Est etiam aquila, piscis nomen ex genere planorum, quem & Græci ἀετὸν appellant, teste Plin. *lib. 9. cap. 24.*

Aquilaria loci nomen. Cæs. 2. *de bell. civ.*

Xquilīnus, a, um, quod est aquilæ, vel quod ad aquilam pertinet. { αἰετώδης. Gall. *D'aigle.* Ital. *Aquilino.* Germ. Das zu dem Adler gehört. Hisp. *Aquileno, cosa de aquila.* Angl. *Of an egle, belonging to an egle.* } ut, Aquilinæ ungulæ, Plautus *in Pseud. scena 2. a. 3.* An tu invenire postulas quenquam coquum, nisi sit milvinis, & aquilinis ungulis? Ubi Aquilinas ungulas dixit pro manibus rapacibus, quales sunt ungues aquilarum.

Xquilĭfĕri, dicti sunt signiferi in Romana militia, ἀετοφόροι, ab aquila, quam Romanis legionibus Marius in secundo Consulatu suo propriè dicavit: fuitque tanquam princeps totius legionis signum. Cæs. 3. *de bel. Civ.* In eo prælio quum gravi vulnere esset affectus aquilifer. Vide Suet. *in Cæs. cap. 62.* Habuerunt & Romani alia quatuor signa, videlicet lupos, minotauros, equos, apros, quæ singulos ordines antibant. Item & Draconarii. Postea tamen repulsis exteris, unam servaverunt aquilam.

Xquilĕgium, Aquæ collectio, & aquæ ductus. { *aquæd.* Angl. *A conduite or conveyance of water.* Plaut. Si pluet, aquilegio juvabo.

Xquilēia, ἀκύλεια, vulgò *Aquilia.* Carnorum metropolis, iuxta quam defluit Timavus: à legendis aquis dicta. Martialis,

*Et tu Ledæo felix Aquileia Timavo.*

Plin. Aquileiam collocat in decima regione Italiæ. *lib. 3. c. 19.* Fuit autem Romanorum colonia duodecies mille passibus à mari sita. Ad eam flumine adverso onerariis navigatur navibus per Natisonem fluvium. Ex qua orti sunt Chromatius, ad quem Hieronymus sæpe scripsit, & Rufinus Græcè Latinéque eruditus, qui Iosephum convertit in Latinum, cujus archetypon est Mediolani in sancti Ambrosii fano, Longobardis characteribus curiosissimis.

Aquilex, egis. ὑδρολόος. Gall. *Maistre fontenier qui trouve les sources d'eau.*

Xquillus, ἀκύλιος. Cognomen Iurisconsulti, factum à colore subnigro. Festus. Item Historicus. Suet. *Augusto. c. 11.* de quo Gell. *cap. 22. lib. 2.* Item, Aquiliorum conjuratio. Plut. *in Publio.*

Xquilo. Ventus Septentrionalis, frigidus & siccus: ita dictus à vehementissimo volatu instar Aquilæ. Festus. { צפון tsephón. βορέας. Gall. *Le vent de Bise, le vent de Septentrion, du Nort.* Ital. *Aquilone, boreo.* Germ. Nordwind/ der Byser/ der Schindenhengst von mitternacht. Hisp. *Reganon, viento entre Norte y Solano.* Angl. *The northwind.* } Ovid. *Eleg. 10. lib. 3. Trist.*

——— *Æquato siccis Aquilonibus Istro.*

Ibidem,

*Tantáque commoti vis est Aquilonis, ut altas*
*Æquet humo turres, &c.*

Et *Eleg. 10. lib. 1.*

——— *stridente Aquilone rudentes.*

De hoc scribit idem *lib. 6. Metam.*

*Aptа mihi vis est, quâ tristia nubila pello,*
*Et freta concutio, nodosáque robora verto,*
*Indúcoque nives, & terram grandine pulso.*
*Idem ego quum fratres cœlo sum nactus aperto,*
*(Nam mihi campus is est) tanto molimine luctor,*
*Ut medium nostrum concursibus insonet æther,*
*Exsiliántque cavis elisi nubibus ignes.*
*Idem ego quum subii convexa feramina terræ,*
*Suppositúmque feror imis mea tetra cavernis,*
*Sollicito manes, rerúmque tremoribus orbem.*

Flat autem hic ventus, teste Plin. *lib. 2. cap. 47.* inter Septentrionem & ortum solstitialem, è regione Cauri.

Xquilōnāris, e, adjectivum. { אשכנז *tsephoni.* βόρειος. Angol. *Toward the north.* } Cic. *de nat. deor.* Sed etiam regio, quæ tum est Aquilonaris, tum Australis.

Xquilōnĭus, a, um, ut loca Aquilonia, in quibus flat Aquilo. Plin. *lib. 27. cap. 13.* Omnes verò herbæ vehementiores effectu viribúsque sunt in frigidis locis, ut in Aquiloniis. Col. *lib. 11. c. 2.* Aquilonius pisces desinit oriri.

Xquĭlus, a, um, cŏlŏr fuscus & subniger, ab Aqua. { שחור *schachór.* ὑδατώδης, χρῶμα. Gall. *Brun, tirant sur le blanc & sur le noir.* Ital. *Fosco, alquanto negro.* Germ. Braun/ dunckelfarb. Hisp. *Un poco negro.* Angl. *Dunne colour, the colour of water, half white half blake.* } Nã quum antiqui duos omnino naturales colores noscerent, album scilicet & nigrum, intervenit is quoque, qui ita neutri similis est, ut tamen ab utroque propinquitatem trahat: quem potissimum ab aqua nominaverunt, cuius incertus est color. Plaut. *in Pœn.* Statura haud magna, colore aquilo. Suet. *in August.* Nasum à summo eminentiorem, & ab imo deductiorem, colorem inter aquilum candidúmque.

Aquinum, Ἀκουῖνον Ptolemæo, vulgò *Arquino*, oppidum est Latii, aut (ut aliis placet) Campaniæ, Cicer. 2. *Phil.* Quum Romam proficiscens ad Aquinum decederet, obviam processit magna sanè multitudo.

Xquipēnser, genus piscis, pro Acipenser. ὀξύρυγχος.

Aquisgranum, Germaniæ nobilissima civitas, prius Vegeta dicta, Caroli Magni sepulchro nobilitata. Vulgò *Aquisgrano.* { Germ. Aach. }

Aquitania, Ἀκουιτανία, Regio & tertia Galliæ pars, ab obliquis aquis Ligeris. Vulgò *Guienne.* Hæc à Circio Oceanum habet, qui Aquitanicus dicitur: à Meridie Hispaniam, à Septentrione Lugdunensem provinciam: ab Ortu Narbonensem: in ea Tolosa, & Burdigala civitates. ¶ Hinc Aquitanus, a, um: unde Aquitani populi, Ἀκουιτανοί.

Xquītes, Sacerdotis nomen apud Phasidem. Val. Flac. *lib. 8.*

——— *magnique sacerdos*
*Phasidis arcteriis Aquites errabat in agris.*

Aquivergia, aquarum divergia & diverticula. Innoc.

Aquila, oppidum Hetruriæ, unde Aquilenses & Aquenses, Plinio & Ptolomæo dicti.

A R

Ar veteribus, pro ad: ut Arduitur, pro adduitur, h. e. additur: Arlabitur, pro adlabitur. Prisc. Sic Arferiam aquam dicebant, & Arserium vinum, pro quæ inferis adferebantur, ac libabantur, vino atque aqua.

Ăra, quasi ansa, ut Var. placet, dicta est à tripodibus, quòd sacrificantes ansas tenerent: vel potiùs, quia precantes manibus aras apprehenderent. { מזבח *mizbéach.* βωμός. Gall. *Autel.* Ital. *Altare.* Germ. Ein Altar. Hisp. *Ara, ò altar.* Angl. *An altar.* Hinc Virg. *Æneid.*

*Talibus orantem dictis, arásque tenentem.*

Primò ergo ansæ dictæ, deinde commutatione literarum aræ. Aræ apud Antiquos Asæ dicebantur. Terent. Scaur. *de Orthogr.* deinde Aræ, mutata litterula. Sunt qui aras ab ardendo derivent, quòd in iis victimæ adolerentur. Alii ab ἀράομαι, quod est oro (unde & ἀρὰ oratio dicitur) quòd in sacrificando oretur. Iurantes etiam olim aras tangebant. Unde celebratur nobilis illa Perielis sententia, Ad aras usque me amicum esse oportet: qua significatur, neminem amici causa aut peierare, aut quidpiam inhonestum facere oportere. ¶ Quibus nec ara, neque fides. Aristoph. οἷς οὐκ ἀγορεύουσι, οὔτε βωμὸς, οὔτε πίστις ἐστὶν ὑμῖν. Quibus nec ara, nec fides, nec ulla durant fœdera, de vehementer perfidis. Dictum est in Spartanos, quorum perfidiam taxavit Euripides. ¶ Tanquam ad aram confugere, proverbiali figura dicimus, quum extremum refugium intelligi volumus. Inde iusprum, quòd olim qui extrema necessitate urgebantur, ad aras Deorum solerent confugere, unde nefas erat quenquam extrahere. Cicer. usus est hoc proverbio *in Orat. pro Rosc. lib. 3. de nat. deor. & 4. act. in Verr.* & Plaut. *Mostellaria.* Aræ pro Penatibus, numeri plur. sunt: Diomed. *lib. 1.* ferè in principio. Ara, quam sepulcrum Scipionis arbitrabar. Senec. *epist. 85.* Est & Ara signum cœleste. Aræ etiam locus in mari, de quo Virgil. 1. *Æneid.*

*Fumida cingatur florentibus ara coronis.*

Ovid. *Eleg. 13. lib. 3. Trist.* Ara (Tauricæ Dianæ) cruenta ante fores. Idem *Eleg. 4. lib. 4. Trist.*

*Unica fortunæ ara reperta meæ.*

Ibidem,

——— *sacram quamvis invisus ad aram*
*Confugiam, nullus submovet ara manus.*

Idem *Eleg. 1. lib. 5. Trist.*

——— *additus aris*
*Latior eluxit strufios super ignis acervos.*

Tibul. *lib. 4.*

Ara Veneris ante, aliàs iuxta Lenonis fores. Plaut. *Curc. sc. 1. a. 1.* Siquidem mihi statuam & aram statuis, & ut Deo mihi immolas bovem. Idem *Asin. c. 3. a. 3.* & *Aul. sc. 1. a. 1.* ¶ Pro aris focisque dimicare dicimur, quum nobis de re chara fortique certamen est iucundum.

lucundum, fortique agmine pugnandum. ¶ Est etiam Ara civitas Arabiæ regia, pectori & insulæ Arabiæ regi adjacens, ut scribit Ptolomæus. Habet autem hoc nomen priorem syllabam producta. Hara autem cum h. eandem corripit. & significat porcorum seu avium stabulum, ὑφόρβιον, ὑφορεῖον. Ovid. in *Epist. Penelopes ad Ulyssem*,

*Tertius immunda cura fidelis hara.*

De hoc plura suo loco. Aras, dus cœleste. Cic. *de nat. deor.*

*Deinde Nepa cernes propter fulgentis acumen*
*Aram, quam flatu permulcet Spiritus Austri.*

Arx dicuntur etiam saxa quæ inter Africam & Sardiniam medio mari eminent. Arx dictæ propterea quòd ibi Afri & Romani fœdus inierunt, & fines imperii sui illic esse voluerunt. Hæc ferè Servius in illud Virg. 1. *Æneid.*

*Tres notus abreptas in sæva latentia torquet,*
*Saxa vocant Itali medijs quæ in fluctibus, aras.*

Arula, idem quod foculus Tertulliano *in Apolog.*

Ἀραβάρχης, ἀραβάρχου (ut pulchrè ostendit Alc. *lib.* 1. *Prætermissorum*) dicebatur publicanus, qui præerat exigendo vectigali de pecoribus, quæ ex Arabia in Ægyptum adducebantur. Horum autem officium Arabarchia, ἀραβαρχία vocatur. Super hac re extat Constitutio Val. Græc. Theod. Imp. in hæc verba. Usurpationem totius licentiæ submovemus circa vectigal arabarchiæ, per Ægyptum atque Augustameam constitutum, nihilque super translatione animalium vendicari permittimus. Hinc facilè intelligi potest sententia horum versuum apud Iuvenalem,

*Atque triumphales inter quos auctus habere*
*Nescio qui titulos Ægyptius, aut Arabarches.*

Invenitur enim in T. Alexandrum natione Ægyptum, quem Arabarchem vocat, hoc est, Ægyptum publicanum.

Ἀραβία, ἀραβίας, regio inter Iudæam & Ægyptum, ab Arabo Apollinis ex Babylone filio, Solinus Arabiam interpretatur sacram. ¶ Est autem triplex Arabia, secundùm Plin. *lib.* 2. Una Felix, εὐδαίμων, εὐθηνοῦσα: altera Petræa, πετραία: tertia deserta, ἔρημος: de quibus plura in dictione sequenti. In Arabia est mons Sina, qui & Oreb, in quo Moses legem accepit. In eadem & Phœnix avis nascitur. & Sardonix gemma. ¶ Arabia Petræa, ἀραβία πετραία. Sic dicta à Petra vetustissimo oppido: pars illa Arabiæ, quæ est Ægypto, Iudææque confinis. Autor Ptolom. Straboni ac Plin. alio nomine Nabathæa dicitur. ¶ Post Petræam sequitur alia Arabiæ pars, Arabia deserta Ptolom. vocata, Straboni autem Scenitis, ἀπὸ τῶν σκηνῶν, quòd gens vaga, & sine ædificiis in tentoriis habitet. Hæc à meridie montibus Arabiæ Felicis cincta est, à Septentrione Mesopotamiam habet, ab Occidente Petræam. ¶ Cavam Arabiam fecere, τὸν κοῖλον Ἀραβίαν ποιῶν, pro frustrà sudare, aut in re perdificili, nec admodum frugifera operam consumere. Luc. *in Apologia.* ¶ Arabia Felix Meridiem versus, inter duos sinus Arabicum & Persicum, veluti peninsula excurrit, fluminibus scatens: quæ, ut Strabo scripsit, bis quotannis, ut India, ferunt, ob fœcunditatem. Vide Plin. *lib.* 6. *cap.* 28.

Arabs, is. ἄραψ. Gentile nomen est, quo is significatur, qui ex Arabia ortum traxit. Virg. 4. *Æneid.*

*——— omnis conterrens Ægyptus, & Indi,*
*Omnis Arabs, omnes verebantur terga Sabæi.*

Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 3. Arabs Syros subegit, *ibidem a.* 1.

Arabicus, & Arabicus, ἀραβικός, ἀράβιος, unnut Arabicus odor. Plaut. *Mer. sc.* 5. *a.* 2. Ut arabico ei (Dranx) fumificem odore. Propert.

*Nec si quo Arabis lucet bombyce puella:*

ubi metri causa legendum est Arabio. ¶ Arabicus tibicen, Ἀραβικὸς αὐλητής. aut, Arabius nummus, Ἀραβικὸς ἀργύριον. In eos dici solitum, qui à semel cœptis nunquam desistunt. Adagium hinc natum existimant, quòd olim fola mancipia musicam exercerent, quæ plerumque ex Arabia producebantur. Citatur ex Menandro, illinique meminit Iul. Pollux.

Arabicè, adverb. ut, Arabicè olere, id est, bene olere, & odoribus Arabicis. Festus. ἀραβικῶς ὀζειν.

Arabilis, vide *Aro.*

Arabus, i. Arabs. Virgil. *lib.* 7.

*Hircanisve Arabisve parans.*

Arabus, ἄραβος. Apollinis fuit filius ex Babylone, ut inquit Plin. *lib.* 7. *cap.* 56. quem medicinæ artis quidam voluerunt extitisse repertorem. ¶ Est & Arabus lapis, teste Plin. *lib.* 36. *cap.* 21. burneo candoris, qui in pulverem redactus, aptissimus est dentifricijs.

Arachne, ἀράχνη, nomen puellæ Lydiæ, quæ quum de lanificio ausa fuisset cum Pallade certare, victrice dea, percussa radio, in aranean est commutata. Verùm hoc à poëtis fictum est. Constat enim, autore Plin. Arachnem linum & retia invenisse; Clesterem autem, filium eius, fusos in lanificio. Suidas scribit ἀράχνιον, filum esse & jactum tenuissimum: ἀράχνη, fœminini generis, telam, seu texturam: masculino genere, ἀράχνιον, pusillum animal ita dictum, quòd tela molliaque habeat vestigia.

Arachosia, ἀραχωσία, regio est Scythiæ Asiaticæ, Drangianis, & Gedrosiis finitima: cujus præcipuæ civitates sunt Alexandria, & Arachotus. ἀραχωσία, quæ regionem nomen dedit. Vide Strab. *lib.* 11. & Ptol. *lib.* 6. *cap.* 20.

Arachthus, ἄραχθος, fluvius est Epiri, non procul à Nicopoli, in sinum Ambracium influens. Meminit hujus fluvii Plin. *lib.* 4. *cap.* 1. & Ptolom. *lib.* 3. *cap.* 14.

Aracinæ ficus, dicuntur albæ, pediculo minimo, latissimæque, de quibus Plin. *lib.* 15. *c.* 18.

Arachus, ἄραχος, sive ἄρακος, Theophrasto (sylvestris verò Arachus, ἄγριος Galeno. Vide *Clymenum*) leguminis genus: Gallis *Vesce.* Italis *Mochi.*

Aracynthus, ἀρακύνθος, mons est Acarnaniæ, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 2. ¶ Est & alter in Attica montis ejusdem nominis: de quo Virg. 2. *Eclog.* Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho. Sunt tamen qui putent ibi Virgilium personæ pastoritiæ rationem habuisse, ideóque in Attica montem collocasse, qui revera est in Acarnania, cujus gentis plerasque etiam apud Theocritum animadvertimus. Stephanus præterea Aracynthum in Bœotia collocat: à quo Minetvam Aracynthiam dictam scribit.

Araduca, ἀραδοῦκα, urbs Lusitaniæ, quæ volgò ab Hispanis *Arauo* dicitur. De hac Ptol. *lib.* 2 *cap.* 5.

Aradus, ἄραδος. Insula est, sive potiùs urbs in petra sita, habens in ambitu septem circiter stadia, distans a Phœnice, cui adjacet, viginti stadijs. Effique, ut tradit Strab. *lib.* 16. una ex Phœnices urbibus, quæ Tripolim efficiunt: reliquæ duæ sunt Tyrus ac Sidon. Hujus etiam meminit Plin, *lib.* 5. *cap.* 28. In Phœnicco, inquit, mari est ante lospen Paria, tota oppidum, in qua objectam Andromedam belluæ ferunt, iam dicta Arados: intra quam & continentem quinquaginta cubita alto mari (ut autor est Mutianus) è fonte dulcis aqua tubo corijs facto usque à vado trahitur. E regione eius insulæ, ad Meridiem, urbs est huic opposita, quæ olim Antaradus, hodie *Tortosa* vocatur.

Araflavia, urbs Germaniæ, non procul à Danubio fluvio, quam Germani sua lingua Nördlingen vocant, alii putant Heydenheim.

‖ Araeosyncritus, ἀραιοσυγκρίτου, cujus corpus tam tenuis est & transpirabile: ab ἀραιὸς, rarus, & σύγκρισις contrahe. ‖

Araethyrea, ἀραιθυρέα, regiuncula est Achaiæ propriè dictæ, postea Asophis dicta, urbem habens ejusdem nominis, quam Homerus in Catalogo ab antiquitate commendat, ἀραιθυρέα ἐριβώλακα eam appellans: de hac Plin. *lib.* 4. *cap.* 6. & Strabo *lib.* 8.

Aragus, ἄραγος, fluvius Massagetarum agrum irrigans, cujus meminit Strab *lib.* 11.

Araneæ, teste Plin. *lib.* 5. *cap.* 27. Antiquis dicti sunt Scythæ, alio nomine Saxa a Persis appellati.

Ἀράνεος, α, idem quod aranæus. ¶ ἀράχνιον. Gall. *Araignée.* Ital. *Ragno, aragna.* Germ. Ein Spinnewepp. Hisp. *Araña.* Angl. *Aspide.* Ovid. 4. *Met.*

*——— non illud opus tenuissima vincant*
*Stamina, nec summo quæ pendet aranea tigno.*

Virg. 4. *Georg.*

*Laxos in foribus suspendit aranea casses.*

Ovid. 6. *Metamorph.*

*Si tamen antiquam exercet aranea telam.*

Salicis fructus ante maturitatem in araneam abit. Plin. *lib.* 24. *cap.* 9. id est, in lanuginem araneæ similem. Aranearum telis similes leges. Plut. *in Solon.*

Ἀράνειος, i, animalculum exigenere insectorum, quod Græci ἀράχνιον appellant. ¶ עכביש *hachebabise*, שממית *semmamith.* Gall. *Araignée.* Ital. *Ragno, aragna.* Germ. Ein Spinn. Hisp. *Araña.* Angl. *Aspider or cerebbe.* ¶ Hujus multa sane genera tenuium tamen præcipuum, nullique incognitum, quòd miro quodam artificio telas orditur, quibus muscæ irretiuntur. Plaut. *in Asin. sc.* 4. *a.* 2. Iussin' columnis dejicier opera aranearum? Idem *in stichos*, Ut operam omnem aranearum tergam, & texturam improbem, dejiciamque eorum omnes telas. Idem. *Aul. sc.* 2. *a.* 1. Inanis opplexi sunt atque araneis. Item, Aranearum ergo illas mihi servari volo. ¶ Sunt & ex aranearum genere Phalangia Italiæ nota (ut scribit Plin. *lib.* 29. *cap.* 4.) quorum noxii morsus, corpus exiguum, varium & acuminatum. Hæc rursus in multas secantur species, quas vide apud eundem *loco iam citato.* Sunt & alia aranearum genera, quæ latius explicat idem Plin. *lib.* 11. *c.* 34. ¶ Aranearum telas texere, τὰ ἄρεα ὑφαίνειν, id est, in re frivola, multisque frugis infinitum atque anxium capere laborem. Refertur à D. Basilio *initio enarrat. Hexaemer.* ¶ Est præterea Aranea, vitium peculiare viribus & olivis, quum veluti telæ involvunt fructum & absumunt. De hoc Plin. *lib.* 17. *c.* 24. ¶ Est etiam piscis quidam hoc nomine, mari peculiaris, noxiam in dorso spinam ferens: de quo Plin. *lib.* 9. *c.* 48. & *lib.* 32. *c.* 11. ¶ Aranea mus, animal est ex genere mustelarum, morsu venenato, quod si orbitam transierit, statim emoritur, ἀνὰ κέντρον. De hoc Plin. *lib.* 8. *cap.* 38. & Ælianus *lib.* 8. *cap.* 39.

Araneolus, ἀρεχνίδιον, parvus araneus. Virg. *in Catal.*

*Atque ut araneoli tenuem formavimus orsum.*

Ἀρανεόλα, æ, idem quod Araneolus. ¶ Angl. *Lest little spider or cerebbe.* ¶ Cic. *de nat. deor.* Ut in araneolis aliæ quasi texerunt, aliæ ex improviso obsirmant.

Ἀρανεόσus, a, um, araneorum faciem habens. ¶ ἀρεχνοειδὴς. Gall. *Araigneux, plein d'araignées, semblable aux toiles d'araignées.* Ital. *Pieno de ragni, simile à tele di ragno.* Germ. Dan der Spinnewepp gleych. Hisp. *Lleno de Aranas ò telarañas.* Angl. *Full of spiders webbes.* ¶ ut, Araneosus caulis. Plin. *lib* 21. *cap.* 15. Huic similis est spina alba, quam Græci Acanthion vocant, minoribus multo foliis aculeatis per extremitates, & araneosa lanugine obsitis, *lib.* 24. *c.* 12. Aranеum est quod textum est ab araneis, tela sive rete aranearum. Neque in hac significatione, Aranea, dicendum est, quo usque adhuc salvo hic notatum fuit. Repudiat enim hoc primum Latine loquentium usus, deinde etiam authoritas Cor. Front. qui aperte scribit, Araneam esse quæ texit: Araneum quod textum est. ¶ Araneosus vomitus. Plin. *lib.* 29. *cap.* 4. Pejor utroque est eruleus, lanugine nigra caliginem concitans, & vomitus araneosus, hoc est, in quibus telæ araneæ conspiciuntur, ut ait Sipontinus.

Araris, per apocopen Arar, Ἄραρ, fluvius Galliæ Lugdunensis, à monte Vogeso per fines Heduorum & Sequanorum in Rhodanum fluens. Lucan. *lib.* 6.

*——— Rhodanumque fluentem*
*Præcipitavit Arar.*

Hodie Saone dicitur. ¶ Alius est ab eo qui per Helvetios lapsus, hodie Arola, vulgò Aar dicitur.

Aratus, Ἄρατος, fluvius Scythiæ Europæ, in Istrum influens, cujus meminit Herod *lib.* 4.

Arator, Aratiuncula, Arator, Aratro, Aratrum, vide *Aro.*

Arator, Poëta Christianus, Romanus, Subdiaconus fuit, qui Apostolorum acta hexametro versu conscripsit, ut notat Volaterranus.

Aratus, Ἄρατος, Poëta Cilix, Astronomiæ peritissimus, cujus Phænomena

menta extant Græcè, & Latinè à Cicerone adhuc adolescente versa. ¶ Fuit & alter Aratus dux Sicyonius, vir optimus, qui patriam suam à tyrannide liberavit: de quo Cic. 3. *Offic.*

Araxus, ἄραξος & Ptolomæo, vel (ut Straboni placet) Rauraris, fluvius est Galliæ Narbonensis, non procul à Massilia.

Arausio, civitas est Galliæ Narbonensis, prope Avenionem, principatu nobilissimo insignis, vulgò *Aurange*. Hujus oppidi meminit Plin. *lib. 3. cap. 4.* Strab. *lib. 4.*

Ἀράξης, ὁ ἄξιος, fluvius est Armeniæ eodem in monte, ex quo Euphrates nascitur, ortum habens, Armeniamque ab Atropatia dividens. De hoc scribit Pomp. *lib. 3. c. 5.* Araxes Tauri latere demissus, quoad campos Armeniæ fecat, labitur placidus, neque in ullam partem eat, quamquam intueanis, manifestum. Quum in superiora devenit, hinc atque illinc rapidus pressus: & quanto angustior, tanto magis pernix. Frangit se tandem ad apposita cautium: atque ob id irrigenti cum murmure, sonitusque devolvitur adeò citatus, ut qua ex præcipiti cæturus est, in subjectam non declinet fluminum jam, sed ultra quam canalem habet, evehat plus jugeris spatio, fluctibus, & aquis pendentibus semetipsum in alveo ferens. Deinde ubi mercurio, arenatóque amne descendit, fit tranquillus, iterum per campos tacitus & vix fluens, in litus elabitur. Hæc ille. Meminit hujus fluvii & Plin. *lib. 6. c. 9.*

Ἄραξum Plinio, ἄραξος Ptolomæo. Promontorium in occidua parte Peloponnesi, non procul à Patrhis. Vide Plin. *lib. 4. c. 5.* & Ptol. *lib. 3. c. 5.*

Arbi, ἄρβα Plin. *lib. 3. c. 25.* Insula est ante Illyricum. Ptol. vero *lib. 2. cap. ult.* Arbam civitatem esse tradit Scardonæ, quæ est insulæ Illyrico adjacens.

Arbilla, arvina id est, pinguedo corporis. Festus. ¶ Est arvilia ex arvina, quod vide. ¶

Arbii, ἄρβιοι, ἔθνος, Stephano populi sunt Indis finitimi, non procul ab Arianis, & Gedrosiis: à quibus vicini populi Arbii, Ἄρβιοι, dicuntur. Vide Plin. *lib. 5. cap. 2.*

Arbiter, tri, Iudex honorarius, non à lege datus, sed arbitr, qui litigant, electus, qui totius rei habet potestatem: dictus ab arbitrando, id est, existimando. ¶ פלילי *pelili. Iudex.* Gall. *Arbitre.* Ital. *Giudice, arbitro.* Germ. Ein Schiedmann. Hisp. *Juez arbitro.* Angl. *An arbiter, an umpyre.* ¶ Eius enim officium est in lite, non ex lege & iure totum, sed prout ipse æquum esse existimet, lo lex vero ex officio dicitur est. Terent. *in Heautont.* Simo & Critο vicini hic ambigunt de finibus, me repere arbitrum. Cæs. 3. *bell. civ.* De his rebus quæ agerentur apud Cæsarem, illique maximè vellet pro communi amico atque arbitro controversias regum componere. ¶ Arbitrorum duo ponit genera Proculus *D. lib. 17. pro socio, l. 76.* Arbitrorum, inquit, duo sunt genera, unum ejusmodi, ut sive æquum sit, sive iniquum, parere debeamus: quod observatur, cùm ex compromisso ad arbitrum itum est. Alterum ejusmodi, ut ad viri boni arbitratum redigi debeat, etsi nominatim persona sit comprehensa, cujus arbitratu fiat. Ovid. 5. *Fast.*

*Parva & armorum superis minus ipse decorum*
*Arbiter, alato qui pedis carpit iter.* (Mercur.)

Idem *eleg. 2. lib. 3. Trist.*

*Arbiter imperii, quæ certum est fallere cuncta*
*Ausonia curam gentis habere deos.* (Augustus.)

Idem 3. *Fastor.*

*Arbiter armorum, de cujus sanguine natus*
*Credor: & ut credar pignora multa dabo.*

Te arbitrum adduximus an adigimus? Senec. *Epist. 66.* Ad arbitrum veniam, i. agam mitius. Idem *cap. 4. de Consol. ad Marc.* Mihi arbitri vicini sunt, meæque quid fiat domi noxii introspectant. Plaut. *mere. sc. 2. a. 2.* Ne arbitri nostra dicta arbitrari queant. Idem *Capt. sc. 1. a. 2.* Æqui iusti sic estis omnes arbitri (de spectatoribus.) Idem *prolog. Amph.* Arbiter muneris sui (Deus, fortuna, &c.) Senec. 10. *de Const. ad Marc.* Immunis ab omnibus arbitris domus (i. in quam nemo despiceret.) ¶ Legitur & fœmininum Arbitra. Ambr. *lib. 1. Offic.* Conscientia vera atque incorrupta, pœnarum, præmiorumque arbitra. ¶ Sine arbitris aliquid facere, id est, nemine vel vidente, vel audiente. Plaut. *Cistell.* in latebras abscondas pectore penitissimo tuam stultitiam: fac tacito ut feras, sine arbitris. Livius *lib. 1.* Lucus erat, quem medium ex opaco specu fons perennis riguabat aqua: quo quia se persæpe Numa sine arbitris, velut ad congressum Deæ intrebat, Camœnis eum lucum sacravit: id est, quia sine arbitris nemine conscio. Sic Cic. *Offic.* & 7. *in Verr.* Amœno luco, & ab arbitris remoto loco, id est, interpellatoribus crebris carente.

Arbitrarium, dicitur quod alicujus arbitrio est relictum: ita dictum ab arbitrorum more, qui totius controversiæ suo arbitrio finiendæ potestatem habent. ¶ פלילי *pelili.* פלילי *pelilith.* Gall. *Arbitraire.* Ital. & Hisp. *Arbitrario.* Germ. Willkürlich. Das eines guten willen hemgestellt ist. Angl. *That is committed to any mans arbitrie or opinion.* ¶ Illi enim non ad summum juris rigorem, sed quæ ipsis æquissimum videtur, solent decidere. Unde arbitraria pœna dicitur, quæ non lege statuta est, sed judicis arbitrio relicta. Martianus. Quam celebrem cuperent, fictor arbitrarius vendabat. Plaut. *in Amph.* Hoc quidem profectò certum est, non arbitrarium.

Arbitrarius, pro voluntarius, qui est nostri arbitrii. Gell. *lib. 18. cap. 10.* Φυγὴ autem est intentio animi motus, & remissio in corde, & in arteria, naturalis, non arbitraria. Arbitraria esse verba, idem *cap. 4. lib. 10.*

Arbitrātus, us, Arbitrium, voluntas, opinio. ¶ רצון *ratzon*, חפץ *chefetz*, *Sicuma.* Gall. *Arbitrage.* Ital. *Parere, volontà.* Germ. Ein wolgefallen. Hisp. *Parecer, voluntad.* Angl. *Wyll, opinion, arbitrement.* ¶ Plaut. *in Amph.* Mane, arbitratu tuo jusjurandum dabo. Idem *Men. sc. 5. a. 5.* Deferatur ad me, ibi meo arbitratu potero cuivis hominem. Item, Tuo arbitratu maxime. Idem *Pseud. sc. 2. a. 2.* Si meo arbitratu licerat, omnes pendeant. Idem. *Pseud. sc. 5. a. 1.* Dii te ament, vel huius arbitratu, vel meo. *Ibidem sc. 3 a. 1.* L. Concede (id est, recede.) C. Tuo arbitratu. Idem *Curc. sc. 1. a. 3.* & *sc. 1. a. 2.* Dedunt se in deditionem & arbitratum Tarbano populo. Idem *Amphit.* Manebo tuo arbitratu (i. quamdiu voles.) Idem *Asin sc. 2. a. 2.* Persecutatus es me tuo arbitratu. Idem *Aul. sc. 2. a. 4.* (*bis.*) Esurio, non tibi. Tuo arbitratu. Idem *Capt. sc. 1. a. 4.* Cic. *in Lal.* Cujus disputationis sententias memoriæ mandavi, quas in hoc libro exposui meo arbitratu.

Arbitrātò, sive Arbitrariè, adverbium, ex *arbitratu*, idem quod pro arbitrio, hoc est, pro voluntate. Plaut. *Pœn.* Nunc pol ego perii certò, haud arbitratò.

Arbitrium, Sententia est quæ ab arbitro statuitur. ¶ פלילות *pelilith. ib. 4.* Gall. *Sentence d'arbitre, arbitrage.* Ital. *Sentenza arbitraria.* Germ. Ein Schicher vnd gütiger entscheyd, ein weisung. Hisp. *Sentencia de juez arbitrario.* Angl. *The sentence that the umpyres or arbiter giveth, the umpyres decree.* ¶ Interdum dicitur potestas arbitrio data. Unde arbitrium suscepisse dicitur, qui partes judicis suscepit. Cic. *in Proœmio Offic.* Judicio, arbitrióque nostro, quantum quoque modò videbitur, hauriemus. Arbitrium classici certaminis communium Agrippæ. Velleius.

*Non fuit arbitrii littera nostra tui.*

Ovid. *Eleg. 4 lib. 4. Trist.* Arbitra ia capeans armorum. Velleius. ¶ Interdum id est, quod opinio, sive voluntas, γνώμη, τὸ αὐτοῦ δοκεῖν. Ut Omnia pro meo arbitrio facio, id est, ut mihi videtur, & ut opinor faciendum. Cic. 1. *de Finib.* Ad arbitrium suum scribere. Arbitrii alicui esse, Suet. *in Claud. cap. 2.* Homo sui arbitrii: idem *in Tib. cap. 17.*

*Statur & arbitrium Romulus urbis habet.*

Ovid. *lib. 3. Fast.*

*Arbitrium est in sua testa levi.*

Sui arbitrii homo, Suet. *in Tib. cap. 17.* Iuris & arbitrii sui. Senec. *c. 8. de consol. ad Polyb.* Ius arbitrii unique. Suet. *in Calig. 4.*

*Arbitrium in Deo floris habe.*

Ovid. 4. *Fast.* ¶ Arbitrium, item Potestas. Liv. 4. *bell. Maced.* Scilicet si legum Oppiam abrogaveritis, non vestri arbitrii erit, si quid eius vetare voluerit, quod nunc lex vetat. Horat.

*Quem penes arbitrium est & vis, & norma loquendi.*

¶ Item Arbitrium, pro præmio. Cic. *in Pisonem.* Eodem in templo, eodem & loci vestigio & temporis, arbitraria non mei solùm, sed patris tui fanis abstulisti.

Arbitror, aris. Existimo, censeo. ¶ חשב *chashabh.* פלל *pillel.* Gall. *Arbitrer, donner sentence par arbitrage, penser, croire, estimer.* Ital. *Giudicare, pensare, estimare.* Germ. Entscheiden, achten, schetzen, meinen. Hisp. *Iuzgar como arbitre, pensar.* Angl. *To think, to suppose, to iudge, to give a decrette as umpyre.* ¶ Cic. 6. *Verr.* Si hoc, quod abs te postulo, minus ad officium tuum pertinere arbitrabere, succedam ego vicarius tuo muneri, dubitabo partes, quas alienas esse arbitrabar. Terent. *Hecyr.* Neque enim quemquam esse arbitrabor. Velim te arbitrari id me facere tuæ rei causa. Plaut. *Aul. sc. 2. a. 1.* Quem ne hominem arbitrare nescio. Idem *Men. sc. 1. a. 5.* Dabo jusjurandum arbitrum, tu me meam uxorem publicam esse arbitrarier. Idem *Amph.* Novum & dictum hodiè arbitror esse hominem. Idem *Most. sc. 2. a. 1.* Arbitrari è tenebris quid alter agat. Te hæc arbitrarier dignum (dicere) nullum ibi. Idem *Pseud. sc. 2. a. 4.* Nota Arbitrarem, pro arbitrarer, dictum. ¶ Interdum accipitur pro speculari, σκοπεῖν &, & inquirere, seu auscultare. Idem *in Aul. sc. 1. a. 4.* Hinc ego huc & illuc porro, quid agam, arbitrarier. ¶ Apud Iurisconsult. Arbitrari, pro judicare ponitur, & item arbitrio finire: quod & διαιτᾶν, à Græcis dicitur. Ulpian. *de recept. arbitr.* Sæpiùs litigatorum defectus, quia pœna commissa fuerat, quoniam arbitrum, pœna committeretur. Sic Arbitrata quærebo, i. ajudicata. Gell. *c. 13. lib. 2.* ¶ Arbitrari, in patiendi significatione Ulpian. ponit *in dicto loco, & in l. 12. de religios.* Sumptus funeris, inquit, arbitrantur pro facultatibus, vel dignitate defuncti. ¶ Arbitrabant. Plaut. *Mercat.* Probiores credo arbitrabant, si probis narraveris. Sic Cælius *animalia.* Ex scriptis eorum qui veri arbitrantur, potiùs dixit.

Arbor, quæ sit in Oceano Gaditano, tam vastis dispansa ramis, ut fretum nunquam ingressus credatur. Autor Plin. *lib 9 cap. 4.*

Arbos, oris, nota significationis nomen: cujus appellatione continentur plantæ majores, & dissolutu contumaces, quæ simplici caudice ramisque brachiorum more porrectis assurgunt: cujusmodi sunt olea, vitis, quercus & similes. ¶ עץ *ets.* δένδρον, *dendron.* Gall. *Arbre.* Ital. *Albero, arbore.* Germ. Ein baum. Hisp. *Arbol.* Angl. *A tree.* ¶ Plin. *in Proœmio lib. 12.* Summumque munus humani ingenii arbores. Sylvæque intelligebantur.

*Cingit & angustat arbor opaca comas*

(i. laurus.) Ovid. *leg. 1. lib. 3. Trist.* Cæteroquin arborie planta stantium quæ fructu est. Quint. Folia nunc cadunt, cadent arbores. Plaut. *Men. sc. 4. a. 2.* Iussim tum aliquam arborem, inde obstringo. Idem *Aul. sc. 3. a. 4.* ¶ Dicitur & arbos in nominativo. Virg. 4. *Georg.*

*Invia que lapsis errent frondentibus arbos.*

Hinc Festus, Arbolem pro arbore antiqui dicebant, & Robosem pro robore. ¶ Arborem sic, sicut arborum ficum dici posse, est. Varro olim. *lib. 5. cap. 11.* quum ait, Intercidam hic arborem sub cubam de ponto. Idem, Tum arborem hic determinca. Cic. *pro Flacco*, Homini cum Phrygi, qui arborem hic nunquam vidisset, hiberum fecorum obiecisti. Pallad. *lib. 5. cap. 5.* Hoc mense primi arbori inseritur. Id. *lib. 12. c. 5* Inaugurata primi arbor est. Quod est contra Laurentium Vallam. ¶ Amoliri arbo. contra, plantare, φυτεύειν κατὰ τόπους. In eos dicitur, qui eo atque ea acta tam ætate consantur de novo facere, quibus diu senes assueverint. Aut simpliciter de his quæ fiunt, admonemus. ¶ Post folia cadent in te arbores. Quoties admonemus, Leviores animas si quis ferat, sequi atrociores, veluti arborum accidua folia negligunt

negligantur, verùm aliquando fit, ut ipsæ arbores putres in caput subitò cibi decidant. Plaut. *Menæch.* ¶ Arbore dejecta quivis ligna colligit, Ἀφ' ὑψηλοῦ πεσόντι, πᾶς ἀνὴρ ξυλεύεται. Si quem fortuna præcipitem dederit, in hunc passim omnes incurrunt, quisque quod potest decerpit: tam enim sibi partam impune fore. Quando rarò videtur, egregia, benéque nata ingenia sæpiùs numerescere & ad frugem pervenire. ¶ Arbor item proverbialis navis ponitur. Juvenal. *Satyr.* 12. Pro remo posuit Virg. *lib.* 10. *Æneid.* Arbores aptissimum sudantes sunt sex: primus, pinaster, picea, abies, larix, tedа: quibus addi potest & septima, pinaster ex Hispania. Quarum singularem descriptionem legi suis in locis.

Arbori ictus ramus dicitur qui aliter ut arboretur, hoc est, ut arbor fiat, & arborea magnitudine adolescat. Colum. *lib.* 5. *cap.* 4.

Arborātus, a, um, adjectivum. ‖ δενδρώδης. Angl. *Which breedeth in trees.* ‖ ut, Arboratus pagus. δενδρώδης τόπος, qui in arboribus abundat. Plin. *lib.* 30 *cap.* 16. Eo usque qui arborarii pari rostrum habeant. Arborariæ falx, apud Catonem *cap.* 11.

Arbōrātor, nomen verbale, ab Arboro, as, quod significat eum, qui arbores putat, qui & frondator dicitur. ‖ δενδρίων. Gall. *Celuy qui plante, esmonde & cultive les arbres, iardinier.* Ital. *Potatore d'alberi.* Germ. Ein baumschneider. Der die baum erbauet. Hisp. *El que cuerta los arboles.* Angl. *A woodman, he that lopp'th trees.* ‖ Plin. *lib.* 18. Frondem medio die arborator ne caudito, Colum. *lib.* 11. *c.* 3. Nam & arator reperitur aliquis bonus, optimus fossor, aut serusex tor, nec minùs arborator & vinitor.

Arbōrēscĕre, Arborem fieri, vel in arborem crescere. ‖ δενδρόω. Gall. *Devenir arbre, croistre en arbre.* Ital. *Farsi arbore, arboreggiare.* Germ. Zu einem baum werden. Hisp. *Hazerse poco à poco arbol, arboleccr.* Angl. *To grow a tree, to waxe and become a tree.* ‖ Plin. *lib.* 9. Tradunt authores, in Arabia malvas septimo mensè arborescere.

Arbor etum, δενδρών. Arboretz. Gell. *cap.* 2. *lib.* 17. Vide paulò pòst in dictio ne *Arbusta.*

Arbŏrĕus, a, um. quod est arboris. ‖ δένδρεος. Gall. *D'arbre.* Ital. *D'arbore.* Germ. Von den baumen ist. Hisp. *Cosa de materia de arbol.* Angl. *Of a tree.* ‖ Virg. *lib.* 1. *Georg.* Arborei fœtus alibi.

Arbŭscŭla, diminutivum ab Arbor. ‖ πινυφάτνη, δενδρίον. Gall. *Arbrisseau, petit arbre.* Ital. *Arboscello.* Germ. Ein beumle. Hisp. *Pequeño arbol.* Angl. *A little tree, a shrubbe.* ‖ Varr. *lib.* 1. *de re rust.* Inco arbusculas esse oportet, quæ ferant glandem. Colum. *lib.* 5. *c.* 10. Sed antequam arbusculas transieras. ¶ Significat etiam machinulam, quæ Græcè ἰυγγανικὸν dicitur, in qua versantur rotarum axes conclusi laminis ferreis: de qua Vitruv. *lib* 10. *cap.* 17. ¶ Arbusculæ præterea nomen est mulieris cujusdam mimæ. Horat. 1. *serm. Satyr.* vlt.

*Non ego, nam satis est equitem mihi plaudere, ut audax,*
*Contemptis aliis, explosa Arbuscula dixit.*

Arbŭsta, loca consita arboribus. ‖ אשרה *eschel*, חרש *choresch*, שדמות *sedemoth*, פרדס *pardes*. παράδεισος, ὀρχάτιον. Gall. *Boscage, ou bosc, lieu planté d'arbres.* Ital. *Luoghi dove sono molti arbori, arborate, brueli.* Germ. Ein ort da beum stehen/ ein ort mit beumen/ an welchen die edlen auffzogen sein. Hisp. *Arboledas de arboles.* Angl. *A grove, a places planted with trees.* ‖ Col. *lib.* 3. *cap.* 5. Qui vineam vel arbustum consummare volet, seminatia priùs facere debebit. Docet etiam Plinius quomodo arbustum sit faciendum. Cic. *in Arat.* Arbusta ornata tegmine foliorum. Sen. *epist.* 87. De arbusto annoso transferendo & vite annosa disserit. ¶ Hoc & Arboretum aliqui vocant. Gell. *lib.* 17. *c.* 1. Convalles, inquit, & arboreta magna erant. Ex verbis Claudii Quadrigarii.

‖ Arbustiores, ferociores. Tertull. ‖

Arbŭstīvus, a, um, adjectivum, ut Arbustivæ vites, quæ in arbustis plantari sunt, & arboribus applicari. συμφυόμεναι, δενδρίτιδες. Pallad. Locum quem arbustivis vitibus destinabis implere. Columel. *de arboribus, cap.* 14. Arbustivam vitem, quàm putare, tam alligare diligenter oportet. Et *lib.* 5. *cap.* 13. Sive arbustivo, sive sylvestri loco.

Arbŭsto, as, Agrum arboribus consero, ad maritandas vites. ‖ אשר נטע *natàh eschel*, נטע עץ *nadh ets*. Βοτανοφυτεύω. Gall. *Complanter d'arbres, garnir d'arbres pour soustenir la vigne.* Ital. *Piantar arbori per sostegno delle viti.* Germ. Beum pflantzen/ pflantzen/ die reben daran auffzuziehen. Hisp. *Plantar arboles para vinas.* Angl. *To plant trees for the holding up of vine trees.* ‖ Plin. *lib.* 17 *cap.* 13. Transpadana Italia præter supradicta, cerno, populo, tilia, acere, orno, carpino arbustat agros.

Arbūtus, Arbor Latio cùm similis, sed raris frondibus, cujus fructus Arbutum, sed & unedo vocatur. ‖ μίμαικυλον. Gall. *Arbosier.* Ital. *Corbezzolo, albatro.* Germ. Ein baum der frucht bringt wie rohte kirsen. Hisp. *Madrono, arbol conocido.* Angl. *A crabbe tree.* ‖ Hæc arbor in Arabia excrescit in altitudinem 30. cubitorum. Virg. *Ecl.* 7.

*Et quæcunque virent viridi tegit arbutus umbra.*

Arbūtum, pomum rubrum sylvarum, quod Plin. unedonem vocat, quòd asperitate sua pluris edi non possint. ‖ κόμαρον. Gall. *Arbousse, fruict d'arbosier.* Ital. *Corbezzolo.* Germ. Die frucht von disem baum. Hisp. *Madroños.* Angl. *The fruite of a crabbe tree.* ‖ Virg. *lib.* 2. *Georg.* Dant arbuta sylvæ. Duo eius traduntur esse genera, Comarou, & Memecylon. De quo vide plura apud Plin. *lib.* 24. *cap.* 15.

Arbūtĕus, a, um, ex arbuto factum. ‖ μιμαικύλινος. Gall. *Qui est d'arbosier.* Ital. *Cosa fatta di corbezzolo.* Germ. Von auß solchem baum/ als vorgemelt/ gemacht wird. Hisp. *Cosa de madroño.* Angl. *Made of a crabbe tree.* ‖ ut, Arbutea crates, & Arbutea virgæ. Virg. 1. *Georg.*

*Arbutea crates & myrtea vannus Iacchi.*

Idem *Æneid.*

——— *& molle pharetrum*
*Arbutei texunt virgis.*

Arcŭla, æ, Scrinium, capsa. ‖ ארון *arón*, מגורה *migurà*. Gall. *Coffre, huche, cassette.* Ital. *Arca, cassa.* Germ. Ein kist/ ein truog/ kasten/ oder sarch. Hisp. *Arca, ò caxa de guarda.* Angl. *An chest, a cesser.* ‖ ab Arcendo dicta (ut inquit Varr. *lib.* 4. *de lingua Latina*) quòd ab ea clausa arceamus fures. Arca alicujus uti, vel de domo numerare. Suet. *in Epist.* 16.

*Quantum ferrata distet ab arca Sacculus.*

Juven. *Satyr.* 11. Ubi ad aurum in arca, quod me Plaut. *Aul. sc.* 1. *a.* 2. Supplicit aurum & pallam in arcet. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 5. ‖ Ex arcula probata vestis. Suet. *cap.* 1. *de vitar. gall.* Velut ad arculas sedent, & tela agentibus subministrant. Tib. Cellò mihi speculum, & cum ornamentis arculam. Plaut. *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Cic. *in Parad.* Animus hominis divus, non arcæ appellandus fuit. ¶ Arca pro monumento, vel loculo, in quo inertia condimenta in terra. Plin. *lib.* 13. *cap.* 13. ¶ Arcas appellat Varro in tabulationes intra aquam circumdatas, abarcendis aquis ab opere. Alii aquaria septa vocant. ¶ Arcam habere dicitur, qui bene nummatus. Catullus de pauperi, Cui neque servulus, neque arca. Cic. *in epist.* Constituto arcæ nostræ.

Arca camerata, arcuata & conformicata. Ulpian. *in l. si impubem, D. de cati.* Vide in hunc locum Badium.

Arcalia, pro fisci quodam jure particulari. Reliqua ‖ inquit Theodosius ‖ tam arcalium, quàm utriusque ærarii usque ad incipientem primum indictionem, tributus ad indulgentiam pertinere, id est, remitti.

Arcŭlă, & Arcellula, diminutivum, parva arca, ‖ κιβώτιον. Gall. *Cassette, petit coffre ou huche.* Ital. *Cassetta.* Germ. Ein kistlin/ truglin/ kästlin. Hisp. *Arquilla, pequeña caxa.* Angl. *A little cesser or chest.* ‖ Cic. 2. *Offic.* Præterea inhibebatque de stipatoribus suis qui perscrutarentur arculas mulierum, & ne quod in vestimentis reliquis occultaretur, exquirerent. ¶ In auspiciis quoque Arcula dicebatur, teste Festo, avis quæ aliquid fieri vetabat: ab arcendo nomen habens, quòd consulentem à re aliqua aggrediunda arceret, hoc est, prohiberet. ¶ Est & Arca urbs Cœlesyriæ, antiquum adhuc nomen inter Barbaros retinens: cujus meminit Ioseph. *lib.* 3. *Antiq.*

Arcŭlārii, qui arculas faciunt, vel vendunt. Plaut. *Aul. sc.* 3. *a.* 3. Textores, limbolarii, arcularii, &c.

Arcārĭus, quod ad arcam pertinet. Angl. *A treasurer, chamberlaine.* ‖ Hic arcarius servus, cui arcæ, in qua domini pecunia condita est, procuratio commissa est. Idem qui actor, aut dispensator. Scæv. *de fid. libert.* Stichus arcarius, probante domino nomina fecit, &c. Hor.

Arcădĭa, ἡ Ἀρκαδία. Peloponnesi regio intima, è mari undique remota: ab Arcade Iovis filio, ex Callisto Lycaonis Arcadiæ regis filia, sic appellata. Hæc, ut Eustathius docet, aliquando dicta est Pelasgia, à Pelasgo rege magno, Iapetique viro, qui victum ex stirpibus herbarum arborumque frondibus transtulit ad glandem, maximèque ad fagineam. ¶ Aliquando etiam Lycaonia, aliquando Gigantes, & Parthasia dicta est, teste Stephano. Arcas autem quum Pelasgos in deditionem redegisset, eorum regionem Arcadiam nominavit. Scribit Plin. hanc universam veluti pendentem equorum incursus natura, in montes 76. attolli. Habet hæc regio alnos procerissimos, qui ob corporis magnitudinem in proverbium abierunt. Habet & lapidem asbestos, hoc est, inextinguibilem. Oppida eius præcipua sunt Mantinea, Tegea & Stymphalus, Montes Pholoë, Cyllene, Lycæus, Menalus, & Nonacris. Flavii Lidon & Erymanthus. ¶ Arcadiam postulas, ἀρκαδίαν μοι αἰτεῖς. Diogenianus proverbii duplicem ostendit usum: convenit enim, vel in magna, vel inutilia petentem. Herodot. *lib.* 1. innuere videtur natum ex Oraculo: Mutatos Atticos in Arcadia homines. Plaut. *Amph.*

Arcădĭcus, a, um, ἀρκαδικός, ἀρκαδικῶς. quod est ex Arcadia: ut, Arcadici mores, Arcadicum pecus, Arcadicum germen. ἀρκαδικὸν βάδισμα. De grandibus & ignavis dici solitum. Arcades enim olim malè audierunt ob stuporem ingenii. Arcadici Asini. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 2. Meminisse asinos Arcadicos, &c.

Arcās, ădis, ἀρκάς. Nomen Iovis filii ex Callisto, à quo Arcades originem ducunt. ¶ Est & gentile ab Arcadia. Ovid. 5. *Fast.*

*Arcadis Evandri nomen tibi sæpe referunt.*

¶ Arcadas imitantes, Ἀρκάδας μιμούμενοι. Zenodotus indicat dictum in eos, qui alios, non sibi laborant. Plato Pisandro scribit illum Arcadas imitari, quòd comœdias à se conscriptas aliis edendas traderet ob inopiam. Adagium hinc ductum, quòd Arcades olim inter Græcos bellicosissimi, suis auspiciis, suóque ductu nunquam hostem ullum superarunt, verùm aliis suppetias ferentes, persæpe. Unde illud illis fatale videbatur, aliis vincere, non sibi.

Arcădĭus, a, um. Arcadius deus, pro Pane, apud Propertium. Arcadium sydus, Ursa, vel Arctos. Senec. *in Œdippo.*

Arcădĭus, ἀρκάδιος. Theodosii filius, Romanorum Imperator fuit cum Honorio fratre, quo tempore Gothi Romam ceperunt. ¶ Fuit præterea hoc nomine Grammaticus Antiochenus, qui librum de Orthographia, & alterum de Syntaxi conscripsit. Suid.

Arcānum, secretum, absconditum, occultum: ab arcendo, in quo quæ clausa sunt, secreta manent. ‖ סוד *sodh*. κάλυμμα. Gall. *Un secret, chose secrette.* Ital. *Secreto.* Germ. Ein heimblich und verborgen ding. Hisp. *Secreto y guardado.* Angl. *A secret, any secret thing or hidde from many.* ‖ Potest & ab Arce dici, quæ rutissima pars urbis est. Virgil. 1. *Æneid.*

*Longiùs & volvens, fatorum arcana movebo.*

¶ Qui continet arcanum: Conveniet in eum, qui celat arcanum sibi commissum, neque cuiquam effutit. Sumptum ex Homeri versu *Odyss.* 5.

Τῷ δ' ἄρρητα ἔπεα πτερόεντα πέσοντα.

i. Huic pennis dicta carebant. ¶ Arcanè, & Arcanò, adverbia, κρυφίως, κρυφαίως. Col. *lib.* 3. *c.* 2. Sed de hac sententia, quanquam & ipse paulò antè id censuerim, quid tamen arcanius judicem, alio loco quæ dicam Cæsar *C. bell. civ.* Ipse arcanò cum paucis familiaribus suis colloquitur. Ibi legitur, *arcanè*, non arcanò.

Arcānus, a, um, adjectivum, occultus, rectus, minus loquax. ‖ מחריש *macharisch*. κρυπτός, κρυφαῖος. Gall. *Secret, cachè.* Ital. *Secreto.* Germ. Heimlich/ verborgen/ secret. Hisp. *Cosa secreta y guardada.* Angl. *Privie, secret, hidde.* ‖ ut, Arcanus homo, qui quæ audit tacet, & continet optimè. Plaut. Cave sic dixeris me dixisse hoc. P. Dixisti

xisti arcano satis. Arcanus sensus. Virg. 4. *Æneid.*

——— *solam nam perfidus ille*
*Te colere, arcanos etiam tibi credere sensus.*

Arcārius, est qui pecuniam publicam adservat. Scævola *l. Thais, in fin. de fideic. lib.* Stichum (inquit) rationibus redditis manumitti volo. Stichus arcarius, probante domino, nomina fecit. Et *in C. lust.* est rubrica de Susceptoribus, & præpositis, & arcariis.

Arcarii, & Attiarii à Iureconsultis inter servorum species numerantur. Ea refert Alex. Neapolit. *c. 15. lib. 3. Gen. dier.* & Tyrrhus *lib. 2. quæst. magist.*

Arcātus, vide *Arrenatus.*

Arcedo, pro accedo, ‖ antiquum *Ar*, pro ad. ‖ Turpil. *Boëthuntib.* Sic Arvenire, Arcellere. Plaut. Eodem modo Arlevre dicebant veteres: unde Arferia aqua, quæ adferebatur ad sepulchra, ut mortuis libaretur.

Arcēllā, videri potest diminutivum ab Arcera, de qua infrà. Unde Arcella vitis, quæ in formam arceræ deposita est. Colum. *lib. 3. cap. 22.* dedistinctis generibus vitium loquens. Hinc partes his helvolæ respondent, illinc arcellæ, rursus illinc spioniæ basilicæve conveniunt. Fortassis *arcellata* legendum, ut *cap. 2.* Unam etiam præcocem vitem, nobis ante hoc tempus incognitam. Græca consuetudine Dracontion vocari comperimus, quæ fœcunditate, incunditatéve arcellatæ, basilicæque & Biturieæ comparari possit, generositate vini Aminneæ. Et paulò antè omnium quas cognovimus, copiosissima arcellata.

Arcellula, arcellulæ, diminutivum ab arcella, id est arcula, ab arca. Diomedes Grammat. *lib. 1.*

Arcĕo, es, ui, sine supino usitato. (Nam arcitum non dicimus: licèt in compositis Exercitum dicamus, & Coercitum:) Propulso, abigo, prohibeo, pello. { מנע *manah*, חלא *chalá*. ἀμύνω, ἀπείργω, κωλύω. Gall. *Garder d'approcher, chasser, empescher.* Ital. *Scacciare, rimuovere, impedire.* Germ. *Hinweg treiben/ wehren/ hinderhalten.* Hisp. *Constreñir, arredar, apartar de lugar.* Angl. *To stoppe, fromme comming to, to hinder, to put back.* } Cic. *in Catil.* Tùm tu Iupiter hunc à mœnibus urbis arcebis. Idem *4. Philipp.* Brutus illum non ut consulem recepit, sed ut hostem arcuit. Mala frigora pellibus arcere. Ovid. *Eleg. 10. lib. 3. Trist.* Arcuit eos rapinis, data facultate sine tapeto vivendi. Velleius. ¶ Aliquando legitur pro stringo, sive coërceo. Virgil. 2. *Æneid.*

——— *teneræ arcebant vincula palmas.*

¶ Interdum ponitur pro contineo, Cic. *de nat. deor.* Alvus arcet & continet illud quod recipit. Idem *in somn. Scip.* Orbis extimus arcens & continens cæteros. ¶ Arcere vim hostium, est vim vi propulsare, & operam dare ne noceant. Liv. 1. *ab Urbe*, Ad arcendam vim advenarum armati ex urbe atque agris concurrunt. ¶ Arcere aquam pluviam. Idem *pro Murana.* Ille fecit ut hostium copiæ, tu ut aquæ pluviæ arceantur. Ab arceo fiunt Arx, arcis: Arctus, a, um: & Artus, pro membris: de quibus infrà suo loco.

Arcera vocabatur plaustrum tectum undique & munitum, quasi arca quædam magna, vestimentis instrata, quâ ægri, aut senes portari enbantès solebant. Varro & Gell. *lib. 20. c. 1.* Hinc Arcella vitis dicitur formâ arceræ patur dispositа. Colum.

Arcēsso, is, ab Arceo nascitur, Accuso, postulo. Diomedes *lib. 1.* { ריב *rigkghél*, κρίνω, ἐλέγχω. Gall. *Accuser.* Ital. *Accusare.* Germ. *Einen verklagen.* Hisp. *Acusar.* Angl. *To accuse.* } *lib. 1. ad Heren.* Arcessitur Cæpio maiestatis. Cic. *lib. 2. Offic.* Atque etiam hoc præceptum officii diligenter retinendum est, ne quem unquam innocentem iudicio capitis arcessas. ¶ Est & Arcesso, Advoco. { μεταπέμπω. Gall. *Huchier, appeller.* Ital. *Chiamare.* Germ. *Berüffen/ ein holen oder reichen.* Hisp. *Llamar.* Angl. *To call for, to crie on.* } ab Adeio, d, in t, mutata. Antiqui enim (teste Prisciano *lib. 1.*) d, literam mutabant in r, nos in c. Plaut. *Amph* Blépharonem arcessat, qui nobiscum prandeat. Arcesse hostias, victimas, lanios. Idem *Pseud. sc. 7. a. 1.* Qui tuam amicam arcessebat (is, missus erat ad abducendum) *Ibid. sc. 5. a. 2.* Herus si me quærer, hîc ero, hinc ni: arcessito. Idem *Mil. sc. 6. a 2.* Malam rem sibi arcessit iumento suo. Idem *Amph.* Cic. *pro Rosc. Amer.* Quum ab aratro arcessebantur, qui Consules fierent. ¶ Arcessere à capite. Cic. *in Top.* Quum autem à genere ducitur argumentum, non erit necesse id usque à capite arcessere. A capite arcessere argumentum, est à capite & origine rei argumentum eruere, Budæus. ¶ Arcessitus particip. Cic. 2. *de Orat.* Cavendum est ne arcessitum malum putetur.

Arcto, as, frequentativum est, formatum ab Arctum, insusitato supino verbi arceo, Constringo, vehementer arcto. { אצר *hetsár*, חעיק *hetsik*, יחץ *nets. ex in.* Gall. *Serrer prés, estreindre, estreir.* Ital. *Stringere.* Germ. *Einmachen/ zusammen zwingen.* Hisp. *Estrechar, estreñir, apretar.* Angl. *To make narrow or streict.* } Colum. *lib. 12. cap. 34.* Nonnulli adjecto defruto, contenti sunt transversas perticas arctare. Plin. *lib. 17. cap. 13.* Quando contineri debet vimine, non arctari. In transcursu tam arctari operis. Velleius. Omnia arctata in honoribus. Livius, *lib. 5. d. 1.* ¶ Est item Arctare, angustius facere. Plin. *lib. 3. cap. 6.* Etiammum angustias eas arctantibus insulis paruis, quæ Cuniculariæ appellantur. Mart.

*Atriaque immodicis arctat imaginibus.*

Arctŭs, a, um, Angustus, strictus, ab arcendo, id est, constringendo. { צר *tsar*, נחוץ *natsuts.* Gall. *Serré, estroit.* Ital. *Stretto.* Germ. *Eng zusammen gezogen.* Hisp. *Estrecho, estrecha.* Angl. *Narrow, streict.* } In arctum retraxit virtutem mulierum natura. Sen. *c. 15. de consol. ad Marc.* In arctum contracta, &c. Velleius. Arcto freno equum compescere. Tibul. *lib. 4.*

*Invida me spatio natura coërcuit arcto.*

(Ingenii,) Ovid. *Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Compressiones arctæ. Plaut. *Pseud. sc. 1. a. 1.* Cic. 3. *Verr.* Mihi credite arctioribus apud populum Romanum laqueis tenebitur. Arctior annona, Suet. *in Tib. cap. 8.* Quo magis intendas hæc vincula, tanto astringunt arctius. Item, Arctissimo somno quievit. Suet. *in Othon. cap. 11.* Arctissimæ tenebræ. Idem *in Neron. cap. 46.*

Arctè, adverbium, στενῶς. Colum. *lib. 3.* In tubulum fictilem, vel cortice arctè inserto. Mater illum arctè & contentè habet. Plaut. *Asin. sc. 1. a. 1.*

Arcĕra, ab arca deducitur, & significat plaustrum tectum undique ex tabulis, quasi arca quædam magna, vestimentis tectrata, ut inquit Atcius, quo vehiculi genere senes & ægroti cubantes vectabantur. { ἅρμα σκηνοῦν. Gall. *Chariot couvert de tout coster, comme une litiere en chariot branlant.* Ital. *Lettiga.* Germ. Ein hangenden wagen/ ein senfftes/ einer barre. Hisp. *Andas.* Angl. *A litter, a chariot covered on all parts.* } Gell. *lib. 20. cap. 1.*

Arcĕsĭlas, sive ut apud Laertium legitur) Arcesilaus, ἀρκεσίλαος, ὁ ἀρκεσιλάου. Philosophus fuit, ex Pitane Æolica civitate ortus, qui relicto natali solo, Sardeis se primùm, deinde & Athenas contulit, ubi initio Crantorem, deinde & Polemonem audivit. Post hæc examinius & ipse Philosophius effectus, mediam primus Academiam invexit. Fuisse autem traditur multo ingenii acumine, sed nimia in disputando pertinacia. Fuit enim assertor ἀκαταληψίας: unde & Ignorantiæ magister à Lactantio appellatus. Hic est ille, quem Cic. *lib. 5. de Finib.* ait evertisse omnem Philosophiam, quemadmodum Gracchi everterunt Remp. Induxit enim Philosophiæ quoddam genus à ἀσυστασία, hoc est, quod subsistere non potest, asserens nihil omnino sciri posse: quod certè absque repugnantia intelligi non potest. Si enim sciamus nihil sciri posse, falsum est nihil sciri posse, quum iam aliquid sciamus.

Arcĕsĭlāus, unus è quinque ducibus Bœotorum qui ad Troiam cum quinquaginta navibus advenerunt. Homer. *lib. 1. Iliad.* 2.

Arcēsĭus, ἀρκείσιος, Iovis fuit filius, pater Laërtis, ut testatur Ulysses apud Ovid. 13. *Met.*

*Nam mihi Laërtes pater est, Arcesius illi,*
*Iupiter huic*, &c. scilicet Arcesio.

Archadius, Grammaticus, lege *Arcadius.*

Archagathos, ἀρχάγαθος, Medicus in Peloponneso, Lysaniæ filius, qui primus ex medicis Romam venit, L. Æmilio, & Livio Coss. anno urbis DXXV. cui & ius Quiritum datum est, & taberna in compito Acilio. Hic primò Vulnerarius cognominatus est, mitéque gratus adventus eius initio fuit: mox à sævitia secandi urendique Carnifex appellatus. Hæc Plin. *lib. 29. cap. 1.*

Archaïsmŭs, ἀρχαϊσμός, Latinè Antiquitas dicitur. Figura est, vetustè aliquid dictum significans. Terent. *Andr.* Quod plerique omnes faciunt adolescentuli. Ubi Donatus, Plerique omnes, pro una parte orationis dixere veteres. *Ibid.* Ille instar factum. Ubi Donatus, Instar factum, ἀρχαϊσμός, vetustè id est, instar dicere factum esse.

Archandēr, ἄρχανδρος, Phthii Achaï filius, & Canaï genet, de quo Herod. *lib. 2.*

‖ Archangelus, ἀρχάγγελος, princeps Angelorum. ‖

Archārĭus, Præfectus & moderator dicitur. { שרים *schalit*, ἀρχιερεύς. Gall. *Recteur, gouverneur.* Ital. *Soprastante.* Germ. Ein oberster/ ein regent. Hisp. *Regidor, antepuesto.* Angl. *A governour, a ruler or overseer, he which hath charge of any thing.* } Paul. *ad Rom.* Salutat vos Erastus archarius civitatis. ἄρχω, à nostris participium: à quo ἄρχω, impero, præsum.

‖ Archebulcum carmen, à Thebano cognomine Poëta, cuius postremus pes esset Bacchius, ἀρχίβουλος γὰρ ἦν ὁ ἐξ οὗ τὸ μέτρον. Scalig. *lib. 2. poët. c. 19.* ‖

Archedicus, ἀρχέδικος, Poëta comicus, scripsit contra Democharem Demosthenis propinquum. Fabulæ ipsius, Thesaurus & Diamartanon. Autor Athenæus *Dipnosophistis.*

‖ Archegĕtes, princeps. Lex. I. C. ‖

Archelaus, ἀρχέλαος, Philosophus Athenensis, seu Milesius, qui patrem habuit Apollodorum, & fuit author successorque Anaxagoræ, à quo Socrates Philosophiam audivit. Hic physicam philosophiam ex Ionia Athenas invexit: estque Physicus appellatus, quòd in eo defecerit philosophia naturalis, Socrate Ethicen introducente. Quanquam ne hic quidem Ethicæ rudis fuit, qui de legibus, de honesto, & de æquo philosophatus est. ¶ Fuit & alter Archelaus, Antenoris Tydæi filius, quem Homerus scribit rei militaris peritissimum fuisse. ¶ Alius fuit Geographus, qui terram omnem ab Alexandro peragratam descripsit. ¶ Alius de rerum naturis carmina scripsit. Alius Oratoriam docuit, Autor Diogenes Laërtius.

Archēmolus, vide *Archemolus.*

Archēnorus, ἀρχήνορος, Lycurgi Thracum regis filius, & Hypsipyles Thoantis filiæ alumnus: quæ quum sitientibus, qui ad Thebarum expeditionem proficiscebantur, Langiam fontem ostenderet, Archemorum puerum super viridi herba deposuit, qui à serpente vulneratus periit. Unde fons ille Archemorus vocitatus est, & annuus agon in pueri illius memoriam celebrari cœptus, quem Nemæos ludos appellarunt. Vide Statium *lib. 6. Theb.* ¶ Alius fuit Archemorus, Amphionis ex Niobe filius, quem Ovid. Antegonum nominat.

Archeptolemus, ἀρχεπτόλεμος, filius Iphyti, auriga Hectoris, Enipeo interfecto à Diomede sufficius.

Archestrata mihi nutrix fuit. Plaut. *Curc. sc. 2. a. 5.*

Archĕtypŭs, ἀρχέτυπος, adjectivum. Est quodcunque ita primùm fabricatum est, ut exemplar reliquis fit. Mart. *lib. 8.*

*Archetypum Myos argenteum se dicit habere.*

Idem *lib. 3.*

*Sic tanquam tabulæ, scyphive Paule,*
*Omnes archetypos habet amicos.*

¶ Est & Archetypum substantivum, quo significatur primum exemplar, quod quis sibi imitandum proponit. { תבנית *tabnith*. Gall. *Le patron, l'exemplaire premier.* Ital. *Modello.* Germ. Ein vorbild/ ein exemplar das einer für sich nimpt/ und nach dem ein andere macht. Hisp. *El original de donde se saca el exemplo.* Angl. *The first exemple, or patterne.* } Plin. *iunior ad Antonium.* Ut pictores pulchram absolutámque faciem, rarò nisi in petitis effingunt: ita ego ab hoc archetypo labor & decido. ¶ Dicuntur etiam archetypa, signa, statuæ, vasa, & tabulæ, non ad aliorum similitudinem effecta, sed à nobili quopiam artifice primùm confecta. Martial. *lib. 8.*

*Archetypis veluti nihil est odiosius Antli.*

Archezostis,

**Archezoſtis**, ἀρχίζωστις Dioſcoridi, herba quam Latini vitem albam vocant, Græci etiam ἀμπελόδενδρον, ſativæ viti foliis, ſarmentis, & pampinis ſimillima. Vide Plin. *lib.* 25. *c.* 5. & Ruell. *lib.* 3. *c.* 151.

**Archias**, ἀρχίας. Poëta Antiochenus, Romæ fuit in amicitia multorum clarorum Oratorum, præſertim Luculloru̇m, & a nonnullis Græcis populis honoratus, & eorum civitatibus donatus, Ciceroni in primis familiaris. Hic cùm diſcederet à Sicilia, cum L. Lucullo Heracleam venit, & adſcribi in eandem voluit: quod & ſua virtute, & Luculli amicitia facilè impetravit. Poſtea verò mota ei de civitate controverſia, quum eo nomine in iudicium vocatus eſſet, defenſus eſt a Cicerone, brevi quidem, ſed tamen ornatiſſima illa oratione, quæ etiam nunc extat, in qua multa de poëticæ, atque ipſius Archiæ laudibus obiter admiſcentur. ¶ Fuit item Archias, qui condidit Syracuſas, ut ſcribit Volaterranus. Rurſum alius Hyblæus quidam pæreo celeberrimus: qui ter vicit Olympia & Pythia, ubi icon ipſius & epigramma Græcum. Pollux. ¶ Alius item fuit Mitylenæus muſicus.

**Archiater**, & Archiatrus, ἀρχίατρος. Angl. *Chiefe maiſter of medicines.* ‖ Medicorum princeps, ἰατρὸς enim medicus, ἀρχὸς princeps dicitur. Hic vulgò Protomedicus appellatur. Archiater dictus eſt Æſculapius, tanquam præſes deúſque medicorum. ¶ In Codice Imperatorio legimus, privilegiis Imperatoris archiatros decorati.

**Archibius**, Ἀρχίβιος, Alexandrinus Grammaticus, qui docuit Romæ ſub Trajano Principe. ¶ Fuit etiam alter ejuſdem nominis Grammaticus, qui Commentarios conſcripſit in Callimachi Epigrammata. Utrumque meminit Suidas.

**Archibulus**, argentarius. Plaut. *Aſin. ſc.* 1. *a.* 1.

**Archidámus**, Ἀρχίδαμος, Princeps Lacedæmoniorum, vir bello clarus, Telidis filius, Methonem ad Athenienſes deficientem recepit: in bello contra Pylum primus è navi proſiliens, nec vulneratus eſt, nec ſcutum amiſit. Denique adversùs Amphipolim ſtrenuè decertavit. Inſimulatus poſtremò quòd Agonis Thraciæ regis amicitiæ ſtuderet, damnatus eſt, ut ſcribit Suidas. ¶ Archidamicum bellum, ἀρχιδάμειος πόλεμος, de bello ſævo crudeliquè dicebatur.

‖ **Archidiaconus**, ἀρχιδιάκονος, princeps diaconorum, qui inter Diaconos dignitſſimè fuerat. Penes eum erat hæc dignitas, ut non tam eligeretur, quàm à tempore conſtitueretur. Meurſius in Gloſſ. ‖

**Archiepiſcopus**, ἀρχιεπίσκοπος, Epiſcoporum princeps, ſeu præfectus: vide *Epiſcopus*.

**Archigállus**, Iulius Firmicus. *Matheſ. lib.* 3. Archigallos facient, & qui virilia propriis ſibi amputant manibus. Alibi abſciſſi archigalli.

**Archidemus**, nomen viri. Plaut. *Aſin. ſc.* 2. *a.* 3.

**Archigénēs**, ἀρχιγένης. Medicus fuit ex Apamia Syriæ civitate, Agathini diſcipulus, qui rem medicam Romæ exercuit Trajani temporibus. Hæc Suidas. In hunc Archigenem, tanquam in hominem imperitum, ſæpiſſimè invehitur Galenus. Meminit ejuſdem & Iuven. *Satyr.* 7.

——— *tunc corpore ſano*
*Adveniat Archigenem.*

**Archigerontes**, ἀρχιγέροντες. Latinè Principes ſeniorum, ſeu ſummi ſenes. Alciatus *C. de Epiſc. & Cler.*

**Archigrammatēi**, Scribarum principes. ‖ רשי הספרים *roſchhaſſopherim*, ἀρχιγραμματεῖς. Gall. *Chanceliers.* Ital. *Gran Cancellieri.* Germ. Die oberſten vnd fürnempſten ſchreyber/ die Cantzler/ die Geatſchreyber. Hiſp. *Chancilleres.* Angl. *Chancelores.* ‖ Plut. Eumenem Cardianum fuiſſe archigrammatea Alexandri Magni.

**Archigubernus**, ex ἀρχὸς & κυβερνήτης, inuncto nomine, Princeps gubernator, omnium gubernatorum primus, ſive claſſis præfectus. ‖ Angl. *Chiefe gouvernour.* ‖ Iavolenus *ad SC. Trebel.* Scius Saturninus archigubernus teſtamento reliquit hæredem Valerium Max.

**Archílochus**, ἀρχίλοχος, nomen poëtæ Lacedæmonii. Hic fuit inventor carminis Iambici, quod ab eo Archilochium vocatur: quo Lycambem quendam, quòd filiam ſibi pactam alteri locaviſſet, ad ſuſpendium eredítur adegiſſe. Horat. *in Arte poët.*

*Archilochum proprio rabies armavit iambo.*

¶ Archilochia edicta Ciceroni ſunt contumelioſa & virulenta, *ad Attic. lib.* 2. Itaque Archilochia in illum edicta Bibuli populo ita ſunt iucunda, ut cum locum in quo proponuntur, per multitudine eorum qui legunt, tranſire nequeamus: ipſi ita acerba, ut tabeſcat dolore. Sic ad finem epiſt. præcedentis. ¶ Archilochi patriam, Ἀρχιλόχου πατρίδα, Diogenianus teſtatur dici ſolere de mordacibus ac maledicis. Archilochi poëtæ mordacitas vulgò celebratiſſima fuit. ¶ Alius fuit Archilochus Neſtoris filius, qui patrem in expeditione Troiana ſecutus, à Memnone interfectus eſt. ¶ Alius fuit Siculus, qui Africam urbem condidit. Archilochum honorarunt Du poſt mortem. Plutarch. *in Num.*

**Archimágirus**, Princeps & magiſter coquorum, ſummus coquus. ‖ רב המטבחים *rab hattabbachim*. ἀρχιμάγειρος. Gall. *Maiſtre cuiſinier, maiſtre queux.* Ital. *Maeſtro de cuochi.* Germ. Kuchenmeiſter. Hiſp. *Maeſtro cozinero.* Angl. *Chiefe cooke, or maiſter cooke.* ‖ μάγειρος enim Latinè coquus. Iuven.

*Finxerunt pariter librarius, archimagiri.*

**Archimandrítæ**, ‖ ἀρχιμανδρίται. Gall. *Abbez, Prieurs, Provinciaux, Chefs d'Ordre Religieux, Generaux.* Ital. *Abbati, Priori, Guardiani, Generali.* Germ. Ein Abt/ ein Prelat. Hiſp. *Prelados de menos y ſemejante dignidad.* Angl. *Abbates, Priores, Prelats.* ‖ Dicuntur præpoſiti conſectaneæ turbæ, haud longè diſſimiles ab epiſcopali dignitate: ita dicti quòd principes manſitæ & agminis ſint. Mandræ enim ſignificant ſpeluncas, in quibus eremicolæ vitæ contemplativæ ſtudioſi vivebant Deo, mundo mortui. Hinc Epiſcopi archimandritæ à Græcis dicti poſſunt videri, non diſſimili ratione ab ea, qua à nobis dicuntur Paſtores. Alciatus ſcribit, Archimandritam id ſignificare, quod dicimus Abbatem. Priſci enim eremos colentes, ἐν τοῖς μάνδραις, id eſt in ſpeluncis & cavis montium habitabant. Et Archimandritæ ſunt cœnobiorum, ſeu monaſteriorum præfecti, *l.* 4. *C. de ſumma Trinit.*

**Archimédes**, Ἀρχιμήδης, nomen proprium viri Siracuſii, qui Geometriæ, & machinalis, ſyderaliſque ſcientiæ conſultiſſimus fuit, & celeberrimus, teſtimonio Livii, Plinii, Plutarchi. Unde quam rem mira arte factam, atque ita ſummo ſtudio elaboratam, perfectamque ſignificare volumus, proverbii ſpecie nobis vulgare eſt dicere, Archimedes non poſſet melius deſcribere. Vſus eſt Cic. *in Orat. pro C. Cluentio.* Hic velut deus terrenus mechanico artificio ſphæram vitream fecit, in qua mira arte diſſimiles motus circulorum vigebantur. De qua ſic ſcribit Claudianus,

——— *intra pali, regnámque deorum,*
*Ecce Syracuſius tranſluit arte ſenex.*
*Percurrit proprium mentitus ſignifer annum,*
*Et ſimulata novo Cynthia menſe redit.*

Marcellus in expugnatione Syracuſarum interdixit, ne Archimedes unus violaretur: verùm quum Syracuſæ caperentur, & ipſe animo ac oculis in terra defixis formas geometricas deſcriberet, à milite ignaro quis eſſet, interfectus eſt.

**Archimimus**, i, princeps mimorum, & ſummus. ‖ Ἀρχίμιμος. Gall. *Le maiſtre des iouëurs de farces.* Ital. *Principe de buffoni.* Germ. Der oberſt boſſentreiber. Hiſp. *Maeſtro de momos.* Angl. *Chiefe amlan the players of enterludes, maiſter ſcoffer.* ‖ Suat autem mimi, qui in ſcena geſtus eorum quos volunt irridere, exprimunt & imitantur, ἀπὸ τοῦ μιμεῖσθαι, quod eſt imitari. Tranquillus *in Veſpaſiano*, Faro archimimus perſonam eius ferens, ſuſtinentique (ut eſt mos) facta & dicta viri, &c. Utitur etiam hac voce Iulianus *de operis libertorum, ſ. patronis.* Nam ſi quis (inquit) archimimum, vel pantomimum, &c.

**Archiotæ**, vide *Archium*.

‖ **Archipherecita**, ἀρχιφερεκίτης, interpres titulorum Talmudi, cui ad unguem noti Talmudici tituli. ‖

**Archipirata**, æ, prædonum dux. ‖ ἀρχιπειρατής. Gall. *Le Capitaine des corſaires & eſcumeurs de mer.* Ital. *Capitano de Corſari.* Germ. Ein oberſter der Meerdieber. Hiſp. *Capitano de Corſarios.* Angl. *Maiſter pyrat.* ‖ Cicer. 7. *in Verrem*, Archipiratam ipſum vidit nemo de quo ſupplicium ſumi oportuit. Idem 2. *de Offic.* Ille qui archipirata dicitur, niſi æquabiliter prædam diſpertiat, aut occiditur à ſociis, aut relinquitur.

**Archippocómos**, ἀρχιππικόμος, dicitur hippocomorum præfectus. ‖ Angl. *Maiſter of the horſes.* Hippocomi autem dicuntur equorum curatores, ab ἵππος equus, verbo neutro, quod ſignificat equos curo. ¶ Eſt itaque Archippoconus, quem Galli *Magnum ſenatorum* vocant, *Grand Eſcuyer.* Bud.

**Archippus**, Ἄρχιππος, nomen Philoſophi qui Thebis ſcholas habuit, (ut ſcribit Hieronymus) & Pythagoræ auditor fuit.

‖ **Archiſmáton**, ſaltatio. Gloſſ. g. b. ‖

**Archiſterium**, vox eſt quæ ſignificat principem ſtellarum, ita enim appellavit Berengoſius Abb. *cap.* 3. *lib.* 3. *de Cruce*, loquens de illa, quæ Conſtantino M. apparuit. ¶ Item monaſterium. Gloſſarium Struchij MS. Archiſterium, Monaſterium.

‖ **Archiſtratēgus**, ἀρχιστρατηγός, imperator exercitus: ἀρχὸς στρατοῦ princeps ducum militiæ. ‖

**Architēctus**, ‖ רב הבנים *rab habbonim*. חרש *charáſch*. ἀρχιτέκτων. Gall. *Maiſtre ouurier, maiſtre Charpentier ou Maſſon, Architecte, Maiſtre entrepreneur d'vn edifice.* Ital. *Architetto, Soprastante alle fabriche.* Germ. Ein werckmeiſter/ ein Bawmeiſter. Hiſp. *El maeſtro de obra para edificar.* Angl. *Maiſter of work.* Nomen compoſitum ex ἀρχὸς princeps, & τέκτων, faber: principalis faber, fabricandi artem habens, vel qui ſtructuris ædificiorum præeſt, & qui fabricanda præſcribit. Architectus (ut inquit Plato *lib. de regno*) magno miniſterio non utitur, ſed utentibus præſidet. Fabri autem, qui aliquid manu faciunt in ædificiis, alii funguntur ingenio, alii opera valent. Queis bene factis meus pater Deum regnator Architectus omnibus (i. autor & effector eorum bene factorum.) Plaut. *in Amphit.* Cic. *in Verr.* Si quis adhibere voluit non modò ut architectos, verùm etiam ut fabros ad ædificandam Rempublicam, poterimus & nos libenter accurrere. Mart. *lib.* 5.

*Si duri puer ingenij videtur,*
*Præconem facias, vel architectum.*

¶ Architectus item pro authore & principe inventore. Cic. 2. *de Finib.* Eaque ipſa quæ ab ipſo inventore veritatis, & quaſi architecto beatæ vitæ dicta ſint, explicabo.

**Architēcton**, is, idem quod Architectus. ‖ Angl. *A diuiſer of building.* ‖ Plaut. *Pœn.* Me dolis iam ſuperat architectonem. Idem *Aſtell.* Nam ſibi laudaſſe ædes ait architectonem neſcio quem, eſſe ædificatas ſanè bene.

**Architēctónicus**, a, um, adject. ἀρχιτεκτονικός, ad architectonem pertinens. Vitr. *lib.* 9. *c.* 4. Et qui per rationes architectonicas, circinique deſcriptiones eſt inventus effectus in mundo.

**Architēctor**, aris, Conſtruo, fabricor. ‖ בנה *banáh*. ἀρχιτεκτονέω. Gall. *Deſſiner & bailler l'ordennance de quelque baſtiment, baſtir, edifier.* Ital. *Fabricare.* Germ. Bawen/ ein werck machen. Hiſp. *Obrar por artificio.* Angl. *To build to deuiſe ſundrie ſorts of building, to preſcribe rules in building.* ‖ Vitr. *lib.* 9. *caj.* 4. Namque in his locis naturalis poteſtas ita architectata eſt, collocaverique cardines, tanquam centra. ¶ Tranſlatè ponitur à Cic. 2. *de Finib.* Cur tandem ſapientia tantopere laudatur? an quòd ita callida eſt, ut optimè poſſit architectari voluptates? id eſt, formam & rationem fruendarum voluptatum comminiſci & præſcribere: quemadmodum architecti opera majoris ſumptus & magnifica ingenti ratiocinatione architectari ſolent. Bud.

**Architēctónicē**, es, fœm. gen. ‖ ἀρχιτεκτονική. Gall. *Architecture.* Ital. *Architettura.* Germ. Die kunſt des bawens. Hiſp. *Arte de edificar.* Angl. *An art in deuyſing, buildings, ſtille of building.* ‖ Ars ipſa architectandi. Quint. *lib.* 2. Aliæ quoque artes minores habent multiplicem materiam, velut architectonice: namque in omnibus quæ ſunt in ædificio utilia verſatur.

**Architēctúra**, ædificandi ſcientia. Græcè ἀρχιτεκτονική, Architectonice dicitur. Hoc nomine Vitruvius opus ſuum inſcripſit quod de ædificandi ratione conſcripſit. Cic. *lib.* 1. *Offic.* Quibus autem artibus, aut prudentia

prudentia major inest, aut non mediocris utilitas quæritur, ut méllicina, quæ architectura, ut doctrinæ rerum honestarum.

Architectio, nis. Plin. *lib.* 10. *cap.* 71. In quo vel præcipua naturæ architectio.

‖ Architriclinus, ἀρχιθάλαμος, princeps matis, præfectus mari. Johannis nuptiæ. ‖

Architriclinus, qui præest triclinio. { מלצר *melitsár.* ἀρχιτρίκλινος GALL. *Sarmetier.* ITAL. *Scalco.* GERM. Ein Trucksess ein Hoffmeister. HISP. *Refritolero.* ANGL. *Amarshall of the hall.* } Erat autem Triclinium cœnaculum tribus ad accumbendum lectis stratum. Juvenalis,

*Tertia nec vacuo cessaret cubitoria lecto.*

Architriclini erat curare, ut eduliorum variorum fercula seriatim, & in tempore convivis exhiberentur, utque rectè omnia disposita essent.

Archīvum, { בתסרים *beithsepharim*, ἀρχεῖον GALL. *Le lieu ou sont serrez les vieux registres, papiers, chartres.* ITAL. *Cancelaria.* GERM. Ein Cantzley/ da ort da ein Statt ire Brieff/ Bücher behalt/ &c. HISP. *Libreria de los originales.* ANGL. *A place wher charters or evidents or such writings concerning the commune welth are keepe.* } Armarium librorum, seu locus publicus, in quo acta urbis & civium recondi consueverunt. Romani *Tabularium* dicunt: Græci *Chartophylacium.* Bud.

Archiōtæ, ἀρχιῶται, dicebantur qui publico archio præerant. In scholiis Græcis traditum est, aulam locum esse in quem fontes ducerentur, eúmque à iunioribus ἀρχεῖον appellari. Alciat.

ARCHŌN, ontis, ἄρχων, summus principatus Athenis, sicut Suffes apud Carthaginenses, Romæ Dictator. Fuerunt enim, teste Suida, Archontes novem, quorum sex Thesmothetæ, hoc est, legislatores dicebantur, unus Rex, unus Polemarchus, & præter hos unus qui per excellentiam Archon dicebatur. De hoc magistratu sic scribit Budæus, Archontes qui fuerint, non planè constat. Suidas novem fuisse autor est: & inter eos numerat Thesmotheras: rectè, ut opinor, quum idem sentire videatur enarrator Demosthenis, quippe qui Archontas etiam Thesmothetas appellet. Sed ex his unus erat princeps collegii & præfectus, qui & Hegemon & Pryranis vocabatur. Prytanes autem erant numero quinquaginta, decimam partem concilii & curiæ quinquagenariæ efficientes, in orbem ἐφεξῆς ἀρχοντες, hoc est, magistratum cum gerentes, & in singulos menses vices mutantes. Verum is, qui inter Archontas peculiarem appellationem retinuit, simili etiam ratione Prytanis dictus est. Quemadmodum autem Romæ Prætor iudicibus præerat, atque ideo quæstionis iudex dictus est, & quæsitor, ita hic Archon Atheniis iudicibus præsidebat. Cic. *de Fato*, Motiur Epicurus, quum duos & septuaginta annos vixerit, archonte Pythorato.

Archontici, ἀρχοντικοὶ, Hæretici quidam à principe appellati, qui universitatem, quam Deus condidit, opera esse principum dicebant, & negabant resurrectionem carnis.

Archytās, ἀρχύτας, Hestiæi, sive (ut alii malunt) Mnesarchi filius: Philosophus fuit Pythagoricus, patria Tarentinus, qui Platonem adversùs Dionysii insidias præstitit incolumem. Hic in Mathematicis majorem humano captu progressum fecisse traditur, adeò ut & cubum primus invenerit, & columbam ligneam tam affabrè effinxerit, libraverit, & inflaverit, ut vivæ volatum imitaretur. Primus etiam plataget, hoc est, crepitaculum puerorum traditur invenisse, quo pueros nunquam interquiescentes, & à periculosioribus ludis avocaret. Hinc factus est locus proverbio, & Archytæ crepitaculum, Ἀρχύτα πλαταγή, quo garrulos, desipientes, & puerilia tractantes, ad Archytæ plataget dicimus recidisse.

Arcibum, est Arcbium, & archivum, *et archivo.*

Arcifinalis ager, dictus est, qui certis linearum mensuris non continetur, sed accentur fines eius obiectu fluminum, montium, arborum: unde & in his agris nihil subsecivorum intervenit. Sic *in lib. var. auspor. de limitibus.* Siculus autem Flaccus: Occupatorij, inquit, agri, quos quidam arcifinales vocant: ii autem arcifinales dici debent, quibus agris victor populus occupando nomen dedit: bellis enim gestis victores populi terras omnes, ex quibus victos ejecerunt, publicè, atque universaliter territorium dixerunt, intra quos fines ius dicendi esset: deinde ut quisque virtute colendi occupavit, arcendo vicinum, arcifinalem dixit. Hæc apud Frontinum leguntur. Ager arcifinius, sicut ait Varro, ab arcendis hostibus est appellatus: qui postea, interventu litium, per ea loca, quibus finit, terminos accipere cœpit: in his agris nullum ius subsecivorum intervenit. Arcifinales agri, & Arcifinii dicuntur, quorum fines deprehendi non possunt.

Arcilalis, ἀρκιλαλὶς, oppidum est Hispaniæ in tractu Bœtico. Ptol.

Arcinna, ἄρκινα, oppidum est Daciæ. Ptolomæo.

Arcio, is, arcivi, arcitum, pro ludere, & adigere, accepisse videtur Cato *de re rust. c.* 40. Antiquum est verbum.

Arciroetta, ἀρκιρόητα, civitas in Ponto Heracleæ subdita. Steph.

Arcisio apud Rutilium *lib.* 1. *epist.* 4. pro morte. Descendit enim ab Arcesso; itaque Arcessere aliquem, vel arcessere, est vocare.

Arcitenens, adjectivum, Apollinis epitheton, ab arcu tenendo, quòd semper cum arcu & pharetra pingeretur Apollo. { τοξόφορος. ANGL. *Which beareth or shooteth with a bowe.* } Virg. 3. *Æneid.*

*Quam pius arcitenens oras & littora circum*
*Errantem Mycenæ celsa, Giyaéque revinxit.*

Ovid. 1. *Metam.*

*Huic Deus arcitenens, & nunquam talibus armis*
*Antè, nisi in damis, aprisque fugacibus usus*
*Perdidit, &c.*

Arquitenens, Prisc. *lib.* 2.

Arcophthalmon, ἀρκόφθαλμον, à quibusdam appellatur herba, quæ Chrysogonon Dioscor. dicitur. Est autem hæc nomenclatura ex iis, quæ inter notha Dioscoridis à Doctoribus numerantur.

Arcophytōn, ἀρκόφυτον, ex iis nomenclaturis, quæ Bechio, seu Tussilagini herbæ in quibusdam Dioscor. exemplaribus tribuuntur.

Arctanes, ἄρκτανες, gens Epirotica. Steph.

Arctātio, nis, Plin. *lib.* 10. *cap.* 71. In quo vel præcipua naturæ architectio.

Arctatio, ἀρκτασμὸς, Diomedes Gramm. *lib.* 2. Cum quædam arctatione sermonis, quæ ἀρκτασμοὶ à poëtis congeruntur.

Arctax, mons est Propontidis, apud Strab.

Arcto. Vide *Arceo.*

Arctomys, ἀρκτόμυς, animal habens similitudinem muris & ursi.

Arctonnesus, ἀρκτόννησος, oppidum est Milesiorum, apud Propontidem situm, quod alio nomine Cyzicum appellatur. Plinius *lib.* 5. *cap.* 32.

Arctos, ἄρκτος, mons qui imminet Cyzico, ita dictus à Iovis nutricibus, quas illic in ἄρκτους, id est, in ursas migrasse tradunt.

Arctophylax, ἀρκτοφύλαξ, sydus iuxta majorem Ursam, alio nomine Bootes. Cicer. *in Phænom. Arati.*

*Arctophylax vulgò qui dicitur esse Bootes.*

Latinè ursæ custodem interpretari possumus: nam veluti custos quidam ursæ adhibitus, à tergo eam subsequitur: simili etiam ratione Bootes appellatur, quod in modum bubulci plaustrum sequatur: rustici enim Septentriones Plaustra vocant. Fabulantur autem Poëtæ, hunc esse Calistûs ex Iove filium, cui nomen Arcadi fuit. Ovid. 3. *Fast.*

Arctos, ἄρκτος, apud Græcos ursum, vel ursam significat. Quo fit, ut pro duobus signis Septentrionalibus accipiatur, quæ & à Latinis Ursæ appellantur. Sunt autem Arcti duæ Septentrionali polo, velut axe quodam nixæ, Arctico circulo clausæ, & ita collocatæ, ut utraque resupinata, alterius contegat caput: sed caput eius quæ superior est, ad caudam inferioris contendat. Alteram majorem Ursam, sive Elicen: alteram minorem Ursam, sive Græcorum linguæ Cynosuram, id est, Canis caudam nominant. Illam Græciæ populi notare soliti, hanc Sidonii observant inter navigandum. Ovid.

*Esse duas Arctos, quarum Cynosura vocatur*
*Sidoniis, Elicen Graia carina notat.*

Elicen, scribit Hesiodus Calisto, Lycaonis Arcadiæ regis filiam fuisse. Hanc studio venationis inductam, relicto patre, sese in sylvas contulisse, factámque unam ex comitibus Dianæ, à qua quum mirificè amaretur, quodam die solam in sylvis invenisse, à Jove compressam fuisse. Quod factum quum aliquandiu celasset, tandem iussam cum cæteris virginibus lavari, tumore uteri crimen detexisse. Quamobrem indignatam deam, in Ursæ effigiem eam commutasse, quæ Græcis ἄρκτος appellatur: in ea specie non multo post filium peperisse, quem Arcada nominavit: à quo postea dicta est Arcadia Peloponnesi regio. ¶ Arctos item Claudianus dixit pro illis qui Septentrionalem regionem inhabitant sub Arctis positam, 4. *Paneg.*

*Atque indignantes in luna redegerit Arctos.*

Et Ovid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

*Dum patet & Boreæ, & nix iniecta sub Arcto:*
*Tum patet has gentes axe tremente premi.*

¶ Ab Arcto oritur Arctous, Arcticus, Antarcticus.

Arcticus, a, um, adject. ἀρκτικός. ANGL. *Northward or northen.* } ut, Polus arcticus, hoc est, Septentrionalis, cui oppositus est Antarcticus polus, hoc est, Meridionalis.

Arctōus, adject. ab Arcto, { ἀρκτῶος. ANGL. *Northward or northen.* } Idem quod Septentrionalis. Mart. *lib.* 10.

*Felices quibus una dedit spectare coronam*
*Solibus arctois, sydera inque ducem.*

¶ Arctous orbis. Lucan. *lib.* 1. Arctoa sedes, & arctous polus, Seneca *in Hercule Œtæo.*

Arctūrus, ἀρκτοῦρος. Stella in signo Bootæ post caudam majoris Ursæ, cuius ortus & occasus tempestates facit, dictus Arcturus παρὰ τὴν οὐρὰν τῆς ἄρκτου, hoc est, ab Ursinæ caudæ similitudine. Virg. 1. *Georg.*

*Etsi non fuerit tellus fœcunda sub ipsum*
*Arcturum, tenui sat erit suspendere sulce.*

‖ Arcuatus morbus, id est regius, à colore æmulo arcus cœlestis. Vide *Arquni.* ‖

Arcubix, qui excubabant in arce. Fest. Aliàs Arcubii.

Arcŭlă, vide *Arca.*

Arcŭlāta, circuli qui è farina in sacrificiis fiebant. Festus.

Arcularius. Vide *Arca, Arcula,* suprà.

Arcŭs, huius arcus, quartæ tantùm declinationis, instrumentum est notum, è quo sagittæ emittuntur. { קשת *kischeth.* τόξον. GALL. *Arc.* ITAL. & HISP. *Arco.* GERM. Ein Bogen. ANGL. *A bowe.* } Ovid. 1. *Met.*

——— *Figas tuum omnia, Phœbe,*
*Te meus arcus, ait.*

Cic. *de Senect.* Appius animum intentum, tanquam arcum, habebat. Dictus est autem arcus ab arcendo, quòd eminus arceat hostem, non cominus propulset, quemadmodum ensis, aut hasta.

——— *Nunc pervigil arcus*
*Parthus equet.*

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Arcus marmoreus ei decretus, Suet. *in Claud. cap.* 11. ¶ Est præterea arcus, curvatura in ædificiis, quæ alio nomine Fornix appellatur. Ita dictus ab arcendo, hoc est, continendo, vel constringendo ædificio, { τοξοειδὲς, κίονος. ANGL. *A vault in a building.* } Cic. Iam enim atriolum, & arcus duos absolverat. Atque in hac significatione in secundo ordine usus est Varro *de vita pop. Rom.* Eóque, inquit, pecuniam magnam consumpsisse, quòd arci, quos summopere fecerat, festi ponderis diu facti, celeriter corruissent. Ex Nonio. ¶ Arcus item, sive (ut Nonio placet) Arquus, ἶρις. { ANGL. *The rayn bowe.* } accipitur pro arcu cœlesti, quem pluvio tempore variis coloribus expressam in nubibus conspicimus. Horat. *in Arte.*

*Quum flumen Rhenum, aut pluvius describitur arcus.*

Bibit arcus, placet hoc ille { de Lena curva senio. } Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 1. In hac autem significatione, etiam per secundam declinationem finitum legitur. Cic. *de nat. deor.* Cur autem Arci species in deorum numerum non reponitur? Ennius genere fœminino protulit. Formatur autem arcus cœlestis hoc modo: dum enim Sol in nubibus tarescentibus ex adverso refulsit, radiosque suos directa

lines humori nubilo transfundens impresserit, sit repercussio splendoris eius in nubibus, ex quibus fulgor emicans arcus speciem format. Sicut enim impressa cera anuli imaginem exprimit, sic nubes ex adverso ex rotunditate Solis figuram sumentes, orbem efficiunt, & arcus effigiem fingunt. Apparet autem hoc non semper, sed quum resolvunt nubila cœli. Nam rursus quum coeunt in se nubes atque densantur, confestim arcus forma resolvitur. In nubium enim densitate arcus imperfecto gyro complectitur. Denique sine Sole & nubibus nunquam apparet arcus. Quadricolor autem est, quia ex omnibus elementis in se rapit species. De cœlo enim trahit igneum colorem, de aquis purpureum, de aere album, de terris colligit nigrum. Nonius hoc discrimen statuit inter Arcum, & Arquum, ut Arcus dicatur fornix suspensus: Arquus autem nonnisi qui in cœlo apparet, quem Irim poëtæ dixerunt. Unde etiam Arquatos dictos vult, quibus color & oculi virent, quasi in arqui similitudinem. Verùm eam differentiam non usquequaque observari, abunde magno illud est argumento, quod & arquatum dicimus pro camerato, & Arquites pro sagittariis. ¶ Arcus apud Hebræos, quibus maximè in usu fuit, sumitur pro omni instrumento bellico. ¶ Arcus, arci, pro arcûs. Varro apud Non. *cap.2. in Arci.* ¶ Arcum tendere, in obscœno significatu, apud Apul. Ovid. & Horat.

Arcŭlus, diminutivum ab Arcus, { τοξάριον. Angl. *A litle bowe.* } à quo aliud diminutivum, Arcellus. ¶ Arculus præterea, teste Festo, dictus est Deus, qui tutelam gereret arcarum. ¶ Item Arculus, ut idem Festus testatur, dicebatur circulus, qui capiti imponebatur ad sustinenda commodiùs vasa, quæ ad sacra publica capite portabantur. Erat enim ritus apud Athenienses, postea ad alias quoque nationes translatus, ut virgines nubiles Dianæ sacra capite gererent in canistris (unde Canephoræ, κανηφόροι, dictæ sunt) circulis quibusdam suppositis, ut firmiùs inhærerent: hoc ipso Dianæ fidem facientes, se virginitatis pertæsas cupere exautorari. Legitur *exaurtari*, apud Lauremberg.

Arcuma, genus modici plaustri, quo homo gestari possit. Chiromaxium Petronius appellat. Lecticæ impositus est, præcedentibus phaleratis cursoribus quatuor, & chiromaxio, in quo deliciæ ejus ferebantur.

Arcŭo, as, are, in modum arcus curvare. { כפף *chaphâph*, אבה *achâph*. κυρτόω, καμπυλόω, καμπυλίζω, ἀγκυλόω. Gall. *Faire en vouste, courber en forme d'arc.* Ital. *Piegar in modo d'arco, inarcare.* Germ. Biegen/als ein Bogen krümmen. Hisp. *Encorvar.* Angl. *To bowe or crooke like à bowe, to make lik à vaute.* } Plin. *lib.29. c.6.* Illam autem, quæ non arcuatur, Sepiam Græci vocant, alii Scolopendram.

Arcuatilis, & Arcŭatus, curvatus. Sidon.

Arcŭātus, a, um, particip. Curvatus in modum arcus. { כפוף *chaphûph.* καμπύλος, κυρτός. Gall. *Voulté, courbé en forme d'arc.* Ital. *Inarcato.* Germ. Gebogen/gewölbt. Hisp. *Encorvado.* Angl. *Crooked lyk a bowe, vaulted.* Liv. 1. *ab Urbe.* Ad id sacrarium Flamines bigis curru arcuato vehi iussit. Plin. *in Epist.* Sicut initio tentatum erat, arcuato opere. ¶ Est verò arcuatum opus, quod arcus & fornices habet, non solidam substructionem. ¶ Dicitur etiam arcuatus, correptus ictero, hoc est morbo regio: de quo vide infrà *Arquatus.* Colum. *lib.7. c.5.* Potio humana veteri urinæ remedio & pectori arcuato.

Arcuatus, pro Arcuarius, apud Ovid. legitur 11. *Metam.*

*Iris & arcato cœlum curvamine signans.*

Arcŭātim, adverb. in modum arcus. { καμπυλοειδῶς, κυκλοφορικῶς. Gall. *En façon d'arc.* Ital. *A foggia di arco.* Germ. Wie ein Bogen. Hisp. *A guisa de arco.* Angl. *Efter the maner of a bowe, or vaulte.* } Plin. *lib.29. c.6.* Millepeda, ab aliis centipeda, aut multipeda dicta, animal est è vermibus tetræ, pilosum, multis pedibus arcuatim repens, tractúque contrahens sese.

Ardălĭdes, vel Ardalotides Musæ coluntur in Troezene, ab Ardalo quodam conditore, aut à loco dictæ. Stephanus.

Ardĕa, Ἄρδεα, nomen urbis in Latio, Turni & Rutulorum regia, à Danaë Persei matre, vel ut alii malunt, à Dauno Pilumni filio condita, & à fervore regionis sic dicta, quæ decem & octo milliaria ab urbe est posita. Martialis,

*Ardea solstitio, Prænestaque rura petuntur,*
*Quinque Clusinos fidere fervet ager.*

Servius. Ardeam dictam ait, quasi arduam, id est, magnam & nobilem. Higinus verò ab augurio avis Ardeam dictam vult. Hanc urbem post Turni mortem igni consumptam, & in avem sui nominis commutatam esse fabulatur Ovid. 14. *Metam.*

Ardĕātes, οἱ ἀπὸ τῆς, populi sunt Ardeæ incolæ.

Ardĕās, atis, adject. Cic. 3. *de nat. deor.* Cui in agro Ardeati rem divinam facere solemus. Legitur & Ardeatino.

Ardĕa, avis quædam, quasi ardua, quoniam volando alta petit. { שולך *schalâch.* ἐρῳδιός. Gall. *Heron.* Ital. *Hierone.* Germ. Ein reiger. Hisp. *Garça.* Angl. *An hearn.* } Virg. 2. *Georg.*

——— *Atque altam supra volat ardea nubem.*

Cujus diminutivum est Ardeola. Ardearum tria genera ponuntur ab Aristotele. Leucon, ab albedine dictum: Aresthias, à fulgore astrorum: & Pelos, ab adverb. πέλας, quod propè significat, quoniam hoc tertium non ita altè volat.

Ardĕlio, ‖ id est, Polypragmon, ab ardea imitatione, ‖ homo inquietus, & huc atque illuc semper volitans, salicus, & omnibus negotiis sese immiscens. { דלק *dalek.* πολυπράγμων. Gall. *Qui de tout se mesle.* Ital. *Inquieto, che vorrebbe far ogni cosa.* Germ. Ein vorwitziger mensch/der sich aller sachen vnderzeucht. Hisp. *Hombre ligero, sin vergueuça, è perdido por glotonia.* Angl. *A medler with many thinges, à smatterer.* } Matt. *ad Attu.*

*Vis dicam quid sis, magnus es ardelio.*

Ardĕo, es, arsi in præterito, arsum in supino, ardere. Flagro, deflagro, conflagro. { בער *bâhâr*, קלח *dalâh.* φλέγομαι, πυρόομαι. Gall. *Ardre, bruster.* Ital. *Ardere.* Germ. Brennen. Hisp. *Arder.* Angl. *To burne.* } Virg. 2. *Æneid.*

*Namque volant liquidis in nubibus arsit arundo*

Ardent iam omnia; de acerrima parte orationis & affectibus. Quint.

*Scena viget studiisque fama discentibus ardet.*

Ovid. *Eleg. 1. lib. 3. Trist.* Ardent oculi, &c. Plaut. *Capt. sc.4. act.4.* Ardere cœlitùs ædes, ita tum confulgebant. Idem *Amphit.* ¶ Per translationem Ardere ponitur pro ardenter, seu impatienter amare, sive alicujus cupiditate, vel studio teneri: sic modò cum accusativo, modò cum ablativo construitur. Virg. 2 *Eclog.* Corydon ardebat Alexin, Sic ardere pueros, pro impensè amare. Gell. *cap.8. lib.7.* Horat. *in Epod. Od.14.*

*Non aliter Samio dicunt arsisse Bathillo*
*Anacreonta Teium:*

Cicer. Quoniam nimio videndi te desiderio ardebam. Et cum infinitivo. Virg.

——— *patriæque mori pro manibus ardent.*

Plin. Ardeo te videre. ¶ Interdum pro festinare, σπεύδω: unde ardens, pro festinante, ingenioso, acutóque ponitur, quòd instar ignis omnia penetret: licut è contrario Segnis dicitur tardus, quasi sine igne. Virg. 1. *Æneid.*

*Instant ardentes Tyrii.*

¶ Interdum pro fulgorem emitto, λάμπω, idem 4. *Æneid.*

——— *Tyrioque ardebat murice lana.*

Unde & ardens, λάμπων, pro fulgido, seu flammeo. ¶ Interdum furere, vel irasci, ut apud eundem *lib.10.*

*Proxima quæque metit gladio, latèmque per agmen*
*Ardens limitem agit ferro, et Turne superbum*
*Cade nova quærens.*

Huc pertinent illa, ardere bello, avaritia, cupiditate, cura, dolore, flagitio, iracundia, invidia, &c. ¶ Ardere, activa significatione, pro adurere. Idem 4 *Æneid.*

——— *ardebat Sirius Indos.*

¶ Huius composita sunt exardeo, ἐξάπτομαι, Inardeo, & Perardeo, in quibus præp. auget vim significationis.

Ardĕfĭo, is, ardens fio, iterum atque iterum ardeo, ardorem concipio. { יקד *jakâdh*, בער *bâhar.* φλέγομαι, ἐκπυροῦμαι. Gall. *S'allumer, s'embraser.* Ital. *Devenir ardente.* Germ. Brunnend werden/ eine brünstig werden. Hisp. *Hazerse ardente.* Angl. *To be or waxe very hoat or fierie.* } Virg. 1. *Æneid.*

*Explori mentem nequit, ardescitque tuendo.*

Inde Exardesco & Redardesco.

Ardens, nomen ex participio. { בער *bohér*, φλεγόμενος. Gall. *Ardent.* Ital. & Hisp. *Ardente.* Germ. Brunnend. Angl. *Burning, very hoate.* } ut, Ardentissimæ diei horæ. Plin. *lib.31. c.3.* Ardentissimus color. Idem *lib.21. c.4.* Addidere alii Milesiam, cuius sit ardentissimus color, id est, fulgentissimus color.

*Ille ferox, & adhuc oculis hostilibus ardens.*

Ovid. *Eleg. 2. lib.4. Trist.* Ve oculos exuram lampadibus ardentibus. Plaut. *Men. sc.2. a.5.*

*Cretaïs ardens campis.*

Tibul. *lib.4.* Ardente bello in Africa. Sueton. *in Cæsar. cap.70.*

Ardenter, adverbium. { σφοδρῶς. Angl. *Earnestlie, ferventlie.* } Plin. *lib.31. cap.19.* Austros ibi tam ardenter flare, ut æstatibus sylvas accendant.

Arsūrus, participium futurum. Ovid. 14. *Metam.*

*Lurida quæ arsuro portabat membra pheretro.*

Idem 4. *Fast.*

——— *Portat & arsuris aptida ligna focis.*

Idem *Eleg. 1. lib.4. Trist.*

——— *in arsuros carmina nostra rogos.*

Ab arsuris carinis. Idem 13. *Metam.* Arsura bello Græcia. Liv. *lib.3. d.4.*

Ardor, is, vehemens calor & incendium. { דלקת *dalleketh.* πύρωσις. Gall. *Ardeur, vehemence, chaleur.* Ital. *Ardore.* Germ. Brunst/grosse hitz. Hisp. *Ardor, calor estraño.* Angl. *Great heat.* } Cic. 4. *Academ.* Fore tamen aliquando, ut omnis hic mundus ardore deflagret. Plin. *lib.24. cap.16.* Singulare remedium habent ad refrigerandum in morbis corvorum ardores. Tanto ardore oris in eos invectus est. Velleius. ¶ Ardor, & fervor, pro æthere: quæ ab ἄρδην, i. ardere, fervere, sumpta est verbi expositio. Cic. 2. *de nat. deor.* Ardor mundi per se ipse, ac sua sponte movetur. Rursus *ibid.* Fervor ille mundi purior, aptior est ad sensus commovendos, quàm hic vester calor.

Ardia, civitas Illyriæ. Steph. Cives Ardiæi dicti sunt.

Ardiscos, Ἄρδισκος, teste Aristarcho, fluvius Scythiæ, de quo Herodot. *lib.1.*

Arduenna, sylva est miræ magnitudinis, quæ olim à ripis Rheni & Trevirorum finibus ad Nervios usque pertigit, & in longitudinem, teste Cæsare, millibus amplius quingentis patuit. Vulgò *Ardene.*

Ardum, veteres pro Aridum dicebant, inquit Nonius, citans illud Lucilii ex *lib.27.* Ardum, miserrimum atque infelix lignum, tambucum vocat.

‖ Arduo, adduo, addo. Antiq. Rosin. ‖

Arduus, a, um. Ascensu difficilis. { קשה *kaschéh*, נשגב *nisghab.* ἀνάντης, ἀνάντικος. Gall. *Haut & mal-aisé à atteindre.* Ital. *Arduo, alto, difficile malagevole.* Germ. Hoch/ steyg. Hisp. *Alto, y arriscado, dificultoso d'alcançar.* Angl. *High, which may not be easilie climmed or passed up.* } Ovid. 2. *Metam.*

——— *Ardua prima via est.*

*Ardua per præceps gloria vadit iter.*

Idem *Eleg. 3. lib.1. Trist.* Arduum an ab Arida & aspera via, an verò ab arduo, is, pro addo, quia quæ adduntur ad magnitudinem rei alicujus, eam altiorem faciunt. Propert.

*Romani montes, & montibus addita Roma.*

Sic Arvenio, Arcedo, Arbiter, Arcio. Tibul. *lib.4.*

*Vt facilisque tuus aditus sit, & arduus hosti.*

Idem *lib.4.* Arduis supercilius homo. Gell. *cap.1. lib.4.* ¶ Per metaphoram

taphorum accipitur pro difficili, laborioso & molesto. Sallust. *in Catilin.* At mihi quidem, tametsi haudquaquam par gloria sequatur scriptorem & auctorem rerum, tamen in primis arduum videtur res gestas scribere. Quod verbum exponens Gell. *lib.4.c.15.* inquit, Sed arduum Sallustius non pro difficili tantùm, sed pro eo quoque ponit, quod Græci δυσχερὲς, aut χαλεπὸν appellant, quod est cùm difficile, tum molestum quoque & incommodum & intractabile. Plin. *l.b.2. c.40.* Tam arduas inventu perquirere, inter bella præsertim & infida hospitia. ¶ Hinc nascitur proverbium, In arduis constanter agendum: quo admonemur, in arduis ac periculosis negotiis non esse præcipitandum consilium. ¶ Arduior, pro magis arduus. Cato.

Ārdŭĭtās, is, Altitudo. { משגב *misghab*, ὑψηλότης. Gall. *Hauteur difficile à monter.* Ital. *Altezza.* Germ. Höhe. Hisp. *Altura arriscada.* Angl. *Highnesse uneasinesse in climming.* } ut, Montium arduitas atque asperitas. Varro 1. *de re rust. cap.10.*

Ardum, aridum. Lucil. *lib.17.* Ardum, miserrimum, atque infelix lignum vocat sambucum.

Ardys, Ἄρδυς, filius Gygis Lydorum regis, cui etiam in regno successit. Herod. *lib.1.*

Ἄρεϊον, propriè locus est ubi frumenta secta teruntur & arescunt, unde ædificii area dicta est. Ad huius similitudinem locus in urbe purus sine ædificio area dicitur, *lib.4. de lingua Lat.* quem Græci πλατεῖαν dicunt. { גרן *gheren.* ἅλως & ἄλων. Gall. *Aire, place sans bastiment.* Ital. *Aia, piazza.* Germ. Ein ort/ oder platz on ein gebeu/ ein hofstatt. Hisp. *Era.* Angl. *The floore of an house, a plane or even place.* } Valla, Campus est planities ampla & grandis, ideóque spatiosæ plateæ areæve, campi nomen accipiunt. Unde Romæ campus Martius: nam locus hujusmodi vocatur area. Cic. *in Parad.* Etenim si callidi isti rerum æstimatores, prata & areas quasdam magni æstimant, quòd ei generi quasi nocere nihil potest. Suet. tamen *in Cæsare*, posuit Aream pro loco puto, accommodato foro exstruendo, quum inquit, Forum de manibus inchoavit, cuius area super sestertium millies constitit. Virg. *lib.1. Georg.*

*Area tum primùm ingenti est æquanda cylindro.*

Colum. *lib.1.* Area quoque si terrena erit, ut sit ad tituram satis habilis, primùm radatur.

——— *Bis frugibus area trita est,*

Ovid. *Eleg.6. lib.4. Trist.* Area Vulcani. Gell. *cap.5. lib.4.* Areæ exiguæ describentis arte patent in multos usus. Senec. *cap.10. de Trang.*

*Ea patet in laudes area lata tuas.*

Ovid. *Eleg.3. lib.4. Trist.* Item Plaut. *Asin. sc.3. a.1.* Anceps quando concinnavit aream, offundit cibum. ¶ Proverbiali figura dicimus, In area latitas, ἐν ἄλῳ ἡμᾶσαι. De eo qui in eo versatur negotio, ut non possit non esse conspicuus: aut qui sic latitat, ut à nemine tamen non conspiciatur: nam in area nullæ latebræ. ¶ Item Area, & per diminutionem Areola, est terra probè subacta, atque sata, seu serenda, quales sunt in hortis quadrata quædam & benè subacta, & coæquata spatia, in quæ mox semina iaciantur. Colum. Areæ sic informandæ sunt, ut facilè runcantium manus ad dimidiam partem latitudinis perveniant. ¶ Apud Geometras area sumitur pro spatio vacuo in aliqua figura, ut triangulo, vel quadrangulo. ¶ Item area morbus est capitis cum profluvio capillorum, ita dictus, quòd areas quasdam, hoc est, loca capillis nuda, in capite efficiat. Area de calvitie, Mart. *Epigr.* 50. *lib.5.* Celsus *lib.6. c.4.* Arearum genera duo: commune utrique, quòd emortua summa pellicula, pili primùm extenuantur, deinde decidunt. Ea quæ ἀνωμαλος appellatur, sub qualibet figura dilatatur: sic & in capillo & in barba. Id verò quod à serpentis similitudine, ὀφιασις appellatur, incipit ab occipitio, & duorum digitorum latitudinem non excedit. Hæc ille. ¶ Area præterea à quibusdam nominatur species, vel imago syderea claritatis, illustrata undique, quæ & ἄνεμος à Græcis dicitur: differens ab iride, quòd hæc adverso sole appareat: area verò totum sydus ambitu suo cingat. Vide commentarium *de Mundo*, qui Aristotelis adscribitur.

Ārĕa, Ἄρεια, sive Aria, media prod. Insula est in Ponto versùs Colchos, Marti consecrata. ¶ Item Area, Ἄρεια, fons & lacus in Thebis, incolæ Arii dicuntur. Stephanus.

Ārĕārĭus, qui aream purgat, & in ea frumentum triturat. { ἀλοητὴς. Angl. *That wypeth the floore.* } Colum. *lib.2. c.21.* Atque hoc supremum arcatoris emolumentum percipiendorum seminum, quæ terræ crediderat. Hæc Calepinus. Mea tamen sententia, Aratoris, non Arcatoris legendum est.

Ārĕŏlă, diminutivum ab area, { ἀλώνιον. Angl. *A litle floore.* } Col. *lib.6.* Quum terram bene subrigeris, areolas facito. ¶ Aliter accipitur à Geometris, pro spatio scilicet in figuris vacuo inter lineas.

Arecomici, orum, populi sunt Galliæ Narbonensis, trans Rhodanum, in Occasum versi, quorum Metropolis est Nemausum, vulgò *Nismes.* De his Plin. *lib.3. cap.4.* & Pomp. *lib.2.* Strabo Arecomicos vocat, Ptolomæus Arecomios.

Arĕlate, Ἀρέλατη, civitas est in mediterraneo Narbonensis Galliæ, à Plinio dicta colonia Sextanorum, quoniam ex sexta legione coloni eò deducti sunt. Suet. *in tib. cap.4.* Vulgò *Arles.* ¶ Est & Germaniæ civitas in Norico, Ptolomæo, quæ vulgò *Lintz* appellatur.

Armorica, Galliæ comatæ pars tertia, à Celtis Garumna fluvio divisa: alio nomine Aquitania dicta, teste Plinio *lib.4. cap.17.* vulgò *Guienne.*

Arena, ἄρηνα, Peloponnesi civitas est juxta Pylum, quæ flumine Mynelo abluitur. Urbis huius meminit Homerus *lib.2. Iliad.* & Strabo *lib.8.*

Ărēnă, tenuissimus pulvis & aridus, ideóque ab ariditate deductum nomen quidam existimant. { חול *chol*, ἄμμος. Gall. *Sable, areine, fablon, gravier.* Ital. *Arena.* Germ. Sand. Hisp. *Arena.* Angl. *Sand, gravel.* } Caret enim omni humore, & succo, unde & plurimùm aquæ ebibit: & ita sine aspiratione scribi debet. Nec quenquam movere debet, quòd Arena habeat primam brevem, Areo verò productam, quum derivativa non semper primitivorum naturam servent. Alii per aspirationem scribunt, volunteque dici ab hærendo, quòd sit invicem propter tenuitatem cohæreat: vel quòd cum calce parietibus inhæreat, sicut in fabricis videmus. Eius verò tres sunt species: scilicet fossilis, fluviatilis, & marina, inter quas crassior, fabalum, ψάμμος, nuncupatur. Arena sine calce, Suet. *in Calig. cap.55. Metaph.* Arenæ scenæque devoti. *Ibidem cap.10.* Arenæ, vel scenæ operam edere. Idem *in Tib. c.35.* Arenarum remedio confirmare claudicationem. Idem *in Aug. cap.82.* Morbum intercutem curare, Gell. autor est *cap.8. lib.19.* ubi disputat, Arenas numero multitudinis non dici. ¶ Littoris arenas furari, proverbialiter dicitur, qui rem ab omnibus neglectam & incustoditam tollit. Ovid. *de arte amandi:*

*Ille potest vacuas furari littore arenas,*
*Uxorem multi quisquis amare potest.*

¶ Ex arena funiculum nectis, Ἐξ ἄμμου χοινικα πλέκεις. In stultè frustráque conantem dicebatur: aut ubi quis ea connectere laboret, quæ nequaquam cohæreant. In summa quadrabit in quidvis ἀδύνατον ἄπρον. ¶ Arena interdum terram aridam significat, quæ est sicut arena, authore Servio Virg. 1 *Georg.*

*Exiguum flavilem ne deferat humor arenam.*

¶ Quandoque Arena ponitur pro loco in quo pugnabant gladiatores, quòd locus ille arena & pulvere solet esse conspersus.

*Scilicet ut vidit repetit gladiator arenam.*

Ovid. *Eleg.1. lib.2. Trist.*

*Fortior in fulva nemo est luctator arena.*

Idem *Eleg.6. lib.4. Trist.*

*Integer est melior nitidâ gladiator arenâ,* ibid.

——— *Quæ flavus Tybris arenas,*
*Mollia quæ Martis gramina campus habet.*

Idem *Eleg.1. lib.5. Trist.*

——— *Quæ littus arenas*
*Quæque fretum pisces.*

Idem *Eleg.1. lib.4. Trist.*

——— *spargat tamen acer arenam*
*Taurus, & infesto iam pede pulset humum.*

Idem *Eleg.9. lib.4. Trist.* Ne arenam quidem, aut litus explodet. Senec. *cap.10. de consol. ad Marc.*

——— *inimicus limosa prenus arena.*

Ovid. *Eleg.1. lib.4. Trist.* Sueton. *in August.* Quodam autem muneris die Parthorum obsides tunc primùm missos, per arenam mediam ad spectaculum induxit. ¶ Hinc arenarii dicti sunt gladiatores qui in arena depugnabant. ¶ Per translationem arenam dicimus, pro foro, quia illic sic depugnabant actores causarum, ut in arena gladiatores digladiabantur. Senec. Hoc ita habitum est, scholam quasi ludum esse, forum arenam. Hinc Plin. Arenam suam appellat Centumviros: quoniam in iudicio centumvirali certabant frequentes scilo oratoris. Hoc nomen licèt rarò pluralem numerum habeat, Virg. tamen dixit:

——— *Quàm multa Zephyro turbantur arena.*

¶ Ab hac significatione oritur adagium, In sua ipsius arena, hoc est, in sua arte: neque enim parum gladiatorum referebat, in nota, an ignota dimicarent arena.

Ārĕnācĕus, a, um, quod est arenâ mixtum, vel arenæ simile, vel ex arena. { ἀμμώδης. Gall. *De sablon.* Ital. *Di arena.* Germ. Des von sand ist/ sandechtig. Hisp. *Cosa de la materia de arena.* Angl. *Of sand.* } Plin. *lib.17. cap.7.* Est enim alba, rufa, columbina, argillacea, tophacea, arenacea. Idem *lib.13. c.15.* Inveniuntur in corniculis cochlearum arenaceæ duritiæ.

Ārĕnārĭus, a, um, quod ad arenam pertinet. { ἀμμώδης. Gall. *Appartenant à sablon.* Ital. *Pertinente all' arena.* Germ. Das zu dem sand gehört. Hisp. *Cosa pertenesciente à la arena.* Angl. *That belongeth to sande.* } ut, Iupiter arenarius, quem Græci Ammonem dicunt.

Arenarius, substantivum, θηριόμαχος, bestiarius, qui in arena atque amphitheatro cum bestiis depugnat: qui infamis est Iurisconsultis ac Satyris. Iulius Capitol. *in Antonino*: Tum sancti principis filius his moribus fuit, quibus nullus lanista, nullus scenicus, nullus arenarius, &c. Item qui arenam vendit. Diomed. *lib.1.*

Ārĕnārĭæ, arum, Arenæ fodinæ. { ψαμμοφύλακες. Gall. *Sablenieres.* Ital. *Cave se cava l'arena.* Germ. Sandgrub. Hisp. *El lugar de donde se saca la arena.* Angl. *Sandpittes.* } Cic. *pro Cluentio*, In arenarias quasdam extra portam Esquilinam productus occiditur. Varro, Neque lapidicinæ, neque arenariæ ad agriculturam pertinent.

Ārĕnātŭs, a, um, quod arenâ mixtum est, { ψαλάκτος. Angl. *Mingled with sand.* } ut Calx arenatus. Cato *de re rust. c.18.* Postea cæmentis minutis & calce arenato semipedem unumquodque corium struito.

Ārĕnātum, substantivè, pro eo quod ex arena factum: sicut marmoratum, quod ex marmore. { ἀμμόκονις, ψαμμωτὸς. Angl. *Morter made of lyme & sand.* } Vitr. Quæ autem tectorio fundata arenari & marmorati soliditate sunt. Varro *de re rustica*, Ubi libraveris de glarea & calce, arenatum primo corio facito. Plinius, In Græcia tectoriis etiam arenatum quod ductari sunt, priùs in mortario ligneis vectibus subigunt. Arenatum alio nomine Intritam vocamus: Barbari etiam *Mortarium*, nonnulli & *Cæmentum*, sed perperam. Nam cæmenti appellatione lapides significantur impoliti, vel potiùs lapidum frusta quæ arenato conjunguntur, ut latiùs docebimus suo loco.

Ārĕnōsus, a, um, quod arena abundat. { ψαμμώδης, ψαμμοειδὴς. Gall. *Sablonneux, plein de sable.* Ital. *Arenoso, pieno d'arena.* Germ. Dol sande sandechtig. Hisp. *Cosa llena de arena.* Angl. *Full of sande or gravell.* } Plin. Litus non arenosum, sed alga & fluviorum sordibus plenum. Virg. 4. *Æneid.*

*Litus arenosum Libyæ.*

Cels. *lib.2. c.7.* Urina arenosa.

Ārĕnŭlă diminutivum ab Arena. { ψαμμίδιον. Gall. *Menu sablon.* Ital. *Minuta sabbia.* Germ. Klein sand. Hisp. *Arena delgada.* Angl. *Small sand.* } Arena tenuissima, Plin. *lib.30. c.3.* Arenulæ quæ inveniuntur

luvenantur in cornibus cochlearum, cavis denium iadicæ, ſtatim liberant dolore.

Arãeo, es, ui, Aridus ſum. ¶ יבש *jabeſch*, חרב *charáb*. μάινω. Gall. *Secher*. Ital. *Eſſere ſecco*. Germ. Dirr ſein. Hisp. *Secarſe*. Angl. *To be drie*. ¶ Plaut. *in Rud*. Utinam fortuna mihi mactior ſteterit, ut cùm extiſſem ea aqua, arerem tamen. Plin. *lib*. 13. *c*. 4. In locum arentes Thebaïdes. Qui tam hoc verbum ab ara deducunt, in qua quæ Diis immolabantur, torreri ſolebant. Alii verò per contrarium ſenſum ἀπὸ τοῦ ἄρδω, quod ſignificat Irrigare, quòd aridum minimè ſit irrigatum. ¶ Arere pro Sacre, dixiſſe videtur Ovid. *lib*. 2. *de remedio amoris*.

*Tantalus in media garrulus aret aqua.*

Huius compoſita ſunt, Adareo, Exareo, Inareo, Obareo, Perareo & Subareo; de quibus ſuis locis.

Arĕfăcio, aridum facio. ¶ יבשׁ *hecheriv*. ξηραίνω, μαίνω, μαίνομαι. Gall. *Secher ou deſſecher quelque choſe*. Ital. *Seccare*. Germ. Dirr machen/ dörren. Hisp. *Secar otra coſa*. Angl. *To make drie*. ¶ Cato *de re ruſtica*, *cap*. 69. Poſtea zmilacam eximito, & arefacito. Plin. *lib*. 23. *c*. 12. Quidam caulem locidunt per meſſes, & in ipſa excavant radice, quo ſuccus confluat, arefactúmque tollunt. Huius paſſivum eſt Arefio, ξηραίνομαι, pro exſiccor.

Ares, pro aries. Varro.

Arĕſco, is, Aridus fio, viriditatem amitto. ¶ יבש *jabéſch*, חרב *charáb*. ξηραίνομαι, μαραίνομαι, μαίνομαι, ἐξαμαίνομαι, καταμαίνομαι. Gall. *Devenir ſec*, *ſe ſecher*. Ital. *Seccarſi*. Germ. Dirr und Trucken werden. Hisp. *Hazerſe ſeco*. Angl. *To waxe drie*. ¶ Autor *ad Heren*. *lib*. 1. Nihil lachrymis citiùs arefcit. Idem *in part*. Citò arefcit lacryma, præſertim in alicuius malis. ¶ Arefcit in gemmas, id eſt, concreſcit. Plin. *lib*. 8. *cap*. 38. Lyncum humor ita rolidítur gluciatur, arefcítve in gemmas carbunculis ſimiles. ¶ Huius compoſita ſunt Adarefco, Inarefco, Obarefco, Exareo, ſive Exarefco, quorum ſignificata vide ſuis locis.

Arĭdus, a, um, Siccus, exſiccatus, tenuis. ¶ יבש *jabéſch*, חרב, ξηρὸς, μαινὸς, ἀπὸ, ἀναμαλακὸς. Gall. *Sec*, *aride*. Ital. *Secco*. Germ. Dürr dürr/ verdorret/ außgetrucknet. Hisp. *Seco*, *enxuto de toda humedad*. Angl. *Drie*. ¶ ut, Fons aridus. Catul. Arqui corpora ſicciora cornu, aut ſi quid magis aridum eſt. ¶ Interdum ponitur pro puro & lucido. Plaut. *in Rudent*. Argento arido. Interdum pro horrifico, acuto, quum de ſono loquimur: Quin ea quæ arida ſunt, quum frangi cœperint, minimum atque horrificum ſonum edunt. Virg. *lib*. 1. *Georg*.

—— & *aridus altis*
*Montibus audiri fragor*.

Plin. *lib*. 12. *c*. 12. diſtinguit inter aridum & ſiccum, quum ait, Arida ſint potius quam ſicca folia. Catullus non diſtinguit: nam *ad Furium* 20. Arida (inquit) corpora ſicciora cornu, aut ſi quid magis aridum eſt, habetis. Arida vita, Cic. *pro Quinct*. Pumex non æquè aridus (i. parcus) atque hic eſt ſenex. Plaut. *Aul*. *ſc*. 1. *a*. 2.

*Et longo periit arida fatta ſitu*.

Ovid. *Eleg*. *ult*. *lib*. 3.

Arĭdĭtas, quæ & aritudo, Siccitas. ¶ יבשׁ *tſiúch*. μάινωσις, μαίνωμα, ξηρότης. Gall. *Secheresſe*. Ital. *Aridità*, *ſiccità*. Germ. Dürre/ Trucknē. Hisp. *Sequia*. Angl. *Dryneſſe*. ¶ Plin. *lib*. 11. *c*. 35. Sitit enim aranearum, & omnem humorem abſorbens, ariditatem amplior. Varro *de re ruſt*. *lib*. 1. *cap*. 12. Quòd & beſtiolæ, ſiquæ propè naſcuntur, & inſerunatur, aut affligantur, aut aritudine citò pereunt.

Arĭtūdo, pro parſimonia, apud Plaut. *in Rud*. Qui ſemper ſervas gloriam aritudinis. Loquitur de ſcirpo, ſeu iunco.

Areopagus, ὁ Ἄρειος πάγος. Stephano, Senec. *cap*. 3. *de tranq*. Vicus erat Athenis à templo Martis ſic cognominatus, ubi primum iudicium capitis actum fuiſſe ſcribit Plin. *lib*. 7. Nam quum Mars Halirrhothium, Neptuni filium, qui vim Alcippæ filiæ ſuæ intulerat, occidiſſet, à Nepeuno homicidii reus factus eſt, causáque à duodecim diis in Areopago cognita, ſex ſententiis eſt abſolutus. Meminit huius iudicii Hellanicus 1. *Hiſt*. Libanius quoque pereleganti declamatione Martis cauſam tuetur.

Areopagita, ὁ Ἀρειοπαγίτης. Illi dicebantur, qui in templo Martis iudicabant: quod iudicium exquiſitiſſimum habebatur. Nam quum Mars, qui Græcè dicitur Ἄρης, homicidii crimine reus factus eſſet à Neptuno, iudicantibus duodecim diis in eo pago ſex ſententiis abſolutus eſt, ut Stephanus Byzantius docet, & multi alii Græci. De his vide copioſiùs apud Alexandrum ab Alexandro *lib*. 3. *c*. 5. & *lib*. 4. *c*. 11. & *lib*. 6. *cap*. 31. Apud Cælium Rhod. *Antiq*. *lect*. *lib*. 7. *c*. 19. Budæum in Pandectis, & Eraſ. *in Chiliad*. qui duas ab hac voce ortas parœmias recenſet. Una eſt, Areopagita, Ἀρειοπαγίτης. De triſti ſeveríque dicebatur, aut etiam de iudice vehementer incorrupto. Inveniur & Χαλεπώτερος Ἀρειοπαγίτου, id eſt, Triſtior Areopagita. Alluſit ad hoc proverbium Cic. *ad Attic*. *lib*. 1. & 4. Altera eſt, Areopagita taciturnior, ἀφ' ὑπομνήματος σιωπηρότερος. Dicebatur de eo qui commiſſum arcanum optimè contineret. De iis Plutarch. *in Solon*.

Areopolita, ἀρειοπολίτης, qui habitant Areopolim. Areopolis autem civitas eſt Arabiæ, quæ alio nomine dicitur Moab, de qua in dictione *Moab*.

Arepennis, apud Gallos menſura eſt dimidii iugeri, qua illi agros ſuos metiuntur. Col. *lib*. 5. *cap*. 1. Galli Candetum appellant in arvis urbanis ſpatium centum pedum: in agreſtibus autem pedum 120. quod aratores Candetum nominant, ſemijugerum quoque Arepennum vocant.

Ares, Aretis, Ἄρης, regio Eubœæ, Stephano: hinc Arenſis, gentile.

Areſtor, Ἄρηστωρ, pater Pelaſgi. Vide in *Parrhaſia*.

Areſtum, ¶ Ἄρεστον. Angl. *An ordinance or lawe agreed upon*. ¶ Vocor, Latinè ſonat placitum, ab ἀρέσκω, placeo. Hinc factum eſt, ut ſententiæ Prætoris prætorio, quæ appellatione reſcindi non poſſunt, Areſta dicantur. Budæus. ¶ In arcto aliquem detinere, eſt ſub placito, & ſententia. ut Principis, &c. ¶

Areta, ἀρήτη, fuit Ariſtippi philoſophi filia, quæ ei ſucceſſit in ſchola: ſummum bonum in voluptate, quæ maximè ſenſum moveret, poſuit. Huius filius fuit Ariſtippus, qui quòd à matre Philoſophiam hauſerit, μητροδίδακτος cognominatus eſt. Fuit præterea hoc nomine Alcipoë Phædræ regis uxor, de qua Hom. *in Od*.

Aretălogus, ¶ ἀρεταλόγος. Gall. *Ieuſne de miraliter*. *farceur*, *Comedien*. Ital. *Garrulo*, *loquace*, *ciarlatore*, *ciurmatore*, *avantatore*. Germ. Ein ſtreetzman/ der ſich ſeiner Tugenden vil berümpt. Hisp. *Comprendedor de novelas fingidas*, *el que habla vanamente*. Angl. *He which ſpeaketh many vaine wordes*, *with vaunte much*. Porphyrione teſte, garrulus & loquax dicitur oſtentationem virtutis, unde nomen deducitur: ἀρετὴ enim virtus eſt. & λόγος ſermo. Suet. *in Aug*. & *ibidem cap*. 74. Frequentiùs aretalogos & feſtos & ſolemnes, nonnunquam tantum iocularitatem celebrabat. Iuv. *Sat*. 15.

—— *riſum fortaſſe quibuſdam*
*Moverat*, *ni mendax Aretalogus*.

¶ Aretalogus etiam dicitur, qui in fingendis mendaciis audiręt movet arte verborum: vulgò, *Charlatan*. Sed quæ contra Porphyrionem ab ἀρίστη, placeo, hæret, ut ſit Aretalogus, facetus, urbanus, quique ſermonis lepóre oblectat auditores, *aggreable en converſation*.

Arethŏus, ἀρέθοος. Rex fuit in Aria Bœotiæ.

Arĕthūſa, ἀρέθουσα, Virgo venatrix, Dianæ comes, ab Alpheo amata, cuius vim quum effugere non poſſet, Dianæ miſeratione in fontem ſui nominis dicitur commutata: qui ne amatoris aquis polluerętur, per ſubterraneos cuniculos in Siciliam aufugit, & iuxta Syracuſas uberrimo aquarum gurgite emergit. Unde & Syracuſæ Arethuſides dictæ ſunt, forma patrouimici feminini. Ovid. *lib*. 4. *Faſt*.

*Vique Syracuſæ Arethuſidas abſtulit arma*
*Claudius*.

¶ Fuit & Arethuſius fons Smyrnæ: tertius in Chalcide: quartus in Ithacha: quintus in Eubœa: textus in Bœotia prope Thebas. Didymus octo eius nominis fontes commemorat: adeò ut epitheton eſſe poſſet caluſcumque fontis, ab irrigando. ¶ Eſt præterea Arethuſa, lacus Armeniæ majoris, pondera omnia ſuſtinens, & nitrum nebulis exhalans: perquem Tigris fluvius tanto fertur impetu, ut aquæ non commiſceantur. Vnum ei piſcium genus eſt, & hoc tranſeuntis fluvii alveo non miſcetur, ſicut nec è Tigri piſces in lacum tranſnatant. Autor Plin. *lib*. 6. *cap*. 27. ¶ Eſt & Arethuſa locus Syriæ munitus iuxta Emeſam ſexdecim millibus paſſuum: à qua Arethuſius inquit Strabo. ¶ Eſt item Arethuſa urbs una Eubœæ, altera Syriæ, auctore Volaterrano.

Arĕtium, ἀρήτιον, *Arezzo*, civitas Tuſciæ, à Græcis condita eo tempore, quo populus Iſraël ſub Iudicibus regebatur: a qua incolæ dicti ſunt Aretini. ¶ Vaſa quoque fictilia quæ in ea fiebant, Aretina appellabantur. Mart. *lib*. 4.

*Aretina nimis ſpernis ne vaſa moremur?*
*Lautus erat Tuſcis Porſena fictilibus*.

Arĕtĭum, ii, aqua quæ dits inferis libabatur, ſeu vas vini, quod adhibebatur ſacris, & à Feto deducitur. Feſtus.

¶ Arferius, a, um, pro *Adferius*.

Arfero, pro adfero, vetus verbum. ¶

Argabia, ἀργαβία, unde faſcia, aut faſcones, aut vaſa aquaria miliunt ab ephippio pendebant.

Argæus, ἀργαῖος, Pelopis fuit filius, & Alcithoës pater. ¶ Alius fuit Licymnii, qui ab Hercule abductus, vi morbi peregrè periit, cuius crematos cineres Hercules cerulit, ut ſuis mandatum, quod dederat, ſe illum reducturum, ſervaret. Hunc dicunt primum fuiſſe, qui crematus ſit, & ab eo deinde morem ſervatum. ¶ Eſt item Argæus, Cappadociæ mons arduus & perpetuis pruinis tigens, cui Mazaca civitas Cappadocum metropolis ſubjacet, ὑπόκειται. Author Strabo *lib*. 12.

Argante, ἀργάνη, civitas Indiæ, Steph.

Arganthonius, ἀργανθώνιος, Rex fuit, ut teſtatur Herod. *lib*. 1. in Arna civitate Bœotiæ. ¶ Fuit item Arganthonius, Tarteſſiorum rex in Hiſpania, quem Plin. 7. ait vixiſſe cxx. annos: Silius autem ccc. qui eius meminit *lib*. 3.

*Arganthoniacas armat Cartheia puppes*.
*Rex pravum ſuit humani ditiſſimus auri*.
*Ter denos decies emenſus bellger annos*.

¶ Arganthus, mons arganthonius. Tum.

Argares, agricola, q. Ergates. Gloſſ. *Gr*. *Lb*. ¶

Argathon, ἀργάθων: mons in Miſia, ubi raptus Hylas. Dictus ab Argathone Rheſi coniuge, cui & Argathon, ut monti quoque, nomen fuit.

Argēmă, Loca quædam Romæ appellantur, quòd in iis ſepulti eſſent quidam Argivorum illuſtres viri. Hæc Feſt. Liv. Argeos vocat maſculino genere. ſic enim ſcribit *lib*. 1. *ab Vrbe*, Multa alia ſacrificia locáque ſacris faciendis, quæ Argeos Pontifices vocant, dedicavit. A Varr. *lib*. 4. *de L*. *L*. Argeorum ſacraria appellantur. Reliqua (inquit) urbis loca olim diſcreta, quum Argeorum ſacraria in ſeptem & viginti partes urbis ſint diſpoſita.

Argēmă, atis, ἀργεμα, morbus eſt oculorum, quum ſcilicet albidum quoddam ulcus oculi infeſtat oculum, quem Irim Græci dicunt: quod mali genus affine eſt illi, quod Latinis Albugo vocatur, Græcis etiam λεύκωμα, Plin. *lib*. 29. *cap*. 6. Eadem vis eſt in Gallinacei felle alligato ad argemas & albugines. Apud eundem (niſi forte vitiata ſit lectio) legitur & argema, æ, per primam nominum declinationem: ut *lib*. 20. *cap*. 1. Succo & cruentibus oculorum, & albugines argemas inunxere. Item *cap*. 9. *lib*. *eiuſdem*. Polia trita cum oleo argema inunctorum ſanant. Quibus tamen in locis nonnulli legunt *Argemon*. A Græcis tertè ἀργεμῶν, & ἀργεμών, indifferenter effertur.

Argemon, herba eſt apud Plin. *lib*. 24. *cap*. 19. quæ Iuppa canaria dicitur.

Argemōne, es, ἀργεμώνη, herba eſt ſylveſtri papaveri omnino ſimilis: ita dicta ab effectu, quòd oculorum albugines, quæ argemata appellantur, ſanet. Vide Dioſc. *lib*. 2. *cap*. 169. Plinius Argemoniam appellat *lib*. 25. *c*. 9.

¶ Argemon, argentum percandidum. Feſt. ἀργὸν, eſt album.

Argentoratum, ἀργεντόρατον, Ptolomæo aliiſque veteribus nonnullis, in inferiori Alſatiæ tractu, Germanis hodie *Straſburgum*, Italis & Hiſpanis *Argentina*, vulgò *Straſburg*. V. E. ſub A. Mogunti[illegible] in

Inficio (ut volunt) Evandro, est occisus. Cui postea Evander tumulum erexit, quem de nomine ejus Argiletum appellavit. Huc alludit Virg. 8. *Æneid.*

*——— & lethum dedere hospitis Argi.*

Alij Argiletum dictum putant, quasi argilletum, ab argilla, hoc est creta, cujus eo in loco erat magna copia. Utramque opinionem refert Varro *lib.4. de L. l.*

Argillă, terra tenax, qua figuli utuntur ad facienda vasa. חמר *chemér.* ἀργιλος. Gall. *Argille, terre forte, terre grasse.* Ital. *Creta, terra.* Germ. Weich Erdtrich / molcket Leim oder Leti. Hisp. *Barro. ò arzilla.* Angl. *Potters claye.* ¶ Cic. *in Pisonem.* Quid cessat hic homullus ex argilla, & luto factus Epicureus? Horat. 2. *Epist.*

*——— idoneus arti*
*Cuilibet, argilla quidvis imitaberis uda.*

Sunt qui unco l, scribant, quod etiam convenire videtur cum Græca origine: contrà tamen usus obtinuit.

Argillacĕus, a um, quod ex argilla est, aut quod tenax est in modum argillæ. ¶ ἀργιλωδης. Gall. *Chose d'argille, enguinant & prenant comme argille.* Ital. *Cosa fatta di creta.* Germ. Das aus Leim ist/ Letechtig / Schlipferechtig. Hisp. *Cosa de materia de barro.* Angl. *Of potters claye.* ¶ Plin. *lib.17. cap.* 7. Est enim alba terra, rufa, columbina, argillacea.

Argillōsus, a. um, abundans argilla. ¶ ἀργιλλωδης. Gall. *Argilleux, plein d'argille.* Ital. *Abondante di creta.* Germ. Das Letechtig oder Leimechtig ist. Hisp. *Lleno de barro.* Angl. *Full of potters claye.* ¶ Plin. *lib.22. cap.* 4. Seri nec pinguibus vult, nec argillosis locis. Colles argillosi. Colum. *lib.1. de arbor. cap.*17. Olea maximè collibus siccis & argillosis gaudet.

Argilus, ἄργιλος, Herod. *lib.7. hist.* teste, urbs fuit Æmathiæ, non procul ab ostiis Strymonis fluvij versùs Occidentem.

Arginusa, ἀργινοῦσαι, insula est exigua, Lesbo adjacens, inter Methymnam & Mitylenem, juxta Argennum promontorium, unde & nomen habet. Meminit hujus insulæ Plin. *lib.5. c.* 31. Stephanus ἀργέννους vocat. Strabo autem *lib.*13. tres facit insulas Arginusas modico intervallo discretas.

Argiphontes, ἀργειφόντης, cognomen est Mercurij, tractum ab Argo centoculo, Iûs custode, quem Iovis jussu interfecit. Mythologici interpretantur Argum ipharam esse stellatam, quod illi insit species quædam cœlestium oculorum. Io autem terram esse volunt, quam Ægyptij in hieroglyphicis literis bovis imagine exprimunt. Hanc Argus, hoc est cœlum stellarum, nocturno tempore desuper videtur observare. Mercurium autem Solem interpretantur, qui Argum tunc dicitur occidere, quum luminis sui magnitudine stellas omnes obscurat, earumque conspectum mortalibus eripit. Vide Macrob. *Saturn. lib.1. cap.*19.

Argippæi, orum, ἀργιππαῖοι, populi sunt Scythiæ, juxta Sarmatas, & Thussagetas, ab ipsa nativitate calvi, simis naribus, & ingenti mento, proprio quodam oris sono, ex arboribus victitantes. Hi quum arma nulla habeant, à nemine tamen afficiuntur injuria, propterea quòd sacri putentur. Iidem finitimorum controversias dirimunt, & ad se confugientes tuentur ab injuria. Plura de his Herod. *lib.*4.

Argis, εἰς ἄργος, adverbialiter in loco: Plin. *lib.*26. Argis etiam olea durare dicitur.

Argissa, ἄργισσα, Thessaliæ civitas est propè Penetum, condita à filiis Larissæ, deinde Argussa vocata, ut scribit Strabo *lib.*9.

Argō, genet. fœmin. *ûs.* Prima navis fuisse creditur, qua Iason, unà cum flore juventutis Græciæ, Colchida navigavit, velleraque aurea, à Medea adjutus, in Græciam reportavit. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.*2. *Trist.*

*Is quoque Phasiacam Argon qui duxit in undas.*

Volunt autem hanc navem Argo appellatam ab Argo architecto, de quo Flaccus,

*——— ad sacram Tritonia devolat Argum.*
*Moliri hunc puppim jubet, & dimittere ferro Robora.*

Diodorus à velocitate dictam putat: nam ἀργὸς inter cætera significat velocem. Alij ab Argivis, qui in ea vecti fuerunt, malunt appellatam. Quod sentire videtur Cicer. *lib.*1. *Tusc. quæst.* quum ait: Et eas anguillas, per quas penetravit ea, quæ est nominata Argo, quia Argivi in ea delecti viri vecti petebant pellem Inauratam arietis. ¶ Est & Argo signum cœleste, quod & navis appellatur. Oritur pridie Idus Martij.

Argonautæ, ἀργοναῦται, dicti sunt heroës illi, qui cum Iasone in Colchos profecti sunt, numero amplius quinquaginta: ex quibus præcipui fuere Castor, & Pollux, Telamon, Orpheus, Hercules, & Hylas puer. Sic cognominati à navi qua navigaverunt. De his Orpheus *lib.* 1. & Apollonius *in* 1. *Argonaut. Heroum*, & Flacc. *in Argon.* Dicti sunt à cardinare. Martial. *epigr.*16. *lib.*3.

Argopelasci, Homerus vocat *Thessalos.*

Argŏs, eos, & in plurali numero Argi, orum, ἄργος, εος, clarissima civitas Peloponnesi, non procul à Mycenis, quæ ad discrimen aliarum ejusdem nominis urbium, Argos Hippium dicebatur, quòd agrum haberet pascendis equis in primis idoneum. Dicitur & Dipsion, ab aquæ penuria: quo fit ut plures eodem utantur puteo: quod genus est apud illos arctissimæ societatis. Aliquando & Phoronicum dictum est, teste Stephano, à Phoronco primo rege. Est autem hoc nomen in singulari numero neut. gen. quod apud Græcos declinatur, τὸ ἄργος, τοῦ ἄργους: apud Latinos autem tantùm in usu habet nominativum, accusativum & vocativum; in plurali verò masculinum est secundæ nominum inflexionis. Horatius,

*Aptum dicit equis Argos, ditesque Mycenas.*

Virg. 7. *Æneid.*

*——— Ecce autem Inachiis se referebat ab Argis.*

¶ Est item Argos oppidum Thessaliæ, quod & Pelasgicum dicunt, à Pelasgis. Lucanus.

*——— ubi nobile quondam*
*Nunc super Argos erat.*

¶ Aliud in Acarnania, Amphilochicum cognominatum, quod Alexander Epirotarum rex, ex Amphilochis Argivis, qui Troja reversi, ejusque liberi condidêre, ut inquit Strabo *lib.* 7. ¶ Fuit & Argo Apuliæ oppidum, a Diomede conditum, & primum à nomine teluris patriæ Argos Hippium appellatum, quod deinde Argyrippum, & postremò Argos vocitarunt. ¶ Thessaliam quoque aliquando Argos Pelasgicum appellatam fuisse, autor est Plin. *lib.* 4. *cap.* 7. ¶ Ipsam præterea Peloponnesum antiqui Argos, & Argos Archalcum appellavêre, ut scribit Strabo *lib.* 8. ¶ Est item Argos, sive Argus, canis nomen apud Hom. *lib.*17. *Odyss.* qui solus Ulyssem vigesimo demùm anno in patriam redeuntem agnovit.

Argivus, adjectivum, ἀργῖος, id est, Græcus. Virg. 2. *Æneid.* Argiva phalanx. Cic. 2. *de Orat.* Argivus orator. ¶ Argiva calumnia, ἀργεία δίκη. De calumniosis, & delatoribus dici solitum. Nam Argivos olim notavit antiquitas, tanquam sycophantas, & litium avidos. Eustathius ex Pausania, & Diogenianus in collectaneis. ¶ Argivi fures, Ἀργεῖοι φῶρες, de palam improbis. Nam Argivi furacitatis infamiâ laborabant antiquitùs. Extat & hoc apud Suidam. ¶ Argivos vides, Ἀργείους ὄψει, id est, stupentibus, & attonitis oculis.

Argolicus, a, um, ἀργολικὸς, idem quod Argivus: ut Virg. 1. *Æneid.*

*——— Argolicis exscindi Pergama telis.*

Cic. *in Arat.* Argolica navis.

Argŏlis, is, fœm. gen. ἀργολὶς, id est, Argiva. Ovid. 9. *Metam.*

*——— at longis anxia curis*
*Argolis Alcmene.*

Argŏus, a, um, ἄργεος, idem quod Argolicus. Horat. *in Epod.*

*Non hunc Argoo contingit remige pinus.*

Argulus, filius fuit Amyclatis, quem primum apud Achæos quadrigam junxisse dicunt, quum alij Arogilo illud adscribant.

Argussa, civitas Thessaliæ, quæ prius Argissa dicebatur. Vide *Argissa.* Est & locus Eubœæ. Vide Steph. qui loci illius incolas etiam Argivos, & Leontinos vocari scribit.

Arguo, is, ui, utum, accuso, reprehendo. ¶ חוכח *hochiach*, רבב *rib* vel *chebéch.* ἐλέγχω Gall. *Reprendre, convaincre.* Ital. *Imputare; riprendere, accusare.* Germ. Schelten/ straffen/ entlagen. Hisp. *Redarguir, y reprender.* Angl. *To accuse, to rebuke.* ¶ Arguere pro objicere, & accusare. Suet. *in Calig. c.* 38. & ibi *cap.*3.

*Quid quod me duri fugientem mœnia belli*
*Arguit incepto fœdum accepisse labori.*

Ovid. 13. *Met.* Egomet te vidi facere: egomet ecce arguo. Plaut. *Men. sc.*5. *a.*5. Qui arguit? furti (sup.) Ego. *Ibid. sc.*2. *a.*4.

*Apparet vitium, arguiturque magis.*

Ovid. *Eleg.*3. *lib.*4. *Trist.*

*Arguor obscœni dedecor adulterii.*

Idem *El.*1. *lib.* 2. *Trist.* Qui arguet se, etsi contrà vincar jureiurando suo. Plaut. *Mil. sc.*2. *a.*2. Cum etiamtum sit eum, contrà arguat. Idem *ibid.* Non ut arguerem, id dixi, sed ne argueret. Velleius. Quæ me arguit hanc surripuisse. Plaut. *Men. sc.*2. *a.*5. Et genitivo sæpiùs quàm ablativo jungitur. Curtius, Ossinem modo avaritiæ, interdum & defectionis arguebat. Plaut. *in Amph.* Et eccum video, qui me miseram arguit stupri dedecoris. Si verò id quo quis arguitur, non exprimitur, accusativum tantùm habet. Lact. *lib.*3. Tu ergo te liberi arguunt. Interdum idem significat quod ostendere. Virg. 4. *Æneid.* Degeneres animos timor arguit. ¶ Arguere reum, est demonstrare, & argumentis probare ab eo commissum crimen. Ulpian. *de verb. signif.* Indicasse reum, est detulisse: arguisse, accusasse, & convicisse. ¶ Argui de crimine. Cic. 1. *de invent.* Negare oportebit de vita ejus, & moribus quæri, sed de eo crimine, quo de arguitur. ¶ Arguere pro Verare, & prohibere, dictum videtur ab Ovid. *lib.*1. *de Ponto*, Eleg 7.

*Ad quoque tonantem gladio finire dolorem*
*Arguit, injecta continuitque manu.*

¶ Aliquando in discrimen vocare. Festus, Arguram iri, id est, in discrimen vocari. Hujus compositæ sunt, Coarguo, & Redarguo. ¶ Sciendum est, quod licet Arguo, Argutum supinum faciat, ex quo Argutus, participium tamen futuri temporis est Arguiturus. Sallust. *in* 1. *hist.* Quos adversùm multi ex Bithynia volentes occurrere, falsum filium arguituri. Nam, ut docet Priscianus, quædam sunt verba in *uum* supinum formantia, quorum participia futuri terminant in *iturus*, & verbalia in *itio*, ut arguum, Arguiturus: Tutum, cuiturus: Sputum, spuiturus: Plutum, pluiturus, pluitio.

Argūtus, a, um, participium passivum ab Arguo: Accusatus, reprehensus, convictus. Plaut. *in Pseud.* Argutus malorum facinorum. ¶ Quandoque est nomen, idem significans quod subtilis, & acutus. ¶ ευστοχος, ἰδεόμηνις. Gall. *Subtil, ingenieux.* Ital. *Arguto, sottile.* Germ. Beschaiden/ Spitzfündig / oder Lustig. Hisp. *Agudo, ò ingenioso.* Angl. *Subtill, wittie, ingenious.* ¶ Plin. *in Epist.* Vitassem jamdudum, ne viderer arguior, nisi proposuissem omnes angulos tecum epistolæ circuire. ¶ Interdum significat, canorus, resonans, ψοφερὸς: ut, Arguta hirundo, & arguti homines, qui multum; & celeriter loquuntur. Virg.

*——— Arguta inter strepere anser olores.*

Col. *lib.* 9. *c.* 5. Virentes cavæ rupes, & argutæ valles, quas Græci ἠχοῦς vocant. ¶ interdum, Exilis, brevis, acutus. Idem Virg. *lib.*3. *Georg.*

*Argutumque caput, brevis alvus, obesaque terga.*

¶ Arguta exta, quæ maximè declarant, & ostendunt quid futurum sit. Cic. 2. *de Divin.* Itane probri, & stupri dedecoris à viro arguta mea? & *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Ecquid argutus est? &c. Arguti oculi. Ovid. *Eleg.*3. *Amor. & Eleg.* 23.

Argutè, adverbium, Subtiliter, acutè. Cic. *pro Cœlio.* Si mihi acutè argutèque responderis. Idem *de Orat.* De rebus difficillimis argutissimè disputare.

Argutissimè. Gell. *lib.* 11. *c.* 5 Super qua re Phavorinus subtilissimè, argutissimèque decem libros composuit.

Argutŭlus. ¶ κομψὸς, ἰσχνόμηνις. Germ. Nawreiss. Angl. *Somewhat subtill, shrill.* ¶ Diminutivum ad contemptum, & non blandiendi causa, ut Homuncules, & Homulus.

Argūtiæ,arum, dicuntur acutè & malitiosè dicta, vel facta. { קטם *kesem.* σοφίσματα. GAL. *Subtilitez & fineſſes, ſophiſmes.* ITAL. *Argutie, ſottigliezze.* GERM. Klugheyt/ beſcheidenheyt/ ſpitzfündigkeyt/ oder werck. HISP. *Gracias, ſubtilezas, ò malicias.* ANGL. *Subtill and ſarcie ſainges or doing, perartlie chatting.* } Plaut. *in Moſtell.* Exi à culina, his fotis maſtigia, qui mihi inter patinas exhibes argutias? *ſc.*1.*a.*1. Cic. Sed nihil eſt quod illi non alloquantur ſuis argutiis. Argutias omnes in geſtu perſequi. Quint. Verborum, & argutiarum fruges. Gell. *cap.*2.*lib.*1. Argutiæ quæſtiunculæ. Idem *cap.*13.*lib.*6. Argutiæ pueri, i. blanditiæ. Senec. *cap.*16. *ad Helv.* Pallad. *lib.*14. Scio enim quò frequenter inclinet argutia famulorum.

Argūtiōlā,æ, diminutivum. Gell. *lib.*2. *cap.*7. & *lib.*18. *cap.*1. Argutiola quippe hæc frivola atque inanis eſt, ἀστυλόγημα, σόφισμα. Et *cap.*14. *lib.*9.

Argūtōr,aris, depon. ab Argutus ſit, & ſignificat procaciter loquor, teſte Nonio. { חוכיח *hochiach*, חרש וכחב חרש *kith vachchâb.* σοφίζομαι, ἀναλογῶ. GALL. *Iaſer, parler ſubtilement.* ITAL. *Parlare argutamente.* GERM. Ziſt vnd ſpitzfündigkeit der red brauchen/ ſchwetzen. HISP. *Hablar argudamente.* ANGL. *To chat piertlie.* } Nævius, Quandoque ad ludos venit, alii quum tacerent, totum diem argutatur, quaſi cicada. Pergin' argutarier? Plaut. *Amphitr. ſc.*1.*a.*1. Lucil. *apud Non.* Agite, agite fures, mendacia argutamini. ¶ Eſt & argutari, ſubſilire. Titinnius *in Fullonia*, ut citat idem Nonius, Terra hæc eſt nova, quaſi ubi tu ſolitus argutari, pedibus cretâ dum compeſcis, veſtimentáque lavas.

Argūtor,ari, *idem.* Propertius,

*Illa mihi totis argutat noctibus ignes;*

id eſt, argutè objicit, aut (ut ait Budæus) imputat.

Argūtātor, Strepitus. { קול המולת *kol hamullâh.* ἀνεχιγκλισία, ἀνεχιγκλισμός. GALL. *Iaſeur, caquet.* ITAL. *Parlamento importuno.* GERM. Geſchrey. HISP. *Obra de mucho y demaſiado hablar.* ANGL. *A quereler, or chatting.* } Catul. Pulviniſque per æquè, & hîc & illic attritus, tremulique quaſſa lecti argutatio, inambulatióque. ¶ Cum verò dicit Catull. Tremulique quaſſa lecti argutatio, intelligitur crepitantis lecti quaſi garrulitas, de qua Ovid. *in* 3. *Amor.*

*Spondaque laſciva mobilitate premat.*

Argūtātōr, oris, verbale. { מובית *mechiach.* σοφιστής, σοφιστεύς. GALL. *Iaſeur, ſophiſte.* ITAL. *ſophiſta.* GERM. Ein geſchweinder Sophiſt. HISP. *Hablador, el que mucho, ò demaſiadamente habla.* ANGL. *A quereler, a chatter, that chatterth peartlie.* } Gellius *lib.*17. *cap.*5. Proceſſiſſet autem argutatori iſti forte ſalſe reprehenſio. Argutatorem pro ſophiſta argutulo, vel argumentatore accipit.

ARGVMENTVM. { תוכחת *tochachath*, קצפר *Katſumáh.* ἐπιχείρημα, πίστις. GALL. *Argument.* ITAL. *Argumento.* GERM. Ein anzeigung/ ein beweiſung eines zweyfelhafftigen dings. HISP. *Argumento.* ANGL. *An argument.* } Argumentum huius eloquas tragœdiæ. Plaut. *Amphitr. prolog.* Argumentis vincit, aliud nomen quærendum eſt mihi. Idem *Amphit. ſc.*1.*a.*1. Sive modò argumenta dicat. Idem *ibidem ſc.*3.*a.*2. Auſcultare argumenta dum dico ad hanc rem. Idem *Moſt. ſc.*2.*a.*1. Quod ad argumentum attinet, breve eſt (de ſumma fabulæ.) Idem *prolog. Aſinaria, & in Milit. ſc.*2.*a.*1. Quo argumento iſtuc? &c. Idem *Moſt. ſc.*1.*a.*1. & *ſc.*2.*a.*2. Filius eſt tuus. Ut hic argumenta loquitur. Idem *Capt. ſc.*3. *a.*5.

*Sumptus argumenti conditor ipſe mei.*

(ſuppl. materiam dixi.) Ovid. *Eleg.*1. *lib.*5. *Triſt.* Item, Argumentum & Titulus libri. Sueton. *Auguſt. c.*85. Item, Argumenta explicare. Idem *in Calig. c.*57. Quintil. Eſt ratio probationem præſtans, qua colligitur aliud per aliud, & quæ quod eſt dubium, per id quod dubium non eſt, confirmat. Sumitur interdum etiam pro materia, quæ aliquo in opere tractatur, quam Græci ὑπόθεσιν vocant. Cic. quoniam nullum ſcribendi argumentum mihi relictum. Sic dicimus Argumentum Comœdiæ, quod Græci periocham vocant, id eſt, Summam totius comœdiæ paucis verſibus expreſſam, ut ſuprà videre eſt. ¶ Interdum pro coniectura. Idem *in Catil.* Certiſſima argumenta atque indicia ſceleris. Idem 1 *Verrina*, Quæ res pertenui nobis argumento indicioque patefacta eſt. Et ad argumentum conditæ turſus urbis, i. ad indicium. Suet. *in Calig. c.*16. ¶ Item pro ſententia, ab Arguo, pro demonſtro. Cic. *lib.*2. *Offic.* Tabulæ verò novæ quid habent argumenti, niſi ut emas meâ pecunia fundum? Argumentum præterea pro ingenioſo artificio ponitur. Idem 4. *Verr.* Ex ebore diligentiſſimè perfecta erant ædificia in valvis. Sic alibi legimus Argumenta rotarum, & Argumentoſa opera, pro ingenioſis. Li. Centum pondo es. Le. Quo argumento iſtuc. Li. Hæc argumenta ædificiis dixi. Plaut. *Moſt. ſc.*2. *a.*1. Item Argumentum pro eo quod pictum in tabula eſt. Suet. *in Tib. c.*44. Argumentum, eſt ficta res, quæ tamen fieri potuit. Cic. *de invent.* 1. Argumentum eſt probabile inventum ad faciendam fidem. Idem *de Part.* Argumentum eſt ratio quæ rei dubiæ facit fidem. Idem *in Top.* Ad probandum duplex eſt ſubjecta Oratori materies, una rerum earum quas non excogitat Orator, ſed in re propoſita tractantur, ut tabulæ, teſtimonia, pacta conventa, quæſtiones, leges, ſenatuſconſulta, res iudicatæ, decreta, reſponſa, & reliquæ ſi quæ ſunt quæ non ab Oratore prætereuntur, ſed ad Oratorem à cauſa atque à reis deferuntur. Altera eſt quæ in tota diſputatione & argumentatione Oratoris collocata eſt. Cic. *in Orat.* 1. Propriæ notæ argumentum, quod nusquam aliter ſit, certúmque declarat, ut fumus ignem. Idem *in Part.* Argumentum eſſe erroris alicui: id eſt, cauſam ſeu occaſionem. Ovid. 4. *de Ponto, eleg.*15.

*Erroris nam tu vis aſt diſcernere noſtri?*
*Scis argumentum maius, anauxilium.*

Numerorum argumenta. Cic. *pro Rab. Poſth.* Alexandriam nunc cognoſcimus: illinc omnes præſtigiæ, illinc omnes fallaciæ, omnia denique ab his numerorum argumenta nata ſunt.

Argumentalis, adjectivum, ἐπιχειρηματικός. Aſcon. Pædian. *in Divin.* Narrationem in exordio multi admirantur hac reprehenſione, ſed non recte: eſt enim argumentalis narratio ad priorem diviſionem.

Argūmentor, aris, argumentis oſtendo, vel probo, argumentis perſequor. { תוכיח *hochiach*, חרש וכחב חרש *kith vachchah.* ἐπιχειρηματεύομαι. GALL. *Argumenter, allegner des raiſons pour prouver quelque choſe.* ITAL. *Argomentare.* GERM. Etwas mit guten anzeigungen vnd gründen beweiſen. HISP. *Argumentar.* ANGL. *To proove be argument, to proove any thing by reaſons.* } Cic. 1. *Verr.* Nunc argumentamur, quo iſta pecunia pervenerit? Idem *de Fin.* 1. Sed & argumentandum, & acutiùs diſſerendum: & rationibus conquiſitis de voluptate & dolore diſputandum putant. Sed quid ego hæc ita argumentor? Liv. *lib.*8. *d.*1.

Argumentandi duo ſunt genera: quorum alterum ad finem directè ſpectat, alterum ſe inflectit ad motum. Dirigitur, quum propoſuit aliquid quod probaret, ſumpſitque ea, quibus monſtretur: atque his confirmatis, ad propoſitum ſe referunt, atque concluſit. Illa autem altera argumentatio, quaſi retrò & contrà prius ſumit quæ vult, eáque confirmat. Deinde id quod proponendum fuit, permotis animis jacet ad extremum.

Argumentatio, eſt rei propoſitæ per argumenta probatio. { תוכחת *tochachath.* קצפר *katſumah.* ἐπιχείρημα. GALL. *Probation ou preuue par raiſon ou conjecture.* ITAL. *Argumentatione.* GERM. Beweiſung/ bereetzung. HISP. *Argumento luengo.* ANGL. *Proving be argument or reaſons.* } auctor ad Heren. *lib.*1. Argumentationes, quas Græci ἐπιχειρήσεις appellant. Cic. 1. *de Orat.* Altera eſt, quæ tota in diſputatione & argumentatione oratoris collocata eſt. Idem *lib. de invent.* definit hoc modo, Argumentatio eſt inventum ex aliquo genere rem aliquam aut probabilitet oſtendens, aut neceſſariò demonſtrans. Vide plura *in eodem libro.*

Argūmentōſus,a, um, quod eſt factum magno argumento, hoc eſt, artificio. { מיומן *chochâm.* GALL. *Artificiel, ingenieuſement fait.* ITAL. *Argumentoſo, ingenioſo.* GERM. Das vil beweiſung hat/ Kunſt reich. HISP. *Lleno de argumentos, ſutil.* ANGL. *That is made craftilie, with ingine and ſkill.* } Quint. *lib.*5. *c.*9. Vulgóque paulò numeroſum opus, dicitur argumentoſum, id eſt, nimia argumentorum mole refertum. In picturis quoque Argumentoſa opera vocamus, id eſt ingenioſa.

Argūs, Ἄργος, nomen proprium regis Argivorum, filii Apis, a cujus nomine Argivi appellati ſunt. Hoc regnante cœpit uti frugibus Græci, & habere ſegetes in agricultura, delatis aliunde ſeminibus. Et poſt obitum, Deus haberi cœpit, templo & ſacrificiis honoratus. Argus adjectivum, id eſt, Argivus, inquit Nonius. Plaut. *proleg. Amph.* Amphitruo natus Argus ex Argo patre. ¶ Fuit præterea Argus filius Phryxi, qui aurato ariete in Colchidem tranſvectus eſt. ¶ Fuit & alius Argus, variis à Græcis cognominatus, quòd totus oculis ſcateret, quem Poetæ fabulantur à Iunone conſtitutum fuiſſe cuſtodem Ius Inachi filiæ, quam Iupiter in juvencæ formam commutaverat. Quos ſi Argus ſervet, qui oculeus eſt totus. Plaut. *Aul. ſc.*5. *a.*3. Hunc poſtea Mercurius Iovis juſſu interfecit: unde & Ἀργειφόντης cognominatus eſt. Iuno autem oculos eius, avis ſuæ, hoc eſt, pavonis caudæ inſerui. ¶ Hinc, Argum fallere, provetbialiter dicimus de vehementer aſtuto. Hanc fabulam latiſſimè deſcribit Ovid. *lib.*1. *Metam.* Mythologici Argum interpretantur ſphæram eſſe ſtelliferam, innumeris oculis, hoc eſt, ſtellis refulgentem: Mercurium autem Solem eſſe volunt, qui tunc Argum dicitur occidere, quum diurno ſuo lumine ſtellarum lucem obſcurat. Vide Macrob. 1. *Saturn. c.*19. unde & ὑπερφίαλος, cognominatus eſt, quòd Argum peremerit. Myſticè autem Argus eſt cœlum ſtellatum, luce diſtinctum, quibus inceſſe quaſilam ſpecies cœleſtium videtur oculorum. ¶ Argus quoque vocatus fuit navis illius architectus, quæ ab illo Argo dicta eſt, qua Iaſon, imò cum Minyis in Cholchidem vectus eſt.

Argyra, ἄργυρα civitas Siciliæ: unde ſe Diodorus Siculus otiundum facit: à qua Argyrini. ¶ Eſt & Argyra, Taprobanæ inſulæ metropolis, cuius incolæ dicuntur Argyritæ, ἀργυρῖται. Steph.

Argyranche, es, ἀργυράγχη, a Græcis dicitur, quam Latinorum quidam verbum ex verbo exprimentes, Argentanginam appellavere, cuius vocabuli hæc traditur fuiſſe origo. Meſſiorum legati Athenas miſſi, quum Demoſthenem poſtularis ſuis magnopere adverſari viderent, pecunia eum corrumpunt, ne quid in poſterum commodis ipſorum obſiſteret. Poſtridie itaque, quum res denuo apud populum ageretur, Demoſthenes collum fatcis obvolvit, anginaque ſe laborare ſimulavit. Qua re audita, quidam ex populo, cui ſucus ſubolebat, non ſynanchen illam, ſed argyranchen eſſe exclamavit. ¶ Hinc proverbio locus factus eſt, ut argyranche laborare dicantur, qui pecunia à muti redditi ſunt, eaque ſupprimunt, quæ ex Reipublicæ uſu eſſe noverunt.

Argyraſpides, ἀργυράσπιδες, dicuntur qui argentea ſcuta ferunt. Sic Clupeiferos ab aureis clypeis nominat. Lampr.

Argyrippa, Ἀργυρίππα Steph. Apuliæ civitas eſt, à Diomede condita: quam primùm à nomine relictæ patriæ Argos Hippium appellavit. Poſtea corrupto vocabulo Argyrippa dicta eſt, & Arpi. Virg. *lib.*11. alterum p. abiecit metri cauſa.

*Ille (inquit) Vrbem Agyripam patria cognomine gentis*
*Victor Gargani condebat Iapygis agris.*

Argyrini, Ἀργυρῖνοι, populi Epirotici, Steph.

Argyrippus, nomen Adoleſcentis, *in Aſin.* Plauti.

Argyritæ, num, ἀργυρῖται, Agones quidam dicebantur, ab Argyreo, pecuniatióve præmio. Budæus.

Argyritis, ſpuma argenti. { ספוג *ſpugh.* ἀργυρῖτις. GALL. *Eſcume d'argent.* ITAL. *Schiuma d'argento.* GERM. Silberſchaum. HISP. *Eſpuma de plata.* ANGL. *The droſſe of ſylver.* } Plin. *lib.*33. *c.*6. Fit in iiſdem metallis & quæ vocatur ſpuma argenti. Genera eius tria: optima, quam chryſitin vocant: ſecunda, quam argyritin: tertia, quam molybditin.

Argyrocopus, { ἀργυροκόπος. GALL. *Changeur, celuy qui ouvre en argent.* ITAL. *Banchiere, ò colui che intaglia l'argento.* GERM. Ein wechsler/ oder der das Silber außſticht oder hempfft. HISP. *Cambiador, ò eſculpidor y entallador de plata.* ANGL. *That woerk eith in ſylver, à ſylver ſmith.* } à Græcis appellatur numularius campſor, vel ipſe etiam argenti ſculptor. παρὰ τὸ κόπτειν τὸ ἄργυρον, hoc eſt, ab argento.

Argyrologus, { גזבר *ghizbr.* ἀργυρολόγος. GALL. *Threſorier.* ITAL. *Camerlengo, Threſoriere.* GERM. Ein Seckelmeiſter/ dem der Gemeyn Seckel befohlen iſt. HISP. *Teſorero ò contador mayor.* ANGL. *Threaſurer in ſylver maiſter.* } à Græcis vocatur, quem Latini Quæſtorem appellant, cuius officium eſt, ut argentum, hoc eſt pecuniam colligat.

colligat, & in erarium, sive fiscum redigat.

Argyrodamas, ἀργυροδαμάς. Lapillus argenti nitorem habens, ut adamas, de quo Plin. *lib.* 37. *c.* 10. addubitat, sitne idem cum eo quem Adromanta vocant, quoniam impetus hominum & iracundias domat.

Argyrognomones, ἀργυρογνώμονες. Gall. *Banquiers.* Ital. *Banchieri.* Germ. *Wechsler.* Hisp. *Los cambiadores.* Angl. *Bankers, changers of money.* } Vocantur a Græcis pecuniæ permutatores, quos Campsores vulgò vocamus, quasi pecuniæ spectatores dicas. Budæus.

Argyrondas, ἀργυρώδας, Ætoliæ fluvius, ita dictus ab argenteo aquæ candore.

Argyrotheca, ἀργυροθήκη, vasarium ubi reponebatur suppellex argentea, qua magistratus in provinciam abiturus instruebatur ex publico: ἀργυρικὴ θήκη.

Argyrotoxos, ἀργυρότοξος, Apollinis epitheton, quasi argenteum arcum gerens.

Argyrus, ἄργυρος, civitas quædam apud Philistium. Steph.

Argyrus, ἀργυρὶς, mons. Vide *Tartessus.*

Aria, Χώρα, regio est inter Indos & Parthos sita, iuxta Gedrosos, & Drangianos: quam recentiores Geographi *Turquestam* vocant. ¶ Est etiam Aria, insula in Ponto, versùs Colchos, Marti sacra, aliàs Chalceritis dicta. Plin. *lib.* 6. *c.* 12.

Aria, ἀρία, arbor est apud Theophrastum, hyemis initio fructificans, materie tam dura, ut necesse sit, prius quàm terebretur, aquâ eam macerari.

Ariæ, mortuorum pulvinaria. Scribendum *Areæ.* Infra, *Pulvinaria, Areæ mortuorum.*

Ariabignes, ἀριαβίγνης, fuit Darii filius ex filia Gobryæ, qui unà cum Prexaspe & Megabazo præpositus fuit classi Xerxis. Herod. *lib.* 7.

Ariadna, ἀριάδνη, filia Minois regis Cretæ ex Pasiphaë uxore, cuius industria Theseus ab Atheniensibus Cretam missus à Minotauro devorandus, labyrinthum, filo duce, quod Ariadne dederat, evasit, occiso priùs Minotauro. Theseus autem eius amore captus, quum in patriam reverteretur, eam abduxit: sed prioris beneficii immemor, abductam in Insula Chio, seu Naxo, perniturus deseruit, quam Bacchus postea in uxorem duxit, ejúsque coronam novem stellis ornatam, quam à Venere acceperat, astris intulit, vocatúrque corona Gnosia. Postremò à Diana sagittâ dicitur occisa, eo quòd virginitatem non servasset. Catul. *de com. Beren.*

*Ne solum in limite cæli*
*Ex Ariadnæis aurea temporibus*
*Fixa corona foret.*

Ariamnes, fuit nobilissima Armeniæ civitas. Tortellius.

Arianthe, civitas Œnotrorum, ἀριάνθη. Steph. Vide *in Arinthe.*

Arianus, Poeta, cuius carminibus Tiberium principem delectatum fuisse, Tranquillus scribit. Eius autem opera Suidas commemorat Metaphrasin Georgicorum Virgilii, Alexandriada, Poëma videlicet de rebus gestis Alexandri Magni.

Arianis, ἀριανὶς, herba igneo coloris, cuius tactu Magi tradunt ligna oleo perunctæ accendi. Nascitur apud Arianos, quæ est Scythica gens Gedrosis finitima, à quibus & nomen accepit: de hac Plinius *lib.* 24. *c.* 11.

Ariarathes, Ἀριαράθης, Cappadociæ rex fuit, à populo Romano in societatem acceptus. Fuit hic Antiochi gener, qui Ariaratheam civitatem condidit in finibus Cappadociæ, de qua Steph.

Aricandus, fluvius est Niliadis (quæ est minoris Asiæ regiuncula, in confinio Pamphiliæ, Ciriæ, & Lycaoniæ sita) qui in Lymirum amnem influit. ¶ A fluvii huius nomine vicinum oppidum Aricanda appellatur. Utriusque meminit Plin. *lib.* 5. *cap.* 27.

Aricia, Ἀρικία, urbs est in Italia, quam ædificavit Hippolytus Thesei filius, & à nomine conjugis Ariciam appellavit: Abest ab Vrbe ad decimum lapidem. Martial.

*Mittit præcipuos nemoralis Aricia porros.*

Lucanus,

*Distat ab excelsa nemoralis Aricia Roma.*

Aricinum nemus, erat iuxta Ariciam urbem, in quo Ægeria Nympha erat, cum qua loqui solitum ferunt Numam Romanorum regem.

Aricinus lacus, erat iuxta Ariciam urbem, qui Speculum Dianæ vocabatur: in quo nunc quoque insulæ proceris arboribus nobiles conspiciuntur.

Aricomisci, populi in tractu Narbonensis Galliæ trans Rhodanum, inter Volcas numerati, quorum metropolis est Nemausum. Plin. *lib.* 3. *c.* 4. & Pomponius *lib.* 2. Arecomicos vocant. Ptolomæus Arecomios. De his sic scribit Strabo *lib.* 4. Vlcetiores fluvii (Rhodanum intelligit) partes Volcæ, quos Aricomiscos appellant, maximum incolunt spatium, quorum portus & navium receptaculum Narbo dicitur.

Aricto, pro minas intentare alicui ob perfidiam, vel scelus aliud.

Arida, ἰγνὺς. Gall. *Buglosse sauvage ou herbe à bœuf.* Ital. *Buglossa salvatica.* Hisp. *Hierva de la bivora.* } Herba est, quæ Echium, & Alcibiadion dicitur, de qua Dios. *lib.* 4.

Ariel, ἀριήλ. } Quidam putant esse Acropolim ac idolum Martis, quod illic situm est: interpretatur autem Leo Dei, Hierusalem figuraliter significans.

Aries, etis, Mas ovium, & dux gregis, qui integer est, & testes ad generandam sobolem. ἄρρην, ἀρσενικός. Gall. *Mouton, belier, belin.* Ital. *Montone.* Germ. *Ein Widder.* Hisp. *Carnero.* Angl. *A ramme.* } Vervex verò, cui inversi, vel adempti sunt testiculi. Ab ara dictus est aries, quòd aris imponi ad sacrificia soleret. Virg. 3. *Eclog.*

*ipse aries etiam nunc vellera siccat.*

¶ Arietem emittit, Ἄρνα ἀφιέναι. In rixæ pugnæque cupidum dicebatur. Antiquitus enim bellum suscepturi, facialem mittebant, qui arietem adductum, in hostium fines immitteret: hoc significans pacto, civitatem & agros illorum hostibus compascuos fore. Author Diogenianus. Vide Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. ¶ Aries cornibus lasciviens, κριὸς ἀκληγῶν. Diogenianus ostendit convenire in magnos ac lascivos. Pluriùm cornua arietibus bene pastis. ¶ Arietis ministerium, κριοῦ λειτουργία. Suidas & Zenodotus hic referunt, quasi dici solerit de officio in ingratos collato. Siquidem aries cornibus ferit pascentem. Hesychius ita refert, quasi congruat in eos, qui ipse cui fuisse præmiolo inserviunt indigna. Quum pueris invitamus ad ministerium, pollicemur aliquid, putà talos, aut nuces. ¶ A cuius similitudine bellica machina Aries appellatur. Veget. *lib.* 4. *c.* 14. Materia ac tabularis testudo conteritur, quæ ne flammis exuri possit, corio sive cilicio vestitur. Intrinsecùs recipit trabem, quæ ariete ferro præfigitur ferro, talis vocatur, ab eo quod incurvata est, ut extrahat apices extrahat. Si verò caput ipsius ferro tegitur, aries appellatur, quòd instar arietini capitis fieri soleret: vel quòd habet durissimam frontem, qua fabricat muros: vel quòd more arietum retrocedit, ut vehementiùs feriat. Cæsar *lib.* 2. *bell. Gal.* Quod ab incensis lapis, & ab ariete materia defendit. Cic. 1. *Offic.* Quamvis murum aries percusserit. Liv. 1. *ab Vrb.* Quum effractis portis, stratisve ariete murís. Plin. *lib.* 7. *c.* 56. Equum qui nunc Aries appellatur in muralibus machinis, Epeum ad Trojam ferunt invenisse. Eadem & Testudo dicitur à similitudine naturæ testudinis: quia sicut illa modò reducit caput, modò profert, ita ejusmodi machina interdum reducit caput, interdum effert, ut vehementiùs feriat. ¶ Est & Aries cœleste signum, primum in Zodiaco. ¶ Aries etiam marinus piscis, sive marina bellua est, candore tantùm cornibus assimilatis: de hoc Plin. *lib.* 9. *c.* 44. Grassatur (inquit) aries, ut latro: & nunc grandium navium in salo stantium occultatus umbra, si quem nandi voluptas invitet, expectat: nunc elato extra aquam capite, piscantium cymbas speculatur, occultúsque adnatans mergit.

Arietārius, a, um, quod ad arietem pertinet, seu quod arietis habet similitudinem, κριώδης. Vitruvius, Constituitur autem in ea arietaria machina.

Arietīnus, a, um, quod est ex ariete. } ἐξ ἀρνῶν. Gall. *De belier.* Ital. *Di montone.* Germ. *Von dem wider ist.* Hisp. *De carnero,* Angl. *Of or like a ramme.* } Plin. Arietinum iecur ad id utile est. Arietinum oraculum, Gell. *cap.* 3. *lib.* 3. Pallad. *lib.* 4. *cap.* 10. Arietina cornua. Col. *lib.* 2. *cap.* 10. Cicer. Quod arietinum vocatur.

Arīeto, as, Percutio, dejicio. } נגח *naghách,* מחץ *machats,* חפיר *hippil.* πύπτω. Gall. *Heurter des cornes, jetter par terre.* Ital. *Percotere, cozzare.* Germ. Zu boden stossen wie ein wider mit den hörnern. Hisp. *Dar en vayuen, ò topetar.* Angl. *To smyte and cast to the ground, to strike with the hornes.* } Tractum ab arietum similitudine, quorum firmissimum caput & solidissima cornua faciunt, ut magno impetu quicquid obijceris percutiant & dejiciant. Plaut. *in Truc.* Quis protervè nostras ædes arietat? Id est, vehementèr pulsat, quasi in modum arietis bellici. Iocus Plautinus. Curtius *lib.* 9. Macedo gladium cœperat stringere, quem occupatum complexu, pedibus repentè subductis, Dioxippus arietavit in terram, id est, præcipitavit. Arietat in portam, id est, ruit more arietis, bellici machinamenti. Servius apud Virg. *lib.* 12. *Æneid.* ¶ Arietare, neutrum, pro Labescere. Senec. *de provid.* Quæ casus incitat, sæpe turbari, & citò arietare. Idem *de vita beata,* Nihil pravi, nihil subiti supersit, nihil in quo arietet (i. incurset) aut labet. Et Senec. *cap.* 11. *de const. ad Marc. & c.* 1. *de Tranquill.*

Arii, Ἄριοι, populi sunt iuxta Indiam, Gedrosiis & Drangianis finitimi. Herod. *lib.* 4. *Hister.*

Arilator, Cocio, μιλοκόπος. Festus. *Arilator qui etiam cocio appellatur, dictus videtur à voce Græca, quæ est,* ἄρις, *id est, stellæ: quia sequitur merces, ex quibus quid cadens lucelli possit tollere. Lucellum diminutivum est a lucro.* Sunt qui dicant scribendum *Arrilator.* Non enim ab ara, sed ab arra dictus: est enim qui emptoribus data arra postulat sibi credi. Gloss. arrilator, ὁ ἐπὶ τοῖς ὠνίοις ἀρραβῶνα αἰτῶν. Gloss. Isid. Arilator, cocio, μισθοδότης. Gell. *lib.* 16. *c.* 7. cocionem, vocat nomenclatorem. Vide *Cocio.* Ex Laberio Mimo.

Arima, ἄριμα. Locus Siciliæ, vel Syriæ, vel in Pythecusis iuxta Tyrrhenos: ubi Typhoëum terra obrutum in fabulis est. Stephanus. Vide in *Arime.*

Arimanius, ἀριμάνιος, Plutonis cognomen apud Persas. Arimanius Maximus Deus Persarum Plaut. *in Themist.*

Arimaspi, ἀριμασποὶ, populi Scythiæ Europææ, versùs Aquilonis exortum, ut *lib.* 7. Plin. refert, qui unicum in media fronte habent oculum, & cum gryphis auri custodibus continuè prœliantur.

Arimaspus, fluvius est Scythiæ in Asia, aureis arenis abundans. Vide Luc. *lib.* 3.

*aurique libatus*
*Substringens Arimaspe comas.*

Ariminum, ἀρίμινον. Vulgò *Arimino,* civitas Italiæ, à flumine propinquo eiusdem nominis sic dicta. Hæc quondam Vmbrorum colonia fuit, sicut & Ravenna: verùm utraque accepit Romanos inquilinos. Habet autem hæc civitas portum non ignobilem, non procul à Rubicone amne, qui olim Italiam à Gallia discernebat. Ædificata est autem anno Christiano ducentesimo septuagesimo, Ptolomæo Lagi filio Ægyptiis imperante, P. Sempronio & Appio Claudio consulibus. Ad quam visendam, compositis Siciliæ rebus, Sempronius navigavit. Eam Octavius ampliavit, & à Liburnis dirutam Diocletianus reposuit, fusíque Liburnis aream triumphalem in ea exstruxit. ¶ Est etiam Ariminum urbs Galliæ Aquitaniæ provinciæ, quæ teste Plinio, Armoriaca dicta fuit, unde adhuc hodie eius pars *Arminac* vulgò appellatur. Eutropius *lib.* 2. *de bello Tarentino:* Conditæ sunt à Romanis civitates Ariminum in Gallia, & Beneventum in Samnio.

Arimphæi, ἀριμφαῖοι, sunt populi Asiæ Septentrionalis propè Riphæos montes. Habent pro domibus nemora, pro alimentis baccas, & tam fœminæ, quàm mares comam tondent. De his Ammianus sic habet, Vbi montes Riphæi deficiunt, Arimphæi inhabitant, iusti homines, & morum placiditate cogniti.

Arimus, Rex Mysiæ, seu Mæoniæ. Author Varro, Xanthum citans antiquum rerum scriptorem.

Arinca, Gallicum est vocabulum, quo, teste Plinio, significatur frumenti genus, quod Græci Olyram, Latini Siliginem vocant, ὄλυρα. Vide Ruellium. *lib.* 2. *cap.* 21.

Arindela, ἀρίνδηλα, pars quàndam, aut vicus Palæstinæ. Steph.

Arinthe, vide *Arianthe*.

Ariobarzanes, ἀριοβαρζάνης, Cappadocum rex fuit, populi Romani amicus, qui Pompeii partes adversùs Cæsarem fovit.

Ariodunum, urbs Bavariæ, vulgò Erding.

Ariolus, & Ariolor, vide *Hariolus*.

Ariolatio, pro divinatione, ac vaticinio. Gell. *lib.* 15. *c.* 18. At Cornelii Sacerdotis ariolatio levis tum quidem visa est, & vecors, sed magnæ mox admirationi fuit.

Ariomachus fuit, teste Herod. Darii filius.

Arion, ἄριων, Citharœdus nobilis fuit, & Poëta lyricus, ex Methymna Lesbi civitate ortus, qui primus dithyrambos creditur invenisse. Hic quum ex Italia, ubi ingentem pecuniæ vim arte sua meruerat, Corinthum trajiceret, videréntque à nautis, qui opibus suis inhiabant, sibi insidias strui, nonnihil spatii ab illis sibi concedi postulavit, quo veluti cygnus moriturus, suas sibi exequias caneret. Quod quum impetrâsset, stans celsa in puppi, carmen orthium diis marinis cecinit: quo peracto, se in mare præcipitem dedit, ibíque à delphino exceptus, ad Tænarum Laconiæ promontorium est pervectus: unde sese ad Periandrum Corinthiorum tyrannum contulit, qui emissis navigiis cum militibus, nautas comprehendit: qui rem, uti gesta erat, confessi, gravissimo supplicio eius iussu sunt affecti. Refert historiam hanc, sive potiùs fabulam, Herodot. *lib.* 1 & Plutarch. *in Symposio septem Sapientum*. Vide Gell. *cap.* 19. *lib.* 16. ¶ Fuit & Arion equi nomen. Propertius,

*Qualis & Adrasti fuerit vocalis Arion,*
*Tristia ad Archemori sumeta victor equus.*

Ariopagus, vide *Areopagus*.

Aristaron, ἀριστάριον, herba est exigua, radicem habens olivæ magnitudine, maiore acrimonia, quàm Aron. A Plinio Aris appellatur.

Arisbe, ἄρισβη, in agro Troiano civitas fuit, ab Achille eversa. ¶ Item alia in Lesbo insula. Vide Strab. *lib.* 13.

Arisbus, fluvius Thraciæ, ἄρισβος. Steph.

Arista, extremæ spicæ partes, quæ ut aculeus tenues è grani gluma eminent, & frumentum ob avium minorum morsu tuentur. { שבולת *Schibbôleth*. ἄσταχυς, ἄγυιαι, ἀκρωτήρια. GALL. *La barbe de l'espi de blé, ou l'espi*. ITAL. *Spiga*. GERM. Dem spitzlin an den ähren. HISP. *Raspa*. ANGL. *The beard of corne, the eare of corne*. } Dicitur autem arista ab ariditate, quòd sit omnino arida. Cicer. *in Catone*. Fundit frugem spicæ ordine structam, & contra avium minorum morsus munitur vallo aristarum. Nihil est acutius arista, Seneca *Epist.* 83.

*Vere priùs flores, æstu numerabis aristas,*

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist. ibidem Eleg.* 6. *lib.* 4. ¶ Apud Poëtas quandoque accipitur pro ipso frumento. Virg. 1. *Georg.*

*Chaoniam pingui glandem mutavit arista.*

¶ Nonnunquam etiam pro ipsa æstate. Idem 1. *Eclog.*

*Post aliquot mea regna videns mirabor aristas:*

hoc est, post aliquot æstates, sive aliquot annos. ¶ Persius pro pilis posuit, *Satyr.* 5.

*Alget quum excussit membris timor albus aristas.*

¶ Aristas odoratas, nardi spicas intelligit Stat. 5. *Sylv.*

——— *odoratæ nec Arabs decerpsit aristas.*

Nam (ut inquit Plin. *lib.* 12. *cap.* 11.) nardi cacumina in aristas se spargunt.

Aristadium, Thuringiæ urbs, vulgò Arnstatt.

Aristæus, ἀριστεύς, filius fuit Apollinis ex Cyrene filia Penei fluvii Arcadiæ, qui deinde in Arcadia regnavit, & primus apum, olei, & mellis usum, lactisque coagulum demonstravit, & alia quamplurima adinvenit, ut refert Iustinus *lib.* 14. Primus quoque apum bubulis viscetibus reparandarum rationem traditur invenisse. Nam quum Eurydicæ Orphei uxori, amore eius captus, vim inferre conaretur, illa per avia fugiens morsu serpentis est occisa: in cuius ultionem Nymphæ omnes apes perdiderunt. Quapropter matris auxilium imploravit, quæ illum ad Protea consulendum perduxit: à quo infortunii causam edoctus, Eurydicen sacrificiis placare iussus est: quod quum faceret, taurósque quatuor & totidem iuvencas immolaret, ingens apum multitudo è bobus erupit, atque hoc pacto apes suas recuperavit, ut satis copiosè tradit Virgilius ferè *in fine lib.* 4. *Georg.* ibi,

*Pastor Aristæus fugientia Penea Tempe.*

Aristagoras, ἀριστάγορας, fuit præfectus exercitus Darii contra Græcos, teste Herod. *lib.* 5.

Aristarchus, ἀριστάρχος, nomen Grammatici, qui tantum sibi in Homeri poëmate permisit, ut versus quos vellet, velut supposititios partus, ab Homeri familia submoveret. Unde etiam hodie Aristarchos vocamus alienorum scriptorum censores. Alius fuit Tegeates, poëta Tragicus, cuius meminit Horat. Fuit Aristarchus. ¶ Fuit item alius Mathematicus.

Aristeas, ἀριστέας, patria Proconnesius, nobilis poëta fuit, qui Crœsi & Cyri temporibus claruit. Scripsit Theogoniam, & tres libros eorum carminum, quæ Aripasmea dicuntur. Suidas.

¶ Aristeri, placentæ genus. Stuch.

Aristeri, sinistri: ita dicti Sabbatiani, quòd sinistram abhorrerent, eaque nihil caperent. Lex. graec.

Aristides, ἀριστείδης, cognomento δίκαιος, id est, iustus. Athenis à Themistocle in administranda Republ. dissensit, quum esset diversis moribus: Catoni alter, Cæsari Themistocles comparandus. Autor Plutarchus. Hic tanta fuit rei familiaris tenuitate, ut quoties Imperator deligeretur, necesse esset aliquid ei pecuniæ in crepidas, & pallium decernere. In Senatum quandoque vocatus, ea excusatione usus est, quòd pallium lavisset, nec aliud haberet, quo indueretur. Eo mortuo, in ædibus eius nihil præter vetus ferreum inventum est. Civitas tamen beneficiorum eius non immemor, filias eius ex publico egregiè dotavit. ¶ Fuit etiam hoc nomine Sophista quidam, ex Adrianis Mysiæ, sive Bithyniæ urbe ortus, qui quum Smyrnæ profiteretur, adveniente fortè M. Antonio principi unus omnium non processit obviam, eóque modo in cognitionem & amicitiam venit Imperatoris. ¶ Aristides item Thebanus pictor fuit, Apellis tempore. Is omnium primus animum pinxit, & sensus expressit omnes, quos Græci vocant ἤθη, dumor aliquantulum in coloribus. Huius pictura illa præcipuè laudatur: infans adrepens ad mammam matris ex vulnere morientis, ac manu prolubentis. Sentire mater & timere videtur, ne è mortuo lacte sanguinem infans lambat: quam tabulam Alexander transtulit Pellam. Ex Plin. *lib.* 35. *cap.* 10.

Aristippus, ἀρίστιππος, nomen Philosophi Cyrenaici. Hic dicere solebat, quod lautior victus nulli erat impedimento ad bene vivendum. Socratis etiam auditor fuit, primúsque Socraticorum mercede philosophatus est. Habuit ingenium ad omnia pro tempore, loco & persona simulanda omnino promptum, & ob hoc Dionysio præter omnes erat charus. Erat præsentibus voluptatibus libenter fruebatur, ita & absentes facilè contemnebat. Hic quum è patria in Græciam philosophandi causa proficisceretur, iussit servos aurum propiceretur expeditiores ad iter capessendum essent. Voluptatem, bonorum: dolorem, malorum finem constituit: cæteras scientias exclusit, illud solùm utile putans, ut quæras, si quid domi mali, aut boni tibi contigit. Summum bonum posuit in levi motu ad sensum emanante, id est, in voluptate corporis sensus titillante. Qui ab eo fluxerunt, & in dogmate permanserunt, ab hominis patria Cyrenaici sunt appellati. Traduni Platonem dixisse, soli Aristippo & chlamydem & pannum ferre datum est. Horat.

*Omnis Aristippum decuit status, & color, & res.*

¶ Fuit & alter Aristippus, huius nepos ex filia, Metrodidactus dictus, quasi à matre doctus. Hic in navigio à tempestate deprehensus timuit, & expalluit. Et interrogatus à quodam, quare philosophus timeret, quum ipse contrà nihil meteret, festiviter respondit, Non eandem sibi & illi causam esse: quoniam is non esset magnopere solicitus pro anima nequissimi nebulonis, sese autem pro Aristippi anima timere.

Aristo, ἄριστος, Philosophus cognomento Sceptius, quod Latinè quæstor & considerator dicitur. Semper enim in quærendo considerandóque fuit. Hic natione Cous, & Zenonis fuit auditor. Apud hunc omnia indifferentia, ut etiam inter optimè valere, & gravissimè ægrotare, nihil interesse diceret: quare etiam tanquam naturam ipsam excludens, ab omnibus fuit relectus.

Aristobulus, ἀριστόβουλος, Iudæus ex Paneade, Agathobuli Hebræi discipulus, unus fuit ex illis LXXII. interpretibus, qui missi fuere ad Ptolemæum, tunc Iudææ Dominum, ut sacros libros in Græcum sermonem converterent. Qui multa ex præceptis Mosæos proponenti regi, percommantique sapienter respondit. Hic commentarios etiam in legem Hebræorum edidit. Autor Eusebius. ¶ Aristobulus alter historicus, item Iudæus, qui res gestas Alexandri Magni conscripsit, comitésque peregrinationis fuit. Volaterranus.

Aristocles, ἀριστοκλῆς, Philosophus fuit Messanensis, peripateticus: scripsit de philosophia libros decem: uter esset studio & doctrina prior, Homerusne, an Plato? in quibus Philosophorum omnium catalogum contexit, opinionésque recenset. ¶ Fuit item Aristocles Lampsacenus Philosophus. ¶ Item alius Megarensis sophista, sub Traiano & Adriano. Scripsit de Rhetorica epistolas, & declamationes ad Imperatorem. Suidas. ¶ Nomen item fuit avi paterni Platonis, qui & ipse Aristocles vocabatur: postea Plato ab humerorum latitudine dictus. Vide Laërtium.

Aristoclides, ἀριστοκλείδης, Orchomeni tyrannus, qui Stymphalidem virginem adamavit. Vide in dictione *Stymphalus*.

Aristocrates, ἀριστοκράτης, civis quidam Rhodius fuit, qui quòd plurimùm dignitatis, strenuitatisque præ se ferret, civium omnium consensu belli dux delectus est: in quo spem suorum egregiè fefellit, utpotè qui in rebus gerendis, tanquam adulterinus nummus in igne, degener planè apparuerit, & omnino alius, quàm prima fronte promiserat. Ex Suida.

Aristocratia, ἀριστοκρατία. Optimatum principatus, ubi optimates Reip. tractant: quasi ἡ τῶν ἀρίστων κράτησις, qualis etiam hodie est apud Venetos.

Aristodemus, ἀριστόδημος, Nobilis Grammaticus fuit Pompeii liberorum præceptor: manè Rhetoricam, de meridie Grammaticam docebat. Strabo.

Aristogenes, ἀριστογένης, Medici Thessi nomen, qui varios de re medica libros conscripsit ad Antigonum Macedoniæ regem. ¶ Aristogenes alter Gnidius, item medicus, servus Chrysippi: famam adeptus est ex curatione Antigoni Gonatæ. Author utriusque Suidas.

Aristogiton, ἀριστογείτων, nomen civis cujusdam Atheniensis, qui adjutus ab Harmodio Pisistratum tyrannum interemit: unde utrique ab Atheniensibus in foro positæ sunt statuæ. Vide Herod. ¶ Fuit etiam hoc nomine Orator Atheniensis, qui canis dictus est, quòd optimo cuique allatraret. Scripsit enim invectivas adversùs Timotheum, Timarchum, aliosque complures. Vide Suidam.

Aristolaus, ἀριστόλαος, pictor, Pausiæ filius & discipulus, è severissimis pictoribus fuit. Eius opera nonnulla commemorat Plin. *lib.* 35. *c.* 11.

Aristologhia, { ἀριστολοχία. GALL. *Aristologie ou farrasine*. ITAL. & HISP. *Aristologia*. GERM. Ronde osterluecy/ oder holtzwurtz. } Herba est etiam hodie nomen servans: cuius duæ sunt species, alia longa, alia rotunda. Aurium sordes emundat, & cum melle mista, si in aures instillata fuerit, auditum iuvat.

Aristolochia cretica, tertium eius genus, radice longissima, floræ purpureo, colore buxeo, baccularum ferens, ut capparis.

Aristomache, ἀριστομάχη, nomen sororis Dionysii tyranni, & uxoris Dionis. Vide Plutarchum *in vita Dionis*.

Aristomichus, ἀριστόμιχος, Solensis quidam fuit, qui tanto apum amore flagravit, ut annis duodecim aginta nihil aliud egerit. Qui etiam librum de earum cura, & ratione mellificii edidit. ¶ Fuit & alter Aristomachus, qui de arte vini apparandi volumen conscripsit. Utriusque meminit Plin. illius quidem *lib.* 11. *cap.* 9. huius verò *lib.* 14. *cap.* 19.

Aristomenes, ἀριστομένης, nomen Messenii viri, qui iustissimus fuit, ut scribit Hieron. Hic Lacedæmonios quodam tempore nocturna sacra celebrantibus, quæ vocabantur Hiacynthia, raptim de choria ludentium

tium virgines duodecim, & tota nocte gradu concitato fugiens, excessit de finibus Spartanorum: quumque eas comites eius vellent violare, monuit quantum potuit, ne hoc facerent: & ad extremum quosdam non patentes interfecit, cæteris metu coërcitis. Redemptæ postea à cognatis puellæ, quum Aristomenem viderent cædis reum heri tamdiu ad patrium non fuisse reversæ, quandiu iudicum advolutæ genibus, defensorem pudicitiæ suæ cernerent absolutum. Hic dux tanta calliditate fuisse fertur, ut sæpe etiam Lacedæmonios deceperit, quorum sæpe urbem ingressus est: & aliquando captus, atque in vincula conjectus, calliditate sua aufugit: quod quum semel atque iterum & tertiò fecisset, tandem occisus est à Lacedæmoniis, & exsecto corpore iuvenum est cor eius pilosum fuisse. De Aristomenis virtute incredibilia narrat Plutarch. *in Rom.*

Aristonis, ἀριστων, sculptor, cuius meminit Plin. *lib.* 34. *c.* 8. ¶ Et Iurisconsultus quidam doctissimus, apud Gell. *lib.* 11. *c.* 13.

Aristonicus, ἀριστονικος, Eunuchus fuit, summus alioqui belli dux, cuius fidelis opera Ptolomæo plurimùm in bello profuit. ¶ Fuit etiam hoc nomine Grammaticus, qui in Hesiodi Theogoniam commentarios conscripsit. Utriusque meminit Suidas.

Aristonides, ἀριστωνιδης, statuarii insignis nomen, qui quum Athamantis furorem, Clearchum filium præcipitare volentis, & præcipitato illo, residentis pœnitentiam vellet exprimere, ferrum, & æs miscuit, ut ferri rubigine per nitorem æris relucente, exprimeretur verecundiæ rubor Plinius *lib.* 34. *cap.* 14.

Aristonymus, ἀριστωνυμος, insignis comœdiarum scriptor fuit, qui Ptolomæi Philadelphi temporibus floruit, cuius etiam bibliothecæ fuit præfectus. Suid.

Aristopatra, ἀριστοπατρα, mater Crateri cuiusdam, qui sub Alexandro militavit, ut author est Strabo.

Aristophanes, ἀριστοφανης, Poëta comicus ex Lindo Rhodi oppido, lingua verò Athenien sis, patre Philippo, maledicus, & in carpendis hominum vitiis libertinus ac mordacissimus: inventor tetrametri & octometri versus. Filios habuit Araroum, Philippum, Philetum, Comicos omnes. Docuit fabulas xxv. Suidas. Hic Atticæ linguæ nobilitate adeò præpollet, ut Dionysio roganti aliquem eius sermonis eruditum autorem, hunc miserint. Socratis æmulus fuit, quem exagitat, & insectatur in Nubibus. ¶ Aristophanes alter, Byzantinus Grammaticus, Apellis filius, dux etiam exercitus, discipulus Callimachi, Zenoti & Dionysii. Autor Suidas. Aristophanis Grammatici Quint. *lib.* 1. *Inst. orat.* mentionem facit.

Aristophon, ἀριστφων, pictoris nomen apud Plin *lib.* 35. *c.* 11.

Aristophontes, is. ἀριστοφοντης, quasi optimatum occisor.

Aristophorum, ἀριστοφορον, vas quo prandium defertur, ut discus: Festus. ἀριστον enim prandium dicitur, φερω, porto.

Aristor, is, pen. genitivi correpta, ἀριστωρ, Crotopi filius fuit, & pater Argicentoculi, qui alveo Aristorides vocatur. Ovid. *lib.* 1. *Metam.*

*Donec Aristoridæ servandam tradidit Argo.*

Aristotelēs, ἀριστοτελης, nomen Stagiritæ philosophi. Peripateticorum principis. Hic habuit patrem Nicomachum medicum, matrem verò Phæstidem. Fuit parvus, gibbosus, & deformis, habitudine, sed dives, ut qui socius, præceptor, & secretarius Alexandri esset. Septendecim annos natus, Athenas profectus est, ubi viginti annis Platonis se auditorem præbuit. Deinde à Philippo in Macedoniam evocatus, decem annis Alexandrum instituit: cui quàm fuerit charus, vel illud unum abundè magno est argumento, quod Stagiram patriam eius, quam diruerat, in gratiam eius instauraverit. Alexandro deinde in Asiam profecto, Athenas rediit, & in Lycæo tredecim annis Philosophiam professus est. Postea accusatus, quòd de Diis non rectè sentiret, cedens invidiæ, abiit in Chalcidem, ibique reliquum vitæ transegit. Excessit ætatis anno LXIII. sub idem ferè tempus, quo & Demosthenes extremum vitæ diem clausit. De hoc Quint. Quid Aristotelem? quem dubito scientia rerum, an scriptorum copia, an eloquendi suavitate, an inventionum acumine, an varietate operum clariorem putem. ¶ Hinc fiunt adjectiva, Aristotelicus, & Aristoteleus.

Aristoxenus, ἀριστοξενος, Tarentinus. Mantineæ tamen agens, philosophus & medicus nobilissimus: audivit patrem & Lamprum philosophum Erythræum, dein Zenophilum Pythagoricum, postremò Aristotelem, cui morienti convitium dixit, quod Theophrastum sibi in scholæ successione præponeret. Scripsit omnis generis libros, musicos præsertim. Suidas. Hic animam dixit harmoniam esse, ut tradit Cic. *Tusc.* ¶ Aristoxenus alter Cyrenæus, qui adeò delicatus fuisse dicitur in hortorum cura, ut vespere lactucas musso irrigaret, ut luxuriosius succresceerent, & saporis essent præstantioris. Autor Suidas.

Arithmētica, ἀριθμητικη, numerorum scientia, quæ tractat de numeris & supputandi ratione. Hæc inter disciplinas Mathematicas prima esse dicitur, quoniam ipsa nulla alia indiget disciplina: Musica autem, & Geometria, & Astronomia istius auxilio egent. Plin. *lib.* 35. *cap.* 10. Sed primus in pictura omnibus literis eruditus, præcipuè Arithmetice & Geometrice, sine quibus negabat autem perfici posse (Euxinidas.) Dicta Arithmetica, ἀπο τῶ ἀριθμεῖν, hoc est, à numerando.

¶ Arithmus, numerus: arithmorum liber, Numerorum in V. T. Tertull. ¶

Aritudo, vide *Areo.*

Arius, ἀριος, fluvius qui Ariam regionem irrigat, quæ est inter Parthos & Indos: à quo Arii populi. De hoc Plin. *lib.* 6. *c.* 23.

Arma, ab armis dicuntur, id est, humeris, à quibus dependent, ut inquit Festus: ut scutum, gladius, tela, & ea quibus præliamur. ¶ בלים *chelim.* ὁπλα. Gall. *Armes, armeures, harnois.* Ital. *Arme & armi.* Germ. Waffen/ Gewere vnd harnisch. Hisp. *Las armas para armar.* Angl. *Armour, harnes, weapons, all maner of instrumentes and tooles.* ¶ Servius docet Arma esse, quæ armos tegunt. Varro ab arcendo. Arma dicta existimat, quòd his arceamus hostes: ut fustes, lapides, & hujusmodi. Quidam à verbo Græco derivant, ἁρμοττω, id est, convenire. Inutilia sunt enim arma, nisi ita quadrent corpori, ut neque ampliora sint, neque angustiora: ut neque corpus lædatur angustia, neque amplitu dine impediatur. Sed revera non solùm hoc nomine, bellica, sed etiam omnium ferè artium instrumenta intelliguntur. Unde rusticorum arma vocamus tastum, ligones, & hujusmodi. Virg. 2. *Georg.* 1.

*Dicendum & quæ sint duris agrestibus arma.*

Tibul. *lib.* 4.

——— *Pauper natus in armis.*

*Nulla tibi adversis regia sese efferet armis.*

Ibidem.

*Is sua iecit humi monitu Tritonidis arma.*

Ovid. 3. *Metam.* Idem *lib.* 13. *Metam.*

——— *Corpus Achillis*

*Et simul arma tuli, quæ nunc quoque forte labores.*

Hastis, pila, disco, cursu, armis, equo, (exerceo.) Plaut. *Most. sc.* 2. *a.* 1.

Summissis armis cessere victoriam. Vell.

*Induet infelix arma coacta dolor.*

Ovid. *Eleg.* 9. *lib.* 4. *Trist.*

*Miles ubi emeriti non est satis utilis armis* (i. stipendiis.)

*Ponit ad antiquos, qua tulit arma, lares.*

Ovid. *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.*

*Lusus equo nunc est, levibus nunc additur armis,*

Idem *Eleg.* 11. *lib.* 3. *Trist.* Arma submittunt victi gladiatores. Senec. *Epist.* 37.

*Adversúsque minas frigoris arma parat.*

Ovid. 4. *Fast.* Arma rhetoricarum disciplinarum. Gell. *cap.* 3 *lib.* 7.

*Voverat hoc inveni tunc cum pia sufficulis arma.*

Ovid. 3. *Fast.*

Cum armis aureis Plaut. *Mere. sc.* 1. *a.* 1. Arma advocare, Quintil.

*Contulit in Tyrios arma virúmque toros.*

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

*Causa mea est melior, quæ me contraria dicor*

*Arma, nec hostiles esse secutus opes.* ibid.

*Nec nisi luxuriâ movimus arma manu,*

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

*Ampe Aiax armis, non Aiacis arma petuntur.*

Idem 13. *Metam.* Præposita arma peto. *ibid.*

*Arma peto, vivo dederam, post fata repoſco.*

Ibidem.

——— *Fortisque viri tulit arma diserti.*

Ibidem.

Conclamatur ad arma. Cæsar. *lib.* 1. *bell. civil.* ¶ Arma coquinaria sunt, lebes, patella, tripos, olla. Plautus, Quàm eleganter instructam coquinariis armis. ¶ Arma scholastica, stylus, pugillares, libri. Plinius, Cuius arma erant, non venabulum, & lancea, sed stylus, & pugillares. ¶ Nautarum quoque & pistorum instrumenta, arma dicuntur. Virg. *lib.* 5. *Æneid.*

*Colligere arma jubet, validisque incumbere remis.*

Et *lib.* 1.

——— *Cerealiáque arma*

*Expedient.*

¶ Quandoque arma capiuntur pro bello, sicut toga pro pace: ut, Cedant arma togæ. ¶ Fraudes quoque & consilia, Arma dicuntur. Virg. 2. *Æneid.*

——— *& quarere conscius arma.*

¶ Omnibus armis præsidiisque destitutus, proverbialiter dicitur, qui prorsus omni caret auxilio: quod & indicabimus hoc versu, qui est Iliad. φ.

Γυμνὸς ἄνευ τεύχεος ἐων ἐς δηϊοτῆτα, ὅτ' ἔγχεϊ νίσεται.

Id est, Et clypeo simul & galea nudatus & hasta. ¶ Bis interimitur qui suis armis perit. Mimus est proverbialis, incertum cuius. Senecæ titulo celebratur, sed falsò, hoc est, magis dolemus incommoda quibus ipsi dedimus occasionem.

¶ Armalon, vehiculum. Cyrill.

Armamaxa, æ. Persici vehiculi genus. Curt. *lib.* 5. Quindecim inde, quas armamaxas vocant, sequebantur: in his erant liberi Regis, & qui eos educabant. ἁρμαμαξα. Herodot.

Armamaza, vehiculi genus. Tertul.

Armasia, conjungium. Gl. gr. b. ¶

Armātūra, armandi genus & forma. ¶ משחית *mischchit.* ὁπλισις, ὁπλα, σκευη, σκευος. Gall. *Armure.* Ital. *Armatura.* Germ. Rüstung/ waffen. Hisp. *Armadura.* Angl. *Armour, or arming weapening.* ¶ Cic. *Attic. lib.* 6. Habet autem cohortes quadringentas nostra armatura, id est similibus, quibus nos, armati armis. Veget. *lib.* 3. *c.* 14. Tertius ordo disponitur de armaturis velocissimis, de sagittariis iuvenibus. Levis armatura, Cic. γυμνητια. Thuc.

¶ Armentum, id genus pecoris, quod est idoneum ad genus armorum. Ita Fest. ¶

Armifer, a, um, adjectivum, Arma ferens, ὁπλοφορος. Silvius. *lib.* 6.

*Quis tecta tegat, & armiferi gens sacra Quirini.*

¶ Armifera dea, periphrasis Minervæ. Ovid. *ad Liviam.* ¶ Armiferum aurum. Senec. *in Medea.* Ovid. 14. *Met.*

*Me tamen armifera servatum cura Minervæ.*

Armiger, Substantivum: qui lanceam, scutum, galeámque ferens, armatum equitem in prælio sequitur. ¶ נשא כלים *nosè chelim.* ὁπλοφορος, ὁπλιτης. Gall. *Celuy qui porte les armes après son maistre.* Ital. *Servitore di lancia, scudiere.* Germ. Ein waffentrager/ ein nachfolger. Hisp. *Servidor que trae armas, ó escudo.* Angl. *That beareth armour, or weapons, an esquier for the bodie of his maister.* ¶ Et planè apud antiquos Armigeri fuerunt summi viri, ut Patroclus fuit armiger Achillis, & Achates Æneæ. Plin. *lib.* 35. Pinxit Apelles Clytum equo ad bellum feliciantem, & ei galeam porrigentem. Armigeri principis. Suet. *in Aug. c.* 48. Armigeræ Minervæ. Ovid. *Et. mit. lib.* 4. ¶ Item Armiger Adjectivum, pro armifero: ut, Armigera cohors, quæ fert arma. Silius *lib.* 10. Armiger equus, id est indutus armis. Propert. *lib.* 3. *Eleg.* 4. Iras armigeras dixit Statius, quòd facilè dobis arma suppeditent. Nam (ut inquit Virg. *lib.* 1. ) *Æneid.* ¶

*fuerat arma ministrat.*

Armĭfĕra, æ, quæ arma gerit domina. Ovid. 13. *Metam.*

‖ Armilaus, scapulare monachorum. ‖ Gloss. Isid.

Armĭpŏtēns, armis valens. { κραταιὸς ὀπλοφορεῖν. Gall. *Puissant en armes.* Ital. *Potente nell' arme.* Germ. Mächtig vom waffen. Hisp. *Poderoso en armas.* Angl. *Valiant or mightie in armour, or weapons.* } Unde Pallas, sive Bellona, armipotens dicitur. Cicero, antequam iret in exilium: Nam ego te Iupiter optime maxime, cuius nutu ac dictione sola terrarum gubernantur, & téque particeps connubii, socia regni, regia Iuno, téque Tritonia armipotens, Gorgonia Pallas, Minervæ. Virg. 2. *Æneid.*

*Penetrat dextra diva armipotentis ad aram*
*Procumbit.*

Armisŏnus, notæ significationis, ut Pallas armisona. Virg. 3. *Æneid:*

——— *tum numina sancta precamur*
*Palladis armisonæ.*

‖ Armistatio, armorum statio, obsidio. Lex. gr. b. ‖

Armo, as, Armis induo, seu munio. { נשק *nasháḳ*, ὁπλίζω. Gall. *Armer, equiper.* Ital. *Armare.* Germ. Bewaffnen/ waapnen/ waffen anthun. Hisp. *Armar.* Angl. *To harnesse, to put upon en armour.* } Virg. 8. *Æneid.*

*Tunc quoque fas nobis Teucros armare fuisset.*

Plane. *ad Cic.* Qui quidem quum in fraudem se deductum videret, manus quas iustius in Lepidi perniciem armasset, sibi afferre conatus est. Liv. *lib.* 2. *bell. Pun.* Itaque & muri reficiebantur, & propugnaculis armabantur. Armare naves, Cæsar sæpius *lib.* 1. *de bell. civ.*

——— *Decoque fimus alendi,*
*Armandique mode.*

Ovid. 13. *Met.* Armare ferrum veneno, pro eo quod est veneno ferrum tingere, ut præsentius vulneret. Virg. 6. *Æneid.* Composita sunt, Dearmo, Exarmo, Obarmo, Perarmo, quorum significata vide suis locis.

Armāti, dicuntur non solùm, qui scutis telisque parati sunt, sed etiam qui glebis, aut saxis, aut fustibus instructi. { נשק *nesheḳ.* ὅπλισις, Gall. *Armez.* Ital. *Armati.* Germ. Bewaffnete/ die waffen antragen. Hisp. *Armados.* Angl. *Furnished with armour or weapons, weapened, armed.* } Cic. *pro Cecin.* Armatos, si Latinè loqui volumus, quos appellare verè possumus? opinor eos qui scutis telisque parati ornatique sunt. Idem *pro domo sua*, Incredibili armatus audacia. Idem 1. *Philipp.* Quid legati egerint nondum scimus: at verò erecti, citati, armati animis esse debemus. ¶ Armatos Virgilius substantivè dixisse videtur pro Militibus,

*Arduus armatos medios in mœnibus adstans*
*Fundit equos.*

Armātissĭmus, Superlativus, Senec. *lib.* 5. *de benef. c.* 7. Tamen tam par tibi sum, quàm multis armatissimis nudi, aut leviter armati.

Armātōr, ὁπλοτὴς. & Armatrix, verbalia sunt ab Armo, as.

Armātus, huius armatus, idem quod armatura. { ὁπλισμὸς. Angl. *Armour, harnesse.* } Liv. 7. *bell. Maced.* Inde Neoceretes mille, & eodem armatu Cares & Cilices mille & quingenti: hoc est, paribus & similibus armis induti.

Armāmēntum, omnis generis instrumenta ut navis, plaustri, belli, { כלי זין *zenéth*, מכשיר *mekhshír.* ὁπλισμὸς, σκεῦος. Gall. *Utensiles & instrumens servans à quelque chose que ce soit.* Ital. *Munitione d'armi, & cose simili.* Germ. Allerley rüstzeug/ oder werckzeug. Hisp. *Ayuntamiento de armas.* Angl. *All kind of instrumentes.* }, Col. *lib.* 4. Nonnulli strenuè fabricant navigia, nec consummata perinde instruunt armamentis, ministrisque. Dicuntur etiam de aliis rebus. Nam Plin. etiam vinitorum instrumenta, armamenta vocat. Armamentis fusis. Suet. *Aug. c.* 17. Aptare armamenta & vela. Quintil.

Armamēntārĭa, Navalia, loci ubi armamenta, armaque servantur. τὰ τῶν ὅπλων, σκευοθήκη. Gall. *Lieux où on serre toutes sortes d'armes & utensiles; Arsenal.* Ital. *Luogo da riporre le arme, luogo da munitione, arcenale.* Germ. Ein zeughauß/ ein orth da ma allerley rustung zu dem krieg behalt/ harnischkammer. Hisp. *Almazen para guardar armas, casa de armas.* Angl. *Armouries or storehouses for ordinance, or shipes.* } Armamentum insigne Athenis Philon fabricavit, mille (teste Plin.) capax navium, in iis artifices inclusos solitos fabricari ostendit. Liv. *lib.* 9. *bel. Pun.* Idem *de bel. Maced.* Conflagrarunt horrea regia, & armamentarium cum ingenti apparatu machinarum & tormentorum. Cic. *pro Rab.* Ex ædificiis armamentariisque publicis arma populo Rom. distributa sunt. Visitur etiam hodie amplissimum armamentarium Venetiis, quod illi sua lingua *Arcenale* vocant.

Armārium, ii, ab armis. Locus ubi cibaria, libri, vestes, & similia reconduntur. { ארון *arón.* ἀποθήκη. Gall. *Armoire.* Ital. *Armario.* Germ. Ein ort da man allerley ding hin behalt/ ein kestlein. Hisp. *Armario para guardar cosas.* Angl. *A store house, or wher any thing is layed up to bekerped.* } Plaut. *in Capt. sc.* 3. *a.* 4. Cellas refert omneis intus, reclusisque armarium. Uxori ex armario surripuisse spinter. Plaut. *sc.* 1. *a.* 3. Et ab iis in armario muricibus præfixo destitutos necari. Gell. *cap.* 4. *lib.* 6 ¶ Armarium, item machina ferro munita. Gell. *lib.* 6. *c.* 4. Idque ubi Romæ cognitum est, nobilissimos Pœnorum captivos liberis Reguli à Senatu deditos, & ab iis in armario muricibus præfixo destitutos, eadémque insomnia cruciatos interisse. ¶ Huius diminutivum est Armariolum, ἀρμάριον, parvum armarium. Plaut. *in Truculent.* Aut lectus dapsilis, aut armariola Græca.

Armenia, Regio Asiæ inter Taurum & Caucasum montes sita, & à Cappadocia ad Caspium usque mare protensa: ab Armeno quodam Rhodio (ut ex Antipatri sententia tradit Stephanus) ita appellata. { ארמת *ararath.* ἀρμενία. Germ. Armenier lande. } Et, ut Plin. *lib.* 6. author est, duplex est: maior scilicet & minor. Major post Mediam ad Occidentem occurrit. Ea (ut ait Ptolomæus) à Septentrione Colchidem habet, Iberiam, & Albaniam: ab Occasu magnum Euphratis cursum, qui Cappadociam, Armeniam, & Syriam Comagenem relinquit a dextris: ab Oriente partem Hyrcani maris ac Mediam, qua montes Caspii assurgunt: à Meridie Mesopotamiam atque Assyriam. Montes in Armenia sunt Moschici, qui supra partem Ponti ad Cappadociam se effernnt: Pariedrus, in quo fontes habent Euphrates, & Araxes fluvii: Antitaurus, qui ab Euphrate scissus & Mediam percurrens, postremò Abus appellatur: Gordiæus, ex quo Tigris oritur: Taurus, ac Niphates, qui Mesopotamiam atque Assyriam ab Armeniis disterminant: Caspii, qui vergunt ad Medos: & Caucasii, qui Septentrionalia, Iberiam versus, Albaniámque concludunt. Flumina sex, Cyrus qui monte ortus Caucaso, à sinistris Iberiam, Albaniámdimittens, Armeniam à dextris, in Hyrcanum deterrit pelagus: Araxes, Phasis, Lycus, Tigris, Euphratesque. In Armenia pretiosum inter reliqua aromata nascitur amomum. ¶ Armeniam Hebræi Ararath vocant. In ea civitas insignis Artaxata.

Armĕnĭus, a, um, adjectivum, quod est ex Armenia. Hor. 1. *Epod.*

*Cantabrum Agrippa, Claudi virtute Neronis*
*Armenius cecidit.*

Virg. 5. *Eclog.*

——— *Armenias curru subjungere tigres.*

Armĕnĭăcus, a, um: ut, Mala Armeniaca, { μῆλα ἀρμενιακὰ. Gall. *Abricots.* } Poma sunt medium quendam locum obtinentia inter persica & prunа. Sunt enim minora persicis, sed citiùs maturescunt. Ossibus ad prunum, carne ad persicum quam proximè accedunt. Dioscorides alio nomine Præcocia vocari testatur. Galen. verò *lib. de alim. facul. & lib.* 7. *simpl. medic.* Armeniaca discernit à Præcocibus: hæcque illis multò præstantiora esse testatur. Illud tamen fatetur, verus Armeniacorum nomen sua etiam ætate in usu esse desisse, & utramque speciem, nullo discrimine, Præcocium nomine appellari cœpisse.

Armĕntum, inquit Festus, id genus pecoris dicitur, quod est idoneum ad opus armorum, ut sunt equi & boves. { בקר *bakár.* ἀγέλαι. Gall. *Haras, troupeaux de gros bestail.* Ital. *Armento.* Germ. Ein herd groß vieh/ als ochsen und roß. Hisp. *Ganado mayor, como buey, ò cavallo.* Angl. *Aheard of bigge cattel, as of horses, oxen, &c.* } Nam equis in bellum curritur, clypei verò boum coriis armantur. Varro autem boves, Armenta vocari voluit, quasi Aramenta, tertia littera sublata, quòd eorum præcipuè opera in arandis agris utamur. Unde Col. *lib.* 7. Iumenta & armenta nomen à re traxere, quòd nostrum laborem, vel onera subvectando, vel arando iuvarent. Propriè itaque armenta boves dicuntur & equi, quamvis etiam alia majora animalia eo nomine dici possint: quamvis sint ad arandum, aut ad gestanda arma inutilia. Nam cervi, qui ad hoc non sunt idonei, inter armenta computantur à Virg. *lib.* 3. quum ait,

——— *Hos tota armenta sequuntur.*

De hoc vide plura in dictione *Grex.* ¶ Dixerunt etiam antiqui, armenta, æ, in fœminino, ut annotavit Nonius ex Ennio & Pacuvio. Ennius,

——— *ad armentas ipsum easdem.*

Pacuvius,

*Tu curvi frontes pascere armentas solet.*

Ita enim scitè correxit hunc Nonii locum Scaliger.

Armentālis, e, quod est ex armento, ἀγελαῖος. Virg. 11. *Æneid.*

*Hic natam in dumis, interque horrentia lustra,*
*Armentalis equa mammis, & lacte ferino*
*Nutribat teneris immulgens ubera labris.*

Armentārĭus, ii, Armenti custos. { בקר *bokér.* ἀγελοφύλαξ. Gall. *Gardeur de gros bestail, comme vacher, bouvier.* Ital. *Custode de l'armento.* Germ. Ein viehhirt/ als ochsenhirt/ roßhirt. Hisp. *Gardadero de ganado mayor.* Angl. *A heardman.* } Virg. *lib.* 3. *Georg.*

——— *omnia secum*
*Armentarius Afer agit, tectúmque laremque.*

Lucret. *lib.* 6.

*Præterea jam pastor, & armentarius omnis.*

Varro *lib.* 1. *cap.* 5. Quæ exscripta armentariis usum crebrò ut aliquid legat, curo.

Armentōsus, Armentis abundans. { בקיר *mikné.* ἀγελάδες. Gall. *Plein en abondant en gros bestail.* Ital. *Ricco, e abondante di bestiami.* Germ. Viehreych. Hisp. *Lleno de ganado mayor.* Angl. *Riche or abunding in bigge cattel.* } Gell. *lib.* 11. *c.* 1. Quòd Italia tunc esset armentosissima.

Armentīnus, a, um, quod est ex armento. ἀγελαῖος. Gall. *Du troupeau de gros bestail.* Ital. *Cosa di armento.* Germ. Das von dem grossen vieh ist. Hisp. *Cosa de aquel ganado.* Angl. *Of a heard of bigge cattel.* } Plin. *lib.* 28. *c.* 17. Fimi cervini, maximè subulonis, sed & bubuli: de armentinis loquor, &c.

Armentītius, a, um, Armentinus. Varro *lib.* 5. *de re rust. cap.* 2. In alimoniis armentitium pecus sic continendum.

Armilausa, stapulare Monachorum. An scribendum *analaum*, sive *analaben*, an *armilausum*, quod magis probat Meursius. Utcunque sit, accipit ependytem, quod Athanasius in vita S. Antonii intelligit. Isidorus Orig. lib 19. c. 22. *Armelausa vulgò dicta, quòd ante, & retrò divisa atque aperta est: in armos tantùm clausa, quasi armiclausa, c, littera ablata.*

Armilla, arum. { צמיד *tsamidh*, אצעדה *etsadah.* Gall. *Brasselets.* Ital. *Abbigliamenti militari, come braccialetti d'oro & simili.* Germ. Armzierd. Hisp. *Manillas ò manijas del esfuerzo ò brazo.* Angl. *Braceletes.* } Sunt ornamenta in circulorum modum, quæ viri militares ab Imperatoribus donata, in sinistris brachiis gerere consueverunt. Hæc Priscianus brachialia vocat: quemadmodum Græci ἀμφιβραχιόνια. Dicuntur autem, inquit Festus, Armillæ ab armis, quòd antiqui humeros cum brachiis armos vocabant: unde arma ab his dependentia, armillæ sunt vocata. Liv. *lib.* 1. Additur fabulæ, quòd Sabini aureas armillas magni ponderis brachio lævo, gemmatóque magna specie annulos habuerunt. Armillæ brachio gestabantur. Suetonius *in Ner. cap.* 6. Armillis donari. Gell. *c.* 11. *lib.* 2. Ubi sunt armillæ, quas unà dedi cum spintere. Plaut. *Men. sc.* 3. *a.* 3. Quod Galli vulgò *blasons*, Budæus Armillam vocat: unde Armillati cursores, quos *Posias* dicimus, videlicet quia id insigne gerunt, quod potest armilla, aut spinter dici.

Armillātus, dicitur qui armillas habet. { ψιμοφόρος. Angl. *Vehich wereth*

*manuale brachiolum.* } Propert. Atque armillatos colla Molossi cinxit. Armillatus. Suet. *in Calig. c.* 32. *& in Ner. c.* 30. ¶ Fuit & Armillatus nomen viri, qui sub Nerone & Domitiano vixit.

Armillæ, neutri generis, instrumentum, & apparatus vestiarium ab armis, pro dolis & fraudibus. Apuleius *lib.* 6. Ad armille redit.

Armillum, vas vinarium in sacris, ita dictum, quòd ab armo, id est humero deportaretur: Varro *de vita pop. Rom. lib.* 1. Etiam nunc pocula, quæ vocant Capulas, & Capides, quod est poculi genus: item armillum, quod est vicesimi genus vinarii. Festus Armillum exponit iisdem verbis. Lucil. Anus rursum ad armillum. Non.

‖ Armilustrium, festum erat apud Romanos, quo res divinas armati faciebant, & dum sacrificarent, tubis canebant. Fest. Glos. v. Armilustrium *ἐνοπλιασμὸς*.

Armilla. *Armus.* Glos. v. an armus pecudis oblatus? ‖

Armon. Plin. *lib.* 19. *cap.* 5. Raphanus sylvestris genus Pontica lingua dicitur, quod Latini *Armoracion* vocant.

Armoricæ civitates, à Cæsare appellantur civitates Galliæ ad Oceanum occidentalem sitæ, quas incolebant Rhedones, Curiosolites, Osismi, Caletes, & Unelli. ¶ Ea esse creditur, quæ hodie, *le Duché de Bretaigne.*

Armoracea, æ, *ἀρμορακία*, teste Pallad. agrestis raphanus est. { ANGL. *A wilde radish.* } Plin. Armoracium vocat, sic scribens *lib.* 19. *cap.* 5. Etiamnum unum sylvestre, Græci *ἀρμορακία* vocant, Pontici Armon, alii Leucen, nostri Armoracion, fronde copiosius, quàm corpore. ¶ Est hoc nomine fluvius, qui de montibus Arabiæ descendens in stagnum Asphaltitem erumpit, dividens Moabitidem & Ammonitidem, Ioseph. *lib.* 4.

Armostratona, pro *στρατιᾶς*, id est obsidione civitatis, dixit Mauricius *lib.* 1. *strateg. cap.* 6. & 10.

‖ Armum, raphani silvestris genus: armoracia, vel armoracium, idem. Plin. *lib.* 19. *cap.* 5. ‖

Armus, humerus. { *פרק schebh ἀμός.* GALL. *L'espaule, ou l'extremité d'icelle.* ITAL. *Homero. spalla.* GERM. *Ein schulteren/ein spalen.* HISP. *Espalda.* ANGL. *The sholder of a beaste of a bird, the sholder of a man.* } Virg. *lib.* 3. *Georg.*

*Densa inibo & dextro lacertus retumbit in armo.*

Differt tamen Armus ab humero. Nam humeri propriè eorum sunt, qui recti in cœlum spectant: unde hominibus soli humeros esse dicimus. Virg. 4. *Æneid.*

*Os humerosque Deo similis.*

Armi verò sunt brutorum (quamvis & de hominibus quandoque dicantur.) Horat. *Satyr.* 4.

*Fœcundi leporis sapiens fœtabitur armos.*

Armus, humerus cum brachio: vide *Armilla.*

‖ Arna, *ἀρνὰς ἡ*, ovis mater. Glos. Arna *μήτηρ*, secundùm Varronem. Sed supplerur, *ἡ ἀρὴν*, est agnus, qui annum excessit. ‖

Arna, *Ἄρνα*, civitas Lyciæ, Xanthus postea dicta. Steph.

‖ Arnacides, id est, agninæ pelles: præmia ludorum quorundam Græciæ. Vide Scal. *lib.* 1. *Poëtic. cap.* 27. *Ἀρνακὶς*, est agnina pellis, unà cum lana, ab *ἀρὴν* agnus.

Arnyton, falsum. Gl. gr. b. ‖

Arneus, vide *Iren.*

Arnates, apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 14. Populi sunt in sexta regione Italiæ, ab Arna Umbrorum civitate dicti.

Arne, *Ἄρνη*, civitas est iuxta sinum Maliacum, primùm à Bœotis inhabitata, deinde à Thessalis occupata, ut est author Thucyd. *lib.* 1. *bell. Peloponn.* ¶ Sunt & aliæ eiusdem nominis civitates, quæ recensentur à Stephano.

Arnoba, ut habet Plin. Abnoba, ut Ptolom. Arnopa, ut Cornel. Tacit. mons est ex adverso Rauraci Galliæ oppidi, ex quo Danubium oriri ferunt. Vide Plin. *lib.* 4. *cap.* 11.

Arnoglossum. { *ἀρνόγλωσσον.* GALL. *Plantain.* ITAL. *Plantagine.* GERM. *Schaffzung/wägetich.* HISP. *Llantén.* ANGL. *An plantayne, or waybred.* } Latinè, Lingua agni, vulgò Plantago dicitur: *ἀρνὸς* enim Græci agnum dicunt; *γλῶσσα*, linguam. Hæc alio nomine dicitur Heptapleuron, id est, habens septem costas: nam in folio eius sunt septem costæ. Sunt enim septem nervi instar costarum animalium. Vide Ruell. *lib.* 1. *cap.* 20. & *lib.* 2. *cap.* 58.

Arnus, *Ἄρνος*, vulgò *Arno.* Fluvius est Hetruriæ, Florentiam alluens, etiam hodie nomen servans.

Aro, as: Aratro proscindo. { *חרש charásch. ἀρόω.* GALL. *Arer, labourer la terre.* ITAL. *Arare.* GERM. *Das feld bawen/ zu acker gehn.* HISP. *Arar y labrar la tierra.* ANGL. *To tille, to plough, to husband the ground.* } Plinius, In arando magnopere servandum est Catonis oraculum. Quid est primum? Agrum bene colere. Quid secundum? Bene arare. Quid tertium? Stercorare. Alienum arare rundum, *ἀροῦν ἀγρὸν ἀλλότριον*, proverbiali metaphora dictum est pro Alienum agere negotium, aut cum alienis uxoribus habere rem. Plaut. Fundum alienum arat, incultum familiarem deserit, i. alienas mulieres subagitat, uxorem suam deserit. Arare æquor, Navigare significat apud Poëtas.

*Non ego divitiis avidum sine fine parandi,*
*Latum mutandis mercibus æquor aro.*

Ovid. *Eleg. lib.* 1. *Trist.* virg. 4. *Æneid.* Arare litteras, pro inanem operam lurtere. Ovid. 5. *Epist.* 13.

*Non professurus litteras bobus arat.*

¶ Composita huius verbi sunt, Dearo, Exaro, Peraro, Inaro, & Subaro.

Arātio, nis, ipse arandi actus. { *חרישה charischa. ἄρουρα.* GALL. *Labourage, labour.* ITAL. *Aratione.* GERM. *Das ackern/ zu acker farung.* HISP. *Aquella obra de labrar la tierra.* ANGL. *Tilling, ploughing.* } Plin. *lib.* 18. *c.* 20. Aratione per transversum iterata, occalio sequitur. ¶ Circa arationem, citràque sementem, quæ citra operam nostram casu nobis eveniunt, *ἀπροσδόκητα ἀγαθὰ*, contingere dicunt Græci. ¶ Nonnunquam sumitur pro ipso arvo, seu agro culto. Nam, ut rectè inquit Valla, nomina quæ potionem habent in io, latius significare solent: nec actionem modò, sed rem etiam & corpus significant. Cic. 5. *Ver.* Quum dederint Apronio quod poposcerit, relinquent arationes, relinquent larem familiarem suum? Plin. *lib.* 35. *c.* 8. Nascuntur in arationibus.

Arātĭuncŭla, æ, diminutivum: { *ἀρόμος.* GALL. *Petite terre labourable, petit labourage.* ITAL. *Picciola terra da arare.* GERM. *Ein ackerlin beckle.* HISP. *Pequeña tierra para arar.* ANGL. *A small laboring or tilling.* } Plautus *in Truculento.* Malè vortit res pecuaria mihi apud vos: nunc vicissim volo habere aratiunculam. pro copia apud vos. A. Non arvus hic, qui arari solet, sed pascuus est iger.

Arator, qui arat. *חרש charásch. ἀρότης.* GALL. *Laboureur de terre.* ITAL. *Aratore.* GERM. *Ein ackerman.* HISP. *Gañan que ara la tierra.* ANGL. *A tiller, or ploughman.* Et sumitur tam pro bove, quàm pro homine bovem ducente. Plin. *lib.* 18. *cap.* 9. Arator nisi incurvus, prævaricatur. Quod proverbii speciem habet: præcipit enim Plinius, ut arator arvum primùm rectis sulcis proscindat, mox & obliquis subigat. Id fieri non potest, nisi toto corpore incumbat labori: unde & Virgilio dictus est curvus arator. Cæterum prævaricari est à recto sulco divertere. Convenit igitur in negotium, quod absque magnis laboribus peragi non potest. Aratores & negotiantes opponuntur apud Suet. *in August. cap.* 42.

Arābĭlis, e, verbale, quod arari potest. *ἀρότος.* Plin. *lib.* 17. *c.* 5. Contrà in Byzantio Africæ illum centena & quinquagena fruge fertilem campum, nullis quum siccus est, arabilem tauris: post imbres, vili asello.

Arātrum, i, instrumentum quo aratur. { *כלי חרוש chebiah habar. ἄροτρον*, GALL. *Une charrue, une araire.* ITAL. *Aratro.* GERM. *Ein pflug.* HISP. *Arada para arar.* ANGL. *A plough.* } dictum ab Aro verbo; sicut à Lavo lavacrum, & à Simulo simulachrum. Virg. 7. *Æneid.*

*——& terram centum vertebat aratris.*
*Non ergo prisco tellus consurgit aratro,*

Tibul. *lib.* 4. Aratrum inducere, moris fuit Romanis, quum urbem aliquam evertissent, ut eam funditus delerent. Hinc Horat. *lib.* 2. *Od.* 16.

*Ira Tyestem exitio gravi*
*Stravêre, & altis urbibus ultimâ*
*Stetêre causa cur perirent*
*Funditùs, imprimeretque muris*
*Hostile aratrum exercitus insolens.*

Modest. *l.* 21. *D. quib. mod. ususfruct. amitt.* Si usus fructus civitati legetur, & aratrum in eam inducatur, civitas esse desinit. Ex Lexico Hotomanni.

Armalchar, alio nomine Euphrates, fluvius. Plin. author.

Aroe, *Ἀρόη*, civitas Achaiæ, à cultu terræ sic dicta, aliàs Patræ. Steph.

Aroerni, *Ἀρόερνοι*, gens bellicosa Gallorum, Steph. nimirum Averni.

Arogylus, is fuit qui primus quadrigam in Græcia iunxit, regnante Argis Phorbante. Vide *Argynni.*

Aroma, *Ἄρωμα*. Lydiæ, sive Mæoniæ oppidum est, cuius meminit Strabo *lib* 14. & Æthiopum urbs, Steph. & Cappadociæ, cujus meminit Capella post Plin.

Aromata, { *ἀρώματα.* GERM. *Specerey.* ANGL. *Spices, as ginger, pepper, nutmegges.* } Sunt quæ vulgò *espices* dicuntur, vel alia etiam odoramenta. Colum. *lib.* 12. *cap.* 20. Deinde quum videbitur mediocriter calere defrutum, reliqua aromata contusa, & vibrata paulatim insperges.

Aromaticus, a, um, adject. { *ἀρωματικὸς.* ANGL. *Which smelleth or hath the smell of spices.* } Odorem habens aromatum.

Aromatopola, { *ἀρωματοπώλης.* GALL. *Espicier, vendeur de drogues.* ITAL. *Aromatario, speciale.* GERM. *Ein wurtzkramer/der gewürtz vnd specereyen verkaufft/ein gewürtzkramer.* HISP. *Especiero.* ANGL. *A seller of spices, a grocier, a spicer.* } Qui aromata vendit, quem nos Aromatarium dicimus.

Aromatites, *ἀρωματίτης*, gemma quæ in Arabia gignitur: ita dicta, quòd myrrhæ odorem habeat. Plin. *lib.* 37. *c.* 10. Aromatites & ipsa in Arabia traditur gigni: sed & in Ægypto circa Pisas, ubique lapidosa, & myrrhæ coloris & odoris, ob hoc regnis frequentata. ¶ Est item Aromatites, vinum aromatibus conditum. { GERM. & GALL. *Hippocras.* ANGL. *Hippocras wine.* } Plin. *lib.* 14. *cap.* 13. Laudatissima erant apud priscos vina myrrhæ odore condita. Ideò quidam aromatite delectatos maximè credunt. Hoc vini genus quo pacto confici soleat, docet Dioscor. *lib.* 5.

Aron, *ἄρον*, herba est è balborum genere, teste Plin. *lib.* 19. *c.* 5. Scillæ proximum amplitudine, foliis lapathi, caule recto duorum cubitorum, baculi crassitudine, radice molliori naturæ, quæ & cruda editur. Folia quoque eius in aceto decocta mandunrur. Officinæ corruptè, ut solent, nomine *Iarum* appellant. Quidam ex vulgo *Pedem gigantis*, alii *Serpentariam minorem* vocant.

Arpasia, vide *Magasa.*

Arpasdes, fuit Ægypti pro Cambyse præfectus, qui postea à Dario interfectus est. Author Herod. *lib.* 3.

‖ Arpendia, *ἀρπέδια.* Glos. id est, iugera. Arpennium quasi arripennium. ‖ legitur apud Scapul. ex Hesych. *ἀρπέδιον*, iugerum.

Arpi, urbs Apuliæ, ut annotat Serv. *in* 7. *Æneid.* primò Argi, post Argyrippa, deinde Arpi dicta est. Vide *Argyrippa.*

Arpi, urbs est Apuliæ, à Diomede condita, quam priùs Argyroliphum, vel ut alii volunt, Argos Hippium vocavit, deinde Argyrippa dicta est. Virg. alterum præsidit, quum inquit *lib.* 11.

*Illic urbem Argyripam patriæ cognomine gentis, &c.*

Arpina, *Ἀρπινᾶς*, civitas Elidis, ab Arpina Alopi filia. Steph. Vide *Olympias.*

Arpina, Alopi filia, quæ ex Marte Œnomaum peperit. Steph.

Arpinum,

torem. Arrogatio per populum. Item adoptatur, qui est in patris sui potestate. Arrogatur qui sui iuris erat.

Arrogans, qui sibi temerè atque insolenter tribuit quæ in se non sunt, insolens. { זדון zhoeb. ἀλαζών, ονος. Gall. *Arrogant, presomptueux, outrecuidé.* Ital. *Arrogante, presumptuoso.* Germ. Vermässen/ vermessen/ vnuerschampt/ vermütigt. Hisp. *Sobervio, el que se attribuye lo que no tiene ni merece.* Angl. *Arrogant, presumptuous, peydefull.* } Cæsar. 3. *bell. Civ.* Statuerat enim hos priùs iudicio populi deberè restitui, quàm suo beneficio videri receptos, ne aut ingratus in ferenda gratia, aut arrogans in præripiendo populi beneficio videretur. Arist. *in Ethicis*: Arrogant præclara, & ea quæ non insunt, & maiora quam insint, sibi fingit. Dissimulator verò aut inesse sibi negat, aut imminuit. ¶ Arrogans minoribus, id est, erga inferiores. Tacit. *lib.* 11. Adversùs superiores tristi adulatione, arrogans minoribus, tetrè pares difficilis.

Arrogantiâ, vitium est, quum sibi aliquis in fortunæ, aut animi bonis plus tribuit, quam oporteat. Superbia, insolentia. { זאוון ghoéth. ἀλαζονεία. Gall. *Arrogance, presomption, outrecuidance.* Ital. *Arrogantia, presumptione.* Germ. Vermässenheit/ vbermütigkeit. Hisp. *Presompcion y sobervia.* Angl. *Arrogancie, presumption, peyde, clayming much to him self.* } Cæsar 3. *bell. civil.* Accidisse igitur his, quod plerunque hominibus nimia pertinacia atque arrogantia accidere solet, ut eò recurrant, & id cupidissimè petant, quod paulo antè contempserint. ¶ Arrogantia pro temeritate violatæ legis, apud Zenonem Imp. *in l. unic. C. de priu. carc.* Est autem arrogantia ferè idem quod superbia: hoc tamen interest, quòd superbia ex diuitiis oritur, arrogantia autem in paupertate esse potest. Vide infrà votem *Superbia.*

Arrogantèr, adverbium, superbè. { ἀλαζονικῶς. Gall. *Arrogamment, presompteusement.* Ital. *Arrogantemente, presumptuosamente.* Germ. Vermässentlich/ vbermütiglich. Hisp. *Presompruosamente y soberviamente.* Angl. *Peydfullie, presumptuouslie.* { Cic. 2. *de Orat.* Si asperè, si arrogantèr, si turpiter, si sordidè, si quoquo animi vitio dictum esse aliquid videatur.

Arrhostēma, tis, vel Arrhostia, æ, { חלי cholí. ἀῤῥωστία, ἀῤῥώστημα. Gall. *Maladie.* Ital. *Malatia.* Germ. Kranckheit. Hisp. *Enfermedad.* Angl. *Sickneſſe.* } Latinè ægrotatio, ab ἀῤῥωστία, ægroto. ¶ Arrhostos, ἀῤῥωστος, ægrotus. Cic. 4. *Tusc.* Deinde ægrotationes, quæ appellantur à Stoicis ἀῤῥωστήματα, hisque item oppositæ contrariæ offensiones.

Arruns, vide *Arunx.*

Arrugia, Cuniculus subterraneus, ex quo effoditur aurum. { χρυσωρυχία. Gall. *Mine d'or, lieu sous terre d'où on tire l'or.* Ital. *Fossa donde se cava l'oro.* Germ. Goldegäb. Hisp. *Mina de donde se saca el oro.* Angl. *A gold mine.* } Vide Plin. *lib.* 33. *cap.* 4.

Arrhyba, ἄῤῥυβα, & gentile Arrhybas. Stephanus, nec aliud addit.

Ars, { מלאכה melachàh, דקרת dakath. τέχνη. Gall. *Art, science, mestier, industrie.* Ital. & Hisp. *Arte.* Germ. Ein kunſt. Angl. *Craft, or art, occupation a trade of lining.* } Multipliciter dicitur: Nam quædam est ars, quæ in speculatione tantùm consistit, ut Astrologia: & hæc Theorice, id est, speculativa dicitur, nullum exigens actum, sed ipsius rei, cuius studium habet, intellectu contenta. Quædam in agendo, quæ actu perficitur, & Practice, id est, activa dicitur, ut saltatio. Quædam in effectu, quæ operis, quod oculis subjicitur, consummationem, id est, finem accipit, qualis est pictura: & sic definitur, Ars est recta ratio rerum faciendarum. Dicta ars ἀπὸ τοῦ ἀρτᾶν, id est, à virtute, quam Græci unitsciuiusque scientiam vocant. Ars apud veteres pro virtute. Diomed. *lib.* 1.

*Imus ad insignes urbis ab arte viros*
( i. doctrina. ) Ovid. *Eleg. vlt lib.* 4. *Trist.*
*Sive per ingenium aliquis caput extulit artes.*
Idem *Eleg.* 8. *lib.* 1. *Trist.*
*Non hæc ingenio, non hæc componimus arte.*
Idem *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.*
*Inque bonas artes, & tua sacra redi* ( id est, ad poëſin. )
Idem *Eleg.* 7. *lib.* 1. *Trist.*
*Hic artem mandi præcipit, ille Trochi.*
Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*
*Artis opus tanta Vulcani.*
Idem 15. *Metam.* Cœpit artem ludicram facere. Plaut. *Aul. sc.* 3. *a.* 4. ¶ Est etiam Ars, quæ coalta ex præceptorum collectione, ab Arcto, as, quòd arctis præceptis, id est, angustis, & brevibus concludatur, ut est Ars Servii, Ars Donati, Ars Prisciani. ¶ Ars etiam astutia, sive sit in virtute, sive in vitio, dicitur, qua quis non facilè fallitur, sed magis alios fallere potest, quæ Græcè quoque dicitur τέχνη. Virg. 1. *Æneid.*

——— *Dolu instructus & arte Pelasga.*
——— *Aliqua perducet callidus arte.*
Ovid. 13. *Metam.*
*Nam te non alius belli tenet aptior ars tet.*
Tibul. *lib.* 4.
——— *Exceptis, &c. solis*
*Artibus* ( amandi scil. ) *artifici quæ nocuere suo.*
Ovid. *Eleg. vlt. lib.* 3. *Trist.* Cui tria gaudia dem artibus tribus ( i. doctis. ) Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Parer autem, & disciplinam (meretriciam) obtineat ( i. sit impudens in pernegando. ) Idem *Asil. sc.* 2. *a.* 2. Illicet parasiticæ arti in malam crucem. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 3. His artibus vitam quæsiit Codrus, quibus ab ignavis vita quari solet. Velleius, Malis artibus popularem esse. Livius *lib.* 2. *ab Vrbe.* Ab Ars fiunt composita, Iners. Soler, Artifex, & diminutivum Articula. τεχνίτ. ¶ Caput artis est docere quid facias: quo utitur Quintil. *lib. Instit. Orat.* 11. Id usurpare licebit non solùm ubi quid fieri parum decorè, verùm etiam quum negabimus quibuslibet quidvis esse decorum. ¶ Duodecim artium, *Artes quod aiunt* appellabant callidum, versutum, versipellem, vafrum, ac variis instructum dolis. ¶ In dolio figulatem artem discere, ὁ πίθῳ κεραμέα μανθάνειν. De iis qui proximus maximis in rebus artificii sui capiunt experimentum, quum paulatim à minutis ad summa proficisci conveniat. Neque enim figulus statim à dolio, id est, vase maximo artem auspicatur, sed à pusillis quibusdam vasculis, in quibus non sit grave dispendium, si quid secus accidat. Quam quisque norit artem, in hac se exerceat. Locus est Cic. *Tusc. quæst. lib.* 1. quo admonemur, ut quarum rerum summi periti, in his dumtaxat disputandis tractandisque versemur: quarum verò summus rudes, eas doctioribus concedamus, neque profitionem alienam nobis vindicemus, neque in messem alienam mittamus falcem, neve furores ultra crepidam iudicemus. ¶ Ars ipsa inopiæ portus est mortalibus. Ἀρωγὰ ἀνθρώποις τέχνη, hoc est, Unicum confugium in egestate est ars. ¶ Simile hoc est, Artem quærvis alia terra, ne Nysia quidem gignit. Quo significatum est, certissimum vitæ remedium esse eruditionem, aut artificium aliquod. ¶ Ars est similium comprehensionum congeries, quæ ad finem quendam vitæ commodum referri possunt. Vel sic: Ars est comprehensionum similium adjectio, quæ ad finem unum referuntur. Gal. *de defin.* Ars earum rerum est, quæ sciuntur. Cic. 2. *de Orat.* ¶ Ars medica, ab Hippocr. *in lib. de Arte*, sic definitur, medicinam hoc nomine appellante, ut sit quæ à morbis & ægritudinibus liberat affectos, & laborantes graviter, & vehementiores morborum impetus sedat: & ne malefactis adnoliamus, monet: scientes, hæc omnia medicinam præstare posse. ¶ Sunt & alii non pauci, qui sic definierint, Medicina est ars non minus sanitati iuvandæ, atque morbis sanandis accommoda. Gal. *de defin.*

[ Arsenale, navale armamentarium. Lex. gr. b. ]

Artifex, qui artem aliquam exercet, aut novit: dictus quòd arte quippiam facit. { יוצר omun. ἰατρός, τεχνίτης. Gall. *Ouurier.* Ital. *Artefice.* Germ. Ein künſtler/ ein handwercksman. Hisp. *Hazedor de alguna arte ò obra.* Angl. *An artiſtman, or workman.* } Cic. 4. *Acad.* Quem si subteraxeris, quid distingues artificem ab inscio? Imperator artifex omnium quæ pugna posset. Quint.

*Suscipis, exceptis et quid mea carmina solis*
*Artibus* ( amandi ) *artifici quæ nocuere suo.*

Ovid. *Eleg. vlt. lib.* 3. *Trist.* Item Artifex decollandi. Suet. *in Calig. c.* 32. Quint. *lib.* 1. *c.* 14. Artifex est, qui præcipit artem. Festus, Artifices dicti, quòd scientiam suam per artus exercent, sive quòd aptè opera inter se arcent, qua ex causa etiam Artes appellatæ sunt. ¶ Dicendi artifices & Doctores Græci, Cicer. 1. *de Orat.* Artifex statuarum, Quintil. *lib.* 5. *cap.* 12.

Artificium, Ars & scientia. { מלאכת melachàh, דקרת dakath. τέχνη. Gall. *Artifice, fineſſe, ruſe.* Ital. *Artificio.* Germ. Ein kunſt/ ein handwerck. Hisp. *Arte para hazer alguna cosa.* Angl. *Trade or occupacion, decent guile.* } Cæs. 7. *bell. Gall.* Neque acie vicisse Romanos, sed artificio quodam, & scientia oppugnationis. Cic. *Pro Cluent.* Nisi forte hæc causa est, quòd Medici nihil præter artificium, Oratores etiam authoritatem præstare debent. Artificium pro fraude, dolo. *l.* 15. *§. vlt. ff. de excus. l. vlt. §. vlt. ff. de suspect. tutor.* Cic. *Artic.* Quorum artificiis eff. tum est, ut Respublica in hunc statum perveniret. Idem 4. *Verr.* Audit hæc etiam Verres, & primo illo suo leviore artificio Heraclitum aggredi conatur.

Artificiōsus, a, um, plenus artificio. { τεχνικός. Gall. *Artificieux, ingenieux, fait de main de maiſtre.* Ital. *Artificioso.* Germ. Künſtreich. Hisp. *Artificioso, cosa mucho hecha por arte.* Angl. *Ingenious, craftie, cunninglie made.* { Cic. *de finib.* Epicurus autem, ut opinor, nec non vult, si possit, planè & apertè loqui, nec de re obscura, ut Physici: aut artificiosa, ut Mathematici, &c. Sic artificiosa eloquentia, apud eundem *de Inventione.* ¶ Dicitur & Artificiosus, qui aliquid arte facit. Cic. 2. *de nat. Deor.* Zeno igitur naturam ita definit, ut eam dicat esse ignem artificiosum ad gignendum.

Artificiōsè, adverbium. { τεχνικῶς. Gall. *Artificieuſement, auec art.* Ital. *Artificioſamente, ingenioſamente.* Germ. Künstlich/ meisterlich. Hisp. *Artificialmente.* Angl. *Skilfullie, cunninglie made ingenienſlie, workmanlie.* } Cic. *de Orat.* Nulli fuerunt, qui illa artificiosè digesta, generatim componerent.

Artificiālis, e, quod arte factum est. { τεχνικός. Gall. *Fait d'art. artificiel.* Ital. *Artificiale.* Germ. Das von kunſt gemacht ist. Hisp. *Cosa que se haze ò que se puede hazer por arte.* Angl. *Artificiall, made by art and skill.* } Huius compositum, & antitheton est, Inartificialis, qui arte caret, ἄτεχνος. Quintil. *lib.* 5. *cap.* 5. Aliis probationibus æquè inartificialibus soluitur.

Artificiāliter, adverbium, Artificiosè, τεχνικῶς, cui opponitur Inartificialiter, ἀτέχνως, hoc est sine arte. Idem *lib.* 2. *c.* 8. Sed nec illa omittenda sunt, qua in re alius se inartificialiter, alius artificialiter gerat.

Artitūs, dicitur bonis artibus instructus. Fest.

Arsaces, Ἀρσάκης. Nomen proprium Parthorum regis, cuius memoriæ hunc honorem Parthi tribuerunt, propter quæsitum, constitutúmque ab eo regnum, ut omnes deinde reges suos Arsaces appellaverint, quemadmodum Ægyptii reges suos vocaverunt Ptolemæos. Quin & Parthi ipsi ab eo dicti sunt Arsacidæ.

Arsacia, Ἀρσακία, priùs vocata Europus, urbs est in Media, sic à Parthis appellata. Strab. *lib.* 11.

Arsanea, urbs Germaniæ, Ptolomæo.

Arsanias, Ἀρσανίας, fluvius est Armeniæ, qui cum Tigri circiter quatuor passuum millia fluit: deinde divisus, in Euphratem illabitur. Meminit huius fluvii Plin. *lib.* 4. *c.* 24.

¶ Arse verse, ignem averte significat, Tuscorum linguâ, ut ait Festus. ¶ Antiqui ea verba superstitiosè ostiis Dæmonum inscribebant ad incendia deprecanda.

Arsenicum, i. { ἀρσενικόν. Gall. *Orpin, arſenic.* Ital. *Arſenico, orpimento.* Germ. Arsenic. Hisp. *Orepimiento.* Angl. *Arſenike, colour called orpin.* } Genus est coloris lutei, quod à Plinio Auripigmentum vocatur, eo quòd in picturis auri colorem referat. Duo eius sunt genera, nativum, & factitium. Nativum rursus est duplex, alterum crustosum & in squamas scalile, aureo colore micans, nullique materiæ permistum. Hoc à nonnullis vocatur Foliatum. Huius generis magnum vim Caius princeps auri avidissimus excoqui iussit, & fecit planè aurum excellens, sed tam exiguum ut detrimentum senserit. Alterum genus glandis effigie, pallidius, & colore Sandaracham referens.

ferens. Hoc ignobilius est, nullúmque ex eo extoquitur aurum. Sæpe in eadem invenitur gleba cum sandaracha: à qua solo colore differt & coctione, vim alioqui eandem habens. Ex hac specie fit Arsenicum factitium: quod quo pacto fiat, vide apud Dioscor. *lib.* 5.

Arsenogonon, ἀρσενόγονον, herba ferens semen testibus simile: ita dicta quòd vino in quo macerata sit, epoto, mares generari credantur: quemadmodum Thelygono fœminæ. Autor Plin. *lib.* 26. *cap. vlt.*

Arsenotheleas, ἀρσενοθήλεας, Deos antiqui dixerunt, utriusque sexus participatione, quasi masculo-fœmineos. Quo nomine quædam animalia ab Aristotele nominantur semetipsa incuntia.

Arsenaria, ἀρσενάρια Ptolomæo, Mauritaniæ Cæsareensis colonia, tribus passuum millibus à mari sita. Recensetur à Plin. *lib.* 5. *c.* 2. & à Ptolom. *lib.* 4. *cap.* 2.

Arsenium, ἄρσενιον, Germaniæ oppidum apud Ptolomæum *lib.* 2. *c.* 11.

‖ Arsinoe, um. ornamentum capitis muliebris. Ita Fest. Gloss. Græcol. habet *arsicum*, ἄρσικον. ‖

Arsia, Hetruscorum sylva fuit, Rom. cum Veientibus & Hetruscis pugnâ celebris.

Arsicina, urbs Germaniæ. Ptol. hodie Brunna.

Arsicoras, Sardorum rex tempore Annibalis, ut scribit Liv.

Arsinoe, ἀρσινόη, fuit filia Ptolomæi, Lagi filii, qui Ægyptum post Alexandrum tenuit, & uxor Lysimachi regis Macedoniæ, forma præstantissima: à cuius nomine Ptolemæus Philadelphus eius frater urbem condidit in Cyrenaica regione.

Arsis, ἄρσις, Latinè vocis elevatio: sicut & θέσις, positio vocis: ut, Anna: ar, elevatio est: na, positio. In his duobus per divisionem pedes legitimi colliguntur:

Arsonium, urbs Germaniæ, Ptol.

Arsius lucus, sive nemus. Plut. *in Valer.*

Arsylia, ἀρσυλία, regio Pfyrorum, & Chii. Steph.

Arseverse, Averte ignem significat. Tuscorum enim lingua Arse, averte; Verse, ignem constat appellari. Unde Afranius ait, Inscribat alius in ostio, Arséverse. Festus.

Artabānus, ἀρτάβανος, ultimus Arsacidarum fuit Parthorum rex, quem Artaxerxes miles Persa interemit, suisque regnum restituit, quod post Darium regem ab Alexandro victum semper penes Parthos fuerat. ¶ Fuit & alter Artabanus Hystaspis filius, & patruus Xerxis, quem expeditionem in Græciam parantem frustrà conatus est ab instituto revocare. In ipsa quoque expeditione quùm Regis consilia identidem improbare videretur, veluti militiæ inutilis, ad regni administrationem in Persidem remissus est, ubi postea Xerxem obtruncavit. Vide Herod. *lib.* 7. & Iustinum *lib.* 3.

Artaba, æ, sive Artabe, es, ἀρτάβη, mensura frumentaria apud Persas capiens Articum medimnum, & chœnicas tres. Author Herodot. *lib.* 1.

Artabazus, ἀρτάβαζος, Armeniæ rex fuit, filius Mithridatis, vir in tam remota barbaria omnium tamen litterarum peritissimus. Hic quòd exercitum Antonii Parthis prodidisset, abeo Alexandriæ ad iudibrium per urbem circumductus, tandem in carcere necatus est. ¶ Fuit & alter hoc nomine ex ducibus Xerxis, qui re infeliciter adversus Græcos gesta, cum paucis suorum effugit: de hoc Herod. *lib.* 9.

Artabicia, inter insulas Propontidis à Stephano numeratur.

Artabri, orum, ἄρταβροι, Hispaniæ populi in extremis finibus Lusitaniæ, ad Septentrionem & Occasum, auro, argento, & stanno abundantes: ita dicti ab Artabro vicino promontorio. Meminit horum Strabo *lib.* 3.

Artaca, sive Artace, ἀρτάκη, in Cyzicenorum insula mons est arboribus plenus, in fronte habens quandam parvam insulam eodem nomine: propè est promontorium, quod Nigri appellatur, id in prætervectione est è Cyzico Priapum delaris. Hæc Strabo *lib.* 12. & 13. ¶ Est etiam Artace Stephano Phrygiæ oppidum, Milesiorum colonia: quod tamen Ptol. *lib.* 5. *c.* 2. villam appellat, Plin. portum.

Artacena, ἀρτακηνὴ, regio est Syriæ, Lyco & Capro fluviis irrigata, in qua Darium ab Alexandro victum fuisse tradit Strabo *in princ. lib.* 16.

Artachæes, ἀρταχαίης, unus fuit ex ducibus Xerxianis, totius exercitus, uno Rege excepto, procerissimus, quippe cui ad staturam quinque cubitorum, quatuor tantùm digitorum deerat latitudo. Hunc apud Acanthum (ubi fossæ ducendæ præerat) fato functum Xerxes eximio sepulturæ honore est prosecutus.

Artacis, fontis nomen Homero *lib.* 10. *Odyss.*

*Nobilis Artacie irrigat unda.* Tibul. *lib.* 4.

Artaxăta, orum, ἀρτάξατα, clarissima Armeniæ urbs, ad Araxem amnem sita, quam Annibal Artaxiæ regi condidit, à quo & nomen accepit. Alio nomine Artaxiasota, ἀρταξιάσοτα appellata, teste Strabone *lib.* 11.

Artaphernes, ἀρταφέρνης, Hystaspis filius fuit, & frater Darii. & primus Sardium præfectus, qui apud Marathona debellatus fuit, ut scribit Herod. *lib. hist.* 7.

Artaxerxes, ἀρταξέρξης, nomen proprium Xerxis filii, qui Longimanus dictus fuit, quoniam manum alteram haberet longiorem. Hic ex concubinis, cxv. filios suscepisse traditur, & ex legitimo matrimonio tres, Darium, Ochum, Ariathen: quorum Darius à patre Rex declaratus, Iterem ob causam cum quinquaginta ex fratribus adversùs eum rebellavit: qui postea separati, ad unum omnes cum uxoribus & liberis iussu regis sunt interfecti. Ab hoc profecta est celebris illa sententia, Beneficium addere longè magis regale esse, quàm auferre. Fuit & alius Artaxerxes, Cyri iunioris frater, cognomento Memor. Huic quum pauper quidam malum ingentis magnitudinis obtulisset, iucundè suscepit. Per Solem, inquiens, hic it mihi videtur, quem urbem quoque ex parva magnam reddere posse existimem.

Artayctes, ἀρταΰκτης, Persa fuit, Sesti præfectus sub Xerxe, qui quum multa nefariè perpetrasset, tandem à Xantippo Atheniensium duce captus, vivus palo suffixus est. Herod. *lib.* 7.

Artaxer, ἀρτάξηρ. Genus fuit Persica, ita dicta ab Arten Persidis regione: de qua Steph. *lib.* 1.

Artembares, ἀρτεμβάρης, vir in primis clarus inter Medos, cuius filius quum à Cyro adhuc puero, & incognito iniuria affectus esset, Artembares eum apud Astyagem accusans, occasionem præbuit, ut regius puer, & Astyagis nepos agnosceretur. Herod. *lib.* 1.

Artemidōrus, ἀρτεμίδωρος, Cretidius Philosophus fuit, Bruto familiaris: qui quum conjurationis in Cæsarem factus esset particeps, oblato Cæsari libello, rem ordine exposuit: sed ita iam urgente fato occidit, ut Cæsar libellum, tanquam alio tempore lecturus, in sinum rejiceret, qui postea ipso interfecto inventus est. ¶ Fuit & alter Artemidorus, Philosophus Daldianus (est autem Daldis Lydiæ civitas) qui de somniis, auspiciis, & chiromantia libros quatuor conscripsit. ¶ Suidas præterea alium quendam Artemidorum commemorat, cognomento Pleudarisophanem, qui reticulariæ voces congessit.

Artemis, ἄρτεμις, Diana, sive Luna, quasi ἀρτεμὲς, id est, aërem secans, ut quidam volunt: vel quòd integros faciat partus. Strabo *lib.* 14.

Artemisia, ἀρτεμισία, Mausoli Cariæ regis uxor, quæ insignis pudicitiæ fuisse perhibetur, & virum ultra humanæ affectionis fidem amasse creditur. Nam & mortui cineres vino commisto ebibit: & memoriæ eius tam splendidum erexit sepulchrum, ut magnificis omnia monumenta, Mausolea deinceps ab illius nomine fuerint appellata. Vide Gell. *cap.* 18. *lib.* 10.

Artemisia, herba insignis, absinthii modo fruticosa, maioribus foliis pinguioribúsque: cuius duo sunt genera, alterum latioribus foliis, alterum minoribus & tenerioribus, non nisi in locis maritimis nascens. { Gall. *Armoise.* Ital. *Artemisia.* Germ. Beyfuss/ Botan. Hisp. *Artemisa.* } Artemisiam autem vocatam existimant ab Artemisia Mausoli regis uxore, quæ eam adoptando sibi cognomen fecit. Angl. *Mugwort.* } Nomen accepisse putatur ab Artemisia regina, quum antea Parthenis diceretur. Alii ab Artemide cognominatam putant, hoc est, à Diana, quæ ἀρτεμὴς dicitur, quòd ea huius herbæ vires prima obtenderit: & quemadmodum Dea illa invocata parturientibus adesse solebat, sic herba hæc Deæ huius beneficio, malis mulierum medetur, menses secundos fœtúsque trahendo, & matris conclusiones, & inflammationes sanando. Vide Plin. *lib.* 25. *cap.* 7.

Artemisium, ἀρτεμίσιον, ut Demosthenes pro Ctesiphonte docet, promontorium Eubœæ est. Artemisium item lucus est prope Aticiam, Dianæ sacer, quasi Dianium dictum: Latini nemus, & agrum vicinum Nemorensem dixerunt, unde & Nemorensis rex dictus est sacerdos illius regionis. Vide Plutarch. *in Themist.*

Artemisius, Ἀρτεμίσιος, apud Macedonas mensis Maius dicitur: quo nomine etiam vocatur mons Arcadiæ. Plin. *lib.* 4. *cap.* 6.

Artemita, ἀρτεμῖται, ἡ Ἀρτεμίτη, insula Tusciæ, iuxta Thaliam insulam: Strabonì civitas est iuxta Parthyæorum. Artemidorus Cherronesum circa ostia Acheloi sic vocari scribit. ¶ Est etiam insula prope Oreas insulas. Steph.

Artemite, ἀρτεμίτη, insignis est civitas, quingentis stadiis à Seleucia distans. Autor est Strabo *lib.* 15. Alii dicunt insulam Ortygiæ proximam, quam vocant Celadusam.

Artemius, ἀρτέμιος, Romæ fuit præfectus tareeris, qui unà cum uxore Candida, & Paulina filia iacent in via Aurelia, martyres sub Adriano principe. Author Vulāter.

Artēmōn, onis. { ἄρτεμων. Germ. Ein gerüstung eines schyffs. Angl. *A trusse or pulley in where in ropes, do renne, also an instrument which hat trendles as a crayne also the sayle a shipe.* } Quid sit, inter eruditos non satis convenit. Basyus credit esse velum maximum in navi, eo argumento fretus, quod etiam hodie Veneti maximum navis velum hoc nomine vocant. Alciatus verò credidit esse velum addititicium, quod scilicet maiori velo additur & assuitur dirigendæ navis causâ. Nam Græci ἀείρειν dicunt assuere, vel appendere: ἀέρμονα, appendicem. Alii verò volunt esse navis antennam, ex qua velum suspenditur. Vitruv. *lib.* 10. docet Artemonem esse, quam nostri Trochleam. Ital. *Traglia*, Græci τροχιλίαν vocant. Hac autem in navibus funes ductarii trahuntur, & armamenta explicantur, ut meritò additamentum magis, quàm pars navis esse videatur. Ait idem scriptor, machinas id genus tractorias ad onerandas naves esse accommodatas, fierique his trochleis navium subductiones.

Artemon, Medicus, quem Plin. *lib.* 28. *c.* 1. ex hominis cremati calvaria aquam propinasse scribit adversùs morbum comitialem. ¶ Alius item pictor nobilis fuit, cuius opera enumerat Plin. *lib.* 35. *cap.* 11. ¶ Artemon præterea Syrus quidam fuit ex infima plebe, Antiocho regi adeò similis, ut Laodice, necato Antiocho, regni successionem per eum fuerit adepta, ut tradit idem Plin. *lib.* 27. *cap.* 12. ¶ Alius fuit Artemon adolescens certatim adamatus à mulieribus ob insignem formam. Vnde locus factus proverbio, Versatilis Artemon, ὁ ἀρτέμων ὁ ἑρμαῖος, de iis dici solitum, quorum gratiâ vehementer decertatur.

Artēmōnē, ἀρτεμόνη, apud Plautum dicta est mulier quædam, ab ἀρτίζω, perficio, quòd perficeret quæ vellet, quòd esset egregiè docata.

‖ Arteres, ἀρτῆρες | apud Artemidorum *lib.* 1. *cap.* 27. } dici videntur pondera, quæ ad ejaculationem in altum ejecta, priùs evibrantur; παρὰ τὸ ἀείρειν, à tollendo. Est exercitii genus, ad manuum agilitatem. Hadrian. Iun. *in Nomencl.* ‖

Artērĭa, vena vitalis, seu semita, in qua est vitalis spiritus. { ורד בלע *herbebelá*. Syriac. Gall. *Artere.* Ital. *Arteria, la canne de la gola, strozza.* Germ. Ein pulsader. Hisp. *Donde passa el ayre.* Angl. *An arteirie or vayne wherein vitale spirite mixed blonde doth runne in the bodie.* } Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Inter hos latent arteriæ, id est, spiritus semitæ. Gell. *lib.* 3. *c.* 10. & *lib.* 17. *cap.* 11. & *lib.* 18. *cap.* 10. Arteria est, inquit, conceptaculum spiritus naturalis mista consistque cum sanguine, in quo plus spiritus est, & minus sanguinis, quæ motu atque pulsu habitum & modum febrium demonstrat. Antiqui arterias vocant. Super arterias locantur venæ, præterquam in dorso, in quo magna arteria est posita super venam. Educuntur arteriæ si antequam vox bene permulsa est, acti clamore compleantur. Ergo intervallis longioribus uti convenit, recreatur enim spiritu vox, & arteriæ retexendo acquiescunt. ¶ Ponitur quandoque vena pro arteria. Persius,

*Tange*

*Pauge miser venas, & pone in pectore dextrâ.*
*Nil calet hic.*

Neque enim venas ægrotorum ſed arterias pertentamus. Celſus *lib.* 3. Si protinus venæ conciderint, & ſæpiùs eodem die: ſi inter plures acceſſiones vis perinde corporis deeſt. Dicta eſt autem Arteria ab eo, quòd ver, hoc eſt, ſpiritus in ea ſervetur, quaſi ἀὴρ τηρούμενον. ¶ Aſpera arteria, τραχεῖα ἀρτηρία, eſt fiſtula exterior colli, ab ore protenſa ad pulmonem, per quam ſpiritus attrahitur & emittitur. Genere neutro Lucretius *lib.* 4. uſus eſt, ubi an vox corporea ſit, latiùs perquirit:

*Corpoream quoque enim vocem constare fatendum eſt,*
*Ex sonitum, quoniam possunt impellere sensus*
*Præterea radit vox fauces sæpe, laritque*
*Asperiora foras gradiens arteria transit.*

Arteriis (pro arteriæ) parcere. Sueton. *in Neron. cap.* 15.

Arteriacæ, Arteriaces, ἀρτηριακὰ, medicamentum quod & Diacodion vocatur. Plin. *lib.* 20. *c.* 19.

Arterium, pro Arteria. Lucr. Sic Concordium antiqui, pro concordia dicebant.

Artesis, dicitur arcuum morbus. Prudent. Nodoſa quos podagra diſtorquet, & artesis.

Arterius, qui illo morbo laborat.

Arthritis, idis, ἀρθρῖτις. Gall. *Goutte.* Ital. *Infermità à dolor di giuncture.* Germ. Die kranckheit vnd ſchmertzen in gliedern/ den Gipt genãt. Hisp. *Enfermedad de los artejos à articulos, podagra.* Angl. *The Gouth.* } Morbus articularis, ita dictus, quòd: ἀπὸ τοῦ ἄρθρου, hoc eſt, articulos & iuncturas infeſtet.

Arthriticus, ἀρθριτικὸς, ὁ ἀρθρητικός. Gall. *Goutteux.* Ital. *Gottoſo.* Germ. Der das gyppelet/ oder podagram hat. Hisp. *Enfermo de los artejos, podagro.* Angl. *Sicke of the gouth.* } Qui laborat arthritide, hoc eſt, morbo articulari, ἄρθρον enim apud Græcos articulum ſignificat. Cic. *ad Patron.* Non enim arbitror cocum etiam te arthriticum habere.

Artigis, ἀρτιγὶς Ptolomæo: Hiſpaniæ civitas, in tractu Bœtico, alio nomine Alhama dicta.

} Artio, ivi, itum, apud Catonem, immitto, infero, adigo. Affine eſt Artoo ἀρτίω, apparo, paro, vel ἀρτίζω compono. Sed *artire* pro artare, vel arctare, dicebant veteres.

Artitus, Gl. v. ἀστεῖος, ἐυειδὴς. Feſt. Artitus, bonis artibus inſtructus: ergo ab arte. ‖

Artiſſa, vide *Areſſa.*

Ārto, as, vide ſuprà *Arto.*

Ārtŏchmēs, ὁ Ξέρξου, unus fuit è Xerxis ducibus, qui Darii filiam uxorem duxit, ut teſtis eſt Herod. *lib. epiſt.* 7.

Ārtŏcŏpus, Piſtor, } ארטבא *ephéb.* ἀρτοκόπος. Gall. *Boulanger, fournier.* Ital. *Piſtore, panatiere, fornaio.* Germ. Ein brotbeck. Hisp. *Panadero, hornero que cueze en horno el pan.* Angl. *A bak'er of bread.* } Interdum & pro diſpenſatore accipitur, cui panis diſtribuendi officium incumbit. Iuven. *Satyr.* 5.

*Sdlua ſit artocopi reverentia.*

Ārtŏcrĕās, atis, neut. gen. ſicut ſimplex κρέας, ατος } ἀρτόκρεας. Gall. *Paſté de chair.* Ital. *Vivanda di pane & di carne.* Germ. Ein paſtet/ ein ſpeyß von brot vn fleiſch. Hisp. *El paſtel de carne.* Angl. *A pie or paſtie of fleſhe.* } Cibi genus eſt ex pane & carne minutim conciſa confectum. Quod quo pacto fieri conſueverit, vide in eo libello qui *Apicii* nomine circumfertur. Sunt qui inflectant per primam Inflexionem: an rectè, ipſi viderint: certè apud Apicium legitur nominativus Artocreas: ita etiam videtur exigere ratio analogiæ, quam habet cum ſimplici. Neque obſtat Perſii autoritas *Sat.* 6.

——— *vlenum artocreásque popello*
*Largior, an prohibes?*

Nam doctorum omnium iudicio Artocreas ibi eſt accuſativus ſingularis neutri generis.

Artolaginus, i, } ἀρτολάγινος. Angl. *Fine cake breade, afflamme, cuflarde.* } Panis genus delicatiſſimi, quod cum puſillo vino, lacte, & pipere coquebatur, ut placet Ruel. *lib.* 2. *c.* 14. Plin. 18. *cap.* 11. Panis ipſius varia genera perſequi ſupervacuum videtur: aliàs ab obſoniis appellari, ut oſtrearii: aliàs à deliciis, ut artolagani. Cic. *Paſo lib.* 9 *epiſt.* Dediſcendæ ſunt tibi ſportellæ, & artolagani tui.

Ārtŏpтă, } ארטבא *ephéb.* ἀρτοπτὴς. Gall. *Boulangere ou fourniere, qui cuit le pain.* Ital. *Femina che cuoce il pane, overo inſtrumento da cuocerlo.* Germ. Ein brotbeckin/ ein pfisterin. Hisp. *Panadera, hornera que cuexe en horno el pan.* Angl. *A kneading trong.* } A quibuſdam dicitur mulier, quæ coquit panem in clibano, vel in furno: ab ἐπτάω, coquo. Erat enim id officium mulierum: neque ante bellum Perſicum } teſte Plin. *lib.* 18. *c.* 11. } Romani piſtores ſuos habuerunt. Hanc morem hodie Pannonii obſervare dicuntur, qui virilia & muliebria munia ſedulò diſtinguunt. Plaut. *in Aulul. ſc.* 6. *a.* 2. Ego hinc artoptam ex proximo utendam peto. At Pollux dicit eſſe inſtrumentum artocopi, in quo panes tortebantur. } Angl. *A rundell or rolling pinne that they uſe to knead with all.* } Alii accipiunt pro vaſe in quo farina ſubigitur.

Artoptĭtius panis, qui ex fermento duriore conficitur, torreturque in artopta. Plin. *dib.* 18. *cap.* 9. Siliginex farinæ modius Gallicæ viginti duas libras panis reddit: Italicæ duabus tribúſve amplius in artoptitio pane: nam furnaceis binas adjicium libras. Vide Ruell. *lib.* 2 *c.* 14.

Artredines, vocantur, quæ ab apibus ſunt mĩnores: harum meminit Ariſtot. qui inter crabrones collocat, etiamſi in veteribus exemplaribus *tenthedon* corruptè legatur, pro *artredon.*

Artrotogus, nomen Punici, apud Plaut. *in Mancch.*

Artotyritæ, ἀρτοτυρίται, populi, quibus oblatio eorum nomen dedit. Offerebant enim panem & caſeum, dicentes à primis hominibus oblationes de fructibus terræ & ovium fuiſſe celebratas.

Ārtus, artuum, artubus, pluralis tantùm numeri. } ἄρθρα, πλάγια. Gall. *Membres.* Ital. *Nodi.* Germ. Glyder. Hisp. *Nudos, ò miembros del cuerpo.* Angl. *Membres, of the bodie, or limmes.* } Propriè dicuntur nodi in corpore animalis, ex duorum oſſium coëuntibus extremitatibus reſultantes: ita dicti ab arctandis, hoc eſt, continendis, & colligandis oſſibus. Virg. *lib.* 5.

*Et magnos membrorum artus,*

Quidam ſic diſtinguunt Artus à membris, quòd Artus oſſa cum nervis & venis: membra autem propriè vocamus carnem artus tegentem. Unde membrana, ſuperiori membri pars, hoc eſt, pellis. Sed hæc ſæpenumero confunduntur. Artus argumentorum nodi Fab.

*Seu vitiant artus ægra contagia mentis.*

Ovid. *Eleg.* 8. *lib.* 3. *Triſt.* ¶ Apud Plaut. *in Men.* Artus dicuntur, à nominativo Artu. Ita mihi imperas, ut ego huius membra, atque oſſa, atque artus comminuam illo ſcipione, quem ipſe habet.

Artŭo, as, ab Artus ſit, ἀρτύω, à quo Deartuo, quod eſt per artus diuido. Maternus. *lib.* 5. Ut ſic artuatis viſcerum partibus, membra omnia crudelis artificii præfidi proferantur.

Artŭtus, validis artubus, robuſtus. Plautus *Aſinaria.*

Artvir, pro artavit. Non. ex Nævio.

Artuatus, laceratus, & quaſi per artus conciſſus. Artuatè, adverb.

Ārtĭcŭlāre, ἀναρθρῶσαι. Apuleius *Florid. lib.* 2. Eò faciliùs verba hominis articulantur, patentiore plectro, & palato.

Artĭcŭlus, diminutivum ab Artus, & ponitur pro junctura, ſive nodo, vel parte membri. } ἄρθρον. Gall. *Iointure, nœud.* Ital. *Nodo, giuntura.* Germ. Glied. Hisp. *Nudo, artejo, articulo.* Angl. *A ioynte, & knote.* } Articulis membra diſtinxit. ¶ Sed & in vite dicuntur articuli, nodi ex quibus gemma erumpit. Cic. *in Catone,* Itaque incunte vere in iis quæ relicta ſunt exiſtit tanquam ad articulos ſarmentorum, ea quæ gemma dicitur. Articulo molli tractare, Quint. Membra & articuli cauſæ & orationis. Idem, Commoditatis omnes articulos ſcio. Plaut. *Men. ſc.* 2. *act.* Mollit articulus Adverſarii excipit eum rutenem. Quint. *cap.* 12. *lib.* 2. Neceſſe eſt deteratur fulgor & dureticas articulus. Idem, Manus, pars digiti, digitorum articuli? Idem, Articulorum & digitorum uſus in geſtu. Idem, Articulos inſtingendi geſtus. Idem, Articulos noſſe. Senec. *Epiſt.* 90. Per eoſdem articulos & gradus perducendus eſt, i. inſtituendus. Suet. *in Claud. c.* 24. ¶ Articuli etiam montium dicuntur. Plin. *in calce operis.* Etenim contigit recurrentis Italiæ poſitio in partem vtiliſſimam, & inter ortus occaſúſque mediam, aquarum copia, nemorum ſalubritate, montium articulis, ferorum animalium innocentia, ſoli fertilitate, pabuli ubertate. Ubi montium articulos videtur accepiſſe pro colliculis, & clivis molliter ſurgentibus: qui editioribus montibus veluti corpori membra, ſunt annexi. ¶ Sic articulos fidei, tanquam membra religionis noſtræ dixerunt. ¶ Interdum ponitur pro digito, ut apud Ovid. *lib.* 2. *de Ponto,*

*At reditus iam quisque suos amatq; sibi quid sit*
*Vtile felicitis supputat articulis.*

Eo ſenſu Sueton. *in Tib. cap.* 68. Interdum pro momento, καιρὸς, & tempeſtiva rerum faciendarum hora, ſive puncto, ἀκμὴ, ſeu alicuius rei, aut temporis particula. Terent. *in Adelph.* Vide ut in ipſo articulo (ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ) oppreſſit eam. ¶ Pro themate factiſque ſpecie propoſita (caſum vulgò appellant) *in l. non poſſunt* 12. *ff. de legib.* } Item Articulus membrum eſt periodi, quod etiam à Græcis κῶλον appellatur: de quo Autor ad Heren. *lib.* 4. Articulus habetur quum ſingula verba intervallis diſtinguuntur cæſa oratione. ¶ Similiter Articulus, ἄρθρον, à Grammaticis dicitur particula, quæ in declinandis nominibus diſcernendi generis cauſa præponitur: ejuſmodi ſunt apud Latinos, Hic, hæc, hoc: apud Græcos, ὁ, ἡ, τὸ. Quanquam eſt & aliud genus articulorum apud Græcos, quos illi ſubjunctivos vocant, eundem uſum præſtantes, quem relativa apud Latinos, ὅς, ἥ, ὅ.

Artĭcŭlāris, & hoc are, quod ad articulos pertinet. } ἀρθριτικὸς. Gall. *Appartenant aux jointures.* Ital. *Pertinente à giuntura.* Germ. Das zu den gliedern gehört. Hisp. *Pertenesciente à artejos ò articulos.* Angl. *That belongeth to the ioynes.* } ut, Articularis morbus, ἀρθρῖτις, ita dictus, quòd per omnes artus vagetur. Hoc morbo Ennius laborasse fertur. Serenus,

*Si verò articulos tabes inimica per omnes*
*Hæserit, ex fitu herus cum melle iugabis,*
*Vel pelagi lacrices, simul & Bacchica dona*
*Sumere curabis, nimio sed parcite vino.*
*Ennius ipse pater dum pocula sicerat iniqua,*
*Hoc vitio tales fertur meruisse dolores.*

Artĭcŭlārĭus, a, um, idem. Plin. *lib.* 21. *c.* 20. Articularios morbos ſedat; caniſque morſus. Idem *lib.* 20. *c.* 9. Podagræ autem, morbíſque articularibus illini cum rutæ, coriandri, & ſilis mica, hordei farinæ. Cato *c.* 157. Articularium morbum.

Artĭcŭlārĭus, rii, ſubſtantivum, qui articulari morbo laborat. } ἀρθριτικὸς. Gall. *Goutteux.* Ital. *Gottoſo.* Germ. Der einen gliechten ſchmertzhafft/ als Lãm/ Krampff/ podagram. Hisp. *Gottoſo.* Angl. *Sick of the gouti.* } Plaut. *Mere.* Nec podagricus, nec articularius eſt, quem rus ducunt pedes.

Artĭcŭlātim, ſignificat per articulos, ſeparatim, ſeorſim. } ἀνάρθρως. Gall. *Par les iointures, de ioinct en ioinct, diſtinctement.* Ital. *Per le giuture, à punto, di punto in punto, diſtintamente.* Germ. Von glaich zu glaich/ ſtuckechtig. Hisp. *De articulo en articulo, diſtincta y pardidamente.* Angl. *From ioynte to ioynte, diſtinctly from ioynte to ioynte.* } Plaut. *in Epiſt.* Hem iſtic homo te articulatim occidit ſenex. Cic. *de leg.* Quæ ſuis diſputabantur ac liberè, ea nunc articulatim & diſtinctè dicuntur.

Artĭcŭlātè, diſtinctè. Inde dicimus Articulatè pronuntiare, id eſt, diſtinctè, & quibuſdam veluti articulis. Articulatè loqui, Gell. *cap.* 9. *lib.* 5. Interdum ponitur pro clarè, aperte Cic. *Att.* Valebis igitur, & puellæ ſaltem dices articulatè. Ita legit Paſſer.

Artĭcŭlātĭo, nis, ἄρθρωσις, Plin. *lib.* 16. *cap.* 25. Clarèque tunc & cernitur excreſcentium cacuminum articulatio: de germinatione & partu arborum loquens. Item morbus vitium, apud eundem Plin. *lib.* 27. *c.* 24. Vitibus præter vermiculationem & ſyderationem morbus peculiaris articulatio, tribus de cauſis. Una, vi tempeſtatum germinibus oblatis, altera, ut notavit Theophraſt. in ſuprimum exeſſis: tertia,

culturæ imperitia læsit. Omnes enim earum initiorum in articulis sentiuntur.

Articulōsus, i, plenus articulis. ¶ ἀρθρώδης. Gall. *Plein de jointures & de nœuds.* Ital. *Articuloso.* Germ. Voll gleich/ oder Knöpff. Hisp. *Lleno de nudos.* Angl. *Full of ioynes, that hath many knottes or ioynes.* ¦ Plin. *lib.* 24. *cap.* 16. Alii radice longa, veluti signata, articulosāque monstravēre, tribus omnino cauliculis. Quinc. *lib.* 4. *cap.* 1. Evitanda utique maximè concisa nimium, & velut articulosa partitio.

Artynia, stagnum est minoris Asiæ, Olympo Mysiæ monti propinquum, & iuxta Miletopolim civitatem, ex quo Rhyndacus fluvius, antea Lycus denominatus effluit, Asiam & Bithyniam diterminans. Plin. *lib.* 5. *cap.* 32.

Artymnessus, Ἀρτύμνησσος, civitas Lyciæ, Xanthiorum colonia. Steph.

Arvālēs fratres, dicti sacerdotes, quos Romulus primus instituit, sequè inter illos duodecim, fratrem appellavit: quorum officium erat Cereri & Baccho pro frugum & vini uberrate ambarvales hostias mactare: quæ ideirco *Ambarvales* dicebantur, quòd antequam mactarentur, ter circum arva ducebantur. Virg. 1. *Georg.*

*Tèrque novum circum felix eat hostia fruges.*

Ei sacerdotio Acca Laurentia, quæ postea populum Romanum hæredem instituit, Romuli nutrix, tribuit insulas albas, & spiceam coronam pro religiosissimo insigni, quæ prima apud Romanos corona fuit. Et hic honos nonnisi vita finitur, exulésque & captos comitatur. Ex Gell. *cap.* 7. *lib.* 6.

‖ Arvehō, advecho, antiq. Turneb. ‖

Arvērni, Ἀρουέρνιοι Stephano, Galliæ populi ad Ligerim siti, qui multis hominum millibus, duce Vercingentorige, contra Cæsarem profecti sunt, quum priùs adversùs Maximum Æmilianum & Domitium Ænobarbum etiam ducentis hominum millibus conflixissent. Strab. *lib.* 4. Vulgò *Auvergne & Auvergnats.*

Arviga, æ, ries. Varro *de Lit.* hinc Arvignus. *lib.* 4.

Arvina, Durum pingue inter cutem, ut autor est Servius. ¶ חלב *chèleb.* λίπος, τό. Gall. *Graisse, saing doux.* Ital. *Grasso, tardo.* Germ. Schmär/ feiste. Hisp. *Grassa que esta puesta sobre la carne.* Angl. *Suet, or tallow.* ¦ Virg. *lib.* 7.

*Pars lævem clypeos & lucida spicula tergent*
*Arvina pingui.*

Arvīsium, Chii insulæ promontorium. Inde Arvisia vina. Virg. *in Daph.*

*Vina novum fundam calathis Arvisia nectar.*

Nunc adjecta una litera, *Marvisia* dicitur.

Arūncā, urbs fuit antiquissima in Italia, ab Ausone condita.

Arūncus, a, um. Virg. 7. *Æneid.*

*Atque equidem memini (fama est obscurior annis)*
*Aruncos ita serre senes.*

Idem *lib.* 10.

——— *occurrit Halæsus*
*Aruncæque manus.*

Rectiùs scribitur Auruncæ, & Auruncus.

Arūncus, villus est à caprarum mento dependens. ¶ πώγων. Gall. *Barbe de chevre.* Ital. *Barretta della capra.* Germ. Geißbart. Hisp. *La barba de las cabras ò cabrones.* Angl. *Agoates berde.* ¦ Plin. *lib.* 8. *cap.* 50. Dependet omnium mento villus, quem aruncum vocant.

Arundo, Aquaticus frutex. ¶ קנה *kaneh.* κάλαμος. Gall. *Canne, roseau.* Ital. *Canna.* Germ. Ein Ror. Hisp. *Caña.* Angl. *A reede, or cane.* ¦ Liv. 7. *bell. Pun.* Erant autem pleraque ex cratibus, aut tabulis facta, alia arundine texta, stramento intecta. ¶ Et quoniam ex arundinibus fiebant sagittæ, quandoque Arundo ponitur pro sagitta. Virg. *lib.* 7. *Æneid.*

——— *altaque multo*
*Pérque uterum sonitu, pérque illa venit arundo.*

Arundinēus, a, um, quod est ex arundine. ¶ καλαμινος. Gall. *De canne ou roseau.* Ital. *Di canna.* Germ. Das vom dem Rorist. Hisp. *Cosa toda de cana.* Angl. *Of a reede, made of a cane.* ¦ Plin. *lib.* 10. *cap.* 29. Addita in transversas aquas fronde arundinea. Ovid. *El.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

——— *Pastor*
*Fessum arundinea carmine mulcet ovem.*

¶ Scipioni arundineo nasum, apud Hebræos in proverbio fuisse videtur, 4. *Reg.* c. 18. *Isai.* c. 36. *Ezechiel.* c. 29. de eo qui spes suas ligat in his, qui non solùm non possunt esse præsidio, verùm etiam nocent destituto. Siquidem arundineus scipio non modò non sustinet innitentem, verùm etiam manum penetrat ac vulnerat. Col. *lib.* 9. *cap.* 13. Arundineis infusi canalibus.

Arundinācēus, a, um, similis arundini. ¶ καλαμώδης. Gall. *Semblable à une cane ou roseau.* Ital. *Cosa che ha forma di canna.* Germ. Einem Ror gleich. Hisp. *Cosa semejante à la caña.* Angl. *Lyke a reede, lyke à cane.* ¦ ut, Folium arundinaceum. Plin. *lib.* 18. *cap.* 7. Frumentis folium arundinaceum, fabæ rotundum, & magnæ leguminum patri.

Arundinētum, Locus arundinibus abundans. ¶ καλαμών. Gall. *Lieu où croissent cannes ou roseaux.* Ital. *Luogo dove sono molte canne, canneto.* Germ. Ein ort das vil Ror wachsen. Hisp. *El canaveral, lugar donde nacen cañas.* Angl. *A place where reedes grow or canes.* ¦ Sicut Salicetum & Olivetum dicimus, pro locis in quibus magna est copia salicum, & olearum. Plin. *lib.* 10. *cap.* 32. Minores halcyones in arundinetis canunt. Col. *lib.* 4. *cap.* 30. Arundineti jugerum.

Arundinōsus, a, um, adject. Abundans arundinibus. ¶ καλαμώδης. Gall. *Herbeux de roseaux ou de cannes.* Ital. *Pieno di canne.* Germ. Rorecht/ das vil Ror hat. Hisp. *Lleno de cañas.* Angl. *Full of reedes or canes.* ¦ Catul.

*Quæque Ancona, Cnidúmque arundinosam colis.*

Arundifer, adject. Ferens arundines. ¶ καλαμοφόρος. Angl. *That beareth or bringeth reedes or canes.* ¦ Ovid. 5. *Fast.*

*Tibris arundiferum medio caput extulit alveo.*

Arūns, Vates Tusci fuit divinandi scientia insignis. Lucan. *lib.* 1.

*Accíri vates, quorum qui maximus ævo,*
*Arunsincoluit deserta mœnia Lunæ, &c.*

Est item nomen viri, qui Camillam occidit, de quo Virg. *lib.* 11. *Æneid.* ¶ Fuit etiam nomine Tarquinii Superbi filius natu maximus, qui in ea pugna, quæ ad Regillum lacum facta est, Iunium Brutum interemit, & ab illo vicissim (dum uterque hostis pronus feriendi, quàm corporis sui tegendi rationem habet) hasta trajectus est. Vide historiam apud Livium *lib.* 2. *ab Urbe.* Aruns filius Porsennæ. Plaut. *in Public.*

Arupeinum, Ispodum oppidum in confinio Istriæ, & Illyrici: cujus meminit Strabo *lib.* 4. & 7.

Arupinus, est Pannoniæ urbs, cujus meminit Strabo *lib.* 7.

Arus fluvius, vide *Drys.*

Arūspex, ¶ Angl. *A divinour, à coniectour of thinges to come.* ¦ Vide infra in dictione *Haruspex*, ὀιωνοσκόπος.

Arutena, sive Artena, vas ab hauriendo ita dictum. Lucil. *apud Charisi. lib.* 1. Arutena & aqualis. Vide *Arytena.*

Arvum, i, ab Aratulo dictum. Ager aratus, necdum satus, qui tamen sementi datur. ¶ שדה *sadhèh* ἄρουρα. Gall. *Champ labouré, terre labouree, semée ou à semer.* Ital. *Campo.* Germ. Ein Feld das gebawen oder dem saman gerüst ist. Hisp. *Campo que se labra, y siembra.* Angl. *A tilled feild, folowed feild, land eared to be sowen.* ¦ Varro 1. *de re rustic. cap.* 39. Arvum, quod aratum, nec satum est. Salust. Quæ Numidæ pabulo pecoris magis, quàm arvo student.

*Non illic colit arva Deus Bacchúsve, Cerésve.*

Tibul. *lib.* 4.

——— *Vicinus Phœbe tenet arva Padum.* ibid.

Pro eodem etiam dicitur Ager arvus. Plaut. *Trur.* Non arvus hic qui arari soleat, sed pascuus est ager. Arvo aliquem pascere, id est, frumento & iis quæ in arvo nascuntur. Horatius *lib.* 1. *epist.* 17.

*Ne pereinteru. fundus meus, optime Quinti*
*Arvo pascat herum, an baccis opulentet olivæ.*

¶ Arvum genitale, pro muliebribus locis.

Arva, arum, pro Arva, orum. Nonius ex Pacuvio & Nævio.

Ārx, ab Arceo, quia arcet, id est, prohibet hostes accedere castellum. ¶ משגב *misgháb.* ἀσύλητος, ἄκρα. Gall. *Forteresse, chasteau de defense, haute tour.* Ital. *Fortezza, castello, difesa.* Germ. Schloß/ ein Feste/ ein Burg. Hisp. *Fortaleza, reguera, ò alcaçar de cuidado.* Angl. *A castell, à forteresse, à high tower.* ¦ Est enim locus urbis in monte situs naturâ munitus. Inde etiam summitates montium & cujuscunque altitudinis, ex quibus facilè possunt depelli hostes, Arces dicuntur. Vel (ut Solinus inquit) ab Arcadibus dicta est Arx, qui munitissimos quosque colles sub Evandro tenuerunt. Virg. 1. *Æneid.*

*Quæ res summa loco Panthen? quam prendimus arcem?*

Cic. *in Paradox.* Hoc opus in apertum ut proferas, nihil postulo: non enim est tale, ut in arce poni possit, quasi illa Minerva Phidiæ: sed tantùm ut ex eadem officina exisse appareat. Non mœnia Troiæ, verùm etiam summas arces intrare. Ovid. 13. *Metamorph.*

*Nec comes hic Phrygius unquam venisset ad arcem.*

Ovid. *Eleg.* 4. *lib.* 5. *Trist.* Cicerone arcem eloquentiæ tenente. Quinc.

*Inde petes arcem* (i. Capitolium.) Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

——— *Ætherias cinges amplexibus arcem.*

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.* ¶ Transfertè hac voce utimur quum tutissimum ac validissimum præsidium significamus. Cic. *in Verr.* 4. 6. Idem ad vos privatim, iudices, confugit: utitur hac lege, qua iudicium est communis & privatæ rei sociorum. Et paulò inferius: Hic locus est igitur unus quò perfugiant, hic portus, hæc arx, hæc ara sociorum. Idem *pro Rosc. Com.* Idem *pro Sylla.* Idem *in Epist. fam. ad Lentul.* quod erat in causa præcipuum, arcem vocat. Non potuit, inquit, magis in arcem causæ illius invaderè. ¶ Arcem ex cloaca facere, proverbialiter dicuntur, qui rem hominémve nihili laudibus magnificis attollunt. Cicer. *pro Cn. Plancio*, Nunc venio ad illud extremum quod dixisti, dum Plancii in me meritum verbis extollerem, me arcem ex cloaca facere, lapidem è sepulchro venerari pro Deo; neque enim insidiarum periculum ullum, neque mortis fuisse. In cuius verbis & illud proverbii figuram habet, lapidem è sepulchro venerari pro Deo, quod tum locum habet, quum aliquem laudamus & extollimus, qui laude dignus non est. ¶ Arx, pro Roma, vulgare est. Prudent. & Cicero.

Arxata, urbs Armeniæ, de qua Strabo *lib.* 11.

Aryandes, Ἀρυάνδης, Ægypti prætor fuit à Cambyse constitutus, qui aliquanto pòst tempore, quum æmulari Darium vellet, ab eo est interfectus. Autor Herod. *lib.* 4.

Arycanda, Ἀρύκανδα, civitas Lyciæ. Steph.

Arype Ἄρυπη, civitas Ægypti, cujus cives Arypes. Steph.

A S

As, terminatio Genitivi antiquorum, præcipuè apud poëtas.

As, assis, libra. ¶ מנה *maneh*, à Græcis μνᾶ, inna. Angl. *A pound wei.* ¦ Volusius & Priscian. semper dicunt As, nunquam assis. Plinius *lib.* 33. *cap.* 3 Libralis appendebatur assis. Nota, Assis libralis, in nominativo. Mina à nostris, interpositione i literæ, quæ ex nonaginta sex drachmis conficitur, sive duodecim unciis, ἀπὸ τοῦ ἀνά. Asses decem denarium faciunt. Plaut. *in Camil.* Uncia verò ab uno dicitur ὀνσία. ¶ Sextans, unciæ duæ, quasi sexta pars assis, ἀπὸ τοῦ ἑξαίου. ¶ Quadrans, unciæ tres, quarta pars assis, qui & Triuncium dicitur, παρὰ τὸ τρία. ¶ Triens, quatuor unciæ, tertia pars, ἀπὸ τοῦ τρίτου. ¶ Quincunx, unciæ quinque. ¶ Semis, unciæ sex, dimidium assis, sive selibra, id est, media pars libræ

libræ, quasi semias, ἡμιάσσαριον. ¶ Septunx, unciæ septem. ¶ Bes, unciæ octo, dempto triente ab asse, quasi Des, δυσσία. ¶ Dodrans, unciæ novem, ab asse dempto quadrante, quem & Nonuncium dicimus, ἐννεάγκια. ¶ Dextans, unciæ decem, dictus quòd assi desit sextans, hoc est, unciæ duæ. ¶ Deunx, unciæ undecim, quasi unica dempta ex asse uncia. Asses olim librati fuerunt. Gell. *cap.* 1. *lib.* 10. Et viginti quinque æris, & viginti quinque asses. Idem Gell. *cap.* 1. *lib.* 10. Asses porrigentibus manum præbere paulò ante stipem, Sueton. *in August. c.* 91. ¶ Æris autem minima pars Sextula dicitur, quòd sit sexta pars unciæ. ¶ Semuncia, dimidia pars unciæ. ¶ Sicilicum, semunciæ dimidium, ita dictum quòd semunciam secet. Sicilire enim antiqui dicebant, quod nos Dividere: unde etiam Siciliæ nomen manſit. Et sciendum, quod veteres volentes aliquid dividere in partes æquales, ut hæreditatem & quidvis simile, id Assem appellavérunt, & partes Vncias. Unde illud Plinii *de Luna, lib.* 2. *c.* 14. Haud dubium est lucere dodrantis semuncias horarum ab secunda adjicientem usque ad plenum orbem. ¶ Vnde etiam habemus, Ex asse hæredem fecit, ἐξ ὅλου κλῆρον, i. totius hæreditatis. Suet. *in Cæsare*, Novissimo testamento tres instituit hæredes sororum nepotes, Octavium ex dodrante, Pinarium & Pedium ex quadrante. ¶ Interdum etiam As dicitur numus æreus libralis, quòd esset unius libræ, ita dictus ab ære. Horat.

*Quem si diminuas, minimum redigatur ad assem.*

Valebat autem as (inquit Budæus) quaternos denariolos nostros paulò pluris. Inde dupondius, ex duabus libris. Et Sestertius, duarum librarum & semissis. Interdum Triens, Quadrans, Quincunx, & similes partes assis apud Poëtas accipiuntur pro calicibus, aut mensura poculorum. Propertius,

*Quum fuerit multis exacta trientibus hora.*

Martial.

*Te convivæ legent mixto quincunce.*

¶ Componitur autem as cum eo quod est Tres, & fit Tressis. Persius,

——— *Hic Damæ est, non tressis agaso.*

¶ Ex Octo & As, fit Octussis. Plaut. Quanti empta? Parvi. Quanti ergo? Octussibus. Et sic per omnes numeros usque ad centum, ut Centussis. Pers.

*Et centum Græcos versu contudisse licetur.*

Assarius, rii, ἀσσάριος, numus, sive genus ponderis. Ioseph. Quatuor drachmis venderetur assarius.

Asæ, apud antiquos dicuntur, quæ nobis Aræ. Terent. Scaur. *de Orthogr.*

Asæ, ἄσαι, vicus est Peloponnesi in agro Corinthio, non procul à Genea civitate, ut autor est Stephanus.

Asachæi, populi sunt in montibus Æthiopiæ, qui abesse à mari dicuntur dierum quinque itinere, viventes elephantorum venatu: de his Plin. *lib.* 8. Asachæi vocantur Æthiopes, apud quos maximi nascuntur dracones.

Asacus, fluvius est Heracleam alluens civitatem, sitam ad radices montis Octæ, teste Livio *lib.* 5. *de bell. Macedon.* Plin. *lib.* 4. *c.* 10. Apylam vocat.

Asca, ἄσκη, nomen proprium montis. Autor Suidas.

Ascæus, ἀσκαῖος. Vnus ex principibus Græcorum, interfectus ab Hercule. Autor Hom. *lib.* 11. *Iliad.*

Ascanderdi, ἀσκανδέρδιοι, nomen viri proprium, apud Strab. *lib.* 7. qui Tauricam Chersonnesum a continente separavit, ducto per eius isthmum muro à sinu Carcinitico usque à Maeotim paludem.

Absaris. Fluvius est Heracleam Oetam alluens.

Ἀσάρωτον, ἀσάρωτος. Angl. *Paving tile of divers colours, finelie set with figures of birdes or other thinges, or having like pictures carued upon them.* ‡ Pavimentum picturæ arte elaboratum, à Græcis inventum: sic dictum, quòd verri non debeat. Nam deducitur ab α privativa particula, & σάρω, verro, purgo scopis. Scopæ quoque à Græcis σάροι, dicuntur. Solebant quippe purgamenta cœnarum, quæ ἀσάρωτα vocantur, è pavimento everri, dum subtegulanea pavimenta in usu erant. Postea asarotis inventis, cessavit usus scoparum, manibúsque colligi purgamenta cœperunt, pavimenta verò spongiis mundari. Xenodorus primus claruit in faciendis asarotis, quæ mira artificio parvulis testulis in varios colores tinctis, & imagines pictis stravit. Nam Pergami in asaroto columbam effecit bibentem, quæ aquam capitis umbra offuscabat, alia sibi escam cripiente. Papinius *lib. Sylvarum.*

——— *varias ubi picta per artem*
*Gaudet humus, fulvéque novis asaroto figuris:*

De hoc vide plura apud Plin.

Asarum, ἄσαρον. Gall. *Cabaret.* Ital. *Asaro.* Germ. Haselwurtz. Hisp. *Asarabacara.* ‡ Macet Asarum, Latine vulvaginon dicit scribit, teste Plinio *lib.* 12. *cap.* 13. Herba est folia habens similia hederæ, rotundiora tamen & molliora, florem purpureum, radicem Gallici nardi, semen acinosum, saporis calidi, & vinosi. Hæc herba etiam hodie (si Ruellio credimus) Gallorum lingua *Asarum* appellatur, *Baccara & Cabara.* Id certum est vel Dioscoridis testimonio, eandem herbam esse cum ea, quæ alio nomine Baccar, sine aspiratione dicitur: ac Baccharis aspiratè alia herba est, quam describit Dioscor. *lib.* 13. *cap.* 51. quæ in coronis exp etebatur.

Asasobas, ἀσασόβας, fluvius Æthiopiæ, iuxta Meroën. Heliodorus *Æthiopica historia lib.* 10.

Asius, fluvius est Thessaliæ iuxta Heracleam urbem, quæ est in radicibus Œtæ montis, effluens. Hunc Plin. Apylam vocat.

Asbeltæ, Libyæ populi, ubi Ammonis oraculum fuit, autore Volaterrano.

Asbytæ, vide *Hasbytæ.*

Asbestinum, ἀσβεστῖνον. Gall. *Vne sorte de lin qui ne brusle point.* Ital. *Lino che non si abbrugia.* Germ. Ein gattung deß flachs/ der von dem feür nicht mag verzehret werden. Hisp. *Cierto lino que no se quema.* Angl. *A sort of line or faxe that burneth not.* ‡ Genus est lini, quod ignibus non absumitur. Vivum id vocant, ardentesque in focis conviviorum ex eo vidimus mappas, sordibus exustis splendescentes igni magis, quàm possent aquis. Vocatur autem à Græcis Asbestinum ex argumento naturæ. Hæc Plinius *lib.* 19. *cap.* 1.

Asbestus, inextinguibilis. ‡ ἀσβέστου. Gall. *Chose qu'on ne peut esteindre.* Ital. *Cosa che non se può stegnere.* Germ. Vnerlöschlich. Hisp. *Cosa que no se puede apagar.* Angl. *That can not be quenched.* ‡ Nomen lapidis est tertei coloris, in montibus Arcadiæ nascentis, qui quum ignem non habeat proprium, tamen sic ardet, ut non possit extingui. De hoc Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Asbolus, numeratur ab Ovid. 5. *Metam.* Inter canes Actæonis. Nomen est fictitium, dictum à colore pilorum fuliginem referente, ἀσβόλη enim apud nos fuligo sonat.

Asbotus, ἄσβωτος, urbs Thessaliæ. Steph.

Asbylæ, Cretoniatæ, cuius meminere Pausanias, & Plato *in libris de Republ.*

Asca, oppidum est Arabiæ, apud Strab. *lib.* vlt.

Ascalabotes, ἀσκαλαβώτης, animal venenatum, ex genere stellionum, lentigine plenum, acerbi stridoris, diversum ab eo, quod Itali sua lingua *Tarantulum* vocant. Vide Plin. *lib.* 29. *cap.* 4. Dictus autem putatur Ascalabotes, παρὰ τὸ ἀσκαλᾶν, τὸ ἀνιᾶν, καὶ τὸ βάλλειν πανταχοῦ τὸν ὄνυχα.

Ascalaphus, ἀσκάλαφος, Acherontis & Orphnes Avernalis nymphæ filius fuit, postea à Proserpina in bubonem mutatus. Nam post raptam à Plutone Proserpinam, quum Ceres filiæ suæ reditum à Iove ea lege impetrasset, si nihil apud inferos gustasset cibi, Ascalaphus eam prodidit, quòd decerptum ab arbore malum comedisset. Indignata itaque Proserpina, sibi Ascalaphi indicio negatum esse reditum, convertit eum in bubonem avem funestam, & tristium semper rerum nuntiam. Ovid. 5. *Metam.*

Ascalingium. Prol. urbs Germaniæ, hodie Hildesheim.

Ascalon, ἡ Ἀσκάλων, civitas Palæstinæ, ab Ascalo Hymenæi filio condita: à qua Ascalonitæ, ἀσκαλωνῖται, homines in ea nati. Vulgò *Escalona.*

Ascalonia, sive Ascalonium, ἀσκαλώνιον κρόμμυον. Gall. *Eschallotte, une sorte d'oignon, appetit.* Ital. *Scalogna.* Germ. Ein gattung der zwybelen. Hisp. *La ascalonia, sebolla para semiente.* Angl. *A sore of onyon not called a scalion.* ‡ Cæpæ genus, quod in Ascalone plurimùm nascitur. Plin. *lib.* 19. *cap.* 6.

Ascalus, Tantali frater fuit, Hymenæi filius, ut scribit Xanth. Steph. *in Ascalon.*

Ascanius, æ, ἀσκανία, insula est una Sporadum, non procul ab Anaphe, & Astypalæa, de qua Plin. *lib.* 4. *cap.* 11. ¶ Est & Ascania, Phrygiæ locus, de quo Plin. *lib.* 5. *cap. vlt.* ¶ Item alius in superiori Mysia, sive Bithynia, iuxta Ascanium lacum: quam Mysiacam vocat Strabo, ad differentiam superioris, quam Phrygiam appellat. Vide ipsum *lib.* 12. & 14.

Ascanius, ἀσκάνιος, Æneæ filius, teste Virg. ex Creüsa regis Priami filia, fugæ, laborumque, in quærendis sedibus, patris socius. Liv. *lib.* 1. *ab urbe condita*, dubitat Creüsæne, an Laviniæ filius fuerit? Sed poëtæ omnes & cæteri historici cum Virgilio, Creüsæ filium fuisse affirmant. Dictus est autem primùm Ascanius ab Ascanio Troiæ fluvio, deinde Ilus ab Ilo Troianorum rege, postea Iülus à prima barbæ lanugine. Unde Virg. 1. *Æneid.*

*At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iülo*
*Additur: Ilus erat dum res stetit Ilia regno, &c.*

Huic quum avus & pater, iam diruta Troia, de fuga disceptarent, flammula quædam in capitis vertice apparuit, quæ tamen nihil læsionis intulit, neque etiam manibus extingui potuit: unde illi futuri imperii omen sumpserunt. Post hæc, cum patre post multos errores in Italiam venit, ubi Turno occiso, & patre etiam mortuo, quum apud Lavinium 30. annis regnasset, Albam longam condidit, restituta tamen priùs in regnum novercæ, quæ antea ob timorem in sylvas aufugerat. Tandem quùm universis 38. annis imperii gubernacula tenuisset, iam moriens, quum videret filium Iülum Sylvium regno non satis aptum, Sylvium Posthumum fratrem, sed ex diversa matre, pietate & iustitia præstantem, regni hæredem reliquit. ¶ Est præterea Ascanius Mysiæ superioris, sive Bithiniæ lacus, fluvium emittens ejusdem nominis, qui circa Eriboeam in Propontidem illabitur. Virg. 3. *Georg.*

——— *trans Garganum, trànsque sonantem*
*Ascanium.*

Vide Strab. *lib.* 12. & 14.

Ascarides, ἀσκαρίδες, vermes sunt exigui ex genere lumbricorum: de quibus Galenus *lib. vlt. Methodices.*

Ascaulus, ἀσκαύλης, tibia utre abdita, ab ἀσκὸς uter, & αὐλὸς tibia. Aliter ἀσκαύλης, ascaula utricularius, qui instigatis ventum conceptum, examinat utrem, ac velut exprimit cubito. ‡

Ascella, idem quod axilla.

Ascendo, is, ex Ad & Scando, sed d, abjicitur: significat sursum, sive ad aliquid scando. ‡ קלה *scalàh*, ἀναβαίνω. Gall. *Monter.* Ital. *Ascendere, salire, montare.* Germ. Aufsteigen/ hinauf gehen. Hisp. *Subir arriba.* Angl. *To go up, to ascende.* ‡ Terent. *in Adelph.* Navem ascendit. Ascendere in concionem, hoc est, in eum locum unde oratio solet haberi ad populum. Cic. *ad Attic.* Cum subitò ille in concionem ascendit, quam Appius ei dedit. ¶ Ascendere in rostra, pro eodem: apud Livium *bell. Punic.* Publius Ælius Prætor, Senatu misso, & concione inde advocata, cum L. Lælio in rostra ascendit. Ascendere pulvinum. Senec. *cap.* 15. *de consol. ad Marc.* In id erectus Pompeius supra quod ascendi non potest. Velleius. ¶ Item Ascendere in currum, & inscendere currum. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Ascendere equum, & in equum. Liv. Ascendere gradum dignitatis. Cic. 2. *Offic.* Ascendere ad honores, & in honorem. Idem, Vox etiam ascendere dicitur apud eundem 3. *de Orat.*

Ascensiolum, scala brevis, non laboriosa. Blesens.

Ascensus, pro ascendendi actu. ‡ ἀνάβασις. Angl. *Going or climming up.* ‡ Cic. *pro domo sua.* Homines audaces ab eius templi aditu atque ascensu prohibuisti.

Ascetæ, ἀσκηταί. Angl. *Monasteries, ministers.* ‡ Vocantur monasteria *in Cod. Iustiniani*, à verbo ἀσκέω, quod est mentem exercco

incontemplatione rerum divinarum. ¶ Asceteria, monialis.

Ascetes, pugil est, & athleta, verè exercitator.

‖ Asceterix, mulier Deo psalliens, & funera curans. Lex. gr. b. ‖

Aschalitæ, ἀσχάλιται, populi iuxta Indicum sinum. Stephanus in *Asmira*.

Aschium, Ἄσχιον, civitas Achaiæ. Steph.

Ascia, fabri lignarii instrumentum est, quo fabricæ materiæ dolantur. { כשיר *chaschschil*, מקצר *makatsâh*. ἀξίνη. GALL. *Une cognée ou hache, doloire*. ITAL. *Ascia*. GERM. Ein beyhel/ hobel. HISP. *El seguron ò aquela para dolar*, ANGL. *A chippe axe*. } Plin. *lib.* 16. *cap.* 40. Mollissima tilia, eadem videtur & calidissima: instrumentum afferunt, quòd citissimè ascias retundat. Huius diminutivum est Asciola. Pallad. *lib.* 1. *c.* 14. Asciâ calcem quasi lignum dolabis.

Asciburgium, urbs est inter Germanos, quam illi sua lingua Emerich vocant.

Ascio, Ascia cædo. { σκεπάζω. GALL. *Doler, hacher avec une cognée*. ITAL. *Asciare, polire*. GERM. Behawen/ zimmeren. HISP. *Dolar*, ANGL. *To hew or chippe*. } Vitruv. *lib.* 7. *cap.* 2. Sumatur ascia, & quemadmodum materia dolatur, sic calx in lacu macerata asciatur. Sic Exascio, as: unde Exasciatum opus dicitur à Plauto pro polito, per fectóque λαξευτόν.

Asciscio, is, ivi, itum: vel etiam (ut quibusdam placet) Ascio, is, Advoco, aliunde sumo, accerso, expeto, adscribo, adjungo ‖ qasit ab Ad & Cio. Sed malo à scisco, i.e. scio, ordino, ut sit ἐπιστάτης/ προστάτης. ‖ { לקח *lamâch*, תרבית *hidkhîr*, חבר *chibbar*. προσλαμβάνω, προσποιοῦμαι, προσλογίζομαι, προστίθημι. GALL. *Prendre, en appliquer à soy, s'attribuer, usurper & prendre pour soy*. ITAL. *Attribuire, chiamar' a si*. GERM. Zu jhm nemmen/ an sich nemmen/ zu sich berüffen. HISP. *Attribuyr, llamar ò traher de lexos*. ANGL. *To usurpe, to take to him as his owne, to clayme to him*. } Accusativum post dativum semper postulat. Quint. *lib.* 8. Quo in genere idem præcipuè custodiendum, ne id quod similitudinis gratiâ ascivimus, aut obscurum sit, aut ignotum. Cic. *pro domo sua*: Istam sapientiam mihi non asciscо. Lactant. *lib.* 4. Et illos qui temerè sapientium sibi nomen asciverunt, erroris, stultitiæque damnarunt. Cic. *pro Arch.* Quod si mihi a vobis tribui, concedique sentiam, perficiam profectò, ut Aulam Licinium non modò non segregandum (quum sit civis) à numero civium, verumetiam, si non esset, putetis asciscendum fuisse, id est, donandum civitate. ¶ Dicitur & Asciscі in civitatem, pro Donari civitate. Liv. 6. *ab Vrbe*. ¶ Asciscere, pro Appetere, Cic. 3. *de finib.* Eas ipsas cognitiones per se asciscendas arbitramur, quòd habeant quiddam complexum & continens veritatem. Budæus. Ascitus, Participium ✕ Nativus. Corn. Nepos *in vita Attici*, Atticus Græcè loquebatur, ut Athenis natus videretur. Tanta autem erat suavitas sermonis Latini, ut appareret in eo nativum quendam lepórem esse, non ascitum. Item pro longè accersito. Ovid. 6. *Fast.*

*Prisca Dea est, alitúrque cibis quibus antè solebat,*
*Nec petit ascitas luxuriosa dapes.*

Ascitæ, ἄσκιτοι. Arabes dicti sunt ab utribus, quos Græci ἀσκοὺς vocant: quoniam bubulos (ut Plin. *lib.* 5. *cap.* 29. inquit) utres bonos sternentes piraticam exercent.

Ascites, ἀσκίτης, species est aquæ subter cutem fusæ, in qua plus sese humoris promit, spiritus autem minùs. Cui opponitur Tympanites, in quo plus spiritus est, quàm aquæ. Vide Cels. *lib.* 3. *cap.* 21.

‖ Asclabotos, liber contra Strabos. Lex. gr. b. ‖

Asclepiades, Ἀσκλαπιάδης, nomen historici Cyprii, qui floruit eodem tempore quo Pygmalion regnabat in Oriente: quo etiam tempore scribit esum carnium in usu non fuisse. ¶ Alius fuit Philosophus cynicus, quem ferunt (ut Cic. *lib.* 5. *Tusc. quæst.* ait) quum quidam quæreret, quid ei cœnæ attulisset, respondisse, ut puero uno esset comitatior. ¶ Fuit & alius Asclepiades Prusiensis Medicus, qui lapsu scalarum interiit. ¶ Fuit & alius Asclepiades poëta, à quo carmen Asclepiadeum dictum est.

Asclepias, adis, ἀσκληπιάς, herba est ramos oblongos, & hederæ folia habens, & radices numerosas: ita dicta ab Asclepio inventore. De hac Dioscor. *lib.* 3. & Plin. *lib.* 26. *cap.* 5.

Asclepiodorus, Ἀσκληπιόδωρος, nobilis pictor fuit, quo nemo feliciùs symmetriam membrorum observavit. Autor Plin. *lib.* 35. *cap.* 10. ¶ Fuit & Asclepiodorus Alexandrinus, singulari ingenio ad omnia mathematica, ad inquisitionem cognitionémque herbarum & lapidum, inquit Suidas.

Asclepiodotus, Ἀσκληπιόδοτος, Mathematicus fuit temporibus Domitiani, qui aliquando dixerat se discerptum iri à canibus: ea propter à Domitiano iussus est interfici, accuratissimè sepeliri, ut vanitas eius artis redargueretur. Sed repentina tempestate disjecto funere semiustum canes discerpsere.

Ascodabla, κασκάβαλα, flascium.

‖ Ascoliasmus, ἀ σκωλιασμὸς, Empusæ ludus: ἀσκωλιάζω, per utres, ἀσκοὺς, uno pede salto. ‖

Asconius Pædianus, Grammaticus fuit & Historicus sub Nerone clarissimus, qui in Ciceronis orationes reliquit commentarios, quorum nonnulla extant fragmenta. Hic LXXIII. ætatis anno captas luminibus, XII. postea summo cum honore, & hominum gratia vixit annos, autore Eusebio.

‖ Ascopa, legitur Iudith 10. 5. Hugo Card. dicit esse nomen mensuræ. In Græco est ἀσκωπήριον, quæ est uter, ut lagena, vas vinarium. ‖

Ascopera, { כוס *chis*, צרור *tseror*. ἀσκωπήρα. GALL. *Une pochette ou sachet de cuir*. ITAL. *Sacchetto, borsa di cuoro*. GERM. Ein lederseckle/ ein lederin seckel. HISP. *Sacco pequeño, ò costal de cuero*. ANGL. *A bagge of leather, purse, pouche*. } Sacculus pelliceus, marsupium: dictum ab ἀσκὸς, & πήρα. Suet. *in Ner.* Alterius collo ascopera deligata. Ex quo datur intelligi, culei symbolum fuisse deligatum Neronianæ statuæ: quoniam matricida fuit.

Ascra, Ἄσκρη. Vicus Bœotiæ in aspero, & sterili loco, in dextra parte Heliconis, Hesiodi patria. de quo Gell. *lib.* 2.

*Ascram cui miserum pecori hic Helicona colebat,*
*Ryberno dirum, tristi asu, operabile nunquam.*

Ascræus, a, um, adject. Ἀσκραῖος. Virg. 2. *Georg.*

*Ascræumque cano Romana per oppida carmen.*

Et Ovid. 9. *Fast.*

*Ascræa ever.*

Ascribo, psi, ptum, ex Ad & Scribo, Subscribo, hoc est, ad scriptum aliquod nomen, vel sententiam meam subjungo. { כתב עלי *chathab hal.* προσγράφω, προσγράφομαι. GALL. *Adjouster à ce qui est escrit, attribuer*. ITAL. *Sottoscrivere, attribuire*. GERM. Hinzuschreiben/ zumessen. HISP. *Escrivir matriculando, attribuyr y escrivir persona para alguna cosa*. ANGL. *To subscribe, to write to more to that which is written, to nomber and put to the rankes of others*. } Cicer. *de Leg.* 1. Ascribo me fratris sententiæ: & *de opt. gen. Orat.* Qui Thucydidem laudavit, ascribet suæ nostram sententiam. Idem *Attico*: Nam quòd me non esse ascriptum vides, id est, nomen meum. Sic. *ad Q. fratr.* In qua primum erat, quod antiquior in tuis fuisset adscripta literis, quam in Cæsaris. Idem *ad Attic.* Igitur tu quoque salutem utrique ascribas. ¶ Significat quoque ascisco. Cic. *pro Archia*, Venit Heracleam, quæ quum esset civitas antiquissimo iure ac fœdere, ascribi se in eam civitatem voluit, id est, civis fieri voluit, & aliis civibus adjungi: dicimus autem ascribere civitati, in civitatem, vel in civitate. ¶ Interdum Ascribere, est attribuere, adjungere; & vel dativo, vel accusativo cum præpositione in, vel ad, jungitur. Cicero. Quod vulgò hominum optimo socium me ascribat tuis laudibus. Ubi cum dativo pono vides. ¶ Idem *Offic. lib.* 3. Admiratus eorum fidem tyrannus, petivit ut se in amicitiam tertium ascriberent. Et *ad Q. fratr.* Hunc ad tuum numerum libenter ascribito. Senec. *cap.* 16. *de consol. ad Helv.* Novatilliam mihi ascripseram, i. pro mea habebam. Interdum imputare, προστίθημι, ἐπιλογίζομαι. Cic. Neque mihi negligentiam velim adscribas. ¶ Ab Ascribo, Ascripti dicebantur, qui in colonias nomina dedissent, ut cæteris colonis adderentur. ¶ Item Adscripti milites, qui supplendis legionibus ascribebantur: quos etiam Accensos dicebant, quòd ad legionum censum essent ascripti. Et Velatos, quia vestiti inermes sequebantur exercitum. Et Ferentarios, quia fundis prælaturi, ea ferrent, quæ in hostes iacerent. Et Rorarios, quòd id hominum genus antequam acies coirent, in modum rorantis tempestatis dimicarent.

Ascriptitius, Allectus, qui ad aliquam rem ascriptus est. { כתוב *chathûb*. προσγραφόμενος, προσγεγραμμένος. GALL. *Enregistré, escrit, comme un Officier nouvellement creé, & adjousté au nombre ancien*. ITAL. *Colui che è ordinato à qualche cosa*. GERM. Ein geschriben/ angenommen. HISP. *Persona escrita para alguna cosa*. ANGL. *That is written and chosen to any office mong is the rest, registred or enrolled*. } ut qui vulgò in collegiis magistratuum Extraordinarii vocantur. ¶ Et Dii adscriptitii, qui diis majorum gentium opponuntur: de quibus Budæus *in Pandectis*. ¶ Item cives adscriptitii, quòd nativis civibus adjuncti, se iam in alterius imperium dediderunt. ¶ Ascriptitii dicuntur illi, quos villanos vocamus, quòd villæ (unde villici dicti) ascripti, & colonariæ conditioni addicti aut ipsi sunt, aut eorum majores fuerunt. Budæus. Idem *alio loco*, Ascriptitius non multùm à servo differebat, qui scilicet cum terra & possessionibus vendi poterat, ut servus cum peculio, *l. ne diutius, de agricolis & censitis lib.* 11. *C.*

Ascriptor, oris, qui rei alicui nomen suum adscribit, alteriúsve actæ approbat. { προσγραφεύς. ANGL. *Which subscriveth to any thing, à registrer or enroller*. } Cic. *pro domo sua*, Denique ille novitius Ligur venalis ascriptor, subscriptor tuus, quem M. Papirii sui fratris esse testamento & iudicio improbatus, mortem eius se velle persequi dicit. Idem *ad Quir. post red.* Itaque is fuit non modò salutis defensor, verùm etiam ascriptor dignitatis meæ, id est, fautor.

Ascriptivus, idem est, quod Ascriptitius. { ANGL. *Registred, enrolled with other*. } apud Plautum *in Menæch.* Idem istuc aliis ascriptivis ad legionem solet. Dicebantur inermes ascripti, qui succederent armatis militibus, id est, si quis eorum deperisset. Varr. *lib.* 6. *de Ling. Lat.*

Ascùlum, Ἄσκουλον, oppidum est Piceni memorandum clade illata Pyrrho à Curio & Fabritio Romanis consulibus, ut latè ostendit Plutarchus *in vita Pyrrhi*.

‖ Ascura. Lex. Græcol. v. habet ἀσκωτικά, ascura. Sonat quasi utris caudam habens. ‖

Ascurium, Ἀσκούριον, urbs Liburniæ Ptolemæo. Plin. *lib.* 3. *c.* 22. Ascrivium appellat.

Ascus, Ἄσκος. Gigas, quem quomodo Dionysius vinctum cum Lycurgo in fluvium conjecerit, vide apud Stephanum *in Damasco*.

Ascyron, ἄσκυρον. { ANGL. *Great S. Iohnes wort*. } Herba est hyperico similis, comas habens, quæ manibus tritæ, succo sanguineo manant: unde & Androsæmon appellatur. Fab. ἀνδρὸς αἷμα, id est, hominis sanguis. Vide Plin. *lib.* 27. *c.* 4.

Asdrubal, Ἀσδρούβας. Gener Amilcaris, patris Annibalis fuit, qui post eius mortem septem annos imperium tenuit, favente factione Barchina: demùm à servo barbaro, cuius dominum occiderat, interfectus est in medio suorum. Comprehensus deinde à circumstantibus servus, haud facti pœnitens, inter cruciatus & tormenta speciem semper ridentis præbuit. Autor Liv. *lib.* 24. ¶ Asdrubal item alius fuit Annibalis frater, qui quũ in Italiam trajecisset cum magnis copiis, ut fratri suppetias ferret, iuxta Trasimenum lacum à Cl. Nerone, & M. Livio Salinatore Consulibus victus, occisus, capútque eius præcisum in Annibalis castra projectum est. Historiam hanc vide latiùs apud Liv. *in* 2. *bell. Pun.* & Plutarchum *in Annibale*. & Sueton. *in Tiber. c.* 3. ¶ Fuit præterea Asdrubal, cui Calvo cognomen erat, qui in Sardiniam dux classis missus, tempestate rejectus est ad insulas Baleares, ubi tantisper, quoad quassas reficeret naves, resedit: de quo plura apud Livium. ¶ Aldrubal, præter hos, alius fuit dux in bello tertio Punico, à Scipione Æmiliano tanta clade superatus, ut mox civitatis sequuta sit deditio. Huius uxor, quum paucis ante diebus a viro impetrare non potuisset, ut ad victorem transfugeret, in medias urbis flammas sese cum filiis iecit. Autor Livius *lib.* 35. ¶ Aldrubal item, Giscónis filius, cujus meminit Plutarchus *in vita Scipionis*.

Asea.

Asea, vel Aseates, ἄστυ καὶ ἀκρόπολις, vicus Arcadiæ, ex quo Alpheus profluit. Stephanus.

¶ Asecreta, una voce, qui à secretis vel secretarius dicitur. Carolus M. *de cultu imagin. lib.4. c.9.* Mox ut Leontius asecreta conspexit, magnum se sui erroris emolumentum invenisse putavit. Sic Græci posteriores ἀπόκρισιον. Meurs. *in Gloss. ibid.* ait: Hallucinantur viri docti, qui τὸ ἀπόκρισιον, & τὸ ἐπιστάτιον eundem fuisse existimant; quum hic Ecclesiasticus fuerit, ille politicus. ¶

Asellius Sempronius, historicus, & Tribunus: militavit sub Scipione Æmiliano apud Numantiam, qui illud bellum literis mandavit. Citatur sæpè testis à Gellio. ¶ Asellius autem Claudius, eques Romanus, Tribunus militum sub Claudio Nerone, qui apud Lucanos memoranda fortitudinis exempla edidit. Huius meminit Volaterr.

Asembobitæ, populi dicti quasi post Simbobitum insulam: de quibus Plinius.

Asia, ἀσία. Nomen tertiæ partis orbis, quoad numerum: nam quoad magnitudinem, dimidia reperitur. ¶ Est autem duplex Asia: maior scilicet, & minor. Asia minor in quatuor partes dividitur, in Phrygiam, Lydiam, Mysiam, & Catiam. Major autem Asia distinguitur ab Europa Tanaide fluvio: ab Africa autem Nilo. Dicta est autem Asia, ab Asia nympha, Oceani & Tethyos filia, Lapethi conjuge, ex qua Prometheum ortum ferunt: sive, ut quidam volunt, ab Asio, Manei Lydi filio. Catul. *de com. Beren.*

*Et captam Asiam Ægypti finibus adjecerit.*

¶ Ab Asia fit Asius, a, um, Asiacus, Asiaticus, Asianus, & Asis: de quibus infrà. Est & Asia, ἄσιον λίμνης, nomen paludis in Mysia, prope Caystrum fluvium, à quo vicinos campos Asia prata vocavit Virgil. 1. *Georg.*

*Iam varias pelagi volucres, & quæ Asia circum*
*Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri.*

In hac autem significatione Asia primam syllabam producit: aliter eandem corripit,

*Europa atque Asia pulsus.*

Asiacus, a, um, ἀσιακός, possessivum ab Asia formatum. Ovid. 13. *Met.*

*Ecquid ubi Asiacas casurum aspicis arces,*
*Ingemis?*

Asiaticus, a, um, ἀσιατικός, idem quod Asianus, vel Asiacus. Cic. *de clar. Orat.* Genera Asiaticæ orationis duo sunt. Sic Asiaticæ pecuniæ, apud eundem *pro lege Manilia.* Asiaticorum oratorum inanes sententiæ. Sueton. *in August. cap.* 86.

Asianus, a, um, ἀσιανός, denominativum ab Asia formatum: unde Asiani oratores dicti sunt, qui inflato & redundanti orationis genere utebantur, cujusmodi ferè fuit oratio eorum, qui in Asia nati erant, aut instituti. Asianè dicere, & Asianum genus dicendi. Quint.

Asis, idis, possessivum fœmininum, patronymica forma ab Asia deductum. ἀσιάς, ἀσιάδος. Ovid. 9. *Metam.*

——— *celerique carina*
*Ægeas metiris aquas, & in Asida terra*
*Mœnia constituis.*

Asiarchæ, ἀσιάρχαι, viri erant communi Asiaticarum civitatum consensu delecti, qui communia negotia curarent: de quibus Strabo *lib.* 14.

Asibe, ἀσίβη, aliàs ἀσίβη καὶ Ἀσιβὶς, civitas Mesopotamiæ ab incolis vocatur, quæ alio nomine Antiochia nominatur. Steph.

Asida, æ, oppidum mediterraneum in Bœtica Hispaniæ regione: cujus meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 1.

Asilas, ἀσίλας, Auguris nomen, qui Æneæ in auxilium venit contra Turnum. Virg. *lib.* 10.

*Tertius ille hominum divumque interpres Asilas, &c.*

Asilus, { ἄσιλος. Gall. *Taon, une mouche fort piquante, qui molestе fort les bœufs & les vaches.* Ital. *Tafano, è tavano.* Germ. Ein bremm oder rossmucke/ fliegen. Hisp. *Moscarda que abuxenta las vacas.* Angl. *A great flie byting beastis, also a worme found in fishes.* } Muscæ genus gregibus maximè infestum: unde etiam Græcis œstros appellatur. Hoc infesto Iuno pellicem Io mutatam in juvencam adegit ad insaniam: de hoc Virg. 3. *Georg.*

*Est lucos Silari circa, ilicibusque virentem*
*Plurimus Alburnum volitans, cui nomen Asilo*
*Romanum est: (œstron Graii vertere vocantes,)*
*Asper, acerba sonans, quo tota exterrita sylvis*
*Diffugiunt armenta.*

Nascitur è latiusculis quibusdam bestiolis quæ in fluviis supernatant. Unde circa aquas magna asilorum copia, ubi id genus bestiolarum est. ¶ Asilus marinus, ἄσιλος θαλάσσιος, animal ita vocatur ab Asili terrestris tantùm natura, quòd thynnos, gladiósque pisces, & interdum delphinos vigente canicula exagitet. De quo Arist. *Hist. anim. lib.* 5. *cap.* 31. Plin. *lib.* 9. *cap.* 15. Animal est parvum scorpionis effigie, aranei magnitudine. Hoc se & thynno, & ei qui gladius vocatur, crebrò delphini magnitudinem excedenti, sub pinna affigit aculeo, tantóque infestat dolore, ut in naves sæpenumero exsiliant. Pro ore tubulum sive fistulam habet, utrinque quippiam manus vice, seníque pedibus nititur.

Asinæ, Asella, vide *Asinus.*

Asinè, es, ἀσίνη. Vulgò *Farenomeni.* Oppidum Peloponnesi in finibus Messenio. Lucan. *lib.* 7.

*Quas Asine cantes, & quas Chios asperat unda.*

¶ Hinc Sinus Asineus. Strab. *lib.* 8. & Pomp. Mel. *lib.* 2. ¶ Asine item insula est, una ex Sporadibus, quas Electridas nonnulli vocant, in mari Adriatico, cujus meminit Pomp. *lib.* 2. & cius interpres Vadianus.

Asinius, ἀσίνιος, viri nomen. Asiniorum Romæ illustris familia fuit, ab asinis dicta: sicut Porciorum a porcis. Ex hac familia erat Asinius Pollio, Augusti familiaris, cui Quintilianus nullam tribuit inventionem, summámque diligentiam: tam longè tamen à Ciceronis jucunditate & nitore dicit abesse, ut sæculo prior videatur. Huius filius Asinius Gallus librum conscripsit de comparatione patris sui & Ciceronis: quem ideircò Aulus Gellius monstrum vocat



verius, quàm hominem. Vide Aulum Gellium *lib.* 7. *cap.* & Suet. in *Claud. cap.* 41.

Asinus, animal notum. { ὄνος, ὄνη, ὀνάριον. Gall. *Asne.* Ital. *Asino.* Germ. Ein esel. Hisp. *Asno, animal domestico.* Angl. *An Asse.* } M. Varr. *de re rust. lib.* 2. *c.* 8. Ex equa enim & asino fit mulus: contrà ex equo & asina hinnus. Asini in Achaia optimi sunt Arcadici, in Italia Reatini, ut tradit Plin. *lib.* 8. *cap.* 44. Asini Arcadici. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Neque homines magis asinos unquam vidi, ita eorum plagis callent. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Idem *sc.* 4. *a.* 1. plura de asinis (i. Pauperibus & contemptis hominibus.) ¶ Ab equis ad asinos, ἀπὸ ἵππων ἐπ' ὄνους, proverbiali figura dicimus, ubi quis à studiis honestioribus ad parum honesta deflectit: aut ubi quis à conditione lautiore ad abjectiora devenerit. Procopius Sophista *in epistola quapiam* ἐγὼ δὲ ἀφ' ἵππων ἐπ' ὄνους μετεβεβήκειν, i. juxta proverbium, Ab equis ad asinos transivimus. ¶ Huic adversum est illud Plaut. *in Aulular. sc.* 2. *a.* 1. Ab Asinis ad boves transcendere, pro eo quod est, ex humiliore conditione ad dignorum partes transire. Ab asino delapsus, ἀπ' ὄνου καταπεσών, in eos dicitur qui inconsultè quippiam agunt & imperitè: aut in eos qui à præsentibus commodis, quibus ob insciitiam uti nesciunt, excidunt. Utuntur hoc adagio Plato *lib. de leg.* 3. Plut. *in Gryllo*, & Aristoph. *in Nub.* ¶ Asinus ad lyram, Ὄνος πρὸς λύραν, subaudi ἀκροατὴς, auscultator. In eos, qui propter imperitiam nullo sunt judicio, crassíque auribus. Recte etiam torquebitur in eos, qui indecorè tentant artificium, cujus sunt imperiti, & à quo naturâ abhorrent. ¶ Germanum huic est, Asinus ad tibiam, Ὄνος πρὸς αὐλόν. Dicendum ubi quis ea quæ scitè dicuntur, nec animadvertit, nec intelligit, nec laudat. Asinus asino, & sus sui pulcher, Ὄνος ὄνῳ ἡδὺς καὶ ὗς ὑΐ, id est, simile simili placet. Convenit ubi inter inhonestos similitudo morum & instituti conciliat benevolentiam: velutiquum miles placet militi, aleator aleatori, potator potatori, sophista sophistæ. ¶ Asinus balneatoris, Ὄνος ἀμφὶ βαλανέα. Dictum est in eos, qui ex suis laboribus ipsi nihil fructus caperent. Plut. *in libel.* ἐκ τῶν ἀποφθεγμάτων. Οἷός ἐστι μάκων, ἄπρακτος ὢν βαλανείου, ξύλα καὶ φρύγανα παντοδαπὰ φέρων, καὶ πυρὶ καὶ ἱδρῶτι διαπεπλυκὼς, ἄπρακτος δὲ μένων, καὶ ἄλουτος, καὶ ἀπαράσιτος. i. Nihil inde capiens commodi, velut asinus balneatoris, qui ligna & sarmenta defert, semper fimo ac favillis oppletus, nunquam autem particeps balnei, neque teporis, neque munditiei. Loquitur de divite parco & sordido, qui quum sit onustus divitiis, non utitur tamen. ¶ Asini caput ne laves nitro, Ὄνου κεφαλὴν μὴ νίτρῳ πλύνε. Ne multùm sumptus operæve impendas in rem vilem ac sordidam. ¶ Asini mandibula, Ὄνου γνάθος. Convenit in edacet, aliosqui stolidos & ignavos. Asini mortes. Ὄνου θανάτους, subaudiendum narrat. Diebatur in eos qui narrarent absurda, ridiculáque dicta Suidas. ¶ Asinus compluitur, Ὄνος ὕεται. Dicitur in eos qui maledictis nihil omnino commoverentur. Quemadmodum asinus ob cutis duritiem adeò pluvia nihil offenditur, ut vix etiam fustem sentiat. ¶ Asinus esuriens fustem negligit, Ὄνος πεινῶν ξύλον ἀγνοεῖ. In eos convenit qui ventris compendiive gratia quamvis contumeliam perferunt. Refert Arist. *lib.* 3. *Moral.* ¶ Asinus in palcas, Ὄνος ἐπὶ ἄχυρα, subaudiendum incidit. Dici solitum ubi cuipiam fortuna lautior præter spem obtigerit, aut nactus fortè fuerit aliquis quo vel præcipuè gaudeat. Convenit & in hunc usum, ubi quis insciis rem contaminat, veluti si barbarus & illiteratus bonum authorem malis commentariis inquinet. Adagium ab eventu natum nemo non videt. ¶ Asinus inter simias, Ὄνος ἐν πιθήκοις. Ubi quis incidit in homines naasutos & contumeliosos, ipse stolidus, à quibus impunè rideatur. Gell. *lib.* 1. *cap.* 3. ¶ Consimilem habet cum proximo sensum, Asinus inter apes, Ὄνος ἐν μελίτταις: Dici solitum ubi quis infeliciter incidit in homines improbos, atque importunos. ¶ Asinus in unguento, Ὄνος ἐν μύρῳ. Quum deliciæ adhibentur iis quos haudquaquam decent, neque qui vel uti norunt illis, vel delectantur. Asinus stramenta mavult quàm aurum, Aristot. *Mor. Nicomach.* 10. disputans, non eandem omnibus esse voluptatem, quum aliis rebus delectetur canis, aliis equus, alius homo, citat Heraclitum qui dixerit ὄνοις συρμὸν ἂν ἰδίᾳ μᾶλλον ἢ χρυσὸν εἶναι τοῖς γὰρ ὄνοις τρόφιμα βόρεα, id est: Asinos stramenta malle, quam aurum: quòd asinis pabulum auro sit jucundius. ¶ Asinus portans mysteria, Ὄνος ἄγων μυστήρια. In eum dicebatur, qui præter dignitatem in munere quopiam versabatur. Aristoph. *in Ranis.* ¶ Rex, aut asinus, βασιλεὺς, ἢ ὄνος, hoc est, aut victor, aut victus. Eustath. *Odyss.* 9. enarrans librum ostendit metaphoram ductam ab iis qui ludunt sphæra, ex quibus qui vicissent, rex appellabatur: qui victus fuisset, huic asini nomen erat. Utitur Plato *in Theæteto.* ¶ Asinum sub frænum currere doces, hoc est, doces indocilem. Horat. *lib.* 1. *satyr.* 1.

*Infelix operam perdas, ut si quis asellum*
*In campum doceat parcentem currere freno.*

¶ Ex tardigradis asinis equus prodiit, ὁ βραδυπόδων ὄνων ἵππος. Quum clarus evadit quispiam obscuro genere natus: aut quoties ab indocto præceptore proficiscitur discipulus eruditus. ¶ Ab asino lanam, ἀπὸ τοῦ ὄνου ζητεῖν. De iis qui stultè quærunt ea quæ nusquam sunt: Aristoph. *in Ranis.* ¶ Eundem sensum habet ὄνον κείρειν, Asinum tondes. De iis qui rem absurdam atque inutilem ingrediuntur, propterea quòd asinum neque pectere possis, propter villos: neque tondere, quum lanam non habeat. Aristoph. *in Ranis.* ¶ De asini umbra: ἀπὸ ὄνου σκιᾶς: pro eo quod est, de re nihili. Sophocles, Aristophanes, & Plutarch. *in vita Demosth.* ¶ Asinus albus, stultus, ridiculus. Turn. ¶

Asellus, diminutivum ab Asinus. { ὀνάριον. Gall. *Asnon, asneichon, petit asne.* Ital. *Asinello.* Germ. Ein eselin. Hisp. *Asnillo, pequeño asno.* Angl. *A litle asse, an asse colte.* } Martial. *lib.* 6.

*Hunc verò acuto capite, & auribus longis,*
*Qua sic moventur, ut solent asellorum.*

Asellus, pro pauperc. Te bovem esse, & me asellum, i. pauperem. Plaut. *Aul. c.* 4. *a.* 1. ¶ Asellus etiam est nomen piscis, sic dicti, quòd sit de colore cinericio, sicut asinus, quem vulgo *Meerasinum* vocamus: de quo vide Plin. *lib.* 9. *cap.* 17. ¶ Est & nomen duarum stellarum in

signo Cancri. Plin. *lib.8. cap.35.* Sunt in signo Cancri duæ stellæ parvæ Aselli appellatæ.

Asĕlus, diminutivum ab Asino, sicut Aselli ; ab Asinus. { ὄνος *onos*. Gall. *Petite asnesse*. Ital. *Asinella*. Germ. Ein esselin Hisp. *Asnilla, pequeña Asna*. Angl. *A little she asse*. } Ovid.3. *de arte*,

*Vt rudit à scabra tempus asella mola.*

Asĭnārĭus, adjectivum, quod ad asinos pertinet. { ὀνικός. Gall. *D'asne, appartenant à un asne*. Ital. *Cosa pertenente ad asino*. Germ. Das zu dem esel gehört. Hisp. *Cosa que pertenece à asno, de asno*. Angl. *Ass like, belonging to an asse*. } ut, Mola asinaria, quam circumagit asinus. Et Asinaria Plauti comœdia, ita dicta, quòd de asinorum venditione tractet.

Asĭnārius, ii, qui asinos pascit, vel custodit. { ὀνικός. Gall. *Asnier*. Ital. *Asinaro*. Germ. Eineselhirt, oder eselstreyber. Hisp. *Asnero*. Angl. *The pastour of asses*. } Cato *de re rust. cap.10.* Operarios quinque, bubulcos tres, subulcum unum, asinarium unum. Suet. *in Aug.* Apud Actium descendenti in aciem asellus cum asinario occurrit.

‖ Asiniga, asinum agens. Turneb. ‖

Asĭnus, a, um, adject. quod est asini. { ὀνικός. Gall. *D'asne*. Ital. *Di asino*. Germ. Das den esels ist. Hisp. *Cosa de asno*. Angl. *Of an asse*. } ut, Pullus asininus. Varro 2. *de re rust. cap.8.* ¶ Lac asininum. Plin. *lib.28. cap.10.* Asinino lacte poto venena restinguuntur. Asinalis, apud Apuleium.

Asĭo, nis, ὠτός. Angl. *A bustarde, or bistarde, a bird so called*. } Avis est ex genere nocturnarum, minor bubone, plumas rectas habens auricularum modo. Plin. *lib.10. cap.23.* Oris bubone minor est, noctua major, auribus plumeis eminentibus, unde & nomen illi : quidam Latinè Aurionem vocant.

Asis, idis, supra, post *Assarium*.

Asium, vide *Æsium*.

Asius, ἄσιος, filius fuit Dymantis, & frater Hecubæ, sed ex diversis patribus, & Hectoris avunculus. Hic etiam Priamo adversùs Græcos auxilium tulit, ut Hom. 2. *Iliad.* tradit. Fuerunt & alii hujus nominis, quorum passim meminit Homerus. ¶ Est & Asius Ptolemæo, Senonum fluvius, juxta Senogalliam in mare Adriaticum influens, idem (ut opinor) cum eo, quem Plinius Æsim appellat.

Xasĭus, campus, sive Asium pratum, ἄσιος λειμών. Campus est uliginosus, juxta Caystrum Mysiæ fluvium, de quo supra in dictione *Asia*.

‖ Asizia, sessiones judicum in municipiis. Lex. gr. b. ‖

Asmatographi, ἀσματοβράφοι, dicti sunt Poëtæ, qui ad barbiton, citharâ, aliúdve musicum instrumentum cantica conscribebant : cujusmodi fuêre Automedes, Demodocus, & Laret Corcyrei, & Ithacensis Phemius, ut post Demetrium refert Carl. Rhod. *lib.7. cap.4.*

Asomatus, { ἀσώματος. Gall. *Sans corps*. Ital. *Senza corpo*. Germ. Ohn ein leib. Hisp. *Lo que no tiene cuerpo*. Angl. *Without a bodie, bodieles*. Id est, sine corpore, & impalpabilis. Cic. 1. *de nat. deor.* Quod verò sine corpore ullo deum vult esse, ut Græci dicunt, ἀσώματον, id quale esse possit, intelligi potest. Sic è converso Origenes, σωματικὸν appellat id, quod solidum, & palpabile est.

Asōpĭădes, patronymicum masculinum, ἀσωπιάδης, quod apud Poëtas accipitur pro Æaco Asopi nepote, qui pater fuit Æginæ matris Æaci. Ovid. *lib.7. Metam.*

*Hinc Asopiades, Petit irrita, dixit, &c.*

Asopis, idis, ἀσωπίς. Regiuncula est Peloponnesi, in tractu Achaiæ propriè dictæ, circa Phliuntem : ita dicta ab Asopo fluvio, cui adjacet. Ab Homero Arnethyrea dicitur, teste Plin. *lib.4. cap.5.* Strab. *lib.8.* etiam Asopiam appellat.

Asopus, ἄσωπος, fluvius Peloponnesi, è Chronio monte mediam præterfluens Corinthi regionem in sinum labitur Corinthiacum. ¶ Est & alius ejusdem nominis fluvius in Bœotia, qui Thebas, Plateas, & Tanagran præterfluit. ¶ Tertius etiam in Asia propriè dicta, qui unà cum Capro fluvio Laodiceam urbem celeberrimam alluit, Lycò flumini impositam. ¶ Est & quartus in Paro insula. Horum omnium meminit Strab. *in lib.6.* ¶ Hinc Asopis, idis, ἀσωπὶς, patronymicum fœmininum, quo Poëtæ utuntur pro Ægina Asopi filia.

Asorus, fluvius est, teste Livio *lib.6. dec.4.* alluens Heracleam civitatem, sitam in radicibus montis Octæ. Hunc esse conjici potest, de quo Plin. *lib.4. cap.10.* In ora Heraclea flumen Apylas. Hicà Boccatio Asassus, ab aliis Asarus vocatur.

Xsōtĭa, luxus, luxuria, nequitia, ab ἄσωτος, { ἀσωτία. Gall. *Intemperance, luxure*. Ital. *Incontinentia, lussuria*. Germ. Unmässigkeit, mutwill, verschwenderey. Hisp. *Luxuria*. Angl. *Riotousnesse, prodigalitie*. } Gellius *lib.19. cap.9.* Cedere equidem vobis debui, ut in tali asotia (id est, luxu, prodigalitate atque nequitia) artium nos vinceretis : ex ἀ, negat. & σάζω, servo. Idem *lib.10. c.17.* Dives avarus sumptum plurimum asotiamque adolescentis filii deplorans.

Xsōtus, Prodigus, luxuriosus, helluo. { סרוח *sarvach*, וזלל *zolél*. ἄσωτος. Gall. *Luxurieux, prodigue*. Ital. *Lascivo, prodigo*. Germ. Ein unmässiger vergeuder, verschwender. Hisp. *Prodigo, gastador, y luxurioso*. Angl. *A riotous and prodigall persone, a reveller, spendthrift*. } Cic. *de nat. deor.* Posse asotos ex Aristippi, acerbos ex Zenonis schola exire. ¶ Inde adverbium Asōtē, ἀσώτως, idem significans quod incontinenter & nequiter. Martialis, Vivis asōtē, id est, lascivè, incontinenter.

Aspalathus, { ἀσπάλαθος. Gall. *Bois d'aloës de Rhodes*. Ital. *Legno aloes de Rhodes*. Germ. Rhodisch holtz. Hisp. *Alarguez*. } Spina est aloës de Rhodes. Germ. Rhodisch holtz. Hisp. *Alarguez*. } Spina est candida, teste Plin. *lib.12. cap.24.* magnitudine arboris modicæ, flore roseo, cujus radix unguentis expetitur. Putatur idem esse cum eo, quod hodie officinæ Lignum Rhodium appellant. Vide Ruell. *lib.1. cap.2.*

Asphaltion, ἀσφάλτιον, species est trifolii, apud Dioscorid. *lib.3.*

‖ Asphaltites, ἀσφαλτίτης, lacus salsaginosus ille, qui nunc implet eam vallem, quæ olim amœnissima, & fertilissima erat, in qua Sodoma & aliæ quædam urbes erant sitæ. ‖

Aspărăgus, i, { ἀσπάραγος. Gall. *Asperges*. Ital. *Sparagi*. Germ. Sparagen. Hisp. *Esparagos, ò esparragueras*. } Herba est fœniculi folio, hæcque, quum maturuerint, rubris : tam hodie in septatiorum officinis, quàm usu vulgi, indubitata veteris nomenclaturæ vestigiâ retinens. Duo eius sunt genera, alterum sativum, sive altile, quod propriam sibi asparagi appellationem vendicavit. ¶ Alterum sylvestre, quod peculiari vocabulo Corrudam vocaverunt. Plin. *lib.19. cap.4.* Sylvestres fecerat natura corrudas, ut quisque demeteret passim : ecce altiles spectantur asparagi. ¶ Dicitur autem asparagus, quòd qui sunt in his præcipui non ferantur, ut Athenæus dixit. ¶ Huius herbæ summa priusquam durescant, leviter coquuntur, tantùm ut eruditas abiit. Hinc locus factus proverbio, Citius quàm asparagi coquuntur, de re vehementer properata, Sueton. *in Tranq.* ¶ Asparagus etiam planta spinosa absque foliis est, de qua ex Theophrast. *histor. lib. cap.6.* Plin. *lib.21. cap.15.* in hunc modum scribit : In totum spina est asparagus Scorpio, nullum enim folium habet.

Aspargo, inis, σπόλασμα, vitium ex pluvia undâve contractum. Callistrat. *in l.4. ff. ad leg. Rhodiam de iact.* Si vicenum merces duorum fuerunt, & alterius aspargine decem esse cœperunt. Alii libri legunt *Aspergine*. In vetustis autem plerisque Conspargo, & Aspargo legitur.

Aspasia, ἀσπασία, mulier Milesia fuit, acutissima sophistria, & { quod in eo sexu rarissimum est } Rhetorices peritissima. Hanc ab Atheniensibus captam Pericles duxit uxorem, infausto patriæ matrimonio, utpote quod duorum maximorum bellorum, Peloponnesiaci, & Samii originem præbuit.

Aspasius, ἀσπάσιος, Sophista fuit Ravennas, Demetriani filius, adjutor Pausaniæ & Hippolyti, qui Romæ docuit sub Alexandro Severo. Scripsit contra Aristonem & maledicos diversas orationes : de hoc multa Philostratus. ¶ Fuit item Aspasius cognomento Byblius, qui de Byblo patria sua librum condidit, ac artem Rhetoricam scripsit, & Panegyricum in Adrianum principem, cujus temporibus floruit, Autor Suidas. ¶ Præterea Aspasius quidam fuit Tyrius historicus, qui de Epiro variam historiam scripsit, ut idem autor Suidas.

Aspathines, ἀσπαθίνης, ex Persis unus, qui cum Dario in Smerdim Magum conjurarunt. Herod. *lib. hist.3.*

Aspĕllo, is, Amoveo, abigo, arceo, ex abs & pello. { נדח *nadhách*, נדף *nadháph*. ἀπωθῶ. Gall. *Repousser, chasser arriere de soy*. Ital. *Rimovere*. Germ. Von dannen treiben, hindersich stossen. Hisp. *Echar de algun lugar*. Angl. *To drive or chasse away*. } Plaut. *Capt. sc.3. a.3.* Neque exilium exitio est, neque adeò spes, quæ mihi hunc aspellat. Cicer. 3. *Tusc.* Sed longè à Iæzo numine aspellor Iovis : id est, expellor, arceor.

Aspella, unum ex Cypri insulæ nominibus, apud Plin. *lib.5. cap.31.*

Aspendĭus, citharœdus, ἀσπένδιος, ἀσπενδιάζειν, proverbio dici soleo in eos, qui rei nullius, quàm privati sui compendii rationem habent. Germ. Eigennützige leuth, die in allen dingen ihren nutz und vortheil suchen. Tractum ab artifice quodam Aspendio, qui tam leviter sinistra manu citharæ suæ chordas movebat, ut sonus ad ipsum tantùm citharœdum, aut certè ad proximè astantes perveniret. Cicer. 3. *Verr.* Atque etiam illum Aspendium citharistam, de quo sæpe audistis id, quod est Græcis hominibus in proverbio, quem omnia intus canere dicebant, sustulit, & in inimis suis ædibus posuit, ut etiam illum ipsum artificio suo superasse videatur. In quo Ciceronis exemplo, Intus canere proverbialiter dictum est, pro eo quod est, omnia privato metiri emolumento.

Aspēndus, ἄσπενδος. Stephano Pamphyliæ urbs, Argivorum ædificium, teste Pomp. *lib.1.* Hîc Veneri suibus sacrificabant, eo quòd autor eius urbis Mopsus ex Argis huc proficiscens, primum obvium sacrificare voverat : occurrit autem sus.

Aspĕr, ĕra, um, quod visu, vel gustu, vel tactu, alióve sensu insuave est, ut inquit Sipontinus, Scaber, durus. ✠ Lenis, levis. { קשה *kasheh*. שעיר *seháhir*. τραχύς. Gall. *Aspre & rude à voir, ou à gouster & toucher, rabouteux*. Ital. *Aspero, insoave*. Germ. Rauch, hürnen, unlieblich. Hisp. *Aspero*. Angl. *Rough, rude unpleasant unto the sight or the other senses*. } Videtur deductum à Græco ἀσπερής. Hinc asperam atteriam vocat Plinius, atque adeò medici omnes, quam Græci τραχεῖαν, propter multorum semicirculorum asperitatem. Cic. 2. *de Finib.* Sensus judicat dulce amarum, lene asperum, propè longè, &c. Cic. *in part. orat.* In locis autem & illa naturalia, læves an asperi, salubres an pestilentes, &c. ¶ Aspera signis pocula. Virg. 1. *Æneid.*

*Cymbiáque argento perfecta, atque aspera signis Pocula exstabant.*

¶ Transfertur & ad alia quæ dura sunt, σκαιός. Terent. Asperum pater hoc est, aliud sodes para. Unde & pro nocente quandoque capitur. Virg. 3. *Georg.*

*Aspera, acerba sonant.*
*Sed licèt asperiora cadant, foliúmque volutis,*

Tibul. *lib.4.*

*Nec quadrupes densas depascitur aspera sylvas.*

*ibidem.* Asperi & montani homines, Cic. *lib.1. de bell. civ.* Forsitan & nobis minùs asper, id est, iratus. Ovid. *Eleg.1. lib.3. Trist.*

*Aspera militia invenis certamina fugi.*

idem *Eleg.1. lib.4. Trist.* Asper meus est victus. Plaut. *Capt. sc.2. a.1.* Redibo adhuc ad senem ad cœnam asperam. *ibid. sc.1. a.3.* Aspera leniuntur ferendo placide. Senec. *cap.12. de consol. ad Marc.* Asperiorem frontem habet. Asperæ sunt ex urbe ut tuus victus. Plaut. *Capt. sc.2. a.4.* Aspergere infamia, Sueton. *in Ner. cap.3.* Aspergere suspitione. Liv. 3. *belli Pun.* Aspersus auditiuncula. Gell. *cap.17. lib.13.* Et pro iniquo. Virg. 1. *Æneid.* Quin aspera Iuno. Cic. *pro Cn. Planc.* Eosque adjungas quod naturâ putes asperos, atque omnibus iniquos. ¶ Pro fastidioso, & ingrato. Virg. 8. *Æneid.*

——— *Rebúsque veni non asper egenis.*

¶ Aspera & horrida oratio. Cic. *in Orat.* Quod ipsum alii aspera, tristi, horrida oratione, neque perfecta, neque concisa, &c. ¶ Asperi, pro Asperi, syncretis usitata Poëtis. Virg. 2. *Æneid.*

*Improvisum aspris veluti qui sentibus anguem Pressit.*

Aspĕr numerus dici putatur, qui recentem cusus signaturâque est, quòd plusculum habeat asperitatis, quam ille, qui tam manibus tritus est. Pers.

quod

——— *quid aſper*
*Piſe nummus habet.*

Sueton. *in Nerone.* Exigitque ingenti faſtidio & acerbitate nummum aſperum.

Aſpĕritas ✕ lenitas, { קשי *keſchi.* τραχύτης. GALL. *Aſpreté, rudeſſe, auſterité.* ITAL. *Aſprezza.* GERM. Herbe rauhe/unmildigkeit. HISP. *Aſpereza.* ANGL. *Roughneſſe unpleaſantneſſe to the ſenſes rudeneſſe.* } Cic. 4. *de Fin.* Quam illorum triſtitiam atque aſperitatem fugiens Panætius, nec acerbitatem ſententiarum, nec diſſerendi ſpinas probavit. ¶ Aſperitas animi, ſive animæ, pro difficultate ſpirandi. Plin. *lib.* 22. *cap.* 24. Ergo & hæc animi aſperitas, ſeu potiùs animæ, dulciore ſucco mitigatur.

Aſpĕrĕ, adverb. Durè, & inſolenter. { τραχέως, χαλεπῶς. GALL. *Aſprement.* ITAL. *Aſpramente.* GERM. Rauchlich/unfreundlich. HISP. *Aſperamente.* ANGL. *Roughlie, churliſhlie.* } Cic. *de amic.* Ut igitur & monere, & moneri proprium eſt veræ amicitiæ, & alterum liberè facere, non aſperè; alterum patienter accipere, non repugnanter: ita, &c. Idem 1. *de Orat.* M. Cato Galbæ gravis atque acer inimicus, aſperè apud Pop. Rom. & vehementer eſt locutus.

Aſpĕrĭtĕr. { ANGL. *Rudelie churliſhlie.* } pro eodem apud Nævium *in Pudis.* Ubi tu nequaquam cubares aſperiter. Nonius. Item Plaut. apud Priſcian. *lib.* 15.

Aſpĕro, as. Aſperum facio. { חקשיח *hikſchiah*, חסר *hemár.* τραχύνω. GALL. *Faire aſpre & rude.* ITAL. *Inaſprire.* GERM. Rauch vnd grob machen. HISP. *Aſperar, azer aſpero.* ANGL. *To mak rough, or rude or churliſhe.* } Colum. *lib.* 9. Iunctis parieti modicis aſſerculis, qui paulùm formatis gradibus aſperantur, ne ſint volantibus lubrici. Virg. pro Coagulo, ſive durum facio, poſuit *Æneid.* 3.

*Et glacialis hyems Aquilonibus aſperat undas.*

Aſpratura, æ, in veruſto Lexico exponitur ἀσπάσιον, quòd qui pecuniam permutabant, pro trita, & lævi aſperam habere vellent.

Aſprĕdo, Aſperitas, τραχύτης. Cæſ. *lib.* 5. *cap.* 27. Interdum ſimile his quæ vocant Græci φολίδωμα, aſpredine quadam & magnitudine ſua.

Aſpritūdo, inis, τραχυνότης. Cæſ. *lib.* 6. *cap.* 6. Atque alia quoque utilia ſunt, quæ ad extenuandam aſpritudinem ſunt, de qua protinus dicam.

Aſprētum, i. Locus aſper & abruptus. { τραχύτης. GALL. *Lieu aſpre & mal uni.* ITAL. *Luogo aſpro.* GERM. Ein rauch orth. HISP. *Lugar aſpero, ſpinal.* ANGL. *A rough plane broken like rokes and ſtippe downe.* } Liv. 9. *ab Vrb.* Ad hæc ſaxa erant, & temerè jacentia (ut fit) in aſperis. Idem 5. *bell. Maced.* Tabernacula ſtatuere in aſpretis, & inæquali ſolo difficile erat.

Aſpĭrgo, ĭs, ſi, ſum, ex Ad, & Spargo, quaſi ad aliquid ſpargo, reſpergo. מזה *mazáh.* ῥαντίζω, ῥάνω, ἐπιῤῥαίνω. GALL. *Arrouſer, aſperſer.* ITAL. *Spargere, ſprazzare.* GERM. Anſprützen/beſprengen. HISP. *Derramar, ò rociar.* ANGL. *To ſprinkle vpon, or water.* } Regit autem vel accuſativum ſolum. Plautus, Aſperſiſti aquam, iam redit animus. Metaphora ſumpta ab iis, qui in deliquio, quod Græci ἀναψύχειν vocant, aſperſa in faciem aqua, ad ſui ſenſum revocantur. ¶ Aſpergere aliquid in epiſtolis dicimus, quum pauca de re aliqua ſcribimus. Cicer. *ad Calium lib.* 2. *Epiſt.* Hæc aſperſi, ut ſcires me tamen in ſhomocho ſolere ridere. ¶ Vel accuſativum cum dativo. Virgil. *lib.* 3. *Georg.*

*Aut veſto aſſuetum volnber ſuccedere, & umbra,*
*Peſtis acerba boum, pecorique aſpergere virus.*

¶ Vel accuſativum cum ablativo. Plaut. *in Epid.* Ah, guttula pectus mihi ardens aſperſiſti. ¶ Vel ablativum cum præpoſitione Ex. Cicer. *fam.* 6. Quæ eſt igitur (inquies) ſpes ab irato, eodem fonte ſe hauſturum intelligit laudes ſuas, è quo ſit leviter aſperſus.

Aſpĕrſio, nis. Reſperſio. { זרק *zarák*, מרח *mazzéh.* ῥαντισμός. GALL. *Aſperſion, arrouſement.* ITAL. *Spruzzo.* GERM. Beſprengung. HISP. *Aquella obra de derramar ò rociar.* ANGL. *Sprinkling, wattering, caſting of licour.* } Cic. 2. *de Legib.* Nam illud vel aſperſione aquæ, vel dierum numero tollitur.

Aſpergo, inis, ſignificat actum ipſum aſpergendi, vel madefactionem, { παρροή. ANGL. *Sprinkling, wattering.* } Virg. *Æneid lib.* 3.

——— *falſa ſpumant aſpergine cautes.*

Plin. *lib.* 36. *cap.* 22. Aſpergine & gelu pruinâſque rumpuntur in teſtas.

Aſperſus, huius aſperſus, nomen. *ſum pot.* Plin. *lib.* 22. *cap.* 53. Quæ inſecta appellavimus, omnia olei aſperſu necantur.

Aſpĕrgillum, { αἰσπέρσιλλον. GALL. *Aſperſoir ou guepillon.* ITAL. *Aſpergolo.* GERM. Ein ſprutzwedel. HISP. *Reciadero.* ANGL. *Aſprinkling, inſtrument a holie water ſticke.* } Novum quidem, ſed non inelegans vocabulum videtur: ſignificat inſtrumentum, quo aquâ nos aſpergere ſolemus. Sipontinus.

Aſperſores aquæ qui ſint *in l. athletam, ff. de his qui not. infam.* nonnihil dubitationis habet. Et divinaci quadam conjectura, vera tamen Accurſ. eos eſſe interpretatur, qui in ſtadio poſiti, quo celeriùs in equeſtri certamine refocillati equi currerent, velociſque metam attingerent, equis frigidam aquam ſuffundebant & aſpergebant.

Aſpĕrnor, aris, compoſitum à Sperno, Recuſo, averſor, non agnoſco, faſtidio. { מרח *bizáh.* καταφρονῶ. GALL. *Meſpriſer, rejetter, rebuter.* ITAL. *Sprezzare.* GERM. Verachten/ verwerffen. HISP. *Menoſpreciar.* ANGL. *To refuſe, to reje&t, to contemne.* } Terent. *in Eunuch.* quam is aſpernatur nunc tam liberaliter. Eius complexum nihil moror, meum autem complexum aſpernatur. Plaut. *Aſin. ſc.* 3. *a.* 3. Quid pro ignoto me aſpernatis. Idem *Capt. ſc.* 4. *a.* 3. Quidvis expectes alios omnes aſpernere. Idem. *Moſt. ſc.* 3. *a.* 1. Qui habet ſatis, appetitur: qui eſt pauper, aſpernatur, id eſt contemnitur. Cic. *apud Priſcian.*

Aſpĕrnabilis, qui eſt dignus ut aſpernetur. { ἀποστατέος, καταφρονητέος. GALL. *Meſpriſable, refuſable.* ITAL. *Degno d'eſſere ſprezzato.* GERM. Das verachtens würdig. HISP. *Digno de ſer menoſpreciado.* ANGL. *Worthie to be reje&ted and contemned, which ought not to be regarded, refuſeable.* } Gellius *lib.* 11. *c.* 3. Nonnunquam apud me ipſum ſoleo res ejuſmodi parvas quidem minutaſque & hominibus non bene eruditis aſpernabiles, &c. Tetra & aſpernabilis Dialectica. Gell. *c.* 8. *li.* 16. Item Accius apud *Non.*

Aſpernantes habere, *l.* 4. §. 3. *C. de poſtuland.*

Aſpĕrnātio, contemptus. { מרי *berui.* καταφρόνησις. GALL. *Meſpris, & reiettement.* ITAL. *Diſpregiamento.* GERM. Verachtung. HISP. *Menoſprecio.* ANGL. *Contempt, deſpite, deſpizing.* } Cic. 4. *Tuſcul.* Quorum omnes morbi & perturbationes ex aſpernatione rationis eveniunt.

Aſphaltites, ἀσφαλτίτης, lacus eſt Judææ, bitumen gignens: unde & nomen habet, ἄσφαλτος enim bitumen ſignificat. Nullum corpus vivum in eo ſubmergitur: unde & mare mortuum dicitur. { GERM. Das todte Meer. } Author eſt Plin. *lib.* 5. *cap.* 15. & 16. & *Juſtin. lib.* 26.

Aſphodelus, i. { ἀσφόδελος. GALL. *Aſphodille.* ITAL. *Aſfodello.* GERM. Goldbluom. HISP. *Gamonito.* } Videtur autem lilium cynorrhodon dictum Plinio *lib.* 21. *c.* 1. & *lib.* 25. *c.* 2. Herba eſt quam alio nomine Antericon vocant, qua Lucianus fingit Manes velici apud inferos. Eius duæ ſunt ſpecies ſexu diſcretæ. Marem Albucum nominant, fœminam Haſtulum regiam: quòd dum floret, regii ſceptri effigiem referat. Vide Plin. *lib.* 20. *cap.* 17. & Ruell. *lib.* 2. *c.* 99. Gell. *c.* 2. *lib.* 18. Aſphodelum in neutr. gener.

Aſpĭcio, is, ex Ad, & Specio, antiquo verbo (teſte Varrone) e, in i, mutata. Intueri, oculos in rem aliquam intendere. { ראה *raáh*, שעה *ſchaáh*, חביט *hibbit*, שקף *ſchakaph.* ὁράω, ἐφορῶ, ἐποπτεύω. GALL. *Regarder, aviſer.* ITAL. *Vedere, guardare.* GERM. Anſehen/ anſchawen. HISP. *Mirar.* ANGL. *To beold to looke, on to ſee.* } Plaut. *in Aſin.* Si quem alium aſpexerit, excæcatum continuò fiet. Terent. *in Andr.* interea inter mulieres quæ ibi aderant, ſortè unam aſpicio adoleſcentulam. Ex quibus locus locis apertè quoque intelligitur id quod traditur à Cornel. Frontone *in diff. vocab.* Aſpicere eſſe de rebus improviſis: de qua re infrà in verbo *Cerno.* ¶ Aſpicere ad. Cic. *de Aruſp. reſp.* Et ſimul ad Cn. Lentulum cos. aſpexit. ¶ Aſpicere aliquem, item pro iuvare. Virg. 2. *Æneid.*

*Iuppiter omnipotens, precibus ſi flecteris ullis,* *Aſpice nos.*

Vbi Servius, Aſpice nos, quia intuentes dii adjuvant.

Aſpĕctus, us, viſus & intuitus cujuſcunque animalis. { מראה *mareáh.* ὄψις. GALL. *Regard, veuë.* ITAL. *Aſpetto, veduta.* GERM. Angeſicht. anſchawung. HISP. *Aſpecto ò viſta.* ANGL. *The ſight.* } Virg. 1. *Æneid.*

——— *propiùs vos aſpice noſtros,*
*Neque ego te vita frater amabilior aſpiciam poſthac.*

Catull. *ad Ortalum.*

*Aſpicimus oculis ſuperi mortalia inſtis.*

Ovid. 13. *Metam.*

——— *ſunt & mihi vulnera cives,* *Aſpicite.*

Idem 13. *Metam.* Ubi ſuram aſpicias, dicas gerere poſſe craſſas compedes. Plaut. *Pſeud. ſc.* 7. *a.* 4. Quid ego oculis aſpicio meis? Idem *Men. ſc.* 6. *a.* 5. At faciem eorum cùm aſpicias, haud videntur mali. Idem *Pſeud. ſc.* 2. *a.* 1. Video illam, ubi me contrà aſpexit. Idem *Milit. ſc.* 1. *a.* 2.

*Quorum hic aſpicitur, creditur ille Dous.*

Ovid. *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Triſt.* Aſpicere ad aliquem. Gell. *cap.* 16. *lib.* 4.

*Aſpiceres nudos ſine fronde, ſine arbore campos.*

Ovid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Triſt.*

*Quocunque aſpiceres planctum gemituſque ſonabant.*

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Triſt.* Item,

*Aſpicis ut veniam, &c.*

*Ibid. Eleg.* 8. *lib.* 1.

*Aſpicis ut ſumma tortex levis innatet unda.*

*Ibid. Eleg.* 4. *lib.* 3. Aſpicis lætitia geſtientes, Plaut. *Amph. ſc.* 1. *a.* 5. Omnia mala ingerebat, quemque aſpexerat. Idem *Men. ſc.* 1. *a.* 5. Si quem alium aſpexit, &c. Idem *Aſin. ſc.* 1. *a.* 4. Herúmne ego aſpicio meum? Agedum aſpice ad me. Idem *Capt. ſc.* 4. *a.* 3. Ubi ea te aſpexerit, narrabit ultrò, quid eſſe velis. *Ibid. ſc.* 4. *a.* 2. Age me aſpice (ſup. indutum palla.) Idem *Men. ſc.* 2. *a.* 1. Aſpicere res ſociorum, pro inſpicere. Liv. *lib.* 9. *d.* 4. Cic. 1. *Tuſc.* Quod iis ſæpe uſu venit, qui quàm acriter oculis deficientem ſolem intuerentur, ut aſpectum omninò amitterent: ſic mentis acies ſeipſam intuens nonnunquam hebeſcit. Idem *de univerſ.* Qua ex conjunctione cœlum ita actum eſt, ut ſub aſpectum & tactum cadat. ¶ Atticus aſpectus, Ἀττικὸς βλέπων, perinde eſt quaſi dicas, os impudens. In eos dicebatur, qui vultu ipſo præ ſe ferebant impudentiam, dicendique confidentiam. Nam hoc vitio notati ſunt Atticorum mores. Ariſtoph. *in Nub.* ¶ Titanicus aſpectus, Τιτανόδης βλέπειν, id eſt, Titanicum tueri, hoc eſt, vultu Titanico obtueri. Titanicum autem torvum vocant, ac cujuſmodi fuiſſe ferunt veteres illi Titanes. Lucian. *in Timone.*

Aſpĕcto, as, Fixis oculis aliquem intueor. { חביט *hibbith*, שעה *ſchaáh.* ἐφοράω. GALL. *Regarder ſouvent.* ITAL. *Guardare fiſſo.* GERM. Eben vnd mit fleiß ſehen. HISP. *Mirar à menudo.* ANGL. *To beold much, to gaze upon, to ſtare.* } Plaut. *in Amph.* Cœlum aſpectat, obſervabo quam rem agat. Quid me aſpectas ſtolide? Virg. 1.

——— *adverſæque aſpectat deſuper arces.*

*Ibid.* Hem aſpecta, rideo. Plaut. *Aſin. ſc.* 1. *a.* 5.

Aſpectābilis, e, dignum quod aſpiciatur. { שקוף *ſchakáph.* ἀξιοθέατος, ἀξιοπρόσοπτος. GALL. *Digne d'eſtre veu & regardé.* ITAL. *Coſa degna di eſſere mirata.* GERM. Beſchawens würdig. HISP. *Digno de ſer mirado.* ANGL. *Worthie, to be looked on.* } Cicer. *de Univerſit.* Deus animal unum aſpectabile, in quo omnia animalia continentur, efficit. ¶ Interdum id quod videri poteſt, quod ſub viſum cadit. Idem *ibidem*, Corporeum, atque aſpectabile, itemque tractabile omne neceſſe eſſe quod natum eſt.

Aſpectābilior, compar. Spectatione dignior, θεατότερος. Apuleius *in Apologia*: An tu ignoras nihil eſſe aſpectabilius homini nato, quàm formam ſuam.

‖ Aſphodelus, ἀσφόδελος, planta, haſtula regia. Dicitur & ἀσφόδιλος. Etymol. teſte. ‖

Aſpidiſci, *candimus*, brevia ſunt ſcuta, & in ſcuti modum orbiculata ornamenta. Cæl. *lib.* 13. *cap.* 16.

Aſpilates, *ἀσπιλάτης*, gemma ex ignei coloris, quam Democritus tradit in Arabia gigni, & in avium quarundam nido inveniri: traditque eam ex cameli pilo ſplenetici aligatam, malo illorum mederi. ¶ Eſt & altera eodem nomine argentei coloris, lymphatis utilis. Utriuſque meminit Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Ăspīro, as, Idem quod affio, ex Ad, & Spiro, ſed d. abjicitur: idem aliquando quod ſimplex Spiro. ‖ רוח *ruach*, נשף *ſhéaph*, נשם *naphach*. *πνεῖν*. Gall. *Souffler, aſpirer, reſpirer.* Ital. *Spirare, favorire.* Germ. Anblaſen/ anhauchen/ anwayen. Hisp. *Dar aliento y favor à otro.* Angl. *To blowe upon to aſpire, to comete, to have ſucceſſe, to attaine.* ‖ Virg.

——— *Aſpirant auræ in retiem.*

Cic. *de Natur.* Pulmones tum ſe contrahunt aſpirantes, tum ſpiritu dilatant. ¶ Ponitur interdum pro auxilium præbere, favere, *συναγωνίζεσθαι*. Angl. *To helpe, to aide.* ‖ Virg. 2. *Æneid.*

——— *Aſpirat primo fortuna labori.*

Tractum à navigantibus, quibus ſpirantes auræ favent. ¶ Interdum pro Incumbere, & quaſi toto ſpiritu intentum eſſe, *σφίσιν ἔχειν*: ut, Scipio aſpirat ad Conſulatum. ¶ Interdum accedere, prævenire. *Πλησιάζειν*. Gell. *lib.* 2. *c.* 23. Ad horum autem ſyncerit atem veritatémque verborum an aſpiraverit Cæcilius conſideremus. Cic. *Trebatio.* Vtrò etiam accerſitum abeo, ad quem cæteri non propter eius ſuperbiam, ſed propter occupationem aſpirare non poſſunt. Accedere (inquit Aſconius) eſt proximum fieri: Aſpirare, in eam partem qua quid quæſitum eſt, vultum & oculos, & ſpiritum oris advertere. Aſpirare, tamen (inquit Servius) *Æneid. lib.* 12. Accedere ſignificat, ut 4. *Verr.* Quando aſpirabat in curiam. Gell. *cap.* 3. *lib.* 14. Aſpirat ad eos contagium. Ad eius vim nec aſpiravit Gracchus. Idem *cap.* 3. *lib.* 10.

Ăspīrātio, nis, verbale. Afflatus, halitus, exhalatio. ‖ נשמה *neſhamáh*. *πνοή*. Gall. *Aſpiration, ſoufflement, reſpiration.* Ital. *Aſpiratione, ſoffio.* Germ. Anblaſung/ anwayung. Hisp. *Obra de dar aliento à favor.* Angl. *Blowing or wooing on.* ‖ Cic. 2. *de nat. Deor.* Animantes autem aſpiratione aëris ſuſtinentur. Idem *de Divinat.* Nam ſi obſcurior, quaſique caliginoſa ſtella exiterit, pingue & concretum eſſe cœlum, ut eius aſpiratio gravis & peſtilens futura ſit. Eſt item aſpiratio, ſpiritus aſper, quo literas quaſdam vegetiore ſono efferimus. *δασεῖα*. Cic. 3. *de Orat.* Maiores nuſquam niſi in vocali aſpiratione utebantur.

Ăspis, idis, ‖ פתן *péthen*. *ἀσπίς*. Gall. *Serpent nommé Aſpic.* Ital. *Aſpe, aſpide.* Germ. Ein ſchlang Aſpis genant. Hisp. *Bivora.* Angl. *A kind of moſt venemous ſerpent.* ‖ Serpens parvus, tardi viſus, tam præſens habens venenum, ut nullum ſit morſus remedium, niſi ut vix unquam ſine compare vagetur. Itaque ſi quis alterum interemerit, tanta eſt alteri ultionis cura, ut interfectorem perſequatur, unúmque cum in quantovis hominum agmine agnitum infeſtat: perrumpit omnes difficultates, permeat ſpatia, nec niſi amnibus arcetur, aut præceleri fuga. Hæc Plin. *lib.* 8. *c.* 18. Aſpis, ſi Lucano credimus, in ſola Africa naſcitur, quamvis & in noſtrum orbem avaritia invexerit. Ita enim de ea ait *lib.* 9.

*Ipſa caloris egens gelidum non tranſit in orbem*
*Sponte ſua. Nilóque tenus metitur arenas.*
*Sed quis erit nobis lucri pudor! inde petuntur,*
*Hinc Libyca mortes, & fecimus aſpida merces.*

Sunt autem plures aſpidum ſpecies, diſparéſque effectus ad nocendum: de quibus vide Ælian. *lib.* 9. *à c.* 26. *uſque ad* 29. ¶ Eſt & Aſpis, inſula in mari Lycio, de qua Plin. *lib.* 5. *c.* 31. ¶ Eſt item Aſpis promontorium in litore Africæ, à forma clypei dictum, urbem habens ejuſdem nominis, quæ à Latinis Clypea dicitur. Silius:

*In clypei ſpeciem curvatis turribus Aſpis.*

Strab. *lib.* 6. Coſſura inſula eſt ante Aſpidem ſita, & Carthaginenſem urbem, quam Clypeam vocant.

Aſpita, ruina. Vitæ Ioannis Eleemoſynarii capite 51. *Vno hinc, & altero hinc aſpitantibus.* Ita MSS. ubi editi, *aſſidentibus.* Ita & Gloſſarium MS. Camberonenſe: videndum tamen num pro ruina legendum ſit *vermina.* Certè *ſpirum* dicitur verū. Gloſſarium Camberon. *Aſſum, vermiſ eſt pitum.*

Ăsplēdōn, *ἀσπληδών*, Phocenſium urbs, ut tradit Pauſanias. Hanc Euſtathius vocatam Apricam dicit, tum quòd hybernationi locus amœnus ſit, tum ad differentiam alterius, cuius meminit Homerus *in catalogo, lib.* 2. *Iliad.*

Ăsplēnum, i, ‖ *ἄσπλενον*. Gall. *Ceterach.* Ital. *Scolopendria.* Germ. Hirtzenzung. Hisp. *Doradilla.* Angl. *An hearbe which diminiſheth the milte.* ‖ Herba ita dicta, quòd lienem imminuat: de qua Plin. *lib.* 27. *cap.* 5. Hanc alii Scolopendrion, vel Scolopendram vocant: Arabes Ceterach, quod nomen vulgus pharmacopolarum adhuc retinet. Quam autem Pharmacopolæ falsò Scolopendram vocant, eſt ea quam Dioſcorides Hyllitim appellat.

Ăsporenus, *ἀσπορήνη*, mons eſt prope Pergamum Aſiæ urbem, ab aſperitate & ſteritate dictus. Habet celebre Cybeles templum, quod ab eo etiam Aſporenum, & dea ipſa Aſporena dicitur.

Ăspŏrtārĕ, Auferre, quaſi hinc aliò portare, נשא *ſhaáh*, נשן *ſhaan*, נשא *naſá*, טלטל *tiltel*. *ἀφαίρειν*. Gall. *Tranſporter d'un lieu à un autre.* Ital. *Levar da un luogo, ò portar à un altro.* Germ. Hinweg tragen/ an ein ander orth tragen. Hisp. *Llevar de algun lugar.* Angl. *To tranſporte or carie frome one place to another.* ‖ Terent. *in Phorm.* Quoquò hinc aſportabitur terrarum, certum eſt perſequi. Cic. *in Parad.* Multa de ſuis rebus ſecum aſportarent. Virg. 2. *Æneid.*

——— *nec comitem te hinc aſportare Creuſam.*

¶ Importare, afferre. Aſportare aliquid ut intereat, deportare ut mutet locum. Aſconius. Si quæ aſportaſſent, reddereut. Plaut. *Amph. ſc.* 2. *a.* 2.

Aſpŏrtātio, nis, verb. Aſportandi actus. ‖ משא מלאה *maſſéth, tal teláh*. *φόρτωσις*. Gall. *Tranſport d'un lieu en un autre.* Ital. *Il portare una coſa da un luogo a un' altro.* Germ. Hinweg tragen. Hisp. *Obra de llevar de lugar.* Angl. *Tranſporting or carying or freme one place to another.* ‖ Cic. *in Verr.* His pulcherrimo periculo, amplitudo ſalutis fuit, quòd eorum demolitio atque aſportatio difficilis videbatur.

Aſpratilis, genus lapidis ſimilis.

‖ Aſpratura, *ἀσπρατούρα*. Gloſſ. v. Græcis poſterioribus eſt *ἄσπρον*, album nummi. ¶ Eſt quoque nummi genus, ut album vertitur. Gloſſ. Græcol *ἀσπρατούρα ἀσπρίου* alpirum. Hinc aſpratura nomen habet. Vide Meurſ. Gl. gr. b. nempe pecunia utplurimum eſt argentea, h. e. alba. ‖

Aſpreſias, nomen patrium. Suet. *in Auguſt. cap.* 43.

‖ Aſpretum, Livio, 1. c. ſalebra, aſper & inæqualis locus, quem ſine ſalru non poſſis tranſmittere.

Aſprodontæ, albos dentes habentes. Gl. gr. b. ‖

Aſpurgiani, *ἀσπουργιανοί*, circa Maotim paludem. Steph.

Aſſa, civitas iuxta Athon: item vicus Scythiæ. Steph.

Aſſa, vox, ut Nonius ſcribit, ore tantùm prolata, nullis tiblarum, aut aliorum organorum vocibus admiſtis. Varro in Caton. *de lib. educand.* Melos alterum in cantibus bipartitum: unum, quod eſt in aſſa voce: alterum, quod vocant organicum. Eud. *in Pand.* Idem Varro *de vita pop. Rom.* In convivis pueri modeſti cantabant, & aſſa voce, & cum tibicine. Ex Nonio.

Ăssa in neutro genere, vel aſſæ carnes, eadem ratione dictæ ſunt, qua vox aſſa, *ἄπυρα, ἀνάλμα*. Aſſum enim apud veteres ſolum ſignificat, vel merum: vel quòd ſolo igne ſine aliquo liquore coctæ eſſent, vel quòd ſine condimento aliquo, aut adjumento alieni ſaporis ſolent edi. Eadem etiam figura Merum dicimus vinum ſolum & purum, quòd nihil aquæ habeat admiſtum. Sic etiam vox Aſſa dicitur, vox ſola, quæ nulla organorum ſymphonia adjuvatur. ¶ Aſſa item, locus in balneis, ubi tantùm ſudant, non etiam lavant. Seneca, Sudatoria vocat. Cicer. *Quint.* In balneam iis aſſa in alterum apodyterii angulum promovi.

Aſſæ, aſſarum, nutrices dicuntur, ob id quòd adſint iis quos nutriant, nec vel exiguo divellantur. Ex Nonio.

Aſſacani, Indiæ regio eſt, in qua eſt Magoſa civitas regionis totius caput. Strabo *lib.* 15.

Ăssāmĕnta, orum, neutrum plurale. ‖ לוח *lúach*, קרש *kéreſh*. *τὰ σανίδωματα*. Gall. *Ais de bois de ſente, membrures.* Ital. *Tavola da ſegare.* Germ. Dilen/ loden/ bretter. Hisp. *Entabladura.* Angl. *Sawed boardes.* ‖ Tabulæ ſunt ſectiles, quæ aſſes, ſive potiùs aſſeres aliàs dicuntur, non abſimiles ſcandulis, quibus tecta tegularum vice aliquando tegi ſolent. Plin. *lib.* 16. *c.* 40. Rigorem fortiſſimè ſervat ulmus, ob id cardinibus, aſſamentiſque portarum utiliſſima.

Aſsăracus, *ἀσσάρακος*, Troïs filius fuit, avus Anchiſæ, & pater Capyos. Virg. 3. *Georg.* Aſſaraci proles. Ovid. 4. *Faſt.*

Aſſaradon, ultimus Aſſyriorum rex, & Sennacherib filius.

‖ Aſſciſco, vide *Aſciſco.* ‖

Aſſedones, vide *Eſſedones.*

Aſſaratum, autore Feſto, potionis genus erat ex vino & ſanguine temperatum, quòd Latini priſci Sanguinem Aſſir vocabant: alii legunt Aſſiratum.

Ăsseclă, aſſectator. ‖ אלך אחר *holéch acháar*, מרביק *madhbik*. *ἀκόλουθος*. Gall. *Page, ou ſerviteur allant après ſon ſeigneur, ſuivant.* Ital. *Seguitatore.* Germ. Der auff einen wart vnd im nachgeht. Hisp. *Aquel que acompaña ſeguiendo.* Angl. *A page, a ſervand whith followeth and waiteth on his maiſter.* ‖ Livius *lib.* 5. Etsi devolvi rem, ut aut Patricii, aut Patriciorum aſſeclæ habendi Tribunis plebis ſint. Cic. *in Salluſt.* Sed tu omnium menſarum aſſecla, omnium cubiculorum in ætate pellex, & idem poſtea adulter. ¶ Aſſecla autem diſtinguitur à ſodali & comite, quòd Sodalis dicitur amicitiæ: Comes is, qui unà iter facit: Aſſecla verò qui ſequitur potentiorem. Ita ut comes comiti ſecuritatem, ſodalis amico amicitiæ, aſſecla verò officii ius præſtet ſuperiori. Cornelius *Fronto.*

Astēr Samius, ἀστὴρ σάμιος, ſpecies eſt terræ cujuſdam ad multos medicinæ uſus conducentis, quæ in Samo inſula effoditur: ita dicta à ſtellæ imagine, quæ illi imprimi ſigillo conſuevit. Huius terræ meminit Galen *lib.* 9. *ſimpl.*

Astēr Atticus, vel Aſticus, potiùs, q. d. littoralis, non invenitur niſi in literis. Astragalus, cicer ruſticum, vel montanum. Cicer. Sic dicta

est

est herba, quòd radicem crassam & astragalo ossi similem habeat, ἀστράγαλος. Herba est Plinio, quæ quòd præsens est inguinum remedium, à Romanis Bubonium dicitur, & vulgò Inguinalis. Vide Plin. *lib.* 27. *cap.* 5. & Astragalo *lib.* 24. *c.* 14.

Astĕrĭa, æ, vel Asteries, ei, ἀστερίη, nomen Latonæ sororis proprium. ¶ Est & Asteria Deli & Rhodi insularum nomen. Vide Plin. *lib.* 4. *cap.* 12. & *lib.* 5. *cap.* 31. ¶ Significat & gemmam, aciculam quandam lucem pupillæ modo continentem, quæ opposita Soli, radios regerit candicantes Plin. *lib.* 37. *cap.* 9.

Asteria, filia fuit Cœi Titanis filii, ut Theologio placet. Hæc autem, ut ait Fulgentius, post vitiatam Latonam, à Iove dilecta est, a quo in aquilam versa oppressa fuit, eique ex eo concubitu Herculem peperit. Quæ tandem, ut quibusdam placet, adversus Iovem furiens, & eius fugiens iras, deorum miseratione in coturnicem versa est, quæ Græcè vocatur ὄρτυξ: nomenque dedit insulæ, in quam aufugerat, ubi à Iove in lapidem mutata est, undisque demersa, & ab eisdem huc illuc agitata, quæ tandem ob susceptam Latonam firmata est. Ex Boccatio. Hæc insula ob susceptam Latonam supernatavit: & primò Neptuno ac Doridi consecrata est: postea Delos dicta, in qua insula Latona Apollinem & Dianam peperit.

Astĕrĭas, ἀστερίας. Avis ex genere ardeolarum, à fulgore asterum. Plin. *lib.* 10. *cap.* 60.

Astĕrĭcum, ἀστερίσκος, vulgò volubilis minor, & campanula. Herba est acymi folio, quæ & Helxine dicitur, ἀπὸ τοῦ ἕλκειν, eo quod asperitate sua tenaci nexu vestes quibus hæserit ad se trahat: & Urceolaris herba, eo quòd vitreis urceolis detergendis in primis sit idonea. Nascitur in tegulis parietumque: unde & Parietaria, & Muralis herba vulgò dicitur. De hac Plin. *lib.* 22. *c.* 17.

Astĕrion, ἀστέριον, civitas Thessaliæ, sic dicta, quòd in alto sita monte velut astrum quoddam procul aspicientibus fulgere videatur, ut tradit Stephanus, qui eam sua ætate Pyrrhum vocatam asserit. ¶ Est & altera urbs eius nominis in Syria. ¶ Est & fluvius Achaiæ, in Nemea sylva leniter fluens, fructuum iuxta ripam abundantissimus, ut testis est Lactant. ¶ Item mons Peloponnesi, ad sinum Argolicum, de quo Plin. *lib.* 4. *c.* 5. ¶ Est herba quædam hoc nomine apud Pausaniam, in agro Argivo nascens, ad ripam fluvii ejusdem nominis, cuius folia Iunoni sacra accolæ in coronas nectunt: { Germ. Scharrenblum oder Stantraut. ¶ Asterion item, ἀστερίων. Cometæ filius, qui Iasonem Colchos navigantem secutus est, ut habet Apollonius. Valer. *lib.* 1. *Argonaut.*

——— *celer Asterion, quem matre carentem*
*Cinnam gemino fovit pater amne Cometes.*

Asterion, ii, ἀστέριον. { Angl. *A sort of spider.* } Species est aranei, cuius morsu genua labefactantur, ut tradit Plin. *lib.* 29. *c.* 4. ¶ Est & Asterion herba quæ & Spondylium dicitur, quòd semen habeat Asterii animaluculi figura. Vide Dioscor. *lib.* 3. in descriptione Spondylii.

Astĕris, ἀστερίς, insula in medio Sami, & Ithacæ sita. Strabo *lib.* 1.

Astĕrno, is, ĕre, astravi, astratum, iuxtà sterno. { רצף *raphadh*, תרבין *birbiri*, תשכיב *hischchibh*, מרפדים *mirpadim*. Gall. *Coucher, & estendre auprés.* Hisp. *Disfendere.* Germ. Herzuspreiten/ Nidhen etwas legen. Hisp. *Derribar algo hazia ensacosa.* Angl. *To lie and spread out nigh another.* } Ovid. utitur eius passivo 1. *Metam.*

*Nulla diique vacant, astrataque sepulchro.*

Asterusia, ἀστερουσία, mons Cretæ, ad meridiem mare aspiciens: à quo & Asterusia Indiæ urbs nomen habet, quòd illic Cretenses coloniam collocarint. Huius incolæ Asterusiani vocantur, & Asterusii ἀστερουσῖοι) Stephano.

‖ Asthma, ătis, flatus, anhelitus, ab ἄω spiro, ἄζω, i. e. affio calidum ore. ¶ Est etiam Asthma anhelatio, suspirium, difficultas spirandi vehementior. Unde ‖

Asthmătĭcus, a, um. { ἀσθματικός. Gall. *Pontif, qui a son haleine avec grande difficulté.* Ital. *Chi spira con difficultà, chi ha l'asmo.* Germ. Ein kurtzhiger/ der schrödtlich vnd mit keichen athmet/ ein engbrustiger. Hisp. *Cosa que tiene dificile respiracion.* Angl. *Which breathed passefully, pursey.* } Anhelus & spiritosus dicitur, quum scilicet spirare sine sono & difficultate quispiam non potest.

Astice, ἀστική, regio est Thraciæ, supra Bosphorum, Ponto Euxino imminens, cuius urbes sunt Apollonia, Thynnias, Almedessus, Develton, & Phinopolis { Germ. Einlandtschafft in Thracien so an das Euxinisch Meer stosset. } de hac Plin. *lib.* 4. *cap.* 11.

Astigi, civitas Bæticæ, à qua Astigitanus ager. Plin. *lib.* 3. *c.* 1.

Asthochia, vide *Asyrchia.*

Astĭpŭlor, Assentior. { ירא *jadah*, רצה *ratsáh*, συνευδοκῶ, συγκατατίθεμαι, συγκατατίθημι. Gall. *Consentir à quelque chose.* Ital. *Consentire.* Germ. Verwilligen/ vberein kommen. Hisp. *Consentir con otro, y otorgar.* Angl. *To consent, to any thing, to agree.* } Liv. 9. *bell. Maced.* Non pendere ex alterius vultu ac nutu, nec alienis monumentis animi circumagi, astipularique irato Consuli Tribuni plebis.

Astipŭlatio, Assensus. { רצון *ratsón*, συναίνεσις, συγκατάθεσις. Gall. *Consentement & accord.* Ital. *Consentimento, accordo.* Germ. Verwilligung/ mitstimmung. Hisp. *Consentimiento.* Angl. *Consenting, according with another.* } Plin. *lib.* 29. *c.* 1. Qua de re extat etiam Annæi Senecæ astipulatio.

Astipŭlātus, us. Attestatio, vel assensus. Plin. *lib.* 7. *cap.* 7. Consecratus est vivus, sentiénsque oraculi eiusdem iussu, & Iovis deorum summi astipulatu.

Astipŭlātor, oris, qui assentitur. { רוצה *rotséh*, συναινέτης. Gall. *Qui s'accorde à aucun, & est de son opinion.* Ital. *Chi si accorda, & concorre in opinione con alcuno.* Germ. Ein verwilliger/ mitstimmer. Hisp. *El que assi consiente con otro.* Angl. *He that consenteth with another.* } Cicer. 4. *Acad.* Sed illud fallum esse & Stoici dicunt, & eorum astipulator Antiochus.

Astrŭo, is, ui, utum: compositum ex Ad & Struo, iuxtà statuo, præsentem exhibeo. { תסדר *chesedr*. Gall. *Ranger, agencer.* Ital. *Collocare.* Germ. Neben einen/ neben einen etwas stellen. Hisp. *Establecer.* Angl. *To set or place nigh by.* } Autor ad Herenn. *lib.* 4.

Ægrotum in lecto cubantem faciamus, & eum ad lectum eius assistentes. ¶ Est item Astruo ad ignem colloco Plautus *Capt. sc.* 2. *a.* 4. Iubet' an non tubes astitui aulas, parmas eius?

Asto, as, ti, itum. Præsens aut firmus, seu erectus sto. { עמד *hamádh*. Gall. *Estre prés, assister, estre debout prés quelque chose.* Ital. *Essere presente, stare fermo in piede.* Germ. Bestendig/ Jugegen stehen/ nahen etwas stehn. Hisp. *Estar en pie cerca de otro.* Angl. *To stand by, to be present.* } Ponitur interdum absolutè. Plaut. *in Capt.* Ego miser vix asto præ formidine. Idem *in Cistell.* Adolescens asta, atque audi. Idem *in Cas.* Stultus contrivi dies, dum asto advocatus cuidam cognato meo. Idem, Continuò in genua astanti. Idem *Most. sc.* 4. *a.* 1. Cave ne cadas, asta. Item, Astam somniat. Plaut. *Men. sc.* 4. *a.* 2. Vidi te astare ante ædes cum corona. *Ibid. sc.* 2. *a.* 4. Dicam te hic astare foris. *Ibidem a.* 2. bis: & astare foris. Quid malum astas? quin retines (i, otiosus es?) Idem *Merc. sc.* 5. *a.* 2. Egone istuc dias? Aio. Atque astante hoc Sosia. Idem *Amph.* Solearii astant, astant molochinarii (creditores.) Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 3. Vide ut astitit severa fronte. Idem *Merc. sc.* 2. *a.* 2. Siccine astet, si tam ex pectet. Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Vix asto præ formidine. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Ut considenter mihi contrà astitit. *Ibid. sc.* 3. *a.* 3. Postquam ille hinc abiit, tu astas solus, Pseudole. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Cic. *pro Archia.* Quum in Sigeo ad Achillis tumulum astitisset. ¶ Aliquando significat simpliciter sto. *Virg.*

——— *arrectisque auribus astant.*

¶ Interdum Sum, quum de rebus loquimur, quæ cadere non possunt: ut quum dicimus terram astare.

Astites, pro astantes, vel præsidentes alicui rei.

Astomi, ἄστομοι. Indiæ populi sine ore, anhelitu tantùm viventes, & odore, ab α privativa, & στόμα, quod Latinè os significat. Plin. *lib.* 7. *c.* 1.

Astræi, ἀστραῖοι, Astræi, & Auroræ, sive (ut alii malunt) Iovis & Themidos filia, Iustitiæ antistita, quam Poëtæ fabulantur aureo illo sæculo è cœlo in terram migrasse, & tandem mortalium sceleribus offensam, cœlum repetivisse. Ovid. 1. *Metam.*

*Ultima cœlestum terras Astræa reliquit.*

Astræus, ἀστραῖος, unus fuit ex Titanibus, qui contra deos arma sumpserunt. Hic cum Aurora fertur concubuisse, & ex ea ventos generasse, qui ab eo Astræi fratres dicti sunt. Ovid. 14. *Metam.*

*Æraque, & tumidum subitis conturbine æquor*
*Astræi turbant, & sunt in prælia fratres.*

Astraba, tabella in qua pedes requiescunt. Intellexit scalas idoneas sustinendis pedibus: tabellas enim illas vel scalas ferreas scandendis equis astrabas dixerunt.

‖ Astraba, tabella, ubi pedes requiescant, ἀσάβη. ‖

Astrăgălus, Os est pedis in animalibus quibusdam supra calcaneum, à Latinis Talus dicitur. { ἀστράγαλος. Gall. *Vne esselette qui est au talon, ou au bout d'une eschanche de mouton, duquel on iouë au dez ou gariguon.* Ital. *Tallone.* Germ. Knoden/ item ein spil mit selbigen. Hisp. *Carnicol.* Angl. *The huckle bone.* } ¶ Astragalus item ludi genus erat, in quo astragalis, hoc est, talis utebantur, illisque aut naturalibus, aut ad eorum similitudinem ex cbore, aliâve materia effictis: de quo ludi genere vide plura in dictione *Talus.* { Angl. *The play at the dice, the play at the huckle bones.* ¶ Astragali quoque dicuntur septem spinæ vertebræ, quibus collum incumbit, quos σφόνδυλους & κραχήλια, Suidas appellat. Vide Hom. *lib.* 10. *Odyss.* Elpenorem tradit in Circes ædibus de scalis delapsum, astragalos fregisse. ¶ Est item Astragalus (ut ex Dioscoride colligit Ruellius) herba quam Montanum, vel rusticum cicer appellamus. ¶ In ædificiorum quoque columnis Astragalus erat exlaturæ quoddam genus ab herbæ forsitan huius similitudine dictum, cuius meminit Vitruvius, quum ait, Astragali faciendi sunt octavæ partis.

‖ Astragalismus, talorum iactus, ludus puerilis, qui quaternis ficbat talis: à verb. ἀστραγαλίζω, ludo: quod vide. ‖

Astrăgălizo, Talis ludo. { ἀστραγαλίζω. Gall. *Iouer au garigueon, ou aux dez.* Ital. *Giocare à dadi.* Germ. Mit würffen spilen. Hisp. *Jugar al carnicol.* Angl. *To play at the dice, to at the huckle bones.* } Vnde Astragalizontes, ἀστραγαλίζοντες, talis ludentes, quo nomine dictum fuit opus nobilissimum Polycleti ex ære, quod duos habebat pueros talis ludentes: de quo Plin. *lib.* 34. *cap.* 8.

Astrapias, ἀστραπίας, gemma est colore partim albo, partim cyaneo, fulminis radios in medio habens discurrentes: unde & nomen accepit, de hac Plin. *lib. ult. cap.* 11.

Astrapæus, ἀστραπαῖος, dictus est Iupiter, ab Astrape, quæ est corusatio. ¶ Item Astrapæus ventus, qui fulgetras excitat.

‖ A stratura, ἀπὸ τῆς ἀστρωσίας: sic enim divisim est legendum; est autem idem quod stratos ἀστρωτός. B. Vulcan. in Glossi. ‖

Astrepo, is, ui, itum, ere, ut Plin. *in Panég.* Ac plerique iritis precibus surdas Principis aures astrepebant. Tacitus, Astrepebat huic alacre vulgus, id est, Applaudebat. Budæus.

Astrĕus, i, dictio dissyllaba, ἀστρεύς, nomen unius ex iis, qui à Perseo in aula Cephei regis sunt occisi. Ovid. 5. *Met.*

*Occidit & Celadon Mindesius, occidit Astreus.*

Astrĭngo, Conjungo, contraho, coarcto. { יצר *itsár*, אזר *azr*, חבר *dechat*, קשר *kaphá*, חסם *chasám*, כלם *balám*. Gall. *Serrer, estreindre, lier, contraindre.* Ital. *Stringere, ligare.* Germ. Zusammen ziehen/ zusammen zwingen. Hisp. *Apretar mucho.* Angl. *To draw together, to make streicht.* } Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 3. Astringite illi vehementer manus. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 1. Quam magis astringas (hæc vincula) tantò astringunt arctius. Col. *lib.* 3. Quum omnes furculos, quos arbor parietur, dimiseris, libro ulmi, vel viminc arborem astringito. Virg. 1. *Georg.*

*Seu durat magis, & venas astringit hiantes.*

¶ Astringere frontem, pro Corrugare Senec. *epist.* 10. Astringere supercilii vultum. Quintil. ¶ Astringere se furti, libidinis scelere. Plaut. *Penulo.* ¶ Per translationem Astringere ponitur pro Obligare ἐπιτιμᾶν: & sic genitivo iungitur, sicut Gellius notavit Sabinum scripsisse. Qui alienum tacens lucrifaciendi causa sustulit, furti astringitur, sive scit, sive non scit. εἰδὼς κλέπτει. ¶ Quandoque pro promittere: quia promissa

promissa, vincula fidei dicuntur. Terent. *in Eunuch.* Meam astringo fidem. Astringere milites ad stipendiorum certam formulam. Suet. *in Aug. cap.* 49. Astringere milites parsimonia (de regione inopi.) Liv. *lib.* 9. *d.* 4. Alii alligati, alii astricti. Senec. *ep.* 16. *de vita beat.* Est item Astringere, στύφειν, Medicorum verbum, quod significat Densare, & poros, sive meatus contrahere. ✠ Dissoluere.

Astrictus, a, um, particip. ✠ Relaxatus. Cic. *in Parad.* Voluptatibus astricti, i. alligati. Astricta frons, pro contracta. Mart. *lib.* 11.

——— *Astrictoterra perustagelu.*

Ovid. *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.*

Astrictio, verbale, Astringendi actus. ¶ συσπασμός. *tippáon.* στύψις, στυφότης. Gall. *Restriction, aspreté.* Ital. *Stringezza.* Germ. Zusammen ziehung/oder binding. Hisp. *Apretamiento, aspereza.* Angl. *Making straight.* ¶ Plin. Gustus amari cum astrictione.

Astrictorius, a, um, quod astringit. ¶ συσπαστικός. Gall. *Qui restreint ou peut restreindre.* Ital. *Cosa che vale stringere.* Germ. Dasseng macht/zusammen zeucht. Hisp. *Cosa para mucho apretar.* Angl. *That bindeth.* ¶ Plin. *lib.* 24. *cap.* 13. Paliuri folia astrictorium vim habent.

Astrictè, adverb. Arctè, στενῶς, στύφοντως. Gall. *Estroitement, serrément.* Ital. *Strettamente.* Germ. Eng/ nigthzusammen. Hisp. *Apretadamente, estrechamente.* Angl. *Narrowlie, streitlie.* ¶ Cic. 3. *de Orat.* Qui putat orationem, quæ quidem sit polita, atque facta quodammodo non astrictè, sed remissius, numerosam esse oportere.

Astrion, otis, gemma crystallo propinqua, quæ si astris opponitur, fulgorem eorum rapit & tegerit. Plin. *lib.* 37. *cap.* 9.

Astuõbolismus, ἀποβολισμός, arborum vitium est, quum Canicularis æstu (quam Theophrastus peculiariter ἄφορον appellat) humore absumpto arescunt. Latinorum nonnulli Siderationem interpretantur. ¶ Transfertur & ad animalia, quum pars aliqua corporis cum ipsis etiam ossibus exarescit: quod mali genus ξηραλοφὸς à Galeno appellatur.

Astroites, ἀστροίτης, gemma quæ oculis piscium similis esse perhibetur. Autor Plin. *lib.* 37. *cap.* 9.

Astrolabium, ἀστρολάβιον, instrumentum ex quo astrorum motus colliguntur.

Astrologia, ἀστρολογία, scientia tractans de cognitione & motu astrorum, quæ & Astronomia dicitur: quanquam non desunt, qui hæc ita distinguant, ut Astronomia sit quæ de motu astrorum differit: Astrologia autem, quæ de iudiciis agit ad vitam fortunamque pertinentibus. Verùm hæc differentia non observatur. Cic. *de Senect.* In astrologia C. Sulpitium audimus. Idem 3. *de Divin.* Eudoxus in Astrologia facilè princeps.

Astrologus, sive Astronomus. ¶ ἀστρολόγος, ὁ ἀστρονόμος. Angl. *which hath skill and knowledge of the starres.* ¶ Qui astrologiæ, sive astronomiæ gnarus est. Cic. 2. *de Divin.* Quid astrologus? cui stella Iovis, aut Veneris conjuncta cum Luna ad ortum puerorum salutaris sit, Saturni, Martisve contraria? Astrologorum prædictiones, apud eundem, *ibidem.*

Astronomus, ἀστρόνομος, astrorum scientiæ peritus, qui motuum cœlestium doctrinam νέμει, i.e. recensèt, distribuit.

Astronomia, astronomi scientia. Veteribus astronomia & astrologia voces fuerunt synonymæ, recentiores disiunxerunt, ut videre est in vocibus *astrologus*, & *astronomus.*

Astropelece, fulmen. Lex. gr. b.

Asthrophe (quod hîc pro una ex Pleiadibus corruptè legebatur.) Vide *Asterope.*

Astum, ἄστυ, vide *Astu.*

Astruo, is, luxtà struo, & ædificium ædificio jungo. ¶ בנה *banáh*, תרביק, חבר *chibbér.* συναπαναδέω. Gall. *Bastir & edifier joignant autruy.* Ital. *Fabricare appresso, fortificare, confirmare.* Germ. Hinzu bawen. Hisp. *Fabricar, afirmar, ò confirmar.* Angl. *To build by or ny any thing.* ¶ Col. *lib.* 1. Nam quum veteri astruitur recens ædificium, quasi su gemi reluctans oneri cedit. ¶ Translatè pro Affirmare sumitur. Plin. *lib.* 18. *cap.* 11. Pueriti rerum astruxerunt, non ferre tantum annuo fœtu, quantum, &c. Astruere auditis, pro augere audita, & plura affingere. Sil. *lib.* 4. Tacit. *in vita Agric.* Consularibus ac triumphalibus ornamentis prædito quid aliud astruere fortuna poterat.

Astu, generis neutri, ut cornu, pro civitate Athenienſi, quam ἄστυ vocabant, sed à Latinis mutatur y, in u, & fit Astu, ut inquit Priscianus. Ter. *in Eun.* An in Astu venit? Prob. Æmil. *in Alcibiad.* Postquam in Astu venit, concione advocata, verba sic fecit. ¶ Apud Latinos verò Astu, sive Astus, idem quod calliditas, πανουργία, quæ & Astutia dicitur. Festus Pompeius apud Poëtas astutiam significat: cujus origo à Græco ἄστυ, hoc est, ab oppido deducitur, in quo qui versati assiduè sunt, cauti & acuti esse videntur. Ovid. 13. *Metam.* Astu decipienda fuit. Vide infrà in dictione *Astus.*

Astu, adverbialiter pro astutè positum, πανούργως. Terent. *in Eunucho,* Quod si astu rem tractavit, dii vestram fidem, quantam & quàm veram laudem capiet Parmeno! Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Doli non doli sunt, nisi astu colas.

Astus, adject. videtur fuisse Plaut. *Trucul.* Si venerit Neistum Ecastor hodie astis confertum fallaciis.

‖ Astutus, astu valens. Fest. ‖

Astupeo, es, ui, ère, est ad rem vel auditam, vel visam obstupescere. Stat. *Thebaid. lib.* 3. Astupet oranti. Seneca de Tranquillit. Quisquis divitiis astupet.

Astura, ἄστρα, flumen Latii, & insula in fluvii ostio. Plin. *lib.* 1. *cap.* 5. Antium colonia, flumen Astura, & insula. Et *lib.* 3. Tenuit & nostra memoria navem Cali principis ab Astura Antium navigantis. Ab aliquibus etiam Stura dicitur. Unde Festus, Stura flumen in agro Laurenti est, quod quidam Asturam vocant.

Asturia, æ, ἀστουία, regio Hiſpaniæ in tractu Tarraconenſi, Artabris, Gallæcis, Cantabris, & Vardulis finitima: equis lolutariis nobilitata, quî ab ea Asturcones vocati sunt.

Astur, is, ἄστουρος, Gentile nomen est, cum significant, qui ortus est ex Asturia Tarraconenſis Hiſpaniæ regione. Martialis pro possessivo usurpavit, Asturem equum dicens, pro Asturico, sive Asturicensi. Ita enim habet in Distichis.

*Hic brevis ad numerum rapidos, qui colligit ungues,*
*Venit ab armiferis gentibus Astur equus.*

¶ Est item Astur, Hectoris cujusdam proprium nomen, qui Ænean suppetias tulit adversùs Turnum: de quo Virg. *lib.* 10. *Æn. id.* ¶ Astur item, Aristoteli ἱέραξ, στρόβιλος. Gall. *Autour,* avis est. Asturum & Falconum meminit Iulius Firmicus *lib.* 5. *Matheseos.* Vide *Triorches.*

Astures, ἄστουρες, sunt Hiſpaniæ populi memoratissimi, Gallæcis, Artabris, Vardulis, & Cantabris proximi, auriſodinis & equis quondam lolutariis nobilitati, quibus non vulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio est. Plin. *lib.* 8. meminit Asturum multis locis *libri* 3. Silius. Eorum tractus, Asturiæ nomen habet.

Asturia, Germaniæ urbs Ptolem. vulgo Bodenhausen.

Asturica Augusta, Hiſpaniæ Tarraconenſis urbs in finibus Asturiæ. Ptolemæus.

Astūrcōnes, equi ab Asturia regione Hiſpaniæ ita appellati, quibus non vulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio est. ¶ Germ. Zeltenroß. Angl. *Ambling gelding; or hackney, as a gener of Spaine.* ¶ ut tradit Plin. *lib.* 8. *cap.* 42. Silius *lib.* 3.

*His parvum sonipes, neque matri notus: at idem*
*Aut incessu glomerat vestigia dorso,*
*Aut melli pacata color trahit ora collo.*

Talem gressum Græci κάθιππον vocant, à bonitate cursus. Latini dicunt lolutarios equos, à tollendis pedibus, & lolutim glomerandis. Suet. *in Ner. cap.* 46. & Senec. *Epist.* 88. & Mart. *Epigr.* 199. *lib.* 14.

Astvs, us, masc. gen. πανουργία, Astu, astutia, à Græco ἄστυ, quod Latinis oppidum sonat. Nam qui in urbibus frequentes sunt, solent esse callidiores. Silius *lib.* 16.

*Non ari, aut ullus belli, vel dextera dirat.*

Callidi astus. Sen. *in Troade.* Aeri astus. Valerius 2. *Argonaut.*

Astūtus, a, um, adject. Versutus, cautus. ¶ ערום *harúm.* πανοῦργος. Gall. *Fin, caut, rusé, malicieux.* Ital. *Astuto, malitioso.* Germ. Listig/ geschwid. Hisp. *Astuto y cauteloso.* Angl. *Craftie, subtil, wylie.* ¶ Servius, Propriè astutos malitiosos vocamus. Cic. 2. *Verr.* Ita fiet, ut tua ista ratio existimetur astuta, meum hoc consilium necessarium. Idem 3. *Off.* Certè non aperti, non simplicis, non ingenui, non viri boni: sed versuti potiùs, obscuri, astuti, fallacis, malitiosi, callidi, veteratoris, vafri, Plaut. *Casin.* Nec fallaciam alteriorem ullus ferit Poëta. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 3. Astutos, audaces, valentes, &c. Et *in Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Opus est hominem astutum, doctum, scitum, & callidum.

Astūtia, æ, Calliditas, malitia. ¶ ערמה *hormáh.* πανουργία. Gall. *Ruse, finesse, astuce, cautele.* Ital. *Astutia, calliditá, malitia.* Germ. Listigkeit/ geschwidigkeit. Hisp. *Astutia, cautela.* Angl. *Craftinesse, malice, wylinesse.* ¶ Cic. 5. *de Fin.* Quibus abest ad præcavendum intelligendi astutia. Terent. *Eunuch.* Nunc opus est tua mihi ad hanc rem exprompta memoria, atque astutia. Ita hanc instituam astutiam. Plaut. *Mil. sc.* 2. *a.* 2. Dum te in regionem astutiarum meârum induco. Idem *Merc. sc.* 2. *a.* 2. Nostris sycophantiis, dolis, astutiis. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Ineſt spes nobis in astutia, sive dolo. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 2.

Astūtè, adverb. Callidè, versutè. בערמה *bormáh.* πανούργως. Gall. *Finement, cautelensement.* Ital. *Astutamente.* Germ. Listigklich. Hisp. *con astutia.* Angl. *Craftelie, with wylinesse, subtillie.* ¶ Cic. *ad Q. Frat.* Nihil tamen nec temerè dicere, nec astutè reticere debeo. Ut lepidè, ut astutè venit in mentem malam. Plaut. *Most. sc.* 3. *a.* 1. Quid istuc quod volvis astutè tecum in corde. Idem *Merc. sc.* 2. *a.* 2.

Astyagēs, ἀστυάγης, Cyaxaris filius, Persarum & Medorum rex, & pater Mandanæ, quæ Cambysi mediocris dignitatis Persæ nupta, Cyrum peperit: quem avus in somniis quibusdam exterritus, Harpago cuidam ex intimis familiaribus necandum tradidit. Qui quum tam crudele ministerium per seipsum nollet exequi, Mitradati regio bubulco onus illud injunxit. Erat Mitradati uxor nomine Spaco, quod Medorum lingua canem sonat. Hæc tum fortè mortuum ediderat partum, quem pro Cyro magnifice curat sepeliri: Cyrum autem ipsum, tanquam filium suum domi educat: qui postea ab avo agnitus, & in Persidem ad parentes remissus, simul atque adolevit, Harpagi instinctu avo bellum intulit, eumque in prælio captum, quoad vixit, penes se habuit. Ex Herod. *lib.* 1.

Astyalus, vide *Astylus.*

Astyanassa, ἀστυάνασσα, Helenæ Menelai uxoris ancilla lasciviſſima, dominámque prorsus se dignam nacta, quæ prima de variis concubitus modis librum conscripsit: cujus exemplum postea imitatæ Philenis, & Elephantine, idem argumentum tractarunt. Autor Suidas.

Astyānax, ἀστυάναξ. Unicus fuit filius Hectoris ex Andromache, natus post inchoatum bellum inter Troianos & Græcos, quem Ulysses, antequam naves è Sigeo solverent, è turri mira inhumanitate dedit in præceps, ne quid reliquiarum superesset, quod excidium Troiæ, & populi ruinam ulcisceretur. Hectoris ursipus unùm vocabat Scamandrium. Virg. *lib.* 2. *Æneid.*

*parvumque manu Astyanacta trahebat.*

Latinè principem civitatis sonat, quasi ἄναξ ὁ ἀστεῖος.

Astyeratia, filia Acoli, teste Homero *Odyss. lib.* 10.

Astydamas, ἀστύδαμας, Atheniensis, & filius ejusdem nominis, ambo Tragici poëtæ fuerunt: pater etiam summus philosophus, & Socratis auditor. Suidas.

Astydamia, ἀστυδάμεια, Ormenii filia, quam Hercules, patre priùs occiso, rapuit. Ovid.

*Nec referam partus Ormeni Nympha tuos.*

Astylis, idis, ἀστυλίς, Lactucæ latioris genus, sine caule, quæ ob insignem frigiditatem Veneri maximè creditur resistere: unde & Eunuchion, & Spadonion à nonnullis est appellata. Vide Ruell. *lib.* 1. *cap.* 10.

Astylus, ἄστυλος, unus fuit ex Centauris: & quoniam augurio valebat, futura prænoscens fratres monuerat, ne bellum adversùs Lapithas assumerent: sed exorto in nuptiis bello, ipse sibi timens, una cum Nesso Centauro fugam arripuit. De hoc ita Ovid. 12. *Metam.*

*Asylus ille etiam inermi vulnera Nesso.*
*Nec fugo, ad Herculeas, inquit, fer: habeto arcus.*

Astylos, ὁ Α, Crotoniata cursoribus Olympicis continuis vicit, stadio, diaulo & dolicho. Quòd autem in ultimo se Hieronis magistrum ac Syracusanum à præcone declarari fecerit, Crotoniatæ irati statuam eius fregerunt, bona insuper publicaverunt. Autor Pausanias. Meminit eius Plato *in legibus*, qui eum non tam cursu, quam pectoris virginitate clarum prædicat. ¶ Fuit præterea Astylus quidam Trojanus, à Meneptolemo occisus, teste Homero *in princ. 6. Iliad.*

Astymedusa, ἀστυμέδουσα, Oedippi fuit uxor (hanc etiam repudiata matre, quam priùs matrimonio sibi conjunxerat, sed incognitam, in uxorem duxit) quæ ut liberis prioris conjugis infensum parentem faceret (ut ferè omnium novercarum mos est) apud Patrem eos accusavit, tanquam qui se de stupro appellassent, quapropter Oedippus iratus regnum cruentum reliquit.

Astynome, ἀστυνόμη, Chrysæ Apollinis sacerdotis filia (unde & Chryseis dicta) quæ, Chrysa oppido à Græcis expugnato, in prædæ divisione Agamemnoni cessit. Quam tamen postea pestilentia ab Apolline immissa adactus, patri restituit. Autor Homerus *in 1. Iliad.*

Astynomus, ἀστυνόμος, qui urbem regit, curator reipubl. ab ἄστυ urbe, & νέμω rego, administro.

Astynous, ἀστύνους, Princeps quidam Trojanus, quem Diomedes in bello Trojano interfecit, ut scribit Hom. *lib. 5. Iliad.*

Astyochia ἀστυόχεια, Actoris filia fuit, quæ quum sola in summum paternæ domus cœnaculum ascendisset, à patre compressa creditur. ¶ Fuit & altera ejusdem nominis, quam Hercules rapuit, & ex ea Tlepolemum genuit: de qua Homer. *in Catal. navium.*

Astypalæa, ἀστυπάλαια, insula est in mari Carpathio, aut certè Icario, è regione Cnidi, oppidum habens ejusdem nominis: de hac Plin. *lib. 4. cap. 12.* ¶ Est item Astypalæa oppidum in Coo insula, cujus meminit Strabo *lib. 4.*

Astyra, ἄστυρα, τὰ, vel Astyrum in singulari, civitas Mysiæ, juxta Troadem. Est & vicus prope Adramyttium. Item civitas Phœniciæ, ubi Minerva colebatur, & Bœotiæ juxta Potnias. Item Italiæ regio. Stephanus.

Asula, per simplex s, oppidum in agro Brixiano.

Asurus, vide *Aserus.*

Asus, sive Æsus: Stephano, sive (ut apud Plin. legitur) Asum, oppidum est Cretæ insulæ mediterraneum: de quo Plin. *lib. 4. cap. 12.*

Asychis, Ἄσυχις, Ægyptiorum rex, post Mycerinum, cujus opus fuit lateritia pyramis apud Memphim, ut testatur Herod. *lib. 2.*

Asyla, herba est, qua sibi pecora medentur, si quando anagillidem fœminam imprudenter gustaverint. Latini Ferum oculum appellant, teste Plin. *lib. 26. cap. 13.*

Ἄσυλον ἱερὸν (מקלט *miklât.* Ἄσυλον. Gall. *Temple où il y a franchise, lieu de franchise, d'immunité, & d'asseurance.* Ital. *Luogo privilegiato & inviolabile.* Germ. Ein Freyheit: ein ort da einer frey ist. Hisp. *Lugar privilegiado para los malhechores.* Angl. *Sanctuarie, a place of refuge.*) Templum, aliusve quivis locus inviolabilis, consecrationis lege tutus à direptione, ad quem confugientes sine summo piaculo avelli non poterant. Dictum Asylum ab ἀ privativo, & à verbo σύλαω, quod est rapio, prædor, & sacrilegio polluo. Serv. tamen Asylum dictum mavult, quasi ἄγυλον, à verbo, ἄγω, quo I est traho: propterea quòd inde avelli quempiam nefas esset. ¶ Asylum autem primùm Athenis sibi constituerunt Herculis posteri, veriti vim eorum, qui ab illo fuerant vexati. Statius 12. *Thebaid.*

*Fama est, defessos acie post busta paterni*
*Numinis Herculeos sedem fundasse colonos.*

¶ Hos deinde imitatus Romulus, & ipse Romæ asylum constituit inter Capitolium & Palatium in sacro luco, quod Quercetum dicitur. Asilæi Dei templum structum a Romulo. Plutarch. *in Rom.* Vide Pædian. *in Verrinem III.* à principio tres fuerunt tribus: Tatienses una, à Tatio rege: Ramnes altera, à Romulo: Luceres tertia, à Lucomone, sive à luco, quem locum Asylum vocaverat Romulus. De hoc Virg. *lib. 8.*

——— *hinc lucum quem Romulus acer Asylum Retulit.*

Scribit Liv. *lib. 5. bell. Maced.* Templum Apollinis Delii fuisse Asylum, atque sacra templa à Græcis vocari Asyla, idem ostendit enitio *lib. 2. ab Urb.* Ad asylum confugere, proverbialiter dicimus, quum extremum refugium intelligere volumus. Cic. *actione in Verrem 3.* Se quæstorem prohibitum esse dicebat quominus è phano Dianæ servum suum, qui in illud asylum confugisset, abduceret. Asylum, item statua, ad quam confugientibus jus erat asyli. Bud. Asylorum jus & morem abolevit Tiberius Imp. Suet. *in Tib. cap. 37.*

Ἀσυλία, ἀσυλία. Jus libertatis, immunitatis & veniæ, quod is consequebatur, qui ad asylum confugiebat: quod immunitatis genus etiam hodie observari videmus in iis, qui ad divorum templa confugiunt. Budæus *in Annotationibus in Pand.*

Ἀσυμβόλητος, (ἀσυμβόλητος. Gall. *Franc d'escot.* Ital. *Franco de pagare lo scotto* Germ. Der kein ärten gibt: Sächsisch. Hisp. *El que come y no escota.* Angl. *Scotfree, that ayed nothing.*) Qui symbolum non dedit, & sine collatione accessit ad convivationem. Terent. *in Phorm.* Téne asymbolum venire unctum, atque lautum è balneis, &c. Gell. *cap. 13. lib. 6.*

Ἀσυμφωνία, ἀσυμφωνία, Latinè inconsonantia, ἀσυμφωνος, discors.

Ἀσύνδετον, ἀσύνδετον, sive Asyndeton, ἀσύνδετος, dici potest, incompositum, vel disjunctum. Est enim figura, quum plura sine conjunctionis vinculo proferuntur, ut Veni, vidi, vici. Plaut. *mer. fe. 3. a. 1.* Strepitum claustrorum audio, Ædituum aperite fanum, &c.

Ἀσυνθέτα, ἀσύνθετα. Plin. appellat crystalla, quæ pura sunt, & sine vitio.

Ἀστάτον, ἀστατος, idem quod instabile, aut adeò repugnans, ut sustineri non queat. Unde genus quoddam Philosophiæ quod Arcesilas introduxit ignorantiæ magister, à Gellio Astylaton appellatur. Affirmabat enim Arcesilas, sese hoc unum scire, quod nihil sciri posset. Cujus assertionis veritas subsistere non potest. Nam si hoc sciat, nihil sciri posse: subjungitur aliquid esse quod sciatur. Sic inducitur dogma sibiipsi repugnans atque dissolutum.

Astystatus, id est, non consistens status. Africanus hac voce usus est *in l. qui quadraginta, ad leg. Falcid.* ut vulgus habent codices: tametsi in Not. tcat. ἀστάτου, legatur: juxta Alciat. utraque lectio videtur posse defendi, nisi quòd altera ad Rhetores, altera ad Dialecticos pertinet. Vide eum *cap. 1. libri primi.*

AT

Ἀτ, particula principiis apta, præsertim quum aut indignationem, aut dolorem exprimere volumus, ut increpitum, aut querelam significantius ostendere valeamus. (עז *chi.* אך *ach.* אבל *abal.* Germ. Aber. Hisp. *Mas, empero, pero mas.* Angl. *But.*) Virgil. 2. *Æneid.*

*At tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis*
*Dii (si qua est cœlo pietas, quæ talia curet,)*
*Persolvant grates dignas.*

Terent. At tibi dii dignum factis exitium duint. Quandoque superiorum dictorum differentivum est, ut apud eundem *in Andria*, At nihil scrupulus unus restat. Quandoque rerum differentiam denotat: ut, Scipio est bellator, at Cato Orator. ¶ At, pro d, antiquitus. Cic. *lib 6. epist. ad Salustium*: At quem intelligebat eius belli periculum spectare. ¶ Quandoque ponitur pro Saltem, ut Ovid.

*Crudelis somni quid me tenuisti inertem?*
*At semel æterna nocte premenda fui.*

Et apud Virg.

*Si quem humanum; & mortalia tenuitis arma,*
*At sperate deos memores fandi atque nefandi.*
*Nunquam te asperiam posthac: at semper amabo.*

Catull. Quandoque adversativum. Virg. 4. *Æneid.*

*At regina gravi jamdudum saucia cura.*

Nam quum Æneas quiesceret, Regina turbabatur, quod est contrarium.

——— *nec Romulus illa*
*Condidit, at nostri Roma nepotis erat.*

Pro Atqui, vel tamen. Ovid. 6. *Fast.* At ego te sacram coronam sustripuisse Jovi scio. Plaut. *Men. sc. 5. a. 5.* Si me derides, at patrem meum non potes. *Ibid. sc. 1. a. 1.*

*At non per dubium errant mea carmina laudes.*

(i. neque verò.) Tibul. *lib. 4.* Non dedit, at dabit. Plaut. *Pseud. sc. 3. a. 1.* Jupiter te perdat. P. Te volo. B. At ego vos ambos. Mox, Non licet colloqui? At mihi non lubet. *Ibid.* Elleborum potabis XX. dies: at ego te fodiam XXX. Idem *Asin. sc. 5. a. 5.* At hercule id dixisti cum cruciatu tuo. Irascentis. Idem *Curc. sc. 3. a. 1.* Non habeo autũ. E. At tu quãdo habebis, tũ dato. *Pseud. sc. 3. a. 3.* At cum sceleste sola secũ murmurat? Idem *Aul. sc. 1. a. 1.* At sceleste, videnne ut ne me quidem dignum existimat, quem adeat. Idem *sc. 2. a. 1.* Domum ire cupio. At uxor non sinit. *Men. sc. 5. a. 5.* Feci insipienter, at non malitiosè tamen. Idem *Merc. sc. 6. a. 2.* At tu ne clam me comelles prandium? Idem *Menach. sc. 2. a. 4.* Bellator vale. L. At tu ægrota. Idem *Curc. sc. 3. a. 4.* At faciem eorum cùm videas, haud videntur mali. Idem *Pseud. sc. 2. a. 1.* At ita me machæra & clypeus juvent, nisi virgo mihi, &c. (i. Minantis & irascentis.) Idem *Curc. sc. 4. a. 4.* At Jupiter te perdat, diique omnes. Idem *Most. sc. 2. a. 1.* At Jupiter bene tè amet. Idem *Mer. sc. 2. a. 2.* Potin' aliam rem ut cures. C. At. P. Bar. Idem *Pseud. sc. 3. a. 1.* ¶ Componitur cum Enim, ut, Atenim ἀτὲρ γὰρ τὸ δ' ἐνάν. Est autem hæc particula anthypophoris in primis accommodata. Cic. *2. de nat. deor.* Atenim minora dii negligunt: sic enim dicitis. Idem *in Divin. in Verrem*, Atenim istum toti Siculi persequuntur, cives Romani, qui in Sicilia negotiantur, defendunt, diligunt. Atenim ille amat meretricem. (Gall. *Voire-mais.*) Plaut. *Men. sc. 2. a. 2.* Atenim scin' quid est: Idem *Pseud. sc. 2. a. 1.* Nolo sciat. C. Atenim ne quicquam me vis. *Ibid. sc. 3. a. 1.* Atenim, Seneca *cap. 7. de consol. ad Marc.*

Ἀτάβυλος, ἀτάβυλος. Ventus Apuliæ peculiaris: unde etiam Apulus peculiari epitheto appellatur. Horat. 2. *Satyr. 5.*

*Incipit ex illo montes Apulia notos*
*Ostentare mihi, quos torret Atabulus:*

Quem locum explicans Porphyrion, Atabulum dictum ait, παρὰ τὸ ἀτὰ βλάπτειν, hoc est, à nota, detrimentóque inferendo. Est enim frigidissimus, teste Plin. *lib. 17. cap. 24.* & si flaverit circa brumam, omnia exurit, frigore arefaciens, ut nullis postea possint solibus recreari. Gell. *cap. 22. lib. 2.*

Atabyria, ἡ, ἀτάβυρια, mons est ex vetustis Rhodi insulæ nominibus, ductum ab Atabyro rege, ut Plinio placet *lib. 5. cap. 13.* sive (ut alii malunt) ab Atabyris editissimo totius insulæ monte.

Atabyris, ἡ Ἀτάβυρις, mons est editissimus totius Rhodi insulæ, Jovi Atabyro sacer, cujus meminit Strab. *lib. 14.*

Atacini, orum, Ἀτάκινοι. populi Narbonensis provinciæ, Aracis amnis accolæ, qui circa Narbonensem Martium fuit, à quo & nomen acceperunt. Meminit horum Pompon. *lib. 2.* & Hermolaus *in Plinium*, qui etiam Atacinorum familiam Romæ illustrem, nomen hinc traxisse existimant.

Ἀταλάντη, ἀταλάντη, Schœnei, vel ut alii malunt, Iasi, Argivorum regis filia, virago, & forma, & viribus corporis præstans, quæ primùm aprum Calydonium sagitta vulneravit. Hæc quum mira corporis velocitate præstaret, & a nuptiis omnino abhorreret, sylvis cantùm & venatu se oblectabat, proclivique cursu certamen proposuit, in quo victum, mortis pœna, victorem, conjugii sui præmium sequeretur. Multis itaque superatis, tandem ab Hippomene, Veneris consilio victa, nupsit victori: quumque in æde Magnæ matris, nulla numinis habita reverentia, cum illo concubuisset, in leænam conversa est, & Hippomenes in leonem. Vide fabulam apud Ovid. *lib. 10. Metam.* Vide Muretum *ad Catull.* ¶ Fuit & Atalanta, uxor Acasti, regis Ioici, quæ Pelei amore capta, quum ab eo repulsam tulisset, amore in odium commutato, Peleum apud virum detulit, quòd vim sibi inferre conatus esset. Quamobrem Acastus uxoris delationi temerè fidem habens, Peleo bellum intulit: qui Tyndaridis (quorum in

Colchica

Athenæ, arum, Ἀθῆναι, civitas Græciæ totius celeberrima, disciplinarum omnium artrix, & amplissimarum colonarum fœcundissima genitrix, in ea Achaiæ parte sita quæ quòd magna sui parte littoralis est, olim Acte, & deinde Attica vocata fuit, quasi Actica. Hanc Cecrops primus condidit, unde & Cecropia dicta: postea à Mopso Mopsopia, & ab Ione Xuthi filio Ionia, & a Minerva Athenæ. Græci enim Minervam, Ἀθηνᾶν dicunt. Horat. 2. *epist.*

*Adjecêre bonæ paulò plus artis Athenæ.*

Amabat meretricem Athenis. Plaut. *Mil. fc.* 1. *a.* 1. & *Pseud. fc.* 1. *a.* 1. Serve Athenis pessime. *Ibid. fc.* 3. *a.* 1. Athenis nemo nequior. *Ibid.* Cic. 1. *de Orat.* Ut omittam Græciam, quæ semper eloquentiæ princeps esse voluit, atque artes omnium doctrinarum inventrices Athenas, in quibus summa dicendi vis & inventa est, & perfecta. Tres autem (ut quidam asserunt) fuêre Athenæ, ab unus Athenæ, ab alteris Athenienses, ab aliis Athenipolitæ dicti sunt.

Athēnĭēnsis, adjectivum, Ἀθηναῖος. Cic. *pro Flac.* Adsunt Athenienses, unde humanitas, doctrina, religio, fruges, iura, leges ortæ, atque in omnes terras distributæ putantur. ¶ Athenienium inconsulta temeritas, Ἡ τῶν Ἀθηναίων ἀκρασία. Quadrat in eos, quibus malè consulta vertunt bene. Nam id olim vulgò tributum est Athenienibus, quod ipsi quidem socorditer consulturent, parúmque prospicerent: verùm Minerva civitatis præses illorum malè institutæ bene vertere consuevit.

Athēnæum, Ἀθηναῖον, locus erat Minervæ dicatus, ad quem Poëtæ, aliique scriptores Græci scripta sua deferebant, quemadmodum Poëtæ Latini ad Apollinis templum. Accipitur item pro auditorio publico, ad quod conveniebant studiosi, ut aut Poëtas recitantes, aut Rhetores declamantes, aut Philosophos, aliarúmve disciplinarum professores audirent. Dictum est autem Athenæum, ἀπὸ τῆς Ἀθηνᾶς, hoc est, Minerva studiorum antistita. Iul. Capit. Postea verò ubi adolevit in Athenæo, controversias declamavit, audientibus etiam Imperatoribus suis. Lamprid. Ad Athenæum audiendorum & Græcorum, & Latinorum Rhetorum, vel Poëtarum causa frequenter processit. Est & Athenæum promontorium Campaniæ, non procul à Pompeiis, in extrema sui parte Minervæ sacellum habens, ab Vlysse conditum. Autor Strabo *lib.* 5.

Athēnæus, Ἀθηναῖος, Cilix Peripateticæ sectæ Philosophus fuit tempore Augusti. ¶ Fuit etiam hoc nomine Grammat. Naucratites, qui sub M. Antonio claruit, qui libros Dipnosophistarum varia eruditione refertos conscripsit, quos Hermolaus Byzantius in Epitomen contraxit. Plura de hoc vide apud Suidam.

Athēnīōn, Ἀθηνίων, pictor insignis fuit, Glaucionis Corinthii discipulus, cujus opera cumperantur à Plin. *lib.* 35. *cap.* 11.

Athēnŏdōrus, Ἀθηνόδωρος, Philosophus fuit, Augusti familiaris, quem quum naturâ ad iram procliviorem videret, hoc illum præcepto instituxit: Quum ira, Cæsar, te ceperit, nihil priùs, neque dixeris, neque feceris, quàm ipsa quatuor & viginti elementa literarum Græcarum tecum ipse percurreris, & memoria recensueris: ut ita concitatio illa, quæ momentosa est, mente aliò traducta, parvi temporis interjectu langueseat. Hic fuit Discipulus Dionysij Areopagitæ. Composuit opus varium, quod Ἀγώνιστικὸν inscripsit. ¶ Fuit & Athenodorus sculptor eximius. Plin. *lib.* 34. *cap.* 5.

Athenopolis, Ἀθηνῶν πόλις, oppidum Massiliensium. Plin. *lib.* 3. *cap.* 4.

Athĕos, ἄθεος. Impius, qui negat Deum esse, qui est sine Deo.

Athĕrōmătă, ἀθηρώματα, tubercula sunt ex genere apostematum, ita dicta, quòd humorem pulti similem in se contineant. Nam ἄθηρα, Græcis pulris genus ex olyra, sive siligine confectum. Vide Galen. *lib.* 2. *de Method. Cels. lib.* 7. *c.* 6.

Æther, eris, αἰθήρ. In hordeo dicitur summa spicæ cuspis, ut ex Galeni authoritate docet Ruellius *lib.* 1. *cap.* 2.

Athesinus, ἀθησῖνος. Fluvius effluens è lacu, qui in Apennino, est supra Carnos incumbente, & labitur in Istrum. Autor Strabo *lib.* 4.

Athĕsis, ἄθησις. Fluvius qui ex Tridentinis alpibus Tridentinum alluit, & Veronam dividit: deinde per latas Padi paludeis gradiens, non longè à Brundulo portu in Adriaticum mare influit. Plin. *lib.* 3. *cap.* 16.

Athlēta, Pugil, luctator, ad luctationem & certamen institutus. ἈΘΛΗΤΗΣ παλαιστὴς, ἀγωνιστής. Gall. *Lutteur.* Ital. *Maestro di lotta.* Germ. Ein fechter/ ein ringer/ kempffer. Hisp. *Luchador.* Angl. *A great wrastler or runner at games, a champion.* ¶ Ab ἄθλος, quod est certo. Pollux hoc nomine Gymnicos omnes intelligit, παλαιστὰς, πύκτας, ἀγωνιστὰς, δρομέας, ἀκοντιστὰς καὶ ὁπλίτας, hoc est, luctatores, cursores, pugiles, item disco & saltu certantes. Cic. 2. *Tusc.* Faciunt idem, quum exercentur, athletæ. Ex libro Varronis 2. & 3. probat Victorius, Athletas etiam vocatos, qui in aliquibus rebus cæteris antecellerent, *cap.* 9. *lib.* 24. Athletarum spectaculum (& mox sequitur) pugilum. Suet. *in Aug. cap.* 44.

Athlētĭcē, absolutè dicitur ars certandi, ἀθλητικὴ. Subaudita voce τέχνη, ut cùm dicimus Dialectica, Rhetorica, Grammatica, & cætera artium nomina, quæ ferè sunt Græca. ἈΝΩΝ. *The art or skill of wrastling.* ¶ Unde apud Iurisconsultum legitur, ignominiosos non esse, qui athleticam virtutis gratiâ exerceant.

Athlētĭcus, a, um, ἀθλητικός. ¶ Angl. *Belonging to wrastlers or champions.* ¶ Quod athletarum est: ut, Athletica certamina. Athleticus victus, id est, plenissimus. Cels. *lib.* 4. *cap.* 6. Athletico victu corpus firmandum est.

Athlētĭcè, id est, optimè & firmissimè. ¶ Angl. *Strongly, stightly, like a champion.* ¶ Plaut. *in Bacch.* Benèque usque valuit. C. Pancraticè, atque athleticè.

Athlĭbis, urbs Ægypti, & alia Arabiæ. Steph.

Athlothĕtēs, ἀθλοθέτης, certaminum Iudex. ¶ Angl. *Iudge of wrastlers or champions.* ¶ Quo verbo utitur Suetonius: Athlothetæ in gymnicis erant, hoc est, curatores, constitutoréque certaminum, idem qui βραβευταὶ, & Agonothetæ. Horum erant lictores maligophori, id est, flagrifer, ad summovendam turbam, & cohibendas seditiones. Bud.

Athlum, ἆθλον, certaminis præmium, quod victori datur: item labor.

Athmodum, pars Cecropidis tribus. Steph.

Athocari, populi sunt Scythici in Asia. Herod.

Athos, ἄθως. Stephano, vulgò *Monte santo.* Mons inter Macedoniam & Thraciam tantæ altitudinis, ut usque ad insulam Lemnon umbram porrigere dicatur. ¶ Unde locus factus proverbio, Athos celat latera Lemniæ bovis, Ἄθως κρύπτει τὰ πλευρὰ τῆς Λημνίας βοός. Vbi quis officio aut molestus est, aut gloriam cujuspiam obscurat, aut alioquin obsistit. Tradunt in Lemno bovis fuisse simulachrum ingens, candido factum lapide. Id Athos mons tametsi longo dissitus intervallo, tamen ad summam celsitudinem obtegebat umbra sua. Ita dictus à Gigante ejusdem nominis. Situs est hic mons in Chersoneso, quæ Thraciæ regioni angusto Isthmo annectitur: quem Xerxes bellum Græciæ inferens perforavit, montémque ipsum à continente abscidit. Huc alludit Iuven. *satyr.* 10.

——— *creditur olim*
*Velificatus Athos,*

Servius in illud Virg. 2. *Æneid.*

*Quantus Athos, aut quantus Eryx:*

Athon metri necessitate, non Athos legendum præcipit, existimans nimirum posteriorem syllabam corripi. Qua tamen in re fallitur, quum apud Græcos ἄθως, scribatur per ω magnum. Meminit Catull. *de com. Beren.*

Athribis. Præfectura Ægypti. Vide Stephan. *in Pfenaro*, & in *Athlibis.*

Athrys, hujus Athrys subjuvius est Thraciæ in Istrum fluens.

Athymbra, urbs Cariæ juxta Meandrum, ab Athymbro condita, & Nysa postea dicta. Steph.

Atgyras, portus & fluvius juxta Byzantium, & sinus quidam, & fluvius Scythiæ. Steph.

Atimētus, ἀτιμητὸς. Libertus Cæsaris fuit, ut deprehenditur ex inscriptione sarcophagi, quem Homonææ uxori suæ defunctæ posuit cum elegantissimo epitaphio: cujus exemplum videto intrà in dictione *Homonæa.*

Atīnă, ἄτινα, civitas juxta Pontinas paludes: dicta à morbis, qui Græcè ἄτη dicuntur, quos paludis vicinitas creat. Mart. *lib.* 10.

*Quo vive pricn gloriatur Atina.*

¶ Inde Atinates populi, quorum meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 5.

Atinia, æ, genus ulmi rarissimam ferens samaram (ita enim ulmi semen vocant) eámque inter frondes, quas prima germinatione edit, latentem. Colum. *lib.* 5. *cap.* 15.

Atintania, Ἀτιντανία, pars Macedoniæ, ab Atintane Macedonis filio dicta.

Atizoes, ἀτιζόης, gemmæ species argenteo nitore fulgens, magnitudine trium digitorum, ad lenticulæ figuram, odoris iucundi. Vide Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Atlanticæ Insulæ, ἀτλαντίδες νῆσοι. Vulgò *Isole beate*, quas Beatas vocant: septem quidem hæ sunt, parvo inter se divisæ mari, decem millibus stadiorum ab Atlante distantes. Imbres illic tari mediocréque, venti autem plurimùm suaves ac rotiferi, solùm verò pingue, nec arari ullo modo, plantarive desiderat; sed etiam ex se, absque ullo humano studio fructum producit, dulcem quidem & otiosam multitudinem nutrire sufficientem. Aër syncerus, ac temperatus & mediocri mutatione per tempora contentus. Nam qui à terra perflant venti, ut Boreas & Aquilo, propter longinquitatem per vasta & inania incedentes spatia fatigantur, & deficiunt priusquam ad eas insulas perveneriut. Qui verò à mari perflant Argestæ & Zephyri, raros quidem & temperatos imbres ex pelago afferunt. Plurima verò per humiditatem aëris cum summa facilitate nutriunt, ut etiam apud Barbaros increbuerit fides, ibi Elysios campos esse, & beatorum domicilia ab Homero decantata.

Atlās, antis, ἄτλας, Mauritaniæ rex fuit, qui humeris cœlum sustinuisse dicitur, quòd primus cursum Solis & Lunæ, syderúmque omnium versationum rationes, vigore animi, solertiáque deprehenderit. Hic fuit Promethei frater, qui quum monitus esset oraculo, ut caveret a Iovis filio, nullum hospitio suscipiebat: quod Perseus Iovis ex Danaë filius indignè ferens, ostendit ei caput Gorgonis, quo conspecto, Atlas in montem conversus est tam excelsum, ut ejus cacumen cerni nequeat. Hinc factus est locus fabulæ, ut Atlas rex Mauritaniæ cœlum humeris suis fulcire dicatur. Ferè è medio monte nubes incipiunt: hyeme & æstate nivem habet. Columnam cœli indigenæ appellant. ¶ Atlas cœlum, Ἄτλας ὁ τὸν οὐρανὸν, subaudiendum, ἀεὶ βαστάζων, sustinuit. Dici solitum de iis qui sese magnis & molestis involvunt negotiis, ipsique sibi malum accersunt. Nam hic cœlum hospitio excepit: deprehensus autem quod illi struxisset insidias, præceps datus est in mare Atlanticum. ¶ Ab eo monte populi incolentes, Atlantes dicuntur, qui soli sunt anonymi, hoc est, sine nominibus: nam in universum Atlantes nominantur; singulis nullum proprium nomen imponitur. Solem orientem, occidentémque dira imprecatione contuentur, ut exitialem ipsis agrisque. Neque insomnia visunt qualia reliqui mortales. Plinius, Solinus, Herodot. autores. Ex Atlante ingentia flumina oriuntur, inter quæ Nilus. Aug. *lib.* 18. *de civit.* Frater Promethei Atlas, magnus fuisse astrologus dicitur: unde occasionem fabula invenit, ut eum cœlum portare confingeretur: quamvis mons eius nomine nuncupetur, cujus altitudine potiùs cœli portatio in opinionem vulgi venisse videatur. Diodorus *lib.* 4. Ferunt Atlantem Astrologiæ fuisse peritissimum, déque sphæra primùm inter homines disputasse: qua ex re visus est cœlum suis humeris sustinere, locum præbente fabulis sphæræ inventione. Scribunt quidam duos esse montes in Mauritania Atlantes dictos: alterum columnis Herculis vicinorem, alterum in interiore Libya. Remotior ab Atlante rege in eum converso dictus est, quem cœli columnam nominant. Tres autem Atlantes fuisse memorantur. Vnus rex Italiæ, & pater Electræ uxoris Coryti. ¶ Alter rex Arcadiæ, & pater Maiæ, ex qua natus est Mercurius. ¶ Tertius Maurus, qui dictus est Maximus. Hic primus navim construxit, navigavitque. ¶ Sumitur nonnunquam à Poëtis Atlas pro hominis simulacro sustinente columnas ædium, aut ipsum ædificium, ad similitudinem Atlantis cœlum humero torquentis, qui etiam Latino vocabulo Telamones

lamones appellantur. Fiebant autem ferè gibbosâ figurâ, morte eorum, qui onera dorsis gestant: eranteque omnino duo, interdum aversi, interdum se invicem spectantes. Martial.

*Non aliter videtur Atlas cum compare gibbo.*

¶ Est & Atlas, teste Herod. *lib.*4. fluvius ex Hæmo monte nascens, & Aquilonem versùs in Istrum defluens.

Atlanticus, a, um, ἀτλαντικός: ut Atlanticum mare, id est, ea pars Oceani, quæ Mauritaniam ab Occidente alluit: ita dictum ab Atlante monte, qui eam Oceani partem respicit. Cic. *de somnio Scipionis.* Omnis terra quæ colitur à vobis, parva quædam insula, circumfusa illo mari, quod Atlanticum, quod magnum, quod Oceanum appellatis in terris. Mar. *Oceano.*

Atlantēus, a, um. Horat. 1. *Carm. od.* 34. Atlanteúsque finis concutitur. Pleiades Atlanteæ, apud Ovid. 5. *fast.*

Atlantiădēs, æ, & per epenthesin Atlantiades, ἀτλαντιάδης, ὁ ἀτλαντιάδης, Patronymicum masculinum: quo Poëtæ utuntur per Mercurio Maiæ filio & nepote Atlantis. Ovid. 8. *Metam.*

*Venit Atlantiades positis caduceifer alis.*

Atlantides, Insulæ fortunatæ, Plutarch. Atlantidos una Calypsus, Tibul. *lib.*4.

Atlantĭădis, sive Atlantias, adis, ἀτλαντιάς, ἡ ἀτλαντιὰς, Patronymicum femininum, significans filiam, vel neptem Atlantis. Virg. 8. *Æneid.*

*Electra Atlantide cretus.*

Silius *lib.*16.

*Vixque Atlantiadum rubefecerat ora sororum.*

Ubi Atlantiades sorores vocat Pleiades, de quibus suprà. ¶ Atlantides, ἀτλαντίδες, Virgilio dictæ sunt. Atlas enim ex Pleione Oceani filia, ut ait Higinus (alii, Deucalionis) habuit quindecim filias, quæ uno vocabulo Atlantides dicuntur. Verùm quinque ex his Hyades sunt nominatæ, à fratre Hyante à sororibus plurimùm dilecto: reliquæ Pleiades à fratre dictæ. ¶ Virgilio dicuntur, quia cum Vere exoriuntur. Et sunt septem, quarum sex clarissimè apparent: septima verò, quia Sisypho nupsit, non videtur. Cicero ait, Hyadas à pluendo dictas. Nostri Siculas vocant à suibus, quoniam sues luto gaudent. Indicant enim pluvias.

Atlantĭus nodus, primus spinæ articulus vocatur à Plin. *lib.*28. *cap.*9.

Ătnēpōs, ōtis, filius abneporis, vel abneptis, { ἀτνεπὼς. Gall. *Le neveu de mon neveu en droite ligne.* Ital. *Nipote di mio nipote per dritta linea.* Germ. *Der enckel meines enckels.* Hisp. *El tercero nieto, ò nieto del nieto.* Angl. *My nephews nephew.* }

Ătnēptis, filia abneporis, vel abneptis. *Inst. lib.* 3. *tit.* 6. { ἀτνεπτὶς. Gall. *La niepce de mon niepce en droite ligne.* Ital. *Figliuola della nipote in terza generatione.* Germ. *Die tochter meines kinds tochter.* Hisp. *La tercera nieta, nieta de la nieta.* Angl. *My neece neece.* }

Ătrŏcton, ἀτρόκτον, dicitur omnis medicina quæ conceptum abigit, hoc est, spem partus intercipit. Plin. *lib.*29 *cap.*4. Tertium genus est eodem phalangii nomine araneus, lanuginosus, grandissimo capite: quo dissecto inveniri dicuntur intus vermiculi duo, adalligatique mulieribus cervina pelle, ante Solis ortum, præstant ne concipiant. Vis ea annua est, quam solam ex omni atocio dixisse fas sit: quoniam aliquarum fœcunditas plena liberis tali venia indiget.

Ătomūs, gen. fœm. individuum corpusculum, quòd τομὴν, id est, sectionem non recipit. { ἄτομος. Gall. *Chose si petite qu'on ne la sçauroit diviser.* Ital. *Atomo, indivisibile.* Germ. *Ein ding das man nit theilen kan.* Hisp. *Cosa no partible en partes, que no se puede partir.* Angl. *A mote in the sunne.* } Res quæ τομὴν, id est, sectionem non recipit. Nam atomos insecabilis dici potest, ab α, & τέμνω, divido, seco. Unde & Atomi dictæ sunt quas Lucretius minutiores dixit esse illis corpusculis, quæ infusis per fenestram radiis Solis, videmus. Unde Epicurus ex suis atomis mundum struit, & universa conformat, & eorundem dissolutione dissolvit. Cic. 1. *Acad.* Quid est enim magnum, quum causas rerum efficientium sustuleris, de corpusculorum (ita enim appellat atomos) concursione fortuita loqui? Vide Gifanium *in Lucretium.* ¶ Sunt etiam atomi in corpore, ut lapis quum dividitur usque ad minutiam, quæ dividi & secari non possit. ¶ Dicitur etiam eadem ratione Atomus, minimum, & insecabile temporis momentum. ¶ Similiter in numeris unitas.

Ătossa, ἄτοσσα, filia fuit Cypri, quæ primùm Cambysi, & post ejus mortem Dario nupsit. Herod. *lib.*3.

Atque, Conjunctio copulandi vim habens, ¶ ab *at*, & *que*, At pro Ad, veteri scripturâ. { ατ, ὄνδ, ὄνδε, ὄνδα, ὄνδαν, ὄνδαμ. Gall. *Et messmes, ensemblément.* Ital. *Insiememente.* Germ. *Und auch.* Hisp. *Semejantemente.* Angl. *And, also.* } Plaut. *Capt. fe.*3. *a.*2. Corde & animo, atque viribus clavim tedo, atque abi intrò, atque occlude ostium. Idem *Most. fe.*1. *a.*3. Qui stellarum ortus comperit atque obitus. Catul. *de com. Beren.* Virg.

——— *genus unde Latinum,*
*Albanique patres, atque alta mœnia Romæ.*

¶ Quandoque pro Atqui: ut, Atque here antè dixeram: (i. Atqui.) Plaut. *Pseud. fe.*2. *a.*1. Atque ego (i. atqui.) Idem *Pseud. fe.*3. *a.*2. Atque ædepol monuisti probè (i. atqui.) Idem *Men. fe.*4. *a.*1. Atque ille minus, minúsque curare (pro atqui, vel tamen.) Idem *prolog. Aul.* Ad cœnam atque condicam foras (pro atqui.) Idem *Men. fe.*2. *a.*1. Atque hoc haud verisimile videtur (pro atqui.) Idem *Most. fe.*1. *a.*1. ¶ Quandoque adverbium, quod pro Quàm poni solet: ut Persius,

——— *qui tu impunitior exis.*
*Atque hic?*

Suet. *in Cæs.* Velut gravius atque ipse sensisset. Cicer. *in Cat.* Simulachrum Jovis contrà, atque fuerat, ad Orientem conversum. Idem *de somnio Scipionis.* Stellæ errantes versantur retrò, contrario modo atque cœlum. Idem *Attic.* Hoc ad officium meum æquè atque ullam rem pertinet. Eandem animum mihi gratum esse oportet, atque olim (i. quàm.) Plaut. *Most. fe.*3. *a.*1. Longè aliam atque olim orationem profers. Idem *Amph.* 3. *a.*1. Tam consimilis est atque ego. Idem *Amph.* Nullus est æquè Acheron atque ego, ubi fui in lapidicinis (i. quam.) Idem *Capt. fe.*4. *a.*3. Me verberare alio modo, atque ego te fulco, vis. Idem *Pseud. fe.*5. *a.*1. Quandoque pro celeriter, & statim, ς *ex.* Virg.

*Atque illum in præceps prono rapit alveus amni.*

Ubi cœnavimus (inquit) atque illi tacent (i. statim.) Plaut. *Capt. fe.*1. *a.*3. Audio. B. Atque in pauca confer (i. confestim.) Idem *Pseud. fe.*5. *a.*1. Vide Geil. *cap.*29. *lib.*10. & Catull. *ad Ortallum.*

*Atque illud prono præceps agitur decursu.*

Item pro S. d. Cic. ad Terent. *lib* 14. *epist.*4. Sed si hoc fuit liberis nostris gratius, nos vivere: cætera, quamquam ferenda non sunt, feramus. Atque ego qui te confirmo, ipse non possum. ¶ Quandoque pro Ecce. Atque id mihi prodest. Plaut. *Ster. fe.*5. *a.*4. Atque hic quidem Euclio est. Idem *Aul. fe.*6. *a.*1. ¶ Quandoque pro festinè, & intrepidè geminatum invenitur. Ennius.

*Atque super muros scandit Trojana juventus.*

¶ Quandoque pro Postquam. Plaut. *in Amph.* Neque se Luna mutat quoquam, atque exorta est semel. ¶ Atque adeò, particula est augmentativa, qua utimur quum significantius graviúsque verbum leviori subjungimus. Cic. *pro Sext. Rosc.* Hoc consilio, atque adeò hac amentia impulsi. Idem *Attic. lib.*1. Ego princeps in adjutoribus, atque adeò secundus fui. Tu me vidisti? Atque his oculis quidem. Plaut. *Mil. fe.*4. *a.*2. Respondit his verbis, atque adeò fideliter. Idem *Curc. fe.*3. *a.*2. Vide *Adeo.* Vidisse oscultantem, atque id cum alterno. Idem *Men. fe.*4. *a.*2. Atque arguo eam me vidisse oscultantem (i. præterea, insuper.) *Ibid. fe.*3. *a.*2. Ecquid habet acceti in pectore? Atque acidissimi. Idem *Pseud. fe.*4. *a.*2. Magnificus, atque etiam maleficus. *Ibid. fe.*2. *a.*2. Atque ita; vide *Ita.* Atque utinam, vide *Utinam.*

Atqui, Sed, sed enim, at enim, ¶ ab *at*, adversativa conjunctione, & *qui*; ut Alioqui. ¶ { אך *ach*, אבל *abál*: ἀμὰς, ἀπάρα, ἀτὰρ. Gall. *Mais toutesfois.* Ital. *Ma certamente, pertioche.* Germ. *Aber.* Hisp. *Mas empero, mas.* Angl. *But, nevertheless.* }

*Atqui ego certè cognovam à parva virgine magnanimam,*

Catull. *de com. Ber.* At pol quin dixti rectiùs? Plaut. *Asin. fe.*3. *a.*4. Atqui pol non feres. *Ibidem fe.*3. *a.*3. Ter. *in Adelph.* Atque ex me hic non est natus, sed ex fratre. Cic. *pro Mil.* Atqui excelso loco superiorem se fore putabat Milo.

Atractylis, { ἀτρακτυλὶς. Gall. *Espece de chardon, qu'on appelle safran bastard.* Ital. *Specie di cardo.* Germ. *Ein gattung einer distel mit rören.* Hisp. *El cardo hueso.* Angl. *An kinde of thistelle.* } Spina est, ex qua mulieres colus faciebant, unde & nomen habet. A τρακτὸς enim dicitur ὁ ἢ τὸν ἄτρακτον ἢ τὰ ἀτρακτύλια πεποιημένος ἢ ἐξ ἀτρακτύλεως πεποιημένος: i. ex eo quòd rusticæ mulieres hinc fusos comparent. Ejus duæ sunt species, quarum unam Carthamum agrestem, alteram Carduum benedictum vocant officinæ. Vide Plin. *lib.*21. *c.*17. & Ruellium *lib.*3. *cap.*55.

Atramitæ, populi Arabiæ felicis. Plin. *lib.*6. *cap.*28.

Atrani, populi Hirpinorum in Italia, apud Plin. *lib.*3. *cap.*11.

Atrarinus, Oratoris nomen est, qui Cælium accusavit, defendente Ciceronе.

Atrax, ἄτραξ, fluvius Ætoliæ, à quo Atraces quidam populi cognominati sunt, ut scribit Plin. *lib.*5. *cap.*2. ¶ Est item Atrax, Thessaliæ oppidum, à quo Hippodamia Pirithoi uxor, Atracis Ovidio dicta est: & Atracia ars, Statio pro Magia, quæ apud Thessalos plurimum viguit.

Atrăcēs, ἄτρακες, populi sunt Ætoliæ, quibus nomen dedit Atrax fluvius per agrum eorum in mare Ionium illabens, teste Plin. *lib.*4. *c.*2.

Atrăcis, ĭdis ἀτρακὶς, gentile femininum ab Atracibus deductum Ætoliæ populis: aut etiam ab Atrace Thessaliæ civitate. Unde Ovidius Hippodamiam Pirithoi uxorem, Atracidem vocavit.

*Atracis* (inquit) *ambiguos traxit in arma viros.*

Atrăcĭus, a, um, ἀτρακιώδης, possessivum deductum ab Atracia Ætoliæ regione: sive ab Atrace Thessaliæ oppido. Unde Atracium artem Statius appellavit Magiam, quæ apud Thessalos plurimùm viguit. Sic enim habet ille *lib.*1. *Thebaid.*

——— *qualis per nubila Phœbus*
*Atracia rubet arte color.*

Atrax, ἄτραξ, civitas inter Euphratem & Tigrim. Steph.

Atrebates, appellantur à Cæsare populi inter Belgas, quos hodie Artesienses vocamus. Vulgò *Arras*, vel, *Artois.*

Atrebatica vestes, χιτῶνες ἀτρεβατικοὶ, vestes erant coloris xerampelini, hoc est, siccatis vitium frondibus similes, quæ apud Atrebates optimæ fiebant. Suidas Atrabaticas vocat, alii Atrabapticas, à coloris scilicet nigredine. Vide Cæl. Rhod. *lib.*16. *cap.*10.

Atreus, dissyllabum, ἄτρεὺς, Pelopis & Hippodamiæ filius fuit: pater Agamemnonis & Menelai: qui ab ipso Atridæ dicti sunt. Fratrem habuit Thyestem, qui fratris uxori stuprum intulit. Atreus verò fratri filium epulandum apposuit. Ob quæ facinora Sol, ne pollueretur, cursum retrorsum dicitur convertisse. ¶ Hinc proverbiali figura dicimus, Atrei oculi, Ἀτρέως ὀφθαλμοὶ, de torvo truculentóque aspectu; his enim oculis in Tragœdiis inducebatur Atreus.

Atrĕus, a, um, ἀτρεῖος, Adjectivum est trium syllabarum. Statius 8. *Theb.*

*I precor, Atrei si quid tibi sanguinis unquam.*

Atrĭdēs, æ, ἀτρεΐδης, plurativè Atridæ, arum, Atrei filii, Agamemnon & Menelaus. Virg. 1. *Æneid.*

*Atridæ Priamúmque, & sævum ambobus Achillem.*

Atrides minor, & major. Ovid. 12. *Metam.*

*Non minor Atrides, non bello major, & ævo.*

——— *Fassoque ignoscat Atrides.*

Idem 13. *Metam.*

——— *peteret majorin frater Atrida.*

Ibidem,

——— *pugnandi tempore mecum*
*Eligit Atrides.*

*Ibidem.* ¶ Non soli Atridæ amant uxores. Dici solitum, quoties significamus suam quemque pati injuriam, contumeliam, aut damnum, nec oportere quemquam impunè lædi. Hom. *Iliad.*

H' μὲν δὴ

*Ἢ μοιχὸν Αἴγισθον δολίχου, μέγαν ἀσπάσεται*
*Ἀτρείδην*, id est:

Num solis hominum Atridis affectus amórque uxorum est?

Atna, oppidum fuit insigne Tuscorum, portum habens insignem non procul à Padi ostiis: à quo vicinum mare Atriaticum vocatum est, & postea Adriaticum. Autor Plin. *lib.3. cap.16.*

Atridæ. Vide suprà in dictione *Ater.*

Ātricāpillă, ἀτρικαπίφ, avis est ex ficedularum genere. Festus, Melanocryphi, genus avium, quæ Latinè vocantur Atricapillæ, eo quòd summa earum capita nigra sint.

Atrilicium, eam partem significat, in qua olim licia etiam texebantur, teste Ascon. Pædian.

Ātrium, ii, primus intra ædes aditus, {חצר *chatsér*, עורית *hatsaviih. αὐλή*, in vetusto Lexico μεσαύλιον, αἰθούσιον. Gall. *Premiere sale d'vne maison, l'entrée de la grand' sale.* Ital. *Cortile, corte della casa.* Germ. Ein Dorhof eines hauss. Hisp. *El portal dentro de casa, primera parte de la casa.* Angl. *A porche or portall before an house, also a hall, an inner court.* } Trecenti in atriis. Plaut. *Aul. fa. 5. a. 3.* Atria libertatis, 4. *Fast.* Atria ampla & vestibula refecta clientum turbâ. Senec. *cap. 2. de cons. ad Marc.* Atria Tiberina, Ovid. 4. *Fast.* Atrium implevere imagines Senec. *c. 14. de cons. ad Polyb.* Prima pars domus, quæ continet mediam aream, in quam collecta ex omni tecto pluvia descendit, & in qua prisci (ut ait Cato) aperto ostio epulabantur, ubi etiam pecunias & cætera pretiosiora servabant: servósque, quibus tanquam honoratioribus earum rerum custodiam committebant, Atrienses appellabant. Vitruv. *lib. 6.* In urbe atria proxima januis esse debent. Gell. *lib. 6. c. 5.* Animadverti enim quosdam haud quaquam indoctos viros opinari, vestibulum esse partem domus priorem, quam vulgus Atrium vocat. Dictum Atrium ab Atriatibus Hetruriæ populis, ut inquit Varro *lib. 1. de ling. Lat.* quia id genus ædificii Atriæ primùm in Hetruria sit institutum: vel quòd à terra oriatur, quasi Aterrium, vel quòd atrum esset ex fumo culinæ. In atrio enim tria erant habitacula: vestibulum, locus sportularum, qui & ipse Sportula dicebatur, ubi proponebantur eo die quæ domo danda erant: & cullina. Quamquam vestibulum propriè locus sit ante ædes. Vide suo loco.

Atriŏlum, {αἰθίδιον. Angl. *A litle porche or litle inner court.* } Parvum atrium. Cic. *ad Quæst.* Quo in loco te in porticu scribere aiunt, ut atriolum fiat: mihi, ut est, magis placebat; neque enim satis loci esse videbatur atriolo.

Ātrĭci, {שערי הסף *schoaré hassáph*, שמרי הסף *schomeré hassáph. αἰθωροί.* Gall. *Portiers, huissiers de sale.* Ital. *Portinari, portieri.* Germ. Pförtner Thürschliesser. Hisp. *Los porteros de casa.* Angl. *Porters, hushers.* {& Iurisconsulti dicuntur, qui excubant ad atrium, qui & Ad limina vocantur, & Atrienses.

Ātriēnsis, {שמר הסף *schomér hassáph*, שער הסף *schoʃéer hassáph*, שער חחצר *schoʃéer hatsér. αὐλωρός.* Gall. *Maistre de sale, portier.* Ital. *Maestro, ò portinaro di sala.* Germ. Hoffmeister der zu dem vorhoff sorg tregt. Hisp. *Portero de la casa.* Angl. *A porter agate or porter magister.* } Is erat, cui credebatur cura atrii: est autem servus præcipuus in familia. Cic. *in Pis.* Servi sordidati ministrant, nonnulli etiam senes: idem coquus, idem atriensis. Col. *lib. 12. c. 3.* Tum sistere atriensibus, ut sapellectilem exponant, facio me facerum ac magnificum virum, dico me esse atriensem. Plaut. *Asin. fa. 2. a. 2.* Ego sum primus condus procurator peni: quasi te dicas esse atriensem. Imò atriensi ego impero. Idem *Pseud. fa. 2. a. 2.* Colla plantis atriensis. Suet. *in Cali c. 17.*

Ātriplex, ἀτράφαξυς Dioscoridi, herba est sylvestris & hortensis, frigidæ & humidæ substantiæ. { Gall. *Arrethes, bonnes dames.* Ital. *Armela, trapese, reppese.* Germ. Milten/ oder melten kraut. Hisp. *Los armuelles, yerua.* } Alvum mollit, & ictericis prodest: ab atro colore, ut aiunt, quòd homines lividos & decolores faciat. Macer, Atriplicem tritam cum nitro, melle & aceto. Dicunt appositam calidam sedare podagram. Accusatur hæc herba à Pythagora, quòd hydropicos homines faciat, & regium morbum inducat. Atriplexum veteres dixère, teste Festo.

Atropatia, ἀτροπατία Stephano, altera est ex partibus Mediæ: ita dicta ab Atropato duce, qui eam à Macedonum vi tutatus est. Media enim in duas distributa est partes, quarum altera Media major appellatur: cujus metropolis sunt Ecbatana. Altera minor, quæ Atropia dicitur. Vide Strab. *lib. 11.*

Atropatus, i, ἀτροπάτος, vide *Atropatia.*

Ātrŏphĭa, {ἀτροφία. Angl. *Leanesse of the bodie.* } Macies vel totius corporis, vel alicuius tantùm partis, proveniens ex una, vel pluribus naturalis facultatis partibus vitiatis: ut si contingat, exempli causa, partis alicujus facultatem attractricem adeò esse imbecillam, ut alimentum suum attrahere non possit, necesse erit eam partem nutrimento suo destitutam, macie extenuari, & veluti exarescere. Idem censendum est, si alia quævis ex facultatibus naturalibus munus suum exequi non queat. Qui autem hoc morbi genere laborant, Atrophi, ἀτρόφοι appellantur. Vide Galenum *in tract. de Symptom. differen.* & Cels. *lib. 3. cap. 22.*

Atrum olus, vide *Olus atrum.*

Ātropŏs, ἄτροπος, una ex tribus Parcis, ita dicta quasi immutabilis, quòd ad nullius preces convertatur. Copiosiùs in dictione *Parca.*

Atrŏx, Asper, crudelis, atro horrendóque aspectu. {ערוץ *nachzari.* ἀμείλιχος. Gall. *Cruel, felon, outrageux, sans pitié.* Ital. *Atroce, crudele, aspro.* Germ. Grausam/ grimm/ erschrockenlich. Hisp. *Inhumano, terrible, y cruel.* Angl. *Cruell, outrageous, pitieles, cruell.* } Terent. *in Heaut.* Incredibili re, atque atroci perculsus. Atrocibus oculis aspicere. Gell. *cap. 8. lib. 17.*

*Accius esset atrox, convivia Terentius esset.*

Ovid. *Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Nisi reperio atrocem aliquam astutiam. Plaut. *Capt. fa. 4. a. 3.* Atrocius nullum prælium iniit. Veiicus. Virgil. 1. *Georg.*

*Ecce inimicum atrox magno stridore per auras*
*Insequitur Nisum.*

Festus à Græco nomen hoc derivat, quòd illi ἀτρέκεια appellant, quæ crudæ sunt: hæc ab eo quod atroces nihil de se remittant, τρέκω enim significat remittere. Vide & pro Constanti quandoque ponitur. Horatius *lib. 1. Carm. Ode 1.*

*Et cuncta terrarum subacta,*
*Præter atrocem animum Catonis.*

Atrox, cum genitivo. Tacitus *lib. 12.* Iisdem Consulibus atrox odii Agrippinæ ac Lolliæ intentus, quòd secum, &c. id est, atroci odio percita. ¶ Atrocius consilium, *l. 9. C. de malef. & mathem.* ¶ Atrociores fures, quòd nocte furtum committant vi privatæ adjuncta; metu enim luctu pallore diffugium viatores.

Ātrōcitās, is, Crudelitas. } אכזריות *achzeriuth. ἀμότης, ἀνθρωπία.* Gall. *Felonnie, cruauté, outrage.* Ital. *Atrocità, crudelità.* Germ. Grausamkeit/ grimme. Hisp. *Inhumanidad y crueldad.* Angl. *Outrageousnesse, cruelties, fiercenesse.* } Cic. *6. in Verrem.* Donec populus, atque universa multitudo atrocitate rei, maleficiique diuturnitate commota, senatum clamore coegit, &c. Atrocitatem temporum mitigare {de annona.} Sueton. *in Tib. cap. 48.*

Ātrōcĭtĕr, adverb. Crudeliter. } ἀπηνῶς. Gall. *Cruellement, felonnement.* Ital. *Crudelmente, atrocemente.* Germ. Grausamlich/ grimmiglich. Hisp. *Inhumana y cruelmente.* Angl. *Cruelly.* } Cicer. *pro Rosc. Amer.* Nam quum omnibus horis aliquid atrociter fieri videmus, aut audimus, etiam natura mitissimi sumus, assiduitate molestiarum sensum omnem humanitatis ex animis amittimus.

Ātrōcissimè, adverb. Vlp. *D. lib. 1. tit. 6. l. 2.* Divus etiam Hadrianus Umbricam quandam matronam in quinquennium relegavit, quòd ex levissimis causis ancillas atrocissimè tractasset.

Attacum, ἄτταγον, Hispaniæ oppidum in tractu Celtiberorum. Ptolem. *lib. 2. cap. 6.*

‖ Atta, ἄττα, vox qua juniores appellant proiectiores. Fest. vide *Aba.* ‖

Atta, ἄττα, civitas Arabiæ felicis, autore Ptol. *lib. 6. c. 8.*

Attabes, & Numenius, latrones fuerunt famosissimi, adeò ut proverbio locum fecerint: Convenerunt Attabes & Numenius.

Attăcĕo, es, ere, ex Ad & Taceo, simul taceo. Cicer. *pro Flac.* Liceat hæc nobis si oblivisci non possumus, attacere: liceat mihi potiùs de levitate Græcorum queri.

Attæ, teste Festo, dicti sunt, qui per vitium crurum, aut pedum, plantis insistunt, & à terra non sublevant, sed atterunt magis terram, quam ambulent: quod cognomen fuit Quintio Poëtæ. Horat. *lib. 1. Epist. ad Augustum.*

*Rectè, nè cæcum flexéque perambulet Atta*
*Fabula, si dubitem, clamant periisse pudorem*
*Cuncti pènè patres, ea cum reprehendere coner,*
*Quæ gravis Æsopum, quæ doctus Roscius egit.*

Attam senem honoris causa appellamus, cum avi nomine dignantes: ut & Græci ἄττα πάππα usurpant.

Āttăgēn, genet. masculi. & Attagena, æ, ἀτταγᾶς Suidæ & Atistophani, avis Attica inter nobilissimas habita, maximè verò quæ in Ionia nascitur, & inter esculentiores atque præcipuo sapore censebatur. { Gall. *Oiseau nommé Francolin.* Ital. *Vccello detto Francolino.* Germ. Ein Haselhun. Hisp. *El francolin, ave precioso.* {Plin. *lib. 10. cap. 46.* Attagen maximè Ionius celebratur, vocalis alias, captus verò obmutescens, quondam existimatus inter raras aves. Martialis, Inter sapores fertur altiti primus Ionicarum gustus attagenarum. Attagenæ Phrygiæ præstantissimæ, Gell. *cap. 16 dib. 7.* ¶ Attagen ἀτταγήν. Suidas indicat hoc cognominis proverbii loco dici solere in servos stigmaticos, quòd hæc avis plumas habeat variis colorum notis distinctas. Aristot. *in Avibus.* ¶ Depingitur ab Alexandro Myndio apud Athen. *lib. 9. Deipnosophist.* ¶ Est (inquit) perdice paulò major, cujus dorsum versicoloribus maculis distinctum est, cæteraque pigulinæ coloribus speciem gerit, nisi quod magis rufum est. Poloni nihil hac ave frequentius habent.

Āttălus ἄτταλος, Nomen Pergami regis, pecunia ditissimi, & splendida, abundantique supellectile: à quo omnia magnifica, Attalica dicta sunt, ut inquit Plinius *lib. 8. cap. 48.* Propertius,

*Nec sit in Attalico mors mea nixa toro.*

Hic quum liberis careret, populum Romanum testamento suo hæredem instituit. Fuit & Attalus nomen medici, cujus meminit Plin. *lib. 32. cap. 8.*

Attalia, æ, ἄτταλα, Stephano, oppidum est Æolidis, apud Plin. *lib. 5. c. 30.* ¶ Item alterum in Pamphylia, cujus meminerunt Ptol. *lib. 5. cap. 5.* & Strab. *lib. 14.* Vulgò *Satalia.*

Āttămĕn, Conjunctio est composita ex Ad & Tamen, Verumtamen. {אבל *abal*, אך *ach*, אם *im*, ἐμὲν. Gall. *Neantmoins, mais toutesfois.* Ital. *Nondimeno.* Germ. Aberdoch/ udoch. Hisp. *Empero.* Angl. *But nevertheless.* } Cic. *in Epist.* Attamen ne mirere unde hoc acciderit. ¶ Aliquando etiam legitur divisa. Idem 3. *de Orat.* Atque ei nequaquam parem ejus ingenio, at pro nostro tamen studio meritam gratiam referre debemus.

Āttāmino, Contamino, μιαίνω. Iustinus Historicus *lib. 21.* Omnibus antejuratis vitiis, ne quis ullam attaminet. Vide *Contamino.*

Āttĕgĭa, æ, nom. id est, ingenia, & tuguria. {ברושת *beróth. καλύβη*, ἀποικία. Gall. *Maisonnette, auberge, loge, cabanne.* Ital. *Capane.* Germ. Hütten/ Hirtenheuslin. Hisp. *Choça, cabaña ò casa pobre.* Angl. *Tentes that cowppers make in faires.* } Iuven.

*Dirue Maurorum attegias, castella Arigantum.*

Attegrare, veteres dixerunt pro Integrare, sive augere: ut notat Festus.

Āttĕius philologus, libertinus Athenis natus, quem Capito Atteius Iurisconsultus eius patronus, inter Grammaticos rhetorem, & inter rhetores Grammaticum fuisse ait. Eum juvisse scripta Salustii in componendo, autor est Pollio. Coluit familiarissimè Salustium, eóque mortuo, Pollionem. Autor Tranquillus.

Attelabus, ἀτταλάβος, Parvæ locustæ species est quæ alis caret. Vide Plin. *lib. 29. cap. 4.*

Āttĕllă, ἄτελλα, oppidum Campaniæ, inter Capuam, & Neapolim, quam nunc *Aversam* dicimus.

Āttĕllānus, a, um, adjectivum. Cic. *Clvio*, Loquutus sum de agro vecti-

gali municipii Attellani. ¶ Attellani histriones, ab Attella oppido dicti. Cic. *in Epist. fam.* Quando tu secundum OEnomaum Accii, non ut solebas Attellanum, sed ut nunc sit, mimum introduxisti.

Attellānĭcŭs, a, um, aliud adjectivum. Cic. 2. *de Div.* Totum omnino fatum etiam Attellanico versu iure mihi esse irrisum videtur.

Attellānæ, ārŭm, ἀτελλάναι ἐξόδιαι, Latinæ sunt fabulæ, quæ ab Attella Oscorum civitate sumptæ fuerunt, in quibus ridiculæ personæ inducebantur, & argumentis dictisque jocularibus respondebant satyricis fabulis Græcis. Propriè autem Attellanicum dicebatur exodium. Liv. *lib.* 7. Juventus histrionibus fabellarum actu relicto, ipsa inter se more antiquo ridicula intexta versibus jactitare cœpit; quæ exodia postea appellata, consertaque fabellis potissimùm Attellanis sunt: quod genus ludorum ab Oscis acceptum tenuit juventus. Gallicè *Farces, Comedies.* Vide Adrianum Turnebum c. 17. *lib.* 3. *adverss.* Suet. *in Calig.* c. 2. Attellanæ poëtarum. Idem *in Galba*, c. 13. Attellanus cauticum exortus.

Attemo, instrumentum arietis: fortè *Ratis.*

Attĕmpĕro, as, adapto. { תקן *tiken.* ἁρμόζειν. Gall. *Addresser vers quelque part.* Ital. *Accommodare.* Germ. Etwas zu im fügen. Hisp. *Ataviar.* Angl. *To mak meete or fitte.* } Senec. *epist.* 50. Sic gladiator, tota pugna timidissimus, jugulum adversario præstat, & errantem gladium sibi attemperat.

Attĕmpĕrātè, adverbium. Tempestivè, in tempore. { *Διαλλαγὴν.* Gall. *En temps & lieu, coat à propos.* Ital. *Temperamente, con modestia.* Germ. Eben recht/ zu rechter zeit. Hisp. *A buen tiempo.* Angl. *In season, in tyme and place even righ.* } Terent. *in Andr.* Itâne attemperatè venit hodie in ipsis nuptiis?

Attĕndo, Adverto, cogito, considero, quasi animum intendo. { חקשיב *hikschib.* προσέχειν, ἀκροᾶσθαι. Gall. *Ouir, attentif, estendre ses yeux ou son esprit vers quelque chose.* Ital. *Attendere, considerare.* Germ. Warnemmen/ aufmercken. Hisp. *Considerar, estar attento.* Angl. *To take head, to consider, to have thee eyes and mynd fixed or anything.* } Ponitur autem interdum absolutè. Cic. 2. *de invent.* Si diligenter attendimus, hæc apta esse inter se intelligemus. ¶ Nonnunquam cum accusativo. *Ibid.* Hoc autem in horum locorum expositione oportebit attendere. Idem *pro Archia*, Quoniam me in hoc novo genere dicendi tam diligenter attenditis. ¶ Aliquando accusativus mutatur in ablativum. Terent. Nunc quid petam ea causa, æquo animo attendite. Suetonius *in Galba*, c. 5. *in Galig.* c. 55. & *in Neron.* c. 56. junxit dativo. Inter liberales disciplinas attendit & iuri, id est operam dedit. ¶ Ponitur quoque cum præpositione Ad. Terent. *in Adelph.* Nimirum ad rem in senecta attenti sumus. Dicimus etiam animum attendere, pro intendere, & mentem in re aliqua fixam habere. Cic. 3. *Offic.* Et quum animum attenderis, turpitudinem videas adjunctam. προσέχειν τὸν νοῦν. ¶ Hinc attentos, ὑπ' ἀκοήν, dicimus auditores, qui ad ea quæ dicuntur, intendunt animum. Cic. 1. *De nat. deor.* Præbebo igitur me tibi vicissim attentum, tenera Stoicos auditorem. ¶ Et attentum patremfamilias, id est, consideratum, prudentem, sui negotii bene gerentem. Cicer. *pro Quintio.* Quintius fuit P. Quinctii hujus frater, sanè cæterarum rerum paterfamilias & prudens & attentus: unus in re minùs consideratus, qui, &c. ¶ Et attentam vitam, pro diligente & curiosa. Cicer. *pro Roscio Amer.* Tametsi hæc attenta vita & rusticana relegatio, atque amandatio appellabitur?

Attēntio, ut Speusippus inquit, est intentio animi ad dicendum. { קשב *késchev.* προσοχή. Gall. *Attention, soing d'ouir ou de faire quelque chose.* Ital. *Attentione.* Germ. Zusmerckung/ warnemmung. Hisp. *Atencion.* Angl. *Attention, or earnesse in hearing.* } Cic. 3. *de Orat.* Reliqua quæ sunt in tuta, attentione animi, cogitatione, vigilantia, &c.

Attentè, adverbium, Animo intento, diligenter. { Φιλοτίμως. Gall. *Attentivement, soigneusement.* Ital. *Attentamente.* Germ. Fleyssiglich verstuchen. Hisp. *Con atencion.* Angl. *Heede fullie, attentivelie.* } Cicer. *ad Catonem.* Scis enim quàm attentè te audire soleam. Parum attentè dictum (i. oscitanter, non exactè.) Gall. *Sans y penser.* Gell. *cap.* 15. *lib.* 4.

Attĕnto, as, ex Ad & tento, Tento, pertento, periculum alicujus rei facio. { נסה *nachan*, נשה *nisah.* πειράω. Gall. *Attenter, essayer, éprouver.* Ital. *Tentare.* Germ. Versuchen. Hisp. *Tentar, provar, assayar.* Angl. *To assay, to proove, to assaille, to set upon deceive.* } Plin. *in præf. lib.* 6. Nemo apud nos quidem, qui attentaverit. ¶ Aliquando videtur idem esse quod inchoare. Cicer. *in Orat.* Melius est præterire, quam attentatum deserere. Item manu invadere, vel insidiis adoriri. Cicer. *pro Sestio.* Capuam propter plurimas belli importunitates, ab illa impia & scelerata manu attentari suspicabatur. Attentari sententia dicitur, quum per appellationem, an justa fuerit discutitur. Ulpian. *in l. eleganter*, §. 1. *versic. tunc enim, ff. de cond. ind.* Tunc enim rescriptis locum esse credendum est, quum de sententia indubitata, quæ nullo remedio attentari potest, transigitur. Attentare locos singulos in agendo. Quint. Attentari pudicitia dicitur, quum id agitur, ut ex pudico impudicus fiat. Paul. IC. & Senec. *lib.* 2. *de ira*, Servi pudicitiam attentare aliquem. Valer. 4. *Argon.*

*Tum precibus, tum me lachrymis, & supplice dextra*
*Attentare vetat.*

Attĕnŭo, as, significat subtilem facio, minuo, imminuo. { הדק *hedhák.* λεπτύνω. Gall. *Amenuiser, attenuer, appetisser, amoindrir.* Ital. *Attenuare, assottigliare.* Germ. Kleinern/ dünnen/ dünner und subtiler machen. Hisp. *Adelgazar lo grueso.* Angl. *To diminish, to make thinne or lesse, to appayre, to make vnperfe.* } Ovid. *Eleg.* 6. *lib.* 4. *Trist.*

*Cuncta potest igitur tacito pede lapsa vetustas,*
*Præterquam curas attenuare meas.*

Et *Eleg.* 1. *lib.* 4. Curas attenuasse lyra. Attenuare magna (eloquentiâ suâ.) Senec. *cap.* 18. *de consol. ad Polyb.*

Attĕnŭātè, adverbium. { Λεπτῶς, ψιλῶς. Gall. *Petitement, subtilement, chichement.* Ital. *Attenuatamente, sottilmente.* Germ. Geringer weis. Hisp. *Adelgazamiente.* Angl. *Breifflie, thorfelie.*

Cic. *de clar. Orat.* Oratorum bonorum duo sunt genera? unum attenuatè prorsùsque: alterum sublatè, ampléque dicentium.

Attĕnŭātĭo, is, verbale. { Ἀπεμφασις. Gall. *Amoindrissement, diminution.* Ital. *Attenuatione, diminutione.* Germ. Mindrung/ Aldnerung. Hisp. *Adelgaramiento.* Angl. *Diminishing, or making thinne and worse.* } Author ad Her. *lib.* 4. Defensoris narratio simplicem & dilucidam expositionem debet habere cum attenuatione suspicionis.

Attĕnŭātus, a, um, imminutus, depressus: ut, Attenuata oratio, id est, humilis & depressa. Cic. *ad Heren.* Attenuata oratio est, quæ demissa est usque ad usitatissimam puri sermonis consuetudinem. Suet. *in Tib.* c. 21. Attenuatus continuatione laborum.

Attĕro, īvi, ītum: facit atterui præteritum apud Tib. *lib.* 1. El. 4.

*Aut operi insuetum attriviisse manus.*

Rem aliquam ad aliam tero, & quodammodo confrico. { דבא *dibbé*, כתת *chatkáth*, חרך *hedhák.* τρίβω, χρίω. Gall. *Frotter l'vne à l'autre, frayer a quelque chose.* Ital. *Fregare.* Germ. Zureiben. zerreiben. Hisp. *Gastar vsando la cosa, fregar.* Angl. *To weare by rubbing.* } Atterunturque ingenia. Quint. Plin. *lib.* 9. *cap.* 5. Anguillæ atterunt se scopulis. ¶ Significat & comminuo. Colum. *lib.* 5. *cap.* 6. Nam demissum ex eo palmitem germinantem inferiori atteret, & fructum decutiet. Virg. 4. *Georg.*

*——— aut errans bucula campo*
*Decutiat rorem, & surgentes atterat herbas.*

Attrītŭs, ior, issimus. Imminutus, detritus. { מדוכא *medúchaá*, כתות *mudhak.* κατάτριμμα, κατατρίμματος. Gall. *Vsé, consumé, frotté, frayé.* Ital. *Vsato, consumato, frusto, froto.* Germ. Zerrieben/ zerstösslet. Hisp. *Gastado, vsado.* Angl. *Worne, bruysed muche vsed.* } Cicer. 5. *in Verr.* Ut victus ejus, ac mentum paulò sit attritius, quod in precibus & gratulationibus non solùm id venerari, verùm etiam osculari soleat. Attritæ opes, apud Liv. pro imminutæ.

Attrītŭs, us, verbale. { דכי *dechi*, מכתרת *michtáhath*, מכרת *machchoth.* σύντριμμα, κατάτριμμα. Gall. *Frottement, vsure.* Ital. *Stramento, consumamento.* Germ. Zreibung/ zerschleissung. Hisp. *Gasto, por vso.* Angl. *Wearing, bruysing, much vsing.* } Plin. *lib.* 9. *cap.* 45. Contactos pisces, attritúque petræ scalpentes pruritum invadit. Attritæ facultates. Sueton. *in Galba, cap.* 3. Et attritum patrimonium, idem *in August. cap.* 40.

Attĕstŏr, seu antestor, aris: Testor, testem facio, sive advoco. { תעיד *hehidh.* μαρτύρομαι. Gall. *Prendre ou appeller à tesmoin, attester, tesmoigner.* Ital. *Accettare per testimonio, affirmare.* Germ. Zeugen. Hisp. *Tomar por testigo, è dezir testimonio.* Angl. *To call or cal in witnesse.* } Cic. *pro Mil.* Is qui ita natus est, & ita consuevit, te Migne tamen attestaretur. Plin. *lib.* 11. *c.* 45. Est in aure ima memoriæ locus, quem tangentes attestamur. Pro eodem veteres dicebant Antestor. Vide suo loco. ¶ Ponitur etiam pro Testimonium dico, affirmo, comprobo. Plin. *in Præfat. lib.* 4. Hoc attestabatur vel inimico iudici se approbari posse. Cic. *pro Syll.* De his tantùm dicam quod satis est, attestante memoria omnium. Attestatus est Cato, pro Testatus. Gell. *c.* 14. *lib.* 4. Attestata fulgura dicebantur, quæ iteratò fiebant, videlicet significationem priorum attestantia. Festus. ¶ Attestari, propriè est absenti denuntiare.

Attestatio, ἀλλομαρτύρησις. Macrobius *comment. lib.* 2. *c.* 9. Sed describi hoc nostra attestatione non debuit, cujus situs nobis incognitus perseverat. ¶ Attestationes dicta testium sunt, vel testimonia ordine suis scripto deducta.

Attĕro, is, ēre, attrīvi, attrītum, Addo, adjungo, applico. { תרכיב *hidhbíh*, תקריב *hikriv.* προσφέρειν. Gall. *Tistre avec, adjuster auer.* Ital. *Tessere appresso, aggiungere.* Germ. Anwäben/ zu im setzen. Hisp. *Texer sobre otra cosa, anadir.* Angl. *To weave or adde to another.* } Cic. *de univers.* Vos autem ad id quod erit immortale, partem attexitote mortalem. Varro *lib.* 3. *c.* 5. Nos interea secundum actum de majoribus attexamus. Cæsar, Vimen, loricæque ex cratibus attexuntur.

Atthis, idis, Ἀτθίς, Cranai filia, à qua regio Attica (ut quidam existimant) dicta est, quum priùs Actica, ab Actæone diceretur, sive ab Actæo rege, ut Favorino & Lycophroni placet: sive ab ἀκτὴ, quod litus significat, propterea quod ea regio, sicut scribit Strabo, magna ex parte littoralis sit. Qua voce etiam utuntur Latini. Virg. 3. *Æneid.*

*At procul in sola secreta Troades acta*
*Amissum Anchisen flebant.*

Præcipuæ regionis hujus civitates fuerunt Athenæ, Eleusis, Marathon, & aliæ nonnullæ. Atthidem præterea Poëtæ Luscinias appellant, ad fabulam nimirum respicientes, qua Philomela Pandionis Atheniensium regis filia in hanc avem dicitur esse transformata. Martial. Sic ubi multisona fervens acer Atthide lucus.

Attĭca, ἀττική, regio est Achaiæ, ab agro Megarensi usque ad Sunium promontorium extensa: olim Acte appellata, & Actica, quòd maxima ex parte littoralis sit, teste Strab. *lib.* 9. Urbes præcipuas habet Athenas, Eleusinem, Marathonem, & alias nonnullas.

Attĭcŭs, a, um, ἀττικός, quod ex Athenis est, vel quod ad Athenas pertinet: ut Regio Attica, ἀττική. ¶ Atticus adverbium. Ἀττικῶς πάνυ. In violentos & feroces vicinos dicebatur: Duris apud Xenophontem ait ex Atticorum moribus natum, quòd olim finitimos è sedibus suis exigere consueverint. Crateus inde manasse putat, quòd Athenienses, qui Samum missi fuerant, indigenas expulerint. Anst. *lib. Rhetor.* 3. Proinde propriè quadrabit in eos, qui ita nuper in nuos aliquod asciti sunt, ut superiores ejiciant. Athenæ Atticæ, vide nas. Atticum Talentum, vide *Talentum.* ¶ Attica bellaria, Ὀπώρα Ἀττική: de cupediis. Transferri potest ad rem quamcunque majorem in modum suavem ac jucundam. Plat. *Polit. lib.* 3. ¶ Lepos Atticus, Attica eloquentia, pro summa. Ter. *Eunuch.* Dixin' in hoc Atticam esse eloquentiam? ¶ Huic finitimum est Attica musa, Ἀττικὴ μοῦσα: pro venusta lepidáque oratione. Nam inter dicendi genera laudatur in primis Atticum. Neque ulla lingua loqui sciat Attica. Plaut. *Asin.* sc. 1. a. 4. Hunc hominem colere pari juventutem Atticam? Idem *Pseud.* sc. 2. a. 1. Nemo adæquè parcus juventute ex omni Attica? Idem *Mostel.* sc. 1. a. 1. ¶ Atticus tellus, Ἀττικὴ μήτηρ, legitus

legitur in Collectaneis Diogeniani, pro probatissimo atque incorruptissimo teste. Quod si quis per ironiam torqueat in rectum vanum, non inconcinnè dixerit. ¶ Attica fides, Ἀττικὴ πίστις, legitur apud eundem de minimè vanis, minimeque perjuris: inde natum, quod apud Atticos templum esset Fidei dex constructum, cujus etiam meminit Plautus *in Amphitryone*. ¶ Velleius Paterculus *hist.* 2. Adeò enim certa Atheniensium in Romanos fides fuit, ut semper & in omni re, quicquid syncera fide gereretur, id Romani fide Attica fieri prædicarent. ¶ Atticus in portum, Ἀττικὸς εἰς λιμένα. In eos dicebatur, qui illic virtutem ostentare solent, ubi tutum est, ubi nihil opus. A nautis Atticis sumptum, qui portum ingressum, ostentandi sui gratiâ magnificè sese gerebant, in ipsa re, hoc est, in prælio navali, non perinde strenui.

Ăttĭcē, adverb. ἀττικῶς: ut, Atticè loqui, hoc est, lingua Attica. Cic. *de clar. Orat.* Nam si quis eos qui nec ineptè dicunt, nec odiosè, nec putidè, Atticè putat dicere, is rectè nisi Atticum probat neminem.

Ăttĭcissĭmus, ἀττικώτατος, est quædam peculiaris Attici sermonis elegantia. Cicer. *de clar. Orat.* Et ille Latinus Atticissimus ex intervallo regustandus.

Ăttĭcīzo, as, Atticè loquor, ἀττικίζω. Plautus, Non Atticizat, sed Siliciat. Nam quemadmodum Attici inter Græcos omnes ornatissimè loquebantur, ita Siculi omnium pessimè. Unde etiam Cicer. Q. Cæcilium irridet, quòd linguam Græcorum non Athenis, sed in Sicilia didicisset.

Ăttĭgo, fine n, idem quod Attingo. { Angl. *To touche softelie.* } Nam sicut Tango, ita & Tago dicimus. Plaut. *in Mostell.* Abscondite, telis ne attigant. *Ibid. sc.* 2. *a.* 2. Fides ne attigatis.

Attĭgŭus, Proximus. { Angl. *That is nigh or toucheth another.* } Ab Attingendo, sicut Contiguus à Contingendo, ἐφεξῆς. Apul. *lib.* 4. Contra proclive montis attigui fugâ me liberavi.

Attĭlius regulus, Consul Romanus, qui primo bello Punico, quum Carthaginenses sæpè vicisset, tandem per insidias captus, & postea Romam missus est à Carthaginensibus pro permutandis captivis: sed quum Romam venisset, ipsemet permutationem dissuasit, & Carthaginem rediens, crudelissimè est necatus. De hoc multa Cicer. *lib.* 3. *Offic.*

Attĭlus, Piscis sacis grandis, qui in palo inertia pinguescens, ad mille aliquando libras capere est cæsarato hamo, nec nisi bourn jugis extractus. Plin. *lib.* 9. *c.* 15.

Attĭnæ, lapides scite mutuò attinentes, in specie macerierum congesti.

Attĭnĕo, es, ui, ēre Ad, & Teneo, idem quod teneo. { יחז *achaz*, פתח *chazak*. κατέχω. Gall. *Retenir.* Ital. *Ritenere.* Germ. Behalten. Hisp. *Retener.* Angl. *To hold, to retene.* } Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Nam tam cultros attinet. Tacit. *lib.* 1. Ni proximi prehensam dextram vi attinuissent. Tu pallam ante oculos attines { i. tenes. } Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 5. Attinere, pertinere, decere, convenire. { ἀνήκειν, προσήκειν. Gall. *Il appartient, il convient, il est besoing.* Ital. *Pertenere & convenire.* Germ. Gebühren/ anreichen/ gezimmen/ zustehen. Hisp. *Convenir, atener à pertenecer algo.* Angl. *It belongeth, it pertaineth.* } Terent. *in Adelph.* Iamne me vis dicere, quod ad te attinet? Quid ea messis attinet ad meam lavationem? Nihilo plus quàm lavatio ad messem. Plaut. *Most. sc.* 3. *a.* 1. Nam quod attinet ad argumentum, breve est. Idem *prol. Asin.* Quid istæc picturæ ad me attinent? Idem *Men. sc.* 2. *a.* 2. Te de alia re rescivisse censui, quod ad me attinet. Idem *Aul. sc.* 6. *a.* 5. Quid istuc ad vos attinet? Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Nihil hoc Iovis ad judicium attinet. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Aliquando significat Retinere. Idem *ibid.* Ita me attinuit, ita me detinuit cliens. Tacit. *lib.* 14. Seneca ratus per urbem, quasi valetudine infensa, aut sapientiæ studiis domi attineretur. Attinuit publica custodia, idem *lib.* 3.

Ăttingo, is, igi, actum. Leviter tango: minus est enim quàm tango, ut inquit Donatus. { נגע *nagâ*, משש *maschâsch*. ἅπτω, ψαύω. Gall. *Atteindre, toucher tant soit peu.* Ital. *Toccare leggiermente.* Germ. Anrühren. Hisp. *Alcançar tocando alguna cosa ligeramente.* Angl. *To touche softelie, to mention or handle briefflie.* } Terent. *in Adelph.* Tetigin' tui aliquid? As. Si attigisses, ferres infortunium. Non oportet ætatem istanc pigmentum attingere. Plaut. *Most. sc.* 3. *a.* 1. Me quidem si attigeris. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 5. Ne me attingas, si sapis. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 2. ¶ Aliquando pro retinere vi. Idem *Merc. sc.* 5. *a.* 2. Ausus es mulierem attingere (i. retinere vi.) Nihil attingit ad rem. *Ibidem.* Hoc ideo fit, quia quæ nihil attingunt ad rem, &c. id est, quæ nihil ad rem attinent, sive pertinent. Attingit me sanguine, cognatione. Plin. *epist.* 144. Nec iis tantùm, quos sanguine attingit, &c. Cic. 4. *Verr.* Quo quisque te maximè cognatione, affinitate, necessitudine aliqua attingebat. Attingere rem aliquam, pro Tractare. Idem 4. *de finib.* ¶ Attingam, pro Attingam, ab Attingeo, ut Claudeo, vireo. Sic & Claudebo, Virebo, Attingebo, antiqui dicebant.

Ăttĭgŭus, verbale. { ἁφή. Gall. *Attouchement.* Ital. *Toccamento.* Germ. Anrührung. Hisp. *Tocamiento.* Angl. *Touching softelie, briefflie mention.* } Virg. *Æneid.*

*Ille inter vestes, & lævia pectora lapsus*
*Volvitur attactu nullo.*

Varro *lib.* 1. *c.* 1. Corium attactu non asperum.

Attŏllo, is, Elevo, erigo. { נשׂא *nasâ*, הרם *herôm*. αἴρω. Gall. *Lever haut, eslever.* Ital. *Elevare, inalzare, togliere.* Germ. Erheben/ aufheben. Hisp. *Alçar ò quitar.* Angl. *To lift up, to exalte.* } Liv. Quúmque se quisque attollere, ac levare vellet. Attolleantur Ciceronis studio Brutus & Cassius. Velleius. ¶ Aliquando ponitur pro Aufero. Pacuvius, Custodite istum vos, ne eum quis attollat, nève quis attingat. ¶ Aliquando pro Affero. Plaut. *in Casina.* Quid si propiùs attollamus, fiamusque obviam? Hoc verbum facit præteritum Attuli, Dionedes, Affero, attuli, quoniam & a Fero, Tuli dicimus: quamquam & id perfectum quod est attuli, ex alio proficisci reperimus apud veteres, ex eo quod est Attollo. Attollere pro Educare. Plin. *lib.* 11. *cap.* 39. Ne fœminæ quidem in pectore mammas habent, nisi quæ partus suos attollere possunt. Pacuvius *apud eundem Diomed. lib.* 1. Custodite hunc vos, ne quis vim attulet, neve attingat.

Attŏndĕo, es, attondi, attonsum. Tondeo, גזז *gnazaz*, גלח *ghillach*, ξυράω. Gall. *Tondre tout autour, raire, raser.* Ital. *Radere, tondere à fatto.* Germ. Gar beschaben. Hisp. *Mucho trasquilar.* Angl. *To sheare, to shave.* } ¶ Attondere aliquem auro, per metaphoram. Plaut. *Bacch.* Is me scelus auro usque attondit doctus indoctum dolis

Attondens, particip. { *Which shaveth or shaveth.* } Virg. 2. *Georg.*

——— *Curvo Saturni dente relictam*
*Persequitur vitem attondens.*

Attōnsus, part. { Angl. *Shorne, shaved, shoved.* } Cels. *lib.* 4 *cap.* 3. Neque inutile etiæ caput attonsum habere. Cic. 5. *Tusc.* ut Epaminondas consilius nostris huc est attonsa Laconum. Item Attonsurus. Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 3. Strictim attonsurum dicam? id est, emunctorium.

Attŏno, as, attonui, βροντάω. Verbum rarissimè lectum: quod stupefacere videtur significare. Ovid. *epist.* 4.

*Aut quas semideæ Dryades, Faunique bicornes*
*Numine concubitûs attonuêre suo.*

Attŏnĭtus. Consternatus, perturbatus, propriè propter casum fulminis stupefactus. { נבהל *nibhâl*, נבוכה *nibhôl*. ἐκπλήττω, ἐκπλήξ. Gall. *Estonné, ebahy, esperdu.* Ital. *Stupefatto, attonito.* Germ. Erschrocken/ verjagt. Hisp. *Attonado, espantado.* Angl. *Astonied greatlie, affrayed, abashed.* } Servius, Attonitus dicitur, cui casus vicini fulminis, & sonitus tonitruum dant stuporem. Virg. 3. *Æneid.*

*Talibus attonitus visis ac voce deorum.*

Et Ovid. *Eleg.* 9 *lib.* 3. *Trist.*

*Pallor in attonita virginis ore fuit.*

Periphrasis.

*Non aliter stupui, quàm qui Iovis ignibus ictus.*

Item, Attonitus, id est, stupefactus. Suetonius *in Cæs. cap.* 28 Attoniti sacerdotes Bacchi vino sono, &c. Liv. *lib.* 9. *d.* 4. Virg. 6. *Æneid.*

——— *nec enim antè dehiscens*
*Attonita magnos ora domus.*

Ubi Servius, Attonitæ domus stupendæ, non stupentis. Attonito non cacere sono bacchantium. Ovid. *Eleg.* 2. *a.* 5. *Trist.* Sic attonitus Atax, truculentus Hercules. Quinc. Ergo attonitæ facientis, attonitos: ut, Mors pallida, Tristis Senectus.

Attōnĭtè, adverb. ἐκπεπληγμένως, ἐκπληκτικῶς. Plin. *lib.* 30. *cap.* 2. Britannia, quæ hodie eam (Magiam) attonitè celebrat tantis cæremoniis, ut dedisse Persis videri possit.

Attrăho, is: ad me traho, allicio. { משך *maschách*, ἑλκύω, σπάω. Gall. *Attirer, attraire, tirer à soy.* Ital. *Allettare.* Germ. Zu im ziehen/ an sich ziehen. Hisp. *Traer à si.* Angl. *To draive to me, to intise, to pull, to me.* } Cic. *Attico*, Quum id malum, quod vitare poteras, ultrò accersas, atque attrahas.

Attractio, verbale, ἕλξις. Attractionem apud Quintilianum legimus pro eo positam, quod Donatus adverbia congregandi vocat: qualia Summatim, Viritim, Oribatim, & id genus similia. Eius verba sunt *lib.* 4 *cap.* 1.

Attractus, particip. ἀναπνοὴ ἐκ βάθους: ut, Attractus spiritus. Virg. 3. *Georg.*

*Tum verò ardentes oculi atque attractus ab alto*
*Spiritus, interdum gemitu gravis.*

Intelligit difficilem respirationem.

Attrectō, significat manibus tracto, palpo. { משׁשׁ *gaschâsch*, משׁשׁ *maschâsch*, תפשׂ *taphâs*. ψηλαφάω, ψαύω. Gall. *Manier, taster, toucher doucement.* Ital. *Maneggiare.* Germ. Betasten/ leo tasten/ angreiffen. Hisp. *Tratar sobaiando la cosa, manosear.* Angl. *To handle often, to touche softelie.* } Plaut. *in Persa*, Ne me attrectâ subjugatrix. Liv. 5. *ab Urbe*: Quod id signum more Hetrusco, nisi certè gentis sacerdos, attrectare non esset solitus. Sic Cic. *de Arusp. resp.* Attrectare contaminatis manibus. Et Virg. 2. *Aneid.* Attrectare sacra. Regias etiam attrectamus gazas; Liv. *lib.* 34. Cic. *pro Cælio* Est enim dictum ab illis, fore qui dicerent, uxores suas à cœna redeuntes attrectatas esse à Cælio. Suet. *in Ner. c.* 26. Attrectare uxorem alienam.

Attrectātio, ψηλάφησις, attrectatus. Lamprid. *in Heliogabalo*, In conviviis exoletos maximè juxta se ponebat, cotidieque attrectatione, & tactu præcipuè gaudebat.

Attrectātŭs, us, verbale, Tactus. { ψηλάφησις. Gall. *Maniement, attouchement par plusieurs fois.* Ital. *Maneggiamento.* Germ. Betastung/ oder angreiffung. Hisp. *Senajamiento.* Angl. *Often handling or touching.* } Cicer. 2. *Tusc.* Nam attrectatu, & quassu cervum amplificatis dolorem.

Attrĕmo, is, ere, Ad vocem alicujus contremiscere ἀντηχῶ. Statius 8. *Theb.*

*Dixerat, atque illi jamdudum regia tristis*
*Attremit oranti.*

Attrĭbŭo, is, Impono, committo, affigno, ascribo, destino, tribuo. { נתן *nathân*. προστίθημι, ἀναπληρόω, ἀποδίδωμι. Gall. *Attribuer, bailler, assigner.* Ital. *Assignare, attribuire.* Germ. Zugeben/ zumessen. Hisp. *Attribuir à alguno ò dar.* Angl. *To give, to impute, to assigne.* } Liv. 6. *bel. Pun.* Cæterorum curam benignè recudorum C. Flaminio Quæstori attribuit. Cæs. *lib. vii.* Nostri, sicut superioribus diebus, ut cuique erat locus attributus, ad munitionem accedunt. ¶ Unde Attributæ pecuniæ, quas nunc *Assignationes* dicimus, ἀναπληρώσεις χρημάτων. Varro *de lingua Latina.* Tributum, inquit, dictum à tribubus, quòd ea pecunia, quæ à populo imperata erat, tributim à singulis pro portione census exigebatur. Ab hoc ea quæ assignata erat, attributum dictum. Ab eo quoque quibus attributa erat pecunia, ut militi reddant, Tribuni ærarii dicti. Id quod attributum erat, Æs militare dictum.

Attriplex, duplex, dolosus. Lege *Atriplex*. Et infrà. *Bipliciter.*

Attubernalis, vicinus, Festus: *Adtubernalis, habitator contigua ta-*

*berna, quod genus domicilii antiquissimum Romanis fuisse testimonio sunt extera gentes, quæ adhuc tabulatis habitant ædificiis, unde etiam tecta castrensia, quamvis pellibus contegantur, tabernacula tamen dicuntur.*

Attropatia, vide *Atropatia.*

Attulo, is, pro Affero. Vide *Tulo.* Næv. *apud Diomed. lib.* 1. Dotem ad nos nullam attulit, pro attulit.

Atuacatum, Ἀτουάκατον Ptolemæo, urbs est inter Tungros, post Tabullam flumen sita. Sunt qui Antuerpiam esse credant: sed hoc Ptolemæi descriptioni non convenit. Antuerpia enim sita est ad Scaldem fluvium, qui etiam à Cæsare eodem nomine dicitur. Oceanique sinu alluitur: Tungri vero in Mediterraneo sunt, multùm a Scalde distiti. Vide Becani Origines.

Atura, oppidum est Galliæ Aquitanicæ.

Aturia, Ἀτουρία, pars Assyriæ, in qua Ninus civitas est. Strabo *ab initio lib.* 9.

Aturus, Galliæ fluvius, teste Ptolem. vulgò *le Dor.*

Aturnus, vide *Atyrus.*

Attyla, Ἄττιλας, Hunnorum rex fuit ex Scytharum genere, qui subacta Pannonia, Italiam ingressus, Aquileiam subvertit, & in Germaniam transiens, plurimas vastitates edidit: indeque domum reversus, dum novis nuptiis operam dat, vino plenus, effuso è nuribus multo sanguine suffocatus est. Hic tot cladibus rem Christianam afflixit, ut apud omnes, *Dei flagellum* fuerit appellatus.

Ἀτυφὸς, i, Ἰσυφῶν, dicitur qui non satis expedito plectro linguæ utitur, quasi ægrum non sentiens, vel quasi non satis verba exprimens, conformansve. Gell. *lib.* 4. *cap.* 2. Balbus autem, inquit, & atypus vitioso magis, quàm morboso sunt. Hujus vitii meminit & Ulpianus *l. Idem Optimus* 10. §. *quæsitum*, *ff. de ædil. edict.* ibi: Quæsitum est an balbus, & blæsus, & atypus, itque qui tardiùs loquitur, & varus, & varius famus sit.

Atyrus, fluvius Aquitaniæ, è Pyrenæis montibus descendens, hodie penè nomen retinens, de quo Ptolemæus. Et ita legendum apud Lucanum *lib.* 1.

——— *tunc rura Navetis*
*Qui tenet, & ripas Atyri, qua littore curvo.*

Aturnus vocatur ab Ausonio in Mosella,

——— *Turbellicus ibit Aturnus.*

Atys, Ἄττης apud Poetas pueri formosissimi nomen est, quem Cybele casto amore adamavit, cùmque sacris præfecit ea lege, ut perpetuò castitatem conservaret. Sed quum postea voti sui parum memor, Sangaritidem nymphan compressisset, ab irata Dea in furorem actus, testes sibi excrevit: quúmque etiam manus sibi afferre conaretur, miseratione Cybeles in pinum arborem mutatus est. Vide Ovid. 10. *lib. Metam.* ¶ Atys alius fuit, Crœsi Lydiæ regis filius, qui quum antea semper mutus fuisset, in eo tandem præclio, quod Lydiæ servituteni attulit, quum Cyri militem videret, sublato ense patri suo cædem illaturum, nimia loquendi cupiditate linguæ vinculum abrupit, clarâque voce patris sui interitum deprecatus est. Author Herod. *lib.* 1. & Gell. *cap.* 9. *lib.* 5. ubi tamen non nominat. ¶ Atys alius fuit ex Hercule & Omphale prognatus, qui filios habuit Lydum, a quo Lydia dicta est: & Tyrrhenum, a quo Tyrrheni appellati sunt, de quibus Strab. *lib.* 5. ¶ Atys alius fuit ex India, ex Limniace Gangis filia progenitus, & in Andromedes nuptiis occisus a Perseo: corripit autem primam Ovid. *lib.* 5. *Metam.*

——— *erat Indus Atys, quem flumine Gange*
*Edita Limniace vivos peperisse sub undis Creditur.*

Atys Sylvius, Albæ Sylvii filius, quem Eusebius Ægyptum Sylvium vocat. Hic quum viginti novem annis regnasset, Capy filio tabelo diem clausit.

A V

Au. Interjectio est conturbatæ mentis. Terent. *in Andr.* Dicturáne quod rogo? M. Au. D. Concede ad dextram. Au, interrechonem esse silentium injungentis, docet Linacer *ex Terentii Eunucho*, Au! nec comparandus huic quidem ad illum est. Quod tamen rectius Hau, per aspirationem legitur. Est quoque hæc particula apud Afranium in Emancipato. Au mi homo, immò ædepol vos suprèmum meum concelebretis diem. Item in eodem. Au quid me cessas, obsecro non audivisti. Sosipater *lib.* 2. Atque his in locis videtur exclamandi particula potiùs, quàm silentium imponendi. ¶ Est etiam præpositio, unde Aufero, & Aufugio, de qua vide Gell. *cap.* 3. *lib.* 15.

Avalites sinus, Ἀουαλίτης κόλπος, in dextra parte rubri maris. Vide *Abalites.* Stephanus.

Avalia, vide *Abella.*

Avantici, Ἀουάντικοι Ptolemæo, populi Helvetiis finitimi, quos Ptol. *lib.* 2 *cap* 9. inter Sequanos collocat. ¶ Germ. Wisinburg. ¶

Avaricum, oppidum fuit Biturigum, flumine & paludibus circùm ædeque munitum apud Cæs. *de bell. Gall.* Sunt qui credant hoc oppidum esse, quod Galli vocant *Vierron en Berry.*

Ἀνάρκης, quasi avidus artis, tenax, parcus, restrictus. ¶ כילי *chiliai.* φιλάργυρος, συνοχεὺς ὁ τὸ. Gall. *Avaritieux, chiche, convoiteux de biens.* Ital. *Avaro, avido, ingordo.* Germ. Geitzig / Närig. Hisp. *Avariento, ó codicioso.* Angl. *Niggarde, greedie, covetous of goods.* ¶ Dictio composita est (ut Nigidius voluit, teste Gellio) sive (quod Gell. *cap.* 5. *lib.* 10. magis placet) simplex nomen est, ab avendo dictum: & semper in reprehensione est. Avidus verò ab avendo, etiam in laude ponitur. Sallustius, Laudis avidi, pecuniæ liberales erant. Horat. 2. *Serm.*

*Semper avarus eget.*

Terent. *in Eunuch.* Ab meretrice avara. Avara terra dicitur, quum id quod in se recipit, anuphore fœnore non reddit. Adulationis avaræ, pro avarorum. Plin. *in Panegyr.* 67. Ovid. *de Legislatione lib.* 4. *Trist.*

——— *Nec avara Tibullo*
*Tempus amicitiæ fata dedere meæ.*

Avarior comparat. Plaut. *Capt.* Ne tuum animum avariorem faxint dii immortales.

Ἀναξίτιλλ, vox ab Alc. observata *in Codice Theodosiano*, sanctionis nomen, etiam quæ collatione fusti ili exigebatur de rebus prometeabilibus & venalitiariis: eam sustulit Justinian. *lib.* 11. *Codic. initio.*

Ἀνάριτιᾶ, Cupiditas, aviditas, tenacitas. ¶ עין *beraah.* φιλαργυρία. Gall. *Avarice, chicheté, convoitise de biens.* Ital. *Avaritia.* Germ. Geitz, gemeigkeit. Hisp. *Avaritia ò codicia.* Angl. *Niggardnesse, hardenes e in sparing expences.* ¶ Cic. 4. *Tusc.* Avaritia est opinatio vehemens de pecunia, quasi valde expetenda sit, inhærens, & penitus infixa. Terent. *in Phorm.* Quia egens relicta est misera, ignoratur parcus, negligitur ipsa: vide avaritia quid facit. Hominum avaritiâ tactus sim, improbior coquus. Plaut. *Pseud. sc.* 2 *a.* 3. Avaritia gloriæ, pro cupiditate. Curtius *lib.* 9. Ruisum avaritia gloriæ, & insatiabilis cupido famæ, nihil invium, nihil remotum videri sinebat. Profundâ avaritiâ homo. Salust. *Jugurth.* 11.

Ἀναριτιᾶς, ei, idem. ¶ Angl. *Niggardnesse.* ¶ Lucret. *lib.* 3.

*Denique avaritiæ, & inhonorum cæca cupido,*
*Quæ miseros homines cogunt transcendere fines Juris.*

Ἀνάριτε, adverb. Tenaciter, parcè. ¶ φειδωλῶς. Gall. *Chichement, avaricieusement, escharsement.* Ital. *Avaramente.* Germ. Genigs lich. Hisp. *Avariento y codiciosamente.* Angl. *Niggardlie, greedelie.* ¶ Cic. 3. *offic.* Nihil tamen avarè, nihil injustè, nihil libidinosè, nihil incontinenter esse faciendum.

Avariter, Avide. Plaut. *Cure. sc.* 2. *a.* 1. Hoc vide, ut ingurgitet impurè in se merum avaritèr.

Avaris, *ium*, urbs Ægypti, quæ & Oasis vocatur: eamdem nominis vide apud Steph.

Avatha, vel Avara, ἄουθα, ἡ ἄουαρα, τὰ, oppidum, *ium* est Arabiæ. Stephan.

Auc. apud Valer. Probum, notam esse auctoris, auctoritatisve, scribit A. Alciat. *lib.* 3. *cap.* 9 *Paerg.* Lex. I.

¶ Aucea Lege aucta. Fest. ¶

Auceps, aucupis, qui, vel quæ aves capit. ¶ עוף *jakúsch.* ἰξευτὴς. Gall. *Oiseleur, pruneur d'oiseaux.* Ital. *Uccellatore.* Germ. Ein vogelerzoder ein vogelen. Hisp. *Cazador de las aves.* Angl. *A birder, a taker of birdes, a hawker.* ¶ Colum. *lib.* 8 *c.* 10. Qui ab aucupibus in hunc usum nutriti, quasi allectores sint captivorum. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Auceps quando concinnavit aream, effundit cibum, aves allucicunt. Auceps syllabarum, per translationem dictum a Cic. *de Orat.* & Plaut. *in Milite.* Circumspicito dum, ne quis nostro aucupi sermoni tiet.

Aucupium, & Aucupatio, Avium captio. ¶ עוף *mekésch.* ἰξευτική. Gall. *Oiselerie, chasse aux oiseaux, pruine d'oiseaux à la lu, ou autrement.* Ital. *Uccellatione.* Germ. Vogelfahung. Hisp. *Caza de aves.* Angl. *Hawking, taking of birdes.* ¶ Plaut. *in Asin. sc.* 3. *a.* 3. Hic nolter quæstus aucupii similimus est: de quæstu lenonio. ¶ Per translationem accipitur pro illecebris. Cic. *de Orat.* Sic minime animadverteretur delectationis aucupium. ¶ Aucupia pro captis avibus. Senec. *de Providentia.* Quid ergo? felicior esset, si in ventrem suum longinqui littoris pisces, & peregrina aucupia congereret.

Aucupor, deponent, Aves capio. ¶ עוף *jakásch.* ἰξεύω, ἰξεύομαι. Gall. *Chasser aux oiseaux, tendre aux oiseaux, tendre à quelque chose.* Ital. *Uccellare, cercare.* Germ. Vogelen vögelfahen. Hisp. *Cazar aves, buscar con maña.* Angl. *To hawke, to tak or chace birdes or foules.* ¶ ¶ Per translationem verò significat, artificio quodam & solertia quæro, capto, magna diligentia consector, ἀγρεύω: ut, Aucupari gratiam alicujus. Cic. *ad Luc. lib.* 5. Non vereor ne adlentatiuncula quæ jam aucupari tuam gratiam videar. ¶ Aucupari tumultus imperitorum hominum, Cic. *lib.* 3. *de leg.* ¶ Reperitur etiam Aucupo, as, voce activa. Plaut. *Mostel. sc.* 1. *a.* 2. Circumspiciendum, tam quis est sermonem nostrum qui aucuper. Idem *in Asin. sc.* 3. *a.* 3. paulisper mane, aucupemus ex insidiis clanculum quam rem geram. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 4. Huc concedamus, ex insidiis aucupa.

Aucupatorius, a, um, quod ad aucupium pertinet. ¶ ὀρνιθευτικός. Gall. *Appartenant à prendre oiseaux.* Ital. *Cosa che appartiene à pigliare uccelli.* Germ. Das zu dem vogelen gehört. Hisp. *Cosa perteneciente à cazar aves.* Angl. *That belongeth to hawking.* Unde aucupatoria calami vilicos, quibus utimur ad capiendas aves. Plin. *lib.* 16. *cap.* 36. Quum igitur anno permanserit inundatio, proficiunt in aucupatoriam quoque amplitudinem.

Aucthonus, filius Appollinis & Cyrenes Penei filiæ.

Aucula, urbs Cisalpinæ Ptolemæo. Alii Aquula.

Audax, ὁ αὐδάξ, ἡ αὐδάξ, τὸ, oppidum, *ium* est Arabiæ. Stephan.

Audeo, es, ausus sum. Non dubito, fidens sum. ¶ בטח *batách*, τολμῶ. Gall. *Oser.* Ital. *Ardire, essere audace.* Germ. Dörfen, t. ihun. Hisp. *Osar.* Angl. *To be bold or hardie.* ¶ Plaut. Vix domo egredi audet. Ecquis audet mihi suppetias ferre. Idem *Men. sc.* 6. *a.* 5. Ita me obstinatè aggressus, ut non audeam quin promam omnia. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Etramne mentiri audes? Idem *Men. sc.* 1. *a.* 5. Pol sitè, audeam, meum patrem nominem. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Nihil me adjuvare audes? (pro potes, comm.) Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Non audes mihi, scelestè subvenire? (vis.) Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Ecquid audes de tuo addere? Idem *Men. sc.* 1. *a.* 1. Quis unquam de eg. state cogitare ausus est? Senec. *cap.* 9. *de cons. ad Marc.* Etiam audes revorti, mea gratia. Plaut. *Men. sc.* 3. *a.* 4. pro vis, dignaris. Sic Sodes, i. si vis.

*Et ausus erat reges incessere dictis*
*Tiberines,*

Ovid. 13. *Metam.* Cur ausus es facere? Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Jungitur aliquando cum accusativo. Ovid. *lib.* 6. *Metam.*

*Hei mihi! est, quod non effrænæ captus amore*
*Ausit: nec capiant inclusæ pectora flammas.*

Et Virgil. 12. *Æneid.*

——— *hæc præmia, qui me*
*Ferro ausint tentare, ferunt.*

Aliquando sine accusativo, & ferè semper Infinitivus tum adjungitur. Tibul. *lib.* 1.

*Et quandoque mea poterunt audere camœnæ.*

Audëns.

Aūdēns, participium. Non timidus, τολμῶν, ης. Virg. 10. Æneid.

*Audentes fortuna iuvat.*

Suet. *in Cæs. cap.* 11. Dubium cautiórne, an audentior. Et Quint. Audentior & excellior Æschines.

Aūdēns, nomen ex participio, Confident. { θρασύς. Angl. *Bolde, hardie.* Quint. *lib.* 9. Illa adhuc audentiora, & malorum ; ut Cic. existimat ) literam, quæ prosopopœiæ dicuntur. Virg. 6. Æneid.

*Tunc eodo malus, sed contra audentior ito.*

Aūdēndum, { τὸ ἀκουστέον. Angl. *Worthie or meete to be advertised.* } Tib. 1. *Eleg.*

*Audendum est, fortes adjuvat ipsa Venus.*

Audendis omnibus paratissimus Antonius. Velleius.

Aūdēntĕr, adverb. Audacter. { בטח *betách.* θαρσαλέως, τολμηρῶς. Gall. *Hardiment.* Ital. *Audacemente.* Germ. Jrdurstich/ Dapfferlich. Hisp. *Osadamente.* Angl. *Boldelie, hardelie.* } Tacit. *lib.* 4. Quidam audentiùs apertis in collibus visebatur. Et *eod. lib.* Audentius iam onerat stannum.

Aūsūs, a, um, particip. τολμήσας. Livius, Exules, obærati, ausi capitalia plerique. Quint. Hoc genus injuriæ ( supra ) verecundius inest passis, quàm ausis. Ovid. 1. *Trist.*

*Conscia pertudit meritorum pectora Celtis*
*Ausa atque ausura multa nefanda manu.*

Aūsum, aūs, nomen substantivum, Cœptum, cogitatum. { τόλμημα. Angl. *An adventurous act, an interprise.* } Silius *lib.* 5.

*Fundite unanimo nisu & concordibus ausis*
*Pilorum in Pœnos nimbum.*

Virg. 6. Æneid.

*Ausi omnes immane nefas, ausique potiri.*

Aūdăx, modò fidens dicitur. { דרך *dérec*, בטח *berách*, כשוח *batách*, τόλμημα, vel quod ἀπόνοιαν est, τὸ πάσχειν. Gall. *Hardi, temeraire, audacieux, avanturous.* Ital. *Audace, ardito, temerario.* Germ. Jrdurstig. Dapffer/ tumpfect. Hisp. *Atrevido, osado, sin prudencia.* Angl. *Bold rashe hardie.* } Virg. 5. Æneid.

*Quisque pedum cursu valet, & qui viribus audax.*

Ovid. 3. *Fast.*

——— *audacem faciebat ipse timor.*

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Trist.*

——— *Audaces cogimur esse metu.*

Incedit ornatus audax suis virtutibus. Plaut. *Capt. sc.* 3. *a.* 5.

*Illo te ignotum audax errabaris urbe :*

de Ulysse Tibul. *lib.* 4.

*Iam simul audacis veniunt certamina Martis.*

Ibid.

*Si quid adhuc audax ex præcipitique petendum est.*

Ovid. 13. *Metam.* Audax audes id dicere ? Plaut. *Men. sc.* 3. *a.* 3. Quid pejus muliere atque audacius ? Idem *Mere. sc.* 3. *a.* 2. & *Amph. sc.* 3. *a.* 1. Surripere hîc patri audacissimè, i. improbissimè. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1 Ego unam vidi mulierem audacissimam. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 3. *Ibidem sc.* 2. Astutos, audaces viros.

——— *latis audax Hispania terris.*

Tibul. *lib.* 4. Item facinus audax incipit ( i. periculosum. ) Plaut. *Aul. sc.* 4. *a.* 3. Modò temerarius. Idem, Pergin' audax hoc facinus persequi ? ¶ Interest tamen inter temerarium & audacem, quòd Temerarius est is, qui sine respectu salutis objicit se periculis, nihil timens. Audax verò qui sine ratione impetum facit, nihil providens. Atque hoc modo Cotn. Fronto *de vocab. diff.* distinguit.

Aūdācŭlus, diminutivum. } Angl. *A prettie hardie felow.* } Gell. *cap.* 11. Aderat reprehensor audaculus verborum. Et *lib.* 15. *cap.* 1. Rabula audaculus.

Audacia ab avidè agendo dicta, Festus, & Audacitas Flodoardo, animi confidentia. { חוצן *mi tách.* θάρσος. Gall. *Audace, presomption, temerité.* Ital. *Audacia, ardire, temerità.* Germ. Jrdurstheit/ vermessenheit. Hisp. *Osadia, atrevimiento.* Angl. *Boldnesse. rashnesse, hardinesse.* { Speusippus, esse securitatem inquit, qua quis malum neque futurum expectat, neque præsens horretcit. Et accipitur in malam partem pro nimia confidentia, quum quis sine ullo aut periculi metu, aut pudoris respectu rem aliquam temerè aggreditur. Cic. Nec vires eis, nec audacia, nec tela defuêre. Sallust. Audacia pro muto habetur. Homini cui nulla in pectore est audacia. Plaut. *Most. sc.* 1. *a.* 2. Quæ isthæc audacia est ! Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. O hominis impudentem audaciam. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 3.

Aūdăcĭtĕr, & Audacter per syncopen, audenter, confidentèr. { בטח *betach.* θαρσαλέως. Gall. *Hardiment, audacieusement.* Ital. *Audacemente.* Germ. Jrdurstich. Hisp. *Osadamente.* Angl. *Boldlie, rashlie.* } Cic. *pro Rosc.* Multa scelerate, multa audacter, multa improbè fecisti. Idem *de clar. Orat.* Magis audacter quàm paratè veniebat ad dicendum. Mulier es, audacter iuras. Plaut. *Amphitr.* Porrige audaciter ad salutem brachium. Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Loquere audacter, idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Gaude audacter. *Ibidem sc.* 2. *a.* 4. Prorogare vitam, audacter dicito : idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Audaciter dicunt contumeliam. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 4.

Aūdĭo, is, ivi, itum, propriè significat Sonum auribus accipio, ἀκούω ἢ ἀκοῦσαι, id est, à voce, cujus proprium est ut audiatur. { שמע *schamáh.* ἀκούω. Gall. *Oüir, entendre.* Ital. *Udire.* Germ. Hören/ hoffen. Hisp. *Oyr.* Angl. *To heare.* } Virg. audiendi vocabulum etiam ad ea transtulit quæ auribus & sensu carent, quum ait *lib.* 1. *Georg.*

——— *& frustrà retinacula tendens*
*Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.*

¶ Aliquando Audire est intelligere. Idem 1. *Æneid.*

*Progeniem sed enim Troiano à sanguine duci*
*Audierat.*

¶ Interdum est postulata petenti concedere. Idem 9. *Æneid.*

*Audiit, & genitor cœli de parte sinistra*
*Intonuit lævum.*

¶ Interdum credere, accedere. Cic. *in Tusc.* Nec Homerum audio, qui Ganymedem à diis raptum sit. ¶ Interdum præcipienti parêre, πείθεσθαι, ὑπακούειν : & hoc tam cum accusativo, quàm cum dativo. Cic.



*de nat. deor.* Tu Cotta si me audias, eandem causam agas. Si me audias, observes. Plaut. *Amph. sc.* 3. *a.* 4. Et cum dativo : Ego sum Iovis dicto audiens. Idem *Amphitr.* Audientem dicto filium. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 3. Audientem dicto haud Imperatorem filium me heros emit. Idem *Men. sc.* 4 *a.* 2. Quint. Audientem dicto non esse. Cic. Et audiens esset huic ordini, id est obediens. ¶ Invenitur & Audio cum adverbio bene, vel malè, & ponitur pro laudor & vituperor : καλῶς, κακῶς, Aristoph. Terent. Bene dictis si certasset, audisset bene. Cic. *in Verrem*, Ne gratia in provincia malè audiret. ¶ Audire Socratem, aut Platonem : pro, discipulum esse Socratis. Cic. 1. *Acad.* Iam Polemonem audiverant assidue Zeno & Arcesilas. Audio à, ĕ, ex, & de. Ut, audivi à, vel ex. vel de patre meo, idem significant, inquit Valla. Quid ego ex te audio ? Plaut. *Capt. sc.* 1. *a* 2. & *Mil. sc.* 3. *a.* 1. & *Men. sc.* 9. *a.* 5. Est Deus qui omnia audit, & videt. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Audin' quæ loquitur ? Idem *Men. sc.* 5. *a.* 5. & *sc.* 1 & 2. *a.* 2. & *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Me vocem loquentis audire visus sum. Idem *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Ex me audibis vera, pro Audies. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Audin' ut deliramenta loquitur ? Idem *Men. sc.* 5. *a.* 1. Quid ais bone vir ! Audio. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 3. Vigila, i. expergiscere. P. Audio. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 2. Pietas prohibet. B. Audio ( ὦμεν. ) Pietatem igitur nostu amplexator pro Phœnicio. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Quasi affuerim simulabo, atque audita eloquar. Idem *Amphitr.* Verum est, quod olim est auditum fabularier. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Neque vidi, neque audivi peiorem, neque dici, fingive potest. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Audire quasi per nebulam. Vide *Neuma.* ¶ Audire Iudex, Præfectus urbi, Prætor, dicitur qui cognoscit. Sic, Audire causam, id est, nosse. *l.* 1. ubi Gothofr. *de lit. contest. l.* 6. § 3. *Cod. de appell. l.* 6. & *l.* 26. *ff. eod.* Audire causam ex integro, *l.* 12. *C. si ex fals. instrum.* ¶ Audire de, aliter accepetum. Terent. *in Adelph.* De Phalæria hac audivit, id illi nunc dolet. Audire de capite, pro Cognoscere. Senec. *lib.* 2. *de benef.* Parum fœdè furioséque superbus erat, qui de capite viri Consularis cognitus audiebat. Sic & Cic. *pro Flac.* Audibo, pro Audiam, more antiquo. Plaut. *Capt.* ¶ Audientes, Catechumeni. Tertull. ¶ ¶ Hujus verbi composita sunt : Exaudio, Inaudio, Obaudio, Subaudio, de quibus omnibus suo loco. Festus, Auditavi, sæpè audivi.

Aūdĭtĭo, ipse audiendi actus, auditus. { שמע *schemáh*, שמועה *schemuáh*, משמע *mismáh.* ἀκοή. Gall. *L'ouye.* Ital. *L'udire.* Germ. Hörung. Hisp. *Obra de oyr.* Angl. *Hearing.* } Cic. *de Fin.* Dantque se ad ludendum, fabellarúmque auditione ducuntur. Easdem auditiones & doctores colere. Gell. *cap.* 2. *lib.* 18. Egressus ex auditione. *Ibid. c.* 1. *lib.* 14. ¶ Audientia, audiendi attentio, est enim aliud paulò quàm auditio. Plaut. Exurge præco, fac populo audientiam, hoc est, fac ut populus audiat. Cicer. 1. *Verr.* Quantam denique audientiam orationi meæ improbitas illius factura sit. Illud verbum, si est Latinum, Canonistæ tamen, ut pleraque alia, minùs propriè usurpant : Audientia causarum, audientia literarum. ¶ Au litiuncula, diminutivum. Gell. *lib.* 15. *cap.* 28. Auditiuncula quædam de Catonis familia aspersus est.

Aūdĭtōrium, locus ubi audiuntur præceptores, aut Oratores. { ἀκροατήριον. Gall. *Auditoire, parquet d'audiance.* Ital. *Auditorio.* Germ. Ein ort da man einem zuhöret. Hisp. *Lugar para oyr.* Angl. *An auditorie, a place where orateurs or maisters teachet.* } Quint. *lib.* 2. *cap.* 11. Sed cujus rei gratiâ plenum sit auditorium. Circa Scholas & auditoria assiduus. Sueton. *in Tib. cap.* 11. Idem Quintil. Auditoriis se, non Iudiciis comparat. Per metonymiam accipitur pro ipsa auditorum turba. Plin. *in Epist.* Nam proximè frequenti auditorio inter se coràm multi ordinis nostri clarè jocabantur. ¶ Auditorium etiam pro foro & Tribunali ponitur. Paul. *in l. contra, de re jud.* Is qui ad maius auditorium vocatus est, si litem inchoatam deseruerit, contumax non videatur. Quintilianus tamen forum & auditorium opponit *lib.* 10. *cap.* 1. Sed alia ratio est litium & disputationum fori & auditorii, præceptorum, & periculorum.

Aūdĭtŏr, is, verbale, Discipulus, is qui audit, is apud quem agitur, { שמע *schemá*, שומע *schomé.* ἀκούων, ἀκροατής. Gall. *Auditeur.* Ital. *Auditore.* Germ. Ein Zuhörer. Hisp. *Oydor.* Angl. *That heareth, an auditour.* } Cic. *Attic. lib.* 16. Sed notentur Eclogarii, quos Salvius bonos auditores nactus, in convicio dumtaxat legat. Iuven. *Satyr.* 1.

*Semper ego auditor tantum.*

Aūdĭtus, Sensus audiendi, vis illa, qua soni percipiuntur. { שמע *mischmáh.* ἀκοή. Gall. *Ouye.* Ital. *Udito.* Germ. Gehör. Hisp. *El sentido de oyr.* Angl. *Haring.* } Plin. *lib.* 10. *cap.* 69. Auditus cui hominum primò negatus est, huic & sermonis usus ablatus. Cic. *pro Marc.* Vereor ut hoc quod dicam, non perinde intelligi auditu possit, atque ego ipse cogitans sentio.

Avē, sive Have, vel Habe ( b pro u, ut sæpe in P. Flor. ) verbum est defectivum : in secunda persona singulari Ave, & plurali Avete, in infinitivo Avēre, teste Diomede *lib.* 2. שלום *schalom*, χαῖρε. } Mart. *lib.* 5.

*Exprimere, Rufe, fidicula licèt cegnas*
*Ave Latinum, χαῖρε non potest Græcum.*

Āvĕho, is, Abduco, sive aliò veho. { ἀπάγω. Gall. *Charrier ou porter de lieu à autre.* Ital. *Condurre altrouve.* Germ. Dannen fören/ hinweg fören. Hisp. *Traer à algun lugar.* Angl. *To carye frome, or away.* } Sueton. *in Cæs.* Stipendiarium quoque pronuntiasum, & abstrahentibus statim eripuit, occultavitque apud se diu, & mox ex præfectura proficiscens in Hispaniam, inter officia prosequentium, fascésque lictorum lectica sua avexit. Terent. *in Adelph.* Is venit ut secum avehat. Quot eras annis natus cùm te pater à patria avehit ? Plaut. *Men. sc. ult. a.* 5. Illam invitam in Ephesum avehit ( aliàs *advehit* ) ubi Athenis advectam scio. *Ibid.* Meminit me decumæ à patre ( in turba ) atque inde avehi ( de surreptione. ) *Ibid.*

Avelburgum, oppidum Marchiæ Brandeburgensis.

Avella, oppidum Campaniæ : à quo Avellanæ nuces. Silius *lib.* 8.

Avellānă, æ, { לוז *luz.* καρύα ποντική. Gall. *Noisette, avelaine, noix de haye.* Ital. *Nocivola, nocella, mochia.* Germ. Ein Haselnuß. Hisp. *El avelana.* Angl. *A filbert or hasill nutt.* } Nux est coryli arboris, quæ alio nomine dicitur nux Pontica, quòd in Asiam Græciamque primò è Ponto venerit : eadem & Prænestina dicitur, quòd Prænestini his abundent, sive ( ut Macrobio placet ) quòd Prænestini ab Annibale

obsidione cincti, his nucibus famen toleraverint. Primùm autem dictæ sunt Abellinæ ab Abellino Campaniæ oppido, quod à Virg. appellatur Abella, à Silio Avella. Plin. *lib.* 15. *c.* 22. Cæteris quicquid est, solidum est ut in avellanis, & ipso nucum genere, quas antea Abellinas patrio nomine vocabant.

**Avello**, is, avelli, & avulsi, avulsum, A loco vello, abstraho, aufero. { פרע *nathak*, פרץ *hathak*, ἁρπάζω. Gall. *Arracher, retirer à force, oster bongré malgré.* Ital. *Sbarbicare, stirpare à forza.* Germ. Abreissen, dannen reissen. Hisp. *Arrancar de lugar.* Angl. *To draive or plucke away through force.* } Cic. *de Senect.* Et quasi poma ex arboribus, si cruda sunt, vi avelluntur. Virg. 1. *Æneid.*

*Fatale aggressi sacrato avellere templo*
*Palladium.*

Terent. *in Andr.* Ita magnæ, ut sperem posse avelli, id est, abduci, disjungi.

**Avulsor**, ἁρπαστὴς, & Avulsio, ἁρπαγὴ, verbalia. Plin. *lib.* 17. *cap.* 10. Aut enim semine proveniunt, aut plantis radicis, aut propagine, aut avulsione. Idem *lib.* 9. *c.* 45. Ubi avulsorem sensêre, contactæ multò difficiliùs abstrahuntur.

**Avena**, æ, Herba est nota ex frumentaceo genere, equorum præcipuè pabulis nascens, tritico foliis & culmo similis, semen habens ejusdem nominis, è summo pendens culmo, locustarum quandam similitudinem referens, duplici crure divaricatarum. ¶ Ita fortè dicta, quòd eam avent edere pecudes, & primis equi. ¶ { ἄβρμος. Gall. *Avoine.* Ital. & Hisp. *Avena.* Germ. Haber. Angl. *Oates.* } Nomen accepisse putatur ab eo, quod ad fructum non veniat. Numeratur enim inter vitia segetis, veluti quidam frumenti abortus. Soli enim cœlique vitio interdum accidit, ut triticum, hordéumve in avenam degeneret. Nonnunquam etiam idem evenit vitio seminis, si illud aut imbecillum fuerit, aut curiosum. Vide Plin. *lib.* 17.

*Et levis obsesso stabat avena solo,*

Ovid. 4. *Fast.* ¶ Est & alterum avenæ genus, quæ Avena Græca à Plin. vocatur, & à Græcis ἀγριόζυρον, quòd morbum curet ejusdem nominis. Hæc in hordeo nasci gaudet, ut lolium in tritico, multiplicisque radice solum emacians, illi præripit alimentum. ¶ Ponitur interdum avena pro calamo, sive culmo segetis, ex quo pastores sibi fistulas conficere solent: quo fit, ut pro stylo, sive charactere bucolico accipiatur. Virg. 1. *Eclog.*

*Silvestrem tenui musam meditaris avena.*

**Avenāceus**, a, um, quod ex avena confectum est. { ὁ ἐξ ἀβρόμου. Gall. *D'avoine.* Ital. *Di avena.* Germ. Das von Haber ist. Hisp. *Cosa de avena.* Angl. *Og oates.* Plin. *lib.* 30. Vel cum farina hordeacea, vel avenacea.

**Avenaria**, Cicadæ species est, quam nonnulli *Frumentariam* vocant, quoniam simul cum frumentis arescentibus apparet. Author Plin. *lib.* 11. *cap.* 17.

**Avenio**, nis, { οὐίνιο Stephano, vulgò *Avignon.* } Oppidum est Narbonensis Galliæ, ad Rhodanum, Cavarum metropolis: de quo Plin. *lib.* 3. *cap.* 4. Hodie Pontificiæ ditionis est. Clementi enim sexto eius nominis Pontifici, urbem hanc cum vicino agro vendidit Iohanna Siciliæ regina, ut est videre apud Volaterranum.

**Aventīnus**, i. αὐεντῖνος. Unus ex septem urbis Romæ montibus, cujus radicem Tyberis præterlabitur. Ita dictus ab avibus (ut ex sententia Nævii refert Varro) quarum ob situs opportunitatem, amnisque vicinitatem maxima ibi copia erat. Vel ab Aventino Albanorum rege, qui in eo extinctus est, & sepultus. Cur autem Aventinus mons extra pomerium esset, docet Gell. *cap.* 14. *lib.* 13. ¶ Vel ab adventu hominum, qui ad Dianæ templum, quod eo in monte à communi Latio conditum fuit, commeabant. ¶ Vel ab advectu: quod Varroni magis probatur. Erat enim hic mons à reliquis paludibus diseretus. Unde ratibus ad eum advehebantur, quadrantem pro naulo persolventes. ¶ Fuit item Aventinus, cognomento Sylvius, Albanorum rex, Romuli Sylvii filius, & patri Procæ, à quo nonnulli Aventino monti (in quo sepultus est) nomen factum existimant. ¶ Est præterea Aventinus apud Virg. 7. *Æneid.* nomen filii Herculis Rheæ, qui Turno adversus Æneam suppetias tulit.

**Aventīnus**, a, um, adjectivum: ut, *Ara* Aventina, apud Ovid. 6. *Fast.* Et Aventinum jugum, apud eundem *lib.* 3.

**Avĕo**, es, verbum defectivum, sine præterito & supino. Significat concupisco. { חמד *avah*, חמד *abah*, ἐπιθυμῶ. Gall. *Souhaiter, desirer, convoiter.* Ital. *Desiderare, appetere.* Germ. Begêren, wünschen. Hisp. *Codiciar, desear.* Angl. *To covet, to desire greatlie.* } Cic. *lib.* 1. *Offic.* Itaque quum sumus negotiis curisque vacui, tum avemus aliquid audire & discere. Idem *ad Attic. lib.* 1. Valde aveo scire quid agas. ¶ Avere etiam, a nimia cupiditate, pro gaudere ponitur: unde salutantes quoque Ave, χαῖρε, dicimus, id est, gaude & lætare.

**Avēns**, partic. Horat. 2. *Serm.*

*——— non est mihi tempus aventi*
*Ponere signa novis præceptis.*

Avens, pro libens. Gellius *cap.* 7. *lib.* 19.

**Avernus**, ἄορνος, gen. masculi. in plurali Averna, orum. Lacus Campaniæ prope Baias, quem locum Plutoni dicatum, & inferorum limen esse rudis vetustas credidit. Vulgò *Lago de Tripergola.* Vide & pro inferorum sede à poëtis usurpatur. Dictus Avernus, quasi ἄορνος, hoc est, avibus carens, sive quod aves supervolantes gravi eius odore enecentur, sive quòd sulphureæ exhalationes aërem usque adeò extenuent, ut aves sustinere non possit. Lucret. *Lib.* 6.

*Principio quod Averna vocant, non nomen id ab re*
*Impositum est, quia sunt avibus contraria cunctis.*

Strabo *lib.* 6. Contiguus Baiis Lucrinus adest sinus, intra quem Avernus est.

**Avernus**, a, um, adject. Ovid. 10. *Metam.*

*Ne flectat retro sua lumina donec Avernæ*
*Exierit valles.*

Virg. 2. *Georg.*

*Tyrrhenúmque fretis immittitur æstus Avernis.*

**Avernālis**, e, adject. ut Aquæ avernales. Horat. 3. *Epod.* Avernales nymphæ, Ovid. 1. *Metam.*

**Averrūncāre**, averto, depello, à runcando deductum. { חסר *hesir*, בער *biar.* ἀποτρέπω, ἀποτρόπαιος. Gall. *Oster & destourner, passer & chasser ce qui nuit.* Ital. *Discacciare, rimovere.* Germ. Aufreuten, hinweg thun. Hisp. *Reparo ò arancar vayres.* Angl. *To put or take away the which hurtheth to weed.* } Est autem runcare, herbas vel frutices noxios ex agro evellere. Liv. 8. *ab Urbe.* Placuit averruncandam Deûm iram, victimas cædi. ¶ Inde Averruncasso pro eodem. Lucilius *lib.* 26. Dii maluerint meliora, atque amentiam averruncassint tuam.

**Averrūncus**, i, Dei nomen erat apud Romanos, qui mala averruncare, hoc est, depellere atque avertere putabatur. ἀποτρόπαιος. Cujusmodi apud Græcos habebantur Hercules & Apollo, quos ideirco, ἀλεξίκακος, ἀποτρόπαιος & ἀπότροπος vocabant appellabant. Pacuvius apud Varronem *lib.* 6. *de ling. Latin.* Deus qui meis rebus præest Averruncus.

**Avertix**, arum: sunt lora { ut Budæus scribit *in Annotat. post.* } latiora, quæ per terga equi jugalis excurrunt, sub alis eius succincta. Accursius Avertam, equorum pectorale vult esse, ita dictum, quòd aversum collocetur: sicut Postilena Plauto incurvum illud cornum dicitur, quod à sella in caudam desinit, ab eo quod Post sellam sit. Alciato placet hoc vocabulo ornamentum capitis intelligi quo habenæ figuntur: & id quoque ab avertendo, quòd equi per eam vertantur prout sessori visum est.

**Avērto**, aliò verto, amoveo. { נטה *hetsih.* ἀποτρέπω. Gall. *Destourner, tourner d'autre costé.* Ital. *Rimovere, volgere altrove.* Germ. Abwenden, dannen kehren. Hisp. *Rebolver, empuxar de algun lugar.* Angl. *To turne away, to turne bakward.* } Virg. *Æneid.*

*Nec posse Italiâ Teucrorum avertere regem.*

Plaut. *in Amphytr.* Te volo uxor colloqui. Quò te avertisti nunc? Ecce autem avortit sc. Idem *Mil. sc.* 2. *a.* 2.

*Cùm dicerus exulis uxor,*
*Avertit vultum.*

Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 4 Averte prædam. Liv. *lib.* 7. *d.* 4. Averte prædam ab hostibus nostrûm salute socium. Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 1. Non potuit cœptos avertere cursus. Tibul. *lib.* 4. Avertere & alienare animum. Liv. *lib.* 10. *bell. Punic.* Hoc etiam verbo dolus quidam sæpe indicatur. Virg. *Æneid.* 4.

*Quo regnum Italiæ Libycas averteret oras.*

Prædam domo avertebant. Cæs. *lib.* 3. *de bell. civ.* Avertere & alienare animum. Liv. *lib.* 10. *bell. Punic.* Avertere iter. Idem *lib.* 1. *dec.* 3. | de militibus alios relinquentibus. } Cicer. *de Amicit.* Tu velim animum parumper à me avertas, Lælium loqui ipsum putes. ¶ ✠ Advertō: unde advertere oculos, vel mentem dicimus, pro eo quod est, ad rem aliquam aciem oculorum, vel mentis intendere. ¶ Ponitur aliquando pro Interverto, intercipio, & efficio ne res ad eum perveniat cujus est. Cic. 3. *in Verr.* Is aversa pecunia publica aufugit. Ac *paulò antè*, Hic in quæstura pecuniam publicam Cn. Carboni Coss datam avertit. Idem *in Frumentaria*, Frumentum aversum à Rep. abreptum ab aratoribus. ¶ Avertentes dii, ἀποτρόπαιοι, depellentes & averruncі, qui avertunt prodigia & portenta. Tarquinius Priscus *in ostentario arborario* apud Macrob. Arbores quæ infernûm deorum, avertentiumque sunt in tutela, eas infelices nominant, Alaternum sanguine infelicem.

**Āversus**, a, um, qui faciem à nobis avertit, tergúmque ostendit { אחר *achor*, πρόπυγος. Gall. *Qui a le dos tourné, destourné, tourné d'autre costé.* Ital. *Quello che volge le spalle verso.* Germ. Der abgewendet ist. Hisp. *El que buelve las espaldas.* Angl. *Which hath his face turned away, turned on the other side.* } ✠ Adversus, ἐναντίος, qui faciem, anteriorémque corporis partem nobis objectam habet. Cic. 3. *de Orat.* Adversus & aversus impudicus es, hoc est, ab anteriore parte, & à posteriore.

*Aversos Solis non legeremus equos,*

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Per aversa castrorum, vel aversam portam. Vellcius. Aversos profuga de classe reduxi (i. tergà dantes.) Ovid. 13. *Metam.* Aversis animis (i. non benignè.) Livius.

*——— & nigras accepit ore fabas,*
*Aversúsque iecit.*

Ovid. 5. *Fast.* ¶ Sic hostes aversos aggredi dicimur, quum eos à fronte invadimus: aversos autem, quum fugientes à tergo adorimur. ¶ Per metaphoram Aversum vocamus iratum, iniquum, contrarium & malè cupientem Cicer. *ad Attic. lib.* 8. Deos aversos esse à salute populi Romani. Idem *eidem lib.* 7. Ille aversissimo est à me animo. Virg 4. *Æneid.*

*Talia dicentem jamdudum aversa tuetur.*

Vbi Serv. Aversa, inquit, hoc est, irata. Nam si intueretur, quomodo aversa, nisi irata? ¶ Aversa Venus, dicitur præposterus, infandus & execrandus coitus, ἀφροδισιασμός. Iul. Capitol. *de Clodio Albino.* Mulierarius fuit inter primos amatores, aversæ veneris semper ignarus, & taliuni persecutor. Aversa charta, id est, opisthographos. *Charta, ff. de bon. possess. secund. tab.* Est enim ὀπισθόγραφος, à tergo scriptus. Plin. *lib.* 3. *epi.* 5. Cum dativo, ut Aversus mercaturis, qui mercaturam odit. Horat. 2 *Serm. satyr.* 3.

Aversaria sunt scripturæ sine ordine confectæ, tametsi eas Adversaria appellet Alciatus *l.* 1. *C. de edend. num.* 14. *in fin.* Vide supra *Adversaria.*

Aversior comparativus, cuius superlativus est Avertissimus, apud Cicero. Senec. *lib.* 2. *de ira.* Illius vultus aversior visus est. Averbor defensioni. Quintil.

**Āversor**, is, ἀποστατῶ. Cic. 7. *in Verrem.* Verres ille vetus proditor Consulis, translator quæsturæ, aversor pecuniæ publicæ.

**Aversātio**, nis, verbale: ut, In aversione emere, In aversione venire, Per aversionem vendere, Per aversionem conducere. Aversione locare, est quum res mulæ simul uno pretio emuntur, venduntur, & locantur. Fortassis non ab avertendo dictum, sed ab evertendo: quasi quum omnia simul uno tempore tanquam per everticulum avertuntur. Hotom. *in suo Lexico.* Modest. *l. qui officii, de contrahenda emptione & vendit.*

*vendit.* Res in aversione empta, si non dolo venditoris factum sit, ad periculum emptoris pertinebit, etiamsi res affignata non sit. Ulpian. *in l. si quis vina, de period. & comm. rei vend.* Si in aversione vinum venit, custodia tantùm præstanda est. Aquila Rom. Rhetor *lib. de figuris.* Apostrophe, aversio, figura, qua quæ ad alios dicta volumus, ad alios dicere videmur.

Āvĕrnor, aris, Detestor, abominor, refugio, recuso. ‖ מאס *maás*, בעל *ghahal*, מרה *marár*, ἀποστρέφομαι, ἀποστυγέω. Gall. *Tourner le dos, destourner sa face, ne daigner regarder, rejetter.* Ital. *Abominare, volgare il volto in altra parte.* Germ. Die augen abwenden/ ein greuel vnd verwillen haben. Hisp. *Aborrecer, y apartar el rostro de alguna cosa.* Angl. *To turne backe, to abhorre, to turne away the face from beholding.* ‖ Ovid. *in Fast.*

*Officiòque levem non aversatus honorem.*

Columell. Nam nec rubos aversatur capta. Aversari libros suos. Senec. *cap. 3. de consol. ad Marc.* Aversari adulationes. Sueton. *in Tiber. cap. 2.*

Āvĕrsātio, verb. ‖ ἀποστροφή, ἀποστυγία. Angl. *Turning away, disdaine, refusing.* ‖ Quint. *lib. 8. cap. 3.* Ego certè mihi cernere videor eorum qui aderant tantam aversationem, ac tumidam verecundiam. Aversatio alienorum processuum : de invidia. ‖ Senec. *cap. 2. de tranquil. & lib. 2. de ira, c. 4. & epist. 95.* Infixa eius rei nobis aversatio est, quam natura damnavit.

Āvĕrsātŭs, passivè, pro aversus. Sext. Aurelius Victor *in Philippo* : Adeò severi, & tristis animi, ut iam olim à quinquenni nullo prorsus cujusquam commento ad ridendum foveri potuerit, patremque ludis secularibus petulantiùs cachinnantem, quanquam adhuc tener, vultu notaverit aversato.

Āvĕrtŏr, is, dep. Aversor, contemno, vel sperno. ‖ ἀποστυγέω. Angl. *To abhorre, to disdaine.* ‖ à moribus & consuetudine hominum ducta significatione. Ab iis enim quæ nobis sunt contemptui, faciem nostram avertimus. Boëtius,

*Heu, heu quàm surda miseros avertitur aure!*

id est, spernit, deligatur. ¶ Aliud est Avertor, passivum ab Averto, à quo fit Aversus, de quo suprà.

Aŭfēlĭa aqua, olim dicta fuit quæ postea Martia dici cœpit, omnium aquarum toto orbe, Plinio teste, clarissima, nitoris, salubritatis, ut laude cæteris præstata. Oritur in ultimis montibus Petiginorum : transit Marsos, & Fucinum lacum, Romam non dubiè petens, nox specu mersa, in Tiburtina se aperit, novem millium passuum fornicibus perducta. Primus eam in urbem ducere auspicatus est Ancus Martius, unus è regibus : postea Q. Martius rex in Prætura, à quibus Martiæ aquæ nomen accepit, quum antea Aufeia dicerentur. Hæc ferè Plin. *lib. 11. cap. 5.*

Aŭfĕrō, aufers, abstuli, ablatum, ex Ab & Fero compositum, teste Cic. *in Orat.* Adimo, abripio. ‖ נשא *hesir*, בער *bibir*, ἀποφέρω. Gall. *Oster, emporter.* Ital. *Togliere, rapere.* Germ. Nemen. Hisp. *Quitar alguna cosa de lugar.* Angl. *To take away.* ‖ Terent. *in And.* Vos illhæc intrò auferte. Cic. 3. *de Finib.* Commentarios quosdam, inquam, Aristotelicos, quos hîc fciebam esse, veni ut auferrem, quos legerem dum essem otiosus. Abi tu intrò, & hæc ornamenta aufer. Plaut. *Most. fc. 3. a. 1.* Nihilo magis facietis ut abstulerim pallam. Idem *Men. fc. 9. a. 3.* Hanc arguit domo surripuisse, atque abstulisse deierat. *Ibidem fc. 2. 5.* Tibi habe, aufer, utere. *Ibidem fc. 3. a. 4.* Quis surripuit. Scit qui illam abstulit. *Ibidem fc. 2. a. 4.* Aufer hinc palpationes. Mox aufer rursum. *Ibid.* Ne transversos nos auferat ista vis. Senec. c. 6. *de consol. ad Marc.* Mors tenet quicquid abstulit. *Ibid.* Aufer cavillum : Plautus *Aulul. fc. 3. a. 1.* Te solitudine atque egestate abstulit. Idem *Asin. fc. 3. a. 1.* Non poterit auferre à me, si quis emptor venerit. *Ibidem.* Circumduce, aufer (i. surripe.) *Ibidem.* Meo malo à mala abstuli pallam (i. surripui.) Idem *Men. fc. 2. a. 1.* Te dormitare aiebas. Mensa ablata est. Idem *Amph.* Me demùm ad se auferent. Idem *Men. fc. 2. a. 4.* Auferunt vitæ prætiantibus malis qui futura prospexit. Senec. *cap. 9. de consol. ad Marc.* Absolute eos fortuna. Abstulit dies una ei omnes virtutes. Velleius. Non si petat, auferat illa? (i. accipiat.) Ovid. 13. *Metam.* Nec qui me abstulerit scio. Plaut. *Curc. fc. 2. a. 5.* Dum auferam abs te id quod peto (i. impetrem.) *Ibidem fc. 1. a. 3.* Hic fur tuus est qui abstulit. Idem *Capt. fc. 4. a. 1.* Utinam mea auferam, quæ attuli, salva. Idem *fc. 2. a. 3.* Quid intus servem? annè quis ædes auferat? *Ibidem fc. 2. a. 1.* Vide ut salvam aulam auferam. *Ibidem fc. 2. a. 4.* Suspendas potius me, quàm tacita hæc auferas. *Ibidem.* Quòd erus, impetratum est, ab eo auferam. *Ibidem fc. 5. a. 4.* Tandem istu aufer (i. mitte istu.) *Capt. fc. 2. a. 1.* Aufer istæc quæso (i. mitte.) Idem *Curc fc. 1. a. 2.* Auferte hinc à me, si perges mihi malè loqui. *Ibidem fc. 4. a. 4.* Iussi hoc stercus ab ianua auferri. Idem *Asin. fc. 4. a. 2.* Auferetur id a me, quod promisi per iocum; de improbis auferri decet. Idem *Pseud. fc. 7. a. 4.* Non potest à me argentum auferri. *Ibidem fc. 5. a. 1.* Auferendus auditor ab arte (i. abducendus.) Quintil. Auferri adulatione (i. rapi.) Hinc fit ablativus casus. Gell. c. 16. *lib. 1.* Auferre, pro furari & rapere. Plaut. *Aulul.* Nihil equidem tibi abstuli. Cic. *ad Attic. lib. 7.* Auferre pecuniam de ærario. ¶ Item pro impetrare. Cic. *ad Attic. lib. 16.* Adiimus ad Cæsarem, verba fecimus pro Botriotis : liberalissimum decretum abstulimus. ¶ Aufer, pro Desine. Horatius 2. *Serm. satyr. 7.*

*——— aufer me vultu terrere.*

Ablātus, ab Aufero præteritum est, significatque asportavit, ademit, eripuit.

Ablātus, part. ἀφαιρεθείς. Val. 6. *Argon.*

*——— nec ablatam sequitur, quæritve sororem.*

Ablatus, sublimis. Plaut. *Men. fc. 5. a. 5.*

Aufidēna, æ, ♃. oppidum est in quarta regione Italiæ sub Ferentanis situm, teste Ptol. *lib. 3. c. 1.*

Aufidenates, populi quorum Plin. inter Samnites meminit *lib. 3. cap. 12.*

Aufidius, cognomento Lurco, qui primus pavones saginare aggressus est, ex eo quæstu reditum sexagenorum millium sestertiorum pro-



pient, autor Plin. *lib. 10. c. 20.* ¶ Aufidius Bassus, nobilis historicus fuit Quintiliani ætate, qui de rebus Germanicis historiam conscripsit.

Aufidus, di, ὁ Aufidus, Strab. Fluvius est in Hirpinorum montibus nascens, & præter Canusium in mare Hadriaticum influens, quem ex clade Canensi Romanorum sanguine aliquandiu rubente, tradit Livius 3. *bell. Pun.* Vulgò *Fanto in terra de Bary.*

Aufŭgio, is, Alio fugio. ‖ נוס *nus*, נדד *nadhadh*, ἀποδιδράσκω. Gall. *S'enfuyr, eschapper.* Ital. *Fugire altrove.* Germ. Darvon fliehen. Hisp. *Huyr à lugar, ò de lugar.* Angl. *To eschape, to flee away.* ‖ Nunc aliquò aufugiam, & occultabo aliquot dies. Plaut. *Milit. fc. 6. a. 2.* Tum quum aufugi illi dicto, si quis peret. Idem *Aulul. fc. 2. a. 1.* Cur expectat ut exulatum aufugiat ex pectore. Idem *Pseud. fc. 1. a. 4.* Ne me indicetis qua platea aufugerim. Idem *Men. fc. 3. a. 3.* Terent. *in Heaut.* denique hercle aufugiam patrias, quàm redeam, si ego redeundum fiet. ¶ Interdum aliquando accusativo junctum, quemadmodum simplex Fugio. Cic. 1. *de nat. deor.* Andromeda aufugiens aspectum matris parentis. ¶ Sæpe etiam absolutè, & sine casu. Idem *in epistol. ad Vatinium* : Dionysius, quum multos libros surripuisset, ne se impunè latorum putaret, aufugit. Interdum cum ablativo mediante præpositione A, Ab, vel Ex, Liv. Iam aliquantum spatii ex eo loco, ubi pugnatum est, aufugerat.

Aūgē, es, vel Auge, es, vel Augea, æ, ἡ Αὐγή, mater fuit Telephi, quam Euripides dicit ab Alæo patre (quum ab Hercule corrupta deprehenderetur) navim quandam cum Telepho filio imposuisse, & in mare demittam esse : sed Palladis providentia navim ad Cayci ostia transmittam evasisse, & Augem à Theutrante exceptam, eandem nupsisse, illumque Thelephum pro filio educasse, & regni successorem instituisse. Verba sunt Strab. *lib. 13.* Aliter Diodorus *lib. 5.* Auge (inquit) mater Telephi fuit ex Hercule, quæ à patre deprehensa gravida esse, nauclero cuidam tradita est submergenda. Sed antequam ad mare perveniret, urgente tempore partus, Telephum peperit, quem inter virgulta abdidit, qui postea inventus est à pastoribus : Coritho regi datus est, & Telephi nomine appellatus, quòd à pastoribus inventus esset pendens ab uberibus cervæ. Auge verò à mercatoribus, qui illam à nauclero dono acceperant, in Caycum ad Theuthrantem regem delata est, ubi postea a Telepho fuit agnita.

Augasii, αὐγάσιοι, populi sunt inter Massagetas, apud Steph.

Augeas, ἀυγέας Suidæ, Atheniensis Comicus fuit, ut author est Athen. ¶ Fuit & Augeas Eleorum rex, quem Hercules sustulit. Vide infra *Augias.*

Aŭgĕō, es, xi, auctum. Magis facio, amplio, aldo, accessionem facio, cumulo, multiplico, ‖ ab a particula augendi, & γω habeo. ‖ ‖ הרבה *hirbáh*, αὔξω, αὐξάνω, Gall. *Croistre, augmenter, multiplier.* Ital. *Accrescere, far maggiore.* Germ. Mehren/ grösser machen. Hisp. *Acrecentar.* Angl. *To augment, to amplifie, to make more.* ‖ Et tum ad res, tum ad personas refertur. ¶ Ad personas. Cic. *ad Attic.* Auctus Antonii beneficio sum. ¶ Ad res. Idem *in Verr.* Nam locupletissimi cuiusque census extremum averant, tenuissimi auxerant. Et *ad Qu. Frat.* Cæsaris in nos amorem, quibuscunque poterimus augebimus. Augebis tuti numerum, genus ferratile, Plaut. *Most. fc. 1. a. 1.* Augentem meam mali. Idem *Pseud. fc. 7. a. 4.* En me omnes adjuvant, augent : idem *Men. fc. 3. a. 3.* Iupiter servas me, meâque auges ope, idem *Capt. fc. 1. a. 4.*

*Et quodcunque suæ Iuppiter auget opes,*

Ovid. 1. *Fast.* Item, Auctus nato filio. Gell. *cap. 1. lib. 12.* Delubris aucta novis. Ovid 2. *Fast.*

*——— Templisque frequentibus Auctæ.* (Veneres)

Idem 4. *Fast.*

*Iam finis Æneæ regno natâque Latini*
*Auctus erat.*

Idem 3. *Fast.*

*Quæ vela tempestate novis auctus Hymenæis.*

Catull. *de com. Beren.* Ægritudo tanto mihi auctior est in animo. Plaut. *Capt. fc. 1. a. 4.* Hinc componitur Adaugeo, & Exaugeo. ¶ Ab augeo, fiunt Auctio, as, Auctus, a. um. αὔξησις. Auctus, us, Auctor, & Augesco, scis. ¶ Augifico, nonnulli ex antiquis dixerunt. Ennius, Et tabes numeros augificabit suos.

Aūgēsco, is, Cresco, incrementum accipio. ‖ רבה *rabáh*. αὐξάνομαι. Gall. *Croistre, prendre accroissement, ou croissance, devenir plus grand, & plus gros.* Ital. *Accrescere, aumentarse.* Germ. Grösser werden/ zunemmen. Hisp. *Crescer, acrecentarse.* Angl. *To growne or waxe more.* ‖ Plin. *lib. 11.* Augescunt corpora dulcibus, atque pinguibus, & potu : minuuntur siccis, & aridis, & siti. Cic. *in Cat.* Quæ de succo terræ, & calore Solis augescent, primò est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit.

Aŭctŭs, us, verbale, Incrementum, accessio. ‖ מרבית *marbéh*, מרבית *marbîth*. αὔξησις. Gall. *Accroissement, multiplication.* Ital. *Accrescimento.* Germ. Zunemmung. Hisp. *Acrecentamiento.* Angl. *Growing or waxing more, increasing.* ‖ Liv. 4. *ab Urbe*, Cuius rei præmium sit in civitate, eam maximis semper auctibus crescere. Plin. *epist. 95.* Fovis mira natura : ter in die statis auctibus & deminutionibus crescit, decrescitque. Idem *lib. 4. c. 12.* Auctu immenso aquarum. Tantis auctibus fortuna eius viri fastigium extulit. Velleius.

Aŭctă, in plurali, Incrementa, αὐξήσεις, auctus. Gell. *lib. 2. c. 8.* Non eluni, quia cæpe solum oletum omnium contra Lunæ aucta, atque damna vices minuendi atque augendi habeat contrarias.

Aŭctum, vocabatur spatium circi, quod super definitum modum victoriæ adjungebatur. Festus.

Aŭctio, nis, nomen ab Augeo : augendi actus, augmentum, αὔξησις. Unde etiam ponitur pro venditione quæ fit per augmentum pretii. ‖ ἀγορὰ πράσεως. Gall. *Vente de biens au plus offrant & dernier encherisseur, criée au plus offrant, Encant.* Ital. *Vendita all' incanto.* Germ. Ein verkauffung an einer gemeine/ da einer mehr gibt dan der ander. Hisp. *Almoneda, ò venta a quien da mas.* Angl. *Open sale or port sale of private mennes goodes.* ‖ quum fit publica rerum venditio, & res traditur plus offerenti. Iuvenalis,

*——— Si conjugis auctio fiat.*

Plaut. *in Stich.* de actione parasitica loquens, Nunc auctionem, inquit, facere decretum est mihi, *ἐμπορεύεσθαι*. ¶ Auctionem vendere, apud Cicer. *in Orat. pro Quintio*, id est, auctionari, res in auctione vendere: dictum ea dicendi forma, qua à Cæsare, Vendere sectionem. Auctione dimissa testibus, argentariorum tabulis utebantur. Quintil. Vis contaminari auctionem? Plaut. *Men. sc. vlt. a. 5.* Auctionem hic faciam & vendam quicquid est. Item, Vix actione tota capiet quinquagesies. *Ibidem*, Auctionem proponere. Quintil. Auctionum sucutesima olim solvebatur. Sueton. *in Calig. cap. 16.* Erat autem duplex auctio, rerum privatarum quæ fiebat sine hasta: & publicarum quæ fiebat hasta in foro fixa. Nam hastæ subjiciebant et quæ publice venundabant, sicut in bello capta. Inde hastam Cæsaris textile scribit Cicero, qui alibi ait, Bisiam vidimus hastam in foro ponere, & bona civium voci subjacere præconis.

Aūctiōnor, Per auctionem vendo, auctionem facio. { *ἀποκηρύττω, ἀποκηρύττω τὰ οὐκ ὄντα, Ἀνδοκίδης.* Gall. *Vendre publiquement au plus offrant, vendre à l'encant.* Ital. *Vendere all' incanto.* Germ. Dass ganten. Hisp. *Almonedear, vender in almoneda.* Angl. *To sell openlie, privatie goodes:* } Cic. *pro Quintio*, Nævius hominem multis verbis deterret, ne auctionetur.

Aūctiōnālia, Tabulæ auctionis, instrumenta auctionis, *l. 1. D. de tutela, & rationibus distr.*

Aūctiōnārius, adject. ut, Auctionaria atria, { *νὴ ἀποκηρύττοντος.* Germ. Ein gantmeister. Angl. *Courtes where such open sale is made.* } in quibus auctio fiebat, *ἐν ἀποκηρύττοις οἴκοις.* Cicer. *de legib. Agrar. 4.* Ut in atriis auctionariis, potius quàm in triviis, aut in compitis auctionentur.

Aūcto, as, frequentativum est verbi Augeo, *αὐξάνω.* Plaut. *in Amph.* Et ut res, rationésque vestrorum omnium bene expedire voltis, peregréque & domi bono atque amplo auctare perpetuo lucro. ¶ Huius compositum est Adaucto. Accius, Quibus rem suam, & patriam nostram quondam adauctavit pater. Lucr. *lib. 1.*

*Unde omnes natura creet res, auctet, alatque.*

Aūctito, as, freq. ab Aucto: ut, Auctitare pecunias fœnore, apud Tacit. *lib. 3. annal.*

Aūctārium, ii, quod super mensuram, vel pondus iustum adjicitur. Festus. Accessio. { תוספת *tarbith.* ἐπίσαγμα, αὔξησις, ἐπίβλημα, αὐξάνημα. Gall. *Surcroist, le par dessus qu'on donne outre le poids, nombre, ou mesure.* Ital. *Accre cimento, buon peso, buona misura.* Germ. Ein zugab/ ein zumaß/ soman einem in dem kauff darzu gibt. Hisp. *Colmo de medida, ò sobornal.* Angl. *Surplusage, that is over number, measure or weight.* } Item quod ad iustum pretium adjicitur. Plautus, Auctarium adjicito, vel mille nummûm plus quàm poscet.

Aūctŏr, nomen verbale ab Augeo, qui auget: cuius fœminium est Auctrix. { בעל *baʿal*, מחבר *mechabber.* *αὐξητής.* Gall. *Qui donne accroissement.* Ital. *Accrescitore.* Germ. Ein Mehrer. Hisp. *Crescedor.* Angl. *That augmenteth or increaseth.* } ¶ Autor verò quem Græci *αὐτουργὸν* & *αὐτοπράτην* dicunt, sine c, scribendum nonnulli putant, quòd sit à Græco *αὐτογράφος*, qui falluntur. Nam & Pierius probat esse ab Augeo, & apud Festum Carisium, item in antiquis lapidibus scribitur cum c. { Gall. *Auteur, inventeur, envoier.* Ital. *Autore.* Hisp. *Autor, que da autoridad à alguna cosa.* } Cic. 2. *Offic.* Apud Homerum optimum auctorem nulla talis est de Ulysse suspicio. Legitur & in fœminino genere. Ovid. *lib. 4. Fast.*

*Optima cui proprii nominis auctor eris.*

Figuratéque per obliquios, sicut alia verbalia in or, defluentia, neutris adjungitur. Virgil. *lib. 10.*

*Italiam petiit, fatis auctoribus esto.*

Est autem Auctor, quasi operis factor. Unde Poëta, cæteríque operum conditores dicuntur Auctores. Valla *lib. 4. c. 32. & lib. 5. c. 30.* Neque solùm qui opus aliquod facit, sed qui princeps est, & primus iubet ut aliquid fiat, aut inductor, persuasórve, Auctor vocatur: ut si quis populum ad bella concitavit, vel qui concordiam persuasit, belli, vel concordiæ auctor fuit. Cic. *lib. 3. Offic.* Atque huius deditionis ipse Posthumius, qui dedebatur, suasor, & auctor fuit: quasi dixisset, suasor & persuasor. Auctor tamen differt à Suasore. Sueton *in Tib. c. 27.* Item nostræ Auctorem gentis (de Cadmo Thebarum conditore) Plaut. *Amph. sc. 3. a. 4.* Impero, auctóque sum, ut me castrandum loces. Idem *Aul. sc. 4. a. 1.* Quid mihi es auctor huic ut mittam. Idem *Pseud. sc. 3. a. 1.* Quid mihi modò auctor es? Idem *Pseud. sc. 7. a. 4.*

*Incidiam, si qua est, auctor (eius rei) habere potest,*

Ovid. *Eleg. 4. lib. 4. Trist.*

——— *felix Æneidos auctor.*

Idem *Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Auctores maximi (de pictoribus.) Quintil. Auctor & admirator omnis doctrinæ Scipio, i. auxit & provexit artes & studia. Velleius.

——— *nostri quoque sanguinis auctor*
*Iuppiter est.*

Ovid. 13. *Met.* Auctor & suasor, Livius. Ut auctor fierer sumendi supplicii Proconsul. Velleius, Auctor iuris celeberrimus Qu. Mutius. Illo auctore atque agente. Cæs. *lib. 1. de bell. civil.* Auctores utriusque linguæ. Sueton. *in August. cap. 88.* Sunt quidam auctores, *in Calig. cap. 12. & in Augus. cap. 94. & in Claud. cap. 37.* Auctor orbitatis (i. qui occidit alterius liberos.) Senec. *cap. 14. de cons. ad Marc.* Auctor, pro genitore.

*Auctori data verba suo* (i. patri.)

Ovid. *Eleg. 3. lib. 3. Trist.* In bona re nunquam me pudeat mali Auctoris. Senec. *c. 11. de Tranq.* (i. Publii Mimographi.) ¶ Dicitur autem author faciendi, author ad faciendum, & author facere. Virg. *in Æneid.* Author ego audendi. Author ad aliquid faciendum. Cic. *in Anton.* Idem *ad Atticum lib. 9.* Ego quidem tibi non sum author, si Pompeius Italiam relinquit, te quoque profugere. Cels. *lib. 7. cap. 7.* Heraclides Tarentinus author est, adversu scalpello subsecare magna cum moderatione. At verò apud Plin. *lib. 10. c. 26.* Auctores sunt omnibus annis advolare Ilium ex Æthiopia aves, id est, sunt qui dicant, aut scribant, ut apud Liv. *lib. 4.* Sunt qui malè pugnatum ab his Consl. in Algido authores sint. Author etiam significat permissorem, ut apud Liv. *lib. 2.* Authores sumus tutam ibi majestatem Romani nominis fore. ¶ Item propugnatorem, sive defensorem, aut vindicem. Idem, Sed ut inventor legis Volero, sic Lectorius collega eius author cùm recentior, tum actior erat. Item cui quis fidem habet. Idem, Agitatus deinde consiliis ex omni parte assentiendo multis authoribus trepidaverat. ¶ Item primum denuntiatorem. Idem, Iisdem authoribus cognitum est Æquos Volcósque summa vi bellum apparare. ¶ Similiter approbatorem, idem *lib. 3.* Multique erant, qui mollibus consultum dicerent, quòd legum ab eis latarum patres authores fuissent. ¶ Et etiam in quo est ius, potestas, dignitas, nec ab alio pendet, potest nici Author: à quo Authoritas, *αὐθεντία* est appellata. Unde illud apud Livium, Decreverunt ut quum populus regem iussisset, id sic ratum esset, si patres authores fierent, hoc est, si authoritatem suam interponerent, & ratum haberent. ¶ Authores sententiæ sunt, quorum sententiam sequimur. Authores pupilli, in quorum administratione res eius sunt. Paulus Iureconsultus, Etiamsi non interrogatus tutor author fuit, valet authoritas eius: quum se probari dicit id est, authorem fieri. Cùm Auctor is propriè dicetur, cui propter summam auctionem & licitationem res addicta esset, & Auctoritas, Ius ex auctione quæsitum; translatum postea hoc vocabulum Auctor, ad eos qui rem quoquo modo abalienarent, ut cùm quæreretur ex eo, qui rem acceperat, unde sibi ius in eam comparasset, suum illum quasi auctorem nominaret, qui sibi suam auctoritatem tradidisset. Atque hinc actum, ut Auctor dicatur is, à quo quis auctoritatem i. ius dominii in rem quampiam accepit. Auctorem Galli vocant *Garant.* Liv. 4. *d. 4.* Mulieres sine auctore nihil agere possunt. Cic. *Ver. 7.* Illi intellexerunt, se id quod à malo auctore emissent, diutiùs obtinere non posse, id est, ab eo qui vendendi auctoritatem nullam habebat. Idem *pro Cæcin.* P. Cesennius auctor fundi. ¶ Inde auctor secundus dicitur fidejussor, qui à venditore datur ob evictionem. Hotom. Inde etiam Auctor fit is qui arrogatur. Gell. *cap. 19. lib. 5.* Arrogantur ii, qui cùm sui iuris sint, in alienam sese potestatem tradunt, eiúsque rei ipsi Auctores fiunt. ¶ Auctor rerum, id est, rerum administrator, gestórque: ut Imperator qui bella gerit. Salust. in *Catilin.* Ac mihi quidem, tametsi haudquaquam par gloria sequatur scriptorem & auctorem rerum. ¶ Auctor rerum, pro historiæ scriptore. Tacit. Matrem Antoniani, non apud auctores rerum, non diurnis actorum scripturis reperio ullo insigni officio functam.

| Auctoro, est obligo, auctoritate usus. | Vide *Authoro.*

Auctorati, dicebantur qui suam ad gladium operam mercede locabant, seque interposito solemni iuramento in servitutis vinculum vendebant, & flammis vri, virgis cædi, ferro necari, cautiones faciebant. Hinc verbum Auctorare, pari notione.

Auctoramentum, pretium gladiatoris, & merces auctorati.

Aūctōritās, Auctoramentum. Vide *Authoritas.*

Aūctĭfĭcus, adjectivum, quod auget, quódve momentum aliquod affert ad incrementum. { מרבית *marbith.* αὔξησις, αὐξητικός. Gall. *Qui fait croistre, qui donne croissance.* Ital. *Quello ch' accresce.* Germ. Das zu der mehrung hülfft/ das gröſſer macht. Hisp. *El que haze acrescentamiento.* Angl. *That augmenteth, that giveth increase.* } Lucr. *lib. 2.*

*Nec porrò rerum genitalis auctificique*
*Materies perpetuò possunt servare creata.*

Augifico, dixit Ennius, pro Augeo, Et tabes numero augificabit suos. Obsoletum.

Avgmĕn, inis. Augmentum, moles, ὄγκος. { מרבית *marbith.* αὔξησις. Gall. *Augmentation, accroissement.* Ital. *Accrescimento.* Germ. Ein mehrung/ zunemmung. Hisp. *Acrescentamiento.* Angl. *Increase, increasing.* } Lucr. *lib. 3.*

*Omnibus est unum perfectum corporis augmen.*

¶ Augmine donare, pro Augere. Idem *lib. 2.*

*Unde abeunt, minuunt, quòd venêre augmine donata.*

Aūgmentum, obsoni genus, quod ex immolata hostia è sectum in jecore imponendo augendi causa. Varro *lib. 4. de L. L.* Memnat & Arnob. *lib. 7.*

Aūgmento, *αὐξάνω*, idem quod augeo. Cicer. *in Lal.* Sed vivendi est finis optimus, quum integra mente, cæterisque sensibus, opus ipsa suum quæ augmentavit natura dissoluit. Coaugmentor, vide infrà in *Coaugmento.*

Aūgĭla, sive Augea, *αὐγίλα.* Strephano nomen est duarum urbium, quarum altera in Locride est, cuius in Catalogo navium meminit Homerus: altera in Laconia.

Augĭas, sive Augeas, *αὐγίας*, nomen regis Eleorum, ab Hercule interfecti. Huic bubile erat capteus tria boum millia, nunquam repurgatum ante Herculis adventum, unde etiam inter Herculis labores enumeratur huius stabuli repurgatio. ¶ Augiæ stabulum repurgare, proverbialis allegoria in hominem, aut in rem majorem in modum inquinatam. Græci sic efferunt, *Αὐγίου βαυλία.* Lucian. *in Pseudomante.*

Augila, *αὐγίλα*, urbs Libyæ. Steph.

Avgvr, auguris, interpres auguriorum, qui ex volatu, pastu, cantu avium futura divinat. { מעונן *menachésh.* οἰωνιστής, οἰωνοσκόπος, ὁ ἐπὶ οἰωνοῖς προβλέπων. Gall. *Devin, qui devine par le chant, vol, ou autre geste des oiseaux, augure.* Ital. *Augure, indovinatore.* Germ. Ein weissager auß den geberden oder gesang der vögel. Hisp. *El que adevina por agueros.* Angl. *A coniecturer of things to come.* } Dictus, teste Festo, ab avium garritu, sive à gestu earum, quem augures solent observare. Cic. *in Catone*, Augúrque quum esset, dicere ausus est, optimis auspiciis ea geri, quæ pro Rep. salute gererentur.

Aūgūrālis, e. ad augurem pertinens. { *οἰωνοσκοπικός.* Angl. *Belonging to the same which giveth tokenges to come.* } ut, Auguralis cœna, quæ & Adpicalis dicitur. Varr. 3. *de re rust. c. 6.* Primus bos Q. Hortensius augurali cœna posuisse dicitur. Cic. *ad Gallum*, In eas quum incidissem in cœna augurali, apud Lentulum Augurales libri, Auguralia insignia, Porta Auguralis. Tacit. *lib. 2.* Nocte porta egressus Augurali,

per

per occulta,& vigilibus ignota,uno comite, &c.

Aūgūrāle, Insigne augurum. Senec. *De Tranquill. vita. c.* 11. Quæ dignitas, cuius non prætextam, & augurale, &c. Vir Auguralis. Cic. *de clar. orat.* Auguralis virga, *ἱεροσκοπικὸς ῥάβδος*. Baculus erat brevis, qui & Lituus appellatus est, in ea parte, quæ robustior erat, incurvus. Vide apud Senec. *cap.* 11. *de Tranquil.*

Aūgūrium, quasi Avigerium dictum, vel Avigarium: pro quo antiquissimi etiam Augurum dixerunt per tres syllabas, ut Accii testimonio confirmat Nonius. Auspicium, authoritas rei bene gerendæ. } מנחש *nächasch. sinoreuria.* Gall. *Augure, divination, ou devinement par les oiseaux.* Ital. *Indovinamento, divinatione.* Germ. Weissagung von den vögeln genommen. Hisp. *Devinacion por agueros.* Angl. *Divination, southsaying by birdes.* } Augurium salutis Rom. Suet. *in Aug. c.* 31. De Auguriis, Gell. *cap 6. lib. 6. & ibid. lib. 1.* Augurii privati. Erant autem tria divinationis genera in avibus: nam aliæ volatu, aliæ cantu futura prædicebant: & illæ quidem Præpetes, illæ Oscines dicebantur. Erat & tertium genus ex illarum pastu, quum pullis gallinaceis è cavea depromptis esca porrigebatur. Si enim ita avidè edebant, ut cibus ore excidens terram pavisset, hoc est, ferisset, tum auspicanti tripudium solistimum nuntiabatur, & feliciter cessurum quicquid ille animo concepisset: contra omnia infausta portendebantur, si escam non caperent. Quapropter infelicem conflictum à Numantinis in Mancinum illatum prædixerunt pulli, qui escam non ceperunt, sed ex cavea evolarunt. De auguribus, auguriisque vide Alexandrum ab Alexandro, & Budæum *in Pandectas.* ¶ Auguria avium, & avium auspicia distinguuntur apud Plin. *lib. 7. cap. 56.* Augurium species est ab avium garritu, oscinisque nomen est: at Auspicium ab avium inspectione, generis rationem viderut obtinere, ac de volatu, cantu, pastu, ac tripudio totam observationem complecti.

*Augurium ratio est, & conjectura futuri,*

Ovid. *Eleg. 8. lib. 1. Trist.* Ex augurio auspicii intelligo. Plaut. *Asin. sc. 1. a. 2.* Illam esse Iovis domum.

*Augurium menti querna corona dabat.*

Ovid. *Eleg. 1. lib. 3. Trist.* ¶ Sumitur enim latiùs Augurii nomen pro quavis divinatione, sive conjectura. Cicer. 4. *Philipp.* O mea semper frustrà verissima auguria rerum futurarum. Pro oraculo. Virg. 3. *Æneid.*

*Da pater augurium, atque animis illabere nostris.* Servius.

Aūgūrāculum, li, *οἰωνοσκοπεῖον*, veteres dicebant, quod nos Arcem vocamus, quòd ibi Augures publicè auspicarentur. Festus. Fuit autem auguraculum in vico Mustellario & colle Latiali, ad sacram viam, quà in auguraculum ibatur, ut ex Varr. *de L. L. 4.* intelligitur: apud quem malè *Turacium*, pro Auguraculo legitur, ut doctè animadvertit Scaliger.

Aūgūrālis, s, um, idem quod auguralis, *οἰωνοσκοπικός*. Cic. *ep. lib. 2.* Quum ipsam cognitionem iuris augurij consequi cupio.

Aūguror, propriè est ex avium cantu, gestu, vel pastu futura divino. } נחש *nächasch*, קסם *kasam*, *μαντεύομαι, οἰωνίζομαι*. Gall. *Devine par les oiseaux.* Ital. *Augurare, indovinare.* Germ. Weissagen aus den geberden oder gesang der vögel. Hisp. *A devinar por agueros.* Angl. *To tell by divination what shal happen, to gesse.* } Quanquam etiam latiùs accipitur pro Quovis modo conjicio. ¶ Regit autem vel accusativum, Cic. *de Divin. 1.* Calchas ex passerum numero belli Trojani annos auguratus est.

*Non igitur nostris vllum gaudere Quiritem*
*Auguror, at multos indetuisse malis,*

Ovid. *Eleg. 1. lib. 2. Trist.*

*Sed Veneris mensem Græio sermone notatum*
*Auguror.*

Idem 4. *Fast.* Quantum auguror. Idem *Eleg. 4. lib. 4. Trist.* ¶ Vel ablativum. Idem Cic. *ad Atticum*, Etenim quantum conjectura auguramur. ¶ Item cum præpositione De. Idem *in Bruto*, Sed quid de illo augurer, lubet dicere. ¶ Et cum Ex. Idem *Cecinna*, Non igitur ex alitis volatu, nec ex cantu sinistro oscinis, nec è tripudiis solistimis, aut sonnis tibi auguror.

Aūgūro, as, Auguror, *οἰωνίζομαι*. Virg. *lib. 3.* Et si quid veri mens augurat opto. Cic. *apud Non.* Præsentis animi & augurat quodammodò, quæ futura sit suavitas. ¶ Hinc Inauguro, & Exauguro, compositæ contrariæ significationis. Nam inaugurare est per augurium consecrare. ¶ Exaugurare autem, quod inauguratum erat, contrario augurio profanare. Cic. *de Aruspic. Caſaris Flamine*, Quid igitur cessas? cur non inaugurare? sume diem: vide qui te inauguret. Liv. 1. *ab Vrbe.* Et ut libera à cæteris religionibus area esset, tota Iovis templique eius, quod inædificaretur, exaugurare fana, sacelliaque statuit.

Aūgūrātò, adverbium *οἰωνιστῶς*, per augurium: sicut Auspicatò, per auspicium. Liv. 1. *dec. lib. 1.* Atticus Numa, sicut Romulus auguratò in urbe condenda regnum adeptus est, de se quoque Deos consuli iussit.

Aūgūrātūs, us, scientia, vel dignitas auguris, *οἰωνιστικὴ*. Cic. *de Divin.* Cuius quum tenaret scientiam auguratus, dixi ei cogitare te quicquam. *Ibidem*, Quid lituus iste vester, quod clarissimum est insigne auguratûs, unde vobis traditus est?

Aūgūratio, nis, ipse augurandi actus, divinatio, *οἰωνισμός*. Cic. 3. *de Divin.* Quæ tandem ista auguratio est ex passeribus, &c.

Aūgūsti Cæsarea, urbs est Hispaniæ citerioris.

Augusta Cæsarea, *αὐγούστα*, urbs supra Iberum sita. Distat à Numantia ad LXXX. stadia.

Augusta Emerita, hodie *Merida*, civitas Lusitaniæ, quæ à militibus emeritis conditoribus, & Augusto nomen sortita est. Nam, ut Diomedes refert, quo tempore Cæsar Augustus Cantabris & Asturibus devictis in Italiam reduxit, reliquit milites qui supra ætatem forent, atque concessit ipsis, ut in Lusitania Augustam Emeritam conderent. Vulgò *Medina di Rio fero.*

Augusta Vindelicorum, quæ & *Rhæticorum*, Germaniæ urbs est celeberrima ad Lycum amnem sita, quam Germani sua lingua Augsburg vocant.

Augusta Trevirorum, est metropolis Trevirorum ad Mosellam flumen sita. Vulgò Trier à Germanis dicitur, à Gallis *Treves.*

Augusta Rauricorum, sive Rauracorum, olim Galliæ Urbs potens, hodie non nisi vicus, seu pagus, haud procul à Basilea, vulgò *Augt* dictus.

Augusta Dia Vocontiorum, vulgò *Die*, urbs Galliæ. Alii dicitur *Dea*, non *Dia*, & civitas Deensium, ut notat Iosi. Scaliger *in Notitia Galliæ.*

Augusta Auscorum, vel Ausciorum, vulgò *Auch*, urbs Galliæ.

Augusta Praetoria, Ptolemæo nota. Germanis Augst. Ital. *Osta*, sive Aosta, in Principatu Pedemontano.

Augusta Tiberii, hodie Regenaburg, ut Aventinus scribit, urbs Germaniæ ad Danubium fluvium, vulgo *Ratisbona.*

Augusta Veromanduorum, hodie *Vermand Abbas*: nam eo ipso loco, quo urbs olim stetit, hodie visitur insigne monasterium, Abbatiali titulo condecoratum, inter Quintinopolim, & Peronam. Ita nonnulli: sed iuxta Iosi. Scalig. est ipsa Quintinopolis, *la ville de S. Quentin en Vermandois.*

Augustonemetum, *Clairmont*, Ptolemæo & Isidoro, Arvernorum metropolis, alias Clarus mons, dicta.

Augustopolis, sub III. sede Metrop. Rabensi, seu Petracensi, in P. Hierosolymitano, apud Tyrium.

Augustodunum, Heduorum Metropolis, in Ducatu Burgundiæ sita, quam Galli sua lingua *Autun* vocant.

Augustonitum, *αὐγουστόνιτον* Ptolemæo, urbs est Pictonum, quam Gallicè *Poictiers*, vocamus.

Augustæ, conjuges dicebantur Imperatorum. Germ. Die Römischen Käyserin. Divæ autem post mortem tantùm. Augustarum nomina hæc sunt. Livia Augusti, Agrippina Agrippæ filia, uxor Germanici, Lepida Galbæ, Pompeia Sabina Othonis, Petronia Vitellij, & reliquas quas enumerat Volaterr. *lib. 14.*

Augustæ, *αὔγουστα*, urbs in Sicilia, & in Italia. Stephan.

Avgvstvs, a, um, dicitur sanctus, & dignus, quem religiosa quadam veneratione observationéque colamus. תנכבד *hannichbâd. σεβάσμιος, ἱερός.* Gall. *Consacré ou saincl, venerable, reverend, magnifique* Ital. *Augusto, venerando per religione, degno di reverenza.* Germ. Hochlich/ herlich/ gross ansehlig. Hisp. *Santo, religioso, venerado, que deve ser honrado.* Angl. *Worthy of reverence and honour, magnifick, worshipfull.* } Vide Augusta templa, & simulacra, Augusta forma, & Augusta dignitas, &c. Ovid. 1. *Fast.*

*Sancta vocant augusta patres: augusta vocantur*
*Templa sacerdotum rite dicata manu.*

Cic. 5. *Tusc.* Ex hoc igitur Platonis quasi quodam sancto, augustóque fonte nostra omnis manabit oratio. Sed & Octavius Cæsar primùm, indéque reliqui ab illo Cæsares Augusti, *σεβαστοί*, cognominati sunt, cùm ob singularem eorum virtutem meritáque in Rempublicam maxima, tum ut cæteri tam Augusto, splendidóque nomine sibi adepto, ad easdem egregias virtutes invitarentur. ¶ Item quia mense Sextili Octavius Cæsar primum Consulatum iniit, triumphos in urbem intulit: Ægyptus quoque hoc mense in potestatem populi Romani redacta, & finis civilibus bellis impositus est, placuit Senatui, ut qui antè Sextilis, deinde Augustus appellaretur, ut qui imperio felicissimus fuerit. { ירח אלול *elul. αὔγουστος.* Gall. *Le mois d'Aoust.* Ital. *Mese di Agosto.* Germ. Der Augstmonat. Hisp. *El mes de Agosto.* }

Aūgūstè, adverb. Sanctè, piè, religiosè, & cum quadam veneratione, *σεβασμίως*. Cicer. 2. *de nat. deor.* Hunc dico Liberum Semele natum: non eum quem nostri majores augustè sanctéque Liberum cum Cerere & Libera consecrarunt. ¶ Dicere de religione augustiùs. Cicer. *de clar. Orat.*

Augustatus, augustus factus, consecratus. Macrob. In templo Iunonis Populoniæ augustata mensa est. ‖ Est autem Augustata mensa, quæ consecrata. Turn. ‖

Aūgūstālè, is. Angl. *A kinges pavilion or tent a princes palace.* } Domus principis, vel magistratus, à recentioribus appellata fuit, quæ à veteribus dicebatur Prætorium *στρατηγεῖον*. In castris quoque Imperatoris tabernaculum, Augustale dictum legimus. Augustale quid? Fab. *cap. 2. lib. 8.*

Aūgūstālēs, telle Vegetio *lib. 1. rei militaris*, appellabantur qui primos in bello ordines ducebant: ita dicti, quòd ab Augusto ad id munus essent delecti. ¶ De Augustalibus vide Tacitum & Lipsium. ¶ Augustalia dicebantur ludi in honorem Augusti, quibus Tiburi mortuo Augusto præfecti sunt, quasi sacri. Meminit & Tacit. *in pr.* ubi Lips. Sodales Augustales, Suet. *in August. cap. 6.*

Aūgūstēi, termini dicebantur in locis montanis positi, rotundi: quòd Augustus eos terminasset, & ubi fuerant, lapides aliquot constituit. omnémque terram suis temporibus remensum ita voluit, ac veteranis suis litibus assignari.

Avia, vel potiùs Livia, urbs Hispaniæ. Ptol. vulgò *Villalon.*

Xvipvs, Cupidus, ab Avendo, hoc est, à cupiendo. { מחמד *machmâd.* Gall. *Convoiteux, desireux, cupide.* Ital. *Avido, ingordo, desideroso.* Germ. Begirig. Hisp. *Codicioso, y avariento.* Angl. *Coveteous, desirous, greedie.* } Terent. *in Heaut.* Sed habet patrem quendam avidum, misérum, atque aridum.

*Quantaque vis avido gaudia corde ferat,*

Ovid. *Eleg. 11. lib. 3. Trist.*

*Vegue fugax avidis cervus deprehensus ab ursis,* ibid.

Me dices avidam esse. Plaut. *Pseud. sc. 2. a. 5.* Plin. *lib. 11. c. 1.* Ut est natura hominum novitatis avida. ¶ Avidus, pro magno, quòd avidi sit plus appetere, nec parvo contentum esse. Lucret.

*Principio quantum cœli tegit impetus ingens*
*Inde avidam partem montes silvaque ferarum*
*Possedere.*

Āvidĭtās, tis. Cupiditas, desiderium. } תאוה *taavah.* מחמדים. Gall. *Convoitise, desir affre & ardent, avidité.* Ital. *Ardente appetito & desiderio.* Germ. Begirde. Hisp. *Codicia y avaricia.* Angl. *Coveteousnesse,*

*Vetustesse, grandinesse.* ¶ Cicer. *de Senect.* Habeóque senectuti magnam gratiam, quæ mihi sermonis aviditatem auxit, potionis & cibi sustulit. Idem 3. *de Finib.* Erat enim ut scis, in eo ut exhausta aviditas legendi, nec saturari poterat.

Avidè. & aventer. adverb. Cupidè. ¶ ἐπιθυμητικῶς, προθυμότατα. Gall. *Ardemment, aprement, de grande affection.* Ital. *Avidamente, fieramente.* Germ. Einbündtiglich. begnilich. Hisp. *Codiciosamente.* Angl. *Covetously, greedelie.* ¶ Cic. *de Senect.* Græcas literas senex didici, quas quidem sic avidè arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens. De hoc etiam in dictione *Avarus.*

Avillæ, quasi ovillæ. Agna recentis partus. Festus.

Avis, volucris omnis, quæ ova parit, & pennis decorata est. ¶ עוף ὄρνεον. Gall. *Oiseau.* Ital. *Vccello, augello.* Germ. Ein vogel: Hisp. *Ave que pone y cuva huevos.* Angl. *A fowle, a birde, al great birdes, as henne goose.* Ita dicta (ut quibusdam videtur) ab auris, hoc est, locis secretioribus, quibus aves maximè delectantur. Author ad Heren. *lib.* 2. Avium dulcedo ducit ad avium. Volucres autem, πτηνὰ dicuntur, quæcunque volare possunt. Unde apes, vespæ, muscæ, & papiliones, volucres quidem sunt, non tamen aves. Vespertilio quoque à quibusdam inter aves non numeratur, eo quòd pennatus non sit, sed pennarum loco alas habeat membranaceas; & quatuor pedes, contra avium naturam: quo fit ut media quædam species inter avem, & murem esse videatur, tametsi Valla ab avium genere eum non excludat. ¶ Alba avis, λόγος ἐρημος, proverbialiter à M. Tullio *in epist. fam. lib.* 7. dicitur pro re nova atque auspicata, quòd quasi avem albam (inquit) videntur bene sentientem civem videre. Nam veteres pro felicissimo auspicio & omine aves albas ducebant, ac pro miraculo tantissimo habebant. Negat verò contrà. Ovid.

*Omnia non albis contigisse aves.*

Et Juvenal. sic ob nigritiem Æthiopem inauspicatum fuisse docet.

*Et cui per medium malis occurrere nefas.*

Quadrabit & in rem admodum ratam & insuetam, quòd aves perpaucæ sint hoc colore. ¶ Bonis, aut malis avibus dicimus, quum rem feliciter, aut secus cedere significamus, ab augurum observatione sumptum. ¶ Avis ex avibus, ἀρίστη ἐκ ἀρίστων, proverbii formâ dictus est Aristophan per ironiam vir nobilis, quasi bonus ex bonis prognatus. ¶ Musarum aves, μουσῶν ὄρνεα, non absque proverbii specie Theocritus in Thalysia appellat Poëtas, quòd luscinarum in morem assiduè canant sua poëmata. ¶ Meliores nanciscî aves, ἀμείνονα ὀρνέων πτερά, dicuntur quibus post res adversas succedût prosperiora. ¶ Avibus secundis, Liv. *lib.* 6. *adverb.* Aves comparantur cum amantibus. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Avis ferè est consimilis. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Avi sinistra auspicio liquido. Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. (nota sinistra avi, pro fausta.) Avibus obscenis ominosus locus. Gell. *cap.* 14. *lib.* 13. Aves inferæ quæ. Idem *cap.* 6. *lib.* 6. ¶ Nisi si qua vidit avis, πλὴν εἴ τι ὄρνις ἴδοι. Hyperbole proverbialis, de re vehementer occulta. Aristoph. *in Avib.* Οὐδεὶς οἶδεν ἄλλος ἢ ἴσως πολὺ ἄλλοι πλὴν ὄρνις, id est, Nemo mortalium vidit thesaurum, nisi forsan si qua avis aliquam. Vide Suidam. ¶ Aves erate capere. Plaut. *in Asinar. a.* 1: Hoc unoexcepto, quòd non erate, sed retibus aves capiuntur. Vide Bud. *Miscellaneorum lib.* 1. *c.* 28. Noctrates, inquit, ruibi cùm nive tecta est humus, ab ea vacuas arcolas quasdam concinnant, in quibus superjecta crate, ordeum effundunt, variáque semina ad interfectandas aves spargunt. Ex verò sub ea desuper incumbente pascentes, fune qui machinam suspendit, clam laxato, omnes facilè opprimuntur.

Aviculâ, diminutivum, parva avis. ¶ ὀρνίθιον. Gall. *Oiselet, petit oiseau, poulet.* Ital. *Vccellino, augellino.* Germ. Ein vögelin. Hisp. *Avezilla, ò pequeña ave.* Angl. *A litle birde.* ¶ Gell. *lib.* 2. Avicula est parva, monente Catilia, nidulaturque in segetibus.

Aviarium, ille locus ubi aves domi nutriuntur, vel quo aves includuntur. ¶ ἰγνύα. Gall. *Voliere, lieu où on nourrit oiseaux, cage, maue.* Ital. *Luogo da tenere vccelli & volatili.* Germ. Ein vögeltratze/ oder hüs/ ein ort/ da man vögel zeuhet oder nehrt. Hisp. *Lugar donde se crian y tienen aves.* Angl. *A cage.* ¶ Cic. Varr. *lib.* 3. Nihil ei tristabat, præter ista cuaria, & ambulationem, & aviarium. Col. *lib.* 8. *c.* 1. Quæ nos similiter appellamus apum cubilia apiaria, vel nantium volucrum, quæ stagnis piscinisque tractantur, aviaria, vel etiam pecudum sylvestrium, quæ in moribus clausis custodiuntur, vivaria. ¶ Aviaria quoque a Virgilio dicuntur loca nemorosa, & secreta, quæ avibus abundant. Sic enim habet 2. *Georg.*

*Sanguine quæ incultæ rubent aviaria bacæ.*

Ubi Servius. Aviaria, secreta nemorum quæ aves frequentant.

Aviarius, qui curam avium gerit. ¶ ἰγνυοφύλαξ. Gall. *Oiselier, qui pense les oiseaux en volieres ou cages.* Ital. *Colui che tiene cura d'vccelli.* Germ. Ein vögelsträtzer/ oder pfleger. Hisp. *El que cria, ò guarda aquellas aves.* Angl. *He that hath the cuire of birdes, à poulter.* Col. *lib.* 6. *de Gallinis*: Sic tamen, ut illustria sint loca, quò commodiùs habitet aviarius. Dicitur & Avicularius.

Avitium, avium genus. ¶ Germ. Ein geschlecht. ¶ Apul. *Florid.* Iam pulchra avitas, quæ ex omni avitio longè præcellit.

Avius, a, um, quod longius distat à via, aut quod est sine via. ¶ ἄπλανης. Gall. *Sans chemin ny voye, esgaré.* Ital. *Senza via, isviato, disviato.* Germ. Ungewegsam/ unbetretten/ weg die von der rechten strass abgehen. Hisp. *Desaminado.* Angl. *Without a way.* ¶ Locus avius, Plaut. *Aul. sc.* 3. *a.* 4. Virg. *lib.* 2. *Georg.*

*Avia tum resonant avibus virgulta canoris.*

Salust. *in Iugurth.* Ipse nocturnis avius itineribus ignoratus, repentè Romanos palantes aggreditur. Lucr.

*Avia Pieridum peragro loca, nullius ante*
*Trita solo.*

Idem,

*Avium à vera longè ratione vagarier.*

¶ Avia, substantivè. Tacit. *lib.* 4. Postquam saltuosos locos attigerat, dimisso equo, per disrupta & avia sequentes frustratus est. Valer. 5. *Argonaut.*

*Hoc tibi tot casus, horrenda tot avia mensi*
*Cernimus.*

Per avia itinerum fugiens. Velleius.

Aula, Atrium, Regia, propriè est Principum domus ventris perflatilis; ut animadvertit Athenæus. ¶ אולם, בירה *aulam, birham.* Gall. *Vne sale, la cour du Prince, maison royale.* Ital. *Corte del palazzo, corte de Principe.* Germ. Ein Saal/ Fürstenhauss oder Königs hoff. Hisp. *Palacio de los Reyes, y grandes.* Angl. *An haule a Princes house, or palace, a court.* ¶ Unde apud Homerum loca subdialia hoc nomine intelliguntur. Verùm quoniam Principum ædes habere solent amplissima hypæthra, factum est ut aula pro regia ponatur. Seneca, Nutrissima vox est eius, qui in cultu regum consenuerat, quum quidam illum interrogaret, quomodo tarissimum rem in aula consecutus esset senem: Iniuriam (inquit) accipiendo, & gratias agendo. Aulæ genitivus apud Virgil. 5. *Æneid.*

*Aulæ in medio libabat pocula Bacchi.*

Aula pro domo Minotauri. Senec. *Hippolyt.* ¶ Antiqui Aulas dicebant quas nos Ollas, id est, vasa figulina, quibus cibaria coquuntur. Plaut. *in Amph.* Optimo iure infringatur aula cinevis in caput. ¶ Hujus diminutivum est Aulula, à qua Plauti comœdia *Aululavia* vocata est, hoc est, Parva olla. ¶ A quo rursus fit aliud diminutivum Auxilla, ut est author Festus. Vide *Olla.* ¶ Aula virginis, pro virginali secreto, apud Chrysolog.

Aulæ, vel Ollæ, operculum ollæ, seu aulæ: ut puteal, putei tegmen, ponitur pro quovis velamine. Varro *de R. R.*

¶ Aulanius, aulicus, palatinus, id est, minister palatii. Gloss. Isid. ¶

Aulicus, a, um, denominativum, quod ad Aulam pertinet. ¶ αὐλικός, αὐλικῶς. Gall. *De cour, de sale.* Ital. *Di corte.* Germ. Höfisch/ was in den hoff gehört. Hisp. *Cosa de palacio de grandes.* Angl. *Courtly, à courtiour.* ¶ ut Aulicus apparatus. Et Aulicus, substantivè. Quia aulæ sectator est assiduus. Suet. *in Neron. & in Calig. cap.* 19. Nam fortè accidit, ut in publica fame Alexandrina navis nunciaretur, pulverem luctatoribus auliticis adduxisse.

Aulix, αὐλών. Nauale Ciliciæ inter Tarsum, & Anchialem. Steph. ¶ ¶ Sunt & fistulæ cannulæ. Pap. ¶

Aulæum, aulæi: vel (quod magis in usu est,) Aulæa, orum, pluraliter, αὐλαία, ὁ τὰ αὐλαία. Sunt vela picturata, & versicolori textura spectabilia, quæ à Græcis πολυτελῆ καὶ ποικίλα nominantur, quibus in splendido aliquo apparatu parietes obtenduntur. ¶ Gall. *Tapis, tapisseries.* Ital. *Panno di razza, razzi.* Germ. Ein gewürcht oder gewürckt Tuch/ decke oder sergen/ Teppich. Hisp. *Manta de pared con figuras colgadura.* Angl. *Tapistrie, arras, hangings of houses.* ¶ ¶ Dicta Aulæa, ab aula Attali Asiæ regis, in qua primùm inventa sunt. Unde etiam Attalica aulæa vocantur. Propertius,

*Nobilis aulæis pertexit Attalicis.*

¶ Belluata tapetia, ζωωτὰ, dixit Plautus, à textura belluarum, quæ in aulæis intexuntur. Singularis numerus legitur apud Cic. *pro Cælio.* Deinde scabella concrepant, aulæum tollitur. Quia in ludis scenicis aulæum tendi solebat. Apuleius, Aulæum tragicum removeto: Virg. *in Georg.*

*Purpurea intexti tollant aulæa Britanni.*

¶ Legitur & Aulæa fœminino genere apud Q. Curtium, Nec quicquam (inquit) eorum quæ invicem iactata erant, Rex ignorabat, quum post aulæam, quæ lectos obduxerat, staret.

¶ Aulæum, tributum, ex quo solvebatur stipendium militibus aulam Principis servantibus. Buleng. ¶

Aulerci apud Cæsarem Galliæ celticæ populi sunt, ad Oceanum siti, inter civitates Armoricas. Orontius credit eos esse, quos hodie vocamus Rothomagenses, vulgò *Rean.*

Aulætes, Tibicen, Aulædus. ¶ חלל *chalél.* αὐλητὴς. Gall. *Chantre ou ioüeur de flute, menestrier.* Ital. *Sonatore di piffaro, cantore.* Germ. Ein Pfeyffer/ ein schwegler. Hisp. *Tañedor de flauta.* Angl. *A flutter, a piper, a minstrell.* ¶ Cic. *pro Murana*, Postquam id assequi non potuissent, illuc potissimùm sunt delapsi, ut aiunt, in Græcis artificibus eos auletas esse, qui citharœdi fieri non potuerint: sic nonnullos videmus, qui oratores evadere non potuerunt, eos ad iuris studium devenire. Hinc locus factus proverbio, Auloedus sit, qui citharœdus esse non possit. ¶ Fuit & Auletes cognomen Ptolem. patris Cleopatræ, qui præter reliquam vitæ mollitiem etiam choraulam exercuit, unde & nomen machus est. Hinc ab Alexandrinis regno exactus, ad Pompeium confugit: à quo Senatui commendatus est, & à Gabinio in regnum reductus. Autor Strab. *lib.* 17.

Aulēticus, a, um, αὐλητικός, hoc est, tibiis idoneus: ut Auleticus calamus. Plin. *lib.* 16. *c.* 36. Orchomenius est continuo foramine pervius, quem Auleticon vocant.

Aulētris, ¶ αὐλήτρις. Germ. Ein Pfeiffrin/ oder schwegelin. Angl. *A woman mistrell.* ¶ Mulier tibicina est. Nam αὐλὸς, tibia est.

Aulicoqua antiqui dicebant, quæ in aulis, hoc est, ollis coquebantur. Unde Aulicoqua extà dicuntur, in ollis elixa. Autor Festus.

¶ Aulio, nis. Gloss. auliones, αὐλητὰι, ab αὐλὸς tibia. ¶

Aulis, idis. αὐλίς, regiuncula est saxosa Bœotiæ, è regione Chalcidis oppidi Euboeæ, unà cum oppido ejusdem nominis, quod portum habet exiguum, quinquaginta non amplius navium capacem. Huc Græcorum classem convenisse ferunt, Troianis bellum illaturam: ibidémque maris tempestate retentum Agamemnonem filiam suam Iphigeniam Dianæ sacrificasse. Strab. tamen *lib.* 9. placet, non in hunc portum tam angustum Græcorum classem coactam fuisse, sed in alterum majorem & profundiorem, qui Tanagræorum vico proximior est. Meminit etiam Virg. *lib.* 4. inquiens,

*Nec gregem Danaûm Troianam exscindere gentem*
*Aulide iuravi*, &c.

Lucanus genitivum nominativo similem facit, dicens:

*Euripusque trahi cursum mutantibus undis*
*Chalcidicæ puppes ad iniquam classibus Aulim.*

Cuius meminit etiam Homerus *Iliad.* 2.

Aulius, fuit conditor Sinopis, & comes Iasonis, apud Straboncm: tertius athleta nobilis pancratiastes, cujus statuam in foro fuisse author est Pausanias. Meminit & Plin. hujus artificis *lib.* 34. *cap.* 8.

Aulœdus, ¶ αὐλῳδὸς. Germ. Ein Pfeiffer. Angl. *A minstrell*

*& pipes.* ¶ Qui fibris canit, quas Græci αὐλοὺς vocant. Cicer. *pro Murena*. In Græcis artificibus eos aulœdos esse aiunt, qui citharœdi fieri non possent. Emendati codices habent *Auletas*, non aulœdos.

Aulocrene, es, regiuncula minoris Asiæ, in conventu Apameno, per quam ab Apamia in Phrygiam itur. Ibi Plarenus ostenditur, ex qua pependit Marsia victus ab Apolline. Plin. *lib.* 16. *c.* 14. *& lib.* 15. *c.* 29.

¶ Auloi, vide *Vagnes*.

Aulon, apud Steph. αὐλὼν, urbs est Laconiæ, una ex centum, & alia Arcadiæ, & alia civitas, vel locus Cretæ: item Arabiæ locus, & alia à Crotoniatis condita, Caulonia etiam dicta. Hæc nimirum est quam in monte Calabriæ esse diximus. Vide infrà *Caulum*, & *Caulon*. ¶ Est & mons Calabriæ contra Tarentinum regionem, ferax boni vini. Mart. *lib.* 13.

*Nobilis & lanis, & Baccho fertilis Aulon.*

In eo est & oppidum ejusdem nominis. ¶ Est & nomen duarum urbium, quarum una est in Macedonia, alia in Cilicia.

Aumarium, latrina publica.

Aunicula, auctio minor supra fundum. Lege *Auctiuncula*. Gloss. Isid.

Avo Pomponio, Avus Ptolemæo, fluvius est Hispaniæ citerioris, qui Celtiberum populorum supra Bracatas & Gromos agrum alluit. Vide Melam *lib.* 3. & Ptol. *lib.* 2. *cap.* 6.

Āvŏco, as, Aliò voco, abstraho, averto. { תשיב *beschib.* ἀπαγω, ἀποστρεφω. Gall. *R'appeller, retirer.* Ital. *Chiamare altrove.* Germ. Hinweg berufften/ andern wohin berufften. Hisp. *Llamar à lugar.* Angl. *To call away, to with drawe.* } Lact. *lib.* 1. & ad studia pacis à rebus bellicis avocavit. Cicer. *pro Rosc. Amer.* Non necesse est omnes commemorare Curtios, Marios, denique Mamercos, quos iam ætas à præliis avocabat. ¶ Avocare concionem. Impedire ne haberatur concio. Gell. *lib.* 13. *c.* 14. Consul ab omnibus magistratibus & comitiatum & concionem avocare potest. Avocati à dolore spectaculis. Senec. *cap.* 18. *de consol. ad Helv.*

Āvŏcāri alicui, pro ab aliquo. Vlpianus *de noxali actione*. Nec obest ei quòd Seriana ei potest homo avocari.

Avocatio, verbale, ἀποστροφή, ἀναχώρησις. Ipse avocandi actus. Cic. 3. *Tusc.* Levationem autem ægritudinis in duabus rebus ponit: avocatione à cogitanda molestia, & revocatione ad contemplandas voluptates.

Āvŏcāmĕntă, οἱ ἀλλοτριωτικοὶ λόγοι τῆς ἀνδρὸς ἀφροσύνης. { Angl. *Pastime, any thinges that withdraweth the minne frome beawrneſſe.* } Sunt negotia jucundiora, sive solatia animum a mœrore avocantia, id est, revocantia. Plin. *in Epist.* Ego ergo suspensus pro homine amicissimo, dum admittere avocamenta, & cicatricem pati possit. Bud.

Āvŏlo, Aliò volo, seu aliò subitò discedo. { נדד *nadhadh*, עף *kúph.* ἀφίπαμαι. Gall. *S'envoler, se partir viste.* Ital. *Volare altrove.* Germ. Hinwegfliegen. Hisp. *Volar de lugar.* Angl. *To flee or go quiche lie to another place.* } Cic. *ad Attic.* Experiar certè ut hinc avolem.

Aūrā, senior ventorum flatus. { רוח *ruách.* αὔρα. Gall. *Vn petit vent doux, l'air.* Ital. *Aura, venco piacevole.* Germ. Ein sanffter luffe. Hisp. *Ayre, viento sotil y apacible ò resplandor.* Angl. *A sofe coole of wind the aire.* } Virg. *lib.* 4. *Æneid.*

——— *at illi*
*Dulcia compositis spirabat crinibus aura.*
*Ipse genæ nixus flammas excussit ab aura, i. à flatu,*

Ovid. 5. *Fast.*

*Vlla nec aëriæ volucris perlabitur auras,*

Tibul. *li*². 4.

*Isque per atherias me tollens advolat auras,* (aliàs, *umbras.*)

Catul. *de com. Beren.*

*Difficile est tamen hic remis uterò, an aura*
*Dicere* (Metaph.)

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Trist.*

*Dum tecum vixi, dum me levis aura ferebat,*

Idem *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.* ¶ Interdum ponitur pro splendore. Virgil. 6. *Æneid.*

*Discolor unde auri per ramos aura refulsit.*

¶ Interdum ponitur pro afflatu, & favore: quia quum flat aura æstate, videtur æstuantibus favere. Idem *ibid.*

*Iam quoque nunc nimium gaudens popularibus auris.*

Aura popularis. Quint.

*Et ita dum veniet mollior aura Deo.*

¶ Horatius per translationem posuit pro venustate, & illecebris mulierum, & quodam quasi philtro, quo illæ amantes ad se alliciunt. Sic enim habet 2. *Carm. Ode* 8.

*Te suis matres metuunt juvencis,*
*Te senes parci, miseræque nuper*
*Virgines nuptæ, tua ne retardet*
*Aura maritos.*

¶ Metaphora sumpta est à navigantibus, quorum cursum adversi ventorum flatus sæpe remorantur. Hinc Cicero proverbii specie dixit, *in Verr. act.* 6. Video quid egerim: erigit se, sperat sibi auram aliquam posse afflare in hoc crimine: id est, ostendi spem. Fit autem (ut quidam volunt) Aura ab aëre, quòd motus aer & splendorem faciat & ventum: & proculdubio Græcum est. Suidas, αὔρα ἀπὸ τοῦ πνεῦ. Aura, inquit, id est spiritus, vel si mavis, flatus. ¶ Auras Græcus genitivus, pro Auræ. Virg. 11. *Æneid.*

——— *nihil ipsa nec aurem,*
*Nec fonitus memor.*

Item Auras, pro auræ. Idem *Æneid.* 6.

*Ætherium sensum, atque auras simplicis ignem.*

¶ Aurula, parva aura. Tertull.

Auras, αὔρας, fluvius ab Haimo in Istrum defluens. Herod. *lib.* 4.

Aūrātă, χρυσόφρυς. Gall. *Dorée.* Ital. *Orata.* Germ. Ein rohte forell. Hisp. *Doradilla.* Angl. *A gilthead.* } Piscis qui ab auri colore nomen accepit, cujus amator Sergius, *Orata* cognominatus est, ut refert Macrob. quasi Aurata: sicut Plostrum, pro Plaustrum. Mart. *lib.* 13.

*Non emmis pretium, laudémque aurata meretur.*

Aūrēæ, sunt frena, quæ circa aures equorum religantur, imò pars habenæ, quæ circa aures ponitur. { *mesilia.* Gall. *Chaufrein.* Ital. *Testiere.* Germ. Das theil an dem zaum das vorn die ohren hat. Hisp. *Freno.* Angl. *The headſtaller of bridles that cometh ouer the forcheade.* } Fest.

Aureax, equus solitarius. Festo placet aurigam esse, sic enim scribit: *Aureax, auriga: aurea enim dicebatur frenum, quod ad aures equorum religatur, orea quæ orea cervicibus.* Auream equum singularem appellarunt, vel equitem singulatorem.

Aūrĕlĭa, æ, nomen matris Cæsaris Dictatoris, ut est videre apud Suet. *in Cæs.* ¶ Aurelia familia Romæ in primis celebris fuit. à Salonio (si Festo credimus) fontana, cui locus publicè designatus erat, in quo Soli sacra facerent. ¶ Ex hac, Aurelii plerique illustres Romani originem traxerunt, primùm Aselii dicti, sicut Papyssii, qui postea Papyrii.

Auricluleum, vide *Orichalcum.*

Auriflamma, vexillum est Gallorum. Extant Roberti Regis tabulæ in armario Abbatiæ Dionysianæ, datæ anno 996. mense Ianuario, regni sui primo, quibus narrat se ergà id monasterium liberalitate ulum ipse obtinendæ de hostibus victoriæ, referendæque in templum D. Dionysii *Auriflammæ*, vexilli illius martyris & sociorum Dei beneficio invicti.

Aūrīgā, gen. communis, secundùm Priscianum, quasi aureiga, qui, vel quæ aurem agit equum: aureax. { רכב *rachchab*, ἡνίοχος. Gall. *Chartier, cariolier.* Ital. *Carretiero.* Germ. Ein fuhrleher/ ein fuhrman. Hisp. *Carretero, ò el que rige el carro.* Angl. *A carter, a waine man.* } Quæ vox ab aurels agendis, sive regendis dicta videtur: sunt autem aurex (ut supra ex Festo docuimus) lora quædam, quæ circa equi jugalis aures religantur. Virg. 12. *Æneid.*

*Circumstans properi aurigæ, manibusque lacessunt*
*Pectora plausa canit.*
*Aurigam video vela dedisse vati* (i. gubernatori.)

Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 2. *Trist.*

¶ Aurigo moribus, ab auri colore, quem bilis toto corpore diffusa mentitur. ¶

Aurīgo, as, Currum rego. { ἡνιοχῶ. Gall. *Charrier, mener & gouverner une charrette.* Ital. *Menare, ò guidare la carreta.* Germ. *Den karren/ oder wagen füren.* Hisp. *Regir el carro.* Angl. *To drue a cart.* } Suet. *in Calig.* Nec ullis nisi ex Senatorio ordine aurigantibus. Idem *in Ner.* Mox & ipse aurigare, atque etiam spectari sæpius voluit. Aurigate. Suet. *in Calig. c.* 54. *& c.* 8. paucis aurigantibus. Et *in Ner. c.* 22. Et Gell. *c.* 1. *lib.* 14. Ducentibus stellis & aurigantibus.

Aūrigor, aris. Moderor rego. ἡνιοχεύω. Varro *Modis*, Natura aurigatur; non necessitudo. Ex Nonio.

Aūrigātio, nis, verbale. { ἡνιοχεία, ἡνίοχησις. Gall. *Conduite de charrette.* Ital. *L'ufficio di menar carro.* Germ. *Das fahren auff einem karren/ oder schlitten.* Hisp. *Obra de regir ò governar carro.* Angl. *Driving of a cart.* } Gell. *lib.* 7. *c.* 8. Quibus verbis, delphini amantis & pueri non abhorrentis consuetudines, lusus, gestationes, aurigationes refert.

Aūrigārĭus, { רכב *rachchab.* ἡνίοχος. Gall. *Chartier.* Ital. *Carretiero.* Germ. Ein karcher/ oder wagenmann. Hisp. *Carretero.* Angl. *A carter, a waine man.* } Videtur usurpari à Suet. *in Ner. c.* 5. pro eo qui curam habet instruendi aurigas in spectaculis. Perfidiæ verò, inquit, tantæ, ut non modò argentarios pretiis rerum coëmptarum, sed & in Prætura mercede palmarum aurigarios fraudaverit.

Aūripigmĕntum, i. { ὀρπιμέντον. Gall. *Orpin, arsenic.* Ital. *Orpimento.* Germ. Arsenick. Hisp. *Orpimiento.* Angl. *Arsenike, colour called, Orpin.* } Genus est coloris quod in Syria invenitur in summa tellure, auri splendore, sed fragile, lapidum specularium similitudine. Vide Plin. *lib.* 33. *cap.* 4. Duo autem sunt auripigmenti genera, quæ vide suprà in dictione *Arsenicum.*

Auriplices, vide *Ipsulites.*

Aūrĭs, is. fœm. gen. Pars capitis, qua vocem accipimus & haurimus. { ἀκοή, οὖς, ὠτός. Gall. *oreille.* Ital. *Orecchia.* Germ. Ein ohr. Hisp. *Oreja.* Angl. *The eare.* } Ab hauriendo dicitur, aspiratione detracta, quòd vocem accipiat, & quasi haurire videatur. Hinc Virg. 3. *Æneid.*

——— *vocémque his auribus hausi*, hoc est, intellexi.

Terent. *Phorm.* Astiti, animam compressi, aurem admovi. Aures suas clausit adversùs solatium. Senec. *c.* 2. *de consol. ad Marc.*

——— *nemo est cujus referatur ad aures,*

Ovid. *Eleg. ult. lib.* 4. *Trist.* Pendeant auditores auribus. Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Huc adhibete aures quæ loquar.

*Et tenuit nostras numerosus Horatius aures,*

Ovid. *Eleg. ult. lib.* 4. *Trist.* Aure explorata, non surda, nec jacenti. Ec ad aurem jucundiùs sonat. Gell. *cap.* 7. *lib.* 1. Ne id quod fabulantur in aures immittas tuas. Plaut. *Curc. sc.* 4. *a.* 3. Aure agrelli esse. Habeo aures, loquere quid vis. Idem *Milit sc.* 4. *a.* 2. In utrumvis oculum conquieseiro. C. Oculum utrùm, an in aurem: Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Fac vacuas ædes aurium, ut migrare dicta possint quò volo. *Ibidem sc.* 3. *a.* 1.

*Intentáque tuis precibus se præbuit auro,*

Tibul. *lib.* 4. Auribus hæc persuadenda sunt. Idem *Mil. sc.* 1. *a.* 1. Aurium ligamenta sunt ægrotorum. Item, Aurium tenus percipere. Quint.

*Aut ego præbebam factis modò versibus aures,*

Ovid. *Eleg.* 7. *lib.* 3. *Trist.*

*Nullus in hac terra, recitem si carmina, cujus*
*Intellecturis auribus uter, adest.*

Idem *Eleg. ult. lib.* 3. *Trist.*

——— *Nec qui*
*Auribus accipiat verba Latina suis,*

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.* Ad aurem invocare. Quint. Aures superbas habere. Liv. *lib.* 34. Ne hoc aures delicatas redderet. Quint. Secundis, & auribus adversis aliquid accipere. Liv. *lib.* 6. *ab vrb.* Aversis auribus, *lib.* 8. *d.* 4. Et secundis, *lib.* 2. *d.* 5. ¶ Alii à Græco αὐδὴ deduci malunt, quod vocem significet, quæ solo auxium instru-

mento

mento percipitur : aut certè à verbo Audio, ut Aures dictæ sint, quasi Audes. Intelliguntur autem hoc nomine tam cartilagines foris prominentes, quàm ipsa foramina. Lucret. *lib.* 6.

*solidita porrò, plenaque sonoribus aures.*

¶ Aures autem dicuntur in rebus inanimatis, quibus rem aliquam apprehendimus, quas alio nomine Ansas vocamus. Virg. 1. *Georg.*

*Bina aures, duplici aptantur dentalia dorso.*

¶ Hinc Inauris, ἐνώτιον, & Auritus, ἀτίων, de quibus infrà. ¶ Auribus provehi, ἀτὸς ἀγόμενος, dicitur quando audientes aliquid delectabile, laborem pedum non sentimus, tanquam aures nos vehant. Apuleius, Mr usque ad istam civitatis portam meis auribus provectus. ¶ Aures regiæ, ἀκοαὶ βασιλικαὶ, ministri regii renunciationibus delationibúsque præpositi. Idem *lib.* 1. *de Mundo*, Erant divisa officia in comitatu regio : sol & inter eos aures regiæ, & Imperatoris oculi quidam homines vocabantur, &c. Ubi & Otacustarum vocabulo talis casus inclinamento utitur. ¶ Ad ambas usque aures, ἐς τὰ ἐσχατώτατα πίμπλασθαι, impleri dicuntur qui supra modum ingurgitant se. Sumpta metaphora à vasculis ad ansas usque impletis. Extat apud Suidam. ¶ Cæcus auribus & mente, τυφλὸς τὰ τ' ὦτα καὶ τὴν γνώμην καὶ τὰ ὄμματα : id est, Tu simul & aure, & mente, & oculis excusas. Quadrat in hominem planè stupidum : est autem Sophoclis versus. ¶ Auris dextra tinniit. Quo significabatur alicubi sermonem de se absentibus factum cum laude. Idemque Plinius testatur, vulgò quandoque creditum fuisse, ut si laudaretur absens, ei dextra tinniret auris ; qui vituperaretur, sinistra. Lucianus *in Dialogo meretricio*. ¶ Ad deorum aures pervenit, Εἰς θεῶν ἦλθε λόγος. Vbi facinus aliquod clanculum patratum, refertur ab iis, qui possunt vel remunerari rectè factum, vel punire secus admissum. Simile est, Iovis auribus servare. ¶ Procul auribus nuntius veniat, μὴ ἐπὶ τῶν ἀκοῶν ἄγγελος ἔλθοι, id est, procul absit nuntius aure. Sermo deprecantis malè auspicatum. Suidas ex Callimacho citat Hom. Item *Iliad.* 6. ¶ Purgatis auribus, pro attentis & vacuis, proverbium sapit. Plaut. *in Milite*, Purgatis ambo damus tibi operam auribus. ¶ Ne ad aures quidem scalpendas otium est. Proverbialis est hyperbole, quum ne minimum quidem otii superesse significamus, Lucian. *in his accusato*. Οὐδ' ἐπὶ τὸν τυχόντα τοῦτον, ἵνα τὰ ὦτα κνήσωμαι, id est, Ac ne tantisper otiosus, ut aurem, sicut aiunt, scalpere vacet. ¶ Aurem vellere, veteres dicebant pro admonere, à prisco ritu sumpta figura, quo in ius vocantes quempiam aurem vellicabant, attestantes cum, quem quasi testem meminisse volebant. In utramvis dormire aurem, est animo otioso, secuto, vacuóque esse. Terent. *Heaut.* utitur eo, & Basilius *in epistola quadam*, sed malam in partem, ita ut supinam securitatem intelligi velit. Menander *in Plocio*, apud Gell. Ἐπ' ἀμφοτέρω τὼ ὑπολαμβάνω κνησμώ, id est, In aurem utramque, si dotata fuerit, est cubatura. Eodem sensu dixit Plin. In dexteram aurem.

Aūrĭcŭlă, quamvis diminutivi formam habeat, non tamen parvam aurem significat, sed exteriorem auris partem, aut certè mollem illam particulam, quæ etiam infima, vel ima auris appellatur. } Λοβός, ὠτίον. Germ. Einohrtdplin. Angl. *The lug.* { Cic. *ad Quintum Fratrem*, Ad inimicitias res venisset, si quum Esernino Samniti Facideianus comparatus videretur, auriculam fortassè mordicus abstulisset : cum Clodio quidem certè rediisset in gratiam. Adagium est quod convenit in eum qui quantumvis indigneturr, magis cupiat quàm possit lædere. Martialis tamen pro tota aure posuisse videtur, quum ait *lib.* 5.

*Auriculam Mario graviter mirabere olere :*
*Tu facis hoc, garris Nestor in auriculam.*

Auriculis rubentibus, mulier. Suet. *in Aug. c.* 69. ¶ Demittere auriculas vulgò dicuntur, qui sua spe frustrantur : & qui dejecto sunt animo. Auriculas super humeros habere, ait Plato *lib.* 3. *de Rep. c.* 10. τὰ ὦτα ἐπὶ τοῖς ὤμοις ἔχοντες : id est, Auriculas super humeros habentes, hoc est, animis dejectis & ægris. Flaccus,

*Demitto auriculas ut iniqua mentis asellus,*

quum gravius dorso subiit onus. ¶ Auricula infima mollior, hyperbole proverbialis in homines minimè iracundos, lenisque ingenio præditos : nihil est enim in humano corpore mollius, aut flexibilius leniúsque, quàm ea auriculæ pars, quæ nec ossi eligeat, neque cartilagine durescat, neque nervis intendatur. Cic. *ad Quint. Fratrem lib.* 2. Tu quemadmodum me censes oportere esse in rep. & in nostris inimicitiis, ita & esse & fore auricula infima scio molliorem. Vide Ammian. *lib.* 19.

Aūrĭcŭlārĭŭs, a, um, quod ad aures pertinet. { ὠτικός. Gall. *Des oreilles, ou des appartenances des oreilles.* Ital. *Cosa pertinente all' orecchie.* Germ. Das zu den ohren gehört. Hisp. *Cosa perteneciente à la oreja.* Angl. *That belongeth to the eares.* } Vnde auricularium specillum, chirurgorum instrumentum, quod curandis purgandisve auribus adhibetur. Auricularius clysterem. ὠτορρυτικὸν, instrumentum quo liquida collyria in aurem præcipuè infunduntur, apud Celsum *lib.* 5. *c. de fistulis scripto*, Per auricularium clysterem fistulam eluere. ¶ Pro Auricularius, dicitur etiam Auricularis, & hoc auriculare : ut, Verminatio auricularis, quum putridæ aures vermibus scatent. Et auricularis digitus, parvus, quo aures mundantur.

Aūrĭscălpĭum, instrumentum quo aures purgantur. { ὠτοξυστήριον. Gall. *Vn cure-oreille.* Ital. *Il cura orecchie.* Germ. Ohrengrâble. Hisp. *Instrumento para limpiar las orejas.* Angl. *An eare pike.* }

Aūrītus, a, um, Magnis aures habens. { ὠτώδης. Gall. *Qui a grandes oreilles, bonne ouye, & attentif à ouyr.* Ital. *Chi ha grand' orecchie, buona udita, & attento ad udire.* Germ. Der grosz ohren hatt. Hisp. *Cosa de grandes orejas, ò que las inhiesta, ò que oye mucho.* Angl. *That hat great eares, that heareth wel.* Virg. 3. *Æneid.*

*Auritósque sequi lepores.*

¶ Auritus item dicitur qui bene audit. Horat. *lib.* 1. *Car.*

*Deftus auritis fidibus canoris*
*Ducere querelas.*

¶ Auritus populus, id est, aures intentas habens. Plaut. *Asin.* Face omnem auritum populum.

Aūrōrā, æ, Prima dici lux, qua sub Solis adventum aër illustratur. { ἠὼς, ἕως, ἠριγένεια, ἠῶ, ἠῶθεν, ἠῶθι, ἠῶιος, ἠῶος, ἠῶς, ἠῷος, ἠῷόθεν, ἠῷόθι, ἠῷος, ἠῷόθεν, ἠῷόθι, ἠῷος, ἠῷόθεν, ἠῷόθι

bapta. Auraria negotium. Idem *in Bacch.* Auraria fodina, ubi foditur aurum: quæ & Aurifodina dicitur. { χρυσωρυχία. GALL. *Miniere ou mine d'or.* ITAL. *Miniera da cavare oro.* GERM. Ein goltgrubm. HISP. *El minero de donde se saca el oro.* ANGL. *A golde mine.* } Plin. *lib.* 34 *cap.* 4. Vide *Aurifodina.* Auraria flatura. Varro *apud Non.*

Aūrāri, Aurifices, qui aliquid ex auro conficiunt, aut inaurant. { χρυσοχόοι, χρυσοπλάστης. GALL. *Orfevres.* ITAL. *Orefici.* GERM. Goldschmidt oder vergülder. HISP. *Plateros que labran en oro.* ANGL. *Goldesmythes, gilders.* } Aurarii etiam fautores dicuntur, teste Sex. à nomine Auro, quod nonnunquam pro favore accipitur.

Aūrĕus, subst. tivum: Numisma est ex auro cusum. { χρυσοῦς, χρύσεος. ANGL. *A noble, in golde.* } Plin. *lib.* 33. *c.* 10. Inimane tabulæ pretium accipit, aureos mensura, non numero. Aureus autem valet viginti quinque denarios, sive centum sestertios nummos, quum denarius quatuor esset sestertium. Vide Hotomanum *in suo Lex.* & Antonium August. *lib.* 1. *cap.* 9.

Aūrĕus, a, um. quod ex auro est confectum. { χρυσοῦς, χρύσεος. GALL. *D'or, fait d'or.* ITAL. *Cosa fatta d'oro.* GERM. Guldin, was von gold gemacht. HISP. *Cosa de oro toda maciça.* ANGL. *Golden, made of golde.* } Cic. 4. *Philipp.* Sedebat in rostris Cæsar, in sella aurea coronatus. Ædes tuæ totæ confulgebant quasi essent aureæ, Plaut. *Amph.* Scin' quod hoc sit spatium, nescio nisi aureum pici aureos montes colunt. Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 4. Statuam auream ex auro Philippæo. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 3. Illum ducis cum armis aureis. Idem *Milit. sc.* 2. *a.* 1.

*Ex Ariadnæis aurea temporibus fixa corona fertur,*
Catul. *de com. Beren.* ¶ Item quod auri colorem habet. Virg. 3. *Ecl.*
*Aurea mala decem misi, cras altera mittam.*

¶ Interdum idem quod pulchrum. Idem 10. *Æneid.*
——— *at non Venus aurea contrà*
*Pauta refert.*

¶ Aureo piscari hamo dicuntur, qui mediocris commodi cupiditate periculum adeunt, ut maximarum rerum faciant jacturam. Fit enim nonnunquam ut piscis hamum etiam ipsum secum auferat. Commemoratur inter facete dicta Octavii Cæsaris à Suetonio. ¶ Aureos montes polliceri, χρυσᾶ ὄρη ὑπισχνεῖσθαι, proverbialis hyperbole, de iis qui immensa promittunt, spe quæque amplissimas ostentant: à Persarum arrogantia ducta, qui propter auri venas montes aureos jactabant. Plaut. & Terent. ¶ Aureæ compedes, χρυσᾶ πέδαι, proverbiali metaphora dicitur Servitus splendida & amabilis: qualis est ferè aulicorum vita. Diogenes in epistola quadam scripsum reliquit, Aristippum in aula regia aureis teneri compedibus, ne posset avolare. Horat. *de amica formosa.* Tenetque grata compede vinctum. ¶ ¶ Aureus numerus dicitur cyclus paschalis decem-novennalis, vel propter præstantiam eius, quod sine ullo labore lectoris terminum paschalem & novilunia in calendario ostenderet tempore Diocletiani & Constantini Magni, sive (quod verisimilius) quia auro notaretur in fastis. Scal. *lib.* 3. *Canon. Isagog.* ¶ Aurea barba, Iovis & Neptuni insignia ornamenta. Turn. ‖

Aūrĕŏlus, a, um, diminutivum ab adjectivo Aureus. Aureolum collum, auri colorem referens. Varro 3. *de re rust. c.* 9. Aureolus libellus. Cic. 4. *Acad.* Malum aureolum, Catull.

Aūrĕŏlus, substantivum diminutivum ab aureo nummo. Martial. *lib.* 5.
*Qui crepat aureolos, fortasse non erit.*
Idem *lib.* 10.
*Aureolos ultrò quatuor ipse petit.*

Aūrĕōsus, adject. ut aurosa arena. Lamprid. *in Helio-ab.* Scopæ auri porticum straverit & argenti, dolens quod non posset & electri. Idque frequentes quacunque fecit iter pedibus usque ad equum, vel carpentum, ut sit hodie in aurosa arena.

Aūrĕsco, is, χρυσοῦμαι, χρυσαυγῶ. Varro *de lin. Lat.* Auroram splendorem Solis existimant, seu matutinum splendorem, eo quòd ab igne Solis, aut auro æther aurescit.

Aūrichalcum, compos. ex ære & auro, sive quòd colorem habeat aureum, inquit Festus. Vide *Orichalcum.* ¶ Sed aurichalcum nunquam fuisse in rerum natura, & Aristotelis & Hesychii authoritate probatur: hujus verba sunt hæc, Ὀρείχαλκον, τὸ νῦν ὀρειχάλκινον λεγόμενον, οὐκ ἦν πάλαι ἐπιγνωστὸν ἀνθρώποις. Vide Scal. *in Fest.*

Aūricŏmus, qui auteos crines, seu aurea coma habet. { χρυσοκόμης. GALL. *Qui a les cheveux jaunes comme or, qui a le chef doré.* ITAL. *Biondo.* GERM. Das goldin har hatt oder goldgel. HISP. *El que tiene cabelladura de oro.* ANGL. *Which hath heare of the couloure of gold.* } Vide Phœbus vocatus est auricomus. Batavus auricomus. Sil. *lib.* 3.

Aūrĭfer, a, um, quod fert aurum. { χρυσοφόρος. GALL. *Portant or.* ITAL. *Che produce oro.* GERM. Das gold tregt. HISP. *Cosa que tiene, ò lleva oro.* ANGL. *Which bringe ther beareth gold.* } Unde aurifera flumina dicuntur, Tagus in Hispania, Padus in Italia, Hebrus in Thracia, Pactolus in Asia, Ganges in India. Aurifera arbor, Cic. 2. *Tusc.* Auriferum nemus, Plin. *lib.* 4. *c.* 1. Aurifera terra, Mart. *lib.* 12.

Aūrĭfex, ficis faber aurarius, qui auri laborandi artifex est. { χρυσοτέχνης. GALL. *Orfevre, affineur d'or.* ITAL. *Orefice.* GERM. Goldschmid. HISP. *Platero que labra oro.* ANGL. *A goldsmyth.* } Cic. 1. *Orat.* Ad ea probanda, quæ non aurificis statera, sed quidam populari trutinâ examinantur. Plin. Velut aurificum arte alternis intexta foliis candicantibus margaritis. Fallio. Phrygio. Aurifex, Lanarius. Plaut. *Aul. sc.* 5. *a.* 3. Hoc spinter ad orificem deferas, jubeàque reconcinnarier. Idem *Men. c.* 3. *a.* 3. { ut } Pallam ad Phrygionem, & spinter ad aurificem ferres. *Ibid. sc.* 3. *a.* 4.

Aūrĭficīna, { ANGL. *A goldsmythes shoppe.* } Pro aurificis officina.

Aurifodina, locus unde effoditur aurum. Plin. *lib.* 33. *c.* 4.

Aurifodina, & Auraria, in antiquo Lexico χρυσωρυχεῖον. Vide *Auraria.*

Aurifrigium. Lecti aurifrigiis ituri, apud Helmoldum, i. e. Stragulis textis Phrygio opere factis, & auro intertextis. Est ergo quasi Auri-Phrygium, Iob. de Vvvvrcem. *in not. ad epist.* 23. *Sidonii lib.* 9. ‖

Aūrĭfŭr, qui furatur aurum. { χρυσοκλόπος. ANGL. *Pykke fleabith gold.* } Plaut. Et mihi hic aurifur est.

Aūrĭgĕr, a, um adject. χρυσοφόρος, ut auriger taurus. Cic. à. *de Divin.*
*Aurigeri divum placantes numina tauri.*
Arbor aurigera. Valer. Flac. *Argonaut.*

Aūrigo, { ANGL. *The iaundu.* } Scribonio Largo à fellis, sive bilis suffusione color aureus, ἴκτερος. Hippoc. ἴκτερος: morbus regius Horatio, & aliquatus. Cels. *lib.* 3. *c.* 24. { GALL. *Jaunisse.* ITALI. *Trabuco di pele.* GERM. Die Gelsucht. HISP. *Ictericia.* } Eò morbo qui laborant, ἰκτερικοί, Ictericidicuntur, Hor. Aurigo dici morbus ipse etiam Bilis suffusio, à Plin. vocatur.

Aūrĭlĕgus, qui aurum legit, id est furatur, χρυσολόγος, χρυσοκλόπος.

Aurilegulus, in antiquo Lexico, χρυσολογεῖον. Auriplices, vide *Ipsiplices.*

Aūro, as, { χρυσόω. GERM. Vergülden. ANGL. *To gilde.* } Aurum superponere, à quo Deauro, & Inauro. Unde auratum, inauratum, deauratum. ¶ Auri vitrique ab aurea vitra. Goldglas.

Aurugia, quasi auri rugia, id est, sculptura, ubi aurum scalpitur. Pactol. ‖

Aūrūnca, Latii civitas, ab Ausone Ulyssis & Calypsûs filio condita: à qua Aurunci dicti fuerint veteribus Latii populi, quorum meminit Plin. *lib.* 3 *cap.* 5.

Ausa, civitas est Hispaniæ. Ptolem.

Aūscaripĕdam dixerunt veteres pro vermiculo piloso, qui solet in fœdide nascentibus cum multis pedibus, teste Var. *lib.* 6. *de L. L.* Sed vide ibi Scal.

Ausci, populi sunt Aquitaniæ in Gallia. Plin. *lib.* 4. *c.* 19. vulgò *Auscb.*

Aūscŭlāri, veteres pro osculari dicebant: & ab osculo, hoc est, parvo ore deducitur, quod auscula dicebant. Festus.

Aūscŭlto, um accusat. vo significat Audio, & diligenter attendo. { שָׁמַע, שׁמוֹעַ, תַּשְׁמִיעוּ *hi Ivrith.* ἀκροᾶσθαι. GALL. *Escouter.* ITAL. *Ascoltare, udire, star' attento.* GERM. Zuhören, zuhorchen, aufmercken. HISP. *Oyr escuchando, escuchar.* ANGL. *To hearken, to give goode eare unto.* } Hinc illud Catonianum, Auditis enim, non auscultatis, tanquam pharmacopolam. Vestra ad auscultandum benignitas, sæpè de argumento Comœdiæ. } Plaut. *Mil. sc.* 1. *a.* 1. Libenter te auscultem loqui. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Auscultate, atque opetam date. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Hunc auscultabo lubens. Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 4. Qui gestant, quique auscultant crimina. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Ego dicam, ausculta. Idem *Most. sc.* 2. *a.* 1. Hinc auscultemus quid agat (i. spectemus.) Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 2. ¶ Ausculta & perpende, ex Homer. Conveniet quoties significabimus nos aliquid dicturos quod ad rem pertinerat, quodque ratum ac certum futurum sit. ¶ Aliquando obedio, sed cum dativo, πείθομαι. Terent. *in Andr.* Pamphilumne adjurem, an auscultem seni. Si rectè facias, auscultes mihi. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 2. Vicine, ausculta quæso: Egon' auscultem tibi? Idem *Merc. sc.* 6. *a.* 2. In te adversatur animo auscultes (i. credas.) Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Omnes qui mihi auscultabant (i. volent credere.) Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. ¶ Item Aspicio, cerno. Afran. *Privigno* (ut citat Nonius,) Ludos hinc auscultavi procul. ¶ Auscultabitur, Impersonale, Plaut. *Merc.* Excusato me fecisse sedulò ad portum meretes, dicoiam tibi. C. Auscultabitur. ¶ Hinc auscultatio, ἀκρόασις. Auscultator, ἀκροατής, verbalia.

Aūsĕr, vel Auseris, fluvius est Hetruriæ, non procul à Luca. Strab. *lib.* 5. Æsarem vocat. Vulgò *Serchio.*

Ausigda, νῆσος, urbs Libyæ (Hecatæus insulam esse scribit.) Steph.

Ausim, ausis, ausit, ponitur pro Audeam, audeas, audeat, τολμάω. Liv. *in Proœmio lib.* 1. *ab Vrbe,* Nec si sciam dicere ausim. Virg. 2. *Georg.*
*Ausim vel tenui vitem committere sulco.*
*Ausim, vel rapidas ausim mansisse per undas,*
Tibul. *lib.* 4. Qui me hodie præsentem ausit indignè prævortier; pro Ausus sit. Plaut. *Amph. sc.* 3. *a.* 4. Hunc non ausim præterire. Idem *Aul. sc.* 4. *a.* 3. Mars haud ausit dicere. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 1.

Aūsŭs, Ausus, & Ausum, ἀποτολμηθείς, τόλμημα. pro temerè præsumpto accipiuntur. Maro:
*Hæc ubi promeritis & talibus imprecor ausis.*

Ausitis, idis, οὐσῖτις, regio quæ Hebraicè dicitur עוץ *hutz*, seu Hut, id qua natus est Iob. Ab Aus, uno ex filiis Esau dictam tradunt, quam alii in Idumæa, alii in finibus Arabiæ & Idumææ collocant.

Aūsŏnĭa, αὐσονία. olim pars Italiæ dicebatur, in qua sunt Beneventum, & Cales: ita dicta, teste Festo, ab Ausone quo fam Ulyssis & Calypsûs filio, qui & Aurunicam tradunt condidisse. ¶ Hujus regionis incolæ propriè Ausones, αὐσονες, dicti sunt, & Ausonii, quanquam id nomen postea totæ Italiæ fuerit communicatum. Ausonis, idis. Ovid. 2. *Fast.*
*Capuaque erat lyricis Ausonis ora fonis.*

Aūsŏnĭus, αὐσόνιος. Sophista, scripsit epistolas & alia quædam ad Nonnum, ut ait Suidas. ¶ Fuit & Ausonius poeta Gallus, patria Burdegalensis, cujus extant epigrammata & opuscula quædam. Ausonius, a, um.
*Ausonia matres nuruque.*
Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*
*Dum seris Ausoniâ carmina tuta Lyrâ:*
Idem *Eleg. ult. lib.* 4. *Trist.*

Aūsŏnium mare, αὐσόνιον πέλαγος, ἡ αὐσονία θάλασσα, Ionii maris pars est, quæ ab Orientali Siciliæ parte usque ad Salentinos extenditur, ita tamen divisa sinus, ut ex Polybii sententia ait Plin. *lib.* 3. *c.* 5. & 10. Strab. *lib.* 5. alio nomine Siculum mare vocari testatur. { GERM. Das meer so von auffgang an Sicilien ist. } Ausonium autem dictum putatur, ab Ausonibus populis, qui eo in tracta primùm habitarunt authore Plin. *lib.* 3. *c.* 10. quod tamen loco jam citato negat Strabo. Festus ab Ausone quodam Ulyssi & Calypsûs filio mari huic nomen factum existimat.

Aūspex, icis, propriè dicitur qui ex avium volatu, cantu, aut pastu futura divinat: quem & Augurem appellari, supra ostendimus. { οἰωνοσκόπος. GALL. *Pronostication, Augure.* ITAL. *Pronosticatore.* GERM. Ein weissager. HISP. *Devinador por agueros de aves.* ANGL. *A southsayer, à geser.* } Cic. *ad Attic. lib.* 1. Latores & auspices legis eamtæ. Auspices autem in omnibus ferè rebus, publicis & privatis

scil. negotiis adhibebantur. Nam & in nuptiis adhibebantur contrahendis, ut de nuptiarum successu auspicia sumerent. Unde apud Suetonium *in Claud. cap.* 26. legimus Sporum puerum Neroni nupsisse, dote inter auspices consignata. Cic. *pro Cluent.* Nubit genero socrus nullis auspiciis. Liv. *lib.* 2. *d.* 5. Nuptiæ velut auspiciibus nobilissimis populis deductæ. Qua de causa falsum est, quod hic antea scriptum erat, Auspices etiam vocari pronubos, qui à parte mariti in nuptiis adhibentur, quemadmodum pronubæ ex parte sponsæ. ¶ Auspicem præterea vocamus, cujus ductu, & authoritate aliquid geximus. { Angl. *A fore man, a guide.* } Horat. *lib.* 1. *Carm. ode* 7.

*Nil desperandum est Teucro duce, & auspice Teucro.*

Aūspiciālis, e, quod ad auspicium pertinet, *augurale, auspicale*: ut, Auspicialis piscis, qui aliquid portendit, aut significat futurum. Plin. *lib.* 32. *cap.* 1. Alii legunt *Auspicalis.*

Aūspicium, Augurium, divinatio sumpta ex gestu, vel cantu avium, cujus inventionem Tiresiæ Thebano affingit Plin. *lib.* 7. *cap.* 56. { *divination, augurie.* Gall. *Consideration des choses à venir pour contempler & observer le vol ou cry d'oyseaux, ou telles choses.* Ital. *Auspicio.* Germ. Ein vogel schauung/ weyssagung. Hisp. *El aguero tomado de las aves.* Angl. *Gessing à signe or token showed by birdes of fine or to come.* } Dictum Auspicium, quasi Avispecium, ab avibus spectandis: quemadmodum Augurium, quasi avigarrium, ab avium scilicet garritu, quem auspicantes observabant. Partim ductu, partim auspiciis suis. Suet. *in Aug. c.* 21. Auspicium excusat militem. Gell. *cap.* 4. *lib.* 16. Auspicia majora quæ dicantur. Idem *c.* 14. *lib.* 13. Auspicium excusat militem. Idem *c.* 14. *lib.* 16. Opus est meliore auspicio. Veni huc auspicio malo. Plaut. *Aul. sc.* 2. *a.* 3. Ne malo cum auspicio nomen commutaveris { *à la mal heure.* } Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 2. Quantum ex augurio auspicii intelligo. *Ibidem sc.* 2. *a.* 2. Imperio atque auspicio heri Amphitruonis expugnatum oppidum. Item, ductu, imperio, auspicio suo. Idem *Amph.* Auspicia turbare, aut retinere, vel vitiare. Gell. *cap.* 4. *lib.* 13. Ave smittra, auspicio liquido. Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Cic. 2. *de Divin.* Nihil publicè fiue auspiciis, neque domi, neque militiæ gerebatur. Auspiciorum duo fuisse genera Dion narrat: unum fine obnunciatione: alterum cum obnunciatione. Utroque genere potestas agendi cum populo tollebatur: primò, vel si nulla omnino signa de cœlo monstrarentur, nec obnuntiaretur quidquam: altero quum cœlesti aliquo signo viso, quod publicam calamitatem portendere videretur, obnüntiaret is, qui aspicabatur, ei qui agere cum populo vellet. Utrumque genus, lege lata, sustulit P. Clodius Trib. Pleb. Ciceronis inimicus: de quo sic in oratione pro Sextio. Iisdem Consulibus sedentibus atque inspectantibus, lata lex est, ne auspicia valerent, ne quis obnuntiaret, ne quis legi intercederet. Ex commentariis Ælai *in oratione pro Sextio.* ¶ Sumitur etiam latiùs, ut ad alia divinandi genera extendatur. Cic. 1. *de Divin.* Fulmen optimum auspicium habetur, si sinistrum fuerit. ¶ Ponitur & pro ductu, fortuna & authoritate. { Angl. *Conducte or dispositon of a captaine, autheritie.* } Virg. 5. *Æneid.*

*En huius, nate, auspiciis illa inclyta Roma*
*Imperium terris, animos æquabit Olympo.*

¶ Nonnunquam etiam pro imperio & potestate. Idem 4. *Æneid.*

*Communem hunc ergo populum, paribúsque regamus*
*Auspiciis.*

¶ Dicimus &, Meis auspiciis, pro meo arbitrio, meo Marte, meisque præsidiis. Virg. 4. *Æneid.*

*Me si fata meis paterentur ducere vitam*
*Auspiciis, & sponte mea componere curas.*

Aūspicōr, aris, Auspicia sumo, de cœlo servo, ex avium cantu gestúque futura divino, de rei eventu aves consulo. { *augurer.* Gall. *Considerer par les oiseaux, deviner, commencer quelque chose.* Ital. *Augurare, comminciare.* Germ. Auff die vögel achtung geben/ vnd etwas weyssagen. Hisp. *A devinar por agueros, commençar.* Angl. *To devine, by birdes.* } Cic. 1. *de nat. deor.* Gracchus quum pomerium transiret, auspicari est oblitus. ¶ Et quoniam veteres nihil nisi auspicato gerebant, fit ut auspicari dicamus pro incipere, & negotium aliquod aggredi. { Angl. *To beginne, or interprise a bussinesse.* } Suet. *in Aug.* Militiam auspicantibus non tribunatum modò legionum, sed etiam præfecturas alarum dedit, i. militiam incipientibus, & felici auspicio inchoantibus. Auspicari iurisdictionem præfecti. Suet. *in Neron. cap.* 5. Auspicatis Reip. ominibus Livium duxit uxorem. Velleius. Col. *lib.* 12. Possit ab Idibus Ianuariis auspicari culturarum officia.

Auspicātus, nomen ex participio, *auspicatus*, felix. Quint. *lib.* 10. *c.* 1. Itaque ut apud illos Homerus, sic apud nos Virgilius auspicatissimum dederit exordium, id est, felicissimum. Catul. 42.

*Quis illos homines beatiores*
*Vidit iquis Venerem auspicatiorem?*

Aūspicō, as. antiqui dixerunt, pro Auspicor. Plaut. *in Persa.* Ego auspicavi in hunc diem. Idem *in Rud.* Non hodie illi auspicavi rei. Nonius. M. Cato *de consulatu suo*, Postquam auspicavi atque exercitum adduxi ponè castra hostium, &c. Sosipat. *Instit. Gram. lib.* 11. Item Gell. *cap.* 2. *lib.* 3 ubi de ratione auspicandi.

Aūspicātò, & Auspicābiliter, adverb. Auspicio sumpto, augurato. { *auisiner.* Gall. *A la bonne heure, de bonne fortune.* Ital. *in buona hora.* Germ. Glücklich. Hisp. *Con buena dicha y aguero.* Angl. *Fortunatlie, luckelie.* } Cic. 2. *de Divin.* Romulus urbem auspicatò condidit. Idem *pro Dejotaro*, Nihil Dejotarus, nisi auspicatò gerit. ¶ Sumitur nonnunquam pro Feliciter. Terent. *in Andr.* Haud auspicatò me huc appuli. ✠ Hujus compositum est inauspicatò, hoc est, infeliciter, vel nullo auspicio prævio.

Auster, ventus meridionalis: ab hauriendis aquis dictus, licèt non aspiretur in principio. { *temán.* Gall. *Vent de midy.* Ital. *Vento austro.* Germ. Der Südtwind von Mittag. Hisp. *Viento de mediodia.* Angl. *The sudwind.* } Nam nebulosus atque humectus est: unde etiam Græcè cadem ratione *ὑετὸς* appellatus: quoniam *ὗς* Latinè humor dicitur. Virg. 4. *Georg.*

*Frigidus ut quondam Sylvis immurmurat Auster.*

Ovid. *Eleg.* 10. *lib.* 1. *Trist.*

*Anthyadas flavis housserat Auster aquis.*

¶ Pro tempestate apud Job *cap.* 9. Qui facit Arcturum, & Oriona, & Hyadas, & interiora Austri, sive ut Septuag. reddidere, promptuaria, quia inde venti proruunt cum imperu[m] procedunt. ¶ Ventus hic ob violentiam floribus est inimicissimus, hinc locus factus proverbio. apud Maronem in carmine Bucolico, Floribus austrum, fontibus apros immisi, ubi quis optat nocitura. ¶ Austrum perculi, inepte. Linè hîc ex Plauto legebatur. Nam in loco Plauti laustrum legendum est, non Austrum. Vide *Percello.* ¶ Ab Auster fiunt duo adjectiva, Australis, & Austrinus, *νοτιος.* Cic. *de somn. Scip.* Duo sunt habitabiles, quorum Australis ille, in quo insistunt, adversa vobis urgent vestigia. Plin. *lib.* 18. *cap.* 26. Pyrus & amygdala, etiamsi non pluat, sed nat. austrinum cœlum, atque nubilum, florem amittunt.

Austrinis tempestatibus tentari { i. austro. } Suet. *in August. c.* 81. Colum. *lib.* 11. *cap.* 1. Pilcis austrinus desinit occidere.

Aūstrio, as. Humecto, *νοτίζω.* Plaut. Austriati ad ignem sedere.

Austērus, a, um, { *קשה kasché.h. αὐστηρὸς.* Germ. *Sawr/ rauch.* Angl. *Sowre, crabbed, rude, severe.* } Immitis, subacerbus, qualis est sapor fructuum qui nondum plenam maturitatem sunt consequuti. Differt autem ab Acerbo { ut docet Plato *in Timæo*, & Gal. *lib.* 3. *de fac. simpl.* } tanquam minus à majore: utraque enim gustata adstringunt & contrahunt linguam: minùs tamen eam exasperant, quæ austera sunt. Hinc Austerum vinum dicimus, quod vulgus *viride* appellat. ¶ Per translationem accipitur pro duro, aspero, gravi. Horat. *in Serm.*

*Molliter austerum studio fallente laborem.*

Propert. *lib.* 3. *Eleg.*

*Qui velet austeros arte ferire viros.*

Austēritās, atis, ✠ Suavitas. { *קשה kesché.h, קשי késchi, קשיות késchiout, קשיונה.* Gall. *Austerité, aspreté, rudesse.* Ital. *Austerità, asprezza, severità.* Germ. Rauthe/ herbe/ strenge. Hisp. *Aguilla aspereza terrante al gusto.* Angl. *Rudnesse, severitie.* } Quint. *lib.* 12. *c.* 1. Non austeritas eius tristis, non dissoluta sit comitas.

Austērè, adverb. Duriter, severè. { *αὐστηρῶς.* Gall. *Austerement, asprement, rudement.* Ital. *Austeramente, asperamente, duramente.* Germ. Einsthafftiglich. Hisp. *Asperamente.* Angl. *Sowerlie, rudelie.* } Cic. *pro Murena*, Artamen agit mecum austerè & Stoicè Cato.

Austrana, insula est in Oceano Septentrionali, aliàs Glossaria dicta. Plin. *lib.* 4. *cap.* 33.

Aūstrĭa, regio est Germaniæ ad Danubium, olim Pannoniæ superior dicta, Metropolim habens Viennam, frequentibus Turcarum oppugnationibus nobilitatam. { Germ. Osterreich. }

Austrum, vide *Haustrum.*

Ausugani, populi sunt inter Feltriam & Tridentum, ab Ausugo oppido dicti, nunc Vallis Sugana vulgò appellari solet, ubi lanæ copia fit.

Aūt, Conjunctio separativa. ¶ a Græco *αὖ αὖ*, rursus, item, iterum. ¶ { *Or, ou.* Gall. *Ou.* Ital. *Overo, overamente.* Germ. Oder. Hisp. *O.* Angl. *Ather.* Virg. 1. *Æneid.*

*Aut onera accipimus venientum, aut nomine facto*
*Ignavum fucos pecus à præsepibus arcent.*

Quid tibi est mecum, aut tecum? Aut, *τί μοι καὶ σοί.* Plaut. *sc.* 3. *a.* 5. Non ancillæ tibi, aut servæ respondent, pro Et, Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 4. Sibique aut materiæ, pro Et. Idem *Mostel. sc.* 2. *a.* 1. ¶ Aliquando dubitativa: ut, Aut librum volo, aut pretium. ¶ Si semel subjiciatur, diminutiva est: ut apud Virg. 1. *Æneid.*

*——— submersásque obrue puppes,*
*Aut age diversas, & disjice corpora ponto.*

Quod enim gravissimum erat, Iuno primùm optabat, ut scilicet submersas puppes obrueret; aut si id gravius videretur, ut saltem in partes diversas eas disjiceret. ¶ Aliquando conjunctiva, ut apud eundem 9. *Æneid.*

*——— me primam absumite ferro,*
*Aut tu magne pater divûm miserêre.*

Autander. *αὐτανδρος*, filium habuit Tagitam. Steph. *in Tauribus.*

Autariatæ, *αὐταριάται* Stephano, populi in Illyrico bellicosissimi, qui quum Triballos, & Ardiæos vicinos suos debellassent, postea à Scordiscis attriti, & tandem à Romanis penitus deleti sunt. Autor Strab. *lib.* 7.

Aūtem, pro Sed, sive Verùm. Conjunctio est tantùm subjunctiva. { *או, אבל abal, אמנם, אפוא.* Gall. *Mais, or, ains.* Ital. *Ma.* Germ. Aber. Hisp. *Mas, però.* Angl. *But.* } Valla: Verò, & Autem, idem significant, & eodem in loco poni possunt, antecedente utique aliqua dictione; nunquam enim ab his sententia incipit. Collocantur autem frequenter, ut nusquam referantur, sed tantùm distinguant sententiam à sententia. Hactenus Valla *lib.* 2. Terent. *in Adelph.* Æschinus otiosè cessat, prandium corrumpitur: Ctesipho autem in amore est totus. Autem inter multas copulativas ponitur, quasi respirationis causa. Cic. 2. *de nat. deor.* Tum autem rursus aperiuntur, tum recedunt, tum antecedunt, tum autem subsequuntur, tum celeriùs moventur, tum tardiùs. Illa illum nescit, neque compressam autem pater. Plaut. *Anl. prolog.* Quid tristis es? Quid autem ille abs te natus desiderit? pro, Item. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 5. Ille me observat canis, pòst autem ille hircus, *ibid. sc.* 1. *a.* 1. Ecce autem, vide *Ecce.* Tum autem, vide *Tum.* Autem utimur, quum verbum iam dictum reperimus cum interrogatione, corrigentes quod minus nobis dictum videbatur. Cic. *Attico*, Sed ferendus tibi in hoc meus error: ferendus autem? imò verò etiam adjuvandus. Bud.

Autho, Alcionei gigantis filia fuisse perhibetur, quæ ob dolorem paternæ necis cum reliquis sororibus se in mare præcipitavit. Sex autem Alcionei filiæ fuisse creduntur, Pausania, Authe, Asterie, Aleippe, Methone, & Drimo, quæ ob desiderium patris ab Hercule occisi, quum in mare se dejecere vellent, in Alcyones aves sunt mutatæ. Apud Suidam tamen, unde hæc videntur esse descripta, *Αὐθὼ* legitur, non *Αὐτὼ*.

¶ Authenta, *αὐθέντης*, qui seipsum interimit. ¶

Authēntĭcum, { *αὐθεντικὸν.* Gall. *Authentique & approuvé par gens d'autorité.*

*d'autherité.* Ital. *Authentico, approbato.* Germ. Verpflichtet/ angenommen. Hisp. *Cosa que tiene autoridad.* Angl. *Authentik, approved.* } dicimus, Græcos sequuti, quod Latinè Authorstum diceremus. Hinc lex authentica, & decretum authenticum, quod multorum authoritate comprobatum est.

Aũthĕpsà, { αὐθέψα. Germ. Ein ärdener hafen. Angl. *A brasen pot wherein meate is solden with litle fire.* } Ollæ genus fuit genus, ita dictum, quasi per seipsum coquens, quòd tam artificiosè factum esset, ut minimo supposito igne facilè bulliret. ¶ Meminit hujusmodi ollæ Cic. *pro Sext. Rosc. Amer.* cujus tantum pretium fuisse dicit, ut prætereuntes, eo audito, totum rudum vasculum arbitrarentur.

Author, lege in nomine *Auctor* in *Augeo.*

Aũthŏrĭtās, est pondus & eminentia quædam, vitæ probitate, scientiâ, ætate, meritis, potentiâ, vel honoribus parta, cujus gratiâ dictis factisque alicujus plurimùm deferimus. { יכוחיה *tochelith* יתרון *jithron* מעלה, יתרון. Gall. *Authorité, dignité, credit, pouvoir.* Ital. *Autorità, potestà, gravità, forza, credito.* Germ. Ansehen/ gewalt/ wirdigkeit. Hisp. *Autoridad.* Angl. *Authoritie, prehemynence.* } Cic. 2. *de Divin.* Hunc ergo antepones Platoni? qui ut ratione non redderet, authoritate tamen hos minutos philosophos vinceret. Idem *lib.* 1. *ep. famil.* Nos eo minorem in causa authoritatem habemus, quòd tibi debemus. Authoritatem Deorum non explevit Polycletus, i. decus augultum fotmæ. Quint. ¶ Item Authoritas pro sententia, Liv. *lib.* 2. *d.* 4. Idem *lib.* 1. *ab Urbe*, Nec ante moverunt de sententia Consulem, quàm Tribuni se in authoritate Patrum futuros esse polliciti sunt. Cic. *Philip.* 1. A vobis peto, ut si sequi minus audebit is orationem atque authoritatem meam, benignè me tamen, ut fecistis, adhuc audiatis. ¶ Authoritas quoque titulus est, sive ius quo quid possidemus, apud Iurisconsultos. Legis veteris Atiniæ verba sunt: Quod subreptum erit, eius rei æterna authoritas esto. Gell. *cap.* 7. *lib.* 17. Item evictio, sive periculi præstatio. Paulus *lib.* 2. *Sentent. c.* 17. Venditor si eius rei quam vendiderit, dominus non sit, pretio accepto authoritatis manet obnoxius, id est, evictionis. Melius fortasse scriberetur sine aspiratione, à Græco pronomine αὐτὸς. Vide suprà in *Auctor.*

Aũthŏrārĕ, est aliquem sacramento & stipendio astringere; & propriè de militibus dicitur. { ὁρκωτίζω, ὁρκωτῶ. Gall. *Obliger par quelque bienfait, ou par serment & gages recevoir, comme gendarmes.* Ital. *Obligar' alcuno col sacramento.* Germ. Verpflichten/ mit eyd oder belohnung. Hisp. *Obligar alguno entrepuesto juramento.* Angl. *To bind one by covenant.* } Suetonius. De legendo, vel authorando milite, ac legionum, & auxiliorum discretione. Cic. *in epist. famil.* Quia quum depressus in ludum, bis gratis depugnasset, authorari sese nolebat, & apud populum confugerat. ¶ Auctorare se gula dicitur gladiator cùm pugnat ut saginetur. Et de ea re plura vide apud Quintil. *declam.* 303. Populo Rom. victoriam, partibus suis extidium, sibi mortem pessimo authoravit exemplo. Velleius. ‖ ✕ Exauthorare, liberare. ‖

Aũthōrāmēntum, sumitur pro obligatione, nexúque, ac veluti stipendio, pretióque eius qui sit authoratus, id est obligatus. { ὑπόσπονδος. Gall. *Guerdon, ou bienfait, par lequel on est esmeu & quasi obligé à faire quelque chose.* Ital. *Premio, guiderdone, obligo per lo quale alcuno si mette à fare qualche impresa.* Germ. Sold/ belohnung. Hisp. *Obligacion de alguno, entrepuesto juramento, à otra cosa.* Angl. *Obligacion wher by one is bound to serve, an Indenture.* } Cic. *lib.* 1. *Offic.* Mercedem aut esse authoramentum servitutis. Ubi authoramentum capitur pro illa obligatione, qua mercenarius accepta mercede cogitur servire. Seneca *ad finem operis*, Magno authoramento labor pervenit. Idem *epist.* 70. Nullum sine authoramento malum (mox, mercede.) Velleius: Iugulati civis publicè authoramentum constituere (i. præmium cædis.) Et, Authoramentum funeris (i. merces cædis Ciceronis.) Idem Vell. authoramento centum revocati rudierit. Suet. *in Tib. cap.* 7. Authoramenta impudentiæ. Apul. *Apol.* 1. Authoramenti verba, Vri, vinciri, ferro necari. Senec. *epist.* 57.

Aũthŏrātŭs, Authoramento obligatus, mercede conductus: quod nomen ad gladiatores refertur, qui vitam suam venalem habent, villique mercede ad apertissima pericula fese addicunt. ἀποδόμενος. ¶ Huic opponitur Exauthoratus, hoc est, authoramento solutus. Plin. *lib.* 14. vindemiatorem authoratum dixit, hoc est, mercede conductum, & sublimitate virgis pericli tantem. Idem *lib.* 36. populum Romanum Authoratum appellat, in spectaculis periclitantem, instar gladiatorum. Authoratus proditor dictus, quasi obligatus. Liv. *lib.* 7. *d.* 4. Authoratum sibi proditorem ratus. Manil. *lib.* 5. *Astronomicon*, ministros perpetuo quasi epitheto Authoratos vocat, tanquam perpetuos mercenarios, obligatósque dominis, à quibus mercede comparantur: sic enim ait,

*Atque authoratos in tertia iura ministros.*

Sic Servius dixit solos parentes habere potestatem authorandi.

Autini, αὐτῖνοι, Hiberniæ populi sunt Ptolemæo.

Autocanes, mons ponitur ab Homero *in Hymnis.*

Aũtŏchthŏnes, αὐτόχθονες, Epitheton est Atheniensium, & aliorum nonnullorum populorum, quasi indigenæ, & in eodem nati solo quod incolant, eúmque terræ primi cultores, utique illi sedes, eadem sit & origo. Cic. *Attic. lib.* 7. Curius autem ipse sensit quantum vellet à me diligi, & eo sum admodum delectatus, & mehercule est, quàm facilè diligas: αὐτόχθων in homine urbanitas, i. est ingenita, nativa.

Aũtŏdĭdactŏs, αὐτοδίδακτος, qui seipsum magistrum habet, qualis fuit Divus Augustinus Ecclesiæ Doctor eximius.

Autographum propria manu scriptum. { αὐτόγραφον. Gall. *Escrit de la main de celuy qui en est autheur.* Ital. *Scritto di propria mano.* Germ. Eigne handgeschrifft. Hisp. *Escritura de su propria mano.* Angl. *The authours owne write.* } Vnde Autographa epist. αὐτόγραφοι ἐπιστολαί, apud Suet. *in Aug. c.* 7. & 87. ipsius manu scripta significatur. ¶ Autographa verò rescripta.

Aũtŏlĕcythŏs, { αὐτολέκυθος. Angl. *A begger.* } Mendicus, scurra. Nam ληκύθου, est mercedis olei, αὐτὸς ipse: quoniam non aliud possideat, aut sunt. Vide Erasmi Adagia.

Aũtŏlycŭs, αὐτόλυκος, fur maximus perhibetur: avus paternus Simonis, & maternus avus Vlyssis. Mart. *lib.* 8.

*Non fuit Autolici tam picata manus.*

Autolycus quis. Plut. *in Lucul.* Alter fuit Parnassi incola, de quo Strab. *lib.* 9. Scribit, quo à furto victorum bona surripuerit.

Autololēs, αὐτόλολοι, populi sunt Africæ ad Atlantem montem. Vide Plin. *lib.* 5. *c.* 1. & Silium *lib.* 3.

*Necnon Autololes levibus gens ignea plantis,*
*Cui semper cursu consensit incitus amnis*
*Tanta fuga est.*

Automalax Prol. *Automata* Strab. Castellum est in intimo Cyrenaïci sinus recessu situm. Sunt qui hodie *Estam* vocari credant.

Aũtŏmăta, αὐτόματα. Sunt instrumenta arte mechanica ita subtiliter fabricata, ut sua sponte, nullaque apparente causa moveantur: qualia sunt horologia, machinæque versatiles; αὐτόματον enim interpretatur ultroneum, & sua sponte. Meminit Suetonius *in Claud. cap.* 34. Scribit Vitruv. hydraulicas machinas & aquarum expressiones automatas à Ctesibio primo reperias fuisse. ¶ Mors naturalis & fatalis dicitur à Demosthene αὐτόματος, quasi sua sponte, & nulla extrinsecùs vi coacta.

‖ Automătĭus, a, um, αὐτόματος, ἡ, ὁν: αὐτόματος, ὑ. vi, ultroneus, ab αὐτὸς, & ut videtur, μάω, temerè. ‖

Aũtŏmĕdon, Nomen auriga Achillis. Virg. 2. *Æneid.*

—— *& equorum agitator Achillis*
*Armiger Automedon.*

Aũtŏmŏlæ, sive Automoli, αὐτόμολοι, A Græcis dicuntur profugi. { Angl. *They which fleet haraay.* Pompon. scribit, Æthiopum alios vocari à vitæ spatio Macrobios: alios, quia ex Ægypto advenere, Automolas: ita enim Græci profugos appellant.

Aũtŏnŏē, ης, ἡ Αὐτονόη, Cadmi Thebarum conditoris, & Hermiones filia fuit, & Actæonis ex Aristæo mater, qui & ipse à nomine matris, Autonoeius vocatur ab Ovid. *lib.* 3. *Metam.*

Aũtŏnŏmĭa, αὐτονομία, libertas vivendi suis legibus.

Aũtŏnŏmŭs αὐτόνομος, qui vivit suis legibus.

Aũtŏphōrus, αὐτόφορος. A Iureconsultis vocatur fur manifestus, qui scilicet in ipso furto, aut cum re furtiva, antequàm quò destinaverat, pertulisset, est deprehensus. Veteribus enim Græcis φῶρ vocatum est, quem recentiores αὐτόφωρον vocant.

Aũtŏpўros, αὐτόπυρος, Epitheton panis, ex quo furfures non sunt sublati, quasi totum in se triticum, non imminutum habens. Cels. *lib.* 2. *c.* 17. Firmius est triticum, quàm milium: idipsum, quàm hordeum: & ex tritico firmissima silago, deinde similà: deinde cui nihil ademptum est, quem Autopyron Græci vocant, infirmior est ex pollinè: infirmissimus cibarius panis. Ex quibus Celsi verbis satis constat, non eundem esse panem autopyron cum eo, quem Cicero Cibarium vocat. Autopyros enim (qui & à Galeno appellatur) is est, ex quo nihil neque pollinis, neque furfuris excretum est. Cibarius verò dicitur, cui bona pars pollinis adempta est, quique magna ex parte furfuraceus est, quem Paulus Ægyneta ἀπύρους videtur appellare.

‖ Autor, vide *Auctor.*

Autoschediasma, αὐτοσχεδίασμα, opus ex tempore & tumultuariè factum, quòd est mox. ‖

Autricum, αὐτρίκον, apud Ptolem. *lib.* 2. *c.* 8. Galliarum urbs esse creditur, quæ vernacula lingua *Chartres* appellatur, à Cæsare Carnutum.

Aũtumnŭs. { קיץ *kâjits*, ὀπώρα, θερινοπωρινός. Gall. *L'automne.* Ital. *Autunno.* Germ. Herbst. Hisp. *Otoño.* Angl. *The harvest, or harvest time.* } Una ex quatuor anni partibus, inter æstatem & hyemem media, qua vindemia fit, & arborum fructus colliguntur. Vide etiam ab augendo quidam autumnum dictum putant, quòd eo tempore coctis fructibus, agricolarum opes maximè augeantur. Virg. 1. *Georg.*

*Quid tempestates Autumni, & sydera dicam?*

Idem 6. *Æneid.*

*Quàm multa in sylvis Autumni frigore primo*
*Lapsa cadunt folia.*

¶ Pulchrorum etiam autumnus pulcher est, τῶν καλῶν ὀπώρα καλή. Metaphora proverbialis nata ex Archelai apophthegmate, quod ab eo dictum Plutarchus refert in Euripidem, qui jam pubescentem æque exoletum Agathonem in convivio suaviabatur. Quadrat igitur in ea, quæ quum naturâ sint egregia, ne tum quidem lasciviendi videntur quum matuuerint. ¶ Autumnum, in neutro genere, pro Autumnus. Varro *Ephemeride navali*: Et autumnum ventosum fuerat. *Apud Non.* Et autumnal pro eodem, apud eundem.

Aũtūmnĭtās, Autumni tempestivitas: sicut Olivitas, quando olea legitur, ὀπωρινότης. Cato *de re rust. c.* 5. Circum oleas autumnitate ablaqueato. Idem *cap.* 156. Prima autumnitate, quam pluvia est, tum maximè ab aqua periculum est. Varro apud Non. Bromia autumnitas, id est, tempus vindemiæ.

Aũtūmnĭus, a, um, ut Æquinoxium autumnum. Plin. *lib.* 19. *c.* 6. Autumnalis tempestas, i. autumnalis. Gell. *cap.* 7. *lib.* 19. Molli tempestatis autumnalis die.

Aũtūmnālĕ, adjectivum, ὀπωρινός, ut, Tempus autumnale. Varr. *lib.* 1. *c.* 39. Nonne videmus alia florere vernotempore, alia æstivo: neque eadem autumnali, quæ hyberno? Autumnal dixit Varro linguæ Latinæ magister eximius: ut, Æquinoctium autumnal. Autor est Sosipater *lib.* 1.

Aũtūmo, as, Existimo, censeo, affirmo. { אמר *amár*, חשב *chésbem.* ὑπολαμβάνω. Gall. *Estimer, juger, penser, croire & affirmer.* Ital. *Stimare, pensare, credere & affermare.* Germ. Achten/ Schetzen/ meinen. Hisp. *Juzgar, pensar, creer, estimar.* Angl. *To judge, think, believe.* } Cic. *in Topic.* Bene quam meritam esse autumas, dicis. Plaut. *Mostel. sc.* 2. *a.* 5. Quem tu misisse eam epistolam autumas? Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Faxo ut neget se esse qui sit, & me esse autumet. *Ibidem sc.* 6.

*se.*1. *a.*4. Quatuor viros sopori se dedisse autumat. Idem *Amp.* ( Ut narrat, ) *ibid.* Egomet mihi non credo, cùm illæc illum autumare audio. Hic quidem quæ illic res sunt gestæ, memorat memoriter. *Ibidem se.*1. Audistin' me illic dicere ea, quæ illa autumat? Ut te volo esse mihi autumo, ( I. duco. ) Idem *Capt. se.*1. *a.*2. Si vera autumas. *Ibid. bis, se.*1. *a.*4. Et falsa autumas, *se.*2. *a.*5. Idem, Nisi hoc ita factum est, perinde ut factum esse autumo, non causam dico, eum quin simules probè. Vide Gell. *lib.*15. *c.*3.

‖ Autargos, rusticus: Autargicon, multitudo rusticorum. L. gr. b.

Autargia, manus operatio: Autargus, per se ipsum manu operans. ¶ Item prædia rusticorum. ‖

Avus, patris, vel matris pater. { πάππος. Gall. *Ayeul, pere grand.* Ital. *Avolo.* Germ. Großvatter. Hisp. *Abuelo.* Angl. *A grandfather.* } Ab ævo nominatus, quòd patre antiquior sit: vel à Græco αὐός, quod siccum significat & aridum. Aut certè a verbo αὔω, quod inter cætera significat clamo, strepo. Est enim ætas illa clamosa, & impensiùs loquacior. ¶ Hinc proavus, προπάππος, avi paterni, vel materni pater, quòd sit prope avum. Abavus, ἀππάππος, proavi paterni, vel materni pater. Tritavus, quasi Terratavus quòd quartus sit ab avo. Post tritavum majores πρόγονοι, πρόπατορες dicuntur. Ibi majores mei sunt fati, pater, avus, proavus, abavus. Plaut. *Merc. se.*4. *a.*2. Nego novisse patrem meum. Idem dicam si avum vis adducere. Idem *Sten. se.*1. *act.*1.

Avus, ἄος, fluvius Thesprotiæ, ad quem Paravei populi habitant. Steph.

Avunculus, nomen diminutivum, quod non servat significationem integri, sed est matris meæ frater. { θεῖος μητρός, μητραδελφός. Gall. *L'oncle du coté de la mere, le frere de la mere.* Ital. *Zio da lato di madre.* Germ. Meines mutter bruder. Hisp. *Hermano de la Madre, Tio.* Angl. *The uncle bythe mothers side, à mother brether.* } sic dictus, quòd æquè tertius à me, ut avus est, sed non ejusdem iuris: ideóque vocabuli facta diminutio est, perinde ac minor avus. Vel dicitur Avunculus, quòd avi locum teneat, & proximitate tueatur sororis filios: quemadmodum frater patris, à patre Patruus, πατραδελφός, εἶον θεῖος πατρὸς appellatur, quòd sit quasi alter pater. Unde & ipsi fratrum ac sororum filii nepotes ex sorore dicuntur. Cicer. 3. *de Fin.* Eámque controversiam disjudicabis, quæ mihi fuit cum avunculo tuo, divino ac singulari viro. Avunculus major, τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ μείζονος. Theophilo, est aviæ maternæ frater. Persius, Major avunculus exit. C. Cæsar avunculus major Augusti. Velleius, Mox Avunculus tantùm. Item Suet. *in Aug. c.*7. avunculum majorem Augusti vocat C. Cæsarem: erat enim aviæ materteræ frater, ut constat ex *cap.*4. Is adolescentis illius est avunculus. Plaut. *proleg. ad.*

Avia, patris, vel matris mater. { γρᾶ μεγάλη. Gall. *Aveule grand, soit du coté du pere, ou de la mere.* Ital. *Avola, à paterna, à materna.* Germ. Großmutter. Hisp. *Abuela de padre, ó de madre.* Angl. *A grandame, a grandmother.* { Cic. *de Aurusp. respons.* Tete Cn. Lentule, cujus abavia Matri Deûm manibus effet accepta, spectatorem esse voluit.

Avitus, a, um: quod ab avo, aut avia ad nos pervenit, { πάππιος, πάππινος. Angl. *That is left by ancestours, ancient.* { Cic. *in Verrem.* Nulla res cujusquam tam patria, atque avita fuit, quæ non ab eo imperio ibius adjudicaretur.

*Et cinis in tumulo positus jacuisset avito.*

Ovid. *Eleg.*3. *lib.*4. *Trist.*

‖ Aux, augis, variè usurpatur apud Astronomos, præcipuè tamen significat punctum circumferentiæ excentrici longissimè distans a terra. Ad quod terminatur linea ex centro mundi per centrum excentrici ad circumferentiam ejusdem ducta, cui directè contrarium punctum oppositum dicitur *Angis.* ‖

Auxaria, secreta nemoris dicta sunt, eo quòd ibi frequentant aves, secundùm Isidorum 17. *etymol. c.*6. sed malè: legitur enim *Aviaria.*

Auxilium, lii, Subsidium, adjumentum, quod & opem Latini dicimus. { עזר *Ezer. Eadem.* Gall. *Aide, secours.* Ital. *Ajuto, aite.* Germ. Hülffbeystand. Hisp. *Ayuda.* Angl. *Aide, helph, succour.* } Cic. antequam iret in exilium. In meis miseriis divinum aliquod auxilium, & numen ostenditur. Idem *pro Rabir.* Dii quorum ope & auxilio hæc Respub. gubernatur. En eger auxilio, qui non tulit. Ovid. 13. *Metam.* Spero me inventurum tibi auxilium argentarium. Plaut. *Pseud. se.*1. *a.*1. Auxilium ut feras obsecro mihi, qui abripiet. Idem *Curc. se.*1. *a.*5. Arripe opem auxiliúmque properè. Idem *Merc. se.*2. *a.*1. Adest auxilium, ne time ( laboranti puerperæ. ) Idem *Amph. se.*1. *a.*5. Affum auxilio tibi & tuis. *Ibid.* Obtestor mihi auxilio sitis. Idem *Aulul. se.*6. *a.*4. Spes, opes, auxilia segregant. Idem *Capt. se.*3. *a.*3. Tibi auxilium in jurejurando tulit Jupiter. Idem *Curc. se.*1. *a.*2. propè adest exitium mihi, nisi quid in te mihi est auxilii. ¶ Accipitur & pro ipsis militibus, qui alicui auxilio mittebantur. Cicer. 6. *Philipp.* Non ut ex ea acie auxilium haberemus, sed ut ipsa acies subsidium haberet etiam transmarinum. ¶ In qua tamen significatione frequentiùs utimur plurali numero: idem *in rarad.* Magna equitum & peditum auxilia. Idem *pro Deiotaro.* Et imperatoribus nostris auxilia mitteret. Cæsar 1. *de bell. civil.* Magnos equitatus, magna auxilia. Ubi auxilia sunt peditum copiæ. Dictum autem putatur Auxilium ab augendo, quòd vires eius augeat, cui accedit. ¶ Post bellum auxilium, μετὰ τὸν πόλεμον ἡ βοήθεια. Quoties seriùs adhibetur remedium. Refertur à Suida. ¶ Auxilio venire, pro venire auxiliatum. Salust. *Jugurth. bell.* Ratus id quod negotium poscebat, Jugurthum laborantibus suis auxilio venturum. ¶ Differunt autem aliquo modo auxilium, præsidium, & subsidium. Nam auxilium repentinum est, & ex improviso venit: Præsidium est quod imponitur, & ad custodiam collocatur: subsidium, quod subest deficientibus, in quorum locum succedit. Cœs. Fronto *de diff. vocab.* ¶ Antiqui etiam Auxiliatum pro auxilio dixerunt. Lucret. *lib.*5.

*Alitum pene genus alii omne videmus*
*Et lene, & à pennis tremulum petere auxiliarum.* Ex Nonio.

Auxilio, as, are. Diomedes *lib.*1.

Auxilior, aris. Adjuvo, auxilio sum: & dativo construitur. { עזר *Ezer. Adjuvit, secourir, donner aydo, confort & secours.* Ital. *Aiutare, aitare.* Germ. helffen, handreichung thun. Hisp. *Ayudar, ó traer gente para ayuda.* Angl. *To help, to succour.* } Terent. *in Adelph.* Ut si omnes cupiant, nihil ibi possint auxiliari. Auxiliari contra aliquid. Plin. *lib.*24. *c.*12. Spinæ albæ semen contra scorpiones auxiliatur. ¶ Reperitur & in terminatione activa pro significatione passiva, Auxilio pro Auxilior: ut, Gravus adversùs Furium: quibus ego primum cum auxilio. Refert Diomedes Gram. *lib.*1.

Auxiliaris, & Auxiliarius, Opifer, medicinalis, suppetias ferens. { עזרי *Ezeri. Adjutor.* Angl. *Succourable, qui aide.* Ital. *Aiutatore d'altri.* Germ. Schützlich, der da hülff beweiset. Hisp. *Ayudador.* Angl. *That helpeth.* } Plin. *lib.*13. *cap.*1. Vimque & acrimoniam ex his factam, auxiliarem contra eandem vim habent. Asinius Pol. *Ciceroni*, Militem non modò legionarium, sed ne auxiliarium quidem ullum quoquam misi. ¶ Auxiliaris cohors, apud Cicer. *de provinciis consular. suo.*

Auxiliator, verbale, pro Patrono, qui auxiliatur. Quint. *lib.*12. *cap.*3. Et ipse litigantium auxiliator egebit auxilio.

Auxiliatus, ut suppetiatus, pro Auxilium. Lucr. *lib.*5.

Auxilium, Olim parvulum antiqui dicebant, ut inquit Festus.

Auximum, Οὐξιμον. Piceni urbs: à qua Auximates populi dicti sunt, quorum meminit Plin. *lib.*3. Vulgo *Osimum* dicitur.

‖ Auximum, Romanum, Latinum. Ilid. Glos.

## AX.

Axamenta, vel assamenta carmina quæ à Saliis in universos homines componebantur. Festus.

Axantos, insula est in Oceano Septentrionali post Hyberniam. Plin. *lib.*4. *cap.*16.

‖ Axapides, pedites Turcici. Lex. gr. b. ‖

Axaté, antiqui pro Nominate posuerunt. Festus.

Axenum mare, ἄξενος θάλασσα, olim dicebatur, quod hodie Ponticum, & Euxinum dicitur. { Germ. Das ungehewr Pontisch meer von wegen der grausamkeit der umbligenden völckern. } sic à truci accolarum barbarie appellatum, ἄξενος enim inhospitalis est. Nam ut Strab. *lib.*7. tradit, solebant Scythæ mactis hujus accolæ, hospites immolare, eorumque carnibus vesci, calvisque uti loco poculorum. Ovid. *de Ponto.*

*Frigida me cohibent Euxini littora Ponti:*
*Dictum ab Antiquis Axenus ille fuit.*

Axia, ἀξία, urbs Locrorum Ozolorum, ab Axia filia Clymeni. Est & alia Italiæ. Steph.

Axiacæ, ἀξιακαί, populi sunt Sarmatiæ Europææ, inter Tyran & Borysthenem amnes, Peucinis & Carpianis proximi. Ita dicti ab Axiace fluvio ex Peucinis jugis nascente, qui Carpatho monte adhærent. Hos autem populos justissimos fuisse tradit Pompon. *lib.*2. ut qui furti omnis ignari, nec sua custodirent, nec aliena contingerent. Meminit & Plin. *lib.*4. *c.*12. & Ptol. *lib.*3. *cap.*5.

Axiaces, ἄξιος, fluvius est Sarmatiæ Europææ, in Peucinis jugis nascens, qui Carpatho monti cohæret: à quo vicini populi Axiacæ nominati sunt, ut docet Mela *lib.*2. Ptol. *lib.*3. *c.*5. & Plin. *lib.*4. *c.*12.

‖ Axicia, forfex quo secantur capilli, quasi exicia, ab exico, pro exsico. Turneb. *lib.*29. *c.*27. Plaut. *in Curcul. se.*4. *a.*4. Lamb. legit *excusia*, & interpretatur parvas scopas, quibus excutitur pulvis è vestibus. Germanis Reibbürste / quas dicimus scopulas vestiarias. ‖

Axiculus, diminutivum, ἀξίδιον, parvus assis, sive asser. Col. *lib.*6. *c.*19. Ita ut à posteriore parte, quæ latior est, velut in caveam quadrupes possint induci, nec exire alia parte, prohibentibus adversis axiculis. Vitruv. *lib.*10. *cap.*2.

Axiès, mulieres dicebantur, sive dii unà agentes. Festus in *Axitiosi.*

Axilla, { עצילות *hatsilah.* κοιλία. Angl. *The arme hole.* } Locus concavus subter brachium, ubi nascuntur pili. Quidam putaverunt diminutivum esse ab Ala. Cic. tamen *in Orat.* autor est. Alam potiùs ex Axilla contrahi, sublata asperitate literæ x, ut ex Maxilla Malam, & ex Paxillo Palum.

‖ Axillatio, obtruncatio per ignominiam extremitatum, & earum suspensio axillis obtruncatarum. Cerda. ‖

Axim, pro egerim. Pacuvius *Periboea*, Ut quæ egi, ago, vel axim vertunt bene. Nonius.

Axinomantia, ἀξινομαντεία, genus magicæ divinationis per dolabellas securésque, quas Græci ἀξίνας vocant. Plin. *lib.*36. *c.*19. *de gagate lapide.* Hoc dicuntur uti Magi in ea quam vocant Axinomantiam.

Axiochus, ἀξίοχος, nomen Athenientis cujusdam clari, quem Plato *in lib. de morte contemnenda*, unà cum Socrate disputantem introducit, fortè quòd Socrates illi fuerit familiaris.

Axioma, { כלל *chelal.* ἀξίωμα. Gall. *Autorité, sentence, une maxime.* Ital. *Dignita, sentenza, parlar perfetto & intero.* Germ. Ein vollkommene spruch. Hisp. *Dignidad, sentencia.* Angl. *A principle or generall of any art.* } Dignitas, & amplitudo propter honores gestos, aut magistratum; vel etiam authoritas, quam δόξαν Græci vocant. Dictum Axioma, à verbo Græco ἀξίω, quod inter cætera significat Dignum judico. ¶ Axiomata item à Dialecticis dicuntur disciplinarum principia, & propositiones quædam demonstrabiles, quæ in communi sensu conceptúque versantur, neque ulla egent probatione, sed per seipsas fidem faciunt: cujusmodi est illud, Quæ sunt æqualia eidem, inter se quoque æqualia esse necesse est. ¶ Accipitur item Axioma pro oratione perfecta, veri aut falsi significativa, quam Cicero nunc Pronuntiatum, nunc Effatum, Varro Pronatum, & Proloquium appellat: nonnulli ex recentioribus Propositionem nominant: cujusmodi sunt, Annibal Carthaginem delevit. Gell. *lib.*5. *cap.*8. Et omnino quicquid ita dicitur, plena, atque perfecta verborum sententia, ut id necesse sit aut verum, aut falsum esse, id a Dialecticis ἀξίωμα appellatum est. ¶ Quidam in hac significatione vertunt Dignitas, quod & apud Prisciannm legas. ¶ Est præterea Axioma, quod alii Adjunctum, alii Connexum dixere, συνημμένον ἀξίωμα: nonnulli ex recentioribus Propositionem hypotheticam appellavere. Cujus generis sunt hæc, Si Plato ambulat, Plato movetur.

Si

Si dies est, solest super terram.

Axiomatico sum. qui publica functione & dignitate in Ecclesia utuntur.

Axion, ἄξιον, frater fuit Alphesiboeæ, quæ Alcmæonis nupsit, à quo Alcmæon ipse interfectus esse creditur, vel ut sentire videtur Ovid. à filiis Callirhoës.

Axis, digitum illud teres, circa quod rota currit vertitur. { ציר beriach ephan. ἄξων. Gall. *Le bois rond autour duquel les roues d'un chariot tournent.* Ital. *Asse, cardine, polo.* Germ. Ein achs an einem karren oder wagen. Hisp. *Exe de carro ò de carreta, abla, eje, cabrio.* Angl. *Around tree upon the which the cart wheele turneth.* } Dictum ab agendo, quòd rota circa illud agatur, hoc est, moveatur. Virg. 3. *Georg.*

*Pòst valido nitens sub pondere fa̱gina̱ axis.*

Cùm *Hellena Thessalico vidit ab axe rapi.*

Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 4.

*Omnia cum summo posita videntur in axe* (Visc.)

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

*Tum patet has gentes axe tremente premi.*

Idem *Eleg.* 30. *lib.* 3. *Trist.*

*Parthasia gelido virginis axe premor.*

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Trist.*

*Versaque ab axe suo, &c.*

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Trist.*

*Quaque Lycaonio terra sub axe jacet.*

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 3. *Trist.*

*Vita procul patria peragenda sub axe bo̱reo est.*

Idem *Eleg.* 8. *lib.* 4. Nonnunquam pro toto curru ponitur, ut apud Iuvenalem:

*Dignum Aricinæ qui mendicavet ad axes.*

¶ In cœlo item, Axem vocant mundi diametron, hoc est, lineam quandam imaginariam, quæ ab uno mundi cardine in alterum tendit, quòd tota mundi machina circa eam versari existimetur. Circum axis longitudinem septem circulos esse, è quibus duos minimos, qui Axem extimum tangunt, ὡρᾶς appellari dicit P. Nigidius apud Gell. *cap.* 10. *lib.* 3. ¶ Alio modo pro ipsis polis accipitur, qui & Cardines dicuntur, quòd circa eos totari orbis videatur. Unus Australis, sive Antarcticus, ἀνταρκτικὸς appellatur, Arctico oppositus, qui terræ objectu à nobis cerni non potest: alter Septentrionalis, sive arcticus, sive Arctous, aut Boreus, ἀρκτικὸς, ἄρκτος, qui nunquam occidens semper conspicitur. Virg. 1. *Georg.*

*Hic vertex nobis semper sublimis: at illum*
*Sub pedibus Styx atra videt, manesque profundi.*

Cic. 1. *Tuscul.* Tum globum terræ eminentem è mari, fixum in medio mundi universi loco, duabus oris distantibus habitabilem, & cultum. Quarum altera, quam nos incolimus, sub axe posita, ad stellas septem, unde horrifer Aquilonis stridor gelidas molitur nives. Altera australis ignota nobis, quam vocant Græci ἀντάρκτον. Item Axis dicitur totum cœlum. Virg. 4. *Æneid.*

——— *Vbi maximus Atlas*
*Axem humerò torquet*, id est, cœlum sustinet.

¶ Item Axes, tabulæ sectiles sunt, inquit Festus, quæ & à Græcis Axones appellantur, cujusmodi erant Athenis, quæ leges Solonis habebant insculptas. Gell. *lib.* 2. *c.* 12. In legibus Solonis illis antiquissimis, quæ Athenis axibus ligneis inciæ sunt. ¶ Axis quoque fera est in India hinnuli pelle, plurimis candidioribúsque maculis, sacra Libero patri, ut est author Plin. *lib.* 8. *c.* 21. Col. *lib.* 6. *cap.* 19. Roboreis axibus compingitur solum, id est, assibus. Pall. *lib.* 1. *tit.* 9. Ne axes quernæ cum æsculeis misceantur.

Axitia. Plaut. *Curc. sc.* 4. *a.* 4. Pecten ♣ axitia.

Axium, ἄξιον πόλις, urbs in Mysia inferiori Ptolemæo, vulgò *Chilia.*

Axius, ἄξιος, vulgò *Vardari*, fluvius Macedoniæ, in sinum Thermaicum influens, de quo Plin. *lib.* 4. *c.* 10. Europus, inquit, ad Axium fluvium. Et paulò post, Mox in ora Ichnæ fluvius Axius.

Axo, vel asso: quod est assibus, seu axibus, vel asseribus sterno. Deinde est in axe scribo & nomino. Fest. Axare est nominare, scil. in axe, ubi breve scribatur.

Axitiosus. Fest. Axitiosi factiosi dicebantur, quum plures unà quid agerent, facerentque. *Axit* autem antiquos dixisse pro *egerit*, manifestum est: unde Axies, mulieres, sive dii, dicebantur unà agentes. Varro *lib.* 6. *de L. L.* alii legunt, Axiosæ mulieres: alii Actiosæ.

Axon, ἄξων, Ionum fluvius in minore Asia. Plin. *lib.* 15. *c.* 27.

Axona, ἄξονα, fluvius est in extremis finibus Rhemorum. Ausonius *in Mosella.*

*Non tibi se Liger anteferet, non Axona præceps.*

Axos, urbs Chersonesi Thraciæ.

Axungia, interior pinguedo porci inveterata. { στέαρ ὗειον Dioscoridi. ἄξιγγιον Æginetæ. Gall. *Oing, ou vieil oing, graisse de pourceau, Axonge.* Ital. *Sogna, fongia.* Germ. Karren salb/ schmaltz/ oder schmär. Hisp. *Unto anejo, como para untar exes.* Angl. *Swynes grease.* } Hæc ab axe plaustrorum ungendo dicta, ut facilius circa eum rota vertatur. Hæc quanto vetustior, tanto utilior est, & multas vireis habere creditur, quoniam id animal herbarum radicibus vescitur. Vide Plin. *lib.* 28. *c.* 6.

Axylus, ἄξυλος, Phrygis cujusdam nomen est, singulari benevolentia, & humanitate erga hospites, quem Diomedes apud Troiam interemit, ut tradit Homer. *Iliad.* 6.

## A Z

Aza, ἄζα, oppidum est Armeniæ minoris, cujus meminit Plin. *lib.* 6. *c.* 9.

Azan is, ἄζανις, mons est Arcadiæ, Cybelæ Deorum matri sacer, à quo nonnulli vicinam regionem Azaniam vocatam volunt: quam tamen Stephanus ab Arcadica quadam muliere nominatam mavult, cui Azano nomen erat. Statius,

*Venit & Idæi vindictam amulus Azani.*

Azania, ἀζανία Stephano, regio est Arcadiæ: ita dicta à monte editissimo, cui Azan nomen est: sive (ut Stephano placet) ab Arcadica quadam muliere, quæ Azano dicebatur, ut dictum est. ¶ Azanea mala, ἀζάνια μῆλα, dici solitum, ubi in re perdifficili & infrugifera plurimum sumeretur laboris, aut ubi res esset cuipiam cum homine difficili, moroso, intractabili, tenaci. ¶ Huius regionis incolæ Azanes nicti sunt, ἀζᾶνες. Arcades enim, eodem Stephano teste, olim tres præcipuos divisi erant populos: Parrhasios, Azanes, & hisce recentiores Trapezuntios. ¶ In hac regione fons fuit: cujus aquam gustantibus tantum deinceps aquarum oboriebatur fastidium, ut ne odorem quidem earum ferre possent. Non me latet, gloriosque in ea fuisse fontia, Azanii fontis aquas, vini, non aquæ fastidium generare: quorum judicio quominus subscriberem, fecit Pausaniæ authoritas, cujus verbo ex sexto de terræ circuitu libro refert Stephanus hunc in modum, Ἐστὶ γὰρ ἐν ἀζανίᾳ, κ.τ.λ. ὑδάτων ἐστὶν ἐν ἀζανίᾳ πηγὴ μὴ τοῖς ἅπασι τῶν ἀνθρώπων ἀηδίαν. Huic fonti contrariam vim obtinet, qui in agro Chronio est, cujus aquam qui gustavent, abillemius redditur, ut tradit Plin. *lib.* 31. *c.* 2. & Ovid. 15. *Metam.*

Azani, orum, ἄζανοι Stephano, oppidum est ea parte Phrygiæ, quæ Epictetica cognominatur, de quo Strab. *lib.* 12.

¶ Azaria, cæsa, vastata. Lexic. ib.

Azazel, caper emissarius, de quo *Levit.* 16. ¶

Azenia, pars tribus Hippothontidis in Attica. Steph.

Azilis, Azitis, Azitus, locus, vel urbs, vel fluvius Libyæ. Steph.

Aziris, ἄζιρις Ptolemæo, civitas est Armeniæ minoris.

Azon, vide *Aza.*

Azotus, urbs Paphlagoniæ Tripolitidis. Steph.

Azotus, ἄζωτος, Vibs Syriæ inter Ascalonem & Ioppen, quam ut ait Stephanus, condidit quidam è mari tubro profugus, nomine suo Azo. Hæc est una è quinque Philistinorum urbibus, quondam clarissima. ¶ Est & Azotus urbs Achaiæ, cujus meminit idem Steph.

Azotius, a, um, adjectivum, ἀζώτιος: ut, Vir Azotii, ἀζώτιοι, qui Azotum habitant.

Azymus, a, um, { מצות *matsah.* ἄζυμος. Gall. *Sans levain.* Ital. *Senza levato, ò fermento.* Germ. Ongeheffelt/ ongesaurt. Hisp. *Concedo ò sin levadura.* Angl. *Vnleuen, vnleaa ened.* } ¶ Fermenti expers: ab α & ζύμη fermentum. id est, farina subacta quæ acorem contraxit. ζύμη à ζέω ferveo, ut fermentum à ferveo. Vide plura *in Zyme.* ¶ ¶ Per transsationem accipitur pro sincero, & non elato: nam infermentata consperso non attollitur. ¶ ¶ Est etiam Festum apud Iudæos, cum vescuntur pane sine fermento. ¶

## NOTÆ ANTIQVORVM.

A. Augustus, vel avius, assoles, aut, aliquando, ager, agrum, aiunt, annus, absoluo. AA. Augustus, Augusta, Augustalis. A.A. apud agrum, aurum, argentum. A. A. C. ante auditam causam. A, A.A. Augusti. A.A.A.F.F. Ære, argento, auro, flato, feriendo, vel flando, ferendo. A.A.A.F.F.QV.TY. Auri, argenti, æris, flator fabricæ Quirinalis Tyberii. A.A.S.L.M. Apud agrum sibi locum monumenti. A.A.T. ante audita.

A.B. alia bona. ABN. abnepos. ABS. absolutus. A.B.V. à bono viro. AB V.C. ab urbe condita.

A.C. alius civis. AC. actio. ACC. acceperat, acceptat. ACIN. actionem. ACON. actionum A.C.V. à claro viro. A.CVB. AVGG. à cubiculis Augustorum. A.CSL. à consulibus. A.C.S.L.E.C. à consiliis sive legationis, & civitatis. AC MR Ancus Martius. AC.D.Q.T.P. Actione doris, quæ tibi petitur. AC.D.N. actione Domini nostri. A COSS. CI. à consulibus, vel consiliariis civitatis. AC.L.AQ actione Legis Aquiliæ. A.C.P.VI. ad caput pedes sex. A.C.S.L.E.C. à consiliariis sive legionis & civitatis. ACT.M. actionem mandati.

AD. auditor. AD.E. ad exactorem, effectorem. AD.F. ad finem. AD.L. ad locum. ADIAB. Adiabenicus. ADI. adjutor. ADI.P. adjutor provinciæ, patriæ, pop. ADN. adnepos. ADP. vel ADOPT. adoptivus. A. QS. ad Quæstorem. A.D.P. ad diem pridie. AD.D. ad Dioscoridem, ad discordiam. AD. adest. AD.F. ad frontem. ADLR. adulteravit. AD. P.XII. ad pedes duodecim.

ÆDIL. Ædilis. ÆDILL. C. Ædiles Curules. ÆDIL. PL. Ædilis plebis. ÆG. æger. ÆQ.P. æqualis persona. ÆR. ærarium. ÆR.C. ære collato. ÆR.P. ære publico. Æ.D. ædem dicavit. Æ.D.S. ædem sacravit, ædibus factis. ÆD.IN.M. ædis inscripsit meridie. ÆR.ST. Ærario Saturni.

A.F. alio facto. A.F.P.R. ante factum post relatum. Actum fide Pub. Rutilii. Æmilius fecit: plectitur Rutilius.

AG. agit, Agil. aggrippa, agro. AGT. agitur. AG. agor. A.GO. Aulus Gellius.

A.H. alius homo.

A.I. à iudice.

A.L. alia lege. A.L.Æ. arbitrium litis æstimandæ.

AM. amicus. AM.N. amicus noster. AM.P. amabilis persona. AMS. amicus. AVR. aurum, aureum. AMN. amantissimus. AM. NT. AMAN. amicus noster amantissimus. AMPHITR. amphitheatrum.

AN. Annius. AN.N. ante noctem. AN.M. actionem mandati. ANN. annis. ANT. antè. ANT. T.C. ante terminum constitutum. ANG. P. Angelus percussit. ANM. anima. ANN.SEN. Annæus Seneca.

A. O. alii omnes. AO. P. auro puro, posito.

AP. apud. AP. IVD. apud iudicem. AP.C. Appius, appellat. A.P.Q. Aulus Publius Quintius. A. P. R. G. anno post Romam conditam. AP. N. apud nos. APPN. appellantur. APPS. CLV. Appius Claudius. A.P. CLN. ad pedes columnæ.

ARM.P. arma publica. ARM.E. arma ejus. ARC. arca. ARG. argentum. ARR. Arrius. A.S. TT. a supra tectis. A.S. à suis. A.S.L.F. à sua lege fecit.

AT. autem. A. TE. à tergo. A.T. M.D.O. aio te mihi dare oportere, ATQ. atque. ATR. autoritas, autor. A.TR. Aulus Trebatius. A.TP. anno tempore. A.TT. ante titulum. A.TR.TP. ad turrem Tarpeiam. A.T.AB. adolescentis testiculos abscidit.

AVG. Augustus. AVG.N. Augustus noster. AVR. Aurelius. AVT. vel AVTS. vel AVC. auctoritas, auctoratus, auctor. AVT. P.R. auctor provinciæ Romanorum. AVGG. Augusti. A.V.C. ab Vrbe condita. A.X. annis decem.

# B

LITERA muta est, quæ non in sonum suum, sed in sonum e literæ finitur. Hanc Græci βῆτα nominant. Non modò impeditus & obscurus ejus sonus, sed nullus apparet: dúmque sibi exitum parat, irrito laborat conatu, & omnino in cassum niteretur, si vocalis destitueretur adminiculo: hæc enim, velut cæteræ, manci parum & vinctum cripit; ac soluit: quo morbi vitio laborant & cæteræ mutæ. Dum profertur incipit à labiorum compressione, & e vocalem sibi sociam assumens, diducuntur labra, & exit. B cum P consentit, ut quem Græci Pyrrhiam, nostri Byrrhiam; Pyrrhum, Byrrhum; Palatium, Balatium; Poplicolam, Boblicolam. Terent. Scaur. *de Orthogr.* Gerit virtutem, & potestatem mediam inter p & ph. Quare nos ob literarum affinitatem, dictiones, Græcas traducentes, nonnunquam p & ph in illam convertimus, ut cùm apud Græcos φίλιππος scribatur, apud nos buxus: & quod illi διφθογγον, nos ambo transcribimus. ¶ At è contrario, quod illi per b scribunt, nos in ph commutamus: βραμβεῖον, triumphus. ¶ Convertitur quandóque b in u, euphoniæ, vel differentiæ causâ, idque in duobus tantùm verbis, teste Ciceronе, Aufero pro Abfero, Aufugio pro Abfugio. Transit etiam in f, ut Sufficio: in c, ut Occurro: in g, ut Suggero: in m, ut Summitto: in p, ut Nubo, psi. ¶ Sonum ejus & auget & minuit ratione loci, qualitate antecedentium, aut subsequentium vocalium, aut consonantium simplicium geminatarum, aut diversarum coeuntium inter se: hac solâ ratione, b amat m ante se, quòd in terminat in labiorum compressu, in quo b incipit. In fine cujuscunque dictionis syllabam corripit. ‖ ¶ B & V sæpe inter se commutantur, ut *arabus, probincia, serbus*, pro atavus, provincia, servus. ‖ Sed corruptè.

‖ Baal, בעל *bahal*. βααλ Suidæ, ‖ ait August. est nomen apud Tyrios, quod datur Iovi. Nam Baal Punici videntur dicere dominum, unde Balsamen, quasi dominum cœli dicunt: Samen quippe apud eos cœlum appellatur. Vide in *Bahal*.

‖ Baba, notæ fatuitatis homo, Senecæ ævo. ‖

Babaces, -is, βαβάκης, unum ex nominibus Bacchi, ἀπὸ τοῦ βαβάζειν, quod est vociferari. Bacchæ enim in Liberi patris Orgiis inconditos quosdam ululatus edebant.

Bábæ, βάβαῖ, adverbium Græcum, pro quo nos interjectione admiranris Papæ utimur. Plaut. *Pseud. fc.* 1 *a.* 4. Exultantis initio scenæ. Bábæ! nunc demùm mihi animus in tuto est loco. Et ibidem *fc.* 3. *a.* 1. P. Fur. II. Babæ.

‖ Babare, garrire, βαβάζω, quod & vagire vertit Gaza. ‖

Bábba, Plinio, Stephano, Atticæ oppidum est, ad Atlantem montem. Hoc ab Augusto colonia transiata est, & à nomine avunculi Iulia campestris appellata. Plin. *lib.* 5. *cap.* 1.

Babilius, Animal volatile, quod vulgò Barbellus dicitur, de quo Ambr. *Lib.* 9. *Hex.* Fertur hic corniger vermis converti primùm in speciem cuticis, atque in eam mutari naturam, inde processu quodam heri habitus, nec tamen formam figurámque cutibus, sed laxis & latioribus foliis pinnas videtur assumere. Ex his foliis mollia illa Seres depectunt velleraque ad usus sibi proprios divites vendicarent.

‖ Babit, γαυ. ἅ. Gloss. i. e. superbit.

Babiger, Stultus. Gloss. Isid. à Baba, vel βάζω. ‖

Babrantium, βαβραντίων, locus circa Chium, Steph. videtur autem etiam Babras dici apud eundem. Babras enim, inquit, oppidum est Æolidis prope Chium, à quo Gentile Babrantius.

Baburrus. Isid. *lib.* 10. *Etymol.* Baburrus, stultus, inepeus. Gloss. Babutta, ἄνους, ἀνόητος, ἠλίθιος.

Baburrus, stultus. Glossæ Latinæ: *baburrus, stultus, ineptus.* In Glossario vetere: *Baburra*, ἄνοια, ἀνόητος, ἠλίθιος. Est & *reburrus*, qui significat eum, qui capillos non habet, & est calvus.

Bábylon, בבל *babél*. βαβυλών. ‖ Urbs nobilissima ad Euphratem fluvium sita, olim Chaldææ totius caput, à qua magna Mesopotamiæ, Assyriæque pars Babylonia appellata est, ut scribit Plin. *lib.* 6. *c.* 26. Hanc Strabo *lib.* 16. à Semiramide conditam tradit. Hebræorum verò literæ originem eius ad Nemrod gigantem referunt, & à linguarum confusione ita nominatam volunt. Hæc postea à Nino, vel Semiramide instaurata, mœnibus ac horris pensilibus, templóque ac arce maximè fuit admirabilis: campi planitie undique conspicua, naturâ loci latissima, castrorum facie, mœnibus per quadrum dispositis. Murorum eius vix credibilis relatu firmitas, & magnitudo, utpoté qui in latitudinem cubitos quinquaginta habuerint, in altitudinem ducentos. Ambitus eius quadringentorum octoginta stadiorum fuisse traditur, Euphrate fluvio mediam eam interfluente. Muros coctili latere atque interfuso bitumine compactus. Quem tam latum fuisse quidam ferbunt, ut quadrigæ sibi invicem occurrentes, facilè pertransire possent. Unde & inter septem spectacula orbis numerantur. Fossa extrinsecus late patens, vice amnis circumfluit. A fronte murorum centum portæ erant. Hæc urbs cum aliquamdiu defecisset, & Semiramis circa cultum corporis occupata esset, soluta adhuc a terra omnium parte, ad eam recuperandam cucurrit: nec priùs decorem capillorum relegit in ordinem, quàm urbem in suam potestatem redituram vidit. ¶ Est & Babylon Ægypti castellum, ut ait Strabo *lib.* 17. naturâ munitum, à Babyloniis quibusdam conditum, qui relictâ patriâ, sedem ibi permittente rege sibi delegerant. Hic postea collocata fuit una ex tribus legionibus, quæ Ægypto præsidii gratiâ impositæ erant. A Ptolemæo Babylis, βαβυλὶς, appellatur. Non procul distat à Delta Nili insula, eam partem spectans, in qua sita est Memphis amplissima Ægypti urbs, quæ hodie Caytum appellatur.

Babylônia, βαβυλωνία, regio est majoris Asiæ, à Septentrione Mesopotamiæ partem spectans, ab ortu Susianam, à meridie sinus Persici partem, & ab occasu Arabiam desertam: ita dicta à Babylone urbe splendidissima, quæ olim Assyriorum regia fuit, & Chaldææ totius caput.

Babylonĭcus, a, um, βαβυλωνικός, possessivum à Babylone formatum: unde Babylonicæ vestes, & Babylonica stragula dicta sunt, quæ diversos colores habebant intextos, quod genus Babylone maximè celebratum fuit, teste Plin. *lib.* 8. *cap.* 48. & Plut. *in Caten. Censore*. Eadem Babylonica substantivè dicuntur. Plin. *loco iam citato*. Metellus Scipio Babylonica tricliniaria sestertium octingentis millibus vendidit, in criminibus Capitonis posuit.

Babylonĭus, βαβυλώνιος, Gentile nomen à Babylone formatum. Cic. 2. *de Div.* Nam quod aiunt, quadringenta septuaginta millia annorum in percipiendis experimentisque pueris, quicunque essent nati, Babylonios posuisse, fallunter. Babylonius adjectivum. Lucan. *lib.* 6.

*Mœnia mirentur refugi Babylonia Parthi.*

Babyrsa, castellum munitissimum Atropatiæ regionis Mediæ propè Agbatana urbem. Strab. *lib.* 11.

Babytace, βαβυτάκη, urbs Persica. Stephanus.

‖ Bacantes, æ. Suid. βακχεῖαι, χορεῖαι: nempe illud est ex *vacans* factum, otioses.

Baca, est lamina auri, &c. fortè *Barra*. Ita enim etiam hodie Hispanis vocatur lamina, vel massa, & discus.

Bacar, vas vinarium, simile bacrioni. Fest.

Bacauda, Bagauda. Vide *Baquatæ*. ‖

Baculatii, teste Rhenano, à Baculo nominati sunt, quia primi studii authoritatem, quæ per exhibitionem baculi concedebatur, iam consecuti fuissent: ut fuerit velut quoddam mancipationis signum in hujusmodi aliquod studium, baculi traditio. Vulgus *Baccalarios*, eruditi *Baccalaureos* vocant, quod vide.

Baccales [quod hic ex Herod. corruptè translatum erat.] Vide *Canabales*.

Baccæum, βακκαῖον, Hispaniæ gens. Steph.

Bāccă, geminato cc, & sine aspiratione, continent intra sui nominis ambitum fructus diversorum generum, lauri, olivæ, corni, myrti, & aliorum hujusmodi. ‖ *Ta na. ódova*. GALL. *Graine qui croit aux arbres, ou menu fruict, comme de laurier, d'olivier*. ITAL. *Frutti menuti d'alberi, come le chiocciole*. GERM. Ein beer/ oder korn/ als der ölbaum/ lorbaum. HISP. *El fruto menudo, como azeytuna*. ANGL. *Small fruite notpressed thogether, as bayebearies, olives*. ‖ Differunt ab acinis, quòd acini densiùs nascantur, ut in uvis; baccæ dispertiùs & rariùs. Vide Plin. *lib.* 15. *cap.* 14. & Vallam *lib.* 6. *cap.* 14. Cic. 1. *Tusc.* Ergo arbores serere diligens agricola, quarum aspicet baccam ipse nunquam. Idem 1. *de divinatione*, Vt agricola quum florem oleæ videt, baccam quoque se visurum putat. ¶ Baccæ egent oleo, τὰ ἐλαιόφορα δένδρα ἔκαρπα, de re absurda. Nam incredibile est, illi opus esse oleo unde nascitur oleum. E baccis autem olivarum expiuntur oleum. ¶ Est & Bacca gemma candida & baccæ more rotunda, quam uniocem dicimus; ‖ μαργαρίτης. ANGL. *A pearle*. ‖ Virgil. *Culice*.

—— *nec Indi Coerbea bacca maris pretio est.*

Baccapulus, in quo mortui deferuntur. Lege *Baccal, Capulus*.

Bacciferus, ferens baccas. ‖ GERM. Der beer oder körner tregt. ANGL. *That beareth bearies or fruit, of goosebearies*. Plin. *lib.* 16. *cap.* 10. Ex omnibus sola bacciferа. Sen. *in OEdip.* Hedera bacciferа.

Baccarium, vas aquarium. Est quod alibi Isidorus, *Baccarium, urceoli genus*. Festus: *Baccar, vas vinarium, simile bacrioni*. Quod in margine est, *baccioni*, vel *batrioni*. Pergit idem Festus: *Bacrionem dicebant genus vasis longioris manubrii. Hoc alii trullam appellant*. In margine est. *baccar, baccarium, baccario, bacrio*.

Bāccula, diminutivum, parva bacca. ‖ GERM. Ein klein beer. ANGL. *A litle small fruite, as barebearies*. ‖ Plin. *lib.* 25. Omnes colore buxo, caulibus parvis, flore purpureo, ferunt bacculas parvas, ut cappares.

Bāccātus, a, um. Gemmatus uniunibus, seu margaritis ornatus, μαργαρίτης. Virg. 1. *Æneid*.

—— *collóque monile Baccatum.*

‖ Baccalaureus. Hoc nomine vocatur, qui in Academicis studiis primum gradum & publicum doctrinæ testimonium est consequutus. Vide supra *Baculatii*.

Bāccāris, lauri species est, à baccarum fertilitate dicta, de qua vide Plin. *lib.* 15. *cap.* 3.

Bacchar, is, vel Bācchăris. βάκχαρις, Dioscoridi, herba est radice odorata, folio aspero, magnitudine inter violam & verbascum, angulosо caule, quæ coronis admisceri solet. Auctici in Gallia, *Diva Maria chirophoros* appellant, ut tradit Ruell. *lib.* 3. *c.* 37. ¶ Virgilius hac herba fascinum depelli scribit. Plin. scribit hanc alio nomine a Græcis Melamprason dici: officinæ vocant Marrubium nigrum.

Bacchemon, teste Lactantio, Persei fuit filius & Andromedæ, & ut idem dicit,

dicis, apud quosdam populos Orientales imperavit (ex Bocatio) qui postea ab Achæmenide Baccho montis filio Achæmenides appellati sunt: hi Apollinis titus se invenisse asserunt.

Bacchides, Βακχίδης. Nomen proprium viri, quod apud nos luctus fortis, vel verutus in vomitu dici potest.

Bacchides, Dacis proprium, qui Sinopen urbem Luculo prodidit. Strabo lib. 12.

Bacchilio, Flavius qui de Vicentinis montibus desluit.

Bacchius, gladiatoris nomen, de quo Horat. in Serm. lib. 1. sat. 7.

——— *Brute præstat tenente*
*Ditem Asiam, Rupili & Persi par pugnat, ubi non*
*Compositum medium cum Bitthо Bacchius: in imo*
*Acres concurrunt.*

Ubi Acron, Bitthus & Bacchius gladiatorum nomina celebrata apud Suetonium Tranquillum sub Augusto. ‖ ¶ Est & Bacchius, Βακχεῖος, pes metricus ex brevi & duabus longis, ut *petemus, venides*: ita dictus, quòd hymnis in Bacchum in dithyrambis esset usitatissimus. Est dactylo contrarius. ‖

Bacchvs, { Βάκχος. Germ. Der Gott deß weins. } Iovis ex Semele filius, putatus est deus vini, & pro ipso vino poni consuevit. Hic multi nominis fuit: nam primùm Dionysius, deinde Liber pater dictus est, & postremò Bacchus, ut Diodoro placet, à Bacchis mulieribus, quas βακχεύοντας, hoc est, insanientes, & immodestè se gerentes in Indiam expeditionem parans, multas secum habuisse fertur. Idem & Osiris dicitur, & Bromius, & Lenæus. A Græcis etiam Διθύραμβος, quòd bis natus fuisse, & duas quasi matres habuisse fingatur. Ferunt enim Semelen ex Iove gravidam, quum ab eo amatore Deo (qui se illi daturum quicquid petiisset, per Stygiam paludem iuraverat) Iunonis dolo hoc sibi munus rogasset, ut talis secum, qualis cum Iunone solebat, nocte una concumberet, fulmine fuisse exustam, puerúmque utero exemptum, Iovis femori fuisse insertum, quem ille postea maturo partus tempore, more gravidæ mulieris est enixus. Hic orbem fere terrarum peragravit: multas nationes domuit: Indos debellavit, & primus omnium triumphavit, vectus Indico elephanto, ut scribit Diodorus. Primus emere ac vendere instituit, & diadema regum ac triumphum invenit. Dictus etiam Bacchus fertur, ἀπὸ τῆς βακχείας, hoc est, à vociferando, & ululando, adjecta littera κ, quo valtior ille Menadum sonus in ipso Dei nomine redderetur. ¶ Ciceronis Bacchus, ἐξεδόθη Διονύσῳ: de re vehementer contempta: sumptum adagium à potu ex leguminibus confecto, qui vinum imitatur. ¶ Crudelis Bacchus, ὠμὸς ἐπὶ Διονύσῳ. Baccho quondam vivos homines sacrificare mos erat: unde in crudeles convenit, sive quòd temulentia feroces reddat & immites. ¶ Nihil ad Bachum, οὐδὲν πρὸς Διόνυσον: ubi quis ea nugatur, quæ ad rem præsentem nihil attinent: quæ eleganter dicimus ἀνοσιούργημα. ¶ Multi Thyrsigeri, pauci Bacchi, πολλοὶ μὲν ναρθηκοφόροι, παῦροι δέ τε βάκχοι: id est,

*Plures Thyrsigeros, paucos est cernere Bacchos.*

Carmen hexametrum proverbio Græcis celebratum, quo significatum est compluribus mortalium adesse virtutis insignia, aut etiam famam, qui tamen vera virtute vacent.

Bacchi, bacchæ, & Bacchetes, { Βάκχη, ἡ. Germ. Ein Nonne oder priesterin Bacchi. } Ovid. *Eleg. 1 lib. 4. Trist.*

*Vtque sunum Bacche non sentit fancia vulnus.*

Bacchis initiari. Liv. *lib. 9. d. 4.* Bacchæ bacchanti si velis adversarier, ex insana insaniorem facies. Plaut. *Amph.* Ad Bacchas veni in bacchanal coquinatum. Idem *Aul. sc. 1. a. 3.* Βάκχη γυνὴ, Bacchi sacrificula, quæ & Maenas, & Thyas, & Bassaris appellatur. Mulieres etiam tertio quoque anno ad Citheronem montem catervatim cum Thyrsis convenientes, ut ibi Bacchi Orgia magno cum ululatu celebrarent, Bacchæ dicebantur. Ovid. *9. Metamorph.*

*Vtque tuo mota proles semeleia Thyrso*
*Ismaria celebrant repetita triennia Baccha.*

Cic. *Fab. lib. 7.* Bacchis verò ubi est apud me locus? At pulchellæ sunt: novi optimè, & sæpe vidi. ¶ Bacchæ more, Βακχικῶς ἐφέρετο. De tetricis ac taciturnis dictitari solitum, quòd essent hujusmodi Maenades illæ, Bacchico afflatæ furore. Author Diogenianus. At Iuvenalis retulit ad vitam intemperantem,

*Qui Curios simulant, & Bacchanalia vivunt.*

‖ Est etiam Baccha, villa quædam circa Maeotidem. ‖

Bacchānal, vel Bacchanale, { ἀνάκειον, βακχεῖον. Germ. Der orth da man daß fest Bacchi helt. Angl. *Dayes wherein they solemnised Bacchus feastes in riote and drunkennesse.* } Locus in quo Bacchi festa celebrantur. Plaut. *Aul. sc. 1. a. 3.* Ad Bacchas veni in Bacchanal coquinatum. Item, Aperitur Bacchanal, adesto. Idem *sc. 1. a. 3.* Bacchanal te exercuisse oportet. Idem *in Amph.* Bacchanalia, quæ & Dionysia, Διόνυσα, Bacchi festa, in quibus viri per noctem fœminis & teneræ ætati turpiter miscebantur per dolum. Unde est illud apud Iuven. *Satyr. 2.* Qui Curios simulant, & Bacchanalia vivunt. Hæc à multis Græciæ urbibus triennio quoquo celebrabantur. ¶ Est autem hoc nomen pluralis numeri tantùm: facitque genitivum Bacchanalium, vel Bacchanaliorum: quod & in cæteris festorum nominibus observatur. ‖ Vocant Germani Fastnacht, quasi noctem jejunii, quando inceptari Quadragesimam, ad hac præparatione inchoasse meditationem passionum Christi. ‖

Bacchāri, Furor, insano, { חתם hischtagbeh'. Βακχάζω. Gall. *Tyrongner, estre fol & enragé, vivre dissolument.* Ital. *Impazzire, furiare.* Germ. Wüten/ toben/ schreyen/ als die trunckenen/ halb unsinnig sein. Hisp. *Enloquecerse, embriagarse.* Angl. *To raye, to royle like a drochen man or be woode angrie.* Propriè est Baccharum, quæ furore quodam correptæ, magnis clamoribus Liberi patris Orgia celebrabant: quamquam & latiùs sumitur pro furere, insanire, & clamoribus tumultúque omnia implere. Virg. 4. *Æneid.*

*Sævit inops animi, totámque incensa per urbem*
*Bacchatur: qualis commotis excita sacris*
*Thyas, ubi audito stimulant trieterica Baccho*
*Orgia nocturnúsque vocat clamore Cithaeron.*



Cic. *de clar. Orat.* Quòd eos quorum altior oratio ætátique esset audentior furere & bacchari arbitraretur. Bacchari dicuntur venti, dum flant impetuosius. Horat. *1. Carm.*

*Thracis bacchante magis sub interlunia vento.*

Ovid. *1. Trist. eleg. 2.*

——— *Borea bacchatur ab Arcto.*

Genus dicendi, quod inanibus locis Bacchatur. Quint.

Bacchātus, partic. Virg. *2. Æneid.*

——— *mediis Italum bacchata per urbes.*

¶ Legitur Bacchatus in palliva significatione, pro eo quod est à bacchantibus frequentatus, aut peragratus. Virg. *1. Georg.*

——— *virgultis bacchata Lacænis Taygeta.*

Ubi Taygeta bacchata, dixit ea forma, quâ alibi, Terra aeri regnata Lycurgo. Sed hoc rarius.

Bacchans, antis, aliud participium. Cic. *in Catil.* Versatur mihi ante oculos aspectus Cethegi, & furor, in vestra æde bacchantis. Bacchæ bacchanti adversarier. Plaut. *Amph.*

Bacchātio, nis, verbale, Βακχεία. Germ. Die übung der festen Bacchi/ wüttung. Anot. *Dronkennesse, surfetting.* } Cic. *3. Ver.* Silentur de nocturnis ejus bacchationibus ac vigiliis. Hujus verbi compositum est Debacchor.

Bacchātim, adverbium, significat More Bacchantium. Βακχικῶς. Apul. Quin igitur sotor hunc primum bacchatim discerpimus?

Bacchēlos, βακχῶδες, denominativum fœmininum à Baccho formatum. Stat. *2. Syl.*

*Qualis si jubeas Ephyres Baccheidos altum*
*Culmen ab Inoo ferat semita tecta Lechæo.*

Bacchēus, a, um, per tres syllabas, Βακχικός, possessivum à Baccho deductum. Colum. *lib. 10.*

——— *Per amica silentia Musis*
*Pieriis nemorum Baccheia voce frementem.*

Virg. *4* diphthongum dividens, per quatuor syllabas extulit, *lib. 1. Georg.*

*Qui memorandum æquè Baccheia dona tulerunt.*

Bacchīcus, a, um, Βακχικός, possessivum à nomine Bacchus deductum. Ovid. *Eleg. 6. lib. 1. Trist.*

*Deme meis hederas Baccheia serta comis.*

Bacchīdes, Βακχίδης, Patronymicum masculinum à Baccho formatum, quo significatur Bacchi filius, vel nepos. ¶ Fuit & Bacchides nomen unius ex Satrapis Assyriorum, qui à Demetrio Seleuci filio adversùs Machabæos missus, ab illis est interfectus.

Bācchium, sive & Baccheum, Βακχεῖον, genus vasis vinarii, quo in sacrificiis Bacchi utebantur. Quin ipsum etiam Bacchi templum à Græcis hoc nomine appellatur.

Bacchīdæ, Βακχιάδαι, dicti fuerunt, qui è Corintho exules in Siciliam devenerunt, & urbem inter Pachynum & Pelorum ædificantes Siculi facti sunt. ¶ Hi à Bacchia Dionysii filia originem duxerunt. Strab. *lib. 8.* de Corintho loquens: Bacchiadæ, inquit, annis fermè cc. urbem dominatione tenuerant, & tyranni locupletissimi, & numero plurimi, & genere clari evadentes, emporium ipsum adempto metu fructuosum possedere, &c. Ovid. *2. Met.*

*Et quia Bacchiada himari gens orta Corintho*
*Inter inæquales posuerunt mœnia portus.*

Baceli, Βάκελοι, ab Augusto dicti sunt stulti, teste Sueton. *cap. 87.* à Bacelo quodam eunucho (ut Alciatus credit) qui corpore quidem procero fuit, sed adeò stolidus, ut cesserit in proverbium, Γίγας Βάκελος, ψυχὴν δὲ νήπιος, id est, Bacelo similis, & Bacelus es. In cinædos ac parum viros dictum, sed animo stupidos. Βάκελοι vocant stupidum, & ridiculum.

Bacis, Vates quidam Bœotius, cujus meminit Cic. *in lib. de Divinat.*

Bactiocem, dicebant genus vasis longioris manubrii, quod alii trullam appellant. Festus. De usu autem hujus vasis, vide infra in dictione *Trulla.*

Bācchus, Βάκχος, Bacchi nomen, quemadmodum & Badactes, ἀπὸ τοῦ βάζω, id est, clamo, vociferor. Solent enim Baccho, hoc est, vino madidi, & mulieres Liberi patris Orgia celebrantes, omnia tumultuario quodam & incondito clamore replere.

Bāctri, orum, Βάκτρα, Scythiæ provincia, ultra Assyriam, à flumine Bactro cognominata. Virg. *1. Georg.*

——— *neque Bactra, neque Indi*
*Laudibus Italiæ certent.*

Eius provinciæ populi Bactri, Bactrii, & Bactriani, Βάκτροι, Βάκτριοι, & Βακτριανοί vocati sunt, quorum rex fuit Zoroastes, magicæ artis inventor. Bactrianum regnum olim mille urbibus fuisse inclytum ferunt. ¶ Bactra item, sive Bactrum (ut apud Plinium *lib. 6. cap. 16.* oppidum est ejusdem regionis, Bactrianorum regum regia, & totius regni caput: ita dictum à Bactro fluvio, quum antea Ariaspe appellaretur. De Bactrianorum moribus memoriæ proditum est ab Onesicrito, canes apud illos ali, quos Sepulchrales vocant, quibus parentes morbo, ætatéve confectos objiciunt dilacerandos. Mulieres autem eorum splendido cultu & unguentis uti, à servis & ancillis multò magis quàm viros coli, nec nisi equo insidentes, magnoque & auri & gemmarum apparatu excultas in publicum prodire: matrimonii autem castitatem non servare, sed tam servis, quàm advenis promiscuè sese commiscere, nec à viris eo nomine accusari, quibus ipsæ dominari videntur.

Bactros, fluvius est in finibus Scythiæ Asiaticæ, à quo Bactra regio, & Bactrum urbs nomen sumpsit. Lucan. *lib. 3.*

*Errantes Scythia populi, quos gurgite Bactros*
*Inclusit gelido, &c.*

Bācŭlus, i, masculini gener. Fustis, stipes, scipio: pro quo legitur & Baculum neutrius gen. שבט *schebet*, מקל *makél*, מטה *mateh'am*. Βακτηρία, Βακτηρία. Gall. *Baston.* Ital. *Bastone.* Germ. Ein stab. Hisp. *Cayado à bordon, palo.* Angl. *A staffe, a rood gell.* } Ovid. *lib. 15. Metam.*

——— *Baculúmque tenens agreste sinistra.*

Idem *2. Met.*

——— *Baculum ſylveſtris olivæ.*

¶ Abſque baculo ne ingreditor, ἄνευ ξύλου μὴ βάδιζε : Inermis ne ſis, verùm ſemper ad manum citò depellas, ſi quis fortè quærat lædere. ¶ Vico ſeni maxillæ baculus, ἀνδρὶ γεροντικῷ σιαγόνες βακτηρία. Dici ſolitum de iis qui ob defectas ætate vires, lautiore pariter & copioſiore victu coguntur uti, vt quod ſenecta deterit, vtcunque farciatur cibo.

**Bâcillum**, neutri generis, diminutivum. {τὸ βακτήριον. GALL. *Baſtonnet, petit baſton.* ITAL. *Baſtoncello.* GERM. Ein ſtecklin. HISP. *Pequeno cayado ò bordon, palico.* ANGL. *A litle ſtaffe.*} Cic. *de finib. bon.* Bacillum aliud inflexum & incurvatum, aliud ita natum. ¶ Bacillus in maſculino genere in vſu non eſt, a quo tamen videtur manaſſe compoſitum Imbecillus, a, um, & Imbecillis, imbecille. Vnde Imbecillitas pro infirmitate.

**Badas**, Syriæ fluvius eſt, Memnonis ſepulchro nobilitatus. Strab. *lib.* 15.

**Badacum**, Βάδακον, civitas eſt Norici apud Ptol. *lib.* 2. *c.* 14. quam nonnulli putant eandem eſſe cum ea, quam hodie a *Salina* vicino fluvio *Salinæburgum* vocant.

**Badena**, urbs alia in Helvetia, alia in Marchia, à Thermis apud Germanos nomen ſuum habent.

**Badeus**, Βάδιος, urbs Felicis Arabiæ, juxta rubrum mare. Steph.

**Badius** color, is eſt, quem & Phœniceum vocamus a colore dactylorum, quos φοίνικας vocant Græci. {βαδιαῖος χρῶμα. GERM. Braunrohtfeſten braun. ANGL. *Browne as a cheſtene.*} Idem & Spadiceus dicitur, & Baius, ab eo quòd termitem vnà cum fructu a palma revulſum, Græci Βάϊδα καὶ βάιον, appellant. Vide Thyleſij libellum *de coloribus.*

**Bâdizârĕ**, ſignificat ire. {βαδίζειν. ANGL. *Togo, to walke.*} Plaut. *in Aſin.* Demam hercle jam de hordeo, rolutim ni badizas.

**Badiza**, Βάδιζα, urbs Britanniæ. Steph.

**Bæa**, βαία, mons Cephaliniæ, à Bæo Vlyſſis gubernatore. Steph.

**Bæaca**, βαίακα, civitas Chaoniæ. Steph.

**Bæbæ**, βαίβαι, oppidum Cariæ. Steph.

**Bæcyla**, βαίκυλα, urbs Iberniæ juxta Herculis columnas. Steph.

¶ **Bæa**. Gloſſ. Iſid. Bæën eſt lamina auri ab aure ad aurem, qua familiares regum vtebantur : ornamentum colli ex auro & gemmis, quod alio nomine torques dici poteſt. ¶

**Bænacus**, vide *Benacus.*

**Bænna**, vide *Benna.*

**Bænis**, βαῆνις, apud Strab. *lib.* 3. fluvius eſt Luſitaniæ, omnium ejus regionis fluviorum longè maximus, cujus fons eſt apud Cantabros. Alio nomine vocatur Minius.

**Bæſampſa**, βαίσαμψα, civitas in Arabico ſinu circa rubrum mare, quæ domus eſt Solis.

**Bæſi**, βαῖσι, vide *Scythopolis.*

**Bætharrhus**, βαιθαρρὸς, magnus vicus in Paleſtina. Steph.

**Bætharra**, βαίθαρρα, urbs Celtiberiæ. Steph.

**Bætiræ**, βαιτίραι, urbs Galliæ Narbonenſis. Ptolem. *lib.* 2. *c.* 10. fortè *Beſiers.*

**Bætica**, βαιτική, { ITAL. *Il regno di Granata.* GERM. Das Königreich Granaten in Hiſpanien.} Hiſpaniæ regio Auſtralis, à Luſitania Ana fluvio diſcreta : ita dicta à Bæti amne, qui eam mediam perfluit. De hac Plin. *lib.* 3. *c.* 1. & 2. Hodie bona hujus regionis pars *Granata* dicitur, à grani tinctorij copia, quod Græco nomine Coccum appellamus. Alij ſcribunt Bœtis, & Bœtica.

**Bætis**, βαῖτις, { GERM. Ein fluß in Hiſpanien des Königreichs Granaten.} Fluvius eſt vlteriorioris Hiſpaniæ, qui ex Tarraconenſis agri finibus labens, Auſtralémque regionem, quæ ab eo Bætica appellatur, mediam percurrens ; tamen non procul à Gadibus in Oceanum Occidentalem illabitur. Hujus fluvij aquis lanas optimè tingi, autor eſt Martialis, quum ait :

*Bætis olivifera crinem redimite corona,*
*Aurea qui nitidis vellera tingis aquis.*

De eo Plutarch. *in Sertor.*

**Bæticolæ**, Accolæ Bætis fluvij. Sil. *lib.* 1.

——— *& vulgus Iberum,*
*Bæticoláſque vires ſpatiis agitabat iniquis.*

**Bæticus**, a, um, adjectivum, { βαιτικός. ANGL. *Pale colour betweene ruſſet and blake.*} vt Bæticus color, obſcurus, qui & pullus dicitur, & Hiſpanus, & Nativus. Nam in Bætica Hiſpaniæ regione vellera naturâ pulla ſunt, ex quibus tenuiores ſibi veſtes conficiunt, quæ fideliſſimè colorem ſuum ſervant, neque facilè maculis inficiuntur.

**Bæticatus**, a, um, aliud adjectivum. Pullatus. { ANGL. *Chalde in mourning apparell.*} Mart. *lib.* 1. Et bæticatus, atque leucophæatus.

**Bætium**, βαίτιον. Vrbs Cappadociæ. Steph.

**Bætulon**, βαίτυλον, Hiſpaniæ fluvius eſt in Tarraconenſi tractu, circa montem Iovis, non procul à Barcinone in mare influens. Hiſpani hodie ſua lingua *Beſonem* vocant : meminit hujus fluvij Pompeius Mela *lib.* 2. ¶ Eſt item Bætulon oppidi nomen in eodem tractu : quod recenſent Plin. *lib.* 3. & Ptol. 2. *cap.* 9.

**Bætylus**, βαίτυλος, dicitur ſaxum illud faſciis obvinctum, quod pro Iove devoravit Saturnus, vt teſtatur Heſychius. Vide locus factus proverbio, Etiam bætylum devorares, καὶ βαίτυλον ἂν κατέπιες. In voracem & omnia concoquentem. ¶ Vide Priſcianum qui docet eum Addir & Abaddir dici à Latinis.

**Bæus**, Gubernator Vlyſſis. Vide *Bæa.*

**Bacadonia**, pars Macedoniæ maximè auſtralis. Ptolem.

**Bacanum**, authore Ptolemæo, Nerviorum civitas, alio nomine Ternacum.

**Bagaudæ**, Rittershuſio ſunt latrones, factioſi, rebelles.

¶ **Bagia**, nutrix. Gloſſ. gr. b.

**Bagitzes**, pueri honorarij. Lex. gr. b. ¶

**Bagoas**, Βαγώας, teſte Curtio, Eunuchus fuit, ab Alexandro Magno turpiter adamatus. Hunc Orſines Satrapes inter Perſa nobiliſſimus, quum Regis amicos omnes muneribus affeciſſet, ſolum præterit, admonitúſque à quodam, eum regi eſſe chariſſimum, reſpondit, ſe amicos Regis, non ſcorta colere.

**Baguatinus**, Paunoniæ fluvius eſt, in Savum influens, authore Plin. *lib.* 3. *cap.* 25.

**Bahal**, { בעל *bahal.* βάαλ.} numero ſingulari, inquit Hieronymus, Tyriorum Deus habebatur. Bahalim pluraliter, deos, ſive idola ſignificat, & eſt maſculini generis. Vbicumque enim in fine Hebraicæ dictionis *im* ſyllabam legimus in numero plurali, eſt generis maſculini. Vbi autem *oth*, numero plurali, generis fœminini.

¶ **Baia**, βάια, dona quæ ab Imperatore & Patriarcha quotannis diſtribuebantur ſeptimanâ, quæ ante diem Palmarum ; vnde & nomen. Nam βάϊον eſt palma. Imperator autem palatinis ſuis, Patriarcha clericis dabat. Gloſſ. Græcob. Meurſij. ¶

**Baiæ**, arum, βαῖαι, civitas Campaniæ, ſecus Campanum mare ſita, ſitus amœnitate, & aquarum ſalubritate celeberrima : ita dicta à *Baio* Vlyſſis ſocio illic ſepulto. In hujus agro aquæ calidæ ſunt, & ad voluptatem, & ad varios morbos commodæ. Silius,

——— *decet ille repentes*
*Vnde ferant nomen Baias, comitémque dediſſe*
*Dulichia puppis ſtagno ſua nomina monſtrat.*

Horat. *lib.* 1. *Epiſt.*

*Nullus in orbe ſinus Baiis prælucet amœnis.*

De Baiarum luxuria Senec. *epiſt.* 51. ¶ Hinc fit Baianus, a, um, vt ſinus Baianus, qui hinc Miſeno monte, illinc Puteolis clauditur. Baiana littora, & Oræ Baianæ, apud Statium.

**Bairon**, Hiſtoricus : ſcripſit breviarium rerum ab Alexandro geſtarum. Author Suid.

**Bâjvlo**, as, Porto. {נשא *naſá*, נטל *ſatál*, נתל *natál.* βαστάζω. GALL. *Porter ſur ſes eſpaules.* ITAL. *Portare.* GERM. Tragen. HISP. *Llevar ò traer carga a cueſtas.* ANGL. *To beare upon the ſhoulders.*} Plaut. *in Aſin. ſc.* 3. *a.* 3. Ego bajulabo, tu, vt decet dominum, ante me ito inanis. Quintil. *lib.* 6. *c.* 1. Ego te bajulare non poſſum.

**Bajulus**, qui corpore ſuo vecturas onerum facilitat victus quærendi gratiâ, ex Gell. *cap.* 3. *lib.* 5. } נשא *naſé*, נטל *natil.* φορτηγὸς, βαστάζων, ὁ βαστάζων. GALL. *Portefaix, crocheteur, gaignedenier.* ITAL. *Facchino, bajulo.* GERM. Ein trägers faetträger. HISP. *Baſtaje ò ganapan.* ANGL. *A bearer of burdens, or porter.*} Cic. *in Parad.* Vtrùm potiùs in bonis eſt quærendum quid bajuli atque operarii, an quid homines doctiſſimi ſenſerint ? Idem 2. *de Orat.* Remigem aliquem, aut bajulum nobis oratorem deſcripſerat.

**Baius**, Servio βαῖος, vel Baias, Straboni βάιας, vnus ex ſociis Vlyſſis fuit, à cujus nomine Baiæ appellatæ creduntur. Vide *Baia.*

**Baius** color, idem eſt cum ſpadiceo, ſive badio, in equis in primis laudatus. φοινικοῦν χρῶμα. GALL. *Baye, bayard.* ITAL. *Baio.* GERM. Reſenbraune farb. HISP. *Vayo.* ANGL. *Browne as a cheſtein.*} ita dictus eſt ἀπὸ τοῦ βάιος, quo nomine Græci appellant palmæ terminem vnà cum fructu avulſum, qui huius eſt coloris.

**Bala**, βάλα, civitas Galilææ. Steph.

**Bâlæna**, æ, vaſtiſſima maris bellua, ex genere cetorum, quam Plin. tradit in Oceano Indico ad quaternum jugerum magnitudinem increſcere. { φάλαινα dicitur, παρὰ τὸ εἰς φῶς ἅλλεσθαι. Vnde & Latinè Balænam appellarunt, φ aſpirata in β mediam ſuam converſâ. Vide Plin. *lib.* 9. *cap.* 3. 4. 6. GALL. *Baleine.* ITAL. *Balena, peſce.* GERM. Ein wallfiſch. HISP. *Ballena.* ANGL. *A great fiſhe named a whirlepole.*}

**Balænata** virga, id eſt, virga è balænarum cartilaginoſa duritie. Petronius Arbiter : Donec Quartilla balænatam tenens virgam, altéque ſuccincta infelicibus dari miſſionem.

**Balanea** Plinio, βαλάνια Stephano, oppidum in confinio Syriæ & Phœnices, cujus meminit Plin. *lib.* 5. *cap.* 23.

**Balani Sardiani**, βάλανοι σαρδόνιοι, à Græcis olim appellabantur, quas nos Caſtaneas dicimus. Primùm enim Sardibus creduntur provenisse, vt tradit Plin. *lib.* 15. *cap.* 26.

**Bâlânvs**, i, gen. fœm. βάλανος. GALL. *Toute ſorte de glaud, groſſe chaſtagne, marron.* GERM. Ein Eychel. ANGL. *All kinde of acornes or maſt.*} Generale nomen eſt, omnia continens, quæ apud nos Glandis vocabulo comprehenduntur. Præcipuè tamen hoc nomine dactyli appellantur, & olivæ, & ſi quæ ſint alia, quæ nucleos intus habent. ¶ Balanus myrepſice, βάλανος μυρεψική Dioſcoridi, fructus eſt arbuſculæ myricæ ſimilis, magnitudine nucis avellanæ, ex cujus cortice ſuppoſitorius liquor exprimitur, quem vocant Oleum balaninum. Sunt qui credant eſſe glandem eam, quam vulgò nucem muſcatam vocant : quibus tamen non arbitror adhibendam fidem, quum deſcriptio ei non conveniat. Conſtat enim glandem myrepſicam lignoſo intus eſſe oſſe, quod nux odorata non habet. Potius itaque Ruellio crediderim, nucem odoratam, quam nos muſcatam vocamus, veteribus fuiſſe incognitam. Glandem autem myrepſicam Plin. vno nomine vocat Myrobalanum, quaſi dicas glandem vnguentariam. Ita enim de eo ſcribit *lib.* 12. *cap.* 21. Myrobalanum, Troglodytis & Thebaidi, & Arabiæ, quæ ludæam ab Ægypto diſterminat, commune eſt, naſcens vnguento, vt ipſo nomine apparet. Quo item indicatur, & glandem eſſe arboris, heliotropio, quam diceimus inter herbas ſimili folio ; fructus, magnitudine avellanæ nucis. Hactenus ille. Myrobalanum Celſus videtur accepiſſe pro vnguento ipſo, quod ex glandis myrepſicæ commiſto liquore conficitur. Ita namque ait *lib.* 4. *c.* 9. Fit ex vnguento & palmulis, quod Myrobalanon vocant. Ad hanc etiam ſignificationem alluſiſſe videtur Matt. *lib.* 14.

*Quod nec Virgilius, nec carmine dixit Homerus,*
*Hoc ex vnguento conflat, & ex balano.*

Nam ſi de glande ipſa intelligas, non video quo modo dicat Myrobalanum conſtare ex balano & vnguento. ¶ Balanus etiam à Græcis vocatur extrema membri virilis pars, quam etiam Latinè Glandem vocamus. ¶ Hoc etiam nomine dicuntur quæ à pharmacopolis vocantur *Suppoſitoria*, quæ ad ſubducendam alvum podici inſeruntur : ita dicta, quòd figurâ glandis ſimilitudinem referant. ¶ Balanus item eſt nomen vrbis in Epiro. ¶ Balanus item piſcis marinus.

Plin.

Plin. *lib* 31. *cap.* 11. Plaut. *Rud.* Ostreas, balanos exprimunt, conchas, marinam urticam. ¶ Balani, Castanearum genus excellens. Plin. *lib* 15. *cap.* 23. Sardibus ex provenere primùm. Ideo apud Græcos Sardianos balanos appellant: nam divus Tiberius postea balanum nomen imposuit excellentioribus satu facilis. Hic autem Balanus aut est etiam masculinum, aut Sardianas legendum est.

Bălănītēs, hujus balanitæ, βαλανίτης, gemma subviridis, & Corinthio similis æri, secante mediam flammea vena. Author Plin. *lib.* 37. *c.* 10.

Bălănītis, idis, βαλανῖτις. Genus est castaneæ rotundius, & maximè purgabile, & sponte prosiliens, à rotunda glandis effigie ita appellatum. Plin. *lib.* 15. *c.* 23.

Bălĭnātus, a, um, adject. Hoc est, balanino oleo perfusus. Persius *Sat.* 4.

*Tu quum maxillu balanatum gausape pectas.*

Bălĭnīnus, a, um, aliud adject. ex balano factum: ut, Balaninum oleum. Plin. *lib.* 23. Balaninum oleum repurgat varos. Idem *lib.* 13. *c.* 1. Increvit deinde Mendesium, balanino retina mista.

Bălārĕ, proprium est vocis ovis, aut hœdi. ¶ βληχᾶσθαι. Gall. *Beeler.* Ital. *Belare.* Germ. Blören/ schreyen wie ein schaff oder geyß. Hisp. *Balar las ovejas ò corderos.* Angl. *To bleate.* ¶ Quint. *lib.* 1. *c.* 1. Iamne balare quidem, aut hinnire fortiter dicemus, nisi judicio vetustatis niteremur. Ovid. 4. *Fast.*

*Tollaque fumanti sulphure balat ovis.*

Sil. *lib.* 15.

——— *cui mille sub altis Lanigera balant stabulis.*

¶ Balare, ad hominem translatum. Varr. 2. *de re rustic. cap.* 3. Cui Cossinius, Quoniam fatis balasti, inquit, ô Fausule noster, accipe à me cum Homerico Melanthio Cordo de capellis. Id est, trastalli & docuisti de ovibus, quarum proprium est balare.

Balatium dicebant antiqui, quod nos Palatium. Vide suprà in litera B, statim initio.

Bălĭto, as, frequentativum. Plaut. *in Bacch.* Pastor harum dormit, quum ex eum. Sic à pecu balitantes.

Bălātus, us, nomen. ¶ βληχή, βλήχημα. Gall. *Beelement, cry de brebis.* Ital. *Voce di pecora, ò di agnelle.* Germ. Das blören eines schaffs. Hisp. *El balido de ovejas ò cordero.* Angl. *Bleating.* ¶ Plin. Gustatum à pecore, caprisque balatum concitat.

Bălātrōnes, inquit Festus, & Blateas, antiqui appellabant, bullas luti ex itineribus, aut quod de calceamentorum soleis raditur. Balatrones pro nihili hominibus, & nullius pretii videtur accepisse Varro *de re rustic. lib.* 2. *c.* 5. quum inquit. Videbo jam vos balatrones, & huc asferam meum corium, & flagra. ¶ Dicti autem putantur Balatrones à balatu & vaniloquentia, ut annotavit Porphyrion in illud Horatii 1. *Ser. sat.* 1.

*Mendici, mimæ, balatrones, hoc genus omne*
*Mœstum, ac sollicitum est cassis metus Tigelli.*

Bălaustīum, βαλαύστιον. Gall. *La fleur d'un grenadier.* Ital. *Fiorell di melagrana.* Germ. Granatapffelblůt. Hisp. *Flor del granado.* Angl. *The flowre of an pomegarnette.* Flos mali punici, utilis non modò medicinis, sed etiam tingendis vestibus, quas sibi concolores facit. Propriè autem hoc nomine appellatur sylvestris punicæ flos: nam sativæ Cytinus dicitur.

Balaustinus, a, um, ut Balaustinus color, à floris hujus similitudine dictus.

Balbina, Virgo Romana & martyr Quirini, liberata à strumæ vitio per Alexandrum Pontificem, sepulta in via Appia juxta patrem: qui ambo sub Traiano sunt passi. Author Volater.

Balbura, βάλβουρα, ōrum. Vrbs Lyciæ. Steph. Vide *Bubo*, apud eundem.

Balbus Cornelius. Vide *Cornelius.*

Bălbŭs, qui vitiò linguæ non bene potest exprimere verba, & obscurè loquitur, hæsitans. ¶ Hoc vitio laborarere Aristoteles & Alcibiades, qui R. in L. detorquebant. Scal. *lib.* 1. *de causis L. L. cap.* 14. ¶ עלג *billégh.* ψελλός. Gall. *Begue.* Ital. *Balbo.* Germ. Stammler/ Stotzer. Hisp. *Tartamudo.* Angl. *A staffler, a stammerer or stutterer.* ¶ Persius *Satyr.* 1.

*Rancidulum quiddam balba de nare locutus.*

Cic. 3. *de Orat.* Quámque ita balbus esset, ut ejus ipsius artis (cui studeret, primam literam non posset dicere, &c.

Bălbè, adverbium, Obscurè, imperfectè, blæsè. Nonius *ex Varrone.*

Balbūtio, is, Imperfectè loquor, quadam linguæ hæsitatione & confusione trepido. ¶ עלג *nilbágh.* ψελλίζω, ψιττω, ψιθυρίζω. Gall. *Begayer, parler mal & indistinctement.* Ital. *Balbettare.* Germ. Stammlen/ sich beflitig an der red stossen. Hisp. *Tartamudear.* Angl. *To saffle, stammer or stutter in speaking.* ¶ Horat. *in Serm.*

*Balbutit Scaurus prævis fultus malè talis.*

Id est, balbutiendo appellat Scaurum. Solent enim parentes filiorum puellorum adhuc infantiam imitari, blandius cum illis collocuturi. Cic. 3. *Tusc.* Me quidem authore etiam Peripatetici, veterésque Academici balbutire desinant aliquando.

Bălbūcĭnāri, significat lingua balba loqui, sicut senes. ¶ ψιθυρίζειν, ψελλίζειν. Germ. Stammlen/ oder stätzgen. Angl. *To saffle or stutter in speaking.*

Balcea, urbs circa Propontidem. Steph.

Baldraca, Puella generis obscuri, peregrinæque conditionis, quæ quamvis mulcarum rerum ob paupertatem esset indiga, noluit tamen corporis sui facere copiam Othoni Imperatori, quamvis multa promitteret, ut scribit Volater.

Bălĕārēs, ¶ βαλιαρίδες. Vide *Majorica*, & *Minorica.* ¶ Duæ insulæ ante Hispaniam, 300000. passuum intervallo à se invicem distantes, quarum major, quæ Orientem spectat, 200000. passuum longitudinem habet, circuitus autem passuum 480000. cujus præcipuæ oppida olim fuerunt Palma, & Pollentia Alterius in 60000. tantum passuum longitudo extenditur: circuitus autem in passuum 150000. ¶ Dictæ Baleares (ut quidam volunt) à Baleo quodam Herculis comite ibi relicto. Aut certè ἀπὸ τοῦ βάλλειν, hoc est, a jaculando, propterea quòd fundæ jaculatione Baleares peritissimi habiti sunt. Tradit enim Lycophron, & post eum Florus *lib.* 3. *c.* 8. eam hisce in insulis observatam fuisse consuetudinem, ut esurientibus filiis à matribus jentaculum in sublimi trabe proponeretur, quod illi contingere non posset, nisi priùs funda dejecissent. A Græcis dicti sunt γυμνήτες, eò quod nudi aliquandiu vitam egisse dicantur, nec vestibus vrentes, nec calceis. In hisce insulis tantus olim cuniculorum proventus fuit, teste Plin. *lib.* 18. *c.* 51. ut in eos præsidium militare ab Augusto petere fiori coacti. Hodie ab Hispanis, quorum imperio parent, Majorica, & Minorica appellantur. ¶ Germ. Zwo insulen den Hispaniern/ welche jetzt Majorica und Minorica genennet werden. ¶ ¶ Baleares etiam dicuntur incolæ harum insularum. ¶ Inde fit possessivum Balearis, & arc. Virg. *lib.* 1. *Georg.*

*Stupea torquentem Balearis verbera funda.*

Bălĕārĭcus, a, um: ut, Balearica funda. Ovid. 2. *Met.*

*Non secus exarsit, quàm quum Balearica plumbum*
*Funda jacit: volat illud, & incandescit eundo.*

¶ Balearica vina. Plin. *lib.* 12. *c.* 7. Balearica vina ex insulis conferuntur Italiæ primis. Baleariæ cochleæ, quæ herbis non vivunt, sed uvæ modo inter se cohærent, à terræ cavis non protepentes: unde & cavaticæ à Balearibus appellantur. Author Plin. *lib.* 8. *c.* 39.

Balesium, authore Plinio, Apuliæ oppidum est maritimum, non procul à Brundusio. Plin. *lib.* 3. *c.* 11.

Balhardus, Philosophus quidam Græcus ac Peripateticus, Parisiis prodiit, vir doctissimus, ab ortho tamen in quibusdam aberrans, à quibus nec per synodum jussu regis Ludovici, hujus gratiâ coactam avelli potuit, sed in quodam loco deserto cum socio nonnullis omne ævum abstinendo exegit. Volaterranus *lib.* 22.

Balius, sive Balius (nam & in Græcis quibusdam codicibus Βάλιος legitur, in aliis Ξάνθος) unus fuit ex equis Achillis, à Baleo colore ita dictus. Commemorat autem Hom. *lib.* 6. *Iliad.* tres Achillis equos, quorum duos Balium & Xantum immortales fingit, ex Zephyro vento, & Podarge Harpyia prognatos: tertium autem mortalem nomine Pedasum.

Balienus, Avunculus Catilinæ, Lucretium Asellam, consulatum contra voluntatem Syllæ, ad perturbandum civitatis statum petentem occidit jussu Syllæ tunc Dictatoris, accusatus postea, ac damnatus. Pædianus.

Balimenses, populi in Latio, qui aliàs Trebulani dicuntur. Plin. *lib.* 3. *cap.* 5.

Bălĭnēum, & Palinea, arum, idem quod Balneum, & Balnea, arum. ¶ מרחץ *marchetzeth.* βαλανεῖον. Gall. *Bain ou estuves.* Ital. *Bagno.* Germ. Bad. Hisp. *Baño.* Angl. *Stewues or bayne.* ¶ Cic. *Attic. lib.* 2. Balineum calefieri jubeo. Plaut. *Pœnul.* Nùmnam ita balineis circumluctus pallio? Plinius *epist.* 3. Quid balineum illud, quod pluribus fol implet, & circumit? Dictũ autem putatur Balineum, ἀπὸ τῶν βαλάνων, hoc est, à glandibus quæ in balneis sucendi solent. Scribit enim Suidas, glandes hominibus apud antiquissimos, cortices verò earum igni alimenta præbuisse.

¶ Baliotos, vult Alciatus dici Afros à balio colore tritici. Vide Plaut. *in Pœn.* 5. 5. ¶

Balis, urbs juxta Libyæ Cyrenem, Βάλις, dicta quòd Balis Deus in ea coleretur. Steph.

¶ Balista, vide *Ballista.* ¶

Bălĭus, color, ¶ ξανθὸς χρώς. Gall. *Bay, bayard.* Ital. *Baio.* Germ. Rosten braune farb. Hisp. *Vayo.* Angl. *Brovne like a chestun.* ¶ In equis laudatissimus est, à quo Homerus unum ex equis Achillis Balium, sive Balium appellavit. Nonnulli varium interpretantur, maculisque multis distinctum. Tylesius autem in libello de coloribus, eundem esse existimat cum eo, qui & Spadiceus, & Baius, & Phœniceus, appellatur.

¶ Balivus, nomen officii est, quod in sermonem transiit ex Gallico. Est prætor, qui ruri causas audit: diœcetus, nomarcha. ¶

Ballæ, urbs Macedoniæ. Steph.

Ballărĭa, æ, à Romanis appellata est herba, quæ à Dioscoride λυχνὶς στεφανωτική, hoc est, Lychnis coronaria, & à Gallorum vulgo *Candelaria* dicitur. Vide Ruell. *lib.* 3. *c.* 57.

¶ Ballerus, piscis lacustris. Rondel. ¶

BălLĭsta, gemino ll. à βάλλω, jacio. Machina est qua saxa torquentur, vel sagittæ. De saxa jaciente (quæ & major ballista appellari potest) Valer. Maxim. *lib.* 1. Quum telorum jactu perforari nequiret (intelligit serpentem ab Attilio Regulo interemptam) ad ultimum ballistarum tormentis undique petitam, silicum crebris & ponderosis verberibus procubuisse, &c. Et sive trabs, quæ versilis appellatur, fuerit, sive alterius generis, modò saxa majora & graviora jaciat, hoc nomine intelligitur.

*Quàm grave ballista mœnia pulsat onus,*

Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 1. *Trist.* Meus est ballista pugnus. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Vide *Exballistare.* ¶ De sagittas jaciente (quæ & minor) Lucan. *lib.* 2.

*Torquique per tenebras validis ballista lacertis*
*Multifidas jaculata faces.*

Et D. Hieronymus *contra Iovin.* Ballista quanto plus retrahitur, tanto fortiùs emittitur. ¶ Manc Hebr. vid *mechi.* Græci καταπέλτης. Gall. *Arbaleste, instrument de guerre à jetter pierres ou autres choses.* Ital. *Balestra.* Germ. Ein groesse/ ein instrument mit dem man schust/ ein schlingen. Hisp. *Trabuco ò ingenio ballestra.* Angl. *Anengin of warre to cast darts or stones, à sling*, dicunt) quam & Phœnices invenisse Plin. tradit *lib.* 8. *c.* 56. aliis Saturnum à Iove pulsum, & in Græciam profugum ballistarũ usum docuisse scribentibus.

BălLĭstārium, locus ubi sita est ballista. Plautus, Intenta est ballista probè, quam ego haud multò post emittam è ballistario. Vbi etiam Ballistam accipere videtur pro telo.

BălLĭstārĭus, ii, qui facit ballistas, ballistarum artifex. ¶ Angl. *A maker of slinges.* ¶ Paternus *in Instit. D. de jur. immunitatis.*

¶ Balliri, vide *Baliuni.*

Ballo. Gloss. Græcol. βαλλίζω, ballare, saltare, nempe jactare corpus. Hinc ballistea (quasi βαλλιστία) & saltatiunculas conjungit Vopiscus *in Aurel.* vide Gloss. Græcol. Meursii. ¶

BălLōtē, ¶ βαλωτὴ. Gall. *Marrubin noir.* Ital. *Marrobio nero.* Germ. Schwartz andorn. Hisp. *Marrubios negros.* ¶ Herba est marrubio

similis, quæ & Melampraſon à Græcis appellatur. Officinæ Marrubiaſtrum vocant, aut Marrubium nigrum. Vide Dioſcor. *lib.*3. Plin. *lib.*27. *cap.*8. & Ruell. *lib.*3. *cap.*58.

Bāllūcā, æ, vide *Ballux*.

Bālnĕum, & in plurali numero Balneæ, arum, vel Balnea, orum, { מרחצות *marchéſeth*. Βαλανεῖον. Gall. *Bain ou eſtuves*. Ital. *Bagno*. Germ. Bad/ badſtuben. Hisp. *Baño*. Angl. *A bayne or ſtewe, a waſhing place*. } Loca ſunt publica, vel privata, in quibus aut ſanitatis, aut abſtergendarum ſordium cauſa lavamur. Cic. *Terentiæ uxori*, Labrum ſi in balneo non eſt, fac ut ſit. Idem *Attico*, Balneum calefieri jubebo. Idem *pro Sext. Roſcio*, Occiditur ad balneas Palatinas rediens à cœna Roſcius. Illud autem ferè obſervatur à ſcriptoribus: Ille (hoſpes) in balneas itutus eſt. Huc veniet poſtea. Plaut. *Aſin. ſc.*1. *a.*1. De uſu & ratione lavandi in balneis ac religione, legendus Plut. *in Cat. Cenſ.* Balnea in plurali numero de publicis tantùm dicuntur: Balneum in ſingulari, locus in domo noſtra, ubi privatim lavamur. Ratio hujus diverſitatis videtur, quòd in publicis balneis plura ad lavandum fuerint loca. Habebant enim mulieres lavationes ſuas à viris ſeparatas. Erant præterea in balneis tria veluti cœnacula (niſi regiones malis appellare) quorum ſummum plenum erat æëris calidi, qualia hodie ſunt Germanorum hypocauſta: hæc balneorum pars Laconicum vocabatur. In medio cœnaculo erant aquæ calidæ: in imo, frigidæ. Ex his facilè oſtendi poteſt quid ſit diſcriminis inter balneas, & thermas. Balnea enim tantum dicuntur in quibus lavamur. Unde ſumma illa balneorum pars, quam Laconicum vocari diximus, & cryptæ quædam ſiccæ in littore Baiano calidi æëris plenæ, balneorum appellatione non veniunt, quæ tamen Thermæ aptè dici poſſunt. Thermæ enim dicuntur quæcunque loca calida, ſive illa ſicca ſint, ſive calidis lotionibus accommodata. Frigidum itaque balneum ſub thermarum appellationem non venit. Nam Ignis calorem ſignificat. Valla *in Randenſem* hujuſmodi ponit differentiam, ut Thermæ dicantur quæ naturâ calida ſunt: Balneæ, etiam quæ calefiunt igni. Quod non omnino verum eſſe conſtat multis, tum Martialis, tum aliorum teſtimoniis, qui Neronis & Titi balnea Thermas vocant, quæ certè igni calefiebant. ¶ Balneum eſt etiam potus genus non delicati. Luitprand. *in Leg.* Non proderit tibi balneum, quo te aſſiduo potas in amorem beati Joannis præcurſoris. Gloſſ. Meurſ. ¶ Unde autem dicatur Balneum, vide ſupra in dictione *Balineum*. ¶ Teneri calidis balneis, ἁπαλοὶ θερμολουσίαις, in molles & luxu diffluentes dicebatur: nam antiquitus calida balnea deliciarum nomine taxata fuiſſe vel Homerus teſtis eſt *Od.*8. inter voluptarias vitæ delicias ea commemorans. ¶ Herculana balnea, ἡρακλειανὰ λουτρὰ. De impendiò ferventibus balneis dicebatur, quales leginus & thermas Neronianas. Ariſtoph. *in Nebulis*. ¶ Quid cani & balneo? τί κυνὶ δ', οὐκ ἐν βαλανείῳ. Quadrabit in eos qui ad rem quampiam prorſus ſunt inutiles, ita ut in balneo nullius eſt omnium earum uſus. Hoc adagio utitur Lucianus adverſùs inerudituin, & in Paraſito.

Bālnĕŏlum, diminutivum eſt. Iuvenal. *Satyr.*7.

——— *quum jam noſtri celebréſque pœtæ*
*Balneolum Gabiis, Roma conducere furnos*
*Tentarent*

Cic. *apud Non. in Baln.* Pœnus balneola ſuſpendit, incluſit piſces.

Bālnĕārĭa, orum, Ea pars villæ, ſive ædium, in qua balnea ſunt, & nonnunquam etiam ipſum balneum. { τὸ λουτρὸν, τὸ βαλανεῖον. Gall. *Le lieu ou la maiſon où ſont les bains & eſtuves*. Ital. *Luogo da bagni à ſtuffe*. Germ. Das orth im hauſe da die badſtub oder das bad iſt. Hisp. *El lugar donde ay banos*. Angl. *Places where baynes, or ſtewes are*. } Cic. *ad Quint. Frat. lib.*1. Sed tamen nihil ei reſtat præter balnearia, & ambulationem, & alvearium. *Ibid.* In balnearius aſſa in alterum apodyterii angulum promovi. Col. *lib.*1. *c.*6. Balnearia Occidenti æſtivo obvertantur, ut ſint poſt meridiem, & uſque in veſperum illuſtria.

Bālnĕārĭus, a, um, quod ad balneum pertinet: ut Balneare argentum, quo qui in balneo lavabant utebantur. Scævola *in l. vit. de auro, & argento legat.* Sempronix dominæ meæ hoc amplius argentum balneare: quæſitum eſt an etiam id argentum, quo diebus feſtis in balneo uti conſuevit, legato cedat. Spartianus *in Adrian.* Ex quo ille locus balnearis innotuit.

Bālnĕārĭus, a, um, Balnearis, quod ad balneum pertinet. { Βαλανικὸς. Gall. *Eſtant du bain, ou eſtuves*. Ital. *Coſa pertinente à bagni à ſtuffe*. Germ. Das zu dem bad gehört. Hisp. *Coſa del baño*. Angl. *Belonging to a bayne or ſtewe*. } ut, Veſtis balnearia, Servus balnearius. Item Balnearia inſtrumenta, cujuſmodi ſunt olearia, linteæ. Pro quibus etiam Balnearia abſolutè. Apul. *lib.*3. Milonem juſſit cum balnearibus aſſequi.

Bālnĕātŏr, qui curam habet balnearum. { Βαλανεὺς. Gall. *Maiſtre des bains ou eſtuves*. Ital. *Maeſtro de bagno, ſtuffaro*. Germ. Ein bader. Hisp. *El bañador*. Angl. *Maiſter of the baynes or ſtewes*. } Cic. *pro Cal.* Familiaris facta erat balneatori. Plaut. *Truc.* Omnes amatores balneatores ſient. ¶ Hujus femininum eſt balneatrix, βαλανεῖς. Mulier cui balnei curandi cura incumbit.

Bālnĕātōrĭus, a, um. ¶ Balneator. βαλανεὺς. Angl. *Maiſter of the baynes or ſtewes*. } Id nominis vulgato convitio dicebatur in hominem alienarum rerum plus ſatis curioſum. Propterea quòd hujuſmodi genus hominum, quoniam in otio vivit, neque ſuis negotiis diſtinetur, aliena curare conſuevit. Quod ad balneum pertinet, βαλανικὸς. Mart. Iureconſ. Inſtrumento balneatorio legato, balneatores continentur, quoniam ſine his balneæ uſum ſuum præbere non poſſunt.

Balcrum, Βάλαρον, urbs Macedoniæ. Steph.

Bălsă, Βάλσα, à Plin. *lib.*5. *c.*5. numeratur inter Cyrenaicæ regionis oppida. ¶ Eſt etiam hoc nomine urbs Luſitaniæ, non procul à Sacro promontorio, & Anæ fluvii oſtiis; quam vulgò nunc *Tavilla* dici credunt. Commemoratur à Plin. *lib.*4. *c.*21. & Ptolem. *lib.*2. *c.*5.

Bălsămĭta, ut inquit Dioſcorid. albæ violæ, ſibi autem pyracanthæ magnitudine conſpicitur, ſalium rutæ proximum, atque longè candidius. perpetuò virens. In Iudæa ſolêm quadam valle, & Ægypto naſcens, his differens modis: ſcabritia, procritate, gracilitate; quòd igitur tenui & capillacea coma eſt, Theriſtum vocant, quaſi demeſſile: fortaſſe quoniam ob gracilitatem facile demetatur. Plin. Plin. *lib.*12. *cap.*25. Theoph. *lib.*9. *cap.*6.

Bălsămum, neutri generis. { בשם *pannágh*. יצהר *iſori*. Βάλσαμον. Gall. *Baume*. Ital. & Hisp. *Balſamo*. Germ. Balſam. Angl. *Balme hearbe*. } Arbuſcula vini terrarum ludææ quondam conceſſa, vitis ſimilior quàm myrto Virg. 2. *Georg.*

*Quid tibi odorato referam ſudantia ligno,*
*Balſamáque, & bacca ſemper frondentis acanthi?*

Scritur malleolis, ut vitis, & colles implet vinearum modo, ſuſtinens ſeſe ſine adminiculis. Intra tertium annum eſt fructifera: procritas intra bina cubita ſubſiſtit. Præterit omnibus odoribus. Inciditur vitro, lapide, oſſeiſve cuſpellis, & ſuccum emittit eximiæ ſuavitatis, quem Opobalſamum dicunt. Nam ὀπὸς Græcis ſuccus eſt. Summa opobalſami probatio eſt ut lac coagulet, & in veſte maculas non faciat. Lignum quoque ejus in pretio eſt, Xylobalſamum appellatum, quod officinæ unguentorum pro ſucco ſubſtituebant. Carpobalſamum, fructus balſami: καρπὸς enim Latinè fructus. Vide Plin. *lib.*12. *cap.*25.

Balſamelæon. { Βαλσαμέλαιον. Angl. *Iuice of balme hearbe*. } Succus eſt oleo perſimilis, qui incunte autumno, ex imis balſami fruticis partibus ſcarificatis profluit, ut poſt Ætium refert Ruell. *lib.*15. *c.*3.

Balſamĭnus, a, um, adjectivum, ut Balſaminum oleum, Βαλσαμινέλαιον. Plin. *lib.*23. *c.*4. Balſaminum longè pretioſiſſimum omnium, ut in unguentis diximus, contra omnes ſerpentes efficax.

Balteus, & Balteum in ſingulari; in plurali neutrum tantùm { אבנט *abnét*, חגור *axór*. Ζωστὴρ. Gall. *Baudrier*. Ital. *Correggia, cinta da ſpada*. Germ. Ein leder gürtel, mit ſpangen oder bullen gezirt, ein weiſſen riemen. Hisp. *Vanda de cavallero, cires d'eſpada*. Angl. *Arrowed girdle*. } Militare cingulum, vel zona bullis ornata. Virg. 12. *Æneid.*

——— *infelix humero quo apparuit alto Balteus.*

Balteum, inquit Varro, eſt cingulum è corio bullis ornatum. Idem, ut author eſt Soſipater, Tuſcum air eſſe vocabulum, *in lib.*18. *rerum humanarum*. Plinius vult maſculino genere funiculum ſignificare: neutro autem lora ad alligandum apta. Balteus gladii. Senec. *epiſt.*77. Sinus togæ, velut Balteus. Quint. Liv. *lib.*9. *apud Nonium*, Auratæ vaginæ, aurata baltea illis erant.

Baltia, Inſula eſt in mari Germanico, quæ mari Baltico nomen dedit. Meminit hujus inſulæ Plin. *lib.*4. *cap.*13.

Balux, ucis, Minutior auri particula ab Hiſpanis dicitur, cujuſmodi in arrugiis, aut puteis penè puræ inveniuntur, nullaque opus habentes coctione. A Græcis χρύσιον, quaſi aurea arena dicitur. { Hisp. *Oro de tibar no apurado* vocant. Angl. *A peece or wedge of gold*. } Plin. *dib.*33. *cap.*4. Aurum arrugia quæſitum non coquitur, ſed ſtatim ſuum eſt. Inveniuntur ita maſſæ, necnon in puteis etiam denas excedentes libras. Palacras Hiſpani, alii Palacrunas, iidem quod minorum eſt, Baluces vocant.

Bămbăcĭon, βαμβάκιον, βάμβαξ, & βαμβάκη; Suidæ. { Angl. *Cotton*. } Lanæ genus candidiſſimum, in exiguo naſcens frutice, quem nonnulli Goſſipion, plures Xylon appellant, teſte Plin. *lib.*19. *c.*1. Fert hic frutex fructum barbatæ nuci non diſſimilem, quæ dehiſcens velut inculcatum lanæ glomum detegit, ex qua deinde veſtes fiunt, quæ à nonnullis bambacinæ appellantur, à peritioribus Xylinæ, vel Goſſipinæ. Vulgus *Cotonium* vocat, à ſimilitudine forteſſe illius lanuginis, quæ foris in malo cotoneo gignitur. Vide Ruell. *lib.*2. *c.*150.

Bambalio, ſocer M. Antonii, quod Cic. à balbutiendo deducit *Phil.*2.

¶ Bambata, æ. Scilla quæ aliquo intinctu condita eſt, à βάπτω, quod ut Heſychius docet, eſt Syracuſis pro βεβαμμένα, intincta, à βάπτω. ¶

Bamberga, urbs Epiſcopalis Franconiæ.

Bambotum, flumen Mauritaniæ crocodillis & hippotamis refertum, ut ſcribit Plin. *lib.*5. *cap.*1.

Bambyce, Βαμβύκη Scraboni. Meſopotamiæ civitas eſt, ſive (ut Plinio placet) Syriæ Cœles, in qua Atergatis Dea colebatur. Hæc alio nomine Hieropolis, hoc eſt, ſacra civitas, appellatur, & Edeſſa. Vide latiùs in dictione *Edeſſa*.

¶ Bammon valculum aceti, appoſitum ad intingendum in menſa. Leng. gr b. ¶

Banas, apud Plin. *lib.*5. *c.*1. Romanorum colonia eſt in Mauritania Tingitana, Valentia cognominata.

Banaurides, Βαναυρίδες, inſulæ Thuſciæ, à Banauro filio Ajacis. Steph.

Bănāusŭs, { חרש *charáſch*. Τεχνίτης. Gall. *Mecanique, artiſan*. Ital. *Mecanico, artigiano, artiere*. Germ. Ein handwercksman/ der ob dem fewr vnd in dem ofen ſein arbeit macht. Hisp. *Sutzio, hazedor de alguna arte ò obra*. Angl. *Handie traſtiſman, a man of occupation*. } Propriè dicitur artifex, qui circa caminos & fornaces exercetur, quique opera ſua igni conficit: Καμινεύς enim Peloponnenſis caminus eſt, & καίω, incendere. Per tranſlationem tamen latiùs ſumitur ad viliores omnes operas, quæ manuum opificio victum quærunt. Id quod & Hieronymus annotavit *lib.*1. *adverſùs Pelagium*. Ariſtot. *in Polit.* inter ſervum & banauſum hoc unum intereſſe ait, quòd ille naturæ ſervit, banauſus mercede.

Bănchŭs, Βάγχος, piſcis marini genus, quem & Myxona vocari author eſt Plin. *lib.*32. *c.*7. ¶ Eſt & Banchus inter mugiles minimus, quem Ariſtoteles Chelonem vocat.

Bandum, Βάνδον, ſignum & vexillum.

Baniſæ, al. Balaniſæ, populi Traciæ. Steph.

Bantia, Βάντια, urbs Italiæ. Steph.

Banti, populi Thraciæ, Βάντιοι. Steph.

Bannum, Exilii ſpecies, quæ antiquis dicebatur Proſcriptio. { Angl. *Amaner of condemnation that who ſoever findeth a man may killthim*. } Hinc Banniti dicebantur qui carebant jure togæ, quibus aqua & igne interdictum erat. *Cod. de Epiſc. & cler. in aut.*

Banutri, Getuli ſunt, incolæ Tingitanæ provinciæ, ut ſcribit Plin. *lib.*5. *cap.*2.

¶ Bapheus, tinctor, Baphiorum procurator. Puleng. ¶

Baphĕ, { βαφὴ. Gall. *Teinturerie, le lieu où on teind*. Ital. *Tintureria*. Germ. Die färbe ein oder die man färbt. Hisp. *Tintoreria*,

*lugar*

*lugar de tintores.* ANGL. *The place where they die, or dying house.*} Dicuntur loca tincturæ in quibus tinguntur panni; nos Tinctoria dicimus. Lampridius *in Alexand.* scribit Probum fuisse baphium præpositum: βαφὴ enim tinctura dicitur, unde Dibapha, bis tincta. Hinc adjectivum Baphicus, id est, tinctorius, ut Coccus baphicus, granum tinctorium. Vide Dioscoridem & Galenum.

**Baphii** sunt ministri tingendæ Imperatoris purpuræ: Gothof. *ad l. 1. C. de murileg. lib. 11.*

**Bāptæ**, βάπται, Athenis erant Sacerdotes Cotyttûs, impudicitiæ deæ, cui nocturna sacra peragebant saltationibus, & omni voluptatum generi indulgentes. Dicti autem sunt Baptæ, ἀπὸ τῆς βάπτου, quòd qui sacris illis initiantur, aqua calida tingerentur. Juvenal. 2. *Satyr.*

*Cecropiam solitî Baptæ lassare Cotyttô.*

In hos Eupolis Comœdiam conscripsit, quam ab illorum nomine *Baptæ* appellavit, in qua mollitiem & eorum libidinem depinxit. Quam ob causam ab illis in mare præcipitatus est, & submersus. Vide plura de his apud Suidam, & Politianum *Miscellaneorum cap.* 10.

**Bāptēs**, βάπτης. Gemma est mollis, sed præstantissimi coloris. Plin. *lib.* 37. *c.* 10.

**Bāptĭsmŭs**, & Baptismum. βαπτισμός, & Baptisma, atis. βάπτισμα; Latinè immersio, vel intinctio dicitur, à βάπτω, immergo. {טְבִילָה *tebilâh.* GALL. *Baptesme.* ITAL. *Battesimo.* GERM. Taufft. HISP. *Baptismo.* ANGL. *Baptisme, dipping.*} Gregorius, βάπτισμα Græco eloquio dicitur, quod Latinè Tinctio: quia ibi homo Spiritu gratiæ in melius immutatur, & longè aliud quàm erat, efficitur. Primum enim fœdi eramus deformitate peccatorum, in ipsa tinctione reddimur pulchri dealbatione virtutum.

**Bāptistĕrium**, est locus, vel vas ex ligno, aut lapide ita ædificatum, ut in illud aqua infundi possit, in quam lavandi causa aliquis se possit immergere. {βαπτιστήριον. GALL. *Cuve, ou autre grand vaisseau dans lequel on se lave, lavoir.* ITAL. *Lavatorio.* GERM. Taufftein, badstein/ badzuber. HISP. *Lavador, lugar do se lavan.* ANGL. *A font or vessell, to washin.*} Hoc in cellis, id est, in locis secretioribus, solet constitui: quarum aliæ Calidariæ sunt, in quibus calida lavantur: aliæ Frigidariæ, in quibus lavantur frigidas: aliæ Tepidariæ, in quibus tepida aqua abluuntur. Pinxum. *ad Apollinarem*, Cella frigidaria, in qua baptisterium amplum, atque opacum.

**Baptizo**, as, βαπτίζω, est mergo, tingo, lavo, à βάπτω intingo: religiosam & Ecclesiasticam actionem significat in Christianismo. Quum ejus vim Latini exprimunt, dicunt *tingere.*

**Baquetes**, qui usitatiùs *Bacauda*, vel *Baganda* dicûtur, pro rebellibus.{

**Barabbas**, per duplex bb. est Syra dictio, sicut & sequentes duæ, quæ apud nos significatur filius patris. {בַּר אַבָּא *bar-abbâ.* βαραββᾶς. GERM. Ein watterson.} Componitur enim ex בַּר *bar*, quod apud illos filius dicitur, & אַבָּא *abbâ* pater. Sedulius.

*Tum coluêre Baal, nunc elegere Barabbam.*

**Barace**, insulæ Gedrusiæ. Steph.

**Barach**, בָּרָק *barâk.* Nomen viri proprium, & apud nos significat fulmen.

**Baracum**, βάρακον. Oppidum Africæ in tractu Cyrenaico, cujus meminit Plin. *lib.* 5. *c.* 5.

**Baracura**, βαρακοῦρα. Emporium Indiæ extra Gangem, Authore Ptol. *lib.* 7. *c.* 2. hodie *Bangella*, civitas fœcundissima, & regnum latissimum.

**Baragûa**, Æthiopiæ oppidum, de quo Plin. *lib.* 6. *cap.* 29. Aliqui unum Æthiopiæ oppidum ultrà ponunt in littore Baragasa.

**Baramalacum**, Nabathæorum oppidum non spernendum in ea parte Arabiæ, quæ est contermina Syriæ, ut author est Plin. *lib.* 6. *c.* 28.

**Barangi**, hi claves servabant urbium, in quamcunque civitatem Imperator venisse.

**Bărăthrum**, {בּוֹר *bor.* βάραθρον. GALL. *Abisme, gouffre, lieu profond & dangereux.* ITAL. *Abysso, profundità.* GERM. Ein grausame tieffe grub/ oder loch/ ein solches war vor zeiten zu Athen/ welches voll mit vnd taats/ in welches/ sie die vbeltheter verworffen. HISP. *Lugar fondo, abismo.* ANGL. *A deep and dangerous coulfe or pitte.*} Locus Athenis fuit immensæ profunditatis, in imo mollis & concussus, in quem noxios & damnatos deturbabant. Hinc factum est, ut loca omnia profunda, unde quis emergere non possit, ab illius similitudine Barathra dicantur: cujusmodi apud inferos Tartarum fingunt poëtæ, qui

*Bis patet in præceps tantùm, tenditque sub umbras,*
*Quantus ad ætherium cœli suspectus Olympum.*

¶ Hoc etiam nomine appellantur terræ cavitates, quæ fluvios hauriunt, aliis in locis rursus emersuros. Transfertur quoque ad alia. Martialis Barathrum fœminæum, pro locis muliebribus, dixit. Idem stomachi imum hiatum Barathrum appellavit, quùm ait:

*Extremo ruitur si venit à barathro.*

Horat. de luxurione quodam loquens *lib.* 1. *epist.* 16. usurpat pro ingluvie & voragine. Apud Demosthen. ponitur pro pernicie, ut annotavit Harpocration.

**Barathrus**, βάραθρος, barathro dignus: ut βαράθρου Græcis pro adverbio usurpatur.

**Barbă**, utroque numero, non solùm hominum, sed & brutorum quadrupedum est, {זָקָן *Zachân.* γένειον. GALL. *Barbe.* ITAL. & HISP. *Barba.* GERM. Ein bart. ANGL. *A beard.*} Plaut. *Bacchid.* Cano capite, atque alba barba. Virg. 2. *Æneid.*

*Squallentem barbam & concretos sanguine crines.*

Horat. *lib.* 1. *Sermon.*

*Vrque lupi barbam varia cum dente colubra.*

Plin. *lib.* 28. *c.* 13. Afferunt & magi sua commenta: primùm omnium, rabiem hircorum, si mulceatur barba, mitigari. Silius numero plurali etiam de homine dici posse ostendit *lib.* 13.

*Indociles nunc propexis in pectora barbis*
*Verrere humum.*

Hujus nominis composita possunt declinari secundùm tertiam & secundam declinationem: ut Imberbis, & hoc Imberbe: Imberbus, a, um, quod est sine barba.

*Et niter indutta candida barba gelu.*



Ovid. *Eleg.* 14. *lib.* 3. *Trist.*

(Tum) *Barba resecta mihi bisve, semelve fuit.*

Idem *Eleg. ult. lib.* 4. *Trist.* Barbam radere & tasitare desinebant rei. Gell. *cap.* 4. *lib.* 4. Veteres quando barbam radebant, *ibid. & lib.* 13. *cap.* 8. Homines desides operti barba & pallio. Idem *lib.* 2. *c.* 9. Heus tu qui cum hircina astas barba. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Barba autem Diis tribuebatur, ut Iovi, Neptuno, & Æsculapio apud Valer. *lib.* 1. Ob id dixit Persius,

*Præsupui sunto, siquæ illis aurea barba.*

Sueton. *in Caligula*, Plerumque verò aurea barba fulmen tenens, ac fuscinam, aut caduceum Deorum insignia. ¶ Ante barbam doces senes, οὐ πρὸ τοῦ γενείου διδάσκουσι τοὺς γηραιούς. Quum imberbis majorem natu docet. Est autem figura proverbialis, quod ait Persius, ante pilos. ¶ Barba non facit Philosophum, οὐ τὸ γενειᾶν τοὺς φιλοσόφους ποιεῖ. Plutarch. Convenit in eos, qui barba pallioque philosophos se profitentur, quum cætera cultui non respondeant. Hæc non conveniunt barbæ illi, atque togæ Philosophiorum. Quintil. Barba autem ponebatur in luctu. Sueton. *in Calig. cap.* 5. & 10. & Suet. *in Neron. cap.* 12. ¶ Πρωΐαν πώγωνα, de prolonga barba dicebatur. Aristophan. *in Concionantibus.* ¶ Barba tenus sapientes, ἐπὶ τοῦ πώγωνος σοφοί: ᾗ, ἀπὸ τοῦ πώγωνος σοφοί: ᾗ, ἀπὸ τοῦ πώγωνος φίλοι, &c. id est, Barba tenus sapientes, & sophistæ & philosophi. Usurpatur apud Plutarch. Huc allusit Horatius quùm ait, Sullit Sapientem pascere barbam. ¶ Barbam vellere, τὸν πώγωνα τίλλειν. Sumptum à gestu, quod summum contemptum ac ludibrium significamus.

**Barbŭla**, æ, diminutivum. {πωγωνίσκος. GALL. *Barbette, petite barbe.* ITAL. *Pirciola barba.* GERM. Ein bartlin. HISP. *Pequena barba.* ANGL. *A little Beard.*} Cic. *pro Cælio*, Aliquis mihi ab inferis excitandus est ex barbatis illis: non hac barbula, qua ista delectatur, sed, &c.

**Barbātus**, dicitur qui barbam habet, {πωγωνίας. GALL. *Barbu.* ITAL. *Barbuto.* GERM. Gebartet/ der ein bart hat. HISP. *Barbado, con barbas.* ANGL. *That hath a beard, bearded.*} Unde illud,

*Si promissa facit prudentem barba, quid obstat*
*Barbatum posse quin caper esse Plato?*

Cic. 1. *de natur. Deorum.* Isto enim modo dicere licebit, Iovem semper barbatum. Barbati proverbiali joco apud Romanos dici consueverunt homines priscis ac simplicibus moribus, rusticanæque veritatis: quòd illic serò receptum sit barbam radere, aut tondere. Plin. *lib.* 8. *c.* 59. Cic. *de Finib.* Barbatus, pro forti, vel magnæ auctoritatis. Persius *de Socrate, satyr.* 4.

——— *Barbatum hæc crede magistrum*
*Dicere, sorbitio tollit quem dira cicuta.*

Juvenal. *Sat.* 1.

*Barbatos licèt admoveas mille inde magistros.*

**Bārbātŭlus**, diminutivum. {ANGL. *That hath a yong beard.*} ut, Barbatuli juvenes, & Mulli barbatuli, τρυγονίαι. Cicer. *in Paradox.* Barbatulos mullos exceptare de piscinis. Idem *ad Att. lib.* 1. Concurrebant barbatuli juvenes: totus ille grex Catilinæ.

**Bārbiger**, a, um, adjectivum, qui barbam gerit. {πωγωνοφόρος. GALL. *Qui porte barbe.* ITAL. *Chi porta barba.* GERM. Der ein bart treget. HISP. *Cosa que tiene à trae barba.* ANGL. *That beareth A beard, bearded.*} ut, Barbigeræ pecudes. Lucr. *lib.* 5.

*Quippe videre licet pingues ferre, sæpe cicutæ*
*Barbigeras pecudes: hominis quæ est acre venenum!*

**Barbăsterili**, Duribuccius, fortassis. *Nudibuccius*, tametsi *Duribuccius* alludit ad illud proverbium Hispanorum, *Poca barba poca vergueña.*

**Bārbĭtium**, ponitur pro barba. {ANGL. *A beard.*} Apuleius. Hircino barbitio Philosophorum mentiebatur.

**Barbalissus**, βαρβαλισσός, castellum in Oriente muris cinctum. Steph.

**Barbara**, Virgo Nicomediensis Dioscori nobilis viri filia, à qu[illegible]m tutrim est conjecta, quòd se Christianam profiteretur: ac post omnibus probris mulctatum, converberatumque corpus, ab eodem ad præsidem ducta, jugulataque in eadem urbe sub Maximiliano. Demùm Venetiis (quò translata est) conditas Author Volaterranus.

**Barbărium**, βαρβάριον, apud Strab. *lib.* 3. Promontorium est Lusitaniæ inter Tagi & Calybis ostia.

**Barbărălĕxis**, βαρβαρολέξις. figura, qua dictionem barbaram & peregrinam Latinæ, aut Græcæ admiscemus orationi: ut Gaza & Magalia, apud Virgilium.

**Bārbārī**, {לֹעֵז *lo'ez.* βάρβαροι. GALL. *Barbares, qui ne font point de nostre langue, estrangers, incivils, mansades.* ITAL. *Rozzi nel parlare, mal costumati en lingua & provincia esterna.* GERM. Die ein rauhe vnd grobe sprach haben/ Außlender mit frömbden sprachen. HISP. *Peregrinos en lengua y costumbres, barbaros.* ANGL. *Barbarous, that ar not of our language, that hath no civilitie.*} Facilitio nomine, inquit Strab. *lib.* 14. dicti sunt ab initio, qui difficulter, asperè, atque duriter loquebantur, quasi duriloqui, & craslilingues: quemadmodum blæsi atque balbi dicuntur, qui lingua impediti sunt. Dicti Barbari à βάρβαρος, absona voce, in quam peregrini homines Athenas advenientes, quum primùm Græce loqui conarentur, identidem incidebant. Omnes igitur qui crassè loquuntur, Barbari dicuntur: quales olim habiti sunt omnes gentes, præter Græcos. Unde Plautus Nævium Poëtam Latinum, Barbarum dixit, *in Mercat.* Nam os columnatum esse audivi barbaro, cui bini custodes semper totis horis accubant. In eodem Lex barbarica, id est, Romana: & Marcus vertit barbare, i. Romanè atque Latinè: Nunc etiam ab hoc nomine exempti sunt Latini, quòd hi mitiorem linguam habeant, ac magis cultam. Quin etiam inter hos, si quis non rectè proferat, barbarè loqui dicitur. In summa, Barbari dicuntur illiterati, malis moribus, feri, crudeles. Cic. *pro Fonteio*, Immanis ac barbara consuetudo hominum inurbanorum. ¶ Barbarus ex trivio, βάρβαρος ἐκ τριόδου. In hominem dicebatur extremæ humilitatis ac prorsum nullius pretii: perinde quasi dicas, extremum ac vilem servulum aliundè è triviis emptum, non dono datum, aut domi natum. Lucianus. Barbarus aliquando pro Latinus ponitur. Fit causa mea Lydi barbari (id est, Italici.) Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Os columnatum inesse

poëtæ audivi barbaro (i. Latino, Nævio sc.) Plaut. *Mil. sc.* 1. *a.* 2. Et Barbarè vertit, id est Latinè, apud Plaut. *in prolog. Asin.* Et barbarica lex, i. Romana. De qua te infra. Contrà etiam Barbarus Latino: item barbarè scribere, & latinè, opponuntur sicut Barbara, & Latina arma. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Trist.*

*Si qua videbuntur casu non dicta Latinè:*
*In qua scribebas, barbara terra fuit.*

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.*

*Non sunt ipsa (scripta) suo barbariora loco.*

Et Velleius, Sermone barbarus, rudis studiis, &c.

Bārbarè, adverbium, {βαρβαρικῶς, βαρβαρικῶς. ANGL. *Barbarously, rudely.*} ut, Barbarè loqui. Cicer. 2. *Tusc.* Ut enim si Grammaticum se professus quispiam, barbarè loquatur. Barbarè vertit, i. Latinè. Vide paulò ante. Quod nunc barbarè loqui, olim rusticè dicebant. Gell. *cap.* 16. *lib.* 13.

Bārbārĭcŭs, a, um, {βάρβαρος. ANGL. *Barbarous, that beareth rudelie.*} Ejusdem significationis est cum barbarus, hoc est, ferus, & malis moribus. Apul. Feris ac barbaricis moribus. Virg. Barbaricum aurum dixit, pro multo, aut ex Barbaria advecto. *Æneid.* 1.

*Barbarico postes auro, spoliisque superbi*
*Procubuêre.*

¶ Barbarica pavimenta, quæ & Subregulanea dicebantur, ea testis rubis, rudere & calce constantia, & festucis pavita: de quibus Plin. *lib.* 36. *c.* 15. ¶ Cœnum barbaricum, βαρβαρικὸν βαρβαρικώτερος, pro vehementi stupore mentis, apud Plat. *de Repub. lib.* 5. Barbarica lege tuus meum prosequar (i. Romana.) Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 3. Quid tu urbes Barbaricas juras (i. Italas.) *Ibid. sc.* 1. *a.* 4.

Bārbārĭcum, neut. gen. Clamor exercitus dicitur, quòd eo vociferandi genere Barbari utantur. Festus.

Bārbārĭcārĭi, } ANGL. *weavers of cloth of bandkin, embroderers.*} Textores artificesque barbaricæ vestis, qua ex auro & coloratis filis effigies hominum & animalium exprimuntur. Aliter Phrygiones dicuntur. Alciatus.

Bārbārĭa, βαρβαρία, Barbarorum regio, & gens fera. Cic. 3. *in Catil.* Quale bellum nulla unquam barbaria cum sua gente gessit.

*Inter inhumanas nomina barbaria Graia urbes.*

Ovid. *Eleg.* 9. *lib.* 3. *Trist.*

*Me sciat in media vivere barbaria.*

Barbaria quædam mentis exilium, tempus, barbarumque locum scriptorum. Idem *Eleg. ult. lib.* 1. *Trist.*

*Barbariam, rigidos effugiamque Getas.*

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 6. *Trist.* Barbaria, item Rusticitas, duritia, sævitia. Cic. 1. *de Orat.* Neque enim si multitudo litium, si varietas causarum, si hæc turba & barbaria forensis dat locum, vel vitiosissimis oratoribus, &c. Hic Cicero videtur Barbariam pro barbariem posuisse, per communem oratorum phrasin. Ovid. 3. *Amorum, eleg.* 7.

*Ingenium quondam fuerat pretiosius auro:*
*At nunc barbaria est grandis habere nihil.*

Id est, hic agrestis & rudis habetur, qui pauper est.

¶ Barbaricarium, ut Festus habet, appellatur clamor exercitus, videlicet quòd eo genere barbari utantur. ¶

Bārbărĭtĕs, {βαρβαρισμός. GALL. *Barbarie, incivilité, rudesse, improprieté.* ITAL. *Barbaria, incivilità, crudeltà.* GERM. *Grobheit, ungeschicklichkeit.* HISP. *Barbaridad, fiereza, crueldad.* ANGL. *Barbaritie, incivilitie, lack of knowledge, & good manners.*} Ad imitationem pertinet, & significat incivilitatem, feritatemque. Cic. *pro Corn. Balbo.* Inveteratam quandam barbariem ex Gaditanorum moribus disciplinaque delevit. ¶ Accipitur etiam pro ipsis barbaris. Idem 1. *de nat. deorum*, Ægyptii, & Syri, & ferè cuncta Barbaries. ¶ Item pro vitioso, & inquinato sermone. Idem *de clar. Orat.* Sed omnes tum ferè, qui nec Græcia urbem hanc vixerant, nec eos aliqua barbaries domestica infuscaverat, rectè loquebantur.

Barbărissĭmŭs, βαρβαρικώτατος. Ea voce non utebantur ante Augusti ætatem. Gell. *cap.* 6. *lib.* 13. & *cap.* 20. *lib.* 4. Vide Mart. *Epigr.* 17. *lib.* 6. Est contra Romani sermonis legem, aut scripta, aut pronunciata vitiosè dictio. Fitque duobus modis, scripto & pronunciatione: & hoc quadrifariam, adjectione, detractione, mutatione, transpositione literæ, syllabæ, temporis. Adjectione literæ, ut Reliquias Danaûm, pro reliquias: syllabæ, ut Mavors, pro Mars: temporis, ut Italiam fato profugus, ubi prima syllaba quum corripi debeat, producitur. Detractione literæ, ut Argyripa, pro Argyrippa, apud Virg. 12. *Æneid.* syllabæ, ut Salmentum, pro Salsamentum: temporis, ut Fervere Leucaten, auroque effulgere fluctus. Mutatione literæ fit barbarissimus, ut Olli, pro Illi: syllabæ, ut Pernices, pro Pernicies: temporis, ut Unius ob noxam. Transpositione literæ, ut Tymbre, pro Tymber: temporis, ut dominus, penultima producta.

¶ Barbarizo quidem est barbaris faveo, barbaros imitor moribus & sermone. Sed barbarissimum à postremo hoc dicimus. ¶

Barbĕsŭla, Hispaniæ Bæticæ oppidum est, in conventu Gaditano: & fluvius, qui urbi nomen fecit. Vide Plin. *lib.* 3. *cap.* 1.

Bārbĭtŏs, βάρβιτος. Instrumentum musicum, quod pulsatur plectro, vel calamo. Hor. *lib.* 1. *Carm. ode* 32.

*——Barbite carmen age die Latinum*
*Lesbio primùm modulate civi.*

Femininò autem genere usus est Ovid. *in epist. Sapphûs ad Phaonem.*

*Nec facit ad lachrymas barbitos ulla meas.*

¶ Dicimus etiam Barbitum in neutro genere. Ausonius *in Philomusum.*

*Hoc genere & chordas & plectra & barbita cende.*

Barbus, sive Barbo, {πίγλα. GALL. *Poisson appellé Barbeau.* ANGL. *A barbill, sieche.*} Piscis mugilis specie, etiam barbatus, cujus rostrum longius, caudæ pinna rubescit: ovis vis purgatrix ad ἀκρόχορδον usque. Ausonius:

*Liberius laxos exercet barbe natatus.*

Vide *Mullus.*

Barbŭlĭnus, homo qui habet barbam plenam protinùs. Lege *penuigi-*

*lis*, vel potius, *perrigilis*, hoc est, furfurum. Gloss. Græcol. *πιτυρώδεις furfures*, & *πίτυρον, ἐξ οὗ τὰ πιτυρώδη γίνεται*. Perrigium.

¶ Barca, est navigii genus, scapha quæ onerariis subjicitur. Gallis est *barque*, Italis & Hispanis *barca*, Belgis *barche*, vel *berche*. ¶

Bărcē, Βάρκη, una est ex quinque Libyæ Cyrenaicæ urbibus, quæ Pentapolim efficiunt, ita primùm dicta à Barce regina: postea Ptolemais appellata, ut testantur Strab. *lib. vlt.* & Plin. *lib.* 5. *c.* 5.

Bărcæi, βάρκαιοι, regionis hujus incolæ. Virg. 4. *Æneid.*

*Hinc deserta siti regio, lateque furentes Barcæi.*

¶ Est item Barce promontorium in occidua Africæ parte, Oceano imminens: cujus meminit Plin. *lib.* 5. *cap.* 1.

Barcanda, concha ærea. Æneâ concha.

Barcēnis, ĭdis, est Germaniæ, Suevos à Cheruscis dividens. Volaterranus credit eam esse, quæ hodie sylva nigra vocatur, non procul ab agro Badensi. { GERM. *Der Schwartzwald.*}

Barcha, cognomen fuit nobilissimæ apud Carthaginenses familiæ, ex qua fuerunt Annibal & pater ejus Amilcar. ¶ Inde Barchina factio est, quæ Barchinum potentiæ favebat, & eorum in gerendo bello authoritatem sequebatur. Frequens eorum mentio est apud Livium *lib.* 21. *bell. Pun.*

Bărcino, Βάρκινο Ptolemæo, ubi est apud Hispanos, totius tractus Tarraconensis celeberrima, quæ vulgò *Barcelona* dicitur. Ausonius *ad Paul num.*

*Tarraco, & effrisero superaddita Barcino ponto.*

Bardaicus Judex, Juvenal. *Sat.* 16. ¶ Item Gallus militaris.

Bardatiōtæ, milites stationarii cum baculis ante januam custodientes, præeuntes Imperatorem equitantem turbam submoventes, quibus præerat Primicerius, Primivirgeus vestibus russis indutus. Lexicon. ¶

Bardĕrate, urbs est Galliæ Togatæ ad Apenninum. Author Plin. *lib.* 3. *cap.* 5.

Bārdĕsānēs, Βαρδεσάνης, nomen proprium historici Babylonii, qui in duo dogmata Indos gymnosophistas divisit, quorum alterum appellat Brachmanas, alterum Samaneos: qui tantæ continentiæ sunt, ut vel pomis arborum juxta Gangem fluvium, vel publicen oryzæ & farinæ alantur cibo: & quum Rex ad eos venerit, adorare illos solitus sit. Hic doctrinâ cœrum cœlestium, omnium Chaldæorum excellentissimus fuit, cujus mentionem facit Euseb. *lib.* 6. *Præparat. Evang.*

Bardesene, Mesopotamiæ Præsul, Syrorum lingua doctissimus, & vehemens dialecticus, adversùs Marcionem patria lingua scripsit: sed & Græcè ad Antoninum, sub quo fuit, librum de Fato, aliaque complura, ut ait Euseb. *lib.* 4.

Bardines, βαρδῖνος, fluvius juxta Damascum. Steph.

Bārdŏcŭcūllŭs, genus vestis omni tempore commodæ, cum qua etiam cubare soliti erant imbrium tempore in castris milites, & in agris rustici. Martial. *Epigr.* 128. *lib.* 14.

*Gallia Santonico vestit te bardocucullo,*
*Cercopithecorum pennula nuper erat.*

¶ Sunt qui dicant Bardocucullum esse regmen capitis villosum, cujus usus translatus sit à populis Galliæ, qui dicuntur Bardi. *Manteau, cappe de Bearn.* Bardiacus autem genus vestis quod cucullum non habet. Martial. *lib.* 4. Lassi bardiaci os quod evocat. Versus est Phaleucius.

Barduli, sunt Cantabrorum in Hispania populi, qui & Turguli & Tupari dicuntur. Plin. *lib.* 4. *cap.* 22.

Bārdŭs, Stultus, stupidus, hebes, tardus. {בער *nabal*, בער *bâhar*. βλὰξ. GALL. *Morne, lourdaut, estourdy.* ITAL. *Stolto, pazzo, grosso.* GERM. *Ein narr, ein dölpel, vnuerstendiger.* HISP. *Grossero, bouo, y poco sabe.* ANGL. *Foolish, sluttish, dull and slow.*} Cic. *pro Cæcin.* Nimis audacem, nimisque bardum. Idem *de Fato.* Stupidum esse Socratem dixit, & bardum, quòd jugula concava non haberet. Bardi etiam apud Gallos vates erant, aut Philosophi, qui virorum fortium laudes decantabant: de quibus Lucanus,

*Plurimi-fecuri fudistis carmina Bardi.*

¶ Bardiacus, ad bardos pertinens. Mart. *lib.* 4. *epigr.* 4.

*Lassi bardiaci os quod evocat.*

Et Juvenal. *Sat.* 9.

*Bardiacus judex datur hæc punire volenti.*

Barducium, hastile, jaculum, securicula levis. Cerd. Rigalt.

Barea, oppidum est Hispaniæ citerioris, Bæticæ tamen adscriptum, ut scribit Plin. *lib.* 3. *cap.* 3.

Barene, βαρήνη, urbs Mediæ, vicina Ecbatanis. Steph.

Baretium, Βαρήτιον, regio ad mare Adriaticum. Idem.

Bargasa, urbs Cariæ, a Bargaso filio Barges & Herculis, quem Lamus Omphales, & Herculis filius persequutus est. Steph. Vide *Cyarda.*

Bārgēi, populi sunt Africæ, ex Troglodytis, ut scribit Plin. *lib.* 6. *c.* 29. in descriptione sinus Maris rubri, Troglodytici, & Æthiopici.

Bārgŭs, Thraciæ fluvius est in Hebrum cadens. Plin. *lib.* 4. *c.* 1. Flumina in Hebrum cadentia, Bargus, Suemus: unde Bargusii.

Bargylla, orum, Βάργυλλα, τά. Steph. Oppidum est Cariæ, ita appellatum à Bargyllo Bellerophontis comite, qui ex Pegasi ictu interiit. ¶ Unde Bargyllitici campi, quorum meminit Plin. *lib.* 5. *cap.* 29.

Bārgylŭs, mons Syriæ, in confinio Phœnices, cujus meminit Plin. *lib.* 5. *cap.* 29.

Bariades, βαριάδης, Indorum rex, bellum adversùs Dionysium gessit: meminit Steph. *in civitate nigra.*

Bāris, βᾶρις, apud Ægyptios dicebatur cymba, qua cadavera vectabant ad sepulturam. Propert. *lib.* 3.

*Baridos & contis rostra Liburna sequi.*

¶ Est item Baris Pamphyliæ oppidum, in præfectura Pisidica, cujus meminit Ptol. *lib.* 5. *c.* 5. ¶ Est & fluvius Indiæ.

¶ Barrius, vide *Barritus.* ¶

Barium, Βάριον Ptolemæo, Apuliæ oppidum est, teste Plinio *lib.* 3. *c.* 11. quod servato antiqui nominis aliquo vestigio, vulgò *Barri* vocatur. Horat. 5. *satyr.* 4. Bari mœnia piscosi. Ubi Bari dixit, pro Barii.

Barmichius, βαρμιχίος, fluvius est Peloponnesi, in Alpheum influens, qui & Euripus appellatur à Strab. *lib.* 8.

Barnus,

Barrus, Barruntes, oppidum est Macedoniæ, prope Heracleam. Author Strabo *lib.*7.

Bārōnes, pro viris fortibus, quidam putant esse Latinum, citantque locum Cic. *ad Attic. lib.*5. Apud Patronem & reliquos Barones te in maxima gratia posui. Verùm quum de Epicteris, à quibus tantoperè in philosophia differebat, in hac epistola loquatur, accipiatur hinc hic eadem significatione, qua ipsemet Cicero tribus aliis in locis usus est, nempe pro bardo & stolido. Cic. *epist. vet. lib.*9. Ille baro te putabat quæsturum, Unum cœlum esse, an innumerabilia? Idem *de Divinat. lib.*2. Ad interpretem detulit, aquilam se in somnis visum esse fecisse. At ille, Vicisti. Ista enim ave volat nulla velocior. Hunc equidem Antipho, Baro (inquit) victum te esse non vides? Ista enim avis ruscellane alias aves & agitans, semper ipsa postrema est. Idem 1. *de Finib.* Semper tibi in ore sunt recta, honesta, digna imperio, omnia pericula, pro Reipublicæ, pro patria. Hæc quum loqueris, nos barones stupemus. Atque in eadem significatione Persius dixit Varo *Sat.*5. sic enim recte ibi legitur, & propter cognationem literarum B & V, facile ex Bato, Varo fieri potuit. Nam & in antiquis libris Libius, Bavius, &c. pro Livius & Fabius reperitur.

Baropcenus, Plin. *lib.*37. *c.*10. gemma est nigri coloris, sanguineis & albis notis distincta.

Bārōvīlla, æ, provincia est Ungariæ, sive Pannoniæ inferioris, soli fertilitate, panis, & præsertim vini abundantia & præstantia reliquas omnes ferè Ungariæ provincias vincens: unde etiam Pannonum lingua nomen traxit Baranya, quasi Boranyaamater vini. Hæc provincia duplex est, superior, cujus caput est Tholna, & inferior, cujus metropolis Lasco, utraque Danubio celebris.

Barra, oppidum Orobiorum in Italia Transpadana, regione undecima, Author Plin. *lib.*3. *c.*17.

Barthgadoth, Βαρθγαδώθ, filius Tristitiæ, ut Timor Martis.

Barutus, vel Barutum, vide in dictione *Berytus*.

Barugasa, insigne emporium Gedrosiæ. Steph.

Bārrvs, { ברדס *pil. saiam.* Gall. & Germ. *Elephant.* Ital. & Hisp. *Elephante, animal conocido.* Gall. *An elephant.* } Maximum animalium terrestrium, quod Elephantem vocant Græci pariter & Latini. Hor. *in Epod.*

*Quid tibi vis mulier nigrâ dignissima barrî?*

¶ Hinc Ebur dictum putant elephanti dentes, quòd sit è barro.

Bārritūs, us. Vox elephantis, { ἐλέφαντος βρύγμα. Gall. *Le cry d'un elephant.* Ital. *La voce dell'elephante.* Germ. Das geschrey der elephanten. Hisp. *Bramido de los elephantes.* Angl. *The crying of an elephant.* } ¶ Barritus etiam dicitur Romanorum clamor militum, qui fit quum utraque acies se junxerint. Author Vegetius *lib.*3. *cap.*18.

Basabocames, Galliæ populi sunt, teste Plin. *lib.*4. *cap.*19. Pictonibus vicini.

Basaltes, æ, Βασάλτης, genus est marmoris ferrei coloris & duritiæ, ab Ægyptiis in vicina Æthiopia inventum, cujus generis longè maximum Vespasianus Cæsar in templo pacis dedicavit. Author Plin. *lib.*36. *c.*7.

Bāsan, בשן *baschân.* Βασάν, regio trans Jordanem est, quam dux & dimidia Tribus possederunt, quæ interpretatur uberrima & pinguis.

Basanitæ, vel (ut aliis placet) *Banitæ*, populi sunt Thraciæ. Steph.

Basanites, is, Βασανίτης, lapis ex quo fiunt cotes. Plin. *lib.*36. *c.*20. Experimentum ejus esse in cote ex lapide basanite. Dictus basanites ἀπὸ τῆς βασανίζειν, quod est explorare & examinare: unde & βασανισὸς dicunt Græci pro judice, cujus attritu exploratur aurum.

Bāscaudæ, vas Britannicum, postea in Romanorum usum receptum. Juvenal. *Sat.*12.

*Adde & bascaudas, & mille escaria.*

Mart. *lib.*14.

*Barbara de picta veni bascauda Britanni;*
*Sed me jam mavult dicere Roma suam.*

Basēta, Βάσητα, oppidum Pœnices. Steph.

Bāsilēa, æ, Βασιλεία, Rauracorum urbs celeberrima, ad Rhenum fluvium in agro Gallico sita, à Germanis tamen (ut pleraque eis Rhenum loca) habitata, eadem, aut certè proxima ei, quæ Augusta Rauracorum Ptolemæo appellatur. Vulgò *Basle.* { Germ. Basel. }

Bāsilēi, orum, Βασιλῆοι. Strabo populi sunt Sarmatiæ Europæ ad utramque Istri ripam incolentes, Jazygibus, & Urgis finitimi, maxima ex parte è Nomadibus, hoc est, pastoribus constantes: idem (opinor) cum iis, quos Pomponius a regiis moribus Basilidas vocari tradit.

Bāsilia, Βασιλία, Insula in Oceano septentrionali, immensæ magnitudinis, distans à Scytharum littore tridui navigatione, quæ alio nomine Baltia dicitur, teste Plin. *lib.*4. *c.*13.

Basiliarium, liber Regum. Tertull.

Bāsilĭca, æ, { בית חבר *bitân hhebâl.* Βασιλική, Gall. *Maison royale, maison magnifique, maison de Prince, Hostel de ville.* Ital. *Luogo publico dove se fanno le facende d'importanza, Palazzo.* Germ. Ein pallast/ ein schön herlich vnd weit hauß/ das gemeinen händlen bestimpt ist/ als ein Rathhauß. Hisp. *Casa real, palacio.* Angl. *A kinges or princes house or hall, a palace.* Principio dicta fuit domus ampla & spatiosa, causarum cognitioni destinata: dicta abeo, quòd principes eò ad jus dicendum convenirent: aut rectè, quod Græci ἐν βασιλείοις appellatione etiam Judicem intelligerent, attipulante etiam Hesiodo, qui δωροφάγους appellat βασιλῆας, hoc est, donivotos judices, interprete Budæo. Plin. *in epist.* Decreverant in Basilicam Juliam, auditurus quibus proxima comperendinatione responderem debebam. Basilica Porcia ubi & à quo? Plat. *in Cat. Censor.* In Basilicam transferre subsellia. Quint. *cap.*3. Subbasilica locus Romæ. Vide *Subbasilicanus.* Erat autem basilica templo persimilis, ambulationibus amplissimis instructa, ad quam multi tota ex urbe, alii causas agendi, alii aliud gerendi gratiâ confluebant. Unde venustum in primis est illud Cic. *ad Attic. lib.*2. Basilicam habeo, non villam, frequentiâ Formianorum. Postea etiam basilicæ ædificatæ fuerunt in usum negotiatorum, æque in locis calidissimis, fornicibus proximis: ut haberent mercatores quò se hybernis mensibus subitò ingruente tempestate possent recipere. Vide Vitr. *lib.*5.

Bāsilĭcus, a, um. Regius, regalis. { Βασιλικός. Gall. *Royal, magnifique, sumptueux, grand.* Ital. *Regale, da Re.* Germ. Königlich. Hisp. *Real, è perteneciente al Rei.* Angl. *Kinglie, magnifico.* Plaut. *in Capt.* Basilicas ædificiones, atque imperiosas habet. *Et in Pseud.* Basilicus status, & Basilicus victus, id est, regalis & excellens, & Basilica fici nota, hoc est, regia. ¶ Basilica nux, sive Basilicon absolutè, Βασιλικὸν κάρυον. Juglans, genus optimum, quod & Persicum dicitur, quòd ex Perside primùm fuerit advectum. Dictum autem videtur Basilicon, sive à præstantia, quòd inter nuces principatum obtinere videatur: sive à regibus, qui eas primi à Perside in Græciam transtulerunt, ut non obscure innuit Plin. *lib.*15. *cap.*22.

Bāsilĭcē, adverbium. { Βασιλικῶς. Angl. *Richelie, magnificklie.* } Regiè magnificè, splendidè, egregiè. Plaut. *in Pœn.* Basilice ornatus incedit, & affabre ad fallaciam.

Bāsilĭcus sinus, Βασιλικὸς κόλπος, qui Ioniam, Asiæ minoris regionem alluit. Plin. *lib.*5. *cap.*29.

Bāsilĭdæ, Βασιλίδαι, populi sunt Sarmatiæ Europæ, Gerrho annexi, à Nomadibus discreti, ab Hercule & Echidna generis originem trahentes: ita dicti à regiis moribus, ut tradit Pomp. *lib.*2. Meminit horum & Plin. *lib.*4. *c.*12.

Bāsilĭdēs, Βασιλίδης, nomen proprium cujusdam hæretici, qui trecentos sexaginta quinque cœlos esse credebat, quo eorum numero annus includitur: cujus sectatores dicti Basilidiani.

Bāsilĭndā, Βασιλίνδα, indi genus est, quo Rex sorte creatus, negotii aliquid ministro similiter sorte creato imperat.

Bāsilis, Βασιλὶς, civitas Arcadiæ. Steph.

Bāsilĭscus, Βασιλίσκος { Gall. *Un serpent nommé Basilic.* Ital. & Hisp. *Baselisco.* Germ. Ein Basilisc. Angl. *A cockatrice.* } Genus serpentis, quod, teste Plin. *lib.*8. *c.*21. } in solitudinibus Africæ habitat, candida in capite macula, velut quodam diademate adornatum. Acutissimum habet caput, rubros oculos, & colorem ad nigredinem vergentem. Reliquos serpentes sibilo fugat, ut solus tegure videatur. Lucanus *lib.*9.

*Sibilaque effundens cunctos terrentia pestes,*
*Ante venena nocet, late sibi submovet omne*
*Vulgus, & in vacua regnat Basiliscus arena.*

Latinorum nonnulli Regulum vocant. Basiliscus nomine notius animal, quàm visu, Cyrenaicæ potissimùm provinciæ, 12. non amplius digitorum magnitudine, cana lida in corpore macula, ut quodam diademate insigni: sibilo reliquos omnes fugat serpentes, nec ut reliqui serpentes corpus impellit: sed celsus & in medio erectus incedens, frutices & herbas necat, & non contactu solùm, sed & afflatu: huic tamen tali monstro mustelarum virus exitio est. Plin. *lib.*8. *cap.*21.

Bāsilĭus, Cæsareensis, Gregorii Nazianzeni, & Ioannis Chrysostomi temporibus floruit. Is Cæsareæ Cappadocum præsul factus, jussus à Valente, qui Arianis favebat, deserere officium, atque in exilium abire. Quumque ille minimè obtemperaret, atque uti eorum tribunali præfecti adhiberetur, ac minis parere Principi diu frustrà tentaretur, nox ei spatium ad deliberandum datur. Basilius, Nequaquam ego, ait; tu potiùs in hoc spatio ab incœpto desistes. Itaque in ea nocte uxore Valentis maximis correpta doloribus, & filia insuper parvula extincta, Valens rogatum misit ad Basilium, ut precibus ad Deum fusis, ipse saltem ferraretur. Sic itaque accidit ut Basilius servaretur. Hæc ex historia Ruffini. ¶ Basilius Ancyranus præsul, arte medicus, scripsit contra Marcellum de virginitate librum, & nonnulla alia. Hic etiam imperante Constantino in parte Macedoniæ cum Eustathio & Sebastiano princeps fuit. Author Hieronym. ¶ Alium quoque ejus nominis Suidas commemorat præsidem Ciliciæ sub Anastasio principe fuisse: haud absimilem primo & abstinentia, & vitæ institutis, scripsisseque contra Achelaum quendam presbyterum Colonienſem. ¶ Basilius item Asiæ fluvius. Strab. *lib.*16. Inter Euphratem atque Tigrin fluit aliud flumen quod *Basilius* appellatur.

Bāsillus, unus ex interfectoribus Cæsaris ponitur, ab Appiano. Item alter fuit pirata infamis. Lucanus,

*Et Basilum vidêre ducem, nova furta per æquor.*

Basinni, Βασσινοὶ, populi Arabiæ. Steph.

Basio, vide *Basium.*

Bāsis, { מנוחה *mechonâh.* Βάσις. Gall. *Un fondassement de colonne ou d'autres choses, soustenement.* Ital. *Basi, sostegno.* Germ. Ein underst satz/ fuß oder sul darauff etwas stehet/ das es nicht falle. Hisp. *El pié de la columna y otra cosa.* Angl. *The foundation ground of any thing.* } A nostris dici potest Sustentamentum. Sunt enim bases, fulcimenta, & quidam veluti pedes columnarum, statuarum, seu fabricarum quæ a fundamento consurgunt, & superpositæ fabricæ sustinent pondus. Cic. 5. *Tusc.* Animadverti columellam non multùm è dumis eminentem, in qua inerat sphæræ figura & cylindri. Et paulò post, Quò quum patefactus esset aditus, ad universam basim accessimus: apparebat epigramma exesis posterioribus partibus versiculorum. A qua similitudine orbiculi illi, quibus vasa in mensis collocantur, ne toralia polluantur, vocari solent bases. Trebatius Iureconsult. *de legat.*3. Cui Corinthia vasa legata essent, & bases huic quoque horum vasorum collocandorum causa paratas, deberi respondet. ¶ Est & basis, figura in narrationibus, quum omnia pedetentim insinuandi gratiâ proferuntur, ut apud Terent. *in Eunuch.* Ibi tum matri parvulam puellam dono quidam mercator dicat, ex Attica hinc abreptam. Et paulò post, Mater ubi accepit, &c.

Bāsĭum, ii, Osculum, suavium. { נשיקה *neschikâh.* Φίλημα. Germ. Ein basser. Ital. *Bacio.* Germ. Ein kuß. Hisp. *El besar como de enamorado.* Angl. *A kisse.* } Martialis *lib.*

*Basia dimidio quod das mihi Postume labro,*
*Laudo, licet domum hinc usque dimidium.*

Donatus tria ponit osculandi genera: Osculum, Basium, & Suavium, quæ sic distinguit, ut ocula sint oribrorum, basia pudicorum affectuum

affectuum, suavia libidinum, vel amorum. Quæ differentia, aut nulla est, aut certè non observatur, ut latiùs infra ostendemus in dictione *Osculum*. Hic satis fuerit hoc ostendere, basia saepenumero impudicorum affectuum esse. Catullus *ad Lesbiam*.

*Da mi basia mille, deinde centum.*

Idem *paulò post*.

*Ne tantum sciat esse basiorum.*

Et mox,

*—— tam te basia multa basiare,*
*Vesano satis, & super Catullo,*
*Quæ nec pernumerare curiosi*
*Possint, nec mala fascinare lingua.*

Idem *ad Iuventium*,

*Nunquam jam posthac basia surripiam.*

Bāsio, as, Osculor, osculum do. { נשק *naschak*. ἀσπάζομαι. Gall. *Baiser*. Ital. *Basciare*. Germ. Küssen. Hisp. *Besar como enamorado*. Angl. *Kissе*. } Mart. *lib.* 7.

*Et tetram Line basiare Romam,*

Basiare basia, Catull. *lib.* 7.

Bāsiātio, verbale, { נשיקה *neschikah*. τὸ ἀσπάζεσθαι. Gall. *Baisement*. Ital. *Basciamento*. Germ. Das küssen. Hisp. *Obra de besar*. Angl. *Kissing*. Catul. *carm.* 7. *ad Lesbiam*.

*Quæris quot mihi basiationes,*
*Tua Lesbia sint satis superque.*

Bāsiātŏr, { φιλητὴς. Angl. *which kisseth*. } verbale. Mart.

Basistani, Strab. *lib.* 1. Populi sunt Hispaniæ, in tractu Bætico, qui & *Bastuli* dicuntur.

Basoropeda, regio Medorum Armeniæ contributa, ut tradit Strabo *lib.* 11.

Bassianus, patria Syracusanus, Romam studiorum causa missus, ubi Christianus factus, Ravennam infestante patre fugit. Inde Laudensis præsul electus, ibidem decessit nonagenarius 14. Kal. Febr. clarus prodigiis, ab ulcerosis maximè invocatus: emicuit Ambrosij temporibus, quem ægrotantem adiit, morientique interfuit. Author Volaterr.

Bassaris, is, vel idis, βασσαρὶς. Bassarei, hoc est, Bacchi sacrificulæ. Pers. *Satyr.*

*Et sectum vitulo caput ablatura superba Bassaris.*

¶ Est etiam vestis genus ad talos usque demissæ, quæ in Bacchi sacrificiis utebantur sacerdotes. Dictus autem est Bacchus Bassareus à Bassara Lydiæ oppido, ubi præcipuè colebatur: vel ἀπὸ τοῦ βάσσω, quod est clamo, quòd ejus sacra maximis clamoribus à Bacchis celebrarentur, vel à genere vestis, ut inquit Cornutus *in Persium*, *Sat.* 1. qua Liber pater utitur demissa ad talos, quam Thraces Bassarin vocant. Horat. *lib.* 1. *Carm. Ode* 18.

*—— non ego te candide Bassarev*
*Invitum quatiam.*

Hinc Bassaricus, adjectivum. Propert. 3. *Eleg.* 17.

*Candida laxatis onerate colla corymbis,*
*Cinget Bassaricas Lydia mitra comas:*

id est, Bacchicas, hoc est, tuas: scribit enim ad Bacchum, qui & Bassareus vocatur.

¶ Bassus, vox Musica, imus sonus, *Bas* Gallis imus, humilis, à *basi*, quæ est imum rei, cui insistit, aut est à βαθὺς, profundior, qui comparativus à βαθίων. ¶ Est etiam ὁ βασσὸς, idem quod βάσσαρα, saltus, vallis. Musis etiam *bajis* dicitur, quasi fundamentum cantus: vide *Discantus*. Gloss. Latinogr. *Bassus*, ἴσχνος, i. e. succosus, crassus. Gloss. Isid. *Bassus, crassus, pinguis, obesus*, ex eo puto, quia bassus est crassa vox: ut discantus tenuis, exilis. Gloss. Isid. *Bajarum*, terræ hiatus. An fossatum? Martin.

Bassus, Poëta Epicus, cujus fuit, teste Quint. *lib.* 10. *c.* 1. vehemens, ac poëticum ingenium, nec ipsum senectute maturum, præveniente fato, quemadmodum & Valerio Flacco contigit. Item, Aufidius Bassus historicus, Quintiliani temporibus, qui bellum Germanicum scripsit. Vide Quintil. *lib.* 10. *cap.* 1. Ventidius Bassus. Gell. *lib.* 4. *cap.* 15. ¶ Cæsius item Bassus inter Lyricos ab eodem ponitur: de quo scribit Probus, Cæsium Bassum poëtam Lyricum fama est in prædiis suis, ardente Vesevo, & latè vagantibus ignibus, cum villa sua flagrasse. Quintilianus quoque se eum vidisse ait. ¶ Bassus item Romanus medicus fuit, cujus unguentum arthriticum citatur ab Aetio *lib.* 12. ¶ Præter hos fuit Bassus martyr sub Decio clavis ferreis confixus. Author Volaterr.

Bastaga. Hesychius, βαστηγὸς, βάστης, id est, onus Lex. Iurid. exponit *ferculum portandis rebus fiscalibus accommodatum*, & corruptum putat ex βαστάζω. Sed id non est opus dicere, quum sit vox analogicè facta à βαστάζω, ut nos Hesychius docet. Martin.

Bastagia, æ, munus erat ferendi res necessarias ad exercitum. Alciatus. Hinc Bastaparii *in l.* 4. *C. de muriteg. lib.* 12. qui illud munus susceperunt: ἀπὸ τοῦ βαστάζω, à portando ita dicti.

Bastagium, βαστάγιον, erat theca in qua recondita arma sua milites portabant.

Bastarnæ, βαστάρναι. Stephan. Populi sunt Sarmatiæ Europæ, ad Borysthenem amnem, non procul à Peucinis: quorum meminerunt Ptolem. *lib.* 3. *cap.* 5. Plin. *lib.* 4. *c.* 13. & Strabo *lib.* 7.

Basterna, tecta manualis. Lege testa, atque ita etiam fortasse lin. 45. Bortanea, tametsi aliàs legitur Abortanea. Contigunt aliqui. *Basterna lectica manualis*: sed quomodo *manualis*? Ipse iterum Orig. lib. 10. c. 12. *Basterna, vehiculum itineris, quasi via sterna: mollibus stramentis est posita, à duobus animalibus deportatur*. Ergo ab animalibus *manualis* legendum est, quasi dicat *manualis*, ut animalia illa sint *manus*. Est qui *basterna* legat *Nasiterna*: vide Festum.

Basterna, genus vehiculi. Serv. *in Virg. lib. Æneid.*

Bastonicum, arctissima fuit custodia. Sirm. Cod. ll. antiq.

Bastuli, Baticæ Hispaniæ populi prope Turdulos, quorum oppida sunt, Sexi, Abdera, Iturgis, Obulco, quod & ab Hispanis Ubida: Mons item Calpe, circuitu quidem non magnus, cæterum adeò erectus, ut procul alpicientibus columnæ effigiem repræsentet. Vide Strab. lib. 3. Ptolom. *lib.* 2. *cap.* 5. & Plin. *lib.* 37. *cap.* 1. & 3.

Bastuli, *Barbaræ*, populi Libyæ.

Bat, vox est qua uti solemus quum quempiam corripimus, jubemusque eum tacere. Plaut. *Pœn.* Quid opus est? Potin', aliam rem ut cures? Car. P. bat. C. cruciot. P. eos dura. C. non potium. P. fac possis.

Bata, orum, βάτα, τὰ, vicus est & portus in Sarmatia Asiatica, supra Bosphorum Cimmericum, non procul à sinu Cercetico. Vide Ptol. *lib.* 5. *c.* 9. & Strab. *lib.* 11.

Batala, antiquissimum Sidicinorum in Italia oppidum, cum aliis eorum oppidis à Livio commemoratum.

¶ Batalare, pecuntere, unde *batalia*. Cod. ll. antiq. Gall. *Batailler*.

Batalarius. Sic nominat Ludovicus Vives *Dial.* 13. eum qui suprà Baccalaureus dicitur. ¶

Batalus, i, βάταλος, Ephesius tibicen fuit, teste Libanio, qui omnium primus in scena talceamentis fœmineis usus est, & fractis cantibus artem tibiarum emollivit. Unde factum est, ut effeminati & parum viri, proverbiali figura, Batali à Græcis dicantur: quo etiam cognomento Demosthenes ab inimicis notatus est, ut ipse testatur *in oratione pro Ctesiphonte*.

Batana, βατάνη, locus juxta Euphratem. Steph. Vide *Agbatana* apud eundem.

Batanea, βατανία, vel Batanea in singulari, vicus, *omnium*, Syriæ. Steph. Vide *Bethania*.

Bātāvĭa, Germaniæ provincia duobus Rheni alveis bona ex parte inclusa, quæ hodie *Hollandia* appellatur.

Bate, βάτη, pars tribus Ægeidis. Steph.

Batera, βάτηρα, urbs Ligurum. Idem

Bātāvus, a, um, penult. indifferente, Luc. *lib.* 1.

*Vangiones, Bataviique truces, quos ære recurvo*
*Stridentes acuêre tuba.*

Corn. Tacit. *de situ Germaniæ*. Omnium harum gentium virtute præcipui Batavi, non multùm a ripa insulam Rheni colunt. Cattorum quondam populus, & seditione domestica in eas sedes transgressus, in quibus pars Romani Imperij fierent. Manet honos, & antiquæ societatis insigne. Nam nec tributis contemuntur, nec Publicanus atterit. Exempti oneribus & collationibus, & tantùm in usum prælioruni sepositi, velut tela atque arma bello reservantur. Hæc ille. Batavos custodes habebat Caligula. Sueton. *in Calig. cap.* 43. Rusi personam Batavi. Martial. *Epigr.* 176. *lib.* 14. Spuma batava. Idem *Epigr* 33. *lib.* 2. Fuerunt autem Batavi olim crassitiæ, & stupiditatis notati: quo fit ut Auris Batava proverbio dicatur de crasso, stupido, & nullius judicii homine. Vide Erasmi Adag.

Bātāvŏdūrum, βατάβου δοῦρον. Ptol. Batavorum oppidum ad Rhenum fluvium, cujus meminit Tacit. *Annal. lib.* 22. Creditur enim esse cum eo, quo in agro Trajectino hodie *Vicum* appellant.

Batna, sive Batia, βάτνα, filia Teucri Scamandri fluvii filii, uxor Dardani. Diodor. *lib.* 5.

Bathyllus, i, βαθύλλος, Poëta Tragicus fuit insignis, in Comœdiis non æque felix. ¶ Fuit item Bathyllus adolescens, Anacreontis Poëtæ amasius. Horat. *in Epod.*

*Non aliter Samio dicunt arsisse Bathyllo*
*Anacreonta Teium.*

Bathyochus, βαθύοχος, τὸ, *vaisseau à vin, un broc*.

Batiæ, βάτιαι, civitas est mediterranea Epiri, cujus meminit Strab. *lib.* 7.

Batiola, βατίολα. Vasis genus, quo vinum è cado haustum ad mensam ferebatur. Plaut. *in Colace*, ut citat Nonius, Batiolam auream octo pondo habebat.

Batiza, βατίζα. Steph. Locus est editus in agro Troiano, qui & Ili tumulus appellatur, teste Strab. *lib.* 13.

Batillum, { πυρεῖον. Gall. *Une paelette à feu*. Ital. *Badile*. Germ. Ein feurschaufel/ ein fruttellen. Hisp. *Badil, ò la pala de hierro*. Angl. *Afiers shoull or à pan of yon, to beare fier in à chaufing dish*. } Ferreum instrumentum est similitudine palæ, quo pruna colligitur: primùm Batulum dictum, quasi patulum, àquo deinde diminutiva forma deductum est Batillum. Plin. *lib.* 33. *c.* 8. Batillis ferreis candentibus ramento argenti in posito, quod candidum permaneat, probatur. Apicius *de Peraſone*. Et armillam illius candenti batillo uris, & melle contegis. ¶ Batillum etiam rustici vocant ferreum instrumentum, quo ad sulcos, ilices, fossasque in agris faciundas utuntur. Varro 3. *de re rust. cap.* 6. Itaque pastorem earum batillo circuire oportet, ac stercus tollere ac conservare: quod & ad agriculturam idoneum. ¶ Est item Batillum messorium instrumentum, quo Picentes utebantur. Idem 1. *de re rustica*, *cap.* 50. Altero modo metunt, ut in Piceno: ubi ligneum habent incurvum batillum, in quo sit extremo serrula ferrea: hanc quum comprehendit, falcem spicarum desecat, & stramenta stantia in segete relinquit, ut postea subsecentur.

Bātīnā, βάτινα. oppidum Apuliæ. Unde Horat. 3. *Carm. ode* 4.

*Saltusque Batinos & arvum.*

Bātĭŏcus, masculin. genet. { πῶμα *saph.* τὸ βάτιον. Gall. *Vaisseau à vin, un broc*. Ital. *Il borcale*. Germ. Ein kantzen/ ein gefchirr mit welchem man den wein auß dem keller auff den tisch tregt. Hisp. *Un genero de vaſo para tener vino, brocal*. Angl. *A kind of vas hell wherin vine is broght to the table*. } Genus vasis, à quo vinum è cado haustum ad mensam fertur. Plaut.

Bātis, idis, vel Batus, i, βατὶς, ὁ βάτος. Piscis mollis & delicatissimi species est: quem Plin. *lib.* 32. *c. ult.* cunctorum inter eos, qui maxi peculiares sunt. ¶ Hinc βατίδευτοι, homines delicatos, & quasi proceres Græci appellant. Hujus piscis fel iocens quidem, sed vino inveteratum auribus medetur, teste Plin. *lib.* 32. *cap.* 7.

Bātis, herba est fruticosa, pingui folio in modum portulacæ, sed crassiore, latiusculo, & gustu salso, floribus candidis, & semine libanotidis, quam Dioscorides ἀφὶ μῶν, sive ἀσπάραγον appellat. Gall. *Creste marine, bacille, persepierre*. Ital. *Finochio marino, herba di san Pietro*. Germ. Bacillen. Hisp. *Perexil de la mar*. Angl. *A sampier hearbe*. } Ejus duo sunt genera, quorum alterum in locis petrosis & marinis nascens, ad nos defertur sale & aceto conditum. Hoc officinæ *Cretam marinam* appellant. Alterum in hortis nascitur, quod Plin. à quibusdam Asparagum Gallicum vocari tradit. Columella

Olus

Olus chordum appellavit, quasi serotinum, quemadmodum & Pedum chordum dixit Varro, quod autumnali demùm tempore colligitur. Vulgus *Bacilias* vocat, quasi baticulas. Vide Dioſc. *lib.*2. Ruell. *lib.*2. *c.*61. Batis ſativus. Col.

Batnæ, Βάτναι, civitas Osrhoenæ. Steph.

Bato, βάτων, Hiſtoricus fuit Sinopæus, qui hiſtoriam de rebus Perſicis ſcripſit. Strab. *lib.*12.

Batos. { βάτος. Angl. *A bramble, a blake berrie tree.* } Frutex ſpinoſus, lenta habens flagella per terram ſparſa, quem Latini Rubum appellant: de quo Dioſc. *lib.*4. *cap.*40. Diverſas ejus ſpecies vide apud Ruell. *lib.*3. *cap.*63.

Batrachîtes, βατραχίτης, lapis ranæ viridi ſimilis colore atque effigie. Plin. *lib.*37. *cap.*11.

Batrachium, βατράχιον, colotis ſpecies, quo ante inventas perſonas faciem obungebant. Unde apud Athenienſes, Pauſania authore, ſorum Batrachium erat, à colorum denominatum. ¶ Eſt & genus herbæ, quam & Latini Ranunculum vocant, de qua Plin. *lib.*25. *c.*13. ¶ Eſt & Batrachium chimiſtis chryſocollæ quoddam genus, ex divino, quem vocant, latice provenicns, cui tanta inſit veneni vis, ut vel ſolo halitu incautum interficiat. Vide Cælium *antiq. lect. lib.*26. *c.*9.

Batrachomyomachîa, { βατραχομυομαχία. Angl. *A fight betweene frogges and myſe.* } Ranarum & murium pugna: quo titulo elegantem Homerus conſcripſit libellum.

Batrâchus, i, βάτραχος. Rami Medicis eſt rumor quidam ſub lingua naſcens, cum inflammatione: quam ranulam vocat Avicenna. Eſt item Batrachus piſcis mari peculiaris, apud Plin. *lib.*32. *cap.*11. Fuit præterea nobilis hoc nomine ſtatuarius ex regione Laconica, qui una cum Scauro, Octaviæ templa Romæ extruxit porticibus incluſa: de quo Plin. *lib.*36. *cap.*5.

Battiădes, dictus eſt Callimachus Poëta Elegiographus, à Batto patre, Ovid. *in Ibin*,

*Nunc quo Battiades inimicum devoret Ibin,*
*Hoc ego devoveo teque, tuoſque modo.*

Idem *Eleg.*1. *lib.*2. *Triſt.*

*Nec tibi Battiadæ tenuit quod ſæpe legenti*
*Delitias verſu faſſus et ipſe tuas.*

Catull. *ad Ortallum*,

——— ——— ——— *mitto*
*Hæc excerpta tibi carmina Battiadæ.*

Battis, idis, puella fuit formoſiſſima, quam Philetas Poëta Elegiographus adamavit, ſuiſque carminibus celebravit. Ovid. *lib.*1. *Eleg.*5. *Triſt.*

*Nec tantum Coo Battidi amata ſuæ.*

Battológia, βαττολογία. Verborum redundantia, ejuſdem rei vitioſa repetitio. Nomen deductum eſt à Batto quodam inepto Poeta, qui in carmine ſuo eadem ſæpiùs repetebat, eandémque iterum atque iterum occinebat cantilenam. Huic oppoſitus Laconiſmus, quum Lacedæmoniorum more ſermonis ſtudemus compendio.

Battŏn, is, βάττων, Poëta Comicus fuit, cujus tres fabulæ enumerantur à Suida.

Battus, paſtor quidam fuit equarum, de quo talem fabulam recitat Ovid. *lib.*2. *Metam.* Quum Apollo Admeti regis armenta paſceret, Mercurius boves quaſdam, quæ longiùs proceſſerant, furto abactas in ſylva occultavit, Batteóque cuipiam equarum cuſtodi, à quo uno viſus fuerat, mandavit ne cuiquam illud furtum indicaret: quod ut libentiùs faceret, vaccam pulcherrimam ei dono dedit. Mercurius verò abiens, ut hominis experiretur fidem, ſumpta alia figura, paulò poſt ad eum redit, rogans an vaccas quaſdam illac tranſeuntes vidiſſet, pollicénſque ſi indicaret, vaccam cum tauro daturum. Battus itaque ſpe muneris corruptus, ſub quo monte paſcerentur, indicavit, ob quam perfidiam Mercurius cum in lapidem, qui Index dicitur, commutavit. Ovidius,

*Senſerat hoc furtum nemo, niſi vernæ in illo*
*Rure ſenex, Battum vicinia tota vocabat.*

¶ Alius fuit rex Meliteæ inſulæ, de quo ſuprà in dictione *Anna*. Vide *Battiades*. ¶ Fuit item Rex quidam nomine Battus, qui Cyrenem in Africa condidit: quem linguæ adeò impeditæ fuiſſe ferunt, ut verbum βατταλίσαι, ab eo originem traxiſſe putetur. ¶ Batti ſilphium βάττου σίλφιον. Græci novum & rarum quempiam honorem proverbio vocant. Ariſtoph. *in Plut.* Battus item inepti cujuſdam Poëtæ nomen eſt, de quo paulò antè in dictione *Battologia*.

Batûlum, caſtellum eſt Campaniæ, cujus incolæ Turno in auxilium venerunt adverſùm Æneam. Virg. *lib.*7. *Æneid.*

*Quique Rufas, Batulúmque tenent, &c.*

Bâtuo, is, verbero, { נגף *nagháph.* κόπτω. Gall. *Battre, meurtrir.* Ital. *Battere.* Germ. Schlagen. Hiſp. *Batir à ſobajar.* Angl. *To beat, to bille.* } Plaut. *in Caſina*, Quid quæſo potiùs, quam ſculpones, quibus batuatur tibi os, ſenex nequiſſime? Suet. *in Calig. cap.*32. & 54. Tranſlatum à Gladiatoribus, quos Batuatores vocabant. Victor. *c.*8. *lib.*11. Mirmillonem è ludo rudibus ſecum batuentem, & ſponte proſtratum, confodit ferrea ſica. Cic. *ad Patum*, tranſtulit ad rem obſcenam, quum inquit: Equidem jam etiam non obſcena verba pro obſcœnis ſunt: Batuit enim impudenter, clepſit multò impudentiùs, atque neutrum eſt obſcenum, βατταλίσαι enim Syracuſii dicebatur quum mas init fœminam. Theocrit. ἐν ἰσῷ δὲ μάχονται ἐλάφοις βατταλίσαι. Hinc Cicero batuere ſumpſit. ¶ Item pro Pugnare. Suet. *in Calig. cap.*54. Thrax & auriga, idem cantor atque ſaltator batuebat pugnatoriis armis: & *cap.*32. Mirmillonem è ludo rudibus ſecum batuentem, & ſponte proſtratum confodit ferrea ſica, ac more victorum cum palma diſcurrit.

Batus, ἴατος, Hebraicæ menſuræ genus fuit, teſte Joſepho *antiq. lib.*1. quæ continebat ſextarios 72. ut docet Budæus *in commentario de Aſſe.* ‖ Batzeli, pelvis. Lex. gr. b. ‖

Batûbâtæ, deponens. { נבח *nabách.* βαύζω. Gall. *Abayer.* Ital. *Abaiare.* Germ. Bellen. Hiſp. *Ladrar, ſpecialmente à los cacherros ò perros.* Angl. *To barcke like a dogge.* } Factitium verbum à voce canum quum latrant. Lucr. *lib.*5.

*Et quanvis deſerti baubantum in ædibus omnes.*

Bâcyri, vel Bacyriani, βάκυροι ἢ βακυριανοί, Gens Parthis & Medis vicina. Steph.

‖ Baucale, Pontificale Romanum: Et batile cum bauteali pro manibus abluendis, quas ſinguli ad ſuas mappulas exterguut. ‖ Baucalem, gellonem. Gloſſ. Iſid. & Pythæi.

Baucis, βαυκίς, Anus paupercula eſt apud Ovid. *lib.*8. *Metam.* quæ cum Philæmone marito Jovem & Mercurium ſuſcepit hoſpitio. Comminiſcitur *in Perſii Sat.*4. ſcribi anum fuiſſe pannoſam, quæ quum ocymum venderet, non ſine modulatione, & adulatibus eunctes incitabat. Sic enim de illa Perſius,

*Dum ne deterius ſapiat pannucia Baucis,*
*Quam bene diſcincto cantaverit oſyma Verna.*

Bavius, & Mævius, inepiſſimi Poëtæ fuerunt & malevoli, Auguſti temporibus, qui Virgilio ſuam gloriam inviderunt: de quibus Virgilius ipſe *in Bavol.*

*Qui Bavium non odit, amet tua carmina Mævi.*

Bauli, villæ nomen eſt, quæ inter promontorium Miſenum Baiarumque lacum flexo mari alluitur. Servius cauſam nominis inde factam memorat, quòd olim Hercules juxta Baias fecit caulam bobus, & eam ſepſit, qui locus primò Baulia dictus, mox dici cœpit Bauli.

Bâxĕæ, { ἀμάξιαι, *ſic ignoto quidam.* Gall. *Vne maniere de pantouffles ou ſouliers, dequoy uſoient les Philoſophes.* Ital. *Pianelle, zoccoli.* Germ. Ein gattung der ſchuch oder pantoffeln, wie es die gröleyten tragen. Hiſp. *chinelas ò alcorques.* Angl. *Pattens or wooden ſhoes.* } Sunt crepidæ & calceamenta: & propriè calcei Philoſophorum, ut oſtendit Apuleius *in lib. de Aſino aureo*, qui ait, Nec qui pallio, baculóque, & baxeis, & barbitio barbitio Philoſophum fingeret. Plaut. *in Stenach. ſc.*3. *a.*2. Quis ille eſt peniculus, quo exterguntur baxeæ?

‖ Baxana, ſaccellus. Gloſſ. gr. b. ‖

B D

Bdellium, בדולח *bedholách*, βδέλλιον. } Arbor nigra, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici, gummi genus exſudans, quod & ipſum Bdellium vocatur. Maximè commendatur quod in Bactriana naſcitur: quamquam & in Arabia, & in India, & Media, & Babylonia proveniat. Galen. *lib.*6. *ſimpl.* duo bdellii conſtituit genera, Scythicum & Arabicum: quorum Scythicum nigrius eſt, magiſque teſtosum: Arabicum tranſlucidius & ſiccius. Vide plura de hoc apud Plin. *lib.*12. *c.*9. & Dioſcor. *lib.*1. *cap.*69. Tu crocum, tu caſia, tu bdellium. Plaut. *Cure. ſc.*2. *a.*1. Apud Priſcian. *lib.*1. Bdellium, βδέλλιον, genus lapidis.

B E

Bĕātrix, virgo Romana & martyr ſub Diocletiano, Fauſtinum & Simplicium item martyres fratres, quos priùs tumulavit, paulò poſt eodem ſupplicio ſecuta, quòd prædium cuidam potenti vendere noluerat. Hæc enim dives erat, ac una cum beata Lucina occiſorum corpora in agro ſuo condebat. Author Volater.

Bĕātus, a, um, Felix, fortunatus, cui bene eſt. { אשרי *meuſchebhár*, אשרי *aſchré.* μακάριος. Gall. *Heureux, bien heureux, bien fortuné.* Ital. *Beato.* Germ. Gälig/ glückſeelig. Hiſp. *Bienaventurado, dichoſo y perſeuto.* Angl. *Bleſſed, happie, fortunat.* } Qui ſint dicendi beati, Senec. *lib.*6. *epiſt.* declarat his verbis: Hoc nos docet beatum non cum eſſe, quem vulgus appellat, ad quem pecunia magna confluit: ſed illum cui bonum omne in animo eſt, erectum, & mirabilis calcantem: qui neminem videt, cum quo ſe commutatum velit: qui hominem ex ſola parte exiſtimat, qua homo eſt: qui natura magiſtra utitur, ad illius leges componitur: ſic vivit quomodo illa præſcripſit: cui bona illa nulla vis excutit: qui mala in bonum convertit: cetrus judicii, inconcuſſus, intrepidus: quem ſi aliqua vis movet, nulla perturbat; quem fortuna, quum in eum quod habuit telum nocentiſſimum vi maxima intorſit, pungit, non vulnerat. Sed talem hactenus videre haud licuit. Nemini enim ſumma illa beatitudo, niſi exuto corporis impedimento poteſt contingere: adeò ut veriſſima videatur Solonis illa apud poëtam ſententia, ſcilicet

——— *ultima ſemper*
*Expectanda dies homini eſt, dicique beatus*
*Ante obitum nemo ſupremáque funera debet.*

Cic. *lib.*3. *Tuſcul.* Hoc exiſtimo beatos, qui ſint in bonis nullo adjuncto malo. ¶ Accipitur & pro divite: quæ ſignificatio ex vulgi opinione tracta eſt, quod ſolos divites felices exiſtimat Juvenal. *Sat.*1.

——— ——— *optima ſummi*
*Nunc vina preſſum veteris veſtra beatos.*

Horat. *lib.*2. *Carm. Ode* 4.

*Ne ſcilicet, an te generum beati*
*Phyllidis flava decorent parentes.*

Plaut. *Curc. ſ.*1. *a.*3. Beatus videor, ſubduxi rationculam { i. dives } requitur enim ſtatim, Dives ſum. Transfertur & ad alia. Unde beatam vocem dixit Quintilianus pro ſonora, & rara, cuique ad perfectionem nihil deſit. Beata vox, inquit, & pronuntatio. Item, lubeſſet te operiri, beatus eris ſi confudaveris. Plaut. *Pſeud. ſc.*2. *a.*2. ¶ In beato omnia beata, ὦ πάντα μάκαιρα πάντα. Theocrit. Uſus erit, ſi dicas ab homine docto omnia doctè fieri: à pio piè: à rege regaliter. ¶ Non eſt beatus, eſſe qui ſe neſciat. Senec. Senſus eſt, haud eſſe ſatis ut adſit felicitas, ni felicitatem tuam inſenſeris. Hinc alludens Virg.

*O fortunatos nimium, bona ſi ſua norint,*
*Agricolas!*

Et Horat. *in Od.*

——— *nihil eſt ab omni parte beatum.*

Proverbialem habet ſententiam, quam Græci ſic efferunt, Οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἄνευ ψόγου βίον, id eſt, Felix per omnia nullus eſt mortalium. Hunc ſenarium citat Ariſt. *lib. Rhetor.*1.

Bĕātŭlus, diminut. μακαρίτης. Pers. *Sat.*5.

——— *tandemque beatulus alto*
*Compoſitus lecto.*

Benè, adverbium, Feliciter. { εὖ πράττειν, *ſic ignoto quidam.* Gall. *Heureuſement* }

*mente,*

*ment, bien heureusement.* Ital. *Beatamente.* Germ. Seliglich. Hisp. *Bienaventuradamente, y perfectamente.* Angl. *Blisfedlie, happelie.* } Cic. 1. *de finib.* Quoniam igitur omnis summa philosophiæ ad beatè vivendum refertur. Idem *in Paradox.* Profectò nihil est aliud bene beateque vivere, nisi honestè & rectè vivere.

Bĕātĭfĭcus, ἀλληγορ., ἰαθόδοτος. Apuleius *lib. de dogmate Platonis*: Deus beatus, & beatificus, optimus.

Bĕātĭtās, & Beatitudo. { אשר *iesher*, משרי *asheré*. μακαριότης. Gall. *Beatitude, felicité.* Ital. *Beatitudine.* Germ. Seligkeit. Hisp. *bienaventuranza.* Angl. *Blessednesse.* } Ciceronis seculo vocabula fuerunt dura, quæ tamen ille putavit usu fieri posse meliora. Sic enim scribit *lib.* 1. *de natt. deor.* At ista, sive beatitas, sive beatitudo dicenda sit (utrumque enim durum, sed usu mollienda verba sunt) verùm ea quæcunque est, cur aut in Solem illum, aut in hunc mundum, aut in aliquam mentem aeternam, figura membrisque corporis vacuam, cadere non potest?

Bĕo, as, Beatum facio, felicem reddo. { אשר *iesher*. μακαρίζω. Gall. *Faire heureux, donner felicité.* Ital. *Beatificare, beare.* Germ. Selig machen/ erfreuen. Hisp. *Hazer bienaventurado, ò beatificar.* Angl. *To blesse.* } Plaut. in *Amph.* Hoc me beat saltem, quòd per fenestellas vicit, & domum cum laude revertit. Terent. in *And.* O factum bene! Beasti, merum à Chryside. ¶ Cœlo aliquem beare, id est, donare cœlo, cœli participem facere, & in cœlum efferre. Horat. 4. *Carm. Ode* 1.

*Dignum laude virum Musa vetat mori.*
*Cœlo Musa beat.*

¶ Semet beare, est indulgere animo: phrasi quadam Epicurea, qui summum bonum voluptatem aiebant esse. Horat. 2. *Carm. ode* 3.

*Seu te in remoto gramine per dies*
*Festos reclinatum bearu*
*Interiore nota Falerni.*

Animum adverte. L. Tacco. Le. Beat. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 1. Non juvat quod edo domi, quod foris gusto, id beat. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Nimis beat quod commeatus est trans parietem, *ibidem sc.* 2. *a.* 5. ¶ Beare, Ulpian. ait, est prodesse, *l. bonorum appellatio. §. naturaliter, de V. S.* ¶ Hinc beatus, beatior, beatissimus: de quibus paulò antè.

Bebius, cui cognomen fuit Massa. Delatorum insignis fuit Vespasiani temporibus, cujus meminit Iuvenalis *Sat.* 1.

——— *quem Massa timet, quem munere palpat Carus.*

¶ Fuit & Bebius Pamphilus Consul Romanus cum P. Cornelio, eo anno, quo Numæ Pompilij libri in agro C. Petilij effossi sunt. Vide Valer. Maxim. *lib.* 1. *c.* 1.

Bĕbrĭăcum, i, vicus est inter Cremonam, & Veronam, apud quem Vitellius Othonem superavit. Iuvenal. *Sat.* 2.

*Febriaci in campo sperabat scilicet ullas*
*Se dare Pannonicas.*

Cornel. Tacit. *Annal. lib.* 18. Eo die, quo Bebriaci certabatur, avem inusitata facie apud Regium Lepidi celebri luco consedisse in colle memorant, nec inde cœtu hominum, aut volantium alitum territam, pulsámve, donec Otho se ipse interficeret. Hunc vicum Itali hodie *Labinam* vocant.

Bĕbrĭăcensis, e, adjectivum: ut, Aves Bebriacenses, ita dictæ, quòd ejus pugnæ tempore, quæ apud Bebriacum inter Othonem, & Vitellium commissa est, primùm in Italia apparuerunt. Plin. *lib.* 10. *c.* 49. Venêre in Italiam Bebriacenses bellis civilibus trans Padum, externæ & novæ aves (ita enim adhuc vocantur) turdorum specie, paulùm infra columbas magnitudine, sapore gratæ.

Bebrina, pellis castorina, qua castorem, seu fibrum, alio nomine vocari *Bebrum*, docet nos vetus Scholiastes Iuvenalis ad illud Satyr. —

——— *imitatus castora, qui se*
*Eunuchum ipse facit.*

Castorem, inquit, Bebrum dicit, qui cùm viderit se obsideri, & non posse evadere, testiculos suos morsu avulsos projicit.

Bebryces, Βέβρυκες. Stephano, vel Bebrycii, populi a Thracibus oriundi, qui eam partem Asiæ incoluerunt, quæ postea Bithynia, & aliquando Mygdonia dicta est, ut videtur apud Strab. *lib.* 7. *c.* 12. Hos Artemon originem à Bebryce trahere, una filiarum Danai scribit, quæ unà cum Hypermnestra præter jussa patris viro pepercit: quare fugiens patrem, una cum viro in hæc loca pervenit, incolásque eius docuit Ægyptios: pro quibus meritis regionem ab ejus nomine Bebryciam ferunt appellatam. Tenebant olim totum tractum usque ad Ephesum & Magnesiam Ioniæ oppidum, ut scribit enarrator Apollonij, Chalcidem adducens authorem, qui dicit, Lampsacenorum regionem olim Bebryciam appellatam. Ex Volaterrano.

Bebrycĭa, Βεβρυκία, regio est minoris Asiæ ad Propontidem, postea Mygdonia, à Mygdonibus Thraciæ populis, & Bithynia à Bithyno rege appellata. ¶ Bebryces populi eiusdem regionis, quos Strab. *lib.* 7. & 12. Thraces fuisse putat. ¶ Bebrycium oppidum, de quo supra in dictione *Amycus.*

Bebrycĭus, a, um, Βεβρύκιος, possessivum à Bebrycia, Asiæ regione. Virg. 5. *Æneid.*

——— ——— *qui se*
*Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat.*

Bĕbryx, ycis, Βέβρυξ. Rex fuit in montibus Pyrenæis, teste Silio, quod etiam a Pyrene illius filia nomen traxisse, idem author est. ¶ Est autem Bebryx, nomen gentile, eum significans, qui ex Bebrycia ortus est: de quo vide paulò antè in dictione *Bebryces.* Hujus autem nominis obliqui indifferenter efferuntur à poetis, secundam syllabam modò producentibus, modò corripientibus. Valer. Flaccus *Argonaut.*

*Bebryca, & Scythici pressit clementia saxi.*

Silius *lib.* 3.

*Possessum Baccho fava Bebrycia in aula.*

¶ Becarius, vicanus. Gl. g. b. ‖

Bechĭon, Βήχιον. Herba est, Latinè Tussilago dicta, quia tussim sedat. Vide etiam Bechion à Græcis dictum, παρὰ τὸ τὰς βῆχας διαλύειν, hoc est, tussi sananda. Plin. *lib.* 16. *c.* 6. Officinæ Vogulam capellinam vocant. Gall. *Pas d'asne, herbe.*

Bechĭta medicamenta, βηχικὰ φάρμακα, à medicis appellantur, quæ tussi medentur, βῆχα enim Græci tussim appellant.

Bechires Plinio, Βίχιρες Stephano, populi Themiscyræ, Asiæ regionis, Cappadociæ contermini: de quibus Plin. *lib.* 6. *c.* 4. Hi quum Attalæ ductu in Italiam venissent, vinumque antea ipsis incognitum gustassent, brevi mortalium omnium bibacissimi evaserunt.

Beda, natione Anglus, ob vitæ modestiam Venerabilis cognomentum adeptus, claruit sub Ioanne sexto Pontifice, quum Saracenos ex Africa solventes, Hispaniam invaserunt: ex quo Beda literis Principes ad eam recuperandam sollicitavit. Græcè Latinèque eruditus fuisse traditur. Scripsit in Acta Apostolorum, & in Lucam. Author Volaterr.

Beduini, ex Arabum, ac Saracenorum secta, aliis addicti opinionibus sunt, quapropter Hæretici sunt appellati. Ii nulla ratione, inermesque una cum Saracenis in bellum ruunt, dicentes mortem vitari non posse, tatoque omnia referunt. Hi cinis amictuntur pellibus, Solem orientem adorant. Volaterr.

Begis, Βῆγις, urbs Thraciarum: sic vertò quod apud Steph. scribitur βάσις πόλεως.

Bēelphĕgōr. { פעור בעל *baal peór.* Βεελφεγώρ. } Idolum fuit Moabitarum, nomine Bebel, sive Baal, quod in monte Phegor colebatur. Idem creditur cum Saturno, ut annotavit Cæl. Rhod. *Ant. lib.* 2. *c.* 3. ¶ Beelphegoris statua, pro Priapo capias proverbialiter.

Bēelzĕbūb. { בעל זבוב *baal zebub.* Βεελζεβούβ. } Idolum fuit Accaronitarum: quo nomine Idolum muscæ significatur. Bel, inquit Hieronymus, & Beel, & Baal idem Hebræis est: nam iis vocibus indicatur Idolum. Zebub autem muscam signat: unde Beelzebub (etiamsi Beelzebul Græci pronunciant) tanquam muscæ dicatur Idolum. Sed & pro dæmoniarcha ponitur, hoc est, dæmoniorum principe.

Beergios (quod hîc pro Nepcani filio corruptè legebatur) lege *Bergion.*

Bela, Pannoniæ rex, regno per fratris cædem potitus, bonus alioqui princeps habitus, populos à multis vectigalibus immunes fecit. Primus Byzantios nummos, argenteámque monetam percussit. Decessit post annos regni tres, membris equi lapsu fractis. Fuêre quatuor hujus nominis Pannoniæ reges, ut author est Volaterr. *lib.* 8.

Belbina, Βίλβινα, Strab. *lib.* 9. Insula è regione Anaphystiorum, apud quos Panos templum est, & aliud Veneris Colladis.

Bĕlbus, quæ & hyæna, θῆρες. Ferarum omnium astutissima, quæ imitatur sub noctem humanos genitus, ut homines pietate motos, & ad succurrendum egredientes devoret.

Belea, Βήλεια, Velia, vide *Elea.*

Beledonii, Βηλέδονιοι, populi juxta Oceanum. Steph.

Belemum, Βήλεμον. Aristotelis (si modò Aristotelis opus sit, quod de plantis nomine ejus circumfertur) olim deliberatorium in Perside venenum erat: translatum autem in Ægyptum & Palæstinam, sine periculo mandi cœpit. Putatur idem esse quod Crateias medicus Helenium Ægyptium vocat. Vide Ruell. *lib.* 2. *c.* 12.

‖ Belial, perversus, absque jugo. ‖

Belitra, Βήλιτρα, civitas Italiæ non procul à Roma. Steph.

Belgæ, arum, Βέλγαι, populi Galliæ Comatæ, inter Sequanam & Scaldem fluvios siti, in quindecim olim populos divisi. { Germ. Die Niderteutschen völcker/ vom Rhein biß an daß Brittanisch meer. } Plin. *lib.* 4. *c.* 17. Gallia omnis Comata uno nomine appellata, in tria populorum genera dividitur: à Scalde ad Sequanam, Belgica: ab eo ad Garumnam, Celtica, eademque Lugdunensis: inde ad Pyrenæi montis excursum, Aquitania.

Belgĭcus, a, um, adject. ut, Essedum Belgicum, currus quoddam genus apud Belgas primùm inventum. Virg. 3. *Georg.*

*Belgica vel molli melius feret esseda collo.*

Belgium, ii, apud Cæs. 5. *bell. Gall.* Oppidum est inter Belgas, aut certè ipsa Belgarum regio.

Belcites, Pannoniæ populi, apud Plin. *lib.* 3. *c.* 25.

Belion, Βήλιον, herba quæ à Dioscoride μίλιον ἄγριον, hoc est, Polium montanum appellatur. Est autem hæc nomenclatura ex iis, quæ inter notha Dioscoridis à doctioribus numerantur.

Belippo, oppidum Hispaniæ Bæticæ in conventu Gaditano, apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 1.

Belisarius, Βελισάριος. Suid. Felicissimus pro Iustiniano principe belli dux fuit, qui Persas in Oriente, Gothos in Italia, Vvandalos in Africa prælio superavit, eorum rege Gilismere in triumphum ducto. Hic tamen strenuus belli dux, & in hostibus perdomandis felicissimus invidiam vincere non potuit. Nimia ejus potentia cum apud Iustinianum in suspicionem affectati imperii adduxit, qui utrumque ei eruit oculum. Quare quum principis ingratitudinem aliter ulcisci non posset, exiguum extra urbem rugurriolum extruxit, ubi per omnem vitam à prætereuntibus stipem emendicavit: illud identidem repetens, Da obolum Belisario, viator, quem invidia, non culpa excæcavit. Vide Crinitum, & Volaterr.

Bella, vide *Abella.*

Bellāria, orum, plural. num. Fructus & cibi saccharo, aut melle conditi, aut alia id genus gulæ irritamenta, quæ & Secundæ mensæ appellantur. { παγκαλα, ἐπιδόρπια, πλακοῦντα, παγκάρπια. Gall. *Le dernier mets, la desserte de table.* Ital. *Frutti & confettioni dopo pasto.* Germ. Allerley speiß die man zu letst auf dem tiſch ſürſtellet/ ſchlecktſpeiß/ nachtiſch. Hisp. *La mesa de la fruta, el postre.* Angl. *Banketting dishes, or tartes, marchpaines, fruites with sugar and such lik thinges.* } Macrob. *in Sat.* Adhuc dicente Furio, secundæ mensæ illata bellaria novo sermoni principium dedêre. ¶ Vina quoque dulcia est invenire in comœdiis antiquioribus hoc vocabulo appellata, dictaque esse ea Liberi bellaria. Gell. *lib.* 13 *c.* 11. ubi quæ Bellaria dicantur, docet. Bellarium & bellaria, res bellis aptas appellant. Festus ubi legendum videtur, *bellas*, non bellis aptas.

Bellator, Bellatrix, Bellax. Vide *Bellum.*

Bellĕrophontes, æ, seu Bellerophon, tis, Βελλεροφόντης. Fuit Glauci regis Ephyræ filius, inclyto decore conspicuus, & virtutis maximæ. Hic quum a Stheneboea uxore Proti de coitu incepellatus esset, veritus hospitalis Iovis iram, lascivam feminam repulit. Unde exardens

repulsa

repulsa mulier, apud virum innocentem hospitem accusavit: qui hospitij iure motus, illum domi interficere non sustinuit, sed datis codicillis, ad Iobatem socerum in Lyciam misit. Lectis ergo codicillis, Iobates in ultionem criminis ad Solymos domandos Bellerophontem misit, vt sub prætextu memorabilis pugnæ interiret. Verùm quum & Solymos facilè vicisset Bellerophontes, & aliis plerisque periculis objectus semper victor rediisset, postremò ad interimendam Chimæram missus est; quem etiam laborem nactus, Neptuni beneficio Pegasum equum summa cum laude superavit. Quapropter Iobates virtutem juvenis admiratus, alteram illi ex filiabus cum regni parte uxorem dedit: ex qua Isandrum, Hippolochum, & Laodamiam suscepit, vt *lib.6. Iliad.* refert Homer. Quod quum audisset Stenoboea, sibi ipsi mortem conscivit. Bellerophontes autem felici rerum successu elatus, quum in cœlum evolare cum Pegaso conaretur, immisso à Iove œstro, equo excussus est, decidítque in eum campum, qui postea Aleius appellatus est. Pegasus autem à Iove inter sydera est relatus. Hic primùm Hipponous dictus est, Bellerophontes postea appellatus, à Bellero quodam Corinthiorum primate, quem de medio sustulit. ¶ Bellerophontis literas, διπλωθέντας τὰ γράμματα, subaudiendum verbum aliquod accommodum sententiæ, affert, aut aliud aliquod. Locus erit huic proverbio quum quis literas velut commendatitias perfert, quæ contra ipsum sint descriptæ. Vulgò literas Vriæ vocant: neque dissimilis est historia apud Hebræos.

**Bellĕrŏs**, βελλερος, Corinthiorum primas quidam, à quo interfecto Bellerophontes dictus est, quum antea Hipponous diceretur. Vide Cælium Rhod. *lib.13.c.9.*

**Bellĭcă**, æ, dicebatur columella illa ante templum Bellonæ, super quam jaciebant hastam quum bellum indicerent. Fest.

**Bellĭcum**, i, substantivum, Cantus ad arma vocans, signum prælij ineundi tubâ datum. ¶ תרועה *teruhah.* τὸ πολεμικὸν. GALL. *Le son de la trompette, quand on sonne à l'arme.* ITAL. *Suono della trombetta quando suona à l'arma.* GERM. Das auffblasen zum streyt im krieg/ein lermen. HISP. *Sonido de bozina para acometer pelea.* ANGL. *An alarme, the sound of trompets when they blowe to the batasille.* ¶ Vnde bellicum canere propriè est milites tubæ cantu ad prælium animare. Per metaphoram accipitur pro instigare, seu inflammare ad dissidium. Cic. 6. *Phil.* Atque iidem bellicum me cecinisse dicunt. Idem 3. *de Orat.* Thucydides incitatior fertur, & de bellicis rebus canit quodammodo bellicum. Idem *pro Murana*, Simulatque motus aliquis novus bellicum canere cœpit.

**Bellis**, vel Bellius, herba est, Gallis *Marguerite.* Italis *Primo fiore.* Plin. *lib.16. c.5.* Bellis in pratis nascitur, flore albo aliquatenus rubente. Et *lib.21 c.8.* Luteus (nempe calyx) & bellio pastillicantibus quinquagenis quinis barbulis coronatur. Pratenses hi flores, &c.

**Bellitani**, populi Fidetaniæ, quæ est regio citerioris Hispaniæ ad Iberum fluvium. Plin. *lib.3.c.3.*

**Bellōna**, æ, ωος, Bellorum dea, & Martis soror. Virg.9. *Æneid.*

*Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello.*

De ea, & quæ sit, Plutarch. *in Sylla*, Bellona inducebatur in Tragœdiis. Plaut. *Amph. proleg.* Huic proprio sanguine sacerdotes sacrificabant. Ante Bellonæ templum columna erat, quæ bellica dicebatur, super quam hastam jaciebat Fecialis bellum indicens, vt post Festum annotavit Alexander ab Alex. *lib.3. cap.12.* Hæc ab antiquis Duellona à duello, quod illi ipsi bellum appellabant.

**Bellōnārĭi**, sacerdotes Bellonæ, qui lacertos, humerósque concidebant, sanguine suo Bellonæ sacrificantes. Acron.

**Bellovaci**, ων, populi Galliæ, qui belli gloria Belgas omnes superarunt, quos Cæsar, duce eorum interfecto, in potestatem redegit.

**Bellŏvăcum**, Oppidum Bellovacorum, apud Cæsarem *comment. lib.8.* Vulgò *Beauvais.*

**Bellua**, vide in *Belua*, infrà.

**Bellum**, belli, contentio, certamen belli, tempus belli, arma: ✠ pax. ¶ חמס *mil chamah.* πολεμος. GALL. *Guerre, bataille.* ITAL. & HISP. *Guerra.* GERM. Krieg. ANGL. *Warre, a bataille.* Prælium autem est conflictus ipse, & hostium congressio, quæ & pugna dicitur & certamen: quamvis hoc etiam nudis verbis peragi possit. Hæc differentia non obscure colligitur ex Livio, quum ait, Populum Romanum multo bello, multis verò prælijs fuisse superatum. Item ex loco Virg.12. *Æneid.*

*Infantem fugiens media inter prælia belli*
*Sustulit exilio comitem.*

Bellum sumere, pro suscipere. Salust. *Iugurth.68.* ¶ Bellum trahere, id est, producere, proferre. Idem *ibid.70.* &, Bellum intactum trahitur, *in Iugurth.118.* ¶ Bellum pluere super aliquem, est abundanter impugnare sine intermissione. *Iob* 20. Pluat super illum bellum suum. ¶ Bellum sanctificare contra hostes, est divina quadam cæremonia bellum contra hostes indicere, cum fiducia cœlestis auxilij. ¶ Aliquando tamen bellum capitur pro prælio. Salust. In eo bello trecenti milites desiderati. ¶ Belli vocabulo bellatores, milites, & ea quæ ad bellum pertinent, omnia complexus est Ovid.11. *Metam.*

*Permanet Aeaïn Nereus violentus in undis,*
*Bellaque non transfert:*

id est, maris tempestas trajicere Græcos in Asiam non patitur. Sic Silius *lib.7.*

*Sed vitta fera bella Dea vexere per æquor,*
*Atque excisa suo pariter cum iudice Troja est.*

¶ Bellum hoc hoste, Civile bellum vocavit Lucanus *lib.1.*

*——— tela manúsque*
*Romana miscent acies, bellumque fine hoste est.*

Dictum bellum (vt Priscianus sentit) per antiphrasim, quòd minimè bellum sit. Alii à bono deducunt: non tamen per contrarium, sed quòd boni gratiâ bella olim susciperentur, nec ad inferendam, sed ad propulsandam injuriam pacémque parandam. Alii à duello derivant, abjecto d, & digamma in b converso. Festus à belluis, quòd belluarum sit mutuo se laniatu conficere. ¶ Dulce bellum inexpertis, ἡδὺ πόλεμος ἀπείροισιν. Elegans quamprimis, & multorum literis celebratum adagium, ciratúr ex Pindaro. Sunt quædam in rebus mortalium, quæ quantum habeant discriminis ac malorum, non intelligas nisi facto periculo. ¶ Multa in bellis inania, πολλὰ κενὸν ἐν πολέμῳ. De inani suspicione, aut pavore sine causa oborto, quem Græci πανικὸν vocant. ¶ Non licet bis in bello peccare, ἁμαρτεῖν οὐκ ἔστιν δὶς ἐν πολέμῳ. In rebus periculosis non jutum est labi. Nam si semel erretur, actum est de capite: nec est secundo errori locus. Vel quòd in bello (quia cuncta tumultu peraguntur) non detur spatium revocandi restituendique, si quid perperam sit institutum. ¶ Initium belli, ἀρχὴ πολέμου. Vbi quis prior lacessit injuriâ, seu convitio. ¶ Talia gignit bellum, τοιαῦτα ἐστὶ πόλεμος ἐξεργάζεται, id est, Similia calamitosum bellum perficit. Senatus Cic. *epist. ad Qu. Frat. lib.1.* quo sentit, è dissidijs eorum qui Remp. administrant, multa gigni absurda. Id translatum ad privatam discordiam pluriculum habebit gratiæ. ¶ Bello parta, ἐν πολέμῳ. Vbi quis immodicè insumeret. Solemus enim celeriùs ac temerè profundere, si quid hostibus sit ereptum. Bellum facere. Liu. *lib.3. d.4.*

*Nam te non alium belli tenet aptior artes.*

Tibul. *lib.4.* Vt in bello sit, capitur alter filius. Plaut. *Capt. prol.*

*——— spatioso tempore belli.*

Ovid.13. *Metam.*

*Nam bellis experta cano.*

Tib. *lib.4.*

*——— duri fugientem munera belli.*

Ovid.13. *Metam.*

*——— tibi dextera bello Vtilis.*

Idem *ibid.*

*Iunctis ludis, &c. Cedunt verbosi garrula bella fori.*

Idem *Eleg.1. lib.3. Trist.* ¶ Bellum recuperatorium, quod scilicet ob recuperationem rerum ablatarum infertur: defensorium verò, quod videlicet necessariæ defensionis gratiâ, non intervallo, sed ex continenti suscipitur. Verùm hoc nec propriè belli nomen meretur, sed potiùs defensionis censetur facultas, cuilibet omni jure, ipsóque rationis ductu permissa, quandoquidem vim atque injuriam propulsare ius gentium permittit. *Ius vim, ff. de just. & jur.* Bellum offensivum, bellum defensivum, vt vulgò loquuntur, in barbarorum schola nota sunt vocabula.

**Belli**, aduerb. in bello. Plaut. *Amph.* Id modò si mercedis datur mihi, vt meus victor vir belli clueat.

**Bellĭcŭs**, a, um, adjectivum, quod ad bellum pertinet: vt, Bellica disciplina. ¶ πολεμικὸς. GALL. *Bellique, servant à la guerre.* ITAL. *Di guerra.* GERM. Das zu dem krieg gehört. HISP. *Cosa pertenecciente à la guerra.* ANGL. *Pertening to warre, warslike.* ¶ Cic.1. *de nat. deor.* Bellica corona, quæ bellatoribus victoribus dabatur. Plin. *lib.16.c.4.* Ovid.3. *Fast.*

*Dea bellica Pallas.*

Summa Regem virtute bellica illis præfeci Cephalum. Plaut. *Amph.* ¶ Bellicum, substantivum, vide supra post *Bellica.*

**Bellĭcōsus**, a, um, Fortis, ferox, & ad bella gerenda aptus. ¶ איש מלחמה *isch milchamah.* πολεμικὸς. GALL. *Belliqueux, vaillant en guerre.* ITAL. *Feroce.* GERM. Kriegisch/ streytbar. HISP. *Mucho guerreador, bellicoso.* ANGL. *Valiant in armes, fierce, warrelike.* ¶ Salustius *in Iugurtha*, Libyes quàm Getuli minùs bellicosi erant. Liu. *9. ab Vrbe*, Cepisse enim eos non Romam, sed quod multò bellicosius fuerit, Romanam virtutem, ferociámque.

**Bellĭcōsè**, adverbium, Fortiter, ferociter, vt virum bellicosum decet. ¶ πολεμικῶς. GALL. *Vaillamment, belliqueusement.* ITAL. *Feroce mente, gagliardamente, bellicosamente.* GERM. Dapfferlich/ritterlich/ kriegisch. HISP. *Brava e bellicosamente.* ANGL. *Valiantlie, warlike.*

**Bellĭcrĕpa**, genus veteris saltationis à Romulo institutæ, in qua cum armis saltabant, ne quid ab hostibus Romani paterentur in ludis suis, quod ab iis passi fuerant Sabini, raptis eorum virginibus.

**Bellĭfer**, a, um. bellicosus, ad bellum gerendum idoneus. πολεμικὸς, πολεμοφόρος. Claudianus *in Rufinum.*

*——— qui belliferam communibus urnis*
*Italiam maculis.*

**Belligĕr**, a, um, Ad bellum gerendum idoneus. ¶ איש מלחמה *isch milchamah.* πολεμικὸς, πολεμοποιὸς. GALL. *Qui fait la guerre.* ITAL. *Chi guerreggia.* GERM. Der geschickt ist ein krieg zuführen. HISP. *Cosa que hace à traher guerra.* ANGL. *That maketh warre.* Mart. *lib.15.*

*Hermes belligera superbus hasta.*

Ovid. *de Trist.*

*Sic ego belligeris agentibus undique fletur.*

**Belligĕro**, as, bello, bellum gero. ¶ נלחם *nilchám.* πολεμῶ. GALL. *Guerroyer, faire vn mener guerre.* ITAL. *Guerreggiare.* GERM. Ein krieg führen/ kriegen. HISP. *Guerrear.* ANGL. *To make warre.* Cic. *pro Fonteio*, C. Marius, qui Iuluciomaro isti minaci atque arroganti pat in belligerando esse possit. Ennius apud eundem *lib.1. Offic.*

*Non cunctantes bellum, sed belligerantes.*

Liu. *lib.3. belli Punici*, Et cum Gallis tumultuatum magis, quàm belligeratum. Postquam belligerant Ætoli cum, &c. Plaut. *Capt. proleg.* Item Suet. *in Aug. cap.94.*

**Bellipotens**, qui bello pollet. ¶ εὐπολεμος, δαΐφρων. GERM. Gewaltig vnd mächtig im krieg. ANGL. *Mightie in warre.* ¶ Statius *Theb.2.*

*Bellipotens cui torva genis horrore decoro*
*Cassis, & aspersa crudescit sanguine Gorgon.*

Cic.3. *de Div.* Æacidæ bellipotentes magis sunt, quàm sapientiâ pollentes.

**Bello**, as, bellum gero, confligo. ¶ נלחם *nilcham.* πολεμῶ. GALL. *Guerroyer, mener vn faire guerre.* ITAL. *Combattere, guerreggiare.* GERM. Kriegen. HISP. *Guerrear, hazer guerra.* ANGL. *To warre, or to make warre.* ¶ Plin. *lib.5.c.1.* Romana arma primum Claudio Principe in Mauritania bellavêre, Ptolemæum regem à C. Cæsare interemptum vleiscente liberto Ædemone. Cic. *pro leg. Man.* Fuit proprium populi Rom. longè à domo bellare. Idem *de senect.* Quid enim est aliud gigantum more bellare cum diis, nisi naturæ repugnare? Bellare alicui, id est, contra aliquem. Sen. *lib.8. Thebaid.*

*—— & magno bellare parenti.*

¶ Est & bellor, aris, deponens. Virg. *Æneid.*

*—— & ritu bellantur Amazones armis.*

¶ Composita sunt, Debello & Rebello, de quibus infrà suis locis.

Bellator, is. Bellicosus, vel qui bellum gerit. { איש מלחמה *ish milchamáh.* מלחמתי. Gall. *Guerrier, homme de guerre.* Ital. *Combattitore, guerriere.* Germ. Ein krieger/ krieges man/ kriegsårer. Hisp. *Mucho guerreador.* Angl. *A warriour, a man of warre.* } Cic. 4. *Tusc.* An accusatori majores nostri majora præmia, quàm bellatori esse voluerunt. ¶ Dicitur etiam de brutis animalibus. Vide Virg. *lib.* 10. qui equum animosum & ad prælium incitatum Bellatorem vocat, quum inquit,

*—— & inter*
*Bellatoris equi cava tempora concitat hastam.*

Bellātrix, cis. Mulier quæ bellum gerit, seu bellicosa. { אשת מלחמה *ésheth milchamáh.* מלחמתי. Gall. *Guerriére, femme vaillante en guerre.* Ital. *Guerriera.* Germ. Ein kriegerin/ ein kriegs weyb. Hisp. *Guerreadora.* Angl. *She that warreth, a woman that fighteth in the warre.* Virg. 1. *Æneid.*

*Aurea subnectens exerta cingula mamma Bellatrix.*

Bellatrix diva { i Minerva. } Ovid. *Eleg.* 4. *lib.* 1. *Trist.*

Bellax, acis, adject. Bellicosus, vel belli appetens. מחמדי מלחמות.

Bellatulus, bellè, bellissimè, bellitudo, bellulus: vide *Bonus.*

Bellus, vide *Bonus.*

Bellicrepa. Lege *Bellicrepa* saltatio cum armis. Gl. Isid.

Bellogradum, Ungariæ urbs, ad confluxum Sai, & Danubii sita, vulgò Griechisch Weissenburg.

Bellōsus, a, um. vetustum est nomen, idem significans, quod bellicosus. { מלחמתי. Angl. *Warli.* } Cæl. apud Nonium. c. 2. n. 96. Tantum bellum suscitare conari adversatios contra bellosum genus.

Bēlon, ιλος, per simplex l, nomen urbis & fluvii in Hispania Bœtica. Strabo *lib.* 3.

Bēlŏnē, ιλη, per simplex l, piscis est, qui alio nomine dicitur Acus: utroque nomine à tenui, recta, & oblonga figura deducto, qualem ferè in acu sartoris cernimus. De hoc Plin. *lib.* 9. *cap.* 51. Acus, inquit, sive belone, unus piscium, dehiscente propter multitudinem ventre parit: à partu coalescit vulnus: quod & in cæciliis serpentibus tradunt. Vulgò *Anguscula.* Germ. Ein Hornfisch dicitur.

Bēlos teos, Sagitta, telum, ἀπὸ τοῦ βάλλειν, quod significat jacere. { חץ *chets.* βελος. Gall. *Sagette, fleche.* Ital. *Saetta.* Germ. Ein pfeyl. Hisp. *Saeta, ò vira, ò flecha.* Angl. *An arrowe or dart.* } Caius *de verb. sign.* Quod nos telum appellamus, illi βελος appellant: eóque nomine vulgò quidem id significatur, quod ab arcu mittitur.

Bēlua, sive (ut alii malunt) Bellua geminato ll, Immanis fera. { חית *chaijah*, בעיר *bebir*, θηρ, θηριον. Gall. *Beste cruelle & sauvage, beste feroce.* Ital. *Bestia.* Germ. Ein grausam thier. Hisp. *Bestia comun à tierra ò à mar.* Angl. *A great and terrible wil debaust.* } A bello, hoc est, bono, vel pulchro, ἀπ' ἀντιφρ. ut (ut quidam existimant) dicta: aut (ut aliis placet) à substantivo bellum, quòd Bestiarum sit bellum sibi mutuò inferre, quibus natura ad hoc ipsum arma videtur concessisse. Ter. *in Eunuch.* Eóne es ferox, quia habes imperium in beluas? Martigenam ille aggressus beluam, i. draconem. Plaut. *Amph. fe.* 3. *a.* 4. In belluæ marinæ alicuius immensæ ventre eos detrudit. Sen. *cap.* 10. *de consol. ad Marc.* Bellua Inda sui magistri iussui obtemperat. Ovid. *Eleg.* 6. *lib.* 4. *Trist.* Quanta belluæ Imperium. Suet. *in Tib. cap.* 14. ¶ Belua etiam de homine fero, stupido & hebeti dicitur. Ter. *in Thorm.* Sed quid pertimui autem belua? Idem *in Eunucho.* Age nunc belua, credis huic quid dicat.

Beluātā tapetia, dicta sunt à Plaut. *in Aul.* beluarum figuris picta, intextáque.

Belualis, vel Bellualis, beluinus. Macrob. *Satur. lib.* 5. *cap.* 1. Educationem quoque nutricationis, tanquam bellualem & asperam criminatur.

Bēluinus, a, um, quod est beluæ, ut, Beluina rabies. { θηριωδης. Gall. *De beste, bestial, cruel.* Ital. *Bestiale.* Germ. Vnthierisch/ das zum vieh gehört. Hisp. *Bestia, cosa de bestia.* Angl. *Of a beastlie, cruell.* } Ambr. Tum ipsa habitudo corporis suavis & grata, ut neque beluina vastitas horrori sit, nec gracilitas infirmitati.

Bēluōsus, a, um, sive Belluosus, quod abundat beluis. θηριώδης. Unde Oceanus dictus est beluosus, κητώδης, à beluarum multitudine & magnitudine quæ ibi sunt; nam inter beluas marinas nunc censentur balenæ, pristis physeter, & orca. Horat. 4. *Carm.*

*Te beluosus qui remotis*
*Obstrepit Oceanus Britannis.*

Belunium, *Monte Belunio*, Venetiarum oppidum in Italia, ut Patavium, Opitergium, Altinum, Concordia, Colonia. Plin. *lib.* 3. *cap.* 19.

Bellutus, bestiæ similis. Fest.

Bēlus, βηλος per simplex l, nomen proprium primi regis Assyriorum & patris Nini, à Sole deductum, qui Assyriorum lingua Bel dicitur. Huic vita functo templum erexerunt Babylonii, divinisque cum honoribus sunt prosequuti. ¶ Fuit item Belus, cognomento Priscus. Epaphi, vel (ut alii malunt) Neptuni, & Libyes filius, cui Isis post Apidis mortem nupsit, regnante Athenis Cecrope. Huius filii fuerunt Danaus & Ægyptus, quem alii Ægisthum vocant: à cujus etiam nomine quinquaginta Dani filiæ Belides appellatæ sunt, ut paulò ante ostendimus suo loco. ¶ Hoc etiam nomine dictus fluvius Syriæ, ubi primò repertum fuisse vitrum Plinius scribit *lib.* 5. *cap.* 29. Ioseph. *lib.* 1. *belli Iudaici*, stadiis ait duobus à Ptolemaide Belum amnem abfluere, iuxta quem sepulchrum Memnonis sit, & vitrea in rotunda valle arena, quam venti ex circumdatis iugis convehant, inexhausta seculis vi, sed ante omnia mirabili natura mutandi alia quoque in vitrum, quæ attigerit, metalla. ¶ Belus alius fuit Phœnices rex, & pater Didûs, vir insitaris scientiæ peritissimus, qui Cyprios Phœnicum littus infestantes piratica subegit, ut est apud Virg. 1. *Æneid.*

*—— genitor cum Belus opimam*
*Vastabat Cyprum*, &c.

Alio nomine dicebatur Metres, ut ait Servius. ¶ Belus Stephano oppidum est Hispaniæ, non procul ab Herculis columnis, idem fortassis cum eo, quod à Plinio Belon appellatur. ¶ Belus, gemma est vitrea specie, magnitudine nucis iuglandis in Arbelis nascens, ut ex Democriti sententia refert Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Belum, telum, unde Monotelum. Item pars obscœna virilis. Casaub. ¶

Belides, ιαδες. patron. masculi. quo significatur filius, seu aliquis de genere Beli. Virg. 2. *Æneid.*

*Fando aliquid si forte tuas pervenit ad aures*
*Belida nomen Palamedis*, &c.

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Trist.*

*Signa peregrinis ubi sunt alterna columnis*
*Belides. & stricto stat ferus ense Pater.*

Belisidis, ιδης. patronym. fœm. quo significatur filia, vel neptis Beli. Unde belides dictæ sunt quinquaginta filiæ Dani, Beli filii: quas cum Ægysthus Dani frater (quem alii Ægyptum vocant) totidem filiis suis peperit uxores, Danaus desponsere noluit: dixerat enim ex oraculo, se à genero interficiendum iri. Sed postea coactus à fratre promisit se Ægysthi petitioni satisfacturum. In nuptiarum autem nocte filias subornavit, ut clam se cultris armarent, & viros iam vino luxuriaque sopitos iugularent. Virgines itaque patri obedientes capto tempore necarunt viros, unaquæque suum, excepta sola Hypermnestra, quæ Lynceo, seu Lino viro suo pepercit, qui postea occiso Danao, regnum apud Argos invasit. ¶ Hæ & Danaides appellantur, à patre Danao. Vnde Danaidum dolium, proverbio celebratur, pro bathrio quodam inexpleto, & insatiabilis cupiditatis homine. Finguntur enim à poëtis Danai filiæ apud inferos eo supplicii genere perpetuo damnatæ esse, ut dolium quoddam pertusum aqua conentur implere, unde tantum effluat, quantum illæ possint infundere. Ovid. 4. *Metam.*

*Melioque suis lethum patruelibus ausæ,*
*Assidue repetunt, quas perdant, Belides undas.*

Vide *Belus.*

Belioculus, gemma est albicans, Belo Assyriorum deo dicata, papillam pingens nigram è medio aureo fulgore lucentem. Vide Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Bēmarchius, βημαρχος, ex Cæsarea Cappadociæ sophista, qui scripsit res gestas Constantini Magni principis libris decem: præterea declamationes quasdam & orationes: Author Suidas.

Bembina, βεμβινα Stephano. Nemææ vicus est, quem Hellanicus Bembinon, βεμβινον appellat: unde Nemæus leo à Poëtis Bembinatis bellua dicitur. Plaut. *Mil.* Bembinatidis belluæ instar, hoc est, Nemæi leonis instar.

Bembinadia, regio Arcadiæ inter Clitorium & Cleonem oppida. Plin. *lib.* 4. *cap.* 6. Clitorium, Cleone, inter quæ duo oppida regio Nemæa, Bembinadia vocitata. Sic enim legit Hermolaus: cujus verba hæc sunt: Legendum est Bembinadia; fuit enim vicus Bembina: unde Nemæus leo à Poëtis Bembinates dictus. Sed & in Plautino milite, ubi dicitur Bombamatides clutum instar: cogitent legentes an emendandum sit, Bembinatidis belluæ instar, hoc est, Nemæi leonis instar. Vide *Bembina.*

Benācus, βηνακος. Vulgò *Lago di garda.* Germ. Der Gardsee in Italia. Lacus Cisalpinæ Galliæ, non procul à Brixia Venetorum oppido, quem aiunt aureas arenas evolvere, & ex eis nutrire pisces, quos indigenæ Carpiones vocant, nusquam alibi repertos. Ex hoc Mincius fluvius excurrit in padum. De hoc lacu Virg. *lib.* 2. *Georg.*

*Fluctibus & fremitu assurgens Benace marino.*

Bendidia, βενδιδεια. Sacra fuisse apud Thraces narrat Strabo, ex quibus Orphica originem sumpsêre. Vide Cæl. Rhod. *lect. antiq. lib.* 18. *c.* 25.

Bene, βηνη, Stephano oppidum Cretæ sub Gortyne situm, cujus incolæ dicuntur Benæi, βηναιεις.

Bĕnĕ, Benedico, Benefacio, Beneficiarius, Beneficium, vide *Bene*, in *Bonus.*

Benedictus, patria Nursinus, primò Sublacum secessit, ubi Ordinem monachorum instituit in Italia primum, quem antea Basilius in Oriente constituerat. Deinde quum à frequentibus adiretur, vitandæ gloriæ gratiâ, Casinum venit, ubi templum Apollinis Ioanni Baptistæ dedicavit. Ad quem Totilas rex Gothorum experiundi vaticinii gratiâ dicitur incognitus venisse, servo præmisso cultu regio, ab eóque patefactum fuisse. Decessit Casini Benedictus, ubi & sepultus cum Scholastica sorore, imperante Iustino seniore. Fuit & alter ejusdem nominis, eodem ferè tempore quo superior Benedictus, qui à Gregor. III. memoratur *in dial.* Vivebat monachus in Lario, xi. ab Urbe lapide.

¶ Benelinguatus, eloquens, linguax. Gloss. gr. b. ¶

Bĕnĕvĕntum, βενεβεντον. Ptolemæo, βενεβεντος. Suidæ, & Stephano. Hirpinorum urbs, quæ quum eò colonia duceretur, inquit Festus, boni ominis causa ita vocari cœpit: nam antea Maleventum vocabatur, vulgò *Benevento.* Hæc urbs à Diomede condita fertur: apud quam xxx. millia Samnitum cæsa fuerunt, Sulpitio & Petilio consulibus. De hac Plinius *lib.* 3. *cap.* 11.

Benis, vide *Nobis.*

Bĕnnă, æ, teste Festo, lingua Gallica genus est vehiculi. { Angl. *A wagon.* } Unde Combennones, in eadem benna se dentes. Cato *de re rustic. cap.* 3. Bennæ emantur: oleæ caducæ saliantur.

Benna, vel per diphthongum Bæna, cum simplici n, urbs Thraciæ, unde Bennicus sinus Steph. apud eundem, Benna unus ex senatoriis ordinibus Ephesi, cujus Senatores Bennii.

¶ Benus. Sic veteres dixisse, quod nunc est bonus, arguit *benus, benignus.* ¶

Berbecomagus, urbs, hodie Oeyet dicta.

Berbena, alias Verbena, *herba.*

Berberion, vel Berberi, conchæ genus, ex qua uniones & margaritæ vellantur, author Barbat. *in Berol. Chamarion. lib.* 2.

¶ Berberis, planta. ¶

Berecyntia, βηρεκυντια (inquit Servius) Matrem Deûm, dicta à monte Phrygiæ Berecyntho: cujus ultima syllaba caret aspiratione, quam addimus, quoties montem Dali Cynthum dicimus. ¶ Est autem tenuis ista discretio, quibus nominibus subtrahi debeat aspiratio.

Nam

Nam Ripæi montes Arcadiæ, non scribuntur cum aspiratione, quam addimus, quum Riphæos montes Scythiæ significamus. Hæc Servius in illud Virg. *lib. Æneid. 9.*

*Ipsa Deûm fertur genitrix Berecyntia, &c.*

**Bērēcyntŭs**, Βερεκυντος Steph. nomen montis est Phrygiæ, & nomen oppidi, in quo Cybele mater Deûm pastorum ritu colebatur: unde Berecyntia dicta est Plinio *lib.* 16.

**Bērēcyntĭus**, a, um, adject. Βερεκυντιος: ut, Cornu Berecyntium, apud Horat. 1. *Carm.* hoc est, quo excitantur ad furorem Cybeles Berecyntiæ sacerdotes. ¶ Tibia Berecyntia, Idem 3. *Carm.*

**Bērēnicē**, es, Βερενικη, Ptolemæi Lagi uxor, & regina Ægypti, à cujus nomine Ptolemæus Philadelphus ejus filius insignem urbem, quam in sinu Arabico condidit, Berenicem appellavit. Auctor Plin. *lib.* 6. *c.* 29. ¶ Fuit & alia ejusmodi nominis Ægypti regina, Ptolemæi Philadelphi & Arsinoës filia, quæ Ptolemæo Evergetæ fratri suo nupsit: qui quum paucis à nuptiis diebus in Asiam expeditionem suscepisset, Berenice crinem se detonsuram vovit, si ille salvus reverteretur: cujus voti damnata, abscissum comam in templo Veneris consecravit, quæ quum postridie non apparuisset, ægrè id ferenti Regi, Conon Mathematicus Regis gratiam per adulationem captans, inter sydera collocatam affirmavit, septem ei figurâ vacuas ad crudam Leonis ostendens stellas, in quas Berenices crinem mutatum asserebat. ¶ Fuit item Berenice, Herodis Antipatri filii ex Salome sorore neptis, cujus meminit Strab. *lib.* 16. ¶ Berenice præterea à Valer. Max. appellatur *lib.* 8. *cap.* 5. quam Plin. *lib.* 7. *c.* 41. Pherenicem vocat, cui soli ex mulieribus, quòd filia, mater, & soror esset Olympionicarum, concessum est, ut gymnicos ludos posset spectare, fœminis omnibus interdictos.

**Berenicēus**, adjectivum. Catull. *Epigr.* 61.

——— *Berenices vertice Casariem.*

Vide totum hoc Catulli carmen.

**Berenice**, es, Βερενικη, multarum urbium nomen est, quarum prima in Libya Cyrenaica est, in extimo majoris Syrtis cornu sita, una ex iis quæ Pentapolin efficiunt, de qua Plin. *lib.* 5. *cap.* 5. ¶ Secunda, ad sinum Arabicum, à Ptolemæo Philadelpho condita, & à nomine matris ita appellata: in qua ipso Solstitii die hora sexta umbras penitus absumi tradit Plin. *lib.* 6. *cap.* 29. ¶ Tertium cognomento Panchrysson, & quartam Epidiren dictam enumerat idem Plin. loco jam citato. ¶ Duæ præterea ejusdem nominis urbes recensentur à Steph. quarum alteram in Cilicia collocat, alteram Chium olim vocatam asserit.

**Bērēnicēs** cõma, κομη Βερενικες, Sydus ad caudam leonis situm, ex septem constans stellis, trigoni figura collocatis: ita dictum à capillis Berenices, Ptolemæi Philadelphi filiæ, & Evergetæ fratris sui uxoris, quos quum illa voti solvendi gratiâ detondisset, & postridie nusquam apparerent, in hasce stellas creditum est esse commutatos. Vide latiùs paulò antè in dictione *Berenice.*

**Bērēnicĭdæ**, Βερενικιδαι, Ptolemaica tribus, populi apud Athenienses Stephano.

**Bērēnicĭs**, idis, Βερενικις, tractus Africæ Cyrenaicæ, qui est circa Berenicen urbem. Luc. *lib.* 9.

*——— nam quidquid pulvere sicco*
*Separat ardentem tepida Berenicida Lepti*
*Ignorat frondes.*

**Berer**, Βερερ, urbs Thraciæ, à Berere filio Macedone. Steph. vide *Miezа*, apud Steph.

**Berex**, Βερεξ, gens inter Indiam & Æthiopiam. Steph.

**Berge**, Βεργη, urbs, aut vicus Thraciæ, ex qua natus est Antiphanes Bergæus Comicus, qui incredibilia conscripsit, unde proverbium, Βεργαιον, pro nihil veri dicere. Usurpatur & Bergum diminutivè. Steph.

**Bergepolis**, Βεργηπολις, urbs Abderitarum. Idem.

**Bergia**, Βεργια, erant virgæ & ferulæ, quibus milites in exercitationibus & incruenta pugna utebantur. Leo, Mauritius, Cedrenus.

**Bergidium**, Βεργιδιον, oppidum Hergetum, in eo tractu Tarraconensis Hispaniæ, qui Vascombus proximus est.

**Bergion & Albion**, Gigantes, filii fuêre Neptuni, ab Hercule interfecti, ut scribit Pompon. Mel. *lib.* 2. vide supra *Albion.*

**Bergomum**, oppidum est Italiæ, trans Padum, a Plinio in nova Italiæ regione collocatum, etiam hodie nomen retinens. ¶ Hinc Bergomates, ejus oppidi incolæ dicti sunt.

**Berillus**, vide *Beryllus.*

**Berithrus**, Βεριθρος, urbs Trojana Steph.

**Berlinum**, urbs Marchiæ Brandeburgicæ.

**Bernardus**, Abbas inter Burgundos nobili ortus genere, anno ferè XII. ætatis sub Abbate Stephano, qui tertius fuerat in Cœnobio Cisterciensi paulò antè instituto, una cum XXX. sociis monachum professus, doctrinæ vitæque laude tantæ tamaque adeò profecit, ut Clarevallensi cœnobio tunc primùm Roberti viri Illustris impensâ constructo præpositus sit: cui annos XXXVI. præfuit. } GERM. S. Bernard der fromme Abbt. { Plura reliquit scripta: Comment. in Cantica, Considerationes divinæ contemplationis ad Eugenium Pontificem, unde Pontificii muneris ratio discatur: varias insuper epistolas, sermones etiam in diebus solennibus habitos. Volater.

**Bernava**, apud Ptolem. *lib.* 2 *cap.* 6. Oppidum est Hispaniæ Tarraconensis, non procul à Cæsarea Augusta, Celtiberis & Bessetanis ad Orientem proximum. Vulgò *Benavar.*

**Bero**, Siccus, quasi pero, à pera dictus. [ ANGL. *A bagge, a fusebell.* ] Vide priores Budæi annotationes.

**Berŏë**, Βεροη. Epidauria fuit amas, & nutrix Semeles, in quam se mutavit Juno Semele persuasura ut à Jove veram illius formam peteret, quæ cum Junone congredi soleret, ut superiùs de Baccho dictum est. Ovid. *Metam.* 3.

*Ipsaque erat Beroë Semeles Epidauria nutrix,*

¶ Beroës quoque cujusdam Dorycli Ismarii conjugis meminit Virgil. *lib.* 5.

*Fit Beroë Ismarii conjux longæva Doryclî, &c.*

¶ Est item Beroë Stephano, urbis nomen in Macedonia, non procul à Pella, Alexandri Magni patria: quæ aliàs Boroëa, sive (ut quidam malunt) Berrhoë vocatur. Vide infrà suo loco.

**Beros**, sive Berrhos, Βηρος Stephano. Ὑηρος Suidæ. Vbis Macedoniæ ad Haliacmonem fluvium sita, non procul a Pella, Alexandri Magni patria. Meminit urbis hujus Plin. *lib.* 4. *c.* 10. Vulgò *Veria.* ¶ Est etiam in Cava Syria hujus nominis oppidum, in quo Bassianus Rhetor natus traditur, à quo dicti sunt Berœenses, Βηρωεις, quorum meminit Plin. *lib.* 5. *cap.* 13.

**Beronice**, vide *Berenice.*

**Berosus**, collis est Taurorum, tres habens fontes sine remedio, & sine dolore mortiferos. Plin. *lib.* 2. *cap.* 103.

**Berosus**, Chaldæus fuit, Astrologiæ peritissimus, cui propter admirandam prædicendi futura scientiam, Athenienses in Gymnasio posuerunt statuam lingua inaurata. Author Plin. *lib.* 7. *c.* 37.

**Bersabe**, בארשבע *beér-schebah*, urbs Judææ, quæ puteus juramenti interpretatur, quia quum ibi habitaret Abraham cum Abimelech, mactatis septem ovibus in fœdus mutuò juraverunt. Hæc terminus fuit terræ Promissionis positæ à populo Judæorum, postquam reversus est ex Ægypto, & creditur usque ad Dan, spatio in longum CLX. millium, sicut scribit Hier. ad Dardanum.

**Bersane**, vidua fuit Damascena, ab Alexandro Magno adamata. Author est Diod.

**Berula**, vide *Sisymbrium.*

**Berunus**, Βερουνος Steph. Italiæ civitas, nimirum Verona.

**Berus**, est pretiosa vitilis.

**Bēryllus**, Βηρυλλος, Bostrenæ urbis Arabiæ Præsul fuit, qui quum pitera recte pro religione scripsisset, postremò omnia corrupit, peregrinas quædam adducens, & procul à veritate abhorrentia. Quam ob rem convocata Præsulum non paucorum synodo, maximè annitente Origene, ad sanitatem reductus est. Vide Volaterranum *lib.* 6.

**Bēryllŭs**, Βηρυλλος. Gemma est subviridis, & transparens, vix alibi unquam quàm in India reperta: cujus novem enumerantur species apud Plin. *lib.* 37. *cap.* 5. Probatissimi tamen sunt ex iis, qui viriditatem puri maris imitantur. Poliuntur omnes sexangula figura artificum ingeniis: quoniam hebescunt, ni color surdus repercussu angulorum excitetur. Propert. *lib.* 4. *eleg.* 7. *ad Cynthiam.*

*Et solitum digito beryllon adederat igni.*

**Bēsytis**, Βησυτις, Troica urbs, videtur addendum Steph.

**Bēbytos**, Βηβυτος, urbs est Phœnices in ora, Libano monti subjecta, Justiniani temporibus legum studiis celeberrima. Vulgò *Baiarum* vocant. Hinc Berytia vina, hodieque nominatissima: de qua Plin. *lib.* 15. *cap.* 17.

**Berytus**, alia est urbs Arabiæ, Diospolis priùs dicta. Steph.

**Bēs**, bessis, masculini generis, compositum est ab Asse, octo significans uncias, Δηναρια. Festus, Bes appellatus est, quòd bis triens sit: quamvis dura compositio fiat bessis ex triente. Cic. *ad Att. lib.* 4. Fœnus ex triente factum erat bessibus. Plin. *lib.* 18. *c.* 11. Græci in binos semodios farinæ satis esse besses fermenti constituere. ¶ Legitur & nominativus *Bessis* apud Festum, modò emendata sit lectio. Bessis, inquit, unciæ octo; triens, quatuor. ¶ Bes etiam est Geometrarum mensura continens octo partes rugeri in duodecim partes divisi. Vide Colum. *lib.* 5. *c.* 1.

‖ Bes pretii, est octava ejus pars. ‖

**Bescia**, Βησκια, urbs Ausonum. Steph.

**Bēsă**, simplici s. Βεσα. Fons est Thessaliæ, inter Ossam & Olympum, juxta Cycesium oppidum, de quo Strab. *lib.* 8. ¶ Est & Besa tribus nomen in agro Attico, cujus meminit idem Strabo *lib.* 9.

**Bēssă**, geminata ss, Βησσα, campus est Locridis, densis arbustis refertus, unde & nomen accepit; Βησσαι enim saltus à Græcis nominantur. Vide Strab. *lib.* 9. ¶ Est & Βησσα, Bessa, ejusdem regionis oppidum, apud Stephan.

‖ Bessales, lacerculi, qui octo pollicum longitudinem habent. Bud. *lib.* 1. *de asse.* ‖

**Bessbicus**, Βεσβικος Steph. Insula est exigua Propontidis, 12. M. passuum circuitu, è regione Osti, Rhyndaci fluvii. Vide Plin. *lib.* 6. *cap.* ult.

**Bēsippo**, Βησιππων Ptol. Hispaniæ Bœticæ portus, & oppidum non procul a Mellaria urbe, patria Pomponii Melæ, ut ipse testatur *Geographiæ suæ lib.* 2.

**Bessara**, Βησσαρα, civitas est Assyriæ apud Ptol. *lib.* 16. *cap.* 1.

**Bessi**, Βησσοι, populi Thracum, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 11. magni ex parte Hæmum montem incolentes, rapina & latrociniis victitantes, de quibus Ovid. *lib.* 5 *Trist.*

*Vivere quàm miserum est inter Bessosque Getasque.*

**Bessicus**, Βησσικος, Adject. ut Bessica gens. Cic. *in Pisonem*, Idemque ex Rabocentum Bessicæ gentis principem, quum te trecentis talentis Regi Cotto vendidisses, percussisti.

**Bēssyga**, Βησσυγα, τα. Emporium in India, ubi amnis Bessygas: unde Bessygiæ populi, qui humana carne vescuntur. Steph.

**Bessemiæ** Troiæ: aliàs Bessemiæ Troiæ.

**Bestia Appia**, legitur apud Volaterr. *lib.* 14. ex Livii *lib.* 2. *bell. Pun.* apud quem nunc legimus Valeria Oppia.

**BESTIA**, Bellua. { בעיר *behir*, בהמה *behemáh.* Θηριον. GALL. *Beste.* ITAL. *Bestia.* GERMAN. Ein thier. HISP. *Bestia, animal bravo y fiero.* ANGL. *A beast.* } Nomen est generale, omnia animalia rationis expertia complectens: nam & de piscibus & volucribus dicitur. Cic. 5. *Tusc.* Namque alias bestias nantes, aquarum incolas esse voluit; alias volucres cœlo frui libero: serpentes quasdam esse gradientes. Idem *de Amic.* Quod si hæc apparent in bestiis volucribus, agrestibus, natantibus, &c. Fera bestia, luxuria. Liv. *lib.* 34. Sus terrestris bestia est. Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 1. cui pereundum est propter nihili bestiam (simiam.) Idem *Merc. sc.* 1. *a.* 2. Bestias autem pecudum in numero haberi Cajus Jurisconsultus negat *lib.* 9. *Digest. ad L. Aquil.* easque ferociores scribit, ut Ursos, Leones, &c. Bestia pro serpente & venenato animali, quod Græci Θηριον. Cicer. 1. *de Divinat.* Mirari licet quæ sint animadversa à Medicis herbarum genera, quæ radicum ad morsus bestiarum. ¶ Bestia quoque prænomine Lucii communicatus à Sallustio inter eos, qui cum Catilina adversùs Rempublicam conjurarunt,

sarunt. ¶ Bestia bestiam novit, θηρίον τὸ θηρίον γινώσκει. Novit profectò fera feram. Aristot. *libr. Rhetor.* 1. Congruet ubi convenit inter duos pariter improbos. ¶ Ne bestiæ quidem ferre possent. Proverbialis hyperbole est apud M. Tullium actione *in Verrem* 5. Postremò ut odor Aproni teterrimus oris & corporis, quem, ut aiunt, ne bestiæ quidem ferre possent, uni isti suavis & iucundus videretur.

Bestiola, æ, diminutivum, θηρίδιον. ¦ Angl. *An little beaste.* ¦ Plin. *lib.* 11. *cap.* 6. Apes alveum illinunt amaritudinibus succis contra aliarum bestiolarum aviditates.

Bestiarii, dicebantur qui ad depugnandum cum bestiis damnati erant. θηριομάχοι. Hinc à Seneca *epist.* 71. ludus bestiariorum nuncupatur, quo bestiarii depugnabant. Cic. *pro Sestio*, Præclara ædilitas, unus leo, ducenti bestiarii. Idem *in Vatinium*, Milonem dicas gladiatoribus & bestiariis obsedisse rempublicam. Suet. *in Claud. cap.* 34.

Betta, æ, herba est notissima, etiam hodie nomen retinens, quæ quòd insipida sit, fatua pecoliari quodam epithero appellatur. ¦ σεῦτλον, sive τεῦτλον. Gall. *Bète, jotte, bliette.* Ital. *Beta, Betiola.* Germ. *Mangolt, oder Bet.* Hisp. *Aselga.* Angl. *A beete.* ¦ Martial. *lib.* 13.

*Vt sapiant fatua Fabiorum prandia betæ.*
*O quàm sæpe petet vina, piperque coquus!*

Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Apponunt brassicam, betam, blitum. ¶ Betæ quoque à Diogene appellabantur homines molles & cinædi. Unde & Betizare dixit Augustus pro languere, & effeminari. Suet. *in Aug. c.* 87. Vide Cælium *lib.* 15. *c.* 1.

Bethármones, Σαμμώνιοι, ab Homero Corybantes vocantur. *Odyss.* 2.

Beracharum, vicus inter Hierosolymam & Thecuam in monte situs. Compositum nomen ex lingua Syriaca & Hebræa. Immò, ut videtur esse, בית-הכרם *beth-haccherem*, merè Hebraicum est.

Bethania, בית-עניה *beth-haniá.* Βηθανία. Villa secundo milliario ab Hierusalem in latere montis Oliveti, Marthæ, ac Mariæ memoriâ insignis. ¶ Est & altera Bethania trans Iordanem, ubi Ioannes quondam baptizabat. Volaterr.

Bethel, בית-אל *beth-el.* Urbs Samariæ, quam Iebusæi condiderunt, quæ priùs vocabatur Luza.

Bethlema, vide *Bethlehem.*

Bethlehem, בית-לחם *bethlehem.* Βηθλεέμ. Nomen civitatis David, quæ alio vocabulo dicitur *Ephrata*, Christi servatoris nostri natalibus insignis. Nunc viculus esse dicitur, qui ab Ioppe quadraginta millibus distat. Ex hac civitate ortus, atque ibidem in regem unctus est David. Ibi Rachel occubuit, & sepulchrum Iesse patris David ostenditur. Est autem hic locus in tribu Iuda, sexto ab Hierusalem milliario positus, contra Meridiem, in itinere, quo itur Hebron. Quando autem Iacob ibi pecora sua pavit, loco Bethlehem nomen imposuit, quod domus panis interpretatur: propter eum panem, qui ibi de cœlo descendit. A Stephano Βηθλεὲμ appellatur neutro genere & plurali numero. ¶ Hinc Bethlehemitæ, dicti sunt eius incolæ.

Bethphagē, בית-פגי *beth-phagé.* Βηθφαγή. Vici nomen est in Iudæa, non procul ab Hierosolymis, quod Syris domum oris, vel maxillæ sonat.

Bethsaida, בית-צידא *beth-tsaidá.* Βηθσαϊδά. Galilææ civitas, Petri, Andreæ, & Philippi patria, ad Lacum Tyberiadis sita.

Bethsames, בית-שמש *beth-schémesch.* Nomen urbis Galilææ, ubi Dominus perhibetur multa signa fecisse: à qua Bethsamitæ populi.

Bethsura, & Bethsuræ, tantùm plurale, בית צור *Béth-tsur.* Munitum fuit Iudæorum præsidium, de quo multa *lib.* 1. *Machab.*

Betis, fluvius Hispaniæ ulterioris. Vide *Bætis.*

¦ Betizare, lacanizare, berissare, languere. Calsub. ¦

Béto, is, Vado, quasi bene ito. Varro, Mulierem quòd parete ea non poterat, foras betere iussit. Pacuvius, Vos hinc defensum patriam in pugnam betite: ex Nonio. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Si illa ad me beret. Licétne betere obsecro, an non licet? Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 1.

Betónica, æ, Dioscoridi. ¦ Gall. *Betoine, en Vetoine.* Ital. & Hisp. *Betonica.* Germ. *Betonien.* ¦ Herba Gallis dicitur, quæ ab Italis *Serratula*, teste Plin. *lib.* 25. *c.* 8. ¶ Est & altera betonicæ species, teste Ægineta, herba unicaulis, ramulos habens pulegii, sed tenuiores & gustu fatuos, quæ à superiore specie differt, non effectu. ¶ Est & alia species betonicæ, seu vetonica coronaria, seu vetonicum astile, vulgò flores tunici, aut garyophylli, teste Ruellio. ¦ Angl. *Vitonne.* ¦

Bétŭla per simplex l. melius quàm betulla per duplex ll, παρὰ Theophrasto, σφένδαμνος. Plin. histor. *lib.* 3. *c.* 24. Arbor est satis vulgaris, cortice candidissimo, quam Romani ex Gallia in Italiam transtulerunt: & ex ea fasces conficiebant qui magistratibus solebant præferri. Indéque nomen sortita est à batuendo (batuere enim cædere) batula, levique mutatione betula. Quo error insignis corrigitur Matthæoli (viri alioqui meo iudicio maximi) in Dioscoridem *c. de populo*: qui betulam à bitumine deduci existimavit.

Betulo, Hispaniæ fluvius est in tractu Tarraconensi, Carpetanum agrum irrigans. Rectiùs scribitur *Betisis* per diphthongum. Vide suprà suo loco. Vulgò *Beten.*

Beva, sive, urbs Macedoniæ. Steph.

Bevos, Βεβὸς, fluvius. Idem.

¦ Bezirides, Vezires, Consiliarii Imperatoris Turcici. dicti *Vizri.* Lex. gr. b. ¦

## BI

Bíxum, βίξον, vini factitii genus erat, valetudinis causa excogitatum. Fiebat ex uvis ad solem siccatis, & aqua marina: dictum est à cura, quia multùm in eo condiendo laboris adhibetur, sive quia violentum esset, & efficax contra morbos: sive à festinatione, atque impetu. Plin. *lib.* 14. *c.* 8. Apud Græcos iure clarissimum nomen accepit, quod appellaverunt βίξωνα, ad plurimos valetudinum usus excogitatum. Fit autem hoc modo: Uvæ paulùm ante maturitatem decerptæ siccantur aeri sole, ter die versatæ per triduum, quarto exprimuntur, dein cadis solæ inveterantur: cui marinam aquam largiorem miscent.

Blárchi, βλάρχοι, qui præsunt commeatibus, vitæque necessariis compa-

randis: βλᾶρ enim Græcis non modò victus, verùm etiam victima significat.

Blánor, Βλάνωρ, nomen viri, qui & Oenus dictus est, filius Manto fatidicæ, & Thusci fluminis, qui Mantuam urbem à nomine matris appellavit. Virg. *Eclog.* 9.

——— *namque sepulchrum*
*Incipit apparere Bianoris, hic ubi densa*, &c.

Fuit item unus ex Troianis principibus, qui cum Oileo auriga ab Agamemnone interemptus est, teste Homero *Iliad.* 11.

Blas, Βίας, antis, Βίαντος. Nomen philosophi Prienensis, qui fuit unus ex septem Græciæ sapientibus. Hic (Laërtio teste) vir fuit totus regius, & civium suorum princeps, quos diu adversùs pericula tutatus est. Sed tandem capta patriâ, quum universi fugerent rerum pretiosissimarum facinalis onusti, ipsique interrogaretur, eus ex bonis suis solus nihil secum ferret, respondit, Omnia bona mea mecum porto: fortuita enim inter bona sua non numerabat.

Blátia, Ptolemæo, oppidum est Hispaniæ Tarraconensis, fortassè idem cum eo, quod hodie *Baeza* nominatur.

Bibaculus, patria Cremonensis, ut scribit Eusebius, qui simul & Catullus inter poëtas Iambornm Latinorum ponuntur. Quint. Est & Bibaculus alter, cuius meminit Cæsar *in commentariis.*

Bibaga, insula est Indiæ, ostreis & conchyliis referta, ut scribit Plin. *lib.* 6. *cap.* 21.

Bibastus, Βίβαστος, urbs Thraciæ. Steph.

Biberius, Tiberii agnomen per derisum, propter nimiam vini aviditatem.

¦ Bibesia. Fest. Perediam & bibesiam finxit sua consuetudine, cùm intelligi voluit cupiditatem edendi & bibendi. Locus est in Curcul. *act.* 3.

Bibiana, virgo Romana & martyr sub Iuliano, quæ unà cum parentibus martyrum corpora sepeliebat, sepulta est apud palatium Lucinianum. Author est Volaterr. *lib.* 3.

Biblia, sive (ut alii vocant) billia. Uxor Duellii Romani, qui primus Romæ ex navali certamine triumphavit: quæ tantæ pudicitiæ fuit, ut illo sæculo pro exemplo fuerit, quo impudicitia monstrum erat, non vitium. De hac memoriæ proditum est, quod quum Duellio in fugio quodam oris gravcolentia obiecta esset, eóque nomine à viro accusaretur, quòd vitii eius ipsum nunquam monuisset, sibliam respondisse, id quidem se facturam fuisse, nisi viros omnes eredidisset ita olére.

Bibliá, orum, plur. numer. βιβλία, libri, quo nomine Libri sacri per excellentiam appellantur. Sunt namque, teste Chrysost. hom. 9. *in epist. ad Coloss.* salubria animæ pharmaca, quæ (ut Basilius ait *in comment. super Psalm.* 1.) similia sunt medici officinæ, è qua quisque petere possit aptum suo morbo remedium. Quare & Irenæus *lib.* 2. *contra Valent.* comparavit biblia arboribus ligni Paradisi. De omni, inquit, ligno Paradisi manducate, id est, ab omni Scriptura divina manducate.

Bibliographûs, βιβλιογράφος, Librarius, παρὰ τὸ βιβλίον, καὶ γράφω.

Bibliothecarius, qui codices servat.

Bibliothathas à Demetrio Trœzenio dictus est Didymus Grammaticus: quoniam supra ter mille quingentos libros conscripsit. Vide Cæl. *lib.* 19. *cap.* 9.

¦ Bibliopegus, βιβλιοπηγός, qui libros compingit. Ciceroni glutinator. ¦

Bibliôpôla, librorum venditor. ¦ βιβλιοπώλης. Gall. *Libraire, vendeur de livres.* Ital. *Libraio, venditore de libri.* Germ. Ein Büchführer ein buchhandler. Ein ba bücher verkaufft. Hisp. *Librero.* Angl. *A booke-seller, a stationer.* ¦ Mart. Non habeo: sed habet bibliopola Tryphon. Plin. iunior. Bibliopolas Lugduni esse non putabam: ac tantò liberius ex literis tuis cognovi venditari libellos meos. Componitur autem ex βίβλος, quod est liber, & πωλέω, vendo, per ω in prima.

Bibliotaphi, βιβλιοτάφοι, ab eruditis appellantur, qui ut soli sapere videantur, librorum aliquid insigniorum nacti, nemini eorum copiam faciunt, sed in arca, velut in sepulchro quodam inclusos asservant.

Bibliothéca, ¦ בית-ספרים *beth-sepharim.* Βιβλιοθήκη. Gall. *Librairie, estude, chambre aux livres.* Ital. *Libraria.* Germ. Ein liberey oder Damit die bucher bey einander behalt. Hisp. *Libreria.* Angl. *Librarie, a studie, a great number of bookes.* ¦ Tam librorum per se magnus numerus, quam locus ubi libri sunt, appellatur, ut ait Festus, & Ulpianus *in l. librorum* 52. §. 7. *D. de legat.* 3. Cic. *ad Sulp.* Dionysius Cerus meus, qui meam bibliothecam multorum nummorum tractavit, quum multos libros surripuisset, &c. Latinis Libraria dicitur. Gel. Fortè in libraria ego, & L. Paulus poëta, vir memoria nostra doctissimus, consederamus. ¶ Est & bibliotheca titulus, sive inscriptio, qua Diodorus historiam suam nominavit. Plin. *in præmio operis.* Apud Græcos desiit nugari Diodorus, & Bibliothecas historiam suam inscripsit. Bibliothecæ (ut scribit Vitruvius) ad Orientem spectare debent. Usus enim librorum matutinum exposcit lumen.

Bibliothecalis, e, quod est bibliothecæ: ut apud Mart. Bibliothecalis copia.

¦ Bibliothecarius, qui bibliothecæ præfectus est. ¦

Biblius, æ, Βίβλος, Thraciæ regio, vino generoso insignis, quod Biblinum ab ea appellatur: cum alii à biblia vite appellatum malint. Domus autem Delius Biblinum vinum, Naxium interpretatur, eo quòd Biblus Naxi insulæ fluvius sit. Vide Steph.

¦ Biblus, vide *bibio.*

Bíblus, βίβλος, fœmina gener. iuncum significat, item Ægypti arborem, quæ & Papyrus, cuius cortice ad chartas, ligno autem ad navigia utebantur. Lucan. *lib.* 3.

*Nondum flumineas Memphis contexere biblos*
*Nouerat.*

¶ Est etiam Naxi insulæ fluvius, à quo nonnulli Biblinum vinum nominatum putant. Vide supra in dictione *Biblina.*

Bibo, is, ibi, ibitum. Potum haurio. Lumorem attraho. ¦ שתה *schatáh.* πίνω. Gall. *Boire.* Ital. *Bere.* Germ. Trincken. Hisp. *Beber.* Angl.

*To drink.*} Plaut. *in Stich.* Vide quot cyathos nos bibimus. Cedo ut bibam. Plaut. *Mostl. sc.1.a.1.* Bibit, perge accumbere. Este. Idem *Mostl. sc.1.a.1.* Dite illi quod bibat. *Ibid. sc.4.a.1.* Monstra quod bibam, tuam qui possim perpeti petulantiam. Idem *Men. sc.1.a.5.* An istic ubi bibisti (de ebrio.) Idem *Amph.sc.1.a.1.* Mihi decretum est bibere aquam. Idem *Aul.sc.1.a.3.* Metuo malum marorem ne mixtum bibam. Idem *sc.4.a.1.* Agite, bibite fures, potate. *Ibid.Cur.sc.1.a.1.* Et foribus dat aquam quam bibant. *Ibid.sc.3.a.1.* Bibit arcus, pluet hodie (de iena.) Idem *sc.1.a.1.* Calidum biburt. *Ibid.sc.3.a.2.* Rape, clepe, bibe, & fuge. Idem *Pseud.sc.1.a.1.* Bibenda fuligo lucubrationum. Quint. Hinc ille justitiæ haustus bibat. Idem. Da nunc, bibat ordine, dixit Jupiter. Ovid. 5. *Fast.* Bibat solem cuticula. Iuven. *Sat.11.* Item, transferuntur ad alia: Bibunt succum ingenii nudæ arces. Virg. *lib.11.* etiam his junxit, quæ vim attrahendi humoris nullam habent.

*Hasta sub exertam donec perlata papillam*
*Hæsit, virgineumque alte bibit acta cruorem.*

Bibere liberaliter, i. largiter. Celius *lib.4.c.11.* ¶ Bibere etiam accipitur pro auscultare, seu studiosè audire. Horat. *lib.Carm.2.Od.13.*

*Pugnas, & exactos tyrannos*
*Densum humeris bibit aure vulgus.*

¶ Invenitur etiam passivum hujus verbi *bibo* in tertia persona. Iuven. *Satyr.10.*

——*sed nulla aconita bibuntur*
*Fictilibus.*

Plaut. *Most.sc.3.a.1.* Estur, bibitur dies noctesque. Aut bibat, aut abeat. Cic. 5. *Tusc.* Mihi quidem in vita servanda videtur illa lex, quæ in Græcorum conviviis obtinetur: Aut bibat, inquit, aut abeat. Et rectè. Aut enim frustra aliquis pariter cum aliis voluptate potandi, nec sobrius in violentiam vinolentorum incidat, aut discedat. Hactenus Cicer. Hoc Adagio (inquit Erasmus) monemur, ut aut tempori, locoque nos accommodemus, aut ab hominum consuetudine nos subducamus.

**Bibax**, & **Biboſus**, qui est bibendi avidus, vel nimius potator. { שיכור *schothéh*, סבא *sobe. vinus, vinósus.* Gall. *Grand buveur, qui boit beaucoup.* Ital. *Bevitore, cinigliene.* Germ. Ein grosser trincker/ ein sauffer/ der vil trincht. Hisp. *Grande bevedor.* Angl. *A great drinker.* } Gell. *lib.3.c.12.* Bibendi avidum, P. Nigidius in Commentariis Grammaticis bibacem, & biboſum dicit. Laberius *in Mimo, lib.1.* Non inammoſa, non amnoſa, non biboſa, non procax. Biboſus tamen (ſi Gell. credimus) vocabulum est novum, & à Laberio vocum innovatore confictum. Nomina enim in *osus*, potiùs fiunt à nominibus, quàm à verbis.

**Bibāculus**, diminutivum à nomine Bibax, qui largiùs & frequentiùs bibit, φιλοπότης. ¶ Idem nomen fuit Poetæ, quem Hieronymus *in Chronico*, Cremonæ natum esse scribit, paulò minorem Ciceronе.

**Bibācitās**, atis, propensio ad largiùs bibendum. { φιλοποσία. Gall. *Beverie excessive, excez à boire.* Ital. *Eccessive bevere.* Germ. Trinckſucht. Hisp. *El habito y obra de mucho bever.* Angl. *Great drinking.* }

**Biber**, nomen antiquum neutro genere usurpatum. τὸ κάστωρ, C. Fannius *annalium* 2. Domina ejus ubi ad villam veneraret, jubebat biber dari. Cato quoque *in Originum libris* usus est, & Titinnius *in prat.* Date illi biber, iracunda est. Sospater *lib.1.*

**Bibesia**, æ, vocabulum est à Plauto confictum, pro nimia bibendi aviditate. φιλαμμία, quemadmodum & Peredium idem dixit pro fame, & voracitate. Festus.

**Bibones**, muscæ sunt.

**Bibitor**, potor. Sidon.

**Biblex**, duplex. Lege *Bilex*, vel *Bilin.*

**Biboſus**, vide *Bibax.*

**Bibūlus**, a, um, quod facilè sorbet. { שיכור *schothéh*, סבא *sobé. vinus vinósi.* Gall. *Qui boit volontiers.* Ital. *Che beve volentieri.* Germ. Das gern trincket/ oder ausſoffe. Hisp. *Que se passa como papel.* Angl. *That sucketh up quickelie, desirous to drink swift.* } Virg. *ad Messalam.*

*Inverso bibulam restringens lumen olivo.*

Lumen enim bibit oleum, id est, ardendo consumit. ¶ Unde & Bibulorum cognomen dictum est, & Bibula papyrus, quæ sorbet atramentum. Lucanus,

*Constitit bibula Memphitis charta papyro.*

¶ Hinc fit Metibibulus, de quo alibi. ¶ Horat. passivè dixit, Bibulum Falernum.

*Potores bibuli media de nocte Falerni,*
*Oderunt porrecta negantem pocula.*

**Bibracte**, Heduorum oppidum est apud Gallos, authore Cæsare. Hodie Sequanis, hoc est, Burgundis annumeratur. Vulgò *Beaune.*

**Bibracum**, urbs Suevix. Biberach vulgò.

**Bibrēvis**, pes pyrrhichius, Diomedes Grammat. *lib.3.*

**Bibrucum**, Daniæ urbs. Vulgò Biborg.

**Bibūlus**, Collega Cæsaris fuit in consulatu, nomine potius quàm re. Cæsar enim solus quicquid visum erat, inconsulto collega, pro suo arbitrio gerebat. Unde quicquid illo anno factum erat, homines urbani Caio & Cæsare Coss. gestum dicebant. Vide Erasmum *in Apoph.* Extat etiam apud Tranquillum in vita Cæsaris ea de re distichon hujusmodi.

*Non Bibulo quicquam nuper, sed Cæsare factum est:*
*Nam Bibulo fieri Consule nil memini.*

¶ Bibulus homo scelestissimus. Gell. *cap.3. lib.1.*

**Bicēps**, Biclinium, Bicolor, Bicornis, Bicorpor, Bicubitalis. Vide *Bi.*

‖ **Bicerres**, *διφυεῖς*, *διφυεσσι.* Gloss. v. *διφυὴς*, est utrinque villosus: *δίφυος* est utrinque tuberatus. Ex his & cirrus. Bicerres itaque sunt qui sectos habent pilos. ‖

**Bicorum**, *δίμορον.* Gloss. a bis, & cera.

**Bicūrgium**, Ἀνεργον Ptolemæo Germaniæ urbs est, quam *Esperdiam* vocant.

**Bidellium**, aqua ex vesicis de ulmo confecta. Lege *Visis, &c.*

‖ **Bidellus**, gymnasii custos. Alcuar. ‖



**Bidini**, populi sunt Siciliæ, Citariis, & Cacirinis vicini, ut author est Plin. *lib.3. cap.8.*

**Bidios**, Βίδιος, castellum in agro Tauromitano. Steph.

**Bienus**, urbs Ceretx. Vide historiam apud Stephan. ubi agit de Vienna Galliæ.

**Biēnduum**, citerioris Hispaniæ portus est, apud Plin. *lib.4.* in descriptione citerioris Hispaniæ.

**Bigargitani**, populi sunt Hispaniæ in tractu Tarraconensi. Vide Plin. *lib.3. cap.3.*

**Bigerones**, Aquitaniæ populi sunt, apud Cæsarem, Tarbellis & Sontiatibus vicini.

**Bigerra**, Βίγιρρα Ptolem. Hispaniæ civitas est, Setabis contermina, quæ hodie *Bejar* ab incolis vocatur.

**Bigerrica**, vestis rufa, & villis hispida.

**Bigerriga**, vestis est Gallica.

‖ **Biglator**, vigilator. Lex. gr. b.

**Biglaticum** xi, quod vigiles accipiebant. Idem. ‖

**Bilæus**, Βίλαιος, fluvius est Ponti, in finibus Paphlagoniæ, non procul ab Heraclea. Vide Plin. *lib.6. cap.1.*

**Bilbilis**, Βίλβιλις, oppidum Celtiberorum in Hispania Tarraconensi ad Salonem fluvium, optima ferri temperatura nobilem. Ex hoc oppido Martialis poëta originem traxit, ut ipse multis in locis testatur. Vulgo *Calatayud.*

**Bilbina**, urbs Persica. Steph.

**Bilis**, { חמה *chemáh*, מרורה *merorâh*, מסר *mâmer.* χολή. Gall. *Colere, fiel.* Ital. *Colera.* Germ. Die gal. Hisp. *Colera, hyel.* Angl. *Choler, anger, the gall.* } Nomen est commune duobus præcipuè humani corporis humoribus: quorum alter, qui calidus est & siccus, ab aureo colore Flava bilis appellatur. Alter, qui frigidus est & siccus, quoniam nigræ favillæ colorem imitatur, Atra bilis dicitur. Utrumque genus rursus in duas primarias species finditur: in naturalem scilicet, & non naturalem. ¶ Bilis flava naturalis (quæ bilis appellationem sibi peculiariter vendicavit) rursus duplex est. Quædam enim apta est nutritioni, quæ unà cum sanguine miscetur in venis: partim ut ille hoc veluti vehiculo commodiùs penetret in venas exiliores, partim ut alat partes naturæ suæ affines, hoc est, calidas & siccas. Deinde munere suo functa, quod reliquum est, unà cum sudoribus foras effluit per poros. Hæc tenuis humoris permissione mutatur in bilem pallidam, quæ & ipsa à naturali quàm minimum recedit. ¶ Altera excrementitia est, & inepta nutritioni, quæ à sanguine expurgata recipitur in vesiculam bilis, quam χολάδα Græci appellant, & inde proprio meatu in intestina delabens, dejectionem stimulat, & tingit excrementa. ¶ Non naturalis iterum in quatuor distinguitur species, in vitellinam, λεκιθώδη, quæ fit ex bile pallida, acrimoniâ caloris non naturalis usta: in porraceam, πρασώδη: in æruginosam, ἰώδη: & in eam quæ cæruleo colore glastum imitatur, unde ὑατώδη, à Græcis appellatur. Tres hæ posteriores species potissimùm fiunt in ventriculo, ex alimentis acribus, ut porro, sinapi, & similibus: ex quibus primùm fit porracea bilis, deinde æruginosa, & postremò cærulea. Nonnunquam etiam in jecinore ex vitellina vehementiùs usta, ut accidere solet in morbis ardentissimis. ¶ Atra bilis & ipsa in Naturalem dividitur, quam propriè μέλαιναν χολὴν, id est, atrum succum, sive succum melancholicum medici appellant, & non Naturalem: & Naturalis rursus, in Aptam nutritioni, quæ miscetur sanguini in venis, alitque partes frigidas & siccas, ossa scilicet, & cartilagines: & in Excrementitiam, quæ nihil aliud est, quàm excrementum sanguinis, quod à jecore lien ad se allicit, ejusque tenuissima parte alitur: reliquum per proprium meatum (quem & stomachum vocant) in ventriculum regurgitat, ut illum astringat & roboret: ubi munere suo functa, una cum excrementis per intestina dejicitur. ¶ Non naturalis autem (quæ propriè Atra bilis dicitur) in triplici est differentia. Alia enim fit ex succo melancholico, putredinis, aut caloris vi in cinerem quodammodo converso. Alia ex bile vitellina, primùm in porraceam, deinde in æruginosam, & postremò in cæruleam mutata. Alia ex pituita in venis putrescente, & vehementiùs usta. Vide *Fel.* ¶ Accipitur item Bilis pro ira, quæ à bile excitatur. Horat. 2. *Sermon. Satyr.3.*

——*tantum male dicit utrique, vocando*
*Hanc Furiam, hunc aliud, tussit quod splendida bilis.*

Delirat uxor, atra bili percita est: nulla res tam delirantes homines concinnat citò. Plaut. *Amph.* ¶ Masculæ bilis, id est, ore concitata & vehemens. Persius *Satyr.5.*

——*calido sub pectore masculæ bilis*
*Intumuit, quam non extinxerit urna cicuta.*

¶ Inest & formicæ & serpho bilis. ἔστιν καὶ μύρμηκι καὶ σφηκὶ χολή. Admonet adagium non esse contemnendum inimicum quempiam, nec ullum temerè lacessendum: quandoquidem nullum animal tam minutum, aut imbecillum, quod irritatum non exeandescat irâ. Quandrabit & in homunculos nullis præditos viribus, tamen vindictam molientes, ira ut solet animos suppeditante.

**Bilis**, apud Afros appellatur semen humanum humi profusum. Festus.

**Bilīōsus**, a, um, in quo bilis abundat. { χολώδης. Gall. *Bilieux, colere, facile à courrouser.* Ital. *Colerico, che facilmente corruccia.* Germ. In dem vil gallen/ oder bitterkeit ist/ gifftgallig/ zornmütig. Hisp. *Melancolico, ò colerico.* Angl. *Colerike, angrie.* } ut, sanguis biliosus, sputum biliosum, apud Cornelium Celsum. Vomitus biliosus *lib.2.c.7.*

**Bion**, Βίων, Borysthenites philosophus fuit, & sophista callidus, qui philosophiam vario orationis flore vestivit. Hic primùm Crateris Cynici philosophi auditor fuit, à quo sese ad Theodorum contulit. Fertur hic dixisse ad eum qui fundos suos ingluvie voraverat, terra Amphiaraum absorbuit, sed tertam tu. Fuerunt & alii ejusdem nominis philosophi, quos vide apud Laertium.

**Bionei** sermones, proverbiali figura dicuntur ab Horatio, ut in suis Chiliadibus annotavit Erasmus, ut proverbium explicat, Deum Theonino rodi. Ait enim ex Acrone, Bionem philosophum fuisse, qui mordacissimis dialogis laceraverit poëtas, sic ut nec Homero parceret. Porphyrion autumat Aristophanis comici patrem fuisse. Versus apud Horatium *lib.2. epist.2.* sunt isti:

*Carmine tu gaudes, hic dele Batur lambis,*
*Ille Hionei sermonibus, & sale nigro.*

Biothanatos, violenter mortuus. { חלל *chalal.* Gall. *Mort d'une mort violente.* Ital. *Ucciso violentemente.* Germ. Einer der mit gewalt getödt wird. Hisp. *Matado fuerçosamente.* Angl. *That is killed violentlie.* ο ὁ βίος βίαιος, violenta, & θάνατος mors: ut quum quis ferro, vel alia vi interit, & non sua, i. naturali morte moritur, quæ naturaliter contingit: & mors ipsa Biothanata dicitur, quæ per vim infertur. De qua intellexit Virg. *lib.* 4. *Æneid.* quum dixit,

*Nam quia nec fato, meritæ nec morte peribat,*
*Sed misera ante diem.*

Scribit Lampridius prædictum fuisse Heliogabalo, ipsum biothanatum futurum. Iul. Firm. Si luna, inquit, applicuerit se Saturno deficiens lumine, facit matres biothanatas interire. Servius ait Biothanatorum animas non recipi in originem suam.

Bipedimni, Galliæ in Aquitania populi, de quibus vide Plin. *lib.* 4. *c.* 19.

Biracelum, Thusciæ oppidum est Ptolemæo: hodie *Vicarillum.*

Bis, adverb. Duabus vicibus, iterum. { פעמים *paamáyim.* *ris.* Gall. *Deux fois.* Ital. *Due fiate.* Germ. Zwey mäl. Hisp. *Dos vezes.* Angl. *Two tymes.* } Cic. *de Amic.* Bis unâ consules. Plin. Ut aliquæ bis die pariant. Multa habet composita, de quibus mox dicemus.

*Filia me mea bis, &c. fecit avum.*

Ovid. *Eleg. ult. lib.* 4. *Trist.*

*Barba resecta mihi bisve, semelve fuit.*

Ibidem.

*Bis tantò pluris redimam tibi aliam pallam.*

Plaut. *Men. sc.* 3. *a.* 4. Affigantur (cruci) bis pedes, bis brachia.

*Diffiluit nudo pressa bis uva pede.*

Ovid. *Eleg. 6. lib.* 4. Bis tanto sunt amici, quàm priùs. Plaut. *Amph.*

Biceps, itis, qui habet duo capita. { δικέφαλος. Gall. *Ayant deux testes ou deux sommitez.* Ital. *Cosa que ha due capi.* Germ. Zweyköpfig, das zwey häupter hat. Hisp. *Cosa que tiene dos cabeças.* Angl. *That hath two heades.* } Plin. *lib.* 10. *c.* 62. Serpentes coëunt complexu, adeò circumvolutæ sibi, ut una existimari biceps possit. Cic. 1. *de Div.* Etsi puella nata biceps esset.

Bicellium, locus ubi duo lecti sunt, sicut Triclinium, ubi tres. { δίκλινον. Gall. *Chambre ou il y a deux licts dressez.* Ital. *Luogo dove stanno due letti.* Germ. Ein ort da zwey bet stehn. Hisp. *Lugar donde ay dos camas ò mesas.* Angl. *A chambre with two beddes.* } Est autem hæc dictio ex Latino & Græco composita: nam bis Latinum est, & κοῖτη Græcum, quod lectum significat. Plaut. *in Bacch.* In Biclinio cum amica sua uterque cubitum eatis.

Bicolòr, adject. Duorum colorum. { δίχροος. Gall. *De deux couleurs.* Ital. *Di due colori.* Germ. Das zweierley farben hat. Hisp. *Cosa que tiene dos colores.* Angl. *Of two colowres.* } Plin. *lib.* 10. *cap.* 52. Iutus omne ovum volucrum bicolor. Ovid. *Met.* 11.

*Myrtea sylva subest bicoloribus obsita baccis.*

Et 8. *Met.*

*Penitus hic bicolor sincera barba Minervæ.*

Bicornis, e. quod habet duo cornua. { δίκερως. Gall. *Ayant deux cornes, ou deux fourchons.* Ital. *Di due corne.* Germ. Das zwey hörner hat. Hisp. *Cosa que tiene dos cuernos.* Angl. *That hath two hornes.* } ut, Bicorne fetamentum. Col. *lib.* 10. *cap.* 5. Bicornes furex. Virg. 1. *Georg.*

*Exacuunt alii vallos, furcasque bicornes.*

Bicorpor, oris, omnis gen. { δίσωμος. Gall. *Ayant double corps.* Ital. *Di due corpi.* Germ. Das zwen leyb hat. Hisp. *Cosa que tiene dos cuerpos.* Angl. *That hath two bodies.* } Duorum corporum. Cic. 2. *Tusc.* Hæc bicorporem affligat manum. ex poëta. Accius apud Priscian. *lib.* 6.

*Pallas bicorpor anguinum spiras trahit.*

Bicubitalis, e. quod duorum est cubitorum. δίπηχυς. Gall. *Qui a deux coudées de long.* Ital. *Di due cubiti.* Germ. Das zwo ellenbogen lang ist. Hisp. *Cosa que tiene dos codos de largo.* Angl. *Two cubites long.* } ut, Bicubitalis caulis. Plin. *lib.* 20. *c.* 23.

Bidental, locus erat, aut ædificium fulmine tactum: ita dictum ab ove bidente, quæ ad prodigii procurationem à sacerdote immolata, ibi sepeliebatur. Horat.

*Minuerit in patrios cineres, an triste bidental*
*Moverit incestus, certè furit, ac velut ursus.*

Nonius Marc. Bidental dici vult, quòd binæ pecudes mactarentur. Corn. *in Pers. Sat.* 2. ipsum fulmen *Bidental* appellari scribit, aut quia duos dentes habeat, aut quia ubi ceciderit. bidentes mactentur. Tum addit: bidental, locus sacro percussus fulmine, qui bidente ab Aruspicibus consecratur, quem calcare nefas est. Vocat etiam Bidentalium.

Bidentes. Quidam intelligunt oves, aut alia pecora, quæ per ætatem duos dentes altiores habent. Nam Higinus dicit, Quæ bidens hostia oporter dentes habeat octo, sed ex his duos extimos altiores, per quos appareat ex minore ætate in majorem transcendisse. Alii Hostias bimas. id est, duos annos habentes, hoc nomine intelligunt, quòd in commentariis ad ius Pontificum pertinentibus legatur, bidentes primò dictas, d litera ex superfluo interjecta (sicut in Redeo) ad hiatum duarum vocalium præcavendum. Ergo Bidentes primò dictæ sunt quasi Biennes: postea autem vocabulo longo usu loquendi corrupto, quæ prius Bidennes dicebantur, postea bidentes sunt dictæ. Vide Gell. *lib.* 10. *c.* 4. & *lib.* 16. Virg. 6. *Æneid.*

——— *totidem lectas de more bidentes.*

¶ Item bidens, ὁ τρίαινα. Pollux, ubi ἔστι καὶ γεωργικὸν ἰσχάριον, instrumentum rusticum fossorium, quod duos dentes habeat. Iuven.

*Vive bidentis amans & culti villicus horti.*

} Et Tibull. 1. *eleg.*

*Pace bidens vomerque vigent.*

Vet. Lex. Carthagin. Bidens *divina.* Gloss. Isid. bidens anchora: tanquam sit à specie unci, subsidentivè usurpatum. }

Biduum. Spatium duorum dierum, à quo biduanus, a, um: ut, Biduanæ imbrices. { δυοήμερος. Gall. *L'espace de deux jours.*

*deux jours, deux jours entiers.* Ital. *Il spatio di due giorni.* Germ. Zweentag. Hisp. *El espacio de dos dias.* Angl. *The space of two dayes.* { Terent. *in Eunuch.* Ego impetrare nequeo hoc abs te biduum saltem ut concedas tolum. ¶ Biduo continenti, significat duobus diebus continuis. Sueton. *in Calig.* Per hunc pontem ultrò citrò commeavit biduo continenti.

Biendum, Ciceronis Hispaniæ portus. Plin. *lib.* 4.

Biennis, qui est duorum annorum. { δίετης. Gall. *De deux ans.* Ital. *Di due anno.* Germ. Zwen jar alt von zweyen jaren. Hisp. *Cosa de dos anos.* Angl. *Of two yeares.* } Plin. *lib.* 2. *c.* 81. Utpote quum quidam annos & biennii spatio duraverint.

Biennium, spatium duorum annorum. { שׁנתים *schenathaáyim.* δίετια. Gall. *Deux ans entiers, l'espace de deux ans.* Ital. *Di due anni.* Germ. Zwey jar. Hisp. *Cosa de dos anos.* Angl. *The space of two yeares.* } Cic. *de Amicit.* Primò Gabinia lege: biennio autem post Cassia.

¶ Bifarius, a, um, quod duobus modis fari possis, duplex. Iade ¶

Bifariam. { ἀχὰ. Gall. *En deux parties, en deux sortes, en deux manieres.* Ital. *In due parti.* Germ. Auff zweyerley weg, auff zwo weyse. Hisp. *En dos partes.* Angl. *Two fold or two maner of weise.* } ut Trifariam, πεχῶς, adverbia sunt, quibus significatur quod duobus vel tribus modis, vel quod in duas, vel tres partes fieri potest. Cic. 3. *Tusc.* Bifariam quatuor perturbationes æqualiter distributæ sunt: nam dux, &c. Bifariam agi cum populo non potest. Gell. *c.* 13. *lib.* 13. Dispartite opsonium bifariam. Plaut. *Aul. sc.* 1. *a.* 2. ¶ Sic Multifariam, Omnifariam, Plurifariam, significat multorum generum, omnis generis, plurium generum: sive in multas, in omnes, & in plures partes: sive quod multis, omnibus, & pluribus modis fari potest. Dicimus etiam Bifariè, Trifariè, Multifariè, &c.

¶ Bifax. Gloss. Isid. Bifax, duos habens obtutus, à duplici facie: ut Græcis δικέφαλος. ¶

Bifĕrus, a, um, quod bis quotannis fructum fert. { δίφορος, δίκαρπος. Gall. *Portant deux fois l'an.* Ital. *Che fa frutto due volte all'anno.* Germ. Das järlich zwey mal frucht tregt. Hisp. *Cosa que trae fruto dos vezes en el año.* Angl. *That beareth fruite twise in one yeare.* } Virg. 4. *Georg.*

——— *biferique rosaria Pæsti.*

¶ Biferæ ficus. Suet. *in Aug. cap.* 76. Colum. *lib.* 5. *c.* 10. Fabulantur poëtæ Alcinoi Thracum regis pomaria fuisse bifera, hoc est, bis quotannis fructum protulisse.

Bifidus, a, um, quod in duas partes fissum est. { δίχηλος. Gall. *Qui est fendu, ouse fend en deux.* Ital. *Fesso in due parti.* Germ. Zu zwey theil zerspalten. Hisp. *Cosa hendida en dos partes.* Angl. *Cloven in two.* } Plin. *lib.* 11. *c.* 36. Lacertis bifida & pilosa lingua. Ovid. 4. *Met.*

——— *bifidosque relinquit.*

*Rima pedes.*

Bifidātus, a, um, adject. idem quod Bifidus. Plin. *lib.* 13. *c.* 4. Folia cultrato mucrone, lateribus in se bifidatis, bellas primùm demonstravêre gemmas.

Bifores, e. quod habet duas januas. { δίθυρος. Gall. *Ayant deux huis ou deux portes, qu'on entre çà & là.* Ital. *Che ha due porte.* Germ. Das zwo thüren hat. Hisp. *Cosa que tiene dos agujeros, ò horados, ò puertas.* Angl. *That hath two gates or leafes.* } Ovid. 3. *de Ponto, Eleg.* 3.

*Nox erat, & bifores intrabat Luna fenestras.*

Biforis cantus. Virg. 9. *Æneid.*

——— *ubi assueris biforem dat tibia cantum.*

Ubi Serv. Biforem, bisonum, imparem.

Bifórmis, is, & hoc biforme, duas habens formas. { δίμορφος. Gall. *Double de forme, ayant deux formes.* Ital. *Di due forme.* Germ. Zweygestaltig, das zwo gestalt hat. Hisp. *Cosa que tiene dos formas ò figuras.* Angl. *That hath two shapes.* } Virg. 6. *Æneid.*

——— *mistumque genus, prolesque biformis.*

Colum. *lib.* 10. Inter lascivos Satyros, Parasque biformes.

Biformātus, a, um, adject. Idem quod biformis, δίμορφος. Cic. 2. *Tusc.* ex Poëta.

*Non biformatus impetu*
*Centaurus illum cœrpori infixit meo.*

Bifrons, tis, qui duas frontes habet. { δίπρωρος. Gall. *Qui a deux faces, ou deux visages.* Ital. *Di due fronti.* Germ. Der zwo stirnen hat. Hisp. *Cosa que tiene dos frentes.* Angl. *That hath two visages or faces.* } Est autem hoc Iani epitheton, quem ideo dicimus bifrontem, quod præterita scivetit, & futura præviderit: vel quia superûm, & inferum janitor est. Virg. 12. *Æneid.*

*Latona quæ geminus duplex, lanumque bifrontem.*

Bifurcus, gemmas furcas habens. { δικρανος. Gall. *Qui a deux fourchons, fourchu.* Ital. *Biforcato.* Germ. Das zween spitzen oder zinken hat. Hisp. *Cosa de dos horcas.* Angl. *Twe forked.* } ut, Bifurcum ferramentum. Col. *lib.* 5. *c.* 18. Bifurci ramusculi. Idem *lib.* 5. *c.* 11.

Biga, Currus duobus equis vecti: ita dicti, quasi Bijugi, quòd duorum equorum jugo agantur. { συνωρὶς, ζεῦγος. Gall. *Chariot ou charette de deux chevaux, deux chevaux attelez l'un avec l'autre.* Ital. *Carreta di due cavalli, Biga.* Germ. Ein karch so von zweyen rossen gezogen wird. Hisp. *La junta de dos cavallos.* Angl. *Chariets or carts drawn with two horses.* } Equi verò ipsi Bijugi, Bijugesve dicuntur. Biga singulari numero. Suet. *in Tib. c.* 26. ¶ Sic Quadrigæ, quæ à quatuor equorum jugo trahi solent: & equi ipsi Quadrijugi. Virg. 5. *Æneid.*

*Et nox atra polum bigis subvecta tenebat.*

¶ Apud veteres tamen Bigam, & Trigam, & Quadrigam invenimus. Suet. *in Tib.* Vix unius bigæ adjectione honorari passus est. Pap. *in Iuvb.*

*Rorifera viridi tenuaverat aera biga.*

Plin. In summo Mausoleo est quadriga marmorea. Bigas primùm junxerunt Thessali quadrigas Erichthonius, teste Plin. *lib.* 7. *c.* 56.

{ Bigarius, qui bigas regit: idem cisiarius, & carrucarius. }

Bigati, nummi bigas impressas habentes. Plin. *lib.* 33. *c.* 3. Nota argenti fuere bigæ, atque quadrigæ: & inde bigati, quadrigatique dicti.

Tacit.

Tacit. *de Germ.* Pecuniam probant veterem, & diu notam, ſerratoſq; bigatoſque.

**Bigamus**, { διγαμος. Gall. *Remarié.* Ital. *Rimaritato.* Germ. Der zwey mahl geweybet hatt. Hisp. *Caſado dos vezes.* Angl. *Which hath had two wiues.* } Qui duas uxores duxit, à quo **Bigamia**: γαμοι enim nuptiæ dicuntur. Sipontinus.

**Bigēmmis**, e, quod habet duas gemmas. Colum. *lib.* 5. *c.* 5. Pro materiis longioribus pollices quaternum, aut quinùm gemmarum relinquuntur, pro cuſtodibus autem bigemmes reſeces efficient in ea.

**Bigēnĕrā**, Animalia ex diverſo genere nata, ut Leopardus ex leæna & pardo, non (ut aliqui putant) ex leone & panthera, διγενη. Varr. *lib.* 2. *cap.* 8. *de re ruſt.* Nam muli & hinni bigeneri, atque inſititi, non ſuopte genere ab radicibus. Ex equa enim & aſino fit mulus: econtrà, ex equo & aſina hinnus. Feſt.

**Bigera**, veſtis groſſa, vel villata. Lege *Bigerra*, *veſtis groſſa*. Sulpitius Severus dial. 1. *c.* 1. *A proximo tabernis bigerricam veſtem, brevemque atque hiſpidam quinque comparatam argenteis rapit.* Fortunatus *lib.* 3. *cap.* 1. de ſancto Martino:

*Inducitur ſanctum hirſuta bigerrica pallæ.*

Gloſſarium vetus MS. *Bigerra, veſtis groſſa, id eſt, villata.* Indigenæ vulgò *marlotas* vocant ex Græco, id eſt, villoſas veſtes, vel hirtas vellere. Paulinus:

*Nigrantéſve caſas & teſta mapalia culmo,*
*Dignáque pellitis habitu deſerta bigerris?*

**Bignæ**, geminæ dicuntur, quia bis una die natæ ſunt. Feſt.

‖ Bihernii vocantur, quibus in utriſque ſeroti partibus ſigna herniæ apparent. ‖

**Bijúgi**, equi dicuntur bini ad unum jugum nexi. { δίζυγος. Gall. *Accouplé à coſté d'un autre.* Ital. *Due cavalli ad un giogo.* Germ. Zwey roß neben einander geſpant. Hisp. *Dos cavallos de una yunta.* Angl. *Two horſes in one yoke.* } Martialis,

*Geſtatus bijugis Regulus eſſet equis.*

Virg. 10. *Æneid.*

*Interea bijugis infert ſe Lucagus albis.*

**Bijugi curriculo.** Suet. *in Calig. cap.* 19.

‖ Bilagium, medicamenti genus, χαλαγωγὸν. ‖

**Bilānx**, cis, ſtatera, quæ duas habet lances. { מאזנים *moznáyim.* ζυγὸς. Gall. *Balance.* Ital. *Balancia.* Germ. Ein waag mit zweyen ſchüſſeln. Hisp. *Peſo de dos balanças.* Angl. *Balances.* } Alio nomine Libra dicitur. Perottus.

‖ Bilbio. Feſt. Bilbit, factum eſt à ſimilitudine ſonitus, qui fit in vaſe. Nævius, Bilbit amphora, inquit.

**Bilbinus** ἀπὸ τῆς βίλβης. Gloſſ. v. Videtur eſſe idem quod Bombylius, à *Bilbio.* ‖

**Bilībris**, e, duarum librarum. { δίλιτρος. Gall. *Peſant deux livres.* Ital. *Di due libre.* Germ. Zweypfündig. Hisp. *Coſa que peſa dos libras.* Angl. *Of two pound weight.* } Mart. *lib.* 11.

*Nunc ut emam grandémve lupum, malumve bilibrem.*

Plin. *lib.* 18. *cap.* 11. Ex aqua hordeóque bilibres offæ. Bilibra, bilibre διλίτρου, duarum librarum pondus. Liv. 4. *ab Vrbe*: Sp. Melium, cui tribunatus plebis magis eſt optandus, quàm ſperandus fuerit, frumentarium divitem, bilibra farris ſperaſſe libertatem ſe civium ſuorum emiſſe.

**Bilinguis**, qui duas habet linguas, hoc eſt, qui modò unum, modò aliud loquitur. { διγλωσσος. Gall. *Qui parle deux langues, trompeur, qui tantoſt dit d'une façon, tantoſt d'autre.* Ital. *Di due lingue, bilingue, fallace.* Germ. Zweyzungig/ verbeſtändig. Hisp. *El que tiene dos lenguas, engañoſo.* Angl. *That hath two tonges, deceatfull.* } Unde etiam pro fallaci poſuit Virg. 1. *Æneid.*

*Quippe domum timet ambiguam, Tyrióſque bilingues.*

Ubi alter alterum bilinguem manifeſtò prehendunt (oſculantes ſup.) Plaut. *Pſeud. ſc.* 1. *a.* 5. ¶ Item, qui callet duas linguas. Horat. *lib.* 1. *Serm. Satyr.* 10.

——— *Canuſini more bilinguis.*

Canuſinum idem bilinguem vocat, quia & Græci & Latini apud Canuſium urbem Italiæ, non procul à mari ſitam, à Diomede condítam habitant, utróque ſermone utentes, Latino & Græco. Ex Acrone. Curt. *lib.* 7. *de Branchidis*, Mores patrii nondum exoleverant: ſed jam bilingues erant, paulatim à domeſtico externóque ſermone degeneres.

**Billa**, jumentum, aſinus: rectum eſt *Vehilla.*

‖ Bilis eſt humor quidam humani corporis, aliàs utilis, aliàs ſupervacaneus. Bilis alia flava, alia atra crebrò dicitur. ¶ De bile agit Plaut. *innumeris locis*, & Cic.

**Bilix**, adjectivum à Licium. { διλίκιος. Gall. *Renforcé à double fil, tiſſu en double.* Ital. *Maglia à due lici.* Germ. Ein doppel panzer/ oder prägedin. Hisp. *Coſa que ſe texe con dos lizos.* Angl. *Double woven.* } ut, Bilix lorica à Virgilio dicta, quæ duo licia & fila in ſummitate haberet ad ornatum. *lib.* 12. *Æneid.*

——— *rumpitque infixa bilicem*
*Loricam.*

‖ Billis, apud Afros appellatur ſemen humanum, humi profuſum. Feſt. ‖

**Bilūſtris**, e, quod eſt duorum luſtrorum, id eſt, decem annorum: ut Bellum biluſtre, quod duo luſtra, hoc eſt, decem annos duravit. { δεκαετὴς. Gall. *De dix ans, qui a duré deux fois cinq ans.* Ital. *Di due luſtri.* Germ. Zehen jährig. Hisp. *Coſa de eſpacio de dos luſtros.* Angl. *Which laſteth ten yeares, of ten yeares.* } Ovid. 2. *Amor.*

*Pergama quum caderent bello ſuperata biluſtri.*

**Bilvus**, morbus beſtiarum. Lege *Billum.*

**Bimāris**, e, adjectivum, quod inter duo maria ſitum eſt. { διθάλασσος. Gall. *Qui eſt entre deux mers.* Ital. *Coſa poſta tra due mari.* Germ. Das zwiſchen zweyen meeren iſt. Hisp. *Coſa que participa de dos mares.* Angl. *That is betweene two ſeas.* } ut, Bimaris Corinthus. Horat. *lib.* 1. *Carm.*

——— *Aut Epheſum bimarisve Corinthi*
*Mœnia.*
*Adriatícumque patens latè, bimarémque Corinthum,*



Ovid. 4. *Faſt.*

*At poſtquam bimarem curſu ſuperavimus Iſthmon.*

Idem *Eleg.* 10. *lib.* 1. *Triſt.*

**Bimaritus**, qui duas uxores habuit.

**Bimātĕr**, Agnomen Bacchi, quòd duas matres habuerit, Semelem & Iovem, matris ſungentem officio. διμήτωρ. Vide ſupra in nomine *Bacchus.*

**Bimēmbris**, duarum partium, quaſi membrorum. { διμελὴς. Gall. *Ayant double membre, ou de deux membres.* Ital. *Di due parti.* Germ. Das zwey theil oder glider hatt. Hisp. *Coſa que tiene dos miembros.* Angl. *That hath two partes or partes or members.* } Ovid.

*Eſt malè conſutum pedibus, formaque bimembri.*

¶ Et bimembres ſubſtantivè, pro Centauris. Idem 2. *Met.*

*Ecce ruunt vaſto trepidi clamore bimembres.*

Virg. 8. *Æneid.*

——— *tu nubigenas inviſte bimembres*, &c.

**Bimēnsis**, is, tempus duorum menſium. { τὸ δίμηνον. Gall. *L'eſpace de deux mois, deux mois entiers.* Ital. *Spatio di due meſi.* Germ. Zweyer monat. Hisp. *Eſpacio de dos meſes.* Angl. *The ſpace of two monethis.* } Livius *lib.* 5. *dec.* 5. Et ad opera quæ locaſſent probanda, anni & bimenſis tempus prorogaretur.

**Bimēſtris**, e, duos menſes habens, aut duos annos à luna computator. { δίμηνος. Gall. *De deux mois.* Ital. *Che ha due meſi.* Germ. Das zwey monat hatt. Hisp. *Coſa de eſpacio de dos meſes.* Angl. *Of two monethis.* } Horat. *lib.* 3. *Carm.*

——— *& porco bimeſtri*
*Cum famulis operum ſolutis.*

Ovid. 6. *Faſt.*

*Extáque de porca cruda bimeſtre tenet.*

Sic Trimeſtris, Quadrimeſtris, Quinquemeſtris. Plin. Caſtrari agnos, niſi quinquemeſtres, præmaturum exiſtimant.

**Bimŭlus**, qui in bimatu eſt, hoc eſt, qui duos annos ætatis habet. { δίετης. Gall. *De deux ans.* Ital. *Di due anni.* Germ. Von zweyen jahren/ zwey jährig. Hisp. *Coſa de eſpacio de dos años.* Angl. *Of two yeares.* } Et propriè de ſis dicitur (teſte Valla, quæ poſt eam ætatem adhuc incrementum poſſunt accipere, ut puerum propriè bimulum dicas; bovem, aut canem, non ita. Suet. *in Calig. cap.* 9.

**Bimus**, δίμηνος. Trimus, Quadrimus, Quimus (unde Bimatus, Trimatus, Quadrimatus, Quimatus) pro eo quod ætatem habet duorum, trium, quatuor, aut quinque annorum. Cato *de re ruſt. cap.* 17. Dum ſint mures bimi, inde ſemen excidet. Varr. *de re ruſt. cap.* 5. Unum anniculum, alterum bimum.

*Et ſolet in multis bima (nix ſup.) jacere locis.*

Ovid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Triſt.* Bima ſententia. Cic. *ad App.* De hac quoque ſententia bima decedat, id eſt, qua cenſuit ut per duos annos remanerem in provincia. Plin. Vita fœminis quindecim annis longiſſima, maribus viginti, robur in quimatu. Sueton. *in Auguſt.* Quadrimus patrem amiſit. Plin. *lib.* 11. *cap.* 21. Vita veſparum bimatum non tranſit. ¶ Bima dies, pro biennio. Pomponius *D. lib.* 13. *tit.* 7. *l.* 8. §. 3. Si annua, bima, trima die triginta ſtipulatus acceperim pignus, id eſt, anno, biennio, triennio.

**Bini**, æ, a, propriè diſtributi numeri vox eſt, ſignificans duo non ſeparatim, ſed conjunctim intellecta. { שנים שנים *ſchenáyim ſchenáyim.* δύοι. Gall. *Deux enſemble, doubles, gemeaux.* Ital. *Duerni, à due à due.* Germ. Je zween und zween. Hisp. *Cada dos, à dos en dos.* Angl. *A two, and two, by couples.* } Cic. 4. *Verr.* Deſcribebat cenſores binos per ſingulas civitates Timarchides, i. duos in ſingulis civitatibus. Idem *Attic.* Pompeius diſtribuit binos ſingulis partibus familiarum, hoc eſt, unicuique duos. Sic binos, ternos, quaternos, aut quinos dicimus milites incedere, hoc eſt, duos, tres, quatuor, aut quinque in ſingulis lineis, aut ordinibus. Cur bini cuſtodes accubant. Plaut. *Stil. ſc.* 3. *a.* 2.

*Binaque damna fero* (quia æger & corpore, & animo.)

Ovid. *Eleg. 6. lib.* 3. *Triſt.* Item Binos codicillos exaravit Suet. *in Oct. cap.* 10. Nonnunquam etiam ſimpliciter accipitur pro duobus: & ſic frequentiùs iis jungitur, quæ ſingulari numero deſtituuntur. ¶ Sic binas literas dicimus, & bina caſtra, non duas literas, aut duo caſtra. Cic. 6. *in Verr.* Cn. Pompeius cum P. Vettio intra bina caſtra colloquutus eſt. Idem 1. *in Verr.* Ut dies 45. inter binos ludos tollerentur. Nam caſtra pro militum tentoriis, & ludi pro magnificis & ſplendidis ſpectaculis ſingularem numerum non agnoſcunt. ¶ Aliquando tamen etiam in hac ſignificatione iis conjungitur, quæ utrumque habent numerum, ſed hoc frequentiùs apud poëtas. Virg. 2. *Æneid.*

*Bina manu lato criſpans haſtilia ferro.*

Idem 8. *Æneid.*

*Frenaque bina, meus quæ nunc habet aurea Pallas.*

¶ Interdum etiam in oratione ſoluta. Plin. *lib.* 9 *cap.* 30. In noſtro mari ſoligines capiuntur quinùm cubitorum, ſæpè binûm. Cic. 3. *de Orat.* Demoſthenes una contentione verborum binas contentiones vocis & remiſſiones continebat.

**Binoctium** (dicitur ut Trinoctium) δύονυξ. Corn. Tacit. *lib.* 3. Quotiens valetudo adverſa Flaminem inceſſiſſet, ut Pontificis Maximi arbitrio pluſquam binoctium abeſſet.

**Binōmius**, dicitur qui geminum habet nomen: ut Iſter & Danubius, Iulus & Aſcanius. { δίωνυμος. Gall. *Qui a deux noms.* Ital. *Di due nomi.* Germ. Der zween namen hatt. Hisp. *Coſa que tiene dos nombres.* Angl. *That hath two names.* }

**Binōminis**, e, idem. Ovid. 14. *Metam.*

*Inde ſub Aſcanii ditione binominis Alba*
*Réſque Latina fuit.*

**Bipālium**, inſtrumentum ruſticum quo terra fodicur. { δίκελλα. Gall. *Pic bouë ou bechë, bouyau à faire foſſes ou foſſez.* Ital. *Vanga.* Germ. Ein haut/ ein hauen. Hisp. *Cierto inſtrumento para cavar.* Angl. *A mat tol, pikaxe or ſpedde.* } Varro. Si locus bunctus ſit, ibi cacumina populorum ſervanda, & arundinetum: id priùs bipalio vorſito, &c. Liv. 5. *ad Vrb.* Ibi ab Legatis ſalute data, &c. ceu foſſam fodiens bipalio innixus: ſed quum araret, &c.

Biocolytæ, qui alios à vi prohibent.

Bipalmis, e, duorum palmorum. {δυάλμιος. Gall. *De deux palmes de long, large, ou profond.* Ital. *Di due palmi.* Germ. Zwo hand breit. Hisp. *Cosa que tiene dos palmos in luengo.* Angl. *Of two spannes.*} Varr. 3. *de re rust. c. 7.* Intus ternorum palmorum ex omnibus partibus sub oculibus singulos tabulæ fixæ sint bipalmes, quo utantur vestibulo, ac prodeant. Bipalme spiculum, Livius *lib. 21. c. 5.*

Biparus, a, um, qui, vel quæ bis peperit. δίτοκος.

Bipatens, quod ex utraque parte aperitur. {δίπορος. Gall. *Ayant deux ouvertures.* Ital. *Che s'apre da due parti.* Germ. In zweyen orten offen. Hisp. *Cosa abierta en dos partes.* Angl. *Open on both the partes.*} ut, Bipatentes portæ, pro geminis. Virg. 2. *Æneid.*

——— *Portis aliis bipatentibus adsunt.*

Idem *lib. 10.*

*Considunt tectis bipatentibus,*

hoc est, utrinque apertis.

Bipēdālis, e, quod habet longitudinem duorum pedum. {δυόπους, δυώδεκας. Gall. *De deux pieds de long, large, ou profond.* Ital. *Di due piedi.* Germ. Zwen schuch lang. Hisp. *Cosa que tiene dos pies de me lida.* Angl. *Two foote long.*} ut, Trabs bipedalis. Cæs. *bell. Gall. lib. 4.* Insuper bipedalibus trabibus immissis. Bipedali minor adolescentulus. Sueton. *in Aug. cap. 43.*

Bipēdānus, a, um, sive Bipedaneus, idem quod bipedalis. Col. *lib. 2. cap. 2.* Frumentis autem sat erit, si æquè bona suberit bipedana humus: arborum altitudo quatuor pedum abundè est. Idem *lib. 4. c. 1.* Quippe seminibus vineaticis nimium me profundos censuisse fieri scrobes, adjecto dodrante super altitudinem bipedaneam.

Bipennīger, a, um, qui bipennes habet pennas, δικρήγερος. Plin. *lib. 11. c. 18.* de insectorum pennis: Nullis eorum pennæ revivisceunt avulsæ: nullum cui aculeus in alvo est, bipenne. ¶ Bipenne item dicitur, teste Nonio, quod utrinque est acutum. Virg. *lib. 11.*

——— *ferro sonat alta bipenni*
*Fraxinus.*

Bipennis, à pinna, quod acutum notat. Fab. Quint. *cap. 6. lib. 1.* Varro: Vapor bipennis fulminis. ¶ Hinc Bipennis, substantivum significat securim utraque ex parte aciem habens. {כשיר *caschchil.* πέλεκυς. Gall. *Cognée.* Ital. *Bipenne, scure da due tagli.* Germ. Ein axt dan zwo schneiden hatt, hellenbart. Hisp. *Hacha de ambas partes aguda.* Angl. *An halbard, a thwibill.*} Virg. 2. *Æneid.*

*Ipse inter primos correpta dura bipenni*
*Limina perrumpit.*

Idem 4. *Georg.*

*Vre sata, & validam in vites molire bipennem.*

Bipennīfer, a, um, ferens bipennem. {πελεκοφόρος. Gall. *Qui porte une besagne.* Ital. *Portatore di tal scure.* Germ. Der ein hellenbart oder morbeyl trägt. Hisp. *El que trae aquella hacha.* Angl. *That beareth an halbard or twibill wherwith carpenters mak mortaises.*} Ovid. 2. *Metam.*

*Ecce furens contra sua fata bipennifer Arcas.*

Idem 4. *Trist. eleg. 3.*

*O utinam bipennifero sic sint malè pressa Lycurgi.*

Bipennula, herba hortensis, dicta quòd in duas pinnas folia per totum caulículum diducta habeat: hanc corrupto vocabulo, quidam *pimpinellam* vocant. Sic For. Rom. Sed est & silvestris copiosa. Gesnerus *peponellam* dici malvit, à peponum odore. Alii *pamtinelam*, plerique *solbastrellam* nominant. Gallis & Belgis *pimpinelle*, Anglis *burnet.* Ita Rembert. Dodon. *in stirp. hister.*

Bipertio, ivi, & Bipertior, iris, vel bipartior, in duas partes divido. {διχάζω. Gall. *Partir en deux.* Ital. *Dividere in due parti.* Germ. In zwey theil schneiden oder theylen. Hisp. *Partir en dos partes.* Angl. *To devide and part in two.*} Col. *lib. 11. c. 3.* Undecimo Kalendas Maias vel bipertitur, pluvia, & nonnunquam grando. Cicer. *in Cat.* Atque ibi proximis villis ita bipertiti fuerunt, ut Tyberis inter eos & pons interesset.

Bipertitò, Bifariam, dupliciter. {δίχα, δυῇ. Gall. *En deux parts ou parties.* Ital. *In due parti.* Germ. Auff zwey weg oder theil. Hisp. *En dos partes.* Angl. *In two partes.*} Cic. *de Invent.* Nam id fit bipertitò: nam tum causa, tum res ipsa removetur. Cæs. *bell. Gall.* Romani conversa signa bipertitò intulerunt, hoc est, duobus locis.

Bipēs, bipedis, adject. quo I habet duos pedes. {δίπους. Gall. *Ayant deux pieds.* Ital. *Che ha due piedi.* Germ. Zweyfüssig. Hisp. *Cosa que tiene dos pies.* Angl. *That two foote.*} Iuvenal.

——— *Itaque alium bipedem sibi quærat asellum.*

¶ Ponitur etiam substantivè, quòd facilè intelligatur substantivum. Cicer. *pro domo sua.* Hoc minister omnium non modò bipedum, sed etiam quadrupedum impurissimo. ¶ Bipedum nequissimus, de homine vehementer improbo, quique vel pecudes nequitia superet. Usus est Cic. *pro domo sua.* & Plin. *in epist.*

Birēmis, navis quæ ex duobus remorum ordinibus agitur: ab Erythræis (ut creditur) primùm inventa. {δίκροτος. Gall. *Navire à double rang d'avirons ou de rames.* Ital. *Fusta.* Germ. Ein schiff dan zwey beyden seytten ruder hatt. Hisp. *Nave de dos ordenes de remos.* Angl. *A galey with two oares on the seat.* Plin. *lib. 7. cap. 57.* Biremem Demosthenes author est Erythræos fecisse: triremem Tucidides Amoclem Corinthium: quadriremem Aristoteles Carthaginenses. Virg. *lib. 8. Æneid.*

——— *geminæque legu classe biremes.*

Birotum, δίτροχος, à duabus rotis, vehiculum. Non. *cap. 2.* Cisium biroti vehiculi genus.

Birrus, βίρρος, vestis genus. Suidas docet, quod ἱερεῖς vocetur etiam μανδύης & ἐπίτογα. Erat vestis servis quoque permissa, *l. sine exceptione 1. Cod. Theod.* Dicebant etiam birretum σισυροειδὲς, ait Mantuan. in Gloss. nempe more Gallorum, quibus ὁ, item ὲ, sunt diminutivorum terminationes crebræ. *Birrus* exponitur chlamys, lacerna: usurpant & Græci βαρρὸν. Erant autem βίρροι etiam pretiosi, serica textura. Zonar. Germ. Barret & birret usurpant pro pileo. Italicè *berretta*, Gall. *bonnet.* Videtur dici à burrus, i. e. ruber. Martin.

Birrus, rufus. Iode vestis genus. Honorius serm. de S. Brixio. *Primùm adorent circa civitatem in birro suo portans ante sepulchrum S. Martini deposuit.* Gregor. lib. 7. epist. 5. ad Januarium. *Imaginem illic genitricis Dei, Domini que nostri, & venerandam crucem, vel birrum album, qua de fonte surgens, induitus fuerat, apposuisse.* Martianus Capella de nupt. Philolog. lib. 4. *Et birrus, & tunica nomen vestis habent, & diffinitionem possunt accipere.*

Bis. Ilium, ii. Subsellium duorum capax. δίσκος. Gall. *Une selle ou siege pour deux.* Ital. *Sedia capace di dui.* Germ. Ein stul auff welchem zween sitzen mögen. Hisp. *Silla de dos assientos.* Angl. *A seat or benche for two.*} Author Vari. *lib. 4. de lingua Latina.* Alii melius legunt *Bisellium.*

Bisera, Porca dicitur, à cujus cervice setæ bifariam dividuntur, quum jam esse incipit major ætate sex mensium. Festus.

Bissextus, sive Bissextus. Dies intercalaris qui quarto quoque anno interseritur, ut anni ratio cum cursu Solis conveniat. {ἐμβόλιμος ἡμέρα. Gall. *Bissexte.* Ital. *Bisesto.* Germ. Schaltjar. Hisp. *Bisiesto.* Angl. *A day that is put to everie fourth yeare.*} Inventa est autem hæc intercalandi ratio à Cæsare Dictatore. Is enim quum animadvertisset, Solem cursum suum conficere diebus 365. & horis circiter sex, quarto quoque anno diem unum curavit adjiciendum. ¶ Dictus est autem bissextus, quòd bis, hoc est, duobus diebus continuis numerarent sexto Kalendas Martias, duos videlicet dies pro uno computantes. Unde qui est natus bissexto Kalendas, nihil refert (ut inquit Cessus *de verborum significat. quum bissextum*) utrùm priore, an posteriore die natus sit, quum illud biduum pro uno tantum die habeatur. Erat autem huic intercalationi constitutus dies certus, qui est post XXIII. Februarii diem inter Terminalia jam peracta, & Regifugium. Februarius verò duabus de causis huic rei aptissimus visus est, tum quòd pauciissimos haberet dies, tum etiam quòd inter menses ultimum haberet locum. Nam quum antea decem tantùm essent menses, quorum primus erat Martius, duo postea in fine sunt adjecti, Januarius & Februarius.

Bison, is, vel tis, species bovis silvestris, cujus meminit Plin. *lib. 8. c. 15.*

Bispello, vide *Vespillo.*

Bissa, vas.

Bissum, βύσσινος. Vide *Byssum.*

¶Bistinix, nullæ. Lex. g. h. ¶

Bisulcus, qui ungulas non solidas habet, sed scissas. {δίχηλος. Gall. *Fourché, fourchu.* Ital. *Chi à l'ongue fesse.* Germ. Der zerspaltene klawen hatt. Hisp. *Lo que tiene las uñas hendidas.* Angl. *Cloven footed.*} Plin. *lib. 11. c. 46.* Cornigera una parte dentata, & quæ in pedibus talos habent. sevo pinguescunt: bisulca, scissive in digitos pedibus, & non cornigera, adipe concrescunt, &c. Ovid. 3. *Metam.*

*Pulvereumque solum pede pulsavêre bisulco.*

Accipitur & latiùs pro omni eo quod in duas cuspides divisum est. Unde bisulcum caudam dixit Plin. *lib. 9. cap. 29.* & bisulcos arborum surculos. Colum. *de arboribus. c. 6.*

Bisultor, Martis cognomen, à bis ulciscendo impositum. Augustus enim quum Brutum & Cassium vicisset, & signa à Parthis recepisset, Marti templum dedicavit, quem bisultorem cognominavit, quòd primùm C. Cæsaris, deinde & Crassorum necem ultus esset. Ovid. 5. *Fast.*

*Ritè deo templumque datum, nemùque Bisultor.*

Bivium, quod duas vias habet, sicut Trivium, Quadrivium, quod tres, aut quatuor habeat intactus. {διοδεῖον. Gall. *Deux chemins, une fourchée, carrefour de deux voyes ou sentiers.* Ital. *Di due vie.* Germ. Ein ort da zwen sich von einander scheyden. Hisp. *El lugar donde se reconocen los caminos.* Angl. *Where two wayes or streates do meete.* Varro: Bivium enim nobis natura ad culturam dedit, experientiam & imitationem: id est, duo adjumenta. Virg. 9. *Æneid.*

——— *locum insidiis conspeximus ipsi,*
*Qui patet in bivio portæ, qua proxima ponto.*

Bivius, ἀμφίοδος, ἀμφοδεύς. Virg. 11. *Æneid.*

*Et bivius armato obsidam milite fauces.*

Id est, quæ ad duo loca ducunt. ¶ Bivius agrorum cultus, per Metaphoram. Varro 1. *de re rust. cap. 18.*

Biumbres, ἀμφίσκιοι, populi sunt quicunque inter Tropicos cæteri habitant ad Meridiem: quandoque enim incedentes habent umbras, quum à Meridie sol ad gnomonem accedit rectum, ad subjacens planum: quandoque autem in adversum, quum sol in adversum consistit. Verba sunt interpretis Strab. *lib. 2.*

Bisaltes, vide *Bisaltia.*

Bisaltia, ἡ Βισαλτία. Steph. Regio Macedoniæ libera, ad Strymonem amnem: ita dicta à Bisalte Solis & terræ filio, aut à Bisalte vicino fluvio.

Bisaltæ, Βισάλται. Steph. populi liberi Macedoniæ ad Strymonem amnem, teste Plin. *lib. 4. c. 11.* qui famem in bello, lacte concreto, & sanguine equino tolerant. Virg. 3. *Georg.*

*Bisaltæ quo more solent, acerque Gelonus,*
*Quum fugit in Rhodopen, aut in deserta Getarum,*
*Et lac concretum cum sanguine potat equino.*

Bisaltis, idis, Βισάλτις, Gentile femininum, à Bisaltia Macedoniæ regione formatum. Ovid. 6. *Metam.*

——— *tu visu Enipeus*
*Gigni & Aleidas, aries Bisaltidis esse.*

Scribitur *Bissaltis* apud Bocatium *lib. 11. c. 11.* ubi de Jarba rege loquens, natum illum ait, teste Paulo Perusino, è filia Bissaltis regis, quam Jupiter in forma arietis vitiaverit.

Bisanthe, Βισάνθη. Steph. Oppidum est Macedoniæ, non procul à Melane fluvio, eoque oppido, cui ὄνομα τοῦτο, hoc est, longus murus nomen est. Vide Plin. *lib. 4. c. 11.*

Bisargis, Βισάργις, Oppidum Hispaniæ in tractu Tarraconensi, ad Iberum fluvium, cujus meminit Ptol. *lib. 7. c. 6.*

Bisōn, βίσων. Paulanæ. Animal ferum & deforme prolixitate jubarum, & reliquo corpore, cervi figura, media fronte inter

aures unum eorum habens. Martial. *in Aimph.*

*Illi cessit atrox babalus, atque bifon.*

Bissellium. Vide *Bisellium.*

Bistonis, x, Βιστωνίς. Regio Thraciæ, inter Nessum & Hebrum fluvios: ita dicta à vicino lacu, quem Bistonidem appellant: sive { ut quibusdam placet } à Bistone rege. ¶ Bistonia præterea Stephano, oppidum est eiusdem regionis, non procul ab Abderis.

Bistonēs, Βιστόνες. Populi Thraciæ inter Nessum, & Hebrum fluvios. ita dicti à Bistonide lacu, sive (ut Stephan. placet) a Bistone rege. ¶ Inde *Βίστωνες*, patronymicum fœminini generis, quod sæpissime tamen accipitur adjectivè & possessivè. Ovid. *in epist. Paridis ad Helenam,*

*Tuta tamen bello Bistonis ora fuit.*

Bistŏnĭus, a, um, Βιστόνιος, possessivum, quod Poetæ suo more accipiunt pro Thracio. Ovid.

*Brachia Bistonia candidiora nive.*

Idem,

*Fessâque Bistonia membra lavabis aqua.*

Bistonios campos. Ovid. *Eleg. 9. lib. 1. Trist.* Et bestoniæ aquæ. *Ibid.*

Bistonis, Βιστωνίς, sive Bistonus lacus, in Bistonia Thraciæ regione est, non procul ab Abderis: in quo natantia omnia demerguntur: unde & nomen accepit, à verbo scilicet Græco. Βύθω, quod est demergo. Unde & Bistonis, per y Græcum scribendum videtur. Stephanus tamen & Suidas Βόρειος, Βόρειον, & Βόρειος, scribunt, per quartam Græcorum vocalem.

Bisurgis. Straboni *lib. 7.* Germaniæ est fluvius, sexcentis à Rheno stadiis distans. Pompon. *Visurgim* appellat *lib. 3.* { Gram. Der Weser. }

Bitalatsus, à bis descendit, eitque cùm animus jam in hanc, jam in illam partem propendet, utique in ancipiti constitutus.

¶ Bitalia, victualia. Lex. gr. b.

Bitaxides, milites Turcici. Idem. }

Bithalbe, Βιθάλβη. Vide Heliopolim, apud Steph.

Bitia, Pharaonis filia, quæ Motem adoptavit.

Bithŭs, & Bacchius, nobile par gladiatorum fuit, quorum mentionem quoque Suetonius facit, pares audacia. Proinde quoties duo æqualiter improbi contendunt inter sese, ita ut neuter alteri velit concedere, non intempestiviter dicemus Bacchium cum Bitho commissum. Horat. *in Serm.*

Bithyæ, Βίθυες. Populi sunt Thraciæ, apud Stephanum, quorum author fuit Bithys Martis, & Serœ sororis Rhesi filius. ¶ Bithyæ quoque mulieres fuerunt in Scythia, in singulis oculis binas habentes pupillas, ideoque visu effascinantes, ut ex sententia Apollonidæ tradit Plin. *lib. 7. cap. 2.*

Bithymum mel, vide infrà in dictione *Thymum.*

Bithynĭa, Βιθυνία. Regio minoris Asiæ, adversa Thraciæ, & proxima Troiadi, quæ (ut Solinus scribit & Servius) primùm Bebrycia, postea Mygdonia, deinde à Bithyno Bithynia dicta fuit. In Bithynia Libyssa est, ubi Annibal sepultus est. Sunt qui scribant Thynos populos transisse ex Thracia, qui deinde Bithyni dicti sunt, & regio ipsa Bithynia. Claud.

*Thyni Thraces erant, quæ nunc Bithynia fertur.*

¶ Ex Bithynia fuerunt viri in disciplinis memorabiles, Xenocrates philosophus, & Dionysius dialecticus, & Hipparchus, & Theodosius, & filii ejus mathematici, & Cleophanes orator ex Myrlea, & Asclepiades medicus Prusiensis.

Bithynicŭs, a, um, Βιθυνικός, quod Romanorum quibusdam in cognomen cessit, à devicta nimirum Bithynia. Mart.

*Iam te rem factam Bithynice credis habere.*

De regione Bithynorum, vide latiùs apud Strab. *lib. 2.* Herodot. *lib. 7.* Dionysium Afrum *de situ orbis.*

Bithynus, a, um, aliud adjectivum, Βιθυνὸς Steph. Iuven.

*Quanquam & Cappadoces faciant, equiteſque Bithyni.*

Ubi illud animadvertendum est, à Iuvenale corripi primam nominis hujus syllabam, quæ a cæteris omnibus producitur.

Bithynium, Βιθύνιον Steph. civitas in Bithynia, à qua Bithyniatæ & Bithynienses populi dicti sunt.

Bithynopolis, urbs à Bithyno dicta. Steph.

Bithynus, Iovis & Thraces filius. Steph. Βιθυνὸς: fratrem habuit Doloneum, à quo Dolonci populi dicti sunt.

Bithys, Βίθυς, nomen viri, de quo Steph. in Bithyæ, & Bithyniæ, & Bithynopolis.

Bitiās, fuit unus ex Carthaginensium principibus. Serv. in illud Virg. 1. *Æneid.*

*Tum Bitia dedit increpitans, &c.*

ait Bitiam fuisse præfectum classis Punicæ. Meminit etiam Bitiæ cujusdam Virg. *lib. 9.* qui frater Pandari fuit ex Alcanore Troiano, & Hiera. Hi cum Æneæ post Troiæ excidium in Italiam venerunt, & quum apertis etiam portis ausi essent Rutulos, absente Æneâ, lacessere, ab iisdem sunt trucidati.

Bito, vide *Beto, is.*

Biton, Βίτων, alter fuit ex filiis Argiæ sacerdotis, & frater Cleobis: de quibus sic scribit Cic. 5. *Tusc.* Primùm Argiæ sacerdotis Cleobis & Biton filii prædicantur. Vide Plut. *in Solon.* Nota fabula est. Quum enim illam ad solenne & statutum sacrificium currus vehi jus esset satis longè ab oppido ad fanum, morarenturque jumenta, tunc juvenes illi, quos modò nominavi, veste posita, corpora oleo perunxerunt, & ad jugum accesserunt. Ita sacerdos advecta in fanum, precata Deam dicitur, ut illis præmium daret pro pietate, quod maximum homini dari posset à Deo. Posteà epulatos cum matre adolescentes somno se dedisse, manè inventos esse mortuos. Hæc ille.

Bituitus. Arvernorum rex in Gallia, specie colloquii comiter hospitio invitatus à Cn. Domitio, & vinctus est, & Romam deportatus.

Bitūmĕn, ĭnis. Limus quidam est tenax, & sulphuri odoris, in Iudææ lacu emergens, qui tale Asphaltites dicitur. חמר *chémer*, כפר *chopher*. Βίτουμεν. Gall. *Terre limoneuſe, ou limon gluneux comme poix, brûlant comme ſoulphre. Bitume.* Ital. *Bitume.* Germ. Ein Erdther leim/ Bech. Hisp. *El beton, generalmente.* Angl. *A king of gleyiſh clayy and tough which burneth lik brimſtone.* Invenitur & durum



in Syria, non procul à Sidone, terræ glebæ, vel coinm carbonum similitudine, qui in usum ferrariarum fabricarum e terra effodi uncur. ¶ Est præterea & liquidum bitumen in Zacyntho insula, & circa Babylonem nascens, & in agro Apollioniatarum, quod Græci μαλθακὸν appellant, argumento picis & bituminis. ¶ Gignitur & pingue, liquoris oleacei, in Sicilia, Agragantino fonte infectens rivum, quo incolæ utuntur ad lucernarum lumina, olei vice. Hunt generis Bitumen apud Prutenos ex saxis effluit, ex quo, maris frigitate, in quod defluit, succinum, sive electrum coalescit. Apud Babylonios bitumen calcis usum præbet, ita ferruminatis Babylonis muris. Vide plura apud Plin. *lib. 35. c. 15.*

Bitūmĭnĕus, a, um. { ἀσφάλτινος. Gall. *De bitume.* Ital. *Di bitume.* Germ. Was von dem Erdthen leim ist. Hisp. *Coſa de betun.* Angl. *Of ſuch earth or gleyiſh clayy.* } ut, Bituminea vites. Ovid. 15. *Met.*

*Sive bituminea rapiens incendia vites.*

Bitūmĭno, as, Bitumine linio. { חמר *caphár.* Angl. *To over ſmere with gleyiſh clayy.* } Aqua bituminata, apud Plin. *lib. 31. c. 6.* cui admistum est bitumen, vel quæ per venas terræ bituminosas transit, ὑδωρ ἀσφαλτῶδες.

Bitūrgia, s. Βιτύργιον. Oppidum fuit Thusciæ, teste Ptol. *lib. 3. c. 1.* non procul a Maulana, hodie Pontificum villa.

Bitūrĭges, Populi sunt Galliæ Aquitanicæ, teste Plin. *lib. 4. c. 10.* quorum frequens est mentio apud Cæsarem. Hi uno die viginti oppida incendebant, ut Cæsarem pabulatione & commeatu prohiberent. Horum metropolis Avaricum erat: hodie *Bourges en Berry.* Singularis nominativus est Biturix, quo usus est Lucan. *lib. 1.*

*Et Biturix, longique leves Axones in armis.*

Bivira, æ, antiqui dicebant pro vidua, teste Nonio. Varro, Ad biviram venio, quum vellem ostendere quid vellem, Metamelos inconsultantiæ filius me reprehendit.

Bizen, civitas Thraciæ. Steph. Βίζη πόλις Θρᾴκης, ἡ νῦν ἀπὸ Βασιλίνου. Plin. *lib. 4. c. 11.* Bizium vocavit: Bizia, inquit, arx regum Thraciæ, Terei nefasto crimine invisa hirundinibus.

Bizĭa, arx est regum Thraciæ, teste Plin. *lib. 4. c. 11.* ad quam hirundines non advolant. Ejus rei causa ad Terei incestum, & Prognes flagitium refertur à Græcis scriptoribus. Vide *Bizen.*

¶ Biziera, buccula. Lex. gr. b. ¶

Bizon, Thraciæ oppidum fuit, inter Apolloniam & Calatidem situm, magna ex parte terræ motibus hausium. Plin. *lib. 4. c. 11.* & Strabo *lib. 7.*

## BL

Blaberura, Βλαβερούρα. Oppidum est Tarraconensis Hispaniæ, non procul à Pyrenæis montibus: cujus meminit Stephan voce *Ἰούλιος.*

Blactĕro, as, vide *Blatero.*

Blæna, trisyllabum, Ponti regio satis ferax, per quam Amnias flumen labitur. Hoc in loco Mithridates cognomento Eupator, Nicomedis Bithyni copias fundibus delevit, haud quidem præsens, sed per legatos: unde ille cum paucis domum fugiens servatus est, & unde in Italiam navigavit. Verba sunt interpretis Straboni *lib. 12.*

Blæsus, qui linguam habet impeditam, aut qui inter pronuntiandum aliquam literam aut excludit, aut male profert. { לע *billégh.* Βλαισός, τραυλός. Gall. *Begue.* Ital. *Balbo, tardo à parlar.* Germ. Ein lispler ein stamler. Hisp. *Tartamudo.* Angl. *That ſtammare tor ſtutteth in ſpeaking.* } Quo vitii genere Demosthenem laboràsse accepimus, qui aliquandiu primam artis suæ literam enuntiare non potuit. Iuven.

*Blæſis atque mero titubantibus.*

Mart. *lib. 5. de Erotionte.*

*Et nomen blæſo garrias ore meum.*

Idem *lib. 10. in Armenionem.*

*O, blæſum tibi debilisque lingua est.*

¶ Græci etiam hoc nomen ad alia membra transferunt. Blæsosque appellant quibus membrum aliquod solutum est, quos & paralyticos appellamus: & generaliter omnes eos, quibus aliquod est membrum, quod actiones suas commodè obire non possit, quodve situ, aut figura sit deforme: quales sunt qui crura habent in diversum acta, quos Latini Valgios, & Varicos, & Varos appellant. Vide Cæl. Rhod. *lib. 4. c. 11.* & Bud. *in annot. Pand.*

Blānda, Italiæ oppidum in agro Brutio, non procul à Bato flumine & Parthenio portu. Plin. *lib. 3. c. 3.* ¶ Est & Blanda, sive Blande, oppidum Hispaniæ Tarraconensis, in Agro Barcinonensi, juxta Larnum flumen. vulgò *Blanes.*

Blandē, fluvius est Hispaniæ Tarraconensis in agro Barcinonensi, juxta oppidum sui nominis. Author Plin. *lib. 3. c. 3.*

Blandè, & Blanditer, vide *Blandus.*

Blandĭor, ītus, assentor, adulor, blanditias dico. { חלק *hetbelik. mino,* λόγοις ἀπατᾶν. Gall. *Flatter, amignarder, amignotter, amadoüer.* Ital. *Luſingare, piacere.* Germ. Schmeichlen/ liebkosen. Hisp. *Halagar à liſongear.* Angl. *To flatter, to ſpeak faire, for to allure, by faire ſpeaking.* } Cic. *de Amic.* Qui adversario assentatur, & litigare se simulans, blanditur. Idem *pro Flacco,* Cur matri blanditur? cur epistolis & muneribus & sororis imbecillitatem aucupatur? Ne inepta spe tibi blandiaris. Senec. *c. 14. de tranquil.* Meretrix tantisper blanditur, dum id quod rapiat, videt. Plaut. *Men. sc. 3. a. 1.* Refertur & ad sensus interiores, pro eo quod est placeo, arrideo, animum vel affectum titillo. Cic. 1. *Acad.* Vide quam suaviter voluptas sensibus blandiatur. Blandior calamitatibus meis, dixit Quint. pro eo quod est mitigo, lenio calamitates, vel æquo in calamitatibus me animo gero.

Blandĭtĭus, us, ui. Ipse blandiendi actus, sive blanditiæ, & quædam quasi illecebræ sensum titillantes. { חלקה *chelkah.* χαλακεία, ἰουλία. Gall. *Amadouement, flatterie.* Ital. *Il luſingare.* Germ. Das schmeichlen/ liebkosen. Hisp. *Liſonja, ò balago.* Angl. *Flattering, faire ſpeaking.* } Lucret. *lib. 1.*

*Ut res per Veneris blanditum ſecla propagent.*

Blāndĭtus, a, um, particip. à verbo Blandior. Plin. *lib. 1. c. 13.* Hanc principio blandita peregrinatione avidè profectam, pœnitentia in volatu cum labore scilicet subit. Ubi blanditam peregrinationem dixit, pro grata, jucunda, quæque principio adblandiebatur & arridebat.

Blandûs, adjectivum, Placidus & comis in sermone, & hilaris. ¶ חלק *chalák.* χρηστὸς, ἡδύς. Gall. *Plaisant, attrayant, courtois, gratieux, doux en parler, civile, aggreable.* Ital. *Piacevole.* Germ. Liebtich/ mit reden/ schmeychelich/ freundtlich. Hisp. *Agradable, cosa blanda ò halagueña.* Angl. *Faire speaking and pleasant.* } Cicer. *ad Attic.* Scis me minimè esse blandum. An tu blanda verba esse aurum rere? Plaut. *Asin. sc.1. a.3.* Neminì credo qui largè blandus est dives pauperi. Idem *Aul. sc.4. a.1.* Adire blandis verbis. Idem *Pseud. sc.3. a.1.* Non temerarium est ubi dives blandè appellat pauperem. Idem *Aul. sc.4. a.1.* Salutat me blandiùs. *Ibid.*

*Et pro delictis hostiâ blanda fuit* (i. exoravit.)

Ovid. 5. *Fast.* Nusquam meretrices blandiores gentium. Plaut. *Men. sc.1. a.1.* Istuc blanda dicta, quòd eveniant, magno metu. Idem *Most. sc.1. a.2.*

*Invenies eadem blandi præcepta Properti.*

Ovid. *El.1. lib.2. Trist.* Terent. *in Hec.* At tu erastor morem antiquum obtines, ut unus hominum homo te vivat nunquam quisquam blandior. Blandissimus puer. Senec. *lib.6. de consol. ad Helv.* Blandus amicus, cui opponitur Verus. Cic. *de Amic.* Secerni autem blandus amicus à vero, & internosci tam potest adhibita diligentia, quàm omnia fucata & simulata à syncera atque veris.

Blandulus, a, um, diminut.

Blandè, adverbium, } ἡδέως, ἁβρῶς. Gall. *Doucement, gratieusement, courtoisement.* Ital. *Piacevolmente.* Germ. Liebtich/ freundtlicher weise. Hisp. *Lijeramente, ò halagueñamente, agradablemente.* Angl. *Pleasantlie, with faire wordes.* } Cic. *ad Attic.* Sed amabo te mi Attice: vivesne quam blandè? Idem *pro Cluent.* Tum appellat hilari vultu hominem Balbus, ut blandissimè potest.

Blánditer, idem quod blandè. Plaut. *Pseud. sc.1. a.5.* Magis cogito, fuviter, blanditèrne alloquar. Compellando blanditer. Idem *Asin. sc.3. a.1.*

Blánditim, idem quod blanditer. Lucr. *lib.2.*

*Ipsaque deducit dux vita diva voluptas,*
*Et res per Veneris blanditim facta propagent.*

Blándicélus, & Blandicellus. } Angl. *That speaketh somewhat pleasantlie.* } Diminutiva sunt a Blandus: sicut ab eo quod est Mollis, fit Molliculus & Mollicellus. Nam Blandicus & Mollicus (a quibus nonnulli hæc ratiu volucrunt) Latinæ linguæ periti non agnoscunt. Inde Blandicella verba, apud Festum.

Blándidícus, qui blandè loquitur. ¶ חלק *chalák.* χρηστολόγος. Gall. *Parlant doucement.* Ital. *Chi da belle parole.* Germ. Der liebliche vnd glatte reden gibt. Hisp. *El que habla con lisonja.* Angl. *That speaketh sweetlie.* } Plaut. *Pœnul.* Nunc mihi blandidicus es: heri in tergo meo tres tacitè cortos contrivisti babulos.

Blandifico, blandum facio / mão. Petronius.

Blándiloquus, Blanda verba loquens, ad voluptatem dicens. ¶ חלק *chalák.* χρηστολόγος. Gall. *Beau parleur, qui dit des flatteries.* Ital. *Lusingkiere.* Germ. Ein liebloser/ der seyne süsse vnd liebliche reden brauche. Hisp. *El que habla lisonjas, ò halagos.* Angl. *A faire and plesant speaker.* } ut vox blandiloqua. Sen. *in Agam.* Quid vote blandiloqua mala consilia dictas?

Blandíloquéns, idem. Macrob. 2. *Saturn.* Submissa placidè blandiloquens oratio.

Blandíllóquentúlus, diminutivum. Plaut. *Trinum.*

Blándíloquentiă, æ. } חלקות *chalkah.* χρηστολογία. Gall. *Doux langage, beau parler, flatteries.* Ital. *Parlar piacevole & gratioso.* Germ. Ein liebliche süsse oder angendme red. Hisp. *Hablar de lisonjas.* Angl. *Flatering, faire speaking.* } Cic. *de nat. deor.* Nam & ego illis supplicarem tanta blandiloquentia.

Blándimentum, i, idem quod blanditia, oblectamentum, illecebræ, χρηστολογία, ἡσυχία. Cic. *pro Cælio,* Multa enim blandimenta nobis natura ipsa genuit.

Blánditia, æ, & Blanditiæ, arum. Adulatio, illecebræ. } חלקות *chalakóth,* חלקלקות *chalkalkóth.* χρηστολογία, ἡσυχία. Gall. *Flatterie, careſſes interessées.* Ital. *Carezze, lusinghe.* Germ. Liebkosung. Hisp. *Lisonjas, ò halagos.* Angl. *Flatterie, intysement.* } Plautus *in Bacch.* Visus merus vestra est blanditia. Per blanditias quid dicere. Sueton. *in Neron. cap.14.* Blanditiæ de blandis appellationibus. Idem *in August. cap.53.* Blanditiæ dulces & puriles. Senec. *cap.5. de consol. ad Marc.* Cic. *pro Planc.* Facilis est illa occursatio, & blanditia popularis: aspicitur, non attrectatur. Idem 1. *de Finibus,* Blanditiis præsentium voluptatum deliniti atque corrupti.

Blánditiă, in agro Sabino regio est, in qua Horatius habuit villam, & in ea fontem, quem celebrat eleganti carmine, cujus principium est,

*O fons Blandusiæ splendidior vitro, &c.*

Blăpsigŏnĭă, βλαψιγονία, quasi prolis detrimentum. Quum apes morbo, ignavia, aut infœcunditate naturali fœtum non peragunt. Plin. *lib.11 cap.19.* A βλάπτω, noceo, & γόνος fœtus, sive proles.

Blăsĕŏn, Βλάσων. Insula in Rhodani ostio, prope Merinam. Plin. *lib.3. cap.5.* & Strabo *lib.4.*

Blăsphēmĭă, βλασφημία, Execratio, maledictio, vituperatio, convitium, & quasi nocens dictum, sacrilega infamatio, vel obtrectatio nefaria. Budæus. נאצות *neatsóth,* נדוף *chiddúph.* Βλασφημία. Gall. *Blasphemie.* Ital. *Bestemmia.* Germ. Ein lesterung. Hisp. *Maldicion, maldezimiento.* Angl. *Blaſphemie.*

Blăsphēmo, āre, significat Execror, maledico, & verbis calumniam infero, ac ingratiis, honoremque alterius detrabo. } נאץ *nets,* נדף *giddéph.* Βλασφημέω. Gall. *Blasphemer.* Ital. *Bestemmiare.* Germ. Lestern. Hisp. *Maldezir, malagdrar, blasphemar.* Angl. *To blaſpheme.* }

¶ Blasphēmus, a, um, βλάσφημος, famam lædens. Hinc est Blasphemè, i.e. cum blasphemia. ¶

Blă tĭro, āre: Blatio, is. ¶ ηχεω *tsiphtsóph. μωιλογία.* Gall. *Babiller, parler mal, begueyer.* Ital. *Parlare goffamente, cinguettarre.* Germ. Pladeren/ schwätzen/ vanuzē vnd vnflätig reden. Hisp. *Hablar torpemente y vaziamente.* Angl. *To babble, to flamber in ſpeach.* } Veteres dicebant pro ingenitè, inaniter & stulte loqui ut sunt, qui extra propositum loquuntur, vel verba immoderata emittunt, & quorum lingua (ut ait Gell. *lib.1. cap.15.*) tam prodiga, infirmique sit, ut fluat semper & æstuet colluvionem verborum teterrimam. Hoc hominum genus Loquutuleios, & Blateronas, & Linguaces Latini dixerunt. Plaut. *in Amph.* Qui malum intelligere quisquam potis est, ita nugas blatis? Idem *in Aul.* Ubi ea est, quæ blateravisti jam vicinus omnibus, me meæ filiæ datarum dotem? Sunt autem factitia verba, a camelorum voce tracta, qui quum vocem edunt, blaterare dicuntur, inquit Festus. Quidam tamen à Græco deducunt, apud quos . Λαξ dicitur, qui se inaniter jactat. quapropter c. literam addentes, blacteronem, & blacterare existimant scribendum. Ovid. *de Philomela* (si tamen credamus hoc carmen esse Ovidii) produxit,

*Blacterat hinc aries, & pia balat ovis.*

Horat. *in Serm.* fine c. & prima corr.

*Audit, quum magno blateron clamore, furisque.*

Blătĕro, nis, homo immoderatæ loquacitatis, & jactantiæ à blterando dictus. ¶ ηχεω *nitsaphtsóph.* μαλακ. Gall. *Babillard, bavard, languard.* Ital. *Cicalone, ciarlone.* Germ. Ein plauderer/ ein klapperer mann. Hisp. *Hablador, parlero y mentiroso.* Angl. *Ababler.* } Gell. *lib.1. c.15. in fine,* Nec minus insigniter veteres quoque nostri hoc genus homines in verba provectos, loquutuleios, & blateroues, & linguaces dixerunt.

Blătĕratus, inaniter effutitus. Apul. *in Apol.* Quæ & si possent ab his utiliter blaterata ob mercedem, & auctoramenta impudentiæ deprehensa haberi.

Blătă, vermis qui alvearia lædit: à βλάπτω, noceo. ¶ בס *sas,* בש *kasás.* σῆψ. Gall. *Vermine, comme cloportes, ou Artisons, & semblables, qui rongent les livres, & habillements.* Ital. *Tarma.* Germ. Ein schaben/ oder ein klein wurmlin/ oder mönlin. Hisp. *Polilla.* Angl. *A mothe, a worme that eateth clothes or bookes.* } Col. *lib.10.* appellat Lucifugas blattas. Mart. tamen potuit pro verme librorum & vestes rodente:

*Confricties* (inquit) *nisi das mihi libellos,*
*Admittam tineas, truncisque blattas.*

Horat. *in Serm.*

——— *cui fragula vestit*
*Blattarum ac tinearum epulæ putrescit in arca.*

¶ Blatta etiam ponitur pro purpura. Sidon. *in Paneg.*

*Pontus tapetia, blattam Tyros, æra Corinthus.*

¶ Blattam recentiores scriptores vermiculum Bombycem intellexerunt, cujus texta vestes sericæ conficerentur: unde Blattea vestis, & Blatteum paludamentum, apud Lampridium, Capitolinumque, pro serico & pretioso: vel (ut Paulus Ægineta) pro purpura: quoniam Indicum conchilium vulgò Blatta dicitur. Sic Cassiodorus in Epistolis Blatteum pro purpureo cepit: Chamæleon (inquicus) modò prasina, modò cyanea, modò blattea varietate se commutat. ¶ Eutropius scribit Neronem, solitum piscari rete aureo blatteis funibus annexo: quam ab Orosio dicatur purpureis. ¶ A qua colore Blatta etiam frumentum dicitur, quòd rubidum sit; sementi accommodatius in purpuream declinanti. ¶ Blattæ lucifugæ Virgilii, nigra animalia sunt, scarabeis, vel gryllis similima, velocia, quæ interdiu delitescunt. Græci σίλφαι vocant.

Blăttārĭus, adject. Seneca *epist.86.* At nunc blattaria vocant balnea, si qua non ita aperta sunt, ut cotius diei solem fenestris amplissimis recipiant.

Blăttārĭă, herba est verbasco similis, foliis minùs candidis, cauliculis pluribus, flore luteo: hæc abjecta blattas in se contrahit, unde & nomen accepit. Plin. *lib.25 c.9.*

Blatteus, a, um, purpureus. ¶ πορφύρα. Gall. *Rouge, vermeil.* Ital. *Rosso.* Germ. Purpurfarb. Hisp. *Roxo, ò colorado.* Angl. *Purple, coloured, redde.* } Eutropius *in Neron.* Nero incitata luxuria fuit, ut qui exemplo Caligulæ frigidis & calidis lavaretur unguentis, hamis aureis argenteisque piscaretur, quæ blatteis funibus extrahebantur. Sueton. vocat purpureos. Piscatus est (inquit) reti aurato, purpura, coccoque funibus nexis. Orosius: Luxuriæ, inquit, tam effrænatæ fuit Nero, ut retibus aureis piscaretur, quæ purpureis funibus extrahebantur. Cassiodorus *in Epist.* Chamæleon modò prasina, modò cyanea, modò blattea varietate se commutat.

Blæsus, Stolidus, mollis, delicatus, lascivus, qui nescit res discernere, & qui se inaniter jactat. Festus. ¶ סרוח *sarúach.* βλαξ. Gall. *Luxurieux, delicat.* Ital. *Troppo delicato, pazzo.* Germ. Ein thor/ völtel/ vnflat. Hisp. *Luxurioso, delicado, bovo.* Angl. *Foolish, luxurious, delicat.* }

Blas, stultus: unde blaterari. Festus *in Blitum, & Deblaterare.* Sidon. lib.1. epist.8. *Et istâ tuâ mihi Cesenatis furni potius quàm oppidi verba deblaterem?*

Blēchŏnŏn, βλῆχον. Dioscor. Herba est notissima, quam Græci ἡγήλιον, Latini Filicem appellant. Angl. *A brake or ferne.* } Vide Plin. *lib.27. c.9.*

Blēchōn, βλῆχον. Angl. *Vvilde penirial.* } Plin. Sylvestre est pulegium simile origano, minoribus foliis quàm sativum, quod à pecore gustatum balatum excitat: unde etiam literæ unius commutatione βλῆχον appellatum est, ἀπὸ τῆς βλαχῆς: sic enim Græci pulegium vocant. Vide Plin. *lib.20. cap.14.*

Blemmyes. Plin. *lib.5. c.8.* sive Blemyes, unico m, βλέμυες, Steph. Populi sunt in Æthiopia versùs Austrum, capitibus carentes, ore & oculis pectori affixis: ita dicti (Steph. teste, a Blemye quodam, uno ex tribus ducibus, qui sub Dionysio in iis regionibus militarunt. Hi alio nomine Blepiæ vocantur, quod vide.

Blēnæ, arum. Populi sunt Africæ, faciem in pectore habentes. Claudianus.

——— *erras*
*Per Meroën, blemyasque feros, atramque Syenen.*

Quo tamen loco *Blemyas* legendum crediderim. Vide in præcedenti dictione.

Blennos.

Blennos, stultos esse Plaut. *in Parebid.* indicat, qui ait, Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, bucconcs. Festus.

Blennones, putidi bitteoli.

Blephăro. ‖ βλεφαρο. Angl. *That hath great eye liddes.* ‖ Dicitur superciliosus homo, qui habet supercilia magna. Plaut. *in Amph.* Raptant pro merchus Blepharo captus arbiter.

Blĕptæ, βλεπται. Populi Africæ sine capitibus, habentes os & oculos in pectore. Eosdem & Blemyas vocat Pomp. *lib.* 1.

Blerani, Italiæ populi in tractu Hetruriæ, Cortonensibus, & Capenatibus vicini. Author Plin. *lib.* 3. *c.* 5.

Blesti, quibus extrorsum sunt crura, sicut tædi, quibus introrsum sunt. Author Ptol.

Blĕsus, seu Blæsus est, qui literam aliquam exprimere non potest, eamque non quamlibet, sed certam.

Blietes, species calceamenti dicta, quòd pedes offendat.

Blĭtæ, βλιτα, appellare solent Græci, offendicula præsertim pedes.

‖ Blĭtrum, βλιτρον, clavus ferreus: dictus a βλητω, jacio, mitto, quod in aliquid impingendo immittatur. *Blitra* offendicula, præsertim pedes, quæ scilicet βλητρα, objiciuntur. ‖

Blĭtum, herba. Vide *Blethum.*

Blinni, tetri. Vide *Blenni.*

Blĭtĕtæ, oppidum provinciæ Narbonensis, vulgò *Beziers*, de quo Plin. *lib.* 3. *c.* 5. Mediterranea (inquit) colonia Arelate Sextanorum, Blitera Septimanorum, Arausio Secundanorum.

Blĭtĕus, inutilis, à blito, herba nullius in medicina usus.

Blĭtum, vel Blitos, vel Blætum, differenter dicitur Græcè & Latinè: crumpit ocyssime blitum semen, ut bletæ corticeum: copiosum, racemosumque, à triplici radice, non una crassa in rectum tendente, ut herba & lapathon, & maxima pars olerum, sed continua, multiplici, ac prolixa: insipidum, & hac acrimonia: duorum generum habetur, rubrum & candidum. Nullum in moribus, aut sanitate usum habet, in aliquibus tamen locis vulgari plebeculæ edendo est.

Blĭtum, ‖ βλιτον Dioscoridi, βλιτος Suidæ. Gall. *Blete.* Ital. *Bledoni, blito.* Germ. Ein gattung Nöt oder mangolt. Hisp. *Bledo.* Angl. *The hearbe spinach.* ‖ Olus est betæ foliis, teste Hermolao, iners, nulliusque saporis, aut acrimoniæ. Apponunt brassicam, betam, blitum: Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Festus, Blitum genus oleris à saporis stupore appellatum esse ex Græco putat, quòd ab his βλακες dicantur stupidus. ¶ Inde Blitcus dicitur, qui vilis est & nullius pretij. Unde apud Menandrum (teste Plin. *lib.* 20. *c.* 21.) nugores per convitium blitcæ vocantur à insulsis, & apud Plaut. *in True.* Meretrix blitea est, & lutea, id est nihil sapit. Vide & Laberij locum apud Non. *in Blitea.*

## BO

Bŏa, æ, serpentis genus est, quod in miram magnitudinem excrescit: ita dictum, quòd lactis bubuli succo primùm alatur. De hac scribit Plin. *lib.* 8. *cap.* 14. Faciunt his fidem in Italia appellatæ boæ, in tantam magnitudinem excuntes, ut divo Claudio principe, occisæ in Vaticano solidus in alvo spectatus sit infans. Aluntur primò bubuli lactis succo: unde & nomen traxere. Hæc ille. Festus, Boa serpens est aquatilis, quem Græci ὑδρον vocant, à qua icti obturgescunt. ¶ Est etiam Boa morbi genus, quum corpora papularum multitudine rubent, à fimo bubulo, cujus hru maxime tollitur, ita dictum. Plin. *lib.* 28. *cap.* 18. Boas fimus bubulus abolet: unde & nomen traxere. Idem *lib.* 24. *cap.* 11. Ebuli folia contraria, & è veteri vino imposita, boam sanant, id est rubeates papulas. Creditur hic morbus esse, qui pueros præcipue infestat, quem *Rubellam* vocant. Crurum quoque tumor vix labore collectus, boa appellatur. Fest. *ibid.*

Bŏăgrĭus, βοαγριος, Locrensium amnis, sive potiùs torrens, qui Thronion urbem præterfluit: interdum tam exiguus, ut ne pedes quidem transeuntis tingat: interdum tam latus, ut ad bina diffundatur jugera. Strabo *lib* 9.

Bŏălĭa, Boarius, vide *Bos.*

Bŏărĭa, lappa, herba nota, cujus radix è vino pota, articulis mirificè prodest.

Boaulia, βοαυλια, urbs Scythiæ. Stephan.

Boblicola. Poplicolam, sive Publicolam, antiqui Boblicolam vocabant. Terent. Scaur. *de Orthogr.*

‖ Bocbodes, dignitatis nomen Constantinop. Lex. gr. b. ‖

Bovium oppidum est ad Apennini juga situm, ubi cœnobium dicitur à Theolinda regina Longobardorum exstructum: quo in loco nuper hujusmodi libri reperti sunt: Rutilius Numatianus, Heroicum Sulpitii carmen, LXX. epigrammata, Terentianus Maurus de literis, syllabis, & metris omnigeneris, Cæsius Basius, Velius Longus de Orthographia, Adamantius Martyrius de litera mutа B. & V. vocali: Probi Catholica, Cornelii Frontonis, Elegantiæ Latinæ, Servius grammaticus de litera, Liber persimilis Iulio Polluci de vocabulis rerum, Paraphrasis super sex Virgilii libris. Trium Eclogarum Virgilii enarrationes. & alia præterea multa, quæ Volaterranus enumerat.

Bononia, βονωνια, urbs Italiæ. Steph.

Bocalium, Arcadiæ oppidum est, juxta Megalopolim & Catinum, teste Plin. *lib.* 4. *c.* 6.

Bŏcas, inquit Festus, genus piscis: à boando, id est, clamando appellatum. Hæc ille. βοες, (ut ex Speusippo annotavit Hermolaus) sunt leucomænides, hoc est, maiæ candidiores, quas nos *Gires*, sive *Girulos* vocamus, *nisi effugit de hâtines.* Plin.

Bocatius, scriptor Italus fuit, sua lingua quàm Latina tersior. Scripsit Latinè Genealogiam Deorum, de illustribus mulieribus, item de fluminibus & montibus, & pleraque alia sua lingua.

Bŏchŭs, Rex Mauritaniæ fuit & Getuliæ, qui Iugurtham Syllæ tradidit. Vide Sallustium *in Iugurth.* Plutarch. *in Mario, & Sylla.*

Bŏcchŏris, βοκχορις, Rex quidam fuit Ægyptiorum, qui justè, sancteque judicasse fertur, adeò ut ejus nomen in proverbium venerit justissimè judicantium.

Boccori, qui & Concordienses, populi Lusitaniæ, teste Plinio *lib.* 4. *cap.* 22.

Boccoes, Sardiniæ populi, teste Plin. *lib.* 3. *cap.* 7.

Bocchiana, oppidi nomen Troglodytarum, apud Plin. *lib.* 6. *c.* 29. in descriptione sinus Maris rubri, Troglodytici & Æthiopici.

Boderia, Ptolemæo, Æstuarium maris Britannici, Tacito Bodotria dictum *in vita Agricolæ.*

Bodincomagum, oppidum est ad Padum, alio nomine Industria: ita dictum à Pado, qui Ligurum lingua Bodincus fuit appellatus, quasi fundo carens. Plin. *lib.* 3. *c.* 16.

Bodincus, Ligurum lingua dictus fuit Padus fluvius, propter immensam altitudinem, quasi fundo carens. Vide in præcedenti dictione.

Bodonæus, vide *Dodone*, in Steph.

Bodona, βοδωνη, urbs Perrhebiæ, vel potiùs Thessaliæ. Steph.

Bodotria, vide *Boderia.*

Boëi, oppidum est Peloponnesi, in sinu Argolico, non procul ab Epidauro, ut scribit Plin. *lib.* 4. *c.* 5. in descriptione Achaiæ.

Boëbe, βοιβη. Oppidum est Cretæ, non procul à Gortyne. Steph. ¶ Est & Bœbe Thessaliæ oppidum, lacui adjacens, qui ab eo Bœbeis appellatur. Strab. *lib.* 9.

Bœbis, ĭdis, sive Bœbias, ădis, sive Bœbeis, ĭdis, βοιβιας, ὁ βοιβιος, ἡ βοιβηις λιμνη, Stephano, Lacus in Thessalia ad radices Ossæ. Lucan. *lib.* 7.

*Tres per Ossam rapidum Bœbeida sanguis.*

Valer. Flac.

*Perderet & pingui miseros in Bœbide crineis.*

Bœmia, Regio Germaniæ, trium fere dierum longitudine, & totidem latitudine, Hercynia sylva undique cincta, & Albi fluvio irrigata. ab Oriente spectans Moravos, ab Arcto Saxones, ab Occidente Noricum, à Meridie superiorem Pannoniam, quæ Austria hodie dicitur, ‖ Gall. *Boheme.* Ital. & Hisp. *Boemia.* Germ. Böhmen. Angl. *Beame the name of a countree.* ‖ ¶ Hujus incolæ Bœmi appellantur, lingua & moribus à Germanis omnibus distincti. Vide plura de his apud Æneam Sylvium, qui Bœmorum historiam conscripsit.

Bœotĭa, βοιωτια. Regio est in finibus Græciæ, Euboææ insulæ objecta, ab Attica autem Cithæronis monte discreta: ita dicta (ut nonnulli putant) à bove, cujus ductu Cadmus pervenit ad eum locum, ubi postea Thebas Bœotias condidit. Ad quam nominis rationem alludit Ovid. *lib.* 3. *Metam.* quum ait,

*Bos tibi, Phœbus ait, solet occurrere in arvis,*
*Nullum passa jugum, curvique immunis aratri:*
*Hanc duce carpe viam, & qua requieverit herba,*
*Mœnia fac condas, Bœotiaque illa vocato.*

¶ Alii alias afferunt nominis hujus rationes, quas vide apud Stephanum. ¶ Olim etiam Aonia dicta est. & Ogygia, & Hyantis, & Messapia, & Cadmeis Thucydidi. ¶ Hinc Bœoti, βοιωτοι, dicti sunt regionis hujus incolæ, qui stupiditatis, & crassi ingenii nomine male audierunt. Hinc est illud Horat. *lib.* 2. *Epist.*

*Bœotum in crasso jurares aëre natum.*

Bœōtĭus, a, um, adject. Cicer. 1. *de Divinat.* Quod & somniantibus sæpe contingit, & nonnunquam vaticinantibus per furorem, ut Bacis Bœotius, & Epimenides Cres. ¶ Bœotia auris, βοιωτιον ὠς. In pingui judicio hominem quadrat: Bœotiorum stolidtas compluribus proverbiis locum fecit. Simillimum illi, Auris Batava. Diogenianus meminit adagii, Bœoticum ingenium, βοιωτικὸς, pro stupido & stolido. Quicquid enim insulsum esset ac stolidum, id Bœoticum dicebatur. Lucian. *in Iove Tragœdo.* Ἀχρηστον τὸν ἀγροικον, καὶ βοιωτικὸς, id est, Istud quod dixit, prorsus agreste est, & vehementer Bœoticum. Horat. *in epist. lib.* 2. ¶ Eundem sensum habet, Bœotica fauis, ὠς βοιωτια δε. Vetustissimum adagium. Qui enim priscis temporibus Bœotiam regionem incolebant, βοιωτοι appellabantur, gens barbara & agrestis: promde quidam depravata voce, pro βοιωτιον, id est sues appellabant. Ideque scomma cessit in proverbium. ¶ Bœotica cantilena, βοιωτικὸν ᾆσμα, dicebatur si quibus rerum initia tranquilla ac prospera fuissent, posteriora turbulenta ac tristia. Natum ex historia: nam Bœotii primùm liberam ac pacatam agebant vitam, deinde mortuo Lato in varias calamitates incidunt, ut illorum cantilena a lato initio in luctum desisse videatur. Citatur à Zenodoto. ¶ Bœotica ænigmata, βοιωτικὰ αἰνιγματα, dicebantur obliquè atque obscurè dicta, quæque perdifficilè percipi possent.

Bœōtŭs, a, um, aliud adjectivum. Ovid. 11. *Metam.*

——— *Bœotaque tellus*
*Aulide pisces a puppes tenuisse iturus.*

Boëthi, Adjuvatores. ‖ יהוה עזרי *Ezerim.* βοηθοι. Gall. *Qui donnent ayde, secourables.* Ital. *Coadjutori.* Germ. Ein mithelffer. Hisp. *Los que ayudan, ayudadores.* Angl. *That which aideth or helpeth.* ‖ Ἀπὸ τῶν βοηθῶν, hoc est, ab adjuvando. Unde scribarum adjutores Boëthi vocantur ab Imperatore *in l. unicâ quæ, C. de prox. sacr. scrin.* Hinc etiam Severinus Boëthius dictus est, non Boëtius, ut vulgò scribitur.

Boëthius, Zenone imperante, ob affectatæ libertatis suspitionem à Theodorico rege exilio damnatus, deinde custodiæ traditus, plura conscripsit. Tandem simul cum Symmacho Senatore, socero suo, aliisque præstantibus viris interficitur, ut ait Eusebius.

Boëthus, ineptus quidam poëta fuit Tarsensis, qui Philippensem Antonii victoriam carmine conscripsit: quo nomine præter alios summos honores, quibus ab illo est affectus, gymnasii etiam Tarsensis præfecturam est assequutus. Vide Strab. *lib.* 4.

Boëtus, ut inquit Strabo, Hispaniæ fluvius, ex eisdem nascens locis, ex quibus Anas, & Tagus. Aliis Bœtus.

Bogadium, Ptolemæo oppidum est Germaniæ, quod hodie Jonsteig vocatur.

Boges, fortissimi cujusdam Persæ nomen est, qui ab Atheniensibus obsessus, quum nihil commeatus superesset, maluit uxorem primùm & liberos, deinde seipsum interficere, quam vivus in hostium manus pervenire. Herod. *lib.* 7.

Bogŭdes, Rex fuit Mauritaniæ Tingitanæ, quæ ab eo Bogudiana vocata est, teste Plin. *lib.* 5. *cap.* 2. ¶ Fuerunt autem plures ejusdem nominis, ex quibus postremus fuit, qui in Actiaco bello Antonii partes secutus, ab Agrippa supplicio affectus est. A Strabone Bogus dicitur *lib.* 9. barbara vox in suavitatem sonum, & terminationem declinationi aptiorem transmutata.

Bŏĭæ, arum, *nid.* Genus vinculorum, tam ligneorum, quàm ferreorum, teste Festo, seu torquis damnatorum, quod quasi jugum in bove sit. Plaut. *in Asin. sc.* 2. *a.* 3. Carceres, numellas, pedicas, boias, tortosesque acerrimos. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Et boius boiam terit.

Bŏĭānum, hodie Bovinum. Oppidi nomen est inter Samnites; Ptolemæo.

Bŏĭi, Βοῖοι. Strab: Populi fuerunt Galliæ Lugdunensis, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 18. qui putantur agri Borbonensis tractum incoluisse. Hi postea Alpes transgressi, juxta Padum consederunt, ubi & Laudam Pompeiam urbem condiderunt, teste eodem *lib.* 3. *cap.* 17. Idem postea à Romanis expulsi, in Germaniam se contulerunt, teste Strab. *lib.* 7. ubi Hercyniæ sylvæ partem incoluerunt, quæ Pannoniis proxima est: quæ regio ab eis primùm Boiohemia, & postea abjectis aliquot literis Boëmia appellata est, quod sonat nihil aliud quam Boiorum patriam.

Boin, oppidum Africæ, in tractu Cyrenaico. Plin. *lib.* 5. *c.* 5.

Boion, Βοιὸν Steph. Doridis oppidum in Græcia, teste Plin. *lib.* 4. *c.* 7. Doris (inquit) in qua Spercheios, Erineon, Boion, Pindus, Cytinum.

Bŏlæ, Βῶλαι Stephano, oppidum agri Campani in Italia, cujus meminit T. Livius. Unde Bolani Coriolanis & Fidenatibus vicini, apud Plin. *lib.* 3. *c.* 5. Virg. 6. *Æneid.*

——— *addúntque superbos*
*Pomeriosque, cástrumque Inui, Bolámque, Corámque.*

Bolbitina, Βολβίτινα, urbs Ægypti.

‖ Bolbophaga, edulii genus. Calaub. ‖

Bolbulæ, insulæ nomen in mari Ægeo, non procul à Teo, ut refert Plin. *in descriptione insularum ante Asiam, lib.* 5. *cap.* 31.

Bolbitinum, à Plin. *lib.* 5. *cap.* 10. numeratur inter ostia Nili.

Bolbitum, i, { פרש *péresch.* Βόλβιτον. Gall. *Fiens de bœuf.* Ital. *Letame di bove.* Germ. Rinder mist/ Kuh mist. Hisp. *Estiercol de buey.* Angl. *Oxen dung.* } Græcis simum significat, & propriè bubulum: unde imbulbitare dictum putat Festus, pro eo quod est, puerili stercore inquinare. Plin. *lib.* 28. *c.* 17. Fimi cervini, maximè subulonis, sed & bubuli, de armentinis loquor { quidam Bolbiton vocant } cinis, cochleariorum trium in mulsi heminæ bovis fœminæ in mulieribus ethicæ, & ex altero scau in viris.

Bolentium, Pannoniæ superioris oppidum est, apud Ptolem. quod illi sua lingua Nachsteburg vocant.

Bolĕnĭ, gemma quæ nimbo invenitur glebæ similitudine. Plin. *lib.* 37. *cap.* 11.

Boletaria, genus vasis. Martialis *epigram.* 101. *lib.* 14. & interpr. Iuven. *sat.* 11.

Boletus, βώλιτος, Æginetæ genus fungi, inter omnes optimi: de quo abundè Plin *lib.* 22. *cap.* 22. Iuven.

*Vilibus ancipites fungi ponentur amicis,*
*Boletus domino, sed qualem Claudius edit.*

De eo Suet. *in Claud. cap.* 44. Boleti & hœdulæ certamen. Sueton. *in Tiber. cap.* 43.

‖ Bolias, machina bellica. Lex. gr. b. ‖

Bolinæ, Βολῖναι. Urbs Achaiæ. Steph.

Bolingæ, populi sunt Indiæ. Plin. *lib.* 6. *c.* 19.

Bolis, idis, hasta missilis, jaculum. { βολὶς. Gall. *Vn flamberan comme un dard apparoissant en l'air.* Ital. *Dardo.* Germ. Ein schäfftein/ ein pfeyl. Hisp. *El tiro, que se lança o embia.* Angl. *A flamme like a dart appering in the aire.* } παρὰ τὸ βάλλω, jacio. Ad cujus similitudinem faces quædam igneæ bolides vocantur, quæ in suprema aëris regione gignuntur. Plin. *lib.* 2. *c.* 26. Duo genera earum: lampades vocant planè faces: alterum bolidas, quales Mutinensibus mihi visum est. Distant, quòd faces vestigia longa faciunt priore ardente parte: bolis verò perpetuò ardens longiorem trahit limitem. ¶ Bolis, Gall. { Gall. *Vn poids attaché à une corde, qu'on iette en la mer pour sçavoir si on est prés ou loin de la terre, une sonde.* Ital. *Vn piombo à peso legato ad una corda per tentare & tastare il fondo dell'aqua.* Germ. Ein bleytlotz an ein schnur gebunden/ mit dem man die tieffe des meers ergründet. Hisp. *La sonda ò sonda para medir el agua.* Angl. *The sounding lead, or plommet which is lett downe into the water to trie the ground.* } Etiam est perpendiculum nauticum, hoc est, funis cum plumbeo, aut ferreo pondere annexo, quo nautæ maris altitudinem explorant. Ejus meminit Lucas *in Act. Apost.*

Bolissus, Βόλισσος, urbs Æolica in edito sita, prope Chium. Steph.

Bologesia, Βολογησία, urbs juxta Euphratem, à Bologesso rege condita. Stephan.

Bologesiphora, Βολογησίφορα, urbs Persica. Steph.

Bolonæ, sunt cetarii, qui diversa genera piscium emunt.

Bolurus, Βόλουρος, urbs Trallcorum in Illyria, & aliæ Theophrastiæ. Stephan.

Bōlus, cujusque rei frustum. { בצע *patb.* βῶλος. Gall. *Vn morceau, une bouchée.* Ital. *Boccone.* Germ. Ein stuck von einem jeden ding. Hisp. *Pedaço, ò parte de lo entero, bocado.* Angl. *A morsell, gobbet, or lumpe.* } Cujusque rei frustum: unde Bolum terræ, glebam dicimus: Bolum argenti, Massam argenteam. Terent. *in Heaut.* Crucior bolum tantum mihi ereptum tam subitò è faucibus. Quod dici solet, inquit Erasmus *in Chiliad.* quoties commoditas, quæ jam propemodum tenebatur, inopinatò præripitur: translatione (ut ait Donatus) ab animalibus sumpta, quibus aufertur præda. ¶ Ne bolus quidem tellictus, οὐδ' ἴχνος λάθριον, hoc est, ne vel pauxillum. Tribus bolis, Plaut. *in Curc.* Si tu vis tribus bolis, velim chlamydem. Tribus bolis dixit, pro compendio, quasi tribus verbis. Nam bolum Terentius accipere videtur pro eo quod Græci vocant βλαμμα. Quod autem continuò devoratur, tribus bolis edi dicitur. ¶ Bolus autem penult. brevi, jactum significat, vel tete ipsum piscatorium, quod Fundam vocamus. Plaut. *in Rud.* ô Neptune lepide, salve! Nec te alcator ullus est sapientior: profectò nimis lepidè pecuit bolum, per unum perdidisti. Verba sunt Trachalionis servi ad Neptunum, exultimantis hominem naufragio periisse. Perdere autem, perimere & evertere interdum significat: unde jocus resultat. Aleatores enim & piscatores bolum jaciunt. Perdidisti igitur Neptune hominem perditissimum, id est, lenonem maximè perdendum, propterea Neptune aleam pulchrè jecisti, pulcherrimum jactum fecisti. Hæc ex Budæo *in Pand.*

Bōlus Armĕnĭi, βῶλος ἀρμενία. Gleba est terræ, quæ invenitur in ea Armeniæ parte, quæ Cappadociæ contermina est, colore ochræ, miram ad desiccandum vim habens. Hæc hodie apud nos admodum rara est inventu. Nam quam Sophisticati hodie pro bolo Armenia vendunt, aut ex Hispania, aut ex Normannia advehitur, penè ad rubricam accedens.

Bomarei, Asiæ populi sunt à Caspiis montibus Orientem versùs incolentes, ut author est Plin. *lib.* 6.

‖ Bombarda, tormentum ferreum, fistula ænea, machina ignivoma, Germanis Büchsen. Vide *Lombarda.* ‖

Bŏmbax, à veteribus usurpatum est pro adverbio contemnentis, vel negligentis. Plaut. *in Pseud.* Fur. B. babæ. P. fugitive. B. bombax. Citatus populi. B. planissimè.

Bombina, lege *Bembina.*

Bombos, Ciliciæ fluvius. Plin. *lib.* 5. *cap.* 27. Præterea intus flumina Lipara. Bombos, Paradisus.

Bŏmbus, sonus tubarum raucus. { המה *hemjáh,* חמן *hamen.* βόμβος Gall. *Son de trompette, qui n'est pas clair, ou bourdonnement de mouches à miel.* Ital. *Ribumba.* Germ. Der bomb/ oder das brommen einer trommeten. Hisp. *Zumbido, ò sonido ronco.* Angl. *The sowne of a tromper, humming of bees.* } Vox tracta ab ipso sonitu, sicut mugitus boum. Persius.

*Terna Mimallonei implerunt cornua bombis.*

¶ Est etiam bombus sonus apum. Varro *cap.* 3. *lib.* 16. Si apes intus faciunt bombum.

Bŏmbĭlo, as, bombum emitto. { המה *hamáh.* βομβέω. Gall. *Bourdonner ou bruire comme font les mouches à miel.* Ital. *Ribumbare.* Germ. Rauschen/ oder brummen wie immen. Hisp. *Zumbar como las abejas.* Angl. *To humme like a bee.* } Author carminis *de Philomela.*

*Bombilat ore legens munera mellis apis.*

Bŏmbĭlātio, sonus apum. { Angl. *Humming of bees.* }

Bombylius. { βομβύλιος. Angl. *A drone or humming bird, of bee.* } Apis quoddam genus obstreperum, à Bombo, quem edit, appellatum, ingens, sed ad mellificium inutile: favos sibi nectit è luto. Hinc proverbiali figura, Homo bombylius, βομβύλιος ἄνθρωπος, dicitur verbosus, multique strepitus, cæterùm inutilis.

Bombilis, vermis genus est, ex quo necydalus, & deinde bombyx procreatur. Plin. *lib.* 11. *cap.* 11. Est & alia bombycum origo è grandiori vermiculo, gemina protendens sui generis cornua. Hi erucæ sunt. Fit deinde, quod vocant Bombylis, ex ea necydalus, ex hoc in sex mensibus Bombyces.

Bŏmbyx, βόμβυξ. Gall. *Ver à soye.* Ital. *Verme da far la seta, bigatto.* Germ. Ein seydenwurm. Hisp. *Gusano de la seda ya perfecto.* Angl. *The silke wormc.* } per y, Vermis genus est similis erucæ, qui apud Indiam, Æthiopiam, & Seres in aranearum morem tenuissima fila ducit ad vestem faciendam. Primùm bombylis, deinde necydalus, demùm bombyx appellatus. De hoc Aristoteles & Plinius ferè idem tradunt. ¶ In sex mensibus bombyces telas araneorum mundè texunt, ad vestem luxumque fœminarum, quæ bombycina appellantur. Primò eas in filum torquere, & rursus texere invenit mulier Pamphila Latoi filia.

Bŏmbycĭna, orum, βομβύκινα, vestes sunt tenuissimæ, ex bombyce confectæ. Mart.

*Fœmineum lucet sic per bombycina corpus.*

Bŏmbycĭnus, a, um. βομβύκινος. Gall. *Fait de soye.* Ital. *Fatto di seta.* Germ. Seydenwaar/ seydenwerck/ was auß der wurm seyden gemacht ist. Hisp. *Cosa de seda ò de sirgo.* Angl. *Made of silke.* { Quod ex bombyce est confectum: ut, Panniculus bombycinus, apud Iuven. *Sat.* 6.

——— ——— *quarum*
*Deliciæ & panniculum bombycinum urit.*

Bŏmi, βῶμοι, Ætoliæ colles sunt, quorum incolæ Bomii, βωμεῖς, commemorantur à Thucydide *lib.* 3.

Bomilcar, Carthaginensis fuit, Amilcaris filius, qui quum apud suos in suspicionem veniisset, quòd cum Agathocle sentiret, in crucem sublatus est. Vide Iustinum Trogi abbreviatorem *lib.* 33.

Bomitæ, oppidi nomen est in Amano monte, qui Syriam à Cilicia dirimit. Plin. *lib.* 5. *c.* 22.

Bōmolŏchus, { βωμολόχος. Angl. *A fawcie scoffer, à flattering ieaster.* } Dictus est apud Græcos qui facilis, atque idem humilis omnia lucri gratiâ profert jocando, cavillandoque, quales apud nos Scurræ appellantur, qui ut sumptuosioribus cœnis interfint, à nullo scurrilitatis genere se continent. ¶ Sed propriè qui alteri insidiantur ut furentur oblata: quasi ὁδὸν τοῦ βώμου λαχόντες. Vide Cæl. Rhodig. *Antiq. lect. lib.* 19. *cap.* 6.

‖ Bomsigi, sonus auditi in paludibus instar mugitus boum, ex Aristot. Delrius. ‖

Bona caduca, Bona dea, Bonæ fidei possessor, Bonæ frugi hominem, Bona hæreditaria, Bona venia, Boni consulere. Vide *Bonus.*

Bonasus, Σίναρος, Fera est, quæ, ut scribit Aristoteles, in monte Mesapo, qui Pœoniæ ac Mœsiæ limes est, invenitur, cujus meminit & Plin. *lib.* 8. *c.* 15. Habet caput taurinum, corpus verò & jubas equi: latiore tamen corpore est quàm bos, sed pilo molliore quàm juba equina, & compositiore: color pili totius corporis flavus, juba prolixa & ad oculos usque demissa. Cornua aduncæ, multo flexu in se recurvata, & pugnæ inutilia gerit, magnitudine palmari: vocem similem bovi emittit: caret superiore dentium ordine, crura hirsuta habet, & pedes bisulcos. Ab Æliano Monops appellatur. Meminit ejus & Solinus, qui circa Lydiam & Phrygiam Bonasum nasci tradit.

Bonaventura, Franciscanus Theologus, ex oppido Bagnico regio, ob virtutem & commentarios editos, in Cardinalium numerum ex Generali

rali ( quo nomine, ut peculiari utuntur Franciſcani ) à Gregorio X. relatus eſt. Habitum quo nunc utuntur Franciſcani Cardinales inſtituit, quum priùs aliorum Cardinalium modo incederent. Dum privatus eſſet, ne gratis victitaret, ſacros aliquot libros ſcriptitare ſolebat, & Cuſtodi tradere mercedis loco venundandos. Poſthemò à Sixto I V. in catalogum Sanctorum relatus eſt. Hujus poſtea libros in Epitomen redegit Gulielmus Fulginas ejuſdem Ordinis. Author Volaterranus. ¶ Fuit item Bonaventura alter ejuſdem Ordinis Patavinus Cardinalis S. Cæciliæ factus, ſub Ioanne XXII. doctrinæ ſanctitatem adjecit, ut qui pro martyre ferè colatur, à Carranenſi Principe ſagitta peremptus, dum Eccleſiæ libertatem contra tyrannos tueretur. Utriuſque author Volaterranus.

**Bonchæ**, *Βόγχαι*. Populi Carthenis vicini, inter Euphratem & Cyrum fluvium. Steph.

**Bonchis**, *Βόγχις*, civitas Æthiopiæ juxta tertium cataractem. Steph.

**Bonicius**, Præſul Arvernenſis, vir ſanctitate clarus, cujus tunica etiam hodie monſtratur, qua à divina genitrice fuit donatus in exceſſu mentis, eademque primùm ſacrificavit. Author Volaterranus.

**Bonifacius**, Romanus apud Taſſum Aglaës divitis viduæ res procurabat, cum qua rem habebat, ebrietate, cæteriſque moribus infamis. Factus repentè alius, martyrium ſub Diocletiano ſubiit, relatuſque deinde a ſervis Romam, eique templum in Aventino dicatum, quod & Alexio poſtea commune fuit. ¶ Alius fuit Britannicus natione, præſul Moguntinus, apud Phryſios & ipſe martyr, quòd juſſu Stephani I I. Pontificis, Pipinum Caroli patrem regem oleo ſacro perunxerit. ¶ Alius ejus nominis præſul Carthaginenſis, Zenone imperante. ¶ Alius item præſul Ferentinas. Ambo confeſſores. Quintus præterea martyr Boſnenſis, Othonis tertii conſanguineus. Author Euſebius. His additur à Volaterr. Bonifacius Africæ comes, ſub Honorio Ælii ducis æmulus, Auguſtino amiciſſimus.

**Bononia**, *Βονωνία*. Princeps Hetruriæ colonia, Felſina olim vocitata, in octava Italiæ regione, ut tradit Plin. *lib.* 3. *c.* 15. Vulgò *Bologna*.

**Bonoſus**, Romanorum tyrannus miræ bibacitatis: de quo Aureliani illud celebratur, non ut viveret illum eſſe natum, ſed ut biberet. Hic quantumlibet bibiſſet, ſemper ſecurus erat & ſobrius, & nunquam non vino prudentior: & quantum bibiſſet, tantundem reddebat veſica ad æquilibrium. Hunc ad laqueum quum coëgiſſet Probus Imperator, jactatum eſt militari joco. Amphoram pendêre, non hominem.

**Bonus**, Presbyter Romanus, ſimul cum Fauſto & Mauro diaconis, Romæ ſub Valerio Principe paſſus, ſepulti omnes in via Latina. Author Volaterranus.

**Bŏnus**, a, um, ✠ malus. { *ἀγαθός*. Gall. *Bon*. Ital. *Buono*. Germ. *Gut*. Hisp. *Bueno, coſa buena generalmente*. Angl. *Good*. } Cic. 2. *Offic*. Vir bonus innumerabilibus officiis & laudibus continetur. ¶ Bonum abſolutè à Philoſophis appellatur, quod ſui causâ expetitur. Unde Ariſtot. *τ' ἀγαθὸν*, hoc eſt bonum, appetitus ſenſitivi objectum facit. Idque duplex eſt. Verum, & apparens. Voluptas enim corporis tanquam bonum expetitur, non quòd revera bonum ſit, ſed quòd ejuſmodi appareat. Summum autem bonum appellabant, quod eſſet rerum omnium expetendarum extremum: quod Stoici in vita naturæ conveniente, Epicurei in animi voluptate, ſive indolentia, Cyrenaici in voluptate corporis, alii aliis in rebus collocabant. Peripatetici tripharia conſtituunt bona, animi, corporis, & fortunæ. Quo fit, ut opes & facultates à noſtris etiam Bona, *τὰ ἀγαθὰ*, appellentur. Cic. *pro Cæcin*. Ad incertum revocari bona, fortunas, poſſeſſionesque omnium. Idem *in Topicis*. Mulier, cui vir bonorum ſuorum uſumfructum legavit. Bonum pro gaudio, lætitia. Ovid. Immanes oculos tanti nec finit eſſe boni. Item pro voluptate, cui plus unquam dediſſis boni, qui minus ſperaverit. Prandi, pōtavi, ſcortum accubui. Plaut. *Men. ſc.* 2. *a.* 3. Venus mihi hæc bona dat: Idem *Pſeud. ſc.* 7. *a.* 4. Nec haud pœnitet bona dimidium dividere cum Iove (de liberis Iphiclo, & Hercule.) Idem *Amph*. Bona progenies Druſus. Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Triſt*.

*Tum te bona cognita produnt* (candor & facundia.)

Idem *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Triſt*. Grandi pecunia, & re bona multa copioſus. Gell. *cap.* 16. *lib.* 19. & *c.* 18. *lib.* 10. Homo non bonæ rei, & vita turpi. Idem *cap.* 2. *lib.* 14. Bonis maliſque bellare didici (id eſt, commodo & damno meo.) Liv. *lib.* 6. *d.* 4. Bonum eſt pauxillum amare ſanè; inſanè, non bonum eſt. Plaut. *Curc. ſc.* 3. *a.* 1. In te mala ſi bono animo uſare, adjuvat. Idem *Capt. ſc.* 2. *a.* 3. Idem *Curc. ſc.* 1. *a.* 4. Te eſſe bonum è vultu cognoſco (id eſt, non mendacem.) Idem *Aul. ſc.* 6. *a.* 4. Meum bonum me, te tuum maneat malum. Idem *Moſt. ſc.* 2. *a.* 1. Bona facere alicui. Commemorare quæ bona vobis feciſſem. Idem *prol. Amph*. Boni homines atque dies. Idem *Curc. ſc.* 2. *a.* 4. Quid ais bone vir? *Ibidem ſc.* 2. *a.* 5. Et jam bone magiſter (irridentis.) Gell. *cap.* 1. *lib.* 4. Bonæ frugi, vide *Frugi*. Bono modo, vide *Modus*. Ius bonum, vide *Ius*. Bonum facinus, vide *Facinus*. Bona fortuna, vide *Fortuna*. Bona res, vide *Res*. Ecaſtor ambæ. Æquum bonum, vide *Æquum*. Bona ſcena, vide *Scena*. Bonus mos, vide *Mos*. Bona fides, vide *Fides*. Bona lux, vide *Lux*. Bona verba, vide *Verba*. Bonæ partes, vide *Partes*. Bona quæ propriè appellanda, ex I. C. Quintil. *declam.* 273. Bonam opinionem eripere alicui, Senec. *c.* 2. *de conſol. ad Polyb*. Si bonam famam ſervaſſo, ſat ero dives. Plaut. *Moſt. ſc.* 4. *a.* 5. Bonum eſſe certum eſt, quia metuo malum. Idem *Men. ſc.* 6. *a.* 4. Idem *Moſt. ſc.* 1. *a.* 1. Bono uſui eſſis nulli (lenones.) Idem *Curc. ſc.* 2. *a.* 4. Benè merenti male es, malè merenti bona. Idem *Aſin. ſc.* 1. *a.* 1. Bono & amplo lucro auctare. Idem *in prolog. Amph*. Bonum item dicitur, quod exequitur officium ſuum, quodque actiones ſuas probè obit. Hinc ſi virum bonum dicimus, intelligemus probum: ſi bonum militem, fortem: ſi bonum Imperatorem, prudentem: ſi bonum Grammaticum, literatum: ſi bonum Oratorem, facundum: ſi bonum Iudicem, juſtum. Sic è contrario Malum generale eſt nomen, & turpia ſimul, & detrimentoſa complectens. Vnde malum virum dicimus, flagitioſum: malum militem, imbellem: & ſic de reliquis. ¶ Aliquando bonum ſumitur pro comitate, & humanitate: ut quum dicimus, Ex æquo & bono judicare. ¶ Aliquando pro magno: Bona pars montis. Ovid. 5. *Faſt*. Saluſtius, Bona pars militum inde diſceſſerat. ¶ Aliquando pro non vili, quia (ut Donatus ait) boni non ſunt vites. Terent. *in Phormion*. Illam civem eſſe Atticam bonam bonis prognatam. ¶ Aliquando pro utili: ut, Bonum eſt pecuniæ parcere. Bono id futurum eſt tibi. Senec. *cap.* 21. *de conſol. ad Polyb*. Bono publico aliquid facere. Livius *lib.* 34. Gaudeo ſi quid propter me tibi evenit boni. Plaut. *Merc. ſc.* ult. *a.* 5. Benè rem gerere bono publico. Idem *Capt. ſc.* 2. *a.* 3. Quid mihi ſit boni, ſi mentiar. Idem *Moſt. ſc.* 1. *a.* 2. ¶ Item pro otio & quiete: ſicut malum pro labore. Seneca, Delicatus & bono ſemper aſſuetus. ¶ Item pro uti, & fruente. Statius.

——— *in corda parumper*
*Hæc adverte libens, atque hæc bonus accipe voces.*

¶ Item pro pulchro. Unde forma bona, apud Terent. *in Andr*. Tam bona ceruix (id eſt, forma.) Suet. *in Calig. cap.* 33. Bonus dies in bruma (id eſt, pulcher.) Senec. *de vita beata*. ¶ Item pro apto & idoneo. Virg. 2. *Georg*.

——— *& bona bello*
*Cornus*.

¶ Item pro docto. Horatius.

——— *quandoque bonus dormitat Homerus*.

Gell. *cap.* 5. *lib.* 13. Erant tunc in ejus ludo boni multi, id eſt, docti. ¶ Bona caduca, in jure civili dicuntur ea, quæ deficiente eo, cui jure civili debebantur, in alium ceciderunt: veluti quum lex Papia Poppæa jubet, ut quæ ad orbos ex teſtamentis perveniunt, eorum pars decima fiſco attribuatur. ¶ Bona dea, quam veteres Faunam, ſive Fatuam, ſive Sentam dixere, *ἀγαθὴ Θεός*. Hanc Varr. ſcripſit tantæ pudicitiæ fuiſſe, ut nemo illam, dum vixit, præter virum, mas viderit, nec nomen ejus audierit, propter quod illi in operto mulieres ſacrificabant, & Bonam deam appellabant. Vide Alexandr. ab Alexandr. *lib.* 6. *c.* 8. ¶ Bonæ fidei poſſeſſor eſſe videtur, qui rem poſſidet non ſuam, quam tamen ſuam eſſe putat, & eum qui vendidit, jus vendendi habuiſſe; putà procuratorem, aut tutorem fuiſſe, *πιθανῶς*. Contrà verò, Malæ fidei poſſeſſorem dicimus, qui nec rem ſuam poſſidet, & eam ſcit ſuam non eſſe. ¶ Bona fides, *πίστις*, *ἀγαθὴ πίστις*: & bona fide, *ἀναδόλως*, *πιθανῶς*. ¶ Bonæ frugi hominem dicimus, cum laude; hoc eſt, utilem & bonum, *χρηστὸν*. Apul. *lib.* 4. Statui jam dolis abjectis aſinum me bonæ frugi dominis exhibere. Hæc loquendi formula vetus admodum videtur, & pene obſoleta: frequentius tamen apud Plautum & veteres Iuriſconſultos occurrit, quàm librariorum culpæ debeat aſcribi. Illud tamen dubium non eſt, uſitatius dici Bonæ frugis hominem, quàm Bonæ frugi. Ad bonam frugem redire, hoc eſt, ad bonos mores, probitatemque. Reliqua vide infra in dictione *Frugi*. ¶ Bona hæreditaria, quæ hæreditate veniunt, *κλῆροι*. ¶ Bona venia, dicimus, quod eſt ſine ira, ſine indignatione. *ἀπροσκόπως*. Terent. *in Pherm*. Adoleſcens, primùm abs te bona venia peto. ¶ Boni conſulere, hoc eſt, bene ſtatuere, in bonam partem, ut aiunt, accipere. { *Εὐπροσωπῶς*. Gall. *Prendre en bonne part*. Ital. *Pigliare in buona parte*. Germ. *Für gut aufnemmen*. Hisp. *Tomar en buena parte*. Angl. *To tak in good part*. } ¶ Boni ad bonorum convivia ultrò accedunt, *Αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτα κίουσι*, id eſt:

*Sponte bonis mos eſt convivia adire bonorum.*

Hexameter proverbialis, tunc uſurpandus, ubi vir bonus fiducia virtutis & amicitiæ, quæ generalis inter omneis probos intercedit, ad ſui ſimilem accedit, non expectatis vulgaribus iſtis invitatiunculis. ¶ Bona Cilicum, *ἀγαθὰ Κίλικος*, ſubaudiendum, facit, aut habet. Convenit ubi quis malefactis ac fœdis artibus ſibi paravit opes. Huic adagio locum fecit Cilicon quidam, natione Mileſius, qui prodita Prienenſibus Mileto patria, ampliter quidem, ſed fœdè ditatus eſt. Is quum proditionem moliens rogaretur quidnam eſſet facturus, reſpondit, *πάντ' ἀγαθά*, id eſt, omnia bona. ¶ Ego ex bono in bonum traductus ſum: *ἐγὼ μὲν ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ εἰς τὸ ἄμεινον μετέβην*. Suidas indicat dici ſolitum de iis, qui bonum inſtitutum bono commutant. Innuit autem natum à quodam, qui ex bono citharœdo factus ſit poëta tragicus. Bonum malum ſit tempore haud datum ſuo, *κακὸν τὸ κακὸν οὐ τὸ μὴ καιρῷ γένος*. Nihil gratum quod intempeſtivum. Pharmacum in tempore datum ſaluti eſt: ſecus datum, mortem aſſert. ¶ Bonorum myrmecia, *ἀγαθῶν μυρμήκια*, de immenſis opibus. Nam myrmecia Græcè ſignificat cavernam, aut agmen formicarum. ¶ Eodem ſenſu dicimus, Bona terræ, *τὰ τῆς γῆς ἀγαθὰ*, de bonis & immenſis & omnigenis: quaſi dicas, quidquid terra progignit omnium rerum parens. ¶ Melior & hoc melius, Comparativum à Bonus. { *ὁ ἐξ ἀμείνων, πρείττων, βελτίων, ἢ τὸ ἄμεινον, πρεῖττον βέλτιον*. Gall. *Meilleur*. Ital. *Migliore*. Hisp. *Mejor*. Angl. *Better*. } Cicer. *Attic*. Hircium penè meliorem fieri volunt. Idem *pro Flacc*. Phrygem plagis fieri meliorem. Idem *de Aruſp*. Meliore loco eſſe, Deteriore ſtatu eſſe, contraria. Meliorem ſuppono tibi (i. doctiorem.) Plaut. *Curc. ſc.* 2. *a.* 2. Uter melior bellator & auctor: idem *Men. ſc.* 3. *a.* 2. Sed uter veſtrorum eſt celerior, Ego ut multò melior: idem *Aul. ſc.* 2. *a.* 2. Melior æger eſſe dicitur, qui meliùs ſe habet. Celſus *lib.* 3. *cap.* 6. Non eſt expeditiſſimum ſcire quando æger febricitet, quomodo melior ſit, quando deficiat, ſine quibus diſpenſari illa non poſſunt. ¶ Meliuſculus, diminutivum. Colum. *lib.* 9. *cap.* 3. Alias magis exiguas, nec tam rotundas, ſed obeſas tamen & latas corporis meliuſculi: de opibus. Plaut. *Capt*. Rem tuam facies ex mala meliuſculam. Meliuſculè, adverbium. Cic. *ad Tyrannem lib.* 16. Quem quum meliuſculè tibi eſſet, ad me mitteres. Idem *At ic. lib.* 4. Calu enim trinas antè legeram, quibus meliuſculè Lentulo eſſe ſcriptum erat. ¶ Mĕlĭōro, are, Meliorem reddere. { Angl. *To make better*. } ut, Meliorare agrum, id eſt, quemadmodum Cic. loquitur, ſtercorare: & meliorare proprietatem. Ulp. *l.* 13. *D. de uſufruct*. Siquidem uſufructuario permittitur meliorare proprietatem. ¶ Mĕlĭōrēſco, is, Melior fio. { *Βελτιόομαι*. Gall. *Devenir meilleur*. Ital. *Divenire migliore*. Germ. *Beſſer werden, ſich beſſern*. Hisp. *Mejorarſe*. Angl. *To waxe better*. } Colum. *lib.* 2. *cap.* 10. Napus devexam amat & ſiccam, tenuique propiorem terram, atque ſabuloſis, glareoſiſque arvis melioreſcit. ¶ Optimus, Superlativum eſt

à Bonus. { טוב מאד *tob meodh*, ἀγαθὸς, σπουδαῖος, φίλος. GALL. *Tres-bon.* ITAL. *Ottimo, perfetto.* GERM. *Der aller beſt.* HISP. *Muy, mucho bueno, perfecto.* ANGL. *Beſtof all.* } Optimo jure prædia eſſe dicuntur, quæ immunia prorſus ſunt, id eſt, ut nunc loquuntur, allodialia. Cic. *de leg. Agr.* Optimo enim jure ea ſunt profectò prædia, quæ optima conditione ſunt. Quintil. *in proœm. l.* 2. Optima facere quam promittere maluerunt. Optimum & æquiſſimum oras: optimus & æquiſſimus hominum es homo. Plaut. *Capt. ſc.* 2. *a.* 2. Quod in rem tuam optimam eſſe arbitror, i. ex uſu & utilitate. Idem *Aul. ſc.* 2. *a.* 2. Quin proximè te ad probos adjunxeris, tam optimum eſt. *Ibidem ſc.* 4. *a.* 2. & *Capt.* Iam hoc teneris. Optimum eſt, *cela va bien.* Ut quique optimi maximi ſunt, hunc motem habent. *Ibidem.* Optimo optumam operam das. Idem *Amph.* Optumus Maximus, Iovis cognomen. Cic. 2. *de nat. deor.* Sed ipſe Iupiter, id eſt, juvans pater, quem converſis caſibus appellamus a juvando Iovem, à poëtis Pater divumque hominumque dicitur: a majoribus autem noſtris Optimus Maximus: & quidem antè Optimus, id eſt beneficentiſſimus, quàm Maximus: quia majus eſt, certeque gratius prodeſſe omnibus, quàm opes magnas habere. ¶ Optimè, adverbium. { ἄριστα *betób.* ἀρίστως, κρατίστως, κάλλιστα, καλῶς ἔχει. GALL. *Tres-bien.* ITAL. *Ottimamente.* GERM. Gar wohl, zu dem aller beſten. HISP. *Muy bien.* ANGL. *Beſt, very weel.* } Cic. *ad Quint. fratr.* Si perficient, optimè, ſi minus, &c. Idem *epiſt. famil.* Sed hæc tu melius, vel optimè omnium. ¶ Ponitur aliquando pro opportunè. Terent. *in Eunuch.* Adeſt optimè frater. Optimè advenis. Plaut. *Ampl.* Eccum incedit ad me. Optimè (*cela va bien.*) *Ibidem.* Facta pax eſt. Optimè eſt. *Ibid. ſc.* 2. *a.* 3. Imò optimè. Idem *Aul. ſc.* 4. *a.* 1. Optimè imò. Idem *Capt. ſc.* 1. *a.* 2. Factum optimè. Idem *Meſt. ſc.* 2. *a.* 2. ¶ Optimitās, atis: Utilitas, commodum. { מטרה *metáh.* ἐυχρηστία. GALL. *Utilité, commodité.* ITAL. *Utilità, commodo.* GERM. Nutzbarkeit, dienligkeit. HISP. *Provecho.* ANGL. *Profite, utilitie.* } Plaut. Maximas optimitates, gaudióque offertiſſimas ſuis heris ille unà mecum parìet. ¶ Optimās, hujus optimatis, comm. gen. princeps in civitate, vir primarius, & popularis. { נשיא *naſi.* ὁ ἀρχῶν, ὁ ἐν τῇ πόλει ἐπιφανὴς. GALL. *Les principaux d'une communauté, les plus nobles perſonnages.* ITAL. *Primai, nobili.* GERM. Der fürnehmſt, fürnembſte oberſt. HISP. *Hombres buenos y nobles.* ANGL. *Chiefe and principalmen of a citie.* } Optimates dicuntur, ut ait Perottus, qui primum in civitate locum tenent: vel quòd opulentiores ſunt, & in majori cenſu; vel quòd in primis opem ferre poſſunt oppreſſis. Cic. *pro Seſt.* Duo genera ſemper in hac civitate fuerunt eorum, qui verſari in Republ. atque in ea ſe excellentiùs gerere ſtuduerunt: quibus ex generibus alteri ſe populares, alteri optimates & haberi & eſſe voluerunt. Qui ea quæ faciebant, quæque dicebant, multitudini jucunda volebant eſſe, populares. Qui autem ita ſe gerebant, ut ſua conſilia optimo cuique probarentur, optimates habebantur. *Ibidem*, Omnes optimates ſunt, qui neque nocentes ſunt, nec natura improbi, nec facioſi, nec malis domeſticis impediti. Priſcian. *lib.* 5. Optimates ſunt, qui defendunt Senatores: populares, qui defendunt populum. Cic. *Attic. lib.* 16. Vide ne dum pudet te parum optimatem eſſe, parum diligenter quod optimum ſit eligas. ¶ Optimates mariones. Cic. *ad Trebat. lib.* 7. Strat. Reipub. ex tribus generibus, regali, & optimati, & populari. Cic. *apud Non. c.* 4.

¶ Boni, adverb. vide *Benè.*

Bellus, a, um, per duplex ll, diminutivum eſt à bonus. } יפה *japheh.* καλὸς. GALL. *Bon, beau, gentil, honneſte.* ITAL. *Bello, buono.* GERM. Gut, fein, zierlich. HISP. *Bello y bueno.* ANGL. *Good, faire, beautifull, honeſt.* } Varro. Ita cum eis bellum geras, ut bella omnia domum auferas, id eſt bona omnia. ¶ Bellior, compar. melior. Idem, Venio nunc ad ultimum teſtamentum, quod dicitur phyſicum, in quo Græci bellioret quàm Romani noſtri. Bellus blanditur tibi. Plaut. *Men ſc.* 2. *a.* 4. Bella es, & amabilis. Idem *Aſin. ſc.* 3. *a.* 3. Bella belle. *Ibid.* Iſtuc nec bellum eſt, nec memorabile (*n'eſt ny beau ny honneſte à raconter.*) Idem *Curc. ſc.* 2. *a.* 1. Belliſſimum oſtium. *Ibid.* Et feſtivæ fores, quia morigeræ. ¶ Et quoniam bonum quandoque pulchrum ſignificat (ut apud Terentium, Forma bona fortaſſe) Bellum quoque pro pulchro accipitur, ut Bellus puer: Bella puella: Bellum corpus. Martial.

*Bella es, novimus, & puella: verum eſt.*

Hinc Belli homines aliquando boni & prudentes, aliquando formoſi atque elegantes, & feſtivi dicuntur.

Bellior, comparativum, de quo paulò antè citavimus ex Varrone teſtimonium. { καλλίων. ANGL. *More gallant, or gaye.*}

Belliſsimus, ſuperlativum idem ſignificans quod optimus, vel pulcherrimus. { κάλλιστος. ANGL. *Stoft gallant.* } Terent. *Adelph.* Ego jam proſpiciam mihi, atque unumquodque, quod erit belliſſimum, carpam.

Bellātulus, a, um, vocabulum blandientis, ejuſdem ſignificantiæ cum Bellulus. Plaut. Cur ergo non imus cubitum bella bellatula?

Bellŭlus, a, um, diminutivum formatum à Bellus, Pulchellus. { καλλίτερος, ὡραῖος. GALL. *Joliet, tout gentil.* ITAL. *Bellino.* GERM. Ein wenig hübſch, holdſelig. HISP. *Linde, bello un poco.* ANGL. *Gallant or gaye.* } Plaut. *in Milit.* Æpol equidem bellula es. A quo adverbium Bellulè. Plaut. Non nurus bellule ſe habet.

Bellātus, a, um, adject. Bellulus. Plaut. *in Rud.* Hem tibi aquam meo tu bellata. Sunt tamen qui hoc in loco bellatula legere malint, quam Bellula.

Bellè, adverb. Pulchrè, egregiè. { καλῶς. GALL. *Gentiment, joliment bien.* ITAL. & HISP. *Bellamente.* GERM. Wohl, fein. ANGL. *Verywel.* } Plaut. *Truc.* Qui iſtas buccas tam belle purpuriſſatas habent. Vola bella *Ciceroni.* Terentia minus belle habuit: ſed certum ſcio jam convaluiſſe eam. Cicer. *Terentiæ*, Belliſſimè vel mecum, vel in noſtris prædiis eſſe poteris.

Bellĭtūdo, inis, ornatus, pulchritudo. Feſtus. κόσμος, εὐπρέπεια.

Bonĭtas, capitur pro virtute, & honeſtate, atque juſtitia. { טובה *tobah*, טוב *tub*, חסד *metsáh.* ἀγαθότης. GALL. *Bonté.* ITAL. *Bontà,* GERM. Gütigkeit, güte. HISP. *Bondad.* ANGL. *Goodneſſe.* } Cic. 3. *Offic.* Quam enim iidem alicujus bonitatemque laudant, dignum eſſe dicunt, quo cum in tenebris nuces (malitia. ¶ Frequentiùs tamen Bonitas pro benignitate, & quaſdam ingenii ſimplicitate ponitur. Plin. Bonitas & ſimplicitas utriuſque. Malitia è contrario pro verſutia: unde Malitioſum, calidum ac verſutum dicimus. Cicero. Virtutis contraria eſt vitioſitas, ſic enim malo, quam malitiam appellare, quam Græci κακίαν appellant. Nam malitia certi cujuſdam viri nomen eſt, vitioſitas omnium. ¶ Eſt & alia Bonitas non ex meliſtria, ſed ex natura proficiens. Idem 1. *Offic.* Quæ & bonitate ingenii multi aſſequuntur, id eſt, excellentia ingenii (Malitia. Plinius. Quod modo exili, modò terræ malitia facit.

Benè, adverbium a Bonus. { היטב *beteb.* εὖ. GALL. *Bien.* ITAL. *Bene.* GERM. Wol. HISP. *Bien a buenamente.* ANGL. *Weel.* } Terent. *in Andr.* O factum bene! ¶ Benè, pro juſtè, uſus eſt Ionas *cap.* 4. Iuſtene bene iraſceris tu ſuper hederam? Senſus eſt: Numquid tu iraſceris juſtè & meritò ſuper hedera? ¶ Bene agitare, i. pulchrè valere. Gell. *cap.* 19. *lib.* 16. Argentariis & benè & malè credi. Ambigut (malè) quia nunquam reddunt. Et benè, quia diu debent: Ergo benè, multùm ac diu. Plaut. *Curc. ſc.* 2. *a.* 3. Sic, cum benè emunxiſſet (i. diu, multúmque.) Senec. *cap.* 2. *de conſol. ad Polyb.* Benè doctus. Gell. *Quinc.* Benè literati homines. Idem *cap.* 3. *lib.* 3. Benè actum eſt. Invideo quia mihi benè eſt. Plaut. *Meſt. ſc.* 2. *a.* 1. & *Truc.* Iocide. Benè acciderit conſilium. Idem *Pſend. ſc.* 3. *a.* 2. Benè ego illum tetigi. *Ibid. ſc.* 3. *a.* 4. Benè confidenterque abſtulſe te intelligo. *Ibid. ſc.* 5. *a.* 1. Benè vendite, i. magno. Idem *Curc. ſc.* 2. *a.* 4. Benè emere, vide *Emo.* Benè morigerus, vide *Morigerus.* Benè monſtrare, vide *Monſtro.* Quando tu autatam & veſtitam bene habes. Idem *Men. ſc.* 2. *a.* 5. Benè habere, vide *Habeo.* Benè puditèque educatus. Idem *Capt. ſc.* 3. *a.* 5. Benè ſalutando confuefecunt, i. benignè. Idem *ſc.* 7. *a.* 1.

*Fert benè præcipites navis modò falſa procellas.*

Ovid. *Eleg.* 6. *lib.* 4. *Triſt.* Benè dicere, bene loqui. Plaut. *Meſt. ſc.* 3. *a.* 1. Famus, ut prandeamus: benè vocas. Idem *Men. ſc.* 4. *a.* 2. ¶ Aliquando ponitur pro commodè: ut, Benè habito. Cic. 2. *de Offic.* Domus bene & ratione ædificata. ¶ Interdum feliciter, ſive proſperè. Cic. 3. *Divin.* Quæ autem deorum inconſtantia eſt, ut primis minentur extis, bene promittant ſecundis! ¶ Noonunquàm pro valdè. Idem *de lege Agraria contra Rullum*, Adoleſcens non minus bene nummatus, quàm bene capillatus. Idem 3. *de Orat.* Habetis ſermonem bene longum. ¶ Benè ſit, & Bonum ſit, erant bene precandi atque optandi formulæ. Perſ. *ſatyr.* 4.

*Ingemit, Hoc benè ſit, tunicatum cum ſale mandens*
*Cepe, & farratam pueri plaudentibus offam.*

Virg. *in Bucol.*

*Aſpice, corripuit tremulis altaria flammis*
*Sponte ſua, dum ſorte moror, cinis ipſe, bonum ſit.*

¶ Bene cogitare, εὐνοεῖν, vel malè cogitare, κακοφρονεῖν, referuntur ad alterum, ſignificantque beneficium, aut perniciem. Plinius, Hoc tuo ſtudio bene de te cogitantem & liberaliorem reddes. Cicer. *de Senect.* Carthaginem diu malè cogitantem non prius timere deſinam, quàm excidam cognovero. ¶ Bene de te meteor, εὐπαθῶ, id eſt, bona in te confero, aut bene tracto. ¶ Benè vertere, κρίνειν εἰς τὸ ὠφέλιμον, eſt in utilitatem vertere: ſicut Malè vertere, eſt in perniciem. ¶ Bene alicui, vel alicujus cauſſa velle, cupere, id eſt, alicui favere. *Benè*, pro benè. Charif. ex Lucret. Bonuſcula, bona parva. Sidon. Hinc Benevolus. εὐνοϊκὸς, & benevolentia, quæ eſt inclinatio animi cum deſiderio bene faciendi. Melius comparativum, Optimè ſuperlativum.

Benēdico. { ברך *bereh.* εὐλογεῖν, εὐφημεῖν. GALL. *Bien dire d'autrui, le louer, en parler en bien.* ITAL. *Lodare, benedire.* GERM. Gut reden, loben, ſegnen. HISP. *Dezir bien de alguno.* ANGL. *To bleſſe.* } Bene loquor, duæ ſunt ſeparatæ dictiones, & conſtruitur cum dativo. Cicer. *pro Seſtio*, Cui bene dixit unquam bono? bene dixit? imò quam, &c. Nonnunquam una eſt dictio, quæ in ſacra Scriptura accipitur pro laudo, quod non temerè invenias apud veteres, teſte Valla *lib.* 2. *c.* 12. ¶ Bene dicere, interdum diviſim legitur, interpoſita una, aut altera dictione, interdum pluribus. Plaut. *in Milite*, Bene quæſo inter vos dicite, & mihi abſenti tamen. ¶ Benè dico, ponitur aliquando pro ſcienter, pejtè & ornatè dico. Cic. *de Opt.* Benè dicere, inquit, eſt Attice dicere. Sed ineptum eſt ibi una voce legere benedicere, cùm benè dicere ſit εὖ λέγειν, non εὐλογεῖν, & hîc & alibi Cicer. Indignis ſi malè dicitur, maledictum eſt; ſi dignis, benedictum. Plaut. *Curc. ſc.* 2. *a.* 4.

Benēdictio, εὐλογία. Apuleius *in Hermetis Aſclepio*: Tanti operis affectos, & reſtitutor Deus, ab omnibus qui tunc erunt, frequentibus laudum præconiis, benedictionibuſque celebretur. ¶ Benedictio, pro eleëmoſyna apud auctores Eccleſiaſticos.

Benēdictē, εὐφήμως. Bona verba, placida, & benevolentiæ plena, quibus opponuntur Maledicta. Ter. *in Phorm.* Benedictus ſi certaſſet, audiſſet bene. ¶ Benè dicta etiam diviſis dictionibus dicimus pro iis, quæ commodè, prudenter, & appoſitè dicta ſunt. Cic. *de nat. deor. lib.* 2. Benè dicta, malè interpretari. Idem *de clar. Orat.* Philoſophia mater omnium benè dictorum benéque factorum.

Benēdicē, adverb. εὐφήμως. Plaut. *in Aſin.* Aliam, atque olim, quam illuc ibas blandè ad te, & benedicè.

Benĕfacio, Recte, & quod me decet, facio. { היטיב *hetib.* εὖ ποιῶ. GALL. *Faire bien, faire du bien.* ITAL. *Ben fare.* GERM. Recht vnd wol thun. HISP. *Bien hazer.* ANGL. *To good, or weel.* } Ter. *in Eunuch.* Benefacis meritò te amo. Ubi Donatus: Benefacis, non judicantis, ſed gratias agentis eſt. ¶ Benefacio cum dativo, eſt beneficium in aliquem confero, de aliquo bene mereor. Cic. 2. *de Invent.* Ab iis quibus benefecerimus, male tractari.

Bĕnefactum, ſubſtantivum, Beneficium. { חסד *chaſadh.* εὐεργέτημα. GALL. *Bienfait, benefice.* ITAL. *Benfatto, beneficio.* GERM. Ein gutthat. HISP. *El bien hecho, à beneficio.* ANGL. *Pleaſure or ſervice done.* } Liv. 5. *belli Pun.* Reſpondit non plura per annos quinquaginta

quaginta benefacta Hieronis, quàm paucis his annis maleficia eorum, &c. Cic. 2. *Offic.* Benefacta male collocata, malefacta arbitror. Benè facta item divisis dictionibus dicuntur, quæ rectè atque ordinè gesta sunt, quæ vulgò dicunt Bona opera. Idem 4. *Tusc.* Omnia enim benè facta in luce se collocari volunt. Idem *de senect.* Multorum benè factorum recordatio jucundissima. Neque enim benè facta detrectare meum est. Ovid. 13. *Metam.* Queris beneficiis meus pater Deûm regnator. Plaut. *in proleg. Amph.* Utinam pro benefactis Dii, &c. *Ibidem sc.* 2. *a.* 4. Benè facta, pro præclarè gestis. Propert.

**Bĕnĕficus**, Liberalis, qui beneficium præstat. { חסד *chasidh*. גדיב *nadhib*. Δίφγιμος. Gall. *Liberal, qui fait volontiers plaisir & service.* Ital. *Benefico, chi fa beneficio.* Germ. Gutthätig/ der gern gute zuberweisen. Hisp. *Bien hechor y franco.* Angol. *Liberall, that doeth pleasure or benefitte.* } Cic. *de nat. deor.* Ut enim omittam vim & naturam deorum, ne homines quidem censeris, nisi imbecilli essent, futuros beneficos, & benignos fuisse. ¶ Comparativum habet, Beneficentior, & superlativum Beneficentissimus. Cic. *ibidem*: Iupiter optimus, id est, beneficentissimus. ¶ Legitur tamen & Beneficentissimus apud antiquos, ut apud M. Catonem: De Ptolemæo rege optimo & beneficentissimo. Vide Gell. *cap.* 5. *lib.* 17.

**Bĕnĕfĭcĭārĭus**, qui beneficium accepit. { חסד *chasid*. גמולים. Gall. *Qui a receu plaisir ou bienfait d'autruy.* Ital. *Quello che ha ricevuto beneficio.* Germ. Der gutthaten empfangen hatt. Hisp. *El à quien se da el beneficio.* Angol. *That hath receiveth a benefitte or pleasure.* Unde à veteribus Beneficiarii dicti sunt illi, quos Imperator suo beneficio promovisset in militia. Beneficiaria res non est sapientia (i. aliis non debetur.) Senec. *epist.* 91. Cæsar. *lib.* 1. *belli Hispaniei*: Petreius verò non deserit sese, armat familiam: cum hac, & Prætoria cohorte certamen init, barbarisque equitibus paucis beneficiariis suis, &c. ¶ Beneficiarii etiam dicebantur milites, qui vacabant à militia beneficio Imperatoris, & è contra munifices, qui non vacabant, sed munus Reipubl. faciebant. Festus.

**Bĕnĕfĭcium**, Meritum. { חסד *chesidh*. Δίφγιμος. Gall. *Benefice.* Ital. & Hisp. *Beneficio.* Germ. Ein gutthat. Angol. *Benefitte, pleasure or service doone.* } Cic. *Plancio*, *lib.* 10. Quod si erit factum, & Reipubl. divino beneficio afficeris, & ipse æternam gloriam consequêre. Ter. *in Eunuch.* Ut solidum pararem hoc mihi beneficium Chæreæ. *Ibidem*, Capio aliquos parare amicos beneficio meo. Quod bonis benè sit beneficium, ea gratia gravida est bonis. Beneficium petitum non facere. Gel. *cap.* 20. *lib.* 7. *& cap.* 3. *lib.* 5. { Beneficium in jure Civili, pro lure quodam præcipuo alicui concesso, quod & privilegium dicitur. ¶ Idem quod feudum est. Sic *lib.* 2. *Feudorum*, *tit.* 1. Sciendum est feudum, sive beneficium, nonnisi in rebus soli consistere. Inde Beneficiare, pro infeudare, vel feudum alicui tribuere.

**Bĕnĕfĭcentĭa**, æ, beneficiorum collatio. { נדבות *nedhabôth*. Δίφγεσία. Gall. *Largesse, liberalité, vouloir bienfaire à quelqu'un.* Ital. *Beneficenza.* Germ. Gutthätigkeit. Hisp. *A quella obra de bien hazer, liberalidad.* Angol. *Beneficence, liberalitie, doing pleasure.* } Cic. 1. *de nat. deor.* Quid est melius, aut præstantius bonitate, aut beneficentia. ¶ Benevaletudo, unica dictio est in actis Cypriani martyris. Ibidem Galerius Maximus Proconsul benevaletudinis recuperandæ gratiâ secesserat. Sic Malevaletudo usurpatur. Sic Maletractio. Arnobius: Tolerari forsitan hæc maletractio posset. Et, In omnes tamen à deorum maletractione.

**Bĕnĕvŏlens**, idem est quod benevolus. { Angol. *Favorable bearing good will.* Plaut. *in Capt.* Equidem alium benevolentem videris. Idem *in Mercatore*, Non sum molesta, sed benevolens. Amicam & benevolentem. Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Quæ speres amicum & benevolentem. Idem *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Herus mihi est, imò benevolens. Idem *Capt. sc.* 1. *a* 4.

**Bĕnĕvŏlus**, a, um, adjectivum, Benè cupiens alicui. { חפץ *chaphets*. Δίφγος. Gall. *Bien voulant, portant bonne affection à quelqu'un.* Ital. *Benevolo.* Germ. Gutwillig. Hisp. *Amigable y bien quisto.* Angol. *Favorable, that beareth good will.* } Ter. *in Hecyr.* Facilem, benevolumque linguam tuam jam tibi me reddidit. Cic. 2. *in Ver.* Benevolo animo me, ut magnopere caverem, præmonebat. ¶ Benevolus trucidator, Δοὺς κόπον, proverbiali figura dicitur, qui quum summam adferat perniciem, tamen benevolentiæ spem admiscet.

**Bĕnĕvŏlè**, adverb. benignè, amicè. { ברצון *berasôn*. Δίφρως. Gall. *D'un bon vouloir.* Ital. *Benignamente.* Germ. Gutwilligklich/ freundtlich. Hisp. *Bien quisto y amigablemente.* Angol. *Favorabillie, with bearing good will.* } Cicer. *de Amic.* Et hæc accipienda amicè, quum benevolè fiunt.

**Bĕnĕvŏlentŭlus**, pro benevolus. Plaut. *Trucul.* Si ecastor hic homo sinapi victitet, non censeam tam esse tristem pollè: at pol hero benevolentulus, ut is est suo.

**Bĕnĕvŏlentĭor**, oris, comparativum à Benevolus, sive ab antiquo Benevolens: quo Plautus identidem utitur, ut paulò antè ostendimus suo loco. Angol. *More favorable.* } Cic. *lib.* 1. *epist.* Benevolentior tibi quam fueram, nihilo sum factus. Idem *alibi*, Nam benevolentior quam semper fui, esse non possum.

**Bĕnĕvolentissĭmus**, superlat. Scribonius Largus *in epist.* Tu porrò candidissimo animo, & erga me benevolentissimo.

**Bĕnĕvolentĭa**, æ, Studium, favor, amor. { חפץ *chephetsi*. ברצון *ratsôn*. Δίφνοια. Gall. *Bienveillance, amour & bon vouloir envers quelqu'un.* Ital. *Benevolentia.* Germ. Gutter will/ gunst/ gutwilligkeit. Hisp. *Amistad y benquerencia.* Angol. *Favour, love, good will.* } Cicer. 1. *Offic.* Benevolentia beneficiis capitur maximè. Idem 3. *de Orat.* Hæc omnia benevolentiam maxime conciliant. ¶ Intempestiva benevolentia nihil à simultate differt. Ἀχθηδὼν ἀνὴρ οὐδὲν ἐπιφέρει, id est, par odio importuna benevolentia. Senarius est Gnatis proverbii vice celebratus. Quadrabit in eos, qui dum offi-

cioſi student esse, non habita temporis ratione, nôxent; aut molesti sunt sedulitate. ¶ Reperitur & in plurali, Benevolentiæ, arum. Spartianus *in Caracalla*, Non in benevolentiis segnis.

**Bĕnignŭs**, Liberalis, munificus, à bene gignendo, ut Festo videtur. { חסד *chasidh*. נדיב *nadhib*. טוב *tob*. Δίφγλως, ἐλεύθερος. Gall. *Courtois, benin, liberal, gracieux.* Ital. *Benigno, liberale.* Germ. Gütig/ freundtlich. Hisp. *Franco y liberal.* Angol. *Liberal, gentill, courteous.* } Unde benignam tertam dicimus, fructus abunde reddentem. Plin. *de Ægypto.* Nulla est benignior tellus, nullus ager fœcundior. Cic. 2. *de nat. deor.* Ne homines quidem censeris, nisi imbecilli essent, futuros benignos, & beneficos fuisse. Plaut. *Rud.* Quando ergo tibi benignus fuit.

**Bĕnĭgnē**, adverbium, Liberaliter, amicè, benevolè. ἐλευθερίως, ἐλευθέρως. Gall. *Courtoisement, liberalement, genereusement, benignement.* Ital. *Benignamente.* Germ. Freundlich/ freygebigklich. Hisp. *Liberalmente, benignamente.* Angol. *Liberalie, with good will.* } Cic. 1. *Offic.* Nam ut opera benigne sit indigentibus, aut pecunia. Idem *pro Plancio*, Ista civitas neque severè Flaccum oppugnarit, neque benignè defenderit. Idem *in Verrem act.* 4. Frumentum (inquit) me abs te emere oportet. Optimè. Modium denario, benignè, ac liberaliter. Benignè interpretari adversa. Senec. *cap.* 14. *de Tranq.* Benignè etiam blandè recusantis est, ut apud Horat. Benignè respondet. Rursus, Actu quantumvis tolle: benignè. Perinde est ac si diceret, excusarum me habeat. Ut apud Terentium, Rectè, renuentis est. Apud Aristoph. καλῶς: sic apud Virg.

——— *laudato ingentia rura,*
*Exiguum colito.*

**Bĕnĭgnĭtĕr**, idem quod Benignè. { Angol. *Gentile, liberalie, courteouslie.* } apud Titinium *in Geminis*, ut citat Nonius, Nimium te patrocinari censeo benignitèr.

**Bĕnignĭtās**, tis, Liberalitas, munificentia. { חסד *chésed*. נדיבה *nedhabah*. Δίφγεια, ἐλευθεριότης. Gall. *Courtoisie, liberalité, benignité.* Ital. *Benignità, beneficenza.* Germ. Gutigkeit/ freundtligkeit. Hisp. *Largueza, liberalidad.* Angol. *Liberalitie, gentleneſſe, courteſſie.* } Terent. *in Eunuch.* Nunc ubi meam benignitatem sensisti in te claudier. Ubi Donatus, Benignitas est in quantitate rerum, aut in facilitate præstantis. Nam plerumque ingrata dona sunt, in quibus facilitas non apparet. Cic. 1. *Offic.* Ne major benignitas sit quàm facultas.

## BO

**Bŏos cŏĕtē**, βοὸς κοίτη, Hellespontiurbs est, quæ Helgas & Getmanicopolis postea dicta est. Plin. *lib.* 5. *cap. ult.*

**Bŏos ūrā**, βοὸς οὐρά, quasi Latinè Bubulam caudam dicas, urbs est Cypri insulæ, cui vicina est Treta & Palæpaphus, quæ antiquum Veneris templum habet. Author est Strabo *lib.* 14.

**Bŏŏtēs**, is, vel Bootes, æ, βοώτης, à bove deductum nomen, Latinè Bubulcus, cœleste sydus, quod Arctophylax vocatur, & more bubulci plaustrum sequi videtur. ¶ Fuit autem Bootes (ut refert Higinus) Iovis ex Calisto filius, nepos Lycaonis regis Arcadiæ, qui unà cum matre in cœlum est translatus, & illi veluti custos appositus. Cic. 2. *de nat. deor.* Septentriones autem sequitur Arctophylax, vulgò qui dicitur esse Bootes. Quòd quasi temone adjunctam per se quatiat Arctum. Ovid.

*Arctophylax formam tarda sequentis habet.*

Iuven.

*Frigida circumagunt pigri sarraca Bootæ.*

Habet quatuor stellas in dextra manu, quæ non occidunt. Gell. *lib.* 2. *cap.* 21.

**Borago**, herba quæ alio nomine Buglossum. Vide in dictione *Buglossum.*

**Borama**, Phœnices oppidum est, non procul à Beryto & Byblo. Author Strab. *lib.* 16.

**Borcani**, populi Hirpinorum in Italia, non procul à Collatinis, ut author est Plin. *lib.* 3. *c.* 11.

**Borcobe**, Thraciæ oppidum, Eumeniæ & Parthenopoli vicinum, ut author est Plin. *lib.* 4. *c.* 11.

**Borda**, clava. Quid sit *Borda*? difficile est: existimo esse instrumentum ad flagellandum, utique idem quod mastix: hinc βορδαλίζω, pro πορτίζω, & φραγγελλῶ.

[ Bordacas, rana. Lex. gr. b. ]

**Bordonia**, jumenta sunt, muli, burdones. βορδόνια.

**Bŏrĕās**, ea, Aquilo. { צפון *tsaphón*. βορέας. Gall. *Vent de bise.* Ital. *Borea.* Germ. Nortwind von Mitternacht/ der schinden bengst. Hisp. *Regañon, viento entre Norte y Solano.* Angol. *The northeaſt wind.* } Ventus frigidus, & siccus, spirans inter Septentrionem, & exortum solstitialem, teste Plin. *lib.* 2. *cap.* 47. à quo Hyperborei montes nomen traxerunt. ¶ De hoc in dictione *Aquilo.* ¶ Dictus Boreas, ἀπὸ τῆ βοῆς, ἡ φωνῆς: quoniam ut violenti flatus est, ita etiam sonori. Virg. 1. *Georg.*

——— *aut Borea penetrabile frigus adurat.*

Alii ἀπὸ τῆ βορᾶς, i. à nutrimento, quòd alat, nutriat, & sana corpora reddat. Vide Gell. *cap.* 12. *lib.* 2. ¶ Fuit item hoc nomine Thrax quidam Strymonis filius, raptor Orithyiæ, Erichthonii Athenarum regis filiæ: unde poëtis fabulandi occasio subministrata est, Orithyiam à Borea vento fuisse raptam, eique Zethem & Calaim peperisse.

**Bŏrĕus**, a, um, Septentrionalis. { βόρειος. Gall. *Septentrional.* Ital. *Settentrionale.* Germ. Mitnächtig. Hisp. *Cosa de aquel viento.* Angol. *Northward, or toward the north.* } ut, Axis Boreus, qui & Polus arcticus dicitur. Ovid. 4. *Trist.*

*Vita procul patria peragenda sub axe Borœo est.*

**Bŏrĕī**, gemmæ sunt ex Iaspidum generibus, cœlo autumnali matutino similes: unde & Aëriizusæ appellantur. Vide Plin. *lib.* 37. *c.* 9.

**Bŏrĕŏstŏma**, βορεόστομα. Unum ex ostiis Danubii fluminis. Plin. *lib.* 4. *cap.* 12. de Danubii ostiis: Primum ostium Peuces: mox ipsa Peuce insula: à qua proximus alveus appellatus, XIX. M. passuum magna palude sorbetur. Ex eodem alveo & super Miropolin lacus gigan-

tus

tur LXIII. M. passuum ambitu: Halmirim vocant. Secundum ostium, Naracostoma appellatur. Tertium, Calostoma, juxta insulam Sarmaticam. Quartum, Pseudostoma, & insula Conopondiabasis. Postea Borcostoma & Spirostoma. Singula autem ora & ostia tanta sunt, ut prodatur ea XL.M. passuum longitudinis vinci mare, dictuque incredibile habitum.

Borgodi, Asiæ populi, in insula Asgisia, teste Plin. *lib.6.c.38. in descriptione Arabiæ.*

Borion, sive Borcon, Βόριον. Ptolemæo, Africæ promontorium est, quod majorem Syrtim includit, dicente Plin. *lib.5. cap.4.* Promontorium quod majorem includit Syrtim intelligit: Borion appellatur. Hujus etiam meminit Strab. *lib.17.* Ultra Berenicem est parvum quoddam promontorium nomine Borion, quod est Syrtis ostium.

Bormiscus, βορμίσκος. Regio Macedoniæ, ubi canes Euripidem lacerarunt. Steph.

Boron, est Troglodytarum oppidum, ut tradit Plin. *lib.6.c.29.*

Borsycites, Plin. *lib.37.c.11.* Gemma est in nigro tamola, candidis, aut sanguineis frondibus.

Bortanea, tela manualis: fortè *portanea*, quòd manu portetur.

Boryptes, gemma nigra, sanguineis & albis notis, Plin. *lib.37.c.10.*

Borsippa, Βόρσιππα, civitas est Mesopotamiæ, Dianæ & Apollini sacra: in qua præcipuè viguit luniticium. Circa hoc oppidum maxima est vespertilionum copia, qui ad eum condiuntur. Strab. *lib.16.*

Borysthenes, Βορυσθένης. { GERM. *Der Neper/ flusst durch Náyſsmlande.* } Fluvius Scythiæ secundùm Istrum omnium maximus, cujus aquæ ad potandum sunt suavissimæ, & magnos pisces alunt nulla habentes ossa. ¶ Est item Borysthenes oppidum, quod Borysthene amne alluitur: unde & nomen accepit. ¶ Alio nomine Olbia dicitur, teste Strab. *lib.7.* & Ptol. *lib.3 cap.5.* Pomponius Mela Borysthenidem appellat *lib.2.* ¶ Est & insula ejusdem nominis ante Ruvii hujus ostia sita: cujus etiam meminit Ptol. *loco jam citato.* ¶ Lacus quoque est ejusdem regionis, qui & ipse Borysthenes appellatur, teste Plin. *lib.4. cap.12.*

Borysthenidæ, Βορυσθενίται. Steph. Populi Borysthenem amnem, vel Olbiam urbem incolentes, quæ & ipsa Borysthenes, sive Borysthenis appellatur. Propert.

*Gloria ad hybernos lata Borysthenidas.*

Borysthenius, a, um, adject. Ovid. 4. *de Pont. Eleg.10.*

*Cumque Borysthenio liquidissima amne Dyaspes.*

Boryza, Βόρυζα, urbs Pontica. Steph.

Bōs bovis. } Ipsum Græcum Doricum, qui dicunt βῶς, pro βοῦς. ] { שור *schor.* βοῦς GALL. *Bœuf.* ITAL. *Bove.* GERM. *Ein ochs oder rind.* HISP. *Buey.* ANGL. *An oxe or cowe.* } Generis communis, dativum, & ablativum pluralem Bōbus per syncopen facit, & more veterum Bubus. Col. *lib.2.* Nihil dubium quin equis melius quàm bubus res conficiatur. Cic. 2. *de nat. deor.* Quid de bubus loquar? Idem *de senect.* Olympiæ per stadium ingressus esse Milo dicitur, quum humeris sustineret bovem vivum. Hinc fiunt adjectiva, Bovinus, a, um: cujus diminutivum est Bovillum, Bubulus, Succerus, a, um: unde Forum Boarium, ubi vendebantur boves. ¶ Dictus bos, ἀπὸ τοῦ βόσκω, quod est pasco, quòd homines pascat laboribus suis. ¶ Juvenci autem in bubulo genere dicuntur juniores, qui jam vituli esse desinunt, scilicet ætatis anno: ita dicti à juventute, teste Varr. *lib.2. de re rust. cap.5.* ubi quatuor ponit ætates in genere bubulo: ut prima sit vitulorum, secunda juvencorum: tertia boum novellorum, quarta vetulorum. ¶ Bos piscis etiam est, βοῦς & βοῦν. Est vastissimum rapatum genus, ac latissimum: de quo Aristot. *in hist. Animal.* Strab. *lib 17.* Oppianus *lib. Halieut. 2.* Plinioque meminit, inter planos pisces ponens *lib.9. cap.24.* An non sunt ruri, quæso, quos curet boves. Plaut. *Mostel. sc.1. a.1.* Ubi vivos homines mortui incusant boves, i. lora bubula. ¶ Bos ad præsepe, βοῦς ἐπὶ φάτνῃ. In emeritos dici consuevit, quique jam ob ætatem otio vitæque molliori indulgent. Efferrur ad hunc modum, βοῦς ἐπὶ ἀγυιᾷ, bos in stabulo. Congruit & in eos, qui nullis negotiis exercentur, sed turpi otio atque ablomini sa viunt. ¶ Bos apud seipsum pulverem movet, βοῦς ἐφ' ἑαυτῷ κονιορτὸν ἐγείρει. Ubi quis ad suum ipsius malum voluptatesque ducitur. Nam boves ut sunt mansueti, facilè se præbent vinciendos, neque gravatim obtemperant jugo. ¶ Si bovem non possis, asinum agas, εἰ μὴ βοῦν ἐλαύνεις ὄνον, id est, si non potes ut vis, utcunque potes facito, authore Suida. ¶ Volentem bovem ducito, τὸν θέλοντα βοῦν ἄγε. Utere illorum opera, qui ex animo faciunt. Refertur ab interprete Theocriti. ¶ Ex ipso bove lora sumere, ἐκ τοῦ βοὸς τοὺς ἱμάντας λαμβάνειν, dicuntur, qui quo lædant quempiam, id ab ipso quem lædunt accipiant. ¶ Expecta bos aliquando herbam: ἐπὶ βοῦς ἔτος ἔσθλον. Dicendum ubi quid serò contingit. Laborat enim bos in agricolando, sed aliquando gustatura herbam enatam. ¶ Boves messis tempus expectantes, βόες ἀμητὸν ἐπιτρομέοντες. Dici solitum ubi quis ingentium emolumentorum spe laborem sumeret. ¶ Immolare boves. Plaut. *sc.3. a.3.* βουθύτειν, tanquam proverbialiter dicebantur, qui amplos magnificosque sumptus facerent. ¶ Bos in civitate, βοῦς ἐν πόλει. Dicitur ubi quis ad novos honores evehitur. Lysias bovis imaginem æream in arce collocavit. Athenis in vulgi jocum cessit: nam in agris boum usus est, non in urbibus. Bovem in faucibus portat, βοῦν ἐπὶ φάρυγος φέρει. In eadem olim dicebatur, ut indicant Zenodotus & Suidas. Bos nummum aliquando significat, quòd antiqua pecunia quædam boves signatos haberet, quædam etiam pecudes, unde nomen pecuniæ tractum. Plin. *lib.18. cap.3.* Servius rex, ovium boumque effigie primus æs signavit. Plaut. *Persa*, Boves bini hîc sunt in crumina. Unde tractum proverbium, Bos in lingua, βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ. In eos qui non audent quod sentiunt dicere. Translatū vel à jobore animantis, quasi linguam opprimens non sinat eam eloqui: vel hinc quod Athenienses numisma quondam bovis obtinuit figuram. ¶ Bos alicunde foras prospectat, βοῦς ἔνδοθεν ἔξω καρηβολεῖ. De his qui apud alienos non satis ex animi sententia tractantur, eoque sæpiùs desiderant.

Boves Lucæ, Elephantes. Ennius, & Lucret. *lib.6.*

*Te minor sapè bovem Luca ferro male mactat.*

Bōălia, Βοάλια, apud antiquos Atticos, quæ & Bupetia, sive Bupetii dicuntur. Ludi boum gratiâ instituti. In eo enim festo solennis boum & taurorum venatio heri solebat, quemadmodum nunc quoque Veneris, & fere per totam Italiam fieri solet eo die, qui Quadragesimæ proximus est.

Boārius, a, um, adject. quod ad bovem pertinet. } ANGL. *Belonging to an oxe or cowe.* { at, Boarium totum Romæ dicebatur locus, in quo vendebantur boves, βοαρίαγρα. Hujus meminit Plin. *lib.28. cap.2. & lib.34. c.2.*

Boo, as, & bovo, as, Mugio, clamo à βοάω, ait Festus, vel à boum mugitibus. } גהג *ghahah.* βοᾶν, μυκᾶσθαι. GALL. *Beugler, ou mengler, crier en bœuf ou taureau.* ITAL. *Mughiare, ribombare.* GERM. *Mügen/ brüllen.* HISP. *Resonar, bramar el buey ò vaca.* ANGL. *To crie lik a cowe or oxe, to lowe, ò bellowe.* } Plaut. *in Amph.* Tela frangunt, boat in cœlum fremitu virûm. ¶ Et Boos, is, ire, ejusdem significationis, verbum antiquum. Varr. *Parmenone*, ut citat Nonius: Exeunt cîti, strepunt, bount. Pacuvius *Medea apud eundem.* Clamore & sonitu resonantes bount. ¶ Bovare dicuntur boves, quum vocem emittunt, teste Varr. *libro 6. de ling. Lat.* verum boare magis est in usu. ¶ Hinc Rebos, as.

Bōstar, locus ubi boves stare consueverunt. ] Gloss. Isid. vel ubi corpora boum comburebantur. Cathol. ] { βουστάσιον. ANGL. *A place wherin ox en standeth.*

Boatim, & Bouatim. Ad similitudinem bovis. { ANGL. *Like an oxe or cowe.* } Nigidius Figulus apud Nonium. Sunt etiam assimilanter dicta hæc, Cantatim, Suatim, Boatim, quæ ab animalibus sumuntur.

Bovilia, dicuntur loca, in quibus boves morantur. } בתי בקר *vephatim. Βουστάσια.* GALL. *Estable à bœuf.* ITAL. *Stalli di buoui.* GERM. *Ein ochsen stelle/ rindestal.* HISP. *Tenillos, para ganado vacuno.* ANGL. *Stalles for oxen.* } Sicut Ovilia in quibus oves. Colum. *lib.2.* Domitis armentis duplicia bovilia sunt, hyberna atque æstiva. Eadem etiam Bubilia dicuntur. Plaut. *Persa*, Enim metuo, ne possim in bubile rejicere, ne vagentur. Cato *cap.4.* Bubilia bona, beneque ædificata, &c.

Bōvīllæ, arum. Βοβίλλαι Stephano. Oppidum fuit in Latio, haud procul ab urbe Roma, via quæ Ariciam ducebat, ut inquit Asconius. Nam ad Bovillas interfectus est Clodius, Aricià rediens. Dictæ Bovillæ, quasi bovis ilia, quòd eo vulnerata bos sua trahens intestina devenerit. Unde populus Bovillanus dictus est.

Bōvīllus, a, um, Bovinus. { Βόειος. GALL. *de bœuf.* ITAL. *di bove.* GERM. *Das zu rindern gehört.* HISP. *Cosa de buey.* ANGL. *Of an oxe or cowe.* } Plin. Bovillæ carnis jure facilè curatur. In eadem significatione dicimus & Bubulus.

Bovinatores, inconstantes. Festus: *Bovinatur, convitiatur.* Vocabulista: *Bovinator, convitiator, inconstans.* Iterum: *Bovinari, convitiari, damnare, clamare.*

Bōvinor, ris, Convitior: Festus, quasi in aliquem mugio, sed melius significat tergiversari. } Ἀναδύεσθαι. ANGL. *To vayle, to shrinke to shrinke despite fullie.* } Unde bovinatores dicti sunt ἀναδύται, quos derisores dicimus: & bovinatio, ἀναδυσία, convitium. Hæ tamen dictiones ab Aulo Gell. *lib.11. cap.7.* numerantur inter obsoletas, & desitas: easque (juxta sententiam Cæsaris) non minus quàm scopulum præcipit esse fugiendas. Gell. *ibid.* Bovinator, vergiversator. Lucil. hîc tricosus, bovinatorque.

Bōbsequa, Bubulcus, qui boves sequitur. { בוקר *boker.* βουκόλος. GALL. *Bouvier, vachier.* ITAL. *Guardiano de buoi, vaccaro.* GERM. *Ein ochsen oder rinderreyber.* HISP. *Vaquero ò boyero.* ANGL. *That feedeth and fol lowerh oxen, an heerman.* } Sidonius *ad Entropium.* Si telinquare inter bubsequas rusticanos subulcosque runcantes, tunc est tibi summa votorum beatitudo.

Bubile, βουκόλιον, βουστάσιον, locus ubi boves morantur. Col. *lib.1. cap.6.* Domitis armentis duplicia bubilia sunt, hyberna atque æstiva. Plutarch. *in Pub. lib.2. cap.15.* Pluviis diebus bubilia debent emundari. Cato *cap.4.* Bubilia bona, beneque ædificata. Varro *L. L. lib.7.* A bove dicitur bubile, non bovile.

Būbulcus, qui bobus arat, sive qui boves fundi aratorios pascit. { בוקר *bokér.* βουκόλος. GALL. *Bouvier.* ITAL. *Bifolco, Boaro.* GERM. *Ein rinderhirt.* HISP. *Boyero, ò vaquero.* ANGL. *An feeder of oxen, an heardman.* } Cic. 1. *de nat. deor.* Hoc verò cum somnio commotum, manè bubulco præstò ad portum fuisse: quæsisse ex eo qui esset in plaustro.

*Stridula Sauromates plaustra bubulcus agit,*

Ovid. *Eleg.* 11 *lib.2.*

Būbūlcitor, aris, Bubulci officium facio. { בקר *bakár.* βουκολῶ. GALL. *Traiter les bœufs, faire office de bouvier.* ITAL. *Fare officio de bifolco.* GERM. *Ein rinderhirt oder ein rührt sein.* HISP. *Hazer officio de boyero.* ANGL. *To handle or take caire of oxen, to do the office an heardman.* } Plaut. *in Mostel.* Decet me amare, & te bubulcitarier.

Būbūlcitārē, Bubulcorum more clamare est. } ANGL. *To crie like an heardman.* } Varr. Vicinus meus quòd apud Plotium rhetorem bubulcitaret, alteri in dolore non defuit: ex Nonio.

Būbūlus, a, um, adjectivum à bove formatum. Bovinus. { GALL. *De bœuf ou Vache.* ITAL. *Bovino.* GERM. *Rinderin.* HISP. *Cosa de buyes ò vacas.* ANGL. *Of an oxe or cowe.* } Plin. *lib.28. cap.15.* Stomachum exulceratum lactis agnini ac bubuli potus reficit. Col. *lib.7.* Deficari bubula utina convenit. Pro eodem dicimus & Bovillus. Agenda coria, & bubula. Panis & alia bubula. Plaut. *Curc. sc.3. a.3.* Faxo ut bubulis coriis onustus sis Saturni hostia. Idem *Amph.*

Bucæda, vel Bucida, qui cæditur boris è boum corio factis. Plaut. *Mostel.* Illi bucædæ erunt multo potius, quàm ego sim: restio.

Būcētra, æ. Boum armenta, sive bubuli generis grex. { ANGL. *A troupe of oxen or of any such cattell.* } Lucretius *lib.2.*

*Lanigeræ pecudes, & equorum bellica proles,*
*Bucetaque gregis.*

Būcērus.

Būcĕrus. { βούκερως. Anat. *Horned like an oxe or cowe.* } Bubuli generis epitheton, idem significans quod barbata habens cornua, ἀπὸ τῶν βοῶν, ὃ ἐστὶ βαρβάτους. Probus, Genus tabani quod solet armenta bucera inquietare. Fest. Bucerum genus, de bubus dicitur. Ovid. *in Metamorph.*

——— *armentaque bucera pavit.*

Bucera, sive ut alii legunt, Bucta. Gell. *l.* 1. *lib.* 12. Buceraque in ea terra gigni. Pascua sunt, in quæ boves pastum aguntur. Varro.

Būcolicā, orum, βουκολικὰ. Pastoralis carmen, ita dictum ἀπὸ τῶν βουκόλων, hoc est, à bubulcis: quod pastorum genus apud rusticos maximo habetur in pretio.

Būcōlicon, βουκολικόν. Genus est Panacis, quod ex Macedonia affertur: ita dictum, quòd armentarii succum ejus spongiæ profluentem excipiant. Vide Plin. *lib.* 25. *cap.* 4.

Būcŭla, per simplex c. diminutivum est à bove, vaccam juvenem, & adhuc teneram significans. { בקר *parah.* Gall. *Bouveau ou bouvillon, geniſſe ou geniſſon.* Ital. *Vacherra.* Germ. *Ein kälblin, ein junge kuh.* Hisp. *Pequeña vaca.* Angl. *A yonge cowe, a heifer.* } Plin. Eidem morbo buculæ jocur contritum prodest. Virg. *lib.* 3. *Georg.*

——— *aut bucula cælum*
*Suſpiciens patulis captavit naribus auras.*

¶ Item Buculus, masculinum: parvus bos. { Angl. *A ſtier, a bullocke.* Colum. *lib.* 6. *c.* 2. Quum deinde buculos comprehenderis, perducito extra stabulum, & ad stipites religato.

Bōscas, non Boscis, idis, βόσκας. Avis est palmipes, similis anati, minor tamen, quæ lacus, amnesque incolit. Apud Colum. *lib.* 8. *c.* 15. legendum Boscades, non boscides, & separat à querquedulis. Boscadum alterum genus posuit Athen. *lib.* 9. *cap.* 16. majus anate, minus Chenalopse.

Bōscis, βόσκις, volucris est (teste Col. *lib.* 8. *cap.* 15.) quæ clausa pascitur, quemadmodum anates, & coturnices.

Boſgœdaizia, locus est in confinibus majoris Armeniæ situs. Author Strab. *lib.* 12.

Bosmorus, teste Strab. *lib.* 15. frumenti religiosi genus est, tritico minus, apud Indos inter amnes proveniens, quod excussum protinus torreatur: juramentoque adiguntur morsores, non asportaturos priùs quàm coxerint, ne semen in alias terras transferri possit. Apud Diodorum Bosphoron vocatum legimus, corruptis (ut videtur) exemplaribus.

Bŏsphŏrus, βόσπορος Græcè, sine aspiratione: & ita ratio vera postulat. Angustas maris fauces significat, à meabili bovis transitu impositio nomine, ut testatur Plin. *lib.* 6. *c.* 1. quasi ὁ βοὸς πορεία. Sunt autem duo Bosphori, Thracius & Cimmerius, tanta uterque angustia, ut & alitum cantus, & canum latratus ab ulteriore littore invicem audiantur: manente etiam humanæ vocis inter duos orbes commercio, nisi quum id auferunt venti. ¶ Thracius Bosphorus juxta Byzantium est, quingentorum non amplius passuum freto, Asiam dirimens ab Europa: quà Darius pater Xerxis copias ponte transvexit. Valerius Flaccus fabulatur Io puellam in vaccam commutatam, per hasce angustias in Asiam transnaviſſe, indeque fretum illud Bosphori nomen traxiſſe: sic enim scribit *lib.* 4. *Argonaut.*

*Iamque dies, atque aura vocant, rursusque capeſſunt*
*Æquora, quà rigidos erudat Bosphorus amnes.*
*Illos, Nile, tuis nondum dea genitibus Io*
*Transierat fluctus: unde hæc data nomina Ponto.*

{ Volgò *Il ſtrecho de Conſtantinopla.* Germ. Der enge ſchlund deß meers bey Constantinopel / welchen ein mal ein rind durch geſchwummen hat. } ¶ Alter in introitu est Mœotidos paludis, juxta Tauricam Cherronesum, duorum millium passuum latitudine, per quem palus Mœotica in Pontum defluit. Hic Cimmerius Bosphorus dicitur à Cimmeriis populis, qui partem ejus frigidiſſimâ incoluere. Unde qui terras frigoribus occupatas habitant, Cimmerii appellantur. ¶ Inter Bosphorum Thracium & Cimmerium, ut ex Polybii sententia scribit Plin. *lib.* 4. *c.* 12. intersunt millia quingenta. ¶ Est & Bosphorus urbs Francorum in Germania, vulgò Oebienſurt. ¶ Est item Bosphorus Steph. duarum urbium nomen, quarum alteram ad sinum Cimmerium, & fretum ejusdem nominis collocat, quæ & Bosphoropolis dicitur: alteram in India constituit.

Bŏsphŏrānus, & Bosphoriut. Cic. *pro lege Man.* Bosphoranus finitimis suis bellum inferre simulaſset. Ovid. *3. Triſt.*

*Egerit Iphio, Bosphoriogue mori.*

Bŏsrā, { בצרה *beſrah.* } Non est altera civitas, ut multi putant, sed Idumæa, juxta illud: Quis est iſte qui venit ex Edom tinctis veſtibus de Bosra? *Eſai* 63.

Bŏstrā, βόστρα, Pœnices civitas est, ad mare sita. Strab. *lib.* 16.

Bostrara, urbs Ægypti. Steph.

Bŏstrychītes, βοστρυχίτης, gemma crinibus mulierum similis. Plin. *lib.* 37. *c.* 10.

Bŏstrychus. { βόστρυχος. Angl. *A buſſhe of heare.* } Dicitur capillus plexus, & cæsaries in modum muliebris comæ ornata. Firmicus *lib.* 3. Venus crispos crinium facit, & bostrychis comatos, id est, capillis muliebribus cæsariatos.

Botachidæ, lacus Arcadiæ in Tegea. Steph.

Botiæi, sive bottiæi, duplicato tt, *Bottiæi*. Populi sunt Thraciæ, quorum meminit Plin. *lib.* 4. *c.* 11.

Botiæum, *Bottiæum* Steph. Oppidum Phrygiæ, Attæam habens paludem sale fœcundam.

Botanomantia, βοτανομαντεία. Magiæ species est, quæ fit per herbas, quâ Circem & Medeam excelluiſſe Poëtæ prodiderunt.

Botrodius, vicus non longè à Segobria, quondam oppidum, sed à Tiberio Graccho diruptum, ut refert Polybius.

Bŏtrŭs, i, Uva, racemus: à Græco βότρυς, quod σωρὸς τῶν βῶν, ὑπὸ σωροῦ, Moschopolus deduci arbitratur. { אשכול *eſchcöl*, ענב *bonab.* Gall. *Grappe de raiſin.* Ital. *Grappolo, racimo.* Germ. Ein traub. Hisp. *Gaio en que ſe juntan las uuas.* Angl. *A grappe, a cluſter of grapes.*

Bŏtryo, nis, βοτρύων. Botrus, vel uva, præsertim conditicia, Mart. *lib.* 11.

*Nec tibi dignam ſe Botryone putat.*

Botrypes { quod hîc pro nomine gemmæ corruptè legebatur } Vide *Borrypes.*

Botrytis, Cadmiæ species, quæ testudini ararianum fabricarum, uvæ modò adhæret: unde & nomen habet. Vide Galen. *lib.* 9. *ſimpl.*

Botrys, βότρυς. Herbam Hierusalem appellant. { Angl. *Aſarowort.* } Dioscoridi herbæ genus, quod alio nomine Ambrosia, & à quibusdam accipitur vestes fluxæ, intonsæque, ac varii coloris, quibus utebantur frigidioris plagæ gentes, ut inquit Diodor. *lib.* 2. à quibus bracata Gallia vocata est Narbonensis provincia, quòd vestimenta intonsas, & varii coloris. Braccis usos fuiſſe Scythas, docet Ovid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Triſt.* scribens,

*Pellibus & ſutis arcent mala frigora braccis.*

Vide Alexandrum ab Alexandro *lib.* 5. *cap.* 18. & Gell. *lib.* 10. *cap.* 21. Pomp. Mela: Braccati sunt, inquit, totum corpus Sarmatæ, & Mysi, qua vident etiam ora vestiti. Suet. *in Cæſ.* Idem in curia Galli braccas deposuerunt, latum clavum sumpserunt. Corn. Tacit. *li.* 3. sic ait: Ornatum Cecinnæ municipia, & coloniæ in superbiam trahebant, quòd versicolori sagulo braccas, barbarum tegmen indutus, rogatos alloqueretur. Alii scribunt bracchæ, per h, sed sine ratione: fit enim à Græco βράκος, unde bracæ, quasi βράκαι. Braccataque turba Getarum. Ovid. *Eleg.* 6. *lib.* 4. *Triſt.*

‖ Braccale. Germ. Beuchſem, ligula qua braccas claudimus.

Brăccārii, qui braccas vestes faciunt. { Angl. *Vehich maketh breeches, raylours of overſlockes.* } Lamprid. Ob quod Alexander Imperator vectigal instituit braccariorum linteonum & pellionum.

Brăccātus, Braccis indutus. { Angl. *That weareth breeches.* } Cicer. *pro Font.* Sic existimatis eos hîc sagatos, braccatosque versari animo demisso, atque humili, ut solent ii, qui affecti injuriis ad opem judicum supplices, inferioresque confugiunt. ¶ Braccatam Galliam, ex Plinio, Pomponio Mela & aliis, constat dictam esse Galliam Narbonensem, Romanorum provinciam, à braccis, gentis vestibus, quo ejus regionis homines præcipuè utebantur: Hæc Alpibus ab Italia discernitur, & Varo amne. Reliqua autem Gallia à studio nutriendæ comæ Comata dicta est.

‖ Brachiorium, φιλοτιμίαι ἀνδρῶν, Lex. Græcol. quia eo βραχίονες ornantur, id est, brachia: Alioqui Græci vocant βραχιόνια ψέλια βραχιόνων, Poll. *lib.* 5. *c.* 6.

Brāchĭum, { זרוע *zeroâ.* βραχίων, ονος. Gall. *Bras.* Ital. *Braccio.* Germ. Ein arm. Hisp. *Braço.* Angl. *The arme.* } Dicitur frater, aut cognatus alicujus. Unde cum Ilias *cap.* 9. dicitur, Unusquisque carnem brachii sui vocabat: per Brachium intelligit cognatum, eleganti metaphorâ. Quia sicut ex uno stipite multi sese explicant rami: sic ex uno parente multi generantur filii. Sic Virg. *lib.* 12. *Æneid.* ramos arboris

arboris appellat Brachia. Aliquando totum membrum cum manu comprehendit. Virg. *lib.5.*

—— *& cruribus attollit brachia palmis.*

Aliquando ab humero ad cubitum, id est pars superior, quæ Armus dicitur. Nam armos, humeros cum brachiis, sed non econtrario, dicimus: à cubito verò usque ad vertebram, Lacertus nuncupatur. Ovid. *lib.1. Metam.*

—— *laudat digitosque, manusque*
*Brachiaque, & nudos media plus parte lacertos.*

¶ Molli brachio & leni brachio, aliquid fieri dicimus, quum indiligentem operam significamus. Cic. *lib.epist.ad Attic.2.& 4.*

*In numerum pulsa brachia versat aqua.* {Remex.}

Ovid. *Eleg.1. lib.4. Trist.* Portige audacter ad salutem brachium. Plaut. *Pseud.sc.3.a.4.* Circumdato me brachiis. Idem *Asin.sc.3. n.3.* Elephanto perfregisti brachium. Idem *Merc.sc.2.a.1.* Et per eorum & viscera elephanto brachium transmitteres. *Ibid.* Ait obligasse eius fractum Æsculapio: Apollini autem brachium. Idem *Men.sc.3.a.5.* Affigantur (cruci) bis pedes, bis brachia. Idem *Most.sc.3.a.2.*

*Brachiaque excepit pressu pendentia collo.*

Ovid. *Eleg.3. lib.5. Trist.* Lævo brachio contorta togæ lacinia (ad pugnam. Velleius.) ¶ Transfertur interdum ad maris & montium sinuosos flexus. Ovid. *1. Metam.*

—— *nec brachia longo*
*Margine terrarum porrexerat Amphitrite.*

¶ Brachia, pro cervis vallorum: vide *Cervi.* Brachia, de piscibus. Plin. *lib.9. c.29. de nautilo*: Postea prima brachia retorquens membranam inter illa miræ tenuitatis extendit. Qua velificante in aura cæteris subremigans brachiis, media cauda ut gubernaculo se regit. De equo, vel potiùs Centauro. Ovid. *13. Metam.*

*Edidit hinnitus, & brachia movit in herbis.*

Brachia in vitibus sunt, ut flagella, palmites, duramenta. Colum. *lib.6.* Brachia sunt quæ duramenta Græci vocant. De arboribus. Virg. *6. Æneid.*

*In medio ramos, annosaque brachia pandit.*
*Ulmus opaca ingens.*

Brāchiŏlum, i, diminut. { βραχίονιον. ANGL. *A litle or tender arme.* } Catul. Mitte brachiolum teres, Prætextate, puellulæ.

Brāchiālē. { ἐπιβραχιόνιον, περιβραχιόνιον Theodoro. GALL. *Brasselet, ou manicheron, ornement de bras.* ITAL. *Giuntura della mano & manile.* GERM. Das gleich/ oder der knopff/ an welchem der arm vnd hand zusammen kommen/ oder zumgter. HISP. *Manija de la mano, brazalio, manilla.* ANGL. *A bracer or bracelet.* } Dicitur nodus, quo manus cum brachio jungitur coarctaturque. Brachialia, { ἐπιβραχιόνια. תכשיטי זרועות zroōthaih. } Brachiorum ornamenta & tegumenta, sicut Ventralia ventris, Frontalia frontis, Tibialia tibiarum. Plin. *lib.18.* Lais & Salpe canum rabiosorum morsus, & tertias quartanasque febres aiunt lenisi menstruo in lana arietis nigri, & argenteo brachiali incluso, Priscian. *lib.6. de carmin.* Armilla quæ brachialia vocantur. Cic. *lib.4. de Repub.*

Brāchiātus, a, um, quod est ad brachiorum modum factum, & ad vires præcipuè pertinet. βραχιωδὴς. Colum. *lib.5. cap.5.* Alii capitatas vineas, alii brachiatas magis probant, quibus tordi est in brachia vitem componere.

Brachmanes, vel brachmanæ, βραχμᾶνες Stephan. Indiæ sapientes diligentissimi syderum observatores. Horum vitam descripsit Bardesanes Babylonius (ut supra admonuimus) qui Gymnosophistarum duo tradit genera: quorum illi qui ex generis successione veluti hæreditariam sapientiæ possessionem amplectebantur, Brachmanes dicti sunt: qui verò electione ad Philosophiæ professionem assumebantur, Samanei. Ad hos profectus Apollonius Thyaneus ut Iarcham in solio aureo sedentem de syderum motu audiret differentem, ut testatur Hieron. *in præfatione Bibliorum.* Vide Strab. *lib.15.* Plin. *lib.6. cap 7.*

Brachodes, βραχώδης. Promontorium est Africæ propriè dictæ, in extremo Syrtis parvæ cornu. Author Prol. *lib.4. cap.3.*

Brachybii, à Dionysio vocantur Æthiopes, à vitæ brevitate. Siquidem quadragesimum annum non excedunt.

Brāchycătălēctŏn, βραχυκατάληκτον, brevis terminatio versus, cui desunt in fine syllabæ. Nam in eo ut perfectus sit, deest integer pes: unde & metrum Brachycatalecticon dicimus.

Brachyle, βραχύλη, urbs Ceretum, qui Iberis vicini sunt. Steph.

Brachylŏgia, βραχυλογία, Breviloquium, Laconismus. Vide Quint. *lib.9. c.ap.3.*

¶ Bracile, vide *Redimiculum.* ¶

Brāctĕă, & Lamina (ut scribit Valla *lib.4. c.57.*) sic differunt, quòd lamina crassior, ex qua armatura conficitur, & qua incensa olim homines torquebantur. Potest autem esse ferrea, ærea, & argentea, electrea, aurichalcea, plumbea, aurea, lignea, cornea, sive ex alia materia. Bractea tenuis magis est, & sua sponte plicabilis, quæ crepitat. { רקיע *rikiaah*, πτ *pach*. τὸ σίμπλοον, λαμνα ἢ ἔχνος ἢ ἔλασμα μετάλλου. GALL. *Feuille d'or, ou d'argent, ou d'autre metail.* ITAL. *Foglietta d'oro ò d'argento, ò di altro metallo ben sottil.* GERM. Ein blech/ oder ein blat von einem metal. HISP. *Chapa ò hoja de oro, plata, ò met.*} Virg. *lib.6.*

—— *Sic levi crepitabat bractea vento.*

Bracteis inaurari simulachra solebant, sed unguibus plerumque auferebantur. Mart.

*An magis astuti derasa est ungue ministri*
*Bractea.*

Et servus qui bracteas deraserat (apud Suet.) damnatus est. ¶ Dicta Bractea ἀπὸ τοῦ βράττειν, hoc est, à resonando.

Brāctĕŏlă, diminut. { τὸ πετάλιον. ANGL. *A litle vaye or a thinne leave of gold, or any metall.* } Folium auri, alteriusve metalli. Iuvenal.

—— *qui bracteolam de Castore ducat.*

Brāctĕārĭus, qui bracteas facit: cujus ars Bracteatia. { GERM. Ein goltschlager oder blechmacher. ANGL. *A gold beater.* } & bracteatum quod bracteis vegitur. Bud. *in Pand.* πλατικός.

Brāctĕātor, idem quod Bracteatius. { ὁ τὸ μέταλλον τυπτῶν. GALL. *Batteur d'or & d'argent.* ITAL. *Battitore di tal sogli.* GERM. Ein blechmacher/ oder der die dünnen bletter von dem metallen schneyde. HISP. *El batibeta.* ANGL. *A golde ater, a goid laier.* } Firm. Quicunque habuerit horoscopum in XVII. parte Scorpii erit aurifex, inaurator, & bracteator.

¶ Bracteatus, est bracteâ obductus. Apud Senec. epist.41. *Leo bracteatus* dicitur ornatus bracteâ. ¶

Bractia, insula: vide *Bratia.*

Braccara Augusta, oppidum Tarraconensis Hispaniæ, non procul à Minio fluvio. Vide Ptolem. *lib.2. cap.6.* & quæ suprà annotavimus in dictione *Bracari.*

Bræi, βραῖοι, populi Macedoniæ. Steph.

Bragăda, βραγάδα, fluvius qui juxta Uticam labitur, apud quem ab Attilio Regulo, & à toto exercitu cum ballistis & catapultis serpens centum & viginti pedes longus occisus est. In castigatis tamen codicibus Bagrada nominatur hic fluvius, non Bragada. Meminit Cæsar *2. de bell. civil.*

Bragæ, insulæ quædam sunt desertæ, ut tradit Plin. *lib.6. c.28.*

Brana, Turdulorum oppidum est in Hispania, in conventu Cordubensi. Plin. *lib.13. c.1.*

¶ Branca ursina, herba acanthus. Ita vocata Italis *branca*, vel *branca ursina*; Gallis *branche*, vel *branque ursine*, quia folia ejus similia sunt anterioribus ursarum pedibus. Branca illis est brachium in arbore, ramus: & unguis, ungula, à Latina voce *brachium.* Martin. ¶

Branchidæ, βραγχίδαι, Apollinis Didymæi sacerdotes sunt apud Possideum oppidum & promontorium Ioniæ, qui locus, teste Plin. *lib.5. cap.29.* priùs Branchidarum oraculum dicebatur, deinde Didymæi Apollinis, à litore distans stadiis 20. Vide Strab. *lib.14.*

Brānchiæ, arum. { βράγχια. GALL. *L'oeye ou l'oreille des poissons.* ITAL. *Branche, barbole di pesce.* GERM. Fischohren. HISP. *Las agallas del pece propriamente.* ANGL. *The gilles of fishe.* } Dicuntur in piscibus secundùm cervicem folium more hiantes partes, quibus anhelitum reddere ac per vices recipere existimantur. Plin. *lib.9. c.7.* Branchiæ non sunt balænis, nec delphinis. Hæc duo genera fistulis spirant, quæ ad pulmonem pertinent, balænis à fronte, delphinis à dorso.

Brānchŭs, { βράγχος. ANGL. *Hoarsenesse of voice by falling downe of humoures in the threate.* } Raucedo & asperæ arteriæ passio, quum humor ad guttur descendit, ita ut madente interiore pellicula vox rauceseat. Unde & Arteriacum hoc vitium appellant, quòd asperam arteriam peculiariter infestet. Contingit etiam interdum citra humoris defluxum, nimia vociferatione, vel frigidi aëris inspiratione, ut & Ægineta asserit, & experientia ipsa confirmat. ¶ Fuitque Branchus, ut scribit Lactantius, filius Apollinis, ex filia Iauris & Sacronis conjuge susceptus, qui quum Apollinis malas deosculatus esset, ab eo captus, coronam & virgam accepit, cœpitque vaticinari, & subitò nusquam apparuit: post hoc ingens templum est ei ædificatum, quòd *Branchiaden* nominarunt. Idem author alibi dicit Branchum quendam Thessalum fuisse, ab Apolline dilectum, cui post mortem in suo templo sacra fieri idem jussit. Hinc Apollo Branchiades dictus est, & Branchiadæ communes Apollinis & Branchi sacerdotes, qui Apollinis Didymæi oraculo præfuerunt. ¶ Branchi meminit Stat. *lib.3. Theb.* & Strab. *lib.14.* & alibi.

Brancia, vel branzia, tenuis auri lamina: fortè *Bractea.*

Brancoli, populi sunt Indiæ, quorum meminit Plin. *lib.6. c.20.*

Branda, à Poëtis brevitatis causa appellatur Apuliæ urbs Brundusium. Vide suo loco.

¶ Brandeburgum, *Brandeburg*, Germaniæ V.E. sub A. Magdeburgensi, ad Havelum fl. Marchionatus & S.R.I. Electoratus dignitate celebrima. ¶

Brandeum, zonarum genus. Item velum, quo corpus defuncti tegitur.

Brasidas, βρασίδας, Lacedæmoniorum dux fuit, qui circa Amphipolim cum paucissimis, cinctus ab Atheniensibus, quia hostium copiæ tarissimæ erant, sibi ferro iter aperuit. Vide Suidam.

Brassică, { κράμβη. GALL. *Choux* ITAL. *Caoli.* GERM. Kölkraut/ Kôle. HISP. *Berça generalmente.* ANGL. *Colewortes.* } Herba est vulgò caulis nomine nota: ita dicta quasi præseca, teste Festo, quia ex ejus scapo, quem maximum habet, folia minutatim præsecantur. Apponunt rumicem, brassicam, betam, blitum. Plaut. *Pseud. sc.2. a.3.* Cato *de re rust. cap.156. & 157.* brassicarum tria facit genera, unum extensis foliis, caule magno: alterum crispo folio, quam Apianam vocant & Selinada: tertium minutis caulibus. Huic herbæ tantum traditur esse cum vite dissidii, ut vitis, si prope ipsam sata sit brassica, in diversam refugiat partem. Cic. *de nat.deor.* Iam verò vites sic claviculis adminicula, tanquam manibus apprehendunt: atque ita se erigunt ut animantes: quin etiam à caulibus, brassicisque, si propè sata sint, ut à pestiferis & nocentibus refugere dicuntur, nec ea ulla ex parte contingere.

Brasiæ, βρασίαι, urbs Laconica. Steph.

Brautia, insula est una ex iis quæ Illyrico adjacent. Scribit enim Plin. *lib.3. c.ult.* Illyrici oram, quòd vadosum ibi sit mare, mille amplius insulis frequentatam esse, inter quas enumerat Brautiam, bobus & capris laudatam.

Brauron, βραυρών, Atticæ oppidum, ubi Dianæ Brauroniæ sacellum est, author Strab. *lib.9.* & Plin. *lib.4. cap.7.*

Braum, βραῦρα, urbs Hispaniæ Tarraconensis, sub Cantabris sita, authore Ptolem. quæ eadem esse creditur cum ea, quam illi sua lingua *Burgos* vocant.

Bravium, vide *Brabium.*

¶ Braxea. Isid. *lib.19. c.34.* Braxea calceamentum comœdorum erat, sicut tragœdorum cothurni.

Braxo, vox barbara, pro Coquo cervisiam. ¶

Brea, βρέα, civitas in quam Atheniensis colonium miserunt. Steph.

¶ Brebiatores, breviatores, qui brevia conficiebant. Lex. gr. b.

Brebion, oratio. Idem.

Brecharius.

Brecharius, Dorath. *Bell.* 1°. ‖ Βραχὺς βάλλω, *id est* nimis *Bpiuxeiv*. Meurs. *in Glos. Graecol.* confer βραχύβολος. idem esse atque βραχυχειρ, opilio. *berger*, tanquam in vox Gallica.‖

Bregi. & Breges, & Phrygas eadem sunt. Strab. *lib.* 12.

Bregmentani, Asiæ populi in Troade, author Plin. *lib.* 5, *cap.* 30.

Brema, urbs Saxoniæ, vulgò Bremen.

Bremen, vide *Phabitanum*.

Brēgma, βρεγμα, à medicis propriè appellatur anterior pars capitis supra frontem capillis tecta, quæ & Sinciput a Latinis dicitur: quanquam etiam frequenter apud Græcos pro toto capite positum invenitur. ‖ Angl. *The fore parte of the head.* ‖

Brēnnus, vel (ut aliis placet) Bremo, βρεννος. Dux Gallorum, qui Brenodunum Venetiæ Urbem ædificavit, quæ postea literarum mutatione Verona dicta est. ‖ Germ. Ein Frantzöyscher Hauptman, so Italiam verhergt, vnd Dietrichs Bern gehabt hatt. ‖ Hic cum trecentis armatorum millibus in Italiam irrumpens primùm Romanos apud Alliam fluvium profligavit: deinde ad urbem pergens, eandem cepit, totamque exussit, præter Capitolium, in quod nobilior juventus confugerat: sed quum & illud aggrederetur, Romani cum illo convenerunt ut acceptis aliquot auri talentis, obsidionem relinqueret. Quum igitur aurum penderetur, ipse dux gladium suum vagina eduxerat, & hunc pensati imperavit: sed quum hoc Romani, ut rem injustam recusarent, atque ita invicem contenderent, Camillus exul, qui absens Dictator creatus erat, collectis iis qui Româ profugerant, Gallos ex improviso adortus est: qui relicto auro, cum maximo suorum detrimento fugâ sibi consulere coacti sunt. Camillus verò eos continuò persequens, ex Italia expulit. Postremò Brennus Apollinis Delphici templum prædæ causa ingressus, irâ numinis se interfecit. Propertius,

*Territa sacrilegum tessantur limina Brennum.*

Unde quoque proverbium: Quid victis, nisi dolor? De eo Plutarch. *in Camil.*

Brentha. βρέν-θη, urbs Arcadiæ, & fluvius Brenthiates. Steph.

Brentus, βρέντης, Herculis filius, à quo Brundusium, βρεντήσιον dictum. Steph. Est & Brentus Herculis filius.

Brephótróphiā. ‖ βρεφοτροφεῖον. Germ. Ein wayssen hauß oder Kinder spital. ‖ Latinè parvulorum hospitalia, in quibus infantes expositi alumtur, βρέφος enim infans nominatur. τροφὴ educatio: de quibus *in decretis*, 23. q. 8. & *l. sanctimus* 22. *C. de sacrosanct. Eccles.* & *l. sanctimus* 46. §. 3. *C. de Epis. & Cler.*

Brepium, promontorium est Achaiæ, teste Plin. *lib.* 4.

Bretena, urbs Italiæ sub Veneria, Ptol. *Brintum* hodie.

Brætolæum, Ptolem. Lusitaniæ oppidum est, quod hodie *Brittium* dicitur.

‖ Bressilium, ligni genus, quod est Brassilia afferur. ‖

Brettanis, insula, βρεττανὶς, vide *Brettia*.

Brettius, vide *Brettotia*.

Brettotia, βρεττωτία, insula in Adriatico mari.

Breucī, teste Plin. *lib.* 3. *cap.* 25. sunt Pannoniæ populi ad Saum fluvium. Breucorum meminit Suet. *in Tib. cap.* 9.

Breūni, Plin. inter Alpinas gentes numerantur: sic enim scribit *lib.* 3. *cap.* 20. Gentes Alpinæ devictæ, atque sub imperium populi Romani redactæ. Triumpilini, Canuni, Vennotes, Venonetes, Hisarci, Breuni, &c.

Brĕvis, e, Curtus, parvus, pusillus, contractus, concisus. ‖ Longus, productus. ‖ קצר *katsér.* קצין *katsín.* βραχὺς. Gall. *Brefou brief, court.* Ital. *Breve, corto, picciolo.* Germ. Kurtz. Hisp. *Cosa breve ò corta.* Angl. *Short.* ‖ Cicer. *pro Archia.* Quid est quod in hoc tam exiguo vitæ curriculo, & tam brevi, tantis nos laboribus exerceamus. Horat. 4. *Carm. Od.* 13.

——*sed Cynara breves*
*Annos fata dederunt.*

Et differt brevis & pusillus, quod brevis est in natura, ut brevis dies, annus, &c. Pusillus in corpore. Sosipater *lib.* 1. ¶ Brevi manu, per compendium, sublato circuitu. Ulp. *D. lib.* 23. *tit.* 3. *l.* 43. Nisi fortè sic accepto tulit, ut velit mulieri in rerum donarum: tunc enim credendum est brevi manu acceptum à muliere, & marito datum.

Breviculum, diminutivum à Brevi, quasi parvum breve. Pro libello accipitur, *l. ult. de conven. fisci debit. lib.* 10.

Brevi, adverbium, breviter, paucis verbis, propediem, brevi tempore. ‖ ἐν βραχεῖ. Gall. *En brief, en peu de temps, incontinent.* Ital. *Brevemente.* Germ. In einer kurtze oder kurtzen zeit. Hisp. *Breve y cortamente.* Angl. *Shortlie, in fewe wordes, quicklie.* ‖ Cic. *Curioni*, Brevi tamen sic habeto, in eum statum temporum tuum reditum incidere. Potest esse cum præpositione A: à brevi, ut subintelligatur Tempore. Cicer. *in Verr.* A brevi postea mortuus est. Idem ad Terentiam suam scribens cum tempore conjunxit. Etiam illud verendum est, ne brevi tempore fames in urbe sit. Et ad Octavium posuit cum præpositione In. O miseram, & in brevi tam celebrem, & tam vanam reipubl. commutationem. Aliter Gell. *lib.* 13. *cap.* 17. Fuit autem, inquit, Æschylus non brevi antiquior Euripide: hoc est, non multo tempore ante Euripidem. Brevi pro mox. Suet. *in Augus. cap.* 66.

Brĕvio, as, are. ‖ קצר *kitsár.* βραχύω. Gall. *Abreger, accourcir.* Ital. *Abreviare, accortare.* Germ. Kurtzen, kurtz machen. Hisp. *Abreviar, acortar.* Angl. *To make short, or abridge.* ‖ Quintil. *lib.* 1. *c.* 15. Qua & breviare quædam, & exornare, Ulvo modò Poetæ sensu, permittitur. Item *lib.* 1. & 11.

‖ Breviatores, sunt brevium scriptores, qui brevia conficiebant aut describebant. ‖ *Novell.* 105. βραχυγράφοι ) nempe *notarii* χαρτῶν: ut Zonaras exponit in Concil. Carthag. ‖

Brĕvia. ‖ βραχεῖα. Angl. *Sourdes, shallowe places where men may go over.* ‖ Thucidid. Vadosa loca sunt maris, navibus insidiosa. Virg. *Æneid.*

*In brevia & Syrtes urget.*

Brĕviārium, Compendium, summarium, opus concisum. Oratio ordinaria, quod breviarium nunc vocant. Latinè olim Summarium. Senec. *epist.* 39. ‖ συνταξ. Gall. *Abregé, sommaire.* Ital. *Sommario.* Germ. Ein summari, ein kurtze begrieff. Hisp. *Libro abreviado.* Angl. *A fewe compendious arangbit, an abbrigdment.* ‖ Plin. *lib.* 13. Verum ut pariter omnis cultura breviarium peragatur. Suet. *in Augus.* Fecit & brevitatium totius Imperii, quantum militum sub signis ubique esset, quantum pecuniæ in ærario, & fiscis, & vectigalium reliquis. ¶ Breviare rationes, quæ in breve contractæ sunt. Sueton *in Caligula, cap.* 12. O amantissimum quidem dispensatorii breviarium rationem offerenti, paropsidem legumenis portasse. Scævola *de peculio legat.* An peculio prælegato, & centum aureis, & usuræ eorum debeantur, cum rationibus breviarii.

‖ Brevigetulius, qui breve gerit. Glos. *Isid.* Brief träger. ‖

Brevĭloquens, tis. ‖ βραχυλογος. Gall. *Qui dit en peu de parolles ce qu'il veut.* Ital. *Chi parla brevemente.* Germ. Kurtzredend. Hisp. *El que habla brevemente.* Angl. *A speaker of few wordes.* ‖ Cic. *ad Attic. lib.* 7. Brevĭloquentem jam me tempus ipsum facit.

Brĕvĭloquentĭa, sive brevĭloquium. ‖ βραχυλογία. Gall. *Brefve & court parler.* Ital. *Il parlar breve & corto.* Germ. Ein kurtze red. Hisp. *El hablar à vertiade.* Angl. *Short speaking, briefnesse of wordes.* ‖ Cic. *de Republ.* Ex Gell. *lib.* 12. *cap.* 1. Brevĭloquentiam in dicendo colat.

Brĕvĭloquŭs, qui aliquid paucis scribit, aut dicit. ‖ Angl. *That speaketh quickelie and briefelie.* ‖

Brĕvĭtas, tis, Augustia, contractio. ‖ קצר *kitsór.* βραχύτης. Gall. *Brieffveté.* Ital. *brevità.* Germ. Kürtze. Hisp. *Brevedad ò cortedad.* Angl. *Shortnesse, briefnesse.* ‖ Cic. *Offic. lib.* 1. Brevitatis causa uno exemplo contenti erimus.

Brĕvis, item & Breve, masculini & neutri generis, à quibusdam dicuntur in eo significato, quo vulgus usurpat Breve Apostolicum. ‖ ἰσοπαὲς. ‖ Lampridius. Milites suos sic ubique scivit, ut in cubiculo haberet breves, & numerum, & tempora militantium. Flavius Vopiscus *Aurel.* Breve nominum conscripsit. Ad breve videbat, & Suet. *in Tib. cap.* 68.

*Est breve præterea, de quo mihi quærere restat.*

Bria, vasis genus.

Briareus, βριάρεως, Gigas cœli & terræ filius, quem Poëtæ finxerunt centum habuisse brachia, & quinquaginta ventres. Hunc fingit Homerus, quum Pallas, Iuno, Neptunus, aliique ex Diis nonnulli adversùs Iovem conjurassent, persuasum à Theride in cœlum ascendisse, ut Iovi suppetias ferret, deosque conjuratos illius adventu territos à cœptis destitisse, & cum Iove in gratiam rediisse. Hæc Homer. 1. *Iliad.* ubi etiam hoc addit, à superis quidem Briareum dictum fuisse, ab hominibus autem Ægæonem. Alii Briareum inter eos numerant gigantes, qui adversùs Iovem conspirarunt: unde à Virg. *lib.* 6. cum aliis monstris in vestibulo inferorum collocatur. Dictus Briareus à corporis robore. Nam βριαρὸς Græci pro forti dicunt, & robusto.

Brias, adis, βριάς, urbs est Pisidiæ regionis in Asia. Author Strab. *lib.* 12. Artemidorus antiquum scriptorem citans.

‖ Briccola, vide *Trabuchus*. ‖

Bricinnia, βρικίννια, Urbs Siciliæ. Steph. Vide *Bucina*.

‖ Briga, vetere Hispanica lingua vocatur oppidum. Gothofr. ad Fest. ¶ Item, rixa, ein schelmort. Brigare, rixari. Est autem vox ab Italis sumpta, quibus *briga* est rixa. Hisp. *brega.* Gallis *brigue*, prensatio. *Briguer*, prensare, ambire. Ducamus à Latino *frago*, ut lig à λίγξ.

Brigantes, βρίγαντες, Hiberniæ populi sunt, teste Ptol. *lib.* 2. *c.* 2. Horum civitas hodie *Genaferda* vocatur.

Brigantium, oppidum est Rhætiæ, ad lacum Acronium, sive Podamicum, qui & Brigantius ab oppidi hujus nomine appellatur. Vulgò Brigantz am bodensee.

Briciani, populi inter Alpinas gentes. Plin. *lib.* 3. *c.* 12.

Brigida, mulier virtæ sanctitate insignis. Romam venit à Suetia, Urbano V. Pontifici maximo quatuor liberos mares, totidem fœminas omnes sanctos habuit, inter quos Catharinam, quæ eam viduam Romam comitata est, cujus etiam cura atque opera in patriam relata est. Author Volaterranus.

Briletsus, Atticæ mons est. Plin. *lib.* 4. *c.* 7.

Briletus, Atticæ mons, in quo bina leporibus sunt jecinora, cervis terna quaterna: pennatis autem & squamosis nulli, ut scribit Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Suspicor eundem esse cum eo, quem idem *lib.* 4. *c.* 7. Brileisum vocat: unde & Brilectus scribendum videtur Atticorum more, qui dictiones eas, quæ βοιῶτις per duplex ττ scribi solent, geminato τ efferunt.

Brimo, Ἄγριος, unum est ex Hecates, sive Proserpinæ nominibus, ἀπὸ τῆς βρίμης, hoc est, à terrendo impositum: eo quòd nocturna terriculamenta ab ea immitti credebantur, ut ex Apollonii interpretibus annotavit Cælius Rhodig. *lib.* 13. *c.* 8.

Brinthus βρίνθος. Arist. *hist. lib.* 9. *cap.* 11. Avis canora, quæ in montibus sylvisque versatur.

Bris, lucundum dicitur, inquit Cornutus: unde etiam quidam Briseida dictam putant, quòd ea jucunda fuerit Achilli.

Brisa, βρίσα promontorium Lesbi, in quo Dionysius colitur, qui ab eo Brisæus appellatur, ut author est Stephan. Cornutus autem *in Persii sat.* 1. Brisæum appellatum esse scribit, vel à mellis usu, quòd ipse primùm mel invenisse dicatur, & ex favis exprimere: vel ab uva, quòd uvam invenerit & expresserit, quum *Brisare* sit exprimere: vel à nympha quæ eum nutrisse dicitur. Brysæus etiam poëtarum epitheton est, quod ij in Libeti patris tutela esse credantur. Pers. *sat.* 1.

*Est nunc Brisæi, quem vemosus liber Acci.*

Brisa, æ, vinacerorum massa, ex qua vini & aquæ effusione fit vinum secundarium. Col. *lib.* 12. *c.* 39. Postea vinaceos calcato, adjecto recentissimo musto, quod ex aliis uvis factum fuerit, quas per triduum insolaveris: tum permiscere, & subactam brisam prælo subjicere, passúmque secundarium statim vasis oblutis includere, ne fiat austerius.

Brisabitæ, Iadiæ populi trans Iadam fluvium, quorum mentionem facit Plin. *lib.* 6. *c.* 20. in descriptione fluminis.

Briseis, Βρισηΐς, Lyrnessia puella fuit, à patre Brise ita appellata, quum vero nomine Hippodamia vocaretur. Hæc, capta Lyrnesso urbe, Achilli victori in sortem cessit, & postea ab Agamemnone erepta, implacabilis diffidii causa fuit inter Agamemnonem & Achillem. Dum grassabat enim Achilles Agamemnonis imperium, neque unquam adduci potuit ut iram sumeret, donec Patrocli mors nuntiata eum ad vindictam extimulavit. Extat hujus Briseidos ad Achillem epistola apud Ovidium *in epist. Heroidum.*

Brisso, as, ĭi, tum. ¶ Angl. *To presse or wring out.* ¶ Exprimere est, inquit Cornutus *in Persium*: unde Brisæum Liberum patrem dictum putat, de quo supra. ¶ Puto quoque Brisare, idem antiquis fuisse quod comedere & consumere. Itaque apud Nonium pro *Brasire*, existimo legendum esse *Brisare*, transpositis literis quibusdam. Afranius *divortio.* Qui coner noctu conclusam brisare dotem.

Britannia, Ital. *Inghilterra.* Germ. *Engelland.* Hisp. *Inglatierra.* Angl. *England and Scotland.* Per duplex, un, insula in Oceano Septentrionali longinqua quæ Europæ adjacent, maxima: unde & orbem alterum quidam ex poëtis appellavêre: à Britone rege *Britannia* dicta, quum priùs Albion diceretur, ab albis montibus, qui ad eam navigantibus primò apparent. Hodie in duas divisa est partes: quarum alteram, quæ in Septentrionem vergit, Scoti incolunt, Caledoniæ sylvæ nomine cognitam: alteram, quæ cultior est, & Belgis vicinior, Angli tenent, Saxoniæ populis, prioribus incolis, qui Britones dicebantur, inde expulsis. Hæc ab Ortu Germanico, ab occasu Hybernico, à Septentrione Caledonio Oceano alluitur: ad Meridiem verò angusto freto à Belgis dirimitur. Porrigitur in longum octingentis millibus passuum. In ea Gagates lapis invenitur, qui ardet in aqua, & oleo restinguitur. Urbem habet Londinum, nunc *Londres*, vel *Londen*, copia negotiatorum celebrem. Inter Septentrionem & Occidentem (ut celebres Geographi tradunt) duæ sitæ sunt insulæ, Britannia, & Hybernia paulò minor Britanniâ, ultra quas sunt quadraginta insulæ Orcades appellatæ, modicis spatiis inter se distinctæ. Apud Britannos, longissimus dies septendecim horarum deprehenditur, & æstate lucidæ sunt noctes, authore Plin. ¶ Britanniæ, arum, ut Galliæ, etiam dicuntur multitudinis numero. Cat. *in Cæs.* Hunc Galliæ timent, timent Britanniæ. Plin. *lib.* 35. Galliæ Britanniæque inde modico dicuntur usæ.

*Te manet in, ictum Romano marte Britannus.* Tibul. *lib.* 4.

Britannicus, a, um, quod ad Britanniam pertinet, quod ex Britannia est. Βρεττανικός. Ital. *D'inghilterra, Inglese.* Germ. *Engellendisch.* Angl. *Belonging to ingland or Scotland.* Iuven. *Sat.* 7.

*Quantum delphinis balæna britannica major.*

Cic. *de nat. deor.* Qui æstus maritimi, vel Hispanienses, vel Britannici, eorumque certis temporibus vel accessus, vel recessus, sine Deo fieri nonne possunt.

Britannus, i, Βρεττανός, Gentile à Britannia insula deductum. Virg. *Ecl.* 1.

*Et penitus toto divisos orbe Britannos.*

Lucretius verò primam producit, *lib.* 6.

*Nam quid Britannis cœlum differre putamus?*

Britannica. Plin. *lib.* 25. *cap.* 2. herba est foliis oblongis & nigris, radice item nigra, nervis & dentibus salutaris, & contra anginas & serpentum morsus efficax remedium habens. Hujus flores Vibores vocantur, quibus ante tonitrua degustatis, milites adversùs fulminum ictibus protsus securi reddebantur. Scribit Plinius *loco jam citat.* promoris à Germanico trans Rhenum castris, in maritimo tractu montem fuisse inventum aquæ dulcis, qua pota intra biennium dentes decidierent, compagesque in genibus solverentur. Et autem malo Britannicam herbam auxilio fuisse, à Fritio Romano militi commonstratam. Fit etiam flos in sylva nascens.

Britannicus, nomen fuit filii Claudii Cæsaris ex Messalina, quem primò Germanicum, & mox Britannicum appellavit: qui quamvis adhuc infans a patre in castris sæpe circumlatus fuisset, & militibus commendatus, Neronis tamen operâ veneno sublatus est, ut est videre apud Tacit. *lib.* 13.

Britium, Lusitaniæ oppidum, apud Plin. *lib.* 4. *c.* 22.

Britomartis, puella fuit ex Gortyne Cretæ civitate, Iovis & Charmes filia, Dianæ in primis chara, alio nomine Dictynna appellata, ἀπὸ τῶν δικτύων, hoc est, à retibus, quorum usum in venatione traditur inveniisse. Hanc Minos Cretæ rex fertur adamasse, cujus vim quum alioqui effugere non posset, ex altera sese rupe in mare præcipitavit. Vide Virgilium *in Ciri*, & Diodorum *lib.* 5.

Britona, puella Pretensis fuit insigni forma, & Dianæ in primis dilecta, quæ quum Minois vim alioqui declinare non posset, in fluvium se præcipitavit: levius rata vitæ, quàm pudicitiæ jacturam facere. Hæc a Diodoro *lib.* 5. & Virg. *in Ciri*, Britomartis dicitur.

Britŏnes, vulgò *Bretons*, Populi sunt minoris Britanniæ, quæ est Galliæ Celticæ regio ad mare Oceanum sita, Northmannis ac Pictavis contermina. Hi olim Britanniam insulam dicuntur incoluisse, indeque ab Anglis Saxoniæ populis expulsi, in adverso littore sedes fixere. Iuvenal. *sat.* 15.

*Quæ nec terribiles Cimbri, nec Britones unquam.*

Britonis, secunda producta & prima. Matt. *epigr.* 22. *lib.* 11.

Brivates, Lugdunensis Galliæ portus, Ptol. *lib.* 2. *c.* 8.

Brixellum, oppidum inter Mantuam & Cremonam. Volaterr. Brixillum videtur dici. Suet. *in Oth. cap.* 9.

Brixentes, populi Alpini, Lepontiis finitimi, quorum meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 20.

Brixia, vulgò *Brescia*, urbs est Transpadanæ regionis, opus Cenomanorum, qui post Insubres in Italiam venerunt. Livio & Polybio testibus. (Germ. *Brixen, ein statt in Italia.*) Est item Brixia duvius Elymaidis, quæ est regio Persidi finitima.

Brixillum, vulgò *Bercelle*, oppidum Hetruriæ, apud Mutinam. Plin. *lib.* 3. *c.* 15. in descriptione octavæ regionis Italiæ.

Brizo, Βριζώ, apud Delios vaticiniorum, quæ ex somniis sumuntur, Dea habita est: eique scaphas omni genere bonorum plenas, solis piscibus exceptis, offerebant. Dicta autem putatur Brizo, ab eo quod βρίζειν, prisci Graci pro dormire dicebant. Vide Cæl. Rhod. *lib.* 2. *cap.* 12.

Brocardicum, vocabulum est barbarum: relinquendum igitur barbaris. ¶ Brocardica materia dicitur, quæ est contrariarum opinionum rationibus involuta. Alciat. *Quidquid, de V. O.*

Bröchus, adjectivum est, idem significans, quod Bronchus. Vide suo loco.

Brochon, arbor est nigra, magnitudine olex, folio roboris, fructu capritici, ex qua Bdellium manat. Hanc aliqui Malachtram, alii Malabocon appellant. Author Plin. *lib.* 12. *c.* 9.

Brola, vulva mulina. Lege βρόλον.

Broilus, nemus est, aut saltus Regum Galliæ.

Bromia, nomen Ancillæ *in Amphit.* & *Men. sc.* 2. *a.* 5. apud Plaut.

Brŏmĭus, βρόμιος, Bacchi cognomen, ἀπὸ τῆς βρόμου, id est, à fremendo, vel ἀπὸ τοῦ βρονταῖν, hoc est, a tonitru, eo quòd natus sit cum tonitru ejus genitrice fulmine perempta.

Bromosa, immunda, Bromiola fortè: ita dicta mulier chriosa, omnia perringens.

Brŏmus, βρόμος. Herba est folio & culmis tritico similis, in summo semen habens simile locustis duplici crure divaricatis, jumentorum potius, quàm hominum nascens pabulo. Latini Avenam appellant. Vide Plin. *lib.* 22. *cap.* 22.

Brŏnchus, βρόγχος. ¶ Angl. *Any thing of grissle, the winde pipe.* ¶ Corpus quoddam est cartilagineum Galeno, secundùm asperam arteriam, quod & βρογχία appellatur, ita dictum παρὰ τὸ βρέχειν τὸ τῆς πόσεως ὑγρόν. ¶ Accipitur & pro gutture: unde βρογχοκήλη dixerunt pro gutturis tumore.

Brŏnci (ut Nonius scribit) dicuntur qui producto ore, & dentibus prominentibus sunt. ¶ Angl. *Great lipped.* ¶ Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Labra, à quibus bronci Labeones dicti. Lucian. *in satyr.* Bronchus (sic enim scribunt doctiores) Bovillanus dente adverso eminulo, hic est Rhinoceros. Est verò ὁ τὸ ἄνω χεῖλος ἐλάττω, qui superiore labro est tumidiore. Varro *de ruſt. lib.* 2. non Bronchos, sed Brocchos canum vocat. Ex eo, inquit, canis duobus dentibus dextra & sinistra, paulò eminulis superioribus, directis potius, quàm brocchis, & acutis. ¶ Hinc Brocchitas. Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Senectus in equis & cæteris vetustas intelligitur dentium brocchitate, & superciliorum canitie. Varro *lib.* 2. *c.* 7. Cùm dentes equorum facti sunt brocchi.

Bronchŏcēle, βρογχοκήλη, tumor magnus & rotundus in cervice inter cutem & asperam arteriam, qua modò humor aliquis includitur, interdum etiam minutis ossibus pili immisti. Celsus *lib.* 7. *c.* 13. dicitur vulgò *le gouttron*, vel *le gros gosier*: unde eo vitio laborantes Gutturosi dicuntur. Hunc morbum significat Plin. *lib.* 11. *cap.* ult. cùm ait de sente: Exposcs coquitur ad guttura. Et ejusdem libri *cap.* 17. Sanat tumores, collectionesque & guttura incipientia turgescere, i. φυσήματα βρογχοκήλης. Creditur gigni hoc vitium assiduo potu aquæ, quæ ex nivibus resolvitur: unde iis præcipuè peculiare est, qui Alpibus sunt vicini: Sabaudis scilicet, & Pedemontanis. Qui hoc vitio laborant, Gutturosi dicuntur.

Brŏngus, i, Βρόγγος, fluvius est ex Illyrico Boream versùs fluens, & excepto Angro, in Istrum influens. Herod. *lib.* 4.

Brŏntes, Βρόντης, unus ex ministris Vulcani, qui Iovi cudunt fulmina: παρὰ τὸν βροντῶν, hoc est, à tonitru dictus. Tres autem præcipuè à Virgilio numerantur Vulcani ministri, Brontes, Steropes, & Pyracmon, quem Ovid. 4. *Fastor.* Acmonidem appellat. Hos Hesiodus *in Theogonia*, Cœli & Terræ filios facit: quanquam alii ex Neptuno & Amphitrita natos malint. Virg. 4. *Æneid.*

*Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro,*
*Brontesque, Steropesque, & nudus membra Pyracmon.*

Brontium, Βροντεῖον. Machina erat sub scena, æneum habens vas, in quod decidentes calculi, & in eo circumacti, tonitrui sonum imitabantur: quod genus Claudiana tonitrua Festus appellavit, à Claudio Pulchro inventore.

Bronteus, dictus est Iupiter, à βροντὴ, quod est tonitru.

Brŏntĭa, æ, Βροντία, gemmæ nomen, quæ cum tonitru cadere creditur, testudinis capiti similis. ¶ Angl. *A thunder stone.* ¶ Vide Plin. *lib.* 37. *c.* 10.

¶ Brontologia, βροντολόγια, libri in quibus de alieni temporis tonitribus, eorumque præsignificationibus superstitiosè tractabatur. Vide Meurs. in Gloss. gr. b. ¶

Bröteas, & Amŏn. Gemini fratres fuerunt, cæstibus clari, qui ab Ibyco occisi sunt in aula regis Cephenorum. Ovid. *lib.* 5. *Metam.*

*Hic gemini fratres Broteasque, & cæstibus Amon*
*Invicti, vinci si possent cæstibus enses,*
*Phinidem cecidere manu.*

Brŏthĕus, per duas, vel tres syllabas, Vulcani filius fuit, qui irrisus propter oris deformitatem, conjecit se in ignem, & vitam incendium fuire maluit quàm omnium ludibrio esse expositus. Ovid. *in Ibin.*

*Quodque ferunt Brotheum fecisse cupidine mortis,*
*Des tua succensa membra cremanda pyra.*

¶ Bruchion, pars Alexandriæ urbis: de qua Ammian. *lib.* 22. Βρυχεῖον. Apud Eusebium *hist. Eccl. lib.* 7. *c.* 31. Græcæ edit. μυριεῖον, quasi forum frumentarium, à μυρίος curator frumenti. Vide Scalig. anim. in Euseb. *num.* 2281. ¶

Brūchus, (ילק *jelek*, βρύχος. Gall. *Chenille, sive vermine qui mange les herbes.* Ital. *Rugo che mangia le herbe.* Germ. *Ein raup, traute worm, fäjer.* Hisp. *El pulgon que roe las vinas.* Angl. *A worme that eateth hearbes.*) Genus vermis è locustarum genere, sine alis tamen, herbas & arborum frondes erodens: unde & nomen accepit, παρὰ τὸ βρύειν τὰ ξύλα. Hujus meminit Hieron. *in Malach.*

Brullitæ, populi Asiæ, quos Ephesiorum conventui attribuit Plin. *lib.* 5. *cap.* 29. Ephesum (inquit) alterum lumen Asiæ remotiores conveniunt Cataecenses, Metropolitæ Cybiani, inferiores & superiores, Mysomacedonienses, Mastaurenses, Brullitæ, Hypæpeni, Diosbiennæ.

Βραχύς, dicitur dies solstitii hyemalis, qui est ad XVIII. Kalend. Ianuar. quo die fit in Capricorno hyemale solstitium. { ונו *ferkán. χθονιος νυκτ'*. Gall. *Les plus courts iours de l'an, le milieu de l'hyuer.* Ital. *I minori di tutto l'anno.* Germ. *Der tag der sonnenwende im Christmonat / der winter.* Hisp. *Los menores dias de todo el año.* Angl. *Wynter.* } Cicer. 1. *de Divin.* Nam & musculorum pecuscula bruma dicuntur augeri, & pulcium aridum florescere brumali ipso die. ¶ Et ponitur quandoque pro hyeme, aut certè pro frigidissima illa hyemis parte, qua dies brevissimi sunt. Virg. *Æneid.* 1.

*Frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat.*

Mart. *lib.* 1.

*At quum December canus, & bruma impotens*
*Aquilone rauco mugiret.*

¶ Inde Brumalis adjectivum: ut, Brumale tempus, & Brumalis dies, apud Cic. *de Divin.*

*Iactor & indomito Brumali luce profundo.*

Ovid. *Eleg.* 10. *lib.* 1. *Trist.* Dicta Bruma, quasi βραχυτάτη, id est brevis dies. { Angl. *Pwinterlik, belonging to wynter.* }

Brūmālia, à Romanis dicebantur Bacchi sacra, quæ & Liberalia dicebantur: quæ bis quotannis celebrabantur, semel II. Kal. Martii, atque iterum XVII. Kal. Septemb. Διόνυσα. Plin. priora & posteriora Vinalia appellat. Brumalia autem à Brumo dicebantur: quo nomine Romani Bacchum appellabant. Vide Cæl. Rhodig. *lib.* 28. *cap.* 25.

Brumas, vide *Brumalia.*

Brumosus, annosus, resinosus: item, brumalis, resinosa, pluvia: item, brumosa, immunda. Zeno Veronensis Episcopus in Exodum serm. 3. *Quis non intelligit, fratres, illud Pascha non esse, sed brumosum lazarois cruenti convivium.* Idem serm. in Psal. 49. *Si diis corporalibus convenit sacrificium corporale, utique & spiritalis Dei sacrificium est necessarium spirituale, quod non ex sacculo, sed ex corde profertur, quod non brumosis pecudibus, sed suavissimis moribus comparatur.* Ruffinus lib. 3. num. 39. *Et cùm fuisset brumosa aqua odore, non permittebat ut aliam aquam mutarent.* Palladii Lausiaca in Appendice ex veteri interprete: *Per biennium enim manus meas uda percussi, quasi faciem ejus, fœtorem & brumam sufferre non poteram.*

Brunda, caput cervi dicitur, unde & Brundusiana civitas dicta est, quòd in ea caput cervi videatur, & cornua. Brunda solia, lege *Ennia stolida.*

Brundulum, Portus quem Athesis amnis ex Tridentinis Alpibus fluens facit. Author Plin. *lib.* 3. *c.* 16. Vulgò *Brondolo.*

Brundunum, urbs Bavariæ, vulgò Brunnaw.

Brūndūsium, βρεντέσιον. { Germ. *Ein stat in Calabrien am Adriatischen meer gelägen / Brandiszo / Brandittо genant.* Urbs Calabriæ, ad mare Adriaticum sita, via Appia eousque perducta, & portu insigni nobilis, ex quo Romanis tristissimus olim fuit in Græciam transitus: ita dicta à cervini capitis similitudine, quod Brundusium Messapii sua lingua appellabant; Græci Brentesium appellant, à Brento quodam (si Stephano credimus) Herculis filio. Ex hac urbe Pacuvius poëta oreum traxit.

Brunia, thorax, militare munimentum.

Bruſa, lege *Prusa.*

Brūscum. { Angl. *A knage, bunshe, or knot in woode.* } Tuber est aceris arboris interius crispum: nam quod simplicius sparsum est, Molluscum dicitur. Author Plin *lib.* 19. *c.* 19.

Brusis, pars Macedoniæ, βρυσις, à Brisone Emathii filio. Steph.

Bruta, arbor est soli Orienti cognita, cupresso fusæ similis, albicantibus ramis, odore cedri, circa Pasitigrin nascens, in finibus oppidi Sittacæ, monte Zagro, vide Plin. *lib.* 12. *c.* 17. ¶ Sunt qui hanc arborem hodie in Europa passim nasci existiment, eandemque esse cum secundo Sabinæ genere. Vide Ruell. *lib.* 1.

Brutidius, nomen est cujusdam viri, qui tempore Iuvenalis poëtæ tractus est ad judicium tanquam fautor & amicus Seiani apud Imperatorem accusati, de quo idem Iuvenalis *Satyr.* 10. sic ait:

——— *pallidulus mi*
*Brutidius meus ad Martis fuit obvius aram*

Brūtĭi, βρέττιοι, Italiæ populi in eo tractu, qui hodie Calabria dicitur, post Laum fluvium incipientes, & in fretum Siculum in modum peninsulæ procurrentes, dicti quasi bruti & obscœni. Fuerunt enim Brutii, servi & pastores Lucanorum, qui inde aufugêre, & furtim in regione confederunt, ubi Consentia est, quæ fuit eorum metropolis, quam regionem priùs Ausones habitaverunt. Hi multo post tempore & ab Annibale, & à Romanis propter eorum perfidiam plenè deleti fuêre, sine dignitate, sine honore, ad servilia opera semper coacti. Hæc regio (ut author est Strabo *lib.* 6.) Oenotria quondam dicta fuit. Supra Consentiam est Pandosia, ubi Molossorum rex Alexander trucidatus est. ¶ Est & Rhegium civitas olim potentissima, in extrema agri Brutii parte sita, ubi Siciliam ab Italia tradunt fuisse abscissam.

Brūtĭānæ parmæ, dicta sunt scuta quibus Brutii utebantur. Festus.

Brūtiāni, à Romanis dicebantur, teste Festo, qui officia servilia magistratibus præstabant, nomine tracto à Brutiis: qui quòd primi Annibali adhæsissent, & cum eo perseverassent, donec ex Italia discederet, hac ignominia à Romanis notati sunt, ut vilissima quæque munia per illos obirent. Vide Alex. *Genial. dier. lib.* 1. & Gellium *cap.* 3. *lib.* 10.

Brutina, urbs Hispaniæ, Ptol. Vide *Brutobria.*

Brūtĭus, a, um, aliud adject. à Brutiis Italiæ populis, unde Brutia pix, secundus liquor qui ex tæda exoquitur, & aceto coagulatur, doliis, aliisque vasis illinendis utilis, ab alia pice lentore differens. Primus autem tædæ liquor Cedrium appellatur, quo Ægyptii defunctorum corpora incorrupta conservabant. Vide Plin. *lib.* 16. *c.* 11. Hujusmodi pix optima in agro Brutio excoquebatur: unde & nomen accepit.



Brūtium, promontorium Italiæ extimum, ubi Sicilia olim agro Brutio adhæsit. Plin. *lib.* 3. *cap.* 1. Primus Europæ finus à Calpe extimo Hispaniæ monte Locros Brutium usque promontorium immenso ambitu flectitur. Ptolemæus Scyllæum appellat. Vulgò *Bursano in Calabria.*

Brūtobrĭa, βρουτόβρια. Stephano oppidum est Hispaniæ in tractu Bæticæ, quod & Brutina appellatur. Dicta Brutobria, quasi Brutia civitas, ea forma, qua Selymbria & Bolyobria: in quibus Bria civitatem significat.

Brutus, cognomen familiæ Iuniæ, quod primus tulit L. Iunius Brutus, propter stultitiam, quam Tarquinii metu simulabat. Plutarch. *in Publio.* Hic exactis regibus, civitateque in libertatem vindicata, primus Romæ cum L. Tarquinio factus est Consul: rebusque multis præclarè gestis, tandem eo in prælio, quod ad Regillum lacum commissum est, occubuit: eumque matronæ, ut fortissimum muliebris pudicitiæ vindicem, annum integrum luxerunt. ¶ M. Brutus unus fuit ex Cæsaris Dictatoris percussoribus, qui in campis Philippicis ab Octavio & Antonio victus, necem sibi consciv. ¶ D. Brutus, acerrimus publicæ libertatis propugnator fuit, qui Mutinæ aliquandiu ab Antonio obsessus, eaque obsidione Hirtii & Pansæ opera liberatus, tandem à militibus suis desertus est, & ab hostibus occisus. Bruti puer, de quo Martial. *Epigr.* 171. *lib.* 14. & alibi.

Brūtus, a, um, adjectivum. Stupidus, gravis, tardus, hebes. ✠ Prudens, acutus. { בער *bahar.* ἀναίσθητος. Gall. *Insensé, sans raison, bestial, brutal.* Ital. *Grave, tardo, insensato.* Germ. *Unvernunfftig / toll / ungeschickt.* Hisp. *Bruto, bestial y sin sentido.* Angl. *Brutish, dull, without reason, beastlie.* } Cyprian. *ad Demet.* Nullus effectus offert lumen cæco, sermonem surdo, sapientiam bruto: quum nec sentire brutus possit, nec cæcus lumen admittere, nec surdus audire. Horat. *lib. Carm.* Brutam tellurem dixit, pro gravi & tarda, quod terræ perpetuum est. ¶ Inde bruta animalia, pro tardis & irrationalibus. Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Bruta existimantur animalia, quibus cor durum riget, ubi bruta animalia accipit pro hebetioris, tardioriſque intellectus. Inde Iunii Bruti cognomen, qui se stolidum simulavit.

Bruxella, Brabantiæ urbs celebris. Germ. Brüssel.

Bryā, æ. Pumilus quidam frutex in Achaia appellatur, quem Dioſc. μυρίκην, Romani Tamaricem appellant. Vulgò *Tamarice.* { עיר *barbar.* Gall. *Brieve, de quoy on fait les verges à nettoyer les habillemens.* Ital. *Tamarisso.* Germ. *Tamariss.* Hisp. *Tamarix ò atarfe.* Angl. *A birche tree.* } Ejus duo sunt genera: sativum, fructum ferens gallæ similem: & sylvestre, nihil fœtus præter muscosum florem. Vide Plin. *lib.* 13. *cap.* 21.

Bryanion, Βρυάνιον, Thesprotiæ civitas. Steph.

Bryaxis, insignis statuarius fuit, qui cum Leochare, & Timotheo Mausoleum in Caria ex marmore excidit. Plin. *lib.* 36. *cap.* 5.

Bryazon, amnis Asiæ in Bithynia. Plin. *lib.* 5. *c.* 32.

Bryges, Βρύγες, populi Thraciæ fuerunt, qui postea Phryges dicti sunt, à quibus Phryges Asiæ populi originem traxerunt. Author Strab. *lib.* 7. Steph. Brygas in Macedonia collocat.

Brygion, inter urbes Macedoniæ à Plin. ponitur *lib.* 4. *c.* 10.

Bryllion, βρύλλιον, Propontidis oppidum. Steph.

Bryŏn, βρύον. { Angl. *Mosse, or mosseneſſe of trees.* } Villosum quiddam est, in quercu præcipuè, in cedro, & in populo nascens, quod Latini Muscum arborum appellarunt. Vide Dioſc. *lib* 1. *c.* 20. ¶ Est & Bryon herba quædam, quam Plinius Lupum salictarium, officinæ Lupulum appellant. { Angl. *Hoppes bearbe.* } Cujus flore Galliæ aliquot & Germaniæ populi cervisiæ suæ sapotem commendant. Vide Ruell. *lib.* 12. *c.* 141.

Bryon marinum, βρύον θαλάσσιον, Herba est marina, lactucæ foliis, rugosa & veluti contracta, sine caule, exeuntibus è radice foliis. Nascitur in scopulis maximè, testisque terra comprehensis. Vide Plin. *lib.* 27. *cap.* 8.

Bryonia, Βρυωνία. Herba est sarmenta, capreolos, & folia habens sativæ viti non dissimilia, omnia tamen hirſutiora. Alio nomine Vitis alba à nostris, & à Græcis ἄμπελος λευκὴ appellatur: à nonnullis etiam Psithrum, quòd acinos ferat rubentes, quibus coriarii ad tergora depilanda utuntur. Vide Plin. *lib.* 23. *cap.* 1. & Dioſc. *lib.* 4. *cap.* 163.

Bryſacion, urbs Partyniæ. Steph.

Bryſæ, Thraciæ populi, apud Plin. *lib.* 4. *cap.* 11. in descriptione Thraciæ.

Bryſani, Cycnum vicini, inter Scythicas gentes à Plinio referuntur, *lib.* 5. *cap.* 17.

Bryſea, urbs Laconiæ, à qua Bacchus Bryſeus cognominatus est, quòd ibi coleretur. Quidam tamen Bacchum & Bryſeum dici putant ab antiquo verbo βρύω, quod est scaturio: quoniam ex alveariis mella, vel ex uvis musta exprimere primus docuit. Alii Byrſeum potius quàm Bryſeum volunt cognominatum, à Byrſa, hoc est pelle, quam in bello induebat. Nam, teste Diod. *lib.* 5. Bacchum in prælio pardalium pellibus usum constat. Byrſa autem corium, ac tergus significat.

Bryſeus, Βρυσεύς, unum ex agnominibus Bacchi, ἀπὸ τῆ βρύειν, quod significat inundare & madefacere: vel (ut alii malunt) à Bryſea Laconiæ civitate. Vide dictionem præcedentem, & suprà *Brisa.*

Bryſiæ, Βρυσιαί, urbs Elydis. Steph.

Bryſtacia, Βρυστακία, urbs Oenonorum. Steph.

Bryton, βρῦτον, Potionis genus ex hordeo, cujus meminerunt Sophocles *in Tryptolemo*, & Æschylus *in Lycurgo.* Aristot. *zythum* vocat.

Bryx, & Bryge, gens Macedoniæ Illyricis finitima. Steph.

Bryxellum, vide *Brixillum*, suprà.

B V

Bu, βῦ, quamvis per se nihil significet, magis tamen & amplis rebus præpon-

præponi solebat, à magnitudine scilicet bovis, etiam Varrone teste. Hinc Bupædas, magnos pueros: Bupodas, magnos pedes: Bulimiam, magnam famem dixêre.

Bus, puerorum infantium potio est, βῶς Aristophani. Varro, Quum cibum ac potionem Pappas & Baas vocent, & matrem Mamam, & patrem Tatam. Lucil. *lib.* 8. Quum vinolentus diceret, vtui bas designavit. Apud Nonium.

Βοὸς, ‖ יחמור *iachmûr*, מרי *meri*. Βυβάλις, βούβαλος. Gall. *Buffle, bœuf sauvage.* Ital. *Bufalo.* Germ. Ein büffel. Hisp. *Bufalo, animal conocido.* Angl. *A buffle, bugle, or wild oxe.* ‖ Animal est simile bovi, vel sylvestris bos colore niger, fortissimis cruribus, & brevibus, respectu sui corporis: cornua habet longa & inflexa, nigraque, parvuli pili, & parvæ caudæ, præterea est magnæ velocitatis. Plinii ætate bubali Romæ erant solo nomine noti, unde non mirum videri debet, si cervi, aut vituli figura esse dixerit. Ptlmi autem bubali creduntur ex Africa esse advecti: nunc autem tanta eorum in Italia copia est, ut vix alio animali ad agriculturam utantur.

Būbālīnus, a, um, ut Thorax Bubalinus. ‖ Βουβάλινος. Gall. *Vn colet de buffle.* Ital. *Cerazzo, à cerazzina di bufalo.* Germ. Von jhm dem büffel gehörig, oder von dem büffel gemacht ist. Hisp. *Iubon à cuero de bufalo.* Angl. *A breast plat or covering of the bodie of buffle.* ¶ Bubalina stragula à Iureconsulto dicta sunt, quæ equis insterni solebant: ex pellibus enim bubalinis fiebant antiquitus stragula ad equos. Bayfius.

Bubalus, pro pictoris nomine, vide *Bupalus.*

Būbastus, Βούβαστος, Herodoto, sive Bubastus, Βούβαστος Stephano, Ægypti urbs, in qua quotannis conventus celebrabantur in honorem Dianæ, quæ & ipsa Bubastus, ab urbis hujus nomine fuit appellata. Ovid. 9. *Metam.*

——— *cum qua latrator Anubis,*
*Sanctaque Bubastus.*

Hinc Bubastites nomos, appellabatur quædam ex Ægypti præfecturis, urbi huic proxima, cujus meminit Plin, *lib.* 5. *c.* 9.

Būbāsūs, Cariæ regio est, cujus mulieres ab Ovidio vocantur Bubasides, quum inquit *lib.* 9. *Metam.*

*Bubasides vidêre nurus.*

Bubeium, natio est, vel oppidum Cyrenes, teste Plin. *lib.* 5. *c.* 5.

Bubetani, Campaniæ populi, Coriolanis victis. Author Plinius *lib.* 3. *cap.* 5.

Būbētīa, vide *Bupetii.*

Būbīlē, vide *Bos. Bovile.*

Bubinda, fluvius est in orientali latere Hyberniæ, apud Ptolom. *lib.* 2. *cap.* 2.

Būbīno, as, Menstruo mulierum sanguine inquino, cujus compositum est Imbubino. Lucil. *apud Nonium*, Hæc te imbubinat; at hic contrà te imbulbitat. Nam imbulbitare, βολβίζειν, est pueri stercore fœdare, tractum à fimo, quod βόλβιτον Græci vocant. Ita Festus.

Bublinum, genus vini Festo. Alii legunt Bubleum.

‖ Bubo, βουών, est inguen: aliis, junctura femoris cum ischio: aliis locus ad latera pubis: aliis glandulæ in inguinibus vtrinque sitæ. Goteb Pollux *lib.* 12. *c.* 5. ¶ Est etiam tumor circa bubonas cum inflammatione. Poll. *lib.* 4. *c.* 24. ‖

Būbo, nis, alia vox. ( בום *chos. ſonus.* Gall. *Chat-huant, hibou.* Ital. *Alocco.* Germ. Ein eule oder ein huw. Hisp. *Buho.* Angl. *An owle.* ) Generis masculini & fœminini, secundùm Priscianum. Avis feralis, debilis ad volandum, in cavernis commorans: à bovis mugitu quem imitari videtur, ita appellata. Ovid. *lib.* 7. *Metam.*

*Ignavum bubo durum mortalibus omen.*

Virg. *lib.* 4.

*Solaque culminibus ferali carmine bubo.*

¶ Bubones, βουβῶνες, tumores quidam sunt præter naturam, in quacunque corporis parte provenientes, sed maximè circa inguina, vnde & nomen acceperunt: nam & inguina ipsa Græci βουβῶνας appellant. ¶ Bubo canit luscinias. Καὶ ἡσυχίαν γε ἄγων ὁ βύας ἐπιθρηνεῖται, id est, Buboque montanus philomelis occinat ipsis. Quum infans suadere conatur eloquenti, aut ineruditus docere doctissimum.

Bubo, is, ere, verbum est significans actum canendi, quem reddit butio avis palustris. Ovidius, aut quivis alius, *in libello de Philomela.*

*Inque paludifera butio bubit aqua.*

Bubon, βοῦβων, civitas est Cabaliæ, quæ Lyciæ est regiuncula, tribus oppidis habitata, Onoanda, Bulbura, & Bubone, author Plin. *lib.* 5. *c.* 27. Steph. Bubonem à Bubone latrone appellatam tradit: quemadmodum & Balburam ab alio latrone nomine Balburo.

Bubona, boum dea habita est, quemadmodum & Pomona pomorum.

Būbōnium, βουβώνιον, herba est quæ alio nomine Astet Atticus dicitur, à capitulis quibusdam quæ in cacumine habet, stellæ in modum radiata. Latinus etiam Inguinalis appellatur, eadem ratione, quâ à Græcis Bubonium, quòd scilicet prætentaneum sit affectorum inguinum remedium. Vide Plin. *lib.* 27. *cap.* 5.

Būbonocēle, βουβωνοκήλη, teste Manardo, herniæ species est, quum intestinum, aut omentum non intra scrotum descendit, sed in inguine retentum, ipsum tumefacit. Latini inguinis ramicem appellant.

‖ Bubsequa, qui bovet sequitur, quasi bubus sequax. Apul. flor. Virgilianus opilio, seu bubsequa βουκόλος.

Bubulcio, est bubulcum ago. Onom. Bubulcio βουκολῶ.

Bubulcito, as, bubulci more claino. Vide *Bos.*

Bubulcitor, aris, est bubulcum ago ‖ Vide *Bos.*

Bubula (quod hîc pro Libyæ Cyrenaicæ oppido malè legebatur) vide *Butula.*

Bubulo, as, are, βυκάω. Author carminis *de Philomela*, apud Ovid.

*Bubulas horrendum ferali carmine bubo.*

Bubulcus. Vide in *Bos* supra.

Buca, oppidum est Fleutanorum in quarta Italiæ regione, author Plin. *lib.* 3. *cap.* 12.

‖ Buca craton, buccea panis vino intincta. Lex. gr. b.

Bucæda passivè dicitur *in Mostell. Planti* 4. 1. Illi bucædæ erunt multo potiùs, quam ego tam festiv, id est, bubulis loris cæsi. Analogia postulatur, bucida, ut tyrannicida. ‖

Bucale, videtur esse vas ablucndis manibus.

‖ Bucamston, indulum. Lex. gr. b. ‖

Bŏcārdia, βοκάρδια, lapillus bubulco cordi similis, in Babylone tantùm nascens. Plin. *lib.* 37. *c.* 10.

Bvccă, æ, oris concavitas intra malas à mento ad oculos, quæ spiritu à pulmone revocato, & oppressis labris retento inflatur. ‖ מצ *peh.* στόμα, γνάθος. Gall. *Bouche.* Ital. *Bocca.* Germ. Die höle deß munds die man außblasen kan. Hisp. *Boca.* Angl. *The cheeke.* ‖ Horat. *lib.* 1. *Serm.*

*Quid causa morâ quin illis Iuppiter ambas*
*Iratus buccas inflet?*

Plaut. *in Truc.* pro maxillis exterioribus posuit. Quæ istas buccas tam bellè purpurillatas habes: id est, ipsas malas. ¶ Et fossus ille qui ex inflatione buccarum crumpit, ficticio nomine Scloppus dicitur. Festus,

*Nec scloppo tumidas intendis rumpere buccas.*

¶ Buccas inflare est, τὰς γνάθους φυσᾶν, & apud Lucian. φυσηγνάθειν. Quicquid in buccam venerit ex tempore & impræmeditatè, ἐκπώματον. Cic. *ad Attic.* Si rem nullam habebis, quod in buccam venerit scribito. ¶ Item bucca tubâ dicitur. Iuvenal. *Sat.* 6.

——— *& Phrygia vestitur bucca tiara.*

Hinc Buccina.

Buccones, qui tumidioribus sunt buccis, & pro stultis accipiuntur. ‖ Angl. *Vvich hath great cheekes.* ‖ Plaut. *Bacch.* Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones, solus ego omnes anteco stultitia. Hi a physiognomis habentur leves & furies.

Bŭcculentus, a, um, qui magnam habet buccam. Plaut. *in Merc.* Ego ducam tibi cavum, vanum, ventrosum, bucculentum.

Bŭcculă, per duplex cc, diminutivum à bucca, oris parte: id est, pusilla bucca. ‖ γνάθος. Gall. *Petite bouche, bouchette.* Ital. *Bocchina.* Germ. Ein kleine höle des munds oder ein wille. Hisp. *Pequeña boca.* Angl. *A litle cheeke.* ‖ Apuleius *lib.* 6. *de Asino*, Tunc Iupiter perpressa Cupidinis buccula, manuque ad os suum relata combasiavit, buccula apprehensa. Suet. *in Galba, c.* 4. de osculo pueri. Quandoque ponitur pro parte cassidis, per quam mittitur spiritus: ita dicta quòd buccam tegat: unde & buccarum tegmen à Cæsare appellatur. Cassis enim caput, buccula autem barbatas partes armat. Aut certè pro summo galeæ cono, in quo dehguntur cristæ, quòd buccæ parvæ habeat similitudinem. Iuven. *Satyr.* 10.

*Lorica & fractæ de casside buccula pendens.*

Bŭccēllă, aliud diminutivum à bucca. ‖ ψωμίον. Angl. *A bitte or morsell.* ‖

Bŭccĕtă, æ: à bucca fit, pro ore: significat frustulum alicujus rei esui aptæ, quantum scilicet bucca commodè capit, quod & bolus dicitur. ‖ בזך *path.* ἴσχας, ψωμός, βλαμμός. Gall. *Bouchée, morceau.* Ital. *Boccone.* Germ. Ein mundt vol/ein stuck. Hisp. *Bocado que cabe en la boca.* Angl. *A morsell of any meate, or a cheeke full of meate.* ‖ Augustus Cæsar *ad Tiberium*: Ne Iudæus quidem, mi Tiberi, tam diligenter sabbathis jejunium servat, quàm ego hodie servavi, qui in balneo demùm post horam primam noctis, duas buccas manducavi priusquam ungi inciperem. Idem *in August. cap.* 76. Martialis *lib.* 7. Buccas dixit pro Buccetas, vel Buccellas:

*Bucci,* (inquit) *placenta sordidas linit mappas.*

Bŭccellārii, Gallo-græci vocabantur: & Buccellariorum regio Gallogræcia, ut est apud Suidam; citante Alciato. Sunt & Buccellarii equites cataphracti per Orientem, qui fuberant magistri militum.

Bŭccellārum, panis castrensis & frumentacei genus. ‖ βισκουΐτον. Gall. *Biscuit, une sorte de pain que l'on donnoit aux soldats.* Ital. *Biscotto, pan biscottato, biscotto.* Germ. Zwifbacken gros mehl gebachen ist/als man es etwan in krieg brauchi. Hisp. *Bizcocho.* Angl. *Biskette twise bakes & made in cakes.* ‖ De quo Spartianus scripsit, Pescennium Imperatorem prohibuisse pistores exercitum sequi, ac iussisse milites omnes buccellato in locis paratis accepto esse contentos. Ammianus verò sic scribit, Vigiati dierum frumentum ex eo quod erat in sedibus consumendum, ad usus diuturnitatem excoctum, buccellatum, at vulgo appellant, humeris impositum libentium militum. Ubi buccellatum accipere videtur pro pane nautico, quem vulgus *bis coctum* appellat. Dictum est ex eo, quòd in buccellas & quasi tessellata frusta confectum sit. In Codicis volumine legimus, milites expeditionis tempore buccellatum primis diebus, mox lardum, & carnem verveccinam accipere debere.

Bŭccellārius, Suidas Buccellarios Gallogræcos fuisse scribit: & Buccellariorũ regionem, Gallogræciam. Coprosius Alciat. *lib.* 6. *disputat.*

Bŏccĭnă, æ. Propriè est cornu recurvum, quod tubæ modo inflatur, ita dictum à Bucca, quum tubam significat. ‖ שופר *schophâr.* σάλπιγξ, βυκανίσκιον. Gall. *Vn cornet.* Ital. *Corno, tromba.* Germ. Ein jinckhorn/ein horn mit welchem man außblaset als mit einer trommeten. Hisp. *Bozina para tañer.* Angl. *A hornyng horne, a trumpete.* ‖ Hieron. *ad Dard.* Bucca vocatur tuba apud Hebræos: deinde per diminutionem buccina dicitur. Varro, Orphea vocari jubet, qui cùm eò venisset, cithara cantare jussus, bucciam inflavit. Ovid.

——— *cava buccina sumitur illi*
*Tortilis in latum.*

Buccinis adhibere purpuram. Quint. ¶ Est quoque buccina pastoralis, qua oves & porci appellantur. Col. *lib.* 7. *cap.* 13. Ad quem sonum pabulo libenter recurrunt, quum pastorali signo quasi receptui canitur: nam id quoque semper crepusculo fieri debet, ut ad sonum buccinæ pecus, si quod in sylvis subsliterit, septa reperire consuescat. ¶ Buccinas à tubis nonnulli sic distinguunt, quòd illæ ex re-

bovis animalium cornibus, tubæ ex ære, argentove confici solent, ad animos militum & equorum inflammandos. Apul. certè *lib.* 3. *Florid.* buccinam manifestè à tuba secernit, quum ait: Siquidem vox hominis & tuba rudiore torvior, & lyræ concentu variatior, & tibiæ questu delectabilior, & fistulæ susurro jucundior, & buccinæ significatu longinquior. Sæpe tamen buccinam pro tuba politam invenimus, aut certè pro instrumento tubæ simili, eundem in bello usum habente. Cicer. *pro Mur.* Te Gallorum illum buccinarum cantus excitarat: tu actionem instituis, ille aciem instruit. ¶ Buccina etiam nomen oppidi in Sicilia, cujus meminit Dionys. quo nomine etiam dicta est insula, Pontiani Pontificis exilio, & morte clara.

**Bŭccĭno**, Buccina cano. { תרע *herdh.* σαλπίζω. GALL. *Corner.* ITAL. *Sonare di cornetto.* GERM. Mit dem horn/ oder zincken blasen. HISP. *Tañer con a juella bozina.* ANGL. *To sound the trumpets, to blow an horne.* } Varro *de re rust. lib.* 2. *cap.* 4. Primùm quem includerunt, quum buccinatum est, aperiunt, ut exire possint, &c. Seneca *controv. lib.* 3. Sæpe declamante illo ter buccinavit: pro, buccinatum est: id est, tres horæ fluxerunt, quia ad singulas horas more castrorum, etiam in urbe buccinabatur.

**Bŭccĭnātŏr**, qui buccina canit ad instigandos ad prælium militum animos. { כרע *merdh* מתאר *mat'sefr.* σαλπιστής, βυκανητής. GALL. *Cornëur, trompeteur, ou trompette.* ITAL. *Sonatore di cornetto.* GERM. Ein hornblaser/ zinckenblaser. HISP. *Tañedor de bozina.* ANGL. *He that soundeth a trumpet or bloweth an horne.* } Cæsar 1. *bell. civ.* Qua re animadversa Varrus, & terrore exercitus cognito, buccinatore in castris, & paucis ad speciem castrorum in tabernaculis relictis, de tertia vigilia silentio exercitum in oppidum reduxit. ¶ Per translationem Buccinatorem pro laudatore ponimus. Cic. *Tyroni*, Quod polliceris te buccinatorem fore existimationis meæ, firmo id, constantique animo facias.

**Bŭccĭnum**, i, Buccina, cornu recurvum, quod tubæ modo inflatur. { σάλπιγξ. βυκανητήριον. ANGL. *A horne which sounds like a trumpets.* } ¶ Buccinum item concha genus, purpura minus, quod petris adhæresat, & circa scopulos legitur. Plin. *lib.* 9. *c.* 36. uno in loco utramque significationem expressit. Buccinum, inquit, est minor concha, ad similitudinem ejus buccini, quo sonus editur: unde & causa nominis rotunditate oris in margine incisa.

‖ Buccismus, jentatio. L. gr. b.‖

**Bŭcĕă**, per simplex c, Folliculus grani fabæ interior, qui albus est. { ANGL. *The white inwarde huske or hull of a beane.* }

**Bŭcĕntaŭrus**, a, um, βουκένταυρος, *Bucentaure.* Composita dictio à βοῦς, quod magnum quiddam signat, & Centaurus, id est, magna navis Centauro insignita. Veteres enim solebant magnis rebus βου syllabam præponere, à magnitudine scilicet bovis.

**Bŭcĕntēs**, Tabanus. { βρέμος. GALL. *Taon.* ITAL. *Tafano.* GERM. Bremen/ hornussen. HISP. *Moscarda que abuyenta las vacas ò reses.* ANGL. *A flie sucking ye blood of beasties, called a horse flie or dogge flie.* } A pungendis bobus: βόπις enim pungere significat. Latini hoc insecti genus Asilum vocant. Græci alio nomine ὄμπρον. Non dissimile est apibus, quamvis hoc majore corpore, armentis præcipuè infestum: de quo ita Virg. *in Georg.*

*Est lucos silani circa, illicibusque virentem*
*Pluribus Alburnum volitans, cui nomen Asilo*
*Romanum est, œstrum Graii vertere vocantes:*
*Asper acerba sonans, quæ tota exterrita sylvâ*
*Diffugiunt armenta.*

Vide *Asilus.*

‖ Buccentovergium, boum stimulus. L. gr. b.‖

**Bŭcĕntrum**, { ὁ κέντρον. ANGL. *A goade to pricke forward cattell.*} Stimulus quo boves agitantur.

**Bucephalus**, βουκέφαλος. Quasi bovis caput: quo nomine dictus est equus Alexandri, ab aspectu torvo, seu ab insigni taurini capitis armo impressi. In cujus dementati memoriam, Bucephalam Indiæ urbem condidit. Vide Gell. *cap.* 2. *lib.* 5. ¶ Est etiam Bucephalus herba eadem cum tributo: ita dicta, quòd bubuli capitis imaginem referat, duobus cornibus & rictu. Vide Marcell. Virg. *in Dioscor.*

**Bucephalĭa**, βουκεφάλεια Stephano, Indiæ oppidum est ad Hydaspem fluvium, ab Alexandro Magno conditum, & à nomine Bucephali equi ita appellatum, qui ibi interfectus fuit eo in prælio, quo Alexander Porum vicit. Vide Plin. *lib.* 6. *c.* 20 Nunc Cavalla, *la Cavalla*, secundo lapide à Philippis ad mare sita.

**Bucephalus**, βουκέφαλον, portus est in sinu Saronico, non procul ab Isthmo Peloponnesi: cujus meminit Plin. *lib.* 4. *c.* 5.

**Bucer**, pecus bubulum: buceria, armenta pecuaria: Bucita pascua, Bucera pascua, quæ buceriæ, id est, boum greges depascunt. Lucianus *lib.* 9.

——— *Et calidi lucem buceta Matini.*

Acron. *lib.* 4. *ode* 2. pro eo quod vulgatè legitur *buxeta*, Paulus Diaconus in glossis, *bucera pascua.* Sidonius epist. 2. lib. 2. *Inter greges tinibulatos per depasta buceta reboantes.*

‖ **Bŭcĕrĭus**, a, um, βούκερως, ω, est proprie, bubulis cornibus prædirus; nisi malis, *magnis*, id quod & forum Romanum probat. Apud Ovid. 6. *Met. Bucera armenta*, i. e. boves cornuti. Lucretio *lib.* 5. *cap.* 6. *Bucera fœta*, sunt boves. Fest. *Bucerum pecus*, de bubus dicitur. Est etiam ‖

**Bŭcĕrās**, βουκέρας, herba Theophrasto, quæ notiore nomine Fœnum Græcum appellatur: ita dicta (figura sentinis) quod corniculorum similitudinem quandam præ se ferat. Vide Plin. *lib.* 24. *cap.* ult.

**Buceria.** Nonius *cap.* 2. Buceriæ, boum greges exponit apud Lucret. *lib.* 2.

*Buceriaque greges sub eodem tegmine cœli:*

Id est, armenta boum.

**Bucha**, urbs Misniæ, *Buch* vulgò.



**Bŭchia** { quòd hîc pro Ionicæ loco perperam legebatur. } Vide *Bucia.*

**Bucina**, insula est exigua, Siciliæ adjacens, à Libyæo promontorio in Africam vergens. Vide Plin. *lib.* 5. *c.* 8.

‖ Bucita, Gloss. Isid. Bucira pascua, in quæ boves pastum agiuntur. Var. *lib.* 4. *de L. L.* GERM. Kuhtrib. ‖

**Bucolion**, βουκόλιων, Laomedontis filius natu maximus, qui ex Abarbarea nympha Pædasum & Æsepum suscepit. Author Homer. *lib. Iliad.*

‖ Bucolus, est qui boves alit, seu pascit, βουκόλος, ex βοῦς bos, & κόλος pabulum. ‖

**Bucolĭcus**, a, um, ‖ βουκολικός, ὴ, όν, pastoritius, a, um: pastoralis, e, ad bucolos pertinens. ‖

*Phillidis hic idem, tenerasque Amaryllidis ignes,*
*Bucolicis juvenis luserat antè modis.*

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

‖ Bucolica, βουκολικά, τὰ; scilicet carmina, in quibus bubulcorum colloquia. ‖

**Bŭcrānĭum**, βουκράνιον, herba est Galeno, alio nomine Antirrhinon appellata. Vide Ruell. *lib.* 3. *c.* 131.

**Bucula**, pascua: Bucinariæ voces. Lege, & transpone: *Bucula* boves, *Bucinaria*, pascua. Buceta, *pascua ubi cienntur boves.*

‖ Buculus, parvus bos: apud Columellam in fœm. *bucula*, parva bos, vacca juvenis & tenera. Virg. & Plinio.

Bucula pascua. Gloss. Isid. a Græco βούκλιον armentum. ‖

**Buda**, Ungariæ, sive Pannoniæ metropolis est. Buda non ita procul à Danubii ripa dissita: olim munitissimum totius Germaniæ propugnaculum, nunc Turcarum ditioni paret, ut penè tota Pannonia. Germani vocant Ofen. ¶ Fuit sedes & habitatio Regum Ungariæ longè pulcherrima, & munitissima, unde dicterio locus, in tota Europa tres omnium pulcherrimas esse urbes, Venetias in aquis, Budam in monte, Florentiam in planitie.

**Buda**, Gymnosophistarum apud Indos princeps exitit, quem illi ex virginis latere natum fuisse credi voluerunt. Rhodig. *lib.* 14. *cap.* 1.

***Buda, historia.*** Legendum, *Buda florea.* Sicut in Glossario Camberonensi similiter peccat; nam ubi *Buda, historia*, legendum, *Buda florea*: etenim in Papia est, *Buda florea.* Pelagius libello 10. n. 76. *Videns autem Ægyptium vestitum mollibus rebus, & budam de papyro, pellem & stratam sub ipso.* Glossarium Camberonense manuscr. ex fide Rostocydi: *Buda, stramentum lecti de bisso, id est, papyro.*

**Budes**, Βοῦδες, Stephano Magnesiæ civitas, à Budeo quodam conditore dicta, à qua etiam Minerva, quæ in ea civitate colebatur, Budea dicta est. Homerus βούδεια appellat. ¶ Est & Budea Phrygiæ oppidum, Stephan.

**Budei**, βουδεῖοι, Mediæ populi. Steph.

**Budini**, βουδῖνοι, Scythiæ Europæ populi, non procul à Borysthene amne, Gelonis, Thussagetis, & Basilidis finitimi, quorum meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.

**Budorĕæ**, insulæ duæ prope Cretam insulam, ut scribit Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.

**Budorgis**, à Ptolom. dicta crediter Germaniæ civitas in Silesiæ tractu: quæ hodie Uratislavia dicitur, vulgò Breßlaw in der Schlesien.

**Budoris**, Germaniæ urbs est sub ditione Comitis Palatini: vulgò Heydelberg.

**Budorum** βοῦδορον, promontorium est apud Salaminem. Steph.

**Bufo**, { φρύνος. GALL. *Crapaut.* ITAL. *rana, rospo.* GERM. Ein krott. HISP. *sapo ò escuerço.* ANGL. *A toade.* } Rana terrestris venenata. Virg. *Georg.*

*Inventusque cavis bufo, & quæ plurima terrâ*
*Monstra ferunt.*

¶ In bufonis capite invenitur lapis, qui batrachius dicitur. Hunc & hac arte evomit: Apponuntur panni platimi diversi coloris, bufo omnes contemplatur, atque in placiti coloris pannum lapillum egerit, quem tamen avidè rursus vorat, nisi mox bufo intercepetus insidiantis hominis spiculo transfigatur.

**Buges**, amnis est Scythiæ Europæ, qui flexum Mæotidis secat, ut author est Pomp. Mela. Supra Bugen verò, amnes sunt Agarus (quem Sagarim Ovidius nominat) & Lycus, clarissimi, Plin. authore *lib.* 4. *cap.* 12. Buges lacus est, non fluvius, à Coreto Mæot. sinu petroso discluſus dorso, & fossa in mare emissus.

**Buglossum**, sive buglossos. { βούγλωσσον. GALL. *Bourrache, ou buglosse.* ITAL. *Borana, borragine.* GERM. Boretsch oder ochsenzung. HISP. *Borraja, yerva nota.* ANGL. *Buglosse. borage.* } Herba est Officinis & herbariis boragines nomine nota: diversa ab ea quam vulgus hodie *Buglossam* vocat: nam ea Circion est, sive Bauglossum magis. Dictum autem est Buglossum à linguæ bubulæ similitudine. ¶ Alio nomine Euphrosynum dicitur, propterea quòd in vinum dejecta animi hilaritatem gignere credatur. Vide Plin. *lib.* 25. *c.* 8.

**Bŭgŏnēs**, βουγόνες, à Græcis dictæ sunt apes, quoniam ex bove putrefacto nasci perhibentur. Varro *de re rust. lib.* 2. *c.* 5.

‖ Bugonia, boum generatio. ‖

**Bŭlăpăthum**, βουλάπαθον. Herba est ex Lapathi generibus, ab ὄνυ lapatho sola radicis altitudine differens. Vide Plin. *lib.* 20. *cap.* 21. & Ruell. *lib.* 1. *cap.* 29.

**Bŭlbine**, es, teste Plin. *lib.* 29. *cap.* 9. Herba est porraceis foliis, rubicundo bulbo, quæ vulneribus mirum in modum utilis est. Officinæ Maurorum vocabulo *Bubigerim* appellant, teste Ruell. *lib.* 3. *cap.* 100.

**Bŭlbīto**, as, βολβοῦμαι. Puerili stercore fundo, vide in dictione *Bubino.*

‖ Bulbitum, βόλβιτον, & ὁ βόλβιτος, est simus. ‖

**Bulbus**, { βολβός. GALL. *Eschallotte.* ITAL. *Cipolla malagia.* GERM. Eschlauch. HISP. *Vn cierto genero de cebolla.* ANGL. *A little onyon*

*called ascalion, or wild garlicke.*} Latinè Allium agreste, sive Allium maximum, caulem & folia habens lilio similia: cæpaque genus est, non absimile ascalonitæ, quod venerem impendio excitat. Marc. *lib.* 12.

*Quum sit anus coniux, quum sint tibi mortua membra,*
*Nil aliud bulbis quàm fatuæ esse petes.*

Colum. *lib.* 10.

——— *quæque vires acuunt, armántque puellas,*
*Iam Megaris veniant genitalia semina bulbi.*

¶ Generaliter verò apud idoneos Authores, bulbi sunt radices rotundæ, membranis suis tunicatæ, sive pluribus capitulis coagmententur, uno folliculo omnes ambiente, sive quadantenus distinctæ separentur: cujusmodi sunt croci, narcissi, colocasiæ, scillæ, & arundinum. { Gall. *Toute racine ronde ayant plusieurs tayes & pelures l'vne sur l'autre, comme lys, saffran, oignon.* Ital. *Scalogniche nascono con più cipolletti attaccati insieme.* Germ. Alleley ronde wurtzlin die vil schelffen vber einander haben. Hisp. *Qualquiera raiz, como cebollas.* Angl. *Allround kind of rootesrobere many rootes groweth together in one, as ingarlicke.* Pallad. Nunc & liliorum bulbos ponemus, vel lilia antè habita farriemus summa diligentia, ne oculos circa radices nascentes, & minores bulbos sauciemus, qui à matre subtracti, atque in alios digesti, nova lilieta formabunt. Idem, Violarum plantæ, & croci bulbi serendi sunt. Varro & Apicius ita scribunt: Aqua decoquant bulbos, qui Veneris vsum quærunt. ¶ Ex bulborum genere Cato maximè celebravit Megaricos, ita dictos, quòd è Megaride Atticæ agri regiuncula mittebantur. Alij Scillam nobilissimam faciunt, medicamentis, & aceto cæcuendo naram. Vide Plin. *lib.* 19. *cap.* 5. ¶ Bulbos quærit, βολβὸς ζητῶ. Iocus prouerbialis in eos, qui iuxta Persium sat. 3. *Obstipo capite defigunt lumina terra.*

Bulbōsus, adiect. { βολβώδης. Gall. *Ayant plusieurs petites testes, comme oignons en la racine.* Ital. *Viene di picciole coperte nella radice.* Germ. Knollecht wie ein ronde knopfechtige wurtzel. Hisp. *Cosa que tiene mucho de tal rayz.* Angl. *That hath many litle heades, in y rootes as garlicke.* { vt, Radix Bulbosa, in qua bulbi conspiciuntur, quales in radicibus arundinum. Plin. *lib.* 21. *cap.* 17. Semipedalis radice, bulbosa, molli, tribus, aut quatuor agnatis.

‖ Bvλὴ, βολὴ, est consilium. ‖

Bŭleūtă, æ, Consiliarius, senator, decurio. { ϐουλευτὴς. Gall. *Conseiller de ville. Eschevin.* Ital. *Consigliere, Senatore.* Germ. Ein Rathsherr/rathgeb. Hisp. *Consejero, Senador.* Angl. *A Counsailour, à Senatour.* } à βουλὴ, Senatus, Consilium. Plin. *in Epist.* Claudiopolitani quoque in depresso loco, imminente etiam monte, ingens balineum defodiunt magis quàm ædificant, & quidem ex ea pecunia, quam Buleutæ adeunt beneficio tuo. Buleutarum ius Alexandrinis dedit Spartianus *in Severo.*

Bŭleŭtērĭum, locus consiliis publicis destinatus, Senaculum, Curia. { בית דין *beth din.* βουλευτήριον. Gall. *Senat, Conr.* Ital. *Luogo à sala dove si fanno i consigli, corte.* Germ. Rathhauss richthauss. Hisp. *Senado, lugar donde esta el consejo.* Angl. *A place appointed forto hold counsell in a senate.* } Cic. 4. *Verr.* Deinde vt in curia Syracusis, quem locum illi Buleuterion vocant. Plin. *lib.* 36. *cap.* 15. Insigne buleuterion Cyzici fuisse tradit, sine ferreo clavo, ita disposita contignatione, vt eximerentur trabes sine sulturis, ac reponerentur: quod item Romæ in ponte Sublicio religiosum fuit, postequam Coclite Horatio defendente ægrè repulsus est.

Bvlex, ĭcis, authore Fest. Sacculus erat ex cotio, aut alia materia confectus, quo circumferebant peregrinantes pecuniam, aut alia vitæ necessaria: à Græcis ab equis, quibus ferebatur, ἱππήκης appellabatur. { יקלון *jalkut.* βερσόνιον κήρ. Gall. *Bougette de cuir.* Ital. *Bolgia, besaccia.* Germ. Ein bulgen/ wetscher. Hisp. *Bolsa al forma de cuero.* Angl. *A bon, et of leather.* } Lucil. *Satyr. lib.* 6. apud Nonium.

*Cui neque iumentum est, nec servus, nec comes ullus,*
*Bulgam, & quicquid habet nummorum, secum habet ipse:*
*Cum bulga cœnat, dormit, lavit: omnia in una*
*Spes hominis bulga: hac devincta est cætera vita.*

Varro, In quo nobilius est Philippeum quod accipimus, quàm quod bibimus: cùm alterum addamus in bulgam, alterum in vectam. Ex Nonio.

Bulgaria, à recentioribus appellatur Europæ regio supra Thraciam, inter Danubium & Pontum Euxinum sita, Daciæ & Moesiæ conterminis. Hinc Bulgari dicti, qui eam incolunt.

Būlimĭa, { βουλιμία, ἡ βόλιμος. Gall. *Grand' faim.* Ital. *Gran fame.* Germ. Grosser hunger/ vnmässige begird zuessen. Hisp. *Grande hambre.* Angl. *Exceading great famine or hunger.* } Immodica apperentia interpretari potest, quum scilicet cibo quantolibet sumpto fames non extinguitur. ¶ Componitur ex βοῦ particula, quæ magnum quid indicat in compositione, & λιμὸς, fames. ¶ Est & Bulimia, sive bulimos, Galeno 2. *Aphor.* orificij ventriculi morbus, & casus appetentiæ, ex frigiditate exteriore, qui à fame quidem inchoauit, sed non habet eam amplius adiunctam. Et in hoc differt ab appetentia canina, quæ perpetuò cibum appetit, sumptúmque statim euomit.

Bulini, βουλῖνοι, gens circa Illyriam: Artemidorus non gentem, sed βουλῖνα, Bulinem ciuitatem esse dicit. Stephan.

Būlis, βῶλις, Phocidis oppidum, inter Parnassum & Heliconem situm: ita dictum à Bulone conditore. Hinc Bulij & Bulienses. Cic. *in Pison.* Parthenij & Bulienses illusi.

Bullæ, stramenta regalium camelorum: lege *Ornamenta.*

Bvlla, βῶλα. Insigne erat triumphantium, quam in triumpho præ se gerebant, inclusis intra eam remediis, quæ crederent aduersus inuidiam valentissima. Hinc deductus mos, ut prætexta, περιπόρφυρος, quæ magistratuum erat, etiam in vsu puerorum ingenuorum vsurparetur ad omen & vota conciliandæ virtutis, ei humilis, cui primis in annis munera ista cesserunt. Erat hæc bulla rotunda (vt Macrobius scribit) in cordis figuram formata, quam ante pectus annectebant in collo, vt bullam intuentes, ita demùm se homines esse cogitarent, si corde prædirent. Romani deposita adolescentia eam exuebant. ¶ Dicta est autem Bulla, teste Macrobio & Festo, παρὰ τὸ βολὴ, hoc est, à consilio: quod effrenis illius ætatis impetus, consilio præcipuè esset regendus. Primus autem Tarquinij Prisci filius, quòd se in bello virilem gessisset, bulla aurea donatus est, & toga prætexta. Deinde omnibus pueris ingenuis facta est communis. Libertinorum verò filij, lorum in collo pro bullæ decore gestabant. Bulla purpurea unde dicta. Liu. *in Rem.* pendebat è collo. Idem *in Serter.* Ascon. Bulla suspendi in collo infantibus ingenuis solet aurea, libertinis teretea, quasi communiens pectus puerile. A cuius rei specie (Plut. authore *in Prob.*) dicta bulla. { בועבוע *abakbu'ah.* περιφερὲς. Gall. *Bouteille, ou bouillon s'élevant sur l'eau quand il pleut, ou autrement.* Ital. *Ampolla, fonaglino d'acqua.* Germ. Ein blater beh wasser. Hisp. *Burbuja ò ampolla.* Angl. *A buble rising in water when it rayneth.* } Tumor quidam excrescens tam in aqua quam bullit, quam in urina quum spumam facit, & repentè evanescit. Ex quo etiam proverbialiter apud Varronem dicitur, Homo bulla, quòd scilicet similis bullæ vita hominis sit fluxa, & momento caduca. Plaut. *Curc. fc.* 2. *a.* 3. In nullam crucem cum bullis. Idem *in Asin. fc.* 4. *a.* 1. Accepit bullam pro capite clavorum. Iussit in splendorem dari bullas has foribus nostris: nam clavorum capita more bullæ quasi turgentia formata sunt, & splendent ad fores decorandas. Sic Cic. tradit, Vertem bullas aureas, ex valvis templi magnificentissimo abstulisse. ¶ Bullæ etiam dicuntur ornamenta quibus cingula decorantur. Calphur. *in Bucol.*

*Alternant vitreas lateralia cingula bullas.*

{ Angl. *A stude on a girdle, the bosse of a bridle.* } Apud Apuleium *lib.* 6. accipitur pro ornamentis illis orbiculatis exuberantibusque, quibus tanquam oculis ephippia equorum, & pectoralia, & habenæ exornari solent: ait enim, Bullis multis auris inoculatum, veluti stellis relucentem.

Būllŭla, dim. Parva bulla, { βουλλίον. Angl. *A litle stud on a girdle, or bosse of a bridle.* } Cels. *libr.* 2. *cap.* 6. *de Vrina*: Aut si quædam, inquit, maculas reprærodat, aut si bullulas excitat.

‖ Bullatorium, forma bullarum, sigillum, parva bulla. L. Gr. b. ‖

Būllātŭs, a, um, Bulla insignitus. { ὁ φαλαρισμένος. Gall. *Resemblant aux bouillons ou bouteilles d'eau, orné de bagues.* Ital. *Ornato di belle.* Germ. Wolgeziert mit bullen/ als mit bisemknöpfen &c. Hisp. *Cosa llena de bollones ò chatones.* Angl. *Garnis bod with studes or lik litables of watter or bubles.* } Vestis bullata, in qua erat bulla. ¶ Accipitur pro inani, humido, & inflato. περιφερὴς, περιφλυκταινώδης. Persius. Non equidem hoc studeo, bullatis ut mihi nugis Pagina turgescat. Bullatas nugas proverbij specie appellans inanem perstrepentium vocum congeriem, in quibus nihil subsit solidioris sententiæ.

Bvllĭo, is, ĭi, ītum. Ferveo, bullas emitto. { רתח *ratách.* ἀναζέω, ἐκζέω. Gall. *Bouillir.* Ital. *Bollire.* Germ. Sieden/ wallen/ siudeln. Hisp. *Bullir como lo que hierue.* Angl. *To bubble as water doeth in seething.* } Dictum à bullis, quas in aqua fervida videmus. Cels. *lib.* 5. *cap.* 19. Aut spumæ argenti selibra, ex olei hemina, & aquæ marinæ altera, cocta donec bullire desierit, cui paulùm ceræ sit adjectum. ¶ Hujus compositum est Ebullire, ἀναζέω, effervescere, & inter bulliendum effundi, sicut aqua in aheno calefacta ebulliens, non seipsam capit, sed intumescit & effunditur. Per metaphoram accipitur pro jactare, vel ostentare. Cic. 3. *de Finibus*: Dixerit quidem hoc Epicurus, semper beatum esse sapientem, quod quidem solet ebullire nonnunquam. Idem 3. *Tusc.* 33. Qui si virtutes ebullire volent & sapientias, nihil aliud dicent.

Būllo, as, bullio, Bullas excito. { ἐκφυσῶμαι. Angl. *To bubble as water doeth in seething.* } Cato *de re rust.* Vinum Græcum sic facito: Musti quadrantalia viginti in ahenum, aut plumbum infundito, ignem subdito, vbi bullabit vinum, ignem subducito. Plin. *lib.* 28. *c.* 6. Mala signa sunt urinæ bullantis & crassæ. Celsus *lib.* 7. *cap.* 4. Cum humore quasi bullante prorumpit. Idem *lib.* 7. *cap.* 7. Si bullat urina, & malè olet. Plin. *lib.* 18. Matis tranquillus sonitus, spumæque dispersæ & aquæ bullantes. ¶ Bullare literas. Bern. *ep.* 130. Extant literæ integræ & bullatæ. Inde Bullarum nomen, & quod nemo ambigat, dictæ sunt literæ Pontificum. ¶ Sic Ebullo, i. erumpo, crepo. Persius,

*O si ebullat patrui præclarum funus.*

Bŭllārēgĭi, Liberum est Numidiæ oppidum, teste Plin. *lib.* 5. *cap.* 3.

Bullenses, oppidum & populi Locrorum apud Plin. *lib.* 4. *cap.* 3.

Bullĕon βούλλεων, Britanniæ insulæ oppidum, apud Ptolom. *lib.* 4. *cap.* 3.

Bullĭones, Barbari incolæ Macedoniæ, dicente Plin. *lib.* 14. *cap.* 23. Apollonia quondam Corinthiorum colonia, VII. M. passuum à mari recedens. Cujus in finibus celebre Nympharum accolunt Barbari, Amantes, & Bullionæ. Hæc Plin.

Bŭllis, idis, βυλλὶς, oppidum in ea parte Macedoniæ, quæ mari Adriatico adjacet, non procul ab Apollonia, teste Ptolom. *lib.* 3. *cap.* 13. Plin. Bullidensium coloniam vocat *lib.* 4. *cap.* 10. & populos ipsos Bullliones.

‖ Bullum, baculum pastoris. ‖

Bŭlŭă, βούλουα, Vulgò *Bodena.* Oppidum Liburniæ, non procul à Drilone fluvio, Ptol. *lib.* 2. *cap.* 17.

Buluba, Libyæ Cyrenaicæ oppidum, apud Plin. *lib.* 5. *cap.* 5.

Bumamma, sive (vt apud Macr. *lib.* 3. *Satur. cap.* 3. legitur,) Bomamma, ua est eadem quæ & Bumastos dicitur. Vide in sequenti dictione.

Bŭmāstus, βύμαστος, fœm. gen. Vox genus crassioris, mammæ cuiusdam modo intumescentis: à βὺ augmentativa particula, & μαστὸς, mamma: quasi magnam mammam dixeris. Plin. *lib.* 14. *cap.* 1. Tument verò mammarum modo bumasti.

Bŭmellia,

Bumēlia, *Βουμηλία*, fraxini species in Macedonia, amplissima & lentissima, cujus folia contra serpentes succo expresso ad potum, & imposita vicetibus maximè prosunt. Plin. *lib.16. cap.13.*

Bunæ, nomen loci. Plutarch. *in libello, Vtra plus sapiant: ἢ γὰρ ἐμοὶ πεῖσαι τοὺς Βουναίους, ἢ τοῖς ἐμοῖς ἀκούειν τοὺς Βουναίους.* Fortè eadem quæ Bunnus.

Bunartis, *Βουνάρτις*, urbs Libyæ. Steph.

Bunena, *Βουνηνά, νῆσος*, urbs Epiri ab Vlysse condita. Idem.

‖ Bunernon, flagellum ex nervis bubulis. Lex. gr. b. ‖

Bunias, *βουνιάς*. Napi species est, diversa a Bunio. Plin. *lib.2. cap.4.* duas napi species facit, quarum altera Bunion, altera Bunia vocatur. Bunion autem angulosis foliorum caulibus esse tradit, ejusque decoctum purgationibus fœminarum, & vesicæ, & urinæ utile esse: idque Dioscorides à Romanis Scopam regiam vocari asserit. ¶ Buniada autem idem Plinius raphano & rapo similem facit, cujus semen antidotis, quæ contra venena fiunt, admiscere tradit. Hodie Bunias napi nomine nulli non cognita est. ¶ Bunium autem id esse, quod vulgus Gallorum *Carpentariam* herbam vocat, plerique suspicantur. Utriusque autem generis appellatio à tumente radicis figura tractum videtur. Nam colles, terræque tumores *βουνοὺς* Græci appellant. Napum autem Buniadis nomine, ne Columella quidem ignoravit, qui sic scribit *lib.10.*

*Atque Amiternini defertur bunias orvis.*

Bunion, vide *Bunias*.

Bunitium, *Βούνιον*, urbs Germaniæ in climate magis Septentrionali: de qua Ptol. *lib.2. c.11.* Germ. Gund, ut quibusdam videtur.

Bunomus, *Βούνομος*, ὁ *Βουνόμου*, Macedoniæ civitas, Pellea postea dicta. Stephan.

Bunnus, *Βοννός*. Illyridis oppidum est, cujus gentile est Bunnius, *Βοννίος*. Idem.

‖ Buo, est impleo, planè à Græcis sumptum, quia *βύω* est obstruo, impleo, infercio. Hinc est participium in Gloss. Isid. burum, imburum, imbuendum. ‖

Būpædes, *Βουπαῖδες*, magnos pueros dicunt Græci, qui fecerunt finem excrescendi. Latini vocant Exoletos.

Bupalus, i, *Βούπαλος*, pictoris insignis nomen, qui quum Hipponactem Poëtam deformi figura pictum omnium risui exposuisset, tam mordaci ab eo carmine fuit perstrictus, ut laqueo vitam finierit. Horat. *in Epod.*

*Qualis Lycambæ spretum injido genus,*
*Aut acer hostis Bupalo.*

Bupali hujus meminit & Plin. *lib.36. c.5.*

Buphia, *Βουφία*, Sicyonis vicus apud Steph.

Būphŏnum, *Βούφονον*, genus herbæ, quæ à bobus devorata anginam procreat, eosque necat. Græcè quippe *φόνος*, dicitur mors. Hanc herbam quidam Camæleontam vocant: alii Cynozolon, quòd fœtore ejus ticini è canum auribus decidant; *ζέειν* enim canis, *ζῶν* fœtere. Vide Plin. *lib.22. c.22.* ubi tamen Ulophonum legitur, non Buphonum.

Būphthālmus, *βουφθάλμος*. Herba est quam Romani Boariam appellavere, cauliculis teneris & subtenuibus, foliis fœniculi, floribus luteis, majoribus quàm anthemidis, & bubulorum oculorum similitudinem referentibus, unde & nomen accepit. Vide Plin. *lib.21. c.8.* ¶ Buphthalmos etiam apud Dioscoridem recensetur inter appellationes Sedi, sive Sempervivi majoris.

Būpleūron, *βουπλεῦρον*, herbæ nomen, quam sic describit Plin. *lib.22. cap.22.* Bupleuron in sponte nascentium olerum numero Græci habent, caule cubitali, foliis multis, longisque; capite anethi: laudatum in cibis ab Hippocrate, in Medicina à Glaucone & Nicandro.

Bupraſium, *Βουπράσιον*, Epæorum oppidum, Elidi finitimum: cujus meminit Hom. *in Catalogo navium.* Plin. *lib.4. cap.5.* Achaiæ propriè dictæ annumerat.

Būprēstis, *βούπρηστις*, ut scribit Plin. *lib.30. cap.4.* Animal est ex genere canthatidum, scarabeo longipedi simile, venenatum, rarum in Italia: fallit inter herbas bovem maximè, unde & nomen invenit. Apud Iurisconsult. *tit. Ad legem Corneliam*, scribitur: Si cui temerè pigmentarii dederint pyriocampas, aut bupreſtes, quæ ambo venenata sunt, teneri pœnâ legis Corneliæ de sicariis & veneficis. ¶ Est & bupreſtis herbæ genus, quam in laudibus ciborum habuere. Vide Ruell. *lib.2. cap.127.*

Būris, sive Burris, pars aratri posterior, in qua affixa est stiva, *βοῦς*, quasi *βοὸς οὐρὰ* (vulgò *la haye*) quòd ad similitudinem bovis caudæ incurvata sit. Varro *lib.1. de re ruſt. c.19.* Et sæpe fractâ burâ relinquunt vomeres in arvo. Virg. *lib.1. Georg.*

*Continuò in ſylvis magna vi flexa domatur*
*in burim.*

Būrī, *βοῦρι*, Achaiæ propriè dicta urbs, ad sinum Corinthium sita, olim florentissima: nunc unà cum Elice vicina urbe, maris impetu hausta: de quo Ovid. *lib.15. Metam.*

*Si quarus Elicen, & Buran, Achaidas urbes,*
*Invenies ſub aquis: & adhuc oſtendere nauta*
*Inclinata ſolent cum mœnibus oppida merſis.*

Plin. *lib.2. cap.29.* Pyrrham & Antissam circa Mœotim Pontus absulit: Elicen & Buran in sinu Corinthio, quarum in alto vestigia apparent.

‖ Burda, est genus vestimenti. ‖

Burdatio, est rustica pensio: pensio (inquam) quam debent rustici persolvere.

Burchana, insula (ut *lib.5. cap.13.* Plin. docet) in Oceano Germanico: à Romanis Fabaria, à fragis similitudine sponte provenientis appellata.

Burchanis, *Βουρχανίς*, insula in Celtica. Steph. ex Strabone.

Burdegala, sive (ut apud Suidam legitur) Burdigala, *Βουρδίγαλα*, Galliæ Aquitanicæ urbs clarissima, Ausonii Poëtæ patria. Strabo Burdigalliam appellat. Vulgò *Bordeaux.*

Būrdo, dicitur qui ex equo & asina natus est. { רכש *perédh. ἡμίονος.* Gall. *Mulet né d'un cheval, & d'une aſneſſe.* Ital. *Mulo nato di cavallo & aſina.* Germ. Ein maultheſel/der von einem roß vnd einer eſelin geboren wirt. Hisp. *Mulo, burdegano, hijo de cavallo y aſna.* Angl. *A mule engendred of an hor ſe and ſhe aſſe.* } Utitur hac voce Ulpianus Iureconsult. *de legat.1. Litem legato 49. in fine.*

Burgi, quorum mentio *in tit. C. de ſund. rei privata, lib.11. Lecum qui 6.* Qui collegio, vel curiæ, vel burgis, cæteriſque corporibus servierit, &c. Andr. Altham. vir eruditus præcipuusque Germaniæ illustrator, Rhenani nostri sententias firmans, à Græco pyrgo deductum putat, colligitque haud absurdè ab hac voce eos qui castellis, munitionibus, & turritis mœnibus habitant: Burger, quod civem significat, quasi dicat pyrgios; & Burggraf, appellatum præfectum atque Comitem & arcis & castri. Constans autem est opinio à Burgis Burgundiones Germaniæ populos esse.

Burea, urbs Italiæ à Burro condita. Steph.

Burea, Burris, vel Burrhina, *Βύρεια, Βυρίς, ἡ Βύρρινα.* Fons est in loco quodam insulæ Co, sic dictus, quòd bovis naribus similem habeat meatum unde scaturit, interpres Theocriti. Meminit enim ejus Theocritus *Idyllio 7.*

Burgūndiā, Galliæ Celticæ provincia, ducatus titulo insignis: quam antea sub regibus fuerit, a quo Burgundi, & Burgundiones. Eam olim Sequani ac Hedui tenuerunt. Burgundiones Plin. *lib.4. cap.14.* inter genera Germanorum ponit: sic enim scribit, Genera Germanorum quinque, Vindelici, quorum pars Burgundiones, Varrini, Carini, Guttones. Vulgò *Bourgongne.* { Germ. Das Hertzogthumb Burgund. }

‖ Burricus, equus. Ita Gloss. Latinogr. *manum βυρίκου.* Isid. *manitus burici.* Sic corrigit Meursius pro *manicus burcum.* In isidem, *manum, caballum, buricum.* ‖

Burnistæ, Plin. *lib.3. cap.21.* Populi Illyrici, Scordisci & Albanchibus finitimi.

Burnus, qui libidini præest.

‖ Burra. Auson. in phalæcio ad Drepan. Pacatum.

*Burras, quiſquilias, ineptiaſque.* ‖

Būrrhānĭcum, genus vasis. Festo.

Būrrhānĭum, genus potionis, lacte sapâ mistum, à rufo colore nomen ductum. Festus.

Būrrhŭs, { אדמדם *adhamdhám.* Gall. *Rouge, vermeil.* Ital. *Roſſo.* Germ. Rhotfarb. Hisp. *Roxo ò bermejo.* Angl. *Having a fwart or redde.* } Color à veteribus dicebatur, qui hodie Rufus dicitur, Græci enim *πυῤῥὸν* rubrum, seu rufum vocant. Hinc burrhus, vel burrha, sine, vel cum aspiratione, vestis genus aliquantum villosis & pilis hirsutæ, qua inductus Cyprianus fuisse scribitur quum ad supplicium duceretur. ¶ Hinc Burrhæ per translationem pro rebus ineptis & nugis. Ausonius,

*At non illepidum rudem libellum,*
*Burrhas, quiſquilias, ineptiaſque.*

¶ Burrhus, Neronis Rector. Ex Tacit. Corn. *Annal. lib.13.* Ejusdem mors *lib.14.* his verbis: Conceſſitque vita Burrhus, incertum valetudine an veneno.

‖ Bursa Germanis quidem est crumena, sicut & { Gall. *Bourſe.* Ital. *Borſa.* Hisp. *Bolſa.* Angl. *Purſe.* } à *βύρσα*, id est, corium.

Burſa pastoris, herba est dicta à marsupiolis, sive utriculis compressis, cordis aut crumenæ effigiem referentibus, ut ait Lobelius *in advers. nov. stirp.* & ideo *capſella* dicitur. ‖

Burſanenſes, Hispaniæ citerioris populi sunt, Calaguritanis, & Complutensibus vicini. Vide Plin. *lib.3. c.3.*

Burtina, apud Ptol. *lib.2. c.6.* Ilergetum civitas in Hispania Tarraconensi. Vulgò *Barbaſtro.*

Būsæ, *βῦσαι*, Herodot. *lib.1.* Populi sunt Medorum, quos subegit Dioces.

Buſcum, Ducis Brabantiæ urbs, vulgò *Hertogenbuſch.*

Būtĕlinum, *βουτέλινον*, herba est sativo apio similis, solaque caulis brevitate, & rufa radice ab eo differens. Author Plin. *lib.20. c.21.*

Būtȳcŏn, *βούτυκον*. Ficus erat præcipuæ magnitudinis, sed fatuo sapore, quæ alio nomine Marisca dicitur. Ex Festo.

Būsīrĭs, *Βούσιρις*; Neptuni & Libyces filiæ Epaphi filius, crudelissimus Ægyptiorum tyrannus fuit, quo tempore Danaus Argivis imperavit. Hic quum hospites omnes Iovi immolaret, ab Hercule in Ægyptum delato, quum eadem illi insidias pararet, una cum Amphidamante filio, & præcone Chalbe & ministris ara interfectus est. ¶ Hujus dictidis media syllaba producitur. Virg. *3. Georg.*

——— *quis aut Euryſthea durum,*
*Aut illaudati nescit Buſiridis aras?*

Ovid. *in Epiſt. Heroid.*

*Si te vidiſſet cultu Buſiride iſto.*

Statius tamen *lib.12. Thebaid* (si modò emendata sit lectio) corruptit: sic enim ibi legitur.

*Non trucibus monſtris Buſirim, infandumque dediſſi*
*Coryctum.*

¶ Est & Busiris nomen urbis in Ægypto ad Nilum fluvium, à Busiride condita, in qua fuit templum magnum Isidis. Hinc, Busiritica præfectura, apud Strab. *lib.17.*

Bŭstŭārĭi, gladiatores dicti sunt, qui ante sepulchra in honorem defuncti digladiabantur. { ἐπιτάφιοι. Gall. *Spadatins, joueurs d'eſpee devant les ſepulchres à l'honneur des morts.* Ital. *Spadacini.* Germ. Fechter die vor zeyten mit ſchwertern vor den grebern fochten/ zu ehren den abgeſtorbenen. Hisp. *Eſgremidores de eſpada.* Angl. *Skirmi, hers at the grane in honour of the dead.* } Cic. *in Piſon.* Si mihi cum illo bustuario gladiatore, & tecum, & cum collega tuo decertandum fuisset.

Bŭstum proprie dicitur locus, in quo mortui cadaver combustum est, & sepultum. { קברות *ſeraphah.* τάφος. Gall. *Sepulchre, tombeau, lieu où l'on bruſloit les morts.* Ital. *Tombe, ſepolcro, ſepultura.* Germ. Ein grab. Hisp. *La ſepultura, ſepulchro.* Angl. *A grave or tombe.* } Diciturque Bustum, quasi bene ustum. Hæc Festus. Servius verò *in 11. Æneid.* Pyra, inquit, est lignorum congeries: Rogus, quum ardere cœperit, dicitur: Bustum verò, jam exustum vocatur. Quem ordinem servat Poëta dicens,

*Conſiluere pyræ.*

Item,

——— *ſubjectiſque ignibus atris,*
*Ter circum accenſis cincti fulgentibus armis*
*Decurrêre rogos.*

Item poſtea,

——— *feminiſque ſervare*
*Buſta.*

Buſtirape, convitium eſt apud Plaut. *Pſ. ſt.* 3. *a.* 1. Liv. quoque *lib.* 3. ſcribit locum fuiſſe juxta Æſquimelium nomine Bulla Gallica, quoniam illic acervatos cumulos ſuorum defunctorum ex peſtilentia oſſerant Galli. Cic. verò *lib.* 3. *de legib.* Buſtum appellavit tumbam, aut monumentum: Pœna (inquit) fuit Solonis lege conſtituta, ſi quis buſtum aut violaſſet, aut dejeciſſet. Suet. *in Cæſ.* Iudæi, qui etiam noctibus continuis buſtum frequentarunt. Cic. *ad Attic.* Unas video à te non eſſe redditas, quas L. Quintius familiaris meus quum ferret, ad buſtum Baſilii vulneratus, & deſpoliatus eſt. Apud Soſipatrum *lib.* 1. legitur Buſtar, quod ille locum, ubi mortuorum corpora cremantur, interpretatur. ¶ Buſticeta, ſepulchra in agro, Gloſſ. Iſid. ‖

Butadæ, Βουτάδαι, populi Attici ex Ægeide tribu, apud Steph.

Buſteus, penè mortuus, nauci. Plaut. *Truculent.* Quid ergo nunc huic odio es, confoſſus, buſteus.

Buſtirapus, buſtorum ſpoliator. Plaut. *Pſeud.* Impudice, ſceleſte, verbero, buſtirape, &c.

Būtĕo, ex accipitrum genere avis eſt, quam Græci à numero teſtium τριόρχην vocant: ὄρχις enim teſticulus dicitur. Huic avi Phœmonoë Apollinis filia in augurüs principatum dedit. { Gall. *Buſard.* Ital. *Sorte di uccello di rapina.* Germ. Ein buſſhart von der Habichen geſchlecht. Hisp. *Un genero de ave arrebatadora.* Angl. *A buſſard or biſtarde, a birde ſo called.* } Buteonum item nobilis Romæ familia fuit, ita dicta à buteone ave, quæ proſpero auſpicio in Fabii ducis nave conſedit, referente Plin. *lib.* 10. *c.* 8.

Būtēs, Βούτης, filius fuit Amyci Bebryciorum regis, qui ob ſævitatem patris ab Argonautis exſi, regno pulſus, parvo navigio Drepanum in Siciliam confugit, ubi à Lycaſte nobili meretrice hoſpitio ſuſceptus eſt: à qua quum ob formæ, morumque & ætatis elegantiam diligeretur, ejus concubitu uſus, Erycem filium ex ea ſuſcepit: & quoniam Lycaſte ob eximiam pulchritudinem Venus vocabatur, datus eſt locus fabulæ, Butem ex Venere filium Erycem ſuſcepiſſe. Contrà Virg. *lib.* 5. *Æneid.* Buten à Darete juxta tumulum Hectoris occiſum tradit, inquiens:

*Idemque ad tumulum, quo maximus ecubat Hector,*
*Victorem Buten immani corpore, quo ſe*
*Bebrycia venientem Amyci de gente ferebat,*
*Perculit & fulvæ moribundum extendit arenæ.*

¶ Alius fuit Bates Troianus, à Camilla occiſus, ut eſt idem author *lib.* 11. ¶ Commentarius Apollonii, alterius quoque Butæ meminit, filii Cecropis cujuſdam. ¶ Eſt & Butes Scytharum fluvius, cui propinqui ſunt Agatyrſi & Sarmatæ.

Būthĭl, Βούθιλ, Ioniæ oppidum, teſte Steph. aut certè regiuncula, ut idem refert ex ſententia Theopompi.

‖ Buthilia, bos, vacca. Gl. gr. b. ‖

Buthoë, vel Βουθόη, ſi rectè ſcribitur apud Steph. urbs Illyridis, &c. Qui βουθοῖς putant legendum, falluntur in analogia.

Bŏthrōtum, ſive Buthrotos, Romanorum colonia eſt, teſte Plin. *lib.* 4. *c.* 1. in finibus Epiri, ad ſinum Ambracium: apud Græcos nominativus eſt Βουθρωτός. Steph. *de urbibus*, Βουθρωτὸς πόλις Ἠπείρου ἐν τῷ κόλπῳ τῷ Ἀμβρακικῷ. Sic etiam Ovid. *lib.* 13. *Metam.*

——— *Epiros ab hu, regnataque vati*
*Buthrotos Phrygio*, &c.

Cicero *ad Tyrannem.* Septimum jam diem Corcyræ tenebamus: Quintus autem Frater & filius Buthroti. Serv. explicans illud Virgil. 3. *Æneid.*

——— *portuque ſubimus*
*Chaonio, & celſam Buthroti aſcendimus arcem:*

Arcem, inquit, Buthroti, id eſt Buthrotium. Ex quo loco (ſi emendata eſſet lectio) videretur Buthroti, genitivum eſſe conciſum per ſyncopen à nominativo Buthrotium: quem tamen nuſquam arbitror reperiri. Quo fit, ut apud Servium Buthrotum legendum putem: & ita in vetuſtiſſimis quibuſdam exemplaribus ſcriptum invenimus.

Būthysium, Βουθύσιον, magnum ſacrificium appellavêre, qualis eſt Hecatombe, & immolatio magnarum hoſtiarum. Suet. *in Ner.* Inter Buthyſiæ apparatum barbam primam poſuit. Deducitur à βοῦ, augmentativa particula, & θύειν, quod hoſtiam, vel ſacrificium ſignificat. Plautus Buthytas appellat ſacerdotes.

‖ Buthyta, Βουθύτης, qui boves mactat: Sacerdos. ‖

Buthos, vide *Butus.*

‖ Butina, lagena, ex Gallico manavit in Latinum ſermonem. Gallis eſt *bouteille.* ‖

Butis, Βοῦτις, Syriæ civitas, Pella poſtea dicta. Steph.

Butio, vide *Butco.*

Butos, Βοῦτος, oppidum eſt Ægypti, apud Ptolem. *lib.* 4. *c.* 5. & Plin. *lib.* 5. *cap.* 10. Stephanus alterum ejuſdem nominis oppidum in Gedroſia collocat.

Būtŏmum, Βούτομον. Frutex eſt in paludibus naſcens: folia ferens iridis proxima, ex una radice non ſingulos ſcapos, ſed plures veluti virgas emittens, ad vitium nexus utiles. Frondibus autem boves maximè oblectantur: unde & nomen accepit. Vulgus hodie *juncum cabacinum* appellat, quòd ex foliis ejus ſportulæ texantur, quibus ficus & uvæ paſſæ ad nos afferuntur. Vide Ruell. *lib.* 2. *c.* 127.

Butta, inſula eſt maris Mediterranei prope Cretam inſulam. Author *lib.* 4. *c.* 5.

Buttium, ii, Βούττιον, oppidum Italiæ, non procul à Ravenna, cujus meminit Strab. *lib.* 5.

‖ Butta, capa, Germ. Bütte. ‖

Butua, Plinio inter oppida Liburniæ recenſetur. *lib.* 4. *c.* 12.

Butuntinenſes, populi ſunt Calabriæ in Italia, quorum mo-

minit Plin. *libro* 3. *cap.* 11.

Būtŭbātă, veteres uſurpaverunt pro eo quod nugatorium eſt, & nullius valoris. Feſtus ex Nævio. Vide ibi Scalig.

Butus, Βοῦτος, Pandionis filius: unde Butadæ, pars tribus Ægeidis. Steph. Eſt & Ægypti civitas. Vide ſuprà *Buthos.* Herodianus vicum eſſe ſcribit Buto, Βοῦτο dictum, ubi oraculum fuerit, unde & Latona Buto. Eſt & alia Gedroſiæ. Steph.

Būtўrum. { חמאה *chemeáh.* Βούτυρον. Gall. *Beurre.* Ital. *Butiro.* Venetiis *Onto ſottile*, alibi *Smalzo.* Germ. Anckers butter. Hisp. *Manteca.* Angl. *Butter.* } Potio lactis pinguior, quæ frequenti agitatione à ſero ſeparatur: dictum Butyrum, quaſi βοὸς τυρὸς: hoc eſt, bubulus caſeus. Fit enim (teſte Plin. *lib.* 28. *c.* 9.) ex lacte bubulo ut plurimum, habet autem penultimam ſyllabam indifferentem, quamvis apud veteres poëtas non temerè correptam inveniat. Maxet & Serenus corripuerunt: Sidonius verò, aliique nonnulli produxerunt.

Būxentum, Βοῦξεντον, oppidum Lucaniæ, quod Græci Pyxunta vocant, à buxo arbore, quæ copiosa illic provenit. Plin. *lib.* 3. *cap.* 15. Vulgò, *Belvedere.*

Bŭxŭs, πύξος. { Gall. *Buys, ou buy.* Ital. *Boſſo.* Germ. Buchßbaum. Hisp. *Box.* Angl. *Boxe or the boxe tree.* } Arbor exigua, ſemper virens & tonſilis. Producit ex ſe viſcum, & ſemen, ſeu granum, quod Carthagon dicunt, omnibus animalibus inviſum. Lignum habet adeò durum, ut cariem non ſentiat, & tam ponderoſum, ut in aqua ſubſidat. Hoc Buxum appellatur. Nam in plerisque nominibus arbores ſunt fœminini generis, fructus verò & ligna neutri. Virgil. *Georg. lib.* 2.

——— *dant arbuta ſylva.*
*Nec tilia leves, aut torno raſile buxum.*

Idem *ibid.* & *lib.* 1 *Georg.*

*Et lauri baccam, oleamque, cruentaque myrta.*

Ovid. 6. *Faſt.*

*Nec mihi detenſo crines depectere buxo.*

Quandoque tamen Buxus dicitur pro ligno. Virgil. *lib.* 8. *Æneid.*

——— *Buxoſque vocat Berecynthia matres*

Ex buxo fiunt tibiæ multitoratiles, & pectines ad capillos explicandos, & pyxides ad uſus plurimos. Unde buxus pro tuba, vel tibia buxea ſæpe legitur apud poëtas, juxta eam figuram (metonymiam videlicet) qua materia ponitur pro re ex ea confecta. Statius 2. *Thebaid.*

*Fœda Celenæa committere prælia buxo.*

Claud. *de raptu Proſerp.*

*Si buxos inflare velim*, &c.

id eſt, Si tibias inſpirem. ¶ Buxum quidam non aliud eſſe, quàm guxia: cum lignum voluntiquòd pluries compertum ſit, ejus decocto etiamſi felicius eos ſanatos eſſe, qui venerea lue affecti erant.

Būxĕŭs, a, um, quod ex buxo eſt, vel quod buxi colorem imitatur. { πύξινος. Gall. *De buys.* Ital. *Di boſſo.* Germ. Buchsbeume. Hisp. *Coſa de madera ò de color de box.* Angl. *Or boxe or lik boxe.* } Mart.

*Et tres ſunt tibi Maximina dentes,*
*Sed planè piceique, buxeique.*

Būxētum, locus buxis conſitus. { πυξίνη. Gall. *Boſcage de buys.* Ital. *Luogo deve ſono molti boſſi.* Germ. Ein ort da buchsbeume wachſen. Hisp. *Boxedal, lugar de aquellos arboles.* Angl. *A place fert with boxe trees.* } Martial.

*Non ulteſis ordinata myretis,*
*Viduaque platano, conſiliique buxeto*
*Ingrata lati ſpatia derinet campi.*

Būxōsŭs, a, um, quod buxo ſimile eſt. { πυξώδης. Gall. *Plein de buys, ou fort reſſemblant à buys.* Ital. *Pieno di boſſo, ſimile al boſſo.* Germ. Dem buchs gleych iſt. Hisp. *Lleno de box, ò ſemejante al box.* Angl. *Full of boxe trees, or lik boxe trees.* } ut Lignum balſami buxoſum, Plin. *lib.* 12. *cap.* 25. Ex hoc buxoſum eſt optimum, quod eſt odoratiſſimum.

Būxĭfer, ferens buxum. { πυξοφόρος. Angl. *Which beareth boxe trees.* } ut, Buxifer Cytorus, Catullo.

‖ Buxa, ſaeculus. Arab. eſt Buzana, ſaeculus. Meurſius corrigit & ſcribit *buzana.* ‖

Būzæ, Plinio inter Indicas gentes ponuntur, *lib.* 6. *cap.* 20.

Buzeri, gens Themiſcyræ regionis in Aſia. Plin. *lib.* 6. *cap.* 4. Vide *Byzeres.*

Buzygeus, mons eſt Theſſaliæ. Plin. *lib.* 4. *c.* 8.

BY

‖ Byas, æ, βύας, bubo.

Byblaſſus, Βυβλάσσος, Cariæ oppidum Stephano, ita appellatum à Byblaſſo paſtore, qui Æſculapium maris tempeſtate in Cariam delatum ſervavit.

Byblæ, Βυβλαί, Thraciæ oppidum apud Steph. cujus incolæ Bybli, Βυβλῆοι appellantur à Steph.

Byblęſia, Cariæ regio, ab Iſthmo Cnidiorum initium ſumens: de qua ſic ſcribit Herod. *lib.* 1. Nam quum initium Byblęſiæ ex peninſula auſpicetur, ſintque Cnidii propemodum circumflui, eam partem, qua boream ſpectat, Ceraunius claudit ſinus, Auſtralem verò Symænum, Rhodiumque mare: reliquam frontem, hoc eſt, Iſthmum, qui perexiguus eſt, nempe quinque ſtadiorum, Cnidii tentaverunt perfodere.

Byblis, Βύβλις, Suidæ, filia Mileti fuiſſe fertur ex Cyanee nympha: à fratre Cauno, cujus amore deperibat, repulſa, impatientiâ amoris in fontem ſui nominis eſt mutata. Vide latiùs totam fabulam apud Ovid. 9. *Metam.*

Byblis, Βύβλος, *Milo*, Parva maris mediterranei inſula eſt cum oppido, alio nomine *Malos* dicta. Aristl. *Zephyriam*, Callimachus *Mimalliada*, Heraclides *Siphnum*, & *Zeyrin* vocant. Hæc inſularum totundiſſima eſt. Verba ſunt Plin. *lib.* 4. *c.* 12.

Byblus, eſt Phœnices urbs, Berytо vicina, in qua Adonidis olim inſigne fuit templum. Eam tyranno oppreſſam Pompeius liberavit, illo ſecuti percuſſo. Sita eſt in excelſo quodam loco, non procul à mari. Hæc ex Strab. *lib.* 16. hodie *Gaeta.*

Bycus,

Byces Sarmatiæ Europæ fluvius est, apud Ptolemæum, qui Pomponio Buges dicitur.

Byle, βύλη, urbs. Vide *Elea*.

Byllis, βύλλις apud Steph. Illyrici oppidum est, quod à Ptol. *Bénue* appellatur: & in ea parte collocatur Macedoniæ, quæ Adriatico mari imminet, in Illyrici confinio, ubi & Plin. Bullidensium meminit.

Bymazus, βύμαζος, urbis Paoniæ. Steph.

Byne, ex conjectura Cornarii, qui in commentariis *in 1. lib. Galeni de compos. medic. secundùm locos*, hæc scribit: Byne velut nos ex Aëtio vertimus, est hordeum madefactum, quod germen emisit, & deinde unà cum exactis ligulis tostum est. His verbis Aëtius planè describit hordei præparationem, quomodo per omnem Poloniam & Germaniam ad zythum, sive cervisiam, ut vocant, coquendam parare solent. Neque scio alium qui bynem, hunc paradi modum appellet, vulgò Polonis *sled* appellatur, digno literis nomine, utpote cujus beneficio fit, ut Bacchi indignationem ac furiam à nostra Polonia aversum mitiùs feramus. Alludit autem ad bynem appellatio Germanica ipsius cervisiæ, una enim litera mutata *Byre* dicitur, sive *Bier*.

Byrrhia, quem Græci Pyrrhiam, nostri Byrrhiam vocant. Terent. Scaur. *de Orthogr.* & Pyrrhum, Byrrhum.

Byrsa, ἡ βύρσα, Gall. *Cuir.* Ital. *Cuoio.* Germ. *Leder.* Hisp. *Cuero.* Angl. *The hide or skinne of a beast.* Corium ac tergus Græcis dicitur: unde & *Suprin* coriarium appellarunt. Hinc arx in media Carthaginensium urbe Byrsa appellata. Dido enim quum fratrem fugiens in Africam pervenisset, emit ab Jarba rege tantum soli, quantum taurino corpore posset circumdare. Dilecto deinde tergore in minutissimas laminas, tantum loci eo circundedit, quantū arci exstruendæ sat esset. Ad hanc fabulam alludit Virg. quum ait,

*Mercatique solum facti de nomine Byrsam,*
*Taurino quantum possent circumdare tergo.*

Byssini, genus Bebrycum. Steph.

Byssus, ἡ βύσσος, Gall. *Crespe, fin lin.* Ital. *Bisso.* Germ. Köstliche wand reine leinwat. Hisp. *Cierto genero de lino muy delicado.* Angl. *Silk fine flexe.* Tenuissimi lini genus, proximam ab asbesto dignitatem obtinens, ex quo subtilissimæ fiunt vestes, quæ mulieribus olim præcipuè in deliciis erant. Plin. circa Elim Achaiæ nasci credidit: Pollux verò ex India & Ægypto gigni prodidit. Philostratus author est, byssum ex quadam arbore nasci, quæ altitudine populos æquat, foliis autem salicibus æquiparatur. Quam quum vidisset Apollonius, gavisus est, quòd fusco amictui, quem gestabat, non dissimilis admodum esset.

Byssinus, a, um, quod ex bysso est. βύσσινος. Gall. *De crespe ou de fin lin.* Ital. *Che è di tal lino.* Germ. Das auß köstlicher wand reiner leinwat gemacht ist. Hisp. *Cosa de materia de aquel lino.* Angl. *Of silk or fine flexe.* ut byssinæ vestes, quæ lutei coloris erant, & fulgore aurum imitabantur, quanquam postea inventa est ratio byssum quovis colore inficiendi.

Bysalas, βυσάλη, regio juxta Syrtes. Vide *Byzantes*, in Steph.

Bysastria, nutrix, lactens. L. gr. b.

Bysus, vel Byssus, gens quædam. Steph.

Bysacium, Africæ regio. Plin. *lib. 4. c. 5.* in descriptione Africæ. Vide *Byzantium*.

Bythos, profundum. Tertul.

Byrza, culex. Lex. gr. b.

Byzantes, populi Africæ. Vide *Byzantium*. De Byzante & Strabone ejus fratre, vide Steph. *in Byzacopolis*.

Byzantium, ἡ βυζάντιον, vulgò *Constantinopolis*. Germ. Constantinopel. Turcis *Cobenandem*. Urbs Thraciæ ad ipsum sita Bosphorum: primùm à Pausania Spartanorum rege condita: postea a Constantino in majus aucta, & sacri Imperii sede eò translatâ, ab illius nomine Constantinopolis dicta est. Hodie non sine gravissima orbis Christiani ignominia crudelissimi Turcarum tyranni paret imperio. Est item Byzantium, Libyphœnicum regio in Africa, quam sic describit Plin. *lib. 4. c. 5.* Libyphœnices appellantur, qui Byzantium incolunt. Ita appellatur regio ducentorum quinquaginta millium passuum per circuitum, fertilitatis eximiæ, cum centesima fruge agricolis fœnus reddente terra. Hic oppida libera, Leptis, Adrumentum, Rupiæ, Tapsus. Hactenus.

Byzantius, a, um: ut, Littora Byzantia. Ovid. *e. Trist.* Byzantii exules, Cic. *pro domo sua.*

Byzères, βύζηρες Steph. Populi in Ponto, qui Strabone Byzares vocantur, olim Chalybes, & deinde Chaldæi dicti. Valer. Flacc. 5. *Argon.*

*Byzeresque vagi, Phyliraque à nomine dicta*
*Littora.*

Plin. *lib. 6. c. 4.* Buzeros vocat. Ab his portus quidam Ponti Buzetis cus, βυζηνικὸς λιμὴν appellatur: cujus meminit & Steph.

Byzion, mamma. L. gr. b.

Byzonachēron, ensis genus. Idem.

## NOTÆ ANTIQVORVM.

B. Bonus, Brutus, Benè, Balbus.

B.A. bonam actionem, bonis avibus, bonis auguriis, bonis auspiciis. B.ARA. bona aurea.

BB. bona.

B.C. bonorum consessum.

B.D. bonum datum.

B.E.E. bona ex edicto.

B.F. bona fide, bona fortuna, bona fœmina, beneficium filiæ, bonum factum, benè fecit. BFC. beneficium, benefecit. B F.C. B.FI.C. bona fide contractum, bonæ fidei contractus. B.FL. bonorum filius. B.F.P. bonæ fidei possessor. B.FR. bona fortuna.

B.GR. bona gratia.

B.H. bonus homo, bona hæreditaria, bonorum hæreditas. B. H. S. I. bona hîc sita invenies.

B.I. bonum judicium. B.I.I. boni judicis judicium.

B.L. bona lex. B.L.B. bonorum liberi.

B.M. bonæ memoriæ, bonæ materiæ, benè merentis. B.M P. benè merenti posuit. B.MR. C. benè mereat cibum. B. MR. SE. H. benè merentibus serva hoc. B. M. F. benè meritæ fœminæ. B.M. H. E. bona memoria hîc est.

B.N. bona nostra. BN. EM. bonorum emptores. BN. H.I. bona hîc invenies. BN.M.FEC. benè merenti fecit.

B.O. benè, optimè.

B.P. bonorum possessor, bona possessio, bona paterna, bona publica, bonorum possessio, potestas. B.PC. bona pecunia.

B.Q. bona quæstio, bona quæsita.

BR. bonorum. BR. SI. bonorum servi. B.R. bonorum rector. BRITAN. Britannicus. B.R.P.N. bono Reip. natus. BRI. Britannia.

B.S. bona sua, benè satisfecit.

B.T. bonorum tutor.

B.V. benè vixit. B.V.A. boni viri arbitratu. B.V.V. balnea, vina, Venus.

# C

Littera ‖ est inversum ʒ Hebræorum, ejusdem ferè potestatis. Meritò autem fecerunt Latini, quod ex semicirculo dextro sinistrum fecerint, quia à læva initium scribendi ducunt introrsum, contrà quàm Hebræi. ‖ Cæterùm muta est, quæ ante n, sequente vocali in eadem syllaba ponitur, sed profertur sub voce g, ob cognationem literarum, ut Cnidius, Gnous. Transit etiam per compositiones & derivationes in g, ut Quadringenti, pro quadricenti. In s, ut Parco, parsi. In x, ut Ducō, duxi. Noceo, noxa. Litera tristis appellatur, quòd nota condemnandi esset, quam Prætor in publicis judiciis dare judicibus solebat in tabella cerata scriptam, ut si reus damnandus videretur, eam in urnam conjicerent. C, tertio loco ponitur à Latinis, variato à Græcis & Hebræis ordine. Medium est inter G. & CH. Unius horum cognita natura, facilè notis reliquarum duarum. Dum profertur, extremæ linguæ pars anteriores dentes percutit, sitque ex eo repercussu obtusior sonus. Diversis regionibus divertimodè pronunciant: aliæ ita proferunt, ut magis ad sonum S, videatur accedere: aliæ verò G nonnihil de sono G, admixtum habent. Sed nil mirum, quando nulla apud nos est recta elementorum pronunciatio, ut facile percipi potest. Sed diffusiùs ubi de elemento H, verba fecerimus. Auget hæc litera sonum, & minuit eadem ratione qua & B. In fine dictionis producit syllabam; præterquam in donec, nec, & hæc, quæ corripiuntur. ‖ Est item litera condemnationis in judiciis, inulta servis, portata in calceis nobilium Romanorum. Assumpta in dictionibus intendendis, *eorumce*, eorum: *Hunces*, hunc; C, autem & M, antiqui nunquam conjungebant, unde *Alcumena*, *Tecmessa*, pro Alcmena, Tecmesse.

Calepini Pars 4.

### CA

Cabala, Cabalia, occultissima scientia, quam divinitus traditam Moysi cum lege asserunt Rabini.

‖ Cabalistæ, tales professores. ‖

Cabalaca, Albaniæ in Asia oppidum. Plin. *lib. 6. c. 10.* Prævalent oppida Albaniæ Cabalaca: Iberiæ Harmastis juxta flumen, &c.

Caballaris, alaris. Sunt qui hinc corrigant illud Legum: *Excepto magnitudine tua, præsumendi velocis & clabularii cursum, nullum hæc habeat potestatem.* Ita ut dicant, *caballaris cursum*. Sed rectiùs legendum est *clabularis*: nam Ammianus lib. 20. *Cum familiis ego ad orientem propiscisi præcepit, clabularis cursus facultate permissa.*

Cabales Καβαλεῖς, populi sunt Lyciæ regionis, quarum Regio Cabalis appellatur: in qua sunt urbes Oenoanda (quam Strabo Oenoandron vocat) Balbura & Bubon. Vide Plin. *lib. 5. cap. 27.* & Herod. *lib. 4.*

Cabalio marinus, vide *Hippocampus*.

Cabalis, ἡ Καβαλὶς, oppidum est Cabaliæ regionis Lyciæ, cujus meminit Steph. Est autem Cabalia Lyciæ pars.

Caballitio, sive Caballatio, nis. in constitutionibus munus alendi equos publicos, à caballis dicta. Festum authorem habet Alciatus: unde apparet exemplaria in hoc variare.

Cabállus. Equus. { סוס *sus*. Germ. *Ros*. Gall. *Cheval*. Ital. & Hisp. *Cavallo*. Germ. Ein ros/ ein cabal/ ein hengst. Angl. *An horse*. } Lucil. *lib.*2. Succussator tetri tardique caballi. Varr. *in Parm.* Alius caballum arbotis ramo in humili alligatum reliquit. Senec. *epist.*17. O quantum erat, ejus seculi Imperatorium, triumphalem, Censoriumque super omnia, hoc est Catonem, uno caballo esse contentum. Supra dixerat *Chanterinum*.

Caballus ab equo distat, quòd caballus ferè nunquam sine derisione dicitur: equus verò semper de apto & probato. Pomponius *de fund. instr. l. si ita*. Caballus, ait, qui in pistrinis esset, tanquam dicat, malus.

Caballarius, pro equite. Inde Caballaricus, a, um, adject. ut, Caballaticus exercitus, Caballaricus ordo, Caballarica acies, Caballarica gens, apud Mauritium. Ab eadem forma dicimus, Caballicare, pro equitare: hodie apud Hispanos *Cavalgar*.

¶ Caballeton, fulcrum lecti. Lex. gr. b.

Caballico, equito: à caballo. Vox barbara: dicitur autem absolutè, & simul *caballicare equum*. Leg. Salica, *tit.*22. sicut Germ. Reiten. Italicum est *cavalcare*.

Cabállinum, substantivè est stercus. ¶

Cabállinus, a, um. { ἱππικός. Gall. *De cheval, appartenant à cheval*. Ital. *Di cavallo*. Germ. Das zu dem ros gehört. Hisp. *Cosa de cavallo*. Angl. *Of an horse, or belonging to an horse*. } ut Caballina caro. Plin. *lib.*28. *cap.*20. ¶ Caballinus fons, est in monte Helicone Bœotiæ, quem Pegasus in eo loco saxum feriens aperuit: ἱππουκρήνη. Unde & Pegasides vocatur. Author Strabo. Vide infrà in dictione *Helicon*.

Cabassus, κάβασος, vel Cabessus, κάβησος, Homero: oppidum Cappadociæ: quod tamen alii trans Hemum montem collocant. ¶ Appion verò vicum esse ait inter Tarsum & Mezacam. Vide Steph.

¶ Cabastion, propugnaculum. Lex. gr. b.

Cabbades κάββαδες, κάβδας, κάβδιον, κάβδιον, est vestis, seu chlamys militaris.

Cabbala קבלה, significat acceptionem, seu doctrinam aliunde acceptam, seu auditam: est enim Hebraïs קבל accipere. Hinc Cabalista dicitur cabalæ peritus, tanquam à verbo καβαλίζω. ¶

Cabellio, Narbonensis provinciæ oppidum est prope Druentiam fluvium, *Durance*, & Carpentoractem, *Carpentras*, A. Strab. Cabalio vocatur, vulgò *Cavaillon*: nunc Civitas Episcopatu decorata.

Cabera, Protei filia fuisse fertur, quæ ex Vulcano tres Caberos genuit, totidemque nymphas Caberides: quibus omnibus dicata fuisse templa, Author est Strab. *lib.*10.

Caberon, Asiæ fluvius est, ut tradit Plin. *lib.*6. *cap.*13. in descriptione Carmaniæ.

¶ Cabidarius, lapidarius. Gloss. gr. b. ¶

Cabilia, κάβειλα. oppidum citerioris Asiæ, quod inhabitabant. Sunt & Cabirii Bœotiæ populi. Utriusque author Steph.

Cabillinum, κάβιλλον. Ptolom. Sequanorum oppidum est, ad Ararim, quod alio nomine Catalaunum. Gall. *Chalons sur Saone*, dicitur.

Cabura, æ. fons Mesopotamiæ, præter aquarum omnium naturam egregiè odoratus: cujus fabulosam rationem reddunt, quòd Iuno eo aliquando fuerit perfusa. Vide Plin. *lib.*13. *cap.*5.

¶ Cabus, vox Hebr. קב est mensura frumentaria, sexta pars sati, nempe 1,4,0ya. ¶

Cabyle, κάβυλα, urbs in Thracia, ut inquit Polybius.

Caca, ¶ avicula genus, ¶ malitia dictum. Item ¶ soror fuit Caci, quam quidam volunt furtis furtum Herculi indicasse, & ob id meruisse ibidem diu atà sacrisque venerari. Sed longè aliter Virg. *lib.*8. *Aneid.* & Ovid. *lib.*1. *Fast.*

Cácabo: Propriè est imitari vocem perdicum. { κακκίζω, ἐποτίζω. Gall. *Chanter la perdrix*. Ital. *Cantar le starne*. Germ. Schreyen wie ein rebhun. Hisp. *Cantar la perdiz*. Angl. *To singlik à partrich*. } Ovid. *de Philomela* (si modò id carmen Ovidii dicendum sit)

*Cacabat hinc perdix, hinc garritus improbus anser.*

¶ Cacabulum, est locus stercoris. ¶

Cácabus: Vas æneum, in quo pulmentarium coquimus. { דוד *dudh*. λέβης, χύτρα. Gall. *Chaudiere ou chaudron, marmite*. Ital. *Lavezgio, calderone*. Germ. Ein tessel. Hisp. *Caldera para coser al fuego*. Angl. *A great pan or pottage pot*. } Plin. *lib.*23. *cap.*6. Succus in cacabo novo coquitur mellis crassitudine. Paul. Iureconsl. Inter ahenum quod supra focum pendet, & cacabum non multùm interest. Nam in hoc pulmentarium coquitur, in illo aqua ad potandum calescit. Antiqui enim calidam, & frigidam coenis adhibebant. Apicius, Capita porrorum simul elixabis in cacabo novo, ut aqua ad tertiam deferveat.

¶ Cacabaceus, panis cacabi odorem referens. Casaub.

Cacabagii, homines garruli, leves. D. Ambr. Tertul. ¶

Cacalia, κακαλία. Herba est quæ & Leontice vocatur, in montibus ferè nascens, folia ferens candida & magna, inter quæ semen dependet ejusdem nominis, minutis margaritis simile. Authore Plin. *lib.*25. *cap.*11. & Dioscor. *lib.*4. *c.*108. Officinis *Cervi* agreste vocatur, teste Ruell. *lib.*3. *c.*128.

Cacabe, κακκάβη. Olim appellata fuit urbs totius Africæ celeberrima, quæ notiore nomine Carthago dicitur. Vide Stephanum in dictione κακκάβη.

Cacemphátōn, κακεμφατον, vel cacopharon, κακόφωνον. Durior in oratione sonus, ex mala utplurimùm compositione nascens: quale est illud,

——— *Numerum cum navibus æquat.*

Item illud.

*O fortunatam natam me consule Romam.*

¶ Huic contraria est Euphonia, εὐφωνία.

Cachéxia, κακεξία: A medicis appellatur malus corporis totius habitus, quo alimenta corrumpuntur, quod fit quum longo morbo vitiata corpora, etiamsi illo vacent, alimentum tamen in sui substantiam non convertunt. Qui hoc vitio laborant, Cachectici, κακεκτικοὶ appellantur.

Cachinno, nis. Persius *Satyr.*1.

Cáchinnus: Solutus risus, à sono risus fictum vocabulum. { פרץ *tsechok*. γέλως. Gall. *Ris démesuré, mocquerie, rire à pleine gorge*. Ital. *Riso immoderato*. Germ. Das vnzimlich lachen/ tuttern/ oder gaffen. Hisp. *Risa con carcajada*. Angl. *A loud de laughter*. } Iuvenalis,

*Sed facilis cujus rigidi censura cachinni.*

Persius,

*Ingeminat tremulos naso crispante cachinnos.*

Hinc Seneca præcipit ut risus sit sine cachinno, vox sine clamore. Apud antiquos non de risu tantùm dicitur, sed & de quovis alio sono vehementiore. Catullus,

*Protrudunt lenique sonant clamore cachinni.*

Cachinnum tollere. Sueton. *in August. cap.*98. In cachinnos effusus. Idem *in Calig. cap.*32. & cachinnos revocare. Idem *in Claud. cap.*43.

Cáchinnor, aris, deponens: & cachinno, as, neutrum: Immoderatè rideo. { צחק *tsechak*. γελάζω. Gall. *Rire à pleine gorge ou démesurément*. Ital. *Ridere immoderatamente*. Germ. Vnzimlich/ vber die massen lachen. Hisp. *Reir demasiadamente, ò dar carcajadas de risa*. Angl. *To laugh a loude or unmeasurable*. } Cic. 5. *Verrina*. Ridere convivæ, cachinnari ipse Apronius: nisi fortè existimatis eum in vino ac luxu non risisse, qui nunc in periculo ac exitio suo risum tenere non possit. Lucr. *lib.*4.

*Quàm famula longè fugiunt, fugisque cachinnant.*

¶ Dicitur & de alio quovis sono vehementiore. Accius, *Sæva sonando crepitu clangentes cachinnant*. ¶ Cachinnare exitium, irridere: verbo absoluto, tanquam agente, sumpto, quod satis est familiare.

Cáchinnātio, dissolutior risus. { γελασμός. Gall. *Grande risée*. Ital. *Riso dissoluto*. Germ. Das gaffen/ das vnmässig vnstätig lachen. Hisp. *Reir demasiado*. Angl. *Vnmeasurable laughing*. } Cic. 4. *Tusc.* Ut videre concessum sit, vituperetur tamen cachinnatio.

Cachla, Plin. *lib.*5. *c.*8. Herba est quæ alio nomine Buphthalmus appellatur, quod vide.

Cáchryes, κάχρυες. Sunt oblonga particularum modo nucamenta, quæ squamatim compacta propendent è ramis. Crescunt hyeme, vere dehiscunt in flaventes squamulas, & folio prodeunte decidunt: qualia multa in abiete, picea, cæterisque id genus arboribus conspiciuntur. Vide Plin. *lib.*16. *c.*7.

Cacia. { סרסר *mirmah*. κακία. Gall. *Ruse, malice, fourberie*. Ital. *Astutia, vitiosità*. Germ. Böszheit/ böszwigkeit. Hisp. *Malicia, astucia*. Angl. *Malicie*. } Græca dictio in Latinorum usu non recepta, quam Cicero vitiositatem interpretari mavult, quàm malitiam: quum vitiositas nomen sit generalius, ad omnia vitia pertinens, malitia specialius. Apud veteres malitia inter adiaphora, hoc est, indifferentia, connumerabatur, quasi sit & bona & mala: ut Dolus bonus & malus. Unde apud Plautum dicitur cum laude, Te civem summa omni malitia.

Cacidiræ, inter celeberrimas Scytharum gentes à Plinio ponuntur *lib.*6. *cap.*17.

Cacidini, Siciliæ populi Latinæ conditionis, ut scribit Plin. *lib.*3. *c.*8.

CÁco. Alvum exonero, ventris onus depono, excerno. { הזיד רגלו *hesich raghlav*. χέζω. Gall. *Chier, aller à la selle*. Ital. *Cacar*. Germ. Scheyssen (etwa notwist thun. Hisp. *Cagar*. Angl. *To shyte*. } Mart.

*Ventris onus misere (nec te pudet) excipis aure:*
*Basse bibis vitro, cariùs ergo cacas.*

Cácātus, a, um. Excrementis fœdatus, κακοχεσθείς. { Germ. Beschissen (en) besudelt. } Catullus,

*Annales Volusi cacata charta.*

Cacaturio, is, desiderativum à Caco. { χεζοπάω, χέζω. Gall. *Avoir desir de chier, vouloir aller à selle*. Ital. *Haver voglia di andar del corpo*. Germ. Scheyssen/ vnem zuscheyssen not thun. Hisp. *Aver gana de cagar*. Angl. *To have à desire to shyte*. } Mart. *lib.*11. *in Vacer.* Cœnaturit Vacerra, non cacaturit.

Cácochylē, sive cacochyma. κακόχυλα, ἡ κακόχυμα. Dicuntur illa quæ malum succum habent: quibus contraria sunt Euchyla, εὔχυλα, & Euchyma, εὔχυμα.

Cacochymia, κακοχυμία, malus succus, seu humor.

Cacochymus, κακόχυμος, malis humoribus plenus.

Cacometrum carmen, id est malè mensuratum.

¶ Carocutstūmus, malè moratus. Gloss. gr. b. ¶

Cácodæmon, malus genius. { רוח *sched*. κακοδαίμων. Gall. *Esprit malin, follet, phantesme*. Ital. *Spirito notturno, spirito maligno*. Germ. Ein böser geist/ ein böss gespenst. Hisp. *Fantasma que parece de noche, Angel malo*. Angl. *An evill spirit*. }

Cácoēthēs, dictio tetrasyllaba, neutrius generis. { κακοήθη. Gall. *Mauvaise nourriture, mauvaise coustume*. Ital. *Cattiva creanza, mala consuetudine*. Germ. Ein böse gewonheit/ böss sitten. Hisp. *Mala costumbre*. Angl. *Evill custome and maners*. } Mala & præposterа consuetudo. Nam κακὸς malum, & ἦθος morem, vel consuetudinem sonat. Iuvenalis pro ambitione sumpsisse videtur per translationem, quæ quum semel animo insederit, non facilè amoveri potest:

——— *tenet* (inquit) *insanabile multos*
*Scribendi cacoethes.*

Hermolaus *in Castig.* Bud. *in Pandect.* Politianus *Miscel. c.*49. ¶ Cacoethe præterea a medicis appellantur ulcera maligna, quæ quum omnia rectè atque ordine feceris, non tamen curantur: quia in ipso ulceris loco, Galeno teste, inest malignitas, sanari id prohibens: quum in aliis ulceribus malorum humorum influxus aliunde recipiatur.

Cacogenius, diabolus.

¶ Cacopatheria, infirmitas. Gloss. gr. b. ¶

Cacōstomachus. { κακόστομαχος. Gall. *Qui a mauvais estomach*. Ital. *Quello che ha debole stomacho*. Germ. Der ein bösen vnd bösen magen hat. Hisp. *El que tiene estomacho enfermo*. Angl. *That hath an*

*an evill stomak & de disoaded.* } Qui malum ac debilitatum stomachum habet, hoc est, ventriculum. Os enim ventriculi, qui stomachus dicitur, pro ipso ventriculo sumi solet. Cic. *ad Tyrannem*, De medico & tu bene existimari scribis, & ego sic audio: sed planè curationes ejus non probo: jus enim dandum tibi non fuit, quum κακοστόμαχος esses.

Cacósynthĕton, κακόσυνθετον. Malè, seu deformis compositio: ut apud Virg. *lib.9.Æneid.*

*Torqua fatigamus hasta.*

Cacotechnia, κακοτεχνία. Ars mala interpretatur, & ad perniciem inventa. Quint. *lib.2. cap.19.* Cacotechniam quidam nominaverunt artis pravitatem. Nimia affectatio in aliquo ornatu, seu figura orationis.

Cacozēlia, κακοζηλία. Dicitur mala & indecora affectatio, quoties insciè virtutem aliquam imitantes, in vitium labimur. Veluti si quis Atticismum affectans, jejunus fiat & aridus: aut contrà copiæ studens, in ineptam incidat loquacitatem. Cacozeliæ genere peccare, Quint. *lib.2. cap.3.* Item Sen. *controv.14.*

Cacozēlōs, κακοζηλος. Ineptus imitator. Suet. *in Augusto c.86.*

Cactus, κάκτος. { Angl. *Artechokes, an hearbe so called.* } Herba est, teste Plin. *lib.21. cap.16.* in sola Sicilia nascens, quæ caules habet à radice emissos, & in terra serpentes, quos etiam cactos vocant. Athenæus eam esse credit, quæ Latinis carduus, Græcis cinara vocatur.

Cacubalum, herba acinos ferens nigros, quæ à Græcorum nonnullis Strychnos, à Latinis verò, quòd strumis medeatur, ab effectu Strumum appellatur. Vide Plin. *lib.27 cap.8.*

Cāculā, Militis servus, fustibus clavibusque ligneis armatus ad tutelam dominorum. { נשא כלים *nosé chelim.* ὁ σκάφην ἀείρων. Gall. *Vn garçon d'homme de guerre.* Ital. *Ragazzo, servitore, massimamente in guerra.* Germ. Ein gwapdyrnecht/ ein trosbub. Hisp. *Moço, ò rapaz del escudero.* Angl. *A man of warres slaue.* } Dictus ἀπὸ τῶν κάλων, hoc est, à lignis quæ ferebat. Plaut. Video caculam militarem me futurum. Harpax Cacula. Plaut. *Pseud. sc.2.a.1.* ¶ Unde & Calones dicti.

‖ Caculatum servitium. Festus ut Ædilatum, quod notat Scalig.‖

CAcŭmĕn, Summitas cujusque rei. { ראש *resch.* κορυφή. Gall. *Sommet ou sommité de quelque chose.* Ital. *Cima, summità.* Germ. Ein gipfel/ das oberste theil eines jeden dinges. Hisp. *Cumbre ò altura.* Angl. *The toppe or higt of any thing, the ridge of an house.* } ut, Cacumina montium, cacumina arborum. Cæsar 7. *bell. Gall.* Itaque truncis arborum, aut admodum summis ramis abscissis, atque horum dolabratis atque præacutis cacuminibus, perpetuæ fossæ qui nos pedes aitæ ducebantur.

*Nunc opulà è tenera fronde cacumen erat.*

Ovid. 4. *Fast.*

*Exerit è tepida molle cacumen humo* (herba.)

Idem *Eleg.12. lib.3. Trist.* & Virg. 6. *Æneid.*

——— *denique summa cacumina linquunt.*

Lucret. *lib.5.*

——— *ad summum postquam venere cacumen:*

id est, Ad summam absolutionem & consummationem. De artium inventione loquitur, quæ ex parvis initiis paulatim ad summum perfectionis fastigium pervenerunt.

Cacūmĭnārĕ, Acutum reddere. { κατοξύνω. Gall. *Faire pointu ou aigu.* Ital. *Far acuto, aguzzato.* Germ. Spitzig machen. Hisp. *Encumbrar, ò alçar, ò empinar.* Angl. *To make pointed and sharpe.* } Ovid. 3. *Met.*

*Dat spatium celle, summasque cacuminat aures,*

de Actæone loquitur in cervum mutato.

Cacūmĭnātŭs, a, um, adjectivum. { κατοξυνθείς. Gall. *Aigu, pointu.* Ital. *Acuto, pontuto.* Germ. Gespitzt. Hisp. *Agudo, empinado.* Angl. *Pointed, sharped, that hath a sharpe toppe.* } Plin. *lib.10. cap.52.* Avium ova ex calore fragilia, serpentium ex frigore lenta, piscium ex liquore mollia, aquatilium rotunda, reliqua ferè fastigio cacuminata.

‖ Cacuo. Gloss. cacuere, κακοχολίαν, videtur dici pro *concuere*, ut acuere est exhortari: vel simpliciter e, præposito. Vulcan. ait: nisi malis, calare. An autem fortè coacuere κακοχολίαν.

Cācus, κάκος, filius fuit Vulcani, qui Latium undique latrociniis & incendiis infestabat: demùm Herculis quoque, ex Hispania, occiso Geryone, redeuntis, & apud Evandrum hospitantis, boves noctu caudà traxit in antrum suum: quas quum manè diminutas cerneret Hercules, nec quorsum erassent, scire posset, fortè fortuna ad hoc antrum pervenit: sed quum vestigia omnia foras versa videret, cum reliquis abiit. Abeuntibus autem exteris, occlusæ boves aliarum desiderio mugierunt. Hercules igitur audito mugitu, Caci fraudem cognovit, raptaque clava iratus recurrit: sed Cacus spelunca fretus, in eadem se abscondit, clausis foribus ingenti saxo. Quod Hercules videns, ad cacumen tendit, & ad extremum dejecto silice, qui antri ori summò incumbebat, intrepidè desiliens, Cacum strangulavit, bovesque suas recepit, ut copiosè describit Virg. *lib.8. Æneid.* { Germ. Ein sohn Vulcani der dem Hercules seine rinder gestolen. } Sunt qui affirment hunc Cacum Evandri fuisse servum, qui in eo loco Italiæ omnia latrocinio & incendio vastaverit, & ob id Vulcani filium appellatum. Ovidius fabulatur illum tricipitem fuisse, quum inquit:

*Manilio jecit fusus tria tempora ramo*
*Cacus*, &c.

Veritas tamen secundùm philologos historicos hoc habet, hunc fuisse Evandri nequissimum servum, ac furem. Novimus autem *malum* à Græcis κακὸν dici, atque ita illo tempore Arcades appellabant: postea translato accentu, Cacus dictus est, ut Helenæ Helena. Ignem autem dictus est vomere, quòd agros igne popularetur. Hunc soror sua ejusdem nominis prodidit. Unde etiam sacrum meruit, in quo ei per virgines Vestas sacrificabatur. Hæc Servius, enarrans eum Virgilii locum *lib. Æneid.8.*

*Hic spelunca fuit vasto submota recessu,*
*Semihominis Caci*, &c.

‖ Cada, Avena. Gl. A. L.‖

Cadamitas, pro calamitas.

‖ Cadara, institura negotiatio pinguiaria, Anungiaria. Gl. A.L.‖

Cădāver, Corpus mortuum. à cadendo (ut inquit Hieronymus) ab eo quòd post mortem ceciderit. { Sic Hebræi נבלה *nebelah*, a radice נבל *nabal*, cecidit: & Græci πτῶμα παρὰ τὸ πίπτω, cadere, deducunt. ἀπὸ νεκρὸς, ἢ ἀπὸ νέκυος, τὸ νέκυμα. Gall. *Vn corps mort, cadaure.* Ital. *Corpo morto.* Germ. Ein todter cörper. Hisp. *Cuerpo de animal muerto.* Angl. *A carcage, dead bodie or carraine.* } Cæsar 7. *bell. Gall.* Quid hominum millibus octoginta uno loco interfectis, propinquis, consanguineisque nostri animi fore existimatis, si penè in ipsis cadaveribus proelio decertare coguntur? Transfertur & ad alia, ut etiam de oppidis solo æquatis quandoque dicatur. Sever. Sulp. *Ciceroni.* Tot oppidorum cadavera projecta jacent. Servius etiam à Carendo deducit. Alia verum & ridemus gestio; de ruinis ædificii. Sueton. *in Nerone. cap.38.* ¶ Vivum cadaver, ψυχὸν νεκρὸν. Proverbiali figura dixit Sophocles *in Antigone.*

ὃ τύμβε, νυμφικὸν θάλαμον, ἀπ' ἀειφύτου πέτρας: id est, *Etsi ego vivere haud arbitror, vivum at cadaver judico.* In eos dicetur, qui sic vivunt, ut nihil dignum vitâ agant.

Cădāvĕrōsŭs, a, um. { νεκρῶδες. Gall. *Pourri comme charongne, hideux.* Ital. *Pieno di carogne.* Germ. Das einem cörper gleich ist. Hisp. *Cosa semejante à cuerpo muerto.* Angl. *Deadlie face or countenance, a cruell locke.* } Quod cadaveris similitudinem habet: ut, Cadaverosa facies, apud Tacit. *in Hecyr.*

Cadax, claudus, qui sæpè cadit. Festus *Cadax, claudus.*

Caddusii, Straboni *lib.11.* populi sunt Mediæ, prope Albanos & Caspios.

Cadena regia fuit, in urbis modum constructa in montibus Lycaoniæ, ut author est Strab. *lib.12.*

‖ Cadesa. Vocabul. vet. habet: Gadesa, scortum. Vide Martin. *Lexphiloleg.*‖

Cadi, orum, apud Strab. *lib.12.* Phrygiæ urbs est, quam tamen nonnulli ad Mysiam pertinere dicunt.

Cādiscus, vasculum quo suffragia colliguntur. Græcè καδίσκος, diminutivum à Cadus. ¶ Fuerunt autem duo apud veteres Cadisci, in quos calculos mittebant judices, alterum ἀνάγνωστον, in quem condemnationis, alterum ἄναγνωστον, in quem absolutionis calculos projiciebant. Hic καδίσκος ἴασις, id est, misericordiæ, vocabatur, in quem οἱ οἰκτίσαντες mittebantur: alter ὄλεθρος, hoc est, mortis erat, proprio loco posita. Bud. *Com.* ¶ Est etiam Cadiscus mons Cretæ. Plin. *lib.4. c.12.*

‖ Cadivus, a, um, qui sponte cadit. Quorum exponit, ἀυτοπίπτοντα: ita *folia cadiva* dicuntur.‖

Cādmītēs, καδμίτης, gemma, quam cæruleæ interdum bullæ cingunt.

Cadmēa, καδμεία, authore Plutarcho *in vita Pelopidæ*, arx fuit Thebana: licèt nonnunquam pro ipsa sumatur urbe.

Cādmēĭus, a, um, per tres syllabas, καδμεῖος: idem est quod Thebanus, Statius 8. *Thebaid.*

——— *pudeat Cadmea juventus.*

¶ Cadmea victoria, καδμεία νίκη, hoc est, Thebanorum victoria: quod proverbii vim habet, quoties significare volumus, tam magno constitisse victoriam, ut non ita multùm interfit inter victoris sortem, & victi. Tractum est adagium à bello Thebano inter duos fratres gesto. Vide Erasmum *in Adagiis.* Stephanus author est, ipsam etiam Carthaginem, olim Cadmeam fuisse appellatam.

Cādmēis, καδμηὶς, regio est Achaiæ, è regione Eubœæ sita, quæ postea dicta est Bœotia. Author Thucyd. *bell. Peloponn. lib.1.*

Cādmĭa, καδμία, corpus est metallicum, cujus duo sunt genera. Alterum, quod in viris & montibus reperitur earum regionum, in quibus æris sunt metalla, idque Cadmiam lapidosam vocat Galen. *lib.9. simpl.* Nam revera nihil aliud est quàm pyrites æreus, ex quo excoquitur æs. Atque hoc quidem cadmiæ genus etiam Plinio cognitum fuit, qui ejus sic meminit *lib.34. cap.1.* Fit & æs è lapide æreo, quem vocant Cadmiam. Item *cap.10. ejusdem libri.* Namque ipse lapis, ex quo fit æs, Cadmia vocatur. Festus, Cadmea terra quæ in æs conficitur, ut fiat aurichalcum. ¶ Alterum est genus cadmiæ, quod in ærariis officinis invenitur: idque rursus duplex. Nam quod ex fuligine, sive favilla, quæ ex fornace perpetuò egeritur, sensim colligitur, altioribusque ædium partibus, in quibus æs excoquitur, adhæresci, Botryitis appellatur, quòd uvæ quandam imaginem repræsentet. Alterum in fornacibus ipsis invenitur supra diphyges, crustæ similitudine: unde & Placitin appellaverit. Vide Galen. *lib.1. simpl.* & Agricolam *de re metallica.*

Cādmŭs, κάδμος, Agenoris Phœnicum regis filius fuit, qui à patre missus ad quærendam Europam sororem, jussusque sine ea non reverti, desperato reditu, Thebas in Bœotia condidit. Ab hujus nomine ipsæ etiam Thebæ Cadmeæ dicuntur à Cadmo conditore. Propertius,

*Quum tibi Cadmeæ dicuntur Penthica Thebæ.*

Postea autem à Zetho, & Amphione regno pulsus, ad Illyricos se contulit, ubi deorum miseratione & ipse, & uxor in serpentes mutati sunt. Filias habuit Semelem, Agaven, Ino, & Autonoën. ¶ Feruntur Cadmum decem & sex literas è Phœnicia in Græciam detulisse α β γ δ ε ι κ λ μ ν ο π ρ. His Palamedem Troiano bello quatuor adjecisse, ξ θ φ χ: & totidem post eum Simonidem Melicum, ζ ψ ω. Aiunt quoque Cadmum historiam invenisse, & primum prosaicam orationem instituisse. Paulò junior fuit Orpheo. Hæc Suidas. Apuleius verò hoc adscripsit Pherecidi. Fertur item invenisse auri metalla, atque conflaturam. ¶ Est & Cadmus mons qui Laodiceæ imminet, ex quo Lycus fluvius fluit. Author Strab. *lib.12.* & Plin. *lib.5. cap.26.*

Cadmus, Murius Cestrinus: vide *in Cammonia.*

Cadmēĭus, a, um, per quatuor syllabas, καδμήϊος ut Æmon Cadmeius. Stat. *Thebaid.* 8.

——— *levium Cadmeius Æmon*
*Tela rotat.*

Cādmēis, ĭdis, fœm. gen. patronymicum à Cadmo. καδμηΐς. Ovid. 4. *Metamorph.*

*Æquora dilingunt summis Cadmeides alis.*

Cādmus item Milesius fuit, teste Suida, Orpheo aliquantò recentior, qui de Meliti origine & rebus Ionicis libros 4. conscripsit. Hic primus fuisse creditur, teste Plin. *lib.* 5. *c.* 29. qui prosam orationem scribere aggressus sit, ut jam fusiùs dictum est.

Cădo, quis, cecĭdi, casum, Confido, labor, cornu, præcipitor. ζ πίπτω, καταβάλλω, πίπτω. Gall. *Cheĭr, tomber.* Ital. *Cadere, morire, cascare.* Germ. Fallen. Hisp. *Caer, morir, y acontecer.* Angl. *To fall.* ζ Cic. *in Orat.* Si semel constituerit, nunquam cadet. Ponitur autem cum dativo. Plaut. *in Menæch.* Quid clamas? quin taces? Quot eras annos natus quum te pater à patriâ avehit? Men. Septennis: nam tum dentes mihi cadebant primùm. Plin. *lib.* 16. *cap.* 12. Cadunt plurimis autumno: de foliis loquitur, quæ maximè illo tempore arbores emittunt.

*Spes mihi, respicio cum mea fata, cadit.*

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Trist.* Cadendo descendere è fastigio. Senec. *cap.* 10. *de Tranquil.*

*Ne cadat, & multas palmam inhonesta adepta*
*Languida in pratis gramina carpat equus.*

Ovid. *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.*

*Per spes nunc socias, casuræque memor Troiæ.*

Idem 13. *Metam.* Nihil ex illo impetu {dolentis} cecidit. Senec. *cap.* 1. *de consol. ad Marc.*

*Sed licèt asperiora cadant, spolierque relictis.*

Tibul. *lib.* 4.

——— *nec illis*
*Semper inaurato Taurus cadit hostia cornu.*

*Ibid.* Thebæ cecidere. Ovid. 13. *Met.* Cave ne cadas (de ebrio.) Plaut. *Most. sc.* 4. *a.* 1. Cadit Sol {id est, occidit.} Gell. *cap.* 22. *lib.* 2. Cadere, item mori. Cæsar 3. *belli civilis.* Ad duorum millium numerum ex Pompeianis cecidisse reperiebamus. Virg. 1. *Æneid.*

*Multa tibi ante aras nostra cades hostia dextra,*

Id est, occidetur, mactabitur, immolabitur. Oriri & cadere (de stellis) contraria. Ovid. 1. *Fast.*

*Quis vetat & stellas, ut quæque orituque cadique,*
*Dicere?*

¶ Cum præpositione ab. Plin. *lib.* 16. *c.* 18. *de avibus,* Impingi putes aliquas, aut rursus ab alto cadere has, illas salire. Cicero per adverbium dixit, Magnum tamen periculum non adibit: altè enim cadere non potest. ¶ Cum præpositione De. Idem *de Fato,* Si Daphitæ fatum fuit de equo cadere, atque ita perire. ¶ Cum præpositione Ex. Plin. *lib.* 7. *cap.* 10. Perstingi solùm debet supra ex Novembri mense in Februarium: quo soluta sponte cadunt ex arbore, atque subnascuntur. Habet hoc verbum multas egregias & venustas translationes, locutionesque. Terent. *in Adelph.* Laudarier te audit libenter: facio te apud illum Deum: Virtutes narro, Cyrus meas? Syrus: hominem illicò lacrumæ cadunt. Quasi puero, gaudio. Virg. *Ecl.*

*Et jam summa procul villarum culmina fumant,*
*Majoresque cadunt altis de montibus umbræ.*

Idem. Cadit & Ripheus justissimus: pro Occidit, moritur. ¶ Cadere in suspicionem, in cognitionem, in deliberationem, in offensionem, pro Incidere, venire. Cadere victoriâ. Quint. Cadere causâ, vel à causa: pro Amittere litem. ¶ Cadere formulâ. Quint. *cap.* 6. *lib.* 3. & Senec. *epist.* 39. pro rem ipsam per formulas non rectè explicare. ¶ Cadere animum, cadere oculos, vultus, verba, &c. pro frangi, debilitari, opprimi, perire. Et Cic. *in Orat.* Quod verba melius in syllabas longiores cadunt, pro terminant, desinunt. Idem *ad Atticum.* Accedit illud, si manco, & illum comitatum optimorum & clarissimorum civium adhuc; cadendum in unius potestatem: pro Venire, redigi, poni. Tyrannis est metaphora à ludo talorum. Tunc enim talus feliciter cadere dicebatur, quum in summitate Venerem, hoc est, numerum septenarium ostenderet, aut etiam leniorem. Contrà: sinistrè, vel infeliciter cadere dicebatur, quum unionem, quem illi Canicularem vocabant, in summo latere ostenderet. ¶ Hinc etiam res nobis feliciter cadere dicuntur, quoties aliquid nobis pro voto obtingit. Cic. *ad Attic.* Nihil mihi feliciùs cadere potuit. ¶ Cadere in cursu. Idem *lib. de Clar. Orat.* dixit pro eo quod est, exspecta laude frustrari. Metaphora sumpta est à publicis certaminibus pedibus, aut equis curientium. ¶ Non cadit in alium tam absolutum opus, id est, non potest ab alio tam absolutum opus perfici. Plin. *lib.* 35. *cap.* 10. Cadunt in malos omnia scelera. Quintil. Plin. *lib.* 7. *cap.* 3. Si cadit in sapientem animi dolor, qui profectò cadit. Cic. *de amic.* id est, si sapientis est dolere. Idem *in Orat.* Iambus enim & dactylus in versum cadunt maximè, id est, conveniant. ¶ Hujus composita sunt, Accido, Decido, Excido, Incido, Intercido, Occido, Concido, Procido, Recido, & Succido, quæ habent penultimam correptam. ¶ Derivativa sunt, Casa, Caso, as. & Casito, de quibus infrà.

Casus, us, propriè idem quod ruina, à cadendo. ζ מפלת *mappēleth.* יפל *lerl*, ירד *edh.* πτῶσις. Gall. *Cheute, ruine, cas, fortune.* Ital. *Caso, fortuna, ruina.* Germ. Ein fall oder glückfal. Hisp. *Caso, fortuna, ò cayda.* Angl. *A fall, chance or fortune.* } Curtius, Inopinato rhedæ casu oppressus. In ejus diei casu. Cæs. 1. *de bell. civ.* Nunium fortunæ casibus permittere. Suet. *in Tib. cap.* 19.

*Illa meos casus aggravat, illa levat.*

Ovid. *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.* ¶ Interdum idem quod fortuna, vel inopinatus eventus. σύμπτωμα, τύχη. Cic. *de Amic.* Ut si in ejusmodi amicitiis ignari casu aliquo inciderent. In ejusmodi casu, ut vulgo dicitur, *mere casu.* Cæsius sæpissimè utitur, ut *lib.* 6. *c.* 6. In ejusmodi casu prima omnium fuit quies, & abstinentia. ¶ Modò calamitas & infortunium. συμφορά. Virg. 2. *Æneid.*

*Sed si tantus amor casus cognoscere nostros.*

¶ Casus temerarius à Græcis αὐτόματος dicitur: à Cicerone Temeritas. ¶ Item casus dicuntur vocabulorum formæ, quibus in alium cadunt effigiem. Casus nominandi, & rectus casus. Gell. *cap.* 5. *lib.* 2. Casus interrogandi, quem Genitivum Grammatici vocant. *Ibid. cap.* 14. *lib.* 13. Casus rectus & vocativus. Idem *lib.* 14. *cap.* 5. Casus interrogandi & genitivus. Idem *cap.* 25. *lib.* 13. Inclinare in casus. Vide *Inclino.* ¶ Hinc etiam veteres Casum, aut quum dicebant, quasi jam cadentem. ¶ Casus victoriæ. Salust. *Jugurth.* mea mè spectant, adducta manu hostium, aut vi, aut dolis ejus casum victoriæ inventurum. Casus item Latinus dicitur sextus Ablativus, quo Græci carent. eorum vis apud Græcos per genitivum explicatur. Sic appellatur a Varrone, authore Diomede *Gram. lib.* 1.

Cāsuālis, αὐτόματος, ut, Casuales declinationes, apud Probum: & Casualis forma, apud Diomedem *Grammat. lib.* 1. In singulari numero nominum formæ casuales sunt sex.

Cadrema, ῥάδιον, urbs Lyciæ, Olbiorum colonia, ἐγκαθέτου δὲ νέου ἐκβολὴ ἐκ πέτρας. Stephan.

Cāso, as, are, frequenter cado: à quo fit aliud frequentativum Casito, as. ζ πίπτω, ἐπιπίπτω. Gall. *Cheoir souvent, cheoir dru & menu.* Ital. *Cadere spesso.* Germ. Oefftig fallen. Offt fallen. Hisp. *Caer muchas vezes.* Angl. *To fall often.* } Paul. Jureconsult. *de servit. urb. prædior. l. servitutes:* Si antea ex regula casitaverit stillicidium, postea vel ex tabulato, vel ex alia materia casitare non potest. Lege *cassitare,* & *cassitaverit,* ut *ibi.*

Cāsūrĭo, ire, ζ πίπτω. Angl. *Falling.* } Casus, seu cadendi actus. Hieron. Totum ruinis casura, quod erat ædificatum in fabulo.

Casurus, Particip. à cado. Cic. *ad Senatum, lib.* 15. Quid casurum sit, incertum est, id est, eventurum. Apud Ovid. 1. *Amor. eleg.* 15. nomen nullo tempore casurum, pro perpetuo nomine.

Cădūcus, a, um. Fragilis, mobilis, mortalis: à cadendo. ζ πίπτων. Gall. *Caduque, corruptible, ruineux, allant en decadence.* Ital. *Caduco, mortale, fragile.* Germ. Hinfellig, vnbeständig, vergenglich. Hisp. *Debil, que fácilmente puede caer.* Angl. *Falling into decate, which falleth which do not last.* } ¶ Item Caducus dicitur is, qui morbo eo laborat, qui hominem cadere facit. Firmicus *lib.* 7. Si luna in horoscopo fuerit inventa, stultos, lentos, furiosos & caducos efficiet. Plin. *lib.* 17. In drupis quoque, quæ maturescentes tunc sunt præcipuè caducæ, id. rigait magis evenit, etiamsi non ceciderint, fastidiendis. Caduca & decocta poma {i. nimiùm matura} Gel. *cap.* 11. *lib.* 1.

——— *Zephyri verba caduca ferunt.*

Ovid. *epist. Saph.* Nec fronde caduca carpitur laurus. ¶ Quandoque caducus mortuus dicitur. Virg. *lib.* 6.

*Hinc multùm fleri ad superos, belloque caduci*
*Dardanidæ.*

¶ Caduca hæreditas dicitur, & caduca bona, quæ ab eo cui jure debebantur, in alium ceciderunt. ¶ Caduca auspicia veteres dicebant, quum aliquid in templo excidit, veluti de manu virga: ita Fest. ¶ Caducæ literæ, κήρυκα διαπράσσουσαι, quæ observatores sunt, & visum propemodum fugiunt. Plin. *lib.* 12. *c.* 11. Scabritia lævigatur desse, conchâve, sed literæ caducæ fiunt. ¶ Caduca aqua Frontino dicitur, inquit Sud. quæ de lacu abundat. Sic Varro: Caduca aqua, quæ de canalibus defluit, hoc est, quæ superfluit, & non continetur, i. abundat. Ovid. verò 2. *de Ponto, eleg.* 7.

——— *usque caduci*
*Per cursus crebros saxa cavantur aquis.*

Id est cadentibus.

Cădūcĭter, adverbium antiquum, teste Nonio: idem significans quod præcipitanter. ζ σφοδρῶς. Angl. *Rashelie.* } Varro. Frigidos nimbos aqua ista caduciter ruentes pertimuerunt aquatiles quæque dulcæ natantes. Nonius.

Cădīvus, quod per se cecidit. ζ ἀπορρίπτητος. Gall. *Qui chesit de soi-même, & de luy mesme.* Ital. *Caduto da per se.* Germ. Das von im selbs hinfelt. Hisp. *Cosa que de por se se cae, como fruta.* Angl. *That fallet by the self, transitorie.* } unde Cadiva poma dicuntur, quæ non manu collecta, sed sua sponte in terram cecidere: & Cadiva folia, quæ per se ex arboribus cadunt. Plinius, Colligi mala post æquinoctium autumnale, cadiva separari, stramentis storiis, palæsque sterni.

Caducārius, ad quem pertinent, quæ cadunt, defuncto aliquo, cui non est qui succedat. Gloss. Isid. Est is qui succedit in bona ejus, qui hæredem non habet. Gloss. Turneb. *lib.* 23. *c.* 5.

Caduceator. Legatus pacem petens. } Vide *Caduceum.*

Cadaceus, & Caduceum, Mercurii virga fuisse fertur, qua ille ad dissidia & discordias tollendas utebatur: à cadendo dicta, quòd contentiones & bella cadere faciat. ζ κηρύκιον. Gall. *Vne verge blanche que portoient ceux qui alloient en ambassade pour la paix.* Ital. *Una verga pitiola che portavano gl'ambasciatori & mediatori di pace.* Germ. Ein Herolds stab. Hisp. *Vara del Embaxador.* Angl. *Ambite wand which messingers or ambassadours that goeth for peace do beare.* } Nam quemadmodum per Fœciales belli indicebantur, ita per Caduceatores finiebantur. Non immeritò itaque Mercurio, qui orationis deus & deorum nuntius habebatur, alligatum est caduceum, quòd dissidentium animi oratione præcipuè flectuntur. Caduceum Æglii in speciem duorum draconum maris & fœminæ figuraverunt, qui parte media sui voluminis, nodo quem Herculeum vocant, sibi alligantur, primisque partibus reflexi, in modum circuli oscula jungunt. Hanc virgam Apollo dicitur invenisse, & Mercurio donavisse, lyra vicissim ab illo accepta. De draconibus autem caduceo additis hanc afferunt rationem: Mercurium, quum hanc virgam manuteneret in Arcadiam proficisceretur, duos serpentes pugnantes invenisse, virgaque interposita, dicto citiùs pacem dirimisse. Ad cujus rei memoriam posteri caduceum duorum draconum similitudine fecerunt, qua etiam in palæstra, reliquisque certaminibus tollendis usi sunt. Caduceus. Varro *lib.* 3. *de vita pop. Rom.* ¶ Hasta caduceum ἀφ' οὗ πήγνυται. Dicta solitum quoties aliquis tumu

&c

& minaretur, & ad concordiam invitaret. ¶ Caduceatôr dicitur Legatus qui pacem petebat: à caduceo quem manu gestabat. Oratorem cum Caduceo etiam appellat, Liv. *lib.*4. *d.*5. Oratores cum Caduceo mittit. { עיר *tsir.* κηρυξ. GALL. *Ambassadeur de paix.* ITAL. *Ambasciatore.* GERM. Ein Herold friddott. HISP. *Embaxador.* ANGL. *An Ambassadour of peace, an harauld.* } Cato, Caduceatori nemo homo nocet. Gell.*6. hell. Pun.* Asdrubal, ne in arcto res esset, caduceatorem misit, &c. Fest. Caduceatores Legati pacem petentes.

Caduciser, nomen quo Mercurius vocitatus est. Quum enim Mercurius lyram in Cyllene monte Arcadiæ septichordem ad Atlantidem numerum instituisset, quòd Maia mater ejus illarum numero esset: ac non multò post deprehensus fuisset ab Apolline boves suas abigere, quò facilius veniam ab eo impetraret, Apollini traditur concessisse, ut lyram à se primò inventam prædicaret. Quamobrem Apollinem ferunt virgam quandam Mercurio dedisse, quam quum manu tenens in Arcadiam proficisceretur, inventos ab eo fuisse dracones duos simul ligatos, & inter se mutuò pugnantes: quo viso virgam interposuisse, & dicto citiùs prælium diremisse. Qua re conspecta, hujusmodi virgam pacis gratiâ creditum est constituram. ¶ Unde factum est, ut legati pacis *Caduceatores* dicerentur, posterique, ejus rei exemplo, Mercurio virgam deinceps duorum draconum similitudine ubique affinxerint. Hujus virgæ potestatem describit Virg. *Æneid.*4.

*Tum virgam capit, hac animas ille evocat Orco,*
*Pallentes alias sub tristia Tartara mittit,*
*Dat somnos, adimitque, & lumina morte resignat.*
*Illâ fretus agit ventos, & turbida tranat*
*Nubila.*

Caduenī, Sardaniæ jurisdictionis in Caria populi, ut author est Plin. *lib.*5. *cap.*29.

‖ Cadula, orum, guttæ quæ cadunt ex pingui carne, quum assatur, vel etiam ex cereo. Vet. Vocabul.

Cadum, vide *Cado.* ‖

Cădūrcum. { GERM. Ein Krämerbodde. ANGL. *An carteine, a quile, a vanle.* } Tentorium, sive culcitra, qua merces teguntur: à Cadurcis Galliæ populis, ut inquit Plinius, apud quos lini præstantia palmam obtinet in culcitris. Iuvenalis,

*Institer hyberna tegetis, nivisque caduræ.*

Sunt qui putent esse vela illa pensilia, quæ lecto obtenduntur? aut etiam tegmen quoddam quadratum, quale est illud, sub quo principes in solemnioribus pompis vehi videmus. Iuvenal.

——— *violato ponna caduceo.*

¶ Cadurcum, item vas illud quod ex piscina & puteo aquam haurit, jumento rotam versante. Solent ex his etiam fieri canales in parietibus domorum, per quos aquæ ex tectis defluant in cloacas: etiam in quibusdam urbibus, per quos aquæ pluviæ cisternas impleant. Hæc Valla *in Raudensem.*

Cadurci, καδύρκοι, Galliæ Aquitanicæ populi. Plin. *lib.*4. *c.*19. Vulgò *Cahors.*

‖ Cadurda, labra pudendi muliebris, vel sponda lecti. Gloss. Isid. ‖ Scribe, *Caduca.* Vide Iuvenalis Scholia ad illud sextæ:

——— *violato ponna caduceo.*

Et ad illud septimæ:

*Institer hyberna tegetis, nivisque caduræ.*

Cădus, { כד *cadh.* κάδος. GALL. *Un muy, un tonneau.* ITAL. *Botte, botta.* GERM. Ein weynfass. HISP. *Barril de vino.* ANGL. *A wine vessell, a pipe, a barell.* } Vas vinarium, quo vinum conditur, ut vult Acron. cujus prima corripitur. Martialis,

*In Vaticano condita musta cadu.*

Continet congios decem, vel (ut alii volunt) duodecim. Iubebo cadum vini veteris ad me afferrier. Plaut. *Aul. act.*3. *sc.*5. *& Asin. act.*3. *sc.*3. Primi in Alpibus rustici cados ligneos circulis cinctos excogitarunt. Cadus ferreus, lebes, seu cacabus.

Çadusii, καδούσιοι, Asiæ populi, inter mare Caspium, & Pontum. Strabo *lib.*11.

Cadytis, urbs Syriæ maxima, Herodoto *lib.*2.

Cæi (quod hîc pro insulæ nomine corruptè legebatur) vide *Cea.*

Cæcĭas, καικίας, ventus qui ita flare dicitur ab Aristotele, non ut nubes propellat, sed ut ad se vocet. Flat inter Aquilonem & exortum Æquinoctialem. Plin. *lib.*2. *c.*47. Narrant in Ponto Cæciam in se trahere nubes. De hoc vide multa apud Erasm. *in Adagia.*

‖ Cæcigena, πολυγενὴς. Lex. v. Et Luer. *lib.*2.

——— *cæcigeni, solis qui lumina nunquam*
*Aspexere.*

Vide infrà, *Cacigenus.*

Cæcĭlĭa, genus serpentis cæci, unde & nomen accepisse videtur. { ANGL. *A Selwe worme being blinde.* Colum. *lib.*6. *c.*17. Est & magnorum animalium noxium virus. Nam & vipera, & cæcilia sæpe quum pascua bos improvidè supercubuerit, lacessita onere morsum imprimit. Vide ejusdem *cap.*17 *lib.*6. ¶ C. Cæcilia, uxor Tarquinii Prisci, mulier morum integritate laudatissima, ut scribit Volaterranus. ‖ ¶ Cæcilia, Lex à Q. Cæcilio dicta.}

Cæcĭlĭus, Epirota, libertus Attici Equitis Romani, ludum Grammaticæ Romæ aperuit. Primus dicitur Virgilium; & alios poëtas novos prælegere cœpisse: quod etiam Domitii Marsi versiculus indicat, Epirota cenchrorum nutricula vatum. Ex Tranquillo. Hujus etiam meminit Macrobius. ¶ Cæcilius Gallus, in disciplina Juris, atque legibus pop. Rom. noscendis, interpretandisque scientia, usu, auctoritateque illustris fuit tempore Gellii, cujus etiam ipse meminit: dicitque librum scripsisse de verborum significatione, quæ ad jus civile pertinerent. ¶ Cæcilius item Claudius Isidorus, qui C. Asinio Gallo, & Martio Censorino cos. ad VI. Kalend. Febr. testamento suo edixit, quamvis multa civili bello perdidisset, tamen relinquere servorum quatuor millia CXVI. juga boum tria millia DC. reliquum pecoris OCTVII. millia: in numerato HS. DCM. Author Plin. *lib.*33. *cap.*10. ¶ Fuit & Cæcilius Callantinus { Callantis autem civitas Sicilia est } Iudæorum religionis sectator, qui Romæ docuit sub Augusto usque ad Adrianum. Scripsit librum contra Phrygas: Dictionarium ex ordine literarum, Comparationem Demosthenis & Ciceronis, & alia. Author Suidas. ¶ Præter hos Cæcilius Argivus, versificator fuit, qui scripsit de piscibus. Author Suidas. ¶ Cæcilius item Statius, poëta Comicus, quem Cicer. *ad Attic.* maximi Latinitatis authorem vocat. Volcatius tamen Comicorum palmam ei concedit. Fuit natione Gallus, & Ennii contubernalis: quidam Mediolanensem faciunt. Decessit anno post Ennium: sepultus in Janiculo. Author Eusebius.

Cæcinum, καικινον Steph. Oppidum in finibus Italiæ, inter Locros & Rheginos, à Cæcino vicino amne ita appellatum.

Cæcinus, καικινος, fluvius in finibus Italiæ, qui Rheginum agrum à Locrensi dividit. Plin. *lib.*3. *c.*10.

‖ Cæcubus, a, um: unde Cæcubi agri, Cæcubæ vites, Cæcubum vinum, Plinio: à loco in Campania. *lib.*3. *c.*5. ‖

Cæcŭbum, καικοῦβον Straboni, vinum generosissimum: sic dictum } Cæcubis Campaniæ populis, apud quos nascitur. Plin. *lib.*4. Setia & Cæcubi obtenduntur agri. His junguntur Falerni, Caleni, Mart. *lib.*13.

*Cæcuba Fundanis generosa coquuntur Amiclis,*
*Vitis & in media nata palude viret.*

Cæcus, oculis captus, visu carens. { עור *hivvér.* τυφλὸς. GALL. *Aveugle.* ITAL. *Cieco.* GERM. Blind. HISP. *Ciego.* ANGL. *Blinde.* } Cæcum crimen. Livius *lib.*5. *d.*5. Cæcus animi. Quint. *cap.*16. *lib.*1. & Gell. *cap.*13. *lib.*12. ¶ Quandoque idem est quod insidiosus, occultè malus, latens, tacitus, qui videri non potest. Col. *Lib.*1. Ex quibus sæpe contrahuntur cæci morbi, quorum causas ne medici quidem perspicere queunt. Cic. *contra Rullum*, Cur hoc est tam obscurum atque cæcum? Idem *de Orat.* Res cæcæ, & ab aspectus judicio remotæ. Sic Virg. etiam Vada cæca, & Cæcos scopulos vocat; quæ sub aquis occultantur, ut oculos fallant. Transfertur etiam ad animum, ut quum aliquem Cæcum esse avaritiâ, furore, amore, aut odio dicimus. Cic. *pro Sexto Roscio*, Ipsos cæcos reddit cupiditas atque avaritia. ¶ Sic dicimus Cæcam noctem, in qua non videmus. ¶ Vestigia quoque cæca dicuntur, quæ in obscura, aut incognita via versantur. Virg. *6. Æneid.*

*Cæca regens filo vestigia.*

¶ Item locus cæcus dicitur, in quo non videmus. Cæca fossa, cæci aditus, qui sunt obsepti. ¶ Cæcum vallum, in quo præacuti pali affixi herbis, vel frondibus occultantur. ¶ Item Cæcum intestinum, quod inter ileon, & colon situm, parvo oblongoque ventri simile est: cæcum appellatum ab eo, quod ingressum extrui adversum non acceperit, sed hos tam vicinos habeat, ut plerumque in unum coire, & exitu carere videatur. ¶ Vel cæco apparet: proverbialis hyperbole frequens apud authores, de re vehementer perspicua. ¶ Cæcus cæco dux. τυφλὸς τυφλῷ ὁδηγὸς. Adagium Evangelicis quoque literis celebratum, quo uti licebit, quoties indoctus indoctum docere, inconsultus imprudenti consilium dare conabitur. Allusit ad proverbium M. Tullius *lib. de finib. ult.* Cæci præscriptio, τυφλοῦ περὶ χρωμάτων, dicitur absurda? quoties ipse qui præscribit, non intelligit quid dicat. Socrates apud Platonem *in Theætete.* ¶ Huic prorsus simile est Cæca speculatio, ἀνεπόπτευτος. ¶ Neque cæcum ducem, neque amentem consultorem, μήτε τυφλὸν ὁδηγὸν, μήτε ἄνοιαν σύμβουλον, subaudiendum, adhibeas: Disce, sed à doctis: Consilium pete, sed à consultis. ¶ Quid cæco cum speculo? τί τυφλῷ καὶ κατόπτρῳ; Citatur à Stobæo versiculus ex Epicharmo, τί γὰρ κατόπτρου καὶ τυφλοῦ χρῆσις; id est, Luminibus orbo cum speculo quid est rei? Quorsum opus est libris illiterato? quò regnum juveni stulto? quò divitiæ ei qui nescit uti? ¶ Cæca die emere aliquid, Plaut. *Pseud. act.*1. *sc.*3. Emit die cæca herclè olivum, id vendito oculata die: id est, emit non præsente pecunia, sed in diem pacta: revendit pecunia præsente. Vocant & jurisconsulti cæcam diem & cæca testimonia, quæ scripto perhibentur absentibus: nam cæca sunt non tantùm quæ non vident, sed quæ non videntur & absunt. Erasmus *in Chiliad.*

Cæcŭlus, diminutivum à Cæcus. ¶ Est & nomen proprium filii Vulcani: hujus mater quum juxta ignem sederet, fortè fortuna scintilla quædam in ejusdem gremium evolavit, ex qua mulier concepit, peperitque filium, quem postea ob oculorum parvitatem Cæculum vocavit: à quo Cæcilios ortos putant, quorum familia Romæ nobilissima fuit. Hic collecta multitudine, postquam diu latrocinatus esset, Prænestinam civitatem in montibus condidit: & quum ad ludos vicinos populos invitasset, cœpit eos admonere, ut secum habitarent, & pro gloria jactare se filium Vulcani. Quod cùm illi non crederent, invocato Vulcano ut se filium comprobaret, omnis illius multitudinis chorus est flamma circumdatus. Quo facto commoti omnes, simul habitaverunt, & Vulcani filium esse credidérunt. Hæc Servius in illud Virg. *lib.*7. *Æneid.*

*Nec Prænestina fundator defuit urbi:*
*Vulcano genitum pecora inter agrestia regem*
*Inventumque focis, omnis quem credidit ætas*
*Cæculum, &c.*

Cæcūtās, is. Privatio visus: tam ad corpus, quàm ad animum referenda. { עורון *hivvaron.* τυφλότης. GALL. *Cecité, aveuglement.* ITAL. *Cecità, d'esser cieco.* GERM. Blindheit. HISP. *Ceguedad.* ANGL. *Blindnesse.* } Cic. *de Aruspic. respons.* An mihi luminis obesset excitas plus, quàm libidinis? Idem *pro dom. sua*, Pœna omnis oculorum ad excitatem mentis est conversa.

Cæcĭgĕnus, i, qui cæcus natus est, { τυφλογενὴς. GALL. *Aveugle né.* ITAL. *Nato cieco.* GERM. Ein geborner blinder. HISP. *Nacido ciego.* ANGL. *Borne, blinde.* } Luer. *lib.*2.

*Nam quum cæcigeni, quibus lumina nunquam*
*Aspexere, tamen cognoscant corpora tactu.*

Cæco, ās, Cæcum facio, excæco. { עור *hivvér.* τυφλῶ. GALL. *Rendre ou faire aveugle.* ITAL. *Accecare.* GERM. Blind machen/ Blenden. HISP. *Cegar à otro, hazer ciego.* ANGL. *To make blinde.* } Plin. *de viris illustrib.* Potitios Herculis sacerdotes gentis corrupit, ut sacra

sacra Herculea servos publicos edocerent: unde cæcatus est. Cic. 4. *Philip.* Sed ipsos sapiendi, atque prædandi cæcat animos eorum. Idem *pro domo sua*, Argenti & supellectilis meæ cupiditate esse cæcatum. Cujus composita sunt, Excæco, quod est valde, seu perfectè cæco. Plin. Ut quum lavatur, si oculos attingat, excæcet. Obcæco, de quo infrà.

Cæcia, Gloss. Isid. Cæcia noctua: quia lucem fugit, tanquam cæca esset. Apud eund. m. Cæcuma noctua.

Cæcutio, is, Parum video. { ἀμβλυώττω. Gall. *Estre aveugle, ne voir goutte, ou ne voir pas clair.* Ital. *Veder poco, esser bornio.* Germ. Bbl oder nur ein wenig sehen/ ein blöd vnd abnemend gesicht haben. Hisp. *Cegar à cegnejar.* Angl. *To be dimme sighted, to see but a litle or not eleverlie.* } & Cæcutiens, quasi semicæcus. Varro. Utrùm oculi mihi cæcutiunt? an ego vidi servos in armis contra Dominos? Apud Nonium.

Cæculo, as. Obtusum visum abeo, cæcos imitor. { ἀμβλυώττω. Gall. *Ne voir pas fort clair, avoir les yeux comme effoiulz.* Ital. *Veder poco, contrafare i ciechi.* Germ. Ein blöd vnd schwach gesichts haben. Hisp. *Contrahazer à algun ciego.* Angl. *To be dimme in sight.* } Festus, Cæculare est cæcos imitari. Plaut. Numam mihi oculi cæculant? estne hic noster Hermio?

Cædicus, vir ditissimus, cujus meminit Virg. *lib.* 9. & 10. *Æneid.*

Cædilia tabernæ, dictæ sunt à Cædilio quodam, qui eas in via Appia ædificavit.

Cædo, is, cecidi, cæsum, activum: Percutio, ferio, verbero. { הכה *hiccháh.* πατάσσω, *vinco*, κρούω. Gall. *Frapper, couper, trancher, tuer.* Ital. *Percuotere.* Germ. Schlagen/ streychen. Hisp. *Herir ò matar con hierro.* Angl. *To beat, to whippe, to cutt, to strike, to kill.* } Terent. *in And.* Verberibus te cæsum in pistrinum Dave dedam. ¶ Interdum idem quod amputo, præcido. Cic. 3. *de Divin.* Arbores simul cum luna senescente tempestivè cædi. *Et paulò post*, Qui robur illud cecidit, dolavit, inscripsit. ¶ Cædere frondem, i. stringere, colligere amputando, vel deradendo. Cato *de R.R.* Frondem populeam, ulmeam, querneam cædito. Saginam cædere, translate, quia fronde saginabatur pecus. Plaut. *in Most.* Este, effercite vos, saginam cædite. ¶ Item Occido. Virg. 2. *Æneid.* Cæduntur vigiles. ¶ Ponitur quandoque pro immolo, sacrifico, ut apud eundem, Cædunt binas de more bidentes. Cædere agnum Iunoni, i. immolare. Gell. *cap.* 3. *lib.* 4. Locans cædendos agnos. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Cædendum illum {agnum} conduxi (i. immolandum.) Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 3. Cædere virgis, vide *Virga.* ¶ Item pro frango. Cic. 3. *Verr.* Cædere januam saxis, instare ferro. ¶ Cædi testibus, apud eundem *ad Q. Fratrem*, est testium multitudine urgeri, premi, convinci. ¶ Hujus composita sunt Abscido, Concido, Circumcido, Decido, Excido, Incido, Intercido, Occido, Præcido, Recido, & Succido.

¶ At Cedo sine diphthongo, cessi præteritum, & supinum cessum facit, multaque significat. { סור *sar.* χωρέω. *Se retirer, demettre, ceder, obeyr.* Ital. *Ritirarsi, dar luogo, accordarsi con alcuno.* Germ. Weichen. Hisp. *Ir, dar lugar libre.* Angl. *To give place, to obey.* } Nam quandoque cedere significat abire, & locum victori dare. ἄπειμι. Cic. Cui quidem exercitus nostri, Imperatoresque cesserunt. Ex transverso cedi, quasi cancer solet. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 4. Cedendi & abeundi tempus. Gell. *cap.* 29. *lib.* 2. Hæc cessere in remedium. Senec. *cap.* 9. *de Tranquill.* ¶ Quandoque discedere, evitare, atque subterfugere rem aliquam. Plaut. Cedamus imbri. Hinc cedere iræ, ὑπάγω τῇ ὀργῇ, dare locum iræ, & quasi ab ira discedere. Cedere bonis, discedere à bonis, & quicquid nostrum erat, tradere creditori, ἐκχωρῶ τῶν ὄντων. ¶ Cedere in jure, Ius quod habemus, alteri tradere: quod & de jure cedere, dicimus. ¶ Cedere item, est in jus alicujus venire: ut, Cedunt mihi ea bona, id est, in jus meum veniunt. Item cum Accusativo, Cedere victoriam alicui, Velleius. Cedo aquam manibus. Plaut. *Most. sc.* 3. *a.* 1. Cede cerussam. Idem *ibid.* Cedo mihi tuam dexteram (salutantis.) Idem *Cure. sc.* 3. *a.* 2. ¶ Et cum accusativo mediante. In Hier. *super Matth.* Ita fiebat, ut oblatio liberorum sub occasione templi & Dei, in sacerdotum lucra cederet. ¶ Cedere lite, pro victum se fateri, & à judicio victum abire. ¶ Item cedere, ponitur pro accidere, evenire. Omnia ex sententia cedunt: In magnopere fortunatos, quibus & rectè, & secus instituta feliciter cedunt. ¶ Item Cedere ponitur pro dare. Enn. Salvete optima corpora, cedite manus vestras, mealque accipite. ¶ Pro concedere, obsequi, non repugnare. συγχωρῶ. Virg. 1. *Æneid.*

*Cede equidem, nec nate tibi comes ire recuso.*

¶ Pro succedere, seu in sortem contingere. Idem,

*Cesserit Ausonio si fors victoria Turno.*

¶ Pro incidere. Plaut. *Aulul.* In hostem absolutus cedas. ¶ Invenitur & Cedò imperativum: Dic, φέρε, εἰπέ: nec habet aliam personam, nisi tantùm Cedite pluraliter, haberque primam correptam. Terent. *in Andr.* Cedò, cuium puerum apposuisti hîc ante januam? Cic. *in Cæcin.* Cedò, qui vestram Rempubl. tantam amisistis? id est, dic. Terent. *in Phorm.* posuit pro Da: Quin tu mihi argentum cedò? Phor. Imò uxorem tu cedò. Invenitur Crete, pro cedite. Nævius, Pro industria ne te regem progenatum, patrem Lycurgum cette. Ennius *in Medea*, Salvete optima corpora, cette manus vestras, mealque accipite. Vide Nonium. ¶ Cedere diem, χρεῶν τὴν ἡμέραν, inquit Ulpian. significat incipere deberi pecuniam: sicuti Venire diem, significat eum diem venisse, quo pecunia peti possit, *l. cedere diem, D. de verb. signific.* ¶ Cedere semita. Senec. *epist.* 65. ¶ Cedere è vita, est mori. Cic. *de clar. Orat.* Hortensius è vita cessit. Hinc Cessicus tutor dicitur in jure, cui tutela cessa est, & Cessitia tutela, quæ ita cessa in jure & translata est. Item Cessim ire, pro retro cedere, vel retrò redire. Alienus in *l.* 52. *D. ad leg. Aquil.* Item Iustinus *lib.* 2. Commisso prælio ire cessim, inhibere remos, &c. Hujus verbi composita sunt, Abscedo, Accedo, Antecedo, Concedo, Decedo, Discedo, Excedo, Incedo, Intercedo, Præcedo, Procedo, Recedo, ἀφίσταμαι, Retrocedo, & Succedo, quæ habent penultimam productam.

Cæsus, participium à cædo. { πεπληγώς. Gall. *Taillé, batu, &c.* Ital. *Tagliato, battuto.* Germ. Geschlagen. Hisp. *Cosa herida ò muerta.* Angl. *Cutt, killed, beaten.* } ut, Cæsis copiis. Cic. *ad Brut. lib.* 10. Cæsis victimis. Idem *ad Attic. lib.* 2. Cæsæ arbores, Plin. *lib.* 16. *c.* 12.

Cæsum, vide *Cæsa.*

Cæsura, æ, propriè incisura. { סור *samir*, רמי *demi*, מחצב *machtseb*, קצב *kétseb*, τομή, &c. Gall. *Coupure, taillade, incision.* Ital. *Taglio.* Germ. Schnitung/ beschneydung. Hisp. *Cortadura, incision.* Angl. *A cut, a gash.* } Plin. *lib.* 17. Ante Kalendas Martias cæsuræ ad brumam usque, definitque quum durescere incipit hoc signum, quod tempestivam habet cæsuram. ¶ Cæsura item in carmine dicitur, quum in medio versu vox pronuntiantis quasi incidituri, pedis alicujus principio finem dictionis terminante. Hæc quadrifariam dividitur: alia Penthemimeris dicitur, sive semiquinaria: alia Hepthemimeris, sive Semiseptenaria: tertia Trochaica: quarta Bucolica. ¶ Penthemimeris est, quum post duos primos pedes superans syllaba invenitur, quæ dictionem terminet, ut,

*Arma virumque cano.*

Et,

*Italiam fato.*

Habet enim ex quinque dimidium. ¶ Hepthemimeris est, quum post tres pedes similiter syllaba dictionem terminans invenitur: ut,

*Arma virumque cano Troiæ.*

Continet enim septenarii medietatem. ¶ Trochaica est, quum post duos pedes trochæus partem orationis perficit: ut, Nil nobis miserere. Bucolica, quum post quatuor pedes syllaba superat in partem orationis terminans: ut,

*Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.*

Cæsūrātim, Succinctè, breviter. { συντόμως. Gall. *Succinctement, brièvement.* Ital. & Hisp. *Succintamente, brevemente.* Germ. Beschneydig/ kurtz/ behaulich. Angl. *Shortlie, in few words.* } Utitur hac voce Sidonius *in epistola quadam ad Claudianum.*

Cæsim adverbium, significat cædendo, sive per incisionem gladii. { κοπτοπληγῶς, κατὰ μέλη, *membratim.* Gall. *Par membres.* Ital. *A pezzi, à minuto, à brano à brano, di taglio.* Germ. Durch schneiden oder hauen. Hisp. *Cortando, à cuchilladas, de miembro en miembro.* Angl. *By cutting in partes or membres.* } sicut Punctim, ἐκ διαστίξεως, pungendo. Liv. 1. *bel. Pun.* Hispano punctim magis quàm cæsim assueto petere hostem. Colum. *lib.* 5. Major autem pars operis in vineam ductim potius, quàm cæsim faciendo est, id est, cum maturitate potius, quàm uno impetu. ¶ Cessim verò, gemino ss, & sine diphthongo aliud significat: de quo vide infrà loco.

Cæsio, nis, verbale, Incisio. { סור *samir*, מחצב *machtseb*, קצב *kétseb*, τμῆσις. Gall. *Coupure.* Ital. *Taglinatura.* Germ. Schneydung. Hisp. *Cortadura.* Angl. *Cutting.* } Col. *lib.* 4. *c.* 33. Et post quinquennium cæsi more salicti recreatur, atque in pallum formata, fere usque in alteram cæsionem perennat.

Cæsītium, ii, { Angl. *A handkercheefe.* } Linteolum erat purum & candidum: dictum quòd cædendo ad candorem perveniret, vel quòd oras circumcisas haberet. Plaut. *in Epid.* Linteolum cæsitium. Ex Nonio *cap.* 14.

Cædes, is, Mors ferro, aut alia vi illata, præsertim ab eo qui occidere, aut ferire volebat. { הרג *retsach.* φόνος. Gall. *Meurtre, tuerie.* Ital. *Uccisione, morte violenta.* Germ. Todtschlag/ mord. Hisp. *Muerte violenta, ò matanza à hierro.* Angl. *Slaughter, murther, killing.* } Cædes propriè de sanguine & ferro dicitur. Quintil. *declam.* 350. Item Cædes malignorum. Gell. *cap.* 12. *lib.* 19. Cicer. *in Bruto*: Nam quum in sylva ita facta sua cædes esset. Ovid. 2. *fast. Metam.*

*—— modò vulnera fratrum*
*Ante oculos mihi sunt, & tanta cadis imago.*

Plin. *lib.* 14. *c.* 13. Invenimus inter exempla, Mecenii uxorem, quòd vinum bibisset è dolio, interfectam fuisse à marito, eumque cædis à Romulo absolutum. ¶ Cædes pro sanguine, ut & φόνος, cruor est atque cædes. Virg. *Æneid.* 3.

*—— tepidaque recentem*
*Cæde locum.*

Ovid. 4. *Metam.*

*Arborei fœtus aspergine cædis in atram*
*Vertuntur faciem.*

Id est, sanguinis aspersione. ¶ Hujus diminutivum est Cædicula.

Cædes, de cæsura lignorum, taliumque. Gell. *lib.* 19. *cap.* 12. Cui tantum ligni atque frondium cædem faceret, percontatus est.

Cæduus, adjectivum, ξυλικός, ut Cædua sylva, quæ scilicet religiosa non est, sed quoties opus est, ad ignis, vel ædificiorum usum cæditur. { ὑλοτομία, ὑλοτομία. Gall. *Taillis, bois taillis, ou de coupe.* Ital. *Bosco da tagliare.* Germ. Der zuhauen ist. Hisp. *Bosque que se corta à puede cortar.* Angl. *A wood that is cutt or often to be cutt.* } Plin. *lib.* 13. *cap.* 4. Cæduæ palmarum sylvæ. Servius sylvam cæduam vocat, quæ succisa, rursus ex stirpibus, aut radicibus renascitur. ¶ Contrà, Lucidus sylva dicitur, quæ non cæditur.

Cælatura, vide *Cælo.*

Cælebs, generis communis, vir sine uxore, aut mulier sine marito vivens. ἄγαμος, ἄνυμφος. Gall. *Qui n'est point marié, femme.* Ital. *Huomo over dona non maritati.* Germ. Das nicht in dem ehelichen stand ist. Hisp. *Varon soltero, ò muger soltera.* Angl. *Chaste, unmaried, that is single.* } Dictus cælebs (ut inquit Festus) quòd cœlo dignam vitam agat, qui coitu careat. August. Cælebs qui non habet uxorem, vel quæ non habet maritum: qualia sunt numina in cœlo, quæ absque conjuge sunt, si agaperas non attendamus. Hi accipiunt Cælites non tam pro uxore carentibus, quàm pro castis, & omni venere abstinentibus. Sed propriè dicitur Cælebs, qui uxorem non habet, etiamsi concubinas habeat. Nam Cælebs & Maritus contraria sunt. Mart. *lib.* 1. Corumpis sine talione cælebs: hoc est, corumpis alienas uxores, quum ipse vivas in cælibatu, nec habeas uxorem, quam illi vicissim possint corrumpere. Quint. Num

clausa,

clarus, an obſcurus magiſtratus, an privatus; civis, an peregrinus: liber, an ſervus; maritus, an cælebs, parens liberorum, an orbus ſit. Cic. *de Legib.* Cælibes eſſe prohibento. Inde dicimus, Totum cælibem, & vitam cælibem, actam in cælibatu. Ovid.

*Quæ ſi non fuerat cælebs te vita decorat.*

Cælibem vitam vivere. Gell. *cap.*11. *lib.*5.

Cælibātūs, us, pro vita quæ agitur ſine uxore. {ἀγαμία. GALL. *Eſtat d'un homme non marié.* ITAL. *Il ſtato di caſtità è di non eſſer maritato.* GERM. Der ledig ſtand auſſerthalb der ehe. HISP. *Soltura de no ſer caſado.* ANGL. *Chaſtitie, ſingleneſſe, or the eſtat of one unmaried.*} Martialis, Conſtituit Mercurius pellere cælibatum. Suet. *in Galb. cap.*5. Verùm amiſſa uxore Lepida, duobuſque ex ea liberis, manſit in cælibatu. Aliis magis placet has dictiones per œ, diphthongum ſcribere, ſicut & cœlum, & alias ab eo derivatas.

Cælēſtīnī, populi Umbriæ ſunt, qui à Plin. *lib.*3. *c.*14. in ſexta Italiæ regione collocantur.

Cælīā, potûs genus ex frugibus confecti, cujus meminit Plin. *lib.*22. *cap.*25.

Cælibaris haſta, dicebatur qua caput nubentis comebatur, quæ in corpore gladiatoris occiſi ſteriliſſet, ut ſicut illa conjuncta fuerat cum corpore gladiatoris, ſic cum viro nova nupta eſſet copulata. Feſtus.

Cælium, oppidum Calabriæ, non procul à Brundiſio, apud Plin. *lib.*3. *cap.*11.

Cælius, mons urbis Romæ ex ſepem: à Cælio Vibeno nobiliſſimo duce Tuſco dictus, quòd Romulo adversùs Latinum regem cum auxiliaribus venerit: à quo Cælimontia, aut Cælimontana porta. {GERM. S. Johans port in der ſtatt Rom.} Hunc montem Tullius Hoſtilius urbi addidit, ibique ipſe habitavit, quò frequentiùs habitaretur, ut inquit Livius: in eo habitavit Ennius poëta. ¶ Fuit & Cælius nomen patris Saturni.

Cælius, Orator acerrimo ingenio fuit, diſcipulus Ciceronis, de quo extat illud Quinctiliani elogium, longiore illum vita, & meliore morte dignum fuiſſe. Hic poſtea ab Atratino quodam accuſatus, quòd cum Catilina conſpiraſſet in pernitiem Reipubl. quodque aurum à Clodia Clodii ſorore extorſiſſet, eique venenum propinaſſet, defenſus eſt à Cicerone elegantiſſima illa Oratione, quæ hodie quoque habetur in manibus. ¶ Alius fuit Cælius Pontius, Prætor urbanus, cui jus dicenti, quum pica capiti ejus inſedisſet, ab Aruſpice reſponſum eſt, dimiſſa ave, hoſtium victoriam fore: occiſa, Reipublicæ: eum tamen interiturum, qui eam occidiſſet: intrepidè tamen avem occidit, unde non ita multò poſt cum quadraginta ſuæ familiæ hominibus eſt interfectus.

Cælla, vide *Cella.*

Cælo, as, Sculpo, incido. {ποιῶ *pitnáck.* γλύφω. GALL. *Graver, ou eſtoffer, ciſeler.* ITAL. *Scolpire, intagliare.* GERM. Außgraben/ außſtechen/ getruckte arbeit machen. HISP. *Labrar de buril, ò finzelar.* ANGL. *To carve, graver or intayle.*} Cic. 1. *de Divin.* Hanc ſpeciem Praxilites cælavit argento, & noſter expreſſit Archias verſibus. Virgil.

*——— Calataque in auro*
*Fortia facta virûm.*

A quo Cælata vaſa dicuntur, quæ veteres Ancæſa vocabant, quòd circumcidendo fiant: & cælum, γλυπτήριον, ipſum inſtrumentum quo quidpiam cælatur. Plin. *lib.*33. conſtruxit hoc verbum inſtar eorum, quæ pretium figuant. L. Craſſus, inquit, orator duos ſcyphos habuit Mentoris artificis manu cælatos, ſeſtertiis centum: confeſſus eſt tamen, nunquam ſe his uti propter verecundiam auſum. Opus cælare, metaph. pro componere. Horat. 2. *epiſt.*

*Carmina compono: hic elegos, mirabile viſu,*
*Calatumque novem Muſis opus.*

Ubi Porphyrio, Cælatum, variatum, & quaſi pictum.

*Quem modò calatum ſtellis Delphina videbas.*

Ovid. 2. *Faſt.*

*Nec clypeum vaſti calatum imagine Mundi.*

Idem 13. *Metamorph.* Sic ducere opus, ut cælandum, non fabricandum ſit.

Cælātūra, Ars eſt cælandi, aut ipſa ſculptura & inciſio. {ποίησις *pittnack.* γλυφή. GALL. *Graveure ou eſtoffeure, meſtier de graveur.* ITAL. *Intagliamento, ſ. arte di tal lavore.* GERM. Die kunſt deß außgrabens / außſtechens / oder bildwerck zumachen. HISP. *Obra de finzele, ò la arte de finzelar.* ANGL. *The art or graving or carving.*} Plin. *lib.*19. *cap.*4. Superque pilturam operibus, & cælaturis vivere. Idem *lib.*35. *c.*12. Qui plaſticen matrem ſtatuariæ, ſculpturæque, & cælaturæ eſſe dixit. Cælatura rumpit tenuem laminam, Quinctil.

Cælātor, otis, {ποιητὴς *thephatteack.* γλύπτης. GALL. *Graveur, ou eſtoffeur, ſculpteur.* ITAL. *Scultore, intagliatore.* GERM. Ein außgrabet / außſtecher. HISP. *El que labra de finzel.* ANGL. *A graver, carver, or intayler.*} Quint. *lib.*2. *cap.*4. Cælator cælum deſiderat, & pictor penicillo. ¶ Argenti cælatores. Plin. *lib.*34. *c.*8.

Cælāmen, inis, idem quod cælatura, γλυφή. {ANGL. *Engraving, entayling.*} Ovid. 13. *Metam.*

*——— neque enim clypei calamina novit*
*Oceanum, & terras, cumque alto ſ. tera cælo.*

Cælo, is, cum diphthongo, & gemino ll, ſcriptum, verbum antiquum, & quo ſolùm in compoſitis utimur: ſignificat percutio, aut frango, κρούω, κλάω. Præteritum facit Cecŭli, vel culſi, & ſupinum Culſum. ¶ Hinc fiunt compoſita Percællo, Procællo, & Recællo: Percællo, idem eſt quod percutio, pulſo: Frequenter ad animum tranſfertur. Terent. *in Andr.* Perculſit illicò animum. Procællo idem eſt quod propello, vel everto. Inde Procella: de quo ſuo loco dicemus. Item Recællo, idem quod reclino. Eſt & Cello, ſine diphthongo ſcriptum, de quo vide infra.

Cæltes, i, inſtrumentum ad ſculpendum aptum. Quidam à cælo, alii à cæſſo deductum putant.

Cælos, Thraciæ portus, apud Plin. *lib.*4. *cap.*11.

Cælum, inſtrumentum, quo utuntur argentarii, dum vaſa ſculpunt, aut ſculptores, aut ſtatuarii utuntur in ligneis, aut lapideis ſimulachris ſcalpendis. {חרט *cherétth.* γλυφὶς γλυφεῖον. GALL. *Burin, ou autre inſtrument à graver.* ITAL. *Scarpello.* GERM. Ein (unleſerlich) ein ſchnitzmeſſer/ ein grabmeſſel. HISP. *Cinzel, ò buril.* ANGL. *A graving or carving inſtrume.*} Stat. *lib.*4. *Sylv. cap.*6.

*——— labori, cui vivunt quæ marmora cælo*
*Praxitelis.*

Unde eſt illud,

*——— Cælo fabricata Myronis.*

CÆLUM. {שמים *ſchamayim.* οὐρανὸς. GALL. *Le ciel, les cieux* ITAL. & HISP. *Cielo.* GERM. Der himmel. ANGL. *The heaven, the firmament.*} Uno nomine dicitur tota illa mundi pars, quæ eſt ſupra elementum ignis, quam philoſophi Æthera appellant: ita dictum à celando, hoc eſt, occultando, quòd inferiora omnia celet. & negat: ſive à ſtellarum imagine, quæ in eo quodammodo cælatæ appareant. Ambroſius *lib. Hexaëm.* Cælum, quòd impreſſa ſtellarum ſimilitudine habeat, quaſi cælatum appellatur: ſicut argentum, quòd ligulis eminentibus refulget, cælatum dicimus. Varro cœlum, quaſi κοῖλον, hoc eſt, cavum, dictum putat: & ſic per œ diphthongum ſcribendum videretur. Cic. *pro Pomp.* Pompeium omnes, ſicut aliquem non ex hac urbe miſſum, ſed de cœlo lapſum intuentur. ¶ In cœlum ferre, vel tollere, eſt ſummis honoribus afficere, ὑπερῆραι. Cic. *ad Attic. lib.*3. Salaminii nos in cœlum decretis ſuis ſuſtulerunt. ¶ De cœlo detrahere, eſt de ſummo honoris gradu deturbare. Item 6. *Philipp.* Collegam de cœlo detraxiſti. Cœlum adorare. Suet. *in Ner. cap.*49. Item cœlo receptus Romulus. Quinctil. Videntur Terram, Cœlum, Mare conſequi. Plaut. *Amph.* Is odor dimiſſis pedibus in cœlum volat. Idem *Pſeud. ſc.*2. *a.*3. Libero cœlo ſe permittunt aves. Quinctil. ¶ Philoſophi decem cœlos eſſe dixerunt, quorum ſeptem à planetis appellavere: octavum ſyderum, ſeu ſtellatum: nonum verò quum neſcirent cujus conditionis eſſet, vocaverunt cœlum aqueum, cryſtallinumve, non à frigiditate, ſed tranſparentia, quòd per illud ſydera apparent, & pelluceant. Decimum locum ſibi vendicat cœlum illud, quod ultimum philoſophi putantes, Primum Mobile vocaverunt. Undecimum cœlum Beatorum ſedes, ab Ethnicis philoſophis ignoratum, quod ideirco Theologi Empyreum vocaverunt, non quòd calore, ſed ſplendore & claritate cæteris antecellat. ¶ Sunt igitur undecim cœli, ſcilicet cœlum empyreum, primum mobile, cœlum cryſtallinum, cœlum ſtellatum, cœlum Saturni, cœlum Jovis, cœlum Martis, cœlum Solis, cœlum Veneris, cœlum Mercurii, & cœlum Lunæ. Hæc fuſiùs tractantur *in lib. de Cœlo*, ab Ariſtotele. Cic. 4. *Tuſc.* Cœlum hoc in quo nubes, imbres, ventique coguntur, quod & humidum, & caliginoſum eſt propter exhalationes terræ. ¶ De cœlo ici, eſt fulmine affari. Cic. *lib.*2. *de Divin.* Summanus de cœlo ictus. De cœlo tacta ſtatua. Gellius *cap.*7. *lib.*4. ¶ De cœlo ſervare, eſt cœli ſtatu obſervato, auſpicia inde ſumere. Auſpicia enim non niſi ſereno cœlo rata erant: contrà fulmine, aut pluvia turbabantur. Cic. *in Vatinium*, Quòd eo die ſcires, de cœlo eſſe ſervatum. Idem *Attic. lib.*2. Milo proſcripſit ſe per omnes dies comitiales de cœlo ſervaturum. Plin. *lib.*11. *c.*37. cœlum capitis cranium videtur appellaſſe, eo quòd caput totum eo tegatur, ut inferiora hæc cœlo: Hoc (inquit) eſt viſcerum excelſiſſimum, proximumque cœlo capitis, ſine carne, ſine cruore, ſine ſordibus. ¶ Interdum Cœlum ſumitur pro aëre. Virg. 1. *Æneid.*

*——— maria ac terras, cœlumque profundum.*

Idem *Georg.* 1.

*——— & varium cœli prædicere morem.*

Ubi Servius, Cœli, id eſt, aëris. Lucret.

*——— In hoc cœlo qui dicitur Aër.*

Plin. *lib.*2. Et hoc cœlum appellavére majores, quòd alio nomine Aëra. Hinc grandines ſunt, & pruinæ, imbres, procellæ, turbines ventorum. ¶ Cœlum pro vivorum regione, id eſt terra, ſumitur etiam, ut in illo Virg. *lib.*6. *Æneid.*

*Sed falſa ad cœlum mittunt inſomnia manes:*

Quia ſicut Dii nobis, ita nos inferis ſuperi habemur. Macrobius *in ſomn. Scip. cap.*.. ¶ Cœlum πρωτόγονος, antiquiſſimum deorum fingunt Poëtæ, qui Terra ſorore in matrimonium ducta, Saturnum, Betilſum, Dogana, & Arlanta genuit. A cujus nomine formoſiſſimum ſupremum corpus Cœlum dicunt fuiſſe appellatum. ¶ A cœlo ad terram, ἀπ' οὐρανοῦ πάχρι γῆς. Proverbialis figura, perinde valens ac ſi dicas, quacunque de re ab extremo initio uſque ad ſupremum finem. Plaut. *in Perſa.* ¶ Neque cœlum, neque terram attingit, Οὔτε γῆς, οὔτε οὐρανοῦ ἅπτεται. De re vehementer abſurda, atque aliena, quæque nulla vicinitate pertineat ad id, de quo agitur. Lucian. *in Pſeudomante.* ¶ Cœlum digito attingere, proverbiali hyperbole dicuntur, qui longè ſupra mortalium conditionem, ac Dis proximi eſſe videntur. Cic. *ad Atticum lib.*2. ¶ In cœlo eſſe aliquem, proverbiali hyperbole dicimus, qui eſt ſupra modum fortunatus ac glorioſus. Idem *ibid.* ¶ In cœlum exſpuis, εἰς οὐρανὸν πτύεις: id eſt, Facis quod in tuum ipſius recidat caput. Aut obloqueris iis qui facilè poſſint lædere. ¶ In cœlum jacularis, εἰς ἢ οὐρανὸν πέτεσαι. Eſt apud Zenodotum & Suidam, de iis qui ſtultè laborant, aut qui audent eos lacerſere, quos non poſſunt lædere: nihil enim ferire poteſt, qui in cœlum ſagittam torquet, niſi quod divos videtur petere. ¶ Cœlo ac terræ loqui, proverbii ſpecie dicuntur, qui fruſtrà vociferantur. Sic enim ſolent, qui diffidunt hominum præſidiis, exclamare, ὦ οὐρανὲ, ὦ γῆ: Theognetus *apud Athenæum.* ¶ Mare cœlo miſcere, proverbialis hyperbole, pro eo quod eſt, omnia perturbare, nihilque non facere. Tit. Livius, Quid eſt quod cœlo terram, terræ cœlum miſceant? Lucianus *in Dialogo Promethei & Mercurii.* ¶ Cœlum territat: proverbialis hyperbole apud Virg.

*——— & cœlum territat armis.*

Convenit in minaces & feroces. Thraſonicaſque magniloquos. ¶ Toto cœlo errare, proverbium eſt, in eos qui vehementer aberrant: quod uſurpat Macrob. *Saturn. lib.*3. ¶ Adhuc cœlum volvitur, proverbium quo uti licebit, quoties ſignificabimus adhuc ſupereſſe ſpem, & nondum

dum

dum omne tempus, quod melioris fortunæ solet occasionem adducere, exactum esse. Theocr. *in Charis.* Ὄυπω μάλιν ἄμμι τὸν ἐρατὸν ἐνιαυτὸν ἐπ' ἀλλάξαντι.

*Nondum defessum provolvere desiit annus*
*Menses atque annos.*

Quod enim unus annus negat, alter ultrò defert. In masculino genere usus est Ennius; Quem cælus genuit. Idem, Cælus profundus. Author est Solipater *lib.* 1.

Cælēstis, e, Divus, divinus, è cælo proficiscens. { οὐράνιος. GALL. *Celeste, de l'air, du Ciel, divin.* ITAL. *Celeste.* GERM. *Himmelisch.* HISP. *Celestial.* ANGL. *Heavenlie.* } Virg. 1. *Æneid.*

——— *tantæne animis cœlestibus iræ?*

Liv. 4. *ab urbe*, Siccitate eo anno plurimùm laboratum est: nec cœlestes modò defuerunt aquæ, sed terra quoque ingenitò humore egens. Cœlestes etiam substantivè dicimus pro cœlitibus, & dus superis. Cic. 6. *Philipp.* Quid est, quod de voluntate cœlestium dubitare possimus? Idem 3. *Offic.* Hercules quem hominum fama beneficiorum memor in cœlestium consilio collocavit. Cœlestes aquæ. Ovid. 4. *Fast.* Cœlestis vir in dicendo. Cicer. Cœlestis vox Neronis. Suet. *in Neron. cap.* 21. Et cœlesti ore. Velleius.

Cælēstissĭmus, superlativus. Velleius Paterculus *hist.* 2. Cœlestissimorum ejus operum pro captu mediocritatis meæ adjutor fui.

Cælĭcŏla, qui, vel quæ cœlum habitat. { οὐρανίων. GALL. *Celeste, qui habite au Ciel.* ITAL. *Habitatore del Cielo.* GERM. Einwoner deß himmels. HISP. *Morador del Cielo.* ANGL. *That walketh in heaven.* Virgil. 1. *Æneid.*

*Me si cælicolæ voluissent ducere vitam.*

Cælĭcŭs, a, um, οὐράνιος. Cœlestis: ut, Cælica regna.

Cælĭfer, Atlantis epitheton est, quem poëtæ ob insignem Astrologiæ peritiam finxerunt sustinere cœlum. ἀπαθὲς φόρ. Virg. 6. *Æneid.*

——— *ubi cælifer Atlas*
*Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.*

Cælĭtes, cœlitum, Dij cœlestes, qui cœlum inhabitant. { οὐράνιοι. GALL. *Celestes, habitans du Ciel.* ITAL. *Dei celesti.* GERM. Die im himmel sind/ die himmelischen. HISP. *Los dioses ò santos del Cielo.* ANGL. *They wich dwelleth in heaven.* } Cœlum autem appellabant veteres, illam mundi partem, quam nos Æthera, sive Æthereum quondam vocamus: hoc est, omne illud, quod est supra elementum ignis. Unde Solem & Lunam, & cæteros planetas inter deos cœlestes numerabant. Cic. 2. *Divin.* Ego Deum genus esse semper dixi, & dicam cœlitum. Idem *in somn. Scipion.* Et grates, inquit, tibi ago summe Sol, vobisque reliqui cœlites. ¶ Legitur & apud Ovid. 4. *de Ponto, el.* 6. singulare Cœlites

*Quale tamen potui de cœlite, Bente, recenti*
*Vestra procul posito carmen in ora dedi.*

Ubi vocat Angustum Cœlitem.

Cælĭtŭs, adverb. Significat è cœlo; sicut Divinitus, à Deo. οὐρανόθεν. { ANGL. *From heaven.* } Hieronymus, Tandem cœlitus inspiratus præcisam morsu linguam in osculantis se faciem exspuit.

Cælus, οὐρανός, cognomen indigenæ fuit, qui ex terra sorore in matrimonium ducta, Saturnum, Bœtillum, Dogana, & Atlanta genuit. A cujus nomine, mira varietate formosissimum supremum corpus Cœlum dicunt fuisse appellatum.

Cæmentum, } κῶν εἶδος. *Homer.* χάλιξ. GALL. *Moilon, blocaille.* ITAL. *Pietre & simile materia da murare.* GERM. Allerley ungewercte stein zu dem mauren. HISP. *Cimiento ò pared de piedra mampuesta.* ANGL. *Morter, parget, rubbishe.* } à Cædo, ut quidam putant. Sunt enim Cæmenta, omnis rudior materia, à qua ædificia construuntur: quales sunt rudes lapides nulla arte ad ædificium accommodati, aut politi, sed quales inveniuntur temerè congesti. Fodinas quoque rustici Campaniæ Cæmentarias appellant. Livius 1. *bell. Pun.* Nec erat difficile murum subruere, quòd cæmenta non calce durata erant, sed interlita luto, structuræ antiquæ genere. Colum. *lib.* 9. Sub porticibus quadratæ arcæ cæmentis, vel etiam latericulis exstruuntur. ¶ Aliquando ponitur pro ipso opere, i. ædificio, quod structo lapide erigitur. Plin. *lib.* 2. *cap.* 22. Et reliquis pallidus in cæmento tamen utilis: Globosus contra injurias fortis, ad structuram tamen infidelis est. ¶ Interpres utitur in Bibliis pro calce aqua fabuloque fermentata. Habuerunt lateres pro saxis, & bitumen pro cæmento. Cæmenta, æ. Enn. apud Non.

Cæmentārĭi, { λατόμοι. GALL. *Massons.* ANGL. *Rhonge masons.* } Dicuntur Cæmentorum; hoc est, ædificiorum, quæ ex lapidibus sunt, structores, quos Fabros murorum, seu muratores appellant.

Cæmentĭtĭus, a, um, quod ex cæmento est. { λάϊνος. GALL. *Fait de moilon, massonnerie.* ITAL. *Fatto di rotame di calce.* GERM. Von allerley zusamen gelesnen steinen gemacht. HISP. *Cosa edificada de tal manera.* ANGL. *Made or morter or parget.* } ut, Parietes cæmentitii. Vitruv. *lib.* 1. *cap.* 3. Itaque pilis lapideis, structuris testaceis, parietibus cæmentitiis altitudines exstructæ.

Cæmargia, καμαργία, regio quædam. Vide infrà in *Thyrea.*

Cænē, καινὴ Ptolemæo, sinus Laconici oppidum, non procul à Tænaro promontorio. ¶ Hinc Cænites portus, apud Plin. *lib.* 4. *cap.* 5. & Cæneus Jupiter dictus est. Ovid.

*Victor ab Œchalia Cæneo sacra parabat*
*Vota Jovi.*

¶ Cæne item parva quædam insula in mari Siculo in Africam versa, cui vicina est Gaulos & Melite, ut à Plinio scribitur *lib.* 3. *c.* 8.

Cænēum, καινέον, promontorium est Eubœæ ad Septentrionem, de quo Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.

Cæneus, Elati filius, à prima ætate puella fuit formâ venustissima, adeò ut Neptunus illius formâ tactus, cum ea concubuerit: in mercedem autem concubitus petiit illa, ut in virum mutaretur, & esset invulnerabilis: quod factum est. ¶ Unde jocus factus proverbio, invulnerabilis es, ut Cæneus, ἄτρωτός ἐσσι ὡς ὅτε Καινεύς, de iis qui lædi non possunt. Cæterùm quum postea Cæneus superbia elatus, contemptis diis juberet Lapithas, quibus imperabat, per hastam suam jurare, Jupiter illius superbiam ultus est. Nam pugnans cum Centauris, quum ferro violari non posset, tanta arborum mole oppressus est, ut vivus sub terram detruderetur, atque hoc modo interiit. Post mortem autem in avem mutatum dicit Ovid. *lib.* 12. *Metam.*

——— *salve*
*Maxime vir quondam, sed avis nunc unica Cæneu.*

Virg. verò *lib.* 6. *Æneid.* post mortem in veterem sexum redisse dicit.

*It comes & juvenis quondam, nunc femina Cæneus,*
*Rursus & in veterem fato revolvitur figuram.*

¶ Fuit & alius Cæneus philosophus, cujus mentio est apud Laërtium & Aristotelem *in Organo.*

Cæneä, Thraciæ regio, Plin. authore *lib.* 4. *cap.* 11.

Cænina, à Plinio inter Latij oppida nominatur *lib.* 3. *cap.* 5. Hinc Cæninenses populi à Romulo victi, ut est videre apud Liu. *lib.* 1. *ab. Urbe.*

Cænis (ut fabulatur Ovid. *lib.* 12. *Metam.*) Thessalica puella fuit, quæ à Neptuno compressa, ab eo muneris loco impetravit, ut in virum transformaretur, nullisque unquam vulneribus posset lædi. Mutato itaque sexu etiam nomen mutavit, & ex Cænide factus est Cæneus. Hic in prælio Lapitharum, quum nullo teli genere lædi posset, congesta arborum mole obrutus est, & in Cænidem avem transformatus.

Cænĭcēs, Achaiæ portus fuit, non procul à Saronico sinu, quem nemore exornatus. Plin. *lib.* 4. *cap.* 6.

Cænys, καινὺς, Italiæ promontorium est, quod adversum habet Pelorum in Sicilia, XII. stadiorum intervallo. Autor Plin. *lib.* 3. *cap.* 6.

Cāpe, indeclinabile, à capitis magnitudine dicitur: unde & prima vocalis diphthongum accepit. { בצל *batsal.* σκόμβρος. GALL. *Oignon.* ITAL. *Cipolla.* GERM. Zwybel. HISP. *Cebolla.* ANGL. *An onyon.* } Plin. *lib.* 19. *cap.* 6. Ergo omnibus annis separatim semen cæpe causa seritur, separatim cæpe seminis. ¶ Dicitur & Cæpa, cæpæ. Ovid. 4. *Fast.*

*Cædenda est hortis ervina capa meis.*

¶ Cæparum plura sunt genera, nobilissima Ascalonia, ab Ascalone oppido Judææ. Nam, ut refert Strab. *lib.* 16. Ascalonitensium regio præcipuè fert Cæpas. Columella, Pompeiam, vel Ascalonian cæpam eligito, & componito in fidelia. Cæpa oculos mordet, unde à Græcis nomen impositum κρόμμυον, quasi pupillam oculi compimi cogeret, sicut scribit Aristoteles *in Problematibus.* Unde Lacrymosa dicitur à Columella. ¶ Cæpas edere, aut olfacere, κρόμμυον ἐσθίειν, dicebantur joco proverbiali, qui lacrymari viderentur. Ductum est hinc proverbium, quod cæparum odor, ut est actus, consuevent lachrymas oculis excutere. ¶ Quis usus cæpe putridi? Τί χρῆμα σαπρὸν κρόμμυον; de rebus, aut etiam hominibus ridiculis, & quorum nusquam est usus. Etenim quum cæpe sit herba per se vilissima, simul atque computruit, nihil esse potest abjectius.

Cæpŭlæ, diminutivum à Cæpa. { ANGL. *A little onyon.* } Pallad. Hoc mense cæpulas feris.

Cæpĭtĭus, a, um, { ANGL. *Of onyons.* } & Cæpitium substantivum, secundùm Priscianum, pro eo quod est ex genere cæparum.

Cæpētum, { κρόμμυον. ANGL. *An onyon bed.* } Gell. *lib.* 20. *cap.* 7. Cæpetum revirescit, & congerminat decedente luna. Quo loco legitur & cæpium, id est, teste Prisciano, cæpe.

Cæpĭnæ, est locus cæpis consitus, vel ipsarum cæparum uno in loco consitarum multitudo. { ὁ κρομμυὼν; κρομμύων πλῆθος. GALL. *Le lieu où croissent les oignons, oignonnerie, cives, civots, oignons.* ITAL. *Luogo seminato de cipolle.* GERM. Ein zwibelgarten/ ein ort da vil zwibel stehn. HISP. *Cebollino, ò simiente de cebollas.* ANGL. *A place planted with onyons, a bed of onyons.* } Colum. *lib.* 11. *cap.* 3. Cæpinæ magis frequenter subactam postulat terram, quàm altius conversam. Et *paulò post.* Sed Cæpina, vel sæpiùs, certè non minùs debet quàm quater sarriri.

Cæpŏri, Hispaniæ citerioris populi sunt. Plin. *lib.* 4. *cap.* 20.

Cæpus, facie Satyro similis, cætera inter canem & ursum: nascitur in Æthiopa. Strab. *lib.* 17.

Cærā, & ejus derivata, vide *Cera.* ¶ Malè enim quidam per æ scribunt, quum nec origo, quæ est Græca; nec libri veteres id suadeant. Vide Manutij Orthographion.

Cærē, Καιρή, aut Καιρεί, Steph. neutro genere, & indeclinabile. Urbis insignis nomen in Hetruria, quæ olim regionis totius caput fuit. Hinc quondam Agylla nominatam, & à Pelasgis è Thessalia profectis conditam ferunt. Deinde verò Lydis, quos postea Thyrrhenos nominaverunt, adversùs Agyllinos bellum gerentibus, quum quidam murum subiens, urbis ejus nomen percontatus fuisset, essque à Thessallo quodam de muro χαίρε responsum esset, eo veluti omine à Thuscis accepto, captam postea urbem, mutato priori nomine, Cære vocavêre. Verùm tam splendidæ, tamque gloriosæ civitatis, Strab. *lib.* 5. asserit, vix ulla sua ætate extitisse vestigia: & solo vicinorum balneorum nomine, quæ Cæretana dicebantur, fuisse celebratam. Festus. Cæremoniarum causam aliqui ab oppido Cære dictam existimant. ¶ Declinatur & Cæres, Iris. Virgil.

*Est ingens gelidum lucus prope Cæritis amnem.*

¶ Legitur & ablativus Cærēte, tanquam à nominativo Cæres, etis. Virg. 10. *Æneid.*

*Qui Cærete domo, quæsunt Minionia in arvis.*

Quamquam non desunt, qui Cærete ibi adjectivum esse contendant. ¶ Ab hoc oppido Cærites tabulæ appellatæ sunt, in quas Censores referri jubebant, quos notæ causa, suffragij & reliquo civitatis jure privabant, præterquam quod ut cives tributum conferre cogebantur. Nam urbe à Gallis capta, quum Cæretani eos, qui una cum sacris æternoque Vestæ igne ad se profugerant, comiter hospitio suscepissent. Romani deinde restituta in statum meliorem urbe, satis malignam illis gratiam retulerunt: nam civitate quidem eos donaverunt, suffragij autem jus eis non concesserunt. Vide Gell. *cap.* 13. *lib.* 16. Hinc factum est, ut quum aliquem ignominia & contumelia dignum volumus significare, Cærite cera, cum dignum esse dicamus.

Cæremoniæ, arum, & cæremonia, æ. { חקות *chukkioth.* θρησκεία, τελετή. GALL.

Gall. *Ceremonies*. Ital. *Ceremonie*. Germ. Allerley heilige brauch/ Kirchengepräng. Hisp. *Las ceremonias*. Angl. *Ceremonies, rites*.} vel ab oppido Cære, vel à carendo dicta sunt. Legendus Gell. *c.* 9. *lib.* 4. Nam Urbe à Gallis capta, quum Vestales virgines simulachra deorum ex hostibus erepta traduceret, in oppidũ Cære potissimum convenêre, ubi benigne fuerunt hospitio susceptæ, donec à Gallis civitas per Camillum liberata fuit. In cujus beneficij memoriam Romani præstiterunt, ut omnis divinus cultus Cæremoniæ, à Cære diceretur. Livius *lib.* 5. scribit, L. Albinum de plebe virum, virgines, Sacerdotes, sacráque plaustro Cære pervexisse: unde Cæremoniis fit enatum nomen. Macrob. *lib.* 1. *cap.* 3. innuit Cæremonias à carendo dictas. Servius Sulpitius (inquit) Religionem esse dictam tradidit, quæ propter sanctitatem aliquam remota & sepositа à nobis sit: quasi à relinquendo dicta, ut à carendo Cæremonia. Cæsar 7. *bell. Gall.* Quod more eorum gravissima cæremonia contineretur. Cæremoniam legationis, quasi sanctitatem & religionem, Cicer. metaphoricè dixit, de mandati judicio, *pro Roscio Amer.* Qui non negligentia privatum aliquod commodum læserit, sed perfidia, legationis ipsius cæremoniam polluerit, maculáque afficerit. Bud.

Cære, vide *Cære*.

Cæretum, Umbriæ oppidum inter Spoletum ac Nursiam, à quo Cæretani appellantur, totum orbem vano quodam ac turpi superstitionis genere ludificantes: ob quam causam fere continuè peregrinantur, familia atque uxoribus domi relictis.

¶ Cærites tabulæ, vel potius Cæritum seu Cæretanorum tabulæ, pro parum honorifica conditione dicuntur. ¶

Cærŭlĕus, a, um, quod cæli pars, & nubibus vacui colorem imitaretur: quasi cæluleus. { κυανοῦν. Gall. *De couleur bleue, comme le Ciel.* Ital. *Color verdeno, ò d'azurro.* Germ. Himmelblaw. Hisp. *Color verde ò azul oscuro.* Angl. *Skie coulored, or blew like azure.*} Unde & mare, quod à cælo colorem suum accepit, propriè Cæruleum dicimus. Virgil. 12. *Æneid.*

*Fontésque, fluviósque voco quæque arboris altì*
*Religios & qua cæruleo sunt numina ponto.*

Sic etiam Cic. *lib.* 1. *de nat. deor.* Neptuni oculos dixit esse cæruleos; ad maris nimirum colorem respiciens. Cæruleus, ut Græcè κυανοῦς, quóque pro nigro. Virg. *Æneid.*

——— *Cærulea subnectat corpore cymba*, i. alta & nigra.

Idem,

*Olli Cæruleus supra caput astitit imber.*
*Iámque ubi cæruleum variabunt sidera cælum,*

Ovid. 3. *Fast.* Cæruleis aquis. Idem. *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Trist.*

Cærŭlĕātus, cæruleo colore infectus. Velleius Paterc. *hist.* 2. de Glauco Deo marino, Cùm cæruleatus, & nudus, capúteque tedimitus arundine & caudam trahens, genibus innixus Glaucum salutâsset in convivio.

Cærŭlĕus, a, um, quod cærulei coloris est per se suáque natura, μελανεύς. { Angl. *which is thie coloured by nature.*} Catullus,

*Cærula verrentes abiegnis æquora palmis,*

& apud Virg. *lib.* 10. *Æneid.* Freta cærula. Interest igitur inter cærulum, & cæruleum, quòd Cærulus, naturæ color est: Cæruleus naturam fingit & imitatur. Cornelius Fronto *lib. de diff. vocab.* Pro nato cærula ambitiosa suo (i. Thetis.) Ovid. 13. *Metam.*

Cærŭlum, substantivum, seu potiùs in plurali numero Cærula, pro mari frequentissimè acceptus apud Poëtas. Virg. 3. *Æneid.*

*Adnixi torquent spumas, & cærula verrunt.*

Cærŭlĕum, arenæ genus est, quæ in auri atque argenti metallis nascitur picturæ usui: cujus tria sunt genera, Ægyptium, Scythicum, & Cyprium. Vide Plin. *lib.* 34. *cap.* 12. & 13.

Cæruleus, Bestia marina. Lege *Cæruleus.*

Cæsa, quæ & incisa vocantur, sunt particulæ orationis, quæ Græci κόμματα vocant: differúntque à membris, quæ κῶλα. Membrum enim est pars periodi ex pluribus verbis absolutè aliquid significans, hoc modo: Etsi vereor, judices, ne turpe sit pro fortissimo viro dicere incipientem. Cæsum autem pars orationis ex duobus verbis nondum quicquam absolutè significans, hoc modo: Etsi vereor, judices, ne turpe sit. Cæsa oratio dicitur, quum non effectiuntur membra ex connexione verborum, sed singula verba aliquid significantia proferuntur, hoc modo: Quis est ille Gellius? Armiger Catilinæ, stipator cui corporis, concitator tabernariorum, lanista fori. ¶ Veteres etiam Cæsa vocabant, quæ postea Gæsa dicta sunt: quæ erant tela Gallis peculiaria, sicuti Romanis pila, & Macedonibus sarissæ. Varro, Qui gladio cinĕti: sine scutis, cum binis gæsis essent.

Cæsar, cognomen Juliorum est. Ille enim qui primus Cæsaris nomen adeptus est, ab eo dictus fertur, quod cæso matris utero fuerit natus. Vel ab elephanto in pugna occiso, qui lingua Mauretanorum Cæsar appellatur. Vel quòd oculis cæsiis, hoc est, glaucis fuerit. Vel à cæsarie, cum qua natus proditur. Hoc cognomen posteri deinde ex Julia familia nati tanquam suæ familiæ proprium gesserunt. Nam Julius Cæsar, à quo omnes Imperatores postea Cæsares appellati sunt, non est natus cæso utero materno, qui matrem Aureliam habuit, quam amisit quum in Gallia bellum gereret: cujus etiam pater Cæsar est nuncupatus, qui prætura functus Pisis obiit. Hic Julius Cæsar omnem Galliam quæ à lacu Pyrenæo, Alpibúsque, & monte Gebenna, fluminibúsque Rhodano & Rheno continetur, novem annis in provinciæ formam redegit. Germanos, qui trans Rhenum incolunt, primus Romanorum ponte fabricato aggressus est. Aggressus est & Britannos, ignotos antea, superatísque post acceptas pecunias & obsides imperavit. Deinde quum obtinere non potuisset, ut sui absentis in Consularibus comitiis ratio haberetur, arma in partem convertit: neminéque repugnante Galliam Cisalpinam, Picenum, Umbriam & Hetruriam occupavit, Pompeiumque Italia expulit. Post hæc in Hispaniam transgressus validissimas Pompeij copias, quæ sub tribus Legatis, M. Petreio, L. Afranio, & M. Varrone erant, superavit. Pompeium funestissimo in campis Pharsalicis prælio superavit. Ptolemæum in Ægypto subegit. In Africa devicit Scipionem & Jubam: in Hispania liberos Pompeii. Triumphavit quinquies, primum de Gallia, postea de Alexandria, deinde de Ponto, & Africa, & de Hispania. Liberalissimus fuit omnium, & maximè post hos triumphos: de quibus Suetonius. ¶ Cæsares præterea duo alij fuerunt, C. & L. quorum C. Poeta tragicus fuit, & Orator (ut testatur Pædianus) frater uterinus Catulli Oratoris, cujus & Cic. sic meminit *in Bruto*, C. Julius, L.F. & superioribus & æqualibus suis omnibus præstitit, oratórque fuit minimè ille quidem vehemens, sed nemo unquam urbanitate, nemo lepóre, nemo suavitate conditior. Sunt ejus aliquot orationes, ex quibus, sicut ex ejusdem Tragœdia, lenitas ejus sine nervis perspici potest. Hactenus Cicero. ¶ L. verò, hujus frater, Prætor & Consul fuit; ambo Syllam sequuti, jussu Marij interfecti sunt, quo tempore idem M. Antonius Orator, Crassi æqualis, simili fato periit. ¶ Cæsar præterea alius fuit prænomine L.M. Antonij Triumviri avunculus, Pompeianarum partium, missusque utrinque aliquoties Orator de pace. Postremò inter proscriptos ab Octavio relatus est, & interfectus: in cujus locum obtinuit Antonius, ut M. Cic. item proscriberetur. Vide Plut. *in Ant. Cic. & Anton.*

Cæsărĕa, κωμόπολις Stephano. Urbs Palæstinæ in littore maris magni, quæ Turris Stratonis vocabatur: sed postea ab Herode in honorem Cæsaris nobilius ædificata, Cæsarea est appellata: in qua idem Herodes in honorem Cæsaris magnificam domum albo marmore construxit. Ubi nepos ejus Herodes ab Angelo percussus, eo quòd non dedisset honorem Deo, consumptus à vermibus exspiravit. In hac Cornelius Centurio à Petro baptizatus est. Vide Sueton. *in August. cap.* 80. ¶ Altera Cæsarea Philippi, à Philippo Herodis filio, in honorem Cæsaris ad radices montis Libani ædificata, ubi duo Fontes, Jor scilicet, & Dan oriuntur. ¶ Tertia Cappadociæ, sic à Tiberio nominata, pulso Archelao, quum ante Mazaca diceretur. Author Eusebius. ¶ Quarta Mauritaniæ, nobili portu insignis, antè Jol vocitata: quam quum Juba Ptolemæi pater munitet, Cæsaream appellavit. Author Strabo *lib.* 7.

Cæsaraugŭsta, καισαραυγοῦστα, urbs Hispaniæ Tarraconensis, quam Strabo Augustam Cæsaream nominat: antea Numantia dicta, teste Pomponio. Vulgus Hispanorum *Sarragoçam* vocat.

Cæsărĕus, a, um: ut Domus Cæsarea. Ovid. 1. *Trist. eleg.* 1. Vultus Cæsarei. Idem 2. *de Ponto*, *eleg.* 8. & *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

*Et qui Cæsareo juvenes sub nomine vrescunt.*

Et *Eleg.* 5. *lib.* 3.

*Non mihi quærenti possundare cuncta, petitum*
*Cæsareum caput est, quod caput orbis erat.*

Cæsărĭānus, a, um. Cic. *ad Attic. l. b.* 16. Facilè me ille esset assequutus: aiunt enim eum Cæsarianis uti celeritate. ¶ Cæsariani, *in Cod. Justiniani, & Theod.* dicuntur ministri procuratoris Cæsaris, ut *in l.* 5. *de jure fisci, lib.* 10. sive Officiales, ut exponitur *ibid.*

Cæsărĭēs, ei. Coma. A crebta cæsione: ideóque propriè virorum est. { צִיצִית *tsitsith*, פֵּרָאת *pérath*, שַׂעֲרָה *tsammáh*. κόμη, ἔφη. Gall. *Perruque, cheveleure.* Ital. *Zazzera.* Germ. Haar das man abschneidet manns haar. Hisp. *Cabellera.* Angl. *The heare, or bushe of head heare.*} Plaut. *in Mil. sc.* 1. *a.* 1. Vide cæsaries quàm decet. ¶ Cæsaries promissa, id est, longa, apud Liu. *bell. Pun.* 8. Catull. *de com. Beren.*

*E Berenices vertice cæsariem.*

Unde Cæsariati, comati dicuntur. Plaut. *in Mil.* Qui miles adsimiletur cæsariatus.

Cæsăriātus, cum Plauto utitur ita Apuleius *lib.* 1. *de Mundo*: Videas & viridantibus comis cæsariatam esse comam.

Cæsăriēnsēs. Jonicæ populi, in Ephesiorum conventu. Plin. *lib.* 5. *c.* 29. Ephesum verò, alterum Asiæ lumen, remotiores conveniunt Cæsarienses, Metropolitæ, Cylbiani.

Cæsariensis Mauritania, vide infrà in dictione *Mauritania.*

Cæsarium, Ægypti emporium est, & secessus quidam Strabonis *lib.* 17.

Cæsarobricenses, Lusitanicæ Hispaniæ populi, apud Plin. *lib.* 4. *c.* 22.

Cæsēnnā, urbs Flaminiæ provinciæ, à cædendo, quòd exiguo amne cæsa, id est, divisa sit: vel quòd aget ejus duobus flumimbus, Sæpi, & Rubicone sit divisus. ¶ Hinc Cæsennates dicti sunt, Cæsennam habitantes: & Cæsennatia vina, quæ inter generosa numerabantur. Vulgò *Cesena.*

Cæsio, Cæsim, vide *Cædo.*

Cæsĭus color, oculorum proprius est, quem & Felineum, à felium oculis nonnulli appellaverunt. { γλαυκὸν, χρῶμα. Gall. *De couleur du Ciel, pers.* Ital. *Colore del cielo, azurro.* Germ. Himmelblaw (farb) besonders der augen. Hisp. *Turquesado, color del cielo, azur.* Angl. *Gray as colour.* { quemadmodùm & Græci γλαυκὸς, quod nocturnorum oculorum similitudinem repræsentet. Cæsius, quasi Cælius, unde Cæsia Minerva. Gell. *c.* 26. *lib.* 2. Est autem hic color subviridis, igneo quodam splendore intermicans, qualem in leonis oculis potissimùm conspicimus. Hujusmodi oculos Minervæ Poëtæ tribuerunt, bellorum prætidii, utpote præfectoris animi indices: unde γλαυκῶπις, à Græcis, à nostris Cæsia, peculiari epitheto appellatur. Est autem hic color diversus à cæruleo, manifestè eos distinguente Cic. 1. *de nat. deor.* ubi sic habet, Apollinem semper imberbem, cæsios oculos Minervæ, cæruleos Neptuni.

Cæsōnēs, qui cæso matris utero nati sunt. Plin. *lib.* 7. *cap.* 9. Primúsque ex Cæsarum familia, à cæso matris utero dictus: qua de causa & Cæsones dicti.

Cæspĕs, à Cædo fit, & significat terram cum herba avulsam, seu in modum lateris cæsam. { גֶּבֶשׁ *régheb*, מִגְרָפָה *meghrapháh*. βῶλος. Gall. *Motte de terre, gazon, bloste de terre herbuë.* Ital. *Ceppo, ceppite, zeppa.* Germ. Ein wasen/ ein grasbusch. Hisp. *Cesped, tierra con yerua.* Angl. *A sodde, or turffe.*} Virg. 1. *Eclog.*

*Pauperis & tugurî congestum cæspite culmen.*

¶ Ex cæspite agger castrensis hr. Lucan. *lib.* 1.

*Et subitus rapti munimine castritis agger*
*Præbet securos intra tentoria somnos.*

Docet Veget. *lib.* 3. qua altitudine, ac latitudine cæspes circumcidi debeat.

Turpe

*Purpureum vividi genitum de cæspite florem.*

Ovid. 13. *Metam.* Levi cæspite obrutum corpus. Suet. *in Calig. c.*39. Cæspitem portare. Idem *in Augus. cap.*24. In cæspite nudo cibum capere. Idem *in Tib. cap.*17.

Cæspiticius, a, um, quod fit ex cæspitibus. {ὁ ἐκ τῶ βόλου τυρὸς ὁ. Gall. *Fait de mottes de terre.* Ital. *Fatto di terra & di herba.* Germ. Das auß rasen gemacht ist. Hisp. *Cosa hecha de cespedes.* Angl. *Offodden or turfen.*} Unde Tribunal cæspiticium, vocatur suggestum ex cæspitibus factum. Flavius Vopiscus, Deinde concursus ad cæspiticium tribunal. ¶ Ara cæspiticia, ex cæspite congesta. Julius Capitol. Centum aræ unus in loco cæspiticiæ exstruuntur.

Cæspito, as, Pedem offendo, ut quasi ruere cogar, ad cæspitem offendo, vacillo. {חשל chashal. πρόσκοπον ἔχω. Gall. *Broncher, trebucher.* Ital. *Scapucciare, inciampare.* Germ. Straucheln/ sich mit den füssen stossen. Hisp. *Tropeçar andando.* Angl. *To stumble, falter.*}

Cæspitatōres, {Angl. *which stumbleth, which faltereth.*} equi, qui sæpe in cæspitem, vel lapidem, aut aliquid hujusmodi impingunt.

Cæstrum, instrumentum, quo ebur cavatur. Plin. *lib.*35. *cap.*11. Lala Cyzena, vel Cyzicena, perpetua virgo Martia M. Varronis inventa, & penicillo Romæ pinxit. & cæstro in ebore imagines mulierum maximè, &c. *Ibidem.* In encaustice pingendi duo fuisse antiquitus genera constat, ceta, & in ebore cæstro, id est, vericulo, donec classes pingi cœpere.

Cæstus, us, genus clavæ pilas plumbeas loris bubulis appensas habens, qua pugiles cerrabant. Ita Daretem & Entellum pugnasse legimus, à cædendo dictum κεστός. Varro apud Non. in *Cæstu*, pro *cæstibus*: si quis mihi supercilia cæstu discobinatis. *cap.*8. *num.*71. Virg. *lib.*5.

*Sin crudos fidit pugnam committere cæstus.*

¶ Cestus verò, cesti, sine diphthongo, sumitur pro cingulo, & zona illa virginea, quam matritus prima nocte dissolvebat: & est fœminini generis, quamvis & masculini reperiatur, à variis punctis hic dicta: κεντεῖν enim pungere est. Unde cingulum illud Veneris, quo ipsa Martem, & Juno Jovem conciliabant, à Poëtis Cestus, κεστὸς dicitur. Arnobius, Junonius ille cestus. Martialis *Epigr.*106. *lib.*14.

*Ut Martis revocetur amor, summique tonantis,*
*A te Iunc petit cestos, & ipsa Venus.*

Unde cestum Veneris, ἔχειν κέστον ἱμάντα, habere dicuntur, qui novis modis quemlibet in amorem sui pelliciunt. ¶ Sed & lotum, aut opus interpunctum, acúve pictum, commune ornamentum fœminarum, Cestos Græci vocant {חגורה chaghorah. Gall. *Ceinture, d'espousée.* Ital. *Cintura di donne.* Germ. Allerley bäpsche band so die weyber zu der zierd brauchen. Hisp. *Cosa à cinta de la muger.* Angl. *A brides girdle.*} ¶ Proinde Cestus Africanus, contra quem scripsit Orig. 24. libros edidit, quos à rerum varietate κεστοὺς appellavit. Hinc Incestus: & Cestulus diminutivum. Cestus genus vincturæ in vineis. Varro *lib.*1. *cap.*8.

Cæsulæ, à vetustissimis dicti sunt, qui cæsiis sunt oculis. Festus.

Cæsum, Cæsi, vide *Cædo.*

Cæsūrā, Cæsuratim, Cæsus, vide *Cædo.*

Cæterus, a, um, ex Græco, κάτερος, id est, & alter. {אחר acher, שנית mischeár. Gall. *L'autre, le reste.* Ital. *Il resto, l'altre cose.* Germ. Das vbrig. Hisp. *Lo restante.* Angl. *The rest, that remaineth.*} Terent. *in Heaut.* Quàm fortunatus cæteris sum rebus. Cic. 4. *Acad.* Cætera series deinde sequitur. Idem 6. *Verr.* Argentum illi cæterum purum appolueras. Argentum accepi, nihil curavi cæterum. Plaut. *Capt. sc.*3. *a.*5. Cæterùm cura tu. Idem *Men. sc.*4. *a.*2. Cætera quis nescit? Idem *Pseud. sc.*1. *a.*2. ¶ Cætera doctus, figurata locutio, derivata à Græcis, qui κατὰ præpositionem frequenter subaudiunt. Cætera doctissimus. Gell. *cap.*17. *lib.*7. Cætera sanctissimus. Velleius. Cic. 1. *denat. deor.* Non solùm eum puëta suavis, verumetiam cætera doctus, sapiénsque traditur: in quo tamen Ciceronis loco in plerisque exemplaribus, *cæteroqui* legitur. Martialis:

*Visceribus bonus est, cætera nulle sapit*, id est, quantum ad cætera. Salust. *Iugurth.*67. præter nomen, cætera ignarus populi Rom. Ad cætera, pro eodem. Gallicè *Au reste*: id est, quod ad cætera attinet, Horat. 1. *Epist.*10.

——— *hæc inter silicet una*
*Multùm dissimiles, ad cætera penè gemelli.*

De cæteto. Cic. 1. *de finib.* De Cæteto vellem equidem, aut ille ipse doctrina fuisset instructior, &c. ¶ Et cætera, absolutè positum. Cic. *in Top.* In partitione quasi membra sunt, ut corporis, caput, humeri, manus, latera, crura, pedes, & cætera. ¶ Nominativo singulari Cæterus in masculino genere usus est Cato *de re rust. c.*22. ubi sic habet, Cæterus ornatus dum Pompeij emptus est.

Cæterò, adverb. {והנה vehinneh. Ital. *Quanto al resto.* Germ. Vbrigens. Hisp. *Allende de esto.* Angl. *Moreover, as touching the rest.*} Plin. *lib.*10. *cap.*58. Palumbes fœmina incubat postmeridiana in matutinum, cæterò mas: hoc est, quod reliquum est temporis.

Cæterōquin, vel Cæteroqui, pro alioquin. {ἀλλοτρόπως, ἀλλοῖος. Gall. *Sans cela, autrement.* Ital. *Altramente, oltre di questo.* Germ. Sunst. Hisp. *En otra manera.* Angl. *Other wise.*} Cic. *de Orat.* Illam autem concinnitatem adhibet quidem hic subtilis: quem, nisi quòd solùm, cæteroquin rectè quidam vocant Atticum.

Cæterùm, {והנה ve hinneh. Gall. *toutesfois, neanmoins.* Ital. *Ma quanto al resto.* Germ. Aber. Hisp. Mas. Angl. *Moreover, notwithstanding.*} conjunctio, significat Alioqui, aut Reliquum, sive in posterum. Salust. *hist.*4. Scio equidem tibi magnas opes virorum, armorum & auri esse, & eare à nobis societatem, ab illis prædam petieris. Cæterùm consilium est Tigranis regno integro procul à domo per nostra corpora bellum conficere: ubi terribit Solipatet pro alioqui positum esse. Plaut. Pœn. Dehinc cæterum valete, id est, in reliquum & postremum tempus. Cæterùm, quo pacto fa-

ciet, ipse dixero. Plaut. *Pseud. sc.*4. *a.*1.

Cæterà, etiam quandoque advertbialiter capitur pro deinceps, ut Virg. 9. *Æneid.*

*Cætera pone puer belli.*

Curtius, Cætera optimam prædam fore, id est, in posterum.

Cætobrix *nuvitæ*, Lusitaniæ urbs est, alio nomine dicta Cezimbria. Ptol. *lib.*2. *cap.*5. Vulgò *Cezimbra.*

¦Cætra, vide *Cetra.*¦

Cæyx, cæycis, καύξ, genus avis. Plin. *lib.*32. *cap.*8. Fit in mari, & halcyonem appellatus, ex nidis (ut aliqui existimant) halcyonum & cæycum.

Cævete, vide *Cevere.*

Caix. Hæc vox non est in Glossis nostris, erit in aliis. Est vetus verbum quod fustem, aut clavam, aut baculum significat. Unde cajare, pro verberare dicebant veteres. Fulgentius in libro de continentia Virgiliana. *In septimo vero caieta fejulia nutrice, id est, magistriani timoris projecta gravedine: unde Caieta dicta est, quasi cædtrix ætatis nam & apud antiquos caiatio dicebatur puerilis cædes, unde Plautus in comœdia Cistellaria ait:*

*Quid tu amicam times ne te mammea caiet?*

*Caiare* igitur est verberare & cædere, unde puerilem verberationem *cajationem* olim dicebant, à *caia* scilicet, quæ fustem significat: non *puerilem* tantùm *cædem*, sed cujusvis denotat.

Caia, Caianus, vide *Caius.*

¦Caio, as, comprimo, compesco, verbero. Cerda.¦

Caiatio, coercitio, coactatio, puerilis cædes. Turneb. Scal.

Caicus, κάϊκος, Fluvius est Mysiæ, in Theutrania nascens, & per campum sui nominis in Elaiticum sinum decurrens. Virg. 4. *Georg.*

*Saxosumque sonans Hypanis, Mysusque Caicus.*

Caïeta, nomen mulieris Troianæ, quam alij Æneæ, alij Ascanij, alij Creusæ nutricem faciunt. Hanc Æneas ab inferis revertens fato cessisse inveniens, eam non longe à Bajano sinu sepelit: ibique à se urbem condidit, quam uni cum adjacenti portu Caietam dixit. Virg. *lib.*7.

*Tu quoque litoribus nostris Æneia nutrix,*
*Æternam moriens famam Caieta dedisti.*

Strabo autem *lib.*5. Caietam à sinus curvitate appellatam existimat Laconum idiomate, qui curva omnia Caietas solent nominare. Vulgò *Gaëta.*

Cainas, Indiæ fluvius navigabilis, Brachmanarum agrum irrigans. Author Plin. *lib.*6. *cap.*17.

Cairus, vel Acarnon, Ægypti civitas: vide in *Babylon.*

Cāius, γάϊος, Prænomen à parentum gaudio sumptum. Et est dictio disyllaba, nisi per diæresim ex i, consonante facias vocalem, ut apud Martial.

*Pervigil in pluma Caius ecce latet.*

Profertur per G, ut notatur per C, quæ inversa C, mulierem Caiam declarat, Quintiliano authore *lib.*1. *c.*13. Cicer. *pro Muræn.* Potuerunt omnes mulieres, quæ coëmptionem facerent, Caiæ vocari. Apud priscos autem pro domino ponebatur, sicut & Caia, γαῖα, pro domina. Vide Plutarchum. In Terentiano sæpe est Caius, & Caia, pro quispiam & quæpiam.

Cāinūs, a, um. Statius *lib.*4. *Sylv.*

——— *Emptum plus minus esse Caiano.*

Calx. {Angl. *Billes,*} teste Servio, à majoribus dicebantur fustes, quos portabant servi sequentes dominos ad prælium: unde etiam Calones dicebantur. Nam consuetudo erat militis Romani, ut ipse sibi arma portaret, & vallum: vallum autem dicebant Calas. Lucil.

*Scindo calam, ut calem.*

id est, scindo lignum, & focum accende, ut & calefias. ¶ Est item Calix civitas in India.

Calabarriunculi, & Calabarriones, vox ficta à Laberio. Gell. *c.*7. *lib.*16.

Calabra curia, Romæ erat proxima casæ Romuli, a calando, id est, vocando dicta, quòd ibi ante fastorum cognitionem Pontifex convocata plebe pronuntiabat, quot dies inter Calendas & Nonas intercederent. ¶ Hinc Curia ipsa, teste Macrob. *lib.*1. *cap.*15. Calabra dicta est, quòd in ipsam populus calaretur.

Calabria, καλαβρία. extrema Italiæ regio: peninsulæ formam referens, cujus littoris est unus dies via, quæ à Tarento Brundusium ducit. Alijs nominibus Messapia, & Salentina, & Peucetia dicta est, teste Strabone *lib.*6. Plin. *lib.*3. *cap.*11. Oppida ejus præcipua sunt Brundusium, & Hydrus totius Italiæ extremum. Horat. 1. *Carm. Ode* 31.

*Non absumpta grata Calabris Armenta.*

Călăbĕr, bri, Calabrium incolens. ¶ Et Calaber, a, um. Ovid. *lib.*3. *de Arte.*

*Enimvero emersit Calabris in montibus horror.*

Dicitur ἀπὸ τοῦ καλὸς, ἐ ἄγειν, quòd sit regio in primis fertilis, in qua arbores fructibus mirum in modum onerantur.

Călabricŭs, a, um, ut Calabrica olea. Colum. *lib.*12. *cap.*49. Veruntamen habetur præcipua in hos usus olea Calabrica, quam quidam propter similitudinem, Oleastellum vocant.

Călabri, καλαβροί, Calabriæ populi in finibus Italiæ, quorum regio Calabria est, fructibus in primis abundans: quos quorum hospitibus obtrudebant, ubi aliquo nulli usui futuros, factum est ut Dona Calabri hospitis, in proverbium cesserint pro nullius pretij muneribus, quæ donanti oneri magis sunt, quàm usui.

Calamus, κάλαμος, fons Lyciæ, apud Stephanum, qui & Calbius dicitur.

Calagurritani, Hispaniæ citerioris populi in conventu Cæsaraugustano: quorum alij Nasicæi, alij Fabularenses cognominati sunt. Utrorumque oppidum Calagurrim dictum est. Plin. *lib.*3. *cap.*3. Sueton. *in August. cap* 49.

Calais, Βορέας, Boreæ ex Orithyia conjuge filius alatus, qui unà cum Zethe fratre similiter alato cum Argonautis Colchos profectus est. Qua in expeditione, qui is à Phineo rege humaniter essent accepti, Harpyias, quæ regnum illius infestabant, persequi constituerunt: quas quum & alarum auxilio, & sagittandi peritia in Plotas usque insulas fugassent, ab Iride admonuti sunt, ne Jovis canes alterius

persequa

persequerentur. Inde itaque retrorsum conversi, duas illas insulas, in quibus Harpyias reliquerunt, à conversione sua Strophadas appellarunt, quum antea Plotæ dicerentur. Postremò ab Hercule occisi dicuntur, & in ventos commutati, qui Caniculæ exortum dies ferè octo præcedunt: unde προδρόμους, i. præcurrentes appellantur. ¶ Est etiam Calais gemma sapphyro similis, candidior tamen & littoroso mari similis. Hanc plerique eandem esse existimant cum Augite.

**Calamagrostis**, ἡ, graminis genus foliorum magnitudine ad arundinem penè accedens; jumenta apud Babylonem (ubi juxta vias copiosè nascitur) enecans. Latim Græcorum imitatione Gramen arundinaceum appellant.

**Cālāmārius**, a, um. Theca calamaria. { קסת *téfeth*. καλαμοθήκη. GALL. *Calamar, ou escriteire.* ITAL. *Pennacuolo.* GERM. Ein schreybzeug/ ein Federrohr. HISP. *Caxa de escrivanias.* ANGL. *A pennar, a case for pennes.* } ¶ Calamariæ thecæ Sueton. *in Claud. cap.* 35. Serò enim ægrè vix remisit, ne cuivis comiti, aut librario calamariæ & graphiariæ thecæ adimerentur. Mart. de his *epigr.* 13. *lib.* 14.

*Scrinium thecam calamis armare memento.*

**Calamæ**, ὡν, urbs Peloponnesi. Steph.

**Calamenthe**, ἡ καλαμίνθη, vel καλαμίνθη, urbs Lydiæ, vel Phœnicum, melius per iota in penultima.

**Cālāmēnthā**, apud Col. *lib.* 4. *c.* 27. ponuntur pro fragmentis veterum calamorum; hoc est, pedamentorum, quæ ex calamis, hoc est, ex arundine fiebant.

**Calametum**, τὸ καλαμῶνα. Col. *lib.* 4. *c.* 27. Sic deinde ordinata vineta festinabimus emundare, sarmentisque & calametis liberare.

**Cālāmīnthā**, æ, { καλαμίνθη. GALL. *Poulliot sauvage, ou l'herbe au chat.* ITAL. *Nipetella.* GERM. Bergmünz/ Steinmünz. HISP. *Lamevada.* ANGL. *Veilpeniri all or pudding grasse.* } Herba est montibus familiaris, folia habens ocymi incana, sulculos aridos, caules angulosos, & florem purpureum. Hoc autem calaminthæ genus officinæ, servata propemodum antiqua appellatione, Calamentum vocant. ¶ Sunt aliæ duæ Calaminthæ species, quarum altera pulegio est similis & figurâ & odore, licèt aliquanto major sit: unde & pulegium sylvestre à vulgo appellatur. Altera menthastro similis, foliis oblongioribus, caule & ramulis majoribus, quàm superior. Vide Dioscor. *lib.* 3. *c.* 30.

**Cālāmis**, nomen statuarii, qui equos absolutos & perfectos effinxit. Ovid.

*Vendicat ut calamis laudem, quos fecit equorum.*

Hujus meminit Plin. *lib.* 34. *cap.* 8. & Quint. *lib.* 12. *c.* 10.

**Cālāmistēr**, vel calamistrum, i. Tenue ferrum, quo in cinere calefacto crispantur capilli, unde sunt illi tanquam anuli, qui cincinni vocantur. { חרית *chárit.* καμάκη, σίδη. GALL. *Un instrument ou fer pour grillier ou friser les cheveux.* ITAL. *Ferro da increspare i capigli.* GERM. Ein eysern mit dem man daß haar kraußt macht. HISP. *Hierro para encrespar los cabellos.* ANGL. *A fryze tongyron to frizle the heare with.* } Cicero in masculino genere usus est *in Orat.* id quod & Sosipater Grammaticus annotavit. Removebitur omnis insignis ornatus quasi margaritarum, ne calamistri quidem adhibebuntur. Et Varro de scenicis originibus in masculino quoque posuit, teste eodem Sosip. *lib.* 1. In neutro genere usus est Plaut. *in Curculione*, Pecten, speculum, calamistrum meum. ¶ Hinc Calamistratus, a, um, id quod calamistro inustum, & ornatum est. { ANGL. *Frizled or crisped.* } Cic. *post reditum*, Calamistratus saltator. Idem *pro Sextio*, Calamistrata coma. Plaut. *in Asin.* Quisnam illuc tibi accredat, cinœde calamistrate?

**Calamisus**, Locrorum oppidum. Plin. *lib.* 4. *cap.* 3.

**Cālāmītæ**, { καλαμῖται. GALL. *Petites grenouilles.* ITAL. *Ranochi picciuli.* GERM. Ein laubfrosch. HISP. *Ranas pequenas que se hallan en el canaveral.* ANGL. *Little frogges.* } Ranæ minimæ sunt, & viridissimæ, quæ à quibusdam Dryopetæ vocantur: sic dictæ quòd inter calamos versentur. Plin. *lib.* 32. *c.* 7.

**Cālāmītēs**, gemma, à Calamo nomen habens, quòd plures simul junctæ inveniantur. Plin. *lib.* 37. *c.* 10.

**Calamochnus**, ὁ καλαμόχνους, ἄνθος, est falsa quædam lanugo in locis paluſtribus calamis tenuioribus adnascens, ex aqua dulci & marina, ubi se misceat. ¶ Alio nomine adarca dicitur. Vide Plin. *lib.* 22. *cap.* 10.

**Calamos**, Phœniciæ oppidum in ora subjecta Libano monti. Plin. *lib.* 5. *c.* 20.

**Cālāmus**, frutex aquaticus; ex quo quum multæ res fierent, multa significat. { קנה *kanéh.* κάλαμος. GALL. *Roseau ou canne, tuyau de blé, chaume, chalumeau, gluot, plume pour escrire.* ITAL. *Canna sottile, penna da scrivere.* GERM. Ein rot/ ein schreybfeder. HISP. *Caña, ò paja como de trigo, caña para escrivir, ò otra.* ANGL. *A reede, a stalk, a wheaten or oaten straw, a pipe or whistell, a penne.* } ¶ Primùm significat fagittam. Virgil. *Eclog.* 3.

——— *quum Daphnidis arcum*
*Fregisti, & calamos.*

Plin. *lib.* 16. Calamis populi Orientis bella conficiunt. ¶ Deinde instrumentum quo scribi solet. Quasi in libro cum scribuntur calamo literæ, stylis me totum ulmeis conscribis. Plaut. *Pseud. sc. c.* 1. 1. Item, Calami aucupatorii. Martial. *epigr.* 218. *lib.* 14. Primi calami ex arundine conficiebantur. Martialis *in Distichis.*

*Das chartis calamos habiles Memphitica tellus:*
*Texantur reliqua tecta palude tibi.*

¶ Ponitur aliquando pro fistula. Virg. *Eclog.* 5.

*Nec calamis solùm æquiparat, sed voce magistrum.*

Hujus primum inventorem fuisse Pana volunt poetæ. Item *Eclog.* 2.

*Pan primus calamos cera conjungere plures*
*Instituit.*

¶ Calamus item est virga, cui hamus filo longo alligatur ad capiendos pisces. Similiter virga ad capiendas aves viscо illita. Mart.

*Garrula decipitur calamis, & retibus ales.*

¶ Aliquando accipitur pro stipula, & pro quacumque re tereti, ac fistulosa ob similitudinem arundinis. Unde arborum quoque ac vitium

*Calepini Pars I.*

talamos dicimus, id est, teretes particulas & virgas ad serendum in terra aptas. Plin. Quod si longiùs asserantur pomorum calami, rapis intus eos optimè custodire siccum arbitrantur. ¶ Est etiam calamus mensura sex cubitorum & palmi. ¶ Calamus odoratus, κάλαμος ἀρωματίτης. Dioscoridis arundini similis est aspectu, multis geniculatus nodis, calle sapore, tacto mollis, & quum frangitur, fissilis, intus araneosus, locum in quo nascitur, suavissimo replens odore. Provenit in Arabia, India, & in Syria juxta Libanum montem. Vide Plin. *lib.* 12. *cap.* 20. ¶ In officinis appellationem retinet.

**Cālāmĭtās**, tis, propriè significat calamorum fractionem, quæ fit grandine, aut tempestate. { ברד *bdh*, רעה *rakáh*, שאורת *schoah*, שממה *schemamáh.* χάλαζα. GALL. *Calamité, malencontre, perte, malheur, misere, proprement grefle qui rompt le tuyau du blé.* ITAL. *Grandine, calamità, miseria.* GERM. Ein hagel der die saat zerschlecht/ Arbeitsdligkeit/ jamer/ Nodt. HISP. *Daño que hace la tempestad, generalmente daño, ò desastre, ò perdida qualquiera.* ANGL. *Miserie, calamitie, the breaking of the stalkes of corne by tempest.* } Plaut. *Casin.* Profectò hercle non fuit quicquam olerum, nisi quicquid erat, calamitas profectò attigerat numquam. Terent. *in Eunuch.* Ipsa egreditur nostri fundi calamitas. Clades, calamitas, intemperies (de parasito.) Plaut. *sc.* 3. *a.* 4. ¶ Translatè, pro omni miseria, & pernicie ponitur. Cic. *Attic.* Nemo majorem calamitatem morte Paulæ accepit. ¶ Calamitas dicebatur etiam in scenicis ludis, quum fabula exigebatur. Terent. *in Prologo Hecyræ*, Hecyram ad vos refero, quam mihi per silentium numquam agere licitum est: ita eam oppressit calamitas. Eam calamitatem vestra intelligentia sedabit. A Græcis συμφορὰ dicitur. Budæus.

**Cālāmĭtōsus**, a, um, quod calamitate lædi solet. { αἰσχρός. GALL. *Subjet à greste & à estre gasté par mauvais temps.* ITAL. *Rovinato dalla tempesta, dalla gragnivola & mali tempi.* GERM. Das vom hagel mag zerschlagen werden. HISP. *Perdido por daño que hace la tempestad.* ANGL. *Brokemand vast doute by tempest.* } Plin. *lib.* 18. *c.* 7. Hordeum ex omni frumento minimè calamitosum, quia tollitur antequam triticum occupet rubigo. Calamitosus ager apud Catonem: & calamitosum cœlum, *cap.* 11. & 35. ¶ Calamitosus etiam ærumnosus est, malis, calamitatibusque prægravatus, inquit Nonius. { שמם *schomém*, רע *rah.* κακοπαθὴς, πολύπονος, ἄθλιος. GALL. *Miserable, pauvre, malheureux, calamiteux, affligé d'ennuis & faschemis.* ITAL. *Pieno de miserie, disgratie, avversità.* GERM. Elendthafftig/ Arbeitsdligk/ jamerhafftig/ Mit nodt beschwert. HISP. *Cosa perdidosa ò desastrada.* ANGL. *Miserable, full of miserie, wretched.* } Cic. 1. *Verr.* Et honoris amplissimi puto esse, & accusare improbos, & miseros, calamitososque defendere.

**Cālāmĭtōsè**, adverbium, Miserè. { ἀνιαρῶς, ἀθλίως. GALL. *Malheureusement, miserablement, pitoyablement.* ITAL. *Meschinamente.* GERM. Arbeitsdligklich/ jämerlich. HISP. *Perdidamente.* ANGL. *Miserablie, wretchedlie.* } Cic. 3. *Offic.* Nam quod aiunt minima de malis, id est, ut turpiter potius quàm calamitosè: an est ullum majus malum turpitudine?

**Cālāntĭca**, Tegmen muliebre quod capiti accommodatur. { צניף *tsenîphâh, tsnif.* GALL. *Sorte de couvrechef ou chaperon de femme, bonnet, coiffe.* ITAL. *Cuffia di donna.* GERM. Ein schleyer, HISP. *Un cierto tocado de muger que se dize cofia.* ANGL. *An hoode or kerchief for a woman.* } Cicer. *in Clod.* Tunc, quum vincirentur pedes fasciis, quum calanticam capiti accommodares, &c.

**Calanus**, ὁ κάλανος. Fuit philosophus ex Gymnosophistis Indis, qui secutus Alexandrum Magnum extra Indiæ fines, quum apud Pasagardas ægrotare cœpisset, facta pyra, & aurea lectica superimposita, in ea cubans combustus est, stramentis opertus. Ferus, quum Alexander Magnus rogaret eum, si quid vellet, dixisse: Propediem te videro. Quod non multò post contigit: nam in Babylone pauci post diebus Alexander mortuus est. Lege Arrianum de gestis Alexandri. Indi autem quemque sapientem Calanon vocant, ut scribit Suidas.

**Calapis**, Pannoniæ amnis est, in Saum influens juxta Siscium, duobus alveis insulam efficiens, quæ *Segestica* vocatur. Plin. *lib.* 31. *c.* 25.

**Calaris**, civitas in Sardinia, apud Plin. *lib.* 2. *cap.* 170. cujus meminit & Claudianus *de bello Gildonico.* Vide in dictione *Sardinia.*

**Calaritani**, Sardiniæ populi, ad Meridiem siti, quibus Calaris oppidum nomen fecit, cujus meminit Plin. *lib.* 2. *cap.* 109. Vulgò *Caller.*

**Calaritanum**, Sardiniæ promontorium Africam spectans, apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 7.

**Calarna**, κάλαρνα, urbs Macedoniæ. Steph.

**Calatus**, κάλατος. Insula, aliàs dicta Alopecia, vel Alopeconesus, quum vulpem catulos suos ferre & deponere vidissent: deinde Calatus à Calero (κάλει καλάθῳ) rege. Alii civitatem Galerum dictam volunt. Steph.

**Calasiris**, καλάσιρις, pars Ægypti, incolæ Calasirii, & Calasiriæ. Steph. ex Herodoto *lib.* 2.

**Calāsis**, author Fest. Vestis genus fuit apud veteres, quod Græci καλάσιριν vocant. Sunt qui dicant tunicæ muliebris nodum esse, quæ circa cervicem connectitur.

**Calatæ comitia**, vide in dictione *Comitia.*

**Calathe**, κάλαθη, quam alii Calathusani vocant. Nomen urbis ad Herculis columnas sitæ. Author Stephan. Plin. verò *lib.* 4. *cap.* 12. Calathusam insulam esse asserit in mari Ægeo, non procul à Chersonesi sicam.

**CĂLĂTHUS**, ab aliquibus Qualus, & Quasillus, ab aliquibus Fiscella. Vas vimineum, secundùm Porphyrionem, in quo mulieres pensa, vel tramam revolvunt: aut in quo flores, vel fructus, aut aliquid id genus ferunt. { סל *sal*, סלסלה *salsillâh.* κάλαθος, τάλαρος. GALL. *Panier de cliſſe ou d'osier.* ITAL. *Cesto, paniere.* GERM. Ein korb/ ein zeinen auß weyden oder geen geflochten. HISP. *Canasta de varas.* ANGL. *A panier, frayle, or basket.* } Virg. *in Alexi,*

——— *tibi lilia plenis*
*Ecce ferunt Nymphæ calathis.*

Ovid. *lib.4. Fastor.*

*Hæc implet calathos lento de vimine nexos:*
*Hæc gremium, laxos degravat illa sinus.*

Erat autem calathi forma superne latior, paulatim in angustum desinens, qualem etiam in turbine conspicimus. ¶ Accipitur interdum pro calice ad sacrificium apto. Martial. *epigr.17. lib.14.* Virgil. *in Daphnide.*

*vina novum fundam calathis Arvisia nectar.*

Servius ait esse vas rotundum, in quo lac, vel recens caseus distrahitur.

Călăthiscus, diminutivum, κάλαθος. ‖ Angl. *A little frayle, or basket.* ‖ Parvus calathus. Catullus *de nupt. Pelei & Thetidos.*

*Ante pedes autem candenti mollia lana*
*Vellera, virgati custodibant calathisci.*

Calathiana viola, flos est præter violarum naturam Autumno proveniens, luteo coloris, foliis minutis, sine odore: à calathi figura ita appellatus. Vide Plin. *lib.21. cap.6.*

Calathus, filius Jovis & Antiopes, ut author est Homer. *in Odyss.*

Calathussa, κάλαθοσσα, à Plin. *lib.4. cap.11.* numeratur inter insulas desertas, quæ inter Chersonesum, & Samothracem interjacent.

Calatis, κάλατις Steph. Traciæ civitas non procul à Tomis, Ponto Euxino imminens, ceu ut meminit Plin. *lib.4. cap.11.* & Strab *lib.7.* ¶ Ex hac civitate ortus fuit Ister Poëta, qui de ratione scribendæ Tragœdiæ opus insigne conscripsit.

Calatiæ, κάλατιαι, Indiæ populi apud Stephanum. ¶ Calatiæ præterea inter urbes Italiæ ponitur à Plin. *lib.3. c.5.* non procul à Bovillis, & Casino.

Călātōres, κλήτορες, dicebantur servi, ἀπὸ τοῦ καλεῖν, quod est vocare, quòd semper vocari possent ob necessitatem servitutis. Festus. Vide *Calo.*

Calatybus, κάλατυβος, urbs Libyæ. Steph.

Calaurea, sive Calauria, καλαύρεια Stephano, insula est in sinu Argolico, contra Trœzenem, nulla alia re, quàm morte Demosthenis nobilior. In hac enim insula templum erat Neptuni: quò Demosthenes audito Archiæ satellitis Antipatri adventu, confugit, & ne vivus in Antipatri potestatem perveniret, hausto veneno ex calamo, vitam finivit. Hanc nonnullis in locis Calabriam appellatam invenimus, sed mendosè. Vulgò *Sidra.*

Calauria, insula est juxta Cretam, à Calauro Neptuni filio denominata. ¶ Est etiam urbs Locrorum, in qua Latona maximè colebatur. Vide Ovid. *lib.7. Metam.*

‖ Calba. Gloss. Calbæ κόσμια: id autem sic vertit Lex. Græcol. κόσμιον, ornatum & ornamentum: q. sit à καλὸν.‖

Calbei, authore Festo, dicebantur apud veteres armillæ, quibus triumphantes utebantur, & milites ob virtutem donabantur.

Calbis, Cariæ amnis, ut scribit Pomp. Mela *lib.1.*

Calbĭus, vide *Calenus.*

Calcatæ, fasces stramentorum ac virgultorum.

Calces, galliæ militum. Lege *Calpes, galea militum.*

Calceus, Calceatus. Suet. *in Augus.* c.77. Vide *Calcatorium*, infrà in V. *Calx.*

Călcĕndix, Festo conchæ genus est.

Călchās, antis, ὁ Χάλχας. Proprium nomen Græci auguris, Thestoris filii (à quo Thestorides à Poëtis appellatur) qui cum Græcis ad expeditionem Troiæ profectus est: & quoniam divinandi arte plurimùm præstabat, ejus consilio multa gesta sunt. Nam in Aulide ostendit quomodo placata Diana, venti tedari possent: & apud Troiam in castris docuit, quæ ratio Apollinis placandi, ut pestilentia cessaret, foret: & ex passere, quæ cum novem pullis à Dracone vorabatur, indicavit decennalem obsidionem Troiæ futuram. Quapropter inter ceteros Achilli acceptissimus erat, adeò ut ejus præsidio plerumque defenderetur, præcipuè verò quum suaderet Chryseidem patri reddendam esse. Tum enim Agamemnon non solùm in vatem, sed etiam in ipsum Achillem incensus ferebatur. Diruta autem Troia reversus, cum Amphilocho Amphiarai filio terrestri itinere, Colophonem (quæ urbs est Ioniæ) quum in luco Apollinis Clarii extra urbem apud fanum in Mopsum præstantissimum Augurem incidisset, artis peritia ab illo superatus, dolore contabuit, quòd proposita sibi a Mopso caprifico (ut refert Hesiodus) aut (ut Pherecydes mavult) sue gravida, conjicere non potuisset quot in illa ficus essent, quotve hæc utero suculas gereret: quod tamen Mopsus sine ullo errore divinavit. De Calchante vide multa apud Hom. *lib.1. Iliad.* & Virg. 2. *Æneid.*

Calces, pro calculis, & calculorum ludo. Lucil. apud Priscianum,

*Naumachiam licet hæc, inquam, alveolumque putaret,*
*Et calces, delectet te, hilo non rectius vivas.*

Festus in *Cancri.* Cancri dicebantur ab antiquis, qui nunc per diminutionem cancelli: ex quo genere est calces, qui per diminutionem appellantur calculi.

Călcifrăgi, æ, herba est in maritimis petris ferè nascens, à calculis frangendis ita dicta: ψιμμῦθος: de qua vide Plin. *lib.17. cap.9.* & Ruell. *lib.2. cap.129.*

Calcioli (quod hîc corruptè legebatur.) Vide *Carfioli*, & *Carsioli.*

Calciopē, κάλκιοπη, filia Æetæ Colchorum regis, soror Medeæ & Absyrti, & conjunx Phryxi, ex quo Cytorum peperit. Ovid. *in epist. Helen. ad Paridem,*

*Non erat Æetes, ad quem descenderet, ecquid*
*Nec Ipsa parens, Calciopeque foret.*

Calco, & calceus, vide *Calx.*

Călcŏlĭthus, lapis brevis terræ admixtus: sic dictus, quòd molestiam calcantibus exhibeat: vel, quòd calcem, hoc est, pedem offendat. ‖ מעד *mehab*, צור *tsefer.* ψῆφος, λίθιον. Gall. *Petite pierre, gravon, la pierre en gravelle, mercan en getten à compter on ioncr.* Ital. *Sasso picciolo.* Germ. Ein sandstorlin. Hisp. *cedrezita.* Angl. *A pebble or gravell stone, the stone in the bodie, a chesse or table man counters.* ‖ Virg. 1. *Georg.*

*Tenuis ubi argilla & dumosis calculus arvis.*

Cic. *de Orat.* Demosthenes conjectis in os calculis, summa voce ver-

ùbi multos uno spiritu pronuntiabat. ¶ Calculi pro difficultatibus. Plin. junior *lib.2. epist.* Omnes quos ego movi in utraque parte calculos, ponet: id est, difficultates. ¶ Est item Calculus, lapillus in renibus, aut vesica generatus, meatum urinæ prohibens, asperrimumque genus cruciatus: quod morbi genus Græci *strangurian* appellant. Plin. *lib.11. c.37.* Sed hominum quibusdam dirio cruciatu subinde nascentes calculi & setarum capillamenta. ¶ Qui autem eo morbo laborant, Calculosi dicuntur. Idem *lib.20. c.21.* Hic & calculosis & inflationi, & tormentis illinitur. Celsus *lib.7. c.26.* de curatione calculorum. A Græcis στραγγουριῶσι, λιθιῶσι. Plin. *lib.21.* Utuntur ad alopecias, lithargyro, opistotonicos. ¶ Item Calculus, ψῆφος dicitur, quem Latronem, seu Latrunculum antiqui appellaverunt, vulgus *Schacum* vocat. Martialis,

*Hic mihi bissenos numerantur tessera punctos,*
*Calculus hic gemino discolor hoste perit.*

Calculi & Tabula in ludo latrunculorum, & uno antecedere. Sen. *c.14. de Tranquil.* Discolor calculus. Ovid. *Eleg.1 lib.2. Trist.* Alea, Calculi, Alveolus. Gell. *1 lib.14.* Quoniam autem calculis subducere rationes solemus, calculus pro ipsis rationibus ponitur. Hinc revocare, sive reducere ad calculum, est aliquid exactiùs supputare. Cic. *de Amicitia*, Hoc est quidem nimis exiguè & exiliter ad calculum revocare amicitiam, ut par sit ratio acceptorum & datorum. Idem, Itaque tibi concedo, ut si te alicujus dati pœnitet, ad calculum reducas. De Calculis cognoscitur in tutela, i. de rationibus. Quintil. Calculorum paucorum causse, i. pecuniariæ. Idem, Calculos ponere, de supputatione. Senec. *epist.81.* Calculorum anxiæ solicitudines (i. rei familiaris, & pecuniariæ.) Idem. ¶ Calculis olim Græci sententias & suffragia colligebant, candidis absolutionem, nigris condemnationem significantibus, unde factum est, ut Calculum pro suffragio, sententia, & judicio ponamus. ¶ Calculum de se permittere. Plin. *in Paneg.* Quotannis diis ipsis tanquam judicibus calculum de te permittis, an dignus sis incolumitate: id est, censendi potestatem facis & calculum ponendi: usque nunc loquimur, opinandi. Eundem autem ferè modum habent hi loquendi modi, Mittere in consilium, Censendi potestatem facere, Calculum permittere, Calculum porrigere, Calculum proponere, ex Badæo. ¶ Dicitur etiam proverbialiter, Album calculum addere, Ἄλλον ψῆφον προσθεῖναι: pro approbare, subinde legimus apud doctos. ¶ Connæ calculus, Κώνου ψῆφος. In hominem, aut rem nihili, nulliusque momenti. Proverbium manavit à Conna quopiam citharœdo. ¶ Calculo mordere, ψήφῳ δάκνειν, dicuntur qui suffragio lædunt, aut ulciscuntur hominem. Arist. εἰ ἀρέσκει. ¶ Plurium calculus vincit, ἢ πολλῶν ψῆφος κρατεῖ. Quoties in consilio creditur multitudini.

Calculo, as, are, ψηφίζομαι. ‖ Angl. *To compte, to cast accompte.*‖ Rationem facio. Inde

Calculator, à Calculis, id est, lapidibus minutis, quos antiqui in manu tenentes numeros componebant. ‖ מחשב *mechasheb*, מספר *mesapher.* Gall. *Calculateur, compteur, dresseur de compte.* Ital. *Chi fa conto, calculatore.* Germ. Ein Rächenmeister. Hisp. *Contador, como contante.* Angl. *which casteth accomptes.*‖ Mart. *lib.19.*

*Nec calculator, nec notarius velox*
*Majore quisquam circulo coronatur.*

Calcŭlōsus, a, um, Calculis plenus. ‖ πετρῶδες, λιθῶδες. Gall. *Pierreux.* Ital. *Pieno di pietruccie.* Germ. Voll Kisslin. Hisp. *Pedregoso.* Angl. *Full of gravell or smallones.*‖ Col. *lib.3. c.11.* Simili de causa probari solere solutam glaream, calculosumque agrum, & mobilem lapidem. Idem *lib. de arborib. c.21.* Loca aprica, calculosa, glareosa, interdum & laxosa amat. Et apud Plin. *lib.35. cap.14.* Calculosum solum. Cels. *lib.2. c.7.* Calculosi difficulter urinam reddunt, paulatimque eis etiam sine voluntate distillat.

‖ Calda ἁγιάσ. Gloss. v. intellige, calda aqua, ἁγιασθὲν ὕδωρ.

Caldarium (in Balneo.) Senec. *epist.87.*‖

‖ Caldicum, foris deambulatorium, quod & petibulum dicitur. Gloss. Ilid. Puto, ubi calidum est, in patenti loco. Idem habet, Patibulum, res patens.‖ Lege *Chalcidicum.*

Caldĭus, militari joco dictus est Claudius Cæsar, pro Claudio, quemadmodum & Tiberius pro Tiberio, & Mero pro Nerone. Sueton. *in Tiberio.* In castris tyro etiam tum propter nimiam vini aviditatem pro Tiberio Biberius, pro Claudio Caldius, pro Nerone Mero dictus est. Vide *Calor.*

Caldor, & calor. Gell. *cap.4. lib.19.* ex Caldonia vox ficta à Laberio.

Cale, à Strabone *Lib.5.* numeratur inter Campaniæ civitates, non procul à Theano Sidicino.

Călēdŏnii, sylva in ea parte Britanniæ fuisse putatur, quæ hodie Scotia dicitur, sævissimis olim ursis nobilitata. Martialis,

*Nuda Caledonio sic viscera præbuit urso.*

Inde etiam Britanni peculiari epitheto Caledonii dicuntur à poëtis. Idem, *lib.10. ad Q. Ovidium.*

*Quinte Caledonios Ovidi visure Britannos.*

Corripit autem hoc nomen in hac significatione antepenultimam syllabam, secundam verò producit. Apud Græcos enim scribitur per ε. Contrà quum Ætoliæ sylvam significamus, secunda syllaba scribitur per γ Græcum, & ubique corripitur, sequens autem producitur, eo quòd apud Græcos scribatur per ω. Vide plura de hoc suo loco.

Calegia, Ptolemæo Germaniæ civitas putatur inter Saxones, quam vulgò *Vitembergam* vocant.

Calena, poculi genus.

Calena, apud Ptolemæum, civitas in Anglia esse creditur, quæ hodie Oxonia appellatur. ‖ Germ. Oxenfurt.‖

Călendæ. ‖ חדש *chodesh.* καλένδαι. Plutarcho.‖ Primus dies mensis, ab eo quòd hoc die calentur dies mensis à Pontificibus, Nonæ, quintanæne, an septimanæ sint futuræ. Quinque calo Iuno Novella. Septem calo Iuno Novella. Hæc Varro *lib.5. de ling. Lat.* Macrobius autem in *1. Saturn.* totam hanc rem copiosè tradit. Priscis, inquit, temporibus antequam fasti a Cn. Flavio scriba invitis patribus in omnium notitiam proderentur, Pontifici minori hæc provincia delegabatur,

rabatur, ut novæ lunæ primum observaret aspectum, visumque regi sacrificulo nuntiaret. Itaque sacrificio à rege & minore Pontifice celebrato, idem Pontifex calata, id est, vocata in Capitolium plebe, quot numero dies à Calendis ad Nonas supererent, pronunciabat; & quintanas quidem quinquies dicto verbo Calo, septimanas repetito septies prædicebat: & hunc diem qui ex his diebus, qui calarentur, primus esset, placuit Calendas vocari. Hæc Macrobius. Eam autem ob causam populo quotnam dies Calendarum essent, prædici necesse erat, ut sciret, quinam Nonarum dies esset futurus, quo confluere in Urbem populus solebat, ut addiscerent quid eo mense in divinis, humanisque rebus facto opus esset. Calendæ dictæ à calando. Plut. *quæst. rerum Rom.* Calendæ excutiant multrem, *cap.4. lib.16.* Ovid.6. *Fast.*

*Qua duo mixta simul sextis quicunque Calendis*
*Ederit, huic ladi viscera posse negant.*

¶ Sciendum quum dico, Tertio Calendas, certum semper diem me significare: Ad tertium verò Calendas, etiam incertum, ut qui est citeriùs tertium Calendas. ¶ Græci autem Calendas non habent, unde proverbiali formâ facere solebat Augustus, ut refert Suetonius, Ad Calendas Græcas soluturos eos, quos nunquam soluturos significare volebat, *cap.*87. Idem *in Tib. cap.*35. Calendis Iulii locabantur ædes.

‖ Calendalia tributa, quasi in strenam solvi solita Calendis Ianuarii. Iustin. *edict.* 13. Meurs. ‖

Călendārĭus, e, quod ad calendas pertinet, ut Iuno calendaris dicta, quòd calendarum dies ei sacer esset. Macrob. *lib.*1. *c.*15. Idus, inquit, Iovi dedicatæ; Calendæ Iunoni: unde Laurentes calendarem Iunonem appellavêre.

Călendārĭus, a, um, idem est: ut, Liber calendarius, ἀπογραφὴ ἰδιωτικὴ.

Călendārĭa, { Angl. *Calendars, Almanaches.* } Dicebantur tabulæ, ab observatione singulorum mensium: ut Diaria, à singulorum dierum ratione observata. ¶ Accipitur etiam calendarium apud Iurisconsultos pro negotiatione nominum faciendorum. Ulpian. calendarii quoque curatio & quæstura in aliqua civitate inter honores non habetur, sed personale munus est. Africanus, Itaque ipsæ pecuniæ si adhuc calendario, i. nominibus faciendis destinatæ essent, fideicommisso cedere solent. Bud. Magni Calendarii libri. Senec. *epist.*88.

‖ Calendula, herba de qua Lobelius *adversf. nov.* { Germ. Ringelblume. } ‖

Călēnum, τὸ Καλῆνον, teste Plinio, Campaniæ oppidum est non procul à Capua, in cujus agro mite & generosum vinum nascitur. ¶ Inde Calêni populi dicti, qui hanc urbem, aut agrum vicinum incolunt. Horum meminit Plin. *lib.*3. *c.*5. ¶ Hoc etiam oppidum Cales, Calium, in numero plurali appellatum invenitur. Virg. 7. *Æneid.*

——— *quique Cales linquunt, amnisque vadosi*
*Accola Vulturni.*

Idem Horat. *lib.*4. *Carm. od.*12.

*Sed pressum Calibus ducere Liberum*
*Si gestu.*

Vulgò *Carinola.*

Călēnus, a, um, Καλῆνος, possessivum, à Calibus, sive Caleno Campaniæ urbe deductum. Horat. *lib.*1. *Carm. ode* 20.

*Cæcubum, & prælo domitam Caleno*
*Tu bibes uvam.*

Calepium, Καλήπιον, oppidum est in Cenomanis, ad XIV. lapidem à Bergomo Brixiam versùs, ad colles in sinistra parte positum, à bonitate vini denominatum, ἀπὸ τοῦ καλοῦ bonus, & πίνω bibo.

Cales, Κάλης, oppidum in Gallia: aliud in Campania, à quo Cales populi, juxta Falernos & Massicos, de quibus Virg. *lib.*7.

*Æquora quique Cales linquunt.*

Hinc Calenum vinum.

Calesia, Καλησία, urbs Italiæ. Steph.

‖ Calestra, genus mitræ. Gloss. Isid. An καλύπτρα, quod est regimen capitis. Vide *Calantica*, suprà. ¶ Est & Calestra oppidum Thessaliæ ad mare situm, juxta quod Axius fluvius in mare Ægæum defluit. Herod. *lib.*7.

‖ Caletta, ubi vespæ nutriuntur. { Germ. Wespennest. } ‖

Calette, ignobilis insula inter Samothracen & Chersonesum. Plin. *lib.*4. *c.*12.

Caleti, vel (ut alii volunt) Caletes. Populi sunt Galliæ Belgicæ ad mare, contra Britanniam, quorum urbs à Ptolemæo Gesoriacum navale vocatur, hodie *Caletes*. Plin. *lib.*19. *cap.*1. Cadurci, Caleti, Ruteni, Bituriges, ultimique hominum existimati Morini, imò verò Galliæ universæ, vela texunt. ¶ Apud hos erat Itius portus, ex quo brevissimus erat in Britanniam trajectus, cujus frequens est mentio in Commentario Cæsaris.

Calettanus ager, non longè à Vadis Volaterranis in Thuscia. Plinius. In eadem parte oppidorum veterum nomina retinent agri Cusbumius, & Calettanus.

Calianassa, & Calianira, vide Callianassa, & Callianira.

Calicadnus, vide *Galycadnus.*

Calicula, urbs Hispaniæ, Ptol. Calecula Plin. dicta.

Calículus, vide *Calix.*

Căliendrum, ornatus est muliebris capitis, vel certè coma adventitia, ut interpretatur Acron in illud Horat. 1. *Serm. satyr.*8. *in fin.*

——— *atrum Sagana caliendrum*
*Excidere, atque herbas, atque incantata lacertis*
*Vincula cum magna risuque jocoque videres.*

Χαῖος, Tibialium tegumentum. { Καλίγη. Gal. *Chausse, botine & chaussure de guerre* [illegible] *jambe garnie de cloux.* Ital. *Armatura delle gambe, gambiere, calze.* Germ. Stiffel / hosen bis auff die waden. Hisp. *Calza ó cierta armadura ó vestidura de pierna.* Angl. *An hose, or neather sleeve.* } cujus diminutivum est Caligula. Cic. 1. *Phil.* Cum caligis & lacerna cucurristi. Plin. *lib.*7. *c.*43. Quamquam Massurius author est, bis in triumpho ductum, Cæsio inulionem castrensem sustinuisse cum fuisse, plurimi juvenum in-



opem in caliga militari tolerasse. ¶ Caliga Maximini, vulgò [illegible] tum est in homines insulsos & immodicæ proceritatis. Id adagii [illegible] fert Iulius Capitolinus *in vita Maximini Imperatoris.* Caligis & picratis oratoris lascivi videntur Ciceronis accipere pro oratione lasciviusculæ, quum ad Atticum *lib.*2. *c.*18. scribit: Valerius absolutus est Hortensio defendente. Id judicium Attico condonatum putabamus, & Epicratem suspicor, ut scribis, lascivum fuisse. Etenim mihi [illegible] caligæ, ut fasciæ cretatæ, non placebant. Ita interpres Bapt. Pius. ‖ Hodie editur Ἀνδρῶν συνεδρίου. Senatus caligarum, pro hominum caligatorum. Tropus est, ait Meurs. *in Lex. gr. b.* ‖

Călīgātus, a, um, Caligis indutus. { Ἀρχιστράτηγος. Gal. *Portant botines, chaussé de telle chaussure.* Ital. *Calzato di tali calze.* Germ. Mit sol / chen hosen oder stifeln angethon. Hisp. *Cosa calzada de aquella armadura.* Angl. *That hath hozeon.* } Iuven. *sat.*3.

——— *veniam caligatus in agros.*

¶ Dicebantur autem milites caligati, remissiùs sortis, & postremarum classium milites, qui ocreas æneas gestabant. Author est Liv. *lib.*1. *ab Urb. condita.*

Călīgārĭus, a, um, quod pertinet ad caligas. { ὁ ἐπὶ κρηπῖδι. Gal. *De botines, servant aux botines.* Ital. *Che serve à tali calze.* Germ. Das solcher hosen oder stifeln ist. Hisp. *Cosa para aquella armadura.* Angl. *Belonging to hoze or neather stocks.* Plin. *lib.*19. *c.*1. In quibus pisces omnibus annis Virgiliarum ortu existunt squamis conspicui crebris atque præacutis, clavorum caligariorum effigie. Idem *lib.*34. Aliud brevitate sola placet, claviique caligarii. ¶ Caligarius, artifex caligarum, apud Lamprid. in Alex. Severo. Corpora omnium constituit vinariorum, lupanariorum, caligariorum, & omnino omnium artium. Iulius Firmicus *Mathes. lib.*3. Coriorum consectores, aut caligarii.

Călīgāris, e, { Angl. *Belonging to hoze or neather stocks.* } Plin. *lib.*22. *cap.*22. Si enim caligaris clavus, vel ferri, vel chalybis aliqua rubigo, &c.

Caliges, Gallicæ militum. Legendum *Caligæ.* Idem Isidorus, *Clavati quasi clavigati, eo quòd minutis clavis sola caligis vinciantur.* Sunt qui dicant olim dictum *caliges, caligis*: quod difficile credo.

Caligo, Tenebræ, obscuritas, opacitas, æris spissitudo. { חשך *ôphel, haraphel, ζόφος.* Gal. *Obscurité, tenebrosité, obscurissement.* Ital. *Nebbia, folta.* Germ. Finsternuß / Dunckel. Hisp. *Escuridad, ó cegueidad.* Angl. *Darkneſſe, dimneſſe like miſte.* } Virg. 4. *Æneid.*

*Quis globus, ô cives, caligine volvitur atra?*

Experior ob oculos caliginem mihi obtigisse. Plaut. *Mer. sc.*4. *a.*2. Caliginem ipduxit. Velleius. ¶ Caligo metaphoricè signat peccatum in Scriptura sacra.

Călīgĭnōsus, a, um: Obscurus, caligine tectus. { חשך *aphêl, γνοφώδης, ζοφώδης.* Angl. *Darke or verie obscure.* } Cic. 1. *Tusc.* ut penetret & dividat omne cœlum hoc, in quo nubes, imbres, ventique coguntur, quod & humidum, & caliginosum est, propter exhalationes tetras.

Călīgo, as, Cæcutio. { חשך *chasthách.* σκοτόω. Gal. *Estre esbleuy, ne voir gueres clair.* Ital. *Oscurarsi.* Germ. Finster sehen / Dunckle augen haben. Hisp. *Escurecerse, ó cegarse.* Angl. *To be darke or dimme.* } Plin. *lib.*20. *cap.*22. Inungunt quoque scabras genas, aut caligantes oculos cum melle. ¶ Caligare in sole, apud Quint. *lib.*1. *cap.*2. legitur, ut eleganter, ita proverbialiter dictum, pro eo quod est, in re clarissima cæcutire; idque solet accidere vitiosis oculis, qui nihil vident in luce quammaximè perspicua, videlicet sensum debilem obtuente vi splendoris. ¶ Caligare ad aliquid, Plin. *lib.*30. *c.*1.

Călīgans, particip. { σκοτώδης. Angl. *Dimme, darke.* } Virgil. 4. *Georg.*

*Et caligantem nigra formidine lucum*
*Ingressus.*

Călīgātio, nis, verb. { סנורים *sanverim*, מאפליה *maaphelidh.* σκοτόωσις. Gal. *Esbleuyssement.* Ital. *Offuscatione.* Germ. Vere finsterung / verdunckelung. Hisp. *Escuridad, ó cegueidad.* Angl. *Darkneſſe, of dimneſſe of ſighe.* } Plin. *lib.*20. *cap.*6. Aquilæ misto fellecum melle Attico inunguntur nubeculæ, & caligationes, suffusionesque oculorum.

Căligŭla, dictus fuit Caius Imperator: à caligis, quas margaritis refertas primus portavit: vel potiùs à caliga militari, qua frequenter in exercitu utebatur ad conciliandos sibi militum animos. Id enim militibus gratissimum fore credebat, si Imperatorem vestibus nihil à gregario milite differre viderent. Ausonius. Caius cognomen caligæ tui castra dederunt. In exercitu enim natus erat. Sueton. *in Calig. cap.*10. Caligulas Cornutus *in Persium*, idem esse vult quod Crepidas, quibus Græci utebantur: sed dubitandum non est quin diminutivum sit à Caliga, qua quum Imperator uteretur, minori fortasse quàm milites, dictus est Caligula.

Călim, veteres pro clàm usurparunt. Author Festus.

Calingæ, populi sunt Indiæ maritimæ, quorum fœminæ quinquennes feruntur concipere, octavum autem vitæ annum non excedere. Author est Plin. *lib.*6. *c.*17.

Calingii, Arabiæ populi, quorum oppidum est Mariaba. Author Plin. *lib.*6. *c.*26.

Calingon, Indiæ promontorium. Plin. *lib.*6. *c.*20.

Calinipaxa, Indorum oppidum, non procul à Gange fluvio. Plin. *lib.*6. *cap.*17.

Calinus, Statuarius, cujus meminit Quinxil.

‖ Calio, decipio. Gloss. A. L. fortè *Calvio.*

Calisçopus, industrius. L. gl. b.

Calius *modò*, κίφος. Gloss. quia calet: ut κίφος, à κέφω, ascbe, ab ων ignis. ‖

Călix, Poculum. { כוס *chos, nimbi.* Gal. *Calice, coupe, hanap.* Ital. *Calice.* Germ. Ein trinck geschirr / ein Kelch / ein becher. Hisp. *Vaso, como de vidrio, para bever.* Angl. *A calice or cuppe.* } Ita dictum quòd in eo calidam bibebant: nam & calidam, & frigidam conviviis

veteres adhibebant. Plaut. *in Capt. fc.3.a.4.* Aulas, calicesque omnes confregit: ubi quæ modiales erant. Quandoque ponitur pro majori vase. Cic. *lib.1. in Verr.* Quid? huic calix multi impingendus est, ut ploraret ærumnas, alienum genera Mart. *lib.14.* ¶ Quandoque pro vase, in quo legumina & olera coquuntur. Ovid. *lib.4. Fast.*

*Stant calices, minor inde faba, olus alter habebat,*
*Et spumat testis pressus uterque suis.*

Varro. Calix, à caldo, quòd in eo calida pus apponatur.

¶ *Multa cadunt inter calicem, supremaque labra:*

μεταξὺ πόλλ' ἁμπὸν καὶ χείλεος ἄκρου. Adagium est, quo monemur, nihil tam certum sperari, neque quicquam esse vicinum, quod non repentinus aliquis casus queat intervertere, adeoque non esse tutum venturis fidere, ut vix etiam illa sint certa, quæ manibus tenemus. ¶ Calices amatiores. Catullus *Epigram.24.*

*Minister vetuli puer falerni,*
*Ingere mi calices amariores.*

Citat sic Gellius *lib.7. c.10.* Vinum vetus intelligit. Senec. *epist.64.* Quomodo in vino nimis veteri ipsa nos amaritudo delectat.

Călĭculus, i, diminutivum à Calice deductum, quum vas potorium significat. ‖ κυλικεῖον. Gal. *Gobelet, petit hanap, petit vase à boire, une coupe.* Ital. *Caliceto.* Germ. Ein trinckgeschmide. Hisp. *Pequeño vaso.* Angl. *A little chalice or cuppe.* ‖ Cat. *de re rust. c.108.* Vinum si voles experiri, duraturum sit necne, polentam grandem dimidium acetabuli in caliculum novum indito.

Călis, herbæ genus est aro simile, in arationibus nascens, usuique eosdem habens quos arum. ¶ Est altera calis species, quam Anchusam nonnulli, alii Rhinoclisiam appellant. Vide Plin. *lib.27. cap.9.*

Căllăris, κάλλαυρος, Gallinaceorum barbæ dicuntur, eo quòd colorem purpureum, quem φοινικοῦν Græci dicunt, imitantur. Vide Cælium Rhodig. *lib.11. cap.16.* ¶ Sed meliùs sic scripsisset Rhodig. φοινικοῦν, τὸ barba, seu palea galli gallinacei. ¶ Nam φοινικοῦν dicunt Græci, non φοινικοῦς: & de colore quod addidit, authorem quære.

‖ Calloica, gemma colore viridis, sed pallens: nihil jocundiùs aurum decens, unde & appellata. ‖

Callaicæ, genus vestis. Mart. *Epigr.139. lib.14.*

Callaici, Καλλαϊκοί, à Ptol. *lib.2. cap.9.* appellantur Hispaniæ Tarraconensis populi, ad Occidentalem Oceanum siti, Artabris & Asturibus finitimi: qui à Plinio Gallęci appellantur.

‖ Callainus, a, um. Gloss. καλλαϊκός, Venetianus: καλλαϊκὸν, Venetum. Dicitur etiam uno λ. Dicebant, inquit Meursius, etiam χαλκεῖον, & χαλκοῦς; nam κ & γ confundebant: etiam hodie χαλκὸν Græci dicunt. Hoc tamen sonat, q. à χάλκη, i. splendore, oriatur. ‖

Căllāis, idis, καλλαΐς; gemma est ex viridi pallescens, oculi figura exuberans, leviterque adhærens petris, non ut agnata, sed ut eisdem apposita. Nascitur in finibus Indiæ, amplitudine conspicua, sed fistulosa, & sordium plena. Vide plura de hac gemma apud Plin. *lib.37. cap.8.*

Callarias, piscis est mari peculiaris, ex asellorum genere, ni minor esset. Vide Plin. *lib.32. cap.xlv.*

‖ Callas, fabrorum fornaces. Gloss. A.L. ‖

Calleo, Callens: vide *Callus.*

Callet, oppidum ulteriorìs Hispaniæ, in conventu Gaditano. Author Plin. *lib.3. c.1.*

‖ Calli, cum hæc parte dictionis componuntur quædam voces, etiam Latinis usitatæ: ut Callibłepharum, calligraphia, callilogia, Calliope & calliopeia, &c. Indicat autem vox καλὸς, elegantiam: καλὸς est pulcher: quod dici volunt à καλῶ, quia provocet animos: vel à καλῶς, quia permulceat intuentes. Martin. ‖

Callĭæ, καλλίαι, una ex tribus Ætoliæ urbibus, teste Steph.

Callianassa, καλλιανασσα, & Callianira, καλλιάνειρα, duo Nympharum marinarum nomina: alterum à bene imperando, alterum à viris honestandis dictum.

Callĭarus, i, καλλίαρος, Locrorum oppidum, ita dictum à Calliaro Odœdoci, & Laonomes filio, ut ex sententia Hellanici tradit Stephanus. Meminit hujus oppidi & Strabo *lib.9.*

Callĭas, καλλίας, Atheniensis poëta fuit, Comœdiarum scriptor, quem *Sebonion* appellatum fuisse Suidas tradit, quòd ob paupertatem funes torqueret. ¶ Callias item Lacoplutus cognominatus, dum Atheniensium nobilis, contra Artaxerxem missus. Author utriusque Suidas. ¶ Callias Methymnæus Grammaticus, quem Strabo dicit Alcæum, Sapphoque poëtas enarrasse.

‖ Callibium, tugurium. Gloss. gr.b. ‖

Callĭblĕphărŏn, καλλιβλέφαρον. Medicamen accommodatum vitiis oculorum, præsertim cum palpebræ cohærescunt, & ulcera oculorum malè curata sunt. Plin. *lib.23. c.4.*

Callĭcia, herba, qua Pythagoras aquam conglaciari tradidit. Vide Plin. *lib.24. c.17.*

Callĭcrates, καλλικράτης, sculptor fuit, qui formicas, & id genus minora animalcula, tam parva fecit ex ebore, ut earum partes cerni non possent. Vide Plin. *lib.36. c.8.*

Callĭcularium, medium æstatis, vel hyemis: fortè *Caniculariorum exeuntium*: fortè *trua dentes*; nam truas etiam dentatas, ceu veruta habebant, quibus carnes indutas extrahebant ollis. Ergo à κεντῶ, & ἄγω.

Callĭdŏrus, καλλίδωρος, viri proprium nomen, quasi munus pulchritudinis.

Callĭdromus, καλλίδρομος. Mons est juxta Thermophylas. Plin. *lib.4. cap.7.*

Callielæa, καλλιέλαια, oleæ sativa. Vide Ruell. *lib.1. c.104.*

Callĭdus, Callidè, Callĭditas, vide *Callus.*

Călligonŏn, καλλιγονον, herba est (quam nonnulli Sanguinariam dicunt) à multitudine seminis, & densitate frutecis sic dicta. Plin. *lib.27. c.31.* Dicitur & Polygonon.

¶ Calligraphia, καλλιγραφία, elegantia scribendi: καλλιγράφος, qui elegantèr scribit. Gloss. vertit *Librarius.*

Callilogia, καλλιλογία, elegantia λόγου, id est dictionis. ‖

Callimachus, καλλίμαχος, nomen poëtæ Cyrenensis, qui apud Græcos princeps inter Elegiacos habetur. ¶ Fuit & alius historicus Ægyptius, filius Batti & Mesamæ, discipulus Hermocratis Jasei Grammatici. Vixit apud Ptolemæum Philadelphum usque ad Evergetem, bibliothecæ regiæ præfectus. Omne poëmatis genus attigit. In adversarium poema acerbissimum scripsit, quem ficto nomine Ibin appellat: unde Ovidius poëta nomen & argumentum mutuatus est. Edidit elegias quoque & epigrammata, & hymnos, aliaque complura. Ex Suida. Horum omnium nihil extat præter elegiam unam in lavacrum Pallados, & quosdam hymnos in deos. ¶ Callimachus alius sculptor fuit, qui se καινοτέχνου nominari voluit, quasi artis interpolatorem, & qui eam in tenuiorem exquisitioremque disciplinam reduxisset: τόρνος enim liquefacere conflareque est. Nam ipse primus lapidem perforavit, minutatimque tractavit. Author Pausanias.

Căllĭmŭs, κάλλιμος, lapis est ex genere ætitarum: de quo Plin. *lib.37. cap.11.*

Callĭmĭcus, καλλίμικος, Sophista Syrius, vel Arabs, qui Athenis professus est. Scripsit de cacozelia, de Rhetorica ad Cleopatram, de rebus gestis Alexandri, & alia quædam. Author Suidas.

Callĭon, κάλλιον, herba est, quam aliis nominibus Solanum somniferum, Halicacabum, & Vesicariam appellant. Vide Plin. *lib.21. c.31.*

Căllĭŏnymus, καλλιώνυμος, genus piscis, cujus fel cicatrices sanat, & carnes oculorum supervacuas consumit. Plin. *lib.32. c.7.*

Căllĭŏpē, καλλιόπη, Una Musarum, & quidem præstantissima, quæ etiam Calliopeia, καλλιόπεια dicitur: sicut Penelope Penelopeia, à pulchra voce dicta. Præest heroïcis versibus. Ovid. *Eleg.1 lib.2. Trist.*

*Quem mea Calliope laserit ante ero.*

¶ Est item Calliope oppidum Parthorum. Steph.

‖ Callipæri, liberis pulcher. Callipædas fieri senes, est apud Lucianum, quòd senes quidem puerum sapiant, sed in conviviis plusculum se invitantes ac facti hilariores, etiam pulchri pueri videantur. Cæl. Rhod. *lib...cap...* ‖

Callipho, nomen senis. Plaut. *Pseud. fc.4.a.2.*

Callipia, καλλιπία. Fons est Ephesiorum, apud Plin. *lib.5. c.29.*

Callipĭdæ, καλλιπίδαι, populi Scythici, Hypanim fluvium accolentes, ut author est Herodotus.

Callipedes quidem proverbio locum fecit, qui cubiti mensura non longiùs progrediebatur. Suet. *in Tiber. cap.38.*

Callipŏlis, καλλίπολις, urbs Thraciæ in extremo Hellesponti, è regione Lampsaci, à quo quadraginta tantùm distat stadiis, ut scribit Strab. *lib.13.* ¶ Est item Callipolis Peloponnesi civitas, in tractu Occidentali, non procul ab Araxo promontorio, inter Cyllenem & Patras: cujus meminit Pompon. Mela *lib.2.* ¶ Callipolis præterea insula est maris Ægæi, una Cycladum, quæ notiore nomine Naxus appellatur. Author Plin. *lib.4. c.12.*

Callĭpŭs, κάλλιππος, philosophus, qui honestati voluptatem adjunxit, sicut & Dinomachus.

Callippus, καλλίππος, Athenensis, Platonis auditor, interfectus à Syracusanis, quòd tyrannidem post Dionysium aggrederetur, Dionemque patriæ liberatorem prodidisset. Plutarch. *in Dione.*

Callirrŏë, καλλιρρόη, fons apud Athenas. Papin. *lib.12. Thebaid.*

*Et quos Callirroë novies errantibus undis*
*Implicat.*

Hic postea à tyrannis reparatus, εὐκλεὴς dictus est. Valla ex Thucyd. Novem fistulas vertit. Martianus *de hoc fonte*, Fontes multi Atticæ, inter quos Callirroë prædicatur.

Callirrŏë item Lyci crudelissimi tyranni filia fuit, quæ Diomedem liberavit ab insidiis patris, qui hospites omnes immolabat: à quo quum se desertam videret, vitam laqueo finivit. ¶ Fuit item Callirroë, Acheloi fluminis filia, quæ Alcmæoni nupsit, ut suprà docuimus in dictione *Alemæon.*

Callisĕre, vide *Callus.*

Callistē, καλλίστη, Insula maris Ægæi, una Sporadum, alio nomine Thera appellata. Author Plin. *lib.4. c.12.*

Callistĕphanos, καλλιστέφανος, genus est oleastri, quo victores Olympiorum coronabantur: unde & nomen accepit. Author Pausanias.

Callisthĕnes, καλλισθένης, nomen Philosophi Olynthii. Alexandro Magno familiaris, ejusdemque sub Aristotele condiscipulus, quem ille postea in Asiam accersivit, ut res suas memoriæ proderet. Huic nocuit immodica libertas, gravitasque invisa Regi, quum haudquaquam assentandi accommodatus ingenio esset. Nam quum Alexander ex Persico bello arrogantior factus, regio more adorari vellet, acerrimus inter recusantes Callisthenes fuit, palàm dictitans Alexandrum non adorandum esse: quæ res & illi, & multis principibus Macedonum exitio fuit. Siquidem Alexander Callisthenem propter adorationis Persicæ interpellatum morem, conjurationis conscium fuisse criminatus est, eumque truncatis membris, abscissisque auribus, ac naso, labiisque deformatum, cum cane in cavea clausum circumferri jussit, diuque tortum tandem necavit. Vide hæc latiùs apud Quintum Curtium *de gestis Alexandri.*

Callistŏ, ûs, καλλιστώ, Lycaonis Arcadiæ regis filia, quæ à Iove compressa, gravidaque effecta, quum unà cum Pallade lavaretur, tumore uteri prodita, & ab ea repulsa, Arcadem filium in sylvis peperit: à quo postea Arcadia dicta est. Hæc postea à Iunone in ursam commutata, & Jovis miseratione in cœlo collocata, majorem efficit ursam: quæ & *Arctos* à Græcis dicitur. Propert. *lib.2.*

*Callisto Arcadios erraverat ursa per agros:*
*Hæc nostrum fesso sidere vela regit.*

Callistratus, καλλίστρατος, nomen statuarii, cujus meminit Plin. *lib.34 c.8.*

Callistruthĭus, a, um, Callistruthiæ, ψευδάργεμος, ficorum omnium frigidissimæ. Plin. *lib.15. c.18.*

Callistus, καλλίστος, libertus fuit Claudii Cæsaris potentissimus, qui ipsum etiam Crassum opibus longè superavit. Hic scenam Romæ ædificavit, triginta solidis ex onyche columnis fultam. Vide Plin. *lib.36. c.7. & lib.33. c.10.*

Callistus, unus inter comites Iuliani principis expeditionis, heroico versu ejus historiam conscripsit. Volaterran.

Callitrichon

Callitrichon, καλλίτριχον. Herba est, quæ alio nomine Polytrichon dicitur, quòd multos & pulchros crines emittat; nam in vino cocta cum semine apii, adjecto oleo coprosè, & fluere capillum prohibet, & crispum densumque facit. Dioscorides *Adiantum* appellat: quo nomine & Plin. utitur *lib.*22. *cap.*21. Aliud (inquit, adianti miraculum: æstate viret, brumis non marcescit: aquas respuit: perfusum, mersumque sicco simile est, tanta dissociatio deprehenditur: unde & nomen à Græcis, aliosquin frutici topiario. Quidam Callitrichon vocant, alii Polytrichon: utrumque ab effectu. Hæc ille. ¶ Legitur & nominativus Callitrix. Idem *lib.*26. *cap.*14. Astragali radix in pulverem trita, humidis ulceribus prodest: item callitrix decocta in aqua.*

Callithrix, icis, καλλίθριξ, animal est ex genere simiarum, à pili pulchritudine ita dictum. Plin. *lib.*8. *c.*54. Callitrices toto penè aspectu à simiis differunt: barba est in facie, cauda latè diffusa primori parte. Hoc animal negatur vivere in alio, nisi Æthiopiæ, quo gignitur, cœlo.

Callitrix, icis, herba, quæ decocta in aqua, humidis ulceribus prodest. Plin. *lib.*26. *c.*14.

Callius, mas Tripolicum. Dioscor. *lib.*4. *c.*136.

Callos, κάλως, Pulchritudo, honestas.

Callōn, κάλων. Statuarius nobilis fuit, qui 87. Olympiade floruit: teste Plin. *lib.*34. *c.*8. & Quint. *lib.*12. *c.*10.

Cāllŭs, in masculino genere, & Callum, i, (utroque enim modo dicitur) est cutis labore vix pedibus, aut alio opere in manibus, parteve alia corporis densior facta, cujusmodi est in suis rostro, cervice bovis, animaliam plantis, & duritia illa quæ in manibus ex labore nascitur. { τύλος, τύλωμα. Gall. *Cal, durillon, quand la peau est endurcie, comme és mains par trop labourer, & aux pieds par trop cheminer.* Ital. *Callo, picciola durezza nelle mani per lavorare, è nei piedi per caminare troppo.* Germ. Ein schwülten am fuß oder hand/ein dicke haut von arbeit. Hisp. *El callo de pie, ò mano de otra parte.* Angl. *Hardneſſe in the ſkinne through muche labour.* } Pernam, callum, fumen facite in aqua jaceant. Plaut. *Pſeud. ſc.*2. *a.*1. Idem *in Perſa*, Plus calleo, quàm aprugnum callum callet. Est autem Callum aprugnum caro apri callosior, & ob id saporis jucundioris. *Et in Captivos ſc.*2. *a.*4. Quanta summa absumendo? quanta callo calamitas? ¶ Unde Callum obducere dolori, vel labori, per metaphoram dicimus, pro eo quod est longa assuetudine ita nos comparare, ut laboris, vel doloris molestiam non admodum sentiamus. Cic. *lib.*9. *epiſt. famil.* Consuetudo diuturna callum jam obduxit stomacho meo. Idem 2. *Tuſc.* Et ipse labor quasi callum quoddam obducit dolori, τύλωσις. Ingenio alendo callum inducere. Quint. Callum videtur duxisse tristitia. Senec. *cap.*2. *de conſol. ad Marc.* Item Calli in corpore ex prurigine. Suet. *in Auguſt. cap.*80. Marsus *apud Charis. lib.*1. Callum sibi pectore quendam.

Cāllŭs, est substantia lapidosa & rigida, compactaque, alba, atque expiratione privata caro. Unde etiam dolorem non sentit: quippe quum neque vena, neque nervus ipsam pertingat. Curationem ejus vide apud Paulum *lib.*6. *c.*77.

Callōsŭs, a, um, Durus, callis plenus. { τυλώδης. Gall. *Plein de cals & durillons, dur comme un cal, raboteux.* Ital. *Pieno di calli.* Germ. Dan hat vnd dut ich. Hisp. *Cosa llena de callos.* Angl. *Hard ſkinned through labour.* } Col. *lib.*3. *cap.*1. Humido loco scient non rectè mundari fructus rotundi & amplioris acini, sed callosi, & angusti. Author Carminis ad Pisonem, quod Ovidio à quibusdam tribuitur:

*Humida callosa quum pinſerent hordea dextrâ.*

Callŏ, es, ui, propriè Callosus sum. { τυλῶ. Gal. *Avoir des cals & durillons.* Ital. *Far li calli.* Germ. Harte oder schwullechtige haut haben an henden oder füssen. Hisp. *Hazer callos, ſer calloſo ò tener callos.* Angl. *To be hardned in the ſkinne through long uſe.* } Plaut. *in Pſeud. ſc.*2 *a.*1. Neque ego homines magis annos unquam vidi; ita plagis collæ callent, quos dum ferias, tibi plus noceas. ¶ Transfertur & ad animum. Cic. *Sulpitio*, Aut qui non in illis rebus exercitatus animus callere jam debet. ¶ Interdum Callere, est perfectè scire. { יָדַע *jadâ*. inf. נֵדַע. Gal. *Sçavoir par experience quelque choſe, l'entendre bien.* Ital. *Sapere perfettamente.* Germ. Ein ding wol kennen/ einen handela wol bericht ſein. Hisp. *Saber muy bien.* Angl. *To know well, to perceine.* } Quòd sicut pes, vel manus ex longo labore callum acquirit, ita mens longa experientia colligit habitum quendam rerum, in quibus versatur. Et hic neutrum transitivum est. Persius,

——— *dicendâ, tacendaque callet.*

Horat. *in Arte*,

*Legitimumque ſonum digitis callemus & aure.*

Plaut. *Moſt. ſc.*3. *a.*1. Ut perdoctè cuncta callet. ¶ Hujus compositum est, Occalleo: à quo Occalesco, de quo suo loco. ¶ Callere, cum infinitivo. Horat. 4. *Carm. Ode* 9.

——— *qui deorum*
*Muneribus ſapienter uti,*
*Duramque callet pauperiem pati.*

Id est, ingeniosè novit. Acron. Sic Luc. et. *lib.*1.

*Multa que de rerum naturâ dicere cauent.*

Callēm, nomen. Plin. *lib.*21. *cap.*31. Halicacabi radicem bibunt qui sunt vaticinandi callentes. { Angl. *which perceineth and knoweth weel* } Callens utriusque linguæ. Gell. *cap.*5. *lib.*17.

Callescĕre, veteres dixerunt pro callescere, sive occallescere. Cat. Aures nobis callescunt ad inpudicas, id est, occallescunt. Nonius. { Angl. *To waxe hard in the ſkinne by labour.* }

Callĭdŭs, per duplex ll, Astutus: differtque à versuto, quòd callidus sit ille (ut scribit Cic. 4. *de nat. deorum*) cujus animus usu, ut manus operâ concalluit: Versutus, cujus animus celeriter versetur. { עָרוּם *ſarûm*. Gall. *Fin, ſaut, ſubtil, bien adviſé, prudent.* Ital. *Scaltrito, aſtuto.* Germ. Klug/verſtendig/listig. Hisp. *Aſtuto y recatado.* Angl. *Uvillie, guille full, craftie.* } Cic. 4. *Acad.* Ego enim, ut agitator callidus priusquam ad finem perveniam, equos suffundebo.

¶ Callidus ad aliquid. Cic. *pro Cluentio*, Quòd his ad fraudem callidi sunt. Plaut. *Aſin. ſc.*7. *a.*1. Ad suum quæstum quemque callidum esse oportet. Idem *ibid. ſc.*1. *a.*1. Qui ad heri fraudationem callidum ingenium gerunt.

——— *aliquem perducet callidus arte.* (*incertus.*)

Ovid. *lib.*13. *Metam.* Non videor vidisse senem callidiorem alterum. Plaut. *Moſt. ſc.*1. *a.*1. Cum infinitivo. Horat. 2. *Ode* 11.

*Tuque teſtudo reſonare ſeptem*
*Callida nervis.*

Callidè, adverbium. Astutè, vafrè, malitiosè. { πανούργως. Gall. *Finement, par ruze.* Ital. *Aſtutamente, accortamente.* Germ. Listiglich/ behendiglich. Hisp. *Aſtuta y recatadamente.* Angl. *Guilefullie or craftelie.* } Cic. *de Orat.* Callidè, argutè que dicere. Idem 2. *de fin.* Sed omnia calidè referentem ad utilitatem.

Callĭdĭtas, atis, Vafritia, astutia. { עָרְמָה *ſormâh*. πανουργία. Gall. *Fineſſe, ruze.* Ital. *Accortezza, aſtutia.* Germ. Geschwindigkeit/ listigkeit. Hisp. *Aſtucia y recatamiento.* Angl. *Guile, deceit, craftineſſe.* } Cic. 1. *Offic.* Scientia, quæ est remota ab justitia, calliditas potius quàm sapientia appellanda est.

Callis, is, via trita & augusta. { מְסִלָּה *meſilâh*. τρίβος. Gall. *Chemin frayé.* Ital. *Strada.* Germ. Ein gebanneter weeg. Hisp. *Camino hondo y eſtrecho.* Angl. *A path, or forway.* } Virg. *lib.*8.

*Rara per occultos ducebat ſemita calles.*

Ovid. 4. *Æneid.*

——— *gradumque per herbam*
*Convellant callo anguſto.*

Livius *apud Non.* Per devias calles, in genere fœmin. ¶ Callis ex eo appellatur, quòd pecudum callo calcetur, estque via à pecore indurata. ¶ Calles, loca quæ pecudes calcant, saltus. Tranquillus in Julio Cæsare tradit, Provincias minimi negotii sylvas, & calles decretas consulibus. Ubi saltus publicos intelligit, in quibus professi pecoris sui capita pecuarii pascebant, scripturamque solvebant. Tacitus, Lupus Quæstor, cui provincia veteri ex more, calles evenerat. Varro *de R.R.* Et utrosque horum firmiores, qui in callibus versentur, quàm eos qui in fundo quondie ad villam redeant. Rursus. Quod accidit iis, qui per calles sylvestres longinquos solent comitari in æstiva & hyberna. Cic. pro Sestio, Atque ætatem integram nactus, Italiæ calles & pastorum stabula prædari cœpisset. ¶ Callem carpere, phrasis est Armoino usitata, pro Viam carpere.

Callolus, malitiosus: forte. *Cavilloſus.*

Cātō, as, verbum antiquum à Græcis deductum, idem significans quod voco. Gell. *cap.*17. *lib.*15. { κηρύττω, κάλω. Gall. *Appeller.* Ital. *Chiamare.* Germ. Ruffen/ nennen. Hisp. *Llamar.* Angl. *To call.* } Hinc dicta sunt Comitia calata, quæ pro collegio Pontificum haberi solent, aut Regis sacrorum, aut Flaminum inaugurandorum causa. Dicta autem sunt Calata comitia, quòd classes per ordinem calarentur, hoc est, vocarentur. Equites enim vocabantur primi: octoginta deinde primæ classis centuriæ, & deinceps suo ordine cæteræ inferiores classes. Budæus: Itaque omnia comitia calata à veteribus appellabantur. Hinc & Calendæ dictæ sunt, ut Macrobius scribit *lib.*1. *Saturn. cap.*15.

Cālātor, Fest. Calatores servi, διὰ τὸ καλεῖν, quia semper ob necessitatem servitutis vocari possent. Harpax calator meus est ad te qui venit. Plaut. *Pſeud. ſc.*2. *a.*4.

Calon, statuarius, cujus meminere Quint. *lib.*... *cap.*12. & Plin. *cap.*8. *lib.*34.

Cālōnēs, καλῶνιθα, calcei ex ligno facti. { Gall. *Sabot ou galloche.* Ital. *Zoccolo di legni.* Germ. Holtschuch. Hisp. *Sapato hecho de madera.* Angl. *Pottens, of ſhoes of wode.* } Horat. 1. *ſerm. Satyr.*2.

*Hinc perminxerunt calones.*

Cālōnēs. { חטבי עצים סוסים חטבי *chotebé hetsim veſchabé maſim.* καλοφόροι. Gall. *Les goujats des gendarmes.* Ital. *Servitore di gente d'arme.* Germ. Troßbuben. Hisp. *Los leñadores que levan leña al real.* Angl. *Sundidiours ſlaves.* } Servi militum castra sequentes; dicuntur qui claves ligneas, & fustes gerebant, vel qui militibus ligna subministrabant, καλοφόροι. Horat.

*Hunc perminxerunt calones atque caballi.*

Livius 3. *bell. Pun.* Impedimenta subsequi jussit, calones, lixasque & invalidos militum vallum ferre. Quidam tamen Calones à calando derivant, quòd ad ministerium advocarentur: alii à Calendis, quòd Calendarum die cibaria caperent pro toto mense.

‖ Calobalsamum, lignum balsami.

Calobates, gradiator. καλοβάτης. Hinc Calobatarius. Marcellus Grammatic. Grallatores, h.e. ligneis perticis incedentes, calobatarios appellat. In annot. post Ioan. Baptist. Pii *cap.*82. Gloss. καλοβάται, funambuli. ‖

Calophantă, καλοφάντης. Plaut. *in Curc.* Adepol magistratorem lepidum, lepidè hunc nactus est Phædromus: Calophantam, an Sycophantam magis hunc dicam nescio. Videtur autem hoc nomine appellari qui in speciem apparet bonus, quum sit malus, quales Græci ψευδαγαθοὺς vocant. Alciatus ψευδαγαθοὺς XI.

Calopŏdium, καλοπόδιον, Calceamenti lignei genus est, quod alio nomine dicimus Soccum, & per diminutionem Soccolum ‖ { Gall. *Sabot, galloche.* Ital. *Zoccoli.* Hisp. *Gallocha de madera.* } ‖

Calōpūs, καλώπους, Animal Syriæ, juxta Euphratem habitans, auritum ac velox, cornibus longis, quibus arbores dejicere fertur.

Călŏr, & Calĭdĭtas, idem significant, à calendo. { חֹם *chom*. Sigua, ἀλέη. Gal. *Chaleur.* Ital. *Calore.* Germ. Warmhaftig. Hisp. *Calor natural, ò de fuera.* Angl. *Heat.* } Plaut. *in Mil.*

——— *nam mihi nimium calor*
*Comburebat gutturem.*
*At modò eſt Plœbi ſemper ſubjecta calori.*

Tibul. *lib.*4. Calor, pro festinatione operis. Virg. 1. *Georg.*

*Magnaque cum magno veniet tritura calore.*

Ubi Servius, per calorem festinationem operis significat: ut alibi, Fervet opus: ut ostendat, eo anno piæ copia frugum festinatam & studiosam

studiosam cruram futuram. Hactenus ille. Potest tamen aliter exponi, Calorem atque impetum sequi. Quint. Id calore cogitationis extinguit.

Căldor, ōris, idem quod Calor. Sicyon. ¶ Anol. *Heat.* ¶ Varro *lib.* 1. *de re rust. cap.* 55. Olea lecta, si minium diu fuerit in acervis, caldore fracescit, & oleum fœtidum fit: & *lib.* 3. *cap.* 9.

Căldus, a, um, à calore fit. Modo ferventem significat. ¶ חם *cham*, חמין *chem.* Sycuōs. Gall. *Chaud.* Ital. *Caldo.* Germ. Warm. Hisp. *Caliente.* Angl. *Heat, or warme.* ¶ Virg. *Æneid.* 9.

*Volvitur ille vomens calidum de pectore flumen.*

¶ Modò ferocem, inconsultum. Pacuvius, Cavesis ne nimis calidè loquaris, & turbam concites. ¶ Modò velocem. Varro, Quum hæc dixisset, ecce calidus quidam novicularis irrumpit in curiam. Cedo calidum consilium citò, Plaut. *Mer. sc.* 2. *a.* 2. Calidum bibunt. Idem *Cure. sc.* 3. *a.* 2. Calida & audacia consilia, Livius. Dicitur & Caldus per syncopen. Martial. Frigida non deerit calda petenti.

Caldarium, Ahenum quo aqua calida hauritur, vel in quo aqua igni admoveturi. ¶ דוד *dudi.* λέβης, ἰποκαύστρ. Gall. *Chaudiere.* Ital. *Caldaio.* Germ. Ein kessel. Hisp. *Caldera.* Angl. *A cavedron or kettle.* ¶ In balneis item Caldarium erat locus in quo calida lavabantur: quemadmodum Frigidarium, in quo frigida: & Tepidarium, in quo tepida. Celf. *lib.* 1. *cap.* 4. In tepidario indudare, ibi ungi, tum transire in caldarium.

Caldārius, a, um: ut, Caldaria cella, in qua calida lavabantur. Plin. *lib.* 5. *epist.* Frigidariæ cellæ connectitur media, cui sol benignissimè præstò est, caldariæ magis: prominet enim. ¶ Caldarium æs, ex quo caldaria, hoc est, ahena fiebant, Plin. *lib.* 34. *cap.* 8.

Călĕo, es, ui, per simplex l, Ferveo, calidus sum. ¶ חם *chamám*, חמ' *jachám.* Sicyon. Gall. *Estre chaud.* Ital. *Scaldarsi.* Germ. Heiß oder warm sein. Hisp. *Escalentarse.* Angl. *To waxe hoate.* ¶ Plin. *lib.* 20. *cap.* 21. Succusque tribus modis exprimitur in fictili, calefitque in eo sole modicè. Ovid. 6. *Fast.*

*Est Deus in nobis, agitante calescimus illo.*

¶ A quo Concalesco, & Incalesco.

Călĕfăcio, & Calfacio, Calidum reddo. ¶ חם *chimmén.* θερμαίνω. Gall. *Eschauffer.* Ital. *Scaldare.* Germ. Wermen / heiß oder warm machen. Hisp. *Calentar à otra cosa.* Angl. *To make hoat to warme.* ¶ Plin. *lib.* 21. *cap.* 10. Chrysochomes radix calefacit & stringit. Cic. 2. *de nat. Deor.* Partim ad calefaciendum corpus igni adhibito. Calefacimus forum. Suet. *in Aug. c.* 71.

*Aut humilem gisto calfacit igne focum.*

Ovid. 4. *Fast.* ¶ Transfertur ad animum. Cic. *ad Quint. frat. lib.* 3. Eodem die Gabinium ad populum luculenter calefecerat Memmius, id est, vexarat, exagitarat. Hinc Excalfacio: à quo Excalfactorius, a, um, θερμαντικός. Idem, Excalfactorias habet vires. Concalfacio, calidum reddo: συνθερμαίνω. Cic. 2. *de Orat.* Et ait idem, quum brachium concalfecerit, tum se solere pugnare.

Călĕfactĭo, θέρμανσις. Calefactus. Publ. Scævola *D. lib.* 32 *tit. 1. l.* 36. Videri testatorem super calefactionis & prælibitionis onus, ne his quoque sufficere. Calefactiones thermarum, apud Hermogenianum *D. lib. ult. tit. 4. l. 1. & 4.* Calefactio publici balnei.

Călĕfactus, participium. ¶ מחם *mécham mam.* θερμαινόμενος Gall. *Eschauffé.* Ital. *Scaldato.* Germ. Erwermbt / warm gemacht. Hisp. *Escalentado.* Angl. *Made hoat or warmed.* ¶ Ovid. *in Ibin.*

*Pœne petit primò plenum flaventis arena*
*Nondum calefacti velitis hasta solum.*

Calfactus, nomen. ¶ חמם *chammám.* Gall. *Eschauffement.* Ital. *Scaldamento.* Germ. Erwermung / erhitzigung. Hisp. *Escalentamiento.* Angl. *Heating, or warming.* ¶ Plin. *lib.* 29. *cap.* 3. Cibo quot modis juvent, notum est, quum translucent faucium tumorem, calefactuque obiter foveant.

Calfacio, as, ui, & calefacio. ¶ θερμαίνω ὡς ἀπὸ πυρὸς &c. Angl. *To make hoate, to warme ofiem.* ¶ Gell. *lib.* 17. *c.* 11. Ea corporibus calefaciendis. Horat. 2. *epist.*

*Sub nostrem gelidam lignis calfacit ahenum.*

Călĕfio. Calidus fio, sub voce neutrali passivam habet significationem. ¶ חם *chammám*, חמ' *jácham.* θερμαίνομαι. Gall. *Estre eschauffé, devenir chaud.* Ital. *Scaldarsi.* Germ. Warm werden. Hisp. *Ser escalentado.* Angl. *To be made hoat, to waxe hoat.* ¶ Cic. *ad Attic. lib.* 2. Balneum calefieri jubebo. A quo Concalfio, & Excalfio.

¶ Calenum, vide *Calenum.*

Calepparati, equites omnis equis instructi. L. gr. b.

Calopaltes, vendibilis. Gloss. gr. b. ¶

Caloues, galeati milites. Glossarium: *Calo, δίας ἡνίοχος.* Festus *Calones militum servi, dicti quia ligneas clavas gerebant, quas Græci κάλους vocant. Is quoque qui hujusmodi telo utitur, clavator appellatur.* Vide supra.

Călorifĭcus, a, um, quod calorem facit. ¶ חם *mechammám.* θερμαντικός. Gall. *Chose qui eschauffe.* Ital. *Cosa che scalda.* Germ. Dun hitz oder warme macht. Hisp. *Cosa que haze calor.* Angl. *That doeth heath, or warmeth.* ¶ Sicut à frigore Frigorificus. ¶ Gell. *lib.* 17. *c.* 8. Oleum quoque calorificum est.

Κάλος λιμήν, id est, bonus portus: ita Græci nominarunt (à re scilicet, ut solent frequentissimè) Scythiæ Europææ portum in Euxino super Tauricos. Pompon. *lib.* 2.

Calostoma, κάλλιστον, vel καλὸν στόμα, commemoratur à Plin. *lib.* 4. *cap.* 12. inter Danubii fluvii ostia. Vide supra in dictione *Borostoma.*

Calpăr, κάλπη. Vinum novum, quod sacrificii causa ex dolio emittebatur, prius quam degustaretur, ait Festus: sed Varro *lib.* 1. *de vita pop. Rom.* Quia antequam nomen doli prolatum esset, quum etiam id genus vasorum Calpar diceretur, id vinum Calpar appellatum. Festus docet etiam esse genus vasis fictilis, & dolium.

Calpas, κάλπη. Steph. Bithyniæ portus est prope Rhesum fluvium, & Sangarium. Author Plin. *lib.* 6. *c.* 1. ¶ Strabon tamen amnis est: sic enim scribit *lib.* 12. Inter Chalcedonem & Heracleam multi amnes fluunt, è quibus est Psillis, & Calpas, & Sangarius, &c.

Calpē, κάλπη. Hispaniæ mons, circuitu non magnus, altitudine ingens, oppositus Atlanti monti Africæ, altera ex columnis Herculis, in cujus radicibus urbs est nomine Calpe, ut inquit Strabo, quo etiam nomine dicta est insula in occasu post Gades, angusto discreta freto. Vulgò *Monte Gibaltar.*

Calphurnĭā, Mulier fuit importunissima, quæ sexus sui verecundiæ oblita, per seipsam causas egit, adeoque molestam se judicibus præbuit, ut occasionem dederit edicti, quo cautum est, ne mulieri in posterum cautas agere liceret. Vide Iunisc. D. *de postul.*

Cănăllĭcŏlæ, Forenſes, homines pauperes dicti, quòd circa canales fori conſiſterent. Feſtus.

Cănālis, tam maſculini, quàm fœminini generis, à canna fit, una litera detracta. Eſt autem Canalis ligneum ad cannæ ſimilitudinem cavatum, quo aqua deducitur. {שקרת *ſeoketh*, תעלה *tebalah*, רהט *rahát. mhw.* Gall. *Canal, conduit, eſvier, tuyau.* Ital. *Canale, conderto.* Germ. Ein Canal. Hisp. *Canal.* Angl. *A cundite pipe, a channel.*} Feſtus. Canales, per quos aqua confluit in vlis lapide ſtratis. Varro *lib.* 3. *c.* 5. Aquam per canales anguſtas ſerpere. Virg. 3. *Georg.*

——— *Greges ad flumina juberto*
*Currentem illignis potare canalibus undam.*

Stat. *lib.* 1. *Syl.*

*Flumina demerſo trahit intemerata canali.*

¶ Canalis animæ, Plinio, canalicula, ſive fiſtula, per quam ſpiritus reciprocatur. Aul. Gell. *lib.* 17. *cap.* 11. τραχεῖα ἀρτηρία, aſpera arteria, ſive quibuſdam canna pulmonis, cujus caput λάρυγξ. {Gall. *Giſſiet.* Ital. *Canna della gola.*}

Cănălĭcŭlus, diminutivum à Canalis, in maſculino genere. {αὐλάκιον, Gall. *Petit canal, petit eſvier, auget.* Ital. *Piccioli canali.* Germ. Ein kleiner Canal. Hisp. *Caño pequeño.* Angl. *A little cundite pippe.*} Colum. *lib.* 9. Longiore cibo celeriùs pingueſcit; ſemper tamen etiam canaliculi millio repleti apponuntur.

Cănălĭcŭlă, diminutivum, Parva canalis, αὐλάκιον. Gell. *lib.* 7. *c.* 11. Ipſum autem Eraſiſtratum dicere, duas eſſe canaliculas quaſdam, ſeu fiſtulas, &c. Canaliculæ, fortenſes homines pauperes dicti, quòd circa canales fori conſiſterent. Feſtus. Varro *lib.* 3. *cap.* 5. His avibus aqua miniſtratur per canaliculam.

Cănălĭcŭlārĭus, a, um, quod eſt in canalis modum factum. {αὐλακοειδὲς. Gall. *Fait en façon de canal ou tuyau.* Ital. *A foggia di canale.* Germ. Gemacht wie ein Canal. Hisp. *Cosa acañalada.* Angl. *Madelik a cundite pippe.*} Plin. *lib.* 19. Quibuſdam anguſta & canaliculata, ut cuminо: paucis foliacea & lata, ut atriplici.

Cănălĭtĭus, a, um, adjectivum. {αὐλακῶδες. Gall. *De canal ou tuyau.* Ital. *De canale.* Germ. Das zum Canal gehört. Hisp. *Cosa de canal.* Angl. *Of a cundite pippe.*} ut, Canalitium aurum, dicitur in puteis effoſſum, quod venarum canalibus per ſaxa vagatur huc atque illuc, & per latera puteorum. Plin. *lib.* 33. *cap.* 7. Quod puteis foditur, canalitium vocant: alii canalienſe, marmoris glarea inhærens.

Canan, dicta eſt Arabia à Cam, qui in ea conſedit: à qua Cananæi. Germ. Das Arabier land. } Hæc fuit prima gens quæ Deum ignoravit: quia princeps ejus, & conditor cultum à patre non accepit, maledictus ab eo: itaque ignotantiam Divinitatis minoribus reliquit.

Cananæa, {ארץ *chenahan.* χανανῖτις.} Syriæ regio à Canaan filio Cam, qui eam regionem, quæ nunc Judæa nuncupatur, inhabitans, à ſe Cananæam nuncupavit. } Germ. Das gelobte land Canaan. }

Cananites, æ, χαναναῖος, poſſeſſivum eſt patronymici fœminini forma deductum à nomine Canaan, ut regio Cananitis.

¶ Canaplura, λαμπαδία, i.e. lucernarum accenſio: quod fit ſub tempus cœnæ. ¶

Cănărĭă, herba eſt quam vernacula lingua etiam Herbam canis vocamus, quòd canes ægroti ea præſentem vomitum eliciant. Plin. *lib.* 25. *cap.* 8. ¶ Invenerunt & canes canariam; qua faſtidium deducunt, cámque in noſtro conſpectu mandunt: ſed ita, ut nunquam intelligatur quæ ſit, etenim depaſta cernitur. Ruellius humilem eſſe herbulam oſtendit, foliis rituci multò minoribus, calamulo tenui, geniculis pyxidatim cohærentibus articulato, internodiis tibiarum modo in ſe inſertis, quæ tracta ſuis ex vaginulis exeruntur, evanidam ſpicæ loco paniculam habens: denique folio & culmo tritici, cacumine arundinem imitans. ¶ Eſt item Canaria, inſula Atlantici Oceani, ad lævam Mauritaniæ, una ex iis quas veteres ob inſignem æris temperiem, Fortunatas vocavere. Canaria dicta à multitudine canum ingentis magnitudinis, ut ex Jubæ ſententia tradit Plin. *lib.* 6. *cap.* 32. Hodie omnes illæ inſulæ, quas veteres Fortunatas dixere, uno nomine Canariæ appellantur: quarum nobiliſſima eſt Palma, præſtantiſſimo ſatehato, quod Canarium vocant, inſignis. Vulgus nomen feminæ.

Canarij, Africæ populi ſunt circa Atlantem, habitantes inſultibus plenis elephantorum, ferarum & ſerpentum: ita dicti, quòd canum victus ipſis promiſcuus ſit. Vide Plin. *lib.* 5. *cap.* 1.

Canas, oppidum Lyciæ regionis Aſiaticæ. Lycia quondam (inquit) Plin. *lib.* 5. *cap.* 27. LX. oppida habuit, nunc XXXVI. habet. Ex his celeberrima, præter ſupra dictas, Cabas, Candyba, &c.

Canaſtræum, καναστραῖον, promontorium eſt Macedoniæ, Pallenæ proximum, in ſinu Thermaico. Plin. *lib.* 4. *cap.* 10.

Canatha, κάναθα Stephano, oppidum eſt in Decapolitana regione, quæ Syriæ jungitur. Plin. *lib.* 5. *cap.* 18.

Canatius, ab Apuleio dicitur *in Flor.* pro clara, ſeu præconis voce. Canatius inquit lunam dabo, ut per omnes provincias eat. Sed hoc à canando, id eſt, Calando videtur dictum. Nam Varro ſcribit conſuetudinem fuiſſe, ut claſſicus in arce circúmquaque mutos canatum iret.

¶ Canava, Camera poſt cœnaculum, in Gloſſ. Isid. ¶

Canavaria, vimptoma, ſive quæ cellæ vinariæ præeſt.

¶ Cancamum, κάγκαμον. Ambuci ligni lacryma quædam. ¶

Cancanos, κάγκανος, herba eſt Galeno, quæ Dioſcoridi & Plinio Calcalia dicitur, & Leontice. Vide Ruellium *lib.* 3. *cap.* 118.

¶ Cancellaria, Formæ eſt adjectivi, tanquam domus ſubaudiatur, ac ſubſtantivè uſurpatur pro loco, ubi Cancellarii degunt. Vox eſt poſterioris ævi: ſed nunc uſurpatur pro loco, ubi publicæ literæ à ſcribis magiſtratuum conficiuntur. Gall. *La Chancellerie.*

Cancellariatus, Cancellarii munus & dignitas; hodie magna cùm alibi, tum maximè in Gallia. Hinc Archicancellariatus, dignitas Archicancellarij.

Cancellarij, qui intra ſecreta cancellorum ſeptis clauſa res civiles tractant. {פרדס *ſepherim.* ἀρχιγραμματεῖς. Gall. *Chanceliers.* Ital. *Scrivani, cancellieri.* Germ. Canzler. Hisp. *Chancilleros.* Angl. *Chancellours.*} Degenerante jam tum paulatim lingua Latina, dicti ſunt ſcribæ principum, quorum operâ illi in conficiendis, examinandiſve diplomatibus vtebantur. Utitur hac voce Flavius Vopiſcus, ſcribens à Carino Imperatore factum eſſe præfectum urbis unum ex Cancellariis ſuis.

Cancelli, orum, Ligna, aut teſtamenta modicis intervallis in tranſverſum inter ſe ſatis inter ſeca annexa, quibus fenestræ & tribunalia atque fenestræ muniri ſoleni, adituſque eorum præcludi. {שכבה *ſebachah.* αἰσχάρα, ἰδρὼς. Gall. *Treillis, claires voyes.* Ital. *Geloſie ferrate.* Germ. Gitter aus holtz oder eiſen. Hisp. *Rexas ò verjas de hierro para apartar.* Angl. *Lattaſſes, windowes barres of tymber or yron.*} Et apud priſcos ferè ſemper fuerunt ærei, quorum multi extant per baſilicas diſtributi, ad ligneorum ſimilitudinem fabrefacti, quorum lineolæ alternatim in quincuncem ſuperpoſitæ foramina linquunt, quibus quum aër, aſpectúſque admittatur, prohibetur accеſſus: ſervatque uſus ejuſmodi clauſtra vinclis pro valvis, fotibúſque appoſ. Cic. *pro Seſtio.* Tantus eſt à fori cancellis plauſus excitatus. ¶ Cancellos alicui circundare, per tranſlationem dicitur pro eo quod eſt, quoſdam anguſtos limites cuipiam præſcribere, extra quos non liceat evagari. Idem *pro Quintio*, Si extra hos cancellos, quos mihi ipſe circundedit, declinavero. Sunt cancelli loca cancellatim, hoc eſt, teſſellatim facta universalius lignis, accommoda feſſui. Ovidius:

*Cancellis primos impoſuiſſe pedes.*

¶ Cancellos agere, à cancellis eſſe: poſteriorum temporum ſcriptores dixerunt, quum Cancellarium eſſe ſignificare vellent. Caſſiodorus *lib.* 11. *Inſtit. divin. & humn. & lib.* 11. *Var. ep.* 6. & 27. Ericus monachus *lib.* 6. *de vita Germani.*

*Voluſianum erat præteſto nomine quidam*
*Urbis patritius teſti delectus & urbi,*
*Atque hic cancellis priſco de more miniſter.*

Atque eam ob cauſam Cancellarius à cancellis dictus videtur. In ſaeris literis Cancelli vocantur ſpecilla foraminibus plena, & tranſverſim plagulis fenestrata, quas vulgus *Zelotypias* vocitat. Unde in Proverbiis, De fenestra domus mex per cancellos perſpexi invenem. Hos cancellos delicioſos, Cic. *lib.* 1. *de perfecto genere dicendi*, appellat Tranſemas, ab oculorum videlicet & foraminum tranſitu: ait enim, Quaſi per tranſenmam prætereuntes ſtrictim aſpicimus.

Cancello, as, are. Col. *lib.* 4. *cap.* 2. de vite loquens: Hæc autem quæ toto proſtrata corpore, quum inferius ſolum quaſi cancellavit atque intexivit, crateé facit, & pluribus radicibus imer ſe connexis angitur, hoc aliter quàm ſi multis palmitibus gravata, deficit. ¶ Aliquando ſignificat Concido, dilanio, diſpungo, eſado, deleo. {ענף *kaſaſh.* מחק *machah.* ἀλοιφάω. Gall. *Canceller, rayer, caſſer.* Ital. *Cancellare, caſſare, torre via.* Germ. Verdutteren/ oder zerſtoſſen / außtreiben. Hisp. *Truncar, cancellar, ò borrar como la eſcritura.* Angl. *To roſſe out any thing written.* Namſicut ex tranſvecto ducuntur ligna in cancellis, ita deletis ſcripturis, tranſverſo calamo notæ, lineæque atramentariæ. Iureconſult. *tit. de his quæ in teſtamento delentur*, Cancellatæ quis teſtamentum, vel induxerat. ¶ Cancellare brachia, eſt tranſverſim ponere.

Cancellārus, a, um, adjectivum. quo i cancellorum figuram imitatur. {κατακλιδωτὸς. Gall. *Fait en façon de treillis, ou de rets.* Ital. *Fatto in geloſia.* Germ. Das der gätteren form hatt. Hisp. *Coſa aparada con rexas.* Angl. *Madelik a lattis windowe.*} Plin. *lib.* 8. *c.* 10. Duriſimum dorſo tergus, ventres molles, ſetarum nullum tegumentum, ne in cauda quidem præſidium abigendo tædio muſcarum (namque id & tam a vallibus ſentit,) ſed cancellata cutis, & invitans id genus animalium odore. Ergo quum extenti repere tramina, atctatis in rugas repentè cancellis comprehenſas enecant: ubi cancellatam cutem appellat, quibuſdam cancellis diſtinctam, hoc eſt, teſſellatim quadratam. & in modum cancellatum factam.

Cancellat, concidit, batruit. Canc llat, apud Iur ſultos, eſt inducit. Cancellatum enim inſtrumentum vel teſta um vocant, quod inductum eſt, & multis decuſſatim tractis li s conſcribillatum. *Cancellare* idem quod inducere: ſignificat e m concerpere, & contidere inſtrumentum ſciſſuris in decuſſem calpello factis.

Cancellātim, ad ſimilitudinem cancelli. {ἀκλιδωτὸν. Gall. *En façon de treillis, en maniere de rets.* Ital. *A foggia di geloſia.* Germ. Nach weiß und form der gätteren. Hisp. *Aparadamente.* Angl. *Lattiswiſe, or lik a lattis window.*} Plin. *lib.* 11. *cap.* 36. Terreſtrium alii veteri dentici aut aſperitatis, alii cancellatum mordacitatis.

Cancĕr, cri. {καρκίνος. Gall. *Eſcreviſſe.* Ital. *Gambaro.* Germ. Ein krebs. Hisp. *Cangrejo.* Angl. *A crabbe.*} Piſcis genus eſt mollem teſtam habens pro tegumento, cujus mutæ ſunt ſpecies, quas vide apud Plin. *lib.* 9. *cap.* 31. Tranſverſus e dit quah cancer; Plaut. *Pſeud. ſc.* 4. *a.* 1. ¶ Eſt item Cancer unum ex duodecim Zodiaci ſignis, à quadam cancri piſcis ſimilitudine ita dictum, eo quòd Sol menſe Junio ſignum hoc perambulans, paulatim incipit à nobis recedere, & curſu retrogrado ferri, in medium cancri. Refert Higinius, hunc fuiſſe cancrum, qui à Junone in Herculem cum Hydra Lernæa pugnantem, immiſſus fuit: qui quum pedem ejus momordiſſet, ab Hercule occiſus eſt, & à Junone inter ſydera collocatus. ¶ Cancer item. {καρκῖνος, καρκίνωμα. Gall. *Chancre.* Ital. *Cancaro, infermità.* Germ. Der krebs / ein kranckheit die vmb ſich friſſt. Hisp. *El cancer, ò gangrena, enfermedad.* Angl. *A canker, or ſpreading diſeaſe in the bodie.*} Morbus eſt ab arabile effervescente profitiſcens, cùm alias corporis partes, tum mulierum mammas in primis infeſtans, quæ menſtruo non purgantur. Dicti cancer, vel quòd paulatim ſerpat, cancri piſcis ſimilitudine: vel quòd venas circa ſe habeat extenſas inſtar brachiorum cancr: vel quòd

pertinaciter hæreat, ut solet cancer, si quid chelis non apprehenderit. Est autem & in hac significatione, uti in duabus præcedentibus, masculini generis, & secundæ declinationis. Cato *de re rust.* Eadem insaniosa vulnera putrida, cancrósque purgabit, sanósque faciet. ¶ Grammaticorum nonnulli in hac significatione neutrius generis tradiderunt, & tertiæ declinationis, detepti Ovidii loco, quem, opinionis suæ corroborandæ causa, solent adducere:

*Utque malum late solet immedicabile, cancer*
*Serpere, & illæsas vitiatis addere partes.*

Qui in re minimum profectò pueriliter falluntur, non animadvertentes, adjectivum Immedicabile, non cum nomine Cancer, sed cum dictione Malum, cohærere. Attamen Cancer, quando significat morbum, neutrum est: Priscianus *lib. 6.* ¶ Cancros Oreî, dixit Apuleius, pro faucibus & tenacibus stationibus, quasi Cancellos. ¶ Cancros lepori comparas, κακίαν λαγώου ἐπαινεῖς. De supra modum dissimilibus. Est enim ut leporum celeritas, ita & cancrorum tarditas nota. ¶ Cancer leporem capit, κακὸς λαγὼν λαμβάνει. De aliqua re nequaquam verisimili, dictúque absurda, veluti si quis dicat ab indoctissimo superari doctum. Cancrum recte ingredi doces, κακίαν ἐξηγῇ βαδίζειν διδάσκει. De eo qui docet indoctum. Refertur in Plaut. *Colletianeis*, pertinétque ad genus ἀδυνάτου. ¶ Huic fini timum est quod Aristoph. in pace,

Οὔποτε πείσεις γ' ἀφρόνως ἐξηθὲς βαδίζειν,
Οὐ μ' ἐπὶ τῆ πρωκτῆ πείσεις ἔσπερ εἶδες.

id est:

*Ambulet ut cancer vesti, haud effeceris unquam:*
*Nec quicquam efficies ubi res erit antè petenda.*

Hoc velut oraculum poëta facetus pronuntiat: Quod à natura sit insitum, nullo corriges negotio. Nam cancris genuinum obliquè ingredi. ¶ Est item Cancer, nomen poëtæ Tragici.

Canchlei, Arabiæ populi, Cedreis & Nabathæis finitimi. Author Plin. *lib. 5. cap. 11.*

Canchrys, κάγχρυς, Libanotidis fœcundæ semen est Dioscoridi *lib. 3. cap. 70.*

‖ Cancrini, versus dicuntur, quos retrogrado ordine legere possis. Latiniùs dicentur reciproci: sive id fiat eodem carminis genere, sive diverso: & sensu manente, vel mutato. Est & operosius, quum per eadem elementa fit recursus. Sola Deum vocant. Vide Scal. *lib. 2. poët. cap. 30.* ‖

Candace, es, κανδάκη Suidæ, Æthiopum regina fuit, tempore Augusti, quæ maximi animi mulier, tantique in suos meriti fuit, ut omnes deinceps Æthiopum reginæ, ejus nomine fuerint appellatæ. Strab. *lib. 17.* Candace per nostra tempora Æthiopibus imperavit, virilis sanè mulier, sed altero oculo capta. Plin. *lib. 6. cap. 29.* Regnare fœminam Candacem: quod multis annis nomen ad Reginas transiit.

Candacum, pro suavi & mansueto.

Candara, κάνδαρα, Paphlagoniæ oppidum, tribus schœnis à Gangris distans, & Thatiba vico. Gentile est Candarenus, κανδαρηνός.

Candaria, promontorium est in Coo insula. Author Strab. *lib. 14.*

Candasa, castellum Cariæ, κάνδασα Stephano.

Candavia, mons est in ea parte Macedoniæ, quæ in mare Adriaticum vergit, LXX. M. passuum à Dyrrhachio distans. Lucr. *lib. 6.*

*Devia qua vastos operit Candavia saltus.*

Plinius. Candavias montes, multitudinis numero appellat, *lib. 3. c. 23*

Candaulēs, κανδαύλης, Lydorum rex fuit, qui quum uxorem haberet formosissimam, non contentus secreta voluptatum suarum conscientia, eam Gygi amico nudam ostendit: quo pacto sodalem formæ Reginæ captum ex amico hostem fecit, & tanto proposito præmio in necem suam pellexit, uxorémque & regnum dotale veluti in manum tradidit.

Candălus, κάνδαλος, opsonij genus fuit ex carne elixa, pane, & caseo Phrygio, cum anetho, & pingui jure. Vide Cælium Rhod. *lib. 20. cap. 14.*

Cāndăx, vide *Candace.*

Candebœa, Palus Phœnices, in radicibus Carmeli montis, de qua Plin. *lib. 36. cap. 26.* Pars est (inquit) Syriæ, quæ Phœnice dicitur, finitima Judææ, intra montis Carmeli radices paludem habens, quæ Candebœa nominatur. Ex ea creditur nasci Belus amnis.

Candefacio, vide *Candeo.*

Candei, populi sunt in sinu Arabico, qui quòd serpentibus vescantur, Ophiophagi vocantur. Author Plin. *lib. 6. cap. 29.* Pomp. *lib. 3.* in descriptione sinus Arabici.

Cāndēlă, à candore luminis dicitur. { לפיד *lappidh*, נר *ner*, אור, λαμπάς. Gall. *Chandelle, torche, cierge, ou telle chose eclairante.* Ital. *Candela.* Germ. Ein kertz. Hisp. *Candela y candil.* Angl. *A candell.* } Juven. *sat. 9.*

—— *Candelam apponere valvis.*

Plin. *lib. 13. cap. 13.* Lapidem sutile quadratum circiter in medio, arctè vinctum candelis quoquoversùs. Loquitur de lapide in quo reperti sunt libri Numæ. Hermolaus: Candelæ, inquit, sunt quacunque constent materia, scirpis, cæda, sebo, cera: ut mirum non sit libros Numæ candelis involutos tradi. Candelas sebare, Col. *lib. 12. cap. 22.* Vide Mart. *epigr. 40. lib. 14.*

Cāndēlābrum, & Candelabrus, Instrumentum in quo figitur candela ad lucendum. { מנורה *menorâh*, λυχνία, κανδήλαβρον. Gall. *Chandelier.* Ital. *Candeliere.* Germ. Ein leuchter, ein liechtstock. Hisp. *El lugar donde se pone el candil, candelero.* Angl. *A hand lestick.* } Dicitur, quòd in eo candelæ figantur, authore Festo. Cic. *6. in Verr.* Jam verò lectos ærátos & candelabra ænea. Martial. *de candelabro Corinthio, lib. 14.*

*Nomina candela nobis antiqua dederunt*
*Nec norat parcos nulla lucerna patres.*

‖ Candelaptes, qui candelas accendit. L. gr. b.

Candelaria, herba officinis, quæ aliter Candela regia, item lucernalis, lucumbra, verbascum. Germ. Königskertz brennkraut. Ital. *Torchio.* Gall. & Angl. *Torche* Hisp. *Antorcha.* ‖

Cāndĕo, es, ui: Candidus sum, albedine illustri niteo. { לבן *hilbin*, λάμπω. Gall. *Estre blanc.* Ital. *Essere bianco.* Germ. Weiß sein. Hisp. *Emblanquecerse.* Angl. *To be white or shyning.* } Virg. 4. Æneid.

*Candentis vaccæ media inter cornua fundit.*

Ovid. 11. *Metam.*

*Candida de nigris, & de candentibus atra.*

¶ Significat etiam ignitum esse. { קדח *kadâch*, πύρωσις. Gall. *Estre embrasé, ou rougir, & estre blanc par force d'estre embrasé & cuit au feu.* Ital. *Divenir di fuoco.* Germ. Glühend feur ſeyng ſein. Hisp. *Encenderse.* Angl. *To be hoate and glowing redde.* } Cic. 2. *Offic.* Qui cultros meruens tonsorios, candente carbone tiberi adurebat capillum. Compositum Excandeo, & Incandeo, à quibus Excandesco, propriè vehementer incendor, inflammorque. Cato *de R. R.* Nam si sub tecto coquas, quum bitumen & sulphur additum est, excandescet, hoc est, incenderur, & inflammabitur. Transferuntur etiam ad iram, θυμοῦσθαι, quòd ea est velut ignis animum incendens, & vultum hominis quodam candore perfundens: vel quia, ut sol quanto candidior, tanto ardentior: ita animus, dum concitatus est, inflammatus, incensus, & excandescens dicatur, ut tanta mentis commotio significetur. Cælius. Cicer. Id postquam resciit, exarduit, & me causam inimicitiarum quærere clamitavit, id est, ita vehementer incensus est. Hinc Excandescentia, quæ est (ut Cic. 4. *Tusc.* inquit) ira nascens, & modo existens, θύμωσις.

Incandesco, candens & ignitus fio. Ovid. *Metamorph. lib. 7.*

*Non secus exarsit, quàm quum Balearica plumbum*
*Funda jacit: volat hoc, atque incandescit eundo:*
*Et quæ non habuit, sub nubibus invenit ignes.*

Est & Recandeo, à quo recandesco, quod est rursus candesco, & accipitur pro calefacio. Idem *lib. 2. Metam.*

*Et ubi diluvio tellus lutulenta recenti,*
*Solibus ætherei altóque recanduit æstu.*

Candens quid propriè dicatur, docet Gel. *cap. 10. lib. 17.*

*Quem nunquam candente die apparuit ortu.*

Tibul. *lib. 4.*

‖ Candes, vasa fictilia. Germ. Gebrante gefäſſe. ‖

Cāndĕfĭco, Ignitus fio, Ignesco. { קדח *kadâch*. πυρώσις. Gall. *S'embraser, devenir feu.* Ital. *Divenir di fuoco.* Germ. Glühend oder feurig werden. Hisp. *Encenderse.* Angl. *To make hoate or glowing redde.* Ovid. 2. *Metam.*

—— *currúsque suos candefecerat.*

Interdum etiam album fieri significat. Tibullus *lib. 1.*

—— *Liceátque caput candescere canis.*

Canderum, Galli appellant in areis urbanis spatium centum pedum; quasi Centearum: in agrestibus autem pedum centum quinquaginta quadratorum justum Canderum vocant. Ex libello variorum authorum *de Limitibus.*

Cāndŏr, is, Albedo splendori conjuncta. { לבן *labân*, λάμπρυσις. Gall. *Blancheur, lueur, pureté, bonne foy.* Ital. *Bianchezza, candore.* Germ. Weiſſe, glitzerechte. Hisp. *Blancura con lustre.* Angl. *Whitnesse, glowing reddenesse, vprightnesse.* } Plaut. *in Men.* O! solem vides, statim ut occasus est, præ hujus corporis candoribus. Plin. *lib. 12. cap. 14.* Thus probatur candore. Cic. 2. *de nat. deor.* Nam Solis calor & candor illustrior est, quàm ullius ignis: quippe qui immenso mundo tam longè latéque colluceat. Dicitur & per metaphoram candor animi, à Cic. multis in locis, pro synceritate & puritate animi.

*Quique est incharis animi tibi candor amicis,*

Ovid. *Eleg. 8. lib. 3. Trist.*

*Gratia candori si qua relata meo est,*

Idem *Eleg. 1. lib. 2. Trist.*

Cāndĕfăcio, Candidum facio. { חלבין *hilbin*, λάμπρυνω. Gall. *Faire blanc, blanchir.* Ital. *Imbiancare.* Germ. Weiß machen / weiſſen. Hisp. *Emblanquecer.* Angl. *To make white.* } Plaut. *in Mostell.* Una opera ebur atramento candefacere postulas. ¶ Aliquando etiam candefacere, est candentem & ignitum reddere. { πυρώσω. Gall. *Eschauffer tellement quelque chose qu'on la fasse reluisante & comme blanche.* Ital. *Scaldare talmente una cosa che ti paria bianca.* Germ. Glühend machen. Hisp. *Encender.* Angl. *To make glowing hoat or fine.* } Plin. *lib. 34. cap. 8.* Ubi inter lapides candefactos funditur. Excoctum & candefactum argentum. Gell. *cap. 5. lib. 6.* Hinc excandefacio, candens & ignitum facio: unde Ferrum excandefactum, hoc est, candens & ignitum. Per translationem accipitur pro ira inflammare, θυμοῦν.

Cāndĭco, as, candorem habeo, subcandidus sum. { λευκαίνω. Gall. *Estre blanc, tirer sur le blanc.* Ital. *Essere un poco bianco.* Germ. Weiſſ glitzerechtig ſein. Hisp. *Ser blanco por defuera.* Angl. *To be somewhat white.* } Plin. *lib. 8.* Insigne ei in dextro latere candicans macula.

Cāndĭdēscŏ, is, pro albedine, { λευκαίνομαι. Gall. *Blanchesmir, couleur blanchastre, tirant sur le blanc.* Ital. *Biancheggia.* Germ. Weiſſe. Hisp. *Blancura.* Angl. *Bleaching, making faire or white.* } Plin. *lib. 37. cap. 13.* Fictitiæ factificationis candicantiam fugiunt.

Cāndĭdātŭs, alba veste indutus. { λευκοφόρος, λευκόχρους. Gall. *Vestu de blanc, blanchi.* Ital. *Vestito di bianco.* Germ. Mit weyſſen kleidern angethon. Hisp. *Cosa vestida de vesta blanca.* Angl. *Clothed in white.* } Plautus *Rud.* Ergo vos æquius erat candidatas venire, hostiásque. Item, qui luce quadam nitente est perfusus. Unde Lactantius immortalitate nos velut candidatos esse, elegantèr dixit. Quintil. *declam.* 282. Candidatum Sacerdotii rapuit. ¶ Candidati etiam dicebantur, qui ad alicujus magistratus, aut dignitatis petitionem aspirabant, οἱ ἐπιγράφοντες τὰς ἀρχὰς, οἱ ὀφείλοντες, a toga candida, quam per id tempus induebant, sive ad denotandam integritatem, quod solus hic color synceros ac purus, & minimè inquinatus est: sive, ut perspici ab omnibus possent. Ire autem candidati per comitia solebant, suadendo, rogando, subauratendo se omnibus, & nudato etiam corpore, cicatrices ostendendo. Cic. *pro Murana.* Nec candidatus ista benignitas admenda est, quæ liberalitatem magis significat, quam largitionem. Inde per

translationem aliarum quoque rerum petitores, candidati dicuntur, sicut à Quint. Candidatus eloquentiæ: & à Plin o *in Panegy.* Candidatus gloriæ, & immortalitatis: ab Hieronymo, Candidatos fidei. Ex quibus ostenditur Candidatus construi cum genitivo: ut sit candidatus Consulatus, Prætoræ, Quæsturæ, qui petit Consulatum, Prætoram, Quæsturam. Candidati erant discincti, & sine tunica, & cur. Plutarch. *in Coriol.* Candidatus Equestris gradus. Suet. *in Galb. c.*14. Candidati milites, inquit Vegetius *lib.*2. Hi sunt principales qui privilegiis muniuntur. Reliqui munifices appellantur, quia munera facere coguntur.

Cāndĭdŭs, a, um, Albus, luceus. { לבן *laban.* λευκὸς, λαμπρός. GALL. *Blanc, reluisant, resplendissant.* ITAL. *Candido, bianco.* GERM. Weyß/ glintzend. HISP. *Blanco ressplandeciente.* ANGL. *White shyning.* } Servius *in* 3. *Georg.* Aliud est candidum esse, id est, quadam nitente luce perfusum; aliud album, quod pallori constat esse vicinum. Itémque candidum propriè dicitur, quod fit cura: album, quod fit natura: & candido nigrum, albo verò fuscum opponitur. Corn. Front. *de diff. vocab.* O candida & fusca vox. Quintilian. Reus candido sudario frontem terges? Idem.

*Cignus ei, & fato candidiore frui.*

Ovid. *Eleg.*4. *lib.*3. *Trist.* Candidum panem edo. Quint. Candide Lector. Ovid. *Eleg.*10. *lib.*1. *Trist.* Item candida manu propinare. Plaut. *Pseud. sc.*1. *a.*5. ¶ Sumitur etiam Candidum, *ætius*, pro igneo, { ANGL. *Fiery, bright shyning like fire.* } Unde ferrum candidum vocamus, quum accensum est & ignitum. ¶ Et quia inter colores candidus purissimus est, accipitur etiam Candidum pro puro, & syncero, & minimè fucato. Horat. 1. *Epist.*

*Albinostrorum sermonum candide judex.*

Et candidus sermo, λευκὸς λόγος, Græcis dicitur oratio dilucida perspicuáque, à colore qui inter cæteros plurimùm habet lucis. ¶ Interdum candidus ponitur pro Felici: tractum à Thracibus, qui diem fortunatum, albo: adversum nigro designarunt. Catullus,

*Fulsêre verè candidi tibi soles.*

Horat. *lib.*2. *Ser.*

——— *hunccine solem*
*Tam nigrum es, e mihi?*

id est, tristem & exitiosum.

Cāndĭdè, Purè, syncerè, benignè. { ἁπλουστέρως. GALL. *A la bonne foy, simplement.* ITAL. *Da huomo da bene, di puro cuore.* GERM. Eins fetzlichs/ erwelichs/ ohne betrug/ gäntzlich. HISP. *Simple y puramente.* ANGL. *Simple, vprightlie.* } Cælius *Ciceroni*, Candidè tibi erit, ne parum simpliciter, & candidè potuisse inimicitias videarit.

Cāndĭdŭlŭs, a, um, diminutivum. { λευκούτσικος. ANGL. *Somewhatte white.* } Cic. 5. *Tusc.* Candiduli dentes, venusti oculi, color suavis.

Cāndĭdo, as, candidum facio. { חלבן *hilbin.* λευκαίνω. GALL. *Blanchir, faire blanc.* ITAL. *Imbiancare.* GERM. Weyßen/ weyß machen. HISP. *Emblanquecer.* ANGL. *To bleache, to make white.* } Pomponius, Vestem lixivio candidans. Plin. Cujus radice utuntur ad candidandos capillos. Nonius, Albicatur, candidatur, exalbescit.

Cāndĭfĭco, as, idem. λευκαίνω. { ANGL. *To make white.* } Nævius, Poliens sese, & succis herbarum candificans cutem.

Cāndĭdātōrĭŭs, a, um, περιβλητικὸς: ut, Candidatorium munus. Cic. *ad Attic. lib.*1. Nos in omni munere candidatorio fungendo summam adhibemus diligentiam.

Candidum, λευκὸν, Zeugitanæ regionis (quæ propriè Africa dicitur) promontorium est. Sunt enim in minore Africa tria promontoria, teste Plin. *lib.*5. *cap.* 4. Candidum, circa quod Scipio in Africam proficiscens, copias suas exposuit: mox Apollinis adversum Sardiniæ, & Mercurii adversum Siciliæ: quæ in altum procurrentia, duos efficiunt sinus. Hyponensem, & Diarrhytum.

‖ Candion, sacchari genus, L. gr. b. ‖

Candiope, κανδιόπη, OEnopionis filia & Orionis soror (ut Theodotius asserit) quam quum frater in venatione in antrum traxisset, vim illi intulit, & ex ea Hippolagum suscepit: quod quum OEnopion resciviisset, indignatus, filium exulatum abire jussit, qui oraculo edoctus, versùs Orientem in Thraciam cum Candiope & parvo filio delatus, ibique ob insignes virtutes in magno pretio fuit.

Candosoccus, in vitibus quid dicatur, docet Columel. *lib.*5. *cap.*4. his verbis: Nonnullos tamen in vineis choracatis animadverti, & maximè helvenaci generis prolixos palmites, quasi propagines summo solo adobruere, deinde rursus ad arundines erigere, & in fructum summittere, quos nostri agricolæ Mergos, Galli Candosoccos vocant.

Candyba, κάνδυβα, τὰ, Steph. Lyciæ regionis civitas est, ubi laudatur OEnium nemus. Hæc Plin. *lib.*5. *cap.*27.

‖ Candylus, κάνδυλος, coctura edulis ex oleo, lacte, caseo & melle.

Candys, κάνδυς. Pollux *lib.*7. *cap.* 13. ponit inter vestimenta Persarum propria.

‖ Canella, cassia, cinnamomum. L. gr. b. ‖

Cānēns, entis: Nympha fuit, Pici Laurentium regis uxor, quæ quum virum à Circe in avem mutatum supra modum lugeret, extabuit, & loco cuidam ad ripam Tyberis, ubi hæc contigerunt, nomen suum reliquit. Fabulam hanc vide latiùs apud Ovidium 14. *Metam.*

Cane, oppidum Æolidis regionis. Plin. *lib.*5. *cap.*30.

Cane, vel Cana, promontorium Æolidis, olim Ægeates. Vide Steph.

Canebium, κανήβιον, urbs Cariæ, Cyon pòst appellata. Steph.

Canentas, capitis ornamenta veteres dixêre. Festus.

Caneo, vide *Canus.*

Cānēphŏrā, κανηφόρος, Virgo dicitur, quæ more Attico sacra in cistulis repositis capite sustinebat: κάνον enim Græci dicunt, quæ nos Canistra, & per diminutionem Canistella. Cic. *in Verrem.* Habe Canephoras, deorum simulachra restituc.

‖ Cauephorus, apud Plinium *lib.*36. *cap.*4. inter nobilia scopæ opera è marmore censetur. Hic *Canephorus* idem est, quod antè *Canephora.* ‖

Cani, canorum. Vide *Canus.*

Canīca, æ, urtica sylvestris genus. Plin. *lib.*21. *cap.*15. Et in sylvestri quæ dicitur Cana, acriot, caule quoque moroso, hirsutaque folius.

Cānīcæ. Furfures ab antiquis dicebantur. { ANGL. *Skourse or brane of wheate.* } teste Festo, ex Nov. *cap.*2. *n.*150. eo quòd canes ibi pascerentur. Unde Canicaceum panem, furfureum dicimus. Pacuvius, Qui apud te, quasi servus, edit canicaceum panem. Alij legunt Canicium.

‖ Canicaceus, a, um, est furfuraceus: à Canicis. ‖ Vide *Canica.*

Cānĭcĕps, genus animalis facies caninam habens. κυνοκέφαλος. Plin. *lib.*7. *cap.*2. tradit in Asiæ montibus genus hominum esse canino capite, pro voce latratum edentium, quos vocat κυνοκεφάλους: nos etiam Canicipites vocare possumus.

Canicula, vide *Canis.*

Cānīdĭā, Unguentaria fuit Neapolitana, in quam, tanquam venenificam, sæpe invehitur Horatius.

Canīnius, septem horarum Consul fuit, in quem jactatum est scomma illud Ciceronis, Mira fuit Caninii Consulis vigilantia, qui toto suo Consulatu somnum non vidit. Cic. Caninius alter Eques Rom. quum in Siciliam otiandi causa venisset, hortóque à Pythio argentario vino dolioso emisset, instructos piscibus & piscatoribus de industria positis, postera die, quum ad eosdem ipse amicos invitasset, nullos sibi neque pisces, neque piscatores reperit. Vide Ciceronem *lib.*3. *Offic.*

Cānīnŭs, vide *Canis.*

Cănĭs, gen. comm. Animal domesticum satis notum. { כלב *chelev*, κύων. GALL. *Chien ou chienne.* ITAL. *Cane.* GERM. Ein hund. HISP. *Can, perro.* ANGL. *A dogge, or bitche.* } A canendo dicitur, quòd nocte in custodia & in venando signum voce det. Teren. *in Phorm.* Introiit in ædes ater alienus canis. De hoc Columel. *lib.*7. *cap.*12. Quis hominum clariùs, aut tantâ vociferatione bestiam, vel furem prædicat, quàm ille latratu? quis famulus amantior domini? quis fidelior comes? quis custos incorruptior? quis excubitor invenitur vigilantior? quis denique ultor, aut vindex constantior? De genere autem & natura canum, vide Plin. *lib.*10. *cap.*63. & Xenophontem *in opere de Venatione.* Ut minuti canes latrantes ad occursum ignotorum. Senec. *de vita beat. cap.*19. Ita me ab læva rabiosa fœmina observat canis. Plaut. *Men. sc.*2. *a.*5. Item *sc.*5. *a.*5. Uxorem suam canem esse aiebat. Canem hanc esse parvum, sagax nasum habet. Idem *Cure. sc.*2. *a.*1. Hecubam Græci canem esse prædicabant. Idem *Men. sc.*1. *a.* 1. ¶ Dicebant & veteres etiam in singulari Canes, quemadmodum Varro *lib. de ling. Lat.*6. probat ex Ennio, Tantidem quasi fœra canes sine dentibus latiat. Lucil. *De litera R.* Irritata cane. ¶ Canis item piscis marinus est, ira dictus, quòd cani similis sit. ¶ Canis, extrema ludi talaris signum, quod unum duntaxat punctum continebat: ideo damnosus canis appellatur à Propertio: *Semper damnosi subsiluêre canes.*

¶ Canes pro furiis. Virg.6. *Æneid.*

——— *visæque canes ululare per umbram*
*Adventante dea.*

Ubi Servius, Canes furias dicit. Semidei canes. Lucan. *lib.*8.

*Nos in templa tuam Romana accepimus Isin,*
*Semideosque canes.*

Videlicet Mercurium, quem Anubim vocant. Nam colitur apud Ægyptios in forma canis, & lingua Ægyptia Anubis canis dicitur. Canis, est etiam vox qua impudentibus inimicis convitium fieri solet. Terent. *in Eunucho.* Diminuam ego caput tuum hodie, nisi abis. G. Atu' tu verò canis. Donatus, Canis ad cibum, κύων ἐπὶ βρῶσιν. De iis qui in suum properant exitium. Qui canem volunt occidere, cibo offenso alliciunt. ¶ Teipsum non alens, canes alis, κύνα ἀ τρέφων, κύνα τρέφεις. In eum dicebatur, qui quum per inopiam sibi, quæ sunt ad vitam necessaria, suppeditare non posset, conaretur aut equos, aut famulos habere domi, splendidúsque vestibus indui. ¶ Cum cane simul & lorum, κύνα καὶ λῶρον ἢ ἄμφω. Eudemus indicat dici, quoties simul omnia pereunt, & nihil omnino sit reliqui, ne spes quidem recuperandi quod periit. ¶ Cani das palcas, asino ossa, κυνὶ βίβρωσκε ἄχυρα, ὄνῳ δ' ὀστᾶ. Quum res præposterè distribuitur: veluti si quis indocto munus mittat literarium, erudito flosculos & gladium, baltheumve: militi librum. ¶ Canis ad proprium vomitum, κύων ἐπὶ τὸν ἴδιον ἐξέμεσμα. Quadrat in eos qui relabuntur in eadem flagitia, à quibus aliquando sunt expiati. Refertur *in Epist. D. Petri.* ¶ Digna canis pabulo, ἄξιος κύνα ἢ βορᾶς. Fermè perinde valet, ac si dicas, Dignus operarius mercede sua. Refertur à Suida. Quadrabit in hominem non usquequaque rejiciendum atque inutilem. ¶ Canem excoriatam excoriare, κύνα δεύτερον δέρειν. Suidas ait dici solere de iis qui iterum ea patiuntur, quibus aliquando fuerunt afflicti. Aristoph. *in Lisistrata.* Diogenianus ait convenire in eos qui frustrà sumunt operam. Sunt qui putant magis quadrare quum quis affligit afflictum. ¶ Canis festinans cæcos parit catulos, ὁ κύων σπεύδων τυφλοὺς τίκτει. In eos jactebatur, qui nimio festinandi studio, rem parum absolutam edunt: ut si quis operis parum elimati præcipites editionem. Galen. *lib.*2. *de semine.* ¶ Canis in præsepi, ὁ κύων ἐπὶ τῆ φάτνῃ. In eos dicitur, qui nec ipsi fruuntur re quapiam, neque reliquos item sinunt uti. Quandoquidem canis in præsepi, nec ipse vescitur hordeo, & equum vetat vesci. Lucian. *adversùs indoctum.* ¶ Objicere canibus agnos, προβάτους κυσὶν ἀγρίοις: dicebatur qui imbelli & litium impetitum calumniatoribus & excretatis exponeret, quòd genus sit animaliũ omnium maximè imbelle. Refertur à Diogeniano ¶ Ex canis podice, ἐκ κυνὸς ὄρχεις. Dictum videtur à Luciano, pro eo quod est, rebus arctis atque angustis, quòd ea pars arctior sit huic animanti: quamobrem & excernunt difficilèr. ¶ Canis fœviens in lapidem, κύων εἰς τὸν λίθον ἀγριαίνων. Competit in eos qui malis suis causam imputant, non ipsi authori, sed alteri cuipiam. Plato *de Rep.* & Pacuvius *apud Nonium.* Invitis canibus venari. Hoc adagio Plautus *in Stichо*, significare videtur non sat feliciter succedere, quod à nolentibus extorquetur. ¶ Canis vindictam, κυνὸς δίκαν. Macedonicum adagium, in eos qui præter expectationem pœnas dant iis quos aliquando læserunt. Natum ab Euripidis tragici poëtæ interitu, qui à canibus

fuit disceptata. ¶ Cassi caninam non est. Proverbium, ad quod alludit Juvenalis: Pateat cognatis maculis similis fera. Varro *lib. 4. de ling. Latin.* ¶ Canis sydus leporem fugientem sequitur: habet in lingua stellam unam, quæ propriè appellatur Canis, magnam quidem & splendidam, in capite alteram, quam nonnulli Sirion dicunt. Sunt ergo duo canes in cœlo, major scilicet & minor: sed Canem dicendo, majorem intelligimus. Minor etiam canis Canicula dicitur: quæ quia integrum diem in ortu atque occasu Canem præcedit, à Græcis προκύων vocatur. Hæc etiam Antecanis, & Sirius dicitur. Cic.

*Antecanem Procyon, Graio qui nomine fertur.*

Oritur XVII. Calend. Aug. Occidit, sed non tota, post dies quadraginta: idque dierum spatium, Dies caniculares appellamus, eo quod sydus hoc iis diebus in medio cœli centro sit: conjunctúmque cum sole, duplicet calorem quo dissoluuntur corpora, & evaporantur. ¶ Dicta Canis, quòd corpora morbo afficiat, & nimio calore mordere instar canis animalis videatur. Canis, &c. Suet. *in Augusto. cap.* 71.

Cănĭcŭlă, diminutivum à Cane, quum est fœm. gen. { σκυλάκιον. Gall. *Petite chienne.* Ital. *Una picciola cagna.* Germ. Ein hündlin. Hisp. *Perra pequeña, perrita.* Angl. *A litle bitche.* } Cic. 3. *de nat. deor.* At illud non modò non arrogantis, sed posùs prudentis, intelligere se habere sensum & rationem, hæc eadem & caniculam non habere. ¶ Accipitur & pro signo cœlesti, εἰδάριον. Colum. *lib.* 10. Quúmque peracto solstitio utique ad ortum Caniculæ, qui ferè dies triginta sunt. Hinc caniculares ἡμέραι τῶν ἐπιόντων. ¶ Dicebatur præterea hoc nomine, tali latus, quod unitatem ostendebat, in quod converso talo deponebatur ab eo qui jactaverat, nummus unus, aut quantum inter se pacti fuerant, sine aliquo lucro: idcirco damnosa canicula vocabatur. Persius,

——— *damnosa canicula quantum Raderet.*

¶ Canicula item genus piscis marini, apud Plin. *lib.* 32. *c.* 11. ¶ Canicula item de homine mordaci, apud Gellium *lib.* 4. *cap.* 20. Qui jactabat cavillator quidam, & canicula, & nimis ridicularius fuit. Item de muliere. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a* 3. Age istam caniculam.

Cănīnŭs, a, um, quod est ex cane. { κυνικός. Gall. *De chien, des appartenances de chiens.* Ital. *Di cane.* Germ. Hündisch/von hund ist. Hisp. *Cosa de can, ò perro, perruno.* Angl. *Of a dogge, doggish or curlish.* } Plinius, Sanguine canino nihil contra toxica præstantius est. Unde canini dentes, post primores: de quibus in dictione *Dens.* Et caninum prandium, abstemium, in quo nihil vini potatur, quoniam canis vinum non bibit. Vide Aulum Gellium *lib.* 13. *cap.* 29. Canina cœna, idem. Plaut. *in Cas.* Hac ibo, caninam cœnam spero meliorem fore. Et canina facundia, Salustius apud Nonium Marcellum in dictione *Rabula.* Canina, ut ait Appius, facundia exercebatur. Hieronymus *ad Rusticum monachum*, Pomparum ferculis procedunt in publicum, ut caninam exerceant facundiam. ¶ Caninum studium, ars oratoria per contemptum, ut Canina eloquentia, apud Quint. *lib.* 12. *cap.* 9. & Isid. *lib.* 3. *de summo bono.* Colum. *initio operis:* Sed ne caninum quidem (sicuti dixere veteres) studium præstantius, locupletissimúmque adiatrandi, & contra innocentes, ac pro nocentibus, neglectum à majoribus, à nobis etiam concessum intra mœnia, & in ipso foro latrocinium.

Cănārĭŭs, a, um, quod ad canem pertinet. { κυνικός. Gall. *De chien.* Ital. *Canino, cagnesco.* Germ. Das zum hund gehört. Hisp. *Cosa de can ò perro, perruno.* Angl. *Of a dogge.* } ut Lappa canaria, quæ canibus adhæret. Augurium canarium. Plin. *lib.* 18. *cap.* 3. Augurio canario agendo dies constituatur, prius quàm frumenta vaginas exeant, & antequàm in vaginas perveniant.

Cănātim, adverbium, significans ad similitudinem canis. { Ὡσὰ κυνὸς. Gall. *En chien, en façon de chien.* Ital. *Cagnoscamente, in cagnesco.* Germ. Auff hundtische weyß. Hisp. *En manera de can ò perro.* Angl. *Like a dogge.* } Sicut Bovatim, ad similitudinem bovis. Nigidius Figulus *in Comm. Gram.* ut erat Nonius, Sunt etiam assimilanter dicta hæc, Canatim, Suatim, Bovatim, quæ ab animalibus sumuntur.

Cănistrum, & Canister, { סל *sál.* κάνεον. Gall. *Panier ou corbeille faite d'osier.* Ital. *Canestro, cestro, paniere.* Germ. Ein korb. Hisp. *Canasta* Angl. *A paniet or basket made of wither ossiers.* } Fiscella, cista vimínea: à Græco κάνεον, α in ι mutato, aut à κανοῦν, quod idem significat, teste Hesychio. Virgil.

——— *Cererémque canistris Expedient.*

Ovid. 2. *Fast.*

*Stat puer, & manibus lata canistra tenet.*

Palladius, Salignis canistros fieri debere virgultis, quia genus hoc oleum dicitur adjuvare. ¶ Hinc fiunt diminutiva, Canistella & Canistellus, κανάδιον, κανίσκιον.

Canius, Poëta fuit temporibus Martialis, eique familiaris: qui naturâ ita hilaris erat, ut semper rideret, de quo idem Martialis *lib.* 1. *epigr. ad Maximum.*

Cănnă, { קנה *kaneh.* κάννα, δόναξ. Gall. *Canne, roseau.* Ital. *Canna.* Germ. Ein rohr. Hisp. *Caña.* Angl. *A cane or reede.* } Arundo, licèt minor sit, & major calamo. Ovidius,

——— *& pigram velabat canna paludem.*

Col. *lib.* 5. *de Arundineto.* Est autem tenellus, quum vel exaruit situ, & inertia plurium annorum, vel ita densatum est, ut gracilis, & cannæ similis arundo prodeat. Strabo scribit, in Africa ad cubitos quinos longas, crassitudine verò digiti minoris cannas nasci.

Cănnĕus, a, um, adjectivum, quod ex cannis conficitur. { καλαμῶδης. Gall. *De canne ou roseau.* Ital. *Di canna.* Germ. Röhrin/das auß rohren gemacht ist. Hisp. *De caña.* Angl. *Made of canes or reedes.* } Unde Columella, Canneas tegetes vocat, Horat. ex cannis confectas, quæ ad excipiendum olivam arboribus subiliebant solebant. Sic enim in *lib.* 12. *cap.* 50. Utcet quibus oleum progeritur, canneæ tegetes, quibus oliva excipitur.

Cănnētum, ubi cannarum copia est. { καλαμών. Gall. *Lieu où croissent les cannes ou roseaux.* Ital. *Canneto.* Germ. Ein ort da vil rohr wachsen. Hisp. *Cañaveral, lugar donde nacen cañas.* Angl. *A place where canes or reedes groweth.* } Palladius, Libera cannera ponenda sunt.

Cannutus, adjectivum. Titulus est apud Palladium *lib.* 1. *tit.* 13. *de Camerâ cannitiis*, de quibus sic ait: Cameras in agrestibus ædificiis, ex ea materia utilius erit formare, quæ facile inveniretur in villa. Itaque aut tabulis factemus, aut cannis hoc genere.

Cănnăbis, { κάνναβις. Gall. *Du chanvre, chenevis.* Ital. *Canapo.* Germ. Hanff. Hisp. *El cañamo.* Angl. *Hemp.* } Herba est, ex qua fiunt chordæ. Persius.

*Tun' mare transilias? tibi torta cannabe fulto*
*Cœna sit in transtris?*

¶ Dicitur & Cannabum. Palladius *lib.* 3. *cap.* 6. Hoc tempore cannabum seris.

Cănnăbăcĕus, a, um, & Cannabinus, a, um, quod est ex cannabe, { κανναβῖνος. Gall. *De chanvre.* Ital. *Di canape.* Germ. Hänffin/das auß hanff gemacht ist. Hisp. *Cosa de cañamo.* Angl. *Of hemp.* } Colum. *lib.* 7. Cannabinisque funibus cornua jumentorum ligato. Varro *lib.* 3. *cap.* 5. Rete cannabina tecta sit porticus.

Cănnæ, arum, φρύγανα: tantùm pluraliter, Vicus in Apulia, Romanorum clade clarus. Lucan. *lib.* 7.

——— *non illum pœnus humator*
*Consulis, & Libya succensa lampade Canna*
*Compellunt, hominum ritus ut servet in hostes.*

Cănnēnses, populi Cannas inhabitantes, Cotinensibus & Collatinis vicini, teste Plin. *lib.* 3. *cap.* 11. Pugna Cannensis, Propert. *lib.* 3. Cannensis calamitas, Cic. *de clar. Orat.*

Canonenusates, populi sunt insulani, Batavis finitimi, apud Plinium *lib.* 4. *cap.* 15.

Cănnĭcæ cameræ. Dicuntur in agrestibus ædificiis ex cannis constructæ, καλαμῶν σύγκρημα, ut est apud Palad. *lib.* 1. *tit.* 13.

Cănō, is, cecini, cantum: sed ejus composita faciunt præteritum in ŭi, divisis syllabis, significátque propriè canere, modulari. { שׁיר *schár*, זמר *zimmer.* ᾄδω. Gall. *Chanter.* Ital. *Cantare.* Germ. Singen. Hisp. *Cantar.* Angl. *To singe.* } Plin. *lib.* 10. *cap.* 29. Merula canit æstate, hyeme balbutit. Cic. 4. *Acad.* Quum cornix cecinerit. ¶ Hinc canere poëtæ dicuntur, quoniam versus rhythmicâ ratione compositos, cantando pronuntiare consueverunt. Virg. 1. *Æneid.*

*Arma virúmque cano.*

Tubæ utrinque canunt. Plaut. *Amph. sc.* 1. *a.* 1. Item,

*Undique quique canunt victo pede, sive soluto.*

Tibul. *lib.* 4. ¶ Canere etiam is dicitur, qui fides, organúmque pulsat, aut qui tibias inflat. Cic. 1. *Tusc.* Igitur Epaminondas, princeps meo judicio Græciæ, fidibus præclarè cecinisse dicitur. Idem 2. *de Orat.* Quemadmodum tibicen sine tibiis canere, sic Orator sine multitudine audiente eloquens esse non potest. ¶ Canere receptui { τὸ σάλπιγξι ἀναπαύειν, ἀναπαύειν σημαίνει, significat post conflictum milites à pugna revocare, quod fit cantu tubarum & clangore. Liv. 6. *bell. Pun.* Legionum ardor ingens ad hostem insequendum fuit: sed Flaccus receptui cani jussit. ¶ Contrà, Canere bellicum, σάλπιγξι σημαίνειν, τὸ πολεμικὸν σημαίνειν, est milites tubæ clangore ad bellum accendere. Cic. *in Orat.* Alter incitatior fertur, & de bellicis rebus canit etiam quodam modo bellicum. ¶ Sed quia veteres laudare versibus solebant, factum est, ut Canere, pro laudare capiatur. Virg. 7. *Æneid.*

——— *regémque canebant.*

Et pro prædicare, & cum quodam, ut exsudiri possit, canore proferre. Martialis,

*Quicquid fama canit, donat arena tibi.*

¶ Canere idem etiam quod vaticinari. Cic. *in Sextiana.* Non hæc à me tanquam fata canebantur. Idem *in Catil.* Quæ ita nobis consulibus facta sunt, ut hæc quæ nunc sunt, canere dii immortales viderentur. Idem *in Orat. pro dom.* Et Virg.

*Sola mihi tales casus Cassandra canebat.*

¶ Canere eandem cantilenam dicitur is, qui molestus est, sæpiùs eadem inculcans. Terent. *in Phorm.* Cantilenam eandem canis. ¶ Intus canere dici solet is, qui privati commodi studiosus quicquid agit, id omne ad domesticam fert utilitatem. Cic. *in Rullum*, adversus legem agrariam: Atque hoc carmen hic Tribunus plebis non vobis, sed sibi intus canit. ¶ Haud canit paternas cantiones, ὁ παρὰ τὰ πάτρια μέλη. De eo jactatum, qui à paternis moribus degenerat. ¶ Canis, ἄδων ὕδωρ, pro nugatis, ineptis, frustrà loqueris: etenim qui canunt, non videntur rem seriam agere. Frustrà canis, ἄκαιρα ᾄδεις. De iis qui frustrà suadent. ¶ Sibi canere, ἑαυτῷ ᾄδειν dicitur qui non ad alienum arbitrium facit quippiam, sed animo obsequens suo. Hujus verbi composita sunt, Accino, quod est ad aliquid, vel juxta cano: ἐπῳδῶ, ἐπιψάλλω, ὑπαυλῶ. Concino, simul cano. Intercino, inter agendum cano. Occino, sive Occano, ἐπᾴδω, convitium facio. Percino, canendo perseveto. Procino, canendo profero. Præcino, prædico, prædivino, & antè cano. Recino, rursus cano. Horat. *lib.* 1. *Carm. od.* 12.

*Quem deum? cujus recinet jocosa*
*Nomen imago.*

¶ Interdum significat in contrarium cano. Inde frequentativum Recantare, idem significans, quod retractare, & quod semel à nobis malè aut dictum, aut scriptum est, revocare, & corrigere: quod Græci eodem modo dicunt παλινῳδεῖν. Idem *Horat. lib.* 1. *Carm. od.* 16.

——— *nunc ego mitibus*
*Mutare quæro tristia, dum mihi*
*Fias recantatis amica*
*Opprobriis, animúmque reddas.*

Et Succino, quod est summissa voce cano. Et omnia habent penultimam correptam.

¶ Canobus, vide *Canopus.* ¶

Canens. V. *Circe.*

Cāntĭo, nis, Cantus. { זמרה *zemirâh*, שיר *schir.* ᾠδή. Gall. *Chant, chanson,*

*chanſon.* Ital. *Canto, canzone.* Germ. Ein geſang. Hiſp. *Canto, à canendo.* Angl. *Singing, a ſonge.* } Plaut. *in Stycho.* Cantio in Olympicis. Suet. *in Neron. cap.* 25. Lepidam & ſuavem aliquam cantionem occipio. ¶ Cantio pro incantatione. Cic. *de clar. Orat.* Subitò totam cauſam oblitus eſt, idque veneficiis & cantionibus Ticuiæ factum eſſe dicebat.

Cāntiūncŭla, diminutivum, { φδιάριον. Angl. *A ſonge of light matters.* } Cic. 5. *de finib.* Vidit Homerus probari fabulam non poſſe, ſi cantiunculis tantus vir irretitus teneretur.

Cānor, oris, eſt elegantia quædam, ac conſonantia. { זמרה *zimrâh.* μέλος. Gall. *Son accordant.* Ital. *Canto, concento, eleganza.* Germ. Ein lieblicher/ zuſammen ſtimmender thon. Hiſp. *Canto accordado, lindeza, gala ò gentileza.* Angl. *Melodious ſinging.* } Ovid. 5. *Metam.*

*Nec tamen ille canor mulcendas naribus aures.*

Virg. 4. *Georg.*

——— *namque morantes*
*Martius ille æris rauci canor increpat.*

Cānōrŭs, a, um, adjectivum, Vocalis, ſonorus. { λιγυρὸν φθόγγον μεγαλόφωνον. Gall. *Reſonant, doux, & accordant.* Ital. *Sonoro, canoro.* Germ. Wolklingend/ voelſingend. Hiſp. *Coſa que mucho ſuena ò reſuena.* Angl. *Lowde, ſhrill.* } Plaut. *in Pœn.* Canora hic voce tinnire temperent. Cicer. *de ſenect.* Omnino canorum illud in voce ſplendeſcit. Virg. 6. *Æneid.*

*Threïcia fretus cithara, fidibuſque canoris.*

Cānōrōsŭs, a, um, idem. { Angl. *Shrill.* } Gellius, Collectámque coactámque vocem, & magis claros, canoroſoſque ſonitus facit.

Cāntilēnā, Carmen, canticum. { זמרה *zemirâh.* μελῳδία, ᾠδή. Gall. *Chanſon.* Ital. *Canzone.* Germ. Ein geſange ein lied. Hiſp. *Cantion, canto.* Angl. *A ſonge.* } Cic. 1 *de Orat.* Neque ex ſcholis cantilenam requirunt. ¶ Accipitur & pro verborum jactatione, denuntiatione, & rumore. { Angl. *A ſpeache or tale commenelie uſed, a rumour.* } Brutus *ad Cic. lib.* 11. Nam de tuo periculo, crede mihi, jactatione verborum, & denuntiatione periculi ſperare eos te perterrefacto, adoleſcente impulſo, poſſe magna conſequi præmia, & totam iſtam cantilenam ex hoc pendere, ut quamplurimùm lucri faciant. Cantilena rhetorica, Gell. *c.* 19. *lib.* 10. ¶ Cantilenam eandem canis, τὸ αὐτὸ ἀεὶ λέγειν. De eo qui moleſtus eſt ſæpiùs eadem inculcans: nihil enim odioſius, quàm quod ſemper idem eſt. Dotio *in Phormione Terent.*

Cantilenoſus, cantans. Sidon.

Cāntĭcum, propriè eſt elegans & laſcivus cantus. { שיר *ſchir.* ᾠδή. Angl. *A balade, the ditte or matter of a ſonge.* } Quintilianus *cap.* 14. *lib.* 1, & *cap.* 17. *lib.* 2. Sit poëtæ ſectio cum ſuavitate quadam gravis, & non quidem proſæ ſimilis (quia carmen eſt, & per ſe poëtæ canere teſtantur) non tamen in canticum diſſoluta. Idem, Hæc cantici quiddam habent. Item, Cantico deſaltato abiit: id eſt, fabula & tragœdia. Sueton. *in Calig. cap.* 54.

Cāntŏr, & Cantrix, verbalia, qui, vel quæ canit. { שר *ſchar.* ψαλτὴς, ᾠδός. Gall. *Chantre.* Ital. *Cantore.* Germ. Ein ſinger / oder ſine gerin. Hiſp. *Cantor.* Angl. *Vehiche ſingeth.* } Plaut. *in Trin.* Cantrices, cistellatrices, nuntii, raptores panis & peni. Varro *lib.* 3. *c.* 5. Aves cantrices. Cic. 1. *de Orat.* Ita & tibi Jureconſultus ipſe per ſe nihil, niſi legulejus quidam cautus & acutus præco actionum, cantor formularum, auceps ſyllabarum. Mentiuntur multa cantores, ψευδῆ ψάλλουσι ᾠδοί. In eos quadrabit, qui ad gratiam loquuntur, & auribus blandiuntur. Inde ductum, quòd cantores hoc modo ſpectantes ut delectent ac placeant, pietaque canunt in laudem auditorum falſa. Arnob. *lib.* 1. *Metaph.* Cantores probos, i. convitiatores. Plaut. *Pſeud. ſc.* 3. *a.* 1.

Cāntŭs, us, à Cano, Cantio, ſymphonia, vocis inflexio. { זמרה *zemiráh*, זמרה *zimráh.* μέλος. *Chant, chanterie.* Ital. *Cantare.* Germ. Ein geſang. Hiſp. *Cancion.* Angl. *A ſonge, ſinging.* } Virg. 8. *Æneid.*

*Tum Salii ad cantus incenſa altaria circum*
*Populeis adſunt evincti tempora ramis.*

Cic. *de Orat.* 2. Qui enim cantus moderata pronuntiatione dulcior inveniri poteſt? ¶ Cantus etiam pro incantatione, ſeu magicis carminibus accipitur. { Angl. *A charme, inchauntment.* } Tibull.

——— *nempe hæc eadem ſe dixit amores*
*Cantibus, aut herbis ſolvere poſſe meos.*

Idem *lib.* 4.

——— *apta vel herbis.*
*Aptáque vel cantu veteres mutare figuras.*

Cānto, as, frequentativum à Cano. { תשיר *teſchir*, שר *ſchâr*, זמר *zimmer.* ἀδω. Gall. *Chanter.* Ital. *Cantare.* Germ. Singen/ eins ſingen. Hiſp. *Cantar.* Angl. *To ſinge.* } Plin. *lib.* 11. *cap.* 26. Mares cantant in utroque genere. Terent. *in Eunuch.* Cantatum provocemus Pamphilum. Plaut. *in Epid.* Conducta veni, ut cantarem fidibus ſeni. ¶ Item Cantare, pro incantare. { Angl. *To charme, to enchaunte.* } Virg. *in Pharmaceutria.*

*Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.*

Ubi Servius, Cantando, dum incantatur. Nam gerundius modus ab omni verbo ſimiliter procreatur: unde modò cantando à paſſivo ait, quum ſuprà ab activo dixerit, Cantando tu illum. Corvus cantat ab læva manu. Plaut. *Aul. ſc.* 3. *a.* 4. Si legis cantas. Quintil. *cap.* 14. *lib.* 1. ¶ Cantare item pro celebrare, tollere laudibus, ἐγκωμιάζειν. Cic. *ad Attic.* Nam, ut ſcis, jam pridem illum canto Cæſarem ¶ Cantare alicui aliquid, pro Sæpius dicere, admonere, inculcare. Plaut. *Trinum.* Hæc dies noctéſque tibi canto, ut caveas. Terent. Qui harum mores cantabat mihi. Ab hoc verbo fiunt Cantatio, ᾠδή. ¶ Compoſita ſunt Accanto, Excanto, Incanto, & Recanto.

Cantabundus Gell. *cap.* 13. *lib.* 9.

Cantamen, incantatio.

Cāntĭto, as, frequentativum à Canto frequentativo formatum. { ᾄδω, ᾄσω. Gall. *Chanter ſouvent.* Ital. *Cantare ſpeſſo.* Germ. Offt ſingen/ oder vnderſchidlich ſingen. Hiſp. *Cantar muchas veces.* Angl. *To ſinge often.* } Terent. *Adelph.* Factarum credo, ut habeas quo cum cantites. Cic. *de clar. Orat.* Ultimam extulerint illa carmina, quæ multis locis ante ſuam ætatem in epulis eſſe cantitata à ſingulis convivis, &c.

Cāntā ūs, participp. { ᾄσθείς. Angl. *Yvich is ſonge, praiſed.* } Statius 1. *Sylv.*

*Aſteris & Battis totam cantata per urbem.*

Cāntā ōr, qui conſuevit canere. { שר *ſchar*, תשורר *meſchórer.* ἀοιδὸς, μουσικὸς. Gall. *Chantre.* Ital. *Cantore.* Germ. Ein ſinger. Hiſp. *Cantor.* Angl. *A ſinging man.* } Mart. *lib.* 13.

*Cantator cygnus funeris ipſe ſui.*

¶ Cantator fidibus, Fidicen, κιθαρῳδὸς. Gell. *lib.* 16. *cap.* 19. Vetus, inquit, & nobilis Arion cantator fidibus fuit.

Cantrix, Tertulliano, & Cantatrix, { משוררת *meſchorerâh.* ψάλτρια. Gall. *Chantereſſe, chanterelle.* Ital. *Cantatrice* Germ. Ein ſingerin. Hiſp. *Cantora.* Angl. *A ſinging woman.* } Claudian.

*Impleret citharas, cantatricesque choreas.*

Cāntāmen, inis, pro incantatione accipitur. { לחש *lachaſch.* γόητευμα. Gall. *Enchantement, enchanterie.* Ital. *Incantamento, incanto, incantesimo.* Germ. Verzauberung. Hiſp. *Obra de encantar de palabras, encantacion.* Angl. *Inchauntment, witcherie.* } Propert.

*O utinam magica noſſem cantamina Muſæ.*

¶ Cantus, us, actus canendi: & ipſum quod cantus. ¶

Cannobus, & cannobitæ, vide *Canopus.*

Canoceriſca, Helxine apud Dioſc. *lib.* 4. *cap.* 41.

Canon κάνων, Tributum erat frumentarium, quod Ægyptus, Africa, & Sicilia populo Romano quotannis pendebant. Aſconius Pædianus ita facit tributorum genera, Canonem, ut in portoriis & vectigalibus: Oblationem, ut in vini diſtractione: & Indictionem, quæ & Collatio, & collecta dicitur à Cic. *lib.* 2. *de Orat.*

Cānōn, is, latinè regula. { קנה. משקרי *miſchkâl. κανών.* Gall. *Regle.* Ital. *Regula.* Germ. Ein regel/ ein richtſcheyt. Hiſp. *Regla.* Angl. *A rule.* } Cic. *ad Tyron.* Sed heus tu, qui κανὼν eſſe meorum ſcriptorum ſoles, unde illud tam ἄκανθος, valetudini fideliter inſerviendo? Plin. *lib.* 34. *cap.* 8. Fecit & quem Canona artifices vocant, lineamenta artis ex eo petentes, velut à lege quadam. ¶ Canon etiam ipſum ſcuti, in quod brachium immittitur.

¶ Canonicæ, Communicatoriæ, Formatæ, Formales epiſtolæ, quæ etiam certâ formulâ concipiebantur, quia in legem erant tranſituræ. Scriban. ¶

¶ Canonicon, tributum ordinarium. Canonicarii, exactores, qui canonem & exactionem exigebant. Buleng. ¶

Canonicus, a, um, κανονικὸς, ἡ, ὸν, ad canonem pertinens.

Canor, Canorus, Canoroſus, vide *Cano.*

¶ Canonizo, as, κανονίζω, ad canonem examino, forma tanquam per canonem ſancio & approbo. ¶

Cānōpĭcum, Zeugitanæ regionis, quæ propriè Africa, & Minor Africa Plinio dicitur, oppidum eſt, eodem authore *lib.* 5. *cap.* 4. ¶ Eſt item Canopicum unum ex Nili oſtiis Africæ proximum, quo Ægyptus à Libya Mareotica diremitur. Plin. *lib.* 5. *cap.* 10. { Germ. Eins auß den außgängen des fluß Nili. }

Cānōpītanum, oppidum liberum Zeugitanæ regionis, ſive Africæ minoris. Plin. *lib.* 5. *cap.* 4.

Cānōpus, κάνωβος. Suidæ, civitas Ægypti, diſtans ab Alexandria CXX. ſtadiis, ex qua ortum ferunt Claudianum poëtam; dicta quaſi Canobus, à Canobo Amyclæo Menelai navis gubernatore, ibi ſepulto. Nam devicta Troia in Ægyptum vi ventorum delatus cum Helena, gubernatorem ictu ſerpentis, quem Hæmorrhoidem vocant, amiſit, in ejúſque memoriam urbem condidit, relictis ibi iis, qui ad navigandum inutiles erant. Hæc ſalubris ætas benignumque homines alitur. Juven. *Satyr.* 15.

——— *Sed luxuria quantum ipſa notavi,*
*Barbara famoſo non cedit turba Canopo.*

Virg. 4. *Georg.*

*Nam qua Pellæi gens fortunata Canopi*
*Accolit effuſo ſtagnantem flumine Nilum.*

Vulgò *Damieta.* Canopi luxuria, Senec. *epiſt.* 51. ¶ Eſt ibi Nili oſtium, quod Canopicum, κανωβικὸν στόμα vocant: cujus meminit Strab. *lib. ult.* Plin. *lib.* 5. *cap.* 10. Pompon. *lib.* 1 Ammianus *lib.* 22. Sunt exemplaria quædam in quibus Canobum & Canobitas legimus. ¶ Eſt præterea Canopus ſyderis nomen, cujus meminit Plin. *lib.* 6. *cap.* 22. in deſcriptione Taprobanæ inſulæ.

Cānōbītæ, qui Canopum habitant.

Cānōpĭcus, a, um, poſſeſſivum à Canopo. Vatto, Nobis Sarpedæ videmur, quum ſimus Canopici.

¶ Canſtrĭnus, curator penuarii inſtrumenti, & veſtiarii Patriarchæ. Item Palatinus fuit. Buleng. ¶

Cāntă, pro cantata veteres uſi ſunt. Feſtus.

Cāntăbri. { ουασκωνες, vulgò, *Vizcaya, y Guipuzcoa.* } Hiſpaniæ Tarraconenſis populi ſunt, Aſturibus finitimi: à vocabulo Urbis, & Iberi amnis, cui inſidunt, appellati, à quibus proximus Oceanus Cantabricus appellatur. Hi efferi ſunt, & nullam vitam ſine armis eſſe exiſtimant. Silius Ital. *lib.* 3.

*Cantaber ante omneis hyemiſque, eſtúſque, famiſque*
*Invictus.*

Ex mox,

*Nec vitam ſine Marte pati: quippe omnis in armis*
*Inviti cauſa ſita eſt, damnatum vivere pati.*

¶ Cantabrotum regio Cantabria, καντωβρία dicitur. Memoriæ proditum eſt, Cantabros ſolitos canere pæana lætitiæ ſuffixos cruci ab hoſtibus. vide Iſidor. *lib.* 9. *cap.* 2.

Cāntăbrĭcŭs, a, um: ut Cantabria gens.

Cāntăbrĭcus, a, um: ut Cantabricum bellum, & Cantabrica herba: de qua Plin. *lib.* 25. *cap.* 8.

¶ Cantabrum, purgamentum farinæ, cibus caninus, ſtabulum.

Cantabrari, qui cantabrum geſtabant. Gl. A. L.

Cantabulum, ſtabulum. Gloſſ. vet. Suprà habuimus *Canabulum*, pro ſtabulo: An fortè eſt Canum ſtabulum?

Cantacium,

Cantaeium, ſcripium, L. gr. b.
Cantarus, κάνθαρος, urbs Cretæ, Steph. ex.
Cantarus, Poëta comicus Atheniensis, cujus ferunt fabulæ nonnullæ positæ à Suida.
Cāntārus, vide *Cantharus*.
Cantēs, pluralis numeri tantùm, & fœminini generis. Fistulæ sunt organorum.
Cāntātor, Cantatrix, Cantatio, vide *Cano*.
Cānthărias, gemmæ species, quæ scarabæorum effigiem habet: quippe Græci κανθάρους vocant scarabæos. Plin. *lib.* 37. *cap.* 11.
Cānthăris, cantharidis. ξ καν θαρίς. Gall. *Cantharide, ver ou mouche verte & venimeuse.* Ital. *Cantarella verde & lucida come oro, che si pasce sui rovisticci.* Germ. Ein baumwurm grün und goltgälb. Hisp. *Abadejo, animal pequeño ponçoñoso.* Angl. *A green worme venimuse and shyning like gold.* ξ Musca viridis, auri colore fulgens, in summitate ramorum fraxini & olivæ nascens. Cantharides inter venena numerantur, & vi caustica corpori admotæ vesiculas excitant. Ovid.

*Cantharidum succos, dante parente, bibat.*

Plin. *lib.* 29. *cap.* 4. In cantharidibus magna quæstio: quoniam ipsæ venena sunt potæ, vesicæ cum cruciatu præcipuo. Cic. *ad Patrum lib.* 9. Caius accusante L. Crasso cantharidas sumpsisse dicitur. Cantharidum purgatarum (nam certæ partes, ut caput, eximuntur, ut docet Dioscorides) meminit Celsus *lib.* 5. *c. de papulis.* ¶ Cantharis etiam à quibusdam appellatur herba, quæ καπνὸς Dioscor. Latinis Fumaria, & Officinis *Fumus terræ* dicitur.
Cantharolechītos, καθαρολήκυθος, locus Thraciæ exiguus, à canthari exitio dictus, quòd ibi ex omni animalium genere solus necetur cantharus.
Cānthărus, κάνθαρος, Poculum quod Baccho tribuitur, sicut Scyphus Herculi: à cantharo, navigii genere. ξ Angl. *A huger great pot to drinke in.* ξ Datur cantharus, bibi. Plaut. *sc.* 1. *a.* 5. Cantharo mulsum date. Item *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Melior bellator cantharo. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 1. & *Pseud. sc.* 4. *a.* 4. & *sc.* 1. *a.* 5. & *Mostell. sc.* 4. *a.* 1. Plin. *lib.* 33. *cap.* 11. C. Marius post victoriam Cimbricam cantharis potasse, Liberi patris exemplo traditur. Virg. *Eclog.* 6.

*Et gravis attrita pendebat cantharus ansa.*

Nonius *cap.* 15.
Ulpianus scribit Cantharos esse, per quos aquæ saliunt. ¶ Et Cantharus piscis nomen est apud Plin. *lib.* 32. *c.* 11. Colum. *lib.* 8. Nam & halecula modò capta, & cantharus, exiguúsque gobio. ¶ Ovidius,

*Cantharus ingratus succo, tum concolor illi*
*Orpheus*, &c.

¶ Est item Cantharus Græcis, quem Latini Scarabæum vocant, ex genere insectorum, qui circa animalium simum ferè versatur, pilulas ex eo conficiens, aversisque pedibus volutans. De hoc multa Plin. *lib.* 11. *cap.* 28. & Aristophanes *in Cantharo*. Vide Cælium *lib.* 8. *cap.* 5. ¶ Æneus cantharus, Αἰνέου κάνθαρος, de magnis & fœdis. Aristoph. ¶ Cantharus pilulam. Adagium est in eos qui castigati sæpiùs, nihil proficiunt: sed quod pertinaciter semel arripuerunt, pertinaciùs fovent. Quod enim est animali ingenitum, nullis prorsum arte viceris. Ductum adagium à pilulatorum, id est orbiculatorum stercorum illa volutatione, quæ est cantharis admodum familiaris. Cælius *lib.* 8. *cap.* 5. ¶ Est item Cantharus, celeste signum in Aquario, ex tribus constans stellis. ¶ Cantharus item Comicus Atheniensis fuit, cujus scripta memorantur à Suida.
Canthele, κανθήλη, urbs Phœnicum. Steph.
Canthella, κανθέλια, urbs juxta Carthaginem.
Canthelius, genus est vasis. L. gr. b.
Cantherius, ut author est Varro, mons in Sabinis.
Cānthērium, κανθήριον, vehiculi genus, de quo Senec. *epist.* 87. M. Cato Censorius cantherio vehebatur Æthiopico.
Cānthērĭus, ξ κάμηλος ἡμίονος. Gall. *Chantier ou chevron.* Ital. *Cantbiere.* Germ. Ein gehel der räben. Hisp. *Percha de la parra.* Angl. *A rayle or barre, a king of instrument in a vineyarde.* ξ Genus jugi in vinea, de quo Colum. *lib.* 4. *cap.* 12. Itaque aut veteres, ne novæ radicem agant, arundines binas singulis vitibus applicabimus: aut si regionis conditio permittit, vetera deponemus hastilia, quibus annectuntur singulæ transversæ pertícæ in imam partem ordinis: quod genus jugi Cantherium vocant rustici. ¶ Cantherius equus, ξ ἵππος τμηθείς. Gall. *Cheval chastré, hongre.* Ital. *Cavallo castrato.* Germ. Ein roß dem verschnitten ist, ein münch. Hisp. *Caballo castrado.* Angl. *A geldin, or gelded horse.* ξ Cui testes amputati sunt, ut fiat mansuetior. Festus verb. *Cantherius*: ubi alit hoc distare ab equo, quod majalis à verre, caput à gallo, vervex ab ariete: est enim equus cui testiculi amputantur.
Cantherio vehebatur Cato, Seneca *epist.* 88. mox caballo. Varr. *cap.* 7. *lib.* 2. *de R. R.* Et idcò quòd semine carent, ii Cantherii appellantur: distat ab equo, sicut capus à gallo. ¶ Cantherii item dicuntur qui subjici solent à fabris materiariis, dum moles arborum secant: vulgus *Caballos* vocat. ¶ Item Cantherii trigæ dicuntur. Vitruv. *lib.* 1. Et cantherii prominentes ad extremam inclinationem. Supra cantherios templa. ¶ Item Cantherius, ut author est Varro, mons est in Sabinis.
Cānthērĭŏlus, diminutivum, pro parvo pedamento. ξ κανθήριον, ξύλον. Angl. *A litle rayle or barre.* ξ Colum. *lib.* 11. *cap.* 3. Deinde quum fecerint caulem, humilioribus quasi cantheriolis interpositis, rigorem stylorum conservato, &c. ¶ Apud eundem Columellam sunt in cepinis, id est, ceparum locis, munimenta quædam ceparum, ne thalli earum à ventis prosternantur. Sicut in rapinis etiam cantherii, quum operiuntur rapæ, ut à pruinis semina defendantur. Cælius *lib.* 8. *cap.* 4.
Cantherinus, a, um, adject. Plaut. *in Men. sc.* 4. *a.* 2. Certè hæc mulier cantherino ritu altans somniat. Solent enim equi somniare, authore Plin. *lib.* 10. *cap. ult.* Cantherinum hordeum. Colum. *lib.* 2. *cap.* 9. Proximus est his frumenti usus hordei, quod rustici hexasticum, quidam etiam cantherinum appellant. ¶ Cantherinum lapathum, Latini Rumicem appellant. Plin. *lib.* 20. *cap.* 21.
Cānthĕrĭus, a, um. Col. *lib.* 5. Quæ pedamentibus adnixæ singulis jugis imponuntur, eas turrices cantheriatas appellant.
Cānthŏs, i, ξ חפק *chisrhuk.* ναῦς. Gall. *Le fer du tour d'une rone, les bandes d'une rouë.* Ital. *Il ferramento che va intorno à una ruota.* Germ. Ein eysin schinen der rädern. Hisp. *Cincho de la rueda de carreta.* Angl. *The strake of a carte, the yron wherewith, the carte wheeles ar bounde.* ξ Vide Quintil. *cap.* 9. *lib.* 1. Ferrum quo rotæ extremitates vinciuntur. Persius,

*Pertentem sese frustrà sellabere canthum.*

¶ Canthos etiam Græci angulos oculorum vocant.
Cānthus, Abantis filius fuit, qui ab iis, qui Argonautæ scripserunt, numeratur inter Argonautas.
Cantia, Regio ubi civitas est Cantuaria.
Cāntĭcŭbis, κανθικὸν βῆμα. Ptol. *lib.* 2. *cap.* 11. Urbs est Germaniæ ad Albim fluvium, quæ vulgò *Hamburga* dicitur.
[ Cantier, margaritæ in margaritis, L. gr. b. ]
Cantĭcum, Cantilena, Cantio, Cantito: vide *Cano*.
[ Cantĭtas, ποσότης. Sic vet. Lex. Græcol. scribit, pro Quantitas. ]
Cantium, κάντιον, vulgò *Kent*, apud Ptol. *lib.* 2. *c.* 3. Britanniæ est promontorium, à quo regio ipsa Cantia dicta est, & civitas Cantuaria vulgò *Cantuberi*.
Canto, Cantus, vide *Cano*.
Cantuaria, Angliæ urbs.
Cantulla, ornamentorum fuit aureum, vel argenteum, quod in basilicis dicabatur.
[ Canturio. Legitur apud Fest. *in Dapnades*. Ibi quidam pro *Canturiendo*, substituunt *Cantitando*. Sed *Canturio* probum verbum est: nam & Gloss. Philox. habet *Canturit*, ψαλλίζει. ]
C. Canuleius, Tribunus plebis, rogationes duas tulit, ut connubia plebis cum patribus essent communia, & ut alter Consul de plebe crearetur. Orationem ejus adversùs Consules vide apud Livium *lib.* 4.
Cānŭs, a, um, cui canent, sive albent capilli præ senectute. ξ שיב *sâb.* πολιός. Gall. *Chenu, grison, qui a les cheveux blancs.* Ital. *Canuto, bianco.* Germ. Grau / oder weiß von alter. Hisp. *Blanco ò cano de cabellos.* Angl. *Hoare, grayser age.* ξ Plaut. *in Asin. sc.* 2. *a.* 4. Cano capite te cuculum uxor ex lustris domum rapit. Idem *in Bacch.* Cano capite, atque alba barba. ¶ Transfertur & ad alia: ut, Cani montes, albi ex nive.

*—— canas nivem hausit aquas.*

Ovid 3. *Fast.*

*—— canas producis aristas.*

Idem *Eleg.* 6. *lib.* 4. *Trist.* Cana fides. Virg. 1. *Æneid.* Cana fides & Vetta. Ubi Nonius, Canam fidem, veterem, & antiquam accipere tatur. ¶ Cana veritas. Varro *in Eud.* Et ecce de improbo accidit cana veritas, Atticæ philosophiæ alumna.
Cāni, orum, substantivè, pluraliter tantùm. ξ שיבות *sebâb.* πολιαί. Gall. *Blancs cheveux, grisons, chenus.* Ital. *I capelli canuti.* Germ. Graue haar. Hisp. *Las canas de la cabeça.* Angl. *Gray or whyte heares.* ξ Capilli albi in capitibus senum. Cic. *de senect.* Non cani, non rugæ repentè authoritatem afferre possunt.
Cana fides, antiqua senectus. Ibidem Sidonius,

*I nunc, & veteris profer præconia Tulli*
*Æra cana patrum, quod pulchro bortamine mendax*
*Occuluit refugi nutantia fœdera Meti.*

Vide me in sextum Æneidos, i. Cerda.
Cānĕo, es, ui, propriè de capillis dicitur in senibus, quum albescunt. ξ שב *sâb.* πολιόω. Gall. *Grisir, grisonner, devenir chenu & blanc.* Ital. *Venir canuto.* Germ. Grau werden. Hisp. *Encanecer.* Angl. *To have gray heares.* ξ Per translationem de aliis etiam rebus quæ capillorum canitiem imitantur. Canent herbæ, hoc est, albæ sunt, matutino rore aspersæ. Virg. 3. *Georg.*

*Lucifer ubi primus equos divexerit arvis*
*Campanus, dum mane novum dum gramina canent.*

Idem 2. *Georg.*

*—— & glauca canentia fronde salicta (ubi)*
*Canuerint herbæ rore recente quater.*

Ovid. 3. *Fast.* & *Eleg.*..... *lib.* 5. *Trist.*
Cānĕsco, is. Canus fio: & propè de senibus dicitur, quum capilli eorum in albedinem vergunt. ξ שב *sab.* πολιόομαι τὸ τρίχωμα. Gall. *Grisonner, devenir chenu & blanc.* Ital. *Divenire canuto.* Germ. Grau oder weyß werden vom alter. Hisp. *Encanecer.* Angl. *To waxe gray, or have white heares.* ξ ¶ Per translationem autem accipitur pro senescere: & de aliis rebus quàm hominibus dicitur. Cic. 1. *de Legibus*. Quercus huic loco non deerit, quæ Mariana dicatur (& æque, ut ait Scævola) de fratris mei Mario, canescet seculis innumerabilibus. Idem *de clar. Orat.* Quúmque ipsa oratio jam nostrâ canesceret, haberétque suam quandam maturitatem, & quasi senectutem.
Cānĭtĕs, & Canitudo, Capillorum albedo, qualem in senibus conspicimus. ξ שיבה *sebâh.* πολιότης. Gall. *Blanchissure de cheveux, blanche vieillesse, quand l'homme est chenu & trisson.* Ital. *Bianchezza, canutezza.* Germ. Graue oder weysse. Hisp. *Canas de los cabellos.* Angl. *Whitnesse of heare for age.* Plin. Et ipsa jam canitie venerabilis. Idem *lib.* 11. *cap.* 37. Canities hominis tantùm & equis.

*Jam mihi canities pulsis melioribus annis*
*Venerat.*

Ovid. *Eleg. ult. lib.* 4. *Trist.* Plaut. Stultus est adversùs ætatem & capitis canitudinem. Varro *Aboriginum*, Sed neque verulus cantherinus, quàm novellus, melior: nec canitudini comes virtus.
Canum, vetus, antiquum. Varro.
Cānŭsĭnus, vide Canusium.
Cānŭsium, κανούσιον, Apuliæ oppidum ad Aufidum fluvium, lanificæ lanæ ferax, quæ Canusina dicitur, cujus color fuscus. Vulgò *Canosse.*

Cānŭsĭnārĭus,

Canusinatus, dicitur qui est indutus Canusina veste. Suet. *in Ner. cap.*30. Mart. *lib.*9.

*Vt canusinatus nostro Syrus asserè sudet.*

Canusinæ, fuscæ vestes, *Epig.*127. *lib.*14. rufæ, *Epigr.*129. *lib.*14.

Canytis, Κανύτις, urbs Syrorum magna. Steph.

¶ Capa, vestis strangulæ genus. ¶

Capæ Κάπαι, urbs Hellespontí, Steph.

Căpācĭtās, vide *Capio.*

¶ Capana, vilis casa, vel domus paleâ cooperta. ¶

Căpāneŭs, per tres syllabas, Καπανεύς, Argivus fuit, qui unà cum Polynice ad bellum Thebanum profectus, quum scalas muris admovere vellet, à Thebanis lapidibus fuit obrutus. Hinc factus est locus fabulæ, Capaneum, quum deorum contemptor esset, à Jove fulmine esse percussum. Veget. *lib.*4. *de re militari*, Qui scalis (inquit) in obsidione urbium utuntur, frequenter periculum sustinent, exemplo Capanei, à quo primùm scalatum oppugnatio perhibetur inventa: qui tanta mole lapidum fuit obrutus à Thebanis, ut fulminibus dicatur extinctus. Unde Ovid. *lib.*4. *Trist.*

*Quum cecidit Capaneus subito temerarius illo.*

Căpāneŭs, a, um, adjectivum tetrasyllabum, Καπανεύς: ut, Capanea pinus, apud Statium 8. *Theb.*

——— *Capaneáque pinus*
*Iam procul Aonio volet agnoscenda catervis.*

Căpāpēĭŭs, a, um, aliud adject. Statius 12. *Thebaid.*

——— *ausa mste alius Capaneia conjunx.*

¶ Capapellis, capa cum pelle. Dict. vet. ¶

Capara, urbs est Hispaniæ, in tractu Lusitaniæ, apud Ptolemæum *lib.*2. *cap.*5.

Capastite, à Plin. *lib.*5. *cap.*9. numerantur inter Ægypti præfecturas, quas vocant Nomos.

Capax, vide *Capio.*

CXpe no, inis, vas in sacris usitatum, à capiendo dictum. { יסוד *fam.* Κάπαξ. Gall. *Vn grand vaisseau, qui n'est de grand valeur, & servoit aux sacrifices.* Ital. *Vaso da sacrificj.* Germ. Ein groß werd geschirr. Hisp. *Vaso para sacrificar.* Angl. *A great vessel of great value that serveth in sacrifices.* } Plin. *lib.*37. *cap.*2. Sed Nero, ut par erat, princeps vicit omnes, quadringentis sestertiorum millibus capedinem unam parando. Cic. *in Paradox.* Minusne gratas diis immortalibus capedines ac fictiles urnulas fuisse, quàm delicatas aliorum pateras arbitramini?

Căpēdŭncŭlă, diminutivum. Κανθαρίσκος Gloss. Cic. *de nat. deor. lib.*3. Docebo meliora me didicisse de colendis diis immortalibus jure pontificio, & more majorum capeduncula, quas Numa nobis reliquit.

Căpēlla, vide *Caper.*

Căpēnă, Oppidum vicinum Romæ, juxta fontem Ægeriæ. ¶ Capena porta Romæ, à Capena urbe, quam Italus rex ædificavit, ut inquit Solinus. Hæc etiam porta Appia dicta est, per quam Capuam itur: ut Frontinus *lib. de Aquæduct.* ¶ Dicta est & triumphalis, quòd triumphantes per eam pontificum in urbem invehi soleant. Hodie porta *D. Sebastiani* vocant.

Căpēnās, ātis. Fluvius qui Feroniam præterlabitur. Silius *lib.*13.

CXpĕr, pri, mas castratus in genere caprino. { יץ *hez.* יחיד *tsaphir.* τράγος. Gall. *Vn bouc chastré.* Ital. *Caprone.* Germ. Ein beilbock. Hisp. *El cabron ò chibro castrado.* Angl. *A male goat gelded.* } Matt.

*Dum jugulat hircum, factus est ipse caper.*

Nam Virg. impropriè Caprum pro hirco posuit, quum dixit,

*Vir gregis ipse caper:*

sicut etiam impropriè brutum animal Virum appellavit. ¶ Dicitur Caper, sive Capra, à carpendis virgultis: rodit enim omne virgultum, & in primis vites, propter quod Baccho immolari caper solebat.

Căprā, quasi carpa, quòd virgulta carpat, vel quod capreæ asperæ, vel à crurum crepitu. Unde & Crepas eas antiqui vocabant. { יץ *hez.* αἴξ. Gall. *Chevre.* Ital. *Capra.* Germ. Ein geiß. Hisp. *Cabra.* Angl. *A she goate.* } Pallad. *de re rust. lib.*2, *cap.*3. Studiosè enim de agrestibus fruticibus pascuntur, atque in locis virgulta carpunt: itaque à carpendo Capræ nominatæ. Capra commixta, apud Plaut. *in Mostell.* id est, quæ initur, & tunc hircum olet. ¶ Matris ut capra dicitur, τῆς μητρὸς ὡς αἴξ κακόδους. In spurios dictum videtur, quorum pater incertus est, eáque graria à matre denominantur. Dictum ab hœdis, qui in caprilibus à matre dignoscuntur: nam à patribus haud quaquam possis. Potest & in jocum verti proverbium, veluti si quis per lusum neget se patrem agnoscere, matrem scire, τῆς μητρὸς ὡς αἴξ κακόδους: id est, Matris velut capra vocor. ¶ Capra ad festum, αἴξ πρὸς τὴν ἑορτὴν. Dici solitum ubi quis in tempore ad negotium aliquod accederet: aut ubi quis commodè in suam perniciem offert sese. Nam in festis, maximè Bacchi, capram immolabant. Refertur à Plutarcho. Liberæ capræ ab statu, ἐλεύθερον αἶγας ἀφέλεσθαι. Hemistichium est heroici carminis proverbiale, dictum olim ab iis qui se ab onere quopiam, aut molestia liberatos gloriarentur. ¶ Est etiam Capra signum cœleste, quæ (ut poëtis placet) Amaltheæ capra fuit, cujus lacte educatus est Jupiter: quare postea rerum potitus, inter astra eam collocavit. Col. *lib.*11. *cap.*2. Decimo Calend. Jan. Capra occidit manè, tempestatem significat. ¶ Capram cœlestem oscitantem conspexerunt, αἶγα τὴν οὐρανίαν ἐσπουδακυῖαν ἰδόντες. Hoc dici solitum in eos, quibus omnia feliciter, æque animi sententia succederent, propterea quòd antiquitus opinione vulgi comprobatum est, qui capram illam Jovis altricem, & ob id in syderum relatam numerum, conspexissent, quicquid votis concepissent, ejus compotes futuros.

Căprēllă, diminutivum à capra. { χιμαιρίσκη. Gall. *Chevrette, petite chevre.* Ital. *Capretta.* Germ. Ein geißlin/ ein gißlin. Hisp. *Cabra pequena.* Angl. *A yonnge goate.* } Colum. *lib.*7. *cap.*6. Anniculæ, vel binæ capellæ (nam utraque ætas partum edit) submuti hœdum non oportet. Virg. *Eclog.*3.

*Tityre pascentes à flumine rejice capellas.*

¶ Est etiam stella. Plin. *lib.*18. *cap.*31. Quinto Idus Septembris *Calcpini pars* {. Cæsari capella oritur vesperi.

¶ Capellanus, qui capellæ præest, etiam Græcis πρωτοπαπᾶς. ¶

Capis: vide *infrà.*

Căprārĭŭs, cultos, exercitóque capratum. { αἰπόλος, αἰγοβοσκός. Gall. *Gardeur de chevres, chevrier.* Ital. *Capraio.* Germ. Ein geitbirt. Hisp. *Cabrerizo que guarda cabras.* Angl. *A keeper or feeder of goates.* } Varro 1. *de re rustica, cap.*3. Is enim quum in suburbano haberet agrum jugerum mille, & à caprario quodam, qui adduxit capellas ad urbem, denarios sibi in dies singulos dare audisset, &c. Columel. *lib.*3. *cap.*10. ¶ Caprarius in æstu, αἰγοβοσκὸς τὸ καύσωνος. In hominem insaniæ, aut etiam intempestivæ libidinis dicitabatur. Nam his horis caprarii, dum seductis gregibus in umbra latitare, lasciviæ solitis scribuntur. Authores Zenodotus, & Suidas.

Căprēă, { צבי *tsebi) ab.* δρυώπης, ἀπὸ τοῦ ὁρᾶν, id est, à videndo. Gall. *Chevre sauvage.* Ital. *Capra salvatica.* Germ. Ein reh/ ein rehbock. Hisp. *Cabra montes.* Angl. *A wilde goate.* } Animal sylvestre, non solùm videns, seu perspiciens acerrimè, sed & alios visum præbens. Asserunt enim medici hunc animali intra viscera humorem quendam inesse, qui caliginem depellat oculorum, & obtusiores quosque visus exacuat. Meminit Martialis *in distichis:*

*Pendentem summa capream de rupe videbis,*
*Casuram speres, decipit illa canes.*

¶ Nonæ caprotinæ, à caprifico sacrificio nuncupatæ, de quo Macrob. 1. *Saturnal. cap.*11. Vel à morte Romuli, quòd eo die exeuntes Romani apud paludem Capreæ sacrificarent, ut tradit Plutarch. *in Romulo.* Unde dicitur ad capream paludem raptus Romulus: Ovid. 2. *Fast.*

*Est locus, Antiqui Capreæ dixêre paludem:*
*Fortè suis illic Romulus æquor dabat:*
*Sol fugit, & removent subeuntia nubila cœlum,*
*Et gravis effusis decidit imber aquis:*
*Hinc tonat, hinc missis abrumpitur ignibus æther,*
*Fit fuga, Rex patriis Astra petebat equis.*

Caprearum genera vide apud Plin. ¶ Est & Caprea vitis, dicta (ut inquit Varro) quòd pariat capreolum. Ne caprea contra leonem, μὴ αἴξ κατὰ λέοντος δρομεύς, hoc est, ne longè inferior cum potentiore decertes. Diogen. & Suidas. Capreæ prius jungentur lupis: de re dicitur incredibili. Horat. 1. *Carm. Ode* 33.

——— *prius Apulis*
*Jungentur capreæ lupis,*
*Quàm turpi Pholoë peccet adultero.*

Caprĕŏlŭs, i, diminutivum à Capreus { צבי *tsebi.* δρυώπης. Gall. *Petit chevreul sauvage.* Ital. *Capreolo.* Germ. Ein rehböcklin/ ein reinböcklin. Hisp. *El hijo de la cabra montes.* Angl. *A litle wilde kid or roe, a roebucke.* } Virg. *Eclog.*2.

*Præterea duo, nec tuta mihi valle reperti*
*Capreoli: sparsis etiam nunc pellibus albo.*

¶ Sunt etiam Capreoli, claviculi intorti in vitibus, & veluti quidam cincinni in tenuioribus pampinis apparentes, quibus vitis, veluti manibus quibusdam adminicula complectitur. { αἱ τῶν ἀμπέλων ἕλικες. Gall. *Les petits tenons de vignes, dequoy elles se tiennent, lient & entortillent entour quelque chose pour s'aider à monter plus haut.* Ital. *I vicini cioe tralci con che le viti se legano à i pali & intra se.* Germ. Die gabln so an den reygenden wachsen. Hisp. *Carcillas à tijeretas de la vid.* Angl. *The tendred of a vine where with hit taketh holde erwinneth about some thing.* } ¶ Præterea Capreolus, instrumentum rusticum est bicorne. { Gall. *Instrument de fer, qui a deux cornes, pour mouvoir & rompre la terre.* Ital. *Instrumento à modo d'una zappa con dei denti da cavar à piedi delle viti.* Germ. Ein karst. Hisp. *Azada de dos dientes para cavar.* Angl. *An instrument of yron serving a vinez to digge with and hath two forkes.* } Colum. *lib.*11. *cap.* 3. Vere deinde prius quàm cœperit germinare, capreolis (quod genus bicornis ferramenti est) terra commoveatur. Capreoli, ἐπίκωπα, rigilia sunt apud Vitruv. *in descript. catapultæ*, fastigiata, & in columellam suis capitibus nitentia, eámque hinc inde firmantia ne nutet, aut vacillet. ¶ Capreolus, etiam dictio tectonica. Cæsar 2. *bel. civ.* dux primùm trabes in solo æquè longæ, distantes inter se pedes IIII. collocantur, inque eis columnellæ pedum in altitudinem V. defiguntur: has inter se capreolis molli fastigio conjungunt.

Caprīgĕnĭs, a, um, quod est ex caprarum genere. { αἰγογενὴς. Gall. *Qui est du genre des chevres.* Ital. *Di specie di capra.* Germ. Von dem geschlecht der geißen. Hisp. *Cosa de linaje de cabras.* Angl. *That is of the kind of goates.* } Plaut. *in Epid.* Caprigenum hominum non placet mihi, neque pancherinum genus. Cic. ap. Priscian. *lib.*6.

*Caprigeni pectoris custos à gurgite vasto.*

Caprile, Stabulum caprarum. Locus ubi capræ servantur. { αἰγοβοσκεῖον. Gall. *Le lieu ou estable où les chevres logent, parc à chevres.* Ital. *Caprile.* Germ. Ein geißstall. Hisp. *Chibital ò aprisco de cabras.* Angl. *A goate stable.* } Plin. *lib.*28. *cap.*10. Atque in totum difficiliùs se recolligentes à serpentium ictu, in caprilibus optimè convalescant. Item Varro *lib.*2. *cap.*3.

Capritia, ager qui vulgò, Ad capreæ paludes dici solet.

Căprīlis, adject. ut Caprilis casa, apud Eutrop. *lib.*5. *de bel. civil.*

Caprimŭlgus, dicitur qui capras mulget. { αἰγοθώμαξ, αἰγοῤῥάφος. Gall. *Tette-chevre.* Ital. *Quello che molge capre.* Germ. Ein geißmelcker. Hisp. *Ordeñador ò chupador de las cabras.* Angl. *That milketh goates.* } Catul. Suffenus unus caprimulgus, aut fossor rutilus videtur. ¶ Caprimulgi, Aves sunt merulæ aspectu, aliquanto grandiores, fures nocturni, interdiu non videntur, nec ipsæ vident: intrant pastorum stabula, capratumque uberibus propter suctum lactis advolant, qua injuria emoriuntur ubera. Hos Aristoteles à capratum mammis, αἰγόθηλας vocat. Plin. *lib.*10. *cap.*40.

Caprīnŭs, a, um, quod ad capram pertinet. { αἰγεῖος. Gall. *De chevre, des appartenances de chevre.* Ital. *Caprigno, di capra.*

GERM. Geiſſin. HISP. *Coſa de cabras.* ANGL. *Of goates, or belonging to goates.* } ut Caprinus grex, Liv. 1. *bell. Pun.* Caprina pellis, Cic. 1. *de nat. deor.*

Caper, Strab. *lib.* 12. fluvius eſt, qui Laodiceam Cariæ urbem cum Lyco & Asopo alluit. Plinio Caprus dicitur.

Capripēs, capripedis, αἰγίποδες, αἰγόποδες, qui pedes caprinos habet. Propert. *lib.* 3. *Eleg.* 17.

*Capripedes calamis Panes hianta canent.*

Capriſcōrnūs, ‖ & Capriſicus, vide ſuo loco. ‖

Cāspĕro, as. Frontem ægris contraho, & alperitatem vultus oſtendo. ‖ חרה *chabáh*, קמט *kamát*, ἐρίνειν τὸ ὄφρυς, GALL. *Rider, refrongner.* ITAL. *Creſpar la fronte.* GERM. Die ſtirnen rumpfen / faure vnd ſchrumlich ſehen. HISP. *Rugar la frente.* ANGL. *To make wrinckles in the forehead or browes, to frowne, to lowre.* } Quod à criſpis caprorum frontibus, vel à cornuum caprinorum ſimilitudine factum eſt, inquit Feſtus. Unde & Caperatum, rugoſum dicitur, τετριμμένον. Plautus, Quid illud eſt, quòd illi caperat frons ſeveritudine? Varro *Enmenidibus*, Quin mihi caperatam tuam frontem Strobile omittis.

Cāpĕllo, vide *Capio.*

Cāpētus, Albanex fuit, Capyos filius, & Tyberini pater.

Cāphārĕus, triſſyllabum, τὸ Καφηρεύς, Euboeæ mons altiſſimus, verſus Helleſpontum, ad quem Græcorum claſſis à Troia rediens Nauplij dolo magna ex parte alliſa, naufragium fecit. Nam quum ab Ulyſſe Palamedes ejus filius proditionis falsò accuſatus, iniquo Græcorum judicio eſſet interemptus, Nauplius ut injuſtam filii necem ulciſceretur, obſcuris nocte redeuntibus Græcis ex Caphareo promontorio ignem oſtendit: unde illi portum arbitrantes, impegerunt in ſcopulos.

Cāphārĕūs, a, um, tetraſſyllabum, Saxa Capharea. Propert. *lib.* 3.

*Saxa triumphales fregêre Capharea puppes.*
*Naufraga quum vaſto Gracia tracta fero eſt.*

Capharnaum, ſeu potiùs Capernaum, καπερναοὺμ, totius Galilææ metropolis fuit, multis Chriſti Servatoris miraculis nobilitata.

Capheris, inter deſertas inſulas, quæ inter Cherſoneſum & Samotracem ſunt, numeratur à Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.

Caphura, κάφυρα, Actio, & Actuario, Indiæ arbor eſt tantæ magnitudinis, ut ſub ſingulis hominum centuriæ poſſent quieſcere. Naſcitur in montibus mari vicinis, materie levi, & ferulacea: gummique exſudat ejuſdem nominis, quod à recentioribus unguentis admiſcetur: cujus longè maximus eſt proventus, quum cœlum fulgetris coruſcat. Officinæ *Camphoram* appellant.

‖ Caphuræleum, camphoræ oleum. L. gr. b. ‖

Caphyæ, κάφυαι, urbs Arcadiæ, à Capy patre Anchyſis, vel à Cepheo. Gentile καφυᾶτις, Caphyates. Steph.

‖ Capiclarius, cuſtos carceris. L. gr. b. ‖

Capidulum, genus veſtimenti (inquit Feſtus) quo caput tegebatur.

‖ Capillago. Tertull. *lib. de anima.* In viventibus etiam pro cerebri ubertate vel affluit capillago, vel deſerit: id eſt, *capillitium.*

Capillamentum, eſt capillorum congeries. Item aliquid ex capillis factum, τρίχωμα, ut eſt περικεφαλαία κώμη, περικώμιον, quod Tertullianus vocat ſutile & texcile capillamentum.

Capillatam, vel capillatem arborem dicebant, in qua capillum tonſum ſuſpendebant. Feſt.

‖ Capillatura, id eſt implicatio capillorum. Capillaturæ ſtructor Tertulliano eſt Ciniflo. ‖

CĂPILLŬS, quaſi capitis pilus. ‖ שער *ſehekar*, κόμη. GALL. *Cheveux ou perruque, poil.* ITAL. *Capillo.* GERM. Haupthaar. HISP. *Cabello de la cabeça.* ANGL. *The heare, of the head, the buſh.* } Capillū reponere & ungues polire. Quintil. Componere capillum. Plaut. *ſc.* 3. *a.* 1.

——— *nec ſcinde capillos:*

Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Triſt.* Cic. *in Piſonem.* Etant illi compti capilli, & madentes cinciunorum fimbriæ. Quamvis & pro omni pilo ſumatur, θρὶξ, Plin. *lib.* 7. *cap.* 2. Oſſibus humanorum capitum bibere, cutibúſque cum capillo pro mantilibus ante pectora uti. Gellius *c.* 1. *lib.* 12. capillum pro hœdino prio poſuit, quum ait: Nam ſi ovium lacte hœdi, aut caprarum agni alerentur, conſtat fetmè in his lanam duriorem, in illis capillum gigni teneriorem. Capillorum affectus novem ſunt, ſcilicet: Contorſio, decoloratio, quaſſatio, fractio, nutrimenti penuria, ἀτροφία, canities, alopecia, fluxio. Contorſio, in extremitate eſt capillorum habitus, & connexio indiviſibilis, adeo ut non poſſint augeſcere crines. Conquaſſatio autem hæc eſt, inæqualis crinium diſſidentia, quæ fit forcipibus combinatis, aut tonſis non diſſimilis. Atrophia, id eſt, nutrimenti indigentia, & vehemens ex defectu gracilitas: propter quam non poſſunt crines creſcere: ξηρασία autem eſt quum lanuginoſa eſt crinium ſuperficies, ſimilis his, qui ſunt pulvere diſceſſi & diſſoluti. Defluxio capillorum eſt decidentia, ſequens plerunque deficientes, aut qui ex morbo longo convaleſcunt. Canities eſt mutatio crinium in albotem ante maturum ætatis tempus. Alopecia, mutatio crinium eſt in candorem, quum crines veteres radicibus excidunt. Ophiaſis eſt mutatio coloris, ſimilis ſuprà dictis, at multò deteriorem, etiam tunc quum tortuoſi fiunt, & capite dividitur.

Cāpillācĕūs, adjectivum. } τριχώδης. GALL. *De cheveux, delié & menu comme cheveux.* ITAL. *Di capillo, ſottile come capegli.* GERM. Zart vnd fein wie haar. HISP. *Coſa de cabellos.* ANGL. *Of heare, made ſmall like heare.* } Plin. *lib.* 12. *cap.* 25. Balſamum tenui & capillacea coma, quod vocant enthereſton.

CĂPILLO, as, are, eſt capillos facere. } τριχίω. GALL. *Faire avoir cheveux, produire cheveux.* ITAL. *Metterſi capegli.* GERM. Haar machen. HISP. *Hazer cabellos.* ANGL. *To cauſe, to have heare.* } Plin. *lib.* 37. *cap.* 11. Polythrix in viridi capillatur, ſed defluvia comarum facere dicitur.

Cāpillātūs, a, um, qui crines longiores habet. } κόμης ἔμμιμος, τριχώλης. GALL. *Chevelu, qui porte longs cheveux, qui a groſſe perruque.* ITAL. *Capigliuto, di lunghi capegli.* GERM. Haarecht / der vil oder langhaar hatt. HISP. *Coſa de luengos cabellos.* ANGL. *Heayie, long heared.* } Cic. *de leg. agr.* Non minus benè nummatus, quàm benè capillatus.

Cāpillāmēntā, dicuntur ipſi capilli. } ציצית *ſiſith*, צמה *ſamáh*. τρίχωμα. GALL. *Chevelure, perruque.* ITAL. *Crini.* GERM. Die haar. HISP. *Los cabellos.* ANGL. *The buſhes of head heare.* } Apul. *lib.* 2. *de Aſin.* Tanta eſt capillamenti dignitas, ut quamvis auro, veſte, gemmis, omnique cæteto mundo exornata mulier incedat, tamen niſi capillum diſtinxerit, ornata non poſſit videri. Plin. *lib.* 21. Herba croci eſt folio angulto, penè in capillamenti modum. Tranſfertur quoque ad herbas & arbores. Col. *lib.* 5. Qui non ſolum in eo errabant, quòd primi anni capillamenta feminum interſta putrebantur, &c. ¶ Capillamentum, quod vulgus falſam perruquam vocat. Suet. *in Calig. c.* 11. Naturam tamen ſævam atque protoſam nec tunc quidem inhibere poterat, quin & animadverſionibus perniique ad ſupplicium datorum cupidiſſimè intereſſet, & ganeas atque adulteria capillamento calatus & veſte longa noctibus nubularet. Galericulum alias Latini dicunt, ex Budæo. ¶ Capillamentum in cryſtallo, rimæ ſimile, pro eo quod gemmarii ſellaturam vocant, accepit Plin. *lib.* 37. *cap.* 2. teſte eodem Budæo.

Cāpillārĕ, hujus capillaris, neut. gen. Retium quo mulieres crines involvunt, } רדיד *redkidh*, τριχάκιον, ἀμπέχονον. GALL. *Une coiffe.* ITAL. *Reticella.* GERM. Ein haubenlein. HISP. *Halvanega, ò capillejo de muger.* ANGL. *A caule to cover the heare or maindes dooe.* } Matt. 5. *lib.* 3.

*Non erubeſcit murice marco nobis*
*Dividere mœca panperis capillare.*

¶ Capillaris, & Capillata arbor appellatur, in quatonſam capillum adoleſcentes ſuſpendebant, quando deponebant comam, Deo eam ſacrantes. Erat in urbe Roma, teſte Feſto, arbor antiquiſſima, quam ſupra trecentos & ſeptuaginta annos duraſſe compertum eſt, quæ *Capillata* appellabatur, quòd Virginum Veſtalium capillos ad eam deferre mos erat: cujus arboris meminit & Plin. *lib.* 16. *cap.* 44.

‖ Capillatura, implicatio capillorum. Aliis, *plicatura capillorum.* Capillaturæ ſtructor Tertulliano eſt *ciniflo*, quod vide. ‖

Cāpillĭtĭum, Capillamentum. } τρίχωμα. ANGL. *The buſh of head heare.* } Sic enim à Capillo Capillitium dicitur, ut à Famulo famulitium, à Satellite ſatellitium. ¶ Capillitium flavum. Apul.

‖ Capillus. Iſid. *lib.* 11. *cap.* 1. Capilli vocati, quaſi capitis pili, facti ut decorem præſtent, & cerebrum adverſùs frigus muniant, atque à ſole defendant. ‖

Cāpillūs Veneris, herba ſic dicta, quòd delapſos poſt alopeciam capillos recreat, ſive quòd capillorum fluores coërceat. } ἀδίαντον. GALL. *Capilli veneris.* ITAL. *Capel venere.* GERM. Maintanten / die man nennet frawenhaar. HISP. *Culantrillo de pozo.* ANGL. *The hearbe venus heare.* } Plin. Adiantum, polytrichon, & callitrichon appellat.

Cāpillāti, Populi inter Alpinas gentes. Plin. *lib.* 3. *cap.* 20. Capillatorum pluta genera ad confinium Liguſtici maris.

Capinna, καπίννα, in ſingul. vel plural. Urbs Tyrrhenica. Gentile Capinnates, poſſeſſivum Capinnatius. Steph.

Cāpio, is, cepi, captum, ſignificat Accipio, Comprehendo, Prehendo. } לקח *lakách*, לכד *lachádh*, תפס *hechil*. λαμβάνω. GALL. *Prendre, tenir, comprendre.* ITAL. *Pigliare.* GERM. Nemmen / empfahen / faſſen. HISP. *Tomar.* ANGL. *To take receive, to containe, to hold.* } Virg. *lib.* 3. *Georg.*

——— *cape ſaxa manu, cape robora paſtor.*

Sed differunt, quia Capere, eſt cum effectu: Accipere quum quis non ſit accepit, ut habeat: ideo, ut Ulpianus ſcribit *in l. aliud eſt capere 71. ff. de verb. ſi n.* non videtur quis capere, quod eſt reſtituturus. Et capere eſt ſponte, vel non ſponte. Accipere tantùm ſponte. Unde dicimus, Cepi labores, Cepi moleſtiam, Cepi, vel Sustepi inimicitias, calamitatem, contumeliam, vulnus. Valer. Max. Ut non coactus enſem accipere, ſed ſua ſponte ſumere videretur. Habet interdum recipiocum uſum: ut idem ſit, Cepi voluptatem: &, Cepit me voluptas: Cepiſti dolorem, ἐδέξω ἄλγεα: Cepit te dolor, ἐδέξατο κῆρ. ¶ Quandoque ſignificat facere. Terent. *in Andr.* Non ſi capiundos mihi ſciam inimicos homines omnes. Quandoque delectare, τέρπω, ineſcare, irretire, ex tranſlatione feratum, venatúſque. Horat. 2. *Ser.*

*Te conjux aliena capit, meretricula Davum.*

¶ Quandoque propitiari. Lucret. *lib.* 2.

*Nec bona pro meritis capitur, nec tangitur irâ.*

¶ Quandoque decipere. πλανῶ. Virg. 2. *Æneid.*

——— *captique dolis, lacrymiſque coacti.*

¶ Quandoque eligere, αἱρέω. Terent. *in Hecyr.* Quum illum gnatum cepimus. ¶ Quandoque perpeti, ut apud eundem *in Heaut.* Dum abs te abſum, omnes mihi labores, quos cepi, fuêre leves. ¶ Quandoque tenere, χατέω: ut *in Ennuchо*, Di bonæ quid turbæ ædes noſtræ vix capient. Quandoque invadere, occupare, κλέπτω. Cic. Navem quandam piratarum præda onuſtam cepêre. Varro, Quid hic venator non capit? Hinc vincti, Captivi dicuntur, quòd non ſui juris ſint, ſed in poteſtatem aliorum redacti, αἰχμάλωτοι. Quoniam autem qui ita capti ſunt, non ſunt amplius ſui juris, ſed libertate privati, ideò Capros quandoque pro privatis, ſive impeditis accipimus. Capere virginem Veſtalem (i. eligere.) Gell. *cap.* 12. *lib.* 5. Uſuram corporis cepit ſibi. Plaut. *in prolog. Amph.* Satietatem dum capiat patet ejus quam amat. Idem *Amph.* Ob iſtuc omen ominator capies, quod te condecet (i. malum accipies.) Capiunt voluptates, capiunt rurſus miſerias. *Ibid.* Dabitur lectus, ubi haud ſomnum capias. *Ibid. ſc.* 2. *a.* 1. Capere oculis ſpectaculum. Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. Vix credo totâ auctione capiet quinquagies. Plaut. *Men. ſc. ult. act.* 5. Capere detrimentum. Cæſar. 3. *de bell. civ.* Sueton. *in Aug. c.* 53. Capi & hærere in captione (de ſophiſmate.) Gell. *c.* 2. *lib.* 16. pro vincere. Plaut. *in Amph.* Vide in *Capto, as.* ¶ Mente capti, amentes, hoc eſt, qui mentis compotes non ſunt. Capti oculis, πηρωθέντες, qui officio oculorũ privati ſunt. ¶ Aliquando Capi, eſt amore accendi unde Capti amantes dicuntur. Lucil. Ne aſpectu & forma capiare aliena. Capti, pro Captivi. Plaut. *Capt. ſc.* 4. *a.* 3. Satis me illi ſceleſti capti ceperunt dolo: & *ſc.* 2. *a.* 2. *ibid.* (Ipſe cautor captus eſt, i. deceptus.) ¶ Item Capere uſu, capere poſſe ſimpliciter, & præciſè capere, ſine ulla adjunctione, pro acquirere ponitur à Jureconſultis, *l. ei à quo, & l.* 23. *D. de uſurp. & uſucap. & alibi multis in locis.* ¶ Capere verbum, ad

effectum

effectum acquisitionis magis refertur, quàm accipere. Nam plerumque accepisse dicitur, qui tamen adhuc non acquisivit, *l. naturalis, §. 1. D. de præscript. verb.* Quamvis etiam capere dicimus eum qui rapit, vel simpliciter auferit, *l. fin. de tutel.* Sunt & qui accipere de manu alterius, capere verò propria authoritate intelligunt. Sed hæc confundi aliquando, monuit jam antea Alciat. Attamen plus est capere, quàm accipere, *l. aliud est capere, de verb. sign.* ¶ In summa hoc verbum sua habet significata pro diversitate rerum, cum quibus jungitur: ut, Capere manu, est comprehendere: Capere oculis, videre: Capere auribus, audire: Capere mente, intelligere: Capere consilio, eligere: Capere astu, vel dolis, decipere: Capere cantu, aut voluptate, delectare. Virg. 4. *Georg.*

*Carmine quæ capta dum fusis mollia pensa*
*Devolvunt.*

¶ Capere consilium, est deliberare. Cic. Quum autem consilium hoc Princeps cepisset. ¶ Capere rationem, est modum invenire, *μέθοδον ἐυρεῖν.* Plaut. Rationem cepi, ut & amanti obsequerer, & patrem non offenderem. Idem *Pseud. sc. 2. a. 2.* ¶ Hujus verbi composita sunt, Accipio, à quo Præaccipio, Concipio, Decipio, Excipio, Incipio, Intercipio, Percipio, Recipio, Suscipio & Usucapio, quæ antepenultimam correptam habent. ¶ Derivata sunt, quæ sequuntur, Auceps, Princeps, Municeps, Particeps.

‖ Capis, idis, est genus sacri vasis apud Livium *lib. 10.* Etiam *Capida*, æ, legitur. Vide suprà, *Capeda.*

Capit, capax est fieri. Tertull.

Capit deperiri, dicitur contemni. Idem.

Capitilavium, cùm caput lavatur. Cerda. ¶ Dici diem Palmarum, asserit Isid. *lib. 6. Etym. cap. 18.* ‖

Căptŭs, us, Comprehensio, capacitas, intelligendi faculcas. {לקח *lékach*. *κατάληψις.* Gall. *Capacité & portée.* Ital. *Capacità, la potenza à possanza d'alcuno à fare ò intendere qualche cosa.* Germ. Das begreiffen deß verstandts. Hisp. *El tomo de algo para haver à entender alguna cosa.* Angl. *Taking, capacitie or perceving.*} Cic. *lib. 2. Tusc.* Græci homines non satis animosi, sed prudentes, ut est captus hominum: quasi diceret, tam prudens, quàm capax prudentiæ est hominum natura. Apuleius dixit, Supra captum cogitationis, pro eo quod est suprà quàm quispiam cogitatione capere & complecti possit. ¶ Accipitur item Captus pro sorte & conditione. Terentius in *Adelph.* Præterea (ut captus est servorum) non malus, hoc est, ut se habet servorum conditio, sicut exponit Donatus.

Căptūra, æ, Actus ipse capiendi feras, aves, aut aliquid ejusmodi. {מלקח *malkóach*, מקח *mikkach*. ציד *tsáidh*, מלכדת *malchódeth*. *ἄγρα, λεῖα.* Gall. *Prinse, proye, gain.* Ital. *Presaglia.* Germ. Ein fahung. Hisp. *El tomo.* Angl. *Catching, taking.*} Plin. *lib. 19. cap. 1.* At piscium & alitum capturam ¶ Interdum præda, quæ capitur. Idem *lib. 10. cap. 10.* Platea nominatur advolans ad eas quæ in mari sese mergunt, & capita earum motu corripiens, donec capturam extorqueat. ¶ Accipitur & pro quæstu. Suet. *in Calig. c. 40.* Ex genitalium diurnis quæstibus pars octava, ex capturis prostitutarum, quantum quæque uno concubitu mereret.

Căptio, ipse actus accipiendi, seu id per quod quis capitur. {מלכדת *malchódeth*, לכד *lechedh*. *ἁρπαγή.* Gall. *Prinse.* Ital. *Aquel atto da pigliar.* Germ. Ein fang. Hisp. *A quella obra de tomar, asechanza.* Angl. *Taking.*} Cic. *de clar. Orat.* Quanta esset in verbis captio, cùm in cæteris rebus, tum in testamentis, &c. Scio captiones meruit. Senec. *epist. 45.* (ne decipiaris.) Plaut. *Asin. sc. 1. a. 4.* Captionum (i. Sophismatum) exempla. Gell. *lib. 13. cap. 18.* ¶ Captio, deceptio. {מרמה *mirmáh*. *δόλος, ἀπάτη.* Gall. *Deception, fraude.* Ital. *Fraude, inganno.* Germ. Ein betrug. Hisp. *Engaño.* Angl. *Deceyving.*} Plaut. *Epid.* Verùm si plus dederis, referam: nulla in re captio est. Hanc in contractibus, insidias verò extra eos fieri receptum est, *l. 1. ff. de minoribus.* ¶ Captio item pro captione bonorum, *l. magistratus, ff. de mun. & hon.* cum sum. l. Sed pro capturam usurpatur, ut indicat Albertus.

Căptĭuncŭla, diminutivum. {τὸ *ἀπατηλόν.* Angl. *A baplom cavill.*} Gell. Quid autem legisfistius propugnatores in illa captiuncula facient, in qua hæc esse necessum est?

Căptĭōsŭs, a, um, quod capit, seu decipit, & dolis plenum est. {*ἀπατεών.* Gall. *Pleinde tromperie, trompeur, amadoüeur.* Ital. *Captioso.* Germ. Betrüglich/voll list und betrug. Hisp. *Engañoso con asechanza.* Angl. *Full deceyveth andits gutlesull.*} Gell. *lib. 16. cap. 2.* Non esse captiosis quæstionibus respondendum. Cic. *pro Quint. Rosc.* Quo nihil captiosius, neque indignius dici potest.

Căptĭōsè, adverb. Vafrè, callidè, argutè. {*ἀπατηλῶς, δολερῶς.* Gall. *Finement, trompeusement, par finesse & tromperie.* Ital. *Ingannevolmente, astutamente.* Germ. Betrüglich/durch list. Hisp. *Engañosamente.* Angl. *Deceitfuelie.*} Cic. 4. *Acad.* Si me, inquit, antè sustinebo, nec diutiùs captiosè interroganti respondebo.

Căptīvus, qui in bello captus est, & in hostium potestate detinetur. {שבי *schabúi*. *αἰχμάλωτος.* Gall. *Captif, prins des ennemis.* Ital. *Cattivo, priggionero.* Germ. Ein gefangner. Hisp. *Captivo, prisionero.* Angl. *Captive, taken in warre, a prisonier.*} Cic. 8. *Philipp.* Diutius servitutem perpessi sumus, quam captivi frugi & diligentes solent. Virg. 9. *Æneid.*

*Præterea his fax genitor lectissima matrum*
*Corpora, captivosque dabit.*

Captivæ, naves. Cæsar 2. *de bel. civ.* Captivi stant, non sedent. Plaut. *Capt. prol.*

*Vinclaque captivâ regem cervice ferentes.*

Ovid. *Eleg. 2. lib. 4. Trist.* Captivus sanguis, pro Captivorum. Virg. 10. *Æneid.*

*Captivoque rogi perfundat sanguine flammas.*

Et *Æneid. 2.*

——— *captivaque vestis*
*Concreitur,* pro captivorum, & est nota loquutio. Servius.

Căptīvĭtās, ipsa detentio. {שבי *schebi*. *αἰχμαλωσία.* Gall. *Captivité, servitude aux ennemis.* Ital. *Cattività.* Germ. Gefencknuß. Hisp. *Captividad.* Angl. *Captivitie.*} Tacitus, Quocunque oculos Romanus intenderet, captivitatem, cladémque, & dira omnia oculis obversari.

Căpto, frequentativum à Capio: licèt à primitivi significatione nonnihil deflectat. {תחר *pittéh*, צוד *tsudh*, חשיג *hisigh*. *θηρεύω, ἁρπάζω.* Gall. *Chasser & raschen à prendre, chercher le moyen d'avoir quelque chose.* Ital. *Cercar via & modo da pigliar per inganno.* Germ. Mit begir nemmen/einem ding nachstellen. Hisp. *Asechar para tomar.* Angl. *To endevore, to get or tak.*} Idem est, quod blanditiis & illecebris aliquid venor: ut, Hic obsequendo captat auram populatem. Cic. *in Pis.* Inania sunt ista, mihi credo, delectamenta pueritiæ: captare plautus, vehi per urbem, conspici velle. Martial.

*Captatum (pudet hoc) sed capto, Maxime, cenam:*
*Tu captas alios: jam sumus ergo pares.*

¶ Aliquando Captare, est conari decipere, *θηρᾶν, αἰσᾶν.* Terent. in *Hecyr.* Injustum est autem ulcisci adversarios: aut qua via capiant te illi, eadem ipsos capi? Martial. *lib. 9.*

*Dum me captares, mittebas munera nobis,*
*Postquam cepisti, das mihi Rufe nihil.*
*Incustoditum captat ovile lupus.*

Ovid. *Eleg. 1. lib. 1. Trist.* Cur me captas carnifex? (i. tentas nunc necotiar.) Plaut. *in Amph. sc. 1. a. 1.* Me captas. *Ibid. sc. 3. a. 2.* Tu si me impudicitiæ captas, non potes capere (i. vincere.) Quid consilii capiendum est? Idem *Asin. sc. 2. a. 2.* ¶ A Capto rursus deducitur Captito aliud frequentativum.

Căptātio, Venatio. {שוד *sigh*. *θήρα, θήραμα.* Gall. *Le soin du guet ou pourchas qu'on fait pour avoir quelque chose.* Ital. *Cusa, he, piacevolezze fatte per haver qualche cosa.* Germ. Das lauffen etwas zu vberkommen. Hisp. *Asechanza.* Angl. *A diligent going a bout or endevoring to tak orget.*} Plin. *in Proem. lib. 14.* Postquam cœpit esse captatio in quæstu fertilissimo. ¶ Item ponitur pro nimia verborum exquirendorum diligentia. Cic. *in part.* Et illam disputandi prudentiam concertatio captatiónque verborum imitatur.

Căptātŏr, Venator. {מפחרת *mephatteh*, משיג *massig*, צורת *tsaiádh*. *θηρευτής.* Gall. *Pourchassant & faisant le guet pour avoir quelque chose, amandeüeur.* Ital. *Chi lusingha, adulatore per haver qualche cosa.* Germ. Ein nachjaget einn dinga. Hisp. *Asechador para tomar algo.* Angl. *He which a bout toget or tak any thing.*} Cic. Captator ille popularis auræ. Et pro hæredipeta & insectatore orborum, quibus blandiuntur ut ibi hæreditas, aut quidvis aliud relinquatur. Juven. *Sat. 10.*

*Usque adeò gravis uxori, natisque, sibique,*
*Ut captatori moveant fastidia Cossi.*

Căptātōrĭŭs, a, um. {מפחרת *mepphatteh*. *θηρευτικός.* Gall. *Trantuleux, deceveur.* Ital. *Frandolente.* Germ. Das da gehört zu dem nachstellen einem ding mit betrug. Hisp. *Engañoso.* Angl. *Guile full, deceit full.*} ut, Captatoriæ scripturæ, & captatoriæ institutiones: id est, adulatoriæ, ut interpretatur Papinianus *in l. captatoriæ 70. ff. de hared. instit.* & Caius *in l. captatoria 64. ff. de legat. 1.* quæ scilicet ideo factæ sunt, ut vicissim hæres scribatur, aut saltem legatum consequatur abeo, quem instituisti. Nam captare, propriè est illecebris, donis, obsequio, & majorum spe aucupari.

Căpĕsso, is, ivi, itum, secundùm Priscianum, verbum activum. Idem quod capio, sive ad capiendum eo. {לקח *lakáh*. *λαμβάνω, συλλαμβάνω.* Gall. *Prendre, empoigner.* Ital. *Capire, pigliare.* Germ. Annemmen/ergreyffen. Hisp. *Tomar.* Angl. *To tak or receive, to tak in hande.*} Salust. *lib. 2. hist.* Diversa, uti solet, rebus perditis capessivit. Liv. *lib. 1.* Ergo, ut segregaret pugnam, capessit fugam. Similiter Apuleius, Dum simul illi & gratias agerem, & dona capesserem. Virg. posuit pro Exequendum suscipio.

——— *Mihi jussa capessere fas est.*

Cic. 1. *Offic.* Capesse Remp. *ἄρχειν πολιτείας*, id est, Administrare, gubernare, defendere. Salust. Expergiscimini aliquando & capessite Remp. ¶ Plaut. *in Asin.* pro Immitto, recipio. Quàm magis te in altum capessis, tam æstus te in portum refert. Idem *in Amph.* Nunc pergam hera imperium exequi, & me domum capessere. Capessere bellum. Liv. *l. 5. d. 4.* Idem Capessisse dixit *lib. 10. ab urb.* Plaut. *Aul. sc. 1. a. 4.* Servum decet in herum maxura, in se sera capessere. Gell. *c. 10. lib. 6.* Ad capessendam philosophiam, Cicer. *ad Attic. lib. 10.* Melitam capessamus, i. proficiscamur. Capessor, in significatione passiva utitur.

Căpax, acis, omn. gen. Quod capit, seu continet, aut continere potest. {כלל *chelel*, רחב *rachab*, מכיל *mechil*. *δεκτικός, δεκτός.* Gall. *Capable, contenant.* Ital. *Capace.* Germ. Jähig/ das etwas fassen oder begreyffen mag. Hisp. *Cosa en que mucho cabe.* Angl. *Able or apt to holde, take or receave.*} Plin. *lib. 10. cap. 33.* Hirundines utero capaci. Idem *lib. 1. cap. 1.* Capax quindecim convivarum triclinium. Cic. *in Orat.* Tamen non semper implet aures meas, ita sunt avidæ, & capaces, & semper aliquid immensum, infinitúmque desiderant.

*Jure capax mundus nil leve majus habet,*

Ovid. *Eleg. 1. lib. 2. Trist.*

Capacissimus. Liv. *lib. 9. ab urb.* Capacissimus homo cibi atque vini.

Căpācĭtās, atis. Spatium capiendi. {רחב *rachab*, מרחב *merchab*. *χάρις, εὐχωρία.* Gall. *Capacité, grandeur de lieu où il peut entrer beaucoup de choses.* Ital. *Capacità.* Germ. Weyter/ das etwas fassen mag. Hisp. *Aquella capacidad de caber.* Angl. *Capacitie, easinesse or aptenesse in receaving.*} Cic. 1. *Tusc.* Utrùm capacitatem aliquam in animo putamus esse, quo tanquam in aliquod vas, ea quæ meminimus, infundantur.

Capio, nis, id est, Captio. Gell. *cap. 10. lib. 7.* idest, Usucapio, nis, vel pignoris capio, nis. Vide *pignoris capio.*

Capidulum, vestimentum quo caput tegitur. Fest. vide infrà, *Cappa.*

Capis, dis. Vide *Capula.* & *Capeda.*

Capissenæ, Afix populi, Capissam urbem habent, quam diruit Cyrus. Hæc Plin. *lib. 6. cap. 13.*

Căpistĕrium, genus vasis rustici, quod tamen (ut Georg. Merula inquit) scaphisterium melius dicitur, *magis.* Col. *lib. 12. c. 9.* Quicquid extere-

tur, capisterio expurgandum erit, & semper quod propter magnitudinem ac pondus in imo subsederit, ad lenem revocandum.

Capitrum, Capistro, as. Vide *Caput*. Isid. *lib.* 20. *cap.* 16.

Capitolia, mons est totius Indiæ altissimus. Plin. *lib.* 6. *cap.* 20.

‖ Capitaneus, qui dignitatem habet, ob quam caput aliquorum subjectorum est, quibus præest, sicut caput reliquo corpori. Ita *Capitanei* regni sunt Duces, Comites, Marchiones: *Capitani urbium*, præfecti eis.

Capitalium æs, quod capi potest. Fest.‖

Capitatio, est vectigal aliquod impositū capiti singulorum, vel singulis.

‖ Capiteorsum, est capite deorsum pendente, κατακρήμνως. Vide *Catamū*.‖

Capitellum, est Capitulum, quod dicitur in Matutinis, seu Vesperis.

¶ Pro capite libri usurpat Greg. Turonensis.

Capitium. Vide *Caput*.

Capitolycius, composuit historiam Isauricam libris octo. Epitomas Livii & Eutropii in Græcum vertit sermonem. Scripsit & res Lyciæ & Pamphyliæ. Volaterr. *lib.* 14.

Capitōlinus, M. Manlij fuit cognomen, qui urbe à Gallis capta, assumptis mille juvenibus, arcem Capitolinam ab hostium injuria defendit: unde & nomen invenit. Hic quum postea in suspicionem affectati regni venisset, ab ipsa rupe Capitolina, quam servaverat, præcipitatus est. ¶ Fuit etiam Historici cognomen, qui Cæsarum vitas conscripsit.

Capitōlium, καπιτώλιον, alij καπιτόλιον. Templum erat Jovis in clivo Tarpeio, dictum à capite Toli cujusdam hominis ibi reperto, dum foderent fundamenta. Arnob. *lib.* 6. *adverſ. gentes.* Antè enim Tarpeia arx dicebatur, à Virgine Vestali Tarpeia, quæ ibi à Sabinis necata, atque sepulta fuit. Capitolium Caput dedicavit Tiberius. Suet. *in Tiber. cap.* 40. & in Calig. *cap.* 58. Vide eundem in Galba *cap.* 18. Plutarch. *in Camillo.* Capitolina area. Suet. *in Calig. cap.* 34. Capitolium quater refectum. Plutarch. *in Publ.* & de magnificentia Capitolii, *ibid.* Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 2. Locus præberi non potis est in Capitolio iis, qui velint incubare Jovi.

Capitārius, Capitellum, Capitium, Capito, Capitulatum, Capitulatim, Capitulum, vide *Caput*.

Capitularium, liber in quo tributa continentur.

‖ Caplum funis. Gloss. v. & Papias: Caplum funis, à capiendo dictum. Isid. *lib.* 20. *cap.* 16. Capulum funis à capiendo, quòd eo indomita jumenta comprehendantur. ‖

Cāpnias, καπνίας, gemma est ex Jaspidum generibus, quodam veluti fumo infecta, unde & nomen accepit. Plin. *lib.* 37. *cap.* 9.

Cāpnion, vide *Capnos*.

Capnitis, καπνῖτις. Herba est eadem cum fumo terræ. ¶ Est item Capnitis Cadmiæ species tenuissima, quæ è fornacibus flamma atque flatu egesta, cameris, lateribúsque fornacum adhæret. Vide Plin. *lib.* 30. *cap.* 10.

Capnobatæ, καπνοβάται, Mysiæ populi dicti sunt, quasi fumi conscensores, quòd tranquillam agant vitam, solis sacrificiis, & deorum cultibus intenti. Vide Strab. *lib.* 7.

Cāpnos, ‖ ἡ καπνὸς *hapnós*, καπνὸς. Gall. *Fumée.* Ital. *Fumo.* Germ. *Ein rauch.* Hisp. *Humo.* Angl. *Smoke.* ‖ Fumus. Hinc. καπνία, dicta sunt ligna sicca, quæ sine fumo ardent. Et vinum Capnias, ὁ οἶνος καπνίας, hoc est, fumosum. ¶ Capnos etiam, sive Capnon, καπνὸς Dioscoridi, Herba est, quæ & fumus terræ vocatur: nascitur in segete hordeacea. Hæc lachrymas ut fumus provocat. Plin. *lib.* 2. *c.* 7. & *lib.* 25. *cap.* 13.

Cāpnomāntīa, καπνομαντεία, Divinationis genus, quod fiebat ex fumi dissectione, qui è thure in ara accenso emanabat. Qui verò hoc augurii genere utebantur, Capnomantes dicti sunt.

Capo, vide *Caput*.

Capote, Asiæ mons est, ex quo aliqui Euphratem oriri crediderunt. Plin. *lib.* 5. *cap.* 24.

Cāppā, κάππα, nomen literæ Græcæ, pro qua Latini utuntur c. Græci (ut Suidas docet) quum malum hominem volunt proverbio signare, unum Cappa: quum pejorem, duo: quum pessimum, tria habere Cappa dixerunt, volentes eum intelligi esse Cretensem, Cilica, Cappadoca, qui singularis fuisse improbitatis existimantur. Vide Erasmum *in proverbio*, Tria κάππα pessima, τρία κάππα κάκιστα. ‖ ¶ Est item cuculio, pilei genus. Isidorus *lib.* 19. *cap.* 31. Germanis est Kappe, Italis *cappa*, Gallis & Anglis *coppe*. Non autem tantùm est pro capitis tegmine, sed etiam pallio habente annexum cucullum: & simpliciter Germanis Kappe aliquando est pallium. Italis *capo* est caput, ut Saxon. Rop. Posterioribus Græcis καππάριον, sive καππάδιον, est cuculio, à *cappa* illo vocabulo quod suprà priùs expositum. Iisdem etiam κάππα. Vide Gloss. Græcol. Meurs.

‖ Cappatus, a, um, est cappâ indutus. ‖

Cāppādŏcĭa, ‖ חגפ *chaphthór.* καππαδοκία. *Cappadocia.* ‖ Poetica regio est, ut scribit Solinus, quæ lævo latere utrasque Armenias, Comagenémque tangens, dextro plurimis Asiæ populis circumfusa, ad Tauri juga & Solis ortum attollitur. Euphrates eam ab Armenia majore dividit. Appianus minoris Armeniæ partem, Ptolemæus verò minorem Armeniam esse scribit. Dicta Cappadocia à Cappadoce amne, antè Leucosyria vocata. ¶ Unde Cappadoces Leucosyrii. Hinc,

Cappădox, ŏcis, καππάδοξ, penultima correpta, pro eo, qui est ex Cappadocia. Lucan. *lib.* 2.

*Cappadoces mea signa timent.*

Pers.

——— *nec sit præstantior alter*
*Cappadocas rigida, inguen claussisse cataſta.*

Cāppădŏcĭus, a, um, possessivum. Mart. *lib.* 10. Nec de Cappadocibus eques cataſtis.

Cāppădŏcĭus, a, um, apud Apul.

Cappador, leno apud Plaut. *in Curc.*

Cappagum, Hispaniæ oppidum est in Bætica provincia, Gaditani conventus. Plin. *lib.* 3, *cap.* 1.

Cāppāris, ‖ καππαρις. Gall. *Des capres.* Ital. *Capperi.* Germ. *Kapper.* Hisp. *Alcaparra.* ‖ Frutex est sirmiorem ligni, fenticosus, & humilis, baccis oleæ, sed minoribus, quibus fatiscentibus emicat flos roseus, candidus, odoratusque: qui postquam decidit, glans extuberat oblonga semenis acinosi plena. Nascitur præcipuè in parietinis: hoc est, muris veteribus, & splenetricis prodest: seritur quoque in locis siccis, area circum effossa, parietéque ex lapidibus circunducto, ne latiùs evagata, steriles reddat agros. Flos & baccæ in ciborum condimentis laudantur, eo quòd & appetentiam excitent, & lienem laxent, & pituitam per alvum exigant. Colum.

*Capparis, & tristes inula, ferulaque minores.*

¶ Dicitur & Cappar. Palliad. Hoc mense mentha & pastinaca, thymum & origanum, & cappas. Vel Cappari. Celsus *lib.* 4. *cap.* 9. Multisque modis huic rei cappari aptum est. Hinc capparim. Varro apud Catillum *lib.* 1.

‖ Cappas, pro marinis equis habet Festus. Sed rectiùs *Campe* dicuntur. ‖

Cāprārĭa, insula in mari Tusco, seu Ligustico, capris abundans, quam Græci Ægilon dicunt. Plin. *lib.* 3. *cap.* 6. Vulgò *Isola de capri.*

Captatia, apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 18. unum est ex ostiis Padi fluvii.

Captatinæ Nonæ. Vide *Caprotinæ*, & suprà verb. *Capra.* & *Caprea.*

Capreæ, κάπραι ἢ καπρέαι Stephano, insula ultra Surrentum Campaniæ urbem circiter per octo millia passuum, teste Plin. *lib.* 3. *cap.* 6. Tiberii arce nobilis, & abundans coturnicum multitudine, quæ ex Italia volantes, illic principio autumni capiuntur. De ea Suet. *in Aug. cap.* 92. Describitur ab eodem in Tib. *cap.* 40.

Captia, lacus est apud Strab. *in descriptione Pamphilia, lib.* 14.

Capricōrnus, ‖ αἰγόκερως. Gall. *Capricorne, un ſigne au ciel de vingt eſtoiles.* Ital. *Capricorno.* Germ. *Ein Steinbock.* Hisp. *Un ſigno del cielo.* Angl. *Capricorne, an ſigne in heaven.* ‖ Cœleste signum quòd Pana fuisse existimant, qui in Ægypto repentino advenam Typhonis gigantis perterritus, posteriorem partem in effigiem piscis, priorem verò in formam hirci commutavit: cujus ingenium admiratum Jovem, ferunt hanc figuram in cœlum transtulisse. Capricorni sidere natus. Suet. *in Aug. cap.* 94. ¶ Alii volunt Capricornum Jovis fuisse collactaneum; Amalthea enim, cui Jupiter nutriendus datus erat, quum ipsa lac non haberet, aluit eum lacte capræ, quæ duos habebat hœdos, quos Jupiter unà cum matre in cœlum transtulit. Stellam habet in naso unam, in pectore duas, in pede duas, inter scapulas septem, in ventre sex, in cauda duas. Cic. 2. *de nat. deor.*

*Tum gelidum valido de pectore frigus anhelans*
*Corpore semifero magnus Capricornus in orbe.*

Cāprĭfĭcus, ficus est ex sylvestrium genere, nunquam maturescens, sed quod ipsa non habet, aliis tribuens. Plut. *in Camill.* ἐρινεός. Gall. *Figuier ſauvage.* Ital. *Ficaio alvſatico.* Germ. *Ein wolder feigenbaum.* Hisp. *Cabrahigo.* Angl. *A wild fig tree.* ‖ Gignit enim culices, qui ad ficus alias advolantes, ipsis maturitatem conferunt. Vide Plin. *lib.* 15. *cap.* 19. Dictam autem volunt Caprificum à carpendo, quòd parietes & maceries, atque adeò saxa ipsa sibi obstantia discerpat. Mart.

*Marmora Messala scindit caprificus.*

Caprificātor, ‖ Angl. *To husband or dreſſe wild fig trees.* Ficuum proprium est, quum culices ex caprifici fructu (quas Grossos appellant) ad ipsas advolantes, lacteum humorem in eis contentum absumunt, easque ad maturitatem perducunt. ἐρεύξεις. Plin. *lib.* 16. *cap.* 27. In Cea insula caprifici triseræ sunt. Primo fœtu sequens evocatur, sequenti certius: hoc fici caprificantur.

Caprificātio, nis, ‖ ἐρεύξις, ἐναυλισμός. Angl. *Huſbanding or dreſſing of wild fig trees.* ‖ (ut hactenus interpretati sunt quotquot onomastico huic manus sunt admoliti) in arboribus dicitur, quoties illarum cortex cultello finditur, ut commodiùs prorumpant, & crescant, similitudine caprifici, quæ ruptis muris intumescens exit. Qua in re quàm longè à veritate aberrarint, satis docebunt Plinii verba *lib.* 16. *cap.* 15. quæ hic subjecimus. Caprificus (inquit) culices parit: hi fraudati alimento in matre, putri ejus tabe, ad cognatam volant, morsúque ficorum crebrò, hoc est, avidiore pastu, aperientes ora earum, atque penetrantes, intus solem primò secum inducunt, cerealéque auras immittunt foribus apertis. Mox lacteum humorem, hoc est, infantiam pomi, absumunt: quod fit & sponte. Ideóque siccatis caprificus permittitur ad rationem venti, ut flatus evolantes in ficus ferat. Inde repertum, ut illatæ quoque aliunde, & inter se colligatæ, injicerentur fico: quod in macro solo & aquilonio non desideratur, quoniam sponte arescunt loci situ, remissque eadem, quæ culicum opera, causa perficit: necnon ubi multus, quod evenit maximè frequenti via appositis. Namque & pulveri vis siccandi, succúmque lactis absorbendi: quæ ratio pulvere, & caprificatione hoc quoque præstat, ne decidant, absumpto humore tenero, & cum quadam fragilitate ponderoso. Ex quibus Plinii verbis constat, Caprificationem nihil aliud esse, quàm rationem quandam præficiendi, ut culices è grossis enati ad ficus advolent, humoréque earum lacte consumpto, ad maturitatem eas perducant. Id autem solet fieri duobus modis: aut enim circum ficeta ita solebant disponi caprifici, ut ventorum flatu culices è grossis enati ad ficus ferrentur: aut grossi aliunde petitæ, & colligatæ, in arborem injiciebantur.

Caprificālis, dies Vulcano sacer, quo Attici æstivi mellis vindemias auspicabantur. Vide Plin. *lib.* 11. *cap.* 15.

‖ Caprifolium, officinis herba, quæ *periclimenon* aliter. Lobel. *adverſ.* aut quod folia sint extremis flexibus capriculata. ‖

Capriger, Caprile, Caprimulgus, Caprinus, vide *Capra.* Caprineum, fictum nomen. Suet. *in Tib. cap.* 43.

Caprine, καπρῖνα, insula Italiæ. Dicuntur & Capriæ. Capriata erat Blesus poëta, μοσχοπάτωρ, id est, natus in hac insula.

Caprius, viri nomen, de quo Horat. 1. *Serm.* 4. *Sat.*

——— *Sulcius ærī*
*Ambulat. & Caprius raucus malè, cámque libellis,*
*Magnus utrique timor latronibus.*

Ubi Acron, Sulcius & Caprius nomina fuerunt delatorū. Alii Actores causarū volunt fuisse. Inde etiam rauci traduntur assiduitate agendi.

Captonæ, arum, Jubæ, seu comæ in fronte deveræ, quasi à capite pronæ. ‖ κάπτονες ἀπὸ τῆς κεφαλῆς. κατάκομοι. Gall. *Les crins qui pendent au devant*

*devaue du front, le touffet qui pend devant les yeux, comme des cheueux.* Ital. *Capelli che ſono nella fronte, come delle done.* Germ. Das haar ſo vornen in die ſtirnen hangt. Hisp. *Los cauellos de la frente.* Angl. *Women beare layd out ouer their forehead called goldy lockes.* ‖ Lucil. *lib.7. Satyr.* (ut citat Nonius)

*Aptari caput, atque comas ſtruitare capronas*
*Altas, frontibus immiſſas, ut mas fuit olim.*

Hæ alio nomine dicuntur *Antiæ.* Ex Feſto, & Nonio.

Caprotinam Junonem veteres dixerunt, quòd illi Nonis Caprotinis ſub arbore caprifico ſacra facerent ab ancillis ſimul & liberis. Nam poſt urbem captam, quum tedaria eſſet Gallicus tumultus, exhauſta Repub. finitimi opportunitatem invadendi Romani Imperij aucupati, præfecerunt ſibi Poſthumium Livium Fidenarium Dictatorem: qui Feciale ad ſenatum miſſo poſtulavit, ut ſi vellent reliquias ſuæ urbis non deleri, matres familias & virgines omnes ſibi dederentur. Quumque Patres eſſent incipiti deliberatione, ancilla nomine Philotis, vel (ut alii malunt) Tutela, aſſumptis cæteris omnibus ancillis, matrumfamilias, virginúmque habitu ſumpto, nomine dominarum ad hoſtes tranſiit, proſequentibus cæteris ad rei fidem: Quæ quum à Livio in caſtris diſtribuæ eſſent, hoſtes plurimo vino provocaverunt, diem feſtum apud ſe eſſe ſimulantes: quibus ſomno obrutis, ex caprifico dato ſigno hoſtes trucidati ſunt. Memor itaque populus Romanus accepti ab ancillis beneficii, omnes juſſit manumitti, dotémque eis ex publico aſſignavit, diémque ipſum Nonas Caprotinas appellavit, ab illa caprifico, ex qua ſignum acceperat, ſacrificiúmque annuum Junoni Caprotinæ ſub caprifico inſtituit: cui etiam lac, ex caprifico ad rei memoriam adhibebatur. Vide Plutarch. *in Rom.* Caprotinæ Nonæ vocantur a Plutarcho *ibidem*, & de iis *in Camil.*

Caprullon, provincia eſt prope montem Athon, Pomponio Melæ *lib.*1.

Captáneábulum, vas fictile, ſic dictum quòd capax ſit. Feſtus.

Capſa, κάψα, urbs Chalcidicæ regionis juxta Pellenem, Thermæo ſinui vicina. Steph.

Cápſa, Ciſta & repoſitorium, à Capio, quòd res in ſe reconditas capiat, vel à κάψα, quod eſt curvo. ‖ ארגז *arghaz.* κάψα, κάψακες. Gall. *Coffre, caſſe, layette, boite.* Ital. *Caſſa.* Germ. Ein laſt. Hisp. *Caxa ò arca.* Angl. *A coffer, or cheſt.* ‖ Cic. *de divin. in Verr.* Mihi quàm multis cuſtodibus opus erit, ſi te ſemel ad meas capſas admiſero. Clauſa capſa, alnóve pro animalia. Vellejus.

Cápſula, diminutivum: à quo Capſella, ‖ κάψακες. Angl. *A caſket, caſſe or coffer.* ‖ Plin. *lib.*30. *cap.*11. Stellionem inclusum capſulis ſubjiciunt capiti. Catull.

*Hunc unà à multis capſula me ſequitur.*

Gell. *cap.*15. *lib.* 10. Capſula apud lecti fulcrum.

Cápſárius, ‖ κασσοφόρος. Gall. *Qui porte les caſſettins, panier, ou coffres.* Ital. *Caſſiere, chi porta la caſſa à libri* Germ. Ein diener welcher im bad vmb lohn kleider in den kiſten vnhält. Hisp. *El que lleva la caxa, ò el libro a eſcuela.* Angl. *Thath beareth cheſtes of coffres.* ‖ Qui mercedis gratiâ ſervandarum balneis veſtimenta ſuſcipit, cuſtos capſarum. Suet. *in Ner. c.*36. Conſtat quoſdam cum pædagogis & capſariis uno prandio pariter necatos. ¶ Item Capſarii ſunt qui capſas faciunt, *l. ult. de inr. immun.*

Cápſácés, Vas olearium. ‖ מזרק *ſlappácheth.* κάψακες. Gall. *Eſcuelle à huile.* Ital. *Boccale da l'oglio.* Germ. Ein oeltrug / oder kunſt ein geſchirr in das man öl thut. Hisp. *Angilon para tener azeyte.* Angl. *A bottle for oyle.* ‖ Cyprianus *lib.*2. *Epiſt.* Fidelia fratris non deficiet, & capſaces olei non minuetur.

Cápſis, Antiqui dicebant, pro eo, quod eſt, Cape ſi vis: ſicut Sodes, pro Si audes. Capſit, prehenderit, tulit Feſto. Obſoletum verbum à Capio, quod eſt Prehendo. Si occaſionem capſit qui ſiet melior. Plaut. *in Pſeudol.*

Capſitani, populi ſunt Zeugitanæ regionis, quæ Africa minor dicitur. Plin. *lib.* 5. *cap.*4.

Capſo, pro cœpero.

Cáptátio, Captator, Capratorius, Captio, Captiuncula, Cáptioſus, Captivus, Captivitas, Capto, Captura, Captus, vide *Capio.*

‖ Captenula, captio. Gloſſ. Iſid. à *Capio.* ‖

Cápua, κάπυη Stephano. *Capua*, totius olim Campaniæ orbs præſantiſſima, quam Vulturnus amnis interfluit: à camporum latitudine, in quibus ſita eſt, ita dicta, ut inquit Livius. Tranquil. à Capy Samnitium duce dictam exiſtimat, ut refert Junger. Alij à falcone, ſub cujus augurio condita eſt, qui priſca Tuſcorum lingua Capys dicebatur. Feſt. Virg. à Capy Æneæ comuilitone, qui eam condidit. Strabo, quòd eſſet XII. urbium caput, hoc eſt, ipſa duodecima reliquis undecim præeſſet, dictam exiſtimat. Quidam à capacitate, quòd omnem vitæ fructum capiat. Euſtathius etiam ab urbe, cui nomen Campus eſſet: vel à Camporum planitie & abundantia, ut Diodorus, qui M. Genutio & Agrippa Curtio Chilone coss. exædificatam eam tradit. Sueton. certè *in Cæſ. dictatore. cap.*81. urbis hujus originem & nomenclaturam ad Capyn conditorem refert, in cujus ſepulchro æneam tabulam inventam tradit, quæ Cæſari necem denuntiabat.

Cápúlá, vas vinarium quo veteres utebantur. ‖ קיתון *ghabiáh.* κάπυλον. Gall. *Long vaiſſeau pour boire, ou pour eſpar l'huile d'un autre vaiſſeau avec manches.* Ital. *Vaſo longo da bere per vetere in mano con i manichi.* Germ. Ein weinkaſſe / oder ein lang öltrun geſchirr mit rechten man die öl kaſſe / oder geſchirr füllet. Hisp. *Vaſo de dos aſas.* Angl. *A ladle a veſſel for wine, à ſpoone.* ‖ Varro *lib.*4. *de L. L.* Capis, & minores capulæ, a capiendo nominantur, quod ansatæ ſint, ut prehendi poſſint, idem capt. Cic. *paradox.*1. & 3. *de natur. deor.* vel à Græco, quod Calpin & Calpium, digitos, anſatoſque crateras. Erythris fingit ſolitos Philemon & Panphilus ſcripſere. Capulis utebantur in vaſis oleariis deplendis: *gutis*, unde & verbum Capulare, manavit: de quo poſtea.

Cápulátor, qui capulis oleum deplet. Col. *lib.*12. *cap.*50.

Cápúlo, as, are. ‖ χωνεύω. Gall. *Deſemplir les vaiſſeaux d'huile, puiſer huile & le tirer & mettre de vaiſſeau en autre.* Ital. *Vota-*



*re vaſi, ò altri vaſi d'oglio, cavar l'oglio.* Germ. Öl einer gefäs ein oder mehr füllen. Hisp. *Traſegar ò azeyte de vaſo en vaſo.* Angl. *To take oyle out of one veſſel and put in another.* ‖ Donec olearia capulis depleta. Cato *de re ruſt. c.*67. Ligna in torculario ne tædat, oleum ſæpenumero capulet.

Capulica, navis genus. Gell. *cap.*25. *lib.*10.

Cápulus, & Capulum, à capiendo: dicitur omne quicquid aliquam rem capit, ut inquit Nonius. Hinc capulum dicitur, quo mortui efferuntur, ‖ ארון *arón*, σορός, τάφος. Gall. *Le cercueil, ou une biere où on met un corps mort.* Ital. *Il cataletto da portari morti, ſepelire.* Germ. Ein todtenbar / oder den todten dragen / eſt welchem man die todtenbar trägt. Hisp. *Las andas à lechiga de muerto, ſepulchro.* Angl. *A beer.* ‖ Item ipſe ſarcophagus, quòd corpora capiat. Plaut. *Aſin. ſc.*1. *a.*1. dicens de ſene, Pro mulsa, ut oſculatur carnifex, capulo decus. Nonius *Pappo.* Pater primùm in capulo, quàm in cunis ſella ſuſpendit nates. ¶ Capulus item, Manubrium gladij, quòd manu capiatur. ‖ חצב אבר *hannitzáb, atzbar hallabat.* κώπη, λαβή. Gall. *Un manche par lequel on tient quelque choſe.* Ital. *Manico di ſpada over pugnale.* Germ. Ein handthaben oder hefte an einem ſchwert. Hisp. *El cabo ò empuñadura del cuchillo.* Angl. *The hilte, the handle or hefte of a weapon.* ‖ Virg. 2. *Æneid.*

——— *capulo tenus abdidit enſem.*

Suet. *in Calig.* Veniam, inquit, veniam, & hic mecum: capulum gladij crebrò verberans, quo cinctus erat.

Cápúlárís, e, adject. ut Capularis ſenex, id eſt, morti contiguus, & mox capulo efferendus. ‖ νεκρώσιμος. Gall. *Veillard, qui eſt ſur le bord de ſa foſſe.* Ital. *Il vecchio che ha gli piedi nel cataletto.* Germ. Der auff der gruben gelt. Hisp. *Viejo cercano à la muerte.* Angl. *Verylod, at deathes dore, at the pittes brimke.* ‖ Plaut. *in Mil.* Quid ais tu itáne ego videor oppidò acherontius capularis? ¶ Reum item capularem dicebant, quòd capulo dignus eſſet. ¶ Stamen capulare, pro vita brevi etiam capulo vicina. Idem *in Aſin.* Tam capulati ſtamine tibi diu videor vivere.

Cápus, i, & Capo, nis, ‖ ἀλεκτρυὼν, ἀλέκτωρ. Gall. *Chapon, coq chaſtré* Ital. *Capone.* Germ. Ein kapaun. Hisp. *Capon.* Angl. *A capon.* ‖ Gallus cui teſtes ſunt aſſulſi. Varr. 3. *de re ruſt.* Vitulatæ gallinæ, mares galli, capi feminæres, quòd ſunt caſtrati. Idem, Ex gallo gallinacco caſtrato fit capus. Sipontinus, Galli quibus teſtes avelluntur, libidinis abolendæ cauſa, ut magis pinguescant, capi vocantur: quum meritò Galli à ſimilitudine ſacerdotis Matris deûm dici poſſe viderentur. Itaque à contrario ſenſu Gallos appellatos quidam exiſtimant.

Capita bubula, locus Romæ. Suet. *in Aug. cap.*5.

Cápvt, itis, ‖ ראש *roſch.* κεφαλή. Gall. *La teſte, le chef.* Ital. *Capo, teſta.* Germ. Ein kopff / ein haupt. Hisp. *Cabeça.* Angl. *The heade.* ‖ Dicitur totum illud quod collo ſuſtentatur: inde dictum quòd ab eo initium capiant nervi, per quos totum in corpus diſtribuitur ſenſus & motus. In ſummo enim a natura collocatus eſt, quòd in coregimen totius animantis reſideret. Alij ἀπὸ τοῦ κεφαλαίου, quod eſt caput, vel ἀπὸ τοῦ κεφαλοῦσθαι, ejuſdem ſignificationis. Terent. *in Adelph.* Colaphis tuber eſt totum caput. ¶ Partes capitis diſtinguuntur: nam eminentior pars, Vertex appellatur. Tum corona capitis dividitur in frontem anteriorem, & occiput poſteriorem partem: medij verò ſunt tempora, quibus aures inhærent. ¶ Aliquando caput dicitur origo & principium, ἀρχή. Cic. *pro Flacc.* Caput eſt omnium Græcorum concitandorum Hetachides ille Temnites. ¶ Profunde & ſcaturigine: ut, caput Rheni, apud Hor. 1. *ſerm. ſatyr.*10.

*Diffindit Rheni litem caput, hæc ego ludo.*

Item caput fluminis, quò flumen exoneratur in mare. Cæſar *lib.*4. *belli Gall.* Multiſque capitibus in Oceanum influit. Capita montis, Virg. *lib.* 6. *Æneid.* ¶ Aliquando quod eſt in re quapiam præcipuum, & ad quod unum reliqua omnia conferuntur, Caput proverbio vocamus. Terent. *in Adelph.* Te eſſe huic rei caput. Sic à capite arceſſere. Cic. 2. *de Oratore*, 1. *de legib. in Topic. & Tuſcul.* Sic caput cœnæ, id eſt, præcipuus miſſus, præcipuum ferculum. Idem 2. *de finib.* Sed cedò caput cœnæ. Et 5. *Tuſc.* Ubi cùm tyrannus cœnaviſſet Dionyſius, negavit ſe jure illo nigro, quod cœnæ caput erat, delectatum. ‖ ¶ Aliquando pro homine & perſona dicitur: ut *caput liberum*, homo liber. ¶ Aliquando pro ſtatu eſt: unde *capitis minutio*, ſtatus mutatio eſt, h. e. privatio ejus juris, quod quis ex libertate, civitate, aut agnatione proprium habebat. Gloſſ. *Capitis diminutio*, κεφαλαίου ἀλλοίωσις. ¶ Sunt etiam *capita* jumentorum pabula. Marcell. *lib.*22. ‖ ¶ Aliquando pro vita ponitur: ut Capitis res eſt, de vita periculum eſt. Plaut. *in Trinum.* Et nimirum credetem, cui ſi capitis res ſiet, nummum nunquam credam plumbeum. ¶ Capitis aliquem arceſſere. Cic. θανάτου τινὶ τιμᾶσθαι. Plato. ¶ Capitis cauſam dicere. Idem ἀπολογεῖσθαι θανάτου δίκης. Thucid. ¶ Capitis damnari, capitis condemnari. Cic. τιμᾶσθαι δίκῃ ἐξημίου, Lucretius. ¶ Aliquando pro ſumma prima pecuniaria, à qua fœnus, aut alius quæſtus ſit, veluti res principium, quam & ſortem dicunt. ‖ ראש *roſch.* κεφάλαιον. Gall. *Le principal, le premier argent ou denier qu'on baille à uſure, le fort.* Ital. *Principale ſomma.* Germ. Ein hauptſumma gelts / das man zum wucher außleihet. Hisp. *El caudal en la uſura.* Angl. *The principale ſomme of money geuen for uſurie.* ‖ ¶ Capita item mitta parva in libris, quæ Capitula apud vulgares dicuntur. Gell. Quod in capite ſuperiore a Critolao ſcriptum eſſe dicimus. ¶ Capitis indicia, quæ Quint. *declam.* 132. Capita vitium, id eſt, ipſarum ſtirpes vocat. Virg. *in Georg.*

——— *ſupereſſe deducere terram,*
*Satius ad capita.*

¶ Capot facere, dicitur de ſuppurationibus, quum apoſtemata ſtrangulantur. Plinius *de furunculo.* Remedia ſunt quæ diximus, folia trita cum polenta, ſi non caput fecerint. Capitalis morbus. Gell. *cap.*15. *lib.*16. ¶ Capite cenſi dicebantur ejuſmodi, qui in plebe Romana perquam pauco, aut nullo ære cenſebantur, *ὅτι τὸ σῶμα μόνον ἔχουσι.* Budæus à cenſione capitum, quòd tolis capitibus cenſerentur. Gell. *cap.*12. *lib.*16. Horum opera Romani in bello non utebantur, quòd opes civium obſidum loco ducerent, metuerentque ne infimæ for-

eis homines, qui nihil quod amittere possent, in urbe reliquissent, aut segniter pugnarent, aut facilè spe lucri ad hostes deficerent. Proletariorum autem condition paulo erat honestior, nam his rebus asperis in militiam admittebantur, armáque illis sumptu publico præbebantur. Horum census erat ad mille quingentùm assis: capite censi autem non amplius 375. assis censum deferebant: dicti sunt Proletarii, à numero officioque prolis edendæ, quòd quum re familiari parva minùs possent Reip. juvare, sobolis tamen gignendæ copia civitatem frequentarent. Capite census, taxatio possessionum. S. Hilarius adversùs Constantium: *Censum capitum remittis, quem Christus ne scandalo esset exsolvit.* In hanc sententiam singularis est Artemidorus *lib.* 1. *cap.* 18. & 37. quem vide, & Cujacium *ad lib. ult. C. de ann. & trib.* Neque verò hoc loco, Capita sunt pabula jumentorum. Detracto capite (i. duce, qui aufugerat.) Velleius. Capita interdum pro hominibus. Livius 3. *ab Urb.* per ignota capita latè vagata est vis morbi, i. per ignotos homines. Capita conjurationis, pro principibus. Livius 8. *ab urb.*

*Magna fuit quondam capitis reverentia cani,*

Ovid. 5. *Fast.* Capita factionum. *Les principaux.* Suet. *in Tib. c.* 37.

¶ Capitis diminutio, *κεφαλαίου ἔκπτωσις*, Est prioris status mutatio: cujus tria sunt genera (ut scribit Paulus,) maxima, media, minima: tria enim sunt quæ habemus, libertatem, civitatem, familiam. Igitur quum hæc omnia amittimus, maximam esse capitis diminutionem, ut est servitus: quum verò amittimus civitatem, & libertatem retinemus, mediam esse capitis diminutionem, ut est deportatio, & in colonias Latinas transportatio. Quum libertas & civitas teneatur, & familia tantùm mutatur, minimam esse capitis diminutionem constat, velut est adrogatio. ¶ Caput demulcere, allegoria proverbii vice recepta, pro blandiri, sumpta ab adulantium gestu. In eundem sensum usurpavit Lucilius, Scabere caput, apud Nonium. ¶ Quos cenerè amamus, capite gestare dicimur. Plat. *de Rep.* 10. Translatum apparet à matribus ac nutricibus, quæ infantulos cunis impositos capite portant. ¶ Capiti tuo, *ἐς κεφαλήν σου*, imprecatio est. Cælius *ad Cic.* 8. *Epist.* Te sub rostra (quod illorum capiti sit) dissipâsse perisse. Plautus, Capiti vestro id quidem. Virg. *in Æneid.*

*—— capiti cave talia demens.*

¶ Nec caput, nec pedes: Negotium ita perturbatum, ut nescias quo pacto vel expedias, vel amittas, veteres dicebant, nec caput habere, nec pedes. Cic. *Curion.* ¶ Nudo capite, *γυμνῇ κεφαλῇ*, facere quippiam dicuntur, qui palàm ac citra pudorem omnem faciunt. Qui rem pudendam faciebant, iis mos erat centonibus caput operire. Plaut. *Capt.* Cyrillus interpretans Joannis Evang. & D. Chrys. *in encomio Babylæ martyris.* ¶ Sine capite sermo, *ἀκέφαλος μῦθος*, dicitur imperfectus ac mutilus. Plat. *de leg.* 6. ¶ Caput sine lingua. Competit in eos, qui in consultationibus, aut disputationibus ipsi quidem nihil habent quod dicant, verùm aliorum sententiis annuunt. Laber. Caput sine lingua, pedaria est sententia. ¶ Caput vacuum cerebro, *ὦ οἵα κεφαλὴ ἀγκεφάλου ἐστί*, id est, O quale caput, & cerebrum non habet: de iis qui corporis specie præcellunt, ingenio carentes. Natum ex Apologo Æsopi. ¶ Capita pro summitatibus arborum. Senec. *in Troade*, Movere sylvæ capita. Col. *lib.* 3. *cap.* 10. Extrema pars ejus quod caput vitis appellant, id est, ultimum & productissimum flagellum. Capita tignorum. Cæs. *lib.* 2. *de bell. civ.* Item Liv. 6. *ab urb.* Sortem aliam ferte, deducite de capite (de usuris loquitur.)

*Adjuro te tuámque caput.*

Catul. *de Com. Beren.* Caput ponere periculo. Plaut. Capite nutat, non placet, quod reperit. Idem *Merc. sc.* 2. *a.* 2. Ibo intrò, ubi de capite meo sunt comitia. Idem *Aul. sc.* 4. *a.* 4. Egreditur leno periturum caput. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1.

*—— Meámque devovere sine fine caput,*

Ovid. 13. *Metam.*

Capite census, coronam qui in capite gerit. Callithrix simul producta barba. Delendum illud, *capite census*, & legendum *Callithrix coronam qui in capite gerit, simul producta barba.*

Capitis census, taxatio possessionum. S. Hilarius adversùs Constantium. *Censum capitum remittis, quem Christus ne scandalo esset, exsolvit.* In hanc sententiam singularis est Artemidorus lib. 1. cap. 18. & 37. quem vide, & Cujacium ad l. ult. C. de ann. & tribut. Neque verò hoc loco *capita* sunt pabula jumentorum.

Căpĭtăl, is. {*κρανοῦ, κεφάλαιον.* ANGL. *A coife to cruffe vp the heare.*} quod sacerdotum etiam nunc in capite solent habere. Hæc Varro *de ling. Lat.* Festus autem: Capital, inquit, linteum quoddam, quo in sacrificiis utebantur. ¶ Capital item facinus, ut idem Festus author est, quod pœna capitis luitur. Hinc Arrius *lib. 6. de re milit.* Si quis commilitonem gladio vulneravit, Capital admittit. Cic. 1. *de Legib.* Quique non paruerit, capital esto. Capital nunquam ædepol aufugiet, tametsi capital fecerit. Plaut. *Men. sc.* 3. *a.* 1. ‖ ¶ Capital etiam dictum est capitis periculum. Contractum ex *Capitale.* ‖

Căpĭtālis, e, adject. {*κεφαλικὸς.* GALL. *Capital, criminel, mortel.* ITAL. *Capitale, mortale.* GERM. Der den todt verschuldt hatt. HISP. *Criminoso, digno de muerte.* ANGL. *Deatlie, wertie of the death.*} Quod capitis supplicium meretur: ut capitale crimen. Cic. 7. *Verr.* Primùm insimulatio est repentina, capitalis atque invidiosi criminis. ¶ Capitale crimen non ita plane est intelligendum, quòd vita privaretur is, qui crimine capitis damnatus erat, sed quòd eum capitis pœna sequeretur. Capitis autem pœna, vel libertatis, vel civitatis amissio dicebatur, quam utramque capitis diminutionem vocabant: at capitis diminutio quidem triplex esset, maxima, media, minima; non omnis tamen pœna fuit, sed tantùm duæ priores: maxima, quæ libertatis ademptione: media, quæ civitatis. Minima, quum familia mutaretur, beneficium potius quàm pœna fuit: quod si cui magistratus adimeretur, capitis ea diminutio non fuit, ut *Inst. lib.* 1. legimus: sicuti capitis ea diminutio fuit manente magistratu, ut in mancipatione filii: quod *l.* 5. & 6. *D. de capite minutis*, traditum est: quodcunque autem in crimine, vel maxima, vel media capitis diminutio sequeretur, capitale illud esse crimen dicebant. Ex lib. quem edidit Manutius *de legibus Rom.* ¶ Capitis luxus, lasciviæ ortus teterrimæ morigerantium, vel illudentium capiti, quæ Nolanis objiciebatur. Anton.

*Et quam Nolanis capitalis luxus inussit.*

Capitale, pro ingenioso, acuto & solerti. Ovid. 3. *Fast.*

*—— Capitale vocamus*
*Ingenium solers.*

Capitalis aliquando ponitur pro *Pernitiosus.* Cic *in Anton.* Capitalem, vel pestiferum M. Antonii reditum à Brundusio expectabamus. Capitalis hostis. Cic. *in Cat.* Capitalis cædes. Plaut. *Mostel. sc.* 1. *a.* 3. ¶ Capitalis oratio, *ὀλέθριος λόγος.* Cicer. *lib.* 1. *Offic.* Capitalis oratio est ad æquationem bonorum pertinens. ¶ Capitalis ira, ab Horatio dicitur pro mortifera. Capitale odium, *ὀλέθριον μῖσος.* Capitalis morbus, quòd caput & hominis vitam petat. ¶ Capitalis locus dicebatur, ubi si quid violatum erat, capite violatoris expiabatur. ¶ Capitale pactum, capitale vitium, propter quod debet quis ad pœnam capitis peti.

Căpĭtălĭter, adverbium. {*κεφαλικῶς, φονικῶς.* GALL. *Mortellement, à mort.* ITAL. *Mortalmente.* GERM. Tödtlich. HISP. *Mortalmente, à muerte.* ANGL. *Deadlie.*} Plin. *epist.* 5. Præterea reminiscebantur, quàm capitaliter ipsum apud Centumviros lacessisset.

Căpĭstrum, Capitis vinculum, quod equis & hujusmodi animalibus adhiberi solet, ne fugiant. {*חבל מתום machóm. κημός.* GALL. *Licol, bride, ou cheveſtre.* ITAL. *Capestro, legame, fune.* GERM. Ein band das man den rossen umb den kopf legt. HISP. *Xaquima à cabeſtro.* ANGL. *An halter.*} Mart. Paret purpureis aper capistris. ¶ Colum. *lib.* 5. vitibus attribuit, quum inquit: Quare quum ad summum palum recta vitis extenta est, capistro constringitur, ne fœtu gravata subsidat, curvetúrque. ¶ Et capistrum dicitur, quod circa os bestiarum involvitur, ne cibos decerpant. Varro *lib.* 2. *cap.* 6. Asinos capistris habent vinctos.

Căpĭstro, as, Capistrum impono. {*חטם chaſám. κημόω.* GALL. *Eſcheveſtrer, lier par la teſte, emmuſeler.* ITAL. *Incapeſtrare, incabestrare.* GERM. Ein halfter anlegen / anbinden. HISP. *Encabeſtrar beſtias.* ANGL. *To put an halter in the head of a beaſte.*} Plin. *lib.* 28. *cap.* 19. Si inter arbores vitésque arator, fiscellis capistrari boves oportet, ne germinum tenera decerpant. Col. *lib.* 11. *cap.* 2. Ut juga vineis imponantur, & capistrentur.

Căpĭtātĭo, nis, {*כס מס.*} Tributum quod in capita ita distributum erat, ut Jugatio in juga boum, *l. immunitates, & l. seq. C. de agric. & cens. lib.* 11. ¶ Capitatio item pro annona, *in tit. C. de annonis & capitatione, l. ult. §.* 8. *D. de muneribus. l.* 3. & 4. *de censib.* Vide Bulenger. *lib.* 9. *cap.* 17.

Căpĭtātŭs, a, um, quod formam habet capitis. {*κεφαλοειδὲς.* GALL. *Teſtu, ayant teſte.* ITAL. *Chi ha teſta.* GERM. Der ein topf oder haupt hatt. HISP. *Cosa de grande cabeça, cabeçuda.* ANGL. *That hath an head.*} Unde capitatum potrum. Colum. *lib.* 12. Cultus autem potri capitati assidua sarritio & stercoratio est. ¶ Item capitata vinea, ab eodem dicitur, sicut & brachiata, *lib.* 5. *cap.* 5. Nam duæ species hujus quoque culturæ sunt: alii capitatas vineas, alii brachiatas magis probant.

Căpĭtĕllum, i, diminutivum est à *capitulum*, quod significat parvum caput, id est, summitatem cujuscunque rei. {*כותרת cotheréth. κεφαλὶς, κεφάλιον.* GALL. *Petite teſte, ſommité.* ITAL. *Capitello.* GERM. Ein haupelin / oder ein capitel vnd vnderstheyd in einem buch. HISP. *Capitel, como de columna ò pilar.* ANGL. *A litle head.*} Plin. *lib.* 24. *cap.* 16. Inde tamuli assurgunt sua capitella gerentes. ¶ Item capitellum dicitur epistylium, id est, caput columnarum. {ANGL. *The chapiter of a pillar.*} Nam basis, inferior pars, hoc & capitulum vocatur. Plin. *lib.* 36. *cap.* 23. Spiræ subditæ, & capitella addita. ¶ Recentiores insuper medici Capitellum sumunt pro vase illo duplici, in quo reponuntur herbæ, aromata, & similia, ut igne supposito ex eis aqua exprimatur.

Căpĭtŭlum, interprete Nonio, Capitis tegumentum est. {*צעיף tſahiph, כיתונית pethighil. κάλυμμα ἢ κεφαλῆς.* GALL. *Chaperon ou cape que les femmes portent au temps de pluye.* ITAL. *Capello, berretta.* GERM. Ein haupttecke / als ein hut / kapp / bareth. HISP. *Beneete, ſombrero de muger.* ANGL. *An hood.*} Contrà Varro non obscure innuit muliebre tegumentum fuisse, quo illæ pectus vinciebant, & à capiendo, id est, comprehendendo, non à capite esse deductum. Capitium (inquit *lib.* 4. *de L. L.*) quod pectus capit, id est, comprehendit. Idem *lib.* 4. *de vita pop. Rom.* ut citat Nonius: Neque id ab orbita matrumfamiliàs instituti, quòd ex pectore & lacertis essent apertis, nec capitia habebant. Ulp. *l. vestis. ff. de aur. & arg. leg.* Mulebria sunt veluti stolæ, palla, capitia, zonæ. Gell. meminit *cap.* 6. *lib.* 16.

Căpĭtōnĕs, dicuntur duri, qui nunquam de sua sententia immutantur, ut apud Plaut. *in Perſa.* {*קשה עורף keſchéh oréph. ἀνέγκλητοι.* GALL. *Teſtus, groſſes teſtes, opiniaſtres.* ITAL. *Teſtareccî, di ſuo capo, oſtinati.* GERM. Hartkopf / eintêntig / die von irem kopf oder meinung nit abzuwenden wöllen. HISP. *Perſuades, confirmades, hombres de cabeça.* ANGL. *That hath great heades, ſtubburne and willfull.*} Dicitur & Capito, qui magnum habet caput. *Cic. de nat. deor.* R. deo ad deos, ecquos si non tam Strabones, aut petulcos esse arbitramur? ecquos narum habere? ecquos silos, flaccos, frontones, capitones, &c. ¶ Fit item Capito piscis apud Catonem *de R. R. c.* 150. {ANGL. *A codde fiſhe.*} Κεφαλὶς νεοτάμος, vel potiùs *κεφαλὸς νεοτάμος*, mugil fluvialis, similis est mugili, cujus in dorso unica pinna, os sine dentibus, sed asperum, branchiæ quaternæ ac geminæ, oculi pupilla nigra. Cato *c.* 148. de alvo dejicienda, piscem capitonem (scriptum capitoneum) & scorpionem memorat. Ausonius *in Moſella:*

*Squameum herboſum capito interluset arenas,*
*Viſcere pratenero fartim congeſtus ariſtis.*

Căpĭtōsŭs, a, um, {*κεφαλώδης.* ANGL. *Whirh hath a great head.*} Qui magnum caput habet. ¶ Interdum dicitur qui est duri capitis, qui & cervicosus appellatur.

Căpĭtŭlārum, dicitur quod in summo crassum quiddam habet in modum capitelli, *κεφαλωτὸν.* Plin. Folia bovis linguæ similia, minora,

subcandi

subcandida, & in cacumine capitulata.

Căpĭtŭlātim, adverb. Per capita. { Gall. *Par petit sommaires & articles.* Ital. *Per capitoli, per parti.* Germ. Durch die capitel / von capitel zu capitel. Hisp. *De capitulo en capitulo.* Angl. *By speriall heades and sommes.* } Plin. *lib.* 2. *cap.* 12. Nunc confestim de iisdem breviter atque capitulatim attingam. Nepos *in Vita Catonis*, Scripsit in quarto libro bellum punicum primum, in quinto secundum, atque hæc omnia capitulatim sunt dicta: Reliqua pari modo persecutus est.

Căpĭtŭlo, as, Capitulum appono, vel per capita distinguo, κεφαλαιόω. Unde & Recapitulare, ἀνακεφαλαιόω, est breviter ea quæ dicta sunt per capita recensere.

Căpĭtŭlum, diminutivum, significat parvum caput. { κεφάλιον. Gall. *Petite teste.* Ital. *Picciolo capo.* Germ. Ein heuptlin / hopflin. Hisp. *Pequeña cabeça.* Angl. *A litle head.* } Plaut. *Curc.* Ubi quid turpiter, operto capitulo caldum bibunt. ¶ Est & vox blanditientis. Idem, Meum capitulum, meus occisus. Ter. O lepidum capitulum. ‖ ¶ Capitulum, pro homine. Scribam te huic capitulo satis esse facturum (i. mihi pene libero.) Plaut. *Asin. sc.* 4. *a.* 1. ‖ ¶ Aliquando dicitur initium sententiæ, quod per metaphoram etiam Caput vocatur, κεφάλαιον. Cic. 1. *de Legibus*, Nec verò ferent, si audierint te primum capitulum optimum prodidisse: in quo scripsit nihil curare Deum, nec sui, nec alieni. ¶ Item caput columnarum. Plin. *lib.* 36. *cap.* 23. Quoniam capitulis Corinthiorum eadem est altitudo, &c. ‖ ¶ Est etiam locus, ubi congregantur Monachi, Canonici, & omnino qui Capitulates dicuntur, quia ibi capita religiosorum, h. e. primores Ecclesiastici considunt. Italicum est *Capitolo.* ¶ Usurpatur pro ipsis canonicis congregatis, seu collegio. ‖ ¶ Est præterea urbs Italiæ prope Bouillas, & Calacias.

Capitulum Martis, Eryngion apud Dioscor. *lib.* 3. *cap.* 23.

Cāpys, ŭos, nomen Troiani cujusdam, qui Capuam ædificavit. Virgil. *lib.* 10.

*Et Capys, hinc nomen Campana duximus urbi.*

Hujus meminerunt Dictys Cretensis, & Dares Phrygius. Item interpres Quint. Calabri poëtæ *in lib.* 12. qui cum majestate Homeri videtur quasi contendere. ¶ Fuit item Capys filius Assaraci, & pater Anchisæ. Ovid. *in Fast.*

——— *Tres est enecratus ab ille:*
*Assaracum creat hic, Assaracúsque Capyn.*

¶ Capys item Sylvius, Albanorum rex, & Capeti pater.

Cara, radix est herbæ ejusdem nominis, qualascki admista, Hircius scribit Cæsaris exercitum diu inopiam levasse.

Carabis, ĭdis, fluvius est apud Seras, Scythiæ populos, cujus meminit Plin. *lib.* 6. *cap.* 17.

Cărăbŭs, Genus cancri. Plin. *lib.* 9. *cap.* 11. Cancrorum genera carabi, astaci, maiæ, pagari, hetaereotici, leones, & alia ignobiliora. Carabi à cæteris cancris cauda distant. In Phœnice *mmo.* vocantur, tantæ velocitatis ut consequi non sit possibile. ¶ Carabus navicella est apud Indos.

Caracalla, æ, indumenti genus fuit ad talos usque demissum, ab Antonino Imperatore populo datum: unde & Caracallæ agnomen invenit. Author Sext. Aurel. *in Anton.* ¶ Ejus hæc sunt verba: Caracalla nomen accepit à vestimento, quod populo dederat, demisso usque ad talos, quod antè non fuerat: unde hodie Antonianæ dicuntur Caracallæ hujusmodi, in usu maximè Romanæ plebis frequentatæ.

Caracta, oppidum est in Hispania, quod hodie vulgò *Guadalaira* dicitur.

Caradocta, multorum tamia: fortè *Catalella.*

Caralitanum, & Caralitani (quæ huc perperam ingesta erant.) Vide *Calaritanum*, & *Calaritani.*

Carambis, ĕdis, *Campo pisello*, Promontorium magnum Paphlagoniæ ad Septentrionem porrectum, arietinæ frontis habens formam, quòd longo spatio pelago incumbens, Scythicæ objectum peninsulæ, Euxinum Pontum bimarem videtur efficere.

Catambucis, fluvius est Scythiæ ad montes Riphæos. Plin. *lib.* 6. *c.* 13.

Carana, Ponti oppidum, à quo Caranensis regio dicitur, ut scribit Strab. *lib.* 12. *Geographiæ.*

Caranitis, præfectura est Armeniæ majoris. Plin. *lib.* 5. *cap.* 24.

Caranus, Macedoniæ rex, cujus historiam pluribus persequitur Just. *lib.* 7. Ejus etiam meminit Solinus *c.* 12. ¶ Est item Caranus Aradiorum portus in Phœnice prope Paltum urbem. Vide Strab. *lib.* 13.

Carasēni, populi Tauricæ regionis. Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.

Carastaci, Plin. *lib.* 6. *cap.* 7. Populi sunt circa Mæotim.

Caraxus, quod hactenus hic vitiosè scriptum, ita alieno loco collocatum fuit. Vide *Coraxum.*

Carba, vide *Carbis.*

Carbana, κάρβανα, urbs Lyciæ est, apud Steph.

Carbania, Pomp. Mel. *lib.* 2. commemoratur inter parvas insulas Tyrrheni maris, Italiæ adjacentes.

Carbăs, { λίψ. Gall. *Garbin.* Ital. *Garbino.* Germ. Der wind so von der Sonnen nidergang des winters her wähet. Hisp. *Viento abrego.* Angl. *The sowthe west wind.* } A Vitruvio appellatus ventus ab occasu brumali flans, quem atticatore nomine Africum vocamus. Itali *Garbinum* vocant, nomine à Carbas (ut videtur) deducto.

Cărbăsĭnus, { φοινικοῦς, λινοῦς. Gall. *Fin lin.* Ital. *Lino fino.* Germ. Ein schön leinwat. Hisp. *De genero de lino precioso.* Angl. *Lawn or fine linnen cloth, cypres.* } In singulari frequentius fœminini generis, interdum etiam masculini, in plurali verò neutri. Papinius *in Achilleid.*

*Nec mora jam dextras Ithacia carbasa mutat Petebat.*

Propert.

*Exhibuit vivus carbasa alba focis.*

Apud Val. Max. in masculino genere invenitur. Ita enim ait *lib.* 1. Quum carbasum, quem optimum habebat, foculo imposuisset, subitò ignis emicuit. Fit autem carbasus genus lini miræ tenuitatis, in Hispania primùm repertum, ut scribit Plin. *lib.* 19. *cap.* 1. Ex carbaso fiebant vela navium, quæ & ipsa Carbasa, ἄρθρα, dicuntur. Virg. 3. *Æneid.*

*Calopini Parth.*

——— *& auro*
*Vela vocant, tumidoque inflatur carbasus Austro.*

Nonius docet Carbasum esse pallium, quo fœminæ amictiuntur opulentiæ causâ, ut tertio, aut tenui lino. Idem 8. *Æneid.*

——— *cum tenuis glauco velabat amictu*
*Carbasus.*

Cărbăsĕus, a, um, ex carbaso factus, { ἐλίνεος. Gall. *De fin lin.* Ital. *Fatto di lino.* Germ. Von aus schönt oder reiner leinwat gemacht ist. Hisp. *Cosa de aquel lino precioso.* Angl. *Made of fine linnen cloth.* } Cic. 7. *Verr.* Tabernaculis carbaseis interna velis collocabat. ¶ Carbasei venti. Tib. *lib.* 3. *Eleg.* 2.

*Post hæc carbaseæ humerum tollere velæ.*

Cărbăsĭnus, a, um, Carbasina vela, apud Plin. *lib.* 19. *cap.* 2. λίνα σφαιρωτά. Quint. Curt. Carbasinis vestibus Indi & Arabes corpora velant, quæ sunt auro purpuraque distincta.

Cărbăsĭnĕus, a, um, idem. Varro *de vita pop. Rom. lib.* 4. Eadem postea carbasineo magis, ut pellibus tegerentur togæ.

Cărbătīnæ, σφενδόναι. Calceamenti rustici genus, ex tenuiore corio bubulo, unde Carbatinæ crepidæ, apud Catullum. Arist. *lib.* 2. *de Animalibus*, scribit camelos calceari carbatinis, ne scilicet in exercitu longiore itinere fatiscant.

Carbileti, Thraciæ populi. Plin. *lib.* 4. *cap.* 11.

Carbilius, cui Spurius prænomen fuit, primus Romæ Grammaticam mercede docuit: Hujus autem patronus Carbilius, cognomento Ruga, primus Romæ uxorem, quòd sterilis esset, repudiavit, præstito antè juramento, se uxorem liberorum causâ quærere. Author Gellius *lib.* 4. *cap.* 3. & *lib.* 17. *cap. ult.*

Cărbo, ŏnis, prænomine Cneus, ter Consul fuit, & in tertio Consulatu jussu Pompeii, quòd Marianas partes sequeretur, dum alvum exonerabat, in Sicilia fuit interfectus. ¶ Fuit & C. Carbo hujus frater, summus Orator, cujus memorat Cic. *in Bruto*, quòd voluntaria morte se à judicum severitate vindicarit. ¶ Fuit & alius Carbo, hujus filius, quem Cicero oratorem non satis acutum fuisse ait, verbōrū tamen gravitatem ei tribuit, & naturalem quandam orationis authoritatem. Hic ab exercitu suo interfectus fuit, quem bellis civilibus solutum ad disciplinam revocare conabatur.

Cărbo, ōnis, propriè dicitur, quum extincta fuerit pruna, { חרבן *ghechâl*, פחם *pethâm*, רשף *réshepheph.* ἄνθραξ. Gall. *Charbon.* Ital. *Carbone.* Germ. Ein kolen. Hisp. *Carbon.* Angl. *A cole, a charcole, a sothurning.* } Persius,

*Illa prius creta, mox hæc carbone notasti.*

Carbone notare, i, damnare: cui contrarium, Creta notare: præterea quòd Pythagoras aiebat, id quod esset colore candido, ad boni naturam pertinere: quod atro, malī. Terent. *Adelph.* Tam excoctam reddam atque arrami, quàm carbo est. ¶ Aliquando dicitur Carbo, quum est ignitus. Plin. *lib.* 18. Et quum civis in foco contrecti, & quum carbo vehementer perlucet. Ovid. *Eleg.* 11. *lib.* 3. *Trist.*

——— *Lentus carbonibus ure Inclusum.*

Carbo, de cremato cadavere. Cellius, *lib.* 4. *cap.* 4. Vulgò audio, si quis pullum hirundinis ederit, angina toto anno non periclitari, servatúmque eum ex sale, cùm is morbus urget, combuti, carbonémque ejus contritum in aqua mulsa (quæ potui datur) infricari, & prodesse. Idem *lib.* 5. *cap.* 27. De scorpione super prunam unpolito dixit, Carbonem ejus super vulnus diligent.

Cărbŭncŭlus, dimin. Parvus carbo. { ἀνθράκιον. Gall. *Petit charbon.* Ital. *Picciolo carbone.* Germ. Ein kolelin. Hisp. *Pequeño carbō.* Angl. *A litle cole.* } Plaut. *in Most.* Amburetur misero ei corculum, ut carbunculus. Ad Herenn. *lib.* 4. Ipse à vicinis cùm testa ambulans, carbunculos corrogaret. ¶ Est item Carbunculus, tumor præter naturam, sive ulceris genus celeriter cruentam faciens, cum vehementi partis inflammatione: ita dictus à carbonis ignei similitudine. { אבן *eshpheh.* ἄνθραξ. Gall. *Apostume nommée charbon.* Ital. *Carboncello.* Germ. Ein böß gifftig geschwer / ein Carfunckel Hatt. Hisp. *El carboncol.* } Ejus hæ notæ sunt: Rubor est, supérque cum non miniatum pulluæ emicent, maximè nigræ, interdum subluvidæ, aut pallidæ. In his fames esse videtur, mixta color est niger, ipsum corpus citrius & durius quàm naturaliter oportet. Plin. *lib.* 23. *cap.* 4. Nomas repurgant, carbunculos rumpunt. ¶ Est item Carbunculus, Gemma ignei carbonis similitudinem referens, ipsisque etiam noctibus lucens, & quibusdam quasi radiis refulgens: quæ apud Indos, & Garamantas invenitur. { אזמרד *ekdách.* σμάραγδος. Gall. *Pierre pretieuse appellée Escarboncle.* Ital. *Pietra pretiosa detta Escarboncolo.* Germ. Ein Carfunckelstein der zu nacht scheynt. Hisp. *El carboncol piedra.* } Plin. *lib.* 37. *cap.* 7. Principatum habent carbunculi, à similitudine ignium appellati, quum ipsi non sentiant ignes: ob id à quibusdam Apyroti vocati. ¶ Sumitur quandoque Carbunculus, pro certa, ubi tesseræ lapideæ, & nigræ reperiuntur. Palladius, In Januario mense carbunculos, usi stercorem, macras vineas reddit. Plin. *lib.* 16. Maximeque fabulum humidum, aut carbunculum, aut cophaceam formam. ¶ Hinc Carbunculosus ager dicitur, in quo id genus carbunculi abundat. Colum. *lib.* 3. *c.* 11. Nam carbunculosum agrum nisi stercore juves, macras vineas efficere dixerunt. Plin. *lib.* 31. *cap.* 3. Sabulosum masculum, & arena carbunculosa certas promittent venas, stabilesque & salubres. ¶ Carbunculus præterea in vitibus & arboribus dicitur, quum earum flores adurantur, & ad carbonis ficcitatem nigredinemque tendantur, ἐφαιλιασμός. Plin. *lib.* 17. *c.* 24. Syderatio tota è cœlo constat: quapropter & grando iis in cautis intelligi debet, & carbunculatio, quod primarum inpuria evenit. Hæc enim verno tempore invitatis, & erumpere audentibus satis mollibus insidens, adurit lactescentes germinum oculos: quod in flore carbunculum vocant.

Cărbūncŭlo, as, neut. absolutum, & Carbunculor, aris, deponens, pro eo quod est, carbonis similitudine aduro, seu inflammo. { קדח *kadách.* σφακελίζω. Gall. *Estre enflammé & rouge comme un charbon.* Ital. *Essere infiammato come carbone.* Germ. Brennen oder anzünden wie kolen oder wie ein glut. Hisp. *Encenderse como carbon.* Angl. *To be inflammed and redde lik a cole.* } Plin. *lib.* 23. *cap.* 3. Succus eorum carbunculantibus cutem oculos ulceribus, & pustulis

procidentisque pupillæ efficax. Idem *lib.*22. *cap.*7. Verùm & his sua injuria est, atque cœli intemperie carbunculantur, fiuntque semina cassa, & inania. Idem *lib.*12. *cap.*8. In hoc temporis intervallo res summa vitium agitur, decretorio uvis sydere illo, quod Canículam appellavimus: unde carbunculare dicuntur, ut quodam uredinis carbone exustæ.

Carbunculatio, nis, verbale. Vide in *Carbunculus.*

Cārbonārius, substam. qui carbones conficit. { ἀνθρακεύς. Gall. *Charbonnier.* Ital. *Carbonario.* Germ. Der da kolen macht / koler. Hisp. *Carbonero.* Angl. *A teliar.* } Plaut. *in Casin.* Sine modò rus veniat, remittam ad te virum cum furcâ in urbem, tanquam carbonarium.

Cārbonārius, a, um. { ἀνθρακικός. Gall. *De charbon, des appartenances de charbon.* Ital. *Di carbini.* Germ. Die zukosen gehört. Hisp. *Cosa pertenesciente à carbon.* Angl. *Perteining to coles.* } ut, Fornax Carbonaria. Carbonarium negotium exercere. Plin. *de Viris illustr.* Nam pater ejus, quamvis patricius, ob paupertatem carbonarium negotium exercuit.

Carbulo, author Plin. *lib.*3. *cap.*3. Oppidum est Bæticæ prope Cordubam.

Carcasei, populi sunt Narbonensis Galliæ, quorum oppida sunt Atacilia, Aëria, Bormannico, Macina, & Cabellio. Plin. *lib.*3. *cap.*4.

Carcăsum, Plin. *lib.*3. *cap.*4. vocatur oppidum Galliæ Narbonensis, quod hodie *Carcassonam* vocant.

Carcathiocerta, Armeniæ majoris urbs Tigri proxima, ut author est Plin. *lib.*6. *cap.*11.

Cārcer, ĕris, locus in quo servantur noxii, vel undecunque quis exire prohibetur: quasi Coarcet, à coërcendo, ut docet Varro: quòd vincti in eo custodiri prohibeantur exire. { φυλακή. *Arcerum, Custodia.* Gall. *Prison.* Ital. *Carcere, prigione.* Germ. Ein kercker / oder gefengnuß. Hisp. *Carcel, ingar de prison.* Angl. *A prison or gaill.* Liv. *lib.*1. } Carcer ad terrorem increscentis audaciæ medio urbe, imminens foro ædificatur. Cic. 7. *in Verrem.* Cur carcer ædificatus? cur tot supplicia in improbos more majorum constituta? Te surripuisse aiunt coronam, & compactum in carcerem. Plaut. *Men. sc.*5. *a.*5. An etiam ille unquam expugnavit carcerem patriam tuam? Idem *Pseud. sc.*7. *a.*4. Quid faciam si me viri tres in carcerem compegerint? Idem *Amph. sc.*1. *a.*1. In robusto carcere ut peteatis. Idem *Curc. sc.*3. *a.*5. Item Carcer pro ipso corpore: Carcere diutino emissus animus. Sen. *cap.*17. *de consol. ad Polyb.* ¶ Unde & in circo, unde emittebantur equi, Carceres sunt appellati, quòd coërcerentur equi, ne inde exeant antequâ magistratus signum miserit. { βαλβὶς ἀφετηρίας. Gall. *La barriere, ou le lieu duquel partoient les chevaux pour courir és jeux de prix publics.* Ital. *Luogo donde si partanno i cavalli per correre al palio, le mosse.* Germ. Schrancken / in welchen die roß gehalten werden / ehe das man sie herauß laßt zu dem turnier oder anderem schawspyl. Hisp. *La cuerda que empare los cavallos.* Angl. *Places out of which horses is letten to runne à feale.* } Terminum autem ad campi finem, ubi cursum sistunt, Metam pro fine ponimus. Et licèt quidam dicant in singulari tantùm significari custodiam publicam, in plurali currentium equorum repagula, vel funes, qui equis ad metam currere valentibus oppònuntur; Cic. tamen utrumque indifferenter posuit. Nam *in Caton.* sic inquit: Nec verò velim quasi decurso spatio ad carceres à calce revocari. Et *lib.*4. *ad Herenn.* Quasi si quis ad Olympiacum cursum venerit, & steterit ut emittatur, impudentésque illos dicat esse, qui currere cœperint, ipse carcerè intra steterit. Sueton *in Claud. c.*21. Carceribus marmoreis & aureis metis. ¶ Hinc dicimus, A carcere, ἀπὸ βαλβίδος, pro ab ipso rei principio. Et, à carceribus, ἀπὸ βαλβίδων, pro eodem. ¶ Carceres interdum pro furibus, seu captivis poni solent: Græcè δεσμωτήρια. Idque per metonymiam, continens pro contentis: quemadmodum etiam Ergastula sæpe accipimus pro iis qui ergastulis sunt inclusi. Cic. *in epist.* Quacunque ivit, ergastula solvit.

Circerārius, a, um, quod ad carcerem pertinet. { ἐπίκρισις, ἡ εἰς τὴν δεσμὸν, ἡ ἀπὸ τῆς δεσμωτηρίου. Angl. *Belonging to a gaill.* } Plaut. *in Capt. sc.*2. *a.*1. Ægrè mihi est, hunc quæstum facere carcerarium.

Cārchēdōn, ὁνος, à Græcis appellata urbs Africæ totius olim potentissima, infestissimáque Romani imperii æmula. { Germ. Die gewaltige statt Carthago in Africa. } Unde Carthaginenses ab iisdem Carchedonii, Καρχηδόνιοι, appellantur. Hinc etiam Plaut. Comœdiam suam Pœnulum Carchedonium nominavit. ¶ Carbunculos quoque Germanicos, Plin. author est *lib.*37. *cap.*7. ab hujus urbis opulentia Carchedonios fuisse vocatos, non quòd circa Chartaginem inveniretur, sed quòd à Pœnis negotiatoribus Romam afferretur. Dicta Carchedon à Carchedone conditore, cujus meminit Appianus. Sed vulgatior fama est, conditam fuisse à Didone. De hac multa Eustath. *in Dionys.*

Cārchēdōnĭus, Καρχηδόνιος, Καρχηδονίτης, genus inter metalla æris reperti, vilissimum, minimúmque: idem fragile, & colore incertum: ac virentium in caudis pavonum, columbarúmque collo plumis simile. Alio nomine Smaragdites dicitur. Vide Plin. *lib.*37. *cap.*5.

Carchesia, insula una Cycladum, alias Amargus. Steph.

Cārchēsium, καρχήσιον. Poculi genus. Virg. 5. *Æneid.*

*Hic duo vitè mero libans carchesia Baccho.*

Tradunt Jovem, quando eum Alcmena concubuit, in pretium et concubitus carchesium aureum dedisse. ¶ Est autem id vasis genus procerum, ac circa mediam partem compressum, ansatum mediocriter, ansis à summo ad infimum pertingentibus. ¶ Est præterea Carchesium in navibus suprema pars mali, à qua veli latera, quæ cornua vocantur, utrinque diffundantur: à cujus figura Asclepiades, referente Macrobio, vascula ejusdem nominis dicta arbitratur. ¶ Malt autem navium in tres omnino partes distinguuntur: quarum infima Pterna vocatur, media κάρχησιον, suprema Carchesium. Plura de hoc vide apud Macrobium, Crinitum, Bayfium, & Nonium.

Carcina, καρκίνη, civitas est Scythiæ Europææ, à qua sinus Carcinites. Plin. *lib.*4. *cap.*12. Pomp. *lib.*1. & Carcinites amnis, eam civitatem præterfluens, ut author est Ptol. *lib.*3. *cap.*5.

Carclesthron, καρκλήθρον. Genus herbæ, quod Græci polygonon vocant: cujus succus naribus infusus supprimit sanguinem, & cum vino potus cujuslibet partis profluvium sistit. Et est non inhabet. Geniculatam Latini vocant. Plin. *lib.*27. *cap.*12. ¶ Vulgò *Centinodia.* Dicimus hic, herba sancti Innocentii.

Cārcĭnās, καρκίνιον, gemma est maximi cancri colore. Plin. *lib.*37. *c.*11.

Cārcĭnōdēs, vide *Carcinus.*

Cārcĭnōma, Cancer morbus. καρκίνωμα. Gall. *Chancre, maladie és parties superieures.* Ital. *Cancaro.* Germ. Der krebs / ein krankheit. Hisp. *Cancer ò cardán.* Angl. *A canker or disease in the superiour partes.* } De quo vide Plin. *lib.*20. *cap.*9. Cato. *de re rustic.* Et si quid in mammis ulceris natum, & carcinoma, brassicam tritam apponito, sanum faciet. Celsus tria facit ejus genera: primum Cacoëthes, quum ulcus quidem pressum est, sed quæ circa sunt intumescunt: secundum sine ulcere: tertium quod Thymum vocat. Vide plura in dictione *Cancer.*

Cārcĭnus, Cancer animal & signum cæleste. { καρκίνος. Gall. *Un cancre, ou escrevice.* Ital. *Gambaro, granchio, cancro.* Germ. Krebs / das thier. Hisp. *Cangrejo.* Angl. *A crabbe or heavenlie signe.* } Vide in dictione *Cancer.* Luc. *lib.*9.

*Par geminis Chiron, & idem quod Carcinus ardens,*
*Humidus Ægoceros.*

¶ Est item Carcinus, καρκίνος, duorum poëtarum Tragicorum nomen, quorum alter Athenicnsis fuit, alter Agrigentinus: quorum scripta enumerat Suidas.

Cārcĭnōdes, neutr. gen. καρκινῶδες, vitium, seu morbus cancri naturam imitans, similique modo serpens. Plin. *lib.*20. *cap.*17. Narium quoque carcinodes consumit illitum ex aqua.

Cardaces, apud Persas, appellabantur qui ex rapto vivebant: nam Carda apud eos bellicosum, & violentum significabat. Author Strab. *lib.*15.

Cardamine, { καρδαμίνη. Gall. *Mente aquatique.* Ital. *Balsamita, mentastro aquatica.* Germ. Bachmünz. Hisp. *Hierva buena del agua.* Angl. *Water cresses.* } Sisymbrii genus est, quod officinæ Nasturtium aquaticum vocant. Vide Dioscor. *lib.*2. *c.*117. & Ruell. *lib.*2. *cap.*60.

Cardămōmum, { καρδαμωμὶς. Angl. *Graines.* } Frutex est amomo similis, odoratus, oblongo semine & anguloso: meritur eodem modo quo amomum. Vide Plin. *lib.*12. *cap.*13.

Cardāmum, { κάρδαμον. Gall. *Cresson alenois.* Ital. *Agresto.* Germ. Brunnen kreß. Hisp. *Nasturcio, malpica.* Angl. *Garden cresses.* } A Græcis vocatur herba, in hortis passim proveniens, quam Latini Nasturtium hortense vocant. Cardamum autem dictum putatur. Νὰ ὁ κάρδια, quòd cor foveat, & in syncope illa, quam Cardiacam vocant, plurimùm valeat. Alii diversa ratione ausi, sic dictum arbitrantur, quòd caput edomet, quasi κεφάδαμον. Nam acrem mentis obsidens suo fetu acrimonia, & ignea vi prædirum caput tentat. Capitis tamen vitia purgare creditur, unde ortum est proverbium, ἔδου κάρδαμα, hoc est, Ede nasturtium, in eos dici solitum, quibus sanum non est cerebrum.

Cardamyla, καρδάμυλα, urbs fuit Peloponnesi, propinquâ Pylo, sub dominio Agamemnonis: una earum quæ reconciliationis ergò Achilli ab Agamemnone offeruntur apud Homer. *lib.*9. *Iliad.*

Cardamyleusus, καρδαμυλεύσιος, vicus quidam. Steph.

Cardax, κάρδαξ, Saltatio obscœna & Comica, inquit Budæus.

Cardĭa, sive Cardinea, Dea apud Romanos, quæ cardinibus præerat; quasi Cardina, vide *Carna.*

Cardĭa, Græca dictio, Latinè Cor. { ἡ καρδία. Gall. *Cœur.* Ital. *Cuore.* Germ. Das hertz. Hisp. *Corazon.* Angl. *The hart.* } Quamquam etiam à priscis medicis, teste Galeno, pro superiori ventriculi orificio ponebatur: quo pacto ipsum etiam Hippocratem aliquando loquutum esse ostendit. Hinc factum est ut Cardiacus morbus dictus sit, non qui cor, sed ipsum infester ventriculum: quippe qui fiat ex humoribus mordacibus, & venenaris, in ventriculo congestis, nimióque dolore syncopem afferentibus, quam Cardiacam appellant. Cardiacus, i. Proillo qui cardiaco morbo tentatur. καρδιακὸς. Cic. 1. *de Divinat.* Ego autem haud scio an nec cardiacis hoc tribuendum sit, nec phreneticis. Juven.

*Cardiaco nunquam cyathum missurus amico.*

¶ Est & Cardia nomen urbis in Thracia, ad Melanem sinum, à cordis similitudine vocata, teste Plin. *lib.*4. *cap.*11.

Cardiacus, καρδιακὸς, quasi dicat, cordialis. καρδιακὸς, διάθεσις, affectio cordis, seu oris ventriculi. *Cardiacus*, cui os ventriculi dolet, & per consensum quoque cor ipsum offenditur.

Cardialgĭa. { καρδιαλγία. Angl. *Sorrow of the harte.* } Dolor cordis, & mentis tristitia. Item ventriculi erosio, quæ & φυσόγαστρις dicitur. Vide infrà.

Cardinea, Dea, quæ & Cardina dicta est: cardinibus præesse dicebatur.

Cardinum, (quod hîc pro nasturtio hortensi perperam legebatur (vide de *Cardamum.*

Cardĭōgmus, i, { καρδιωγμὸς. Angl. *Griping of the stomache* } Morbus est ventriculi, ortum habens ex humoribus acribus mordacibus, ipsum ventriculi orificium (quod prisci Græci, teste Galeno, etiam φυσὰν appellarunt) intolerabili punctione erosionéque infestantibus nonnunquàm etiam syncopem inducentibus. Ea enim pars corporis exactissimo tactus sensu sit prædita, propter insignem par nervorum ad eam à cerebro transmissum. Quo fit ut dolores ea in parte sint maximi, quibus quam vires fetendis pares non sint, solet subsequi ea syncope, quam Stomachicam vocant.

Cardisce, καρδίνη, gemma est, quæ fit ex draconis cerebro viventis abscisso, alio nomine Draconitis dicta. Plin. *lib.*37. *cap.*10. Draconites, sive draconitis è cerebro fit draconum: sed nisi viventibus abscisso nunquam gemma fit, invidia animalis mori se sentientis. Igitur mos est, ut dormientibus animalibus caput amputent. Encardia cognominatur, & Cardisce.

Cārdo, nis, ferramentum, circa quod fores vertuntur. { πύξις, γίγγλυμος, στρόφιξ, στρόφιγξ. Gall. *Le gond d'un huis ou porte, le pivot d'une porte, le tenon qui se met en une mortaise.* Ital. *Cardine, anghero.* Germ. Der angel an der thür. Hisp. *El quicio sobre que se buelve la puerta.* Angl. *The hing, bis, ell or hooke of a gate or dore.* } Virg. 6. *Æneid.*

*Stridunt*

——— *foribus cardo stridebat aheneis.*

Plaut. *in Amph.* Penè effregisti, fatue, foribus cardines. Hasce illico (fores) toto demoliar cardine. *Ibid.* Quis tam vasto impetu has fores toto convulsit cardine? *Ibid.* Ne foribus effringantur cardines. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 2. Non mutit cardo? est lepidus. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 2. Prohibe sonitum forium & strepitum cardinum. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. *Ibid.* Manè suffundam aquulam, ne crepent cardines. Hinc apud Romanos fuit dea Cardea, sive Cardinea, quæ cardinibus præerat, quasi Cardina. ¶ Cardines etiam dicuntur duæ cœli partes immobiles, sibi mutuò oppositæ, quarum altera ad Septentrionem, altera ad Austrum: Græci πόλους vocant: unde etiam stella Borcali polo proxima, quæ est in cauda minoris Ursæ, Polaris stella vocatur: non quòd ipse polus ipse, sed quòd sua circumvolutione circulum minimum efficiat, cujus polus est centrum. Linea autem recta, quam Astronomi ab uno cardine ad alterum imaginantur, propriè Axis appellatur. Sæpè tamen Cosmographi Cardinum nomine quatuor præcipuas cœli regiones intelligunt, Ortum, Occasum, Septentrionem, & Meridiem. Quint. Venti quatuor à totidem mundi cardinibus. Liv. 3. *d.* 4. Terminus est nunc imperii vestri mons Taurus, & quicquid intra eum cardinem est. ¶ Cardo etiam in agrorum limitatione appellatur limes, qui per agrum currit à Meridie ad Septentrionem: sicut Decumanus vocatur limes ille, qui secat agrum ab Exortu ad Occasum, ut inquit Plinius & Columella. ¶ Ponitur interdum Cardo pro opportunitate, ἀκμὴ, καιρός. Virg. 1. *Æneid.*

——— *haud tanto cardine rerum.*

Et Servius inde tractum existimat, quod in proverbio dicitur, Res in cardine est: & *Circa id verti cardinem* dicimus, in quo summa rei est. Unde, Cardo litis, id est, summa totius causæ. Quint. *lib.* 12. *cap.* 2. Negligentium oratorum nihil refert ubi litium cardo vertatur, dum sint quæ extra causam ex personis ac communi tractu locorum occasionem clamandi largiantur. Budæus. Cardines temporum à Plinio dicuntur Ver, Æstas, Autumnus, & Hyems, *lib.* 18. *c.* 25. Cardo temporum quadripartita distinctione constat, per incrementa lucis. Extremus ævi cardo. Seneca *in Troade*, Mortalis ævi cardinem extremum premens, id est, exitum. Granius *apud Nonium.* Sonat impulsa cardo regia. gen. fœm.

‖ Cardo, nis, est herba nocua colonis. Sed *cardo*, pro *cardum*, est Italicum. ‖

Cārdĭnātŭs, a, um, σφηνωτός, ἰσφηνωμένος: ut, Tignum cardinatum. Vitr. *lib.* 10. *cap.* 22. Conjuncta capitibus transversario cardinato tigno, & alio mediano interduos scapos cardinato.

Cārdĭnālis & Cardineus, adjectiva sunt à cardine deducta, quibus recentiorum nonnulli ùti sunt pro præcipuo, seu principali. ‖ Onomast. Cardinalis πρόκριτος. In Ecclesia titulus dignitatis esse cœpit, circiter tempora Gregorii M. Initio creabantur ab Episcopis. Postea legit eos Pontifex ex Episcopis, Presbyteris, Diaconis, Subdiaconis, ut eis tanquam consiliariis in negotiis Ecclesiasticis uteretur: eo loco habiti sunt in Ecclesia post Pontificem, quo Reges in politiis post Imperatorem: Rubro galero insigniti sunt per Innocentium IV. anno circiter 1205. Aliter *Cardinarii* dicuntur: Græcis quoque καρδινάριοι, καρδινάλιοι, & καρδιναλίκιοι. Vide Meursii Gloss. Græco-l. ‖ Vide *can. fraternitatem* 5. *diss.* 71. & *Annot. ibid.* & Germon. *tract. de indult. Cardin.*

Cārdŏpŏs, { κιβδηνοφόρος. Gall. *Coffre au pain.* Ital. *Cassa dal pane.* Germ. Brodtasten / brodtorb. Hisp. *Caxa del pan.* Angl. *A coser or chest for bread.* } Significat arcam panariam.

Carduchi, καρδούχοι. Steph. Parthorum populi, ad Tigrim fluvium: quorum meminit Strab. *lib.* 16.

‖ Cardŭdum, membrum fœminæ: à *Cardo.* ‖

Carduēlis, { ἀκανθὶς. Gall. *Chardonneret, ou chardonerette.* Ital. *Cardello, cardellino.* Germ. Ein distelfinck / ein distelvogel. Hisp. *Sigurerito ave.* Angl. *A finche birde, or linnet.* } Avis parva, capite rubro, alis luteis, albo nigroque distinctis: dicta quòd carduorum semine pascatur. Plin. *lib.* 10. *cap.* 42. Minimæ avium cardueles imperata faciunt: nec vocè tantùm, sed pedibus, & ore pro manibus.

Cārdŭus, herba vulgò nota, à qua Carduelis appellata. { דרדר *dardar.* κνίκος. Gall. *Chardon.* Ital. *Cardo.* Germ. Ein jede distel. Hisp. *El cardo generalmente dicho.* Angl. *A thistle.* } Virg. 1. *Georg.*

——— *segnisque horreret in arvis*
*Carduus.*

Carduus fullonum, apud Samonicum *cap. de podagra.*

Care, vide *Carys.*

Carectum, vide *Caretum.*

Cardytus, καρδυτὸς, urbs magna Syrorum. Steph.

Carena nomen est ab Quadragesima ortum, tanquam quarentena, & inde carena, quo nomine spatium quadraginta dierum intelligitur. Sunt qui Carenam dicunt, quasi *carentenam*: & deducunt à verbo *Careo*, propter carentiam quorundam ciborum, seu abstinentiam. ‖ Vide *Carina* infrà. ‖

Carenæ καρηναὶ, urbs Mysiæ. Steph.

‖ Carenum est vini dulcis genus. Scribitur & *Carenum*, quòd esset, qui καρηνὸν ἔλεγον. ‖

Carenses, Hispaniæ Tarraconensis populi sunt, Complutensibus vicini. Plin. *lib.* 3. *c.* 3.

Carentani, Italiæ populi sunt, in quarta regione à Plin. *lib.* 3. *cap.* 22. locati prope Ferentanos.

Cārĕo, es, carui, & cassus sum, & caritum, & cassum, secundùm Priscianum, est rem desideratam non habere: & propriè de eo dicitur, teste Ciceronе, quod aliquando habuimus, & quo nunc indigemus. { חסר *chaser.* κενόω. Gall. *Avoir faute de ce qu'on voudroit bien avoir.* Ital. *Mancare, essere senza.* Germ. Manglen. Hisp. *Carecer.* Angl. *To lack that which we wold have, to want.* } Ita enim ait *Tu'e. lib.* 1. Triste est nomen ipsum Carendi, quia subjicitur hæc vis: Habuit quis, non habet, desiderat, requirit, indiget. *Et mox*: Carere igitur hoc significat, egere eo quod habere velis; inest enim velle in carendo, nisi cùm sic tanquam in febri dicitur, alia quadam notione verbi: Dicitur enim alio modo etiam carere, quum aliquid non habeas, & non habere te sentias, etiamsi id facilè patiare. Hactenus Cicero. Ex quo patet, Carere non modò de his rebus dici, quæ ad nostrum usum naturamque accommodatæ sint, sed etiam de aliis: ut, Carere febri, Carere dolore, Carere molestia, & his similia. Caruitne febris te hodie? Plant. *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Acerbum funus filiæ faciet, si te carendum est (Amante.) Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Haud molestum quòd collus collarià caret. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Construitur autem hoc verbum aliquando cum genitivo. Terent. *in Heautont.* Nam dum abs te absum, omnes mihi labores fuere. Quos cepi, leves, præterquam tui carendum quòd erat. Carendum tui est. Gellius *cap.* 7. *lib.* 19. ¶ Aliquando cum accusativo. Plant. *in Curcul.* Sed quid est, quod lubet perditum dicere te? PH. Quia id, quod amo, careo. ¶ Sæpiùs verò cum ablativo: ut, *Quod caret alterna requie, durabile non est.* Ovid. Carere domo, patria. Cicero *pro Milone*, Comprehensus est in templo Castoris servus P. Clodii, quem ille ad Cn. Pomp. interficiendum collocarat: exorta est contenti sica de manibus: caruit foro postea Pompeius, caruit Senatu, caruit publico: id est, in forum non venit, in Senatu non fuit, in publico non versatus est. Idem *de fin. lib.* 2. Itaque non placuit Epicuro medium esse quiddam inter dolorem & voluptatem; illud enim ipsum quod quibusdam medium videtur, cùm omni dolore caret, non modò voluptatem esse, verùm etiam summam voluptatem. Et *epist. fam. lib.* 6. Ægypta ad me venit pridie Idus Apriles: is etsi mihi nuntiavit te planè febri carere, & bellè habere, tamen quòd negavit te potuisse ad me scribere, curam mihi attulit. Quod autem Plaut. *in Curc.* dixit, Caruitne febris te heri, vel nudiustertius? hypallage quædam est, & præposterа omnino loquutio. Carere lumen, pro lumine. ¶ Aliquando ponitur pro abesse. Cic. *ad Attic. lib.* 9. Ego meo Ciceroni, quoniam Roma caremus, Arpini potissimùm togam puram dedi. Carete lanam, i. purgare. Gallicè, *Carder la laine*, interposito d, ut ex Plaut. *in Menæch.* advertit Laurembergius, verb. *Carere.*

‖ Caret, à cardine notatur. Gloss. A. L. ‖

Cares, pro statuarii nomine, vide *Charet.*

Cārēs, numerò plurali, κῆρες, populi Cariæ, qui sub Minoë Leleges dicebantur, & insulas habitabant. Postea Asiæ minoris partem meridionalem occupaverunt, quæ Rhodum spectat, ab eaque Cares appellati sunt. Ea enim regio Caria dicebatur, à Cara ejus oræ rege. Despectissimam olim fuisse hanc nationem clarissimè ostendit Cic. *in Orat. pro L. Flacco*: Vestra, inquit, Asia, ut opinor, constat ex Phrygia, Mysia, Caria, Lydia. Utrùm igitur nostrum est, an vestrum hoc verus proverbium, Phrygem plagis fieri solere meliorem? Quid de tota Caria, nonne hoc vestra voce vulgatum est, Si quid cum periculo experiri velis, in Caria id potissimùm esse faciendum? ¶ Hujus itaque populi mores proverbiis aliquot fecere locum: ut, Cum Care carizas, κακὸν κακῷ κάκιζεις: hoc est, rusticè agis cum rustico, barbarè loqueris cum barbaro, crassè cum crasso. ¶ In Care periculum, εἰς κᾶρα ἐκπίνειν, subaudi facito. Hoc est, in homine, aut re viliore fac periculosam experientiam, in qua, si parum feliciter cesserit, non multùm sit dispendii faciendum.

Carictus, a, um, ad Cares pertinens.

Carĭa, καρία, vulgò *Lango*, regio minoris Asiæ inter Lyciam & Ioniam. Strabo Cariam à Borea Mæandro flumine claudit: ab Occidente Icario & Myrtoo pelago: à meridie Rhodiensi: ab ortu Lyciis, & aliis gentibus, magnamque Tauri montis partem in Caria concludit, omnem Rhodiam ei attribuens, quæ Meridionalis est. Dicta Caria à Cara rege, qui primus auguria avium dicitur invenisse. Hujus populi Cares, κᾶρες, dicti, de quibus vide suprà. Multitudo Imperatorum Cariam perdidit, πολλοὶ στρατηγοὶ κακὸν ἀπόλεσαν: Multi duces deperdidêre Cariam. Admonet Senarius, nihil esse perniciosius licentia multitudinis, dùm nulli pareatur, sed pro sua quisque libidine rem gerit. Parasitum in Cariam missi (Epidauro.) Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 1. & *sc.* 3. *a.* 1. Missi Cariam, & *sc.* 1. *a.* 2. Non rediit Caria.

Careum, frutex peregrinus, gentis suæ nomine appellatus, cdlinis principalis: laudatissimus ex sua gente, id est, Caria: ut Plin. *lib.* 19. *c.* 8. testatur. Non igitur legendum *Carrum*, à carris, ut Alciat. putat, neque Carinon, neque Cæreum.

Cārĭcus, a, um, καρικὸς, quod est ex Caria: ut Carica charta: Stat. 4. *Syl.* Chartæ Charicæve Thebaicæve. ¶ Caricus hircus, καρικὸς τράγος. Diogenian. indicat dictitatum de vilibus & contemptis. Plato καρικὸν ἀνθρώπου, Caricum hominunculum, dixit pro vili nihilique. ¶ Sic More Carico, χαιρὶς καρικῆς, fieri dicebatur quod sordidè incompositeque fiebat, præsertim in rebus obscœnis. ¶ Carica musa, καρικὴ μοῦσα. De lugubri, aut rustica, atque indocta, seu molesta cantione dici solitum. Quadrabit in poetam, aut oratorem indoctum. ¶ Caricum sepulchrum, καρικὸς τάφος, de re magnifica sumptuosaque. Sumptum à Mausoli sepulchro, quod est apud Caras.

Carĕsus, κάρησος, fluvius est Troadis, Hom. 12. *Iliad.* celebratus: cujus Plinius ait nulla sua ætate extitisse vestigia, *lib.* 5. *c.* 30.

Caretha, insula est in mari Lycio, quæ postea Dionysia dicta est. Author Plin. *lib.* 5. *c.* 30.

Careum, sive Carium, Plinio, κάρον Dioscoridi. Herbæ genus est, gentis suæ cognomento ita appellatum, semen habens ejusdem nominis. Athenæus Pastinacam majorem interpretatur, vulgata pastinaca multo præstantiorem. Officinæ *Carui* appellant. Vide Ruell. *lib.* 3. *cap.* 43.

Cārex, fœm. gen. Herba acuta & durissima, similis sparto, uliginosis & palustribus locis plurima nascens. { חגבים *agbim*, עשב *sufh. sinat.* Angl. *Sages or flore grasse.* } Virg. 4. *Georg.*

——— *& carice pastum acuta.*

Col. *lib.* 11. *cap.* 1. Filix quoque, aut carex ubicunque nascitur, Augusto mense rectè exstirpatus: melius tamen circa Idus Iul. ante caniculæ exortum.

Carētum, i. locus caricibus plenus. { חגבים *agbimbo*, חציר *aebu. dowafo.* Angl. *A place where sogges doe grow.* } Virg. 5. *Eclog.*

*—— tu post carella latebis.*

Col. *lib.6. c.12.* Melius nemoribus herbidis, & frutetis, & carectis, quàm lapidosis locis durantur anguli.

Cărĭcă, genus fici, à loco sic dictum. Plin. *lib.13. c.5.* Syria præter hanc peculiares habet arbores, &c. In ficorum genere, caricas, & mirotes ejus generis, quæ *cellana* vocant. Cic. 2. *de Divin.* Quum M. Crassus exercitum Brundusii imponeret, quidam in portu caricas Cauno advectas pendens, Caunicas clamitabat.

Cărĭco, as, Onero, βαρύνω, φορτίζω. Hieronymus, Origenes majora cogitans, propriumque ingenium ferè non sufficiens, oneribus majoribus caricabat se: & quum sic incedere non posset, ruina magna devolutus est.

Caricon, καρικὸν, locus est in Memphide, à reliquis separatus, in quo Cares habitarunt, qui affinitate cum Memphitis contracta, Caromemphitæ appellati sunt. Author Steph.

Cărĭēs, ēi, Putrilago ex vetustate, { רקב *rakáb*, רכבון *rikkabón*. Σῆψις. GALL. *Pourriture de bois & vermoulissure, ou fissure.* ITAL. *Tarlo.* GERM. Schimmel vnd feüle so von der dite eines dings kompt. HISP. *Carcoma de madera, ó de otra cosa.* ANGL. *Rootenesse of wood by long continuance, wormeating.* } Lucil. *lib.4.*

*Ne auricilam obsidat caries, ne vermiculique.*

Auson.

*I, tinea, cariemque pati te charta necesse est.*

Propriè autem Caries in ligais dicitur, quum à vermiculo, qui à Græcis sic dicitur, eroduntur. Colum. *lib.12.* Omnis materia in ædificia succidi debet luna decrescente, ab vigesima usque ad trigesimam, quæ sic cæsa judicatur carie non infestari. Plinius, Cedri oleo perunctæ materies, nec tineam, nec cariem sentit. Idem *lib.12.* Celeriter ea cariem sentit.

Cărĭōsŭs, a, um, quod est carie plenum. { רקב *rokéb.* Σηπώδης. GALL. *Fort vermoulu, pourri & corrompu.* ITAL. *Roduto, corroto da tarlo.* GERM. Schwrtechtig / wurmstichtig. HISP. *Cosa carcomida de carcoma.* ANGL. *Full of rooteneſſe, wormeaten.* } Colum. *lib.4.* Alia suminovenda, quæ vel cariosa, vel justo brevjora sunt. Ovid. 2. *Amor.*

*Quid precer iratum, nisi vox cariosa senectæ*
*Rodat.*

Col. *lib.2. c.4.* Quam tertam rustici variam, cariosamque appellant. Vide Caton. *cap.34.* & Plin. *lib.17. c.5.*

Cărĭllæ, arum, Picentum oppidum fuit, ab Annibale secundo bello Punico deletum. Meminit hujus oppidi Silius *lib.8.*

*—— exhausta mox Pœnis Marte Carilla.*

Cărīnă, æ, Pars navis est, quam alvum, aut ventrem vocant, hoc est, ipsa navis concavitas. { σκάφος, στέγος. GALL. *Le fond du navire, la carine.* ITAL. *Il fondo della nave.* GERM. Der boden oder bauch des schiffs. HISP. *Carena, el hondo de la nave.* ANGL. *The kele or boteme of a ship.* } Est & infima trabs, cui inædificatur navis, quæque illi est pro fundamento. Ovid. 14. *Metam.*

*—— mediisque carina*
*Subdita navigiis, fiunt mutantur in usum.*

Idem *lib 2. de Pont.*

*Dum mea puppis erat validâ fundata carinâ.*

Cæsar 1. *bell. civ.* Carinæ primùm ac statumina ex levi materia fiebant: reliquum corpus navium viminibus contextum coriis integebatur. Poëtæ συνεκδοχῶς Carinam accipiunt pro tota navi. Virg. 1. *Georg.*

*—— quum jam portum tetigêre carinæ.*

Idem 4. *Æneid.*

*Hinc cursum Iliacas vento tenuisse carinas.*

Cărīnātĕ, est in modum carinæ formare. { πλοίου δίκην ἁρμόσαι, ναυπηγεῖν. GALL. *Former en maniere de fond de navire, caver.* ITAL. *Fabricare à foggia di fondo di nave.* GERM. In ein gestalt eines schiffbodens machen. HISP. *Dar carena al lado de la nave.* ANGL. *To mak kelem or lik the kele of a ship.* } Plin. *lib.9. c.33.* Saliunt pectines & extrà volitant, seque & ipsi carinant: id est, sua sibi concha instrumentum porrigunt ad navigandum, & ceu carinam quandam ex testa effingunt. ¶ Aliquando Carinare, est probra objicere, quòd qui se mutuis probris infectantur, sint infimæ sortis homines, sicut & carina navis pars est infima. Festus. Obsoletum.

Carinarii, Plaut. *Aul. sc.5 a.3.* Flammeatii, Violarii, Carinarii (i. infectores aërei coloris.)

Cărĭnātus, a, um, adjectivum est à carina deductum. Concavus, & in carinæ modum incurvatus. { κυρτὸς, καμπύλος. GALL. *Cavé, & fait en façon de fond de navire.* ITAL. *Fatto come un fondo di nave.* GERM. Gebogen wie ein schiffboden. HISP. *Hecho à guisa de hondo de nave.* ANGL. *Holewlik the boteme a shipe.* } Plin. *lib.11. c.37.* Pectus homini tantùm latum, reliquis carinatum. Idem *lib.9. c.30.* Conchas esse acutâ modo carinatas.

Cărĭnātim, significat ad similitudinem carinæ.

Cărĭnæ, arum, nomen vici Romani ad pedem clivi Capitolini, in quo fuit domus Pompeii. Virg. 8. *Æneid.*

*—— passimque armenta videbant*
*Romanoque foro, & lautis mugire Carinis.*

Varro Carinas dici putat, ab eo quòd hinc oriretur caput sacræ viæ: κάρη Latinè caput dicitur.

Carini, Germaniæ populi. Plin. *lib.4. cap.14.* forsan Ducatus hodie Wirtembergensis.

Cărĭōsus, vide *Caries.*

¶ Carora, vide *Caryota.*¶

Cărĭosŭlītæ, Galliæ Lugdunensis populi sunt apud Plin. *lib.4. cap.18.*

Carĭa, olim vocabatur Cos insula, κῶς. Steph.

Cărĭsa, cognomine Aurelia, civitas est Hispaniæ ad Bætim fluvium, in Gaditano conventu. Plin. *lib.3. cap.1.*

Cărĭssam dicebant antiqui vasculum, scigiosum, fallacem: & Carissa apud Lucilium vafram significat. Festus.

Carisas, vide *Carus.*

Cărĭus, ὁ Κάριος, agnomen filii Jovis & Torrhebiæ, qui Torrhebiam lacum obtinens, Nympharum cantum dicitur audivisse, ab eis musicam didicisse, eamque apud Lydios propagasse. Quapropter divinos honores apud suos meruit, templo illi magnificè exstructo in monte, qui & ipse Carius à nomine ejus appellatus est. Author Steph.

Carmacæ, Asiæ populi circa Mæotin. Author Plin. *lib.6. c.7.*

Carmania, Καρμανία, vulgò *Narsinga*, Regio est Indis contermina, quàm duplicem Ptolemæus esse tradit: cultam alteram, alteram desertam. Hujus regionis incolæ Carmani dicuntur, Ichthiophagi cognominati, quòd solis piscibus vescantur, quorum etiam coriis vestiuntur Pomp. *lib.1.* Carmani sine veste & fruge, sine pecore, ac sedibus, piscium cute se velant, carne vescuntur, præter capita toto corpore hirsuti.

Carmēlus, mihi l, { כרמל *charmél.* κάρμηλος. } Duorum montium nomen, teste Hier. quorum alter est in Galilæa, ad Australem plagam, in quo habitavit Nabal Carmelus maritus Abigail: alter in Phœnicia juxta Ptolemaidem mari imminens, in quo Elias propheta flexis genibus pluviam impetravit. Posterioris hujus meminit & Plin. *lib.5. c.19.* Promontorium, inquit, Carmelum, & in monte oppidum eodem nomine, quondam Echatana dictum.

Carmĕn, quasi canimen, à canendo dici potest quicquid est metricè scriptum. { שיר משחקים *mischkémber*, שיר *schir.* ἐπος. GALL. *Chanson, vers, rithme, poëſie.* ITAL. *Verso.* GERM. Ein gesang / oder gedicht. HISP. *El cantar, cancion, verso.* ANGL. *Verso, meter, poesie.* } Unde Virg. 3. *Æneid.* versum unum carmen dixit,

*—— & rem carmine signo,*
*Æneam hæc de Danais victoribus arma.*

Et duos similiter *in Daphnide*,

*—— tumulo superaddite carmen:*
*Daphnis ego in sylvis, &c.*

Tota insuper Æneis, heroïcum carmen dicitur: item Eclogæ universæ, carmen bucolicum. ¶ Quandoque carmen dicitur incantatio. { ἐπῳδὴ. ANGL. *A charme.* } ut,

*Carmina de cœlo possunt deducere Lunam.*

¶ Carmen pro vaticinio. Virg. 1 *eleg.4.*

*Ultima Cumæi venit jam carminis ætas.*

Et pro cantu bubonis avis. Virgil. 4. *Æneid.*

*Solagna culminibus ferali carmine bubo*
*Sæpe queri.*

*Exerant magnos carmina sæpe Deos,*

Ovid. *Eleg.1. lib.2. Trist.*

*Dum ferit Ausonia carmina culta lyra.*

Idem *Eleg. ult. lib.4. Trist.*

*Tristia quo possem carmine fata levo.*

Idem *ibid.* Dicebantur etiam carmina apud veteres, formulæ quædam conceptis verbis & solemnibus compositæ. Unde Jurisconsulti illi vetustissimi dicuntur habuisse carmina quædam excogitata, à quibus non licebat recedere. Cic. *pro Murena*, Prætor præterea, ne pulchrum se ac beatum putaret, atque aliquid ipse suâ sponte loqueretur, ei quoque carmen compositum est, cùm cæteris rebus absurdum, tum verò nullo usu, &c. Iter viam dico, inire viam, &c. ¶ Erant & Saliis sua carmina, quæ Sallaria vocabant, Marti peculiariter dedicata. Habebant & fetiales suum quoddam carmen ad res repetendas, & bellum destinatum. ¶ Habebant patres patrati sua carmina, quibus ad ferienda fœdera utebantur, quorum formulam depingit Liv. *lib.1. ab Urbe condita.* ¶ Erat aliud carminis genus in urbium obsidionibus solemne, quo dii tutelares, ne cum illis quoque bellum susceptum videretur, solent evocari. Hoc, teste Macrobio, ferè his verbis constabat. Si deus, si dea est, cui populus civitasque Carthaginiensis est in tutela, teque maximè qui hujus urbis populique tutelam suscepisti, precor, veneror que: veniamque à vobis peto, ut vos populum civitatemque Carthaginiensium deseratis: loca sacra, templa, urbemque eorum relinquatis, absque iis abeatis, eique populo & civitati metum, formidinem, oblivionem injiciatis, proditique Romam ad me, meosque veniatis: nostraque vobis loca sacra, urbs accepior probatioque sit: mihi quoque populoque Romano, milique bisque meis præpositis satis, ut scianus, intelligamusque. Si ita feceritis, voveo vobis templa ædesque facturum. Erat & aliud carminis genus, quo hostium exercitus soleut devoveri, cujus formam Macrob. tradit *Saturn. lib.3. cap.9.*

Carmenta, Κάρμη, & Carmentis, Evandri mater: ita cognominata à carminibus, quibus dabat responsa (erat enim fatidica mulier) quum propriè Nicostrata vocaretur. ¶ Hinc Carmentalis porta, quæ postea Scelerata dicta est, quod per eam sex & trecenti Fabii cum clientum quinque millibus egressi, adversùs Hetruscos ad amnem Cremeram, omnes interfecti sunt. Virg. 8. *Æneid.*

*Et Carmentalem Romano nomine portam.*

Ovid. 1. *Fast.*

*Carmentis porta dextro est via proxima Iano,*
*Ire per hanc veli, quisquis es, omen habet.*
*Illa fama refert Fabios exisse trecentos:*
*Porta vocat culpâ, sed tamen omen habet.*

¶ Carmento, pro *carmino*: id vide.¶

Carmina, νῆσος, insula Indiæ, insulares Carmini & Carmine. Steph.

Carmĭno, as, ate, est versus scribere, & cantilenam pangere, [illegible] usu eu Patribus. ¶ Est item pectere, & lanas ab immunditiis [illegible]. { לוש *ghalasch*, מרש *marat*, מרק *marák.* κνάω, κνήθω. GALL. *Carder ou peigner la laine.* ITAL. *Pettinare, carminare.* GERM. Die wollen strachen / od. kratzen. HISP. *Armexar ó cardar lana.* ANGL. *To carde wool.* } Plin. *lib.9. cap.1.* fustum est è quinquagenis fascium libris quinas denas carminati. Idem *lib.9. cap.38.* Quo nis lana potat horis, turfasque mergitur carminata, donec omnem ebibit saniem. Vide *Caro, is, ere.*

Cărmĭnātio, verbale, § σπασμός, ἄγρυπνος. ANGL. *Carding of wol.* } Plin. *lib.11. cap.25.* Hanc ab his quoque cogi, fibrisque unguium carminatione, mox trahi inter tantos tenuari ceu pectine.

Cărmĭnātōres, { GALL. *Cardeurs.* ANGL. *Which cardeth woll.* }

Carmĭ-

Cāmōn, κάμων, est locus in Messenia, & templum Apollinis in Laconia, & in Achaia flumen, & mons in Peloponneso.

Cārna, κάρνα, sive Cardinea, Dea quæ vitalibus humanis, seu cardinibus præesse existimabatur Ovid. *lib.* 6. *Fast.*

*Prima dies tibi Carna datur: dea cardinis hæc est.*

Hæc striges nocturnas puerorum (ut dicebant) cunas infestantes, à limine summovebat.

Carnæa, κάρναια, urbs Minæorum, & populi juxta mare rubrum: cives Carnæatæ. Junius Carnaniam & Carnanitem (gentilia nimirum) usurpat. Steph.

Carnapæ, populi sunt circa Mœtim. Plin. *lib.* 6. *c.* 7.

Carnarium, Carnarius, Carneus, Carnifex, Carnificium, Carnarius, Carnosus, vide *Caro*.

Cārnē, κάρνη, Phœnices oppidum est ad montem Libanum, à Carno Phœnicis filio ita appellatum: cujus meminit Plin. *lib.* 5. *c.* 20. ¶ Est item Caroe Stephano, Æolidis civitas, à qua fit Gentile Carneus: à superiori verò Carnites.

Carneades, καρνεάδης, Cyrenæus novæ Academiæ princeps fuit, qui adversùs Zenonem Stoicæ sectæ principem scripturus, cerebrum helleboro candido purgavit, ne quid ex eo corruptis stomachi humoribus ad cerebrum redundaret, & constantiam vigoremque mentis labefactaret. Hic tanta eloquentia præditus fuisse perhibetur, ut quum Romam cum Diogene Stoico, & Critolao Peripatetico legatus venisset, M. Catoni reddiderit legationem suspectam: qui idemidem Senatum monuit, ut ab illorum eloquentia caveret, quia quæcunque etiam ab invitis possent extorquere. Author est Gellius *lib.* 16. Idem etiam penè dicit Quint. *lib.* 12. *c.* 1. ¶ Fuit & alter Carneades Philosophus Athenienſis, Anaxagoræ discipulus, cujus meminit Suidas.

Cārni, κάρνοι, populi sunt Istris finitimi, ab ea parte qua Alpes Juliæ Aquileiæ incumbant, qui à Plinio collocantur in decima regione Italiæ ad Tergestum fluvium, qui in Venetiarum ora in sinum Adriaticum influit. ‖ Germ. Die Kerner. ‖

Carnodunum, καρνόδουνον, oppidum est Vindeliciæ, ad Danubium, teste Ptol. *lib.* 2. *c.* 13.

Carnutum, regio est totius Galliæ media, καρνοῦτον, Druidum sedes, de quibus in dictione *Druides*.

Carnus, κάρνος, vide *Carne*. Est etiam insula Acarnaniæ. Steph.

Carnuntī, populi Germaniæ inter Danubium, & sylvam Hercyniam, in confinio Pannoniæ. Plin. *lib.* 4. Superiora inter Danubium & Hercynium saltum usque ad Pannoniæ hyberna Carnunti tenent, Germanorumque ibi confinium est.

Carnuntum, oppidum in confinio Germaniæ & Pannoniæ inter Danubium & Hercynium saltum. Plin. *lib. ult.* Abest centum M. passuum à Carnunto litus Pannoniæ, quò à Germania succinum importatur.

Carnutes, sive Carnuti, καρνῦται, Galliæ Lugdunensis populi, Andegavensibus & Turonensibus finitimi: apud quos Druides suas habebant sedes, teste Cæs. *lib.* 6. *Comm.* Horum oppidum est Carnutum, quod Galli sua lingua *Chartres* appellant.

CĀRO, nis, propriè mortuorum animalium est, quòd careat anima, inquit Donatus. ‖ בָּשָׂר *basar*. κρέας, κρέ. Gall. *Chair*. Ital. & Hisp. *Carne*. Germ. Fleisch. Angl. *Fleashe*. ‖ At Hieronymus inter carnem & pulpam sic distinguit, ut caro sit quæ sanguine, venis, ossibus, nervisque constringitur, pulpa quæ manducatur, eo quòd pulsetur & concidatur. Plin. *lib.* 6. *c.* 30. Agriophagi pantherarum & leonum carnibus maximè viventes: Pamphagi omnia mandentes: Antropophagi, humana carne vescentes. ¶ Et non solùm de animalibus, sed etiam de piscibus pomisque Caro dicitur. Plin. *lib.* 9. *c.* 17. de mullis piscibus, & aliorum piscium carne. Idem *lib.* 16. *cap.* 38. Atque in toto corpore arborum, ut reliquorum animalium, cutis, sanguis, caro, nervi, venæ, ossa, medullæ. Quidam hoc nomen à Græco derivant, κρέας, à quo fit Creo verbum, pro corpore. Animo cum gravi carne certamen. Senec. *cap.* 24. *de consol. ad Marc.* Carnem produci conveniet, i. gigni. Celsus *lib.* 7. *cap.* 3.

‖ Carnalis, e, ad carnem pertinens. ‖

Cārnārius, qui carnes vendit, ac etiam qui carne delectatur. ‖ κρεοπώλης. Gall. *Boucher, chairetier*. Ital. *Beccaio*. Germ. Ein mengerl. Hisp. *Carnicero, amador de carne*. Angl. *A seller of fleashe, a butcher*. ‖ Martial. *lib.* 11. Carnarius sum, pinguarius non sum: hoc est, carnosa mulcere delector, pingui non delector.

Carnārium. Locus propriè ubi caro salsa suspenditur, seu reponitur. ‖ τὸ κρεῶν. Gall. *Saloir, boucherie*. Ital. *Carnaio*. Germ. Ein fleischkammer/ ein ort da man das gesaltzen fleisch aufhencket oder hinlegt. Hisp. *Lugar donde se guarda la carne*. Angl. *A butcherie, a larder house*. ‖ Plin. Quippe à macello, aut carnario vivendum est. Plaut. *in Capt. sc.* 3. *a.* 4. Advenions modò deturbavit totum cum carne carnarium. ¶ Quandoque etiam dicitur locus ubi carnes tantummodò venduntur, κρεωπώλιον. Plaut. Cenam è carnario emit, jam factus farur. Varr. *de R. R. lib.* 1. *c.* 54. tabernam carnariam vocat. Vide Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 1. & *Pseud. sc.* 1. *a.* 3. ¶ Interdum carnarium accipitur pro ipsa carne, sicut cibarium pro cibo. Plaut. Qui mihi carnarium paravit, ridiculus ad jentaculum. ¶ Carnarium item instrumentum dicitur cum pluribus uncis, quibus succidiæ, hoc est, carnes salitæ appenduntur. Var. *lib.* 2. *de R. R. c.* 4.

Carnārius, a, um, quod ad carnem pertinet. ‖ κρεωδής. Angl. *Belonging to fleashe*. ‖ ut Carnaria taberna, ubi carnes venduntur.

Carnĕus, a, um, quod ex carne est. ‖ κρεώδης. Gall. *De chair, charnu*. Ital. *Di carne*. Germ. Fleischin. Hisp. *Carnero, cosa de carne*. Angl. *Of fleashe*. ‖ Com. Gallus,

*Carneo ad officium carnea membra paret.*

Carnifex, Tortor, lictor qui carnes ex hominibus facit. ‖ δήμιος. Gall. *Boucher, bourreau, meurtrier*. Ital. *Boia, manigoldo* Germ. Ein nachrichter/ ein henckter. Hisp. *Sayon ò verdugo de los hombres*. Angl. *A butcher, a tormenter of malfactours*. ‖ Carnem autem facere, est occidere, facere ut corpus vivum fiat caro, id est, mortuum. ‖ Cic. 7. *Verr.* Aderat janitor carceris carnifex Prætoris, mors terrorque sociorum, & civium lictor. Non superfuit quod carnifex trahe-ret. Senec. 11. *de Trang.* Tibi supplicium de nobis carnifex detur? Plaut. *Asin. sc.* 4. *a.* 1. Nisi effecero, cruciabiliter carnifex me accipito. Ob furtum te ad carnificem dabo. Idem *Capt. sc. ult. a.* 5. Item illorum carnificum scelera. Senec. *ep.* 11. *de cons. ad Marc.* Hinc Excarnificoas, pro exercucio. Terent. *in Heaut.* Hujusmodi semper comminiscere, uti me excarnifices.

Carnificīna, Locus publicus in quo jussu magistratus homines sontes à carnificibus occiduntur. ‖ κρεανθρωπεῖον. Gall. *Le lieu ou on fait mourir les malfacteurs, gibet, tuerie*. Ital. *Luogo della giustitia*. Germ. Ein Richtstat/ ein wallstat da man die vbeltheter richtet. Hisp. *Lugar donde atormentan los homores*. Angl. *A place where malfactours are tormented*. ‖ Plaut. Quid si desperatis rebus carnificinam petat? Sueton. *de Tiberio*, Carnificinæ jus ostenditur locus capreis, unde damnatos post longa & exquisita tormenta præcipitari totum se in mare jubebat. ¶ Carnificina item dicitur ipsa excarnificatio & cruciatus. Plaut. *in Capt. sc.* 1. *a.* 1. Vel carnificinam hanc facilè possent perpeti. Cic. *pro Sestio*, Non ea est medicina, sed carnificina est illa atque crudelitas. Cato, Carnificinas dixit plurali numero, pro tormentis & cruciatibus, βάσανοι. Ubi societas (inquit) ubi fides majorum? infinitas injurias, plagas, verbera, vibices, eos dolores atque carnificinas per dedecus atque ignominiam te facere ausum esse? Plaut. *in Cistel.* singulari usus est. Credo ego amorem primum apud homines carnificinam commentum. Cic. 1. *Tusc.* per translationem usus est. Nam cum omnis perturbatio misera, tum carnificina est ægritudo, quia instar carnificis cruciat, laniat præcordia, lacerat animum, excarnificatumque conficit.

Carnificinum cribrum, pro homine ut cribrum perforato, apud Plaut.

Carnificium, ipse actus carnificis, quod & carnificina dicitur. ‖ Angl. *Rennting or cutting in peaces*. ‖ ¶ Carnificium cribrum, adjectivè legitur apud Plaut. *in Mostel.* O carnificium cribrum, quod credo fore! Ita te forabunt patibulatum per vias stimulis.

Carnifico, as, corpus humanum in frusta disseco, more carnificis. ‖ ῥιπτῶ *mittich*. κόπτω, κατατέμνω. Gall. *Tuer en boucheau, faire mourir*. Ital. *Stratiare, sbranare*. Germ. Ein menschen leyb in stuck zerhawen. Hisp. *Despedaçar, encarnigar*. Angl. *Torent a mans bodie in peaces, tokill*. ‖ Liv. 4. *bell. Punic.* Quod ibi tribuni militum Græco nunciaverunt, nemine stante jam vulnerari hostem, carnificari jacentes, & in dextris militum pro gladiis humana capita esse, signum dari propere jussit. Sisenna apud Priscian. *lib.* 8. Vitam insigni cruciatu carnificatus amisit.

Carnis, in casu recto, ut Mentis, & innumera alia, usurparunt veteres.

Carnivŏrus, Carnes vorans. ‖ κρεοφάγος. Gall. *Qui devore, & mange chair, goulu de chair*. Ital. *Devoratore de carni*. Germ. Fleisch fresser. Hisp. *Tragador de carne*. Angl. *That deveureth fleashe*. ‖ Unde dicimus aquilam carnivoram, quòd carnibus vescatur. Plin. *lib.* 10. *cap.* 73. Serratorum dentium carnivora sunt omnia.

Carnōsus, a, um. Carne, seu musculis abundans: ut, Carnosum femur, Carnosum palatum. ‖ πολύκρεως. Gall. *Charnu*. Ital. *Carnoso, grasso, corpulento, pieno di carne*. Germ. Fleischechtig. Hisp. *Cosa de mucha carne, carnuda*. Angl. *Fleashie, grosse*. ‖ Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Sed in gustatu linguæ vice carnosum aquatilibus palatum. Cels. *lib.* 1. *cap.* 3. Calefaciunt omnia salsa, amara, carnosa.

Carnŭlentus, adject. idem quod carnosus. ‖ Angl. *Fleashie, grosse*. ‖ Solin. *cap.* 62. Sunt enim illis reciprocis quibusdam pulmunculis vestigia carnulenta: de camelis.

Carnōsitas, Musculorum plenitudo, qualis in obesioribus esse consuevit: πολυκρεία.

Carnŭncŭla, à Caro, diminutivum est. ‖ σαρκίον, κρεάδιον. Gall. *Vn peu de chair, vn morcelet de chair*. Ital. *Carnicina*. Germ. Ein stücklin fleisch. Hisp. *Carne poca, ò pequeña*. Angl. *A litle morsell of fleashe*. ‖ Cic. 2. *de divin.* An tu, inquit, carunculæ vitulinæ mavis, quàm Imperatori veteri credere. Celsus *lib.* 2. *c.* 7. Si urina crassa carunculas quasdam exiguas, quasi capillos habet.

Caro, is, ere, vetus verbum est, Carminare, & lanam pectere & purgare. ‖ ξαίνω, κτενίζω. Gall. *Carder ou peigner la laine*. Ital. *Pettinare, carminare*. Germ. Die wollen streychen/ oder seubern. Hisp. *Carmentar ò cardar lana*. Angl. *To carde woll*. ‖ Varro *lib.* 6. *de ling. Lat.* à carendo deducit, quòd purgatur lana, ac deducitur spurcitia. Sed sine dubio est à Græco κείρω, ἔκειρον, ut doctè tradit Scaliger *in Varr.* Plaut. *in Sten.* Inter ancillas sedere jubeas, lanam carere. Sic enim locus ille, etiam Varrone & Nonio testibus, legendus est. Non carpere, ut alli legunt.

Carodunum, vide *Carnodunum*.

Carœa, κάρεια, vide *Caria*.

Carolobergomum, urbs Bavariæ, vulgò Kelsberg.

Carolostadium, Franconiæ urbs, vulgò Carolstat.

Caronium, καρώνιον, oppidum est Tarraconensis Hispaniæ in tractu Callaicorum, non procul à Nerio promontorio. Author Ptolem. *lib.* 2. *c.* 6. Vulgò *Cherga*.

Caronemphyta, vide *Caricon*.

‖ Caropera, & Manopera, duplex genus servitutis. ‖

Caropolis, καρόπολις, urbs Cariæ. Steph.

Caros cepi, καρὸς κῶμα, id est, Carisbotti, parva Regio Thraciæ. Steph.

Cārōs, ‖ καρός. Angl. *Surfetting*. ‖ Crapularis redundantia: à κάρη, perturbo, vexo, agito: seu à κάρηνον, quod est capite aggravor, obliror, velut ab oppressura capitis, & ingenii offensione. ¶ Apud Medicos Caros est somnus juxta profundior, proveniens ex humore frigido, & viscido, cerebrum, & præcipuè anteriores ejus ventriculos occupante, sensumque pariter & motum ad tempus impedientes, respiratione tamen integra relicta. Hæc Gal. *lib.* 4. *de locis affectis, cap.* 2.

Carōs, κάρος, Dioscor. *lib.* 3. semen est exiguum, anisi proportione respondens, cujus radix pastinacæ modo editur, ab Edo. Plaut. & Ovid. Estur Plin. Carum, sive Carium dicitur, Officinis *Carui*.

‖ Caroticus, a, um, καροτικός, ή, όν, soporandi vim habens. ‖

Cārotides

Carotides venæ, καρωτίδες φλέβες. Circa colli jugulum sunt, quæ & σφαγίτιδες Arist. id est, jugulares dicuntur. Carotides appellatæ, quòd iis vehementiùs compressis, Caros morbus gignatur.

Carpasium. Cypri insulæ oppidum est, apud Plin. *lib. 5. cap. 31.* Stephanus Carpasium, καρπάσιον, vocat, & a Pygmalione conditam asserit. ¶ Carbasium etiam nonnulli appellarunt insulam inter Cretam & Rhodum sitam, quæ notiore nomine Carpathus appellatur. Demetrius Salaminius Carbasium malut appellare, quod ad ventum καρβᾶν, hoc est Africum, sita vidratur.

¶ Carpasus, Ambiebè apium: & inde carpasinus: ipsi verò (qui non p. sed ph habent) dicunt *Carphas*. Est verò & alia vox

Carpasus, κάρπασος, ου, de qua Dioscor. *lib. 6. cap. 13.* ubi ait: Epotus carpasi succus soporem citamque strangulationem adducit. Descriptio illa ostendit, quòd dici possit καρπασος ὁ ἐρίφιον κάκτος.]

Carpathus, κάρπαθος, vulgò *Scarpanto*. Insula contra Ægyptum, media inter Rhodum & Cretam, ducentorum stadiorum circuitum habens, quatuor insignis urbibus: à qua vicinum mare ad Ægyptum vergens, Carpathium, καρπάθιον πέλαγος. Ital. *Il mar de Scarpanto*. Germ. Das Carpathisch meer} dictum est. Hom. 2. *Iliad.* duabus literis transpositis καρπάθος appellat: Νίσυρος Νισύρου τ' ἄρχε, Κάρπαθός τε, Κάσος τε. Carpathius leporem, Καρπάθιος ἔλαφος. Dicebatur in eos, qui sibi rem noxiam accerserent. Hinc deductum adagium, quòd quum in Carpathiorum insula lepores non essent, illi curarunt importandos aliunde. Verùm ubi ejus animantis magna vis increvisset, ut est mira fœcunditas, fruges insulæ populari cœpere. Referunt & interpretantur Iulius Pollux 5. *lib. de rerum vocab.* & Arist. *lib. de Rhetor.*

Carpatus, sine aspiratione, κάρπατος, mons est Jazygibus, Metanastis, & Dacis immineus, & in Mysiam inferiorem ad ipsa penè Danubii ostia excurrens. Vide Ptolom. *in tabula nona Europæ.* Vulgò Crapatz.

Carpeia, vel Carpeo, vide *Carpentani.*

Carpentoracte Plin. *lib. 3. cap. 4.* Civitas est Galliæ Narbonensis. Vulgò *Carpentras.*

Carpentum, vehiculi genus, ita dictum, quasi Carmentum, à Carmenta Evandri matre. } עגלה תשלשים. Gall. *Un chariot branslant.* Ital. *Locchio, carretta.* Germ. Ein gattung der wagen/ ein rollwagen. Hisp. *Un cierto genero de carro.* Angl. *A chariot or wagon.*} Ovid. *lib. 1. fast.*

*Nam prius Ausonias matres carpenta vehebant:*
*Hæc quoque ab Evandri dicta parente fuit.*

Plut. *de viris illustr.* A qua justa turba recedere, quam domum rediret, viso patris corpore, multorem evitantem super ipsum corpus carpentum agere præcepit. Suet. *in Claud. c. 11.* Honos carpenti, quo per circum ducebantur Matronæ.

Carpentarius, Faber qui carpenta facit, faber lignarius. } חרש עגלות *charasch hagalot.* ἁμαξοποιός. Gall. *Charpentier.* Ital. *Legnaiuolo.* Germ. Ein wagner. Hisp. *Carpintero.* Angl. *A carpenter.* } Hieronymus, Carpentarius artifex fecit scamnum. ¶ Carpentarius equus, qui carpentum ducit. Carpentarium opus, quod ad fabrum lignarium pertinet. ¶ Carpentarium vehiculum: Spartianus *in Zenobia.*

‖ Carpeo, consumo, enarro. Gloss. A.L.

Carpesia, καρπησία, pro eo quod carpasus: vide suprà.

Carpesium, καρπήσιον, est festuca tenuis, sirculis cinnamomi similis, odore ἔρι, sed valentiore, & magis aromatico ‖

Carpesii, καρπήσιοι, gens Iberici inter Iberum fluvium. Steph.

Carpetani, καρπεταλοί, populi, quos Plin. *lib. 3. cap. 3.* in Hispania collocat ad Tagum fluvium, juxta Vaccæos.

‖ Carpeta, vestis stragula. Gloss. Græcol.

Carphelium, panis cibarius. Lex. gr. b.‖

Carpheotum. Thuris genus purissimum, & candidum, quod Autumno legitur ex partu æstivo. Author Plin. *lib. 12. cap. 14.*

Carphos, herbæ genus, quæ alio nomine *Fœnugræcum* dicitur, & *Bucerus*, à similitudine cornuum bovis: à nonnullis etiam *egoceras*, quòd semen ejus caprarum cornibus simile sit. Græci τριγωνέλλαν nominant. Plin. *lib. 24. cap. 19.* Nec fœnugræco minor authoritas, quod Telin vocant, alii Carphos. } Gall. *Senegré.* Ital. *Fiengreco.* Germ. Griechisch hew in der Apoteck. Hisp. *Alforvas, alholvas.* } Herba palustris, caule arundineo triangulari, folio teli instar formato, flore albo, deciduo, in medio echinato.

Carpi, populi sunt Africæ in Zeugitana regione, quæ minor Africa dicitur. Plin. *lib. 5.*

Carpinus, ζυγία. Arbor nota de acerum genere. Col. *lib. 6.* Quinetiam cornus, & carpinus, & ornus, nonnunquam & salix à plerisque in hoc ipsum disponitur. Palladius, Carpinus ultima arbor.

Carpinĕus, a, um, ex carpino factum. Plin. *lib. 16. c. 43.* Hyginus manubria rustricis carpinea fieri jubet.

Carpio, nis, à Benaci lacus accolis appellatur piscis, uni huic lacui peculiaris, quem aureis arenulis victitare tradunt. } Angl. *A carpe.*} Cave autem accipias pro illo pisce, quem *carpam* vulgo dicimus; nam longè ab eo diversus est. Vocatur autem Carpa à quibusdam Cyprinus.

Carpis, καρπις, Scythiæ fluvius est. Herod. *lib. 4.*

‖ Carpiscalus, & carpiscalum, calceorum genus. Calaub.

Carpismi, manuum porrectiones. Clem. Alex.

Carpistes, traductor. Tertul. ‖

Cārpo, is, psi, ptum. Decerpo. { לקט *lakát*, בלם *balam*, ארר *arab.* δρέπω, τίλλω. Gall. *Cueillir, prendre doucement, tirer & oster sans violence.* Ital. *Torre, carpire, pigliar senza violenza.* Germ. Nemmen / abbrechen / angreiffen. Hisp. *Tomar, sacar sin violencia, coger.* Angl. *To gather as flours and fruite are pluckt.* } Virg. *Ecl. 9.*

*Insere Daphni pyros: carpent tua poma nepotes.*

Idem 3. *Georg.*

*Luciferi primo cum sydere frigida rura*
*Carpamus, dum prima novum, dum gramina canent.*

¶ Ponitur aliquando pro eligo. Ter. *in Adelph.* unumquodque, quod erit bellissimum, carpam. ¶ Aliquando pro reprehendo. Sunt qui hoc carpant (i. culpent.) Velleius, Decretum legatorum clam mussantes carpebant. Livius *lib. 3. 4.* { μαίζω, λοιδορέω. Angl. *To rebuke, to reproche.* } Martialis,

*Carpere vel noli nostra, vel ede tua.*

Sunt qui hoc carpant (id est, culpent.) Vell. Ab hac significatione ortum est adagium, Carpet citiùs aliquis, quàm imitabitur, μομήσεται ἢ κρώσσει ὁ κύων. Aptè dicetur de re quapiam artis absolutæ atque inimitabili: nam res egregias multò prochivius est carpere, quàm æmulari. ¶ Item lædere: ut Virg. *Georg. 3.*

*Carpit enim vires paulatim uterque videndo*
*Fœmina.*

Carpere viam, est ambulare. Ovid. 5. *Fastorum.* Iter. *Ibid. & eleg. 19. lib. 1. Trist.* ¶ Carpere vitales auras, est haurire spiritum. Carpere lanam, est pectere, & attenuare. Inter ancillas sedere, lanam carpere. { Gall. *Carder.* } Plaut. *Mostel. 2. 2. 5.* Virg. *lib. 1. Georg.*

*Nec nocturna quidem carpentes pensa puellæ*
*Nescivêre hyemem.*

Carpere lanam, est vellere. Carpere cibum, est pasci. ¶ Carpere agmen, hoc est, aliquos ab agmine segregatos intercipere & occidere, & velut agminis particulas decerpere. Cæsar Equitatu præmisso, qui novissimum agmen carperet. ¶ Carpere exercitum in multas partes, id est, separare. Liv. 6 *belli Punici.* Multorum Annibal Italiæ populorum animos everteret, quos neque omnes tenere præsidiis, nisi vellet in multas, parvasque partes carpere exercitum, quod minimè tum expediebat, poterat. Item carpere vires, i. attenuare, minuere. Liv. *lib. 3. ab urb.* Virg. 3. *Georg.* Carpere faciem, laniare, lacerare. Servius in illud 12. *Æneid. Et rofens laniata genas*: Moris (inquit) fuerat ut ante rogos humanus sanguis effunderetur, vel captivorum, vel gladiatorum: quorum si forte copia non fuisset, laniantes genas suum effundebant cruorem, ut rogis illa imago restitueretur. Tamen sciendum, cautum lege duodecim tabularum, ne mulieres carperent faciem; his verbis: Mulier faciem ne carpito. ¶ Item pro despoliare, & (ut vocat Terent.) emungere. Ovid. 1. *Amor. eleg. 8.*

*Et ferox, & mater, nutrix quoque carpat amantem:*
*Fit citò per multas præda petita manus.*

¶ Composita sunt, Decerpo, Excerpo, Dicerpo, de quibus suis locis.

Carptim, adverbium, hinc atque illinc carpendo, non ipsam seriem sequendo. } ἀναβλητικῶς. Gall. *Par cy par là, en recueillant çà cy là par parcelles.* Ital. *Per particelle, scegliendo di quà & di là.* Germ. Hin und wider/ ein alle ordnung angebrochen oder genommen. Hisp. *A pedaços.* Angl. *By piling out here and there.* } Salust. *in Catil.* Statui res gestas populi Rom. carptim, ut quæque memoriâ digna videbantur, perscribere.

Carptūra, æ. { תלש *liket*, ἁλλᾶς, σύμμυσις. Gall. *Cueillette, cueillement.* Ital. *Scarpimento.* Germ. Abbrechung/ abgreiffung. Hisp. *Obra de coger, cogimiento.* Angl. *Gathering and plucking as it were fruite of a tree.* } Ipse decerpendi actus, & nonnunquam id quod decerpitur. Plin. *lib. 24. c. 10.* Flos cujusque generis trium digitorum carptu, dysentericos & alvum citum emendat, in vino austero bis die potus, hoc est, quantum tres digiti decerpere possunt. Varro 2. *de re rustic. cap. 16.* Necnon etiam aliud discrimen sequuntur in carptura mellis à floribus.

Captor, ōris, verbale. Reprehensor. } מוכיח *mochiach.* ἀλεγεινής. Gall. *Reprenneur.* Ital. *Carpitore.* Germ. Ein angreiffer. Hisp. *Reprehendedor.* Angl. *He that reproveth.* } Gell. *lib. 19. cap. 7.* Quale illud est, quod vituperones suos, subductis supercilii carptores appellavit.

Carpobălsămum, καρπόβαλσαμον, Balsami fructus est. Nam καρπὸς Græcis fructum significat. Vide Plin. *lib. 12. c. 25.*

Carpocrates, καρποκράτης, nomen cujusdam hæretici, qui negabat mundum a Deo factum.

Carpophŏrus. { καρποφόρος. Angl. *Fruitefull, that beareth fruite.*} Latinè fructifer. Hieronymus *ad Eust. de morte Paulæ*: Salva Ephrata regio ubertima, atque καρποφόρος, cujus sterilitas Deus est. ¶ Fuit etiam Carpophorus proprium nomen cujusdam ex familiaribus Domitiani Cæsaris, cujus in conficiendis fœtis dexteritatem extollit Martialis *in Amphitheatro.*

Carpsim. Carptus, Carptura, Carptor, vide *Carpo.*

Carpophyllon, i, καρποφύλλον. Genus lauri, non nisi in montibus nascens, foliis mollioribus: unde etiam ad opera topiaria longè aptissimum perhibetur, & ad coronas conficiendas accommodatissimum; de quo Plin. *lib. 15. c. 30.*

Carpus, i. Græcè καρπός, i. Gall. *Le poignet.*

Carraca. Italiæ urbs sub Venetia. Ptolemæus.

Carrago, apud Pollionem in Claudium, pro impedimento accipi videtur, ut vulgò nostri Carriagium vocant. Budæus. Iul. Capitol. *in Gallieno*, Scythæ facta carragine per montem Gelfacem fugere sunt conati. Gall. *Embarras.*

Carrhæ, ārum, civitas Arabiæ ad Rubrum mare: à qua Carrhæi dicti sunt populi. Plin. *lib. 6. cap. 28.* Carrhæa latissimos & fertilissimos agros. ¶ Sed Carrhæ, arum, κάρραι Stephano, civitas Mesopotamiæ trans Edessam, Crassi & Romani exercitus cruore nobilis. Luc. *lib. 1.*

*Assyrias Latio maculavit sanguine Carrhas.*

‖ Carracutium, vehiculum altissimarum rotarum, quasi carrum acutum. Isid. *lib. 20. cap. 12.*

Carena & publica pœnitentia & quadragena unum sunt. Qui igitur istam pœnitentiam facit, quadraginta diebus non intrat in Ecclesiam, & lanea veste indutus, ab escis & potibus, qui interdicti sunt, à choro & gladio & equitatu illos supradictos dies abstinet: in tertia autem & quinta feria & sabbatho, aliquo genere leguminum ac olerum, pomis & piris vel pisciculis cum modica cervisia utitur temperatè. Hæc omnia Vocab. vet. sonat, tanquam à carendo, sit vox nata.

tracta. Sed est sumpta ex Gallico *Quaresme*, ſ negletto in pronuntiatione, & Italis *Quaresima* contractè dicitur pro Quadragesima: & sic *Quarrena* & *Carrena*, pro Quadragena.

Carrera, cursus. Gloss. Gr. Lb.

Carreo, onero. Gloss. A. L. ‖

Carrio, divido. Quid si *Scambio*.

Cărrŭs, & Carrum, Currus quatuor rotarum, cujusmodi erant quibus exercituum impedimenta vehebantur: à sono, ut quidam putant, & rotarum stridore dictus. { עגלה *bagalah*. ἅμαξα, ἅρμα. Gall. *Char ou chariot*. Ital. *Carro*. Germ. Ein karch. Hisp. *Carro ò carretta*. Angl. *A chariot with foure wheales*. } Cæsar, Inter Carros, impedimentaque prælium commiserunt. Hircius *lib.* 6. Pompeius eo die per viarum angustias carra complura, multosque lanillas retraxit. Cæsar *bell. Gal. lib.* 1. Alteri ad impedimenta, & carros suos se contulerunt.

Carrŭca, Genus vehiculi duas habens rotas, quod & Cisium dicitur. { מרכבה *merchabáh*, רכב *réchek*, עג *ſáh*. ἅρμα, ἁμάξιον. Gall. *Petit char, ou chariot*. Ital. *Carruccla*. Germ. Ein kärch mit zweien rädern. Hisp. *Carretta para llevar cargas*. Angl. *A carre or carte*. } Mart. *lib.* 5. Nec feriatus ibat ante carrucam. Plin. *lib.* 33. *cap.* 11. At nos carrucas ex argento cælare invenimus. ¶ Carruca dormitoria: Scævola *D. lib.* 34. *tit.* 2. *l.* 13. Quæsitum est an carruca dormitoria cum mulis, cùm semper uxor usa sit, ei debeatur.

Carrŭcārĭus, { רכב *rachchab*. ἁμαξηγός. Gall. *Charretier*. Ital. *Carretiere*. Germ. Ein karrer. Hisp. *Carretero*. Angl. *A carter or carman*. } Qui carrucam regit. Ulp. *in l. item quæritur, in princ. ff. loc.* Si cisiarius, id est, carrucarius, dum cæteros transire contendit, cisium evertit.

Carrŭcārĭus, a, um. ſ ἁμαξηγός. Angl. *Belonging to a carte or carre*. Gall. *Servant à charior*. } Quod ad carrucam pertinet. Pomponius, *Plerasque* mulas carrucarias tales esse, ut transjungi non possint.

Carsămatium, est propriè Eunuchus, quem Græci vocant amputatis virilibus & virga.

Carseoli, oppidum est in via Valeria, non procul à Pelignis, à quo ipsi etiam incolæ Carseoli dicuntur. Horum meminit Ovid. *Fast.*

*Frigida Carseolis, nec olivis apta ferendis*
*Terra, sed ad segetes ingeniosus ager.*

Carsĕōlānus, a, um. Ovid. 4. *Fast.*

——— *nam dicere certam*
*Nunc quoque lex vulpem Carseolana vetat.*

Cartā, sine h, nomen unius ex Darii satrapis, apud Curtium.

Cartăllus, { κάρταλλος. Angl. *A hamper or basket*. } Græca dictio significans canistrum. Gall. *Panier ou corbeille faite d'osier*.

‖ Cartamus. Arab. קרטם, semen croci hortensis. ‖

Cartēĭa, καρτεία Ptolemæo, oppidum est Hispaniæ Bæticæ, in tractu Bastulorum, ad radicem Calpes promontorii. Tartessos, Ἐμπορεῖα à Græcis dictum. Vulgò *Tarifa*.

Cartesius, a, um, ut Litus Cartesium, in quo freti angustiæ sunt.

Cartĕnna, Augusti colonia in Mauritania Tingitana. Plin. *lib.* 5. *cap.* 2.

Carthæa, καρθαία Stephano, urbs in Cea insula. Hæc apud Plin. *lib.* 4. *c.* 12. corruptè (ut suspicor) Cartheia appellatur: certè apud Stephanum per ει diphthongum scribitur.

Carthæŭs, a, um. Ovid. *lib.* 12. *Met.*

*Transit & antiqua Carthæa mœnia Cea.*

Carthæus, adjectivum. Idem 10. *Met.*

*Namque fuer Nymphis Carthæa tenentibus arva*
*Ingens cervorum erat.*

Carthago, urbs Africæ totius celebertrima, quæ post Troianum bellum (ut docet Eusebius) à Didone condita fuit, & tertio bello Punico à Scipione Æmiliano penitus eversa. καρχηδών. { Germ. Carthago in Africa. } ¶ Est & alia Carthago in Hispania, quam Asdrubal condidit, quæ nova perpetuo epitheto dicitur, ad differentiam Carthaginis Libycæ. Vulgò *Carthagena*. Hæc etiam à sparti copia, quod in ejus agro copiosissimè provenit, Spartaria appellata est. Carthaginis autem nomen quidam à Cartha oppido haud procul à Tyro dici putant. Cicero verò *lib.* 3. *de nat. deor.* scribit dictam à Carthagine Herculis filia, quam Byrsa prius diceretur.

Carthāgĭnensis, καρχηδόνιος, dictio sex syllabarum est: nam authore Prisciano inter n, & e, interponitur i: sit enim *lib.* 4. Si tertiæ sint declinationis, absistunt extremam genitivi, & assumunt ensis, ut Pistor, pistoris, Pistorienſis: Carthago, Carthaginis, Carthaginiensis. Ennius,

*Hostem qui feriet, mihi erit Carthaginiensis.*

Carthegon, Baxi granum est. Plin. *lib.* 16. *cap.* 30.

‖ Cartibulum. Varro *lib.* 4. *de L. L.* Vinaria mensa lapidea, quadrata, oblonga, una columella, vocabatur cartibulum. ‖

Carpii, populi Persiæ, ut scribit Strab. *lib. Geograph.* 31.

Cartĭlāgo, inis, pars similaris corporis ex sperma genita, quæ tamen neque os est, neque caro, sed quoddam intermedium, qualis est tota auris, & extremæ partes ossium motoriorum. { חרמש *bedhál*. χόνδρος. Gall. *Cartilage, tendron ou tendrillon, comme celuy de l'oreille ou du nez*. Ital. *Cartilagine, tenerume, come è quel dell' orecchie*. Germ. Knörpelbein. Hisp. *Ternilla*. Angl. *Gristle*. } Plin. *lib.* 11. *cap.* 4. Insecta non videntur habere cartilaginem. Idem *lib.* 9. *cap.* 14. Planorum piscium alterum est genus, quod pro spina cartilaginem habet. Cartilago mori. Plin. *lib.* 15. *c.* 18. Callo placent pyra & mala, corpore meliimela, mora cartilagine, nuclei genus.

Cartĭlāgĭnĕus, a, um: quod ex cartilagine constat. { χονδρώδης. Gall. *De cartilage* Ital. *Di cartilagine*. Germ. Von knörpelen oder knörpelbeinen Hisp. *Cosa de ternilla*. Angl. *Of gristle*. } Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Sed auricula omnibus, exceptis quæ cartilaginea appellavimus.

Cartĭlāgĭnōsus, a, um. ſ χονδρώδης. Angl. *Full of gristle, gristlie*. } Plin. *lib.* 12. *c.* 15. Quod maximè laudant cartilaginosum, purum, ad similitudinem ammoniaci, minimeque lignosum.

Cartris, Cimbrorum peninsula, dicente Plin. *lib.* 4. *c.* 13. promontorium Cimbrorum excurrens in mare longè peninsulam efficit, quæ Cartris appellatur.

Cartuentus, καρούεντος, aliàs καρούσιος, urbs Latinorum: gentile Cartuentanus. Steph.

Cărŭncŭlus, vide *Caro*.

‖ Carum, κάρον, planta est & semen vulgaris notitiæ, quod vicem anisi præbet. { Germ. Matterämmich: expressiùs Matterämmet. } Id est, cuminum pratense, à matte, vel made *pratum*. ‖

Cārŭs, a, um, Gratus, dilectus, jucundus, suavis. { יקר *jekár*, חביב *chabib*. ποθεινός. Gall. *Cher, precieux*. Ital. *Caro, prezioſo, diletto*. Germ. *Lieb, angenehm, theur, köſtlich*. Hisp. *Agradecido, caro ou precio*. Angl. *Deere, pretious*. } Virg. 4. *Ecl.*

*Cara Deûm soboles, &c.*

Cicero *post reditum ad Quirites*: Mihi verò & propter indulgentiam meam, & propter excellens eorum ingenium, vitâ sunt meâ cariores. Vides me pro tuo caro capite carum meum offerre caput vilitati. Plaut. *Capt. sc.* 1. *act.* Mihi meus, suus cuique carus est. Idem *Capt. sc.* 3. *act.*

——— *Amantes*
*Non longè à caro corpore abesse volunt.*

Catull. *de rom. Berem.* Casa annona, vide *Annona*. Et quia quod omnibus gratum est, magno pretio solet vendi, hinc est factum, ut carum etiam significet id, quod non vile est, quod magno constat. Cic. 2. *de Divinat.* Putarem annonam in macello cariorem fore. Sunt qui ita distinguant, ut Charus per aspirationem, significet idem quod dilectus: Carus sine aspiratione, quod magno venditur. Hanc tamen differentiam non esse veram, vel ex eo solùm ostenditur, quòd alteram significationem ex altera videmus esse deflexam. Satius itaque erit utrumque sine aspiratione scribere, quum dictiones sint prorsus Latinæ. Nam qui à Græca dictione, ἀγαπητὸς deduci volunt, refragatur primæ syllabæ quantitas, quæ in dictione Carus producitur, quum χάρις eandem corripiat.

Carè, adverbium à Carus. ſ πολυτίμως. Gall. *Cherement, à grand prix*. Ital. *Caramente, de gran precio*. Germ. Theur, in grossem werd. Hisp. *Mucho preciado*. Angl. *Of agreat price, of great dearth*. } Magno pretio, & pluris quàm pro rei valore: ut, Carè æstimare: Carè venire. Cic. *ad Brutum*. Valde carè æstimas tot annos, quot ista ætas recipit. Varro, Quæ pingues veneunt carè.

Carĭtas, atis, à careo, significat exuberans rei alicujus pretium, ex penuria ferè & vastitate proveniens. { יקר *jekár*. πολυτέλεια. Gall. *Cherté, grand prix*. Ital. *Carestia, inopia*. Germ. Theure, köſtligkeit. Hisp. *Careſtia, carena de precio*. Angl. *Dearth, great price*. } Cic. 5. *Verrina*. Biennio proximo annonam obtinuit, quum alter annus in vilitate, alter in summa caritate fuerit. Liv. *lib.* 3. Caritas primùm erat annonæ. Differunt autem Caritas & Inopia, quòd Caritas sit rerum penuria, quæ adhuc extant: Inopia earum quæ non extant. Cic. *pro domo sua*, Qua ex re primùm caritas nata est, deinde inopia.

Carusii, populi sunt Troglodytis finitimi pariter & Æthiopibus, in finibus Africæ, ad latus meridiem spectans inhabitantes. Sipontum.

Carya, κάρυα, civitas Peloponnesi, quæ cum Persis hostibus contra Græciam consensit: unde postea à Græcis delecta fuit. Vitruv. *lib.* 1.

Caryanda, καρύανδα, Lacus est in insula eodem nomine Cariæ regionis, non procul à Myndo. Ex Strab. *Geogr. lib.* 14.

Caryatides, Statuæ muliebres in ædificiis, ut ait Vitruv. sicut viriles, quæ mutulos aut columnas sustinent. Telamones à nostris, ἄνδρες à Græcis appellatæ. Nam eversa Carya Peloponnesi civitate, & interfectis viris, matronæ in servitutem adductæ fuerunt, nec passi sunt victores eas stolas deponere, ut æterno servitutis exemplo gravi contumelia plectæ, pœnas pendere viderentur pro civitate. Ideò qui tunc architecti fuerunt, earum imagines ædificiis publicis designaverunt oneri ferendo, ut etiam posteris pœnâ Caryatidum memoriæ traderetur.

Cărycă, καρύκη. Genus edulii ex sanguine & variis condimentis constans, quod καρύκινον à Græcis dicitur. Vide Cæl. Rhodig. *lib.* 27. *cap.* 23. ¶ Carica verò per i nostrum, sicùs genus est, ut suprà docuimus suo loco.

Caryces, per tres syllabas, media producta, Tithymali species, foliis myrthi, acutis & pungentibus. Vide Plin. *lib.* 26 *c.* 9.

Cărўon, yi, neut. gen. { κάρυον. Angl. *A wallnut or wallnut tree*. } Quamvis Græcis generale sit ad omne nucis genus vocabulum, unde κάρυα πολλὰ, avellanam, & κάρυα βασιλικὰ, juglandem appellant; peculiariter tamen, & ἐξοχὴν, hoc sibi nomen juglandes vendicarunt. Plin. *lib.* 15. *c.* 22. Caryon à capitis gravedine, propter odoris gravitatem convenit dictum.

Carynus, a, um, adjectivum: ut, Carynum oleum. Idem *lib.* 23. *c.* 4. ¶ nuce verò juglande oleum quod carynum appellavimus, alopecias utile est, & tarditati aurium infusum.

¶ Caryophyllum, καρυόφυλλον, quasi καρύου φύλλον, id est, nucis folium. *Girofle* vulgò.

Caryophylleum florem ab odore caryophyllorum recentiores nominant.

Caryophyllata dicta ab odore raditis. ‖

Cărўŏpus, i, καρύοπτος, genus cinnami, quod in Syria gignitur. Plin. *lib.* 12. *c.* 18. in Syria gignitur & cinnamon, quod Caryopon appellant. Hic est succus nucis expressus, multùm à fructu veri cinnami differens, vicina tamen gratia.

Cărўŏtæ, sive Caryotides, καρυωτίδες. Palmulæ genus est in Judæa, præcipuè circa Hierichuntem nascens, ita appellatum à capitis gravedine, quam gignit. Plin. *lib.* 13. *c.* 4. Ab his Caryotæ maximè celebrantur, & cibo quidem, sed & succo ubertimæ: ex quibus præcipua vina Orienti, uniqua capiti: unde pomo nomen. Varr. *de re rust. lib.* 2. Non scitis palmulas caryotas in Syria parere in Judæa, invectas in Italiam non posse? Papin. *in Sylvis*. Prægnantes caryotides cadebant.

Carystos, sive Carystus, κάρυστος, Euboeæ insulæ oppidum, in littore sinus, ad radicem Ochæ montis, è regione Andri, cujus meminerunt,

runt {Qui à parte advenit Carysto} Plaut. *Pseud. sc.4.a.2.* Plin. *lib.4. c.12.* & Pompon. *lib.2.* Circa hoc oppidum gignitur Amiantus lapis textilis, ex quo olim mantilia fiebant, quæ igni purgabantur. Item marmor nobilissimum, & maculariam varietate in primis commendatum, quod a loco Carystium appellabant: de quo vide Strab. *lib.10.* & Plin. *lib.36. cap.6.* Lucan. *lib.5.*

*Quæ maris angustat fauces saxosa Carystos.*

Sita est ad pelagus Myrtoum sub Ocha monte, cui à Iovis & Iunonis concubitu nomen indium est: aut quòd oves illic pastæ concipiant, ἐγκύους γινομένας, ἐγκύους enim Achæi pastum & cibum vocant. Dicitur etiam ἀγάτης. Lapis in hac civitate mirabilis gignitur, ex quo panus contextus, ut sordes abstergat, in ignem injicitur. Vocatur etiam Ægeas ab Ægone loci domino, à quo & mare Ægeum. ¶ Est item Carystus locus ἐν Ἀρκαδίᾳ juxta Arcadiam, ubi columnæ Carystiæ ex lapicidinis, & vinum Carystium celebrantur. Steph.

Cărystĕus, a, um. Ovid. 3. *Fast.*

*Quæque Carystæi frangitur unda vadis.*

Cărystius, a, um. Plin. *epistol.* 101. Vitem quatuor columellæ Carystiæ subeunt.

Caryum, vide *Carya.*

Căsa, domus rustica: ita dicta quasi cava, ut nonnulli existimant, eo quòd primi agricolæ in cavis montium, hoc est, in antris solerent habitare. {קנה *kanvéh*, סכה *succhâh*, גדרה *ghedheráh*, חדר *cheráh*. καλύβη. Gall. *Legette, maisonnette, tente.* Ital. *Casa.* Germ. Ein schlechte bawrenbehausung oder hütte. Hisp. *Casa pagiza ò choza.* Angl. *A cottage, a little house.*} Alii à casu, id est, ruina deductum malunt: propterea quòd rustica ædificia, quum ex leviore fere materia conficiantur, minùs sunt diuturna, magisque ruinæ obnoxia. Virg. 2. *Eclog.*

*Atque humiles habitare casas, & figere cervos.*

Hirtius *lib.6.* Et harpagones ad casas, quæ stramentis ab nostris hybernorum causa ædificatæ erant, diruendas. Varro *de re rust. cap.10.* Qui autem sunt in saltibus, & sylvestribus locis pascunt, & non in villa, sed casis, repentinos imbres vitant. ¶ Fores habet tritas, ut pastorum casæ, τὰς θύρας ἔχει τριβωνίδας ὥσπερ οἱ ποιμένες. Ironia proverbialis in homines inhospitales, aditu difficiles, sibi viventes, semper occlusis foribus: quòd pastores procul ab hominum commercio semotos vix unquam quisquam intervisat. Diogenianus. Hinc *casamentum*, id est, prædium beneficiarium.

{Casella, capsella, aroula. L.gr.b.}

Căsŭlă, diminutivum. {καλύβιον. Angl. *A little cottage.*} Plin. *lib.35. cap.10.* Casula Protogenes contexuit in hortulo suo.

Căsăbŭndus, Grebrò cadens. Festus. Varro *lib.6.* à cadendo deducit, & Naevium Poëtam antiquum adducit. Risi egomet casabundum ne ebrium: diabathia in pedibus habebat, atque amictus erat epicroco.

{Casamaton, *casamate.* L.gr.b.}

Casanti, cavite in terram dejecto.

Căsărĭă dicitur mulier quæ casam custodit. κλῆρος, οἰκουρός. Festus.

Casandra, insula in Oceano meridionali, contra Persidem. Plin. *lib.6. cap.25.* Contra Persidem, inquit, insulæ Philoë, Casandra, Aracia, &c.

Casandrus, inquit Plin. *lib.6. cap.25.* Insula est deserta in Oceano Indiam versùs.

Cascŭs, a, um. {זקן *zaken*, קדמוני *kadmoni.* παλαιός. Gall. *Vieil, ancien, enduc.* Ital. *Vecchio.* Germ. Alt. Hisp. *Cosa muy antigua.* Angl. *Old, ancient.*} Significat vetus: cujus verbi origo Sabina est. Ennius,

*Quam primùm Casci populi gessere Latini.*

Refert Varro Manilii nomine celebratam fuisse hanc sententiam, Casum olim fuisse cascam non mirabile est, id est, vetulam nupsisse seni. Vide Erasmi Adagia: Cic. Prisci illi, quos Cascos Ennius appellat.

Căsĕus, à cogendo, vel (ut inquit Varro) à lacte coacto dicitur. {גבינה *ghebinâh.* τυρός. Gall. *Fromage.* Ital. *Formagio.* Germ. Käs. Hisp. *Queso.* Angl. *Cheese.*} Nam fit ex lacte coagulato, hœdino in primis, vitulinóve coagulo. Virg. *in hac.*

*Pinguis & ingrata premeretur caseus urbi.*

Cic. *de fenect.* Villa quæ tota locuples est, abundat porco, hœdo, agno, gallinâ, lacte, caseo, melle. Caseus bubulus, manu pressus. Suet. *in Aug. cap.76.* Caseus mustus, id est, recens & mollis; qui magis alibilis, quàm vetus & aridus. Caseus oxygalacticus commendatur à Galeno, dicturque quasi acetosum lac, nam Græci ὀξὺ acetum vocant, & γάλα lac. ¶ Caseorum varia genera vide apud Plin. *lib.11. c.42.* ¶ Si caseum haberem, non egerem opsonio, Εἰ τυρὸν εἶχον, οὐκ ἂν ὀψωνούμην. Dicendum ubi quis minimis vilissimisque contentus. Refertur apud Plut. *in Lacon.* ¶ Caseum neutro genere dixit Pomponius *in Leonide.* Caseum molle, Sosipater *lib.1.* Item apud Non. Nævium, & Plaut.

Casĕāle, is, neutri generis, locus in quo fiunt vel recondunturque casei. Quidam locum alvo exonerandæ destinatum putant, quem sellam familiarem vocant Varro, & Colum. *lib.2. cap.15.* Nam ubi greges quadrupedum versantur, quædam quotidie, ut culina, & caseale: quædam pluviis diebus, ut bubilia & ovilia debent emundari. ¶ Sunt tamen qui existimant Caseale declarare locum, in quo aut fit, aut servatur caseus. {τυροκομεῖον, τυροθηκῶν. Angl. *A cheese-presse.*} Locumque Columellæ sic intelligi debere, ut caseale (hoc est, locus conficiendi casei) sicut & culina quotidie purgetur.

Căsĕārĭus, a, um. adjectivum à caseo formatum. {Angl. *Belonging to cheese.*} ut, Taberna casearia. Ulp. *sicuti, §. Aristo, ff. si serv. vend.* Aristo Cerelio Vitali respondit, non putare se, ex taberna casearia fumum in superiora ædificia jure immitti posse, nisi ejus rei servitutem talem admittat. τυροπωλεῖον, τυροπωλεῖα.

Căsĭa, unicos, quamvis apud Græcos κασσία gemino σ, scribatur. {קציעה *ketsiâh*, קרה *tiddâh.*} Frutex est Theophrasto, tabis Americæ magnitudine, multis furculosque brachiatis ramis, cratifiore quàm cinnamomum farmento, soloque cortice commendatus. Virgil. 2. *Georg.*

*Nec casia liquidi corrumpitur usus olivi.*

Dioscor. *lib.1.* tria facit præcipua casiæ genera: unum ex nigro pare, parasceus, & rosæ odorem referens, *Zygir* appellatum: alterum longius & angustius, & fistulis plenum, aromatum & vini nitidum odorem repræsentans: quod Arabum lingua *Lada*, ab Alexandrinis autem mercatoribus *Daphnitis* dicitur. Tertium genus superioribus paulò vilius, quod Rubum mosylicum vocitarunt. ¶ Hyginus author est, a Latinis *Casiam* appellari cocci Cnidi fruticem, quem Græci *Cneorum* vocant, & *Thymelæam*: cujus folia & in coronamenta veniunt. Unde est illud apud Virg. *Eclog.*

*Tum casia, atque aliis intexens suavibus herbis.*

Quamquam ibi casiam herbam quandam, non fruticem videtur designare. ¶ Casia fistularis, κασσία σωληνώδης, à recentioribus medicis appellatur, quam ex doctioribus nonnulli Siliquam Ægyptiam malunt nominare. Est autem siliqua oblonga & teres, concretum intus atramentum continens, non una coalescens serie, sed ex intervallis lignosis tenuibusque membranis septum, ossiaque quædam habens immersa, non dissimilia iis quæ nostra profert siliqua.

Casignete, καρδαμον, herbæ genus est apud Plin. *lib.4. c.17.* ita dictum quòd cum sui generis herbis tantùm nascatur. Eandem & *Dionysonymphadem* appellant, quòd vino mire conveniat.

Casilini, Italiæ populi sunt in agro Campano, quorum oppidum etiam Casilinum appellabatur, quod Plinii temporibus intercideràt, ut ipse testatur *lib.9. cap.5.*

Casina, Plauti fabula est, nomen habens à Casina ancilla, quam Stalino senex, ejusque filius, certatim depetibant. Scribitur unico s, ut facilè colligi potest ex fabulæ ejus argumento, in quo versuum literæ capitales Casinæ nomen exprimunt.

Casinum, Campaniæ oppidum est in Italia. Silius *lib.4.*

*Mittebant saxa & nebulosi rura Casini.*

Hujus meminit Plin. *lib.3. c.5.*

Casiotis, καστὶς Ptolemæo, Regiuncula est Arabiæ Petrææ, Pelusio ostio ab Ægypto divisa: in qua Casius mons est, Pompeii Magni tumulo insignis: à quo & Regio ipsa nomen accepit.

Casito, as: vide *Cado.*

Cāsius mons, ὄρος Κάσιον, trans Pelusium est, extremum Nili ostium, in ea Arabiæ Petrææ parte, quæ ab hoc monte Casiotis Ptolemæo appellatur: in quo & Iovis Casii templum erat, & Magni Pompeii tumulus ab Adriano instauratus, ut *in Adriano* testatur Capitolinus. ¶ Est & in Syria Antiochena Casius mons supra Seleuciam cognomine Pieriam, ut author est Plin. *lib.5. cap.22.* cujus altitudo in directum est quatuor millium passuum. Ptolemæus præterea *lib.5. cap.18.* Casium quendam montem collocat in Mesopotamia, non procul à Singra altero ejusdem regionis monte: cujus meminit & Suidas.

Casius, a, um. Lucan. *lib.10.*

Casmœnæ, pro Camœnæ, interposito s, ψιλωθέντος.

Casmene, καστάβη, urbs Siciliæ. Steph.

Casmena olim Carmina dicta, à casmen, enis, quod nunc carmen, inis, dicitur: sæpe etiam e, apud veteres, i, loco fuit, teste Quint. *lib.1. cap.4.*

Casnar, Senex dicitur Oscorum lingua. Festus. {Angl. *Olde.*} Id quod Varro *de lingua Lat.6.* confirmat his verbis: Casnus, inquit, significat vetus: ejus origo Sabina, quæ usque radices in Oscam linguam egit. Quod igitur Osci Casnar, hoc Sabini Casnus, & illos secuti Romani dixerunt. Nonius Casnares, seniles dixit: apud quem malè legitur *Carnales fedales.*

Casoo, as, are, à cado frequentativum: vide *Cado.*

Casona, æ, us, qua mulier caput scalpit. Legendum procul dubio, *Cnasona.* Festus: *Cnasonæ, arum, quibus mulieres scalpunt caput.* Nam duplex est acus ornatricum: altera quâ scalpunt caput, quæ discriminalium dicitur: altera, quâ crines figunt, & sustinent, quam Græci καλαμίσκην ἐπίχυσιν vocant. Latini etiam aliquando fistulam. Est autem Cnason, Tarentinæ linguæ. Nam Tarentinorum proprium est simplicia verba per paragogen producere, ut ab ἄγω ἄγαζω, unde agaso. Sic à κνάω κνάζω, unde Cnason.

Casorum, vetustum: fortè *casnar.* Festus: *Casnar, senex Oscorum lingua.* Lege *Casnum.* Alii aliter. Gloss. Isid.

Cāsos, ἄσπρος, ulgò *Caso.* Insula juxta mare Carpathium ambitu octoginta stadiorum, in qua est oppidum ejusdem nominis, à Caso Cleomachi patre dicta, qui eò colonos deduxit, à quo Casius mons in Syria nomen traxisse creditur. Meminit hujus insulæ Plin. *lib.4. c.11. & lib.5. cap.31.*

Caspapyrus, κασπάπυρος, urbs Gandarica: Scytharum verò ἄκρα, id est, litus. Steph.

Caspĕtĭa, Rhœti regis Marrubiorum uxor fuit, quæ cum Anchemolo privigno corpus commiscuit. Vide *Anchemolus.* ¶ Est item Casperia oppidum in Sabinis, fortasse idem cum eo, quod Silius Caspertuiam vocat. Virg. 7. *Æneid.*

*Qui Tetrica horrentes rupes, montemque Severum*
*Casperiamque colunt.*

Casperula, Sabinorum oppidum est apud Silium, ut dictum est.

Caspĭæ portæ, κασπίαι πύλαι. Angustiæ sunt circa mare Caspium, quod alio nomine Hyrcanum dicitur, ad octo millia passuum, teste Solino, in longitudinem extensæ, latitudine tam exigua, ut vix plaustro sint pervia. Non satis tamen convenit inter authores, ad quam maris partem conjungantur. Quidam Amazones portis Caspiis egressas, ad Alexandrum venisse in Hyrcaniam prodidêre: sed illæ Caucasiæ fuerunt, per quas transitus est ex Hyberia in Scythiam. Neronis quoque principis comminatio ad Caspias portas (ut inquit Plin.) ad eum transitum respiciebat. Verùm mons Taurus tribus in locis interruptus, qu si portis quibusdam pertranſitur in Armeniam, in Ciliciam, & in Mediam. Sed illæ tantùm Caspiæ portæ appellantur, quæ apud Medos existunt, sicut ex Ptolemæo, Plinio & Strabone licet intelligere. Per has transitus est ex Babylone & Persida ad mare Caspium. Unde etiam Caspiæ dictæ sunt. ¶ Iuga verò Caspia procul hinc absunt, & ad Armenios, ulteriorèsque populos pertinent.

Caspes,

Caſpes, galeæ militum; imò armillæ.

Caſpii, populi Scythiæ ad Caſpium mare, ut author eſt Pompon. *lib.*3. apud quos ſervitium ſunt canes, ut ſcribit Valer. Flac. *lib.*6. Hinc adject. Caſpiacus, ut Porta Caſpiaca. Stat. 4. *Syl.*

*Aut ſtrenuum ſervare latus, metuendaque porta*
*Limina Caſpiaca.*

Caſpium mare, {θαλασσα Βάλαττα. Ital. *Dar di bacù.* Germ. Das Hircaniſch meer in Aſia.} Immenſæ magnitudinis locus eſt inter Caſpios & Hyrcanos montes, a quibus nomen accepit. Hujus maris accolæ Turcæ fuiſſe creduntur, qui deinde cœli clementioris deſiderio adducti, primùm Armeniis, deinde reliquis Aſiæ populis ſua ſede pulſis, & bona Europæ parte occupata, à ſinu Perſico adúſque mare Adriaticum imperium ſuum extenderunt.

Caſpirus, ἡ Κασπειρος, urbs Parthorum finitima Indiæ: cujus incolæ curſu velociſſimi ſunt, ut ex Dionyſii Baſſaricis annotavit Steph.

‖ Caſſabundus, crebrò cadens. Feſt. lege, *Caſabundus, à caſo.*‖

Caſſandane, filia fuit Pharnaſpis, uxor Cyri, & mater Cambyſæ, teſte Herodoto *hiſtoriarum lib.*3. quam immaturâ morte ſublatam & Cyrus ipſe deflevit, & publico regnorum ſuorum luctu decorari voluit.

Caſsăndrā, ἡ Κασσανδρα. Priami & Hecubæ filia, quæ quum ob formæ elegantiam ab Apolline amaretur, eidem corporis ſui copiam promiſit, ſi vates ab illo fieret: quod Apollo ſe facturum firmavit. Sed quum illa promiſſis non ſtaret, iratus Deus fecit ut ejuſdem vaticiniis nulla fides adhiberetur, quum ex Helenæ raptu futura incommoda prædiceret. Poſtea deſponſata fuit Chorœbo, ut ait Maro (Homerus verò Orthryon eum nominat) qui in auxilium Troianis veniens, in poſtrema nocte periit. Hanc quoque Aiax Oileus in Minervæ templo vitiavit, ut ſuperiùs auditum eſt. Tandem devaſtata Troia, Agamemnoni in ſortem contigit, cui omnia fata, quæ à conjuge ſervarentur, prædixit: ſed more ſolito nihil ei creditum eſt. Veniens igitur cum Agamemnone domum, cum eodem in convivio juſſu Clytemneſtræ occiſa eſt. Virg. *Æneid.*

*Sola mihi tales caſus Caſſandra canebat.*

¶ Alia fuit Caſſandra Iobatis filia, quam Bellerophonti nupſiſſe Homerus author eſt. ¶ Eſt & Caſſandra oppidum, & Caſſandria colonia, de quibus infrà in *Potidæa.*

Caſſanitæ, οἱ Κασσανιται, populi ſunt in littore maris rubri incolentes. Stephanus.

Caſſera, Macedoniæ oppidum, apud Plin. *lib.*4. *cap.*10. in deſcriptione Macedoniæ.

Caſſanŏrus, ἡ Κασσανορος. Urbs Ægyptia. Steph.

‖ Caſſiculum, rete, jaculum. Gloſſ. Iſid. Feſt. ſimpliciter *reticulum*, à caſſibus per diminutionem dictum.‖

Caſſida, æ. Vide intrà in *Caſſis, dis.*

‖ Caſſidilia, pera, marſupium.‖

Caſſienus, martyr apud forum Cornelii, ubi jacet, & quò venerat peregrinationis gratiâ à Brixina urbe Germaniæ, cujus erat civis & præſul: quumque apud forum Cornelii doceret, juſſu Iuliani Imperatoris, qui prohibuerat Chriſtianos docere, ſtylis diſcipulorum confoſſus eſt. ¶ Alius ejuſdem nominis Alexandrinus ſub Joviniano in Italiam veniens, apud Otranum templum conſtruxit, cujus & præſul electus; indè peregrinando Auguſto-dunum venit, & Epiſcopo Simplicio, viro ſancto ſucceſſit. ¶ Alius monachus Honorii tempore à Hieroſolymitana Eccleſia ab Hæreticis ejectus, Maſſiliam venit, ubi duo condidit cœnobia: ſcripſit & de monachorum inſtitutis, ubi dicit cibi abſtinentiam omnium virtutum eſſe fundamentum. Volaterranus.

Caſſipea, vide *Caſſiope.*

Caſſilium, vulgò *Caſſel*, urbs Haſſiæ. Vide *Stereontium.*

Caſſinum, teſte Varr. *lib.*6. *de ling. Lat.* oppidum Samnitium fuit, qui à Sabinis ortum traxerant: ita dictum à veteri nomine Caſeus, quod Sabinorum lingua Antiquum ſignificabat: unde & forum vetus, Caſſinum appellatum eſt.

Caſſĭo ſēnĭus, ὁ Κασσιοδωρος, Ravennas fuit Theodorici Gothorum regis præceptor, qui ex Senatore factus monachus, Pſalterium Davidis explanavit. Extant & ejus ad Theodoritum epiſtolæ. Volaterranus.

Caſſiope, ſive Caſſiopæ, ἡ Κασσιοπη. Cephæi regis Æthiopum uxor, & Andromedes mater: quæ quòd gloriaretur Nereidibus ſeſe corporis pulchritudine præſtare, illarum indignationem incurrit. Nymphæ enim jactantiæ ejus irritatæ, incredibilis magnitudinis cetum immiſerunt, filiamque ejus unicam nomine Andromedam ſaxo alligarunt, cetoque devorandam propoſuerunt: quæ tamen Perſei virtute liberata, eidem nupſit. Caſſiope verò tandem generi meritis in cœlum tranſlata traditur, & in ſiliquaſtro ſedens, vertente ſeſe cœlo, reſupinato capite ferri, pedibus ipſius in ipſa Arctici circuli circunductione poſitis, Æſtivum circulum capite, & dextra manu tangit, & prope Medeam circulo lacteo dividitur, non procul à Cephei ſigno. Occidit cum Scorpione, exoritur cum Sagittario. In capite ejus ſtella oſtenditur una, in utroque humero ſingulæ, in mammilla dextra clara una, in lumbis una, in ſiniſtro femore duæ, in genu una, in pede ipſius dextro una, in quadrato, quo ſignum ejus circumſcribitur, una, in utriſque angulis ſingulæ cæteris clariùs lucentes. ¶ Eſt item Caſſiope oppidum Epiri mediterraneum, à quo Caſſiopæi populi dicti ſunt, quorum meminit Plin. *in præm. lib.*4. Stephanus Caſſopam, Κασσωπη appellat. ¶ Item oppidi nomen in Corcyra inſula, apud eundem *lib.*4. *c.*12. quod Ptolemæo Caſſiopolis dicitur.

Caſſis, is, maſculini generis, Rete præſertim venatorum, quòd caſſum, hoc eſt, rarum ſit. {רשת réſcheth. Hebr. Gall. *Un rets à prendre.* Ital. *Rete.* Germ. Ein jäger garn. Hiſp. *Lavedi.* Angl. *A hunters net, a hay.*} Unde & à raritate Rete dictum. Ovid. 2. *de Arte*,

*Incidit in caſſes præda petita meos.*

Virg. *Georg.*4.

*——— aut inviſa Minerva*
*In foribus laxos ſuſpendit aranea caſſes.*

Caſſĭcŭlus, diminutivum Caſſis, Reticulum. {Δικτυον. Gall. *Petit rets.* Ital. *Picciola rete.* Germ. Ein klein garn oder netz. Hiſp. *Pequeña red.* Angl. *A little net, a hay.* Hieronymus, Nequàquam aranearum mihi opponas caſſiculos. ¶ Dicitur & Caſſiculum neutri generis. Feſtus, Caſſiculum, reticulum, à Caſſibus per diminutionem dictum.

Caſſila, pro caſſida; commutato d. in l.

Caſsĭs, dis, fœmini gen. Galea, quòd vacua ſit ad caput recipiendum. {Κρανος chodeh. κυνεη. Gall. *Heaume, armet, teſtiere, ſalade, baſſinet.* Ital. *Elmo, elmetto.* Germ. Ein helm oder eyſenhut. Hiſp. *Capacete.* Angl. *An helmet, or ſallet.*} Plaut. *in Trinum.* Mihi & pharetram & ſagittas ſumpſero, caſſidem in caput. Iuvenalis,

*——— fractæ de caſſide buccula pendens.*

Cæſar *lib.*7. *bel. Gall.* Multoneſque cum caſſidibus, equum ſpecie ac ſimulatione collibus circumvehi juſſit. ¶ Dicitur & caſſida, ut Propertius,

*Aurea cui poſtquam nudavit caſſida frontem.*

Virg. 11. *Æneid.*

*Aureus ex humeris ſonat arcus, & aurea vati*
*Caſſida.*

Ubi Servius, Caſſida, accuſativus Græcus pro nominativo Latino.

Caſsĭtă, Avis, quam alii Alaudam, alii Galeritam dicunt. {κορυδαλις. Gall. *Alouette.* Ital. *Lodola.* Germ. Ein lerch. Hiſp. *Copada à cogujada, ave cenocida.* Angl. *A lark.*} Plin. *lib.*10. *cap.*37. Vide apud Gell. apologum de caſſita, *lib.*2. *c.*29.

Caſsĭtĕrus, {κασσιτερος. Gall. *Tinne.*} Latinè plumbum album dicitur. Plin. *lib.*4. *c.*16. Plumbi duo genera, nigrum atque candidum. Pretioſiſſimum candidum, à Græcis appellatum caſſiteron. Unde Caſſiterides, κασσιτερίδες, inſulæ decem in Oceano, ex adverſo Celtiberiæ, in quibus plumbum effoditur. Plin. *lib.*4. *cap.*16. Ex adverſo Celtiberiæ complures ſunt inſulæ, Caſſiterides dictæ Græcis à fertilitate plumbi.

Caſſitias, viſci genus in abiete & larice naſcens. Sipontinus.

Cassĭus, κασσιος, viri proprium, qui magiſter equitum fuit. ¶ Sp. Caſſius regni affectati crimine damnatus, cui plus ſuſpicio concupitæ dominationis nocuit, quàm tres magnifici Conſulatus, ac duo ſpecioſiſſimi triumphi profuerunt. Senatus enim populuſque Rom. non contentus capitali cum ſupplicio afficere, interempto domum ſuperjecit. In ſolo autem ædem Telluris fecit. Author Valerius *lib.*6. *cap.*3. ¶ Caſſius cos. à Tigurinis Gallis pago Helvetiorum, qui à civitate ſeceſſerant, in finibus Allobrogum cum exercitu exſus eſt: milites, qui ex ea clade ſupererant, obſidibus datis & dimidia rerum omnium parte, ut incolumes dimitterentur, cum hoſtibus pacti ſunt tempore quo Iugurtha pulſus eſt à Mario. Liv. *lib.*25. Cæſar *belli Gall. lib.*1. Tigurinus pagus quum domo exiſſet, patrum noſtrorum memoria, L. Caſſium Conſulem interfecerat, & ejus exercitum ſub jugum miſerat. ¶ Item Caſſius Tribunus plebis, C. Mario. & L. Flacco coss. plures leges ad diminuendam nobilitatis potentiam tulit: in quibus, ut quem populus Romanus damnaſſet, cujve imperium abrogaſſet, in Senatu non eſſet. Fuit & inter competitores Ciceronis in Conſulatu. Author Pædianus. Cic. *pro Roſcio Amerino*, L. Caſſius ille, quem populus Romanus veriſſimum, & ſapientiſſimum judicem putabat, &c. ¶ L. Caſſius dux Pompeianus, cum decem navibus, ardente bello civili, tranſiit ad Cæſarem. ¶ Caſſius item Longinus Iuriſconſultus, quòd C. Caſſii percuſſoris Cæſaris nomen ac ſtemmata haberet, juſſus eſt à Nerone mori: princeps fuit Servii Sulpitii, ac eques Romanus, ut ſcribunt Tranquillus & Pomponius. ¶ Fuit & Caſſius Severus, de quo Quint. ſic ſcribit *lib.*10. *cap.*1. Caſſius Severus, ſi cæteris virtutibus colorem & gravitatem orationis adjeciſſet, poneudus inter præcipuos foret: nam & ingenii plurimùm in eo, & acerbitas in ira, & urbanitas, & vis ſumma: ſed plus ſtomacho, quàm conſilio dedit. Hæc ille. Hujus Caſſii ſcripta ex Senatuſconſulto abolita ſunt, ut author eſt Tranquillus. ¶ M. Avidius Caſſius, præfectus exercitus Antonini principis in Oriente, dum Imperator ipſe res in Germania gereret contra Marcomannos, defecit. Itaque relicto bello, Imperator eum cum exercitu petit, ac ſuperat. Caput ei ablatum videre noluit, recordatus antiquæ amicitiæ. ¶ Caſſius præſul Narnienſis tempore Totilæ regis Gothorum, cui occurrens, animum placavit, ne civitati noceret. Meminit hujus Gregor. 3. *Dialog.* ¶ Caſſius poeta Parmenſis fuit, cujus ingenium in ſcribendo carmine mirè concitatum & promptum prædicat Horat. 1. *Serm. ſat.*10.

*——— at ſi quis pedibus quid claudere ſenis,*
*Hoc tantùm contentus amet, ſcripſiſſe ducentos*
*Ante cibum verſus, totidem cœnatus, Hetruſci*
*Quale fluit Caſſi rapido ſervente ſub amni*
*Ingenium: capſis quem fama eſt eſſe, libriſque*
*Ambuſtum propriis.*

Hic aliquot generibus ſtylum exercuit: inter quæ opera elegiaca & epigrammata ejus laudantur. Hic eſt qui in partibus Caſſii & Bruti Tribunus militum militavit: quibus victis, Athenas ſe contulit. Quintus Varus ab Auguſto miſſus, ut eum interficeret, ſtudentem reperit, & peremptо eo ſcrinium cum libris tulit: unde ſtulti credidêrunt Thyeſtem Caſſii Parmenſis fuiſſe. Scripſerat enim multas alias tragœdias. Acron in illud Horat. 1. *epiſt.*4.

*Scribere quod Caſſi Parmenſis opuſcula vincat.*

De eo Suet. *in Aug. cap.*4. Caſſi Iovis ara. Suet. *In Ner. cap.*22.

Caſsĭānus, adjectivum. Cic. *pro Milone*, Itaque illud Caſſianum.

Caſsĭus, aliud adject. ut Caſſia via. Cic. 12. *Philip.* Tres ergo, ut dixi, viæ: à ſupero mari, Flaminia: ab infero, Aurelia: media, Caſſia. *Ibid.* Herrutiam diſcriminat Caſſia. Item, poſſum Caſſiam vitare, teneri Flaminiam.

Cāſſo, as: vide *Quaſſo.*

‖ Caſsò, fruſtrà. Greg. Tur.

Caſſatus, fruſtratus. Item Quaſſatus. Idem.‖

Caſsŏpă, κασσωπη. Steph. Oppidum eſt Molooſſorum, quod à Plinio Caſſiopem vocari ſupra oſtendimus.

Cāss ŭs, a, um, quod eſt inane & vacuum, fragile, atque omni re ca-

rens. { ריק *nabûr*, κενὸς. GALL. *De nulle valeur, vain & frivole.* ITAL. *Casso, vacuo, vuoto.* GERM. *Ldr / nichtsoffend / vergeblich.* HISP. *Vano, vazio.* ANGL. *That is of no valeur, vaine, frivole.* } ut Cassa nux, à Plauto & Horatio dicta. Lucan.

*Cassa frondo parat.*

Plaut. *in Aul.* Virginem habeo grandem, dote cassam, atque illocabilem. Virg. Lumine cassum: & Æthere cassos, dixit pro vita privatos & vacuos. Unde & Cassis, & per diminutionem Cassiculus. ¶ Hinc incassum, adverbium, εἰς κενόν. Cassum, cassi, substant. Fragmentum. Solinus *cap.* 65. Aut galearum cassa, aut chartarum filia ad se rapit: de lychnite gemma. Tacit. *lib.* 19. Ea Vitellii beneficia apud sapientes cassa habebantur, quæ neque dari, neque accipi salvâ Repub. poterant.

Cassè, adverb. Livius *lib.* 4. *de bell. Punic.*

¶ Cassuca, herba qua podagra lini dicitur.¶

Castabala, κασάβαλα Stephano. Ciliciæ oppidum, apud Plin. *lib.* 5. *cap.* 26.

Castaldia, Gubernatio dicitur, qua Domini res gubernantur. Castaldi, Gubernatores, vel Vicedomini. Zas. *de feud. degenerant.* Itaque erat Castaldio non absimilis procuratori & actori possessionum domini, cujus fit mentio *in l. ult. C. quod cum eo qui in alien. potest.* Secundùm Alvarot. & secundùm Gloss. erat velut œconomus quidam, cui res dominica gubernanda, instar œconomi Ecclesiastici, dabatur: argum. *l. jubemus nulli. C. de sacrosanct. Eccles.* ex comment. feudalibus Baron. à Teutemberg. Castaldia, est concessio ob custodiam, seu defensionem oppidi, seu castri: unde in Gallia Castellani, vulgò *Chastellains*, dicuntur qui habent talem custodiam: Petr. Gregor. *in syntag. lib.* 6. *tit.* 3. *n.* 11. & *per tot.*

Castălius, κασάλιος. In Phocide, ad radices Parnassi montis, fons non procul à Delphis: unde & Apollini, & Musis sacer creditur: ita dictus à virgine Castalia, quæ Apollinem fugitans, præcipitata, & in fontem versa est: à cujus nomine Musæ ipsæ Castalides appellantur.

Castămola, dicebatur sacrificii genus, quod Vestales virgines faciebant: ἀγιὸν θῦμα.

Castalo, κάστλον, maxima civitas Britanniæ (nimirum Britanniæ legendum) gentile, Castalonites. Steph.

Castax, κάστξ, urbs Iberiæ: gentile Castaceus. Steph.

Castania, κάστανα, urbs propè Tarentum: gentile Castaniates. Steph.

Căstănĕă, { עץ ערמון *harmon.* κάστανα. GALL. *Chastaigne, ou chastaignier.* ITAL. *Castagna.* GERM. Ein kesten / oder kestenbaum. HISP. *Castaña, ò castaño arbol.* ANGL. *A chestenut, or chestenut tree.* } à Castano Magnesiæ urbe, ut putatur, dicta: tam fructum, quàm ipsam arborem significat. Plin. *cap.* 15. *lib.* 15. an à castu, quia ex iis imago panis in Cibeles jejunio. Vide Isidor. *cap.* 6. *lib.* 17. Virg. 2. *Eclog.*

*Castanea molles, & prelli copia lactis.*

Plin. *lib.* 17. *cap.* 20. Castanea pedamentis omnibus præfertur, facilitate tractatus, perdurandi pervicacia.

Căstănētum, locus castaneis consitus. { ὁ κάστανων, τόπος ἐν ᾧ βασταίνουσι φιλλάτιον. GALL. *Chastaigneraye, lieu planté de chastaignes.* ITAL. *Castagnetto.* GERM. Ein kestenwald. HISP. *Castañal, lugar de castaños.* ANGL. *A place planted with chestenut trees.* } Col. *lib.* 4. *cap.* 33. Propter sepem novella castaneta calvescunt.

Căstĭnīnum, Oleum ex castaneis factum.

Castè, vide *Castus.*

‖ Castelloma, castellamentum, pars navis, ubi milites suspendebant clypeos. Lex. gr. b.‖

Căstellum, Castellanus, Castellani, Castellatim, vide *Castrum.*

Castĕrĭă, τὰ ναυτήρια. Significat locum, ubi quum navigatio conquieverit, remi & gubernacula reponuntur. Plaut. *Asin.* Quin pol si reposui remum sola ego in casteria, ubi quiesco. Non. *cap.* 2. Lactantio dicitur pertica, quam in navi hortator remigum tenet, qua si incesserit, remiges non desinunt: si deposuerit, conquiescunt à labore.

Casthenes, Thraciæ sinus juxta Byzantium. Plin. *lib.* 4. in descriptione *Thraciæ.*

Castificus, vide *Castus.*

Castlianira, κασσάνδρα, uxor Priami pulcherrima, quam ex Æsimo Thraciæ urbe duxit uxorem, & Gorgythionem ex ea genuit. Homer. *lib. Iliad.* 8.

Castiferum, fortè Cistifer, κανηφόρον, qui cistellam portat.

Căstĭgo, as, Proprie verbis reprehendo, quasi castum, id est, honestum ago. { יסר *jasár*, תוכחת *hochiach.* παιδεία, ἐπανόρθωσις. GALL. *Chastier, corriger, reprendre.* ITAL. *Castigare.* GERM. Straffen / verbessern. HISP. *Castigar, ò corregir.* ANGL. *To chastice or punishe.* } Virg. 5. *Æneid.*

*Hic gravis Entellum dictis castigat Acestes.*

¶ Quandoque Castigare est vindicare, punire, κολάζειν. Idem *lib.* 6.

*Castigatque, auditque dolos, subigitque fateri.*

¶ Hinc Castigatus dicitur correctus, emendatusque, σωφρονιστικός. Cic. 1. *Tusc.* Videsne, ut obmutuerit, non fedatus corporis, sed castigatus animi dolor?

Castigātio, ōnis, verbale. Objurgatio, animadversio. { מוסר *musár*, תוכחת *tochachath.* κόλασις. GALL. *Chastiment, reprehension.* ITAL. *Castigamento.* GERM. Straff / zůchtigung. HISP. *Castigo / correction.* ANGL. *Chastiseing, correction, blaming.* } Cic. 1. *Offic.* Animadversio, & castigatio omnis contumeliâ vacare debet.

Castigātor, is. Reprehensor, & objurgator. { יסר *poser*, תוכחת *mochiach.* ὁ κολάζων, ἐπανορθωτής. GALL. *Celuy qui chastie, corrigeur.* ITAL. *Colui che castiga, riprende.* GERM. Ein straffer / schelter / zůchtiger. HISP. *Castigador y corregidor.* ANGL. *A chastiser or corrector.* } Plaut. *in Trin.* Ibo ad meum castigatorem. Horat. *in Arte.*

*Difficilis, querulus, laudator temporis acti*
*Se puero: censor, castigatorque minorum.*

Castigabilis, e, quod castigari debet. Plaut. *Trinummo*, Quid admisit in se culpam castigabilem.

‖ Castellaricium, castellania, præfectura castelli. Anon. Lex. gr. b. ‖

Castĭās, vide *Castus.*

Castĭmōnĭă. Castus, hujus castus, vide *Castus.*

Castipulum, mensa quadrata. Alias *Catibulum.*

Castnium, κάστνιον, mons in Aspendo Pamphiliæ: gentile Castnius.

Castitia, turres, vel castelli.

Castologia, Plin. numerantur inter Belgas, *lib.* 4. *c.* 17.

Castōlus, κάστωλος, Lydiæ urbs, ita dicta à Dotibus conditoribus, quos Lydi κάστωλους appellant. ¶ Hinc Castoli campus, κάστωλος πεδίον, apud Xenoph. Steph.

Căstŏr, { κάστωρ. ANGL. *A badger, a graye.* GALL. *Un bièvre.* } Animal ex genere amphibio, quod Latinè fiber Ponticus appellatur: ex cujus testiculis medicamentum conficitur, quod Castoreum, κάστορεον, medici appellant. Hic comprehensa hominis parte, non antequam fracta concrepuerint ossa, morsum resolvit. Habet caudam piscium, cætera species lutræ, pilus mollior pluma. Et licèt sint qui dicant castorem castrare se, ne à venatoribus capiatur, quod sciat se expeti propter testiculos, qui medicinis adhibentur: Scribonius tamen diligentissimus medicinæ conditor, negat testes amputari ab ipso castore, quum capitur: quinimò parvos esse ait, substinctosque & adhærentes spinæ, nec adimi sine animalis vita posse: verùm folliculos geminos esse ex uno nexu dependentes, qui amputentur, quorum vis medica sit. Plin. *lib.* 32. *c.* 3. Spectabilis naturæ potentia in his quoque, quibus & in terris & in aqua victus est: sicut & fibris, quos Castores vocant.

Castŏrĕus, a, um, { καστόρειος. GALL. *De bièvre.* ANGL. *Belonging to a badger.* } ut, Castoreus odor. Plin. *lib.* 12. *c.* 24. Aspalathi probatio est in colore rufo, vel igneo, tactuque spisso, & odore castoreo, hoc est, fœtido & putri, vel acuto. ¶ Castoreum item appellatur pharmaci genus, ex castoreis avulsis testiculis (ut creditur) compositum. Idem *lib.* 16. *c.* 11. Clavos pedum extrahit ladanum cum castoreo, & verbenaca ex vino.

Castŏrĕi, orum, authore Plin. *lib.* 33. *c.* 3. vocantur testes castoris.

Castŏr & Pollux, κάστωρ καὶ πολυδεύκης. Fratres gemini fuerunt, Jovis ex Leda filii, qui & Tyndaridæ passim à poëtis appellantur, quemadmodum & Helena soror ipsorum, Tyndaris. Hi ubi primùm adoleverunt, mare piratis liberaverunt, & ob id dii maris habiti sunt, quos in tempestate nautæ solent implorare. Post hæc Colchos cum Argonautis profecti sunt: qua in expeditione Pollux Amycum Bebryciorum regem, insidias sibi struentem interfecit. Deinde domum reversi, Helenam sororem à Theseo raptam receperunt, Aphidna urbe, Theseo absente expugnata. Tandem quum Castor diem suum obiisset, ferunt Pollucem (qui eodem cum Helena ovo natus, immortalis erat) fratris desiderio à Jove petiisse ut immortalitatem suam cum fratre posset partiri: qua re impetrata, alternis cos & mortem oppetiisse, & revixisse. Cui fabulæ occasionem dedit Geminorum natura, quorum altero oriente, alter occidit, & è converso. A Græcis διόσκοροι, hoc est, Jovis filii, καὶ' ἐξοχὴν appellati sunt, & inter duos apotropæos, hoc est, malorum depulsores, sunt annumerati: quibus etiam Romæ insigne dedicatum erat templum in foro, quòd Romanis adversùs Latinos periculosissimo in prælio suppetias tulisse crederentur. Nam (ut Dionysius *lib.* 6. *Antiquitatum* scribit) in pugna ad lacum Regillum apparuerunt forma augustiore, ducentes equitatum Romanum adversùs Latinos, hastisque feriebant, propellebantque adversarios, socios verò cohortabantur. Quæ potissimum causa fuit, ut Latini fugarentur, & castra caperentur. Iidem mox visi sunt sudorem equorum abluere juxta fontem Jutumæ: deinde è conspectu mortalium se subduxerunt. Castor & Pollux culti Romæ. & cur. Plutar. *in Coriol.* Pollucis & Castoris ædes Romæ. Suet. *in Tib. cap.* 20 ¶ Item Ædes Castoris, nomen loci. Idem *in Othon. cap.* 9. Hinc Ædes, adverbium jurandi, quasi per ædem Castoris, quo solæ mulieres utebantur, quemadmodum viri soli per Herculem jurabant: Ædepol verò erat jusjurandum tam viris, quàm mulieribus commune.

Castos, κάστος, Medicus antiquissimus, docuit piperitim herbam (quam alio nomine Silisquastrum nominant) bibi contra morbos comitiales. Author Plin. *lib.* 20. *c.* 17.

Castorinum, Vebrinum. Lege *Fibrinum.* Fiber, Castor.

‖ Castorium, Græcis κάστριον, genitales partes castoris animalis. { GERM. Bibergeil, } q. fibri lascivia, libido.‖

Castra Cornelia, locus Zeugitanæ Africæ. Plin. *lib.* 5. *cap.* 4.

Castrămetātor, στρατοπεδάρχης. ὁ. *Mareschal de camp, celuy qui assiet le camp.* Vide *Castrum.*

Castrata, filiginis genus est apud Plin. *lib.* 18. *cap.* 9. quod in Campania proveniebat, Pisano magis rufum.

Castrensis, vide *Castrum.*

Castrimonienses, Italiæ populi, apud Plin. *lib.* 3. *c.* 5. Cubulterini, Castrimonienses, Cingulani, &c.

Castrītius, Syllanæ factionis vir fuit, qui quum Placentiæ magistratum gereret, Cn. Carboni à Placentinis obsides petenti, ne ad Syllam deficerent, constanter denegavit, minanteque Carbone se multos gladios habere: Et ego, inquit, annos. ¶ Fuit & T. Castritius, Rhetorices professor Romæ, Adriani temporibus, cui eruditionis, morumque nomine in primis erat charus. Vide Gell. *lib.* 13. *c.* 10.

Căstro, as, ate, Virilia amputo, exseco. { פרס *nathák.* εὐνουχίζω, ἐκτέμνω. GALL. *Chastrer.* ITAL. *Castrare.* GERM. Aufhawen / můnchen. HISP. *Castrar.* ANGL. *To geld.* } Iuven.

*——— nullum ephebum*
*Deformem sæva castravit in arce tyrannus.*

Plin. *lib.* 18. *cap.* 32. Vertex juvencos, arietes, hœdos, decrescente luna castrato. ¶ Licèt & de quacunque truncatione, sive privatione quandoque dicatur. Pacuvius, Ut esset aliquis qui linguam ejus castraret.

¶ Castrare alvearia, est favis spoliare, & mellis vindemiam facere: quod qua ratione faciendum sit, docet Col. *lib.* 9. *c.* 15.

Castratio,

Castrátio, verbale: Virilium exsectio. { ἐκτομὴ, ἀχρωσία. GALL. *Chastiement.* ITAL. *Castramento.* GERM. Justhauung/ ausschneidung des hodens. HISP. *Castradura, castracion.* ANGL. *Gelding, or plucking away.* } Col. *lib.* 16. *cap.* 26. Id optimum genus castrationum, quod exhibetur teneræ ætati.

Castrátūra, æ: idem. { εὐνουχισμὸς. ANGL. *Gelding, plucking away.* } Plin. *lib.* 18. *cap.* 9. Justum est e grano campanæ (quam vocant Castratam) è modio redire sextarios quatuor siliginis, vel è gregali sine castratura sextarios quinque.

Cástrum, numero singul. Locus est muris munitus. { מבצר *mibtsár*, מעוז *matsor.* ἔρυμα. GALL. *Chastrau, un fort, bourg.* ITAL. *Castello.* GERM. Ein burg/ ein schloß/ oder gemaurter flecc. HISP. *Lugar ò villa cercada de muralla, ò adarue, castillo.* ANGL. *A castel, or tower.* } dictus à casa, quòd sit conjunctio quædam casarum. Cic. ad Caton. *lib. epist.* 15. Vallo & fossa oppidum circumdedi: sex castellis, castrisque maximis sepsi.

Cástra, plurali numero, appellantur loca, in quibus milites tentoria fixerunt: vel ipsa tentoria, in quibus diversantur. { מחנה *machaneh.* στρατόπεδον GALL. *Le camp, le fort où les soldats sont campez.* ITAL. *Campo, alloggiamento, steccato.* GERM. Kriegslager. HISP. *Real de la hueste.* ANGL. *An armie lodged, a camp, a forte or calop pitched.* } Cicer. *ad Attic.* Quum Cæsar ad oppidum castra haberet. Per aversam (portam) castrorum protinus vallo eum receperunt. Vellcius. Castra facere. Cæsar *lib.* 1. *de bell. civil.*

*Nam quis te magna gerit castrisve, torove.*

Tibul. *lib.* 4. In alienis castra confugere. Senec. *cap.* 5. *de consol. ad Helv.* Unde & de navibus Virg. dixit,

——— *Ubi castra movemus:*

quoniam in illis milites essent. Cæsar 4. *bell. Gall.* Atque his imperat, ut coactis omnibus copiis, castra navalia de improviso adoriantur, atque expugnent. Dicta à castri similitudine, quod fossa, vallo que quasi muro circundari soler. Castra Corneliana. Cæs. *lib.* 2. *de bell. civ.* Item castra æstiva. Suet. *in Claud. cap.* 1. Spatium aliquando significat, Quartis castris, decimis castris. Livius *lib.* 1. *d.* 5.

Castra, æ, fœm. gen. Accius apud Non. Castra hæc vestra est.

Castéllum, diminutivum à Castro, Parvus vicus muris circundatus. { καστέλλιον, φρούριον, ὀχύρωμα. GALL. *Petit chasteau, forte place, bourg.* ITAL. *Castello.* GERM. Ein castell/ ein kleiner flecc verbunnen. HISP. *Castillo.* ANGL. *A litle castell, or tower.* } Cic. *pro Cæc.* Ecce ipse Ebutius in castellum venit. Cæs. *bell. Gall. lib.* 2. Cunctis oppidis, castellisque desertis. ¶ Dicebantur etiam Castella, quædam in aquæductibus receptacula, ex quibus ad omnes viarum anfractus, aqua per uncias & digitos dividebatur. Frontinus: Omne plumbum & omnes impensæ ad aquæductus, & castella, & lacus pertinentes, unde erogantur. Vallo castellisque circumm unire oppidum. Cæsar *lib.* 1. *de bell. civ.* Item Castella, montes, amnes in triumpho. Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.* ¶ Qui autem ejusmodi castellis præerant, castellarii dicti sunt.

Castellánus, a, um, quod ad castellum pertinet. { GALL. *De chasteau.* ITAL. *Cosa de castello.* GERM. Das zu dem castell gehört. HISP. *Cosa de castillos, ò villa.* ANGL. *Pertening to an castell.* } ut, castellanus triumphus, id est, de castello capto actus. Cic. *de clar. orat.* Maximi L. Crassi unam pro M. Curio dictio nem, quàm castellanos triumphos duos.

Castellāni, dicti qui castellum habitant. { κωμῆται. GALL. *Qui demeurent au chasteau, ou qui en ont la charge.* ITAL. *Habitatori de castelli.* GERM. Die in burgen wohnen/ burgvögt/ schlosshern. HISP. *Los que moran en los castillos, ò que los guardan.* ANGL. *That dwelleth in a castell and hath the charge of it.* } Liv. 4. *bell. Maced.* Decem millia popularium cum castellanis agrestibus in armis habuit. Sallust. *in Iugurt.* Iter castellanorum angustum, undique præcisum. Dictrauterem sunt Castellani à castello ea forma, qua ab oppido Oppidani, & à vico Vicani. Est & Castellanus, qui castelli curam & defensionem suscepit. ὑπέρκωμος.

Castéllātim, adverbium, quasi turmatim, per castella. { κατὰ κώμας. GALL. *De chasteau en chastau* ITAL. *Di castello in castello.* GERM. Von einer burg oder veste zu der andern. HISP. *De castillo en castillo, de villa en villa.* ANGL. *From castell to castell.* } Liv. *lib.* 7. Ut hosteis, & nocturno pavore attonitos, & circa collem castellatim dissipatos aggrederentur.

Castrámetor, Castra loco, sive pono. { חנה *chanáh.* στρατοπεδεύω. GALL. *Camper, asseir le camp.* ITAL. *Accampare, allendare.* GERM. Das lägr schlagen. HISP. *Asentar real.* ANGL. *To pitch the camp.* } Liv. 9. *ab Urbe.* Eò Consules cum valido exercitu venerunt: & primò circa saltus, quum utrinque ad hostem iniqua via esset, cunctati, castrametatique sunt.

Castrénsis, quod ad castra pertinet. { τὸ τῆς παρεμβολῆς. GALL. *Du camp, des appartenances du camp.* ITAL. *Cosa di campo.* GERM. Das zu dem läger gehört. HISP. *Cosa de real ò de la hueste.* ANGL. *Pertening to the camp.* } Unde Castrenses lusus. Suet. *in Tiber. cap.* 72. ¶ Castrense peculium, est quod à parentibus, vel cognatis in militia agenti donatum est, vel quod ipse filiusfamilias in militia acquisivit: quod, nisi militaret, non acquisitum fuisset. ¶ Castrensia bona dicuntur, quæ licèt in militia filiifamilias non acquirantur, ita men sunt ipsius ac si acquisita in militia fuissent: ut sunt ea quæ ex officinis acquiruntur. ¶ Ordo castrensis, qui in castris servatur pro uniuscujusque officio. Milites enim Centurioni parebant, Centuriones Tribuno, Tribunus Legato, Legatus Consuli, & Magister equitum Dictatori.

Castrum novum, Italiæ oppidum est ad litus maris Tyrrheni, à paucis, ob æris æstivo tempore insalubritatem, habitatum, apud Pomp. *lib.* 2. & Plin. *lib.* 3. *cap.* 5. Vulgò *Cornete.*

Cástula, æ, Palliolum quo pectebant nudæ infra papillas præcingebantur. Varro. Castulam mulier sumpserat pro fuscula. Hæc & ἀναξυρίδες, & Præcinctorium appellatur.

Castulónes, populi sunt Hispaniæ in conventu Carthaginensi, apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 3. Quorum oppidum Castulon in Bætica est regione Caleçini Part I.

ne ad Anam fluvium. Vulgò (*Astona la vieja.*

Cástus, a, um, à carendo. Purus, continens, & à libidine liber immunis. { טהור *tahor*, נקי *naki*, ἁγνὸς καθαρὸς. GALL. *Chaste, qui n'est point corrompu.* ITAL. *Casto, immaculato.* GERM. Keusch. HISP. *Casto ò religioso.* ANGL. *Chast, not corrupted, not defloured.* } Plaut. *in Casinal.* Eo tamen genere, ut deceat eos ejus a culpa castos.

*Et Veneris casto collocat in gremio,*

Catuli. *de com. Beren.*

*Procurrit casto Virginis è gremio* (malum.)

Idem *ad Grtalum.*

——— *castos*

*Perpetua servant virginitate focos.*

Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.* Virg. 2. *Georg.*

*Casta pudicitiam servat domus.*

Unde dicimus uxorem castam, & castum cæsum, in quo nihil est lasciviæ: & castam manum, quæ se ab alieno continet. ¶ Item pio & religioso. Virg. 5. *Æneid.*

*Quique sacerdotes casti, dum vita manebat.*

Ubi Servius, Casti dum vita manerent, id est, qui fuerunt casti dum in communione vitæ versarentur. Nam hi qui sacra maxima accipiebant, renuntiabant omnibus rebus, nec ulla in his mali suspicio cura remanebat. Herbis etiam quibusdam eruscabantur: unde jam coire non poterant. Castissimus: Castissimi testimonii homo (de Cæsare.) Gell. *cap.* 8. *lib.* 19.

Casta mola, genus sacrificii, quod Vestales virgines faciebant. Fest.

Cástus, us, substantivum, castitas. { ΑΝGL. *Chastenesse.* } Varr. Et religiones & castus id possunt, ut ex periculo eripiant nostro.

Cáste, castiùs, castissimè: Pudicè, continenter, abstinenter. { ἁγνῶς. GALL. *Chastement, purement.* ITAL. & HISP. *Castamente.* GERM. Keuschlich/ zuchtiglich. ANGL. (*hastelie, without corruption of his bodie.* } Cic. *pro lege Manil.* Caste, integréque versatus est labor meus in ptivatorum periculis. Idem *de Arusp. respons.* Quod quum Dejotarus religione tum castissimè tueretur. Caste se habere. Gell. *cap.* 12. *lib.* 15.

Castítas, castimonia, virginitas. { תהרת *tahrah*, נקיון *nikajón.* παρθενία, ἁγνεία. GALL. *Chasteté.* ITAL. *Castitate, pudicitia.* GERM. Keuschheit/ reinigkeit zucht. HISP. *Castidad.* ANGL. (*hastitie, singlenesse of life.* } Cic. 2. *de leg.* Et colendæ virgines præsint, ut advigilctur facilius ad custodiam ignis, & sentiant mulieres in natura fœminarum omnem castitatem pari. Suet. *in August. cap.* 71. Castitate refutare infamiam impudicitiæ.

Castimónia, Castitudo, castitas, ἁγνεία. Liv. *lib.* 9. *belli Macedon.* Decem dierum castimonia opus esse. Accius: Ibi fas, ibi cunctam antiquam castitudinem.

Castifer, a um, qui portat flagella ut castiget: à *castus*, & *fero.* Vulcanius tamen fortè legendum putat *cistifer*, κιστοφόρος, qui cistellum portat.

Castificus, a, um, ἁγνιστικὸς. Seneca *in Hippol.* Expelle facinus mentis castificæ horridum, id est, quæ te castum faciat.

Casventiani, Italiæ populi in sexta regione, apud Plin. *lib.* 31. *cap.* 14.

Casventum, fluvius est in sinu Tarentino, apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 11.

Casugis. Ptol. *lib.* 2. *cap.* 11. Oppidum est in Septentrionali parte Germaniæ, Quidam longitudinis & latitudinis conjectura ducti arbitrantur idem esse cum Praga, Boemiæ totius capite.

Casus, vide *Casos.*

Catábanes, populi sunt Arabiæ deserticæ, apud Plin. *lib.* 5. *cap.* 11. quorum meminit & Strab. *lib.* 16. quos tamen Catabanenses vocat.

Catábasis, κάθοδος, Inferior Solis meatus, vel descensus.

Catabáthmus, καταβαθμὸς, vallis est oppidum in finibus Cyrenaicæ regionis, ea in parte, qua Cyrenaica à Marcotide diminutur, LXXXVI. M. passuum à Parætonio dissitus. Catabathmi autem à reipsa nomen accepit, eo quòd ea in parte, qua Marcotidem contingit, admodum declivis sit, quòdque nonnisi præcipiti descensu adeatur. Nam καταβαίνειν, descendere est: unde κατάβασις & καταβαθμὸς, idem quod descensus. Plin. *lib.* 5. *cap.* 5. Finis Cyrenaicus Catabathmus appellatur, oppidum, & vallis reperte convexa.

Catabolici, dicti sunt spiritus qui per arreptitios & energumenos futura prædicebant, quos plerumque raptabant, dejiciebant, solo affligebant.

Catabulum, stabulum, clausura animalium publicæ utilitati servientium. Cerda.

Caracecaumene, καρακαυμένη, Mæoniæ regio, non procul ab Epheso, arbutibus carens, vite excepta, quæ generosissimum fert vinum, quod καρακαυμένιτην appellant. Vide Strab. *lib.* 13.

Caracetæ, Aliæ populi, circa Mœotim, ut docet Plin. *lib.* 6. *cap.* 7.

Catáchresis, κατάχρησις. Tropus, quem non Abusionem, vel Usurpationem dicimus, quum alienis abutimur perinde ac propriis, quum propria deficiunt: ut, quum pilcinam dicimus pro natatione, in qua nulli sunt pisces. Simile est illud,

*Faciésque simillima tauro:*

Nam facies propriè hominis est. Dicta Catachresis κατὰ τὸ καταχρῆσθαι, quod est abuti.

Cataclaston, frustum panis benedicti. L. gr. b.

Catáclitus, a, um, { κατακλειστὸς. ANGL. *A garment close rounde about, a safrocke,* &c. } Vestis undique clausa: dicta à verbo κατακλείω, id est, undique claudo.

Catachytum, κατακλιτὸν, lectus discubitorius, *cataclita* accubita.

Cataclysmus, { מבול *mabúl.* κατακλυσμὸς. GALL. *Deluge d'eau* ITAL. *Diluvio.* GERM. Ein grosse wasserguss wie der jüdische. HISP. *Diluvio, reboçadura de agua.* ANGL. *A deluge a fludde.* Diluvium & inundatio dicitur. Varro 3. *de re rust. cap.* 1. Thebæ, quæ ante cataclysmum Ogygi condita dicuntur. Frequens est cataclysmi mentio apud veteres philosophos. Illi enim magnam quem

dem annum imaginabantur, cujus hyeme esset Cataclysmus, Ecpyrosis æstas.

Cătacrĭsis, } פרין *din*, משפט *mischpát*. καταδίκη. Gall. *Condamnation*. Ital. *condanna, ione*. Germ. Verdamnuſt. Hisp. *Condenacion*. Angl. *condemnation*. } Condemnatio, decretum, sanctio: à verbo Græco καταδικάζω, quod est condemno, statuo, sancio. Utitur hac voce Cicer. *in Epist. ad Attic.*

‖ Catactus, καθετός, phiala, vel poculi convivialis genus, quòd sit fragile, καθαιρετόν.

Catacumba, catacumba, cœmeterii dicta arenaria. Cerda. ‖

Cătadrŏmus, Decursorium, locus in quo equi decurrunt, } καταδρόμος. Gall. *Lice, espace à courir*. Ital. *in luogo è piazza da correre*. Germ. Ein lauff oder rennplatz. Hisp. *Carrera è lugar donde corren*. Angl. *A place to runne horses in*. } καταδρόμια enim, decurro. Suet. *in Ner.* Notissimus eques Romanus elephanto supersedens, per catadromum decurrit, id est, per stadium, in quo equites decurrere solebant imaginario prælio, ut fit sæpe in Gallia, Principe spectante: *Lirias* vocant. ¶ Est etiam, teste Vitruvio, machinæ genus hoc nomine, qua architecti utuntur ad sublevanda, vel demittenda onera: quæ apud Jurisconsultos Catadromus χειρόσφενδονος vocatur, quasi dicas Decursorium gruis, à figura forsitan, quòd collum haberet extensum more gruis: quales machinas etiam hodie videmus in maritimis emporiis, ad exonerandas navigia accommodatas, quas etiam hodie *Grues* vocamus. ¶ Fuit & alius catadromi usus, cujus meminit Julius Pollux *lib. 4. cap. 19.* quum ex sublimi theatri parte per machinam quis dilapsus aliquem rapit, & secum sursum asportat: ut quum Aurora Memnonem rapiebat, aut Jupiter Ganimedem, aut Diana Endymionem. De hoc machinæ genere videntur intelligenda esse verba Pauli Jurisconsulti, *l. pen. de actionibus empti.*

Catădūpi } Æthiopum populi ad novissimum Nili cataractem, ubi inter occurrantes scopulos tanto fragore Nili aquæ ruunt, ut nimia soni vehementia audiens instrumentum vitient, & accolas planè surdos reddant. Plin. *lib. 5. cap. 9. de Nilo fluvio*, Subinde insulis impactus, totidem incitatus irritamentis, postremò inclusus montibus, nec alibi torrentiór, vectus aquis properantibus ad locum Æthiopum, qui *Catadupi* vocantur, novissimo cataracte inter occurrantes scopulos non fluere immenso fragore creditur, sed rueve. Vulgò *Montes de Nilo*.

Cătăgrăphē, καταγραφή. Tertiæ picturæ delineatio est, quam & descriptionem vocant Latini. ¶ Catagrapha autem in picturis obliquæ imagines dicuntur, ex uno tantùm latere se ostendentes, interprete Plin. *lib. 35. cap. 8.* ‖ ¶ Catagraphus, notatus lineis, vel punctis. Cerda. ‖

Cătăllānum, vide *Caballinum*.

Catalon, vide *Orisia*.

‖ Cătălēctĭcus, a, um, καταληκτικὸς μέτρον, cui ad perfectionem syllabæ deest, ut apud Horatium,

*Mea renidet in domo lacunar.*

Est enim senarium Iambicum perfectum, una syllaba minus. Acatalecticum, ἀκαταλεκτικὸς, dicitur quod legitimo fine claudituv, cuique ad perfectionem nihil deest: ut,

*Nec fonte labra prolui Caballino.*

Est enim Iambicum senarium perfectum.

Cătălēpsis, κατάληψις, Occupatio, comprehensio, cognitio. Cic. 4. *Acad. lib. 5. de Finib.* Cognitiones autem, vel si hæc verba aut minus placent, aut minus intelliguntur, καταλήψεις appellemus licet. ¶ Est præterea Catalepsis medicis, affectus cerebri, & potissimùm posteriotis ejus partis, procedens ab humoribus frigidis, cerebri ventres, præcipue posteriores, occupantibus, respiratione tamen integrâ manente, oculisque ut in vigilia apertis.

Cătălŏgus, } מגלת *maghillâh*, מספר *miſpár*, מכתב *michtáb*. κατάλογος. Gall. *Un rolle, un catalogue*. Ital. *catalogo, tavola*. Germ. Ein register, ein rodel. Hisp. *Matricula do se eſcriven nuncios*. Angl. *A roll or bill of names*. } Sermo, vel scriptura quæ numerum, vel ordinem recenset. Plaut. *in Milite*, Si minus cum cura, aut catalogo loquendi lectum fuit. ¶ Ultra catalogum vivit, ὑπὲρ τὸν κατάλογον ζῇ. De eo dicebatur qui multum ætatis viveret, ut jam præscriptum illum annorum numerum præteriisse videretur. Est, ni fallor, apud Lucianum. Refertur à Suida. Prob. *in 3. Georg.* Ut refert Homerus in catalogo Ducum qui ad Trojam accesserunt.

Catomaiti, ergastulum: fortè *Latomiæ*, vel *Catenum*: vide *Catomaiti*.

Cătămīdiāre, verbum Græcum est, ad Latinam declinationem deflexum, quo labescente jam tum linguæ Latinæ puritate, nonnulli usi sunt pro deridere. } καταμυκτηρίζω. Gall. *Infamer quelqu'un publiquement*. Ital. *Beffare, dileggiare*. Germ. Einem ein offne schand-sprach oder schmach anthun. Hisp. *Poner a la vergueña*. Angl. *To mock, to scorne, to diffame*. } Spartianus de constitutionibus Adriani loquens, Decoctores bonorum suorum, si fuæ authoritatis essent, catamidiari in amphitheatro, & dimitti jussit, i. deridendos omnibus per theatrum præberi: à Græco καταμυκτηρίζω, quòd deridere & ludibrio habere significat. Unde id propemodum ludibrii genus esse suspicor, quo polygami affeiuntur, i. qui multis uxoribus abutuntur, quum mitellati in scalario suggestu lascivientis plebeculæ scurrilitates obaudire perfricta fronte ad aliquot horas coguntur: *mitrare* id appellant. Cui non dissimile est illud, quod Traducere Latinè dicitur. Budæus.

Cătămītus, Puer meretorius, } קדש *kadhésch*. ἀφροδίσιος. } Græci meretrem dicunt, quasi ἀντὶ μισθοῦ, i. pro pretio. Cic. 2. *Philip.* O hominem nequam! quid enim aliud dicam? magis propriè nihil possum dicere. Ergo ut te catamitum nec inopinato quum ostendisses, præter spem mulier aspiceret. Ausonius,

*Aut lenis Elysii tu catamitus eris.*

Plaut. *Men. sc. 2. a. 1.* Ubi aquila catamitum rapuit.

‖ Catamontem, cœli aspectum Gloss. Isid.

Catampo, genus est lusus. Fest. Græcum scil. κατ' ἄνθρ. ‖

Cătānē, κατάνη Stephano, Siciliæ oppidum, ad radicem Ætnæ montis situm, partim Charondæ, inter Atheniensium leg latores optimus celebratus. Catanæ simulachrum fuit Cereris, teste Cic. 7. *Verr.* quod à viro non modò tangi, sed ne aspici quidem fas erat. Legitur & Catina, per tertiam vocalem in secunda syllaba. Silius *lib. 13.*

*Tum Catina ardenti nimium vicina Typhœo.*

Vulgò *Catania*.

Catanance, καταγάνη Dioscoridi. Herba est, qua ad amorum veneficia Thessalæ mulieres utebantur: unde & Thessalam herbam nonnulli appellarunt. ¶ Gesneri judicio, limonium veterum. Ejus duo sunt genera. Alterum folia habet longa, cornicis pedi similia, radicem gracilem, junceámque: capitula autem sex, aut septem: in quibus eruo simile semen est, quod quum siccatur, ad speciem unguium exanimati milvi contrahitur. Alterum exigui mali magnitudinem habet, radicem autem exiguam, olivæ magnitudine: folia autem figurâ colorêque oleagini similia. Posterius hoc genus Officinæ *Bistortam* appellarunt: nam superius Herbariis notius est incognitum.

Catangelos, Rubus apud Dioſc. *lib. 4. cap. 147.*

Cataonia, καταονία, Cappadociæ pars Comagenæ prætenta, Haly amne irrigata. Author Plin. *lib. 6. cap. 2. & 3.*

Catanira, κατάνιρα, τὰ, insula, vel urbs è regione Lesbi. Steph.

Catanni, κατάνοι, populi ad mare Caspium. Steph.

‖ Catanoctium, pallium. Lex. gr. b. ‖

Cataphysis, κατάφυσις. Herba est pulicaris, quæ *Psyllion* Dioscoridi dicitur. Est autem ex iis nomenclaturis, quæ veluti nothæ à doctioribus ex Dioscoride abjectæ sunt.

Cătăphrāctus, } חמס *chamáſch*. καταφρακτός. Gall. *Gendarme armé de toutes pieces*. Ital. *Armato d'ogni parte*. Germ. Allenthalben mit wehr und waffen wol bewart / ein türisser. Hisp. *Hombre armado de todo*. Angl. *A man of warre armed to all partes*. } Undique munitus, à verbo Græco καταφράσσω, quod est obsepio, & munio. Unde Cataphractæ naves dicuntur, quas nos constratas, aut rectas dicimus. Serv. 11. *Æneid.* Cataphracti equites, qui & ferro muniti sunt, & equos similiter ita munitos habent. Sallustius, Et sequebantur equites cataphracti. ¶ Est etiam Cataphracta, καταφράκτον, lorica, sive thorax militaris. Unde Vegetius scribit exercitum Romanum pedestrem cataphractis & galeis fuisse munitum. Et Liv. *lib. 37.* Pedites loricatos cataphractos vocat. Idem *lib. 5. d. 4.* Equites loricatos cataphractos vocat.

Cătăphrāctārii, qui cataphractis muniti sunt. Lampr. de Alexandro, Cataphractarios, quos illi clibanarios vocant, decem millia in bello interemimus.

Cataphrygæ, Hæretici qui in Phrygia fuerunt, ut Montanus, Priscilla, & Maximilla. Hi Spiritus sancti donum non Apostolis, sed sibi traditum asserebant.

Cătăpīrātes, linea cum plumbea massa, qua maris altitudo explorari, Græci βολίδα vocant.

Cătăplāsmă, ătis. } κατάπλασμα. Gall. *Emplaſtre*. Ital. *Empiaſtro*. Germ. Ein pflaſter. Hisp. *Empiaſtro*. Angl. *A plaiſter made of grene hearbes*. } Malagma quod constat ex floribus, eorúmque farcimentis, & axungia. Plin. *lib. 20. cap. 16.* Dalion herbarius parturientibus ex eo cataplasma imposuit cum opio. ‖ Hunc Cataplasmo, as, are, cataplasmis imponere.

Cataplectatio, convitium.

‖ Cataplexis, κατάπληξις, horror, admiratio, obstupefactio. ‖

Cataplus, est navigatio, appulsus navium.

Cătăpŏtĭa, } καταπότια. Gall. *Pillules, & autres medecines qu'on avale sans mascher*. Ital. *Pileto*. Germ. Pillulen / oder andere artzney die man isst oder trincket. Hisp. *Pilderas que se tragan*. Angl. *Pilles*. } Pilulæ dicuntur, ἀπὸ τοῦ καταπίνειν, quod est devorare, vel bibere proprie: quoniam neque editur, neque ingitur id genus, sed devoratur. Plin. *lib. 26. cap. 8.* Est & semen in usu cum melle decoctum ad catapotia, solvendæ alvi gratiâ.

Cataplyxis, Cicuta apud Dioscor. *lib. 4. cap. 8.*

Cătăpūlta, æ, } מכוך *mechi*. καταπέλτης. Angl. *A ſling, an engin of warre to caſt, ſtones or dartes*. } Machina bellica, qua tela, aut saxa excuti solent. Plaut. *in Curc. sc. 3. a. 5.* Atque ita te nervo torquebo, ut catapultæ solent. Cæs. 2. *bell. Civil.* Centones insuper injecerunt, ne aut tela tormentis emissa tabulationem perstringerent, aut saxa ex catapultis lateritium discuterent. Cubitus Catapulta est mihi. Plaut. *Sc. 1. a. 4. & Curc. sc. 1. a. 3.*

Cătăpūltārium pilum, hoc est, sagitta, sive jaculum, quod catapulta emittitur. Plaut. *Curc.* Et te hodie faciam catapultarium.

Cătărācta, sive Cataractes, sive etiam geminato r, Catarracta, vel Catarractes. } ארבה *arubbáh*. καταῤῥάκτης, καταῤῥάκτου. Angl. *A damme or ſludgate*. } Locus est abruptus, & præceps in flumine, unde aqua ruit potiùs, quàm fluit. Plin. *lib. 5. cap. 9. de* Nilo flumine: Vectus aquis properantibus ad locum Æthiopum, qui Catadupi vocantur, novissimo cataracte inter occurrantes scopulos non fluere immenso fragore creditur, sed ruere. Dictæ autem sunt Cataractæ, à verbo καταῤῥάσσω, sive καταῤῥήσσω, quod inter cætera significat, Cum impetu decido. ¶ Dicuntur etiam Cataractæ, portæ quædam fenibus, aut catenis pendentes, quæ attolli, & demitti possunt, cujusmodi in urbium portis videmus, ad hostium irruptionem propulsandam accommodatas: item in fluminibus quibusdam emittendæ, vel retinendæ aquæ idoneas. } Gall. *La herſe ou le gril de la porte d'une ville qu'on monte & laiſſe cheir quand on veut, Sarraſine*. Ital. *La ſarraſineſſe delle porte. Le cataratte che ſe tirano ſu quando ſi*

*là l'acqua à i mollini, à i prati.* GERM. Ein schwantzer den man aufs feldt vnd hinab legt. HISP. *La compuerta de la ciudad à fortaleza.* Liv. Pendulæ & recid. tæ portæ cataractæ. Idem, Portæ cataractæ dejectæ claustra erant, partim vectibus levant, partim funibus subducuntur in tantum altitudinis, ut subire recti possent. ¶ Est item Cataracta Nili, ubi fluvius post Oliviã, ita dictus, quòd magno cũ impetu defluat. Strab. *lib.* 14. Post Olbiã est qui Cataractes appellatur, amnis magnus, & torrentis more rapidus, ab alta petra descendens, adeò ut longissimè strepitus exaudiatur. Meminit hujus fluvii & Pomponius Mela *lib.* 1. de descriptione Pamphyliæ. Sunt præterea Cataractæ, aves quædam fulicis similes, sed deutatæ, oculósque habentes coloris igneí, cætero corpore candido, quæ nusquam terrarum apparent, nisi in insula Apuleæ adjacenti, Diomedis tumulo nobili, ubi & advenas Barbaros clangore infestant. Græcis tantum adulantur, miro discrimine, veluti genetí Diomedis hoc tribuentes. Vide plura de iis apud Plin. *lib.* 10. *cap.* 44.

Catari, Pannoniæ populi sunt. Plin. *lib.* 4. *cap.* 25.

Catarina (quod corruptè hic legebatur) vide *Catumia.*

Cătărrhus, fluxus, destillatio. {καταῤῥοος, pus. GALL. *Reume, catarre.* ITAL. *Catarro, fesa, discesa.* GERM. Ein innendiger fluß den haupts so in dem schlund abhin fallt. HISP. *Romadizo.* ANGL. *Destillation of humours in to the throat, to catarrhe.* } Differt à Coryza, & Brancho: κόρυζα enim dicitur, quum pituita nares tantùm obsidet, Gravedo Latinè dicta: Catarrhus verò, quum fauces, palatúmque: at βράγχος, quum & guttur, & arteria corripitur, ob id & Arteriosum quandóque id vitium appellant. Omnia hæc tamen Hippocrates Coryzas vocat, nostri Destillationes, quia Græcè καταῤῥοαὶ nominantur in communi. Dictus est autem Catarrhus à καταῤῥέω, de fluo, destillo.

Cătărrhytus, {רהוט *ravéh.* καταῤῥυτος. GALL. *Baigné, arrousé.* ITAL. *Bagnato, acquoso.* GERM. Gewässert / besuchtiget. HISP. *Regado.* ANGL. *Wat tered, moiste.* } Latinè Irriguus, à verbo Græco καταῤῥέω. Unde etiam Plin. *lib.* 5. *cap.* 4. Hipponem Africæ oppidum Catarrhytum vocatum fuisse tradit, propter aquarum irrigua.

¶ Catasarca, Anasarca, hydropis species. Item, instratum aliquod sacræ mensæ. L. gr. b. ¶

Cătăscŏpium, {κατασκόπιον. GALL. *Va brigantin, petit navire pour espier & descouvrir pays.* ITAL. *Fregata.* GERM. Ein spächschifflin. HISP. *Nave para atalajar, brigantin.* ANGL. *A brigantine, or barke.* } Genus navigij exploratorii, quod circumquaque speculetur. Cicer. *ad Attic.* ἀφρακτὰ Rhodiotum, & dicrota Mitylenæorum habebam, & aliud κατασκόπιον. legendus Gell. *lib.* 15. *cap.* 10. ubi Catascopium enumerat inter genera navium. ¶ Est & Catascopicum, κατασκοπικόν, scil. πλοῖον.

Cătăscŏpus, {מרגלי *meraghelí.* κατάσκοπος. GALL. *Espie, espion.* ITAL. *Spia, spione.* GERM. Ein auspächer. HISP. *Atalaya, varo que atalaya.* ANGL. *An espier.* } Latinè speculator. Est enim κατάσκοπος speculari.

Cătăsta, æ, {τὸ βάσανον. ANGL. *A cage or fell to punish bond men in.* } Lucian. Locus erat ubi venales servi exponebantur, à καθίστημι, verbo Græco, quod significat statuo. Tibul. *lib.* 1. *Eleg.* 3.

*Nota loquor, te num ipse tenet, quem sæpe coëgit*
*Barbara gyvsatos ferre catasta pedes.*

¶ Est & catasta, machina lignea, longæ & magnæ compedis forma, qua servi vincti tenebantur. Plin. *lib.* 35. *cap.* 12. Talem in catasta videre Chrysogonum Syllæ. Catasta ab aliis exponitur, machina, & pegma, in quo reus ad supplicium pendebat. Prudentius, Emitto vocem de catasta ceitibr.

Cătăstrōma, {καταστρωμα. ANGL. *Hatches or decches in a shippe where, men stand to feighte.* } Navis partem significat, per quam nautæ discurrunt. Latini Tranitra vocant. { GALL. *Le plancher d'un navire sur lequel sont les gens de guerre quand ils combattent.* }

Catastrophē, {καταστροφή. ANGL. *A subversion.* } Latinè subversio, volumen, κατὰ τὸ στρέφω, id est, à convertendo. Unde etiam extrema pars fabulæ, καταστροφὴ appellatur, quòd in ea res turbulentæ in lætum convertantur exitum, ut in Comœdiis fieri solet: aut contrà quòd res lætæ tristem sortiantur exitum, ut in Tragœdiis. ¶ Transumitur etiam pro cujusvis rei exitu, & pro ipsa etiam morte ponitur, quæ est extremus nostræ vitæ actus. { ANGL. *The end of an comedie, the end of any thing.* }

¶ Catatechnus. Vitruv. *lib.* 4. *cap.* 1. Callimachus propter elegantiam & subtilitatem artis marmoreæ ab Atheniensibus Catatechnus fuerat nominatus. ¶

Catathema, proximum est anathemati.

Cătătypōsis, καταγράμμα. Figura est, quæ fit quum aliquid ad typum, hoc est, formam alterius describitur: ut apud Virg. *lib.* 4. *Æneid.*

*Omnia Mercurio similis, vocémque, colorémque,*
*Et crines flavos, & membra decora juventæ.*

Catax, à veteribus dictus est, teste Festo, qui hodie Claudus. Nonius antiquè cataxem dici testatur, quem nunc caxonem, cáuque in rem citat Luc. *Satyr. lib.* 2.

——— ——— *hostibu' contra*
*Pestem perniciemque catax, quam & Manlin' nobis.*

Catax, claudus, coxus. In veteribus Græcorum Glossis, Coxus, χωλός. Festus *Catax, Claudus.* Hispani hodie retinent nomen, claudum enim hodie vocant *Coxo*, & *Coxquear* claudicare dicunt.

Cataxerxen, vide *Cambyses.*

Cathæna, κάθαινα, urbs Indica, ubi formosis tantùm defertur, ut formosissimum regem eligant. Steph.

Cathalaunum, urbs Galliæ Belgicæ, vulgò *Chalons.*

Cathareus, vide *Caphareus.*

Cathalusius, Καθαλούσιος, Nicanor nominatur apud Stephanum *in Mieza.*

Caté, adverb. Græcè, pro cautè.

CĂTĒCHĒSIS, {תורה *chiuníh.* κατήχησις.} Dicitur institutio rerum sacratum, quæ viva voce tradi solet iis, qui sacris mysteriis initiantur. Nam Ægyptii theologi (à quibus hic ritus fluxisse creditur) necessas arbitrabantur arcana suæ religionis scripto committere: satiúsque illis visum est, eos qui illorum mysteria vellent initiari, viva voce instrui, & ita religionis suæ cæremonias velut per manus ad posteros propagari. Ad hunc etiam modum in primitiva Ecclesia, qui ad Baptismum admiti cupiebant, prùs fidei Christianæ mysteria ab Apostolis viva voce accipiebant. Hujusmodi institutionis genus κατήχησις appellabant, ἀπὸ τοῦ κατηχεῖν, quod est viva voce instituere. Illi autem qui ad hunc modum sacris mysteriis initiabantur, κατηχούμενοι dicebantur.

¶ Catechismus, idem quod catechesis, sed à verbo κατηχίζω, viva voce instituo.

Catechizo, as, κατηχίζω, doceo, in religionis fundamento instituo. ¶

Cătēchūmĕnus, {חניך *chanich.* κατηχούμενος. } Qui sacris nondum est initiatus, sed adhuc imbuitur elementis religionis, necdum ad sacra spectanda introductus: cui mysteria Fidei vivæ vocis ministerio concredebant. Bud.

Cătēgorēmăta, κατηγορήματα, Prædicamenta. Cic. 4. *Tusc.* Distinguitur illud etiam, ut libido sit earum rerum, quæ dicuntur de quodam, aut de quibusdam, quæ κατηγορήματα Dialectici appellant: ut, Habere divitias, Capere honores.

Cătēgorĭa, {שטנה *sitnáh.* κατηγορία, æ. GALL. *Accusation.* ITAL. *Accusa.* GERM. Anklagung. HISP. *Acusacion.* ANGL. *Accusation or accusing.* } Accusatio, à κατηγορέω, Accuso: unde & κατήγορος, Accusator. ¶ Categoræ, sive Categoremata Aristoteli dicuntur Prædicamenta. Quin & positiones quædam à Dialecticis Categoriæ nominantur, quas prædicatorias Latinè dicere possumus: à κατηγορῶ, prædicare. Sunt autem decem prædicamenta, circa quæ versari videtur omnis quæstio, οὐσία, id est, essentia, Qualitas, Quantitas, Ad aliquid, Agere, Pati, Ubi, Quando, Situs, & Habitus. Appellatas verò Categorias constat (ut inquit Augustinus *in Dial.*) propterea quòd non possunt nisi à subjectis agnosci. Quis enim quid sit homo possit agnoscere, nisi sibi hominem ponat ante oculos, quasi subjectum hominí?

Catejæ, Jaculæ, sive tela, apud Gell. *lib.* 10. *cap.* 25.

Cătēlla, diminutivum à catena, vide *Catena.*

Cătēllus, vide *Catulus.*

CĂTĒNA, vinculum est ferreum, quo vel servos, vel captivos, vel animalia irretimus, ne effugiant. { רתוק *ratiók. cháin.* GALL. *Chaine.* ITAL. *Catena.* GERM. Ein ketten. HISP. *Cadena hecha de eslabones.* ANGL. *A chaine.* } Ita dicta, quòd se capiendo teneat, quia in ea anulus anulum capit. Liv. 1. *ab Urbe*, Injecta Turno catenæ. Cic. 17. *Verr.* Iste hominibus miseris, innocentibúsque injici catenas imperat. Transumitur etiam ad incorporea. Sen. *ad Luc.* Una est catena quæ nos alligatos tenet, amor vitæ. Cic. *pro Sestio*, Hanc teterrimam, immanémque belluam vinctam auspiciis alligatam more majorum, constrictam legum sacratarum catenis, solvit subitò legum cura Consul, &c. Catena omnes alligati sumus. Alii aurea & lata, &c. Sen. *cap.* 10. *de Tranq.* His inditæ catenæ singularis, &c. Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Homines qui captivos catenis vinciunt. *Ibid. Men. sc.* 3. *a.* 1. Aut se è catenis eximunt aliquo modo. O catenarum colone. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 2.

Cătēnātus, a, um, {אסור *asúr.* δεδεμένος. GALL. *Enchaisné.* ITAL. *Catenato.* GERM. An ein ketten gebunden. HISP. *Encadenado.* ANGL. *Bound with a chaine.* } Cæl. *ad Cic.* Vellem quidem Venere prægnatus tantum animi habuisset in ventre Domitio, quantum ipse catenatus in hoc habuit. Matt. *lib.* 7.

*Nulla catenatis pila est præcincta lagenis.*

Catenatus janitor, Portæ adjacens canis. Col. *in præfat.* ¶ Catenati labores, per translationem, hoc est, sese vicissim sequentes. Mart. *lib.* 1.

*Expectant curæque, catenatique labores.*

Cătēnātio, Conjunctio, & stricta astrictio. { חבורת *machbéret.* δέσμη, σύζυγια. GALL. *Conjonction, liaison.* ITAL. *Congiuntione, legamento.* GERM. Ein zusammen fügung. HISP. *Encadenamiento de cadenas, atadura.* ANGL. *Linding or fastening with a chaine.* } Vitruv. *lib.* 2. *cap.* 9. Et in commissuris, & in coagmentationibus ab lentudine firma recipiunt catenationes.

Cătēnārĭus, a, um, qui catena ligatus est, {ἁλυσιδωτὸς, δεσμώτης. ANGL. *Fastened with a chaine.* } Senec. *lib.* 3. *de Ira.* Iracteris catenario cani, & hic, quum multùm latravit, objecto cibo mansuescit. Canis catenarius, qui ad fores domus alligatur causa custodiæ. Seneca *contr.* 10. Canis catenarius.

Cătēnŭla, diminutivum à catena. {ἁλυσίδιον. GALL. *Chainette, petite chaine.* ITAL. *Catenella.* GERM. Ein kettenle. HISP. *Cadenilla ò pequeña cadena.* ANGL. *A litle chaine.* }

Cătēllă, vel Catellum, aliud diminutivum, ἀλύσιον. Liv. 9. *bell. Maced.* Quintus alter Fratres suos equites catellis & fibulis donavit. Plaut. *Cure.* Delicatum te hodie faciam, cum catello ut acetabes ferreo. Horat. 1. *epist.*

*Nota refert meretricis acumina, sæpe catellam,*
*Sæpe perfricti dimidiam rapiam sibi flentis.*

CĂTĒRVA, propriè Gallorum legio. { גדוד *ghedhudh.* τάγμα. GALL. *Une bande de gendarmes, une multitude de gens.* ITAL. *Compagnia.* GERM. Ein schar kriegsleuten. HISP. *Compañia, caterva.* ANGL. *A band or compagnie of men of warre, or other folkes, a route.* } ficut Phalanx Macedonum: ráque certo numero constabat. Nam, auctore Vegetio *lib.* 2. *cap.* 12, in caterva erant sena militum millia. Horat. 1. *epist.*

*Dum fugiunt equitum turmæ, peditúmque caterva.*

Plerunque tamen pro quavis multitudine sumitur. Cic. 2. *Tusc.* Catervæ contradicentium. Idem *pro Muræn.* Posthumius obviam cum bene magna caterva sua venit. Virg. 2. *Æneid.*

——— *magna comitante caterva.*

Cătērvātīm, Catervatim congregati. { ἀγεληδόν. GALL. *Pais en compagnie.* ITAL. *Uniti in frotta.* GERM. Die auß den scharen sind / Oberthan ordnung mit scharen zusammen gelossen. HISP. *Almontadas en compañia.* ANGL. *Gathered in a band or multitudine together.* } Suet. *in Aug.* Sed & catervatos oppidanos iussit angustius vico-

rum temerè & sine arte pugnantes. Catervarios vocat vulgares, & non dispositos.

Catervatim, adverb. Per catervas. { κατὰ λόχους. GALL. *Par bandes.* ITAL. *Infrotta.* GERM. Scharechtig/ von schar zu schar. HISP. *De compañia en compañia.* ANGL. *By bandes and multitudes, by routes.* } Plin. *lib.* 10. *cap.* 24. Sturnorum genera proprium catervatim volare. Liv. *bell. Pun.* 3. Jam primi conseruerant manus, quum alii catervatim currerent. Col. *lib.* 3. *cap.* 19. Sed illud etiam dicendum est, an plurium generum vites habendæ sint, æque separatæ, & distinctæ specialiter, an confusæ & mistæ catervatim.

Cathārmătă, { חטאת *chatháh.* καθάρσιον. } Hostiæ, quæ pro peste, alióve morbo expiando immolabantur dis. Romani Piacula vocabant. ¶ Erat autem interdum hostia humana, interdum ex brutorum genere, in cujus caput mala omnia, quæ civitati imminebant, sese credebant avertere.

Cāthārtĭcŭs, a, um, Latinè purgatorius. { מטהר *menahhéh.* καθαρτικὸν. GALL. *Purgatif.* ITAL. *Purgatoio.* GERM. Das reinigt oder purgiert HISP. *Purga para purgar.* ANGL. *Purgative, that cleanseth.* } Unde Medicamentum catharticum dici potest, quod nos Purgationem vocamus. Cels. *lib.* 10. Sed medicamenta stomachum ferè lædunt: ideóque omnibus catharticis aloë miscenda est.

¶ Cathārus, purus, mundus. Cerda. ¶

CĀTHEDRA, æ, { מושב *moschéb.* καθέδρα. GALL. *Une chaire, un siege.* ITAL. *Sedia.* GERM. Ein stul/ ein hohet sitz/ ab welchem man leser oder prediget. HISP. *Cathedra ò silla.* ANGL. *A chaire.* } Proprie est sella sublimior professorum, recitatorum, aut declamatorum. Mart. *lib.* 11.

*De cathedra quoties surgis.*

Juven.

*Cujus apud molles minima est jactura cathedras.*

Horat. 1. *Serm. sat.* 10.

*Discipulorum inter jubeo plorare cathedras.*

Pro Episcopatu frequens.

Cāthēdrārĭos Philosophos vocat Seneca, umbratiles illos, quibus satis est de virtute in cathedris garrire. οἱ ἐν καθέδραις φιλόσοφοι.

Cāthēdrālĭtĭī, orum: ut, Cathedralitii servi, qui in cathedrali lectum deferunt: οἱ καθέδραν ἢ κλίνην ἐπὶ ἢ ἐν καθέδρᾳ. Martial.

*Quum cathedralitios portet tibi rheda ministros.*
*Et Libyi in longo pulvere fudet equus.*

¶ Cathedrarius, Seneca *de brev. vit. cap.* 10. cathedratios philosophos dicit, h.e. scholasticos in cathedris sedentes quum docent.

Catheter, καθετήρ, chirurgicum instrumentum, quo immisso proliciatur urina (morans) obstructo urinatio meatu. καθίημι est demitto. ¶

Cāthŏlĭcŭs, { καθολικὸς. GALL. *Universel.* ITAL. *Catholico, universale.* GERM. Allgemein. HISP. *Universal.* ANGL. *General, universall.* } Dici potest universalis, quasi circa omnia versetur, ut enim ἐκ, id est, circa, & ὅλος totum. ¶ Inde etiam Catholicon medicamentum, quod omnibus humoribus simul vacuandis utile est. Item præcepta universalia, vel perpetua, catholica vocant, ait Quint. *lib.* 2. *cap.* 13.

Cathi, pro Germaniæ populis, lege *Chatti.*

¶ Cathisma, κάθισμα, quasi sessionem dicas: καθίζω colloco, vel sedeo. Vide Meurs. in Gloss. Græcol.

Cāthŏlĭcŭs, a, um, universalis, à καθ' ὅλου, de toto, universè. *Catholica* Ecclesia, quæ ex toto genere humano colligitur, ex omnibus populis, tempore novi Testamenti. *Catholica* epistola, quæ nulli certæ personæ vel populo est inscripta, sed ad omnes directa. Gloss. etiam καθολικὸς exponit *consularis*, quia Consulatus erat dignitas cum generali potestate in urbem.

Catholicano. In veteribus Gloss. verb. juris, iidem *judicibus* & καθολικίοις dicuntur, nempe rationales, rationum præfecti, quasi universales in provinciis: generales. ¶

Cathon, insula à Pomponio inter Cycladas numerata, à Plinio tamen prætermissa, nisi quis Cothonem, quam Plin. in Laconico sinu esse ait, intelligere velit. Ex Vadiano.

Catifons, dicebatur ex quo aqua Petronia in Tiberim fluebat, quia in agro erat cujusdam Cati. Author Festus.

Cātĭlīnă, civis Romanus fuit, conjuratione contra patriam inita notissimus: cujus impii conatus Ciceronis prudentia repressi sunt. Lucanus *lib.* 7.

*Parricidæ favum fensit Catilina secures.*

Vide Salustium *de bello Catilinario*, & Plut. *in Sylla.*

Cātĭlus, Catillones, Catillario, Catillo: vide *Catenus.*

Cātĭlŭs, filius fuit Amphiarai, qui cum fratribus Cora & Tiburto in Italiam venit, ibique reliquis adjuvantibus Tibur condidit, & à nomine fratris nomen imposuit. Virg. 7. *Æneid.*

*Catillúsque acérque Coras, Argiva juventus.*

Silius *lib.* 8.

*Et Tibur Catillæ tuum.*

In emendationibus tamen Virg. exemplaribus Caryllus legitur per y.

Cătĭna, æ, vel Catine, es, κάτινα, urbs Siciliæ. Silius *lib.* 23.

*Tum Catina nimium ardenti vicina Typhœo.*

Strabo tamen, Diodorus & Ptolemæus, non Catinam, sed Catinum scribunt: unde Catanæus. Charondas.

Cătīnŭs, quod & Catinum dicitur, vas grande escarium, in quo pultem, aut jurulenta quid ponebant, à capiendo appellatum. { בערת *beharáh.* τρύβλιον. GALL. *Un plat ou escuelle.* ITAL. *Catino, scutella.* GERM. Ein napf/ ein grosse blatten oder schüssel. HISP. *Plato, ò escudilla.* ANGL. *A disse ò plate.* } Varro apud Non. *lib.* 15. In sola ponere oportet aqua catinos. Persius *sat.* 3.

——— *positum est alterius catino*
*Durum olus, & populi cribro decussa farina.*

In catino vitreo. Sunt *in Gal. cap.* 18. ¶ Catinus item dicebatur vas, in quo metalla purgabantur. Plin. *lib.* 33. *cap.* 44. Quæ è catino jactatur spurcitia, in omni metallo vocatur scoria. ¶ A Catinus fit diminutivum Catillus: à Catinum, Catillum, vel Catinulum, κατύλλιον. Col. *lib.* 12. *cap.* 57. Hanc misturam quum in catillo composueris, oleum superfundito. Vide Varr. *de Vasculis.* ¶ Est etiam pars superior molæ molendinariæ, sicut meta pars inferior.

{ רכשב *réchesh.* τὸ ἐπάνω τοῦ. GALL. *Le dessus d'une meule de moulin.* ITAL. *Macigno soprano.* GERM. Der oberst theil auf der mülmuls. HISP. *Muela de encima para moler.* ANGL. *The upper part of à mill.* } Paulus *in l. quum de lanionum, §. idem consultus. ff. de fundo instructo.*

Cătĭnŭlus, à Catinus, Catinulus, catillus. Diomedes Grammat. *lib.* 1.

Cătillōnēs, qui catillos lingunt, & pro gulosis accipi solent. { לחכי צלחות. GALL. *Léche-plats, gourmands, friands.* ITAL. *Quelli che leccano i piatti, mangioni, ingordi.* GERM. Platten vnd schüsselschlecker/ fressige leut. HISP. *Golosos, los que lamen los platos.* ANGL. *Dishlickers.* } Catillones etiam dicebantur lupi Tyberim, inter duos pontes capti, quòd stercora circa ripas catillarent, id est, devorarent. Vide Macrob. *lib.* 3. *Saturn. cap.* 16.

CĂTILLO, as, are, Carinos lingo. { λιχανεύω. GALL. *Lécher les plats.* ITAL. *Leccare i piatti.* GERM. Platten schlecken. HISP. *Lamer los platos.* ANGL. *To lik plates or dishes.* } Plaut. *in Cas.* operam uxoris polliceor foras, quasi catillarum.

Cătillātio, grave opprobrium objiciebatur hominibus generosis, & qui provincias amicas populi Romani exspoliassent, quòd eorum bona ligurisse viderentur. λιχανία. Festus.

Catina, vide *Cattina.*

Catinia, vulgò dicitur urbs Siciliæ, quæ olim *Catana.*

Catizi, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 11. Pygmæi dicti sunt, qui circa Cetaniam Thraciæ urbem incoluerunt, à gruibus (ut creditur) fugati.

Catte, κάττη, civitas: gentile Catteus. Steph.

Cattabania, καττάβανία, vicus ναυσία, felicis Arabiæ. Steph.

Cato, cognomen Porciæ familiæ fuit, quæ ex Tusculano municipio ortum traxit: ex qua primus Romam sese contulit M. Porcius Cato, postea Censorius appellatus, persuasione, atque amicitia Valerii Flacci adductus. Hic tribunus militum in Sicilia fuit. Prætor Sardiniam subegit, ubi ab Ennio fuit Græcis literis institutus, quum jam natu grandior esset. Consul deinde cum eodem Flacco creatus citeriorem Hispaniam sortitus est, ubi rebus feliciter gestis, urbium omnium muros, quæ intra Baxim erant, uno die solo æquari jussit. Author Polyb. Hunc Plin. *lib.* 7. *cap.* 27. summis laudibus extollit, absolutum eum Imperatorem, Senatorem & Oratorem appellans. Scripsit librum *de re rust.* item alium de Originibus urbium Latii, & Orationes quasdam. Hujus duo fuerunt filii, quorum alter sub Paulo Æmilio magna cum laude in Macedonia militavit. Alter, qui ex nomine matris Salonius fuit cognominatus, patre adhuc superstite, jam prætor designatus extinctus est, egregiis de jure civili voluminibus relictis. Author Gell. *lib.* 2. *cap.* 14. Catones dicti sunt à sapientia, antea Prisci vocabantur. Plut. *in Cat. Censor.* ¶ M. Cato Uticensis, M. Porcii nepos fuit, quem & vita, Stoicæque disciplinæ severitate referebat. Hic nudis interdum pedibus, brevique toga in publicum prodibat, sese adsuefaciens non nisi turpibus rebus erubescere. Consularum frustrà petitu, quòd virtuti suæ fidens, populo non nimium submisisse voluerit supplicare. Martiam conjugem roganti Hortensio amico liberorum causa concessit: eandémque post Hortensii mortem recepit. Id quod Cæsar avaritiæ causa ab eo factum fuisse, calumniatus est. Dimisit, inquit, inopem, ut locupletem reciperet. Toto civilis belli tempore intonsus fuit. Post Pharsalicam pugnam, Uticam sese recepit: réque à Scipione infeliciter gesta, perlecto Platonis de animæ immortalitate Dialogo, qui Phædon inscribitur, necem sibi conscivit. ¶ Hic tantæ fuit apud populum authoritatis ac fidei, ut de rebus incredibilibus provocatus diceretur, ut inquit Plutarchus, οὕτω μὲν ὁ Κάτων ἀξιόπιστος ἦν: Istud incredibile est, etiamsi dicat Cato. Et orator quidam quum hyperbolicè diceret uni testi non esse credendum, adjecit: Ne Catoni quidem. Cicer. *epist. ad Attic. lib.* 2. Quid Cato ille noster qui mihi unus est pro centum millibus? ¶ Tertius Cato, proverbialis est ironia in vitos impendiò tetricos, atque alienæ vitæ censores. Juvenal.

——— *habeat jam Roma pudorem:*
*Tertius è cælo cecidit Cato.*

¶ Fuit & Cato quidam Grammaticus Syllæ temporibus, cujus meminit Tranquillus. Hinc Adjectivum Catonianus. Cic. *ad Quint. frat. lib.* 2. *cap.* 10. Tabulam proscripsit, se familiam Catonianam venditurum.

Cătŏblĕpās, κατώβλεπον, feræ genus est, solis Æthiopibus cognitum, solo visu hominem interficiens. *Basilic.* Plin. *lib.* 8. *cap.* 21. Est apud Hesperios Æthiopes fons Nigris, Nili, ut plerique existimant, caput. Juxta hunc fera appellatur Catoblepas, modica alioquin, cæteráque membris iners, caput tantum prægrave ægrè ferens, idque dejectum semper in terram: aliàs internecio humani generis, omnibus qui oculos ejus vidêre, confestim expirantibus. De eadem vide & Ælianum. *lib.* 7. *cap.* 1. apud quem καταβλέπων dicitur.

¶ Catobolici, spiritus qui per energumenos futura prædicebant. Tert. ¶

Cătŏchē, καταχή, morbus est veterno similis, ex melancholicis & biliosis humoribus proveniens, cerebrum occupantibus, perpetuósque sopores invehentibus. Latini Vigilantem soporem interpretantur. Differt à catalepsi, quòd in ea oculi maneant aperti, in catoche autem clauduntur.

Cătŏchītēs, καθχίτης, gemma Corsicæ insulæ, impositam manum velut gummi retinens. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Cătŏchŭs, detentio, seu captio insensibilis animæ cum punctione totius corporis. Species autem hujus sunt tres. Una somniculosa, cui lethargus inest. Alia vigilans, huic adest tetanus. Tertia autem species, quam neque perperam, neque inusitatè, catochon Phreneticon, aliquis dixerit. Fit autem ex mistione aggregatio catochi & phrenetidis, quemadmodum tiphonia, quæ aut lethargus, aut suffocans, aut lethargicus affectus dicitur. Gal. *de desinit.* Græcorum medici veteriores vocaverunt, ἀπὸ τοῦ κατέχειν, quod est detineri & occupari: & in eo malo constitutos, κατόχους nuncupaverunt. Recentiores verò fœminino genere, sed non dissimili significato, καθοχὴ ἢ κατάληψις, quasi detentionem & deprehensionem dicat aliquis, nominaverunt. Paul. *lib.* 1. *cap.* 10. Vide suprà *Catalepsis.*

Cătŏgĕum,

Cătŏgēum, καταγειον, domicilium subterraneum.

Catoma, ergastulum. Lege *Catomum*. Labeonis apud Agellium lib. 16. cap. 7. *Tollet bona fide vos Orcus nudas in catomum.*

‖ Catomatus, ergastulum. Gloss. Isid. Sed legendum est *catomium*, id est, vinculum, catena. Labeonis apud Gell. *in versu catalectico*: Tollet bona fide vos Orcus nudas in catomium. Sic etiam doctiores legunt apud Cic. *Epist. fam. lib.* 7. Sed heus tu manum à tabula, magister adest. Veteor enim ut in catomium nos tollat. ¶ Catomis cædi, & Catomo suspendi, in Martyrologio est suspende, vel cædi capite deorsum: itaque Catomis, & Catomò, adverbialiter sumuntur.

‖ Catomidiare, cædere. Cerda. ‖

Catoni, Plinio populi sunt Scythiæ, circa Mœotin agentes, *lib.* 6. *c.* 8.

Catoptrion, καθοπτριον, locus excelsus supra Anemoriam Phocidis urbem, ut in *Anemoria* diximus.

Cătŏptrŏmăntĭa, καθοπτρομαντια, divinatio quæ fit per speculum: de qua vide in dictione *Magia*.

Cătŏpyrītēs, καθαρσιος, gemma quæ ex Cappadocia venit. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Cătŏrthōmă, κατόρθωμα. Opus virtutis rectum. Cic. Perfectum officium interpretatur, & rectè factum. ‖ Ambros. *lib.* 1. *de Offic. cap.* 11. Hoc est perfectum officium, quod κατόρθωμα dixerunt Græci, quo corriguntur omnia, quæ aliquot potuerunt lapsus habere. ‖

Cătŏrthōsis, κατόρθωσις, recta affectio, κατορθοω. Egregiè cum virtute aliquid facio: Cic. 3. *de finib.* Quæ nos aut recta, aut rectè facta dicamus, si placet, illi autem appellant κατορθώματα, omnes numeros virtutis continent.

Cattia, vide *Æquissa*.

Catricula, fucus. Gl. Isid. lege *Craticula, fœnus*.

‖ Cattæ, inter navium appellationes ponuntur à Gellio *lib.* 10. *cap.* 25. ¶ Κάτα, *catta*, pro felis. Evagr. *lib.* 6. *cap.* 24. Sic Germani felem vocant. Vide *catus*. ¶ Est & *catta* machinæ genus. Apud Meurs. Gloss. Græcob. ‖

Catti, vide *Chatti*.

Cattidentes, vide *Cassiteres*.

Cattuza, vide *Catixi*.

Cătŭlārĭă, porta Romæ dicta est, quia non longè ab ea ad placandum Caniculæ sydus, frugibus inimicum, rufæ canes immolabantur, ut fruges flavescentes ad maturitatem perducerentur. Festus.

Cătŭllŭs, Poëta Veronensis natus anno ante Salustium, Sullæ, Mariique temporibus: in poematis cùm lascivus, tum mordax; quippe qui Cæsari maximotunc vivo minimè pepercerit, jambis eum criminatus: reconciliatus nihilominus, ac eodem die ab eo cœnæ adhibitus est, ut author est Tranquillus. Scripsit de passere suæ Lesbiæ: celebravit nuptias Mallii: amavit Ipsithillam, & Clodiam, quam ficto nomine Lesbiam vocat. Scripsit & alia multa. Mortuus est Romæ. Ovid. *lib.* 2. *de Trist.*

*Sic sua lascivo cantata est sæpe Catullo*
*Formina, &c.*

Cătŭlŭs, Proprie significat caniculum, hoc est, minorem, vel juniorem canem: ab antiquo nomine catus, quod sagacem significat. { גור *ghur.* κυνιδιον. Gall. *Un petit chien, ou un petit de quelque autre beste.* Ital. *Cagnolo, picciol cane.* Germ. Ein jung hündlin. Hisp. *El cacherro.* Angl. *A whelpe.* } Varro, Catulus à sagaci sensu & acuto: Cic. 2. *de natura deorum*, Bene igitur idem Chrysippus, qui similitudines adjungens, omnia in perfectis & maturis docet esse meliora, ut in equo, quàm in equulo: in cane, quàm in catulo: in viro, quàm in pueto. ¶ Sed ponitur largè pro fœtu omnium animalium, præterquàm avium, sive immanium, sive mitium: unde de colubro Virgilius,

——— *catulos tectis, aut ova relinquent.*

Et de leonibus Plinius, Raptor appropinquante rigidis fremitu, abjicit unum ex catulis. Idem, Simiæ gestant catulos, quos mansuefactæ intra domos peperêre. Idem, Murium quoque catuli ostentum faciunt. Idem, delphinûm catulos nominat. Lacertarum quoque & cæterorum serpentium soboles, Catuli dicuntur. ¶ Accipitur quandoque Catulus pro ipso cane. Apuleius, Catulos secum ducens venaticos, atque sagaces. ¶ Interdum pro quodam vinculi genere, quod etiam Canis dicitur. Plaut. Faciam te delicatum catulo ut accubes ferreo. ‖ Et Lucil.

*Cum manicis, catulo, collarique ut fugitivum*
*Deportem.*

Cătŭllŭs, & Catella, diminutiva à Catulus. Parvus canis, vel caniculus. { κυνάριον. Gall. *Un fort petit chien.* Ital. *Cagnolino, cagnoletto.* Germ. Ein kleins hündlin. Hisp. *Perillo, ò perro pequeño.* Angl. *A litle whelpe.* } Plaut. *in Stich.* Tantillum loci, ubi catellus cubet, id mihi sat est loci. Cic. *de divin.* Etat autem mortuus catellus eo nomine: Dic me tibi anaticulam, columbam, vel catellum. Plaut. *Asin. fc.* 3. *n.* 3. Catella gallicana. Mart. *epigr.* 198. *lib.* 14.

Cătŭllŭlus, Catullus, à Catulus. Diomedes Grammat. *lib.* 1.

Cătŭlīnŭs, a, um, quod est ex catulo, { κυνάριος. Gall. *De petit chien.* Ital. *Di cagnolino.* Germ. Das von einem hündlin ist. Hisp. *Cosa perteneciente à cachorro, perro chiquitto.* Angl. *Of a whelpe.* } Unde Plin. Catulinam carnem etiavisse Romanos ostendit *lib.* 29. *cap.* 4. Genito manè catulo res divina fit: & in cœnis Deûm etiamnum ponitur catulina.

Catulina, æ, *chair de chien.*

Catulire, est gestire, coitum maris appetere. { γαυλίζω. Gall. *Demander le masle.* Ital. *Demandare il masch o con gesti, essere in caldo.* Germ. Lustig seine ist der hünden oder fennen. Hisp. *Estar la perra cachonda, y todos otros animales.* Angl. *In bitches to desire the male, to go to nutter.* } & propriè de canibus dicitur: quamvis etiam ad alia transferatur. Varro, Fœturæ principium admittendi faciunt. Veris principio: tum enim dicuntur catulire, id est, naturæ instinctu in venerem ire. Plautus, Quia meam uxorem vidi catulientem. Apud Nonium legitur Catuliare, cum duplici l.

Cătŭlītio, propriè dicitur de canibus, cum statis anni temporibus ad venerem incitantur. { ἐπιγαυλίζω. Gall. *Appetit du masle.* Ital. *Calcipini Part. I.*

*Quando la cagna brama il cane.* Germ. Wan sich der hunden mit fæmina begird. Hisp. *Quando la perra esta cachonda.* Angl. *A desiring of the male in bitches, going a rutting.* Plin. *lib.* 16. *cap.* 25. ad terram transtulit. Catulitionem (inquit) vocant, gestiente naturâ seminis accipere, eâque animam inferente omnibus satis.

Cătŭlāstĕr, stri, Catulati imitator, sicut ab Antonio Antoniaster. Catulaster etiam significat ipsum catulum, hoc est, parvum canem, sive fœtum.

Catulus, cognomen nobilissimæ familiæ Luctatiæ, à Cato, id est, calido, teste Varrone, ductum. Ex hac familia fuit Qu. Luctatius Catulus, qui Pœnos apud Ægades insulas navali prælio superavit, sexcentis eorum navibus aut captis, aut depressis. ¶ Fuit & alter Catulus, C. Marii in quarto Consulatu collega, & in Cimbris profligandis adjutor: à quo postea rerum potito mori jussus, hausitis vivis carbonibus se præfocavit. Hic est ille Catulus, cujus posteà manes Sylla Marii junioris morte placavit. Catulus, genus vinculi, quod & canis dicebatur.

Catumniæ citanæ: lege *Latomiæ cisternæ.*

‖ Catunæ, tentoria. *Catunopium*, tentoriorum locus, castra. Lugd. ‖

Caturactonion, καταρρακτώνιον, Britanniæ insulæ oppidum est. Ptolem. *lib.* 2. *cap.* 3. { Germ. Ein statt in Engelland heißt jetz Cardeil / oder Cardelia.

Caturiges, Italiæ populi sunt, trans Padum ex Plin. *lib.* 3. *cap.* 16. in undecima Italiæ regione collocati.

Cătŭs, a, um, Callidus, & Sagax. { ערום *Arûm*, κατάγειος. Gall. *Cauf, fin, rusé, accort.* Ital. *Accorto, sagace.* Germ. Behender / behutsam. Hisp. *Astuto y recatado.* Angl. *Witie, subtill, ware.* } Unde etiam Catuli dicti sunt, teste Varrone. Horat. *lib.* 1. *Carm. Od.* 10.

*Qui feros cultus hominum recentum,*
*Voce formasti catus, & decora*
*More palæstræ.*

Idem *in Serm.*

*Post hæc ille catus, quantumvis rusticus, ibit.*

Decet verba dari custodi catæ, Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 1. Hominem catum esse. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 2. & *Most. sc.* 3. *a.* 1.

‖ Catus, substantivum, pro fele mare. Onom. { Ἄρσην γαλῆ. Fœmininum est *cata*, vide *Catta*. ‖

Cătē, Cautè, callidè. { ערמה *beformmh.* κατασοφῶς. Gall. *Cautement, finement, accortement.* Ital. *Cautamente, prudentemente, scaltramente.* Germ. Verschwidenlich / für sichtiglich. Hisp. *Cavilosamente, astutamente.* Angl. *Subtillie, warelie.* } Plaut. *Men. sc.* 4. *a.* 2. Quæ te novit, tam catè, i. probè & peritè. Catum enim veteres acutum dicebant, teste Varr. *de Ling. Lat.*

Cavares, Narbonensis Galliæ populi sunt, quorum metropolis est Avenio, authores Plin. *lib.* 3. *cap.* 4. & Mela *lib.* 2.

Cāvă, æ, αὐλή, foramen in quo aves nidificant. { Angl. *A hole wherein birdes builde there nestes.* } Plin. Multò tamen efficaciùs riparium pulli, ita vocant in riparum cavis nidificantes.

Cāvædĭum, ii, (ut Plinius junior *in Epist.*) dictione mutilata, sive Cavum ædium (ut Varro) duabus integris dictionibus. Locus est sub dio vacuus, cinctus undique porticibus, ad communem omnium usum. { חצר *chatsér*, עזרה *hazarâh.* Gall. *Une basse cour.* Ital. *Corte, chiostro.* Germ. Ein hof in einem hauß der under dem bloßen himmel ist / aber mit gemachen vnd gängen vmbgeben. Hisp. *Cerradura ò encerramiento, corte.* Angl. *A yorcke or broade place in the court of a house to stand in.* } Hujus tria sunt genera, Tuscanicum, Corinthium, Tetrastylon displuviatum, & testudinatum. Plin. *Epist.* 48. A tergo cavædium, porticum, aream, &c.

Caucalis, is, genus herbæ fœniculo simile, brevi caule, flore candido. Plin. *lib.* 22. *cap.* 22.

Caucăsus, κάυκασος. Mons Indiæ editissimus ad Septentrionem versùs Scythæ, Indiam à Scythia dirimens, asper & inhospitalis. Virg. 4. *Æneid.*

——— *sed durùs genuit te cautibus horrens*
*Caucasus.*

Hic fertur tantæ altitudinis esse, ut ab eo astra majora visantur, & eorum ortus occasusque diligenter perpiciantur: quo fit ut Scythæ, ejus montis accolæ, rei athronomiæ peritissimi sint habiti.

Caucăsĭus, a, um, καυκάσιος. Virg. *Eclog.* 6.

*Caucasiásque refert volucres.*

Cauchæ, campi sunt, quos Tigris fluvius Septentrionem versùs flexus secat. Plin. *lib.* 6. *cap.* 27.

Caucon, καυκων, herba est, quæ etiam Ephedra, & Anabasis appellatur. ¶ Nascitur ventoso fere tractu, scandens arborem, & ex ramis propendens, folio nullo, citris non crotis, qui sunt juncei geniculati, radice pallida. Hæc Plin. *lib.* 26. *cap.* 7. Vulgus *Prolam* appellat, qua mulierculæ utuntur ad purganda vasa culinaria. ¶ Est etiam Caucon Triphylæ fluvius, à quo vicini populi Caucones appellati sunt. Author Strabo. *lib.* 8.

Cauconea, καυκωνία, regio à Caucone rege, aut fluvio dicta. Steph. Vide *Macistus*.

Caucus, vel caucatus, est cyathus.

Caudæ, quam veteres etiam Codam dicebant. { זנב *zanâb.* οὐρά. Gall. *Queue.* Ital. & Hisp. *Coda.* Germ. Ein schwantz. Angl. *The tayle of any beast.* } Cic. *de Orat.* Oculos autem natura nobis, ut equo & leoni ferat, caudam, aures ad motus animorum declarandos dedit. Virg. 3. *Georg.*

——— *extremaque agmina cauda*
*Solumntur.*

Unde Caudati, & Codati, κυνοῦροι, dicuntur, qui caudas habent. ¶ Interdum Cauda pro virili membro. Horat. *in Sermon.*

*Accidit, ut quidam testes, caudamque salaces*
*Demeteret ferro.*

¶ Canda blanditiæ, κυνηδία, dicuntur qui spe commodi cuipiam blandiuntur. Aristophanes *in Equit.* eodem modo Caudam gestare, blandiri & assentari est: quæ translatio sumpta est à canibus, qui quum blandiuntur dominis, caudam movent. Pers. *Sat.* 4.

*Quid tu igitur summa nequicquam pelle decorum*
*Aure diem blando caudam jactare popello*
*Desinis.*

¶ Nigellis quibus nigra est cauda, μὲ μέλαιναν ἢ μελανόυρον. Interpretatu Plutarch. *in Commentario de liberis instituendis*, Ne commercium habeas cum improbis, & iis qui sunt nigris ac infamibus moribus. ¶ Cauda de vulpe tollatur, ὁ περὶ τῆς ἀλώπεκος μῦθος. In eos dici solitum, qui pusilla in re cujusmodi sint declarant. Est autem vulpi cauda pro corpore major ac pilosior, ut non sit facile celare. Caudam trahere, proverbium inquit esse Acron, de illis dici solitum, qui pro ridiculo habentur. Solent enim, ut addit Porphyrio, pueri deridentes nescientibus à tergo caudam suspendere, ut velut pecora caudam trahant. Hor. 2. *Ser. satyr.* 3.

——— *hoc te*
*Credo modò insanum, nihilo ut sapientior ille*
*Qui te derideat, caudam trahat.*

Caūdēx, Cistellæ appellatæ sunt ex junco, à similitudine caudæ equinæ factæ. Festus. ‖ Aliter *candera*. Sed legendum *candea*. Ita Plautus *in Rud.* 4.4. Cistellam istuc intus oportet caudeam in isto vidulo. ‖

Caūdex, vel Codex, ‖ γύλ *ghezâh*. κορμὸς, πάλος. Gall. *Le tronc d'un arbre*. Ital. *Tronco d'albero*. Germ. *Der stamm eines baums*. Hisp. *Tronco de arbol*. Angl. *The stumpe, stock or bodie of a tree*.} Dicitur in fruticibus & arboribus, id quod à radice supra terram simplex assurgit: sive in quod fruticis, vel arboris à radice defertur alimentum: differtque in hoc à caule, ut caulis ad herbas, caudex verò ad frutices, & arbores pertineat. Lactantius,

*Candice defecta, lachrymat sua gaudia palmes.*

Virg. 2. *Georg.*

*Quin & candicibus sectis (mirabile dictu)*
*Truditur è sicco radix oleagina ligno.*

Caudices ligni portare, Gell. *cap.* 3. *lib.* 3. ¶ Est præterea Caudex plurium tabularum contextus. Unde tabulæ codices dicuntur, quasi caudices: & naves quibus commeatus subvehuntur, Caudicariæ appellantur. ¶ Sic etiam Appius Claudius Caudex cognominatus est, quoniam primus Romanis persuasit navem conscendere. Seneca *de brevit. vitæ*: Claudius is Caudex fuit ob hoc ipsum appellatus, quia plurium tabularum contextus, Caudex apud antiquos vocatur. Ponitur & pro duro sedili, seu pro sede meretricia, quæ pleraque ex tunicis fieri solet. Juvenalis,

*Horrida quale facit residens in candice pellex.*

¶ Hominem præterea stultum, metaphoricè, Caudicem appellamus. Terent. *in Heautont.* Quæ sunt dicta in stultum, caudex, stipes, asinus, plumbeus. ¶ Apud veteres Caudex & Codex pro eodem sæpiùs, sicut Plaustrum & plostrum. Et certè utrique eadem debet esse significatio: quamvis hodie Codicem frequentius pro libro, Caudicem pro trunco accipiamus.

Caūdĕus, a, um, quod ex caudice est. ‖ ξύλινος. Gall. *Fait du tronc d'un arbre*. Ital. *Fatto di tronco d'albero*. Germ. *Das vom dem stammen eines baums ist*. Hisp. *Cosa hecha de tronco de arbol*. Angl. *Made of the stumpe, or bodie of a tree*.} Plautus *in Rud. sc.* 4. *a.* 4. Cistellam illic inesse oportet caudeam in isto vidulo.

Caūdĭcālis. ‖ ξυλίδιος. Gall. *Propre à fendre le bois*. Ital. *Cosa atta à fendere legna*. Germ. *Das zu dem zerschneyden der stammen gehört*. Hisp. *Segueron para hender leña ò madera*. Angl. *That is most apt to cleave or cut bodies of trees*.} Ad caudices scindendos idoneos. Plaut. *in Pseud.* Tu cum securi caudicali præfecto provinciæ, i. præpono te ouerti scindendorum lignorum, quæ Caudicis nomine appellantur.

Caūdĭcārius, a, um, an Caudicariæ naves, quæ commeatus per Tyberim subvehunt, quòd ex lignis crallioribus cavatis fierent. Fiuntque à caudice, dum pro trunco, seu tabula ponitur: quæ & Codicariæ dicuntur. Seneca *in lib. de brevitate vitæ*, caudicatas vocat. Nunc quoque naves, quæ ex antiqua consuetudine commeatus subvehunt, caudicariæ vocantur, Caudicæ Gell. *lib.* 10. *cap.* 25. dicuntur.

Caūdĭum, vel Caudium, oppidum Samnitium: unde Caudicæ furcæ, & Caudinæ fauces, nobilitatæ insigni clade & ignominia, quam Romani exercitus sub Sp. Posthumio à Samnitibus acceperunt. Lucanus *lib.* 2.

*Vltra Caudinas speraverit ossibus furcas.*

Caudinæ fauces, apud Silium *lib.* 8.

Cavea, vide *Caveo*.

CAvĕo, es, vi, cautum, significat cautionem, hoc est, diligentiam adhibeo, provideo, prospicio ne aliquid præter spem accidat. ‖ נשמר *nischmâr*. זהיר *nizhâr*. ἀσφαλίζομαι. Gall. *Se contregarder, pourveoir & donner de garde*. Ital. *Schifare, provedere cautamente*. Germ. *Hüten, mit fleis sich fürsehen, Sorg haben*. Hisp. *Huyr, proveer a alguna cosa*. Angl. *To beware and circumspect, to foresee least hebe deceived*.} Variæ hujus verbi constructiones sunt. Interdù absolutè ponitur. Plaut. Cave quemquam id intelligat. Qui cavet ne decipiatur, vix cavet. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Interdù cum dativo. Cic. *famil. l.* 7. Tu qui cæteris cavere diligentiùs in Britannia ab esse datus ne decipiaris, caveto. Quo in loco Cavere verbum proprium est Jurisconsultis & patronis. Illi enim dicebantur cavere jurisconsultibus, quum prospiciebant ne circumscriberentur in contractibus, pactis & judiciis. Cic. *in Proœmio Topicorum ad Trebatium*. Etenim quum tu mihi, meique multa sæpe cavisses, ver ius tamen ne gravater, aut ingratum id. aut superbum videretur. Terent. *in Eunuch.* Illuc est sapere: ut hosce instruxit, ipse sibi cavit loco. ¶ Cum dativo & accusativo. Plaut. *in Bacchid.* Hæc ita me orat, sibi qui caveat aliquem, ut repetiam hominem: Isthoc milite, ut ubi emeritum sibi sit, se revehat domum: id amabo te, hunc caveas. p. Quid istî caveam? &c. Et Cato *de re rust. cap.* 7. Scabiem pecori, & jumentis caveto, id est videto, ne scabie infestantur. ¶ Cum dativo & ablativo mediante præpositione Ab. Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Hercle, quam ut tu prædicas cavendum est mihi ab te nato. Cum præpositione De, A, Abs. De illis verbis cave. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 5 Ut mihi caretem à Pseudolo. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Hoc abs te mihi caveo cautius. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 1. Item, Cavesis tibi à diro infortunio. Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. ¶ Cum accusativo. Terent. *in Eunuch.* Quod canere possis, stultum est admittere. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 4. Malus (sum) cum malos stultè cavi. Quid primum caveam, nescio. *Ibidem sc.* 2. *a.* 3. Item cavere puerum malè præcinctum, Suetonius *in Cæsar. cap.* 5. Cicer. *ad Attic.* Bibulus Pompeium fecerat certiorem, ut caveret insidias. Sunt aliæ quoque in hoc genere loquendi formæ: ut, Cave facias, pro cave ne facias. Cave feceris, pro cave ne feceris, μὴ ποιήσῃς, μὴ ποιήσῃ. Cave responderis, pro Cave ne respondeas. Quæ omnia sine Ut, aut Ne, Latinè dixeris, aut etiam cum illis. Terent. *in Andr.* Tum id cavit, ne unquam infamiæ ea res sibi esset. Cum Ut: Plaut. *Bacchid.* Quid isti ut caveam? Idem *Amph. sc.* 2. *a.* 3. Primum cavisse oportuit ne diceres. Et *in prolog. Asinar.* Cave ne, &c. ¶ Quin & in Jure usus est hujus verbi, quum scilicet (ut tradit Alciatus) significat securum facere. Is autem securus est, cui vel pignore, vel fidejussione consultum est. Itaque pignoribus, & fidejussoribus cavere dicimur, cum pignora & fidejussores damus. Item pro Cautionem exigere. Ulpianus *in l. quod ad hæredem, ff. de magistratibus conveniendis*. Nam magistratus si tanta fuit negligentia, ut omnem cautionem omitteret, æquum est haberi eum loco fidejussoris, ut & hæres ejus teneatur. Si verò cavit: & tunc idonei fuerunt, & postea desierunt, sicut ipse Magistratus probè recusaret hanc actionem, ita & hæres multò justius. ¶ Cavere aliquando ponitur pro statuere & jubere. Cicer. *de finib. lib.* 2. Sed ut sit, etiámne post mortem coletur, idque testamento cavebit is, qui vobis quasi oraculum ediderit, nihil post mortem ad nos pertinere? Item, Unicè cavebat Cicero concordiæ, i. conabatur & componere. Velleius,

*Nunc quoque ne videar totus abesse cavi.*

Ovid. *Eleg. ult. lib.* 3. *Trist.* id est, das operam. ‖ Vetus est versus ad vim vocis *cavere* notandam,

*Vitat & observat, cautelam denique cavet.*

Plura vide in Lexicis Jurisconsultorum. ‖ ¶ Hinc componitur Præcaveo, quod est diligenter caveo. Terentius, Hoc tempus præcavere mihi me monet. Item, Cavere & petere dixit Quint. in certamine arborum:

*Sive malum potui tamen hoc vitare cavendo.*

Ovid. *Eleg. 6. lib.* 3. *Trist.* Tibi cautum intelligo, ne quæstioni essemus. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Item, Cauto opus est, viso est opus. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 2. ¶ Invenitur & *Cavo, is*, in eadem significatione. Horatius *in Serm.*

*Vade, vale, cave, ne titubes, mandatáque frangas.*

Ubi, *ve*, syllabæ brevitas satis arguit tertiæ Conjugationis imperativum esse, non secundæ, quæ necessariò produceretur.

Caūtŏr, ‖ שומר *mazhir*. אשר *chereeb*. φυλακὴν ἐφεστὼς. Gall. *Celuy qui garde, & enseigne qu'on ne soit trompé*. Ital. *Quello che difende gli altri*. Germ. Verhüter, sorgtrager. Hisp. *El que defende los otros*. Angl. *He that is ware and circumspect*.} Qui cavet, & providet aliis: quales erant Jurisconsulti & patroni, qui consultoribus, aut clientulis suis cavere solent & providere ne quid causæ eorum detrimenti accipiat. Plautus *in Epid.* Jam cautor ipse cautus est. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Cum cavisse tutus est, sæpe is cautor captus est. Cicer. *pro Sextio*, At ille sceleratissimus, ex omnium scelerum colluvione natus, parum se fœdus violaturum arbitratus, nisi ipsum cautorem alieni periculi suis propriis periculis terruisset, &c.

Caūtio, nis, & Cavitio Festo. Provisio, evitatio. ‖ אזהרה *azhardh*. משכון *mischmâr*. δίκαιον, ἀσφάλεια. Gall. *Caution, seureté, provoyance, asseurance*. Ital. *Cautione, sicurtà*. Germ. *Bürgschaft, fürsichtigkeit, sorgsamme*. Hisp. *Caucion ò cautela*. Angl. *A taking heed and provision*.} Cicer. 4. *Tuscul.* Quoniam ut bona natura appetimus, sic à malis naturâ declinamus: quæ declinatio cum ratione fit, Cautio appellatur: eâque intelligatur in solo esse sapiente. Idem *de Amicitia*, Omnino omnium horum vitiorum atque incommodorum una cautio est, atque una provisio, ut ne nimis citò diligere incipiamus, néve non dignos. ¶ Cautio est, loquutio frequens est apud Comicos, pro Cautione est opus, sive cavendum est. Terent. *in Andria*. Puerum autem ne reformidet mihi esse ab illis, Cautio est. Plaut. *Pseud.* Ne quisquam perturbat eruminam, cautio est. ¶ Cautiones etiam à Jurisconsultis vocantur fidejussiones, aut aliæ satisdationes, quibus nobis cavetur, id est, securi reddimur. ‖ *Issuance*. Angl. *A bill of ones hande or bonde of assurance*.} Ulpian. *l. ita autem* 5. §. *Julianus* 7. *ff. de admin. tut.* Nemo enim jus publicum remittere potest hujusmodi cautionibus. Cautiones rei uxoriæ. Gell. *cap.* 3. *lib.* 4. ¶ Cautio hereditaria, Cajus *D. lib.* 10. *tit.* 2. *l.* 5. Cautiones hereditarias in æde sacra deponi jubet, non ad licitationem eam deducere. Cautio de rato, de rato cavere. *D. lib.* 3. *tit.* 4. *l.* 6. Actor universitatis si agat, compellitur etiam defendere, non autem compellitur cavere de rato. Sed interdum si de decreto dubitetur, puto & interponendam de rato cautionem. Vide *Ratihabitio*.

Cautos, Sacerdos: fortè *Cantor*. Gl. Isid.

Caūtiōnālis, e, adject. ἀσφαλιστικὸς, δικαιωτικὸς: ut, Cautionales stipulationes Prætoriæ, apud Ulpian. *de prat. stip. l. b.* 46. *Digest.* Prætoriarum stipulationum tres videntur esse species, Judiciales, Cautionales, Communes. Et *paulò post*. Cautionales autem sunt, quæ instar actionis habent.

Caūtus, Prudens, circumspectus, & qui sibi scit cavere. ‖ נשמר *nischmâr*. ערום *harum*. נבון *nabôn*. ἐπιστήμων, φρόνιμος, σοφός. Gall. *Caut, fin, prudent, bien avisé*. Ital. *Cauto, providente, sicuro, sealtrito, accorto*. Germ. Behütsam, fürsichtig, gescheidt. Hisp. *Cauteloso, astuto y recatado*. Angl. *Ware, circumspect*.} Terent. *in Phormione*, Ut cautus est, ubi nihil opus est. Satin' petem patri tam cauto seni. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Victos sum, victi tam cautos custodes meos. *Ibidem sc.* 3. *a.* 4. & *Merc. sc.* 5. *a.* 2. Nonnunquam ponitur pro Tutus. Cicer. *pro Cecinna*, Quo res mulieri esset cautior. ¶ Unde Incautus, qui nescit sibi cavere, ἀφύλακτος, ἀσφαλὴς. Liv. *lib.* 3. In incautum hostem decumana porta erupit.

Cautè,

Cautè, adverb. Prudenter, callidè. { בערמה *beormah*. πανούργως, σοφιστικῶς. GALL. *Cautement, finement, prudemment.* ITAL. *Cautamente, prudentemente, scaltritamente.* GERM. Behutsamlich/ Künstlich. HISP. *Cautelosamente, astutamente.* ANGL. *Warelie, circumspectlie.* } Plaut. *in Cure.* Cautè ut incedas via.

Cautim, idem quod Cautè. { ANGL. *Advisedlie, warelie.* } Ter. *in Heaut.* Sed hæc ita, ut sunt, cautim & paulatim dabis.

Cautèlà, pro Cautione. { משכון *mischmar.* ἀσφάλεια. GERM. Vere sicherung. ANGL. *A taking hea de'an assurance.* } Paul. *in l. si defunctus, §. qui ad communi, ff. de proc.* Qui ad communi dividundo judicium datus est, ad agendum idem, & defendendum vadibus datus, duplici cautela interponenda. Pomponius *in l. quamvis constituerit, D. de pign. act.* Prius idonea cautela à debitore pro indemnitate ei præstanda.

Cavèrnà, Cavernosus, Cavernula: vide *Cavus.*

Cavlàres hostiæ, quæ & Cavæ. Erant partes hostiæ cauda tenus, quæ in sacrificio pro collegio Pontificum quotannis ponebantur. Festus.

Cavillà, æ, & Cavillus, i, & Cavillatio. Irrisio quædam jocosa. Festus. { לעג *lahagh*, קלס *keles.* σκῶμμα. GALL. *Mocquerie joyeuse, brocard, joyeuse memerie.* ITAL. *Scherzo.* GERM. Ein spottwort/ schertz. HISP. *Mote lastimero, escarnio.* ANGL. *A merk scoffe or jest.* } Plaut. *in Aul.* Pone hoc sis, aufer cavillam: non ego nunc nugas ago. Idem *in Truculent.* Quid id est, amabò? istæc ridicularia, cavillationes vis, opinor, dicere.

Cavillor, aris, deponens à Calvo, i, teste Nonio: locosè lædo, dicta dico. { חלעיג *hilleig*, התקלס *hithkalles*, קחך *tsichek.* σκώπτω, παίζω. GALL. *Se mocquer, brocarder.* ITAL. *Scherzare, beffare, ingannare.* GERM. Verspotten/ eschimpfen/ verlachen. HISP. *Motejar, burlar ò escarnecer, usar de malicia.* ANGL. *To jest, to wrangle, or reuson overthwartlie whenwordes.* } Cic. 2. *de Orat.* Ut ille in Gorgia Socrates cavillatur. Idem *ad Quint. frat. lib.* 2. Præterea togam sum ejus prætextam, quam erat adeptus Cæsare Consule, magno hominum risu cavillatus. Item 4. *de natura Deor.* Atque etiam in eo cavillarus est, æstate grave esse aureum amiculum, hyeme frigidum. ¶ Et & Cavillari in disceptationibus fallacia & dolo uti. σοφίζεσθαι. Hinc cavillatio, subdola (ut Caius Iurisconsultus definit) ratio, quam conscii nobis mendacii, vincendi tamen causa proferimus. Unde Boëthius *super Topic.* scribit, cavillationem partem quandam Logices esse, quum inquit: Colligendi facultas triplici diversitate tractatur. Aut enim veris & necessariis argumentationibus disputatio decurrit; & Disciplina, vel Demonstratio dicitur: Aut tantum probabilibus; & Dialectica dicitur: Aut apertissimè falsis; & Sophistica, & Cavillatoria perhibetur. Sic Sen. & Cic. Cavillationes dixerunt, quæ Græcè σοφίσματα nuncupantur. Ulp. *in l. natura, D. de verb. & rer. sign.* Cavillationis natura, quam Græci σοφισμὸν appellaverunt, hæc est, ut ab evidenter veris, per brevissimas mutationes disputatio perducatur. ¶ Est item Cavillatio augura irrisio, quam Græci ἀστεϊσμὸν, vel σκῶμμα appellant. Cic. 2. *de Orat.* Quum duo (inquit) sint facetiarum genera, alterum æqualiter in omni sermone fusum, alterum peracutum & breve, superior Cavillatio, altera Dicacitas nominata est. Suet. *in Vespas.* Et maximè tamen dicacitatem in deformibus lucris affectabat, ut invidiam aliqua cavillatione dilueret, transferretque ad sales. Idem *in Tib. c.* 57. Cavillatio acerba: de dicto, Ex Pompeio Pompeianus fies.

Cavillātor, Derisor. { מלעיג מחקלס *malkis*, מחקלס *mithkallis*, מצחק *metsachek.* σκώπτης, διακωμῳδητής, σοφιστής. GALL. *Mocqueur, gausseur.* ITAL. *Beffatore, trovator di qualche falso.* GERM. Ein spottvogel/ spotter. HISP. *Burlador, que usa de malicia.* ANGL. *A quareller or wrangling fellowe.* } Cic. *ad Attic. lib.* 1. Consul autem ipse parvo animo, & pravo, tamen cavillator, &c. Plaut. Cavillator facetus, re conviva commodus item ero.

Cavillatus, us, idem quod Cavillatio: de qua in *Cavillor.* Apuleius *in Asl. lib.* 8. Sed ille cognito cavillatu, similis indignanti: At te, inquit, &c.

Cavlĭle, is, Stabulum ovium, ovile. { כלא *chèle.* τὸ αὐλίζεσθαι, ἐφύδριον. GALL. *Estable, retz, bergerie.* ITAL. *Stalla.* GERM. Ein schaffstall. HISP. *Hato aprisco de ganado.* ANGL. *A sheep house or fold, a sheepe-roate.* } à Græco αὐλὴ (ut quidam putant) quod non solùm atrium, vel aulam, sed etiam stabulum, & omnia septa designat. Festus à Cano Caulam derivat: quod apertè Varro *de ling. Lat.* 4. probat, quòd antiqui ante usum tectorum oves in antra ducebant. Sed verius λαὶ τὴν αὐλὴν; nam etiamnum fiunt ex viminibus septa. Virg. 6. *Æneid.*

*Ac veluti pleno lupus insidiatus ovili,*
*Quum fremit ad caulas.*

A veteribus verò Caula pro quocunque receptaculo accipiebatur. Lucr. *lib.* 6.

*Dispergunt animas per caulas corporis omnes.*

Caulas vocarunt foramina, seu poros, ac meatus.

Caulici, αὐλῆται (Apollonio Cauliaci) populi juxta Ionium sinum, à monte sic dicti.

Cavindana: vide *Caunidana.*

Caŭlis, is, masculi. gener. In herbis dicitur ipsum robur, sive stipes, id est, ea herbæ pars unde se producunt folia, aut ramusculi. { גבעול *ghebbèl.* αὐλὸς. GALL. *La tige d'une herbe, le gres.* ITAL. *Il gambo de l'herbe.* GERM. Der stengel an den er. nstern/ auff welchen die blettet wachsen. HISP. *Tallo de la yerua ò planta.* ANGL. *The stalke or stumpe of an herbe.* } Plin. *lib.* 19. *cap.* 9. Sativi autem differentiæ in folio denso, crispo, aut rariore, & leviore: item caule tenuiore, aut crassiore. Idem *lib.* 18. *cap.* 7. Fabæ in folia exeunt, ac deinde caulem emittunt nullis distinctum internodiis. ¶ Similiter in arboribus & in vite Caulis dicitur, ad quem alimentum defertur, quique super terram exurgit. Radix autem plantæ est, unde alimentum attrahitur à terra: Ramus quod à caudice exit. Surculus, qui è ramis oritur. Varro, Ex farmento caules qui nati sunt, de his plurimùm valent. Virgil. *lib.* 11.

*Puberibus caulem foliis.*

¶ Ponitur & pro quibuscunque oleribus. Iuven. *sat.* 1.

——— *caules miseris atque ignis emendus.*

Et peculiariter pro brassica. Plin. *lib.* 17. *c.* 24. Odit & caulem vitis & omne olus. ¶ Caulis item in volucrum pennis dicitur calamus extra cutem eminens, è quo plumea illa lanugo erumpit. Idem *lib.* 11. *cap.* 39. Pennarum caules omnium avium præcisi non crescunt, vulsi autem renascuntur. ¶ In animalium quoque caudis caulis dicitur illud unde pili nascuntur. Idem *ibid.* Boum caudis longissimus caulis, atque in ima parte hirtus. ¶ Quandoque (sicut docet Servius) summitur pro virili membro: quandoque pro ferro, & pro quolibet hastili. ¶ A caulis fiunt compositi, unicaulis, & multicaulis. Idem *lib.* 12. Est & illa differentia, quòd quædam in his multicaulia, ramosaque sunt, ut carduus.

Caŭlĭas, æ, αὐλίας, Succus ex caule lasarpitii, qui in vias conjectus, admisto furfure, subinde concutiendo, ad maturitatem perducebatur. Plin. *lib.* 19. *c.* 3.

Caulĭcŭlus, diminutivum à Caulis. { αὐλίον. ANGL. *A litle or tender stalke.* Plin. Hic est quidem delicatior, teneriorque caulis culus.

Caulĭ-o, is, in caulem excresco, caulem produco. { αὐλίζομαι. GALL. *Produire sa tige.* ITAL. *Crescere sul gambo & nelle foglie.* GERM. Ein gestel vbertomen. HISP. *Crescer el tallo.* ANGL. *To waxe, to stalke.* } Licèt quandoque ponatur pro Folia producere: unde & Decaulescere, contrarium, quod significat sine foliis fieri, ἀποαὐλίζειν. Plin. *lib.* 19. Raphanus uti jucundior detractis foliis antea quam decaulescat.

Caulinum vinum, juxta Caputam proveniens, ab agro ita nominatum. Plin. *lib.* 4. *c.* 6. Campania nuper excitavit novis nominibus auctoritatem, sive cura, sive casu, ad quartum à Neapoli lapidem Trebellicis, juxta Caputam Caulinis, & in suo agro Trebulanis.

Caulŏdes, αὐλώδης, Brassicæ species est, lata habens folia, è caule exeuntia: unde & nomen accepit. Author Plin. *lib.* 20. *c.* 9.

Caulōn, is, αὐλών, oppidum est in prima Italiæ fronte apud Locros, cujus meminit Plin. *lib.* 3. *c.* 10. Virg. 3. *Æneid.*

*Caulonisque arces, & navifragum Scylacæum.*

Quamquam ibi pœta non tam de oppido, quàm de promontorio loqui videtur. Hanc urbem Strab. *lib.* 6. & Steph. *de urbibus*, Caulonian appellant, αὐλωνίαν.

Cāuma, tis, { חמה *chammàh*, καῦμα, Latinè calor: ἀπὸ τοῦ καίειν, quod est uror. GALL. *Chaleur.* ITAL. *Calor.* HISP. *Calore.* ANGL. *Exceading heate.* } ¶ Alioqui caumata Græci Latinique auctores dies æstui ferventissimos nominant. Casaub. *in lib.* 3. *Athen. c.* 19. ¶

Caumas, unus ex Centauris, Ixionis filius. Boccat. *lib.* 9.

Caunacem alii dicunt, alii Gaunacem. Terent. Scaur. *de Orthograph.*

Caunĭæ, sive Cauneæ, καυνίαι. Fici genus minutum, quod è Cauno maritima Cariæ urbe advehebatur. Cic. 2. *Divin.* Quum M. Crassus exercitum Brundusii imponeret, quidam in porcu caricas Cauno advectas vendens, Cauneas clamitabat. ¶ Est etiam *Caunus*, nomen proprium viri, cujus soror Byblis impotenter illum adamavit, à quo quum esset repulsa, sibimet mortem conscivit. Ovid. 9. *Met.* Hinc locus adagio, Caunius amor, καυνιακὸς ἔρως. De fœdo amore dicebatur aut ubi quis ea desiderat, quæ neque fas esset concupiscere, neque liceret assequi. Refertur à Diog. & Eust.

Cāvo, Cavas, Cavatus, Cavet: vide *Cavus.*

¶ Cavositates, fissuræ cavæ. Tertull.

Campilus, navicula brevis. Gloss. Arab. כוּד, est cyathus, scyphus, phiala. ¶

Cavpo, vel Cupo, nis, masc. gen. Esculentorum poculentorumque venditor. { καπηλεῖον, καπηλεῖα. GALL. *Taverniers, qui vend en detail.* ITAL. *Hoste, hosteße, taverniere.* GERM. Ein wirt/ der speyß vnd tranck verkaufft. HISP. *Tavernero à ventero.* ANGL. *A buckster, à taverner.* } Ulp. *in l.* 1. §. *caupones autem, ff. nauta, caup. stabul.* Caupones autem & stabularios æquè eos accipiemus, qui cauponam, vel stabulum exercent, institutésve eorum. Caupones, patagiarii, indusiarii. Plaut. *Aul. sc.* 5. *a.* 3. (i. institores.) Mart. *lib.* 1.

*Non potes, ut caupones, vendere caupo merum.*

Cic. 2. *de Divin.* Quum duo quidem Arcades admodum familiares iter unà facerent, & Megaram venissent, alterum ad cauponem diverisse, ad hospitem alterum, &c.

Caupōnā, vocatur tam mulier quæ vinum & esculenta vendit, quàm ipsa taberna vinaria. { חנות *chanáh*, καπηλεῖον. GALL. *Taverne ou boutique où on vend en détail.* ITAL. *Hosteria, taverna.* GERM. Ein wirtshauß. Item, Ein weinhauß/ weinhauß. HISP. *Tavernera à ventera, taverna ò venta.* ANGL. *A taverne, a woman sel ling wine.* } Cic. *in Pison.* Nonne tibi nox erat pro die? non solitudo pro frequentia? caupona pro oppido? Lucill. apud Priscian. *lib.* 6. Caupona hic tamen una Syra. Idest, mulier quæ cauponiam exercet.

Caupōnula, diminutivum, { καπηλεῖα, καπηλεῖον. ANGL. *A tipling house.* } Cic. 2. *Phil.* Delituit in quadam cauponula, atque ibi se occultans perpotavit ad vesperum.

Caupōnārĭa, æ, ars cauponandi. { καπηλεία. GERM. Erbenckerey/ wirtshauß oder weinschafft. ANGL. *A villainlieor lewesmes craffe.* }

Caūpōnālis, a, um, quòd ad cauponam pertinet. ¶ καπηλικὸς. Gall. *De taverne, des appartenances de taverne.* Ital. *Cosa che aparenga à l'hoste.* Germ. Das zum wirt gehört. Hisp. *De taverna ò venta.* Angl. *Pertening to a tavirne.* ¦ ut, Ars cauponia. Iustin. *lib.* 1. Iussitque cauponias, & ludicras artes, & lenocinia exercere. Martianus *de fund. iust. & instr. leg. l. pistorum.* Et instrumento cauponio instituorum.

Caūpōnōr, aris, Cauponariam exerceo, vel re aliqua lucri causa ad quæstum abutor. ¦ καπηλεύω. Gall. *Tavterner, vendre en détail, debiter.* Ital. *Vendere à l'hosteria.* Germ. Wirtschafft treyben/ Gemein. Hisp. *Vender en taverna, andar por taverna.* Angl. *To sell wi no and other victuilles.* ¦ Atque hinc caupo, caupona, & caupa, sive cupa. Olim autem hoc verbum non de una tantum re, ut nunc, sed ad multa extendebatur, ut καπηλεύειν Græcum. Itaque Ennius dixit apud Ciceronem *de offic. lib.* 1. Cauponari bellum: quod ex Æschylo desumpsit, qui dixit, ἐκπεπολεμῶσθαι κάρη. Scaliger *in Varronem.* Id est, Bellum lucri causâ gerere.

Caurio, is, verbum pantheribus proprium, ut latrare canibus, ut vulpis qui conscripsit librum Philomelæ, qui Ovidio tribuitur:

*Panther caurit amans, pardus hiando felit.*

Caūrium, Ptolem. Lusitaniæ oppidum, alio nomine Cauta, vulgò *Coria.*

Caūros, Καῦρος, insula erat quæ postea dicta est Andros, deinde Antandros. Plin. *lib.* 4. *c.* 12. vulgò *Andro.*

Caūrus, αὖρος, ventus ab Occasu solstitiali flans, qui & Corus dicitur. ¦ Ital. *Ponente, maestre.* Germ. Der wind so vom sommerlichen nidergang der Sonnen herwehet. Angl. *The north west wind.* ¦ Virg. 3. *Georg.*

*Semper hyems, semper stirantes frigora Cauri.*

Caūs, untis, Καῦς, urbs Thelphusiæ terræ in Arcadia, ubi Causius, tribus syllabis, Æsculapius celebratur. Steph.

Cayus, vide *Caius.*

Caūsiā, καυσία, regium capitis tegmen apud Macedones. Val. Max. *lib.* 5. Quemadmodum Antigonus caput Pyrrhi texit causia, qua velatum caput more Macedonum habebat. Alibi etiam tenuiores causiâ usos legimus. Plaut. *Persa*, Tunicam, atque zonam, & chlamydem afferto, & causiam.

Caūsōn, vel Causo, ¦ חם *chom*, קדחת *kaddachath*, καῦσος, ¦ καῦσον. Gall. *Ardeur extréme.* Ital. *Ardore, calore excessivo.* Germ. Brunst vnd grosse hitz. Hisp. *Ardor, calor estraño.* Angl. *Extrem ydeat.* ¦ Æstus, seu ardor. Inde ab Hippocrate Causon febris æstuans appellatur.

Causă, ¦ סבות *sibbâh*, דבר *dabâr*, חלילה *halilâh*, טעם *taʿam.* *cirie.* Gall. *Cause, raison.* Ital. *Causa, ragione.* Germ. Ein vrsach. Hisp. *Causa, à el achaque, à la occasion.* Angl. *A cause, a reason.* ¦ Propriè dicitur id, ex quo, vel propter quod, vel per quod, vel à quo aliquid sit. Cic. *de Fato.* Causa ea est, quæ id efficit, cujus est causa, ut vulnus, mortis: eruditas, morbi: ignis, ardoris. Et *paulò post*, Nulla igitur earum est causa, quoniam nullam rem sua vi efficit id, cujus dicitur causa. Bella non causis inita, sed prout eorum merces fuit. Velleius, In causa defendere, id est, sequi partes. Liv. *lib.* 6. *d.* 4. Differt autem Causa à Ratione, quòd Causa dicitur impulsus ipse ad aliquid agendum: Ratio verò ordo gerendorum ex causa venientium. ¶ Est & aliud frequens bonis authoribus. Quid causæ est? τοῦτ' ἐκεῖ: i. negarene quisquam potest, vel causam aliquam afferre? &, Causam haud dicam, id est, per me licet, non recusabo. Quatuor autem causarum genera scripsit Aristoteles: Materialem, ex qua aliquid fit: Formalem, per quam aliquid tale fit: Efficientem, à qua aliquid fit: Finalem, cujus gratiâ aliquid fit. Hinc rerum omnium opificem Deum, Causam causarum esse affirmat. ¶ Per translationem, Causa dicitur omnis actio, quam in senatu, vel in foro habemus. ¦ Angl. *A controversie in sute, a mater to be spoken of before audience. Idem.* Gall. *Plaidoyé, Harangue.* ¦ Unde tria esse causarum genera scribit Cicero: Demonstrativum, τὸ ἐπιδεικτικὸν, ἴδιον: Deliberativum, τὸ συμβουλευτικὸν: & Judiciale, τὸ δικανικὸν. Ex his tamen magis propriè Causa dicitur, quæ judicialis est: unde & causam pro lite ac controversia ponimus: ut, Cicero diligenter egit causam Milonis. Idem 2. *de Orat.* Atque in civium causis, descriptionibusque diversantur. Causam conjicere & consistere. Gell. *cap.* 10. *lib.* 5. Omnis familiæ causa consistit tibi (i. summa.) Plaut. *Asin. sc.* 1. 4. 3. Matrimonii causa esse cum aliquo viro. Gell. *cap.* 3. *lib.* 4. Sine me amare animi causa. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 3. & *Curc sc.* 3. *a.* 1. Nunquid causam dicis? Idem *Amph.* Si deliquii causa nulla est. ¶ Interdum Causa dicitur occasio, ἀφορμή. Terent. *in Eunuch.* Nunc diu aliquam causam quærebat, quamobrem insigne aliquid faceret. Per causam, id est, prætextu. Suet. *in Othone, cap.* 3. Quare diducto matrimonio sepositus est per causam legationis in Lusitaniam, &c. Cæsar, Repetita Bithynia per causam exigendæ pecuniæ. Idem *lib.* 1. & 3. *de bell. civ.* per causam, i. per speciem: per causam exercendorum remigum. ¶ Causa, Negotium, onus, provincia. Plaut. *Asin.* Sola ego in casteria, ubi quiesco, omnis familiæ causa consistit tibi. tibi. Apud Ovid. 12. *Metam.* Publica causa, id est, negotium publicum. Cic. *pro lege Manil.* Causam Reipub. periculaque rerum suarum detulerunt. Et *epist. ad Lentulum*, Alexandrina causa adhuc nobis integra est. Et *Ver.* 5. Cui Senatus dederat publicè causam (*avoit donné charge*) ut mihi fratrique meo gratias ageret. ¶ Item, Causa pro Excusatione: Hoc si secus reperies, causam non dico quin, &c. Plaut. *Capt. sc.* 4. *a.* 2. i. non me excuso, defendo. Nam Causam dicere, est reum esse, & se defendere, ut apud Suet. *Aug. c.* 56. & Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 4. Causam dixi apud Ædiles pro ejus factis pessimis, i. defendi eum. Et *Asin. sc.* 2. *a.* 3. & *sc.* 4. *a.* 4. Nolo habere causam, & veriam dicere, (i. excusationem.) Item, Qui pro me causam diceret patronum liberavi. Plaut. *Most. sc.* 3. *a.* 1. Ubi causam dixeris. Item *Asin. sc.* 2. *a.* 3. Item, De qua causa. pro Qua de causa. Gell. *c.* 13. *lib.* 5. Item, Repulium remisit avunculus, causa mea. Plaut. *Aul. scen.* 6. *a.* 4. Pater causa mea id fecit. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1.

*Nec tamen hæc series in causam prosit Achivi.*

Ovid. 13. *Metam.* Causa periclitari. Quint. ¶ Causa item, status & conditio. Cic. *de fin.* Morte qui affecti sunt, in eadem causa sunt, qui antè quam nati. Idem *alibi*, Negatque Platonem, si sapiens tum fuit, eadem esse in causa, qua Dionysium tyrannum. Idem 3. *Offic.* Itaque tum quum vigilando necabatur, erat in meliore causa, quam si domi senex captivus perjurus Consularis remansisset. ¶ Interdum dicitur excusatio, ἀπολογία: ut, Honesta est causa mei discessus. ¶ Interdum ratio, λόγος. Ovid. *lib.* 1. *Fastor.*

*Tempora cum causis Latium digesta per annum.*

¶ Interdum origo, πρόφασις: unde & quidam causam à casu dictam existimant, quòd initia & origines rerum, quæ causæ sunt, casu eveniant. Nonnulli à Chaos, detracta aspiratione, quòd confusa illa materia prima omnium rerum causa fuerit. Alii a Græco καίειν, quod ardorem, seu incendium significet, quòd causa sit quæ nos accendit ad aliquid agendum. Alii à cavendo, quòd ea sit quæ cavet ut aliquid agatur, aut non agatur. ¶ Causa item pro partibus accipitur. Lucan. *lib.* 1.

*Victrix causa deis placuit, sed victa Catoni.*

¶ Causâ cadere, id est, causam amittere, & perdere litem. Justinian. Si quis agens intentione sua plus complexus fuerat, quam ad eum pertinebat, causa cadebat, i. rem amittebat, nec facilè in integrum restituebatur à Prætore. ¶ Est etiam causa cadere, plus petere, ut apud Cicer. Qui plus petit, quàm lex in XII. tabul. permittebat. Cùm Hispeus maxima voce pluribus verbis à M. Crasso Prætore contenderet, ut ei, quem defendebat, causa cadere liceret, i. ut plus ei liceret petere, quàm in XII. tabul. lege permissum erat. Rursum; Cn. autem Octavius homo consularis, non minus longa oratione recusaret, ne adversarius causa caderet, i. ne adversario plus petere liceret, quàm quod esset in actione. Et Cicero *pro Murana*, Et si turpe existimas te Advocato illum ipsum, quem contra veneris, causâ cadere. id est, plus petere, idque obtinere. Nam hic sine causæ amissione simpliciter pro plus petere ponitur. ¶ Causa defecta, ἐκπεσὼν δίκης, dicitur, quum nemo repugnat. Translatum à judiciis, ubi nonnunquam altera pars cedens tradit causam adversario. Itaque defecta causa vincere, est vincere nullo contrà pugnante. ¶ Huic simillimum est, Heteromolia causa, ἑτερομολία δίκης, ἀπὸ τῆς ἑτέρου μάχης, quòd alter duntaxat accedat. Usurpabitur non inelegantèr, ubi quis damnat absentem. At quoniam causa aliter à Philosophis, aliter à Medicis, aliter à Iureconsultis, aliter à Rhetoribus consideratur, visum est hic operæpretium singulorum causas seorsum recensere: præterquam Philosophorum, quæ priùs erant appositæ. ¶ *Medicorum* Causa, alia est procatarctica, id est, evidens; alia συνεκτικὴ, id est, conjuncta, sive continens; alia præcedens, sive interna. Procatarctica est, quæ dum adversam valetudinem creavit, separatur: ut canis mordens, scorpio pungens. Causa conjuncta est, quæ quum præsens est, ejus quoque affectus adest: quum verò desinit, etiam affectus evanescit: ut lapis in vesica, unguis in oculo. Præcedens causa est, quæ a procatarctica præparatur & adjuvatur. Vel est, qua sucta augentur, & qua sublata auferuntur affectus. Perfecta, quæ eundem in seipsa finem facit. Causæ abditæ in medicina vocantur, in quibus requiritur, ex quibus principiis corpora nostra sint, quid secundum, quid adversum valetudinem faciat. Cels. *lib.* 1. Causæ evidentes in medicina vocantur, in quibus quæritur initium morbi, calor attulerit, an frigus; fames, an satietas, & quæ similia. Causas omnium morborum lege apud Hippocr. *lib. de flatibus.* Causæ morborum sunt, spiritus, & aër, eidem. Causa est, ad quam aliquid sequitur. Ad eam verò aliquid sequi, & ex ea, per eam, ab ea, aut ex ejus gratia aliquid fieri. Causa in actu, quæ simul cum effectu existit. Causa in potentia, quæ non simul cum potentia existit. Causa efficiens vocatur, à qua aliquid fit. Causa finalis est, cujus gratiâ aliquid fit. Causa formalis est, per quam res habet esse. Nam dat esse rei, & eam conservat in esse. Ipsa namque præsente res est, & ipsa fugiente perit. Causa per se vocatur, quum aliquid suapte natura fit: causalitatis nomine passim est expressa. Causa per accidens, quæ ad effectum cum non ordinatur, aut causalitatis nomine minimè est expressa. Causa materialis, ex qua cum aliquo aliquid fit, vel ex qua cum forma fit compositum, vel in qua aliquid, ut in subjecto. Causa propinqua est, quæ particulari nomine designatur: aut inter quam & effectum haud multæ interjacent causæ. Causa remota, quæ nomine communi designatur, aut inter quam & effectum multæ interjacent causæ. ¶ *Jurisconsultorum* Causa, verbum generale est, quod comprehendit principium negotii quum proponitur, & quum quis deliberat, & proponit ut litiget. Quum verò discutitur, Iudicium est, quod accipitur non tolum quum ipsum factum discutitur, sed etiam tractantur ea, quæ præparatoria dicimus ipsius discussionis. At ubi judicatum fuerit, dicitur facta justitia: quia tum jus unicuique est redditum. Ale. *lib.* 2. *disjunct. cap.* 24. *l. lu.* Unde Causa Ulpiano facta est unde obligatio oritur, quod Rhetores *alitèr* vocant. Idem *in lib.* 9. *ff. si cert. pet.* Et causa transitivè, dicitur omnis actio, quam in senatu, vel in foro habemus. Et Causidici patroni dicuntur, qui in causis judiciisque versantur, ubi lites & controversiæ, id est, causæ judiciales agunt. Causa dicitur id ex quo, vel per quod, vel à quo, vel propter quod aliquid fit. Differtque hæc à Ratione, quòd Causa est impulsus ipse ad aliquid agendum: Ratio verò, ordo gerendorum ex causa venientium. Causa jus respicit, Ratio factum. Causa dominii quæ proxima sit, item quæ remota? Gloss. explicat *in l. possidere*, §. *veteres, ff. de acquir. poss.* Causa & factum interdum pro eodem usurpantur. *l. plurimùm, ff. de jur. & facti ignor. l. si ex plagis*, §. *in clivo, ad leg. Aquil.* Causarum tria genera esse notum est, Demonstrativum, Deliberativum (quod & Concionale appellatur) & Judiciale. Ex iis tamen propriè causa dicitur, quæ Judicialis est. Unde Causam pro lite & controversia ponimus. Quamvis nonnulli ita distinguant, & controversiam, seu litem dici velint, postquam contestatum est: Causam autem, & ante, & post contestationem. Causæ definitionem, quam refert Gloss. *in rub. ff. de cond. & demonstr.* Bart. improbat, qui ait: Causam esse quid præteritum, vel instans, quo quis impellitur ad aliquid disponendum. Causa criminalis dicitur major, Civilis minor.

minor. *Auth. ut omn. ob. d. ind. prov. §. si igitur fuerit.* Causa efficiens est Jus, ex quo res ipsa fluit, ut Jus civile tutelæ: Testator testamentariæ: Lex legitimæ, & Magistratusativæ. Jus gentium, emptionis, locationis, mutui, commodati, depositi, &c. Jus civile, stipulationis, contractus emphyteutici, &c. Causa favorabilis non ea est (ut existimat vulgus) favore digna, sed quod favoris plena apud omnes est, & propemodum hæ sunt causæ testamenti, matrimonii, dotis, legitimationis, pupilli, Ecclesiæ, viduarum, & aliarum miserabilium personarum. Causa sontica, quæ cuique rei, de qua agitur, nocet, atque prohibet, ne quis in jus veniat. Causa superior, quæ juri communi fundata est, vel jus apparentium. Cujus contrarium est causa inferior. In causa redhibitionis esse, Gell. *cap. 2. lib. 4.* Causa liberalis, vide *Liberalis*. Vide Budæum *in posteriore de origine.* ¶ *Rhetorum* Causa est, ut dicit Hermagoras, res quæ habeat in se controversiam in dicendo positam, cum personarum certarum interpositione. Cic. *de Invent. 1.* Causa certis personis, locis, temporibus, negotiis cernitur, aut in omnibus, aut in plerisque eorum. *In Topic.* Causa est, quæ id efficit cujus est causa, ut vulnus, mortis: cruditas, morbi: ignis, ardoris. *De Fato.* Causam appello rationem efficiendi eventum id, quod est effectum. *In partit.* Chrysippus causarum genera distinguit: Causarum enim, inquit, aliæ sunt perfectæ & principales, aliæ adjuvantes & proximæ. *De fato.* Causarum genera duo sunt. Unum quod vi sua id, quod sub ea subjectum est, certe efficit, ut ignis accendit. Alterum quod naturam efficiendi non habeat, sed sine quo effici non possit, ut si quis ex causam statuæ velit dicere, quòd sine eo non possit effici. Hujus generis causarum, sine quo non efficitur, alia sunt quieta, nihil agentia, stolida quodammodo, ut locus, tempus, materiæ, &c. Alia autem præcursionem quandam adhibent ad efficiendum, & quædam afferunt per se adjuvantia, etsi non necessaria, ut amori congressio causam attulerit, amor flagitio. Ex hoc genere causarum ex æternitate pendentium, Fatum à Stoicis nectitur, &c. Sunt aliæ causæ, quæ planè efficiant nulla re adjuvante: aliæ quæ adjuvari velint, ut sapientia efficit sapientes sola per se. *In Topic.* Causa simplex, quæ absolutam continet quæstionem. *De Invent. 1.* Causa conjuncta ex quæstionibus pluribus, in qua plura quæruntur. *Ibid.* Causa ex comparatione, quam per contentionem, utrum potius, aut quid potissimum sit, quæritur. *Ibid.* Causam facere dicitur, quo sublato, controversia stare non potest. *de Orat. 1.* Tria sunt genera causarum, judicii, deliberationis, exornationis. Aristot. tribus in generibus veterum versam Rhetoris officium putavit, demonstrativo, deliberativo, & judiciali. *In Part.* Causæ à communi quæstione sejunctæ partim in judiciis versantur, partim in deliberationibus. Est etiam genus tertium quod in laudandis, aut vituperandis hominibus ponitur. Hæc tria genera vide suo ordine. *De Orat. 1.* Genera causarum sunt quinque. Honestum, admirabile, humile, anceps, obscurum. Honestum causæ genus est, cui statim sine oratione nostra auditoris favet animus. Admirabile est, à quo alienatus est animus eorum, qui audituri sunt. Humile, quod negligitur ab auditore, & non magnopere attendendum videtur. Anceps, in quo aut judicatio dubia est, aut causa & honestatis & turpitudinis particeps, ut & benevolentiam pariat & offensionem. Obscurum, in quo aut tardi auditores sunt, aut difficilioribus ad cognoscendum negotiis causa implicita est, *de Invent. 1.*

Caūsālis, ut Causales conjunctiones, qualis est Igitur, apud Probum.

Caūsārĭŏs, adjectivum, ut Causarii milites, ἀπόμαχοι, οἱ ἐξ αἰτίας ἀσθενοῦντες. ANGL. *That is essoined in the lawe or excused for any cause.* dicuntur à Livio *lib. 7.* qui propter honestam causam, puta valetudinem à militia solvuntur, quasi valetudinarii, sive sontici, aut qui omnino causam & missionem habebant ex morbo, senectute ve: Tertius, inquit, exercitus ex causariis senioribusque à L. Quintio conscribatur, qui urbi mœnibusque præsidio sit. ¶ Sic causaria missio dicitur, per quam milites solvuntur à sacramento militari. Ulpianus: Causaria, inquit, missio est, quæ propter valetudinem à laboribus militiæ solvit.

Caūsārĭē, adverb. Martian. *in l. milites agrum, §. is etiam, ff. de re militari.* Ideo & ad eum, qui causariè missus est, potest dici pertinere, quum huic quoque præmium præstetur. ἀπόμαχος ἡσύχως, εἴτε νοσήσας ἡσύχως.

Caūsŭlă, diminutivum à Causa, δικαίωμα. Cic. *in Oratore.* Sed quia & privatas ille pleraque, & eas ipsas aliis, & parvarum rerum causulas scripsit, videtur esse jejunior.

Caūsŏr, aris, deponens, rei gestæ causam affero, seu reperio, & excusationem adduco. ἐκτείνομαι. GALL. *Dire & alleguer la raison ou excuse de quelque faict, s'excuser.* ITAL. *Excusarsi, narrare in fatto.* GERM. Ein ursach oder entschuldigung herfürbringen. HISP. *Traer causas ò achaques, contar razones.* ANGL. *To alledge reason or excuse, or essoine.* } Suet. *in Nerone*, Causatus nondum esse fatalem horam. Idem, Syllanum item socerum ad necem, secandasque novacula fauces compulit, causatus in utroque quòd se ingressum turbatius mare non esset sequutus. Gell. Negotium sibi esse causabatur. Virg. *Ecl. 9.*

*Causando hostros in longum ducis amores.*

¶ Causari etiam culpare est, αἰτιᾶσθαι. Item, accusare. Quintil. Ne causanti pupillo sic tutor irascatur { i. accusanti.}

Caūsĭfĭcor, causam dico, excusationem affero, recuso. { αἰτιολογοῦμαι, ἐξαιτιολογοῦμαι. GALL. *Alleguer ses raisons ou excuses, s'excuser.* ITAL. *Excusarsi.* GERM. Ein ursach anzeigen / ein entschuldigung darthun. HISP. *Traer causas.* ANGL. *To alledge à reason or excuse, to essoine.* } Plaut. *in Aulul. sc. 6. act. 4.* Haud causificor, quin eam ego habeam potissimùm.

Caūsātĭo, prætextus, excusatio, vel color: quandoque ponitur pro vitio anteriore, & ægritudine. { ἐκτείνωσις. GALL. *Excuse.* ITAL. *Excusatione.* GERM. Entschuldigung / ausred. HISP. *Aquella obra de traer causas, excusacion.* ANGL. *An excuse, essoining.* } Pallad. *lib. 1.* Si salvo capite in pulmonibus ac thorace, aut hila est, aut rara causatio. Gell. *lib. 20. c. 1.* Ne causatio ægri corporis perpetuam vacationem daret juris actionis declinantibus: id est, excusatio.

Caūsātĭvŭs, adverb. majore cum causa. Διαιτητικῶς. Plin. *in præfatione operis.* Quando non causativis ab aliquo judice defendimur, nudis defendimus. *Combien avec plus grande occasion.*

Caūsĭdĭcus, dicitur patronus, qui in causis, judiciisque versatur. Δικανικός, συνήγορος. GALL. *Advocat, celuy qui plaide.* ITAL. *Advocato.* GERM. Ein fürsprech in rechtshändlen. HISP. *Abogado de pleitos.* ANGL. *An Advocat that defendeth an other mans cause, a man of lawe.* { Cic. *de Orat.* Non enim causidicum accio quem, neque proclamatorem, aut rabulam hoc sermone nostro conquisimus. Juven. *Sat. 10.*

——— *nec unquam*
*Sanguine causidici maduerunt ossa pusilli.*

Unde, & cur dictus, docet Apul. *Apol. 1.* & Fab. *cap. 1. lib. 12.* inusit non ita honestum esse verbum.

Causidicina, causidicorum & Advocatorum munus.

} Caūsŏdes, ut καυσώδεις πυρετοί, ardens febris.

Caustĭcus, a, um, καυστικός, ή, όν, urendi vim habens, à καίω, uro.

Caūstĭca medicamenta, sunt quæ habent vim causticam, i. ustivam, καυστικὰ φάρμακα. Plin. *lib. 20. c. 9.* Sturpium brassicæ aridorum cinis, inter caustica intelligitur. Marc.

*Caustica Tentorios accendit fumma capillos.*

Caūstŏn, καυστόν. Latinè dicitur Ustile. Plin. Quartum caustum ad ellychnia.

Caūte, Cautela: vide *Cavo.*

CAVTERES, καυτῆρ, ῆρος. Idem cum cauteriis, quos Palladi habendos esse in instrumento rustico præcipit.

Caūtērĭum, ii, instrumentum quo notæ imprimuntur, & morbi alioqui insanabiles curari solent. { καυτήριον. GALL. *Un cautere, un fer chaud.* ITAL. *Ferro da cremare.* GERM. Ein eysen mit welchem man ein zeichen brennet. HISP. *Hierro para quemar.* ANGL. *A marking instrument, an hoat yron.* } Plin. *lib. 22. c. 23.* Tempestivè etiam datum cauterii vim obtinet: assuetis etiam utilius, quàm expertibus. Præterea, Cauterium in pictorum instrumentis continetur, quo bituminationes, & fortiores quæque conglutinationes concoquuntur, maximè in ea pictura, quæ ἐγκαυστικὴ appellatur, quæ fit carbonibus inustis, resolutis igne ceris. Martian. *tit. de fundo instruct.* sic refert: Pictoris instrumento legato, ceræ, colores, similiaque horum legato cedunt: penicilli, & cauteria, & conchæ.

Caūtērĭātŭs, a, um: quod est cauterio notatum. { καυτηριασμένος. ANGL. *Maked or seared with an hoate yron.* } Vide ab Apostolo Cauteriata conscientia dicta est.

Caūtēs, is, fœm. gen. Saxum asperum & abruptum. { πέτρα τραχεῖα, λεπτή. GALL. *Un rocher, ou une roche.* ITAL. *Sasso aspero & grande.* GERM. Schrofen / ein rauther felß. HISP. *Piedra aspera.* ANGL. *A ragged rocke, or hill full of great stones.* } Virg. 6. *Æneid.*

*Quàm sit dura silex, aut stet Marpesia cautes.*

Plin. *lib. 2. cap. 96.* Juxta Harpasa oppidum Asiæ, cautes stat horrenda, uno digito mobilis: eadem si toto corpore impellatur, resistenti. Cæsar. 3. *bell. Gal.* Et ab æstu derelictæ, nihil saxa & cautes timerent. Cautè loquacior, μᾶλλον ἢ λαλίστερος, proverbialis hyperbole in hominem immodicè & permolestè garrulum. Sumpta metaphora a cautibus, quæ quoniam assiduis fluctibus tundantur, multo resonant fragore.

Caūtor, Cautio, Cautionalis, Cautus: vide *Caveo.*

Cautumnæ, citatæ. Lege *Cautumnia, cidina*, vel *cadina.* Item, *Cidina, cautumnia. Cautumnia* vocat ergastula, ubi cautes, sive cotes exscindebant damnati. *Cidina*, vel *Cadinæ*, à *Cædendo.* Sic infrà, *Cinnes*, puerorum amatores, itidem à cædendo.

CĂVŬS, a, um. Concavus, vacuus: à Chaos, quod quasi vorago quædam erat inanis. { גוב *nakaḇ*. κοῖλος. GALL. *Cavé, creux.* ITAL. *Voto cadauto, concavo.* GERM. Hol. HISP. *Profundo, hondo, ò hueco.* ANGL. *Holow.* } Virgil. 3. *Æneid.*

——— *dat signum specula Misenus ab alta.*
*Ære cavo.*

Ovid. 4. *Metam.*

——— *qua sanguine missa recenti*
*Coxerat ære cavo.*

Luna cava, ut Solinus scribit, Elephantos delectari nova luna, tristes esse cornuto & cavo sedere, id est, luna corniculata & contraria rectæ, quæ divisa est, & utrinque gibbosa, quæ ἀμφίκυρτος vocatur: *i.* ἰσόκυκλος est σφαῖρα, & ἀμφίκυρτος, & κοίλη.

Cāvŭs, sive Cavum, locus cavatus, seu concavus. { נקב *ghèbe*, גב *ghèb*. κοῖλωμα. GALL. *Creux, trou, taniere.* ITAL. *Luogo cavato, buco.* GERM. Ein hol ort / ein hule / loch. HISP. *El hoyo ò agujero.* ANGL. *An hole or holow place.* } Varr. Facere his cavos oportet laxiores, ubi pullos parere possint. Col. *lib. 12.* Deinde cavum quem feceris, furculo obturato. Idem scribit Cavum esse locum, qui inter ædium parietes relinquebatur, patulus ut esset. Horat. 1. *epist.*

*Matra cavum repetes arctum, quem matra subisti.*

Plin. *lib. 10. c. 12.* Pullos in cavis educant avium soli. Cavam manum præbere. Suet. *in August. cap. 91.* Cavo ore, aut patulo effertur. Quint. Cava machina. Ovid. 4. *Fast.*

*In cava ducuntur quassa navalia puppes.*

Idem *Eleg. 8. lib. 4. Trist.*

Cāvātĭcus, a, um, ἐγκοίλιος: ut Cavaticæ cochleæ. Plin. *lib. 30. c. 6.* Sunt Balearicæ, quas cavaticas vocant, quoniam in speluncis nascuntur.

Cāvo, as, Evacuo, Cavum facio. { חרר *charab*, חפר *chaphár.* κοιλαίνω, κοιλοποιῶ. GALL. *Caver, creuser.* ITAL. *Cavare, votare.* GERM. Aushöhlen / hol machen. HISP. *Cavar.* ANGL. *To make holow.* } Plin. *lib. 36.* In Syphno lapis est qui cavatur, tornaturque in vasa coquendis cibis utilia: Opportune cavata mihi epistola. Plaut. *Ps. sc. 3. a. 1.* Cavaro solo circa Tibetium. Suet. *in Aug. cap. 43.* Liv. 1. *bell. Pun.* Itaque ingens coacta vis navium est, linteriumque temerè ad vicinalem usum paratarum: novásque alias primùm Galli inchoantes, cavabant ex singulis arbotibus. Ovid. 1. *de Arte.*

——— *Saxa cavantur aquâ.*

Virgil. 3. *Georg.*

——— *cavâque*
*Tellurem, & solido graviter sonat ungula cornu.*

¶ Hujus compotra sunt Concavo, Excavo, & Recavo. Ovid. *lib.* 2. *Metam.*

*Est locus, in geminos ubi brachia concavat arcus.*

Clvātŏr, is, verbale. { חרש *chorêh*, חפר *chophêr*. σκάπτης. Angl. *wich trauel holtowe.* } ut Cavator arborum picus Martius, δρυοκολάπτης. Plin. *lib.* 10. *cap.* 18.

Cāvĕs, æ, à cavo fit, significâtque specum, vel antrum subterraneum. { גבא *ghêbe*, מורח *meârâh*, מנחרה *minharah*. ἄντρον. Gall. *Caue.* Ital. *Cava sottera.* Germ. Ein hûle vnder dem erdtrich. Hisp. *Cueua.* Angl. *A caue or denne.* } Sed quoniam in hujusmodi locis esse consueverunt ferarum cubilia, caveas pro ipsis ferarum receptaculis usurpamus. Apul. Bestiam immittimus caveæ. Suet. Bestiarum more quadrupedes cavea coërcuit. ¶ Et ab harum similitudine pro sepibus ex ligno, sive ex ebore, aliâve materia factis, in quibus aviculas tenemus. { כלוב *chelûb.* κυπρίνη, *ciuilla.* Gall. *Cage.* Ital. *Gabia.* Germ. Ein vogelrefig. Hisp. *Iaula para las aues.* Angl. *A cage.* } Plaut. *in Curc. sc.* 1. *a.* 3. Quia enim cavea si forent conclusi, itidem ut pulli gallinacei. ¶ Item, Cavea est area in medio theatri, in qua equitum subsellia constituta esse consueverunt, quòd velis tecta caveæ similitudinem haberent, θεωτρίδιον. Plaut. *in Amph.* Ut conquisitores singuli in subsellia eam per totam caveam spectatoribus. Censuit ne quis pullatorum media cavea sederet. Sueton. *in Aug. cap.* 44. Pro corpore, Senec. *epist.* 89. Cùm ex cavea fugerit animus, i. corpore. Idem *cap.* 11. *Trang.* Verba ad caveam summam spectantia. Quandoque ponitur pro populi consessu. Virg. 5. *Æneid.*

*Hic totum caveæ consessum ingentis*, &c.

¶ Caveai, legitur pro caveæ, apud Lucret. *lib.* 4.

*Namque ibi consessum cernai subter*, &c.

Cāvĕrnă, æ, Specus, vel antrum subterraneum, vel terræ concavitas. { מערה *maharâh*, מנחרה *minharâh*. ἄντρον. Gall. *Caverne. Creux*, Ital. *Spelunca, caverna.* Germ. Ein hûle vnder dem erdtrich. Hisp. *Cueua, concavidad.* Angl. *A caue, denne, or holow place.* } ‖ Gloss. *Cavernum.* πόνηρον. ‖ Cic. *de nat. deor.* Quod magna vis terræ cavernis contineatur caloris, cáque hyeme fit denûor. Virg. 2. *Æneid.*

*Insonuêre cava, gemitúmque dedêre cavernæ.*

Cic. 2. *de nat. deor.* Nos ex terræ cavernis fertum elicimus, rem ad colendos agros necessariam. ‖ Carvenas terræ dicet, quoties aliquem velis significare pauperrimum, & vix victum habentem, & potum. ‖

Cāvernōsus, a, um, pro loco passim vacuo, & veluti cavernis pleno. { ἀντρώδης. Gall. *Ayant plusieurs grandes cauernes, fort creux.* Ital. *Pieno di caverne.* Germ. Gruebechtig/ voll löcher/oder hôlinen. Hisp. *Cosa llena de cuevas.* Angl. *Full of dennes or holow places.* } Plin. *lib.* 16. *cap.* 6. Radix in usu pilosa, coloris intus herbacei, crassitudine digiti minimi, acetabulis cavernosa, seu poliporum cirri, subdulcis, & in petris nascens.

Cāvĕrnŭlă, æ, diminutivum. { μίκρον. Angl. *A litle caue or denne.* } Plin. *lib.* 17. *cap.* 11. Ipsi qua pediculis adhærent, caternulas habent, & intus semen.

Cayster, κάυστρος. Steph. Fluvius Lydiæ, Sardibus proximus, sygnis abundans, qui multos amnes secum defluens Ephesum abluit. Dicitur ἀπὸ τῦ καίειν, quod est, amburi, quoniam propinquus sit Catacecaumenæ, quæ pars est Ephesiæ prætoridæ & deustæ: nullas ferè arbores præter vitem, quæ ibi dat vinum præstantissimum, quod Virg. & Plin. Catacecaumenitem ex hac origine denominant. Fungerus *in Etymol.*

Caystri Campi, καύστρου πεδία Steph. campi sunt fœcundissimi sub Sardibus, Lydorum urbe, Cori & Hermi campis contigui, ita dicti à Caystro vicino fluvio. Virg. Caystri prata vocat, *lib.* 1. *Georg.* Vide plura apud Strabon. *lib.* 13. Caystrius ales. Ovid. *lib.* 5. *Trist.*

Caystrus καύστρος, oppidum est Ciliciæ mediterraneum, teste Ptolemæo *lib.* 5. *cap.* 8.

C E

‖ Ce, est adjectio syllabica: quæ cum iis ferè jungitur, quæ in c, vel s, desinunt, ut *hicce, hisce, Hiccine*, vel *hiccine: siccine, siccene.* Est autem *ce* translatum ex Græcis, ubi κὶ est particula, ut loquuntur, potentialis, sæpe etiam supervacanea. Vide etiam infrà in particula *met.* ‖

Cĕă, sive ceos (utroque enim modo appellari, author est Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.) Insula est sub Eubœa, bombycinarum vestium textrinis olim nobilitata. ¶ In hac enim insula Pamphila Latoi prima adorta est bombycum telas retorquere, eásque rursus texere, ut testatur idem Plin. *lib.* 11. *cap.* 22. Hinc Cææ vestes dictæ sunt, quæ in hac insula ex bombyce tenuissimæ texebantur in usum fœminarum. Propert.

*Et tenues Cææ vestis movere sinus.*

¶ Ptolem. hanc insulam Cian appellat, ut hodie quoque vulgus mutatum. Urbes tres, Carthæam, Iulidem, & Carestum.

Ceădus, κήαδος. Ciconum rex fuit, pater Threxeni, & avus Euphemi: cujus meminit Homer. 2. *Iliad.*

Cebes, etis, κέβης, Thebanus fuit Philosophus, cujus etiam hodie extant Dialogi, quibus ille duplicem humanæ vitæ speciem in tabula quadam ob oculos ponit. Vide Suidam, & Laërtium.

Cebrenĭă, æ, κεβρηνία, regiuncula est Troadis cum oppido ejusdem nominis, non procul à Scepsi: cujus meminit Plin. *lib.* 5. *cap.* 30. ¶ Sunt & Cebrenii in Thracia, dicente Strab. *lib.* 13. Est fluvius quidam Arisbus in Thracia, prope quem Cebrenii Thraces habitant. Multa enim apud Troes, & Thraces iisdem nominibus appellantur, ut Scei Thraces quidam, & Scæus amnis, & Scæus murus, & Scææ Troianæ portæ. Item Xanthi Thraces, & Xanthus Troiæ fluvius, quem Arisbus quoque in Hebrum immittit: Arisba Troiæ civitas est. Item Rhesus apud Troiam fuit: Rhesus etiam Thracum rex fuit. Dicta est autem Cebrenia vel ab amne Cebrene (ut ex sententia Herodiani refert Steph.) vel ut alii malunt, à Cebrione Priami notho: quanquam Straboni magis placet, Cebrionem potiùs à Cebrenia, (aliqui apud eum legitur) Cebreniis urbe nomen accepisse.

Cebrēnis, idis, patronymicum, κεβρηνίς. Ovid. 1. *Metam.*

*Aspicit Hesperien patriæ Cebrenidis ripas.*

Statius *in Sylv.*

——— *vidua Cebrenidos aridæ luctu*
*Flumina.*

Cebrēnŭs, κεβρήνιος, nomen gentile. Ausonius,

*Sic qui venalis tam longa statæ Cebrenus,*
*Non habet emptorem, sit tibi pro pretio.*

Cebrica Cherronesus, κεβρικὴ χερρόνησος, nominatur apud Stephan. la mentione Saxorum: forte *Cimbrica* legendum.

Cebriones, κεβριόνης, filius fuit Priami, sed illegitimo toto natus, qui à Patroclo saxo ictus interiit. Homer. Illiad. π,

Κεβριόνην τ' ὄρσε ἰὼν ἀγχίμολον πεμπώβολον, id est:
*Cebrionem haud propria Priami de conjuge natum.*

Cecina, fluvius est Tusciæ, ad Volaterras, authore Pompon. *lib.* 2. & Plin. *lib.* 3. *cap.* 5. Vulgò *Cesena.*

Cecinna, prænomine Aulus, Eques Romanus fuit, ex municipio Volaterrano, Ciceronis familiaris, & ab eo in causa quadam hæreditaria defensus: de qua re etiam nunc extat Ciceronis oratio. Hic tempore belli civilis non contentus Pompeii partes sequi, edito etiam in Cæsarem libro, acerrimè eum insectatus est, ut est videre apud Ciceronem *in Epist. famil.* ¶ Scripsit & librum de fulminum procreatione, quem Seneca se fatetur imitari. ¶ Fuit etiam Cecinna quidam ex Octavii Cæsaris scribis, cujus meminit Cic. *in epist. ad Atticum.* ¶ Cecinna item alius fuit, ex Vitellii ducibus, qui apud Bebriacum cum Othonianis feliciter dimicavit. ¶ Meminit & Sueton. *in Titio* cujusdam Cecinnæ, qui ob suspicionem conjurationis ab Imperatore ad cœnam invitatus, per proditionem interfectus est.

Cecrŏps, κέκροψ, primus Athenienbum rex, qui annis quinquaginta regnavit. Hic Athenas instauravit.

Cecrŏpĭus, a, um, possessivum, κεκρόπιος. Virg. *lib.* 4. *Georg.*

*Cecropias innatus apes amor urget habendi.*

Cecrŏpĭă, oppidum à Cecrope conditore: nunc est Arx Athenis. Plin. *lib.* 7. *cap.* 56. Oppidum, inquit, Cecrops à se appellavit Cecropiam, quæ nunc est arx Athenis.

Cecrŏpis, idis, κεκροπὶς, Patronymicum fœmininum.

Cecrŏpĭdæ, κεκροπίδαι, Athenienses dicti sunt, à Cecrope rege: Ovid. 7. *Metam.*

*Phœnix in interius spatium, pulchrósque recessus*
*Cecropidas duxit.*

Cecryphalea, κεκρυφάλεια, promontorium, seu insula Peloponnesi, juxta quam Athenienses ab Æginetis prælio superati fuerant. Steph.

Cecuma, noctua Festus: *Cicuma avis nocturna.* In margine est *cucuma.* Itaque *Cecuma, Cicuma, Cucuma*, eadem est avis & utra præstet lectio exquirendum, Rolveydus etiam in notis ad Paulinum agnoscit hanc vocem.

Cĕcŭbum, vide *Cacubum.*

Cēdar, { קדר *kedhâr.* κέδαρ. } Regio Arabiæ, ut apud Isaiam, *Auferentur omnis gloria Cedar.* Nam (ut inquit Hieronymus) ex Ismaële Cedar & Agareni, qui perverso nomine Saraceni vocantur, genetati dicuntur.

Cēdĭtiæ tabernæ. Ædificia quædam Romæ: ita dicta à domini nomine, qui Ceditius vocabatur.

Cēdo, is, di, essum. { סר *sar*, נתן *nathân* παρέχω. Angl. *To giue place.* } & Cedò, cedere. Vide *Cado.* Cedebat tardiùs venenum (de lento effectu.) Suet. *in Nerone. cap.* 33.

Cedrea, κέδρεαι. Cariæ oppidum, cujus incolæ Cedreatæ, & Cedrei appellantur. Steph.

Cedrei, { ישבים דר *teschebêi edhâr.* } Arabiæ populi sunt, Canchleis & Nabatharis finitimi: quorum meminit Plin. *lib.* 5. *cap.* 11.

Cedratus, vide *Cedrus.*

‖ Cedrelæum, κεδρήλαιον, cedrinum oleum, cedrinus & cedrius liquor: ἔλαιον oleum. Cedrelate, κεδρηλάτη, cedrus magna, quæ ἐλάτη æquat, id est, abietem. ‖

Cedrĭnātæ, fem. gen. { גופר *ghôphêr.* κεδρινάι. } Genus Cedri. Plin. *lib.* 24. *cap.* 5. Cedrus magna, quam Cedrelaten vocant, dat picem, quæ Cedria vocatur, dentium doloribus utilissimam.

Cedria, κεδρία. Pix est, quæ ex cedrelate, hoc est; ex majore cedro defluit. Plin. *lib.* 29. *cap.* 3. Scabiem corporum, ac pruritum oleo & cedriâ mistis tollunt. Vide Ruell. *lib.* 1. *cap.* 62.

Cedropolis, κεδρόπολις, oppidum in Caria: à quo Cedrolitæ.

Cedron tam vallem denotat, quàm torrentem.

Cedrŏs, insula est in Germaniæ littoribus, cedri genere sylvosa, undè electrum in petras defluere dicitur. Perottus.

Cedrosi, κέδρωσοι, populi prope mare rubrum. Steph.

Cedrostis, κέδρωστις, vitis alba, quam nonnulli Ampelolevcen vocant. Plin. *lib.* 23. *cap.* 1. Vitis alba, quam Græci Ampelolevcen, alij Ophioitaphylon, alii Melothron, alii Psilothron, alii Archezostin, alii Cedrostin, alii Madon appellant. Hæc & Bryonia à Dioscoride appellatur.

Cedrŭs, { ארז *êrez.* κέδρος. } Arbor est perpetuò virens, juniperò non absimilis, radicibus raris, per summa terræ dispersis, folio duro, acuto, mucrone capillato, & spinoso, ligno contorto, nodoso, medulla rubente odorata, baccis myrti flavis, odoratis & esculentis, & novo fructu per autumnum cum aniculo pendente. Laudatissima in Creta nascitur, item in Africa & Syriæ montibus. ¶ Cedro æterna materies, cariem non sentiens, undæ classibus & domorum tectis ædificandis in primis est idonea. Unde proverbialiter *Digna cedro* dicuntur, quæ promerentur immortalitatem, & ejusmodi judicantur, ut posteritati consecrari debeant. Horatius *in arte poetica.*

——— *speramus carmina fingi*
*Posse linenda cedro.*

Persius item, *& cedro digna locutus.* Plinius duo Cedri facit genera, majoris & minoris differimine: minorem rursus in duas secans species, quas Lyciam appellat, & Phœniciam: utramque Juniperi similitudine, sed foliis differentem. Nam quæ acutum, spinosum, & durum habet folium, Oxycedrus nominatur. Altera odore præstat. Majoris item cedri duo facit genera. Nam quæ floret, fructum non ferat

fert; fructifera non floret, sed in ea antecedentem fructum novus occupat. ¶ Cedrus in Cypro maxima nasci traditur, centum triginta pedum longitudine, crassitudine autem ad quinûm hominum complexum. Vide plura de hâc arbore apud Plin. *lib.* 13. *cap.* 5. Virg. 2. *Georg.*

*Dant alios alia fœtus: dant utile lignum*
*Navigiis pinos, domibus cedrumque, cupressûsque.*

Vitruv. *lib.* 2. author est, ex cedro oleum nasci, quo libri, aliæve res perunctæ, a tineis & carie non lædantur. Ad quod pertinere videtur illud Persii *Satyra* 1.

——— *& cedro digna locuntur.*

Item illud Ovidii *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Tristium.*

*Nec titulum mihi, nec cedro charta notetur.*

¶ Cedrus quoque est ὄνομα τῆς ὀσμῆς: id est, vehemens odore, benè odorata. Virg.

*Vris odoratam nocturna in lumina cedrum.*

Cedrātus, a, um, κεδρωτὸς, Cedrino oleo perunctus. Plin. *lib.* 13. *c.* 13. Et libros cedratos fuisse, præterea arbitratur ne eas non terruisse.

Cedrīnus, a, um, nomen possessivum, quod est ex cedro, κεδρινὸς. Plin. *lib.* 13. *cap.* 5. Cedrinus est Romæ in delubro Apollo Sosianus, Seleucia advectus.

Cedrium, pix liquida & primaria, quæ ex ædra excoquitur. Plin. *lib.* 16. *cap.* 11. Pix liquida in Europa è ædra coquitur navalibus muniendis, multósque ad alios usus. Lignum ejus concisum, formis undique igni extrà circumdato, fervet, primus sudor aquæ modo fluit in canali: hoc in Syria Cedrium vocatur, cui tanta vis est, ut in Ægypto corpora defunctorum hominum eo perfusa serventur.

Cedrides, κεδρίδες. Fructus Cedri, sicut Daphnides, fructus Lauri. Plin. *lib.* 24. *cap.* 5. Cedrides, hoc est, fructus cedri, tussim sanant, urinam ciunt.

Celadōn, κελάδων, Amnis est ignobilis, in Alpheum influens, apud Strab. *lib.* 7. *Georg.* ¶ Est etiam Celadon nomen unius ex iis, qui una cum Phineo in aula Cephei regis Æthiopum, Perseo vim inferre conati perierunt. Ovid. 5. *Metam.*

*Occidit & Celadon Mendesius, occidit Astreus.*

Celadōne, es, κελάδων. Oppidum Locridis apud Steph. à quo Gentile Celadoneus, a, um.

Celādūsa, κελάδουσα. Exigua est insula maris Ægei, Delo proxima, tam angusto freto ab ea divisa, ut catenâ aliquando ei fuerit annexa. Aliis nominibus Rhene, & Artemite dicitur. In hac Delii mortuos suos sepeliebant, religione scilicet prohibiti, ne quenquam in Delo humarent. Vide Thucydidem *belli Peloponnesiaci lib.* 4. & Plin. *lib.* 4. *cap.* 12. ¶ Sunt item Celadusæ, parvæ aliquot maris Adriatici insulæ, Liburniæ adjacentes: quarum meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 2.

Celænæ, κελαιναὶ. Collis est Asiæ propriè dictæ, in quo urbs fuit ejusdem nominis, ex qua Antiochus Soter incolas transtulit in eam, quam à nomine matris Apamiam appellavit. Author Strab. *lib.* 12. Plin. verò *lib.* 5. *cap.* 29. Celænas eadem facit cum Apamia. Tertius (inquit) conventus Apamiam vadit, antè appellatam Celænas. Circa hanc urbem fluit Marsyas amnis: ibique volunt poëtæ Marsyam tibiarum cantu cum Apolline certasse. ¶ Celænas item alias collocat Plin. *lib.* 5. *cap.* 32. in ea parte Asiæ, quæ Phrygiæ superjecta est, juxta Andriam, Ancyram & Colossas.

Celæno, κελαινὼ, cum diphthongo. Fuit una ex Harpyiis, λίαν ἀπὸ τοῦ κελαινοῦ, horrida est, à nigredine ita appellata. Virg. 3. *Æneid.*

*Tum in præcelsa consedit rupe Celæno*
*Infelix vates.*

Celeno, κελαινὼ, una ex Pleiadibus, Atlantis & Pleiones nymphæ filia, cum qua Jupiter concubuit. Ovid.

——— *& te formosa Celeno,*
*Maiam & Electram Taygetamque Iovi*, scilicet concubuisse ferunt. Vide infra de *de Pleiadibus.*

Celātim, vide *Celo.*

Celastrus, Theophrasto arbor est æterna frondens coma, cultura degenerans, & omnium tardissimè fructus suos perficiens: usus ejus ad baculos & scipiones accommodatus. Vide Rusti. *lib.* 1. *cap.* 63. & 138.

Celato, Dex nomen. Gell. *lib.* 13. *cap.* 21.

Celĕber, is, e, vel Celeber, is, e, quod celebratur, frequentatur & colitur: clarus, frequens. { משׂרוּח *meschubbách*, נכבּר *nichbádh*, ἀξιόπιστος, εὐκλεὴς, ἐλλογιμώτατος. Gall. *Renommé, hanté.* Ital. *Famoso, celebre.* Germ. Berümpt/jůnem. Hisp. *Famoso, glorioso.* Angl. *well renowned, honorable, much haunted.* } Cic. *de Divin.* Nunquam illud oraculum tam celebre, tam clarum fuit. Idem *in Verrem.* Clarates est, tota Sicilia celeberrima atque notissima. Curtius *lib.* 9. Diardenes fluvius modùs celeber auditu est, qua per intima Indiæ currit.

*Quique vinus celebres nostra sub mœnibus urbis*
*Prætubere manu.*

Ovid. 13. *Metam.* Idem Cic. *in eundem.* Cum in foto celeberrimo tanta frequentia hoc tibi objectum esset. Idem *pro Pompeio*, Portus celeberrimus & plenissimus navium. *Ad Heren.* Locus quæritur celebris ad declarandum, Celeberrimus ante aliquis, vel inante aliqua. Plin. *lib.* 24. *cap.* 19. & *lib.* 8. *cap.* 5. Dies celeberrimus, id est, honoratissimus. Cic. *de Amicit.* Hoc tamen verè licet dicere. P. Scipioni ex multis diebus, quos in vita celeberrimos, lætissimósque viderit, illum diem clarissimum fuisse, quum Senatu dimisso, domum reducbat ad vesperam est. Celeberrimus vir, pro Multorum sermone comprobatus. Hermogenianus *in l. sives pupillarii. ff. de admin. tutor.* Si res pupillaris incursu latronum perierit: vel argentarius, cui tutor pecuniam dederit, quum tutelæ celeberrimus, solidum reddere non possit, nihil eo nomine tutor præstare cogitur. ¶ Item Celebris, pro celer, velox. Mart. *Epig.* 5. *lib.* 8. Celebris fuga, pro celeri. Et celeberrimus, pro Celerrimus. Varro *cap.* 20. *lib.* 1. *de re rust.* in editione Aldi.

Celĕbritās, Frequentia & hominum cœtus, concursus. { קהל *kâhal*, קדרת *kadhah*, πανήγυρις. Gall. *Assemblée de gens d'honneur, frequentation, grande assemblee d'hommes, & de femmes.* Ital. *La frequentatione.* Germ. Ein grosse menge und zusamlung der leuth. Hisp. *Compañia de hombres.* Angl. *a great resort, or a place.* } Cic. *ad Attic.* Odi celebritatem, fugio homines, lucem aspicere vix possum. Idem *pro domo sua*, Nullis unquam comitiis campus Martius tanta celebritate omnis generis hominum floruit. ¶ Interdum Celebritas significat nomen, honorem & famæ claritatem. { כבוד *chabodh*, שׁם *schémáh*. δόξα. Gall. *Bonne renommée, bon bruit, bonne reputation.* Ital. *La fama, il buon nome, l'honoranza.* Germ. Berümbter nam mit henlichem lob. Hisp. *Gloriosa fama.* Angl. *Renowme.* } Idem Cic. *pro Arch.* Hæc tanta famæ celebritate quum esset ablegatibus notus, Romam venit Quintus. Ante omnia futurus orator, cui in magna celebritate, & in media Republica vivendum est, assuescat à puero non formidare homines. Idem 3. *Offic.* Itaque nos, qui in maxima celebritate, atque in oculis quondam civium viximus, nunc fugimus conspectum sceleratorum hominum, &c.

Celĕberrimè, Adverbium. Sueton. *in Tiber.* Per noctes celeberrimè acclamatum est, redde Germanicum. Dictum ut crebertimè, apud Cicer. Sen. *contr.* 2. Rem dictam celeberrimè.

Celĕbro, as, Frequento. { התהלך *hithhallêch.* φοιτάω. Gall. *Frequenter & hanter.* Ital. *Celebrare, frequentare.* Germ. Embſig begehn. Hisp. *Hazer muchas vezes alguna cosa, o andar muchas vezes à un lugar.* Angl. *To haunt.* } Varro, Cui non tam cera erat, ut templa deorum, quàm ut popinas celebraret. Liv. *lib.* 6. *d.* 4. Celebrare dixit, & paulò antè frequentare, eodem sensu. Item, Celebratus frequentiâ Consul. Liv. *lib.* 4 *d.* 5. Cic. 3. *de Orat.* Qu. Mutii janua maximâ quotidie civium frequentiâ celebratur. Ovid. 4. *Metam.*

*Natades æquoreæ, summisque in montibus orta*
*Mille freta celebrant.*

¶ Est item Celebrare, idem quod prædicare, & illustrare. { שׂיח *schiscách*, הלל *hillêl.* ὑμνέω. Gall. *Solennizer par assemblée de gens, louer & faire estime.* Ital. *Honorare, inalzare.* Germ. Loben/ erheben machen / Ehren. Hisp. *Divulgar por fama y gloria.* Angl. *To make famous, to honour or worship.* } Cic. *pro Rab.* Hæc nuda laus est, quæ non poëtarum carminibus, non annalium monumentis celebratur, sed prudentium judicio expenditur. Ovid. *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.*

*Sique celebrari qualibet ore sinit*
*Iupiter.*

Item pro colere.

*Et parvam celebrare domum patriósque penates:*

(i. colere.) Idem *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.* Hinc celebrare laudibus, ἐπαινεῖν, ἀξίως, & virtutum celebritatem, ἐγκώμια διέρχεσθαι, ἐπαινεῖν dicimus. ¶ Celebrare ludos, est cum celebritate qua fam. ludos facere. Cic. 6. *Philipp.* Ludi Apollinares incredibili M. Bruti honore celebrati. Celebrat: convivia. Tibul. *lib.* 4.

*Impia nec sævis celebrant convivia mensis.*

Celebrare diem festum, est feriari. { ἀργέω. ἑορτάζω. } Idem in *Cat.*

Quapropter Quirites celebratores illos dies cum conjugibus & liberis vestris. Celebrate otiatus genus aliquod (i. frequenter uti.) Gell. *cap.* 13. *lib.* 13. Hæc citò celebrate, Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. (i. celeriter.) Vide *Celebris.* Sic, Celebrare manum furtis, dixit Plaut. apud Nonium *in Laternario V. L.* Vide Indicem *ad Vet. Poët. fragm.*

Celèbrĭfico, nis, verb. { ἀργέω. ὑμνέω. תהלה *tehillâh.* ἐγκώμιον. Angl. *A solemnisation, an assemblie or compagnie.* } celebrandi actus. Cic. *Ad Attic. lib.* 15. De celebratione ludorum Bruti tibi assentior. Plin. *lib.* 34. Quæ domus, quæ celebratio, quæ familiaris dignitas, quæ studia amicorum, quæ ex quoque ordine multitudo?

Celĕbrātus, nomen ex partic. { משׂובח *meschubbách*, נכבּר *nichbádh*. ἐξοχώτατος. Cicer. 4. *Phil.* Sero nec in rebus celebratissimis sermone omnium versari.

Celĕb, ălior, id est, celebrior. Ovid. 6. *Fast.*

——— *Nomine, quàm pretio celebratior arvi.*

Sueton. *in August. cap.* 18. Quòque Actiacæ victoriæ memoria celebrior & in posterum esset. Gell. *cap.* 2. *lib.* 7. Celebratissima commentaria.

Celĕbrĕsco, celebris fio. { ἐνδοξάζω. Angl. *To waxe famous or renowned.* } Accius. Et qualiscunque fama celebrescat tua. Ex Nonio.

Celegeri, Mœsiæ, quæ Pannoniæ jungitur, populi. Author Plin. *lib.* 4. *cap.* 36. *in descriptione Mœsiæ.*

Celĕndris, arum, oppidum Ciliciæ, cum portu ejusdem nominis, apud Strabonem *lib.* 14. & Pomponium Melam *lib.* 1. *in Cilicia descriptione.* Lucan. *lib.* 8.

——— *sequitur pars magna senatus*
*Ad profugum celeri acta ducem, parvisque Celendris,*
*Quo portu mittitque rates, recipitque Selinus.*

Celeia, Norici oppidum. Plin. *lib.* 4. *cap.* 24. Vulgò *Cilia.*

Cĕlĕr, is, Velox, incitatus, volucer. Unde & quis dicatur celer, Plaut. *in Rom.* { מהיר *mahir.* Gall. *Viste, soudain, leger.* Ital. *Presto, veloce.* Germ. Schnell/ geschwind / behend. Hisp. *Ligero.* Angl. *Quicke swift and spedie, nimble.* } Cic. *ad Octavium*, O miseram & in brevi tam celerem, & tam variam Reip. commutationem. Hor. *lib.* 1. *epist.*

*Oderunt hilarem tristes, tristemque jocosi,*
*Sedatum celeres, agilem gnavumque remissi.*

Cogitatione celer, Vellejus. Cursu celeri equi. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 3.

——— *celerémque sagittam.*

Tib. *lib.* 4.

——— *equum celeremve rotto compescere freno.*

¶ Hinc celerrimus, superlativum: pro quo vetustissimi dicebant Celerissimus. Manlius *in Iliade* apud Fulg. *Celerissimus advolat Hector.* Celeres dicebantur, milites CCC. quos Romulus ad custodiam corporis sui delegerat, à celeritate dicti, quòd pro belli necessitate, tum equites, tum pedites expediti pugnabant, *in l.* 2. *ff. de orig. jur.* Festus ait ita dictos fuisse olim Equites. Hæc celer. Liv. Andron. Ac celer hasta volans. Hæc celeris. Cæcil. Navis mea celeris est. Hic celeris. Cato, Satis celeris fis in tempore. Apud Priscian. *lib.* 7.

Celerĭpes

Cēlēritūcūlūs, ūm: Aliquantùm celer. {ANGL. *Somewhat swifte and quicke.*}

Cēlēro, as: Celeriter aliquid facio, celeritate utor. {מהר *mihér.* ταχύνω. GALL. *Hafter, avancer.* ITAL. *Far presto, affrettare.* GERM. Etwas schnell thun/ eylen. HISP. *Presto y ligeramente traer.* ANGL. *To haste, to spede.*} Virg. 9. *Æneid.*

*Tum celerare fugam, patriúque excedere suadet.*

Idem 8. *Æneid.*

*Rege iter inceptum celerant rumore secundo.*

¶ Hinc Accelero compositum: de quo suprà suo loco.

Cēlēritās, tis. Velocitas. {מהרות *meherâh.* ταχύτης. GALL. *Legereté, viteſſe, soudaineté.* ITAL. *Prestezza, velocità.* GERM. Schnelle/ Behendigkeit. HISP. *Ligereza.* ANGL. *Quickneſſe, spede, swiftneſſe.*} Cic. 7. *Ver.* Hæc centuripina navis erat incredibili celeritate. Idem 3. *Acad.* In pedibus celeritatem, in manibus vim ponebant. ¶ Celeritas in malis optima. Sophocles *in Antigone*, βαρείαι γὰρ ἀρώμεναι τὰ πολλὰ ταχεῖς: id est, Urgentibus malis celeritas optima est. Nihil enim molestius, quàm diu animo discruciari.

Cēlēritūdo, Celeritas. Varr. 3. *de re ruſtic.* Lucius Ælius putabat dictum leporem à celeritudine, quòd levipes esset. {ANGL. *Quickneſſe spede.*}

Cēlēripēs, edis, qui levis est pedibus. {ὠκύπους. GALL. *Leger du pied.* ITAL. *Velace.* GERM. Schnell zu fuß/ ringfertig. HISP. *Cosa que tiene ligeros los pies.* ANGL. *Light and nimble footed.*} Cic. *ad Attic. lib.* 9. Venit autem eo ipso die ille celeripes, quem Salvius dixerat.

Celeré, adverb. Diom. *lib.* 1. & Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Quàm citissimè potest, tam hoc celeté ac factum volo. Item Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Celeré, pro celeriter, subitò, properè. Celeré objectum negotium. Celeré subvent. Nævius apud Non.

Cēlērĭter, celerĭùs, celerrimè, adverb. Velociter. {מהרים *bimherâh.* ταχέως. GALL. *Viſtement, legerement, soudainement.* ITAL. *Velocemente.* GERM. Schnell/ flugs/ geschwind. HISP. *Prestamente, ligeramente.* ANGL. *Quickelie, swiftelie, spedelie.*} Cæsar *lib.* 5. *de bel. Gall.* Ille imperata celeriter fecerunt. Celeriter mihi hoc homine convento est opus. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Celeriter absumpsi (rem) inquit amator. *Ibid. sc.* 2. *a.* 4. Cic. *de finib.* Celeriméque multa simul agitantem.

Cēlērĭtĕr, idem quod celeriter. Accius apud Nonium, Sed quis est, qui matutinum cursum hoc celeranter capit.

Cēlērātim, aliud adverbium, pro celeriter. Sisen. *hist. lib.* 5. de eitat Nonius, Quo magis celeratim poterat in insidias suos disponit.

Celer, ἄκης, Romuli præfectus. Ovid. 4. *Fastorum.*

*Hæc Celer urget opus, quem Romulus ipse vocavit:*
*Sintque, Celer, cura dixerat ista tua.* Budæus.

Celerini, Citeriotis Hispaniæ populi sunt, supra Braccaras & Gronios, quorum ager Avo flumine irrigatur, ut radicat Ptolem. *lib.* 2. *cap.* 6. & Pomp. *lib.* 3.

Cēlētēs, κέλητες. Vocantur equi, qui ad cursum soli adhibentur, sine bigis, vel quadrigis. {ANGL. *Poſtes, horſes for running.*} Latinè dicuntur Desultorii, quòd ex his facilè desiliatur. Plin. *lib.* 34. *cap.* 5. videtur Celetas posuisse pro statuis equestribus. Equestres (inquit) statuæ Romanam celebrationem habent, otto sine dubio, à Græcis exemplo. Sed illi celetas tantùm dicebant in sacris victores: postea verò & qui bigis vel quadrigis vicissent. ¶ Celetes item dicebantur navigia actuaria, quæ unico remorum ordine agebantur. Latini Celoces appellabant. Gell. *lib.* 10. *cap.* 25.

Celetizontes, κελητίζοντες, à Græcis dicuntur equitantes, & equum celetem regentes. Qua voce usus est & Plin. *lib.* 34. *cap.* 8. Hegias (inquit) Minerva Pyrrúsque rex laudatur, & celetizontes pueri.

Celæthi, κέλαιθοι, populi Thesprotiæ, vicini Thessaliæ. Steph.

Celæna, locus Campaniæ Junoni sacer.

Celæthra, κέλαιθρα, urbs Bœotiæ, prope Aroen, à Celæthro quodam. Stephan.

Celeus, duarum syllabarum, κελεός. Rex erat Eleusinæ, pater Triptolemi, cui Ceres, quòd esset ab illo excepta hospitio, commonstravit omnem agriculturæ rationem. Hinc locus factus proverbio, Celei supellex, pro vili & rusticana supellectile. Virg. 1. *Georg.*

*Virgea præterea Celei vilisque supellex.*

Ovid. item *lib.* 4. *Fast.* Plaut. cum vocat Celionem: quasi, inquit, sui ellex Celionis.

Cēlēusmă, ἡ הידד *hodhâdh.* κέλευσμα. GALL. *Cry de pluſieurs personnes, chant des mariniers.* ITAL. *Crido unito di piu persone.* GERM. Das zusammen schreyen von mann einander ermant etwas zu thun. HISP. *Canto de marineros.* ANGL. *Assenting or crie of ſhipemen.*} Clamor nautarum & aliorum, quum uno aliquid jubente, omnes uniformiter respondent, quasi sibi invicem jubentes. Mart. *lib.* 3. *de piceis nautis:*

*Quorum per vada tarda navigantes*
*Lentos figitur ad celeusma remos.*

Deco clamore Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

*Quique refert pariter lentos ad pectora remos,*
*In numerum puſsa brachia verſat aqua.*

Cēlĕūstēs, celeustæ, masc. gen. κελευστής. qui remiges hortantur, quasi navigationis moderator: qui à Plauto Latinè Hortator appellatur, quòd ea hortamenta faciat, quæ verbo Græco Celeusmata dicuntur etiam à Latinis. Budæus.

Cellă, potus ex frumento confectus, qui Hispanis præcipuè in usu erat, sicut Cervisia Gallis. Plin. *lib.* 22. *cap. ult.* St. Flor. *lib.* 2. *cap.* 18. ¶ Est item Celia Apuliæ oppidum, in tractu Peucetiorum, non procul ab Egnatia, cujus meminit Strab. *lib.* 6. & Ptolem. *lib.* 3. *cap.* 12. Vulgò *Celia in terra de Barri.*

Celibaris, hasta est gladiatoris, quæ in capite mortui stetit, quâ in Græcia olim nova nupta sibi prius coronata caput comere, frontémque & capillos discriminare solebat, quòd inde fortes se viros, genitura nominaretur, aut quòd sponsi disciplinæ se subditam faceret. Vide Plutar. *in Problem.*

CēlĕX, dicta est, quòd in ea celentur, quæ esse volumus occulta. {אוצר *otsár.* GALL. *Celier, gardemanger, deſpenſe, chambre.* ITAL. *Cella, gardaroba, diſpenſa, camera.* GERM. Ein keller/ ein speysskammer. HISP. *La celda ò camara de bodega.* ANGL. *A buttrie, à ſtorehouſe.*} Græci ταμίειον dicunt, in qua res esculentæ, & poculentæ reponuntur: quamvis proprie οἰνοθήκη cella vinaria sit. Cic. *Att. lib.* 14. Atticam meam gratias mihi agere de matre gaudeo: cui quidem ego totam villam, cellámque tradidi. Capit autem cella significationem, pro ratione adjectivorum, quæ illi junguntur: ut, Cella vinaria, οἰνὼν: Cella olearia, ἐλαιὼν: Cella farinaria, Cella pomaria, Cella lignaria, Cella caseraria. Denique omnis locus, in quo quid reponitur, Cella dicitur. Cic. *de Senect.* Semper enim boni assiduique domini referta est cella vinaria, olearia, mellaria, & pomaria. Plaut. *in Amph.* Inde quasi è promptuaria cella depromat ad flagrum. Suet. *in Calig. cap.* 37. Cella palatina Artemisis tacta de cœlo. Sen. *cap.* 8. *de Tranquill.* Cella laxior, &c. Cellas refregit omnes, reclusitque armarium. Plaut. *Capt. sc.* 3. *a.* 4. Terent. *in Adelph.* Nam me in cellam aliquam cum illa concludam. Virg. item 4. *Georg.* favorum cavernas, Cellas vocavit, quum ait:

——— *distendunt nectare cellas.*

κυτάρους. ¶ Item loca in quibus lavamur, aut ungimur in balneis, Cellæ dicuntur. Unde Caldariam cellam, frigidariam, & tepidariam dicimus. ¶ Cella item pars templi erat sacratior, in quam ingredi cuivis fas non erat, ἄδυτον. Unde apud Gell. legitur, Scriptonem in Capitolium sæpè venisse, jussisseque cellam Jovis aperiri, ibique solum demoratum fuisse. Liv. *lib.* 3. In cella Jovis Optimi Maximi habitaret exul.

Cellŭlă, æ, diminutivum à cella. {τὸ μικρὸν ταμεῖον, οἰκίσκος. ANGL. *A litle butrie.*} Ter. *in Eunuch.* Quum in cellulam ad te patris penum omne congerebam clanculum. Col. *lib.* 8. *cap.* 9. Receptacula non tanquam columbis luculamenta, vel cellulæ cavæ efficiuntur.

Cellārĭă, locus ubi conditur vinum. {אוצר יין *otsár yaîn.* GALL. *Celier.* ITAL. *Cantina, cavena del vino.* GERM. Ein weyntkeller. HISP. *Cilla para vino.* ANGL. *A celler.*} Plaut. *in Milit.* Ego ejiciar cellaria. ¶ Et cellaria, מכורת *sechéneth. rapin.* Homero: quæ præest cellæ. Plaut. *in Milit.* Jamprudem quia mihi abstulerit, succenset cellariæ. {GALL. *L'eſſenſiere, qui a la charge du boire & du manger.* ITAL. *Donna che guarda la diſpenſa.* GERM. Ein kellerin. HISP. *Deſpenſera, botillera.*}

Cellārĭus, & cellerarius, qui in cella præpositus est penui promendo, vel condendo. {מכן *sechen. rapin.* GALL. *Deſpenſier, maiſtre d'hoſtel, qui a la charge du boire & du manger.* ITAL. *Prepoſto alla menſa, diſpenſiere.* GERM. Ein kellermeister/ speysmeister. HISP. *El cillero, botillero.* ANGL. *Ye ſteward, that ruleth the celler.*} Col. *lib.* 4. *cap.* 1. Ut cibus & potus sine fraude à cellariis præbeatur. Plaut. *in Capt. sc.* 1. *a.* 4. Prome quodvis, te facio cellarium. ¶ Hunc etiam Promum condum appellant. Idem *in Pseud.* Promus & condus satis procurator peni. Auson. Promúsque quàm condus magis. Cellarius tardus: Interpres Persii *satyr.* 6.

Cellārĭum, ii, Cella, repositorium. {בית אוצר *asam, otsár. rapin.* GALL. *Celier.* ITAL. *Repoſtiglio.* GERM. Ein keller oder speysskammer. HISP. *Cilla.* ANGL. *A buttrie, a cellar.*} Videtur eâ figurâ dici, quâ Granarium. ¶ Hanc & Cellam promptuariam, seu Promptuarium appellant, in quo conduntur, & ex quo promuntur ad victum necessaria. Plin. *lib.* 36. *cap.* 25. Quorum agri quoque minorem modum obtinuêre, quàm istorum cellaria. Item & Penarium, & Penaria, seu Penuaria cella, à penu nuncupatur. Cic. *in Verr.* M. Cato sapiens cellam penuariam Reipublicæ nostræ, nutricem plebis Romanæ, Siciliam nominavit. Hujus diminutivum est Cellariolum.

Cellāris, e, adjectivum, ἐκ ταμείου: ut, Columbi cellares. Col. *lib.* 8. *cap.* 8. Hæc eadem ratione palumbos, columbósque cellares pinguissimos facere contingit.

Celliotæ, ministri interioris conclavis Imperatoris ac Despotarum: ‖ item Monachi. Gloss. gr. b. Meursii. ‖

Celmus, κέλμος, Nuntius fuit Jovis, quem & parvulus adhuc Jupiter plurimùm amavit. Cæterùm quum aliquando mortalem esse Jovem dixisset, Jupiter injuriæ memor, quum expulso Saturno rerum jam potiretur, in adamantem lapidem commutavit illum. Ovid. 4. *Met.*

*Te quoque nunc adamas quondam fidiſſime parvo*
*Celme Jovi.*

Ab hoc ductum Adagium, Celmus in ferro, κέλμος ἐν σιδήρῳ. Dicì consuevit de iis, qui præter modum suis fiderent viribus, tanquam in expugnabiles invictique cæteris.

Cēllo, is, sine diphthongo, antiquissimis in usu fuit pro cedo: nunc compositis tantùm utimur, Excello, & Præcello, quæ significant Excedo, & antecedo. Vide in dictione *Cello.*

Cēlo, as: Abscondo, clàm habeo, {עלם *kalâm.* סתר *sethâr.* כסה *chiſſâh.* κρύπτω, καταπρύπτω. GALL. *Cacher, tenir ſecret.* ITAL. *Aſcondere, coprire.* GERM. Verbergen/ heimlich halten/ verhelen. HISP. *Encubrir, ò eſconder.* ANGL. *To hide, to keep cloſe and ſecret.*} Non potest celare, rem novit probè. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 4. Celo sedulò omnes ne sciant. Idem *Aul. sc.* 2. *a.* 1. Quod celatum atque occultatum usque adhuc. *Ibid. sc.* 5. *a.* 1. Cur hæc celata me sunt? Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Construitur modò cum uno dumtaxat accus. Cic. 1. *de natura deor.* Nec tu me celas, ut Pythagoras solebat alienos. Lactant. *lib.* 5. Utrùmne profitebitur fugitivum se, vel pestilentem domum vendere, an celabit emptorem? ¶ Modò cum duobus. Plaut. *in Bacch.* Ædepol, fecisti furtum ætati malum, quum isthæc flagitia me celavisti, & patrem. Eodem modo Græci κατακρύπτομαί τι τὸ ἀπό τινος. ¶ Interdum loco unius accusativi habet dativum. Terent. *in Phormione.* Si hoc celetur patri, in metu sum. ¶ Modò cum ablativo, mediante præpositione. Cic. *Verbatio*, Sed Bussus nostet me de hoc libro celavit. ¶ At quum passivè ponitur res, sive persona, quam quis aliquem celavit, ponitur in nominativo. Terent. *in Eunucho*, Ubi est, diu celari non potest.

Cēlātŭs, partic. Occultatus, Absconsus. {מכסה נעלם *neʕelâm mechuſſéh.* κατακεκρυμμένος. GALL. *Caché, celé.* ITAL. *Naſcoſto.* GERM. Verborgen. HISP. *Eſcondido, encubrido.* ANGL. *Hidde, ſecrete, cloſe.*} Terent. *in Andr.* Ibi tum exanimatus Pamphilus bene dissimula

dissimulatorum amorem & celatum indicat. Cicer. *pro Cluentio.* Non est profectò de illo veneno celata mater : nihil est ab Oppiano sine consilio mulieris cogitatum.

**Cēlātim**, adverb. Clàm, occultè. { בסתר *beſether.* κρύφα. GALL. *Secrettement, couvertement, à cachette.* ITAL. *Secretamente, celatamente.* GERM. Verborgenlich / heimlicher weyß. HISP. *Escondidamente.* ANGL. *Secretlie, quietlie.* Gell. *lib.* 12. *cap.* 15. Silennum citans *lib.* 6. *Historiarum*, Quàm maximè celatim poterat, in solidum duo disponit.

¶ **Celoces**, naves quas Græci κέλητας vocant, i. e. veloces, biremes vel triremes, agiles, & ad ministerium classis aptæ. Ennius *lib.* 7. *Ann.* *Labitur uncta carina per æquora salsa celoces.* Lege *celoces.* Ibid. ¶

**Cēlŏx**, Navigii exigui genus fuit, quod uno remorum ordine agebatur, à celeritate nomen habens. { κέλης, κελάδων. ANGL. *A brigantine.* } Plaut. *in Asin. sc.* 1. *a.* 2. Quò hanc celocem constrami? Apul. *lib. de Republ.* Qui celocem regere nequit, onerariam petit. Eam Rhodii invenerunt. Unde onustam Celocem te agere prædicem? Idem Plaut. *Pseud sc.* 2. *a.* 5. vide Gell. *lib.* 10. *cap.* 25. Isidor. *lib.* 19. *cap.* 1.

**Celocenses**, populi sunt citerioris Hispaniæ, apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 3.

**Celsus**, Plagiarius fuit Horatii temporibus, qui veterum poëtarum scripta suppilabat : quem sic notat *lib.* 2. *Epist.* ad Julium Florum scribens,

*Quid mihi Celsus agit monitus, multúmque monendus*
*Privatas ut quærat opes, & tangere vitet*
*Scripta Palatinus quæcumque recepit Apollo :*
*Ne si fortè suas repetitum venerit olim*
*Grex avium plumas, moveat cornicula risum*
*Furtivis nudata coloribus.*

¶ Fuit & Cornelius Celsus, variæ eruditionis nomine à Quintiliano commendatus, qui & Rhetoricam multo quàm antea diligentiùs explicavit, & de re militari diligentissimè scripsit, nullúmque penè disciplinæ genus intactum reliquit : ex quibus ad nostra tempora nihil pervenit præter octo elegantissimos de re medica libros, qui omnium manibus teruntur. ¶ Fuêre etiam duo Celsi Juris scientia commendatissimi, Pater & Filius : Pater Trajano & Hadriano magno in pretio fuit. Filius consulatum bis gessit, libróque Digestorum 39. Institutionum 20. Epistolarum 13. reliquit, ut tradit Bertrandus Præses Tolos. *de Iurisperitis lib.* 1. *pag.* 55.

**Celsus**, a, um, Altus, sublimis, excellens, elatus, excelsus. { רם *ram*, גבוה *ghabóah.* ὑψηλὸς. GALL. *Haut, esleué.* ITAL. *Alto, sublime, excellente.* GERM. Hoch. HISP. *Cosa alta.* ANGL. *High.* } Plin. *lib.* 13. *cap.* 28. Firmiores, celsiorésque infantes fore. Cic. 2. *de nat. deor.* Quæ primùm eos humo excitatos, celsos, & rectos constituit. Deduci autem quidam volunt hoc nomen à Cello, antiquo verbo. Festus à Græco κέλης, quòd qui equo vehuntur, sublimes sint.

**Celsĭtūdo**, inis, pro excellentia. { רום *marom*, רמה *ramáh.* ὑψος. GALL. *Hauteur, esleuement.* ITAL. *Eccellenza, grandezza d'animo.* GERM. Hochheit. HISP. *Alteza à grandeza de animo.* ANGL. *Highnesse, excellentie.* } Valla *in Herodoto.*

**Celsĭtūdĭ**, ātis, Altitudo, excelsitas, elatio, ὑψος. Cic. *in Officiis*, Celsitas animi, & magnitudo.

**Celtæ**, κέλται, populi Galliæ Comatæ, inter Garumnam & Sequanam fluvios, ita dicti à Celto Polyphemi filio, si Appiano credimus, Pomponius Mela *lib.* 3. Populorum Comatæ Galliæ tria summa nominaque sunt : terminantúrque fluviis ingentibus. Nam à Pyrenæo ad Garumnam, Aquitania ; ab eo ad Sequanam, Celtæ, inde ad Rhenum pertinent Belgæ. ¶ A Celtis etiam Celtiberi Hispaniæ populi originem traxisse creduntur, qui quum venissent ad Iberum Hispaniæ fluvium, ibique consedissent, assumpto ad nomen suum fluvii nomine, juxta quem consederant, Celtiberi, κελτίβηρες dicti sunt : & regio eorum Celtiberia, vulgò *Aragon.* Lucan. *lib.* 3.

*——— profugique à gente vetusta*
*Gallorum Celtæ miscentes nomen Iberi.*

¶ Celtæ, in veteri inscript. apud Brisson. *in form.* Malleolo, aut celtæ literatus silex.

**Celtĭbĕrĭcŭs**, a, um, κελτιβηρικός. Nomen possessivum : ut, Bellum Celtibericum.

**Celtĭcē**, oppidum est Hispaniæ Bæticæ, in conventu Hispalensi, ut scribit Plin. *lib.* 3. *cap.* 1.

**Celtĭcē**, κελτικὴ, tertia pars Galliæ Comatæ, inter Sequanam & Garumnam fluvios sita. Plin. *lib.* 4. *cap.* 17. Gallia, inquit, Comata uno nomine appellata in tria populorum genera dividitur, amnibus maximè distincta. A Scalde ad Sequanam, Belgica ; ab eo ad Garumnam, Celtica, eadémque Lugdunensis. Inde ad Pyrenæi montis excursum Aquitania Armorica antè dicta.

**Celtĭcum**, promontorium est Hispaniæ citerioris in Gallicorum tractu in Oceanum, Occidentem versùs, quàm longissimè excurrens : idem cum eo, quod Ptolemæus Nerium, & Vulgus nautarum hodie *Finem terræ* appellat. Vide Pomp. Melam *lib.* 3.

**Celtis**, est arbor insignis, magnitudine pyri, in Africa, & potissimùm circa Syrtes nascens, quæ Lotos appellatur, λωτὸς. Incisuræ in foliis crebriores, alioqui ilicis viderentur : fructui magnitudo fabæ, color croci. Tam dulcis ibi cibus est, ut nomen etiam genti terræque dederit. Siquidem Lotophagi nominantur. Plin. *lib.* 13. *cap.* 17. Loti sylvestris inodori genus, cui flores lutei sunt, specie columbarum ingluviem repræsentantes. { ANGL. *Achefill.* }

**Celydrus**, lege *Chelydrus.*

**Cema**, Narbonensis provinciæ fluvius, ex Alpium monte Cemeno profusus. Plin. *lib.* 3. *cap.* 4.

**Cemeliarcha** est quem vulgò Sacristam appellamus, inde Cemelion est vas aureum, sive velum, & quicquid est in vestiario ( id est, cubiculo ) pretiosum.

¶ **Cemelion**, vas aureum, seu velum pretiosum servandis vasis templi. Cerda. ¶ ¶ Est & oppidum Ligusticæ, non procul à portu Herculis Monœci : cujus meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 5.

**Cēmēnŭs**, κέμμενον ὄρος, mons Narbonensis Galliæ, non procul à Varo fluvio, ex quo Cema amnis profunditur : unde & monti nomen factum videtur. Vide Plin. *lib.* 3. *cap.* 4.

**Cēmŭs**, εμὸς. Herba est apud Plin. *cap.* 27. *lib.* 8. cujus descriptionem se ideireo prætermittere ait, quòd foliis in anatomiis usum habeat. Dioscor. *lib.* 4. eandem esse ostendit cum Leontopodio. ¶ Cemus autem videtur appellata ex floris sive calycis figura, quoniam pyxidicula Athenis ita nominabatur, per quam suffragia in subjectum vasculum, quod Cadiscum vocabant, demitti consueverant. Vide Rutil. *lib.* 3. *cap.* 130.

**Cenchreæ**, arum, κεγχρεαὶ. Portus est Corinthiorum, ad sinum Saronicum, quemadmodum Lechæ alter portus ad sinum Crissæum, sive Corinthiacum. Spatium autem inter duos hosce portus medium, Isthmus appellatur. Plin. *cap.* 4. *lib.* 4. Angustiæ, unde procedit Peloponnesus, Isthmos appellatur. In eo loco irrumpentia e diverso, quæ dicta sunt maria, omnem ibi latitudinem vocant, donec contrario incursu æquorum ruentium, in quinque M. pass. intervallo, exesis utrinque lateribus, angusta cervice Peloponnesum contingat Hellas. Corinthiacus hinc, illinc Saronicus apellatur sinus. Lechæ hinc, Cenchreæ illinc angustiarum termini longo & ancipiti navium ambitu, quas magnitudo plaustris transvehi prohibet. Ovid. *Ex.* 9. *lib.* 1.

*Illa Corinthiacâ primùm mihi cognita Cenchreâ.*

**Cenchramides**, κεγχραμίδες. Ficorum grana, ita dicta à mili similitudine, quod Græci κέγχρον vocant. Plin. *lib.* 15. *cap.* 19. frumenta appellat. Ficis mollis omnibus tactus : maturis frumenta intus.

**Cēnchrĭs**, idis, κεγχρὶς. Avis ex accipitrum genere, quam Aristotel. *lib.* 6. *de Animal.* solam ex adunco genere, quaterna, & eo plura ova parere dicit. Plin. *lib.* 29. *cap.* 6. Tututis fimus albugines extenuat : item cochlearum cinis, fimus cenchridis. Dicta Cenchris, quasi miliaria : Latini à tinnitu vocis Tinniculum appellant. ¶ Est item Cenchris serpens maculis plenus, Thebano marmori similis. Lucanus *lib.* 9.

*Et semper recto lapsurus limite cenchris,*
*Pluribus ille notis variatam tingitur alvum.*

Plin. *lib.* 20. *cap.* 22. Serpillum adversùs serpentes efficax, maximè cenchrin, & scolopendras.

**Cēnchrītēs**, κεγχρίτης. Gemmæ species, quæ veluti sparsis milii granis distincta videtur. Plin. *lib.* 37. *cap.* 11.

**Cenchrius**, κεγχρίος. Fluvius est Ioniæ non procul ab Epheso, lucum Ortygiam irrigans, ubi Latona Dianam & Apollinem creditur peperisse. Tacit. *lib.* 3. de Ephesiorum legationibus ad Senatum missis. Primum, inquit, omnium Ephesii adiêre, memorantes, non ut vulgus crederet, Dianam atque Apollinem Delo genitos, esse apud se Cenchrium amnem, lucum Ortygiam, ubi Latonam partu gravidam, & oleæ, quæ tum etiam manat, adnisam, edidisse numina, deorúmque monitu sacratum nemus.

**Cenchrōn**, Adamantis genus est, quod sit milii magnitudine. κέγχρος enim milium dicitur. Plin. *lib.* 37. *cap.* 4.

**Cenæum**, vide *Caneum.* Cenæus, vide *Caneus.*

**Cenina**, Latii oppidum fuit à Romulo deletum : cujus meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 5. rectiùs Cœnina.

**Cenodoxia**, κενοδοξία, inanis gloria : κενοδόξως, inani gloria duci : κενοδόξος, gloriæ avidus. { GALL. *Presomptueux, vain.* } ex Nazianz. & Chrysost.

¶ **Cenoma**, vacuum. Tertull. ¶

**Cenomani**, κενομανοὶ, fuerunt populi Galliæ Cisalpinæ, teste Plin. *lib.* 3. *cap.* 19. quorum caput Brixia fuit. ¶ Sunt etiam Galliæ Celticæ populi, Andegavis finitimi : quorum etiam meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 18. Vulgò, *les Manceaux* : & regio ipsa Cenomania. Vulgò *Le Maine.*

**Cēnŏtăphĭum**, { κενοτάφιον. GALL. *Une representation de sepulchre, un sepulchre où il n'y a rien dedans, mais seulement fait de monstre.* ITAL. *Sepolchro, avello, deposito vacuo.* GERM. Ein lähr grab. HISP. *Sepulchro vazio y vano.* ANGL. *An heer sett upon à solemne buriall.* } Vacuum sepulchrum ; κενὸς enim vacuus dicitur, & τάφος sepulchrum : à *Sépeo* sepelire. Est enim ut capsa, quæ ponitur in templo in exequiis mortuorum. Virg. 3. *Æneid.* describit Cenotaphium sic :

*Solemnes tum fortè dapes, & tristia dona*
*Libabat cineri Andromache, manesque vocabat*
*Hectoreum ad tumulum, viridi quem cespite inanem,*
*Et geminas, causam lachrymis, sacraverat aras.*

Quo loco Servius tumulum inanem cenotaphium esse dicit. Cenotaphiorum autem usum adinvenit superstitiosa veterum opinio, qui credebant defunctorum animas, si honore sepulcri careant, Stygiam paludem tranare non posse. Unde à sacerdotibus inventum est exequiarum genus, quod Terræ injectionem vocabant : ut etiam iis, qui naufragio perissent, aut quorum corpora haberi non possent, Justa persolverentur. Tumultum itaque ex cespitibus, aut alia materia congerebant, ubi absente defuncti cadavere, tanquam præsente, solenni quodam ritu exequiæ peragebantur. Hujusmodi autem sepulchrum, in quod nullæ illatæ erant reliquiæ, Cenotaphium, hoc est, inane sepulchrum vocabatur. Suetonius honorarium tumulum appellat *in Claudio.* Cæterùm, inquit, exercitus honorarium tumulum excitavit, circa quem deinceps statis die quotannis miles decurreret, Gallias úmque civitates publicè supplicarent. Quibus verbis significat, cenotaphium Druso in Germania exstructum, quum corpus ejus Romam devectum esset. Sic vocari possunt hodie funerum expositorum imagines, quas *representationes* in anniversariis exequiis vocamus. Budæus. Ulpianus *l. vel quod, ff. de religiosis & sumptibus fun.* Si adhuc monumentum ( inquit ) purum est, poterit quis hoc & vendere, & donare : si cenotaphium sit, posse hoc vænire dicendum est ; nec enim hoc esse religiosum D. vi fratres rescripserunt. Similiter definitur *in l. monumentum* 42. *D. dicto tit.*

**Cēnsĕō**, es, ui, um, Existimo, puto, arbitror. { חשב *chasháb*, יחד *dan*, חשב *chas.* ἡγέομαι, νομίζω. GALL. *Penser, estimer, opiner, estre d'advis.* ITAL. *Stimare, pensare, giudicare.* GERM. Schetzen achten / meinen. HISP. *Estimar, juzgar ò pensar.* ANGL. *To thing esteme judge.* } Terent. *in Eun. act.* Censent posse me obsistere, &c. Liv. *lib.* 6. *bell*

*Pun*

*Pun.* Censent eò venturum obviam Pœnum. Omnes ciuædos esse censes tu, quia es? Plaut. *Men. fc. 2. a. 3.* Censetur hoc verbum Græcæ linguæ origine. Gell. *cap.* 13. *lib.* 19. Auscultemus quid agat. Sanè censeo. Plaut. *Curc. fc. 2. a. 2. & Pœnul. fc. 2. a. 2.* Non præcepit & censuit, sed suasit. Gell. *cap. 29. lib.* 2. Esse herilem concubinam censui, i. putavi. Plaut. *Merc. fc. 6. a. 2.* Lex & plebiscitum centesimæ rogationis nomine. Gell. *cap.* 20. *lib.* 10. Vos qui potestis vestra ope censeriæ, i. divites. Plaut. *Capt. prologo.* Censari sanguine, & censeri laude. Juvenal. *Satyr.* 8. Quæcunque centuriatis, i. suffragiis vestris jusseritis. Liv. *lib.* 34. Quo quisque censetur, i. in pretio habetur. Senec. *Epist.* 77. & *Epist.* 88. Virtus suo ære censetur. Censendum magis quàm assentiendum. Suet. *Aug. cap.* 35. Lex censui censendo. Livius *lib.* 3. *d.* 3. Item constituere, deliberare, sententiam dicere. Διαψηφίζεσθαι *pro plebe.* Nam senator censet, quum sententiam dicit de eo, quod sibi videtur: assentitur, quum alicujus approbat. Cic. *in Catil.* Quid senatus censuerit, exponam. Idem *pro Flacco*, Cujus patrem armis pellendum à suis mœnibus censuissent. ¶ Item Censere, succensere significat. Varr. Ne vobis censeam, si ad me referretis. ¶ Est item Censere, facultates æstimare, & in censum redigere: quod quinto quoque anno Censores Romæ facere solebant. Cic. 3. *de Legib.* Censores populi ærvitates, soboles, familias, pecuniásque censento. ¶ Item censere sua bona, idem est aliquando, quod profiteri apud Censores. Idem *pro Flacco.* In qua tribu denique ista prædia censuisti? loquitur enim non de Censore, qui censere civium facultates solebat: sed de Deciano quodam, qui apud Censorem, quum census ageretur, sua prædia profitebatur. ¶ Et etiam Censeor deponens, idem significans quod profiteri, & sua bona censere. Idem *ibidem.* Verùm esto: gloriosus fuit: voluit magnum agri numerum censeri. Et *paulò pòst.* Census es præterea numeratæ pecuniæ centum tria millia, &c. Census es mancipii Amyntæ. *Ibidem*, Ac primò pertimui quum te audissem servos suos esse censum. ¶ Composita à Censeo sunt, Accenseo, Percenseo, Recenseo, Succenseo.

Cēnsŭus, adject. ut Censui agti, qui emi & venire jure civili poterant. Festus.

Censio, nis, Castigatio. { עֹנֶשׁ *honesch.* סכסוך *michsâk.* ריענש. Gall. *Punition & reformation, estimation & taxe.* Ital. *Castigazione, correttione.* Germ. Ein straff. Hisp. *Castigamiento y corregimiento.* Angl. *Chastisement, punishmen.*} Unde censionem facere dicebantur Censores, quum mulctam cuipiam irrogabant, vel equitem equum adimebant, vel senatorem senatu movebant, vel quemptam ex plebe ærarium faciebant. Plaut. *in Rud.* Assume quidem, ne censionem semper facias. Censio Servii Tullii. Gellius *cap.* 28. *lib.* 10. Censio hastaria vocabatur, quum militi mulctæ nomine, ob delictum militare indicebatur ut hastas daret.

Cēnsĭtĭo, nis, idem est quod census impositio. Spartianus *in Nigro*: Idem Palæstinis rogantibus, ut eorum censitio levaretur, idcirco quòd esset gravata, respondit: Vos terras vestras levari censitione vultis, ego verò etiam æerem vestrum censere vellem.

Censitor, is, verb. ab antiquo verbo *Censio, is*, quartæ declinationis, idem quod censor. Ulp. *in l. forma. §. illam æquitatem. ff. de censib.* Illam æquitatem debet admittere censitor, ut officio ejus congruat.

Censitores, agrimensores. Hesychius enim censitorem explicat Geometram. Vetus inscriptio, quam profert Meurtius in Glossario Græco-barbaro. Q. HERD. L. F. POL. RUF. LOLLIANO. GENTIANO, AUGR. COS. PROCOS. ASIÆ. CENSITORI PROV. LUGD.

Cēnsor, is, qui censuram gerit, præfectus morum. { מתכן *methachchén*, מתקן *metthakkén*, מכירת *mechiaf*, ספר *sophér.* ἠθοποιός. Gall. *Censeur, un reformateur de mœurs & de la police.* Ital. *Censore, corregitore.* Germ. Ein scharpffer ein straffer. Hisp. *El juez de los censos y costumbres, corregidor.* Angl. *A reformer, or corrector of manners.*} Censores magistri morum erant, à censendo, i. arbitrando dicti, quòd illis summum arbitrium esset de civium moribus castigandis. Vel à censu, quòd quinto quoque anno populi Romani censum agerent. Varr. Censor ad cujus cognitionem, i. arbitrium census deferretur populus. Cic. 3. *de leg. ex Lege xij. tab.* Censores populi ærvitates, soboles, familias, pecuniásque censento: urbis templa, vias, aquas, ærarium, vectigalia tuento. Fest. Censores dicti, quòd quisque tanti sua æstimaret, quantum illi censuissent: quod non absurdum videtur, quia & rerum & morum censores erant. Unde Plut. *in Æmilio*, Censura maximæ omnium magistratuum reverentiæ, plurimæ potestatis, tum in aliis rebus, tum maximè ad morum emendationem. Nam senatores è senatu removere potest, equitibus equos adimere, ex plebeis ærarios facere, notare infamia, censum agere, lustrum condere. Erant autem duo Censores, qui quinto quoque anno creabantur. Vide autem Titum Livium *lib.* 4. *d.* 1. ubi docet, Censores ab agendo populi censu nomen fuisse sortitos. Censores non erant Collegæ Consulum: Gell. *cap.* 14. *lib.* 13. Censores jurare cogebant, an uxorem liberorum quærendorum causâ quis haberet. Idem *cap.* 3. *lib.* 4. Censor principem senatus legebat. Idem *cap.* 10. *lib.* 4. Censorum erat officium, & censorium opus, ne ager, aut equus negligeretur. Idem *cap.* 12. *lib.* 4. Censores obesis equos adimebant. Idem *cap.* 22. *lib.* 7. De Censorum officio, vide Plut. *in Cat.* & Cens. *in Paul. Æmilio.*

Cēnsōrĭus, ad hominem relatum, cum significat, qui aliquando censurâ fuerit functus, ἀποληλυθώς, quemadmodum Consularem, & Prætorium vocamus, qui aliquando aut Consulatum gesserit, aut Prætoram. Cic. 2. *de Orat.* Quid enim poterit dicere? Consulatum se esse hominem & Censorium? Et *paulò pòst*, Id autem committere, vide quàm homini Censorio conveniat. ¶ Dicitur de aliis rebus omnibus quæ ad Censores pertinent, quæque Censorum sunt. Censorium dictum, quod est censoris, seu quod ad censorem pertinet: & Censoria virgula. Quint. *lib.* 1. *cap.* 5. Veteres Grammatici non vetus modò censoria quadam virgula notare: sed & libros, qui viderentur falsò inscripti, tanquam subditicios submovere familia permiserunt sibi. ¶ Censorium non est. Cic. *pro Lucul.* Hominum delectum fortunæ judicio committere, minimè censorium est. ¶ Censoriæ vestes dicebantur, quibus Censores merito uti pollent, *ingenuæ togatæ.* ¶ Censoriam virgulam tritissimam est ab eruditis appellari judicandi authoritatem, præsertim cum supercilio, à magistratu Romano sumptum. Censoria nota summoveri à Rep. Velleius, Censori edicti verba. Gell. *cap.* 11. *lib.* 15. Censoriæ notiones, i. judicia. Idem *cap.* 18. *lib.* 17. Opus censorium fecisse (i. rem animadversione & ignominia dignam. Idem *cap.* 7. *lib.* 2. & apertiùs *cap.* 12. *lib.* 4. Item, Opere censorio notari. Suet. *in Cæs. cap.* 4.

Cēnsūrā, æ, Censoris dignitas, sicut à Prætore Prætura. { שׁוחרת *tochichath.* τιμητικὴ ἀρχή, τιμητία. Gall. *Reformation, censure, l'office d'un censeur.* Ital. *Dignità di Censore. Censura, reprehensione.* Germ. Das ampt deß scherpffens oder straffens. Hisp. *La judicatura de aquel Censor, correg imiento.* Angl. *The office of the Censour, reformation.* } Plin. *lib.* 14. *cap.* 4. Catonum ille primus, triumpho & censura super cætera insignis. Liv. *lib.* 4. *ab Urbe*, Alios magistratus annuos esse, quinquennalem Censuram gravem esse. Accipitur interdum pro severitate, correctione, decreto & lege. Plin. *in Paneg.* Nam vita principis censura est, eaque perpetua: ad hanc dirigimur, & ad hanc convertimur. Apud Græcos censuræ genus, δοκιμασία. De Censuræ dignitate. Plut. *in Paulo Æmilio, & in Cat. Censor. & in Flamin.* & ibidem de Censorum officio. Velleius, Censura vivorum difficilis (i. de auctoribus viris judicium.) Quint. Censuram maledicendi subire. Ovid. 5. *Fast.*

——— *Censuram longa senecta dabat* (i. jus castigandi.)

¶ Censura pro censu, i. e. numero. Plin. in censura nuncupari, ἐγγραφῆναι. Casaub. *exerc. ad Baron.* ‖

Cēnsŭs, us. { מכסה *michsâh*, מכס *meches.* τίμημα. Gall. *Taxe & estimation, revenu, rente.* Ital. *Censo, intrata, rendita, tributo.* Germ. Schatzung die man einem nach seinem angezeigten gut auferlegt/ Steur. Hisp. *Pecha, censo.* Angl. *A cessing, valuing, a subsidie, or yarlie revenewes.* } Dicebatur æstimatio rerum & bonorum facta, secundùm quam tributa pendebantur. Unde, Censum agere, est recensere hominum facultates. Liv. 1. *ab urb.* Censum instituit, rem salubertimam tanto futuro imperio. Lex censui censendo. Liv. *lib.* 3. *d.* 5. ¶ Legem censui censendo dicere, pro censu agendo æstimandisque civium fortunis & facultatibus, dixit Liv. *lib.* 43. Legem censui censendo dicturos esse, ut præter, &c. Cic. *pro Flacco*, Illud quæro, sintne ista prædia censui censendo. ¶ Censui censendo bona esse dicebantur, quæ mancipi erant, & modis jure civili institutis acquisita. Cic. *pro Flac.* Illud quæro, sintne ista prædia censui censendo? habeant jus civile? sint mancipi? subsignari apud ærarium, apud Censorem possint? ¶ Census item, annuus redditus, & quicquid fortunarum quis habet, ἰσία, τιμητὸν. Juvenalis,

*Protinus ad censum, de moribus ultima fiet*
*Quæstio.*

Cic. 2. *de leg. ib.* A quo iterum funerum sumptus præfinitur ex censibus, à minis quinque usque ad minam: unde qui centum millia æris in professionem detulissent, Censi dicebantur: Census equestris constabat ex sestertiis quadringentis. In Censum patris deferebatur filius. Quint. *declam.* 278. Census edere. Suet. *in Calig. cap.* 38. Numero ex censu constituto dare servos ad remum. Liv. *lib.* 34. Domus vel censu parva, vel ortu. Ovid. *Heleg.* 2. *lib.* 1. *Trist.*

*Finge sed immensis censibus esse pares.*

Idem *Eleg.* 7. *lib.* 3. *Trist. & Eleg.* 5. *lib.* 4. ¶ Census capere, pro capere pignora. Plaut. *in Menach.* Qui nisi adsint cùm citentur, census capiant illicò. ‖ ¶ Census animæ, origo. Tertul. ‖

Censa, pro Census. Cic. *de consulatu suo.*

*Quorum luxuries fortunæ censa peredit.*

Nonius.

Cēnsŭs, a, um, significat id, quod in censum est relatum. { τιμητέος. Angl. *Cessed, valued, taxed.* Gall. *Taxé, qui a baillé son denombrement pour la taxe.* } Cic. *pro Arc.* Illis temporibus nulla populi pars est censa. Idem *in Verrem*, Te prætore Sicilia censa denuò est. Idem *de Orat.* Quæritur de eo qui domini voluntate census sit, si lustrum conditum non sit, sitne liber? ¶ Censi etiam illi appellabantur, qui centum millia H-S. in bonis habebant, qui à Jurisconsultis appellantur Centenarii. Vide *Centenarius.*

Censŭālis, e. Ulp. *l. forma, ff. de censib.* Forma censuali cavetur, ut agri sic in censum referantur. Vincula censualia. Idem *eod. l. §. si quis inquil.* Si quis inquilinum, vel colonum non fuerit professus, vinculis censualibus tenetur. ‖ ¶ Censualis ager, censui obnoxius. Censuales qui operam suam accommodabant magistro census, & acta senatus conficiebant. Buleng. Censualis contractus, &c. ‖

Cēntaurēă, æ, sive centaurion, ii, κενταύριον Dioscor. Herba est, quæ à Chirone Centauro nomen accepit, qui ea curatus dicitur, quum Herculis hospitis suarum pertractans, sagitta decidisset in pedem. Ejus duo sunt genera, major, & minus. Majoris radix, quæ sola in usu est, in Officinis pro Rheo Pontico magno errone ostenditur. { Gall. *Centaure ou erremée.* Ital. *Rempontico.* Germ. Tausend gulden kraut. Hisp. *Reupontico.*} Minus verò Centaurion (quod à Plinio *Cetaurion lepton* dicitur, & à nonnullis *Libanotis*, propterea quòd rigua amet loca) etiam hodie in officinis nomen retinet: tametsi à quibusdam *Febrifugia*, & *Fel terræ* dicitur. { Gall. *Fiel de terre.* Ital. *Biondella.* Hisp. *Hiel de tierra.* } Virg. 4. *Georg.* Centaureum appellavit,

*Centaurumque thymum, & gravelentia Centaurea.*

Lucret.

*At contra terra absinthi natura ferique.*
*Centauri.*

Ubi *ferum* propter amaritudinem indomitam vocavit. Vide Plin. *lib.* 25. *cap.* 6.

Centaurus, Galata quidam fuit, qui Antiocho rege occiso, equo ejus potitus, cum ovans conscendit. Quod ille indigne ferens, præceps in abrupta desiit, utáque cum sessore est examinatus, ut ex Philarchi sententia refert Plin. *lib.* 8. *cap.* 42.

Cēntaurĭs, Primo tertia est centauri species, cognomento Trioreches, eo quòd qui eam ferat, à trioreche accipitrum genere dicatur impugnari. Hæc Plin. *lib.* 25. *cap.* 6.

Cēntaūri, Κένταυροι, Thessaliæ populi, secus Pelion montem habitantes,

tes, qui primi equos domare, & ex iis pugnare cœperunt: quo factum est ut à vicinis populis primum conip. ti, membra partim humana, partim equina habuisse crederentur. De horum origine sic fabulantur poëtæ, Ixionem à Jove deorum immortalium mensæ adhibitum, Junonis amore captum fuisse, eámque de stupro interpellasse. Quod quum illa viro suo indicasset, Jovem Ixioni nubem subjecisse in uxoris imaginem transformatam, eámque Ixionem pro Junone compressisse, & ex ea Centauros generasse: qui inde Nubigenæ dicti sunt. Cui fabulæ ansam præbuisse videtur castellum nomine Νεφέλη, Centaurorum sedes: νεφέλη enim Latine nubem sonat. Hi quum in nuptiis Pirithoi vino madentes sponsam rapere conarentur, à Theseo & Lapithis partim cæsi, partim in fugam acti sunt. ¶ Unde locus factus Adagio, Mens non mesti Centauris, Οὐ κένταυροι τὸν νοῦν ἔχουσιν. In vecordes & stultos dicebatur, & qui conarentur, quod effici non posset. Adagium à Diogeniano refertur, iisque convenire putat in contentiosos & alieni appetentes, propterea quòd Centauris exitium attulerit rerum alienarum appetentia. Iidem & Hippocentauri dicti sunt, quòd equis insidentes, boves cæstris agitatas, stimulis ad recta revocarint. Est enim κεντεῖν, stimulare & pungere. Centaurorum nomina, qui magis insignes fuerunt, hæc sunt: Chiron, Eurytus, Amycus, Gryneus, Rhœtus, Arœus, Lycidas, Medon, Pisenor, Caumas, Mermeros, Pholus. Hic Herculem suscepisse dicitur hospitio. Lucan. *lib.* 6.

*Hospes & Alcida magni Pholo.*

¶ Est etiam Centaurus navis nomen apud Virg. 5. *Æneid.* Centauro, inquit, invehitur magna. Hinc adject. Centaureus & Centauricus. Horat. 1. *Carm. Ode* 18.

*At, ne quis modici transiliat munera libri.*
*Centaurea monet cum Lapithis rixa super mero*
*Debellata.*

Statius *lib.* 2. *Achil.*

*Mox iterum campos, iterum Centaurica reddam*
*Lustra tibi.*

Cēntaūrus, Κένταυρος. Fluvius Ætoliæ est, qui priùs Evenus dicebatur, post Messi Centauri mortem ab Hercule interfecti, à poëtis Centaurus vocitatus.

Cēntenārius, Centenus, Centesimus, Centesimare, Centiceps, Centimanus: vide *Centum*.

Cēntifŏlia, rosæ genus, in Campania potissimùm proveniens: à foliorum multitudine ita appellatum, de quo vide Plin. *lib.* 21. *cap.* 4.

Cēntigrānum, genus tritici, dictum quòd ferat centum grana. Plin. *lib.* 18. *cap.* 10.

Centinodia, vide *Polygonon*.

Centinum, Κένιον. Umbriæ oppidum, apud Ptol. *lib.* 3. *cap.* 1. Alii Sentinum scribunt per s, quibus etiam Plin. suffragatur, qui in Umbriæ descriptione Sentinatium meminit.

Cēntipēda, vermis est pilosus, multis pedibus arcuatim serpens, ab aliquibus *Multipeda*, ab aliis *Millepeda* dictus, ἰουλος. Differt à scolopendra, quæ & minor est, & perniciosior, neque arcuatim serpens. Author Plin. *lib.* 29. *cap.* 6.

Centipellio, nis. Plin. *lib.* 28. *cap.* 9. *de Cervis.* Testes quoque ejus inveterati, vel genitale maris, salutariter dantur in vino: item ventres qui centipelliones vocantur.

Cēntipēs, piscis est alio nomine Scolopendra dictus, ἰουλίσκος, dicitur à terrestris scolopendræ similitudine. Hic hamo devorato, omnia interanea evomit, donec hamum egerat: deinde resorbet. Author Plin. *lib.* 9. *cap.* 43.

Cēntō, nis, velum laneum, lana, aut tormento confertum, qualibus olim in bello uti solebant, ad machinas obtegendas, ne tormentorum missilibus perfringerentur. { חמת *belejim.* εἴντα, ἐνίοτε, ῥάσσαμα. GALL. *Une chose faite de pieces ramassées, amas de plusieurs pieces & morceaux.* ITA. *Schiavina.* GERM. Ein wollene zusamen gebette decke/ oder fürhang. HISP. *Vestidura à ebra de remiendos.* ANGL. *Abapharlat, à coverie covering of diverses shreds.* } Cæs. Centonesque insuper injecerunt, ne aut tela tormenta missa contabulationem perfringerent, aut saxa in catapultis latentium discuterent. Sisen. *lib.* 3. *Hist.* Aceto maledictis centonibus integuntur. ¶ Quidam centonem capiunt pro Stragulo genere, quod cubantibus insterni solet. Cato *de re rust. cap.* 10. & 11. Culcitras octo, instragula octo, pulvinos sexdecim, operimenta decem, mappas tres, centones pueris sex. Similiter & Macrobius dum scropham sub centonibus jacêre scribit, rusticum stragulum esse declarat. Fieri autem centones constat ex pannis diversorum colorum, vel lanis in unum condensatis atque consutis. ¶ Unde ad earum similitudinem, Centonem vocant carminis genus, ex diversis carminum fragmentis, hinc atque illinc accersitis, contextum, quasique consutum: Græci κέντρωνα vocant. ¶ Extant adhuc Homerocentones, Ὁμηροκέντρωνες: & Virgilliocentones à Proba Falconia consuti: item alii ab Ausonio, qui etiam centonum legem præscripsit his verbis. Varijs (inquit) de locis, sensibúsque diversis quædam carminis structura in unum solidatur versum, ut coëant, aut cæsi duo, aut unus, aut sequens cum medio: nam duos junctim locare ineptum est. ¶ Unde proverbialiter dicimus farcire centones. Plaut. *Epid.* Quid tu, inquit, alium quæras, cui centones farcias? id est, quem tu glorioſis mendaciis & consarcinatis fabulamentis expleas. } ¶ Centonarii, qui Centones conficiebant. } ¶ Centonarium opus, quod constat è centonibus. Tertull.

Centūncŭlus, dim. à Cento, pro vili ac sordido stragulo, ἐντερόστρωτον. Seneca *lib.* 12. *epist.* 81. Diurnum accipit, in centunculo dormit. ¶ Accipitur & pro villoti operimenti genere, quod clitellis substerni solet. Liv. 7. *ab Urbe.* Multis strata detrahi jubet, binis tantùm centunculis relictis. Apul. *Apol.* 1. Mimi centunculo uti. ¶ Centunculus item, teste Dioscor. à Romanis vocatur herba, quam Græci *Cnaphalion*, & *Chamæcelum* vocant. ¶ Ratio nominis tracta videtur à molli foliorum lanugine, qua ad infarciendos centones tonueri inopia suppleri posset. Vide Dioscor. *lib.* 3. *cap.* 112. Plin. autem *lib.* 24. *cap.* 15. Author est, Centunculum Italis appellatum fuisse tertium clematidis genus, rostratus foliis, ad similitudinem capitis pendulum jacens in arvis.

Centonalis, rustà sylvestris, apud Dioscor. *lib.* 3. *cap.* 51.

Centonicum, id est, Absynthium marinum: Dioscor. *lib.* 3. *cap.* 26.

Centrones, populi sunt qui inter Alpinas gentes commorantur. Plin. *lib.* 3. *cap.* 20.

Cēntrum, Latinè punctum in sphæra, orbe, aut circulo medium, à quo lineæ rectæ ad extremitatem ductæ inter se sunt æquales. } קרב *kerob.* κέντρον. GALL. *Centre, le point ou milieu d'une chose ronde.* ITAL. & HISP. *Centro.* GERM. Ein mittel punct. ANGL. *The midde point in around thing.* } Apuleius *in Cosmographia*: Cardinem, inquit, mundi (sic enim dixerim centrum) habet tellus. Cic. 1. *Tusc.* Persuadent enim Mathematici terram in medio mundo sitam ad universi cœli complexum, quasi puncti instar obtinere, quod Centrum illi vocant. Centra in marmore, sunt quidam veluti duriores nodi, ad clavi similitudinem, inimica serris, qui in intima etiam lignorum parte inveniuntur. Plin. *lib.* 16. *c.* 39. ¶ Inveniuntur & in quibusdam arboribus, sicut in marmore, centra, id est duritia clavo similis, inimica serris. Et quædam sorte accidunt, lapide tecepto, aut comprehenso in corpus, aut alterius arboris tamo. ¶ Est item Centron crystalli quoddam vitium, durũ & fragile, quod & salem appellant. Plin. *lib.* 37. *c.* 2. Infestantur crystalli plurimis vitiis, scabro, ferrugine, maculosa nube, occulta aliquando vomica, præduro fragilique centro, & tale appellato. } Centrus, κέντρος, est cedrus apud recentiores Græcos, quibus ῥ vale t δ. Meurs. in Gloss. gr. b.}

Cēntrālis, adjectivum, κεντρικός. Plin. *lib.* 2. Quindecies & pluribus fuberit, quàm terra centralis interveniat.

Cēntrōsus, a, um, κεντρώδης: ut, Centrosa scrobs, id est, limatura admodum dura, veluti centrum quod in marmore, vel junipero invenitur. Plin. *lib.* 37. *cap.* 7. Adulterantur vitro simillimæ, sed cote deprehenduntur, sicut aliæ gemmæ factitiæ: molliot enim materia & fragilis, & centrosa scrobe deprehenditur, & pondere, quod minus est, vitreis aliquando pustulis argenti modo relucentibus.

Cēntum, nomen numerale, is indeclinabile. } מאה *meah.* ἑκατόν. GAL. *Cent.* ITAL. *Cento.* GERM. Hundert. HISP. *Ciento.* ANGL. *An hundred.* } Cic. *pro Mil.* Hi centum dies penes accusatorem quum fuissent, ab eo ipso accusatore producti sunt. ¶ Accipitur aliquando Centum indefinitè pro pluribus. Sic centum greges, apud Horat. 1. *Carm. Ode* 16. & Centum juvenci, apud eundem *lib. Epod.* Centum puer artium, 4. *Carm.* Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

*——— Centum taurorum sanguine fuso.*

Plaut. *Pseud. sc.* 3. *n.* 2. Centum doctùm hominum consilia vincit fortuna. Compositæ tamen variantur, ut Ducenti, æ, a, Trecenti, Quadringenti, Quingenti, Sexcenti, Septingenti, Octingenti, Noningenti.

Cēntiēs, adverb. } ἑκατοντάκις. GALL. *Cent fois.* ITAL. *Cento volte.* GERM. Hundert mahl. HISP. *Cien vezes.* ANGL. *An hundred tymes.* } ut, Dixi ut caveres centies. Plaut. *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Quin centies eadem imperem. Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Siquidem centies eadem visa sit. Idem *Merc. sc.* 2. *a.* 2. & Senec. *c.* 8. *de consol. ad Helv* Centies n-s. Centies circumspicere priùs quàm, &c. Plaut. *Rud.* Centies n-s. reliquit. Cic. 1. *Phil.* Ducenties, Trecenties, Quadringenties, Quingenties, Sexcenties, Septingenties, Octingenties, Noningenties.

Cēntēnārius, } ἑκατοντούτης. GALL. *De cent ans, de cent livres, ou telles choses.* ITAL. *Di cento anni, di cento libre, & cose simili.* GERM. Das von hundert iahren/ von hundert pfund/ jahr vnnd dergleichen andere. Ein Centner, HISP. *Cosa de numero de ciento.* ANGL. *Of an hundred yeares in age. of an hundred poundweight, and sicklike.* } Et similia in *arius*, denotant non multiplicationem sui, sed numerum aliarum rerum, quæ non nominantur: ut, Lapis centenarius, non quòd centuplus sit, sed centum librarum. Homo centenarius, non quòd sit centum geminus, sed quòd habeat centum annos. Centenarius numerus gregum. Varr. 2. *de re rust. cap.* 1. Ἑκατοντάς τις ἀριθμός. ¶ Centenariæ cœnæ dicebantur, in quibus lege Licinia non plus centussibus, hoc est, centum assibus impendebatur, qui erant nummi breves ex ære. Festus. ¶ Centenarii item illi dicuntur à Jureconsultis qui centum millia H-s. possident, qui à veteribus, ut ait Asconius, diecbantur Censi. } Centenariũm, κεντηνάριον, τετρημόριον παρὰ Σύροις. Suid. Maxima turris cujus Constantinopolitanæ etiam vocabatur κεντηνάριον. Vide Gloss. gr. b. Meurs. ¶ Est item numi genus. Item turris cujus magnæ L. gr. b. Item numerus centum.} Centenaria Curia, constans centum Senatoribus. Bud.

Cēntēnŭs, a, um, { ἑκατοντούτης. GALL. *De cent.* ITAL. *Di cento.* GERM. Das zu hundert gehört. HISP. *Cada un ciento.* ANGL. *Of and hundred.* } Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Jecur maximæ vetustatis patiens, centenis durare annis obsidionum exempla prodidêre, hoc est, centum. Idem *lib.* 33. *cap.* 10. Non erat apud antiquos numerus ultra centum, millia: itaque & hodie multiplicantur hæc, ut decies centena millia, aut sæpiùs dicantur. Virg. 10. *Æneid.*

*Is gravis Auletes centenaque arbore flectum*
*Verberat assurgens,* hoc est, centum ingentibus remis.

Cēntēsĭmus, a, um. Proprie ordinis numerus est, significans postremum, vel unum ex centenario. } ἑκατοστός. GALL. *Centiesme.* ITAL. *Centesimo, cento per uno.* GERM. Der hundertste. HISP. *Ciento puesto en orden.* ANGL. *The hundreth.* } Plaut. *in Milit.* Haud centesimam partem dixi: neque otium si sit, possem exprimere. Idem *Capt. sc.* 3. *n.* 2. Me haud centesimam partem laudas. Interdum multiplicandi vim habet, & pro centuplo accipitur: ut quum dicimus, Centesimum fructum ager attulit, hoc est, centies tantum quantum sementis acceperat. ¶ Centesima fruges, Plin. *lib.* 5. *cap.* 4. Ita appellatur regio cet. m. passuum fertilitatis eximiæ, cum centesima fruge agricolæ fœnus reddente terra. ¶ Centesimas Calendas, Jurisconsulti vocant centesimũ mensem: unde Centesimis Calendis aliquid dare, hoc est, intra annos octo, & menses quatuor id annotavit. Alciat. *in Parerg.*

Cēntēsĭmă, æ, genus usuræ, quæ centesimo mense explet sortem, utpotè quum centum librarũ fors singulis mensibus libram unam usuræ parit, hoc est, duodecim libras singulis annis. { ἑκατοστή. GALL. *douze pour cent.* } Vide Bud. *de Asse.* Cic. *ad Attic. lib.* 1. Nam à Cæcilio propinqui minore centesima nummum morte non possunt. Plin. *Epist.* 105. Proinde prima quaque occasione mutue, appositis quidem usuris, quas ego (non possum parcius) centesimas computabo.

¶ Centesimæ

¶ Centesimæ secessio, pro ea, quam in redigenda pecunia coactores exigunt. Cic. *pro Rabirio*. Non intelligo hoc quate sit: utrum accessionem decumæ, ut nostri ferè coactores solent, centesima an decessionem de summa fecerit. Cato *in c. de olea prudentis lege*, Qui oleam emerit, amplius quàm quanti emerit, omnis pecuniæ centesima accedit.

Cēntēsimārĕ & Decimare exercitū, castrensia verba sunt, pro eo quod est, centesimum, vel decimum militem supplicio afficere. Solebant enim Imperatores, quū gravius quidpiam milites deliquissent, eam moderationem adhibere, ut neque universum exercitum decernerent, neque facilitate veniæ alios ad similia invitarent. Convocatis itaque universis, centesimum, aut (si videretur) decimum quemque sorte proditum secuti præcutiebant, cæterósque liberabant. Julius Capitolinus *in Macrino*, Et cùm seditiones militares pararentur, multos sæpiùs decumavit, aliquando etiam centesimavit: quod verbum proprium ipsius erat, cùm se clementem diceret, quando eos centesimaret, qui digni essent decumatione atque centesimatione.

‖ Centgravii, Centenarii, in antiquis Romanorum legibus. Cujac. ‖

Cēntĭceps, pitis, qui centum habet capita. {ἑκατογκέφαλος. Gall. *Qui a cent testes*. Ital. *Di cento capi*. Germ. Hundertköpfig / der hundert heupter hat. Hisp. *Cosa que tiene cien cabeças*. Angl. *That hath an hundred heades*.} Horat. 2. *Carm. Ode* 13.

——— *illis carminibus stupens*
*Demittit atras bellua centiceps*
*Aures*.

Cēntĭmănŭs, qui centum habet manus. {ἑκατόγχειρ. Gall. *Qui a cent mains*. Ital. *Di cento mani*. Germ. Der hundert hand hatt. Hisp. *El que tiene cien manos*. Angl. *That hath an hundred handes*.} Qualem fuisse Briareum gigantem tradunt Poëtæ? Virg. 6. *Æneid*. Ovid. 3. *Metam*.

*Nec quæ centimanum dejecerat igne Typhœa*
*Centimanus Gyges*.

Horat. 2. *Carm*.

*Testis mearum centimanus Gyges*
*Sententiarum*.

& Ovid. *Eleg*. 7. *lib*. 4. *Trist*.

Cēntŭmvĭri, Judices centum Romæ, qui de causis quibusdam privatis cognoscebant & judicabant: ut de usucapionibus, tutelis, gentilitatibus, agnationibus, testamentis, &c. {*Cent personnes ou plus, qui anciennement à Rome jugeoient des causes civiles*. Ital. *Il magistrato di cento huomini*. Germ. Hunden vnd fünff richter vor zeyten zu Rom. Hisp. *Collegio era en Roma de cien varones*. Angl. *An hundred judges that judged of certane civill causes in Rom*.} Nam quum essent Romæ triginta quinque Tribus, quæ & Curiæ sunt dictæ, terni ex singulis tribubus sunt electi ad judicandum, & Centumviri appellati: qui licèt quinque supra centum fuerint, tamen quò facilius nominarentur, Centumviri dicti sunt. Festus. Cic. *pro Cecin*. Et hoc loco Scævolam dixisti, causam apud Centumviros non tenuisse. Idem 1. *de Orat*. Quid qua de re inter Marcellos & Claudios patritios Centumviri judicarunt.

Cēntŭmvĭrālis, e, quod ad centumviros pertinet: ut Judicium centumvirale. Cic. 1. *de Orat*. Quid quod item in centumvirali judicio certatum accepimus? Centumvirales causæ, Centumviralia judicia, & Centumviralis hasta, &c. Centumviralium partes in duas hastas divisæ. Quintil. Centumviralium hastam cogere decemviros. Sueton. *in Augus*. *cap*. 36.

Cēntuplex, icis, {ἑκατονταπλάσιος. Gall. *Centuple, ou cent fois double*. Ital. *A cento doppi*. Germ. Hundertfeltig. Hisp. *Ciento tanto*. Angl. *An hundreth folde*. Plaut. *in Persa*. Hæc nisi inde abierit, centuplex mutus rebus servandis parvus est.

Cēntuplĭcātò, adverb. {ἐπ' ἑκατόν, ἑκατονταπλασίως. Gall. *Cent fois autant, ou cent fois au double*. Ital. *Radoppiato ciento volte*. Germ. Doppelt hundertfeltig. Hisp. *Cien vezes tanto*. Angl. *A hundreth folde double*.} Plin. *lib*. 6. *cap*. 23. Quæ apud nos centuplicatò vocantur.

Cēntuplŭs, a, um, idem quod Centuplex.

Cēntŭssis, pecuniæ genus fuit apud Romanos, centum asses, seu (quod in idem recidit) quadraginta valens sestertios. Persius, Et centum Græcos curto centussit licetur. ¶ Centussis, pro centusse, id est, assibus centum. Varr. apud Gell. *lib*. 15. *cap*. 19. Nunc qui illum norunt, volunt emere millibus centum: te qui novit nemo centussis.

Cēntumcăpĭta, ἑκατονκέφαλος, ἑκατονταπλέφαλος. Herba est ex aculeatarum genere, quæ alio nomine Eryngo alba, sive Eryngium dicitur, ἠρύγγιον, caule & radice cibos à Græcis recepta. Plin. *lib*. 22. *cap*. 8.

Cēntumpōndium, pro immani pondere legitur, etiamsi centum pondo excedat. Plaut. *in Asin*. *sc*. 2. *a*. 2. Ad pedes quando alligatus es. Passer. ita legit: Ad pedes quando adjectum est æquum centumpondium. Supra in *Æquum*. Æquum centumpondium. Cato *cap*. 13. Cellas duas, trutinam unam, centumpondium incertum unum; & pondera certa.

Cēntūncŭlus, vide *Cento*.

Cēntŭrĭa, numerus Centum, {ἑκατονταπλάσιος, τάξις ἑκατόνταρχος. Gall. *Centaine, bande de cent hommes*. Ital. *Compagnia di cent huomini*. Germ. Ein rott hundert krieg leut. Hisp. *Compañia de cien hombres armados*. Angl. *A companie contenin; and hundred men*.} In te militari centum continet homines, qui sub uno Centurione sunt, quorum centenarius justus est numerus. Cic. 2. *de Divin*. Primùm vide ne in eum dixerint, qui rogator centuriæ fuisset. ¶ Centuriæ in agris, dicebantur ducenta jugera. Centuria à Centum jugeribus vocabatur: sed mox duplicata nomen retinuit, inquit Columel. *lib*. 6. Sicut Tribus dictæ, primùm à patribus populi tripartitò divisi, quæ tamen nunc multiplicatæ, priscum nomen possident. Varr. *lib*. *de ling*. *Lat*. 4. Gell. *cap*. 4. *lib*. 16. In legione sunt Centuriæ sexaginta, manipuli triginta, cohortes decem.

Centuria, vocabulum centuriis, ut ait Siculus Flaccus, ex eo datum est, quum aoriqui Romani agrum ex hoste captum victori populo per bina jugera partiri sunt, centenis hominibus ducentena jugera dederunt, & ex hoc facto centuria jure appellata est.

Cēntŭrĭo, dicitur qui centum peditibus præcit. {סר מאורת *sar meóth*. ἑκατόνταρχος, πεντηκοντάρχης. Gall. *Centenier, ayant sous soy & en sa charge cent hommes d'armes*. Ital. *Centuriono, capitano di cento soldati*. Germ. Hauptman vber hundert fußtnecht. Hisp. *Capitan de cien hombres armados*. Angl. *A centurion, a capitane of an hundred men*. {Cic. *pro Marcello*. Nihil sibi ex ista laude Centurio, nihil Præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit. In exercitu autem nules centurioni, Centurio Tribuno, Tribunus, Legato, Legatus Consuli obediebat: sed seorsum Magister equitum fori Dictatori obtemperabat. ¶ Centurio autem primæ cohortis dicebatur primipilus, teste Plin. Centuriones primorum ordinum. Cæs. 1. *de bell*. *civ*. Veteres quum viderent commisso prælio, acies facilè turbari, ut hoc incommodum evitarent, cohortes in centurias divisere, & singulis centuriis singulos centuriones præfecerunt, qui primò Centuriones vocabantur, quemadmodum Decuriones Decurioni. Cohortes in exercitu decem erant in singulis legionibus, sed prima, quæ reliquas & numero militum & dignitate præcedebat, Aquilam habebat, quod præcipuum erat signum Romanorum. Centuriones hujus cohortis cæteris centurionibus dignriores habebantur. Prima Centuria Primipilum vocabatur, quòd eitea signa gravis armaturæ constituta erat. Centurio ipse, Primipili centurio dicebatur, & Primipilus: Centurio primipili fuste percussus est. Velleius. Hic non modò Aquilæ præerat, sed quatuor centurias, hoc est, quadringentos milites in prima acie gubernabat: & tanquam princeps totius legionis merita consequebatur & commoda. Veget. *lib*. 2. *de re mil*. *cap*. 18. Primipili munus honestissimum fuit, nam & ipsi Tribuni sæpè illud appetebant, ut tradit Liv. *lib*. 7. P. Salonius alternis propè annis & Tribunus militum, & primus Centurio erat, quem nunc Primipilum appellant. Mart.

*Grata pudens meriti tulerit quum præmia pili*.

Cēntŭrio, as, in centurias distribuo, refero. {κατατάττω, κατοργάω, κατάγω. Gall. *Mettre par centaines, distribuer par bandes*. Ital. *Ordinare soldati di cento à cento*. Germ. Solche rotten ordnen deren ein jede hundert personen halt. Hisp. *Ordenar los hombres armados de ciento, en ciento*. Angl. *To distribute and putin bandes of an hundred, to hundred*.} Cic. *ad Quirites post red*. Ego quum homines in tribunali Aurelio palàm conscribi, centuriarique vidissem. Ager centuriatus, qui in ducenta jugera definitus erat. Romulus enim centenis civibus ducenta jugera distribuit. Et milites Centuriati, qui in Centurias ordinabantur. πεζοπορέω. Liv. *lib*. 29. Scipio postquam in Siciliam trajecit, voluntarios milites ordinavit centuriarique. Centuriatæ cohortes subsidio missæ. Cæs. *lib*. 1. *de bel*. *civ*. De comitiis centuriatis, vide Gell. *cap*. 28. *lib*. 15. Item, Miles pulchrè centuriatus est expuncto in manipulo. Plaut. *Cure*. *sc*. 4. *a*. 4.) id est, circumscriptus & deceptus.) Pseudolus mihi centuriata habuit capitis comitia. Idem *Pseud*. *sc*. 7. *a*. 4. ¶ Centuriata comitia, ut Asconius scribit, dicuntur, quum ab omni sexu & ætate ferrent suffragium: dicta Centuriata, quòd populus per centurias divisus suffragia ferebat. Hæc in campo fiebant Martio, & omnium fuerunt maxima, itaque maximus Comitiatus pro centuriatis comitiis sæpe apud Ciceronem dicitur. Hinc Succenturio, à quo Succenturiati, dicuntur milites non primæ, sed secundæ centuriæ, ubi ad insidiandum maximè collocabantur. Unde Succenturiatus dicitur, quasi in insidiis positus. Terent. *in Pherm*. Nunc prior adito tu, ego in insidiis ero hic succenturiatus, Si quid deficies. Propriè autem Succenturiare significat explendæ centuriæ gratia militum numerum supplere, vel in locum occisorum, vel exauthoratorum militum, alios substituere. Gellius *cap*. 8. *lib*. 15. eleganter ad cibos transtulit, quum in locum ciborum qui auferuntur, alii statim substituuntur.

Cēntŭrĭātŭs, us, nomen, Dignitas & officium centurionis, ἑκατονταρχία. Cic. *pro lege Manil*. Quem enim possumus Imperatorem aliquo in numero putare, cujus in exercitu vacuerint centuriatus, atque vænierint? Liv. 2. *bel Pun*. Ubi ad decuriatum, ac centuriatum convenisset eos. Cic. *in Pison*. Quid centuriatus palàm venditos?

Centŭrĭātim, per Centurias. {Κατὰ τάξεις, καθ' ἑκατὸν, ἑκατονταδικῶς. Gall. *Par centaines*. Ital. *Per centenaia, à cento à cento*. Germ. Von einer rott weiche hundert halt zu der anderen / Dutch die rotten. Hisp. *De batalla en batalla*. Angl. *In handreths hundreth by hundreth*.} Quemadmodum Tributim, per tribus. Cic. *pro Flacco*. Distributis partibus tributim, & centuriatim descriptis ordinibus, classibus, ætatibus. ¶ Item centuriatim, abundanter significat & copiosè. Pomp. *Prosilulo*, Continuò ad te centuriatim current, qui panem petent. Ex Nonio.

Centŭrĭōnātus, ab antiquis dicebatur, teste Festo, qui postea Centurio appellatus est: sicut Curionus, & Decurionus, qui nunc Curio & Decurio nuncupantur.

Centuripe, es, sive Centuripæ, κεντορίπη Ptolemæo, Oppidum est Siciliæ sub Ætna monte, Symæthо fluvio, & Catanæ urbi proximum, ut tradit Strabo *lib*. 6. ¶ Hinc centuripini populi, quorum meminit Plin. *lib*. 3. *cap*. 8. Et Crocum Centuripinum, apud eundem *lib*. 21. *cap*. 8. Vulgò *Centorbe*.

Centussis, vide *Centum*.

Cepæa, Plinio herba est similis portulacæ, nigriore radice, sed inutili, nascens in littoribus arenosis, gustu amara.

Cepe, sive Cepa, Vide *Cepa*.

Cepina, æ, locus cepis consitus, vel ipsarum cepарum uno in loco consitarum multitudo. Col. Sed cepina vel sæpiùs, certè non minùs debet quàm quater sarriri.

‖ Cephalades, cephalotæ, capitanei: cephalicum, capitaneatus. L. gr. b. ‖

Cephalalgia, {κεφαλαλγία. Gall. *Douleur de teste, Migraine, & autres*. Angl. *Griefe or doulour of the te head*.} Generale nomen est ad omnes capitis dolores, continétque sub se Hemicraniam, Cephalæam & similes.

Cephalas, κεφάλαι, promontorium altum & sylvosum majoris Syrtis initium. Strab. *lib*. *ult*.

Cephaledium

Cephalœdium Strab. Cephalœdis Plin. Oppidum est Siciliæ, non procul ab Himeto fluvio. Vide Plin. *lib.* 3. *cap.* 8. & Strab. *lib.* 6. Vulgò *Cifalu.*

Cephaloetum, κεφαλοήτιον, Colchicæ regionis populi. Author Plin. *lib.* 6. *cap.* 5. in descriptione regionis *Colchicæ.*

Cephălæa, } κεφαλαία. Angl. *A long deseas of the head.* } Diuturnus, & inveteratus capitis dolor, à sono, splendore, vel odore vehementiore, & nonnunquam à mensæ potu proveniens. Differt ab hemicrania, quòd ea dimidiam tantùm capitis partem infestet; Cephalæa totum caput occupet. Plin. *lib.* 20. *cap.* 13. Lenit autem capitis dolores ruta pota cum vino, aut cum aceto & tosacco illita. Si verò sit cephalæa, cum farina hordeacea, vel aceto. Sed & Celsus Cephalæam cautum quoddam pestilénsque malum appellat.

Cephalene, κεφαλλὴν, vel Cephalenia, κεφαλληνία, cum e longo post l, Insula Ionii maris, à Cephalo Amphitryonis socio: vel à Cephalo Deionei filio dicta. De hac Strab. *lib.* 10. Non dubitavere plerique Cephalenian eandem, & Dolichium appellare, & Taphium. Alii Taphios & Cephalenios eosdem dixêre Teleboas, & adversùs illos Amphitryonem exercitum ductasse, assumpto socio Deionei filio Cephalo, ex Athenis profugo. Insulâ deinde Amphitryonem potitum, eam Cephalo tradidisse, ab eóque nomen habuisse insulam. Hinc populi Cephalenes, κεφαλλῆνες, qui Ulyssem ad bellum Trojanum sequuti sunt, ut est videre apud Hom. *in Catalogo navium.*

‖ Cephalicus, a, um, κεφαλικὸς, ἡ, ὸν, capitalis, ad caput pertinens. ‖ Cephalicum, emplastrum sic dictum, quòd capiti facto convenit. Celsus *lib.* 10.

Cephaline, linguæ portio, cui gustus potentia inest.

Cēphălocerūlē, κεφαλοκερύλη, vermis qui in foliis perbei involvitur.

Cēphălōs, Daphnoides apud Dioscor. *lib.* 4. *cap.* 149.

Cephaloros, Thymus apud Dioscor. *lib.* 2. *cap.* 14.

Cephalœdis, Siciliæ fluvius, cujus meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 8. in descriptione Siciliæ. Hodie *Cephaledum.*

Cēphălus, κέφαλος, Æoli filius, sive (ut alii tradunt) Deionei & Æoli nepos. Plaut. *Amph.* Summa regem virtute bellica illis (Taphiis) præfeci Cephalum magni Deionei filium. Hic Procrin Erichthei, vel secundum Servium, Hyphili regis filiam uxorem habuit: sed non minus etiam diligebatur ab Aurora, quæ illi canem Lælapem, & duo hastilia, omnia quæ vellet, contingentia (erat enim venator insignis) dederat. Quapropter uxor suspicans maritum suum alterius mulieris amore captum, furtim eum in sylvam secuta est: & ut experiretur an alteram adamaret, inter virgulta se abscondit. Lassus itaque æstu, labotéque Cephalus, quum se ad virgulta recepisset, sub arboris cujusdam umbra recumbens, Auroram invocabat. Quapropter suspicata Procris, pellicem esse eo nomine, quam ille vocaret, quò rem omnem melùs cognosceret, propiùs voluit accedere. Videns itaque Cephalus virgulta commoveri, feram ratus, jaculum immisit, atque ita insciens uxorem interfecit. Vide latiùs hanc fabulam apud Ovid. 7. *Met.* Hunc postea ab Aurora raptum idem Ovid. author est *lib.* 3. *de arte amandi.*

*Latmius Endymion non est tibi Luna pudori,*
*Nec Cephalus Roseæ præda pudenda deæ.*

Neque tamen desunt, qui à Jove in lapidem conversum tradant. ¶ Alter fuit Cephalus, Atheniensis orator, qui primus prooemia & epilogos induxit. Author Suidas. Hujus Cephali Æschin. & Dem. in orationibus advers. meminerunt.

Cephalus, κέφαλος. Piscis est in metu caput occultans, totum se abscondi rum existimans: cephalus dictus à capitis magnitudine.

Cephaleus, a, um: ut, Caro cephalea. Lucil. *lib.* 2. *Satyr.*

*Abdomina, thimia venientibus priva*
*Dabo, cephaleámque carnem.*

Vide Gell. *Lib.* 10. *cap.* 20.

‖ Cephas, κηφᾶς, nomen Apostoli, qui Græcè πέτρος. Est autem πέτρος, lapis, & ספ Hebr. & Chald. lapis: & cum articulo אבפא lapis & Petrus. Dicitur autem *lapis* de Christo & Petro *impropriè*, non eadem significatione. Vide Casaub. *exerc.* 13. ad ann. Bar. 16. & 17.

Cēphēnēs, κηφῆνες, tecentes fucorum fœtus, quum formam capere cœperint. Plin. *lib.* 11. *cap.* 16. Rex apum statim mellei coloris, ut electo flore ex omni copia factus: neque vermiculus, sed statim pronigor. Cætera turba quum formam capere cœperit, nymphæ vocantur, ut fuci sirenes atque cephenes. ¶ Cephenes item fuerunt Asiæ populi, qui postea à Perse Jovis & Andromedes filio Perseæ appellati sunt. Author Heren. *lib.* 2.

Cēpheus, κηφεύς, teste Ovidio, Æthiopum rex fuit, Andromedæ pater, quam Perseus periculo liberatam uxorem duxit. { Germ. Ein König der Morener und ein vatter Andromede. } Hinc postea una cum uxore Cassiopea, & Andromede filia, & genero Perse in cœlum translatus dicitur. ¶ Oritur Cepheus in 15. parte Capricorni.

Cēphēius, Ovid. 4. *Metam.*

——— *Cepheia conspicit arva.*

Cephis, statuarius nobilis, cujus meminit Plin. *lib.* 34. *cap.* 8.

Cephisia, κεφισία, Attica regio. { Germ. Die landschafft Cephisia. } Nam Cecrops Athenarum conditor omnem ejus regionis multitudinem in XII. urbeis digessit. Sed Thesèus postea has omneis in unam Athenien sium civitatem congregavit. Dicta Cephisia à Cephiso amne. ¶ Est & Cephisia fons Atticæ; sicut Latinæ, Calliroë.

Cephisis, κηφισὶς, Lacus est juxta Atlanticum mare, quem Mauri Electrum vocant, quòd sole fervefactum electrum è limo dare creditus sit: ut ex Asarubæ sententia tradit Plin. *lib.* 37. *cap.* 2.

Cephisodorus, κηφισόδωρος, Athenien sis Tragicus, antiquæ tragœdiæ scriptor, cujus fabulas enumerat Suidas. ¶ Cephisodorus item statuarius. Praxitelis filius. ¶ Alius præterea inter præcipuos pictores. Plin. *lib.* 35. *cap.* 9.

Cephisodorus, κηφισόδωρος. Statuarius apud Plin. *lib.* 34. ¶ Fuit item Cephisodorus Atheniensium dux, qui rei malè gestæ damnatus in obsidione Alopeconnesi, quinque talentis mulctatus est. Author Suidas.

Cēphīsūs, κηφισὸς. Fluvius est per Bœotiam fluens, magna ex parte torrentis instar in mare Phalerxum se condit. Ortum habet in radicibus Parnassi montis. Lucanus *lib.* 3.

*Tacti cecere duces, quos impiger ambit*
*Fatidica Cephisus aqua, &c.*

Cephisi aquas fatidicas dicit, propter Themidis oraculum, fluvii hunc victimam, à quo Deucalionis & Pyrrhæ ratio ostensa est, qua genus humanum posset reparari. Hujus etiam meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 7. Hinc Cephisi, & Cephisias, Patronym. fœm. Ovid. 1. *Metam.*

*Nulla mora est, adeunt pariter Cephisidas undas.* Et 7. *Metam.*
*Vidit & immitem Cephisias ora Procrusten.*

Cephus, animal est apud Æthiopes pedes posteriores humanis pedibus & cruribus, priores hominis manibus similes habens. Hoc animal à Pompeio, quum ludos faceret, in theatro fuit ostensum, & postea Romæ non visum. Plin. *lib.* 8. *cap.* 19.

Cepina, vide *Capina.*

Cepio, nomen Romani civis, qui cum Druso inimicitias habuit: unde origo socialis belli, & exitii rerum, ut Asconius & Valerius Maximus testantur. ¶ Fuere & alii Cepiones: nam & Catonis Uticensis frater Cepio dictus est. ¶ Et Cepio Servilius, is cujus culpâ Romanus exercitus à Cimbris deletus est: quo nomine accusatus, damnatúsque in exilio periit. ¶ Fuit & Q. Cepio Servilius, qui de Cimbris triumpharit: sed postea reus damnatúsque in Germaniis feralis manu carnificis laceratus traditur, ut refert Valer. Maxim.

Cēpiōnidēs, gemmæ crystallini saporis, quæ imagines reddunt, ut speculum. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Cēpītēs, sive Cepocapites, gemma candida est, venarum nodis cœuntibus, candore imaginem referens. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Cepæ Plinio, κῆπαι. Suidæ, urbs est ad Bosphorum Cimmerium, Milesiorum colonia: cujus meminit & Pompon. *lib.* 1.

‖ Cepphus, κῆφος, species avis levissimæ circa mare versantis, quæ facilè à vento circumagitur. Hinc celer & levis homo vocatur κῆφος. ‖

Cēpūrīcē, τὰ κηπουρικὰ, Græci appellant, quæ nostri hortensia, olera scilicet, quæ in horto seruntur. Unde Sabinus Tiro librum Cepuricôn scripsit, hoc est, hortensium, quem Mœcenati dicavit.

Cēra, { χηρὸς δονάξ. κηρός. Gall. *Cire.* Ital. & Hisp. *Cera.* Germ. Wachß. Angl. *Waxe.* } Satis notæ significationis est, nempe illud quod melle ex favis expresso remanet. Plin. *lib.* 21. *cap.* 14. Cera fit expressis favis, sed antè purificatis aqua, & triduò in tenebris siccatis, quarto die liquatis igni in novo fictili. Sueton. *in Neron. cap.* 17. primæ duæ ceræ in testamentis vacuæ signatis. ¶ Eadem cera, ἠκηρίς, idem favus, dicebantur proverbiali figura, qui uno ore idem affirmarent: aut qui inter se conspirassent. Ductum à favorum cellulis inter se connexis: sive quòd cera tenax, sibique hærens: sive quòd olim in ceratis tabellis scribebant. Unde & Horatius,

——— *Cerâ laudatur eâdem.*

¶ Imis ceris radere, pro eo quod est, delere penitus, sic ut nullum omnino memoriæ pristinæ vestigium exter. ¶ Ceram auribus obdis, κηρὸν τοῖς ὠσὶ ἐπιπλάσσειν, in eos qui recusant audire vel æqua, vel iniqua. Natum ab Ulyssis cera, qua suas ac sociorum aures obturat, apud Homer. adversùs Sirenarum cantilenas. ¶ Cera tractabilior, κηρὸς ἁπαλώτερος. De vehementer docili dicebatur, aut de ingenio facili tractabilique, & in quemvis habitum sequaci. Horatius, Persius. ¶ Cera etiam veteres, ante inventum papyri usum, pugillares suos obducere solebant, unde etiam pro epistolis & pugillaribus positum invenitur. Juvenal.

*Nónne libet medio ceram implere capaces*
*Quadrivio?*

Plin. *Epist. lib.* 1. Erat in proximo, non venabulum, aut lancea, sed stylus & pugillares: meditabar aliqua, annotabámque: ut si manus vacuas, plenas tamen ceras reportarem. Per ceram & linum, litterásque interpretes salutem mittit. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Istoc nomine dum scribo explevi ceras quatuor. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 3. Ubi est amica tua? Eccam in tabellis pertectam. In cera cubat. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Animum ex cera cita (i. ex tabellis.) Idem *ibid.* Expressa ex cera, ex annulo tuam imaginem. *Ibid.* Ovid. 1. *Fast.*

*Perlege dispositas annosa per atria ceras.*

Quintil. Cera turbata, & linum ruptum, & signa sine agnitione. Hinc profecta sunt illa loquendi genera, quæ sæpe apud veteres occurrunt. In prima cera, In secunda cera, Ima cera, & Extrema cera. Romani enim sua testamenta in tabulis ceratis perscribebant. Suet. *in Cæs.* Q. Pedium ex quadrante hæredem instituit, reliquos in ima cera, hoc est, in ultima parte testamenti. ¶ Inter ceras optima creditur Punica candidissima, proxima maximè fulva. ‖ ¶ Est & Cera, κήρη, herba. Theophr. *hist. plant. lib.* 9. *cap.* 15.

Ceratatium, chela, quæ in fluvium, aut mare excurrens vim fluctuum frangit. L. gr. b. ‖

Cereolata, candelæ.

Cērŏlā, æ, diminutivum, ut ancoiov. Cic. *ad Attic. lib.* 16. Cerulas enim tuas miniatulas illas extimescebam.

Cēro, as, Cerâ obduco. { κηρόω. Gall. *Cirer, enciver, enduire ou couvrir de cire.* Ital. *Incerare.* Germ. Dermachsen, mit wachs überziehen. Hisp. *Encerar.* Angl. *To dresse, to seare or overlaye with waxe.* } Col. *lib.* 12. *cap.* 50. Serta quaque olivitate dolia cerari oportere antiqui dixerunt. Hinc tabulæ ceratæ dicebantur, cera superinductæ. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 4. Ne epistola quidem ulla uspiam sit in ædibus: Nec cerata adeo tabula. ¶ Hinc sic compositum, Incerare, Juvenalis, *Genus inerare deorum.*

Cērifīcārē, apes dicuntur, quum ceram faciunt. { κηροποιῶ. Gall. *Faire cire.* Ital. *Far cera.* Germ. Wachß machen. Hisp. *Hazer cera.* Angl. *To make waxe.* } Plin. *lib.* 9. *cap.* 38. Quum cerificavere, fluxos habent succos. Quædam tamen exemplaria hoc in loco habent Fornificavere.

Ceratia, inter monetas annumerantur.

Cērātūrā, æ, Ceratio, ceræ obductio. { κήρωσις. Gall. *Circment, cirure.* Ital. *Inceramento.* Germ. Wachsung. Hisp. *Enceramiento.* Angl. *Searing or dressing with waxe.* } Col. *lib.* 12. *cap.* 10. Sic vetera non crediderim propter olei fuccum ceraturam pati.

Cērātum, sive Cerotum. { κηρωτὸν. Gall. *Cerat.* Ital. *Cirotto.* Germ. Ein pflaster von wachs gemacht. Hisp. *Cerote.* Angl. *A soare cloth.* }

Malagmatis genus, quod vulneribus solet superimponi: constat ex rebus siccoribus, & igni appositum molescit, sed corpori admotum durescit, & pertinacius hæret. Dictum videtur à cera, quæ fere omnibus ceratis adhiberi solet. Plin. *lib.* 13. *cap.* 22. Faciémque invadunt ignes sacri, ob id cerato priùs illinunt.

Cērātum, apud Cic. 5. *Verr.* Videtur accipi pro eo, quod ceræ nomine penditur: cujusmodi est, quod etiam hodie pro diplomatum sigillis exsolvimus. Cic. 5. *Verr.* Ex omni pecunia, quam oratoribus solvere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant, primùm pro spectatione & collybo, deinde nescio pro quo cerario.

Cērĕus, a, um, quod ex cera fit. { κηρῶδ. GALL. *De cire, fait de cire, ou de couleur de cire.* ITAL. *Fatto di cera, ò de color di cera.* GERM. *Wächsin/ dan von wachs gemacht ist.* HISP. *Cosa hecha de cera ò de color de cera.* ANGL. *Of waxe coloured lik waxe.*} ut, Imago cerea. Cic. 3. *de nat. deor.* Ut enim si omnis cera commutabilis esset, nihil esset cereum, quod commutari non posset. ¶ Sumitur quandoque pro molli, facili, & flexibili. Horat. *de arte.*

*Cereum in vitium flecti, monitoribus asper.*

Ponitur aliquando pro flavo. Virg. 2. *Eclog.*

*Addam cerea pruna*, à ceræ videlicet colore.

¶ Inde ficedulæ pingues ab Accio cerææ vocantur, transfluente nimirum per cutem flava pinguedine. Quandoque pro uncto. Martialis,

*Cerea si pendet lumbis, & trita lacerna.*

Cērĕus, substantivum, Fax cerea. { κηρὸς, τὸ κηρίον. GALL. *Pucierge ou chandelle de cire, torche.* ITAL. *Cirio, torchio.* GERM. *Wachskertz.* HISP. *Cirio.* ANGL. *A torche of waxe, a waxe candle.*} Est funale, vel candela ex cera confecta. Mart. *epist.* 42. *lib.* 14.

*Hic tibi nocturnus præstabit cereus ignes.*

Fax cereúsque præcedebant exequias immaturas, Senec. *cap.* 11. *de Tranq.* Ardentibus cereis succendere togam. Suet. *in Cæs. cap.* 84. Tu tibi puere laurus luces cereum.

Cērĕŏlus, diminutivum. } ANGL. *A litle waxe candle.*} Hieronymus. Magnum honorem præbent hujusmodi homines beatissimis martyribus, quos putant hujusmodi cereolis illustrandos.

‖ Cerilarium, officina cerarii. L. gr. b.

Cerinarius, qui cerina tingit. ‖

Cērĭnus, a, um, quod ceræ simile est. { κηρῶδ, κηρινὸν. GALL. *Ressemblant à cire, de couleur de cire.* ITAL. *Simile alla cera.* GERM. *Dos dem wachs gleych ist.* HISP. *Cosa semejante à la cera.* ANGL. *Like or ressembling waxe.*} ut, Cerinus color. Plinius, Sunt & nigri, ac laudatiora cerina, atque purpurea. Cerini smaragdi, apud eundem *lib.* 37. *cap.* 5. Plaut. *in Epid.* Cumatile, aut plumatile, aut cerinum, subintellige vestimentum, quod & Melinum ab eodem dicitur à mellis colore, quod μέλι Græci appellant.

Cerinum, vestis cereo colore.

Cērōsus, a, um, quod ceram admixtam habet. { κηρώδ. ANGL. *Full or mingled with waxe.*} Unde vel cetosum dicitur nondum satis expurgatum. Plin. Liquore veluti mellis ceroso.

Cērāchātēs, κηρόχατος, gemma est ex achatæ generibus, ceræ colorem præ se ferens. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Ceracolips, genus mæ. Fest.

Ceraites, κηρίτης, a quibusdam appellatur herba, quæ Græcis τῆτε, Latinis *Fœnum, raunum* dicitur. Ceraitis dicta, quòd fructum habeat corniculis similem.

Cērămĭcus, κεραμικὸς, Cariæ sinus est, non longè ab Halicarnasso nobilissima urbe. Author Pomp. *lib.* 1. in Cariæ descriptione, & Plin. *lib.* 5. *cap.* 29. ¶ Ceramici item duo fuerunt Athenis, de quibus Suidas scribit his verbis, Athenis Ceramici loci duo erant: unus in civitate, alter extra civitatem: in quo qui in bello cecidissent, publico sumptu sepeliebantur, funebrique oratione ornabantur. Qui verò in urbe erat, locus erat, & certa constitutáque sedes meretricibus. Idem refert Hesychius. ¶ Fuit præterea Ceramicus, Atticæ regionis locus præaltus, eodem Suida authore, in quo lampadum certamina peragebantur, de quibus vide Erasmum *in proverbiis*, Lampadem tibi cursò trado. ¶ Ceramici meminit etiam Plinius, cujus ex trigesimosexto verba hæc sunt, Opera Praxitelis sunt Athenis in Ceramico. Potest autem videri ex eo derivatum, quòd κέραμος, tegulam significat.

Cērămītēs, gemma est testæ colorem habens, unde & nomen accepit: nam κέραμος, testam, vel tegulam sonat. Meminit hujus gemmæ Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

‖ Ceramium proprie est vas fictile, item testa, dolium. ‖

Ceramus, κέραμος. Oppidum Cariæ in conventu Alabandico: cujus meminit Plin. *lib.* 5. *cap.* 20.

Ceratium, vide *Cera.*

Ceras Amaltheias, κέρας ἀμαλθείας, dicitur cornucopiæ, à cornu Amaltheæ Nymphæ, quo (ut fabulantur Poëtæ) Jovem caprino lacte nutrivit. Vide infrà *Cornucopia.*

Cerasbola, τὰ κερασβόλα. Semina sunt, quæ tempore sementis bubula cornua si attigerint, ea veteres credidérunt neque igni consumi, neque facilè coqui. Unde & ἀκέραστα nominat. Plutarch. *in Sympos. quæst.* quasi incocti lia. ¶ Hinc homines duri, & contumaces non invenusta metaphora κερασβόλοι appellantur.

Cerasceomion, Œnanthite. Dioscor. *lib.* 5. *cap.* 334.

Cetasphoros, κερασφόρος, à nostris corniger dicitur.

Cerasconia, Pastinaca sylvestris. Dioscor. *lib.* 4. *cap.* 57.

Cerasta, arbor quæ sit, require ex Theoph. *lib.* 8. *cap.* 18.

Cērāstes, æ, { שפיפון *sehephiphón.* κέρατος.} Genus est serpentis, quod, teste Plin. *lib.* 8. *cap.* 23. quadrigemina cornua præfert, simillima arietum, unde & nomen habet. Nam κέρας, ατος, Cornu dicitur. Lucil.

——— *Spinúsque vagi torquentur cerasta.*

Cerastæ, insulæ sunt in latere Arabiæ prope Syenen, quæ in fine est Æthiopiæ. Author Plin. *lib.* 5. *cap.* 9.

Cerastis, κεράστις, ἡ κεράστα Stephano, dictus est Cyprus, quoniam homines cerastas cornibus insignes eam olim tenuisse quidam scribunt: alii quòd procurrentibus promontoriis, velut infestis cornibus assurgat. Vulgò *Chipre.*

Cērăsĭus, i. { κερασέα. GALL. *Cerisier.* ITAL. *Ceragio, arbore.* GERM. Kirsbaum. HISP. *Cerese, arbol conocido.* ANGL. *A cheris tree.*} Arbor nota, à Cerasunte Ponti civitate sic dicta: quam quum Lucullus delevisset, inde illam Romam transtulit, & à civitate Cerasum appellavit. Sanè arbor Cerasus dicitur, fructus verò Cerasum. { τὸ κέρασον. GALL. *Cerise.* ITAL. *Ceragia, frutto.* GERM. Kirsbaum. HISP. *Cereſa, fruto.* ANGL. *A cherie.*} Ovid. *de nuce.*

*Audiat hæc cerasus, stipes inanis erit.*

Plin. *lib.* 15. *cap.* 25. Cerasorum Aproniana maximè rubent. Et *paulò pòst.* Inter Cerasa principatum obtinent Duracina. Gal. *lib.* 1. *de aliment.* κεράσια vocat. Cerasa Aquitanica dici possunt, quæ Galli vocant *des Guisnes*, quòd ab Aquitania, quæ illis *Guienne* appellatur, primùm sint advecta. ¶ Dicitur & Cerasum pro arbore, Columel. Cerasa & cuberes, & armeniacæ, & amygdalæ, quæ primæ florent, possunt inseri commodè. Sunt & alia genera Siciliana, rotunda, Juniana, Poracina, Campanica, Laurea, Amarasia, Visula, Germanica, Gallica, Macedonica. Plura alia videri possunt apud Plin. *lib.* 13. *cap.* 25. *lib.* 15. *cap.* 1. *Lib.* 16. *cap.* 19. Theophrast. *lib.* 3 *cap.* 14. Dioscor. *lib.* 7. Ægineta *lib.* 6. Serapion. *cap.* 345. Gal. 7. *simpl.* c. 8. & *alimentorum lib.* 2. *cap.* 11.

Cērăsūs, suntis, κέρασος, vulgò *Zefano*, urbs Ponti à Lucullo expugnata: unde cerasa primùm in Italiam translata sunt. Hieronymus *ad Marcel.* Accepimus & canistrum cerasis refertum ramis, & tam virginali verecundia rubentibus, ut ea nunc à Lucullo delata existimarem: siquidem hoc genus pomi, Pomo & Armenia subjugatis, de Cerasunte primus Romam pertulit: unde de patria arbor nomen accepit. Pomp. Ratæ urbes, Cerasus & Trapezus maximè illustres.

Cerathus, fluvius Cretæ, Gnossium urbem præterlabens: à quo & Gnossus ipsa aliquando Cerathus vocata fuit, teste Strab. *lib.* 10.

Cērātheus, a, um. Virgilius *in Ceiri.*

*Carpathium fugiens & fumina Cerathea.*

Cērātia, æ, genus herbæ, de qua Plin. *lib.* 26. *cap.* 8. Ceratia uno folio, radice nodosa & magna, in cibo cœliacis & dysentericis medetur.

Cērātĭās, Cometæ genus, ἀπὸ τῦ κέρατος, hoc est à cornu, cujus speciem habet. Plin. *lib.* 2. *cap.* 25. Ceratias cornu speciem habet, qualis fuit quum Græcia depugnavit apud Salaminam.

Cērātĭnæ, κερατῖναι apud Quintilianum, vocantur argumentationes quædam sophisticæ inexplicabiles, quæ à Latinis etiam argumenta cornuta vocantur: dictæ à cornibus, hoc est, a materia ipsa qua utcrentur verborum: cujusmodi est, Quod non perdidisti, habes: cornua ergo habes.

Ceratitis, Corniculatum papaver, apud Dioscor. *lib.* 4. *cap.* 92. Ceratitis, herba sylvestris. Plin. *lib.* 20. *cap.* 19. Sylvestrium unum genus, ceratitim vocant, nigrum, cubitali altitudine, radice crassa & corticosa, calyculo inflexo, ut corniculas: folia minora & tenuiora quàm cæteris sylvestribus, &c.

Cērātĭum, κεράτιον. Minimum pondus, quod apud nos *siliqua* dicitur, tres verò siliquæ conficiunt obolum. ¶ Ceration item Græcis appellatur arbor siliquas ferens corniculorum similitudine: unde & nomen habet. Latini siliquam Græcam appellant. { GERM. S. Johans brot.} Col. *lib. de arb. cap.* 25. Siliquam Græcam, quam quidam κεράτια vocant, deinde Persicum, ante brumam per autumnum serito.

Ceratonia, κερατωνία Galeno arbor est, quæ Latinis *Siliqua* dicitur, cujus fructus etiam Græco nomine τὰ κερατία, & κεράτια appellatur, propterea quòd corniculorum similitudinem referat.

Ceratum, vide *Cera.*

Ceraunobolus, κεραυνοβόλος, dicta est Apellis tabula, in qua tonitrua, fulgetra, & fulgura pingit: ita dicta quasi ἐκ κεραυνῶν βάλλουσα, hoc est, fulmen torquens. Plin. *lib.* 35. *cap.* 10.

‖ Ceraunium, tuberis genus in fœtidum, & nigrum pulveretem evanescens. Item gemmæ genus coloris ignis, quod non aliùi invenitur quàm in loco ictu fulmine. Plin. ‖

Cērăūnĭa, æ. Gemma est candida. Plin. *lib.* 37. *cap.* 9. Est inter candidas & quæ Ceraunia vocatur, fulgorem syderum rapiens, & ignigenas.

Cērăūnĭi, sive Ceraunii, κεραύνια. Montes sunt Epiri, in mare usque extensi, ubi Ionium mare ab Adriatico separatur: dicta ἀπὸ τῦ κεραυνῶν, hoc est, à fulminibus, quibus sæpe impetuntur. { GERM. Das gebirg so durch Epirum gegen nidergang an das Adriatisch mer stosst/ heisst jetz Montes de Chimera.} Ovid. 1. *de Ponto, eleg.* 6.

*Quum poteram rectis transire Ceraunia velis.*
*Vt fera vitarem saxa, monendus eram.*

Lucan. *lib.* 5.

——— *eraque maligni*
*Ambracia portus, scopulosa Ceraunia nautæ*
*Summa timent.*

¶ Pro iisdem etiam Acroceraunia, vel Acroceraunios montes dicimus. Horat. *lib.* 1. *Carm. Ode* 3.

*Qui vidit mare turgidum, &*
*Infames scopulos Acroceraunia.*

Plin. *in Præm. lib.* 4. Tertius Europæ sinus Acroceraunii incipit montibus. ¶ Sunt & Ceraunii montes in Asia, in Caspium pelagus obversi, ut est author Pompon. *lib.* 1. Quin & Taurus mons in universum Ceraunius appellatus fuit, teste Plin. *lib.* 5. *cap.* 27.

Cērāūni, populi sunt Dalmatiæ, apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 22.

Cērāūnus, κεραυνὸς, cognomen unius ex Ptolemæis Ægypti regibus, ab audacia & velocitate impositum. Author Pausanias. ¶ Est item Ceraunus Cappadociæ fluvius, ita dictus, quòd fulminis velocitatem imitari videatur. Nam κεραυνὸς Græci fulmen appellant. Meminit hujus fluvii Plin. *lib.* 6. *cap.* 3.

Cerbalus, Apuliæ fluvius. Plin. *lib.* 3. *cap.* 11.

Cerbenia, apud Steph. pro Cebenia, malè scribitur.

Cerbĕrus, κέρβερος. A poëtis fingitur esse canis trieeps, inferorum custos: quem ab Hercule catena ab inferis tractum esse iidem fabulantur. Mythologici rerum interpretantur: dictúsque volunt

Cerberum.

Cerberum, quasi κρεοβόρον, hoc est, carnem vorantem: quod terræ proprium est, quæ sibi credita corpora omnia consumit. ¶ Alii serpentem fuisse volunt in Tænaro Laconiæ promontorio, cujus veneno mortales extinguebantur. Et quoniam in Tænaro ad inferos dicitur esse aditus, Inferis canem dixerunt: quem quum Hercules trucidasset, nata est fabula, Canem tricipitem interemisse, quanquam hoc alii ad virtutem ejus, & animi magnitudinem malint referre, qua omnes cupiditates, & cuncta vitia terrena contemplit ac domuit. ¶ Cerberus etiam dictus est canis Alexandri Epirotæ, cum leonibus congredientis. Hinc Adject. Cerbereus. Statius. 5. *Syl.*

*Nempe times ne cerbereus Priscilla tremiscat*
*Latratus.*

Cercaphus, κέρκαφος, filius Poleadæ (Steph. *in Camiro*) à quo Rhodiæ mulieres Cercaphides. Meminit ejus etiam *in Lindo*.

Cercasi, Ægypti populi, juxta quos scinditur Nilus, in Pelusium fluens, & Canopum. Author Herodot. *lib.* 2.

Cercēis, κερκηΐς, Nympha marina, Oceani & Tethyos filia, teste Hesiodo *in Theogonia*: ita dicta à texendo: κέρκος enim radium texentium significat.

Cercetæ, populi sunt ad pontum Euxinum, Heniochis & Colchis finitimi, teste Plin. *lib.* 6. *c.* 5. & Strab. *lib.* 11. Pomp *lib.* 1. Cercetticos vocat.

Cerceti, montes sunt Thessaliæ. Plin. *lib.* 4. *cap.* 8. In Thessalia sunt quatuor atque triginta montes, quorum nobilissimi Cerceti, Olympus, Pierus, Ossa, &c.

Cercidas, κερκίδας, optimus legislator Megalopolites fuit. Steph.

Cercina, insula est maris Libyci cum urbe ejusdem nominis, ex adverso minoris Syrtis sita: authores Pomp. & Plin. *lib.* 5. *cap.* 7.

Cercinitis, parva insula maris Libyci, quæ Cercinæ Carthaginem versùs, ponte jungitur. Author Plin. *lib.* 5. in descript. insularum quæ sunt ex adverso Africæ.

Cercitum, κερκίτιον, Pausanias Grammaticus ait vocari temonis genus, à populis inventoribus, qui Cercitæ appellabantur in terra Indica.

Cercius, qui & Circius dicitur, ventus est violentissimus, Galliæ Narbonensi peculiaris, reliquis cœli partibus ignotus. Vide Aul. Gell. *lib.* 4. *cap.* 22. Plin. *lib.* 2. *cap.* 47.

¶ Cercolips (malè *cercolopis*, apud Festum) simia, quæ caudam non habet, à κέρκος & λείπω. Latinis est *eluna*, opponitur cercopitheco. ¶

Cercopa, Græci appellant lucri undique cupientem, quasi κέρδεια, quem nos quoque luctionem vocamus. Festus.

Cercōpes, κερκῶπες. Populi fuerunt Pithecusæ insulæ, qui quum nullo flagitii genere abstinerent, à Jove in simias mutati sunt, ut fabulatur Ovid. 14. *Metam.* Cercopes item fratres duo fuerunt, Passalus, & Achemon, sive (ut apud Suidam legitur) Acmon, de quibus vide suprà in dictione *Achemon*. ¶ Cercopum cursus, ἄγχι κερκώπων. De Conciliabulo conventúque versutorum & improborum hominum dicebatur.

Cercopithecus, nomen viri apud Suet. *in Nerone. cap.* 30.

Cercopithēcus, קוף *toph.* κερκοπίθηκος. Gall. *Vn marmot, une espece de singe ayant queuë.* Ital. *Gatto marmone.* Germ. Ein meerkatz. Hisp. *Gatto paus.* Angl. *A munkey or marmoser.* } Nomen compositum ex κέρκος, quæ dicitur cauda, & πίθηκος, simia: quasi simia caudata, quam *marmonem* vulgò dicimus. Plin. *lib.* 8. Cercopitheci nigris capitibus, pilo asinino, & dissimiles cæteris voce sunt. Mart. *lib.* 13.

*Callidus emissum eludere simius hastam,*
*Si mihi cauda foret, cercopithecus eram.*

Cereos (quod hic pro accipitris genere corruptè legebatur) vide *Circos*.

Cercūrus, κέρκουρος, navis Asiana prægrandis, authore Nonio, à Cyprijs inventa: teste Plin. *lib.* 7. *cap.* 56. Plautus *in Stichо*. Cercurum, quo ego me majorem non vidisse censeo. Vide Gell. *cap.* 25. *lib.* 10. ¶ Est item Cercurus, vilissimi oleris genus: unde natum est illud Græcorum proverb. ἐς κέρκουρον τὸ λαχάνιον, id est, Est & cercurus inter olera.

Cercyon, κερκύων, latro fuit insignis, quem Theseus totam Atticam regionem latrocinijs infestantem, immani ferocia & membrorum robore cuncta vastantem trabes, & altissimas pinus ad terram trahentem, ut hoc modo homines discerperet, apud Eleusim Atticæ urbem interemit. Ovid. *lib.* 7.

*Cercyonia lethum vidit Cerealis Eleusis.*

¶ Fuit & Cercyon Thessaliæ rex, qui Alopen urbem, ab Alopes filiæ suæ nomine appellavit.

Cercyra, κέρκυρα, insula est maris Ionii, quæ à Latinis litera una immutata Corcyra dicitur. Vulgò *Corphu*.

Cerdanitæ, κερδανῖται, populi felicis Arabiæ. Steph.

Cerdonia, oppidum est in via Appia, qua iter erat Brundusium. Strab. *lib.* 6.

Cērdo, nis, artifex sordidus, & qui arteis illiberaleis quæstus gratia exercet, quales sunt sutores veterum calceorum, qui à Suetonio Veteramentarii appellantur. Ab interprete Juvenalis *satyr.* 4. Turpis lucri cupidi. { חרש *omán*, חרש *charáse. bános*. Gall. *Cordonnier, savetier, ou couroyeur, artisan.* Ital. *Artifice vile, che solamente attende al guadagno.* Germ. Der vnfürige handtwercker treybt vmb gewins willen. Hisp. *Official de algun arte de ganancia.* Angl. *A cobler or botcher.* } Mart. *lib.* 3.

*Ebrius es, nec enim faceres hoc sobrius unquam,*
*Vt velles coepto ludere cerdo tuo.*

Cic. 1. *de nat. deor.* Orpheum poëtam docet Aristoteles nunquam fuisse, & hoc Orphicum carmen Pythagorici ferunt cujusdam fuisse cerdonis. Dicti autem sunt Cerdones, à Græco κέρδος, quod lucrum significat: unde & Luctiones à Latinis appellantur. ¶ Cerdo etiam nomen fuit hæretici, à quo Cerdoniani, qui Christum nec natum à fœmina, neque habuisse carnem, nec vetè mortuum, vel quicquam passum, sed simulasse passionem dicebant.

Cere, vide *Care*.

Cerealis, quæ alio nomine *Ebura* dicitur, Plinio commemorata inter Hispaniæ Bæticæ oppida, *lib.* 3. *cap.* 1.

Cērĕālis, vide *Ceres*.

*Calepini Pars I.*

Cerebrum, inquit Plinius, est viscerum excellentissimum, proximumque cerebello capitis, sine carne, sine cruore, sine fibris. { מוח *mucháh*, κεφαλή. Gall. *Cervean, ou cervelle.* Ital. *Cervello.* Germ. Das hirn. Hisp. *Meollo de la cabeça.* Angl. *The braine.* } Hic habet sensus arcem, hic culmen altissimum, hic mentis est regimen. Cic. 1. *Tusc.* Aliis pars quædam cerebri visa est animi principatum tenere. Aliis nec cor ipsum placet, nec cerebri quandam partem esse animum: sed alii in cerebro dixerunt animi esse sedem & locum. A cerebro proficiscitur somnus. Quæ cerebrum non habent, non dormiunt. Res est inquieta felicitas: movet cerebrum non uno genere. Senec. *epist.* 36. Plaut. *Aul. sc.* 3. *a.* 1. Cerebrum mihi excutiunt tua dicta.

Cērĕbellum, dimin. { ἐγκεφάλιον. Gall. *Petit cervean.* Ital. *Cervellino, piccivl cervello.* Germ. Das hirnle. Hisp. *Pequeño meollo de cabeça, ò la nuca del meollo.* Angl. *A litle braine.* } Plin. *lib.* 9. *cap.* 5. Morsis à cane rabido, ne rabiosi fiant, cerebello gallinacco occurritur. Medici cerebelli nomine intelligunt posteriorem cerebri partem, quam ἐπεγκεφαλίδα Græci appellant, à reliquo cerebro duplicatis meningibus seclusam: illapsa in ossis sacri imum trajicitur, à qua duriores nervi, ut ex arboris caudice rami, proferuntur.

Cērĕbrōsus, cui vitiatum est cerebrum, quique præceps fertur in iram, totúsque suo consilio hæret, & obstinatus à nemine persuadetur, & iracundiæ obtempertans sine ratione fertur. { קצר אפים *ketsár apaim*, קשה קורח *keschéh kóreph. mitádas*, πεφαλόβαρος. Gall. *Opiniastre, fort colere, obstiné, & rigoureux.* Ital. *Cervel legiero, ostinato.* Germ. Blasenkopff/ hirnwödig. Hisp. *Loco, como sin meollo.* Angl. *Stubburne, obstinat, stiffnecked.* } Horat. *lib.* 1. *Serm.*

——— *donec cerebrosus proflit unus.*

¶ Dicitur & de brutis. Col. *lib.* 2. Quod eo tempore satum pecori sit noxium, & præcipuè bobus, quos pabulo suo cerebrosos reddit. } Cerēmoniæ, sive cerimoniæ, vide *Caremenia*. {

Cērĕo, antiquum verbum, & idem quod Creo: unde Ceres dicta, non ut Cicero & Varro volunt, à gerendo. Meminit hujus Varro *lib.* 5. *de L. L.* Itémque Festus, qui dicit ab hoc verbo in Saliari carmine fuisse, Cerus manus, i. creator bonus. Vide *Laurenbergium*.

Cērēs, Dea frugum putabatur, ab antiquo verbo Cereo dicta. { Germ. Die göttin des getreids. } Saturni & Opis filia, quæ peculiari epitheto Alma dicitur, quia nos alit, ut Cic. *lib.* 4. *de nat. deor.* scribit: dicta est, tanquam geres, à gerendis frugibus, prima litera immutata: à Græcis ζήτειν, quasi ζητοῦσα, dicitur, hoc est, terræ mater, quòd cunctarum frugum creatrix sit, & altrix.

*Nec illic colit arva Dens Bacchúsve, Cerésve,*

Tib. *lib.* 4. Cereris spectaculum, Suet. *in Ner. cap.* 12. Græci Cererem etiam *Thesmophoron* vocant, hoc est, legumlatricem: quia antequam illa agriculturæ usum docuisset, homines nulla lege vivebant: postea Cereris beneficio, monstrato usu frugum, cœptum est de agrorum finibus, qui antea nulli erant usui, disceptari: quam primam volunt fuisse legum & juris originem. ¶ Hæc quandoque *Luna* dicitur, sicut Liber pro Sole ponitur. Virg. *lib.* 1. *Georg.*

——— *vos ô clarissima mundi*
*Lumina, labentem cœlo qua ducitis annum,*
*Liber & alma Ceres.*

¶ Ponitur interdum Ceres pro ipso pane, sicut Liber pro vino. Terent. *in Eunuch.* Sine Cerere & Baccho friget Venus. ¶ Cereri sacrificant. Dici solitum, si quando in convivio deesset vinum, propterea quod in hujus sacris nefas esset inferre vinum. Plaut. *in Aul.* Pro eodem dicitur, Cereri nuptias facere. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 2. Cererin' Strobile has facturi nuptias? STR. Qui? STA. quia temeti nihil allatum intelligo. Idem *Amph. sc.* 4. *a.* 4. Nec Bacchum salutem, nec Cererem.

Cērĕālis, e, quod ad Cererem pertinet, δημήτριος. ¶ Cereales autem ædiles duo dicti fuerunt, qui rei frumentariæ apud Romanos præerant: quorum creandorum author fuit C. Julius Cæsar. ¶ Cereales ludi in honorem Cereris facti. Liv. 10. *bell. Pun.* ¶ Cœna Cerealis, Plaut. *Menæch.* Cereales cœnas dat, ita mensas exstruit, &c. id est, lautas, opiparas, ut in Cereris sacris. Virg. *in Georg.*

*In primis venerare Deos, &c.*

Cereale papaver, Virg. 1. *Georg.*

*Nectar & lini segetem, & Cerealia papaver.*

Ubi Servius, Cereale papaver, vel quod est efui, sicut frumentum: vel quo Ceres usa est ad oblivionem doloris. Cereales pœnas dat. Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 1.

*Herbáque qua latuit Cerealibus obruta sulcis,*

Ovid. *Eleg.* 12. *lib.* 3. *Trist.* Arma Cerealia. Virg. *lib.* 1. Cerealis arva, i. altrix, quæ alit & educat fructus: quòd Ceres educatrix hominum habita sit. Plin. *lib.* 15. *cap.* 19. Intus solem primò secum inducunt, Cerealésque auras immittunt fotibus apertis.

Cērĕālĭa, orum, δημήτρια, dicuntur sacra Cereris, à Triptolemo instituta, quæ Plin. etiam *lib.* 24. Thesmophoria vocat, à Cerere Thesmophoro, hoc est, legum latrice. Plutarch. quoque Adonia vocat. Patricii Megarenſibus mutitare soliti, plebs Cerealibus. Hæc autem festa tanta religione celebrabantur, ut feriæ pollutæ crederentur, si quis eo tempore cum uxore concubuisset. Unde extat elegans elegia apud Ovid. qua cum Cerere expostulat, quòd ejus festo sibi cum amica concumbere non licet. Præterea in sacrificiis Cereris vinum non adhibebatur. Unde Plaut. *in Aul.* jocandi ansam sumpsit. Megadorum Cereti nuptias esse facturum, quòd nihil ad nuptias vini esset allatum.

Ceretum, & Ceretani: vide *Caretum*.

Cērĭa, potionis genus ex frugibus confectum, quo utuntur Hispani. Plin. *lib.* 22. *cap.* 25. Vide suprà *Celia*.

Cerinda, κερίνδα, Vicus in Hoporhoontide. Steph.

Cērinthē, es, vel Cerintha, æ, κήρινθος. Genus herbæ est, mellis cum cera missi saporem habens. Virg. 4 *Georg.*

——— *Cerinthæ ignobile gramen.*

Habet folium candidum, incurvum, capite concavo, cujus florum apes sunt avidissimæ. ¶ Dicimus & Cerinthus, κήρινθος, & à Diosco-

ride Ceranche, ab Atiſtotele Erithace. Volgò eam vocare ſolent *Carbinam*, in Hetruria præſertim, & Liguria, quia flatu Africi naſci creditur, quem (ut inquit Vitruvius) Carbam nautæ, vel Carbinum cognominant.

Cerinthus, κήρινθος, oppidum in Eubœa inſula. Plin. *lib.* 4. *cap.* 13.

Cerinthus, hæreticus, cujus meminit Dionyſius, quum de Joannis revelatione diſſerit: Cerinthus, inquit, affirmabat futurum regnum Christi voluptarium, mores ſuos faſſus, quòd gulæ luxuriæque deditus eſſet. Irenæus etiam ſecretiora ipſius in primo ſui operis manifeſtat. Ex Euſebii *lib.* 3.

Cērīnus, vide *Cera*.

Cērīon, κήριον, ulceris genus, achoribus ſimile, majuſculis foraminibus, in quibus ſanies melli ſimilis, inſtar favi apum continetur, unde & nomen accepit: nam κηρίον, Græcis favum ſignificat. Plin. *lib.* 20. *cap.* 2. Sanat radix ulcera concreta in modum favi, quem Cerion appellant. Idem *lib.* 23. *cap.* 7. Cum melle item ulceribus, quæ Ceria vocantur, illinuntur.

Cērītēs, κηρίτης, gemma eſt cerei coloris, cujus meminit Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Cerites, vide ſuprà in dictione *Care*.

Cērītus, quaſi ceritus, hoc eſt, Cereris ira & indignatione vexatus, νυμφόληπτος. Nam in Ceretis ſacris furore corripiebantur. Et ſicut à Baccho Bacchantem dicimus, ſic à Cerere Ceritum. Horat. *in Serm. Satyr.* 3. *lib.* 2.

*Ceritus fuit an commota crimine mentis*
*Abſolves hominem?*

id eſt, inſanus, & furioſus. Plaut. *in Amph.* Tu certè larvatus es, aut ceritus. Idem, Jube hanc pro cerita circumferri. Idem *Men. ſc.* 4. *a.* 5. Quid eſſe morbi dixeras? narra ſenex: Num larvatus eſt ille, aut ceritus? Idem *Men. ſc.* 4. *a.* 5. Ita ſcribit cum rr, duplici Paſſer.

‖ Cerix, conchyliorum genus. Cujac. ‖

Cermanum, locus juxta Tiberim, olim Germanum, à Romulo, & Remo Germanis. Plut. *in Rom.*

‖ Cermatiſta, κερματιστής, numulatius. ‖

Cermorum, oppidum Macedoniæ, apud Plin. *lib.* 4. *cap.* 10. in deſcriptione Macedoniæ.

Cērnā, vel cerne, inſula eſt Æthiopici maris, de qua ſic Plin. ſcribit *lib.* 6. *cap.* 31. Contra ſinum Perſicum Cerne nominatur inſula adverſa Æthiopiæ, cui neque magnitudo, neque intervallum à continente conſtat. Æthiopas tantùm populos habere traditur.

Cērnetani, qui & Mariani dicti ſunt. Italiæ populi ſunt, juxta Caſinum & Bouillas, ita dicti à Cerneto oppido, cujus meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 5.

CĒRNO, is, crevi, cretum: Video. { ראה *raáh*. חביט *hibbit*. βλέπω. Gall. *Voir, regarder*. Ital. *Vedere*. Germ. *Sehen/ſügen*. Hisp. *Mirar*. ὸ *verconlos ojos*. Angl. *To ſee*. *to perceive*. } Differt autem Cerno, à video, aſpicio, ſpecto, intueor, quòd cernimus animo, videmus natura aſpicimus ex improviſo, ſpectamus voluntate, intuemur cura: quemadmodum elegantiſſimè tradit Corn. Fronto *in diff. vocab.* Virg. 3. *Æneid.*

*Cernimus aſtantes nec quisquam lumine torvo*
*Ætnaei fratres.*

Et 2. *Æneid.*

*Ardentes clypeos atque æra micantia cerno.*

Plaut. *Ciſtel. ſc.* 1. *a.* 1. Cùm ego antehac te amavi, & mihi amicam eſſe crevi. Mea Gymnaſium, id eſt, vidi. ¶ Transfertur & ad animum, & ſignificat animadverto, conſidero. Cic. *in Topic.* Verecundè tu quidem, ut omnia, ſed tamen ut facilè cernerem te ardere ſtudio, mecum ut tibi illa traderem, egiſti. Idem *lib.* 3. *epiſt.* Cerno jam animo, quanto omnia uberiora futura ſint.

*Cúmque loces, morésque hominum, cultúſque, ſonóſque*
*Cernimus.*

Ovid. *El.* 8. *lib.* 3. *Triſt.* ¶ Quandoque ſignificat judicare, ſtatuere, deliberare. κρίνω. Cic. *de legib.* Quotcunque Senatus creverit, populúſve juſſerit, tot ſunto: regio imperio duo ſunto. Lucilius, Poſtquam præſidium caſtris educere crevit. Pacuvius, Et æquum & rectum eſt quod poſtulas, jutari cernere. ¶ Quandoque dividere, ſecernere, cribrare. { הניף *heniph*. λικμᾶν, πτύειν. Gall. *Cribler, ſaſſer, tamiſer*. Ital. *Crivellare, vagliare*. Germ. *Underſcheyden/ſeyeren/Abtheilen*. Hisp. *Acrivar, cernar, cernar*. Angl. *To ſift, to ſear ce*. } Quod Incernere dicitur: unde & incerniculæ, cribros vocamus. Plin. *lib.* 18. *cap.* 11. Rurſus quæ tranſit, arctiore cernitur. Unde & Crines dicti ſunt, quòd ſint diſcreti. ¶ Quandoque dimicare. { נגח *naáh*. חתרא *hitraáh*. ἀμφισβητῶν, ἀγωνιζόμενος. Gall. *Conteſter, combattre*. Ital. *Contendere, combattere*. Germ. *Streyten/tempfen*. Hisp. *Contendery pelear*. } Plaut. Pro patria Amphitryo dum cernit. Cernere armis cum aliquo. Accius *Epinauſimache*, ex Nonio. Cernere vitam, de vita certare. Ennius apud Cicer. 1. *Offic.*

*Ferro, non auro vitam cernamus utrique.*

¶ Quandoque adire, unde Cernere hæreditatem hæredes dicuntur, ἀγχιστεύειν τινὰ, ἐμβαλεῖν εἰς τὴν κληρονομίαν, ἢ νόμον. Cic. *ad Dolabellam*. A te peto, ut me hanc quaſi falſam hæreditatem alienæ gloriæ ſinas cernere. Cernere pro poſſidere. Donat. *in Terent. in Siliſternium*, unde cernere hæreditatem: Imò adire & viſere. Compoſita hujus verbi ſunt Concerno, Decerno, Diſcerno, Excerno, Incerno, Secerno, Succerno, quorum ſignificationes vide ſuis locis.

Crētio, nis, verbale, Solennitas, quæ adhibebatur in adeundis hæreditatibus. Cic. *ad Attic. lib.* 11. Galeonis hæreditatem crevi. Duco enim cretionem fuiſſe ſimplicem: quoniam ad me nulla miſſa eſt. Varro 5. *de ling. Lat.* Facito videant te hæredem: itaque in cretione adhibere jubent teſtes. Theodoſius Imp. *l.* 6. *C. de jure deliber.* Cretionum ſcrupuloſam ſolennitatem hac lege penitus amputare decrevimus, ἃ δὴ καὶ ἐμβάλλοντι, ἢ δ' ἄλλως ἐμβαλοῦσι.

‖ Ceranobolus, tabula Apellis, in qua fulmina pinxerat. Item jaculatrix legio. Cerda. ‖

CĒRNŌ, as, are, id eſt, Cernuum me facio, ad terram inclino. { Angl. *To bow downeward*. } Varr. *de vita pop. Rom.* Et jam pelles bubulas oleo perfuſas percurrebant, ibique cernuabant, id eſt, ad terram ſeſe inclinabant, aut ſaltando in terram cadebant proni. Nonius.

Cernuare, præcipitare, κατατίθημι, ad ſolum deprimere. Qui hoc faciunt, non evertit fortuna, ſed cernuat & allidit. Senec. *lib.* 1. *epiſt.* 8.

Cernuatus, in partem anteriorem inclinatus, vel in caput tectus.

Cērnŭus, a, um: Inclinatus, quaſi qui terram cernat. { ἐπικυφός. Gal. *Penchant, enclinè vers la terre*. Ital. *Chino, inchinato*. Germ. Nider gebogen/Bogechtig. Hisp. *El que mira la cabeça baxa*. Angl. *Crooking downe towardes the earth*. } Virg. *lib.* 10.

——— *deſectóque incumbit cernuus armo.*

Ubi Servius, Cernuus equus dicitur, qui cadit in faciem, quaſi in eam partem, qua cernimus. Unde & pueri quos in ludis videmus, ea parte qua cernunt ſtantes, Cernui vocantur: ut etiam Varro *in ludis theatralibus* docet. ¶ Cernuus item, calceamenti genus. Feſtus. Lucil. *lib.* 3. *Satyr.*

*Cernuus exemplò plantas convellit honeſtas.*

‖ Cerobulon, cerea bulla. L. gr. b. ‖

Cērōma, κήρωμα, oleum quo ſeſe athletæ perungere ſolent, adhibito quodam terræ genere. Cæl. *lib.* 4. *cap.* 16. vocat μίσυ: cui ſi ſudor acceſſiſſet, ἱδρωμένῳ vocabatur ab iis, qui nimis Attici videri volebant, inquit Galenus. Arenam autem qua Athletæ ſe aſpergebant poſt hujuſmodi unctionem, ἐφὴν vocabant. Martialis,

*Et flaveſcit haphe.*

Fiebat autem ceroma ex oleo, terráque, nec ex omni terra, ſed ex quibuſdam generibus, quibus robuſtiora corpora, & ad tolerandos æſtus, atque algores reddebantur firmiora: & erat albida quædam terra pertenuis, ex Albano agro, & rubrica, & Baianus pulvis. Adhibebatur autem oleum, tum ad agilitatem præſtandam, ut corpora lubrica fierent: tum quòd natura olei eſt repefacere membra, & contra algores munire. Terra verò ad indurandos magis artus, & adverſùs æſtum firmandos admiſcebatur. Stat. *de Paleſtra*.

*Poſtquam oleo gaviſa cutis, petit æquor utrumque*
*Procurſu medium, atque hauſta veſtitur arena,*
*Tum madidos artus alterno pulvere ſiccant.*

¶ Ponitur & pro loco in quo paleſtitæ ungebantur, quem Vitruvius κηρώματα vocat. Plin. idem paleſtras athletarum imaginibus, & ceromata illuſtrant.

Cērōmātĭcus, a, um, quod ceromate perunctum eſt. Juven. *Satyr.* 3.

——— *& ceromatico fert mitia terga colono.*

Cērōſtrōtum, κηρόστρωτον, compoſitum à κηρὸς cera, & στρῶσις ſtratus, & eſt picturæ genus, quum ex cornibus tramenta tinguntur variis coloribus, deinde vermiculatim ligno inſeruntur. ¶ Principiò hoc ex ligneis bracteis fieri cœptum, poſtea cœpêre tingi animalium cornua, dentes elephantorum ſecari, lignúmque ebore diſtingui, mox totum operari. Plin. *lib.* 11. Nunc tincta, nunc ſublita, nunc quæ Ceroſtrota, picturæ genere dicuntur. Propriè tamen dicuntur Ceroſtrota, cornibus ſtrata: ſicut Lythoſtrota, lapidibus ſtrata.

Cērōtum, vide *Ceratum*, in *Cera*.

Cerri, piſcium genus, de quibus Dioſc. *lib.* 2.

CERRVS, Arboris glandiferæ ſpecies eſt, cujus glande ſuilla caro firmior redditur, κίλλυψ. Plin. *lib.* 16. *cap.* 6. Glans optima in quercu atque grandiſſima, mox æſculo: nam robori parva, cerro triſtis, horrida, echinato calyce, ceu caſtaneæ.

Cerrinus, a, um: ut, Cerrinus calyx. Plin. *lib.* 3. *cap.* 19. Quidam pectus ejus bibendum cenſent, & in cerrino calyce.

Cerrĕus, a, um: ut, Cerrea glans. Plin. *lib.* 16. *cap.* 6. de glande ſagina loquens, Proximam huic cerream tradit Nigidius, nec ex alia ſolidiorem carnem, ſed duram.

Cerrones, leves, inepti, à cratibus dicti, quòd ſicuti adverſùs Athenienſes vimineis cratibus pro ſcutis ſint uſi, quas Græci ῥίπια appellant. Hinc Concerrones & concertæ. Feſt.

‖ Certamitides, terræ genus apud Platonem. ‖

Certè, vide *Certus*.

CERTO, Pugno, prælior, bellum gero, contendo. { רב *rab*, נצה *náſáh*. ἀγωνίζομαι. Gall. *Debattre avec quelqu'un, combattre*. Ital. *Contendere, combattere*. Germ. *Streyten/tempfen*. Hisp. *Contender y pelear*. Angl. *To debate, to fight, to ſtrive*. } Tacit. *lib.* 21. Miſſus in eos eques, cum expeditis cohortibus ambiguè certavit. Certabat in Vatinio deformitas corporis cum turpitudine ingenii. Velleius.

*Si perſtat certare* (de armis) *locum redeamus ad illum.*

Ovid. 13. *Metam.* Ubi certatum erat antè virtutibus, ſceleribus certabatur. Velleius. ¶ Cum dativo. Virg. *Eclog.* 5.

*Montibus in noſtris ſolus tibi certet Amyntas.*

¶ Cum ablativo. Terent. Benedictis ſi certaſſet, audiſſet bene. ¶ Cum ablativo & præpoſitione, De. Livius, Arcini atque Ardeates de ambiguo agro quum ſæpe bello certaſſent. ¶ Cum præpoſitione, Cum. Saluſtius. Sed ut mos eſt illius gentis, equitare, jaculari, curſu cum æqualibus certare. ¶ Cum præpoſitione, Inter. Cicero, Reliquum eſt, ut officiis certemus inter nos. In omne facinus certare, id eſt, tuere in omnem turpidinem, projectum eſſe ad omne ſcelus. Seneca *Thebaid.* 1.

*Diris ſceleſtis (breviter ut dicam) meis*
*Certant in omne facinus.*

Certare item, inter ſe ſumma cura deliberare. Virg. 6. *Æneid.*

*Haud mora feſtinant flentes, aráque ſepulchris*
*Congerere arboribus, cœloque educere certant.*

Hoc eſt (ait Servius) ut hoc faciant, mente pertractant. Nam adhuc ituri ſunt ad ſylvas. Certare aliquid, id eſt, certando conari. Horat. 2. *Serm. ſatyr.* 3.

*An quodcunque facit Mœvius, te quoque verum eſt*
*Tanto diſſimilem, & tanto certare minorem?*

¶ Et cum adverbiis Mecum, Tecum, Secum. Plin. jun. Nam mihi ſatis eſt certare mecum. ¶ Certare cum uſuris fructus prædiorum dicuntur, quorum vectigalia vix, aut ne vix quidem uſuris perſolvendis paria eſſe poſſunt. Cic. *Cæc.* 2. Meo beneficio tabulæ novæ proferentur, verùm auctionariæ: quod ſi maturiùs facere voluiſſent, neque id

sd quod stultissimum est, certare cum asinis, fructibus prædictorum locupletioribus, his & melioribus civibus uterentur. Hotomanus.
¶ Hinc componuntur Decerto & Concerto.

Certāmen, Conflictus, concertatio, contentio, prælium. { מריבה, מצות *meribah, madón.* ἀγών, ἔρις, ἀμφισβήτησις. GALL. *Debat, combat, contestation.* ITAL. *Battaglia, abbattimento, contratto.* GERM. Streyt / Kampf. HISP. *Pelea, contencion, y porfia.* ANGL. *Debate, fight, strife.* } Ovid. 10. *Metam.*

*Merx pretium tardat: ea lex certaminis esto.*
*Ipse tulit pretium jam nunc certaminis hujus,*
*Qui càm victus erit, mecum certasse feretur.*

Ovid. 13. *Metam.*

*Non foret ambiguus tanti certaminis heres:*

(i. armorum de quibus certatur,) *ibid.*

*Ergo operum quoniam nudum certamen habetur.*

Idem *ibid.*

*Aspera militiæ juvenis certamina fugi.*

Idem Ovid. *Eleg. 1. lib. 4. Trist.*

*Laudis & assiduo vigeant certamine milites.*

Tibul. *lib.* 4. Certamen ludicrum Olympiorum, mox ludi, & sacrum, & mercatus. Velleius. In sacro certamine sortitio fiebat inter Athletas. Gell. *cap. 9. lib. 5.* Interdum res ipsa de qua certatur, scilicet uter columbam sagitta feriat, uter prior decurrat ad metas. Virg. 2. *Georg.*

*Veteúmque jaculi certamina ponit in ulmo.*

¶ Græca certamina celebratissima hæc fuerunt, Olympia, Pythia, Isthmia, & Nemæa, in quibus Græci magnos honores constituerunt victoribus athletis. Nam Olympia, juxta Olympiam Elidis civitatem quinto quoque anno in honorem Olympii Jovis celebrabantur, & qui vicisset, corona ex oleastro, qui Philostephanus dicitur, donabatur: institutáque sunt anno mundi quadringentesimo supra quatuor millia, in eóque certamine Hercules primus coronatus est. ¶ Pythia, Apollini sacra erant, in memoriam Pythionis serpentis ab Apolline occisi instituta. Unde & nomen tenuerunt. Ex hoc certamine victor coronam lauream cum malis reportabat. Nam quòd Ovidius Pythiorum victori æsculeam coronam videtur tribuere *lib. 1. Metam.* quum ait,

*Néve operis famam posset delere vetustas,*
*Instituit sacros celeri certamine ludos,*
*Pythia perdomita serpentis nomine dictos.*
*Hic juvenum quicunque manu, pedibúsve, rotáve,*
*Viceràt, æsculea capiebat fronde coronam*: id non ex animi sententia affirmat, sed ut commodiorem faceret transitum ad fabulá Daphnes. Subdit enim, *Nondum laurus erat.* ¶ Isthmia ab Isthmo Peloponnesi, ubi celebrabantur in honorem Palæmonis, quem Latini Portunum dicunt, in quibus qui vicisset, coronam ex pinu reportabat. ¶ Nemæa, à Nemea sylva in memoriam Archemori Lycurgi filii fiebant, quorum victores apio coronati abibant. De hisce quatuor sacris Græciæ certaminibus extat etiam nobile Archiæ poëtæ Græcum epigramma.

Τέτορές τινες ἀγῶνες, ὦ Σπάρτα, πίστορες ἰσοὶ
Οἱ δὲ μὲν Ἕλλανες, οἱ δὲ δ' ἀπάντων,
Ζηνὸς, Ἀπόλλωνος, παλαίμονος, ἀγχιμόλοιο.
Ἄλλα δ' ἄλλοις, ἄθλος, μῆλα, σέλινα, πίνος.

Id est,

*Quatuor Argivis certamina sacra feruntur:*
*Fina hominum natis, binaque cœlitibus:*
*Phœbo, ipsique Jovi, Archemoro & parvo Melicerta.*
*Poma, oleastra, apium, pramia finem erant.*

Hæc certamina etiam Ludi plurali numero dicuntur, & spectacula. ¶ Certamen significat etiam privatam contentionem. Salust. Diu magnum inter mortales certamen fuit, vine corporis, an virtute animi res militaris magis procederet. ¶ Certamen, prælium. Cic. 4. *de finib.* Sed ut magnum, & difficile certamen iniens, quum sibi cum capitali adversario dolore depugnandum videret, excitaret omnes rationes fortitudinis & patientiæ. Plancus *Ciceroni*, Aut ipse à certamine belli tam necessarii me removissem. Certamen non accipit excusationes, ἀγὼν ἀπὸ νύκτα οὐκ ἔχει. Plat. *lib. de leg.* ἀπὸ γὰρ νυκτὸς ἀγὼν οὐκ ἔστιν ἀπὸ νύκτα φασὶν: id est, Verum aiunt certamen non admittere causationes. Locus erit proverbio, quùm quis in magno præsentaneóque periculo velit tergiversari, & occasionem expectare.

Certātor. Gell. *cap.* 10. *lib.* 12. Indomiti certatores (i. disputatores.)

Certātio, nis. Contentio, certamen. { מריבה *meribah,* סדון *madón.* φιλονεικία. GALL. *Debat, combat.* ITAL. *Contesa.* GERM. Das streyten oder kempfen. HISP. *Contencion y porfia.* ANGL. *Debate, striving.* } Cic. 3. *de nat. deor.* Sed nequaquam istuc ibit: magna est certatio. Idem 2. *de Leg.* Ludis publicis (quod sine curriculo, & sine certatione corporum fiat) popularem lætitiam in cantu, & fidibus, & tibiis moderanto.

Certātim, adverb. Cum certamine, contentione, & æmulatione. { φιλονείκως. GALL. *A l'envie l'un de l'autre, à qui mieux mieux.* ITAL. *Agara, à chi fa più presto.* GERM. Mit streyten in kampff weyß. HISP. *Contentiosa, y porfiadamente.* ANGL. *Bistriving and contencion to do best.* } Virg. *lib.* 8.

*Tunc lecti juvenes certatim, araque sacerdos*
*Viscera tosta ferunt taurorum.*

Suet. *in Aug.* Senatus & in funere ornando & in memoriâ honoranda eo studio certatim progressus est. ¶ Item pro festinanter.

Certātus, a, um, adject. ἀγωνισθείς. Tacit. *lib.* 11. Et huic contrà ictum ad amnem Erindem, in cujus transgressu multum certato, pericit Bardanes. Certato, id est, quum certasset. Passivum pro Activo.

Certātŭs, us, ui, nomen, idem quod certamen. Stat. *lib.* 3. *Sylv.*

*——— videtque benigna*
*Parthenope gentile sacrum, nudósque virorum*
*Certatus, & parva sua simulachra corona.*

Certŭs, a, um, Clarus, & indubitatus, à Cerno pro Video, quia ea quæ cernimus, clara & indubitata sunt. { ידוע *jadúah,* נאמן *neemán.* ἀψευδὴς, δῆλος. GALL. *Certain, asseuré.* ITAL. *Certo, chiaro.* GERM. Gewiß / klar. HISP. *Cierto, no dudoso, claro.* ANGL. *Certane, sure.* } Plaut. *Mercat.* Quid illud sit negotii, lubet scire me, ex hoc ut sim certus metu. Gellius, Certi sumus non ignorare te quid una appellatur. Certa amittimus, dum incerta petimus. Idem Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 2. In te certum est id experiri. Idem *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Quæro qui istuc certum faciat mihi. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 2. & *sc.* 2. *a.* 5. Certa res est hanc objurgare. Idem *Amphitr.* Nequeo cum animo certum investigare. Idem *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Istuc certum erat (i. facere volebam.) Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Item, Certum est mihi (irascentis.) Idem *Pseud. sc.* 7. & 8. *a.* 4. Fac me certum quid sit. *Ibidem sc.* 1. *a.* 1. Si ex te fieri posset certior. *Ibidem.* ¶ Interdum certus dicitur constiturus, hoc est, tantus & talis, quantum ac qualem volumus. Unde Certum vultus fecisse aliquem dicimus, quum nec plus, nec minus fecit, quàm volut. Mart.

*O quàm certa fuit librato dextera ferro.*

Interdum discretus, ἐκλεκτός. Hinc certos ferè plurali numero dicimus, pro eo quod est, Quosdam quasi extractis discretos. Cic. In eum cum certis aliis ad Cæsarem missus, paulò antè discesserat. Sallust. Apud latera certos locavit. Certo patre nati, & certi liberi, pro legitimis. Cicer. *pro Sexto Roscio Amerino,* Si tibi fortuna non dedit ut nascerere certo patre. Et 1. *de Invent.* Nondum divinæ religionis, non humani officii ratio colebatur, nemo legitimas viderat nuptias, non certos quisquam inspexerat liberos. Sic Progenies certa, pro legitima, apud Senec. *in Troad.*

*——— Certissima proles*

Virg. 7. *Æneid.* Homines certi, id est, fidissimi nuntii. Cic. *ad Lentulum lib.* 17. Quoties mihi certorum hominum potestas erit, quibus tecte dem, non prætermittam. Idem 4. *Verr.* Confirmat & se homines certos ejus rei causa in Siciliam & terra & mari missurum. Certus cum præpositione In, vel Erga, interdum idem est quod prosper, & de quo melius confidas. Valer. *lib.* 1. *Argonaut.*

*Ille tibi cultúsque deûm, delubraque genti*
*Instituet, quum jam genitor lucebit ab omni*
*Parte poli: neque enim in Tyrios Cynosura carinas*
*Certior, aut Graiis Elice servanda magistris.*

¶ Item certus, firmus, non vacillans, βέβαιος. Ovid.

*Da mihi quod petitur certo contingere telo.*

¶ Et certum dicimus deliberatum, in quo plerunque adjungitur dativus cum infinitivo: ut, Certum est mihi in Asiam navigare, δέδοκταί μοι. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 3. Certum est meum jus persequi. Virg. *in Gallo,*

*Certum est in sylvis inter spelæa ferarum*
*Malle pati.*

Terent. Si ita certum est tibi, εἰ οὕτω δέδοκταί σοι. ¶ Certo certius, proverbiali tropo dicimus, quod prorsus indubitatum haberi volumus: Ulp. *Pandect. l. b. 26. tit. 2. de testam. tut. l.* 17. Testamento datos tutores non esse cogendos satisdare rem salvam fore, certo certius est. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Nec quid velit mihi, certius facit. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 3. Certúmne est tibi istuc? HE. Non mortui certius est. Idem *Men. sc.* 8. *a.* 5. Cui certissimum est me, &c. Certus cum genitivo, ut apud Virg. 4. *Æneid.* Certus eundi, hoc est, haud dubie profecturus. Sic Tac. *lib.* 10. Desciscendi certus. Et *lib.* 12. Nam ubi sui matrimonii certa fuit, struere majora, &c. Certus cum Infinitivo. Stat. 3. *Theb.*

*Ibo libens, certúsque mori.*

Val. Flac. *lib.* 2.

*Acrius hoc instate viri, fecurrere certi.*

Certĭfico. { GALL. *Donner asseurance.* ANGL. *To make certane or sure.* } Pro hoc verbo ceu reprobato plerique ponunt, certum, aut certiorem facere, seu reddere: licèt etiam certiorem facere dicimur, qui alioquin nihil certi à nobis habuerit: atque sic obtinuit frequentior usus scribendi: tamen aliter à Cicerone positum *lib. 9. epist. fam.* Insulanus observavit.

Certĭor, & Certius, comparativa, pro compertiore, exploratiore & pertiore. { ANGL. *More certane, more sure.* } Senec. *in Hip.* loquens de Cupidine.

*Ipsúmque Phœbum, tela qui nervo regit,*
*Figit sagitta certior missa puer.*

Facere certiorem, δηλοῦν τινὰ τῷ τινι, est notum facere, indicare, & dicere ita esse. Cic. 6. *Verr.* Adiunt Segestani clientes tui, socii populi Romani atque amici; certiorem te faciunt, P. Africanum Charthagine deleta, &c. Plaut. *in Cas.* Face me certiorem quid meus vir me velit. Terent. *in Phorm.* Quantum potes me certiorem face.

Certĭōro, as: Certior, in facio, certiorem reddo. { הודיע *hodhia,* δηλῶ, μηνύω. GALL. *Certifier, faire sçavoir, advertir.* ITAL. *Certificare.* GERM. Zuwissen thun. HISP. *Certificar y aviśar.* ANGL. *To make certane, or sure, to advertise.* } Quod verbum non temerè alibi reperias, quàm apud Jurisconsultos. Ulpian. *de eo qui pro tut. l.* 1. Sed necessarios pupilli non certioravit. Idem *l.* 1. *ff. de act. empt. & vend.* Hæc ita vera sunt, si emptor ignoraverit servitutes: quia non videtur esse celatus qui scit, nec certiorari debuit qui non ignoravit.

Certĭsso, as: Certus fio, Pacuvius apud Nonium, Æquè cecos unde certissent.

Certĭtūdo, à certus. { אמנה *amanáh,* אמן *emún,* ἀσφάλεια, πληροφορία. GALL. *Certitude, asseurance, seureté.* ITAL. *Certezza.* GERM. Gewisse eine dinges / sicherheit. HISP. *Certidumbre.* ANGL. *Certantie, sureesse.* } Unde Incertitudo, notæ significationis.

Certè, adverbium affirmantis. { אמנם *emnám.* ἀληθῶς, τῷ ὄντι. GALL. *Certainement, assurément, sans doute.* ITAL. *Certo, certamente, sicuramente.* GERM. Warlich / fürwar / fürwar / gentlich. HISP. *Ciertamente, affirmando.* ANGL. *Truelie, surlie, verely.* } Ovid. 11. *Metam. Et memubit* (emit) *certè est.* Certè, ædepol, equidem te sine malitia sum arbitratus. Plaut. *sc.* 3. *a.* 1. Aliquando assentientis est. Idé *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Bustuape. B. Certe. Et *Men. sc.* 1. *a.* 1. Egomet vidi. Certè Certè, inquam. Item pro quidem. Certe deformata habetur, i. deformata quidem. Atqui certe, vide *Atqui.* Cicer. *de finib* 3. Satisne hoc conclusum videtur? certè. Interdum idem quod certò, *meâ,*

hoc est, clarè, & manifestè. Cic. *ad Quint. Frat.* Certè enim scio, te fecisse cum causa. Idem *Attico*, Quod te molestè ferre, certè scio. ¶ Interdum idem est quod saltem. Idem *pro Marcello*, Victi sumus igitur: aut si vinci dignitas non potest, certè fracti, & abjecti. Ovid. 13. *Metam.*

*Viverit, aut certè lethum sine crimine habebat.*

Cērtò. Clarè, liquidò. { מאמנת *bremunáh.* σαφῶς. GALL. *Clairement, sans doute.* ITAL. *Chiaramente.* GERM. Gewißlich/ on allen fählen. HISP. *Claramente.* ANGL. *Manifestlie, clearlie.* } TER. *Eunuch.* Hoc certò scio, Rhamnusium se esse aiebat. Cic. *in Epist.* Etsi certò scio, &c. Certò, vocem loquentis audire visus sum. Plaut. *Aul. sc. 6. a. 4.* Certò edepol scio. Idem *Merc. sc. 3. a. 2.* Mihi certò nomen est Sofia. Idem *Amph. sc. 1. a. 1.* Certò hæc mulier insana. Idem *Men. sc. 4. a. 2.* Sat certò scio suem occisam plus sapere. Idem *Merc. sc. 6. a. 2.*

Cērvā, Cervarium, vide *Cervus.*

Cervaria, locus est in Galliæ & Hispaniæ confinio, non procul à templo Veneris. Pomp. *lib.* 2.

Cērūchōs, cornua habens. { מקרן *makrin,* κερᾶτα. GALL. *Cornu.* ITAL. *Cornuto.* GERM. Gehörnt. HISP. *Cervi, cosa que tiene cuernos.* ANGL. *Horned.* } Latinè dicitur Cornutus, quasi κεραὸς ὢν. In navibus autem Ceruchi dicuntur rudentes antennarum cornua firmantes, fulcique habentes in puppe ansas, ad quas religantur. Flaccus 1. *Argon.*

*Temperet ut tremulos Zethes, fratrisque ceruchos.*

Hesychius Ceruchos vocat, quasi κέρα κεραίας ἔχοντας.

Cērvicāl, vide *Cervix.*

‖ Cervida, lignum super quod ducitur taratantara. Gloss. Isid. ‖

Cērvī, animalia satis nota: ita dicta, quòd magnos cornua gerant, quasi gervi, g, in c, mutata. { ארי *aijál,* ἔλαφος. } Vel κὴν τῇ κεφαλῇ, hoc est, à cornibus quæ primùm binis oriantur, simplicia quidem & recta, ad subulārum similitudinem: quamobrem Subulones per id tempus appellantur. { GALL. *Cerfs.* ITAL. *Cervi.* GERM. Hirsch/ oder Hirtzen. HISP. *Ciervos, animales conocidos.* ANGL. *Hartes or stagges.* } Plin. *lib.* 8. *cap.* 32. Cervis quoque est sua malignitas, quamquam placidissimus animalium. Virg. *in Æneid.*

——— *surgentem in cornua cervum.*

Ovid. *in Metam.* expositi,

*Celsum in cornua cervum.*

¶ Cervi item dicuntur stipites furcillati, seu furcæ, quæ ad casæ sustentationem figuntur ad similitudinem cornuum. Virg. 2. *Eclog.*

*Atque humiles habitare casas, & figere cervos.*

‖ Item ferreæ furcæ tricipites, aut quadricipites eminentes in munitionibus: ceratæ, magnis cornibus præditis palmati, quibus cornua alta imitar palmæ: patales, patula habentes cornua. Cerda. ‖ ¶ In vallo castrensi per spatia ponebantur cervi (sic dicti à similitudine cornuum cervi, ut tradit Varro 4. *de L. L.*) à quo interstitium illud inter cervos dictum intervallum, ut constat ex commentariis Cæsaris. Silius Italicus *lib.* 10.

*Cervorum ambustis imitantes cornua ramis.*

Brachia vocat Lucanus,

——— *condáque extraxit brachia terra.*

Rursus:

*Aut circum largas curvari brachia fontes.*

¶ Cervus canes trahit, ὑπὸ κυνῶν ἕλκεται: Adagium est inter ea, quibus ἀδωλεσχίαν, seu præposterum quippiam significamus. Præposterum est enim ut cervus venetur canes. Tibul. *lib.* 4.

*Qualiter ad versos hosti defigere cervos.*

Cervos objicere ad viam intercludendam. Liv. *lib.* 4. *d.* 5. Cervi stipites furcillati. Cæsar.

Cērvā, æ, fœmininum. { ANGL. *A hynde.* } Plin. *lib.* 5. *cap.* 8. Simplicius cervæ monstravere elaphoboscon. De qua diximus.

Cērvārius, a, um, adjectivum à cervo deductum, ἐλαφηρός. Unde Lupus cervarius. { GALL. *Loup cervier.* ITAL. *Lupo cervero.* GERM. Ein luchs. HISP. *Lobo è gato cerval.* ANGL. *wild beast like wolf with the spottes of a pathere.* } (Sic Aristoteli, si Theodoto credimus) dicta est fera lupi effigiem habens, & Pantheræ maculas, nomine (ut opinor) à cervina pernicitate impositio. Plin. *lib.* 8. *cap.* 22. *de lupis.* Sunt in eo genere qui cervarii vocantur, qualem è Gallia in Pompeii magni arena spectatum diximus. ¶ Cervarium venenum. Plin. *lib.* 27. *cap.* 11. Limeum herba appellatur à Gallis, qua sagittas in venatu tingunt medicamento, quod venenum cervarium vocant.

Cērvīnus, quod ad cervum pertinet. { ἐλάφειος. GALL. *De cerf.* ITAL. *Di cervo.* GERM. Von ein hirsen gehört. HISP. *Cosa perteneciente al ciervo.* ANGL. *Belonging to a stagge or an hart.* } ut, Cervinum cornu. Varro 3. *de re rust.* Circum caveas eorum incendendum cornu cervinum, ne qua serpens accedat. Cervinus color, qualis est pellis cervi, vel castanex. Pallad. *lib.* 4. *cap.* 13. Colores hi præcipui, badius, aureus, albineus, rufleus, murteus, cervinus, gilvus, &c. Pellis cervina. Horat. 1. *Epist.*

——— *venaticus ex quo*
*Tempore cervinam pellem latravit in aula,*
*Militat in silvis catulus.*

Cervina senectus. Juven. *satyr.* 14. ¶ Cervinus vir, ἐλαφηρὸς ἀνήρ, olim dicebatur formidolosus, & fugæ fidens magis, quàm viribus. Cervus enim animal cursu pernicissimum, & in venatu pedibus quærit salutem.

Cērvīsia, { ζῦθος. GALL. *Cervoise.* ITAL. *Cervogia.* GERM. Bier. HISP. *Cerveza.* ANGL. *Ale.* } Potus ex aqua & frugibus confectus, & præcipuè ex hordeo madefacto, & rursus clibanis siccato, addito lupi salictarii flore: quo potus genere etiam hodie pleraque Galliæ & Germaniæ loca, Britanniæque universa, vini inopiam supplent. Plin. *lib.* 22. *cap.* 25. Ex iisdem fiunt & potus, zythus in Ægypto, caelia, & corma in Hispania, cervisia & plura alia genera in Gallia.

Cērvix, posterior colli pars, quæ ab occipitio incipit, & tendit ad spinam. { עֹרֶף *Órepḥ.* ἰνίον, αὐχήν. GALL. *Chignon du col, le col.* ITAL. *Coppa.* GERM. Der nacke/ das genick. HISP. *Cervix del cuello.* ANGL. *The neck.* } Quæ autem anterior est, Gula dicitur. Cervicis hæc commoditas est, ut ad dextram, sinistramve partem, retrorsumque vertatur. Constat enim ex ossibus orbiculatim vertebratis, ex quibus fit ad circumspectum facilis. Hinc est, quod qui nec flecti, nec cogi possunt, cervicis duræ perhibeantur. Unde dicimus hominem duræ cervicis, quasi indomabilem, sive inexorabilem, atque contumacem: qui & Cervicosus dicitur, αὐχένιος. Antiqui verò (ut Quintilianus ait) Cervices pluraliter dicebant, primúsque Horten. Cervicem dixit. Cic. *in Vat.* Inflato collo, tumidis cervicibus intulisti. Cato, Si caput, aut cervices dolent, ea lotio calido lavito. Velleius, Cervicem extentam præbere (cædi.) Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

*Vinclaque captivæ regat cervice ferentes.*

Et *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Trist.*

*Cervicem rigida frena remittit equo.*

Cervice compositâ ad ictum. Senec. *cap.* 16. *de constol. ad Marc.* Cervicem præbere alicui. Idem *cap.* 15. *de Tranquill.* Cervicem dare non segniter ad ictum. Vell. Utinam cervicem haberent. Suet. *in Calig. cap.* 30. In cervicem regnum accipere. Liv. *lib.* 4. *ab urb.* ¶ Cervix etiam de jugulo dicitur. Celsus *lib.* 7. *cap.* 13. At in Cervice inter cutem, & aspetam arteriam tumor increscit, βρογχοκήλη Græci vocant. ¶ Cervix pro superbia, auctore Arnobio, & Sidonio.

Cērvicŭla, diminutivum. { τὸ αὐχένιον, ἡ μικρὰ αὐχήν. ANGL. *A little neck.* } Cic. 5. *Verr.* Tamènne putamus parricidium tuum in hoc crimine cervicularn jactaturum, & populo se ad coronam daturum? Quinct. Cervicula contracta.

Cērvicāl, & per apocopen Cervical, Significat cervicis sustentamentum, & munimentum, cui scilicet dormientis caput, & cervix innituntur. Suet. *in Neron. cap.* 6. { מראשות *meraasoth.* προσκεφάλαιον. GALL. *Chevet ou traversain, coussin de lict, ou oreiller.* ITAL. *Guanciale.* GERM. Ein haupttussin. HISP. *El almohada à cabeçal para la cabeça.* ANGL. *A bolster, of a bead.* } Juven.

*Conducit comites, sellam, cervical, amicum.*

Mart. *Epigr.* 146. *lib.* 14.

*Tinge caput nardi folio, cervical olebit.*

Plin. *lib.* 10. *cap.* 20. Sunt qui ante Solis ortum cervicalibus subjici efficaciter putent. Vestis nomine cervicalia continentur, apud Ulp. *l.* 25. §. 5. *ff. de auro & arg. leg.* Quod si ad muliebrem mundum ea pertinent, significari putat hoc nomine Hotomanus quæ Græci κεφαλοδέσμια nominant, quæ Jul. Pollux in mundo muliebri recenset: sin ad ornatum virilem, fortassis ea quæ frigoris vitandi causa cervici circumdantur. ¶ Cervicalia de furto conquiere dicebatur à nonnullis adagii loco de latronibus.

Cerula, vide *Cera.*

‖ Ceres veteri lingua sanctus: à quo cerimonia, ut à sanctus sanctimonia. ‖

Cērussa, Plumbo in acuto aceto soluto comparatur. { סך *puch.* ψιμύθιον. GALL. *De la ceruse, fard.* ITAL. *Biacca, olisicio.* GERM. Bleiweiß. HISP. *El alvayalde.* ANGL. *White lead or ceruse peinting that women use.* } Vitruv. docet quomodo fiat, dicens: Rhodii in doliis sarmenta collocantes, aceto suffuso, supra sarmenta collocant plumbeas massas, deinde ea operculis obtegant ne spiramentum obturata emittant: post certum tempus aperientes, inveniunt è massis plumbeis cerussam. Eadem ratione lamellas æreas collocantes, efficiunt æruginem. Cerussa verò quum in fornace coquitur, mutato colore, ab ignis incendium efficitur Sandaracha. Id autem incendio factum ex casu didicerunt homines, ex ea multò meliorem usum præstari, quàm quæ de metallis per se nata foditur. Utcunque igitur ita cerussa comparetur, neque acutum, neque lancinans quicquam habet, neque distrahens, sed emplasticum ac refrigerans. Usta autem, inquit Aëtius, pura cerussa mutatur in id quod Syricum nuncupatur: medici Sandyca vocant. Vide Galen. *lib.* 9. *simpl.* & Plin. *lib.* 34. *cap.* 8. Cedò cerussam, quid cerussa opus est? Attamen eo ebur candescere postulas. Plaut. *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. bis.

Cērŭleus, a, um, { כחול *chachúl.* ψαμμοειδής. GALL. *Fardé.* ANGL. *Coloured, painted.* } ut, Cerussatæ mulieres, quæ candoris comparandi gratia cerussa utuntur. Matt. *lib.* 12.

*Cerussata timet Sabella solem.*

Cerussata cutis, Cerussatæ buccæ. Idem *lib.* 7. Cic. *in Pisonem.*

Cēryx, κῆρυξ, Latinè præco & caduceator. { GALL. *Ambassadeur de paix: Un crieur public qui publie l'ordonnance du Prince, ou du magistrat.* ANGL. *A beadle, suche as crieth congregations in the universities.* } Unde Eusebius scribit à Nerone Cerycas fuisse certamine superatos. Sen. *ad Serenum, cap.* 3. *de tranq.* Non vis Consul, aut Ceryx, aut Suffes administrare Rempublicam, hoc est, magistratus ad rem gerendam.

Cescos, κίσσος, Pamphiliæ, seu, ut Suidæ videtur, Ciliciæ urbs, cujus cives ob vecordiam stultitiamque vulgò malè audiebant. Juxta Cescum urbem fluvius erat, cui nomen ἄνους, id est, amens. Unde tractum proverbium, Cescon habitas, κίσσου οἰκεῖς: in stupidum & hardum dicebatur. Quadrabit & in certum, aut conciliabulum hominum stultorum.

Cezena, oppidum est Picenî, non procul à Cliterna, etiam hodie nomen tetinens. Plin. *lib.* 3. *cap.* 15.

Cesperia, sive Caesperia, urbs fuit Sabinorum, ex qua Tiburtum auxilium habuisse contra Æneam, Maro author est *lib.* 7.

*Cesperiámque colunt.*

Melius per a, in prima syllaba.

Cēspĕs, vide *Cæspes.*

Cesseto, Narbonensis Galliæ oppidum, in tractu Meminorum, non procul à Carpentoracte. Plin. *lib.* 3. *cap.* 4. Vulgò *Ciferon.*

Cessio, ōnis. { ANGL. *Ayelding or yeving over.* } Cic. *Topic.* Abalienatio est ejus rei, quæ mancipi est, aut traditio nexus, aut in jure cessio, inter quos ea jure civili fieri possunt.

Cessim ire, { ἀναχωρεῖν. GALL. *Reculer, tomber en arriere, faire retraite.* ANGL. *To recule, to retire.* } Significat retrocedere. Just. *lib.* 11. Commisso prælio ire cessim, inhibere remos, & à bello discedere: & apud Justin. *ff. ad leg. Aquil.* Interim superius plaustrum cessim ire cœpit. Fit autem à Cedo.

Cessio,

Cesso, as, abstinco, ab opere vaco. { חדל *chadhal.* שבת *schabath.* בטל *batal.* אחר *achar.* παύομαι. GALL. *Cesser, estre tardif.* ITAL. *Cessare, indugiare, astenere.* GERM. Aufhören/ablassen. HISP. *Cessar. tardarse à abstenerse.* ANGL. *To cease, to leave, to linger.* } Virg. 7. *Eclog.*

*Et si quid cessare potes, requiesce sub umbra:*

id est (inquit Servius) si potes breve otium tibi persuadere. Dicimus autem Cessare in re aliqua, & Cessare à re. Cic. Neque unquam in suo studio atque opere cessavit. Liv. Cessare in officio. Idem *lib.* 5. *d.* 5. Nec ex quo castris castra collata sunt, cessatum à levibus præliis est. Suet. *in Tib. cap.* 61. Nullus dies cessavit à pœna. Liv. *lib.* 5. *d.* 3. Et sine præpositione, cessantem honore, i. magistratum, defuncto eo, qui gerebat. Suet. *in Cæs. cap.* 76. Item cessare, ἀεργεῖν, ἀοκνηρεῦσθαι, tardare, remorari, diutiùs immorari in re aliqua faciendâ, & eam negligentius agere. Virg. *Æneid.*

*——— Cessas in vota, precesque?*

id est, tardus es in votis faciendis. Terent. *in Eunuch.* Paululum si cessassem Pythia, domi non offendissem, ita jam adornabat fugam. Cessantibus copiis (i. morantibus.) Suet. *in Cæs. cap.* 58.

*Cur tua cessavit pietas scribentibus illis?*

Ovid. *Eleg.* 7. *lib.* 4. *Trist.*

*Dum tamen hæc fiant vidua cessare puella?*

(i. permanere vidua tantisper.) Idem 2. *Fast.* Quid cessas date potionis aliquid, &c. Plaut. *Men. sc.* 5. *a.* 5. Quid cesso abire ad navem? *Ibid. sc.* 3. *a.* 5.

*——— Exstimulate precor cessantia fata.*

Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 3. *Trist.* It dies, mihi cesso. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Sed cesso hunc onerare lætitia. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 4. Quid cessas hanc huic uxorem dare? Idem *Cure. sc.* 2. *a.* 5. Sed quid cesso hunc ire in forum. Idem. *Asin. sc.* 2. *a.* 1. Idem *in Adelph.* Æschinus odiosè cessat, prandium corrumpitur. ¶ Et cessare dicimus eos, quorum officium desideramus. Gellius *in fabula Cassita*: Amici isti magnam in partem cessatores sunt, ἀεργοί. Breviter sic accipe, quod Cessare interdum significat nihil agere, vacare: interdum conquiescere, vel respirare, & hic duobus modis absolutè ponitur, ut apud Cic. *de nat. deor.* Cur tam multos deos nihil agere, & cessare patitur? & apud Terent. *in Eunuch.* & *Adelph.* ut dictum est. Quum verò pro intermittere, desistere, desinere, vel fine in facete ponitur, habet alium secum infinitivum. Cic. *ad Quint. Frat.* Si te quoque inimici vexare cœperint, ne cessaris me certiorem facere, ut accurram. Terent. *in Andr.* Cessas alloqui. *Et in Phormion.* Absenti tibi te indignas, séque dignas contumelias nunquam cessavit hodie dicere: id est, toto die nihil aliud quàm contumelias loquutus est. ¶ Hujus compositum est Concesso.

Cesse, pro cessisse, Non.

Cessātor, is, verbale à Cesso, as: Cunctator, otiosus, qui cessat & nihil agit. { מואר *meachér,* ἀργός, ἀοκνηρός. GALL. *Faineant, mussard, fainéant, tardif, paresseux, lasche en besongne.* ITAL. *Indugiatore, otioso.* GERM. Saumig/ mässig/ der etwas zuthun ungern gehört hat. HISP. *Tardio, espacioso.* ANGL. *A tinger, a loiterer an idle fellow.* } Gellius, Amici isti magnam in partem cessatores sunt. Cic. *Pato lib.* 9. Hæc tibi antea non rescripsi: non quòd cessator esse soleam, præsertim in literis: sed quia, &c.

Cessātus, a, um, participium sine verbi origine, sicut Regnatus, & similia: nam Regnor, aut Cessor non dicimus. { ἀργούμενος. ANGL. *That hath lien fallow.* } ¶ Hinc cessata arva, id est, neglecta, & non culta. Ovid. 4. *Fast.*

*Largaque provenit cessatis messis in arvis.*

Cessātio, nis, verbale, Otium. { שבת *schebeth.* משבת *mischbath.* ἀργία, ἀοκνηρία. GALL. *Relasche, oisiveté, lascheté.* ITAL. *Indugio.* GERM. Aufhörung/ mässigung. HISP. *Tardanza.* ANGL. *Slackness, lettering, vacantness from labour.* } Cic. 1. *de nat. deor.* Profectò Epicurus, quasi pueri delicati, nihil cessatione melius existimat. Colum. *lib.* 2. *cap.* 1. At econtrario, seu sponte, seu quolibet casu destituta humus, quum est repetita cultu, magno fœnore cessationis colono respondet.

Cessiosus, qui sæpe cedit. Gl. Isid.

Cēstĭcillus, } ANGL. *A wase, or wreath to be layed under the vessel that is borne on the head, a wisse.* } Autore Fest. Circulus est quem mulieres imponunt capiti quò commodiùs onera ferant.

Cestis, pro Cestibus.

Cestra, ἀκίς, nomen piscis.

Cēstrōsphēndŏnē, ἀκιδοσφενδόνη. Telum erat semicubitale, bipalme spiculum infixum habens, digiti crassitudine, cui ad libramen pinnæ tres, veluti sagittis solent, circumdabantur. Nomen invenit à figura & usu, quorum utrumque medium habet inter telum & fundam: ἄκων enim Græcis teli genus est, Persico bello inventum: σφενδόνη autem id est, quod Latini fundam vocant. { ANGL. *A sling, an engine of warre to cast darts.* } Nam fundæ modo librabatur. Inventum fuit hoc teli genus, authore Livio, in bello Macedonico, ex *lib.* 5. *d.* 5.

Cestreus, duabus tantum syllabis, κέστρεύς. Piscis genus, qui & Cephalus & mugil vocatur, publicis adulterorum supplicis destinatus apud Athenienses. Vide Cæl. Rhodig. *lib.* 7. *cap.* 4. ¶ A cujus natura tractum est adagium, Cestreus jejunat, Κεστρεὺς νηστεύει. De famelicis & voracibus dici consuevit. Unde & qui fame oscitant, κεστρῶν dicuntur, & κεστρίαν, esurire.

Cestrīa, Epiri oppidum. Plin. *lib.* 4. *cap.* 1. & Cestrini, Cestriæ incolæ, eodem authore *in Proœmio lib.* 4.

Cestrus, ἀκίς, quod primum in semine germinat, est quasi spiculum quod ejaculatur. ¶ Est etiam fluvius Pamphyliæ, apud Strab. *lib.* 14.

Cēstrum, ἄκεστρον, instrumentum quo cavatur ebur. Suidas putat esse genus teli, Persico bello inventi. Latini Viriculum appellant. Julius Pollux, pro stimulo, sive stylo accepit. ¶ Est & herba Cestron, quæ & Betonica dicitur, à varietate remediorum, & efficacia, nomine impositio. Plin. *lib.* 25. *cap.* 8. Quæ Betonica dicitur in Gallia, in Italia autem Serratula, à Græcis Cestron, Psychotrochon.

Cēstus, Veneris. Vide in dictione *Cæstus*, & Politianum *Misc. c.* 11.

Cetaria, Cete: vide *Cetus.*

Cethegus, Orator fuit facundissimus Africani majoris ætate, quem Ennius (ut Quintil. refert) Suadæ medullam vocat. Mentionis ejus & Cic. *in Brutо.* ¶ Fuit etiam Cethegus unus ex præcipuis Catilinariæ conjurationis, cujus frequens est mentio apud Cic. *in Catilinam.* Cethegi gratia & potentia Romæ. Plut. *in Lucul.*

Cetii, populi sunt Asiæ, Cilicibus finitimi, à Cetio agri illius fluvio nominati. Strab. *lib.* 13.

Cetius, mons est in Norico, Germaniæ regione. Ptol. *lib.* 2. *cap.* 14. vulgò *Kalemberg.*

Cētra, æ, scutum breve, Iorum quo utuntur Afri & Hispani. Suet. *in Calig. cap.* 19. { צנה *tsinnáh.* ἡ πέλτη, τὸ πέλτιον. GALL. *Une petite targe & bouclier dequoy usoient les Espagnols & ceux d'Afrique.* ITAL. *Targetta, brocchiero.* GERM. Ein schilt/ wie man sie in Hispanien und Africa brauche. HISP. *La adarga à escudo de cuero.* ANGL. *A short buckler which the Spaniardes and Africkes doeth use.* } Virg. 7. *Æneid.*

*Lævum cetra tegit.*

Liv. 1. *bel. Pun.* Hispani sine ulla mole in utres vestimentis conjectis, ipsis cetris superpositis incubantes, flumen transnatavere. Hinc Cetrati dicti sunt milites cetris muniti, quos Peltastas vocant, πελτοφόροι, πελτασταί. Cæsar *bell. civ. lib.* 1. Erant, ut suprà demonstratum est, Legiones Afrani tres, Petreii duæ, præterea scutatæ citerioris provinciæ, & cetratæ ulterioris Hispaniæ cohortes circiter octoginta. Liv. *lib.* 31. *bell. Maced.* Nocte cetratos quos Peltastas vocant, loco opportuno inter bina castra in insidiis abdiderat.

Cētus, { גדי *tanin.* GALL. *Grand poisson de mer, comme Daulphin, Marsouin, Balaine, & semblables.* ITAL. *Ogni sorte di pesci smisurati & grandissimi.* GERM. Ein grosser Meerfisch/ besonders aber die andere fischso von sich gebalten/als wallfisch/ Delphin. HISP. *Pece muy grande, como ballena.* ANGL. *A whale fishe or such great fishes.* } Vitulinam, cetum, porcinam, cara omnia. Plaut. *Aul. sc.* 5. *a.* 2. & *sc.* 1. *a.* 4. Nomen est majoribus omnibus marinis piscibus commune, iis præsertim, qui animal pariunt, non ovum: cujusmodi sunt [illegible] orcæ, pristes, thynni, & similes. ¶ Unde Cetarii appellantur, cete Nonio, qui majores in mari pisces capiunt. Plin. *lib.* 32. *cap.* 1. Cetos sexcentorum pedum longitudinis, & trecentorum sexaginta latitudinis in flumen Arabiæ intrasse tradit Juba, pinguique ejus negotiatores & omnium piscium adipe camelos perungi in eo situ, ut asilos ab his fugent odore. Dicimus & Cete pro isdem pluralibus tantùm numero, nullâque casuum inflexione. Virg. 5. *Æneid.*

*——— Immania cete.*

Cētārius, qui cetos, hoc est, marinos pisces majores capit, aut vendit. { κητοπώλης. GALL. *Poissonnier qui vend de grands poissons de mer.* ITAL. *Venditore à pescatore di grossi pesci.* GERM. Ein fischer welcher die grossen meerfisch fangt/ oder dieselbigen verkaufft. HISP. *Pescador à vendedor de los almadravas.* ANGL. *That fisheth or selleth great fishes, a fishmonger.* } Colum. *lib.* 7. Salsamentorum omnium purgamenta quæ cetariorum officinis everruntur, præberi convenit. Varro, Advertis cetarios, quum videri volunt in mari turmas, ascendere in malum altè, ut penitus per aquam perspiciant.

Cetārīæ, arum, loca juxta mare, stagnante lacu, in quibus thynni & alii hujusmodi pisces capiuntur, & juxtà saliuntur. { θυννοσκοπεῖα. GALL. *Poissonnerie de grands poissons de mer.* ITAL. *Pescaria da grande pesci.* GERM. Grosse gruben bey dem meer in welchem man die grosse fisch fangt oder setzet. HISP. *Almadrava de atunes.* ANGL. *Places where great fishes hannges and is taken.* } Plin. *lib.* 37. *c.* 5. Ferunt & in ea insula tumulo reguli Hermiæ juxta cetarias marmoreo leoni fuisse inditos oculos ex smaragdis. Cetaria, in neutro gen. Horat. 2 *Serm. sat.*

*Plures annabunt thynni, & cetaria crescent.*

Cette, significat, Dicite, vel Date, ab eo quod est cedo. Nævius *Lycurgo*, Pro indutiis ne te tegem prognatum patre Lycurgo certe. Ennius *Medea*, Salvete optima corpora, cette manus vestias, mêsque accipite. Nonius. Antiquum est.

Cĕu, adverbium similitudinis, idem significans quod Tanquam, vel quasi: magisque est Poëtarum, quàm Oratorum: sed quo multi, & præsertim Plin. utuntur. { כמו *chémo.* ὡσ, οἷον. GALL. *Comme, ainsi, tout ainsi que.* ITAL. *Come.* GERM. Gleych als/ eben wie. HISP. *Assi como.* ANGL. *As like as.* } Virg. 2. *Æneid.*

*Adversi rupto ceu quondam turbine venti*
*Confligunt.*

Plin. *lib.* 1. *cap.* 17. Incremento terga, ceu quodam lacitamento flagellantur.

Cĕvi, genus vaccæ humilioris. { ANGL. *A little milke cowe.* } Colum. *lib.* 2. *cap.* 23. Melius etiam in hos usus altinæ vaccæ probantur, quas ejus regionis incolæ Cevas appellant. Ex sunt humilis staturæ, lactis abundantes: propter quod teneris earum fœtibus generosum pecus alienis educatur uberibus.

Ceuci, populi citerioris Hispaniæ in conventu Lucensi: de quibus Plin. *lib.* 3. *cap.* 3.

Cĕvētē, κολακεύω, κολακίζω, κηλεύω. Aristoph. *in avibus*, σείειν, est clunes movere, quod fit adulando, ut in canibus videmus. Persius, *An Remulo ceves?*

Cēus, vide *Ceus*, per œ diphthongum.

Cēyx, icis, κήυξ Suidæ, rex fuit Thraciæ, Luciferi filius, & maritus Alcyones filiæ Æoli, qui cùm ob causam fratris in accipitrem mutati, ad Clarium oraculum consulendum navigaret, tempestate deprehensus est, & submersus. Quare quum statuto tempore non rediret, Alcione multa quotidie vota pro salute suscipiebat. Tandem in somnis monita, naufragio eum periisse, quum ad defendum miserabilem viri casum mane ad litus venisset, unde ille solverat, cadaver quoddam fluctibus ad litus vidit expelli: quod cùm viri sui esse cognovisset, ac per undas ad illud exsilire vellet, deorum miseratione in Alcionem conversa, ad os mariti advolavit: qui & ipse osculo uxoris sentiens, in Cerylum commutatus est. Fabulam hanc refert Ovid. 11. *Metam.* & Euripid. *in Iphigenia.*

CH

Chaa, Peloponnesi urbs est, Leprxo proxima, ad campum Ephasium, cujus causa bellum inter Arcades & Pylios conflatum est. Vide Strabonem *lib.* 8.

Chassa, vicus est Ægypti apud Strab. *lib.* 16.

Chabareni, χαβαρηνοὶ, populi Scytici, ad Chalybem fluvium habitantes, qui peregrinarum mulierum, quas nancisci poterant, mammas crudas edebant, pueros devorabant. Stephanus ex sententia Eudoxi.

Chabria, vicus est Ægypti in ea parte, quæ Arabiæ est contermina. Strab. *lib.* 17.

Chabrias, χαβρίας, Atheniensis Philosophus & Imperator inclytus. Hic dicere solebat terribiliorem esse exercitum cervorum, duce leone, quàm leonum duce cervo. Hujus res gestæ recensentur à Demosthene *in oratione adversùs Leptinem.*

Chadisia, χαδισία. Fluvius est & oppidum ejusdem nominis in Cappadocia, sive Leucosyria, in finibus Themiscyræ, non procul à Lycastio. Plin. *lib.* 6. *cap.* 3.

Chadramortæ, χαδραμῖται, populi sunt Arabiæ, Troglodytis proximi. Plin. *lib.* 6. *cap.* 28.

Chære, χαῖρε, salve, avе.

Chæremon, nis, χαιρήμων, poëta Comicus, cujus fabulas enumerat Suidas. ¶ Fuit & alter ejusdem nominis, qui Hieroglyphica scripsit: cujus etiam meminit Suidas.

Chærephon, χαιρεφῶν, Atheniensis Philosophus fuit, discipulus Socratis, qui tam pertinaciter Philosophiæ incubuit, ut maximum inde pallorem & maciem contraxerit. Inde ortum est proverbium, *ὠχρὸς ἀνὴρ χαιρεφῶντος*: hoc est, nihil à Chærephonte differs: quoties hominem pallore & macie confectum volumus indicare. Author Suidas.

Chærephyllum, χαιρέφυλλον, herba, quòd foliis gaudeat: est enim foliosa, à χαίρω gaudeo, & φύλλον folium.

Chæreστratus, nomen viri. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 5.

Chæris, χαίρις, Citharœdus ineptus fuit, cujus meminit Atistophanes *in Comœdia*, quæ inscribitur ἀχαρνεῖς. Suidas.

Chærōnēa, χαιρώνεια, vicus est Bœotiæ, Plutarchi patria, Atheniensium clade nobilitatus. Hujus meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 7. [illegible]no urbs est in confinio Phocidis, à Chærone conditore dicta, Apollinis & Therûs filio. Hellanicus scribit Athenienses post Orchomenos Chæroneam quoque Orchomeniorum urbem cepisse. Olim etiam Arne vocabatur, quo nomine Homerus utitur. Hinc Chæronius, & fœmininum Chæronis, possessivum Chæronicus. Steph.

Chærophyllōn, χαιρέφυλλον. Herba est pastinacæ erraticæ, sive dauci, folio aliquanto tenuiore, radicula candicante, subamara. Veteres Gingidion appellarunt. Nam Chærophylli nomen recentius est, à comæ luxuria, & aspectus jucunditate (ut videtur) impositum. Hodie à vulgo herbariorum *Charefolium* appellatur, Græca & Latina voce in unam coalescentibus.

Chalæon, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 3. Locrorum portus VII. M. passuum distans à Delphis.

Chalambrii, χαλαμβρῖοι, qui à loco Libyæ sic appellantur. Hesychius.

Chalame, civitas Persidis, quæ nunc appellatur Æthisiphon.

Chălāsis, χαλασις, à medicis appellatur laxatio articulorum, quum scilicet ex lassitudine, nimióve labore, aliáve ex causa evenit, ut laxatis vinculis membrum excidat: ut si radius in brachio à cubito submoveatur, ita ut locus quidam in medio vacuus relinquatur.

Chălāsis, Tunicæ genus, quod & Græci χαλασιον vocant à laxitate: vel (ut quidam volunt) modus tunicæ muliebris, quo connexa circa cervicem tunica submittitur.

Chalastra, χαλάστρα, urbs Macedoniæ, juxta quam Axius influit in Thermæum sinum, inquit Strabo, à Chalastia proximo portu dicta.

Chalastricus, a, um, adjectivum: ut, Chalastricum nitrum. Plin. *lib.* 31. *cap.* 10.

Chălāzæ, χάλαζαι. GALL. *Glande, glandule.* ITAL. *Ghiandole, natta.* GERM. *Ein böse trüs oder bulg vnder der haut.* HISP. *Granito.* ANGL. *A waxe kernell.* Collectio sub cute, buboni & Ægyptiæ fabæ similis, dolorem si tangatur afferens: Latinis grando dicitur.

Chălāzĭās, χαλαζίας, gemma quæ grandinum colorem & figuram habet, adamantinæ duritiæ. Plin. *lib.* 37. *cap.* 11.

Chalazion, χαλάζιον. Tuberculum est in oculorum palpebris, non dissimile illi, quod à Græcis κριθὴ appellatur: diversæ tamen figuræ, & mobile, si huc atque illuc pellatur. Recentiores medici grandinem appellant.

Chălcānthum, χαλκανθον. GALL. *Vitriol ou couperose.* ITAL. *Vitriole.* GERM. *Vitrol oder schuhmacher schwertze.* HISP. *Caparosa.* ANGL. *Coperas or vitriall.* Corpus est metallicum, quod à Latinis atramentum sutorium appellatur. ¶ Est autem duplex, fossile, & factitium. Fossilium aliquando est cæruleum, aliquando pallidum, aliquando candidum & pellucidum in morem vitri: unde & *Vitriolum* à vulgo appellatur. Factitium verò ex aqua pluvia fit per metalla defluente in lacunam, qui inde ab iis quæ ad metalla sunt damnati in vasa ampla fictilia perfertur, in quibus paucis diebus concrescit. Dictum Calcanthum, quasi flos æris. Atramenti autem sutorii nomen accepit, quòd ex eo aqua dissoluto corium denigretur. Vide de hoc plura apud Dioscor. *lib.* 5. & apud Plin *lib.* 34. *cap.* 11.

Chălcē, χάλκη, insula est cum oppido circa Rhodum. Plin. *lib.* 5. *cap.* 11.

Chalcea, χαλκῆα, τὰ, Libyæ urbs Polyhistori, quem valde reprehendit Polybius, non civitatem esse scribens, sed χαλκευτήρια, id est, ærarias officinas: Chalcæa verò, χαλκαία, ἡ, in Cœla est. Gentile Chalcæates. Stephan.

Chălcēdōn, χαλκηδὼν, vulgò *Calcedonia*, urbs Bithyniæ, juxta Bosphorum Thracium, ex opposito Byzantii. Hanc Megarenses condidêre. Cæci idcircò appellati, quòd non potiùs oppositum litus elegissent, in quo postea conditum est Byzantium, tanto feliciore modis omnibus sede. Hic olim magna Synodus celebrata est, quæ inter octo numeratur, quibus Ecclesiæ præcipuum imperitur honorem. Vide Plin. *lib.* 5. *cap. ult.* Ejus meminit Pomponius *lib.* 2. Europam, inquit, ab Asia Hadus quinque dissterminat Thracius (ut dictum est) Bosphorus, ipsi in faucibus oppidum, in ore templum est. oppidi nomen Chalcedone, author Argias Megarensium princeps: templi nomen Jupiter, conditore Jasone.

Chalcedon Stephano, urbs Bithyniæ juxta fauces Ponti. Civis Chalcedonius, & Chalcedonis fœminini generis. Strab. *lib.* 12. Dextera pars Ponti, inquit, Chalcedonis vocatur, à templo Jovis Uni & faucibus Ponti, inquit Menippus: ad Chalcedonem urbem naviganti & continentem ad sinistram habenti, stadia sunt centum & viginti: à Chalcedone verò usque ad Acritam stadia sexaginta. Nominata est à Chalcido nomine fluvio.

Chalcedonia Pelamis optima. Gell. *cap.* 16. *lib.* 7.

Chalceres, idis, χαλκῆρες, insula quædam, cujus meminit Menippus. Stephan.

Chalcetorium, χαλκητόριον, urbs Cretæ: civis Chalcetorius & Chalcetor. Steph.

Chalcos, herbæ genus est apud Plin. *lib.* 21. *cap.* 18. spinosos habens aculeos.

Chalcitis, idis, insula est in Ponto Marti sacra. Unde etiam Aria dicitur. Plin. *lib.* 6. *cap.* 12.

Chalcetum, herbæ etiam genus est apud eundem *lib.* 26. *cap.* 7. Item herba Chalcetum è vineis contrita imponitur.

Chalcia, insula maris Ægæi, quam inter Sporadas Plin. enumerat *lib.* 4. *cap.* 13.

Chalcidene, Syriæ fertilissimæ regio, ut scribit Plin. *in descriptione Cœles Syriæ, lib.* 5.

Chalciope, χαλκιόπη, Æetæ regis Cholcorum filia fuit, soror Medeæ, & uxor Phryxi. Hujus meminit Flaccus *lib.* 7. *Argonaut.*

Chălcĕūtĭcē, χαλκευτικὴ, Æraria fabrica. Nam χαλκεὺς, faber æraius est, quem exculotem Quintilianus interpretatur.

Chalcixeum, Minervæ festum. Livius *lib.* 5. *d.* 4.

Chălcis, idis, χαλκὶς, ἡ, serpentis venenosi genus est è genere lacertarum, qualibet æris coloris lineas in tergo habens: unde & nomen habet. Plin. *lib.* 31. *cap.* 1. Quippe adversùs scorpiones ex vino bibuntur, adversùs phalangia & araneos ex mulso, &c. adversùs chalcidas cum myrtite. Idem *lib.* 29. *cap.* 5. Lacerta, quam hi lepa, alii chalcidem appellant. Chalcidis lacertæ meminit & Aristoteles *de animalibus.* ¶ Est & Chalcis Homero avis nocturna, ex genere accipitrum, bellum mœstæ necisque cum aquila gerens. Plin. *lib.* 10. *cap.* 8. cymindis vocat. ¶ Est & Chalcis piscis quidam ex genere chombrorum, apud Plin. *lib.* 32. *cap.* 11.

Chălcis, idis, χαλκὶς, vulgò *Negroponte*, Eubœæ urbs præcipua, ab Aulide Bœotiæ portu, exiguo euripo divisa, vetus Atheniensium colonia, ita dicta (si Stephano credimus) à Chalcide filia Asopi: aut certè quòd æratiæ fabricæ ibi primùm fuerint repertæ. ¶ Est & alia Chalcis, agri Corinthii oppidum. Tertia Æoliæ, Acheloo fluvio irrigata. ¶ Quarta Syriæ à Monico Arabe condita. Sunt & aliæ ejusdem nominis urbes, quæ enumerantur à Steph. Olim etiam Stymphalus vocabatur, & Hypochalcis, quòd sub Chalce monte sita sit, nunc Halicarna. Inde Chalcideus, & mulier Chalcis, ut ipsa urbs: possess. Chalcidicus. Homerus, χαλκίδα τ' ἠγερέθοντα τε. Vocantur etiam Chalcidices in vico quodam Siciliæ, qui ex Eubœa migraverunt: Chalcidicus est Siciliæ mons. Est & Chalcis in Mesapia Italiæ urbs septima: insula cum urbe ejusdem nominis juxta Lesbium, unde Chalcideis. Est item Chalcis locus profundus & cavus ad montem Athos, Stephano. Vide *Hypochalcis.*

Chălcĭdĭcŭs, a, um, χαλκιδικὸς, possessivum à Chalcide formatum. Virg. 6. *Æneid.*

*Chalcidicâque levis tandem superastitit arce:*

ubi Chalcidicam arcem vocat Cumas Chalcidiensium coloniam.

Chalcidicum, genus ædificii, inquit Festus, ab urbe Chalcidica dictum. Dio χαλκιδικὴν vocat. ¶ Chalcidinum ὑπερῶον, cœnaculum. Ausonius.

*Chalcidicum gressu nutrix superabat anili.*

Chalcitis, itidos, χαλκῖτις, Insula est è regione ostii Rhindaci, Bithyniæ fluvii. ¶ Est item Chalcitis, corpus metallicum, mediæ inter *piro* & *cau* substantiæ, illo crassior, hoc tenuior, unde & in metallis inter hæc duo media invenitur. Dicta Chalcitis, tum quòd ad æris colorem tendat, tum quòd eâ æs augeatur. Hodie Sophistæ pro Chalciti Chalcantum substituunt. Vide Gal. *lib.* 9. *simpl.* & Plin. *lib.* 34. *cap.* 12.

Chalcites, χαλκίτης, gemma æris coloris, sed nigrioris. Plin. *lib.* 37. *cap.* 11.

Chalcolibanum, χαλκολίβανον, electri quædam species auro pretiosior: pretiosissimum quoddam æris fossilis genus, auri fulgentis speciem habens.

Chalcophonos, χαλκόφωνος, gemma quæ illisa, æris tinnitum reddit. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Chalcosmaragdos, χαλκοσμάραγδος, gemma ex genere smaragdorum, æneis venis turbida. Plin. *lib.* 37. *cap.* 5.

Chălcus, exiguum pondus erat apud Atticos, quod decies sumptum, obolum conficiebat. Plin. *lib.* 22. *cap. ult.* Drachma Attica denarii argentei pondus: eademque sex obolos pondere efficit, obolus decem chalcos.

Chăldæi. שְׂדֵר *schidar.* אֶרֶץ כַּשְׂדִּים, *erets chásdaim.* χαλδαῖοι χώρα. Asiæ majoris regio, Arabiæ contermina, plana, fontium indiga, in qua Babylon civitas magna. Chaldæos Arphaxat instituit, & à se Arphaxatæos nominavit, ut inquit Iosephus. ¶ Chaldæi, Assyriorum magi ex gentis vocabulo dicti sunt, qui diuturna observatione sydeum, scientiam putantur effecisse, ut prædici posset quid cuique eventurum, & quo quisque fato natus esset. Cic. 1. *de Divin.* Horum multa erant genera. Nam quidam Orcheni dicebantur, quidam Borsipeni, alii aliis nominibus pro ratione sectarum, quas amplectebantur. Tantum autem hac in arte valuerunt Chaldæi, ut quicunque Astronomiam judiciariam profiterentur, quamvis in sejunctissimis regionibus orti, ab iis dicti fuerint Chaldæi. Hi & Genethliaci appellantur, & Mathematici. Lege in eos Gell. *cap.* 17. *lib.* 14. ¶ Chaldæos quoque sua ætate, dictos fuisse Ponti populos, qui antea Alizones Calybes dicebantur, author est Str[illegible] *lib.* 12.

Chăldæi,

Chāldæi, inquit Stephan. Cephenes priùs dicti sunt, à Cepheo patre Andromedæ. Hellanicus scribit hanc gentem mortuo jam Cepheo, relicta hac regione, altò in multitudinem abiisse, proinde regionem non ampliùs Cephenian dictam, nec incolas Cephenes, sed Chaldæos, regionem verò Chaldaicam, à Chaldæo rege, qui (Dicæarcho teste) quartus-decimus à Nino fuit, & Babylone juxta Euphratem condita, omnes Chaldæos in eam collegit. Regio etiam Chaldæa nominatur. Alij probabiliùs dicunt Chaldæos circa Babylonem habitasse, & oraculum apud se habere, ut Delphi apud Græcos.

Chaldæi, item populi sunt propè Colchidem. Sophocles: Κόλχοι τε, καὶ Χαλδαῖοι πεζῇ λόφοι ἔχον. Steph.

Chaldia, χαλδία, regio Armeniæ: incolæ Chaldi. Steph.

Chalestra, vide *Ghalastra*.

Chalēpi versus, χαλεποὶ στίχοι, dicuntur duri, asperi, ac prolatu difficiles, qualis est versus Virgilianus,

*Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.*

Chalia, χαλία, urbs Bœotiæ, vicina Hydriæ: gentile Chalidus. Steph.

‖ Caliphas, dignitas in Doctores Turcarum. Lex. gr. b. ‖

Calisia, χαλισία, urbs Libyæ, & alia Ponti, tertia Amazonum. Vide Stephanum.

‖ Chalo, as, laxo, demitto. Veg. Hinc chalatorii funes, à χαλάω, laxare, demittere. ‖

Chālybes, Χάλυβες, cum y. Populi in Ponto juxta Thermodoontem fluvium, qui & Alizones Homero dicti sunt, & postea Chaldæi, teste Strab. *lib.* 12. Hi ferrum nudi effodiunt, dicente Virgilio,

*India mittit ebur, molles sua thura Sabæi,*
*At Chalybes nudi ferrum.*

Catull. *de com. Beren.*

*Iuppiter ut Chalybin omne genus pereat!*

Ponitur tamen quandoque Chalybs. { בחשׁת *nechôsheth.* χάλυψ. Gall. *Acier.* Ital. *Acciaio.* Germ. Stahel. Hisp. *El hierro è azero.* Angl. *Steele.* } Pro ipsa ferri materia. Ovid. *lib.* 4. *Fast.*

*Æs erat in pretio: chalybis jam massa placebat.*

Virg. 8. *Æneid.*

*Vulcanique manu chalybs vasta fornace liquescit.*

Lucanus.

——— *Chalybem, frænique momordit.*

¶ Est & Chalybs fluvius in Hispaniâ, in quo ferrum optimè temperatur, juxta quem & Chalybas populos collocat Justin. *lib. ult.* de quibus Grammaticorum nonnulli putant intelligendum illud Virgilii.

*At Chalybes nudi ferrum.*

Chalix, μικρὸς λίθος. Lapidis genus, ex quo educitur ignis.

Chamæ, à Græcis χάμαι, species sunt concharum. Aliud in mari videtur piscis esse genus chamæ, quas Hiatulas quidam interpretantur, habentes valvam, sicut & qui Erichthyan, hoc est, Rubelliones dicuntur. Chamarum duo traduntur genera, scilicet Trachææ, hoc est, asperæ, mali succi, quas & ostrea cognominant, & in Macedonia Corycos, & Athenis Crios. Alterum leves multò meliores & crassiores: ob id Pelorides & Pelorinæ à quibusdam & Basilicæ vocantur, & ab Helio Spartiano Liostria, id est, Lithostrea, si mendosè legatur. Plin. *lib.* 32. *cap. ult.* Chamarum plurima genera recenset. Chamarum, inquit, genera (perperam editum Cancrorum, lege ergo Chamarum) 1. Chamatrachea, χάμαι τραχεῖα, quia chamarum testæ durissimæ. 2. Chamæleos χάμαι λεῶν, vel λεία, cujus testa albissima ac tenera. 3. Chamæpelorides χάμαι πελωρίδες, χαμαὶ πελωρίδες, apud Athenæum, à magnitudine: quia πελώριος, est ingens, generis varietate distantes & rotunditate. 4. Chamæglycymerides, χάμαι γλυκυμερίδες, à dulcedine sic dictæ, quæ sunt majores quàm pelorides. 5. Colycia, sive Corophya, alias Corycia. Additur apud Athenæum aliud genus Camanigra, χάμαι μέλαιναι, vel μέλαιγγες.

Chămæācte, es, { χαμαίακτη. Gall. *Herbe appellée hiebles.* Ital. *Ebulo.* Germ. Attich. Hisp. *Hierga.* Angl. *Dayweort or wallwort.* } Sambuci genus est humidius, quod à Latinis Ebulum appellatur. Plin. *lib.* 24. *cap.* 8. Sambucus habet alterum genus magis sylvestre, quod Græci Chamæacten, alii Helion vocant, multò brevius.

Chămæcĕrăsi, χαμαικέρασοι, ex cerasorum genere humillimæ, terna tetrò altitudinis cubita excedentes. Plin. *lib.* 15. *cap.* 25. Sunt & Macedonicæ paruæ arboris, ternóque tria cubita excedentes: & minore etiamnum fructu chamæcerasi.

Chamæcyparissos, χαμαικυπάρισσος, herba quæ ex vino pota, contra venena serpentium omnium, scorpionemque pollet. Plin. *lib.* 24. *cap.* 15. Ruellius docet, ut plurimum esse fruticem in hortis seri solitum, foliis incanis, cupressi arboris folia odore & figura referentibus. Unde & à vulgo *Cypressus* appellatur. ¶ Sunt qui putillam cupressum abrotonum fœminam vocent, à similitudine quam hæc cum arbore in multis habet.

Chămæcĭssus, χαμαίκισσος, genus hederæ, quæ nunquam se ab humo attollit. Compositum dictionem ex χαμαὶ, quod humi, sive ad terram significat, & κισσὸς, hedera. ¶ Sic Chamæplatani, vocantur humiles platani, & coactæ brevitatis.

Chămædăphnē, { χαμαίδαφνη Plinio. Gall. *L'aureole.* Ital. *Chamedaphne.* Germ. Wenden traut / sonst auch Lorbeerkraut. Hisp. *Laurel baxo, laureola.* } Herba est in hortis seri solita in funiculi modum sese porrigens, & vicina quæque vincient, unde & Vincapervinca ab eodem appellatur. Folia habet lauro similia, ideo chamædaphne, hoc est, parva laurus appellatur: florem autem violæ similem. De hac Plin. *lib.* 21. *cap.* 11. Dioscoridi χαμαίδαφνις λαφνοειδὴς dicitur. ¶ Est & altera Chamædaphnes species, cujus idem Plin. meminit *lib.* 24. *cap.* 15. Chamædaphne (inquit) unico ramulo est cubitali fere, folio tenui, lauri similitudine, cujus semen rubens admistum foliis, illinitur capitis doloribus recens. Hanc Romani *Laurelam*, aut *Lauraginem* appellant: Dioscorides autem, & Galenus hanc solam chamædaphnes nomine noverunt.

Chămædrys, { χαμαίδρυς. Gall. *Germandrée.* Ital. *Querciuola, chalamandria.* Germ. Wilta batheygel. Hisp. *Camedrios.* Angl. *Germander.* } Herba est Plin. *lib.* 24. *cap.* 15. quæ Latinè Tussilago dicitur. Aliqui eam Chamædropen, alii Teucrium appellaverunt. ¶ Dicitur autem Chamædrys, quasi humilis & terrestris quercus, vulgò *Serratula* appellatur, teste Ruell. *lib.* 3. *cap.* 16.

Chămælæa, χαμαιλαία. Herba quæ similitudinem foliorum olex habet. Plin. *lib.* 25. *cap.* 7. Multùm infra hunc succum est, qui in Gallia fit ex herba Chamælæa, granum cocci ferente. Idem *lib.* 24. *cap.* 15. Chamælæa similitudinem foliorum olex habet: sunt autem ei folia amara, odorata: in petrosis nascens palmum altitudine non excedit. Vulgus à foliorum similitudine *Olivellam* vocat.

Chămæleōn, chamæleontis, χαμαιλέων, herba est ex genere sculentarum ita dicta à varietate foliorum. Mutat enim cum terra colorem, hic niger, illic viridis, alicubi cyaneus, alibi croceus. Quibusdam in locis viscum gignit sub aliis foliorum: unde & *Ixia* appellatur. Ejus duo sunt genera, album & nigrum, radicis colore distincta. Album Latini Carduum suarium, quòd suis noceat, officinæ *Cardopatium* appellant. { Gall. *Chardonsse.* Ital. *Cardo mariæ, cardo maculato.* Germ. Mein oder weyß ẽberrum. Hisp. *Cardo pinto.* } Nigrum Latini Vespilagium, vel Carduum nigrum. { Gall. *Chardonnette de quoy on fait prendre le laict à faire fromaget.* Ital. *Chameleone nero.* Germ. Groß oder schwartz ẽberrum. Hisp. *Cardo pinto negro, cardo alligero.* } Vide Plin. *lib.* 22. *cap.* 18.

Chămæleōn, χαμαιλέων, quasi parvus leo est, animal est diversa varietate conspersum, ut pardus, & ad colores, quos videt, conversione facillima variatur, præter ad rubrum & album. Plutarch. *in Alcibiad.* Chamæleon non recipit colorem album: de eo plura Gell. *cap.* 12. *lib.* 10. ¶ Ab hac colorum mutatione oritur paræmia, Chamæleonte mutabilior: χαμαιλέοντος ἀμειβομένοιο. Competit in hominem versipellem, sive inconstantem, ac pro tempore fœda vertentem in omnem habitum. Nascitur in India, figura & magnitudine lacertæ, nisi quòd cruta habet recta & excelliora. Lateta ventri junguntur, in piscibus, & spina simili modo. Eminet rostrum simile suillo, cauda prælonga in tenuitatem desinens, & implicans se viperinis orbibus, ut ungues adunci, motus tardior, ut testudini, aspectum corpus, ut crocodillo: habet oculos in recessu cavos, tenui discrimine prægrandes & corpori concolores, nunquam eos operit. Solus animalium nec cibo, nec potu alitur, nec alio quàm aëris alimento: latet hyeme, ut lacerta. Vide plura de chamæleonte apud Plin. *lib.* 28. *cap.* 8.

Chămæleūcē, χαμαιλεύκη. Herba quæ Tussilago dicitur: nascitur circa fluvios, folio populi, sed ampliore. Plin. *lib.* 24. *cap.* 15. Vulgus vocat *Ungulam caballinam.* Barbarus Populaginem & Bechion.

Chămæmēlum, { χαμαίμηλον. Gall. *Herbe qu'on appelle Camomille.* Ital. *Chamemilla, herba.* Germ. Kamillen. Hisp. *Manzanilla, hierva cenecida.* Angl. *Camomile.* } Herba est vulgò nota, ab odore mali sic dicta, quæ alio nomine Anthemis appellatur. Medici recentiores *Chamemillam* barbarè vocant. Ejus tria sunt genera, floribus tantùm distantia, Leucanthemon, Chrysanthemon, & Eranthemon: de quibus latiùs suis locis. Unde Plin. *lib.* 22. *cap.* 21. ubi corruptum Plinii locum ita repone: Genera ejus tria palmum non excedentia flore tantùm distant, parvisque floribus, ut rutæ folia candidis, aut melliùs, aut purpureis.

Chămæmēlon parthenicum. Dioscor. *lib.* 3. *cap.* 156.

Chămæmēlon, inter alias linguas Siculorum cognomentum habet tertiæ speciei Aristolochiæ, ut inquit Dioscor. *lib.* 3. *cap.* 1.

Chămæmyrsĭnē, χαμαιμυρσίνη, frutex ex quo scopæ fiunt, aliàs Ruscus. Nonnulli sylvestrem myrtum vocant, ex quo fit oleum chamæmyrsinum: vide Plin. *lib.* 13. *cap.* 9.

Chămæpeūcē, χαμαιπεύκη. Herba est folia habens laricis foliis similia, lumborum spinæ dolotibus propria. Plin. *lib.* 24. *cap.* 15.

Chămæpĭtys, yos, { χαμαιπίτυς. Gall. *Ive sauvage.* Ital. *Chamepitie.* Germ. Zahm cypressen. Hisp. *Penilla.* } Herba est Plin. *lib.* 24. *cap.* 6. à Latinis Auga, sive (ut alii legunt) Abiga vocata, ab abortu scilicet, quem facere creditur. Alio nomine Thus terræ dicitur. Ejus tria sunt genera: unum sesquipedalibus suculis, flore & odore pinus: alterum brevius, & incurvum: tertium foliis scabris, digitali caulis crassitudine. Vulgus *Ivam* appellat.

Chamæplatani. Coactæ brevitatis platani. Plin. *lib.* 12. *cap.* 2.

Chamærops, opis, χαμαίροψ, herba est mytteis circa caulem geminis foliis, capitulis Græculæ rosæ, quæ ex vino pota, lateri, renibus convulsis, & ruptis medetur. Author Plin. *lib.* 26. *cap.* 8. Ruellius eandem esse existimat, quam à Mithridate inventore Mithridation appellat.

Chamærŏpes, vel potiùs Chamerriphes, χαμαίροπες, & Theophrasto χαμαίριφες. Arbores sunt ex specie dactylorum, quæ & in Creta, & in Sicilia nascuntur. Plin. *lib.* 13. *cap.* 4. *de palmis.* Vocantur autem Chamæropes, folio latiore ac molli, ad vimina utilissimo. Copiosæ in Creta, sed magis in Sicilia. Ita dictæ ab humili tate. Hujus palmæ medulla edulis est, dicitúrque Cesilione à Serapione, quia palmæ medulla, seu cerebrum ἐγκέφαλος, à Galeno vocatur.

Chămærŏpēs, χαμαίροπες, idem quod Chamæropes.

Chamæsyce, χαμαίσυκε; herba est lentis folia habens, nihil se attollentia, in aridis petrosisque nascens. Vide Plin. *lib.* 24. *cap.* 15.

Chămæstĕræ, quæ & Chamæsterides, χαμαιστερίδες à Græcis dicuntur, humiles, & depressæ imagines: quales sunt servarum & pedissequarum, quæ ferè humi sedentes finguntur. χαμαὶ enim Græcorum adverbium Latinè significat humi. Scribit Plin. *lib.* 30. *cap.* 5. Scopam fecisse Apollinem Palatinum, Vestam sedentem laudatam in servilianis hortis, duásque chamæteras circa eam.

Chămæzēlon, χαμαίζηλον, herba est, teste Plin. *lib.* 27. *cap.* 10. quam quidam eandem esse credunt cum gnaphalio, cujus folia alta alba, & mollia sunt, ut planè videantur tomentum, & pro tomento usurpentur. ¶ Est & aliud Chamæzeli genus, quod & Pentaphyllon à Græcis, & à Latinis Quinquefolium appellatur: cujus meminit idem Plin. *lib.* 25. *cap.* 9.

Chambades, pars est Tauri montis, apud Plin. *lib.* 5. *cap.* 27.

Chămēlŏpardălis, & Chamelus. Vide *Camelopardalis*, & *Camelus*.

Chameuniæ, cubationes humi.

Chamos, { במוש *chemôsch.* } teste Hieronymo, deus erat Tyriorum & Ammonitarum, quemadmodum Astarte, dea Sidoniorum, quam coluit Salomon.

‖ Chamuleus. Chamulci erant machinæ quædam & instrumenta, quibus naves trahebantur in terram. ‖

Chandanace, χανδανάκη, urbs Persica: gentile Chandanaceus. Steph.

Chānnā, vel Channe, vel Channus. χάννη, χάννος. Piscis est ex sarcophagis, perexæ similis, cujus dentes acuti, maxilla inferior prominentior, qua semper hiat (unde à χάσκειν, hiare nomen) deorsum ex rubro nigrescit, cauda maculis tūis insignis. Ovid. *lib. de piscibus.*

——— *ex se*
*Concipiens channe gemine fraudata parente est.*

Plin. de eo *lib.* 32. *cap.* 11. ex Arist. *hist. lib.* 4. *cap.* 6.

Chandane, χανδάνη, urbs Apuliæ, post quam Peucæ sequuntur. Steph.

Chāŏnĭă, χαονία, pars montana Epiri: licet quandoque sumatur pro tota Epiro. Steph.

Chāŏnēs, χάονες, populi à Troiani Heleni fratre Chaone nominati: quem quum Helenus in venatione imprudens occidisset, ad extinctī solatium, regni sui populos à nomine ejus Chaones, & regionem Chaoniam appellavit. Virg. 3. *Æneid.*

*Chaoniámque omnem Troiano à Chaone dixit.*

Iidem postea & Molossi dicti sunt, à Molosso Pyrrhi filio, teste Strabone lib. 7.

Chāŏnĭdēs, χαονίδες, canum genus ex chais, hoc est, ex lupis cervariis conceptum, ut videtur sentire Hermolaus *in Plin.* Verisimilius tamen est, à Chaonia regione dictos, quemadmodum & Molossos à Molossia. Chaonidum canum originem refert Julius Pollux ad æneum canem à Vulcano fabricatum.

Chāŏs, { תהו *tohú.* χάος. Gall. *Confusion universelle de toutes choses, gouffre & tenebres, Chaos.* Ital. *Confusione, chaos.* Germ. Ein vermischung vermirrung. Hisp. *Confusion, mezcla, chaos.* Angl. *A generall confusion of all thinges, great deepnesse with darknesse.* } Hesiodus *in Theog.* omnium rerum initium vocat, quòd ante omneis deos, deásque natum sit: de quo & Orphæus *initio Argonaut.* Alii appellant materiam cœli & terræ confusam atque informem, quæ primùm ex nihilo facta est, de qua postmodùm omnia sigillatim per species varias formasque proprias prodierunt: de qua Scriptura loquitur, *Qui fecisti mundum de materia informi.* Lactantius verò sic habet: Nemo quærat ex quibus ista materiis tam magna & mirifica opera Deus fecerit: omnia enim fecit ex nihilo. Nec audiendi sunt poëtæ, qui aiunt Chaos in principio fuisse, i. confusionem rerum atque elementorum: postea verò Deum diremisse omnem illam congeriem, singulisque rebus ex confuso acervo separatis, in ordinémque descriptis instruxisse mundum pariter & ornasse. Est autem hoc nomen Græcum, quod declinatur prima declinatione contractorum, hoc modo, τὸ χάος, τοῦ χάους, τῷ χάει. Apud Latinos tantùm in usu est Chaos, & ablativus Chao: quamvis Priscianus per secundam declinationem declinavit Chaus, Chai, &c. Virg. *lib.* 4. *Georg.*

*Atque Chaos densos divûm narrabat amores.*

Ovid. 4. *Met.*

*Et rectem nostrique deos, Erebóque Chaóque*
*Convocat.*

Dictum autem Chaos à χέω, fundo, quòd fuerit fusio, i. confusio elementorum omnium. ¶ Antiquior quàm chaos, χάος ἀρχαιότερος, de re nimirum prisca & obsoleta.

Chăracātus, adjectivum à Græco χάραξ, ακος, quod inter cætera vallum significat, sive pedamentum, cui vitis alligatur. ¶ Unde Characata vitis, quæ quo pacto fieri soleat, docet Colum. *lib.* 5. *cap.* 4. Mox (inquit) quæ defixis arundinibus circummunitæ, per statumina calamotum materiis ligatis, in orbiculos, gyrósque flectuntur, eas nonnulli characatas vocant.

Chărăctās, χαρακίας. Plin. *lib.* 26. *cap.* 8. primum est tithymali genus, ramos habens digitali crassitudine, cujus semen cum melle decoctum, in usu est ad catapotia, hoc est, pilulas faciendas, solvendæ alui gratiâ. Hanc officinæ corrupto vocabulo *Catapusiam* vocant. Alia quoque Characias est (vulgò *Charancia*) quæ septi modo in hortis fenestrisque per cancellos textilio opere digeruntur. Sed de hac veteres nihil. Hermolaus *Corol.*

Charaemoba, χαραιμώβα, vel Mobucharax, urbs est Palæstinæ, οὕτως ὑπὸ τῶν τόπων καλουμένη. Inde deductum Charaemobenus, & Mobucharaceus. Steph.

Chărăctĕr, signum, insigne, forma, figura. { צורה *tsurâh*, ותאר *thôar.* χαρακτὴρ. Gall. *Caractere, marque, figure, forme, façon.* Ital. *Charattere, segno, figura, forma.* Germ. Ein form/ zeichen/ bildnuß. Hisp. *Forma, efsile de dezir, señal.* Angl. *A marke, signe, seall or print in a thing.* } Col. *lib.* 12. *cap.* 2. Nec minus majora quadrupedia charactere signari debent. ¶ Item character, Genus & figura dicendi. Gell. 17. *cap.* 14. & in carmine, & in soluta oratione genera dicendi probabilia sunt tria, quæ Græci χαρακτῆρας vocant. Cic. *in Orat.* Sed jam ipsa forma restat, & character ille, qui dicitur.

Chărăctĕrĭsmŭs, χαρακτερισμὸς, Latinè designatio: figura, qua oratoritas eorum, de quibus loquitur, deformat, ut apud Juvenalem,

——— *Et calvo serviret Roma Neroni:*

id est, Domitiano.

Characterizo, est charactere & nota afficio atque insignio.

Chărădrĭŭs, χαραδριὸς, avis maritima magna, & ingluviosa, quam aspicientes ictterici, morbo liberantur, teste Ælian. *lib.* 15. *cap.* 26. ¶ Alio nomine Ictterus appellatur, & à Latinis Galgulus, ut existimat Plin. *lib.* 30. *cap.* 11. ¶ Charadrium imitans, χαραδρίου μιμούμενος, dicitur solitum de dissimulante, ac rem utilem occultante.

Charadra, æ, χάραδρα, urbs Phocidis, non procul à Lilæa. Gentile Charadræus. Steph.

Chăradrŏs, χάραδρος. Ciliciæ fluvius est, à quo & lacus, & statio propinqua nomen sumpserunt. Papin. *lib.* 4. *Thebaid.*

*Quaque parvi longa fumantem valle Charadrum*
*Neris.*

¶ Est item Charadrus oppidi nomen, in ea Syriæ parte, quæ Phœnicis proxima est. Plin. *lib.* 5. *cap.* 20.

‖ Charatzion, tributi genus. Lex. gr. b. ‖

Chărax, χάραξ, oppidum est in intimo sinu felicis Arabiæ situm, ab Alexandro magno conditum. Author est Plin. *lib.* 6. *cap.* 27. ¶ Est etiam hoc nomine emporium in Africa, ubi olim Carthaginenses vinum succo & silphio permutabant. Strab. *lib.* 17.

‖ Charaxatis scriptis. Gloss. Gild. h. e. à χάραξις, insculpendi actio, impressio, verbum est χαράσσω. ‖

Chărăxus, χάραξος, fratres Sapphûs poëtriæ, qui captus fuit Rhodopes meretricis amore, cujus causa opes suas omnes dilapidavit, & ad summam redactus inopiam, piraticam exercuit. Ovid. *in Epist. Sapphûs*,

*Gaudet, & à nostro crescit mœrore Charaxus*
*Frater, & ante oculos ignes, rediique meos.*

Et paulò antè,

*Arsit inops frater vilibus meretricis amore:*
*Missaque cum turpi damna pudore tulit.*
*Factus inops agili pererrat carula remo,*
*Quæsque malè amisit, nunc malè quærit opes.*

Chares, ētis, χάρης, Athenensium dux, ad promittendum facilis & promptus. Unde proverbium natum, χάρης ὁ ὑποσχέτης, id est, Charetis pollicitationes. Dici solitum ubi quis facilè ac benignè promittit. Author Suidas. ¶ Fuit & Chares Lyndius statuarius Lysippi discipulus, qui Rhodi Solis colossum fecit. Author Plin. *lib.* 34. *c.* 7.

Chărĭdēmŭs, χαρίδημος, Dux fuit copiarum Chersoblepæ Thraciæ regis. Hujus frequens est mentio in oratione Demosthenis *contra Timocratem.*

Charientĭssmus, { χαριεντισμὸς. Gall. *Plaisanterie & grace à parler.* Ita. *Piacevolezza, civilità nel ragionare.* Germ. Höfflichkeit/höfflichs ligkeit vnnd freundtligkeit in der red. Hisp. *Hermosura y gracia en razonar.* Angl. *Plaisantnesse and good grace in speaking.* } Est urbanitas, lepos & venustas sermonis, à verbo Græco, χαρίεσθαι, quod significat iocor, facetè cavillor. Sumitur etiam pro figura illa, quæ alio nomine ἀφυκτικὸς à Græcis dicitur, quia scilicet dura dictu mitiùs & gravius proferuntur: ut si roganti, An se quispiam quæsiverit, respondeas, Bona fortuna. Item si vixisse dicas, quem mortuum esse velis significare.

Chărĭlaŭs, χαρίλαος, Lacedæmoniorum dux fuit, qui Tegeatas prælio domuit.

Chăris, { חן *chen.* χάρις. } Latinè gratia, festivitas, beneficium, munus. ¶ A quo charisma, χάρισμα, in eadem significatione.

Charisiæ, χαρισίαι. Urbs Arcadiæ, ita dicta à Charisio Lycaonis filio. Stephan.

Charisius, χαρίσιος, nomen cujusdam Grammatici, quem Priscianus citat. ¶ Fuit etiam hoc nomine Orator quidam Atticus, cujus meminit Cicer. *in Bruto, lib.* 2. ¶ Est & panis, seu (ut Suidas ait) placentulæ species.

Charistium marmor (quod hîc ut vitiosè scriptum erat, ita perperam interpretatum,) Vide *Carnstium.*

Chărīstĭă, χαρίσια, neutri generis & numeri pluralis. Festa vocabantur, quibus cognati conveniebant, & munera mutuò mittebant. Ovid. *lib.* 2. *Fast.*

*Proxima cognati dixere Charistia chari:*
*Et venit ad socios turba propinqua deos.*

Valer. *lib.* 2. *cap.* 1. Convivium etiam solemne majores instituerunt, idque Charistia appellavêre, cui præter cognatos & affines nemo interponebatur.

‖ Charistice, præbenda. Charisticarius, præbendarius. L. gr. b. ‖

Chărīstĭcōn, pro remuneratione apud Ulpianum *in l. divum Adrianus, ff. de bon. damnator.* Sed debent ad ea servari, quæ jure præsidum solent erogari: utputà Charisticon quibusdam officialibus, &c. Ita legit Haloand. Sed Vulg. habet *Carceraticum*: Hotom. *Chartiaticum*, quam lectionem tuentur ex Zonara Gloss. & Gothof. *ibid.* Charisticon tamen rectè accipitur pro præmio laboris.

Chărĭtās, & Charus: vide *Caritas & Carus.*

Chărĭtĕs, χάριτες. Gratiæ tres finguntur, Aglaia, Thalia, & Euphrosyne, Jovis & Eurynomes (ut *in Theogenia* tradit Hes.) aut Veneris, & Liberi filiæ: quas veteres nudas pinxerunt, quòd gratias inter amicos minimè decere esse fucatas. Tres autem ea ratione dicuntur, quòd una beneficium det, altera accipiat, tertia reddat. Pinguntur juvenes, ne beneficii memoria senescat. Ridentes, quòd hilaritèr dandum sit. Et quum duæ nos aspiciant, una pingitur aversa: quo significari volunt, quod pro accepto beneficio duplex à nobis gratia debeat reverti. Nudæ etiam pingebantur, quia beneficia fuco debent carere, & nullo velamine obtegi. Item connexæ, quia insolubiles esse gratias decet, & beneficium aliud semper beneficium parere, perpetuúmque amicitiæ fœdus. Qui Veneris & Liberi filias arbitrantur (è quibus est Servius) hac moventur ratione, quòd horum præcipuè deorum muneribus gratiæ concilientur. Tradunt etiam eas in Achilao fonte, qui est Orchomeni Bœotiæ urbe, lavari: quoniam pura esse beneficia oportet, & nihil sordidum, nullámque spem retributionis habere. De his Mantuanus,

——— *properate sorores*
*Gratia ab Orchomeno, tu primùm Aglaia decoro*
*Latitiam prato ore ferens, tecúmque Thalia*
*Cincta sacrum viridi strophio caput, Euphrosyneque*
*Læta gemat, læta ex roseum, vaga lumina læta.*

Chărĭtōnĭŭs, a, um, adjectivum, χαριτώνιος, interpretatur gratiam venalem habens. Unde propriè puellis convenit, quæ gratia sua ad quæstum & ad expilandos amatores aburuntur.

Charmande, χαρμάνδη. Urbs est trans Euphratem, juxta portas Babylonias. ¶ Gentilia sunt Charmandæus, & Charmandrites. Steph.

Chărmĭs, χάρμις. Sardiniæ oppidum, Carthaginiensium opus. ¶ Gentile Charmites. Steph.

Chărmĭone χαρμίων (ut scribit Plutarch. *in vita Antonii*) Cleopatræ ancilla fuit, spontaneam domini mortem imitata.

Charon, χάρων, Lampsacenus historicus, qui tempore primi Darii floruit. Scripsit Æthiopica libris duobus: item Cretensia, Graecanica, &c

& alia. ¶ Charon, item Carthaginiensis historicus, qui Tyrannorum quotquot in Asia Europaque fuerunt: item illustrium virorum & mulierum vitas conscripsit. ¶ Tertius ejusdem nominis, Naucratita fuit historicus, qui de Sacerdotibus, Regibus, & gestis Ægyptiorum historiam scripsit.

Chărōn, ōntis, χάρων, à poëtis dicitur, qui animas defunctorum per ea infera flumina, Acherontem, Stygem, & Cocytum, ad altam ripam transvehit. { Germ. Der heilich schiffman so die Seelen der abgestorbenen überfürt. } De hoc Virg. *lib.6. Æneid.* Hinc ortum adagium, Charontis janua, χαρώνιος θύρα, de imminente capitis periculo, sive de re magnopere tristi. Sic enim antiquitus appellabatur una è carceris januis, per quam damnati judicum sententiis ad supplicium educebantur. Referunt Zenodotus, Hesychius, & Suidas.

Charonea, orum, χαρώνεια, regio Asiæ est, ad Mæandrum fluvium, vicina Hierapoli. Characi, Magnesiæ, & Myunti, terram habens cavernosam, putridam, & incendiis obnoxiam. Vide Strab. *ad finem lib.*12.

Charonium, χαρώνιον. Antrum est inter Tralles & Nysam, ubi ægroti solemnibus quibusdam superstitionibus à morbis liberari credebantur. Vide Strab. *lib.*4.

Charondas, χαρώνδας, cognomento Thurius, patria Catanæus, Atheniensibus leges quasdam tulit, quibus quum capitis pœnam statuisset in eos qui gladiis armati concioni interessent, imprudenter, ut ruri veniebat, gladio accinctus in concionem prodit: monitus deinde ab eo qui proximè assidebat, quum culpam dissimulare posset, gladio quo accinctus erat, incumbens, violatæ legis à se pœnas exegit. Valer. *lib.6. cap.5.*

Charops, χάροψ Homero *Iliad.* 11. vir Troianus, Hippasi filius, & Socii frater, quos ambos uno die Ulysses interemit. ¶ Est nomen cujusdam inter Epiotas primarii, qui Tito Quinto Flaminio consuli Romano contra Philippum bellum gerenti favit. Author Plut. *in vita ejusdem Flaminii.*

Chărōpus, Latinè amabilis, blandus, gratiosus. { יחדו *iedhidh.* χάροψ. Gall. *Aimable, plaisant & gracieux.* Ital. *Amabile, piacevole, gratioso.* Germ. Freundlich/ lieblich/ holdselig. Hisp. *Hermoso, gracioso à ver.* Angl. *Gracious, amiable.* } à χάρις, & ὤψ, ὠπὸς, aspectus: unde Charopus color, χάροπον χρῶμα, qui dilutam habet viriditatem, igneo quodam splendore intermicantem: qualem in leonum oculis conspicimus.

Chărta, { מגלת *megbillâh.* χάρτης. Gall. *Carte, papier, livre, ou feüillet de livre.* Ital. *Carta.* Germ. Papier. Hisp. *La carta à hoja del libro.* Angl. *Paper.* } Cum ch aspirato, Papyrus in qua scribimus, propriéque ea, quam veteres ex papyri arboris cortice, & glutino præparabant, cujus species, variáque nomina, & præparandi rationem vide apud Plin. *lib.*13. *cap.*11. 12. & 13. Quamquam etiam latiùs Chartæ nomen postea cœpit extendi, ut etiam de iis dicatur, quæ ex membranis, linteis, aut alia quacunque materia conficiuntur.

*Incepit de te subtexam carmina chartis.*
Tibul.

*Nullus in hac charta versus amare dolet.*
Ovid. *Eleg.*1. *lib.*3.

——— *Nec malleem mittere chartam.*
Tib. *lib.*4. Ovid. *Eleg.*7. *lib.*4. *Trist.* Chartæ transversa olim epistolæ scribebantur. Suet. *in Cæs. cap.*56. Idem. *in Nerone, cap.*20. Plumbeam chartam supino pectore sustinuit. Plin. *lib.*13. *cap.*11. Chartam Alexandri Magni victoria repertam, author est M. Varro, condita in Ægypto Alexandria: antè non fuisse chartarum usum: palmarum foliis primò scriptitatum, deinde quarundam arborum libris, postea publica monumenta plumbeis voluminibus, mox & privata linteis confici cœpta, aut ceris. ¶ Charta audientialis dicitur Marculpho *lib.*1. *form. cap.*28. quòd per eam quis vocetur ad audientiam Principum. ¶ Charta plumbea est in Anastasio scutulum quadratum. Meursius. ¶ Per chartam possidere aliquid, est testamenti jure possidere. ¶ Charta virgo, quæ nunquam peperit, hoc est, quæ nondum transcripta est, dicitur à Martiale.

*Custodit ipse virginis pater charta.*

Patres eum dicuntur chartæ, quem ex iis exempla sumuntur. ¶ Chartus, pro charta. Nonius ex Lucil. *lib.*17. *Satyr.* Lessius: Ubi nunc Græci? ubi nunc Socratici chartæ? quid quæritis. ¶ Item Chartha, urbs Tyri dicta est, ex qua & Dido orta fertur, & ab ejus nomine à sese conditam urbem Carthaginem appellasse.

Chărtĕus, Chartularius, & Chartaceus, a, um, quod est ex charta. { ὁ ἐκ χάρτου. Gall. *Fait de carte, en papier.* Ital. *Di carta.* Germ. Papyrin/ von papyr gemacht ist. Hisp. *Cosa de carta.* Angl. *Made of paper.* } Ulp. *in l. librorum* 52. *in princip. ff. de leg.*3. Quod si in codicibus sint membraneis, vel chartaceis, vel etiam eboreis, vel alterius materiæ, &c.

Chărtārĭus, a, um. Qui chartam præbet, aut vendit. Diomedes *lib.*1. { ὁ τοῦ χάρτου. Angl. *Belonging to paper.* } ut Chartariæ officinæ. Plin. *lib.*8. *cap.*10. Hoc erariæ officinæ, chartariæque utuntur.

Chartosus, qui multas chartas habet. Diomedes *lib.*1.

Chărtŭlă, diminutivum. { χαρτίον. Angl. *A little peece of paper.* } Hier. Volo in chartulis meis ineptias scribere.

Chărtŭlārĭi, sunt Justiniano, qui tabulis nomina recepta & impensa describebant. ‖ Eorum ordo triplex erat, in Ecclesia, palatio, exercitu. In Ecclesia diversi erant, pro numero τῶν ἐκκλησιῶν, h. e. eorum, qui secretis ecclesiasticis præfecti, ut erant magnus œconomus, magnus sacellarius, magnus scenophylax, chartophylax & curator sacelli. Qui in palatio chartularius, ὁ μάγιστρος dicebatur, dignitatémque habebat proximam protostratori, præfectus cum eo equisonibus Imperatoris. Chartularius in exercitu militem conquirebat conscribebatque. Chartophylaces autem duo erant. Unus patriarchicus Ecclesiæ archiva servabat, custos sigilli patriarchalis, quod in pectore gestabat: alter œconomeio inserviebat, & tabulas ecclesiasticorum redituum expensarumque conficiebat ac curabat. Hæc ex Meurs. Gloss. Græcol. ‖

Charticum, merces quæ officialibus pro charta dabatur, eodem modo quo Cereum dicitur *Vervina* 5. quod pro cera pendebatur. Ea vox apud Zonaram observatur. Ἐτίθεσαν τοῖς ἀνθυπάτοις ἑκάστοις ἐπὶ τῷ ἐξιέναι τῆς ἐπαρχίας ἀντὶ χαρτικῶν, ἐπὶ τῆς τοῦ χαρτικοῦ δύο κεράτια. Ex Horoniano.

Chartophylăx, præfectus chartarum, qui tabulas habet chartaceas, ad jura Ecclesiæ pertinentes, chartarum custos, qui privilegia, & similia asservat, præfectus tertiariorum, judex item causarum Ecclesiasticarum, & quæstionum matrimonialium, defensor in Clericorum causis, veluti manus summi sacerdotis dextera, sic enim appellat Codinus, ὡς δεξιὰ τοῦ ἀρχιερέως χεὶρ.

Chartophylăcium. { χαρτοφυλάκιον. Angl. *The treasonry of monumentes, a great officiers house, as the chancelours of the rolles.* } Scrinium est, conclave, vel ipsa etiam domus, in qua chartæ asservantur. Latini Tabularium vocant: nam φυλακὴ, custodia est, φυλάκιον, custodio.

Chātus, a, um, vide *Carus.*

Chărybdis, χάρυβδις, vulgò *Galofaro*, & Scylla, duo monstra sunt in freto Siculo, de quibus Virg. 3. *Æneid.*

*Dextrum Scylla latus, lævum implacata Charybdis*
*Obsidet.*

¶ Est autem Charybdis locus, sicuti scribit Salustius, juxta Tauromenitanum litus, extátque fabula Charybdin mulierem fuisse rapacissimam, quæ quum Herculis vaccas rapuisset, à Jove fulminata est, & in hoc monstrum conversa. Tibul. *lib.*4.

*Nec violenta sues consumpsit more Charybdis.*

Meminit & Ovid. *Eleg.*3. *lib.*5. *Trist.* Est igitur Charybdis mare periculosum nautis, quod contrarius fluctuum cursibus collisionem facit, & rapta quæque absorbet & tegit. Ovid.

*Et vomit ejecta sæva Charybdis aqua.*

Sen. *ad Lucillium epist.* 80. Scyllam saxum esse, & quidem terribile navigantibus, optimè scio. Charybdis an respondeat fabulis, præscribi mihi desidero. Fac nos certiores, utrùm uno tantùm vento agatur in vortices, an omnis tempestas mare illud contorqueat? & an verum sit, quicquid illo freti turbine arreptum est, per multa millia trahi. Thucydides *lib.*4. scribit esse fretum inter Rhegium mare & Messanam, à quo brevi spatio Sicilia à continente distet, & Charybdim appellatum. ¶ Evitata Charybdi in Scyllam incidi, τὸ χαρύβδεως ἐκφυγὸν τῇ Σκύλλῃ ἐξαίσιον, hoc est, dum vito gravius malum, in alterum divertam incidi.

Charzania eadem sunt quæ ἱμάντες, lora, corrigiæ, ferramenta, scuticæ, vulgò *Scartanea.*

Chāsma, tis, Latinè hiatus, fissura. { פרץ *bekiah.* χάσμα. Gall. *Grande ouverture, comme un abysme ou autre gouffre.* Ital. *Fessura, apertura.* Germ. Ein grosser spalt/ ein klufft. Hisp. *Hendedura, ò abertura como de boca.* Angl. *A great gaping or opening of the earth or firmament.* } χασμία, Hio. Fit autem Chasma non solùm in cœlo, sed etiam in terra. Unde ait Jureconsultus *de censibus, in l. forma, §. quare & si*: Si agri portio chasmate perierit, debebit per censitorem relevari. Ammianus eleganti vocabulo Chasmaticum appellat terræmotum, quo patefactis subitò voraginis, terrarum partes per hiatum absorbentur.

‖ Chasmatarius, ærarii præfectus. Lex. gr. b.

Chassa, vicus est Ægypti apud Strab. *lib.*16. ‖

Chastanon, Xanthion, vel Iappa, apud Dioscor. *lib.* 4. *cap.*138.

Chatramotites, χατραμωτῖται, regio juxta mare rubrum. Strab. *lib.*15. cives Chatramotitæ. Uranius Chatramotas vocat. Steph.

Chatti, populi sunt Germaniæ, non procul à Rheno. Plin. *lib.*5. *cap.*14.

Chattenia, χαττηνία: nam in λάβη apud Steph. per duplex τ scribitur: suo autem loco aliquoties per simplex τ, quamvis ordo literarum duplex postularet: sed hîc sæpe negligitur: regio est Chattenorum, χώρα τραχεῖα καὶ ἀνώμαλος, aspera alioqui, sed vicis & turribus instructa prope mare rubrum. Cives Chatteni.

Chaubi, Germaniæ populi. Strab. *lib.*17.

‖ Chaviare, salsamentum. Lex gr. b. ‖

Chauni, χαῦνοι, populi Thesprotiæ. Plin. *lib.*4. Thessalicorum, πόλις καὶ ποταμὸς καὶ πεδίον Θετταλικόν. Steph.

Chavon, nis, χάβων, regio Mediæ, unde Chavones. Idem.

Chazene, χαζηνὴ, Satrapia juxta Euphratem Mesopotamiæ. Idem.

Chaus. { λυγοπάρδαλος. Gall. *Loup cervier.* Ital. *Lupo cervaio.* Germ. Ein art von luchsen/ oder thier wolffen. Hisp. *Lobo cerval.* } Lupi species est, pardorum maculas habentis, quem alio nomine lupum cervarium vocant. De quo Plin. *lib.*8. *cap.*19. ita scribit, Pompeii Magni primùm ludi ostenderunt chaum, quem Galli Raphium vocant, effigie lupi, pardorum maculis. Et paulò post *eod. lib. cap.*22. Sunt in eo genere qui Cervarii vocantur, qualem è Gallia in Pompeii Magni arena spectatum diximus.

Chedra, Hippuris altera. Dioscor. *lib.*4. *cap.*5.

‖ Cheiri, vel Keiri, vox Mauritana est, aliter Græcè λευκόϊον, i. e. alba viola dicitur, unde Cheirinus. ‹ heirinum oleum. ›

Chēla, æ, um, { χηλὴ. Gall. *Les bras & parties de devant du scorpion.* Ital. *Franchi di gambari ò di granchie.* Germ. Die schdren oder arm der krebsen vnd scorpionen. Hisp. *Brazos de scorpion ò de cangrejo.* Angl. *The armes or forepartes of a scorpion.* } Scorpiorum & cancrorum brachia, ita dicta à forficulis denticulatis, quas Græci χηλὰς vocant. Virg. 1. *Georg.*

*Quàm lecta Erigonen inter, chelasque sequentes.*

Ambrosius de cancro loquens: Et periculosum est, inquit, si chelam ejus includat.

Chelandia, navigii genus.

Chēlĭdŏnĭă, sive Chelidonium, χελιδόνιον, herba ab hirundinibus appellata, quæ Græcè χελιδόνιος dicuntur. Eo enim avium genere adveniente, nascitur, & discedente extinguitur. Fertur etiam hirundines oculos pullis suis excæcatis ea herba restituere. Plin. *lib.*8. *cap.*27. & *lib.* 25. *cap.*8. ¶ Chelidoniæ duæ sunt species, quarum major etiam hodie in officinis nomen retinet. { Gall. *Chelidoine, eſclere.* Ital. *Celidonia.* Germ. Schellwurtz oder groß schwalbenkraut. Hisp. *Celidonia.* Angl. *Chelidoine.* } Minorem autem, quæ lippitudinis medetur, quas Scrophulas nonnulli vocant, sive quòd strumosam

sam habeat radicem, Scrophulariam appellant. ¶ GALL. *Herbe aux eſcrouelles, coüillons de preſtre.* ITAL. *Fauoſello.* GERM. Ein gattung des Storckenſchnabels / ſo Gotteo gnadt genant. HISP. *Scrofularia minor.* ¶ Chelidonia item vocatur Favonius ventus, à die ſexto ante Februarias Idus, uſque ad VII. Calend. Martias: eo quòd iis diebus hirundines primùm conſpici incipiant. Author Plin. *lib.* 2. *cap.* 47. ¶ Eſt etiam Chelidonia gemmæ nomen, altera parte purpurea, nigris interſpellantibus maculis, altera hirundinis colorem referentis, unde & nomen accepit. De hac Plin. *lib.* 37. *cap.* 10. ¶ Item genus aſpidis, ut Galenus author eſt. ¶ Chelidonia præterea inter horum genera recenſetur. Plin. *lib.* 15. *cap.* 18. & Colum. *lib.* 10. Purpureæque chelidoniæ, pingúéſque malicæ.

Chĕlĭdŏnĭæ, χελιδονίαι νῆσοι Steph. duæ ſunt inſulæ contra Chelidonium Tauri promontorium, peſtilentiſſimi ætis, quarum altera Curydela dicitur, altera Menalippea. Circa has inſulas anthias piſces maxima in copia capitur, ut eſt videre apud Plin.

Chelidonium, χελιδόνιον, unum eſt ex Tauri montis promontoriis. Plin. *lib.* 5. *cap.* 27. Taurus mons ab Eois venicos inter horibus Chelidonio promontorio diſterminatur.

Chelonates, promontorium eſt Achaiæ, quod Ptolemæo Chelonita dicitur.

Chĕlŏnĭa, χελωνία, gemma eſt Indicæ teſtudinis oculo ſimilis, quam magorum vanitas tradidit linguæ impoſitam, futurorum divinationem præſtare. Author Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Chelönites, χελωνίτης, inſula eſt in ſinu Arabico, apud Plin. *lib.* 6. *c.* 28.

Chĕlonium, vide *Chelys.*

Chĕlŏnŏphăgi, χελονοφάγοι, populi ſunt in Carmaniæ angulo, non alia quàm teſtudinum carne veſcentes, earúmque teſtis caſas tegentes. Tantæ enim magnitudinis apud eos proveniunt, ut ſingulæ ſingulis caſis tegendis ſufficiant, & navigantibus Chelonophagis ſcapharum uſum præbeant. Vide Plin. *lib.* 6. *cap.* 25. & Strabonem *lib.* 16.

Chĕlydrŭs, ¶ χελύδρος. GALL. *Tortuë de mer.* ITAL. *Teſtudine marina.* GERM. Waſſer oder meerſchneck. HISP. *Galapago de la mar.* ANGL. *A torteis, a water ſnake.* ¶ Eſt teſtudo marina. Nam χέλυς teſtudinem Græcis, & ὕδωρ aquam ſignificat: quaſi teſtudinem aquaticam dixeris. ¶ Sunt qui etiam pro ornamento mulieribus accipi putent, citantes illud Juvenalis,

——— *donant arcana chelydros.*

Quo tamen in loco alii cylindros legere malunt.

Chĕlys, ¶ חפר *kippôdh.* χέλυς. GALL. *Vne tortuë.* ITAL. *Teſtudine.* GERM. Schneck. HISP. *Galapago.* ANGL. *A torteu or ſnake, a lute.* ¶ Proprie eſt teſtudo animal, quamvis etiam pro inſtrumento muſico accipitur, quod & Latini Teſtudinem appellant. Nam ex teſtudine prima facta eſt cithara à Mercurio, conſumpta jam carne, ſed ſuperſtitibus nervis. Ovid. *ad Piſon.* Pulſatur manibus Phœbea chelys. Canora chelys, Seneca.

Chĕlōnĭum, ¶ χελώνιον. GALL. *La couverture & coquille d'une tortuë.* ITAL. *La ſcorza di ſopra la teſtudine.* GERM. Die ſchal oder das heuſlin der ſchnecken. HISP. *La cobertura del galapago.* ANGL. *The ſhell of torteu or ſnaile.* ¶ Budæus. Teſtudinis tegumentum eſt. Nam teſtudinem Græci χελώνην appellant.

¶ Chemia, vide *Chymia.* ¶

Chĕmmis, Pompon. Melæ, ſive Chemmis, χέμμις Herodoto, inſula eſt in quodam Ægypti lacu natans: quod omnino incredibile videtur, quum augultum Apollinis templum, & lucos ſuſtineat.

Chemmizia, urbs Aſiniæ.

Chēnă, æ, χῆνα, urbs Laconiæ, à qua gentile Chenicus.

Chēnălōpēcēs, χηναλώπηκες, ex anſerum ſunt genere, quibus pro cibis lautioribus utuntur Britanni. Vide Plin. *lib.* 10. *cap.* 22. Eſt autem nomen ἀπὸ τῆς χηνὸς καὶ ἀλώπηκος, hoc eſt, ex anſere & vulpe compoſitum: unde & Vulpanſerem Æliani interpres tranſtulit. Anſerem enim ſpecie, vulpem calliditate refert. Aquilæ & ſeris injuſtam facilè propulſat. Aucupi ad nidum accedenti obviam prodit, ut interim pullis elabendi ſpatium præbeat. Vide Ælian. *lib.* 15. *cap.* 31.

Chēnĭſcŭs, χηνίσκος, Latinis anſerculus eſt. Unde & puppis extremum, quod ornatus gratia ad anſeris ſimilitudinem effictum erat, Cheniſcum appellarunt. Apuleius, Puppis intorta chenifco. Lucil. in eo dialogo qui πλοῖον, ἢ Εὐχαί inſcribitur. Εἰ δ' ὁ πρύμνης μὲν ὑπεπεπτερωμένος χηνίσκος χρυσοῦς ὑπανέφαινε, πρῷραν δὲ ἀπέφαινε ἡ ἐπὶ θάτερα ἐπιρρέουσα εἰς τὸ αὐτὸ ἀπηκοντισμένη τῆς ἐπάκτου τὸ τοῦ ἡνιόχου: hoc eſt, Ut verò ipſa quidem puppis paulatim aſſurgit inflexo aureo cheniſco ornata (hoc eſt, inflexa, atque aureum anſerculum ſupernè habens impoſitum) è regione autem æqua proportione prora promunet ſe anteriorem partem longè protecta, cognominem navi deam Iſidem videlicet utrinque additam habens. Idem in veris narrationibus: Εἰ τὸ χηνεῖον τὸ πρύμνηθεν χρυσοῦν ἄφνω ἐπηρέικεν ἑαυτὸ ἐς τὸ πέλαγος: hoc eſt, Cheniſcus enim (ſive anſerculus) qui ad puppim erat, repentè alis plaudere cœpit, & clangorem edere. Formam cheniſci vide apud Bayſium *de re navali.*

Chenoboſcia, χηνοβοσκία, urbs Ægypti è regione Dioſpolis, ab anſerum, ut videtur, paſcuis dicta, qui tamen illic nulli apparent. ¶ Hujus incolæ dicuntur Chenoboſciæ, qui circa crocodillos occupantur.

Chēnŏbŏſcĕtum, χηνοβοσκεῖον, locus ubi anſeres, aliæque id genus nantes volucres aluntur, nam χήν, χηνὸς, anſer dicitur. Columell. *lib.* 9. *cap.* 14. Qui verò greges nantium poſſidere ſtudent, chenoboſcia conſtituant.

Chēnŏmўchon, herba ad cujus aſpectum expaveſcunt anſeres: aliis nominibus ea Nycteget um dicitur, & Nyctilops, eo quòd noctibus luceat. Vide Plin. *lib.* 21. *cap.* 11.

Chēnŏpūs, dis, χηνόπους, Latinè anſeris pes dicitur: quo nomine dicta eſt & herba, quæ habet effigiem anſerini pedis. Plin. *lib.* 11. *cap.* 8. Cerat ex omnium arborum, ſatorúmque floribus conficiunt, excepta rumice & chenopode.

Chēnŏtrŏphĭă, χηνοτροφεῖα. Nantium volucrum aviaria.

Chopina (quod nomen adhuc manet integrum apud Gallos) menſura eſt liquidorum, dimidiæ pintæ (quam vocant) capax: ex eo dicta quòd ea tantum funditur, vel hauſtus vini, quantum homo ſitibundus uno hauſtu ebibere poſſit. Pino enim Græcè ſignificat bibo, unde & pinta. Quod verum eſt, ſi de chopina Pariſienſi intelligas. Cheo verò Græcè ſignificat fundo, is. Budæus. *de aſſe.*

Cheops, ſive Cheopes, Ægypti rex fuit, Mycerini pater, cujus opus eſt maximum totius Ægypti pyramis, ad quam faciendam decies hominum myriades in opere habuiſſe dicitur, & pro apio, cepa, & allio, mille ſexcenta talenta expendiſſe. Author Herod. *lib.* 2.

Chephrem, Cheopis frater, Ægypti & ipſe rex poſt fratrem. Author Herod. *lib.* 2.

Cheramides, genus lapilli pretioſi, qui (ut Strab. *lib. ult.* refert) in Mauritania compeſtribus naſcitur. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10. Cheramides eadem eſſet, quam Ollaciten vocant, niſi quòd hanc cerulex interdum bullæ cingunt.

Cheredranon, Hippuris, apud Dioſcorid. *lib.* 4. *cap.* 49.

Chĕrĭă, à quibuſdam appellatur Raphanus ſylveſtris, quem Latini Armoraciam appellant. Vide Ruell. *lib.* 2. *cap.* 123.

Chersoneſſus, χερσόνησος, juxta Corinthum eſt. Steph. *in Cherroneſo.*

¶ Cherotrophium, hoſpitale viduarum. χηροτρόφος, quaſi χήρα, vel χέρα τρέφει ¶

Chertura, χέρρυρα, urbs Lyciæ. Steph. *in Cherroneſo.*

Chĕrrŏnēsŭs, Syriæ civitas (quæ aliàs Apamea) Steph. Eſt item urbs in Cherſoneſo juxta Gnidum: civis Cherroneſus. Alia eſt Cherroneſus Cretæ, cum oppidulo ejuſdem nominis. Alia eſt Libyæ, Chertura dicta, χέρρυρα. Inde Cherrurius.

Chersoneſſus verò, χερσόνησος, juxta Corinthum eſt. Eſt item Cherroneſus promontorium in Lycia, alia juxta Corcyræam urbem. Steph.

Chernites, χερνίτης, lapidis genus eſt eburi ſimillimi, in quo defunctorum corpora condebantur. Plin. *lib.* 36. *cap.* 17. Melior eſt autem conſervandis corporibus, nec abſumendis, chernites eburi ſimillimus, in quo Darium conditum ferunt.

Chĕrrŏnēsŭs, χερρόνησος: quaſi χερσόνησος, ἀπὸ τοῦ χέρσον ἐς νῆσον: Terra eſt in inſulæ modum mari cincta, uno tantùm, eóque anguſto ſpatio continenti adjuncta: Latini Peninſulam vocant. Quinque autem inſigniores commemorantur Cherſoneſi, quarum celeberrima Achaiæ adhærens, Peloponneſus appellatur. ¶ Secunda, quæ à vicina continente Thracia dicitur, cujus Iſthmus ab Occaſu Melanæ ſinu, ab Ortu Propontide abluitur. ¶ Tertia, quæ Saxoniæ adhærens, à Cimbris, qui eam tenuerunt, Cimbrica appellata eſt: hodie Dania dicta, vulgò *Dinamarca.* (GERM. Dennmärk.) ¶ Quarta inter Pontum Euxinum, & Mæotiden paludem ſita, à Tauris Scythiæ Europæ populis Tautica appellata. ¶ Quinta, quam Auream cognominant, in India ſita ſupra Gangem, Ortum verſus, juxta ſinum quem magnum appellat Ptolemæus. Peloponneſus verò major celebriórque eſt, quàm ut Cherſoneſi nomen admittat, quamquam & ipſa à nominis etymo ferat: Cherſoneſum Strabo nominat, & minoris Aſiæ in noſtrum mare procurſus, Cherroneſus dictus bonis authoribus, ut ſcribit Vadianus.

Chĕrsĭnă, æ, genus eſt teſtudinis terreſtris, in aridiſſimis Aſiæ deſertis roſcido humore vivens. Author Plin. *lib.* 9. *cap.* 10.

Cherſidamas, χερσίδαμας, vir Troianus, quem Ulyſſes in bello interemit, ut ſcribit Hom. *lib.* 11. *Iliad.*

Cherſonenſus, χερσονησος, idem eſt, quod Cherroneſus. Vide ſuprà.

Chĕrſydrŏs, χερσύδρος, ſerpens qui tam in terris, quàm in aquis moratur: nam componitur ex χέρσος terra, & ὕδωρ aqua, quaſi vivens in terra & in aqua.

(Cherubus, כרוב, eſt alata imago, ſimilis juveni.)

Cheruſci, χηρούσκοι, populi Germaniæ circa Albim: quorum meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 14. (GERM. Die völcker in Teutſchland vmb die Elbe als da ſind die Sachſſen / vnd Meyßner.)

Cheſion, χέσιον, oppidum Ioniæ, unde Cheſicus Ortus, in maſc. gen. uſurpatus, non civitatem, ſed locum eſſe dicit Steph.

¶ Chia, χάα, latibulum, cavetna, ut ſerpentes: à χάω, capio. ¶

Chĭă terra, χία γῆ. Terra eſt albida, ſive cinericia, Samiæ ſimilis, quæ cutem erugat, totúmque corpus amabili coloris bonitate commendat. Author Dioſc. *lib.* 5. *cap.* 161.

Chia ficus, ſive Chia abſolutè, σῦκα χῖα. Fici ſpecies eſt, grato quodam ſapore palatum pungens, vinique veretis, ſaliſque ſaporem referens. Mart. *lib.* 7.

*Infanti melimela dato, fatuáſque mariſcas:*
*Nam mihi, quæ novit pungere, Chia placet.*

Idem *lib.* 13.

*Chia ſeni ſimilis Bacchо, quam Seria miſit:*
*Ipſa merum ſecum portat, & ipſa ſalem.*

Chĭdnæi, χίδναιοι, populi juxta Pontum, teſte Orpheo *in Argon.*

Chidorus, fluvius eſt Macedoniæ, per Mygdoniam in Axium influens, unus ex iis qui à Xerxiano exercitu dicuntur fuiſſe epoti. Vide Herod. *lib.* 7.

Chĭlĭăs, ¶ אלף *éleph.* χιλιάς. ANGL. *The number of a thouſand.* ¶ Numerus qui mille continet. Chilia enim mille à Græcis dicitur.

Chĭlĭărchŭs, qui mille hominibus præeſt. ¶ שר אלפים *ſar alaphim.* χιλίαρχος. GALL. *Colonnel de mille hommes d'armes.* ITAL. *Colonello di mille fanti.* GERM. Ein herr oder hauptman vber tauſend. HISP. *Capitan de mil hombres.* ANGL. *A capitane over a thouſand.* ¶ A Græcis tamen ſcriptoribus, quoties de Romanorum militia ſermo eſt, Chiliarchus accipitur pro Tribuno militari: quemadmodum in civitate Demarchus, δήμαρχος, pro tribuno plebis: nam authore Joſepho, ordo in Romanorum militia hic erat, ut milites ad Centuriones, illi ad Tribunos, quos illi Chiliarchos vocant, mane convenirent ſalutatum. Hecatontarchi autem dicebantur Centuriones, qui centum militibus præerant. Pentecoſiarchi, qui quinquaginta. Decatchi, qui & Latinis Decuriones, qui decem militibus præerant.

Chiliophyllon, χιλόφυλλον, herba eſt quæ nonnullis nominatur Achillea & Militaris herba, στρατιώτις dicitur. Chiliophylli nomen accepit à multitudine foliorum.

Chiliodynamis, χιλιοδύναμις, Dioſcoridi, Chiliodyname Plinio. Herba eſt quæ alio nomine *Ptolemonia* dicitur, à regum certamine, qui ejus inventionem ſibi certatim vendicaverunt. Chiliodynamis autem à

Cappadoci

Cappadocibus nomiñata est, propter varios in medicina usus. Plin. *lib.* 11. *cap.* 6.

Chilōpēs, χειλόπης. Angl. *Wich hath great lippes.* ] Quibus immodica sunt labra, qui & à Latinis Labeones dicuntur: nam χεῖλος Græcis labrum est.

Chilo χείλων, Pisistophus Lacedæmonius, unus ex septem Sapientibus Græciæ. Ejus (Plinio teste *lib.* 7. *cap.* 32.) tria hæc aurea præcepta fuerunt, Delphis in templo Apollinis consecrata: scilicet, Nosce teipsum, Nihil nimium cupias, Comes rei alienæ, atque litis, est miseria. Quin & finus ejus, quum victore Olympiæ filio, gaudio exspiraſſet, tota Græcia prosequuta est.

Chimāstrum, { χειμαστρον. Angl. *A winter garment, a frize or furred garment.* } Vestis est rusticorum qua hyeme utuntur, ἀπὸ τῦ χειμῶνος, quod nobis sonat hyemare.

Chimæra, χίμαιρα, mons est Lyciæ ignivomus, in cujus cacumine leones habitant: in medio autem ubi pascuis abundat, capræ: in radicibus autem serpentes. Hinc factus est locus fabulæ, Chimæram monstrum esse, quòd flammas evomat, caput & pectus leonis habens, ventrem autem capræ, & caudam draconis. Lucretius,

*Prima leo, postrema draco, media ipsa chimæra.*

Ovid. 6. *Metamorph.*

*Quoque Chimæra jugo mediis in partibus hirsuta,*
*Pectus & ora leæ, caudam serpentis habebat.*

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

*Nam quid de tetrico referam domitore Chimæræ.*

Et quoniam Bellerophontes Glauci filius montem hunc habitabilem reddidit, Chimæram fingitur occidisse. Hæc ferè Servius in illud Virgil. 6. *Æneid.*

——*flammisque armata Chimæra.*

Plin. *lib.* 12. *cap.* 106. Flagrat in Phaselide mons Chimæra, & quidem immortali diebus & noctibus flamma. Ignem ejus accendi aqua, extingui verò terra, aut fœno, Gnidius Ctesias tradit.

Chimera, χίμαιρα, urbs Siciliæ, cujus meminit Xenophon *lib.* 1. rerum Græcarum: gentile Chimæræus. Steph.

Chimērīnē, Aizoum minus, apud Dioscor. *lib.* 5. *cap.* 92.

Chimerium, Phthiotidis mons in Thessalia, ut tradit Plin. *lib.* 4. *cap.* 7. χειμέριον Steph. promontorium Thesprotiæ. Gentile Chimericus.

Chimērīnus, χειμερινὸς, Græcis idem est quod hybernus, sive hyemalis. Angl. *Belonging to winter.* } Martialis *de Eurino:*

*Si daret autumnum mihi nomen, Operinos essem:*
*Horrida si bruma sydera, Chimerinos.*

¶ Hinc Capricorni Tropicus, ad quem accedente sole dies brevissimi fiunt, à Græcis Chimerinos appellatur: quemadmodum & à nobis Brumalis. Plaga quoque Australis habitabilis, à Cosmographis Chimerine appellatur. Duæ enim sunt plagæ orbis habitabiles: quæ à nobis incolitur, ὑπὸ nominatur: altera quam incolunt Antichthones, Chimerine, à nobis Hyemalis: quæ quòd ad Austrum deflexa sit, Australis quoque nuncupatur, quum nostra Septentrionibus supposita est.

‖ Chimethlum, χιμεθλον, & χίμιθλον, ulcus ex hiberno frigore, pernio, à χεῖμα hyems.

Chinobāros, æqualis ponderis. Lex. gr. b. ‖

Chīnē, χίνη, nobile scortum fuit, nomen habens à candore nivis: χιὼν enim Græcè nivem significat. Juven.

*Et dubitem alta Chionem deducere sella.*

In hanc extat festivum illud Mart. *Epigr. lib.* 5.

*Digna tuo cur sis, indignáque nomine, dicam:*
*Frigida es, & nigra es: non es & es Chione.*

¶ Fuit & Chione filia Dædalionis, cujus nuptias quum ob formæ elegantiam multi ambirent proci, tandem Pœonio Epidaurienſi nupsit. Porrò redeunte Mercurio à Cyllene monte, & Phœbo Delphis, ab ambobus visa est, qui statim ejus amore capti, quum seorsum ejus concubitum petiissent, Apollo in noctem distulit: Mercurius autem non expectata nocte eam caduceo tetigit, & in altissimum sopotem alligavit, dormientémque vitiavit, & discessit. Deinde accedente nocte, Apollo accepta anus forma ad eam intravit, oppressitque: & sic ex utroque concepit, peperitque Mercurio Autolicum, de quo suprà: Apollini verò Philammonem, qui carmine & cithara plurimùm valuit. Postea quòd diis placuisset, superbia elata, ausa fuit se Dianæ ob pulchritudinem præferre, qua re mota Diana sagittis eam interemit.

*Nota erat huic Chione quæ dotatissima forma,*
*Mille procis placuit, bis septem nubilis annis.*

Chius, χίος. Insula Ægæo nonagentorum circiter stadiorum ambitu, Ioniæ adiacens, inter Samum & Lesbum, in qua laudatissima nascitur mastiche. Hinc Ephorus prisco nomine Æthaliam, Metrodorus & Cleobulus Chiam appellarunt, à Chione nympha, sive à nive: alij & Macrim & Pityusam. Montem habet Pelleneum, & Marmor Chion: item templum Apollinis, qui inde Chius appellatur: & promontorium Arvisium, à quo Arvisia vina. ¶ Habet autem hoc nomen, quum primitivum est, penultimam correptam. Luc. *Lib.* 8.

*Quas Asine cautes, & quas Chius asperat undas.*

Sunt qui quadrigeminam Chium esse putent: ut prima sit Chios insula, cum oppido ejusdem nominis: secunda Cariæ urbs sub monte Pellenæo: tertia in Eubœa: quarta in Chersoneso Rhodiorum juxta Triopium.

Chius, χίος. Tibul. *lib.* 2.

*Nec mihi fumosos veteris proferte Falernos*
*Consulis, & Chio solvite vincta cado.*

Hæc insula protulit memorabiles viros, Ionem tragicum, Theopompum historicum, & Theocritum sophistam.

Chius Stephano, clarissima insula Ionum est, propè Erythras cum urbe ejusdem nominis, à Chio Oceani filia, vel à nive in ea abundante. Est & alia Chius urbs Cariæ, sub pede montis Pellenæi. Et alia juxta Triopion sita in Chersoneso. Quarta in Eubœa. Gentile, similiter & possessivum, Chiacus. Apud Chios primùm fuerunt Thesmothetes, at apud Lacedæmonios Helotes, apud Argivos Gymnesij, apud Sicyonios Corynephori, apud Italos Pelasgi, apud Cretenses Dinoitæ. Item in Chio primùm natum est vinum nigrum.

Chius pectunculus. Gell. *cap.* 16. *lib.* 7. Lagena, ubi solet vinum Chium esse. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 1.

Chirāgra, & chetagra. { χειράγρα. Gall. *Douleur & goutte aux mains.* Ital. *Gotta di mano.* Germ. Das zipperlin an den händen. Hisp. *Gota, dolencia de las manos.* Angl. *The gowte in the handes.* } Morbus articularis, manus infestans. Mart.

*Sed nil patrono porrigit, hoc chiragra est.*

Chirager, & Chiragricus. { χειράγρα. Angl. *That hath the gowte in the fingers.* } qui chiragram patitur.

Chirembolum, χειρεμβολον. Ulp. *in l.* 1. *ff. naut. caup. stabul.* Quamquam ipse vel naviculatius, vel magister id faciat, quod Græci χειρεμβολον appellant. Significat hæc vox manus immissionem, ut Alciatus *in parerg.* refert, qui arbitratur χειρέμβολον dici signum quod magister navis in prora sedens dat, quum nautis imperat, ut aliquid faciant, seu aliquem recipiant. Verùm quum hæc vox à se nusquam alibi lecta sit, admonet amplius quærendum.

‖ Chiridōtus, a, um, χειριδωτος, ὁ, ὸν, manuleatus, à χεὶρ manus. ‖

Chiridōta, χειριδωτὶς. Tunica prolixa ultra brachia manus operiens. Alio nomine Mactochira dicitur. Unde Scipio Gallo homini delicato objecit, quòd cum chiridota tunica, id est, manicata accubuerit, ut refert Gell. *cap.* 16. *lib.* 7. Has vestes Plaut. vocat manuleatas. ¶ Dicta est autem Chiridota, ἀπὸ τῶν χειρῶν, hoc est, à manibus quas tegebat.

Chirocrates, χειροκράτης. Nomen architecti celebris, qui ab aliquibus Dinocrates dici solet. Plin. *lib.* 4.

Chīrŏgrăphum, { ⊏ιπιιπ *cirotham.* χειρόγραφον. Gall. *Escrit, seigné, ou cacheté de sa main, seing manuel.* Ital. *Scritto di mano.* Germ. Ein handschrifft. Hisp. *Escritura de propria mano.* Angl. *My awin handwrit.* } Est enim Chirographum generale nomen, quo etiam Syngrapha continetur. Sed Syngraphis cautio datur quasi creditarum pecuniarum: qua de causa falsum in eas facilè referri potest, si creditas pecunias, quæ tamen non sunt creditæ, perscribatur: cùm Chirographis aut facti obligatio contineatur, aut acceptilatio. Hoc autem usus est Suet. *in Cæs. cap.* 17. *& in Calig. c.* 24. *& in Neron. cap.* 32. Item Gell. *cap.* 2. *lib.* 14. Chirographi exhibitione probari debere datam esse pecuniam. Imitari chirographum, Suet. *in Aug. cap.* 64. Est quod nostra manu perscripsimus in fidem alicujus. Asconius scribit Chirographa dici, in quibus tantùm quæ gesta sunt scribi solent. In syngraphis etiam contra fidem veritatis pactio venit, & non numerata pecunia, aut non integrè numerata, pro temporaria voluntate hominum scribi solet. Juven.

*Vana supervacui dicunt chirographa ligni.*

Cic. 3. *de nat. deor.* Id quoque L. Labienus facit, quum chirographum sex primorum imitatus est.

Chirŏgrăphārĭus, adject. ut Debitor chirographarius, qui suo chirographo scripsit se debitorem in codice. Ulp. *in l. si ut certo, §. idem denique, ff. commodati.* Si tibi codicem commodavero, & in eo chirographarium debitorem tuum cavere feceris, &c. ¶ Item Chirographarius creditor dicitur, qui sibi chirographo cavit. Paulus *in l. pen. de privil. credit.* Respublica creditrix omnibus chirographariis creditoribus præfertur. Opponuntur autem hi creditores iis qui hypothecarii dicuntur. ¶ Dicitur etiam chirographaria pecunia, quæ sine pignore ex chirographo debetur.

Chirogylum, insula est ante Lyciam, è regione Chimeræ montis, de qua Plin. *lib.* 5. *cap.* 31.

Chirŏmantĭa, { χειρομαντία. Angl. *Palmestrie, telling of fortune by lines in the hand.* } In manibus divinatio, quæ ex lineamentis, quæ in manibus sunt, inspectione fieri solet, à χειρὶ & μάντις.

Chirōnĭon, χειρώνιον, tertium panacis genus, ab inventore Chirone Centauro ita dictum, folium lapatho simile, florem autem, radicem parvam habens. Plin. *lib.* 25. *cap.* 4. ¶ Est præterea Chironium herba eadem cum centaurio majore, ita dicta à Chirone Centauro, qui ea curatus esse dicitur, quum Herculis arma pertractando telum in pedem decidisset. Vide suprà in dictione *Centaurea.*

Chirōn, ōnis, χείρων, Centaurus, Saturni & Phillyræ filius, dimidia sui parte equus, reliqua homo. Fabulantur enim poëtæ, Saturnum quum Phillyram Oceani filiam adamaret, ejusque frueretur concubitu, Opis uxoris interventu turbatum, subitò se in equum convertisse. Phillyram autem ex eo gravidam effectam, fœtum peperisse, cujus anterior pars hominē, posterior equum referret, eúmque Chironem nominasse: qui ubi primùm adolevit, in sylvas sese contulit, ibique herbarum vires edoctus, in præstantissimum medicum evasit: à quo etiam Centurion herba nomen accepit, & Chironium ulcus, quòd maximè sit in pedibus & cruribus, duas habens oras calentes, tumentésque dolore modico: sic dictum, quòd Chironis opem exigat. Et proverbialiter Chironium vulnus χειρώνιον ἕλκος, immedicabile malum appellamus: aut quòd Chiron immedicabile vulnus accepit in pede, unde & periit: aut quòd manum Chironis ut sanetur, exigat. Hic postea à Peleo & Thetide accitus, propter probitatem, peritiam, & justitiam, quibus cæteris multùm antecellebat, Achillis pædagogus est factus, quem & citharæ artem, & herbarum usum docuit. Ab eodem & medicinam Æsculapius, & astrologiam Hercules dicuntur accepisse. Postremò quum Herculem hospitio suscepisset, armaque ejus pertractaret, evenit ut sagitta quædam hydræ Lernææ veneno imbuta, illi in pedes decideret: Quod malum, quum nulla ope sanari posset, divinis cruciatibus conficiebatur, mori tamen non potuit, quòd utroque parente immortali natus esset. Tandem quum à superis impetrasset, ut immortalitatem sibi morte liceret commutare, in cœlum translatus est, ubi & sagittæ signum efficit. Meminit Plin. *lib.* 7. *cap.* 56.

‖ Chironius, a, um, χειρώνιος, ulcus Chironium: inveteratum, à Chirone uno ex Centauris. ‖

Chirōnĭa virīs, χειρώνιον ἄνθος. Herba est similacis foliis, circulis suis arboribus viris modo conscendens, pro semine autem habens tunc modo dependentes, initio herbaceos, postea aridos, rotundos, radice

radice foris atra, intus buxei coloris. Alio nomine Vitis nigra, Ἕρπυλλος μέλαινα, appellatur. Inuenta à Chirone inuenta. Vide Plin. *lib.* 3. *cap.* 1.

Chirónomus. { χειρόνομος. Gall. *Ioueur de mereſques, ou celuy qui apprend à mouuoir les mains & à faire la contenance.* Ital. *Giuocatore di mano, danzatore di mereſcho con manare di mano.* Germ. Der im dantz mit den händen wunderbare vnd vilerley bossen treybt. Hisp. *El que danza por perſonajes.* Angl. *A morriſhe dancer.* } Propriè qui inter saltandum manibus gesticulatur: quamvis etiam ad reliqui corporis gestus transferatur. Juven. *ſat.* 6.

*Chironomum ſaltante Batillo,*
*Tuccia veſica non imperat.*

¶ Inde χειρονομῶ Græcis idem est quod manibus gesticulari: cujus verbi participio usus est Juven. *ſat.* 1.

*Structore interea (ne qua indignatio deſit)*
*Saltantem ſpectas, & χειρονομοῦντα volanti*
*Cultello, donec peragat dictata magiſtri*
*Omnia, nec minimo ſanè diſcrimine refert*
*Quo geſtu lepores, & quo gallina ſecetur.*

Ubi χειρονομοῦντα dixit quasi manibus gesticulantem, certo quodam manuum gestu escas dividentem.

Chirónomia. { χειρονομία. Gall. *Science de faire geſtes des mains, mereſques.* Ital. *Moreſcho con menare di mano.* Germ. Der seltzam bossen treyben mit den händen, oder ein abenteurliger bossechtiger dantz. Hisp. *Danza por perſonajes.* Angl. *The art of playng morishes.* } Manuum gesticulatio inter saltandum, vel saltationis quoddam genus, quod manuum gesticulationem habebat adjunctam: cujusmodi olim fuit Pyrrhica. Quint. *lib.* 1. *cap.* 19. legem gestus interpretatur: à χείρ manus, & νόμος lex: sunt enim manuum motus quidam præscripti, quibus saltantes utuntur: quod potissimum in Græcorum usu fuit. Apud Romanos autem, integris adhuc urbis moribus, saltatio in solo theatro exercebatur, & maximè pyrrhica.

Chirothēcā. { בית ידים *beth iadhaim.* χειρόθηκα. Gall. *Gant.* Ital. *Guanto.* Germ. Handschuch. Hisp. *El guante.* Angl. *A glove.* } Manuum vagina, quæ etiam manica, sive manutheca, & manipulus dici solet. Cic. *in Philip.* Solet enim citò ipse accipere manicas. Græci etiam Dactylotheca vocant.

Chirūrgus. { χειρουργός. Gall. *Chirurgien.* Ital. *Cerusico.* Germ. Ein wundartz. Hisp. *Cirugiano, que cura con manos.* Angl. *A ſurgeam, a chirurgien.* } Medicus vulnera curans, à manuum operatione sic dictus. Mart. *lib.* 2.

*Chirurgi fuerat, nunc eſt veſpillo Dianlus.*

Chirūrgicūs, a, um. χειρουργικός: ut, ars chirurgica, Instrumentum chirurgicum. ¶ Chirurgicus, pro chirurgo. Cels. *lib.* 3. *cap.* 28. Chirurgicus Meges autor est.

Chirúrgiā. { χειρουργία. Gall. *Chirurgie.* Ital. *Chirurgia.* Germ. Die kunst der wundartzney. Hisp. *Aquella arte de curar con las manos, cirurgia.* Angl. *The art of ſurgerie.* } Licet nomen generale sit ad omnem artem, quæ actionem habet manuum cum cognitione conjunctam, propriè tamen dicitur de ea parte medicinæ, quæ sectione, vel ustione, aut alia quavis ratione, quæ manu administretur, morbos curat. Cic. *ad Attic.* Sed ego dixi curati incipio, chirurgiæ tædet. ¶ Eadem & Chirurgice appellatur. Cels. *in proœmio lib.* 1. *Medicinæ.* Isdemque temporibus in tres partes medicina diducta est, ut una esset quæ victu, altera quæ medicamentis, tertia quæ manu mederetur. Primam Diæteticen, secundam Pharmaceuticen, tertiam Chirurgicen Græci nominaverunt. ¶ Chirurgia est scientia medicinæ altera pars, quæ per consuetas tum sectiones, tum adustiones, & quæcunque alia manu fiunt, humana corpora restituit. Chirurgia quam sit vetustissima, magis tamen ab illo parente omnis medicinæ Hippocrate, quàm à prioribus exculta est: deinde postea quam deducta ab aliis, habere professores suos cœpit, in Ægypto quoque exercevit, Philoxene maximè autore, qui pluribus voluminibus hanc partem diligentissimè comprehendit. Gorgias quoque & Sostratus & Hieron & Apollonii duo, & Hammon, Alexand. multique alii viri, singuli quædam reperierunt. Ac Romæ non mediocres professores, maximèque nuper Tryphon pater & Evelpistus, & ut ex scriptis eorum intelligi potest, eruditissimis magis, quibusdam in melius mutatis, aliquantum rei disciplinæ adduxerunt. Ex Celso.

Chitone, χίτων, vel Chitonia, apud Epicarmum, Diana est: scribit enim in sphynge ὁ τὸ ἅρμα χίτωνα τὴν θεὸν μυθεύων. Steph.

‖ Chius, cous, ictus in talo æquè damnosus, ac unio intellecta. Delrius. ‖

Chlāmys, ydis. { שׂרין *mebil.* χλαμύς. Gall. *Manteau en cape, habit de gendarme au temps paſſé.* Ital. *Sopraveſte militare.* Germ. Ein kriegsrüstung. Hisp. *Veſtidura redonda como manto.* Angl. *A cloke or a ſpaniſh cappe, a man of warre habite.* } Propriè vestis militaris pallio brevior multò, ac strictior. Virg. 8. *Æneid.*

*——— ipſo agmine Pallas*
*In medio chlamyde & pictis conſpectus in armis.*

Plautus, Puer cape chlamydem, & da pallium. Idem ad ornatum militis ait, opus esse chlamyde, machæra, & peraso. Similiter Jul. Pollux inter apparatus militares numerat chlamyda. Jureconsulti verò inter vestimenta puerilia numerant chlamydes. Unde Ulp. *in l. veſtis, ff. de auro & argento legato.* Puerilia sunt quæ ad nullum alium usum pertinent nisi ad puerilem: veluti togæ, prætextæ, aliculæ, chlamydes, pallia quæ filiis nostris comparamus. Macrobius, Veteres, inquit, omnem habitabilem terram extentæ chlamydi similem esse dixerunt. Hoc dicit significans similitudinem ejus artam esse. Budæus. A Numa Romanorum rege chlamydem repertam Suidas author est. Quidam deducunt à χλαμύσσω, repsacere. Tuam nec chlamydem, nec pallium do utendum. Plaut. *Men. ſc.* 2. *a.* 4. Quanti conducta est (de chlamyde.) Idem *Pſeud. ſc.* 7. *a.* 4. Quærunt chlamydem hanc & machæram, unde ad me pervenerit (loquitur miles.) Idem *Cure. ſc.* 2. *a.* 5. Chlamyde est opus, machæra & peraso (ad exornandum peregrinantem sup.) Idem *Pſeud. ſc.* 4. *a.* 2. ¶ Chlamys purpurea, insigne olim Imperii. ¶ Chlamyda, pro Chlamyde, apud Apul.

Chlāmydātūs, adjectivum, qui est chlamyde indutus. { χλαμυδάτος. Angl. *That weareth a ſpaniſh cappe or cloke.* } Plaut. *in Pſeud.* [illegible] 2. *a.* 4. & *ſc.* 7. *a.* 4. sæpiùs. Quis hic homo chlamydatus est? aut unde est? aut quem quærit? Gall. *Cotte d'arme, cappe.*

Chlamydula, diminut. χλαμύδιον. Angl. *A litle cloke vittle a hoode or ſpaniſh cloke.* } Idem, Tu sume chamydulam.

Chlænā, { χλαῖνα, vestimenti genus, quod palliis, hyberno præsertim tempore, superinduebatur. Latinis Læna appellatum. Unde natum est apud Græcos proverbium, ἐν θέρει τὴν χλαῖναν ἐπιβάλλεσθαι, τὸν δὲ μὴ ἐν ὥρᾳ τὸν ἀναγκαῖον χρόνον, hoc est, Æstate lænam deteris. In eos dici solitum qui alieno tempore rebus necessariis abuntur. ¶ Dicta est autem Chlæna, ut putatur, ἀπὸ τοῦ χλιαίνω, hoc est, à calfaciendo, propterea quòd densitate sua & pondere gestantes calefaceret.

Chlamydia, χλαμυδία, vulgò *Sdile*, insula est maris Ægæi, una Cycladum, quæ notiore nomine *Delos* appellatur. Author Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.

Chlorion, χλωρίων, avis est lutei coloris, perpetuas cum corvo inimicitias exercens, altero alterius ovis insidiante. Vide Plin. *lib.* 10. *cap.* 29. & 74.

Chloris, χλωρίς, florum dea, eadem cum ea, quæ à Romanis Flora dicta est: quæ quum Zephyro nupsisset, à marito muneris loco impetravit, ut florum omnium haberet potestatem. Ovid 5. *Faſtorum.*

*Chloris eram, quæ Flora vocor.*

De hac Claudianus *de raptu Proſerpinæ.* Catull. *de com. Beren.* (sese)

*Obtulit Arſinoe Chloridos ales equus*
*Ipſa ſuum Zephyritis eò famulum legarat.*

¶ Fuit & Chloris quædam Amphionis & Niobes filia, quæ Neleo nupsit, eique Nestorem, aliósque complures filios peperit. Hæc postea ob matris superbiam, quæ se Latonæ præferre non verebatur, unà cum fratribus & sororibus, Apollinis & Dianæ telis fuit interfecta. Fabulam refert Ovid. 6. *Metam.*

Chlorites, χλωρίτης, gemma est herbacei coloris, quæ in scyllæ avis ventre inveniri creditur. Hanc Magi fetu includi jubent, tanquam ad prodigiosa quædam miracula utilem. Vide Plin. *lib. ult. cap.* 10.

Chlorus, fluvius est Ciliciæ Provinciæ, cujus meminit Plin. *lib.* 5. *cap.* 27.

Chóa, sive Chus, χόα ἢ χοῦς, mensuræ genus fuit apud Græcos, Romanum capiens congium, hoc est, sextarios sex, sive cotylas Atticas duodecim. Vide Budæum *de aſſe.*

Choaspites, χοάσπις, gemma est viridis, auri fulgore intermicante: ita dicta à Choaspi fluvio, in quo invenitur. Authore Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Choaspis, χοάσπης, Medorum fluvius, ad fines Persidis in Tigrim defluens, cujus aquæ sunt tam suaves, ut finitimi reges non alia aqua ad pocula utantur. Tibull. *lib.* 4.

*Nec quà vel Nilus, vel regia lympha Choaſpis Proſluit.*

Choatræ, populi sunt ad Mæotim. Plin. *lib.* 6. *cap.* 5.

Chobar, חבר *chebár.* } proprium nomen fluminis esse videtur, sed quia sonat, *Grave fuit & pravaluit*, quidam volunt Tigrim & Euphratem & omnia magna & gravissima flumina, quæ in terra Chaldæorum esse perhibentur, significare.

Chochæ, χόχαι, vicus juxta Tigridem fluvium, cujus meminit Arrianus *lib.* 10. Gentile Chochenus, & Chochæus. Steph.

Chœ, χοί, populi Asiæ propè Bechiros. Hecatæus, χοῖν δ' ἐστὶν ἔθνος ἐπὶ τοῖς Βηχίροις Δίκης. Steph.

Chœrades, χοιράδες, urbs Mosynœcorum. Gentile Chœradeus. Steph. Sunt & scopuli marini circa Hellespontum.

Chœnix, icis, χοῖνιξ, nomen mensuræ duos capientis sextarios. Hac mensura servis olim frumentum in cibum ademebantur domini. Unde Pythagoreum ænigma est, Super chœnice non sedendum, hoc est, per inertiam & otium alienum cibum non esse sectandum, sed sua quemque industria sibi vitæ necessaria debere parare.

Chœnicium, χοινικίον, instrumentum est chirurgorum, quo minora ossicula extrahunt. Latini Modiolum vocant. Cels. *lib.* 8. *cap.* 3. Excinditur verò os duobus modis: si parvulum est, modiolo, quem χοινικίον Græci vocant: spatiosum terebris.

Chœrades, { χοιράδες. Gall. *Eſcrouelles.* Ital. *Strofole.* Germ. Kropf. Hisp. *Lamparnes.* Angl. *The kinges evill.* } Nihil aliud sunt quam indurati adenes in collo præcipuè, in alis & inguinibus nascentes: Latino vocabulo Strumæ appellatæ. Chœrades autem dictæ videntur, ἀπὸ τῶν χοίρων, hoc est, à suibus, qui hoc malo peculiariter infestantur.

Chœrilus, χοιρίλος, Poëta fuit Samius, servili conditione natus, qui quum ex Samo Athenas profugisset, ab Herodoto Historico exceptus est, & institutus. Scripsit Atheniensium victoriam contra Xerxem: cujus carminis nomine in singulos versus singulos accepit aureos stateres. Scripsit & gesta Lysandri Lacedæmoniorum ducis (cujus in expeditione comes erat) ut in vita illius tradit Plutarchus. Horatius author est, etiam Alexandri Magni gesta scripsisse Chœrilum, & pro singulis versibus singulis Philippeis fuisse donatum. Sic enim scribit *lib.* 2. *Epiſt.*

*Gratus Alexandro regi Magno fuit ille*
*Chœrilus incultis qui verſibus, & malè natis*
*Retulit acceptos, regale nomiſma, Philippos.*

Sunt qui tradant Alexandrum hac lege cum Chœrilo pepigisse, ut pro singulis bonis versibus singulos acciperet Philippos, pro singulis autem malis singulos colaphos: opere autem perfecto vix septem fuisse invenios qui possent probari. Fuit & alter Chœrilus, poeta tragicus. Utriusque meminit Suidas.

‖ Choicus, terreus. Epiphan. contra Psychicos, spiritualis. Tertull. ‖

Cholargus, χολαργός, vicus est magno Athenienſi, tribus Acamantidis. Steph. 10.

Cholas, lapis est ex genere smaragdorum, quem Juba tradit in Arabia ædificiorum ornamentis inclusi, referente Plinio *lib.* 37. *cap.* 5.

Cholidochus

¶ Cholidochus, χολίδοχος, sc. νόσος, vesicula fel recipiens, χολὴ δεχόμενος. ¶ & Cholidochium, fellis receptaculum.

Chorea, ¶ Gall. *Cholere* Ital. *Colera.* Germ. *Ein kranckheit die von der Gallen herkompt.* Hisp. *El humor colera.* Angl. *Cholerr.* ¶ Morbi genus est præceps, in quo vomitus, & dejectio simul fiunt. Cels. *lib. 4. cap. 11.* Primò faciendæ est mentio choleræ, quia commune id stomachi atque intestinorum vitium videri potest. Nam simul & dejectio & vomitus est, præterque hæc inflatio elit: intestina torquentur: bilis supra infráque erumpit, primum aquæ similis: deinde ut in ea tecens caro lota esse videatur: interdum alba, nonnunquam nigra & varia. ¶ Accipitur pro bile, χολὴ. Lamprid. Alexander, inquit, Cæsar judices, qui furtorum fama laborassent, si casu aliquo viderat, commotione animi & stomachi choleram evomebat.

Chŏlĭambi, χολίαμβοι, qui & Scazontes dicuntur, dicti quasi claudi Iambi. Græci enim χωλὸν claudum dicunt. Versus sunt Iambici trimetri, nihil aliud à rectis Iambicis distantes, quàm quòd in quinta semper habeant tambum, in sexta verò spondæum.

Cholobetene, χολοβηνὴ, Armeniæ pars, quæ Tigrani paruit.

Cholobetenus, Gentile est, χολοβηνός. Steph.

Collidæ, χολίδαι, vicus in Leontide tribu: tribulis Chollides, apud Laërtium Chollidæus. Steph.

Cholopæon, Abroconum, apud Dioscor. *lib. 5. cap. 27.*

Cholontichos, χολὴ τεῖχος, urbs Cariæ, gentile Cholontichites. Stephan.

Chŏmă, tis, neut. gen. {חלל *chelelah*, χῶμα. Angl. *A diche, a fence.*} Agger, sive tumulus. Budæus *in Pandectas*, Chomata sunt aggeres, qui terra aggesta facti sunt, quibúsque Nili aqua coërcetur. Ulp. *de extr. crim. l. sacerdotii.* In Ægypto qui chomata rumpit.

Chŏmpsō, χόμψη, insula Nili inter Æthiopiam, & Ægyptum: cujus meminit Herod. *lib. 2.* Gentile est Chompsœtes, χομψοεύς.

Chŏndrŏs ziphoides, χόνδρος ξιφοειδὴς. A medicis appellatur corpus quoddam cartilagineum, quod ab extremo pectoris osse dependet, ventriculi orificio superiori respondens, ita dictum quòd acuminatum sit, & gladioli figuram quodammodo imitetur.

Chondulæ, sunt secretaria duo, quæ erant in Apside.

Chŏndrŏs, { ברד *bedhal.* χόνδρος. Gall. *Cartilage, tendron, ou tendrillon.* Ital. *Cartilagine, tenerume, come è quel de l'orechi.* Germ. Knörpelbein. Hisp. *Tenilla.* Angl. *The grissle.* } Græcis est pars similaris in corpore animalis, ex semine generata & media inter ossa & carnem duritiem obtinens, quam Latini Cartilaginem vocant.

Chone, χόνη, urbs Œnotrorum, cujus Scab. meminit. *lib. 7.* & regionem appellat Chonen: incolæ Chones, & Chonii. Steph.

Chŏrăgium, Choragus, Chotaules, vide *Chorus.*

Chŏrămnæ, χορόμναι, genus quoddam hominum sylvestre in Persida, tantæ velocitatis, ut cervos comprehendant cursu. Steph.

¶ Coraphobrysis, fons rurestris. Gloss. gr. b. ¶

Chŏrăsmĭi, es, χωρασμίοι, urbs Parthorum, Orientem versùs: cujus incolæ Chorasmii commemorantur ab Herodot. *lib. 3. in catalogo Xerxiani exercitus.*

Chŏrdus, a, um, quod serotina fœtura natum est. { עשיר *hatóph.* ὀψίγονος. } ut, Chordi agni, qui post tempus debitum nascuntur, quos vulgus vocabulo inde deducto, Chordiscos vocat. Varr. *lib. 2. de re rust. cap. 1.* Dicuntur agni chordi, qui post tempus nascuntur & remanserunt in volvis intimis: vocant γεγόνη: deinde chordi dicti. Plin. *lib. 8. c. 47.* de ovibus loquens: Gerunt diebus partum 61. postea concepti invalidi: Chordos vocabant antiqui post id tempus natos. ¶ Dicitur & de hominibus: unde plerique serùs nati Chordorum cognomen traxerunt. ¶ Unde Chordi cujusdam Cremetii meminit Suetonius: item alterius Julius Capitolinus *in vita Gordianorum.* Quintil. *lib. 1.* à diligenti præceptore exigit, ut nominum origines curiosè scrutetur, cujusmodi sunt Agrippa, Opiter, Chordus & Postumius. ¶ Transfertur & ad inanimata: unde Chordum fœnum dicitur, quod autumno secatur. Columell. *lib. 7. cap. 3.* Alantur autumnali fœno, quod Chordum vocatur. ¶ Sic & Chorda fimenta dicuntur, quæ serò maturescunt. ¶ Apud plerosque animadvertimus, Cordum scribi sine aspiratione: quæ tamen scriptura repugnat etymo, quod paulò antè è Varrone adduximus.

Chŏrdă, æ, funiculus in instrumento musico, fides. { יתר *jéther.* χορδή. Gall. *Corde à instrument de musique.* Ital. *Cerda de li instrumenti musicali.* Germ. Ein saiten. Hisp. *Cuerda.* Angl. *A cherde in a musical instrument or a string.* } Cic. 3. *de Orat.* Nam voces, ut chordæ, sunt inventæ, quæ ad quemque tractum respondeant, acuta, gravis, cita, tarda, magna, parva. Ovid. 5. *Met.*

*Calliope querulas prætentat pollice chordas.*
*Atque hac percussis subjungit carmina nervis.*

¶ Eadem obertare chorda, proverbialiter dicuntur, qui vel in simili re crebriùs peccant, vel culpam eandem iterum atque iterum committunt. Horat. *in Arte poët.*

——— *& citharædus*
*Ridetur, chorda qui semper oberrat eadem.*

Chŏrdăpsŏs, { χορδαψός. Gall. *Iliaque passion.* Ital. *Dolor di visiere di fianco.* Germ. Die krancheit des grimmens in den därmen. Hisp. *La colica dolencia.* Angl. *Torment or griping of the entrailes.* } Morbus est intestinorum, quem Latini ab ilibus Ilıacum vocant. Eadem etiam ratione à Græcis χορδαψὸς vocatur μετὰ τὸ χορδὴν: ita enim intestinum vocant, quod peculiariter hoc morbo infestatur.

Chŏrĕi, æ, Choraules, Choremata: vide *Chorus.*

¶ Choreus, χορεῖος, ita dictus quòd eo pedis genere conscripti versus chotis, seu choreis apti essent.

Chorepiscopus, olim dicebatur, qui in pagis, aut oppidulis curam animarum gerebat loco Episcopi: à χώρος locus, quia loco Episcopi erat. ¶ Quidam tamen Chorepiscopi erant Episcopi in aliena diœcesi ministrantes.

Chŏrĭambus, χοριαμβος, pes ex prima & ultima productis, duabus mediis brevibus constans: ut filioli, dictus Choriambus, quòd ex choreo, hoc est, trochæo, constet, & iambo.

Chŏrinæus, Rutuli cujusdam nomen, ab Æsila Trojano interempti, apud Virg. *lib. 9.*

*Exadversum Liger, Chorinæum sternit Æsilen.*

Chŏrĭus, hinc Chorius, χόριος, pes, qui alio nomine dicitur Trochæus, constans ex duabus syllabis, prima longa, & secunda brevi: ut Musa.

Chŏrobătes, χωροβάτης, Est regula longa circiter pedes 12. quæ habet transversaria, aquarum librationibus dicata, ut est videre apud Vitruv. *lib. 8. cap. 6.*

Chorocitharista, Chorodidascalus, Chorostates: vide *Chorus.*

Chorodanon, Spondylon apud Dioscor. *lib. 3. cap. 88.*

Chœrœbus, Atheniensis quidam, qui primus figlinam invenit, ut testatur Plin. *lib. 7. cap. 57.* ¶ Est item Chœrœbus adolescentis nomen apud Virg. 12. *Æneid.* cui Priamus Cassandram filiam suam desponsarat: qui etiam suprema illa nocte, qua Ilium cecidit, à Græcis fuit interfectus. Hunc Euphorion stultum inducit: quem etiam sequutus Virgilius, sententiam ei tribuit, sanæ mentis homine indignam, *Deus, an virtus, quis in hoste requirat?* Turpissima enim victoria censeri debet, quæ dolo quæritur.

Chŏrographĭa, χωρογραφία, regionis alicujus particularis descriptio. Geographia verò, est totius terrarum orbis descriptio. ¶ Hinc fit Chorographus, regionis alicujus descriptor.

Chŏrŭs, i. { מחול *machól.* χορός. Gall. *L'assemblée des danseurs.* Ital. *Coro, multitudine di quelli che cantano che ríseiano.* Germ. Ein vile deren die singen oder dantzen. Hisp. *Corro, compaña de personas que dançan à baylan.* Angl. *A companie of dauncers.* } Propriè multitudo est canentium, aut saltantium. Nam multorum vocibus, & conventu constat, ut Seneca *epist. 85.* & Macrobius tradunt. Et apud priscos ex servis symphoniacis comparabatur. Unde apud Jureconsultos *in l. si chorus 79. D. legat. 3.* Si chorus legatur, perinde est ac quasi singuli homines legati sint.

*Quique prius mollem, vacuamque laboribus ægè*
*In studiis vitam, Pieridúmque chorо.*

Ovid. *Eleg. 3. lib. 5. Trist.*

*Vult sua plebeio sacra patere choro* (sup. urbæ meretriciæ.)

Idem 5. *Fast.*

*Dulcis supremos Nænia nulla chores* (de funere.)

Idem 6. *Fast.* Comessa hæc quodam choro. Quintil. ¶ Et à χορὸς (secundùm Platonem *lib. de legib.*) quæ est lætitia, deducitur. Festus à corona derivat, habétque primam correptam. Virg. 6. *Æneid.*

*Illa chorum simulans, & evantes orgia circum*
*Ducebat Phrygias.*

Ubi Servius, Chorum, hoc est, multitudinem in sacra collectam. Idem 1. *Georg.*

*Omnis quam chorus, & socii comitantur evantes.*

Ubi rursus Servius, Chorus proprie est coævorum cantus atque saltatio. ¶ Transmittitur & ad res incorporeas, sumiturque pro consentienti rerum aliquarum multitudine. Cic. 3. *Offic.* Potest igitur quicquam utile esse, quod sit huic talium virtutum choro contrarium? Hieronymus ad Dardanum scribit, Chorum esse musicum instrumentum ex simplici pelle, cum duabus cicutis æris, quod per primam inspiratur, & per secundam sonus emittitur. ¶ Incertum chorus, ἄγνωστος χορός. De certo lascivientium dicebatur. ¶ In alieno choro pedem ponere, ἐν ἀλλοτρίῳ χορῷ πηδᾶν: est sese miscere negotiis alienis, & aliorum sibi vindicare partes. Extra chorum saltare, ἐκτὸς χορὸν ὀρχεῖσθαι, dicitur qui dicit, aut facit à te quam propositum alienum aliquid. Etenim qui choros agunt, certis limitibus, certísque numeris adstricti moventur, ut liberum non sit quò libet evagari. ¶ Chori pro actibus. Virg. 5. *Æneid.*

*Olli discurrere pares, atque agmina terni*
*Diductis solvere choris.*

Servius: Plaut. *Capt. prolog.* Planè iniquum est Comico choragio & fieri in scena præmium. Thymelicum choragium. Apul. *Apol. 3.*

Chŏrăgium, ii, { χορηγεῖον. Gall. *Le lieu où est l'equipage des jokeurs de farces, comedies ou tragedies, leur ornement ou appareil.* Ital. *Ornamento, apparechio da representare comedie ò tragedie.* Germ. Das ort/der platz/oder die rüstung zu einen tanz oder schawspyl. Hisp. *Cierto instrumento para la danza, ò lugar donde se visten los comediantes.* Angl. *Stuff where with the places of enterludes or ardened.* } Propriè ædificium amplum post scenam, unde promebantur omnia ad ludos necessaria. Vitruvius *lib. 5.* Post scenam porticus sunt constituendæ, uti quum imbres repentini ludos interpellaverint, habeat populus quò se recipiat ex theatro: choragiáque laxamentum habeant ad chorum parandum, uti sunt Porticus Pompeianæ. ¶ Festus Choragium interpretatur, ipsum scenicum instrumentum, quo scena instruitur & apparatur: cujus præfectus dicitur Choragus, χορηγὸς. Plaut. *in Trinummo.* Ipsa ornamenta à Choragio hæc sumpsit suo periculo. ¶ Transfertur item Choragium ad quemlibet alterius rei apparatum. Author ad Heren. *lib. 4.* Aut aliquod fragile falsæ choragium gloriæ comparetur. Apul. *lib. 5. de Asin.* Jam feralium nuptiarum miserrimæ virgini choragium struitur. ¶ Dictum Choragium à verbo Græco χορηγέω, quod est suppedito, subministro.

Chŏrēgŭs, i, { χορηγὸς. Gall. *L'entrepreneur des jeux publics, celuy qui fournit tout, & meine la dance.* Ital. *Chi ha cura di givochi publici, chi mena la danza.* Germ. Der ein offen spyl oder dantz fürtrond regiert. Hisp. *El guiador de corro à danza.* Angl. *A fresher fore of playes, a leader of the daunce.* } Dux chori & suppeditator instrumenti ludicri, & expensarum, inquit Budæus. Plaut. *in Pers.* sed ἄπαξ ornamentarium, abs choragio sumpto. Idem *in Curc. sc. 1. a. 4.* Ornamenta quæ locavi, metuo uti possim recipere (sunt verba Choragi.) Suet. *in August.*

*Quum primùm istorum conduxit mensa choragum,*
*Sexque deos vidit, Mallia sexque deas.*

Chŏrăbĭa, vel etiam Chorsula. { חרבן *chorbán.* χορσία. Gall. *Celuy*

*qui sonne la fleute aux jeux, menestrier qui fait dancer au son de fleute.* Ital. *Suonatore de instrumenti, come pifferi.* Germ. Ein spielmann der zu dem tantz pfeifft. Hisp. *El que tañe en el coro è en la dança.* Angl. *A minstrell piper, or fluter.* } A choro & tibiis dicti sunt, qui modulantur ad chotos, vel qui in choro fistulas inflant: χορὸς namque chorum & tripudium significat, αὐλὸς verò fistulam, seu tibiam, unde Choraulæ dicti, quòd tibiis ad choreas canunt. Mart. *lib.* 12.

*Non sit quum citharœdum, aut choraules.*

Plin. *lib.* 37. *cap.* 1. Præterquam Ismeniam choraulem, fulgentibúsque uti solitum. Apuleius, Erat quidam juvenis satis corpulentus choraula doctissimus. Juven. *Satyr.* 6.

*Accipis uxorem de qua citharœdus Echion,*
*Aut Claphyrus fiat pater. Ambrosiúsque choraules.*

Vide Suet. *in Ner. cap.* 54. & *cap.* 12. *in Galba.* ¶ Choraules monumentarii, ἐνταφίων αὐλῆται, sunt tibicines qui ad sepulchra defunctorum canebant, quales prisci Suicinas vocant, qui apud suos, id est, defunctos canunt.

Choraula, jocularius. Jocularium dixit verbo illius seculi, qui & idem cum *jesulator*. Sic autem vocant Græci recentiores, tubicines, cymbalistas, & omnes id genus artifices, quos etiam hodiéque joculatores vocamus. Ita igitur vocare potuit Isidorus choraulam tibicinem, qui ad chorum canebat: potuit nihilominus & jocularium appellare, qui ad tibiam saltat, & gesticulatur. Choraules dicitur qui ad tibias saltat. Petronius Satyrico,

*Manu puer loquaci*
*Ægyptius choraules.*

Propertius ita describit Nanum choraulam:

*Nanus & ipse suos breviter contractus in artus,*
*Jactabat truncos ad cava buxa manus.*

Jactare manus ad cava buxa, nihil aliud est, quàm saltare ad tibiam.

Chorāūlă, χορ αὐλία, appellatur ars tibicinum. Unde Strabo culpat Ptolemeum Ægypti regem, quòd præter alia flagitia etiam choraulam exerceuerit.

Chŏrēă, æ, { מחלה *mecholáh.* χορεία. Gall. *Dance.* Ital. *Ballo.* Germ. Ein tantz. Hisp. *Dança ò bayle.* Angl. *A dannce vobere many dance together.* } à χορεύω, salto, pro ipsa saltatione usurpatur. Virgil. 6. *Æneid.*

*Pars pedibus plaudunt choreas & carmina dicunt.*

Idem,

*Immemores nostri fastas duxere choreas.*

Choreis, ballationibus: Benedictus Lebita lib. 6. cap. 193. *Illas verò ballationes, & saltationes, cantúsque turpia & luxuriosa, & illa lusa diabolica non facias.* Michael Scotus Physiogr. *c.* 6. *in hoc loco sua sedu facilè cadit, sive per saltum, sive per ballum.* Glossæ Græco-Latinæ, βαλλίζω, *alto.*

Chŏrēūtēs, χορευτὴς, quilibet ex choro vocatur.

Chŏreūmă, { χόρευμα. Angl. *Dauncing and singing together.* } à Platone vocatur canticum, quod à choro cantur & saltatur.

Chorizo, veluti in modum choros ducere.

Chŏrŏcĭthărĭsta, { חלל *chalel.* χοροκιθαριστὴς. Gall. *Chantres ou menestriers qui chantent, ou font aux dances.* Ital. *Quelli che cantano, & suonano in coro.* Germ. Die auff den dänzen die harpfen schlagen. Hisp. *Los tañedores de coro ò dança.* Angl. *minstrelles or singers to dauncers.* } Qui in choro citharizant: sicut psallocitharistæ, qui psallunt, id est, canunt ad citharam. Suet. *in Domit.* Certabatur etiam prosâ oratione, Græcè, Latinéque, ac præter citharœdos chorocitharistæ quoque & psallocitharistæ.

Chŏrŏdĭdāscălŭs, ὁ, { χοροδιδάσκαλος. Gall. *Maistre de chœur ou de la chapelle.* Ital. *Maestro di coro.* Germ. Ein spilmeister/der die personen den spyls anfürt/vnderweyst. Hisp. *Maestro de dança.* Angl. *Maister of the campany of dauncers.* } Magister est chori, Aristotelis & Platonis. Bud.

Chŏrŏstătēs, χορεστάτης. Chori præceptor est, quem vulgus *Intonatorem* vocat, qui scilicet chorum symphoniacum moderatur.

Chorsia, χορσία, oppidum Bœotorum. Pausan. *lib.* 9. Post Gyrtones superato monte oppidum est Chorsia: gentile Chorsicus. Steph.

Chortaso, χορτασὼ, urbs Ægypti, hic dicta, quòd Cleopatræ exercitus annona destitutus illic satiatus sit: χορτάζω enim est satiare. Steph.

Chŏsrŏës, χοσρόης. Persarum rex fuit, Græcæ philosophiæ peritissimus, qui ubi Aristotelem non minus familiarem reddidit, quàm Demosthenes Thucydidem. Hujus vitam & studia latissimè exequitur Suidas.

Chraunen, insula adjacens Sunio Atticæ promontorio. Calep. ¶ Fortè melius absque aspiratione, ραυνὴ.

Chresima, urbs Austriæ Ripensis.

Chrēstŏn, χρῆσον, quòd circumagat se cum sole, ut ortum ejus manè spectet, & ejus stet ad occasum usque etiam nubilo die sequatur. Intubi erratici species, quæ Ægyptio nomine Cichorium, Romano Ambuleia appellatur. Crestion appellatur ab insigni utilitate, teste Plin. *lib.* 20. *cap.* 8.

Chrestus, χρῆστος, nomen Byzantii sophistæ fuit, qui Adriani temporibus Romæ Herodis Attici auditor fuit. Hic vino quamquam deditus, cæteris in rebus continenter vixit, ac in primis vigilanter. Nam quum ad galli cantum sæpe bibere solitus esset, non prius tamen somno se, quàm studio dabat. Author est Philostratus.

Chrestus, χρῆστος, nomen Athenensis authoris probatissimi, cujus meminit Columella.

Chrīă, χρεία, est commemoratio alicujus dicti, vel facti, vel utriusque simul, celebrem habens demonstrationem, ut Isocrates dicebat, Virtutum radices amaras, fructus verò dulces. Est autem una ex quatuor exercitationibus, quas Fabius Grammatico tractandas præcipit. Aphthonius *in Progym.* definit χρεία hoc modo, χρεία ἐστὶ λακωνικῶδες τινὸς ἢ ἄλλου τινὸς εὐστόχως εἰρημένου παραφώνημα, hoc est, Chria brevis est commemoratio, commodè ad personam aliquam relata. ¶ Chriæ usum & genera latius exequitur Cælius Rhodig. Plin. *lib.* 26. *cap.* 27. Dicta Chria, quòd maximè sit utilis & necessaria: χρεία enim & usum, & necessitatem significat.

Chrismă, ătis. { שמן *shémen.* משחה *mischáh.* χρῖσμα. Angl. *Ointment or anoyating.* } Unguentum, sive unctio: à verbo χρίω ungo: unde & Christus, χριστὸς, unctus.

Chrismarium, videtur esse locus, ubi servatur Chrisma.

¶ Christianus, a, um, χριστιανὸς, ad Christum pertinens. ¶

Christodorus, χριστόδωρος, Poëta Ægyptius fuit ex Copta Ægypti urbe, tempore Anastasii Imperatoris, qui Isaurica conscripsit, hoc est, Isauricæ urbis expugnationem. ¶ Fuit & alter hoc nomine Thebanus, qui auctoris rationem, item vitam Divorum Cosmæ & Damiani carmine complexus est. Utrumque author Suidas.

Chrōmătă, χρώματα. Præter vulgatam illam apud Græcos significationem, qua colores denotantur, quæ propriè visui sunt objecta, etiam accipiuntur pro ornamentis & luminibus artium, qui & colores à Latinis appellantur. ¶ Unde Chromaticum melos ab antiquis dicebatur una ex tribus Musicæ partibus, quæ ob nimiam mollitiem infamiæ nota non caruit: quam tamen Agathon tibicen in primis amplexus fuisse traditur. ¶ Chromatiarii, inquit Cornutus *in Satyr.* 4. *Persii*, dicuntur colorati, vel qui toto die in arena sunt, vel sole. Antiqui enim ungebant se, & in sole erant, ut oleum corpus imbiberet. Unde Juven. *lib.* 4. *Satyr.*

*Nostra bibit vernum contracta cuticula solem,*
*Effigiátque togam.*

Chrōmbūs, genus piscis est, cujus tres enumerantur species, Cyprinus, Chalcis, & Cobio. Plin. *lib.* 32. *cap.* 11.

Chromĭŏs, χρομίος, filius Nelei & Chloridos, qui in ea pugna, quam Pylii & Messeni adversùs Herculem gesserunt, cum decem fratribus occisus est. Alius fuit Priami filius, in bello Trojano à Diomede interfectus. ¶ Fuit & Chromius quidam Argivus, qui in ea pugna quæ ob Thyreorum agrum inter trecentos Lacedæmonios, totidemque Argivos commissa est, solus ex suis cum Alcenore incolumis erasit. Author Herod. *lib.* 1.

Chrōmĭs, Herculis filius, ut Lactantius testatur, dicens: Constat Chromin Herculis fuisse filium, & equos habuisse Thraces, quos Hercules occiso Diomede abduxerat, humanis carnibus vesci consuetos. Hujus meminit & Statius dum ait,

*It Chromin, Hippodamúsque altero fatus Hercule magno.*

Et paulò infrà:

*Mox Chromis Hippodamum meta interioris ad orbem*
*Viribus Herculeis, & toto robore patris, &c.*

Chrōmĭs, apud Plin. *lib.* 32. *cap.* 11. Piscis est in aqua nidificans.

Chrōnălĭ, orum, χρόνια, Saturni festa.

Chronică, orum, { דברי חימים *dibre haiamim.* τὰ χρονικά. Gall. *Croniques, annales.* Ital. *Cronica, annali.* Germ. Geschichtbücher/Chroniken. Hisp. *Chronica ò historia de tiempos.* Angl. *Chronicles, histories of thinges done frome yeare to yeare.* } non Chronica, æ (ut mêcloctí utuntur) Annales, sive historiæ temporum memoriam conservantes, quibus scilicet res gestæ, servare temporum ordine digeruntur. ¶ Invenitur & Chronicus, a, um. Gell. *lib.* 17. *cap.* 21. Excerpebamus ex libris qui Chronici appellantur, quibus temporibus floruissent Græci, simul atque Romani viri. ¶ Chronicum, salarium cujusque Ecclesiæ Sacerdotibus certæ domûs solutum. Lex 9 b. ¶ ¶ Chronici, qui de temporibus scribunt. Plin. *lib.* 35. Quod & ipsius Timagoræ carmine vetusto apparet, Chronicorum error non dubio.

Chrōnĭssō, as, { חחמרים *hatkmáhmáh,* חור *echár.* χρονίζω. } Græcum verbum, idem significans quod moror, subsisto, & ex mora identidem quæsco. Quo verbo usus est Lucret. *lib.* 2.

*Et satiati agni ludunt, blandéque chronissant.*

¶ Chronographus, χρονογράφος, temporum scriptor, à χρόνος tempus, & γράφω scribo. Gall. *Historien.* Ital. *Historico, historiographo.*

Chronologus, χρονολόγος, qui de tempore loquitur, qui temporis rationes novit: à λόγος, dico. ¶

Chrŏnos, { עדן *hedh,* זמן *zemán.* χρόνος. Gall. *Temps.* Ital. *Tempo.* Germ. Die zeyt. Hisp. *Tiempo.* Angl. *Tyme.* } Latine tempus dicitur. Cicer. 2. *de nat. Deor.* Saturnum autem eum esse voluerunt, qui cursum & conversionem spatiorum, ac temporum contineret: qui Deus Græcè idipsum nomen habet, κρόνος enim dicitur, qui est idem ac χρόνος, id est, temporis spatium. Hinc factus est locus fabulæ, Chronon, hoc est, Saturnum, filios suos devorare, & eosdem rursus evomere: qua nihil aliud significatur, quàm temporis successu omnia gigni, & rursus consumi.

Chrysa, æ, sive, Chryse, es, χρύση, oppidum fuit Troadis, Apollinis Smynthii delubro insigne: cujus meminerunt Plin. *lib.* 5. *cap.* 30. Strabo *lib.* 13. & Homer. *Iliad.* 1. Ovid. 13. *Metam.*

*——Chryséque & Cillan Apollinis urbes.*

¶ Stephanus item Chrysen quandam colloeat circa Lemnum, & ipsam Apollini sacram. ¶ Est item Chryse insula Indiæ adjacens, de qua paulò post.

Chrysălis, dis, χρυσαλὶς, eruca genus est ex rore nascens, quæ capto cortice cui includitur, fit papilio. Vide Plin. *cap.* 11. *lib.* 11.

Chrysānthĕmŏn, χρυσάνθεμον, genus est anthemidis, sive chamæmeli, luteis per ambitum foliis, à leucanthemo distinctum: de quo separatim agit Dioscor. *lib.* 4. meminit Chrysanthemi & Plin. *lib.* 26. *cap.* 8.

Chrysantus, Alexandrinus, Romæ, quò juvenis venerat, factus Christianus, sub Numeriano Imperatore in fossam demissus, ac terra, saxisque obrutus fuit. Volaterranus.

Chrysaor, χρυσάωρ, Neptuni filius, quem ex capite Medusæ, ut & Pegasum, natum scribit Hesiodus *in Theogonia.*

Chrysas, { χρυσᾶς. Germ. Ein fluß in Sicilien/nen Datano genant. } Fluvius est Siciliæ, teste Cicerone, qui de eo sic scribit 6. *Verr.* Chrysas est amnis, qui per Assorinotum agros fluit. Is apud illos habetur Deus, & religione maxima colitur. Fanum ejus est in agro ipsque ipsam vitam, qua Assoro itur Ennam. In eo Chrysæ est simulachrum præclare factum è marmore.

Chrysaoras, χρυσάορας, fuit per medium Messaræ urbis Libyæ. Steph.

Chrysaorii,

Chrysaotis, idis, χρυσαωτὶς, Carix civitas, à Lycijs condita, quæ postea Adrias nominata est : ut ex Apollonij sententia refert Steph.

¶ Chrysargyrum, tributi genus pro bestiarum & hominum stercoribus. Zosim. Lex. gr. b. ¶

Chrysaspidēs, χρυσασπίδες. Appellati sunt milites armati clypeis auro exlatis.

Chryse, χρυσὴ Steph. Insula est ante ostium Indi fluvij, tam ferax auri, argentique metallis, ut nonnulli prodiderint, solum ejus aureum esse atque argenteum. Hujus insulæ meminit Plin. *lib. 6. cap. 21.*

Chryselectrum, χρυσήλεκτρον, electri species in colorem luteum declinans : de quo Plin. *lib. 37. cap. 4.*

Chrysendeton, χρυσήνδετον, vas gemmarum, cujus gemmæ auro consertæ & contextæ tenentur. De his intellexit Plinius *initio lib. 33.* Turba gemmarum potamus, & smaragdis teximus calices, ac temulentiæ causa tenere Indiam juvat : & aurum jam accessio est. Martialis,

*Immediti tibi flava tegunt chrysendeta mulli.*

Idem Martial. *lib. 6.*

*Si videre potes miseri chrysendeta Cinnæ.*

Vide *Epigr. 97. lib. 14. de Chrysendetis lancibus.*

Chryses, χρύσης, Apollinis Sacerdos fuit, pater Astynomes, quæ à nomine ejus Chryseis cognominata fuit : quam quum Græci expugnatis Thebis, Cilicis, urbe Eetionis, abduxissent, & Agamemnoni in præda divisione tradidissent, Chryses Apollinis insignibus exornatus ad Græcorum castra accessit, filiámque sibi petit restitui. Quod cùm impetrare non potuisset, Apollinis auxilium imploravit, qui tam gravem Græcis pestilentiam immisit, ut Agamemnon patri puellam restituere fuerit coactus. Cujus loco quum Achilli Briseidem eripuisset, indignè id ferens Achilles, in posterum à prælio omni abstinuit, donec morte Patrocli nunciata, intermissa arma recepit. Author Hom. *lib. 1. Iliad.*

Chrysēis, χρυσηὶς, Chrysæ Apollinis sacerdotis filia fuit, quæ vero nomine Astynome dicta fuit, Chryseis à nomine patris cognominata. Vide in Dictione *Chryses.*

Chrysippa, χρύσιππα. Urbs Cilicix, à Chrysippo conditore. Gentile Chrysippanus, vel Chrysippeus. Steph.

Chrysippe, χρυσίππη. Ins filia, quæ ex Phthio Hellenem peperit, ut author est Steph.

Chrysippea, æ, herba à Chrysippo inventore dicta : cujus meminit Plin. *lib. 26. cap. 9.*

Chrysippus, χρύσιππος, Apollonii filius, patria Solensis, sive (ut alii malunt) Tarsensis, Stoicæ sectæ Philosophus fuit, auditor Zenonis & Cleanthis, post quem etiam Scholæ præfuit. Ingenii acumine plurimùm valuit, ut qui in multis etiam à præceptoribus dissenserit. Unde per ironiam Chrysippeum acumen usurpatur in stupidum. In Dialectica clarissimus fuit, ita ut non illepide diceret quidam, Si apud deos Dialectica haberetur, non temerè alia esset quàm quæ à Chrysippo inventa fuit. Scripsit librorum volumina supra quinque & septuaginta. Ferunt Carneadem Philosophum Cyrenæum, perlectis Chrysippi libris, ita dixisse : Nisi Chrysippus esset, ego non essem. De exitu ejus varia traduntur. Quidam volunt à discipulis ad sacrificium vocatum, quum vinum dulce affatim hausisset, anhelitus difficultate laborare cœpisse, atque ita quinto demum die fato concessisse, annos jam natum circiter tres & septuaginta. Alij ferunt nimio risu expirasse. Nam quum ficus rure allatas asinum comedentem videret, ancillæ jussisse aiunt, ut & vinum asino bibendum daret, ejusque dicti urbanitate tantopere sibi placuisse, ut nimio risu fuerit suffocatus Mortuo Athenienses statuam posuerunt in Ceramico. ¶ Fuit præterea Chrysippus filius Pelopis, quem quum pater valde amaret, noverca ejus Hippodimia indignè ferens, liberos suos Atreum & Thyestem impulit, qui illum interfecerunt : ob quam rem à Pelope pulsi, in exilio vitam degerunt, donec pater è vivis excederet.

¶ Chrysite, terra aurea. Lex. gr. b. ¶

Chrysites, χρυσίτης. Gemma est in Ægypto nascens, quæ alio nomine Philogynus dicitur, ollarex similis Atticæ. Plin. *lib. 37. cap. 10.* Numeratur etiam Chrysites inter genera lapidis mortariorum à Plin. *lib. 36. cap. 22.*

Chrysitis, χρυσῖτις, quæ dicatur, docet Plin. *lib. 33. cap. 6.* his verbis : Fit (inquit) in iisdem metallis & quæ vocatur spuma argenti : genera ejus tria, optima, quam Chrysitin vocant : secunda, quam Argyritin : tertia, quam Molybditin. Et pleraque omnes hi colores in iisdem tubulis inveniuntur. Probatissima est Attica, secunda Hispaniensis. Chrysitis ex ipsa vena fit : Argyritis ex argento : Molybditis plumbi ipsius futura, quæ Puteolis fit : unde & nomen habet. ¶ Est item Chrysitis herbæ genus, quæ alio nomine Chrysocome appellatur : de qua vide paulò post in dictione *Chrysocome.*

Chrysis, meretrix Terentiana, ἀπὸ τοῦ χρυσοῦ. Fungetur.

Chrysoberylli, χρυσοβήρυλλοι, Beryllı quidam pallidiores, sed colorem aureum fulgore præ se ferentes. Est autem Beryllus gemma proxima smaragdis. Plin. *lib. 37. cap. 5.*

¶ Chrysobulon, aurea bulla. Lex. gr. b. ¶

Chrysocolis, χρυσοκόλλις, à quibusdam vocatur herba quæ notiore nomine Parthenium appellatur. Est autem ex iis nomenclaturis quæ inter notas Dioscoridis à doctioribus reticiuntur.

Chrysocarpum, χρυσόκαρπον. Hederæ species est, ab aureo acinorum colore ita appellata. Author Plin. *lib. 16. cap. 34.*

Chrysoceras, χρυσόκερας, vulgò *Cera*, promontorium Thraciæ ad Bosphorum situm, in quo situm est oppidum Byzantium liberæ conditionis, aurea Lygos dictum. Author Plin. *lib. 4. cap. 11.* Ratio nominis ducta est partim à figura, quæ cervino cornu simillima est, partim à proventu, quòd maxima ibi pelamidum copia accipiatur.

Chrysoclavum, aureis clavis ornatum.

Chrysocolla, χρυσόκολλα. Hujus qui in metallis per venas desinit, crassescente limo, rigoribus hybernis, usque in duritiem pumicis laudatissima est in aurariis metallis : proxima in argentariis : tertia in ærariis : deterrima in plumbariis. In omnibus autem ita metallis fit, & cura multùm infra naturalem illam, immissis in venam aquis levitet hyeme tota, atque in lunium mensem, deinde siccatis in Junio & Julio : ita ut plane intelligatur, nihil aliud esse chrysocollam quàm venam putrem. Nativa autem ab hac duritia multùm distat, quam luteam vocant. Tingitur tamen & tactilis herba quadam quam luteam appellant, ut nativam ementiatur. Hæc autem duo genera in usu sunt pictoribus. Est tertium Chrysocollæ genus, quod aurifices sibi vendicant ad glutinandum aurum : unde & nomen accepit. Temperatur autem Cypria rubrica, & pueri impubis urina, addito nitro. {*Colle à or, soudure d'or*, Borax. ITAL. *Borra*. GERM. Borris mit welchem die goldschmid löten. HISP. *Borrax à soldar.* ANGL. *Gold soulder wherewith, gold u souldred.*} Vide plura de hac re apud Plin. *lib. 33. cap. 5.* Minio & chrysocolla conditatus, &c. Suet. *in Calig. cap. 16.*

Chrysocome, χρυσόκομη. Herba est, quæ alio nomine Chrysitis appellatur, Latinam appellationem non habens, palmi altitudine, comantibus fulgore auri corymbis, radice nigra, ex austero dulci, in petrosis opacisque nascens.

Chrysocomus, χρυσόκομος. Comas aureas habens : quo nomine dictus Apollo, à fulgore radiorum, quæ comæ sunt Solis aureæ.

Chrysogonum, χρυσόγονον. Herba est folio querno, flore coronarii vebascı, radice rapi, vehementer imus jubente, foris nigra : quæ trita & imposita cum aceto, muris armei morsibus auxiliatur. Author Dioscor. *lib. 4. cap. 46.* Nomen autem accepit ab auri seminis colore.

Chrysogonus, χρυσόγονος. Nomen viri proprium, compositum ex χρυσὸς aurum, & γονὴ, fœtus, quòd aurum undecunque pariat, Juvenalis,

—— *Sunt quæ*
*Chrysogonum cantare vetant.*

Chrysogonus, χρυσόγονος, Sylla libertus potentissimus, de quo multa Cic. *in Orat. pro Rosc. Amer.* ¶ Fuit & Chrysogonus martyr, teste Volaterrano, nobili genere ortus Romæ, qui quando nec consulatus, nec ullius honoris pollicitatione per Diocletianum averti potuit, jugulatus est ad scalas Gemoniæ. Latinè fœtum aureum sonat : nam χρυσὸς aurum, γονὴ fœtum significat.

Chrysolachanon, {χρυσολάχανον Dioscoridi, herba est eadem cum atriplice. GALL. *Herbe nommée arroche, ou bonnes dames.* ITAL. *Armela, trapese, repese.* GERM. Wilde milten / Schisamten. HISP. *Armuelles.*} Plin. verò *lib. 27. cap. 8.* duo facit Chrysolachani genera : unum in pinetis nascens, lactucæ simile : alterum flore aureo, & foliis oleris.

Chrysolampis, χρυσολάμπις. Lapillus in Æthiopia nascens, noctu ignei coloris, licet die pallescat. Plin. *lib. 37. cap. 10.*

Chrysolectrum, vide *Chryselectrum.*

Chrysolithus, {חרשת *barkeseth*, χρυσόλιθος.} Lapis pretiosus, aureo nitore translucens : χρυσὸς aurum, λίθος lapis, quasi aureus lapis. Ovid. 2. *Metam.*

*Per juga chrysolithi positaque ex ordine gemmæ.*

Vide Plin. *lib. 37. cap. 9.*

Chrysoma, tis, χρύσωμα. Græci vocant, quòd nos aurum factum, quod scilicet in vasa, aut alium usum laboratum est.

Chrysomallos, χρυσόμαλλος, Epitheton est arietis illius, quo Phryxus trans Hellespontum vectus est : ab aureo nimirum vellere, quod illi Poetarum fabulæ tribuerunt. Nam μαλλὸς vellus significat, sive lanam.

Chrysomēla, χρυσόμηλα. Mala sunt ex genere cydoniorum, ad auri colorem inclinata, & incisuris quibusdam crispata : eadem, ut opinor, cum iis quæ Virgil. Aurea mala appellat. Vide Plin. *lib. 15. cap. 11.*

Chrysos, piscis aurei coloris, cujus Ovidium in Halieuticis meminisse author est Plin. *lib. 32. cap. 11.* Sunt qui suspicentur eundem esse, quem nunc Auratam dicimus.

Chrysopolis, {χρυσόπολις. GALL. Ein statt in Bithonia, nahe bey Chalcedonien gelegen bey Perser.} teste Plin. *lib. 5. cap. ult.* oppidum est Bithyniæ, propè Chalcedonem, ita dictum, quod Persæ ibi tributum colligerent ex cæteris Asiæ civitatibus. ¶ Est præterea altera Chrysopolis in Cilicia, teste Steph.

Chrysopāstus, χρυσόπαστος, auro aspersus : πάσσω enim spargo significat.

Chrysopolycium, est auri lavandi officina. Hujus est id artificium, ut vi aquæ medicatæ, quam chrysulcam appellant, quantulamcunque auri partem argento, aut cuivis metallo illitam, aut confusam nullo dispendio abstrahat, ita ut in auratoris nihil jam depereat, nisi quod usu interciderit. Chrysoplytes autem est, qui hujusmodi artificium exercet. Bud. *lib. de Asse.*

Chrysoprasus, χρυσόπρασος. Gemma est ex genere topaziorum, à porracea viriditate notabili in aurum declinans. πράσον enim Græci porrum vocant. Inde Prasinus color, i, porraceus. Vide de hac gemma Plin. *lib. 37. cap. 8.*

Chrysorrhoas, χρυσορρόας, fluvius est Syriæ circa Damascum incipiens, qui penè totus derivationibus exhauritur. Authores Strab. & Plin. *lib. 5. cap. 18.* ¶ Chrysorrhoas etiam dictus est Pactolus, propter aureas arenas, ut author est idem Plin. *lib. 5. cap. 29.*

Chrysorrhoor, χρυσορρόον. Populi dicti ad Phasim fluvium, quòd in his locis (ut inquit Strab.) auriferi currentes sint. Unde fabulis occasio de vellere apud Colchos aureo.

Chrysospermon, χρυσόσπερμον, à quibusdam appellatur herba quæ notiore nomine *Sempervivum maius* appellatur.

Chrysostomus, Χρυσόστομος. Nobilissimi scriptoris Ecclesiastici cognomen, patria Antiochenus. Episcopus autem Constantinopolitanus, ab eloquentiæ suavitate impositum. Latinè sonat Os aureum, quasi χρυσοῦν στόμα.

Chrysothemis, χρυσόθεμις, filia Agamemnonis & Clytemnestræ, soror Orestis, Electræ & Iphigeniæ, ut scribit Hom. *lib. 9. Iliad.*

Chrysothos, vide *Chrysorrhoas.*

Chrysillion, Psylleum. Dioſc. *lib.4. cap.73.*

Chrysulca, aqua illa eſt, quâ mixta metalla diducuntur. Vulgò *Aqua-fort*, cujus vim ignoraſſe veteres colligit Alc. ex Ulpiani verbis *in l. idem Pomponius ſcribit, verſic. ſed ſi deduci, ff. de rei vind.*

Chryxus, Ducis Boiorum nomen eſt apud Silium Italicum *lib.* 4. qui ad Brennum Senonum Gallorum ducem ejus originem refert.

Chthonia, χθονία, unum ex veteribus Cretæ inſulæ nominibus, teſte Stephano in dictione κρήτη.

Chthonophyle, ἡ γηγένης, quæ Baccho Phlianten peperit. Steph.

Chûs, χοῦς, ſive Choa, genus menſuræ humidorum apud Atticos, Romanum congium capiens, nempe ſex ſextarios, ſive cotylas Atticas duodecim. Bud. ¶ Chus hebraicè interpretatur Æthiops, à poſteritate nomen ſortitus, ab ipſo enim ſunt propagati Æthiopes. Iſid. *lib.* 7. *cap.* 6.

Chylus, χυλὸς, ſuccus propriè, quem res fundit, id eſt, exſudat: à χέω, fundo.

Chymûs, χυμὸς, quamvis apud Græcos quemvis ſuccum ſignificet, à medicis tamen peculiariter accipitur pro maſſa ſanguinea, quæ fit in hepate ex chylo è ventriculo per meſenterium attracto, quæ deinde exactiùs in venis excocta, & per earum orificia ad univerſas corporis partes delapſa vertitur in illarum alimentum, inſtauratque quod à calore naturali fuerat diſſipatum.

Chyton, χυτὼν, regiuncula Epiri, in qua habitavere quidam ex Clazomenis profecti, Gentile Chytites.

Chytra, חד קדר *ſir*, דוד *duádh*, סיר *puníir*. χύτρα. Gall. *Vn pot à feu.* Ital. *Pentola.* Germ. Ein haſ. Hisp. *La olla.* Angl. *A poſnet or skillet.* } & Chitron, vel etiam Chutron, Latinè olla. Inde Chytropos, odis: Olla quæ habet pedes, vel inſtrumentum ferreum, ſuper quod olla apud ignem collocatur. { χυτρόπους. Gall. *Pot à trois pieds, marmite.* Ital. *Pentolo con piedi.* Germ. Ein dreyfuß. Hisp. *Olla con ſus pies para cozer.* } Cato, Ubi in Chutra ferveſecerit id lotium, ſub ſellam ſupponito perrutam.

Chytri, χύτροι, civitas Cypri, ſic dicta à Chytro filio Aledri filii Acamantis: χυτρίνναι, regiuncula Thraciæ: cives Chytropolites.

Chytus, Cyzici potus.

Chytrium, χύτριον, locus loricæ, in quo poſtea Clazomenæ conditæ fuerunt.

C I

Cia, κία Ptolemæo, vulgò *Zea*, inſula eſt ſub Eubœa, non procul ab Attica, quæ à Plinio & Strabone Ceos, & Cea appellatur. Tres habet præcipuas civitates, Julidem, Cartheam, & Chareſſum. Hinc deducitur adjectivum Cius κῖος, & κῖὰς, per Craſin.

Ciam, veſtem tenuiſſimam, pretioſiſſimámque celebrant antiqui omnes. Lucr. *lib.4.*

*Et bene parta patrum fiunt anademata, mitbra*
*Interdum in pallam Melidruſia Ciáque vertunt.*

Cibāl, Cibarium, Cibo: vide *Cibus.*

Cibarci, Hiſpaniæ populi, quorum meminit Plin. *lib.4.* in deſcriptione Hiſpaniæ.

Cibatus: vide *Cibus.*

Cibōrium, κιβώριον. Diſcorides interpretatur utriculos quoſdam in faba Ægyptia (quam & Colocaſiam vocat Plinius) veſparum favis ſimiles, in quibus fabæ ſunt bullarum modo emergentes. Idem & Ciboſum appellari teſtatur, quaſi ſeriniolum: propterea quòd ſeratur faba hæc inaudito in medientem glebam ſemine, ſicque in aquam projecto. Habet autem faba Ægyptia folia latiſſima, petaſi, ſive galeri ſimilitudine, quibus Alexandrini pro poculis & catinis utebantur, teſtibus Plin. *lib.* 20. *cap.*25. & Strab. *lib.*17. & a quorum etiam ſimilitudine poculi quoddam genus Ciborium, ſive Ciborium vocari author eſt Athenæus. In qua etiam ſignificatione uſus eſt hac voce Horat. *lib.* 2. *Carm. Ode* 7.

*Oblivioſo lævia Maſſica*
*Ciboria exple.*

Cibotus, Aſiæ civitas eſt, eadem cum Apamia, ut author eſt Plin. *lib.* 5. *cap.*29.

Cibus, omne id quo veſcimur. { אכל *ôchel*, מזון *mazon.* βρῶσις, ἐδωδή. Gall. *Viande.* Ital. *Cibo.* Germ. Speiſ. Hisp. *Cevo, mantenimiento, manjar.* Angl. *Meat, foode, ſuſtenance.* } Donatus cibum diſtinguit à victu, quòd Cibus etiam delicatis præbeatur: Victus in parvis aridiſque alimoniis conſtitutus ſit. Terent. *in Andria*, Lana acta tela victum quæritans. Idem *in Eunucho*, Viden' otium & cibus quid faciat alienus? *ibid.* Cibum nonnunquam capiet cum ea.

——— *Non hic cibus utilis agro,*

Ovid. *Eleg.*3. *lib.*3. *Triſt.* Mea eſt (vita Paraſiti, ſup.) meo cibo & ſumptu educatus eſt, Plaut. *Men. ſc.*5. *a.* 5. Primis is ad cibum vocatur. Idem *Mil. ſc.*3. *a.*2. Auceps quando concinnavit arcam, offundit cibum (i. eſcam.) Idem *Aſin. ſc.*3. *a.*1.

*Et non aquoreis piſcibus eſſe cibum,*

Ovid. *Eleg.*2. *lib.*1. *Triſt.* Pro cibo habeas te verberari (in cinædum) Plaut. *Aſin. ſc.*3. *a.*3. Quaſi mures edimus ſemper alienum cibum. Idem *Capt. ſc.*1. *a.*1. Ineſcare ſi quis te edentem à cibo abigat (ubi etiam cibus amoris intelligitur.) Idem *Curc. ſc.* 3. *a.*1. Væ illi cujus cibo hic factus eſt impenſior. Idem *Capt. ſc.*1. *a.* 4. Spero ob hunc nuncium me æternum adepturum cibum. Idem *ibid.* Tantus commearus cibus ventri (pro cibi.) Idem *Capt. ſc.*1. *a.*4. Frigidi & repoſiti cibi faſtidium movent. Quint. Eundem veluti cibum remandere. Idem, Cibi vacuitate, &c. Plaut. *Curc. ſc.*3. *a* 2. ¶ Cibus lenis. Celſ. *lib.* 6. *cap. de tenſillis.* Cibus quoque in hac valetudine lenis eſſe debet, ne exaſperet. Cui cibus acris opponitur ab ipſo, *cap.* 11. *eujuſd. lib.* ¶ Cibis corpus implentes. Idem *lib.*7. *cap.*4. id eſt, bene nutrientes. ¶ Deorum cibus, θεῖα βρωτὰ, de præſtantis epulis dicebatur, propterea quod Homerus fingit deos nectare atque ambroſia victitare, nec ob id unquam ſeneſcere. Suet. *in Nerone.* ¶ Cibum in metalla ne immittas, πῶς δεῖ ἐμβάλλειν.

Interpretatur Plutarchus, Ne ſermonem urbanum immittas in animum hominis improbi. Nam oratio cibus eſt animi: is corrumpitur & putreſcit ſi in animum inſiccum inciderit. ¶ E flamma cibum petere. Terent. *in Eunuch.* dixit in paraſitum, pro quovis cibi causâ pati ac facere.

Cibo, as: Cibum infero, alo, nutrio, { תאכיל *becchil.* ἐδίζω. Gall. *Nourrir, ſervir de viande, bailler à manger.* Ital. *Nodrire, cibare.* Germ. Speiſen. Hisp. *Criar y mantener.* Angl. *To feede.* } Col. *lib.*6. Atque ea genera, quæ intra ſepta villæ cibantur, ferè perſequuti ſumus. Cibare ſeptentrem. Suet. *in Tib. cap.* 72.

Cibaria, orum. Alimenta non modo hominum, verum etiam quorumvis animalium. { מאכל *maachál.* ἐδώδιμος, τὰ ἐδώδιμα, ἐ τροφή. Gall. *Nourriture, viande, penſion, deſpenſe, vivres.* Ital. *Nutrimento, cibo.* Germ. Atterley (proß der leut vnd des viehs. Hisp. *Mantenimiento, cevo.* Angl. *Meat, foode, ſuſtenance.* } Cic. *ad Attic. lib.* 6. Reſpondi me non inſtituiſſe iis dare cibaria, quorum opera non eſſem uſus. Cic. *pro Sext. Roſc.* Auferibus cibaria publicè locantur. Cato *de re ruſt. cap.* 60. Bubus cibaria annua in juga ſingula lupini modios cxx. &c. Suet. *in Tib.c.*46. Comites nunquam ſalario, cibariis tantum ſuſtentavit. De cibariis militum detrahere magnum crimen. Quint.

Cibātĭus, a, um, quod ad cibum pertinet. { τρόφιμος, τελεσί. Gall. *Appartenant à nourriture, bon à manger.* Ital. *Coſa che appartien al cibo.* Germ. Das der ſpeiß zugehörig iſt. Hisp. *Coſa de mantenimiento.* Angl. *Pertaining to meate.* } Macrob *lib.*3. *Sat.* Sylla mortuo, Lepidus Conſul legem tulit & ipſe cibariam. Cato enim ſumptuarias leges Cibarias appellat. ¶ Cibarius panis, μαμμὸς ἄρτος. Ægineræ dicitur panis ſecundarius, qui fit ex farina ſecundaria, ex qua flos antè excuſſus eſt. Corn. Celſ. *lib.*2. *cap.*17. Firmus eſt triticum quàm milium: idipſum quàm hordeum: & ex tritico firmiſſima ſiligo, deinde ſimila: deinde cui nil ademptum eſt, quod μάζαν vocant. Infirmior eſt ex polline: infirmiſſimus cibarius panis. Hæc ille. Cic. *lib.*5. *Tuſc.* Cui cùm peregrantì Ægyptium, comitibus non conſequutis, cibarius in capſa panis datus eſſet, nihil viſum eſt illo pane jucundius. { Gall. *Gros pain de meſnage, pain bis duquel on n'a rien tiré.* Ital. *Pane groſſo, ſecundario.* Germ. Rauch ſchwam brot. Hisp. *Pan baſo.* Angl. *Gray bread.* } Re cibaria copioſum oppidum. Gell. *cap.*7. *lib.*7. Mihi rem ſummam credidit cibariam. Plaut. *Capt. ſc.* 2. *a.*4. ¶ Cibarium vinum pro ignobili. Varro, Potus meus vinum cibarium. ¶ Sic & cibarius homo, ab eodem dicitur pro ſordido & plebeio: ait enim, Tuus frater cibarius fuit Ariſtoxenus. ¶ Cibarium oleum. Col. *lib.* 12. *cap.*50. Cavendum eſt itaque ne ex ea fiat oleum cibarium.

Cibātŭs, hujus cibatus. Idem ferè quod Cibus, apud Gell. *cap.*4. *lib.*9. אכל *échel. esteus*, βίος. Gall. *Nourriture, mangeaille.* Ital. *Cibo reſpiramente.* Germ. Speiſung. Hisp. *Mantenimiento, cevo.* Angl. *Feedinge, nurrishing.* } Plin. Truncos quidem gratiſſimo in cibatu habent. Plaut. *in Aſilit. ſcen.* 2. *act.* 2. Interclude immiſcis commeatum: tibi muni viam, qua cibatus commeatúſque ad te & legiones tuas tutò poſſit pervenire. Lucr. *lib.*6.

Cibālis, e, quod ad Cibum pertinet. { ἐδώδιμος. Angl. *Belonging to feede.* } Varro, Eſt enim lac omnium rerum, quas cibali causa cupimus, liquentium maximè alibile, & id ovillum, inde captivum. Sic enim hactenus lectum eſt in omnibus, quotquot videre contigit, Dictionarii hujuſce editionibus; quum tamen in emendatioribus Varronis exemplaribus, *Cibi cauſa* legatur, non *cibali.* Locus Varronis eſt *de re ruſt. lib.*2. *cap.*11. quem ideo indicare viſum eſt, ut & lectori diligentiæ noſtræ fidem faceremus, & ne quippiam, animi potiùs noſtri ſomnio, quàm optimorum exemplarium fide fieri, videremur emendaſſe.

Cibella. Vide *Cibilla.*

Cibicida, æ, qui cibum cædit, hoc eſt, comedo, ſive lureo. { Angl. *which carveth meat.* } Viginti domi, antriginta, vel centum cibicidas alas. Lucil. *lib.*17. ex Nonio.

Cibilla, æ, { Gall. *Table ronde.* Ital. *Menſa.* Germ. Ein tiſch auff dem man ſitzen ſchreibtiſch. Hisp. *Meſa redonda.* Angl. *A rounde table.* } teſte Varrone *lib.*4. *de Lingua Lat.* Menſa erat eſcaria, à cibis dicta, quæ primùm quadrata fiebat, & poſtea rotunda. ¶ Feſtus item Cibillam interpretatur menſæ rotundæ genus, apud quem tamen Cibillam corruptè legi putaverim, pro *Cibilla.*

Cibyra, æ, κίβυρα Ptolemæo, oppidum Aſiæ propriè dictæ, non procul à Mæandro fluvio. Cic. *6. in Verrem*, Hoſce opinor Cibyræ, quum in ſuſpicionem veniſſent ſuis civibus, fanum expilaſſe Apollinis. *Et paulò pòſt*, Cibyram cum inanibus ſyngraphis venerat.

Cibyrates, vel Cibyrata, nomen Gentile. Cic. *ibidem*, Eò quum venio, frater quieſcebat: fratres illi Cibyratæ inambulabant.

Cibyraticus, a, um, poſſeſſivum. *Ibidem*, Immittebantur illicò Cibyratici illi canes, qui inveſtigabant, & perſequebantur omnia.

Cicădă, { τέττιξ. Gall. *Cigale.* Ital. *Cicala.* Germ. Ein thierlin das im Sommer auf den beumen ſinget, Teütſch nennen es heuſchrecken. Hisp. *Cigarra ò chicharro.* Angl. *A grashoper.* } Inſecti genus canorum, aculeatum quiddam habens in pectore, quo torem lambit, nonniſi æſtivis menſibus apparens: unde & Cicadam quidam dictam volunt, quaſi citò cadentem, hoc eſt, evaneſcentem. Virg. 3. *Georg.*

*Et cantu querula rumpent arbuſta cicadæ.*

Idem *Eclog.*2.

*At mecum raucis (tua dum veſtigia luſtro)*
*Sole ſub ardenti reſonant arbuſta cicadis.*

Plin. *lib.*11. *cap.*26. author eſt cicadam ex omnibus quæ vivunt, ſine ore eſſe, pro eo aculeatum quiddam in pectore habere linguæ ſimile, quo torem lambit, & pectus ipſum fiſtuloſum, quo vocem emittit. Cicadarum autem duo genera: minores, quæ primæ proveniunt, & noviſſimæ pereunt: majores, quæ canunt, vocantur Acheræ. ¶ Cicadæ apem comparat, τὴν τῆς μέλιττης ἐναντίαν. Convenit in res ſupra modum impares, propterea quòd cicada cum major, tum canora quum ſit, apis non modò minuto corpuſculo, verumetiam

penè

penè mutæ. Thelamus. ¶ Cicadis pleni, *πλήρεις ἀφύλλων*. In gloriosos ac stultos olim dicebatur, aut obsoletis ac jamdelitis utentes. Antiquitus enim Atticis mos erat capillorum cincinnis aureas cicadas addere. ¶ Cicadâ vocalior, *τεττιγοκομώτερος*. Dici solitum in hominem impendiò garrulum, aut admodum musicum: propterea quòd hoc insectum tote duntaxat vivens canu potissimum delectetur.

Cicātrix, cis, propriè est signum vulneris obducti, quasi cieca cutem, vel quasi occæcatrix. { ארוכה *arukháh. νύξ.* Gall. *Cicatrice, la marque qui demeure aprés la playe.* Ital. *Il segno della ferita ò piaga.* Germ. Ein wundmal/narb/schramm/Ist ein zeichen einer vermachsnen wunden. Hisp. *Señal que queda de la herida.* Angl. *The scarre of a wounden.*} Est enim callosa caro pro cute inducta, ubi hiatus vulneris, quod jam coivit, fuerat. Terent. *in Eunuch.* Neque pugnis natæ, neque cicatrices suas ostentat. Cic. 7. *Phil.* Luculentam tamen ipse plagam accepit, ut docet cicatrix. ¶ Cicatricibus decorè facere. Plin. *lib.* 24. *c.* 10. *de hedera.* ¶ Cicatricem inducere. Cell. *lib.* 7. *c.* 28. Medicamentum cicatricem inducens. ¶ Cicatricem recipere. Idem *lib.* 4. *cap.* 9. Ulcera aut omnino non sanescunt, aut cetrè cicatricem vix recipiunt. Et *lib.* 6. Vix ad cicatricem veniunt. Alibi, *pervenire*, dixit. ¶ Hinc Cicatricare, teste Festo, pro eo quod est cicatricem inducere. ¶ Cicatrix refricari dicitur, quum dolor temporum spatio jam mitior renovatur. Cic. *in Rullum.* Ne aut refricare obductam jam Reip. cicatricem videret. Cicatrices deformes servituris, Livius loquens de urbe, *lib.* 9. *d.* 4. Cicatrix, Fab. Quint. *cap.* 4. *lib.* 2. pro vulnere sumitur, quod infligitur frondi amputando. Cicatricem in dextro musculo. Item, Ut primum coit cicatrix. Plaut. *Amph.* Qui sæpè in scapulas nostras cicatrices indiderunt (i. plagas.) Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 3. Cicatrix vulneris (*Metam.*) Sen. *cap.* 1. *de cons. ad Marc.* Per ipsas cicatrices percussa es. Idem *cap.* 15. *de cons. ad Helv.* Et Ovid. *Eleg.* 11. *lib.* 3. *Trist.*

*Facta cicatricem ducere nostra sine.*

Cicatricula, diminu. Cels. *lib.* 2. *cap.* 30. Idcóque protinus brachium deligandum, habendumque ita est, donec valeas cicatricula sit, quæ celerrimè in vena confirmatur.

Cicatricōsus, cicatricibus plenus. { *Πλήθης.* Gall. *Plein de cicatrices.* Ital. *Pieno di segni de ferite.* Germ. Voll wundmäler. Hisp. *Lleno di señales de heridas.* Angl. *Full of scarres or gashes.* } Col. *de Arb. cap.* 11. Tum etiam vitis minus cicatricosa fit. Quint. *lib.* 4. *cap.* 1. Turbari memoria, vel continuandi verba facilitate destitui, nusquam turpius: quum vitiosum proœmium possit videri, ut cicatricosa facies. Tergum cicatricosum, nihil hoc simili similius. Plaut. *Amph.* In corpore tam cicatricoso ferre unum vulnus fortunæ. Senec. *cap.* 2. *de consol. ad Helv.*

Cicerum, dicebant antiqui membranam tenuem, quæ est malo punico velut cellularum discrimen. { Angl. *The thinne skinne of a pome garnette.*} Festus, Cicerum membrana tenuis malorum Punicorum. Varr. *lib.* 6. *de ling. Lat.* Plaut. *in Trinum.* Faciat quod volet, densum cicerum non interduo.

Cicer, is, genus leguminis. { *ἐρέβινθος.* Gall. *Pois chiche.* Ital. *Cece.* Germ. Kichern. Hisp. *Garvanço.* } Plin. *lib.* 18. *c.* 12. Ciceris natura est gigni cum salsilagine: ideo solum uris, nec nisi madefactum prius, seri debet. Vide ibidem plura ciceris genera. Horat. 1. *Serm. satyr.* 6.

——*Inde domum me*
*Ad porri, & ciceris refero, laganique catinum.*

Idem *in Arte poët.* dixit, Ciceris & nucis emptor, pro infimæ sortis homine, déque ima plebe quempiam significans.

Cicer arietinum, aliud à sativo vulgari. Vide Dioscor. *lib.* 2. Plin. *lib.* 18. Theoph. *lib.* 9. Paul. *lib.* 6.

Cicer erraticum, serpillum.

Cicerā, { Gall. *Citerole, une sorte de pois chiches.* Ital. *Citerola.* Germ. Schwartzlecht kichern/grawe erbs. Hisp. *La galgana, legumbre.*} Leguminis genus à Columella pabula annumeratum, a cicercula solo differens colore. Est enim obsoletior & nigro propior. Græcis *ἔρυσον* dicitur, ſi Theodori versioni credimus: quanquam idem pro ochro nonnunquam & erviliam vertit.

Cicērbitā, Leonicenus dicit illam esse, quam Dioscoridi *Sonchon* appellat.

Cicercūlā, æ, leguminis genus ciceri non dissimile, sed minutius, inæquales angulos habens, veluti pisum, { *λάθυρος.* Gall. *Cerets, pois cerres.* Ital. *Cicerchia* Germ. Kleine kichern. Hisp. *Cicercha* } Plin. *lib.* 18. *cap.* 12. Est & Cicercula minuti ciceris genus, inæquales angulos habens veluti pisum. Col. *lib.* 2. *cap.* 10. Cicercula, quæ pisi est similis, mense Januario, aut Februario seri debet, læto loco, cœlo humido.

Cicercūlum, Genus sinopidis. Plin. *lib.* 35. *cap.* 6. Species sinopidis tres, rubra & minus rubens, & inter has media. Pretium optimæ in libras tredecim denarii. Usus ad penicillum, aut si lignum colorare libeat. Ejus, quæ ex Africa venit, octoni asses: Cicerculum appellant.

Cicĕro, *κικέρων.* {Germ. Ein hochbegabter redner/Burgemeister zu Rom.} Cujus vitam Tyro Tullius ejus libertus tribus voluminibus scripsit, teste Pædiano: Præceptores se habuisse fatetur, in Philosophia quidem Philonem Academicum, tunc Romæ commorantem: in jure civili, Scævolam: in Dialectica, Diodorum Stoicum: in dicendo, Apollonium Molonem. ¶ Sex. Roscium Amerinum parricidii reum, natus annos XXIII. ut tradit Nepos: ut alii, XXVII. defendit. Metuens deinde Syllam, quem in ea causa offenderat, in Græciam abiit, Asiámque simulata valetudinis causa adiit: ubi se (ut ipse ait) recoquendum præceptoribus dicendi dedit, Xenocléemque Adramitteum, Dionysium Magnesium, & Menippum Carem audivit: Rhodi verò Apollonium Molonem magistrum dicendi habuit. Ferúnteque Posidonium tunc Athenis eum Græcè declamantem audivisse, ac protinus exclamasse, quòd solam Græcis dicendi relictam gloriam videret ad Latinos per eum transferri. Postea quum multis muneribus in Republica functus esset, Consul conjurationem Catilinæ repressit, legem Agrariam repulit.



Hujus vitam omnem & vitæ studia vide apud Plutarchum. ¶ Cicero ejus filius inter eos, qui à parentibus degeneraverunt, ponitur à Valerio. Binos cum congios haurire solitum scribit Plinius, per temulentiámque M. Agrippæ scyphum impegisse. ¶ Qu. Cicero, M. frater, Legatus Cæsaris in Gallia primùm, deinde ad regendam Asiam proprætor missus, admonetur à fratre per epistolam totius officii. Duxit uxorem Pomponii Attici sororem. Miserandus demum ejus exitus. Proscriptus enim una cum filio (quando & Marcus frater) rogavit percussorem se ante filium interfici: filius contrà, se ante patrem. Uterque igitur simul interfectus. Author Appianus.

Ciceronĭānus, a, um, quod est Ciceronis, vel accedit ad Ciceronem: ut, Ciceroniana simplicitas. Plinius *in præfatione totius operis.*

Cichorium, *κιχώριον* Dioscoridi, herba est, quam alio nomine Intubum erraticum vocant. { *מרור merór.* Gall. *De la chicorée.* Ital. *Cicoria, ridichio.* Germ. Wegwey ß/sonnenwirbel. Hisp. *Chicoria, yerva conocida.* Angl. *Wild succory or endyve.* } Plin. *lib.* 20. *c.* 8. Est & erraticum intubum, quod in Ægypto Cichorium vocant. Horatius *lib.* 1. *Od.* 31. dictionis hujus penultimam syllabam produxit, corripuit autem antepenultimam, perinde ac si apud Græcos *κιχώριον* scriberetur.

*Impunè me* (inquit) *pascunt olivæ,*
*Me cichorea, levésque malvæ.*

Posterior versus est Dactylicus, Alcmanius, Acatalecticus, constans duobus dactylis, & duobus spondæis.

Cici, { קיקיון *kikayon. κίκι, κρότων.* } Frutex est parvæ fici magnitudine, folia habens platano similia, majora tamen nigriorâque, & majore lævore mollia, semen autem in racemis asperis, quod cortice nudatum recino vermi simile est: ex quo colligitur id, quod Recinium oleum vocant, lucernarum luminibus, & emplastris utile. Ab hujus seminis similitudine Romani ipsum etiam fruticem Recinum appellant, quemadmodum & Græci *κρότωνα.* Vide Dioscor. *lib.* 4. *cap.* 145. & Plin. *lib.* 15. *cap.* 7. Vulgus herbariorum hodie *Cataputiam majorem* vocat.

Cicilendrum. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Cicilendrum in patinas indere.

Cicindelem vocamus hodie lampadem, quæ perpetuò lucet in templis.

Cicinus, a, um, adjectivum: ut, Oleum cicinum, *κίκινον ἔλαιον* Dioscoridi, quod & Ricininum appellari paulò antè docuimus. Plin. *lib.* 13. *cap.* 4. Oleum cicinum bibitur ad purgationes ventris cum pari calidæ mensura.

Cicimeri, populi ex Jazamatarum genere, à Medis oriundi, Tanaim fluvium accolentes: quorum meminit Plin. *lib.* 6. *cap.* 7.

Cicina, (quod hic pro ave nocturna legebatur) vide *Ciruma.*

Cicindelā, { *πυρολαμπίς.* Arist. Gall. *Ver ou mouche luisante de nuict, ou temps que les bleds sont meurs ou seiez.* Ital. *Mosca picciola detta lucciola, che luce d'notte.* Germ. Müggle oder ida fale die zu nacht scheinen/Johans fliegen. Quia circa id ætatis tempus exiit. Hisp. *Luciernega.* Angl. *A glebard or gloworme.* } Genus muscarum, quod noctu lucet ignium modo, lateram & clunium colore: à Græcis *λαμπυρὶς* dicta. Quidam Nocticulam, alii Nitedulam vocant. Non antè matura pabula, aut post defecta conspicitur, nunc pennarum hiatu refulgens, nunc compressu obumbrata. Ab hac lychnus pensilis, quem vulgo *Lampadem* vocant, Cicindela appellatur, quæ nocte tota servatur accensa, & lampyridis instar lucet.

Cicones, *Κίκονες.* Populi Thraciæ, juxta Hebrum fluvium inhabitantes. Tib.

*Nam Ciconum ille manus adversis reppulit undis.*

Virg. 4. *Georg.*

——*spreta Ciconum quo munere matres*
*Discerptum latè juvenem sparsêre per agros.*

Ciconĭā, avis quæ serpentibus pullos nutrit, teste Plin. *lib.* 10 *cap.* 23. { חסידה *chasidháh. πελαργός.* Gall. *Cigogne.* Ital. *Cigogna.* Germ. Ein Storck. Hisp. *Cigueña.* Angl. *A storke, a birde so called.* } Juvenal. *Satyr.* 14.

——*serpente ciconia pullos*
*Nutrit, & inventa per devia rura lacertâ.*

Ubi Juvenalis Romanos arguens, quorum liberi tales evadebant, quales à parentibus instituebantur, alludit ad naturam ciconiæ ejúsque pullorum. Hi enim à teneris assuefacti colubris vescuntur. Ovid. 4. *Metamorph.*

——*sumptis quin candida pennis*
*Ipsa sibi plaudat crepitante ciconia rostro.*

¶ Quo etiam nomine ab Hispanis vocatur lignum rostratum, quo è puteis hauriri aqua solet: quod & Telonem agricolæ vocant. ¶ Item Ciconia mensuræ genus est, sive instrumenti, quo rustici uti solent in sulcis & fossis ducendis, ne qua pars aliis aut profundior esset, aut latior. Colum. *lib.* 4. Sed huic operi erigendo, quasi quandam machinam commenti majores nostri, tegulam fabricaverunt, in cujus latere virga prominens ad eam altitudinem, qua deprimi sulcum oportet, contingit summam ripæ partem. Id genus mensuræ Ciconiam vocant rustici. ¶ Ciconia etiam sanctæ & irrisionis species est. Irrisores enim apud veteres digitis colligatis, ad inferiorem partem inclinatis ciconiam rostratam formabant, quod quum præsentarent post tergum nutantes, dendebant. Unde Persius *sat.* 1.

*O tunc à tergo quem nulla ciconia pinxit.*

Ciconius, à Ciconia. Sedon. *lib.* 2. *ep.* 14.

Ciconiarix leges quibus liberi parentes egenos alere jubentur. Bud.

Ciconius, *κικώνιος*, nomen ejus qui Brixiam condidit.

Cicuma, æ, avis est nocturna, teste Festo. Cælius *lib.* 17. *cap.* 22. nycticoracem interpretatur. Alii vespertilionem.

Cĭcŭrus, is, adjectivum: Animal mansuetum. { חמד *lummádh. ἥμερος.* Gall. *Apriveisé, privé, qui hante avec les hommes.* Ital. *Animal di selvatico fatto domestico.* Germ. Zam/gemeret. Hisp. *Cosa domestica, duenda y mansa.* Angl. *Tame.* } Aper, cervus, leo, & quicquid cicurari, id est, mansuefieri potest. Quod enim à fero discretum est, id cicur dicitur. Cic. 5. *Tusc.* Earum ipsarum

solivagas, partim congregatas, inumanes, alias, quasdam autem cicures, nonnullas abditas, terrâque tectas. ¶ Cicur ingenium dicitur mite, ac mansuetum. Varr. *de ling. Lat. lib. 6.*

Cicuro, as: Mansuefacio, verbum vetus, quod alio verbo dicitur Examino, { לטר *limmádh.* ημερόω. GALL. *Apprivoiser.* ITAL. *Domesticare.* GERM. Zam machen. HISP. *Amansar los animales fieros.* ANGL. *To tame, or to make tame.* } Varr. *de ling. Lat.* Pacuv.

CICVTA, { κώνειον. GALL. *Cigue, herbe venimeuse.* ITAL. *Cicuta, herba.* GERM. Schirling. HISP. *La cecuta, planta nota.* ANGL. *Hemloke.* } Herba venenosa, teste Plin. *lib. 25. cap. 13.* caule viridi & geniculato, altior sæpe binis cubitis, in cacuminibúsque ramosa, tenuis contactu remotioribus, gravi odoratu, semine anæso crassiori, radice concava, nullius usus: nam temulentiam tantùm & foliis refrigeratoria vis est. Cicutæ famam Athenienses auxerunt, succo ejus capitali judicio damnatis necem inferentes. Juvenal. *Satyr. 7.*

*——hunc inopem vidistis Athenæ,*
*Nil præter solidæ auxa conferre cicutæ.*

¶ Est item cicuta (ut Servius docet) in cannis calamisve, quod interceptum est inter duos nodos. Virg. 2. *Ecl.*

*Est mihi disparibus septem compacta cicutis*
*Fistula.*

Cicuta, κώνειος, nomen proprium fœnetatoris cujusdam maximè avari. Horat. 2. *Serm. satyr. 3.*

*——adde Cicutæ*
*Nodosi tabulas centum, mille adde catenas:*
*Effugiet tamen hæc sceleratus vincula Pretum.*

CIDARIS, is, { צניף *tsaniph.* κίδαρις. } Tegumentum capitis, quo Persarum reges peculiariter utebantur, albis maculis in cæruleo colore fascia intermeantibus. Qu. Curt. *lib. 3.* Cidarim regum capitis vocant insigne. Hieronymus item author est, Hebræorum Pontifices cidari usi solitos, in qua Dei nomen habebant inscriptum.

Cidarum, genus navis. Gell. *lib. 10. cap. 25.*

Cidonium malum, idem quod cotoneum. { ANGL. *A quince peare.* } Hinc Cidonium vinum, ex ejus mali succo confectum. Ulpian. *D. de trit. vino, & ol. leg. 1. si quis.* Cidonia (inquit,) si qua alia sunt vina, quæ non ex vinea fiunt, vini appellatione non continebuntur.

CIEO, es: Cio, is: ambo civi, citum faciunt: sed à Cieo, es, fit Citum penult. correpta, à Cio verò producitur. Ovid. *lib. 3. Metam.*

*Nec fruitur somno vigilantibus excita curis.*

Idem *lib. 1. Trist.*

*Aceitur toties in gemitus omne jocus.*

¶ Et Cieo quidem significat turbare, commovere. { חעיר *bekir,* חניע *heniáh.* ἐξεγείρω, κινέω. GALL. *Provoquer, esmouvoir* ITAL. *Movere, turbare.* GERM. Bewegen, betrüben. HISP. *Mover, turbar y llamar.* ANGL. *To stirre or raise up, to call or name.* } Virg. 4. *Æneid.*

*——Tonitru cælum omne ciebo.*

Ciebat id bellum Juba. Velleius. ¶ Cio verò, Voco propriè. Propriè autem dixi, quoniam Cire aliquando movere est: sicut & Ciere vocare, adeò ut alterum pro altero quandoque sumi posse videatur. Virg. 6. *Æneid.*

*Mi genum Æclidem, quo non præstantior alter*
*Æra ciere viros, Martémque accendere cantu.*

Colum. *lib. 7. cap. 5.* Cio, is, posuit pro commoveo. Nullo (inquit) tempore, & minimè æstate utile est, boves in cultum concitari: nam ea res cit alvum. Livius *lib. 8.* Principes utrinque pugnam ciebant. Similiter à Cieo fiunt Concieo, & Excieo, & si qua sunt alia composita. Primum significat commoveo, vel convoco. Liv. Galli, quos prædæ populationúmque conciverat spes. Secundum, foras moveo & excutio. A Cio fit Excio, evoco. Stat. *lib. 4. Theb.*

*——suos excit in arma*
*Antiqua Tithynthia Deus.*

Accio, sive Accieo: de quibus suprà, Præcio, provoco. Percio, pulso, tango, percutio, valde commoveo. Concio, simul voco, congrego. Hinc Concio, nis, quod tria significat, authore Gellio: populum ipsum, qui ad audiendum convenit: orationem ipsam, quæ coram multitudine habetur: & locum, sive suggestum, ex quo habetur oratio. A Concio rursus fiunt, Concito, Excito, frequentativa. Porrò quòd præterita & supina eadem amborum simplicium sunt, iténque compositorum, orta est non parva interpretandi ea verba difficultas. Nam Cito, as, frequentativum est amborum primitivorum, & Cio, & Cieo: ideo aliquando vocito, aliquando frequenter moveo significat. Pro vocito, ἐκκαλοῦμαι, Cic. *in Verr. act. 4.* Citatur reus, causa agitur. Pro crebrò moveo, Col. *lib. 8.* Ne immaturis herbis citetur alvus. Igitur non somnienlosè spectanda sunt frequentativa, composita, præterita, participiáque compositorum, ut quæ convocationis magis proprietatem habent, à Cio, quæ verò motionis, à Cieo fluxerunt. Vide Lucr. *lib. 5.*

CITUS: Celer, velox. { מהיר *mahîr.* ἰθὺς. GALL. *Soudain, viste.* ITAL. *Veloce.* GERM. Schnell, Behend. HISP. *Muy ligero.* ANGL. *Swift, spedie.* } Liv. *6. bell. Pun.* Eques citus ab Roma venit. Salust. Modò citus, modò tardus incessus ejus. Tibul. *lib. 4.*

*——Cita loca tangere funda.*

Ibidem,

*Præterilitque cita Sirenum littora puppi.*

Alvo cita fieri (i. forte.) Gell. *cap. 4. lib. 19. & cap. 10. lib. 18.* ¶ Hinc Citior, citissimus. Plaut. Nullam ego rem citiorem apud homines esse, quàm famam reor. Citissimus omnium rediit. ¶ Est & Citus participium à Cieo, pro citatus, vel agitatus. Virg. *lib. 8. Æneid.*

*Haud procul inde citi Metium in diversa quadrigæ*
*Distulerant.*

CITÒ, adverb. { בחחרי *bimherâh.* ἰθὺς, ταχέως. GALL. *Tost, soudainement, promptement.* ITAL. *Subito, tosto, presto.* GERM. Geschwind/ bald/flugs. HISP. *Presto à ligeramente.* ANGL. *Hastely, spedelie.* } Terent. *in Eunuch.* Citò hunc deduci ad militem. Cic. *Verr. 4.* Quid ergo potissimùm scribam, quod velle te puto, citò me ad te esse venturum. Tantæ indolis, citò pater, citò sacerdos Senec. *c. 12. de consol. ad Marc.* Tam citò quàm. *Ibid. c. 14.* Et mihi vivendi tam citò finis adest. Da citò cantharum. Citò, pro fortasse, ut est τάχα Græcè. Cic. *in Brut.* Sed neque verbis aptiorem citò alium dixerim.

CITRÒ, comparativum, Terent. *in Hecyra,* Quam me propter exanimatum citrò educi foras. Virg. *Æneid.*

*Hæc ait, & dicto citiùs tumida æquora placat.*

CITISSIMÈ, superlativum. Plin. *lib. 17. cap. 4.* Citissimè aselas retundit.

CITO, as, frequentativum à Cieo, in jus voco, adesse jubeo, diem alicui dico, accuso. { קרא *kára.* καλέω, προσκαλοῦμαι. GALL. *Appeller, haster, faire avancer.* ITAL. *Citare, chiamare.* GERM. Vor gericht beruffen laden. HISP. *Llamar.* ANGL. *To cal to justice, to summond, to sett a day of compearing to justice.* } Citare autem videtur esse nominare, ut apud Liv. *lib. 10. ab urb.* dicuntur Patricii, qui patrem & avum citare possunt. Item *lib. 5. d. 5.* Milites nomine erant. Et Suet. *in Ner. c. 46.* Citare aliquem nomine. Advortite animum. C. Non adest. P. Attu cita. Plaut. *Pseud. sc. 1. a. 1.* Ubi tu es, quæ me libello Venerio citavisti? Plaut. *Curc. sc. 3. a. 1.* Qui si non assint, cùm citantur censui capiant illicò Idem *Men sc. 1. a. 3.* Quid si huc servos cito? *Ibid. sc. 1. a. 5.* Citari ad caussam dicendam. Suet. *in Tib. cap. 61.* Citare tribus ad sacramentum. Idem *in Ner. cap. 44.* Citat nos officium solemne. Sen. *cap. 14. de Tranq.* Cic. *antequam iret,* Non citatur reus audaciæ, sed virtutis reus citatur, id est, accusatur. Cic. *pro Cluen.* Cognoscere nunc ita reum citatum esse illum, ut te semel atque iterum præjudicata, condemnatus in judicium venerit. Et *in Verr. 3.* Citat reum, non respondet: citat accusatorem, citatus accusator M. Pacilius nescio quo casu, non respondit, non adfuit. ¶ Aliquando videtur pœne pro laudare. Idem *de nat. deor. lib. 1.* Tu ipse paulò antè, quum tanquam Senatum Philosophorum citares, summos viros delirare dicebas. ¶ Citare etiam, incitare, provocare. { חעיר *bekir,* חניע *heniáh.* κατεγείρω. GALL. *Inciter, provoquer.* ITAL. *Incitare, ssmovere.* GERM. Bewegen, nötigen, treyben. HISP. *Mover.* ANGL. *To stirre up, to anger or provoke.* } Cæsar 3. *bell. civ.* Protinúsque equo citato, Latium contendit. Liv. *lib. 1. ab Urb.* Age sanè omnes citatis equis advolant Romam. Col. *lib. 8.* Ne immaturis herbis citetur alvus. Alia composita sunt Concito, quod est ad iram provoco. Item Excito, suscito, &c. Vultus citatus ira, id est, commotus ira. Sen. *Medea,* Quod imperent furiis furor? Vultus citatus ira tuget.

CITATUS, participium, sive nomen ex participio: Acceleratus, vel citus, aut velox. { מהיר *mahîr.* ἰθὺς. GALL. *Esmeu, hasté, avancé, leger, viste.* ITAL. *Chiamato, citato, velore.* GERM. Schnell, behend. HISP. *Llamado, ligero.* ANGL. *Stirred or moued up, spedie.* } Apuleius, Citato, non testudineo gressu. Liv. *lib. 8. Bell. Pun.* Citato gradu in hostem ducebant. Idem, Citato vadere equo Liv. *7. bel. Pun.* Nec ea nocte quæ sequuta est pugnam, citatiore quàm inde venerat agmine, die sexta ad stativa atque ad hostem pervenit. *Ibid. lib. 2.* Quam citatissimo potentat agmine sese abripuerunt.

CITÒ, adverbium, Celeriter, velociter. { בחחרי *bimherâh.* מהר. GALL. *Promptement, viitement.* ITAL. *Presto.* GERM. Schnellglich/ em wegs bald. HISP. *Prestamente, presto.* ANGL. *Hastelie, spedelie.* } Hirtius *de bel. Afric.* Ipse cum expedita copia in eum locum citrim contendit.

Cietium, κίητιον, urbs Bœotiæ, aliàs *Arne* dicta. Steph.

CILIX, icis, κίλιξ, nomen proprium Phœnicis filii, à quo dicta est Cilicia.

CILICIA, κιλικία, vulgò *Aramania,* regio est in minori Asia, Syriæ proxima, tota ferè campestris, Tauro monti subjecta: quæ à Cilice nomen sortita est, quem pulsum ætas pene ultra ævum memoriæ abscondit. Phœnice ortum, qui apud Gentileis antiquior Jove deptimis tertæ alumnis habebatur. { GERM. Ein Landschafft des mindern Asie so an Syrien stosset/ jetzt Caramania genant. } Hæc regio ab Oriente Amano claudituf, à Septentrione Tauri jugis, ab Occidente Pamphylia. Hujus metropolis est Tarsos, quam interfecat Cydnus amnis. Plaut. *Mil. sc. 1. a. 1.* Centum in Cilicia (homines) occidisti. ¶ Ciliciæ portæ, quà Taurus patet ad Antiochiam. Vulgò *Golfo de la giazza.* ¶ Ciliciæ populi Cilices appellantur, de quibus paulò post. ¶ Gentile fœminimum est Cilissa, sicut à Phœnix Phœnissa: quod & adjectivi vice positum aliquando legimus. Ovid. *in Ibin,*

*Nam neque quot flores Sicula nascantur in Hybla,*
*Quotve ferat dicam terra Cilissa rores.*

CILICENSIS autem denominativum est, non gentile: ut Præfectus, vel Proconsul Cilicensis. Cic. *Quint. frat. lib. 1.* Nam si te interioribus vicinis tuis Cilicensi & Syriaco arteponis, valde magnum facis.

CILICIUS, a, um, possessivum: ut, Ciliciæ portæ, hoc est, Montis angustiæ, quibus Cilicia à Syria dirimitur. ¶ Cilicium exitium, κιλικιῶδες ἄλεθρον: de crudeli & immani dicebatur. Cilices enim ob piraticam quam exercebant, & assiduas hostium depradationes, infames erant immanitatis & crudelitatis nomine. Cilicii impetratores, κιλικιοφανεῖς, dicebantur homines hirsuti & pilis obiti. Unde & saga pilis contexta, Cilicia vocantur. Author Diogenianus.

Cilicii termini dicti sunt à Cilicio Saturnino, centurione cohortis septimæ & vicesimæ, qui terminationem fecit.

CILIX, gentile est, significans eum, qui è Cilicia ortus est. ¶ Cilices piratæ fuerunt, quos Cn. Pompeius victos in deditionem accepit, & eorum postea fideli opera usus est in bellis suis navalibus adversùs Cæsarem. Luc. *lib. 3.*

*Itque Cilix juxtà, jam non pirata, carina.*

¶ Crocus Cilix, pro Cilicio. Luc. *lib. 2.*

*Et quum scena croco Cilici perfusa rubescit.*

¶ Cilix haud facilè verum dicit. Dionys. *in epist. ad Rufum scholasticum,* λέγει τὰ μάλιστα, μὴ ῥᾳδίως ἀποφαίνου τὸν κίλικα: id est, Verus verbum est, Cilices haud facilè verum dicere. Quadrabit in hominem avidum lucri, & ob id sæpenumerò dicentem non quæ vera sint, sed quæ utilia. Item, Cilices scari optimi. Gell. *cap. 16. lib. 7.*

CILICIUM, ii, à Cilicibus populis dictum est, apud quos (ut inquit Varro 2. *de re rust. cap. 11.*) Cilicia primùm confecta sunt. שעיר. κιλίκιον, δάσυμμα. GALL. *Une haire, une estamine* ITAL. & HISP. *Cilitio.* GERM. Ein rauh haarusi hocksahr oder geyshar gemach ut.

ANGL.

Angl. *A cloth made of heare, a strainer.*} Cicer. 3. *in Verr.* Quum iste civitatibus frumentum, cortu, cilicia, saccos imperaret. Fiunt autem ex villis hircorum atque caprarum, adhibentúrque (ut Vegetius inquit) ad excipiendum impetum sagittarum. Aeconus scribit Cilicia tecta esse ex pilis, in castrorum usum atque nautarum. ¶ Inde Cilicina vestis, quæ ex Cilicio est, vel ei similis, ‖ ἡ ἐκ τῶν τριχῶν τῶν αἰγείων ἐσθὴς. Gall. *Vne haire, vestement de poil de chevre ou de beue.* Ital. *Vestimento tissuto di pili di diversi animali.* Germ. Ein härnen kleid. Hisp. *Vestidura de pelos, como de cabra y otros animales.* Angl. *The hilly clothe of heare.*

Cilindrum, Plaut. *Pf.* Genus herbæ, vel leguminis. Sunt qui legant *Cicilindum.*

Cillum. { ὀφρύς. Gall. *La peau qui couvre les yeux dessus & dessous en les cligant.* Ital. *Ciglio.* Germ. Augbrawen. Hisp. *La pestaña à parpado del ojo.* Angl. *The eye lid.*} Teste Plin. *lib. 11. cap. 37.* Antiqui vocaverunt extremum superioris genæ ambitum: unde & Supercilia. Genas autem intelligit Plinius folliculos, quibus oculus integitur, & à quibus palpebræ, hoc est, pili dependent. ¶ Alii Cilia intelligunt folliculos ipsos, quibus oculus integitur. Nam quas Græci vocant βλεφαρίδας, Theodorus Cilia vertit. Lact. quoque *de Opif.* oculos ciliorum tegminibus occultatos scribit. ¶ Cilium (inquit Festus) folliculus, quo oculus tegitur: unde & Supercilium. Idem *alibi*, Supercilium dicitur, quòd super cilium sit, id est, integumentum oculi superius.

Cillibæ, pea. cor. vide *Cibila.*

Cillĕo, antiqui usurpaverunt pro moveo, { קרץ *karátz. mitto.* Gall. *Mouvoir.* Ital. *Movere.* Germ. Bewegen. Hisp. *Mover.* Angl. *To move.* } unde etiam Furcillæ appellatæ sunt, Author Servius *lib. 2. Georg.*

Cilla, ἄστυ. Urbs prope Thebas Actioneas, ubi Cillei Apollinis templum erat, ut habet Strab. Ovid. *lib. 13. Metam.*

*Metamedón, Chrysénque & Cillam Apollinis urbes.*

Cillibantes, κιλλάβαται, instrumenta erant tribus pedibus fulta, quibus in bello scuta imponebant fatigati, ut ex Aristophane annotavit Cælius *lib. 3. cap. 16.*

Cillibantum, vide *Cyllibantum.*

Cillus, à cinno dictus, ut & Cirrus. Sumitur interdum pro capillo cirrato: & ab eo Cinnæ, ἀστραγάλοι: interdum pro cirro.

Cillus, Pelopis fuit auriga, qui in itinere, antequam Pelops ad Œnomaum veniret, obiit: cujus nomine Cilla oppidum, templúmque Cillei Apollinis à Pelope conditum est. Strab. *lib. 13.* Cic. *ad Att. lib. 13. ep. 49.*

Cilones, οὐλοί. Dicti sunt quorum capita oblonga, & compressa sunt, vel quibus frons eminentior est, ita ut à dextra sinistráque recisa videatur. Fest. Cic. *in Salust.* Quicquid impudicorum, cilonum, parricidarum, sacrilegorum, debitorum fuit in urbe.

Cima, cocumula: alias *Cuma, Cucumula.* Vide *Cuma*, & *Cyma.*

Cimacia, vide *Cymatia.*

Cimus, insula inter Ilium, quæ, ut Pomponius scribit, urbem habet, quam quia Bithyni colunt, Bithynidam appellant.

‖ Cimber est nomen gentile, Cimbri, κίμβροι, populi fuerunt Septentrionales, Saxonici maris peninsulam incolentes, quæ ab ipsis Cimbrica Chersonesus dicta est, anno ab Urbe condita sexcentesimo quadragesimo, unà cum uxoribus & liberis Narbonensem provinciam ingressi, à C. Mario ad internecionem fuerunt delati. Refert Val. Max. Cimbros, & Celtiberos in acie gaudio exultare consuevisse, tanquam gloriosè & feliciter essent excessuri: lamentari verò in morbo, quasi turpiter essent periturri. Hodie Dani appellantur, & qui ipsum peninsulæ Isthmum inhabitant, Holsatii. Cimbri Germanorum lingua dicuntur latrones. Plutar. *in Mario.* Et de cimbrica clade, *ibid.* vel dicti, quòd à Cimmeriis oriundi.

‖ Cimbericum, κιμβερικὸν, tunicula pretiosa, quæ κιτὼν, vel potiùs *stola* dicitur. ‖

Cimbrica Chersonesus, vide *Cimbri.*

Cimelium, omnis domus suppellex. ¶ Pro thesauris Ecclesiæ apud Gregor.

‖ Cimeliarcha, κιμηλιάρχης, qui cimeliis præest, Thesaurarius. ‖

Cimeliarchium, locus est, ubi reponitur thesaurus.

‖ Cimentum, fundamentum. Cimentarius, qui disponit fundamentum. Gloss. A. L. ‖

Cimex, vermiculus est odore fœdus, ex ligno nascens, chartisque & paleis, σῆς. Mart. *lib. 1.*

*Nec tega, nec focus est, nec tutus cimice lectus.*

Plin. *lib. 27. cap. 9.* Folia cimicem necant. Idem Plin. *lib. 29. cap. 4.* Veluti cimicum animalis fœdissimi & dictu quoque fastidiendi natura, contra serpentum morsus, & præcipuè aspidum, valere dicitur.

Cimiterium, pro Cœmeterium, apud Elodoardum.

Cimmĕrii, κιμμέριοι, populi fuerunt à Scythis oriundi, dexteram Ponti partem habitantes, non procul à Bosphoro, qui à nomine ipsorum Cimmerius appellatus fuit: ubi & oppidum fuit nomine Cimmerion. Hi autem crassum habuisse feruntur, & densis exhalationibus nebulosum: quod & ipsum Homerus testatur *Odyss. lib. 11.* ¶ Hinc Cimmeriæ tenebræ proverbio celebrantur, pro pro densissima caligine.

*Cimmerion etiam obscuras accessit ad oras.*

Tib. *lib. 4.* Lact. *lib. 4.* O cæcum pectus, ô mentem Cimmeriis, ut aiunt, umbris atriorem! Ephorus scribit Cimmerios in Italia quoque fuisse juxta lacum Avernum, colíque in subterraneis habitasse domiciliis, quorum morem patrium esse, ut nemo solem aspiciat: nocte verò egrediantur. Eorundem meminit & Festus: Cimmerii (inquit) dicuntur homines qui frigoribus habitatas terras incolunt, quales fuerunt inter Baias & Cumas in caligine, in qua convallis satis eminenti jugo circundata est, quæ neque matutino, neque vespertino tempore Sole contegitur. ¶ Cimmericus Bosphorus, κιμμερικὸς βόσπορος, inde nominatur: cujus longitudo est ducentorum & viginti stadiorum.

Cimmĕris, urbs Phrygiæ, quæ à veteribus Edonis dicta fuit, deinde & Assus Apollonia, & Antandros. Author est Plin. *lib. 5. cap. 30.*

Cimŏlis, Paphlagoniæ oppidum est, testibus Pomponio *lib. 2.* & Plin. *lib. 6. cap. 2.* ¶ Est etiam urbs ejusdem nominis in Galatia, teste Ptolem. *lib. 5. cap. 4.*

Cimŏlia creta, vide in sequenti dictione.

Cimŏlus, κίμωλος. Suidæ, insula est in mari Cretico, è regione Zephyrii promontorii, unde optima creta advehitur, qua fullones utuntur in abluendis vestium maculis. Ovid. *7. Metam.*

*Hinc humilem Mycenen, cretosáque rura Cimoli.*

Cimŏlius, a, um, adjectivum: ut, Cimolia creta, cujus diversa sunt genera, ut videre est apud Plin. *lib. 6. cap. 17.* Dioscor. *lib. 5. cap. 94.* duas Cimoliæ terræ species facit, unam candidam, alteram ad purpuræ colorem vergentem: quarum utrique maximas in medicinis vires tribuit.

Cimon, κίμων, Athenienses fuit Miltiadis filius, mira erga cives liberalitate ac munificentia: utpote qui refractis agrorum suorum & hortorum sepibus, civibus faceret potestatem, quod visum esset, ex illis decerpendi. Domi quoque tam longo apparatu instruxit convivium, ut non modò familiæ, sed multis etiam pauperibus undique confluentibus abundè sufficeret. Vide latiùs vitam ejus apud Plutarchum, qui cum Lucullo in contentionem adducit.

Cinædiæ, lapilli qui inveniuntur in cerebro cinædi piscis, maris habitum colore præfagientes. Plin. *lib. 37. cap. 10.*

Cinædocolpitæ, κιναιδοκολπίται. Felicis Arabiæ populi, quorum regina Zadrane dicitur. Steph.

Cinædus, cum æ, diphthongo. { קדש *kadhésch*, κίναιδος, πρωκτοβάτης.} Qui muliebria patitur, παρὰ τὸ κινεῖν τὰ αἰδοῖα. Catullus *Epig. 22.* Cinædus mollior cuniculi capillo, vel anseris medulla, vel mola mollicella. Gellius *cap. 1. lib. 3.* Nihil interest, quibus membris cinædi sitis, posterioribus, an prioribus. ¶ Alii Cinædos, quasi pudore vacuos appellant: κενὸς enim vacuus, ἀνὴρ δὲ pudor. Alii interpretantur saltatores, vel pantomimos, ἀπὸ τοῦ κινεῖν, quòd libidine omnibus anteirent, qui choros ducebant, & nimia agilitate se exercerent. Hos alio vocabulo, *Petauristas* vocant, eo quòd saltibus levioribus moverentur, ut nulla duricies in corpore videretur. Plaut. *in Aul. sc. 2. a. 3.* in fustibus sum mollior magis, quàm ullus cinædus. Quisnam tibi istuc accedat, cinæde calamistrate. Idem *Asin. sc. 4. a. 1.* Omnes cinædos esse censes tu, quia es. Idem. *Menæch. sc. 2. a. 3.* ¶ Cinædus etiam genus piscis, de quo Plin. *lib. 32. cap. ult.* Cinædi, inquit, soli piscium lutei: ubi lege pro *soli*, *toti*, ex authoritate Athenæi. Piscis est marinus saxatilis, totus luteus, excepto dorso, quod purpurascit, mœnis figura similis, μαινὶς ὁμοιότροπος dictus Aristotelis ob indivisas spinas.

Cinædicus, a, um, κιναιδικός. Plaut. *in Stich.* Lepidam & suavem cantationem aliquam accipito Cinædicam.

Cinædior, in comparativo. Catull. *in Epig. de Varii scorto:*

*Hic ille ut decuit cinædiorem*: id est, impudentiorem.

Cinædŭlus, diminutivè à Cinædus. Macrob. *Satur. lib. 3. cap. 14.* Testis est Scipio Africanus, Æmilianus, qui in oratione contra legem judiciariam Tiberii Gracchi sic ait, Dormitor prætigias inhonestas cum cinædulis, & sambucæ psalterióque erunt in ludum histrionum.

‖ Cinamum, vide *Cinnamum.* ‖

Cinnara: vide *Cinyra.*

Cinăræ, Cardui sunt majores, qui primùm ab Italis, nunc etiam à Gallis inter præcipuas mensarum delicias habiti sunt. { κινάρα. Gall. *Artichaux.* Ital. *Carciofoli.* Germ. Klein welsch distlen die keinen stachel haben. Hisp. *Cardos que se labran y comemos, artechokes.* Angl. *Artechokes.* } Col. *lib. 10.*

*Hispida panditur cinara, quæ dulcia lacte*
*Pectanti veniat, nec Phœbo grata canenti*, &c.

Nominis originem referunt ad Cinaram puellam, in herbam sui nominis mutatam. Alii à cinere deductam putant, quòd cineres in primis hæc herba gaudeat stercorari.

Cinclĭ, locus Romæ, ubi Cinclorum monumentorum fuit. Festus.

Cincia lex, contra causidicos quæstuarios lata: ne quis scilicet ob causam orandam, pecuniam donúmve acciperet. Bud.

Cincindela, à Candeo, es, dicitur insula, genus crabronum, quòd volans candeat. Cicendulum, ponitur pro candela: nam dicitur à candeo. Apud Fest. legitur *Citindela*, genus muscarum quod nocte lucet.

Cincinnus, per duplex nn, { קוצרת *kevutsóth*, ציצית *tsitsith*, מחלפות *machlaphóth*, κρόταφος. Gall. *Cheveux entortillez & frisez, en regrillez, passefillons.* Ital. *Capelli crespi.* Germ. Geschrauste harlocken. Hisp. *Guedeja de los cabellos.* Angl. *Bushes of brioded heare.* } Sunt crines intorti, qui etiam calamistrati dicuntur, Juven. *Altior his quare cincinnus?* Hos capillos Martialis Anulos vocat: ait enim,

*Vnus de toto peccaverat orbe comarum*
*Anulus.*

Varro, Is est coliculus viteus intortus, ut cincinnus. Solent autem cincinni oleo perungi. Cic. *in Pison.* Erant illi compti capilli, & madentes cincinnorum similes.

Cincinnātus, adject. qui capillos intortos gestat: Calamistratus. { βοστρυχώδης, ὁ τοὺς βοστρύχους περιθείς. Gall. *Frisé, & ayant les cheveux regrillez.* Ital. *Con capelli ricci.* Germ. Der krausse oder krause harlocken treg. Hisp. *Cosa con aquellos redejas.* Angl. *That hath heare broided in bushes.* } Cincinnatus dictus à crine. Suet. *in Calig. cap. 35.* Cicero *post reditum in Senat.* Quo vultu cincinnatus ganeo non solùm civium lachrymas, verumetiam patriæ preces repudiavit? Plaut. *Capt. sc. 4. a. 3.* Subrufus aliquantum, crispus, cincinnatus. ¶ Hoc cognomen fuit L. Quintio, qui ab aratro ad Dictaturam vocatus, Æquos victos sub jugum egit, & decimoseptimo die à quo magistratum acceperat, Dictatura se abdicavit.

Cinelŭs, Romani Senatoris nomen, qui seculi sui luxui infensus, vehementissimus

mentissimus fusor fuit legis Fanniæ sumptuariæ : orationéque ad populum habita, acerrimè invectus fuit in mores suæ ætatis, & quorundam gurgitum gulam, qui sordidos porcos Trojanos in convivium inferebant. Ita enim vocabat aprum, qui inclusis minoribus animalculis gravidus erat, quemadmodum equus Trojanus gravidus erat armatis. Macrob. *lib.* 3. *cap.* 13.

Cinclus, κίγκλος Suidæ. ‖ Gall. *Oiseau qui tressaut remuë la queuë.* Ital. *Codatremola.* Germ. Wasserstelz. Hisp. *Una cierta ave que siempre mueve la cola.* Angl. *A water swallow, a wagtaille.* ‖ Avis est ex gua perpetuò caudam movens, unde & Motacilla à nonnullis appellatur. Hanc posteriore sui parte tam debilem esse aiunt, ut nidum struere non possit, sed in alienis nidis ova pariat. Quæ res fecit locum proverbio, ut omnium rerum inopia laborantes, Cinclo pauperiores dicamus. Authores Suidas, & Ælian. *lib.* 15. *cap.* 28.

Cinctus, & Cincta. Vide *Cingo.*

‖ Cindalissimus, κινδαλισκός, est ludus puerilium.

Cineas, æ, nam Plutarcho *in Pyrrho*, & deinceps, vir Thessalus fuit, Pyrrho amicissimus, & perpetuus illius in omnibus expeditionibus comes : cujus tanta fuit eloquentia, ut Pyrrhus faceretur, plures à Cinea oratione, quàm à se armis esse subactos. Hic legatus Romam missus, ut Pyrrhi nomine de pace ageret, obsistente sibi Appio Claudio Cæco, re infecta revertus est. Interrogatus deinde à Pyrrho de statu Urbis & Senatus, respondit Senatum sibi deorum consessum visum esse, populi autem tantam esse turbam, ut vereretur, ne regi cum hydra quadam Lernæa res esset. Huic tanta fuisse fertur memoriæ felicitas, ut postridie quam Romam advenisset, sine ulla nomenclatoris ope, Senatui, Equestrique ordini sua nomina reddiderit. Author Plin. *lib.* 7. *cap.* 24.

Ciner, Cinerarius, Cinisones : vide *Cinis.*

Cinesias, æ, κινησίας Suidæ, Dithyramborum scriptor, qui impietatis, probitatisque nomine malè audivit. ¶ Fuit hoc & Pyrrhi Achillis filij cognomen, à corporis agilitate impositum. Fertur enim Pyrrhicam saltationem vehementer excoluisse, & à suo nomine eam appellasse. Unde natum est proverbium, κινησίου ὄρχησις, hoc est Cinesiæ Pyrrhicam didicit, vel quòd in choris multo motu uteretur contra comicos agens, qui in hâc parte deficiunt. Erat autem Cinesias corpore pigro, & fracto cruce.

Cingă, Hispaniæ fluvius est in Iberum influens. Lucanus *lib.* 1.

——*Quos Cinga perennat*
*Gurgite*, &c.

‖ Cingiliones, cingula parva. Casaub. ad Treb. ‖

Cingo, is, xi, ctum. Coerceo, comprehendo. ‖ אזר *azár*, חגר *chaghár.* ζώνυμι. Gall. *Ceindre, environner, entourer.* Ital. *Cingere.* Germ. Umbgürten/umbgeben. Hisp. *Ceñir.* Angl. *To girde or compasse about.* ‖ Ovid. 5. *Fast.*

*Sustulit hoc Nympha, cinxitque decentibus armis.*

Idem 2. *de Ponto.*

*Vere go complectar, Geticis si cingar ab armis.*

Cic. 3. *de nat. deor.* Diligentiùsque urbem religione, quàm ipsis mœnibus cingitis.

——*Fessus munime cingo.*

Ovid. 13. *Met.* Item : Cingitur, certè expedit se. Plaut. *Amph.* ¶ Per translationem, Cingere ponitur pro circuire & circumspicere, περιβάλλω. Liv. *lib.* 1. Nam & muro lapideo, cujus exordium operis Sabino bello turbatum erat, urbem quam nondum munitat, cingere parat.

——*Ætheriam cingens amplexibus arcem*
*Circulus* (Urix.)

Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.* Plinius, Quum eum saltum venatores cinxissent. Dictum Cingo, quasi circumago. ¶ Cingere arborem, vetustè pro deglubere, sive dolabrare ponitur, ut tradit Paulus *in l.* 5. *D. arbor. furtim cæsar.* in qua significatione apud Ulpianum semel iterúmque invenitur. Cingi venenis ? Inultæ, munit. Valer. Flac. *lib.* 6. *Argonaut.*

*Cingitur arcanis Saturnia lata venenis.*

Cingere, pro Vestem tegere. Sil. *lib.* 3.

——*vestigia nuda, sinúsque*
*Cingere inassuetum, & rubra velamine vestit.*

Cingere, pro circum habitare. Valer. *lib.* 6. *Argonaut.*

*Misit in arma Daras, acies quem Marcia circum*
*Gangaridum, potaque Gerus quos efferat unda :*
*Quique lacum cinxêre Binaxen.*

Cingi cum aliquo, id est, conjungi. Claud. 2. *Paneg.*

——*unóque recepta*
*Pectore diversos tecum cinguntur in usus.*

¶ Hujus composita sunt, Accingo, Circumcingo, Discingo, de quibus suis locis. Incinctus, idem quod cinctus. Liv. 10. Incinctum Gabino cinctu super telum stantem. Intercingo, Plin. Thebaicus intercinctus aureis guttis invenitur in Africæ parte. Præcingo idem quod cingo, προζώννυμι. Plaut. *in Bacch.* Inde de hippodromo, & palæstra ubi reveniisset domum cincticulo præcinctus, in sella apud magistratum assideres. Interdum præcingere, est præparare, παρασκευάζω. Unde Præcinctos, ἑτοίμους, promptos & expeditos dicimus. Procingo, cingo, apparo : à quo procinctus, apparatus bellicus. Unde dicimus, Aliquid nos fecisse in procincta, quum ad expeditionem, aut ad iter essemus parati & accincti. Ovid.

*Hæc in procinctu carmina facta puta.*

Plin. Vinum eras, vigoremque animi impedit ad procinctum tendentibus. Et procincta classis vocabatur, quum exercitus cinctus erat confestim pugnaturus. Recingo, quod cinctum erat dicingo. Ovid. 1. *Met.*

——*Velantque caput, tunicásque recingunt.*

Subcingo, subtus cingo, & ad cingulum alligo, ὑποζώννυμι, ὑπεζώσαμην. Cic. 11. *Phil.* Serv. Galbam eodem pugione succinctum quo in castris videris. Et Succingere, i. cinctu vestes ita colligere, ut breviores videantur, fiatque homo ad agendū promptior. Unde & succinctam orationem, brevem dicimus : & Succinctè, breviter, *multum.*

Hinc succingulum, balteum dicitur, ζώνη. Succinctorium, vestis genus brevissimæ, quo venter & verenda teguntur : & semicinctium vocatur, quòd medium hominem cingat, id est, vestiat.

Cinctus, participium. ‖ חגור *chaghúr*, ζωσμὸς, περίζωμα. Gall. *Ceint, environné.* Ital. *Cinto.* Germ. Umbgeben/umbgürtet. Hisp. *Ceñido.* Angl. *Girded or compassed about.* ‖ Cic. *pro Flacc.* Equidem existimo in ejusmodi regione atque provincia, quæ muri cincta, partibus distincta, insulis circumdata esset, &c. Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 5.

——*sævo cinctum ab hoste locum.*

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 5. *Trist.*

——*cinctus premor undique marto.*

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 5. *Trist.*

*Cinctus ve montanis ut pavet agna lupis.*

Idem *Eleg.* 12. *lib.* 3. *Trist.* Liene quasi zona cinctus ambulo. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 2. Altè cincti (i. fortes.) Senec. *Epist.* 33. Cinctus ferro. Sueton. *in August. cap.* 35. (i. gladio,) & *in Calig. c.* 49. Gellius, Scuto pedestri & gladio Hispanico cinctus, contra Gallum conflixit. ¶ Cinctus etiam simpliciter sine adjectione, qui ad militiam conscriptus, miles factus est. Marcell. *in l.* 25. *ff. de testam. milit.* Titius priusquam tribunus legionis factus esset, testamentum fecit, & postea cinctus, manente eodem testamento, defunctus est, &c. quod inde introductum, quòd prælium initurī præcingerentur.

Cinctus, us, à Cingo, sive Cingulum. ‖ אזור *ezór*, חגורה *chaghoráh*, מזח *mézach.* ζῶμα. Gall. *Ceinture.* Ital. *Cinto, cintola.* Germ. Gurtgürtel/umbgürtung. Hisp. *Cinta, ceñidura.* Angl. *A girdle.* Varro *de ling. Latina*, Cinctus, Cingulum, à cingendo : alterum virīs, alterum mulieribus attributum. Quamvis & pro vestitu sumatur. Virg. 7. *Æneid.*

*Ipse Quirinali trabeâ, cinctúque Gabino*
*Insignis.*

Suet. *in Ner. cap.* 50. Sine cinctu prodire in publicum. Idem *in Cæs. cap.* 45. Cinctura fluxiore uti. De cinctura autem & cinctu veterum, legend. Quint. Porphyrio docet Cinctum tunicæ genus esse infra pectus aptatæ, à quo Cinctutos Cethegos Horat. nominavit. Cinctum Gabinum esse dicunt, togam sic in tergum rejectam, ut una ejus lacinia revocata hominem cingat. Hoc genere vestimenti Consul Romanus utebatur bellum indicturus. Hoc item vestis genere indutos fuisse duos Decios, quum pro exercitu devoverent, author est Livius. ¶ Cincturi, pro viris militaribus & quasi ad militiam accinctis dicuntur. Contrà Discincti, ad pugnam inhabiles atque impirati accipiuntur.

Cincticulus, diminutivum, Amiculi genus, quod ferè umbilico præcingitur, & ad dimidium eius porrigitur. ‖ ζῶμα μικρόν. Gall. *Petite ceinture.* Ital. *Cintruttа.* Germ. Ein umbgürtung/oder umbschutz deß undern theils am leib. Hisp. *Pequeña cinta.* Angl. *A litle girdle or fardingall.* Plaut. *in Bacch.* Cinctulo præcinctus in sella apud magistrum : sideres.

‖ Cinctorium, quo quis cingitur. ‖

Cinctutus, a, um. Cinctu indutus : quod vestis genus antiquissimis Romanis in usu fuit. Unde Horatius *in Arte*, quum antiquissimos illos denotare vellet, Cinctutos Cethegos dixit. Verba ejus sunt hæc,

——*si fortè necesse est*
*Indicitis monstrare recentibus abdita rerum,*
*Fingere cinctutis non exaudita Cethegis Continget.*

hoc est, iis seculis nunquam audita, quibus Romani cincti utebantur. ¶ Alii Cinctutos intelligunt bellicosos, quasi ad militiam accinctos : sicut contrà Discinctus, molles & imbelles. Prior tamen interpretatio Horatii loco magis videtur convenire.

Cingulum, Hominis cinctorium dicitur, & propriè mulierum. ‖ חגורה *chaghoráh.* ζώνη. Gall. *Ceinture.* Ital. *Cinto, cintura.* Germ. Gürtel. Hisp. *Cinta de la muger.* Angl. *A girdle.* ‖ Varro 4. *de ling. Latin.* Cinctus & Cingulum à cingendo : alterum virī, alterum mulieribus attributum. Festus, Cingulo nova nupta præcingebatur, quod vir in lecto solvebat. Cingula, pro veneris cultu ponit Valerius *lib.* 6. *Argon.*

——*fœcundaque mensibus*
*Cingula : non pietas quibus aut custodia famæ,*
*Non pudor : at contrà levis & festina cupido.*
*Affatusque malus, dulcisque labantibus error.*

¶ In cœlo quoque Cingula dicuntur, quæ & zonæ. Cic. *in somnio Scip.* Cernis autem terram eandem, quibusdam redimitam & circumdatam cingulis. Quandoque pro annulo ponitur, qui digitum circuit.

Cingŭli, æ, qua cinguntur jumenta. ‖ עבור *habór.* ζεῦγος. Gall. *Une cengle, ceinture pour ceindre les bestes.* Ital. *Cigna.* Germ. Gurt der thieren. Hisp. *Cincha del albarda.* Angl. *A girdle or bande to bind beastes with.* ‖ Ovid. 2. *de remed.*

*Et navâ velocem cingula ladat equum.*

Cingŭli, homines dicti, qui in eis locis, ubi cingi solent, tenues sunt, & juncei. Fest.

Cingŭlæ, tibiæ dicebantur, quæ licèt breviores essent, subtilioribus tamen modis insonabant.

Cingŭlum, civitas est inter Picentes, quæ mulos Cingulanos mittit, qui etiam hodie habentur in pretio. ¶ Hinc Cingulani populi, quorum meminit Plin. *lib.* 2. *cap.* 13.

Cinis, cineris, ab antiquo nominativo Ciner, hodie masc. gen. olim etiam fœminino. ‖ אפר *épher*, דשן *déschen.* τέφρα. Gall. *Cendre.* Ital. *Cenere.* Germ. Asch. Hisp. *Ceniza.* Angl. *Ashe.* ‖ Pulvis ille quem materia usta resolvitur.

*Quamvis in cinerem corpus mutaverit ignis.*

Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.* Unus ex quatuor omnia cinis. Senec. *cap.* 11. *de consol. ad Marc.* Supra cineres Pompei (i. monumenta & thratum.) Idem *cap.* 22. *de cons. ad Marc.* In tutelam cinerum legare multùm agri. Quint.

*Et cinis in tumulo positus jacuisset avito.*

Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.* An aula qualia cum cinere effossus fiet (oculus.)

( oculus. ) Plaut. *Curc. fren.* 1. *act.* 1. & Stat. *lib.* 3. *Thebaid.*

——— *Veteris quam regia Cadmi*
*Fulmineum in cinerem montis Iunonis iniqua*
*Consedit.*

Virgil. 10. *Æneid.*

*Non satius cineres patriæ insedisse supremos?*

Idem 6. *Æneid.*

*Postquam collapsi cineres, & flamma quievit.*

¶ Sumitur & pro manibus & reliquiis functi, sive memoria. Cic. 3. *in Verrem*, Homo importunissime, cur tantam injuriam P. Annio mortuo fecisti? cur hunc dolorem cineri ejus atque ossibus insultisti? Virg. 4. *Æneid.*

*Nec patris Anchisæ cineres, manesve revelli.*

¶ Antiqui hoc nomen etiam fœminino genere efferebant. Calvus apud Non. *Quum jam fulva cinis fueris.* Catull. *ep.* 61. ¶ Troja virum & virtutum omnium acerba cinis. ¶ Cinis lixivus, i. lixivium, κονία, ἀσπόδιον. Scribonius Largus, Hoc teritur ex cinere lixivio, donec læve factum habeat mellis spissitudinem. ¶ Minxisse in patrios cineres olim dicebatur, qui intemperiis ageretur, cuique cuncta cederent infeliciter, ac si monumentum patris violasset. Horat. *in arte poëtica.* ¶ Ne cinerem vitans, in prunas incidas, μὴ τὴν σποδὸν φεύγων, εἰς τὸ πῦρ ἐμπέσῃς. Ne sic defugias malum hoc, aut illud, ut aliud longè majus incurras.

Cinĕrăcĕus, a, um. Cineris colorem referens. { ירוק *amûts.* τεφρώδης, πυρρώδης. GALL. *Cendreux.* ITAL. *Di color di cinere.* GERM. Eschfarb. HISP. *Cosa de ceniza.* ANGL. *Ashie or gray coulowred.* } Plin. *lib.* 32. Terra est aliàs rufa, aliàs cineracea.

Cinĕrĕus, a, um. { ANGL. *Gray as ashes.* } Quod è cinere est, vel cinereum refert colorem.

Cinĕrārĭus, qui calamistros, ut inquit Varr. *lib.* 4. quibus in cinere calefactis capilli ornari solebant, administrabat. M. Cato, ut Author est Solipater *lib.* 1. eum esse *in originibus* scripsit, qui unguenta ex cinere composita, quibus mulieres capillum ungrabant, ut rutilior esset crinis, conficiebat. Catull. *epist.* 56. Nunc tuum cinerarius tondet os: miser, ah miser! Concubinæ nuces da. ¶ Cinerarii fines, sunt sepulturarii. Author *de limitib.* Cinerarium etiam sunt ossæ & urnæ cinerum, seu vasculum quo condebantur mortua corpora.

Cinĕrĭcĭus, a, um: ut, Panis cinericius, { ὑπογρύφιος ἄρτος. ANGL. *Gray beard and ashie coloured.* } qui coctus est sub cinere.

Cinĕfăcio, cinefacis, cinefacere: In cinerem reduco. { דשן *dishshên. sheên*, πῶσις. } A quo Cinefactus, a, um. In cinerem dissolutus. { πῶσις. GALL. *Reduit en mis en cendre.* ITAL. *Ridotto in cinere, incenerito.* GERM. Zu aschen gemacht. HISP. *Hecho ceniza.* ANGL. *To mak ashes of any thing.* } Figuratiò est (inquit Non.) ut Tepefactum, & Labefactum. Lucret. *lib.* 3.

*At nos horrifica cinefactum te prope busto*
*Insatiabiliter deflebimus.*

Cinĭflŏnes, qui & Cinerarii dicti sunt, qui calamistris in cinere calefactis capillos crispabant. { ANGL. *Frizlers of heare.* } Horat. *lib.* 1. *sat.* 2.

*Custodes lectica, cinifloncs, parasiti.*
*ai νὺν καπνοῖσι κεκαρμένοι ἕρπετ', ἀ ἰπὶ τὴ κοιλὴ γαστέρι πεφορμένοι.*

Cinna, civitas Thessaliæ, à Cinno gigante, & Cœi fratre dicta. ¶ Est etiam Cinna civitas Hispaniæ in regno Castellæ: à qua Cinnenses populi, quos commemorat Plinius in conventu Tarraconensi *lib.* 3. *cap.* 3. Fuit item Cinna Marianis & Syllanis temporibus, Romanorum omnium crudelissimus, quatuor Consularibus functus, qui primo consulatu, servis ad pileum vocatis adversarios vicit, Octavium interfecit, Janiculum occupavit. Iterum & tertiò se Consulem fecit. Quarto Consulatu, quum bellum contra Syllam pararet, Anconæ ob nimiam crudelitatem, lapidibus ab exercitu occisus est. ¶ Fuit etiam poëta eruditissimus hoc nomine, cujus meminit Virgilius *in Bucol. Ecl.* 9.

*Nam neque adhuc Vario videor, nec dicere Cinnâ*
*Digna, sed argutos inter strepere anser olores.*

Non is est quem errore nominis pop. Rom. occidit. Plut. *in Bruto.* Imò est alter poëta Cinna fortasse illius ætatis.

Cinna, tribunus plebis, qui quum pernicioſas leges de revocandis exulibus ferret, pulsus à Cn. Octavio collega, magistratúque exutus, ex urbe profugit, & bellum Urbi inculit, accerſito C. Mario, & aliis exulibus ex Africa: in quo bello duo fratres, alter ex Pompeii, alter ex Cinnæ exercitu ignorantes concurrerunt. Et quum victor mortuum spoliaret, cognito fratre, ingenti edita lamentatione, ac rogo exstructo, se insuper cremavit. Tandem Cinna & Marius in urbem recepti, cædibus omnia complevere: inter quos Cn. Octavium consulem, M. Antonium oratorem, & L. Cæsarem jugularunt, eorumque capita pro tostris posuerunt? ex Livio. ¶ Cinna item alius, qui per errorem necatus à populo Romano foro medio, in funere C. Cæsaris, quum unus ex interfectoribus fuisse crederetur. Præterea L. Cinna, res novas affectans? quem ex hoste Octavius amicum fecerat, & usque ad judicum dignitatem evexerat, adversùs se insidias moliri cognovit, & iratus nova in eum exempla meditabatur. Livia tandem consilio usus mitior est factus, eúmque separatim in cubiculum vocavit, ubi ejus ingratitudinem exprobrando: Vitam, inquit, Cinna tibi iterum do, priùs hosti, nunc insidiatori: & patiter contendamus, utrum ego melius iterum tibi vitam dederim, an tu debeas. Seneca *de Clementia.*

Cinnăbări, sive Cinnabarim, κινάβαρι. Plin. *lib.* 37. *cap.* 7. sanies putavit esse draconis elisi elephantorum morientium pondere, permisto animalis utriusque sanguine. Quod tamen falsum esse manifestius est, quàm ut debeat refelli. Dioscorides à minio diversum esse ostendit, quòd Cinnabari ex Libya, minium ex Hispania afferatur: quid tamen revera esset, non indicavit. Hoc tantum testatur, tam exiguam ejus copiam afferri solere, ut vix variandis in pictura lineis pictoribus sufficeret. Quod autem hodie Cinnabarium vocant, ex sulphure & argento vivo simul ollis conficitur.



Cinnămŏmĭgni, avis Arabiæ, proinde ita vocata, quòd in excelsis nemoribus texit nidos ex fruticibus cinnami: & quoniam non possunt ibi homines conscendere, propter ramorum altitudinem & longitudinem, ceteùm nidos plumbatis appetunt jaculis, ac sic cinnamina illa deponunt, & pretiis amplioribus vendunt, eo quòd cinnamum illâ laudi magis, quàm alia mercatores probent.

Cinnămōmum, { קנמון *kinnamon*, κινάμωμον. } Frutex duorum cubitorum altitudine amplissimus, palmique minimus, quatuor digitorum crassitudinis, teretimà terra sex digitis surculosus, arido similis, quam viret non odoratus, folio origani, siccitate gaudens, sterilior imbre, ceu diræ naturæ. Tu mihi cinnamomum, tu tota. Plaut. *Curc. fr.* 2. *a.* 1. Gignitur in planis, sed densissimis in vepribus rubisque, difficilis collectu. Plura apud Plin. *lib.* 12. *cap.* 19. Theophrastum *lib.* 9. *c.* 4. Genera ejus plura esse, inquit Dioic. *lib.* 1. partium sibi nomen vindicantia. Præferrat tamen Molyllion, quod Celsæ, cui Molylli nomen est, aliquam referre effigiem. Plura *loco citato.* Malumus enim hæc ex fontibus ipsis petas, ne nos libeat immensum gravemus. Barbaris tamen Corollarium, quoniam rem ferè omnem in compendio explicat, adscripsimus. Cinnamomum in partes tres concidunt: præcipua bonitas tenuissimis ad longitudinem palmi, paulóve amplioribus: Secunda proximis breviore mensurâ. Vilissima quæ radicem antecedit, quoniam ibi minimum corticis, in quo summa gratiæ, quæ de causa præferuntur cacumina, ubi plurimus cortex. Ipse frutex duorum cubitorum altitudine amplissimus, palmique minimus, quatuor digitorum crassitudinis, statim a terra sex digitis surculosus, arido similis: quum viret non odoratus, folio origani, siccitate gaudens, sterilior imbre, ceu contraria cæteris natura. Gignitur quidem in planis, sed densissimis in vepribus rubisque, difficilis collectu. Verior sententia est, nasci in Æthiopia, Troglodytis connubio permixta: non ut Herodotus, quo sinu Liber patet educatus esset, ex invisis cupidis aviumque nidis peti, & privatim Phœnicis: neque ut alii, in Arabia. Igitur mercatores illi à conterminis vergunt per maria vasta tabus, sine gubernaculo, sine remis ac velis, sed hyberno per brumam, Euris tum maximè flantibus. Primus hic portus Gebanitarum Ocilà, sive Acila, ut Strabo, Ptolemæus Ocelis. Producuntur vix quinto anno reverti mercatores, & interire multos. Contrà revehunt virrea, & æneas, vestes, fibulas, cum armillis ac monilibus. Ipsum lignum in fastidio est propter Origani acrimoniam, Xylocinnamomum vocatur. Pretium in libras 20. Quidam Cinnami (nam & Cinnamûm dicitur) duo genera tradidere, candidum, nigricansque. Et quondam præferebatur candidum. Nunc contrà nigrum commendatius, Authore Plinio: atque varium etiam præferunt candido, certissimo argumento, si sit scabrum: atque ut invicem tritum contumacitèr fricatur & inhorrescat. Improbatur mollè in primis, aut cui albicat cortex. Jus ejus à Gebanitarum rege solo proficiscitur. Is, edicto mercatu vendit. Pretio quondam fuere in libras denariorum mille. Auctum id parte dimidia est, incensis (ut ferunt) sylvis ira barbarorum, aut etiam fortè fortuna, quoniam Austri tam ardentes ibi afflare solent, ut æstatibus sylvas accendant. Coronæ veteribus fiebant ex Cinnamomo, interstrili auro mellusæ. Radicem ejus magni ponderis aureæ pateræ impositâ vidisse, Plin. memiuit, ex qua gutteæ editæ, annis omnibus in grana durabantur. Pseudocinnamomum, Galenus Cinnamomidam quoque appellari scribit. ¶ Cinnamomum etiam hodie in officinis nomen retinet: vulgus à quadam canaliculi figura *Canellam* appellat.

Cinnămum, *cinna* ϙ, frutex, sive arbuscula nascens apud Gebanitas, ut finibus Troglodytarum, præstantissimum exsudans odoramentum, quod & ipsum Cinnamomum dicitur. Vide Plin. *lib.* 12. *cap.* 19. Ovid. 3. *Fastor.*

*Cinnama tum primùm capsivâque thura dedisti.*

Cinnaris, herba est, authore Plinio, quæ cervis adversus venenata pabula est remedio, *lib.* 8. *cap.* 7. Cervus herba cinnare venenatis pabulis resistit.

Cinnŭs, per duplex nn, est primitivum rerum, præsertim liquidarum, commistio, nam aliquibus potionis genus ex multis liquoribus confectum putatur, quod ἀνώνυμον Græci appellant. GALL. *Entrelillement de cheveux, ou meslange de plusieurs choses.* ITAL. *Una mescolanza ò meseuglio de piu cose.* GERM. Ein vermischung von allerley dingen. HISP. *Mezcla ò composicion de cosas diversas.* ANGL. *The trilling together of the heare in plaites, or mingling or many things.* Cicer. *de Orat.* Cinnus utriusque particeps, vel utriusque, si verum quærimus, expers. Et elegantèr Picus Mirandula *ad Angel. Poli.* Tu ora utrumque implex, ut utrum mavis, haud satis constet, qui & Græcari & nostratu Minervam pulchrè amplectaris, quasi cinnus utriusque linguæ: ut quæ insitura sit, quæ genuina, non facilè discerni possit.

Cinxĭa, Juno dicebatur, quòd nuptiis præesset; ζωνία. Initò enim conjugio, solvebatur cingulum, quo nova nupta erat cincta. Festus.

Cinyras, κινύρας. Suidæ, Cypri rex fuit, qui cum filia Myrrha, filii nutricis deceptus concubuit, ex qua & Adonin fuscepit, quem Venus postea in deliciis habuit: qui quum majore animo, quam viribus feras sectaretur, apri dente in inguine vulneratus, interemptus fuit, & in florem Anemonem conversus. Vide Ovid. *lib.* 10. *Met.* Ubi Naso satis indicat hujus Regis regionem opulentissimam fuisse: unde locus factus proverbio, Cinyræ opes, κινύρου πλοῦτος, de immensis divitiis dicitur. Adagii meminerunt Plato *de leg.* 2. & Suidas.

Cios, Phrygiæ emporium fuit, à Milesiis conditum eodem loco, qui Alexandria Troyes appellatur. Plin. *lib.* 5. *cap.* 32.

Cipernum (quod hic corrupte legebatur? Vide *Cyperos.*

Cippus, columnam significat, quæ cum inscriptione ad conservandam rei alicujus memoriam solet erigi. { ציון *tsiiûn*, תמרור *tamrur*, גל *ghal.* שיש. ANGL. *A litle hill or mark called a barrow or greall.* } cujusmodi etiam in defunctorum monumentis erigi consueverunt. Horat. 1. *serm. Sat.* 8.

*Hoc miseræ plebis stabat commune sepulchrum,*
*Pantolabo scurræ, Nomentanoque nepoti.*
*Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum*
*Hic dabat, heredes monumentum ne sequeretur.*

¶ Cippus item instrumentum erat ligneum, quo servorum & captivorum pedes colligabantur.

Cisannus, vir fuit Lycius, & Sarpedonis comes: quem, teste Homero in *Iliade*, Ulysses in bello Trojano interfecit.

Circa Præpositio est accusativo serviens casui. Juxta, circum. {חל *hal*, סביב *sabib*. *adv.* Gall. *Environ, prés.* Ital. *Intorno.* Germ. Bey oder umbAn ringsweyß. Hisp. *En derredor.* Angl. *About, or nigh by.*} Cic. *de Lege Agrar. contra Rullum*, Quum Rullus Capuam & urbes circa Capuam occuparit. Idem 3. *in Verr.* Arebat multa sibi opus esse, multa cambus suis, quos circa se haberet. Circa se habere. { Gall. *Autour de soy.* } Suet. *in Aug. cap.* 49. Circa A. Cornelium, &c. Liv. *lib.* 4. *ab urb.* Circa ima labor est scandenti. Quint. Circa scholas assiduus. Suet. *in Tiber. cap.* 11. ¶ Ponitur & pro circiter, ut tempus denotet. Plin. *lib.* 8. *c.* 18. Nec amplius, quàm circa eum mensem vi sunt. Circa Demetrium ti. circa ejus ætatem & tempora. Quint. *cap.* 4. *lib.* 1. Circa primos annos juventutis eum amisit. Sen. *de const. ad Pol. c.* 15. Item, Circa rot festeria, i. Circiter. Suet. *in Claud c.* 6. ¶ Pro adversus. Plin. *epist.* 9. *lib.* 3. Circa Hispanum & Probum multùm sudoris. Pro apud Curt. *lib.* 3. Circa regem erat & Phrygum turba & Macedonum. Pro de. Plin. *lib.* 8. *cap.* 16. Varia circa hæc opinio. Pro juxta. Idem *lib.* 8. *cap.* 35. Circa capr ficos fetus, innoxius alioqui. Pro in. Quint. *in præmio lib.* 8. Præcipuè circa partis hujus præcepta elaboravit. Horat. 2. *Carm. Ode* 5.

*Circa virentes est animus tuæ campos juvencæ.*

¶ Circa Demetrium, pro Circa Demetrii tempora. Quint. *lib.* 1. *cap.* 4. Circa Demetrium Phalereum institutum ferè constat. Inventi sunt etiam adverbialiter positum, & sine casu. Cic. *ad Attic. lib.* 2. Nostram ambulationem, & Laconicum, eaque quæ circà sint, velim quem poteris, invisas. Suet. *in August. cap.* 64. Circà adæquetur (i. propè.) ¶ Hinc fiunt composita, Quocirca, & Circumcirca. de quibus suis locis.

Circada, nomen exactionis, aut vectigalis.

Circānēā, avis dicitur, quæ volando circuitum facit. Festus.

Circē, *ācis*, { Germ. Ein grosse enbold/oder zauberin. } Solis & Perses Nymphæ filia, & Æetæ Colchorum regis soror, veneficiorum peritissima: quæ Sarmatarum rege, cui nupserat, veneno sublato, regnóque per scelus parto, quum crudelius imperaret, ab incolis pulsa, in Italiam profugit, & in Circæo monte (qui antiqui olim Latii terminus erat, & efficacissimis herbis abundabat) sibi sedem delegit: ubi quum Glaucum marinum Deum adamaret, Scyllam puellam, quam ille deperibat, inf. itis fontibus in monstrum marinum commutavit: Ulyssem item, vi tempestatis ad se delatum, hospitio susceptum, sociósque ejus, quos in porcos commutaverat, eidem restituit: cui & Telegonum filium peperit. Tibul. *lib.* 4.

*Solum nec dicta verterunt pocula Circes:*
*Quamvis illa foret Solis genus, arva vel herbis,*
*Aptaque vel cantu vetteret mutare figuras.*

Postremò & Picum Latinorum regem, quòd uxorem suam, nomine *Canentem*, sibi præferret, in avem sui nominis commutavit. Ovid. *lib.* 14. *Metam.*

*Hæc ubi nubilibus primùm maturuit annis,*
*Expositæ cunctis aurenti tradita Phœbo est:*
*Rara quidem facies, sed rarior arte canendi,*
*Unde Canens dicta est: &c.*

Circæūs, a, um, *αιγαῖος*: ut Circæus mons, & Circæum oppidum, quod & Cytæus quidam appellarunt. Suet. *in August. cap.* 16. Circeios in perpetuum relegatus Lepidus. ¶ Hinc & Circæenses populi. Liv. *lib.* 6. Ad hoc Latini Heroïcique accesserunt, & Circæensium quidam. Cic. *lib.* 4. *de nat. deor.* Quanquam Circem quoque coloni nostri Circeienses religione colunt. Circæi verò quondam insula fuit immensu mari circundata (si Homero creditur) ubi Latium antiquum terminabatur. Strab. *lib.* 5. Post Antium Circeium est stadiorum ducentorum, & nonaginta, mons mari & paludibus instar insulæ circundatus. Habet etiam castellum, & Circes sacellum, & Minervæ aram. Virg. *lib.* 6. *Æneid.*

*Proxima Circææ raduntur littora terræ,*
*Dives inaccessos ubi solis filia lucos*
*Assiduo resonat cantu.*

Vide plura apud Hom. 10. *Odyss.*

Circæū poculo, Cic. de homine subitò in alium mutato dixit, *abiisse in Verr.* 1. Sic repentè è vestigio ex homine, tanquam aliquo Circæo poculo, factus est Verres: redit ad se atque ad mores suos. Sic dictimus Virga Circæa, qua Circe credebatur mentem adimere, ac reddere: pecudes facere ac homines.

Circelli, dicuntur circuli & monilia.

Circēs domus, oppidum Campaniæ Pomponio. Strabo Circæum vocat, à quo Circeii. Plin. tradidit Circeos insulam aliquando fuisse immenso mari circundatam, nunc continenti adnexam. Circeii, Ciceroni Circeienses dicti *lib.* 3. *de nat. deor.* Vide præcedentia & sequentia hic statim, & *Pontina* in P.

Circēum, promontorium Tusculorum Ptolemæo, alio nomine *Sanctæ felicitatis.*

Circæa, *αἰγειρία*, herba est strichno sativo similis, flore nigro & pusillo, semine multi magnitudine, nascente in quibusdam cotriculis, radice sempedali. Author est Plin. *lib.* 17. *cap.* 8. ¶ Fuerunt qui eandem crederent cum Circæa, quod tamen fallum esse ex utriusque descriptione facilè deprehenditur.

Circæum, herba quæ & Mandragora dicitur. Vide Plin. *lib.* 25. *c.* 13.

Circēnses ludi, vel Circenses, sine adjectione: Certaminis cursus genus erat, in honorem Consitorum Deorum institutum: *παρὰ τὸ κύκλῳ ἰέναι*: ita dictum, quòd in circo peragerentur, non autem absensibus (ut Servius nugatur,) in circuitu dispositis. Livius, Tum primùm circo, qui nunc maximus dicitur, designatus est locus, divisi loca Patribus, Equitibusque urbis, ut spectacula sibi quisque facerent. Virg. 8. *Æneid.*

*Nec procul hinc Romam & raptas sine more Sabinas*
*Consessu cavea, magnis Circensibus actis*
*Addiderat.*

Circensibus plebeiis. Suet. *in Tib. cap.* 26. ¶ Circensium ludorum secretum erant curricula solemnia. Gell. *lib.* 3. *c.* 10. ex Varrone. ¶ Circenses tormentum dicitur, quod fit ex summitatibus palustrium arundinum mollibus, lanæ similibus. Mart. *lib.* 14.

*Tormentum concisa palus Circense vocatur:*
*Hæc pro lingonico fœmina pauper emit.*

Sen. *c.* 25. *de vita beat.*

Circēūs, Navis Asiana prægrandis, ut inquit Nonius. Plaut. *in Stich.* Quum percunctor potitores, ecquæ navis venerit ex Asia, negant venisse. Conspicatus sum interim circetum, quo ego meliorem non vidisse censeo.

Circelliones, falsi anachoretæ, qui & *Circumcelliones.*

Circēlus, Instrumentum quo circuli vertendo designantur. {חוג *mecub. hah.* מכחג *Germ.* Gall. *Compas.* Ital. *Sesto, compasso.* Germ. Ein circkel. Hisp. *El compas.* Angl. *A paire of compasse.*} Plin. *lib.* 2. *c.* 15. Omnia autem hæc constant ratione circini semper indubitata.

Circēno, as. Rotundum facio. { גר *ebâgh.* *adj.* Gall. *Circuit, estendre en rond, tourneyer à l'entour, faire un cercle avec le compas.* Ital. *Rotundare, compassare, circuire.* Germ. Circkeln Hisp. *Rodear ò compassar con compas.* Angl. *To turne round about, to measure with a compasse.* } vel Circino, circulum facio. Plin. *lib.* 16. *cap.* 38. Cæteræ mensarum genera fissis arboribus circinantur in pulpas. ¶ Significat etiam Circumvenio, ut, Circinare aures, apud Ovid. 2. *Metam.*

*Sic super Actæas agilis Cillenius arces*
*Inclinat cursus, & easdem circinat auras.*

Circēnātio, nis, verbale. { חוג *chûgh.* *subst.* Gall. *Enteurement, environnement, tour, circuition en cercle de compas.* Ital. *Circuitione, circuito.* Germ. Ein circkelung oder verbygang des circkels. Hisp. *Rodeo, obra de rodear ò compassar.* Angl. *A turning round about, measuring with a compasse.* } Plin. & Bud. in Circinatio Solis.

Circēnātō, adverbium. {סביב *sabîb.* *adv.* Gall. *En rond, tournoyant en rond.* Ital. *Circundatamente.* Germ. In circkels weyß. Hisp. *En rodeo, en corillo.* Angl. *By round turning, in manner of a compasse.* } Plin.

Circēter, à Circa fit, idémque significat: & refertur modò ad tempus. {חל *hal*, סביב *sabîb. adv.* Gall. *A l'entour, autour.* Ital. *Intorno.* Germ. Umbherumb. Hisp. *En derredor.* Angl. *About.* } & componi solet, & separari. Separata locum tantùm significat, ficut & composita: ut Circum theatrum. Plaut. *Mostel. sc.* 5. *a.* 2. Vitii probrique plena, quæ circum vicinos vagas. Idem. *Mostel. sc.* 4. *a.* 1. Da ab Delphio cantharum circum. Quandoque pro Ad. Suet. *in Ner. cap.* 47. Mittere circum amicos (i. ad amicos.) Dimisit circum provincias. Idem *in Aug. cap.* 64. ¶ Quandoque loco adverbii ponitur. Virg. 4. *Æneid.*

*Anne vides toto properari littore circum?*

Gell. *cap.* 5. *lib.* 4. Quem sol, oppositu circum undique aliarum stellarum nunquam illustraret. Idem *cap.* 24. *lib.* 13. Circum undique. Pro circà adverbialiter. Tacit. *lib.* 4. Itaque quanquam diversis super rebus consulerentur, aram clementiæ, aram amicitiæ, effigiémque circum

cum Cæsaris, ac Sciani censuere. Apud Livium *lib.2. dec.5.* morem ¶ significat. Inde legato sub idem tempus in Africam circumvisulas missa. Componitur verò cum dictionibus ab a, incipientibus, ut Circumago: c, ut Circumcido: d, ut Circumdo: c, ut Circumeo: f, ut Circumfero: i, ut Circumiago, à quo Circumjectus: l, ut Circumlino: m, ut Circummunio: n, ut Circumnavigo: p, ut Circumpono: q, ut Circumquaque: s, ut Circumscribo: t, ut Circumtuli: v, ut Circumvenio. Verùm junctæ vocalibus integræ servabi, sed non proferri debet, ut circumago, circumeo scribantur, sed proferuntur circuago, circeo. Unde Priscianus ait, Circum-o, & circumago, & similia non paterentur elisionem in pronuntiatione, si transiret in sequentem syllabam. Si verò jungantur cum c, d, f, q, t, mutatorum in m: ut, Circumcido, Circumdo, Circumfero, Circumquaque, Circumtuli. Cum alis remanet m, integra: ut, Circumferibo, Circumvolvo. Quamvis non desint qui existiment in omnibus compositis literam m, esse retinendam, non commutandam in n: quicquid sit, sequimur hic mentem & exemplar nostri Calepini. ¶ Differunt autem Circa, Circiter, & Circum, quòd Circa tempori & loci: Circiter temporis & numeri, & raro loci: Circum tempori loci, quemadmodum ex exemplis, quæ posuimus, apertè intelligitur. Nam differentia à Sosipatro tradita *lib.1.* nimis est angusta.

**Circumăggĕro**, as, } ἀθροίζω, ἢ ἀθροίσω. Gall. *Assembler autour, amasser à l'entour.* Ital. *Adunare, ammichiare.* Germ. Vmbsthůten/ vmbschantzen / zuthun heumb vnbollwercken. Hisp. *Amontonar en derredor.* Angl. *To heape or caste heape about.* } Plin. *lib.19.c.5.* Terra minuta, simúque circumaggerata resistere frigori radices.

**Circumăgo**, is, significat circunduco. { ἀπάγω, περιάγω. Gall. *Mettre autour, tournoyer çà & là, faire tourner, faire aller en rond.* Ital. *Menare intorno, in volta, d'ogni intorno.* Germ. Vmbtreiben. Hisp. *Traer en cerco.* Angl. *To drive or turne about.* } Liv.1. *ab Vrbe.* Pertùs penè quàm Romulus, quique cum eo equites erant, circumagerent frænis equos, terga vertunt. Circumegit & flexit, (i. mitigavit, & iis usus est ex arbitrio.) Suet. *in Cæs. cap.70.* Circumagi momentis alieni animi, i. pro alieno arbitrio verti. Liv. *lib.9.d.4.* Circumagitur sic orbis, proverbii forma. Idem 2.*d.5.* Circumagere molas. Gell. *cap.3. lib.3.* Circumegit interim se animus. Liv.9. *ab urb.* Circumactus animus Imperii. Idem *lib.6. dec.4. & lib.6. ab urb.* Plin. *lib.2. cap.3.* Circumagitur orbis viginti quatuor horarum spatio. Apuleius, Nudúmque hominem circumagens omnibus ostendebat. ¶ Interdum insequor, fugo, ἰσάζω. Curtius, Nec vulneratum, & ferè semineccm circumagere destiterunt. Circumagere aliquando est Liberare, manumittere. Seneca, Philosophiæ servias oportet, ut tibi contingat vera libertas. Nam qui se illi subjecit, circumagitur: nam Philosophiæ servire libertas est. Circumagebantur autem olim servi, i. vertebantur à lictore, quum vindictâ apud prætorem manumittebantur. Persius *satyr.5.*

*——hen sterilis veri quibus una Quiritem*
*Vertigo facit.*

Et paulò post: *Verterit hunc dominus, &c.* ¶ Inde Circumactus, verbale, Conversio, sive motus in gyrum, περιαγωγή. Plin. Ignoscat præterea duobus capellis obviis è diverso, circumactum anguillæ non capientem, nec reciprocationem longitudo.

**Circumăctio**, περιαγωγή, ἕλιξ. Gell. *lib.17. cap.10.* Ἕλιγμα cerebrum, & coruscum, & connexum, brevibúsque & rotundis numeris, cum quadam æquabili circumactione devinctum.

**Circumămbŭlo**, as: Circumeo, circundo. { περιέρχομαι. Gall. *Aller en cheminer à l'entour.* Ital. *Andare à camminare intorno.* Germ. Herumb wandern. Hisp. *Andar à ir en derredor.* Angl. *To go or walke about.* } Paul. *in l. possideri, in princ. ff. de acquir. poss.* Non ita accipiendum est, ut qui fundum possidere velit, omnes glebas ejus circumambulet.

**Circumărĭo**, as, are: Arando circundo. { περιάρω. Gall. *Labourer autour, arer tout à l'entour.* Ital. *Arare, lavorare intorno il terreno.* Germ. Vmbbåwen. Hisp. *Labrar la tierra en derredor.* Angl. *To plough, till or ere about.* } Plin. *lib.* 18. *cap.3.* Quantum quis uno die plurimùm circumaravisset.

**Circumăspecto**, as, { περισκοπέω. Gall. *Regarder tout à l'entour, jetter sa veuë de costé & d'autre.* Ital. *Guardar' intorno.* Germ. Hin vnd her sehen/ zuring vmbher anschawen. Hisp. *Mirar en derredor.* Angl. *To look about, to cast his sight hither and thither.* } Plin. *lib.8. cap.33.* Nec pupillæ motu, sed totius oculi versatione circumaspicit.

**Circumcellĭones**, dicti sunt, qui circum cellas vagantur, ἀδέσποτοι. Soleni enim ire hac atque illac, nusquam habentes sedes. { Gall. *Vagabonds, qui n'ont aucun domicile.* Ital. *Vagabondo, huomo che non hà fuoco ni luogo.*

**Circumcīdo**, is. Circum, vel per circulum incido & amputo, demo, reseco. { περιτέμνω, περικόπτω. Gall. *Couper tout à l'entour, écorner.* Ital. *Tagliare intorno.* Germ. Zuring vmb beschneyden. vmbhawen. Hisp. *Cortar en derredor.* Angl. *To cut about.* } Tertull.

*Quod falsi fratres se circumcidere finxerunt.* ¶

Col. *lib.3.* Ipsidem fraxini corticem circumcidito, & materiem dolabrato. ¶ Circumcidere ungues, i. circum purgare & radere. Cels. *lib.7. cap.26.* Medicus diligenter unguibus circumcisis, &c. ¶ Circumcidere vinum, pro eo quod est, vinum interdicere. Idem *lib.4. cap.10.* Deinde ubi ad se redit, circumcidendum vinum est in totum annum. Idem *lib.6. cap.9.* Eidem tum autem dolore, qui ipse quoque magnis tot nentis annumerari potest, vinum ex toto circumcidendum est, i. vinum omnino non est bibendum. Circumcidenda concursatio per civitatum domos. Sen. *cap.12. de tranq.* ¶ Circumcido, plorare posthac. Cic. 5. *de fin.* Quæ sit scientia atque ars agricolarum, quæ circumcidat, amputet, eruat.

**Circumcīsus**, participium, resectus, amputatus. { περιτμητός, περικοπείς, περιτμηθείς. Gall. *Circoncu, coupé tout à l'entour.* Ital. *Circunciso è tagliato di intorno.* Germ. Vmbgeschnitten/ beschnitten. Hisp. *Cortado en derredor, circuncilo.* Angl. *Circumcised cut about.* } Arnob.

*Circumcisus adest, & jure renascitur undis.* ¶

Plin. *lib.14. cap.19.* Quod circumcisis vinaceis profluxerit. Cic. 2. *de fin.* Ut sapiens solùm amputata, circumcisaque naturæ finibus contentus. Quint. Circumcisa expeditio, περικοπή. Sen. *cap.12. de const. ad Helv.* Circumcisæ sunt peregrinantium facultates.

**Circumcīdāneus**, a, um, περιτμητός, περικοπή: ut, Vinum circumcidaneum, quod scilicet postremò exprimitur, vinaceis, ubi fluere desierint, circumquaque accisis. { ὁ ἐκ τῶν ἐπιπλεόντων ἐν τῷ πατητῷ ληνῷ ἐκπιεζόμενος οἶνος. Gall. *Vin de pepie.* Ital. *Vino di torcolo.* Hisp. *El agnapie.* } Cato *cap.23.* Tortivum mustum circumcidaneum suo cuique dolio dividito, additóque partem.

**Circumcīsĭtĭus**, a, um: ut, Circumcisitium vinum, idem quod circumcidaneum. Varro *de re rust. lib.1. cap.54.* Quum desint sub prælo fluere, quidam circumcisunt extrema, & rursus premunt: & quum expressum est, circumcisitium appellant: ac ita sum quod expressum est, servant, quòd recipit fetum.

**Circumcīsè**, adverb. ἀνθηρῶς. Suet. *de clar. Rhet.* Tunc ne usquequaque scholasticus exiliaret, circumcisè, ac lordidè, & tantummodò trivialibus verbis egit, verùm ratiùs. Quinct. Circumcisè rem ponere ante oculos.

**Circumcīsĭo**, nis. { מילה *milàh.* περιτομὴ, περιτμή. Gall. *Circoncision, rongneure & coupeure tout à l'entour.* Ital. *Circoncisura, taglio fatto tutto intorno.* Germ. Vmbschneidung/ beschneydung. Hisp. *Aquella cortadura in cerco.* Angl. *Circumcision, cutting about.* } Aristot.

*Posse lavacra dari, quam circumcisio carne.* ¶

Lact. *lib.4. cap.17.* Sed iræ atque invidiæ suæ alias causas præferebant, quòd circumcisionem facerent.

**Circumcīsūra**, æ, περιτμή. Incisio in orbem facta. Plin. *lib.16. cap.30.* Scantéque à circumcisura ficeræ fideliores.

**Circumcingo**, is: Circundo. { περιζώννυμι, περιτίθημι. Gall. *Ceindre tout à l'entour.* Ital. *Circundare, cingere intorno.* Germ. Zuring vmbgůrten. Hisp. *Ceñir en cerco.* Angl. *To compasse or girde about.* } Sil. *lib.10.*

*Cui fera quæ telò circumcingentibus ultrò*
*Assilit in ferrum, & per vulnera colligit hostem.*

**Circumcirca**, compositum ex duabus præpositionibus. Ab omni parte. { סביב סביב *sabìb sabìb.* ἐκεῖ, ἐκεῖ. Gall. *Deçà & delà, de toutes parts, tout à l'entour, de tous costez.* Ital. *D'intorno.* Germ. Vmbvnd vmb / allenthalben. Hisp. *Cercar, à en derreder.* Angl. *Round about, on all parts.* } ut, Circumcirca prospicere, Plaut. *in Aulul. sc.2. a.3* Occepit ibi scalpturire unguis. Circumcirca.

**Circumclūdo**, is, si, sum: Undique claudo, constringo. { περικλείω. Gall. *Enclorre, enfermer de tous costez, entourer.* Ital. *Serrare tutto intorno, chiudere da tutti i lati.* Germ. Allenthalben beschlossen. Hisp. *Cerrar, encerrar in cerco.* Angl. *To inclose or shut in.* } Plin. *lib.18. cap.35.* Si nubes solem circumcludant. Cæsar 6. *bell. Gal.* Hæc studiosè acquisita ab labris argento circumcludant, atque ampliantur epulis pro poculis utuntur. Loquitur de cimbris Teutonum. Cic. *in Cat.5.* Num inficiari potes, te illo ipso die meis prætoribus, meâ diligentiâ circumclusum, commovere te contra Rempub. non potuisse? } Circumcolatus, circumhabitatio. Tertull. {

**Circumcŏlo**, is, colui, cultum: Circumhabito. { περιοικέω. Gall. *Demeurer & habiter és environs de quelque lieu.* Ital. *Habitare intorno.* Germ. Herumb wohnen. Hisp. *Morar cercà algun lugar.* Ang. *To dwel about or nigh by.* } Liv. *bell. Macedon.* Is timor omnes, qui circumcolunt Bœbeon paludem, relictis urbibus, montes coegit petere. Ulpian. *l.1. ff. de fluminib.* Flumen à rivo magnitudine discernendum est, aut æstimatione circumcolentium, &c.

**Circumcŏlumnium**, locus est circumquaque porticus habens, aut saltem à tribus latetibus, qualia fieri in monasteriis solent. περίστυλον.

**Circumcŭlcāre**, Circumcirca conculcare. { πάντοθεν πατέω. Gall. *Fouler aux pieds tout à l'entour.* Ital. *Calcare intorno.* Germ. Zuring vmbher zertretten. Hisp. *Hollar acocear ò pisar en derredor.* Angl. *To tread or trample about.* } Colum. *lib.5. cap.6.* Sin minus terra subacta, operiamus, & circumculcemus ipsum seminis sodicem. *Ibid.* Ac diligenter circumculcati.

**Circumcŭrro**, is: Undecurro, huc illuc curro. { περιτρέχω. Gall. *Courir çà & là, courir à l'entour.* Ital. *Correre intorno.* Germ. Vmblauffen. Hisp. *Correr in cerco.* Angl. *To runne about & hither and thither.* } Senec. *cap.13. de tranquill.* Circumcurrit tot scelerum turba. Quint. *lib.1. cap.22.* Hanc autem, quam nos materiam vocamus, i. res subjectas, quidam modò infinitam, modò non propriam Rhetoris esse dixerunt, eámque artem circumcurrentem vocaverunt, quòd in omni materia decerret.

**Circumcŭrsĭto**, as, frequentativum à Circumcurro. { περιτρέχω, περιδρομέω. Gall. *Courir de tous costez çà & là.* Ital. *Correre quà & là di intorno.* Germ. Vmblauffen/ vmb vnd vmb rennen. Hisp. *Correr en cerco, de todas partes.* Angl. *To runne of ten to and frome.* } Terent. *Heautont.* Hæc illæc circumcursa: inveniendum est tamen argentum. Plaut. *Rud.* Omnia jam circumcursavi, atque in latebris omnibus perreptavi quærere conservam.

**Circumdo**, Cingo, sepio, circumvallo, circumligo, &c. { סבב *sabàb*, מן חץ *bikeph.* περιτίθημι, περιλαμβάνω. Gall. *Environner, circuir.* Ital. *Circundare, attornare.* Germ. Vmbgeben. Hisp. *Cercar y rodear.* Angl. *To compasse, to environne.* } Circumeo, περίειμι, inter se differunt: quomodo dicimus, Hercules circuivit terram, non circumdedit: & Annulus circumdat digitum, non circumit. Circuitus nomen utrunque complectitur. Cic. *in Cat.* Vallo & fossâ circumdedi. Plaut. *in Asin.* Circumdato me brachiis, meumque collum circumplectere. Cæsar 3. *bell. Civ.* Octavius quum circumiisset, oppidum circumdedit. Circumdare ignes, & circum tecta subjicere, dixit Cicero *orat. in Pison. & in Catilinam.* Circumdare urbi mœnia. Circumdat hostica, Liv. *lib.* 1. *d.4.*

**Circumdătus**, participium. { סבב *masùb*, מגן *mukkàf, h.* περιβεβλημένος. Gall. *Environné, enclos, entouré.* Ital. *Circundato.* Germ. Vmbgeben. Hisp. *Cercado.* Angl. *Compassed, environned.* } Cic. *in Cat.* Cæteris omnibus subjectis propè jam igne, circumdatósque restinximus. Horat. *Serm.1. satyr.2.*

*Ad talos stola demissa, & circumdata palla*
*Pluvima.*

Armis circumdatus, id est, armatus. Virgil. 9. *Æneid.* Celsus *lib.* 8. *cap.* 10. Quinto die idem faciendum, fasciæque circumdatæ.

Circūndolo, as, avi, ātum, circumquaque dolare, seu polire. { περιπελέκω. Gall. *Doler, unir, polir de tous costez.* Ital. *Polir' intorno.* Germ. Umbhobeln / umb und umb glatt machen. Hisp. *Dolarem derredor.* Angl. *To square timber.* } Plin. *lib.* 16. *cap.* 32. Sed maximè mirum, Antandri platanus etiam circundolatis lateribus resilibis sponte factis.

Circūnduco, is. In orbem duco, huc & illuc duco. { אהב *chagh.* περάω. Gall. *Mener à l'entour.* Ital. *Menar' intorno.* Germ. Herumb führen. Hisp. *Traer en derredor.* Angl. *To leade about.* } Circunducere per urbem. Sen. *cap.* 12. *de trang.* Plaut. *Mere. sc.* 2. *a.* 2. Aut tu circunduce exercitum (Metaphoricè.) Item, Circunducere, pro huc illuc ducere. Suet. *in Tiber. cap.* 6. Circunducere litteras. Idem *in Aug. cap.* 87. Plaut. Aliquos mitte, circunduce exercitum. Cic. 2. *Philip.* Casilinum colonium deduxisti, quò erat paucis annis antè deducta, ut vexillum videres, & aratrum circunduceres. Liv. 8. *ab Vrbe.* Placuit inde jam majore conatu, animóque, ab unius expugnatione urbis ad perdomandum Latium victatem circunducere exercitum. ¶ Circunducere apud Jureconsultos metaphoricè pro abolere, & abrogare accipitur. Paul. *Lecta, ff. de re judic.* Acta apud se habita, si partes consentiant, potest jubere judex ea die circunduci, nisi vel negotium, vel lis terminata est. Ulp. *l.* & *post edictum, ff. de jud.* Quod si is qui edictum peremptorium impetravit, absit die cognitionis, tunc circunducendum erit edictum peremptorium. ¶ Circunducere aliquem per dolos, est decipere, παραγράφω. Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Per sycophantiam, atque per dolos eam circunducam lepidè. ¶ Circunducere argento. *Ibid. sc.* 3. *a.* 2. Te velle amantem argento circunducere. Idem *Bacch.* Quadringentis Philippi filius me & Chrysalus circunduxerunt. Idem *in Asinar. sc.* 1. *a.* 1. Quam me, quâ uxorem, quâ servum Sauriam potes circunducere, audes. ¶ Circunducere diem, transigere. Sueton. *in Neron. cap.* 41. Reliquam diei partem per organa hydraulica novi & ignoti generis circunduxit.

Circūndūctio, Deceptio, παραγραφή. Plaut. *Capt.* Nec pueri suppositio, nec argenti circunductio.

Circūndūctus, us, { περίοδος Angl. *Leading about.* } Circumactus. Macrob. *comment. lib.* 1. *cap.* 1. Ex ipso enim circunductu orbium sonum nasci necesse est.

Circunductum, ἀπόδειξις. Quinc.

Circumĕo, is, ii. Ambio. { סבב *sabáb*, חקף *hikkiph*. περιέρχομαι, περιπορεύομαι. Gall. *Aller à l'entour, environner, circuir, tournoyer.* Ital. *Andare intorno.* Germ. Umbgehen / zuring umbgehn. Hisp. *Andar, cercar en derredor.* Angl. *To go about.* } Circumire singulos, i. obire. Suet. *in lib.* 11. Liv. *lib.* 1. *ab Vrbe.* Sed & ipse Romulus circumibat, docebátque, patrum id superbia factum, qui connubia vicinis negassent. Prædia circumire. Cic. *pro Cæc.* Circumire aciem, i. obire. Cæs. 2. *de bell. civ.* Per fluctum circumire, ne quis se videat. Plaut. *Asin. sc.* 4. *a.* 1. Cum omnes circumiverim Cæsares, i, memoraverim ingillatim. Sen. *cap.* 17. *de const. ad Polyb.* An quasi mare omnes circumimus insulas? Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 2. Eum dixit circumire, ut me minùs interverteret. (Translatum ab avibus prædam captantibus.) Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Circumiri muro & turribus, i. circundari. Cæs. 2. *bell. civ.* Circumitus semel & iterum, Liv. *lib.* 7. *d.* 4. Non potuere uno anno circumiri (tot populi.) Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 3. Circumiturum se amicos promisit post mortem. Senec. *cap.* 14. *de tranquill.* Circumire urbem cum donis. Liv. *lib.* 34.

Circŭītŭs, participi Circunductus. { סובב *masáb*. מקף *mukkáph*. περιαγωγή. περιφορά. } Sen. *in Med.* Orbem circuitis curribus alligat. Ii circunductis, & rotum globum cingentibus. Circuitus iuliulis. Suet. *in Aug. cap.* 98. Circuito portu. Liv. *lib.* 7. *bell. Pun.*

Circŭītŭs, us, ui, vel circumitus: nomen verbale. Varro, *lib.* 4. *de L. L.* { גור *chágh*. סבב *mesáb*. περίοδος. Gall. *Tour, circuit, environnement.* Ital. *Circuito.* Germ. Umbgang. Hisp. *El cerco ò obra de cercar alg.* Angl. *Circuit, compassing.* } Cic. 2. *denat. deor.* Circuitus enim solis orbium quinque diebus LX. & CCC. quarta fere diei parte addita, conversionem conficiunt annuam. Celsus *lib.* 3. *cap.* 5. Sed tertianarum quartanarúmque, quarum & certus circuitus est, & finis integer est. Quint. *lib.* 10. Ergo etiam id fieri potest, ut majore circuitu minor loci amplitudo claudatur. Orationis circuitus. Cicer. *in Orat.* In quo quæsitum est, in totóne circuitu illo orationis, quem Græci περίοδον, nos tum ambitum, tum circuitum, tum comprehensionem, aut continuationem, aut circumscriptionem dicimus: an in primis tolum, an in extremis, an in utráque parte numerus tenendus sit. Senec. *cap.* 11. *de const. ad Mart.* Hoc quod Senectus vocatur, pauci sunt circuitus annorum.

Circūmītio, vel Circuitio, verbale. { סבב *mesáb*. περιόδευσις. Angl. *Going about, compassing.* } Liv. 3. *ab Vrbe.* Circuitio ac cura Ædilium plebis erat: ad eos summa rerum ac majestas Consularis imperii venerat. Ter. *in And.* Ita aperté ipsam rem modò loquutus, nihil circuitione usus es. Cic. 2. *de Div.* Ergo hic circuitione quadam deos tollens, certè non dubitat divinationem tollere.

Circŭītōres, sive circitores, utrumque enim reperitur: publici urbis custodes & vigiles. { περίοδοι, παρῶραι. Angl. *Watchers, pedlers.* } Hi a trium viris, aut à præfecto urbis coulitiū solebant, ut vicem noctu circumirent, & ad cavenda incendia & arcendos fures. ¶ Dicuntur & circitores ab Ulp. *in l. quicunque, de inst. act.* quibus locarit, vel vestiarii linteum, aut vestem dant circunferendam, aut distrahendam.

Circumĕquito, as, ate: Equo circumeo. { περιϊππεύω. Gall. *Chevaucher tout à l'entour.* Ital. *Cavalcare intorno.* Germ. Umbreiten. Hisp. *Cavalgar en cerco.* Angl. *To ride about.* } Liv. *lib.* 10. *ab Vrbe,* Ne quam occultam in fraudem incautus iuceret, duas turmas iuventorum Latini nominis circumequitare mœnia atque explorare omnia jubet. Idem 9. *bell. Pun.* Cum equitibus Numidis circumequitabat urbem.

Circumĕrrāsĕ, { Angl. *To wander hither and thither.* } Seneca *controvers. lib.* 2. *in* 1. Neque turba latere circumerrat.

Circūmfĕro, Circumporto, circunduco, circumgesto. { περιφέρω. Gall. *Porter deçà & delà.* Ital. *Portare intorno.* Germ. Herumb tragen / hin und här tragen. Hisp. *Traer en derredor.* Angl. *To cause or bring about.* } Silius, fuere item circumferre, qui dicerent Catilinam oratione habita, quum ad jusjurandum populares conscios sceleris sui adigeret, humani corporis sanguine vinum permistum patera circumtulisse. Circumferre oculos. Liv. *lib.* 5. *ab Vrb.* Circumferre bellum ubique, apud Liv. ut *lib.* 9. Circumferre, pro passim ferre. Suet. *in Cæs. cap.* 46. Et apud Plaut. *Amph.* Quin tu istanc jubes circumferri, i. lustrari. ¶ Per translationem ponitur pro lustrare, seu purgare. Virg. *lib.* 6.

*Idem ter socios pura circumtulit unda,*
*Spargens rore levi.*

Nam lustratio a circumlatione dicta est, vel tædæ, vel sulfuris.

[Circumlator, περιαγυιάρχης. Gloss. Zodiacus, qui signa cœlestia circumfert. Vulcan.]

Circumlatus, a, um. Deducta, & circumlata oratio. Quint.

Circūmfĕrentĭa, { περίφορα. Angl. *Compassing, bringing about.* } Apuleius *Floridor. lib.* 4. Nec lacunarium refulgentia, nec lectulum circumferentia. { Gall. *Circonference.* }

Circumfirmārĕ, Circunsepire, circumquaque munire. { סוג *sagár*. סך *sach*. περιφράσσω. Gall. *Affermir de toutes parts, munir tout à l'entour, fortifier de tous costez.* Ital. *Fermare intorno, fortificare.* Germ. Zuring umb oder allenthalben bewaren / befestigen. Hisp. *Cerrar en cerco, fortalecer.* Angl. *To hedge and mak strenthir on all partes.* } Colum. *lib.* 4. *cap.* 17. Nam ubi magna vis & incursus est pluviarum, procellarúmque, ubi frequentibus aquis vitis labefactatur, ubi præcipitibus clivis velut pendens plurima præsidia desiderat, ibi quasi quadrato circunfirmandus est agmine.

Circumflĕcto, is, i, circumflexi, circumflexum: in gyrum flecto. { נטה *chaphaph*. περιπλάω. Gall. *Tourner & retourner, faire tourner en rond, flechir à costé.* Ital. *Piegare intorno.* Germ. Herumb biegen. Hisp. *Doblegar ò inclinar en derredor.* Angl. *To crome or turne about.* } Virg. *Æneid.*

*Constituit signum nautis pater unde reverti*
*Scirent, & longos ubi circumflectere cursus.*

Circumflĕxio, { περιπλοκή. Circumflexus. Angl. *Bowing about.* } Macrob. *comment. lib.* 1. *cap.* 11. Zodiacum ita lacteus circulus obliquè circumflexionis occursu ambiendo amplectitur.

Circumflexus, particip. Undique flexus. { נטוי *chaphúph*. Angl. *Bowed or bent about.* } ¶ Inde Accentus circumflexus, περισπώμενος, ex acuto & gravi factus.

Circumflexus, us, ui, nom. u. { Gall. *Retour, flechissement de tous costez, repliement à l'entour.* Ital. *Replegamento en cerchio.* Germ. Ein umbbiegung. Hisp. *Volverse de todas partes.* Angl. *Bowing or turning about.* } Plin. *lib.* 2. *cap.* 11. Ut & ipsos circumflexu facili ambiant. Idem *lib.* 2. *cap.* 1. Cujus circumflexu reguntur cuncta.

Circumflo, as, ate: Undique affio. { ἐμπνέω. Gall. *Souffler de toutes parts.* Ital. *Soffiare intorno.* Germ. Umbwind oder umb anblasen. Hisp. *Soplar en derredor.* Angl. *To blow upon on all partes.* } Cicer. 5. *Verr.* Sic est hic ordo quasi propositus atque editus in altum, ut ab omnibus ventis invidiæ circumflari posse videatur.

——— *Circumflantibus Austris.*

Statius *lib.* 1. *Theb.*

Circumfŏdĭo, Abundo. { נהר *nahár*. ἐπιρρέω. Gall. *Abonder.* Ital. *Abondare.* Germ. Die völle oder überfluß haben. Hisp. *Abundar y ser copioso.* Angl. *To abunde, to flowe or runne about.* } Cicer. *in Lel.* Et circumfluere omnibus bonis copiis, atque in omni rerum abundantia vivere. ¶ Proprièque ramen circumfluere, est circum aliquid fluere, decurrere. { ἐπιρρέω. Gall. *Couler à l'entour, aborder de toutes parts.* Ital. *Scorrere intorno.* Germ. Umbfliessen / umbrinnen. Hisp. *correr lo liquido en derredor.* Plin. id oppidum circumfluit amnis. ¶ Interdum Concurrere, convenire, συρρέω. Idem, Postquam variæ undique gentes circumfluxêre. Circumfluentes copiæ. Quintilian.

Circumfluens, περίῤῥυτος, particip. ut, Circumfluens amnis oppidum. Cic. *pro Mur.* Circumfluente colonorum Aterninatum exercitu. Idem *de amic.* Circumfluens omnibus copiis. Idem *ad Att.* Ille noster amicus semper in laude versatus, circumfluens gloria.

Circumfluus, a, um. quod circumfluit. { περίῤῥυτος. Gall. *Allant & venant tout autour, abordant de toutes parts.* Ital. *Che va fuori d'intorno.* Germ. Das umbfliesst oder umbrinnet. Hisp. *Cosa que corre en derredor.* Angl. *That floweth or runneth about.* } Ovid. 15. *Metam.*

*Scinditur in geminas partes circumfluus amnis.*

Plin. *lib.* 2. *cap.* 66. Tellus medio ambitu præcincta circumfluo mari. ¶ Item in positiva significatione. Insula circumflua, quam aqua circumfluit. Ovid. 15. *Metam.*

*Vade Coronidem circumfluus Tybridis alta*
*Insula Romulea sacrum accesserit urbi.*

Circumfŏdio, is, in gyrum fodio. { περιορύσσω. Gall. *Fouir à l'entour.* Ital. *Cavare intorno.* Germ. Umbgraben. Hisp. *Cavar à horadar en derredor.* Angl. *To delve about.* } Plin. *lib.* 17. *cap.* 18. Circumfodi autem omnibus annis in latitudine duûm cubitorum, scrobe bipedali altitudine.

Circumfŏssor, verbale. { περιορύσσων ἐν κύκλῳ ἐσθίων. Gall. *Celuy qui fouyt à l'entour.* Ital. *Chi cava di intorno.* Germ. Umbgräber. Hisp. *Cavador en derredor.* Angl. *He that delveth about.* } Plin. *lib.* 17. *cap.* 26. Aut circumfossor injurioso actu verberabit.

Circumfossūra, æ, { περιορυγή. Gall. *Fossure, ou fouissement à l'entour.* Ital. *Cavatura di intorno.* Germ. Umbgrabung. Hisp. *Cavadura en derredor.* Angl. *Delving about.* } Plin. *ibid.* Capitellus aperiatur circumfossura.

Circumfŏrānĕa, domus apud Apuleium, pro ea quæ mobilis & ambulatoria est, facilis ad circumferendum, περιφορητός.

Circumfŏranĕa, hostiæ dicuntur non tam quæ circum fora, quàm quæ

circum

circum agros & urbeis in ambarvali sacrificio circumferuntur: à circumferendo dictæ.

Circumforanei, qui circa fora crebrò versari solent, quales nugatores, impostoresque, qui fucis & ilrophis captant quæstum. { *Idem.* GALL. *Qui hantent les marchez & lieux publics.* ITAL. *Ciarattani.* GERM. Jusschweiffig / der auff allen marcten ist / Yenst in allen gassen landsatzer. HISP. *Los que andan por los mercados.* ANGL. *That haunteth the merkat places* } Cicer. *pro Cluent.* Tum repentè Aconitanum quendam C. Clodium pharmacopolam circumforaneum, qui casu tum venisset, aggreditur. Hieron. Garrulum nescio quem rumigerulum, circumforaneum. ¶ Æs circumforaneum, quod argentarii, qui circa forum Romæ habitabant, tractare solebant. Cic. *Attic. lib.* 1. Tusculanum & Pompeianum valde me delectant, nisi quòd me ære, non Corinthio, sed hoc circumforaneo obruetunt, hoc est, ære alieno, quod fœnori sumpsi ab argentariis.

Circūfŏro, as, { *περιφέρω.* GALL. *Porter tout à l'entour, faire tourner à l'entour.* ITAL. *Portare, portasare di intorno.* GERM. Vmbboren/durchboren / zuboren. HISP. *Horadar en derredor.* ANGL. *To perce and bore about.* } Plin. *lib.* 17. *cap.* 17. Stipite ab ima parte circumforato.

Circumfremo. Senec. *c.* 7. *de consol. ad Marc.* Circumfremunt nidos inanes avitulæ.

Circūfrĭco. { *περιτρίβω.* GALL. *Frotter tout à l'entour.* ITAL. *Fregare intorno.* GERM. Vmb vnd vmb treyben. HISP. *Fregar en derredor.* ANGL. *To rubbe about.* } Cato *cap.* 26. Privas icopulas in dolia facito habeas illi rei, queis labra doliorum circumfricet.

Circūfŭlgĕo, es, { *περιφαίνομαι.* GALL. *Reluire, & resplendir tout autour.* ITAL. *Splendere intorno.* GERM. Vmb scheynen / vmbluchten. HISP. *Resplandecer en derredor.* ANGL. *To shine or glister round about.* } Plin. *lib.* 2. *cap.* 37. Hominum quoque capita vespertinis horis magno præsagio circumfulgent.

Circumfundo, is: Circumcirca fundo, circundo. { *περιχέω.* GALL. *Espandre à l'entour, environner, arrouser tout à l'entour.* ITAL. *Spargere intorno.* GERM. Zuring vmbgiessen/ vmbschütten. HISP. *Derramar à rociar en derredor.* ANGL. *To sprinkle or powre out round about upon.* } Cic. 2. *de nat. deor.* Terram autem esse infimam, quam crassissimus circumfundat aër. *Ibid.* Principio autem terra sita in media parte mundi, circumfusa undique est hac animabili, spirituque natura, cui nomen est aër. Circumfudit me luxuria & circumsonuit. Senec. 1. *de Tranq.* Circumfundere hostes, pro Sternere & ad terram tuere, sive occidere. Liv. 4. *ab urbe.* Postero die circumfusis jam magna ex parte hostibus, per aversam portam fuga turpi deseruntur.

Circumfusus, a, um. Circumfusus puer collo. Sen. *c.* 16. *de consol. ad Helv.* Circumfusa Oceano insula. Vellei.

*Nam circumfuso consistit in aëre tellus.*

Tibul. *lib.* 4. Ingentibus, & maximè circumfusis bonis carere. Sen. *de consol. ad Polyb. cap.* 19. Item, Circumfundebatur noctu multitudo sagittariorum. Cæs. 3. *de bell. civ.*

Circumfūsio, nis, { *περίχυσις* ANGL. *Sprinkling or powring about.* } Jul. Firmicus *Matheseos lib.* 2. Cœlum cujus est rotunda formatio, quod terras, maria, cæteráque intra sese omnia igneo spiritus circumfusione complectitur.

Circumgĕlātus, particip. { *περιψυχόμενος.* GALL. *Glacé & gelé tout à l'entour.* ITAL. *Gelato intorno.* GERM. Vmb vnd vmb gefrotten. HISP. *Elado en cerco.* ANGL. *Frized and congealed round about.* } Plin. *lib.* 13. *cap.* 13. Sed qui circumgelatus videri possit.

Circumgĕmo, is. { *περιστένω.* GALL. *Plaindre ou gemir à l'entour.* ITAL. *Gemere intorno.* GERM. Vmbher seufftzen. HISP. *Gemir en derredor.* ANGL. *To mourne about.* } Horat. *Epod.* 16.

*Nec vespertinus circumgemit ursus ovile.*

Circumgĕro, Circumferre. { *περιφέρω.* GALL. *Porter par tout.* ITAL. *Portare quà & là, per tutto.* GERM. Vmbher tragen/ oder tetschen. HISP. *Traer por todas partes.* ANGL. *To beare about.* } Cic. *ad Quint. frat. lib.* 2. Nam eam quoque epistolam T. Catienus circumgerebat.

Circumglŏbo, as. { *περιστρέφω.* GALL. *Amonceler, amasser & entortiller à l'entour.* ITA. *Ingomare, ammuchiare.* GERM. Zuring vmb an ein hugel oder knupfel machen. HISP. *Denavarò redondear à amontonar en derredor.* ANGL. *To gather about in heapes or plumbes.* } Plin. *lib.* 9. *cap.* 47. Adeoque nihil non gignitur in mari, ut campos; nam etiam æstiva animalia, pernici molesta saltu, aut quæ capillus maximè celat, existant: & circumglobata escæ sæpe extrahant.

Circumĭăcĕo, es, ui: In circuitu jaceo. { *περίκειμαι.* GALL. *Estre situé & assis à l'entour.* ITAL. *Giacere intorno.* GERM. Vmbligen. HISP. *Iacer en cerco.* ANGL. *To lie about.* } Liv. Nam & Lycaonia, & Phrygia utraque, Pisidia omnis, & Chersonesus, quæque circumiacent Europæ, in vestra sunt potestate.

Circumĭăcĕo, is, jeci, jectum, à Jacio compositum: Circumdo, circumcingo. { *περιβάλλω.* GALL. *Jetter tout à l'entour, espandre de toutes parts.* ITAL. *Gettare intorno.* GERM. Zuring herumb werffen. HISP. *Echar en derredor.* ANGL. *To cast about.* } Liv. 9. *bell. Maced.* Postquam lævo latere nudato, circumjicere hastas in venientem ex transverso hostem conati sunt. ¶ Circumjicere vallum, apud eundem, pro circumædificare. Et Circumjicere ambitu extrema cœli Cic. *de Univ.* Extremitatem cœli à suprema regione rotundo ambitu circumjecit, hoc est, circumamplexus est.

Circumjectus, a, um, pro Circumdatus, *περιβεβλημένος*, ut Circumjecta urbi loca. Livius. Circumjecta maris ædificia. Idem *lib.* 6. *ab urb.* Circumjectus templo ager. Idem *lib.* 6. *d.* 4. Cicer. Extremitas mundi à suprema regione rotundo ambitu circumjecta.

Circumjectus, us. { *περιβολή, περιβόλαιον.* GALL. *Entournement, environnement.* ITAL. *Il gittare atorno.* GERM. Vmbtriebs. HISP. *Echamiento en derredor.* ANGL. *Compassing, environing.* } Cic. *de nat. deor.* Qui terram tenero circumjectu amplectitur.

Circumlambo, is: { *περιλείχω.* GALL. *Lécher tout à l'entour.* ITAL. *Lecare intorno.* GERM. Vmblecken. HISP. *Lamer ò lamber en derredor.* ANGL. *To licke about.* } Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Sed lupiâ dictis capillamenti tenuitate, cæteris ad circumlambenda ora.

Circumlatro, as: circumlatrare aliquem, Senec. *cap.* 22. *de consol. ad Marc.*

Circumligo, as: { *περιδέω.* GALL. *Lier tout au tour.* ITAL. *Ligare intorno.* GERM. Vmbbinden. HISP. *Atar en derredor.* ANGL. *To bind or knitt about.* } Plin. *lib.* 17. *cap.* 20. Proderit toto corpore circumligati. Liv. 1. *bell. Pun.* Id lenti in pilo quadratum stuppa circumligabant, lini bénique præc. Cic. 2. *de divin.* De ipso Roscio potest illud quidem esse falsum, ut circumligatus serit angui.

Circumlino, is, linitum: Circum ungo, vel frico, aut aliquid leniter digito, aut aliquo instrumento alicui rei circumduco, & molliter ac leniter circum imprimo. { *περιχρίω.* GALL. *Oindre tout à l'entour.* ITAL. *Ongere intorno.* GERM. Vmb vnb vmb anstalben oder bestreychen. HISP. *Untar en derredor.* ANGL. *To oversmere round about.* } Plin. *lib.* 8. Nec pictura, in qua nihil circumlinitum est, eminet.

Cic. Delituit in quadam cauponula, atque se ibi occultans, pernoctavit ad vesperum: inde cisio celeriter ad urbem vectus, domum venit capite involuto.

Cisiārius, Cisii moderator, sive auriga. {ὁ ἐπὶ τοῦ ἁρμαξίου ἡνιοχῶν. Gall. *Charetier & menant de chariot à deux roues.* Ital. *Carrettiere.* Germ. Ein Carter. Hisp. *Carretero, el que rige aquellas andas à carro.* Angl. *A carter that guideth a cart with two wheales.*} Paul. Jur. *lib.* 29. *Digest.* Si cisiarius, dum cæteros transire contendit, cisium evertit, & servum quassavit, vel occidit, puto ex locato esse in eum actionem.

Cispĕllo, is, ere, apud vetustissimos invenitur pro eo quod est, in exteriorem partem pellere. Plaut. *in Amph.* Inde optimè cispellam virum, id est, repellam: quòd qui repellitur, citrà regredi cogatur, nec ultrà progredi sinatur. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Quæ mihi hunc cispellat metum, aliàs *aspellat.*

Cispĭus, mons in urbe Roma, Exquilina in regione, de nomine Cispi dictus, ut inquit Festus. Varr. *lib.* 1. *de L. L.* Exquilinus est Cispius mons fexticeps apud ædem Junonis Lucinæ: & Gell. *cap.* 1. *lib.* 15.

Cisthenanus, cis Rhenum habitans. Cæsar *lib.* 6. *bell. Gal.* Nervios, Advaticos, ac Menapios, adjunctis Cisthenanis omnibus Germanis, esse in armis.

Cissă. Ptolemæo fluvius est Ponti, in ea parte, qua Cappadociæ cohæret. Vulgò *Quisa.*

Cissānthĕmos, ὁ κισσάνθεμος. Altera cyclaminis species est, quam vulgus hodie (teste Ruellio) *Diva Maria sigillum* vocat.

Cissĕus, κισσεύς, Rex Thraciæ, pater Hecubæ uxoris Priami, à quo Cisseis patronymicum: ut, Hecuba Cisseis, apud Euripidem.

Cissybium, Ligneum poculum ex hedera, quod Græci κισσύβιον ἀπὸ κισσοῦ vocant. Meminerunt Theocritus & Homerus. Pollux ait poculum illud pastorale sic dictum, quòd hedera circundatum sit; nam κισσὸς hederam significat.

Cissītēs, κισσίτης, gemma est ad similitudinem folii hederæ candicans. Plin. *lib.* 37. *cap.* 11. Cissites in candido collucet, hederæ foliis, quæ totam tenent. Et apud eundem *ejusdem lib. cap.* 10. Cissites circa Copton nascitur candida, & videtur intus habere partum, qui sentiatur etiam strepitu.

Cissus, κισσὸς, hederæ genus est, quæ sola sine adminiculo subsistit, neque arboris, aut muri, alterius ve pedamenti eget sustentaculo; unde etiam Orthocissus à Græcis dicitur, quasi recta hedera. Fabulantur Græci Cissum Liberi patris pusionem in hanc herbam conversum, ei nomen fecisse.

Cista, Fiscinum, arca. {סַל *sal*, אָרוֹן *arón*, κίστη. Gall. *Panier, corbeille, coffre ou bahu.* Ital. *Paniero, cassetto.* Germ. Ein korb/ grimen/ ein kist. Hisp. *Cesta.* Angl. *A chest or coffer.*} Genus vasis

viminei, apud Colum. *lib.* 12. *cap.* 52. Ovid. 1. *Metam.*

*Claudere Actæo texta de vimine cista.*

Fit etiam Cista ex alsentibus, in qua conduntur & pecuniæ, & alia usui nostro necessaria. Cicer. *in Verr.* Quaternos H. s, quos mihi & Senatus decrevit, & ex ærario dedit, ego habebo, & in cistam transferam ex fisco. Juven.

*Namque vetus Graios servabat cista libellos.*

¶ Cista in judiciis erat, intra quam tabulæ ceratæ ponebantur in ferendis suffragiis, ut inquit Asconius in illud Ciceronis *de Divinatione*: In divinatione, & in aliis causis majoribus, universi judices in cistam tabulas simul conjiciebant suas, eâque insculptas literas habentes absolutionis, sive condemnationis.

Cistŭlă, ἡ κιστίς. Gall. *Petit panier, petit coffre, ou bougette.* Ital. *Picciol paniero.* Germ. Ein klein körblin oder tischlin. Hisp. *Cestilla.* Angl. *A litle chest.* ¦ Martial. *lib.* 1.

*Parca cistula non capax olivæ.*

Ubi patera nunc est? S. In cistula, Plaut. *Amph.* ¶ Hinc aliud diminutivum Cistella. Terent. *in Eunuch.* Cistellam Pythia domo effert cum mommentis. Pateram, qua ille potare solitus est, in cistella pertuli. Plaut. *Amphit.* ¶ A quo rursus Cistellula. Idem *in Rud.* Ubinam ea fuit cistellula? Idem *Amph.* Quæ in hac cistellula tuo signo obsignata fertur. Author ad Heren. *lib.* 1. cistellam pro vase posuit, quo suffragia populi in creandis magistratibus, legibúsque ferendis colligebantur, quum ait: Saturninus legem ferre cœpit, collegæ intercedere: ille nihilominus cistellam detulit.

Cistĭfer, a, um, ¦ κιστοφόρος. Angl. *which beareth a chest.* ¦ Qui fert cistam. Martial.

*Nutristi Gellia cistifero: alij, cistigero.*

‖ Cistartium, κοιλάκιον. panarium, quod κίστην ἔχει, in vet. Gloss. ‖

Cistellātrix, icis, ἡ κιστοφόρος. Plaut. *Trin.* Nox datur, ducitur familia tota: Cantrices, cistellatrices, nutrix, remanent, raptores panis & peni. Videtur significare ancillam, quæ canistrum fert hederæ.

Cistĕrna, locus in quo colligitur aqua pluvia per euripos & canaliculos sub stillicidio positos ad imbres suscipiendos. ¦ πυτίον. ὑδρεῖον. τὸ ὕδατος δεκτήριον. Gall. *Cisterne, lieu pour recueillir l'eau de pluye pour la garder.* Ital. *Cisterna.* Germ. Ein cistern, ein ort dahin das regenwasser zusammen louffe. Hisp. *Cisterna ò algibe de agua.* Angl. *A cisterne, a place to keep and gather rayne.* ¦ Ulp. *l.* 1. *ff. de fonte.* Cisterna aquam vivam non habet. Et quidem cisternæ imbribus concipiuntur, sed per glateam immissam in spongias purificatis. Idem *l. vulgari*, §. *sed & si de navi, ff. de furt.* Et quidem cisterna vim sit, quid dices, aut aquæ cisternæ? Cisternæ ædificiis subditæ. Senec. *epist.* 87. ‖ Gothofr. è Gloss. MS. Cisterna est lacus collectorius, quasi cista, quæ aquam pluviam continet. ‖

Cistĕrnīnus, a, um. ¦ ὁ ἐκ τοῦ ὑδρείου. Gall. *De cisterne.* Ital. *Di cisterna.* Germ. Von der cisternen zugehört. Hisp. *Cosa de cisterna ò algibe.* Angl. *Belonging to a cisterne.* ¦ Colum. *lib.* 12. *cap.* 43. Tota deinde vasa in aqua fontana, vel cisternina ponderibus impositis mergi.

Cistus, ¦ κίστος. Gall. *Ciste.* Ital. *Cisto.* Germ. Cistus / ist ein staud. Hisp. *Cergaços.* ¦ quem & Citraron vocant, sive Cissaron. Est frutex major rhymo, foliis ocymi: cujus duo sunt genera, floris colore distincta. Masculus enim florem habet rosaceum, fœmina album. Vide Plin. *lib.* 24. *cap.* 10. Vulgus Rosaginem, sive Rosam caninam appellat. Sub hoc fruticæ nascitur hypocistis: de qua suo loco. ¶ Est & Cisti species, Leda Plinio, λήδα Dioscoridi, ex qua ladanum, Λάδανος, sive Λήδανον Herodoto, de quo Plin. *lib.* 12. *cap.* 17.

Cisthena, Pomponio *lib.* 1. urbs est Æolidis in Ilthmo, qui est inter Elaiticum sinum & Idæum. A Plinio *Cisbene* vocatur *lib.* 5. *cap.* 30.

Cistŏphŏrus, κιστοφόρος. ¶ Cistophorus, Ciceroni Asiaticæ pecuniæ, cujus pretium fuit pauxillo major quàm denarii dimidium: ita dictus quòd in eo effigies expressi cistigeri. Quatuor autem denarii, ut ex Festo colligere licet, efficiunt 7. cistophoros cum semisse: ex qua summa ad calculos revocata, colligitur ejus pretium ad tres obolos cum semisse. Malaspina enim *in ep. ad Att.* aliter tradens fallitur. Hæc Adr. Junius. Numi species, sic dicti à Canephoris, Palladis Atticæ virginibus mimilis, quarum imaginem habebat impressam. Cicer. *ad Atticum lib.* 11. Ego in cistophoro in Asia habeo ad sestertia bis & vicies. Hujus pecuniæ permutatione fidem nostram facile tuebere. Idem *pro domo sua.* Ut si in Asia cistophorum flagitaret.

Cistŭla, vide *Cista.*

Citarii, populi Siciliæ. Author Plin. *lib.* 3. *cap.* 8.

Citātus: vide *Cito*, as.

‖ Citaxus, similis taxo. Isid. id est, ceu taxus.

Citer, à κεῖσ, apud Priscianum *lib.* 3. Cato, Citer ager, i. deest citerior. ‖

Citĕrĭă, appellabatur effigies quædam arguta & loquax ridiculi gratia, quæ in pompa vehi Romæ solebat. Cato *in M. Tullium.* Quid ego cum illo decertem amplius, quem ego denique credo in pompa vectitatum iri ludis pro citeria, atque cum spectatoribus sermocinatum? Festus, Citeriæ itaque convitium in homines impendiò loquaces olim jactarum est. Unde speciem proverbii habebunt orationes hujusmodi, Citeria loquacior: &, Per hoc mutam dicas citeriam: unus cum multis citeriis certare possit.

Citĕrior, Citerius: vide *Citra.*

Cithæron, κιθαιρών, per i nostrum, mons est Bœotiæ, teste Strab. cui ms radicem Asopus amnis alluit, Servius credidit altetum ejus ex regis Parnasi: quod omnium Geographorum judicio secus se habet. Est enim Cithæron mons à Parnaso differens, & ab eo plusquam triginta passuum millibus dissitus. Hic mons Libero patri sacer erat, unde etiam ibi ejus Orgia celebrabant. Ovid 3. *Metam.*

*Vadit, ubi festus faciendæ ad sacra cithæron*
*Cantibus & clara Bacchantum voce sonabat.*

Cithăra. Instrumentum musicum, alio nomine Lyra. ¦ כנור *chinnór.* κιθάρα. Gall. *Une harpe.* Ital. *Cetera.* Germ. Ein harpff. Hisp. *Harpa, instrumento.* Angl. *An harpe.* ¦ Martial. *epigr.* 165. *lib.* 14. Hanc Hieronymus scribit effici in modum Δ literæ, cum chordis viginti quatuor, & per digitos variis vocibus, tinnitúsque ictibus in diversis modis concitari. Plin. *lib.* 7. *cap.* 56. Citharam Amphion: ut alii, Orpheus: ut alij, Linus invenit. ¶ Citharam Virgilius pro ipsa musica & harmonia accepit 12. *Æneid.*

*Augurium, citharámque dabat, celerésque sagittas.*

Quint. *lib.* 11. *cap.* 3. Nam sicut citharæ, ita oratio perfecta non est, nisi ab imo ad summum omnibus intenta nervis contemnatur. ¶ Non omnes qui habent citharam sunt citharœdi. Varro *de re rust. lib.* 2. Quo significatum est, compluribus mortalibus adesse virtutis indicia, aut etiam famam, qui tamen virtute vacent.

Cithĭ œdus, qui cithara canit, ab ᾠδή, cantus. { κιθαρῳδός. Gall. *Joueur de harpe.* Ital. *Chi canta in suo la cetara, citarista.* Germ. Ein harpenschlager oder welcher darzu singt. Hisp. *El que taña la harpa.* Angl. *An harper.* ¦ Proprie (ut Molcopulus annotavit) qui & citharam pulsat, & simul accinit. Juvenal.

*Accipit uxorem, de qua citharœdum Echion*
*Aut Graphicum fiat pater.*

Cithărœdĭcus, a, um, ¦ κιθαρῳδικός. Angl. *Belonging to an harpe.* ¦ ut Citharœdica ars, apud Plin. *lib.* 9. *cap.* 8. Citharœdicus habitus, Suet. *in Nerva.* Item ut suas suas citharœdico habitu.

Cithărista, κιθαριστής, qui citharam tantùm pulsat, non etiam accinit: nam is (teste Molcopulo, proprie dicitur Citharœdus. Cic. ¦ *Verr.* At etiam illum Aspendium citharistam, de quo sæpè audistis id, quod est Græcis hominibus in proverbio, quemvis unus cæcus dicebat, tollebat.

Cithărus, κίθαρος Athenæo, κίθαρις Æliano, & κίθαρα Oppiano *lib.* 1. ‖ Anon.

*Litore fluctifrago citharus latet & melanurus.* ‖

Piscis est qui Romæ *Felio* dicitur. Rhombo similis est, vel Galeo teste *lib.* 3. *aliment.* Cujus dentes serrati: lingua solidi ex pisce tota est: caro insuavior, quia alga vescitur, ut salpa. Citharum præter Aristotelem meminit Plin. *lib.* 32. *cap.* 11. Peculiaris autem natus accipenser, aurata, &c. balanus, corvus, citharus.

Cithărista, ἡ κιθαρίστρια. Gall. *Femme qui joue de la harpe.* Ital. *Quella che canta in su la cetara.* Germ. Ein harpfferin oder welche darzu singt. Hisp. *La muger que taña la harpa.* Angl. *A woman that playeth on the harpe.* ¦ Terent. *Phorm.* Continuò quandam nactus est pusillam citharistriam. *Idem* Terentius eandem vocat Fidicinam: Ille, qui illam amabat fidicinam. ¶ Sunt autem Citharistæ, & Citharistria, verbalia à Græco verbo κιθαρίζω, quod est citharâ cano.

Cithăristă, sive Citharistes, κιθαριστής, promontorium Galliæ Narbonensis: testibus Ptolem. *lib.* 2. *cap.* 10. & Antonino, qui in suo Itinerario ab hoc promontorio Massiliam usque navigio triginta millia passuum facit.

Citimus. Vide Citra, in *Cis.*

Citix, pirata. Legendum *Cilix.*

Citus, a, um. ¦ Gall. *Viste, soudain, prompt.* ¦ Citus de canis erit. Plaut. *Amph.* Pergunt ad cunas citi. *Ibid.* Turbo non æque citus est. Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Citius quadrigis. Idem *Amphitr.*

Citò, *vistement. soudainement.* Da citò cancherum. Citior. Plaut. Nullam ego rem apud homines citiorem quàm famam reor. Idem *Mostel. sc.* 4. Citius properet persequi. Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 4. Quam citissimè potest, tam hoc celerè ac factum volo. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 3.

Citra, præpositio, *ires.* Vide in dictione *Cis.*

‖ Citratum, potionis medicæ genus. L. gr. b. ‖

Citro, vide in dictione *Vitro.*

Citrus, arbor est duorum generum: quarum altera lauri folio perpetuò virens, eadem est cum malo medica, quæ citrium malum gignit, oris graveolentiam emendans, & vestium commendans cœtum, eademque à tineis conservans. ¦ μηδία μῆλα, vel ἀπίδες, vel κιδώνια. Gall. *Citronnier, arbre qui porte les citrons.* Ital. *Citronaro.* Germ. Citronbaum. Hisp. *Citronero, cidras, madera muy preciosa que alexa.* Angl. *A limon tree.* ¦ Altera sylvestri pressò similis est, & caudice, & folio, & odoratu, in Mauritania præcipuè nascens: unde in Italiam ad pretiosissimarum mensarum materiam advehebatur, quæ & Cedrus appellatur à Plin. *lib.* 13. *cap.* 15. Gall ei triumphi apparatus è citro. Velleius. Hæc arbor ὃ Homero Trogete, à quibusdam etiam Thyia appellatur, præcipuam in radicis crispitudine dotem habens. ¶ Citrum, neut. gen. citrei roris lignum. ‖ Mart.

*Inficit aut pueros, nobiliúsve citrum.* ‖

Varr. 3. *de re rust. cap.* 2. Nuncubi hic vides citrum, aut aurum? Mart. *lib.* 9.

*Et testudineum mensæ quater hexaclinon,*
*Ingemuit citro non satis esse suo.*

Idem *lib.* 10.

*Et citrum vetus, Indicósque dentes.*

Citrĕus, a, um, quod ex citro confectum est. ¦ Angl. *Made of the limon tree.* ¦ Cic. 6. *Verr.* Tu maximam & pulcherrimam mensam citream, à Qu. Lutatio Diodoro (qui Q. Catulli beneficio à L. Sylla civis Romanus factus est) omnibus scientibus Lilybæi abstulisti. Citream mensam cum aurea comparat Martialis *in distichis*:

*Accipe felices, Atlantica munera, mensæ:*
*Aurea qui dederit dona, minora dabit.*

Citrinus, color, à citri similitudine dictus. ¦ Angl. *The colour of an orenge.* ¦ Plin. *lib.* 19. *cap.* 5. de cucumere loquens: Crescunt, quæ coguntur, forma, in Italia virides, & quàm minimi: in provinciis quam maximi, & citrini, aut nigri.

Citrea malus, quæ & Medica, μηδικαί, nominatur. Arbor est toto anno pomifera, aliis cadentibus, aliis maturescentibus, aliis subnascentibus pomis. Folia habet lauri, intercurrentibus spinis, fructum toto anno aureo colore, & odore gratissimo: quem Virg. 2. *Georg.* inter laudibus celebravit, ibi:

*Medica fert tristes succos, tardámque saporem*
*Felicis mali.*

Præcipua mali hujus dotes sunt, oris graveolentiam emendare, vestes à tineis illæsas conservare. Varia citrei mali genera vide apud Ruell.

Ruell. *lib.1. cap.69.* & Amatum Lusitanum in Dioſc. *t.de citreis.*

Citroſa veſtis, κιτρόεις, à ſimilitudine citri appellata eſt. Hæc Feſtus. Meminit & Macrobius *lib.3. Saturn. cap.19.*

Citos, κῖτος, depravatus mulierum prægnantium appetitus, quum inutiles cibos appetunt, quod ferè contingere ſolet ſecundo, aut tertio à conceptu menſe, ex alimento in ventriculo corrupto, fœtu exiſtente tam imbecilli, ut nutrimentum conſumere non poſſit. Hinc fit ut copioſæ in ventriculo redundantiæ accumulentur, quæ varium abſurdúmque gignunt appetitum, ut carbonum, cretæ, & ſimilium. Eamob cauſam Græci malum hoc, picam appellare, ab avis ejus varietate ſumpta ſimilitudine.

Citāmpēlōs, κιτάμπελος, herba eſt, quæ Dioſcoridi Helxine, & officinis Parietaria dicitur. Ut cui hac appellatione Paul. Ægin. *lib.6.*

Cittium, κίτιον, oppidum Cypri: unde Citticus Zeno, κιτιεὺς, apud Laërt. *lib.7.*

Citrōsis, κίτρωσις, uvarum vitium eſt, quum acini à racēmis dilapſi pereunt. Vide Cæl. Rhod. *antiq. lib.4. cap.1.*

Cituma (ut ait Nonius) ſunt proxima cœlo millia.

Citus, pro diviſo, ſeparato: unde Oſcitare, à diviſione oris.

Cīvis, is, urbis incola, municeps, liber à coëundo (Ciceroni probatur) quòd vinculo quodam ſocietatis cives in unum coëant cœtum, & ſub iiſdem legibus vivant. {אזרח אזרי *iſch hatſir*, בן חעיר *ben hatſir*. πολίτης, ἄστος. GALL. *Citoyen, ou citoyenne.* ITAL. *Cittadino.* GERM. Ein burger oder burgerin. HISP. *Ciudadano.* ANGL. *A citizen or burgeſſes.*} ‖ Juvenal.

*Magnum civis obit, & formidatus Othoni.*‖

Cic. *in Catil.* Servi mehercule mei ſi me iſto pacto metuerent, ut te metuunt omnes cives tui, domum meam relinquendam putarem. Idem 1. *de finib.* Debeo profecto, quantumcunque poſſum, in eo quoque laborare, ut ſint opera, ſtudio, labore meo doctiores cives mei. ¶ Civis, & Peregrinus. Peregrinos hodie abſoluam, cras agam cum civibus. Plaut. *Pſend. ſc.7. a.4.* Cic. *6. Verr.* Apud Segeſtanos repertum eſſe judices ſcitote neminem, neque ſervum, neque civem, neque peregrinum, qui illud ſignum auderet attingere. Idem, Colebatur à civibus, ab omnibus advenis viſebatur.

Civitās, civium multitudo unum in locum congregata, quæ eodem jure vivit. {עיר *hir*. πόλις. GALL. *Cité, bourgeoiſie, aſſemblée de ville, amas de citoyens.* ITAL. *Città.* GERM. Burgerſchafft oder Statt. HISP. *Ciudad, compañia de ciudadanos.* ANGL. *A citie.*} Cic. *de ſomn. Scip.* Nihil enim eſt illi principi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat acceptius, quàm concilia, cœtúſque hominum jure ſociati, quæ Civitates appellantur. Idem *pro Seſtio.* Tum conventicula hominum, quæ poſtea civitates nominatæ ſunt. Civitas fiet concordiâ, ſi indotatas opulenti ducant. Plaut. *Aul. ſc.5. a.3.* ¶ Civitas & Urbs in hoc differunt, quòd incolæ dicuntur civitas, urbs verò complectitur ædificia. Cic. *4. Acad.* Ariſtoteles & Xenocrates, quos Antiochus ſequi volebat, non dubitaviſſent quin & Prætor ille eſſet, & Roma urbs, & eam civitas incoleret. Idem *pro P. Sylla.* Etenim in qua civitate res tantas geſſerim memini, & in qua urbe intelligo. ¶ Aliquando Civitas dicitur jus civium: unde Civitate donare, πολιτείαν δίδοναι. Uſurpativè tamen dicitur urbs, hoc eſt, ipſa mœnia, & ædificia. Civitas, inquit Gell. *cap.7. lib.13.* & pro loco & oppido, & pro jure quoque omnium, & pro hominum multitudine ſumitur. Item Civitatum, pro Civitatum, in genitivo numeri multitudinis. Livius *lib.22. d.5.* ¶ Capere civitatem, Plat. *in Dialogo*, qui *Sophiſta* inſcribitur, proverbialiter dixit, pro rem difficilem aſſequi. Neque enim civitas primo ſtatim impetu capitur. ¶ Civitatem uſurpare, te pro cive agere. Suet. *in Claudio.* Civitatem Romanam uſurpantes, in campo Æquilino ſecuri percuſſit. ¶ Magna civitas magna ſolitudo, μεγάλη πόλις ἴση μεγάλῃ ἐρημίᾳ. Quadrabit in urbes, aut domos, agros, aut hortos, aut aliud id genus quidpiam amplum quidem & ſpatioſum, ſed parum exultum: aut in librum ingentem quidem illum, verùm impolitum & illimatum. ¶ Servorum civitas, ἀνδρῶν πόλις. De cœtu convictuque hominum improborum, furacium, aut ignobilium dici poteſt. ¶ Dicitur etiam civitas, pro regione tota, cujus incolæ iiſdem legibus utuntur, ut civitas Allobrogum, Helvetiorum. Saluſt. Itaque Q. Fabio Sangæ, cujus patrocinio plurimùm civitas utebatur, tem omninò uti cognoverunt aperiunt. Cæſ. *lib.1.* Apud Helvetios longè nobiliſſimus & ditiſſimus fuit Orgetorix. Is M. Meſſala & M. Piſone Coſ. regni cupiditate inductus, conjurationem nobilitatis fecit, & civitati perſuaſit, ut de finibus ſuis cum omnibus copiis exirent.

Civilis, e, quod eſt civium, ſeu quod ad cives pertinet. {πολιτικός. GALL. *Politique, appartenant aux citoyens.* ITAL. *Civile.* GERM. Burgerlich, oder das den burgern zugehört. HISP. *Coſa de Ciudad, civil.* ANGL. *Belonging to a citie.*} ut, Civilis mos, Civile jus. Civile odium, Civile bellum, Civilis homo, qui eſt peritus eorum, quæ ad adminiſtrandam Rempub. pertinent. Cic.7. *Phil.* Itaque ego ille, qui ſemper anchor pacis fui: cuique pax, præſertim civilis, quanquam omnibus bonis, mihi tamen in primis fuit optabilis. Idem *ad Att. lib.7.* Genus belli quod ſit, vides: ita civile eſt, ut non ex civium diſſenſione, ſed ex unius perditi civis audacia natum ſit. Non verus & naturalis, ſed civilis & opinabilis amor. Gell. *c.1. lib.12.* Civilem modum dignitatis concupiſcere. Velleius. Pluſquam civilia cupere, & ſupra civilem æquationem elevari (de Tyrannide.) Calpurnius *declam.6.* Civilem virum exhibere, i. prudentem tegendæ civitatis. Quint. Civilis reditus Pompeii (i. hoc armis & pacatus.) Velleius. Civile fáſque eſſe temnedici. Sueton. *in Veſpaſ. cap.9.* Idem *lib.6. ab urb.* At herculè ſermo minimè civilis (i. popularis.) Tacit. *lib.1.* Hactenus indulgere matri, civile ratus. Idem *lib.2.* A civili more degenerare, i. à manſuetudine. Sueton. *in Auguſt. cap.16.* Civili animo ferri. Idem *in Cæſ. cap.75.* Civilem admodum ſe egit, i. comem. Idem *in Tiber. cap.26.* Parcus & civilis in ſe augendo. Idem *in Claud. cap.21.* Civile vitæ genus inſtituere, i. leviſſimum. Idem *in Tib. cap.11.* Item,

*Ille pater patriæ (quid enim civilius illo?)*

Ovid. *Eleg.4. lib.4. Triſt.* ¶ Unde civiles, id eſt, curæ, & ſolicitudines. Horat. *1. Epiſt.*

*Nunc agilis fio, & verſor civilibus undis.*

Studia civilia. Cic. *pro Font.* Si inimico teſti eram non oportuit, inimicior Marcello Craſſus, aut Fimbriæ Scaurus, ex civilibus ſtudiis, atque obtrectatione domeſtica, quàm hunc Gallum. ¶ Civilis actio, id eſt, præſcriptis verbis. D. *lib.9. tit. ult. l.3.* Cui opponitur legitima: Civilis actio, incerti vocatur. Quercus civilis, eſt quercea corona, quam (ut refert Servius) qui in bello civem liberaſſent, accipiebant, ideo quia antè cauſa vitæ in hac arbore hominibus fuit, qui glandibus vescebantur. Virg.6. *Æneid.*

*Atque umbrato gerunt civili tempora quercu.*

¶ Civilis animus, vel civile ingenium, de eo dicitur, qui ſævus non eſt, ſed moderatus, parique jure cum cæteris civibus vivit. Incivilis verò, crudelis, aſper, violentus, & moris tyrannici. Tacitus, Non tamen fidem faciebat civilis animi mutata legum majeſtatis reduxerat. Rurſus, Nam juveni civile ingenium, mira comitas, & diverſa à Tyberii ſermone & vultu arrogantibus & obſcuris. Suet. *in Domitia.* Egit ingeniùs, id eſt, violentiùs, ſævius.

Civilĭor, & Civilĭus, πολιτικώτερος, comparativa. Ovid. 4. *Triſt. El.4.*

*Ipſe pater patriæ; quid enim civilius illo?*

Civiliſſimus, ſuperl. Spartianus *in Adriano.* In colloquiis etiam humillimorum civiliſſimus fuit.

Civilitas, Comitas, facilitas, humanitas. {τὸ πολιτικόν. GALL. *Civilité, honneſteté, police.* ITAL. *Civiltà.* GERM. Burgerliche vnnd erbarliche zucht. HISP. *Civilidad, à politia.* ANGL. *Civilitie, gentilneſſe and courteouſneſſe in maners.*} Moderatio quædam atque moleſtia, magis civi hominique politico, quàm Imperatori conveniens, quam Auguſto tribuit. Sueton. *cap.51.* & Claud. *cap.31.* Clementiæ civilitatiſque, inquit, ejus multa & magna documenta ſunt. Julius Capitolinus laudat Antoninum Pium, quòd Imperatorum faſtigium ad ſummam civilitatem deduxerit. Civilitatis pars, Rhetorica (i. civilis diſciplina.) Quintil. *cap.16. lib.2.*

Civiliter, adverb. Civium more. {πολιτικῶς. GALL. *Civilement.* ITAL. *Civilmente, cittadinescamente.* GERM. Burgerlich. Statlich. HISP. *Civilmente, politicamente.* ANGL. *Civillie, gentillie, lik citizens.*} Cic.1. *Offic.* Ut enim quum civiliter contendimus, aliter ſi eſt inimicus, aliter ſi competitor: cum altero certamen honoris & dignitatis eſt, cum altero capitis & famæ. Juven. *ſatyr. 5.*

*Peſcimus ut cœnes civiliter.*

id eſt, ut tibi ſic panis idem qui aliis convivis, iiſdémque ſerculis utaris: non ut tyrannico more, aut regio cœnes. Ovid. 12. *Metam.*

*Exercet memores plus ſuam civiliter iram.*

*Et quoniam ſemel eſt odio civiliter uſus.*

Idem *Eleg.8. lib.3. Triſt.* Civiliter eruditus. Gell. *cap.ult. lib.10.* Neque enim civiliter nimis opibus utebatur. Livius *lib.3. d.4.*

Civicus, a, um: Civilis. {πολιτικός. GALL. *Citoyen.* ITAL. *Cittadineſco, civile.* GERM. Burgerlich. HISP. *Civil, de ciudad.* ANGL. *A civil of a citie.*} Civica corona, quem civis civi, à quo ſervatus fuiſſet in prælio, teſtem vitæ dare ſolebat. Cic. *pro Planc.* At id etiam gregarii milites faciunt inviti, ut coronam dent civicam, & ſe ab aliquo ſervatos eſſe fateantur. Vide plura in *Civilis*, & apud Gell. *c.6. lib.5.* Plutarch. *in Coriol.*

Civitare, civem facere.

‖ Ciulæ, naves longæ. Novar. ‖

Cius, κῖος, fluvius Thraciæ ex Pæoniis & Rhodope monte profluens, medium interſecans Hæmum, ut ſcribit Herod. *lib.4.* ¶ Fuit item Cius Bithyniæ oppidum, poſtea Pruſias appellatum. Hoc (ut teſtatur Strab. *lib.12.*) Demetrius evertit unà cum Myrlea huic vicina: ejúſque Pruſiæ Zeliæ dedit, qui utramque turſus a ruinis excitans, Cium à ſe Pruſiadæ, Myrleam verò ab uxore Apameam nominavit.

## C L

Clabula, vide *Clavola.*

‖ Clabularis curſus, Buleng. à clabula, vehiculi genere.

Claecendix, al. Claxendix, & Calcendix, eſt genus conchæ. Plaut. *in Vidul.* Oppoſita eſt claecendix: at ego dicam ſigni quid ſit. Priſc. *lib 1.*‖

Clādēs, ſtrages, conflictus, & calamitas. {שבר *ſchober*, שבר *edh.* συμφορά. GALL. *Deſconfiture, déconte de gent de guerre, perte en bataille, victoire perduë.* ITAL. *Calamità, uccisione.* GERM. Ein niderlag/ verderbung/ jämerlicher ſchad. HISP. *El eſtrago, o mortandad à hierro.* ANGL. *Great ſlaughter and damage.*} Καὶ κλάδα, hoc eſt tamo: eſt enim nihil aliud, quàm tamorum & furculorum detritio: quemadmodum calamitas calamorum, ſtrages ſtratarum arborum. Deinde μεταφορᾷ ad homines transfertur: quanquam non deſunt, qui κλάδα ἀπὸ τοῦ κλάειν, hoc eſt, à flendo, ſive lugendo, aut a cadendo eladem, quaſi eadem dictam exiſtimant. Plin. *lib.16. cap.12.* Atque eo deinde tempore majeſtas populi Romani reſurrexit, quæ antè vaſtata eladibus fuerat. Cic. *de clar. Orat.* Curſum magni, tui, Brute, prenit hæc importuna clades civitatis. Virg.12. *Æneid.*

——— *& ſubita turbaret clade Latinos.*

Clades, calamitas, intempeſtes (de paralito.) Plaut. *Capt. ſc.3. a.4.* Clades exantlatem impatibiles. Idem *Amphitr.*

Clæon κλαιών, fons eſt juxta Celænas Phrygiæ oppidum, ab effectu fletus dictus; κλαίω enim idem eſt quod fleo. Huic vicinus alter fons Gelon, ἀπὸ τοῦ γελᾶν, hoc eſt à ridendo appellatus. Refert Plin. ex Theophraſto *lib.31. cap.2.*

Clām, præpoſitio ablativo caſui ſerviens: Secretò, latenter. {סתר *heſether*. λάθρα, κρύφα. GALL. *En cachette, ſecrettement.* ITAL. *Celatamente, di naſcoſo.* GERM. Heimlicher weyſe/ verborgenlich. HISP. *Occultamente y eſcondidamente.* ANGL. *Privelie, ſecretlie, eloſelie.*} Clam patre egiſti. Plaut. *in Amph.* Is amare occepit Alcumenam clam viro. Deduco pedes clam ne ſentiat miles. Idem *Curc. ſc.3. a.2.* Quæ me clam tatus ſum facere, ille hic ſecu palam. Idem *Men. ſc.5. a.5.* ¶ Jungitur aliquando & accuſativo. Scortum liberet clam patrem. Idem *Capt. ſc.ult. a.5.* Mihi concredidit clam omnes. Idem *Aul. prolog.* Si quid clam uxorem animo ſuo fecit volupe. Idem *Aſin. ſc.2. a.5.* Clam matrem ſcom. Idem *Mil. ſc.2. a.2.* Clam uxorem juſſi apparari prandium. *Ibid. ſc. ult. a.5.* Ne clam me comeſſes prandium. Idem *Men. ſc.2. a.4.* Idem

*Cas.* Bona multa faciam clam meam hanc uxorem. Cic. *in Sallust.* Timens facinoris ejus clam vos esset. ¶ Quandoque reperitur loco adverbii positus. Virg. 1. *Æneid.*

*Clàm ferro incautum superat, securus amorum*
*Germanus.*

¶ Hinc compositum Perclàm, quod est valde occultè.

‖ Clama, clamator, dolor, lamentatio. L. gerb. ‖

Clamynum, Clarissimum: forte animi scriptum erat, *Clarissimum.*

Clănculò, κρύφα, clàm, sive clanculum. Macrob. *Saturn. lib.* 5. *cap.* 18. Fuit enim hic poëta, ut scrupulosè & anxiè, ita dissimulanter & quasi clanculò doctus, ut multa transtulerit, quæ unde translata sint difficile sit cognitu.

Clănculum, diminutivum est à Clàm. { בסתר *bestéther.* λαθραίως, κρύβδα. Gall. *Secrettement, en cachette.* Ital. *Di nascoso, celatamente.* Germ. Heimlich. Hisp. *A escondidas.* Angl. *Secretlie, privelie.* } Terent. *in Eunuch.* In cellulam ad te patris penum omne congerebam clanculum. *Ibidem.* Venisse clanculùm per impluvium. ¶ Clanculùm accusativo jungit Terent. *in Adelph.* Postremò alii clanculum Patres, quæ faciunt, quæ fert adolescentia: Ea ne me celet, confeci filium. Alia via clanculùm præcurristi. Plaut. *Amph.* Nequeo quæ loquitur exaudire clanculùm. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 3. Clanculùm surripuisse ex armario. *Ibid. sc.* 3. *a.* 3. Clanculùm compilat. *Ibid. sc.* 1. *a.* 4. Clanculùm censebas te istæc flagitia facere posse? *Ibid. sc.* 2. *a.* 4.

Clănculārĭus, a, um: occultus, latens. { נסתר *nistár.* κρυπτὸς, κρύφιος. Gall. *Secret, caché, inconnu.* Ital. *Occulto, secretto.* Germ. Verborgen. Hisp. *Escondido, secreto.* Angl. *Secret, private.* } Martial. *lib.* 10.

*Vernarum dicta, sordidum dentem,*
*Et fœda linguæ probra circulatricis,*
*Poëta quidam clancularius gargit,*
*Et vult videri nostra, &c.*

Clăndestinò: occultè, secretò, latenter. { בסתר *besther.* κρύβδα, κρυφῆ, κρύφα. Gall. *En cachette, secrettement.* Ital. *Secretamente, occultamente.* Germ. Heimlich, verborgentlich. Hisp. *Escondidamente, à escondidas.* Angl. *Secretlie, closelie.* } Lucilius, Ac enim dicis, clandestinò sibi quod commissum fuerat. Plaut. *in Mil.* Nam hoc negotii clandestinò, agerem, mandatur mihi.

Clăndēstĭnŭs, a, um: Occultus, secretus. { טמון *nebelám.* κρυφαῖος. Gall. *Secret, caché.* Ital. *Occulto, secretto.* Germ. Heimlich, verborgen. Hisp. *Escondido, secreto.* Angl. *Secret, privie.* } Liv. *lib.* 4. *ab Urbe.* Quum patres clandestina denuntiatione revocari ad diem certam essent. Manlius *lib.* 1.

*Et clandestinus surgentia fraudibus arma.*

Sil. *lib.* 7.

*Cum clandestino traheretur fœdere bellum.*

Clandestina ut celerat suspicio. Plaut. *Amph.* Clandestinus est amor. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Conventum clandestinum. Gell. *cap.* 9. *lib.* 17.

Clāmŏr, vox intensa & majore cum impetu prolata. { קול קורא *kol.* ועקה *zeakáh,* אנקה *anakáh.* κραυγὴ, βοή. Gall. *Clameur, cry.* Ital. *Grido.* Germ. Ein geschrey. Hisp. *Clamor à voz grande.* Angl. *A loude cryyng.* } Plinius *in Epist.* Turbidòque clamore postulaverat simul & oppugnarat. Cic. 6. *in Verr.* Interea ex clamore fama tota urbe percrebuit, expugnari deos patrios. Virg. 5. *Æneid.*

——— *resonat clamoribus æther.*

¶ Antiqui etiam Clamos dicebant, sicut Arbos. Clamorem utrinque effecerunt (in prælio.) Plaut. *Amphitr. sc.* 1. *a.* 1. & *Aul. sc.* 3. *a.* 1. Clamores, Imperia, dotes. Qui istic clamorem tollis? Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 2. Clamore hominem posco: de creditore. *Ibid. sc.* 3. *a.* 5.

Clāmo, as, are. Vociferor, clamorem edo, clamorem facio, voce contendo. { קרא *kará.* בכי *bekí.* אנק *anék.* βοᾶν, κλάζω. Gall. *Crier, faire du bruit.* Ital. *Gridare, Chiamare.* Germ. Schreyen. Hisp. *Llamar dando voces.* Angl. *To crie lowde.* } Plaut. *in Merc.* Nec tolerant, ut æquum est, patres; sed clamant, indecenter obstrepunt. Cic. *ad Attic. lib.* 5. Id clamare omnes, qui aderant, nihil impudentius, &c. Terent. *in Adelph.* Clamant omnes, indignissimè factum esse. Clamat, parturit. Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 4. Sic occeperunt (asini) clamare (i. rudere.) Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 3. ¶ Clamare item pro dicere, & affirmare accipitur. Cicer. 3. *in Verr.* Quum tutores H-S XXX. millibus id opus, ad illius hominis iniquissimi arbitrium se effecturos esse clamarent. ¶ Quandoque vocare, καλεῖν, φωνεῖν. Virg. 4. *Æneid.*

*Per medios ruit, ac morientem nomine clamat.*

Ovid. 1. *Metam.*

*Aspicit hanc, visamque vocat, clamata refugit.*

Idem 6. *Metamorph.*

*Ipsa videbatur terras spectare relictas,*
*Et comites clamare suas.*

Ianua janitorem clamat. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 2. Quin Deûm atque hominum clamat continuò fidem (senex.) Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 2. & *Men. sc.* 2. *a.* 5. ¶ Clamare, conqueri. Terent. *in Adelph.* Mihi quidem non placent: Et clamo sæpe. Liv. 3. *ab Urbe*, Clamant fraude fieri, quòd fortis teneantur exercitus. Cic. *pro Cluent.* Quum & de suo, & de uxoris interitu clamaret, testamentumque mutare cuperet, &c. Hujus composita sunt Acclamo, Circumclamo, Conclamo: ut, Vasa conclamo, ἀναζωγρῶ σκεύη. Item Declamo, Exclamo, Proclamo, Reclamo, & Succlamo, quæ habent penultimam productam.

Clāmĭto, as, are, frequentativum. { פגה *negá.* κραυγάζω, φωνῶ πολλάκις. Gall. *Crier souvent, ondire à haute voix.* Ital. *Gridare spesso.* Germ. Offtig oder offt schreyen. Hisp. *Llamar dando voces muchas veces.* Angl. *To crie often and lowde.* } Clamitat me ut revortar. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. Non quod pueri clamitarint se in fabas repetisse. Idem *Aulul. sc.* 1. *a.* 1. Terent. *in Andr.* Clamitent me sycophantam hæreditatem persequi. Cic. 1. *Tusc.* Nam quum ex rebus laboraret, ipso in ejulatu clamitabat falsa esse, quæ antea de dolore senserat ipse. Terent. *in Adelph.* Venit ad me sæpe clamitans: Quid agis, Mitio?

Clamitio. Plaut. *Most. sc.* 1. *a.* 1. Quid hic tibi ante ædes clamitio est?

*Qu'as tu ici à crier devant cette maison?* (sive clamicatio.)

Clāmātor, verbale, qui clamat, voce contendit. { פגי *nokeh.* κραυγάστης. Gall. *Criard, qui crie.* Ital. *Chi grida à chiama alcuno, strepitoso, pieno di gridi.* Germ. Ein schreyer, lärer. Hisp. *Llamador.* Angl. *That crieth lowde.* } Cic. 3. *de Orat.* Quare Coracem istum vestrum patiamur? nos quidem pullos suos excludere in nido, qui evolent, clamatores odiosi ac molesti. Mart. *lib.* 12.

*Non venit ablatus clamator verna lacernis.*

Item Gell. *cap.* 9. *lib.* 9. Qui clamator tantum & facundiâ rabidâ jurgiosâque esset.

Clāmātōrĭus, a, um, κραυγαστικὸς: ut, Clamatoria avis, in auguriis dicebatur, quæ alio nomine Civina & Prohibitoria appellabatur, ab effectu impediendorum auspiciorum. Hanc Plinius *lib.* 9. *cap.* 15. numerat inter aves seculo suo incognitas. Clamatorium genus. Cic. ad Quintum Frat. *lib.* 3.

‖ Clarissimum, clarissimum, Isid. Gloss. ‖

Clāmōsŭs, a, um, à nominativo Clamos, quod clamore obstrepit, vociferatúrque. { κραυγαστὴς. Gall. *Criard, plein de criarie.* Ital. *Strepitoso, pieno di gridi.* Germ. Schreyechtig, lauredig. Hisp. *Gritador.* Angl. *Prohibit cryyth very lowde.* } Juvenalis,

*Secretum iubeas clamoso insistere circo.*

Quint. Non turbidus, non clamosus sit altercator. Indirecta, & ut ita dicam, clamosa actio est. Quint.

Clampetiæ, locus Italiæ in Brutiis, apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 5.

‖ Clanculare, Clandestinare, occultare. Isid. Gloss. ‖

Clanculare, occultare, palliare, subacellare. Vulcanus vult, *subaxillare.* Quidam *subacellare*, pro in cellas condere. Legendum *subacuare*, hoc est, sub acum, id est alam, condere: supra, *acia, ala.*

Clāngo, is, ĕre: Tuba cano, vel increpo. { תקע בשופר *tahál beshofár.* תרע *beréah.* Gall. *Faire retentir, resonner comme fait une trompette.* Ital. *Trombettare, sonare di tromba.* Germ. Trommeten, erklingen. Hisp. *Sonar la bozina à trompeta.* Angl. *To sowne à trompet, to crie lik an egle.* } Valer. Flac.

——— *ter inhorruit æther*
*Lucifugum clangente tuba.*

¶ Clangere item dicuntur anseres, ut est videre apud Col. *lib.* 8. *cap.* 13. ¶ Aquilis item clangorem tribuit author Philomelæ apud Ovidium.

*Dum clangunt aquilæ.*

Clāngŏr, sonus tubarum est. { תרועה *teruáh.* αὐλός. Gall. *Son de trompette.* Ital. *Il sono delle trombe.* Germ. Der Trommeten schall. Hisp. *Son, ò sonido de trompeta.* Angl. *The sowne of trompettes.* } Virg. 2. *Æneid.*

*Exciturque clamorque virum, clangorque tubarum.*

Licèt etiam dicatur de sono anserum, & aliarum rerum clarè strepentium. Cic. 4. *Tusc. de Prometheo*, Jovis satellites (intelligit aquilam) pastu dilaniat fero. Tum pecore opimo facta & saturata assumit, clangorem fundit vastum. Colum. *de anseribus lib.* 8. *cap.* 13. Ejusque generis anser præcipuè rusticis gratus est, quod nec nimis cutem polit, & solertiorem custodiam præbet, quàm canis: nam clangore prodit insidiantem.

‖ Clandio, claudico. Gloss. A. L. ‖

Clānĭus, ποτ. Stephano, fluvius Campaniæ juxta Acerras urbem, crebris ejus inundationibus bona ex parte haustum, ut annotavit Servius in illud Virg. 2. *Georg.*

——— *vacuis Clanius non æquus Acerris.*

Plin. *lib.* 3. *cap.* 5. Glanicum vocat, eundémque esse testatur cum Lyri, Mintumas intersecante. Stephanus Glanim appellat, situmque piscem ab eo Glanium vocari existimat. Plinio tamen Glanis Lucrinæ fluvius est juxta Aretium: de quo infrà suo loco.

‖ Claredines, claritudines, Isid. Gloss. ‖

Clareo, Clarifico, Clarigo, Claritas: vide *Clarus.*

Clarĭæ, populi sunt Thraciæ. Plin. *lib.* 4. *cap.* 11. in descriptione Thraciæ.

Clārŏs, κλάρος, vulgò *Calame.* Ioniæ civitas, Apollinis oraculo nobilis, juxta Colophonem. Hanc Manto Tiresiæ filia condidit, fugiens Thebanorum victores Epigonos. Quæ quum patriæ cladem fugeret, & suam, manantibus ubertim lacrymis fontem fecit: unde Clarus, ἀπὸ τῆς κλαυθμοῦ, lacus appellatus. Nearchus verò author est, inde huic urbi nomen factum, quòd Apollini per sortem Clarus obtigit. Nam sortem κλῆρον Græci nominant. Hinc Apollo Clarius dictus est, qui illic & fanum habuit, in quo responsa, ejecta aqua edebantur. ¶ Est & Clarus insula in mari Myrtoo, & ipsa Apollini sacra: de qua nonnulli intelligunt illud Ovid. 1. *Metam.*

——— *mihi Delphica tellus,*
*Et Claros & Tenedos, Pataræaque regia servit.*

Clārĭum oraculum in Ionia fuit juxta Clarum oppidum, non procul à Colophone, à quo Clarius Apollo dictus est: ibi enim specus fuit & fatuni, cujus potu mira oracula reddita sunt, brevitate tamen vita bibentium, κλήρου μόρος. Hujus Plin. *libr. cap.* 103. & alicubi Macrobius meminerunt.

Clārŭs, a, um: Planus, apertus, perspicuus, dilucidus. { נקי *tsáf.* טהור *tahór.* λαμπρὸς, φανερός. Gall. *Clair.* Ital. *Chiaro, lucente.* Germ. Heuer und schön. Hisp. *Claro.* Angl. *Cleare, bright.* } ut, Clara dies. Cicer. *in somn. Scip.* Ostendebat autem Carthaginem de excelso, & plano stellarum illustri, & claro quodam loco. Virg. 1. *Georg.*

*Et claro silvum cernes Aquilone moveri.*

Luce clara, vide *Lux.* Ut splendor sit clypeo clarior, quàm Solis radii. Plaut. *Milit. sc.* 1. *a.* 1. Progenies clara. Carol. *de com. Terræ.* Pro claris factis dirisaguntur mala. Idem *Amphitr.* Voce clara exclamat uxorem tuam. *Ibid. sc.* 1. *a.* 5. Dabo claram pugnam. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Clarissimum bellum gerere. Vell. Clarissimus fuit disciplinæ (pro disciplino.) Idem.

*Ipse nitor galeæ clarosque radiantis ab auro.*

Ovid. 13 *Metam.* ¶ Figuratè pro insigni atque excellenti accipitur. { נכבד *nickbádh.* ἔνδοξος, ἐπίσημος. Gall. *Manifeste, noble, qui a grande renommée, illustre.* Ital. *Nobile, illustre.* Germ. Berümpt

manifestiq. Hisp. *Noble y esclarecido en fama.* Angl. *Renowned, famous, renowmed.* & pro eo, qui veluti fulgore quodam famæ splendet, qui & Inclytus dicitur: quamvis plus sit Inclytus, quàm Clarus, propter In, quæ vim auget. Cic. 1. *de finib.* Claris & fortibus viris commemorandis. Plaut. *in Trin.* In occulto jacebis, quum te maximè clarum voles. ¶ Interdum ponitur pro audibili, aut sonoro: ut Clara vox, ἐκφανὴς. Cic. *pro Syl.* Atque ut idem omnes exaudiant, clarissima voce dicam.

Clārē, adverbium. Clara voce, explicatè, enodatè, manifestè, planè. ‖ ἐκφανῶς. Gall. *Clairement.* Ital. *Chiaramente.* Germ. Klar vnd heiter. Hisp. *Claramente.* Angl. *Clearelie, with a shrill voce.* ‖ Terent. *in Andr.* Unde est? dic clarè. Jovis summi causa, clarè plaudite. Plaut. *Amphitr.* Clarè advorsum fabulabor. *Ibidem,* Nunc spectatores valete, & nobis clarè plaudite. Idem *Men. fcalt. a.5.* Item, Cæsatiem fulgentem clarè. Catull. *de com. Beren.* Cic. *ad Attic. lib.2.* Varietas in te nulla sit, apertèque loquantur, & jam clarè gemant. Cælius. Cic. *lib.8.* Ex quo propius ea contentio, quam fieri necesse est, accedit, eò clarius id periculum apparet.

Clārīsŏnŭs, a, um. Clarè sonans, canorus. ‖ ἐκφανόφωνος. Gall. *Qui sonne clair.* Ital. *Di chiaro suono.* Germ. Das hell tönet. Hisp. *Cosa que suena claro.* Angl. *That soweneth shrillie.* ‖ ut, Voces clarisonæ. Catull.

*Clarisonas imo fudisse è pectore voces.*

Cic. *in Arat.*

*Hunc à clarisonis aurīs Aquilonis ad Austrum*
*Condens.*

Clarissĭmus in Imperio, quem Græci λαμπρότατον dicunt, hoc privilegio fruebatur, ut per seipsum lites civiles, aut criminalem injuriarum actionem exercere non posset, sed per procuratores id ageret. Indignum enim videbatur speciosas personas cum inferioribus caussam dicendo ante judicem stare.

Clārĭtās, luciditas, splendor. ‖ תְּאוֹרָה *tsachtsachâh,* תֹּהַר *tóhar.* καθαρότης, λαμπρότης. Gall. *Clarté, splendeur.* Ital. *Chiarezza, splendore.* Germ. Klarheit/ heitere. Hisp. *Clareza à esclarecimiento de fama.* Angl. *Clearneſſe, brightneſſe.* ‖ ut Claritas Solis. Plin. *lib.2. cap.8.* Claritatis tantæ est vesper. Idem *lib.18. cap.11.* Emicántque fontes Oraxi oculorum claritati. Claritas nascendi. Quintil. ¶ Aliquando pro excellentia, *Gallum:* ut, Claritas generis, Claritas rerum gestarum. Cic. 1. *Offic.* Facilior & tutior, & minùs aliis gravis, aut molesta vita est obscurorum: fructuosior autem hominum generi, & ad claritatem amplitudinémque aptior, eorum qui se ad rempublicam, & ad magnas res gerendas accommodaverunt. Idem *ad Sulp.* Quæ quamquam ex multis pro tua claritate audiam, tamen libentissimè ex multis literis cognoscam. ¶ Interdum facilitas, perspicuitas: ut Claritas orationis. Quintil. Claritas soni. Idem.

Clārĭtūdo, inis, idem quod Claritas, Festo ac Nonio testibus. ‖ Angl. *Clearneſſe, brightneſſe.* ‖ Salust. Quum præsertim tam multæ variæque sint artes animi, quibus summa claritudo paratur. ¶ Claritudo vocis, ἐκφανὴς. Gell. *lib.7. cap.4.* Histrio in terra Græcia fuit fama celebri, qui gestu & vocis claritudine venustate cæteris antestabat.

Clāro, as, pro declaro, Clarum facio. ‖ תֹּהַר *tihár.* δηλόω. Gall. *Monstrer, manifester, declarer.* Ital. *Far chiaro.* Germ. Hell vnd heiter machen/ Erklären. Hisp. *Esclarecer, y aclarar, hazer claro.* Angl. *To mak plane and manifeſt.* ‖ Ausonius,

*Pollet Aristides, veteres qui clarat Athenas.*

Cic. 1. *de divin.* ex antiquo poëta.

*Iuppiter excelsa clarabat sceptra columna.*

Horat.

——— *illum non labor Isthmius*
*Clarabit pugilem.*

Lucret. *lib.4.*

*Multaque in his rebus quarentur, multaque nobis*
*Clarandum est, planè si res exponere avemus.*

¶ Hinc Declaro, as.

Clārĕo, es, ui. Clarus sum, vel manifestus, seu notus sum, existo. ‖ תֹּהַר *tsach,* תֹּהַר *tihár.* λάμπω, φαίνομαι. Gall. *Estre clair, avoir bruit & renommée.* Ital. *Esser chiaro, illustre, noto, manifesto.* Germ. Hell oder heiter sein/ oder wen berümpt sein. Hisp. *Esclarecerse, hazerse esclarecido, ò famoso.* Angl. *To be cleere or well knowin, to be famous and renowmed.* ‖ Ennius apud Cic. 3. *Offic.*

*Ergo postque magisque viri nunc gloria claret.*

Idem *de senect.* Turpilius Padio, cujus adventu insula hodie claret Cyptos. ¶ Claret lumen, Ennius *Telamone* (ut citat Nonius.) Nam ita mihi Telamonis patris, atque facies proavi Iouis grata est, atque hoc lumen candidum claret mihi. Cic. *in Arato,* Propterea quòd ad ætatis primordia claret. ¶ Claret, pro clarum est. Lucret. *lib.6.*

——— *quod in primo quoque carmine claret.*

¶ Claret mihi, id est, intelligo. Claud. *in Paneg.*

——— *ventura potestas*
*Claruit Arsenio, subita quum luce tonantum*
*Innocuum flagraret apex.*

Clārĕsco, is, à clareo: Clarus fio. ‖ תֹּהַר *tsach.* φαιδρύνομαι. Gall. *Devenir clair & manifeste.* Ital. *Farsi chiaro, manifesto.* Germ. Heiter vnd scheinbar werden/ oder berümpt werden. Hisp. *Esclarecerse.* Angl. *To waxe cleere and manifeſt.* ‖ Quint. *lib.6. cap.4.* Neque tantum hoc ipsis monitoribus clarescit: quidam faciunt aperte quòd tuxemur. Virg. 2. *Æneid*

*Clarescunt sonitus, armorúmque ingruit horror.*

Clarescere & resonare vocem facit. Gell. *cap.7. lib.5.* ¶ Hinc fit compositum Inclareo, quod est valde clareo: à quo fit Inclarēsco, quod est valde clarus fio, περιφανὴς γίνομαι. ¶ Clarescit, pro clarum fit. Macrob. *comment. lib.2. cap.12.* Et hæc sit præsentis operis consummatio, ut animam non solùm immortalem, sed Deum esse clarescat.

Clārĭfĭco, as: Clarum facio, illustro. ‖ תֹּהַר *tihár.* λαμπρύνω. Gall. *Clarifier, esclaircir.* Ital. *Far chiaro.* Germ. Heiter vnd scheinbar machen. Hisp. *Esclarecer y aclarar otra cosa.* Angl. *To mak cleere.* ‖ Plin. *lib.10. cap.13.* Alterum est nigrum, quod capitis



vitia purgat, visum clarificat.

Clārĭgo, as: Res clarè repeto, Bellum indico. ‖ κηρύσσω ἢ πόλεμον. Gall. *Dire les choses clairement. Declarer la guerre.* Ital. *Intimare la guerra.* Germ. Ein ding heiter vnd offentlich wider einfordern. Item/ heiter einem den krieg vnd vnfrid ansagen lassen. Hisp. *Demandar lo robado, denunciar la guerra.* Angl. *To denounce warre.* ‖ A vocis claritate dictum, quasi clarè ago, sicut Litigo, Item ago: Lævigo, lævo ago: Mitigo, mite ago. Plin. *lib.22.* Hæc semper & Legati, quum ad hostes, clangatúmque mitteremur, usi: id est, res raptas clarè repetitum. Clarigare est res raptas clarè reperere. Festus. Erat autem Romanis in more, quum bellum indicere alicui populo volebant, ut Paterpatratus proficisceretur ad eum, & præfatus quædam solemnia verba, clara voce diceret se bellum indicere ob certas causas, quòd scilicet pecus abegissent, nec reddidissent, quòd noxios receptassent, quòd agrum vastassent, quòd socios læsissent, aut aliquid simile. Formulam belli indicendi vide apud Gellium *lib.16. cap.4.*

Clārĭgātio, belli indictio. ‖ κήρυξις ἢ πόλεμον ἀπὸ τῶν ἐναντίων, ὑπερσπονδία. Gall. *Declaration de guerre. Manifeſté.* Ital. *Generale concessione di pigliare prigioni, & farli pagare pena è taglia, intimatione di guerra.* Germ. Ein heitere/ vnd offentliche absagung. Item/ein offentliche erzehlung forderung wider schuldner fürzunemen zugelassen ist. Hisp. *Aquella demanda de lo robado, ò denunciacion de guerra.* Angl. *Denouncing or proclayming of warre.* ‖ ¶ Accipitur & pro exactione nummaria, maximè quæ Principis, vel Reipublicæ edicto conceditur. Liv. *lib.8.* In Velitemos veteres cives Romanos, quòd toties rebellassent, graviter sævitum, & muri dejecti, & Senatus inde abductus, jussitque trans Tyberim habitare ut ejus qui eis Tyberim deprehensus esset, usque ad mille passus 200. pondo clarigatio esset: nec prius quàm ære ablato, is qui cœpisset, extra vincula captum haberet.

‖ Classicus, qui canit classicum. Turneb. ‖

Clāsis, Æquivocum est, significat enim navium multitudinem, πλῆθος πλοίων. ‖ Angl. *A navie of shippes.* ‖ Hoc est, à lignis vel potiùs rudentibus vel: quamvis abusivè pro una tantum navi ponatur. Virg. *lib.6.*

——— *Lycia duxerem classi Oronten.*

Classis procincta exercitus. Gell. *cap.15. lib.10.* Vide & *Pratingo.* ¶ Significat & civium partes pro centus ratione distributas, τάξεις. Nam Liv. de Serv. Tullii rebus gestis scribit, urbem in quinque classes divisam, censúmque ab eo institutum fuisse, rem salubertimam tanto futuram Imperio, quò pacis bellique munia non viritim, ut antea, sed pro habitu pecuniarum fierent. Tum classes centuriásque ad hunc ordinem ex censu descripsit. Qui centum millia æris, aut majorem censum haberent, inter primarios numerabantur, & sub primæ classis titulo. Ex his octoginta fecit centurias, quadraginta senum, quadraginta juvenum. Seniores, ad urbis custodiam: juniores, ut foris bellum gererent. Arma his, galea, clypeus, ocreæ, lorica, omnia ex ære, hæc ut tegumenta corporis essent. Præterea tela in hostem, hastæ, & gladius. Additæ sunt fabrorum duæ centuriæ, quæ sine armis stipendia facerent: datum munus, ut machinas in bello ferrent. ¶ Hinc Classici, hujus primæ tantum classis homines dicebantur, qui (ut docet Gell. *lib.7. cap.13.*) centum & viginti-quinque millia æris, amplíusve, censi erant. ¶ Hinc etiam Classici testes, hoc est, assidui, & locupletes, qui (ut inquit Festus) signandis testamentis adhibebantur, hoc est, primæ classis homines, quasi primæ authoritatis, & idonei veritatis censores. ¶ Et metaphoricè Classicos authores vocat Gell. *lib.19. cap.8.* quasi primæ notæ scriptores, Latinæque elegantiæ testes idoneos, cujusmodi sunt Cicero, Cæsar, Salustius, Virgilius, Ovidius, Horatius, T. Livius. ¶ Ex iis verò qui intra centum ad septuagintaquinque millia erant censi, viginti seniorum, & totidem juniorum centurias conscripsit, quibus pro scuto clypeus & reliqua omnia arma, præter loricam, ne imperata. ¶ Tertia classis à septuagintaquinque ad quinquaginta millia. Arma, ut in superiore, præter ocreas. ¶ In quarta classe à quinquaginta ad viginticinque millia, centuriæ viginti seniorum, viginti juniorum. Arma mutata, nihil præter hastam, & verutum datum. ¶ Quinta classis centurias triginta habuit, fundas lapidesque missiles gerentes. Et homines quinæ classis pro tenuibus, & in inimæ authoritatis dicuntur, οἱ ἐν ὀλίγοις τιμώμενοι. In his erant accensi, cornicines, tubicines, in tres centurias digesti, qui non ultra undecim millia censebantur. ¶ Et infra classem, & extremæ classis, viros infimæ notæ licebit appellare. Infra classem qui dicerentur, Gell. *cap.13. lib.7.* Creata est præterea una centuria, quæ fuit immunis à militia. Infra classem autem esse dicebantur, secundæ classis, exterarúmque omnium classium, qui minore summa æris, quàm classici illi censebantur. ¶ Significat & classis, equitum ordines. Virg. 5. *Æneid.*

——— *Scio me Danaûm è classibus unum.*

Unde & Classis procincta, παρασκευασμένος στρατός, dicitur exercitus instructus. ¶ Apud antiquos Classes clypeatæ dicebantur, quos nunc exercitus vocamus. ¶ Classes quoque in scholis sunt ordines discipulorum. Quintil. *lib.1. cap.2.* author est, à præceptoribus suis pueros olim in classes distributos, ordinémque discendi secundùm vires ingenii datum. Et classem ducere, de eo, qui præstantissimos est discipulorum. *Ibidem.* ¶ Latini in sua classe manere dicuntur, qui non deserunt vitæ institutum: & Classem suam deserere, qui mutâne.

Classicŭla, diminutivum, apud Cic. *ad Attic. lib.16.* Classibus cum classicula sua venerat.

Clāssĭcŭs, a, um, quod est classis, vel quod ad classem pertinet. ‖ ναύτικος. Angl. *Belonging, to à navie of shippes.* ‖ Ut, Classicum bellum, bellum navale. Propert. *lib.2.*

*Et canerem Sicula classica bella fuga.*

Classici, qui in navibus remis incumbebant: apud Curtium *lib.4.* Tandem remis pertinaciùs everberatum mare, veluti erigentibus navigia classicis: cessit, appulsáque sunt littori lacerata pleraque. ¶ Et classici οἱ ναυβάται, οἱ πλώιμοι, οἱ ἐν τριήρεσι, primæ tantùm

classis homines, de quibus paulò antè. ¶ Et etiam classici dicebantur Præcones, κήρυκες. Qui tuba, vel cornu jussu magistratuum ex arce, vel circum muros populum ad comitia vocabant, dicti à Calando, id est vocando, sive à clangore. Unde Classica pro ipsis tubis, παρὰ τὸ βοᾶν καὶ κλάζειν. Virg. *lib.* 7.

*Classica jamque sonant.*

Ubi Servius, classicum dicimus & ipsam tubam, & sonum. ¶ Classicum autem est signum tubæ. Liv. *lib.* 1. Vocatis classico ad concilium militibus. ¶ Classicum item incundæ pugnæ signum appellatur, quod tuba dari solet: unde Classicum canere σημαίνειν τὸν ἐφοδον, hoc est, signum dare, quo milites pugnam ineant. Contrà, Canere receptui, ἀναλύειν, est à pugna revocare. Suet. *in Cæs. cap.* 2. Classicum exorsus (i. instans tubam.) Asconius autem, ad hoc symphoniacos capi solere scribit, ut in classe pugnantibus classicum canant, unde ipsi tubæ classis nomen impositum. Ascon. *Orat.* 1. *in Verr.* ¶ Accipitur etiam latiùs Classica vocabulum pro quovis tubæ sono, qui prodeunte Imperatore, aut ejus jussu in castris fieri solet. Cæsar 3. *bell. civ.* Pompeius paucis pòst diebus in Thessaliam pervenit: suum cum Scipione honorem partitur, classicisque apud eum cani, & alterum illi jubet prætorium tendi. Virg. 2. *Georg.*

*Necdum etiam audierant inflari classica.*

Classica corona. Velleius.

Clāssiārii, propriè dicuntur classis milites, qui scilicet in classe stipendia merent, ναύται. Cæsar *lib.* 3. *bell. civ.* Itémque per equites dispositos aqua prohibere classiarios instituit. Sueton. *in Galba*: Nam quum classiarios, quos Nero ex remigibus justos milites fecerat, ad pristinum statum redire cogeret. Idem *in Tiber. cap.* 62. *& in Othon. cap.* 8. Apuleius usurpavit pro tubicine, aut eo qui classicum canit, quum ait: Et laudum ejus classiarius, atque assiduus præco. Ubi pro eodem penè videtur accepisse Præconem laudum & Classiarium. Quo in loco Perottus mentem Apulei non satis assequutus, arbitratur Classiarios pro potentioribus accipi, quos alio nomine vocabant Assi luos.

‖ Classicen, qui classico canit. ‖

Claterna, à Pomponio Mela *lib.* 2. numerarur inter oppida Piceni.

Clāthrūs, & Clathrum, utroque modo dicitur, ligna transversa, quibus aliquid munitur, ut fenestræ, quæ vulgò *Ferrata* dicuntur. ‖ שככה *schachàh*. κλεῖθρον, à κλείω, claudo. Gall. *Barre, barreau, trellis. claye.* Ital. *Stanga.* Germ. Das holtz darauff man die gätter macht/ Gatter. Hisp. *La red ò verja para cerrar lugar.* Angl. *A barre or lattises.* ‖ Horat.

*Objecto cavea valvis si frangere clathros.*

Columella posuit pro lignis cancellatim compactis, quibus glebæ contunduntur. Hirpicem Varro appellat.

Clāthro, as, significat clathris claudere. ‖ κλείθω. Gall. *Barrer, fermer de barreaux, ou treillis.* Ital. *Stangare, mettere la stanga.* Germ. Vergätteren/ verschrencken. Hisp. *Cerrar lugar con rexas ò verjas.* Angl. *To shut up in lattises or with barres.* Colum. *lib.* 9. Satis est autem vacerras inter pedes octonos defigere, serisque transversis ita clathrare, ne spatiorum laxitas, quæ foraminibus intervenit, pecudi præbeat fugam. ¶ Hinc fenestra clathrata, apud Plaut. *in Milit. sc.* 4. *a.* 2. Nam certò neque solarium apud nos est, neque hortus ullus, neque fenestra, nisi clathrata.

Clāvā, fustis teres ad clavi similitudinem capitatus. ‖ ῥόπαλον, κορυνή, ῥάβδος. Gall. *Une massuë.* Ital. *Mazza.* Germ. Ein kolb. Hisp. *La porra.* Angl. *A clubbe.* ‖ Cic. 6. *in Verrem.* Qui primò quum obsistere ac defendere conarentur, malè mulctati, clavis ac fustibus repellantur. Idem *de senect.* Sibi igitur habeant alii arma, sibi equos, sibi hastas, sibi clavam, sibi pilam, &c. Plin. *de lino*, Interdum deinde in filo ponitur, illisum crebrò in silice ex aqua, tectúmque rursus tunditur clavis, semper injoriâ melius. ¶ Hinc clava Herculis, qua ille utebatur, quam quis Herculi extorquere proverbialiter dicitur, qui sibi vendicare conatur quod aliàs jam potentior occupavit.

‖ Clavata, vestigium. Clavatus, cruci affixus. Cerda. ‖

Clāvātor, qui hujusmodi clava utebatur, inquit Festus: servus scilicet, qui clava armatus dominum comitabatur. ‖ ῥοπαλίτης, ῥοπαλοφόρος. Angl. *Vvich used a clubbe.* ‖ Plaut. *Merc.* Egomet mihi comes, clavator, eques, agaso, armiger. Idem *Rud.* Ædepol eccum clavator advenit.

Clāvīger, qui clavam fert. ‖ ῥοπαλοφόρος. Angl. *That beareth a clubbe.* ‖ Ovid. 7. *Metamorph.*

*Clavigero invidit Vulcani occumbere prolem.*

Idem 15. *Metamorph.*

——— *illic lavere bimembres*
*Vulnera clavigeri quæ fecerat Herculis arcus.*

Clavarius, vide *Clavus.*

Clāvātus, vide *Clavus.*

Claudeo, pro Claudico. Cæcil. apud Priscian.

Claūdĭa, κλαυδία, nomen virginis Vestalis, quæ quum in suspicionem stupri venisset, & simulachrum matris Idææ in vado Tyberis hæsisset, ad comprobandam pudicitiam suam, fertur cingulo duxisse navem, quam multa hominum millia trahere nequiverant. Eadem quum patrem triumphantem ab inimico Tribuno plebis de curru detrahi animadverteret, pietate mota, in currum insilit, patrémque tam arctè est amplexa, ut divelli non potuerit: quo facto populum tam acriter in Tribunum concitavit, ut ille vitæ metuens destiterit ab incepto. Author Valerius *lib.* 5. *cap.* 4.

Claūdĭā Plin. *lib.* 3. *cap.* 24. Noricī oppidum est, quod à Ptolemæo Claudivium appellatur. Vulgò *Loffernerenburg.*

Claūdĭi gens, tribus maximè cognominibus ornata est. Nam & Pulchri, & Neriones, & Marcelli nominatur. Patricii fuêre Pulchri & Neriones, plebeii Marcelli: nec minùs multos ex plebeiis, quàm ex patriciis, virtute præstantes, meritisque claros in republic. licet invenire.

Claūdĭi familia, ab Appio Clauso Sabino cognomen accepit, qui post exactos reges cum quinque millibus clientum Romam venit, partémque urbis habitandam accepit. Plutarch. *in Public.* ¶ Ex hac familia Appius Claudius Cæcus, qui viam Appiam strauit, & aquam Appiam in urbem duxit, Pyrrhúmque intra urbem non esse recipiendum, sua sententia obtinuit. Ex hac familia Neriones & Drusi originem traxerunt. Nam Neriones, Sabinorum lingua fortes, & strenui dicuntur. Drusi autem cognominati à Claudio Druso, qui occiso Druso Gallorum duce, primus sibi, & posteris hoc cognominis indidit. Author Tranquillus *in Claudio.* ¶ Fuit & Appius Claudius Regillianus, unus ex Decemviris, legibus scribendis creatus, summa inter collegas authoritate, qui post multa imperiosè, & crudeliter gesta, eandem Virginiæ amore captus, submisso quodam ex libertorum numero nomine Clodio, in servitutem eam asserere est conatus. Qua re intellectâ, accurrens è militia pater, exiguum cum filia colloquendi spatium petit, cámque paululum extra turbam abductam, quum alia ratione pudicitiam ejus & libertatem adversùs Decemviri libidinem tueri non posset, non invitam interfecit: quo nomine Decemvir in carcerem conjectus, sibi manus intulit. ¶ Præter hos fuit & Claudius Appius, Caudex cognominatus, quòd primus Romanis author fuerit caudices secandi, & classis conficiendæ. Hic Carthaginenses Messanâ expulit: Hieronem prælio victum apud Syracusas in deditionem accepit. ¶ Fuit & Claudius Nero, Livii Salinatoris collega, qui Asdrubalem secundo bello Punico Annibali fratri suppetias ferentem, acie superavit, occisique caput in fratris castra abjiciendum curavit.

Claūdĭānā tonitrua dicebantur, quæ Claudius Pulcher instituit, ut ludis factis post scenam conjectus lapidum ita fieret in circumactam pelvim, ut veri tonitrui speciem repræsentaret. Vide supra *Brenteum.*

Claūdĭānŭs, κλαυδιανός, Poëta Ægyptius, ut Græci & Latini affirmant, & ipse de se testatur. Floruit sub Theodosio, & Honorio Augustis. Scripsit de Raptu Proserpinæ libros tres. Item laudes Honorii, Arcadii, Stilichonis, Olibrii, & aliorum, cum aliquot invectivis: patria fuit Alexandrinus, nobilissima urbe Ægypti. Quidam Florentinum faciunt, sed falsò. Authores Græci, qui de poëta Claudiano scripserunt, Alexandrinum appellant, & author ipse Nilum suum vocat. Ingenio excellenti fuit, maximéque apto ad carmen componendum. Nam & adsurgit feliciter, variisque figuris ac sententiis mirificè delectat. Hi ejus versus præcipuam laudem meruerunt, quos de laude & victoria principis Theodosii contra Eugenium Gallorum regem scripsit. Constat enim Theodosium ipsum parva manu contra ingentes Barbarorum copias dimicasse.

*Te propter gelidis Aquilo de monte procellis*
*Obruit adversum acies, revolutáque tela*
*Vertit in autheres, & turbine repulit hastas.*
*O nimium dilecte Deo, cui fundit ab antris*
*Æolus armatas hyemes, cui militat æther.*
*Et conjurati veniunt ad classica venti.*

¶ Fuit & Claudianus Cæsar, qui interfecto Caligula successit in Imperio, vir inauditæ crudelitatis, ut scribit Sueton. *in Claudio.* ¶ Claudiani poëtæ Alexandrini meminit Suidas.

Claūdĭŏpŏlis, κλαυδιόπολις, Cappadociæ urbs, cujus mentionem facit Plin. *lib.* 5. *cap.* 24.

Claūdĭum, κλαύδιον, urbs Italiæ: gentile Claudianus. Steph.

Claūdĭus, κλαύδιος. Nomen Romani Imperatoris, & Caligulæ patrui. Hic Britanniam insulam in deditionem accepit, & Orcadas Romano adjecit Imperio. Postremò ab Agrippina uxore veneno tollo sublatus est, ut Nero filius Imperio potiri posset. ¶ Fuit & alius Claudius Romanorum item Imperator, qui Gothos Illyricum vastantes bello adortus, incredibili clade superavit. Unde in curia clypeum aureum, & in Capitolio auream sellam habere promeruit. Sed quum duobus fere annis imperasset, apud Smyrnam morbo interiit. Claudii dicti à claudicare. Plutarch. *in Coriol.*

Claūdĭco, vide *Claudo.*

Claūdo, si, sum: Obsigno, obsero, includo, intercludo. ‖ סגר *sagàr.* κλῄω. Gall. *Clorre, fermer.* Ital. *Chiudere, serrare.* Germ. Beschliessen. Hisp. *Cerrar.* Angl. *To shute or shut in to close or inclose.* ‖ Claudo autem factum videtur à do & clavis, q.d. clavi do servandum. Ianus in cruenea illum clausum esse opertuit. Plaut. *Amph.*

——— *Quoniam mihi statio publica clausa est.*

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Trist.* Claulit opus Mamurius (i. perfecit.) Idem *cap.* 2. *de consol. ad Marc.*

——— *clausum pallore vultum.*

Idem 4. *Fast.*

*Quémve locum duello melius sit claudere vallo.*

Tib. *lib.* 4. Virg. *lib.* 3. *Georg.*

*Aut intus clausos satura ad præsepia servant.*

¶ Interdum pro Circuire, sive circundare, περιφράττειν: ita eum interpretatur Nonius illud Virg. *Eclog.* 1.

*Dissæ Nympha nemorum tam claudit e saltus.*

¶ Interdum pro obstitere, arcere, apud eundem *lib.* 1. c. Ecce maris magno claudit nos obice pontus. ¶ Interdum est Cæco, vel Occæco. Hoc verbum priscis fuit in usu. Innumeras claudere pecudes, apes, greges dicitur, qui harum rerum multitudine est apprimè dives. Valer. *lib.* 1. *Argonaut.* Claudere cœnam dicitur cibus, qui sumitur in fine cœnæ. Martial. *lib.* 12.

*Claudere quæ cœnas lactuca solebat avorum,*
*Dic mihi cur nostras inchoat illa dapes.*

Clavosum, inæquale: fortè *Clivosum.* Aliqui *cla vosum* relinquunt: nam quidquid clavis fultum est, asperum est, & non læve, & inæquale.

‖ Claudire, claudicare. Isid. Gloss.

Clausor, fabris exæ suam. Tiburn. vide *Causor.* ‖

Claūsus, a, um: Reconditus, sub clausitis positus, ἀπόκρυφος, apertus, promptus. ‖ סגור *sagùr*, ἀποκεκλεισμένος, ἀπόκρυφος. Gall. *Clos, fermé.* Ital. *Chiuso, serrato.* Germ. Beschlossen. Hisp. *Cerrado.* Angl. *Shut up, inclosed.* ‖ Cic. *act. in Verr.* Statuerunt se nihil tam clausum, neque tam reconditum posse habere, quod non illius cupiditati apertissimum promptissimúmque esset. Ulp. *l. si quis gravi.* § *subveniunt autem, D. ad Senatusc. syll.* clausos (ἀχρήστους.) pro vinctis

vinctis accipit, si modò vincti sint, ut omni modo erumpere non possint.

Claūsus, reconditus, sub signo, & claustris suppositus, ✠ pateos, apertus, promptus, expositus.

Claūsum, substantivum, pro tecto, sive loco concluso. { מסגרת *mesgheréth.* κλεῖθρον. Gall. *Enclos, un clos, lieu fermé, un toict.* Ital. *Luogo chiuso, fermato, stabile.* Germ. Ein beschlossen ort. Hisp. *Lugar cerrado.* Angl. *A close place.* } Colum. *lib. 9. cap. 8.* Nam diebus requies danda est, & infundendi grati apibus liquores, quibus intra clausum alantur. Virg. 4. *Georg.*

*Sic positum in clauso linquunt.*

Clausa viarum, pro viæ clausæ. Lucr.

Claustrum, vel Clostrum, Clausura, sive quo aliquid clauditur, valvæ, fores, loca clausa. { מסגרת *mesgheréth.* סגר *seghór.* κ ὀχῆς. Gall. *Cloſture.* Ital. *Chiostro, claustro.* Germ. Beschloß damit man etwas beschleußt. Hisp. *Cerradura à encerramiento.* Angl. *A close place to inclose or shut up any thing.* } Plaut. *in Curc. sc. 3. act. 10.* Nam sonitum & crepitum claustrorum audio, i. valvarum templi. Virg. 7. *Æneid.*

——— *portarum ingentia claustra.*

Cic. *pro Flac.* Omnes sinus, promontoria, littora, insulas, urbes maritimas claustris imperii nostri contineri. ¶ Claustrum, pro monasterio, conventu fœminarum, carcere: inde Claustralis, pro monacho, quod nomen in laude positum est. In plurali tam masculini, quàm neutri generis est. Apud antiquos Clostra pro Claustris dicebantur.

Claūstrārĭūs, qui sepes, & cætera ad claudendum opera facit. κλειθροποιός. ¶ Claustrarius artifex, apud Lampridium in Heliogabalo ita corruptè legitur: Mulionem curare jussit, jussit & cursorem, jussit & cocum, & claustralium artificem: ubi lege *claustrarium.*

Claustritimus, qui claustris januæ præest. Gell. *cap. 10. lib. 12.*

Claūsŭlă, dicitur id quod aliquid claudit, hoc est, finit. { סוף *sophi.* τὸ τέλος, πέρας, τὸ ἐσχατον. Gall. *La fin & achevement de quelque chose.* Ital. *Cosa che chiude, fine.* Germ. Das end / das ein ding beschleußt / Beschluß. Hisp. *Cerradura.* Angl. *The clause and end of any thing.* } Plin. *lib. 1. cap. 45.* Ungues, qui clausæ nervorum summæ existimantur, omnibus his, quibus & digiti. ¶ Item pro exitu. Cic. *pro Cœlio,* Mimi ergo est jam exitus, non fabulæ: in quo quum clausula non invenitur, fugit aliquis è manibus: deinde scabella concrepant, aulæum tollitur. ¶ Hinc etiam Clausula pro sententia accipitur, quam Græci ἐπίλογον dicunt: ita dicta, quòd sententiam claudat. ¶ Nonnunquam etiam accipitur pro sententia, quæ epistolam, vel carmen claudit, quam vulgò *Conclusionem* vocamus. Cic. *famil. 2.* Quoniam mihi nullum scribendi argumentum est, utar ea clausula qua soleo. ¶ Clausulam imponere, finem imponere. Senec. *epist. 67.* Nec potest dici hoc non esse par maximis bonum, quod beatæ vitæ clausulam impositit, cui Epicurus extrema voce gratias egit. Clausula pro parte edicti. Ulp. *in l. sed etsi, D. ex quibus causis, &c.* Hæc clausula ad eos pertinet, quos more majorum sine fraude in jus vocare non licet, &c. Clausula in Comœdiis. Suet. *in Aug. cap. 99.* Clausula Atellana. Idem *in Neron. cap. 39.* Claudæ & pendentes clausulæ. Quintil.

Clausura, est finis sermonis, Turonensi.

Claūsūræ, vel potiùs clusuræ, sunt τὰ ὀχυρώματα, quæ Imperatores Romani in limitibus habuerunt. Posteriorum temporum scriptores Clausas, & Clusas vocarunt.

Claūdŭs, quasi pedibus clausus, id est, impeditus, qui ex pedibus, aut cruribus femoribúsve vitiatis, æquis passibus incedere non potest. { פסח *pissèach.* χωλὸς. Gall. *Boiteux.* Ital. *Zoppo.* Germ. Hinckend. Hisp. *Coxo.* Angl. *A cripple, lamed, that halteth.* } Asinos vetulos claudos. Plaut. *Asin. sc 2. a. 2.* Quasi claudus furor domi sedet totos dies. Idem *Aulul. sc. 1. a. 1.* Item claudæ & pendentes clausulæ. Et, clauda in oratione. Quint. Item Claudæ naves, & mutilatæ. Liv. *lib. 7. d. a.* ¶ Unde etiam Appius Claudius, à quo Claudia familia originem traxit, primùm Appius Clausus dicebatur. ¶ Si juxta claudum habitaris, claudicare disces. ἐὰν χωλοῦ πλησιάσῃς, κἂν σὺ χωλὸς γένῃ. Plut. *de liber. educ.* Proverbium admonet, perniciosam improborum hominum consuetudinem fugiendam esse, propterea quòd cùm corporis, tum maximè animi vitia & contagia serpunt in vicinum. ¶ Claudi more tenere pilam, proverbialiter in Pisonem dixit Cicero, pro Nullo delectu, nullóque judicio tenere ac sequi quicquid doctum indoctúmque sit. ¶ Claudus optimè virum agit, ἀγαθὸν χωλὸς εἶδε: sive, ut alii leguntur, ἰχθῦν. Dici solitum, ubi quispiam suam sortem velut parum egregiam anteponit alienæ, tametsi præstantiori.

Claūdico, as, are: altero tantùm pede incedo, vel alterum pedum infirmum, & instabilem, aut curtum habeo: Vacillo, non rectè incedo. { נכד *pasách.* פלץ *tsalách.* χωλαίνω. Gall. *Iocher, boiter.* Ital. *Zoppicare, andar zoppo.* Germ. Hincken. Hisp. *Coxear.* Angl. *To cripple, to halt, to bel ame.* } Cic. *lib. de Orat.* Nam quod Spur. Canulio graviter claudicanti ex vulnere ob Rempublicam accepto, & ob eam causam verecundanti in publicum prodire, &c. Transfertè dicitur de omni eo, quod suis partibus rectum non est. Cic. 1. *de finib.* Qui verentur, ne si amicitiam propter nostram voluptatem expetendam putemus, tota amicitia quasi claudicare videatur. Liv. 2. *bel. Punic.* Si altera parte claudicet Respublica, malis consiliis ac bonis, idem juris & potestatis erit. Ne inæqualitate sonorum, velut pedum claudicet oratio. Quintil.

Claūdĭcātĭo, verbale. { פלץ *tsalách.* χωλότης. Gall. *Boitement, clochement.* Ital. *Esso andar zoppo.* Germ. Das hincken. Hisp. *Coxedad.* Angl. *A haulting, lamenesse.* } Col. *lib. 6. cap. 12.* Sanguis demissus in pedes claudicationem affert. Cic. 1. *de nat. deor.* In quo stante atque vestito, leviter apparet claudicatio non deformis.

Claūdĭtas, idem, hoc est, ipsum claudicandi vitium. { פלץ *tsalách.* χωλότης. Angl. *Lameneſſe or haulting.* } Plin. Repulsu duriorís materiæ claudicatem illicò affert.

Claudiculus, vide *Clavus.*

¶ Clavia, borda, clava. Isid. Gloss. ¶

Clāvis, est qua ostia, arculæ, & id genus multa & claudantur, & aperiuntur. { מפתח *mafsbetéach.* κλεὶς. Gall. *Clef.* Ital. *Chiave.* Germ. Ein schlüssel. Hisp. *La llave.* Angl. *A key.* } à Clam, quòd quæ claudere volumus, hac claudere solemus. ¶ Propert.

*Increpat & versi clavis adunca trochi.* ¶

Cat. *de re rust. cap. 13.* Seram vinariam unam, clavem torcularia unam. Cic. *pro domo sua,* Scilicet tu hellucam spurcissimo, &c. omne frumentum privatum & publicum, omnes provincias frumentarias, omnes mancipes, omnes horreorum claves, lege tu tradidisti. Habet & clavim in accusatione. Plaut. *in Most. sc. 1. a. 2.* Clavim mi harumcè ædium nunc jam jube afferri. ¶ Clavim dare parturientibus, ad significandam partus facilitatem, consuetudo antiquis erat Romanis, ut ait Festus, eandémque in divortio adimere viri solebant uxoribus, testante Cic. *Philip. 2.* Ob adulteratas claves uxor repudiari poterat. ¶ Unde Conclavia, loca quæ sub una eadémque clave clausa sunt: & Conclavatus locus, una clave clausus. Clavem Theodorus Samius primò monstravit, à quo Fabet claviculatius, κλειδοποιός. ¶ Clave findere ligna, & securi fores aperire comitis, ἐκ κλειδὸς τὰ ξύλα σχίζειν, καὶ ὃ λέγει τὸν ἥλιον ἀνατέλλειν. Quum res præposterè geritur, veluti si quis metu liberos studeat emendare, servos beneficiis sibi adjungere.

Clāvĭcŭlă, diminutivum à clavi, vel à clava virga. { κλάδος. Gall. *Le ſarille ou tendron de la vigne dequoy elle ſe lie & s'attache à ce qu'elle rencontre.* Ital. *Capelli della vite con i quali s'appiglia à quello che incontra.* Germ. Ein schösselin. Hisp. *El cercillo ò ſiſereta de la vid.* Angl. *The boughe of a wine wherby it is coupled to an other wine.* } ¶ Dicitur quoque Clavicula, capreolus, sive pampinus in vite. Cic. *de senect.* Vitis quidem, quæ naturâ & caduca est, & nisi fulta sit, fertur ad terram, eadem, ut se erigit, claviculis suis, quasi manibus, quicquid est nacta, complectitur.

Clāvĭcŭlārĭŭs, qui claviculam, id est, virgam, vel clavem gerit, κλειδοῦχος. ¶ Julius Firmicus *Mathesees lib. 3.* Aut clavicularii, aut carceris custodes.

¶ Clavicarii, Claviculatii, clavium artifices. Pancirol. ¶

Clāvārĭus, appellatus est Suetonii pater, ab eo quòd præfectus fuerit donativo imperatorio inter milites dispertiendo. Unde Corn. Tacitus scribit, Clavariam donativi nomen esse, qui ait: Seditiosæ militum voces terrebant Clavarium: donativi nomen est.

Clavola, æ, Surculus arboris, vel fruticis utrinque præcisus, & plantationi aptus: quam & *Taleam* vocant Latini. { נטעת *nétsef.* נטע *jonéketh.* שתיל *schetil.* ξυλάριον, ξυλίφιον, κλάδι. Gall. *Vn planton, teston ou greffe d'olivier.* Ital. *Calamo.* Germ. Ein schoß dan man pflantzen will. Hisp. *El eſtaca propria para plantar.* Angl. *A greffe, a ſtipe of a tree, a young ſett, or ſhoote.* } Varro *lib. 1. de re rust. cap. 40.* Demum in oleaginis seminibus arboris videndum ut sint de tenero ramo ex utraque parte æquabiliter præcisa, quas alij clavolas, alii taleas appellant, ac faciunt circiter pedales.

¶ Clavosum, inæquale. Gloss. Isid. tanquam plenum clavis: nisi legendum *Clivosum.* ¶

Clausenburgum, Transylvaniæ urbs.

Clausĭtātĭus, Claustrum, Clausula: vide *Claudo.*

Clausus, antea Claudius dictus. Rex fuit Sabinorum, qui post exactos reges, cum quinque millibus clientum & amicorum Romam venit, & susceptus, habitandam urbis partem suscepit: ab eo postea & tribus & familia Claudia vocata est, ut habetur apud Maronem *lib. 7.*

*Ecce Sabinorum prisco de sanguine magnum*
*Agmen agens Clausus, magnique ipse agminis instar,*
*Claudia nunc à quo diffunditur & tribus & gens.*

¶ Clavulum, vehiculi genus. Cerd. ¶

Clāvus, dictus est quòd claudat, figat, atque contineat: à claudendo. Nam ideo clavum figimus, ut claudat, seu contineat aliquid. { מסמר *mesmir.* יתד *jathédh.* ἧλος. Gall. *Clou, un coing.* Ital. *Chiodo.* Germ. Ein vogel. Hisp. *Clavo.* Angl. *A nayle.* } Cæsar 3. *bell. Gall.* Trabibus ex pedalibus in altitudinem trabibus confixa clavis ferreis, digiti pollicis crassitudine. Parata navi clavo hærentes sedulò. Plaut. *Amph. sc. 4. a. 4.* Quem obtrit mare clavum tenentem & obnoxium. Senec. *cap. 6. de consol. ad Marc.* Animus tuus apud nos est fixus clavo cupidinis. Plaut. *Asin. sc. 3. a. 1.* Clavi in cruribus. Senec. *cap. 19. de vit. beat.* ¶ Clavum clavo pellere, ἧλον ἧλῳ ἐκκρούειν. Lucian. *in Philopsende,* ἢ ἧλῳ ἧλον, ἀκαιρέῳ δὲ ἄλλον, id est, Et clavo, quod aiunt, retundis clavum. Locus erit proverbio, non modò quum vitium vitio, malum malo, dolum dolo, vim vi, audaciam audacia, maledicenti. ñ maledicentia retundimus: verùm etiam quoties rem utcunque molestam diversa molestia profligamus, ut quum libidinum incitamenta laboribus obtrimus, curam amoris aliis majoribus curis domamus. ¶ Clavus item navis est gubernaculum, sive temo, quòd eam dirigat, rectámque teneat, πηδάλιον. Cic. *de senect.* Ille autem clavum tenens, quietus sedeat in puppi. ¶ Hinc proverbium, dum clavum rectum teneam. Significat autem non putandum eventum minùs prosperum artifici, modò is præstiterit quod artis est. Quint. *lib. 2. Inst.* ¶ Vinum caret clavo, ἄοινος καὶ ἄκρατος πηδαλίου. Quo significatur ebrietatem nihil consultè, neque moderatè vel dicere, vel facere. Obtunditur enim ratio, quam clavi vice sobrius moderatur ac gubernat. ¶ Purior clavo, ἀκριτόμυθος πηδαλίου. Comparatio proverbialis de re vehementer inculpata, aut moribus undequaque integris, & incontaminatis. Clavus enim nauticus assiduis fluctibus abluitur, ut nihil sordidum possit hærere. Adagium refertur à Suida. ¶ Item, Clavus genus tuberculi, quod & ἄκων Græci appellant, rotunda specie, coloris albi: fit in plantis digitisque pedum maximè: sic appellatum, quia ita pungit, ut quasi clavus ferreus infixus videatur. Nam cato durescit in callum semper ferè pungentem. ¶ Alii Clavum intelligunt, quem ἀκρόχορδον Græci, Celsus Furunculum appellat, sola duritie à phymate differentem. Ægineta definit esse tumorem eum abscessu, à crassis humoribus genitum, qui in carnosis præcipuè locis consistit, minus alioqui, nisi profundior sit: nam tunc malignitatem habet conjunctam. Eo morbo Silius Italicus interisse fertur.

Plin. *epist.* 51. Erat illi natus insanabilis clavus, cujus ratio ad mortem irrevocabili constantia decurrit. ¶ Fiunt & callosa quædam in candido oculi tubercula, quæ Clavi nominantur oculorum. Celsus *lib.* 7. *cap.* 7. ¶ Arbores quoque clavum hujusmodi patiuntur, qui & Fungus & Patella dicitur, ut inquit Plin. *lib.* 17. *cap.* 24. Idem scribit clavos innasci natibus, & purgari succo pyxacanthi, de quibus Juv. *satyr.* 3.

*Calcor & in digito clavus mihi militis hæret.*

¶ Sunt & Clavi caligares, à caligis militaribus quibus suffigebantur. Idem Plin. *lib.* 9. *cap.* 8. In quibus pisces omnibus annis Vergiliarum exortu existunt, squamis conspicui crebris atque præacutis, clavorum caligarum effigie. ¶ Præterea Clavus est vestimenti genus, veluti quibusdam clavis aureis distinctum: quod & à palmarum similitudine Palmatum vocabatur, & à verrucis clavo similibus, Verrucata vestis: quod si latior ipsa vestis erat, Latusclavus dicebatur. μαπίωμος. Hac soli Senatores & Patricii induebantur. Horat. *lib.* 1. *Sermon. Satyr.* 6.

——— *& latum demisit pectore clavum.*

Tunica lati clavi. Suet. *in Aug. cap.* 94. *& in Cæs. c.* 45. *& in Aug. cap.* 38. Clavus purpuræ loco insertus vesti. Quintil. Vixit Mœcenas angusto clavo (alias *angusti clavi*) penè contentus. Velleius. Clavi qualitate discreti Senatores ab Equitibus. Lamprid. *in Alex. Severo.* ¶ Unde Laticlavos appellati Senatores Iegimus. Suet. *de Nerone*: A laticlavo, cujus uxorem attrectaverat exsul. Vide *Latus clavus.* ¶ Ab Ovidio 4. *Trist. Eleg. ult.* Clavus simpliciter dicitur pro Senatoria dignitate, illo versu:

*Curia restabat, clavi mensura coacta est.*

Sueton. *de August.* Clavo nec lato, nec angusto.

‖ Clavarius in Gloss. exponitur λοχαγός: id est, qui clavos fabricatur tundendo. Item λοχαγός, clavo, clavos percutio. Erat verò etiam dignitas quædam: unde Clavarius appellatus Suetonii pater, quòd præfectus fuerit clavario donativo imperatorio inter milites dispartiendo. Don. Marcellus in Suet. Vesp. *cap.* 8. *ibid.* ait: Quod Suetonius calcearium vocat, vocasse puto Tacitum *lib.* 3. *histor.* clavarium, id est, donativum in clavos calcearios impendendum. ¶ Clavarios à Vive *collog. cap.* 13. dicitur, qui clavam, seu sceptrum Rectori Academiæ præfert. ‖ ¶ Clavarium apud Tacitum, donativum esse volunt in clavos caligarum militarium impendendum, cùm scribit Satyricus poëta,

——— *offendere tot caligatos*
*Millia clavorum.*

Nam militum caligis clavi suffixi erant. Tacit. *lib.* 19. Ipsos seditiosæ militum voces terrebant, clavarium (donativi nomen est) flagitantium.

‖ Clavator, qui clavam gerit. ‖

Clāvātŭs, a, um, quod est aculeis clavorum modo prominentibus circundatum, ἥλωτός. Nam & clavatæ vestes, πολύσκωπος ἐσθής, hinc vocantur, quas vulgus à verrucis clavo similibus, Verrucatas appellat, etiamsi non ex auro, sed aut ex cocco, aut aliis coloribus verrucas habeant. Lamprid. *in Alex.* Convivium: neque opimum, neque nimis parcum, sed nitoris summi fuit: ita tamen ut pura mantilia mitterentur sæpiùs cocco clavata, aurata verò nunquam. ¶ Hinc etiam Clavata dicuntur vestimenta clavis intexta, vel calceamenta clavis confixa. Et clavati socci, quòd solcas habeant clavis intertextas. Clavata verò sunt vestimenta, quæ ex auro, aut cocco, aut aliis coloribus clavos & verrucas habent. Quæ autem cum auro, Auroclavata dicuntur, & Auroclavatæ vestes, à textura aureorum clavorum. ¶ Clavata, æ, est vestigium. Clavatum Lugdunum, apud Greg. Turon. pro clavis, & clavibus munitum. ¶ Clavus annalis, qui figebatur in parietibus sacratum ædium per annos singulos, ut per eos numerus colligeretur annorum. Apud Livium scribitur Dictatorem creatum fuisse causa tantùm figendi clavi ad pestilentiam sedandam. Hinc Clavo trabali beneficium figere, proverbiali metaphora dicitur, pro eo quod est, alta mente beneficium reponere, & inextinguibili memoriæ commendare, de quo vide infrà in dictione *Trabalis.* Præclavium, pars vestis, quæ ante clavum texitur. Afranius apud Nonium. Texium diem præclavium unum texere.

Clāvĭcŭlŭs, diminutivum à clavo. { γομφίον. Angl. *A little nayle.* } ¶ Significatur etiam hoc nomine Capreolus in vite, qui ἰξύς Græcè, & Pampinus à nostris dicitur.

Clā·ĭcŭlātŭs, a, um: Claviculis instructus. { ἀγγυμοπλόκος, ἀλυσσωτός. Angl. *Nayled.* }

‖ Clavularius cursus, cardus, qui publicè militibus caligatis concedebatur. Turn. ‖

Clavulus, diminutivum: Parvus clavus. Varro *de re rust. cap.* 9. Ne vulnerentur à bestiis, imponuntur iis collaria, id est, cingulum circum collum, ex corio sirno, cum clavulis capitatis. Cato *cap.* 11. Imbrices medias clavulis figito.

Clāzŏmĕnæ, αἱ Κλαζομεναί, urbs Ioniæ Asiaticæ, quam condidit Paralus. Hæc prius Gryna nommabatur, vicina Colophoni: unde & Apollo Grynæus dictus est apud Virgilium, quòd ibi esset ejus oraculum.

Clazŏmĕnĭa, insula ante Ioniam, quæ & Macarhuza, μακαρία νῆσος, dicitur, à qua Clazomenii, Κλαζομένιοι, Ioniæ populi originem traxerunt.

Clĕānthēs, Κλεάνθης, nomen Philosophi, qui Zenonis Citiensis scholam successor excepit. Hic Phani Asii filius, egregius pugil quum Athenas venisset, Zenoni adhærens, generosè philosophatus est, & in ejusdem permansit dogmatibus. Hic quum valdè pauper esset, mercenariam vitam agebat. Noctu quidem in hortis aquam hauriebat: per diem verò in studiis exercitabatur. Unde Phreantes appellatus est, quasi puteos hauriens. Tradunt illum, quæ à Zenone audierat, ossibus boum & testis fictilibus perscribere solitum, quum pecunia non suppeteret ad chartas emendas. Hujus insignis diligentia & acerrima censura abiit in Proverbium. Nam quum aliquid summa cura industriâque elaboratum volumus significare, dicimus illud ad Cleantis lucernam esse exigitatum.

Cleanthes, mulieris nomen est apud Suid.

Clĕārchŭs, Κλέαρχος, Philosophus fuit, cujus meminit Hieronymus contra Iovin. ¶ Fuit & alius hoc nomine Lacedæmoniorum dux. Hic dicebat exercitui, Imperatorem plus, quàm hostem metui debere. Author Frontinus *lib.* 4.

Clēmă, κλήμα. Herba est tithymali generibus assignata, Cypharissiæ non absimilis, quæ Dioscoridi Pityusa, officinis *Esula* dicitur. Vide Dioscorid. *lib.* 4. *cap.* 148. & Ruell. *lib.* 3. *cap.* 146. ¶ Hujus varia genera à perito linguæ Polonicæ, & rei herbariæ, distinguenda erunt. Evonymus, vulgò apud Barbaros, item Italos & Gallos, fusaria, vel fusanus appellatur ab usu fusorum, propter materiæ solidiratem, & a figura fructus. Tragus *tomo* 3. fusarium nulla ratione evonymum esse negans, captivum facit. Gesn. *in capra lit. C.* ¶ Clema item Plinio inter nomenclaturas polygoni herbæ commemoratur.

Clēmātis daphnoides. { κλήματις δαφνοειδὴς. Gall. *Pervenche.* Ital. *Provenca.* Germ. Ein grün *magrpalmen.* Hisp. *Pervinca.* } Herba est sarmenta habens prælonga, juncea crassitudinis, folia autem lauri: unde & Daphnoides cognominata est. Nostrore nomine Vincapervinca dicitur, quæ & Clematis Ægyptia appellatur. ¶ Unde locus factus proverbio, Clematis Ægyptia, κλήματος Αἰγυπτίας. Phalereus Demetrius refert, id ioco dici solitum in eos qui corpore præter modum procero atque atro colore essent. ¶ Est & altera Clematis, ramis rubentibus, quibus se arboribus circumvolvit, ut smilax: unde ab officinis Volubilis major appellatur. { Gall. *Liseron.* Ital. & Hisp. *Flammola.* Germ. Werst winden/ jungfrawen. } ¶ Commemoratur & tertia Clematidis species à Plin. *lib.* 24. *cap.* 1. Italis *Centunculus* appellata, eadem fortasse cum ea quam Dioscor. Gnaphalium appellat.

Clēmēns, tis: Lenis, mitis, mansuetus, humanus, qui remittit de eo quod possit prosequi. { חנון *chanún*, רחום *rachúm*, חסיד *chasidh*, ἥμερος, ἵλεως. Gall. *Doux, humain, misericordieux, paisible element.* Ital. *Clemente, piacevole, liberale, mansueto.* Germ. Sanftmütig/ mild/ barmhertzig. Hisp. *Mite, manso, y templado.* Angl. *Mercifull, genile, meek.* } ‖ Claud.

——— *primo clementior ævo.* ‖

Cic. 2. *de fin.* Etsi satis clemens sum in disputando, tamen interdum soleo subirasci. Differt à Placido, quòd Clemens sit circa recte agentes, Placidus circa delinquentes: & clementis est nullos lædere, placidi arridere omnibus: clemens animo, placidus vultu. Ter. *in Adelph.* Ille suam semper egit vitam in otio, in conviviis clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus. Clementi gradu, Gellius *cap.* 11. *lib.* 1. ¶ Clemens mare dicitur, id est mite & tranquillum: cui mare natum, asperum, ac sævum opponitur. Gell. *lib.* 11. *cap.* 21. Nox fuit & clemens mare, & anni stellas, cœlúmque liquide serenum.

Clēmentĭă, Lenitas, benignitas, misericordia, animi moderatio. { עניות *hanavús*, חסד *chésedh*, רחם *rachem.* πρᾶος, ἵμερος. Gall. *Clemence, douceur, quand la personne ne se courrouce pas aisément.* Ital. *Clemenza, benignità.* Germ. Sanfftmütigkeit/ mildigkeit/ gütigkeit. Hisp. *Aquella mansedumbre y templança.* Angl. *Mercifullnesse, meeknesse.* } Cic. *de inventione*, Clementia est, per quam animus temere in odium alicujus invectionis concitati, comitate retinentur. Terent. *in Adelph.* Facilitate nihil homini esse melius, atque clementia. Cic. 7. *in Verrem*, Illam clementiam, mansuetudinemque nostri imperii in tantam crudelitatem, inhumanitatémque esse conversam.

*Nostraque vincetur lacrymis clementia fera*: id est, tibi placabimur.

Ovid. *Eleg.* 9. *lib.* 4. *Trist.*

*Ipsaque delictis victa est clementia nostris.*

{ i. Augustus mitissimus. } Idem *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.*

Clēmēntĕr, adverb. Modestè & moderatè. { πράως. Gall. *Doucement, sans courroux, gracieusement.* Ital. *Benignamente, dolcemente.* Germ. Gütiglich/ sanfftmütiglich. Hisp. *Mansa y templadamente.* Angl. *Mercifullie, meklelie.* } Cic. 6. *Verr.* Leniter hominem, clementérque recepit. ¶ Clementer & moderatè jus dicere, apud Cæs. 3. *de bell. civ.* ¶ His contraria sunt, Inclemens, Inclementia, & Inclementer.

Clēmēntĭssĭmè, adverb. Gell. *lib.* 1. *cap.* 18. Hæc Varro scripsit de ipso Lælio clementissimè.

Clēmēns historicus, scripsit de Regibus & Imperatoribus Romanis: item ad Hieronymum de figuris Isocratis. Author Suidas. ¶ Clemens item Alexandrinus præsul, Pantœni discipulus, Origenis præceptor, floruit sub Severo, & Antonino principibus. Hieronymus & Eusebius *lib.* 6.

Clĕnodia, sunt pollicitationes omnes, quæ κλέος, id est, gloriam famámque sapiunt, & splendorem nominis, oblatis ad id margaritis, aliísque id genus.

Clĕobis, Κλεόβις, alter fuit ex Argiæ sacerdotis filiis, qui cum fratre Bitone, quum jumenta morarentur, jugum subiit, matrisque currum ad fanum pertraxit. Pro qua filiorum pietate mater superos precata est, ut filiis præmium darent, quod longè maximum homini dari posset à Deo. Postridie itaque ambo inventi sunt in lecto mortui: tanquam ita dii judicarint, majorem homini felicitatem non posse obtingere, quàm statim ex hujus mundi cripi calamitatibus. Vide suprà in dictione *Biton.*

Cleobula: Cleobula mihi mater fuit. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 5.

Cleobulus, ὁ Κλεόβουλος, Lyndius, Evagoræ filius, unus ex septem Sapientibus. Huic filia nomine Cleobulina, alio nomine Eumetis dicta, quæ versu hexametro ænigmata quædam conscripsit. Meminit puellæ hujus Plutarchus *in convivio septem Sapientum.*

Cleoctenus, Κλεόκτενος, apud Comicos taxatur ut mulierosus, & cinædus, & obscurus, & ut Cybeles filius. Nam & in mysteriis Rheæ mollies tantùm interfuit. Unde id nominis contumeliæ jaciebatur in cinædos ac mollies, & parum viros. Hæc Suidas.

Cleodamas, Κλεόδαμας, Thasius Philosophus, Platonis tempore in geometria floruit. ¶ Alius Cleodamas Achæus (Achæ autem civitas est Thessaliæ) scripsit de cura equorum, authore Steph.

Clĕŏdōrā, Κλεοδώρα. Nymphæ nomen, matris Parnassi, à quo Parnassus mons nomen accepit. Vide Cæl. *lib.* 16. *cap.* 19.

Clĕŏmāchŭs,

Cleōmăchŭs, Κλεόμαχος, Magnesius pugil, qui in cinædi cujusdam & ancillæ amorem incidens, quæ à cinædo alebatur, cinædorum & orationem & mores est imitatus. Nam cinædicæ orationis primus inventor fuit Sotades, postea Alexander Æolus, sed in soluta oratione, Lysis etiam adhibito cantu. Author Strabo.

Cleōmbrŏtŭs, Κλεόμβροτος, Pausaniæ filius Lacedæmoniorum dux, qui timens ne videretur cum Epaminonda hoste sentire, temerè cum eo pugnavit, sèque & patriam in præceps dedit: nam & ipse vulneratus occubuit, & exercitus deletus est. ¶ Fuit & alter hujus nominis, Academicæ sectæ philosophus, qui quum libros Platonis, quibus ille animæ immortalitatem astruit, selegisset, seipsum ex sublimi saxo præcipitavit, ut citiùs ad beatorum cœtum perveniret. Cic. *in Tusc.*

Cleōmēdēs, Κλεομήδης, Astypalæensis pugil fuit, incredibili corporis robore, qui quum Epidaurium quendam pugilem interfecisset, victoriæ præmiis fraudatus, dolotis impatientia insanus factus est: Astypalæamque reversus, se in puerorum ludum recepit, apprehensâmque manu columnam, cui tectum innitebatur, mediam confregit, plurimósque pueros ruina tecti oppressit. Quamobrem quum ad supplicium peteretur, se in sepulchrum quoddam conjecit, adductúmque operculum intus tanta vi scribuit, ut ne à multis quidem simul admitentibus potuerit revelli. Concisso deinde ferramentis sepulchro, Cleomedes neque vivus inventus est, neque mortuus. Consulto itaque oraculo Apollinis quid de illo actum esset, responsum est:

*Ultimus Heroum Cleomedes Astypalæus.*

Cleōmĕnēs, Κλεομένης, Lacedæmoniorum dux fuit, qui ab Antigono victus ad Ptolemæum regem confugit, à quo primùm magno in honore habitus, mox calumnia cujusdam Nicagoræ regi suspectus redditus, in carcerem plenum captivorum conjectus est, qui omnes instinctu Cleomenis mutuis concurrentes vulneribus spontanea morte se tyranni crudelitati eripuerunt. Cujus facinoris quum Cleomenem authorem fuisse Ptolemæus comperiisset, mortuum excoriari jussit, & cruci affigi. Plura de hoc Plutarch. *in vita ejus.*

Cleōn, Κλέων, Cleæneti filius, dux Atheniensium, in reipublicæ administratione adversari solitus Niciæ Nicerati filio, qui missus in Thraciam cum exercitu, multas urbes cepit. Eum insectatur Aristophanes in Comœdia, quæ inscribitur ἱππῆς, id est, Equites. ¶ Fuit & Cleon poëta, qui Argonautica scripsit: à quo argumentum Apollonius Rhodius mutuatus est, ut ejus enarrator scribit. ¶ Fuit item Cleon Halicarnasseus orator, qui Lysandro Lacedæmonio orationem composuit. Author Suidas.

Cleōnæ, Κλεωναί, & Cleonæ, arum, mediocre oppidum, distans ab Argis stadiis centum viginti, à Corinthio nominata, non procul à Nemæa sylva. Ovid. 6. *Metam.*

——— *humilisque Cleonæ,*
*Et Nelea Pylos.*

Cleōnæŭs, a, um, Κλεωναῖος, ut Leo Cleonæus, qui & Nemæus, Lucanus,

*Ille Cleonæi projecit terga leonis,*

Cleonicion, Κλεονίκιον, herba eadem cum clinopodio, teste Plin. *lib.* 24. *cap.* 15.

Cleōnymŭs, Κλεώνυμος, Athenienstum dux fuit timidissimus, qui in prælio abjecto clypeo suos deseruit: unde & ῥιψάσπις dictus est. Hunc insectatur Aristophanes in Nubibus.

Cleopatra, Κλεοπάτρα. Ægypti regina, Auletæ filia, soror & uxor Ptolemæi ultimi, mulier impudicissima, à Cæsare primùm adamata, cui filium Cæsarionem peperit: deinde ab Antonio justæ uxoris loco habita fuit, relicta Octavia Augusti sorore. Postea victo apud Actium prælio navali Antonio, admotis corpori aspidibus sese interemit. Stat. *lib.* 3. *Syl.* Vide Suet. *in Aug. cap.* 17. ¶ Cleopatra altera, quæ ex Cosmeticis citatur à Galen. *in lib.* 1. *de comp. phar. cap.* 1. mulier medicinæ peritissima, quam & Paulus Ægineta *lib.* 3. *cap.* 2. & Aëtius *tetrabili* 2. *Serm. cap.* 6 memorat. Nonnulli tamen hunc virum fuisse arbitrantur. ¶ Ab eo fit Cleopatricus, a, um, ut Cleopatricæ dapes, apud Sidonium.

Cleopatrus, præfecti nomen apud Corinthios, cujus Plutarchus *in Arato* mentionem facit.

Cleophantus, Medicus cujus meminit Plin. *lib.* 24. *cap.* 16. ¶ Fuit & Cleophantus, pictor Corinthius, ut scribit idem Plin. *lib.* 35. *cap.* 3.

Cleŏphōn, Κλεοφῶν, Poëta tragicus Atheniensis, cujus nonnullæ fabulæ commemorantur à Suida.

Cleostratus, Κλεόστρατος, Antiquissimus Philosophus, qui primus in Zodiaco signa Arietis, & Sagittarii deprehendit: Author Plin. *lib.* 2. *cap.* 8.

Cleoxenus, & Democlitus, Κλεόξενος, & Δημόκλειτος, historiam de rebus Persicis scribere aggressi, quam ab illis inchoatam fatetur se absolvisse Polybius Megalopolitanus. Author Suidas.

Clĕpo, is, psi, ptum: Furor, furtipto. { גנב *ghanáb*. Gall. *Dérober, oster & détourner secrettement & en cachette.* Ital. *Rubare, furare.* Germ. Stälen / rauben. Hisp. *Hurtar.* Angl. *To steall or take away secretlie.*} à verbo Græco κλέπτω. Unde Cleptum, furto subtractum. ‖ Prud.

*Quod rapere & clepere est, avidique abscondere parta.*‖

Liv. Si quis clepsit, ne populo scelus esto, neve cui cleptum erit. Plaut. *sc.* 2. *a.* 1. Rapé, clepe, tene, harpaga. Cic. *de Rep.* apud Non. *in Clepere.* Non modò ut Spartæ rapere, ubi & pueri clepere discunt. ¶ Clepere verba alicujus, aut sermonem, observare est, & aucupari. Pacuv. Sermonem hic nostrum ex occulto clepit, quantum intelligo. Accius *Epigram.* Eâque hoc causâ, ne quis nostra auribus verba cleperet. Ex Nonio.

‖ Clepsammŭdium, κλεψαμμίδιον, horologium, quo metimur horas per effluxum arenæ. κλέπτω est furari, ἄμμος arena.

Clepsĕre, clepere, clam rapere. Lucr.‖

Clĕpsydra, Vas è quo aqua paulatim effluens horas distinguebat: horologium. { κλεψύδρα. Gall. *Un vaisseau lequel petit à petit jette l'eau par le bas, duquel on se sert pour horloge.* Ital. *Horologio di acqua.* Germ. Ein wasserstund / wie bey uns gemeinglich die sandohren. Hisp. *El reloz de agua que fue antiguamente.* Angl. *A diall made*



*facing hours by running of water.*} Dicta est autem Clepsydra ab aquæ furto, quòd aquam aut celet, aut furetur. Cic. 3. *de Orat.* Ac hunc non declamator aliquis ad clepsydram latrare decuerat. Mart. *lib.* 6.

*Septem clepsydras magna tibi voce petenti*
*Arbiter invitus, Catiliane, dedit.*

¶ Consimilis sunt hoc tempore clepsydris vascula illa apud nos usitatissima, quæ in medio instar duorum turbinum coarctantur: ex quibus pulviculus per foramen minutum sensim delabitur ex parte superiore in inferiorem, atque ita legitimum tempus horæ metimur. Apud veteres, oratoribus actaris causas forentes præscribebatur tempus dicendi datis clepsydris, quibus exhaustis, amplius dicere vetabantur. Plinius *in Epist.* Dixeram horis pene quinque: nam tribus clepsydris, quas spatiosissimè acceperam, sunt additæ quatuor. ¶ Est item Clepsydra astronomicum organum, sydera dimetiens. Martianus, Clepsydris lunæ magnitudo cognoscitur. ¶ Est item Clepsydra nomen fontis, in arce Messeniorum, in Asinoën alterum fontem influens. ¶ Fuit & Athenis in arce ejusdem nominis fons, ita dictus, quòd flare incipientibus Etesiis abundet, iisdem desinentibus exaresat. Vide Cæl. Rhodig. *lib.* 18. *cap.* 39.

Clērŏmantĭa, æ, κληρομαντία. Divinationis genus, quod fit per sortes. ‖ Clerumenæ, sortientes. Turn. ‖

Clērŭs, i, κλῆρος. Vermiculus est, teste Aristotele, in alveorum pavimentis nascens, quo excrescente, velut aranea obducitur alveus & favi caric pereunt, ipsis scilicet nùm cum fœtu putrefactis: quod vitii genus Clerum quoque eruditiores appellant, hoc est, favi, fœtúsque putrefactionem. Plin. *lib.* 11. *cap.* 16. clerum interpretatur apum abortum, & quasdam amaræ ceræ duritiem, quum inde fœtum apes non eduxerint, morbo impeditæ, aut ignavia, aut fœcunditate naturali. ¶ Græcis item κλῆρος sortem significat, vel hæreditatem: unde Cleronomus, κληρονόμος hæres, & Cleronomia, κληρονομία hæreditas.

‖ Clericus, qui censetur in clero: cui opponitur laicus.

Clericæ literæ, quæ à Clero scribi solent Sede vacante. D. Cypr. Scriban.‖

Clethus, κλῆθος, uxorem habuit Pallenem Sithonis filiam, quæ Thraciæ urbi nomen dedit. Steph.

Clibănŭs, κλίβανος, mons est in extremis Italiæ finibus, non procul à Lacinio promontorio, cujus meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 10. ¶ Est item Clibanus oppidum Isauriæ, quæ est Asiæ regio, inter Ciliciam & Pamphiliam sita: de quo idem Plin. *lib.* 5. *cap.* 27.

Clibănus, i. { תנור *tannúr.* κλίβανος. Gall. *Un four.* Ital. *Theggia, testo.* Germ. Ein ofen. Hisp. *Horno.* Angl. *An oven, a furnesse.*} Instrumentum placentis potius, & id genus cibis, quàm pani coquendo dicatum, quod antiquitus ex testa, seu opere figulino fieri solebat, postea etiam ex ferro, vel ære. ‖ Anon.

*Clibanus undantes jactabat in æthera flammas.*‖

Columell. *lib.* 3. Scrobem clibano similem esse debere, ut imus, quàm summus, paternior sit, ut latiùs radices agantur. Plin. *lib.* 19. Cortices quoque clibanis & furnis præbent usum. Differt autem Clibanus à furno, quòd hic major sit, & immobilis: Clibanus autem minor, ut quocunque visum fuerit, possit transferri. ¶ Hinc κλίβανος ἄρτος à Græcis appellatus panis, qui non in furno, sed in clibano coctus est, quem Varro *lib.* 4. *de ling. lat.* Testuaceum appellat, quòd scilicet in calido testo (sic enim clibanum testuaceum appellat) coqueretur.

‖ Clibanum, alia vox, quæ & apud Græcos legitur κλίβανον, & κλιβάνιον, id est, thorax, lorica ferrea, nempe more Persico undequaque corpore munitus. ‖

Clibănārĭus, qui bene ferro & armis munitus certamen init, κλιβανάριος. Nazarius *in Panegyrico ad Constant.* Opprimento ferri equi, atque homines obsepti: clibanarius in exercitu nomen est. Dicti Clibanarii, quoniam more testudinis arcuatis armis (quæ clibani forma est) utebantur. Ammianus Marcellinus Clibanarios eosdem esse tradit cum iis, qui Græco nomine appellantur Cataphracti.

Clibio, masculus. Isid. Gloss. ‖

Clidēmus, κλείδημος. Scriptor antiquissimus fuit, cujus opus de plantis sæpe citatur à Theophrasto. Scripsit & Protogoniam, quæ citatur ab Athenæo.

Clidĭon, κλείδιον. Thinni jugulus est, qui præcipuè in recenti hoc pisce commendatur. Plin. *lib.* 9. *cap.* 15. Thynni membratim cæsi, cervice, & abdomine commendantur; atque clidio recenti demutant, & cum quoque gravi fastu: cætera parte plenis pulpamentis sale asservantur. Alias tamen pro *Clidio*, legitur *edulio*.

Clidŭchus, κλειδοῦχος. Græcis clavigerum significat, ἀπὸ τῆς κλειδός, hoc est, à clave. Plin. *lib.* 34. *cap.* 8. Fecit & quadrigas, bigasque & cliduchon eximia forma.

Clĭens, qui in fiducia & tutela alicujus est, & patronum habet. { עבד *ghannún*. עבד *tebédh*, חסד *chasidh*. πάτρων, προστάτης. Gall. *Vassal de quelque seigneur, celuy qui s'est mis en la protection d'un autre.* Ital. *Cliente.* Germ. Der vnder einem vogt ist / vnder einem schirm / ein vogtlind. Hisp. *Encomendado à el un abogado.* Angl. *A retainer to some noble or gentile man.*} Clientium excludendorum turbâ referta vestibula. Senec. 10. *de tranquil. ad Marc.* De clientibus vide Halicarnass. *lib.* 2. Qui dicantur, & jura inter eos. Plut. *in Rom.* Et de his quoque vide plura apud Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 4. *& Capt. sc.* 2. *a.* 2. Cui servitutem servit? pol quidem hic hujus est cliens. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Senatui dare operam, aut clientibus; nam Patronus defensor causæ est dictus, quasi pater: Cliens defensione indigens, id est, litigator, qui patronum colit & sequitur, ut ab eo defendatur. Sed ut rectiùs vim vocabuli intelligas, scito, quemadmodum Budæus *in Pand.* scribit, moris fuisse apud antiquos, ut provinciales & socii populi Romani in clientelam sese darent proceribus Romanis, quos patronos sibi adoptabant, non modò publicè, sed etiam privatim: iique ut clientes eorum dicerentur, inter se verò hospites. Fiebat autem id hujusmodi necessitudo, ut clientes perpetuo patronorum suorum patrocinio caput ac fortunas suas tuerentur: vicissimque ipsi patronos suos omni obsequio

atque obsequio colerent, & venerarentur. Cic. *aff.* 1. *in Verr. ad fin.* Clarissimi viri nostræ civitatis, temporibus optimis hoc sibi amplissimum pulcherrimúmque dicebant, ab hospitibus, clientibúsve suis, ab exteris nationibus, quæ in amicitia populi Romani, ditionéque essent, injurias propulsare, eorúmque fortunas defendere. Quin etiam (ut idem scribit) quos *vasallos* vocare solent, Clientes appellare possumus: & Clientelam, observantiam ipsam: & obsequium, quod *Homagium* dicunt, Clientelaris officii sponsionem, agnitionémque. Clientes ut coluerint, Gell. *lib.* 20. *cap.* 1. Erant post pupillos proximo gradu, deinde hospites, mox cognati. Idem *cap.* 13. *lib.* 5. Item, Nemo adversùs clientem testimonium dicit. *Ibid.* Cliens esse non desinit honores adeptus, nisi Curules sint. Et adversùs Clientem patronus cogi non potest dicere testimonium. Plutarch. *in Mario.*

Clĭēntă, æ, fœmininum, quo usus est Plaut. *in Milit.* Habeo eccillam clientam meam, meretricem adolescentulam. Idem *in Rud.* Jam clientas reperi. Afranius similiter in Pompa, Interim tua clienta. Et Horatius. *Carm. lib.* 2. *Od.* 18.

*Nec Laconicæ mihi*
*Trahunt honestæ purpuras*
*Clientæ.*

Sosipater *lib.* 1. In quo tamen Horatii loco nostra exemplaria *Clientes* habent, non *Clientæ.*

Clĭēntēlă: Clientum multitudo, qui potentem aliquem civem, principémve favore prosequuntur, & cujus dignitatem factionémque tutantur, ducti aliqua mercede, vel beneficio. { מגן *maghén*, חסד *chésedh*. κλιεντεια GALL. *Le demaine, la protection & sauvegarde des Seigneurs envers leurs vasseaux & sujets.* ITAL. *Sicurtà, clientela.* GERM. Vile der vogtrinder / daß ist deren die schirmvogt haben. HISP. *Aquella encomendacion, y seguridad.* ANGL. *The protection and defence of lordes towardes their subiectes.* } Cic. *ad Attic. lib.* 14. Scis quàm dudum Siculos, & quàm illam clientelam honestam judicem. ¶ Item Clientela dicitur fides, tutela: unde committere, vel conferre se in clientelam alicujus, est sese alterius clientem profiteri, & ejus patrocinio, sive (ut Gallorum vulgus loquitur) *Salvegardia* se committere. Terent. *in Eunuch.* Thais patri se commendavit in clientelam & fidem. In clientela Antoniorum erat. Suet. *in August. cap.* 16.

Clĭmă, tis. { מדה *péah*. κλιμα. GALL. *Climat, region, contrée.* ITAL. & HISP. *Clima.* GERM. Ein climat/ ein aufgezeichner theil den himeln oder erdbodens. ANGL. *A climat the trait and draught of a contree.* } Græca dictio, quæ spatium significat duobus respondens parallelis, quo dici longitudo ad dimidiatam horam variatur. ‖ Tertull.

*Quæque coluns medii devexo in climate mundi.* ‖

Vitruv. *lib.* 1. *cap.* 1. Disciplinam verò medicinæ novisse oportet propter inclinationes cœli, quæ Græci κλίματα dicunt.

Climax, mons est Strabonis *lib.* 14. Est etiam (inquit) mons nomine Climax, Pamphilio pelago adjacens: is transitum arctum in littore relinquit, qui mari tranquillo nudatur adeò, ut ictę facultatibus pervius sit, pelago autem affluente undis contegitur. Transitus per montem tum etiam arduus est, tum prolixus, quapropter in tranquillitatibus littore utuntur.

Climax, { סלם *sullám*, מדרגה *madhregkáh*. κλιμαξ. GALL. *Eschelle, degré.* ITAL. *Scala.* GERM. Stägen / leyteren. HISP. *Escalera.* ANGL. *A ladder or the steppes of a ladder, or stare.* } Latinè scala, vel potiùs scalæ: est figura, quæ dicitur Gradatio, qua paulatim veluti per scalas ascendimus: ut apud Ovidium,

*Viderat hanc, visámque cupit, potitúrque cupita.*

‖ Climatera, vestis arbustiva. L. gr. b.‖

Clĭmăctĕres, qui dicantur à Chaldæis, vide Gell. *cap.* 10. *lib.* 3.

Clĭmăctērĭcŭs, a, um, κλιμακτηρικος. Latinè dici potest Scalaris, ἀπὸ τῶν κλιμακτήρων, quo nomine Græci scalarum gradus significant. Unde numerus climactericus dicitur, ad quem per gradus, & veluti scalas quasdam paulatim ascendimus: qualis est numerus, qui ex novem novenariis resultat. Nam unitas ter sumpta conficit ternarium. Ternarius in se ductus, novenarium. Novenarius autem novies sumptus conficit unum & octoginta, qui est numerus Climactericus. Hunc autem numerum in humanæ vitæ annis maximè formidabilem esse, à veteribus proditum est: quippe qui ratò sine vitæ, aut fortunarum periculo soleat transmitti. Hoc enim anno ætatis Plato Philosophus, Diogenes Cynicus, Dionysius Heracleotes, Eratosthenes geometra diem suum obierunt. Alii annum ætatis sexagesimum tertium in primis periculosum judicarunt, qui constat ex septies tribus ter multiplicatis, quem etiam Climactera vocabant. Unde Augustus Cainum nepotem lætum natalem diem suum celebrare jubet, quòd annum illum omnibus senibus periculosissimum evasserat. Fuerunt etiam qui annum undequinquagesimum maximè formidarent: partim quod sit numerus quadratus, quem potentissimum credidit antiquitas; partim etiam quòd ex septenario septies multiplicato resultet, cui inter omnes numeros veteres plurimùm detulerunt: adeò ut per omnem vitam septimum quemque annum periculosum & critimum esse voluerint; sed eum præcipuè qui per ternas hebdomadas ascenderet, qualis est annus primus & vigesimus, qui ex tribus septenariis constat: item quadragesimus secundus, & sexagesimus tertius, & omnium maximus octogesimus quartus. ‖ Climacterica, climacteres, pericula vitæ fortunarumque hominum. Tertul.‖ Climactericum tempus, pro arduo, difficili, contrario: authore Plin. *epist.* 44. Habes climactericum tempus, sed evades.

‖ Climactica, naturæ rei incerta perfugia, vel auxilia. Turn.‖

Climacula tela. Gell. *cap.* 25. *lib.* 10.

‖ Clinamen, inclinatio. Clinare, declinare. Lucr.‖

Clĭngo, veteres pro Cingo usurparunt: à Græco κλώθω. Festus.

‖ Clingit, eludit. Isid. Gl.‖

Clinias, κλινίας, Musicus, & Philosophus sectæ Pythagoricæ, qui siquando ad iram provocaretur, sumpta statim cithara, motus animi lenichat: haud aliter quàm Achilles, qui quum iratus ilabat ad lirtus, animi sui dolorem citharæ cantu lenichat. Author Ælianus *de varia historia.*

Clĭnĭcĕ, es, κλινικη. Medicina, quæ victu & pharmacis corporibus medetur. Dividitur enim Clinice in duas partes, ut Dixeticen, quæ victu medetur: & Pharmaceuticen, quæ medicamentis curat. Plin. *lib.* 29. *cap.* 1. Is quum fuisset unos, liberatos morbis scribere in templo ejus iussi, qui auxiliator fuisset, ut postea similitudo proficeret, exscripsisse cantradicitur: atque (ut Varro apud nos credit) jam templo exornato instituisse medicinam hanc, quæ Clinice vocatur.

Clĭnĭcŭs, { κλινικος. ANGL. *Bedred, one so sicke that he cannot rise.* } Medicus qui dixta curat, aut medicamentis: dictus à lectis ægrotantium, quos frequentare solet, quasi Lecticularius. Martialis *lib.* 1. *epigr.* 87.

*Chirurgus fuerat, nunc est vespillo Diaulus,*
*Cœpit quo poterat Clinicus esse modo.*

Sole filia clinici, id est, medici. ¶ Dicuntur & Clinici, qui ita morbo affecti sunt, ut surgere lecto non possint, nullúque amplius de eorum salute spes sit. Plin. *lib.* 25. *cap.* 5. Medetur etiam morbis comitialibus, ut diximus, vertigini, melancholicis. Et paulò post, stomachicis, spasticis, clinicis, &c.

‖ Clinicus, a, um, quasi κλίνη, lecto, affixus, qui præ morbo lecto surgere non potest. ‖

Clĭno, as: Inclino. { נטה *natáh*. κλινω. GALL. *Incliner.* ITAL. *Inclinare.* GERM. Neigen/ Biegen. HISP. *Inclinar ò abaxar.* ANGL. *To bowe.* } Græcum est, & licèt non sit in usu, ejus tamen composita usurpantur, quæ sunt, Acclino, Declino, Inclino, & Reclino: de quibus suis locis.

Clĭnāmĕn, inis, neut. gen. Inclinatio. { נטוי *mot*, ὁ κλισις. GALL. *Détournement, & inclination à costé.* ITAL. *Inchinatione.* GERM. Neigung. HISP. *Inclinacion.* ANGL. *Bowing or turning to a syde.* } Lucretius *lib.* 2. *de inclinatione elementorum & primorum corporum.*

——— *sed ne res ipsa necessum*
*Intestinum habeat cunctis in rebus agendis,*
*Et devicta quasi cogatur ferre, patique:*
*Id facit exiguum clinamen principiorum.*
*Nec regione loci certa, nec tempore certo.*

Clĭnē. { κλινη. ANGL. *A bed to rest on.* } Latinè Lectus, lectica mensa, ἐξέδρα, torus discubitorius, qui sex capiebat. Martial.

*Et testudineum mensus quater hexaclinon.*

Clĭnĕdĭŏn, κλινιδιον, lectulus.

‖ Clingere, cingere, à Græco κλώθω dici manifestum est.

Clingit, eludit: fortè *Cludit.*

Clinodium. In Latinis scriptoribus ciceronis ævi aliquando *clinodia*, aut *clenodia* reperies pro cimeliis. Vox est Germanica Kleinoth, parum necessaria. ‖

Clĭnŏpălē, es, κλινοπαλη, palæstra lecti dicitur: κλίνη, Græcè lectus est, palæstra, sive lucta. Suet. *in Dom.* Assiduitate concubitus velut exercitationis genus clinopalem vocabat. Sic Virg. nocturna bella vocat colluctationes venereas: & ab Apuleio militia amatoria dicitur. Clinopale, immodica fruitio & venerearum rerum usus, apud Paulum *lib.* 1. *cap.* 17.

Clĭnŏpŏdĭŏn, κλινοποδιον. Herba est serpillo similis, surculosa, palmæ altitudine: nascitur in petrosis, orbiculato florum ambitu, speciem lecti pedum præbens: unde & nomen accepit. Hæc Plin. *lib.* 24. *cap.* 15. Putatur esse eadem, quam officinæ *Pulegium montanum* appellant.

Clĭō, κλειω, una Musarum ex novem, apud Hesiodum in Theog. ἀπὸ τοῦ κλέος, id est, à gloria, quòd poëtis gloria ex carmine nascatur.

‖ Clipeocentrum, est insigne scuti, in clipei centro.

Clipeus, vide *Clypeus.*

Clipopodæ, lecti pedes. Turn.‖

Clīsthĕnēs, κλεισθενης, Primus ostracismi author apud Athenienses, privatúsque eo genere exilii mulctatus. Vide Cælium *lib.* 22. *cap.* 44. ¶ Clisthenen video, κλεισθενη ἰδῶ: Suidas refert, & ait convenire in eos, qui lævi derasáque sunt cute. Nam is mos Clistheni, barba derasa semper esse, quo juvenis etiamdum videretur. Effertur & ad hunc modum, κλεισθενους ἀκρατεστερους, Clisthene intemperantior. De cinædo & deliciis efferminato.

Clītārchŭs, κλειταρχος. Historicus fuit, & Alexandri Magni perpetuus in omnibus expeditionibus comes: cujus etiam res gestas descripsit, sed ea vanitate, ut fidem Historici non mereatur. Author Quintil.

Clītellæ, arum, dicuntur quibus sarcinæ colligatæ mulis, & id genus veterinis portantur, qui vulgò *Basti* vocantur. { כר *char*. ὑποσαγμα, ὑπόσαγμα, ὑπόδημα, σαγήνη. GALL. *Le bast qu'on met sur un mulet, asne, ou autre beste pour porter faix.* ITAL. *Basti.* GERM. Saumsattel/ sind darauff die maulthier schröder lást tragen. HISP. *Las albardas ò enfalmas.* ANGL. *Lode sadles.* Horat. *in Satyr.*

*Hinc muli Capua clitellas tempore ponunt.*

Clitellis apportatæ columnæ. Quintil. Cic. *ad Attic. lib.* 5. Clitellæ bovi sunt impositæ, hoc est, homini inepto, & nequaquam idoneo delegata est provincia: vide Erasmi Adagia. ¶ Hoc etiam nomine significatur locus Romæ, teste Festo, propter similitudinem clitellarum, & in via Flaminia loca quædam devexa subinde, & acclivia. ¶ Item quoddam tormenti genus, teste eodem.

Clītellārĭus, qui clitellis utitur. { ὑποσαγμάριος, σαγηνοφόρος. GALL. *Qui porte faix dessus son dos avec un bast.* ITAL. *Che porta la basta.* GERM. Der mit einem solchen sattel schröder bürden treyt. HISP. *Cosa de albarda.* ANGL. *That beareth any thing on his back in a lode sadle.* } Unde clitellarii muli dicuntur, qui neque ephippiati sunt, neque desultorii, nec bigas, aut quadrigas, aut currus ducunt, sed clitellati ferunt onera. Plaut. *in Most.* Mulliones mulos clitellarios habent, ego habeo homines clitellarios: Magni sunt oneris, quicquid imponas vehunt. Colum. *lib.* 2. *cap.* 22. Mulus clitellarius.

Clĭternia, Pompon. *lib.* 2. Italiæ oppidum est, in tractu Apuliæ, ad Garganum montem. Vulgò *Celano.* Ptolemæo Cliternum.

Clītŏmăchus, κλειτομαχος, Philosophus Carthaginiensis, Athenas venit annos natus quadraginta, audivitque Carneadem, cujus & successor fuit, tres sectas sectatus: Academicorum, Peripateticorum, & Stoicorum. Supra quadraginta volumina conscripsit, de quo Cicer. *lib.* 1. *Tusc.* mentionem facit. ¶ Clitomachus alter, Athleta, &

Rancra

Pancratiastes nobilis fuit, qui pudicitiæ tantæ fuisse dicitur, ut cæcus si forte cocuntes vidisset, statim vultum averteret: in convivio si quis sermo lascivus incideret, statim surgens abiret. Ælianus *de varia historia.*

Clitor, is, πόλις, oppidum mediterraneum Arcadiæ, à quo piciuus fons Clitorius appellatur, ei qui gustaverit, vini fastidium inducens. Meminit hujus oppidi Ptolemæus *lib.* 3. *cap.* 16.

Clitumnus, agri Falisci fluvius est, cujus aquæ potatæ candidos faciunt boves. Author Plin. *lib.* 2. *cap.* 103. Virg. 2. *Æneid.*

*Hanc albi Clitumne greges, & maxima taurus*
*Victima.*

Silius,

*Et lavat ingentem profundens flumine sacro*
*Clitumnus taurum.*

Nemus flaménque Clitumne. Sueton. *in Calig. cap.* 43.

Clitus, Κλῖτος, Mantii fuit filius, qui ab Aurora raptus, nunquam pòst apparuit. ¶ Fuit præterea Clitus inter præcipuos Alexandri Macedonis familiares, eidémque charissimus, tum quòd filius esset nutricis ipsius, tum quòd ab illo in dubio vitæ discrimine fuisset servatus. Hunc tamen in convivio quodam liberiùs in Persicos mores invectum, rex jam temulentus spiculo trajecit. Cujus facti eum postridie tanta cœpit pœnitentia, discussa jam ebrietate, ut totum triduum cibo abstinuerit, decreveritque omnino inedia sibi necem consciscere, amicúmque optimè de se meritum ad inferos persequi. Tandem ægrè admissa amicorum consolatione, qui Clitum jure occisum asserebant, sumptuosissimo cum funere sepelivit. Historiam hanc vide latiùs apud Arrianum, Qu. Curtium, & Plutarchum *in vita Alexandri.*

Clivosus, a, um, adjectivum. Difficilis, arduus. { קשה *kaschéh.* Angl. *Uneasie to go up.* } ut, Clivia auspicia, οἰωνισμοὶ ἐπικώλυμοι, quæ aliquid (inquit Festus) fieri prohibebant: nam & omnia difficilia & ardua nominabantur Clivia: unde & Clivi.

‖ Clivior, nobilior. Isid. Gloss.

Clivinal, alis, in auguriis dicebatur, quæ alio nomine vocabatur Prohibitoria & Clamatoria: à clivis auspicii dicta, quæ teste Festo, dicebantur adversa, quibúsque aliquid fieri prohibebatur. Hanc autem suo seculo fuisse incognitam, author est Plin. *lib.* 8. *c.* 15.

Clivus, i: & Clivum, i: Collis, locus arduus. { גבעה *ghibhâh.* κρημνός. Gall. *Une petite montagne qui n'a pas grand' pente, descente d'une montagne.* Ital. *Scesa da una montagna all' ingiu, pendente, collina.* Germ. Ein bähel/ein ort das fein langsam hat berhe oder stönig ist. Hisp. *La cuesta arriba, ò la cuesta abaxo.* Angl. *The pitch of an hill, the bending downe of a thing.* } Virg. 9. *Æneid.*

*——qua se subducere colles*
*Incipiunt, mollique jugum demittere clivo.*

Ovid. 4. *Fast.*

*——Clivus*
*Arduus in valles.*

Cato *apud Nonium*, Loca ardua & cliva depressa.

¶ Clivus Capitolinus. Cicer. *ad Attic. lib.* 2. Quem ego in clivo Capitolino te signifero à principe collocaram. Hujus composita possunt esse tam secundæ quàm tertiæ declinationis: ut, Acclivus, a, um, & Acclivis, & hoc acclive. Declivus & Declivis: Proclivus, & Proclivis, quæ habent penultimam productam. Dictus clivus à *cline*, pro *inclino.* Vide Vallam *lib.* 4. *cap.* 43.

Clivulus, i, diminutivum à Clivus. { μικρὸς λόφος. Gall. *Une petite colline, une montagnette, un petit terme.* Ital. *Picciol collina.* Germ. Ein reinlin oder bůchelin. Hisp. *Pequeña cuesta.* Angl. *A litle pitche of an hill.* } Colum. *lib.* 6. *cap.* 36. Duos parietes adverso clivulo inædificatos habet.

Clivosus, a, um, adject. Clivis abundans. { βυσσῶδες. Gall. *Qui a plusieurs montagnettes, inégal, ayant plusieurs pentes & descentes.* Ital. *Pendente smonta.* Germ. Das vil bühel oder rein hat. Hisp. *Cosa llena de cuestas.* Angl. *That hath many litle mountaines and pitches.* } ut, Clivosa loca. Columell. *de arboribus cap.* 4. Curandum autem est, ut locis aridis & clivosis altius vites deponantur, quàm si humidis & planis. Virg. 2. *Georg.*

*Nam jejuna quidem clivosi glarea ruris*
*Vix humiles apibus casias, roremque ministrat.*

Ovid. 3. *Fastor.*

*Sextus ubi à terra clivosum scandet Olympum*
*Phœbus.*

Cloacæ. Loca cava, sive ea publica sint, sive privata, quò sordes confluunt. { מוצאות *motsaôth.* ἀφιδρῶτες. Gall. *Un esgout, pareil s'en vont les immondices de quelquelieu.* Ital. *Cloace, chiechc.* Germ. Ein dolen/ein ort dar ein sich alles vnflatt verfamlet. Hisp. *El albañar à do acuden las privadas.* Angl. *A chanell, a sinke.* } Unde Arcem facere ex cloaca dicit Cic. *in Orat. pro Plancio*, pro eo quod est, rem humilem & nullius ferè momenti supra modum extollere. Fistulæ quoque, fossæ & viæ illæ subterraneæ patientibus in modum aquæductus munitæ, per quas pluviæ extra urbem vel in fluvium dilabentes, urbis sordes secum rapiunt, Cloacæ dicuntur, ἀγυιαί, quòd urbem immunditiis purgent. ¶ Dicta est autem Cloaca (ut putarunt) à colluendo, quasi colluaca. Festus à cloacando, hoc est, inquinando derivat: quum tamen potius contrà, Cloacare verbum à Cloaca deductum videatur. Cic. *pro Cecin.* Qui de fossis, de cloacis, minimis aquarum, itinerúmque controversiis intercidit. Plaut. verò *in Curcul.* stomachum immundæ vetulæ & alvum, Cloacam nominavit. Age, inquit, effunde hoc citò in barathrum. properè prolue cloacam.

Cloacula, diminutivum. Lamprid. *in Heliogab.* Additáque injuria cadaveri est, ut id in cloaculam milites mitterent.

Cloacalis, flumen, Cato dixit, pro cloacarum omnium colluvie. Fest.

Cloacare, Inquinare: unde Cloacæ dictæ. Festus. { ממא *timmé.* μιαίνω. Gall. *Souiller.* Ital. *Imbrattare, macchiare.* Germ. *Bes fudlen/verunreinigen.* Hisp. *Enfuziar ò manzillar.* Angl. *To defile, to mok foul.* }

Cloācārius, adjectivum, ut cloacarium vectigal. Ulpian. *D. lib.* 50. *tit.* 1. *l.* 39. Hæres cogitur legati prædii solvere vectigal præteritum, ut tributum, vel solarium, vel cloacarium, vel pro aquæ forma. Sic

Cloacarium, pecunia est purgandis cloacis attributa. Ulpianus *in l.* 27. *ff. de usufruct.* Si quid cloacario nomine debeatur, vel si quid ob formam aquæductus. Ex Hotom.

Clocca, campana est, Bonifacio. ‖ Germ. Glocke. Gall. *Cloche.* Angl. *Clocke.* Ital. *Campana.* ‖

Cloes, pluvia, vel navigium. Isid. Gloss. Amicus noster legit *Pluvia.* ‖

Clōdiā, Romana { à qua Cicero prædium emere volebat: copiosa & locuples fœmina fuit, de qua sic Cic. *ad Attic. lib.* 13. Sed quando, inquit, Clodia Romæ futura es, & quanti rem æstimas, ego prorsus expecto: non quin illud malim, sed magna res est, & difficile certamen cum cupido, cum locuplete, cum hærede.

Clōdii forum, Italiæ oppidum in octava regione, ut scribit Plin. *lib.* 3. *cap.* 13.

Clōdiōrum familiam, à Clodio Æneæ socio dictam putavit Festus. Verius tamen est, Clodios { qui & Claudii dicuntur } à Sabinis ortum traxisse, nominisque originem cepisse ab Appio illo Claudo, qui primus ex ea familia cum quinque clientum millibus se Romam contulit.

Clōdius, prænomine Publius, adolescens fuit nobilis ex antiquissima Claudiorum familia, sed civis factiosus, & notissimæ libidinis: ut qui tres sorores per incestum polluerit, & in sactis bonæ Deæ muliebri veste deprehensus sit. Hic gravissimas cum Ciceronе inimicitias exercuit: cui, ut majus negotium faceſſere posset, Tribunatum plebis petiit: quem quum per leges obtinere non posset, quòd Patricius esset, cuidam ex plebe se adoptandum dedit, atque ita tribunatum nactus, non quievit, donec Ciceronem per vim civitate expelleret: verùm quum & Pompeio molestus esse cœpisset, & optimum quemque incesseret, placuit Senatui Ciceronem ab exilio revocari: qui in urbem reversus, Milonis auxilio inimici impetum compescuit, à quo etiam Clodius ipse in via Appia fuit interfectus. De hoc sic scribit Cicer. *ad Attic. lib.* 2. Credo (inquit) te audisse, quum apud Cæsarem pro populo fieret, venisse eò muliebri vestitu virum, idque sacrificium quum virgines instaurassent, mentionem à Qu. Cornificio in Senatu factam (is fuit princeps, ne tu fortè aliquem nostrûm putes) postea rem ex sc. ad virgines atque Pontifices relatam, idque ab iis nefas esse decretum: deinde ex sc. Consules rogationem promulgasse: uxori Cæsarem nuntium remisisse. In hac causa Piso amicitia P. Clodii ductus, operam dat, ut ea rogatio quam ipse fert ex sc. & de religione, antiquetur. Hactenus Cic. ¶ Fuit & Clodius Pulcher, orator Romæ inter patronos, simul cum Ciceronе in causa Scauri. Prædianus. ¶ Clodii cujusdam meminit Plutarch. *in Numa*, qui temporum argumentum scripsit. ¶ Sextus Clodius rhetor Siculus, Latinæ, Græcæque eloquentiæ professor, malè ocularus, familiaris, ac præceptor M. Antonii triumviri, cujus meminit Cicero *in Philip.* & Tranquillus. ¶ Clodius Quirinalis Arelatensis: rhetor, Romæ docuit circa Neronis tempora, teste Eusebio. ¶ Clodius Albinus, dux Gallicani exercitus, post mortem pertinacis principis ab exercitu Imperator salutatus, & à Severo juxta Lugdunum acie superatus. Author Herodianus.

Clœlia, Nobilis virgo Romana fuit, quæ cum aliis nonnullis virginibus Porsenæ Hetruscorum regi obses data, deceptis custodibus unà cum reliquis virginibus incolumis ad suos per Tyberim tranavit. Quamobrem Romani novam in fœmina virtutem novo honoris genere ornandam rati, statuam ei equestrem in summa sacra via posuerunt. Author Liv. 1. *ab Vrb.* Vide Plut. *in Public.* Hujus meminit Valer. *lib.* 3. *cap. de fortitudine.* Virg. quoque *circa finem libri octavi,*

*Et fluvium vinclis innarat Cloelia ruptis.*

Juvenalis *Satyr.* 8. *ad fin.*

*Quod miraretur cum Cœlite Mutius, & quæ*
*Imperii fines Tiberinum virgo natavit.*

Clōnius, κλόνιος, unus è quinque ducibus Bœotorum, qui cum quinquaginta navibus ad Troiam navigarunt, ut scribit Homerus *lib. Iliad.* 2.

Cloppus, vel claupus ( ἀπὸ τοῦ κολοβοῦν, pro claudibus ) appellatur claudus: nisi quis fortè per contractionem ex Græco deduci malit, quasi χωλὸς τοὺς πόδας. Glossæ, cloppus, χωλὸς.

Clostrum, idem quod claustrum. { מסגרת *misghéreth*, סגור *seghór.* κλῆθρον. } Cato *de re rust. cap.* 13. Trullas ligneas duas, claves cum clostris.

‖ Clostrata, quæ unicâ constant fore: Bifora, duabus: Valvata, plutibus. Vitr. Casaub.

Clota, Ptolemæo, Æstuarium maris in Britannia insula, exiguo terræ spatio à Bodortia altero æstuario diremptum. Corn. Tacit. *in vita Agricolæ*, Glotam vocat.

Clōthō, κλώθω, una Parcarum, quæ humanæ vitæ stamina dispensant, Græcè κλώθω, Circumvolvo, neo, destruo. De his nonnihil Orpheus in hymnis, pluráque tradit in magica sua, sed involuta & obscura. Hesiodus autem *in Theog.* Themidos filias facit, & Jovis: Cloto, Lachesin, & Atropon, & Ἥβῃς ἐσθλόμιτος ἴχνος ἀμαιμάκετον τε, μακρόν τε.

‖ Cluacina. Venus Plinio, quæ aliis dicta videtur, quasi colluacina. Cloacis præerat, & eam in cloaca repertam consecravit Tatius.

Clubon, sigillum. Gloss. g. b. ‖

Ciucidatus, antiqui dixerunt pro dulci & jucundo, ἡδὺ τὸ γλυκύ. { מתוק *mathôk*, ערב *Sarêb.* Angl. *Sweete.* } Festus. Varro *lib.* 6. *de ling. Latin.* citans antiquum poëtam in Agidone: Ciucidatus, suavis est, tametsi à magistris acceptus manuetum. Ita enim doctissimè legit Scaliger, quum antea Caudatus legeretur, vel Saudatus.

‖ Cluden, baculus incurvus, histrionum manibus gestatus. Lipſ.

Clūdo, is, idē quod claudo: quo verbo veteres utebantur.} סגר *ſaghár.* κλείω. GALL. *Clorre, enclorre, environner, entourer.* ITAL. *Chiudere, ſerrare.* GERM. Beſchlieſſen. HISP. *Cerrar.* ANGL. *To ſhut in, to incloſe.* ‖ Cic. 2. *de nat. Deor.* Ipſum autem mare ſic terram appetens littoribus cludit. Martial. *lib.* 11.

*Sed mors vocis iter properavit cludere blandæ.*

In veteribus quoque noſtri ſmatibus legimus, Janum cluſit. Cluſinus & clauſinus. Senec. Cluſum pectus vitiis. Idem *cap.* 16. *de conſol. ad Helv.* Cludendi ſententias ratio. Quintil. Cludere tenſum. Item, Cludi, Cludere neutraliter bis.

Cluſus, a, um, Particip. Circundatus. Valer. Flac. *lib.* 1. *Argon.*

*——Cleonæ jam tempora cluſus hiatu*
*Alcides,*

id eſt, habens tempora circundata pelle hiantis leonis Cleonæi.

Cluſilis, & hoc cluſile, quod facilè clauditur. Plin. *lib.* 39. *cap.* 17. Inde ut eſca, cluſiles mordacéſque conchæ, ceu matulus videmus.

Cludus, pro Claudus. Vide *Claudus.*

Cluentius, ex municipio Latino, accuſatus à matre Saſſia, quòd Oppianicum virticum interfeciſſet, defenſus fuit à Cicerone, cujus adhuc extat longè optima Oratio pro Cluentio.

Clŭĕo, es, ere, clueor, cluor, Perhibeor, putor, nominor. ‖ נחשב *neſeḥáb.* κλύω. GALL. *Eſtre reputé, avoir le bruit.* ITAL. *Eſſere ſtimato, nominato.* GERM. Geacht oder gedeht werden. HISP. *Ser eſtimado y nombrado.* ANGL. *To be in reputatione, o have a renowme.* Non. *c.* 1. *n.* 147. Plautus *in Trin.* Ita ſis, ut nomen cluet. Idem *in Epid. ſc.* 2. *a.* 2. Senati qui columen cluent, id eſt, habentur, & reputantur columen Senatus. Idem *in Pœn.* Ut volupe eſt hominī meo ſotor, ſi quod agit, cluet victoria, id eſt, victoriæ tribuatur. ¶ Dictum ut etiam Cluo, is, per tertiam inflexionem, quod ſæpe pro ſplendeo accipitur. Facinora quæ clatè poſt, & diu cluant. Plaut. *Pſeud. ſc.* 1. *a.* 2. Stratioticus homo. Ibid. *ſc.* 1. *a.* 4. Dum meus vir victor belli cluat. Idem *Amphitr.* Res quæritur, non clientum fides, cujuſmodi cluat, Idem *Men. ſc.* 2. *a.* 4. Prudentius, Qui partis virtute cluis. Cicer. *de clar. orat.* Tum duo Cæpiones multùm cluentes conſilio, & lingua, plus authoritate tamen & gratia ſublevabant. ¶ Interdum etiam pro pugnare. Plin. *lib.* 15. *cap.* 29. Depoſitis armis in eo loco, qui nunc ſigna Veneris Cluacinæ habet. Cluere enim antiqui pugnare dicebant. Unde Clupeus, ſive Clypeus, à Cluendo Grammatici deducunt.

Cluis, h. e. clarus. Quo modo *cluior*, pro *clarior*, in Iſidori gloſſis, vulgò corruptum eſt: & *præluem* Martianus Capella dixit. C. Batchius.

Clumæ, ſunt folliculi hordei. Feſtus, ἄκανθα, ἄχυρα.

Clunaculum, Cultrer ſanguinarius: quòd ad clunes dependeat, vel quia clunes hoſtiarum dividat. Author Feſtus. Sic etiam legendum apud Gell. pro Climaculis.

Clūnis, is, ſæpiùs in plurali clunes, clunium. Nates ſive natium rumor: tam maſculini, quam fœmini generis} שתי *ſchetḥ.* πυγαί. GALL. *La feſſe.* ITAL. *Natiche.* GERM. Der arſbaꝛ. HISP. *Las nalgas.* ANGL. *The hippe or buttocke.* ‖ Juvenalis *ſat.* 5.

*——tremulo deſcendunt clune puellæ.*

Plaut. Quaſi lupus ab armis valeo, clunes infractos gero. Horat.

*Quòd pulchra clunes, breve quòd caput, ardua cervix.*

Hinc Simias, Clunas appellatas volunt, quòd clunes trias gerant.

Clūniculus, diminutivum, τὸ πυγίδιον. Gellius, *lib.* 15. *cap.* 8. Phavorino antiquo oratore Romano, exteratum avium atque altilium, miſi tantum apponatur, ut à cluniculis inferiore parte latura fiant, convivium putabant inopia fordere.

Cluna, oppidum eſt Hiſpaniæ in extremis Celtiberorum finibus. Unde unus ex Hiſpaniæ citerioris conventibus Clunienſis dictus eſt: vulgò *Ciudad real.* Sunt enim ſeptem (inquit Plin. *lib.* 3.) Carthaginienſis, Tarraconenſis, Cæſarauguſtanus, Clunienſis, Aſturum, Lucenſis, Bracearum.

‖ Cluo, is, defendo, reſplendeo. Cath. Item pugno. Turn. ‖ vide *Cluo.*

Clūpĕi, quæ & Clypea dicitur, vulgò *Quipia*, civitas Africæ propriè dictæ, in promontorio Meteum ſita, dicta à clypei figura, unde & Aſpis dicitur, teſte Solino, quod etiam annoravit Hermolaus in Plinium, & Vadianus in Melam. Silius *lib.* 3.

*In clypei ſpeciem curvatis turribus Aſpis.*

Lucanus *lib.* 4.

*Et clupeam tenuit ſtatimis littera nota.*

Ptolemæus verò duas urbes propinquas collocat in Hermæo promontorio, quarum unam Clypeam, alteram Aſpidem appellat. Cæſar 2. *de bell. civ.* Is locus abeſt à clupeis. ¶ Clupea etiam exiguus piſciculus eſt apud Plin. *lib.* 6. *cap.* 15. qui venam quandam in faucibus Thynni erodens, ipſum exanimat.

Cluſaris angulus, Cluſare latus, apud rei agrimenſoriæ ſcriptores: & Cludere verbum iis proprium.

Cluſini, novi & veteres populi Hetruriæ. Plin. *lib.* 3. *cap.* 5.

Clūsinus, dictus eſt Janus, quòd pace templi ejus portæ claudercntur. Virg. 2. *Æneid.*

*Claudentur belli portæ. furor impius intus*
*Sæva ſedens ſuper arma, & centum vinctus ahenis.*

Clūsinum far, adorei, ſive farris genus eſt candidius: ita dictum à Cluſio Hetruriæ urbe. Col. *lib.* 2. *cap.* 6. Adorei autem vidimus in uſu, plerunque genera quatuor. Far, quod appellatur Cluſinum, candoris nitidi. Far, quod vocatur Vermiculum, rutilum, atque alterum candidum: ſed utrumque majoris ponderis, quàm Cluſinum. Semeſtre, quod dicitur *Alicaſtrum.* ¶ Cluſinum pecus, pro callida & urbana meretrice potuit Plaut. *Trucul.* Tu verò, cluſinum pecus, adveniſti huc nos tentatum cum exornatis oſtibus.

Cluſiolum, oppidum Umbriæ quod interiit: cujus meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 14.

Cluſios, Galli nominant dæmones quoſdam, quos nonnulli exiſtimant ſpiritus eſſe elemento aëreo compoſitos.

Cluſium oppidum eſt Tuſciæ mediterranearum, ubi Porſenna Hetruſcorum rex ſepultus creditur. Plin. *lib.* 35. *cap.* 13. Vulgo *Chiuſi.*

‖ Cluſor, qui gemmas auro concludit. Gloſſ. A. L. ‖

Clutata, vide ſuprà in *Claudo.*

Clutum, κλυτὸν, glorioſum. Feſt. Inde *Inclutus*, ſive *Inclytus.*

Clymĕnē, ης, Oceani, & Tethyos filia, Japeti uxor, teſte Heſiodo *in Theogonia*: de qua Virg. *lib.* 4. *Georg.*

*Inter quas Clymene curam narrabat inanem.*

¶ Fuit & altera Clymene mater Phaetontis, ut ſcribit Ovid. *lib.* 1. *Metam.* quæ quum forma valeret, Soli placuit, qui concubitu ejus potitus, ex ea Phaëthontem, & ſorores genuit. Ovid. *lib.* 4. *Metam.*

*Et tulit ad Clymenen Epaphi convitia matrem.*

¶ Inde Clymenis, idos, patronymicum, & Clymenetus, a, um: ut, Clymenia proles, id eſt, Phaëton. ¶ Tertia fuit mimthra Helenæ decoris oculis prædita, ut eſt apud Homerum *lib.* 3. *Iliad.* Hujus meminit & Ovidius *in Epiſtola Helenes apud Paridem.*

*Cætera per ſocias Clymenen, Æthramque loquemur,*
*Quæ mihi ſunt comites, conſiliumque duæ.*

Clymenos, ſive Clymenon, κλύμενον. Herba eſt fabæ caulem ferens, quadratum, folia plantaginis, folliculis ſupra caulem in ſe inflexis, ut in polypotum cirrhis. Ita dicta à Clymeno rege, teſte Plin. *lib.* 5. *cap.* 7. Vulgus hodie partim *Cyprium*, partim *Saponalem* appellat.

Clypei, ubi imagines proponunt. Trebellius Pollio in vita Claudij, ſic ait: *Illi clypeum aureum, vel ut Grammatici loquuntur, clypeum aureum, ſenatus totius judicio in Romana curia collocatum eſt, ut etiam nunc videtur, expreſſa ibrence vultus ejus, ut etiam nunc videtur*: id eſt, *quemadmodum etiam nunc videtur.*

Clypĕus, & Clypeum, ſive Clupeus, y, in u, converſa. ‖ מגן *maghén.* ἀσπὶς. GALL. *Bouclier, targe, rondelle.* ITAL. *Scudo.* GERM. Ein ſchild den man im krieg zun ſchirm braucht. HISP. *Eſcudo, broquel, ò pavez.* ANGL. *A ſchield, targe, or buckler.* } Scutum majus, & tantum pedium, ſicuti Scutum equitum. Servio authore *lib.* 6. Clypeis ante Romani uſi ſunt: deinde poſtquam ſtipendiarij facti ſunt, ſcuta pro clypeis fecere. Dicti Clypei, ἀπὸ τοῦ γλύφειν, quod celent totum corpus: vel à clepore, quod eſt furari ab ictibus. Plin. *lib.* 35. *cap.* 3. ἀπὸ τοῦ γλύφειν, hoc eſt, ſculpendo, exſculpendoque deduxit: ut dicatur clypeus, quaſi γλυφεὸς, id eſt, ſculptus, g, in c, mutata: Sentis, inquit, qualibus pugnatum eſt apud Trojam, contemnebantur imagines. Unde & nomen habuerunt clypeorum, non ut perverſa Grammaticorum ſubtilitas volunt, à cluendo (id eſt, ſplendendo.) Quò tamen reſpicere videri poteſt Plaut. *Men. ſc.* 1. *a.* 1. Ut ſplendor meo ſit clypeo clarior, quàm Solis radii. Ovid. 13. *Metam.*

*——cum ſocia clypeum pro claſſe tenebat.*

Et *ibidem* ſæpius Plaut. *Cure. ſc.* 4. *a.* 4. Ita machæra & clypeus juvent. ¶ Clypeum quoque (ut Feſtus ſcribit) antiqui ob rotunditatem etiam cotium bovis appellarunt, in quo fundus Gabiorum cum Romanis fuerat deſcriptum. ¶ Clypeus, vel clypeum, imaginem quoque ſignificavit, ut veteres Grammatici voluerunt: fortaſſis inde quod clypei imaginibus pingi & ornari ſolebant. Vide Seſtiatrum *lib.* 1. *ſna rum.*

Clypĕo, as, are: Clypeo munire eſt. Pacuvius *in Hermiona*: Curtum liquit: clamyde contorta aſtu clypeat brachium. Nonius citat ex Pacuvio, & Varrone *lib.* 4. *de ling. Lat.*

Clypĕātus, Clypeo munitus. ‖ נשא מגן *neſé maghén*, ἀσπιδοφόρος, ἀσπιδηφόρος. GALL. *Garny de bouclier.* ITAL. *Armato di brocciero.* GERM. Der mit einem ſchild bewart iſtzein ſchildtman. HISP. *Eſcudado, armado de eſcudo.* ANGL. *That is armed with a buckler or ſhield.* } Plaut. *in Cure.* Clypeatus elephantum ubi machæra diligit. Sic apud Virg. 7. *Æneid.* Clypeata agmina:

*Inſequitur nimbus peditum, clypeataque teris*
*Agmina denſantur campis.*

Clypeata imago Qu. Ciceronis. Macrob.

‖ Clypeocentrum, clypeus centris, & aculeis confixus. Pancirol. ‖

Clyſmus. ‖ γυρτάκαρα, κλυσμός. Latinè purgatio, ſive lotio dicitur. Unde Cataclyſmus, de quo ſuprà.

Clytæmnēſtra, κλυταιμνήστρα. Nomen proprium uxoris Agamemnonis, quæ ob amorem Ægypti adulteri virum occidit. Unde etiam ab Oreſte filio in patris ultionem fuit occiſa: de qua Euripid. *in Oreſte*, & Homerus *in Odyſſa.*

Clyſtēr, is, κλυστὴρ, quod & Clyſterium, κλυστήριον dicitur, ἀπὸ τοῦ κλύζειν, quod eſt abluere: nam clyſtere alvum ægrotantium lavare, ſeu purgare ſolemus. } GALL. *Clyſtere, lavement.* ITAL. *Cliſtere, ſeſervitiale.* GERM. Ein cluſtir. HISP. *Cryſtel, ayuda.* ANGL. *A clyſter.* } Plin. Cucurbita infuſa clyſteribus, inteſtinorum omnium vitiis medetur. Macer tamen hujus nominis penultimam corripit.

*Appoſitis digitis aut intus clyſtere fuſis:*

quem ea in re non imitabimur. ¶ Accipitur item Clyſter pro ipſo inſtrumento, quod ad proluenda ventris recrementa ſedi inſeritur. Ulp. *Item ſi obſtetrix, D. ad leg. Aquil.* Si quis per vim, vel per ſuaſum alicubi medicamentum infundit, vel ore, vel clyſt. ire, &c. Clyſteris etiam uſus eſt ad inijcienda medicamenta in matricem, & dicitur μητρικὸν κλυστήριον: & in autem, vocaturque ἐνκλυστήριον, i. clyſter auricularius, ſive (ut apud Celſum ſcribitur) auricularius. Eo etiam in fiſtulis vulneribúſque utuntur chirurgi: Celſ. *lib.* 5. *cap. de fiſtulis.* Rurſus *lib.* 6. *cap.* 27. Idem humor roſa mixtus in ipſum vulnus auricularia clyſtere agendus eſt.

Clytia, vel Clytie, es, κλυτίη, una fuit ex Oceani nymphis aliquandiu ab Apolline adamata, donec illa Apollinis cum Leucothoe concubitum Orchamo patri ejus indicavit. Quare iratus Apollo, Clytien graviſſimo odio perſecutus eſt. Illa verò amoris impatientia cibo & potu abſtinens, manè Orientem, & veſperi Occidentem ſpectat

spectat Apollinem: & quæcunque ille iter faciebat, Clytiæ oculis sequebatur. Unde tandem fame & dolore consumpta, mutata est in heliotropium. Fabulam hanc refert Ovid. *lib.* 4. *Metam.*

Clytius, Κλύτιος, filius Laomedontis, & frater Priami, ut refert Hom. *lib.* 20. *Iliad.* ¶ Est & Clytius, adolescentis nomen apud Virgil. *lib.* 10. *Æneid.* quem Cydon quidam in deliciis habuit.

C N

Cnasson, acus qua mulieres scalpunt caput. Festus.

Cnecion, κνήκιον. Quibusdam herba est, quam notioribus nominibus Sampsuchum, & Amaracum vocamus: quæquam non desunt, qui hanc nomenclaturam adulterinam existiment, & inter eas numerandam, quas inter Dioscoridis notha rejiciunt doctiores.

Cnemides, κνημίδες, Oppidum Locrorum, ad sinum Opuntium, secundum Daphountem, è regione Cenæi Euboeæ pron ontorii: à quo Locrorum quidam Epicnemidii cognominati sunt. Vide Strab. *lib.* 9. & Pomp. *lib.* 2. Plinio Cnemis dicitur singulari numero, *lib.* 4. *cap.* 7.

Cnecoron, κνήκορον. Frutex est coronarius, cujus duo sunt genera, nigrum & candidum: utrumque germinat post æquinoctium autumnale, diúque floret. Hyginus Catum interpretatur. Vide Plin. *lib.* 21. *cap.* 9. Dioscorides item thymelæam herbam Cnecorum, & Cnestum appellat.

Cnephosum, tenebricosum, à κνέφος. Fest.

Cnēus, κνάϊος per c, scribitur, sed profertur per g. Prænomen fuit Romanis peculiare, à nævo (ut volunt) tractum, quòd eo prænomine præcipuè nominarentur qui nævum aliquem naticentes attulissent. Festus à Græco γίγνεσθαι deducit.

Cnicus, vel Cneus, κνικος Dioscoridi, nonnullis κνίκος. Herba est oblonga habens folia incisuris divisa, aspera, & aculeata: ex cujus ramulis divulsis sanguineus effluit liquor. Ruel. Cartamum sativum vocat. ¶ Officinis crocus hortensis.

‖ Cnidii moduli, versiculi amatorii. Cerda ‖

Cnidos, κνίδος, vulgò *Cabo crio*. Est urbs in extremo cornu peninsulæ Cariæ adhærentis, in qua Venus colebatur: unde Cnidia dicta est: Potest etiam scribi Gnidos, per g. ¶ Est & herbæ nomen, de qua Plin. *lib.* 22. *cap.* 16. Unde Cnidium oleum, quod fit è grano cordio: de quo Plin. *lib.* 23. *cap.* 4.

‖ Cnimi, tibiæ. Lex. gr. b.

Cnios, torsiones indecentes. Gloss. Isid.‖

Cnipōlōgus, κνιπολόγος Arist. *hist.* 9. *cap.* 3. dicta quòd κνίπας, id est, Cossos venetur. Gaza Culicilega. Avicula est achanthylis magnitudine, coloris cinerei, ac distincti maculis.

Cnisia, κνισία. Navale Megarorum juxta Peloponnesum. Steph.

‖ Cnodalum, κνώδαλον, bellua. Volunt propriè esse marinam, quasi κνώδαλον, quod fit ex κνώδαξ, & ἅλς mare. Sed latè usurpatur de terrestribus, etiam insectis.

Cnodax. Vitruv. κνώδαξ, centrum, axis, gnomon. ‖

Cnōpūpōlis, κνωπόπολις, Ioniæ civitas, quæ alio nomine Erythra dicitur. Steph.

C O

Cōa vestis, sive substantivè Coa, in protali numero, subtilissimum erat vestis genus ex bombyce, adeò tenue, ut corpus pelluceret, βυσσίνου ὑφάσματος. ‖ Angl. *A thinne kind of cloth of silk.* ‖ Dictum à Co insula, vulgò *Lango*, in qua & bombycem nasci solere, sicut in Cea insula, author est Plin. *lib.* 11. *cap.* 23. Ovid. *de arte amandi*,

*Sive eris in Tyriis, Tyrios laudabis amictus,*
*Sive eris in Cois, Coa decere puta.*

Fuerunt qui etiam Cois in nominativo dici putarent pro hac veste, decepti authoritate Horatii *in Satyr.*

*Altera nil obstat, Cois tibi penè videre est,*
*Ut nudam.*

Qui profectò error nimium est puerilis, quum Cois ibi non nominativus sit, sed ablativus. Eadem & Ceæ vestes dicuntur, à Cea insula, in qua Pamphila Latoi filia prima telarum invenit bombycum tolas retorquendi, easque turtium texendi: ut testatur Plin. *lib.* 11. *cap.* 22.

Cōaccēdo, is, simul accedo. ‖ συμπαραγίνομαι, συμπαραγίνομαι. Gall. *Approcher avec les autres, estre mis avec.* Ital. *Accostarsi insieme.* Germ. Gampt andern herzu kommen. Hisp. *Allegarse, ò acercarse juntamente.* Angl. *To come to with others.* ‖ Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Quia de illo emi virginem triginta minis, vestem, aurum, & pro his decem coacceduut minæ.

Cōăcervo, as: Cumulo, congrego, addo, cogo. ‖ אסף *asáph*, ערם *haram*, צבר *tsabár.* συναθροίζω, συμφορέω. Gall. *Entasser ensemble, amonceler monceau sur monceau, accumuler.* Ital. *Accrescere, congregare, amassare, radunare.* Germ. Zusammen häuffen. Hisp. *Amontonar ò ayuntar.* Angl. *To gather in heapes together.* ‖ Liv. 5. *ab Vrb.* Armorumque cumulos, ut mos illis est, coacervare. Cæs. 2. *bell. Gal.* His dejectis & coacervatis cadaveribus. Cic. 2. *pro leg. Agrar.* Antè pecuniæ cogantur, & coacervantur quàm gleba una ematur.

Cōăcervātio, nis: Coactio, cumulatio. ‖ צבר *tsibbúr.* συναθροισμὸς, συνάθροισις. Gall. *Entassement, & amoncelement de quelque chose.* Ital. *Accumulatione, ammassamento.* Germ. Zusammen häufe sung. Hisp. *Amontonamiento.* Angl. *Heaping together.* ‖ Cic. *in Part.* Atque hæ quidem utrique maximè in peroratione faciendæ: alteri frequentatione argumentorum & coacervatione universa: alteri si planè causam redarguendo explicarit.

Cōăcēsco, ex Con & acesco, sed o, abjicitur: significat simul vel totum acidum fio. ‖ חמר *chamar.* συνοξύνομαι. Gall. *S'enaigrir, devenir aigre.* Ital. *Divenir acetto.* Germ. Gantz herb oder sur werden. Hisp. *Azedarse.* Angl. *To waxe somer tasted.* ‖ Cic. *in Cat.* Ut enim non omne vinum, sic non omnis ætas vetustate coacescit, Cels. *lib.* 1. *cap.* 1. secunda mensa bono stomacho nihil nocet, sed in imbecilli coacescit.

Cōăctilia, involucra dicuntur vestibus involvendis, circumferendisque idonea. Ulp. *l. argumento. de auro & arg. leg.* Aristo etiam coactilia vesti cedere ait, & tegumenta subsellionum huic legato cedent. Bayfius coactilia eas vestes interpretatur, quæ ex tenuibus & villis coactis fiunt, quas vulgò *Feltrosa* appellamus. Lanæ, inquit Plinius, & per se coactæ vestem faciunt,

‖ Coactilaria, taberna in qua coactilia fabricantur. L. I.

Coactiliarius, qui coactilia facit. Iun. ‖

Cōācto, Coactura, Coactor, Coactatus: vide *Cogo.*

Coacum, emplastrum nigrum: quanquam legendum suspicatur Cæsarius Choacon, aut Chiacum, ut apud Georg. Val. *de cura cruli.* Nisi Coacon, quod inter Hippocratis opera libet habetur, qui inscribitur de Coacis prænotionibus. Inde nomen deductum videri potest. Cels. *lib.* 4. *cap.* 29.

Cōăddo, simul addo. ‖ προσπαρατίθημι *hesiph.* προστίθημι. Gall. *Adjouster avec, mettre ensemble.* Ital. *Aggiungere insieme.* Germ. Mit ein ander herzuthun. Hisp. *Ayuntar en uno.* Angl. *To put or joyne together.* ‖ Cato *cap.* 40. Sumito tibi surculum durum, præacuito, salicem Græcam discindito, argillam, vel cretam coaddito,

‖ Coadjutores, officiales laici, indocti. Item auxilium ferentes in bello. Cerda. ‖

Cōāldūno, in unum cogo. ‖ יחד *iichédh.* συνάγω. Gall. *Assembler, mettre ensemble, faire tenir l'un à l'autre.* Ital. *Addunare.* Germ. Zeremigen/zusammen fügen. Hisp. *Ayuntar diversas cosas en uno.* Angl. *To gather together in one.* ‖ Plin. *de Viris illustribus*, Ipsi coadunatis pastoribus, civitatem condiderunt. Brachium statuæ coadunare, Julianus *in l. tigni appellatione*, §. *idem est, ff. ad exhib.*

Cōædifico, simul ædifico, ædificiis frequento. ‖ συνοικοδομέω. Gall. *Edifier ensemble, adjouster bastiment prés l'un de l'autre.* Ital. *Fare insieme piu edificii.* Germ. Eng bawen/oder in ein ander bawen. Hisp. *Edeficar juntamente.* Angl. *To build together or nigh other buildinges.* ‖ ut Coædificatus locus, ✠ Vastus. Cic. *in Part.* Culti, an inculti: celebres, an deserti: coædificati, an vasti.

Cōæquo, as, ate: Æquo. ‖ שוה *schivváh.* ἐξισόω, ἐξισάζω. Gall. *Esgaler.* Ital. *Vgualare.* Germ. Vergleichen/gleich machen. Hisp. *Vgualar una cosa con otra.* Angl. *To make one cing equall with an other.* ‖ Salust. Sed quoniam coæquare gratiam omnium difficile est. Col. *lib.* 2. *cap.* 18. Glebas sarculis resolvemus & inducta crate coæquabimus, grumosque dissipabimus.

Cōæquālis, e, Æqualis, similis, par. ‖ שוה *schovváh*, ἴσος, ὁμαλής. Gall. *Egal, pareil.* Ital. *Vguale.* Germ. Gleich. Hisp. *Vgual.* Angl. *Equall alik.* ‖ Col. *lib.* 8. *cap.* 14. Atque ubi se paulùm confirmavit, in gregem coæqualium compellitur.

Cōæquūs, a, um. Æquus. ‖ ἴσος ὁμαλής. Angl. *Equall.* ‖ Plin. *lib.* 6. *c.* 29. Mirumque dictu ex innumeris populis pars coæqua in commercium, aut lactoeinis degit. Quo tamen loco in castigationibus exemplaribus, *Æqua* legitur, non *Coæqua.*

Cōætāneī, qui eadem ætate vixerunt. ‖ ὁμῆλιξ. Gall. *D'un mesme aage.* Ital. *D'una medesima età.* Germ. Die einen alters sind/ oder zu einer zeyt gelebt haben. Hisp. *Cosa de una mesma edad y tiempo.* Angl. *Of one age, of the same tyme.* ‖ Portius Latro *in decl. in Catil.* Marco siquidem Catoni, aut Scipioni coætaneo suo. Vide suprà in dictione *Æqualis.*

Cōævūs, ejusdem ævi, eadem ætate præditus. ‖ ὁμῆλιξ. Gall. *D'un mesme aage.* Ital. *D'una istessa età.* Germ. Einen/oder gleichen alters. Hisp. *Cosa de una mesma edad.* Angl. *Of the same age.* ‖ Cic. *in Vatin.* Hunc tu morem ignorabas? nunquam epulum videras? nunquam puer, aut adolescens inter coævos fueras?

Cōæstimārē, συνεκτιμάω. Celsus *D. lib.* 47. *tit.* 2. *l.* 67. Furti actione hoc quoque coæstimabitur.

Cōagitātio, nis. Agitatio. ‖ συγκίνησις, σύσσεισις. Gall. *Emotion & demenement de l'un avec l'autre.* Ital. *Smovemente.* Germ. Bewegung. Hisp. *Obra de acossar ò agujar.* Angl. *Moving or stirring together.* ‖ Cic. 2. *de nat. deor.* Animi primùm calescit ab ipso spiritu: deinde coagitatione pulmonum. Ita quidem legit Budæus: sed quædam exemplaria legunt *contagione.*

CōāGMĒNTO, as. Conjungo, compono, constituo, stringo. ‖ חבר *chibbér*, חרכים *hidhbik.* συνάπτω, συναρμόζω, συνάγω. Gall. *Assembler & joindre l'un avec l'autre, coler ensemble.* Ital. *Congiungere.* Germ. Zusammen fügen/an ein ander setzen. Hisp. *Trabar uno con otro.* Angl. *To joine or glue together.* ‖ Cic. *de senect.* Vivendi finis est optimus, quum integra mente, certisque sensibus opus ipsa suum eadem quæ coagmentavit, natura dissoluit. Coagmentandis verbis intabescere. Quintil. ¶ Et transfertur apud eundem *de Orat.* Verba enim verbis quasi coagmentare negligat, id est, ne nimium diligens sit in verbis conjungendis. Plin. Passivum protulit: Mox pluribus coagmentatur nucleis, & his separatim vestitis.

Cōāgmēntă. Conjunctiones artæ, & compages, à cogendo, id est, stringendo. ‖ חבר *chebér.* συναφαὶ συνάψεις, συνέχειαι, συνοχαί. Gall. *Assemblement, assemblées.* Ital. *Congiuntioni.* Germ. Enge zusammen fügungen etlicher dingen. Hisp. *Aquellos trabazones.* Angl. *Any streyte conjoyning of thiges together.* ‖ Plaut. Videin' coagmenta in foribus? Litteræ singulæ sine coagmentis syllabarum. Gell. *cap.* 9. *lib.* 17.

Cōāgmēntātio: Compositio, constructio. ‖ מחברת *machbéreth*, דבק *debek.* συνάφεια. Gall. *Assemblement, Assemblage, union.* Ital. *Vnione, assembramento.* Germ. Zusammen fügung. Hisp. *Engudamiento, trabazon.* Angl. *Cloing or joyning together.* ‖ Cic. 1. *de nat. deor.* Quæ est enim coagmentatio non dissolubilis.

CōāGŬLO, as: Cogo, constringo. ‖ נפך *kaphé.* πήγνυμι, πυκνόω. Gall. *Faire prendre le laict avec presure, unir, espaissir.* Ital. *Far attucare & appigliare insieme.* Germ. Zusammen tringen/dick machen. Hisp. *Cuajar con cuajo.* Angl. *To crude and growe together.* ‖ Gell. Semen in utero mulieris primis septem diebus conglobatur, coagulatur,

coagulatur, sitque ad espiendum figuram idoneum. Plin. *lib.* 11. *cap.* 25. Summa probatio est ut lac coaguler.

Cōāgŭlātio, verbale. Coactio, copulatio. { γυψ *kippaón.* ἁρμογὴ, σύνθεσις. Gall. *Prinse & conjonction, congelation, espessissement.* Ital. *Presa, congiuntione.* Germ. Zusammen wallung. Hisp. *Aquella obra de cuajar, convenajo, cuajamiento.* Angl. *Giuing thick, cruding.* } Plin. *lib.* 18. *cap.* 10. Nam id quoque venenum est in prima lactis coagulatione.

Cōāgŭlum, i cogendo, id est, densando, sive stringendo, dicitur illud quo ad densandum lac utimur. { γυψ *kippaón.* πῆξις. Gall. *Presure.* Ital. *Caligarino, coagolo, coraglio.* Germ. Die rennen/gerunnen/ suppe. Hisp. *El cuaxo.* Angl. *Chese lope, chese cruede.* } Tibul.

*Et mistere nove decussse coagula lacte.*

Ovid. 13. *Metam.*

*Lac mihi semper adest uiscum: pars inde bibenda*
*Servatur, partem liquefacta coagula durant.*

Coagulum de re concreta, & quæ congelavit. Gell. *cap.* 8. *lib.* 17. ¶ Per metaphoram, quicquid connectit ac conjungit, Coagulum dicitur. Idem *lib.* 12. *cap.* 1. Vinculum illud coagulum animi atque amoris. ¶ Coagulum translatè de semine atque conceptu, ὑμὸς γονῆς κύημα. Idem *lib.* 3. *cap.* 16. Concepeum in utero coagulum conformatur. ¶ Coagulum amicitiæ, fidem dixit Publius Mimus.

Cŏălĕo, Cohæreo, concresco. { ברר *ghadhál.* συλλήνομαι, συμφύομαι. Gall. *Se joindre & accomplir avec quelque chose, se nourrir & croistre avec.* Ital. *Crescere, aumentare insieme.* Germ. Zusammen wachsen. Hisp. *Crecer una cosa con otra.* Angl. *To growe together.* } Gell. *lib.* 15, *cap.* 1. Cujus in corpore cujusque ex sanguine concretus homo & coalitus sit. Tacit. Verultare imperii coalita auxilia.

Cōălĕsco, is, coalui: Concresco, idem quod *Coaleo.* { ברר *ghadhál.* συλλήνομαι, συμφύομαι. Angl. *To growe together.* } Col. *de arbor.* Sic interposito triennio coalescet ficus olivæ. Liv. *lib.* 1. Vocata ad consilium multitudine quæ coalescere in populi unius corpus, nulla re, præterquam legibus, potuit, jura dedit. Salust. Hi postquam convenerunt in una mœnia, dispari genere, dissimili lingua, alii alio more viventes, incredibile memoratu est, quàm facile coaluerint. ¶ Ejus simplex protulit Varro *lib.* 1. *de re rust.* Quemadmodum quicquam sert, aut alescere, aut mori possit. Coalescere oleum, i. Congelascere. Gell. *cap.* 8. *lib.* 17. Coalescere (de palma.) Suet. *in Augus. cap.* 91.

Coalluĕre, est per alluvionem aliquid augere. Pomp. *de acquer. dom. l. ergo* 30. §. 2. Paulatim aliquid coalluendo locum eminentem supra alveum fecit, & cum alluendo auxit.

Cōămīcus, i. { σύμφιλος. Gall. *Amis ensemble, qui s'entr'aiment.* Ital. *Amico dell' amico.* Germ. Ein mitfreund. Hisp. *Amigos juntamente con otros.* Angl. *Freindes together.* } Cic. *de amic.* ex comœdia quadam antiqua: Hodie me ante omnes coamicos itui tos senex versaris atque luseris lautissimè. Alij melius legunt *Comicos.*

Cōāngvsto, as: Coarcto, constraho. { תצר *bétsar.* συσχίζω. Gall. *Estrecir, restraindre & faire plus estroit.* Ital. *Stringere.* Germ. Zusammen zwingen oder ringen. Hisp. *Juntamente y con otros estrechar.* Angl. *To mak narrere or streitt.* } Cic. 3. *de Leg.* Atque hæc lex dilatata in ordinem cunctum, coangustari etiam potest.

Cōāngŭstŏr, aris, pass. συσχίζομαι. Cels. *lib.* 7. *cap.* 27. Quò facilius claudatur, vel certè coangustetur.

Cōārctārĕ: Constipare, coangustare. { דחק *dachak.* συνθλίβω. Gall. *Estrecir, enserrer, presser ensemble.* Ital. *Stringere, comprimere.* Germ. Zusammen tringen/ein zwingen. Hisp. *Juntamente estrechar, enfangostar.* Angl. *To presse together and mak streitt.* } Cic. 1. *de Orat.* Sed tu hoc nobis da Scævola, & perfice ut Crassus hæc quæ coarctavit & angustè retexit, in oratione sua dilatet nobis, atque explicet.

——*Nóxque cardat iter.*

Ovid. 5. *Fast.*

Coarctatus. Particip. passivum. Cic. *ad Attic. lib.* 7. Cn. nostet quid consilii ceperit, capiátve nescio: adhuc in oppidis coarctatus.

Cōārctātio: Constipatio, coagmentatio, compressio. { מצר *metsár.* συνθλίβω. Gall. *Estrecissement, enserrement.* Ital. *Strin imento.* Germ. Ein zwingung zusammen tringung. Hisp. *Estrechamiento, angostadura.* Angl. *Straining, pressing together.* } Dictio frequens apud Physicos. Liv. 7. *bell. Pun.* Coarctatio plurium in angusto tendentium facilior futura erat.

‖ Coarctatio, concameratio. Gloss. Isid. ‖

Cōārgŭo, is. Reprehendo, redarguo, judico. { תוכיח *bochiah.* ἐλέγχω. Gall. *Reprendre, convaincre.* Ital. *Riprendere, manifestare.* Germ. Straffen/ schelten. Hisp. *Redarguir, descubrir lo secreto.* Angl. *To reprove and convitte.* } Cic. *de Invent.* Aut aliis quoque constitutionibus factum coarguetur. Liv. 2. *ab Vrb.* Sed eam occasionem ut litteræ legatis darentur, quæ deprehensæ rem coarguere possent, expectabat. Plin. *lib.* 11. *cap.* 19. Quam probabilem alias sententiam rerum eventus coarguit.

Cōāspernor, aris, atus sum. { ἅμα καταφρονῶ, ἀποφθύομαι. Gall. *Mespriser avec les autres.* Ital. *Sprezzar con altri.* Germ. Sampt andern verachten. Hisp. *Menospreciar con los otros.* Angl. *To sett light by with others.* } Tacit. *lib.* 17. Laudata olim & militari fama celebrata severitas ejus angebat coaspernantes veterem disciplinam.

Cōāssŏ, as, quod & Coaxo dicitur, pro contabulo. { σανίδω. Gall. *Assembler des ais, entabler.* Ital. *Intavolare, tavolare.* Germ. Zusammen tafelen/bretter zusammen fügen. Hisp. *Entablar con tablas.* Angl. *To plante or floore with bordes.* } Unde Coaxatio, σανίδωσις, contabulatio ab axibus, quamvis revera asseres tabulæ non sint, teste Vitruvio, sed crassiot & angusta in modum parvæ trabis materia, ab assi tendo parietibus atque tignis appellati, ut inquit Festus. Plin. *lib.* 36. *cap.* 15. Necessarium binas per diversum cossationes substerni. ¶ Est Coaxare proprium vocis ranarum. { κρώζω. Angl. *To croken frogge.* } Author carminis *de Philomela.*

*Garrula limosis grana coaxat aquis.*

Suet. *in Aug. cap.* 94.

Coathræ, sive potius Choathræ, Indiæ populi sunt, apud quos arbores in tantam altitudinem excrescunt, ut ne sagittis quidem queant adæquari. Author Plin. *lib.* 7. *cap.* 2. Lucan. *lib.* 1.

*Æthera tangentes sylvæ liquère Choatræ.*

‖ Coauctio, amplificatio. Turn. ‖

Coaxo, Coaxatio: vide *Coasso.*

Cobio, piscis quidam ex genere chromborum. Plin. *lib.* 32. *cap.* 8. Chromborum genera Cyprinus, Chalcis, Cobio.

Cobion, septima cithymali species est apud Plin. *lib.* 26. *cap.* 8. quæ διὰ κοβίων, hoc est, arboreseens Dioscoridi cognominatur.

Coboris, insula est in sinu Arabico, apud Plin. *lib.* 6. *cap.* 28.

Cobrys, κόβρις, urbs Thraciæ, à qua fit gentile Cobrytes, κωβρίτης. Stephan.

Cocalus, κώκαλος, Siciliæ rex, ad quem Dædalus ex Creta aufugit, quem illuc usque persecutus est Minos Cretensium rex: sed à Cocali filiabus (ut Aristoteles refert) interfectus est.

Cocanicum, Siciliæ lacus, ex quo salem Cocanicum nominamus. Authore Plin. *lib.* 31. *cap.* 7.

Cŏccum, i, vel Coccus. { כוש *sehani.* κόκκος. Gall. *La graine de quoy on fait l'escarlatte.* Ital. *Grana, cocco.* Germ. Ein körnlin darauß man den scharlacht färbt. Hisp. *La grana para tenir.* Angl. *Graue to die with.* } Est granum ex arbuscula ilici simili, vel ex rubenti granoe nascens: vulgò *Granum* dicitur, quod ad purpuram tingendam adhibetur. Plin. *lib.* 21. *cap.* 8. Luxuria vestibus quoque provocavit eos flores, qui colore commendantur. Hos animadverto tres esse principales: unum in cocco, qui in rosis nascat: gratius nihil traditur aspectu: & in purpuras Tyrias, dibaphásque, ac Laconicas. ¶ Coccum à Dioscoride, κόκκος βαφικὸς dicitur, hoc est, granum tinctorium. Frutex est fullonius, cui adhærente grana, quibus fit color lanarum præcipuus, cujus copia summa in ea parte Hispaniæ, quæ Tudertana appellatur, ut est author Strab *lib.* 10. Ardenti cocco radiare, Splendida veste indutum esse. Silius *lib.* 5.

*Ut contrà ardenti radiabat Scipio cocco.*

Quint. in purpuris sepit, & jam coccum purpura coccóque. Sueton. *in Nerone cap.* 30

Cŏccĕus, sive Coccineus, a, um, quod cocci, hoc est, grani tinctorij colorem habet. { κόκκινος, κοκκοβαφὴς. Gall. *D'escarlatte.* Ital. *Di grano granatino.* Germ. Das dieret schantlachs farb hat. Hisp. *Cosa de grana.* Angl. *Of scarlet or the colour of scarlet.* } ut, Coccinâ acinî, apud Plin. & Coccea indumenta, apud Lampridium.

Cŏccinum, substantivum: Vestis coccinea. { κόκκινον ἱμάτιον. Angl. *Scarlet in graine.* } Matt.

*Coccina famosa denus adianthina mucha.*

Idem,

*Si fuerit favum coccina quid faciens?*

Cŏccinātus, dicitur qui coccineis vestibus est indutus. { ἐνδεδυκὼς κόκκινα ἱμάτια. Gall. *Vestu d'escarlatte.* Ital. *Vestito con habite di scarlato.* Germ. Mit schantlach bekleidet. Hisp. *Cosa vestida de grana.* Angl. *Cladde in scarlett.* } Matt. *loc.* 5.

*Clamat coccinatus Euclides.*

Cŏccĭnŭs, a, um, quod cocco tinctum est, sive quod cocci colorem refert. { κόκκινος. Gall. *D'escarlatte.* Ital. *Di grano granatino, di scarlato.* Germ. Dan ein wedrn ausstrecht schantlachbluen gefärbt ist, oder im gleych sicht. Hisp. *De grana.* Angl. *Of scarlett.* } Hic color exuberantiam quandam ac splendorem tuberis ostendit, qui & Spadiceus & Phœniceus & Roleus vocatur. ¶ Coccina vestis, cocco infecta.

Cŏccĭ-ĕus, a, um, aliud adjectivum, κόκκινος, η, ον: ut Coccinei acini. Plin. *lib.* 21. *cap.* 31. Quos invitat hederæ florum similitudo in duobus ejus generibus: quorum alterum, cujus acini coccini, granosi folliculi, halicacabum vocant. Coccineum autem colorem non eundem esse cum purpureo, ostendit Ulpian. *l. si cui lana* 70. §. 13. *D. de leg.* 3. Purpuræ autem appellatione omnis generis purpuram contineri puto: sed coccum non continebitur: buccinum, fucinum & tanthinum continebitur.

‖ Coccodaphnon, bacca lauri. Lex. gr. b. ‖

Cŏccyx, ygis, κόκκυξ. { Gall. *Vn oiseau appellé coeu ou coucou.* Ital. *Cucco* Germ. Ein guckguch. Hisp. *Cuclillo.* Angl. *A cookow.* } Avis ex genere accipitrum, quamvis aduncis unguibus careat, vetno tempore procedens, & sub Caniculæ exortum sese occultans: Latini cuculum appellant. Ova parit singula in alienis nidis, & maximè palumbium: cujus rei causa putatur, quòd sciat se reliquis avibus esse invisam. Vide Plin. *lib.* 10. *cap.* 9. ¶ Hinc κοκκύζω Græci dicunt pro eo quod est coccygis more eandem semper ingerere cantilenam, quam & κοκκυρίζειν appellant. ¶ Astutior coccyge, μᾶλλον τοῦ κόκκυγος, dicebatur qui astu sibi consuleret. ¶ Est & Coccyx piscis cujusdam nomen apud Græcos, quem Latinorum nonnulli Cuculum vertunt.

Coccum, cibus quoddam genus ex melle & papavere confectum, sic dictum, quòd ad ignem coquatur. ‖ Fest. Item gravissimus halitus & odor. Tertull. ‖

Cochlăcæ, dicuntur lapides ex flumine rotundi ad cochlearum similitudinem. Festus. Vide in sequenti dictione.

Cŏchlĕa, X. { שבלול *schabluil.* κόχλος, ὁ κοχλίας. Gall. *Vn limasson avec coquille, ou coquille de limasson, escargot.* Ital. *Lumaca, bumbo.* Germ. Ein schnecken oder schnerkenbeuisle. Hisp. *Caracol.* Angl. *A snaille or shellfish.* } Ex genere est limacum, & propriè is, qui testam habet. Nam limax, quamvis aliquando generis nomen sit, propriè tamen de iis dicitur, qui testa carent. Cochlea autem nomen iis proprium est, quæ domicilium suum circumferunt (sive ex terrestres sint, sive aquatiles) bina prætendentes cornua, quibus iter explorant, quòd oculis sint destituæ. Plaut. *in Pœn.*

Vicissi

Vicisti cochleam tarditudine. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 1. Quasi cùm | caletur cochleæ in occulto latent. Plin. *lib.* 18. *cap.* 17. Limaces nascuntur in vicis, & aliquando & testa cochleæ minutæ crodentis eam. ¶ Cochleæ vitæ, ζωὴν βίου. De iis qui parcè parvoque vivunt, aut contracti negotii, luceque forensi senescit. Plutarch. ¶ Cochlea etiam in torculari vocatur ligneum catectum, strias habens paulatim ascendentes, quod dum vertitur, attollit trabem prælı, aut demittit. Galli sua lingua *Pisam*, *Viz de pressoir*, vocant. ¶ Est præterea Cochlea haustorium organum, quod vulgò *Pompam* vocant: cujus machinæ conficiendæ rationem Vitruv. *lib.* 10. *cap.* 11. describit, sic inquiens: Est autem cochleæ ratio, quæ magnam vim haurit aquæ, sed non tam altè tollit, quàm tota. ¶ Cochlea etiam est genus ostij. Varro *de re rust.* Ostium habere humile & angustum, & potissimùm ejus generis, quod Cochleam appellant, ut solet esse in cavea, in qua tauri pugnare solent. ¶ Cochleæ etiam lapides sunt ex flumine rotundi ad cochlearum similitudinem, quæ & Cochleæ. {לוּרִים *Iul.* κοχλίδες, ἢ κόχλακες dicuntur.} ¶ Similiter Cochlea, sive Cochlis, idis, nutrix dicitur, sive scalæ rotundæ, ad cochlearum similitudinem, quibus in editiorem partem ædium per circuitum conscendimus: quemadmodum & toreularia instar cochlearum facta, Cochleæ nominantur. Hujus diminutivum est Cochlearia. Coclea, sine h, *in libris Varronis de re rustica.*

Cochlear, ĕris, mensura minima rerum liquidarum, quæ duodecies sumpta explet cyathum. Cyathus enim continet mystra duo. Mystri tertia pars est cyamus, quæ capit duo cochlearia, Plin. *lib.* 21. *cap.* 17. Adria tusa hydropicis datur in aqua, cochlearii mensura. ¶ Est & Cochlearium, cochlearum vivarium, in quo cochleæ propagationis ergò asservantur. Varr. 3. *de re rust. cap.* 14. Nam & idoneus subdio sumendus locus cochlearijs, quem circum totum aqua claudas, ne quas ibi posueris ad partum, non liberos earum, sed ipsas quæras.

Cochlĕare, & per apocopen Cochlear, instrumentum quo cochleæ, & alia hujusmodi vescendo sumuntur. {חַפָּה *caph.* δίκη. Gall. *Cuillier ou cuilliere.* Ital. *Cocchiaro.* Germ. Löffel. Hisp. *Cuchara.* Angl. *A spone, a ladle.*} Martial. *in distichon, Epigr.* 121. *lib.* 14.

*Sum cochleis habilis, sed nec minùs utilis ovis:*
*Numquid scis potiùs cur cochleare vocer?*

¶ Cochleare crescere, δίκην αὐξῆ. Chrysippus apud Zenodotum & Aristophanis interpretem ait, hanc paræmiam dici solere in pusillos homunciones per ironiam: nam cochleare & pusillum est, & contortum.

Cochlĭdium, quod & Cochleam & Cochlidem vocamus. {לוּרִים *Iul.* κοχλίδιον. Gall. *Vne vis à monter, ou Escallier.* Ital. *Scala à modo di lumaca.* Germ. Ein schneckenstägen. Hisp. *El caracol para subir al altura.* Angl. *Round leaders or an stare to go up to high house, a trappe, or turne pyke.*} Scalæ rotundæ, per quas in turrim, vel in editiorem ædificii partem conscendimus. Strab. *lib. ult.* Hæc est etiam altitudo quædam manufacta, turbinea, petrosæ ripæ persimilis, in quam per cochlidium ascenditur.

| Cochlis, κοχλὶς, scala quâ in gyrum ascenditur.

Cochlistro, prægustator, coquina. Gloss. Isid. |

Cochlites, gemmæ sunt, quæ in Arabia ingentibus glebis nascuntur, & septem diebus cum melle coquuntur, donec terreum vitiosúmque pulverem amittant. Vide Plin. *lib.* 37. *cap.* 12.

Cochlo, κοχλεὰζω, strulator. Gel. *lib.* 7, *cap.* 16. ex Laberio. Vide *Strillator.*

Cŏclĕs, nomen Horatii cujusdam Romani, qui Porsenæ regi (ut docet Livius *lib.* 2. *decad.* 1.) per sublicium pontem transire conanti, solus hostium impetum sustinuit, donec à tergo pons à socijs frangeretur; quo fracto, se cum armis præcipitavit in Tyberim. Et licet læsus in coxa fuerit, Tyberim tamen enando ad suos pervenit. Unde est illud ab eo dictum, quum et in comitijs coxæ vitium objiceretur, per singulos gradus admoneor triumphi mei. Vide Plut. *in Publ.* & unde ita dictus. Gell. *cap.* 5. *lib.* 4. | Horatij Coclitis statua de cœlo tacta. Hujus meminit Valer. *lib.* 3. *cap.* 2. Virg. quoque *Æneid.* 8.

*Illum indignanti similem, similémque minanti*
*Aspiceres, pontem auderet quòd vellere Cocles.*

Cōclites, Lusios dixerunt antiqui, hoc est, qui unum tantum habebant oculum, quasi Ocelites. {κυκλώπας. Gall. *Borgnes, qui ne voyent que d'un œil.* Ital. *Lescbi, ch' hanno un occhio solo.* Germ. Ein dugig. Hisp. *Menguados de un ojo, tuertos.* Angl. *Half blind, that hath onlie one eye.*} Nam & Cyclopas Coclites legimus, unum oculum in fronte habentes. Plaut. *in Curc. sc.* 1. *a.* 3. Unoculе salve. Ex Coclitum prosapia te esse arbitror; nam hi sunt monoculi. Alij hoc de Arimaspis intelligunt, ut & illud Ennii apud Varron. Decem coclites, quos montibus scimus Ripheis colere.

Cocolobis, Hispanis uvæ genus est, quam Dyrrhachini Basilicam vocant. Ejus duo sunt genera, quæ vide apud Plinium *lib.* 14. *cap.* 2.

Coctix, dictæ sunt Alpes à Coctio rege Gallorum domitore, qui in amicitiam Octavii receptus est. Alciatus *in lib.* 15. Com. Taciti varia genera Alpium attingens, in hunc modum ait: Coctias autem existimaverim, quâ à Segusio oppido per Centrones itur: tametsi recentiores, ut Paulus Diaconus & Georgius Merula Coctias esse existimeot, in quibus Bobium urbs est: quod antiquis authoribus non est probabile. Sed & Coctias appellatas, quandoque etiam Julias, non falsò fortasse aliqui tradunt, quòd in eas per Tricastinos eatur.

| Coctiatoria, vasa coquinaria. Gloss. Paul. |

Cōctĭbĭlis, Coctilis, Coctivus, Coctus, Coctiatorium, Cocus: vide *Coquo.*

Cŏcŭlum, vas æneum coctionibus aquæ: vel Cocula, æ. *in fragment. Varron.* Cocula quæ coquebat panem sub cinere, vel in forno. Non. *cap.* 12. *in furnum.* {כִּיר *fur.* ἐσχάρα.} Plaut. Æneis coculis excocta est mihi omnis materia. ¶ Alij Cocula accipiunt pro lignis minutis, quibus facilè decoquuntur opsonia. Author Festus. | Cocus, à coquo, pro *coquus*: id vide.

Cocymelum, malum, seu pomum. L. 1. |

Cōcynthum, κώκυνθον. Italiæ promontorium, quod Meridianam plagam spectans, Ionium, & Siculum mare discriminat. Polyb. *lib.* 2. & Plin. *lib.* 3. *cap.* 10.

Cocytia, κωκύτια, sacra erant, quæ fiebant in honorem Proserpinæ, quam Pluto rapuit: à Cocyto inferorum fluvio nominata. Author Porphyrio in illud Horatij *in Epod. Od.* 17.

*Inultus ut tu videris Cocytia.*

Cōcytus, κωκυτὸς, Latinè dicitur luctus: quo nomine dictus est Inferorum fluvius à Styge profluens: κωκύω enim, gemere ac lamentari significat. {Germ. Der jamerbach in der hell. Angl. *Mourning.*} Virg. 6. *Æneid.*

*Cocyti stagna alta vides, Stygiamque paludem.*

Claud. *lib.* 1. *de rapt. Proserp.*

——*pressò lachrymarum fonte resedit*
*Cocytus, tactisque Acheron obmutuit undis.*

Codam, veteres dicebant, quam caudam dicimus. Varro. Sed ut canis sine coda. Nonius.

Codanus, sinus maris est ante Albium fluvium, totius Germaniæ maximus. In quo sita est Scandinavia incompertæ magnitudinis insula. Plin. *lib.* 4. *cap.* 13.

Codanonia, Pomponio insula est una ex Hemodibus, earum quæ in Codano sinu sunt, longè maxima, fortasse eadem cum illa quam Plin. Scandinaviam vocat. {Germ. Nottwegen.}

Cōdeta, authore Festo, dicta sunt ab antiquis loca trans Tyberim, quòd in iis virgulta nascerentur equinis caudis similia.

Cōdex, qui & Caudex: Truncus vel stipes arboris, cui cortex detrahitur. {גִּזְעַת *ghezlah.* σχεδία. Gall. *Le tronc d'un arbre.* Ital. *Tronco.* Germ. Der stamm an einem baum. Hisp. *El tronco del arbol.* Angl. *The bodie or stumpe of a tree.*} Col. *lib.* 4. *cap.* 3. Nec tam celeriter radicula inveterato jam codice enascuntur. ¶ Codex robustus, pro supplicij genere, apud Plaut. *in Pœnulo.* Ego jam detrudam ad molas, inde porrò ad puteum, atque robustum codicem. Locus dicitur Festo Pompeio, quò deiciebantur malefactores. ¶ Codex etiam dicitur liber. {Angl. *A booke.*} Cic. *in Verrin.* Itaque L. Piso multos codices implevit earum rerum, in quibus ita intercessit, quòd iste aliter atque ut dixerat, decrevisset. Codices & tabellæ. Idem Quintil. ¶ Codex item dicitur tabulæ accepti & expensi, in quas transferuntur omnia, quæ in adversarijs ad tempus scriberentur. Cic. *pro Roscio*, Non habere se hoc nomen in Codice accepti & expensi relatum confitebatur, sed in adversarijs patere contendit. Litura codicis, idem 5. *Verrino.* Legere codicem: idem *in Vatin.* Refette in codicem, idem *pro Sylla.* Scribere codicem: idem *pro Roscio Com.* ¶ Præterea Jurisconsulti tres exhibent codices, Gregorianum, Hermogenianum, & Theodosianum, constitutionibus Imperatorum refertos, ex quibus prodiit Justinianeus à Tribboniano aliisque viris doctis compositus, qui per excellentiam Codex vocatur: quo etiam hodie, cæteris abrogatis, in foro & Academijs utimur. Gothofred. *Ad primam ejusdem Codicis præfationem.*

Cōdĭcĕllus, {Angl. *A litle booke.*} diminutivum à *Codex*, dum pro libro ponitur. Parvus codex, βιβλίον.

Cōdĭcillus, diminutivum à diminutivo Codiculus. {מִכְתַּבְלוֹן *mekt'lah.* γράμμα. Gall. *Livret, memoires, brevet, lettres, Codicile.* Ital. *Codicillo.* Germ. Brieff/büchle. Hisp. *El codicillo del testamento.* Angl. *A litle book, letters.*} Codicilli, tabellæ ceratæ erant, in quibus aliquid stylo breviter, aut festinanter scribebatur, quibus commodissimè utebantur veteres, cùm neque esset opus atramento & calamo, ut in charta. P. Manutius. Codicillis præterea extra ordinem designare. Sunt autem codicilli Literæ, sive epistolæ. Cicer. *ad Quint. fratrem lib.* 3. Epistolam hanc convitio efflagitarent codicilli tui. Idem *Lepta lib.* 6. Simul ut accepi à Selenco tuo litteras, statim quæsivi è Balbo per codicillos, quid esset in lege. Sumuntur etiam pro diplomatis Principis, ut apud Sueton. *cap.* 55. & *in l. administrantes, D. de excusat. tutor.* Gallicè & Anglicè, *lettres patentes.* ¶ Codicilli item apud Jureconsultos accipiuntur pro scriptura, qua testator cum omni solemnitate voluntatem suam testatus est, de eo quod post mortem suam fieri vult.

Cōdĭcillārĭus, e, adjectivum. {ἐπὶ τῷ διπλώματι. Angl. *Belonging to letters patents.*} ut potestas codicillaris. Lampridio est potestas conficiendi codicillos, quæ beneficio principis & diplomate regio obtinetur, vel qua mandatur munus publicum, *l. judices, C. de dignit. lib.* 12.

Codicium, codex, codiculus. Interpres hist. Apollinii Tyrii.

Cōdĭcārĭæ naves, erant naves graviores & firmiores, è codicibus, hoc est, crassioribus truncis confectæ. Varro, Antiqui plures tabulas conjunctas, Codices dicebant: à quo naves codicarias in Tyberi appellamus. Sallustius, Et quanquam ad id naves codicariæ occultæ per hyemem fabricatæ aderant.

Codŭmĭnon, Plin. *lib.* 21. *cap.* 11. herba est bis quotannis florens, Vere & Autumno, æstates atque hyemes fugiens. Ruellius bulbi genus esse existimat, cujus flos Codion appellatur. Vide ipsum *lib.* 2. *cap.* 100.

Cōdĭon, flos est bulbi initio veris, atque iterum sub æstatis exitum erumpens, frigus simul & æstum fugiens. Ruell. *lib.* 2. *cap.* 100.

Codonophori, κωδωνοφόροι, interpretantur Tintinnabula gestantes, quos Antecambalones aliquos, & Ferales præcones Latinè appellare possumus. Sunt autem funerum indictores, & qui funebres pompas cum tintinnabulis crepitantibus antecedunt. Budæus.

Cōdrus, κόδρος, nomen proprium regis Athenensis, qui pro patriæ salute certissimæ se morti objectavit. Responsum enim acceperat, Peloponnesienses ita demùm se superaturos, si hostium regem non occidissent. Fefellit ergo eos habitu pauperis, cósque in suam necem per jurgia provocando, à nullo cognitus, fecit fidem oraculo: unde Virgil. 5. *Ecl.*

——*si quos amat Phyllidis ignes,*

Aut

*Aut Alcmeis habes laudes, aut turpia Codri.*

Hujus tanta fuit nobilitas, ut locum fecerit proverbiali hyperbolæ. Nam quum nobilitatem cujuspiam volebant extollere, cum Codro nobilitatem esse dicebant. Græculus Crodo, κέκροπος κόδρου: aut, Antiquior Codro, πρεσβύτερος κόδρου. Per ironiam etiam dici poterit in istos qui majorum famosis imaginibus & natalium antiquitate gloriantur. ¶ Hinc Codridæ dicti sunt Codri posteri.

Cœle, κοίλη. Atticæ regiuncula est, Miltiadæ & Thucydidis sepulchris nobilitata: cujus meminit Marcellinus *in vita Thucydidis.*

¶ Cœlebs, quòd cœlo dignam vitam agat. Fest. Tu vide *Cælebs.* ¶

Cœlēsyriā, sive Syria Cœle, κοίλη Συρία, ea Syriæ pars est, teste Strabone *lib.* 16. quæ ultra Seleucidem in Ægyptum & Arabiam recedit, propterèque ea quæ Libano & Antilibano includitur. Ita dicta à civitate, quam Græci κοίλην nominant. Pompomus Mela *lib.* 1. Syria latè litora tenet, tetrásque etiam latiùs interiora, aliis, aliisque nuncupata nominibus: nam & Cœle dicitur, & Mesopotamia, & Damascene, & Adiabene, & Babylonia, & Judæa, & Sophene.

Cœliăcus morbus, κοιλιακὸς νόσος, qui inferius stomachi orificium sive ostiolum infestat, quod à Græcis dicitur πυλωρός. ¶ Hunc morbum Celsus *lib.* 4. *cap.* 12. describit his verbis: In ipsius verò ventriculi porta cõsistit is qui & longus esse consuevit, κολικὸς à Græcis nominatur. Sub hoc venter indurescit, dolórque ejus est. Alvus nihil reddit, ac ne spiritum quidem transmittit: extremæ partes frigescunt, difficulter spiritus redditur. Qui hoc morbo laborant, etiam Cœliaci, κοιλιακοὶ appellantur. Idem *lib.* 23. *cap.* 1. Decoctum eorum veteres dysentericos & cœliacos juvat: id est, medicinæ contra hunc morbum. Varro *lib.* 3. *cap.* 16. *de apibus.* Quin ex floribus nucis Græcæ & cornu cœliacas fieri, atque urinæ porta reficiri. Plin. *lib.* 23. *cap.* 18. Ego tamen damasceni cum collyriis addi: multóque magis, quas vocant lexipyretas, qualique purpericas & cœliacas. Cœlius mons. Suet. *Tib. cap.* 48.

Cœlicolæ, de Judæis, ita dictis, quod peculiariter astra colerent. Sed notati sunt hoc nomine omnes Christiani, edicto Imp. Honorii, qui à religione transfugæ in Judaismum deficerent. Vide *l.* 12. *Cod. de Iud. & Cœlicol.* & ibi Goth. *in notis.*

Cœlos, κοῖλος. Thraciæ portus est, ubi Lacedæmonii ab Atheniensibus navali prælio superati sunt. Mela *lib.* 2. Est & portus Cœlos Atheniensibus & Lacedæmonius navali acie decernentibus, Laconica classis ligneatus excidio. Quæ Pomponii verba nonnulli referunt ad prælium illud navale, quo Lacedæmonios vicerunt Athenienses, Thrasyllo, & Thrasybulo ducibus. Alii ad Alcibiadem referre malunt, quem Lacedæmonios juxta Thraciæ Chersonesum navali prælio superasse, authores sunt Plutarchus & Justinus.

Cœlostomia, κοιλοστομία, vitium pronuntiationis, quum vox ex recessu oris velut è cavo quodam auditur.

Cu fum, i: vide *Cælum.*

Cœna, Ptolemæo est Gedrosiæ urbs, hodie Cambaia, sive Gambaia, regni caput.

Cœmeterium, { בית הקבורות *beth hakkeburáh.* κοιμητήριον, à κοιμάω, sopio. Gall. *Cimetiere.* Ital. *Cimiterio.* Germ. Ein Ruetboff/ ein gottsacker/an welchem der abgestorbenen layb schlaffen. Hisp. *Cementerio de muertos.* Angl. *A churche yarde.* } Idem est quod dormitorium. Unde locum sepulturæ destinatum vocant Cœmeterium, quia ibi mortui dormire dicuntur, quasi mortuorum dormitorium. A quibusdam dicitur Sepulchretum.

Cŏĕmo, is: Emo, coëmptionem facio. { συνάγω. Gall. *Acheter ensemble.* Ital. *Comprare.* Germ. Zusammen kauffen. Hisp. *Comprar junto.* Angl. *To bie together.* } Terent. Coëmisse hinc quæ illuc veheres multa. Cic. 5. *Verr.* Deinde sibi frumentum coëmisse.

Cŏēmptĭo, συνώνημα, verbale quo Jureconsulti ferè utuntur pro imaginario venditionis genere, quo uxor veniebat in jus mancipiumque mariti. Cic. 2. *de Orat.* Nam neque illud est mirandum, qui quibus verbis coëmptio fiat, nesciat: mulieris quæ coëmptionem fecerit, causam possit defendere.

Coëmptionalis, ut coëmptionalis senex, mancipium vile, quod emptori cum pretiolâ merce auctarii loco sæpe dabatur.

Cœnă, cœnæ, apud antiquos dicebatur { author Festo } quod nunc est prandium: Vesperna autem dicebatur, quam nunc cœnam dicimus: à κοινὸς, quod est communis, quia multi in commune cœnare consueverunt. { בית הקבר מרוחת *arucháth habéreb.* δεῖπνον. Gall. *Vn souper.* Ital. *Cena.* Germ. Ein abendmal/oder nachtmal. Hisp. *La cena* Angl. *The supper.* } Plin. *in epist.* Apponitur cœna non minùs nitida, quàm frugi, in argento puro & antiquo. Cic. 5. *Tusc.* Ubi quum tyrannus cœnavisset Dionysius, negavit se jure illo nigro, quod cœnæ caput erat, delectatum. Quæ sit cœna recta, vide in dictione *Recta.* Prohibere ne ad cœnam promittat. Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 5. Abi & cœnam coque. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 3. Corrumpitur jam cœna. *Ibid.* Cerealis cœnas dat. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 1. Tu hodie cœnam des sororiam, hic eras nuptialem. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Cœna apposita est. Ego cœnavi simul. Idem *Amph.* Noctem hujus & cœnam ut dares. Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 3. Non licet manere, cœna coquitur. *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Faciam ut in puteo cœnam coquant. Idem *Aul. sc.* 4. *a.* 2. Hoc est quod ille it ad cœnam quotidie (i. cœnat foris.) Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Cœna secretior. Suet. *in Tib. cap.* 48. Cœna autem an à coëundo unà. Terent. Commus in Piræum ut de symbolis essemus. ¶ Cœna Cynica, i, misera, & vilis, & sordida, qualis fuit Cynicorum, teste Luciano. Petronius Arbiter,

*Ipsi qui Cynica traducunt tempora cœna.*

¶ Deorum cœnæ, pro dulcibus & gratis dicuntur, quòd illi ambrosia victitare credi sint. Horat. 2. *Serm. satyr.* 6. Pontificum cœnæ, Sumptuosæ dicuntur & opiparæ. Horat. 1. *Carm. Ode* 14. ¶ Antecœna vocabatur cœnæ prima pars, ejusque primus missus, & gustus, & velut prima mensa. Macrob. Ex indice Metelli Pontificis cœna hæc fuit: Ante cœnam echinos, ostreas crudas quantum vellent. Mox sequitur, In cœna sumina, sinciput, aprugnum, patinam piscium. ¶ Cœna terrestris, vide *Terrestris.* ¶ Cœna funeris, vide *Flamma.* ¶ A cœna sit domi cœnium, de quo in dictione *Domus.* ¶ Cœna Dialis, id est, lautior, opima, adjectalia, quales Pontificum Cœnæ apud Horatium. Opponitur frugali & sine arte mensæ. Senec. *epist.* 124. Hæc qualiscunque Cœna Læli jucundior erit. Cœnæ fundus & fundamentum. Gell. *lib.* 17. *cap.* 8. Ejus Cœnæ fundus & fundamentum omne erat in olla una lentis Ægyptiæ. Cœnæ pro loco in quo cœnatur. Plin. *lib.* 12. *cap.* 1. Aliud exemplum Cæsaris principis in Velitrino rure mirati unius tabulata, laxisque famorum trabibus scamna patula, & in ea epulanti, quam ipse pars esset umbræ quindecim convivarum ac ministerii capace triclinio, quam cœnam appellavit illic nidum.

Cœnŭla, diminutivum. { δειπνίον. Gall. *Petit souper.* Ital. *Cena picciola.* Germ. Ein klein nachtmal. Hisp. *Cena pequeña.* Angl. *A litle supper.* } Cic. 1. *Tusc.* Quid vos hesterna, inquit, cœnula non intellexistis me pecunia non egere? Mart. *lib.* 10.

——— *Una ponetur cœnula mensa.*

Cœno, as, avi, & cœnatus sum: Cœnatum sumo. { δειπνέω. Gall. *Souper.* Ital. *Cenare.* Germ. Zu nacht essen. Hisp. *Cenar.* Angl. *To suppe, to be at supper.* } Plaut. *in Most.* Hic apud nos hodie cœnes. Eum in odorem cœnat Jupiter quotidie. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Apud me cœnabis hodie, fiunt nuptiæ. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 5. Quò imus ad prandium? ubi cœnamus? Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Valuistine? & heri cœnavistine? Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Superi incœnati sint, cœnati inferi. Idem *Aul. sc.* 4. *a.* 2. Postquam cœnati atque apposti. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Cœnare adulteria. Suet. *Aug. cap.* 70. Cœnare in imo lecto, *ibidem cap.* 67. Cic. *ad Qu. frat.* Eo die cœnavi apud Crassipedem. Idem 5. *Tusc.* Socratem ferunt, quum usque ad vesperum contentiùs ambularet, quæsitúmque esset ex eo, quare id faceret, respondisse, se quò melius cœnaret, opsonare ambulando famem. Cœnare me doce: δεῖπνόν μοι δίδαξον. Proverbiali figura dictum ab Aristophane *in Ranis.* Tempestivitet usurpabitur siquando docere, præire, aut etiam refellere conatus aliquem imperitus negotii de quo disceptatur.

Cœnātor, qui cœnavit. { δειπνητής. Gall. *Qui a soupé.* Ital. *Che a cenato.* Germ. Der zunacht gessen hat. Hisp. *El que a cenado.* Angl. *That hath supped.* } Ut Pransus, Potus, Lotus, qui prandit, potavit, lavit. Cic. *pro Dejot.* Quid igitur causæ excogitari potest, cur te lautum voluerit, cœnatum noluerit occidere?

Cœnātum est. Liv. 2. *ab Urb.* Nam quum pridie, quàm Legati ad Tarquinios proficiscerentur, & cœnatum forte apud Vitellios esset, &c.

Cœnaturio: Cupio, vel appeto cœnare. { δειπνάω. Gall. *Avoir faim de souper, desirer le souper.* Ital. *desirare di cenare.* Germ. Begird haben zu dem nachtessen. Hisp. *Haver gana de cenar.* Angl. *To desire, to suppe.* } Quam significationem habent ferè in *rio* delicentia: ut, Mulier parturit, id est, nititur ut pariat. Martial. In omnibus Vaccerra quòd conclavibus conluvit horas, & tota die sedet, cœnaturit, non cacaturit: id est, laborat ut cœnet.

Cœnĭto, frequentativum, frequenter cœno. { συνεχὲς δειπνέω. Gall. *Souper ou manger souvent.* Hisp. *Cenar à comer muchas vezes.* Angl. *To suppe often.* } Cic. *lib.* 9. *epist.* Iisque non desino apud istos, qui nunc dominantur, cœnitare. Idem *Treb.* Ego si fortis cœnitarem, Cn. Octavio familiari tuo non defuissem.

Cœnāculum, à cœnando nomen assumpsit. Locus ad cœnandum idoneus. { עליית *Ital ab.* δειπνητέον, ὑπερῷον, οἰκήματα, συνώνιον. Gall. *Le lieu où l'on soupe, chambre haute où l'on mange.* Ital. *Luogo da cenar, cenacolo.* Germ. Ein ort in welchem man zu nacht isset. Hisp. *La sala para cenar.* Angl. *A place to suppin, a parler.* } Varr. Sicut Penatium, ubi penus: ubi cubabant, Cubiculum: ita ubi cœnabant, Cœnaculum. Sed postquam in superiori parte cœnitare cœperunt, superior domus universa Cœnaculum dicta est, ad quod scalis sive cochleis ascenditur, ut scribit Festus.

¶ Inde Ennius:

——— *cœnacula maxima volli.* ¶

Hæc autem incolebant tenuiores, & inquilini, & Juv. Sat. 10. docuit,

——— *Laterumque ebsidet ædes*
*Tota cohors, rarus venit in cœnaculum miles.*

id est, ad inquilinos & pauperes, qui in conducto habitant. Cic. *de lege Agr.* Romam in montibus positam, & cœnaculis sublatam atque suspensam, &c. In superiore cœli qui habito cœnaculo. Plaut. *Amph.* Cum cœnaculum ejus perpluceret. Quint. Ex cœnaculis amicorum spectabat ludos. Suet. *in Aug. cap.* 44. Solet tamen Cœnatio, & Cœnaculum, & Dicta accipi pro loco in quo æstate cœnatur. Cœnaculum, superiora. Donatus Adelphis actu 3. scena 3. *Veteres gaudium meretricum tabernam dixerunt,* διὰ τὸ χαμαὶ, τὴν ἐν τῇ γῇ, *quòd ipsa sit in terra, non ut cœnacula superius.*

Cœnātio, locus ad cœnandum aptus, qui in imo domus, & hortis potentiorum erat. { δειπνητέον. Gall. *Le lieu où l'on soupe.* Ital. *Luogo da cenare.* Germ. Ein ort vnden im hauß in welchem man zu nacht isset. Hisp. *La sala baxa para cenar.* Angl. *A place for supping.* } Unde Juvenal.

——— *& algentem rapiat cœnatio solem.*

Suetonius *Neron.* Præcipua cœnationum rotunda, quæ perpetuò diebus ac noctibus vicem mundi circumageretur. Cœnationum fastigia. Senec. *cap.* 9. *de const. ad Helv.* Cœnationum ornamenta, sunt libri quibusdam. Idem *cap.* 9. *de Tranquil.*

Cœnātiuncŭla, diminutivum. τὸ μικρὸν δειπνητέον. Plin. *in Epist.* Fons oritur in monte, per saxa decurrit, excipitur cœnatiuncula manu facta: ibi paulùm retentus in lacum decidit.

Cœnāticārĭus, qui cœnaculum conducit, vel qui cœnacularia exercet, *l.* 11. *de pign. act.*

Cœnāculārĭa, æ, quæstus qui fit ex cœnaculorum ablocatione, ἡ χρηματισμὸς διὰ τῶν ἐνοικίων. Unde cœnaculariam facere, sive exercere dicebantur, qui domos totas conductas per singula cœnacula inquilinis locabant, ut inde quæstum facerent, pluris in summam locando,

*quam*

*convivium in medio. Ulp. l. si verò, §. sed & si quis. ff. de his qui deject. vel effud.* Si quis cœnaculariam exercens, modicum hospitium sibi retinuerit, reliquum locaverit pluribus, omnes tenebuntur, &c. ¶ Sic cœnacularius homo, ὁ ἐν μισθῷ οἰκῶν, qui cœnaculum conduxit. Idem *l. solutum, § planè. ff. de pignor. act.* Videtur autem tacitè, & cum domino ædium hoc convenisse, ut non pactio cœnacularii proficiat domino, sed sua propria. ¶ Cœnacularius in antiquo Lexico, ὑπερῷος.

Cœnāticius, a, um, quod ad cœnam pertinet, {ὀψωνικός. Gall. *Chose appartenante au soupper.* Ital. *Ciò che appartien à cena.* Germ. Das zu dem Nachtmal oder abendmal gehört. Hisp. *Cosa de cena ò para cenar.* Angl. *Belonging to the supper.* } ut, Apparatus cœnaticus, Sermo cœnaticus. Vatt. Cœna cœnatica, id est, spes cœnandi. Plaut. *Capt. sc. 1. a. 3.* Nunc ibo ad portum hinc: est illic mihi una spes cœnatica.

Cœnipĕta. Qui ambit alienas cœnas, & parasiti sæpe personam induit. {δειπνήτωρ. Angl. *Veith waiteth an others supper.* }

Cœnātōrĭus, a, um, quod ad usum cœnæ pertinet. {ὀψωνικός. Angl. *Belonging to the supper.* }

Cœnātōrĭa, orum, plurali numero, pro veste cœnatoria, cum qua discumbere in convivio solebant, quæ & alio nomine Triclinaria toga dicebatur, τὸ δειπνητὸν ἱμάτιον. Martial. *lib. 10. Epigr. 83.*

*Pugnorum rem, ebriaque mollia,*
*Cœnatoria mittat adv. cato.*

Vide eundem *Epigr. 135. lib. 14.*

Cœnĭfĭcia, quæ pertinent ad esum, utique ad cœnam, ὀψώνια.

Cœnŏbĭum. {κοινοβιάω. Gall. *Menasser, lien où on vit en commun.* Ital. *Convento de frati, dove si vive à commune.* Germ. Ein gemein leben/als in einem Closter da man gemeinschafft des lebens mit einander hat. Hisp. *El monasterio.* Angl. *An abby a menasterie.* } Locus ubi communis vita ducitur, κοινὸς enim communis, καὶ βίος vita. Quid sit cœnobium, docet Gell. *cap. 8. lib. 1.* ¶ Hinc Cœnobitæ, qui in commune vivunt.

Cœnŏbĭum Ptolemæo, urbs esse creditur Germaniæ, quæ vulgò Loubenbourg vocatur.

‖ Cœnonicon, quod psallebat chorus post communionem, sublato sacro pane. Lex. gr. b ‖

Cœnum, Lutum. {בּוֹץ *bots*, טִיט *tit*. βόρβορος. Gall. *Bourbier, fange, boüe.* Ital. *Fanzo.* Germ. Kath/dreck. Hisp. *El cieno, el lodo.* Angl. *Claie, dirt, myre.* } Plin. *lib. 14. cap. 12.* Ad hæc pertinent peregrinæ exercitationes, & voluptatio in cœno. Pulchrum ornatum turpes mores pejus cœno collinunt. Plaut. *Mostl. sc. 3. a. 1.* Cicer. 4. *Tusc.* Sicilse dicere omnes stultos insanire, ut malè olere omne cœnum. ¶ Per metaphoram ponitur pro abjecto & nullius dignitatis homine. Livius *lib. 10. ab urb.* Cœnum plebeium. Cicer. *pro Sestio*, Habeo quem opponam labi illi atque cœno. ¶ Cœno puram aquam turbans nunquam invenies potum, βορβόρῳ ὕδωρ καθαρὸν μιαίνων, οὐκ ἂν πίοις ποτέ. Dici solitum, ubi quis ea quæ sunt per se pulcherrima contaminat, admixtis iis quæ sunt turpissima. Cœnum, convicia. Plaut. *Pseud. sc. 3. a. 1.*

Cœnōsus, a, um: Plenus cœno, Cœno abundans. { βορβόρωδης. Gall. *Bourbeux, fangeux, boüeux.* Ital. *Pieno de lato, fangoso, sporco.* Germ. Kotechtig/Drecketchtig. Hisp. *Lleno di cieno.* Angl. *Full of claye, dirtie.* } Colum. *lib. 7. cap. 10.* Nec ulla magis gaudet, quàm vivis atque cœnoso lacu volutari.

Cŏĕo, is, ivi, itum, ex Con, & eo: sed n, abjicitur, ‖ in commonem locum eo. ‖ Convenio, conjungor, congregor, coitionem facio, inco, congredior. { בּוֹא *bo*, יָרַד *jahdah*, הִתְחַבֵּר *hithchabbér*, שָׁנַר *schanar*, שָׁבַב *schachâb*. συνέρχομαι, συνέρχομαι, συνίστημι, συνίσταμαι. Gall. *Convenir, s'assembler, aller ensemble.* Ital. *Congiungere, essere insieme.* Germ. Zusammen gehn/kommen/in compen. Hisp. *Ayuntarse.* Angl. *To conveine assemble, and go together.* } Terent. *in Eunuch.* Heri aliquot adolescentuli coimus in Piræo. Priusquam coimus, ubi lectus stratus. Plaut. *Mostl. sc. 4. a. 1.* Ut primùm coit cicatrix. Idem *Amphit.*

——*& noctes quas coiere dum,*

Ovid. *Eleg. 1. lib. 2. Trist.*

*Nève retractando nondum coëuntia rumpe*
*Vulnera.*

Idem *Eleg. 4. lib. 4. Trist.* Coire, concrescere, congelascere. Gell. *cap. 8. lib. 17.* Virg. *lib. 11.*

——*coëunt in fœdera dextræ*
*Quæ datur.*

Lactantius *de ira*, Denique si atomorum & coitio & conglobatio efficerent omnia. ¶ Cicero cum accusativo usus est, pro inire, 2. *Philipp.* Utinam Cn. Pompei cum C. Cæsare societatem aut nunquam coisses, aut nunquam diremisses! κοινωνίαν ποιεῖσθαι τινι. Gellius protulit passivum, Coibatur societas inseparabilis. Nam propriè Coitio societas dicitur. Sic ab Ulpiano Societas coita, pro contracta & collecta accipitur. Lactant. *lib. 3.* Quid ego de Cynicis loquar, quibus in propatulo coire cum conjugibus mos fuit. ¶ Terent. *in Phorm.* Vide quid agas: prima coitio est acerrima. Si eam sustinueris, post illam jam, ut lubet, ludas licet. Ubi una translatio à prælio nam & Congredi milites, & Coire dicentur. ¶ Coire in alienâ litem, qui alicui calumniosè litem struunt, ut quod ex condemnatione redactum fuerit, inter eos communicetur. Plin. *Epist. lib. 5.* Quæstus est, venire advocationes, venire prævaricationes, in lites coiri. Ex Hotomanno. ‖ ¶ Coire, pro coire, simul ire, & consilium accipere, apud Pap. ‖

Coiens, coëuntis. Participium: ut, Ripæ vadi coëuntes, id est, vadum angustum. Sil. *lib. 1.*

*Tèque vadi dubium coëuntibus Arctè de ripis.*

Senec. *Tread.*

*Rejectúsque diem morsus ingentem specum*
*Coëunte terra junxit:*

id est, hiatum conjungente se terra clausit.

Cōĭtĭo, pro concubitu. { מִשְׁכָּב *mischkâb*. ἐπιμιξία. Gall. *Assemblée, amas.* Ital. *Assembramento, unione.* Germ. Beschlaffung einer weibs. Hisp. *Ayuntamiento, conjuncion.* Angl. *Coling together, going the act of generation.* } Gell. *lib. 2. cap. 7.* Hippocrates autem divina vir sententia de coitu veneteo ita existimabat, partim esse quandam morbi teterrimi, quem nostri comitialem dixêre. Coitus humoris, Celsus *lib. 5. cap. 18.* Potest verò ea compositio etiam ad paroticias, phymata, strumam, omnémque coitum humoris emolliendum. Coitus Lunæ, pro eclipsi, quando scilicet Soli opponitur. Plin. *lib. 2. cap. 13.*

Coĭbĭlĭus, adverb. Aptiore cohærentia. Apuleius *in Apologia*: Præsertim cùm ordinatiùs, & coibiliùs eadem Græcè & Latinè admittar conserbere.

Cōĭtĭo, Conspiratio, congregatio ob malam rem facta. { עֵדָה *léscher, cœtus.* } Cic. *pro Planc.* Dubitabis an coitio facta sit. Per coitiones nobilium injuria fiebat. Liv. *lib. 3. ab Urb.*

Coitio, pro coitu, συνουσία. Macrob. *Saturn. lib. 17. cap. 16.* Omni enim genere animantium, quæ ex coitione nascuntur, inveniri omnium aliquorum esse principium instar elementi.

Cœpi, verbum defectivum, à Cœpio, pro incipio, quod apud antiquos in usu erat. { תְּחִלָּה *heil*, תָּחַל *hechél*. ἐπιβάλλω, ἐπιχειρῶ, ἐξάπτω, ἐξάπλω. Gall. *Commencer.* Ital. *Cominciare.* Germ. Anfahen anhebē. Hisp. *Començar.* Angl. *To beginne.* } Cato, Cœpi jam seditiosa verba loqui. Nunc tantùm præterito ejus, tam pro suo tempore, quam pro præsenti utimur, cum suis derivatis. Cœpetam, Cœpissem, Cœpero, Cœpisse, Cœptum ire. Facinus audax incipit, qui cœpit pauper cum divite negotium. Plaut. *Aul. sc. 4. a. 3.* Cœpta appellari canis. Idem *Men. sc. 1. a. 3.* Terent. *in Adelph.* Prius olfecisse quàm ille quicquam cœperit. Sal. *in Catil.* Sed ea potestate cœpère se quisque magis extollere. Virg. 3. *Georg.*

*Sin in processu cœpit crudescere morbus.*

¶ Cœptus sum, pro cœpi. Cic. *de clar. Orat.* Hortensius igitur quum admodum adolescens orsus esset in foro dicere, celeriter ad majores causas adhiberi cœptus est. Idem *ibidem*: Qua in urbe primùm se orator extulit, primùmque etiam monimentis & literis oratio est cœpta mandari. Cœpturi bellum, inchoaturi. Liv. *lib. 2. d. 5.*

Cœpio, Plaut. *Men. sc. 1. a. 3.* Neque ego insanio, neque pugnas, neque lites cœpio.

Cœptum, i: Institutum, propositum. { תְּחִלָּה *techillâh*. τὸ ἐπιχείρημα, ἐπίχειρα. Gall. *Commencement, entreprise.* Ital. *Cominciamento, impresa.* Germ. Ein anhab/anfang. Hisp. *Comienço.* Angl. *Interprise beginning.* } Ovid. *Metam.*

——*Di cœptis (nam vos mutastis & illas)*
*Aspirate meis.*

Cœptŭs, us. Idem. { תְּחִלָּה *techillâh*. ἀρχή. } Gell. *lib. 2. cap. ult.* Nos verò ut cœptus nostet est.

Cœpto, as, are. Incipio. { תָּחַל *hail*, תָּחַל *hechél*. ἐπιβάλλω, ἐπιχείρω, ἐπιχειρῶ. Gall. *Commencer.* Ital. *Cominciare.* Germ. Anfahen/anhebē. Hisp. *Començar.* Angl. *To interprise.* } Plaut. *in Merc.* Cur istuc cœpeas consilium? Terent. *in Eun.* Quid cœptas Thraso?

Cŏĕpulonus, coëpulo. Plaut. *Perså.* Complusor, Comporor.

Cŏĕquito, as, are, {συνιππάζω. Gall. *Chevaucher ensemble.* Ital. *Cavalcar insieme, à paro.* Germ. Mitreyten. Hisp. *Cavalgar juntamente.* Angl. *To ridde together.* } Liv. *in lib. bell. Maced.* Coëquitaverant autem sex millia equitum.

Coërānus, συμπλοῦς, Naufragus à delphino servatus. Vide historiam apud Plut. *lib. 5. circa finem libelli*, Utrùm terrestria, aut aquatilia plus sapiant.

Cŏĕrcĕo, es, ex Con, & Arceo, sed n, abjicitur, & a, in e, mutatur. Restringo, contineo, refræno, inhibeo. { עָצַר *hatsár*, חָסַם *ch'sâm*, מָנַע *manâh*, יָסַר *jasár*. κωλύω, συνέχω. Gall. *Restraindre, reprimer.* Ital. *Restringere, constringere.* Germ. Einen hinderhalten/wehren. Hisp. *Refrenar, refrenar.* Angl. *To restraine, to hold in, to briale.* } Cic. *in Lal.* Quem serpentem multiplici lapsu, & erratico ferro amputans, coërcet ars agricolarum. Lactantius *lib. 3.* Illud satis est ad coërcendum furiosi hominis errorem.

*Invida me spatio natura coërcuit arto*
(ingenii.) Ovid. *Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Multa ex juvenili abundantia coercuit Cicero. Quint.

*Tum neque se gavidi possunt delphines in auras*
*Tollere, consuetas dura coërcet hyems.*

Ovid. *Eleg. 10. lib. 3. Trist.* ¶ Ponitur etiam pro circundare, sive simul stringere. Idem *lib. 1. Metam.*

*Vitta coërcebat positos sive capillos.*

Lucan. *lib. 4.*

——*campósque coërcet.*

Cingarapax, hoc est, cingit, aut circundat. ¶ Item pro compellere. Author *lib. 3. ad Herennium*, Prudentiæ partibus utemur in dicendo, si commoda cum incommodis conferemus, quum alterum vitare coërcemur. ¶ Aliàs significationem hujus verbi distinguunt, ut aliquando vim in se contineat, atque castigationem; aut certè reprehensionem, atque animadversionem, & pro repellere, sive punire ponatur: aliquando simpliciter sine vi, pro Continere, complecti, comprehendere: propriè tamen de iis, quæ aut diffluunt, aut præter modum erumpunt. Coërcitus miles. Liv. *lib. 6. d. 4.* { Gall. *Contenu.* }

Cŏĕrcĭtĭo, verbale à Coërceo, Cohibitio, Castigatio. { מִעְצָר *maktsér*, מוּסָר *musar*. κάθειρξις. Gall. *Reserrement, empeschement, chastiement, restrainte.* Ital. *Castigo.* Germ. Hinderhaltung/straff. Hisp. *Refrenamiento ò represion.* Angl. *Restreining, holding in, bridling.* } Liv. *lib. 4. ab Urb.* Pronuntiaverúntque ex collegii sententia, C. Valerio cos. se damnum, aliámve coërcitionem, adversùs intercessionem Collegæ delectus causa detectantibus militiam inhibentis auxilio futuros. Coërcitio popinarum. Suet. *in Claud. August. cap. 38.* Fit autem hoc verbale regulariter à supino Coërcitum. ¶ unde etiam participium Coërcitus. Ovid. *in Epist. Heroid.*

*Clausa domo teneor, gravibúsque coërcita vinclis.*

¶ Legitur & verbale Coërtio, & fortasse sæp. ut quàm Coërcitio: quod dici potest aut per syncopen factum esse à verbali Coërtio,

abjecta

abjecta media syllaba: aut (quod verisimilius videtur) ab antiquo verbo Arcio, quod etiam apud Festum legitur, quod ratione analogiæ facere debet supinum Artum; sicut Farcio, fartum; & Sarcio, sartum. Coercitio in histriones. Suet. *in cap.* 45. Legitur ibidem *coratio*. ¶ Inde Compositum Coërcio, mutatione primæ vocalis in secundam, ueut à Farcio, Refercio; & supinum Coertum, sicut à Refercio, Refertum. Itaque invenimus regulare verbal Coërtio: quanquam Arcio, & Coërcio nunc non sunt in usu. Poterimus itaque utrovis modo scribere, Coercitio, sive Coërtio.

‖ Cœrulus: vide *Cerulus*. ‖

Coërro, as, are, est unà cum aliis oberrare. { Angl. *To wander with others.* { Paul. *l.* 3. §. 3. *D. de off. præfect. vigil.* Sciendum est, inquit, præfectum vigilum per totam noctem vigilare debere, & coërrare calceatum cum hamis, & dolabris. Ex Lexico Hotomanni.

Coëtse, simul esse. Blesens.

Cœtus, cum œ, diphthongo, conventus, congregatio, à coëundo, id est conveniendo. { קהל *kedhah*, אגר *cheber*. συναγωγή, ἀγυρμός. Gall. *Assemblée de gens, amas.* Ital. *Convento, congregatione.* Germ. Ein versamlung eyn menge volcks. Hisp. *Compañia, convento.* Angl. *A companie, multitude or congregation of people.* } Cic. *de senect.* O præclarum diem, quum ad illud divinum animorum concilium cœtumque proficiscar, quumque ex hac turba & colluvie excedam. Idem 2. *de finib.* Quid enim necesse est tanquam meretricem in matronarum cœtum, sic voluptatem in virtutum concilium adducere? Cœtu extraneorum prohibuit filias. Suet. *in August. cap.* 64. Cœtus stellarum, i. coitus, Gel. *lib.* 1. *cap.* 14. Sæpe ibidem conventus & concursiones. Plaut. *Amphit.* Eos auspicio meo atque ductu primo cœtu vicimus (i. congressu, conflictu.) Sen. *lib.* 3. *decl.* Cœtum esse ait nomen magnæ multitudinis coëuntis ex cenlu quodam. ¶ Primo cœtu c ondemnare, i. prima actione, sive ampliatione, primo judicum conventu & confessu. Cornificius *in Rhetor.* Hic vos veriti estis, si primo cœto condemnassetis, ne crudeles existimaremini. Cœtum Lucretius vocat connexionem & copulam membrorum cum humoribus, & spiritibus, omnibúsque ex quibus humanum corpus compactum & constitutum est, ut *lib.* 2. *circa fin.*

*Cedit item retrò, de terra quod fuit antè,*
*In terram: & quod missum est ex æthere extit,*
*Id rursum cœli relatum in templa receptant:*
*Nec sic interimit mors res, ut materias*
*Corpora conficiat, sed cœtum dissipat ollis.*

Cœus, τιτᾶν Hesiodo, per œ, diphth. Fuit cœli filius, frater Japeti & Typhœi, quos omnes uno partu à Tellure quinta luna genitos esse fabulatur Virg. *lib.* 1. *Georg.*

*Cœumque Iapetúmque creat, sævumque Typhœa,*
*Et conjuratos cœlum rescindere fratres.*

Cōexercitātus. { συγγυμναζόμενος. Angl. *Exercised or vented with others.* } Quint. *lib.* 1. *cap.* 17. Autem conflare ex præceptionibus consentientibus & coëxercitatis ad finem utilem vitæ.

Cogamus, fluvius est Mœniæ ad radicem Tmoli montis, de quo Plin. *lib.* 5. *cap.* 29.

Coggygria, arbor est adrachnæ non absimilis, fructum lanugine, quam Pappum vocant, emittens: quod nulli alii arbori evenit. Vide Plin. *lib.* 13. *cap.* 22.

Cōgito, as frequentativum à Cogo, propterea quod mens plura in unum cogit, unde quæ sibi videntur optima, vel utilissima, eligere possit: Meditor, contemplor, mente complector, mente agito. { חשב *chasshab*, הגה *hagháh*. Διανοέομαι. Gall. *Penser, considerer.* Ital. *Pensare.* Germ. Gedencken/betrachten. Hisp. *Pensar.* Angl. *To thinke, to muse, to cast in mynde.* Nam & Cogo & Cogito sic se habent ut Ago & Agito, Facio & Factito. Verum iamen sic modò animus hoc verbum sibi vendicavit, ut non quod alibi, sed quod in animo colligitur, cogitari propriè jam dicatur. Hoc unum facito cogites. Plaut. *Most. sc.* 3. *a.* 1. Ita dormiret, ut servum se esse cogitet. Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 4. Hic me exolfare quasi muræna cogitat (i. putat.) Hoc unum frater cogitato, me tibi proximum esse. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 1. Magis cogito sævitet blandiérne aliquat. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. ¶ Cogitare, pro optare videtur posuisse Cæsar. 3. *bell civ.* Cogitare itaque est sensus interiores ad originem suam revocare, sive mentem agitare, & veluti in mora esse consilii explicandi. Cic. *lib.* 5. *Tusc.* Vivere docto viro est cogitare. Idem *lib.* 2. *de Leg.* Nam illo loco libentissimè soleo uti, sive quid ipse mecum cogito, sive aut scribo, aut lego. Cogitare de aliquo, cum in memoria habere. Terent. *in Eunuch.* Me expectes, de me cogites. Cogito in Tusculanum, hoc est quod barbari dicunt, Existimo & deliberare. Cic. *ad Att. lib.* 2. Ludi Antii futuri sunt à 4. Kal. ad Prid. Non. Mai. eos Tullia spectare vult: inde cogito in Tusculanum. A Cogito fiunt composita, Excogito, quod propriè est perfectè cogito, ἐκθεωρῶ, ἐφευρίσκω, licet pro Invenio sumatur: quod ideirco fit, quòd quum quis perfectè cogitat, aliquid ex eo quod cogitat, elicit & invenit. Cic. 1. *Tusc. quæst.* Quid illa vis, quæ tandem est quæ investigat occulta, quæ inventio atque excogitatio dicitur. Præcogito, priùs cogito, & cogitando prævideo, προνοῶ. Quint. *lib.* 12. Licet tamen præcogitare plura, & animum ad causas non componere. Recogito, iterùm atque iterùm cogito.

Cogitātio, quæ est velut Coagitatio, id est, longa consilii explicandi agitatio, mentis agitatio, animi motus, commentatio. { מחשבה *machashebháh*. Διάνοια, Δίανοια. Gall. *Pensément, pensée.* Ital. *Pensiero, pensamento.* Germ. Gedáncken/betrachtung. Hisp. *Pensamiento.* Angl. *Thinking, musing.* Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Sic magna cogitatio obcæcat. Cic. *ad Attic.* Meas cogitationes omnes explicavi tibi superioribus literis.

Cōgitātò, Cogitatè & Cogitatim Festo, adverbia pro Consultò, data opera. { בכוונה *bekhuánah*. Gall. *Deliberément, de propos delibéré, après y avoir pensé.* Ital. *Pensatamente.* Germ. Auß betrachtung/bedáchtnuß. Hisp. *Adrede y aposta.* Angl. *Advisedlie, after avisement mae taken.* { Cic. *pro Archia*, Quæ verò accuratè cogitaque scripsisset, ea sic videri probari, ut ad veterum scriptorum laudem pervenire. Idem 1. *Offic.* Sed in omni justitia permultum interest, utrum perturbatione aliqua animi, quæ plerunque brevis est, & ad tempus: an consultò, & cogitatò fiat injuria.

Cogitābilis, e, { נחשב *nechesheháb. verè*. Gall. *Qu'on peut penser.* Ital. *Cosa degna di pensare.* Germ. Betráchtiglich. Hisp. *Cosa digna de pensar.* Angl. *Which one thinketh upon.* } Senec. *Epist.* 49. Cogitabile est quod est generale.

‖ Cogitatorium, receptaculum cogitationum. Tertull. ‖

Cōgitātum, i, substantivum. { נחשב *nechshekáb*. διανόημα. Gall. *Une chose que nous pensons.* Ital. *Cosa da pensata.* Germ. Betrachtung/ein betracht ding. Hisp. *Cosa de pensada.* Angl. *A thing musted on.* } Cic. 1. *de lege Agr.* Utrùm cogitata sapientum, an optata furiosorum videntur.

Cōgnātī, sanguine conjuncti, qui cognatione tenentur, dicti quasi unà communitérve nati, vel ab eodem orti progenitore. { אחים *achim*, מרעים *medhakhim*. συγγενεῖς. Gall. *Prochains & alliez, parens.* Ital. *Parenti.* Germ. Verwandte/nach geste endte. Hisp. *Los parientes.* Angl. *Kinsmen by bloede or birth.* } Plaut. *in Pœn.* Vos meæ estis filiæ ambæ, & hic cognatus vester hujusce fratris filius. Cic. *pro reditu*, Pompeji nulli cognati & affines deprecati sunt. Senec. *cap.* 11. *de consol.* Diis cognatus est animus. Cognati autem quo gradu sint officii. Gell. *cap.* 13. *lib.* 5. Cognatam concordiam. Plaut. *Amph.* ¶ Plin. per translationem posuit pro simili, & ejusdem generis. Eadem (inquit) causa est ut pleraque alitum oculos hominum potissimùm appetant, quòd effigiem suam in iis cernentes, velut ad cognita sua desideria tendant, id est, sibi proxima & suæ naturæ quodammodo similia. ¶ Cognatorum autem significatio latiùs extenditur, quàm Agnatorum. In cognatis enim agnati continentur, non autem contrà, cognati in agnatis. ¶ Consobrini cognati quidem dicuntur, quum agnati tamen non sint. Illi enim soli qui paterna linea nobis conjunguntur, Agnati vocantur: Cognati etiam qui materno genere nobis sunt conjuncti.

Cōgnātio, nis: Agnatio, sanguinis conjunctio. { משפחה *medhaßath, vel isha*. Gall. *Parenté, alliance.* Ital. *Parentela* Germ. Verwandschäfft. Hisp. *Parentesco.* Angl. *Kinred by bloede.* } Cicer. 7. *Verr.* Nulla tibi Quinte cum illo cognatio est. Idem 4. *Verr.* Ut quisque te maxime cognatione, affinitate, necessitudine aliqua attingebat, ita maxime manus tua patabatur. ¶ Transfertur etiam ad res inanimatas. Cicer. *pro Archia*, Etenim omnes artes, quæ ad humanitatem pertinent, habent quoddam commune vinculum, & cognatione quadam inter se continentur.

Cōgnītŏr: vide *Cognosce.*

Cōgnōmĕn, cognomentum, quod vel à corporis quodam vitio, vel ab alio quodam eventu solebat imponi. { כנוי *chinnúi*. Gall. *Surnom, soubriquet.* Ital. *Cognome.* Germ. Ein zuname/nachnam. Hisp. *El sobrenombre.* Angl. *A surname.* } Cic. 1. *de finib.* Neque eum torquatum, qui hoc primus cognomen invenerit, aut torquem illum hosti detraxisse, &c. Idem 7. *Verr.* Quid? de Apollonio Diocles filio, Panormitano, cui Gemino cognomen est, præterire potest. Liv. 1. *ab Urbe*, Manlit Sylvius postea omnibus cognomen, qui Albæ regnarunt. Expedit plura habere cognomina, ἐφόδια εἰς ἐπαινεῖσθαι πλείονα ἔχειν. Convenit in eos, qui multa simul profitentur, quò quæstum faciant uberiorem, aut qui diversarum sunt partium. De cognomine, nomine, & prænomine, vide Plut. *in Coriol.* Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 4. Perjurus, improbus, impiusseno loquitur) cognomenta hæc mea sunt. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Ita me faturitas suo condecoret cognomine.

*Drusus in his mœnit quondam cognomina terris,*

Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.* Imperatoris prænomen, cognomen patriis Cæsar sumpsit. Suet. *in Cæs. cap.* 46.

Cōgnōmĕntum. { כנוי *chinnúi*. ἐπώνυμον. Angl. *A surname.* } Cic. *pro Mil.* Cassinius cognomento Schola. Idem 2. *de finib.* Si aut de industria factas, ut Heraclitus cognomento, qui σκοτεινὸς perhibetur, &c. Vide in præcedenti vocabulo.

Cōgnōmĭnes, qui ejusdem nominis sunt. { ὁμώνυμοι. Gall. *Qui ont un mesme nom, un surnom.* Ital. *Che hanno medesimo nome.* Germ. Die ein zunamen/oder vbernamen haben. Hisp. *Los que son del mesmo nombre.* Angl. *That hath one name or of the same surname.* } Sic à Plauto duæ sutores Bacchides nominatæ vocantur cognomines. Declinatúrque hic & hæc cognominis, & in genitivo hujus cognominis. Nam apud Plaut. legitur, Illa mea cognominis fuit. Idem *Bacchid.* Quid agunt germanæ duæ meretrices cognomines? Legendus Servius in illud 6. *Æneid. Gaudet cognomine terra.* Cognominem patriæ suæ Salamina Teucer condidit. Vell. Plin. *lib.* 6. *cap.* 2. Quo loco Venetos adjicit Nepos Cornelius, à quibus in Italia ortos cognomines eorum Venetos credi postulat.

Cōgnōmĭno, as. Cognomen impono. { כנות *chinnáh*. ἐπονομάζω. Gall. *Surnommer, donner un soubriquet.* Ital. *Mettere sopranome.* Germ. Zunamen geben. Hisp. *Dar sobre nombre.* Angl. *To give a surname, to surname.* } Fit autem ex Con & nomino, n, in g, mutata, Plin. *lib.* 21. *cap.* 3. Suatio cognominabatur, propter similitudinem Suarii cujusdam negotiatoris. Idem *lib.* 33. *cap.* 10. Postea divites cognominati, dummodò notum sit cum, qui prius acceperit hoc cognomen, decoxisse creditoribus suis. Colum. *lib.* 3. *cap.* 2. Apianæ aviæ ab apibus cognominantur.

Cōgnōsco: Nosco, agnosco. { ידע *jadháh*, חקר *hikir*. γιγνώσκω. Gall. *Connoistre, entendre, avoir connoissance, sçavoir.* Ital. *Conoscere, intendere.* Germ. Erkennen/wol vernemmen/gründtlich wissen. Hisp. *Conocer de nuevo.* Angl. *To know, to have knowledge or understanding.* } Est autem Cognoscere, noscere eos, qui prius incogniti erant: quum Agnoscere, ἐπιγιγνώσκω, dicatur propriè de olim notis. Virg. 4. *Eclog.*

*Incipe parve puer risu cognoscere matrem.*

Colliquĭæ, arum: Vide *Colliciæ.*

Cōllĭs, per duplex l. Minor mons, à colendo dictus. { גבעה *gibbáh.* βουνὸς, λόφος. Gall. *Terre, coſtau, ou coſte, mont agnette, le penchant d'une montagne.* Ital. *Colle, collina, monticella.* Germ. Ein bühel. Hisp. *El cerro ò collado de monte, pequeño monte.* Angl. *An hill, a little hill or hillok.* Var. Quòd primùm ex agro fructus capiebant. Campus dictus eſt: poſteaquam ſuperiora loca colere cœperunt, a colendo Colles appellarunt. Cic. 5. *Verr.* Quos ego campos antea, colleſque nitidiſſimos viridiſſimoſque vidiſſem. Idem *pro Cluent.* Quum quædam in collibus, ut ſolet, controverſia paſtorum orta eſſet. Collis & Mons: idem apud Cæſ. *lib.* 1. *de bell. civ.* ¶ Colles Romæ ſeptem fuerunt: unde & Septicollis dicta eſt: Palatinus ſcilicet, Quirinalis, Aventinus, Cœlius, Viminalis, Exquilinus, & Tarpeius, ſive Capitolinus. ¶ Colles item dicuntur dorſi eminentes, utrinque à ſpina (quæ in medio depreſſa, quandam vallecularum ſpeciem referre videtur) colliculorum modo extantes.

Collĭcŭlus, ſignificat parvum collem. λοφίσκος, χάλκος. Angl. *A hillock.* } Apul. *lib.* 1. *Flor.* Colliculus ſepulcro conſecratus.

Collĭnārĭus, a, um, quod eſt in colle, quod ad collem pertinet. { ὁ ἐν τῷ βουνῷ, vel ὁ ἐκ τοῦ βουνοῦ. Gall. *De petite montagne, de coſte, ou coſtau.* Ital. *Coſa de mezzagna di colle.* Germ. Das zu dem bühel gehört/ oder von dem bühel kompt. Hisp. *Coſa de tal cerro ò collado.* Angl. *Belonging to an hill or hillock.* } ut, Collina vinea, quæ in colle plantata eſt. Colum. *lib.* 12. *cap.* 21. Ejus defruti ſextarius in duas urnas muſti adjicitur, ſi muſtum ex vineis collinis eſt, ſed ſi ex campeſtribus, &c. Collina vina, in collibus nata. Collinum frumentum. Celſ. *lib.* 2. *cap.* 12. Collina aqua. Col. *lib.* 1. *cap.* 5. Terra putealis, vel collina, vel quæ non infima valle reperitur.

Cōllīnā, una ex quatuor regionibus urbis Romæ, à quinque collibus quos complectebatur, Viminali, Quirinali, Salutari, Mutiali, & Latiari appellata, authore Varr. *de ling. Lat.* 4. & cum ſingulæ quatuor regiones urbis tribum urbanam facerent, Tribus quoque Romanæ nomen eſt. ¶ Eſt etiam Collina porta, quæ fuit in colle Quirinali ſita, unde & nomen accepit. Ovid. 5. *Faſt.*

*Templa frequentari Collina proxima porta*
*Nunc decet, à Sicolo nomina rege tenent.*

Ea poſterioribus temporibus Salaria vocata, quod nomen quoque via eſt, in quam exit. Cor. Tacit. Iterum agunt per Salariam Collinæ portæ appropinquabat: per eam ſalem Sabini deferebant, ideoque Salaria vocata. Ad collinam portam detodiebantur Veſtales. Plut. *in Numa.*

Colliphia, panes cum recenti caſeo permixti, ſeu de fermento oſſium quibus luctatores & athletæ veſcebantur, dicta quaſi κωλίφια, id eſt, membrorum robur, vel ἀπὸ τοῦ κωλύειν, quod eſt panis ſubcinericius. Juvenal. *Satyr.* 2.

*Luctantur panes, comedunt colliphia panes.*

¶ Collobium? vide *Colobium.* ¶

Cōllŏco, as, are: Pono, diſpono. { כום *ſam*, שרת *ſchath.* τίθημι. Gall. *Mettre & poſer, aſſeoir.* Ital. *Collocare, riporre.* Germ. Setzen an ein ort ſtellen. Hisp. *Aſſentar* Angl. *To ſett in a place, to place.* } Cic. 7. *Verr.* Ubi ille per eos dies tabernaculis poſitis caſtra luxuriæ collocaret. Idem 1. *Offic.* Jam autem alius apud bonos, quàm apud fortunatos, beneficium collocari puto. Idem *ad Brut.* Maximo clamore atque plauſu in roſtris collocatus ſum. Si ſacrificaſſem illo argento Jovi, nunquam id atque bene collocaſſem. Plaut. *Meſtel. ſc.* 1. *a.* 1. Quatuor viros in foporem collocaſtis nudos. Idem *Amph.* Idem *Aſin. ſc.* 3. *a.* 3. Colloca iſtam ergo mihi, ubi ego hanc ſedem procurem, videt, collocet, agitátque. Idem *Men. ſc.* 6. *a.* 5. Poſtquam in tabernam raia, ſervos collocavi. *Ibid.* Collocare pecuniam gravioribus uſuris. Suet. *Aug. cap.* 39. ſuam Juliam Pompeio collocavit. Idem *in Cæſ. cap.* 21. & *in Aug. cap.* 163. & *in Calig. cap.* 24. ¶ Collocare pronubis tribuebatur, quarum officium erat novam nuptam in lecto collocare. Terent. Deinde illi in lecto illæ collocant. Donatus, Vide an aliquid de iſtis legitimis nuptiis. Nam & ipſum verbum *collocare* proprium, & adſcribitur pronubis. Catullus,

——— *vos unæ ſenibus bene*
*Cognita bene fœmine, collocate puellulam.*

Cōllŏcātĭo, verb. Diſpoſitio. { תשומת *teſumeth.* ἵσις, τάξις, συνθήκη. Gall. *Aſſiete, collocation, employ.* Ital. *Collocatione, ripenimento.* Germ. Setzung/ſtellung. Hisp. *Aquel aſſentamiento de uno con otro.* Angl. *Setting and placing of thinges in oder.* } Cic. 3. *de Orat.* Sequitur continuatio verborum, quæ duas res maximè, collocatione primùm, deinde modum quendam, formámque deſiderat.

Cōllocŭplēto, as, are: Locupleto. { העשיר *heheſchir.* πλουτίζω. Gall. *Enrichir, faire plus copieux & plus riche.* Ital. *Arricchir.* Germ. Reich machen. Hisp. *Enriquecer à otro.* Angl. *To enriche, to make more riche.* } Terent. *Heaut.* Dum ego propter te civem patria cæco demens, tu interea loci collocupletaſti te Antiphila. Ad Heten. *lib.* 2. Exornatio eſt, qua utimur rei honeſtandæ & collocupletandæ cauſa.

Collŏdis, inſula eſt Sardiniæ adjacens, de qua Plin. *lib.* 3. *cap.* 7.

Cōllŏquŏr, eris, colloqui: Simul loquor. { דבר *dibbér.* συνομιλέω. Gall. *Parlementer enſemble, deviſer, parler enſemble.* Ital. *Ragionare, parlare.* Germ. Mit einander reden/geſpräch halten. Hisp. *Hablar uno con otro, parlar.* Angl. *To talke or ſpeak together.* } Extra turbam ordinum colloquuntur ſimul. Plaut. *Amph. ſc.* 1. *a.* 1. Ceterum eſt homines contra colloqui. Idem *ibid.* Te volo uxor colloqui. Idem *Amph. ſc.* 2. *a.* 3. Sunt colloqui qui volunt. Idem *Pſeud. ſc.* 3. *a.* 1. Terent. *Eunuch.* Videbit, colloquetur, aderit unà in unis ædibus. Cic. 1. *de Orat.* Hoc uno præſtamus vel maximè feris, quòd colloquimur inter nos, & quòd exprimere dicendo ſenſa poſſumus.

Colloquĭum, ii. Colloquutio. { דבר *dibbér.* συνομιλία, ὁμιλία. Angl. *A talking or communication together.* } Liv. 1. *ab Urbe.* Priuſquam dimicent opus eſſe colloquio. Cicer. 2. *Phil.* Amicorum abſentium colloquia, epiſtolæ. Plin. *lib.* 10. *cap.* 49. Sanguinem quiſquis ederit, intellectus ſit alitum colloquia. Senec. *cap.* 15. *de conſol. ad Helv.* Ubi colloquia (cum filio) quotum inexplebilis eram. Colloquia ferere. Vide *Sero.*

Cōllūcĕo, es, ere: Luceo. { זהר *zahár*, אור *or. hárem*, ἐκλάμπω. Gall. *Reluire, briller.* Ital. *Lucere, ſplendere.* Germ. Scheinen. Hisp. *Luzir ò reſplandecer.* Angl. *To ſhyne.* } Virg. *lib.* 5. *Æneid.*

——— *qua tam infelicis Eliſa*
*Collucent flammis.*

Cic. 2. *de nat. deor.* Nam Solis calor & candor illuſtrior eſt quàm ullius ignis, quippe qui immenſo mundo tam longè lateque colluceat. Ovid. 5. *Faſt.*

*Vel quia purpureis colluerent floribus agri.*

Item, Subitis aræ colluerent ignibus. Sueton. *in Aug. cap.* 4.

Cōllŭco, as, arboris luxuriantes ramos, officientes lumini decido, זמר *zamar.* κλαδεύω, κλαδόω. Gall. *Eſbrancher, eſſarter, couper d'un arbre les branches qui l'offuſquent.* Ital. *Sbrocare, tagliare rami di ſilva ombroſa.* Germ. Zu einem ſtüſterm wald die baum etwa vom/das ein fenſter werdt. Hisp. *Podar los arboles.* Angl. *To cut of boughes or lop trées.* Colum. *lib.* 2. *cap.* 22. Neque arborem ferius collucare permittitur.

Cōllŭctor, aris: Simul luctor. { נאבק *neeák.* συμπαλαίω. Gall. *Luiter enſemble.* Ital. *Giucare alla ſotta, lottare inſieme.* Germ. Mit ringen. Hisp. *Luchar uno con otro.* Angl. *To ſtruggle or wraſtle together.* } Plin. *lib.* 27. *cap.* 2. Cum eo ſolo colluctatur, velut pari intus invento.

Cōllŭctātĭo, verb. { συμπλοκὴ μάχης. Gall. *Luite contre un autre.* Ital. *Lotta, giuoco della braccia.* Germ. Mit ringung. Hisp. *La lucha de uno con otro.* Angl. *Wraſtling together.* } Col. *lib.* 6. *cap.* 2. Ne in colluctatione alter alteri noceat.

Cōllūdium, idem quod colluſio.

Cōllūdo, is, ere: Simul ludere. { συμπαίζω. Gall. *Se jouër enſemble.* Ital. *Scherzare, burlare inſieme.* Germ. Mit ſchertzen/oder mit andern ſchimpfen. Hisp. *Jugar uno con otro.* Angl. *To play together.* }

*together.*} Cic. 4. *Verr.* Nisi tecum collusisset, & tuæ potiùs existimationi servisset quàm luæ. Virg. *lib.* 1. *Georg.*

*Aut summa nantes in aqua colludere plumæ.*

¶ Colludere, est in speciem, ficte, & simulate agere, quod ex animo agere videmur. Hoc prævaricatores dicuntur colludere, quum causam domini produnt: & quum vincere possent, superari tamen se patiuntur. {συμπαίζειν, συμπαίειν. GALL. *Quand les deux parties qui plaident, en leurs procureurs s'entendent ensemble, & colludent pour tromper un tiers, jouer ensemble.* ITAL. *Ingannar l'un l'altro, quando due parti s'accordano per ingannare un terzo.* GERM. Wan zween am rechten ein span mit ein ander haben / vnd sie es mit einander anlegen / das sich der ein vberwinden lässt / vff daß der dritt man betrogen werde. HISP. *Hazer collusion en el pleyto.* ANGL. *When two parties which plaideth agreeth to deceave the tride partie.*} Ulp. *in l. Et elegantèr 7. §. si dolo 9. ff. de dolo malo.* Si dolo malo procurator passus sit vincere adversarium meum, ita ut absolveretur, puto actionem de dolo non competere, si paratus sit reus transferre judicium in se sub exceptione hac, Si collusum est, &c.

Cōllūsio, nis, verbale. Actoris simulata cum reo concertatio. {συμπαιγνία, συμπαίειν. GALL. *Collusion, quand les parties s'entr' entendent pour tromper un tiers.* ITAL. *Esso litigare e vero giovare insieme per ingannare un terzo.* GERM. Schimpff / schertzung / oder solche instellung an einem Rechtshandel. HISP. *Aquella collusion en el pleyto.* ANGL. *Playng together.*} Cic. 5. *in Verrem,* Quum verò verbo judicium sit in edicto, re quidem vera tuorum comitum hominum nequissimorum collusio cum Decumanis sociis tuis, atque procuratoribus: tamen audes illius judicii mentionem facere?

Cōllūsor, is, qui cum altero ludit. Suet. *in Calig. cap.* 41. {συμπαίκτης. GALL. *Qui se joue avec un autre, qui fait collusion.* ITAL. *Chi giuoca con un' altro.* GERM. Ein schimpffer der mit ein andern schimpfft. HISP. *El que haze aquella collusion, jugador.* ANGL. *A play fellow.*} Cic. 2. *Phil.* Hanc tu compransoribus tuis, & collusoribus dividebas.

Cōllūsōrie, adverbium: Simulatè. σκηνικῶς. Ulpianus *l. si servus plurium, ff. de legat.* 1. Si hæreditatis judex contra hæredem pronunciaverit non agentem causam, vel collusoriè agentem, nihil hoc nocebit legatariis.

Cōllum, pars corporis caput sustinens: à Colo, is, quia hæc præcipuè pars torquibus ac monilibus ornari consuevit. {τράχηλος, δειρή. GALL. *Le col.* ITAL. *Collo.* GERM. Der halß. HISP. *El cuello, pescuesso.* ANGL. *The necke or craigy.*} Cic. *in Verr.* Hæc civitas mulieri redimiculum præbeat, hæc in collum, hæc in crines. ¶ Hinc Decollo & Subcollo, de quibus suis locis. ¶ Legitur & Collus apud Plaut. *in Capt. sc.* 2. *a.* 2. Collus collaria carce. Idem *ibid. sc.* 2. *a.* 4. Ut ego collos detruncabo tergoribus. Varro, Ut niteat pavonis collus. Lucil. *lib.* 7. Anseris collus. Collum obstrictum, τράχηλος πεπαγμένος. Item Collum obtortum, verbum est juris: nam in jus collo constricto rei trahebantur. Idem *in Cæc.* Collum obstringe, abduce illum in malam crucem. Hieron. Obtorto collo me in jus trahit. Undequi vi compellitur, obtorto collo trahi dicitur. Cicer. *pro Cluent.* Nec quicquam prius est factum, quàm ut illum persequerentur, & collo obtorto ad subsellia reducerent, ut reliqua posset perorare. Idem 6. *Verr.* Collum obstringe, & abduce in malam crucem. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 5. Meum laqueo collum obstrinxero. Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 1. Cùm Amphitruonem hinc obstricto collo traham. Idem *Amph.* Obstrue indignum dictum te obstricto collo hac aritpiam. Idem *ibid. sc.* 3. *a.* 4. Linque collum precor. *Ibid.* Colloca crumenam in collo planè. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Conjiciam in collum pallium, ut servi Comici solent. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4.

——*conjectaque vincula collo*
*Accipit.*

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

*Cellâque Romana prabens animosa securi,*

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.* Colla abusivè de montibus dicuntur partes illæ quæ infra summum verticem, & supra medium montis apparent, ut colla Parnassi apud Statium *lib.* 9. *Thebaid.*

*Jámque ferè medium Parnassi frondea pater*
*Colla tenebat iter.*

Cōllūmĭnārĕ, φωταγωγῆσαι, Collustrare. Apuleius *de Deo Socratis,* Servius Tullus flamma collumiuatur à capite.

Cōllŭo, is: Lavo. {γαργαρίζειν. GALL. *Laver avec quelque chose.* ITAL. *Lavare.* GERM. Wäschen. HISP. *Lavar, ò lavar juntamente.* ANGL. *To rinse or wash cleane.*} ut Colluere os, Colluere dentes dicimus: & Colluere guttur apud Persium. Item Colluere amphoram, apud Catonem *de re rust. cap.* 88. Amphoram defricato, colluitóque: putam impleto aqua pura. Plin. *lib.* 20. *cap.* 6. Vel si decocta aqua colluantur.

Cōlŭrio, nis, κολυμβίων Aristoteli: Galli è *Darneal* (quam alii κολυμβὶς Aristotelis esse contendunt.) Avis est minor turdo, iisdem quibus merula victitans. Capitur potiùs hyberno tempore.

Cōllūstro, as, are: Circumspicio, illustro. {κατασκοπῶ. GALL. *Esclairer çà & là.* ITAL. *Guardare intorno.* GERM. Allenthalben wol besichtigen. HISP. *Mirar en derredor.* ANGL. *To behold and looke round or all about.*} Virg. 5. *Æneid.*

*Omnia collustrans, hanc primùm litore classem*
*Conspexi venientem.*

Cic. 5. *Tusc.* Ego autem quum omnia collustrarem oculis, animadverti columellam, &c. Idem *in Oratore.* In picturis alios horrida, inculta, abdita, & opaca: contrà, alios nitida, læta, collustrata delectant.

Cōllūtŭlo: Fœdo, dedecoro. {πάνυ αἰσχύνω. GALL. *Souiller & gaster, diffamer & deshonorer,* ITAL. *Sporcare.* GERM. Besudlen / verunehren / oder entehren. HISP. *Enfuziar ò afear lo hermoso.* ANGL. *To defile, to distaine ones honestie.*} Plaut. *in Trinum.* Hæc famigeratio te honestet, & me collutulet, si sine dote duxerit.

Cōllŭvĭes, ei, fœm. gen. Sordes, aut immunditiæ quæ ex concursu alicujus rei contrahuntur. {γραῦς ἰσάβ. σολασις. GALL. *Ordures & fanges.* ITAL. *Sporchezza, spretitezza bruttura.* GERM. Vnflat / vnrath. HISP. *Sucio, suziedad.* ANG. *Ordure an dirte of sinkes.*} Plin. *lib.* 24. *cap.* 19. Medetur & suibus hæc effossa hinc ferto, & addita in colluviem pecoris, vel ex lacte & vino. Colum. *lib.* 2. *cap.* 15. Purgamenta quæ colluvies coitus & adfricti quotidie gignit. ¶ Colluvies per translationem apud Cic. *ad Att. lib.* 9. Et te in certamine vinci cum illo facilius patiaris, quam cum hoc in ea, quæ perspicitur futura, colluvie regnare.

Cōllŭvio, nis: Colluvies. {ANGL. *Dirte and stinck of sinkes.*} Cic. *pro Sest.* Ille nefarius ex omnium scelerum colluvione natus. Colluvio rerum, pro permistione & confusione. Liv. *lib.* 3. Ne cui in colluvione rerum contumeliæ majestatem suam offerant. Syncerum à colluvione servilis sanguinis servare populum. Suet. *in August. cap.* 40.

Cōllŭvĭārĭa, orum, dicta sunt in ductibus aquarum, per quæ colluvies & immunditiæ ejectantur. {ὑπόβι. ANGL. *Sinkes where-by filth passed.*} Vitruv. *lib.* 8. Etiam in ventre colluviaria sunt facienda, per quæ vis spiritus relaxetur.

Cōllŭvĭārĭs porcus dicitur, qui in colluvione nutritur, cibo permisto. Festus.

Collybum, cermation. Glossæ: *nigma, as.* Itaque sicut auro & argento utuntur scriptores pro aureis & argenteis nummis; ita *ære* pro æreis nummis, & pecunia minutiola. Itaque collybum usurpant pro moneta, & cermation quod est idem.

Cōllybus, i. {κόλλυβος. GALL. *Change, tare & dechet de l'or ou argent, soit pour le change, ou autrement.* ITAL. *Ricambio, perdita del aggio.* GERM. Verlust in verwechslung des gelts. HISP. *Lo que gana el cambiador con el cambio.* ANGL. *The losse of money by exchange.*} Id detrimentum pecuniæ est quod in rationibus Emptionis auri appellant, & vulgò Cambium dicitur, quum pecunia ad exteras nationes exportanda est, & apud numulatios alius speciebus commutanda: ut si argentea moneta pro aurea mutetur, aut genera quædam pecuniæ obrogata & antiquata, aut quovis modo repudiabilia in una provincia, alio quo genere permutanda sint, tato, receptóque, & promulgato in ea provincia: id enim quod ex summa apud numulatium decedit, & veluti deperit, Collybus verbo Græco appellatur. Cic. 5. *in Verr.* Ex omni pecunia quam mercatoribus solvere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant, primùm pro spectatione & collybo: deinde pro nescio quo serario. Hæc omnia, Judices, non rerum certarum, sed sartorum impudentissimorum sunt vocabula. Nam collybus esse qui potest, quum utantur omnes uno genere nomotum? Ubi Collybum appellat pecuniæ permutationem, & nummorum quasi interrimentum. Collybus, inquit Pollux, ἀργυρίου διαγωγή, id est, pecuniæ permutatio. Hactenus Budæus *in Pandect.* At Hottomanus: Collybus (inquit) propriè est minuta pecunia. Cic. *ad Attic.* De Cælio, vide quæso ne qua lacuna sit in auro: ego ista non novi, sed certè in collybo est detrimenti satis, &c. *Collybo decolorata manus.* Sueton. *in August. cap.* 4. ] Anon.

*Collybus in toto magni jam penditur orbe.*]

Cōllybĭstēs, æ, sive Collybista. {κολλυβιστής. GALL. *Changeur, banquier.* ITAL. *Banchiere.* GERM. Bechsler. HISP. *El cambiador que tuerca moneda.* ANGL. *An exchanger of money or banker.*} Numularius qui ex pecuniæ permutatione quæstum facit.

¶ Collybisticus, a, um, ad collybum spectans. κολλυβιστικὰ γράμματα, literæ cambii. } GALL. *Lettres de change.*

Cōllyra. κόλλυρα. Panis triangulus & modicus, quem Itali *Tortam* vocant. {ANGL. *A bunne or crakenelle.*} Plaut. *in Persa.* Collyræ facite ut madeant. Cæl. *lib.* 2. *cap.* 30. ¶ Aliis collyræ, parvuli panes mundi, sed & genus fictorum farinaceorum, quæ ut lagana, interdum in sartagine frigebantur, interdum per se cocta, interdum ex jure comedebantur, ut rabellæ panteæ in sorbitiuncula.

Collyricus, a, um. adject. Plaut. *in Persa.* Tum nisi eremore crasso est jus collyricum. Idem, Quasi in eam esse jus decet collyricum.

¶ Collyrida, frustum panis, placenta. Cerda.

Collyrides, parvæ collyræ. Tertull. ¶

Collyrium, κολλύριον, medicamentum solidum, & teres, ex liquoribus siccisque rebus paratum, ut magdalia componunt pharmacopolæ. Integrum demittitur in vulnera, & fistulas: subjicitur sedi, & *glans* vocatur; aut utero, aut naribus inditur, & *pessarium* dicitur: aut liquore solutum, id est, ὑποκολλύριον, oculis illinitur (unde & κολλύριον vocant) vel auribus specillo aversо instillatur: aut ejus sicci & triti pulvis inspergitur, & ξηρὸν κολλύριον nominatur. Dicitur verò κολλύριον, quasi, κολλοῦν ῥεῦμα, à forma mutilatæ caudæ, aut quia κολλοῦσθαι, id est, φύσθαι coërcique. Celsus de collyrio solido *lib.* 5. in cura fistularū, satis vel papyrum intortam, vel aliquid ex pencillo in modum collyrij adstrictum medicamento Megetis illinere. Rursus ¶ Exque eo collyrium fieri debet altera parte tenuius, altera paulò plenius: idque ea parte, qua tenuius est, alteram antecedente demitti oportet in fistulam, donec sanguis purus se ostendat. Rursus, linluentum in modum collyrii compositum. ¶ De collyrio natium, Galen. *lib.* 3. *de comp. medicam. secundum locos.* ¶ De collyrio aurium, idem *ibid.* ¶ De collyrio fistularum, Aëtius *lib.* 14. *cap. de fistulis.* ¶ De Collyrio ani, & vulvæ, Colum. in cura boum, *lib.* 6. *cap.* 6. Salis fexcans cum decem cepis conteritur, & admisto melle decocto, collyria immittuntur alvo, atque ita curatus bos agitur. Idem, Melle decocto & sale, collyrium tenue inditur foramini quo meat urina. ¶ De glandibus vide Actium in cura dysenteriæ, & Scribonium Largum in cura tenesmi, de collyriis ad instar nuclei pineī. ¶ Collyria ad suffusiones contra tussim & orthopnœam, apud Actium *lib.* 8. ¶ Collyrium solidum, longitudinis quatuor digitorum, figuræ caudæ muris, apud Oribas. *lib.* 10. *cap.* 23. ¶ Collyrium liquidum, Horat. 1. *Serm satyr.* 5.

*Hic oculis ego nigra meis collyria lippus*
*Illinere.*

¶ Collyrium etiam peculiariter vocatur quoddam terræ Samiæ genus, divertum ab altero Samio, propterea quòd præcipuus ejus usus sit in collyriis. Vide Dioscor. *lib.* 5.

Colmaria,

Colmaria, urbs Alsatiæ, vulgò Colmar.

Cŏlo, as, are. {ρρι κλάειν, ἐλαύνω. Gall. *Couler, passer par un fas, ou estamine.* Ital. *Colare.* Germ. Seigen Hisp. *Colar como por colatorio.* Angl. *To sleayne liccur.*} Manilius,

*Et colare vagos indutis retibus amnes.*

Est autem colare, pauxillorum liquorem aliquem, stillatimque emittere, vel rem aliquam per colum purgare. Apuleius *lib. Flor. de Gymnosophistis.* Non illi norunt aurum colere, vel aurum colare, vel equum domare. ¶ Colare amnes dicuntur piscatores, qui retibus piscantur. Manilius,

*Et colare vagos indutis retibus amnes.*

Vide colum, pro rete. Item genere. ¶ Unde & Cola dicta, vela per quæ liquor effluitur, ἐθμοί. Virg. *in Georg.*

*Colaque præterea fumosis diripe tectis.*

Cŏlo, is, colui, cultum. Adoro, veneror. {עבד *Bahádh*, כבד *chibbédh*, σέβομαι, λατρεύω, θεραπεύω. Gall. *Honorer, avoir en reverence.* Ital. *Adorare, riverire.* Germ. Verehren, die ehrbieten. Hisp. *Adorar ò hazer reverencia.* Angl. *To honour, or worship.*} Virg. *lib. 3. Æneid.*

*Summe Deum sanctis custos Soractis Apollo,*
*Quem primi colimus.*

*Temporis illius colui fovique potius.*

Ovid. *Eleg. ult. lib. 4. Trist.*

*Vtque ego majores, sic me coluere minores.*

Idem *ibid.* Colere memoriam alicujus. ¶ Item, pro frequentare, ut Colere familiaritet aliquem. Senec. *cap.* ..... *de cons. ad Marc.* ¶ Hinc Cultus & Cultura, quam Græci ἀνατροφὴν vocant. Colimus item pares amore & officio, ut minores humanitate & beneficiis, hoc est, prosequimur amore, officio, & similibus. Plaut. *Cist.* Quia me colitis & magnificatis. Terent. *Adelph.* Et nos coluit maxime. ¶ Ponitur & pro exercere, πονεῖν, ἐπιτηδεύειν. Liv. *lib.* 1. Abi, nuntia Romanis Cœlites ita velle, ut mea Roma caput orbis terrarum sit: proinde rem militarem colant. ¶ Item pro habitare. {ישב *jasc ab.* οἰκεῖν, οἰκεῖν. Gall. *Habiter, demeurer.* Ital. *Habitare.* Germ. Wohnen. Hisp. *Morar.* Angl. *To dwell in place.*} Plaut. *in Aulul.* Hanc domum jam multos annos ego possideo, & colo. Huncine hic pati colere juventutem Atticam (i. habitare) neutiquam, Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Colere in patentibus campis, Gell. *cap.* 1. *lib.* 14. Virg. 2. *Eclog.*

——— *Pallas quam condidit arces*
*Ipsa colat.*

Unde & Cœlicolas dicimus, quòd cœlum colant, id est, habitent, tanquam quidam cœli coloni. Item pro diligere. {אהב *ahab.* φιλεῖν. Gall. *Aimer avec honneur.* Ital. *Amare con honore.* Germ. Ehr mit Liebe und zu ehren halten. Hisp. *Amar con honra, honrar.* Angl. *To love or honour.*} Terent. *in Heautont.* Quippe forma impulsi nostra, nos amatores colunt. ¶ Item pro agere, ἄγειν. Virg. *lib. 3. Georg.*

*Hanc olim veteres vitam coluere Sabini.*

Si animus est æquus, satis est, qui bene vitam colas. Plaut. *Aul. sc.* 4. *a.* 1. Doli non sunt doli nisi astu colas. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Item pro arare. {עבר *habádh*, חרש *charásch.* γεωργεῖν. Gall. *Labourer.* Ital. *Lavorare.* Germ. Das feld bauen. Hisp. *Labrar la tierra.* Angl. *To till or husband.* Col. *lib.* 1. Nam ubi sedulò colitur ager. Hinc Agricultor, Agricultura, Agricolatio, & Colonus, de quibus suis locis. Item pro ornare, κατακοσμεῖν. Plaut. Quin tu te colis antequam exeas domum? Cic. Erat enim non tam gravis, quàm elegans & faceta & culta oratio. ¶ Hujus composita sunt Accolo, Circumcolo, Incolo, Excolo, Percolo, Intercolo, & Recolo.

Cultŭs, cultior, cultissimus, adjectivum, {נבחר *nechbád.* ἀγαθός, πλούσιος, γεωργούμενος. Angl. *Neate feate, tricke.*} Col. *lib.* 8. *cap.* 8. Nam quanto est cultior, tantò lætior aviis conspicitur. Idem *lib.* 1. *cap.* 1. Nam is demùm cultissimum rus habebit, qui & colere sciet, & poterit, & volet. Animus cultus. Cic. 2. *Tusc.*

*Frubui domino cultior esse meo,*

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Trist.*

*Cum ferit Ausonia carmine culta lyra.*

Idem *Eleg. ult. lib.* 4. *Trist.*

Cultè. Idem 5. *Fast.* non longè à fine.

*Quæ didicit cultè lingua docente loqui.*

Sen. Nemo videtur dixisse cultiùs.

Cultŭs, us, verbale est à verbo Colo: unde etiam totidem penè habet significata, quot suum primitivum. Interdum enim Colo significat, terram ad suscipiendum semen præparo. Inde Cultus, est hujusmodi terræ præparatio. {עבודה *Abodháh.* γεωργία. Gall. *Labourage, labour, culture.* Ital. *Lavoro.* Germ. Ein feldbaw. Hisp. *La labranza.* Angl. *Husbanding or tilling.*} Cic. 1. *de Legib.* Nullius agricolæ cultu stirpes tam diuturnæ feminantur. ¶ Cultus idem quoque significat, quod ornatus, habitus, sive curatio. {ערי *Tadhi.* κόσμημα ἐσθὴς. Gall. *Ornement.* Ital. *Ornamento.* Germ. Zierd. Hisp. *Honra y acatamiento al mayor.* Angl. *Decking or trimming.*}

*Dissimulat cultu natum. Mox, Virgineos habitus.*

Ovid. 13. *Metam.* Cultus corporis, cultus animi. Cic. 1. *Offic.* Ob eásque causas studeat parare ea, quæ suppeditent & ad cultum, & ad victum. Plin. *lib.* 33. *cap.* 1. Fabricarem etiam Deûm fabulas, & alia muliebris cultus. ¶ Cultum etiam deorum dicimus, hoc est, venerationem. Græci ἀνατροφὴν vocant. Cic. 1. *Tusc.* Hæc (philosophiam intelligit) nos primùm ad illorum cultum, deinde ad jus hominum erudit. Amor cultu optimus. Plaut. *Merc. sc.* 1. *a.* 2.

Cultio, onis: Cultus. {Angl. *Husbanding, or tilling.*} Cic. 5. *Verr.* Quid est enim Sicilia, si agri cultionem sustuleris?

Cultum, i, substantivum: ut Pingua culta. Claudianus *in laude Sirenæ.*

Cultŏr, is, verbale. {עבד *hebádh.* λατρεύτης, ὀπαδὸς, θεραπευτής. Angl. *A labourer, a worshiper.*} Liv. 4. *ab Vrbe*: Famem cultoribus agrorum timentibus. Cic. 2. *de nat. deor.* Quid jam de hominum genere dicam, qui quasi cultores terræ conditi sunt, non parum est ejus humanitate & illorum efficaci, &c. Idem 1. *Offic.* Sunt his alii multùm dissimiles, simplices & aperti, qui nihil ex insidiis agendum putant, veritatis cultores, fraudis inimici. Item, frigidæ cultor, Sen. *epist.* 59. id est, qui amat lavari frigida.

*Cultor & antistes doctarum sanctæ virorum.*

Ovid. *Eleg. ult. lib.* 3. *Trist.* Tibi & tuis propitius cœli cultor adveniat. Plaut. *Amph.*

——— *E sacris cultoribus* [Bacchi] *unum.*

Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 5. *Trist.*

Cultrix, verbale fœmininum. {θεραπεύουσα, ὑπηρέτις.} Cic. 1. *de finib.* Earúmque augendarum & alendarum quandam cultricem esse, quæ sit scientia, &c.

Cultūra, æ, cultus. {עבודה *Abodháh.* γεωργία, θεραπεία. Angl. *Husbanding.*} ut Cultura agri. Cicer. 3. *in Verr.* Deinde quum audierit ea res, quibus fundi fructus & cultura contineatur, &c. Idem 2. *Tusc.* Ager quamvis fertilis, sine cultura fructuosus esse non potest.

Cŏlŏnŭs, i, à colendo, qui agrum colit. {עבד אדמה *Obedh haadhamáh*, תושב *toschab.* ἄνθρωπος. Gall. *Metayer, laboureur, fermier, celuy qui habite en certain lieu hors de son pays.* Ital. *Contadino, habitatore.* Germ. Ein bawersman oder ein einwohner. Hisp. *Poblador nuevo de algun lugar, morador, ò labrador de la tierra.* Angl. *That laboureth the ground, a farmer, yat dwelleth in a place.*} Duo significat. Nam aliquando coloni dicuntur, qui à metropoli (sic enim civitas dicebatur, quæ colonias emittebat,) in alium locum habitandi causa deducebantur: iique non propriis, sed metropolitarum vivebant legibus. Cic. 3. *de nat. deor.* Quantum Circeo quoque coloni nostri Circenses religiosè colunt. Virg. 1. *Æneid.*

*Vrbs antiqua fuit, Tyrii tenuêre coloni.*

Adscribere colonos nostros, Cic. 2. *Philipp.* Assignare agris colonos, idem *de lege Agrar.* Deducere colonos, *ibid.* ¶ quandoque verò Coloni agrorum cultores dicuntur, γεωργοί. Cic. *pro Cecin.* Qui colonis habuit conductum de Cesennia fundum. Virg. 1. *Æneid.*

*Vt quamvis avido parerent arva colono.*

Colum. *lib.* 1. Comitet agat dominus cum colonis, facilémque se præbeat. Carenarum colonæ. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 2.

——— *Tyrio tellus obsessa colono.*

Tibul. *lib.* 4. Colonias prohibitum plus 500. jugera habere. Gell. *cap.* 3. *lib.* 7.

Cŏlōna, æ, dicitur coloni, hoc est, agricolæ uxor. {Angl. *A husband mans wife.*} Ovid. *de Nuce*,

*Et condit tectas parca colona nuces.*

Idem 4. *Fast.* habebat:

*Rus breve cum dura parca colona viro.*

Item 2. *Fast.* Rustica Colona.

——— *ignem curto fert rustica testu*
*Sumptum de tepidis ipsa colona focis.*

Cŏlōnŭs, a, um, quod cultui idoneum est. {γεωργικός. Gall. *Donné à quelqu'un pour labourer.* Ital. *Cosa da lavorare, ò affittata.* Germ. Das bey ertzbawen ist. Hisp. *Cosa para labrar.* Angl. *That may manheured or husbanded.*} Cic. 5. *Philipp.* Uti C. Pansa, A. Hirtius Consules, aiter ambóve cognoscerent, qui ager colonus esset.

Cŏlōnĭa, oppidum in quod Romani magistratus ex urbe cives traduxerant, vel quod sine traductione colonorum jure donatum erat. {גרות *gherúth.* ἀποικία. Gall. *Mesnairie, conseil ou on a envoyé gens pour habiter.* Ital. *Colonia, habitatione.* Germ. Ein zal der leut die man in ein ort hinauß sendt daselbs zuwohnen, oder das ort der wohnung selbs. Hisp. *Puebla ò poblacion de algunos estrangeros.* Angl. *A grange or farme.*} Cæs. 8. *bel. Gall.* In togatam Galliam mittit ad colonias civium Romanorum tuendas. Cic. *de lege Agraria contra Rullum*, Hoc in genere, sicut in cæteris Reipublicæ partibus, est operæpretium diligentiam majorum recordari, qui colonias sic idoneis in locis contra suspicionem periculi collocarunt, ut non oppida Italiæ, sed propugnacula Imperii esse viderentur. Idem 1. *Offic.* In alias domos, tanquam in colonias exeunt. Colonias condere. Vell. Plaut. *Aul. sc.* 5. *a.* 3. Ut id quod habeo aurum commutet coloniam, *Ibid.* Quid cesso pseudolum facere, ut det nomen ad molas (aliàs ad molarum coloniam.) Idem *Pseud. sc.* 2. *n.* 4. Coloniæ autem in Italia duodetriginta deductæ ab Augusto. Sueton. *in Aug. cap.* 46. De coloniis pop. Rom. multa Sen. *cap.* 7. *de cons. ad Helv.* Vide Gell. *cap.* 13. *lib.* 16. ¶ Coloniarum alix Latinæ, aliæ civium Romanorum dictæ sunt, aliæ ex utrisque conflatæ: nonnullæ ex peditibus, vel equitibus, quum in agrum capiendum stirpis augendæ causa mitterentur. Bononia, Latina colonia est. Murina & Parma, Romanorum civium. ¶ Erat & aliud genus coloniarum, quales olim Pompeius Strabo trans Padum traduxerat. Non enim novis colonis eas constituit, sed veteribus incolis manentibus jus dedit Latii, ut possent habere jus quod cæteræ Latinæ cólomæ: id est, jus petendi magistratus in civitate Rom. adipiscerentur. Colonarum autem hujusmodi ratio erat. Quum in urbe Roma multos ex veteribus, novisque incolis, paupertate premi intellectum esset, adeò ut censui solvendo non sufficerent, Triumviri à Senatu creabantur, qui locis primùm consideratis, in quibus Reipublicæ expediret propugnaculum constitui, nova edicta proponebant, danda esse nomina ab illis qui in novam coloniam deduci vellent: sicque urbs pauperibus exonerabatur, & rei familiaris pondere gravati, ad novas, quibus insisterent, divitias gratis datas cum familia accedebant. Accipiebant enim duo, quanquam, sex, aut septem agri jugera, & quandoque plura. ¶ Colonia etiam dicitur agricolationis locus, & aratoris officium, à colenda terra. *Paulus.* Servus æstimatus qui coloniæ adscriptus est, ad periculum coloniæ pertinebit. *Iquare* 54. § 2. *D. locati.* Græcè ἐργαζόμενος γῆν. Plaut. *in Pseud.* Det nomen ad molariam coloniam.

Cōlōnĭcūs, a, um, quod est colonĭ, seu quod ad colonum pertinet. ‖ γεωργικός. Angl. *Belonging to a farmer.* ‖ Varro *lib.* 1. *de re rust. cap.* 2. Atque etiam leges colonicas tollis. Coloniei decuriones. Suet. *in Aug. cap.* 46.

Cōlōnĭcum pecus dicitur hirsutum, quum molle dicatur tectum. Plin. *lib.* 8. *cap.* 47. Ovium summa genera duo, tectum & colonicum: illud mollius, hoc in pascuis deliciarum; quippe cùm tectum rubis vellerum. ¶ Cohortes colonicæ. Cæsar, Cohortes duas quæ colonicæ appellabantur, quum eò casu venissent, tuendi oppidi causa apud se retinuit. ¶ Decuriones colonici. Suet. *in Aug.* Excogitato genere suffragiorum, quæ de magistratibus urbicis Decuriones colonici in sua quisque colonia ferrent.

Colonarium, vel (ut ab aliis scribitur) columnarium. Cælius *lib.* 11. *cap.* 15. In epistolis (inquit) ad Atticum, Colonarium esse arbitror vectigal, quod pro re penderetur rustica. De aquæductu, inquit Cicero, probè fecisti: colonarium vide ne ullum debeamus, quanquam audio eam illic commutatam esse legem. In eundem sensum dixit Cæsar *lib.* 3. *Belli civilis.* Hactenus Cælius enarrans eum quem citat Ciceronis locum ex *epist. ad Attic. lib.* 13. Verba autem Cæsaris ex *lib.* 3. *de bello Civili*, hæc sunt: In capita singula servorum ac liberorum tributum imponebatur: colonaria, ostiaria, frumentum, mulites, remiges, arma, tormenta, vectura imperabantur. Secundum tamen à plerisque scribi *columnaria*, quod Cælius ipse scribit *colonaria*, nempe qui videatur à nomine *colonus* derivare.

‖ Colobium, κολόβιον, tunica, vestis brevis sine manicis, quasi humero tenus exsecta, à κολοβός, mutilus. ‖

Cōlocāsĭa, κολοκασία, faba, Ægyptia latissima habens folia, ex quibus Alexandrini sibi pocula conficere solebant. Pallad. Hoc mense collocasia bulbos ponemus. Amant humidum locum, pinguem, maximè irriguum. Frondere propè semper possunt, si tanquam cuncta tegumentis defendantur à frigore.

Cōlocāsĭum, neutro genere dixit Virg. *in Pollion.*

*Miſtaque ridenti colocaſia fundet acanthus.*

Vide suprà in dictione *Cibarium.*

Colocantum, Germaniæ urbs Ptolemæo.

Cŏlocynthis, idis, {κολοκυνθίς. Gall. *Courge sauvage, coloquinte.* Ital. & Hisp. *Coloquinta.* Germ. Coloquint. Angl. *A wilde gourde.*} Sylvestris cucurbitæ genus est, sativâ minus, mediocris pilæ magnitudine fructum ferens, purgationibus alvi accommodatum. Vide Plin. *lib.* 20. *cap.* 3. Vulgus herbariorum *Coloquintam* vocat. ¶ Est autem colocynthis tanquam diminutivi forma, quòd minor, id est vilior sit, quàm vera cucurbita.

Colomestrum, Romani appellaverunt secundam aconiti speciem, teste Dioscoride, quam idem & Cynoctonon, & Lycoctonum, à canibus & lupis necandis cognominat.

Cōlon { κῶλον. Gall. *Un intestin ou boyau depuis le reignon dextre jusques au fenestre, passant sur le fond de l'epomach.* Ital. *Uno intestino & budello che cinge i fianchi sotto i reguni, & passa inverso il fondo dello stomacho.* Germ. *Der grosi darm.* Hisp. *La tripa ancha.* Angl. *An of the entrailles or pudingges.* } Est crassius intestinum, tubulatum, ex quo excrementa cum accipiunt colorem, quo egeruntur, plurimas cellulas atque cavernas habens, ad tenem ſi. strum religatum. Gell. *lib.* 17. *cap.* 11. alvum vocat: Ac deinde, inquit, aridiora ex iis excrementa in alvum convenire: quod Græce κῶλον dicitur. Cels. *lib.* 1. *cap.* 8. Laxius intestinum vertit: Et si, inquit, laxius intestinum dolere consuevit, quod κῶλον nominant, quum id nihil nisi genus inflationis sit, id agendum est, ut concoquat aliquis, ut lectione & aliis generibus exerceatur, utatur balneo calido, cibis quoque & potionibus calidis, denique omni modo frigus evitet: itemque dulcia omnia, legumina que, & quicquid inflare consuevit. Est autem Colon, quintum in ordine intestinorum, medium inter Cæcum, & Rectum locum obtinens. Primùm per jecoris cava obrepit, ubi folliculum bilis attingens, illique nonnunquam annexum, amaritudinem colorémque luteum contrahit: indéque paulùm exurgens, ventriculi fundo insternitur: & rursus ad finistrum hypocondrium contendens, leni accumbit: post hæc in posteriora demergitur, cohærétque reni sinistro: à quo demum laxius apud coxam sinistram eminet. ¶ Serenus dictionis hujus priorem syllabam contra autem corripuit, quum ait:

*Quum colon invisum morbi genus intima carpit,*
*Mande Galeritam volucrem, quam nomine dicunt,*
*Aut pavidi leporis madefacta coagula pota.*

Nisi quis fortè Colum ibi malit legere, Latina terminatione, ut posterior syllaba per ellipsim absumatur. ¶ Est item Colon Græcis, quod Latinè Membrum vocamus: unde per translationem etiam membra orationis nuncupantur, quòd ex iis, veluti membris constet periodus. Cic. *de claris Orator.* Comprehensio & ambitus ille verborum (si sic periodum appellari placet) erat apud illum contractus & brevis, & in membra quædam, quæ κῶλα Græci vocant, dispertiebat orationem libentiùs. Hinc Monocolon carmen dicitur, quod unimembre est, hoc est, simplex, & ex uno tantùm carminis genere constans: Dicolon, hoc est, bimembre, quod ex duobus versuum generibus constat: & sic de aliis.

Cōlĭcūs, a, um, κωλικός: ut, Colicus dolor, qui in colo generatur; & Colicus homo. Plin. *lib.* 10. *cap.* 4. Praxagoras & iliosis dandos censet: Plistonices & Colicis. Colicum medicamentum ad dolorem intestini pleniorii. Celsus *lib.* 1. *cap.* 14.

Colonæ, Troadis locus est, non procul à Lampsaco Milesiorum colonia. ¶ Sunt & aliæ Colonæ ad exteriorem partem Hellespontı, stadiis centum & quadraginta ab Ilio distantes. Meminit urbisque loci Strab. *lib.* 13.

‖ Colonarium, Cæl. Rhodig. interpretatur vectigal, quod pro re rustica penderetur. ‖

Cōlōnĭa Agrippinensis, Ubiorum civitas potentissima, cis Rhenum fluvium sita. { Germ. Cöln am Rhein. } Ita dicta ab Agrippina Neronis matre, quæ ut sociis quoque nationibus potentiam suam ostentaret, in hoc oppidum, ubi genita erat, colonium ex veteranis deduci imperavit. Author Tacitus *Annal. lib.* 12. Coloniæ cohortes. Cæsar 2. *de bell. civili.* Vide Carol. Sigonium.

Colonis, insula est in sinu Argolico, contra Hermionem agrum, cujus meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.

Cōlōnŏs, κολωνός, agger fuit, sive locus editus, non procul ab Athenis, in quem Œdipus Thebis exulans dicitur commigrasse: unde Sophocles tragœdiam de Œdipi calamitatibus conscriptam, OEdipum Coloneum appellavit. ¶ Erat autem hic locus Neptuno sacer, ubi etiam equestris ejus statua fuit, quemadmodum & Thesei, Pirithoi, Adrasti, & OEdipodis. In hoc aggere fuit & Timonis turris, qui à solitudine hominumque odio μισάνθρωπος cognominatus est. Hæc Pausanias *in Atticis.* ¶ Pollux verò *lib.* 7. author est, duo hujus nominis loca in Attica fuisse: alterum κολωνὸν appellatum, in quem confugit OEdipus: alterum in foro juxta Eurysacium, ἀγοραῖος cognominatum. ¶ Unde locus factus proverbio: Serò venisti, sed in Colonum ito, ἐφ' ἑλκτὸν, ἀπάγχου· εἰς κολωνὸν ἴθι. Dicebatur in eos, qui post tempus advenirent, aut qui mercede quippiam facerent.

Colonus, Colonia: vide *Colo.*

Colopena, κ, κολοπήνη. Cappadociæ pars est: Sebastam, & Sebastopolim urbes habens. Vide Plin. *lib.* 6. *cap.* 3.

Cŏlŏphōn, κολοφών, urbs est Ioniæ, nobilis oraculo Apollinis. Colophonii navales opes satis amplas habuere, & in equestribus certaminibus tantum excelluêre, ut victoriam sibi certam polliceretentur, quibus Colophonius accessisset equitatus. ¶ Hinc factus est locus proverbio, κολοφῶνα ἐπιθεῖναι, hoc est, Colophonem addidit, quam summa operi manus imponebatur. ¶ Colophonia ferocitas, κολοφωνία ὀργή. In insolentes, qui ferociter delpiciunt, & affligunt humiliores fortunæ homines: aut in eos quibus sua ferocitas exitium attulit. Sumptum ab arrogantia superbiaque ejus gentis. Diogenianus. ¶ Ex Colophone exiguem duxerunt Minervus tibicen, & poëta Elegiacus, Xenophanes Physicus, & Polymastus Musicus: quibus nonnulli ipsum etiam adjiciunt Homerum. Virg. *in Cir.*

*Quæ Colophoniaco Scylla dicuntur Homero.*

Cŏlŏphōnĭa, κολοφωνία, herba est notior nomine Scammonia appellata, suecum habens ejusdem nominis. Colophonia dicta à Colophone Ioniæ urbe, unde laudatissima advehebatur. Vide Dioscor. *lib.* 4. *cap.* 152.

Colopiani, Pannoniæ populi. Plin. *lib.* 3. *cap.* 24.

Colŏps Magnus, κολοψ μείζων Ptolemæo, Zeugitanæ Provinciæ urbs, hodie *Giger*, regia civitas.

Cŏlŏr, ōris, vel colos, Objectum proprium visus, pigmentum. { עץ *etsebah*, בוץ *hasim*. χρῶμα. Gall. *Couleur.* Ital. *Colore.* Germ. Farb. Hisp. *El color.* Angl. *Colour.* Cic. 2. *de Leg.* Color autem albus præcipuè decorus Deo est, cùm in cæteris, tum maximè in textili. Terent. *in Eunuch.* Color verus, corpus solidum, & succi plenum. *Ibidem*, Qui color, nitor, vestitus. Cic. 3. *Verr.* Isti color mutatus est, vultus, oratio, mens. Duo sunt principes colores, Albus scilicet, & Niger: alii non dicuntur colores, nisi per participationem. ¶ Nullius colotis, proverbialiter dicitur, qui modis omnibus ignotus est. Ut apud Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Quem ego hominem nullius coloris novi. Item, Colores mutare (de animo.) Gell. *cap.* 9. *lib.* 15. De forma novi, de colore non quco novisse. Plaut. *Cure. sc.* 1. *a.* 2. Ubi caput colorem immutavit, me reliquit. Idem *sc.* 3. *a.* 1. Obtineat colorem, i. vultum non mutet. Idem *stere. sc.* 1. *a.* 2. Jam color inest rebus (i. Nox.)

*Tabulâsque coloribus arte* (pictor.)

Ovid. 4. *Fast.*

—— *& picta coloribus uſtis* (puppis.)

*Ibidem* donec diuturnitas colorem ducet. Senec. *cap.* 1. *de Tranquill.* ¶ Colores item appellantur ipsa pigmenta, quibus pictores rerum imagines delineant, cujusmodi sunt cretula, purpurissum, cæruleum, antipigmentum, cerussa, sinopis, & similia. Plin. *lib.* 35. *cap.* 6. Sunt autem colores austeri, aut floridi, utrumque natura, aut mistura evenit. Floridi sunt, quos dominus fingenti præstat, minium, armenium, cinnabaris, &c. Et paulò pòst, *cap.* 7. Sed in officina imperitè multa dissentiens silentium comiter suadebat, rideri eum dicens à pueris qui colores tererentur. ¶ Colores etiam apud Rhetores dicuntur ornamenta orationis, id est, figuræ, quæ à Græcis χρώματα dicuntur & σχήματα. Nam (ut scripsit Cicero) sunt actori, ut pictori, colores ad narrandum.

*Ergo ut defendi nullo meo posse colore,*
*Sic excusari crimina posse puto.*

Ovid. *Eleg.* 8. *lib.* 1. *Trist.* Color narrationis, qui optimus. Quinct. Item, Colores somniorum, i. probationes ab iis sumptæ. Item, Color prætextus defensionis unde dicatur. Idem Quint. In toto colore dicendi, i. forma & figura. Vide Indicem Quint. Color tertius, pro tertium genus, vel gradus. Sen. *epist.* 76. & 53. Lenociniis, aut coloribus polluere formam. Idem *cap.* 16. *de consol. ad Helv.* ¶ Hinc aliquem suis pingere coloribus, est talem describere qualis est. Cicer. *ad Attic. lib.* 5. Sic ego hunc omnibus à me pictum artis coloribus, subitò deformatum, non sine magno dolore vidi. Horat. *in Arte.* Nec sic enitar tragico differre colori. Ut nihil interfit, Davúsne loquatur, an audax Pythias. ¶ Accipitur item Color pro velamento, fuco, prætextu, quo veritas obscuratur, aut culpa excusatur. Juven. *Satyr.* 6.

*Sed jacet in ſervi complexibus, aut equitis, die:*
*Pic aliquam ſedet, die Quintilliane colorem:*
*Haremus. Die ipſa: Olim conſenuerat, inquit,*
*Ut faceres quod tu velles, nè mea ego poſſem*
*Indulgere mihi.*

¶ Dicitur & Colos, sicut Arbos, & Lepos.

Cŏlōro, as: Colorem induco ✠ decoloro. { עצב *tsabeh.* χρωματίζω, ἐπιχρωματίζω, χρώματα. Gall. *Colorer, bailler & donner couleur.* Ital. *Colorare, dar colore.* Germ. Färben. Hisp. *Colorar de algun color.* Angl. *To die or colour.* } Cic. 1. *de nat. deor.* Formare, fucare, colorare, animare non posset. Decoloratur id, cujus color vitiatur, non mutatur, μεταχρωματίζω, ut est videre in facie ægroti; quæ pallorem

pallorem contrahit, aut livorem: coloratur id, cujus alia fuit, quàm fit, facies. ¶ Colorare, pro inducere prætextum. Valer. Max. *lib.* 8. *cap.* 2. Libidinosam liberalitatem debiti nomine colorando. ¶ Coloratæ uvæ. Col. *lib.* 11. *cap.* 2. Quum coloratas & pellucidas uvas animadvertissent. Colorata oratio, coloribus oratoris decorata & ornata. Cic. *de clar. orat.* Quòd non est eorum urbanitate quadam quasi colorata oratio. ¶ Coloratus, pro fucato. Senec. *epist.* 15. Quæ scribit, unde veniant, scio: non sunt ficta, nec colorata. ¶ Coloratior. Plin. *lib.* 16. *cap.* 12. Quidam arbitrantur in montosis copia præstantiorem fieri ac coloratiorem.

**Cŏlōrātus**, a, um: ut, Coloratæ vestes, quæ ex lana non tincta, hoc est, nativo colore factæ sunt. Valla *lib.* 6. *cap.* 53.

**Colobrasus**, nomen hæretici, qui vitam omnium hominum in septem syderibus consistere affirmabat.

**Cōlŭs**, κῶλος, fera est Scythiæ peculiaris, magnitudine inter cervum & arietem, albicante corpore, eximiæ levitatis ad cursum, naribus porum attrahens. Author Strab. *lib.* 7.

**Colossæ**, arum, sive Colossis, Strab. *lib.* 12. κολοσσαί. Oppidum Phrygiæ non procul à Laodicea, quod sub Nerone, testi Orosio, cum Laodicea & Hierapoli tenæ motu concidit. Meminit hujus oppidi & Plin. *lib.* 5. *cap.* 32.

**Colossĕus**, adject. Ad Colossi formam factum, colossi magnitudine, κολοσσικός, ὑπερμεγέθης. Gall. *Extrément grand, de grandeur enorme.* Ital. *Di gran statura.* Germ. Das in einer grossen bildstocks form gemacht ist. Hisp. *Cosa assi grande.* Angl. *That is immeasurable great.* ¶ Quod significat altum, & ad colossi formam factum. Plin. *lib.* 35. *cap.* 7. Nero princeps jusserat se colossæum pingi CXX. pedum in linteo. Colossæos à magnitudine dictos. Suet. *in Calig. cap.* 35. Pro eodem etiam legimus Colossicus. Plin. *lib.* 35. *cap.* 8. Item duo signa quæ Catulus in eadem æde posuit palliata: & alterum colossicum nudum.

**Colossinus color**, κολοσσινὸν χρῶμα, à Colosse Troadis urbe nomen accepit, ubi lana tingebatur, florem referens cyclamini, inter candorem fulgens & purpuram. Vide Thylesium *in libello de coloribus.*

**Cŏlostrum**, & Colostra, spongiosa lactis densitas à partu prima. ¶ πρόβλης. Gall. *Caillé, ou caillebot, laict esparz, comme le premier qui vient aux mammelles, laict troublé.* Ital. *Capo di latte, fior di latte.* Germ. Die erste milch geburt. Hisp. *Colostro de leche nueva.* Angl. *The first milk in the theates after the birth.* ¶ Mart. *lib.* 13.

*Surripuit pastor, quæ nondum stantibus hœdis,*
*De primo matrum lacte colostra damus.*

Palladius, Colostram vocant pastores illud exiguum lactis, in quo est spissior natura.

**Cōlostrātio**, nis: morbus quo lactantes teneantur, si biduo à partu maternum lac gustaverint, densato in casei speciem lacte. Ideo infantibus statim à partu, nutricis, non matris lac exhibere convenit, quia matris exitiosum est. Plin. *lib.* 11. *cap.* 41. Pullis earum, ubi pingue pabulum, biduo à partu maternum lac gustasse, lethale est. ¶ Genus mali vocatur Colostratio. Qui hoc mali genus patiuntur, Colostrati dicuntur. Plin. *lib.* 28. *cap.* 9.

**Colostus**, nomen pictoris Teii, cujus meminit Quint. *lib.* 2.

**Cōlōtes**, κολώτης, vel Colotes, κολώτα, Aristotelis lacertæ genus est, quod Latini Stellionem vocant, Itali *Taranulum.* Nomen habet à pedum magnitudine. Nam quæ nos crura & lacertos dicimus, Græci κῶλα dicunt.

**Cōlŏus**, κώλου. Lacus est Lydiæ quadraginta stadiis à Sardibus distans, qui & Gygæus à Poëtis nominatur, juxta quem & Dianæ templum fuit cognomento Coloenæ, ubi summæ solemnibus diebus saltare dicebantur. Vide Strab. *lib.* 13.

**Cōlpe**, es, κόλπη, Ioniæ civitas fuit, cujus meminit Plin. *lib.* 5. *cap.* 29.

**Cōlpos**, κόλπος, à rei anatomicæ peritis appellatur ea uberum pars, quæ in se, tanquam in sinu quodam, lac continet, unde & nomen accepit: nam κόλπος Græci sinum vocant, hoc est, litoris obliquitatem, quibusdam veluti brachiis mare amplectentem. Vide Cælium *lib.* 4. *cap.* 4.

**Colubræ**, populi. Plin. inter gentes Indicas numerantur *lib.* 6. *cap.* 19.

**Cŏlŭbĕr**, Serpens qui umbras nemorum incolit. ¶ נחש *nachásch.* ὄφις. Gall. *Couleuvre.* Ital. *Serpe, serpente, biscia.* Germ. Ein schlang. Hisp. *Culebra.* Angl. *A serpent lying in the shadows of woodes.* ¶ Anguis & Hydrus, qui in aqua: Serpens, qui in terra serpit: Draco, templi: sed sæpe confunduntur. Plin. *lib.* 32. *cap.* 5. Coluber est in aqua vivens: hujus adipem & fel habentes, &c. Ovid. 15. *Met.*

——— *nivéisque frequens Sinuessa colubris.*

Hieron. *ad Prasid.* Coluber ad bibendum veniens in aqua venenum deponit, ne cum veneno aqua concretum occidat. Nudum hominem timet, vestitum persequitur: caput tamen suum celat, ubi scit esse mortem suam. Serpens quidem si semel calamo percutiatur, moritur: sin verò iterum percutiatur, confirmatur: Brumali tempore infirmior efficitur, & à formicis vincitur. Igitur ante hyemem cava se colligit segetes, ut illæ sibi escam præbeant. ¶ Colubrum in sinu fovere, ἔχειν εἰς κόλπους ὄφιν, dicitur qui complectitur amore, studióque prosequitur hominem ingratum, & aliquando per occasionem nociturum. ¶ Colubram fœminino genere dici probat Nonius ex Lucil. *lib.* 10. *Satyr.*

*Iam disrumpetur medius, jam ut Marsus' colubram*
*Disrumpit tamen, venas quum extenderit omnes.*

Cels. *lib.* 5. *cap.* 27. Colubra ipsa tutò esum. Ovid. *in Ibim*

*Pellendique immerunt verbera fella colubræ.*

**Colubrifer**, adjectivum, qui colubros fert: ut, Colubrifernum monstrum. Ovid. 5. *Metam.*

**Cōlŭbrāria**, insula est in mari Ligustico, quæ à Græcis Ophiusa vocatur, vulgò *Dragonera.* Utrumque nomen ductum est à serpentum noxiorum multitudine, quibus tota insula infestatur. Plin. *lib.* 3. *c.* 5. Ebuli terra serpentes fugat, Colubrariæ parit. Ideo infesta omnibus, nisi Ebusitanam terram inferentibus.

**Cōlum**, Vas est ex viminibus contextum ad vinum colandum aptum. ¶ σήθιον. Gall. *Un couloir.* Ital. *Colatoio.* Germ. Ein seichten / ein gefisbut durch welchen man seihet. Hisp. *Coladero para colar cosa liquida.* Angl. *A colander or strayne.* ¶ Virg. 2. *Georg.*

*Colaque prælorum fumosi diripe testa.*

¶ Colum nivarium, vas ex lapide spongioso factum ad colandas nives, apud Mart. *epigr.* 103. *lib.* 14. ¶ Colum etiam est genus morbi, quem primus in Italia sensisse Tiberius princeps dicitur, quum prius ignotus esset. Plin. *lib.* 26. *cap.* 1. ¶ Colum etiam est in instrumento piscatorio pro retis genere, quod vulgò *Un quarré* vocatur, quia quadratum. Ausonius,

*Et pecula, & fundæ, & vilica nomina limi,*
*Colaque, & insutos terrenis vermibus hamos.*

Unde Colare amnes dicuntur piscatores à Manilio,

*Et colare vagos indutis retibus amnes.*

**Cōlumbŭs**, Græcis κόλυμβος, est urinator: item natatio. ¶ Latinis Columbus, & fœmina Columba, est avis notissima. ¶ יונה *jonáh.* περιστερά. Gall. *Coulon ou pigeon.* Ital. *Columbo, columba.* Germ. Ein taub. Hisp. *Paloma.* Angl. *A dove.* ¶ Virg. 2. *Æneid.*

*Præcipites atro ceu tempestate columbæ.*

Martial.

*Nec violes teneros præduro dente columbos.*

Vide *Accipiter.* Quasi columbæ pulli. Plaut. *Asin. act.* 3. *sc.* 1. Die me tibi anaticolam, columbam, catellum. *Ibid. act.* 3. *sc.* 3. & *Mert. act.* 2. *sc.* 2. Columbarum autem nuptiæ & basia. Vide apud Martial. *epigr.* 66. *lib.* 12. Varro *lib.* 3. *cap.* 7. duo facit columbarum genera, quæ in peristerotrophio esse solent: unum agreste, & ut alii dicunt saxatile, quod habetur in turribus ac culminibus villæ, à quo appellatæ columbæ, quæ propter timorem naturalem summa loca in tectis capiant: alterum columbarum genus clementius, quod cibo domestico intra limina pascitur. Columbæ agrestes à colore Liviæ dicuntur, quasi lividæ: domesticæ verò, Cellares. Ex columbo agresti, & columba domestica, vel econtrario, nascitur genus tertium columbarum: à nostris miscellæ dicuntur, ob duorum generum commistionem. Columbos esse in tutela Veneris ideo fictum putant, quia fœtui semper indulgent. Distinguuntur autem columbæ à palumbis, quòd hi feri, & majores sint, & in arboribus, aut sepibus nidificent: columbæ minores, & mansuetiores, ut quæ cibo domestico intra limina pascantur. Unde proverbialiter dicimus, Mitior columba, ἀτιμότερος ἐλεφάντων, de homine incredibili mansuetudine prædito. Huic simile est, Sedens columba, ἐφίζω περιστερά. Nam columbæ quum avolant, fallunt cæteras pernicitate volatus: quum sedent, nihil mirius ac simplicius. ¶ Sunt præterea palumbes columbis longè vivaciores: vivunt enim (ut quidam tradiderunt) in trigesimum, & quadragesimum annum, quum columbarum vita octo fere annorum sit concluſa. Vide Plin. *lib.* 10. *cap.* 34. & 35.

**Cōlumbāre**, Oscula columbatim conserere, collabellare. Senec. *epist.* 115. *inversibus Mecœnatis*: Quid si quis fœminæ citro ejiſpatæ labris columbatur.

**Cōlumbārius**, qui columbas curat. ¶ περιστερεών. Gall. *Qui a la charge des coulons ou pigeons.* Ital. *Chi ha cura di columbi.* Germ. Der mit tauben umbgeht. Hisp. *El que cria las palomas.* Angl. *That hath charge of doves.* ¶ Varro 3. *de re rust. cap.* 7. Ipsæ propter pullos, quos habent, utique redeunt, nisi à corvo occisæ, aut ab accipitre interceptæ: quos columbarii solent interficere.

**Cōlumbārium**, ii, locus ubi habitant columbæ. ¶ מגדל *migdál.* περιστερών, περιστερεών. Gall. *Colombier, trie ou bouestre ou chasque pigeon loge.* Ital. *Palumbaia.* Germ. Ein taubhaus. Hisp. *Palomar, lugar donde crian las palomas.* Angl. *Dove house or dove cote.* ¶ Palladius, Columbarium potest accipi sublimis una turricula in prætorio constituta, lævigatis & dealbatis parietibus. Propriè tamen Columbarium loculamentum in peristerotrophio, singulis columbarum paribus præparatum. Varro *lib.* 3. *cap.* 7. Singulis paribus columbaria fiant rotunda, in ordinem crebra. Columbaria singula esse oportet, ut os habeant quo introire & exire possint. Colum. *cap.* 8. *lib.* 8. Pastilli adactis tabulæ superponantur, quæ vel loculamenta, quibus nidificent, vel fictilia columbaria recipiant, præpositis vestibulis, per quæ ad cubilia perveniant.

**Cōlumbīnus**, a, um: quod est ex columbis. ¶ περιστερεών. Gall. *De pigeon.* Ital. *Cosa de colombi.* Germ. Das von den tauben ist. Hisp. *Cosa de palomas.* Angl. *Of doves.* ¶ Plin. Columbinus fimus in aqua decoctus. Columbinum ovum. Hor. 2. *Ser. Sat.* 4. Pulli columbini. Varro 3. *de re rust.* Qui solent saginare pullos columbinos, quò pluris vendant, secludunt eos, quum jam pluma sunt tecti. ¶ Columbinum venenum. Suet. *in Caligula*, Columbo victori leviter tamen saucio, venenum in plagam abdidit, quod ex eo columbinum appellavit.

**Cōlumbārius**, a, um, adject. Columbinus. ¶ περιστερώδης. Angl. *Of a dove or pigeon.* ¶ at Columbare stercus, & columbaris cella. Columell. *lib.* 9. Cæterum cibos juxta parietem convenit spargi: quoniam ferè parietes hæ columbari carent stercore.

**Cōlumbātim**, adverb. Ad similitudinem columbæ, περιστερηδόν. Unde Columbatim oscula jungere, frequens est apud Catullum. ¶ Utitur etiam Marius *in Mimiambis*, Sinúque amicam recipere frigidam caldo, columbatimque labra conserere labris. Refert Gell. *cap.* 11. *lib.* 20.

**Cōlumbar**, genus vinculi. ¶ Angl. *The pillory.* ¶ Plaut. *in Rudens.* Illic in columbam cerdo leno vertitur. Nam jo columbari collus haud multò post erit.

**Columbulus**, diminutivum. ¶ Parvus columbus. Plin. *epist.* 101. Te

passerculis & columbulis nostris inter aquilas vestras debis pennas. Utitur & Catull. *epigr.*27.

Columella, cujus inscriptio prænominis L. Moderatus Colum. Gaditanus genere: scripsit ablolutissimos libros *de re rust.* temporibus Claudii principis.

Cōlūmĕlla, vide *Columna.*

Columēllārēs dentes, caninis proximi. *οἱ χύνειοι τῶν ἰππείων ὀδόντες, οἱ ἐπὶ τοῖς, οἱ κυνώδεις.* Varr. *lib.*2. *de re rust. cap.*7. Incipientes quartum agere annum itidem ejiciunt, & totidem proximos equotum quos amiserunt, & incipiunt nasci, quos vocant Columellares. ¶ Gall. *Dents mascheliares.* ¶ πρῶτα.

Cōlūmĕn, inis, à Columis: id est, Culmus, culmen, fastigium. ¶ רוש *rosch.* משחה *mischhán.* κίλων, ὕψωμα. Gall. *Support & appui, sur quoy est soustenu & appuyé quelque chose.* Ital. *Colmo, tetto, summità de alcuna cosa.* Germ. Ein saul/onder stūn. Hisp. *Cumbre de cosa alta.* Angl. *A prope, or steppe.* ¶ ‖ Catull.

*Æmathia columen Peleu, cui Iuppiter ipse.* ‖

Varr. *de re rust.*c.7. Quod habetur in turribus, ac columinibus villæ. ¶ Per translationem accipitur pro sustentatione, ornamento, & salute. Terent. *in Pheorm.* Bone custos salue, columen nostræ familiæ, cui commendavi filium hinc abiens meum. Ubi Donatus, Columen familiæ, sustentatio, decus: unde Columnæ dictæ, Plaut. *in Cist.* Sed ecquem egreditur senati columen, præsidium populi. Livius *lib.*6. *ab Urb.* Consulatus, arx libertatis & columen.

Cōlūmis, e: Sanus, integer. ¶ σῶς. Gall. *Sain, entier.* Ital. *Sano, salvo.* Germ. Frisch/gesund. Hisp. *Entero, sano y rezio.* Angl. *Vohole, in good healt.* ¶ Plaut. *in Trin.* Neque ita, ut sit data, columen restituere illi & detrax isse autument. Inde incolumis pro eodem, quod est usitatius. Florus *lib.*7. Liberavit eos & columes reduxit.

Cōlūmnā regia, civitas magno Brutio, ut est apud Pomp. *lib.*1. Hunc locum Græci κολόνη vocant, id est, Columellam. Ea turriculæ modo erecta, ex adverso turrem in Peloro sitam respicit. Hodie à multis appellatur Stylarion.

Columna aurea, locus Romæ. Vide *Milliarium.* Columna rostrata. Livius *lib.*2. *d.* 5. & Suet. *in Galb. cap.*22.

Cŏlŭmnă, æ, dicta, quod culmina sustineat. ¶ עמוד *hammúdh.* κίλων. Gall. *Colonne, pilier, pilastre.* Ital. *Colonna, pilastro.* Germ. Ein saul/oder stūn. Hisp. *Coluna, pilar.* Angl. *A piler.* ‡ *Pilaria* vulgò à nostris vocatur. Inter columnas, κίονα, & Pilas, πίλας, hanc differentiam esse volunt, quòd columnæ uno scapo constant, id est, lapide oblongo perpetuo: pilæ autem structura constant aut lapideæ, aut caementitiæ, aut lateritiæ. Non rarò tamen etiam structiles columnas apud veteres legimus. ¶ A columna fit Intercolumnium, μεσοκίονιον, quod est spatium inter columnas. Liv. *ad Her.* Ædes, intercolumnium, angulum, fornicem. Columnarum tria sunt genera, teretes, quadrangulæ, striatæ. Quæ superponuntur columnis, Epistylia, hoc est, capitella: quæ supponuntur, Bases, sive Spiræ dicuntur. Ipsum autem columnæ corpus, Scapus vocatur, teste Budæo. Antiqui, teste Quintiliano, columam dicebant, detracta n, litera, pro Columna. Unde per diminutionem Columella dicitur, pro Columnella. Cæsar 2. *bell. civ.* Primùm trabes in solo æquè longè distantes inter se pedes quatuor collocantur, inque eis columellæ, pedum in altitudinem quinque, defiguntur, &c. Columnis dejici operas araneatum. Plaut. *Asin. sc.*4. *a.*2. Ædificat, columnam mento suffulcit suo. Idem *Mere. sc.*4. *a.*2.

Cōlūmnātŭs, adject. Columna sustentatus, κιονωτός. Varro 3. *de re rust. cap.*5. Inter eas piscinas tantummodo accessus semissa in tholum, qui est ultrà rotundus, columnatus, ut est Incerde Catuli, si pro parietibus feceris columnas.

Columnatum os poëtæ, ut de Nævio dicebatur, qui commentando scribendóque solebat meerum manu tanquam columna sulcire. Plaut. *in Menech.* Nam os columnatum prætæ mollè audivi barbaro, cui bini custodes semper totis horis accubant.

Cōlūmĕlla, diminutivum est à columna. ¶ κιονίδιον, κιονίσκος. Gall. *Petite colonne.* Ital. *Colonnella.* Germ. Ein seul. Hisp. *Pequeña coluna.* Angl. *A litle piller.* ‡ Cic. 1. *de legibus.* Nam super terræ tumulum nolunt quid statui nisi columellam tribus digitis altam. Cato *cap.*10. Trapeti columellam ferream quæ in milliario stat. ¶ Lit & cognomen L. Moderati, genere Gaditani, qui de agricultura tam versu, quàm prosa elegantissimè scripsit. ¶ Appellatur præterea Columella à mediciis quædam veluti pediculi in fine palati dependens, ut in hiante homine conspiciunt: quæ si inflammetur, & teretem nacta fuerit figuram, Columella, κίων: si verò rotundam, Uva, σταφυλὴ appellatur. ¶ Invenitur etiam scriptum *Columnella*, pro Columella.

Cōlūmnātĭo, Columnarum exstructio. ¶ κίονωσις. Angl. *Building or propping with pillers.* ‡ Apuleius *lib.*3. *Florid.* Quid igitur superest ad statuæ meæ honorem? parietem marmoratio? proscenii contabulatio? scenæ columnatio?

Columnarium, vide *Colonarium.*

Cōlūmnæ Herculis, Ἡρακλεῖαι κίονες, duæ esse perhibentur in Occidente: quia ex Oceano mare nostrum intrantibus, duo montes occurrunt, quorum alterum in Africa Abylam vocant: alterum in Europa Calpen. Hos quondam junctos perpetuo jugo fuisse finxerunt, sed Herculem ditemisse colles. Aliqui tamen hos montes procul spectantibus geminas columnas videri dicunt. Alii dicunt columnas Herculis in Gaditana insula fuisse ex ære octo cubitorum, ad quas proficisci solebant qui navigationem absoluissent, tanquam Herculi sacra facientes. ¶ Ad Herculis columnas, ἐπὶ Ἡρακλείους κίονας, jam olim Proverbio dicebatur, ut admonet Pindari interpres. Sic enim vulgò dici solere, πρὸ τῶν γαδείρων, id est, quasi ultra Gades inaccessa. Quo significatur, ultra columnas Herculis non esse quò progrediare: ti quis ergo præterea quidquam laudis requirat, id primùm esse, ac si quis ultra Columnas ab Hercule fixas conetur transire.

Cōlūmus, à veteribus dicebatur qui nunc Culmus, ‡ quòd colatur, seu colendo producatur frumenti calamus à radice ad spicam. ¶ Germ. Ein Kornstengel/ stupffel/ Halm. ‡ Angl. *The stemme of corne from the roote to the eare.* ‡

Cŏlŭrnĕus, a, um, κιονοειδής, dicitur quod est ex materia corylli, teste Servio in illud Virgilii,

*Pinguiaque in veribus terrebimus exta columnis.*

Festus tamen a corno arbore deduci ait, his verbis: Columna hastilis ex corno arbore facta potius, quam ex corylo.

Cōlūs, duo sunt circuli in sphæra sese mutuò ad angulos rectos secantes, ad polos mundi, & Zodiacum ita transeuntes, ut alter per principia Arietis & Libræ feratur: alter per principia Cancri & Capricorni: ita dicti ab imperfecta sui conversione: à κόλος, quod est mutilum, mancum, imperfectum, & οὐρά, cauda: quòd imperfecti omnibus, qui sub æquinoctiali non sunt, & tanquam cauda præcisa appareat. Boëthius *de Arith. lib.*2. & Macrob. *in somn. Scip.* ¶ Colura quoque animalia sunt caudam non habentia, vel mutilam caudam habentia, quæ in sacrificiis non offerebantur.

Cōlūs, i, masculini generis. Tormenti genus, quod fit ex corio: sicut scribit Festus.

Cōlūs, us, & i, fœm. gen. Instrumentum quod pensa continet, à quo fuso fila ducuntur, hastæque penultimam corripiam. ¶ ἠλακάτη, ἄτρακτος. Gall. *Une quenouille.* Ital. *Rocca da filare, conocchia.* Germ. Ein functel Hisp. *Rueca para filar.* Angl. *A distaffe.* ‡ Ovid. 4. *Met.*

*Et colus, & fusus digitis cecidere remissi.*

Cic. 2. *de Orat.* Quid tu Ægylia mea, quando ad me venis cum tua colu, & lana? At Virg. 8. *Æneid.*

*Cui tolerare colo vitam, tenuique minerva.*

¶ Colostra, τὰ γάλακτος. Gloss. Lat. et igni coctum: τὸ γάλα. An igitur à calore: aut à γάλα? aut, quòd crassum est, ut colatu sit fere lac opus? Palladius habet colostra, & exponit, *exiguum illud lactis, in quo est spissior natura.* Prima tamen syllaba est brevis, Martial. *in Xenia.*

*De primo matrum lacte colostra damus.*

Hesi. habet γάλα, pro ψωμὸς, micas, frustula. Colostrum est quasi lac frustulentum, dum igni coctum est. Plinio dicitur spongiosa densitas lactis. ¶ Lac novum in mammis. Non. *cap.*1. *n.*117.

Cōlūtĕa, φλόμος. Arbor sylvestris apud Theophr. 3. *de plantis.* fructum ferens in siliqua, magnitudine lentis: quæ Alexandri Magni ætate haud temerè alibi, quàm in Lipara insula nascebatur: hodie etiam in Gallia passim provenit, *Bagnenaude* nomine vulgò nota. Vide Ruell. *lib.*1. *cap.*7. ¶ Coluteum autem, neutro genere. Plautus *in Perſa, sc.*3. *a.*1. videtur appellasse quoddam multi genus: Commisce (inquit) multum: thuthea, coluteáque appara. Alii interpretantur Tragemata, seu bellaria.

Colyca, æ, cum, specus quædam, in quibus aphronitrum invenitur, teste Plin. *lib.*31. *cap.*10.

Cōlymbădes, ¶ κολυμβάδες. Gall. *Olives confites, qui nagent en saumure.* Ital. *Olive condite.* Germ. Ein gebeitzte oliven. Hisp. *Aceytunas.* Angl. *Confected olives which sweme/th in sauce.* ‡ Vocabantur olivæ quædam conditiciæ, ἀπὸ τοῦ κολυμβᾶν, quod innatare est: propterea quòd propter suam leviratem salsilaginí innatabant. Plin. *lib.*15. *cap.*3. Colymbades sordida ulcera purgant, mutiles difficultatibus urinæ. Qua autem conditura ratione hoc olivæ genus soleat parari, vide apud Ruell. *cap.*104.

Colymbus, κολυμβὸς, vel κολυμβὶς, & κολυμβίς. Avis est, quæ à Gaza Urinatrix vocatur apud Arist. Gallis *Cotée.* Est ex palmipedum numero, circa lacus aninéque versatur, sed foris parit. Ejus meminit Athenæus *lib.*9. *cap.*19. cui κολυμβοκολυμβὶς est inter omnes aves aquaticas minima, atri & sordido coloris, rostri acuti, cujus oculi spectantur, membra verò merguntur. Vide *Pria.* ¶ Est & piscina, natatio, κολυμβήθρα. Item locus ubi vestes mundantur. Prudentius *de fonte.*

*Nunc pretiosa per marmora, lubricâque clivum,*
*Donec virenti fluctuet colymbo.*

Ita vocat aquæ conceptelam. Lamprid. *in Heliogab.* Marinæ aquæ colymbos exhibuit. Ubi colymbus est natatio, ut etiam in Græcis, κολυμβὸς, & κολυμβᾶν, vel κολυμβία, nato. ¶ Est item Colymbus, vel colymbum, i. numismatis genus.

Colytus, κόλυτος. Viri nomen, de quo vide in *Dionia.*

¶ Com. præposit. inseparabilis: ex Cum. Vide *Con.*¶

Cōmă, æ: Capillus, interprete Festo, aliqua cum cura compositus. ¶ שבכה *sdammáh.* צמות *tsitsith.* κόμη. Gall. *Perruque, ou cheveture.* Ital. *Chioma, zazzera.* Germ. Haubar. Hisp. *Cabelladura.* Angl. *The buſhe of head heare.* ‡ ἀπὸ τοῦ κομᾶν, hoc est, ab ornando dictus: unde & Comete Latini deduxerunt. Cic. 3. *Tusc.* Scindens dolore identidem intonsam comam. Ovid. 2. *Met.*

*Permulcetque comas, chlamydemque ut pendeat aptè*
*Collocat.*

Juvenalis,

*Atque supercilio breviter coma.*

de Stoicis tonsis ad cutem. Et à Luciano ἐπιξυρᾶσθαι κομῆς dicitur per irrisionem Stoicus. ¶ Circumtondere comam, περιτόμου τὴν κεφαλὴν, Græcis in proverbio est, pro eo quod est ludibrio habere. Nam id lusus gratiâ fieri solet stupidis, ut eis non sentientibus, cæsaries circumtondeatur. Lucianus,

*Abruptâ paulò antè coma mea fata fuerat*
*Lugebant.*

Catul. *de com. Beren.* Antiquas comas. Ovid. *Eleg. ult. lib.* 4. *Trist.* ¶ Servus quum sis, comam geris, δοῦλος ὢν κομᾷς ἴσχε, de eo qui præter decorum quippiam faceret. Aristoph. *in Avib.* & Suidas. ¶ Coma metaphoricè etiam de arboribus, fruticibus, arundinibus, atque etiam herbis dicitur. Virg. 4. *Georg.*

*Ille comam mollis jam tum tondebat acanthi.*

Ovid. 2. *Amorum.*

*Frigidáque arborum mulceat aura comas.*

Et alibi:

*Sufficerat nullas, ut solet herba comas.*

¶ Transfertur & ad faces. Catullus *in Epithalam.*

*Viden' ut faces splendidas quatiunt comas.*

Sic Sol à poëtis dicitur Auricomus.

Cōmāns, antis, participium sine verbo: qui longiorem habet comam, κομήτης. Plin. *lib.*10. *cap.*63. Equæ comantes gloria superbiunt. Virg. 12. *Æneid.*

*fic*

*— sic fatur, deinde comantem*
*Adrepti galeam, clypeique insigne decorum*
*Insuitur*

Equorum colla comantia, apud Virg. *ibid.*

Cōmātūs, a, um, participium hinc verbo: qui longiorem habet comam. { κομητ. GALL. *Chevelu, ayant longs cheveux.* ITAL. *Capelluto con gran chioma.* GERM. Das ein haar hat mit langen haaren. HISP. *Cosa de luengos cabellos.* ANGL. *That hat long heare.* } Comata uxor. Suet. *in Calig. cap.* 25. Calvis, quàm comatis non minus molestum pilos velli Senec. *cap.* 8. *de Tranq.* Matt. *lib.* 1.

*Calvum quum fueris, fies comatum.*

Sylva comata, Cat. *Epig.* 4. Unde

Cōmātūlus, diminutivum a Comatus. Et Hieronymus Comatulos pueros dixit.

Cōmōsus, a, um: coma magna præditus. { κομώδης. GALL. *Fort chevelu, ayant force branches et feuilles.* ITAL. *Capelluto, con gran chioma.* GERM. *Harichtig.* HISP. *Cosa de luengos cabellos.* ANGL. *That hath greate bushe of heare.* } Plin. *lib.* 16. *cap.* 8. Hemeris vocatur, brevior, & in orbem comosa. Idem *lib.* 29. *cap.* 26. Comosissimum ex omnibus caulibus.

Cōma, atis, κῶμα. Morbus gravem ac diuturnum inducens somnum, quem Latini Veternum interpretantur. ¶ Est & altera Comatis species quam Vigilantem soporem nonnulli appellant, quum neque luminа, urgente somno, attolere, neque tranquillè dormire possumus, alius atque alius imaginationibus somni tranquillitatem identidem interpellantibus. Author Galenus in eo Commentario, quem de *Comate* nominatim inscripsit. { GALL. *Insomnie, inquietude.* }

Cōmo, is: vide suo loco.

Cōmāgēna, vel Comagene, κομαγηνὴ, pars Syriæ, supra Ciliciam in ortum sita, trans Amanum montem, excurrens usque in Mesopotamiam, à qua Euphrate fluvio dirimitur. ¶ Hinc Comagenum medicamentum dictum est, quod fiebat ex adipe anserino, in vase æreo cum cinnamo multa nive obruto, adducta etiam herba quæ Comagena appellatur. Plin. *lib.* 10. *cap.* 22. Reperit Syriæ pars, quæ Comagene vocatur, adipem anserinum in vase æreo cum cinnamo multa nive obrutum, ac rigore gelido macerатum, ad usum præclari medicaminis, quod à gente dicitur Comagenum. Idem *lib.* 29. *cap.* 4. Fit ex anserum adipe medicamentum in Comagene Syriæ parte, cum cinnamo, casia, pipere albo, herba quæ Comagene appellatur, obrutis vasis nive, odore jucundo, &c. Comagenus, a, um. Juven. *Sat.* 6.

*Spondet amatorem tenerum, vel divitis orbi*
*Testamentum ingens, calida pulmone columba*
*Tractato, Armenius vel Comagenus aruspex.*

Cōmīgēne, herbæ nomen, de qua dictione vide præcedentem.

Comana, orum, civitas est in convallibus Anti-tauri montis insigni Bellonæ fano celebris. ¶ Inde Romani dicuntur sacri servi Bellonæ, quorum Strabo sua ætate supra sex millia fuisse tradit, qui omnes sacerdotis imperio parebant, & festis quibusdam Bellonæ festis sese mutuis lanibant vulneribus. ¶ Fuerunt & Comana Pontica, eidem dea consecrata, fani etiam exemplo à Comanis Cappadociæ sumpto, in quo etiam simili ritu Bellonæ sacra fiebant. Utrumque est author Strab. *lib.* 12.

Comarchus, nec Demarchus. Plaut. *Cure. sc.* 5. *a.* 2.

Cōmārbos. { κόμαρος. GALL. *Arbousier.* ITAL. *Corbezzolo.* HISP. *Madroño, arbol conocido.* ANGL. *A milding tree, or crabbe.* } Arbuti genus est, cujus etiam pomum Græci κόμαρον appellant, Latini Unedonem. Plin. *lib.* 15. *cap.* 24. Duobus Unedonem nominibus appellant Græci, Comaron & Memecylon. Ex quo apparet totidem esse genera & apud nos.

Comati, populi inter Scythas, ad Caspium mare incolentes, quorum meminit Pomp. Mela *lib.* 2. in descriptione Asiæ.

Comatus, i, κόμαθος, portus est ad sinum Ambracium, juxta Nicopolim Isthmum stadiorum sexaginta efficiens. Author Strab. *lib.* 7.

¶ Comas, cervi ramulus. L. M. ¶

Cōmāta-Gallia, uno nomine appellata est omnis Gallia Transalpina, à studio nutriendæ comæ: sicut Narbonensis Gallia, Braccata dicta est, à Bracchis vestimenti genere, quo regio illa peculiariter urebatur. Plin. *lib.* 4. *cap.* 17. Galliam comatam in tres partes dividit, omnino distinctas. Inter Scaldem & Sequanam Belgas ponit: inter Sequanam & Garumnam Galliam Celticam collocat, quam etiam Lugdunensem Galliam appellat. Inde ad Pyrenæi montis excursum Aquitaniam vocat. Ex hac descriptione satis constat, Galliam omnem quæ à Cæsare describitur, uno nomine vocari Galliam Comatam, excepta portalis Romanorum provincia, quæ Gallia Bracchata dicta fuit.

Cōmbē, es, κόμβη. Æsopi filia fuit, quæ primo æneam armaturam tradiitur invenisse: unde & Chalcis est cognominata: à qua etiam Chalcidi urbi nomen factum putatur. De hac nonnulli etiam intelligunt illud Ovid *lib.* 7. *Metam.*

*Adjacet his Pleuron, in qua trepidantibus aliis,*
*Ophias effugit maternum vulnera Combe.*

Cōmbēnōnēs, interprete Festo, dicti sunt in eadem benna sedentes. Benna autem vehiculi genus fuit, Gallis præcipuè usitatum. Vide *Benna.*

Cōmbībo, is, simul bibo, compoto, bibo, imbibo. { συμπίνω. GALL. *Boire ensemble.* ITAL. *Bever in compagnia.* GERM. Mit ein ander trincken. HISP. *Beber juntamente.* ANGL. *To drink together.* } Plin. *lib.* 17. *cap.* 21. Ut solem, pluviasque combibant. Col. *lib.* 11. *cap.* 10. Quæ quum jus combiberit, simili mistura vas suppleatur. Ovid. *epist.* 11.

*Et cogor lachrymas combibere ipsa meas.*

¶ Combibere aures, per translationem. Cic. 3. *de finib.* Sed tamen inficit debet his artibus, quas si, dum est tener, combibent, ad majora veniet paratior.

Cōmbībo, nis, masculini generis. Compotor. { συμπότης. GALL. *Compagnon à boire.* ITAL. *Compagno à bere.* GERM. Ein trincker/ zechgesell. HISP. *Bevedor con otro.* ANGL. *A trappe companion.* } Lucil. *lib.* 26. apud Non. Quandoquidem reperi magnus combibonum ex

copiis. Cicer. *Paro lib.* 1. In his controversiis, quas habeo cum tuis combibonibus Epicureis.

¶ Cōmōna, suidæ κομώνια, mandata nomine animalium publico cursui destinatorum κομωνίδων, quum bina jumenta jungantur. ¶

Cōmŭlo, as: Conjungo, conglutino, duplico. { συμβάλλω. ANGL. *To solder or glue together.* } Sapientibus. Sidon. *lib.* 9. *ep.* 9. Obsequia combinans numeris æquata, non meritis.

Cōmbinātio, quam Græci συζυγίαν vocant, quum in oratione eadem dictio sine medio duplicatur. Virg. 9. *Æneid.*

*Me me adsum qui feci.*

Combinatus, & compositus, apud Diomedem Grammat. *lib.* 3. *cap. de Pede.*

Combretum, herba est baccari similis, sed procerior, foliorum exilitate usque in fila extenuata. Author est Plin. *lib.* 21. *cap.* 6.

Cōmbūro, is: ex Con & uro, b, interpositum. Simul cum aliis uro. Uro, cremo, cauto, inflammo, incendo. { שרף *saraph*, בער *leber.* καίω, κατακαίω. GALL. *Brusler tout, faire ardre ensemble.* ITAL. *Abrusciare, consumare.* GERM. Verbrennen. HISP. *Quemar, ò quemar juntamente.* ANGL. *To burne al together.* } Cic. *pro Cluent.* Puer ante noctem mortuus, & postridie ante quam lucesceret, combustus est. Idem *de nat. deor.* Labri Protagoræ in concione combusti. Et ad Quintum Fratrem *lib.* 1. Fumo ut comburerentur, tota plaudente provincia. ¶ Et per translationem. Plaut. *in Mil.* Nam ibi nimis calor comburebat gutturem. *Et Aul. sc.* 3. *a.* 2. Nostras ædes postulas comburere. Idem *Cure. sc.* 2. *a.* 2. Fumo comburi nihil potest, flamma potest. ¶ Comburere diem, jocosè dixit Plaut. *in Menach.* Clam uxorem ubi sepulchrum habeamus, hunc comburamus diem: ubi nunc, ut genium curemus, cœnemúsque exacto die, velúrque mortuo. Nam & moti dies & componi dicebatur. Papinius,

*Jam meriente die rapuit me cœna benigni*
*Vindicis.*

Virg. *in Bucol.*

*Ante diem clauso componet vesper Olympo.*

Combustura, æ, καῦσις. Apud Serenum caput inscribitur, *de combustura igne, vel frigore.* Plin. dicit, ad ambusta.

Cōmē, herba est, quam Starham hircinam vocant, à comæ similitudine, quòd folia in circuitu spargat. κερατόφυλλον. Plin. *lib.* 21. *cap.* 15. & *lib.* 17. *cap.* 13.

Cōmēdo, is, & Comedo, comes, comest, in infinito Comedere, vel Comesse: Edo. { אכל *achál.* τρώγω, ἐσθίω. GALL. *Manger.* ITAL. *Mangiare.* GERM. Essen. HISP. *Comer.* ANGL. *To eat.* } Martial.

*Scævola tu comedis apud omnes, nullus apud te.*

Comedunt quod habent. Plaut. *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Si deorsum comedent quicquid coxerint: Idem *Aulul. sc.* 4. *a.* 2. Faxo haud multum prandium comederis. Idem *Menach. sc.* 2. *a.* 3. At tu ne clam me comesses prandium properato absente me comesse prandium. *Ibid. sc.* 2. *a.* 4. Sine modò cum venire salvum, quem absentem comes. Nec verisimile loquere, nec verum: comesse quemquam absentem ut quispiam possiet. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 1. Ut ego potius comedam illud argentum, quàm ille. Idem *Cure. sc.* 4. *a.* 4. Flamme illum comesurus es, dum recens est, dum calet. Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Idem *in Trin.* Quod ebibit, quod comest, quod facit sumpti. Cic. Sed ad extremum polliceatur prolaturum se quæ comest. ¶ Supinum Comesum & Cōmestum. Salust. Comesa matrimonia. Comesa patina. Ubi translatè ponitur pro consumere, dissipare.

Cōmēdim, pro Comedam, scripserunt veteres: quod & Nonius observavit. Plaut. *in Bacchid.* Quod dem scorto, quódque in lustris comedim congræcet pater. Cic. *ad Patum*: Cura, si me amas, ut valeas: ne ego te jacente bona tua comedim. Comesses, pro comedisses.

Cōmēdo, nis, & Comedus, i, qui bona sua consumit, ut interpretatur Festus. { זולל *zolél.* κατάβρωξ. GALL. *Gaulu, gloton, qui dessensé sont son bien.* ITAL. *Ungran mangiatore, divoratore, che mangia tutto ad un tratto.* GERM. Ein fraß/ein schlemmer. HISP. *El comilon ò tragon.* ANGL. *A gurton, a great spender.* } Varro apud Nonium: Putat fore hoc, quod hinc comedonibus convenit usu, quibus nota voluptate quum edunt, dumrazat gula gaudet.

Cōmēstūra, æ, ἐδωδή. Cato *cap.* 157. Sed quæ vocatur *mensa*, hæc septem habet bona in comestura, de brassica loquitur.

Cōmēssōr, aris. Intempestivis conviviis indulgeo. { אכל שכר *schachár achál.* κωμάζω. GALL. *Manger & banqueter dissolument.* ITAL. *Banchettare, far convito.* GERM. Prassen/ schlemmen/ zechen. HISP. *Comer como en boda ò confradia y demasiadamente.* ANGL. *To make goot cheere, to feast vntymously.* } Suet. *in Domit.* Convivabatur frequenter & largè, sed pene rapiem, certè non ultra Solis occasum, nec ut postea comessaretur. Liv. *lib.* 10. *bell. Macedon.* Demetrium post cœnam, qua sodales excepерat, dixisse: Quin comessatum ad fratrem imus? Intromittere comessatum. Cicer. & Terent. Volo comessatum ire ad Philolachen. Plaut. *Most. sc.* 4. *a.* 1. Et eo domum comessatum. *Ibidem.*

Cōmēssātor, oris. { זולל *zolél.* κωμαστής, κωμάζων. GALL. *Banqueteur dissolu, & à heure indue.* ITAL. *Chi fa banchetti.* GERM. Ein prasser/ schlemmer. HISP. *Comilon.* ANGL. *An vntymouſtie banketer.* } Curt. *lib.* 9. Si quid victis saltem adversùs comessantes animi fuisset, mille hercle viri modò sobrii, septem dierum epulas graves in suo triumpho capere potuerunt. Modo comessantium aliquid agere. Liv. 3. *ab Urbe.*

Cōmēssātiōnes, Convivia sunt nocturna post cœnam, & alia intempestiva: sicut Merenda, cibus qui ante cœnam sumitur; & Jentaculum ante prandium. { δεῖπνον, κῶμος. GALL. *Banqueterie dissolue, comme apres souper & heure indue.* ITAL. *Mangiamento.* GERM. Schlaffe trunck/ schlemmerey/ zechgelach. HISP. *Comida demasiada.* ANGL. *Vntymemeti banketting at after super.* } Suet. *in Vitell.* Epulas trifariam sempet, interdum quadrifariam dispertiebat, in jentacula, prandia, cœnas, & comessationes. Cic. *in Catil.* Quòd si in vino & alea comessationes solùm & scorta quærebat, essent illi quidem desperandi, sed tamen essent ferendi. Legitur hic & *Comessaretur.* Idem *pro Cal.*

Comessibundi,

Cōmēssābundi, & Comessatores, qui comessationibus indulgent. {ἐπιχωμίων, κωμαστής.} Cic. *pro Cal.* Non idem judicum comessatorúmque conspectus. Liv. 9. *ab Vrbe*, Temulento agmine comessabundus incessit. Curt. *lib.* 5. Tam præclaram urbem à comessabundo rege deletam esse. Habet autem hoc nomen primam productam. Mart.

*Non Albana mihi sit comessatio tanti.*

Comessator, is, *Qui banquette & se desbauche après souper en lasciveté.* Gell. *cap.* 14. *lib.* 4. Dixit (Mamilia meretrix) comessatorem Mancinum ad ædes suas venisse (noctu, paulò antè.) Comessatores in pestilentia. Quint. Comessans fetè idem.

Cōmēs, itis, qui, vel quæ alterum sequitur, affectator, affecta, à con, & eo, propriè est. {חבר *chaber*. ἑταῖρος, συνοδίτης, ἑπόμενος. Gall. *Compagnon de chemin, celuy qui tient ou fait compagnie comme l'inferieur au superieur.* Ital. *Compagno.* Germ. Ein gefert/ ein gesell. Hisp. *Compañero menor que sigue à otro mayor.* Angl. *A companion or follower on in the way, that beareth an other company.*} Cic. *de Amic.* Neque se comitem illius furoris, sed ducem præbuit. Lucan. *lib.* 6.

*Scire Senatus avet, miles te Magne sequatur,*
*An comes.*

¶ Aliquando tamen Comitum appellatio paribus convenit, ut quum plures idem iter arripientes, sibi mutuò comitatum præstant. συνίπτωσι. Plaut. *Epid.* Age, age, absolve, atque argentum numera, ne comites moter. Author ad Herennium, Qui quum ante lucem surrexisset, comitem suum inclamavit. Priùs enim dixerat, Es secum aliquantùm numorum ferentem est comitatus. ¶ Differt enim Comes à Socio & Sodali, quòd Comes dicatur, qui quovis modo alterius sequitur ductum. Socius plerumque in negotiis seriisque rebus, & fortunæ arbitrio subjectis. Sodalis ἑταῖρος in levioribus ac sæpe voluptuosis, utpote qui ejusdem erant collegii, unáque epulabantur. Unde Cicer. Notionum Quæstorem suum appellat sodalem. Idem *de senectute*. Epulabar cum sodalibus omninò modicè. Comitem eum militiæ habuit. Velleius.

——*trepida dúxque, comésque fuga.*

Ovid. *Eleg.* 9. *lib.* 2. *Trist.* Me supremum habuisti comitem consiliis tuis. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Voluptati ut mœror comes consequatur. Merum mihi comitem adhibeas. Idem *Men. sc.* 6. *a.* 5. Quò libeat nubant, dum dos non fiat comes. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 3.

*Quid referam comites famulósque nocentes,*

Ovid. *Eleg. ult. lib.* 4. *Trist.* Comitem pudicitiam duxero. Plaut. *Men. sc.* 6. *a.* 5. ¶ Comes verò pro dignitate, etiam generis communis est, quamvis apud vulgus fœmina Comitissa dicatur. ¶ Ab Ammiano Largitionum comes dictus est, qui præerat largitionibus imperatoris. ¶ Alii pro dignitate Comarchum, κόμαρχον usurpant. ¶ Comes domorum, is à Justiniano dicitur, qui in domesticos Principis præfecturam habebat. Comes horrorum, cujus & mentio est in posterioribus Codicis libris, piltrim Principis curator fuit, habuitque mancipia quædam purgandis horreis adscripta, coquendóque pani Principis. Comes laborum, qui & præpositus laborum, cui mediastini omnes, aliíque domus Imperatoriæ artifices atque opifices subditi erant. ¶ Comes exterior, qui ad lævam est, qui locus infestioris est. Horat. 2. *serm.*

*Ne comes exterior si postulet ire recuset.*

Ovid.

*Et medium juvenum non indignantibus ipsis*
*Ibat, & exterior si comes unus erat.*

Comes Andreas medicus citatur ab Ætio *serm.* 14. *cap.* 5. Comes rerum privatarum, procurator erat Cæsaris, cui omnis res familiaris committa, qui quicquid egisset, rarum apud Cæsarem erat. Comes sacratum largitionum, olim is erat, per quem Cæsares stipendia militibus erogabant. Comes sacri patrimonii erat is, qui præerat patrimonio Cæsaris. Comites Palatini, cur à Principibus constituantur? doctissimus Viglius explicat *in Instit. de exhared. lib.* Comites Scholarum, qui & Tribuni Scholarum, à Scholis Palatinis atque militaribus dicti, quorum munus *in tribus posterioribus libris Cod.* describitur: ut sint qui præsunt epulis imperatoriis, & bello & pace obsonia curant: quod tamen Pyrrho absurdum visum est. ¶ Comitem stabuli, voce etiam à Justiniano usurpata, nonnulli eum intelligunt, qualis olim fuit magister militum. ¶ Gallis *Connestable.* Germ. Conninestabel/ ex Connin/ Rex, & stabel/ pes & fulcrum, quasi Connestabel (Königs stabehelt) Regis statum conservans diceretur. Connestabel igitur Columen & quasi fulcrum esse regiæ majestatis vox ipsa demonstrat. Vide *Constabulus.* ¶ Bud. item Constabularium, Magistrum militum vocat. Procopius, ut Pyrrhus refert, Protospatarium appellari dixit. Comitem Labeo definit eum, qui frequentandi cujusque causa, ut sequeretur, destinatus fuit. Nunc verò dignitatis nomen est, vel quòd ipse Regem comitetur, vel quòd eum multi comitentur: ut Pyrrho visum est. Jureconsulto nostra tempestate valde docto, nec infanti. Nonnulli à comitate, ne civium desideret, appellatum volunt, quòd comis esse debeat. Callistratus *in l. observandum, de offic. præsid.* censuit, ut præses in adeundo quidem facilem se præbeat, sed contemni se non patiatur.

¶ Comesalia, symbola. Beroald.

Cometopullus, comitis filius. Cerd. L. gr. b.

Comites, socii. Græci συνίδιοι.

Cōmītŏr, deponens: Sector, assector, comitem me exhibeo, {חלך ידד *halach jarad*, שׁלח *schillach*. συμπομπεύω. Gall. *Accompagner, suyure, tenir ou faire compagnie à quelqu'un.* Ital. *Accompagnare.* Germ. Beleiten/ das gleyt geben. Hisp. *Acompañar al mayor.* Angl. *To accompanie, to keepe fellowshipe, to follow.* } & propriè est minorum erga majores. Plin. Quicunque eum comitati fuerunt. Idem, Funerantium more comitantur exequias. Quin comitemur, gradibus militaribus? (i. simul imus.) Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 4.

*Ingenio tamen ipse meo, comitúrque fruorque,*

Ovid. *Eleg.* 7. *lib.* 3. *Trist.* ¶ Pro eodem & Comito, as, activè dicitur. Idem *lib.* 2. *de Ponto.*

*Quem pia nobiscum proles comitarit eundem.*

Et *lib.* 4. *Metam.*

*Nestráque adulantes comitarunt vestigia.*

Idem 8. *Metam.*

*Et nostros comitare gradus, & in ardua mecum*
*Ire simul.*

Comitor etiam in passiva significatione nonnunquam invenitur, συνεπόμαι: unde non male inter verba communia potest numerari: quod etiam ex participio præteriti temporis Comitatus, potest deprehendi. quod tam cum significat, qui alterum honoris, aut officii causa deducit, quàm eum qui deducitur. Cic. *de Invent.* In itinere quendam proficiscentem ad mercatum est comitatus. Idem *in Catil.* Molestè fero, quòd parum exierit ab urbe comitatus.

Comitātŭs, participium à Comitor, & passivè accipitur. {משׁלח *meschalleach*. משׁלח *meschullach*. συμπομπεύσας, & συμπομπεύσαι. Gall. *Accompagné.* Ital. *Accompagnato.* Germ. Bdeytet. Hisp. *Acompañado.* Angl. *Accompanied.*} Active, Plinius, Quicunque eum comitati fuerant. Passivè, Cicer. *Invent.* 1. *in Catil.* Illud etiam molestè fero, quòd ex urbe parum comitatus exierit. Virg. 1. *Æneid.*

——*Ipse uno graditur comitatus Achate.*

¶ Idem in significatione passiva Incomitatus posuit, quum ait:

*Sapiens Andromache ferre inc omitata solebat.*

Cōmītātŭs, Comitatior, comitatissimus. Cicer. 5. *Tusc.* Puero uti uno esse comitatior. Plin. *lib.* 10. *cap.* 37. Est enim ars illis inter se blandiri, & corrumpere alias, furtóque comitatiores reverti. Sic Comitatissimum hominem dicemus, quem vulgò vocant *Bene affectatum*, dicit Bud.

Cōmītātŭs, us. Affectatorum, comitum multitudo. {שׁלוח *schillúach*. συμπομπεία, συνοδία. Gall. *Compagnie, accompagnement, train.* Ital. *La compagnia, il seguito.* Germ. Bdeitung/ gute gesellschafft. Hisp. *El compañamiento.* Angl. *Accompanying the multitude of thame which accompanieth an great man.*} Cicer. *ad Lepidum.* Ejus Falernum mihi semper idoneum visum est diversorio: si modò tecti satis est ad comitatum nostrum recipiendum. Sallust. *in Catil.* L. Valerio Flac. C. Pontinio Prætoribus imperat, ut in Ponte Milvio per insidias Allobrogum comitatus deprehendant. Cic. 3. *de Leg.* Auspicia, ut multos inutiles comitatus probabiles impedirent moræ, quasi sæpe comitia populi temerè essent coacta, obnunciatione Augurum disturbata fuerunt. Cæsar *lib.* 1. *de bell. civ.* Nunciatur Afranio magnos comitatus, qui iter habebant ad Cæsarem, ad flumen constitisse.

Cōmēssāns, Comessatio, Comessator, Comessabundus, vide *Comedo.*

Cōmētēs, vel Cometa, Stella crinita. {κομήτης. Gall. *Une Comete.* Ital. *Cometa.* Germ. Ein comet. Hisp. *Cometa del cielo.* Angl. *A blasing starre.*} Lucan. *lib.* 1.

*Ignita obscura viderunt sydera noctes.*
*Ardentémque polum flammis, cæléque volantes*
*Obliquas per inane faces, crinémque timendi*
*Syderis, & terris minitantem regna cometem.*

Cicer. 2. *de nat. deor.* Tum facibus visis cœlestibus, tum stellis his, quas Græci cometas, nostri cincinnatas vocant, quæ nuper bello Octaviano magnarum fuerunt calamitatum prænuncix. Virg. 1. *Georg.*

——*nec diri toties arsêre cometæ.*

¶ Est etiam nomen proprium unius ex Argonautis, apud Valer. Flaccum, pater Asterionis.

Comicus, a, um: κωμικός, ad comœdiam pertinens: à κώμη, pagus. Vide *Comœdus.*

Comini, populi fuerunt Italiæ, in tractu Æquicolarum Plin. *lib.* 3. *cap.* 12. In hoc tractu interierunt ex Æquicolis Comini, Tadinates, Acedici.

Cōmĭnŭs, adverb. ¶ quod & scribitur duplici mm. } est quasi cum manibus, i. e. à propinquiore loco. {מקרוב *mikkarób*. ἐγγύθεν, ἐγγύθι, σχεδόθεν, ἐκ τῶν πλησίον. Gall. *De près.* Ital. *Da presso.* Germ. Von nahem/ zu der nahe. Hisp. *Cerca y quasi con las manos.* Angl. *Nigh at hand, hand to hand.*} Non est idem, quod propè, sed (ut sic dicam) à propè, quemadmodum Eminus, quasi è manu longè: ut, Cominus te incessebant lapidibus: hoc est, è propinquo loco. Cicer. 2. *de Divin.* Nunc cominus agamus, experiamurque, &c. Idem *pro Cæcin.* Neque convictu corporum, neque ictu cominus, neque conjunctione telorum. Cominus diu stare. Cæsar *lib.* 2. *de bell. Civil.* Cominus trucidare. Sueton. *in Tiber. cap.* 3. ¶ Significat etiam Statim, sine intermissione. Virg. *lib.* 1. *Georg.*

*Quid dicam? facto qui semine cominus arva*
*Insequitur.*

Qui sapiens esse rerum humanarum velit, non libris solis, neque disciplinis rhetoricis, dialecticisque opus est, sed oportere eum versari quoque, exercerique in rebus cominus noscendis periclitandisque.

Comināta, genus olivæ, apud Plin. *lib.* 15. *cap.* 3.

CŌMIS, e. Humanus, benignus, facilis & suavis. {עָנִי *Banáv*. ἥμερος. Gall. *Doux, gracieux, courtois, affable, humain, bon.* Ital. *Benigno, facile, piacevole, humano, feave.* Germ. Gütlich/ freundtlich holdseelig. Hisp. *Cortes, tratable, humano.* Angl. *Gentill, meek, humain.*} Cic. 2. *de finib.* Quasi quis illum neget, & bonum virum, & comem, & humanum fuisse. Idem *pro Cor. balbo.* Comes, benigni, suaves, faciles homines dicuntur.

*Majestas adeò comis ubique tua est.*

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Comior, comparativum. Cic. *pro Murana.* Quis verò C. Lælio comior: quis jucundior eodem ex studio illo?

Cōmĭtās, Humanitas, & morum suavitas. {עֲנָוָה *Banaváh*. ἀνθρωπότης. Gall. *Douceur, gracieuseté, courtoisie, humanité.* Ital. *Gratiosità, piacevolezza, cortesia.* Germ. Freundtligkeit/ holdseligkeit. Hisp. *Humanidad, cortesia.* Angl. *Gentilnesse, meeknesse, courteousie.*} Cic. *de Amicit.* Sed amicitia remissio: esse debet, & liberior, & dulcior, & ad omnem comitatem, facilitatémque proclivior. Tua opera, comitate, virtute id factum. Plaut. *Capt. sc.* 3. *a.* 2. & *Asin. sc.* 2. *a.* 3. (id est, ludo & fallacia.) Remisso animo ad omnem comitatem (de ludo.) Sueton. *in August. cap.* 98.

¶ Com

‖ Comitassit, pro calumniat. Accius *Epigon.* : Tum autem Ægisthus si me esse eodem lecto comitasset patri.

Comitatensis legio, id castris Legionaria. Ripensis in ripa. Limitanea in limitibus. Salmat. Sanctiol. ‖

Cōmĭtĕr : Suaviter, mansuetè. ‖ Φιλοφρόνως. Gall. *Gracieusement, courtoisement, doucement, humainement.* Ital. *Cortesemente, piacevolmente, affabilmente.* Germ. Freundlich. Hisp. *Cortes y humanamente.* Angl. *Meekely, gentlie, humainlie, courteouslie.* ‖

Comĭtor, ac benignè appellare aliquem. Liv. 2. *ab Urbe.* Ovid. 2. *Fast.*

*Comiter excipitur, sanguine junctus erat.*

Amphitruo Amphitruonem ita comiter accipiet, ut Sosias ille Sosiã. Plaut. *Amph.* Comiter alterius populi majestatem conservare. Formula quæ in fœderum sanctione adjiciebatur, qua alterum populum esse superiorem intelligebatur. De qua re Cic. *in Corneliana.* Quum alterius, inquit, populi majestas comiter conservari jubetur, de altero siletur, certè ille populus in superiore conditione causâque ponitur, cujus majestas fœderis sanctione defenditur. Id autem quod Cic. dicit comiter defendere, Livius ait, Sine dolo malo.

Cōmĭtĭa, orum, plurali numero : Conventus populi ad creandos magistratus, leges ferendas, & alia cum populo agenda : à comeundo appellata, ita enim veteres loquebantur, vel coëundo. ‖ בחן *tabal.* Ἀγορά, & τὰ ἀγορά. Gall. *Assemblée ou congregation du peuple ou magistrats pour consulter & deliberer de quelque chose.* Ital. *Congregatione, consiglio, ragunanza.* Germ. Rathtag/landtag/ versamlungen wann man oberkeiten erwölen will / oder sunst etwas zu rahtschlagen hat. Hisp. *Las dias que son para elegir dignidad.* Angl. *The assemble of the people or magistrats to advise and consult of any thing.* ‖ Silius.

*Cernebat Paulus, nam quæ huic comitia campum.* ‖

Nulla comitiorum communio fœmina vestit. Gell. *cap.* 19. *lib.* 1. Concioni & Comitiis date operam. Plaut. *Menæch. sc.* 1. *a* 1. Pseudulus mihi habuit centuriata capitis comitia. Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Vide *Caput* supra. Qui perjurum convenire vult hominem mitto in comitium. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 4. Ly. Licétne inforare, si incomitiate non licet : Non placet tuum profectò nec forum nec comitium. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 3. Comitia indicere, Livius cùm sæpius, tum *lib.* 7. Editis comitiis. Suet. *in Cæs. cap.* 28. Comitium ubi Romæ dictum, quòd ibi coierint Romulus & Tatius. Plut. *in Rom.* Leguntur autem comitia Consularia, Prætoria, Quæstoria, Tribunitia, Ædilitia : quibus scilicet Consules, Prætores, Quæstores, Tribuni, Ædiles creabantur. Tria autem genera comitiorum fuerunt, Curiata, Centuriata, Tributa. Nam quæ Calata comitia legimus, ea sunt vel Curiata, vel Centuriata, ex eo quòd primis temporibus *Calandi* verbum, pro *vocandi* usitatum erat : unde æstimare licet veteribus omnia Comitia Calata fuisse. Vide Gell. *cap.* 27. *lib.* 15. Curiata, quum curiatim, κατὰ φυλὰς, populus Romanus suffragii ferebat : Centuriata, quum per centurias, sive centuriatim : Tributa quum per tribus, sive per Tribus. Dion *lib.* 2. *hist.* scribit in comitiis curiatis omnem potestatem creandi magistratus fuisse penes populum : in centuriatis penes divites. ¶ Arnobius, Nunquid magistratus per populum creatis ? militaria, urbana, communia quæ fiant comicia scitis : ubi *militaria*, id est, centuriata, quòd populus more militari centuriatus sic : *urbana*, id est curiata, quia curiæ erant urbani populi : *communia*, id est tributa, quòd ex totius populi tribubus habebant, erántque non propria tantùm urbani populi, sed etiam rustici, & suburbani. ¶ Comitium, ii, singulari numero, locus erat Romæ juxta forum & curiam, ita dictus à coëundo (teste Varrone) eo quòd populus tum litium, tum curiatorum comitiorum causa soleat eò coire. Cic. 4. *in Verr.* Quid ? hoc ferendum existimas potes ? hujus argento domus vestras, hujus signis & tabulis forum, comitium ornari ? Idem *pro Sestio*, Quum forum, comitium, curiam multa de nocte armatis hominibus ac servis plerisque occupavissent, imperium faciunt in Fabritium. ¶ Tempus comitiorum habendorum id erat quod augures designabant. ¶ Antiqui præterea commune, & amplissimum concilium, Comitium appellabant. Unde est illud in XII. tabulis, De capite civis, nisi per maximum comitium, ne ferunto. Ex Cic. 3. *de leg.*

‖ Comitia, tempora honorum. Gloss. Isid. ‖

Comitialis, e, quod ad comitium pertinet. ‖ Δημοτικός. Gall. *Des appartenances des assemblées du peuple ou des magistrats.* Ital. *Pertinente al assembramento.* Germ. Das zu solcher versamlung eines reychs oder landts gehört. Hisp. *Cosa pertenecciente à tales dias à congregaciones.* Angl. *Perteining to the assemble of the people or magistrats.* ‖ ut, Dies comitialis, quo cum populo agi licebat, ut inquit Macrob. & quo populus Romanus convenire solebat ad suffragium ferendum. Cicer. *ad Quint. frat.* Consequuti sunt dies comitiales, per quos Senatus haberi non potuit. Jove autem tonante, aut fulgurante, comitia populi habere nefas erat. ¶ Comitialis morbus. ‖ ἐπιληψία. Gall. *Maladie qu'on appelle vulgairement le mal S. Jean, epilepsie, mal caduc.* Ital. *Mal caduco*, Venerem *la brutta.* Germ. Die fallend sucht. Hisp. *Gota ceral, ò morbo caduco.* Angl. *The falling sickenesse.* ‖ qui cum totius corporis convulsione principes cerebri operationes tollit, toto cerebro, vel duobus ejus ventriculis affectis. Gignitur ex crassis humoribus, spiritus meatum in cerebri ventriculis obstruentibus, nervorum principio seipsum concutiente, ut quod noxium est, excutiat. ¶ Dictus Comitialis, quòd comitia vitiare diceretur. Interrumpebantur enim comitia, quoties aliquis ex hoc morbo concidisset. Cato, Quod comitia prohibere solet, nec id quid in mihi vitium fuit. Serenus,

*Est subiti species morbi, cui nomen abillo,*
*Quòd fieri nobis suffragia justa vetusat :*
*Sæpe etenim membra acri langore caducis*
*Consilium populi tabes horrenda dirimit.*
*Ipse etenim memorat dubia per tempora lunæ*
*Conceptum, talis quem sæpe profudit.*

¶ Hic morbus alio nomine dicitur sacer, & major morbus, propter gravitatem : quoniam homo subitò concidit, & spumæ ore moventur. Docet etiam Aristoteles hunc morbum à prioris Herculem fuisse nominatum, quia Hercules laborasse eo fertur : idque ex atra bile plerisque contingere tradit. Plato & Apuleius, divinum nuncuparunt, quod animi partem rationalem, quæ longè sanctissima esse videtur, obsideat. Græci ἐπιληψίαν vocant, à verbo Græco λαμβάνω, quòd sensus comprehendat & vincat, ita ut eo correpti à mortuis non magnopere differre videantur. Comitialis homo, ἐπιληπτικὸς qui hunc morbum patitur. Plin. Fel testudinum navibus illitum comitiales erigit, attollitque. ¶ Plaut. tamen Comitiales *in Pœnulo* appellat litigiosos, qui in comitio propter lites quasi habitare videntur, qui si nihil est litium, litem ferunt.

‖ Comitiani, comitium officiales. L. I. C. ‖

Comitialiter, adverb. ἐπιληπτικῶς. Plin. *lib.* 26. *cap.* 11. Folia heliotropii contractionibus medentur, etiamsi id comitialiter accidat, i. etiamsi contractiones fiant ex morbo comitiali.

Comitiarius, adject. ἀγοραστικός : ut, Comitiaria statio, quæ in modum comitiorum celebratur. Liv. 5. *Hist. Pun.* In hac comitiaria jam ducum exercituum statione, principes Nolanorum mutant Marcello, nocturna colloquia inter plebem & Pœnos fiunt.

Comĭtātus, us. ‖ Ἀγορασία. Angl. *An assemble of people.* ‖ Dicitur populi in comitio congregatio. Cicer. 3. *de Leg.* Tum leges præclarissimæ XII. tabulis translatæ duæ : quarum altera privilegia tollit, altera de capite civis rogari, nisi maximo comitiatu, vetat.

Comitiati, Tribuni militares, qui dicantur, docet his verbis Asconius Pædianus *in* 2. *contra Verr.* Tribunorum militarium duo genera. Primum eorum, qui Rufuli dicuntur : hi in exercitu erant tolepe. Alii sunt comitiati, qui Romæ comitiis designantur.

‖ Comitio, as, comitium celebro, in comitio loquor. Cath. ‖

Comito, & Comitor, vide *Comes.*

‖ Comixius, verbosus. Gl. Isid. ‖

Cōmma, atis. ‖ ἀπὸ κόπτω. Gall. *Incision, coupure.* Ital. *Incisione, taglio, distintione.* Germ. Zertheilung/ endscheidung. Hisp. *Cortadura, medio punto en la escritura.* Angl. *A resting, or cutting in an oration.* ‖ per duplex m, κόμμα, incisio : à κόπτω, incido, minutissimæ distinctionis genus est, quod incisum à Latinis dicitur, à Cicerone etiam Cæsum, eo quòd incidat Cola & Periodos. Constat enim periodus omnis ex commatibus & colis tanquam partibus. Ex his cola dicuntur partes majores periodi, quum scilicet oratio penè est perfecta, ita tamen ut animus audientis nondum conquietcat : Commata verò dicuntur minimæ periodi particulæ, in quas cola rursus, velut in partes discerpuntur. ¶ Commata etiam dicuntur aquarum emissaria, & incilia, primùm in Ægypto ad hoc inventa structáque, ut pro arbitratu accolarum Nilus vicissim admittatur in campos arvales, aut intra alveum contineatur. Ulpian. *de extr. crim. l. sæcularii.* Commata (inquit Budæus) & Diacopi qui in aggeribus fiunt. ¶ Commata præterea (teste interprete Aristophanis *in Plute*) est genus vilissimi numismatis. Unde ortum Adagium, Mali commatis, πονηρῷ κόμματι, subaudiendum ἀνθρωπῷ, homo. Dicebatur de improbo, contempto & rejiculo homine. Aristoph. *in Plute*, Βίος δ' ἄνευ σοῦ μοι πονηρὸν κόμμα ἐστί : id est, Videtur esse non probati commatis.

‖ Commaticus, versificator. Gl. Isid. ‖

Cōmmăcŭlo, as : Maculo. ‖ טמא *timmeâh*, טנף *timmeâh.* μιαίνω. Gall. *Se maculer, se souiller.* Ital. *Macchiare.* Germ. Vermaschen/ verunreinigen/ verunsudlen. Hisp. *Ensuziar.* Angl. *To make foull, to sleyne.* ‖ Commaculare se ambitu, metaphoricè. Cicer. *pro Cæl.* Nunquam enim tam Cælius amens fuisset, ut se illo indefinito ambitu commaculasset, ambitus alterum accusaret. ¶ Commaculare manus sanguine alicujus. Virg. *de Medea. Ecl.* 8.

*Sævus amor docuit natorum sanguine matrem*
*Commaculare manus :*

i. polluere nece filiorum suorum.

Cōmmădĕo, es. Madeo. ‖ רטב *ratab.* βρέχομαι, ὑγρὸς εἰμί. Gall. *Estre trempé ou mouillé tout outre.* Ital. *Esser humido.* Germ. Naß sein. Hisp. *Mojarse.* Angl. *To be wette, to be moist.* ‖ Cato *cap.* 156. Coquito usquedum ex commadebit, bene aquam defundito.

Cōmmălăxo, as, are, est exercere ac maturè facere. Varro, Nec dolorem adiaphoron esse, quo philosophia commalaxaret eam partem, neque mato mihi habenat dedi unquam, neque cupiditas mihi impolut frenos. Ex Nonio.

Commalliotare, in ea incidere. Hygin. *de lim. constit.* V. *Laurenberg.*

Cōmmăndūcāre, Dentibus molere, quod Cicer. Mandere dicit. ‖ μασάομαι. Gall. *Mascher fort & tout ensemble.* Ital. *Mangiare, masticare.* Germ. Zerkeuwen. Hisp. *Comer ò mascar.* Angl. *To chew all together.* ‖ Plin. *lib.* 29. *cap.* 8. Quum priores ob religionem eam minimè commanducarent. Valerius, Protinúsque densibus abscissam, & commanducatam linguam in eum exspuit.

Cōmmăndūcātus cibus, dicitur à Plin. *lib.* 20. *cap.* 1. multa iteratione molitus, ac propè liquefactus, quem Mansum Quint. vocat. ‖ μασσόμενος ἐσθίω. Angl. *Chewing of the cudde.* ‖

Cōmmăndūcātŭs, deponens apud Lucilium *lib.* 4. legitur pro comedit, vel devorat. Assequitur (inquit) nec opinantem, in caput insilit, ipsum commanducatur totum complexum. Idem *lib.* 25.

*Pillicum Aristocratem mediastinum, atque bubetulum*
*Commanducatur, corrupit, ad incitas adegit.* Nonius.

Cōmmăndūcātŭs, us. ‖ Ἀμασησία. Gall. *Mastchement entre les dents.* Ital. *Il masticamento intra i denti.* Germ. Zerkeuwung. Hisp. *Masticadura ò comida.* Angl. *Chewing.* ‖ Plin. *lib.* 24. *cap.* 4. Ulcera commanducatu, imposítúque efficacissimè sanari.

CōmmăNĕrĕ, *connecto.* Angl. *To tarie with another.* ‖ Macrob. *Saturn. lib.* 6. *cap.* 6. Referunt enim non ad eos, qui advenium, sed ad illos, qui in domo commanent.

Cōmmănĭpŭlārĭs, Spartiano commanipulones, Ciceroni contubernales, συνεστρατευμένοι, vel συνεσχοι. Milites ejusdem manipuli. Cornel. Tacit. *lib.* 10. Irritate commanipularium pectora cervicibus injectis.

‖ Commanipularius, collega. Gloss. Isid. ‖

Commănĭpŭlōnes, qui sunt ejusdem manipuli. Spartianus *in Nig.* Idem ob unius gallinaceæ duremptionem decem manipulones, qui captum ab uno comederant, securi percuti jussit.

Cōmmănĭpŭ

Cōmmānipŭlātio, Spartianus *in Nigro*. Ut tota in expeditione, in commanipulatione nemo faceret.

Cōmmascŭlārĕ: ut, Commasculare frontem, masculi frontem assumere, virginali verecundia sepulta, & quasi perfricta fronte aliquid facere. Macrob. *Satur. lib.7. cap.12.* de Servio naturali verecundia presso: Commasculà frontem, & sequestrata verecundia, quam in te facies rubore indicat, confer nobilem liberè. Vide *Laurenberg.*

Cōmmĕdĭtor, aris. Meditor. ‖ הגה *hagháh.* μελετῶ. Gall. *Penser diligemment à quelque chose.* Ital. *Pensare, imaginare.* Germ. Betrachten/nachsinnen. Hisp. *Pensar, imaginar.* Angl. *To thing and muse diligently.* ‖ Author ad Her. *lib.3.* Quare placet & ex ordine locos comparare, & locos quos assumpserimus, egregiè commeditari oportebit, ut perpetuò nobis hærere possint. Lucr. *lib.6.*

*Et fragiles finitus chartarum commeditatur:*

id est, exercet, facit, reddit.

Cōmmĭmĭnī: Memini. ‖ זכר *zachár.* μέμνημαι. Gall. *I'ay encore souvenance, il me souvient.* Germ. Ich bin eingedenck. Hisp. *Acordarse.* Angl. *To have remembrance.* ‖ Cic. 1. *Tusc.* Ego autem non commemini, antequam sum natus, me miserum. Idem 1. *de Orat.* Idem Qu. Servium. Galbam (quem hominem probè nosse & commeminisse se aiebat) pergraviter reprehendere solebat. Rem non commeminit suam. Plaut. *Men. sc.2. a.4.* Vide Gell. *cap.24. lib.2. cap.2. lib.14. cap.25. lib.10. & cap.1. lib.18.* Non commeministi te mecum exire è navi. Plaut. *Men. sc.9. a.5.* T. Promisisti. C. Non commemini dicere. Idem *Curc. sc.3. a.5.* Ideo hoc commemini magis, quia eo die impransus fui. Idem *Amph. sc.2. a.2.* Rectè dicit, ut commeminit, somnium narrat tibi. Hoc te commeminisse re volam. Idem *Pseud. sc.2. a.4.* Commemini omnia. Idem *Pseud. sc.4. a.2.*

Cōmmĕmŏro, Commonefacio, in memoriam reduco, recenseo, dico. ‖ חזיר *hizchir.* ἀναμιμνήσκω, ὑπομιμνήσκω. Gall. *Faire remoire, & mention, raconter, se resouvenir.* Ital. *Ricordare, ridurre in memoria.* Germ. Erzehlen/widerfferen/wider in gedechtnuß bringen. Hisp. *Acordar.* Angl. *To report, to mak mention, to bring in memorie.* ‖ Cic. *in Catone.* Pythagoræ rumque mote, exercendæ memoriæ causa, quid quoque die dixerim, audierim, commemoro vesperi. Idem *pro Quintio.* Nam quid hoc indignius, aut iniquius C. Aquilio dici, aut commemorari potest? Venio ad herum fœdus commemoratum. Plaut. *Pseud. sc.1. a.3.* (i. ut in mentem ei revocem.) Patrem & matrem commemorant qui fuerint. Idem *Men. sc. ult. a.5.* bis.

Commemorare, pro admonere. Pomponius *in l. In vendendo. ff. de contrab. empt. & vend.* Si quum servitus venditis prædiis deberetur, nec commemoraverit venditor, sed sciens reticuerit.

Cōmmĕmŏrātio, verbale: Mentio, recordatio. ‖ זכרון *zecharón.* ὑπόμνημα. Gall. *Mention, recit.* Ital. *Ricordanza.* Germ. Erzellung/widerdfferung/widergedechtnuß. Hisp. *Recordacion.* Angl. *Mention or making report.* ‖ Terent. *in Andr.* Nam istæc commemoratio, Quasi exprobratio est immemoris beneficii.

Commemoratorium, erat schedula, qua conscripta habebantur vasa cuncta auri & argenti, quæ ne raperent persecutores, Mettius prædecessor senioribus commendaverat, relicto illorum indice, quod Commemoratorium vocat, cuidam fideli amiculæ.

Cōmmĕmŏrāmĕntum, antiqui pro commemoratione dixerunt. Cæcilius *Plocio*, Pudebat, credo, commemoramentum stupri.

Cōmmĕmŏrābĭlis, e, dignum qui commemoretur. ‖ נזכר *nizchár.* ἀξιομνημόνευτος, ἀξιόλογος, ἀξιάκουστος. Gall. *Digne de memoire, ou d'estre raconté.* Ital. *Degno de cui sene faccia memoria.* Germ. Der werdig ist dass man sein gedencke vnd meldung thue. Hisp. *Digno de ser en memoria.* Angl. *Worthie to be mentioned.* ‖ Cicer. 2. *de nat. deor.* Multaque alia in aliis locis commemorabilia proferre possum. Plaut. *Pseud.* Dabo aliam pugnam clariam & commemorabilem.

Cōmmĕndo, ex Con, & mando. Laudo. ‖ חפקיד *hiphkid*, שבח *schibbách*, הלל *hillél.* ἐπαινῶ, συνίστημι. Gall. *Recommander, louer, bailler en garde.* Ital. *Laudare, recommendare.* Germ. Befehlen/loben. Hisp. *Encommendar & alabar.* Angl. *to commend, to louȝ and praise.* ‖ & sic duobus fere construi solet modis. Nam quandoque accusativum tantùm habet. Cicer. *post red.* Quum enim, præter simulatam tristitiam, nulla res commendaret. Valer. Max. *lib.* 10. Quapropter non ludicram artem commendavit. Commendare qui suam vicem fungantur. Sueton. *in August. cap.44.* Tibi commendo spes, opésque meas. P. Mandavisti satis.

*Hanc tibi commendo* (stupem meam:)

Ovid. *Eleg. ult. lib.3. Trist.* ¶ Quandoque ultra accusativum construitur cum alio accusativo, mediante Apud, aut hujusmodi præpositione: ut, Commendavi te apud prætorem. ¶ Quandoque post accusativum jungitur dativo, & significat, Fidei alicujus committo, & quod charum est mihi, alicui concredo, ἐπιτρέπω, sed non recedit à significatione verbi Laudo. Semper enim fit cum claritate & laude ejus, qui commendatur. Cic. *Quint. Fratri*, Quàm multos mecum egisse putas, ut te Statio commendatem? Plaut. Qualine amico mea commendavit bona? Probo & fideli & fido. Cic. 1. *de finib.* Quorum uterque tibi testamento liberos suos commendavit. Terent. *in Eunuch.* Ego me tux commendo & committo fidei.

Cōmmendātus, a, um, participium. Commissus, laudatus, aut fidei alicujus concreditus. ‖ מפקד *mephkádh*, משבח *meschubbach*, ἐπαινετός. Gall. *Recommandé & loué.* Ital. *Laudato, tenuto in gran stima.* Germ. Befohlen/oder gelobt/einem andern vertraut. Hisp. *Encomendado y alabado.* Angl. *Commended, praised.* ‖ Cic. *pro Rosc. Amer.* Cui fama mortui, fortunæ vivi commendatæ sunt atque concreditæ. Plancus *Cic.* Meam dignitatem commendatam habeas rogo.

Cōmmendātus, nomen ex participio. ἐπαινετός. Cic. *pro Corn. Balbo.* Quis est enim nostrûm, cui non illa civitas sit hujus studio, cura, diligentia, commendatione? Idem *ad Brut.* Quum ipsi per se tibi commendatissimi sint.

Cōmmendātio, nis, verbale. Laus, laudatio, commissio. ‖ מפקדון *pikadhón*, ἐπαίνεσις. Gall. *Recommandation, louange.* Ital. *Recommendazione.* Germ. Befelhung. Hisp. *Encomienda.* Angl. *Commending, praising.* ‖ Cicer. *ad Lent. lib.1.* Nostra, cæterorumque amicorum commendatione gratissimus in provincia fuit. Idem, Magna est hominum opinio de te, magna commendatio liberalitatis, magna memoria Consulatus tui.

Cōmmendātor, & commendatrix, qui, & quæ commendat. ‖ מפקיד *mephkidh.* ὁ συνιστῶν, ἡ συνιστῶσα. ‖ Cicer. 1. *de legib.* Sed profectò ita se res habet, ut quoniam vitiorum emendatricem legem esse oportet, commendatricémque virtutum, ab ea vivendi disciplina ducatur.

Commendātitĭus, a, um: ut, commendatitiæ literæ, in quibus aliqui commendantur. ‖ συστατικὰ γράμματα. Gall. *Lettre de recommandation.* Ital. *Lettere di raccommendazione.* Germ. Fürdernuß brieff. Hisp. *Letras de encomendar.* Angl. *Letters of commendation.* ‖ Cicer. *Anton. lib.5.* Etsi statueram nullas ad te literas mittere, nisi commendatitias.

Commendābĭlis, e, dignum quod laudetur. ‖ ἐπαινετός. Gall. *Digne d'estre loué.* Ital. *Che è degno di essere laudato.* Germ. Das fürder rens oder befehlens werdig ist. Hisp. *Digno de ser encomendado y alabado.* Angl. *worthie to be praised.* ‖ Col. *lib.5. cap.5.* Sed ut densum arbustum commendabile fructu & decore est, hic ubi, &c. Nullo commendabilis merito. Livius *lib.2. d.5.*

Commentāculum, vide *Commentaculum.*

Commentŭs, vide *Commentior.*

Commentŏr, Commentitius, Commentum, vide *Comminiscor.*

Cōmmĕo, as, ex Con, & meo. Eo, iter facio. ‖ הלך *halach*, התהלך *hithhallách*, ארח *arách.* φοιτῶ. Gall. *Aller & faire un voyage, passer d'un lieu en autre, voyager.* Ital. *Andare, venire.* Germ. Erwan hin gehen der meinung wider zukommen. Hisp. *Passar per algun lugar, y venir.* Angl. *To go, to walk, to mak an journay.* ‖ Col. *lib.1. cap.3.* Qui libentiùs commeaturus sit, si vexationem vix non reformidet. Plaut. *in Rud.* Eumad carnificem est æquius, quàm ad Venerem commeare. ¶ Aliquando ponitur pro Convenio. Cic. *pro lege Man.* Insula Delos quò omnes undique cum mercibus commeabant. ¶ Aliquando pro Venio & Redeo. Idem, Sol ab ortu ad occasum commeans. ¶ Inde Commeatus dari dicitur, id est, tempus quo ire & redire commodè possis. ¶ Veteres etiam Commeare dixerunt, pro Commeare, ut citat Nonius ex Nævio, Quum ad lupam nostram tam multi crebrò commeant lupi. Afran. Quò tu commeas? ubi confixus desides? ex Nonio.

Commĕātor, qui commeat, idque ultrò citròque, internuntius: qualis Mercurius apud Apul. *in Apolog.* Deus superûm & inferorum commeator appellatur. Hom. ἀμείβων.

Cōmmĕātus, us, facultas abeundi, sive quod dicitur, *Salvumconductus*, quem dat Imperator militi, præpositus inferiori, eundi quò velit, ad præscriptum diem reversuro. ‖ ἄδεια, ἐφόδιον. Gall. *Congé de s'en aller, sauconduit, passeport.* Ital. *Licenza, salvocondutto.* Germ. Ein gelait/glaubnuß hinweg zugehn. Hisp. *Licencia para passar por algun lugar, salvo conducto de principe, ò capitan.* Angl. *Passport or sauffe conducte to passe.* ‖ Commeatum petit, id est, veniam abeundi. Sueton. *in Tiber. cap.10.* Nam mox sequitur, Facta abeundi potestate. Quo sensu & *in Neron. cap.35. & in Claud. cap.16.* Et Quint. Miles qui ad diem commeatus non fuit. Author ad Heren. Ille qui ad diem commeatus non venit, quòd eum aquæ intercluserint. Liv. *lib.23.* Magna pars sine commeatibus dilabebatur. ¶ Aliquando accipitur pro cibariis ad alimoniam exercitus, aut Reip. aut multitudinis, vel etiam privati alicujus. ‖ אכל *áchal*, שבר *schebar.* φορβή, ἐπιτροφή, σῖτος. Gall. *Vivres pour passer quelque temps.* Ital. *Vettovaglie.* Germ. Profiand/oder narung zu erhaltung eines kriegs volcks. Hisp. *Las vituallas.* Angl. *Victuailles for the way or journey.* ‖ Cic. *pro lege Manil.* Jam commeatu & private, & publico prohibemur. Cæs. 1. *bell. Civil.* Reliquas merces commeatúsque ad obsidionem urbis, si accidat, reservant. Tantus vectris commeatus cibus adest (pro cibi.) Plaut. *Capt. sc.1. a.4.* Inimicis intercludito commeatum. Idem *Merc. sc.2. a.2.* In commeatum volui argentarium proficisci, id est, quasi ad viaticum. Idem *Pseud. sc.5. a.1.* ¶ Unde, Trium dierum commeatus dicitur, quum tantare paupertas extrema significatur. Aristoph. *in Acharnens.* ἐμὲ μὴ ἐπιμεῖναι τὸν ἐπιμῆνα τοῦτον: id est, Et non ut quis retexret commeatum tridui. ¶ Aliquando pro transitu multitudinis. Apul. *lib.6.* Sed cuneatim stipato commeatu difficultates transabiremus.

Cōmmĕātĭlis, miles dicitur, qui in stipendii partem accipit alimenta ex commeatu: id est, ex alimento publico, juxta priorem significationem vocis, Commeatus: Justin. *de præf. prat. Afr. l.2. §.9.* Nullum audeant Duces, vel Tribuni commeatilem de ipsis dimittere: nedum sibi lucrum studeat conficere, incustoditas nostras relinquant provincias. Ubi tamen legitur, *Commeatalis miles.* Et *infrà*, Non de commeatis militum, aut eorum stipendiis lucrum sibi acquirere: aliàs, *de commeatibus.*

Cōmmercŏr, aris. Mercor, vel multas res simul mercor, coëmo. ‖ סחר *sachar.* ἀγοράζω. Gall. *Marchander ou acheter ensemble.* Ital. *Comparare.* Germ. Kramen/vil ding zusammen kauffen. Hisp. *Mercar, ò mercar juntamente.* Angl. *To mak marchandise, to bie or sell together.* ‖ Plaut. *in Capt.* Pater captivos commercatur alios, tantùm studens, ut natum recuperet. Salust. *in Ing. cap.110.* Arma & tela reficere aut commercari.

Cōmmercium, est libera commeandi contrahendique facultas, concessa iis, qui merces ultrò citròque convehunt. ‖ מסחר *mischar.* ἐμπορία. Angl. *Entercourse, merchandise.* ‖ ¶ Aliter Commercium est vicissitudo dandi & accipiendi: à Con, & merces: mercium commutatio, quæ victus causâ inventa fuit, καπηλικὴ, ἀγοραία, ἐμπορία. Plin. *in Paneg.* Diversásque gentes ita commercio miscuit, ut quod genitum esset usquam, id apud omnes gentes natum esse videretur. ¶ Accipitur & pro usu & consuetudine. ‖ συνήθεια. Angl. *Fellowshif, acquaintance.* ‖ tunc præpositioni Cum, jungitur. Cic. *de senect.* Nec habet ullum cum virtute commercium. Plaut. *in Bacch.* Quid tibi commercii est cum diis damnosissimis? Idem *in Aulularia, sc.3. a.4.* Quid tibi mecum est commercii, senex?

Commer

Commeteium strenarum. Sueton. *in Tiber. cap.* 55. Et, Commetcio lupri. *in Calig. cap.* 56.

CŌMMĔTŌ, is, vel Commereor, eris. Committo, malè ago, delinquo, pecco. { עבר *pasál*. מעל *maal*, חטא *chatá*. ירח *hirchíah*. ἁμαρτάνω. Gall. *Meriter, deſeruir, faillir.* Ital. *Errare, meritare.* Germ. Etwas verſchälden oder verdienen / ſündigen / etwas verſtehn begehen. Hisp. *Pecar, merecer.* Angl. *To deſerue, to commiſſe, to offend, to treſpaſſe.* } Fateor me peccaviſſe, & me culpam commeruiſſe { i. commiſiſſe.) Plaut. *Aul. ſc.* 6, *a.* 4. Neque ei culpam commeruiſſe, neque me adverſarium tibi. Idem *Capt. ſc.* 3. *a.* 2. Commerui malum. Idem *Merc. ſc.* 6, *a.* 2. Terent. *in Andr.* Quid feci? quid commerui, aut peccavi patri? Ubi Donatus, Commetui, majoris culpæ eſt: Peccavi, multò minoris, vel levioris. Idem *in Phormione.* Nam ſi reſenſerit timidum patrem eſſe, arbitrabitur commeruiſſe culpam, id eſt (inquit Donatus) commiſiſſe. Idem *in Hecyra.* Quibus iris impulſus nunc in illam iniquus ſim? Quæ nunquam quicquam erga me commerita eſt, pater, quod nollem: & ſæpe quod vellem, meritam ſcio. Ubi Donatus, Adverte, (inquit) proprietatem Commerendi, & Merendi: Merita bona dicimus, Commereri mala, id eſt, delinquere, peccare. Ergo hic Meritam, pro præſtitiſſe dixit. Cicer. *de Orat.* Interrogabatur reus, quam quaſi æſtimationem commeruiſſe ſe maximè diceret. ¶ Interdum etiam in bonam partem accipitur pro mereri. Ut apud Plaut. *in Meſſellaria*, Quid gravaris, quaſi gratiam non commeream?

CŌMMĔTIŌR, iris: Metior, ſimul metior. { מדד *madhádh*, מדד *middáh*, מדד *middúd*, מדה *middáh*, מדד *middúd*, מדד *middúd*, מדד *middúd

Idem 4. *Acad.* Neve fueris commentitiis rebus assensus.

Cōmmentātor, ωρευτὴς, ἐυρετὴς, inventor atque excogitator. Apul. *in Apol.* Est enim litium omnium repertor, omnium falsorum commentator, omnium simulationum architectus.

Cōmmentor, is, verbale. Inventor, excogitator. { יצר *jetsér.* בדה *badáh.* ἐφευρέτης. Gall. *Controuueur.* Ital. *Inventore.* Germ. Erdichter/ erfinder. Hisp. *Fingidor.* Angl. *An inventer or fayner, a deuiser.* } ut, Uvæ commentor dicitur Bacchus, id est, inventor. Ovid. 3. *Fast.*

*Luce sua Indos uva commentor habebat.*

Cōmmentum, Res ficta, excogitata inventio. { מצאת *jetsiétser.* πλάσμα. Gall. *Invention, chose controuuée.* Ital. *Comento, fizione.* Germ. Erdichtung/ erfindung mit nachsinnen. Hisp. *Fiction ò glosa.* Angl. *An invention, a thing diuised, forged or fayned.* } Terent. *in Andria.* Atqui ipsis commentum placet. Cicer. *de clar. Orat.* Ut sua commenta, & scripta memminisset. Euge, euge Lepide, laudo commentum tuum. Plaut. *Merc. sc.* 2. *a.* 2. Commenta fero sit, (supra vocavit furorem fictum.) Ovid. 13. *Metam.* Deducitur à verbo Commiscor, quod facit supinum Commentum. ¶ Ponitur etiam pro expositione, interpretationéque authorum in literas relata, & idem significat quod commentarius. Perse. *lib.* 6. Servius in commento Virgilii. Idem *lib.* 15. Donatus in commento Æneidos. Id quum indocti non intelligerent, aut saltem nimium naturæ non probarent, ex commento commentarium imperitè fecerunt.

‖ Commetare, commeare. Afran. *Virgine:* Quò tu commetas? ubi confixus resides! ‖

Cōmministro, as, are: Ministro. { שרת *scheréth,* ὑπηρετῶ. Gall. *Ministrer, seruir, assister.* Ital. *Ministrare.* Germ. Dienen zudienen. Hisp. *Ministrar.* Angl. *To minister, to serue.* } Plinius *lib.* 18. *cap.* 8. Super omnia est, quòd extremam sitiulam intestini contra ducum ac potestatum insultantes commisterant, & ad successus petitionum, judicio simúlque, ac litium eventus.

Cōmmĭnor, atus sum. Minor. { עם נקף *nakáph kim.* התנחם *hitnachém.* ἀπειλῶ. Gall. *Menacer.* Ital. *Minacciare.* Germ. Dreuen. Hisp. *Amenaçar.* Angl. *To beast or threaten.* } Suet. *in Cæs. c.* 62. Ut Aquilifero morante cuspide sis comminatus. Quid comminatus mihi? Plaut. *Aul. sc.* 2. *a.* 3.

Comminātio, verbale. { נקף *nakáph.* ἀπειλή. Gall. *Menasse, commination.* Ital. *Minaccia.* Germ. Dreuung. Hisp. *Obra de amenaçar, amenaça.* Angl. *Beasting, threatening.* } Plin. *lib.* 7. *cap.* 45. Lautia in aspectu generositas, torva fronte, auribus lectis, comibus in prolectu diminutionem poscentibus: sed tota comminatio prioribus in pedibus stat, ita gliscente alternos replicans, spargénsque in altum arenam, & solum animalium eo stimulo ardescens. Cicer. 3. *de Orat.* Orationis autem ipsius, tanquam armorum est, vel ad usum comminatio, & quasi petitio, vel ad venustatem ipsa tractatio.

Comminātīvus, adject. ἀπειλητικὸς: ut adverbia Comminativa. Diomed. Gramm. *lib.* 1.

Comminŭo, is: Frango, diminuo. { דק *dak.* συντρίβω. Gall. *Briser, mettre en pieces, diminuer.* Ital. *Minuire.* Germ. In stuck zerbrechen/ zermalen. Hisp. *Desmenuzar.* Angl. *To break in pieces, tomak lesse.* } Plaut. *in Bacch.* Nili nauvitis fores & postes communi securibus. Plin. *lib.* 20. *cap.* 4. Sanvi verò decocti, mané poti, ad ternos cyathos comminuunt, & elicium calculos. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Ossi hujus & artus comminuam illo scipione.

Commisceo, vide *Cominus.*

Commĭsceo, es, ere: Permisceo. { מסך *masách,* בלל *balál.* συμμίγνυμι. Gall. *Mesler ensemble, mixtionner l'un parmi l'autre, brouiller.* Ital. *Meschiare, meschiare.* Germ. Vermischen/ einmischen/ vnder das ander mischen. Hisp. *Mezclar.* Angl. *To mixe or mingle together.* } Plaut. *Persa. sc.* 3. *a.* 1. Commisce mulsum, sirutheæ, calathæque appara. Cicer. 2. *de nat. Deorum.* Deinde partes corporis & ad procreandum, & ad concipiendum aptissimæ, & in mare, & in femina commiscendorum corporum mirx libidines. Abeo, ne quid tecum consilii commiscream. Plaut. *Mil. sc.* 5. *a.* 2. faciam ut commista sit Tragicocomœdia, *Prolog. Amphitr.* Verum commixtum malo. Idem *ibid. sc.* 2. *a.* 2. Cave capram commisceas. Idem *Mostl. sc.* 1. *a.* 1.

Commiscŭlor, & Miscŭlor, pro arrogare sibi proprium.

Commixtio, σύμμιξις Julius Firmicus *Matheseos lib.* 1. Ex illa commixtionis moderatione progenerat.

Commīxtus, particip. Mixtus, permixtus. { מסוך *masuch,* בלול *balúl.* συμμιγὴς, σύμμικτος. Gall. *Meslé, mixtionné.* Ital. *Mescolato.* Germ. Vermischt. Hisp. *Mezclado.* Angl. *Mingled together.* } Virg. 2. *Georg.*

*Magnus alit magno commixtus corpore fœtus.*

Commisena, σμυρνίνη. Armeniæ pars est apud Strab. *lib.* 11.

Commĭsĕrĕsco, is, ere: Misereseo. { רחם *richám,* חנן *chán.* οἰκτίρω. Gall. *Auoir pitié & compassion.* Ital. *Hauere misericordia.* Germ. Mit einem erbärmd vnnd mitleyden tragen. Hisp. *Auer misericordia.* Angl. *To haue pitte and compassion.* } Terent. *in Hecyra.* Ibi demùm ita ægrè tulit, ut ipsam Bacchidem, si adesset, credo sibi ejus commiseresceret. Nantas precum ejus commiserisos esse. Gell. *cap.* 9. *lib.* 16. Et, Vulnera dolorem commiserantia: idem *cap.* 14. *lib.* 1.

Commiserŏr, aris, ati: Miseror, seu misericordia moveor, misratione afficior, { רחם *richám,* חנן *chán.* } Cicer. *in Verr.* Quid quum commiseratu, conqueri, & ex illius invidia deconcrare aliquid, & in te trajicere cœperit.

Commiserātio, verbale: Misericordia, miseratio. { רחם *rachém.* ἐλεημοσύνη, οἰκτος. Gall. *Pitié & compassion qu'on a d'autruy.* Ital. *Pietà, compassione.* Germ. Barmhertzigkeit/ mitleyden. Hisp. *Aquella misericordia.* Angl. *Pitie or compassion of one.* } Cic. 1. *de Orat.* Quid de Q. Regis commiseratione dicam?

Commissūra, Commissūrus: vide *Committo.*

Commitigo, as. { נחם *nechemi.* ἐξημερόω. Gall. *Addoucir, amolir.* Ital. *Mittigare.* Germ. Sanfftigen/ begütigen. Hisp. *Amansar/ ablandar.* Angl. *To appease, to mittigate.* } Ter. *in Eunuch.* Utinam tibi commitigari videam fastidio caput. Ubi Donat. Commitigari est, tundendo deprimi, atque deponi.

Commĭtto, is: Alicujus fidei tradi. { חפקיד *hiphkidh.* ἐπιτρέπω, παραδίδωμι. Gall. *Donner en garde, commettre, confier.* Ital. *Commettere, dare in guardia.* Germ. Zusammen lassen/ einen treu befelhen vnnd vbergeben. Hisp. *Encomendar, confiar.* Angl. *To committe, to giue in keeping.* } Ter. *in Eunuch.* Ovem lupo commisisti. Idem *in Andr.* Bona nostra hæc tibi committo, & tuæ inimdo fidei. *Ibid.* Nec satis digna cui committas primo partu mulierem. Item Committere spes in fidem alicujus. Liv. *lib.* 10. *bell. Pun.* Committere se in alicujus potestatem. Idem *lib.* 6. *d.* 4. Committere se doloso consuetudini. Senec. *de const. ad Pol. cap.* 6. *al.* 25.

*Vel parvum Æneæ corpus committere flammæ.*

Tib. *lib* 4. Committere rem periculo. Cæs. 2. *de bell. civ.*

*Aut quia committi ferrum mucronibus ausa* (Sabinæ.)

Ovid. 6. *Fast.* ¶ Quandoque committere, est conjungere aliquid faciendum, & quasi commendare, ἐπιτάττω. Cicer. *lib.* 6. *Epist. famil.* Nequeo impedio, quo minus susceptum negotium pro tua fide & diligentia, ex voluntate Cæsaris, qui tibi tam magnam difficultatemque commisit, gerere possis. Idem *pro domo sua.* Cn. Pompeio plurima bella extra ordinem sunt commissa. ¶ Quandoque est peccare, παραβαίνω. Cic. 1. *in Verr.* Ego etiam, quæ tu sine Verre commisisti, Verri crimini datus sum. Virg. 1. *Æneid.*

*Quid meus Æneas in te committere tantum?*
*Quid Troës peccre.*

¶ Quandoque sociare, conjungere, συνάπτω. Idem 1. *Æneid.*

*Delphinum caudæ utero commisit, & inverum.*

¶ Quandoque facere, perpetrare, ἐπιτελῶ. Salust. *in Catil.* Sempronia, quæ multa sæpe virilis audaciæ commiserat. ¶ Quandoque incipere, ἀρχομαι, καθίστημι. Virg. *lib.* 5.

*Et tuba commissos medio canit aggere ludos.*

Salust. Quibus dictis prælium commisere: συνάπτω, συμπλέκω. Committere ludos. Suet. *in Calig. cap.* 19. & *in Claud. cap.* 41. Et, committere historiam, pro recitare, incipere. Suet. *in Claud. cap.* 41. Commissa præscriptio sanguine Tribuni (i. cœpta.) Velleius. Commissum sacrificium. Gell. *cap. ult. lib.* 7. ¶ Quandoque idem quod permittere, vel occasionem præbere, ἐπιτρέπω, idque fere negativè, subsequente particula Ut. Cic. *ad Attic. lib.* 1. Non committam posthac ut me accusare de epistolarum negligentia possis. Idem 6. *Philipp.* Ego nolo civem committere, ut morte mulctandus sit. Aliquando etiam sine negatione. Idem *lib.* 1. *Offic.* Periculosum ipsi est, tum etiam sordidum ad famam, committere ut accusator nominetur. Neque isthuc in tantis periculis unquam committam, ut fiat. Plaut. *Aul. sc.* 3. *a.* 3. Commisi, ut me defraudes. ¶ Quandoque in contentionem deducere. συμβάλλω, συπλέκω, μάχομαι. Suetonius *in Calig.* Nec cessavit ex eo criminari alterum alteri. Committere aliquos inter se (idest, reddere inimicos.) Sueton. *in Calig. cap.* 56. Item duos filios committere in aleam casus. Liv. *lib.* 10. *d.* 4. Committere pugiles Latinos cum Græcis. Sueton. *August. cap.* 44. Commissus ignis cum lenta materia vivacior est. Senec. *cap.* 23. *de consol. ad Marc.* Commissa inter se duo reip. capita, Cæsar & Pompeius. Vell. Item, Commisi ut me defraudes, id est, præbui ansam tibi credendo pallam & spinther. Plaut. *Menæch. sc.* 3. *a.* 4. Item lege de sicariis commisit (id est, in legem.) Quintil. Non committit uxori eam pecuniam in potestate viri. Gell. *cap.* 6. *lib.* 17. Sanáne es, quæ isti committas annulum (id est, concre tam.) Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 3. ¶ Committere prælium, est præliari, μάχομαι. Cic. *lib.* 4. *Epist. fam.* Sed ut rationem in eo, quo die prælium Pansa commisit, eodem die à Gadibus naves profectæ sunt. ¶ Committi verbum quoque juris est, quum quid commissum, id est, factum est, propter quod aliquid debeatur. Sic commissa hereditas dicitur, in qua aliquid commissum, quamobrem aliquid debeatur: & commissa pœna, quæ debetur: commissa stipulatio, quum stipulatio locum habet & effectum, hoc est, quum id debetur, quod est promissum, &c. Vide Lexicon Hotomanni. ¶ Proprie tamen ratione præpositionis Con, significat simul mittere, sive simul jungere. συνάπτω, συμβάλλω. Gell. Gordium nomen est urbis quam Sangarius amnis interfluit: magna ex parte cingitur fluctibus, speciem insulæ præbet: ac nisi tenue discrimen objecteret, mœnia quæ nunc dividit, committeret. Vide plura de hoc verbo apud Vallam *lib.* 2. *cap.* 3. & *lib.* 3. *cap.* 62. Committere se in præcipitem locum, hoc est, Exponere & committere se periculo. Cicer. 4. *Acad.* Ita enim finitima sunt falsa veris, eaque quæ percipi possunt (si modò ea sunt quædam: jam enim videbimus) ut tamen in præcipitem locum non debeat se sapiens committere.

Committa dicuntur, quæ contra testatoris voluntatem facta, aut non facta ab herede, mulcta aliqua pœnáque plectuntur. Author Ascon.

‖ Commissārius, quibus aliquid gerendum committitur. Buleng. ‖ Gal. *Commissaires. Commissionaires.*

Commissus, part. { מסגר *mushkadh.* συμπλοκὴ, συμβολὴ, ἐπιτροπὴ. Gall. *Commis & baillé en garde.* Ital. *Datoin guardia.* Germ. In verwahrung gegeben. Hisp. *Encomendado, confiado.* Angl. *Committed and geuin in keeping.* } Cic. *pro Font.* 6. Atque ita, ut commissus sit fidei, permissus potestati. Virg. 5. *Æneid.*

*Et tuba commissos medio canit aggere ludos.*

Commissa plumbo, id est, ferruminata. Juven. *Sat.* 14.

Committēndus, aliud part. Cic. 4. *ad Attic. lib.* 10. Fortunæ sunt committenda omnia, sine spe conamur ullo.

Commissum, substantivum. Delictum, peccatum. { חטא *chêt.* ἁμάρτημα. Gall. *Cas commis, faict, peché, delict.* Ital. *Peccato.* Germ. Ein begangne that/ besonder die wrrecht ist/ mißhandlung. Hisp. *Pecado.* Angl. *An offence or fault.* } Cic. *pro Sylla.* Ecquod hujus factum, aut commissum, non dicam audacius, sed quod cuiquam paulò minùs consideratum videretur, &c. Non filia me accersit patrem, nisi commissi, aut jurgii causa. Plaut. *Menæch. sc.* 2. *a.* 3.

——— *commissi pœnas raptor habet.*

Ovid.

Ovid. 4. *Faſt.* ¶ Commiſſum pro confiſcatione (quam vocant) quæ fit ob illicitas merces navigio, aut alio modo advectas, aut propter veſtigal non ſolutum, multâque aliàs ejuſmodi ob cauſas. Hinc commiſſo tollere, vendicare, in commiſſum cadere, incidere, & in cauſam commiſſi incidere, uſitatæ apud Juriſconſultos loquendi formulæ. Commiſſa multa fiebant (i. in publicum cadebant ob non ſolutum tributum.) Sueton. *in Calig. cap.* 71. Item Commiſſum, quod improfeſſum apud publicanos. Quintil. *declam.* 340.

Cōmmiſſio, nis, verbal. { מחברת *machbéreth.* דבק *dévek.* συμβολὴ, σύμμιξις. Gall. *Aſſemblement de quelqu'un contre un autre, comme de ceux qui doivent jouſter, irritation à ſe joindre pour ſe battre.* Ital. *La conteſta tra due à pih.* Germ. Die an einander laſſung zweyer oder vilen. Hisp. *A cometimiento, comiſſion.* Angl. *A running of two or moe together fighthing in one againſt another.* } Quo propriè ſignificatur binorum vel pugilum, vel muſicorum, vel poëtarum, vel rhetorum exhibitio, ad artis, aut virium oſtentationem. Hujuſmodi autem certaminibus Prætores, velut agonothetæ præſidebant. Suet. *in Aug.* Componi tamen aliquid de ſe, niſi & ſeriò, & à præſtantiſſimis, offendebatur: admonebátque Prætores ne paterentur nomen ſuum commiſſionibus obſolefieri. Commiſſiones metas componere, de genere dicendi ſeni & compto. Idem *in Calig. cap.* 55. Commiſſio Judorum. Idem *in Aug. cap.* 43. & *in Galb. cap.* 6. Plin. *Epiſt.* 144 Proximis ſacerdotalibus ludis productis in commiſſione pantomimis, quum ſimul theatro ego & Quadratus egrederemur, &c.

Cōmmiſſōrĭus, a, um: ut, Lex commiſſoria, i. exceptio adjecta actioni, contra quam ſi quid commiſſum fuerit, conventio reſcinditur. Vide Ulp. *in l. ſi fundum. ff. leg. commiſſ.*

Cōmmiſſūræ, Juncturæ, quales ſunt tabularum & aliarum rerum. מחברת *machbéreth.* יחור *jachéth.* ἁρμογαὶ, ἀρθρώσεις. Gall. *Jointures, conjunctions.* Ital. *Commiſſure, giunture.* Germ. Fügen oder nähten. Hisp. *Commiſſuras à travazones.* Angl. *The joyning together of any thing.* } Cicet. *in Univerſ.* Deinde in orbem torſit, ut & ipſæ ſecum, & inter ſe ex commiſſura, quæ è regione eſſet, jungerentur. Idem 2. *de nat. deor.* Quid dicam de oſſibus, quæ ſubjecta corpori mirabiles commiſſuras habent, & ad ſtabilitatem aptas, & ad actus ſinlendos accommodatas, & ad motum & ad omnem corporis actionem. Ita ſint juncti, ne commiſſura pellucerent. Quinc. Commiſſura verborum. Idem.

Cōmmŏdum, i: Utile, emolumentum, opportunitas, { יתרון *jithrón.* טיב *metáb.* ὠφέλεια, ὄφελος. Gall. *Profit & emolument. commodité, aiſance.* Ital. *Commodo, commodità.* Germ. Ein nutzen komligkeit. Hisp. *Provecho.* Angl. *Caine, opertunite, leyſure.* } Commodum eſt, quod plus habet uſus quàm moleſtiæ. Senec. 88. Commoda, ſive producta differunt à bonis. Idem *epiſt.* 75. Invideat commodis. Plaut. *Moſtell. ſc.* 3. *a.* 1. Ingenium ad publica commoda vertere. Ovid. 11. *Metam.* Sine commodo remittere milites (i. præmio.) Sueton. *in Galba, cap.* 12. Cujus contrarium eſt Incommodum, pro damno. ἀνώφελος, *lib.* 2. *ad Heren.* Cauſa eſt, quæ induxit eum commodorum ſpe, aut incommodorum vitatione. Et infrà, Hic accuſator in ſpe commodi cupiditatem oſtendet adverſarii, & in vitatione incommodi formidinem angebit. ¶ Commodo ſuo, vel alterius aliquid facere, id eſt, ad ſuam, vel alterius utilitatem. Cic. *lib.* 1. *Epiſt. fam.* Senatus decernit, ut regem reducas, quod commodo Reip. facere poſſis: ubi malè antea *Commodè* legebatur, fuit enim in SC. uſitata hæc formula. ¶ Commodùm adverb. ſignificat Jam tunc, id temporis, eó momento. { Ἐν καιρῷ. Gall. *Bien à point, bien à propos, de bonne fortune.* Ital. *Appunto, appunto, à tempo.* Germ. Eben jetzt komlich / eben da zumahl füglich. Hisp. *Provechoſamente, à buen tiempo, con ſazon.* Angl. *In good tyme, leyſure and opportunitie.* } Apul. Commodùm limen evaſerant, & fores ad priſtinum ſtatum integrè reſurgunt. Idem *lib.* 1. Igitur ineffecti celeritate fatigatus, commodùm veſpera oriente ad balnea proceſſeram. Gell. *lib.* 2. Taurus ſpectatoribus commodùm demiſſis, ſedebat pro cubiculi foribus. Ad aquam præbendam commodùm adveni domum. Plaut. *Amph. ſc.* 2. *a.* 2. & *in Stich. ſc. Quiſnam.* ¶ Commoda dicebantur in re militari, vel munera, vel præmia, vel agri denique, qui dabantur militibus. Ovid.

*Hæc mihi ſi dederis commoda, miles ero.*

Rurſus,

*Romule militibus ſcitè dare commoda ſolus.*

¶ Commodùm, ſequente Quum, ſignificat Vix, vel tantùm. Cic. *ad Attic.* Commodùm diſceſſeras heri, quum Trebatius venit. ¶ Item pro opportunè. Plaut. *Merc.* Commodùm obviam veniens patri. Item *in Mil.* Hem, te ipſum quarto commodùm vir lepidiſſime. ¶ Item commodum eſſe alicui aliquid, ſignificat videri & placere. Cic. *poſt redit. in Senat.* Neque ſolùm id dixit, ſed quos ei commodùm fuit compellavit, id eſt, quos ei viſum fuit compellare, & placuit.

Commŏdè, idem ſignificat quod Commodùm. { Ἐν καιρῷ, ὡραῖα, ἐυκαίρως τῷ χρόνῳ. Gall. *Aiſément, à preſt, commodement, bien à point, bien à propos.* Ital. *Ben apunto, ben al propoſito.* Germ. Gelegenlich / eben komlich / oder füglich. Hisp. *Provechoſamente, a buen tiempo, con ſazon.* Angl. *Handſomelie, convenientlie.* } Vide ſatis capillum compoſitum commodè. Ubi tu commoda es, capillum commodum eſſe credito. Plaut. *Moſt. ſc.* 3. *a.* 1. Commodè valere, Liv. *lib.* 1. *d.* 5. ut Commodè agere, audire, &c. Id eſt benè, vel optimè, aptè. Cic. *de Amicitia.* Multa ab aliquo commodè & breviter dicta. Idem *ad Attic.* Quòd literas, quibus putas opus eſſe, curas dandas, facis commodè. ¶ Commodè dicere, ἐυπρεπῶς λέγειν. Celſ. *lib.* 3. *cap.* 4. Commodéque Erraſiſtratus dixit, ſæpe, &c. ¶ Veteres etiam *commodè*, pro commodè dixerunt, ut notavit Sofipater *lib.* 2. ex Titinnio, Eamus ad ipſum, neque ipſe commodò de parte ſuperiore deſcendat.

Cōmmŏdiſſimè, Pomp. D. *lib.* 27. *tit.* 2. *l.* 10. Commodiſſimè is qui nondum natus eſt, ita hæres inſtituitur.

¶ Commodia, hoſtiaria. Gl. Iſid. ¶

Cōmmŏdĭùs, & Commodiſſimè. Cic. *ad Attic. lib.* 13. Poſthac enim potiſſimus commodiùs colere in Tuſculano. Celſ. *lib.* 5. *cap.* ult. Ma-

*Cæleſtini Patris.*

jor commoditatis tollitur herba murali. ¶ Hinc etiam formavit Plaut. *in Stichо*, diminutivum *Commodulè*. Hoc convivium eſt pro opibus noſtris ſatis commodulè nactibus, ſabulis, ſaculis, olea, intertrito lupillo, &c.

Cōmmŏdŭs, a, um: Utilis, aptus, tempeſtivus, ſive opportunus. { נכון *nachón.* טוב *tob.* ὠφέλιμος, ἐυκαίρος, ἁρμόδιος. Gall. *Convenable, commode, profitable, traitable & de bonne ſorte.* Ital. *Commodo, utile.* Germ. Nutzlich / komlich / geſchicklich. Hisp. *Idoneo y provechoſo.* Angl. *Fitt, profitable, handſom.* } Plaut. *Amph.* Ut commodum eſt & lubet facias. Cæſ. *de bell. civ. lib.* 3. Minùs commoda uti valetudine. Contra commodum aliquid facere. Suet. *in Aug. cap.* 78. i. contra valetudinem. Commoda ſtatura, i. mediocris. Plaut. *ſc.* 3. *a.* 3. Quàm pauci eſtis homines commodi (i. comes.) Idem *Pſeud. ſc.* 3. *a.* 1. Me viginti commodis mutavit minis (aliàs modicis.) *Ibid. ſc.* 7. *a.* 4. Viginti argenti commodas minas. Idem *Aſin. ſc.* 3. *a.* 3. & *Merc. ſc.* 2. *a.* 3. Terent. *in Andr.* Ego commodiorem hominem, adventum, tempus non vidi. Ubi Davus admiratur, quòd in ipſo articuli periculi ſupervenit Crito. Plin. *in Epiſtolis.* Hinc illa ita funus paravit, ita duxit exequias, ut ignoraret maritus: quinimò & quotiès cubiculum ejus intraret, vivere filium, atque etiam commodiorem eſſe ſimulabat, id eſt, paululum jam à morbo eſſe confirmatum. Corn. Cels. Sed inter omnia maximè commodum eſt modicè exercere. ¶ Ex commodo, ex commoditate & opportunitate. Saluſt. *Jugurth.* 117. Melius eſſe cum cognitis Mauris, quoniam is novus hoſtis acceſſerat, ex commodo pugnam tacere, i. ἐκ τοῦ συμφέροντος.

Cōmmŏdĭtās: Utilitas, opportunitas, emolumentum. { טובת *tobáh.* יתרון *jithrón.* מיטיב *metab.* ἐυκαιρία. Gall. *Commodité, aiſance, opportunité.* Ital. *Commodità, commodo.* Germ. Komligkeit nutzliche gelegenheit. Hisp. *Provecho.* Angl. *Profitle, opertunitie, hand ſomneſſe.* } Cic. 3. *de fin.* Sed non ſunt in eo genere tantæ commoditates corporis, tàmque productæ temporibus, tamque multæ. Ovid. *Epiſt.* 2.

*Cogimur ipſius commoditate frui.*

O mea commoditas! ò mea opportunitas! Commoditatis omnes articulos ſcio. Plaut. *Men. ſc.* 2. *a.* 1.

Cōmmŏdo, as: Obſequor, commoditati alicujus inſervio, ſeu commoditatem præſto. { חוטיב *hetib.* עזר *kazár.* συμφέρειν. Gall. *Faire plaiſir ou ſervice, aider.* Ital. *Far piacere è ſervitio, accommodare, è aiutare.* Germ. Einem nutz ſein / einem ein dienſt beweyſen. Hisp. *Hazer ſervitio, aprovechar à otro.* Angl. *To do pleaſure, or ſervice.* } Cic. *ad filium.* Cui ego quibuſcunque rebus potero, libenter ſimè commodabo. Idem *Cæſari.* Quicquid ei commodaveris, erit mihi gratum. )( Contrà Incommodo, moleſtus ſum, & noceo ſignificat, βλάπτω. Terent. *in Andr.* Magis adeò, ut mihi incommodet, quàm ut obſequatur gnato. ¶ Commodare item eſt utendum dare, hoc eſt, alicujus rei uſum ad tempus concedere. { חלוה *hilváh.* χρῆσαι, κιχρᾶναι. Gall. *Preſter.* Ital. *Impreſtare.* Germ. Außleyhen / einem etwas ein zeitlang zubranchen vergönnen. Hisp. *Preſtar.* Angl. *To lend.* } Cic. Dando & accipiendo, mutuandiſque facultatibus, ac commodandis nullare egemus. Commodare vocem & operam. Sen. 1. *de Tranquill.* Non mancipio dedit, ſed commodavit. Idem *ep.* 10. *aliàs* 19. *de conſ. ad Polyb.* Plaut. Scyphos quos utendos dedi, ecquidnam? Hem non! Si velis da, commoda homini amico. Rebus non me trado, ſed commodo. Idem Sen. *Epiſt.* 62. Dii illum (Cæſarem) tertis diu commodent. Idem *cap.* 12. *al.* 31. *de conſol. ad Polyb.* Commodare manum alicui (ad rixam) Velleius. Commodabantur conſilia in omnem eventum. Ita Livius (ni fit mendum) *lib.* 10. *d.* 2. Item, Commodare, pro commodatò accipere. Auſon.

*Naturale decus ficta non commodat arti.*

Item commodati filii (i. dati in adoptionem.) Senec. *cap.* 13. *de conſ. ad Marc.* Commodatus ſibi eſt ſapiens. Idem *cap.* 11. *de Tranquill.* Nec rei tantùm mobilis commodatio dicitur, ut Labeo exiſtimavit, ſed etiam ſoli. Ulp. *in l.* 1. §. 1. *D. commod.* Plaut. Quum ædes pauperi commodaſſet. Author *lib.* 4. *ad Heren.* ait cuidam ædes maximas ad nuptias commodaſſe. ¶ Et liter (ut multi aſſerunt) commodantur, quæ redduntur in eodem numero & ſpecie, ut veſtis, equus, liber: mutuentur, quæ non redduntur eodem numero, ſed ſpecie, ut vinum, frumentum, nummi: Cic. tamen *in Verrem act.* 6. uſus eſt etiam de iis quæ non eadem redduntur, ſed ſimilia. At publicè (inquit) commodaſti, non ſine magno quidem provinciæ Siciliæque detrimento, tritici modios ſexaginta.

Cōmmŏdātă res propriè intelligitur, ſi nulla mercede accepta, vel conſtituta, utenda res data eſt. χρῆσις, κιχρήσιον. Nam commodatum debet eſſe gratuitum. Commodatiſſimæ ad uſum, i. accommodatiſſimæ. Gell. *c.* 14. *lib.* 17. ¶ Hinc commodatarius, cui res data eſt commodatò.

Cōmmŏdātŏr, is. Ulpian. *D. lib.* 13. *tit.* 6. *l.* 17. Sed ſi legis Aquiliæ adversùs ſocium ejus habuit commodator actionem, &c.

Cōmmŏdātĭo, ſis, mutuatio. Apul. *In Hermetis Aſclepio.* Cōmunicationes, cōmodationes alternæ, qui eſt humanitatis ſanctiſſimus nexus.

Commŏdŭs, M. Antonini Philoſophi filius fuit, patri diſſimillimus, cui etiam in imperio ſucceſſit. Vitam ejus, cæſique dignum exitum, vide apud Herod. *lib.* 1. De hoc ſcribit Auſon. *in Tetraſtich. Cæſarum.*

*Commodum inſequitur pugnis maculoſus arena.*
*Threcidico princeps bella movens gladio.*
*Eliſo tandem perſolvens guttura funi*
*Criminibus, fuſſus matrum adulterium.*

Commœrĕo: Mœreor, torqueor triſtor. { נכאה *hitkaſeh.* נאנח *dah.* κατηφῶ. Gall. *Se contriſter, ſe douloir.* Ital. *Contriſtarſi, condolerſi, ramaricarſi.* Germ. Gantz traurig ſein / hefftig ich bekümmern. Hisp. *Entriſtecerſe.* Angl. *To be ſadde or ſorie.* } Plaut. *in Epid.* Neſcio ædepol quid tu timidus es, trepidas Epidice, ita voltum videont videre commœruiſſe.

Commone, inſula eſt adjacens Epheſo urbi, ut auctor eſt Plin. *lib.* 5. *c.* 31.

Commōlĭor, iris, iri: Molior. { עולל *holél.* μηχανᾶσθαι. Gall. *Machiner de tout ſon pouvoir quelque choſe.* Ital. *Muovere con difficultà.* Germ. Etwas understehn das arbeit nimpt / etwas anrichten. Hisp. *Dificultoſa ò ingenioſamente mover y diſponer.* Angl. *To contrive or deviſe any thing after his wholle power.* } Cic. 3. *de natura deorum.* Nec quem deum ad eam, aut machinam commoliar,

scio quicquam. Commoliti originem verbi. Gell. *cap. ult. lib.* 3.

Cŏmmŏlo, is, ere: Mola contero. { שחן *tachán. σιτολοιῶ*. } Gall. *Moudre & froisser avec une meule.* Ital. *Macinare.* Germ. Zermalen. Hisp. *Moler.* Angl. *To grind together in a mill.* } Columel. *lib.* 12. *cap.* 50. Cavendum est itaque, ne ex ea fiat olcum cibarium, quod uno modo vitari poterit, si protinus illata de agro bacca commolita & expressa erit.

Cŏmmŏnĕo, es: Admoneo, & construitur cum genitivo. { תזכיר *hizkir. ὑπομιμνήσκω.* } Gall. *Admonester, advertir, faire souvenir.* Ital. *Ammonire.* Germ. Warnen/vermanen. Hisp. *Amonestar.* Angl. *To admonish, to advertish, to warne.* } Quintil. Grammaticos sui officii commonemus. Terentius *in Andr.* Aliorum exempla commonent. Ad Heren. *lib.* 4. Non illæ te nuptiales tibiæ ejus matrimonii commonebant. Ita estis ingenio improbo, ut cogatis officium vestrum malo vos commonere.

Cŏmmŏnĭtōrĭum, pro conventione tacita, & absque scriptura facta, apud Cod. Theod. Cujus quoque in Justiniani Codice mentio est, *l.* 1. §. *ult. C. de suffrag.* ubi videndus Gothof. *in notis.*

Cŏmmŏnĭtŭs, participium. { זוכר *muzkár*, תזכר *hukádh. ὑπομνησθείς.* } Gall. *Admonesté, adverti.* Ital. *Ammonito, avertito.* Germ. Gewarnt/vermant. Hisp. *Amonestado.* Angl. *warned, advertised.* } Livius 4. *bell. Macedon.* Commonitō quæ in quo statu rerum accepisset eos, & in quo relinqueret, dimisit. Plaut. pro *commonitus*, dixit *commonerus. in Amph.* Fac jam Amphitruonem advenientem ab ædibus ut abeat, quovis pacto fac commentus sies. Ex Nonio.

Cŏmmŏnĭtĭo, verbale. { תזכורת *tehuhádh. ὑπόμνησις.* Gall. *Admonition, advertissement.* Ital. *Ammonitione, avertimento.* Germ. Warnung/vermanung. Hisp. *Amonestacion.* Angl. *Advertisement, admonition, warning.* } Quintil. *lib.* 4. *cap.* 2. Non inutilis erat in extrema parte commonitio.

Cŏmmŏnĕfăcĭo, is: Commoneo, in memoriam redigo. { תזכיר *hizkir. ὑπομιμνήσκω.* Gall. *Advertir & faire souvenir, remonstrer & admonester.* Ital. *Ammonire.* Germ. Warnen/vermanen / etwas dinge erinnern. Hisp. *Ammonestar.* Angl. *To advertise, to remember or bring in remembrance.* } Sallust. *in Cic.* Videlicet ut nos commonefaciat quàm conversa sit Respublica, quum in ea domo habitares, &c. ¶ Hujus passivum, Commonefio. Cic. *in Verr.* Nemo est quin tui sceleris & crudelitatis ex illa oratione commonefiat.

Cŏmmŏnstro, as, are: Monstro, demonstro. { תזכיר *hodhia*, תורה *horáh. δείκνυμι.* Gall. *Monstrer & enseigner.* Ital. *Monstrare.* Germ. Zeigen. Hisp. *Mostrar.* Angl. *To shew.* } Terent. *in Heauton.* Parentes meos ut Commonstres. Cic. 2. *de Orat.* Si aurum cui, quod esset multifariam defossum, commonstrare vellem. Equus est qui mihi commonstret Phædromum. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 2. & *sc.* 1. *a.* 3. Cupio dare meretrici (ei) qui illum commonstret ubi sit. *Ibid. sc.* 4. *a.* 4.

Cŏmmŏrdĕo, Mordere. { נשך *naschach. δάκνω.* Gall. *Mordre.* Ital. *Mordere.* Germ. Beissen. Hisp. *Morder à maldezir.* Angl. *To bite.* } Plin. *lib.* 24. *c.* 11. Nomen accepit, quòd à cane commotios rabiem sentire non patitur. Sen. *consc.* 19. Quædam fera tela omnia commordent, & ad mortis authorem per vulnera sua tuunt.

Cŏmmŏrĭor, eris, simul morior. { *συναποθνήσκω.* Gall. *Mourir ensemble.* Ital. *Morire insieme.* Germ. Mitsterben. Hisp. *Morir juntamente.* Angl. *To die together.* } Plin. *lib.* 27. *cap.* 2. Mutuumque exitialis per se ambo quum fuerint duo venena, in homine commotiuntur, ut homo superstet. Multi tibi commorientur { id est, tecum. } Senec. *epist.* 78.

Cŏmmŏrĭentes, *συναποθνήσκοντες*, nomen fabulæ Plaut. Terent. *in prolog. Adelph.* Synapothnescentes Daphnis comœdia est. Eam Commorientes Plautus fecit fabulam.

Cŏmmŏro, as, are: Commoror, moror. { אחר *achár. ἐγχρονίζω.* Gall. *Demeurer.* Ital. *Tardare, indugiare.* Germ. Verziehen / oder sich saumen. Hisp. *Tardarse.* Angl. *To tary, to abyde.* } Plin. *lib.* 19. *cap.* 6. *ad finem*, Statimque quæ devorare aves stupentes manu capiuntur, & si paulùm commoratæ fuerint, sopitæ.

Cŏmmŏrŏr, aris: Moror, maneo, consisto, subsisto. { חנה *chanáh*, שהה *schahách*, שבן *schachán*, גר *ghár. χρονίζω, συνδιατρίβω.* Gall. *Sejourner, demeurer & s'arrester quelque temps.* Ital. *Dimorare, soggiornare.* Germ. Verziehen / ein zeitlang an einem ort sich saumen. Hisp. *Morar, tardarse en algun lugar.* Angl. *To abyde, to tarie.* } Cicer. *Ad App. lib.* 3. Fuitque mecum familiariter etiàm illud, quo ego Ephesi commoratus sum. Idem *in Orator.* Ut versei sæpe multis modis eandem & unam rem, & hæreat in eadem, commoretúrque sententia. ¶ Commorari aliquem, est detinere, & in mora tenere. { עכב *hikkél. ἀνίχνω.* Gall. *Tarder, retarder.* Ital. *Tardare, indugiare.* Germ. Ein saumig machen/lang aufhalten. Hisp. *Detardar à otio.* } Plaut. *Merc.* Malè facis properantem qui me commorare: sol abit.

Cŏmmŏrātĭo, verbale: Habitatio. { מגור *maghór*, גרות *gherúth*, משב *moschá*. *συνδιατριβή.* Gall. *Demeurance, sejour pour quelque temps.* Ital. *Dimora.* Germ. Wohnung / verharrung ein zeitlang. Hisp. *Habitacion.* Angl. *Tarying, abinding, dwelling in a place.* } Cicer. *ad Leptam lib.* 6. Nam & villa & annæ ntias illa commorationis est, non diversorii. ¶ Interdum pro mora, seu tarditate. { עכבת *hikkabáh. ἐμποδισμός.* Gall. *Tardement, arrest, demeure.* Ital. *Tardanza.* Hisp. *Tardança.* } Cicer. *Quint. fratr. lib.* 3. Quòd multos dies epistolam in manibus habui, propter commorationem tabellariorum. ¶ Commoratio est, quum in loco firmo, quo tota causa contineatur, manetur diutiùs, & eòdem sæpiùs reditur.

Commortālis, *συναίδιος*, *συνόλος*, ut Commortalis natura. *Col. lib.* 3. *cap.* 10. Sed interdum (quod ait divinus author Plato) rei nos pulchritudo trahit, vel ea consectandi, quæ propter infirmitatem commortalis naturæ consequi nequeamus.

Commosis, *κόμμωσις*. Primum mellificii fundamentum, ex tenaci & viscosa constans materia: ita dictum à Græco nomine *κόμμι*, quod nos Gummi dicimus. Vide Plin. *lib.* 11. *cap.* 7.

Cŏmmŏvĕo, es; Perturbo, moveo, afficio, excito, concito. { עכר *hachár. חרדים birhisch. חסירים hasirh. חעיר hol ir. ἀναστατόω, σαλεύω, ἀγανακτέω.* Gall. *Remuer, esmouvoir, troubler.* Ital. *Perturbare, commovere.* Germ. Bewegen / bertrüben. Hisp. *Mover ò perturbar.* Angl. *To move stirre or provoke.* } Terent. *in Andr.* Commovi hominem. Cic. *lib.* 1. *Epist.* Visi sumus Senatum commemoratione tuæ voluntatis erga illum ordinem, commovere. ¶ Interdum ponitur pro lædere. Columel. *lib.* 2. Ne in radicem majore nixu vomis impactus colla commoveat. ¶ Interdum pro recedere, *ἀναχωρῶ.* Cic. *Tirroni*, Tu & cura ut valeas, & te illinc ne temerè commoveas. ¶ Commossem, pro commovissem: & commorit, pro commoverit: & commorunt, pro commoverunt. Cicer. *pro Planc.* An si unquam in me vitæ cupiditas fuisset, ego mense Decembri mei consulatus omnium parricidarum tela commossem? Cælius *ad Cic. lib.* 8. *e.* 15. Ecquando tu hominem ineptiorem quam tuum Cn. Pompeium vidisti, qui tantas turbas, qui tam nugax esset, commorit? Lucret. *lib.* 2.

——— *commorunt æquora venti.*

Dormiunt pessuli nec se commovent ocyùs. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Me commovere non possum præ formidine. Idem *Amph.* Quantas soleo turbellas dare, mea si commovi sacra? Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. | Commotaculum, Commotacula: Virgæ, quas flamines portant pergentes ad sacrificium, ut à se homines amoveant. Fest. Vulgò legitur *Commentaculum*, ubi Scaliger: Verior lectio nonnullorum excusorum & scriptorum, quæ non *Commentacula* habent, sed *commotacula*. Nam viatores virgam frequentem commotando turbam removent: unde & apud Hom. ubi. Odyss. ὀιστὸς ἀνώγει. Loquitur de virga Mercurii. Juvenalis.

*Ergo commota jamdudum multo virga.*

Commotŭs, particip. { עכור *hachúr*, מרעש *murhásch*, משטרש *mustárh. σεσαλευμένος, ἀγανακτῶν.* Gall. *Esmeu, ébranlé, agité, tourmenté.* Ital. *Commosso, smosso, conturbato.* Germ. Bewegt/bekümmert. Hisp. *Movido, perturbado.* Angl. *Commoved, stirred, provoked.* } Idem quod motus, vel concussus. Commotæ columnæ, apud Cic. 5. *in Verr.* Tripodes commoti. Seneca *in Medea.* Tripodes agnosco meos favente commotos dea.

*Tantaque commoti vis est Aquilonis.*

Ovid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.* ¶ Nonnunquam idem quod perturbatus. Terent. *Pherm.* Quidnam ille commotus venit?

Commotĭor, comparativus. Cic. 1. *de clar. Orat.* Habitus est sanè (ut ita dicam) luculentus patronus, asper, maledicus, genere tot paulò fervidior atque commotior.

Commōtĭo, verbal. motus. { עכרת *ackeberéth*. מרעש *rasch*. משטרש *schabásch. σεισμός.* Gall. *Esmotion, esmeuvement, ébranlement.* Ital. *Turbatione, smovimento.* Germ. Bewegung/betrübnüs. Hisp. *Movimiento, perturbacion.* Angl. *Moving or stirring, unrest.* } Perturbatio: ut, Commotio animi. Cic. *lib.* 3. *Tusc.* Alicui rei commotionem injicere. Quinc. *lib.* 5. *cap.* 12.

Commotiūncŭla, diminutivum. *τὸ μικρὸν κινεῖν.* Cic. *ad Attic. lib.* 12.

Commugento, convocanto. Fest.

Cŏmmūlĕo, es: Mollio, placo. { נחלים *berhellil. καταθύω*, *καθαίρω.* Gall. *Adoucir, amadouër.* Ital. *Placare, far molle.* Germ. Mutem begütigen. Hisp. *Amansar al sanudo, amollentar.* Angl. *To appease or mitigate.* } Gell. *lib.* 7. *cap.* 3. In principis autem patroni, qui pro reis dicunt, conciliare sibi & complacare judices debent: sensúsque eorum expectatione causæ suspensos regentes, honorificis verecundisque sententiis commulcere: non injuriis atque imperiosis comminationibus concitare.

Cŏmmūnĭo, is, ire: Confirmo, circummunio, firmo. { *ὀχυρόω, ἐχυρόω.* Gall. *Fortifier à l'entour, munir & asseurer de toutes parts.* Ital. *Fortificare intorno.* Germ. Allenthalben verwaren umb befestigen. Hisp. *Fortalecer ò guarnecer.* Angl. *To fortifie and strengthen round about.* } Plaut. Oppidum magnum communibo. Cæsar, Præsidia disponit, castella communit, quò facilius, si se invito transire conarentur, prohibere posset.

Cŏmmūnītŭs, participium: Septus, firmatus, fultus, { *ὀχυρωμένος, ἐχυρωμένος.* Gall. *Fortifié.* Ital. *Fortificato.* Germ. Verwart/befestiget. Hisp. *Fortalecido.* Angl. *Fortified and made strenthie about.* } Cic. 5. *in Verr.* Situs urbis communitus & præcipitatus ad aspectum. Idem *pro Cecinna*, Quid refert habere fundum, si parum sit communitum jus?

Cŏmmūnis, e, quod multorum est, & non privatum, ab iisdem munis, sive muneribus. { *κοινὸς.* Gall. *Commun, qui est à un chacun.* Ital. *Commune.* Germ. Gemein. Hisp. *Comun, de muchos.* Angl. *Common, pertaining to everie one.* } unde & Immunis deducitur. Usus ejus multiplex est. ¶ Interdum ponitur sine casu. Cic. *Offic.* 1. Magnum est enim eadem habere monimenta majorum, eisdem uti sacris, sepulchra habere communia. Communem mecum atque vestrum inimicum (Jugurtham) Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 2. Quæ in rem vestram communem fient (de lucro mercatorum.) Idem *Prolog. Amph.* Et, Cura rem communem, quod facis. *Ibidem sc.* 3. *a.* 1. Volo te appellare de communi re mea, & tua. Idem *Aul. sc.* 4. *a.* 2. Oro te per conservitium commune. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Memento dimidium de præda dare, commune esse oportet. Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* 4.

*O pariter rapta, quoniam hic commune tenemus.*

Ovid. 3. *Fast.* In commune laborant apes & formicæ. Quintil. Metuo in commune ne quam fraudem, &c. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Modò ne communia solus occuper. Ovid. 13. *Metam.*

——— ——— *egi*
*Quam mihi mandarat communis Gratia causam.*

(aliàs, communem.)

*Et de communi pars quoque nostra bono est.*

Idem *Eleg.* 4. *lib.* 4 *Trist.* Item, Commune, i. publicum. Idem *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

*Nos procul expulsos communia gaudia fallunt* (id est, publica.)

¶ Interdum cum dativo. Plautus *in Rud.* Mare quidem commune certum est omnibus esse.

*Littera communis mediis puerisque virisque*
*Descripta est foliis.*

Ovid.

Ovid. 11. *Met.* ¶ Cum dativo & ablativo, præeunte præpositione Cum. Cic. *Fam.* 13. Cum patrono Epicureo mihi omnia communia sunt, nisi quod in philosophia vehementer ab eo dissentio. ¶ Et Aliquando sine dativo. Cic. *de senectute*, Quod illud est crimen senectutis, quum illud videatis cum adolescentia esse commune.

*Hinc fatur Anchises, cum quo commune parentis*
*Non dedignato est nomen habere Venus.*

Ovid. 4. *Fast.* Item,

——— *Si jam nequeam defendere crimen*
*Cum tanto commune viro.*

Idem 13. *Met.* ¶ Cum genitivo. Ter. *in Adelph.* Commune omnium vitium, quòd nimium ad rem attenti sunt fere. Cic. *in Verr.* Communis omnium inimicus. Communis, pro populatis & facillimus. Suet. *in Claud. cap.* 21. Item in commune deliberare (id est, propalam.) Suet. *in Neron. cap.* 15. Cùm in commune erudirentur ea. Sen. *cap.* 14. *de consol. ad Marc.* In communi intellectu hoc positum. Quintil. In commune honores vocare. Livius *lib.* 6. Quid conderat in commune. Tacit. *lib.* 2. Communis sensus, vide *Sensus.* ¶ Cum præpositione Inter. Ter. *in Adelph.* Nam vetus verbum hoc quidem est, Communia esse amicorum inter se omnia. ¶ Communes dies, apud veteres erant, qui alio nomine vocabantur intercisi, ἡμέραι διῖσαι: ita dicti quòd dies hominibúsque essent communes. Erant enim medii inter festos, & profestos, & quibusdam horis fas erat jus dicere, quibusdam non. Nam quum hostia cædebatur, fasti nefas erat: cæsa autem & porrecta, fasti licebat: rursus quum adolebatur hostia, non licebat.

Cōmmūnĭor, comparativus, κοινότερος. Apuleius *in Apologia*: Nonnihil à me in communioribus studiis adjuvantur.

Cōmmūnĭs, is, substantivè, pro commune Republica, inquit Ascon. {צבור *tsibur.* κοινὸν. Gall. *Communauté, commun, republique.* Ital. *Comune, communità.* Germ. Ein gemein. Hisp. *Comun, à comunidad, à republica.* Angl. *That is common, a commune wealth.*} Cic. 3. *in Verr.* Pro Quæstore verò quomodo iste commune Mytiadum vexarit, &c. Idem 4. *in Verr.* Quis enim tibi molestus esset, aut quis appellaret, quum videret statuas ab negotiatoribus, ab aratoribus, à communi Sicilia.

Cōmmūnĭter, & Communĭtùs, advertia: Promiscuè, de communi sententia. {κοινῶς. Gall. *Communement, en commun, ensemblement.* Ital. *Communemente.* Germ. Gemeinschlich. Hisp. *Comunmente.* Angl. *Cõmonlie.*} Cic. *de senectute.* Quo uterque nostrûm communiter uteretur. Idem 2. *de Offic.* Admirantur igitur communiter illiquidem omnia, quæ magna, & præter opinionem suam animadvertunt. Communiter administrate provincias. Suet. *in Iber. cap.* 21.

Cōmmūnĭtās, atis: Communio, societas. {κοινωνία. Gall. *Communauté, societé, participation.* Ital. *Communità.* Germ. Gemeinschafft/ gesellschafft. Hisp. *Comunidad.* Angl. *Communitie, or commune societie.*} ut, Communitas vitæ & victus. Cic. 6. *Philipp.* Quæ vobis potest cum hoc gladiatore, conditionis, æquitatis, legationis esse communitas? Consociatio hominum atque communitas. Idem 1. *Offic.* Communitas hominis cum Deo. Idem *de nat. deor.* ¶ Ponitur aliquando pro Justitia, vel jure. Idem *in Offic. lib.* 1. Omnis honestas manat a partibus quatuor: quarum una hæc cognitionis, altera communitatis, tertia magnanimitatis, &c.

Cōmmūnio, nis, idem quod communitas, vel participatio. κοινωνία, κοινωνεῖν, μετέχειν. Cic. *pro Corn. Balbo*, Ita mihi maximè communionem beneficiorum, præmiorum, civitatis continere videtur. Idem 1. *de Legibus*, Inter quos porrò est communio legis, inter eos communio juris est. Commanio juris (de civitate data.) Vellcius.

Cōmmūnĭco, as, à nomine Communis, significat commune facere, conferre, impartiri: ut quum quod privatum est, fit universorum. {חלק *chalák.* κοινῶσαι, κοινεῖν. Gall. *Communiquer, bailler part, faire participant.* Ital. *Commun care, conferire.* Germ. Theilhafftig machen/ mittheilen. Hisp. *Communicar à dar parte.* Angl. *To make commone to give a part to others.*} Varia hujus verbi constructio est. ¶ Cum accusativo, Cic. *de Amicitia*. Nam & secundas res splendidiores facit amicitia, & adversas partiens, communicansque levioret.

*At sua Tydides mecum communicat arma,*

Ovid. 13. Communicabo te semper mensa mea, Plaut. *Milit. sc.* 1. *a.* 1. ¶ Cum accusativo & ablativo habente præpositionem Cum. Cic. *pro Corn. Balbo*, Est enim in populum Romanum grave, non posse uti sociis excellenti virtute præditis, qui velint cum periculis nostris sua communicare. Idem *fam.* 16. Nam, ut illa omittam, quæ civitate teste fecisti, quum mecum inimicitias communicasti, id est, quando ostendisti te etiam esse inimicum adversatiorum meorum, &c. Idem *ad Atticum*, Nihil mihi scito nunc tam deesse, quàm hominem cum, quo cum omnia, quæ me cura æqua afficiant, una communicem: id est, cum quo ea loquar, quæ vehementer me jam solicitant. ¶ Cum accusativo & præpositione Inter. Cic. Sed hæc (ut spero) brevi inter nos communicabimus. ¶ Interdum præter præpositionem Inter, vel Cum, habet & alteram præpositionem De. Cic. *famil.* 15. Tum ut quibus de rebus vellemus, tu tuis, ego meis inter nos communicaremus. Idem *Lent. famil.* 1. Etenim Pompeium, qui mecum ἀφιλτατα non solùm a me provocatus, sed etiam sua sponte de te communicare solet, scis temporibus illis non sæpe in Senatu fuisse.

Communicales, erant vasa argentea, vel aurea, quorum inter communicandum usus fuit, quæ in stationibus præferebantur.

Cōmmūnĭcātio, verbale. {κοινωνία, κοίνωσις. Gall. *Communication.* Ital. *Communicatione.* Germ. Gemeinschafft/ mittheilung. Hisp. *Communicacion.* Angl. *The making of any thing commune.*} Cic. *pro Cornel. Balb.* Cujus authoritate & exemplo nunquam est intermissa à majoribus nostris largitio, & communicatio civitatis.

Communĭcātio rerum fungibilium, quia nihil aliud est, quàm relatio: ideò præceptor noster Zasius (quem illustris Bato à Tantenbergo alicui commendat ob veterem ac bene fundatam peritiam, ac etiam anxiè diligentis cautam amplectitur) genus unum & genera tria in rebus fungibilibus esse dixit. Quod Appellius candidissimus commentator cum admodum vere & pulchrè dicam, sed diversitatem tollentis categoriarum. Alius communicatio est quasi cum his ipsis apud quos dicas, deliberatio. Communionem vide in constitutione translativa. Cic. *de Orat.* Communicatus, a, um. Gell. *cap.* 12. *lib.* 9. Illud dictum Virgilii habet formam communicatæ mixtæ & est ὁ ἀμφιβολίας, id est, modò activæ, modò passivæ.

Cōmmūtmūro, as: Mutuo. {μεταίχω. Gall. *Marmurer avec autres, ou avec soy mesme.* Ital. *Mormorare.* Germ. Murmlen. Hisp. *Murmurar.* Angl. *To whisper or mutter with his fellow either.*} Plin. *lib.* 2. *cap.* 23. Pythones comen vocant in Asia patentibus campis, ubi congregati inter se commurmurant. Silius *lib.* 15. Clauso commurmurat ore.

Commūrmŭrātor, oris, deponens. Cic. *ad Pisonem.* Ita enim sunt præscripta sanè & literatè, ut scribæ ad ærarium qui eas retulit, perscripta rationibus secum ipse caput finitimi manu perficeret commurmuratus sit, &c. Varro *apud Non. cap.* 7. Græci commurmurantur.

Comm ūrmŭrātio, nis, συμψιθυρισμός, παρασυρισμός. Gell. *lib.* 11. *c.* 7. Commurmuratio fieri ea præcipit à plerisque qui adsunt.

Cōmmūto, as: Muto, permuto. {חמף *hechlip*, שנה *schandh*, חמר *hemir, hafàpo*, μεταμείβω. Gall. *Changer, muer.* Ital. *Mutare, commutare.* Germ. Verendern/ vertauschen/ verwechslen. Hisp. *Trocar una cosa con otra.* Angl. *To change, to barter.*} quod fit quum una res pro alia datur: quúmque quis alteri quod habet, concedit, ut aliud quippiam assequatur. Cic. 5. *Verr.* Ut non modò eorum agris vectigal novum nullum imponerent, sed ne legem quidem venditionis decumarum, néve vendundis aut tempus, aut locum commutarent. Plin. *in Epist.* Librum tuum legi, & quàm diligentissimè potui annotavi, quæ commutanda, quæ exemenda arbitrarer. ¶ Commuto, de nuptiis dici Chrysostomus asserit *hom.* 74. *in Matth.* Audivi enim multos dicentes, commutavit ille, vel illa, id est, conjugio copulati sunt. Commuto pallium. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. Nomen commuret. *Ibid. sc.* 2. *a.* 1. Crebrò statua commutat. Idem *Merc. sc.* 2. *a.* 1. Ne malo cum auspicio nomen commutaverit. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Tibi istuc (vix) promitto fore, nisi oculos & orationem commutas tibi (id est, alios comparas.) Inter se commutant vestem & nomina. Idem *Capt. prolog.* ¶ Commutare verba, μεταλλάττειν τὸν λόγον, est pro bonis dictis mala ingerere, id est, iracundia in maledicta compelli, altercari, & jurgia habere, Donatus. Terent. *in Andria*, Nunquam hodie tecum commutaturum patrem unum esse verbum. Idem *in Andria*. Ut est ille bonus vir, tria non commutabis hodie verba inter vos.

Commūtābilis, e, quod facilè mutatur. {משנה *meschuneh*, μεταβλητικός. Gall. *Qui se mue & change facilement.* Ital. *Che si muta & cangia facilmente.* Germ. Das sich leichtlich verendert vnd stelt manichfaltig. Hisp. *Cosa que se puede trocar con otra.* Angl. *That is easilie changed.*} Cic. *de Amic.* Nam quum amicitiæ vis sit in eo, ut unus quasi animus fiat ex pluribus, qui fieri potest, si ne in uno quidem quoque unus animus sit, idémque semper, sed varius, commutabilis, & altiplex?

Commūtātĭo, us, ui, verbale. {חלופה *chalipháh.* μεταβολή. Gall. *Changement, mutation.* Ital. *Mutatione, cambiamento, mutamento.* Germ. Verendert/ verwechslet. Hisp. *Trueco de una cosa con otra.* Angl. *A changing.*} Lucr. *lib.* 1.

——— *quapropter quoniam, quæ diximus, ante*
*In commutatum veniunt.*

Commūtātio, nis: Convectio, vicissitudo. {חליפות *chalephóth*, ἀμοιβή.} Cæs. 5. *bell. Gall.* Propter crebras commutationes rerum. Commutationes facere, i. communicare & colloqui. Gell. *c.* 12. *lib.* 17. Est & commutatio Rhetorum figura, de qua sic ad Heren. *lib.* 4. Commutatio est quum duæ sententiæ inter se dissentientes ex transjectione ita efferuntur, ut à priore posterior contraria priori proficiscatur, hoc modo: Esse oportet ut vivas, non vivere ut edas.

Cōmo, is, psi, ptum, significat comam compono, orno. {חסה *hetsi*, עדה *hadháh*, תכשיט *tikhsit*, חבה *hethin*, פאר *péreth*. Gall. *Coeffer, orner, attiffer.* Ital. *Ornare la chioma, comare.* Germ. Zieren/ auffmutzen/ das haar stälen. Hisp. *Encabellar, afeytar.* Angl. *To kembe, to decke.*} Terentius *in Heautont.* Dum moliuntur, dum comuntur, annus est. Ovid. 1. *Amor.*

*Comere sed solum digna Cypassi deas.*

Tibull. *lib.* 1.

*Nec nitidum parca tempserit arte caput.*

Linguæ & orationis comendæ gratiâ, i. ornandæ. Gell. *cap.* 8. *lib.* 1. Et comptius genus orationis. Sueton. *in Calig. cap.* 55.

Comptŭs, a, um: Ornatus, positus. {נמוך *nachón.* κεκοσμημένος. Gall. *Orné, attiffé.* Ital. *Ornato, accorciato.* Germ. Gezyert/ auffgemutzt. Hisp. *Ataviado, peliado.* Angl. *Kembed, decked.*} Plaut. *in Mil.* Capite compto, crines vittásque habebat. Virg. 10. *Æneid.*

*Sanguine turpantem comptos de more capillos.*

Lucan. *lib.* 10.

*Quem forma confisa sua Cleopatra, sine ullis*
*Tristis adit lachrymis, simulatum compta dolorem,* &c.

Unde diminutivum Comptulus, κεκομψευμένος.

Comptŭs, us, verbale. {תפארת *tiphéreth.* ἐξάσκησις, κόσμος. Gall. *Ornement & attiffement.* Ital. *Ornamento, accorciamento.* Germ. Zierauffmutzung. Hisp. *El atavio.* Angl. *Kembing, decking.*} ut, Virginei comptus, apud Lucr. *lib.* 1. id est, cultus puellares.

Cōmœdĭa. {κωμῳδία. Gall. *Comedie.* Ital. *Comedia.* Germ. Ein comedy/ ein schawspyl. Hisp. *Comedia, fabula fingida.* Angl. *A comedie.*} Fabulæ genus, civilis privatæque vitæ imaginem velut in speculo repræsentans: quemadmodum contrà in Tragœdia, regum præcipuè & auliconum mores depinguntur. Nam in Comœdia non nisi humiles, aut saltem privatæ personæ: in Tragœdia verò principes, heroës, atque adeò dii ipsi introducuntur. Quod si in Comœdia deorum aut principum personas contingat admisceri, ex non propriè Comœdiæ, sed Tragicomœdiæ appellantur. Ad hæc, in Comœdia turbulentum principium lætâ ferè excipit

catastrophe: contrà, Tragœdiæ tristissimus ferè est exitus. ¶ Iisdem è literis Comœdia & Tragœdia componitur, ea τὰ κοινὰ ἐχούσα τοῖς τραγῳδίοις, καὶ τραγῳδία χαμερῆ. Convenit in eos, qui eadem operâ diversa possunt. ¶ Dicta est autem Comœdia, ἀπὸ τῆς κώμης, hoc est, à vicis, ut quidam volunt: propterea quòd Atheniensibus nondum in urbem coactis, & adhuc per vicos dispersis, prima poëmatis hujus rudimenta ab iis inventa credantur: sive, ut alii malunt, à Como lasciviæ & comessationis deo, cui juventus indulgens, rudia & inculta carmina profundebat: quibus quos videbatur, nominatim perstringebat. Verùm quum coërcenda licentiæ Poëtæ nimis perclamarent, atque optimi cujusque nomen invaderent, lege cautum est, ne hoc poëmatis genere cuiquam in posterum uti liceret.

*Vertêrunt ergo stylum* (ut inquit Horatius) *formidine fustis*

& in veteris Comœdiæ locum nova successit, in qua ficta argumenta tractare cœperunt, & humanæ vitæ similitudinem, veluti penicillo quodam exprimere. Cic. 1. *Offic.* Duplex omnino est jocandi genus, &c. Alterum elegans, urbanum, ingeniosum, facetum: quo genere non modò Plautus noster, & Atticorum antiqua Comœdia, sed etiam Philosophorum Socraticorum libri referti sunt. Idem *de clar. Orat.* Ejus improbitatem veteres Atticorum Comœdiæ notaverunt. Nugas theatri, verba quæ in Comœdiis solent lenoni dici. Plaut. *Pseud. sc.6. a.4.* Alio pacto quæ in aliis Comœdiis, *ibid. sc.2. lib.4.* Comœdiam veterem sæpè exhibuisse Augustum. Suet. *in Aug. cap.* 88. Item Comœdiarum poëta. Gell. *cap.*15. *lib.*3.

Cōmœdiographūs, Comicus poëta. Probus *in Catholicis.* Sic Plautus & antiqui comœdiographi. Fab. Victorinus *in Rhetor. Cic.* Nam ut propter negotia exponenda sumitur, quod est Comœdiographorum, vel Tragœdiographorum).

Cōmœdus, i. Actor Comœdiarum. { κωμῳδὸς. Gall. *Joueür de Comedies, ou l'Auteur qui les a faites.* Ital. *Che recita la comedie, istrione,* Germ. Der ein schawspil hält oder regiert. Hisp. *El representador de comedias.* Angl. *A player of comedies.*} Sicut Calliopius apud Terentium, & Q. Roscius apud Ciceronem. Facere Comœdum in pronuntiando. Quinct. *lib.*2. *cap.*12. Fieri Comœdum ex pessimo histrione. Cicer. *pro Roscio Comœdo.*

Cōmicūs, Scriptor comœdiarum. { κωμῳδιοποιὸς, κωμικὸς. Gall. *Poëte comique, l'auteur d'une comedie.* Ital. *Compositore di comedie.* Germ. Der ein schawspil macht oder erdicht. Hisp. *El poëta ò escritor de comedias.* Angl. *A writter of comedies.*} ut Terentius, & similes. Plin. *lib.*13. *cap.*1. Hoc erat celeberrimum Menandri poëtæ comici ætate.

Cōmicūs, a, um, adjectivum. { κωμικὸς. Gall. *Comique, de comedie.* Ital. *De comedia.* Germ. Das zu einem schawspil gehört. Hisp. *Cosa pertenecientes à las comedias.* Angl. *Of a comedie.* } ut, Comicus versus. Plin. *lib. cap.*14. *cap.*14. Artificium comicum. Cic. *pro Rosc. Comœdo*, Nemo enim illum ex truncо corporis spectabat, sed ex artificio comico æstimabat. Hoc indignum est comico contagio. Plaut. *Capt. Proleg.* Ut servi comici solent conjectam pallium. *ibid. sc.*1. *a.*4. ¶ Res comica. Horat. *in Arte.*

*Versibus exponi tragicis res comica non vult.*

Cōmœdicè, adverbium, significat munificè, suaviter, festivè. { κωμῳδικῶς, καὶ κωμικῶς. Gall. *Doucement, joyeusement, d'une maniere plaisante & facetieuse.* Ital. *Manifestamente, suavemente.* Germ. Lieblich/ schumpflich. Hisp. *A manera de comedia, suavemente.* Angl. *Pleasantlie, merkelie.* } sicut Tragœdicè, crudeliter. Plautus, Eugè astutissis & dulcè, & comœdicè. Festus.

Comoda, hostiaria. Corrigo, *Comoda ostiaria.* Interpretatur ostiariam, quia nimirum ostiatim corrogabatur. *Comoda* autem dicebatur, pro *Commodatio*, qualia sunt *Absciſſa, Resona, Deducta*, & talia. *Comoda*, id est, *Commoda*: corrupta scribendi ratione, quæ tunc obtinebat. Sic apud Vettium Valentem Florid. lib. 1. *Capturæ ex aquis, itemque à regiis, aut regum familiaribus comoda.* Et in Historia Australi, quæ res gestas complectitur Rudolphi, Adolphi, Alberticque Cæsarum, ab anno 1276. usque ad 1503. *Circumquaque extra partes civitatu recesserunt se cum equis suis, in cubiculu & stabulis & cameris, in singit, de comodiis suis hominibus ejectis.* Ne ergo miraberis in Isidoro *Comoda* scribi.

Cōmōsiandālōs, κομοσάνδαλος, flos est quem nostrate nomine Hyacinthum nominamus, ut tradit Pausanias: ex quo Hermionenses solennibus Chthoniæ deæ festis coronas complicabant.

Comosus, vide *Coma.*

Cōmōtĭæ, { κομότειαι. Gall. *Coëffeuses, femmes qui ornent & attiffent les cheveux. & font les passefilleus aux filles.* Ital. *Che ornano le chiome.* Germ. Weiber die sich zieren und aufmutzen können. Hisp. *Las que afeytan la cabelladura.* Angl. *A women which kembeth or frizleth heare.* } Latinè comptrices dici possunt, vel ornatrices, quæ ornandæ comæ habent peritiam. Romæ Vestæ ministræ, authore Festo, Comotriæ dictæ fuerunt, quæ sex erant numero, ut singulæ partes populi singulas haberent Sacrorum ministras.

Cōmōtrīŏn, { κομότριον. Angl. *A frizling yron.* } Dicitur instrumentum quo comptrices capillos adornant. Latinè Calamistrum appellatur, vel Discrimiculum. Gall. *Fer, ou instrument à frizer les cheveux.*

Cōmpāctŭs, Compactio, Compactilis, vide *Compinge.*

Cōmpāgo, inis, ‖ & sic quidem declinata proba vox est. ‖ { מחברת *machbéreth*, דבק *debek*, ἁρμονία, ἁρμογή. Gall. *Jointure, assemblement, assemblage.* Ital. *Congiuntione.* Germ. Fügung / zusammen fügung. Hisp. *Ayuntamiento.* Angl. *A joyning or knitting together.* } Manil. 1. Astron.

*Interdum æquali laterum compagine duſtus.*

Item,

*Aëream in nebulam claraque compagine versus.* ‖

Ovid. 1. *Metam.*

*Atque ita disparibus calamis compagine cerа*
*Inter se junctis nomen tenuisse puella.*

‖ Sen. *epist.* 14. *ad Lucill.* Hammarum violentia compaginem soli rupit, sive vetustas. Hinc verbum *Compaginare*, quod vide. Dicitur & pro *compago* usitatius *compages*, id est, compactio, à *compingo.* ‖ Cic. *de senect.* Nam dum sumus in his inclusi compagibus corporis, munere quodam necessitatis, & gravi opere perfungimur. Pacuvius, Salvete gemini mei compages sanguinis. Virg. 1. *Æneid.*

——— *compagibus aptis*
*Claudentur belli portæ.*

Compages Mundi. Cell. *cap.*1. *lib.*16. Compagibus omnibus aquæ accipit navis. Liv. *lib.*3. *d.*4. Compagibus fellæ Lazaris. Suet. *in Aug. cap.*43.

Cōmpāgĭno, as: Conjungo, copulo. { חבר *chibbér*, חברים *hibbbik.* εἰμαλίζω. Gall. *Conjoindre, joindre ensemble.* Ital. *Congiungere, giungere insieme.* Germ. Zusammen fügen/ an einander nähen. Hisp. *Ayuntar una cosa con otra.* Angl. *To couple, joyne or knit together.*} August. Ut autem simus membra ejus, unitas nos compaginavit. ‖ ¶ Compaginantes agri, qui se invicem tangunt. Frontin. *de lim. agr.* ‖

Compagus, vel Compagium, est genus calceamenti, quo utebantur Diaconi Romani, vel quibus à Pontifice licentiæ dabantur.

Cōmpār, Par. { שוה *schavéh.* ἴσος. Gall. *Pareil, égal, semblable.* Ital. *Pari, simile, eguale.* Germ. Gleich. Hisp. *Cosa igual à otra cosa.* Angl. *Equall, alike.*} Livius, Compatrem eladem ad Ægates insulas Carthaginiensium prælio navali acceptam, qua fracti Sicilia ac Sardinia cessere. Idem *lib.*1. *ab Urb.* Id enim demum compar connubium fore. ¶ Invenitur & Compar substantivum pro socio, seu conjuge. Plaut. *in Cas.* Meus socer, commatitus, villicus, id est, socius, vel æqualis. Plin. *lib.*18. *cap.*23. Conjuga fermè vagantur, nec nisi cum compare vita est. Compressiones artæ amantum compares (aliàs Comparum.) Plaut. *Pseud. sc.*1. *a.*1. Hunc comparem meum. *Ibid. sc.*3. *a.*4. Item compari matre. Liv. *lib.*6. *d.*4. Rhetores Compar id esse dicunt, quod duabus, aut pluribus sententiis brevibus, & inter se paribus exigitur, ἰσόκωλον. ¶ Compar item exornatio Rhetorica est, apud Authorem ad Herennium, quando membra orationis constant fere ex pari numero syllabarum.

Cōmpārābĭlis, Comparativus. Vide *Compare.*

Cōmpārco, parsi, parsum. { חמל *chamál*, חס *chas*, מלח *salach.* φείδεσθαι, φειδωλῶς, πρεῖδω. Gall. *Espargner.* Ital. *Risparmiare, sparagnare.* Germ. Ersparen. Hisp. *Guardar, ser escaso.* Angl. *To spare.*} Comparcere, idem quod parcere. Terent. *Pherm.* Quod ille quotidiè vix demenso suo suum defraudans genium, comparsit miser.

Cōmpārĕo, es, } unà pareo, & simpliciter pareo. { נראה *nireáh.* συμφαίνομαι. Gall. *Comparoistre, se trouver present.* Ital. *Comparere.* Germ. Erscheinen/ sich erzeigen. Hisp. *Comparecer, aparecer.* Angl. *To compeare.* } Plaut. *Aul.* Qui modò nusquam comparebas, modò quum compares, peris. Cic. 7. *Verr.* Quærite nunc vestigia, quibus exitus illorum ex illo loco compareant. Liv. Prima luce nec author, nec causa terroris comparuit. ¶ Comparere pro extare. Livius, Vi sebantur enim excellentia ejus generis ornamenta à Marcello consecrata, quorum exigua pars comparet. Ut quæ imperas compareant, id est, illuc ferantur & visantur. Plaut. *Amph. sc.*3. *a.*2. Garrire quòd neque pes neque caput compareat. Idem *Capt. sc.*4. *a.*3. in *Asin.* Apparent. Non comparebant scripta (id est, perierant.) Gell. *cap.pen. lib.* 14.

Cōmpārō, as, multiplicis usus est, significat enim aliquando comparationem facere, conferre, contendere, contentionem facere. { שורה *schevàh*, ברק *charák*, שלרת *silsah.* συμβάλλω. Gall. *Comparer, rapporter, & conferer ensemble.* Ital. *Comparare, assimigliare.* Germ. Vergleichen/ gegen einander halten. Hisp. *Comparar una cosa à otra, igualar.* Angl. *To conferre or compare.*} Et tunc habet vel dativum. Cic. *de Amic.* Memineram Paulum, videram Catum, sed ii nec comparantur Catoni maximo & spectato viro.

——— *& se mihi comparat Ajax?*

Ovid. 13. *Metam.* Vel ablativum cum præpositione Cum. Cic. *de senect.* Quæ sunt igitur voluptates corporis cum authoritatis præmiis comparandæ?

——— *Et mecum conferetur Ulysses.*

Ovid. *lib.*13. *Metam.* Vel accusativum cum præpositione Inter. Idem Cic. *Offic.*3. Etenim non modò pluris putare quod utile videatur, quàm quod honestum: sed hæc etiam inter se comparare, & in his dubitare, turpissimum est. Vel cum præpositione Ad. Terent. *in Eunuch. a.*4. *sc.*4. Heu, ne comparandus hic quidem ad illum est. Vel accusativum solum sine præpositione. Cic. *in Bruto*, Ut crebrò conferant pugnantia, comparent contraria. Item, Accusativum cum ablativo, præcedente præpositione. Plaut. *Amphitr. sc.*3. *a.*3. Vultum è vultu (domini servus) comparet. Item, Comparare cum gladiatore, id est, componere. Suet. *in calig. cap.*35. ¶ Sæpe etiam Comparo accipitur pro constituo, facio, ordino. { הכין *hekhin*, תוכיח *hechiach.* παρασκευάζω. Gall. *Apparteiller, appreſter.* Ital. *Adattare, accenciare.* Germ. Ordnen / setzen. Hisp. *Ataviar.* Angl. *To prepare or make readie.*} Cic. *de natura Deorum.* Ego me ita comparavi. Et, Naturâ ita comparatum est facere, id est, constitutum. *Ætna vicinus.* Ter. *in Pherm.* Quàm iniquè ita comparatum est, hi qui minus habent, semper aliquid addant divitioribus. Ita cuique comparatum est in ætate hominum, voluptati ut mœror comes consequatur. Plaut. *Amph.* ¶ Item præparo, paro: quæ videtur propria esse significatio hujus verbi. { קנה *kanáh.* κτάομαι. Gall. *Faire provision, acquerir, amasser.* Ital. *Apparare, apparecchiare.* Germ. Zurüsten / anrichten / zubereiten. Hisp. *Aparejar.* Angl. *To gett, to purchasse.* } Cicer. *Verr.*2. Ut erat inter suos copiosus, convivium comparabat. Sic Comparare copias, exercitum: & per translationem, Comparare crimen, dolum, insidias, malum alicui. Idem *Ibid.* Et omni genere ac dolore certa merces comparabatur. Argento comparando ejus generis fallaciam. Plaut. *Asin. sc.*4. *a.*1. Comparatum & confinxerunt dolum. Idem *Capt. prolog.* Comparatus miles (id est, præparatus.) Liv. *lib.*4. *d.*5. ¶ Item socio, conjungo, συνάπτω. Plaut. *in Asin.* Prehende auriculas, compara labella labellis. ¶ Item compono, machinor, συνωμοτίζομαι. Sisen. *lib.*4. *histor.* Eos qui hoc malum publicum clandestinis consiliis comparaverint. Igne quid

quid utilius? Quis tamen uxore tecta comparat? Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* ¶ Et comparare emere. συμβάλλειν, ἀνοκαλεῖσθαι. Cato *de re rust.* Priùs quàm comparare cogitabis, sic in animo habeto. Liv. *lib.* 1. Annonæ in primis habita cura, & ad frumentum comparandum missi, alii Volscos, alii Cumas. ¶ Item habita ratione rerum & hominum, aliquid statuo: & Comparatio, ejusmodi constitutum. Liv. His Volscis sine sorte, sine comparatione provincia data est, id est, sine consensu, & certo constituto. ἀσυμφώνως. Compararent inter se aut sortirentur. Liv. *lib.* 9. *bell. Pun.* Comparare inter se provincias. Liv. *lib.* 8. *d.* 1. & *lib.* 4. *d.* 3. Decretum ut Coss. sortirentur & comparerentur inter se, uter, &c. Idem sub finem *lib.* 5. *bell. eius.* Comparatum inter se Coss. ut Claudius comitia perficeret, Fulvius ad Capuam maneret. Vide *lib.* 6. *eiusdem bell.* Et *lib.* 5. *d.* 4. Legati Romani in Bœotiam comparati sunt. ¶ Accipitur etiam pro Quærere, sive acquirere. Cic. *Officior.* 2. Prima est adolescenti commendatio ad gloriam, si qua ex bellicis rebus comparari potest. Idem *de Orat.* Equidem mihi hoc subsidium jam inde ab adolescentia comparavi. Et *pro Quintio.* Nam quo minùs ingenio possum, subsidio mihi diligentiam comparavi.

**Cōmparātio**, verbale: Apparatus præparatio. { παρασκευή. Gall. *Appareil, apprest.* Ital. *Apparecchio.* Germ. Zubereitung, zurüstung. Hisp. *Aparejo.* Angl. *A preparing or making readie.* } ut, Comparatio novi belli. Cic. *pro lege Manil.* Pro Acquisitione, ut Comparatio voluptatis. Idem 2. *de finib.* & *pro Murena*, Non placet mihi iniquisitio candidati, prænuntia repulsæ: non testium potius quàm suffragatorum comparatio, id est, acquisitio. Budæus. ¶ Ponitur etiam frequenter pro, Collatio, contentio, similitudo. { משכבל *miscbâl*, משכל *maschâl.* παραβολή. Gall. *Comparaison.* Ital. *Comparatione.* Germ. Vergleichung. Hisp. *Cotejamiento.* Angl. *A comparaison or similitudine.* } Cic. 1. *Offic.* Primum igitur de honesto, tum de utili, pòst de comparatione eorum disserendum. ¶ Aliquando pro eo quod Græci ἀναλογίαν vocant. Cic. *de Universo.* Item pro Constitutione. Livius, His Volscis sine sorte, sine comparatione provincia data est.

**Cōmparātè**, adverb. Alterius comparatione. παραβολικῶς. Cicer. *in Top.* Quum autem quæritur, quale quid sit aut simpliciter quæritur, aut comparatè. Simpliciter, Expetendáne sit gloria? Comparatè, Præponendáne sit divitiis gloria.

**Cōmparābilis**, e, quod cum alio potest comparari, quod habet comparationem. { ערך *nebarâth.* παραβλητός. Gall. *Qui est à comparer, qu'on peut mettre en comparaison & conferer avec un autre.* Ital. *Che si può comparare.* Germ. Das mit einem andern zuvergleichen ist. Hisp. *Cosa que se puede comparar.* Angl. *That may be compared or conferred with another.* } Cic. 1. *de Inventione*, Comparabile autem est, quod in rebus diversis similem aliquam rationem continet: cujus partes sunt tres, imago, collatio, & exemplum.

**Cōmparātīvus**, a, um: Comparabilis. συγκριτικός, παραβλητικός. ut, Comparativa judicatio. Cic. *de Invent.* Deinde oportebit illam ipsam comparativam judicationem exponere, tanquam causam deliberativam. Hinc etiam Grammatici comparativum gradum appellarunt, cujus proprium est superare positivum in ea qualitate quam obtinet: licèt quandoque pro positivo ponatur.

‖ Comparsit, pro compescuit. Fest. ex Terent. *in Phormione.* ‖

**Cōmpāsco**, simul pasco. { συμβόσκω. Gall. *Paistre ensemble, donner à manger ensemble.* Ital. *Pascere con gl'altri.* Germ. Mitweyden. Hisp. *Apacentar con otros.* Angl. *To feede or give meate unto together.* } Varro, Colonus in agro furculario ne capras compascat. Plin. *lib.* 9. *cap.* 54. Nuper excogitatum, famem longæ advectionis à Brundusio, compascere in Lucrino.

**Cōmpāxvesco**. συμπήγνυμι. Macrob. *Satur. lib.* 1. *cap.* 6. Hoc ubi illa audivit, animus compaxescit. Gell. *cap.* 23. *lib.* 1.

**Cōmpāscor**, passivum. Varro 3. *de re rust. cap.* 1. Messe facta, spicilegium venire oportet, aut domi legere stipulam: aut si sunt spicæ caræ, & operæ caræ, compasci. ¶ Jus compascendi habere, Scævola *in l. testatrix. §. plures, ff. si serv. vend.*

‖ Compassum, Germanis, Italis, Hispanis vox usitata: & hodiernis Græcis κομπάσσω, & Italicè *compasso*, quod est διαβήτης, circinus: à passu quadrate. ‖ & Gallis *Compas.*

**Cōmpāscŭus**, adjectivum: ut, Ager compascuus, apud Cic. *in Topicis*, relictus est ad pascendum communiter vicinis. { κοινὸς ἀγρός. Gall. *Pasturage commun.* Ital. *Pascuo commune.* Germ. Ein gemeine weyd / allment. Hisp. *Tierra que se pasta en comun.* Angl. *Belonging to commone pasture.* } Valer. *lib.* 6. *cap.* 7. Jus compascuum, pro compascendi.

‖ Compasticæ delitiæ, arrogantes, superbæ: à κομπάζω. ‖

**Cōmpatrōnus**, Ulpianus *D. lib.* 26. *tit.* 4. *l.* 3. Sed si ab hostibus fuerit caprus, interim soli compatroni tutores sunt: & *l.* 4. Per compatronum damno affici.

**Compecisco**: vide *Compingo.*

**Cōmpēdes**, fœm. gen. à nominativo singulari Compes. Vinculi genus, quo caporum pedes constringuntur. { כבל *chêbel*, אזיקים *ezinîk*, מחבת *mahpêchath.* πέδη, πεδάω. Gall. *Ceps, ou autres liens, comme ceux de quoy on lie les pieds aux esclaves & malfaicteurs.* Ital. *Ceppi.* Germ. Ein fußbank / oder fussesen. Hisp. *Prision de pies como con grillos.* Angl. *Fetters gyves, or shackles.* } Terent. *in Phorm.* Molendum usque in pistrino, vapulandum, habendæ compedes. Cic. *Attic. lib.* 8. Age jam has compedes, fasces (inquam) hos laureatos referre ex Italia quàm molestum est. Pondecolas, crassas capiat compedes: & impingi compedes. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 3. Compedes, nervos, catenas. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 1. Compedibus gravior levior filius, hic servus gravior. Idem *Capt. sc. ult. a.* 5. Ubi sutam aspicias, scias eum gerere posse crassas compedes. Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Qui fugitivis servis indunt compedes. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 1. ¶ Legitur etiam nominis hujus numerus singularis, præsertim ablativus Compede. Horat.

——— *Nivali compede vinctus.*

Juven. *Satyr.* 4.

*Squalidus in magna fabricâ compede fossor.*



Colum. *lib.* 8. *cap.* 2. Eaque quasi compede, colubemur seri mores. Græca compedum sunt Nomella, Boia, Pedica, Nexus. ¶ Compeda, æ, antiquè. Varr. *Parm.* Lepusculi timentes, hoc quadrangulum dedit Diana rete nexile, ac vitcum fugæ, linchinque compedam.

**Cōmpēdio**, is, ivi, itum: Pedes ligo, vincio. { אסר *asar.* πεδάω. Gall. *Lier les pieds.* Ital. *Legare i piedi.* Germ. Die füß zusammen binden. Hisp. *Atar los pies.* Angl. *To bind or fetter the feet with fetters.* } Varro, Domum intro, & pedes corrigiis compedio. Hinc

**Compēdītus**, patticip. Compedibus ligatus. { πεδηθείς. Gall. *Lié par les pieds en un cep, enchainé ou enferré par les pieds.* Ital. *Legato in ceppi.* Germ. Mit fußbanden gebunden. Hisp. *Atado por los pies.* Angl. *Fettered, bound with gyves or shackles.* } Plaut. *in Capt. sc.* 1. *a.* 5. In lapidicinas compeditum condidi. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 1. Tum compediti januam bina proterunt.

**Compellātio**, nis. Vide *Compello, as.*

**Cōmpello**, is, compuli, compulsum, propriè significat (inquit Servius) diversa, vel diversorum generum animalia eòdem cogere. { צור *tsûr.* אסף *âsaph.* συναθροίζω, συνάγω. Gall. *Serrer ensemble, mettre ensemble.* Ital. *Spignere, & mettere insieme in un gregge.* Germ. Zusammen vber ein haussen treiben. Hisp. *Juntar ò echar en uno, como lo granado.* Angl. *To drive and gather together in one flocke.* } Virg. *Eclog.* 7.

*Compulerámque greges Corydon & Thyrsis in unum.*

Et Plaut. *in Pœn.* Canes compellunt in plagas lepidè lycum. ¶ Quin etiam de hominibus dici solet. Cic. *de invent.* qui dispersos homines in agris, & in tectis sylvestribus abditos, ratione quadam compulit in unum locum, & congregavit. ¶ Accipitur & pro cogo, adigo, vim adhibeo, impello. { אנס *panâr*, אנס *anas*, דחק *dachâk.* ἀναγκάζω. Gall. *Contraindre.* Ital. *Constringere.* Germ. Einen mit gwalt treiben / nötigen. Hisp. *Compeler, constreñir.* Angl. *To constraine, to compell.* } Plin. *lib.* 36. *cap.* 5. Quòd Hipponax indignatus, amaritudinem carminum distrinxit in tantum, ut credatur aliquibus ad laqueum eos compulisse. ¶ Et per translationem. Plaut. *in Asin. sc.* 4. *a.* 3. Quæ volet faciemus, qui hosce amores nostros dispulsos compulit. Cic. *Acad.* 4. Quum sit enim campus in quo possit exultare oratio, cur eam in tantas angustias, & in Stoicorum dumeta compellimus? Compellere in lethargum, id est, causam esse lethargi. Celsus *lib.* 3. *cap.* 18. Asclepiades ea supervacua esse dixit, quoniam in lethargum sæpe compellerent. Intelligit autem Celsus decoctos papaveris cortices creare lethargum, si ex ea aqua subinde spongiâs os & caput foveantur.

‖ Compulsit, compulit, Hermog. ‖

**Compulsio**, nis, συνάλαγμα, qua quispiam aliquid facere compellitur & cogitur. Hermog. *D. lib.* 36. *tit.* 1. *l.* 1. Quare si fideicommissum pecuniarum alicui relictum fuerit, cessat compulsio. Ubi de adeunda hæreditate.

**Compulsus**, patticip. { אנס *panâr.* συναναγκάζω. Gall. *Contraint.* Ital. *Constretto.* Germ. Getriben/ genötiget. Hisp. *Constrebido.* Angl. *Constrayned, compelled.*, Cic. *pro Marcell.* Omnes enim qui ad illa fato sumus nescio quo Reipub. misero funestóque compulsi, Ventis compulsus. Virg. 1. *Æneid.* Livius *lib.* 3. *ab urb.* Compulsis deinde in oppida Æquis.

**Cōmpello**, as. Alloquor. { קרא *kará*, נגד *nâgad.* φωνέω, ἀναφωνέω. Gall. *Parler à quelqu'un, l'appeller.* Ital. *Favellare, chiamare.* Germ. Ein anreden oder ansprechen. Hisp. *Llamar para hablar juntamente.* Angl. *To call on, to speak to.* } Plaut. *in Amphit.* Compellamus sic hominem. Virg. *lib.* 2.

——— *ultro flens ipse videbar*
*Compellare virum.*

Cic. *post reditum in Sen.* Neque solùm id dixit, sed quos ei commodum fuit, compellavit. Bene salutando alios scunt, compellando blandiretur. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* .. Sine me hinc compellare. Idem *Men. sc.* 4. *a.* 2. Vetui compellare, vel contrectare, aut conloqui. Idem *ibid. sc.* 3. *a.* 3. Compellabo, salve multùm. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Magnificè hominem compellare. *Ibidem sc.* 4. *a.* 2. ¶ Aliquando accuso, κατηγορέω. Sueton. *in Cæs.* Eodem modo Nonium quæstorem, quòd compellari ad se majorem potestatem passus esset, &c. Cic. *ad Attic. lib.* 2. Nigidium minari in concione, se judicem, qui non adfuerit, compellaturum: id est, incusaturum.

**Cōmpellātio**, verbale: Accusatio, criminatio. { דבה *dibbâh*, דפי *dôphi.* κατηγορία, ἔνδειξις. Gall. *Correction de parole, blasme.* Ital. *Biasmo, ripreso.* Germ. Anredung. Hisp. *Castigo con palabras.* Angl. *Ablaming, reproving.* } Cic. *ad Cornificium.* Itaque crebras, vel potius quotidianas compellationes meas non tulit, neque in urbem recepit inultus. Idem *ad Attic.* Qu. Ciceronem compellat edicto, nec sentit amens commendationem esse compellationem tuam.

**Cōmpellūcĭdo**, es, ere, διαφωτίζω. Unde Compellucidus, διαφανής. Plautus *in Persa*, Nihil est mactum, nihil è nigro compellucidum.

**Cōmpendium**, ita dicitur, quia multa cùm pendantur simul, & consuitur lucro pendenti, & brevitati: unde pro utilitate & brevitate sumitur: contrà, dispendium, cùm diversa penduntur, longior res & minus in ea lucri. Est id quod parsimonia quadam servamus. { κυνηγέσιον. Gall. *Gain venant d'épargne.* Ital. *Sparagno.* Germ. Ein ersparung. Hisp. *Pecogasto ò esfuerço.* Angl. *Gaine commin of sparing.* } Dictum compendium, quòd pertineat ad pondus, hoc est, pecunias corradendas, quæ olim appendebantur. ✠ Dispendium, quod vel incuria, vel immoderatione profundimus, aut perdimus. Plin. Bubulas carnes caules captifici magno lignorum compendio percoquunt. Idem, Magno id lignorum dispendio fit, addito sale: nam percoqui integro die vix possunt. ¶ Generaliter autem quemvis quæstum & lucrum significat. { יתרון *tithrôn.* ὠφέλεια. Gall. *Profit.* Ital. *Utilità.* Germ. Nutzbarkeit / ein gewinn. Hisp. *Provecho.* Angl. *Gaine, profite.* } Sicut dispendium, damnum, ἀζημία. Tibull.

*Nec vagus ignotis repetens compendia terris,*
*Proferat extrema navita merce ratem.*

Idem *lib.4. ad Herm.* Duæ res sunt, quæ possunt homines ad turpe compendium commovere, inopia, atque avaritia. Et Suet. *in Claud. cap.29.* ¶ Compendium, pro via compendiaria, & brevi accipitur. Plin. *lib.5.c.5.* Compendium viæ quatridui deprehensum est. ¶ Item Compendium, quævis brevitas dicitur, in qua tamen utilitas est: quales sunt libri, in quibus breviter summa operis alicujus colligitur. {*Imbqui.* GAL. *Abbregé.* ANGL. *A short draught.*} Unde Plaut. *in Mil.* Quàm potes, tam verba confer ad compendium. Compendium tè psaltendi facere volo. Idem *Pseud. fe.1. a.2.* Fieri dictis compendium volo. Idem *Capt. fe.1. a.5.* Idem *in Mostell.* Orationis operam compendi face, i. laborem orationis atque operam lucrifacito, ne tibi verbator insumere necesse sit, quasi in his quoque sumptus fiat aliquis. Rursus *in Asin.* Verbis velitationem fieri compendi volo: ubi facere compendi, ut facere lucri. Volo, inquit, verbis commodum lucrúmque afferre, ne in velitationem altercationémque de suo quicquam impendant: cùm sine eorum impendio fieri nequeat. In his semper lucrum significat. At Celsus *de arte dicendi.* Certos tibi ad compendium gymnasii forensis locos transmittere constituit: memento tamen quod oratio tibi sit compendio relegenda, quam ingenium tuum multa Tullianæ artis subegerit, &c.

Cōmpēndĭfācio, is: orationis compendio utor. { מעיר *mobil.* *συντόμως μεταδίω.* GALL. *Parler brièvement, gaigner & profiter en quelque chose.* ITAL. *Parlare, ò favellare brevemente.* GERM. Etwas/ oder ein ding red thun. HISP. *Hablar à dezir breve.* ANGL. *To abeenge, to gaine or profite.* } Plaut. *in Mostell.* Orationis operam compendifacito. ¶ Nonnunquam etiam lucrifacio. Idem *in Perſa.* Nam ego hodie compendifeci duos panes in dies. ¶ Dicitur & separatis vocabulis Compendi facere, pro Breviter dicere, uno verbo absolutè, vel tacere. Ausonius *Symmacho.* Hæc ad literas tuas responsa sint: cætera, quæ nosse te habes, compendi faciam. Budæus.

Cōmpēndĭōsŭs, a, um: Valde utilis. { *συμφέρ.* GALL. *Utile, profitable.* ITAL. *Molto utile.* GERM. Gantz nutzlich. HISP. *Mucho provechoso.* ANGL. *Very profitable.* } Colum. *lib.1.* Quod & per partes nonnunquam damnosum est, in summa tamen fit compendiosum.

Cōmpēndĭārĭŭs, a, um: Brevis, succinctus, & velut ad certam metam per compendium ducens. { קצר *kutsér.* *συνόμτης.* GALL. *Court & abbregé.* ITAL. *Breve, succinto.* GERM. Kurtz ist. HISP. *Cosa de arajo.* ANGL. *Short or abridged.* } Cicer. *lib.2. Offic.* Præclarè Socrates hanc viam ad gloriam proximam & quasi compendiariam dicebat esse, si quis ita ageret, & qualis haberi vellet, talis esset. Varro *cap.3. ad compend.* Hoc dico, compendiariâ ad eandem voluptatem posse pervenire.

¶ Compendiarium, substant. breve & summum, compendiosè, per compendium. Tertull. ¶

Cōmpēndĭārĭò, adverbium. {*συντόμως.* GALL. *En bref, par le plus court chemin, bien soudain.* ITAL. *Per il più corto camino, brevemente.* GERM. Kürtzlich/ den kürtzesten weg. HISP. *Brevemente.* ANGL. *Shortlie.* } Senec. *Epist.* 120. Ad maximas divitias te compendiariò voco.

Cōmpēnso, as: Rettribuo, rependo, remunero, exæquo, { שלם *schillém.* נמל *ghemúl.* *ἀνταποδίδωμι, ἀνταμείβομαι.* GALL. *Recompenser, bailler l'un pour avoir l'autre.* ITAL. *Compensare, remunerare.* GERM. Vergelten/ ersetzen/ gleichs hergegen thun. HISP. *Recompensar, galardonar.* ANGL. *To recompense.* } Cic. *pro Murena.* Atque hæc à nobis petunt omnia: neque ulla te alia, quæ à nobis consequuntur, nisi opera sua compensari putant posse. Ovid. *epist.3.*

*Tot tamen amissis te compensavimus unum.*

Val. Maxim. Tarditatemque supplicii gravitate compensat. Claud. *in Eutrop. lib.1.*

——— *jam largiùs hæc gaudia fæto*
*Compensent lacrymis.*

Et alibi,

*Supplicijque moram graviori Numina pœna*
*Compensant.*

¶ Pro Contrahere, abbreviare, ut annotant interpretes in Senecæ illud Hippol. Hac hac pergam, quà via longum compensat iter.

Cōmpēnsātĭo, Remuneratio, præmium, merces. { שלום *schillúm.* שלמה *schillumáh.* גמול *ghemúl.* *ἀμοιβή.* GALL. *Recompense.* ITAL. *Ricompensa.* GERM. Vergeltung/ ersetzung. HISP. *Recompensacion.* ANGL. *Recompensation.* } Quæ est (authore Modestino *lib.1. ff. de compensat.*) debiti & credit inter se contributio. Cic. 5. *Tusc.* Itaque hæc usurum compensatione sapientem, ut voluptatem fugiat. Ad Heren. *lib.4.* Fortitudo est contemptio laboris & periculi, cum ratione utilitatis & compensatione commodorum.

Cōmpēnsātīvŭs, adject. Fab. Victorinus *in 1. Rhet. Cic.* Primò non debet dicere feci, sed profui, & probare plus se profuisse, quàm obfuisse, quæ est quæstiones compensativa, quam ideò Cicero Comparationem vocat: quod, &c.

¶ Comperce, pro *compesce*, dixerunt antiqui. Fest. ¶

Cōmpĕrĕndĭno, as, significat de die in diem differo, ampliùs pronuntio, amplio, procrastino, differo. {אחר *achar.* *ἀναβάλλομαι, ὑπερτίθεμαι.* GALL. *Différer, jusques à deux ou trois jours, delayer.* ITAL. *Prolongare di di in dì.* GERM. Verziehen/ verweilen/ von tag zu tag aufziehen. HISP. *Dilatar de tercero en tercero dia.* ANGL. *To delay from day, to day.* } Cic. 1. *Verr.* Tua ratio est, ut secundum binos ludos mihi respondere incipias: mea, ut ante primos ludos comperendinem. ¶ Comperendinari autem reus dicebatur, quum judices eum die perendino iterum adesse jubebant. ¶ Dictum est enim Comperendinare, quasi in diem perendinum differre. Dicebatur enim propriè Comperendinatio (teste Gellio) quando reus in tertium diem rejiciebatur: Quum verò in posterum diem causa differebatur, hoc Diem diffindere, appellabant. Vide Gell. *lib.14. cap.2.* Accipitur tamen pro quantumvis longa judicialis dilatione. Cic. 1. *in Verr.* Ut his ludorum diebus interpositis, nemo illum comperendinatum judicaret?

Cōmpĕrendĭnātus: a, um, ut Dies comperendini, quibus vadimonium jubebatur fieri, ut inquit Macrob. *κατ' ἐξοχήν.* Sive quibus fuisset rei judicium & in diem tertium differtur, atque interim vadimonii non obiti pœna non incurritur. Vide Valer. *lib.2. cap.* 33. & Budæum *in Annotationibus.*

Cōmpĕrendĭnātĭo, quæ est (sicut docet Asconius) ab utriusque litigatoribus invicem sibi denuntiatio in perendinum diem, ne scilicet alter litigatorum imparatus deprehendi possit. { מקרה *hikkeréh.* *ἀναβολή.* GALL. *Dilation, delay, delayement.* ITAL. *Dilatione.* GERM. Rustzug von tag zu tag/ verweilung. HISP. *Dilacion.* ANGL. *A delaying or deferring.* } Ampliatio fuit in judiciis, cùm paùci judicibus liquebat. Comperendinatio verò lege Servilia judiciorum repetendorum causâ fuit introducta, ut etiamsi prima actione judici liquaret reum damnandum esse: tamen ei condemnare non liceret. Lex enim Servilia induxit comperendinationem, ne primò judicaretur, i. ut bis causa diceretur, ac comperendinatio altera, i. secunda actio daretur. Asconius, Comperendinatio, utriusque partis recitatio est. Diffusiones reorum & comperendinationes. Gell. *lib.12. cap.2.* Vide Budæum *in Pandect.*

Cōmpĕrendĭnātĭus, us, ui: Comperendinatio. Cic. 3. *in Verr.* Animo enim comperendinatum, quod habet lex molestissimum, bis ut causa dicatur. Ubi Asconius Comperendinatum (inquit) pro Comperendinatione posuit. Usus quoque est *in orat. pro Cluent.*

Cōmpĕrĕo, *συναινῶ,* Simul pereo. Diomedes Grammar. *lib.3.* Compereo, comperii. Sed accentu discernitur sensus. Accentu enim acuto proferimus, quoties pro eo accipitur, quod est cum alio perii.

Cōmpĕrĭo, & Comperior deponens, differunt, authore Diomede, quòd Comperii est ex opinione colligere, & pro explorato compertum habere. Tamen Comperior, pro Comperio, Apul. *Apol.1.* { ידע *jadhâh.* *ἐξακριβόω.* GALL. *Savoir pour certain.* ITAL. *Tener per chiaro.* GERM. Für gewiß halten. HISP. *Aver por cierto.* ANGL. *To know assuredlie.* } Salust. *in Jugurth.* Sed ego compertum magis pœnitet fide, quam ob ea quæ prædicabat, simul & Romanos, & Numidam spe pacis detinuisse. Si comperero, Telebois sacrificabo manibus (i. si invenero & apprehendero. Plaut. *Amph.*

*Stellarum ortus comperit atque obitus.*

Catul. *de com. Ber.* ¶ Comperire verò, ab alio cognoscere. { מצא *matsá. ἀγινῶ.* GALL. *Trouver.* ITAL. *Trovare.* GERM. Erfahren/ befinden/ oder von einem andern innen werden. HISP. *Hallar.* ANGL. *To finde.* } Terent. *in Andr.* Item alio die quærebam: comperiebam nihil ad Pamphilum quicquam attinere. Ea tamen differentia, ut pleræque aliæ Grammaticorum, ab authoribus passim contemnitur. ¶ Compertum est mihi, & exploratum est mihi: hoc est, per investigationem cognovi, *συνῶσται* Aristoteles, & *πεπειρασμένον.* ¶ Compertum narrare. Salust. *Jugurth.* De iis haud facilè compertum narraverim.

Cōmpĕrtŭs, participium, seu nomen ex participio. { ידוע *jadhûah.* *πεπειραμένος, πεπιστωμένος.* GALL. *Qu'on sçait au vray, certain & bien entendu, convaincu.* ITAL. *Quello che si sa di certo per esperienza.* GERM. Der erfaren oder befunden worden ist. HISP. *Cierto.* ANGL. *That is known assu redlie or for certaine.* }

*Compertum est veracibus ut mihi signis.*

Tibul. *lib.4.* Sueton. *in Tib. cap.* 35. Equiti Romano juri jurandi gratiam fecit, ut uxorem in stupro generi compertam dimitteret, quam se nunquam repudiaturum antè juraverat: id est, deprehensam. Compertus flagitii. Tacit. *lib.1.* Compertus stupri. Liv. 2. *bell. Pun.* Tum quòd duæ Vestales eo anno, Opimia atque Floronia, stupri compertæ. Cum infinitivo. Sueton. *in Aug. cap.67.* Proculum ex acceptissimus libertis moti coëgit, compertum adulterare matronas.

Compĕrtò, absolutè, id est, cùm compertum esset. Tacit. *lib.5.* Neque dum compertò, quos illa vis perculsisset. Javolenus *in l. Panicimnus, §. pro hærede, ff. de acquir. hæred.* Pro hærede gessisse filium placuit, qui moriens, compertò matrem suam intestatam decessisse, &c. Compertò quamobrem. Gell. *cap.13. lib.1.* Compertiùs. Idem *cap.12. lib.1.*

Compĕrtus, dicuntur homines genibus plus justo conjunctis, ut Festo placet, vel qui longos habent pedes, ut interpretatur Nonius, *οἱ μακρόσκελοι, οἱ μηροῖοι, οἱ σκαμβοί.* Lucil. *lib.3. Satyr.*

*Compertum, aut varam fuisse Amphitryonis Alcmenam, &c.*

Compĕs, vide *Compedes.*

Cōmpĕsco, is: Cohibeo, contineo, coërceo: quasi eodem (ut Festo placet) pascuo contineo. { חסם *chasám.* בסם *basám. κωλύω, συνέχω.* GALL. *Retenir, refrener, retirer, reserrer.* ITAL. *Reffrenare, contenersi.* GERM. Hinderhalten/ zäumen/ bezwingen. HISP. *Refrenar.* ANGL. *To refraine, to pacifie, to make, to ceasse.* } Plin. *lib.20. cap.7.* Semine trito & ex vino poto libidinum imagines in somno compesci. Plin. *in Epist.* Nullum denique instrumentum ad incendia compescenda. Juven.

——— *Digito compesce libellum.*
*Aut ut equum cohibemve arcto compescere freno.*

Tibull. *lib.4.* Compescere scelera. Quint.

*Si me diligitis, tantos compescite fluctus.*

Ovid. *Eleg.2. lib.1. Trist.*

——— *Compescuit ignibus ignes*
*Jupiter.*

Idem *Eleg.4. lib.4. Trist.* Item, Compescere cæremonias, & ritus Judaicos. Suet. *in Tib. cap.36.*

Cōmpĕtĭto, is: Honorem, dignitatem, vel aliud quippiam contra aliquem peto. { *συναιτίωμαι.* GALL. *Demander ce que demande un autre, attendre ou pretendre ce qu'il pretend.* ITAL. *Competere.* GERM. Mit einem andern streits begeren. HISP. *Competer.* ANGL. *To sue the same that another sueth.* } Plin. *lib. de viris illustr.* Et unam speciosam duobus competentibus, parem pulchritudinem tulit.

Quintil.

Q. simil. *Declam.* 252. Eandem honorem duæ virgines competebant. ¶ Aliquando Competere, teste Nonio, est patrem esse, vel convenire. συμβαίνειν, προσήκειν. Unde in æstimatione rerum dicimus, Hoc illi competit. Senec. Nihil ei magis competebat. Col. *lib.* 1. Nec omnino cunctabimur, quominus sub tectum conferatur: vel si non competet, ut aut in villam fœnum ponatur, aut in manipulum colligatur. Cum sententia vocabuli competente. Gell. *cap.* 13. *lib.* 19. Competeret ætas (i. competens esset.) Suet. *in August. cap.* 31. Idem *in Cæs. cap.* 4. & *in Oth. cap.* 11. ¶ Item quandoque animi vel corporis parte aliqua compotem esse: & ut Nonius inquit, constanter valere. Salust. *lib.* 1. *hist.* Si verò quasi formidine attoniti, neque animo, neque auribus, aut linguæ competeret. Liv. 2. *bell. Pun.* Vix ad arma capienda competebat animus. ¶ Item, Competere verbum est Jurisconsulto familiare, pro idoneum & aptum esse. Itaque competens judex passim dicitur, cujus de ea re vel jurisdictio, vel judicandi potestas est. Et competens tribunal. ‖Eo modo, Competere pro Deberi. Scævola *in l. qui habebat.* §. *scripti testamento. ff. de manumissis testamento*, Quæro an libertates in testamento datæ competierint? Respondi si testator fraudandi consilium non habuisset, competere libertates.

Condĭctĭtĭus, a, um, ut Actio condictitia, quâ aliquid condicimus, & repetimus: in jure civili Condictio vocatur. Ulp. *in l. ſi duo. §. idem Julianus, ff. de jurejur.* Idem Julianus ſcribit, eum qui juravit furtum ſe non feciſſe, videri de toto juraſſe: atque ideo neque furti, neque condictitia tenetur: quia condictitia, inquit, ſolus fur tenetur. De condictione furtiva intelligit.

CŌNDIGNUM, pro digno ab aliquibus uſurpatur. {יאה *ravi.* ἄξιον. GALL. *Digne.* ITAL. *Degno.* GERM. Würdig. HISP. *Digne.* ANGL. *Worthie.*} Plaut. *in Amph.* Æ caſtor condignum donum! qualis eſt qui donum dedit! Gell. *lib.* 3. *cap.* 7. Pulchrum facinus, Græcarúmque facundiarum eloquentiâ condignum. Dum condignam te ſectaris ſimiam. Plaut. *Merc. ſc.* 6. *a.* 2.

Condignè, adverbium. {ἄξιον. GALL. *Dignement, comme il appartient.* ITAL. *Degnamente, come ſi conviene.* GERM. Würdiglich. HISP. *Dignamente.* ANGL. *Worthelie.* Plaut. *Caſ.* Noctu ut condigne recubes, curabitur. Condigne & decorè. Gell. *lib.* 14. *cap.* 4. Condignè hæc maretrix fecit, ut mos eſt meretricibus. Plaut.

*Men. sc.* 5. *a.* 1. Condigne me meus Gallus perdidit (i. meritò.) Idem *Aul. sc.* 4. *a.* 3. Condigne est patet ejus moratus moribus. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1.

CŌNDIO, is, ivi, vel ii, itum: à con & do. Sapidum facio, aliquo sapore commendo: quod fit cùm epulatum sapor, sale, aut pinguedine, seu aromatibus commendatur. { חתיב *hetiv*, טפל *taphal*. ἁρτύω, ἁρμόζω, ἡδύνω. GALL. *Assaisonner, apprester, confire, donner faveur.* ITAL. *Condire, far saporito.* GERM. Geschmacht machen/ein spaß mit salz/gewurtz/&c. ein machen. HISP. *Adobar ò guisar manjares.* ANGL. *To seasun meat, to ponder.* } Juvenalis *Satyr.* 11.

*Et quadringentis nummis condire gulosum*
*Fitilin.*

Cic. *ad Gall. lib.* 7. Herbas omnes ita condiunt. Idem 5. *Tuscul.* Labore in venatu, sudore, cursu, fame, siti condiebant epulas Lacedæmonii. Quæ sitabundi edebas, quas condiveru. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Eas herbas aliis herbis porrò condimt. *Ibidem*, Non iidem eorum condio, ut alii coqui. *Ibidem*, Eum quovis pacto condias, vel patinarium, vel assum (piscem.) Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Qui (mihi) condita prata in patinis proferunt. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Non condimentis condiunt, sed, &c. *Ibid.* ¶ Et per translationem, Condire tristitiam hilaritate. Cic. *ad Attic.* Hilaritatem illam, qua hanc tristitiam temporum condiebamus, in perpetuum amisi.

Conditūs, nomen ex participio. { מטיב *mutáv*, חטוף *taphûl*. ἡδυσμός, ἁδυσμός. GALL. *Confit, assaisonné, adouci, bien apprestè.* ITAL. *Assaggionato, condito, addolcito, fatto saporoso.* GERM. Wolgeschmacht/der mit gewürtz ein gemacht oder eingebeitzt ist. HISP. *Adobado, hecho dulce, sazonado.* ANGL. *Seasoned, pondred.* { ut, Condita oratio, per metaphoram, Saltibus quibusdam aspersa. Condita nimium oratio esse non vult. Quintil. Conditum oleum, cui opponitur viride. Suet. *in Cæs. cap.* 53. Cic. 1. *de Orat.* Nec enim concio unquam major fuit, nec apud populum gravior oratio, quàm hujus contra collegam in censura nuper: neque lepore & festivitate conditior. Idem *de senect.* Faciunt conditiora cibaria, aucupium & venatio.

Conditio, nis, secunda syllaba producta. Actus ipse condiendi, Condimentum. { מתכם *machbam*, טפל *téphel*. ἄρτυσις, ἁδυσμός. GALL. *Assaisonnement, saulse, confiture.* ITAL. *Condimento, assaggionamento.* GERM. Das ein machen / das ein ding wol geschmacht und lieblich worde. HISP. *Aquel adobo, el adobado ò guisado.* ANGL. *A seasoning or poudring of meate.* } Cicer. 1. *de nat. Deor.* Perspicuum est enim quò compositiones unguentorum, quò ciborum conditiones, quò corporum lenocinia processerint.

Conditūs, us, idem quod conditura. ἥδυσμα. Col. *lib.* 2. *cap.* 22. Uvas, itemque olivas conditu legere licet.

Conditor, is. { טפל *taphél*. ἁρμοστής. GALL. *Qui sçait faire saulses, ou confitures.* ITAL. *Chi fa condire, o assaggionare le cose.* GERM. Ein macher/ein seltzer/vermenger einer speis. HISP. *El que haze adobado ò guisado, el que adoba assi.* ANGL. *A seasoner of meates.* } Qui fercula condit. Cicer. *post reditum*, Hi sunt conditores institutoréque convivii: iidem expendunt atque æstimant voluptates.

Condimenta, dicuntur gulæ irritamenta, quæ ad condienda obsonia fiunt. { מטעמים *matbammim*. ἡδύσματα, ἁδύσματα. GALL. *Confiture, assaisonnement, saulse.* ITAL. *Che serve à condiure.* GERM. Ein saltzer/vermenger einer speis. HISP. *Aquel adobo.* ANGL. *Sauce, pickle sirrupe.* } Cic. *lib.* 3. *officior.* Nam ut tribuamus aliquid voluptati, condimenti fortassis nonnihil, utilitatis certè nihil habebit. Plaut. *Cas. sc.* 4. *a.* 1. Coquos equidem nimis demitor, qui tot utuntur condimentis: Eos eo condimento uno non utier, omnibus quod præstat. Cic. 1. *de finib.* Audio dicentem, Cibi condimentum esse famem, potionis sitim. ¶ Facetiæ omnium sermonum condimenta, apud eundem 3. *de Orat.* Condimenta ad omnes mores maleficos. Plaut. *Merc. sc.* 2. *a.* 2. An tu divinis condimentis uteris? Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 2.

Condimentārius, dicitur qui condimenta conficit, aut vendit. { μυρεψός. ANGL. *Thath maketh sauce to seasun meate with.* } ¶ Est & Condimentarius, a, um, adjectivum, quod ad condimenta pertinet. μυρεψικός. Plin. *lib.* 19. *cap.* 8. Hæc apud nos habet vocabulum aliud, Saturcia dicta, in condimentario genere.

Conditānĕus, modò à condendo, hoc est, recondendo, sive reponendo: modò à condiendo: & significat quod condi, vel conditi potest. ἥνυτος, ἡδυσματώδης, unde apud Varronem, Conditaneam oleam in agro crasso & calido maximè serere convenit. *lib.* 1. *cap.* 24.

Conditūrā, æ, Condimentum. { טפל *téphel*. ἄρτυμα. ANGL. *Sauce, pickle.* Col. *lib.* 12. *cap.* 4. Vasa autem fictilia, vel vitrea plura potius, quàm ampla: & eorum alia picata, nonnulla tamen pura, prout conditio condituræ exegerit. Seneca *epist.* 96. Inventæ sunt mille condituræ, quibus aviditas excitaretur.

CŌNDISCO, is, ere, idem quod Disco. { לדמד *lamádh*. μανθάνω, συνεμμανθάνω. GALL. *Apprendre.* ITAL. *Imparare.* GERM. Lehrnen. HISP. *Deprender.* ANGL. *To learne.* } Plaut. *Pseud.* Ego illuc aliis dare condidici: mihi obtrudere non potes palpum. Cic. *pro Planc.* Condiscas censeo, mihi paulò diligentiùs supplicare. Condidicit bibere merum. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Excidionem facere condidicit oppidi, i. consuevit. *Ibid. sc.* 2. *a.* 4. Istuc aliis dare condidici. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 4.

Condiscipŭlus, i, qui cum alio discit. { συμμαθητής. GALL. *Compagnon d'escole, compagnon d'estude, ou d'apprentissage.* ITAL. *Compagno ad imparare.* GERM. Ein mitjünger oder schulgesell. HISP. *El que es discipulo con otro.* ANGL. *He that learneth with one.* } Cic. 1. *Tusc.* Dicæarchum verò cum Aristoxeno æquali & condiscipulo suo, doctos sanè homines omittamus.

Condiscipŭlātus, us, συμμαθησία. Justin *lib.* 2. Multùm profuêre Callisthenis philosophi preces, condiscipulatu apud Aristotelem familiaris illi.

Condiscipŭlā, æ, fœminino, apud Mart. *lib.* 10. Hæc condiscipula, vel hæc magistra esses doctior, & pudica Sappho. συμμαθήτρια.

CŌNDO, is, idi: Interiorem locum ad custodiam do, repono, recondo. { אצן *atsán*, צפן *tsaphán*, טמן *tamán*. κατάκρυψις, κρύπτω, κατακρύπτω, ἀπόκρυφος, κρυπτός. GALL. *Cacher, fermer, musser.* ITAL. *Ascondere, riporre.* GERM. Verbergen/behalten/hinderich legen. HISP. *Encerrar, esconder.* ANGL. *To hide, to lay up.* } Plinius, Formicæ condunt æstate, quibus hyeme fruantur. ¶ Condere, occultare, tegere, abscondere, occulere, κρύπτω. Cels. *lib.* 7. *cap.* 25. Cum cita glandem prehenditur, & extenditur donec illam condat. Virg. 2. *Æneid.*

——— *& nota conduntur in alvo.*

Plin. Si libeat credere, ut sub una ficu turmæ condantur equitum. Visam, situe autum, ita ut condidi. Plaut. *Aul. sc.* 1. *a.* 1. Ibo ut hoc condam (aurum) domum. *Ibid. sc.* 5. *a.* 4. Vincite, verberate in puteum. *Ibid. sc.* 5. *a.* 2. In lapicidinam compeditum condidi. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 5. Argentum ibi condidi. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Condere memorias (de scriptis.) Gell. *cap.* 18. *lib.* 11. Conditum in pectore consilium. Plaut. *sc.* 1. *a.* 2.

*Divitis ingenii est immania Cæsaris alta*
*Condere.*

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Condere se sub lectum. Suet. *in Calig. cap.* 51. Conditi sunt in vincula. Liv. 3. *bell. Pun.* Condi in carcerem. Idem 6. *bell. punic.* Condere colonias. Velleius. ¶ Quandoque constituo, ædifico, quasi simul do, κτίζω: ut, Troiani Romam condiderunt. Et Cicero multos libros condidit, id est, composuit, συντίθημι. Salust. *in Catil.* Urbem Romam sicut ego accepi, condidêre, at initio habuere Troiani. Cic. 1. *de divin.* Nempe eò Romulus regiones direxit, tum quum urbem condidit. Virg. 2. *Æneid.*

——— *Pallas quas condidit arces*
*Ipsa colat.*

Conditi sumus (homines) bona conditione. Sen. *cap.* 5. *de cons. ad Helv.* Condere jura, Liv. *lib.* 54. ¶ Quandoque potiori: sic enim interpretatur Nonius illud Vug. *lib.* 7. *Æneid.*

——— *optato condantur Tybridis alveo.*

Condere jusjurandum, Plaut. *Rud.* Jusjurandum servandæ rei, non perdundæ conditum est, hoc est, institutum. Hujus composita sunt Abscondo, & Recondo.

‖ Conditum, locus ubi frumentum condebatur. Veger.

Condita militaria, quæ in militia servantur. Casaub. ‖

Conditūs, à condendo: Reconditus, repositus. Cic. *pro Muræn.* Sic ut ei jam exploratus & domi conditus Consulatus videretur. ¶ Aliquando idem significat quod ædificatus & constitutus. Idem *in Tusc.* Homerus fuit ante Romam conditam.

Conditŏr, à verbo *Condo*, qui aliquid facit, vel rei alicujus author. { בורא *borè*, בעל *báal*. κτίστης, δημιουργός, κτίστωρ, ἀρχηγός. GALL. *Autens, fondateur, inventeur.* ITAL. *Autore, fattore.* GERM. Ein macher/ein anfänger oder schöpfer eines dings. HISP. *Compuesder de obra, autor.* ANGL. *Autour or inventer.* } ut, Conditor legum. Plaut. *in Epid.* Conditor disciplinæ militaris. Plin. *in Epist.* Conditor & conservator Rom. Imperii Augustus. Velleius. *Vates Romani conditor Annal.* i. scriptor Fastorum. Ovid. 6. *Fast.*

*Sumque argumenti conditor ipse mei.*

Idem *Eleg. lib.* 5. *Trist.*

Conditōrium, à condendo, locus in quo aliquid reponitur. { אוצר *otsár*, שאול *scheól*. κρύπτη. GALL. *Vaisseau à serrer quelque chose, & specialement un sepulchre.* ITAL. *Sepulcro, avello, monumento.* GERM. Ein ort dahin man etwas legt oder behält/ein grab. HISP. *La sepultura.* ANGL. *A place to lay up or hide any thing in.* } Unde & pro sepulchro ponitur, in quo mortuorum corpora, aut cineres reconduntur. Petronius Arbiter, in conditorium etiam prosequuta est defunctum, positúmque in hypogæo Græco more corpus custodire cœpit. Suetonius. *in August. cap.* 18. & *in Calig. cap.* 52. Accipit pro ipsa capsa, in qua mortui reconduntur, quum ait, Alexandri magni conditorium aureum fuisse. ¶ Conditorium mutalium tormentorum, apud Ammianum, pro repositorio machinarum. Plin. *epist.* 96. Tam cara in amicis fides, tam parata oblivio mortuorum, ut ipsi nobis debeamus conditoria exstruere, omniaque hæredum officia præsumere.

Conditīvŭs, a, um, quod conditum est, & servatum. { צפון *tsaphún*. κρυπτός. GALL. *Serré, caché, gardé.* ITAL. *Cosa condita o servata.* GERM. Das behalten oder hinderich gelegt ist. HISP. *Cosa guardada en lugar.* ANGL. *Meate pondred, preserved or keeped.* } Col. *lib.* 9. *de Columbis*, Duobus aut tribus modò mensibus accepant conditivia cibaria, cæteris seipsas pascunt fœminibus agrestibus.

Conditīvŭs, a, um, quod conditum, seu repositum est, sive quod aptè condi, & servari potest. { κρυπτός *kruptós*, κρυπτικός. GALL. *De garde, bon à garder, ou qu'on serre pour garder.* ITAL. *Cosa facile da conservarsi.* GERM. Das zu behalten ist/oder das man tüchtich behalten und hinderich legen kan. HISP. *Cosa buena a ser guardada y servada.* ANGL. *That is or many be pondred or keeped.* } Varro *lib.* 1. *de re rust.* Poma mala struthea, cotonea, scantiana, quiriniana, item alia conditiva, mala mustea & punica, & lotium fullum, aut stercus ad radicem addere oportet, uti stabilia mala fiant. Colum. *lib.* 8. Itaque manè priusquam procedant in pascua, conditis cibis sustinendæ sunt, ne immaturis herbis citetur alvus.

Conditīvum, i, substantivum, pro sepulchro. Senec. *epist.* 81. Qui verò latent & torpent, sic in domo sunt, quomodo in conditivo, id est, sepulchro. Idem Senec. *epist.* 83. Multùm interest inter otium & conditivum.

CŌNDITIO, sine c, à Condo, is. fit: Modus, ratio, lex, pactum, pactio, fortuna, status. { מה *chóh*. κατάστασις. GALL. *Estat & condition.* ITAL. *Conditione.* GERM. Ein stand/ein redsen. HISP. *El estado y condicion.* ANGL. *Estate or condition.* } Cic. O miseram conditionem admittendi Consulatus. Idem 3. *Tusc.* Nihil est enim quod tam obtundat elevetque ægritudinem, quàm perpetua in omni vita cogitatio, nihil esse quod accidere non possit, quàm meditatio conditionis humanæ. Condiciones pacis, hoc est, conventiones, pacta, leges.

Cic.

Cic. *in Epist.* Ferantur omnino conditiones pacis ab illo, ut Pompeius eat in Hispaniam. Servius à ditione deduxit, alii à Condo, ĕre: Conditiones retuli tortas, contagiosas, aut plus, aut minus. Plaut. *Men. fc. 2. a. 4.* Bona conditione conditi sumus. Senec. *ep. 11. ad Helv.* Bona conditio, *Bon party de Mariage.* Quint. *declam. 257.* Si tibi nulla melior conditio (cœna) venit. Martial. *Epig. 55. lib. 11.* Conditionem hanc accipe, & eam mihi desponde (de nuptiis.) Plaut. *Aul. fc. 4. a. 1.* Narravi amicis meis multis consilium meum de conditione hac, eodem sensu. *Ibid. fc. 5. a. 3.* Senec. *epist. 126.* Accipe hanc conditionem, & judicium non reformido. *Ibid.*

*Accipe sub certa conditione preces.*

Ovid. 4. *Fast.*

*Non casu ves, sed sub conditione vocati*
*Fertis opem.*

Idem *Eleg. 2. lib. 1. Trist.* Item Suet. *in August. cap. 63.* & *in Galb. cap. 5.* Conditiones circumspicere (de matrimonio.) Suet. *in Aug. cap. 63.* & *in Galb. cap. 5.* Conditione, i. ordine familiæ. Idem *in Aug. cap. 2.* Conditionem ferre quid sit, docet Liv. *lib. 10. ab Urb.* Conditiones etiam dicitur ferre victor victo. Idem *lib. 7. de bell. Punic.* Est ejus, qui dat, non qui petit, conditiones dicere pacis. Idem *lib. 10. bell. Punic.* Conditione bona confligere. Cæs. *1. de bell. civil.* Conditionibus levioribus (de exilio.) Suet. *in Augus. cap. 65.* Nulla conditio vivendi cum servitute. Brutus apud Quint. Æquis conditionibus & justis legibus bellum componere. Vell. Conditio sortis meæ. Ovid. *Eleg. ult. lib. 3. Trist.* Conditionibus sanabantur concordiæ civium. Vellei. De conditionibus legatus missus. Idem, Conditionum electionem ferre. Liv. *lib. 4. d. 4.* Conditio maris, i. natura. Senec. *cap. 1. de consol. ad Helv.* Publica conditio (mortalitatis.) Idem *cap. 11. de consol. ad Marc.* Conditionem accepit (i. quod ipsi offerebatur.) Idem *in Galba, cap. 9.* ¶ Homo bonæ conditionis, qui in bona fortuna est, hoc est, qui dives est. ¶ Aliquando electionem & conventionem denotat. Sic apud Terentium amatores Chrysidis tulerunt conditionem, si vellet eis motem gerere, se daturos illi pretium: ipsa verò accepit conditionem (id est, pactioni promissionique consensit.) Ter. *Heaut.* Harum duarum conditionum nunc utram malis vide. ¶ Aliquando conditio accipitur etiam pro ipsis verendis. Lamprid. *in Heliogabalo*, Romæ denique nihil egit aliud, nisi ut emissarios haberet, qui & benè nasutos perquirerent, eósque ad Aulam perducerent, ut eorum conditionibus frui posset. ¶ Conditio, qualitas ea dicitur, qua aliquid condi, id est, fieri aptum est. Alciat. *in l. debitori, C. de pact.* vel, Conditio dicitur, quum quid in casum incertum, qui potest tendere ad esse & non esse, confertur. Ferr. *Inst. de verb. oblig.* Conditio vera, intelligenda ea est, quæ omnino incerta est, ante cujus eventum non oritur obligatio, nec actio. Conditio dividitur in eam quæ est facti, & eam quæ est juris, *l. multùm interest, D. de condit. & demonstrat.* ¶ Conditio, pro creatura sæpe usurpatur à Tertulliano *de Corona militis*: ea est quam *alias* appellant.

Cōndĭtĭōnālis, e, quod conditionem habet adjunctam. {υποθετικος. Gall. *Conditionel, mis avec condition.* Ital. *Conditionale.* Germ. Das ein gesind oder underschaid hat. Hisp. *Cosa de tal partido, es fazado y condicion.* Angl. *That hath a condition with it.*} Marcian. *in l. quum hæres 52. in fin. ff. de acquir. hæred.* Solus hæres futurus est omni modo, nisi habeat in conditionalem pactum substitutum.

Conditionales, *in Cod.* sunt Tabularii, huic conditioni addicti & mancipati, adeò ut non possent ad aliam, sub pœna multatitia, spirare militiam, vel dignitatem, *l. scripturas, C. qui pot. in pig. hab.* ut promotionis ordo inter eos servaretur, *l. 1. C. Th. de Numerar. Annar.*

Cōndĭtĭōnālĭtĕr, adverbium, sub vel cum conditione, vel lege. {υποθετικως, συνθηκικως. Gall. *Conditionellement, mis avec condition.* Ital. *Condicionalmente, sotto conditione.* Germ. Mit einem gedinge, anhang oder underscheid. Hisp. *Condicionalmente, con condicion.* Angl. *With a condition.*} *Instit. de leg. §. longè magis* 31. Sed si conditionaliter fuerit causa, aliud juris est.

Condūs. {ταμιας *fochen. i. cupus, mundus.* Gall. *Celuy qui serre pour garder, despensier.* Ital. *Dispensiero.* Germ. Ein täller oder chrt die speyß verwahret und behalt. Hisp. *El que encierra los mantenimientos.* Angl. *A sperward.*} Dicitur is qui condendis, hoc est, reponendis cibis præpositus est: quemadmodum Promus, qui cibum promit, hoc est, profert. Et quia ejusdem ferè officium esse solet, cibos promere & recondere, factum est, ut qui ea munera præesset, composito nomine Promuscondus diceretur. Plaut. *Pseud. fc. 2. a. 2.* Conluscpromus, procurator penî.

Cōndŏcĕo, es: Docco. {ללמד *limmádh. διδασκω.* Gall. *Enseigner, instruire.* Ital. *Insegnare, instruire.* Germ. Lehren underweisen. Hisp. *Enseñar.* Angl. *To teach.*} Huc. *lib. 5.* Eóque frænato, uti condocuerat.

Condŏcĕfăcio, instruo, assuefacio. {ללמד *limmádh. κατηχεω, διδασκω.* Gall. *Enseigner & faire apprendre, instruire.* Ital. *Instruire, ammaestrare, insegnare.* Germ. Lehren underrichten. Hisp. *Enseñar doctrina.* Angl. *To make to know.*} Cic. 5. *Tusc.* Nemo est enim qui eorum bonorum animum putet esse judicem, cúmque condocefaciat, ut ea quæ bona malâve videantur, possit contemnere.

Cōndŏlĕo, es: Doleo, dolore afficior. {דאב *daágh*, רשבים *rischám*, נאד *nadh. ἀλγω, πάθω, πάσχω.* Gall. *Se douloir, avoir douleur grande.* Ital. *Dolersi.* Germ. Mueyden tragen, trauren, oder schmertzen haben. Hisp. *Dolerse.* Angl. *To be much pained, to be verie sick.*} Plaut. *in Truc.* Nam mihi de vento misere condoluit caput. Cic. 3. *de Orat.* Namque tum latus ei dicenti condoluisse, sudoremque multum consequutum esse judicabamus.

Condŏlĕsco, is, idem. Cicer. *Acad. ad Varron.* Quumque perturbationem animi illi (Philosophi) ex homine non tollerent, naturáque & condolescere, & concupiscere, & extimescere, & efferri lætitia dicerent.

‖ Condolium, a vulus. Cath. ‖

Condominium, *Condon.* V. E. *Condominicatio Gallicana*, sub A. Burdigalensi. ‖

Cōndōno, as: idem quod dono. Gell. *cap. 7. lib. 6.* Plaut. *Amph.* Ego illam patrem Alcmenæ tibi condono. {נתן *nathan*, חנן *chanan*, ובר *zabádh. δωρεομαι.* Gall. *Donner volentairement, donner de pur don.* Ital. *Donare.* Germ. Schencken. Hisp. *Dar graciosamente.* Angl. *To give freelie.*} Plaut. *Menech.* Ego illam non condonavi, sed sic utendam dedi. Salust. *Jugurth.* 115. Séque utrámque suam Reipublicæ condonaturum esse. Cicer. *ad Philipp. Proconsulem*, Ut ejus filios, qui in tua potestate sunt, mihi potissimùm condones. Cic. 2. *Offic.* Aut pecunias creditas debitoribus condonandas putant. ¶ Condonare ponitur non tantò pro ignoscere. {מלח *salách. συγχωρεω.* Gall. *Pardonner, remettre & quitter.* Ital. *Perdonare.* Germ. Nachlassen / vergeben / verzeihen. Hisp. *Perdonar.* Angl. *To forgive.* Salust. Haud facilè alterius libidini maleficta condonabam. Cæsar monet, ut reliquum tempus omnes suspiciones vitet, præterita Divitiaco fratri condonata dicit.

Condōnātĭo. {מחרת *mattáth*, מחנת *mattkánath*, ובר *zábedh. χάρισμα.* Gall. *Donation, largesse.* Ital. *Donatione, largheza.* Germ. Ein geschenck. Hisp. *Donacion.* Angl. *Giving, forgiving.*} Cic. 1. *in Verr.* Simul in jure dicendo bonorum poss. llionumque contra omnium institutæ adjectio, & condonatio.

Condōnātus, partic. {χαρισθεις. Angl. *Forgiven, pardonned.*} Condonandum judicium alicui, quo reus absolutus, aut condemnatus est in gratiam alicujus. Cic. *ad Attic. lib. 2.*

‖ Condones, gladiatores. Gloss. Isid. ‖

Cōndōrmĭo, is: Simul dormio. {Συγκαθεύδω. *Dormir ensemble, ou avec un autre.* Ital. *Dormire insieme.* Germ. Mitschlaffen. Hisp. *Dormir uno con otro.* Angl. *To sleep with others.*} Plaut. *Mostel. fc. 2. a. 2.* Abimus omnes cubitum, condormiamus. Suet. *in Aug. cap. 78.*

Condormisco, is, ere. Plaut. *Rud.* Obsecro hospes, da mihi aliquid loci, ubi condormiscam parum. S. Istic ubiubi vis condormisce, nemo prohibet, publicum est. Idem *milite*, Qui iturum est illic condormiscam. Caput deponit, condormiscit. Idem *Curc fc. 3. a. 2.*

Condoundus rex Alemannorum. Vide Ammianum.

Condrillon, sive Condrilla Plinio, κονδρίλλη Dioscoridi, herba est caule & flore anthubaicæ, hoc est, agresti intubo similis, unde & intubi species aliqui esse dixerunt: tota ramen tenuior est. Invenitúrque in limis ramulis gummi, fabæ magnitudine, similitudine mastiches, quod tritum, & cum mirrha in lutreolo olivæ quantitate seminis subditum, menses earum ducit. ¶ Est alterum condrillæ genus, folium habens veluti circumrosum, oblongum, per terram stratum, caulem liquore lactis madentem, radicem tenuem in mucronem desinentem, inanem, rotundam, flavescentem, eodem liquore plenam. Utriusque Condrillæ meminit Dioscor. *lib. 2. cap. 125.*

Condris, sive potiùs Chondris, herba est, quam nonnulli Pseudodictamon vocant: ferè ubique crescit, dictamo folio similis, ramulis minoribus. Author Plin. *lib. 25. cap. 8.*

Cōndūco, is: Simul duco, congrego, cogo. {חלך *hillèch*, הביא *hebi*. אסף *asáph. συναγω.* Gall. *Amener, apporter, ou conduire avec soy.* Ital. *Congregare, condurre.* Germ. Mitführen, zusammen führen oder treyben. Hisp. *Llevar à traer con sigo.* Angl. *To bring or carie together, to hire.*} Varr. Manè lusciat rostra, populum in foro conduxit. Cic. 2. *de Invent.* Tunc Crotoniatæ publico de consilio virgines in unum locum conduxerunt, & pictori quas vellet eligendi potestatem dederunt. Quint. conducere (partes argumenti) in unum locum. ¶ Interdum converto. Lucil.

*Et virtute tua & claris conducere chartis.*

Tum quasi diis immortalibus arbitris, in convivio Jovis Opt. Max. dextras eorum conducentibus. (De amicitia inita in convivio.) ¶ Item significat ad tempus redimo, fructus alicujus fundi emo, operam alicujus mercede comparo, *μισθουμαι.* Cicer. *pro Alio.* Cæsius domum conduxit in palatio. Idem *pro Murana.* Si mercede conducti obviam candidatis issent. Postquam obsonavit herus, & conduxit coquos. Plaut. *Aul. fc. 2. a. 2.* Conducere coquum, sæpius. Idem *Pseud. fc. 2. a. 3.* Qui conducebantur, sedebant in foro (ter.) Idem *ibidem.* Coctum, non vapulatum conductus sum. Idem *Aul. fc. 3. a. 3.* Numo sum conductus, plus jam media mercede est opus. *Ibid. fc. 2. a. 3.* Chlamydem commemores, si conducta est, &c. Idem *Pseud. fc. 7. a. 4.* Quid mercesi? Quantillo argento te conduxit Pseudolus? Idem *Aul. fc. 3. a. 3.* Cædendum illum agnum ego conduxi (id est, emi.) Nonius. Item *in Amph.* Credo ego jam sacrificia quæ volebat ad epulum conduxit (id est, prædixit.) ¶ Conducere etiam is dicitur, qui pretium accipit pro re aliqua facienda: quod & Redimere dicitur, *μισθοω.* Ulp. Si quis servum docendum conduxerit. Cic. *de divin.* Qui columnam illam de Cotta & de Torquato conduxerat faciendam. ¶ Conducit, in tertia persona, vel Conducere, in infinitivo, significat utile esse, *συμφερει, συμφερειν.* ¶ Et si de homine loquamur, cum dativo tantùm construitur. Colum. *lib. 1.* Nam id minimè conduxit agricolæ. ¶ Si autem de re alia, tam quoque accusativum mediante præpositione admittit. Plaut. *in Capt.* Ut potissimum quod in rem rectè conducat tuam, id petam, id prosequar corde, animo, atque viribus. Et iterum *ibidem.* Nam si ea memorem, quæ ad ventris victum conducunt, mora est. Cic. *Lentulo.* Et Reipublicæ rationibus putem conducere. Conduci non possum, &c. Plaut. *Asin. 1.* Non edepol conduci possum vita uxoris annua: id est, non possum adduci ut credam uxorem meam posse vivere intra annum. Sisenna *apud Non. c. 4.* Quod in Rempublicam maximè conducere videretur. ¶ A conduco fit participium conductus, a, um. {משכר *mischchár*, משחכר *mischachér. μισθωτος.* Gall. *Loué, prins à loüage.* Ital. *Tolto à prezzo.* Germ. Gedingt, bestelt. Hisp. *Casa alquilada.* Angl. *Hyred or taken for hire.*} Plaut. *Epid.* Ita rabo dolosam fidicinam, nummo conducta quæ sit. Idem *Asinar.* Abi, opera huc conducta est vestra, non oratio. Cic. *pro Sest.* Erat autem contentio non cum victore exercitu, sed cum operis conductis. Idem *pro Milone*, Conducta domus.

Condūctum, substantivum: ut, Habere aliquid conducti. Cicer. *pro Cluent.* Solet enim extra portam aliquid habere conducti.

Cōnductŏr, is, verbale, qui rem aliquam, aut operam alicujus pecuniâ conducit. { שכר *sochér.* μισθότης. Gall. *Qui prend à loüage d'un autre.* Ital. *Che prende alcuno à prezzo per suo bisogno.* Germ. Ein bestellter oder eindinger umb gelt. Hisp. *El alquilador que alquila de otro.* Angl. *He that hireth.*} ut, Fundi conductor, hoc est, inquilinus. ¶ Item qui pretio opus aliquod faciendum suscipit. Cic. *ad Quint. frat. lib.* 3. Nicephorum villicum tuum satis probavi, qualisque ex eo quod ei de illa ædificatiuncula Laterii, de qua mecum loquutus es, mandavisses. Tum is mihi respondit, tempus ejus operis esse XVI. conductorem fuisse: sed se postea multa accidisse ad opus, nihil ad pretium: itaque id se muliere. Gregi domino & conductoribus (de scenicis.) Plaut. *prolog. in fin.*

Conductio, nis: Redemptio. { משכרת *maschóreth, μίσθωσις.* Gall. *Loüage, ou alloüage de besongne en autres choses.* Ital. *Esso prendere ad affitto, affittatione.* Germ. Dingung, bestellung. Hisp. *Alquiler à arrendamiento.* Angl. *A hyring.*} Cic. *pro Cecin.* Qui colonus habuit conductum de Cesennia fundum, quum idem ex eadem conductione fuerit in fundo. Conductio, pro collectione. Idem 1. *Invent.* Quare in longis argumentationibus, ex conductionibus, aut ex contrario complecti oportet: in brevibus id solùm, quod conficitur, exponere.

Cōnductĭbĭlis, e: Vtilis. { מועיל *moïil*, שוה *teh.* λυσιτελὴς, ὠνήσιμος.} Plaut. *in Bach.* Non ego illuc facinus mihi conducibile esse arbitror. ¶ Item quod conduci potest.

Cōnductĭtĭus, a, um, quod conduci solet, sive ex eorum numero est, quæ conducuntur. { נשכר *nischchár.* μισθωτὸς. Gall. *Qui se loüe, mercenaire.* Ital. *Che è solito à condursi.* Germ. Das man dingt oder bestellt. Hisp. *Cosa alquiladitza.* Angl. *Hired, or to be gotten für hire.*} Plaut. *in Epid.* Sed una res me turbat ratióque. Apscecidi quomodo ostendam fidicinam aliquam conductitiam. ¶ Conductitia domus tamen dicitur quæ conducta est. ἐνοικιαζομένη οἰκία. ¶ Sic conductitia opera, dicitur mercenaria, quæ conducta est. Varro, Omnes hi agri coluntur hominibus servis, aut liberis, aut utrisque: liberis autem, quum ipsi colunt, ut plerique pauperculi cum sua progenie, aut mercenariis & conductitiis liberorum operis.

Cōndūlis: Anulus, teste Festo. { טבעת *tabbahath.* δακτύλιος. Gall. *Aneau.* Ital. *Anello.* Germ. Ein ring. Hisp. *Anillo.* Angl. *A ring, a thimble.*} Ita dictus, ut videtur, ἀπὸ τοῦ συνδεῖν, hoc est, à digitorum articulis, aut nodis, sive quòd annulis digiti exornari soleant, sive quòd in digitis annuli veluti nodi quidam eminent. Prisci etiam ungulum vocaverunt, & Symbolum, teste Plin. *lib.* 33. *cap.* 1.

Conduma, locus est laxationi corporis assignatus, dictus à dumetis. Hispanis *Alqueria.*

Cōndŭplĭco, as, are: Duplico. { כפל *chaphál.* διπλόω. Gall. *Redoubler.* Ital. *Raddoppiare.* Germ. Zweyfach machen, Doppeln. Hisp. *Juntamente doblar.* Angl. *To double.* } Terent. *in Phorm.* Idem hoc tibi, quod bene promeritus fueris, conduplicaverit. ¶ Divitias conduplicare. Lucr. *lib.* 3. Cicer. 1. *de divin.* Tenebræ conduplicantur. Si libuit, corpora conduplicant. Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1.

Cōnduplĭcātio, nis: Duplicatio. { כפל *chéphel.* διπλασιασμός. Gall. *Redoublement.* Ital. *Doppiamento.* Germ. Zweyfaltung. Hisp. *Doblandura.* Angl. *A doubling.*} Plaut. *in Pœn.* Quid hoc est conduplicationis? quæ hæc congeminatio? ¶ Est & conduplicatio figura Rhetorum. Author ad Heren. *lib.* 4. Conduplicatio est unius verbi, vel plurium iteratio.

‖ Condūra, genus navigii. Lex. gr. b. ‖

Condurdon, herba est solstitialis, flore rubro, quæ è collo suspensa comprimit strumas. Plin. *lib.* 26. *cap.* 5.

Cōndūs: vide *Condo.*

Cōndylōmă, tis, κονδύλωμα. Tuberculum insanabile (ut Jul. Pollux inquit) quod nascitur circa coronam ani, sive podicis, sanguinem jugiter profundens, ita dictum à similitudine condylorum, hoc est, nodorum, qui in digitis, stricta in pugnum palma, eminent. Curationem hujus morbi vide apud Celsum *lib.* 6. *cap.* 18. Vulgus vocat *Morbum S. Fiacri.*

‖ Condylomaticus, nodosus, pustulosus. Cath. ‖

Cōndylus. { κόνδυλος. Gall. *Ce qui est bossu & eminent de os, comme les nœuds & les chevilles, & les jointures des doigts, des pieds, & autres parties.* Ital. *Giuntura, nodo delli diti.* Germ. Die knoden umb die gleychvals die an fingern sind, wann man ein faust macht. Hisp. *Juntura à nodo de lo artejos.* Angl. *The roundnesse or knottes of bones in the knee, elbow, ankle and knuckles.* { Junctura, & nodus articulorum in digitis eminens, stricta in pugnum palma. Nam quatuor digiti, ut scribit Aristoteles, ternos habent condylos, pollex verò duos. Græci etiam κόνδυλον pugnum vocant, qui fit complicatis digitis in condylos. Unde Plutarch. scribit eum quem Castor condylo percussisset, statim mortuum. Mart. *lib.* 1. Caput illi virga comminuent, eisdem quibus fuerat eblandita ictibus crebris, complicatisque in condylos digitis vulnerabat.

Cōnē, insula ad ostium Istri. Lucan. *lib.* 3.

——*& barbara Cone*
*Sarmaticas ubi perdit aquas, &c.*

‖ Conestabli: vide *Comites stabuli.* in verb. *Comes.* ‖

Cōnfabrĭcāri, συμπηγνύναι. Gell. *lib.* 3. *cap. ult.* Superstitiosè, inquit, & nimis molestè, atque odiosè confabricatus, commolitúsque magis est originem vocabuli C. iste Bassus, quàm enarravit.

Cōnfabŭlo, as, ate, & confabulor, ari: Colloquor. { שיחה *sichah.* συνομιλῶ. Gall. *Parler, raconter fables & fornettes.* Ital. *Favellare.* Germ. Fabeln erzehlen oder sich mit underreden oder ergetzen. Hisp. *Hablar fabulas.* Angl. *To tell tayles together, to tell tayles.* } Plaut. *Mostell.* Hîtce hodie hanc confabulabare fabulam. Idem *Cistellar.* Salvam eccam, sed egotem magnam tecum Confabulari volo.

Cōnfămulāri, συνδιάκειν. Macrob. *Saturn. lib.* 2. *cap.* 16. Signa duo usquè feminea, quibus ambitur, hylen naturamque significant cum quibus famulantes.

‖ Confarrare, farra miscere. Cerda. ‖

Cōnfarrĕātio, genus erat sacrificii inter virum & uxorem, in signum firmissimæ conjunctionis: sicut Diffarreatio, simile erat sacrificium, quo conjuges per confarreationem conjuncti dissolvebantur. Sed hujusmodi matrimonii, aut divortii genus solis sacerdotibus erat in usu. Author est Boëthius *in Topic. Cic.* Plin. *lib.* 18. *cap.* 3. Quin & in sacris nihil religiosius confarreationis vinculo erat: novæque nuptæ farreum præferebant. Corn. Tacit. *lib.* 4. Nam patricios confarreatis parentibus genitos tres simul nominari, ex quibus unus legeretur vetusto more: neque adesse, ut olim, eam copiam, omissa confarreandi consuetudine, aut inter paucos retenta.

‖ Confarreatus, consociatus: item conferiatus, sociatus. Recta scriptura *confarreatus.* Causa liquet ex iis quæ de confarreatione sunt dicta. Gl. *confarreatus, συμβίωσις ζεύγους.* ‖

Confātālis, quod eadem fati necessitate tenetur. συμπεπρωμένος. Cic. *de Fato*, Ac si ita fatum sit, nasceturi Œdipus Laio: non poterit dici, sive fuerit Laius cum muliere, sive non fuerit: copulata res est, & confatalis.

Confectŏr, Confectio, & Confectura: vide *Confitio.*

Cōnfĭcĭo, is, ex Con, & facio, significat compleo. { חסר *chibbér*, קבן *kabás*, צבר *tsabár*, מלא *malé*, דחק *dachak.* ἐμπίπλημι, συνάγω. Gal. *Emplir, farcir, entasser.* Ital. *Empire.* Germ. Zuo samen füllen voll schoppen. Hisp. *Hinchir, embutir, ò recalcar.* Angl. *To fill or stuffe.*} Plin. *lib.* 12. *cap.* 15. Myrrham passim à vulgo coëmptam in folles confeciunt. Varr. *de re rust.* Quo facto non modò desistunt pugna, sed etiam confercium se fingentes.

Confertŭs, participium: Condensatus. { צבר *tsa'ár*, מלא *malé*, דחוק *dachuk*, עב *hab.* συνεσταλμένος, συμπεπυκνωμένος. Gall. *Entassé & serré ensemble, remply, plein.* Ital. *Pieno, ripieno.* Germ. Zusammen gedrungen voll geschoppt. Hisp. *Recalcado, hinchido.* Angl. *Stuffed full.*} Cæs. Neque à tanta multitudine conjecta tela conferta vitare poterant. Cic. *in Cat.* Vino languidi, conferti cibo, sertis redimiti, unguentis obliti. Confertum agmen. Senec. *cap.* 16. *de consol. ad Marc.* Conferta multitudo. Suet. *in Tib. cap.* 21. Conferta exactoribus provincia. Cæsar 3. *de bell. civil.*

Confertŭs, a, um, à quo Confertior, Confertissimus, πυκνὸς, συνεσταλμένος. Liv. 9. *ab Urb.* Præterquam quòd confertiores steterant. *Ibidem*, In confertissima turba prope regium tribunal constitit. *Ibidem*, Eò se confertissima turba recepit.

Confĕrtim, adverbium: Densè. { ἀθρόως. συνεσταλμένως. Gall. *En un tas, ensemblément, pleinement.* Ital. *In uno mucchio, insieme.* Germ. Dollgeschoppt, dick, hauffechtig. Hisp. *Recalcadamente.* Angl. *In heape together.* } Liv. Quum confertim Romani, ut solent, densatis excepissent ictus. Idem *de bell. Maced.* Confertim pugnant & cædunt.

Cōnfĕro, conferi, in unum fero, congero. { נשא *nasá.* συμφορέω. Gall. *Porter plusieurs choses en un lieu.* Ital. *Portare in un luogo.* Germ. Zusammen tragen. Hisp. *Juntamente traer à lugar.* Angl. *To bring many things together in to one place.* } Col. *lib.* 1. Sitque utique proximum horreum, quò conferatur rusticum instrumentum. Cic. *lib.* 3. *Offic.* Omnes curas cogitationesque meas conferebam. Conferte statuas ex Capitolio in campum Martium. Conferte xtatio bis millies (id est, inferte.) Velleius.

*Quæque tibi est lingua facundia, confer in illud.*

Ovid. *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Trist.* Conferte se totum ad quietem. Suet. *in Tiber. cap.* 15. Ita tuum conferto amorem (id est, dirigito in eum locum. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 1. ¶ Ponitur aliquando pro Conjungo. Unde confero pedem, ἴχνη χωρεῖν, est pedem pedi conferre, & loco non cedere. ¶ Conferre manum, est pugnare, manum conserere. Virg. 8. *Æneid.*

*Et conferre manum, & procurrere longiùs audent.*

Et paulò antè.

——*conferre manum furor, iraque monstrat.*

Conferre arma. Cæs. *lib.* 1. *bell. civ.* Conferre castra castris. Livius ubique, & Cæs. 3. *de bell. civ.* Contulit arma. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* ¶ Conferre gradum, est gradum conjungere, & æquis passibus incedere. Virg. 3. *Georg.*

*Junge pares, & cege gradum conferre juvencos.*

Idem 6. *Æneid.*

——*juvat usque morari,*
*Et conferre gradum, & veniendi discere causas.*

Propert. Menæchme, fer pedem, confer gradum (id est, profer.) Plaut. *Men. sc.* 3. *a.* 3. ¶ Conferre signa est, duorum exercituum signa in eundem locum ferre, animo ineundæ pugnæ. Liv. *lib.* 1. *ab Urbe*, Aliquoties Latinus exercitus cominus cum Romanis signa contulerat. ¶ Conferre etiam cum accusativo loci sæpè significat idem quod Eo, vel Accedo. Cic. *in Epist.* Exclusus ab Antiochia Dolabella, in Laodiceam se contulit. Idem 3. *de Orat.* Quum Æschines exsulasset Athenis, & se Rhodum contulisset. ¶ Conferre aliquando significat Comparare, & Contendere. Idem *in Offic.* Tamen ne minima ex parte Lycurgi legi conferendi sunt. Ovidius,

*Confer Amyclæi medicatum vellus aheni,*
*Murice cum Tyrio, turpior illud erit.*

¶ Quandoque pro Paro, dispono. Plautus *in Curculione*, Ita tuum confer to amorem semper, si sapis: ne id quod ames, populus si sciat, tibi sit probro. ¶ Quandoque pro impono, injicio, transfero, ἐπιφέρω. Idem *in Amphitr.* Ne posteriùs in me culpam conferas. ¶ Quandoque pro Communico. Terent. *in Heaut.* Syrus cum illo vestro consuefuerat, conferúmque consilia adolescentes, id est, simul communicant, κοινοῦσι. Conferunt capita & colloquuntur. Livius 1. *ab Urbe.* Item, Conferte in unum consilia. Sueton. *in Cæs. cap.* 80. Ne quis in hac plateæ ergotii conferat quicquam sui. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Conferunt sermones inter se. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Quandoque pro conjugo, συνάπτω. Cic. *ad Octavium.* Namut ordiar à principio, & perducam ad extremum, & novissima conferam primis. Si fieri potest, fata vincuntur, conferamus (fletus.) Senec. *cap.* 2. *de consol. ad Marc.*

¶ Conferte

¶ Conferre verbà in pauca. συμπερασίνειν λόγον, pro concludere, reducere, & verborum compendio uti. Plautus *Asin. sc.*1. *a.*1. Nunc verba in pauca conferam. Idem *in Pseud. sc.*3. *a.*1. In pauca confer quid velis. ¶ Quandoque pro transfero, traduco, aliò feto, μεταφέρω. Terent. *in Eunuch.* Metuet semper, quem ipsa nunc capit fructum, ne quando iratus tu aliò conferas. Idem *ibidem*, Usque adeò ego illius ferre possum ineptias, & magnifica verba, verba dum sint. Verùm enim si ad rem conferentur, vapulabit: id est, deducentur. ¶ Quandoque pro utilitatem affero, seu prosum, συμφέρω, συνωφελέω. Columella *lib.*1. Cæterùm & ad æstivos temperandos calores plurimùm conferunt salientes rivi. Conferre plurimùm ad victoriam. Suet. *in Tib. cap.*4. ¶ Conferre beneficium in aliquem, est aliquem beneficio afficere, vel beneficium apud aliquem collocare. Quid cessatis (mihi) dona conferre gratulantes. Plaut. *Men. fr.*2. *a.*1. Exempla passim occurrunt apud Cic. *in Offic.* Conferre item stipendium transferè pro adjuvare atque opitulari. Colum. *Agric. lib.*1. *cap.*1. Et alii tamen obscuriores, quorum patrias non accepimus, aliquod stipendium nostro studio contulerunt. ¶ Conferre, pro Differre, ἀναβάλλω. Cæsar, itaque se quod in longiorem diem collaturus esset. Cic. *ad Attic.* Quæ omnia in Martium mensem sunt collata.

Cōllātio, dicitur quod in unum conferetur. { סם *mas*, מדה *middáh*. ἔρανος, σύνδειπνον. Gall. *Taille sur le peuple, ce que chacun baille en commun pour sa portion.* Ital. *Tributo, contributione.* Germ. Ein zusammen tragung/als steur/oder tribut. Hisp. *Contribucion ò pecho.* Angl. *A copping together à taske of or sise.* } Budæus, Collationem antiqui vocabant, quæ Indictio aliàs Latinè dicitur, vulgus *Taleam* vocat. Plin. *in Panegy.* Nam mihi cogitanti eundem te collationes remisisse, donativum reddidisse, congiarium obtulisse, &c. Liv.4. *ab Vrbe*, Patres bene cœptam rem perseveranter tueri, conferre ipsi primi: & quia nondum argentum signatum erat, æs grave plaustris quidam ad ærarium convehentes, speciosam etiam collationem faciebant. ¶ Est item Collatio, idem quod comparatio, similitudo. { משל *maschál*, משקל *mischkal*. παραβολή. Gall. *Comparaison.* Ital. *Comparatione, similitudine.* Germ. Vergleychung. Hisp. *Comparacion.* Angl. *Comparing.* } Plaut. *in Mil.* Ubi facta erit collatio nostrarum militiarum, haud vereor, ne nos subdola perfidia pervincamur. ¶ Collatio (inquit Cicer. 2. *de Invent.*) est oratio tem cum re ex similitudine conferens.

Cōllātus, participium. { συμφορτικὸς. Gall. *Assemblé & apporté ensemble, baillé & fourny, joint & mis prés l'un de l'autre.* Ital. *Assembrato, dato, comparato, portato & posto.* Germ. Zusammen getragen/gegeben. Hisp. *Cosa conferida ò juntamente trayda.* Angl. *Brought together, compared, copped together.* } ut Collatis signis, collato pede, collata dextra, collato marte pugnare, σύμμιξ ἐς μάχην, quod significat unum in locum pertatis signis ad pugnam congredi. Item, comparatus:

——*si sit nobis collatus Ulysses*,

Ovid. *Elegy.*11. *lib.*3. *Trist.* Ære collato funerari. Sen. *cap.*12. *de consol. ad Helv.* (i. collecto, in unum congesto.) Et Suet. *in Aug. cap.*59. Conlatum Socrati ad victum. Quint. Collata veste & victico. Velleius.

Cōllāticĭus, a, um. { συνεισφορικὸς, συναγώγιμος. Gall. *Baillé & porté par plusieurs.* Ital. *Portato da molti.* Germ. Das zusammen getragen ist. Hisp. *Cosa trayda y conferida de muchos.* Angl. *Gevin or brogh by many.* } Quod collatum est. Apul. *lib.*4. Choraula doctissimus collatitia stipe de mensa paratus. Collatitia instrumenta. Sen. *in consol. ad Marc. cap.*10. vocat ea quæ à pluribus commodantur. Collatitiis & ad dominum redituris instrumentis scena adornata est. Sic Quint. *declam.*6. Collatitiam vocat sepulturam, quæ à pluribus confertur.

Cōllātīvus, a, um. Collatitius, quod scilicet à pluribus collatum est: ut, Collativum sacrificium, ὁ ἐξ ἐράνου θυσία. ¶ Collativum autem ventrem vocat Plaut. magnum & turgidum, eo quòd in eum edulia multa conferantur. Ita enim *in Curc. sc.*1. *a.*2. Quis hic est homo cum collativo ventre, &c. ¶ Collativum etiam nomen genere dicimus, eadem forma qua donativum, pro pecunia quam populus Principi, vel Reipublicæ confert.

Cōllātŏr, is, verbale à confero. { נתן *nodhén*, נשא *nesá*. ἐρανιστὴς, συμφορτιστὴς. Gall. *Qui contribuë, qui baille sa part, qui fournit avec les autres.* Ital. *Donatore di qualche cosa.* Germ. Ein zusammen tragen/oder ein steurer. Hisp. *Aquel que conferisce.* Angl. *That contributhe or giveth his part.* } Plaut. *Curc. sc.*1. *a.*4. Symbolorum collatores apud forum piscarium.

Cōllātus, us m., συνεισφορὰ, φορά. Hirtius *de bell. Hisp.* In collatu pari erant conditione.

¶ Conferentia, collatio. Gloss. Isid. à conferendo.

Conferiatus, sociatus. Isid. Gloss. ¶

Cōnferrūmino: vide *Ferrumino.*

Cōnfertŭs, a, um, & Confertim, adverbium: vide *Cōnfercio.*

Cōnfĕrvă, quid sit, declarat Plin. *lib.*27. *cap.*6. his verbis: Peculiaris (inquit) est Alpinis fluminibus conferva, appellata à conferruminando, spongia aquarum dulcium verius, quàm muscus, aut herba villosæ densitatis atque fistulosæ. Curatum ea scio, omnibus ferè ossibus confractis, prolapsum ex arbore alta putatorem, circumdata universo corpori, aquam suam inspergentibus, quoties inaresceret, &c.

Cōnfervĕo, es: Simul ferveo, ferveo. { רתח *ruthách*. ζέω. Gall. *S'eschauffer & bouillir.* Ital. *Bollire ò bollire insieme.* Germ. Sieden/mit einander sieden. Hisp. *Hervir, ò hervir juntamente.* Angl. *To be scalding heat or to boyle together.* } Et per translationem pro quovis modo incalesco. Horat. 1. *Serm. Sat.*2.

——*mea quum conferbuit ira.*

¶ Accipitur item confervco, pro ferruminor, coëo, consolidor. Celsus *lib.*8. *cap.*10. Si quando ossa non conferbuerint, quæ sæpe soluta, sæpe mota sunt, in aperto deinde curatio est: possunt enim coire. Et *paulò post*, Solent interdum diversa inter se ossa confervere: eòque & brevius membrum fit, & indecorum. Alibi Conferi dixit in eo significare. ¶ Hinc conferva herba nomen accepit, quòd ea ossa fracta conferveant, hoc est, ferruminentur: de qua vide *paulò antè.*

Cōnfervĕsco, cis, idem. { Angl. *To be very heate and boyle together.* } Col. *lib.*12. Nec postea tangitur donec conferveſcat.

Conferui, coguovi, comperi. Gl. Isid.

Cōnfēstim, Statim, evestigiò, illico, sine ulla mora, quasi simul festinando. { פתאם *pithóm*, מיד *miádh*. παραχρῆμα, παραυτίκα. Gall. *Sur le champ, tous aussi tost, incontinent.* Ital. *Incontinente, subito.* Germ. Eins wegs/von stund an/unverzogenlich. Hisp. *Luego, subitamente.* Angl. *Forthwith, by and by.* } Cæsar 5. *bell. Gall.* Cæsar præmisso equitatu, confestim legiones subsequi jussit. Cic. 5. *Phil.* Rem administrandam arbitror sine ulla mora, & confestim gerendam censeo.

Cōnfibŭla, æ. } Angl. *A claspe or tach.* } A Catone *cap.*12. *de re rust.* numeratur inter instrumenta torculari necessaria, cujus præcipuus erat usus, ut dehiscentibus arboribus inducerentur ad hiatum earum comprimendum. σφήν, ἡ γόμφος, ξυλόκολλα, διπλᾶ σφηνία. Verba Catonis hæc sunt, Serras (inquit) tres, fibulas xv. confibulas ligneas quelis arbores comprimas, si dehiscent, & cuneos sex.

Cōnfĭcio, confeci, confectum, compositum ex Con & facio: Facio, perficio, exequor. { עשה *Saśáh*, גמר *ghamár*, כלה *chilláh*. ἀπαρτίζω, ἀποτελέω, περάτω, τελέω. Gall. *Parfaire & consommer, achever.* Ital. *Finire, spedire, fornire.* Germ. Machen/volbringen/ausmachen. Hisp. *Acabar.* Angl. *To achieve and end, to finishe.* } Cic. *fam.*5. De Dionysio, si me amas, confice: quamcunque ei fidem dederis, præstabo. Idem; Confeci quæ jussisti omnia. ¶ Huc pertinent variæ loquendi formæ. Cic. *Phil.*9. At ille properans, festinansque, mandata nostra conficere cupiens. ¶ Conficere officium legationis, apud Cæs. *bell. civil.*3. ¶ Conficere nuptias. Suet. *in Claud. cap.*26. Terent. *in Andr.* Nam satis credo si adjugalis, ex unis geminas mihi conficies nuptias. ¶ Conficere negotium. Plaut. *in Cist.* Nemo exibit: omnes intus conficient negotium. Ubi id erit factum, ornamenta ponent. ¶ Conficere pacem. Cic. *pro Flacc.* Pacem maritimam summa virtute, atque incredibili celeritate confecit. Terent. *in Heaut.* In mentem venit, namque adolescens quàm minima in spe situs erit, tam facilè pactis pacem in leges conficiet suas. ¶ Conficere iter. Cic. *ad Attic.* Nunc iter conficiebam, æstuosa & pulverulenta via. ¶ Sic conficere annos; vitæ cursum, curriculum. Idem 1. *de nat. deor.* Sol cursus annuos conficit: cujus illustrationem ejusdem incensa radiis menstruo spatio luna complet. Conficere noctem (id est, traducere.) Cæs. 3. *de bell. civ.* Idem *ibid. lib.*1. Confecto reliquo sermone. Item, Confecto prandio, vinóque epoto. Plaut. *Men. sc.*2. *a.*3. Sesquiopus quotidianum conficere. Idem *Capt. sc.*5. *a.*3. ¶ Conficere annales, librum: pro scribere, componere. ¶ Conficere pecuniam, procurare, comparare: Cic. *pro Syll.* Duæ rationes conficiendæ pecuniæ, aut vectura, aut tributo. ¶ Conficere exercitum. Cic. *pro leg. Manil.* Pompeius difficili Reipublicæ tempore exercitum confecit. ¶ Conficere bibliothecam. Idem *ad Attic. lib.*1. Velim cogites id quod mihi pollicitus es, quemadmodum bibliothecam nobis conficere possis. ¶ Conficere suffragia. Liv. *lib.*9. *ab Vrb.* Item, Conficere reditum alicui. Suet. *in Cæs. cap.*5. ¶ Conficere bellum, τὸν πόλεμον εὐτυχῶς. Cicero *famil.*5. Nam si hoc expectandum sit, dum totum bellum conficiam. ¶ Admittit quoque in hoc genere præpositionem. Idem *ad Quint. frat.* De nostra Tullia tui mehercule amantissima, spero cum Crassipede nos confeciſſe, id est, transegisse. Idem *Attic. lib.*12. Sed hæc coram videbimus: ita tamen ut hac æstate fanum absolutum sit. Tu tamen cum Appella Chio confice de columnis. ¶ Conficere cibum, id est mandere, & dentibus molere. Idem *de nat. deor.* Eorum dentes acuti morsu dividunt escas, intimi autem conficiunt, id est, conterunt. Plin. *lib.*26. *cap.*8. Aliàs enim cibos non transmittit, aliàs non continet, aliàs non capit, aliàs non conficit. ¶ Conficere argentum, pro decoquere & dilapidare, seu malè absumere. Terent. *in Phorm.* Egomet ire senibus Sunium dicam ad mercatum, ancillulam emptum, quam dudum dixit Geta. Nam quum hic non videant me, conficere credam argentum suum. Sic patrimonium conficere. Cic. *pro Flacco*, Patrimonium quod hic nobiscum conficere potuit, Græcorum convivis malunt dissipare. Et Plaut. *in Capt. sc.*5. *a.*4. Quia me, mámque rem, quod in te uno fuit, tuis sceleſtis falsidicis fallaciis dilacerasti, deartuasti, confeciſti omnes res ac rationes meas: id est, perdidisti quicquid ad hanc rem perficiendam excogitaveram. Cic. *pro Marc.* Nihil est enim opere, aut manu factum, quod aliquando non conficiat, aut consumat vetustas. ¶ Conficere hominem, est vulneribus interficere & dilaniare: & propriè hoc verbum (ut inquit Donatus) convenit gladiatoribus iis, qui gravissimis vulneribus se mutuò dilaniant. Cic. *in Pison.* Plagis confectum ante oculos tuos cecidisse. Liv. *ab Vrbe* 1. Prius itaque quàm alter, qui nec procul aberat, consequi posset, & alterum Curiatum conficit. Quint. & Lactant. *lib.*1. hoc verbum non invenuſſe ad elementorum pugnam transumpsit. Ignis quidem (inquit) permisceri cum aqua non potest, quia sunt utraque inimica: & si comminus venerint, alterutrum quod superaverit, conficiat alterum necesse est, hoc est, perdat & consumat. At conficere virginem, apud Terent. *in Eunucho*, Virginem quam amabat, eam confeciſſe sine molestia, sic interpretatur Donatus: Si dixiſſet, Amorem confeci, posset intelligi, confeci, expedivi, perfeci. At verò virginem confeci, quid intelligemus, nisi hoc unum quod insultat Parmeno, confectam virginem, quasi dicat superatam atque devictam? Sic Plaut. *Pseud. sc.*5. *a.*1. Conficiet hic te verbis suis (i. configet, confodiet, victum reddet.) ¶ Transfertur quoque ad molestiarum dolorúmque magnitudinem, & idem ferè est quod enecare & excruciare. Me assiduò confectum cura, dolore, fevocat, &c. Catull. *ad Ortalum.* ¶ Et interdum activè. Cicer. *ad Attic.* 12. Me conficit sollicitudo, ex qua etiam summa infirmitas corporis: qua levatur, ero una cum eo, qui negotium gerit. ¶ Interdum passivè, & cum ablativo. Cic. 1. *Offic.*3. Quid si Phalarim crudelem tyrannum & immanè, vir bonus, ne

Cic. *pro Manil.* Quas & à majoribus acceperat, & ipso bello superiore ex tota Asia direptas in suum regnum congesserat. Terent. *in Eunuch.* Quum in cellulam ad te patris penum omne congerebam. ¶ Congerere, pro nidum conficere: unde avium congestus. Virg. *in Bucol.*

——— *namque notavi*
*Ipse locum, aëria quò congessere palumbes.*

Congestus, partic. { אסף *asáph.* συλλογίζω, συμφορέω. Gal. *Amassé, amoncelé, entassé l'un sur l'autre.* Ital. *Ammassato, ammachiato.* Germ. Zusammen getragen. Hisp. *Amontonado.* Angl. *Heaped, gathered together one upon another.* } Cic. 2. *de Divin.* Grana tritici in os pueri Midæ congesta. Congestum opera apicularum cereum. Plaut. *Curc. fc.* 2. *a.* 1. Cum has herbas in tuam alvum congerunt. Idem *Pseud. fc.* 2. *a.* 3.

*Et vix congestas area cepit opes.*

Ovid. 4. *Fast.* ¶ Congestus avium, est cùm aves ad nidum construendum festucas, herbas, floccos, aliáque congerunt. Nam, ut suprà observatum, Congerere, est nidificare. Cic. 2. *de Divinat.* Herbam autem asperam credo avium congestu, non humano satu.

Cōngĕrĭes, ei: Coadunatio, cumulus, agger. { צבור *tsibbúr*, אספה *aséphâh.* συμφόρημα, συναγωγή. Gall. *Amas, monceau, tas confus de quelque chose.* Ital. *Ammassamento di cose senza ordine l'una sopra l'altra.* Germ. Ein zusamen häuffung. Hisp. *Monton sobre monton.* Angl. *An heap or gathering together.* } Plin. *lib.* 10. *cap.* 43. Ita descendere pavimentum exprestisse tali congerie, quæ poturo sufficeret. Bonorum congeries, Claud. *in Pan.* Pulveris congeries. Luc. *lib.* 8. Sylvæ congeries. Ovid. 9. *Met.*

Cōngĕstus, us, ut, συμφόρησις. Col. *lib.* 9. Congestu culmorum & frondium supertegemus. Congestus arenæ. Lucr. *lib.* 6. Copiarum congestus. Tacit. *lib.* 18. Sen. *cap.* 7. *al.* 16. *de const. ad Polyb.*

Cōngĕstĭtĭus, quod congestum est. { אסף *asáph*, צבר *nitsbár.* συλλογικός. Gall. *Amassé, amoncelé, entassé l'un sur l'autre.* Ital. *Ammassato, ammachiato.* Germ. Das zusammen getragen / oder gehaufet ist. Hisp. *Cosa amontonada.* Angl. *That is heaped or gathered together.* } Col. *lib.* 2. *cap.* 10. Non deterius tamen etiam pinguibus arenis, vel congestitia humo proveniunt. Locus congestitius non solidus ad jacienda fundamenta. Vitruv. *lib.* 3. *cap.* 3. Si autem solidus non inveniretur, sed locus erit congestitius, &c.

Cōngĕstĕ, adverbium, pro confusè atque sine ordine. Julius Capitolinus *in Marco Antonio.* Et quidem hæc breviter & congestè.

Cōngĕstum, Adverb. ἀθρόως. Apul. *in Apol.* Hæc enim frivola: pleraque in litoribus omnibus congestim & acervatim jacent.

‖ Congio, is: per augmentum cresco. Unde ‖

Cōngiārium, ii. Munus imperatorium (ut scribit Senec. *lib.* 4. *de benefic.*) quo donabatur populus, sicut donativo milites. { Δωρεὰ ἰσόβιος. Gall. *Liberalité faite au peuple.* Ital. *Dono splendido, imperiale.* Germ. Ein herliche Fürstliche gab oder schenke. Hisp. *Don magnifico, como de Emperador.* Angl. *A gift or dole of a prince or noble man.* } Sic Plin. *in Panegyr.* laudat Trajanum, quòd congiarium populo dedisset; quo locupletatæ sunt tribus, quum donativum milites accepissent. Hujus congiarii diversæ fuerunt summæ: Tiberius enim congiarium populo trecentos nummos virilim dedit: Caligula congiarium populo bis dedit tricenis sestertiis: Nero quadragenos nummos populo divisit. E congiario tantum ferunt homines, quantum in capita promissum est. Senec. *epist.* 73. Non congiaria, sed heminaria dabat Augustus. Quintil. Fercula illi pro congiariis numerant. Senec. *cap.* 5. *de tranquil.* ¶ Est & congiarium mensuræ genus, apud Paulum Jureconsult. Quintil. *lib.* 6. Congiarium commune nomen est liberalitatis atque mensuræ.

Cōngĭus, ‖ vel congium, mensura liquidorum continens sex sextarios. ‖ Alio nomine dicitur Chus, χοῦς. Plin. *lib.* 4. *cap.* 10. Libram & quadrantem in congios duos musti macerant. Ab hoc mensuræ genere Novellius Torquatus Mediolanensis dictus est Tricongius, quòd unico haustu, inspectante Tiberio Cæsare, tres sicasset vini congios, de quo vide Plin. *lib.* 14. *cap.* 22. Varro *lib.* 3. *cap.* 6. Aquæ congiis sex.

Cōngiālis, e, adjectivum: ut, Fidelia congialis, quæ congium capit. Plaut. *Aul.* Mulsi congialem plenam faciam tibi fideliam.

Cōngiārĭus, a, um, χοιρογράφιον, *alias* ut, Congiarius caduc, qui congium continet. Plin. Ipse quum rediit ex Asia, millia cadum congiarium divisit amplius centum. Vide Budæum.

Cōngĭlĕfĭo, fis, fieri, congelari, glacie concrescere. { πηγνυμαι. Gall. *Se glacer & congeler.* Ital. *Agghiacciare.* Germ. Gefrieren. Hisp. *Enfriarse, elarse.* Angl. *To freeze or to waxe in ice.* } Cicer. 2. *de nat. deor.* Quæ neque conglaciaret frigoribus, neque nive pruinâque concresceret. Cælius. Cic. *lib.* 8. Curioni nostro Tribunatus conglaciat, id est, prorsus nil agit Curio.

Cōnglŏbo, as, in globum cogo, conjungo. { גלם *ghalam.* קבץ *kibbets.* σφαιρόω. Gall. *Entasser & assembler en un rond, serrer tout à l'entour, se rallier.* Ital. *Adunare, ammassare.* Germ. Zusammen tuglen/ zusammen trutlen/ oder häuffen. Hisp. *Embolver à amontonar.* Angl. *To gather, to come or bring round together in plumbes.* } Liv. *lib.* 8. *ab Urb.* Qui Latinorum pugnæ superfuerant, multis itineribus dilapsi, quum se in unum conglobassent, Vestinæ urbis receptaculum fuit. Salust. *Jugurth.* 133. caterva tion, uti quosque fors conglobaverat.

Conglŏbātio, nis, { גלום *ghalóm*, גולם *ghólem*, אגרוף *aghuddáh.* συσφαίρωσις, συναθροισμός. Gall. *Amas en rond.* Ital. *Adunatione.* Germ. Ein zusammen häuffung als ein fugel. Hisp. *Embolvimiento, amontonamiento.* Angl. *A gathering or comming round together.* } Senec. *nat. quæst.* 1. Multa conglobatione ignium indigesta, quum ingens eorum orbis nimiorum amplitudine Solis interdum exureret. Tacit. *de Germ.* Fortuita conglobatio.

Conglŏbātus, participium. { גלום *ghalám.* συσφαιρόω. Gall. *Amassé en rond.* Ital. *Ammassato, adunato.* Germ. Zusammen gehäufft oder gehäufft. Hisp. *Cosa embuelta y amontonada.* Angl. *Heaped or gathered round together.* } Conglobatum corpus in pilæ modum. Plin. *lib.* 9. *cap.* 47.

Conglŏbātim, adverb. { ἀθρόως, σφαιροειδῶς. Gall. *En un tas, en rond.* Ital. *In mucchio, in monte.* Germ. Häuffetig tugelichtig. Hisp. *En un monton.* Angl. *By heapes together.* } Quod significat per globos, quo usus est Liv. 4. *bell. Pun.*

Cōglŏmĕro, as, are, à Glomus, eris. Involvere, superaddere. { גלם *ghalam.* συναθροίζω. Gall. *Emmencler ensemble, faire, en metre en pleton.* Ital. *Involuppare, involgere, sopraggiungere.* Germ. Alle an ein klotlin winden. Hisp. *Embolver, à devanar hilado.* Angl. *To wind thread in bottomes, to assemble.* } Ennius *Thyeste*, Heus mea fortuna, ut omnia in me conglomeras mala!

Conglŏmĕrātĭlis, passivè. Lucr. *lib.* 3.

*Quàm tenui consles texturæ, quámque loco se*
*Contineat parvo, si possit conglomerari.*

Cōnglŏtĭno, as: Conjungo, copulo, confio. { חבר *chibbér*, חברים *hibbibh.* συνάπτω. Gall. *Coler, joindre ensemble, assembler.* Ital. *Incolare insieme, congiungere insieme.* Germ. Zusammen leymen/ zusammen fügen. Hisp. *Engrudar ò travar en uno.* Angl. *To joine together.* } Cic. *de senect.* Sic hominem eadem optimè quæ conglutinavit, natura dissoluit.

Conglūtĭnātio, verbale, Conjunctio. { דבק *debék.* σύνδεσμος. Gall. *Assemblement, conjonction.* Ital. *Assembramento, congiunttione.* Germ. Das zusammen leymen/ zusammen fügung. Hisp. *Ayuntamiento, engrudamiento, travazon.* Angl. *A glewing together.* }

Congræcor, aris, deponens, & Congræco, as, neutrum: Comportationibus indulgeo, genialem vitam ago. { סבא *saba.* συμπίνω. Gall. *Vivre en faire à la mode de Grece, yvrongner, boire d'autant.* Ital. *Tavernare, sbevacchiare, cucchiare.* Germ. Im saufi läben/ schlemmen/ zächen. Hisp. *Andar por tavernas, glotonear.* Angl. *To feaste and make good chere.* } Plaut. *in Bacch.* Quòdque in lustris concubam, & congræcem patet. Tractum est ex more Græcorum, qui comportationibus ac deliciis plus æquo indulgebant. Dicimus in eadem significatione Pergræcor, quod magis est in usu.

Cōngrātŭlor, aris: Signis lætitiam ostendo, cum aliquo gaudeo. { ברך *bérech*, συνήδομαι, εὐχαριστέω. Gall. *Se conjouyr de la bonne fortune advenuë à quelqu'un.* Ital. *Congratularsi, allegrarsi.* Germ. Sich frewen mann es jemandts wol ergangen ist. Hisp. *Alegrarse d'el bien de otro.* Angl. *To rejoice with one.* } Cic. *pro Sestio.* Mihi denique homines præcipuè congratulabantur. Emendati codices legunt, gratulabantur.

Congrātŭlātio, nis. { ברכה *berachâh.* εὐχαριστία, φιλοφροσύνη. Gall. *Congratulation, conjouyssance.* Ital. *Congratulatione, rallegrarsi con altri.* Germ. Frolockung/ glückwunschung. Hisp. *Aquella alegria del bien de otro.* Angl. *A rejoicing together.* } Cicer. *ad Brut.* Sed tamen omnium ordinum consensus, gratiarum actio, congratulatióque commovit.

Cōngrĕdior, simul gradior, coëo. { קהל *kahál*, יעד *jahádh.* συναθροίζω, συναγείρω. Gall. *S'assembler & venir en un lieu, s'approcher de quelqu'un.* Ital. *Ridursi in compagnia, andar insieme.* Germ. Zusammen gehen. Hisp. *Andar juntamente con otro.* Angl. *To come nigh one to in one place.* } Pauper metuit congredi (i. sociari divitî.) Plaut. *Aul. fc.* 4. *a.* 1. Hominem ne congrediamur quæso (i. conveniamus, colloquamur.) Idem *Amphitr.* Congrediar, contollam gradum. Idem *Aul. fc.* 5. *a.* 1. Ubi cum hostibus congrediar. Metaphoricè (de dolo.) Idem *Pseud. fc.* 2. *a.* 1. In congrediendis hostibus. Plin. *cap.* 11. *lib.* 2. & Plaut. *Curc. fc.* 1. *a.* 1. Congrediar, i. conveniam & alloquar. Varro, Omnésque in unam domum congressi, simul discubuere. ¶ Item ad pugnandum, vel disputandum ire. { קרב *karab.* συνάπτω, συμπλέκω, συμπίπτω, εἰς χεῖρας ἰέναι. Gall. *Aller au combat, ou à la dispute.* Ital. *Andare insieme à contendere, venire alle mani.* Germ. Mit einem ein gang thun/ das ist/ sich mit einem in ein streyt begeben. Hisp. *Encontrarse con otro en pelea.* } Qui ter cum hoste congressus, victor rediit. Virg. 12. *Æneid.*

*Vix hostem alterni, si congrediamur, habemus.*

Cic. 2. *de natura deorum.* Nam ego incautus, qui cum Academico, & eodem rhetore congredi conatus sum. Plaut. *apud Non.* Haud scio an congrediar à Congredo.

Congrĕdiens, participium, { קרב *karéb.* συμπλέκω. } Cic. *de nat. deor.* Sed cum congrediens cum sole, cum digrediens.

Congrĕssus, a, um, aliud participium. συμπλοκή, συμπλέκω. Virg. *lib.* 12. *Æneid.*

Nec

*Net pede congressos, nec equo, nec tela ferentes*
*Insequitur.*

Cum dativo. Virg. 1. *Æneid.*

*Infelix puer, atque impar congressu Achilli.*

Ubi Servius, Congredior tibi, antiqui dicebant, sicut pugno tibi, dimico tibi. Hodie dicimus, Congredior tecum, dimico tecum. Idem 5. *Æneid.*

——— *Pelida nunc ego fortè*
*Congressum Æneam, &c.*

Cōgrĕssŭs, us, m: Congressio, conventus, conflictus. {מגרש *migrásh*, קרב *kadhábh*, קרבה *kerabáh*. συνάθροισις. Gall. *Assemblée de gens, abordement, rencontre.* Ital. *Unione, assembramento.* Germ. Zugang / versamlung. Hisp. *Aquel encuentro.* Angl. *The hauing of beastes together.*} Cicer. *de Amicitia.* Ut congressu hominum fugiat atque oderit. Congressu hominum abstinere. Sueton. *in Aug. cap.* 65. Item, Congressu fœminarum pollui. Plin. *lib.* 14. *cap.* 12. ¶ Congressus pro conflictu, seu prælio. {קרב *karáb*.} Salustius, Multi in eo congressu perierunt. Cæsar 1. *bell. civil.* Nostri in primo congressu circiter septuaginta ceciderunt.

Cōgressĭo, aliud verbale, colloquium, sermo. {קריאה *keriakáh. ἐρώτησις, συνδιάλεξις.*} Cic. 1. *Philip.* Eúmque à tua non modò familiaritate, sed etiam congressione patrio jure & potestate prohibetet. Gall. *Conference.*

Cōnŏrĭor, aris, ari, à grege derivatum: Contraho, cogo, in unum compello, convoco, cuacervo, aggrego. {קהל *kahal*, אסף *asáph. συνάγω.* Gall. *Assembler, amasser en un troupeau. faire un corps de, &c.* Ital. *Congregare, adunare.* Germ. Versamlen. Hisp. *Ayuntar como ganado.* Angl. *To gather together.*} Cic. 14. *Philipp.* Cives unum se in locum ad curiam congregabant. ¶ Congregari, pro mori, auctore Ribera, quia mortui aggregantur patribus suis. Indo explicat illud Oseæ *cap.* 4. Pisces maris congregabuntur, i. deficient, & morientur.

Cōngrĕgātŭs, particip. {נאסף *neesáph. συνηθροισμένος.* Gall. *Congregé, amassé, assemblé.* Ital. *Congregato, ridutto insieme.* Germ. Versamlet / zusammen getroffen. Hisp. *Ayuntado, amontonado.* Angl. *Gathered together.*} Cicer. *pro domo sua.* Multitudo hominum ex servis conductis congregata.

Cōngrĕgātĭo, verbale. {ועדה *aséphah. σύλλογος συναγωγή.* Gall. *Congregation, assemblée en un troupeau.* Ital. *Congregatione, assembramento.* Germ. Versamlung. Hisp. *Ayuntamiento.* Angl. *Assembling, or going together.*} Cic. *lib.* 4. *de finib.* Natósque esse ad congregationem hominum.

Cōngrĕgābĭlis, e. *συναγελαστικός.* Quod facilè congregari potest, quod amat congregationem & societatem. Cic. 1. *Offic.* Atque ut apum examina non confingendorum favorum causa congregantur: sed quum congregabilia naturâ sint, fingunt favos.

Cōngrĕssus, & Congressĭo, vide *Congredior.*

Cōngrex, dicitur gregi copulatus, commistusque. {*συναγελάζω.* Gall. *Adjoint, & assemblé au troupeau.* Ital. *Agiunto al gregge.* Germ. Dahet die heerd vermischt. Hisp. *Ayuntado al ganado.* Angl. *Gathered to the flocke.*} Apuleius *lib.* 9. Namque me congregem pastor egregius aliquando permisit. Nullis compotationibus congreges Chrulliani, Tertull. *lib. singulari de Pudic.* Horat. *lib.* 1. *Ode* 37.

*Contaminato cum grege turpium*
*Morbo virorum.*

Sed legit Scaliger, *cum grege.*

Cōngrŏdĕo, is, gressi: Convenio, consentio. {כשר *chasheb. συμφέρω, ἁρμόζω, ἀρέσκω.* Gall. *S'accorder, se convenir.* Ital. *Confarsi, convenire.* Germ. Einhellig sein / sich fügen / schicken / oder reymen. Hisp. *Convenir ò concertarse.* Angl. *To consent, to agree.*} Tractum à gruibus, teste Festo, quæ non se segregant, quum volant, sive quum pascunt. Plaut. *in Curc. sc.* 2. *a.* 1. Sanè illi inter se congruunt concorditer. Cic. 4. *in Verr.* Quòd suos dies mensésque congruere volunt cum Solis Lunæque ratione. Sueton. *de claris Gram.* Quod equidem non temerè crediderim, quum temporum ratio vix congruat. Cum dativo, Terent. *Phorm.* Congruit mulieri magis. Cicer. *ad Papir. Paetum, lib.* 9. *ep.* 24. Volo enim te scire, mi Pæte, initium mihi suspicionis & cautionis & diligentiæ fuisse literas tuas: quibus literis congruentes fierunt aliæ postea multorum. Cum Ad, id non congruit ad nostras litteras. Gell. *cap.* 6. *lib.* 14. Livius 1. *ab Vrbe*, de Faustulo, Expositos jussu regis infantes sciebat, & tempus quo ipse sustulisset, ad ipsum congruere, id est, competere. Budæus. Solutus in proprio significatu ille est *cap.* 19. de gruibus. Concors cura omnium pro fatigatis, adeò ut si quæ defecerint, congruant universæ, lassásque sustollant, usquedum vires otio recuperentur.

Cōngrŭēns, tis, participium. Aptus, accommodatus, conveniens. {כשר *chasheb*, ראוי *ravi*, נכון *nachón. ἁρμόζων.* Gall. *Accordant, convenable.* Ital. *Accordante, conveniente.* Germ. Einhellig / sich fügend oder reymend. Hisp. *Conveniente.* Angl. *Which serueth the purpose.*} Plin. *in Panegy.* Ita charitas mutua, ita congruens tenor vitæ. Non congruens vitæ mors. Suet. *in Othon. cap. ult.*

Cōngrŭēntissĭmus, superlativus: ut, Congruentissima voce insigniter acclamare, apud Apuleium *Apologia.*

Cōngrŭēntĭa, æ. Convenientia, si multitudo. {כשרון *chisharón. σύμφωνα, ἁρμονία.* Gall. *Convenance, similitude, accord, rapport.* Ital. *Convenienza, similitudine, accordo.* Germ. Gleichförmigkeit. Hisp. *Conveniencia, semejança, acuerdo.* Angl. *Apteneſſe, lykneſſe.*} Suet. *in Othone.* Neroni inusitatus facilè primum inter amicos locum secum tenuit congruentiâ morum. Congruentia pronunciandi. Apul. *Apolog.* 1. ¶ Unde & Congruum, *συμφωνον*; & Incongruum, *ἀσύμφωνον*: Congruens, & incongruens. Lactant. *lib.* 2. Est autem perversum & incongruens, ut simulachrum hominis simulachro Dei colatur.

Cōngrŭēntĕr, adverbium, Convenienter. {*ἁρμοδίως, συμφώνως.* Gall. *Convenablement.* Ital. *Convenevolmente* Germ. Gleichförmiglich / fügklich. Hisp. *Concertadamente.* Angl. *Aptlie, fittelie.*} Cicer. 3. *de Orat.* Ut ad id, quodcunque agetur, aptè, congruenterque dicamus.

Congruitas, idem quod Congruentia. Sidon. *lib.* 9. *ep.* 4.

Congrŭus, adject. {Angl. *Fitte, conuenient to the purpose.*} Congrua tempora. Claud. *in Ruff.*

Congrus, sive Conger. {גלל. Gall. *Vn poiſſon appellé Congre.* Ital. *Congro, peſce.* Germ. Ein langer schlipferechtiger fisch in dem meer wonend. Hisp. *El congrio pescado.* Angl. *A congre.*} Piscis est oblongus & lubricus, magnæ anguillæ non dissimilis, etiam hodie nomen retinens. Terent. Fu congrum istum maximum in aqua fusto lusisse paulisper. Plin. *lib.* 89. *cap.* 20. Alii longi, ut murænæ; cong. 1. Congrum, Murenam exdorsua. Plaut. *Aul. sc.* 6. *a.* 2.

¶ Congum, *Congo*, urbs primaria regni Congi in Africa, sub ditione Lusitanorum. ¶

Congylis, γογγύλις, rapum ¶ à rotunditate. γογγύλος enim (idem quod στρογγύλος) est in formam rotundam, aut turbinatam contractus, seu conglobatus. ¶

Conides, κωνίδης, Scriptor Græcus, cujus opus de apparatu vini, citat Plin. *lib.* 14. *cap.* 19.

Coniates, κωνιάτης, Græco vocabulo appellatur, qui patinas incrustat, aut testarium inducit. ¶ Item qui athletas luctam inituros ceromate inungebat.

Conimbrica, Lusitaniæ oppidum, ut author est Plin. *lib.* 4. *cap.* 21. *de descriptione Lusitaniæ*, vulgò *Coymbra.*

Conifera arbor, dicitur quæ conos fert, hoc est, nuces pineis similes, κωνοφόρος *Hesych.* Et coniferæ cypatissi. Coniferos, κωνοφόρους vocabant Græci, qui in Bacchi exercitu, dum in Indiam proficiscerentur, thyrsos ferebant conis & strobilis exornatos.

Cōnĭcĭo, is: Jacio, jaculor, simul jacio. ¶ Sed ut simplicia aliquâ pro compositis tira & contrà usurpantur. Est autem *conjicere*, frequenter idem atque συμβάλλειν & συμβάλλεσθαι, opinionem de aliqua re fuerere, probabiliter colligere. ¶ {רמה *ramáh*, ירה *yarâh. βάλλω, βάπτω.* Gall. *Ietter ensemble, ruer. faire aller & entrer.* Ital. *Gettare insieme.* Germ. Zusammen werffen. Hisp. *Echar, echar con tiro.* Angl. *To hurle to cast together.*} Livius 2. *ab Vrbe.* Clamore subito undique in unum hostem tela conjiciunt. Cæsar *lib.* 1. *Com.* Pro vallo carros objecerant, & è loco superiore in nostros advenientes tela conjiciebant. ¶ Conjicere se aliquò, est cum festinatione se aliquò recipere. Ter. *Heaut.* Hæc ubi aperuit ostium, continuò hic se conjecit intrò. Cic. *pro M. Cæcilio*, Sin se in intimum baloci conjicere vellent, non satis commodè calceati & vesturi id facere possent. Conjectæ in noctem naves. Cæs. 3. *de bell. civ.* ¶ Conjicere se in pedes, vel in fugam, idem est quod fugere, vel fugam arripere. Terent. *in Phorm.* Hinc me conjicerem protinus in pedes. Cic. *pro Cæl.* Atque illo repentino hominum impetu se in fugam conjecisse. ¶ Conjicere in vincula. Salust. Ex eo numero complures Q. Metellus Celer Prætor ex senatusconsulto causa cognita in vincula conjecerat: id est, *idem.* ¶ Conjicere vestem in collum. Plaut. *in Epid.* Orna te Epidice, & palliolum tuum in collum conjice, i. *induere.* Conjiciam in collum pallium ut servi comes. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Et cum dativo.

——— *Conjectáque vincula collo*
*Accipit.*

Ovid *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.* Conjectæ in noctem naves. Cæs. 3. *de bel. civ.* ¶ Conjicere aliquem in lætitiam. Lætitia afficere. Terent. *in Heaut.* Sytemi, obsecro, ne me in lætitiam frustrà conjicias. ¶ Ponitur etiam frequenter pro conjectura assequor, conjecturam facio, agnosco, auguror, divino. {שער *schaêr*, פתח *pathâh*, קסם *kasâm. συμβάλλομαι, σχεδιάζω.* Gall. *Avoir quelque opinion par conjecture. conjecturer.* Ital. *Congetturare.* Germ. Erdencken / errahten / ein gemercke nemmen. Hisp. *Conjeturar. adevinar.* Angl. *To gesse and give his opinion.*} Terent. *in Eunuch.* Neque scio quid dicam, aut quid conjectem. Liv. 2. *ab Vrb.* Postea eventu tem conjectantibus eiisum ad damnationem ipsius Camilli, captæ deinde urbis, &c. ¶ Conjectare, pro conjicere *συμβάλλειν*; in quo faciendi retenta significatio: ut, Conjectare ad cœnulam non cupedias ciborum, sed argutias quæstionum. Gell. *cap.* 13. *lib.* 6. Et apud eundem *lib.* 7. *cap.* 19. decreti verba hæc sunt: Cùm L. Cornelius Scipio Asiaticus triumphans, hostium duces in carcerem conjectaverit. De eodem verbo lege eundem Gell. *cap.* 8. *lib.* 17. in prima significatione.

Conjector, is, Interpres somniorum, & portentorum vates. {פתר *pathâr*, קסם *kosém. οἰωνοσκόπος, οἰωνιστής.* Gall. *Celuy qui predit par conjecture. devin.* Ital. *Interprete, significatore de segni.* Germ. Ein auffleger der träumen. Hisp. *Devinador, soltando los sueños.* Angl. *An interpretour of dreames.*} à conjectura, hoc est, directione quadam rationis ad veritatem. Cic. 1. *de Divin.* Defert ad conjectorem quidam somniasse se ovum pendere ex fascia lecti sui cubiculatis. Ego Tiresiam conjectorem advocabo. Plaut. *Amphitr.* Quin conjectores à me consilium petunt. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 2. Idem *in Pœn.* Nam isti quidem hercle orationi Œdipo opus est conjectore.

Conjectūra, ut ait Sposippus, est rei latentis judicium, & est id quod quis per rationes, & signa, & tempora, & hujusmodi conjecit, id est, cogitat,

cogitat & colligit : opinio, suspicio, divinatio. {מסכ *késem*. מדרון *pitrôn*. συμπτωμα. Gall. *Conjecture*. Ital. *Congestura*, *signale*. Germ. Ein gemeine mutmassung auß denen man etwas abnimpt. Hisp. *Conjectura*. Angl. *Gessing*.} Cic. *Cernite*. Quantum copiarum haberes, tum ipsa conjectura consequi poteram, tam ex literis tuis cognovi.

*Augurium ratio est & conjectura futuri.*

Ovid. *Eleg.* 8. *lib.* 1. *Trist.* Potin' conjecturam facere, si narrem quod somniavi. (Mox conjicere somnium.) ¶ Plaut. *Cure. sc.* 1. *act.* 1. Idem *Menæch. sc.* 1. *a.* 1. Quintil. *lib.* 3. Conjectura dicta est à conjecto, id est, directione quadam rationis ad veritatem : unde etiam somniorum, atque monstrorum interpretes, Conjectores vocamus. Conjecturam Rhetores accipiunt pro eo statu, quum facti est controversia, quoniam conjecturis causa confirmatur : vocatur & Constitutio conjecturalis.

Cōnjectūrālis, e, adjectivum, quod per conjecturam colligitur, & proponitur. {συμπτωμ. Gall. *Qui gist en conjectures, chose qu'on connoist, sçait, & prouve par conjectures*. Ital. *Cosa che se giudica per congettura*. Germ. Das man auß gemercken oder mutmassungen versteht vnd abnimpt. Hisp. *Cosa de conjectura*. Angl. *That is understanded by gessing*.} ¶ Unde Conjecturalem statum vocant Rhetores, quum per conjecturas quæritur an aliquid factum sit. Author ad Herenn. *lib.* 1. Conjecturalis est, quum de facto controversia est : hoc modo, Ajax in sylva, postquam resciyit quæ fecisset per insaniam, gladio incubuit. Ulysses intervenit, occisum conspicatur, è corpore telum cruentum educit : Teucer intervenit, ubi frattem occisum, & inimicum fratris cum gladio cruentato videt, capitis accersit. Hic quoniam conjecturâ verum quæritur, de facto erit controversia, & ex eo constitutio causæ Conjecturalis nominatur. Cels. *lib.* 1. Est enim Medicina ars conjecturalis : id est conjectutis nitens.

Cōnjēctūro, as, are : Conjicio. Senec. *lib.* 9. *nat. quæst.* Nobis conjecturare tantùm illa in occulto libet, nec cum certa inveniendi fiducia, nec sine spe.

Cōnjēctānĕa, συμβολαίων, libri ‖ in quibus scribimus, quæ conjectamus, h.e. conjecturas nostras. ‖ Gell. *lib.* 20. *cap.* 11. *de librorum festivis inscriptionibus* : Est qui interpsit, συμβολῶν. Sunt item multi qui Conjectanea. Ab eod. Gell. *lib.* 14. *cap. ult.* citatur Ateius Capito in Conjectaneorum ducentesimo quinquagesimo nono.

Conjectatorie, Adverb. συμβολικῶς. Gell. *lib.* 14. *cap.* 3. Et ejus rei argumenta quædam Conjectatorie ex eorum scriptis proferuntur.

Conjēctārium, Efficax atque perfectum. ἔνεργος. Cic. 4. *de fin.* Illud verò minimè conjectarium. Nonius.

Conjēctŭs, us : Iactus, conjectio. {רמיה *remiáh*, מטחורת *metachavéh*. ῥῖψις, ἐκβολή. Gall. *Iettement*. Ital. *Il gittare*. Germ. Ein zuwurff. Hisp. *El echamiento, lance*. Angl. *Casting or hurling together*.} Plin. *lib.* 26. *cap.* 4. Æthiopide herba amnes ac stagna siccari conjectu, tactu clausa omnia aperiri. ‖ ¶ Item Congregatio. Lucr. ¶ Sic conjectus radiorum, apud eundem : & , Conjectus oculorum. Cic. *pro Planc.* Non enim tribum Tarentinam, de qua dicam alio loco, sed dignitatem, sed oculorum conjectum, sed solidam & robustam & assiduam frequentiam præbuerunt.

Conjēctio, verbale. ‖ actus conjicientis, item conjectura, συμβολή. Est & vox forensis. ‖ {רמיה *remiáh*, מטחורת *metachavéh*. ἐκβολή, καβολή. Angl. *A casting or hurling together*.} Cic. *pro Cecin.* Neque jactu cominus, neque conjectione telorum. ¶ Conjectio causæ dicitur, ut author est Asconius, causæ suæ in breve coactio : quia litigatores quum ad judicem venissent, antequam causa ageretur, quasi per judicem strictim & anguste rem exponebant : id quod dicebatur causæ conjectio, fortassis quòd inde de tota disceptatione judex conjicere aliquo modo posset. Eodem verbo utitur Paul. *in l.* 1. D. *de reg. jur.* ¶ Conjectio item ponitur pro Divinatione à Cic. *de nat. & Divin.* ubi conjectionem somniorum exponit, Vim cernentem & explanantem, quæ à dis hominibus significentur somnis. ¶ Conjectio item pro Conjectura. Ulp. D. *lib.* 28. *tit.* 1. *l.* 21. §. 1. *in fin.* Utique placeret conjectionem fieri ejus quod reliquit, vel ex vicinis scripturis, vel ex consuetudine patrisfamilias, vel regionis.

Conjēctŭs, a, um, participium. {משלך *mushlách*. συνβεβλημένος. Gall. *Ietté*. Ital. *Gittato*. Germ. Geworffen. Hisp. *Echado*. Angl. *Cast an hurled together*.} Cicer. *de Amic.* Sed existimare debes, omnium oculos in te esse conjectos : unum te sapientem existimant, & appellant.

Conjectum accipere, est contributionem exigere. Conjectus ergo, sive Conjectum, Græcæ vocis imitatione, symbola dicitur, id est, pensitatio & tributum, quod aliqua de causa exigitur, & conferrur.

Conila, æ, sive Conile, es, κονίλη, olus est cicutæ simillimum, quod à Dioscoride Myrrhis appellatur. Legitur hoc nomen in quibusdam Dioscoridis exemplaribus : quamquam doctiores malint nuncupare inter ea quæ scriptori huic paulatim accreverunt. Nicander certè, *in Theriacis*, Conilam eandem facit cum origano.

‖ Conimbrica, *Coimbra*. V. E. regni Lusitaniæ, sub A. Bracarensi. ‖

Conion, {κώνειον. Gal. *Ciguë*. Ital. & Hisp. *Cicuta*. Angl. *Hemlocke*.} Græco nomine appellatur herba perniciosissima, publica Athenienssium pœnâ nobilitata, quam Latini Cicutam appellant.

Conisalus, κονισαλῶν, Deus habitus est apud Athenienses, qui similiter ferè ritu colebatur, quo apud Lampsacenos Priapus. Author Strabo *lib.* 3.

Cōnĭsco, as, est cornu petere more arietum, quum procurrentes capita inter se colliduni. {נגח *naghách*. κερατίζω. Gall. *Cornir, luiter front contre front, comme font les moutons*. Ital. *Cozzare con la corna*. Germ. Die köpff vneinander stossen oder stossen. Hisp. *Herir con cuernos*. Angl. *To dash with the hornes like bulles and rammes*.} ‖ Lucret. *lib.* 2.

*Ut fœtati agni ludunt, blandeque conisci.* ‖

Quint. *lib.* 8. *cap.* 3. ex Cic. *in Pisonem*, Caput opposuit cum eo conisceus.

Conisium, Theutraniæ oppidum, non procul à Caico fluvio, cujus meminit Plin. *lib.* 5. *cap.* 30.

‖ Conisterium, κονιστήριον. Vitruv. *lib.* 5. *cap.* 11. mendosè *Comisterium*, locus ubi pulvere post unctionem luctatori asperguntur, ut prehensiones essent firmiores & minùs lubricæ. Phil. à κόνις, in pulvere versor. ‖

Cōnistĭcæ aves, quæ à nonnullis Pulveratrices appellantur, utroque nomine ab earum consuetudine deducto, quòd se pulvere soleant immergere, ἀπὸ τῆς κονίσεως. Vide Cæl. *lib.* 6. *cap.* 26.

Conistĭcæ, & Conistĭcă, æ, κονίστρα. Arena, sive palæstra : ita nominata ἀπὸ τῆς κόνεως, hoc est, à pulvere, quo athletæ se mutuò solent aspergere.

Conistorgis, urbs Hispaniæ citerioris in tractu Celtico, cujus meminit Strab. *lib.* 13.

‖ Conjubatus, conjugatus. Gloss. ‖

Conjuga, conjux : Apul. 6. *Metam.* Magni Jovis germana & conjuga, &c. *Laurenberg.*

Cōnjŭgo, as : Conjungo, quasi in unum jugum jungo. {הצמיד *hitsmidh*, חבר *chibbér*. συζεύγνυμι. Gall. *Ioindre & allier ensemble comme font les iouz*. Ital. *Congiungere*. Germ. Zusammen fetzen/ zusammen binden/ zusammen kuppeln. Hisp. *Ayuntar*. Angl. *To joyne and couple together in one yoke*.} Cic. 1. *Offic.* Estque ea jucundissima amicitia, quam similitudo morum conjungavit.

Conjŭgātă, συζυγα, συνζεύγματα, συζυγασμοὶ, apud Rhetores sunt quæ ab uno genere veluti jugo flectuntur : ut à justitia, Justus, Juste, Justum. ¶ Hinc locum à Conjugatis dicimus, quum ita argumentamur, Si risus gaudium est, ergo & ridere gaudere est.

Conjŭgātŏr, is, {συζευκτὴς. Angl. *That yoketh thinger together*.} ut, Boni amoris conjugator, de Hymenæo dixit Catullus *in Epithalamio*.

Conjŭgātio, Conjunctio. {אזור *ezuvdh*, מחברת *machbéreth*. συζυγία. Gall. *Vnion, liaison*. Ital. *Vnione, ligamento*. Germ. Zusammen bindung. Hisp. *Ayuntamiento*. Angl. *Yoking or coupling together*.} Cicer. *in Catone*, Administeulorum ordines, capitum conjugatio & religatio. ¶ Dicitur etiam Grammaticis Conjugatio, variatio & declinatio in verbis, quòd multa tempora sub unum thema, quasi jugum, subjungat.

‖ Conjugis, e, συζυγος, jugum idem habens. Solin. *cap.* 30. Habent affectus : non temerè nisi conjuges evagantur. ‖

Conjŭgŭs, quod conjugatum est. {σύζυγος. Angl. *Yoke together*.} Plin. *lib.* 8. *cap.* 23. Conjuga ferme vagantur, nec nisi cum compare vita est.

Conjugulus, a, um : ut, Conjugula myrtus, apud Catonem *cap.* 133. Plin. *lib.* 15. *cap.* 19. Cato tria genera myrti prodidit : candidam, nigram, conjugulam, fortassis à conjugiis, ex illo Cluacinæ genere.

Cōnĭvĭum, matrimonium, ‖ status eorum qui sunt conjuges. ‖ {חתנה *chathunnáh*. συζυγία, ὑμέναιος. Gall. *Mariage, conjunction & lien de mariage*. Ital. *Matrimonio*. Germ. Der Ehestand. Hisp. *Casamiento de marido à muger*. Angl. *Mariage, the band of mariage*.} Virg. 1. *Æneid.*

*Conjugio jungam stabili, propriámque dicabo.* V. *Connubium.* Cic. 4. *de fin.* Ut conjugia virorum & uxorum à natura conjuncta esse dicerent. Idem 1. *Offic.* Prima societas in ipso conjugio est, proxima in liberis.

*Anne bonum oblita es facinus, quo regnum adepta es conjugium,* Catul. *de coma Beren.* ¶ Conjugium, pro coitu. Virg. 3. *Georg.*

——— *sæpe sine ullo*
*Conjugii vento gravida.*

Conjugium pro conjugatis. Plin. *lib.* 10. *cap.* 12. Pellunt nidis pullos, ac volare cogunt, sicut & corvi : qui & ipsi non carne tantùm alunter, sed robustos quoque fœtus suos fugant longiùs. Itaque patris in vicis non plùs bina conjugia sunt : circa Cranonem quidem Thessaliæ singula perpetuò : genitores soboli loco cedunt. Ubi Plin. bina conjugia vocat Bina paria, duos mares ac totidem fœminas.

Conjŭgālis, e, quod ad conjuges, sive ad conjugium pertinet. {γαμικὸς. Gall. *De mariage des appartenances de mariage*. Ital. *Matrimoniale*. Germ. Ehelich/ oder das zu den eheleuten gehört. Hisp. *Cosa perteneciente al casamiento*. Angl. *Belonging to mariage*.} ut, Conjugalis torus, lectus conjugum. Dii conjugales dicuntur, qui conjugiis præsunt, ut Juno, Venus, Hymen. Senec. *in Medea*.

*Dii conjugales, túque genialis tori*
*Lucina custos.*

Conjugālis, in eadem significatione. Ovid. 5. *Metam.*

——— *fremitu regalia turba*
*Atria complentur, non conjugialia festa*
*Qui canat, est clamor, sed qui fera sumsiet arma.*

Fœdus conjugiale. Idem 11. *Metam.*

*Tunc quoque manssi amor, nec conjugiale solutum est*
*Fœdus.*

Jura conjugialia, idem 6. *Metam.*

*Nec mea Virginitas, nec conjugialia jura.*

Conjūnx, secundùm Priscianum, à Conjungo, is : sive Conjux, sine o, secundùm Phocam, à Conjugo, as, Uxor, vel marītus. {שגל *schegal*, ἀνὴρ γυνή. Gall. *Le mary, ou la femme*. Ital. *Moglie, ò vero marito*. Germ. Ein Ehegemahl. Hisp. *El marido ò la muger*. Angl. *The husband or his wife*.} Cicer. *ad Qu. Fras. lib.* 3. Fidelissima conjux. Ovid. 2. *Metam.*

*Hoc certè factum conjux mea nescict, inquit.*

Debita conjux, id est, promissa & sponta. Idem *epist.* 7.

——— *quondam sibi debita conjux.*

Idem. 13. *Metam.*

*Me fata dedinuit conjux.*

Dejectam conjuge esse, id est, maritum amisisse. Virgil. *lib.* 3. *Æneid.*

*Heu quis te casu deplōram conjuge tanto*
*Excipit.*

Conjum, κώνειον, vide *Conion.*

Cōnjūngo, is, xi, ctum. Simul jungo, copulo, concio, congrego, commisceo, concilio, connecto. {חבר *chibbér*, מדבק *midbéc*. συνάπτω.

Gall.

GALL. *Conjoindre, allier, unir.* ITAL. *Congiongere.* GERM. Zuſammen fügen. HISP. *Ayuntar.* ANGL. *To joyne, couple or ſett together.* } ut Conjungere boves, apud Catonem *de re ruſtic. cap.* 138. Caſſius *ad Cic. lib.* 12. Caſtra oppido conjunxit. Virg. 3. *Eclog.*

*Pan primus calamos cera conjungere plures*
*Inſtituit.*

Ovid. 8. *Metam.*

——— *dextram conjungere dextrâ.*

Cic. *pro Cluent.* Quantam vim habeat ad conjungendas amicitias ſtudiorum ac naturæ ſimilitudo. Te bovem eſſe & me aſellum, ubi tecum conjunctus ſum (id eſt, vinctus vinculo affinitatis,) & ſocer tuus factus. Plaut. *Anl. ſc.* 4. *a.* 1.

Cōnjūnctŭs, participium. { מחבר *merchabbár*, מדבק *madhbák*, נצמד *nitſmád*, συναπτὸς, συζυγὴς. GALL. *Conjoint, allié, uni.* ITAL. *Congiunto.* GERM. Zuſammen gefügt. HISP. *Ayuntado.* ANGL. *Joyned or coupled together.* } ut, Homines benevolentiâ conjuncti. Idem *in Verrem*, Quæ eſt enim tanta facultas & dicendi copia, quæ illius vitam tot vitiis flagitiiſque conjunctam aliqua ex parte defendere poſſit?

Conjunctum, vox Dialecticorum. Gell. *cap.* 8. *lib.* 16.

Cōnjūnctŭs, nomen ex participio. Plancus *ad Ciceronem*, Sed primùm quòd ita meritos judicabam: deinde quòd ad omnes caſus conjunctiores Reipublicæ eſſe volebam. Cic. *de Amic.* Tum etiam cum iis & inter ſe conjunctiſſimos fuiſſe M. Curium, & T. Coruncanum, memoriæ proditum eſt.

Cōnjūnctĭo, verbale: Copulatio, congregatio, neceſſitudo. { דבק *debĕk*, מחברת *machbereth*, התחברות *hithchabberáh*. σύνδεσις. GALL. *Conjunction, alliance, union, grande amitié.* ITAL. *Congiuntione, congiungimento, grande amicitia, confederatione.* GERM. Zuſammen fügung/ vereinbarung. HISP. *Ayuntamiento, gran amiſtad.* ANGL. *A joyning together, freindſhip.* } Plin. *lib.* 14. *cap.* 29. Ideò tum electa, quoniam conjunctioni & huic arbori Venus præeſt. Cic. *ad Brutum*, Conjunctio tua cum collega, concordiâque veſtra, quæ literis communibus declarata eſt. Societas conjunctionis humanæ, idem 1. *de finib.* ¶ Conjunctio, partem etiam orationis faciunt Grammatici. Idem *de Orat.* Quum demptis conjunctionibus diſſolutè plura dicuntur. Conjunctio connexiva, apud Gell. *cap.* 29. *lib.* 10. ¶ Ponitur etiam pro enuntiationis genere, in quo adhibetur Et, Cicer. *de Fato*, Ergo hæc quoque conjunctio eſt ex repugnantibus: & eſt Fabius, & in mari Fabius morietur.

Cōnjūnctĕ, adverbium. Simul, conjunctim. { יחד *jachadh*. συναμφότερα, συνδεκτικῶς. GALL. *Conjointement, en toute union & concorde.* ITAL. *Congiuntamente.* GERM. Zuſammenthafft / miteinander. HISP. *Ayuntadamente.* ANGL. *All together.* } Cic. 2. *de Orat.* Et ſi conjunctè ſit relatum, &c. Plin. *in Epiſt. cap.* 94. Hujus eſt hæres Maximus noſter, quem & ipſe amo, ſed conjunctiùs tu.

Cōnjūnctĭſſimè, & amantiſſimè cum aliquo vivere. Cicero *de Amic.*

Cōnjūnctim, aliud adverbium, ὡς συναπτῶς. Cæſ. 6. *bell. Gall.* Hujus omnis pecuniæ conjunctim ratio habetur.

‖ Conivola, occulta. Feſtus: & Conivoli, concordes, juncti. Gloſſar. Iſidor. ‖

Cōnjŭx, vide *Conjugo.*

CŌNJŪRO, as: ſimul juro, conſentio, conſpiro, & plerunque in malam partem. { קשר *kaſchár*. συνίημι, συνόμνυμι. GALL. *Conjurer, conſpirer, jurer enſemble de faire une meſme choſe.* ITAL. *Congiurare.* GERM. Zuſammen ſchweren. HISP. *Conjurar los que conſpiran.* ANGL. *To conſpire or ſweare together for the performing of an act.* } Saluſt. Sed antè conjuravêre pauci, in quibus Catilina fuerat. ¶ Interdum in bonam partem accipitur, quum plures eidem juramento honeſtam ob cauſam ſeſe aſtringunt. Unde Mutius Scævola apud Liv. *lib.* 1. Treceni (inquit) conjuravimus principes juventutis Romanæ, ut in te hac via graſſaremur. ¶ Horatius *de arte poët.* per tranſlationem poſuit pro conſentire, ſive ſibi mutuò opem ferre.

——— *alterius ſic*
*Altera poſcit opem res, & conjurat amicè.*

¶ Eſt etiam Conjurare ſimpliciter jurare. Gell. Age, militiam ſaltem defende: tu verbis conceptis conjuraſti ſciens ſcienti amico tuo.

Cōnjūrātĭo, verbale, conſpiratio, { קשר *kéſcher*. συνωμοσία, σύστασις. GALL. *Conjuration, ou conſpiration.* ITAL. *La congiuratione.* GERM. Zuſammen ſchwerung. HISP. *La conſpiracion ò conjuracion.* ANGL. *Conſpiracie.* } Terent. *in Hecyr.* Proh deûm atque hominum fidem, quod hoc genus eſt? quæ hæc conjuratio? Ut omnes mulieres eadem æquè ſtudeant, nolintque omnia? Cicer. 2. *de Divin.* Mirabile autem illud, quod eo ipſo tempore, quo fierent judicium conjurationis in Senatu, ſignum Jovis, biennio pòſt, quàm erat locatum, in Capitolio collocabatur. Conjurationis globus, 1. conjuratorum. Velleius.

Conjūrāti, dicuntur qui conjuraverunt: jurati qui juraverunt. { קשרים *kéſcherim*. οἱ σύστασις. GALL. *Qui ont conjuré, conjurateurs.* ITAL. *Quelli che ſon congiurati inſieme.* GERM. Die zuſammen geſchworne. HISP. *Los que conſpiran, ò eſtan conjurados con otros.* ANGL. *That hath ſworne together to performe an purpoſe.* } Cicer. *in Catil.* Ego quanta manus eſt conjuratorum, quam videtis eſſe permagnam: tantam me inimicorum multitudinem ſuſcepiſſe video. ¶ Interdum conjungitur cum genitivo: ut, Conjuratus Getarum, qui cum Getis conſpiravit. Claud. 2. *in Ruf.*

——— *tunc proditor ille*
*Impius imperii, conjuratuſque Getarum*
*Diſtulit inſtantes, cluſo principe, pugnas.*

Conjurati, milites ſacramento rogati. Liv. 5. *d.* 5.

Conjuratim. Plaut. *Aſin. ſc.* 2. *a.* 2. Siquidem omnes conjuratim cruciamenta conferant. (Aliàs tamen, conjurati.)

‖ Conivum, vide *Cōnīvum.* ‖

Conivoli, concordes, juncti. Alii legunt, *Cohibuli, tenentes, ſeu junctí.* Utrique aſtipulatur Gloſſarii author, qui cohivum, conivum, interpretatur φίλους ἑταίρους μαχητάς. Ut videatur jam antiquitus in dubium hoc revocatum, utrùm conivum, an cohivum dicendum eſſet. Gloſſæ veteres manuſcriptæ: *Conivoli, concordes, juncti*: eædem, *Conjuga, tonibulus, comparticeps.* Inde à conniveo conibulus, ut à cohibeo cohibulus. Inde Gloſſæ interpretantur *cohivum*, rotæ calycem qui adhuc cohit, necdum apertus eſt.

Conlātro, as, are. Latratu inſtare, obloquor. { καθ' ὑποψίαν. GALL. *Abbayer enſemble, abbayer contre quelqu'un pour le blaſmer.* ITAL. *Abbaiare.* GERM. Wider etwas bellen oder reden ſchmähen. HISP. *Ladrar profiriamente los perros.* ANGL. *To bark againſt one and blame.* } Senec. *de vita beata*, Si quis ex his qui philoſophiam collatrant, quod ſolent, dixerit: Cur ergo melius loqueris, quàm vivis?

‖ Conlectus, conlectio. Virg. ‖

Conlūrŭlo, vide *Colluvulo.*

‖ Conmolunt, dentibus comprimunt. Gloſſ. Iſid. ‖

Connăto, as, connatare, ſimul natare. συννήχομαι. Connatat nobiſcum, dixit Plaut. per tranſlationem, pro Rivalis eſt.

CŌNNĔCTO, is: Simul necto. { קשר *kaſchár*, אסר *aſár*, חבר *chibbér*. συνάπτω, συνάγω. GALL. *Lier & attacher enſemble, accoupler, conjoindre.* ITAL. *Attaccare inſieme.* GERM. Zuſammen knüpffen/ und ein ander binden. HISP. *Travar una coſa con otra.* ANGL. *To knitt and tie together.* } Quint. *lib.* 5. *cap.* ult. Quæ apprehenſa Græci magis (nam hoc ſolùm nobis penus faciunt, in catenas ligant, & inexplicabili ſerie connectunt. Falces ſcalaſque connectere, Tacitus *lib.* 19. Connectere fabellas, pro componere. Senec. *cap.* 8. *al.* 27. *de conſolt ad Polyb.* Cum dativo, Cic. *in Piſonem.* Perſequere connexos his funeribus dies. Connectere item pro Orationem perpetuam concatenare, dixit Quint. *lib.* 2. Nonnulli certa ſibi illitia, priùs quàm ſenſum invenerint, deſtinant: eâque claræ ſecum diúque meditari, deſperata connectendi facultate, deſerunt. Idem alibi, Continuare verba dixit. Turbari memoriâ. vel continuandi verba facultate deſtitui, nuſquam turpius. ¶ Veſtem connectere, id eſt, cingere. Claud. 1. *in Ruff.*

*Illa ubi cerulas veſtes connexuit angue*
*Nodavitque adamante comas.*

Connēxŭs, participium. { קשור *kaſchúr*, אסור *aſúr*, מחבר *mechubbár*. συμπλεκτικὸς ὢν. GALL. *Lié enſemble, conjoint, allié.* ITAL. *Ligato inſieme, congiunto.* GERM. Zuſammen gebnüpffet/ an einander gebunden. HISP. *Atado juntamente, travado con otro.* ANGL. *Tied together.* } Cicer. 2. *de natur. deor.* Inde fides leviter polita, connexàque videtur. Si quidem connexus eſſes, per os elephanto, brachium tantò mitteres. Plaut. *Mere. ſc.* 1. *a.* 1.

Connēxŭs, us, ui. { מסורת *maſſóreth*, מחברת *machbéreth*, תרצ *chartſ*. συμπλοκή. GALL. *Liaiſon, conjunction, connexion.* ITAL. *Ligamento, congiuntione.* GERM. Zuſammen bindung oder knüpffung. HISP. *Atadura, travazon.* ANGL. *A binging or knitting together.* } Lucret. *lib.* 2.

——— *differre neceſſe eſt*
*Intervalla, vim, connexus, pondera, plagas.*

Idem *lib.* 3.

——— *connexa corpus adhæret.*

Connēxum, i, pro concluſione. τὸ συνημμένον. Cicer. 5. *Acad.* Ipſa enim rario connexi quum conceſſeris ſuperius, cogit inferius concedere: Vox Dialecticorum. Gell. *cap.* 8. *lib.* 16.

Connēxĭo, nis, Connectendi actus. { מחברת *machbéreth*. σύμπλοκος. ANGL. *A knitting together.* } Et pro concluſione, apud Quint. *lib.* 5. *cap.* 12.

Connēxīvus, a, um. συνημμένος, quod aptum eſt connectere: ut, Connexiva conjunctio, apud Gell. *lib.* 10. *cap.* 29. pro copulativa συμπλεκτικὸς, συναπτικὸς.

Connītŏr, eris. Simul, vel vehementer niti, operam do. { יגע *jaghá*. συνέχομαι. GALL. *S'efforcer à faire quelque choſe.* ITAL. *Sforzarſi di ſuo potere.* GERM. Etwas mit einander underſtehn zuthun. HISP. *Eſtribar à eſforçarſe para hazer algo.* ANGL. *To ſorte him dim indoing any thing.* } Cicer. *de fin.* Quum autem paulùm firmitatis acceſſerit, & animo utuntur & ſenſibus, connitunturque ut ſeſe erigant. ¶ Conniti, pro eniti, & parere. { ילד *jalách*. ὠδίνω. GALL. *Enfanter.* ITAL. *Partorire.* GERM. Gebären. HISP. *Eſtar la muger de parto.* ANGL. *To bring forth young.* } Virgil. *Ecl.* 1.

*Hic inter denſas corylos modò namque gemellos*
*Spem gregis, ah ſilice in nuda connixa reliquit.*

Conniti, in ſummum jugum evadere. Cæſar *lib.* 1. *de bell. Civ.*

CŌNNĪVĔO, iui, vel ui. Ctum: & olim *Connīvo.* Oculorum palpebras moveo, modò claudo, modò aperio: & ponitur pro Diſſimulo. קרץ *karáts*. συμμύω, ὑπαμβλύω. GALL. *Cligner les yeux, fermeiller en cillet.* ITAL. *Serrar l'occhi* GERM. Blinzen/ mit den augen zwinzern. HISP. *Abaxar los parpados de los ojos.* ANGL. *To vvinke.* } Plin. *lib.* 11. Graviores alitum inferiore gena connivent. Idem, Columba & ſimiliautraque gena connivent. Gell. *lib.* 16. *cap.* 3. dixit, Connivere cava ventris & ſtomachi, pro ſtipari, claudi, & contrahi. Cicer. 4. *Phil.* Quibuſdam in rebus etiam conniveo Idem *pro Calio*, Proh dii immortales, cur interdum conniveris in hominum ſceleribus maximis? Suet. *in Caſ.* Delicta neque obſervabat omnia, neque pro modo exequebatur, ſed deſertorum, ac ſeditioſorum inquiſitor & punitor acerrimus, connivebat in cæteris: id eſt, reliqua convitia oculis veluti clauſis præteribat, tanquam diſſimulanter illa contueretur. E contrario, Inconnivens dicitur, qui oculis eſt vigilantibus, & aliqua in re fixis ſine mutatione, ἀνεπιβλήτως. Gell. *de Socr.* Inconnivens, immobilis, in iiſdem veſtigiis pertinax. Habet hoc verbum, ni, ſyllabam productam. Silius.

*Connivent, salúmque parvus deprehendere visu.*

Persius *Satyr.6.*

*Va nisi connivens.*

Nisi conniveamus, in oculos hæc incurrunt. Quinc. Interquiescere & connivere jura, apud Gellium *cap.2.lib.2.* Connivere ad fulgura. Suetonius *in Calig.cap.51.* Palpebras quoque ejus, ne connivere posset, sursum ac deorsum diductas insuebant (de Regalo Roman.) Gell. *cap.4. lib.6.* Turpil. *apud Priscianum.* Dum ego connivi somno.

Cōnīvēntĭa, æ: Dissimulatio. {ἐπιμονή. GALL. *Dissimulation de voir quelque chose, semblant de ne voir, ou appercevoir.* ITAL. *Il dissimulare il far sembiante di non vedere, ne udire.* GERM. Das blinquin mit den augen/ oder die verschung da man einem etwas hin gehn lässet. HISP. *El consentimiento ò dissimulacion abaxando los ojos.* ANGL. *A winckeling, dissembling.*} *l.1. C. de fund. & salt. rei dom. lib.11.* Quòd si venalis procuratorum conniventia, ut id deinceps tentetur, admiserit, eos gravissimo jubemus supplicio subjacere.

‖ Connivum, folliculus rotæ clausus, sic rectè scribitur, à *Connivco*, & vox illa exponitur in Glossario per florem connivencem, id est, clausum. Vide *Calix*, & *Conivola*.

Connixa, partu liberata. Gloss. Isid.‖

CŌNNO, as, are: Simul no. {συννήχομαι. ANGL. *To swymme together.*} Connare, simul nare, proprium est piscium.

Cōnnātio, verbale. Plaut. Connationis nostræ conscius: id est, quòd eandem admiremur mulierem. Sipont.

CŌNNŬBO, is, connupsi, connuptum: Matrimonio jungor. {συνοικέω. GALL. *Se marier ensemble.* ITAL. *Maritarsi insieme.* GERM. Sich verehlichen oder verheyraten. HISP. *Casarse juntamente.* ANGL. *To be maried, to a man.*} Apul. Nescientibúsque parentibus puellari ætate connupseramus.

Cōnnŭbium, lus legitimi matrimonii, à Nubo, cujus prima producitur, quum in connubio quandoque propter metri necessitatem corripiatur. {חתנה *chatunnáh.* συζυγία. GALL. *Conjonction par mariage, lien de mariage, affinité par mariage.* ITAL. *Lege del matrimonio.* GERM. Die Ee/ oder ehestand. Item/ das recht des ehestandes. HISP. *La ley, y derecho del casamiento de marido y muger.* ANGL. *Joyning together by mariage, right of mariage.*} Virg. 1. *Æneid.*

*Connubio jungam stabili:*

est enim Systole figura, quâ syllaba naturâ longa corripitur. Alibi Virg. producit, nempe 4. *Æneid.*

——— *connubia nostra*
*Reppulit.*

Cic.1. *Offic.* Sequuntur connubia & affinitates, ex quibus etiam plures propinqui.

‖ Connubius, a, um. Apul. *lib.6.* Liberas & connubia lege sociatas contumpis.‖

Cōnnŭbĭālis, Nuptialis, quod ad connubium pertinet. {συμφωνικός. GALL. *De mariage, des appartenances de mariage.* ITAL. *Matrimoniale.* GERM. Ehelich/ hochzeitlich. HISP. *Cosa de casamiento.* ANGL. *Belonging to mariage.*} ut, Carmen connubiale, apud Claudianum 7. *Paneg.* Vincula connubialia, Statius 5. *Thebaid.* δεσμὸς γαμήλιος. Ovid. *Ep.6.*

*Heu! ubi pacta fides, ubi connubialia jura.*

Connúdo, as, are: Nudo. {שרם *pischschet.* γυμνῶ. GALL. *Mettre tout nud, découvrir.* ITAL. *Nudare.* GERM. Entblössen/ entdecken. HISP. *Desnudar lo vestido.* ANGL. *To make naked or uncover.*} Plin. *lib.18. cap.7.* Jam primùm abigi grandines, turbinesque, contra fulgura ipsa in mense connudata, sic averti violentiam cœli.

Conoïdēs, κωνοειδὴς, à Græcis dicitur quicquid coni, hoc est, metæ formam habet: unde cupressus fœmina hoc veluti proprio epitheto à mare distinguitur, eo quòd fastigium habeat in metæ formam convolutum, quum mas extra se ramos spargat.

Cŏnōn, κόνων, Athenienſium dux fuit, qui prælio victus à Lysandro Lacedæmoniorum duce, sponte abiit in exilium ad Artaxerxem Persarum regem, cujus auxilio patriam, cui servitutem attulerat, in libertatem restituit. Author Plutarchus. ¶ Fuit & alius Conon Samius Astrologus: de quo Propertius *lib.4. Eleg.1.*

*Me creat Archytæ soboles Babylonius Orops*
*Heron. & prævo ducta Canone domus.*

Hic septem libros de Astrologia edidit.

Cononienſes, apud Plin. *lib.3. cap.4.* Galliæ Narbonenſis populi sunt, Aquitaniæ contermini.

Cŏnōpās, κωνώπιον, minimæ staturæ nanus fuit, duorum pedum & palmi altitudine, quem Julia Augusti neptis in deliciis habuit. Author Plin. *lib.7. cap.16.*

Cŏnōpē, es, κωνώπη. Arcananiæ urbs est, teste Stephano, cujus incolæ Conopæi dicuntur, & Conopitæ.

Cŏnōpēum, {ירישה *jerikáh*, סרבד *marbádh.* κωνωπεῖον. GALL. *Courtine autour d'un lit, pavillon.* ITAL. *Padiglione da letto.* GERM. Ein umbhang umb das bet. HISP. *Pavellon de cama contra los mosquites.* ANGL. *A canapy to hind about beddes, a pavillon.*} Tentorium, seu velum, & papilio ille lineus, vel laneus, seu bombycinus, qui toro circumdatur ad arcendum culices, quo maximè utuntur Alexandrini, quòd ex Nilo culices conflant, quos κώνωπας dicunt. Inde κωνωπεῖον, per *e* diphthongum. Poëtæ tamen Latini suo quodam jure abjiciunt vocalem subjunctivam, & penultimam corripiunt. Propertius *lib.3. eleg.9.*

*Undaque Tarpeio conopea tendere saxo.*

Et apud Horat. *lib. Epod.*

*Et inter signa turpe militaria*
*Sol adspicit conopeum.*

Posterius carmen est iambicum dimetrum, cujus ultima sedes poscit Iambum. Ineptissimè autem lapsi sunt, qui per æ diphthongum hanc dictionem scribendam præceperunt.

Cŏnōpĭon, κωνώπιον, oppidum fuit ad Mæotin, ubi lupos pisces aiunt prædæ parte conductos, piscatorum retia asservare: mercede verò fraudatos, retia & prædam populari. Author Steph.

Conopon Diabasis, κωνώπων διάβασις, insula est juxta quartum Istri ostium, quod Pseudostomachs appellatur. Vide Plinium *lib.4. c.12.*

Conops. {κώνωψ. ANGL. *Agnat.*} A Græcis appellatur minoris masculi genus, quod nos Culicem appellamus. Inde Conopeum, ut jam docuimus.

CŌNOR, aris: Nitor operando. {יגע *jagáh.* κόπτομαι. GALL. *Essayer, tascher, ou s'efforcer à faire quelque chose.* ITAL. *Sforzarsi.* GERM. Understehn/ sich etwas zuthun undernemmen. HISP. *Esforzarse para hazer alguna cosa.* ANGL. *To endevour or go about some thing.*} Ter. *in Andr.* Tum autem hoc timet, ne deserat se. P. Hem egone illuc conari queam? Idem *ibidem.* Ego Pamphile hoc tibi pro servitio debeo conari manibus, pedibus, noctèque & die capitis periculum adire, dum prosim tibi. Neque conari facere audebatis prius. Plaut. *Asin. sc.3. a.1.* Conari de subito agere tragœdiam. Idem *Capt. prol.* Sceleris conandi consilia inire. Vellcius.

Cōntémplōr, aris: Diligenter intueor, & res abditas conſidero. { ראה *raah*, נשקף *niſchkáph*, חשקיה *hiſchkiph*, חשגיח *hiſchgiach*, חביט *hibbit*. φῶσιν, ἀνακοπὴ, σύνεσις, ἐποχή. Gall. *Contempler, regarder ſoigneuſement, conſiderer.* Ital. *Contemplare, conſiderare le coſe occulte.* Germ. Fleyſſig etwas heimliche anſchawen. Hisp. *Contemplar à mirar.* Angl. *To behold ſtedfaſtlie, to conſider diligentlie.* } Verbum eſt ductum à templo, id eſt, à loco qui ab omni parte aſpici poteſt, vel ex quo omnis pars poteſt videri, quem Augures Templum nominabant. Cicer. *pro Dejot.* Et id animo contemplare, quod oculis non potes. Lactant. *lib.* 6. Vel ſi cœleſte lumen, quod dicimus Solem, contemplari velint.

Contémplo, as. Plaut. *in Aſin. ſc.* 1. *act.* 3. Meum caput contempla, ſiquidem ex re conſultas tua. Ennius, Contempla, & templum Ceteris ad lævam aſpice. Contempla aurum & pallam ſatin' me deceat. Plaut. *Moſt. ſc.* 3. *a.* 1. Contempla amabò, ſatin' hic me ornatus decet. *Ibidem*, Certè edepol cùm illum contemplo, & formam agnoſco meam. Idem *Amphitr.*

Contémplātor, is. { משקיף *maſchkiph*, מבוט *mabbit*. θεωρός. Gall. *Contemplateur, qui regarde & conſidere.* Ital. *Conſideratore, contemplatore.* Germ. Anſchawer/beſchawer. Hisp. *El que contempla, mirador.* Angl. *An ſtedfaſt beholder or conſiderer.* } ut Contemplator cœli. Cic. 1. *Tuſc.*

Contémplātrix, θεωρική. Apuleius *lib. de Philoſophia*, Diſciplina, contemplatrix bonorum, juſti tenax.

Contémplātio, Conſideratio, ſive meditatio rerum occultiorum, teſte Cicer. 4. *de finib.* { מבט *mabbát*, מראה *mareh*. ἀναγωγὴ, θεωρία, σύνεσις. Gall. *Contemplation, penſement, conſideration ſerieuſe & bien attentive.* Ital. *Contemplatione.* Germ. Anſchawung/betrachtung. Hisp. *La contemplacion.* Angl. *Contemplation, the ſtedfaſt beholding and meditating ſecret things.* } Idem 1. *Acad.* Eſt enim animorum naturale quoddam quaſi pabulum, conſideratio, contemplatióque naturæ. Idem 1. *de nat. deor.* Hæc eſt res magna & diligenti contemplatione digniſſima. ¶ Contemplatione alicujus rei aliquid facere, id eſt, gratia, vel reſpectu. Unde Julianus *in l. ſi pupilli, §. ſed & ſi quis, ff. de negotiis geſtis*, dixit: Gerere negotia alicujus, non contemplatione ejus, ſed ſui lucri cauſa. Et Papin. *in l. arboribus, ff. de contrab. empt. & vend.* dixit, Arborum contemplatione fundum comparare.

Contémplātus, us, ui. Contemplatio. θεωρία. Ovidius 5. *Triſt. El.* 7.

*A contemplatu ſummoveoque mali.*

Macrob. *lib.* 1. *in ſomn. Scip.* Fide autem facta perpetuitatis animarum, conſequens eſſe animadvertit, ut certa illis loca nexu corporis abſolutis, pro contemplatu probi improbive meriti deputata ſint.

Contemplativus, a, um, θεωρητικός. Unde Contemplativa vita, quæ contemplationi dedita eſt. Senec. *epiſt.* 95. Ars nulla contemplativa ſine decretis ſuis eſt, philoſophia autem, contemplativa ſimul & activa.

Contémpōrānĕus, a, um, ejuſdem temporis, coætaneus. { σύγχρονος. Gall. *D'un meſme aage.* Ital. *Del medeſimo tempo.* Germ. Einer zeit. Hisp. *Coſa del meſmo tiempo, contemporal.* Angl. *Of one age.* }

Cōntĕndo, Proficiſcor, iter inſtituo, quaſi contrà tendo. { הלך *halách*, ערך *arách*. ἀναστρέφω. Gall. *Aller, s'efforcer d'aller.* Ital. *Andare.* Germ. Hergegen ziehen/oder eylen. Hisp. *Andar.* Angl. *To go, to endevour or force him ſelf in going.* } Cæſ. *lib.* 1. Ipſe de quarta vigilia, eodem itinere quo hoſtes ierant, ad eos contendit.

*Sed generis priſcos contendis vincere honores.*

Tibul. *lib.* 4. ¶ Ponitur etiam pro Certo, pugno, luctor, confligo. { ריב *rab.* ἀμφισβητῶ. Gall. *Debatre, combattre.* Ital. *Contendere, combattere.* Germ. Streiten/zancken. Hisp. *Pelear à porfiar.* Angl. *To contende, ſtrive or fight.* } Virg. *lib.* 4. Æneid.

——— *quis talia demens*
*Abnuat, aut tecum malit contendere bello?*

Contendere prælio. Cæſ. *lib.* 1. *de bell. civ.*

*Tutius eſt igitur fictis contendere verbis,*
*Quàm pugnare manu.*

Ovid. 12. *Metam.* bis. ¶ Item pro Inſtare & flagitare. { בקש *bikkéſch*, שאל *ſchaál*, פצר *paſár*. ἀνάδην σπουδῇ. Gall. *Demander affectueuſement.* Ital. *Demandare affaticoſamente.* Germ. Mit gantzer macht etwas underſtehn/gantz hefftig auff etwas dringen. Hisp. *Demandar con porfia.* } Cic. *ad Attic.* Nec dubito quin Cæſar à me contendat, ut ad urbem veniam. Idem *ad Quint. frat.* Pompeius à me valde contendit de reditu in gratiam. ¶ Item ponitur pro Laborare, niti, eniti, conari. Cic. *ad Quint. frat.* Contende quæſo, atque elabora. Virg. 1. Æneid.

——— *qua littora proxima curſu*
*Contendunt petere.*

¶ Item ponitur pro Intendere, adducere, ſive aſtringere. Idem 4. *Georg.*

*Tanto nate magis contende tenacia vincla.*

¶ Sic contendere arcum dicimus: & tranſlatè, contendere nervos, vires ingenii. Contendere oculos, unde contenti oculi. Sueton. *in Tib. cap.* 7. Item, Ex iis unum contendit & fugere perſeveravit. Cæſar 1. *de bell. civil.* ¶ Item ponitur pro comparare, conferre & conſtituere. Cic. 1. *de Invent.* Primùm igitur leges oportet contendere, conſiderando utra lex ad majores pertinet. ἀντίθεσις, ἀντιπαράθεσις, ἀντιπαράβασις. Et ad verbum, ἀντιπαραβατικὸς, ἀντιπαραθετικὸς. ¶ Item jacere, dirigere, βάλλω. φέρω. Virg. 5. *Æneid.*

*Quis tamen adverſi telum contendit in armis.*

¶ Contendere agmen, pro Feſtinanter ducere. Curt. *lib.* 3. At Darius, nuntio de adverſa ejus valetudine accepto, celeritate quantâ poterat, tam grave agmen ad Euphratem contendit. ¶ Amori alicujus contendere, Græca loquutio, pro Cum amore contendere, Propert. *lib.* 1. *eleg.* 13.

*Non tamen iſta meo valeant contendere amori:*

id eſt, non poſſint præferri amori meo.

Contentus, a, um. Ovid. *Eleg.* 10. *lib.* 1. *Triſt.*

*Nunc quoque contenti ſtridunt Aquilone rudentes.*

Contentio, verbale, quod ſignificat vehementem conatum ad aliquid agendum. { יגיעה *jeghiáh*, עליל *Alilúh*, מעלל *mehalal*, ריב *rib*, מריבה *meribáh*, מדון *madón*. ἡ περὶ ἀκούσεως ἐξέτασις, ἔρις, ἀγών. Gall. *Effort, querelle, debat, different, contention.* Ital. *Conteſa, travaglio, fatica preſa per arrivare à qualche grado.* Germ. Das hefftig underſtehn eines dings/item ein kampff. Hisp. *Côtention, porfia.* Angl. *An earneſt indevouring, to de any thing, debate, contention, ſtriffe.* } Cic. 3. *de Orat.* Permulta tum vehementiſſima contentione animi, ingenii, virium, ab eo dicta conſtabat. Idem *lib.* 1. *Offic.* Miſerrima omnino ambitio, honorúmque contentio. ¶ Item ponitur pro certamine, & controverſia. Cic. *in Anal.* Mihi cum M. Craſſo multæ & magnæ contentiones fuerunt. ¶ Item pro comparatione. Idem *pro Plancio*, Quædam hominum eſt facienda contentio. Idem *pro leg. Manil.* Ea magis ex aliorum contentione, quàm ipſa per ſe cognoſci poſſunt. ¶ Eſt præterea Contentio, ἀγών, oratio acris ad confirmandum & confutandum accommodata: quæ à Plin. *in epiſt.* dicitur, Oratio pugnax & contentioſa, ἀγωνιστικὸς, φιλόνικος. Conſtat autem contrariis verbis, quæ ἀντίθετα, id eſt, contrapoſitum pariunt. Ut illud *pro Cluent.* Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia.

Contĕntè, contentiùs, contentiſſimè, adverbium. { σπουδαίως, σπουδαιότερον. Angl. *Earneſtlie, with ſtryving.* } Cic. 5. *Tuſc.* Socratem ferunt quum uſque ad veſperam contentiùs ambularet, quæſitúmque eſſet ex eo quare id faceret? reſpondiſſe: Se, quò melius cœnaret, obſonare ambulando famem. Idem 1. *Tuſc.* Genu, mehercule, M. Antonium vidi, quum contentè ipſe pro lege Varia diceret, terram tangere. Contentè & curiosè lectitare. Gell. *cap.* 3. *lib.* 3. Plaut. Quanquam illum mater arctè contentéque habet: id eſt, continenter, ait Non. *cap.* 2.

Contentiōsus, a, um. Litigioſus. { ריב *rib*. φιλόνικος. Gall. *Contentieux.* Ital. *Vehemente, contentioſo.* Germ. Zanckiſch/hadderiſch. Hisp. *Coſa porfioſa ò porfiada.* Angl. *Contentious, that ſtryveth much.* } Plin. *Ep.* 2. *lib.* 19. Oratio, de qua loquor, pugnax & contentioſa eſt.

Contentiōsè, adverbium. { φιλονείκως. Angl. *By ſtriving.* } ut, Contentioſè agere, id eſt, pertinaciter.

Cōntĕnŭārāre, verbum neutrum eſt, pro adveſperaſcere. { ערב *herberit*. σκοτάζω. Gall. *Devenir nuict, eſtre nuict.* Ital. *Farſi ſera.* Germ. Dunckel oder finſter werden. Hisp. *Hazerſe tarde, ò anocheçer.* Angl. *To waxe night, or late.* } Varr. 2. *de re ruſt.* Ab occaſu parvo intervallo interpoſito ad bibendum appellant, & rurſus paſcunt, quoad contenebraverit.

Contĕrŭs, vide *Centeno.*

Contĕrmĭnus, i: Finitimus, & vicinus, quaſi eundem terminum inhabitans. { שכן *ſchachen*. ὅμορος. Gall. *Voiſin, terretenant, prochain en limites.* Ital. *Finitimo, vicino, confinante.* Germ. Ein anſtöſſer/nachgelegner/nachbawer. Hisp. *Coſa vezina en terminos.* Angl. *That bordereth nigh together.* } Col. *lib.* 1. *cap.* 3. Nîſi Autolicus ille cuiquam potuit tolerabilis eſſe conterminus, aut Aventini montis incola Plautus ullum gaudium finitimis ſuis Cacus attulit. Plin. *lib.* 12. *cap.* 8. Conterminа Indigens Ariana, Stabula ripæ conterminа. Ovid. 5. *Metam.*

Conternatio, & Conternare: ut Combinatio, & Combinare. Lauremberg. ex Hygino.

Conterobromĭnius, a, um. Plaut. *Curc. ſc.* 1. *a.* 3. Oram conterobromiam ſubegit.

Cōntĕro, is: Tero, conſumo, conficio. { כתת *chath*, שבר *ſchibbir*. συντίθω. Gall. *Broyer, piler, menuiſer, conſumer, uſer, gaſter.* Ital. *Ridurre in polvere, conſumare.* Germ. Zerſtoſſen/zerſtoſſen/zu pulver machen. Hisp. *Quebrar y gaſtar, reduzir in polvo.* Angl. *To breake or bruiſe ſmall, to weare out with occupying.* } Varro 2. *de re ruſt. cap.* 7. Si faſtidium faltrendi eſt, ſcillæ modicam conterunt cum aqua. Conterere radicem in pulverem. Plin. *lib.* 26. *cap.* 11. Diem conterere, id eſt, conſumere. Plaut. *Caſ.* Contrivi diem dum aſto adrocatus cuidam cognato meo. Conterere ætatem in litibus. Cic. 1. *de Legib.*

Contrītus, particip. Tritus, in pulverem redactus. { כתות *chathúth*, משבר *meſchubbár*. διατεταμένως. Gal. *Broyé & froiſſé, uſé & briſé.* Ital. *Tridato, peſtato, fatto in polvere, uſato.* Germ. Zerrybens/zerſtoſſen. Hisp. *Quebrantado, hecho polvo, gaſtado.* Angl. *Broken and briviſed ſmall.* } Plin. *lib.* 20. *cap.* 13. Datur & dyſentericis cum caſeo in vino contrita. ¶ Ponitur etiam pro Pervulgatus, vulgaris, communis. Cicer. 2. *de finib.* An verum eſt hoc vetuſtate contritum provetbium, Dignus qui cum in tenebris mices.

Contrītŏr, is, verbale. { מכתרת *mechathéth*. τρίβων. } Plaut. *Perſa*, Contritor compedum.

Contĕrrānĕus, dicitur qui ex eadem terra eſt. { ἐγχώριος. Gal. *D'une meſme terre, ou d'un meſme pays.* Ital. *Di una medeſima terra.* Germ. Ein landsman. Hisp. *Coſa de la meſma tierra, paysano.* Angl. *Of the ſame contree.* } Quapropter Catullum Conterraneum ſuum Plin. *in prafat. prima* vocat, qui non Veronæ, ſed in Benaci inſula natus erat. Verbum eſt in caſtris natum, quemadmodum plerâque eodem ſine deſinentia.

CŌNTERRĔO, es, ère. Terreo, terrorem injicio. { חתת *chath.* *Gall. Espouvanter.* Ital. *Espaventare, dare terrore.* Germ. *Erschrecken.* Hisp. *Espantar.* Angl. *The feare and mak astonished.* Livius 1. *ab urb.* Novum pugnæ conterruit genus. Conterruit latratu canis advenientem. Col. *lib.* 7. *cap.* 12. Conterrere vultu aspectúque loquacitatem alicujus. Cicer. 1. *de Orat.* Virg. 3. *Æneid.*

——*aspectu conterritus hæsit.*

*Non Scylla savo conterruit impetus urbo.*

Tibull. *lib.* 4. Dumtaxat strepitu conterrita. Senec. *cap.* 6. *de consol. ad Marc.*

CŌNTĔSTĀNIA, regio citerioris Hispaniæ, in qua sita est Carthago nova. Author Plin. *lib.* 3. *cap.* 3. Fortè quæ hodie vulgò dicitur *Concentayna.*

CŌNTĔSTOR, Obtestor, imploro, precor. { העיד *he'hîdh.* *Gall. Appeller quelqu'un à témoin, protester & dire devant témoins, demander ayde.* Ital. *Chiamare in ayuto, protestare.* Germ. Zuzeugen nemmen oder anruffen. Hisp. *Llamar por testigo, pedir ayuda.* Angl. *To call, to witnesse, to complayne, to one lamentable.* Cic. 6. *in Verr.* Deos hominésque contestans, clamare cœpit. ¶ Contestari litem (inquit Festus) dicuntur duo, aut plures adversarii, quòd ordinato judicio utraque pars dicere solebat, Testes estote: Dicere. Cic. *ad Att. lib.* 16. Neque enim illi litem contestabuntur. Gellius *cap.* 10. *lib.* 5. Evasio contestatur. ¶ Hinc litis contestatio dicta, quæ nascitur ex petitione actoris, & responsione rei. Dicere, dictio, ut decidit *in l.* 1. *Cod. de lit. contest.*

CONTĔSTĀTŌ, adverbium, ut Contestatò aliquid dicere, facere, id est, testibus adhibitis. Ulp. *D. de agn. & al. lib.* 1. §. 9. Si neque contestatò dixerit eam ex se prægnantem non esse.

CONTĔSTĀTUS, participium. { מוּעָד *muhadh.* } ut, Contestata vitrus. Cic. *pro Flac.* Quúmque ab hac perenni, contestatáque virtute majorum, non modò non degeneravit L. Flaccus, sed id, &c.

CŌNTĔXO, is, ere: Simul texo. { ארג *arág.* *Gall. Tistre ensemble, assembler, conjoindre.* Ital. *Tessere insieme, congiungere.* Germ. Zusammen weben. Hisp. *Texer uno en otro.* Angl. *To weave or to joyne together.* } Cic. 1. *de nat. deor.* Quid enim oves aliud afferunt, nisi ut earum villis confectis atque contextis homines vestiantur? ¶ Contexere, conjungere. Plin. *epist.* 101. Sub his per latus omnes vinex porriguntur, unámque faciem longè latéque contexunt. Contexere amores, Catullus. Contexere interrupta, Cicer. 1. *de Legib.* Contexere carmen. Idem *pro Cal.* Contexere crimen. Idem *pro Dejotaro.*

CONTĔXTUS, participium. { ארג *arúgh.* *Gall. Tissu avec, entrelassé.* Ital. *Tissuto insieme.* Germ. Zusammen gewoben. Hisp. *Texido juntamente.* Angl. *Woven together interlaced.* } Argento & auro contextus, Tibul. *lib.* 1.

*Huic (aëri) & contextæ passim sinat ignea æther.*

CONTĔXTŪS, us, ui. { ערב *hereb.* *Gall. Entretissure, entrelacement, conjunction, composition.* Ital. *Tessura, congiuntione, compositione.* Germ. Zusammen webung oder zusammen fügung. Hisp. *Texedura, ajuntamiento, composition.* Angl. *A weaving together, interlacing.* } Cicer. 5. *de finib.* Pennarumque contextu corpori tegumenta faciebat.

CONTĔXTŌ, *adverbium.* Contextus. Macrob. *comment. in Scip. lib.* 1. *cap.* 2. Contexto narrationis per turpia & indigna numinibus, ac monstro simulia componitur. Idem *Satur. lib.* 7. *cap.* 6. Et ita contextionis accessione variatum est.

CONTĔXTÈ, adverbium. Conjunctè. { *Gall. Sans interruption, l'un estant tissu & joint avec l'autre.* Ital. *Senza divisione ò interpositione alcuna.* Germ. Ineinander / ohn zertheilung. Hisp. *Texendo uno con otro, ayuntadamente.* Angl. *By weaving together without interruption.* } Cic. *de Fato.* Omnia naturali colligatione conferté contextéque fiunt.

CONTĔXTIM, aliud adverbium. Gall. *Par entretissu, par entrelacement, tout d'un train.* Ital. *Congiuntamente.* Germ. Mit zusammen flechtung durch zusammen fügung. Hisp. *Texendo uno con otro, ayuntadamente.* Angl. *Of one peece, without interruption.* } Plin. *lib.* 10. *cap.* 53. Turdi in cacuminibus arborum luto mirificantes, penè contextim in secessu generant.

Conti, hastæ longiores. Virg. *lib.* 9. *Æneid.*

——*duris dejrudere contis.*

CŌNTĪCĔO, es, simul cum cæteris reticeo. { חרש *charásh.* דמם *damáh.* *Gall. Se taire tout coy, ne dire un seul mot.* Ital. *Tacere insieme.* Germ. Gantz und gar still schweigen. Hisp. *Callar con los otros.* Angl. *To be still or keep silence.* } Virg. 2. *Æneid.*

*Conticuêre omnes, intentique ora tenebant.*

Cic. *in Catil.* Recitatis literis debilitatus atque abjectus, conscientiâ convictus repentè conticuit. Tandem, opinor, conticuit. Plaut. *Asin. sc.* 4. *a.* 1.

CONTICĒSCO, is, cum aliis tacitus fio. { *Angl. To hold peace sodden dy.* } Plin. *lib.* 11. *cap.* 10. Tum repentè omnes conticescunt. Fores crepuerunt, conticiscam: pro conticescam. Plaut. *Mort. sc.* 4. *a.* 1.

CONTICĪNIUM noctis, primum tempus, quo omnia quiescendo conticescunt. *Gall. Le temps de la nuict, où toutes choses sont dans le repos & le silence.* Ital. *Il tempo de la notte nel quale non si sente un zitto.* Germ. Das erste theil der nacht / da alle ding schlaffen und still schweigen. Hisp. *La media noche quando todos callan.* Angl. *The tyme of night when all thinges be quiet and still.* } Ex Polluce. Plaut. *Asin.* Redito huc conticinio. Macrobius tamen & Censorinus Conticinium vocant eam partem noctis, quæ media est inter gallicinium & diluculum: & inde dictum volunt, quòd galli tum conticescant. Vide quæ infrà annotavimus in dictione *Dies.*

CŌNTIGNO, as, quasi tigna conjungo. { קרה *kerâh.* *Gall. Asseoir les solives en un estage de maison, & les compasser.* Ital. *Congiungere travi.* Germ. Die balcken zusammen fügen. Hisp. *Sobrador contablon.* Angl. *To rayster or plante an house.* } Plin. *lib.* 9. *cap.* 1. Gedrosi, qui Arbin amnem accolunt, Alexandri Magni classium præfecto prodidêre, in domibus soleas maxillis belluarum facere, ossibus ejus contignare, ex quibus navigia quadragenûm cubitorum longitudine repleta: *de belluis Indici maris.* Cæsar 2. *bell. civ.* Et quicquid est contignatum, cratibus conterminat.

CŌNTIGNĀTIO. { מקרה *meharêh.* *Gall. Estage, solier, plancher de maisons.* Ital. *Intavolata, intravamento, un solare.* Germ. Ein zusammen fügung einer böne zu einem hauß. Hisp. *El sobrado ò entresuelo.* Angl. *Rafting or planking of an house.* } Quæ est solarium domus, sive stratum ex gypso, lacteribusve, sive non stratum, qualia fere sunt solaria domorum in Apulia. Eóque pro miraculo apud Livium refertur, bovem in tertiam contignationem conscendisse. Plinius, Scipupedalis paries, non plus quàm unam contignationem tolerat, *mœnianum.* Est enim superior & inferior contignatio. { Gall. *Estages* vocant. } Contignatio quæ turri regnanti esset futura. Cæs. 2. *de bell. civ.* Eadem cum contabulatione.

CŌNTINĔO, es, ui, tenum: Comprehendo, complector, includo, concludo, cohibeo. { חבל *hichbil*, אחז *achâz*, חמץ *hechezik.* *Gall. Contenir, tenir serré & fermé, retenir, empêcher.* Ital. *Tenire, contenire.* Germ. Zusammen halten / enthalten. Hisp. *Tener.* Angl. *To refraine, to contene, to hold fast, to withhold.* } Plaut. *Rud.* Perii, animo malesit, contine quæso caput. Idem *Cas.* Contine pectus, face venenum amabò pallio. Continemus fluvium suo alveo, aut ripis, aut belluas sepris. Item, Continemus nos domi, quum in publicum non prodimus.

——*Urbis se mœnibus hostes*

*Continuêre diu.*

Ovid. 13. *Metam.* Continere Oceano felicitatem suam Cæsar non potuit. Senec. *cap.* 14. *de consol. ad Marc.* Continete vos domi. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. & *Curc. sc.* 3. *a.* 3. Item pro Impedire, cohibere, ut Cæs. *lib.* 1. *bell. civ.* Hos omnes flumina continebant (id est transitu prohibebant.) Idem, An tempestas te continet? id est, retinet, sive remoratur.) Plaut. *Amphitr.* Item pro abstinere: Videbaris cum hominem continuisse (i. ab eo abstinuisse.) Senec. *cap.* 8. *al.* 21. *de consol. ad Polyb.* ¶ Ponitur aliquando pro moderari, temperare, vel coërcere, *ἐγκρατεύεσθαι.* Unde Continens ἐγκρατὴς, pro abstinente & integro: cujus contrarium est Incontinens, *ἀκρατὴς.* Lactant. *lib.* 3. Da libidinosum, adulterum, ganeonem, jam sobrium, castum, continentem videbis. ¶ Continere se, pro Quiescere, nec movere, neque exercere. Cels. *lib.* 6. *cap.* 18. Usque homo continere se debet, & abstinere à cibo, & potione aquæ tantùm à sitì vindicati. ¶ Continere, pro intra se tenere, *ἐγκλείειν.* Sic dicimus, ubem continere homines, & locum continere locatum. ¶ Aliquando continuare, *συνέχειν*, unde & Continens dicitur continuatum, *τὸ συνεχὲς.* Livius, Continens Imperium usque ad nos habebitis. Suetonius *in Calig. cap.* 19. Per hunc pontem ultrò citróque commeavit biduo continenti, id est, continuò. Curtius, Omnia velut continenti incendio ardere visa. Sic Continentem ripæ collem dixit Cæsar *lib. de bell. civil.* Continens malum timori fuit, &c. Livius *lib.* 5. *ab Urb.* Continens die noctéque per culum (i. continuum.) Idem *lib.* 4. *ab Urb.* Continentibus diebus. Cæs. 2. *de bell. civil.* Continens omnium dierum labor; *ibid.* Cic. 1. *Tusc.* Sed nihil te interpellabo, continentem orationem audire malo. Item *lib.* 2. *Offic.* pro simul tenere posuit, *συνέχειν*, & quasi invitum tenere, quum inquit: Nec ulla res tam vehementer Rempublicam continet quàm fides. { Gall. *Qui entretienne en son entier.* } ¶ Contineo, conservo. Ovid. 4. *Fast.*

*Perque suos initus continet omne genus.*

Continens, participium: Continuatus, junctus, affixus, conjunctus. סמוך *samúch*, יש *hâl.* *συνεχὴς, συνεχές.* Gall. *Joignant, s'entretenant, continu.* Ital. *Che continua.* Germ. Das zusammen helt. Hisp. *Lo que tiene alguna cosa.* Angl. *Joyning one upon an other, continuell without interruption.* } Cic. *in epist.* Cappadociæ pars quæ cum Sicilia continens est. Idem 3. *de nat. deor.* Motus sensui conjunctus & continens. ¶ Aliquando ponitur pro Proximus: Idem *de Fato*, Proxima & continens causa movet assensionem. ¶ Aliquando pro Firmo, certo: ut, Continens memoria, id est, firma, certa. ¶ Aliquando, In continenti, vel ex continenti, sumitur pro statim & sine mora. Ulpian. *in l. quod ait lex, §. 4. ff. ad legem Juliam de adulteriis*, Quod ait lex, In continenti filiam occidat, sic erit accipiendum, ne occiso hodie adultero, reservet, & post diem filiam occidat, vel contrà; debet enim propè uno ictu & uno impetu utrumque occidere, æquali ira advertùs utrumque sumpta. Idem Ulpian. *l.* 3. §. 9. *D. de vi & vi arm.* dixit: Ex continenti, eodem sensu. Eundem (inquit) dejicere, non ex intervallo, sed ex continenti posse. ¶ Aliquando pro Temperans. { סחוטן *mithappek*, *ἐγκρατὴς.* Gall. *Continent, modeste, sobre.* Ital. *Continente, temperato.* Germ. Der sich enthalte / keusch und mäßig. Hisp. *Aquel que se abstiene de los deleytes.* Angl. *Temperate, sober.* } Terent. *in Eunuch.* Hoc nemo fuit minùs inepetus, magis severus quisquam, nec magis continens. Siccum, frugi, continentem. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Item, Quo nemo adæquè parcus, neque magis continens. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 1.

Continens, neut. gen. à Rhetoribus accipitur pro firmamento orationis, τὸ συνεχὲς. Cic. *in Topic.* Quibus autem hoc quasi de re agitur continetur, hæc continentia vocentur, quasi firmamenta defensionis: quibus sublatis defensio nulla sit.

Continens verò fœminini generis, sumitur pro terra, quæ non est insula, quam vulgò *Terram firmam* appellant, qualis est Italia. { יבשה *jabbâshâh*, ἤπειρος. Gall. *Terre ferme, continent.* Ital. *Terra ferma.* Germ. Ein zusammenhangend erdreich / welches kein insel ist. Hisp. *Tierra firme.* Angl. *Sure ground or earth.* } ut, Ex Silicia ad continentem parum intercapedinis est. ¶ Nam insula est, quæ mari circumdatur, ut Silicia, Sardinia. ¶ Chersonesus autem peninsula dicitur, quæ penè tota mari circumdatur, aliqua tamen sui parte continenti

continenti conjungitur, ut Peloponnesus. ¶ Isthmus verò est angusta terra, peninsulam cum continente conjungens.

Continentia, æ, à Continens: Temperantia, virtus voluptati resistens. {ἐγκράτεια. Gall. *Continence, abstinence, sobrieté.* Ital. *Continenza, temperanza.* Germ. Enthaltung/mäßigkeit. Hisp. *Templanza. aquella virtud de se contener de deleytes.* Angl. *Temperance, sobrietie, restraint of the affections.*} de qua Cicer. *lib.* 2. *Offic.* Sed valetudo sustentatur notitia sui corporis, & observatione earum rerum, quæ aut prodesse solent, aut obesse: & continentia in omni victu, omnique cultu corporis tuendi causa, & in prætermittendis voluptatibus. Huic contraria est incontinentia, ἀκρασία. ¶ Continentia interdum ponitur pro retentione. Suet. *in Claud.* Dicunt etiam meditatus edictum, quo veniam daret, flatum crepitumque ventris in convivio emittendi: cum pertinacium quendam pudore ex continentia repertisset.

Continenter, adverbium. Modò significat parcè, sobriè, & pudicè. {ἐγκρατῶς, σωφρόνως. Gall. *Sobrement.* Ital. *Continentemente, sobriamente.* Germ. Mäßiglich. Hisp. *Continentemente, templadamente.* Angl. *Soberlie, temperatlie.*} Plaut. Quamquam illum pater arctè & continenter habet. Modò assiduè. {συνεχῶς. Gall. *Continuellement, tout d'un tenant, tout de suite.* Ital. *Continuamente.* Germ. Stätigs nacheinander/für und für. Hisp. *Ayna adamente, continuamente.* Angl. *Whith continuation or continuallie.* Idem, Trium dierum spatio continenter tulit. Cæsar, Belgæ cum Germanis bellum continenter gerunt. Contrarium ejus est incontinenter, hoc est, intemperanter, & impudicè, ἀκρατῶς, ἀσελγῶς.

Contentus, a, um, quum est participium à Contineor, significat illud quod ab alio continetur. {מוּכָל *muchal.* ἐγκρατής. Gall. *Contenu, & compris, tenant.* Ital. *Contento, contenuto.* Germ. Das von einem andern enthalten oder zusammen gehalten wird. Hisp. *Contento, contenido.* Angl. *That is contened.*} Quando verò significat eum qui animo satiatus est, neque quicquam præterea desiderat, ἀπλήρωτος, nomen est, non participium: quandoquidem neque tempus retinet, neque significationem. Terent. *in Eunuch. sc.* 2. *a.* 1. Neque tu uno contenta ætas, neque solus dedit. Unde superflua videtur prolixa illa apud Vallam disputatio, an Contentus activam retineat sui verbi significationem, an passivam, quum omnino verbi sui significationem non retineat. Neque enim Contentus is dicitur, qui continet, aut qui continetur; sed qui nihil extra sortem suam desiderat. ¶ Ponitur interdum in genitivo: ut Velleius Paterculus *hist.* 2. Sed minùs honoratus, quippe vixit angusti clavi penè contentus, subaudi honore, vel dignitate. ¶ Contentus ad. Cic. *in Paradox.* Opinor in eo cui tanta possessio est, ut ad liberaliter vivendum facilè contentus sit.

*Haud contentus eo* (facto) *petit tentoria Rhœsi,*

Ovid. 13. *Metam.*

*Contentusque mei jam tandem parte doloris.*

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 5. *Trist.*

*Non tam majorum contenta est gloria famâ,*

Tibul. *lib.* 4.

*Nón tamen his contentus eris.*

*Ibid.* Vocari te ad cœnam volo, si pauxillo potes contentus esse. Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 1. ¶ Cum infinitivo. Plin. *epist.* 123. Contentus fueram hoc solùm scribere tibi. ¶ Est etiam contentus participium à Contendor, idem significans quod Adductus, astrictus; ἠναγκασμένος. Cicer. 2. *Tuscul.* Ballistæ lapidum, & reliqua tormenta telorum eo graviores emissiones habent, quo sunt contenta atque abducta vehementiùs.

Contentè. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Arctè & contentè eum habet mater.

CŌNTĪNŬus, a, um: Perpetuus, continens, perennis. {מסך *samuch,* מסוך *samidh.* ἀδιαλείπτος. Gall. *Continuel, s'entretenant.* Ital. *Continuo, senza intervallo.* Germ. Das nacheinander hangt/und nit getrennet ist. Hisp. *Cosa continua ò continuada.* Angl. *Continuell, without interruption.*} Plaut. *in Milit.* Quin ubi triduum continuum fuerit, jam odiosus fiet. Plin. *in Epist.* Litus otium varietate gravissima, nunc continua, nunc intermissa tecta villarum. Continua oratio opponitur sermoni. Sueton. *in Tiber. cap.* 27. ¶ Continuus aliquando pro assiduo: ut Continuus Principis. Corn. Tacitus, Cocceius Nerva continuus Principis, hoc est, apud eum assiduus.

Continuo, as: Perseveto, perago. {חסיף *hesiph,* חזיק *hezich,* שדד *sádh,* שיך *schadh.* ἀμπλάω. Gall. *Continuer, ne cesser point, faire tenir ensemble.* Ital. *Continuare, perseverare.* Germ. Etwas fürtrucken/und nacheinander etwas thun. Hisp. *Continuar.* Angl. *To continue or perseuere.*} Apuleius, Scaphas ascendete, nuri iter continuare. Plin. *lib.* 14. *cap.* 22. Biduo duabusque noctibus perpotationem continuavit. Continuare agros. Livius *lib.* 34. Summa continuare. Idem. 2. *bell. Maced.* Continuare suos. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Continuari, pro Finitimum esse. Tacit. Sictionibus Sicyonum gens continuatur. ¶ Continuare domos mœnibus, pro Conjunctim exstruere. Liv. *lib.* 2. *decad.* Continuare iter. Cæs. 3. *de bell. civ.* Nocturnus diurno continuatus labor. Liv. Continuato diem noctemque opere. Cæs. 6. *bell. civil.* Item,

*Vtque soles matri continuata suæ es,*

(Venus.) Ovid. 4. *Fast.* Cervix continuata. Idem 5. *Fast.*

Continuātio, verbale, perpetuitas. {תרך *erech.* συνέχεια. Gall. *Continuation, entretenement de l'un à l'autre.* Ital. *Intratenimento, continuatione.* Germ. Underlässlich fürtruckung/oder beharrung eines dings. Hisp. *Continuation.* Angl. *Perseueraunce, continuing or a ioyning together without interruption.*} Cic. 1. *de nat. deor.* Est mutabilis quædam continuatio seriésque rerum, ut alia ex alia annexa, & omnes inter se aptæ, colligatæque videantur. Continuatio laborum. Sueton. *in Tiber. cap.* 11.

Continūĭtās, atis: Continuatio. {συνάφεια. Angl. *Continuation, without interruption.*} Plin. *lib.* 8. *cap.* 30. Collum & juba continuitate spinæ porrigitur, flectique nisi circumactu totus corporis nequit.

Continuò, adverbium: Statim, confestim, illicò. {מהר *máhah.* συνεχῶς, ἐξαυτῆς. Gall. *Incontinent, tout sur le champ, tantost.* Ital. *Di fatto, di subito, incontinente.* Thand/von stund an/eins wegs. Hisp. *Luego sin medio.* Angl. *Incontinent.*} Terent. *in Eunuch.* Continuò accurrit ad me. Modò remisisti, continuò jam ut remittam rogas. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Continuò protinus exercitum obducam. Idem *Pœnul. sc.* 1. *a.* 2. Abi intrò ad vos continuò. (sup. citò, curriculò.) Idem *Merc. sc.* 6. *a.* 2. Continuò amor pro imbre advenit amor. Idem *Mostl. sc.* 2. *a.* 1. ¶ Eleganter etiam ponitur interrogativè, vel negativè, pro Num ideòl vel Non ideo: negativè. Cicer. *pro Rosc. Amer.* Non continuò, si me in gregem hœdiorum contulerim, sum hœdus, i. non ideo sequitur me esse hœdum. Interrogativè 2. *de Orat.* At si illæ seditiones saluti huic civitati fuissent, num continuò, si quis populi motus factus esset, id C. Norbano in nefario crimine atque in fraude capitali esset ponendum? Num continuò dixit, pro Num ideo.

Continuò, aliud adverbium: Assiduè, continenter. {תמיד *tamidh.* συνεχῶς, εἰδιαιτῶς. Gall. *Continuellement, sans cesse, sans intermission.* Ital. *Senza intermissione, continuamente.* Germ. Dus beständiglich/stäts nacheinander. Hisp. *Continuamente, sin intermission.* Angl. *Without interruption.*} Quintilianus *lib.* 2. An virtus sit Rhetorica. Qui grana ciceris ex spatio distante missa, in acum continuò & sine frustratione inferebat. Hor. *lib.* 2. *sat.* 17. Ducentos per annos pugnatum est non continuò, nec cohærentes, sed prout causæ lacessierant.

Continuatè, adverbium, sine intermissione. ἀδιαλείπτως. Cornel Fronto *lib. de verborum nominúmque differentiis.* Assiduè, continuatè, sine intermissione.

CŌNTĪNGO, is, contigi, contactum. Tango, attingo. {נגע *naghah,* רפש *raphásch.* ἅπτομαι, ἐφάπτομαι. Gall. *Attoucher.* Ital. *Toccare.* Germ. Antrüren. Hisp. *Tocar.* Angl. *To touche, to come nie.*} Colum. *lib.* 1. Plurimis & his angustiis illustratum fenestris, atque à tecta sic ediris, ne manu contingi possint. Virg. 1. *Æneid.*

*Pœnémque manu contingere gaudent.*

Pertinet ad vos: Romanos nihil contingit. Liv. 4. *d.* 4. Mea causa nihil hoc facto contingitur. Idem *lib.* 10. *d.* 4.

*Quæ sola contingi vittáque sumpta verat,*

Ovid. *Eleg.* 1 *lib.* 2. *Trist.* Ne oculis quidem contingere mulierem. Gell. *cap.* 8. *lib.* 6. Contingere digito non auderet. Idem *c.* 23. *lib.* 10.

——— *si qua contingere non est*
*Corpore, sint animo cuncta videnda meo,*

Ovid. *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.* Mihi extra unum te mortalis nemo corpus corpore contigit, quo me impudicam faceret. Plaut. *Amph.* ¶ Ponitur & pro accidere, sive evenire: sed hoc duntaxat in tertiis personis. {נפל *naphál.* συμπίπτω. Gall. *Advenir, eschoir.* Ital. *Accadere.* Germ. Etwas begegnen/widerfahren/beschehen. Hisp. *Acontecer.* Angl. *To happen or chaunce.*} Cic. 5. *Tuscul.* Quod non modò singulis hominibus, sed potentibus populis contigit.

——— *Tibi turba comes, mihi contigit unus.*

Ovid. 13. *Metamorph.* (socius.) Item, sors Tyrrhenum contigit (pro Tyrrheno. Velleius.) Impersonale verò cum infinitivo ut, Contigit mihi esse felici, vel felicem. ¶ Quandoque absolutè, ut apud Terentium, Hanc mihi expetivi, contigit: Conveniunt mores. Ex quo datur intelligi, non semper servari quod aiunt, Contingere esse de malis, quæ sumus veriti, Obtingere de optatis, Accidere de inopinatis, tam bonis, quàm malis. ¶ Contingere alicui rei, pro Contiguum esse. Cæsar *lib.* 1. Ita ut radices montis, ex utraque parte, ripæ fluminis contingant.

——— *contingunt tempora myrto,*

id est, ungunt, tingunt. Virg. 3. *Georg.* Sale aliquid contingere, Salire. *Ibidem.* Suet. *in Galba, cap.* 1. Neroni Galba successit nullo gradu contingens Cæsarum domum.

Contingens, participium. {נגע *nogéah.* ἐφάπτων, ἀπτόμενος. Angl. *Which toucheth another.*} Cicer. *lib.* 2. *de Divin.* Docet enim ratio mathematicorum quanta humilitate luna feratur terram penè contingens.

Contingens, nomen adjectivum: Fortuitum. {Angl. *That appeareth or chanceth.*} Unde à Dialecticis, Contingentia dicuntur quæ in utramque partem accidere possunt.

Contactus, participium. {נגע *naghiah.* συναφθείς, ψαυθείς. Gall. *Attouché.* Ital. *Toccato.* Germ. Berürt. Hisp. *Tocado.* Angl. *Touched.*} Contactus religione dies. Liv. Si diem contactum religione, insignémque nomine ejus loci timeant Romani.

——— *ne unquam*
*Contacti simili sorte regatis idem,*

Ovid. *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.*

Contactus, us, nomen. {נגע *nighiah.* ἁφὴ, συναφὴ. Gall. *Attouchement.* Ital. *Toccamento.* Germ. Berürung/oder anrürung. Hisp. *El toque.* Angl. *A touching.*} Col. *lib.* 3. *cap.* 3. Contactu ejus languescunt incrementa virentium.

Contāgiōsus, a, um, quod contingit. {נגוע *samách.* συναφὴς, ἐπαφώμενος. Gall. *Poignant & touchant contre.* Ital. *Vaticche si tocca.* Germ. Anrürend/anstossend. Hisp. *Cosa que toca una con otra.* Angl. *That touches & is verye nigh.* Plin. *lib.* 2. *cap.* 9. Sed alias admota cœlo, alias contingua montibus. Ovid. 4. *Metam.*

*Contigua habuere domos.*

CŌNTĀGIUM, & Contagio, & Contages. Morbus qui ex contactu contrahitur, ex Con, & tago, is, quod est tango. {טמא *tumedh:* συναφὴ φθορᾶς. Gall. *Attouchement, chose contagieuse, mal qu'on prend, on se baille à celuy qui attouche ou s'approche du malade.* Ital. *Male attaccatitio.* Germ. Erbtrancktheit/ansteckung tranckheit so einer mit berürung den andern gibt. Hisp. *La dolencia ò mal que se pega.* Angl. *A contagion, infection.*} Virgil.

*Dira per incautum serpunt contagia vulgus.*

Juvenalis,

*Cretico pellitus, dedit hanc contagio labem.*

Cic. 1. *Offic.* Contagiones malorum, quæ ab uno profectæ manarunt latiùs. Lucr. *lib.* 4.

Quæ

*Quæ contagia suæ palleribus omnia pingunt.*

Contagium, verbum medium. Gell. *cap. 9. lib. 12.* Ovid. *Eleg. ult. lib. 3. Trist.*

*Sæpe mihi fumo nati contagia nostra secuti* (libri Amorum sup.)
*Sæpe vitiant artus ægra contagia mentis,*

Idem *Eleg. 8. lib. 3. Trist.* ‖ ¶ Contagio fugitur, contactu potitur. Lucr. ‖ Vid. Nonium, & Isidor.

Contăgiōsus, a, um, ‖ ἐπιμικτικὸς ἢ ἐπιμικτὸς νόσος. Gall. *Contagieux, quand on approche de luy.* Ital. *Contagioso, che infetta altri col suo male.* Germ. Gifftich/Das auß berührung ein andern erbt. Hisp. *La enfaque assi pega, contagioso.* Angl. *Very contagious, with infecteth, when one approcheth* ‖ ut, Contagiosa febris, Contagiosus morbus, & pestis contagiosa à Cælio dicuntur, quibus qui laborant, solo contactu alios inficiunt.

Contĕnĭo, Continuas, & Continuus: vide *Continuo, as.*

Continŭa, insula Hispaniæ adjacens in freto Gaditano, aliis nominibus Gadita & Tartessus appellata. Vide Plin. *lib. 4. cap. 22.*

CŌNTŌLLO, is, ere, συνάγω. Plaut. *Aul. sc. 1. a. 5.* Contollam gradum, id est, conferam gradum.

Contŏphŏri, ἐγχειρίδιοι. Equitum genus, qui in bello contis utebantur, hoc est, hastis oblongioribus. Distinguit enim Julius Pollux *lib. 11. Onomastici*, Equites in species septem, Hippotoxotas scilicet, dorytophoros, contophoros, hippalpistas, scenophoros, hippagogos, & amphippos, hoc est, desultorios.

CŌNTOR, aris, verbum deductum à conto, nautarum pertica, qua illi imitis profunditatem explorant, idem significans quod inquiro, & tanquam conto exploro. ‖ חקר *chakár.* ἱστορέω, ἐκζητέω. Gall. *Interroger, & demander, s'enquerir & s'informer.* Ital. *Scandagliare, cercare, inquestigare.* Germ. Erforschen / fleyssig nachsuchen. Hisp. *Buscar, cercar, escudiñar.* Angl. *To sounde or to feele the bottome.* ‖ Ita scribendum est sine c, per o, vocalem: nam Cunctor, alterius est significationis, quamquam chalcographorum quorundam imperitiâ in quibusdam exemplaribus alterum pro altero positum invenies. Cic. *ad Attic. lib. 11.* Quumque ex eo de me contaretur, cum sibi ita dixisse narrabat, se mihi esse inimicissimum. Gell. *cap. 1. lib. 5.* Ea contantur & instituunt. ¶ Hinc fit compositum, Percontor, diligenter & exactè inquiro, & Percontator verbale. ¶ Contari, pro cunctari, seu morari, semper apud Tacitum.

CŌNTŌRQUĔO, es, ere. In ambitum & gyrum torqueo, convolvo, deflecto. ‖ קלע *kalàh.* λυγίζω, σφίγγω, συρίσσω. Gall. *Tordre, tortuer, faire tourner.* Ital. *Lanciare, trarre.* Germ. Dahrdrayen/ombrecken/umbwenden. Hisp. *Tirar lança ò piedra.* Angl. *To winde or wreathe about, to tourne rounde.* ‖ Plin. *lib. 11. cap. 57.* Erecta autem, rugatúmque ambitu contorta, Cic. 2. *de nat. deor.* Non est enim aetheris ea natura, ut vi sua stellas complexa contorqueat. *Ibid. lib. 3.* At quàm rhetoricè, quàm copiosè, quas sententias colligit? quæ verba contorquet? ut liceat Rhetori intelligas. Idem *lib. 2. de Divin.* Deinde contorquent, & ita concludunt: non igitur sunt dii, nec significant futura. Ubi *Contorquere*, est orationem non rectè, sed tortuosè uti, quæ contortio in repugnantium conclusione usitata.

Contōrtŭs, a, um, participium: Distortus. ‖ מעורת *meharáth*, מעקש *mehukkál*, מעקש *mehukkásch*, כפוף *caphuph.* συστροφώδης. Gall. *Tors, recoquillé.* Ital. *Torto, disforto.* Germ. Verbogen/getrümbt. Hisp. *Torcido.* Angl. *Wyerefted, made crooked, coueled or wrinckled.* ‖ ¶ Et contortæ res, dicuntur perplexæ & perturbatæ, & sibi ipsis minimè cohærentes. συμπλεκόμενα. Cicer. 1. *de Orat.* Contortas res, & sæpe difficiles, necessariò perdiscimus. Si contortus turbo perfregit arbores. Senec. *cap. 16. de const. ad Marc.*

Contortŭlus, diminutivum à Contortus. ‖ Angl. *Wyerefted, wreithed, intricated.* ‖ Cic. *lib. 2. Tusculan.* Sine igitur malum dolere, nè ne, Stoici viderint, qui contortulis quibusdam ac minutis conclusiunculis, nec ad sensus permanantibus, effici volunt, non esse malum, dolorem.

Contōrtĭo, nis: Flexio. ‖ עקשות *hikkeschúth*, מעקש *mehukkásch.* συστροφή, ἐλιγμός. Gall. *Estorse, estorsement.* Ital. *Torcimento.* Germ. Verbrendung/verbreibung. Hisp. *Torcimiento.* Angl. *Wyerefting, wreathing, or turning rounde.* Cicer. *de Fato*, Manus est enim has contortiones orationis, quàm signorum ortus, obitúsque perdiscere.

Contōrtè, adverb. Obliquè. ‖ συστροφωδῶς. Gall. *Par destour, obscurement.* Ital. *Anvilupamente, & obscuramente.* Germ. Verwickelterweg / mit verdunckelung. Hisp. *Torciendo, obscuramente.* Angl. *A wyse, obscurelie, intricatlie.* ‖ Cic. *de Invent.* Hic considerandum erit, ne quid perturbatè, ne quid contortè dicatur.

Contōrquendus. Cic. 2. *de Orat.* Qui tanquam machinatione aliqua tum ad severitatem, tum ad remissionem animi, tum ad tristitiam, tum ad lætitiam est contorquendus.

Contōrtŭplĭcātè: Contortè plicate. ‖ כפל *kiphél.* συνδιπλοῦσθαι. Gall. *Plier tortuement.* Ital. *Volgere tortamente.* Germ. Verwickt vnd vmb trumb zusammen wicklen. Hisp. *Torciendo bolver, plegar.* Angl. *To fold or wrappe together or plaitte awrie.* Plaut. *in Persa.* Ita sunt Persarum mores, longa nomina, contortuplicata habemus, hoc est, adeò dura & quasi contragosa, ut vix efferri possint.

‖ Contosta, pars inferior panis, superior, pustula. Poll.

Contostablos. *Conestable*, præfectus, exoticarum auxiliarium copiarum prima dignitas. Lex. gr. b. ‖

Contota, manes quæ comis propelluntur. Bayff. ‖

Contrà. ‖ על *hal.* נגד *négheth.* נכח *nochách.* ἀντί, κατά. Gall. *Contre.* Ital. *Contra.* Germ. Wider entgegen. Hisp. *Contra.* Angl. *Against.* ‖ cum accusativo. Præpositio est, quæ & separatur, & componitur: significat atque Adversùm, locumque vel personam designat. Separata est apud Virgilium,

*Contra Neptunum, & Venerem, contráque Minervam.*

¶ Quod contrà est. Salust. *Iugurth.* 110. ut vulgò dicimus, *Ce qui est au contraire.* Contra Pompeium consilium iniit. Cæs. *lib. 3. de bell. civ.* contra bonam mortem. Senec. *cap. 1. de consol. ad Marc.* C. Cæsar si foro vacasset, non alius contra Ciceronem nominaretur (i. qui Ciceroni compararetur. Quint. ¶ Componitur autem cum dictionibus incipientibus à d, ut Contradico: e, ut Contraho: v, ut Contravenio. ¶ Invenitur etiam Contrà, pro è regione, sive Ex opposito. ἐναντίως: & hoc tam cum casu, quàm sine casu. Virgil. *Æneid.* Italiam contrà. Juvenal. *Stat contrà, starique jubet.* Idem Virg. 5. *Æneid.*

*Contrà elata mari respondet Gnosia tellus.*

Plaut. *in Amph.* Hostes crebri cadunt, nostri contrà ingruunt. Contra Massiliam insula. Cæs. *lib. 1. de bell. civ.* & ubique passim, Insulam, quæ contra Brundusium portum est, occupavit. Idem 3. *de bell. civ.* Contra regium Sutt. *in Aug. cap. 31.* Contra tribunal. Idem *in Augustul. cap. 44.* Adlubite omnes contra me (id est, ex adverso, è regione.) Plaut. *Pseud. sc. 2. a. 1.* Pax contra Brundusium facta, Vellcius. Contrà fige stabilem gradum. Senec. *cap. 6. de consol. ad Marc.* Contrà conlecta manu. Plaut. *Men. sc. 1. a. 1.* Ita à me contrà factum est: idem *Aul. prol.* (i. bonus fui malis.) Tuba utrinque canunt. Contrà consonat terra. Idem *Amph.* Certum est hominem contrà conloqui, ut confidenter mihi contrà astitit. Idem *Capt. sc. 5. a. 3.* Video illam, ubi me contrà aspexit. Idem *Mil. sc. 1. a. 2.* Illa illum (amat) contrà, qui est amori cultu optimus. Idem, *Merc. sc. 1. a. 2.* Item *Curc. sc. 3. a. 2.* & *Pseud. sc. 4. a. 2. Merc. sc. 2. a. 2.* Item, Auro cedo contra modestum amatorem. Cedo contrà orichalco. Idem *Curc. sc. 3. a. 1.* Item, Orichalco contrà, non carum fuit meum mendacium. Idem *Pseud. sc. 5. a. 2.* ¶ Ita Contra se, ἐξ ἐναντίας μέρους, è regione. Suet. *in Calil.* Quæ epistolæ, equiti Romano contra se hilarius avidiusque vescenti partes suas misit. ¶ Aliquando ponitur pro Vicissim, ἀντὶ μέρους. Terent. *in Adelph.* In eo me objector solum, & charam illi ut item contrà me habeat, facio sedulò. Confer contra gradum partes. Plaut. *Pseud. sc. 4. a. 2.*

‖ Contra autem venire, magno pretio præponderare. ‖

Contractus: vide *Contrabo.*

CŌNTRĂDĬCO, Refragor. ‖ נגד *nágad.* ἀντιλέγω. Gall. *Contredire.* Ital. *Contradire.* Germ. Widerreden/widersprechen. Hisp. *Contradezir.* Angl. *To gaine say.* ‖ Cic. *Tusc.* Ut quum is, qui audire vellet, diceret quid sibi videretur, tum ego contradicerem. Idem 7. *in Verr.* Quàm palam principes contradixerint.

Contrădictum, i. Quintilianus *in Proœm. lib. 4* Dissolvere contradicta.

Contrădictio, verbale. ‖ ἀντίρρησις. Gall. *Contradiction, objection contre ce qui est proposé, contredit.* Ital. *Contradittione.* Germ. Widersprechung / widerlegung. Hisp. *Contradicion.* Angl. *Gaine saying.* ‖ Quint. *lib. 2. cap. 18.* Ponuntur hæ quandoque in secundo. Cic. *de Orat.* contradictiones: id est, Instantiæ & objectiones, quas vocant.

Contrădictŏr, verbale à Contradico. ἀντίρρησις. Ulp. D. *lib. 40. tit. 12. l. 27.* Quod si his, qui pro libertate sua litigat, desit, contradictor verò præsens sit, &c. Et *tit. 16. l. 3.* Cum non justo contradictore qui ingenuus pronunciatus est.

CONTRĂDO, is. παραδίδωμι, idem quod simplex Trado. Lucret. *lib. 1.*

*Multaque præterea tibi possum commemorando*
*Argumenta, fidem dictis contradere nostris.*

CŌNTRĂHO, is, traxi, tractum: Colligo, & in unum congrego. ‖ אסף *asaph*, קבץ *kibbets*, משך *maschach.* συνάγω, συνείρω. Gall. *Attirer ensemble, amasser, serrer, presser.* Ital. *Restringere, ragunare.* Germ. Zusammen ziehen. Hisp. *Estrechar ò encoger.* Angl. *To drawe or gather together.* Lact. *lib. 3.* Præterea ut ad se multitudinem contrahat. Virg. 3. *Æneid.*

*Contrahimúsque vires.* ———

Pomponius, Lentul. & Marcel. *epist. Attic. lib. 8.* Vos hortor, ut quodcunque militum contrahere poteritis, contrahatis. Contrahere auxilia, apud Liv. *de bell. Punic.* Contrahere pecuniam. Plin. *epist. 111.* Contrahere amicitiam, Cicer. *de Amicit.* Quæ in rerum natura, totóque mundo constarent, quæque moverentur, ea contrahere amicitiam, dissipare discordiam. Contrahere matrimonium. Suet. *in Calig. cap. 25.* Item, Contrahit vela, inhibérque remos. Metaph. Quintil. Contrahuntur in arma facilius pusilla corpora. Senec. *cap. 8. de Tranq.* Contrahere naves (pro undique colligere.) Suet. *in Calig. cap. 19.* Contrahere captivos. Liv. *lib. 7. d. 4* Contrahere certamen: idem *lib. 5. d. 4.* & *lib. 6. d. 4.* Si quis pugnam expectat, lites contrahat. Plaut. *Capt. prolog.* ¶ Quandoque ponitur pro Facio, committo, ἐπιτάσσω: ut, Æs alienum contraxi. Plin. *epist. 15.* Ut æs alienum exsolveret, contractâ ex pulcherrimis causis. Cic. *Quint. frat. lib. 1.* Constare inter omnes video, abs te summam adhiberi diligentiam, nullum æs alienum novum contrahi civitatibus. Idem *ad eundem*, Ea molestissimè homines ferre debent, quæ ipsorum culpâ contracta sunt. ¶ Aliquando pro Paciscor, & conventionem facio, συντίθημι: ut fit in emendis, vendendisque mercibus. Idem *lib. 3. Offic.* Tollendum est igitur ex rebus contrahendis omne mendacium. Et *lib. 1.* Nulla vitæ pars, neque publicis, neque privatis, neque forensibus, neque domesticis in rebus, neque si tecum agas quid, neque si cum altero contrahas, vacare officio potest. Hoc sibi contraxit Cicero (id est malum accessivit.) Velleius, Nam mea fit culpa, quod egomet contraxerim id Alcimenæ, si innocenti huic expetat (id est, admiserim, commiserim.) Plaut. *Amph.* Plus à nobis vanitate contrahitur (i. peccatur.) Sen. *cap. ult. de const. ad Polyb.* ¶ Aliquando pro Constringo, astringo, & in angustum adduco, συνάγω. Putà quum nervi contrahuntur rigore, aut metu, ita ut extendi nequeant. Unde Contractio, συνοχή. Idem 1. *Tusc.* Sed eo quòd in hoc est omnis animi contractio ex metu mortis. Et *lib. 4.* Animóque demitunt, & contrahunt, id est, remote. ¶ Aliquando pro Pato, & concilio, εἰς σύναγε. *lib. 1. ad Heren.* A nostra persona benevolentiam contrahemus, si nostrum officium sine arrogantia laudabimus. Multi quos forum, curia, sermo mecum contraxerat, i. mihi conjunxerat. Senec. *cap. 12. de Tranq.* ¶ Contrahere frontem, est fronti rugas inducere. συνάγω τὸ μέτωπον. Plaut.

Plaut. *in prolog. Amph.* Quid? contractiſtis frontem, quia tragœdiam dixi hanc?

Contractus, participium. {אסוף *aſúph*, נערסף *neeſáph*, מקבץ *melubbátz*. συναθροίζω, συναγω. Gall. *Attiré & amené enſemble, amaſſé, retiré.* Ital. *Storto, torto, ritirato.* Germ. Zuſammen gezogen/eingezogen. Hisp. *Coſa eſtrecha y encogida.* Angl. *Drawen, brought or gathered together.* } ut, Contractus exercitus. Liv. 7. *bell. Punic.* Contracta brevitas. Cic. 3. *de Orat.* Contractæ res. Idem 1. *Offic.* Pauperies contracta, apud Horatium, &c. Contracta & astricta eloquentia putanda eſt Dialectica. Cic. *de clar. Orat.* Contractatrix. Velleius.

Contractus, a, um, nomen ex participio. Brevis, astrictus. } Angl. *Shortlie abredged.* } Cic. *in Parad.* Accipies igitur hoc parvum opuſculum lucubratum his jam contractioribus noctibus. Col. *lib.* 5. *cap.* 5. Sed neque ſpatioſiora, quàm decem pedum, neque contractiora, quàm quatuor. Contractiùs habitare. Senec. *cap.* 9. *de Tranquil.* Contractum ſolicitudine animum ſolvere. Idem *cap.* 16. *de conſ. ad Helv.* Contracta in unum ſpecies, & contracta in arctum. Velleius. Quamquam vitio pars malorum contracta. Ovid. *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Triſt.* Contractas emptionibus domos. Velleius.

Contrăctŭs, us, ut: nomen Juriſconſulris eſt, quum negotium inter duos pluresve data opera geritur, ut vel uterque invicem, vel alteruter alteri obligetur, ut in emptione, venditione, locatione, conductione, mutuo, ſtipulatione, &c. } Græci vocant συναλλαγμα, quando contractus eſt ultro citróque obligatorius. Angl. *A bargaine, à convenante.*}

Contractio, verbale. { קבוץ *kibbútz*. συναγὼ, *circum.* Gall. *Retirement ou retraite.* Ital. *Ritirazione.* Germ. Zuſammen ziehung. Hisp. *Eſtrechura ò encogimiento.* Angl. *A gathering together, a shortning.* } Cicer. 3. *de Orat.* Aut contractione brevius fieret, aut productione longius. Superciliorum remiſſio & contractio, apud eundem 3. *Offic.* Idem 4. *Tuſcul.* Eodem enim in vitio eſt effuſio animi in lætitia, quo in dolore contractio. ¶ Contractio dictionum, apud veteres. Vocales ſine vocalibus ſæpe brevitatis cauſa contrahebant veteres, ut ita dicerent, mult' modis, vas' argenti, palm' & crinibus, tecti' ſtatris. Quid verò licentius, quàm quod hominum etiam nomina contrahebant, quo eſſent apertiora? Nam ut duellum bellum, & duis bis: ſic Duellum cum qui Pœnos claſſe devicit, Bellum nominaverunt. Superiores autem appellati erant ſemper Duelli. Quinetiam verba ſæpe contrahuntur, non uſus cauſa, ſed autium. Quomodo enim veſtet axilla, ala factus eſt, niſi fuga literæ valtioris? Quam literam etiam è maxillis, taxillis, vexillo, & paxillo, conſuetudo elegans Latini ſermonis evellit. Libenter etiam copulando verba jungebant, ut ſodes, pro ſi audes: ſis, pro ſi vis. Jam in uno Capſis tria verba ſunt, ain pro aiſne, nequire pro non quire, malle pro magis velle, nolle pro non velle, dein etiam ſæpe, & exin, pro deinde & pro exinde dicimus. Quid illud non olet unde ſit? quod dicitur cum illis, cùm autem nobis non dicitur, ſed nobiſcum, quia ſi ita diceretur, obſcœniùs concurrerent litteræ, ut etiam modò, niſi autem interpoluiſſem, concurriſſent. Ex eo eſt mecum & tecum, non cum me & cum te, ut eſſet ſimile illis nobiſcum atque vobiſcũ. Cic. *in Orat.*

Contractiuncŭla, diminutivum, συνάθροισμα, μικρὰ καὶ ἀνάπαυσις συντελὴς. Cic. 3. *Tuſcul.* Hoc detracto, quod totum eſt voluntarium, ægritudo erit ſublata illa mœrens: morſus tamen & contractiuncula quædam animi relinquetur.

‖ Contractorium, σφιγκτὴρ, veſtis genus, ſeu vinculum, quo aliquid contrahitur, vel conſtringitur.

Contrapezon, æquilibrium. L. gr. b. ‖

CŌNVĔRTO: Verto, vicissim tertò commeo, aspectum aliquò refero. { הפך *haphárh*, חשיב *heschib.* στρέφω. GALL. *Tourner ou faire tourner, muer.* ITAL. *Volgere, voltare, convertire.* GERM. Bekehren oder umbkehren/umbwenden. HISP. *Convertir, bolver.* ANGL. *To convert, to returne.* } ut, Convertere se domum, hoc est, reverti. Terent. *in Adelph.* Ego jam transacta re convertam me domum cum opsonio. Sallust. *Jugurth.* 66. Deinde cum omni multitudine in regnum suum convertit. Alii, *se convertit.* Plinius *de viris illustribus*. Veientes ad dolos conversi, pecora ex adverso in conspectu illorum posuerunt. Cicer. 3. *Offic.* Ibi quum palam ejus annuli ad palmam converterat, à nullo videbatur, ipse autem omnia videbat: idem rursus videbatur, quum in locum annulum inverterat. Idem *lib.* 1. *de Orat.* Ac quocunque te animo & cogitatione convertetis, permultos excellentes in quoquo genere videbis. Livius 2. *bell. Punic.* In admirationem & ipsum, & omnes qui circa erant, converterunt. Cicer. *Appio lib.* 4. Gratulabor tibi priùs (ita enim rerum ordo postulat,) deinde ad me convertar. ¶ Convertere, pro interpretari, sive ex una lingua in aliam vertere. { ANGL. *To turne or translate.* } Cicer. *de opt. genere Orat.* Converti enim ex Atticis duorum eloquentissimorum nobilissimas orationes inter se contrarias. *Ibid.* Quod igitur est eorum in orationibus è Græco conversis fastidium? ¶ Convertere in belluam, hoc est, transmutare & transformare. Cicer. 3. *Offic.* Quid enim interest utrùm ex homine se convertat quis in belluam, an hominis figura immanitatem gerat belluæ. V. am convertere, est viam repetere, per quam nunc primùm veneras. Virg. 3. *Æneid.*

——*versúsque vocati*
*Convertêre vias.*

Castra castris converunt. Cæs. *lib.* 1. *de bell. civ.* Convertit, pro conversus est. Auson *Epigr.* 68.

CONVĔRTŌR, eris, deponens, quo antiqui usi sunt pro Converto. στρέφω. Plaut. *Amph.* Sed tamen in fugam se nemo convertitur. Et Cæs. *lib. de bell. civil.*

CONVĔRSUS, participium. { מרשע *muschâh*, מתחפך *mithhapéch.* παράφρων, ἀνάφρων. GALL. *Tourné, changé, retourné.* ITAL. *Mutato.* GERM. Bekehrt/umbgewendt/verwendet. HISP. *Convertido, mudado.* ANGL. *Turned, changed.* } Cic. *pro somn. Scip.* Hujus quidem anni nondum vigesimam partem certo esse conversam.

——*Conversum tergo dominum.*

Tibul. *lib.* 4.

CONVĔRSIO, nis: Circumvectio, mutatio. { תסובה *hasbechâh.* ἐπιστροφή, ἀναδίπλωσις. GALL. *Tournement, changement.* ITAL. *Mutamento, cambiamento.* GERM. Bekehrung / oder umbkehrung. HISP. *Mudanza.* ANGL. *A turning, converting.* } ut, Conversio vesicæ, id est, inversio & revolutio. Plin. *lib.* 8. *cap.* 42. ¶ Vulvarum conversio, apud eundem *lib.* 10. *cap.* 21. ¶ Conversio verborum. Cic. 1. *de Orat.* Et efficiendum est illud modò vobis, ne fluat oratio, ne vagetur, ne insistat interiùs, ne excurrat longiùs, ut membris distinguatur, ut conversiones habeat absolutas. Neque semper utendum est perpetuitate, & quasi conversione verborum; sed sæpe carpenda membris minutioribus oratio est.

CONVĔRSUS, us, ui: Conversio, συστροφή. Macrob. *Saturn. lib.* 7. *cap.* 9. Septimus motus qui gyros efficit, crebro conversu turbat.

CONVĔRSO, as, are, frequentativum à Converto, verso. { στρέφω. GALL. *Tourner souvent & retourner.* ITAL. *Volgere spesso.* GERM. Offt vil vnd offt kehren hin vnd her wenden. HISP. *Bolver muchas veces.*



ANGL. *To turne often or ten.* } Cic. *de Universit.* Quippe qui ex eadem vinctus, alteráque natura, adjuncta materiæ temperatione, trium partium proportione compacta, se ipse conversans, quam materiam mutabilem arripuisset. ¶ Conversari: Consuescere. συνεμπλέκω. Senec. *lib.* 1. *de Ira*, Sumuntur à conversantibus mores.

CONVĔRSOR, deponens, pro Frequento, consuetudine alicujus uti. συναναστρέφω.

CONVĔRSATIO: Consuetudo, familiaritas. { מכחח *minhâgh*, דרך *dérech*, חליכה *halichâh.* ὁμιλία. GALL. *Conversation, hantement.* ITAL. *Conversatione, prattica.* GERM. Beywohnung. HISP. *Conversacion y participacion.* ANGL. *Haunting and familiaritie fellowship.* } Plin. *lib.* 10. *cap.* 33. Nève cui frequentior conversatio suspecta sit. Quintil. Senior. *Declam.* 256. Quis me dignum conversatione vestra sentiret, si aliter optarem? At Junior *lib.* 1. *cap.* 2. Nec tutior pueris inter servos malos, quàm inter ingentes & modestos conversatio est. Conspectum conversationémque civium profugit. Senec. *cap.* 17. *de consol. ad Polyb.* Convictus & conversationes. Idem *cap.* 15. *de consol. ad Helv.* ¶ Conversatio pro conversione. Idem *epist.* 75. Sciátque illa ipsa quibus lædi videtur, ad conversationem universi pertinere, & ex iis esse, quæ cursum mundi consummant.

‖ CONVESCOR, simul vescor. Gloss. convescitur, συνεσθίεται. ‖

CONVĔSTIO, is, ire: Vestio, exorno. { לבש *labâsch*, עטף *hatâph.* περιβάλλω, περιπλέκω. GALL. *Vestir, orner.* ITAL. *Vestire, ornare.* GERM. Bekleyden. HISP. *Vestir y ornar.* ANGL. *To decke, to aparell.* } ut, Convestiuntur herbis prata. Cicer. 1. *Tusc.* Idem *ad Quint. frat. lib.* 3. Topiarium laudavi, ita omnia convestivit hedera, &c. Idem *pro domo sua*, Ergo ejus domum eversam duobus lucis convestitam videtis.

CŌNVĔXO: Vexo. { עצב *hasâb*, דאג *daágh*, דאב *daâb.* ἐκταράσσω. GALL. *Fâcher, molester, vexer & tourmenter.* ITAL. *Disturbare, molestare, noiare.* GERM. Plagen/ergurnen/betrüben/obeldägen sein. HISP. *Fatigar ò molestar.* ANGL. *To vexe, to torment.* } Gell. *lib.* 10. *cap.* 6. Sed utinam reviviscat frater, aliámque classem in Siciliam ducat, atque illam multitudinem perditum eat, quæ me malè miseram nunc convexavit. Verba sunt filiæ Appii Claudii Cæci.

CONVĔXUS. ✳ Concavus, quod scilicet est ex omni parte declinatum, qualis est natura cœli, quod ex omni parte ad terram versùs declinatum est. { קמור *caphuph.* ἐπικαμπής, κυρτός. GALL. *Courbé, voûté, comme semble estre le ciel.* ITAL. *Piegato in arco, in volto.* GERM. Das in die runde gebogen ist/rund zugewölbt. HISP. *Redondo por de fuera.* ANGL. *Crookednesse and bending downeward of an hollow thing.* } Plin. *lib.* 32. *cap.* 15. Supet omnia est mundi convexitatis, terrarúmque globi differentia. Idem *lib.* 31. *cap.* 3. Reperiuntur in convallibus maximè & quodam convexitatis cardine, aut montium radicibus. ¶ Tractum à concavitate navium, quæ extrinsecus hujusmodi formam habent: Unde etiam pro eodem Carinatum dicimus, quod formam carinæ habet.

CONVĔXIO: Convexitas, συγκύπτωσις, σύγκλεισις. Gell. *lib.* 14. *cap.* 1. Partium circulorúmque cœli, ex devergentia, & convexionibus mundi varietas.

‖ Convexum, pars exterior circumferentiæ. Gell. ‖

CŌNVIBRĀRE. Apul. *Florid. lib.* 2. Discit autem statim pullus usque duos annos suæ ætatis, dum facilè os uti conformetur, cum tenera lingua uti convibretur.

‖ Convicaneus, vicinus. Vocab. Eccl.

Convicanus, ejusdem vici. Car.

Convicinium, ubi plures vicini. ‖

CŌNVĬCIUM: Contumelia, inquit Labeo Jureconsult. quasi convocium, mutata litterâ, à concitatione, vel conventu, sive collatione vocum. { דפי *dêphi*, דברה *dibbâh*, חרפה *cherpâh.* ὕβρις. GALL. *Injure, parole injurieuse, moquerie, reproche.* ITAL. *Maldicenza, ingiuria di parole.* GERM. Ein schmachred / lesterung / schelt wort. HISP. *Denuesto con voces y injurias.* ANGL. *A reprobe, rebuke, or taunte.* } Quum enim in unum complures voces consentiunt; Convicium dicitur: quum autem nec in cœtu, nec vociferatione dicitur, non propriè Convicium nominatur. Fest. tamen à vicis, in quibus primò habitatum est, derivat. ‖ Grut. *in Sen.* ex Casaubono ait, convicium esse idem, quod συνοικία, convocium: ut in illo, Sex convivium, plures convicium: & sic Gloss. *convitior*, συνοικῶ, ὑβρίζω. Onom. convicium ὕβρις. Vocab. vet. ducit à con, & vitio, as. ‖ Alii dicunt Convicium esse maledictum cum contumelia, & à vitio derivari, vel à Convito (ut Vallæ placet.) Unde etiam per t, nonnulli scribere maluerunt. Valla tamen fatetur posse scribi per c. Significationem hujus dictionis optimè ostendit Cicer. *pro Cœlio*, Maledictio autem nihil habet propositi, præter contumeliam: quæ si petulantiùs jactatur, Convicium: si facetiùs, Urbanitas nominatur. Idem 4. *Acad.* Urgebor jam omnium vestrûm convicio. Convicii petulantis judicium in histrionem ex alto redditur. Velleius.

*Nè vein me stolida convicia fundere lingua*
*Admiremur eum.*

Ovid. 13. *Metam.* Convicium facere creditori (naturæ, vel fortunæ.) Senec. *cap.* 10. *de consol. ad Marc. al.* 35. Convicia faciamus ore nostro & publico fortunæ. Idem *cap.* 16. *de consol. ad Polyb.* Intelliget quid periculi sit dotatæ uxori convicium facere. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Facere & mereri convicia. Quintil. ¶ Convicium nihil aliud aliquando, quàm strepitus, & vocum multitudo. Cic. *pro Sextio*, Et is qui antea cantorum convicio conciones suas celebrare solebat, cantorum ipsorum vocibus ejicitur. Idem *pro Archia*,

Quia suppeditat nobis ubi & animus ex hoc forensi strepitu reficiatur, & aures convicio defessæ requiescant. De hoc nomine vide Vallam *lib. 6. cap. 51.*

Convīciōlum, diminutivum à Convicium. Lamprid. *in Alex. Severo,* Lacessitus erat conviciolis.

Convīcior, aris: Contumeliam dico. { חרפה דבורית *horfi dibbáh, חרף chereph.* λοιδορέω. Gall. *Iniurier, dire paroles injurieuses.* Ital. *Calomniare, dir villania.* Germ. Iesteren/etwas schmächlich end übel zureden. Hisp. *Injuriar de palabras.* Angl. *To rebuke, checker taunt.* } Quintil. *lib. 5.* Contrà sentientibus inhumanè conviciabantur. Varro *lib. 1. cap. 5.* Cum alius eum salutasset, alius conviciatus esset, qui tam serò venisset ad constitutum.

Convīciātŏr, qui convicium dicit, vel facit. { מדברית דברית *morfi dibbáh, מחרף mecheréph.* λοίδορος. Gall. *Injurieux, médisant, qui dit parolles injurieuses.* Ital. *Chi dice parole oltraggiose contra alcuno, ingiurioso.* Germ. Ein lesterer/schmächer. Hisp. *Injuriador assi.* Angl. *A rebuker, a reproher, a checker, a rayler.* } Cic. *in Sallust.* Si de mea vita, atque artibus huic convitiatori respondero. Idem *pro Murena,* Si verè objicitur, vehementis accusatoris; sin falsò, maledici conviciatoris.

Convīctŏr, Convīctus, vide *Convivo.*

CŌNVĪNCO, is. Vinco, arguo, redarguo, evinco, { תוכיח *hochiach.* ἐλέγχω, ἀποδείκνυμι. Gall. *Convaincre & surmonter.* Ital. *Convincere.* Germ. Überwinden/überzeugen. Hisp. *Vencer.* Angl. *To vanquishe and overcome.* } ut, Convincere adversarium auctoritatibus & testibus. Cic. *lib. 7. in Verr.* Idem *de Amicitia,* Tamen hæc duo levitatis plerósque convincunt. Convictus in mendaciis. Gell. *cap. 2. lib. 14.* Convincamus hujus amentiam. Quintil. Uxoris facta convincam tuepia. Plaut. *Amph.* bis, & *Capt. sc. 4. a. 3.*

Convīctus, a, um. Particip. Victus, evictus. Cic. *in Catil.* Quum ille homo audacissimus conscientia convictus reticuisset.

Convinctio, verbale à Convincio, pro Conjunctione. Quintil. *lib. 1. de Grammatica, de numero partium orationis.* Veteres enim, quorum fuerunt Aristoteles atque Theodectes, verba modò, & nomina convinctiones tradiderunt, videlicet quòd in verbis vim sermonis, in nominibus materiam, quia alterum est quod loquimur, alterum de quo loquimur: in convinctionibus autem eorum complexum esse judicaverunt, quas conjunctiones à plerisque dici scio, &c.

Convīso, is, ere, συνοράω, unà video, unà viso. Lucret. *lib. 1.*

*Res quibus occultum penitus convisere possis.*

Cic. *in Arato,*

*Et loca convisit cauda tenus infera piscis.*

Convīvā, Convivator: vide *Convivor.*

CŌNVĪVO, is, ere: Simul vivo, & comessor. { συνεσθίω. Gall. *Vivre ensemble, boire & manger ensemble.* Ital. *Vivere & far una spesa insieme, mangiare in compagnia.* Germ. Bey einem leben/mit einem essen. Hisp. *Vivir juntamente.* Angl. *To live and eat or drink together.* } Plaut. *in Amph.* Missi ad navim Soliam, vt hodie tecum conviverer. Quintil. *lib. 1. cap. 12.* Lavamur, & tondemur, & convivimus ex consuetudine.

Convīvŏr, aris, ari. Convivium facere, convivium agere, epulas dare, { עשה משתה *hasáh mischtéh.* διαχειρίζω, ἑστιάω. Gall. *Faire banquets, faire grand' chere, banqueter.* Ital. *Mangiare insieme.* Germ. Malzeit halten/gåthen/miteinander essen/gastung anrichten. Hisp. *Comer splendidamente, y juntamente.* Angl. *To feast, to banket, to mak good cheere.* } Terent. *in Heaut.* Scortari crebrò nolunt, nolunt crebrò convivarier. Cic. 5. *in Verr.* Quotidie solitum esse non solùm in publico, sed etiam de publico convivari. Et Convivo, as. Pomp Sicalendis convivent. idibus cœnant foris. Enn. Convivat sine modo. Non. *cap. 7.*

Convīvātŏr, dicitur qui parat convivium. { עשה משתה *hoéh mischtéh.* δαιτυμών, ἑστιάτωρ. Gall. *Celuy qui fait le banquet.* Ital. *Chi fa convito.* Germ. Der ein malzeit halt/der wirt. Hisp. *El que haze combite.* Angl. *A feaster or banketter, or that maketh good cheere.* } Liv. *lib. 5. bell. Macedon.* Erit autem res simillima cœnæ Chalcidensis hospitis mei, hominis & boni, & scitè convivatoris.

Convīva: Socius ad epulas, convictor. { קרואה *karúa, מוזמן mezúman.* Gall. *Qui est convié ou inuité au banquet, qui disne ou soupe avec un autre.* Ital. *Invitato à pasto.* Germ. Der auff ein malzeit oder gastung geladen ist/ein gast. Hisp. *Combidado.* Angl. *He that is called to banket or feast.* } Cic. *de Orat.* Collectam à conviva exigere. Terent. *in Heaut.* Egomet cum conviva moror. Plaut. *in Asin.* Vocet convivam neminem, illam tu voces. Ædes plenas convivarum & mulierum (id est, comessatorum.) Idem *Mostell. sc. 1. a. 2.* Boves convivas faciunt. Idem. *Pseud. sc. 1. a. 3.* Convivæ ambulant ante ostium. Et, vbi convivæ cæteri? Idem *Men. sc. 2. a. 1.*

Convīvium, à vivo fit. { משתה *mischtéh.* συμπόσιον, συνδεῖπνον. Gall. *Banquet.* Ital. *Convito.* Germ. Ein malzeit/gastmal. Hisp. *Combite.* Angl. *A feast, or banket.* } de quo Cic. *de Senect.* Bene enim majores nostri accubationem epularem amicorum, quia vitæ conjunctionem haberet, Convivium nominarunt: melius quàm Græci, qui hoc idem tum compotationem, tum concœnationem vocant. Terent. *in Eunuch.* Unà in convivio erat hic, quem dico. Cic. *pro Cælio,* Initia facta convivia, comessationes, cantus, symphonias, navigia factant. Effugi foras, nam convivij sermonisque pertæsum est. Plaut. *Mostell. sc. 4. a. 1.* Agitemus hoc convivium vino & sermone suavi. Idem *Mere sc. 2. a. 2. & Asin. sc. 1. a. 5.* Sublatum est convivium. Idem *Men sc. 1. a. 3.* Invocatus soleo esse in convivio. Idem *Capt. sc. 2. a. 1.* Item, Convivium inire, & dimittere. Suet. *cap. 76.* Convivio pleno, vide *Plenus.* De Convivio & Convivis. Gell. *c. 11. lib. 13.* ¶ Tempestivum convivium, quod lecto tempore certóque fit, i. statо & consueto. Intempestivum verò, quod incerto & extraordinario, vt quod summo manè, aut in multam noctem agitatur. Cic. *in Verrem 5. act.* Statuit Lollius in illo tempestivo gladiatorum convivio. Caro *in lib. de senectut.* apud Ciceronem inquit, Ego verò propter sermonis delectationem tempestivis quoque convivijs delector. Vide in eius vita Plutarch. & apud Cic. *ad Attic. 9.* Cœnæ tempestivæ. De intempestivo convivio, *invect. pro Murena, & pro Arch.*

Convīvium, dicitur quotidianus convictus & qui nobiscum vivit, vulgò Commensalem vocant. { רעות *rehéh.* συμπότης. Gall. *Qui boit & mange avec, commensal.* Ital. *Famigliare della tavola, che vive insieme.* Germ. Ein tischgänger der täglich bey einem isst vnd lebt. Hisp. *El que vive juntamente con otros.* Angl. *A companion at table.* } Horatius,

*Nunc quia sum tibi Mecœnas convictor.*

Suet. *in Tib.* Nihilo lenior in cōvictores Græculos. Ouid. 4. *de Ponto,*

*Ille ego convictor, densoque domesticus usu.*

Cic. *in Tiren.* Vtor familiaribus & quotidianis convictoribus, quos secum Mitylenis Cratippus adduxit, hominibus & doctis, & illis probatissimis.

Convīctŭs, us, ui Conversatio, & commercium, quòd qui unà versantur, sæpe etiam unà vivant & epulentur. { מבחר *mibhágh. συμβίωσις.* Gall. *Nourriture ordinaire, vivre avec un autre, mesme table.* Ital. *Conversatione, commercio.* Germ. Ordentliche narung/beywonung/gemeinschafft des lebens. Hisp. *Aquella bivienda en uno.* Angl. *A living together at one table, ordinare foode, meate and drink.* } Col. *lib. 11. cap. 1.* In primis convictum domesticum, multóque etiam magis extremum vitet. Convictus humanus, & societas. Cic. 3. *Offic.* Lucius. Cic. *lib. 5.* Vt illis te modestiis laxes, & ad convictum nostrum redeas, & ad consuetudinem, vel nostrûm communem, vel tuam solius ac proprium.

——— *convictu cunctisque valentibus esses*
*Iunctus amore tibi.*

Ovid. *Eleg. 7. lib. 1. Trist.*

*Dulcia convictus membra fuere mei,*
*Pontica & Bathi.*

Idem *Eleg. ult. lib. 4. Trist.* Sen. *ep. 5. de consol. ad Marc. & ep. 15. de consol. ad Helv.*

Convīvālis, quod ad convivium pertinet. { συμποσιακός. Gall. *De Banquet, des appartenances de banquet.* Ital. *Cosa que appartiene à convivio.* Germ. Das zu der malzeit oder bancket gehört. Hisp. *Cosa perteneciente al combite.* Ang. *Of a feast or banket.* } Livius, Multaque convivalia ex auro & argento vasa. Convivalia oblectamenta. Idem. *lib. 9. bell. Macedon.* Tunc psaltria, sambucistriæque, & convivalia ludionum oblectamenta addita epulis. Fabulæ convivales. Tacit. *lib. 6.*

CŌNVŌCO, as, are: Congregare, simul vocare. { קרא *kará,* קהל *kahál.* συγκαλέω, ἀγείρω. Gall. *Convoquer, appeller pour assembler plusieurs personnes.* Ital. *Convocare, congregare.* Germ. Zusammen rüffen. Hisp. *Llamar juntamente, ayuntar.* Angl. *To call together, to assemble.* Cic. 3. *Offic.* Piscatores ad se convocavit, & ab iis petivit, &c. Convocare in concionem, & ad contionem: apud eundem *lib. 3. de lege Agrar.*

Convŏcātio, nis: Conventus, congregatio. { מקרא *mikrá.* σύλλογος ἢ ἄθροισις. Gall. *Appel ou convocation de plusieurs personnes, assemblée.* Ital. *Il chiamare, l'assembrare.* Germ. Ein zusammen beruffung/oder versamlung. Hisp. *Llamamiento para ayuntar.* Angl. *Calling together, assembling.* } Cicer. *post reditum in Sen.* Nulla ad Rempublicam defendendam populi Romani convocatio.

CŌNVŌLO, as, are. Simul volare, per translationem concurrere, sive festinanter convenire. { συμφέρω. Gall. *Voler ensemble, venir en diligence.* Ital. *Volare insieme.* Germ. Miteinander fliegen/zusammen fliegen. Item, Eilends von flugs zusammen kommen. Hisp. *Volar juntamente en uno.* Angl. *To flie or runne together.* } Cic. 3. *Tusc.* Et illi quidem pugnant, & quidam vicinorum fidem implorant: multi autem sunt, qui statim convolant. Terent. *in Hecyr.* Quum interea rumor venit, datum iri gladiatores, populus convolat. Convolat omnis turba, Ovid. *6. Fast.*

CŌNVŌLVO, is, ere: Simul volvo. { גלל *ghál,* גלם *ghalam.* συνειλέω. Gall. *Entortiller, envelopper, plier en rond.* Ital. *Volgere insieme.* Germ. Zusammen winden oder wolzen. Hisp. *Bolver juntamente en derredor.* Angl. *To fol de or roll together.* } Plin. *lib. 12. cap. 17.* Atque attractis funiculis herbam eam convolvi. Idem *lib. 12. cap. 9.* Nigrum verò bdellium, & in offas convolutum. Hadrobolon vocant. Cic. *lib. 2. de Divin.* Quum se convolvens sol elaboretur & abiret. Convolvuntur ætates nostræ incredibili celeritate, Senec. *cap. 2. de consol. ad Marc.*

Convŏlvŏlus, Vermiculus, minor eruca, erodens pubescentes uvas, quem alii volvocem appellant, à convolvendo, quia se involvit in pampino. ἰψ. κισσύβιον Theophrasto. { Gall. *Un ver qui gaste les raisins en la vigne, qu'aucuns appellent ver coquin, les autres burbec, vne chenille de vigne.* Ital. *Volvolo, verme che rode l'uva crescendo.* Germ. Ein wärmlin das sich in die räben reichelt/vnd denen schaden thut. Hisp. *El revolvon gusano que se rebuelve.* Angl. *A caterpoller, or a worme that consumeth the leaves of vyne or other hearbes.* } à Plinio Involutus, à Columella Involvola, à Suida ἰψάς appellatur. Plin. *lib. 17. cap. 28.* Simili modo, ne convolvulus fiat in vinea, amureæ congios duos, &c. ¶ Convolvulus item, est herba per fruteta nascens, florem ferens nullo odore, nulliusque intus crocis, tantum candorem lilii referentem, veluti rudimentum naturæ lilia facere condiscentis: sic dicta, quòd sese rei cui adhæret, involvat. Hæc Plin. *lib. 21. cap. 4.* κλιμακὶς ἀγρία. Vulgus *Campanellam* vocat, aut *Volubilem majorem.*

Convōti, dicebantur iisdem votis obligati. Festus.

Conŭs, i. { κῶνος. Gall. *Une pomme de pin, & tout tel fruit ayant semblable figure.* Ital. *Pomo del pino, & simili.* Germ. Ein dannzapff/oder dannuß. Hisp. *La pina del pino, ò la galla de cipres.* Angl. *The fruite of the pine tree or any such like fruite.* } Nux pinea, & cognatarum arborum fructus pineæ nucis similitudinem referens. Colum. *lib. 7.* Remedio sunt cupressini quindecim coni, totidémque gallæ. ¶ Hinc Coniferæ arbores dictæ sunt, quæ conos ferunt, hoc est, nuces pineis similes. Virg. 4. *Æneid.*

*Aëria quercus, aut conifera cyparissus.*

¶ A nucis hujus similitudine Geometræ Conum nominarunt figuram ex lato in acutum definentem, quæ turbini contraria est. Serenus.

*Donec in angustum consendat littera cunctum.*

¶ Unde Conoides, ovoeidēs, dicitur quicquid coni, hoc est, inversi turbinis

turbinis figuram habet : de quo plura diximus suo loco. ¶ In galea item Conus appellatur summus apex in acuminatam desinens figuram, cui cristæ inseri consueverunt. } Αἰφος. Gall. *Le coupet d'un heaume, casque, ou armet, où se met le plumache.* Ital. *La cima dell' elmo dove se mette il pennachio.* Germ. Der spitz zu oberst an einem helm oder sturmhaub. Hisp. *La cresta o penacho del capacete.* Angl. *The toppe of an helmet.* } Virg. 3. Æneid.

*Et cassum insignis galea, cristâsque comantes.*

Cōnvulnĕro, as, are. Vulnerare, vel multis vulneribus afficere. { נכה *patsáh*, נצע *batsáh.* πλήσσω. Gall. *Navrer fort, frapper grief vement, blesser.* Ital. *Ferire.* Germ. Vbel verwunden. Hisp. *Herir.* Angl. *To gurth and wound sorelie.* } Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Ipse convulneratus, & captus semel per cavernam latomiarum evasit.

Conyza, æ, κόνζα. Herba est, teste Plin. *lib.* 22. *cap.* 9. quæ alio nomine Cunilago dicitur. Vulgò à necandis pulicibus, & cimicibus, Pulicaria, & Cimicaria appellatur, teste Ruell. *lib.* 3. *cap.* 83.

‖ Coodibiles, qui simul oderunt. Tertull.

Coolescere, concrescere, conglutinari. Lucr.‖

Coōnus, ontis, κόων, apud Homer. *lib.* 11. *Iliad.* Antenoris filii nomen est ab Agamemnone occisi.

Cōŏpĕrātor, is, συσκευάς. Apuleius *Florid. lib.* 2. Id quoque pallium cooperationis ipsius laborem fuisse.

Cōŏpĕrĭo, is, ire : Tego. { כסה *chissáh.* κρύπτω. Gall. *Couvrir.* Ital. *Coprire.* Germ. Bedecken. Hisp. *Cobrir.* Angl. *To cover.* } Cooperire lapidibus aliquem, hoc est, lapidare. Liv. 4. *ab Vrb.* Eò indignatio erupit, ut Tribunus militum ab exercitu suo cooperiretur lapidibus. Cic. 3. *Verr.* Quem iste colligam nisi habuisset, lapidibus coopertus esset in foro.

Cōŏpĕrtus, participium. { מכסה *mechussíh.* συγκαλυπτός. Gall. *Couvert.* Ital. *Coperto.* Germ. Bedeckt. Hisp. *Cubierto.* Angl. *Covered.* } ut, Coopertus sceleribus. Cicer. 3. *in Verr.* Qui illum not, tantis, tam nefariis sceleribus coopertum, jurati sententia sua liberarent. Coopertus miseriis. Salust. *in Iugurth.* Sicuti videtis, extorrem patria, domo, inopem, & coopertum miseriis, effecit ut nihil sit tutiùs, quàm in meo regno esse. Cooperti stupris suis & alienis. Liv. *lib.* 9. *d.* 4.

Cōŏpĕrculum, i, quo quid cooperitur. { צמיד *tsamídh*, כסוי *chesúi.* κάλυμμα, καλυπτήρ. Gall. *Couvercle.* Ital. *Coperchio.* Germ. Ein bedeckel. Hisp. *Cobertor.* Angl. *A coverlette, or any thing that covereth.* } ut, Cooperculum doliorum. Plin. *lib.* 14. *cap.* 21.

‖ Cooplata, copulata. Lucr.‖

Cōŏpto, as, are : Lego, eligo, recipio, allego. { בחר *bachár.* ἐπιλέγομαι. Gall. *Eslire quelqu'un, & luy donner place & quelque estat avec autres.* Ital. *Eleggere alcuno in collegio.* Germ. Erwehlen oder annemmen. Hisp. *Elegir con otro à su colegio.* Angl. *To chese and cleft for to give place with others.* } ut, Milites cooptant quem volunt ducem. Cicer. *pro lege agrar.* Ab ea parte qui esset factus, is à collegio cooptaretur. Liv. 1. *decad. lib.* 6. Dictatorem dici placet : dicitur M. Furius Camillus, qui magistrum L. Æmilium cooptat. Gentem aliquam cooptare in præfitionem. Suet. *in Tib. cap.* 1.

Cōŏptātio, nis : Electio, constitutio. { מבחר *mibchár.* συγκλητος, ἐπιλογή. Angl. *A choosing or election.* } Cicer. 5. *de Legib.* Neminem in summum locum, nisi per populum venire, sublata cooptatione Censoria.

Cōŏrĭor, iris, vel coorĕris. Idem quod oriri, vel simul oriri. { זרח *zarách.* ἀνίσχω. Gall. *Se produire quant & quant, naistre conjointement, se lever.* Ital. *Nascere.* Germ. Entstehen, sich erheben. Hisp. *Nacer, à nacer una cosa contra.* Angl. *To spring to rise together.* } ut, Coorta tempestas. Cæs. 1. *bell. civ.* Cic. 5. *Verr.* Tum subitò tempestates coortæ sunt maximæ. Liv. 4. *ab Vrb.* Volscos & Æquos fama effertur summa vi ad bellum coortos.

Coos, sive Cos, sive Cous, ου. { Germ. Ein insel nahe bey Rhodis gelegen, Latinè Longo genannt. } Insula in mari Icario, Rhodo proxima, & Cariæ opposita, quæ olim magna fuit, & optimè habitata, & aspectu jucundissima iis qui eò navigabant. Ambitus ejus quingentis & quinquaginta stadiis claudituꝛ, tota fertilis, & optimo vino abundant. Est item urbs ejusdem nominis insulæ hujus caput, in quam Coi, relicta per seditionem Astypalæa, frequentes commigrarunt. Eadem & Meropis dicta est, à Merope quodam terrigena, si Stephano credimus. Quanquam hoc nomen & Strabo agnoscit, qui *in principio lib.* 15. Indiam describens, Macedonas ait in India quinque millia & novem urbes tenuisse, quarum nulla minor fuerit Cô Meropide. Ex hac insula orti sunt viri illustres non pauci, & in primis Hippocrates medicorum clarissimus, qui primus rem medicam densissima nocte latentem in lucem revocavit : Apelles pictor eximius, Simus medicus, Philetas poëta ac orator, Nicias Coorum tyrannus, Atticus Peripateticus, & Theomnestus vir Reipublicæ administratione in primis clarus, qui contrarias Niciæ in Repub. partes fovit.

Coŭs, a, um, κῶος, qui in Cô oppido, sive insula natus est. Unde Coum vinum, Coi populi. Cic. 6. *Verr.* Artifex Cous dicitur Apelles, ὁ ἐξ Κῶ. Ovid.

*Si Venerem Cous unquam pinxisset Apelles,*

In primitivo prima corripitur. Papin. *in Sylvis*

*——— hunc ipse Coo plaudente Philetæ.*

In suburbano Coi Æsculapii templum fuit valde insigne, & multis donis opulentum, inter quæ nuda Venus erat, quam postea Octavius Augustus Cæsari patri, tanquam generis parentem, Romæ dicavit. ¶ Solent in hac insula fieri vestes tenuissimæ ex bombyce, ad fœminarum ornamentũ, quæ Coa vocantur. Ovid. *de Arte :*

*Sive erit Tyriis, Tyrios laudabis amictus :*
*Sive erit in Cois Coa decere puto.*

‖ Copa, caupa, mulier cauponam exercens. Turn. Virg.‖

Copæ, arum, κῶπαι, urbs est Bœotiæ ad Cephisum amnem & lacum, quem à nomine urbis Copaidem appellant. Vide Strab. *lib.* 9.

‖ Copĕla, puella, ancilla. L. gr. b.

Copĕlus, filius spurius, legitimo diversus. Rh. L. gr. b.‖

Cōpēs, sive Copis, veteres, teste Nonio, pro Copiolus posuerunt. { רב *rab.* Gall. *Copieux, abondant.* Ital. *Copioso.* Germ. Vberflüssig. Hisp. *Copioso y abundante.* Angl. *Abundant, plenteous.* } Plaut. *Pseud.* Atque ego nunc ut glorioſum faciam, & copi pectore. Hinc Copona primùm, deinde Caupona, taberna vinaria, propter copiam rerum quæ ibi venduntur, & ipsa etiam cauponis uxor.

Cophantus, mons est apud Bactros Indiæ populos nocturno flagrans incendio. Author Plin. *lib.* 2. *cap.* 106.

Cŏphĭnus. { חרי סל *sal chori.* κόφινος. Gall. *Vn Coffin, une corbeille.* Ital. *Coffino, corba.* Germ. Ein korb. Hisp. *Corbe, cesto texido de vimbres.* Angl. *A basket or such like thing.* } Latinè corbis vas est rusticum è vimine contextum. Juvenalis *satyr.* 3.

*——— delubra locantur*
*Indaïs, quorum cophinus, fœnúmque supellex.*

Idem *alibi*,

*Quum dedit ille locum, cophino, fœnóque relicto.*

Col. *lib.* 11. *cap.* 3. Confecta bruma stercoratam terram inditam cophinis observat.

‖ Cophinarius, qui cophinos facit, aut vendit. Cophinaria mulier. Cath.‖

Cophen, κωφὴν, civitas eadem quæ Arachosia, de qua suprà : inde Cophenius gentile.

Cophes, Indiæ fluvius est, in Indum omnium fluviorum longè maximum influens. Pompon. *lib.* 3.

‖ Cophti, homines Christiani in Ægypto.‖

Cōpĭa, ab antiquo nomine Copes, sive Copis, quod copiosum significabat. ‖ Vet. Vocab. Copia cum opibus. ‖ Pacuvius Pertbeza, ut citat Nonius : O multis modiis vitæ dubium, & prolixè copem diem ! Inde Copia, quod abundantiam significat. { רוב *reb.* ἀφθονία. Gall. *Abondance ou affluence de quelque chose que ce soit.* Ital. *Copia, abundanza.* Germ. Vberfluss, vile / gnugsame. Hisp. *Facultad ò abundancia.* Angl. *Abundance, wealth, plentie.* } Cicer. *in Parad.* Etenim divitiarum est fructus in copia : copiam autem declarat satietas rerum atque abundantia. Idem *pro Quintio*, Cui tenues opes, nullæ facultates, exiguæ amicorum copiæ sunt. Erat adhuc aliqua ibi copia Ephebotum. Suet. *in Aug. cap.* 98. ¶ Copiæ, pro commeatu, seu annona. Tacit. *lib.* 15. Contràque prodiderit Corbulo, Parthos inopes copiarum, & pabulo arcto, relicturos oppugnationem. Ex copia præsenti divisit pecunias. Sueton. *in Othon. cap.* 10. ¶ Copia, pro facultate aliquid faciendi : plerumque cum verbo Facto, vel Do jungitur. Ego *in.* Plaut. *Capt.* Ut mihi facias ejus conveniendi copiam. Cicer. 3. *de Orat.* Eum qui id faceret, facere civibus omnibus consilii sui copiam. Plin. *epist.* 147. Nec ego quidem indignus, cui copiam scientiæ tuæ facias. Terent. *Heautont.* Dare crescendi copiam. Novarum qui spectandi faciant copiam. Virg. 1. Æneid.

*Postquam introgressi, & coram data copia fandi.*

Salust. *Iugurth.* 117. Habere tum magnam copiam societatis, amicitiæque conjungendæ. ¶ Bona copia, abundantiæ Dea, quæ cornu Amalthex, vel Acheloi gerit. { Sic bona salus, apud Plautum & Catonem per Euphimismum dicitur. } Contrà verò ab Horatio, mala copia, quando ægrum sollicitat stomachum. Ovid. *in Metam.*

*——— Diviſque meo sit bona copia cornu.*

Bonam autem copiam ejurabat, qui æs alienum dissolvere non poterat ; quando ne necteretur, jurejurando ita affirmabat, sibi unde creditores absolverentur nihil quicquam superesse. Cicer. *in Epist.* Tu autem quòd bonam copiam ejures, nihil est. Dicitúrque Copia sine additamento, ut cornu copiæ.

*Est illi nostri non invidiosa cruoris* ( copia ) i. potest occidere. Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 1. *Trist.* Eodem sensu à Senec. *epist.* 87. videtur dictum : Arbores, quæ ( ut ita dicam ) grandis copiæ sunt. Rogo argenti ut faciat copiam ( i. mutuum det. ) Plaut. *Cure. sc.* 3. *a.* 2. Istim mihi copiam, & potestatem facis, ut mittam nuncium. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 2. Me servare non potest, nec copia est. *Ibid. sc.* 3. *a.* 3. Facias mihi hunc conveniendi copiam. *Ibid. sc.* 5. *a.* 3.

*——— nec aperti copia Martis*
*Villa fuit.*

Ovid. 13. *Met.* Neque te ludos facio, neque si copiam, copia est (i. potestas.) Plaut. *Aul. sc.* 4. *a.* 1. Quæ volumus copia est ( i. libere loquendi locus. ) Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 2.

*——— Si qua tibi copia nostri*

Ovid. 13. *Metam.* Vide Amalthex cornu, in *Amalthea*, & in *Cornu.* ¶ In plurali peculiariter significat exercitus multitudinem. { חיל *chajil*, צבא *tsabá.* δυνάμεις. Gall. *Armée, bande de gens de guerre, puissances, & forces, troupes.* Ital. *Esercito, armata, banda de soldati.* Germ. Ein Kriegs heer / hauffen kriegsleut. Hisp. *Hueste de gentes armadas.* Angl. *An armie or bands of souldiours.* } ut, Copiæ Cæsaris. Terent. *in Eunuch. sc.* 6. *a.* 4. Militem secum ad te quantas copias adducere. Cic. 1. *Tusc.* Copias maximas duxit ad Troiam. Omnes legiones, copias, exercitúsque furum potiti sumus. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 3. ¶ In qua tamen significatione aliquando etiam copiam legimus sing. num. Pompeius *ad Demit.* Nec solus cum ista copia tantam multitudinem sustinere poteris. Idem. Etiam hortor, ut cum omni copia quàm primùm ad me venias. Cicer. *ad Attic. lib.* 8. Ut Rotundum ducetem hanc copiam. Et Salust. *in fin. Catil.* Experiar opibus, omni copia ( id est, copiis. ) Plaut. *Asin. sc.* ult. *a.* 1. ¶ Contrà etiam invenimus copias in plurali nonnunquam pro abundantia accipi, sive divitiis, aut facultatibus. Plin. *epist.* 41. Suggetunt affatim ligna proximæ sylvæ : cæteras copias Oltiensis colonia ministrat. Cic. *de Amic.* Quid autem dulcius quàm ut plurimùm copiis, facultatibus, opibus possint cætera patere ? Idem 6. *Verr.* Vocat ad cœnam deinde ipse Prætorem, exponit suas copias omnes, multum argentum, non pauca etiam pocula ex auro.

Cōpĭŏlă, diminutivum, significat parvam copiam, sicut Copiolæ parvas copias. { ἐυαμπόλιος, ἐπιλὲς τι μικρὸν ἐστιν. Angl. *Small plentie or store.* } Cicer. *in epist. ad Brutum*, Decurri ad copiolas

copiolas meas: sic enim eas verè appellare possim: sunt enim exten uatillimæ.

Cōpiōsus, a, um. Abundans. {רב *rab*. *Copieux, abondant, ample, riche*. Ital. *Copioso*. Germ. Vberflüssig / wolhabend. Hisp. *Abundante*. Angl. *Abundant, plenteous, riche*.} Cic. 3. *Verr.* Magnificè & ornatè, ut erat in primis inter suos copiosus, convivium comparat. Inveniuntur etiam duo casus tanquam à Copis, Copi & Copem, pro copioso & copiosum. Plaut. *in Pseudolo*, Atque ego nunc me, ut gloriosum faciam, & copi pectore. Pacuvius, O multimodis variè dubium & prosperum copem diem. Vide Nonium.

Copiōsè, Abundanter. {*Copieusement, d'vne grand. Gall. Abondamment, copieusement, amplement, richement*. Ital. *Copiosamente, abondantemente, ampiamente, riccamente*. Germ. Vberflüssiglich / reichlich. Hisp. *Copiosa y abundantemente*. Angl. *Abundantly, richely*.} Cic. *de Sen.* Quàm copiosè ab agricultura laudatur in eo libro qui est de tuenda re familiari.

Cōpiōr, aris, castrense verbum est, pro copias cogere. {גד *ghadh*, חתגודדו *hithgodedhah*. Gall. *Amasser des Troupes*. Ital. *Adunare genti*. Germ. Kriegsleut annemmen / heerzug zusammen bringen. Hisp. *Ayuntar gentes armadas*. Angl. *To gather an armie*.} Gell. *lib.* 17. *cap.* 2. Et Romani multis armis, & magno commeatu, prædâque ingenti copiantur. Quod verbum haud facilè reperias apud civilium causarum oratores: atque eadem figura est, qua Lignantur, Pabulantur, & Aquantur.

‖ Copiātes, vespillo. L. g. b. Buleng.

Copiatæ, laboratores, parabolani, parabolarii, qui tumulos componebant. Heriber. Item, qui pauperibus ægrotis adessent, ac mortuos sepelirent. Calaub.

Copis, Num. Copi, pro copioso. Putant quidam dici ex eo, quòd multa capiat. Sed Festus, & ad eum Scaliger: Ops, antiqui dicebant, quem nunc opulentum dicimus, ut testimonio est non solùm ei contrarius Inops, sed etiam Cops: ut, Is cops edit, ego egens exortus sum. nam revera Cops, est compositum ab Ops. *Cops* ita erit, in quem opes confluxerunt. Vet. Vocab. Cops, copis, dives, quasi cum opibus. Plaut. Copi pectore: Pacu. Rem copem, diem copem.

Copis, idis: culter, gladius ad cædendum, κοπὶς, ίδος, à κόπτω. Est etiam culter coquinæ item epulum.‖

Copo, nis, apud veteres nonnunquam invenitur pro Caupo. {Angl. *A huckster*.} Et Copona, pro Caupona. Fest.

Coppenhagen, præclara urbs in regno Daniæ.

Coprarius, nomen à capris. Plutarch. *in Public.*

‖ Copreus. Sueton. *in Claudio*. Interdum fetula, flagróque velut per ludum excitabatur à copreis. Copret nihil aliud quàm lecutæ, qui per ludum excitabant eum. Cui enim alii impunè licuisset, nisi lecutis? ita Scal. ad Fest.

Coprias, κοπρίας, scurra, quasi stercoreus.

Cops, coopsis, simul opulentus. Scal.‖

Coptā. {κόπτω, κόπτομαι. Gall. *Vne sorte de gasteau, biscuit*. Ital. *Biscotto*. Germ. Ein gattung der kuchen. Hisp. *Turron ò pan bizcocho*. Angl. *A kin of cak, buhrete*.} Panis durissimi genus fuit, quod è Rhodo advehebatur, quantum conjicere licet ex Mart. *lib.* 14. *epigr.* 68.

*Pescantis famuli pugno ne pereas te dentes:*
*Clara Rhodos coptam, quam tibi misit, edat.*

‖ Coptērium, securis, cuneus. Gloss. g. b.‖

Coptus, κόπτος. Plin. *lib.* 37. *cap.* 1. Oppidum Thebaidis, commune Ægyptiorum & Arabum emporium, vergens ad mare Rubrum, victimas habens cautes, è quibus eruuntur smaragdi. Iuven. *Satyr.* 13.

*Gesta super calida referemus mœnia copti.*

Cōpŭla, æ. Vinculum, vel nexus, quo aliquid copulatur, hoc est, conjungitur? {אסור *esúr*, מוסר *mosár*, לוית *lenjah*. σύνδεσμος, σύμπλοκη. Gall. *Vn lien, vne accouple*. Ital. *Legame, laccivolo, congiontione*. Germ. Ein band / mit welchem man etliche ding zusammen knüpfft. Hisp. *Ayuntamiento, atadura*. Angl. *A couple to couple any thing together, a fetter, a shakle*.} Apul. *lib.* 9. Copulæ ipsarum tritura continua exulceravit. Ovid.

*Copula detrahitur canibus*: id est, vinculum colli.

Plaut. *in Epid.* posuit copulas pro locis ad colligandum accommodatis, quum ait: Quærerant me, in manibus gestant copulas. ¶ Hinc & Grammatici conjunctiones Et, Que, cum similibus, Copulas vocavêre, quòd earum nexu verba verbis, & orationes orationibus conjunguntur. ¶ Dicitur & Copula cujuslibet rei duplex numerus, συνδυασμός: unde Copula matrimonii

‖ Copulārius, vinculum in collo canis. Cath.‖

Copulatum, vox Dialecticorum. Gell. *cap.* 8. *lib.* 16.

Cōpŭlo, as, are: Colligo, vincio, conjungo. {אסר *asár*, חבר *chibbér*, חדבוק *hidhbik*. συνδέω, συνδάζω. Gall. *Accoupler, lier ensemble, joindre*. Ital. *Congiungere, legare*. Germ. Zusammen knüpfen / zusammen kuppeln. Hisp. *Ayuntar, atar*. Angl. *To couple or bind together, to knitt with another*.} Plin. *lib.* 17. *cap.* 19. Insociabilésque arborum naturæ copulentur. Cicer. *in Part.* Constructióque verborum tum conjunctionibus copuletur, tum dissolutionibus relaxetur. Plautus *in Pœn.* Quid ais tu quando mecum caput & corpus copulas?

Cōpŭlŏr, aris, deponens, idem significat. {Angl. *To couple one thing with another*.} Plaut. *in Epid.* Caveris cum filia mea hanc copulari, neque conspicere. Idem *in Aul.* Adeunt, consistunt, copulantur dextras.

Cōpŭlātus, participium. Connexus, conjunctus. {חבר *chubbár*. συμπεπλεγμένος, σύζυγος. Gall. *Conjoint, accouplé*. Ital. *Congiunto, accoppiato*. Germ. Zusammen gekndpft / oder gebunden. Hisp. *Ayuntado, atado juntamente*. Angl. *Coupled or tied together*.} Cic. 4. *Tusc.* Hæc quæ dico cogitatione quidem inter se differunt: re verò copulata sunt.

Cōpŭlātŭs, nomen ex participio. Cic. 1. *Offic.* Nihil autem est amabilius, nec copulatius, quàm morum similitudo bonorum.

Cōpŭlātio, nis, verbale: Connexio, conjunctio. {חבורת *machbóreth*. σύνδεσις, συμπλοκή. Gall. *Conjonction, accouplement*. Ital. *Congiontione, unione*. Germ. Zusammenbindung / zusammenfügung. Hisp. *Ayuntamiento, atadura*. Angl. *A coupling or tying together*.} Cic. 1. *de finib.* Ita effici complexiones & copulationes, & adhæsiones atomorum inter se.

Copulātè, adverbium, conjunctè. ✕ Simpliciter. {συμπλεκτικῶς, συνημμένως. Gall. *Conjointement, par copulation, en accouplant*. Ital. *Congiontamente, unitamente*. Germ. Zusammen / beyeinander. Hisp. *Ayuntadamente*. Angl. *By coupling or tying one with another*.} Gell. *lib.* 10. *cap.* 14. Diequinti, pro adverbio, copulatè dictum est.

Cōpŭlātīvus, a, um, quod copulat, vel copulare potest. συναπτικός. Unde conjunctio copulativa.

Cŏquo, is, xi, ctum. Est cibum esui aptum reddo. {בשל *bisthschél*. נזה *nazadh*. אפה *aphéh*. ἑψέω, ὀπτάω. Gall. *Cuire, cuisiner*. Ital. *Cuocere, cucinare*. Germ. Kochen. Hisp. *Cozer, cozinar*. Angl. *To boyle, or seeth, to bake*.} Inde carnes coctæ, dicuntur carnes elixæ, sive assæ, sive alio modo ad edendum paratæ, ἑψήματα. ¶ Coquere cœnam, prandium, cibum. Plaut. *Asin.* & *Rudens.* Plin. *lib.* 4. *cap.* 1. Huius proprietas, ut ventriculus in coquendo, donec desinat olere. ¶ Coquere bellum & consilia, per translationem, hoc est, parare & moliri clanculum Liv. 8. *ab Vrbe*. Omnibus consultationibus inter se principes occultè Romanum coquebant bellum. Idem 3. *ab Vrbe*, Impotentibus instructi consiliis quæ secretò ab aliis coquebant (i. moliebantur.) Vide *Incoctus*. ¶ Coquit me cura. Cic. *de senect.*

*O Trite si quid ego adjuto, curámve levassem.*

Quæ nunc te coquit (τί δ' ἔνος ἐψεῖ μῖτε μᾶλλον δὲ μελήσει) & versat sub pectore fixa. Macerat & coquit cum solicitudo. Quint. ¶ Fructus etiam coqui dicuntur, cùm solis calore ad maturitatem perducuntur. Virg. 2. *Georg.*

*Mitis in apricis coquitur vindemia saxis.*

Plin. Ægrescunt fexagenis diebus siti maximè, antequam fixi coquantur autumno. ¶ Coquere item ventriculus dicitur: unde & Coctio dicitur una ex naturalis animæ functionibus, quâ cibus mutatur in qualitatem partis nutriendæ convenientem.

Cŏquito, as, frequentativum est à Coquo aquo Plautum usum fuisse pro Coctitare, author est Festus. {Angl. *To boyle or seeth often*.}

Coquinārī, est coquinariam artem exercere. {אפה *aphah*, בשל *bischchél*. μαγειρεύειν. Gall. *Cuisiner, faire la cuisine*. Ital. *Esercitare l'arte de cuoco, cucinare*. Germ. Kuchenmeisterey treiben / mit kochen umbgehn. Hisp. *Cozinar, el cozinero*. Angl. *To exercise cookerie*.} Plaut. *in Aului*. Nunquid ego unquam, nisi hodie ad bacchas venio in Bacchanal coquinatum? An coquinatum te ire postulas? Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. & activè, Quanti coquinare perdoces? *ibidem*.

Coctus, a, um, à coquendo, quod crudum non est, sed assum, elixum, aut frixum, aut alio modo esui aptum redditum. {נאפה *neephéh*. ἑψητός. Gall. *Cuit*. Ital. *Cotto*. Germ. Gekocht. Hisp. *Cozido*. Angl. *Sodden boyled*.} Martial. *lib.* 3.

*Esse negas coctum leporem, posci(que flagella.*

Cocta sunt opsonia, jube me accubitum. Plaut. *Men. sc.* 4. *a.* 1. Facilè lauta coctáque omnia uti sunt. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Quid curat coctum an crudum edam? Idem *Aul. sc.* 2. *a.* 3. Tibi cœna cocta erit in Capitolio. Gell. *cap.* 14. *lib.* 10. Quicquid incoctum non expromit, coctum dabit. Plaut. *Merc. sc.* 2. *a.* 1. ¶ Accipitur pro maturo: unde Coctura vocamus cœli temperiem, qua fructus maturescunt. Transfertur etiam ad orationem. Cic. *ad Attic.* Bene coctus & conditus sermo. ¶ Hujus compositum est Recoctus, hoc est, bis coctus, ut Crambe recocta. Vide in verb. *Recoquo*.

Coctio, nis, verbale, ipse coquendi actus. {נאפה *maaphéh*. πῆξις. Gall. *Cuisson*. Ital. *Cottura*. Germ. Kochung. Hisp. *Cozedura*. Angl. *The boyling or seething of any thing*.} Unde Coctionem facere, pro concoquere, & confectre cibum in ventriculo, quod vulgus *Digerere* vocat. Plin. *lib.* 10. *cap.* 9. Coquitur & in melle cibi gratiâ, maximè uti coctionem facias. Vetus est nihili coctio. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 1.

Cōctiātŏrĭum vasa, à Paulo appellantur *in l.* 6. *de pen. leg.* pro Cocinatoria, id est, Coquinatoria. Nam c, pro q, frequenter in antiquis libris reperitur. Vasa autem Coquinatoria, eadem sunt quæ Plinius vocat *Coquinaria*. Malè, autem in nonnullis legitur *Concinnatoria*.

Coctūra, æ: Coctio, aut id quod coquitur. {רתחים *ruthhim*. ἕψημα. Angl. *A seething or wich u sodden*.} Colum. *lib.* 12. *cap.* 18. Si quinta pars picis Brutiæ in universam coctaram adjiciatur, utilissimum fit omni vindemiæ. ¶ Coctura dicitur etiam cœli temperies, à perfecta fructuum coctione. Plin. *lib.* 14. *cap.* 4. Quum C. Gracchus Tribunus plebis seditionibus agitatis fuit interemptus, ea cœli temperies fuit quam coctaram vocant, &c.

Coctito, as, frequentativum, quo Plautus sæpe utitur. ἑψέω.

Coctĭlis, e. {ἑψητός. Gal. *Cuit, fait par cuisson*. Ital. *Cosa cotta*. Germ. Gekocht. Hisp. *Cosa cozida*. Angl. *That is boyled or sodden*. Accipitur pro re quæ cocta est, & non cruda: sicut fictile, quod factum est à figulo. Plin. *lib.* 7. Epigenes apud Babylonios septingentorum viginti annorum observationes syderum coctilibus lateculis scriptas docet.

Coctĭbĭlis, e, quod facilè coquitur. {εὐψητός. Gall. *Aisé à cuire, facile à digerer*. Ital. *Facile da cuocere*. Germ. Das sich leichtlich vnd gern kochen lässt. Hisp. *Cosa que presto se cueze*. Angl. *Easilie sodden, boyled or baken*.} ut, Coctibilis caro. Plin. *lib.* 16. *cap.* 6.

Clara

Gluet sages saem hilarem facit, carnem cocibilem, ac levem & utilem stomacho.

‖ Coquimella, arboris genus. Ibid. ‖

Cóquinā, Locus in quo dapes coquuntur. { מבשלית *mebaschschelah.* μαγειρεῖον, ἐψητήριον. Gall. *Cuisine.* Ital. *Cusina.* Germ. Eine kuche. Hisp. *Cozina.* Angl. *A kitchin.* } Nonius, Culinam veteres Coquinam dixerunt. Item interpres Juvenal. *sat.* 11.

Cóquinārīs, e. Ars coquendi quæ ad victum spectant. μαγειρική. Apuleius *de Philosophia*, Harum imitatrices esse coquinariam & unguentariam.

Cóquinārĭus, a, um: quod ad coquinam pertinet. { μαγειρικός. Gall. *De cuisine.* Ital. *Ciò che à cusina s'appartiene.* Germ. Das zur kuchen gehört. Hisp. *Cosa de cozina.* Angl. *Belonging to a kitching.* } Unde vasa coquinaria dicta à Plin. *lib.* 33. *cap.* 11. Cultet coquinarius. Varro.

Cóquinŭs, a, um. Coquinum fortè, potiùs furnum. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3.

Coctilicia taberna, apud Jul. Capit. *in Pertinace*, à quibusdam interpretatur, in qua ligna vendebantur cocta, ne fumum emitterent: cujus generis fuerunt, quæ Græci ἄνθρακα vocarunt. Verba Capitolini sunt, Pater ejus coctiliciam tabernam in Hetruria exercuerat. Solere autem ligna coqui, author est Ulpian. *l. ligni appellatio, de leg.* 3. *& ff. de verb. signific. l. carbonum.* Sed & titiones (inquit) & alia ligna cocta, ne fumum faciant, &c.

Cócŭlum, vas æneum coctionibus aptum. { סיר *sir.* דוד *dudh,* פרור *parur.* χαλκίον. Gall. *Chauderon, marmitte.* Ital. *Caldaio, olla da cucinare.* Germ. Ein eerin geschirr im, dem man kocht. Hisp. *La olla en que se cuezen viandas.* Angl. *A kettle, a chawdron.* } Plin. Æneis coculis excocta est mihi omnis materia. ¶ Alii cocula accipiunt pro lignis minutis, quibus facilè decoquuntur opsonia. Author Festus.

Cóquŭs, per q, sive per c, qui cibos coquit. { אופה *ophéh,* מבשל *mebaschschél.* μάγειρος. Gall. *Cuisinier.* Ital. *Cuoco, cocciniero.* Germ. Ein koch. Hisp. *Cozinero.* Angl. *A cooke.* } Mart.

*Nempe coquum mavis scindere quàm leporem.*

Idem,

*Nam satiùs est aut sola coqua, servire palato:*
*Namque coquus domini debet habere gulam.*

Cic. *in Pis.* In ea cœna coquus meus, præter jus fervens, nihil potuit imitari. Quasi cùm unà multa jura confundit coquus. Plaut. *Most. sc.* 3. *a.* 1. Pejorem coquum non potui ducere, gloriosum, insulsum, inutilem. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Et plura *ibid.* de futacitate eorum. Coqui aquilinis & milvinis ungulis. *Ibid.* Postquam opsonavit & conduxit coquos (ad nuptias.) Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 1.

Cóquŭlus, diminut. Parvus coquus. { μαγειρίσκος. Angl. *A little cooke.* }

Cŏr, dis. { לב *lebáb,* לב *léb.* καρδία. Gall. *Cœur.* Ital. *Cuore, coraggio.* Germ. Das hertz. Hisp. *Corazon.* Angl. *The harth.* } Præcipuum inter viscera, & vitæ sedes, & arteriarum ac caloris nativi, quo animal regitur, quasi fons quidam ac domicilium. Vide Galen. *lib.* 9. *de usu part. & lib.* 7. *de Anat. administ.* Cicer. 3. *de Divin.* Nullum animal quod sanguinem habet sine corde esse potest. Libentissimo corde atque animo. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 5. Cordi & animo obsequentes. *Ibid. sc.* 1. *a.* 5. In corde instruere eum cœpit tanquam in taberna. Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Nec sapere corde, nec oculis uti. Idem *Merc. sc.* 3. *a.* 2. Stultitia est facinus magnum timido cordi credere. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 2. Cordi mihi fuit id facere. Gell. *cap.* 13. *lib.* 12. Cor meum, pro ego. Idem *cap.* 2. *lib.* 7. Cruciatur jecur, radices cordis pereunt. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 2. Cor colligatis vasis expectat ut aufugiat exulatum si, &c. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 4. Vis nos amplectamur? Si tibi cordi est, libet. Idem *Most. sc.* 2. *a.* 1. Argumenta in pectus instrui, & in corde volutavi, si quod est mihi cor. *Ibidem sc.* 1. *a.* 1. Quid est quod astutè volvis tecum in corde? Idem *Mil. sc.* 2. *a.* 2. Scio illud quàm doluerit cordi meo. Idem *Amph.* Scio illum, quàm carus sit cordi meo. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 2. Nulla est in corde confidentia quin amiserim. Idem *Amph.* Cordi & memoriæ habere. Gell. *cap.* 19. *lib.* 2. Corde amare inter se. Plaut. *Capt. sc.* 4. *a.* 2. Cor meum cœpit artem facere ludicram. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 4. Id petam persequar corde, animo, viribus. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 2. Hæc res in pectore & corde curæ est. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 5. Titubanti animo, corde & pectore. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Quantum cordi conspicio. *Ibid. sc.* 2. *a.* 3. Amor advenit in cor meum pro imbre. Idem *Mostell. sc.* 2. *a.* 2. Cor dolet cum scio, ut nunc sum, & ut fui. *Ibid.* Cur tria corda se dixit habere Ennius? Gell. *cap.* 17. *lib.* 17. Cor micans. Vide *Mico.* ¶ Et quoniam ex veteribus nonnulli mentis sedem in corde collocavêrunt (quod tamen secus se habet) factum est, ut cor pro animo, sive mente positum inveniamus. Cic. 2. *de finib.* Nec enim sequitur ut cui cor sapiat, ei non sapiat palatum. Idem 4. *Tusc.* Aliis cor ipsum animus videtur: ex quo Excordes, Vecordes, & Concordes dicti. Hinc etiam dicimus, Cordi est: hoc est, placet animo meo. Idem *de Amicit.* Isque mihi eo magis cordi est. Idem *pro Quintio.* Mihi vita arida atque horrida cordi est. Terent. *Andr.* Si hæ nuptiæ tibi sunt cordi. Idem *Pherm.* Quia uterque utrique est cordi. ¶ Cor ne edito, μὴ ἐσθίων τὴν καρδίαν: Ne cures tuum animum excrucies.

Cŏrcŭlum, diminutivum à Cor. { καρδίον, ψυχίδιον. Gall. *Petit cœur.* Ital. *Cuore picciolo.* Germ. Ein hertzlin. Hisp. *Pequeño corazon.* Angl. *A litle hart, a darling, à mynion.* } Plaut. Meum corculum, meus molliculus caseus. ¶ Fuit etiam hoc P. Naticæ cognomen à prudentia impositum. Cic. 1. *Tusc.* Et Natica ille prudens, bis Consul, Corculum appellatus. Corculum enim, teste Festo, dicebant antiqui solertem & acutum. Plin. *lib.* 7. *cap.* 31. Catos, Corculos apud Romanos cognominatos esse refert, qui sapientiâ præstiterunt.

‖ Corcula, jaculatrix. Cath. ‖

Cŏrdātus homo, Prudens, qui solertia multa pollet & ingenio. { נלבב *nilbáb.* φρόνιμος, συνετός, σοφός. Gall. *Qui est d'un cœur sage & prudent.* Ital. *Huomo prudente, coraggioso.* Germ. Ein beny hörtzer weiser vnd geschwinder mensch. Hisp. *Varon que tiene corazon, sabio, prudente, y astuto.* Angl. *Discreet, wise, of honest mynde and judgement.* } Lact. *lib.* 3. Non inficior fuisse illam paulò cordatiorem, quàm cæteros, qui naturam rerum putaverunt ingenio posse comprehendi. Cic. *lib.* 1. *Tusc.* Egregiè cordatus homo Catus Ælius Sextus.

Cordātè, adverbium: Sapienter, prudenter. { σοφῶς, συνετῶς, φρονίμως. Gall. *D'un bon cœur, sagement, prudemment.* Ital. *Saggiamente.* Germ. Weißlich, dapfenlich. Hisp. *Prudente y sabiamente.* Angl. *Wiselie and discreetelie.* } Plautus *Pœn.* Quas tu sapienter, doctè, & cordatè, & catè, &c.

Cōrdāx, Pes, sive mensura metrica est, quæ alio nomine appellatur Trochæus. Cicer. *in Orat.* Trochæus, qui est eadem spatio, quo Choreus, Cordax ab Aristotele appellatur.

Cordicitus, idem quod Ex corde.

Cŏrdŏlium, commiseratio, & quasi dolor cordis, quod vocabulum in quotidiano sermone est usitatissimum: quo & vetustissimi authores utuntur. { עצבון חלב *hirbon hallêb.* φρενλγία. Gall. *Douleur au cœur.* Ital. *Cordoglio.* Germ. Schmertz vnd traurigkeit des hertzen. Hisp. *El cordojo, dolor de coraçon.* Angl. *Douleur or griff of the hart.* } Plaut. Mihi cordolium est. Idem *in Pœn.* Ibi tibi erit cordolium, siquam ornatam meliùs forte aspexeris. Idem alibi negat mulieri esse cordolium; nam mulier nulla cordicitus dolet ex animo. ‖ Divisè quidam legunt *cor dolium*, quòd doleret: sicut *vinum cruciatum*, quòd acore cruciaret. Meurs. ‖

Cora, æ: Latii oppidum, quod Coriani populi tenuerunt, à Dardano orti, quorum meminit Plin. in descriptione Ital æ.

Coraccĭus, κόρακιον. Pars Tauri montis. Plin. *lib.* 5. *cap.* 17.

Coracos petra, κόραξ πέτρα, id est, Corvi saxum, locus in Ithaca Stephanus.

Coraconnesus, κορακόννησος. Insula quædam. Steph.

Cŏrăcīnŭs. Κόραξ ἢ κόρακος. Angl. *Belonging to a raven blacke.* } Idem est, quod Corvinus, κόρινος, color niger. Paul. *l.* 78. *D. de leg. & fideic. lib.* 32. Coccum quod proprio nomine appellatur, quin vesicolotibus cederet nemo dubitavit: quin minus postò coracinum, an thysginum, aut melinum suo nomine, quàm coccum purpurâve designatur. ¶ Est etiam Coracinus nomen piscis, Aristotelis κορακῖνος, Hesychio κορακῖνος, & diminutivè apud Athenæum κορακίδιον, à κορακῖνος, à κόραξ niger, & κινῶ. Piscis est marmus ex squamosorum genere, Auratæ, vel Melanuro non dissimilis, magnitudine interdum plus cubitali, colotis subnigri: recèns capto caput auro atque purpura & splendet & nigricat, dorsum verso repandum. De Coracino vide Athenæum *lib.* 7. *&* 8. præter Aristot. *hist. lib.* 8. *cap.* 3. *& lib.* 5. *cap.* 7. Strabon. *lib.* 19. Plinium cùm multis locis, tum *lib.* 3. *cap. ult.* ubi Pullum Coracinum dixit, sed mendosè editum *racinum.* Dictus est etiam *Saperda* Athenæo.

Cŏrăllĭum. { רמות *ramóth.* κοράλλιον. Gall. *Du coral.* Ital. *Corallo.* Germ. Corall. Hisp. *El coral.* Angl. *Corall.* } Frutex est mollis, sub aqua nascens, colore viridi, baccas ferens candidas (teste Theoph. *in tractatu de gemmis*) qui ex aqua exemptus, confestim lapidescit, ruborémque contrahit. Nascitur in mari tubro, sed vilius: laudatius in Oceano Septentrionali juxta Orcadas insulas: item in mari Siculo circa Heliam & Depranum. Scribendum est autem Coralium unico l, contra communem abusum. Invenitur enim sæpe apud probatissimos poëtas antepenultima correpta. Ovid. *lib.* 4. *Metam.*

*Nunc quoque coralia eadem natura remansit.*

Idem 15. *Metamorph.*

*Sic & coralium quo primùm contigit aura.*

Claudianus geminavit l, literam, ut syllabam brevem extenderet.

*Mergit se subitò, vellitque corallia Clotho.*

Coralius, κοράλιος, Phrygiæ fluvius est, qui alio nomine Sangarius dicitur. Author Plin. *lib.* 6. *cap.* 1.

Cŏrăli, populi sunt Ponticæ immanitate insignes. Ovid. *lib.* 4. *de Pont.*

*Hen mea cui rectum fluvius nisi scripta Coralis.*

Cŏrăllŏchātes, gemma est ex Achatæ generibus, similis corallo aureis guttis distincto. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Cōram, ἐνώπιον, cum genitivo. ‖ videri quæat dici, quasi coïram, à coëo, id est, convenio. ‖ { נכח עין *nochách,* עין *hal penê.* Gall. *Devant, en presence.* Ital. *In presenza.* Germ. Vor, beyseyn, gegenwertigkeit. Hisp. *En presencia.* Angl. *Before in presence, openlie.* } Præpositio est serviens ablativo, quæ contrariam habet significationem præpositioni Clam: ut, Coram Senatu orationem habui. Differt tamen à Palam, quòd Coram magis ad personas certas: Palam ad omnes refertur. Coram indiget adjectione, Palam non indiget. Et differt ab Ante, quòd ante oculos, longè intelligi potest: Coram proximitatem significat. Terent. *in Eunuch.* Quæ mihi ante oculos coràm amatorem abduxit tuum. Coram, & in præsentia, idem est, refertúrque ad corporalem præsentiam. Vide Bart. *in l.* 3. *in fin. ff. de auth. tutor.* Coram factum ex natura rei plerumque illud non videtur cui intelligentia non accesserit, *l. diem, §. coram, ff. de arbit.* Vide Alciatum *in l. coram Titio, de verb. sign.* Te is ipsus coràm præsens præsentem videt. Plaut. *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. ¶ Suo casui aliquando postponitur. Tacit. *lib.* 1. Multâque eo coram. Idem *lib.* 3. Senatu coram. *Ibidem.* Patribus coram.

Cōrămbē, es. { κράμβη ἢ κράμβος, ἀκλὰς. Angl. *Colewortes.* } Herba est nota, quam nos Brassicam vocamus, ita dicta, quasi Coramble, παρὰ τὸ ἐμβαίνειν τὸν ὄφιν, hoc est, ab eo quòd oculorum pupillas haberet.

Corasmi, populi sunt Asiatici, ut author est Herod. *lib.* 1.

Coras, oppidum in Volscis.

‖ Coraula, jocularis. Gloss. Ibid. ‖

Cōrax, acis, vel, acos, κόραξ. Rhetoris antiquissimi nomen, qui primus in Sicilia post Hieronis mortem artem dicendi constripsit. ¶ Hujus sic meminit Cicer. *in Brute*: Itaque ait Aristoteles, quum sublatis jam in Sicilia tyrannis, res privatæ longo intervallo judiciis repeterentur, tum primùm (quòd esset acuta illa gens, & controversa natura) artem & præcepta Siculos Coracem & Tisiam conscripsisse. Hæc Cicero. ¶ Fertur item Corax primus extitisse, qui artem hanc mercede fuerit professus: Tisiámque ea lege instituendum suscepisse, ut mercedis partem præsentem numeraret, reliquam tum

demùm persolveret, quum in judicio causa perorata, victoriam reportasset. Quum itaque Tisias non parum in arte profecisset, causam tamen nullam reciperet, idque fraude facere videretur, ut reliquum mercedis præceptori persolveret: Corax hominem in jus vocat, eamque omnem in hujusmodi konflat dilemma. Dissce (inquit) stultissime adolescens, utroque modo futurum quod postulo, sive viceris, sive condemnatus fueris. Nam à victore merces mihi ex pacto debebitur, cùm ita inter nos convenerit, ut quum primam ex judicio victoriam reportasses, reliquum mihi mercedis persolveretur: Sin ego vicero, nihilominus judicii laqueis tenebere, utpote sententiis judicum condemnatus. Ad hæc Tisias: Imò (inquit) tu potiùs disce, præceptor sapientissime, neutro modo futurum quod postulas. Nam si tu viceris, ex pacto tibi nulla debebitur merces, quandoquidem ita convênit, ut eam tum demùm persolverem, quum causa perorata victor discessissem: Sin ego vicero, quid quaso expectes à victore judicum calculis absoluto? Hisce auditis Judices adolescentis ingenium admirati, qui telum in se contortum, eam astutè in præceptorem retorserat, feruntur acclamasse illud, quod etiam hodie proverbii locum obtinet, κακὴ κόραξ κακὸν ὠόν: id est, *Mali corvi malum ovum*: alludentes nimium ad Coracis nomen, quod Latinè corvum significat. Similem inter Protagoram & Evathlum pactionem refert Gell. *lib.* 5. *cap.* 10. ¶ Est item Corax Sarmatiæ Asiaticæ mons, Colchidem habens à Meridie: de quo Ptol. *lib.* 5. *cap.* 9. Plin. Coraxicum appellat *lib.* 5. *cap.* 27. ¶ Est item Corax Ætoliæ mons non procul à Calidromo. Author Ptol. *lib.* 3. *cap.* 15.

Cŏrăxi, κόραξοι. Populi Colchidis, juxta Anteminta fluvium, quorum urbem Dioscoriadem, quondam clarissimam commemorat Plin. *lib.* 6. *cap.* 5.

Cŏrăxlcŭs, κόραξος, Tauri montis pars à gentibus sortita nomen. Vide Plin. *lib.* 5. *cap.* 27. Ptolemæo Corax dicitur.

Cŏrăxis, κόραξις, mons qui à Septentrione Colchidem claudit. ¶ Est etiam fluvius ejusdem nominis, qui ex monte sui nominis oritur. Vide *Coraxi*.

Corban, est donum, seu munus.

Cŏrbis, is, vas ex viminibus factum: Canistrum. { חרי־כוב *sal cheri.* κόφινος, σπυρίς. Gall. *Coffin, corbeille, manne, ou panier d'osier.* Ital. *Corbe, cerba, paniere.* Germ. Ein korb. Hisp. *Cesto, cesa texida de vimbres.* Angl. *A panier or basket made of vasiers.* } Cic. *pro Sest.* Messoria se corbe contexit. Dicta secundùm Varronem ab eo, quòd spicæ aliudve quid eò conferebant. Olim enim spicas demessas in corbes conjiciebant, atque ita in areas ferebant: teste eodem Varrone *lib.* 1. *de re rust. cap.* 50. Dicimus autem, hic, vel hæc Corbis. ¶ Per corbem mensuram facere & effundere, apud Ulp. IC. vulgò *mesurer par corbeilles.* ¶ Corbis etiam inter navalia instrumenta numeratur. Est enim vas quod in summitate mali suspenditur, unde desuper tela in hostium naves dejiciuntur.

Cŏrbŭla, diminutivum. { κοφίδιον, σπυρίδιον. Gall. *Petit panier.* Ital. *Picciolo cesta, à paniere.* Germ. Ein korblin. Hisp. *Pequeño cesto.* Angl. *A litle basket or panier.* } Unde Cato *de re rust. lib.* 1. *cap.* 22. Scribit villicum habere oportere corbulas Ameritinas quatuor. Corbulum, in neutro genere, dixit Sueton. *in Nerone, cap.* 19. Primus rastello humum effodit, & corbulo congestam humeris extulit. Imò *Corbulam* legendum Passer. air. Vide *Ollula, a.*

‖ Cŏrbīta, in legibus Longobardorum est pro stupro infamia, inde ducunt *cucurbita*, tanquam & *curbita* sit: o & u inter se commutantur sæpe. ‖

Cŏrbĭtæ, Naves onerariæ dictæ, quòd in earum malo summo corbes solerent suspendi, unde & longiusculè dissita prospici, & tela è superiore loco in hostium naves conjici possent. Plaut. *Pœnul.* Tardiores multò, quàm corbitæ sunt etiam in tranquillo mari. Cicer. *ad Attic. lib.* 16. Corbitáne Patras, an actuariolis ad Leucopetram Tarentinorum, & inde Coreyram: & si onerariis, statimne freto, an Syracusis.

Cŏrbĭtro, as, are: In corbitam immitto. Plaut. *in Cas.* Ego novi illas ambas estrices, corbitant ubi comesse possunt. Per translationem dixit Corbitant, pro eo quod est, ventrem implent, quasi navigium onerem. Ibi legitur ex Turnebo, *corbitam cibi comesse possunt*, id est quantum vehere potest oneraria. Corbitare igitur, vox est barbara: alii multi & docti apud Plautum Paræi, legant ex antiquis manuscriptis, *corvitant ubi*, &c. id est, corvorum more se ingurgitant. Vide Fest. & Non. *in Corbita.*

‖ Cŏrbŏna, Judæis thesaurus sacer. Corba, donum in corbona repositum. Cerda.

Corcagia, *Corke* Anglis, *Kercach* indigenis: V. E. Hiberniæ sub A. Casselensi, patria S. Brioci, à quo Briocopolis in Britannia Armorica nomen habet. ‖

Corcholipis, genus limiæ est, quæ ultimam partem candæ villosam habet. Festus.

Cŏrchŏrus, { κόρκορος. Gall. *Mourem, ou morgeline.* Ital. *Anagallo.* Germ. Gauchheil/ ist ein kraut also genant. Hisp. *Murages.* } Herba est humilis, altitudine palmum non excedens, quæ alio nomine *Anagallis* appellatur. Numeratur autem inter vilissima olera: unde locus factus est proverbio, κόρκορος ἐν λαχάνοις, hoc est, Corchorus inter olera: quod de iis dici solet, qui fortunâ suâ ampliores honores apperunt, & sese intra suam pelliculam continere non possunt. Erasmus *in Adagiis.*

Cŏrculum, vide *Cor.*

Coreyrus, sive Coreyra, κόρκυρα, *Corfu.* Insula in Ionio mari, ditionis hodie Venetæ, Ulyssis naufragio, & Alcinoi hortis clara: olim Phæacia à Phæace dicta, qui genitus fuit ex ejusdem nominis Nympha, Asopi filia rapta à Neptuno, & ad insulam delata, cui nomen fecit. Ubi gravida facta, Neptuno peperit Phæacem, qui fuit pater Alcinoi. Lucan. *lib.* 2.

*Hinc latè patet omne fretum, seu vela ferantur*
*In portus Coreyræ tuos, seu lœva petatur*
*Illyris.*

Hujus meminit & Homerus *Odyss.* 8. Plin. *lib.* 4. *cap.* 12. Insulæ antem ex adverso Thesprotiæ Coreyra, à Buthroto CII. M. pass. eadem ab Acroceraunis quinquaginta millibus, cum urbe ejusdem nominis Coreyra, liberæ conditionis, & oppido Cassiope, templóque Cæsi Jovis, passus XCII. M. in longitudinem patens: Homero dicta Scheria & Phæacia. Hæc Plinius. Venetorum est hodie. Hujus insulæ meminit Virgil. 3. *Æneid.* ut annotavit Serv.

*Linquere tum portus jubeo, & considere transtris:*
*Certatim socii feriunt mare, & æquora verrunt.*
*Protinus aërias Phæacum abscondimus arces,*
*Litoraque Epiri legimus*, &c.

Aërias arces Phæacum, inquit Servius, insulam dici eam inter Epirum & Calabriam, ubi regnavit Alcinous. Hæc ille. ¶ Libera Coreyra, caca ubi libet, ἐλευθέρα κόρκυρα καὶ ἔνα χέσαι. Proverbialis figura dicitur ab Eustathio in Dionysium, quo significamus libertatem quidvis agendi: sed magis quadrabit, ubi significabimus impunitatem esse maleficis. ¶ Est & altera ejusdem nominis insula, cognomento Melæna, hoc est, nigra, viginti tantùm M. pass. distans ab Issa, quam Pomp. *lib.* 2. inter Electridas numerat. Meminit ejus & Plin. *lib.* 3. *cap. ult.* Hinc adjectivum Coreyræus, κορκυραῖος. Cic. *Attic. lib.* 6. *cap.* 13. *Decimus* Sempronii Rufi cognovi ex epistola Coreyræa.

Coreyris, κορκυρὶς, urbs Ægypti. Steph.

‖ Corda, pro chorda. ‖ ¶ Corda, frumenta quæ serò maturescunt. Fest.

Cordalio, nomen Loratii. Plaut. *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Et Cordalius nomen liberti. *Ibid.*

Cŏrdātè, Cordatus, Cordax, vide *Cor.*

‖ Cordax, κόρδαξ, ακος, genus saltationis comicæ: item choreas, illi saltationis generi pes metricus aptissimus.

Cordĕla, cordella. L. g. b. parva corda, notæ significationis.

Cordelion, aluta. Idem L. g. b. ‖

Cŏrdĭăcŭs morbus, vide *Cardiacus.*

Cordicĭtùs: in, vel ex corde. Sidon. *lib.* 4. *ep.* 9.

Cordilio, Stoicæ sectæ Philosophus fuit, patria Pergamenus, qui quum omnium & regum & principum amicitias sperneret, à Carone tamen se exorari passus est, ut illum in castra comitaretur. Volaterr. *lib.* 14.

Cordolium, vide *Cor.*

Cŏrdŭbā, κόρδυβα, vulgò *Cordova.* Oppidum Hispaniæ Bæticæ, utriusque Senecæ & Lucani patria, ut testatur Martial. *lib.* 1. *ad Licinium.* 2. Duósque Senecas, unicúmque Lucanum facunda loquitur Corduba. ¶ Hinc Cordubensis conventus dictus est, unus ex juridicis Bæticæ conventibus, qui sunt omnino quatuor, Astigitanus, Hispalensis, Cordubensis, & Gaditanus, de quibus Plin. *lib.* 3. *cap.* 1.

‖ Cŏrdŭla, palustris lana. Rond. ‖

Cŏrdŭs, a, um, quod serotina fœtura natum est. { מאוחר *meuchar.* ὀψίγονος. Gall. *Tardif, né ou produit hors saison, ou en arriere saison.* Ital. *Tardo, che nasce dopo il tempo debito.* Germ. Das spat gewachsen/ oder geboren ist. Hisp. *Cordero, que nasce tardio.* Angl. *That springeth late in the yeare, latemard kaye, that latermath.* } or, Cordum fœnum, autumnale, quod scilicet autumno secatur. Col. *lib.* 7. *cap.* 3. Aluntur autumnali fœno, quod Cordum vocatur. Sic corda frumenta dicta sunt, quæ serò maturescunt. Et cordi agni, serotini, qui post tempus debitum nascuntur, quos vulgus vocabulo inde deducto *Cordistos* nominat. Plin. *lib.* 8. *cap.* 47. de ovibus loquens: Gerunt partus diebus CI. postea conceptí invalidi. Cordos vocabant antiqui post id tempus natos. ¶ Dicitur & de hominibus ultra tempus legitimum in utero gestatis. Unde apud Suetonium, Cordi Cremutii nomen legitur. Quo nomine etiam dictus est scriptor historiarum, quem sequi se ait Julius Capitolinus *in vita Cordianorum.* Quinetiam Quint. *lib.* 1. præcipit serutandas esse à subtili præceptore origines nominum, unde Agrippa, & Opiter, & Cordus, & Posthumus dicantur. Varro *de re rust. lib.* 2. *cap.* 1. per aspirationem scribit Chordon, & ἀπὸ τῆς χορδῆς derivat, quod significat vulvam intimam, sive involucrum, quo fœtus in utero matris involvitur. Latinè *Secundas* vocant.

Cŏrdŭs, inter præceptores Alexandri Mammææ nominatur. ¶ Cordus item Cremutius declamator nobilis fuit, cujus meminit Tranq. *in Caligula.* ¶ Fuit & Cordus historicus, qui Imperatorum vitas conscripsit, cui vitio vertitur, quòd eorum qui obscuriores essent, minimâ etiam persequeretur. Nam quando processerit, & quando cibos vitiaverit, aut quoties vestem mutaverit, sanè de clarissimis notisque viris commemorandum est. Author Capitolinus.

‖ Cordylus, animal amphibium. Rond. ‖

Cordylus, κόρδυλος, urbs Pamphiliæ. Steph.

Cŏrdylă, { κορδύλη. Gall. *Un petit poisson que les thonnines engendrent, qui par apés devient grand, & lors s'appelle thon ou thonnine.* Ital. *Pesce picciolo generato dal thono.* Germ. Ein gattung kleiner meerfisch. Hisp. *Atun pequeño.* Angl. *A litle fish which the thunnie engendreth.* } Thynni partus vocatur, dum adhuc parvus, qui postea pelamidis, & post annum, quum jam adolevit, Thynni nomen capit, teste Plin. *lib.* 6. *cap.* 15. Mart. *lib.* 13.

*Mox verus & tenui major cordyla lacerto.*

Coresa, Helladis, id est, Græciæ insula. Plin. *lib.* 4. *cap.* 12. At in Hellade, inquit, etiamnum in Ægeo Lycades, Scarphia, Coresa, Phocaïs, complurésque aliæ, ex adverso Atticæ, sine oppidis, & ideo ignobiles.

‖ Corsinianum, V. E. Etruriæ, hodie *Pientia*, sic dicta ab Æneæ Silvio, illius urbis cive, qui adepto Pontificatu, Pius II. est nuncupatus. ‖

Corsinium, oppidum est in Pelignis, quod belli civilis tempore Domitius, quum pro Pompeio occupasset, obsidione coactus Cæsari dedidit. Hinc Marsi postea Italicam appellavêre, bellique Marsici tempore adversùs Romanos receptaculum, atque adeò propugnaculum ubi constituêre, ut est videre apud Strab. *lib.* 5. Vulgò *Penninia à campo di S. Pelline.*

Corsinienses, ejus oppidi incolæ, quorum meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 12.

Cŏrgò, adverbium apud veteres, pro Profectò, quasi ex corde ago, id est, loquor. Festus.

Cŏrĭăcē

Cōrlacēum, herba est, qua Magi tradiderunt aquam congelaciari, quo etiam nomine a Pythagora celebrata fuit, teste Plin. *lib.* 24. *cap.* 17.

Cōrlācēum, vide *Corium*.

Cōrlāgo, infesta (ut Columel. inquit *lib.* 6.) pestis bubulo pecori, quum scilicet pellis ita tergo adhæret, ut apprehensa manibus diduci à collis non possit. { *vide & hâ illa Cōis verbo.* ANGL. *Hidebound, à sickneſſe of caſtel.* } Ea res non aliter accidit, quàm si bos, aut ex languore aliquo ad macrem perductus est, aut sudans in opere faciendo, refrixit, aut si sub onere pluvia madefactus est. Vide Col. *lib.* 6. *cap.* 12.

Coriandrum, { ϖ3 *ghad.* κόριον Dioscoridi. GALL. *Coriandre.* ITAL. *Coriandolo.* GERM. Coriander. HISP. *Culantro.* ANGL. *Coriander.* } Herbæ genus est, etiam hodie nomen retinens: cujus semen saccharo convestitum, non extremum inter bellaria locum obtinet. Vide Plin. *lib.* 20. *cap.* 20. Indum coriandrum, fœniculum, allium. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. & *Men. sc.* 1. *a.* 2.

Cōrlāginōsus. { ANGL. *Sike of the hidebound.* } qui coriagine laborat, ut coriaginosum jumentum, apud Vegetium *de re veterinaria*.

Cornua etiam vocantur dentes elephanti à Plin. *lib.* 9. *cap.* 5. & *lib.* 28. *in præfat.* licèt *lib.* 8. *cap.* 3. ita scribit de Elephantis, Prædam ipsi in se expectandam sciunt solam esse in armis suis, quæ Juba cornua appellat Herodotus tanto antiquior, & consuetudo melius dentes.

Coriannon, id est, Córium, vel Coriandrum. Dioſc. *lib.* 3. *cap.* 12.

Corias, æ, piscis genus. Plin. *lib.* 36. *cap.* 11.

Coriarius, vide *Corium*.

Coricæ, insulæ duæ sunt apud Peloponnesum. Plin. *lib.* 4. *cap.* 11.

Coricondame, κορικόνδαμα, prope Sinopen est: gentile Coricondamites, unde & palus Coricondamitis. Steph.

| Corimbata, navis. Gloss. Isid. |

Corinium, κόρινιον, Liberniæ urbs apud Ptol. *lib.* 2. *cap.* 17. quæ Corinium Plinio dicitur. ¶ Est etiam hoc nomine apud Ptolemæum urbs Britanniæ, quæ vulgò *Claudiceſtria* vocatur.

Cōrinnā, κόριννα, doctissimarum aliquot pœtridum nomen fuit, quarum prima Thebana fuit, seu Tanagræa, Archelodori & Procratiæ filia, & Myrtidis discipula, quæ Lyricorum principem Pindarum quinquies vicisse, & epigrammatum quinque libros edidisse fertur. Secunda fuit Thespia, veterum monumentis plurimùm celebrata. Tertia floruit Ovidii temporibus, ipsi poëtæ charissima, de hac Mart.

*Novat Naſonem ſola Corinna ſuum.*

Corinnus, κόρινν⊙. Iliensis poëta fuit, qui primus Iliada conscripsisse creditur, & Homero majoris operis argumentorum suppeditasse. Suidas.

Corinthas, adis, herba alio nomine Menais dicta, cujus succo in aqua decocto, serpentium ictus protinus sanari prodidit Democritus, referente Plin. *lib.* 24. *cap.* 17.

Cōrĭnthŭs, κόρινθ⊙. Urbs Achaiæ, ferè in medio Isthmi Peloponnesiaci sita (Isthmos autem Græci vocant angustias, quibus à peninsula ad continentem est aditus) ab Ortu Sicyonicum, ab Occasu Crissæum sinum habens, qui & Corinthiacus dicitur: duobus insulata portubus, quorum Lechæus Ionio, Schœnus Ægæo immineat mari. Unde & Binarem Corinthum poëtæ peculiari epitheto appellarunt. Ovid. 4. *Faſt.*

*Aridaque̅ mque petens lætè, bimarémque Corinthum.*

Horat. *lib.* 1. *Carm. Ode* 7.

*Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mitylenen,*
*Aut Epheſum, bimarisve Corinthi*
*Mœnia.*

Fertur autem Corynthus primò à Sisypho latrone Æoli filio condita fuisse, & Corcyra nominata, authore Strab. postea Ephyre: Gell. *lib.* 14. *cap.* 6. deinde eversa, & instaurata à Corintho Marathonis, seu Pelopis (ut Suidæ placet) sive (ut alii malunt) Oresti, seu Jovis filio, Corinthus appellata. Habuit autem hæc urbs montem prætuptum, isdem mœnibus conclusum, in quo arx fuit nomine Acrocorinthus, & Pirene fons Musis sacer. Hanc urbem Cic. *pro lege Manilia*, Græciæ totius lumen appellat. Eò enim potentiæ propter locus opportunitatem exercevit, ut vix Romanæ urbi concederet: tantúmque in fastum evasit, ut populi Romani Legatos injuriosiùs appellare, & (si Strab. credimus) etiam sordibus perfundere non dubitaret. Qua re commoti Patres, quum etiam antea crescentem in dies urbis potentiam suspectam haberent, bellum illi inferendum censuerunt. Missus itaque in Græciam L. Mummius, Corinthum obsedit, tandémque captam incendit, solóque æquavit, adeò ut vix ullum Corinthi vestigium fuerit relictum. Quo incendio quantæ opes fuerint absumptæ, docet *Florus* his verbis: Quid signorum (inquit) quid vestium, quidve tabularum raptum, incensum, projectum est? Quantas opes victor & abstulerit, & cremaverit, hinc scias, quod quicquid Corinthii æris toto orbe laudatur, incendio huic superfuisse constet. Nam & æris pretiosiorem notam ipsa opulentissimæ urbis fecit injuria, quia incendio perustis plurimis statuis atque simulachris, æris, argenti, auríque venæ in commune fluxerunt. ¶ Non est cujuslibet Corinthum appellere, *ὁ πλοῦς εἰς Κόρινθον οὐ πᾶσιν ἐπιτήδειος.* Verustum juxtà ac vetustum adagium de rebus arduis & aditu periculosis, quáque non sit cujuslibet hominis affectare. Suidas & Gell. ¶ Apollodorus author est, fuisse & alias hoc nomine dictas civitates, quarum una fuit in Thessalia, altera in Epiro, tertia in Elide.

Cōrinthĭus, & Corinthiensis, adjectiva, quæ sic ab invicem distinguuntur, ut Corinthii, κορίνθιοι sint, qui Corinthum habitant, seu qui ex Corintho nati sunt. Corinthienses, qui alibi nati sunt, sed negotiantur Corinthi. ¶ Ut Corinthia videris corpore quæstum facturæ, *ἵν' ἐργασίαν ἔχουσα κορινθιάζῃ.* In mulierem intempestivius libidinantem, veteribus dicebatur vulgato joco. Sic & Corinthiari, κορινθιάζειν, dicebantur ii, qui scortationibus ac lustris indulgerent, quive lenocinium exercerent.

Cōrinthĭi vasa, κορίνθια σκεύη, dicuntur ex ære Corinthio fusa, quæ tanto olim in pretio habita sunt, ut sæpe argenti, nonnunquam etiam auri æstimationem excederent. Æris autem Corinthii, non naturalis erat, sed artificio quæsita nobilitas, auro argentóque ærī permisto. Hæc autem metallorum commistio casu primùm est adinventa, confusis ex Corinthi incendio metallis. Tria autem sunt genera Corinthii æris, ut docet Plin. *lib.* 34. *cap.* 2. Candidum, quod astore accedit quàm proximè ad argentum: in quo scilicet argenti mistura prævaluit. Alterum in quo auri fulvus color inspicitur. Tertium, in quo æqualis temperies omnium fuit. Cic. *lib.* 2. *Tuſc.* Scis igitur si quid de Corinthiis tuis amiseris, posse habere te reliquum supellectilem salvam, Corinthia, id est, æra. Quintil. Corinthium fontem ebibere. Plaut. *Aul. sc.* 1. *a.* 3. Suet. *in Aug. cap.* 7. & *in Tib. cap.* 3. Senec. *cap.* 9. *de Tranq.* Corinthia (sup. vasa,) & tabulæ.

Cōrinthĭăcus, a, um, κορινθιακός. Quod ex Corintho est. Ovid. *lib.* 3. *Triſt.*

*Illa Corinthiacis primùm mihi cognita terris.*

Corn. Front. *de diff. vocab.* inter Corinthium, & Corinthiacum distinguit: Corinthium (inquit) civem dicimus, & Corinthiacum vas.

Cōrinthiārius, à Suet. positum est pro amatore simio Corinthiorum vasorum.

Coriolana pyra, quæ dicantur, vide Plin. *lib.* 15. *cap.* 15.

Coriolanus, Martii civis Romani nobilissimi cognomen fuit, ab eo in memoriam Coriolanorum urbis à se expugnatæ usurpatum. Hic plebis odio in exilium actus, Volsci populi Romani hostibus se conjunxit, patriæque intestissimum bellum intulit: neque à quoquam aut precibus, aut minis inflecti potuit, nisi à Veturia matre & Volumnia uxore. Vide historiam latiùs apud Livium *lib.* 2. *ab Vrb.* Hunc Cic. *in Bruto*, cum Themistocle confert his verbis: Bellum (inquit) Volscorum illud gravissimum, cui Coriolanus exul interfuit, idem ferè cum Persarum bello fuit, simillsque fortuna clarorum virorum. Siquidem uterque quum civis egregius fuisset, populi ingrati pulsus injuria, se ad hostes contulit, constúmque iracundiæ suæ morte sedavit. Hæc Cic. Coriolani vitam vide latiùs apud Plutarchum.

Corioli, κόριοι. Steph. Latii oppidum fuit, à Cn. Martio expugnatum. Unde & ipse Coriolanus dictus est. ¶ Coriolani, ejus oppidi incolæ. Plin. *lib.* 2. *cap.* 4.

Corion, { κόριον. GALL. *Millepertuis.* ITAL. *Perforata.* HISP. *Corazoncillo, milforado.* ANGL. S. *Johnes worte.* } Herba est oleraceo frutice, tenui, cubitali, rubente, folio rutæ, odore acri, semine in siliqua nigro: aliis nominibus Hypericum, & Chamæpitys appellata, teste Plin. *lib.* 26. *cap.* 8. In officinis Hyperici nomen retinet. Vulgus *Perforatum*, & *D. Joannis herbam* appellat.

Coris, κόρις Dioscoridi, frutex est folio crucæ, sed minore, & pinguiore, & rubente, palmum altus, sapore grato, acri, odorato. Quidam Hypericum appellant. Plin. *lib.* 26. *cap.* 8. ¶ Est & aliud Hypericon, quod alii Coris appellant, folio tamaricis, & sub ea nascitur, sed pinguioribus foliis, & rubentibus.

Cōrĭcĕus, leve missile in modum sagittarum, Virg. 10. *Æneid.*

*Coriceique leves humeris, & lethifer arcus.*

Sic Nonius. Verùm apud Virg. legimus, *Coriteique leves humeris, &c*, Ubi Servius, Coriti proprié sunt arcuum theccæ. Dicuntur tamen etiam sagittarum, quas Pharetras vocamus.

Coriſſus, κόρισσος, urbs Ephesiæ: vocis originem Steph. explicat, sed locus mutilus & corruptus videtur. Hinc Coriſſius, Coriſſites. ¶ Est & Coriſſia, κορισσία, oppidum & navale Cò Insulæ: Steph.

Cōrĭtus, κόριθ⊙, Rex Aboriginum: nam omnes Aboriginum reges Coriti appellabantur, ut ex Beroso apertissimè constat, atque hinc apud eum sæpe legas ita. Italus filium suum Morgetem creavit Coritum, & Morges Corbobiasconem Coritum creat: hoc est, regem. Et de hoc Rege intelligendum est in locis illis Virgilii, cùm ait,

*Venerat antiquis Coriti de finibus Aeneas.* Et ibi
*Nec ſatis extremas Coriti penetravit ad urbes.*

Quibus in locis valde deceptus est Servius, qui putavit Corytum fuisse non solùm regem, sed etiam civitatem & montem Thusciæ; cùm nec apud Ptolemæum, nec apud Strabonem, nec apud Plinium, nec apud quemquam antiquorum (quod sciam) talis civitatis, aut montis nomen reperiatur.

| Coritza, puella, virgo. L. g. b.

Coritzola, corrigia. Idem L. g. b. |

Cōrium, animalium est, præsertim eorum quæ crassiorem pellem habent, ac duriorem: quamvis quandoque de quacunque pelle dicatur, etiam rerum inanimatarum. { ϖ3 *Ber. Bigem mas⊙, Jtem.* GALL. *Cuir, en peau.* ITAL. *Cuoio, pelle.* GERM. Ein haut oder läder. HISP. *Cuero ò corteza.* ANGL. *The leather or hide of abeaſt.* } Cæs. 2. *bell. civil.* Supet lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua immissa lateres diluere possit. Cic. 1. *de nat. Deor.* Quarum aliæ coriis tectæ sunt, aliæ villis vestitæ, aliæ spinis hirsutæ. Apud Plin. Corium tertæ est, non tam cutis ejus, faciésque summa, quàm tectorium & statumen quoddam crassius, cui & aliud quoque subesse potest corium. Nam in parietibus struendis, ordines ipsi laterum Coria à Vitruvio dicuntur: hoc est, quæ vulgò turba opificum appellat *Cursus*, vel *Assidentias*. Budæus *in annotationibus in Pand.* Per corium, per viscera elephanti brachium transmittere. Plaut. *Milit. sc.* 1. *a.* 1. Herus meus elephanti corio circumtectus est, non suo. *Ibid. sc.* 2. *a.* 2. Coria bubula, vide *Bubulus*. Suprà Corii meminit, & *in Amphit. prol.* Plaut. & *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. ¶ Dicitur & Corius masculini generis. Idem *in Pœn.* Heri in tergo meo tres facilè corios contrivisti bubulos. Varro apud Non. Corius tuus. De alieno corio ludere, proverbio dicuntur, qui securiùs agunt, sed alieno periculo. Apul. *in Aſino aureo lib.* 7. Coriaceum auxilium, *σκύτινον βοήθημα*, apud Atticos infirmum & imbecille dicebatur. Refertur apud Hesychium.

Cōrĭăcĕum, quod ex corio est. { *σκύτινον.* GALL. *De cuir.* ITAL. *De cuoio.* HISP. *De cuero.* ANGL. *Made of an hide.* }

Cōrĭārius, qui coria concinnat, præsertim crassiora. { *βοϱσηΘ⊙.* GALL. *Corroyeur, habilleur de cuir.* ITAL. *Cuoiaio.* GERM. Ein gerber. läbergäber. HISP. *Curtidor que adoba cueros.* ANGL. *A curriour or dreſſer or leather, a tanner.* } Plin. *lib.* 17. *cap.* 9. In coriariorum

officinis

officinis pilo madefacto. Coriacius præterea est herba sylvestris, foliis myrti, cauliculis brevibus, venena & tineas pellens: de qua tertia coriarius appellatur subtrutilus cubitalis, crassitudine digitali, cujus aridis foliis, ut nonnullis, coria perficiuntur. Alio nomine *Rhus* appellatur, teste Plinio *lib.* 24. *cap.* 12.

Cōrnē, Collis suburbanus agri Tusculani, qui olim lucum habuit sagino, antiquarei religione Dianæ consecratum: de quo Plin. *lib.* 15. *cap.* xlv.

Cornēates, populi sunt Pannoniæ, apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 25.

Cornēlia, *γενεὰ*, matrona nobilissima fuit, Sempronii Gracchi uxor, & Tiberii & Caii Gracchorum mater, & majoris Africani filia, quæ à Valerio Maximo laudatur, quòd matronæ Campanæ ornamenta sua pulcherrima ostentanti, non aurum, non gemmas, non denique vestes opposuerit, sed liberos, qui maxima sunt matronarum ornamenta. Fuit hæc mulier doctissima, & Latinæ puritatis diligentissima observatrix, quæ etiam epistolas tersissimè scriptas reliquit, quarum meminit & Cicero *in Bruto*: Legimus, inquit, epistolas Corneliæ matris Gracchorum: apparet filios non tam in gremio educatos, quàm in sermone matris. ¶ Quintilianus item Corneliæ eloquentiam commendat his verbis: Magni interest (inquit) quos quisque audiat quotidie, quibuscum loquatur à puero, quemadmodum patres, pædagogi, matres loquantur. Eloquentiæ Gracchorum mater Cornelia pro illo tempore plurimùm contulit. Hæc Quintil. Lege & Senec. *cap.* 16. *de consol. ad Helv.* ¶ Fuit & Cornelia P. Scipionis uxor, cujus meminit Cic. *lib.* 5. *Epist. famil.* his verbis: Non satis, inquit, credidi homini prudenti, tam valdè esse mutatam voluntatem tuam: sed postea quam & Cornelia tua Terentiam convenit, & ego eum Quint. Cornelio loquutus sum, adhibui diligentiam, quotiescunque Senatus fuit, ut adessem.

Corneliorum familia Romæ fuit in primis illustris: ex qua non minimi nominis fuit Cornelius ille Cossus, qui quum Tribunus esset militum in exercitu, Volumnium Larrem Veientum regem occidit, secundaque opima spolia Jovi Feretrio retulit: Cossus cognominatus à corporis rugositate. Cossos enim eos, qui rugosi sunt, & aspera facie, à multitudine verminum, qui in ligno nutriuntur, Festus dicit vocari. ¶ Cornelius Asina, quum fundum emisset, sponsórque pretii ab eo expeteretur, postera die asinam cum sacculis pecunia plenis in forum adduxit pro sponsore, unde cognomentum accepit. Author Macrobius. ¶ Cornelius Balbus, genere Gaditanus fuit, & à Cn. Pompeio Magno civitate donatus: qui deinde eo nomine in jus accersitus, quasi per imperitiam legis eum civitate Pompeius donasset, Ciceronis patrocinium meruit. Hic postea ex Cæsaris familiaribus factus, plurima apud eum & gratia & authoritate potuit. Cicer. *Attic.* Fuit apud me Cornelius: hunc dico Balbum Cæsaris familiarem. ¶ Cornelius Centimalus, & Sulpitius Galba Consules, quum Annibal mœnibus appropinquaret, occurrentes magna urbis trepidatione extra urbem castra habuere. Plutarchus *in Annibale.* ¶ Cornelius Epitadius, L. Cornelii Syllæ Dictatoris libertus, librum quem Sylla de suis rebus gestis imperfectum reliquit, supplevit. Tranquillus. ¶ Cornelius Gallus, poëta fuit elogiographus, Forojuliensis, qui Augusti favore conscendit ad gradum Prætoræ. Fuit primùm summus Octavii amicus, sed postea suspicione conjurationis, quum in ejus odium impegisset, sibi ipsi mortem conscivit anno ætatis quadragesimo tertio. Ovid. *lib.* 3. *Eleg.*

*Sanguinis atque animæ prodigè Gallus tuæ.*

Cornelius Gallus (inquit Servius) primus Ægypti præfectus fuit, & poëta eximius. Nam & Euphorionem Græcum transtulit in Latinum sermonem, & amorum suorum de Cytheride conscripsit libros quatuor. Hic primùm in amicis Augusti Cæsaris fuit; postea quum venisset in suspicionem quod contra eum conjuraisset, occisus est. Fuit autem amicus Virgilii adeò ut quartus Georgicôn à medio usque in finem laudes ejus teneret: quas postea jubente Augusto in Aristæi fabulam commutavit. Hic Gallus amavit Cytheridem meretricem, libertam Volumnii: quæ, eo spreto, Antonium eumdem ad Gallias est secuta: propter quod dolorem ejus consolatur Virg. *Eclog.* 10. Hæc Servius. Cytheridem autem quam deperibat, mutato nomine, Lycorim vocavit Ovid.

*Gallus & Hesperiis, & Gallis notus Eois,*
*Et sua cum Gallo nota Lycoris erat.*

¶ Corn. Merula Consul contra Boios in Galliam missus, xxii. M. hostium excidit. Author Liv. *de bell. Maced. lib.* 5. ¶ Corn. Merula superioris nepos, Flamen Dialis, partium Syllanarum, ingresso urbem Mario, in Jovis ædo, venas succisis, se necando, mortis contumeliosæ damnationem effugit: sacerdotisque sui sanguine foci vetustissimi maduere. Valer. *lib.* 9. *cap.* 12. *de Morte.* ¶ Cornelius Nepos, Ciceronis tempore vir clarus, vitas illustrium virorum scripsit: quarum tantùm Pomponii Attici extat: totiúsque ævi historiam, tribus (Martialis verbis utar) chartis explicuit. Huic Valerius Catullus Veronensis opus suum dedicat, ut indicat primum operis epigramma. Vide plura de hoc apud Crinitum. ¶ Cornelius Severus inter poëtas Epicos ab antiquis Authoribus relatus est. Ingenio fuit magno, & in scribendis versibus facili. Constat eumdem fuisse versatum in declamationibus, quæ in re ingenium suum atque eruditionem maximè probavit: quum in eodem officio essent alii complures, ut Asinius Pollio, Pompeius Silo, Porcius Latro, & Ausidius Bassus. A Fabio ita commendatur, ut versificator quàm poëta melior habitus sit. Scripsit inter alia multa, opus de bello Siculo, quod ab eo absolutum non est, propter immaturam mortem. Quod opus si absoluere potuisset, meritò sibi secundum locum vendicasset, ut idem Quint. author est. Extatque ejus illud carmen, quo eleganter deflevit Marci Ciceronis interitum, quod etiam ab Annæo Seneca magnopere commendatum est:

*Oráque magnanimûm spirantia penè virorum*
*In rostris jacuêre tuis, sed enim abstulit omnes,*
*Tanquam sola foret rapti Ciceronis imago, &c.*

Lex Cornelia de falsis. Suet. *in Aug. cap.* 33.

Cōrnētum, vide *Cornus.*

Cōrnēus, vide *Cornus*, & *Cornus arbor.*

Cōrnēta, vide *Cornus.*

Cornicŭla, *κορωνία*, urbs Latinorum, Steph.

Cōrnicŏr, Cōrnicŭla, vide *Cornix.*

Cōrniculārius, nomen est ordinis in militia, sicut Commentariensis, & Accensus. Docet Asconius Cornicularium à Corniculo sic inclinari, ut à Cornu Cornicinem. Nam qui Corniculo militabat, is & Cornicularius dicebatur. Ut in exercitu & acie dicitur cornu, ita in cohortibus Trib. militum corniculum, & fortasse in ordinibus centurionum, à quo Cornicularius, qui Corniculo Tribuni militum præest. Tranquillus: Ac repugnantem adori Clodianus Cornicularius, & Max. Valer. Maximus Cominius Trib. pleb. diem ad populum dixit, quòd Cornicularium suum struprì causa appellasset. ¶ Maternus videtur ostendere, Cornicularium officium fuisse inter sententias damnatorum, quum ait *lib.* 2. Quod si in his locis Mars se aliqua societate conjunxerit, vel si cum his fuerit inventus, erunt homicidiis publicis præpositi, & exceptores earum sententiarum, quæ de hominum capitibus proferuntur, aut cornicularii, aut commentarienses, sed quibus jura committantur.

¶ Corniculatis, milites, *cornuta*, qui corniculo metebant. Tarr. ¶

Cōrniculum, vide *Cornu.*

Cornificius, Poëtæ eruditissimi nomen fuit, cujus egregia opera usus est Augustus in bello Siculo. Hic *milites fugientes* non infacetè *Galeotes lepores* solebat appellare: à quibus eadem desiderans, ab hostibus circumventus est & occisus. Hujus soror fuit nomine Cornificia, cujus carmen magno in pretio habitum fuit.

Cornigenus, Corniger, Cornipes: vide *Cornu.*

Cornicarum divarum, locus trans Tyberim erat, cornicibus dictus, quòd in Junonis tutela cornices esse putabantur. Author Festus.

CŌRNIX, ¶ *κορώνη.* GALL. *Une corneille.* ITAL. *Cornice, cornacchia.* GERM. *Ein Krey.* HISP. *Corneja.* ANGL. *A crowe.* ¶ Avis vivacissima, minor corvo, quæ cæterarum avium duresse dicitur. Annosa cornix, Horat. 3. *Carm.* Improba cornix, Virg. 1. *Georg.* Idem 9. *Eclog.*

*Ante sinistra cava monuit ex ilice cornix.*

Picus, cornix est ab læva, corvus à dextra. Plaut. *Asin. act.* 1. *sc.* 1. ¶ Cornix scorpium, *κορώνη τὸ σκορπίον*, salutandi rapuit. Quadrat in hos, qui parant eos lædere, unde tantundem mali sint accepturi vicissim. Quemadmodum cornix correpto scorpio, arcuata illius cauda vulnus accepit lethale, periitque. ¶ Cornices etiam accipi solent pro iis, qui se sapientiores ac duces aliorum videri volunt: unde cornicum oculos configere, proverbio dicimus, pro eo quod est, veterum scientiam novo invento obscurare, & efficere ut priores nihil scisse videantur. Cic. *pro Murena.* Inventus est scriba quidam Cneus Flavius, qui cornicum oculos confixerit, & à prudentibus juris sapientiam ipsorum compilarit. ¶ Est etiam cornix nomen ferreum, quo ostium pulsatur, à figura, aut potius garrulitate sic dictum.

Cornĭcŭla, diminutivum. ¶ *κορωνίς.* GALL. *Corneille ou graille commune.* ITAL. *Picciola cornacchia.* GERM. *Ein kleine Krey.* HISP. *Pequeña corneja.* ANGL. *A little crowe, a daw.* ¶ Hieronymus *ad Pammachium*, Malo alieni operis interpres existere, quàm (ut quidam faciunt infames corniculæ) alienis me coloribus adornare. Alludit ad corniculam illam, quæ (ut in fabulis est) alienis penna adornata, reliquis avibus aliquandiu non parvæ fuit admirationi, donec deprehenso furto, suas quæque pennas aves repetentes, nudam corniculam destituerunt. Quam fabulam ita tangit Horat. *in Epist.*

*——— ne si repetitum venerit olim*
*Grex avium plumas, moveat cornicula risum*
*Furtivis nudata coloribus,*

Cōrnĭcŏr, aris, deponens. Significat more cornicum garrio. *κρώζω.* Pers. *Satyr.* 5.

*Nescio quid tetrum grave cornicaris, inepte.*

CŌRNŪ, & hic Cornus, secundùm Priscianum, à currore (ut scribit Varro) nominatur. ¶ קרן *kéren*, *κέρας.* GALL. *Corne, Cornet.* ITAL. *Corno.* GERM. *Ein horn.* HISP. *Cuerno.* ANGL. *An horne.* ¶ Plin. *lib.* 28. *cap.* 11. Dentes mobiles confirmat cervini cornu cinis. Idem *lib.* 11. *cap.* 37. Omnibus autem cava & in mucronem demùm concreta sunt cornua, cervis autem solida, & singulis annis decidua. Gell. *lib.* 14. *cap.* 6. Accipio librum cupidus & libens, tanquam si copiæ cornum nactus essem. ¶ Tollere cornua, pro eo quod est animo efferri, nunc quoque tritissimum est. Horatius *in Epod.* Namque in malos acetrimus, patata tollo cornua. ¶ Sic addere *pauperi* cornua: idem *de Baccho.* ¶ Pauperem sumere cornua: Ovid. *de ebrietate.*

*Jam ferox in pugnas, & nondum cornua sumpsi.*

Idem *Eleg.* 9. *lib.* 4. *Trist.* Vulcanum in cornu conclusum geris. Plaut. *Amphit.* Boves aliquem incursare cornibus: idem *Aul. sc.* 4. *a.* 2. Metuo ne in me obvertat cornua. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 4.

*Et tumidum cornu durius ungue habet.*

Ovid. 2. *Fast.*

*Candida nec nigrâ cornua fronte gerat.* (Ad Liber.)

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Tractum à pecoribus, quæ cornibus oppositis minantur. ¶ Hinc fiunt Unicornis, *μονόκερως*: Bicornis, *δικέρως*: Tricornis, Quadricornis. ¶ Per translationem cornua feminum dicuntur flexus & curvitates alveorum, quòd multis in locis ad cornuum similitudinem flectantur. Cicer. *Attic. lib.* 9. Ab utroque portu cornu moles jacimus. Valer. Flac. *lib.* 1. *Argonaut.*

*——— Elatis cornibus amnes.*
*Cornibus hic fractis* (Rhenus.)

Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.* ¶ Cornua etiam in re navali. Livius *lib.* 3. *d.* 4. *& lib.* 6. *d.* 4. Cæs. 3. *de bell. civil.* ¶ Item de cristis:

*——— madido torquentem cornua cirro.*

Juven. *sat.* 13. ¶ Item cornua antennarum, significant utramque partem antennæ. *κέρατα.* Virg. 3. *Æneid.*

*Cornua velatarum obvertimus antennarum.*

¶ Similiter in prælio cornua dicuntur acies partes ab utroque latere prominentes, *κέρατα.* In exercitu enim est dextrum & sinistrum cornu, & quod inter utrumque est, dicitur Media acies. Terent. *in Eunucho.*

Kanneh. fe.7. a.4. In medium huc agmen cum vecti, Donax: in Si maio in similitum cornu, ru Syracse in dexterum. Cæs. 1. bell. Gall. Ipse a dextro cornu prælium commisit. Malè mulctatum cornu aciei Veiicius. Item Cornua galeæ. Liv. 7. bell. Punic. Ubi alterum cornu fractum vocat insigne galeæ. ¶ Item Cornu, ἀγκωνίσκος, genu est tubæ obtusæ, à quo cornicines, κερατῶναι, dicti sunt: & dicitur cornu etiamsi ex ære sit, propterea quòd primùm ex cornibus fierent. Varr. lib.4. de ling. Lat. ¶ Cornua, pro bobus, apud Virg. lib.11. ¶ Cornua in ense ea sunt quæ ex ferro prominent instar cornuum, quâ ensis capitur.

‖ Cornare, cornu resonare. Carth.

Corneolæ, gemmæ. Rhod. ‖

Cōrnūātūs, κεραοβάτης, qui cornua militaria fabricat. Areadius D. lib. mil. tit.6. l.6. Cornuarios recenset inter eos, quibus aliquam vacationem munerum graviorum conditio tribuit.

Cōrnūcōpiæ, κέρας ἀμάλθειας. Cornu fuisse existimatur, quod Hercules cum Acheloo in speciem tauri mutato congressus ei detraxit: hoc Naiades acceptum & omnium fructuum primitiis refertum, Copiæ consecrarunt: unde apud Ovid. lib.9. Metam.

Achelous

——— *rigidum fera dextera cornu*
*Dum tenet, infregit, truncáque à fronte revellit*
*Naiades hoc pomis & odore flore repletum*
*Sacrarunt, divéque meo bona Copia cornu est.*

Hinc (epistola) cornucopiæ est, ubi inest quicquid volo. Plaut. fe.2. a.2.

Cōrnēsco, scis. {קרן *kâhrin.* κερατίζω. Gall. *Devenir dur comme corne.* Ital. *Divenir duro come corno.* Germ. Hart werden als ein horn/hörnin werden. Hisp. *Hazerse duro como cuerno.* Angl. *To waxe hard like an horne.*} Plin. lib.11. cap.49. Usto quoque simul ut expiraverit, cornescere aiunt genitalia.

Cōrnĭcŭlum, diminutivum à cornu. { κερατίον. Gall. *Petite corne.* Ital. *Piccial corno.* Germ. Ein hörnlin. Hisp. *Pequeño cuerno.* Angl. *A little horne.*} Plin. lib.11. cap.28. Aliis cornicula ante oculos prærenduntur ignavia. Idem lib 9. cap.31. de cochlea. Oculis carent: itaque corniculis prætentant iter. ¶ Hoc etiam nomine vocatum est oppidum apud Tarquinios, κερνικλον Steph. à quo oppidani Corniculani, κερνικλανοὶ, appellati sunt. ¶ Est & Corniculum ornamenti genus, quo donabantur milites ab Imperatoribus pro re bene gesta. Liv. lib.10. scribit Papyrium Consulem equites omnes ob insignem in bellis operam, donasse corniculis armillisque argenteis. ¶ Corniculum (à quo Cornicularius) etiam vocabulum est militare, vulgò dicimus, une Cornette. Nam ut in exercitu cornu, ita in cohortibus Trib. militum, ordinibúsque centurionum dicitur Corniculum. Tranquill. de claris Gramm. Corniculo, mox equo meruit.

Cōrnĭcŭlātus, κερασοειδὴς: ut, Luna corniculata, apud Apuleium de Deo Socratis.

Cōrnĭcĭnō, qui cornu canit, ‖ quod nunc ex ære, initio ex bubulo cornu faciebant. ‖ { κερατίτης, βυκανιστὴς. Gall. *Corneur, qui sonne du cornet, Trompette.* Ital. *Sonator di corno.* Germ. Ein hornblaser. Hisp. *Trompeta bastardo, ò que talle el cuerno.* Angl. *That bloweth on a horne.*} Juven.

*Quadrantina dedit Graecchus festertia dotem*
*Cornicini, sive hic recto cantaverit are.*

Hisce etiam olim in prælliis utebantur, quemadmodum & tubicinibus. Liv. lib.2. ab urbe, Cornicines, tubicinésque in equos impositos canere ante vallum jubet. Per cornicinem centuriata comitia vocabantur. Gell. cap.27. lib.15.

Cōrnĭgĕnus, a, um: quod est ex genere cornua habentium: sicut Caprigenum, quod est ex genere capratum. κεραοειδὴς.

Cōrnĭgĕr, Gerens cornua. { קרני *karnai.* κεραφόρος. Gall. *Cornu, portant cornes.* Ital. *Cornuto, che porta le corne.* Germ. Der hörner hat. Hisp. *Cosa que tiene ò trae cuernos, cornudo.* Angl. *Horned, that hat hornes.*} ut, Cervi cornigeri. Ovid. 7. Met. Caput cornigerum. Idem epist.5. Fluvius cornuger. Virg.8. Æneid. Taurus corniger, apud Cicer. de nat. deor. Bacchus etiam corniger dictus est, quia simulachro Liberi patris cornua adjiciebantur, quòd vini inventor fuerit: homines enim nimio vini potu truces reddunturs.

Cōrnĭpēs, Animal corneos habens calceos, sicut equus & capra & hujusmodi unguium, aut pedum animalia. { κερατόπους. Gall. *Qui a les pieds durs comme corne.* Ital. *Chi a i piedi di corno.* Germ. Der hörnin schuch oder fůss hatt. Hisp. *El que tiene los pies de cuernos.* Angl. *Hard footed lik an horne.*} Ovid. lib.2. Fast.

*Cornipedi Pana cæso de more capella.*

Nam Faunus caprinos pedes habere fertur.

Cōrnūpĕtă, Animal quod cornibus petit, id est, ferit κερατόλοφος.

‖ Cornuo, *Cornuat aurum.* Nævius. Scal. in 6. Varron. de L.L. elegans verbum, pro flectit & incurvat arcum, donec cornua inter se coirent: aurum, pro curato aere. Inde Cornuata umbra. Varro lib.6. de L.L.

Cōrnūtŭs, a, um, quod habet cornua. { קרני *karnai.* κερατώδης, κεραλφὸς. Gall. *Cornu, ayant cornes.* Ital. *Cornuto.* Germ. Gehörnet. Hisp. *Cosa que se tiene cuernos, cornudo.* Angl. *That hat hornes.*} Varr. 2. de re rust. cap.7. Ætas cognoscitur equorum & ferè omnium qui ungulas indivisas habent, & etiam cornutorum. ¶ Potest etiam dici cornutum quod procedit ex cornu. Matt.

*Occubuit tantùm cornuto ardore potitus.*

Cornutæ quadrupedes à veteribus dicebantur elephanti: nam quos in his dentes multi dicunt, cornua sunt.

Cōrnūtă, æ, Lyra altera: aliis Coccyx alter. Piscis marinus est octogonus, coloris pumicei, torus squammis osseis contectus, aculeis lyræ pisci similis. De Cornuta Plin. lib.4. cap.27. & lib.32. cap.ult. Priore loco sic legendum: Attollit è muri cornuta semipedanea ferè cornua, quæ ab his nomen traxit.

Cōrnĕŭs, a, um, adjectivum nomen. { κεραϊνὸς. Gall. *De corne.* Ital. *Di corno, ò colorato come il corno.* Germ. Hörnin. Hisp. *Cosa de materia de cuerno.* Angl. *Of an horne.*} Unde hybernæ coronæ Cornea dictæ sunt: quoniam negante cum flores terra, laminis è cornu tinctis fieri solebant. Unde Corneum rostrum. Cicer. de nat. Deor. Cùm sint aves excelsæ, cruribus rigidis, corneo, proceróque rostro. Corneus color, qui cornu, vel corni similitudinem refert. Plin.

Cōrnĕŏlŭs, aliud adjectivum, idem significans, sed diminutivè. Cic.2. de nat. deor. Sed duros & quasi corneolos habent introitus, multisque cum flexibus, quòd his natutis relatus amplificatur sonus.

‖ Cornuetum, *Cornuto*, V. E. ad litus maris Tyrrheni, à paucis, ob aëris æstivo tempore insalubritatem, habitatum: cujus loci Episcopatus unitus est cum E. Montis Flasconis.‖

Cōrnŭs, eam quartæ, quam secundæ declinationis, secundùm Priscianum: Arbor ramos habens duritie & rigiditate cornibus similes, fructum circa solstitia ferens, primò candidum, postea sanguineum. { κρανέα. Gall. *Cornoiller.* Ital. *Corniolo, cornolaro.* Germ. Thierlinbaum/oder cornelbaum. Hisp. *El cerezo syluestre.*} Virg.2. *Georg.*

——— *& bona bello*
*Cornus:*

id est, apta hastilibus. Itala cornus. Idem *Æneid. lib.9.*

*Conjecto fremuit jaculo; volat Itala cornus:*

id est, telum ex corno factum.

‖ Cornus, ûs, pro cornu: ut conitus, ûs. Prisc. lib.6.‖

Cōrnum, i. gen. neut. Fructus arboris corni. { κρανέον. Gall. *Le fruict d'un cornoiller, cornoille.* Ital. *Corniola, frutto del cornolaro.* Germ. Thierlin/oder hertenkirschen. Hisp. *La cereza syluestre.*} Virg. *Æneid.* 3.

——— *baccam lapidoſóque corna*
*Dant rami.*

Cōrnĕus, a, um: quod ex corno est. { κρανίνος. Gall. *De cornoiller, fait de bois de cornoiller.* Ital. *Fatto di legno di cornolaro.* Germ. Thierlinbaumin/cornelbaumin. Hisp. *Cosa de cerezo syluestre.*} Plaut. Duram ac corneam virgam. Cornea pyxis. Plin. lib.20. cap.10. Venabula cornea, Ovid. Epist.4. Virgulta cornea. Virg.2. Æneid.

Cōrnētum, i. locus consitus cornis. Hinc Corneta, locus in urbe intra sacram viam & macellum, à cornis, quæ amputatæ loco reliquêrunt nomen, ut Esculentum ab esculo dictum, Lauretum à lauro, Fagutal à fago. Varr. lib.4. de lingua Latina.

Corniferi rami, hoc est, qui cornua ferunt. Claudianus lib.1. de rapt. Proserp.

*Strídula corniferis modulantur vértmina ramis.*

Cōrnūtă, piscis marinus. Rond. ‖

Cōrnūtus, κερνοῦτος Suidæ, Philosophus ex Lepti civitate Africæ, qui teste Suida, non pauciores discipulos morum comitate, quàm eruditionis nomine ad se pellexit. Floruit Neronis temporibus, à quo etiam fuit interfectus. ¶ Fuit & Cornutus Prætor urbanus Romæ Ciceronis temporibus, de quo sic scribit *lib. Epist.*10. Placuit nobis, inquit, ut statim ad Cornutum Prær. urb. iteràt deferremus! qui quòd coss. aberant, consulare munus sustinebat more majorum. Idem *Attic. lib.1. epist.9.* Bonis utimur Trib. pleb. Cornuto verò pseudocatone.

Cōrœbus, sine aspiratione, κόροιβος Suidæ, filius fuit Mygdonis (unde à Virgil. *Mygdonides* appellatus) qui incensus amore Cassandræ, quam etiam Priamus ei pater desponderat, ad Troiam venit, socero & Phrygibus Iaurus auxilium, quamvis ei à sponsa exitium, nisi abiret, esset prædictum. Nam ea nocte, qua Ilium excidit, occisus est à Peneleo quodam Græco. Virg.2. *Æneid.*

——— *Iuvenisque Corœbus*
*Mygdonides, illis qui ad Troiam forte diebus*
*Venerat insano Cassandræ incensus amore.*

Unde proverbium, Stultior Corœbo, μωρότερος κόροιβου. Proverbialis hyperbole in stupidos & vecordes.

Cōrŏn, κόρος Dioscoridi, herba eadem est cum sylvestri ruta.

Cōrŏllă, Corollarium, vide *Corona.*

‖ Corona, quæ & Stephanopolis, & Bassovia, Germanis Cronstatt/ urbs Transilvaniæ. ‖

CŌRŌNA, Serium. { כתרת *hatarâh,* κόρωνα. Gall. *Couronne, chapeau de fleurs.* Ital. *Corona, diadema.* Germ. Cintron. Hisp. *Corona que se da al vincimiento.* Angl. *A crowne or garland of flowres.*} Plaut. *Asin.* Tum si coronas, serta, unguenta jusserit ancillam ferre Veneri. Cic.4. *Verr.* Unxisse unguentis, complexe coronis & floribus. Ego te factam coronam surripuisse Iovi scio. Plaut. *Mens. fc.5. a.5.* Coronam deposuit sacrificans Minos, nuntiata morte filii. Sen. *cap.12. de consol. ad Marc.* Coronæ autem (alii laureæ) gestandæ jus in ludis. Velleius. Cum corona exit foras peracto convivio. Plaut. *Menach. fc. 1. a. 3.* Capiam coronam in caput, atque me ebrium assimilabo. Idem *Amphitr.* Serta, unguenta, coronas ferre Veneri & Cupidini. Idem *Asin. fc. 1. a.4.* Accubantem cum corona amplexum amicam, *ibid. fc.2. a.5.* Post cum corona deridebo ebrium. Se cum corona florea. Idem *Menach fc.2. a.4.* Da mihi coronas (i. lari.) Idem *Aul. prolog.* Has coronas floreas, ut imponantur in foco nostro lari. *Ibid. fc.5. a.2.* Cum corona ebrius. Idem *Men. fc.1. a.4.* Cum corona ebrium Pseudolum vides? Idem *Pseud. fc.1. a.5.*

——— *Illam esse dominum tuvis,*
*Augurium menti quernea corona dabat.*

Ovid. *Eleg.1. lib.3. Trist.*

*Fumida cingatur florentibus ara cornis.*

Idem *Eleg.13. lib.3. Trist.* ¶ Sub coronis venire dicebantur mancipia in bello capta, quia coronis induta. Gell. *cap.4. lib.7.* ¶ Item Corona dicitur Circumstatio militum. Gell. *ibid.* De generibus coronarum. Idem *lib.6. cap.5.* Novum genus coronarum Exploratoria. Sueton. *in Calig. cap.5.* Corona oppugnare urbem, Liv. *lib.4. d.4.* est, ut ibidem subjicit, urbem cingere. Coronâ mœnia aggredi. Idem *d.4. lib.7.* ¶ Fuerunt autem apud Romanos variæ coronæ genera: Triumphalis, quæ Imperatoribus post victoriam ad urbem redeuntibus ad triumphum mittebatur. Hæc antiquitus ex lauro fiebat: postea etiam ex purissimo auro fieri cœpta, quod etiam inde Aurum coronarium vocatur. Obsidionalis, quam liberati ab obsidione dabant ei, qui ipsos liberaverat, ex gramine decerpto inde, ubi

ubi obsessos ille servasset. Nam (ut ait Plinius) summum apud antiquos signum victoriæ erat, victos porrigere herbam é terra. Civica, quam civis civi, à quo servatus est in prælio, testem vitæ, salutisque receptæ dat: & hæc erat primò lignea: postea magis placuit ex quercu, quòd ante inventas fruges, arboris ejus glandibus homines victitarent. Muralis erat quâ donabatur ab Imperatore qui primus murum ascendisset, hostiumque oppidum hostium venisset. Hæc corona ad incitandos ad oppugnationem militum animos ex auro fiebat. Vallaris, quæ & Castrensis dicitur, similiter aurea, habens insigne valli, quâ donaretur, qui primus hostium castra prior intrasset. Navalis quoque aurea, quibusdam quasi rostris navium insignita, quâ donari consueverat, qui primus maritimo prælio in navem hostium vi transiliisset. Ovalis, myrtea erat, quâ utebantur Imperatores, qui ovantes introibant civitatem. Ovantes autem Imperatores urbem introibant, quum bellum non ritè indictum erat, neque cum justo hoste gestum, utpote subactis servis, aut piratis, aut humili alio quovis hoste: aut etiam quoties facta repentè deditione, victoria citra pulverem (quod dici solet) obtigerat. His itaque myrtebatur corona ex myrto, quæ est arbor Veneri sacra, quòd hujusmodi victorias Veneteas magis judicaret, quàm Martias. Vide Gell. *lib.* 5, *cap.* 6. ¶ Unde myrteam coronam cupere, aut ambire, μυρτιᾶν, dicebatur qui tyrannidem, aut magistratum ambiret. Suidas. ¶ Corona etiam dicitur ornamentum muliebre. Horat. *lib.* 1. *Carm.* Et scindit hærentem coronam crinibus. Item ponitur pro conventu hominum circumstante. ¶ ὁ περὶ κύκλῳ ὄχλος, ὅμιλος, σύστημα. Gall. *Une compagnie de gens, ou amas de peuple autour de quelqu'un.* Ital. *Cerchio de huomini.* Germ. Ein versamlung vilet lutten / besonder die in einem kriegsheer embstehn oder sitzen. Hisp. *Cerco ò cerrilo de hombres.* ¶ Cic. *pro Flacco.* A judiciis oratio avertitur, vox in coronam, turbâmque effunditur. Idem *pro Milone.* Non enim coronâ vester consessus cinctus est, ut solebat. ¶ Item pro circulo circa lunam, ἅλως. ¶ Item pro signo cœlesti supra humerum Arctophylacis. Virg. 1. *Georg.*

*Gnosiaque ardentis decedat stella Coronæ.*

Ferunt Ariadnen coronam dono accepisse à Theseo, inde nupsisse Libero patri: & post ejus mortem coronam à Libero in cœlo fuisse collocatam. Alii dicunt hanc coronam dedisse Bacchum Ariadnæ, quum ad Minoëm in Cretam veniisset. Alii dicunt coronam dedisse Baccho datam à Venere, quum Ariadnen uxorem duceret. Hæc Cicero & Leone exoriente occidit: exoritur cum Scorpione Nonis Octobris: habet stellas novem in orbem dispositas. ¶ Coronæ item sunt Prominentiæ, & veluti supercilia quædam parietum arcendis stillicidiis inventa, fabri Cornices appellant & intabulamenta: sive structura, sive intestino opere constent. Vitruv. *lib.* 2. Summis parietinis structura testacea sub tegula subjiciatur, altitudine circiter sesquipedali, habeátque projecturas coronarum; ita vitari poterunt quæ solent in iis fieri vitia. Budæus.

Cŏrŏlla, diminutivum. Parva corona. ¶ στέφανος. Gall. *Petite couronne, petit chapeau de fleurs, chappelet.* Ital. *Coronetta.* Germ. Ein krentzlin krentzlin. Hisp. *Pequeña corona.* Angl. *A litle crowne or hatt of flowres.* ¶ Propertius,

*Me juvat externis positum languere corollis.*

Interdiu cum corollis ebrium. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Corollam dapsiles & lemniscl. *Ibid. sc.* 1. *a.* 5.

Cŏrŏllārium, authore Varrone *lib.* 1. significat id quod additum est supra mensuram, præterquam quod debitum est, tanquam auctarium quoddàm: à corollis nomen deductum, quòd hæc, quum placuerant actores, in scena dari solitæ sint. ¶ ἐπαφεῖς, ἐπιπαράβασις, ἐπίβυσις, ἐπιμήκης. Gall. *Le pardessus, ou parcusus, le surplus ou surcroist.* Ital. *Corollario, dante da vetti un corollario anchor per gratia.* Germ. Zusatz / das man über die rechte maß noch hertzu gibt. Hisp. *La corona ò augmentacion que se añade à otra.* Angl. *That is castyn yut remore then the measure, the overplus.* ¶ Unde & Corollaria dicuntur ipsæ Coronæ. Suet. *in August.* Itaque Corollaria & præmia alienis quoque muneribus ac ludis, crebra & grandia de suo offerebat. Plin. *lib.* 21. Paulatim & Romæ subrepsit appellatio Corollis, inter initia propter gracilitatem nominatis, mox & Corollariis, postquam è lamina aurea tenui inaurata, aut inargentata dabantur. Cicer. *in Frum.* Nolo hìc colligere, qui numulis corrogatis de nepotum bonis, ac de scenicorum corollariis decimam emerunt. ¶ Hæc autem quum pretii parvi forent, factum est, ut Corollarium pro re levioti accipiatur. Plin. *lib.* 9. *cap.* 35. At illa corollarium id esse, consumpturumque se ea in cœna taxationem confirmans. Apul. symbolicas Corollarium vocavit posticum concubitum, quum ait, Mihi jam fatigato, de propria liberalitate Photis puerile obtulit corollarium. ¶ Sed simpliciter dici potest, quod in summitate instar corollæ superimponitur. ¶

Cŏrōno, as: Coronam capiti impono. ¶ τὸν κεφαλὸν στεφανόω. Gall. *Couronner.* Ital. *Coronare, incoronare.* Germ. Krönen. Hisp. *Coronar.* Angl. *To crowne.* ¶ Plin. *lib.* 15. *cap.* 4. Athenæ quoque victores oleo coronant. Virg. 1. *Æneid.*

*Crateras magnos statuunt, & vina coronant.*

¶ Ubi Servius, *Vina* pro poculis posuit: *Coronant* autem est, aut implent usque ad marginem, aut quia antiqui coronabant pocula, & sic libabant. Unde est,

——— *magnum cratera coronat*
*Induit, implevitque mero.*

¶ Coronare, item in coronamenta venire, coronis faciendis abhiberi. Plinius *lib.* 21. *cap.* 3. Folio coronat & trifolium. *Ibid. cap.* 10. Et tantum Folio coronant Jovis flos, amaracus, hemerocales, abrotonum, &c.

Cŏrōnātus, participip. Coronâ donatus, qui coronam habet in capite. ¶ τὸν κεφαλὸν στεφανωθείς. Gall. *Couronné.* Ital. *Incoronato, coronato.* Germ. Gekrönt. Hisp. *Coronado.* Angl. *Crowned.* ¶ Cic. 2. *de Leg.* bequebantur epulæ, quas initent propinqui coronati.

Cŏrōnārius, ii, qui coronas nectit. ¶ στεφανοπλόκος. Gall. *Qui fait bouquet, ou chapeaux de fleurs, ou qui les vend.* Ital. *Artefice de ghirlande de fiori.* Germ. Ein krentzmacher / oder krantzmacher. Hisp. *El que haze ò vende coronas.* Angl. *A maker of hatter or garlandes of flowres.* ¶ Cujus fœmininum est Coronaria, στεφανοπλόκος, ὁ. ¶ Mulier coronas conficiens. Plin. *lib.* 21. *cap.* 2. Factum id est ex ingenio Paulæ pictoris atque Glyceræ coronariæ, dilectæ admodum illi.

Cŏrōnārĭus, a, um: adjectivum, quod ad coronas pertinet, ¶ στεφανικὸς, ἡ, ὸν. Gall. *De couronnes, ou de quoy on les faict.* Ital. *Cosa de far ghirlande de fiori.* Germ. Das zu den kronen oder krentzen gehört / oder auß dem man sie macht. Hisp. *Cosa perteneciente à corona.* Angl. *Belonging to crownes.* ¶ Unde, Aurum coronarium, ex quo coronæ conficiebantur. Cic. *pro lege Agrar.* Quod ad quemque pervenerit ex præda, ex manubiis, ex auro coronario. ¶ Coronarium, opus in modum coronæ factum. Plin. *lib.* 15. *cap.* 30. Ramos spargit à radice dodrantales, topiarii ac coronarii operis.

Coronarium, ii, corona ex floribus. Gell. *lib.* 4. *cap.* 14. Ex eo loco jure dejectum, quòd eum venire cum coronario non decuisset.

Cŏrōnāmĕntum, i. Coronarum materia, hoc est, flores, aut frondes, coloris, aut odoris gratiâ coronarium confectioni congruentes. ¶ στεφάνωμα. Gall. *Fleurs & autres choses à faire chapeaux & bouquets.* Ital. *Fiori, viole, rosa & simile cose da far ghirlande.* Germ. Der zeug oder die materey auß welcher man krentz macht / als blumen / violen / &c. Hisp. *Flores y otras cosas para hazer coronas.* Angl. *Flowres and such like thinges to mak garlandes of.* ¶ Plin. *lib.* 21. *c.* 1. In hortis seri & coronamenta jussit Cato. Idem *eodem lib. cap.* 9. Folia similacis & hederæ in coronamenta se dedêre, coronæque etiam obtinent principatum.

Cŏrōnē, es, sive Corona, æ, στέφανη. Peloponnesi oppidum est ad sinum Messenaicum, non procul à Pomili fluminis ostio, etiam hodie nomen servans. Vulgò *Coron.* ¶ V. E. sub M. Athenicnsi.¶

Cŏrōnæus, a, um: κορωναῖος, ὁ, ὸν, Sinus Coronæus, κόλπος κορωναῖος. Vulgò *Golfo de Coron*, qui & Messenaicus, ab Acrita promontorio ad Tænarum usque, agri Laconici promontorium extensus. Vide Plin. *lib.* 4. *cap.* 5. & Suet. *lib.* 8.

Cŏrōnēa, κορώνεια, urbs est Bœotiæ, non procul ab Helicone, in colle sita, ita dicta (ut Steph. placet) à Coronо Thessandri filio. In hujus agro negant talpas aut gigni, aut aliunde illatas vivere posse. ¶ Est & altera ejusdem nominis urbs in Phthiotide, non procul à Pagasis, cujus meminit Strab. *lib.* 9. Plin. *lib.* 4. *cap.* 7. Juxta Cephisum amnem Lamia, & Anichia, Medeon, Phligene, Grephis, Coronea, Charonia. ¶ Stephanus & alias ejusdem nominis urbes commemorat, quas quòd nullam earum mentionem apud Geographum fide dignum invenerimus, hìc consultò prætermisimus.

Coroneola, genus rosæ est autumni tempore in rubo proveniens. Plin. *lib.* 21. *cap.* 4.

Cŏrōnis, idis, fœm. gen. Summitas, seu apex alicujus rei, velut montis, aut structuræ alicujus. ¶ κορυφὴ, κορυφὶς. Gall. *Le sommet & fin bout de quelque chose, la fin.* Ital. *Summità, cima, altezza.* Germ. Der oberst spitz oder gipfel eines bergs. Item / Das oberst eines gebews. Hisp. *El fin, altura, ò cumbre de qualquier cosa.* Angl. *The nose of a shipe, the end or toppe of a thing.* ¶ Significat & extremam navis partem, hoc est, incurvum quiddam supra puppim in rostri modum eminens. ¶ Denique Coronidem per translationem accipimus pro quocunque fine, & ultima manu rei alicui impositâ: sive etiam pro eo, quod rei absolutæ ornatûs magis quàm necessitatis ergò accedit. Martial. *lib.* 10.

*Sed nimium video, serâque coronide longum*
*Esse liber: legite pauca, libellus ero.*

Idem,

*Et magis principio grata coronis erit.*

Postremò Grammatici, quoties persona actoris eodem metri genere finit quo cœperat, Coronidem vocant: eámque notant veluti rostri figuram exprimentibus lineis. ¶ Ad coronidem usque, μέχρι τοῦ κορωνίδος, quum extremum rei cujuspiam significamus.

Cŏrōnis, idos, κορωνὶς, alio nomine Arsinoë: Nympha fuit, Phlegiæ, vel ut alii tradunt, Leucippi filia: quæ quum formâ esset non ineleganti, Apollini placuit, à quo & vitiata & gravida facta est. Verùm quum postea Ischidi cuidam Thessalo, mutuo ejus amore capta, sui copiam faceret, à corvo deprehensa est: ex quo quum Apollo amicæ perfidiam cognovisset, telis eam confodit, puerúmque (qui postea Æsculapius apellatus est) ex utero ejus exemptum, Chironi Centauro tradidit educandum. Ovid. *lib.* 2. *Metam.*

*Pulchrior in tota quàm Larissa Coronis*
*Non fuit Æmonia, &c.*

Vide latiùs in dictione, *Æsculapius.*

Cŏrōnŏpūs, ¶ κορωνόπους. Gall. *Corne de cerf.* Ital. *Stella.* Germ. Rappenfüß. Hisp. *Guidahelio.* Angl. *An hearbe called the hartes horne.* ¶ Oblonga herba est, filiis foliis per terram repens, cujus radix cæliacis præclarè facit in cinere cocta. Plin. *lib.* 22. *cap.* 19. & *lib.* 21. *cap.* 16. hanc herbam inter graminis genera affignat, & à Romanis Graimen aculeatum vocari asserit. Vulgò ab oliutoribus *Dens canis*, aut *Cornucervi* appellatur. Ruellius.

Corope, κώπη, urbs Thessaliæ, ubi Coropæi Apollinis oraculum, cujus meminit Nicander. Sed videtur legendum *Oropæi.* Orope enim Euboeæ civitas est, Apollinis templo clarissima. Steph.

Corophium, piscis de genere cancrorum. Plin. *lib.* 32. *cap.* 11.

Corpilli, populi sunt Thraciæ, Hebrum accolentes, ut scribit Plin. *lib.* 4. *cap.* 11.

Cŏrpŏrālis, Corporatio, Corporatata, Corporeus, vide *Corpus.*

Cŏrpŭs, oris, generaliter dicitur quicquid tactu percipitur: ¶ at simpliciùs, quod corrumpi potest ¶ ¶ גוף *ghuph.* גויה *ghevijah.* σῶμα. Gall. *Corps.* Ital. *Corpo.* Germ. Ein leib. Hisp. *El cuerpo.* Angl. *A bodie.* ¶ Cic. 2. *de Orat.* Etenim corpus intelligi sine loco non potest.

*Tu tantùm corpore prodes,*
*Nos animo.*

Ovid. 13. *Metam.*

——— *An quod amantes*
*Non longè à chara corpora abesse volunt,*

Catul.

Catul. *de com. Beren.* Quia haſtis corpus tranſfigi ſolet. Plaut. *Moſt. ſc.*1. *a.*2. Vitia corporis fuco occulunt, *ibid. ſc.*3. *a.*1.

——— *Nemon in corpore noſtro*
*Peſſima ſunt potiora manu.*

Ovid. 13. *Metam.* Corpus in vulgus dare (de meretrice.) Gell. *cap.*7. *lib.*6. Compreſſiones amantum corporum. Plaut. *ſc.*1. *a.*1.

——— *Vt quæ contin ere non eſt*
*Corpore, ſint animo cuncta videnda meo.*

Ovid. *Eleg.*4 *lib.*3. *Triſt.*

*Denique ut in tanto, quantum non exiſtis magnam,*
*Corpore pars nulla eſt, &c.*

Idem *Eleg.*1. *lib.*2. *Triſt.*

*Qui duo corporibus, mentibus unus eram.*

Idem *Eleg.*2. *lib.*4. *Triſt.* Corpore corpus incubat (dete veneree.) Plaut. *Amph.* Ut mihi extra te unum mortalis nemo corpus corpore contigit. Idem *ibid.* Onuſtum gero corpus. Idem *Men. ſc.*2. *a.*3. Item, Salus interioris corporis. Idem *Aſin. ſc.*3. *a.*3.

*Mei mihi perpetuum corpora languor habet.* (pro Corpus.)

Ovid. *Eleg.*8. *lib.*3. *Triſt.* Illo miniſtro (mactata)

*Sæpè recenſentes corpora capta* (i. homines.)

Idem *Eleg.*2. *lib.*4. *Triſt.* Corpus, pro Cadaver.

*Aut ut edax vultur corpus circumſpicis æquod*
*Sub nuda poſitum cernere poſſit humo* (i. cadaver.)

Idem *Eleg.*5. *lib.*1. *Triſt.* Mortale corpus. Livius 6. *d.* 4. Avelli velut à corpore ſuo urbes. Idem 8. *d.* 4. Unius corporis. Corpore pecuniam quærere. Gell. *cap.*11. *lib.*9. Si libuit corpora conduplicant. Plaut. *Pſeud. ſc.*1. *a.*5. Nuſquam Pompeius erat corpore, ubique nomine. Velleius. Corpore toto eniti. Quint. ¶ Aliquando Corpus accipitur pro maſſa totius animalis ex partibus ſimilaribus, & organicis compacta, quæ unâ cum anima totum conſtituit animal. Cicer. *pro Marcell.* Vita corpore & ſpiritu continetur. ¶ Aliquando pro ſola carne ponitur. Idem *Gall. lib.*7. Ego hîc cogito commorari, quoad me reficiam: nam & vires & corpus amiſi. Mart. utramque ſignificationem uno verſu complexus eſt.

*Vivebant laceri membris ſtillantibus artus,*
*Inque omni nuſquam corpore corpus erat.*

¶ Corporum tria genera Pomponius eſſe affirmat. Unum, quod una ex ſpecie continetur: ut, Homo, Lapis, Lignum. Alterum, quod ex contingentibus, hoc eſt, pluribus inter ſe cohærentibus conſtat: ut, Ædificium, Navis, Armarium. Tertium, quod ex diſtantibus compactum eſt, utputa ex pluribus corporibus uni nomini ſubjectis: ut, Populus, Legio, Grex. Aliter Philoſophi corpora diſtinguunt, ut quædam ſint inanimata, ut lapis, ferrum: alia animata, ut arbor, leo. Ex his rurſus quædam ſunt anima vegetativa duntaxat prædita, ut plantæ: quædam ſenſibili, ut bruta omnia animalia: quædam rationali, ut ſoli homines. ¶ Corpus pro opere aliquo ſcripto, & volumine. Cic. *ad Lucceium lib.*5. A principio enim conjurationis uſque ad reditum noſtrum videtur mihi modicum quoddam corpus confici poſſe. Idem *ad Quint. Fratr. lib.*2. Sed utros ejus habueris libros (ſunt enim duo corpora) an utroſque neſcio.

*Nec legitur pars ulla magis de corpore toto* (Æneidos.)

Ovid. *Eleg.*1. *lib.*2. *Triſt.* Item, Ut corpus eloquentiæ (i. phraſin,) faciant. Quint. Quaſi in unum corpus erant, (themata.) Idem *c.*11. *lib.*2. ¶ Corpus vitiis. Catullus,

*Sed tenerum prono deflectens pondere corpus.*

Item, Corpus navis, Cæſar *lib.*1. *de bell. civ.* ¶ Superiora corporis, (i. cerebrum.) Gell. *cap.*14. *lib.*17. Item, Non eſſe in corpore cenſus, i. in ſumma. Juvenal. *Satyr.*16. ¶ Rerum Naturæ corpus, i. mundus. Velleius. ¶ Corpus pro parte, ſeu tribu ac multitudine populi. Liv.1. *ab Urb.* Sui corporis creari regem volebant. ¶ Corpus civitatis. Idem 6. *bell. Pun.* Corpus nullum civitatis, nec Senatum, nec plebis conſilium, nec magiſtratus eſſe. ¶ Collegiorum corpus Caius *in l.*1. §. *in collegia, ff. quod cujuſque univerſ.* item collegia Romæ certa ſunt, quorum corpus Senatuſconſultis atque conſtitutionibus Principalibus confirmatum eſt. ¶ Corpore effugere, proverbiali figura dictum eſt, periculum jam imminens ac pene premens arte quadam declinare. Tranſlatum à gladiatoribus ictum modico corporis flexu fallentibus. Cic.1. *de inv. in Catil.* ¶ Corpus ſine pectore, proverbii quadam ſpecie dixit Horat. pro corpus ſine mente. Vide locum in epiſtolis ad Albium, & Ovid. *in Hercin.* ¶ Toto corpore atque omnibus unguibus, dixit Cicer. *quæſt. Tuſc.*2. pro ſumma pertinacia. A feris ſumpta metaphora, quæ dentibus, totoque corpore retinere ſolent, quod nolint extorqueri.

Cŏrpŭſcŭlum, diminutivum, parvum corpus. { σωμάτιον. Gall. *Petit corps.* Ital. *Picciolo corpo.* Germ. Ein leiblin. Hisp. *Pequeño cuerpo.* Angl. *A litle bodie.* } unde atomos Corpuſcula vocat Cicer. 1. *Acad.* & 2. *Tuſc.* Juven. *Satyr.*10.

——— *mori ſola fatetur*
*Quantula ſint hominum corpuſcula.*

Item Gell. *cap.*10. *lib.*18.

Cŏrpŭlentŭs, Obeſus, gravis, pinguis. { μεγαλόσωμος. Gall. *Corpu & fourny, & charnu. corpulent.* Ital. *Corpulento. graſſo.* Angl. *Greſſe ſlem by. corpulent.* } Plaut. *in Epid.* Euge corpulentior videre, atque habilior. Sic corpulentum pecus, apud Columell. *lib.*6. *cap.*3. Gellium *cap.*ult. *lib.*7.

Corpŭlentĭă, Carnoſitas. { πάχος. Gall. *Corpulence.* Ital. *Corpulentia.* Germ. Groſſe des leibs vnnd dicke. Hisp. *Aquella mucha carnoſidad.* Angl. *Greſſeneſſe, fleſhineſſe.* } Plin. *lib.*11. *cap.*13. Someo concoquere, corpulentiæ, quàm firmitati utilius.

‖ Corpunatia, vulnus. Corporis ictus. Gl. gr. b. ‖

Cŏrpŏrālĕ, corporatum, corporeum, corpus habens, quicquid tangi demonſtrarique poteſt. { σωματικόν. Gall. *Corporel, appartenant au corps.* Ital. *Corporale, corporeo.* Germ. Leiblich. Hisp. *Coſa de cuerpo.* Angl. *Corporall, that hath a bodie.* } Senec. *Epiſt.*59. Dicimus quædam corpotalia eſſe, quædam incorporalia. ¶ Aliquando accipitur pro eo quod eſt corporis: unde Corpotalia bona, apud Gell. *lib.*18. *cap.*1. & Corpotalia vitia, apud Senec. *epiſt.*54. ¶ Corporalis poſſeſſio pignoris, quam habemus de pignore corporaliter detento. Papin. *l. debitor, ff. de pig. act.* Solata pecuniis, creditor poſſeſſionem pignoris, quæ corporalis apud eum fuerat, reſtituere debet.

Corpŏrălĭtĕr, adverb. σωματικῶς. Paul. D. *lib.*41. *tit.*2. *l.* 1. Pet ſervum corpotaliter pignori datum non acquiti nobis poſſeſſionem.

Corpŏrĕus, a, um. Corporalis, corporatus, concretus. { σωματικός, σωματώδης. Gall. *Corporel, ayant corps.* Ital. *Corporeo.* Germ. Leibhafftig. Hisp. *Coſa del cuerpo.* Angl. *That hath a bodie, bodaly.* } Cicer. *de nat. Deor.* Contrà ille corporeus, vitalis, & ſalutaris omnia conſervat, alit, auget, ſuſtinet, ſenſúque afficit.

Corpŏro, as: Cogo, coagmento, & in unum corpus redigo. { σωματόω. Gall. *Faire devenir corps, donner forme de corps.* Ital. *Incorporare, unire in un corpo.* Germ. Zu einem leib machen, vnd alles in ein begriff bringen. Hisp. *Encorporar, como en colegio.* Angl. *To make, to a bodie, to tak the ſhape of a bodie.* } Plin. *lib.*7. *cap.*15. Semine è matribus coagulo modo hoc in ſe glomerate, quod deinde tempore ipſo animatur, corporatur que. Hinc Incorporo, & alia compoſita, de quibus ſuis locis. ¶ Apud antiquos Corporare legimus pro interficere, quaſi corpus ſolum ſine anima relinquere. { Germani dicunt, entleiben. } Ennius apud Nonium, Corpus contemplatur unde corporet vulnere. Accius, Corporare abs tergo es auſus.

Cŏrpŏrātus, a, um: Corporeus, corpus habens, σωματοειδής. Cic. *de Univerſitate.* Sempérne fuerit, nullo generatus ortu: ſi ortus ſit, an ab aliquo temporis principatu ortus ſit: quandoquidem cernitur & cogitur, & eſt undique corporatus. ¶ Item Corporati dicuntur etiam collegæ, qui ejuſdem ſocietatis ſunt. Imperatores *l.*4. *C. de ſacroſanct. eccl.* Nulli alii corporatorum præter dictum numerum pet patrocinia immunitate conceſſa.

Cŏrpŏrātĭo. Quantitas, vel habitus corporis. { σωμάτωσις. Gall. *Corſage, compoſition & façon de corps.* Ital. *Corporatura.* Germ. Der leibs gröſſe, oder das weſen eines leibs. Hisp. *Encorporamiento.* Angl. *To ſtate pligh on liking of a bodie.* } Col. *lib.*7. Cuſtodiendum eſt, ne in corporatione, vel ſtatura, vel viribus impar cum valentiore jungatur; nam utraque res inferiori celeriter affert exitium.

Corpŏrātūră, Corporis quantitas, hoc eſt, habitus & ſtatus ipſius corporis. { τὸ σώματος σχῆμα. Gall. *Corſage, conſtitution de corps.* Ital. *Corporatura.* Germ. Leibs gröſſe, leibs geſtalt. Hisp. *Encorporation.* Angl. *The plight or eſtat of the bodie.* } Veget. *lib.*1. ſcribit corporaturam boni tyronis implere ſex pedum longitudinem. Col. *lib.*7. Humilis enim & modica corporatura pecoris operarii debet eſſe. Vitr. *lib.*6. Sed ex cœlo roſcidus aër in corpora fundens humorem, efficit ampliores corporaturas.

Cŏrrādo, is: Simul rado, coacervo, congrego. { יצר *ſahár, ſamlen.* Gall. *Racler & amaſſer enſemble, retirer d'un coſté & d'autre, amonceler.* Ital. *Radere, levar ad altri con induſtria & difficultà.* Germ. Zuſammen kratzen. Hisp. *Juntamente raer, arrebatar.* Angl. *To ſcrape or rake together.* } Ter. *in Adelph.* Minas decem corradet alicunde. Lact. *lib.*5. Non propter humanitatem, quæ nulla in his erat, ſed ut omnia cupiditatis & avaritiæ inſtrumenta corraderent.

Corrēpo, is, ere: Repo, irrepo. { רחש *rachál, igen.* Gall. *Se couler en trainer en quelque lieu, en aborder ſecrettement.* Ital. *Rampare, rampegare.* Germ. Kriechen, rutſchen. Hisp. *Gatar por el ſuelo.* Angl. *To creep in ſome place.* } Cicer. 1. *de nat. Deor.* Quod cùm efficere vultis, in dumeta correpitis. Lucil. *lib.*8.

*Exiguam veſtor pavidum correſſit in alnum.*

Cicer. *ad Attic. lib.*10. Igitur & occulte in aliquam orationem corrependum.

‖ Correus, qui ſimul reus eſt.

Corriceum, coriceum, locus ubi puellæ ſeſe exercere, & ludere ſolitæ erant. Turn. ‖

Cŏrrīdĕo, es, ere: Simul rideo. { συνγελάω. Gall. *Rire enſemble.* Ital. *Ridere inſieme.* Germ. Sampt andern lachen. Hisp. *Reir en uno.* Angl. *To laugh together.* } Lucr. *lib.*4.

*Omnia corrident concepta luce diei.*

Corrīgĭa, æ: Cingulum quo cingimur. { חגור *ſenoch. ζώνη.* Gall. *Courroye, eſcourgée.* Ital. *Correggia, cinta, cintolo.* Germ. Gürtel oder riemen. Hisp. *La correa.* Angl. *The latchet of a ſhoote.* } Cic. 2. *de Divin.* Quæ ſi ſuſcipiamus, pedis offenſio nobis & abruptio corrigiæ, & ſternutamenta erunt obſervanda. Quidam hoc nomen à corrigendo deducunt, volúntque corrigiam primùm loti quoddam genus fuiſſe dictum, quo ſervi corrigebantur. Lorum calcei, Varro *in Flexibula*, Domo exeo, & pedes corrigiis compedio.

Corrigrya, ſimilis Adrachmæ, folio tantùm magnitudine minor. Papum vocant fructum ejus. Plin. *lib.*13. *cap.*22.

Cŏrrĭgo, is, exi, ectum, ex con, & rego. Emendo. { יסר *jaſar*, תוכיח *bochiach. διορθόω, διτώω.* Gall. *Redreſſer une choſe tortuë, ou boſſuë, corriger, amander.* Ital. *Correggere, emendare.* Germ. Beſſern, oder verbeſſern. Hisp. *Corregir.* Angl. *To emend, to correct.* } Lact. *lib.*4. Antequam motes aliorum corrigat, tuos corrige. Terent. *in Andr.* Corrigete mihi gnatum, porrò emitere. ¶ Aliquando ponitur pro Compono. Cic. *ad Qu. fratr. lib.*1. Sic ego, qui iſto nomine colendo tam indotmivi diu, te mehercule ſæpe excitante, curſu corrigam tarditatem tum equis, tum velis. Et Liv. *lib.*9. *bell. Pun.* Corrigere curſum (claſſis.) Quintil. Frangas potius quàm corrigas, quæ in pravum indurnerunt. Corrigere labentes. Sueton. *in Aug. cap.*99.

Corrēctŏr, qui corrigit. { מיסר *mejaſſér. διορθωτής.* Gall. *Correcteur, corrigeur, redreſſeur.* Ital. *Correttore.* Germ. Ein verbeſſerer, beſſerer. Hisp. *Corregidor, y caſtigador.* Angl. *He that amen deth or correcteth.* } ‖ Erat dignitas quædam, cujus munus *Correctura.* Vide Meurſ. Gloſſ. Græcob. Ter. *in Adelph.* Illud quod cecidit forte, id arte ut corrigas. D. Corrector. ¶ Correctot atque emendator. Cic. *pro Cæn. Balb.* Aſperitatis correctot. Horat. *epiſt.*1.

Corrēctĭo, nis: Emendatio. { מוסר *muſár.* תוכחת *tochácha.* Διόρθωσις. Gall. *Correction, amandement, redreſſement.* Ital. *Correttione.* Germ. Beſſerung. Hisp. *Caſtigo ò enmienda.* Angl. *A correction or amending.* }

*amending.* } Cic. 4. *de fin.* Hæc videlicet correctio Philosophiæ veteris & emendatio, &c. Correctio etiam figura est apud Rhetores, quæ tollit id quod dictum est, & pro eo quod magis idoneum videtur, reponit. Exemplum ejus est *in Rhetoricis ad Her.* Nam postquam illi vicerunt, atque adeò victi sunt: Eam enim quo modo victoriam appellem, quæ victoribus plus calamitatis, quàm boni dederit?

**Cŏrrĕctŭs**, a, um: emendatus. { ANGL. *Corrected, amended.* } Cicer. *Attic.* Laudationem Porciæ tibi misi correctam. Fortuna virtute correcta. Velleius.

**Cŏrrĭpĭo**, Reprehendo, arguo, objorgo. { יסר *jasár*, תוכיח *hochiach.* ἐπίληψις, ἐπιπλῆξις. GALL. *Reprendre.* ITAL. *Riprendere, ammonire.* GERM. Straffen/ bescheltẽ. HISP. *Reprehendere, castigar, corregir.* ANGL. *To reprehende or reproove.* } Plin. *in Epist.* Repeto me correptum abeo, cui ambulatem. Cicer. *in Epist.* Clamoribus maximis judices corripuerunt. ¶ Aliquando ponitur pro comprehendo, apprehendo. { לתפוש *tafách.* ἁρπάζειν, ἀνθαρπάζειν. GALL. *Prendre quelque chose tout en un coup, & hastivement l'empoigner.* ITAL. *Rapinare, torre per forza.* GERM. Etwas schnell ertẽ schen/ geschwind ergreiffen. HISP. *Arrebatar.* ANGL. *To take and pull hastelie by violence.* } Virg. 1. *Æneid.*

*Constitit hic, arcúmque manu, celerésque sagittas*
*Corripit.*

Cicer. *in Verr.* Hominem corripi ac suspendi jussit in oleastro. Corripere & reprehendere, utrumque translatum ab iis, quos manu tenemus præterentes fines officii: sed hoc levius, illud gravius. Paterat.

*—— Qui nomine sæpe vocatum*
*Corripuit, &c.*

Ovid. 13. *Metam.* Corripuit adulationes edicto. Sueton. *in August. cap.* 53. *& infr. ibid.* Corripere impensas: *accourcir.* Suet. *in Tib. cap.* 34. Correpti ab equitibus hostes, priusquam capti. Cæs. *lib.* 1. Corripuit fasces & insignia Consulatus Dolabella statim à nece Cæsaris. Velleius. Adaptatur autem hoc verbum ad omnes actus humanos: ut, Corripitur somno, Corripitur febribus, hoc est, invaditur, & multa alia hujusmodi. ¶ Corripere item, abbreviare est, & contrahere: unde Correptas syllabas dicimus, συνῃρημένας.

**Cŏrrĕptŭs**, participip. Comprehensus. { נלקח *nilkách.* ἁλωτός, συναρπασθείς, ἀναπτόητος. GALL. *Pris, saisi, repris.* ITAL. *Preso in fretta, con rapacità, ripreso.* GERM. Gestaffelt/ ertrischt. HISP. *Arrebatado, reprehendido.* ANGL. *Pulled or taken hastelie.* } Cic. *antequam iret in exil.* Ego repentè vi tribunatu correptus, non modò loquendi libertè in judicio, sed non consistendi quidem in civitate habeo potestatem.

**Corrĕptŏr**, is, { מיסר *mejassér*, מוכיח *mochiach.* ἐπιπλήκτης. GALL. *Repreneur.* ITAL. *Riprensore.* GERM. Ein straffer. HISP. *Reprehendedor.* ANGL. *A reproover, a reprehender.* } Sen. 2. *de ira*, Placidus itaque, sapiens, & æquus erroribus, non hostis, sed correptor peccantium.

**Correptio**, nis, contractio & brevitas, συναλοιφὴ, μείωσις: ut, Correptio dierum, cui crescentia incrementúmve opponitur. Vitruv. *lib.* 9. *c.* 9. Sin autem cunctorum adjectionibus & detractionibus correptiones dierum, aut crescentiæ non probantur. ¶ Correptio morum, pro correctione. Suet. *in Tib. cap.* 42. Gell. *lib.* 10. *cap.* 10. Vindicta, id est, correptio manus.

**Corrĕptè**, adverbium, id est, correpta syllaba. Gell. *lib.* 1. *cap.* 17. Neque repugnat quod coëgi correptè dicimus. *Ibid.* In aliis omnibus correptè pronunciare. Et *lib.* 9. *cap.* 6. Dictito, ab eo quod est Dico, corr ptè dicimus.

**Corrĭgo**, ĕre, per rivos aquam eundem in locum ducere. { נזל *nazál*, הוזל *huzzál.* ἐκδίεσις, διεκδίεσις, συνεκδίεσις. GALL. *Faire courir en ruisseau, s'écouler par ruisseau.* ITAL. *Far correre à colare nel fiume l'acqua.* GERM. Zusammen rinnen/ durch bächlin zu einander fliessen. HISP. *Arroyar ò arroyarse el rio.* ANGL. *To runne or flowe as water in river.* } Plin. *lib.* 6. *cap.* 14. Angustiis impedit corrivatus salis è cautibus liquor: hoc est, multi veluti rivis eundem in locum fluens. Idem *lib.* 3. *cap.* 5. Aibula è media ferè longitudine Apennini, finibus Aretinorum profluit, tenuis primò, nec nisi piscinis corrivatus, hoc est, ex piscinarum rivulis eundem in locum confluentibus ortus. Sic corrivari amnes & torrentes dicuntur, qui ex multis rivis eódem confluentibus oriuntur. Idem *lib.* 31. *cap.* 3. Plerumque verò damnosi torrentes corrivantur, derracta collibus sylva.

**Corrĭvātĭo**, nis, aquæ ejusdem aliquem in locum deductio, sive confluxus. { εἴσιγξις, συνεκβόλισις, ἐγχύτις. GALL. *Escoulement d'eau en ruisseaux.* ITAL. *Il cavare l'acqua del fiume.* GERM. Zusammen leytung/ oder das zusammen fliessen viler wasser an ein ort. HISP. *Aquel arroyamiento del agua en el rio.* ANGL. *The running of water in a river.* } Plin. *lib.* 31. *cap.* 3. Salix enim erratica & alnus, aut vitex, aut hedera, sponte proveniunt, & corrivatione aquæ pluviæ in locum humiliorem è superioribus defluentis, augurio fallaci.

**Corrīvālēs**, qui duo, aut plures eandem amicam habent, vel quòd ad eundem rivum accedere videantur, vel quòd ad invicem contendant, ut feræ, quæ ex eodem rivo haustum petunt. { ἀντηγενεῖς. GALL. *Qui aiment une mesme fille, ou femme, corrivaux.* ITAL. *Rivali.* GERM. Zween oder mehr die buhlschafft haben/ mitbuler. HISP. *Combitezes, corrival.* ANGL. *They that loveth one woman.* } Quintil. 14. *declam.* Si patior miser illas lupanarium insultationes, illa corrivalium maledicta, convicia.

**Corrōbŏro**, as: Robustum & fortem reddo, roboro, confirmo, faucio. { חזק *chizzék*, חקים *hekim.* κραταιόω, κρατύνω, ἐπικρατίζω. GALL. *Fortifier, renforcer.* ITAL. *Confirmare, fortificare.* GERM. Stercken. HISP. *Fortalecer y confirmar.* ANGL. *To mak strong and fortifie.* } Sueton. *in Galba*, Veteranum ac tyronem militem opere assiduo corroboravit. Cic. 5. *de fin.* Ad quorum etiam cognitionem & usum jam corroborati, natura ipsa præeunte deducimur. Plin. *lib.* 20. *cap.* 20. Stomachum in acetariis sumpta corroborat. ¶ Per translationem. Cic. *in Cat.* Qui spem Catilinæ mollibus sententiis aluerunt, conjurationémque nascentem non credendo corroborarunt. Idem Cælius *lib.* 12. Manabat illud malum urbanum, & ita corroborabatur quotidie. Idem *pro Flac.* Victu Lacedæmoniorum non solùm natura corroborata, verumetiam disciplina.

**Cŏrrōdo**, is, ĕre: Rodendo consumo, vel idem quod simplex Rodo. { אכל *achal*, עשש *hasthásch.* κατεσθίειν. GALL. *Ronger à l'entour.* ITAL. *Rodere, consumare rodendo.* GERM. Zernagen. HISP. *Roer, ò royendo gastar.* ANGL. *To gnawe, to gnawe about.* } Cic. 2. *de Divin.* Nos autem ita leves atque inconsiderati sumus, ut si mures corroserint aliquid, quorum est opus hoc unum, monstrum putemus. Varro 3. *de re rust. cap.* 17. Quum eodem tempore insulas Lydiorum ibi corrosas vidisses. Ossa corrosa. Juven. *Sat.* 15.

**Cŏrrōgo**, as: Rogo, peto, precibus convoco & congrego. { ἐρανίζω. GALL. *Prier d'un costé & d'autre de venir en quelque lieu, quester, amasser de toutes parts.* ITAL. *Amassare d'ogni banda prieghi d'altrimente.* GERM. Durch bitt zusammen rasplen oder lesen. HISP. *Demandar y mendigar, ò pedir entre las buenas gentes, y andar demandando de una en otra.* ANGL. *To requester pray together.* } Cic. *Pro Quint.* Ipse suos necessarios ab aris Licinis, & à faucibus macelli corrogat, ut ad tabulam Sestiam sibi adsint. ¶ Corrogare nummos de nepotum bonis, id est, colligere & congregare, & quasi corradere, apud Cicer. 5. *Verr.* Corrogare pecuniam ab hospitibus. Cæs. 3. *de bell. civ.* Liv. 3. *bell. Maced.* Magistros navium mercatorésque invitare jussit, & vela cum antennis ex navibus corrogari jussit, ut umbra cœnantibus in littore fieret: id est, colligi.

**Corrogāti** auditores, dici possunt qui ambitione doctoris, alioquin fortasse surdis parietibus occentori, undique corrogantur. ¶ Corrogata ad necessarios usus pecunia. Cæs. 3. *bell. civ.*

**Corrŏtundo**, as, are: στρωγγεύω. Scuec. *lib.* 4. *natur. quæst.* Præterea potest etiamsi non fuerit grando, talis quam defertur, corrotundari.

**Corrūdā**, Sylvestris asparagus. { ἀσπάραγος ἄγριος. GALL. *Asperge sauvage.* ITAL. *Sparago salvatico.* GERM. Wilden spargen. HISP. *El esparrago silvestre.* } Cat. In arundineto corrudam serito, unde asparagi. Col. *lib.* 10.

*Prodit, & asparagi corrunda simillima filo.*

Plin. *lib.* 20. *cap.* 10. Sylvestrem asparagum, aliqui Corradam, aliqui Libycum vocant: Attici Orminium.

**Corrūgo**, as, are: In rugas contraho. { כתר *cahách.* συνίημι. GALL. *Refrongner, froncer, rider.* ITAL. *Crespare, raggruparsi in fossa.* GERM. Rumpfechtig/ oder gerumpelt machen. HISP. *Arrugar una cosa con arte.* ANGL. *To make wrinckles, to frowne.* } Corrugare frontem, apud Plautum. συνίημι τὸ μέτωπον, est præ indignatione frontem in rugas contrahere. Horat. 1. *Epist.*

*—— ne turpe toral, ne sordida mappa*
*Corruget nasum.*

Col. *lib.* 12. *cap.* 39. Ubi satis corrugata erunt acina, demito, & sine scipionibus in dolium conjecto, pedibúsque bene calcato.

**Corrūgi**, sunt aquæ ex montium jugis deductæ ad lavandum aurum: ita dictæ à corrivatione, authore Plin. *lib.* 33. *cap.* 4.

**Corrŭmpo**, is, Contamino, vitio, destruo. { שחית *schichéth.* διαφθείρω. GALL. *Corrompre, gaster.* ITAL. *Corrumpere, guastare.* GERM. Zerstören/ verderben. HISP. *Corromper, gastar.* ANGL. *To corrupt, marre or spill, to viciate.* } Plin. *lib.* 3. *cap.* 22. Quæ nec aqua, nec igni posset corrumpi. Terent. *in Adelph.* Pisces ex sententia nactus sum, hi mihi ne corrumpantur cautio est. Lactant. *lib.* 3. Cœlestes literas corruperunt, ut novam sibi doctrinam, sine ulla radice ac stabilitate componerent. Ne corrumpe oculos. Plaut. *Amphit. sc.* 3. *a.* 1. Corrumpit consilia farum. Velleius. Hic mihi corrumpit filium. Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Corrumpitur jam cœna. *Ibid. sc.* 2. *a.* 3. Ut sui heri corrumpat rem & filium. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 1. Illa (lena) hanc corruptum mulierem. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Ex amore ejus fateor me corruptum oppidò. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Is corruptus suum portò corrumpit filium (de ganeis.) *Ibid. sc.* 2. *a.* 3. Animo malè est: aquam vehui. Corrupta sum & absumpta sum. Idem *Amph.* Corruptus Bruti animus. Velleius. Video herilem filium corruptum ex adolescente optimo. Plaut. *Mostell. sc.* 1. *a.* 1. ¶ Transfertur & ad animum. Cic. *lib.* 1. *Offic.* Sed corrupti mores sunt, depravatique admiratione divitiarum. Animus largitione corruptus, apud eundem *ad Att.* 8. ¶ Aliquando est subornare, invitare, & illicere muneribus: ἐπιδεξιόω. Cic. *pro Plancio.* Tu doce quod debes, per quem sequestrem, quo divisore tribus corrupta sit. Et *paulò antè*, Quam quisque tribum turpi largitione corrumperet. Corrupti equi macie. Cæs. 3. *de bell. civ.* Et, Corruptæ timore fugientium cohortes. Idem. ¶ Corrumpere, pro stuprare. Suet. *in Cæs. cap.* 50.

**Corrŭptŭs**, a, um: { משחית *moschchàth.* διαφθορεύς. GALL. *Corrumpu & gasté.* ITAL. *Consumato, guastato.* GERM. Verderbt/ zerbrochen/ vnd zerstöret. HISP. *Corrompido y gastado.* ANGL. *Corrupted, vitiated, spilled.* } quod modò participium est: ut, Judicium corruptum, hoc est, pecuniâ à jure & æquitate abductum: apud Cic. *pro Cluent.* Modò nomen ex participio, unde Corruptior, & Corruptissimus. Plin. *lib.* 13. *cap.* 17. Demptis sorticipe corruptioribus acinis. Idem *lib.* 13. *cap.* 3. Quando etiam corruptissimo in genere. ¶ Corruptus, φθορεὺς, qui corrumpi potest, quasi corrupribilis. Salust. *in orat. Lepidi in Isurth. bello.* Ne alium Principem expectantes antè capiamini, non opibus ejus, quæ futiles & corruptæ sunt, sed vestra sorcordia, quàm captum ire licet.

**Corrŭptŏr**, verb. qui corrumpit, depravator, seductor. { משחית *maschchith.* φθορεύς. GALL. *Corrupteur, qui corrompt, & gaste.* ITAL. *Corrottore.* GERM. Ein verderber/ verrübter/ geschender. HISP. *El que corrompe, gastador.* ANGL. *A corrupter he that filleth or marreth any thing.* } ut, Corruptor juventutis. Cic. *in Cat.* Juven. *Satyr.* 1.

*—— narum corruptor avara.*

Mentiris, inquam, meæ corruptor familiæ. Plaut. *Amph.*

**Corrŭptrix**, fœmininum. { משחיתת *maschchithàth.* διαφθορεύς, ἡ φθορεύουσα. } Cic. *ad Qu. Frat. lib.* 1. Tam depravatis moribus, tam corruptrice provincia.

**Corrŭptè**, adverbium. { διαφθορικῶς. GALL. *Par corruption.* ITAL. *Corrottamente.*

*Corrtamente.* GERM. Mit verderbung. HISP. *Por corrutelas.* ANGL. *Corruptlie.*} Cicer. . *de finibus*, De quibus æque deperatè judicant, neque cert pt:.

Cŏrruptissimè, in superl. ut, Corruptissimè dicere, apud Senecam *controvers. lib.10. in 5.*

Cŏrrŭptio, verbale. { משחית *mashchith.* φθορά. GALL. *Corruption, dégast.* ITAL. *Corruzzione.* GERM. Verderbung/ verwüstung. HISP. *Corrution.* ANGL. *Corruption marring spilling.* } Cic. 4. *Tusc.* Morbum appellant totius corporis corruptionem.

Cŏrrŭptēla, idem quod corruptio. { φθορά. ANGL. *Corruption, displaying.* } Ter. *in Adelph.* Communis corruptela nostrûm libertûm. Cic. 2. *Offic.* Melius etiam, quòd largitionem corruptelam dixit esse. Corruptelæ & liberis lustris studet. Plaut. *Asin. fr. 2. a. 5.*

Cŏrrŭo, is: Concido, simul ruo. { נפל *naphál.* πίπτειν. GALL. *Cheoir ensemble, tomber quand & quand.* ITAL. *Cadere, rovinare.* GERM. Fallen/zuhauffen fallen. HISP. *Caer.* ANGL. *To fal downe together.* } Liv. 1. *ab Urbe.* Duo Romani super alium alius, vulneratis tribus Albanis expirantes corruerunt. Cicer. *ad Qu. fratr. lib. 2.* Et illa penè timore, ego risu corrui. Idem 3. *de Orat.* O fallacem hominum spem, fragilemque fortunam, & inanes nostras contentiones, quæ in medio spatio sæpè franguntur & corruunt! Corruere, pro labi & errare. Idem *de senect.* Nec tanquam inexercitatos histriones, in extremo actu corruisse.

*Corruit hæc igitur Musis accepta sub una,*
*Sed non exigua crimine, lapsa domus.*

Ovid. *Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Corruere in magna perturbatione. Liv. 4. *d.* 3. ¶ Corruisse opes dicuntur, quæ corruptæ sunt. Cic. 3. *Offic.*

‖ Corruspor, est simul ruspor, quæro.‖

Cŏrs, cortis, ἕρκος. Vide *Cohors.*

Cŏrsĕæ, νῆσοι. Steph. Insulæ sunt Ioniæ adjacentes, è regione Sami. Plin. *lib. 5. cap. 31.* Ioniæ ora Ægæas & Corseas habet.

Cŏrsĭcă, νῆσος Ptolemæo. { Die Insel Corsica. ITAL. & GALL. *Corsega.* } Insula maris Ligustici, ‖regio titulo illustris, spectat ad Rempublicam Genuensem,‖ longa passuum CL. M. lata autem quinquaginta: sexaginta circiter stadiis distans à Sardinia. Castella habet Belsidos, Caracem, Emiconias, Vapanem. Tæta autem malignè colitur, quòd aspera sit & multis in locis inaccessibilis. A Græcis Cyrnos dicitur, ut Fabio Pictori placet, Herculis filio: Corsicam autem appellatam volunt à quadam bubulci ancilla, cui Corse nomen erat, ut refert Stephanus. ¶ Unde Corsi, οἱ Κύρνοι, hujus insulæ incolæ appellantur: quorum Strabo scribit mitem sua ætate fuisse morum feritatem, adeò ut ex rapto viverent, ipsâsque etiam belluas immanitate superarent. Vide plura de hac insula apud Strab. *lib. 5.* & Plin. *lib. 3. cap. 6.* Genuensibus diu paruit, Ademarchi navarchi auspiciis Mauris erepta.

Cŏrsĭcă, inquit Plin. *lib. 23. cap. 6.* insula in mari Ligustico, sed Tusco propior, septentrione in Meridiem projecta, &c. Notissima est in vino præstante, durante etiamnum nomine, inter quam & magis Meridianam Sardiniam, angustum mare interfluit: de qua Ptolem. *lib. 3. cap. 2.* De hujus asperitate Senec. *cap. 6. lib. 7. & cap. 8. de cons. ad Helv.* Cingitur ab occasu quidem & Septentrionibus mari Ligustico, ab ortu autem Tyrrheno mari, à meridie pelago quod inter ipsam & Sardiniam interjacet. Scribit & Strabo, Corsicam malignè coli, asperam, & pluribus in partibus inaccessibilem, adeò ut qui ejus montes habitant, ex latrociniis vitam degant, immanitatéque feras superent. Hinc factum esse dicit, ut quum Romani Imperatores in eos irruebant, magnum servorum gregem captum adveherent. Athenæus tradit Corsicæ incolas ideò longævos esse, quòd mellis cibo, quo plurimùm abundant, utantur assiduè. Quod alicui mirum videri potest, quum ejus insulæ mel ob taxi copiam venenatum sit, ut est testis Ovid. *Eleg. 1.*

*Mella sub infami Corsica mittit apis.*

Præterea Servius Grammaticus Corsicana mella amara esse scribit, explicans illud Virg. *Georg. 4.*

*——— hinc cæli tempore certo*
*Dulcia mella premes.*

Dulcia, inquit, non est superfluum epitheton. Nam ideò alt dulcia, quia etiam sunt amara, ut Corsicana. Hæc ille. Vide *Corsis.*

Corsis, νῆσος. Insula in mari Tusco, à Corse ancilla bubulci: aliàs νῆσος. Corsica dicta: gentile Corsi. Stephan. De Corsica proximè dictum est.

Cŏrsŏĭdēs, λίθος, lapis canitiei humanis similis. Plinius *lib. 37. cap. 10.*

‖ Corsus, qui primus barbam sibi abrasit. Rhod. ‖

Cŏrtex, { קליפה *peri salâh.* φλοιός, πίλος, λέπος, λέπυρον. GALL. *Escorce.* ITAL. *Scorza, corteccia.* GERM. Rinden. HISP. *Corteza, cosso de arbol.* ANGL. *The barke of a tree.* } tam masculini, quam fœmini generis. Est veluti corium cujusque rei: ut arboribus liber, & in cæteris rebus crusta quædam ad tegendum data. Nam corium proprié animalium est. Ovid. *lib. 1. Metam.*

*Sensit adhuc trepidare novo sub cortice pectus.*

Virg. 7. *Æneid.*

*——— rapeum de subere cortex.*

Idem *Ecl. 6.*

*——— mascos circumdat amaro*
*Corticis.*

Horat. 2. *Serm. satyr. 4.*

*——— simul ac duraverit ætas*
*Membra animumque tuum, nabis sine cortice.*

id est, citra custodem ac pædagogum ipse te reges ac moderabetis. Acron proverbii admonet, putatque metaphoram mutuò sumptam à juvenibus, qui cùm primitus nare discunt, corticibus ac suberibus ventri subligatis natant: deinde exercitationes extra ejusmodi adminicula natare incipiunt.

Cŏrtĭcŭlă, diminutivum. { φλοιός. GALL. *Petite escorce.* ITAL. *Scorza picciola.* GERM. Kleine rinden. HISP. *Pequeña corteza.* ANGL. *Litle thinne barke.* } Columell. *lib. 12. cap. 47.* Tum resolutis corticulis eximimus eum.



Cŏrtĭcōsus, a, um: Corticibus plenus. { φλοιώδης. GALL. *Plein d'escorces, ayant plusieurs grosses escorces.* ITAL. *Scorzoso, pieno di scorza.* GERM. Rindichtig/ Das allenthalben vil rinden hat. HISP. *Lleno de corteza.* ANGL. *Full of barke or that hath thick barke.* } Plin. *lib. 12. cap. 14.* Quod in arbore hâsit ferro depectitur, ideò corticosum.

Cŏrtĭcātus, a, um: { λεπιδωτός. GALL. *Qui a escorce.* ITAL. *Che a scorza.* GERM. Das rinden hat. HISP. *Cosa que tiene corteza.* ANGL. *That hath barke or is couvred with barke.* } Quòd corticem habet: Columell. *lib. 12. cap. 23.* Pix corticata appellatur, qua utuntur ad condituras Allobroges.

Cōrtēs, sunt villarum intra maceriem spatia. Varr. *de re rust.* Nec minus & à pabulo quum redierint asseres, sues, porci in corte exteriore. Idem *de vita pop. Rom.* Æstivo tempore in propatulo, rarè in corte cœnitabant. Ex Nonio.

Cōrtīnă, multa significat. Nam cortinæ sunt vasa in quibus pigmenta coloresque coquuntur, quibus lanæ imtinguntur, & vellera pinguntur immersa. Plin. *lib. 35. cap. 6.* Fit etiam apud infectores ex flore nigro, qui adhæresceit æreis cortinis. ¶ Servius autem in illud Virgil. 6. *Æneid.*

*——— neque te Phœbi cortina refellit,*

cortinam interpretatur tripodem Apollinis, unde oracula reddebantur, vel quòd Apollinis tripus cortio Pythonis serpentis tectus esset, vel quòd certa illic responsa funderentur, quasi Certina: vel quòd illic cor vatis teneretur. Illuc enim raptæ Phœbades vaticinabantur. Hæ alio nomine Delphicæ dicebantur, quòd in eum potissimùm usum fierent, ut Apollini dicarentur. Plin. *lib. 34. cap. 3.* Ex ære fecitavêre & cortinas tripodum nomine Delphicas, quoniam donis maximè Apollinis Delphici dicabantur. Cortinas aureas Apollini dedicare. Suet. *in Aug. cap. 52.* ¶ Cato Cortinam plumbeam accipit pro vase quò oleum fluit, quumin torculari à factoribus premitur. Ait enim, Cortinam plumbeam in lacum ponito, quò oleum fluat. ¶ Item Cortinæ dicuntur aulæa & vela ad locum aliquem conregendum. περιστόμια. Unde Hieronym. *in Exod.*

*Decem cortinas facito de byssi retorta.*

Hæc etiam Velaria, à velis dicta sunt. Nam velum, plagæ, & stragula, idem significant. ¶ Item locus velatus in theatro, ex quo egrediuntur histriones & mimi, Cortina dicitur. Virg.

*——— magni cortina theatri.*

Alii theatri convexam & sinuosam capacitatem intelligunt. ¶ Cortina pro hemisphærio cœli. Ennius apud Varronem.

*Corpore cæruleo cava qua cortina receptat.*

Cōrtĭnālĕ, à cortina, sumitur pro loco in quo sunt Cortinæ, hoc est, vasa quibus sapa decoquitur. Col. *lib. 1. cap. 6.* Cortinale quo defrutum fiat, nec angustum, nec obscurum sit, ut sine incommodo ministrer qui sapam decoquit, versari possit.

‖ Cortinarii, qui ministrant tabernaculo Imperatoris. Buleng. ¶ Sunt item stationarii ante tentoriûm Imperatoris. Codin. ¶ Item qui cortinas extendunt. Cath. ‖

Cōrtĭnĭpŏtēns, nomen Apollinis, apud Lucil. *lib. 7.* antiquâ poëtarum licentiâ confictum.

*Hunccine ego unquam Hyacinthi hominem cortinipotentis*
*Deliciis contendi?*

Non, in *Contendere.*

‖ Cortiza, V. E. Moscoviæ, milliari cum dimidio Italico distans ab urbe Moscuâ. ‖

Corton, νῆσος, Thessaliæ civitas, distans à Cranone centum circiter stadiis. Steph. ex Strabone.

Cortona, æ, sive Corton, nis. Tusciæ oppidum fuit non procul ab Arretio, cujus incolæ Cortonenses appellantur, quorum meminit Plin. *lib. 3. cap. 5.*

Cōrȳnă, sive Gortina. γόρτυς Steph. γορτύνη Strab. insignis urbs Cretæ fuit, quam præterlabitur Lethæus amnis. Plin. *lib. 4. cap. 12.* & Pompon. Mela *lib. 2.* Circa hanc urbem calami nascebantur sagittis conficiendis in primis idonei. Silius *lib. 2.*

*Eois quamvis certet Cortyna sagittis.*

Cōrtȳnĭus, a, um, ut Cortynia tela. Sil. *lib. 1.*

*——— certis cortynia nervis*
*Tela sonante fugat nervo.*

¶ Cortynia vestis, pro venatoria. Claudian. *lib. 2. de rapt. Proserp.*

*——— unde Diana*
*Crispatur gemino vestis Cortynia cinctu.*

‖ Cortzena, M. sub P. Constantinopolitano.

Corvitor. Legitur hæc vox apud Fest. Simpludearia signa sunt, quibus adhibentur duntaxat ludi corbitoréque. Ibi Scal. Cetmatores; hîc Verrius vel Festus vocat corbitores, more scribendi antiquitus imperitis librariis usitato, qui *b* cum *m*, & contrà commutabant; Corvitores enim sine dubio dicendum erat. ‖

Coruncanus, primus Romæ Ethnicæ Pontifex maximus fuit de plebe, quem Cic. *pro domo sua ad Pontifices*, Pontificii juris peritissimum fuisse testatur. Is quum Legatus ad Teucam Illyricorum reginam missus esset, in reditu contra jus gentium interfectus est. ¶ Fuit & alter Coruncanus, qui adversùs Amilcarem & Barchamin in Sicilia missus est, cujus meminit Polybius.

Cōrus, sine h, χόρος: ventus flans ab occasu solstitiali, Aquiloni oppositus, teste Plin. *lib. 2. cap. 47.* { GERM. Der wind so von dem/ Sommerlichen nidergang der Sonnen her wehet. ANGL. *That north west wind.* } Juvenal.

*Atque habites Coro semper tollendus & Austro.*

Quandoque mutantes o, in au, Caurum dicimus. Virg. 3. *Georg.*

*Semper hyemes, semper spirantes frigore Cauros.*

¶ Est item Corus, μέτρον, mensuræ genus, quadraginta quinque modios continens: modius verò XX. capit sextarios. In qua significatione prior hujus dictionis syllaba corripitur.

Cōrŭsco, as. Splendere, & propriè cœli est, quum in eo ignis ostenditur sine tonitru. { ברק *barák.* ἀφεγγίζειν, αἰθέσθαι. GAL. *Esclairer, resplendir.* ITAL. *Risplendere à guisa di baleno.* GERM. Scheinen vnd leuchten/ blingen. HISP. *Resplandecer.* ANGL. *To blister or shyne.* } Cic.

*de Orat.* Flamma inter nubes coruscat, cœlum tonitru contremit. Virg. 4. *Georg.*

——— *alueare alia, & fulgore coruscant.*

¶ Interdum accipitur prò vibrare, habetque accusativum adjunctum: ut Coruscare gladium, vel hastam. { Angl. *To brandishe and shake a sworde.* } Virg. 10. *Æneid.*

*Talia vociferans sequitur, strictámque coruscat*
*Mucronem.*

Idem. 12. *Æneid.*

——— *editque moras, hastámque coruscat.*

¶ Interdum absolutè, pro vibrari & concuti. Juven. *satyr.* 3.

——— *longa coruscat*
*Sarraco vexillum abies.*

Cŏrŭscāmĕn, ἀφανισμός. Coruscatio. Apul. *de Deo Socratis.* Veluti in arctissimis tenebris rapacissimo coruscamine.

Cŏrŭscŭs, a, um: Resplendens, micans. { נוצץ *nogheách*, נוגה *nogháh*. λαμπρός, φαιδρός. Gall. *Resplendissant, brillant.* Ital. *Resplendente.* Germ. Scheinend/ gwinstend/ gleissend. Hisp. *Cosa que resplandece.* Angl. *That glitstereth or shyneth.* } Virg. 2. *Æneid.*

——— *fit ferri acies mucrone corusco,*

¶ Ignis coruscus. Horatius 1. *Carm. Ode* 34. ¶ Auro coruscus. Virg. 9. *Æneid.* ¶ Radii coruscì. Ovid. 5. *Metam.* ¶ Sylvæ coruscæ, hoc est, crispæ, vel crispantes. Virg. 11. *Æneid.*

——— *tum sylvis scena coruscis*
*Desuper.*

Cŏrvŭs. Nota avis, omnium nigerrima. Refert tamen Perottus quum apud Alphonsum Siciliæ Regè Neapoli sub Calixto Pontifice esset, se vidisse Corvum à Rege Britanniæ missum miro candore conspicuum. { ערב *oreb.* κόραξ. Gall. *Corbeau.* Ital. *Corvo.* Germ. Ein rab. Hisp. *Cuervo.* Angl. *A raven.* } Cic. 1. *de nat. deor.* Milvo est quoddam bellum quasi naturale cum corvis. Idem 1. *de Divin.* Quid augur? cur à dextrâ corvus, à sinistrâ cornix faciat ratum? Græcis κόραξ dicitur: quo verbo aliquando & Latini utuntur. Idem, Quare coracem illum vestrum patiamur nos quidem pullos suos excludere. Plaut. *Asin.* Picus cornix ad lævam, corvus ab dextra consudent. Non temerè est quòd corvus cantat mihi nunc ab læva manu, simul radebat terram, & voce crocitabat sua. Idem *Aulul. fr.* 3. *a.* 4. ¶ Abi ad corvos, βάθι' ἐς κόρακας, perinde valet quasi dicas, Abi in malem rem atque exitium. Aristoph. *in Nub.* Corvus albus, κόραξ λευκός, de raro invento dicitur. Juvenal.

——— *Cervo quoque rarior albo.*

Amm. *in Epigram.* Οὔτως ἴδον λευκὸν κόρακα, νέλαφόν τε χελώνην Εἶφαι id est,

*Aut album corvum prius, aut testudo volaverit*
*Invenietur.*

¶ Corvi luscinis honoratiores, κόρακες ἀηδόνων αἱλκιμώτεροι. Quum indoctis doctis præferuntur, improbi probis, blatterones eloquentibus, rapaces & furaces cordatis ac integris viris. Aut quum plus tribuitur improbitati & audaciæ, quàm eruditioni & sapientiæ. ¶ Corvus serpentem, κόραξ ὄφιν, ubi quis suo ipsius invento perit. Sumptum ex apologo quodam Æsopi: Corvus esuriens, serpentem in aprico dormientem conspicatus rapuit, à quo morsus periit. ¶ Corvos sequi, proverbialiter dicitur de eo, qui nullum certum vitæ genus ingressus est. Cujus proverbii origo inde sumpta, quòd corvi instabiles sint, & huc illúcque transvolent, & jam in arboribus, jam in palustribus & aquaticis conlideant. Pers. *satyr.* 3.

*An passim sequeris corvos testáque lutóque,*
*Securum quò pes ferat, atque ex tempore vivis.*

¶ Corvinus, quod est à corvo: ut, Rostrum corvinum, adeps corvinus: vel quod est nigri coloris tanquam corvus. ¶ Corvus est etiam piscis marinus, corporis forma milvo pisci similis, aculeorum, pinnarumque magnitudine discrepans: cujus dorsum ex cæruleo nigricat, latera rubescunt, cùm venter sit lactei coloris. De eo Athen. *lib.* 8. Plin. *lib.* 32. *cap. ult.* ubi à Coracino distinguit.

Cŏrvīnŭs, a, um, κορακῖνος: ut, Corvinum rostrum, corvinus adeps, corvinum ovum. Valerius Corvinus, de quo Gell. *cap.* 11. *lib.* 9.

Cŏrybāntēs, κορύβαντες. Cybeles sacerdotes, qui facto correpti furore cymbala pulsabant, capitáque saltando jactantes, alios in similem rabiem agebant. { Germ. Dasinnige pfaffen der göttin Cybeles/ welche ein hauffen Saturn gerodten ist. } Homerus βεκκιμώτας vocat. Hinc (inquit Strab. *lib.* 10.) quia capita saltando jactant, & numinis aspiratione, furíisque agitantur, Corybantes dicimus. Hi primùm Idam Phrygiæ montem tenuisse dicuntur: postea autem in Cretam navigasse, montémque quendam incoluisse, quem à nomine veteris sedis, etiam Idam appellarunt: ubi & Jovem infantem alucrunt, tympana jugiter pulsantes, ne Saturnus (qui cum Titano fratre convenerat, ut sobolem omnem masculam interficeret) puerum vagientem audiret. ¶ Sunt qui Curetas, & Corybantas, & Caberos, & Idæos dactylos eosdem esse putent. Dictos volunt à κορύπτειν, quod est caput saltando jactare, vel (ut Hermolaus *in Castr.* sentit) à pupillis oculorum & genis, quas Græci κόρας vocant, quippe qui quum Iovis custodes essent, non modò excubare, sed etiam apertis oculis dormire cogerentur. Inde κορυβαντιᾶν, est insanire, & κορυβαντιασμός, hoc est, malo quodam genio agi. ¶ Diodorus Corybantem scribit Jasonis & Cybeles filium fuisse, ac simul cum Dardano Matris sacra deûm in Phrygiam detulisse, eósque qui in sacrificiis ejus deæ incumbere voluerunt, de suo nomine Corybantes appellasse. ¶ Alii à galea dictos volunt, quæ Græcè κόρυς dicitur, quòd galero quodam capita tecti insaniendo luderent.

‖ Corybantia, ubi eorum sacra fiunt. Rh.

Corybantismus, lustratio facta per Corybantes. ¶ Est item morbus imaginosus, quem superstitiosa vetustas à Corybantibus immitti credebat. ‖

Cŏrycæi, per æ, diphthongum. { מרגלי *meraghelí*, רגל *ter.* κορυκαῖοι. Gall. *Espions, gens curieux.* Ital. *Spie, curiosi.* Germ. Auszspeher. Hisp. *Los assechadores ò espias.* Angl. *Espiers.* } Dicuntur exploratores. Cic. *ad Attic.* Omnes enim Corycæi subausultare videntur quod loquor; nam tota Corycì montis Asiatici, seu (ut quidam dicunt promontorii in Creta præternavigatio montibus plena fuit, qui dispersi per portus ad mercatores furtim accedebant. & subauscultabant quid rerum ferrent, quò navigarent, ut postea discedentes adorientur, ac dispicerent. Ex quo factum est, ut omnes curiosi secreta auscultantes, Corycæi dicerentur, & in proverbium esserit, Hunc Corycæus auscultavit, τοῦτον κορυκαῖος ἐφράσθη: quod de eo dici solet, cujus consilia secreta patefacta sunt.

Corycia, κώρυκα, promontorium Cretæ, & portus Æthiopiæ. Stephanus.

Cŏrycium, { κωρύκιον, βολάνιον. Gall. *Bouse, besace, malle.* Ital. *Bolgia, bisaccia.* Germ. Ein bulgen/ wie es die reuter an den sattelbogen henken/ vnd gelt oder andere dinge füren. Hisp. *Talega.* Angl. *A bougett a bagge.* } Diminutivum est à κώρυκος, quod significat peram, qua equites utuntur ad circumferendum viaticum, vel aliud quidvis, vel etiam panarium, quod & βαλλίδιον Græci appellant, vel rete capiens panem, φάγρον. Suidas.

‖ Corycus. Hes. κώρυκος βολάνιος, i. e. sacculus. Diminut. κωρύκιον, parva bulga. ¶ Est & nomen urbis & montis excelsi in Cilicia optimum crocum ferentis. ‖

Cŏrycĭus, a, um, κωρύκιος: ut, Crocum Corycium. Mart. *lib.* 13.

*Victima Corycio quæ cadit ante croco.*

¶ Specus Corycius, non longè abest ab urbe Coryco: à quo Corycides nymphæ dictæ. Ovid. *lib.* 1. *Metam.*

Κώρυκος, Steph. Urbs Ciliciæ, apud quam fuit Corycium antrum illud nympharum, res maximè admirationis: quamvis & aliud ejusdem nominis in Parnasso feratur. Urbem etiam Coryceam vocant. ¶ Est etiam κώρυκος ὁ, mons excelsus & tubens prope Teon Ioniæ, & portus & parva insula ejusdem nominis, ubi Corycæi maximè piraticam exercebant, de mercibus & navigationibus per vicinos portus furtim auscultantes: unde proverbium de curiosis circa secreta, Corycæus auscultavit. Steph.

Corycides, Nymphæ à specu dicuntur, apud Ovid. *lib.* 1. *Met.*

Corydalla, κορύδαλλα, urbs Rhodiorum. Gentile, κορυδαλλεύς. Steph.

Corydallos, κορύδαλλος, vicus in tribu Hippothoontide: tribulis κορυδαλλεύς. Steph.

Cŏrydălus, { κορύδαλος. Gall. *Alouette.* Ital. *Lodola.* Germ. Ein lerch. Hisp. *Cogujada.* Angl. *A larke.* } Avis est habens in vertice capitis pennas aliquot erectas, quæ coni galeæ speciem præbent. Unde & nomen accepit: nam κόρυς galeam significat. Latini Galeritam appellant. ¶ Oportet omnibus corydalis cristam inesse, malum κορυδάλου χρὴ λόφου ἐνεῖναι. Citatur ex Simonide, & usurpatur aliquoties à Plutarcho, nominatim in vita Timoleontis in hunc sensum: Nullum esse mortalis ingenium, cui non sit aliquod vitium admixtum.

Corydon, Pastor Theocrito & Virg. memoratus.

Coryon, κώρυον, urbs Accaronum in Italia. Steph.

Coryleum, κωρύλειον, vicus insignis in Paphlagonia: incola κωρυλεύς. Steph.

Cŏrўlĕus. { κόρυς, ἡμιπλινθιὰς, sive πλινθίς. Gall. *Couldrier, noisetier, avelanier.* Ital. *Cicciolare.* Germ. Haselstaud/ oder haselnuß. Hisp. *Avellano, arbol conocido.* Angl. *An hasell nutte or filbert tree.* } Arbor & fructus à nostris avellana dicitur. Virg. 2. *Georg.*

*Plantis, & dura coryli nascuntur.*

Idem *eodem lib. Dura coryli*: duras autem dixit, non ad lignum, sed ad fructum earum referens. Servius.

Cŏlŭrnŭs, a, um: ut, Columna opera, ex corylo arbore facta. Vide *suprà* suo loco.

Cŏrylētum, locus est frequentibus corylis consitus. { τόπος ἡμιπλινθιάδων κορύλλων πολύκαρπος, ὁ λεπτοφυὴς, εὔκαρπος. Gall. *Ne couldreye, moliere parsemé de couldres.* Ital. *Luogo piantato de nicciolari.* Germ. Ein ort da vil haselstauden sind. Hisp. *Avellanedo, lugar de avellanos.* Angl. *Place where many hasell trees groweth.* } Ovid. 2. *Fast.*

*Illa modò in sylvis inter Coryleta latebat.*

Cŏrўmbi, { ברש *péret.* βότρυς. Gall. *Grains semblables à raisins, comme ceux d'un lierre, & semblables.* Ital. *Corciole dell'era.* Germ. Xebben beere. Hisp. *Vuas de yedra.* Angl. *Berries of ivie, or ether lik.* } Uvæ hederarum quibus coronabatur Bacchus. Tibullus,

*Sed varii flores, & frons redimita corymbis.*

Plin. *lib.* 16. *cap.* 34. de hedera loquens: Racemis in orbem circumactis, qui vocantur Corymbi. ¶ Est etiam Corymbus fructus chrysocomæ, sive chrysitidis herbæ, & aliarum, quæ uvas ferunt hederaceis similes. Plin *lib.* 2. *c.* 8. Chrysocome, sive Chrysitis, non habet Latinam appellationem: palmi altitudine est, comantibus fulgore auri corymbis, radice nigra. ¶ Meos corymbos necto, τοὺς ἐμοὺς κορύμβους πλέκω. Ubi quis respondet quod nihil pertineat ad interrogata. ¶ Corymbi translatè de papillis uberum. Sammonicus *cap. de mammis.*

*Lumbricis terra turgentes unge corymbos.*

Cŏrymbĭfĕr. { κορυμβοφόρος. Gall. *Qui porte grains semblables à raisins, comme lierre.* Ital. *Che produce tali corciole.* Germ. Das die beere oder trauble tregt. Hisp. *Que trae racimos de la yedra.* Angl. *That beareth berres lyk ynie.* } Qui fert corymbos, sive hederam. Ovidius,

*Festa corymbiferi celebrabat Gracia Bacchi.*

Cŏrymbĭă, æ, ferulæ caulis decoctus, muriâque & melle condìtus. Plin. *lib.* 19. *cap.* 9. Semen ferulæ in Italia cibus est: conditur quippe, duráque in urceis vel anni spatio. Duo ea genera: caules, & racemus. Corymbiam hanc vocant, corymbósque quos condiunt.

Cŏrymbītēs, κορυμβίτης. Tithymali species, alias πιτυόφυλλος vocata, à foliorum latitudine. Pisces necat, alvum solvit radice, vel folio, vel succo. Plin. *lib.* 26. *cap.* 8.

Corymbium, vide *Capillamentum.*

Coryneta, κορυνήτης. Suidæ, latro fuit famosissimus, Vulcani filius, qui juxta Epidaurum hospites clava quadam, quæ Coryna dicebatur, peremit: unde & hoc nominis sibi sumpsit: priùs enim Periphætum vocatum tradunt. Hanc Theseus interfecit.

Cŏryphæus,

Cōrypheūs, κορυφαῖος. Mons est circa Epidaurum Dianæ sacer. Stephanus.

Cōrypheūs, dux, cujusque rei caput & princeps. {κορυφαῖος. Gall. *Le chef & le premier, le principal, & le plus excellent des autres.* Ital. *Primo, più degno in ogni ordine.* Germ. Der oberst und fürnembst in einem handel/ etc. Minsfürn. Hisp. *Lo primero ò mas digno en todo orden.* Angl. *The chief or principal in any thing.*} κορυφὴ τῶν κορυφῶν, hoc est, à vertice capitis. Cicer. 1. *de nat. deor.* Zenonem, quem Philo noster Coryphæum appellare Epicureotum solebat, quum Athenis essem, audiebam frequenter.

‖ Coryphæa, æ, habenæ pars, summum caput equi cingens.‖

Coryphasion, κορυφάσιον. Regiuncula est agri Laconici, circa Pylum. Stephan.

Corythia, quæ & Colycia. Ex genere muricum sunt, æquè turbinata, sed multò minora, otio habitui conservando in primis idonea. Author Plin. *lib.* 32. *cap.* 7.

Cōrytus. {ΓΡΥΤΟΣ *aschaphdh.* κορυτὸς, τοξοθήκη. Gall. *Carquois à mettre des flesches.* Ital. *Carcasso da saetta, turcasso.* Germ. Ein kocher. Hisp. *Carcax ò goldre de flechas.* Angl. *A bowe arrow case.*} Est theca arcuum, sive sagittarum, quamvis sagittarum propriè dicatur Pharetra. Stat. *lib.* 9. *Thebaid.*

——— *cœlestibus implet*
*Corytos telis.*

Virg. *lib.* 10.

*Corytique leves humeris, & lethifer arcus.*

Apud Græcos scribitur per γ, κορυτὸς, ut videre est Apud Homer. *Odyss.* φ.

Cōrythus, κόρυθος. Vulgò *Cortona.* Oppidum Tusciæ, prope Aretium, in parvo colle ejusdem nominis situm, à Corytho rege ita appellatum. Virg. *lib.* 9.

*Nec satis extremos Corythi penetravit ad urbes.*

Cōryzā, æ. {κόρυζα. Gall. *Rhume, catarre, descente ou débordement d'humeurs.* Ital. *Catarro, discesa d'humori.* Germ. Der pnosi. Hisp. *Remadizo.* Angl. *A mutte or destillation of the braine.*} Corruptæ & fœtidæ naturæ defluxio, nares obturans, & vocem obtundens: quam Latini gravedinem appellant. Cels. *lib.* 4. *cap.* 6. Gravedo nares claudit, vocem obtundit, tussim siccam movet, sub eadem salsa est saliva: fauces aures, venæ moventur in capite, turbida urina est. Hæc omnia κόρυζα. Hippocrates appellat: nunc apud Græcos in gravedine hoc nomen servatur.

Cōs, cotis, fœm. generis. Lapis quo cultri acuuntur. {ὀξύνη. Gall. *Queux, une pierre à aiguiser coutteaux, rasoirs, ou telles choses.* Ital. *Cote.* Germ. Ein wetzstein. Hisp. *Piedra para aguzar herramientas, aguzadera.* Angl. *A whetstone.*} Liv. 1. *ab Vrb.* Atqui hoc animo agitavi, inquit, ut novacula cotem discussurum. Hinc Cotes, sive Aconas olearias & aquaticas dicimus, quòd illas ad ferrum acuendum oleo, has aqua madefaciamus. ¶ Cotem alis, ὀξύνω πέτρος. Dicitur in homines edaces plurimique cibi, qui nihilo tamen habiliores reddantur. Nam in cotis macilentiam hodie vulgò jactatur adagium, quum aiunt, *tam pinguem, quàm cotem*, macilentum quempiam esse significantes. ¶ Est & Cos, νῆσος, insula, & civitatis nomen, ut infrà docebimus.

Cōticulā, æ, diminutivum à Cote. {βάσανος. Gall. *Pierre de touche, pierre à toucher & esprouver l'or.* Ital. *Pietra del tocco per far saggi dell'oro.* Germ. Ein wetzsteinlin / item ein probier stein. Hisp. *El cogne de la plata ò del oro.* Angl. *A touch stone to trie gold.*} Plin. *lib.* 23. *cap.* 9. Contrâque suffusiones oculorum cum lacte in coticulis teritur. ¶ Accipitur item pro lapide, quo fit auri, vel argenti experimentum, qui alio modo Index, vel lapis Lydius vocatur. Modicus est, & rarò quaternas uncias longitudinis, binásque latitudinis excedens. Plin. *lib.* 22. *cap.* 8.

Cōticulā, æ, locus unde eruuntur cotes. {τόπος ἀφ' οὗ ἡ πέτρα ἐξορύττεται. Gall. *Vne carriere dont on tire les queux à aiguiser.* Ital. *Luogo donde si cavano le coti.* Germ. Ein ort da man die wetzstein grabet oder außbricht. Hisp. *Lugar donde se sacan las aguzaderas.* Angl. *A quarrie where whit stones or taken out.*} Alphenus *l. Cæsar. ff. de publ.* Cæs. quum insulæ Cretæ cotarias locaret, legem ita dixerat, Ne quis præter redemptorem, post Idus Martias, cotem ex insula Creta fodito, néve eximito, néve avellito.

‖ Cotiarius & famiator, ἀκονητής. Gl. qui cotem acuit.‖

Cos, cōi. Insula est in mari Ægæo, una Cycladum, quam Hercules olim diripuisse fertur, & regem Eurypylum Neptuni filium unà cum liberis & uxore Clytiea occidisse, eo quòd ipsum tempestate eò adpulsum & impeditum, ab urbe & hospitio prohiberent, postquam à vastatione Troiæ & Laomedontis rediisset. Celebratur propter suavitatem vini, quod in ea nascitur. Ab ea fit Cous, a, um. Vocabatur etiam olim Caria, vel Caris, Κᾶρις, Steph. teste: & Meropos, à Merope gigante: Cos autem à Coo Meropis filia, παρὰ Ὁμήρῳ, Homerus. Dicit ut etiam κῶος, vel κῶας & κῶος, ut videtur: quo nomine etiã conditor ejus dicebatur. Genitiis, κῶου, κώου, κῶου, κώου. Est item Cos urbs Ægypti. Item fossa Corinthi, in quam fures & fugitivi includebantur: quæ & Cous, & emuriti in ea Coes. Coos enim fossas & speluncas omnes appellabant. Steph.

Cos, Insula Cariæ attributa, ut Rhodos Lyciæ. Cos alia est à Chio, & à Chea. Con, Ptolem. Coan nominat: alii quoque Coon, & Coum: à qua Cous Apelles cognominatus: & Hippocrates Cous, qui medicinam Clinicam revocavit, densissima nocte latentem, ut *in lib.* 19. scribit Plin. Fuit in ea Æsculapii templum augustissimum. De Junonis æde nemo ignorat, adeò clara, ut de ejus insignibus liberum scripserit Theod. auth. *lib.* 7. Vitru. *lib.* 7. Est mihi pectunculus pisces insignitet sapidus, Varroni celebratus, ut testatur Gellius. Est & bombyx mirabili fœtu operosa, unde & bombycinæ vestes Coæ. Plinius *lib.* 11. *c.* 5. Arist. *de natura animalium*, qui eam Con appellat, vel ut Plin. Coon.

‖ Cosa. Vox Italica, quæ significat rem, à *Causa.*‖

Cosiana, κωσιανὰ, castellum Palæstinæ, in maritima parte Syriæ: gentile, κωσιανὸς. Steph.

Cosmanates, Liguriæ populi sunt. Ptolem. *lib.* 3. *cap.* 1.

Cosmarcha, mundi princeps. Cosmarius, mundi dominus. Cath. ‖

Cōsmētā, Cosmetes: vide *Cosmus.*

Cōsmitto, pro committo, m, literam in s, vertentes, veterea dixêre, teste Festo.

Cōsmŏgrăphĭa. {κοσμογραφία. Gall. *Cosmographie.* Angl. *The description of the world.*} Mundi descriptio. Differt autem à Geographia, tanquam totum à parte: Geographi enim solius terræ situm describunt, præcipuâsque ejus regiones fluminibus & montibus distinguunt: Cosmographi autem, mundi totius, tam elementaris, quàm ætherii cognitionem inquirunt, terræque situm non fluviis, aut montibus, sed cœlestibus circulis discriminant.

Cōsmus, i, κόσμος. Nobilis unguentarius fuit Romæ. Martialis,

*Quòd Cosmi redolent unguenta, facique deorum.*

¶ Hinc Cosmianum unguentum. Petronius, Affer nobis alabastrum Cosmianum. ¶ Κόσμος autem Græcis ornatum significat, & totum universum, quod cœli ambitu complectitur. Germ. Die welt. Cic. 1. *de Univers.* Hunc varietate distinctum bene Græci κόσμον, nos Mundum nominamus.

Cōsmētā, {κοσμητὴς. Gall. *Chambrier. valet de chambre.* Ital. *Cameriere che ha cura d'ornare il patrone.* Germ. Ein zierer oder zierer im einem haus. Hisp. *Camarero que aseyta el señor ò señora.* Angl. *To boye or vallet or the chambar.*} Ornator, servus in familia, cui dominæ, dominive exornandi cura incumbit. Juven. *Sat.* 6.

——— *ponunt*
*Cosmetæ tunicam, tardè venisse Liburnæ*
*Dicitur.*

Cōsmĭcŭs, adjectivum, κοσμικός. Idem quod mundanus. Mart. *lib.* 2.

*Cosmicus esse tibi Semproni Tucca videris:*
*Cosmica Sempronii tam mala quàm bona sunt.*

‖ ¶ Item sæcularis extra cletum. L. gr. b.

Cosmiarium, tributum pro mundo muliebri. Buleng.

Cosmocrator, mundi imperium habens. Tertull.‖

Cōsmŏgrăphĭa, κόσμος & γράφω, descriptio mundi.

Cosmographus, mundi descriptor, à κόσμος mundus, & γράφω scribo.

Cosmon, jumentum. Monocosmon, vehiculum ab uno jumento tractum. Lex. gr. b.

Cosmopolis, *Cosmopoli*, urbs Ilvæ insulæ, à Cosmo Medicæo, Magno Etruriæ Duce exstructa.

Cossa, pro coxa, veteres dixerunt: inde cossigerare Accio, pro in coxam aggerare & attollere. Turneb. *lib.* 29. *cap.* 19.

Cossia, fœmisecium. L. g. b.

Cossa, κῶσσα Steph. Oppidum est in Umbria Italiæ regione. Author Plin. *lib.* 3. *cap.* 5. hodie Orbicellum vocant.

Cosses, à Plin. vocantur vermiculi in ligno nascentes, *lib.* 30. *cap.* 13. quos alii in locis Cossos vocat. Cosses (inquit) qui in ligno nascuntur, sanant ulcera omnia. Vide *Cossus.*

Cossica, κῶσσικα, pars Persidis, incolæ Cossæi: est Thraciæ oppidum, Steph.

Cossim, pro coxim. Apul. Vide & *Coxim.*

Cossio Vasatum, *Basas.* (Vasconicè B, pro V.) V. E. Vesatensis Vasconiæ, sub A. Auscensi, vel Auxitanensi.

Cossus, vermis in ligno editus, qui apud Phryges, & in Ponto pro delicatissimo cibo sumitur. {ψὴν Βασκ. ἐνγαδὰν, μάλαξ, ξυλοφάγος. Gall. *Vn ver qui s'engendre dans le bois, & qui le ronge.* Ital. *Verme che rode il legno, tavola.* Germ. Ein holzwurm der in den bäumen wachßt. Hisp. *El gusano que roe la madera.*} Plin. *lib.* 17. Prægrandes roborum vermes delicatiore sunt in cibo (Cossos vocant) atque etiam farina saginati. Idem *lib.* 11. *cap.* 15. Nec enim cossi tantùm in eo, sed etiam scabani ex eo nascuntur. A similitudine horum vermium homines rugosi corporis, ab antiquis Cossi dicti sunt: unde & Cossutiorum familia apud Romanos dicta est, ex qua fuit Cossutia uxor Cæsaris, cujus meminit Suet. *in vita ejus.* Similiter & Cossuvii, & Cossuviani.

Cossus, κῶσσος, mons Bithyniæ: incolæ Cossæi. Steph.

Cōssūtĭi, vide *Cossus.*

Cōstæ, arum, sunt ossa illa spinæ cohærentia, intestinâque suo complexu coërcentia. {πλευραὶ. πλάγιοι. Gall. *Costes.* Ital. *Costa.* Germ. Ein ripp. Hisp. *Las costillas.* Angl. *The ribbes.*} Virg. 3. *Georg.*

*Et pedibus subigit terram, fricat arbore costas.*

Ita plagis costæ callent. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3.

Cōstātŭs, a, um. Adject. πλαγιώτης. ut Costatum corpus. Varro 2. *de re rust. c.* 5. Corpore amplo, bene costato, latis humeris, bonis clunibus, &c. de pecudibus.

Cōstŭs, fœm. gen. sive Costum, neut. {κόστος Dioscoridi, κόστος Straboni. Gall. *Herbe nommée de quelques uns du Cost, ou du coq, & d'autres Poivrette.* Ital. *Costa herba.* Germ. Ein wolgeschmackte wurtzel auß Arabia/ Judia und Syria. Hisp. *El costo, especia oloroso.*} Frutex est exiguus in Arabia, Indiæ & Syria nascens, radicem ferens eximi odoris, quam non secus ac thus dils suis adolebat antiquitas. Plin. *lib.* 12. *cap.* 12. Radix costi gustu fervens, odore eximio, fructice aliàs inutili.

Cōsўrā, κόσυρα, insulæ nomen est in mari Libyco, cujus incolæ Cosyrii, κοσυρῖται dicuntur. Ovid. 3. *Fast.*

*Fertilis est Stelite, sterili vicina Cosyræ*
*Insula, quam Libyci verberat unda freti.*

Cotaria, sive Cotoria, vide *Cos.*

Cothō, is, κόθων, insulæ exiguæ nomen, quæ Byrsæ Carthaginensium arci subjacebat, Euripo circundata, circumquaque navalis usum præbens. Author Strab. *lib.* 17. Servius verò in illud Virg. *Æneid.* 1.

*Hic portus alii effodiunt.*

Portus manu factos Cothonas vocari asserit. ¶ Est & Cothon, genus poculi fictilis, parvum quidem, sed militum usui accommodatissimum, ut quod nullo negotio gestari posset, & in pera militari circumferri. Authores Suidas, & Athenæus *lib.* 11.

Cōthūrnŭs. {κόθορνος. Gall. *Vn certain brodequin ou chaussure ancienne.* Ital. *Borzachino coturno.* Germ. Seidschuh an den halben

woden. Hisp. *Borzeguí.* Angl. *A kind of buskins whiche came over the calf of the legge.* } Calceamenti genus erat subere sublevatum, quo tragœdiarum actores in scena utebantur, ut proceriores viderentur. Erat autem calceamentum ἀμφοτερόδεξιον, hoc est, tam dextro, quàm sinistro pedi conveniens, & de suris solet religari. Unde illud apud Virgilium 1. *Æneid.*

*Purpureúsque alèt sura vincire cothurno.*

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

*Et dedimus tragicis scriptum regale cothurnis,*
*Quaque gravis debet verba Cothurnus habet.*

Idem *ibid.*

*Impia nec tragicos tetigisset Scylla cothurnos.*

In cothurnos ne assurgat Comœdia: Tragœdia ne ingrediatur socco. Quint. Utrique pedi aptum cothurnum fuisse, unde abierit in proverbium, docet Plut. *in Nic.* ¶ Potest etiam hoc nomine appellari hoc calceamenti genus subere suffultum, quo in Italia mulieres hodie utuntur, ut Heroidum filiam proceritatem videantur referre, cujus meminit Juvenalis,

——— *si brevis aevi*
*Sortita est lateris spatium, brevisque videtur*
*Virgine Pygmæa nullis adjuta cothurnis.*

¶ Aliquando pro sublimiori dicendi genere. Virg. *Eclog.* 8.

*Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.*

‖ Cothurnarius stilus, initio *lib.* 28. Ammiani, pro tragico. ‖

Cōthūrnātŭs, a, um, adject. ἐμβατηριοδιδασκαλικός. Martialis,

*Grande cothurnati ponè Maronis opus.*

——— *non est*
*Illa cothurnatis inter habenda Deis,*

Ovid. 4. *Fast.* de Flora.

Coticula, vide *Cos.*

Cōtĭdiē, vide *Quotidie.*

Cotinus, κότινος. Oleastri genus, quo Olympionicæ coronabantur. Aristoteles Philostephanon appellat. ¶ Est & frutex hoc nomine in Apennino, ad linimenta modo conchylii colore insignis. Author Plin. *lib.* 16. *cap.* 18.

Cotiso, Dacorum rex fuit, à Cornelio Lentulo Augusti Legato in Pannonia superatus. De eo Suet. *in Aug. cap.* 63. Ita ut Augustus ejusdem vellet esse & socer & gener.

Cōtŏnĕa, æ, à Venetis dicta fuit herba quam Galli *Halum* appellant, similis cunilæ bubulæ, tota odorata, capitula habens thymi, dulcis alioqui, & sitim sedans. Vide Plin. *lib.* 26. *cap.* 7. σίφωνι παραπλήσιον.

Cŏtŏnĕum, i. } κυδώνιον, Gall. *Pomme de coing, un coing.* Ital. *Pomo cotogno.* Germ. Rütten. Hisp. *Membrillo.* Angl. *A quince peare.* } Mali genus, primùm è Cydone Cretæ urbe advectum: unde & Cydonium à Græcis appellatur: nam Cotoneotum nomen à Cotone primùm profectum putatur. Varro *lib.* 1. *cap.* 59. Condiciva mala cotonea. Ejus varia sunt genera. Quædam enim incisuris distinguuntur, colore ad aurum inclinato: unde & Chrysomela dicuntur. Alia candidiora, præstantissimi odoris, Nostratia cognominata. Sunt & Neapolitana, & minora ex eodem genere Struthea, serotini proventus, sed odoratiora. Sunt & præcoqua, mustea: item sylvestria minora, sed à strutheis odoratissima. Hæc Plin. *lib.* 15. *cap.* 11. ‖ Vide *Cydonium.*

Cotopitæ, circumcelliones, Hæretici. Isid.

Cotradis. V. A. sub P. Constantinopolitano. ‖

Cottă, Clarissimus orator fuit, Ciceronis coætaneus, quem etiam interloquutorem induxit *in lib. de Oratore.* ¶ Fuerunt eodem tempore & alii Cottæ duo, quorum alter contra Mithridatem infeliciter pugnavit, & Syllam Cæsari conciliavit. Alter Legatus Cæsaris in Gallia, insidiis circumventus, ab Ambiorigis ducis exercitu interfectus est. Pædianus.

Cottabus, κότταβος. Ænea phiala, quam peracto convivio mensæ imponere solebant vino plenam: deinde in minora pocula ab alto miscentes, sonum edere: qui si illisu major ederetur, ab amasiis amari se augurabantur. ¶ Accipitur & pro ipso sono, qui hoc pacto edebatur. Unde κοτταβίζειν verbum Græci usurparunt, pro eo quod est sonum hujusmodi edere, & κοτταβίσαι, pro hoc ludi genere: item κοτταβία, præmia victori hujus ludi dari solita, quæ teste Athenæo, fuerunt μυροπώλια, hoc est, triticeæ placentulæ & sesaminex. Aristoph. quoque, qui hoc genere ludi se recreabat, μεθυσοκοτταβίζειν appellavit, quòd vix aliter, quàm vino madentes id agerent. ¶ Plaut. *in Trin.* Cottabum videtur appellare sonum flagrorum, qui inter verberandum redditur. Cavetis (inquit) ne cottabi bubuli crebri in te crepent.

Cŏttăna, κόττανα, ficus exiguæ, verùm jucundissimo sapore, Syriæ peculiares. Plin. *lib.* 14. *cap.* 5. Scribitur & Cotona, vel Coctona, sive Cottona: aut, ut alii volunt, Cotana, vel Coctana. ‖ Juvenal.

——— *quo prima & cottana venit?*

Usurpat & Martialis *cottana*, vel *coctana.* ‖

Cŏttĭæ Alpes, pars Alpium, Leponcis proxima, duodecim olim civitatibus insignis, quæ Cottianæ dicebantur, nomine accepto à Cottio rege, Augusti Cæsaris amico, qui eum tractum structis molibus transitu commodiorem reddidit. { Germ. Das hoch Alp gebirg so sich von S. Bernharts berg an richtig gegen Mittag an das Ligurisch meer streckt/ so auch den Montenesi begreifft. Stumpff. } Vulgò *Monte Cinisio.*

Cottius rex. Suet. *in Neron. cap.* 18. & Cotii Regnum, nomen loci. Suet. *in Tib. cap.* 32.

‖ Cotum, gossypium. Arab. קטן *katin*, quia subtilis lana. Hebr. *katón*, est parvum, subtile esse. Gallis itaque rectiùs *coton.* Hisp. Cum articulo Arab. *algodon.*

Cotula, pro mentura. Vide *cotyle.* Est & *cotula* herba, sylvestre chamæmelum. *Cotula alba.* Germ. Rudis/ q. bovis anethum.

Cotumum, vas quo in sacrificiis vinum infundebatur. Fest. ‖

Cŏtŭrnix, avis advena, terrestris magis, quàm sublimis: nostri *Qualeam* dicunt. } שליו *schelàv*, ὄρτυξ. Gall. *Une caille.* Ital. *Starna, coturnice.* Germ. Ein wachtel. Hisp. *Codorniz.* Angl. *A quaille bird.* } Dic me tuum passereculum, gallinam, coturnicem. Plaut. *Asin. fr.* 3. act. 3. Patricis pueris anates, coturnices, &c. Plaut. *Capt. fr.* 4. *a.* 5. De hujus avis consideratione plurima cognitu dignissima tradit Plin. *lib.* 10. *cap.* 23. Coturnices (inquit) semper ante venimus, quàm grues: parva avis, & quum ad nos advolat, terrestris magis, quàm sublimis. Advolant non sine periculo navigantium, quippe velis sæpe insident, & hoc semper noctu, mergúntque navigia. Iter est his per hospitia certa: Austro non volant, humido scilicet, & graviore vento: aura tamen vehi volunt, propter pondus corporum, vimésque parvas. Hinc volantium illa conquestio, labore expressa. Aquilone itaque maximè volant, Ortygometra duce. Primam earum appropinquantem terræ accipiter rapit. Reliqua vide apud Plinium. ‖ Cotyaium, in Phrygia. M. sub P. Constantinopolitano ‖

Cōtȳlē, ēs, κοτύλη. Mensuræ genus, quod alio nomine Hemin: dicitur, continens dimidium sextarii. ¶ In ossibus item Cotylæ dicuntur, quæ & Cotyledones, hoc est, cava quædam acetabula quibus aliorum ossium capita inseruntur: ejusmodi sunt in coxendicibus, ossium femoris capita excipientia. ¶ Accipitur & pro concavi vasis genere, cujusmodi Diogenem usum fuisse docet Laërtius, antequam puerum ex concava manu vola bibentem vidisset. ¶ Accipitur & pro ludi genere, in quo quis reductas in tergum manus conjungebat, stringebátque: altérque impositis in eas genibus, tollebatur, suis manibus oculos gestantis obregens. Ad hunc igitur modum gestatus, ὀ κοτύλη gestari dicebant.

‖ Cotylarium, piscatus purpuræ. L. g. b. ‖

Cōtȳlēdon, { κοτυληδών. Gall. *Herbe vulgairement appellée*, Umbilicus veneris. Ital. *Cupertoiule.* Germ. Nabelkraut. Hisp. & Lusit. *Escudetes, ombligos.* Angl. *An hearbe commonlie called Umbelicus veneris.* } Herbæ genus est, quæ teste Ruellio, Umbilicus Veneris à Romanis dicitur: quod nomen etiam hodie servant officinæ. Cotyledonem autem Græci putantur appellasse propter figuram folii in acetabuli formam tornati, & modicè concavi. ¶ Cotyledones item in mulieribus appellantur ora vasorum in uterum desinentia, per quæ sanguinis redundantia singulis mensibus ex omni corpore in uterum derivatur, & per quæ semen alimentũ ad se attrahit.

Cotylum κοτύλον. Scribit Strabo vocari collem in Ida monte, centum viginti millibus passuum à Scepsi distantem, in quo Scamander, & Granicus, & Æsapi fluminum origo. Unde & nomen Cotylo inditum, διὰ τὸ κοτύλης, quod conceptaculum significat.

‖ Cotymba, navigii barbarici genus. L. g. b. ‖

Cotys, κότυς, Thraciæ rex fuit, qui in bello civili Pompeii partes secutus est. De hoc tradit Plutarchus, quod quum sibi esset conscius modum se in castigandis servis egredi, pocula quædam, pretiosa quidem, attamen fragilia, ab hospite dono accepta, ubi donatorem benignè remuneraverat, universa confregit: veritus ne si à ministris frangerentur, in iram excandesceret, & nimis atrocem in illos pœnam statueret. ¶ Fuit & alius ejusdem nominis Thraciæ rex, qui Tiberii tempore Rhescuporis patrui fraude circumventus est & occisus. Author Tacit. *lib.* 2.

Cōtyttō, ūs, κοτυττώ. Dea impudentiæ habita est, cui Athenis à Baptis (eo nomine vocabantur ejus sacerdotes) nocturna sacra fiebant, quæ ab illa vocabantur Cotyttia. Hanc Probus saltatricem fuisse existimat: unde etiam sacerdotes ejus lascivis saltationibus motes ejus referebant. Juven. *Satyr.* 2.

*Cecropiam soliti Baptæ lassare Cotyttō.*

Vide Politiani Miscel. *cap.* 10.

Cōtyttĭa, ōrum, κοτύττια. Sacra erant nocturna (ut dictum est) quæ Athenis fiebant à Baptis in honorem Cotyttûs impudentiæ deæ. Vide suprà in dictione *Bapta.*

‖ Covăli, Dæmones lusum assimilantes, & decipientes. Rh.

Coventria, Coventre. V. E. Angliæ, sub A. Cantuariensi. ‖

Cŏvīnĭi, { πολεμικὸν ἅρμα πολλαχοῦ δρεπανηφόρον. Gall. *Un chariot de guerre armé & garni de grands trenchans & coustreaux pour mettre en pièces ceux qu'il rencontre.* Ital. *Carretta, Carro da guerra armato per congiuntare un' esercito.* Germ. Ein karch ob dem man streyt/ stricken magen/ harnagen. Hisp. *Un genero de carro de guerra.* Angl. *A kind of warre chariot armed and garnished with pikes or such sharpe instrumentes.* } Vehiculi falcati genus fuit, quo Britanni & Galli in prœliis utebantur. Pompon. Mela, Dimicant non equitatu modò, aut pedite, verùm & bigis, & curribus Gallicè armati: Covinos vocant, quorum falcatis axibus utuntur. ¶ Inde Covinarius dicitur auriga, qui covinum regit, aut qui ex covino pugnat. ὁ ἐκ τοῦ ἅρματος μάχων. ἐπικάθετος. Tacit. *in vita Agricol.* Media campi covinarius, & eques strepitu ac discursu complebat. Id. Covinarii se pedibus prælio miscuere.

‖ Covinarius est, qui ex covino pugnat. ‖ Vide *Covinus.*

Cōus κῶος. Vide *Coos.*

Cōus, Græcè κῶος. Latinè Senio, numerus est in talo, Cani contrarius, qui & Venus dicitur: quem qui jecisset, sex lucrifaciebat: qui verò Canem, nummum unum addebat: unde etiam Damnosa canicula à Poëtis vocatur. Coo suo dilecta Bassis, Ovid. *Eleg.* 5. *lib.* 1. *Trist.*

‖ Coütor, à com, & utor: quasi, Simul utor.

Corum, veteres cœlum vocabant: quod Festus scribit dictum à chao, ex quo poëtæ dicunt cœlum esse natum: imò potius, quòd χοῦς apud veteres significabat aërem. ‖

Cōxa, & Coxendix, pro eodem accipiuntur. { ירך *schebh. iaschn.* Gall. *La hanche, ou la cuisse.* Ital. *Coscia.* Germ. Hufft. Hisp. *La pierna, ò anca.* Angl. *The hippe or huckle bone, the haunche.* } Sunt enim coxendices, sive coxæ, ossa duo, sacro ossi utrinque astricta, cavâque quædam habentia acetabula, quibus ossium femoris capitula inseruntur. Græcè ἰσχία appellantur: unde Ischiadicus morbus, qui coxendices infestat, & Ischiadici dicuntur è coxendicibus laborantes. Plin. *lib.* 25. Coxendicibus & articulis omnibus cum axungia utilissima. Caro incantamentum docet ad sanandas coxendices laxas, hoc est, loco suo motas. Suet. *in Aug.* Coxendice, & femore, & crure sinistro non perinde valebat, ut sæpe etiam inde claudicaret. Plin. *in Epist.* Hunc dum sequitur, colligítque per lævæ & lubricum pavimentum, fallente vestigio cecidit, coxámque fregit: quæ parum aptè collocata, reluctante ætate malè coiit.

‖ Coxim, est in coxis nitendo, collim sedendo. *Incoxo*, in coxam sedeo.

Coxus

Coxus, χωλὸς. Gloſſ. claudus vitio coxæ. Ita *coxendix*, & partem, & partis morbum ſignificat. *Coxigare*, χωλαίνειν. Gloſſar. id eſt, claudicare.

C R

Cra, æris, vox eſt corvorum. Cath.

Craba, morbi genus. Cedren.

Crabaſia, κραβασία, urbs Iberorum. Steph.

Crabra, æ, aquæ nomen in agro Tuſculano. Cic. *pro Corn. Balb.* Ego Tuſculanis pro aqua crabra vectigal pendam, quin à municipio fundum accepi. Idem *in Epiſt.* De crabra quid agatur, etſi nunc quidem nimium eſt aquæ, tamen velim ſcire.

Crābrōnēs, inſecta volucria, veſpis ſimilia, ſed majora. {צרעה *tſirʕáh.* σφῆκες, ἀσπάλωνες, σφῆκαι. Gall. *Freſlons, ou freslons, ſouſtons.* Ital. *Calabroni.* Germ. Hornuſſ. Hisp. *Tabarros à moſcardas.* Angl. *Hornets or great weſpes.*} Degunt in ſylveſtrium arborum cavernis: vitâ bimatum non tranſeunt, creantur ex equis. Vide Plin. *lib.* 11, *c.* 22. & *lib.* 20. *c.* 13. & *lib.* 29. *c.* 4. Spicula crabronum. Ovid. 11. *Met.* Aſper crabro. Virg. 4. *Georg.* Irritare crabrones, τὰς σφῆκας ἐρεθίζειν, id dictum eſt à Plaut. *in Amph.* in mulierum ingenium: quibus ſi iratis repugnes, magis provoces, neque ſine tuo malo diſcedas.

Crac, ſive Petra-Deſerti. V.A. ſub P. Jeroſolymitano.

Craceo, gracilis ſum. Feſt. Cracentes, graciles. Ennius.

*Succincti gladiis, media regione cracentes.*

Cracovia, *Cracauum*, ad Viſtulam fl. regni Poloniæ metropolis, & Regum ſedes: habet Epiſcopum Gneſnenſi A. ſuffraganeum.

Crade, κράδη, urbs Cariæ. Steph.

Crāgus, κράγος Stephano, mons Lyciæ, Tauri pars, ut ſcribit Pompon. *lib.* 2. & Plin. *lib.* 5. *cap.* 27. ex oppoſito habens montem Antitaurum. Sic dictus à Crago Tremilelis & Praxidicæ Nymphæ filio. Horat. *lib.* 1. *Carm.*

*Sylvâ, aut viridis Cragus, &c.*

Ovid. *Metam. lib.* 9.

*Iam Cragon, & Lymira, Xantique reliquerat undas.*

Gregus apud Diomedem *lib.* 3. Virente ſecta pinus in Grago.

Crama, κράμα τὸ, id quod miſtum eſt, vinum aquâ mixtum, diluta potio: à κεράω, miſceo.

Crāmbē, es, fœm. gener. {κράμβη. Gall. *Vne eſpece de choux.* Ital. *Specie di cauolo.* Germ. Kôl/lappenköl. Hisp. *Vn genero de berça.* Angl. *A kind of colewortes.*} Braſſicæ ſpecies eſt apud Plin. *lib.* 20. *cap.* 9. amari ſaporis, tenuioribus foliis & ſimplicibus, non ingrato guſtu, ſed quæ recocta faſtidium pariat & nauſeam. Unde profectum eſt proverbium, Crambe recocta mors eſt. Græcis tamen Crambe generale nomen eſt, ad ea omnia extenſum, quæ Latinis Braſſicæ appellatione continentur. Crambe dicta eſt (ut quidam putant) quaſi κεράσῃ, μηδὲ τὸ τῆς ὄψεως ἀκόλαστος: hoc eſt, ab eo quod oculorum pupillas obtundat, hebetétque. Unde & κράμβη ab Atticis appellatur. Quanquam ſunt, qui vocis hujus etymon ad aliam ejus herbæ naturam malint referre, ut Crambe dicta ſit, quaſi κρατερὰ ἀμβή, ſeu potiùs ἀντίβα, hoc eſt, quaſi crapulæ occurrat, ſeu reſiſtat; nam vino adverſatur, ut inimica vitibus: unde ſumpta in cibis, ebrietatem arcet, & crapulam jam contractam diſcutit.

Crambus, κράμβος, eſt vitium fructuum, & præcipuè uvarum, quum acriore Solis exuſtione acini uvarum velut toſti interiſcunt.

Cramburis, κραμβοῦρις, à κράμβος, urbs Ægypti. Steph.

Crāmbūsā, κράμβουσα, inſula eſt cæca Seleuciam Iſauriæ. Author Strab. *lib.* 14.

Cranaë, κρανοὶ, inſula Laconica, quæ nunc Helena, ante Getheum, γύθιον, ſita: hinc Craneus, vel Cranaates. Sic & Attica vocabatur à Cranao rege. Steph.

Cranaus, κραναὸς, Athenarum rex fuit, qui Cecropi in regno ſucceſſit, à quo regionis incolæ Cranai dicti ſunt.

Craneum, κράνειον. Gymnaſium erat apud Corinthum. Cic.

Cranea, κράνεια. Exigua regio eſt Ambraciotarum, cujus incolæ dicuntur Craneates. Steph.

Craneus, κραναὸς, primus Macedonum rex, à quo ad Alexandri Magni tempora numerantur anni circiter quingenti: quo intervallo reges circiter XXXVIII. in Macedonia regnarunt. Autor Volaterran. *lib.* 13.

Cranganora, *Cranganor.* V.A. Indiæ Orientalis.

Cranis, κρανία, Tarſus Ciliciæ olim vocabatur, à Cranio quodam. Steph.

Cranides, κρανίδης, vicus juxta Pontum: gentile Cranitæ. Steph.

Cranion, ii, κράνιον, Cephalleniæ civitas eſt, quam Thucidides *lib.* 5. κράνια vocat plurali numero.

Cranon, nis, κράνων, urbs Theſſaliæ Pelaſgiotidis, in campis qui Tempe appellantur, centum ſtadiis diſtans à Gyrtone, Steph. ex Strab. Eſt & alia Athamaniæ à Cranone Pelaſgo. In hac duos dantaxat corvos eſſe tradunt, & quum pullos excluſerint, paribus relictis diſcedunt. Abeſt Cranon ſtadiis centum à Gyrtone, ut Strab. inquit. Homerus Cranonios Ephyros vocat, Phlegyas Gyrtonæos. Steph.

Cranium, {גלגלת *ghulghóleth.* κράνιον. Gall. *Le crane, le teſt.* Ital. *La calvitia del capo.* Germ. Hirnſchal. Hisp. *Calavera.* Angl. *The ſcull or bare ſculpe of the head.*} Eſt calva capitis, & poculi genus, calvæ figuram referens. Hadr. Junius dici vult, quòd cerebrum integat, quaſi κράνος, i. e. galea.

Cranon, Ceres, urbs ampla in planitie Thraciæ, teſte Bellonio *lib.* 1. *cap.* 55.

Crannus, κράννος, urbs aliàs Ephyre dicta. Steph.

Crantor, κράντωρ, Solenſis Academicus Philoſophus fuit, Platonis auditor, & condiſcipulus Xenocratis & Palæmonis, qui novis opinionibus Academiam Platonicam repleverunt. Hic ſcripſit librum de Conſolatione, quem Cicero æmulatus eſt. Perit aquæ intercutis morbo. Taxavit Stoicorum indolentiam, quæ eſſe nullo modo poteſt, niſi planè hominem ſaxeum eſſe velimus, & omni ſenſu carentem. Horat. *lib.* 1. *Epiſt.*

*Troiani belli ſcriptorem, Maxime Lolli,*
*Dum tu declamas Roma, Præneſte relegi,*
*Quicquid ſit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non.*

Calepini Pars I.

*Planiùs ac melius Chryſippo & Crantore dicit.*

¶ Alius fuit Peleï armiger, de quo Ovid. *lib.* 12. *Metam.*

Crāpŭla, æ. Comeſſatio, ebrietas. {κραιπάλη. Gall. *Yurogneric, & les inconueniens & les maladies qui en viennent.* Ital. *Crapulo.* Germ. Das haupweh von dem praſſen. Item/ Trunckenheit/ ſchlaffen/ fällen. Hisp. *Embriaguez.* Angl. *Surfetting a diſeaſe comming of drunkennesſe.*} Cic. 2. *Philip.* Edormi crapulam, & exhala. Huc veni crapulam dum evomerem. Plaut. *Pſeud. ſc.* 1. *a.* 5. Plin. *lib.* 23. *cap.* 1. Novitium reſinatum nulli conducit, capitis dolorem & vertigines facit: ab hoc dicta Crapula eſt. Ubi hoc videtur innuere, Crapulam dici ἀπὸ τῆς κράνου πάλης: hoc eſt, ab eo quòd caput vertigine concutiat. Ariſtoteles *in Problemat.* in eo diſtinguit crapulam ab ebrietate, quòd ebrietas unà cum mente adimit & ſenſum doloris: Crapula verò conſtante mente caput afflictet. ¶ Hinc Acrapala, ἀκρόπαλα, à Græcis vocantur medicamenta, quæ crapulæ reſiſtunt, inter quæ numeratur & Braſſica. ¶ Crapula, aliter Plin. *lib.* 14. *cap.* 20. Ratio autem condiendi muſta in primo fervore, qui novem diebus utplurimùm peragitur, aſperſu picis, ut odor vino coorigatur, & ſaporis quædam acumina. Vehementiùs id fieri arbitrantur crudo ſtore reſinæ, exeuntque lenitatem. E diverſo crapulâ compeſci feritatem nimiam, fraglique virus: aut ubi pigra lenitas torpeat, virus addi. Liguriæ maximè, circumpadaniſque muſtis utilitas diſcernitur hoc modo: pugnacibus multis crapulæ plus inditur, lenibus parciùs. Sunt qui ex utroque conditi velint, &c. Hoc in loco Plinii crapulam vocari quidam putant medicamenta quibus vini lenitas excitatur. Alii verò reſinæ florem eſſe dicunt, id quod in reſina ſupernatat: quod autem ſidit in fundo, crapulam: ut ſit crapula velut fex reſinæ.

Crāpŭlor, is, deponens, eſt cibo & vino ſe ingurgitare. {סבא *ſabá.* μεθύσκω. Gall. *S'enyurer, manger ou boire trop.* Ital. *Troppo empierſi di mangiare o bere.* Germ. Sich füllen mit freſſen vnd ſauffen. Hisp. *Embriagarſe.* Angl. *To make himſelfe drunken, or eat mucho.*}

Crās, adverbium temporis, idem ſignificat, quod die proximè futuro: ſicut Heri, die proximè elapſo. {מחר *machár.* αὔριον. Gall. *Demain.* Ital. *Dimane, domani, domattina.* Germ. Morn/morgen. Hisp. *Mañana, otro dia.* Angl. *To morrow.*} Cic. *lib.* 12. *ad Attic.* Scies igitur fortaſſe cras, ad ſummum perendie. Horatius, Quid ſit futurum cras, fuge quærere. ¶ Accipitur interdum pro nomine ſubſtantivo, idémque ſignificat, quod dies craſtinus. Perſius,

*Iam cras heſternum conſumpſimus, ecce aliud cras.*

Martialis,

*Cras te victurum, cras dicis Poſthume ſemper:*
*Nescis cras illud Poſthume quando venit.*

Nonnunquam ponitur indefinitè pro quovis tempore futuro. Plaut. *in Aulul.* Quæ cras veniet, perendie feratur foras. Dabuntur (hæc decem minæ) eras peti jubeto. Idem *Moſtell. ſc.* 1. *a.* 1. Cras ea quidem ſunt (Dionyſia.) Idem *Pſeud. ſc.* 1. *a.* 1. Neceſſe eſt mihi hodie Sicyoni eſſe, aut eras mortem exequi. *Ibid. ſc.* 2. *a.* 4. Cras fazo ad villam afferat. Idem *Moſt. ſc.* 2. *a.* 1.

Crāstĭnus, a, um: à Cras fit. {ὑπόψιος. Gall. *De demain.* Ital. *Coſa del giorno ſeguente.* Germ. Morndertich. Hisp. *Coſa del dia ſiguiente.* Angl. *Pertaining to the morrow.*} ſicut ab Heri, Heſternus: ut, Dies craſtinus, id eſt, proximè advenions. Liv. *lib.* 1. *ab Vrbe.* Peto, craſtino die adeste. Plaut. *Menæch. ſc.* 2. *a.* 1. Inde uſque ad diurnam ſtellam craſtinam potabimus. Hircius *Ciceroni.* Sed aliquid craſtinus dies ad cogitandum nobis daret. Virg. *lib.* 1. *Georg.*

——— *nunquam te craſtina fallet*
*Hora, nec inſidiis noctis capiere ſerena.*

Cic. *lib.* 2. *de Orat.* Poſt meridiem ſi ita vobis eſt commodum, loquemur aliquid: niſi forte me in craſtinum differre vultis. In craſtinum vos vocabo (ad cœnam) ridiculè. Plaut. *Pſeud. ſc.* 2. *a.* 4. In craſtinum perventurum eum qui rectè valeat. Quintil. Diecraſtini. Vide *diequarti, dieſeptimi*, inſtrà in *Dies.*

Craſtinatio. Gloſſ. ἀναβολὴ, ὑπερθεσις, in craſtinum rejectio.

Crāstĭnō, adverb. idem quod Cras. {מחר *machár.* αὔριον. Angl. *To morrow.* Gell. *cap.* 29. *lib.* 2. Si domicus meſſium ad amicos rejecit, craſtinò ſeges non meteretur.

Craſerium, κρασήριον, Siciliæ regio. Steph.

Crāsis, κρᾶσις, ut à Medicis accipitur, idem eſt quod temperamentum, hoc eſt, proportio quædam primarum qualitatum exiſtentium in elementis, ex quibus corpus miſtum eſt & conflatum. ¶ A Grammaticis Craſis accipitur pro contractione duarum ſyllabarum in unam coaleſcentium: ut νικᾶε, pro νικᾷ. Dicta Craſis, ἀπὸ τοῦ κεράννυμι, quod eſt Miſceo, ſive tempero.

Crāsāmĕo, Craſſamentum, Craſſeſcere, vide *Craſſus.*

Crāsĭcĭus, genere Surrentinus, ordinis Libertini, cognomine Paſides, Romæ ludum Grammaticæ aperuit, docuitque inter alios Julianum Antonium, Antonii Triumviri filium. Author Tranquillus.

Crāssĭvēnium, Aceris arboris genus vilius, à venarum craſſitudine dictum. Plin. *lib.* 16. *cap.* 15.

Craſſus, P. Licinius ante ætatem Pont. Max. (quod nunquam antea contigit) Conſul creatus, profectus eſt contra Ariſtonicum, Eumenis filium. In quo prælio, profligato exercitu, ipſe ne in manus hoſtium veniret, baculo Barbarum quendam in acie oculo converberans, in ſui necem provocavit. ¶ L. Craſſus orator, ſuperioris filius, qui cum Antonio à Cicerone introducitur in libris de Oratore, mirifico quodam pudore præditus fuit: qui tamen non modò non obeſſet ejus orationi, ſed etiam probitatis commendatione profeſſet. Accuſavit C. Carbonem eloquentiſſimum hominem admodum adoleſcens, ex quo ſummam ingenii non laudem modò, ſed etiam admirationem eſt conſecutus. Defendit poſtea Liciniam virginem quum annos viginti ſeptem natus eſſet. In ea ipſa cauſa fuit eloquentiſſimus, orationiſque ejus ſcriptas quaſdam partes reliquit. Voluit adoleſcens in colonia Narbonenſi cauſa popularis aliquid attingere, eámque colonium, ut fecit, ipſe deducere. ¶ Hæc ex libro de Orat. & Bruto Ciceronis, in quo libro eſt elegantiſſima ipſius Craſſi cum Antonio & Scævola comparatio. Deplorator multis verbis Craſſi mors

à Cicerone in exordio } *lib. de Orat.* ¶ P. Craſſus, Oratoris frater, Juris peritiſſimus fuit, qui in dominatione L. Cinnæ, quum Marianarum eſſet partium, ne incideret in manus inimicorum, ſeipſum interemit. Hujus filius M. Craſſus, Romanorum ditiſſimus, cum Pompeio & Cæſare Triumviratum iniit: quorum planè authoritate Reſp. aliquot annos regebatur. Ad bellum miſſus gladiatorum, qui duce Spartaco in Campania inſurrexerant, Vatiniúmque, Gellium, ac Lentulum Romanos Imperatores fugaverant, duodecim millibus hoſtium una cum duce cæſis, apud Rhegium juxta Leucadis paludem victoria potitur, ex quo Urbem ovans ingreſſus eſt. Poſtremò quum ei Syria ſorte obveniſſet, profectus ad bellum Parthicum, ibi filium Publium amiſit. Ipſe demùm infeliciter rem gerens, à Surina regia præſidio captus, atque interfectus. Author Cic. *in Paradoxis.* ¶ Alter Craſſi filius Cæſari Legatus fuit in bello Gallico, & in Cæſarianis tandem partibus adoleſcens occubuit, fuit autem diſcipulus Ciceronis. De quo hæc in Bruto, Erat enim Craſſus (inquit) cùm inſtitutus optimè, tum etiam perfectè planéque eruditus, gravis, & ſine segnitie verecundus eſſe videbatur. Sed hunc quoque abſorbuit æſtus quidam inſolitæ adoleſcentibus gloriæ, qui quia navaverat miles operam Imperatori, Imperatorem ſe ſtatim eſſe cupiebat. Hæc Cicero.

Crāsſŭs, prænomine Marcus, Romanorum omnium ditiſſimus fuit, qui negabat quempiam habendum eſſe divitem, niſi qui exercitum annuo redditu poſſet alere. Hic poſtea cum Pompeio & Cæſare Triumvir factus, cupiditate auri, ut fertur, in Parthos expeditionem ſuſcepit: à quibus ipſe cum filio adoleſcente, & univerſo exercitu deletus eſt.

Crāssŭs, ſpiſſus, denſus, pinguis ac ponderoſus. { בּרוּר *bari.* שָׁמֵן *ſchamén.* דָּשֵׁן *daſchén.* עָבֵי *Rabi.* παχὺς, πυκνός. Gall. *Gros, eſpez & fourni, gras.* Ital. *Groſſo, corpulento.* Germ. Dicht groß/ feiſt. Hisp. *Groſſo in eſpeſſura.* Angl. *Fat, flemthie, thick, groſſe.* } Terent. *in Hecyr.* Magnus, rubicundus, craſſus, craſſus, cæſius. Cic. 1. *Tuſc.* Craſſus, & concretus æer. Plin. *lib.* 11. *c.* 38. Animalium fortiora, quibus ſanguis craſſior. Plaut. *in Pſeud. ſc.* 7. *a.* 4. Suram ubi aſpicias, leias eum poſſe gerere craſſas compedes. Ponderoſas, craſſas compedes capiat. Idem *Capt. ſc.* 5. *a.* 3. bis. Apud anum claudam, craſſam, Chryſidem. Idem *Pſ. ſc.* 2. *a.* 2. Nec craſſa toga ſit, non ſerica. Quint. ¶ Craſſa Minervâ dicitur aliquid fieri, quod incondutiès, ſimpliciúſque, quaſique indoctius ſit, non autem exquiſita arte, nec exactiſſima cura. Horat. 2. *Serm.*

*Ruſticum mirror, ſapiens, craſſáque Minervâ.*

Crāssāmĕn, inis, à craſſus: Craſſitudo. { מַעֲבֶה *mababéh.* עָבִי *Rabi.* παχύτης, τὸ παχυμερές. Gall. *Eſpeſſeur, une matiere eſpeſſe, comme la tie de quelque choſe, ou la fondrille.* Ital. *Craſſume, materia groſſa, come la mucilagine di qualche coſa.* Germ. Ein dicte/oder feiſte materey. Hisp. *Groſſura.* Angl. *The thickneſſe or groſneſſe of a thing.* } Columell. *lib.* 12. *cap.* 23. Semper requieta aqua craſſamen aliquod intimo repetitur.

Crāssāmēntum, craſſitudo. { מַעֲבֶה *mababéh.* עָבִי *Rabi.* παχύτης. Gall. *Eſpeſſeur, ou groſſeur.* Ital. *Speſſezza, groſſezza.* Germ. Dicte. Hisp. *Groſſura.* Angl. *The thickneſſe or groſneſſe of a thing.* } Gellius, Surculi duo erant teretes, oblonguli, pari craſſamento, ejuſdem longitudinis, derafi, atque omnati ſimiles. Sic Colum. Craſſamentum vini fæculenti dixit, & *lib.* 12. *c.* 21. Craſſamen, pro Sedimento.

Craſſities, & Craſſitudo, vulgò profunditatem vocant. { מַעֲבֶה *mababéh.* עָבִי *Rabi.* πάχος, πυκνότης. Angl. *Groſneſſe, fatneſſe.* } Plin. *lib.* 11. *cap.* 19. Hippopotami cutis craſſitudo talis, ut inde torqueantur haſtæ. Cæſar 2. *bell. Civil.* Craſſitudo parietum quinque pedum.

Crāssēſcĕre, eſt Craſſum fieri, pingueſcere. { παχύνεσθαι. Gall. *Devenir gros & eſpez, s'eſpeſſir, & engroſſir.* Ital. *Diventar graſſo, ingraſſare.* Germ. Dick oder feiſt werden. Hisp. *Engroſſarſe.* Angl. *To waxe thick groſſe, fat or fleſhie.* } Colum. *lib.* 9. *de turturibus.* Nec quia tritico vel aliis frumentis minùs craſſeſcant, verùm quòd ſemine ejus maximè delectantur. Plin. *lib.* 2. Qui neque in nebulam denſetur, nec craſſeſcat in nubes, i. craſſus fiat. Idem *lib.* 9. *c.* 26.

Crāssĕ, adverbium. { παχέως. Gall. *Eſpeſſement, groſſement, graſſement, lourdement.* Ital. *Speſſamente, groſſamente, lordamente.* Germ. Dicklich. Hisp. *Con groſſura y eſpeſſura.* Angl. *Thicklie, groſſelie, clubbiſhlie, brokiſhlie.* } Col. *lib.* 12. *cap.* 43. Lata vaſa in modum patinarum fieri jubebat, cáque intrinſecus & extrinſecus craſſè picari.

Crāssŭs, κράσος, urbs Sinanorum in Sicilia, ubi formoſiſſimæ mulieres naſcebantur, patria Epicarmi comici, & Laidis meretricis. Gentile Craſſinus. Steph.

Crātægŏnon, ſive Crataegonon, κραταίγονον. Genus Satyrii herbæ, ſemine lini majore, duræ radicis, cortice rubro, ſapore ſubdulci, quod in montoſis traditur inveniri. Vide Plin. *lib.* 27. *cap.* 9.

‖ Crate, antiquis pro crates. Unde *craticulum.* Feſt. ‖

Crātĕr, is, { גֶּבַע *aghghán.* גָּבִיעַ *ghabiáh.* κρατὴρ. Gall. *Vne cuppe ou taſſe.* Ital. *Coppa.* Germ. Ein groſſer vmb weiter becher/ ein trincke ſchal. Hisp. *Gran copa ò pila de cal y agua.* Angl. *A cuppe, a peece to drinkin.* Vaſis genus capacius, quo in libationibus, & ſolemnioribus epulis uti ſolebant. Virg. 9. *Æneid.*

*Sed magnum moturus ſe poſt craterа tegebat.*

Idem *Eclog.* 6.

*Crateráſque duos flatuam tibi pinguis oliví.*

Idem 6. *Æneid.*

*Craterasque magnos ſtatuunt, & vina coronant.*

¶ Ab hujus vaſis ſimilitudine Crater in monte Ætna appellatus eſt foramen illud per quod ignis evomitur. Ovid.

*Et pronos currus medio craterе recepit.*

¶ Et Crater in fontibus dicitur receptaculum, quod & Labrum dicitur, in quod ſtillatis aqua decurrit. ¶ Velut in Cratere philoteſio, ἐπὶ τοῦ κρατῆρος φιλοτησίου, proverbialis collatio, qua ſignificabimus, res antea turbulentas componi ſedarique, & priùs inter ſeſe inimicos in gratiam redigi. Dicitur autem Crater philoteſius, quem in convivijs porrigunt alius alii, ceu amicitiæ ſymbolum ac pignus. Unde etiam eandem vim habebit adagium, ſi Crater philoteſius, κρατὴρ φιλοτήσιος, dicas. ¶ Crater Junium, ſive malorum, κρατὴρ κω-

κυτὸς. De re permoleſta, ſive de homine litium auctore. ¶ Item ſignum cœleſte, quod oritur decimo octavo calendas Martii, veſpere. ¶ Item ſinus in littore Campano à Miſeno Athenæum uſque extenſus, duobuſque penè coëuntibus promontoriis incurvatus: ut eſt author Strab. *lib.* 8. ¶ Crater, pro vaſe in quo cibus coquitur, vel menſæ apponitur. Ovid. 5. *Faſt.*

*Nunc dape, nunc poſito menſa crateræ Lyæo:*
*Terra rubens crater, pocula fagus erant.*

Craterem refert ad dapes, pocula ad Lyæum.

Crātĕrĭă, æ, idem quod Crater. Horat. *in Serm.*

*Sive gravis veteri crateria limmi adheſit.*

Et Livius ſæpè *lib.* 5.

Crātĕrītēs, gemma eſt præduræ naturæ, inter chryſolithi & electri colorem. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Crātĕrŭă, ab antiquis dicta eſt, teſte Nonio, quam nos Situlam vocamus. { κάλπις, ὑδρία. Angl. *A buckette to take up water.* } Cic. 2. *de nat. deor.*

*In mediòque ſinu fulgens crateruа velatet.*

Loquitur de urna Aquarii cœleſtis ſyderis.

Crātĕrŭs, Macedo è comitibus Alexandri, qui etiam res ejus geſtas ſcripſit, cujus meminit in Ariſtide Plutarchus. De hoc Petr. *Sat.* 3.

*Et quid opus Cratero magnos promittere montes?*

Crātēs, eſt tara quædam lignorum, vel viminum, vel etiam ferramentorum connexio. { σαγήνη. Gall. *Claye, une haiſe, une herſe.* Ital. *Graticcio.* Germ. Ein hurd/oder gatter. Hisp. *El zarzo ò coſa aſſi texida.* Angl. *Watling of houſes, hurdels.* } Plaut. Sub cratim ut jubeas ſeſe ſupponi. Liv. 10. *ab Urbe*, Ibi mediis ferè caſtris locus eſt conſeptus cratibus, plureſque & lineis contextus. Cæſar 7. *bell. Gall.* Proximam foſſam cratibus conteguut. Idem *lib.* 1. *de bell. civil.* Agger & crates pontis.

Crātĭcŭlă, à Crates dimin. in qua cibi torrentur. { ἰχάδιον, ἐσχάριον, φρύκτη. Gall. *Vn gril.* Ital. *La graticola, gratella.* Germ. Ein roſt. Hisp. *Las parillas.* Angl. *A gridiron, to beyle meates.* } Cato *cap.* 13. Corium unum, lacernas, cratículas duas. Martial. *Epigr.* 221. *lib.* 14.

*Parva tibi curvâ cratícula ſudet oſſâ.*

Cratĭtĭus, a, um: quod ex cratibus fit. { σαγήνειος. Gall. *Fait en façon de claye.* Ital. *Coſa fatta di graticcio.* Germ. Aus ſtöhrden/ oder gattern gemacht wirt. Hisp. *Coſa texida como zarzo.* Angl. *Made lik hurdels, or watling wiſe.* } ut, Cratitii parietes, qui cratibus infertis ſiebant, ſeu aſſeribus arrectis, craſſaverſisque in modum cratis. Alio nomine vocantur Intergerini, quòd vicorum cœnacula iis dirimerentur. Vitruv. *lib.* 2. Cratitii parietes velim ne inventi quidem eſſent. Quantum enim celeritate & loci laxamento profunt, tantò majori & communi ſunt calamitati, quòd ad incendia, uti faſces, ſint parati. Illini quidem crates parietum luto, & lateribus crudis extrui quis ignorat? Plin. *lib.* 35. *cap.* 14.

Crātĭo, is, ire: Occo. { שָׂדַד *ſadádh.* σαγηνεύω. Gall. *Herſer, ou couvrir de claye.* Ital. *Erpicare.* Germ. Eggen. Hisp. *Ygualar la tierra con zarzo.* Angl. *To harrow, to cover with hurdels.* } Plin. *lib.* 12. *cap.* 28. Utiliſſimum ſimul eſt herbæ arare, deinde cratire, ſerere ſtercorem ex fœnilibus, atque ex præſepibus fœno delapſum ſpargere, priuſquam cratiantur.

‖ Crateuta, κρατευτής, & Crateuterium, κρατευτήριον. Pollux *lib.* 14. *c.* 14. exponit lapides, quibus verua innituntur: nempe, ut exponit Hadr. Junius, ſtudi illo ſeculo lapidibus nonnihil excavatis inter aſſandum verua imponebant, quæ in ferreis aulis nunc vertuntur, concinniore uſu. κρατήρ, eſt tecto. ‖

Crātēs, κράτης, nomen eſt Philoſophi Thebani: qui ut Philoſophiæ vacare poſſet, projecto in mari non parvo auri pondere, Abite (inquit) malæ cupiditates: Ego vos mergam, ne ipſe mergar à vobis. Neque putavit ſe poſſe virtutes, & divitias ſimul poſſidere. Suidas autem tradit, Craterem omnem pecuniam in ſubſtantiam redegiſſe, & apud Trapezitam depoſuiſſe, ea lege, ut ſi filii Philoſophi eſſent, eam egenæ plebi divideret: ſin idiotæ, eis quod acceperat, bona fide reſtitueret. Ita enim judicabat vir ſapientiſſimus, homini Philoſopho, ſapientiæ ſectatori nihil deeſſe ad beatè vivendum. ¶ Fuit & poëta Comicus hoc nomine, auditor Polemonis. ¶ Item & Grammaticus, qui ſub Ptolemæo Philometore claruit, æqualis Ariſtophanis Grammatici, Cæcilius, ſive Homericus cognominatus. Scripſit in Iliada & Odyſ. *lib.* 9. *Commenr.* Author Suidas. Hic, ut ait Tranquillus, ſtudium Grammaticæ primùm Romam intulit: miſſus enim ad Senatum ab Attalo rege ſub ipſam Ennii mortem, plurimas actoriſes fecit, aſſidunéque per omne tempus legationis diſſerui: noſtris quoque exemplum fuit admirandum. Hæc ille.

Crāthis, cum th, aſpirato, κράθις. Nomen eſt duorum fluviorum, quorum unus eſt in Achaia propriè dicta, propè Ægas oppidum in ſinum Corinthiacum influens: cujus meminit Strabo *lib.* 8. Alter in magna Græcia, juxta Sybarim oppidum, cujus aqua barbis, comiſque flavum colorem inducere tradit Strabo *lib.* 6. Vulgò *Gratthi, ſiume di Conſenza in Calabria.* Ovid. *lib.* 15. *Metam.*

*Crathis & hinc Sybaris noſtris conterminus oris,*
*Electro ſimiles facimus, auróque capilli.*

Et *lib. Faſt.* 3.

*Et propè piſcoſos lapidoſi Crathidis amnes*
*Parvus ager.*

Crātĭcŭlă, vide *Crates.*

Crātīnŭs, κρατῖνος, Poëta fuit comicus, clarus apud Athenienſes, qui primus in Dionyſiis Athenis ſatyricam fabulam induxit. Horatius,

*Eupolis, atque Cratinus, Ariſtophanéſque poëta.*

Hic autem fuit ſupra modum gulæ ac omni voluptatum generi deditus, præcipuè ebrietati: ad quod alludit Horat. *in Epiſt.*

*Priſce ſi credis, Mecænas docte, Cratino,*
*Nulla placere diu, nec vivere carmina poſſunt,*
*Quæ ſcribantur aquæ potoribus.*

Cratio, vide *Crates.*

Cratippus, κράτιππος, Mitylenæus Philoſophus fuit, Ciceronis filii præceptor, qui Pompeio Pharſalico prælio victo apud Mitylenem occurrens,

occurrens, verbis ex Philosophiæ penetralibus petitis, ad meliorem ipsum eum erexit. Plutarchus *in Pompeio.*

Cratis, sine aspiratione, κράτις, Asteriæ fluvius, è Sicyone lacu profluens in Oceanum, juxta quem nonnulli fabulati sunt electrum nasci. Vide Plin. *lib.* 37. *cap.* 2.

Crătylus, κρατύλος, nomen Philosophi Athenienſis, Platonis mortuo Socrate præceptor, ex cujus nomine idem Plato librum de Significatione nominum inscripsit.

Creax, stercus, spurcitia. Unde execrare dicimus spurcities ejicere. Gloss. Isid. Vide *Stercus.*

Crecentrum, κρεάντηρον, baculus præpilatus, quo carnium frustum configunt ac prehendunt coqui & lanii.

Crĕagra, κρέαγρα, fuscinula, qua carnes è fervente vase extrahuntur. Gall. *Fourchette*, Creagra, Tridens. Gl. Isid.

Crĕbĕr, a, um: Frequens, densus. {תכוף תמיד *tamidh*, רב *rab.* συχνὸς, πυκνός. Gall. *Dru, frequent, souvent venant.* Ital. *Frequente, spesso.* Germ. Embfig/dicht. Hisp. *Cosa espessa que muchas vezes se hace.* Angl. *Thicke, that commeth often.* } Plaut. *in Amph.* Crebri hostes cadunt. Idem *in Aul.* Crebro salicto oppletus locus. Cicer. *ad Attic. lib.* 14. Et in scripto multò essem crebrior. Gell. *lib.* 2. *cap.* 30. Fluctus crebertimi. Virg. 3. *Georg.*

*Non tam creber agens hyemem, ruit æquore turbo.*

Crĕbrò, adverb. Frequenter. {תכוף תמיד *tamidh*, ברוב *berób.* συχνῶς. Gall. *Souvent, souventesfois.* Ital. *Sovente. souvente fiate.* Germ. Offtembfigflich. Hisp. *Espessamente, muchas vezes.* Angl. *Often tymes.* } Plaut. *in Truculent.* In turbem crebrò convenio. Cic. *Att. lib.* 2. Velim obvias mihi literas omnibus de rebus crebrò mittas.

Crĕbrĭtĕr, pro Crebrò. Diomedes Grammat. *lib.* 3. Cùm crebriter pugnam iniret.

Crĕbrĭtās: Frequentia & spissitudo. {תכוף תמיד *tamidh*. רוב *rob.* συχνότης. Gall. *Frequentation, abondance, multitude.* Ital. *Moltitudine, spessezza.* Germ. Embfigkeit/dicke. Hisp. *Aquella espessura.* Angl. *Of remenesse, thicknesse in growing, or being together.* } Cic. *ad Att. lib.* 13. Colloqui videbantur, in Tusculano quum essem, tanta erat crebritas literarum. Concinnitas, crebritásque sententiarum: apud eundem *de clar. Orat.*

Crĕbrĕsco, scis, ui: Celeber fio, & divulgor. {רב *rob*, תכוף *tamidh.* πολύνομαι. Gall. *Estre frequenté.* Ital. *Essere fatto celebre, essere divulgato.* Germ. Zunemmen/berümpt werden. Hisp. *Ser publicado ò divulgado por fama.* Angl. *To waxe common and often, the mise to increaseth more and more.* } A quo Percrebresco. Plin. *Epist.* 147. Ille non tollere oculos, non remittere stylum, sed obstimare animum, autibúsque prærendere: tum crebrescere fragor, adventare etiam, &c. Optatæ auræ crebrescunt. Virg. 3. *Æneid.* Sermonem crebrescere. Idem 12. *Æneid.*

Crebrisurus, significat vallum crebris sudis, hoc est, palis munitum. Festus ex Ennio.

Crebro, nis, porca, terra inter duos sulcos eminens. Gl. Isid.

Crēdo, is, idi, itum, (olim & credno.) Fidem habeo, fidem adhibeo, fidem tribuo. {אמן *haemin.* πιστεύω. Gall. *Croire, avoir foy.* Ital. *Credere, haver fede.* Germ. Glauben. Hisp. *Creer y confiar de otro.* Angl. *To beleve.* } Et ponitur vel absolutè, Cic. *in Bruto*, Audivi equidem ista de majoribus natu, sed nunquam fui adductus ut crederem: Vel cum accusativo, Cic. *ad Attic. lib.* 7. Omnia faciliùs credere possum, quam quod scribitis: Vel cum accusativo & dativo. Idem *fam.* 14. Hoc mihi ut testi velim credas: Vel cum dativo solo. Idem *fam.* 5. non satis credidit homini prudenti. Virg. *Ecl.* 2.

——— *Nimium ne crede colori.*

Vel cum præpositione, De. Cicer. *fam.* 3. Bis ad te scripsi, me purgans diligenter, te levitei accusans, in eo quod de me citò credidisses. Credo equidem te potesse ebibere. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Ne quisquam credat, numum edicam omnibus. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Mihi video, mihi sapio, mihi credo plurimùm. Idem *Mere. sc.* 3. *a.* 2. Stultior stulto fuisti, qui his tabellis credere. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 4. Nihil credis quod dico sedulò (id est, sine dolo.) Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Huic tu credis? H. Plusquàm tibi, aut mihi. Idem *sc.* 4. *a.* 3. Nemini credo, qui lætè blandus est dives pauperi. Idem *Aul. sc.* 4. *a.* 1. Hæc tibi me, sicut mihi te æquum est credere. *Ibid. sc.* 1. *a.* 2. At illa est pudica? Credam, si pudor lenoni fiet. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Si dictis nequis perduci ut vera hæc credas. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Quæ facta sunt illic, examussim loquitur. Idem *Amph.* Cui tam credo datum voluisse prandium, quàm me video vivere. Idem *Menach. sc.* 1. *a.* 2. Credit jam tibi de illis, noli jurare. *Ibid. sc.* 2. *a.* 4. Esse me hujus (servum) credidi, & hunc censebam esse te. *Ibid. sc.* 9. *a.* 5. Donec Sosia ille egomet fecit sibi ut crederem. Idem *ibidem.* Satis credo tibi (id est, nihil opus alio teste.) Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 5. Nec vanis credite. Ovid. 13. *Metam.* Quis credere posset? Idem *Eleg.* 9. *l. b.* 3. *Trist.* Credunt ille Deus. Idem *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.* ¶ Aliquando ponitur pro committere, concredere, commendare, & fidei alicujus tribuere. {הפקיד *hiphkidh.* παρατίθημι. Gall. *Commettre & fier à la foy d'aucun.* Ital. *Commettere alla fede d'alcuno.* Germ. Dertrauen / auff eines treu vnd glauben sich lassen. Hisp. *Confiar à otro, ò encommendar à la fé de alguno.* Angl. *To give to kreep, and to truste.* } Plaut. *in Aul.* Ubi is obiit mortem, qui mihi id aurum credidit.)

*Non ideo debet pelago se credere, si qua*
*Audet in exiguo ludere cymba lacu.*

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Cum eo nihil negotii, ipsi Phædromo credidi (id est, locavi ornamenta.) Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 4. Ubi creditum quod tibi esset, tibi datum pernegatis. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 3. Cui rerum omnium summam ipsius credit. *Ibid. sc.* 4. *a.* 2. Ubi sunt subitò quibus credas malè (de pecunia.) Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 4. Argentariis malè credi, & benè credi (ambiguè, quia vel nunquam reddunt, vel diu debent.) *Ibid. sc.* 2. *a.* 3. Ab alienis cautiores sunt, ne credant. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 2. Livius 4. *ad Herenn.* Nam quum canes funguntur officiis luporum, cuinam præsidio pecuaria credemus? ¶ Et non solùm tradere, sed etiam revelare, ac manifestare significat. Lactant. *lib.* 4. Judæi quoque, quibus solis arcanum Dei creditum fuerat. ¶ Interdum Mandare. Colum. *lib.* 2. Ut jam percenseamus, quot operis in aream perducantur ea, quæ recte credimus. ¶ Quandoque mutuum dare. {δανείζω. Gall. *Prester* Ital. *Dare in prestito.* Germ. Außleihen. Hisp. *Prestar.* Angl. *To lend.*} Mart. *lib.* 2.

*Dimidium donare Lino, quàm credere totum*
*Qui mavult, mavult perdere dimidium.*

¶ Cum accusativo, mediante In, significat immittere, injicere. Virg. *lib.* 2. *Georg.*

——— *Inque novos audent se gramina tuta*
*Credere.*

¶ Interdum ponitur pro puto. {חשב *chashab.* λογίζομαι. Gall. *Penser.* Ital. *Pensare.* Germ. Meinen. Hisp. *Pensar.* Angl. *To judge or think.*} & hoc vel absolutè. Cic. *famil.* 8. Tu enim ipse, qui & me, & alios prudentiâ vincis, omnia credo vidisti, nihil omnino te fefellit. Vel sequente Quod, vel Quoniàm, vel Quia. Idem *famil.* 13. Quod ad te de decem legatis scripti, parum intellexisti, credo; quia ἀμαθῶς scripseram. ¶ Inter Credere Deo, Credere Deum, & Credere in Deum, Ecclesiastici hoc interesse putant, quod Credere Deum, est Credere Deum esse: Credere Deo, est Fidem habere Deo, sive verbis ejus: Credere in Deum, est fide bona se conjicere in Deum, & in eo spem omnem nostræ salutis repositam habere. ¶ Hujus verbi composita sunt Accredo, Concredo, quæ vide suis locis. ¶ Veteres Creduo, pro Credo dicebant. Ne tu me insanum esse creduis? id est, credis. Plaut. *Capt. sc.* 4. *a* 3. Illis dentibus imprudens id creduas. Idem *Amphitr.* pro credas. Idem, Ipsus nec amat, nec tu creduas. ¶ Nihil mihi credas divini & humani. Genus erat apud veteres affirmationis religiosæ, id est, nihil mihi ullius rei credas. Plaut. *Asin.* Neque divini, neque mihi humani quicquam accredas Artemona, si hujus rei esse mendacem inventis. Idem in *Truculent.* Nunquam ædepol mihi quisquam homo mortalis posthac duarum rerum creduit, id est, nihil divini, & humani. ¶ Credere propriè is dicitur, qui ita rem alienat, ut dominium transferat: qui enim dominium retinet, alterius fidem non sequitur. Hinc que in creditum ire dicitur, non qui rem suam, seu certam speciem vindicat, sed in personam agit, ut sibi satisfiat: unde per prolepsin in creditum ire, simpliciter pro credere accipi plerumque constat, *l.* 2. §. *mutui datio, de verb. cred. & alibi.* Credendi appellatio, Celsus ait, generalis est. Nam cuicunque rei assentimur alienam fidem sequuti, mox recepturi, quid ex hoc contractu credere dicimur. Author Ulpian. *eod. tit.* Creditus tamen etiam quibus non mutuò damus, ut commodatario, depositario, & creditori pignoris. *Institut. quibus modis re contrah. obl.* Gloss. *l. si ventri*, §. *in bonis, de priv. cred.* ¶ Credo qui, pro Nimirum qui. Cicer. 6. *Verr.* Pueri autem Sisennæ, credo qui audivissent quæ in illum testimonia essent dicta, oculos de illo nunquam dejicere, neque ab argento digitum discedere. Et *pro Rosc. Amer.* Credo propterea quòd quibus in rebus ipsi interesse non possumus, in his operæ nostræ vicaria fides amicorum supponitur: pro Utique. Vidi his oculis, Ph. Carebis, credo (id est, certè.) Plaut. *Mere. sc.* 4. *a.* 2. Domi fustis credo liberi. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Cor credo evocaturus est foras. Idem *Merc. sc.* 2. *a.* 2. Vix credo tota auctione capiet quinquagies. Idem *Men. sc.* 1.

Crĕdĭtur, impersonale. Cic. *pro Sext. Rosc.* Tamen non temerè creditur, neque levi conjectura res penditur. Plaut. *Men.* Neque domi, neque apud amicam mihi jam quicquam credatur. Ter. *in Adelph.* Ignotum est, tacitum est, creditum est. Horat. 2. *Serm.*

——— *Pratenſibus optima fungis*
*Natura est: aliis malè creditur.*

Crĕdĭtum, quod quacunque de causa debetur. {חוב *chób*, משכון *maschschkhón.* Gall. *Une creance, ce qu'a bailló un creancier, ce qu'on luy doit.* Ital. *Credito.* Germ. Ein schuld. Hisp. *Credito, prestido, ò deuda.* Angl. *Debte, any thing growinte unes credence.* } ut, Publicum creditum, apud Quint. *lib.* 5. *cap.* 10. Sen. *de benefic. lib.* 2. Accipiam ergo tanquam creditum, non beneficium. Creditum servare. Suet. *in Claud. cap.* 16. Jus crediti publici (pecuniæ populo creditæ.) Quint.

Crĕdĭtor, is: cui aliquid quacunque de causa debetur. {מלוה *malvéh*, χρήστης, δανειστής. Gall. *Crediteur, creancier.* Ital. *Creditore.* Germ. Dem man etwas zuthun schuldig ist/ ein außleiher/borger. Hisp. *Prestador, accreedor.* Angl. *A creditour, he that lendether trusteth.* } Cains *de verb. signific.* Creditorum appellatione, non hi tantùm accipiuntur, qui pecuniam crediderunt, sed omnes quibus ex qualibet causa debetur, sicuti ex empto, vel ex locato, vel ex alio ullo contractu debetur. Cic. 9. *Phil.* Quod etiam videre potuistis, quotidie sponsores & creditores L. Tribellii convenire. Horat. 2. *Serm.*

*Integer est mentis Damasippi creditor? esto.*

P. simi est debitoris, ut naturæ & fortunæ faceto convicium. Senec. *cap.* 10. *de consol. ad Marc.*

Crĕdĭtrix, verbale fœminino. {מלוה *malvéh*. ἡ δανείσασα, δανείστρια. Gall. *Creanciere, celle à qui on doit.* Ital. *Creditrice.* Germ. Ein außleiherin. Hisp. *Accreedera.* Angl. *She to whome one ought.* } Paul. *in l. Claudius Felix*, §. *aut contra, ff. qui potior. in pig. vel hypoth.* Poterit uti exceptione rei judicatæ adversùs primam creditricem.

Creditus, est is cui fidimus.

Crĕdŭlus, a, um, qui omnia facilè, vel temerè credit. {ἀνόητος, μηχανῶν. Gall. *Qui croit de leger.* Ital. *Credulo, facile al credere.* Germ. Leichtgleubig. Hisp. *El que mucho y de ligero cree.* Angl. *That beleveth easilie.* } Cic. *de Amicit.* Hæc etiam in fabulis stultissima persona est improvidorum & credulorum senum.

*Sed nos in vitium credula turba sumus.*

Ovid. 4. *Fast.* Cum dativo. Virg. 9. *Eclog.*

——— *sed non ego credulus illis.*

Rates credulæ dicuntur, quibus se committunt credituli, qui se posse omnia pericula vitare credunt. Senec. *Hippol.*

*Nondum secabant credula pontum rates.*

¶ Incredulus, qui non facilè credit, ἄπιστος, ἀμύητος.

Crĕdūlĭtās: Credendi facilitas. {ἀφροσύνη. Gall. *Legereté, ou facilité,*

*cilité de croire.* Ital. *Credulità, la prestezza & facilità al credere.* Germ. Leichtgläubigkeit etwas von stund an zugläuben. Hisp. *Crauncia de ligero.* Angl. *Lightnesse ob beleiff.*, Plancus *Cic.* Credulitas enim error magis quam culpa est: & tamen in optimi cujusque mentem facilè irrepit. Matt. *lib.* 5.

*Et tumidus Galla credulitate fruar.*

Sua quemque credulitas decipit. Senec. 10. *al.* 29. *de consol. ad Polyb.*

Credibilis, e. Verisimilis, probabilis. ‖ [DNJ *neeman.* πιστὸς, πιστεύειν. Gall. *Apparemment vray, probable, croyable, aisé à croire, vray-semblable.* Ital. *Credibile, credevole.* Germ. Glaublich. Hisp. *Cosa creible y verisimile.* Angl. *Credible, that may de be beloved or tegbt true.*‖ Plaut. *in Pœnul.* Credibile xcaftor dicis: crede huic, mi pater. Cic. 4. *Verr.* Multa enim quæ scio abs te esse commissa, quòd aut hominum turpia, aut patum credibilia sunt, prætermittam.

*Hei mihi! tere dibili fertur illa fuit.*

Ovid. 3. *Fast.* Credibile est, idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Crēdĭbĭlĭtĕr, adverbium. Verisimiliter, probabiliter. ‖ πιστῶς. Gall. *Probablement.* Ital. *Credibilmente.* Germ. Glaublich. Hisp. *Creible y verisimilmẽte.* Angl. *With lykneſſe to be true.*‖ Cic. *pro Deiot.* At quàm non modò non credibiliter, sed ne suspiciosè quidem.

‖ Creios, vide *Crius.*‖

Crēmăstēres, κρεμαστῆρες. Nervi, quibus testes dependent. Col. *lib.* 7. Priusquam ferrum admoveas, duabus angustis ligneis regulis, veluti forcipibus apprehende testium nervos, quos Græci κρεμαστῆρας, ab eo appellant, quòd ex illis genitales partes dependeant.

‖ Cremo, *Crema.* V. E. ditionis Venetorum, sub A. Bononiensi.

Crematum collybum: fortè *Cermativo.*

Crembulum, κρέμβαλον, crepitaculum, quod pulsabatur ad saltandum.‖

Crēmē, es, κρέμη, urbs Ponti, à qua gentile Cremesius.

Crementum, à Cresco, id est, augmentum. αὔξησις.

Crēmĕra, κρεμέρα, fluvius Tusciæ, apud quem Fabii à Veientibus occisi fuere, authore Livio *lib.* 2. *decad.* 1. Ovid. 2. *Fastor.*

*Vt celeri passu Cremeram tenuêre capacem,*
*Turbidus hybernis ille fluebat aquis.*

Juvenalis,

——— *Quid Cremera regio?*

Crēmlum, ‖ מוקד *mokédh.* φρύγιον. Gall. *Petites buches seches, ou autre matiere propre pour allumer le feu.* Ital. *Legno facile da accenderſe.* Germ. Dürre schöpflin / welche das feur schnell entpfahen. Hisp. *El tizon ò huero de leña encendido.* Angl. *Small pieces of timber to kendle fier.* ‖ Col. *lib.* 12. *cap.* 19. à rusticis dicit ita nominari suculos aridos comminutos: quanquam scriptum est *gremia.* Hermol. *in Plin.* Cremia cinnamomi. Plin. *lib.* 12. *cap.* 19. ¶ Est etiam cremium, Caro frixa in frixorio, quæ quò magis torretur, eò magis virtus & humor evacuatur. ‖ φρύγιον. Gall. *Une fricaſſée.* Ital. *Carne fritta in padella.* Germ. Gebrätes / oder rost gebratten fleisch. Hisp. *Carne freida en la sarten.* Angl. *A faſh freid in apan.* ‖ Utitur hac voce Psalmorum interpres. Et ossa mea sicut cremium aruerunt. ¶ Quidam frixorium volunt esse: alii durum illud quod in frixorio remanet.

Crēmnyŏn, κρημνόν. Steph. Oppidum non procul à Corintho, juxta quod Theseus fuem, quæ omnes agros devastabat, occidit. Ovid *lib.* 7.

*Quódque suam securus arat Cremynia colonus, &c.*

ubi alterum n, versus gratiâ, à poeta est elisum. ¶ Crommyum autem per o, urbs juxta Alcalonem: de qua infrà.

‖ Cremo, fortè ab ἀκρέμων, est ramus grandis, virgultum.‖

Crĕmo, as: Comburo. ‖ חוקד *hokédh.* בער *biber.* φλέγω. Gall. *Brûler, faire ardre.* Ital. *Abbruſciare, ardere.* Germ. Brennen. Hisp. *Quemar.* Angl. *To burne, to ſett on fier.* ‖ Plin. *lib.* 17. *cap.* 1. At Neronis principis incendia, quibus cremavit urbem. Idem *de viris illustribus*, (qui libri, quia leves quasdam sacrorum causas continebant, ex authoritate patrum cremati sunt.

——— *Quadam placitura cremavi.*

Ovid. *Eleg. ult. lib.* 4. *Trist.* Cremabantur cum prætexta qui eâ usi erant. Liv. *lib.* 34. Igni cremavit, Suet. *in Calig. cap.* 27. Cremo a crepitu ignis deduci Paul.

Crĕmōnă, *Cremona*, urbs Galliæ Cisalpinæ, non procul à Mantua, quæ etiam hodie nomen retinet. Cujus cives quum contra Augustum cum Antonio sensissent, Cæsar victor veteranis suis eorum agros dedit: qui quum non sufficerent, acceperunt etiam vicinorum agros, ut Mantuanorum, &c. Virg. *Eclog.* 9.

*Mantua, væ, misera nimium vicina Cremonæ.*

De hac Strab. *lib.* 5. sic scribit. Cis Padum verò, circumque Padum, celeberrimæ sunt civitates, Placentia & Cremona, media in regione propinquissimæ: inter has & Ariminum, sunt Parma, Mutina, Bononia.

Crĕmŏr, is: (Hermolaus κρῖμνον dici putat) apud Catonem accipitur pro lacte expresso ex grano aquâ macerato. ‖ Gall. *Crême de laict, ou jus exprez de quelque grain trempé & preſſé, comme orge mondé.* Ital. *Sugo ſpremuto di grano à d'altre coſe, come d'orzo.* Germ. Das safft / oder marck von gesotnen kernen / als gersten / erbs. Hisp. *La leche que ſe saca del grano mojado.* Angl. *Creame of milk.* ‖ Celsus, Cremor ptisanæ sumendus est. Cato *de re rust. cap.* 86. Cremor sici. Cels. *lib.* 6. *c. de inflammatione oculorum.* Cremor farfurum, idem *lib.* 6. *cap.* 10. Reprimens cremor, *ibid. cap.* 11. Cremor lenticulæ, idem *lib.* 6. *cap.* 13.

‖ Cremutium, holocaustum. Gloss. Isid. quia totum cremabatur.

Crena, κρήνη, est fons, hinc dicitur *crena*, pars in mucrone calami, aut pennæ incisa, unde velut ex fonte fluit atramentum: sic enim in sagitta dicitur pars extrema sectio, in quam nervum inserunt arcum tendentes.‖

Crĕnæ, incisuræ, à quibus Crenata herbarum folia vocantur, hoc est, serrata, sectáque per ambitum. ‖ ἀκρίδες. Gall. *Trous, ou fente.* Ital. *Tagli, tagliature.* Germ. Kerb / oder zerterbung. Hisp. *Rayas ò cortaduras.* Angl. *The dent or nutche in a leaſe about the brymmes.* ‖ Hodie quoque multis locis signa, quibus agrestes numerum aliquem in ferulis descriptum habent, Crenæ appellantur. ‖ Angl. *A tayle or ſcore.*‖ In sagitta quoque partis extremæ sectio in quam nervus inseritur, Crena dicitur. ‖ Angl. *Lo norke of an arrowe.* ‖ Sed & in ipso arcu summa cornua crenas suas habent, in quibus collocator, sedétque nervus. ¶ Crenæ item dicuntur asperitates quædam œsophagi in rubi modum denticulatæ. Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Postea arteria & stomachus denticulatus callo in modum rubi ad conficiendos cibos, decrescentibus crenis, quidquid appropinquat venteri.

Crenides, κρηνίδες, urbs Siciliæ, quam Philippus postea *Philippos* nominavit: gentile Crenitæ, Steph. Vide *Philippi.*

Crĕo, as, are: Producere, gignere. ‖ ברא *bará.* κτίζω, δημιουργῶ. Gall. *Créer & donner eſtre à quelque choſe, produire, mettre en nature.* Ital. *Creare, produrre.* Germ. Erschaffen. Hisp. *Crear haziendo de nueuo, ò engendrar.* Angl. *To creat, to give the firſt being.* ‖ Cicer. *lib.* 5. *de finib.* Ecenim omnium rerum quas & creat natura, & tuetur, &c. Idem *Tuscul.* Nam principium extinctum, nec ipsum ab alio renascetur, nec à se aliud creabit. ¶ Dicimus quoque Creare fraudem alicui, commoditatem, cædes, lites, &c. ¶ Magistratus quoque creari dicuntur. Cæsar 7. *bell. Gall.* Quum singuli magistratus antiquitus creari, atque regiam potestatem annuam obtinere consuessent. Venter creat eas omnes scrumnas. Plaut. *Merc. sc.* 1. *a.* 1. Tibi capitalem fraudem hinc creas. Idem *Mil. sc.* 3. *a.* 2. Tibi morbum dictis creas. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1.

——— *Patriâque creatus eadem.*

Ovid. 3. *Metam.* Recuttat ad priorem consulatum ejus in quem creatus est. Velleius.

——— *Telemone creatus.*

Ovid. 12. & 13. *Metam.*

——— *Telemone satus.* ibid.

Creata sine matre carmina Palladis exemplo.

*Palladis exemplo, de me sine matre creata*
*Carmina sunt.*

Idem *Eleg. ult. lib.* 3. *Trist.*

*Nec stirpe prima fui, genito sum fratre creatus.*

Idem *Eleg. ult. lib.* 4. *Trist.* ¶ Composita, Procreo, quod pro simplici ponitur. Recreo, pro instauro, reficio, ἀναπλάσσω. Plin. Sic enim defecta longis ægritudinibus corpora recreantur.

Crĕābĭlis, κτιστός. Apuleius *in Hermetis Asclepio*, Mundus materiæ creabilis est, tametsi creata non est.

Crĕātŏr, effector, genitor, conditor. ‖ ברא *bará.* δημιουργός, κτίστης. Gall. *Createur.* Ital. *Creatore.* Germ. Ein schöpfer. Hisp. *Creador.* Angl. *The creator or firſt maker.* ‖ Cic. *pro Cornelio Balb.* Quod princeps ille creator hujus urbis Romulus, fœdere Sabino docuit. Idem 2. *de Divin.*

*Nobis hæc portenta deûm dedit ipse creator.*

Crĕātĭo, nis: Creandi actus. ‖ בריאה *beriáh.* κτίσις, δημιουργία. Gall. *Creation.* Ital. *Creatione.* Germ. Schöpfung / erschaffung: item, erwöhlung. Hisp. *Criança.* Angl. *A creating or making.* ‖ ut, Creatio magistratuum. Cic. 3. *de legib.* ¶ Ponitur & pro compositio, Procreatio, ut: Creatio liberorum, D. *lib.* 1. *tit.* 7. *l.* 15. In adrogationibus cognitio vertitur, num fortè minor sexaginta annis sit qui adrogat, quia magis liberorum creationi studere debet.

Crĕātrix, icis, ‖ בריאה *beréáh.* ἡ δημιουργός. ‖ ut,

——— *Rerum natura creatrix.*

Lucret. *lib.* 2.

Crĕātūra, ‖ בריאה *beriah.* κτίσις. Angl. *A creature.*‖

Crĕōn, ontis. κρέων. Nomen Corinthiorum regis, qui Creüsam filiam Jasoni desponsavit, de quo Sen. *in Medea.* ¶ Alter fuit Thebanus Œdipi regis Thebanorum socer, & pater Jocastæ. Regi Thebano Creonti regnum stabilivit suum. Plaut. *Amph.* Imperator Thebanorum, & Creontis unicus (Amphitruo.) *ibidem.* Fuerunt & alii hoc nomine.

Crĕōn, is, κρίον. Mons est Lesbi insulæ, cujus meminit Plin. *lib.* 5. *cap.* 31.

Creontiades, Herculis filius ex Megara, quem pater cum Therimacho fratre ab inferis rediens, & in furorem versus à Junone, quòd Lycum interfecisset, interemit.

Creophilus, Κρεώφιλος, Nomen Samii poëtæ, qui Homeri hospes & æmulator fuisse fertur, quem aliquando tradunt, suscepto in hospitium Homero, accepisse ab eo donum, inscriptionem poëmatis, quod Occhaliæ captivitatem vocant. Sed Callimachus per Epigramma quoddam contrarium ostendit, quòd nunquam Creophilus hoc opus composuerit. Homeri tamen dicatur propter dictum hospitium. Quidam hunc Homeri magistrum tradunt, quidam non hunc, sed Aristeum Procnnesium. Author Strab. *lib.* 12. Vide Apuleium *in Floridis.*

Crepax, acis: vide *Crepo.*

Crĕpax, à principio captæ sunt appellatæ, quòd crutibus crepent. Fest.

Crĕpĕrŭs, a, um: Dubius. ‖ תלוי *talúi.* ἀμφίλογος. Gall. *Douteux.* Ital. *Dubio.* Germ. Ungewiß / zweyfelhafftig. Hisp. *Dudoſo.* Angl. *Doubtfames uncertane.*‖ Unde Creperum bellum, anceps & dubium. Lucr. *lib.* 5.

*Exæquatáque sunt creperi certamina belli.*

Varro *lib.* 5. *de L. L.* creperas res dubias esse scribit, atque inde dictum esse crepusculum, quòd diêsne sit an nox, dubitetur.

Crĕpi, Luperci dicti sunt, à crepitu pellicularum, quem faciunt verberantes. Mos enim erat Romanis, nudos discurrere in Lupercalibus, & obvias quasque fœminas pellibus ferire. Festus.

Crĕpĭdă, Tuscum calceamentum, teste Servio, quod corrigiis ligabatur. ‖ κρηπὶς. Gall. *Pantoufles, qui n'avoyent anciennement qu'une ſemelle par deſſous, & par deſſus des correyes & brides, comme petits patins.* Ital. *Pianella.* Germ. Ein pantoffel. Hisp. *Alcorque, ò chinela.* Angl. *A pantouffle or a ſlipper.* ‖ Apud Latinos poëtas corripit primam, quamvis apud Græcos scribatur per vocalem longam η. Persius,

*Non hic qui in crepidis Graiorum ludere gestit.*

Ex quo Persii loco etiam apertè intelligitur, non Tuscum, sed Græcum calceamentum esse: id quod & Cornutus Persii interpres scribit *in Sat.* 2. Dicitur autem à pedum crepitu, qui incedendo,

dum

dum subinde solea calcaneum ferit, excitatur. Ad pallium & crepidas se redegit, deposito patrio habitu. Suetoo. *in Tiber. cap.* 13. In crepidis esse. Sueton. *in Calig. cap.* 52.

Crēpīdŭlă, diminutivum, κρηπίδιον. Gell. *lib.* 13. *cap.* 20. Omnia fermè id genus, quibus plantarum calces tantum infimè teguntur, cætera propè nuda, & teretibus habenis juncta sunt, Solcas dixerunt; nonnunquam voce Græca Crepidulas. Horat. 1. *Serm.* Chrysippus dicat,

——*Sapiens crepidas sibi nunquam,*
*Aut soleas fecit.*

Quidam hoc nomen à crepitu, h. e. à sono, quem ambulando reddunt, dicunt appellatum. Certius tamen est ex Gellii & Persii authoritatibus, dicere vocem esse Græcam.

Crēpĭdārĭus, ii, qui crepidas conficit. {κρηπιδοποιός. Gall. *Cordonnier qui fait ou vend des pantoufles ou patins.* Ital. *Pianellaio.* Germ. Pantoffel macher. Hisp. *Capatero de alcorques.* Angl. *He that maketh pantoufles or slippers.*} Gell. *lib.* 13. *cap.* 20. Ejusque calceamenti sutores, crepidarios dixerunt.

Crēpĭdārĭŭs, a, um, quod ad crepidas pertinet: ut, Crepidarius cultellus. Sempronius *Asellio in lib. rerum gestarum* 14. Crepidarium, inquit, cultellum rogavit à crepidario sutore Gell. *cap.* 20. *lib.* 13.

Crēpĭdātŭs, a, um: Crepidis indutus. {κρηπιδωτός. Gall. *Empantoufflé, chaussé de telles pantoufles.* Ital. *Che ha le pianelle.* Germ. Der pantoffeln anträgt. Hisp. *El que tiene alcorques.* Angl. *That hath or wear eth pantoufles.*} Cic. *in Pisonem*, Is nocte intempesta crepidatus veste servili navim conscendit,

Crēpido, inis: Significat oram terræ, quam aqua alluit: ex hoc appellata, quòd ibi aqua alluens, crepitat quum currit, aut undas appellit. {κυματώγη. Angl. *A creeke.*} Coll. *lib.* 9. Præjacuntur in gyrum moles. Sic enim maris atrocitas objecta crepidinis frangitur, & in tranquillo consistens piscis, sedibus suis non exturbatur. ¶ Per translationem verò & putei extremam oram, quæ ad ipsum puteum respicit, quæ vulgò dicitur, *Os putei*; & editioris cujusque loci extremitatem solemus Crepidinem appellare, ut apud Hieronymum, In crepidine viæ. Senec. Quis credetet jacentem super crepidinem Martium, aut fuisse, aut futurum Consulem? ¶ Unde etiam pro abrupti saxi altitudine ponitur. Virg. *lib.* 10.

*Fortè vetus celsis conjuncta crepidine saxi*
*Expositum stabat scalis, & ponte parato.*

Vide interpret. Juvenal.

Crĕpo, as, ui, itum: Sono, percrepo, sonum edo. {תקע *hamáh.* ἀκούω. Gall. *Bruire, craquer, craqueter, peter, faire bruit.* Ital. *Far strepito, suonare.* Germ. Thönen/rauschen/knellen. Hisp. *Hazer ruido de lo que se quiebra.* Angl. *To make a noise, to rustle or ringe.*} Quid crepuit quasi ferrum modò? Plaut. *Aul. sc.* 4. *a.* 1. At at foris crepuit. *Ibid. sc.* 3. *a.* 4. Sed interim fores crepuere, linguæ moderandum est mihi. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 4. Vide *Concrepo*, ut *Mil. sc.* 4. *a.* 2. Concrepabunt manu malæ tibi. Idem *Merc. sc.* 5. *a.* 2. Ostium lenonis crepuit. Ps. Cura mavellem modò. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Dic mihi an unquàm tibi intestina crepant? Ubi fatui sumus, nulla crepitant: quando esurio, crepitant. Idem *Men. sc.* 5. *a.* 5. *à.* murmurant, & sonant, quod intestinis inanibus accidere solet. Idem *in Amph. sc.* 2. *a.* 1. Orationem comprimam, crepuit foris. Athenis etiam fores in publicum aperiebantur, qui domo exibat, ne quem eas aperiendo fortè præterentem læderet, eique fores impingeret, crepitum eas fecisse antè edebat. Sic apud Aristophanem ψοφεῖτε ἔνδον, de eo qui foras exire vult. Ter. *in Adelph.* Sed quisnam crepuit foris? Ovidius,

*Et crepat ad medios laurea usta focos.*

¶ Per translationem ponitur pro dolere, queri, accusare. Hor. *lib.* 1. *Car.*

*Quid post vina gravem pauperiem crepas?*

Hinc componuntur Concrepo, id est, personо, ἀχέομαι. Unde Concrepare digitis, est digitis sonum edere. Cic. *Offic.* 3. Itaque si vir bonus habeat hanc vim, ut si digitis concrepuerit, possit in locupletum testamenta nomen ejus irrepere. Increpo, quod est etiam crepitum, vel sonum emitto. Idem deprehendo, sed veluti cum crepitu, id est, verborum pedùmve strepitu. *Tancer, reprendre aucun asprement.* Cic. 4. *Acad.* Sed tamen illis versibus increpant eorum arrogantiam, quasi irati. Peterepo, valdè crepo. Cic. 4. *Verr.* Locum illum litoris peterepare totum mulierum vocibus, camúque symphoniæ: & habent pen. cor.

Crĕpĭto, as: Crepitum edo, frequenter crepo. {תקע *hamáh.* ἀκούω. Gall. *Craqueter souvent, & faire bruit, peter, bruire souvent.* Ital. *Far strepito.* Germ. Ein getrauſch/oder gethön machen. Hisp. *Hazer ruido.* Angl. *To make a rustling or ringing often, or noise, to fart.*} Plin. *lib.* 11. *cap.* 17. Myrrata reprehenduntur, crepitantque in igne.

Crĕpĭtŭlum, ornamentum capitis, quod in capitis motu crepitum facit. Festus.‖ Tertul. *lib. de pall.* crepidulum.‖

Crĕpĭtācŭlum: Sistrum, æreum instrumentum, quod manibus percussum reddit sonum, in Isidis sacris solenne, teste Valer. *lib.* 4. *cap.* 29.} עגב *bágbet.* κύμβαλον, κρέμβαλον. Gall. *Un sistre, ou autre instrument pour faire bruit, bruit comme une sonnette, clochette, crecerelle, & semblables choses.* Ital. *Cembalo, campanello, sonaglio, & cose simili.* Germ. Glöcklin/oder andere ertzne instrument/an welche so man schlecht/ein thon gibt. Hisp. *Castillejo, juego de niños.* Angl. *A sounding or rattling instrument, as a drumme and such like.*} Colum. *lib.* 9. *cap.* 12. Crepitaculis æreis, aut testarum plerumque vulgò jacentium sonitu terreatur fugiens juventus. Quint. *lib.* 9. *cap.* 4. Et sonum edant puerilium crepitaculorum. Mart. *epig.* 54. *lib.* 14.

*Si quis plorator collo tibi vernula pendet,*
*Hac quatiat tenera garrula sistra manu.*

Crĕpĭtācŭlum, diminutivum à crepitaculo. κρεμβάλιον. Lucret. *lib.* 5.

*Nec crepitacillis opus est.* Aliàs legitur, *crepitacula ea.*

Crĕpāx, ācis, à Crepando: sicut, ab edendo, Edax. Unde Crepacem malam, quodam in carmine dixit Mecœnas, referente Sen. *epist.* 114.

Crĕpĭtŭs, us: Sonitus est, qui ex concussione & impulsu resultat. {תקיעה *tekiáh*, תפיר *hamirh.* ψόφος, κρότος, ἀκούω. Gall. *Son violent & soudain de quelque chose qui se soit.* Ital. *Strepito.* Germ. Ein knall/thon/krach. Hisp. *Sonido ò ruido de loque se quiebra.* Angl. *A hastie and suddane sowne any thing.*} ¶ Unde pedentis sonum, Crepitum ventris dicimus, quem Stoici æquè liberum esse debere, atque ructum affirmabant. Plaut. *in Curc. sc.* 3. *a.* 2. Ubi quid furtipuere, operto capiculo calidam bibunt: tristes atque ebrioli incedunt. Eos ego si offendero, ex unoquoque eorum ejiciam (aliàs excuttam) crepitum polentarium. Strepitus, crepitus, sonitus (de flumine.) Plaut. *Amph. sc.* 1. *a.* 5. Sonitus prohibe fortium, & crepitum cardinum. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Sonitum & crepitum claustrorum audio. *Ibid.* Crepitum digitorum polcere matellam. Mart. *epist.* 119. *lib.* 14. Et Crepitus plagarum dixit Cicer. *in Verr.* 7. Crepitus dentium, idem 4. *Tusc.* Crepitus armorum. Plin. *lib.* 1. *cap.* 37. Crepitus fortium, Plaut. *in Curc.* Crepitus fixorum, Varro *lib.* 2. *cap.* 7. Crepitus gladiorum, Hirc. *lib.* 6. Crepitus imbrium, Plin. *lib.* 12. *cap.* 1. Crepitus pedum, Cic. *in Top.* ¶ Nec crepitu quidem digiti dignus, οὐκ ἄξιος ψόφου ἀκοῦσαι. De deridiculo, nullíusque pretii homine. Athenæus *lib.* 12. *de Sardanapali epitaphio.* Et is gestus & proverbium in hodiernum usque diem manet apud nostros, quum aiunt: Ne hujus quidem facio. ¶ Crepitu probabis: κρότῳ δοκιμεῖς. De iis qui ridiculè explorant alterius in se animum. Suidas.

Crepsa Ptolemæo, Liburniæ urbs, Crexa dicta Plinio.

Crĕpūndĭă, orum. {τὰ παιδικὰ ἀθύρματα κρεμβάλια. Gall. *Toutes petites choses dequoy les enfans se jouent, comme poupées, anneaux, chainettes, & telles enfantises.* Ital. *Ornamenti da bambini.* Germ. Allerley ding so man den kindern gibt zu geschweigen/als docken/tilde pfeiffen/schellen/&c. Hisp. *Los dijes, ò juguetes, ò panales de los niños.* Angl. *A laykin babie, trifles gevin to children.*} Dicuntur prima munuscula, quæ dantur pueris: ut sunt fasciolæ, linteoli, vestes, bullæ, coralia, enficuli, crepitacula, & puerilia ornamenta hujusmodi, quibus pueri delectantur: à crepando, i. tinniendo dicta: quoniam infantes crepitaculis maximè gaudent. Plaut. *in Rud.* Sunt crepundia. D. Ecce. Video qua facie sunt. Enficulus est auricolus, primùm literatus. Pòst altrinsecus est securicula anceps, item aurea, literatus. Pòst ficula argenteola & duæ connexæ maniculæ: Et ficula, & bulla aurea est, patet quam dedit mihi natali die. Plin. *lib.* 11. Semeltris loquutus est Cræsi filius in crepundiis, quo prodigio totum id concidit regnum.

‖ Crepus Lupercus, à crepitu pellicularum, quem faciunt verberantes. Fest.‖

Crĕpūscŭlum. Lux dubia, quæ fit ante Solis ortum & ante occasum. {שחר *neschcph.* ὄρθρος, ἀμφίλυκος. Gall. *Crepuscule, le temps quand le jour faut, entre chien & loup, jour faillant.* Item, *le point du jour, quand la nuit faut.* Ital. *Luce dubia, quando si fa sera, o vero giorno.* Germ. Die zeit wann tag und nacht scheyde/besonders am abent. Hisp. *Entre lubrican ò entre dos luzes.* Angl. *The evening, or uncertaine light before the sone rise or go downe, the twight.*} à Crepero, h. e. dubio: quia tunc multis dubium est, dies sit jam, an nox. Plin. Oriente sole, aut Occidente, matutini vespertinive cognominati, prout alterutri eorum manè, vel crepusculo contigit. Col. *lib.* 7. Juxta conseptum saxis & canalibus sal superjectus, ad quem saturæ pabulo libenter recurrunt, cùm pastorali signo quasi receptui canitur: nam id quoque semper crepusculo fieri debet. Lucan.

*Longa repercusso nituere crepuscula Phœbo.*

Et Ovid. 5. *Fast.*

*Inde domum redeunt sub prima crepuscula (noctis) mactl.*

Crĕpūscĭi, apud Sabinos nominati, qui eo tempore erant nati. Et Sidonius horam vespertinam, Crepusculascentem dixit.

Cres,

——*Phœbo gratissima dona*
*Cres tulit.*

Tib. *lib.* 4. Vide *Creta.*

Crescens, κρήσκης. Philosophus Cynicus Justino martyri infensus, ut pluribus testatur Tatianus *in bello contra gentes.*

Crĕsco, is, evi, etum: Augeor. {גדל *gadál*, רבה *rabáh.* αὐξάνω, αὐξάνομαι, ἐπαύξω. Gall. *Croître, s'augmenter.* Ital. *Crescere, aumentare.* Germ. Wachsen/oder zunemmen. Hisp. *Crecer.* Angl. *To grow or encrease.*} Juven.

*Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.*

Cicer. 2. *de Divin.* Ostreisque & conchyliis omnibus contingere, ut cum luna pariter crescant, pariterque decrescant. Idem *pro lege Manil.* Quum socii pertimuissent hostilium opes, animique crevissent.

*Et qui Cæsareo juvenes sub nomine crescunt.*

Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

*Vel quod adhuc crescens & rude carmen erat,*

Idem *Eleg.* 6. *lib.* 1. *Trist.* Crevisti sub noverca. Senec. *cap.* 2. *de consol. ad Helv.* Crescere alicujus criminibus, ex Livio *lib.* 3. *d.* 4. In domo alicujus crevisse, pro Nutritum ab infantia fuisse. Suet. *in Othone cap.* 1. Per gratiam Liviæ Augustæ, in cujus domo creverat, Senator est factus. Hujus composita sunt Accresco, adaugeor, ἐπαύξομαι. Concresco, simul cresco, & conjungor, συναύξομαι. Unde concretum, conglutinatum, συναυξές. Decresco, diminuor. Excresco & Increscо, valde cresco: unde Incrementum. Recresco, rursus cresco, ἀναύξομαι. Succresco, inferiùs, vel paulatim cresco. Supercresco: quæ vide suis locis.

Crēmēntum, pro augmento. αὔξησις.

Crescentia, æ, incrementum, αὔξησις: ut, Dierum crescentia: cui dierum correptio & brevitas opponitur. Vitruv. *lib.* 9. *cap.* 9. Quarum brevitates, aut crescentiæ cuneorum adjectus, aut exemptus in singulis diebus & mensibus perficere cogit. Rursus, si autem cuneorum adjectionibus & detractionibus correptiones dierum, aut crescentiæ non probabuntur.

Crētio, pro additione hæreditatis : vide in *Cerno*.

Creteis, Nymphæ marinæ, non à fontibus dictæ : κρήνη enim fons dicitur. Perottus.

Crētium, κρήνιον, urbs Cypri. Steph.

Crētis, κρῆτις, oppidum Paphlagoniæ est, teste Stephano, post excidium Troianum à Merione conditum. ¶ Est & portus Cariæ, Rhodo insulæ oppositus. Plin. *lib.* 5. *cap.* 28. ¶ Cretis etiam dicitur mulier ex Creta insula. Vide in dictione *Creta*.

Crētisēa, Herod. *lib.* 7. regio Pallenæ vicina, ac Thermæo sinui contermina.

Crētōn, Κρῆτων, oppidum, de quo Herod. *lib.* 1. Qua lingua Pelasgi sunt usi, affirmare non possum, sed conjecturâ ignorum, licet dicere eadem qua nunc Pelasgi utantur; qui supra Tyrrhenos urbem Crestonem incolunt, quodam tempore finitimi eorum, qui nunc Dores vocantur. ¶ Est & nomen regis Bithyniæ, cujus meminit Justinus *lib.* 38.

Crēta, & Crete, es, æ. {κρήτη.} Insula in medio Ponto, rerum urbium famâ clara, quæ (ut scribit Strabo) à Septentrione Ægæo alluitur simul & Cretico pelago : ab Austro Libyco : ad Occidentem Ægylam & Cytheram spectat : ad Orientem Carpathoo. Habet in longitudine ducentà millia septuaginta passuum, in latitudine quinquaginta millia. Circuitus ejus quingenta octoginta novem millia passuum complectitur. Hodie Candiam vocant. Insignes in ea urbes sunt, Cortyna, Cydon, Gnossus Minois regia, & Strabonis Cosmographi patria. Nullum in Creta animal noxium est, optimique vini fertilissima est, de qua Virg. 3. *Æneid.*

*Creta Iovis magni medio jacet insula ponto,*
*Mons Idam ubi, & gentis cunabula nostræ,*
*Centum urbes habitant magnas uberrima regna.*

Primùm dicta est Curetas, ab habitantibus Curetibus, & per syncopen Creta. Alii dicunt Cretam dictam à Crete quodam Jovis filio Curetum rege. Alii à Crete nympha Hesperidis filia. Atrianus non à Crete nominativo, sed à Cres, Cretis genitivum faciente, nominatam dicit : sic enim vocatum ait eum, qui Jovem abscondit in monte Lycæo. ¶ Est & Creta oppidum Scythiæ, Valer. Flac. *lib.* 1.

——*quoties paucos ad littora ictûm*
*Deficiam : Scythicum metuens Pentúmque, Cretámque.*

Cretides nymphæ, Ovid. 5. *Fast.* Qui vestitu & Creta occultant & sedent, quasi frugi sient.

Crētes vocantur ejus insulæ populi, & mulieres Cressæ, κρῆσσαι.

Crētaeus, & Cressius, adjectivum, κρητικός. Sunt autem hæc nomina quæ ex masculino fœmininum ad similem formam mittunt : scilicet, Cres Cressa, Libys Labyssa, Phœnix Phœnissa, Thrax Threissa. Tibullus,

——*etiam Phœbo gratissima dona*
*Cres tulit.*

Ausonius,

*Præpetibus pennis super æra vectus homo Cres.*

A Crete verò fiunt Creticus, ἡ κρήτη, & Cretensis.

Crētaeus, a, um, quod ex Creta insula est. κρητικὸς ὁ. Ovid.

*Stratáque Cretæam bellua strauit humum.*

Crētēnsis, κρής. Nomen gentile à Creta insula deductum. Unde proverbium, Cretizare cum Cretensi, πρὸς Κρῆτα κρητίζειν, i. adversùs mendaces mendaciis uti. ¶ Cretensis Cretensem, ὁ κρὴς τὸν κρῆτα, lubandi, quod erit commodum fenerantiæ, provocat, conatur circumvenire, aut tale quippiam. Quoties improbus agit cum improbo, perfidus cum perfido. Sumptum adagium à Cretensium moribus, quos plurimis convitiis incessit antiquitas. ¶ Eundem obtinet sensum, Cretensis cum Ægineta, Κρὴς πρὸς Αἰγινήτην : subaudiendum, agit. Quærat in pariter improbos, qui mutuis inter se fallaciis agunt. Cic. 3. *de nat. deor.* Tertius Jupiter Cretensis Saturni filius.

Crētīcus, a, um, adject. formatum à Creta insula, κρητικὸς : ut, Creticum mare. Horat. 1. *Car. Ode* 26. Plaut. *Amph. sc.* 4. *a.* 4. Per freta lonium, Ægeum, & Creticum.

Crēta, creta tenax. κιμωλία γῆ. Gall. *Creye ou craye, terre blanche de quoy on se sert pour marquer.* Ital. *Creta, terra renace.* Germ. Kreiden. Hisp. *La greda à barro blanco.* Angl. *Chalke.* {vel à Creta insula, in qua optima provenit : vel à crescendo, quoniam proprietas ejus est, ut macerando crescat, quod in primis cretæ Umbriæ accidit, quam vocant saxum : quæ non nisi poliendis vestibus adhibebatur, iisque dumtaxat candidis. Erant & Cimoliæ cretæ duo genera, candidum unum, & alterum ad purpurissum inclinans, utrumque vestibus aptum. Hac medici adversùm morbos utuntur. Laudatur & Creta Thessalica. Item quæ argentaria appellatur, nitorem argenteum reddens. Utilissima erat creta, qua pedes venalium trans mare advectorum notare mos erat. Creta Asiatica, Cic. *pro Flac.* Hæc quæ est à nobis prolata laudatio, obsignata erat creta illa Asiatica, quæ est ferè omnibus nota nobis. Tenax creta, Virg. 1. *Georg.* ¶ Creta notare, pro approbare. sicut carbone notare, pro damnare, proverbiali figura legimus. Pers. *Sat.* 5. ¶ Creta, pro calce, i. curriculi fine, qui ita vocatus, quòd creta, aut calce notaretur : quod intellexit Lucretius, cùm dixit præscripta candida, indicans præscriptum velùtque cretatum finem. Seneca *in epist.* Deinde transit ad ea, quæ consuetudo sæculi mutavit, tanquam quod ait Cicero : Quoniam sumus ab ipsa calce ejus interpellatione revocati : hanc, quam nunc in circo cretam vocamus, antiqui calcem dicebant.

Crētula, dim. Cicer. 6. *Verr.* Quum Valentino ejus interpreti epistola Agrigenti allata esset, casu signum ille animadvertit in cretula.

Crētāceus, a, um. {ὁ ἐκ τῆς κιμωλίας γῆς. Gall. *Qui est de creye.* Ital. *Di creta.* Germ. Von kreiden gemacht. Hisp. *Cosa de materia de greda.* Angl. *Of chalke.* } ut, Cretacea uligo, quæ crevit in loco cretoso. Plin. *lib.* 18. *cap.* 9. Rufior illa, at Pisana candidior, ponderosior verò cretacea.

Crētātus, a, um, quod est creta inspersum. {ὁ τῇ κιμωλίᾳ χρώμενος. Gall. *Blanchi ou marqué de creye.* Ital. *Cretato, incretato.* Germ. Mit kreiden gemeißt. Hisp. *Cosa untada con greda.* Angl. *Made white or marked with chalke.* } Lucil.

*Cretatúmque bovem duci ad Capitolia magna.*

Unde Cretati pedes dicebantur, qui creta erant dealbati, qualem solebant esse servorum pedes, qui trans mare venales advehebantur. Unde Plinius inter prodigia insolentis fortunæ commemorat, liberos aliquot Prætoris ornamentis decoratos rediisse eò, unde cretatis pedibus advenissent. Ad hoc alludit Juven. quum ait,

*Nuper in hanc urbem pedibus qui venerat albis.*

Crētæfodīna, æ, locus ubi creta eruitur. { Angl. *A chalke pitte.* } *D. lib.* 7. *tit.* 1. *l.* 9. Sed si lapidicinas habeat, & lapidem cædere velit, vel cretæfodinas habeat, &c. Alibi *cretifodina.*

Cretēra, vas vini, à cratere. Fest. Nonius habet : Craterra, vasa vini. Virg. *Æneid. lib.* 1.

*Craterasque lati fundunt, & vina coronant.*

¶ Item craterra est, quam nunc situlam vocamus. Junius *in nomenclat.* Creterra verlorem lectionem esse dicit. Sed utrumque rectum est : craterra, quia Græci dicunt κρατὴρ communiter, & κρητὴρ Ionicè.

Crētōsus, a, um, quod est creta plenum. {ὁ ἐκ κιμωλίας γῆς μεστός. Gall. *Abondant en creye.* Ital. *Pieno di creta.* Germ. Kreidechtig, voll kreiden. Hisp. *Lleno de greda.* Angl. *Full of chalke, chalkie.* } Plin. *lib.* 15. *cap.* 18. Cato de ficis ita memorat, Ficos marisca in loco cretoso, aut aperto serito. Ovid. 7. *Metam. Cretosa rura, & ager cretosus.*

Cretenia, κρητηνία, locus Rhodi, ubi Althemenes habitabat, qui quum ex oraculo patrem se occisurum accepisset, dum fugit ne hoc perpetret, noctu in navigium incidit, in quo piratas esse ratus, patrem occidit. Supra Cretenium Arabii montes sunt. Steph.

Crētheus, dissyllabum, in genitivo Cretheos, κρηθεύς. Æoli filius fuit, qui ex Tyro Salmonei fratris filia Æsonem genuit, Alcimedontem, & Amythaonem.

Cretheis, denom. ut, Virgo Crethei, apud Flac. *lib.* 1. dicitur, Helle Crethei neptis.

Crēthmos, batis Plin. (cui duplex batis, marina, & hortensia, *lib.* 22. *cap.* 25.) Herba est cujus folia sunt angustiora, quàm portulacæ, sed crassiora.

Crethon, nis, filius fuit Diocli, qui cum fratre Orsilocho ad bellum Troianum Græcis auxilium laturus profectus est : sed quum hi duo nimium suis viribus confiderent, cum Æneæ congredi non dubitaverunt, à quo etiam ambo sunt interfecti. Quos & eorum cadavera vix à Menelao & Antilocho ex hostium manibus subtrahi potuerunt.

Creticus, substantivum, κρηκὸς. Genus pedis est, qui constat prima & tertia longis, & media brevi, ut Sanitas. Alio nomine Amphimacrus.

Crevi, præteritum : Modò significat, Hæreditatem adii : modò, Major ætate, vel censu fui : modò, Judicavi : modò, Divisi. Quæ omnia à duobus verbis, Cresco, & Cerno, veniunt. Fest. Vide *Cresco*, & *Cerno.*

Crēūsa, κρέουσα. Creontis Corinthiorum regis filia fuit, quam Jason, repudiata Medea, uxorem accepit : quamobrem Medea indignata, carminibus suis ignem inextinguibilem seminolo inclusum per filios suos Creusæ munera loco misit : filios verò præmonuit, ut statim oblato munere discederent. Creusa igitur videndi cupida, nihilque mali suspicans, seminolum aperuit, & continuò evolavit ignis, Creusam que & totam Creontis regiam exussit. Ovid. *lib.* 1. *de Arte.*

*Cui non detesta est Ephyræa nata Creüsa.*

¶ Alia fuit Priami & Hecubæ filia, Æneæ conjunx, cui Ascanium filium peperit. Hanc in excidio Ilii, ab Æneâ, qui fugiens, patrem humeris gestabat, filiumque manu ducebat, perditam fuisse in nocte, dum vias notas excessisset, tradit Maro *lib.* 2. *Æneid.* Sed nonnulli eam ab ipso Æneâ ex pactione cum Græcis facta occisam volunt, ne quis ex semine Priami superesset. Verum his refragatur fabula de Heleno & Cassandra, liberis Priami, quos Græci captivos abduxerunt.

Creūsis, κρέουσις, oppidum est in confinio Bœotiæ, Locrorum & Ætolorum, ut annotavit Vadianus *in Pomp. lib.* 2.

Cribrum, incerniculum, instrumentum ex pellibus suillis, utplurimùm, crebris pertusum foraminibus, ad fromenta purganda. {בְּרוּרָה *chebaráh*, נָפָה *naphâh*. κόσκινον, ἴτριον. Gall. *Crible.* Ital. *Cribro, vaglio.* Hisp. *El cerno para cernir.* Angl. *A sive, a ferte.* } Cicer. *de Divinatione.* Quasi verò quidquam interlirit, mures diem ac noctem aliquid rodentes, scuta an cribra corroserint. Ovid. 12. *Metam.*

——*vrvo liquere vari sub pondere cribri.*

¶ Cribro aquam haurire, vel gerere, κόσκινον ὑδρεύειν, ἢ ἀντλεῖν. Proverbium in eos qui operam perdunt. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Non pluris refert, quàm si imbrem in cribrum geras. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 1. O carnificinum cribrum. ¶ Cribro crebrius, scitè dictum est, nec sine proverbii schemate, pro eo quod erat plurimis locis, ac passim. ¶ Ad cribrum dicta, πρὸς τὸ κόσκινον. Quæ vera compertáque vellent, ad hunc appellabant modum. Sumptum à divinationis genere, quòd suspenso circumactoque cribro peragebatur. Unde natum aliud adagium, Cribro divinare : κοσκίνῳ μαντεύεσθαι, hoc est, conjectura sagaci rem deprehendere, aut stultè de rebus occultis divinare. Lucian. *in Pseudomante*, κοσκίνῳ τὸ ἐν λέκυθῳ μαντεύεσθαι : id est, cribro, quod aiunt, divinans. ¶ Sunt & cribra, quæ è setis equorum, farinæ à furfuribus separandæ gratiâ, facta sunt. quæ Farinaria, Setacea, & Subcernicula dicuntur. Sunt & Excussoria à lino, & Pollinaria à polline, quæ à nonnullis ab incernendo, incerniculæ dicta sunt.

Cribro, as. Purgo. {זָרָה *benizh.* σήθω. Gall. *Cribler.* Ital. *Crivellare, vagliare.* Germ. Reutern, siebern. Hisp. *Acrivar, parandar à cerner.* Angl. *To sifter serce.* } Cribramus enim triticum & humismodi, ut à pulvere, & rebus immundis secretatur. Col. *lib.* 12. *cap.* 43. Nam omni lentore misso, facilius in pulverem resolvitur

solvitur, atque cribratur. Plin. *lib.* 15. *cap.* 5. Præterea mirum inventum est, quod incisum sorticulis, ut diximus, cribrant, cortex remanet.

Cribello, as. Pallad. *in Januario, tit.* 41. Sebum liquefactum cribellato cineri admistum.

Cribrārĭus, a, um: quod ad cribra pertinet. κοσκινικός. Plin. *lib.* 18. Item cribraria, quæ simili modo in tertio remanst cribro.

Cricellus, κρικίσκος, sunt anelli, orbiculi, circuli. Mauricius, & Leo Imp.

‖ Cricello, cricellus, circulus parvus. L. gr. b.‖

Crīmĕn: Delictum, peccatum, fraus, noxia, maleficium. { פשע *pischah*, גדוף *ghidduph*. ἀδίκημα. Gall. *Crime, cas commis, delict.* Ital. *Delitto, mancamento, colpa, disfetto.* Germ. Ein laster/sund. Hisp. *Crimen, grande pecado.* Angl. *A fault, an offence, blame.* } Seneca. Vitam agens simplicem, rectam, sine crimine. Cicer. *ad Marium.* Sunt enim qui, quum meus interitus nihil fuerit Reip. profuturus, criminis loco putant esse quòd vivam. Idem, Eodem ergo te condemnabo crimine.

*—— Crimen defendite vestrum.*

Ovid. 13. *Metam.*

*Si simulare vocat crimen, simulavimus ambo.*

Ibid.

*Et fuse in Stygia crimina nostra fore.*

(i. si reus agor apud Inferos.) Idem *Eleg. ult. lib.* 4. *Trist.*

*—— Non hæc mihi crimina fingi*
*Scit bene Tydides.*

Idem 13. *Metam.*

*Non tamen ideirco crimen liber omnis habebit.*

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Crimen honestum (Catoni ebrietas.) Sen. *cap. ult. de Tranq.* ¶ Domesticum ac vernaculum crimen, Cicer. *act. in Verrem* 5. appellat, quod intra parietes admissum, nondum pervenit in publicum rumorem. ¶ Ponitur aliquando pro criminatione & objectione, ἔγκλημα. Cic. *in Phil.* Hæreditatem mihi negasti obvenisse: utinam hoc tuum verum crimen esset. Et sic dicitur à Cerno, sicut à Discerno, Discrimen. Virg. 7. *Æneid.*

*Discite compositam patrem, sere crimina belli:*

id est, contentiones, jurgia, ex quibus bellum oriatur. ¶ Aliquando ponitur pro falsa suspicione. Idem 11. *Æneid.*

*—— Formidine crimen acerbat.*

Terent. *Hecyr.* Nam si compererit criminatus se falsò uxor credidisse, missam iram faciet. ¶ Jurisconsulti tamen inter crimen & delictum distinguunt, perspicuitatis studio, ita ut Criminis nomine capitalis fraus intelligatur, veluti cædes, adulterium, &c. Delicti verò privata noxia, ut furtum, injuria. ¶ Crimen quandoque etiam pro criminatione seu actusatione ponitur, ut quum accusatores perseverare dicuntur in crimine, id est, in criminatione, sive in criminando. Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Homines qui gestant, qui auscultant crimina (i. criminationes omnes.) ¶ Interdum pro pudore. Ovid. *Eleg.* 11. *lib.* 2. *Amor.*

*Vestrum crimen erit talis fallere puellas.*

Idem 5. *Fast.*

*—— sceleris crimine damnat avos.*

Non illud,

*Expositum Lemnos nostro cum crimine haberet.*

(i. dedecore.) Ovid. 13. *Metam.*

*Tantâque non parvo crimine præter emit* (i. adulteria.)

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

*Luxit Aristides Milesia crimina secum* (i. stupra.) *Ibid.*

*Nec meus ullius crimina versus habet.*

(i. neminem infamavi.) *Ibid.*

*—— Et qua sine crimine vestos*
*Perpetua servant virginitate focos.*

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.* (i. sine stupro ullo, aut adulterio.)

Crīmĭnālĕ, quod est criminis. { ἐγκληματικός. Angl. *That wherin is offence.* } ut, Criminalis causa.

Crīmĭnālĭtĕr: ut, Criminaliter agere: cui opponitur, Civiliter agere, apud Ulp. *D. lib.* 47. *tit.* 1. *l. ult.*

Crīmĭnōsissĭmè, Sueton. *in Tiber.* Ita assumptam criminosissimè insectatus est.

Crīmĭnōsŭs, a, um: Suspiciosus, quod criminis suspicionem adfert. { חלך רכיל *holdeh rachil*. διαβολικός, συκοφαντικός. Gall. *Imposteur qui impose des crimes & cas reprochables, calomniateur.* Ital. *Ingiurioso.* Germ. Schmächet/ dir einem ein laster / oder schmach zulegt. Hisp. *Acusador.* Angl. *Readie to accuse, rebuke full, reprochefull.* } Cic. *pro Cluent.* Hic tribunus plebis, modestus, prudens, non modò non seditiosus, sed etiam seditiosis adversarius. Ille autem acerbus, criminosus, popularis homo, ac turbulentus: Infamis, propudiosa, & criminosa uxor. Gell. *cap.* 7. *lib.* 2. ¶ Criminosum, quod in se crimen habet. Col. *lib.* 1. Criminosum tamen senatori fuit supra quinquaginta jugera possedisse.

Crīmĭnōsissĭmŭs, superlat. Suet. *in Cæs. cap.* 54. Aulique Cecinæ criminosissimo libro, & Pætholai carminibus maledicentissimis lacerata existimationem suam civili animo tulit.

Criminosissimè. Suet. *in Tib. cap.* 53. Criminosissimè insectari.

Crīmĭnōtè, adverbium: Suspiciosè. { רכיל *rachil*. διαβολικῶς. Gall. *En imposant crime & blasme, criminellement.* Ital. *Imponendo colpa & biasmo.* Germ. Mit zulegung einer schand oder lasters. Hisp. *Criminalmente.* Angl. *Rebuke fullie in the way of accusation.* } Cicer. *pro Rosc. Amer.* Quum enim aliquid habeat quod possit criminosè ac suspiciosè dicere, apertè ludificari & calumniari sciens non videatur.

Crīmĭnāri, est culpare, accusare, contumeliosè reprehendere. { רכיל חלך *rachil halach*, שטן *satán*, רעה דבר *beisi dibbâh*. διάβολος, διαβάλλειν, ἐγκαλεῖν. Gall. *Blasmer & reprocher, accuser, calomnier.* Ital. *Incolpare, accusare, calomniare.* Germ. Lästern/ von eines lastern wegen fälschlich beklagen. Hisp. *Acusar, culpar.* Angl. *To blame and rebuke, to accuse falselie.* } Cic. *ad Att.* Me tantùm competisse omnia criminabatur. Et drusus, Criminor te furti illi, vel apud illum. Ter. Hoc metu, ne mé criminaretur tibi. Cicer. 3. *Off.* C. Marius Qu. Metellum apud Romanum criminatus est, bellum illud ducere. Criminari uxorem, Suet. *in Tib. cap.* 10. ¶ Criminat, pro criminatur, apud Enn. *lib.* 3. *Satyr.* Nam is non bene vult tibi, qui falsò criminat apud te.

Crīmĭnātĭo: Objectio, reprehensio, accusatio. { שטנה *sitnâh*. דבת *dibbâh*. διαβολή, ἔγκλημα. Gall. *Blasme, reproche, accusation.* Ital. *Colpa, biasmo.* Germ. Lesterung / schmähung/ zulegung eines lasters. Hisp. *Aquella accusacion de crimen.* Angl. *Blaming, reproching or accusing falselie.* } Cic. *pro lege Agrar.* Nunquid est causa, Quirites, quum illa criminatione, qua in me absentem usus est, non solùm meam, sed etiam vestram diligentiam, prudentiámque desperetur.

Crīmissa, æ, κρῖσσα, oppidum est in extremis Italiæ finibus, juxta Thurium & Crothonem: ita dictum à Crimissa Nympha. Gentile est Crimissæus. Strab. *lib.* 7.

Crinanthemon, κρινάνθεμον. Flos notissimus, quem Dion κρίνον βασιλικὸν, Romani lilium appellant.

Crīnis, Capillus: vel Crines, Capilli. { שער *seór*, צמה *tsammâh*. τρίχες. Gall. *Cheveux, perruque.* Ital. *Crini, capelli.* Germ. Haar. Hisp. *Cabellos.* Angl. *The heare of the head.* } Κόμη, κρῖνος, hoc est, à discernendo dicti. Virg. 4. *Æneid.* Et crines flavos. Cicer. 5. *Verr.* Hæc civitas mulieri redimiculum præbeat, hæc in collum, hæc in crines. Tacitus *de moribus Germ.* Accisis crinibus nudatam, coram propinquis expellit domo maritus.

*—— Resoluto crine precatur.*

Ovid. 3. *Fast.* Crinibus demissis agnam Idoneæ pellex cædito. Gell. *cap.* 3. *lib.* 4. Fam. genet. apud Non. *cap.* 3. Plaut. *Most.* Gerundum morem censeo, & capiundas crines tibi. Item Att. *Epigrammat.* Dissolutâ crine. ¶ Capere crines. Idem Plaut. *Most.* dixit, pro arripere occasionem oblatam, & arreptam recinere. Crinis etiam piscium dicitur. Plin. *lib.* 9. *cap.* 30. *de polyp. pisc.* Namque & affatu terribili canes agebat, nunc extremis crinibus flagellatos, &c. ¶ Crinis etiam videtur esse genus vinculi ex crine equinæ caudæ confecti. Plin. *lib.* 17. *cap.* 22. Jugum fit pertica, aut arundine, aut crine, funiculóve, ut in Hispania Bunduliócque.

Crīnālis, e, adjectivum. { ὁ τῆ τριχῶν. Gall. *Des cheveux, des appartenances des cheveux.* Ital. *Pertinenti à capelli.* Germ. Das zů dem haar gehört. Hisp. *Cosa pertenecient à los cabellos.* Angl. *That belongeth to heare.* } Quod pertinet ad crines: ut, Vitta crinalis. Ovid. 9. *Metam.*

*Crinalem capiti vittam natasque filiæque*
*Detrahit.*

Crīnāle, substantivum, neut. gen. { τὸ ἐπίχρισμα. Angl. *An heare, a caule.* } Ovid. 5. *Metam.*

*—— ornabant aurata monilia collum.*
*Et madidos myrrha curvum crinale capillos.*

Crīnĭger, a, um: qui multos habet crines. { βαθυχαίτης. Gall. *Qui porte perruque, cheveln.* Ital. *Capiglinto.* Germ. Haarechtig / der vil haar hat. Hisp. *Cosa que tiene è trae cabellos.* Angl. *That hath much heare.* } Lucan. *lib.* 2.

*Et vos crinigeros bellis arcere Catos*
*Oppositi, petitu Romam.*

Crīnīre, est crines emittere. { κομᾶν. Gall. *Mettre cheveux.* Ital. *Mettere capelli.* Germ. Haar vbertommen. Hisp. *Encabellecer ò criar cabellos.* Angl. *To grow heavie.* } quod verbum legitur apud Statium 4. *Thebaid.*

*—— vatem cultu Parnassia monstrant*
*Vellera, frondenti crinitur cassis oliva.*

Crīnītus, a, um, quod crines habet. { צמית *tsammith*. κόμης. Gall. *Cheveln.* Ital. *Crinito, che ha i capelli.* Germ. Haarechtig. Hisp. *Cosa de luengos cabellos.* Angl. *Heavie, that hath heare.* Virg. 1. *Æneid.*

*—— tithara crinitus Iopas*
*Personat aurata.*

Crinita stella. Cic. *de nat. deor.* Tum stellis his quas Græci Cometas, nostri Crinitas vocant. Idem 6. *Verr.* Gorgonis os pulcherrimum, crinitum anguibus revellit, atque abstulit: Galea crinita triplici juba. Virg. 1. *Æneid.* Malè crinita mulier. Ovid. 3. *de Arte.*

Crinina, unguenti genus, valetudinis causa compararum. Pompon. *l.* 21. *de auro & arg. leg.* Unguentis, inquit, non tantùm ea legata videntur, quibus ungimur voluptatis causa, sed valetudinis: qualia sunt commagena, glaucina, crinina, rhodina, &c.

Crīnīsus, κρῖνις, Siciliæ fluvius, Segestæ urbi vicinus: de quo Servius hujusmodi refert fabulam: Quum Laomedon Neptuno & Apollini mercedem pro ædificatione murorum Ilii recularet, Neptunus iratus Troiæ cetum immisit, ut eam vastaret. Consultus Apollo sinistra dedit responsa, puellas scilicet belluæ esse objiciendas. Hippocrates igitur nobilis Trojanus timens ne & Hegesta filia sua cete, ut Hesiona exponeretur, navi eam imposuit, ut potius se non vidente mergeretur fluctibus, quàm coram devoraretur. Sed illa casu in Siciliam delata, Crinisо placuit, qui in canem, seu ursum mutatus, eam oppressit, suscepitque ex eo concubitu Acestem Siciliæ regem. Virg. *lib.* 5. *Æneid.*

*Troia Crinisо conceptum flumine mater*
*Quem genuit*, &c.

Crinomēnon, τὸ κρινόμενον, à Rhetoribus appellatur contentio, quæ ex statu efficitur, & circa quod versatur certamen totius controversiæ: Latini Quæstionem vocant, teste Cic. in *Top.*

Crinōn, κρίνον. Plin. *lib.* 21. *cap.* 7. Lilium rubens appellat, quod alio nomine Cynorthodon dicitur, in Antiochia, Laodicea, Syria & Phaselide laudatissimum proveniens. Dioscorides tamen Græcique ferè omnes nullo discrimine sub κρίνου appellatione omnia lilii genera intelligunt. Theophrastus quatuor ponit liliorum genera, ex quibus quod Vere erumpit mox post violam album, peculiari nomine κρίνον appellat.

Crinonia, κρινία, frutex est lilii, teste Suida: nam lilium Græci κρίνον appellant.

‖ Criopolium, sacrificium arietum, quòd cùm immolantur, dejiciuntur clava, vel securi. Sic Tauropolium. Rhodig. *lib.*7. *cap.*15.‖

Criona, κριῶνα Steph. Vicus est Athenienſium, in tribu Antiochide.

Crios, κρίος, ciceris genus, quod Latini Atticetum appellant, ab arietini capitis figura: à qua & Græca appellatio fluxit. Namilli atticetum κρίον apellant. ¶ Fuit etiam Crios, κρίος, proprium nomen Athletæ cujuſdam ex Ægina inſula, apud Græcos cantatiſſimi.

Κριοῦ μέτωπον, ideſt, arietis frons. Cretæ inſulæ promontorium eſt ad Occidentem, versùs Cyrenas, ut ſcribit Rufus ex Dionyſio.

——— *hic procul ingens*
*Inclinat rupes ſeſe, obvia fluctibus altis.*

Et paulò poſt,

——— *ut ferus ora*
*Eſt aries, ultróque minax petit obvia fronte.*

Vide Pompon. Melam *lib.*2. *in deſcriptione Cretæ inſulæ*, Plin. *lib.*4. *cap.*12.

Crisis, ‖ יִרִין *din*, κρίσις.‖ Judicium, judicatio, ſententia. Unde dies Critici dicti, ſive (ut Cenſorino placet) Criſimi, κρίσιμοι, hoc eſt, judiciales & decretorii, de quibus *infrà*.

Criſpus Saluſtius, Latinæ hiſtoriæ princeps fuit (teſte Martiale) cujus hoc de illo extat elogium:

*Criſpum Romana primum in hiſtoria.*

Thucydidi ex Græcis opponitur à Quintiliano elegantiâ dicendi, Attica brevitate, ſententiarum crebritate. Taxarat autem à Pollione, ut nimis antiquarius, & ex Catonis originibus verba mutuatus: à Trogo autem, quòd orationibus nimis longis utatur, ſicuti & Thucydides. Ciceronis acerrimus inimicus fuit, ut ex utriuſque invectivis conſtat. Ejus de avaritia ſententiam laudat Gell. *lib.*3. *cap.*1. Avaritia (inquit) pecuniæ ſtudium habet: quam nemo ſapiens concupivit: ea quaſi venenis malis imbuta, corpus animúmque virilem effœminat: ſemper infinita & inſatiabilis eſt: neque copia, neque inopia minuitur. Idem Gell. *lib.*17. *cap.*18. de Criſpo Saluſtio ſic ſcribit: Marcus Varro in literis, atque vita, fide bonâ multâ, & gravi, in libro quem inſcripſit Pius, aut de Pace, Criſpum Saluſtium ſcriptorem ſeriæ illius & ſeveræ orationis, in cujus hiſtoria notiones Cenſorias fieri atque exerceri videmus, in adulterio deprehenſum ab Annio Milone, lotis bene exſum dixit: & quum dediſſet pecuniam, dimiſſum. Hæc Gellius. ¶ Fuit & Criſpus Conſtantini Cæſaris filius, à patre interfectus. ¶ Criſpus item Vibius, ore compoſitus, & jucundus: privatis tamen cauſis, quàm publicis melior, ut ait Quintil.

Crispûs, a, um. ‖ ἴλαος, τελχινικός. Gall. *Creſpé, creſpu, ondoyant, madré.* Ital. *Creſpo, riccio, riccinto.* Germ. Krauß. Hisp. *Creſpo.* Angl. *Curled, wrinckled, briade.*‖ ut, Criſpus capillus: id eſt, intortus. Plaut. *in Truculi.* Compoſitos, criſpos cincinnos tuos unguentatos. Criſpus, cincinnatus. Idem *Capt. ſc.*1. *n.*3. Criſpum agmen orationis & rotundum. Criſpum ſolium, Plin. *lib.*12. *cap.*15 Folium olivæ, verùm criſpius & aculeatum. Criſpiſſimum ſolium, apud Col. *lib.*11. *cap.*103. Criſpa abies. Cic. 3. *Tuſc.* Criſpioris elegantiæ materies, & ob id Perſis gratiſſima. Plin. *lib.*13. *cap.*39.

Criſpicans, antis. Gell. *cap.*11. *lib.*18. Ventus mare cæruleum criſpicans nitefcere facit.

Criſpûlûs, diminutivum à Criſpus, ἴκελος, ἱλάριος. Martial. *lib.*5.

*Criſpulus iſte quis eſt, uxori ſemper adhæret*
*Qui Mariane tuæ? Criſpulus iſte quis eſt?*

Criſpo, as, ate: criſpum reddere. ‖ ἱλαίνω, ἴλεως ποιῶ. Gall. *Creſper, faire creſper les cheveux.* Ital. *Increſpare.* Germ. Krauſi machen. Hisp. *Creſpar otra coſa.* Angl. *To wrinkle and courle the heare.*‖ Plin. *lib.*28. *cap.*8. Fimi cinere criſpari capillum. ¶ Criſpari terra herbis, dicitur per tranſlationem. Col. *lib.*10.

*Nunc apis viridi criſpetur floreda tellus.*

Criſpans, tis. ‖ Angl. *Trandiſhing or ſhaking.*‖ participium. Virg. *lib.*1. *Æneid.*

*Bina manu lato criſpans haſtilia ferro.*

Criſpâtûs, a, um. ‖ Angl. *That is curled or wrinckled.*‖ ut, Buxus criſpata cacumine, Claud. 2. *de rap. Proſerp.*

Criſpiſulcâns, adjectivum: ut, Criſpiſulcans fulmen. Cic. *in Topic.* At quum in Aiacis navim criſpiſulcans ignecum fulmen injectum eſt, inflammatur navis neceſſariò.

‖ Criſpolinorum civitas, id eſt, Veſuntio, *Beſançon*, V. A. in Burgundia.‖

Criſſa, æ, κρίσσα. Oppidum maritimum Phocidis, à Criſſo Phoci filio conditum, unde Criſſæus ſinus, κρισσαῖος κόλπος, qui & Corinthiacus appellatur, per octo ſtadiorum fauces, quæ inter Rhium ſunt, & Antirrhium, in Ionium mare ſeſe exonerans.

Criſcâre, πηδᾷν, & Cevere, non niſi poſito pudore exponi poſſunt. Eſt enim primum mulierum aptè ſe morantium, dum in re venerea ſunt. Juvenal.

——— *Criſtum criſſantis adorat.*

Martial. *lib.*10.

*Nunquid cùm criſſas blandior eſſe ſoleo?*

Alterum maſculorum dum prædicantur. Idem Martial.

*Sed pædicaris, ſed pulchrè Naevole cevas.*

Cevere etiam adulantium geſtus ſignificat. Perſius,

——— *An Romule cevet?*

Cristă, dicitur conus ille in vertice galli, & aliarum quarundũ avium. ‖ λόφος. Gall. *Creſte, pennache.* Ital. *Creſta, pennacchio.* Germ. *Der kam auff der vogeln haupt.* Hisp. *La creſta de aves, el penache ò cimera del yelmo.* Angl. *The coppe on a birdes heade, a combe.*‖ Plin. *lib.*10. *cap.*29. Upupa, obſcœnus aliàs paſtu avis, criſta viſenda plicatili. ¶ Ad hujus ſimilitudinem etiam Criſtam vocamus conum galeæ. Virg. 2. *Æneid.*

*Tum galeam Meſſapi habilem, criſtiſque decoram*
*Induit.*

¶ Criſta etiam herbæ ſpecies eſt, cujus meminit Plin. *lib.*27. *cap.*5. Alectorophos, quæ apud nos Criſta dicitur, folia habet ſimilia gallinacei criſtæ, plura, caulem tenuem, & ſemen nigrum in ſiliquis. Avellius eandem eſſe credit cum ea quæ Gallicè *Verveine* dicitur.

Crîstûlă, diminut. ‖ λοφίον. Angl. *A litle combe or feather: in the creſte of birdes.*‖ Col. *lib.*8. *cap.*2. Rectis, rutiliſque criſtulis.

Criſtatus, a, um. ‖ λόφον ἔχων. Gall. *Qui a creſte, qui eſt creſté ou creſtu.* Ital. *Che ha creſta.* Germ. *Das ein kamb hatt.* Hisp. *Coſa con creſta, penacho ò cimera.* Angl. *Copped, combed or creſted.*‖ Qui criſtas habet: ut, Criſtatæ aves, eſtque periphraſis gallorum gallinaceorum. Martial. *lib.*14.

*Criſtataque ſenum nudique lucis arves.*

Criſtata galea, Livius.

‖ Critades, judices. L. gr. b.‖

Critæ, judices, qui præſunt muſicis, agonicis, ſcenicis. Tertull.

Crithologus, κριθολόγος, qui hordeum colligit. ‖

Crithote, κριθώτη Steph. Urbs eſt Thraciæ ad Helleſpontum, octoginta ſtadiis à Cardia diſtans, cujus meminit & Plin. *lib.*4. *cap.*11.

Critias, κριτίας, Philoſophus fuit, qui dixit animam eſſe ſanguinem, ſicut & multi alii. Unde Virgilius,

*Purpureum vomit ille animam.*

¶ Fuit item Critias quidam, unus è triginta tyrannis Athenienſibus, & Lacedæmonii impoſitis, eloquens quidem, cæterùm omnium avariſſimus, atque crudeliſſimus, qui quum plurimis incommodis civitatem affeciſſet, tandem à Thraſybulianis, eo in prælio, quod circa Munychiam fuit geſtum, eſt interfectus. Vide Xenophontem *rerum Græcarum lib.*2. Hujus meminit Cic. *lib. de Orat.*2. Conſequuti ſunt hos (inquit) Critias, Theramenes, Lyſias: multa Lyſiæ ſcripta ſunt, nonnulla Critiæ de Theramene audivimus. Rurſum idem *lib.*3. Quid Critias? quid Alcibiades? civitatibus ſuis quidem non boni, ſed certè docti atque eloquentes: nónne Socraticis erant diſputationibus eruditi?

Critæ, κριταί, à Græcis dicuntur judices, qui muſicis, agonicis & ſcenicis certaminibus præerant.

Criticûs, a, um: ‖ κριτικός. Gall. *Critique, qui juge, donne jugement.* Ital. *Giudiciale, che ſa giudicio.* Germ. Urtheiler, Urtheil teller. Hisp. *Judicial, el que haze juyzio.* Angl. *Judiciall, that giveth judgement or judgeth.*‖ Idem quod judicialis, vel judicè agens, κριτὴς ἢ κρίνων, hoc eſt, à judicando: unde & poëmatum cenſores, & judices alienorum operum, olim Critici dicti ſunt, quales fuerunt Ariſtarchus & Ariſtophanes Grammatici: qui tantum ſibi in ipſum etiam Homerum permiſerunt, ut plurimos ejus verſus, tanquam nothos & ſubditicios, ex ejus operibus ſummoverint. Cic. *ad Delabellam lib.*9. Ego tanquam criticus antiquus judicaturus ſum. Horat. 2. *Epiſt.*

*Ennius & ſapiens & fortis, & alter Homerus,*
*Ut Critici dicunt.*

¶ Critici dies vocantur, qui à medicis judiciarii dicuntur, in quibus de ægritudinis ratione ferri judicium poteſt: quod noſtri Decretorios vocare poſſunt.

Crithe, ‖ κρίθη. Gall. *Vn orgeol.* Ital. *Orzolo.* Germ. Ein wärtzle ſo ob dem haar deß angſichts wachſt. Hisp. *Orçuelo que nace cerca del ojo.* Angl. *A wart or ſuch lik thing, in the eye lide.*‖ Tuberculum parvum eſt in palpebra ſuper pilorum locum: ita dictum à ſimilitudine hordei: unde & Hordeolum à recentioribus quibuſdam nominatur. Vide Cæſar *lib.*7. *cap.*7.

Crito, κρίτων, nomen Philoſophi Athenienſis, qui ita Socratem amavit, ut nunquam aliquid ex iis, quæ ſunt ad vitam neceſſaria, ipſi deeſſe paſſus fuerit. ¶ Crito item Pieriota (Pieria autem urbs eſt Macedoniæ) hiſtoricus fuit: ſcripſitque res Perſicas, Siculas & Macedonicas. ¶ Fuit præterea alius, Naxius genere, hiſtoricus & ipſe, Author Suidæ.

Critobulus, κριτόβουλος. Medicus fuit inſignis, qui ſub Philippo Amyntæ filio Macedonum rege claruit. Plin. *lib.*7. Magna & Critobulo fama eſt, extracta Philippi regis oculo ſagitta, & citra deformitatem otis curata orbitate luminis.

Critolaus, κριτόλαος. Peripateticæ ſectæ Philoſophus fuit, qui unà cum Carneade & Diogene Stoico Romam miſſus fuit Legatus, ut ſcribit Cic. *lib.*2. *de Orat.* de Critolai libra ſcribit idem Cic. *Tuſc. qq. lib.*5. Quo loco (inquit) quæro, quam vim habeat libra illa Critolai: qui quum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis & externa, tantum propendere illam boni lancem putet, ut terram & maria deprimat. ¶ Alter Critolaus, Achæorum dux, bellique Achaici concitator: unde etiam Corinthi everſionem illi imputat Cic. *lib.*3. *de nat. Deor.* Critolaus (inquit) evertit Corinthum, Carthaginem Aſdrubal. Hi duo illos oculos oræ maritimæ effoderunt. Hunc Plutarchus *in Parallelis*, Horatio Curiatiorum victori comparat in eo, quod uterque ſororem occiderit, idque eadem omnino de cauſa, quòd ſcilicet cæteris omnibus victori applaudentibus, ſolæ ſtarri ſuo non eſſent gratulatæ. Hic poſtremò à Q. Cæcilio Metello victus apud Thermopylas, veneno ſibi mortem conſcivit. Author Livius.

Crithois, κριθὶς, ut ex Ephoro refert Plutarchus *in vita Homeri*, filia fuit Acellis, quam poſt mortem ſuam Maronis fratris tutelæ reliquit. Hic autem quum puellam vitiaſſet, gravidámque feciſſet, atque ob id facti vererentur infamiam, Phemio eam Smyrnæo Grammaticæ præceptori in matrimonium dedit. Illa verò non multò poſt, quum ad lavacra, quæ propè Meletem fluvium erant, proficiſceretur, Homerum juxta fluvium peperit: ob idque Meleſigenes appellatus eſt, qui poſtea cæcus factus, Homeri nomen accepit. Cumæi namque & Ioues oculis captos Homeros appellant, quòd Homeris, id eſt, interis ducibus egeant.

Crimmeropon, κριμμήτωπον, id eſt, arietis frons, Promontorium Cretæ inſulæ ad Occidentem, versùs Cyrenas, ut ſcribit Rufus ex Dionyſio,

——— *hic procul ingens*
*Inclinat rupes ſeſe, obvia fluctibus altis,*

Et alibi

——— *ut ferus ora*
*Eſt aries, ultróque minax petit obvia fronte.*

Vide Pompon. Melam *lib.*2. in deſcriptione Cretæ inſulæ, & Plin. *lib.*4. *cap.*12.

‖ Crius, κρίος, eſt aries, à κίρας, cornu.‖

Crocia,

Croatia, veteribus Liburnia, provincia supra intimum Adriatici maris recessum sita, inter Istriam & Dalmatiam: hodie ad Archiduces Austriæ spectat.

Crobialus, κροβίαλος, oppidum est juxta Heracleam Ponticam, cujus meminit Apollonius *Argonaut. lib.* 3.

Cröbylos, κρόβυλος. Aureus, vel argenteus corymbus ex capillis pendens, idque propriè in viris: nam in mulieribus potiùs Cotymbum, & in pueris Scorpium vocamus.

Crobyzi, κρόβυζοι Stephano, populi Istri accolæ, quorum meminit & Plin. *lib.* 4. *cap.* 14.

Crocallis, gemma est cerasum repræsentans, teste Plin. *lib.* 37. *c.* 10.

Crocare, & Crocire, verba fictitia à voce corvi, κρόζω. Author Philomelæ.

Crocio, is, ire. ‖ κρόζω, quod est à κρόζω, clamo. ‖ Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 4. Voce crocibat sua corvus. Non. *c.* 1. *n.* 218.

Crocito, as, frequentativum. {κρωάζει ὁ κόραξ κρόζω. Gall. *Corbiner, ou croasser par plusieurs fois, crier souvent en corbeau.* Ital. *Cridare spesso come un corvo.* Germ. Schreyen wie ein Rab. Hisp. *Graznar el cuervo.* Angl. *To krie lik a raven, to croole often.*} Plaut. Simul radebat pedibus terram, & voce crocitabat sua.

Crocitilo, teste Festo, & Crocitus, us. Ipsa vocis corvi prolatio. {κρωγμός. Angl. *A crooking of a raven.*}

Crocea, æ, κροκία, urbs Laconiæ, una ex centum, cujus incolæ dicuntur Croceatæ. Steph.

Crocëātus, a, um: vide *Crocus.*

Crocias, κροκίας, gemmæ species, à croci similitudine sic dicta. Author Plin. *lib.* 37. *cap.* 11.

Crocinum unguentum, κρόκινον μύρον, quod exprimebatur ex aromatibus, & croco in oleo macerato, ut docet Dios. *lib.* 1. Propert. *lib.* 3.

*Et crocino nares murrheus ungat onyx.*

Vide Plin. *lib.* 13. *cap.* 1.

Crocinus, vide *Crocus.*

Crocis, κρόκις, herba est, cujus contactu phalangia emoriuntur, ut ex Apollodori sententia tradit Plin. *lib.* 27. *cap.* 17.

Crocodilon, sive Crocodilorum oppidum, κροκοδείλων πόλις. Oppidum Phœnices ad Carmelum montem, cujus Strabonis ætate nihil præter nomen extabat, ut ipse testatur *lib.* 16. Meminit & Plin. *lib.* 5. *c.* 19. ¶ Est & alterum ejusdem nomois oppidum in Arsinoitica præfectura, ad Nilum fluvium: ita dictum quòd in eo crocodili pro diis colerentur. Hanc urbem postea Arsinoen appellarunt, teste Strab. *lib.* 17.

Crocodilus. { ⲥⲁⲙⲟⲩⲏⲗ *sab.* κροκόδιλος. Gall. *Un crocodile.* Ital. *Coccodrillo.* Germ. Ein Crocodill/ ein thier in Egypten. Hisp. *Cocodrilo.* Angl. *A crocodile.*} Animal quadrupes, ex genere amphibiorum, tam in terra, quàm in aqua vivens: figura lacertæ non admodum dissimile, incredibili magnitudine, armatum unguibus, soli Ægypto, & iis regionibus, quæ Nilo alluuntur, cognitum, cute usque adeò dura, ut in nulla sui parte nisi solo ventre penetrari possit. Unde etiam delphini, qui perpetuum cum crocodilo bellum gerunt, non ignorantes qua potissimum parte hostis lædi possit, aquam subeunt, pinnáque, quam in dorso gerunt, illi alvum subsecant. Habet & alterum hostem Ichneumonem, qui in apertas dormientis fauces telis in morem illapsus, intestina ejus erodit. Nullum est animal quod à tam parvis initiis in tantam excrescat magnitudinem. Ponit siquidem ova anserinis non majora: sed hoc huic animali peculiare creditur, ut quamdiu vivat, nullum crescendi faciat finem. Quatuor menses hyemales non comedit, & sola bestiarum non habet linguam. Terribilis hæc bellua contra fugaces est, fugax contra insequentes. Oculos habet in aqua hebetes, extrà acerrimi visus. Conspecto homine emittit lachrymas, mox appropinquantem devorat. Unde factus est locus proverbio, Crocodili lachrymæ: κροκοδείλου δάκρυα: quod de iis dici solet, qui sub specie pietatis alios fallunt. Ex eo dictum autumant, quod κρόκου δεῖται, id est, crocum fugit, ac ejus odorem reformidat, quod mella conficientes in Ægypto sternunt, ne mel absumant crocodili: quoniam mirum in modum eo delectantur. ¶ Est & alterum crocodili genus, quem Scincum vocat Dioscor. *lib.* 2. superiori multò minus, in terra tantùm, nec nisi odoratissimis vivens floribus, cujus intestina jucundi odoris fimo referta sunt, quo ad faciei medicamenta, colorisque conciliationem mulieres, & viri molliores olim utebantur. Horat. *in Epod.*

——— *colóque*
*Stercore fucatur crocodili.*

‖ ¶ Crocodilus, dicitur etiam quæstio sophistica. Unde *crocodilina quæstiones.*

Crocodilinus, a, um, quod ad Crocodilum pertinet. {κροκοδείλινος. Angl. *That belongeth to a crocodile.*} ut, Crocodilinæ ambiguitates. Quinc. *lib.* 1. *cap.* 10.

Crocodilus, κροκόδιλος. Mons est Siciliæ, apud Plin. *lib.* 5. *cap.* 27.

Crocodilëa, κροκοδείλαια. Fimus est crocodili terrestris, quo mulieres faciem illinebant ad coloris commendationem. ¶ Crocodilorum enim duo commemorantur genera, quorum alterum aquaticum est, Nilo tantùm familiare, & lacubus Nilo vicinis. Alterum terrestre, odoratis tantùm vescens herbis, quem Scincum, σίγκον Dioscorides appellat. Hujus excrementa in primis odorata sunt, mulierúmque fucis expetita. Plin. *lib.* 28. *c.* 8. ubi crocodili aquatici naturam multis explicat, statim subdit: Alter illi similis, multùm infra magnitudinem, in terra tantùm odoratissimis floribus vivit: ob id ejus intestina diligentissimè exquiruntur, jucundo odore farta. Crocodilæam vocant.

Crocodillum, κροκοδίλιον, herbæ species est, chamæleontis figura, radice longa, gustu nasturtij, semine rotundo, duplicis clypeoli forma. Plin. *lib.* 27. *cap.* 8. Crocodilion chamæleontis herbæ nigræ figuram habet, radice longa, æqualiter crassa, odoris asperi.

Crocomagma, tis. {κροκομάγμα. Angl. *Dregges of the oyle of safron.*} Unguenti crocini fæx, & retrimentum, quod superest crocino unguento ex croco, cæterisque aromatis expresso. Nam in confectione crocini unguenti, oleum ante omnia quibusdam aromatibus solet spissari, postéaque crocum eò conjici, idque post dies aliquot diffundi: ex aromate & croco oleum post hæc exprimi solet, quódque reliquum erat, Crocomagma dicebatur: Idque in pastillos conformari consuevit, & multum in tempus asservari. Optimum est, quod gustatum salivam dentésque inficit. Vide Dios. *lib.* 1. & Plin. *lib.* 21. *cap.* 20.

Crocomerion, κροκομήριον, herba quæ alio nomine dicitur Leontopodium.

Crocopëplos, κροκόπεπλος. Autoræ epitheton est, quasi croceam habens vestem: nam eum colorem imitatur, quum primum incipit apparere. Postea enim, adveniente jam die rubescens, à roseo colore ῥοδόπεπλος appellatur.

Crocötä, κροκωτὰ, vestis muliebris est, croci coloris. Cic. *de Arusp. resp.* P. Clodius, à crocota, à mitra, à muliebribus solets, purpureisque fasciolis, à strophio, à psalterio, à flagitio, à stupro, est factus repentè popularis. ¶ Veli crocoton, χαλᾷ κροκώτου, subaudiendum das, aut addis. Dici solitum, quoties honos additur indigno, & quos haudquaquam decet: aut quum datur quicquam iis, qui munere non norunt uti. Hinc

Crocotula, diminutivum, κροκώτιον. Plaut. *in Epid.* Indusiatam, patagiatam, caltulam, aut crocotulam: &

Crocötulärïus, Crocotarum vestium infector. Idem Plaut. *in Aulul. sc.* 5. *a.* 3. Quum incedunt crocotularij. Alij legunt *Crocitarij.*

Crocötium, veteres valde exile dicebant. Plaut. Extortis talis cum crocotilis cruscutis. Festus.

Crocotinum, genus operis pistorij, fortè à croco.

Crocötius campus, κροκωτὸς πεδίον. Campus est juxta Thessaliam ad Amphrysum fluvium. Steph. in dictione Ἀκυρίγιος.

Crocus, vel Crocum. { כרכם *charchóm.* κρόκος. Gall. *Safran.* Ital. *Zafferano.* Germ. Saffran. Hisp. *Açafran.* Angl. *Safron.*} Flos est, qui *Saffranum* vulgò dicitur: à Croco puero (ut poetæ fabulantur) dictus, qui quum Smilacem puellam teneriùs deperiret, amoris impatientiâ versus est in florem sui nominis. Ovid. 4. *Metam.*

*Et crocon in parvos versum cum smilace flores.*

Virg. 4. *Georg.*

*Et glaucas salices, casiámque, crocúmque rubentem.*

Salust. apud Non. Pastus nemore, in quo crocum gignitur. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Tu crocum & casia es. Item, Crocum spargere per vias intriumpho. Suet. *in Neron. c.* 25. Præstantissimum nascitur circa Coricum Ciliciæ montem: proximum in Olympo Lyciæ monte: mox in Centuripino Siciliæ agro. Provenit & in Gallia Narbonensi, licèt bonitate inferius.

Crocëus, a, um. { κρόκινος, κροκιώδης. Gall. *De couleur jaune, ou rougeastre.* Ital. *Giallo.* Germ. Gelb/ saffransfärbig. Hisp. *Cosa de açafran.* Angl. *Of or lik safron.*} pro colore: ut, Vestis crocea. Virg. 1. *Æneid.*

*Et circumtextum croceo velamen acantho.*

Plin. *lib.* 12. *cap.* 18. Mutat enim cum terra colores: hîc niger, illic viridis, alibi cyaneus, aliubi croceus.

Crocätus, a, um: Croco tinctus. { κροκωτὸς. Gall. *Ensaffrané, de couleur jaune.* Ital. *Tinto in giallo.* Germ. Gesaffrant. Hisp. *Teñido en color de açafran.* Angl. *Safroned, or lik safron.*} Plin. *lib.* 16. *cap.* 34. Alicui & semen nigrum, alii crocatum.

Crocëus, a, um, & Croceus, quod est lutei coloris. {κροκωνῆς, κροκοειδής. Gall. *De saffran, de couleur de saffran.* Ital. *Di zafferano, di color di zafferano.* Germ. Saffrangelb. Hisp. *De açafran, de color de açafran.* Angl. *Y allow or of safron.*} Plin. *lib.* 21. *c.* 19. Semen his optimum crocinum, nec anniculo vetustius, & in umbra siccatum.

Crocuphantia, opinor esse ornamenta villosa, quæ sub tecticulis contexta per eorum plagulas apparent: id enim origo vocabuli κροκοφαντῶ declarat. Ulp. *in l.* 2. *ff. de aur. & arg. leg.* Ornamentorum hæc, inquit, vittæ, mitræ, semimitræ, tectícula, crocophantia. Alciatus autem & alii eruditi homines alio vocabulo conquirendo mirabiliter exercentur. Hæc ex Horomani lexico.

Crocüta, fera est Æthiopiæ familiaris, ex hyæna & læna Æthiopica nascens, quæ & ipsa hyenæ more humanas voces imitatur. Plin. *lib.* 8. *cap.* 30. ubi hyænæ naturam multis explicuit, statim subdit: Hujus generis coitu læna Æthiopica parit crocutam, similiter voces imitantem hominum pecorúmque. Acies ei perpetua in utraque parte oris, nullis gingivis, dente continuo, qui ne contrario occursu hebetetur, captarum modo includitur.

Crocum, venatorem, ac sagittarium fuisse dicunt, precibúsque Musarum in astra relatum, Sagittarii nomen accepisse. Sidonius,

*Falciferi Crocon vectus per summa polorum.*

Crocyleum, κροκύλειον, locus Ithacæ, aliàs ῥηγῶ dictus. Steph.

Crocylion κροκύλιον, insula Ithacæ. Heracleon Ithacam quadripartitam facit, ut prima pars ad meridiem & maritima sit, altera Neium, tertia κροκύλιον, quarta αἰγιρὸς. Steph.

Crocyllus, vir Athenienſis, cujus nonnunquam Plutarch. meminit.

Crocylus, nomen pastoris, apud Theocritum.

Crœsus, κροῖσος, Rex Lydorum fuit, Alyattæ filius, omnium quos hominum memoria celebrat, ditissimus: unde etiam hodie, quum immensas opes significare volumus, Crœsi divitias dicimus. Ovid. *Elog.* 7. *lib.* 3. *Trist.*

*Iste erit subitò, qui modò Crœsus erat.*

Hinc quum se omnium mortalium felicissimum crederet, monitus est à Solone, Neminem ante cineres beatum dicendum: quòd quoad vivimus, periculum sit, ne instabilis hujus mundi felicitas dolore aliquo contaminetur. Quam Solonis sententiam veritissimam esse, Crœsi calamitas postea declaravit. Victus enim à Cyro, pyramque impositus, tandem salubre Solonis consilium agnovit, ejúsque nomen sæpiùs inclamavit. Unde admiratus Cyrus, quisnam esset deorum, hominúmve, quem ille in extremo periculo solum invocaret, rémque totam edoctus, humanæ vicissitudinis memor, Crœsum ab incendio liberavit, summóque semper apud se in honore habuit. Author Plutarch. *in vita Solonis*, & Herodot. *lib.* 1.

‖ Croia, *Croia.* Volim E. sub A. Dyrrachium, nunc Turcico jugo subest. ‖

Crolla, pro corolla, detractione secundæ literæ o, κρόλλιον, parva corona. Plaut. *in Bacchid.* 1. 37.

Crommyon

Crommyōn, is, κρομμύων, urbs Palæstinæ, non procul ab Ascalone. ¶ Item alia in Libya.

Crommyonius, a, um. Gentile, κρομμυώνιος. Author Steph.

Crōmmyōnnēsus, κρομμυόννησος, insula est Asiæ adjacens è regione Smyrnæ, cujus meminit Plin. *lib.* 5. *cap.* 31.

Crōmnā, κρόμνα, l'aphlagoniæ oppidum est, apud Strab. *lib.* 12. De hoc Valer. Flaccus *lib.* 5.

*Mox etiam Cromnam, atque jugo pallentis Cytoron.*

Stephan. ait, Amastrim poliea dictam esse, & Cromnam, κρῶμνα vocat: vide Amastris, apud Steph. Idem in κ, Cromnam, inquit, alij Amastrin, alij Amastridis regiunculam faciunt: gentile Cromnites, & Cromnæus, κρομνίτης. Est & Peloponnesi vibs, quæ in masculi. & fœm. gener. item singulari & plurali numero profertur, à Cromne Lycaonis filio.

Cromyusa, κρομύουσα, insula Iberiæ. Steph.

Crōnĭă, ōrum, κρόνια. Saturni festa erant, quæ celebrabantur Romæ 14. Calendas Januarias. Ita dicta ἀπὸ τοῦ κρόνου, hoc est, à Saturno, unde & *Saturnalia* à Latinis appellantur. Horum Macrobius late meminit, citata etiam antiqui poëtæ autoritate, apud quem legerat,

*Maxima pars Graiûm Saturno, & maxima Athenæ*
*Conficimus sacra, quæ Cronia esse iterantur ab illis.*

Crōnĭon pelagus, κρόνιον πέλαγος, à nonnullis appellatum fuit mare concretum, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 16. Apollonius tamen in Argonauticis, κρόνιον ἅλα. hoc est, Cronion mare, pro Adriatico posuit (si interpreti ejus credimus) eo quòd Italiam alluat, quam olim Saturnum volunt tenuisse.

‖ Cronus, chronus, Saturnus, bardus, senex. Item Vicus apud Greg. Tur. ‖

Cropia, κρωπία, vel κρῶπις, vel κρῶπες. Vicus in tribu Leontide. Steph.

Cros, κρώς, urbs Ægypti, cujus civis Crotes, & præfectura Crotis. Est Crois, κρωΐς, Arabum civitas. Steph.

Crossa, κρῶσσα, urbs juxta Pontum: gentile Crossæus. Steph.

‖ Crossia, fimbriæ. Lex. Cyrilli. ‖

Crōcălĭă, κροκάλια. Plin. *lib.* 8. *cap.* 35. dicuntur margaritæ, ita ornamentis collocatæ, ut ex collisione sonum generent. Subeunt, inquit, luxuriæ ejus nomina, & tædia exquisita perditione portatu. Siquidem quum id fecêre, Crotalia appellant, ceu sono quoque gaudeant, & collisu ipso margaritarum.

Crōtălum. ξ κρόταλον. Gall. *Un instrument qu'on frappe avec la main, semblable à la cymbale.* Ital. *Campanella, naccara.* Germ. Ein schallen oder klöpffin. Hisp. *Chapa, ó sonaja, ó zarraco.* Angl. *A rattle.* ξ Crepitaculum ex ligno, ære, aliave materia ita concinnatum, ut efficere sonum queat, si quis in manu vertet. Unde & Ægyptiorum sacerdotum ollia, quibus in Isidis sacris utebantur, à nonnullis etiam Crotala appellantur, ἀπὸ τῦ κρούειν, hoc est, à percutiendo. Histrionibus crotalo uti. Apul. *Apol.* 1. ¶ Quidam putant fuisse annulum æreum, qui ferreo baculo quateretur. Alij circulum æneum interpretantur, multas habentem annexas laminulas, sive otpiculos mobiles, qui collisu sonum edebant: qualibus etiam hodie Lusitanos nautas in saltationibus suis uti videmus. Virg. *in Copa*,

*Crispum sub crotalo docta movere latus.*

Crŏtălĭus, κροταλίας, masculi. gen. dicitur, qui lingua est expeditiore, & voce sonanti, ac propè tumula, quique loquacitate sua neminem non obtundit. Ducta est metaphora à crotalo, crepitaculi genere, de quo egimus in dictione præcedenti.

Crotaphitæ, κροταφῖται. Musculi sunt duo, os claudentes, quos & Latini, Temporales appelant, quòd tempora vestiant: unde etiam Græcum nomen traxerunt: nam κρόταφος illi appellant, quæ nos Tempora.

‖ Crotilus. Varro *in* 6. *de L.L.* Cum crotilis crusculis. Ibi Scaliger legit *crusulis*. Crotilum vocabant exile & tenue. ‖

Crŏtōn, sive croton, κρότων, vulgò *Crotone*. Urbs fuit maritima in ea parte Italiæ, quæ olim Magna Græcia dicta est, non procul a Tarento, tanta salubritate aëris, ut inde ortum sit proverbium: Crotone salubrius, κρότωνος ὑγιεινότερον: de re nequaquam noxia, sed undequaque salutifera. Strab. *lib.* 6. *Georg.* ¶ Nihil aliæ civitates ad Crotonem, κρότων πρὸς πάσας τὰς κρότωνας πόλεις, id est, sunt reliquæ præ Crotone frivoli oppida. Theocriti interpres meminit hujus proverbij. Licebit accommodare ad rem, aut hominem usque adeò præcellentem, ut reliqui cum hoc collati, nihil esse videantur. Urbs hæc à Diomede condita creditur cum plerisque aliis in eodem littore.

Crŏtōnĭātæ, hujus incolæ dicti sunt, eo nomine celeberrimi, quòd maximam in exercendis corporibus curam ponerent. Unde etiam frequentissimè ex sacris certaminibus coronas retulerunt. Crotonienses etiam dicuntur. Gell. *c.* 16. *lib.* 15. & Salust. *in Catilin.* Inter hos fuit Milo ille Crotoniates, qui integrum uno die bovem fertur absumpsisse. Hinc locus factus proverbio, Crotoniatarum postremus, reliquorum Græcorum primus est, κροτωνιατῶν ὁ ἔσχατος, τῶν δὲ ἄλλων πρῶτος. Licebit uti quum genus aliquod tanto intervallo præcedere dicemus, ut qui in hoc sit vel infimus, in illo possit vel primus videri. Hinc Crotoniata, gentile nomen, & Crotonius, Crotonia. Steph. Crotonem, insignem Italiæ urbem esse scribit juxta Rhegium, & aliam Tusciæ metropolim, & montem qui Azium flumen effundit. κρότων etiam est animaleulum canibus infestum. Latini Ericinum vocant, quo quidem significatu ultimum acuit Steph. Vide *Syracusa*.

Crŏtōn, is, κρότων. Frutex est ad magnitudinem parvæ ficus assurgens, folio platani, sed lxviore ac nigriore, ramis ac caudice arundinum modo concavis, semine uvarum aspero, quod purgatum, effigiem ricini animalis repræsentat (unde & nomen accepit: nam ricinum vermem Græci etiam κρότωνα appellant.) Hoc semine experimitur oleum, cibis quidem ingratum, sed lucernis & emplastris utile. Alio nomine hic frutex Ricinus appellatur, & Cici: unde etiam oleum ipsum Cicinum, & Ricinum appellatur.

Crŏtōpus, Rex Argivorum, fuit, pater Plemythes, quæ ab Apolline compressa Linum peperit: quem quum inter reptes abscondisset, canes extractum dilacerarunt.

Crotŏpĭădēs, patronymicum masculi. Ovid. *in Ibin*,

*Quique Crotopiaden diripuere Linum.*

Crotus, sive croton, Eupheines Musarum nutricis filius. Hic in Musarum gratiam ab Jove collocatus inter sydera, Sagittarij nomen obtinuit. Vide Hyginum *in Fab.* 224.

Crŭcĭātŭs, Cruciamentum, Crucio, Cruciabiliter, Crucifico: vide *Crux*.

Crudaria, argenti vena, quæ in summa fodina reperitur. Plin. *lib.* 33. *cap.* 6.

Crūdŭs, a, um, quod coctum non est. ξ πρωΐ, ὠμός. Gall. *Cru, emor vert, qui n'est pas encor cuit, digeré, ou mur.* Ital. *Crudo, non cotto.* Germ. Rauw/ongecocht. Hisp. *Crudo, no cozido.* Angl. *Raw fresh new made, undigested.* ξ Unde carnes crudæ dicuntur quæ neque elixæ sunt, neque assæ, neque alio quovis modo esui aptæ reddítæ. Fructus item crudos appellamus, qui jam coctionem, hoc est, maturitatem non sunt assequuti. Cic. *de senect.* Poma quæ cruda sunt, vi avelluntur: quæ autem cocta, & matura, decidunt. Crudi & immitis poma. Gell. *c.* 11. *lib.* 19. Item crudi cibi dicuntur, qui nondum concocti sunt in ventriculo. Juvenal.

——— *& crudum pavonem in balnea portas.*

Quid cenas crudum, an coctum edam, nisi tu mihi es tutor. Plaut. *Aul. sc.* 2. *a.* 3. ¶ Crudum item hominem dicimus, cujus ventriculus probo coctionis officio non fungitur. Cic. 2. *de finibus*. Asoti qui in mensam vomant, crudique postridie se rursus ingurgitent. Idem *pro Cluentio*. Dico illum, quum ad illud prandium crudior venisset, & sibi non peperciisset, ægrotasse.

*Inscia (me) tenet crudis Sarmatis ora Getis.*

Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 5. *Trist.* ¶ Crudum vulnus, hoc est, recens, & adhuc cruentum. Plin. *Epist.* 3. Ut enim crudum adhuc vulnus medentium manus reformidat, deinde patitur, atque ultrò requirit: sic recens animi dolor consolationes rejicit, ac refugit, mox desiderat, & clementer admodum acquiescit.

*Et tamen est aliquis qui vulnera cruda retractet.*

Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 3. *Trist.*

Crūdĭtās, is, ventriculi vitium cibum ægrè concoquentis. ξ ἀπεψία. Gall. *Crudité, mauvaise digestion ou concoction.* Ital. *Crudità di stomacho, indigestione.* Germ. Böse dawung des magens. Hisp. *El abito de lo no digerido, indigestion.* Angl. *Rawnesse evil diction.* ξ Cic. *de senect.* Caret ergo etiam vinolentia & cruditate, & insomniis. Col. *lib.* 7. Cruditatis signa sunt,

*Crebri ructus, ac ventris sonitus, fastidia cibi.*

‖ Cruditans, crudas carnes habens. Tertull. ‖

Crūdēfĭĕrĕ, est crudum, vel crudius fieri: à Crudeo, es. ὠμάζω. Gall. *Devenir cruel & aspre.* Ital. *Incrudire, incrudelire.* Germ. Rauw werden. Hisp. *Enerudecerse, hazerse crudo.* Angl. *To waxe rawe.* ξ Virg. 1. *Georg.*

*Sin in progressu capit crudescere morbus,*

Idem 11. *Æneid.*

——— *dejecta crudescit pugna Camilla.*

¶ Incrudescere & Recrudescere, quasi renovasi, & ad pristinam acerbitatem redire.

Crūdēlis, Immitis, asper, durus, inhumanus, ferreus. ξ אכזר *achzar*, אכזרי *achzari*. ὠμός. Gall. *cruel & inhumain.* Ital. *Crudele, aspro.* Germ. Grausam/rauw/unmilt. Hisp. *Cruel.* Angl. *Cruel.* ξ Cic. *pro Dejot.* Crudelis Castor, ne dicam sceleratum, & impium? qui nepos avum in discrimen capitis adduxerit. Virg. 2. *Eclog.*

*O crudelis Alexi, nihil mea carmina curat.*

Quidam à Cruore dictum volunt, quem crudeles effundunt: ego malim à cruditate derivare. Nam quemadmodum poma, quæ mitia non sunt, cruda dicuntur: ita & homines immites, Crudeles dicuntur. Virg. 6. *Æneid.*

*Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas.*

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

*Ah ferus, & nobis nimium crudelior hostis!*

Crūdēlĭtās, atis, Sævitia, inhumanitas, feritas, acerbitas, atrocitas. ξ אכזריות *achzeriuth*, ὠμότης. Gall. *Cruauté.* Ital. *Crudelità.* Germ. Grausamkeit/grimmigkeit. Hisp. *Crueldad.* Angl. *Cruelnesse.* ξ Cicer. *pro Rosc. Amer.* Vestrum nemo est quin intelligat pop. Romanum, qui quondam in hostes lenissimus existimabatur, hoc tempore domestica crudelitate laborare. D. Brutum Antonij interemit crudelitas. Velleius.

Crūdēlĭtĕr, adverbium. Atrociter, durè, acerbè. ξ ὠμῶς. Gall. *Cruellement.* Ital. *Crudelmente.* Germ. Grausamlich/grimmiglich. Hisp. *Cruelmente.* Angl. *Cruelly.* ξ Cicer. 1. *Offic.* De exercendis autem, diripiendisque urbibus valde considerandum est, ne quid temerè, ne quid crudeliter fiat.

Crŭĕro, Cruentus: vide *Cruor*.

Crūmēnă, Locatur. ξ כיס *chis*. βαλάντιον. Gall. *Bourse, ou gibeciere.* Ital. *Borsa.* Germ. Ein seckel/beutel. Hisp. *Borsa para dineros.* Angl. *A purse, a bagge of leather.* ξ ἀπὸ τοῦ κρέμω, suspendo, quòd plerumque suspensa gestetur. Hic istam collocа crumenam in collo plane. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Ne quis pertundat crumenam, cautio est. Idem, *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Vigiati minæ insunt in hac crumena. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 3. Tex intus in crumena clausum esse oportuit. (paulò antè dixit Marsupium.) Idem *Amph. sc.* 4. *a.* 4. Idem *Epid.* Ipse meo in collo tuus pater crumenam collocavit. Idem *Truculent.* Homo crumenam tibi de collo detrahit. Horat. 1. *Epist.*

*Et mundus victus non deficiente crumena.*

¶ Generosus ex crumena, γενναῖος ἀπὸ τῦ βαλαντίου. In cum jaciebatur, qui propter opulentiam generosus haberi voluisset, alioquin obscurus & humilis.

Crumināt, tuminat. Gloss. Isid. ‖

Crūnī, orum, κρούνοι. Steph. Thraciæ urbs est maritima, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 11. quæ postea Dionysiopolis dicta est: nomen habet à fontium scaturiginibus, quibus abundat: eas enim Græci κρούνους appellant.

‖ Cru

‖ Cruniſmus, ἀφεσιμαῖος, impetus velut ſalientis aquæ: κρουνίζω, in ſalientis aquæ modum effundo, à κρουνὸς, ſcatebra, vel à κράνη, fons. ‖

Cruŏr, is: Sanguis è vulnere ſparſus & fuſus. { דם *dam*, נתז *netzách*. αἷμα, ἰχώρ. Gall. *Sang ſortant d'une playe.* Ital. *Sangue che eſce d'una piaga.* Germ. Blut/den blutig ſchreyſt auß einer wunden. Hisp. *Sangre fuera de las venas.* Angl. *The bloode iſſuing out of a wounde.* } Virg. 8. Æneid.

——— *tepidúſque cruor fumabat ad aras.*

Idem *lib.* 4. uſurpavit in numero plurali.

——— *atque artus ſiccabat veſte cruores.*

Quod Servius tanquam novè dictum annotavit; quum alioqui neque ſanguines dicamus, neque cruores.

Cruĕntus, a, um: Sanguinolentum, quod cum cruore eſt. { αἱματώδης, αἱματηρός. Gall. *Enſanglanté, ſanglant, cruel.* Ital. *ſanguinoſo, ſanguinolento.* Germ. Blutig/ſchroeyſſig. Hisp. *Sangriento.* Angl. *Bloodie, cruell.* } ut, Cruenta victoria. Saluſt. *in Catil.* Cavete ne inulti animam amittatis, neu capti potiùs, ſicut pecora trucidemini, quàm virorum more pugnantes, cruentam, atque luctuoſam victoriam hoſtibus relinquatis.

——— *Neque enim mea culpa cruenta eſt.*

Ovid. *Eleg.* 6. *lib.* 5. *Triſt.*

*Cùm non ſit pœna cauſa cruenta mea.*

Idem *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Triſt.*

——— *triſtem ducetur ad aram*
*Quæ ſtabat geminæ ante cruenta foris.*

Idem *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Triſt.*

*Quæ* (dies) *fieri pugnâ prima cruenta ſolet.*

Idem *Eleg. ult. lib.* 4. *Triſt.* Iis omnibus cruenta mors perſoluta eſt. Suet. *in Calig. c.* 26. ¶ Aliquando ponitur pro Crudeli: ut, Cruenta vox, & Cruenta oratio. ¶ Cujus contrarium eſt incruentus, a, um, ἀναίμακτος, quod eſt ſine ſanguine. Idem: Neque tamen exercitus populi Romani lætam, aut incruentam victoriam tetulit. Cruentiſſimus dies Romano nomini (Pharſalicæ pugnæ ſup.) Velleius: Cruentius bellum cæde clariſſimorum virorum nullum fuit.

Cruĕntior, Comparativum à Cruentus. Juſtinus *hiſtor. lib.* 3. Itaque cantis animis concuſſum eſt, ut carò unquam cruentius prælium fuerit.

Cruĕntè, adverbium. Juſtinus *hiſtor. lib.* 23. Quanquam uxor dia, ne ab ægro divelleretur, deprecata eſt, ne diſcerſus ſuus adjungi nepotis parricidio poſſet, & tam cruentè hæc deſeruiſſe virum, quàm ille impugnaſſe avum videretur. Quintil. *declam.* 313. Multa temerè, multa cruentè commiſerat.

Cruĕntiùs, adverbium. Senec. *de benef. lib.* 5. *c.* 17. Cæteri arma cruentiùs exercuerunt, ſatiati tamen aliquando abjecerunt.

Cruĕnto, as: Cruore inficio, ſanguine imbuo, funeſto. { αἱματόω, αἱμάσσω. Gall. *Enſanglanter, meurtrir à ſang, faire ſanglant.* Ital. *Inſanguinare.* Germ. Blutig machen/mit blut beſudlen. Hisp. *Enſangrentar.* Angl. *To imbrue or ſprinkle with bloode.* } Cic. *de Aruſp. reſp.* Scentes ſuas cruentari ſcelere noluit. Idem 1. *de Divin.* Atque etiam trucidare aliquem & impiè cruentari. Idem 1. *Philip.* Hæc te, ſi ullam partem habes ſenſus, lacerat, hæc cruentat oratio. ¶ Cruentatio oculi. Plin. *lib.* 8. *cap.* 7. Mulieris quoque ſalivam jejunæ potentem dijudicant oculis cruentatis.

Crupellarij, quantum ex Cornelij Taciti *lib.* 3. poſſumus conjicere, milites erant arma geſtantes ex continuo ferro, telis quidem impenetrabilia, ſed eo pondere, ut inferendis ictibus non eſſent idonei. Verba Taciti ſunt hæc: Cæteri cum venalibus & cultris, quæque alia venantibus tela ſunt, adduntur è ſervitiis gladiaturæ deſtinati, quibus more gentilico continuum ferri tegmen (Crupellarios vocant) inferendis ictibus inhabiles, accipiendis impenetrabiles.

‖ Crupes, κραῦλα. Cruppa, πλάγα καὶ κυρτὸν, finis denſus. ‖

Crūs, cruris Tota illa pars quæ à coxendicis cervice incipit, & ad extremos pedis digitos pertingit. { שוק *ſchók.* σκέλος. Gall. *La jambe depuis le genouil juſques en bas.* Ital. *Gamba.* Germ. Der ſchenckel/ſchinbein. Hisp. *Pierna.* Angl. *The legge from the knee downe.* } A currendo dictum nonnulli putant, quòd cruram miniſterio in curſu utamur: ſive, ut aliis placet, à Græco verbo κρύω, quòd inter ingrediendum huc atque illuc feriant. Sunt autem Crura à genibus uſque ad imum pedem. Celſ. Crus ex duobus oſſibus conſtat, ex tibia & ſura. ¶ Crus arboris. Colum. *lib.* 5. *c.* 11. Ramum olivæ qui videtur nimiùm tenuiſſimus, deſecte, & ad crus arboris ſiculneæ religa. ¶ Crus vitis. Colum. *lib.* 3. *c.* 10. Unde etiam vehementiſſimæ materiæ reperiuntur aut in capite vitis, aut in cruce vicino radicibus.

Crūſcŭlum, diminut. { σκελίδιον. Gall. *Iambette, petite jambe.* Ital. *Gambetta.* Germ. Schenckelin/ſchinbeinlin. Hisp. *Pequeña pierna.* Angl. *A litle or ſmall legge.* } Martial.

*Peſtem cicada, cruſculúmque formica.*

‖ Cruſculus, parva habens crura. Cath.

Cruſcumulus, tumor cruram. Idem. ‖

Cruticrepidæ, arum, Plauto *in Trinummo*, dicuntur quibus crura crepuerunt ferro, ut dicit interpres.

Crutules, quod Beroaldus major elegans vocabulum dicit reponendum: idem putat apud Ulpianum *in l. argumento*, §. 4. *D. de aur. & argent. legat.* nam pro eo vulgati codices habent, *faſcia crinales.* Crutules autem [vel crurales] & pedules, Ulpianus appellat a cruribus ſcilicet, & pedibus veſtiendis.

Cruſis, κρυσὶς, pars Mygdoniæ, à Cruſo Mygdonis filio: inde κρυσαῖος, & Cruſit, adject. form. Steph.

Crŭſmă, tis, ſeu cruma, κρόμμα. { צלצל *tſiltſál.* κρόταλον, ψόφος. Gall. *Un ſiſtre ou cliquette.* Ital. *Cembalo.* Germ. Ein Cimbel/ein inſtrument/mit welchem man vortzeiten den weibern zum tantz gemacht hatt. Hisp. *Sonaja à ſerratilla.* Angl. *A rattle, a kind of rattling inſtrument.* } Propriè dicitur ſiſtrum, & velut cymbalum quoddam tintinnabulis refertum, quo geſtientes mulieres obiectabantur: dictum κὰπὸ τοῦ κρούειν, hoc eſt, à pulſando, quòd ſonum emitteret dumpulſaretur. Mart. *lib.* 6.

*Edere laſcivos & Bætica cruſmata geſtus,*
*Et Gaditanum docta movere latus.*

Bætica autem vocat, quòd ibi mulieres Hiſpanæ uti ſoleremus, quemadmodum & hodie Venetæ puellæ. Vocant autem ſua lingua, *Un cymbale.*

Crŭſtă, ſignificat ☐ excrementum, quod vel ob putredinem, vel concretionem ſuper alicuius rei ſuperficie naſcitur. { κόμμι, ἔκμυσις. Gall. *Croufte.* Ital. *Croſta.* Germ. Ein rinden oder ranfft. Hisp. *Corteza dura no de comer.* Angl. *The cruſt of a bread.* } Virg. *lib.* 4. *Georg.*

*Concreſcunt ſubita currenti flumine cruſta.*

¶ Item Cruſta, quâ quid integitur, ut Cruſta locuſtæ. Plin. *lib.* 9. *c.* 30. Locuſtæ cruſta fragili muniuntur in eo genere, quod cæret ſanguine. ¶ In parietibus item, atque in pavimentis, Cruſtæ dicuntur tenuia marmoris, vitri, alteriuſve materiæ ſegmenta, quibus illa integebantur. Idem *lib.* 36. *c.* 6. Secandi marmora in cruſtas, neſcio an Cariæ fuerit inventum. *Et paulò poſt*, Primum Romæ parietes cruſta marmoris operuiſſe totius domus ſuæ in Cælio monte, Cornelius Nepos tradidit Mamuriam. Idem *lib.* 36. *c.* 25. Lithoſtrota cœpta vêre jam ſub Sylla, parvulis certè cruſtis. ¶ In vaſis item aureis argenteiſve Cruſtæ dicebantur, quæ ex diverſi generis materia illis illigabantur. Argenteis enim poculis, exempli gratiâ, laminæ aureæ, vel emblemata innectebantur, quæ inde Cruſtata, κρουστὰ, appellabant. Cic. *lib.* 5. *in Verr.* Vaſis cruſtæ, aut emblemata detrahebantur. ¶ Cruſtas item, ἰχῶρες, medici appellant, duros quoſdam veluti cortices, quibus vulnera vicerâque obducuntur, medicamento aliquo cauſtico aduſta. ¶ Cruſta ſoli gleba. Alphenus. *D. lib.* 39. *tit.* 2. *l.* 9. Si ex fundo tuo cruſta lapſa ſit in meum fundum. ¶ Cruſta, veſtimenti genus, in quo purpureus color inardeſcit. In lege *nulla* 11. Cod. Theod. *de ſcenicis*, legitur: His quoque veſtibus noverit abſtinendum, quas Græco nomine à Latino Cruſtas vocant, in quibus alii admiſtus colori puri rubor muricis inardeſcit.

Crŭſtŭlă, æ, diminut. à cruſta. { κρουστίδιον. Gall. *Cruſtelette, petite croufte.* Ital. *Croſtetta.* Germ. Ein rinfft. Hisp. *Pequeña corteza.* Angl. *A litle cruſt.* } Apuleius, Parvas marmoreas cruſtulas parieti adjungens. Gall. *Revêtir la ſurface de la muraille d'une croufte de marbre.*

Crŭſtārĕ, Cruſtam inducere, & materia aliqua dura integere. { πιτυοκαλύπτειν. Gall. *Crouſter, revêtir ou donner crouſte ou couverture à quelque choſe.* Ital. *Incroſtare.* Germ. Ein ranfft oder rinden ding machen. Item, Etwas überzichen. Hisp. *Sobrepener corteza.* Angl. *To bring a cruſt or hardneſſe over à thing.* } Plin. *lib.* 15. *cap.* 17. Mala verò genetoſiſſima eadem ratione cruſtant gypſo, vel cera.

Crŭſtātŭs, a, um, participium: ut, Cruſtati parietes, id eſt, cruſta marmoris intecti. { κατακεκαλυμμένος τοῖχος. Angl. *That hath a cruſt or hardneſſe broght over it.* } Secabantur enim marmora in laminas, & parieti apponebantur. ¶ Primus apud Romanos Mamurra vir Equeſtris ordinis, præfectus fabrorum Cæſaris. Formis natus, domus ſuæ, quæ in Cælio monte erat, parietes cruſtra marmoris tradidit operuiſſe, ut ex Cornelij Nepotis ſententia tradit Plin. *lib.* 36. *cap.* 6. ¶ Item vaſa argentea, quæ auro illigabantur, etiam Cruſtata dicebantur, quæ Græco nomine, κρουστὰ, vocantur. ¶ Et cruſtata animalia, cruſtis intecta. Plinius *lib.* 11. *cap.* 37. In marinis cruſtata & cartilaginea priores dentes habent.

Crŭſtārĭus, qui incruſtat. { κονιάτης. Angl. *A pargeter, a plaiſterer.* } Plin. *lib.* 33. *c.* 12. Habuit & Teucer cruſtarius formam.

Crŭſtārĭus, a, um, quod ad cruſtas pertinet. Unde cruſtaria tabernæ, in quibus cruſtata opera venduntur.

‖ Cruſtibia, crux, cruciatus. Gloſſ. A. L. ‖

Crŭſtōsus, a, um, quod cruſtam habet. { κατάκλητος. Gall. *Crouſteux, qui a la croufte fort groſſe.* Ital. *Chi ha la ſcorza groſſa.* Germ. Rindechtig/rauſſechtig. Hisp. *Cosa llena de corteza.* Angl. *Cruſtie, that hath a thycke cruſt.* } Plin. *lib.* 12. *cap.* 9. Facilius hoc & cruſtoſius, amariúlque & gummoſum.

Crŭſtŭlă, æ: Placentæ genus, quod & Cruſtulum. { Angl. *A wafer or thinne cake.* } Spartianus, Pentaphacmacum edulij genus eſt ex quinque confectum, quod reperiſſe dicitur Ælius Verus Romanorum Imperator: hoc eſt, ſumen, phaſianus, pavo, cruſtulata, & aprugna.

Crŭſtum, eſt fruſtum eorum, quæ comeduntur, ſive ſit pars panis, vel placentæ, vel alterius edulij. { חלה *challáh.* ψωμὸς πλακοῦς. Gall. *Vngaſteau, plain d'eſpice, ou telles patiſſeries, ou pieces & morceau d'iceux.* Ital. *Pezzo di pane ò d'altra vivanda che ſi da à fanciulli.* Germ. Ein ſtuck einer ſpeiß. Hisp. *La corteza de comer como turron.* Angl. *A piece or morſell, a bunne.* } Virg. 7. Æneid.

——— *patulis nec parcere quadris*
*Fatalis cruſti.*

Unde per diminutionem Cruſtulum. Horat. *lib.* 1. *Epiſt.*

——— *pueris dant cruſtula blandi*
*Doctores, elementa velint ut diſcere prima.*

Quod genus dulciarij eſſe putat Porphyrius. Varr. 4. *de ling. Lat.* Cruſtulum à cruſta pultis, eo quòd ut corium exuritur, Craſſa dicta.

Cruſtularius, Cruſtulorum venditor. Senec. *Epiſt.* 51. Et botularium, & cruſtularium, & omnes popinarum inſtitores. Vulgò *Paſticiarium* vocant.

Cruſtumerium, κρουμήριον Stephano. Oppidum in Latio, Albanorum colonia: cujus meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 5. Virg. *lib.* 7. Æneid.

*Ardea Cruſtumerique & turrigera*
*Antemnæ.*

Crŭſtūmīnă, pyra ſunt ex parte rubentia. Glaciola nunc dicta: à Cruſtumina agro, qui Tyberi fluvio à Vejenti dirimitur, ſic appellata. De his Plin. *lib.* 15. *cap.* 25. & *lib.* 23. *cap.* 7. Item Colum. *lib.* 5. *cap.* 10. & *lib.* 12. *cap.* 10. Virg. Cruſtumia pyra vocat, 2. *Georg.*

*Cruſtumiis, Syriiſque pyris, gravibuſque volemis.*

Cruſtumĭnum, oppidum Tuſciæ juxta Vejos: à quo Cruſtumini di-

ti,

ti, & Cruſtumina tribus, & Cruſtumina pyra, & Creſtuminum vinum laudatiſſimum.

Cruſtumium, apud Lucil. *lib.* 1. Fluvius eſt ex Apennino ortum trahens, Ariminúmque prætet labens.

*In lævum* (inquit) *recidêre latus, velíxque Metauro,*
*Cruſtumiumque rapax, & jumilus Sapis Eſauro.*

Meminit hujus fluvij & Plin. *lib.* 3. *cap.* 15. Vulgò *Conca, vio de Romaña.*

Crux, Furca, patibulum, in quo damnati figuntur, dicta à κρούω, quod eſt Ferire, pulſare. ¶ יע *hets.* σταυρός. Gall. *Croix, gibet, tourment, affliction.* Ital. *Croce.* Germ. Ein creutz. Hisp. *La cruz.* Angl. *A croſſe, a gibbet or gallow ſe affliction.* ¶ Plaut. *in Curc. ſc.* 3. *a.* 1. Collum obſtringe, abduce iſtum in malam crucem. Cic. *in Verr.* Statim deinde juſſu Prætoris in crucem eſſe ſublatum. ¶ Crux etiam dicitur quidquid nos cruciat, torquet & affligit. Terent. *in Eunuch.* Et illis crucibus, quæ nos, noſtrámque adoleſcentiam habent deſpicatam. Hanc veteres Gabalum vocavêre. Varro, Nos barbari, quòd innocentes in gabalum ſuffigimus homines: vos non barbari, quòd noxios abſolvitis. In malam crucem. Plaut. *Pſend. ſc.* 2. *a.* 3. & *ſc.* 7. *a.* 4. Ego dabo argentum, qui primus in crucem excurrerit, ea lege, ut bis affigantur pedes, bis brachia. Idem *Moſt. ſc.* 1. *a.* 2. Scio crucem futurum mihi ſepulchrum. Idem *Merc. ſc.* 4. *a.* 2. Tollat has ædes, atque hunc in crucem. *Ibid. ſc.* 3. *a.* 2. Loquere, atque in malam crucem (●p. l.) Idem *Pſend. ſc.* 2. *a.* 3. Quin tuis in malam crucem? *ſup.* Quin tu te ſuſpendis. Idem *Men. ſc.* 5. *a.* 5. Niſi nos mavult omnes crucibus contubernales dari. Idem *Merc. ſc.* 2. *a.* 2. Ego te certò cruce & cruciatu mactabo. Idem *Amph.* Dedam te diſcipulum cruci. Idem. *Auſc. ſc.* 1. *a.* 1. Aut aliqua mala crux, quæ ſemper aliquid petat (de mœſto creditore.) *Ibidem ſc.* 5. *a.* 3. Quæ te mala crux agitat. *Ibid. ſc.* 3. *a.* 4. Crux ſcripta eſt ſervo, vel libertas teſtamento. Quint. *declamat.* 380. De crucibus & clavis, & ſtipitibus, & patibulo. Senec. *cap.* 19. *de vita beat.* Et de earum variis generibus, idem *cap.* 20. *de conſ. ad Marc.* ‖ ¶ Cruce malo, pro Cruce mala. Enn. apud Non.

Cruciacula, parva crux. Cath. ‖

Crŭcio, as, are. Torqueo, affligo, excrucio. ¶ חמאיר *himeir*, חדאיב *hidheib.* ὀδύω. Gall. *Tourmenter, affliger.* Ital. *Affligere, tortore.* Germ. Peinigen/martern. Hisp. *Atormentar à fatigar.* Angl. *To torment, to afflicte.* ¶ Plaut. *in Bacch.* Ut ipſius ſe cruciat ægritudine. Terent. *in Eunuch.* Quæ nos ſemper omnibus cruciant modis. Cic. *de Arato*, Dolore capitis cruciatur & conſumitur. Crucior lapidem non habere me. Plaut. *Capt. ſc.* 4. *a.* 3. Cruciatur jecur. Idem *Curc. ſc.* 1. *a.* 2. Te ad piſtores dabo, ut ibi cruciere curreus. Idem *Aſin. ſc.* 4. *a.* 3. At cum cruciatu niſi apparet tuo. Idem *Amph.* Digniſſimi quò cruciatus conſluant. Idem *Aſin. ſc.* 2. *a.* 2.

Crŭcĭātŭs, us. Tormentum, afflictio. ¶ דבראב *deabáh.* πόνος. Gall. *Tourment, affliction.* Ital. *Affittione.* Germ. Pein/plag/marter. Hisp. *Tormento.* Angl. *Torment, affliction, paine* ¶ Cic. 3. *Offic.* Dionyſius maximo cruciatu mortis angi ſolitus eſt. Cruciatu, pro cruciatui. Tacit. *lib.* 13. Cruciatu atque præmio cuncta pervia eſſe. Maximum in cruciatum inſiliamus. Plaut. *Merc. ſc.* 3. *a.* 2. Interminatus eſt cum cruciatu maximo. Idem. *Pſend. ſc.* 1. *a.* 3. Abi in malum cruciatum. Idem *Aul. ſc.* 3. *a.* 3. At cum cruciatu id factum eſt tuo. Idem *Capt. ſc.* 5. *a.* 3.

Crŭcĭāmēntum, ejuſdem ſignificationis. ¶ Angl. *Torment, paine.* ¶ Cic. *Philipp.* 6. Nec graviora ſunt tormenta carnificum, quàm cruciamenta morborum. Plaut. *Aſin. ſc.* 2. *a.* 2. In me cruciamenta confectant: & *Capt. ſc.* 4. *a.* 1. Cruciamenta quæ fierent.

Crŭcĭābĭlis, e. βασανιστὸς, πικρὸς &c. Apul. *de Aſin. aur. lib.* 10. Sed illo cruciabili ſilentio diutiſſimè fatigata. Cruciabili exitu perire. Gell. *cap.* 9. *lib.* 3.

Crŭcĭābĭlĭtas, atis. ¶ βασανισμὸς, πικρία. Gall. *Tourment.* Ital. & Hisp. *Tormento.* Germ. Peinigung/martet. Angl. *Torment.* ¶ Plaut. *Ciſt.* Qui omnes homines ſupero, atque antideo cruciabilitatibus.

Crŭcĭābĭlĭtĕr, adverbium. ¶ βασανιστικῶς, πικρῶς. Gall. *Cruellement, en grand tourment.* Ital. *Crudelmente, in gran tormento.* Germ. Peinlich. Hisp. *Con mucho tormento.* Angl. *With great torment.* ¶ Hirc. 5. *bell. Afric.* Sic extra vallum deducti ſunt, & cruciabiliter interfecti. Cruciabiliter carnifex me accipito. Plaut. *Pſend. ſc.* 1. *a.* 4.

Crŭcĭārĭus, a, um. Cruce dignus, in crucem agendus, vel jam actus. Calpur. Flac. *decl.* 23. & 17. Arbiter, Unus cruciarij patentes detraxerunt nocte pendentem. Seneca *controv.* 21. cui nihil eſt glorioſius quàm quòd inter cruciarios non eſt, id eſt, cruci ſuffixos. Vide Apul. *de Aſin. lib.* 10.

‖ Crucibulum, lucerna, mortarium. Cath. ‖

Crŭcĭfīgo, is, in crucem tollo. ¶ תלה *talâh.* κρεμάω, σταυρόω. Gall. *Crucifier, attacher à une croix, en à un gibet.* Ital. *Inchiodare in croce, crucifiggere.* Germ. Kreutzigen/oder an ein creutz heffren. Hisp. *Crucificar.* Angl. *To hang on a gibbet or gallow ſe.* ¶ Suet. *in Domit.* Authorem ſummarum pridie quàm crucifigeret, in cubiculum vocavit. Plin. *lib.* 9. *cap.* 16. Eaque de cauſa crucifixos vidiſſe ſe cum Scipione, Quint. *lib.* 7. *cap.* 2. Invenerunt ducem crucifixum. Suet. *in Domit. cap.* 10. Librariis etiam qui eas deſcripſerant crucifixis. Senec. *controv.* 22. Pervenerunt ad crucifixum Imperatorem.

‖ Crucium, quod cruciat: unde Lucilius, vinum inſuave, crucium dixit. Feſt. Sed à nomine crux dicitur, quòd bibentibus eſſet ingratum. Caſaub. *in Athen. lib.* 3. *c.* 3. ‖

Cryx, κ. κρύα Stephano, urbs Lyciæ.

Cryăſŭs, ου, ὁ, urbs Cariæ, ita dicta à Cryaſſo Cretis filio. Steph.

Cryptă, ¶ מערה *meârâh.* κρυπτὴ. Gall. *Une foſſe, ou grotte creuſe comme une cave ſous terre.* Ital. *Grota.* Germ. Ein grub/ein gewelb under der erden. Hisp. *Gruta, cueva ſoterranea.* Angl. *An holow place or vaute under the earth.* ¶ Caverna, vel teſtudo ſubterranea, vel in monte excavata: à κρύπτω, occulto. Juvenal.

*Et ſolium media cryptam penetrare ſuburra.*

Suet. *in Calig. cap.* 58. Varro apud Non. *in Solutum*, Domi qui cryptas non habent.

Cryptĭcus, a, um. ¶ κρυπτικὸς. Gall. *Secret, lieu ſoûterrain, fidelle.* Ital. *Occulto, fedele.* Germ. Das verborgen iſt vnder der erden. Hisp. *Soterraño, ſecrebrido, fiel.* Angl. *Secret, hidde, cloſe.* ¶ Significat occultum & ſubterraneum, Sidonius, Potens antiquitus cryptis arcubus fornicavit. Julius Firmicus Crypticos homines appellat, ſecreta fideli taciturnitate cuſtodientes.

Cryptŏpŏrtĭcus, nomen compoſitum ex Græco Latinóque, & ſignificat ſubterraneâ porticum, cum amplis feneſtris, qua refrigerandi gratiâ per æſtatem utimur. ¶ Poteſt etiam dici Porticus undique ſepta, & quaſi ſepimento parietum abſcondita, tanquam ſubterranea. Plinius *in Epiſt.* Subeſt cryptoporticus ſubterraneæ ſimilis, æſtate incluſò frigore riget, concentáque æëre ſuo, nec deſiderat auras, nec admittit.

Crўstăllŭs, fœm. gen. ¶ זכוכית *zechuchith.* κρύσταλλος. Gall. *Criſtal.* Ital. *Cryſtallo.* Germ. Cryſtall. Hisp. & Angl. *Criſtal.* ¶ Cryſtallum, neutri. Gemma candida & pellucida, ita dicta, παρὰ τὸ κρύος ἢ κρύειν, hoc eſt, ab eo quod gelu contrahatur. Plinius *lib.* 37. *cap.* 2. Contraria huic cauſa cryſtallum facit, gelu vehementiore concreto. Nec aliubi certè reperitur, quàm ubi maximè hybernæ nives rigent: glaciémque eſſe certum eſt, unde & Græci nomen dedêre. Hæc ille.

Cryſtăllĭnus, a, um, quod eſt ex cryſtallo, ¶ κρυσταλλικὸς. Gall. *Criſtalin, qui eſt de criſtal.* Ital. *Cryſtallino, che è di cryſtallo.* Germ. Cryſtallin/von cryſtall gemacht. Hisp. *Criſtalline, coſa de criſtal.* Angl. *Of criſtall.* ¶ Juvenalis.

*Grandia tolluntur cryſtallina, maxima rurſus*
*Murrhina, deinde adamas noſtriſſimus, & Berenices*
*In digito factus pretioſior.*

CT

Ctēărus, κτεάτωρ. Pater Amphimachi, unus ex quatuor ducibus Epeorum, qui quadraginta navibus ad Trojanam expeditionem ſunt profecti, ut teſtatur Homer. *in Catal. navium.*

‖ Crema, mancipium. Bud. ‖

Ctēmēnē, κτημένη, urbs Theſſaliæ, à Peleo Phœnici donata, cujus cives Homerus Dolopes vocat, Ctemonem Dolopiadem. Gentile, Ctemenius, & Ctemenæus: Apollonius per iota Κτιμένη ſcribit, quod magis placet.

Ctēnes. ¶ κτένες. Angl. *The fowre fore teeth.* ¶ Quatuor ſunt dentes anteriores, à cibo concidendo dicti: unde & τομεῖς appellantur: Latini Primores appellant, Græci etiam γναθμοὶ, quòd inter ridendum detegantur. Cæl. Rhod. *cap.* 1. *lib.* 4.

Ctenĭātrī, κτηνιατροὶ. Sunt medici jumentorum & pecorum, quaſi mulomedicos quis dixerit: κτῆνος enim Græci jumentum appellant, nonnunquam etiam pecus immolationi aptum, παρὰ τὸ κτᾶσθαι τὰ θρεμμάτα. Firmicus, Centauro oriente, qui natus fuerat, aut auriga erit, aut equorum nutritor, aut mulomedicus, aut equarius. Hunc Columella & Varro Veterinarium vocant: vulgus *Mareſcallum.*

Ctēſias, κτησίας. Cteſiachi, vel (ut alij malunt) Creſiochi filius, Medicus fuit Gnidius, qui Artaxerxem cognomento Meliorem curavit, & hiſtoriam Perſicam xxx. libris conſcripſit. Author Suidas.

Ctēſĭphon, κτησιφῶν. Nomen architecti, qui templum Dianæ Epheſiæ traditur exſtruxiſſe, opus mirabile, & toto orbe celebratum. Quod poſtea ab Heroſtrato incenſum fuit, hac tantùm de cauſa, ut facinore illo nominis immortalitatem ſibi compararet. Fuit & Cteſiphon vicus Parthorum. Strabo *lib.* 15. Prope Seleuciam vicus maximus eſt nomine & re Cteſiphon, in quo Parthorum reges hyemabant. Hic vicus civitatis potentiam & magnitudinem habebat, adeò ut Parthorum multitudinem & apparatum omnem reciperet, ac venalia, neceſſariáque artificia illis ſuppediraret. Quin & Cteſiphontem Babylonici regni caput fuiſſe, Plin. *lib.* 6. ſcribit. ¶ Cteſiphon etiã Athenienſis civis nobiliſſimus, qui Athenienſibus author fuit decreti, quo Demoſthenem aurea corona in theatro coronandum decreverunt. Ob quam ſententiam ab Æſchine, qui contrarias Demoſthenis in Republica partes fovebat, tanquam pernicioſi decreti author accuſatus, elegantiſſima illa Demoſthenis oratione, quam περὶ τοῦ στεφάνου inſcripſit, defenſus eſt. Vide Cic. *lib. de optimo genere oratorum.*

Ctēſippus, κτήσιππος. Chabriæ filius, quem Phocion, mortuo Chabria amico, diligenter, ſingulariſque humanitate excepit, quò impuros adoleſcentis mores componeret: cujus tamen cùm duro, tum minimè liberali ingenio nuſquam adduci potuit, ut curam & laborem in illo inſtituendo dimitteret: cujus ineptias non modò pertulit patienter, verùm etiam ſtudioſè tegebat. Quamquam ſemel aiunt, Phocionis conſtantiam importunitate leviſſimi hominis ſuperatam. Nam quum ille imperatorium quoddam munus ſtudio accuratiore obiret, Cteſippus, ut erat facilis dilitúſque, graviſſimum peritiſſimúmque Imperatorem cœpit facetis quibuſdam interrogationibus obtundere, atque illum monens, docénſve importunius perurgere. Tum ſtomachatum Phocionem dixiſſe fama eſt: ô Chabria, cumulatam tibi pro amore noſtro gratiam nunc perſolvo, qui nati tui delitamentum ſuſtineo. Auth. Plutarchus *in vita Phocionis.*

‖ Ctiſis, deſpotia, dominium. Bud.

Cuſtades, fabri lignarij. L. g. b.

Ctiſtes, creator. Tertull. ‖

CV

‖ Cuando, pro quando: culque, pro quique. Palm.

Cuazones, acus quibus caput ſcabunt mulieres. Feſt. ‖

Cubá, Sabinis vocatur, quam militares Lecticam: unde videtur derivatum eſſe Cubiculum. Feſtus.

‖ Cubai, inſula Orbis Novi, à Chriſtophoro Columbo an. 1492. primùm detecta. ‖

Cubātus, Cubiculare, Cubile. vide *Cubo.*

Cŭbĭtŭs, vel Cubitum. Curvatura brachij, ubi lacerto jungitur. ¶ אמה *ammâh.* πῆχυς ἀγκών. Gall. *Coude, ou coudée, qui contient un pied & demi.* Ital. *Gombito, braccio da miſurare.* Germ. Ellnbogen. Hisp. *Cudo del braço, ò code de medir.* Angl. *The elbowe, the arme*

*arme fronte, the elbowe forwarde à cubite.* } Plautus *Stich.* Cubitis depulsa de via. ¶ Initi cubito. Virg. 4. *Æneid.* Ossa ingentia cubiti. Ovid. 12. *Metam.* Cubitus catapulta est mihi. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Ne quem in cursu, capite, aut cubito, aut pectore offendam, aut genu. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Item, Cubito pronunciare. Quintilian. ¶ A medicis tamen cubitus vocatur os illud brachii, cui innititur, quod ab ima manu ad brachii curvaturâ extenditur. Sunt enim in ea parte brachii duo ossa, quorum inferius Cubitum, superius Radium vocant. ¶ Cubito emungens, *ἀγκῶνι ἐκμυσσόμενος.* Proverbialis stomachi in hominem sordidi quæstus & conditionis abjectæ, à salsamentariis ducta, quibus mos est narium mucum cubito abstergere, nimirum manibus muriæ salsugine oppletis. ¶ Accipitur etiam pro mensura cubiti, quantum à cubito brachii usque ad extremam manum est. Plin. *lib.* 6. *cap.* 16. Invenimus in monumentis, Salamiam Euthymenis filiam in tria cubita triennio adoleviſſe. Constat autem cubitum sex palmis, hoc est, digitis viginti quatuor, ut author est Vitruv. *lib.* 3. Sesquipes enim, hoc est, pes unus cum dimidio, facit cubitum. Pes est sexta pars altitudinis in corpore nostro, cubitus quarta. ¶ Est præterea Cubitus regius, qui major est communi cubito tribus digitis, sicut refert Herodot. *lib.* 2. ¶ Est & Cubitus geometricus, qui tantum valet, quantum sex nostra cubita, ut Origenes, Augustinúsque tradiderunt. ¶ Eodem cubito, *κατὰ τὸν αὐτὸν πῆχυν*, hoc est, eadem regula, eadem mensura. ¶ Juxta cubitum profecit, *πρὸς πῆχυν ἐπιδίδωσι.* De eo dicebatur, qui promotus esset ad meliora: sive quum quis ordine legitimo progreditur, sive quum magnis profectu accessionibus. ¶ Homo tredecim cubitorum, *ἀνὴρ τεσσαρεσκαιδεκάπηχυς*, de insigniter procero corpore, ignavo & inutili. Theocritus.

**Cūbitālis**, e, adjectivum, quod est longitudinis unius cubiti. { *μονόπηχυς.* Gall. *D'une coudée de haut.* Ital. *Alto un cubito.* Germ. Einbögig/einen einbogen hoch. Hisp. *Cosa de medida de un codo.* Angl. *Of a cubite in measure or in length.* } Herba cubitalis, apud Plinium. Cavea cubitalis, apud Livium, id est, uno cubito alta. Curt. *lib.* 4. Simulachra aurea cubitalia.

**Cūbitāle**, is, per apocopen Cubital. Cubiti ornamentum. { *τὸ περιπόδιον.* Gall. *De quoy on soûtient le coude.* Ital. *Cosa di un cubito.* Germ. Ein gezierd der einbogen. Hisp. *Armadura del codo.* Angl. *A sleeve for the arme from the elbowe downewarde.* } Horat. *in Serm.*

*——— Penas insignia morbi*
*Fasciolæ, cubital, focalia:*

id est brachiale, *ἀγκωνάριον.*

**Cŭbo**, as, ui, itum (quamvis Cubatio, non Cubitio dicatur,) cubare. { *שכב schachab.* *κατάκειμαι, ἀνάκειμαι, κατάκλισις.* Gall. *Se coucher, estre couché.* Ital. *Giacere, esser steso, coricarsi.* Germ. Ligen/schlaffen. Hisp. *Yazer.* Angl. *To lie downe or be layed.* Sicut & ejus compositæ, quæ tam primæ, quàm tertiæ conjugationis inveniuntur: ut, Accubo, as, & Accumbo, is: Decubo, as, & Decumbo, is: Incubo, as, & Incumbo, is: Recubo, as, & Recumbo, is: Occubo, as, & Occumbo, is. Virg.

*——— Nec adhuc crudelibus occubat umbris:*

id est, jacet mortuus. Idem,

*Seu versare dolos, seu certa occumbere morti.*

Secubo, as, & Secumbo, is, quod est seorsum & separatus cubo. Prop.

*Miles depositis anxius secubat armis.*

Liv. *lib.* 39. Per jocum adolescens vetat eam mirari, si per aliquot noctes secubuisset, religionis sc. causa; ut voto pro valetudine sua facto liberetur. Habet tamen *Cumbo* aliqua composita, quæ non habet *Cubo*, ut Discumbo, quod est cibi capiendi gratiâ jaceo, non Discubo: Procumbo, non Procubo. Similiter *Cubo* habet aliqua composita, quæ non habet *Cumbo*: ut, Excubo, non Excumbo: Supercubo, non Supercumbo. Est autem Cubare, jacere: ut, Cubare in lecto. Plaut. Cubare in specu. Plin.

*——— Nasonis melliter ossa cubent.*

Ovid. *Elog.* 3. *lib.* 3. Ubi ea est? Eccam in tabellis porrectam in cera cubat. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Cubat complexus cujus cupiens maximè est. Idem *Prolog. Amph.* Ubi cubuisti? In eodem lecto, in cubiculo. Idem *Amphitr.* Ubi sunt scortatores, qui soli inviti cubant. *Ibidem.* ¶ Cubare in faciem, est cubare supinum, apud Juvenal. ¶ Et absolutè apud Cic. 5. *in Verr.* Quum iste etiam cubaret in cubiculum introductus. Sic, Ire cubitum, & Surgere cubitu. Cæs. ¶ Dicitur & de ægrotis. Horat.

*——— Cubat hic in valle Quirini:*

id est, ægrotat, sicut interpretes exponunt. Quid ea domi est? P. In lecto cubat (i. ægrota est.) Plaut. *Mere. sc.* 3. *a.* 2. Eam cubantem offendi domi (i. ægram,) *ibid. sc.* 6. *a.* 2. & *prolog. Casin.* In morbo, imò in lecto cubat. Et Sueton. *in Ner. cap.* 34. Cubare ex duritia alvi (i. ægrotum esse.) Cic. 2. *Tusc.* Itaque narrabat eum graviter & copiosè, de hoc ipso nihil esse bonum, nisi quod honestum esset, cubantem disputasse. Colum. *lib.* 7. Cubitorem bovem appellat, qui sæpe decumbit ex pertinaci contumacia: quod quidem vitium fame & siti tollendum esse censet, non igne aliisve tormentis.

**Cŭbito**, as, frequentativum, sæpe cubo. { *κατάκλιτον.* Gall. *Se coucher souvent.* Ital. *Dormire nel letto.* Germ. Offt ligen/oder offt schlaffen. Hisp. *Dormir en el lecho.* Angl. *To lie often.* } Cic. *pro Cælio*, Et propter nocturnos quosdam inanes metus secum semper pusio cum majore sorore cubitavit. Plaut. *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Tùne etiam cubitare solitus es in cunis puer? Et pudica neque cubitat cum viris. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Anus hic solet cubitare custos janitrix. *Ibidem.*

‖ Cubatorium, ubi cubamus. Cath. ‖

**Cŭbĭtus**, us: Cubandi, sive dormiendi actus. { *מִשְׁכָּב mischkâb, κοίμησις.* Gall. *Couche, estre couché, repos de nuict.* Ital. *Il giacere, il riposarsi.* Germ. Das ligen/schlaffen. Hisp. *Yasijo, ò cama en la camara.* Angl. *A lying & resting.* } Plin. *lib.* 10. *cap.* 57. Medicina in fame, & cubatus in fumo.

‖ Cuberta, stragulum. { Ital. *Coperta.* L. g. b. } ‖

Cubitus, us. Idem Plin. *lib.* 29. *cap.* 4. Supini cubitus oculis conducunt, at proni rusticis, in lateris adversis distillationes: & *lib.* 24. *cap.* 9. Cubitus sibi sternere dixit.

**Cūbĭle**: Lectus, quòd in eo cubetur. { *מטה mittâh*, *עֶרֶשׂ heresch.* *κοίτη, κλίνη.* Gall. *Lict, lieu à se coucher ou dormir: nid, tanière.* Ital. *Letto.* Germ. Ein bett. Hisp. *Lecho, cama, è cubil, proprio lugar de las fieras.* Angl. *A bedde or couche.* Cic. 1. *Tusc.* Abducet Patrocles, credo, ut collocet in cubili, ut vulnus obliget. Idem 5. *Tusc.* Terra cubile erat Anacharsi. Ille dixit clam cum Alemeona consuetum esse cubilibus. Plaut. *Amphitr.* ¶ Cubilia item dicuntur loca in quibus feræ cubant. Quintil. *lib.* 2. *cap.* 16. Molliti cubilia ferarum. Cic. *de nat. Deor.* Delitescunt cubilibus bestiæ. ¶ Dicitur & de structura. Plin. *lib.* 35. *cap.* 14. Ea, inquit, maxima moles fuit, nec sedit in cubili. Utitur hac voce & Vitruvius *lib.* 2. in eadem significatione. ¶ Cubile salutatorium dicitur, in quo simulachra deorum imponi solent, quod & Lararium alio nomine dicitur. Plin. *lib.* 13. *cap.* 11. Omnia jam & virorum salutatoriis cubilibus inclusa.

**Cŭbĭcŭlum**: Locus ubi cubile & lectus positus est. { *חדר chedher.* *οἰκημάτιον, κοιτών.* Gall. *Chambre à coucher ou dormir.* Ital. *Camera.* Germ. Ein schlaffkammer / da man da vil bett sicht / auff welchen man schlafft. Hisp. *Camara donde dormimos.* Angl. *A chamber to lie and sleepe in.* } Senec. *ad Lucil.* Quid prosunt multa cubicula in uno jacentis. Cic. *in Verr.* In cubiculum introductus. Silentium non in convivio, sed in cubiculo esse debet. Gell. *cap.* 11. *lib.* 14.

**Cŭbĭcŭlārĭus**, qui in cubiculo ministrat, cubiculi minister. { *κοιτωνίτης.* Gal. *Chamberlant, valet de chambre.* Ital. *Cameriere.* Germ. Ein kammerling / ein diener so auff die schlaffkammer wartet. Hisp. *Camarero, guarda de la camara.* Angl. *A groome of the chamber.* } Cic. 5. *in Verr.* Hunc vestri janitores, hunc cubiculari diligunt. Sueto. *in Domit. cap.* 17. Et Saturius decurio cubiculariorum. Dura cubilia ferri eruere, Ferri fodinas effodere. Valerius *lib.* 5. *Argon.*

*Nam prius ignoti quàm dura cubilia ferri*
*Eruerent, ensésque darent, odia aspera sine armis*
*Errabant.*

De Chalybum populo.

**Cŭbĭcŭlāris**, e, quod ad cubiculum pertinet. { *κοιτωνίτης.* Gall. *De chambre.* Ital. *Di camera, pertinente à camera.* Germ. Dan zu der schlaffkammer gehört. Hisp. *Cosa para camara.* Angl. *Pertening to a chamber.* } ut, Vestis cubicularis, qua in cubiculis utimur: &, Cubicularis lectus, apud Cicer. 5. *Tusc.* Cubiculares imagines. Suet. *in Aug. cap.* 7. ¶ Cubicularis, pro cubiculario. Idem *in Neron. cap.* 38. Incendit urbem tam palam, ut plerique Consulares cubicularesque ejus cum stuppa tædâque in prædiis suis deprehensos non attigerint. Quædam exemplaria legunt *cubicularios.* Rutilius Lupus *lib.* 2. *figurar.* Ex cubiculari lectulo excitatus.

**Cŭbĭcŭlārĭus**, aliud adjectivum. *κοιτωνίτης*: ut, Cubicularia lucerna. Martial. *lib.* 14. Et, Cubicularia gausapina. Idem *lib.* 4. *epigr.* 14. & *epigr.* 150. *ejusdem lib.* Quintil. *Declam.* 328. Cubicularium ejus occidit.

**Cŭbĭcŭlārĭi**, qui Cubiculo, vel ad limina assident. Alphenus hos numerat inter eos, quos usus sui causa paterfamilias habet, *ad finem l. in lege censoria, ff. de verb. sign.*

**Cŭbĭtōr**, is, nomen, *κοιμήτωρ, κοιμητής, κοιμητός.* Colum. *lib.* 6. Cubitorem bovem appellat, qui sæpe decumbit ex pertinaci contumacia, quod quidem vitium fame & siti tollendum esse censet, non igne, aliisve tormentis.

‖ Cubizon, stramentum ubi cubatur. L. g. b. ‖

Cubio, nis, mal culus. Cath. ‖

**Cŭbus**. { *κύβος.* Gal. *Figure quarrée de tous costez.* Quarreau. Ital. *Cio che ha la figura quadrata.* Germ. Ein ding das an allen orten gleich gestrecket ist / als ein würffel. Hisp. *Cosa quadrada, comoel dado.* Angl. *A figure that is square on all partes, a dice.* } Est figura ex omni latere quadrata, quales sunt tesseræ, quibus in alveolo ludituer, quæ etiam *κύβοι* à Græcis sunt appellatæ. ¶ In numeris etiam Cubus dicitur, quum omne latus ejusdem numeri æqualiter in se solvitur: sicut fit quando tetna dicuntur, atque idem ipse numerus triplicatur.

‖ Coctor, Pontifex Sacerdos. Gloss. Isid. ‖

**Cŭcŭo**, as: Proprium est vocis noctuæ. { *ὀλολύζω.* Gall. *Huyer comme un hibou, ou chathuant.* Ital. *Gridare come la civetta.* Germ. Wigken oder heulen / schreyen wie ein nachteul. Hisp. *Cantar la lechuza.* Angl. *To crie like unto a howle.* } Ut in carmine de Philomela, quod falsò Ovidio ascribitur,

*Noctua lucifugæ cucubat in tenebris.*

‖ Cucubæos, glaucus, nocturnus. L. g. b. ‖

Cucŭbă, vide *Scopes.*

**Cucūllio**, est (ut Capitolinus docet) genus pilei viatorum, quo capite obtecto, vagari nocte solent. { *κώδιον περικεφαλαῖον.* Gall. *Coqueluchon, ou chapeau, ou converture de teste pour la nuict.* Ital. *Cappello à cappa portata in capo per la peggia, ò altramente.* Germ. Ein Kappe / oder Hut. Hisp. *El papahigo ò capirote.* Angl. *A hoode.* Cato *de re rust. cap.* 2. Videtur ostendere vestis rusticæ genus fuisse, qua operæ adversùs tempestatum injuriam tegebantur. Quum tempestates (inquit) pluviæve fuerint, videto quot dies, quæve opera per imbrem fieri potuerint, dolia lavari, picari, villam purgari, fines vereres sarciri, novósque fieri centones, cucullionésve familiam oportuisse sibi sarcire.

**Cucūlus**, simplici c, & unico l, scribendum est, & semper mediam producit, teste Erasmo in adagio Cuculus. { *κόκκυξ.* Gall. *Coucou ou coucou.* Ital. *Cuculo, ugello.* Germ. Ein gucker / gutuch. Hisp. *Cuclillo, ave.* Angl. *A couckoow.* } Horat. 1. *Serm.*

*——— cui sæpe viator*
*Cessisset, magna compellans voce cucullus.*

Martialis tamen penultimam corripuit,

*Quamvis per plures cucŭlus canaverit annos.*

¶ Est autem Cuculus avis notissima, quæ in alienum aviam nidis ova parit, quòd sciat se omnium avium generi esse odiosam, neque confidat pullos in suo nido turò futuros. Quare non video quid Gallis venerit in mentem, qui adulteræ maritum Cuculum vocant, cui multò rectiùs Cutucæ nomen conveniat, quæ aliena ova pro suis fovet. Plaut. *certè in Asin.* Cucullum vocat adulterum, quòd

scilicet ex alienis uxoribus liberos gignat, quos mariti pro suis educent. Idem *Asin. sc. 1. a. 3.* At etiam cubat cuculus, surge amator, i domum. *Et paulò post*, Cano capite te cuculum uxor ex lustris rapit. ¶ Cuculus etiam piscis est, κόκκυξ. Huic vocalitas tribuitur, ut lyræ, chalcidi, & apro. Similis est mullo atque hirundini, cui corpus rubeum, excepto ventre candido: rostrum incurvum atque acutum. Felle caret. Vide *Lacerna*.

Cŭcŭllŭs, gemino l, genus vestis est. {κάλυξ τι ἔνδυμα, τὸ φιλόμαχον. GALL. *Coquelucheon, ou une cape que les femmes portent pour se couvrir durant la pluye, cuculle, capuce.* ITAL. *Veste che ha il cappuccino, certosino.* GERM. Ein kleid mit einem gugel oder kappen/cinturen. HISP. *Capilla de vestidura, ò cogulla, el papahigo, ò capirote.* ANGL. *An hoode that women weare in tyme of rayne.*} Juven. *Sat.* 6.

*Sumere nocturnos meretrix Augusta cucullos.*

Unde constat monachos nostros malè uti hoc vocabulo. Cuculla, fœminini generis. Sunt qui accipiant pro nautico ac rustico tegmine, ad arcendas pluvias. Columell. Cultam vestitúmque familiam magis utiliter, quàm delicatè habeat, municam diligenter à vento pluviáque: quæ cuncta prohibentur pellibus manicatis, centonibus confectis, vel sagis, aut cucullis. Juvenal. *satyr.* 3.

*Contentúsque illic Veneto duróque cucullo.*

¶ Cucullus etiam pro tegumento papyraceo, quo pigmentarii ornantur, sumitur.

*Vel thuris piperisque fis cucullus,*

Martial. *lib.* 3. *Epigr.* 2. *ad librum suum.*

Cŭcŭllātŭs, a, um: qui cucullo indutus est. {ὁ τὸν κάλυκα ἔχων. ANGL. *That weareth such an hoode.*} Colum. *lib.* 11. *cap.* 1.

Cŭcŭmă: Vas æneum calefaciendæ aquæ idoneum. {דוד *dudh.* τὸ ὑπόκαυμα, λέβης ἐν ᾧ θερμαίνεται ὕδωρ. GALL. *Paellon.* ITAL. *Cuogoma di ferro ò di rame.* GERM. Ein kessel. HISP. *Vaso de cobre, como caldera ò sarten.* ANGL. *A brasen pan to warme water in.*} Petron. Arbiter *in satyr.* Frangitur cervix cucumæ, ignémque valescentem restinguit. ¶ Cucuma item appellatur tugurtolum exiguum, in quo pauperiores habitant. Martial. *lib.* 10. *ep.* 79.

*Torquatus nitidas Paris de marmore thermas*
*Exstruxit, cucumam fecit Otacilius.*

¶ Budæus scribit Cucumam esse genus baculi ferrati. Jurisconsul. *in l. 4. D. ad legem Cornel. de sicariis*, Sed & si clavâ percusserit, ut cucumâ in rixa, quamvis ferro percusserit, tamen non occidendi animo, leniendam ejus pœnam, &c.

Cŭcŭmĕlla, diminutivum: vasculi genus, quod à forma cucumeris nomen suum invenit, ad eundem usum, ad quem & labra & crateres paratum. Connanus Alphenus *l. si quando, ff. si servit. vend.* Et Scius in eo sylvam sevisset, in qua labra, crateras, & cucumellas positas haberet, &c.

Cŭcŭmĕr, sive Cucumis, cucumeris, aut cucumis, in genitivo. Herba est sarmentis prælongis humi repentibus, & in ramos vitis modo se diffundentibus, folio rotundo, cucurbita aliquanto minore, flore luteo, fructu oblongo, & ubi maturuerit, flavo, maculis quibusdam distincto, qui & ipse herbæ suæ cognominis est. {קשׁוא *hischeuâ.* σικύα ἡ ἄγριος. GALL. *Concombre.* ITAL. *Cocomero.* GERM. Cucumer/ist ein frucht gleich den kleinen kürbsen. HISP. *Cohombro.* ANGL. *A cucumer.*} Varro *lib.* 4. *de lingua Lat.* author est, Cucumeres à Curvitate dictos, quasi curvimeres. Unde & Torrem Cucumerem vocat Virg. 4. *Georg.*

*——tortúsque per herbam*
*Cresceret in ventrem cucumis.*

¶ Plinius tria enumerat cucumeris genera, Laconicum, Scytalicum, & Bœoticum: vide ipsum *lib.* 19. *cap.* 5. ¶ Cucumis etiam piscis est digiti crassitudine & longitudine, tuberculis aliquot aspersus, veluti in cucumere terrestri parvo. Partes internas indiscretas habet. Plin. *lib.* 9. *cap.* 2. Rerum quidem, non solùm animalium simulachra inesse licet intelligere intuentibus uvam, gladium, serras: cucumim verò colore & odore simulem. Vide *lib.* 32. *cap. ult.* ¶ Cucumis marinus, Græcis ψολὶ, piscis est marinus alius à superiori, & Colybdena, pressus aquam jaculatur syphonis modò: similimus est cucumeri parvo figura solùm, non odore, nec colore: oblongus est, quamvis angulis & superficiebus insignis, cujus digitalis crassitudo, longitudo minor digito, singuli anguli tuberculorum in cucumeribus gemina serie exarantur. Color rufus est, corio regitur ut tethya.

Cŭcūmis anguinus, sive sylvestris. Herba est solo fructu à sativo cucumere distans, quem multò minorem habet, glandibúsque longiusculis similem. σικυὸς ἄγριος. Officinæ cucumerem asininum appellant. Succum ejus elaterium vocant, ἀπὸ τῆς ἐλάσεως, hoc est, ab expellendo: liquidem & mensis mulierum retentos expellit, & gravidis abortum facit. Vide Plin. *lib.* 20. *cap.* 1.

Cŭcūmĕrārium, locus cucumeribus conditus. {מטפח *mitspheh.* σικυήρατον, GALL. *Le lieu où croissent concombres.* ITAL. *Luogo dove vinascano cocomeri.* GERM. Ein ort da vil cucumen gepflantzt sein. HISP. *El cohombral.* ANGL. *A place planted with cucumers.*} Cyprianus pro tugurio custodiarum posuit. Solet enim fieri tugurtolum, in quo custos vigilanter observat ne cucumeres auferantur ex cucumerario.

Cucumis, genus piscis ex genere concharum, cujus meminit Plin. *lib.* 9. *cap.* 11. ¶ Est etiam cucumis ornamentum ex aurichalco, in modum lancis factum, quod habenis affigitur, lorisve quæ ab harmis pendent, atque pectore equorum. Aliàs pro vase, apud Martialem.

Cŭcūrbĭtă, herba hortensis est notissima, etiam hodie in Officinis nomen retinens, fructus magnitudine omnes cum arborum fœtus exsuperans. {κολοκύνθη. GALL. *Une courge.* ITAL. *Zucca.* GERM. Ein kürbs. HISP. *Calabaça.* ANGL. *A gourde.*} Plin. *lib.* 11. *cap.* 5. Duo ejus facit genera: Plebium, quod humi repit: & Camerarium, facili flexibilique ramorum curvitate tecta, pergulas & testudines operiens. Verba ejus sunt hæc: Cucurbitæ duo prima genera, Camerarium, & Plebeium quod humi repit. In priore mirè tenui pediculo libratur pondus immobile autæ. Hæc omni modo fastigiatur, vaginis maximè virilibus, conjecta in eas postquam defloruit. Crescit qua cogitus forma, pleramque & draconis intorti figura: libertate verò pensili concessa, jam visa est novem pedum longitudinis. Hæc ille. ¶ Aut cucurbitæ florem, aut cucurbitam, ἢ κακὸν, ἢ θάνατον. Id perinde valet quasi dicas: Aut mortem, aut vitam: Aut locum, aut damnum: Aut victoriam, aut contrà. ¶ Græci cucurbitæ florem κόκκον appellant. Incertum utrùm mox evanescat, an cucurbitam sit pariturus. ¶ Cucurbitas lippitæ, κολοκύνθας λαμβάνειν. In cucurrientes ac stupidos dicitur, præsertim in eos, qui ætatis vitio despiciunt. ¶ Cucurbitâ sanior, κολοκύνθης ὑγιαίνων. Suidas & Zenodotus pro adagio referunt: citatur ab Athenæo *lib.* 3. Hinc ductum proverbium, quòd cucurbita undique turgeat integra, nec rimis hians, vermiculis obnoxia. ¶ A fructus hujus similitudine apud Celsum *lib.* 2. *cap.* 11. Cucurbitam, & per diminutionem Cucurbitulam, eam appellari legimus, quæ nunc vulgò *ventosa* dicitur. Prima enim hujusmodi vascula ex cucurbitis habent. Ait enim, Usus cucurbitulæ præcipuus est, ubi non in toto corpore, sed in parte aliqua vitium est. *Ibidem*, Cucurbitularum duo sunt genera, Æneum, & Corneum: æneæ, altera parte patet, altera clausa est: corneæ, altera parte æquè patens, altera foramen habet exiguum, &c. Juven. *Satyr.* 14.

*——vacuúmque cerebro*
*Iam pridem caput hoc ventosa cucurbita quærit.*

¶ Cucurbitulas sine ferro defigere, i. sine scarificatione, apud Cels. *lib.* 4. *cap.* 14. ¶ Agglutinare cucurbitulam, i. affigere. Idem *lib.* 7. *cap. de calculo*, Quod si parum conficit, agglutinanda cucurbitula est & inguinibus, & coxis, & supet pubem.

Cŭcŭrbĭtŭlă, vide *Cucurbita*.

Cucŭrbĭtĭnus, adject. ut Cucurbitina pyra dicimus, & Cucurbitinus ficus, ob cucurbitæ similitudinem. κολοκυνθοειδὴς. Cato *de re rust. cap.* 7.

Cŭcŭrbĭtārium, ii. Locus in quo servantur cucurbitæ. {ANGL. *A place wherein goudes grow.*}

Cŭcŭrbĭtārius, amator cucurbitarum. φιλοκολοκυνθίστης.

‖ Cucurbito. Cucurbitare dicitur vassallus, qui domini uxorem adulterat, vel ad crimen illud saltem sollicitat, turpiter tentat, afficit: item filiam, neptem, rarum, aut sororem ejus polluit. Barbarica videtur origo hujus vocabuli, quum in legibus Longobardorum Corbita pro stupro vel infamia usurpetur. Sic Lex. Jurid. Pratei. ‖

Cŭcŭrĭo, secunda longa, gallorum proprium est. {κοκκύζω. GALL. *Coquester, comme quand le coq appelle les poules.* ITAL. *Fare il verso del gallo.* GERM. Kreen en den han. HISP. *Carmear el gallo.* ANGL. *To crak, or crielik a cocke when he gathereth the hennes.*} Author carminis de Philomela, quod falsò Ovidio adscribitur,

*Cucurrire solet gallus, gallina gracillat.*

‖ Cucutopullon, porcellus. Gloss. gr. b. ‖

Cŭdo, is, cudi, non cusi (ut quibusdam videtur,) supinum facit cusum, unico s: ut, Excudo, excudi, excusum: at excussum, est ab excutio. Virg. 1. *Æneid.*

*At primùm silicis scintillam excudit Achates.*

Ubi Servius, Excudit, id est, feriendo elicit: nam Cudere, ferire est. {צוד *tsûr*, חרש *charásh.* κόπτω, σφυρηλατῶ, σφύρα, ὃ, χαράσσω. GALL. *Battre, frapper, forger, imprimer sur metail.* ITAL. *Battere, stampare, coniare.* GERM. Schlagen/schmiden. HISP. *Herir, imprimir, cuñar.* ANGL. *To strike as smithes doe.*} Unde & Incus dicitur, quòd illic aliquid cudamus, id est, feriamus. ¶ Cudi pecunia dicitur, quum illi signum principis, vel reipublicæ imprimitur. Terent. *in Heaut.* argentum cudo, quod tibi dem. Hinc Plaut. Oculis multa misera cuditis, *Capt. sc.* 1. *a.* 2. sed *ibi* aliàs legitur, *Oculis multam miseriam additis.* ¶ Passivum protulit idem Terent. *in Eunuch.* At enim in me isthæc cudetur faba: quod est, in me hoc malum recidet, in me hæc vindicabitur culpa. Metaphora ducta est ab area, in qua fabæ tritu rantur, hoc est, siliquis suis excutiuntur. Ibi enim, quamvis faba præcipuè cudatur, tamen omnes ictus in aream recidunt. Hujus compositæ sunt Accudo, Excudo, Incudo, Procudo, & Recudo: quod est iterum cudo. Varr. Ut hi solent, qui vera metalla recudunt. Habent autem hæc omnia penultimam productam.

Cūdo, nis, masculi gen. Significat capitis tegumentum ex corio confectum, quo vice galeæ uti solent. ‖ {GERM. *Ein lidterne Bettelhaub.* ‖ ANGL. *An hoode of leather.*} Silius *lib.* 16.

*Scipio contorquens hastam, cudone comantes*
*Disjecit crines.*

‖ Codræ, arum. A. sub P. Constantinopolitano. ‖

Cūjās, vel cujatis, e, cujus regionis? {πόθεν εἶ. GALL. *De quel pays?* ITAL. *Di qual patria? Di qual natione? di qual setta?* GERM. Von wannen bist? welchen stambs bist du? HISP. *De que tierra ò vando?* ANGL. *Of what countrey?*} Unde & non tantùm patriam, gentem, nationemque innuit (ut apud Cic. *lib.* 3. *Tusc.* Socrates quidem quum rogaretur, cujatem se esse diceret, Mundanum, inquit. Totius enim mundi se incolam & civem arbitrabatur) sed etiam partes & sectam: ut, Cujates Philosophi vos estis: Stoicine, an Epicurei? Sic Nostras & Vestras, Cicero, Non solùm etiam ista vestra oratoria, sed & hæc etiam levis nostratia. Dicitur & Cujatis, communi genere: unde apud Plaut. frequenter legitur, Cujatis est? id est, cujus patriæ & gentis. Accius *Telepho*, ut citat Nonius. Qui neque cujatis esset, unquam potuimus, multa rogantes, scire. Gell. *cap.* 30. *lib.* 15. Cùm quæreretur, Perotinum quali forma vehiculum, cujatisque linguæ esset? Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 2. Rogant, Cujatis sit ea navis. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 3. Cujatis? Ab Thessalonicensi milite?

Cūjus, a, um, adjectivum est per tria genera declinabile, id est, cujus, cujus, cujum. GALL. *A qui est?* ITAL. *Di chi?* GERM. Welchen/oder wessen HISP. *De quien?* ANGL. *Whose? to whome belongeth it?*} ut, Meus, mea, meum. Referus autem ad personam possessoris. Virg. *Eclog.* 3.

*Dic mihi Damœta, cujum pecus? an Meliboi?*

Terent. *in Andr.* Cujum puerum hic apposuisti? dic mihi. Idem *in Eunuch.* Quid virgo, cujus est? Plaut. *in Curc. sc.* 1. *a.* 2. Cujam vocem audio? Cuja vox sonat procul? *Ibid. sc.* 2. *a.* 1. & *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. & *sc.* 4. *a.* 4. Is, cujus res est, i. reus. Gell. *cap.* 22. *lib.* 1. In ipso versatur cujatem,

res, non in eo unde petitur (de negotio non forensi.) Idem *cap.* 19. *lib.* 2. Cujus est, ei reddes. Idem *cap.* 4. *lib.* 3. ¶ Pro eodem interrogatur per Cujus, genitivum à quis, quæ, quod, vel quidnam quem respondetur etiam in eodem casu, præterquam in possessivis, tam pronominibus, quàm nominibus. Ut quum quæritur, Cujus est vestis? respondemus mea, vel herilis. Cujus res est. Cicer. 3. *Verr.* Ut optima conditione sit is, cujus res sit, cujum periculum. ¶ Cujus interest. Cic. *pro Murena.* Ea cædes potissimùm crimini datur ei, cujus interfuit, non ei cujus nihil interfuit. ¶ Antiquitus *Quojus* scribebatur: ut in emendatis Plautinis exemplaribus.

‖ Cujavia, sive Uladislavia, *Vladislavia.* V. ampla E. sub A. Gnesoensi in Poloma. ‖

Cuicuimodi. Gell. *lib.* 13. *cap.* 21. Ac ne illud quidem prætereundum puto, cuicuimodi est. Cic. *Attic.* 3. 21.

Cūjūsmŏdi, vox est indeclinabilis, composita ex duobus genitivis: Cujus, à quis; & Modi, à modus. {*τινὸς τρόπου*, à *τίς τρόπος*. Gall. *De quelle sorte, ou de quelque sorte.* Ital. *Di qual maniera.* Germ. *Auff welche gattung/welcherley.* Hisp. *De qual manera.* Angl. *Of what sorte.*} Ponitur autem relativè, infinitè, interrogativè, & etiam admirativè. Plaut. *in Menæch.* Cujusmodi homines erunt? 1. Ego, & Menæchmus, & parasitus ejus. Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Defrutum, mel, cujusmodi? Idem *in Mil. sc.* 4. *a.* 1. Cujusmodi hi homines erunt (*i.* quàm edaces.) Idem *Men. sc.* 2. *a.* 4. Res quæritur, non cujusmodi res clueat. Et aliter apud Cicer. 2. *de Invent.* Quod si hæc cùm summè inutilia, tum multò turpissima sint, lege cujusmodi sit in præsentia conservari à judicibus, id est, *En la sorte qu'elle est.* ¶ Pro eodem dicimus, Cujusmodicunque. Cic. *pro Cluent.* Nam illud me non præterit, cujusmodicunque mater sit, tamen judicio filii de turpitudine parentis dici vix oportet, id est, *Quelle qu'elle soit.* Id Salustius divisim enuntiavit: Neque solùm cives, seu cujuscunque modi genus hominum, quod modò bello usui foret, &c.

‖ Cui, pro quasi, *in Amphitr.* Plaut. Sic facui, pro facile, Antiqui, simul pro simile. ‖

CūlcĭtrA, vel Culcita. Non stragulum est, quo dormientes incegimur, ut quidam perperam tradiderunt: sed potiùs id quod plumis, tomento, floccis, aliâve materia fultum, dormituris substernitur: pulvinus, lectulus. {*ἐφάλωμα, στρωμνή*. Gall. *Coutil de lict, ou lict de plume, de bourre, ou de laine.* Ital. *Letto, coltra, materazzo.* Germ. Ein bettzeug / ein pfulwesen. Hisp. *Colcedra, colchon, colcha.* Angl. *The tike of a bed, a flocker wol bed.*} Nomen autem habet à calcando, sive inculcando, quòd calcibus, hoc est, pedibus inferciatur. Cic. 4. *Tusc.* Etiamsi huic ægritudini, quomodo? collocemus in culcitra plumea, psaltriam adducamus. Idem *ad Attic. lib.* 13. Nam Silius culcitras non habet. Culcitra in terra jacet: Ego in culcitra. Sen. *epist.* 78. Deinde loquitur de stragulo & opertorio. Juvenal. *Satyr.* 3.

*Tertia, si vacuo cessaret culcitra lecto,*
*Vasa sinus, ait.*

Culcitrōsus, Diomedes *lib.* 1.

CūlcĭtŭlA, diminutivum. {*φαινίδιον, στρωμνὴ φαινή*. Gall. *Un petit coutil, un petit lict de plume.* Ital. *Piccola coltra, ò materazzo.* Germ. Ein bettlin / ein pfulwestin. Hisp. *Pequeña colcedra.* Angl. *A litle tike of feather bed.*} Plautus *Mostell.* Is me suam quidem pol opta culcitrulam.

CūlcĭtŭlA, fasciculus quidam ligneus in sacris dicebatur. Festus.

CūlĕŏlA, sunt cortices nucum viridium, similitudine culeorum, quibus oleum, aut vinum continetur. Hæc Festus.

Cūlĕst, pro cujas est, qualis est, veteres usurparunt. Plautus *in Amph.* Condignum ædepol donum, culest qui dedit. Ex Nonio.

Cŭlĕus. {*שׁוּ sak. σάκκος, μάλγης* Dioni. Gall. *Un sac ou vaisseau de cuir.* Ital. *Sacco.* Germ. Ein sack/ein ledersack. Hisp. *Saco, la odrina.* Angl. *A sake of leather.*} vel etiam Culeum neutri generis, vel (ut alii scribunt) Culleum, gemino l. Uter, sive saccus ex lino, vel cannabe, vel corio factus: ab occulendo, id est, claudendo. Eo utimur ad portanda frumenta. Plin. *lib.* 7. *cap.* 20. Junius Valens meruit in prætorio divi Augusti centurio, vehicula cum culeis, donec exinanirentur, sustinere solitus. Nisi culleis mihi deportetur oleum, eras saxo culleo deportere in pergulam. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Factus est etiam Culeus pœna parricidarum. Nam parricidæ sanguineis virgis verberati, in culeo cum cane, simia, gallo, & serpente inclusi mari injiciebantur. Unde Juvenalis:

*Quis tam perditus ut dubitet Senecam præferre Neroni?*
*Cujus supplicio non debuit una parari*
*Simia, nec serpens unus, nec culeus unus.*

¶ Unde, Culeo dignum, proverbaliter dicimus de homine enormiter scelerato. ¶ Est & Culeus mensura viginti amphorarum capax, vel quadraginta urnarum, ut est apud Plin. *lib.* 24. *cap.* 4. & Colum. *lib.* 3. *cap.* 3. ¶ Hinc Seliquiculeare dolium, apud Columellam, est triginta amphorarum, quasi culeum & dimidiatum.

Culearis, e: ut, Culeare dolium, quod capit culeum. Cato *in cap.* 112. Ubi hauseris de mari, in culeare dolium infundito.

Cūlex. {*κώνωψ*. Gall. *Mouscheron, tout petit ver ou insecte ayant ailes.* Ital. *Zanzara.* Germ. Ein mugk oder brime. Hisp. *Mosquito.* Angl. *A gnater flye.*} Vermiculus parvus, alatus, de cujus natura vide Plin. *lib.* 11. *cap.* 2. Plaut. *in Cure. sc.* 2. *a.* 4. Ut muscæ, culices, pedésque, pulicésque & cimices. Culicem Elephanti conferre, *κώνωπα λιπαρὸν παραβάλλειν*, dicuntur qui minima maximis comparant. Libanius *ad Cæsium.*

Cūlīgna, *κολίχνη*, Potorium vas, teste Festo. Cato *de R. R. cap.* 132. Jovi Dapali culignam vini quantumvis pollucero. Idem *alibi.* Culignam in fœno Græco ponito, ut benè oleat. ¶ Culigna etiam, ait Festus, vas vinarium, à Græco dicta, quam illi dicunt *κάλυξ*. malo *κολίχνη*. Varro apud Nonium, Mensæ anteponebantur cum culigna & vino, in queis quæ veniebant ad fœtam (alii effœtam, i. puerperam) amicæ gratulatum, diis mactabant.

Cūlīnæ, loca quædam publica in suburbanis dicebantur, inopum destinata funeribus, ut ait Aggenus *in lib. de limitibus agrorum.*

Cūlīnā, ut Varro *de vita populi Romani* scribit; dicta est ab eo, quòd ibi colebant quem locupletiorem domus. {*ὑφ' ἑστίᾳ κρεῶν*. Gall. *Cuisine.* Ital. *Cucina.* Germ. Ein kuchi. Hisp. *Cozina, lugar de cozinar.* Angl. *A kitchin.*} Plaut. *in Cas.* Senex in culina clamat, hortatur coquos. Juvenalis continens pro contento posuit, scilicet pro cibis coctis, quum inquit,

*——sequitur sua quemque culina.*

Coqui focos ipsos in mensam transferunt, cœnam culina sequitur. Sen. *epist.* 19. In culinam congessit 18. millies Apicius. Idem *c.* 10. *de const. ad Helv.* Exi culinâ mastigia. Plaut. *Most. sc.* 1. *a.* 1. Exi nidor è culina, quid lates.

Culina, latrina, secessum. Festus: *Culinæ vocantur loci, in quo epula in funere comburuntur.* Significat & culina *τὴν ἀφιδρῶνα*. Glossarium *conclave, & culina, ἀποκάβιον*, & *λουτρῶνα*. Petronius: *Qui inter hæc nutriuntur, non magis sapere possunt, quàm bene olere, qui in culina habitant.*

Cūlĭnārius, *μαγειρικὸς*, & Culinor, aris, quod est Culinam exercere, *μαγειρεύομαι*.

‖ Culiola, cortices nucum viridium, dicta à similitudine culeorum, quibus vinum, sive oleum continetur. Fest. Aliter gallicè. Id vide.

Culit, vehementer percussit. Gloss. Isid. vide *Cello.*

Culmi, *Culm.* V. E. ditionis Polonicæ in Prussia Regali, olim sub A. Rigensi. ‖

Cŭlmĕn. Vertex, fastigium. {*גַּג gháh, גְּבִישׁ haróseh, κίων, τὸ.* Gall. *Le feste & sommet d'une maison: le haut, le coupeau, la pointe de quelque chose.* Ital. *Colmo, tetto, sommita d'alcuna cosa.* Germ. Ein gipfel eines hauss/die first eines storeretzhs. Hisp. *Cumbre de cosa alta.* Angl. *The toppe or hight of a thing, the ridge of an house.*} Ab antiquis culmina dicta sunt tecta, quia ædificia è culmo, id est, paleis è messibus collectis, contegebant. Virg. 1. *Eclog.*

*Pauperis & tugurii congestum cespite culmen.*

Ibidem,

*Et jam summa procul villarum culmina fumant.*

Plaut. *Trin.* In Capitolio, quo in culmine astat summo. Plin. *lib.* 9. *cap.* 35. Principium ergo, culmenque omnium rerum pretii, margaritæ tenent. ¶ Culmen pro Culmo, sive stipula. Ovid. 4. *Fast.*

*Sanguis equi suffimen erit, vitulique favilla:*
*Tertia res, dura culmen inane faba.*

Cŭlmus, frumenti calamus, à radice usque ad spicam: dictus quòd calatur: unde olim & Columus dicebatur, sicut & Columen primò, quod postea Culmen. Varro tamen culmum dictum putat tanquam culmen, quòd in summo campi nascuntur culmi. {*קָנֶה kaneh, אַבִּיב abib, κάλαμος, κάλαμη, στάχυς*. Gall. *Chaume, chalumeau, ou tuyau de blé, ou d'avoine, ou de semblables.* Ital. *Gamba del frumento.* Germ. Ein halm oder stengel an dem korn/gersten. Hisp. *La caña del trigo.* Angl. *The stemme or straw of corne frome the roote til the eare.*} Virg. 1. *Georg.*

*——ne gravidis procumbat culmus aristis.*

Ibidem,

*——culmóque leves stipulásque volantes.*

Ubi Servius, Culmus dicitur ipse calamus: stipulæ verò folia quæ ambiunt culmum. ¶ In culmo arare, *ἐπὶ καλάμης λαμβάνειν*, dicuntur qui labore nunquam intermisso vim mentis exhauriunt: aut qui nunquam desinunt ab amicis petere quod dent. Sumpta metaphorâ à animum avidis agricolis, qui segetem non patiuntur unquam intercquiescere: sed assidua cultura exhauriunt, statum à messe novam ingerentes sementem. Suidas citat ex Lysia.

‖ Culo, quibusdam videtur protego: unde *occulo.* Hoc vide. ‖

CūlpA: Causa, meritum, crimen. {*אָשָׁם aschám, דִּבָּה dibbáh, αἰτία*. Gall. *Faute, coulpe, offense, blâme.* Ital. *Colpa.* Germ. Die schuld einer mißhandlung. Hisp. *Culpa de algun malhecho.* Angl. *An offence, faulte, or blame.*} Plautus *in Epid.* Mihi ut ignoscas, si quid imprudens culpâ peccavi meâ. Servi, qui cùm culpâ carent, meruunt, si sunt heris utiles. Idem *Men. sc.* 6. *a.* 5. Ulus ædium deteriot haud fabri culpâ. Idem *Mostell. sc.* 2. *a.* 1. Nam mea sit culpa, quod egomet contraxerim. Idem *Amph.* Homo culpam admisit in se. Idem *Aul. sc.* 6. *a.* 4.

*Non equidem totam possum defendere culpam:*
*Sed partem nostri criminis error habet.*

Ovid. *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Trist.*

*Si mera pro culpa est, ego sum maturior illâ.*

Idem 13. *Metam.* Culpa delicti. Cic. *pro C. Rabir.* Plaut. *in Mercat.* Dii sciunt, culpam meam istanc non esse ullam. Cic. 1. *Offic.* Ne major pœna, quàm culpa sit, cavendum. Jurisconsulti duo faciunt culparum genera, Latam & Levem. Latam culpam appellantes dolum præsumptum: Levem verò, negligentiam, quum scilicet eam diligentiam in rebus alienis non præstitit, quam prudens paterfamilias solet in propriis. Culpæ nomen generale est, dolúmque comprehendit, non quidem verum, sed præsumptum. Nam si in materia culparum, quam nemo diligentiùs tractavit doctissimo nostro Zasio, vero dolo locus esset, jam culpam nominate quid attineret? *l. si idem, C. de codicil.* Culpa pro adulterio. Virg. 4. *Æneid.*

*Conjugium vocat, hoc prætexit nomine culpam.*

Viri sæpe haud culpâ abstinent. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 1. Idem *in Amphitr. & Aulul.* Item pro pœna: ut. Faceat me peccavisse, & me culpam committere: id est, pœnam. Idem *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Item Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

*——Culpa potare magistra:* sed al. legitur, *Cupa*, apud Horat. 2. *Serm. sat.* 2. Excogitatum erat ludi genus post cœnam, quo non magistri imperio ad bibendum cogebantur, ne nimium ebrietati indulgerent: sed ut ea coërcerentur, nemo nisi qui qua in re peccarat, calicem ducebat, ut bibere pœnæ & dedecoris esset, non imitationis, aut magisterii. Plaut. *in Stich.* Qui peccat, poculo multatur. Uter, inquit, demutassit, poculo multabitur.

Culpabile, Apuleius *Apol.* 1.

Culpatius. Gellius *cap.* 7. *lib.* 11. Culpetius hoc est.

Cūlpo, as, are: Culpæ do, culpæ alicujus tribuo, in culpa pono, reprehendo.

hendo. {חטא *chiṭṭâ*, גדף *ghiddéph*. αἰτίαμα, κατηγορία. Gall. *Blâsmer, reprendre.* Ital. *Incolpare.* Germ. Beschuldigen, oder schälten. Hisp. *Culpar alguna malkechor.* Angl. *To blame, to rebuke, or laye the faulte upon.*} Plaut. *in Bacch.* Illum laudabunt boni, hunc etiam ipsi culpabunt mali. Idem *Asin.* Neque quæ rectè faciunt culpo, neque quæ delinquunt amo. Idem *Curc. fc. 2. a. 4.* Qui constitit, culpant eum. Et *Pseud. fc. 2. a. 3.* Qui ea culpes condimenta, culparis. Suet. *in Cæs. cap. 72.*

*Vt peragam mandata liber culpabere forsan.*

Ovid. *Eleg. 1. lib. 3. Trist.* Laudari vel falsò malim, quàm verè culpari. Plaut. *Most. fc. 3. a. 1.*

Cūlpātio, verb. Reprehensio. {גדף *ghiddúph*. ὀνειδισμός, αἰτίαμα. Gal. *Blasme, reprehension, reproche.* Ital. *Biasmo, riprensione.* Germ. Beschuldigung. Hisp. *Culpa, reprehension.* Angl. *A blaming, a rebuking.*} Gell. *lib. 10. cap. 22.* Ne ipsi quoque culpationes hujusmodi mercantur. Fronto, Culpatio à culpa incipit.

Cūlpĭro, ās, āre, frequentativum. {ψογὰς αἰτιᾶσθαι. Gall. *Blasmer souvent.* Ital. *Biasmare spesso.* Germ. Offt schälten, oder beschuldigen. Hisp. *Culpar muchas vezes.* Angl. *To rebuke and laye the faulte on one often.* Plaut. *in Cistel.* Verùm haud metuo ne jusjurandum nostrum quisquam culpitet.

Cultĕr, ‖ & neutro genere cultrum, apud Propertium. Gloss. quoque cultrus, σφαγὶς, μάχαιρα, ‖ dicitur omne instrumentum quo aliquid scinditur. {חרב *cherebh*, מאכלת *maachéleth*, סכין *sachchin*. μάχαιρα. Gall. *Coutean.* Ital. *Coltello*, Germ. Ein messer. Hisp. *Cuchillo.* Angl. *A knyfe.*} Plaut. *Epid.* Acutum cultrum habeo, qui seni extritetem marsupium. Unde colter tonsorius, dicitur novacula, qua tonsores barbas radunt. Cic. 2. *Offic.* de Dionysio superiori loquens, Qui cultros tonsorios metuens, tibi candente carbone adurebat capillum. ¶ Item, Culter venatorius, dicitur Venabulum, vel potiùs ferramentũ venabuli. ¶ Culter etiam dicitur vomer aratri, quo terra priusquam proscindatur, secatur, futurisque sulcis vestigia præscribuntur. Author Plin. *lib. 18. cap. 18.* ¶ Sub cultro linqui, proverbiali figura dicitur, qui in præsentaneo periculo deseritur. Sumpta metaphora à victima, quæ jamjam ferienda, sub cultro esse dicitur.

Cūltĕllus, diminut. {μάχαιρα. Gall. *Petit coutean, couteler, ganivet.* Ital. *Picciolo coltello.* Germ. Ein messerlin. Hisp. *Pequeño cuchillo.* Angl. *A litle knyfe.*} Juvenal. *satyr. 5.*

*Saltantem spectas & chironomunta volanti*
*Cultello.*

Purgare ungues cultello. Horat. 1. *epist.*

Cūltĕllātĕ, ‖ i. e. id quod inæquale est, ad planitiem redigere. ‖ Verbum antiquum fuit: de quo sic Frontinus *in lib. de limitibus*, Cultellandi ratio quæ sit, sæpe quæritur, cujus prænensi soli spatium consummamus, & illam clivorum inæqualitatem planam esse cogimus, dum mensuræ lateribus inservimus. Cultellamus ergo agrum eminentiorem, & ad planitiem redigimus. Cultellatus etiam lapis dicitur, ut est apud Hyginum, qui pentagoni recipit rationem.

Cūltĕllātŭs, a, um, formam cultelli habens. {שנן *schanún*. μαχαιροειδὴς. Gall. *Aign & trenchant en façon de coutean.* Ital. *Chi ha forma di coltello.* Germ. Wie ein messer gemacht. Hisp. *Lo que tiene forma de cuchillo.* Angl. *Egded lik a knyfe.*} ut, Deorsum cultellatum. Plinius *lib. 32. cap. 2.*

‖ Culticula, fusticulus quidam ligneus in sacris dicebatur. Fest. Aliter legitur *Culcitula*. An verò à cultro? ‖

Cūltrātŭs, a, um, μαχαιροειδὴς, idem: ut, Cultratus mucro, qui scindit velut culter. Plin. *lib. 13. cap. 4.* Folia cultrato mucrone.

Cultrārĭus, minister qui victimam cultro immolat: qui alio nomine dicitur Victimarius. Puto qui cultros subjiciunt. Virg. 6. *Æneid.* Supponunt alii cultros. Suet. *in Calig.* Admota altaribus victima, succinctus popatum habitu, clato alte malleo cultrarium mactavit.

Cultĭo, Cultus, Cultura, Cultor, Cultrix, vide *Colo.*

Cūtullŭs, Calix fictilis, quo in sacris utebantur Pontifices, & Vestales virgines, testibus Porphyrione & Acrone. ¶ Accipitur & pro urceolo. Horat. *in arte*,

*Reges dicunt multa mugire cutullis,*
*Et torquere mero, quem perspexisse laborant.*

Idem 1. *Carm. Ode* 31.

*——— Dives & aureis*
*Mercator exsiccet cutullis*
*Vina Syra reparata merce.*

‖ Culus, anus, pars turpis. Cath. ‖

Cum: Præpositio copulativa, quæ ablativo solet conjungi, notanti societatem & conjunctionem: Summa cum benevolentia, summa cum hilaritate illum excepi. { ⊐y *him.* σὺν: ☞, cum genitivo. Gall. *Avec.* Ital. & Hisp. *Con.* Germ. Mit. Angl. *With.*} Cum Socrate profectus sum. Cum aliquo facere (i. ejus partes sequi.) Gell. *cap. 22. lib. 15.* Stultè marsupium cum argento ei credidi. Plaut. *Men. fc. 1. a. 5.* Magno cum malo tuo. Idem *Asin. fc. 4. a. 2.* Cum cruciatu ni apparet tuo. Idem *Amph.* ¶ Aliquando accipitur pro Contra, πρός: ut, Cum hoste pugno. Quærebat pro quo, & cum quo pugnarent. Velleius. ¶ Cum vino fertur (i. vini plenus.) Plaut. *Curc. fc. 1. a. 2.* Aliquando vocat, ut laudem cum sanguine penset. Ovid. 13. *Metam.* ¶ In compositione verò postposita invenitur: ut, Mecum, Tecum, Secum, Quicum, Quibuscum. ¶ Aliquando adverbium est, & accipitur pro Quando. { ὅτε, ὁπόταν. Gall. *Quand, venque, jaçoit, combien que.* Ital. *Conciossia.* Germ. Wann. Hisp. *Quando.* ‖ Virg. 3. *Eclog.* Quum faciam vitula pro frugibus, ipse venito. Cic. Nonnihil me consolatur, quum recordor quanta me complecteris benevolentia. Jungitur modò indicativo: ut, Quum dico. Sed quom cogito, & quom in mentem venit. (Gall. *Mais quand j'y pense.*) Plaut. *Amphitr.* Homunculi quanti sunt cùm recogito. Idem *Capt. prolog.* Quum dicebam, Quum dixi, Quum dicam. Modò subjunctivo: ut, Quum dicerem. ¶ Interdum pro Ex quo. Septimus mensis est, cùm in hasce ædes nemo pedem intulit. Idem *Mostell. fc. 2. a. 1.* ¶ Interdum accipitur pro Dum, ἕως. Cic. Quum me in Africam contulissem. ¶ Interdum pro Quamvis, & exigit post se Tamen, jungiturque subjunctivo. Cicer. *pro Deiot.* Quum in omnibus causis gravioribus initio dicendi commoveri solcam, tamen in hac multa ita me perturbant. ¶ Aliquando pro Quoniam, ut causam denotem: & similiter subjunctivo jungitur: ut, Quum inveniam Latinos proprio sermone hæc parum attigisse, conatus sum pro viribus. Sed cùm adhuc odos naso obsequutus es meo, da vicissim gutturi meo gaudium. Plaut. *Curc. fc. 2. a. 1.* Gall. *Puis que.* Cum diluculo. Idem *Amphitr.* Egone abs te abii hinc hodie cum diluculo. Item cum Extemplò: vide *Extemplò.* ¶ Jungitur quandoque Cùm & Tum, ἅμα: quæ licèt idem ferè significent, diverso tamen modo ordinantur: nam in Cùm est quiddam minus, in Tum quiddam majus: & hoc duobus modis fit: ut aut generale præcedat, & sequatur speciale: aut ambo sint specialia. Primo modo sic: Quintilianus, Quod cùm omnibus confitendum est, tum nobis præcipuè, qui rationem dicendi à bono viro non separamus: id est, omnibus multùm, mihi autem maximè. Altero modo. Idem, Quod opus Marcelle victori tibi dicamus: quem cùm amicissimum nobis, tum eximio litterarum amore flagrantem, dignissimum hoc mutuæ in nos charitatis pignore judicamus: id est, multùm propter amorem tuum in nos, plus tamen propter amorem litterarum. ¶ Aliquando etiam Cùm & Tum conjunctivo junguntur. Cic. *Curioni lib. 2. Epist.* Gravi teste privatus sum amotis erga te mei, patre tuo clarissimo viro: qui cùm suis virtutibus, tum verò in filio superasset omnium fortunas, si te ante vidisset, quàm è vita discederet. ¶ Quando autem fit sub duobus verbis, fieri debet sub eodem modo & tempore. Cic. *ad Attic. lib. 1.* Itaq; cùm me meus mœror quotidianus cõficit, tum verò hæc addita cura vix vitam mihi reliquam facit. Quanquam etiam interdum diversorum modorum & temporum verbis juncta inveniuntur. Idem *eidem lib. 3.* Quod cùm semper antea intelligerẽ, tum verò proximè judicavi. Idem *in principio lib. 1. de nat. deorum*, Cùm multæ res in Philosophia nequaquam satis adhuc sint explicatæ, tum difficilis, Brute (quod tu minimè ignoras) quæstio est de natura deorum. ¶ Ponitur quandoque Tum, sine Cùm, geminatum, vel triplicatum, in rebus paribus. Quintil. Nec indignatur Herodotus æquari sibi Titum Livium, tum in narrando mitæ jucunditatis, clarissimisque candoris, tum in concionibus, supra quàm enarrari potest, eloquentem: ita dicuntur omnia tum rebus, tum personis accommodata. ¶ Ponitur nonnunquam Tum pro aliquando, ποτέ, ποτὲ δέ, ποτὲ μέν, & sic ferè geminatum. Cic. Tum hoc, tum illud argue, id est, modò hoc, modò illud. ¶ Quandoque pro tunc, τότε. Virg. 8. *Æneid.*

*Tum primùm nostri Cacum vidêre trementem.*

¶ Quandoque est adverbiũ ordinis, pro deinde, εἶτα. Idem 6. *Æneid.*

*——— ipse atri velleris agnam*
*Æneas matri Eumenidum magnæque sorori*
*Ense ferit, sterilémque tibi Proserpina vaccam:*
*Tum Stygio regi nocturnam inchoat aram.*

Quandoque pro præterea. Terent. *in Prolog. Eunuchi*,

*Si quisquam est, qui placere se studeat bonis*
*Quamplurimis, & minimè multos ladere,*
*In his poëta hic nomen profitetur suum.*
*Tum si quis est, qui dictum in se inclementius*
*Existimat esse, &c.*

Sunt qui ita distinguunt, ut quando præposito est, cum c, scribi debeat: quando autem adverbium, seu conjunctio, cum q. Sed quum ratio non sit satis ponderosa, jam doctorum usus obtinuit, ut potiùs cum c, semper scribatur: quare unusquisque prout voluerit scribat. Antiquitus, quum adverbium erat, Quom scribebatur. ¶ Cumalter, unâ particulâ, antiqui pro cum altero usurpabant, brevitatis gratiâ, ut annotavit Festus. ¶ Cum dicto, significat statim post verba, & vix dum finito sermone, ἅμα λέγειν καὶ τὸ λέγειν. Apul. Et cum dicto, sutili centiculo faciem suam jamdudum punicantem, præ pudore obtexit. Cum eo, pro Ea lege. Colum. *lib. 5. cap. 5.* Obsequar voluntati tuæ, cum eo, ne dubites id opus magis geometratum esse, quàm rusticorum. Cels. *lib. 3. cap. 22. de tabe*, Si nihil reliqua proficiunt sanguis mittendus est, sed paulatim, quotidiéque pluribus diebus, cum eo ut cætera quoque eodem modo serventur. ¶ Cum imperio esse, ἐπὶ ἀρχῇ εἶναι, dicebatur cui nominatim demandabatur à populo imperium. ¶ Cum potestate esse dicebatur, qui alicui negotio à populo, vel Senatu præficiebatur, ut cui annonæ cura mandabatur, aut qui Imperatori legabatur. Itáque distinguuntur *in l. 7. & 10. D. de vi public.* ¶ Cum populo agere, est rogare quid populum, quod suffragiis suis aut jubeat, aut vetet. Concionem autem habere, est verba facere ad populum sine ulla rogatione. Gell. *lib. 13. cap. 14.* ¶ Cum sacco adire, est postulare, ut sibi è vestigio, atque eodem temporis puncto pecunia solvatur. Paul. *in l. quod dicimus 105. D. de solut.* Quod dicimus in eo hærede, qui fide jussori testatoris id, quod ante aditam hæreditatem ab eo solutum est, debere statim solvere, cum aliquo scilicet temperamento temporis intelligendum est, nec enim cum sacco adire debet. Ex Hotomanno. ¶ Cum Patribus agere, est ad Senatum referre. Bud. *in Annot. posterior.* ¶ Quum justæ ætatis factus fuerit, Quum perfectæ ætatis fuerit, Quum adoleverit, de annis 14. completis intelliguntur. Alberic. locos indicat. ¶ Cum maximè, ὡς μάλιστα, vehementissimè, vehementiùs quàm aliàs unquam. Cic. *pro Cluent.* Mater, quæ multos jam annos, & nunc cùm maximè, tum Pamphilus, cùm pater, uxorem ut ducat orare cœpit. ¶ Cùm partem, veteres dixere, pro partum. Caro, ibi pro scorto fuit in Cubiculum, surrectavit è convivio quum partem illorum jam sæpe ad eundem modum erat. Vide ea, quæ ex Gellio annotavimus in dictione *Partim* ‖ Cùm partem, cum parte, antiq. ‖ ¶ Complurimùm, una dictio, pro ad summum. Suet. *in August. cap. 87.* In lectum inde transgressus, non ampliùs complurimùm, quàm septem horas dormiebat. ¶ Cumprimis, significat in primis, ὡς τὰ πρῶτα. Cic. 3. *Verr.* Homo domi suæ cumprimis inceptus. *Apul.* Hic cumprimis nobilis ac facundus. ¶ Cumprimè, olim dicebatur pro cumprimis. Q. *Quadrigarius*: Nam M. Manlius, quem Capitolium servasse à Gallis nuper ostendi, cujusque operam cum M. Furio Dictatore apud Gallos cumprimè fortè Respub. sensit, &c. ¶ Cum stomacho aliquid facere dicimus, hoc est, cũ indignatione, sive fastidio. κατηφῶς. ¶ Cum tempore, cum mora & spatio tẽporis, χρόνῳ. Tẽpus cùm. Plaut. *Bacchid.* Jam aderit tempus, cùm sese etiam ipse oderit. Cic. 2. *Offic.* Nondum centum & decem anni sunt, quum de pecuniis repetundis à L. Pisone

lata

lata lex est. ¶ Cum vela tua dicimus, hoc est, pace tua, & te permittente, συγχωροῦντος σου. ¶ Cum eo ut: Cum eo tamen: Cum eo tamen quod, ut vulgò dicimus, *Avec cela que*. Cels. *lib.* 3. *cap.* 24. Deinde ad superius genus victus revertit, cum eo, ut magis satietur. ¶ Cum eo tamen ut, idem significat. Idem *lib.* 7. *cap.* 1. Id agendum est, ut quàm minimæ, & quam paucissimæ plagæ sint: cum eo tamen, ut necessitati succurramus & in modo & in numero. Rursus *lib.* 7. *cap.* 27. Cum eo tamen quod ignoremus, &c.

‖ Cuma, ἀκούω, ἀκροῶμαι, ἀκουσμός, ἀκρόασις: sic Gloss. est pro *Cyma*.‖

Cuma, κύμη, urbs Æolidis ex adverso Lesbi sita, Æolicarum urbium maxima & optima, & ferè metropolis cæterarum civitatum, quæ numero erant circiter XXX. Ab hac civitate cognominata est Sibylla Cumæa, κυμαία, quam aliqui à vicinitate loci Erythræam appellarunt: quæ profecta in Italiam, multa de Romanis vaticinata est. Item patria fuit Ephori, viri doctrina clari, & Isocrati Oratori familiaris: præterea & Hesiodi poetæ, qui patrem suum, relicta Æolide Cuma, in Bœotiam migrasse dicit Plut. de eo *in Symposio* multa, & Suid. Steph. ¶ Cuma Æolica ante Lesbum sita nomen habet à Cyme, Amazonium dicta est: gentile κυμαῖος (κυμαῖος autem ab urbe Italiæ fit.) Hæc & Lesbus stolidiatis notantur. Est & alia Phrygiæ dicta, φρυγικὴ. Quarta Elidis. Quinta Eubœæ & Pamphiliæ. Item insula prope Siciliam. Steph. Hujus oppidi incolæ, Cumæi, κυμαῖοι, dicti sunt, qui stupiditatis nomine malè audierunt. Olim enim vulgatum erat in tota Asia proverbium, Cumæi serò sapiunt, ὀψὲ σωφρονοῦσι κυμαῖοι. De cujus origine duæ afferuntur sententiæ. Sunt enim qui dicant, Cumæos quum ad mare urbem opportunam haberent, & tamen nullam ex ea reciperent proventum, vix demùm trecentesimo anno ab Urbe condita intellexisse, ex portorio reditum non contemnendum posse confici. ¶ Alii, pecunia fœnori acceptâ, amplissimas eos porticus tradunt ædificasse: quam pecuniam quum constituta die non exsoluissent, creditores in ipsarum porticum possessionem fuisse missos, qui deinde cives à deambulatione arcebant. Verùm cùm ingens pluvia repentè ingruisset, creditores statim edictum promulgasse, ut Cumæi se in porticus reciperent. Præcone itaque identidem acclamante, Subite porticus, viri Cumæi: qui ibi tunc aderant hospites, rem in jocum verterunt, tanquam non intelligerent Cumæi, nisi jussi, pluviæ tempore porticus esse subeundas. Hæc Strab. *lib.* 13. Sunt & aliæ ejusdem nominis urbes, quas vide apud Steph.

Cūma, æ, um, κύμη. civitas Lucaniæ ad mare, juxta Puteolos, condita ab his, qui ex Chalcide urbem Eubœæ venerunt. Serv. in illud Virg. 3. *Æneid*.

*Hùc ubi delatus Cumæam accesseris urbem:*

Eubœa (inquit) insula est, ex cujus civitate Chalcide coloni profecti sunt ad novas sedes quærendas, & haud longè à Baiis (qui locus à socio Ulyssis Baio illic sepulto nomen accepit) invenerunt vatum lictus: ubi visa muliere gravida (quod illi fœcunditatis augurium interpretabantur) civitatem condiderunt, quam Cumas appellaverunt, sive ἀπὸ τοῦ κύειν, hoc est, à prægnante: sive ab undis, quas Græci κύματα appellant. Nam τὸ κῦμα undam significat: υ autem Latini in u convertunt, ut Byrrhis, Burrhia.

Cūmāni & Cumæi, κυμαῖοι: quamvis κυμαῖοι etiam dicantur à Cuma civitate Æolica. Bardi & stulti. Plutarch. *in Cæs.*

‖ Cumaltèr, significat eum altero. Dictum ab antiquis ita brevitatis causâ, ut sodes, pro si audes; scilicet, pro scias licet; sis, pro si vis. Fest. Dictum, sicut impræsentiarum, cumpartim, cumprimè. Scal.‖

Cūmātilis color. {κυανοῦν. Angl. *Darke blewe, skie colour.*} A fluctuum similitudine appellatus, qui & Cæruleus alio nomine dicitur: nam Græci κῦμα fluctus vocant. Plaut. Cumatilem togam, aut plumatilem. Titinn. apud Non. Et quem Cumatilis color deceat. Hunc etiam colorem periphrasticè designat Ovid. *lib.* 3. *suæ Artis*, quum ait,

*Hic undas imitatur: habet quoque nomen ab undis.*

Cumbam (φορεῖον) Sabini vocant eam quam militares lecticam: unde videtur derivatum esse cubiculum. Festus.

Cūmĕrā. {ἀγγεῖόν τι σπυρίδος πλέξιμον. Gall. *Vn vaisseau à garder le grain de froment.* Ital. *Bugnola.* Germ. Ein kornkast. Hisp. *Panero de palmas ò esparto.* Angl. *A vessel to keep corne in.*} Vas ingens vimineum, vel etiam fictile, quo frumenta conduntur, ut inquit Acron. Festus verò author est, Cumeras ex sparto, palmaturnive foliis confici solere. Horat. *lib.* 1. *Serm.*

*Cur tua plus cumeris laudes granaria nostris?*

Idem 1. *Epist.*

*Fortè per angustam tenuis vulpecula rimam*
*Repserat in cumeram frumenti.*

Interpres Aristoph. κυψέλαν vocat. ¶ Cumera etiam vas nuptiale, à similitudine cumeræ. Alii legunt *Cumerum*. Festus. Cumeram vocabant antiqui vas quoddam opertum, quod in nuptiis ferebant, in quo erant nubentis utensilia, quod & Camillum dicebant, eo quòd sacrorum ministrum κάνηφορον appellabant.

Cūmĕrum, antiqui vasis genus erat, quod opertum in nuptiis ferebatur, in quo erat nubentis supellex. Festus. Cumerum (inquit) vas nuptiale, à similitudine cumeratum, quæ fiunt palma, vel sparto, ad usum popularem sic appellatum. ‖Gloss. Isid. Cumerus, urbanus.‖

Cumerus, urbanus: fortè *Camerus*, *Camerarius*.

Cuminum, sive Cyminum. {κύμινον *chamamón.* κύμινον. Gall. *Herbe nommée du cumin.* Ital. *Comino.* Germ. Kümmig. Hisp. *Comino.* Angl. *An herbe named cummin.*} Herba est notissima, folio fœniculo non dissimilis, radice subrotunda, semen ferens copiosum, & caniculatum, quod in vino epotum pallorem fertur generare. Unde etiam ab Horat. *lib.* 1. *epist.* exsangue cuminum appellatur,

——*quod si Pallerem casu, biberent exsangue cuminum.*

Pers. Sat. 5.

*Pallentis grana cumini.*

¶ Est item Cuminum agreste, κύμινον ἄγριον, sativo multò efficacius, in collibus ferè provenions: de quo vide Dioscor. Comprimè fortis. Gell. *cap.* 2. *lib.* 17.



CŪMŬLUS. Propriè dicitur majorum rerum velut acervus quidam. {עירמה *harmáh*, תל *tel*, צבור *tsibbúr.* σωρός. Gall. *Monceau, comble, amas.* Ital. *Cumulo, mucchio, massa.* Germ. Ein haufft. Hisp. *Colmo, ò monton.* Angl. *An heap.*} Liv. 10. *ab Vrb.* Consulis corpus eo die, quia obrutum superstratis Gallorum cumulis erat, invenirì non potuit. Virg. Cumulum pro altitudine, & quasi magna aquæ mole posuit, 1. *Æneid.*

——*insequitur cumulo præruptus aquæ mons.*

Gell. *cap.* 9. *lib.* 4. Cumulus pro Abundantia. ¶ Cumulus item est, qui additur mensuræ plenæ, ut inquit Festus ἐπιδόσιμον: & per translationem accipitur pro quavis accessione. Cic. *pro Roscio*, Ut ad illam optimam prædam damnatio Sext. Roscii velut cumulus accedat. Idem *Attic. lib.* 2. Ad summam lætitiam, quam ex reditu tuo capio, magnus ex illius adventu cumulus accedit.

‖ Cumulium, cumulus. Lg. b.‖

Cūmŭlo, as, are. Implere, coacervare, & quasi ad cumulum addere. {צבר *tsabár*, מלא *malé*, ἐπιθήγω. Gall. *Combler, amonceler, amasser en monteau.* Ital. *Accumulare, ammassare.* Germ. Häuffen / zuhauffen / zusammen häuffen. Hisp. *Colmar ò amontonar.* Angl. *To heap or gather together.* Virg. 11. *Æneid.*

*Et nunc ille quidem spe multùm captus inanî*
*Fori & vota facit, cumulatque altaria donis.*

Tractum à mensuris, quibus nonnihil solet addi. Dicimus cumulo tibi honores, & cumulo te honoribus. Cicer. *ad Attic. lib.* 14. Non possum non confiteri, cumulari me maximo gaudio, quòd vulgò hominum opinio socium me adscribit tuis laudibus. Aliæ honore, & donis cumulantur. Verbum est factorum. Livius 8. *ab Vrb.* Tibull.

*Dùm cumulant aras, ad tua fana vibi.*

Cumulare religiones animis. ¶ Item, Adest occasio beneficia cumulare. Plaut. *Capt. sc.* 3. *a.* 2.

*Méque tot adversis cumulat quot littus arenis.*

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

Cūmŭlātio, est unius actionis ad aliam adunatio, vel est plurium rerum, vel actionum coacervatio contra eundem in judicio legitimè proposita. {Angl. *An heaping of many thinges together.*} Zasius *in tit. Inst. de actionib.* §. *si minus*, & cumulationum quatuor species ibi exponit.

Cūmŭlātus, Participium. {ערם *ecberém.* ἐπιθήγω. Angl. *Heaped.*} Cic. *ad Dolabellam lib.* 9. Tamen idibus Maiis tantùm accessit ad amorem, ut mirater locum fuisse augendi in eo quod mihi jamprídem cumulatum etiam videbatur. ¶ Cumulatus locus dicitur, impeditus rebus congestis. Liv. *lib.* 1. *bell. Maced.* Cumulatus omni laude orator. Cic. 1. *de Orat.* Cumulatissimus, a, um. Egóne te emittam manu scelerum cumulatissima? Plaut. *Aul. sc.* 2. *a.* 5.

Cūmŭlātim, adverb. pro acervatim. {חמרים חמרים *chomarim chomarim.* ἐπιθήγω. Gall. *Par monceaux.* Ital. *A mucchi a monti.* Germ. Häuffetweyß. Hisp. *Con el colmo.* Angl. *By heapes.*} Varro *de re rustic. lib.* 3. *cap.* 15. Quibus in tenebris quum cumulatim positum est, in doliis fiunt pingues.

Cūmŭlātē: Abundanter. {ἐπιθήγως, ἐπιθήγως. Gall. *Abondamment.* Ital. *Abondantemente.* Germ. Mit häuffen / vberflüssig. Hisp. *Abundantemente.* Angl. *Abundantly in great plentie.*} Cic. 2. *de Divin.* Quæ ut benè cumulatèque perfecta, de divinatione ingressi sumus his libris scribere. Cumulatissimè, superlat. Cic. *Vatinio lib.* 5. *cap.* 11. Nec enim tu mihi habuisti modò gratiam, verùm etiam cumulatissimè retulisti.

Cūnæ, arum, & Cunabula, orum, pro eodem accipiuntur: dictæ quasi Cynæ & Cynabula. {κοῖτις. Gall. *Le berceau ou couchette d'un enfant.* Ital. *Cuna, culla.* Germ. Die wiegen oder wägelen der kinder. Hisp. *Aquel lugar do nacen los niños, y la cuna.* Angl. *A cradell.*} Nam κυεῖν, Græci enim dicunt, & parere. Latini autem suo more, υ in u convertunt. Vel, ut placet Passeratio, à cunire, i. stercus facere. Sunt autem lectuli in quibus infantes solent jacère, vel loca in quibus nascuntur. Cic. *Tusc.* Idem si puer parvus occidit, æquo animo ferendum putant: si verò in cunis, ne querendum quidem. Dicuntur & incunabula: nam In, præpositio, hoc loco nihil significat, sicut & in aliquot aliis dictionibus, ut Columis, & Incolumis. ¶ Sunt qui Cunabula & Incunabula à cunis distinguant, & ea propriè dici existiment quæ ad cunas instruendas & ornandas pertinent: Cunas verò, exiguum illud fulcrum ex ligno aliáve materia, in quo infantis lectulus sternitur. Plautus *in Amph.* Sed puer ille quem ego lavi, ut magnus est, & multùm valet! Neque enim quisquam colligère quivit in cunabulis. Et *in True.* Fasciis opus est, pulvinis, cunis, incunabulis. Postquam in cunas condignus est (infans.) Idem *Amphitr.* Tùne etiam cubitare solitus in cunis puer (obscenè.) Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4.

——*hirundo*
*Sub trabibus cunas, parvaque tecta facit.*

Ovid. *Eleg.* 12. *lib.* 3. *Trist.* ¶ Per translationem. Plaut. *in Pseudolo*; Sed istic servus Caryst hùc qui advenit, quid sapit usque à cunabulis? id est, usque ab infantia, vel usque à puero: hoc est, ab ea ætate, quæ in cunabulis agitur. Col. Quam à primis cunabulis, si modò liberis parentibus est orundus, audisse potuerit. Liv. *lib.* 4. Ab incunabulis imbutum odio Tribunorum. Virg. 3. *lib.* 3. Cunabula pro initiis posuit:

*Mœnia dicunt ubi & gentis cunabula nostræ*
*Centum urbes habitat.*

Similiter Cic. *de opt. gen. or.* Non fuit alienum de oratoribus qui si incunabulis dicere. Idem *in Sallust.* An ulla alia putas rudimenta & incunabula virtutis? Ubi rudimenta pro initiis, & incunabula pro fomentis, sive augmentis posuit. ¶ Quandoque incunabula vocamus nutritionem puerilem: unde locum incunabulorum vocamus eum in quo ab ipsa statim infantia educati sumus, & in quo eam egimus ætatem, qua in cunis vagire consuevimus. Suet. *in Vespasiano.* Quare princeps quoque & locum incunabulorum assiduè frequentavit.

Cūncti. Omnes, tot, universi, quasi conjuncti, authore Asconio. {πάντες, ὁλόκληροι. Gall. *Tous ensemble.* Ital. *Tutti.* Germ. Allesamt

all me ensemble. Hisp. *Todos juntamente.* Angl. *All together.*] Omnes verò etiam si sint disjuncti, & diversis locis. Cic. *antequam iret in exil.* Quoniam laborem pro cunctis ferre consuevi. Plaut. *Most. fe. 3. a. 1.* Ut perdoctè cuncta calles. Ovid. 13. *Metam.*

*Et fuga, qua sola cunctos, timidissime, vincis.*

Vig. 1. *Georg.*

*Cuncta tibi Cererem pubet agrestis adorea.*

Idem *lib.* 1. *Æneid.*

*Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis.*

¶ Cuncta & amplius. Salust. *Jugurth.* 88. Postremò, quæcunque dici, aut fingi queunt ignaviæ, luxuriæque probra, in illo exercitu cuncta fuere, & alia amplius.

Cūncto, Plauto: & frequentiùs Cūnctŏr, aris, atus, cum c, ante t. Moror, remoror, differo, procrastino. {אחר *achár*, התמהמה *hithmahmah*, *pinaa*, *inió*. Gall. *Tarder, differer, & ne se haster point, user de longueur.* Ital. *Indugiare, differire di di in di.* Germ. Verziehen/verlengen/saumig sein. Hisp. *Tardar de dia à otro.* Angl. *To tarie, to delay, to linger, to prolonge tyme.*} Liv. *lib.* 1. Alii dum cunctantur in ripis, inter pugnæ fugæque consilium oppressi. Virg. 4. *Æneid.*

*Reginam thalamo cunctantem ad limina primi*
*Poenorum expectant.*

Accius apud Non. *cunctando sufferre laborem.* Cæs. 1. *bell. civ.* Si cunctetur, atque agat levius, ne quicquam ejus auxilium, si postea velit, Senatum imploraturum. Suet. *in Aug.* Cunctari se, ne si superesset, experet legibus reum. Tolerate & cunctari dolorem. Gell. *cap.* 5. *lib.* 12. Cic. apud Non. *in Cunctari*, Domum redire: exteri cunctabantur. ¶ A Cunctor fit compositum, Percunctor. V. Non. *in Cuncto.*

Cūnctātio, verbale. Tardatio, mora. {תמהמה *tmehh. pinaon, inuen, inácten.* Gall. *Tardement, lascheté.* Ital. *Indugio.* Germ. Verzug/saumnis. Hisp. *Tardanza.* Angl. *Tarying, liagering.*} Cic. 1. *Offic.* Sed iis qui habent à natura adjumenta rerum gerendarum, ablata omni cunctatione, adipiscendi magistratus, & gerenda Respublica est. Sine cunctatione dicere. Cic. *in Verr.* pro dubitatione & hæsitatione, Cælius *ad Cic. in Epist. ad Attic. lib.* 10. *ep.* 201. Denique illud cogita, quot offensas fuerint, in ista cunctatione te subesse. Suet. *in Tib. cap.* 24.

Cūnctātŏr: Dilator, procrastinator. {מתמהמה *meathér. pinaon*, ἀναβολεύς. Gal. *Faitard, delayeur, tardif & long à faire quelque chose.* Ital. *Allongatore che tiene in tempo.* Germ. Ein verzieher/saumiger. Hisp. *Tardador.* Angl. *A lingerer, a delayer, a prolonger of tyme.*} Liv. 6. *ab Urbe*, Cunctatorem ex acerrimo bellatore factum. Cælius *Ciceroni*, Nosti Marcellum, quàm tardus, & parum efficax fuerit itémque Servius quàm cunctator. Hoc cognomen ab æmulis Fabio maximo inditum fuit, qui cunctabunda quadam prudentia vires Hannibalis fregit. Unde illud Enniánum:

*Unus homo nobis cunctando restituit rem.*

Cūnctāns, cunctantior, cunctantissimus, μελλητής. Liv. 10. *bell. Pun.* Sic ut dubites, utrùm ingenio cūctantior fuerit, an quia ita bello propriè quod tum gerebat, aptum erat: sic nihil certius est, quàm unum hominem cunctando nobis rem restituisse. Suet. *in Cæs. cap.* 59.

Cūnctābundus. {מתמהמה *mithmahmeáh.* ὀκνηρός, μελλητής. Gall. *Qui fait le long, & va lentement à quelque chose.* Ital. *Chi è tardo chi la tira in longo, & va con dispiacere à qualche impresa.* Germ. Verziehend/langsam. Hisp. *Tardador, que mucho tarda.* Angl. *A lin, erer, that goeth slowly.*} Liv. 6. *ab Urbe*, Quod ubi aciem jam instruenti Camillo Centuriones renuntiavêrunt, turbatas militum mentes esse, & segniter arma capta, cunctabundósque & restitantes egressos castris esse, &c. Tacit. *lib.* 1. Nusquam cunctabundus, nisi quùm in senatu loqueretur. Ubi Lipsius legit, *constabundus.*

Cūnctānter, adverbium. Cum mora. {χρονίως. Gall. *Lascheme nt, endelayant, lentement.* Ital. *Tardamente, senza fretta.* Germ. Langsamlig/verzogenlich. Hisp. *Tardamente.* Angl. *Slowly, lingeringly.*} Liv. 1. *ab Urbe*, Tum illum haud cunctanter discidisse cotem ferunt.

Cunctantiùs. Suet. *in Galba, cap.* 12.

Cunctus, a, um, quasi conjunctus, Ascon. Fest. Cuncti significat quidem omnes, sed conjunctos & congregatos: at verò Omnes, etiamsi in diversis locis sint. Scalig. in Fest. ad *Cocio*: Veteres dicebant, *cuctus*, quod postea cunctus: cuctus, cojectus: ut tractus, pro trajectus. Ergo cunctus à cuctus, cuctus à coctus, coctus contractum ex cojectus, pro conjectus, ut cuncta sint quòd simul acta. Jul. Scal. *lib.* 4. *poët. cap.* 16. Cunctus & omnem significat & simul, ἅπας.

Cŭnĕus, instrumentum est ferreum, aut etiam ligneum, quo findantur ligna. {σφὴν. Gall. *Un coing.* Ital. *Cuneo.* Germ. Ein wegg/oder keilen damit man holtz zerspelt. Hisp. *Cuña è cuña para hender.* Angl. *A wedge.*} Hujus prima pars acutior est, ut quavis rimulam facilè intret, sequens autem latior & amplior. Virg. 1 *Georg.*

*Nam primi cunei scindebant fissile lignum.*

Idem 2. *Georg.* ——— *& alti.*

*Findituri n solidum cuneis via: deinde feraces*
*Plantæ immittuntur.*

¶ Per translationem sumitur pro peditum multitudine in cunei formam redacta, teste Vegetio *lib.* 2. quæ Græcis σφὴν dicitur, hoc est, quæ ita disposita est, ut ejus pars prima angustior, deinde latior procedat. Cuneus in acie, verbum militare. Gell. *cap.* 9. *lib.* 10. ¶ Ab hujus etiam similitudine Cunei dicti sunt loca in theatro, id est, graduum ordines, in quibus vulgus spectatorum stabat inter sedentium subsellia. Suet. *in Aug. cap.* 44. Juvenalis.

——— *cuneus an habeat pellacula nescis,*
*Quod sessurus ames?*

Vitruv. *lib.* 7. Cunei spectaculorum in theatro ita dividantur, ut anguli trigonorum, qui cuntant circa curvaturam circinationis, dirigant ascensus, scalásque inter cuneos ad primam præcinctionem. Inde theatrum eleganti epitheto à Virgilio Cuneatum dicitur. ¶ Excuneati, ab Apuleio dicti sunt, quibus sedendi locus non fuit in cuneis conferris. ¶ Sed & constiparam turbam, Cuneos dicimus. Cyprian, Stiparus clientium cuneis. Virg. 1. *Georg.*

——— *tunc plausus hiantem*
*Per cuneos (geminatus enim) populique patrumque*
*Corripuit.*

Cūnĕŏlus, i, diminutivum à Cuneus, hoc est, clavus ligneus, quo duo, vel plura ligna connectuntur {σφηνίσκος. Gall. *Coignet, petit coing.* Ital. *Piccolo cuneo.* Germ. Ein Hammern. Hisp. *Pequeño cuño, ó cuña.* Angl. *A little wedge.*} Cic. *de Univers.* Crebris quasi cuneolis injectis unam efficiebant ex omnibus corpus.

Cūnĕāre, est cuneis adactis firmare. Quintil. Cuneare orationem, pro firmare. {σφηνοῦν. Gall. *Coigner, faire en forme de coing, former en coing.* Ital. *Conicare, puntellare.* Germ. Verkeilen. Hisp. *Acuñar con cuña.* Angl. *To wedge, to fasten with a wedg, to make wedgwise.*} Plin. *lib.* 16. *cap.* 40. Ab his proxima est corvus: quanquam non posset videri materies propter exilitatem, sed lignum non alio penè, quàm ad radios totarum utile, aut si quid cuneandum sit in ligno, clavisque figendum, ceu ferreis. ¶ Cuneari item est in cunei formam coarctari. Unde Plin. *lib.* 3. scribit, Hispaniam angulis quibusdam cuneari.

Cūnĕātus, a, um, quod est in formam cunei factum, hoc est, cujus prima pars acuta paulatim in latitudinem procedat. {σφηνοειδὴς. Gall. *Fait en forme de coing, plus estroit d'un bout que de l'autre.* Ital. *Puntellato, più stretto da un capo che dell' altro.* Germ. Wie ein bissen oder weggen gemacht. Hisp. *Cosa hecha à manera de cuña.* Angl. *That is made like a wedge.*} Unde à Livio, forma scuti, Cuneatior appellatur, cujus summum latus, imum strictius erat. Item Cuneatus ager. apud Col. *lib.* 5. *cap.* 2. in cunei formam factus, utpotà quum est longus pedes centum, latus ex altera parte pedes viginti, ex altera pedes non amplius decem. Ovid. 15. *Metam.*

*Prominet in spatium cuneatus acumine longo Collis.*

Hinc sunt composita Excuneatus, & Discuneatus, de quibus infrà suis locis, & ea quæ annotavimus in dictione *Cuneus.*

Cunĕātim: Per cuneos. {σφηνηδόν. Gall. *Par bandes, ou tel ordre qu'elles soient estroittes de front, & larges par derriere.* Ital. *Per piccole bande à compagnie.* Germ. Auff weyß vnd form der weggen/oder von hauffen zu hauffen. Hisp. *De batallon en batallon.* Angl. *Wedgwise.*} Ammian. Imperator cuneatim stipatus. Cæs. 7. *bel. Gal.* Hostes re nova perterriti, muro, turribúsque dejectis, in foro ac locis patentioribus cuneatim constiterunt.

Cuneus, σφὴν. Scraboni, vulgò *Gabo de S. Maria.* Ager est, aut si mavis, promontorium Lusitaniæ, Anæ fluvio proximum, quo Hispania in Occidentem quàm longissimè excurrit: nomen habens à figura cunei, quo ligna findantur, cujus extrema pars acuminata est, paulatim in latitudinem procedens: unde etiam Artemidorus promontorium hoc navali rostro assimilavit. Pompon. *lib.* 3. Lusitania trans Anam, quà mare Atlanticum spectat, in tria promontoria dispergitur, Anæ proximum, quia lata sede procurrens paulatim se ac sua latera fastigiat: Cuneus ager dicitur. Sequens, Sacrum vocant. Magnum, quod ulterius est. Hæc ille. Prol. non levi errore hoc promontorium Sacrum esse existimavit: ut apertissimè docet Vadianus in locum Pomp. jam citatum.

Cuniculariæ, insulæ sunt in mari Ligustico, Corsicæ adjacentes. Author Plin. *lib.* 3. *cap.* 6.

Cŭnĭcŭlus, animal lepori simile, quod sub terra effossa latére solitum est. {שפן *schaphán. thesinus.* Gall. *Connil.* Ital. *Coniglio.* Germ. Ein kunigtin. Hisp. *El conejo.* Angl. *A conie or cunnie.*} Mart.

*Gaudet in effossis habitare cuniculus antris.*

Varr. *de re rust. cap.* 12. Tertii generis est, quod in Hispania nascitur simile nostro lepori, ex quadam parte, sed humile, quem Cuniculum appellant. Et *paulò post*, Cuniculi dicti ab eo, quod sub terra cuniculos ipsi facere soleant, ubi lateant in agris. ¶ Est & Cuniculus foramen sub terra occultum ad suffodiendas urbes inventum. {ὑπόνομος. Gal. *Mine ou creux sous terre, tasniere.* Ital. *Mina cava sotto terra.* Germ. Ein gang oder hüle vnder dem erdtrich. Hisp. *La mina para minar fortaleza.* Angl. *An hollow place under the earth to under mine walles.*} Plin. Tentata per cuniculum fuga. Cæs. 7. *bell. Gal.* Et aggerem cuniculis subtrahebat. Hinc agere cuniculos. {ὑπορύσσειν. Gall. *Miner sous terre.* Ital. *Far mine.* Germ. Ein heimlichen gang oder schlupf vnder der erden machen. Hisp. *Minar ò hazer minas.* Angl. *To vnder mine.*} Cæs. 8. *bell. Gall.* Eodem tempore tectos cuniculos agunt ad caput fontis. Cic. 3. *Offic.* Quid si pater fana expilet, cuniculos agat ad ærarium: indicétne id magistratibus filius? ¶ Et Cuniculis oppugnare, ὑπορύσσειν πολεμίους, per metaphoram dicitur, qui non aperta vi, sed dissimulanter ac dolis rem gerit. Contrà, qui palàm agit quod agit, machinas agere dicitur. Plutarch. *in vita C. Cæs.* de Catull. Lucterio, in Senatu dicente, εἰν ὑπορύσσει, φῶμες, ἀν' ὧν μηχανῆς ἀφεὶ τὴν πολιορκίαν: id est, Cæsar non jam cuniculis, sed machinis tollit Rempub. Cicer. *pro L. Agraria.* Quæ res apertè peragebatur, ea nunc occultè cuniculis pugnatur. Transversis cuniculis hostium cuniculos excipere. Livius 5. *bell. Pun.* {Gall. *Contreminer.*} Et Quintil. *Metaph.* Operibus & cuniculis rem gerere. ¶ Cuniculus insuper pro canali accipitur. Plin. *lib.* 9. *cap.* 58. Singulis aquæ amphoris centenas atque quinquagenas medicaminis libras exæquari, ac modico vapore torreri, & ideò longinquæ fornacis cuniculo.

Cūnĭcŭlātim, adverbium: Cuniculi modo. {ὑπορυκτικῶς. Gall. *En forme de mine, par tuyau.* Ital. *A foggia di cugno.* Germ. Durch teuchel/auff weyß vnd form in langen heimlichen löchern vnder der erden. Hisp. *Minando.* Angl. *In fashion of a cundite pipe.*} Plinius *lib.* 9. *cap.* 13. Jam distinctione virgulata, crinita, crispa, cuniculatim, pectinatim, imbricatim undata.

Cūnĭcŭlārius, ii, subst. qui sub terris cuniculos fodit. {ὑπορυκτής, ὁ τὰ ὑπόγεια ὀρύσσων. Gall. *Mineur, Pionnier, qui mine & cave sous terre.* Ital. *Cavatore chi fa mini.* Germ. Ein außhöler/der in dem erdtrich hölen oder heimliche gäng grabt. Hisp. *Minador que hace minas.* Angl. *That vnder mineth and holoweth in the earth.*} Veget. *lib.* 2. *c.* 11. Hæc enim erat cura præcipua, ut quicquid exercitui necessarium videbatur, nunquam deesset in castris, usque eò ut etiam cuniculatios haberent, qui ad mœnia Bessorum ducto sub terris cuniculo, mutisque intrà fundamenta effossis, improvisi emergerent ad urbes hostium capiendas.

Cūnĭcŭlōsus,

Cūnĭcŭlōsŭs,a,um,plenus cuniculis. {πολύμυρμηξ ποπίς. GALL. *Ploin de creux, ou cauvernes.* ITAL. *Pieno di mine è caverne.* GERM. Voll schlupfflöchern / oder heimlicher gäng. HISP. *Lugar lleno de minas.* ANGL. *Full of holow places.*} Catull. Tu præter omnes ure de capillatis cuniculosæ Celtiberiæ filii Egnati, &c.

Cūnīla. {κνῖζα Diocorid. GALL. *Sarrie ou cendrée sauvage, deux sortes d'herbe.* ITAL. *Conyza.* GERM. Gattrey Wilder quendel/gartenhysop. HISP. *Aradegna.* ANGL. *Sawrey.*} Herba est quam vulgus a necandis pulicibus Pulicariam appellat, Latini etiam Cunilaginemque de qua paulò antè latiùs egimus in dictione *Conyza*. Hujus verò herbæ multa sunt genera. Nam quædam Bubula appellatur, & semen pulegii habet, quod contra serpentes in vino bibitur. Quædam Gallinacea, a Græcis Origanum Heracleoticum. Tertia a Græcis masculo, a nostris Cunilago, odoris fœdi, radicis lignosæ, foliis asperis, cujus manipulum si quis in domo posuerit, omnes e tota domo blattas ad eam traduni convenire. Prodesse adversus omnia venenata. Hæc Plin. *lib.* 19. *cap.* 16.

Cūnĭlāgō, inis, tertium genus Cunilæ, quam Græci masculam appellant, odore fœdo, radice lignosa, folio aspero: ad quam ædibus abjectam omnes tota e domo blattæ convenire dicuntur. Author Plin. *lib.* 20. *cap.* 16. Vide *Cunila*.

Cūnīnā, Dea quam prisci coluerunt, quæ cunis infantium præsidere putabatur. Varro. Vide *Rumia*, vel *Rumina*.

Cūnĭō (inquit Festus,) est illecebras facere. Unde & inquinare. Dictum a cunis infantium, quæ sæpe stercore fœdantur.

‖ Cunŭlingi, homines sordidissimi, à cunis lingendis. ‖

Cunyzamis, idis, κυνοζαμὶς, herba quæ alio nomine *cunilago* dicitur. Author Plin. *lib.* 19. *cap.* 8.

Cūpa, sive (ut alii malunt) Cuppa, vas vinarium, amplum, in quo vinum in apotheca conditum servabatur, ‖ à capio, quòd multum capiat. ‖ {κύφη. GALL. *Vne cuve ou cuvette à cuver la vandange, ou une coupe à boire.* ITAL. *Botta, vaso da vendemia, coppa.* GERM. Weinfuder. HISP. *Copa ò cuba para guardar vino.* ANGL. *A tubbe, a great vatthe to gather grapes.*} Ulp. *in leg.* 3. *D. de trit. vin. & ol. leg.* Vasa (inquit) vinaria, id est, cupæ & dolia quæ in cella fixa sunt. ‖ Forum Romanum à cauponibus deducit, quod idem habet nomen Græcis: & ea cavetna, cui aliquantum similis est cupa. ‖ ¶ Cupis etiam utebantur ad naves, quæ reficiendæ erant, sustinendas. Lucanus.

*Namque ratem vacuis sustentant undique cupæ.*

Cupas tæda ac pice refertas, &c. Cæs. 2. *de bell. civ.*

Cŭpēdĭă, ōrum, cibi lautiores & suaviores. {מטעמים *mathammim*. GALL. *Friandise, viande delicieuse.* ITAL. *Cibi delicati.* GERM. Schlecterhaffte speiß. HISP. *Golosinas.* ANGL. *A delicate or deintie dishe of meate.*} sive a Cupedine Romano equite, cujus ædes solo æquatæ, aream foro cupediario exstruendo præbuerunt: sive quòd delicatiores ejusmodi cibi rebus cupidinis alimenta præbeant. Plaut. *in Stichо*, Melius dicis, nihil moror cupedia.

Cūpēdĭă, æ, idem. {ἡδυσμία, ἡδυπάθεια. ANGL. *A deintie dishe.*} Cic. 4. *Tusc.* Ægrotationi autem talia quædam subjecta sunt, avaritia, ambitio, mulierositas, pervicacia, luxuria, temulentia, cupedia, & si qua sunt similia. Quo in loco cupediam videtur posuisse pro vitioso cupediorum appetitu. Cupediarum imagines. Gell. *cap.* 16. *lib.* 7. & *cap.* 15. *lib.* 6. Cupediæ ciborum.

Cūpēdŭlă, æ, diminut. {ANGL. *Deintie fare.*} Gell. *lib.* 6. *cap.* 13. Conjectabamus ad cœnulam non cupedulas ciborum, sed argutias quæstionum. Nunc autem in illo Gellii loco legitur *cupedias*, pro *cupedulas*.

Cūpēdĭnārĭum forum, & Cupedinis forum. In quo delicatiores epulæ coctæ vendebantur: ita dictum à cupiditate, vel quòd ibi fuerit domus Cupedinis Romani equitis. {ANGL. *A place where deintie meates arfelled.*} Varro *lib.* 1. *rerum hum.* Numerius Equitius Cupes, & Macellus Romanus singulari latrocinio multa loca habuerunt infesta. His in exilium actis, publicata sunt eorum bona, & ædes ubi habitarant, diruæ. Itaque ædificatus est locus, in quo vendebantur ea, quæ vescendi causa in urbem erant allata. Itaque ab altero Macellum, ab altero forum Cupedinis appellatum est.

Cūpēdĭnārĭus, qui esculenta & poculenta & delicatiora cocta vendit. {ὀψοπώλης, ζυμοπώλης. GALL. *Un estuffeur, un vivandier, celuy qui vend viandes friandes.* ITAL. *Vivandiere.* GERM. Ein bratter / der schlecterhaffte speisen feyl hat, Pastetenmacher. HISP. *Vendedor de golosinas.* ANGL. *A crooke that prepareth or selleth deintie meates.*} Terent. *in Eun.* Ad Macellum ubi venimus, Concurrunt læti mi obviam cupedinarii, coquorii, lanii, coqui, fartores, aucupes.

Cūpēs, ēdis, adject. quo antiqui utebantur pro eo quod est, cupediis & ligurritioni deditus. ὁ λιχνοπώλης, ὁ φιλοψὸς, ὁ ἡδυπάθης. Plautus *in Trinummo*,

*Blandiloquentulus harpago, mendax, cupes, avarus,*
*Elegans dispolitor, latebricolarum hominum corruptor.*

Cūpēdo, inis. Cupido, seu Cupiditas. {ἐπιθυμία. ANGL. *Desire, covetousnesse.*} Lucret. *lib.* 5.

*Quanta cunctandum hominem cupidinis acres*
*Sollicitum curæ!*

Et *lib.* 6.

*Et finem statuit cupidinis atque timoris.*

Cūpēncŭs, lingua Sabinorum *Sacerdos* appellatur.

‖ Cuphia, galericum. Lg. b. ‖

Cŭpĭo, is, īvi, ītum: Opto, desidero, aveo, exopto, expeto, appeto. {חסר *chamádh*, ארה *avváh*, אוה *taak*, חפץ *chaphéts*. ἐπιθυμῶ. GALL. *Desirer, convoiter.* ITAL. *Desiderare, desiare.* GERM. Begäiten. HISP. *Codiciar.* ANGL. *To desire, to covet.*} Cic. 4. *Verr.* Quum igitur ab iis Equitibus Rom. qui istius causa cupiunt omnia, qui ab eo benignissime tractati sunt, condemnari necesse esset, &c. Idem *de Orat.* Neque verò nobis cupientibus atque optantibus fructus otii datus est. ¶ Cupere alicui, pro bene velle. Cæsar *lib.* 1. *bell. Gall.* Favere & cupere Helvetiis propter eam affinitatem. Cic. *Quint. fratr. lib.* 1. Quid ego Pandanio non cupio? non amicus sum? non misericordia moveor? nemo magis. Non eò quin tibi non cupiam quæ velis. Plaut. *Asin. fr.* 1. *a.* 5. Cupere & favere alicui. Gell. *cap.* 3. *lib.* 7. Si hæc vult Plaut. mi frater cupio. Idem *Curc. fr.* 1. *a.* 3.

——— *cupiasque dolenti*
*Me tibi forte dari,*

Ovid. 13. *Metam.* Egone vehementer petire cupio (quod ait *ibid.* vaputate jubeo.) Plaut. *Asin. fr.* 3. *a.* 3.

Cŭpĭrĕ, in quarta conjugatione apud antiquos legitur. Lucret. *lib.* 1.

——— *Perfringere ut arcta*
*Naturæ primus portarum claustra cupiret.*

Cŭpĭens, nomen. Cupidus. {חמדה *meavváh*, חפץ *chemédh*, חפץ *chaphéts*. ἐπιθυμητὴς. GALL. *Desirant, convoiteux.* ITAL. *Avido, ingordo, bramoso.* GERM. Begirend / verlüstchend. HISP. *Codicioso.* ANGL. *Desirous.*} Plaut. *in Mil.* Hujus cupiens corporis est. Gell. *cap.* 10. *lib.* 5. Juvenis eloquentiæ discendæ, omnisque cautionis cupiens. Plaut. *in Amph. prolog.* Cubat compleatus, cujus cupiens maximè est. ¶ Cupientissimus. Salust. Marius cupientissima plebe Consul factus.

Cŭpītus, participium: Exoptatus, expetitus. {חמד *chamadh*, חסר *nechmadh*. ἐπιθυμητὸς. GALL. *Desiré, convoité, souhaité.* ITAL. *Bramato, desiato.* GERM. Verbegert oder erwünscht ist. HISP. *Codiciado.* ANGL. *Desired, longed for.*} Plaut. *Pœn.* Te complecti nos hinc, ut cupite, atque expectare. Ovid. 5. *Fast.*

*Mars videt hanc, visamque cupit, potiturque cupita.*

Cŭpītŏr, is, verbale. {חמדה *meavváh*, חפץ *chapháts*. ἐπιθυμητὴς. GALL. *Desirenx, convoiteux.* ITAL. *Bramante, desiderante.* GERM. Ein begärer. HISP. *Codiciador.* ANGL. *One that desireth.* Tacit. *lib.* 12. Neque tamen repertus est, nisi unus, talis matrimonii cupitor. Idem *lib.* 15. Nero ut erat incredibilium cupitor.

Cŭpīentĕr, adverbium. ἐπιθυμητικῶς, ἐπιθυμητικῶν. GALL. *Affectueusement, par affection.* ITAL. *Con gran desiderio.* GERM. Mit grosser begird. HISP. *Codiciosamente.* ANGL. *Verithgreath desyre.*} Plaut. *in Pseud. fr.* 3. *a.* 2. Quam quid cupienter dari petimus nobis.

‖ Cupidicinus, πιχιδιννος. Gloss. qui cupidus est cœnæ, ad eam curit. Vulc. lege cupidicœnus, h.e. captator cœnarum. ‖

Cupĭdus: Avidus, studiosus, appetens, amans, observans. {חמד *chémdh*, מחמדים *mihmeavváh*. ἐπιθυμητὴς. GALL. *Desirenx, convoiteux.* ITAL. *Avido, ingordo, bramoso.* GERM. Begirlich. HISP. *Codicioso.* ANG. *Desirous, greedie of any thing.*} Terent. *in Heaut.* Ejus videndi cupidus.

Cŭpĭdĭōr, cupidissimus, comparativa & superlativa. {ANGL. *More desirous or greedie.*} Cic. *ad Attic. lib.* 4. Cupidissimus mei. Cupidissimus pacis. Asinius Pollio *ad Cic. lib.* 10. *Epist.*

Cŭpĭdè, adverbium: Studiosè. {ἐπιθυμητικῶς, φιλοπόνως. GALL. *Affectueusement, avec ou par grande affection & desir.* ITAL. *Affettuosamente, con gran desiderio.* GERM. Begirlich. HISP. *Codiciosamente.* ANGL. *Verithgreat desyre.*} Cic. *pro Rosc.* Ego verò cupidè & libenter mentiar tua causa. Terent. *in Adelph.* Egomet conveniam ipsum, ut cupidè accipiat. Plaut. *Most. fr.* 1. *a.* 1. Nimio celeriùs venire, quod molestum est, quàm quod cupidè petas.

Cŭpīdo, fœm. gen. pro cupiditate accipitur: quamvis Cupiditas levior sit quam cupido. {חמד *chemed*, תאוה *taavváh*. ἐπιθυμία, ἐπιθυμητικὸν. GALL. *Convoitise, desir, vouloir.* ITAL. *Cupidità, cupidigigine.* GERM. Ein grosse begird. HISP. *Codicia.* ANGL. *Desire, covetousnesse, lust.*} Lucil. *lib.* 19. Cupiditas ex homine, cupido ex stulto nunquam tollitur, quòd cupiditas pars sit temperatior, defluens à cupedine. Est autem animi affectio à libidine & cupiditate proficiscens: qualis est avaritia, quâ opes cupiuntur: qualis est iracundia, quâ ultionem appetimus, & similia. Salust. *in Iugurth.* Captus pravis cupidinibus. Virg. 6. *Æneid.*

——— *qui locis miseris tam dira cupido?*

Plaut. *Pœnul.* Quamquam cupido versatur in corde, tamen, &c. Mortis cupido. Ovid. *in Ibin.*

*Quódque ferunt Broteam fecisse cupidine mortis.*

¶ Invenitur etiam nonnunquam in masculino genere. Plaut. *Amph.* Sed pudicitiam, & pudorem, & sedatum cupidinem. Hor. 2. *Carm. Ode* 16.

*Nec leves somnos timor, aut cupido*
*Sordidus aufert.*

Idem 1. *Serm. satyr.* 1.

*At bona pars hominum decepta cupidine falsi.*

Cupidines, pluraliter: ut,

——— *desine dulcium*
*Mater sæva cupidinum.*

Horat. 4. *Carm. Ode* 2. Cupido laudis. Quintil. Cupidò constituendi ægros. Liv. 4. *d.* 4.

*Arsit enim magni correpta cupidine regis.*

Ovid. 6. *Fast. & Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Ex nimia cupidine studiorum. Senec. *cap.* 9. *de tranquil.* Animus tuus non est fixus clavo cupidinis. Plaut. *Asin. fr.* 3. *a.* 2. Quo Venus Cupidóque imperant, suadéque Amor. Idem *Curc. fr.* 1. *a.* 1. Amor & Cupido in cor meum perplair. Idem *Most. fr.* 3. *a.* 1.

Cŭpĭdĭtās, ātis: Aviditas, libido, desiderium, studium, amor. {חמדה *avváh*, מחמד *maavváh*. ἐπιθυμία. GALL. *Convoitise, appetit, desir.* ITA *Cupidità, cupidigine.* GERM. Begirligkeit. HISP. *Codicia.* ANG. *Great desyre, greede, lust, covetousnesse.*} Cic. 3. *Acad.* Senec. *de benef. lib.* 2. *cap.* 17. Cupidita. se porrigit, & felicitatem suam non intelligit: quia non unde venerit respicit, sed quo tendat. Cic. *in Parad.* Neque enim unquam explebitur, nec saturabitur cupiditatis litis: Græca & temerata dominatrix animi cupiditas. Idem 1. *de Invent.* Cupiditas cibi, i. appetentia cibi. Cels. *lib.* 7. *cap.* 3. Cupiditate cibi reddita. ¶ Cupiditas pro turpi amore. Suet. *in Calig. cap.* 24. Reliquas sorores nec cupiditate tanta, nec dignatione dilexit. Dicit Caligulam cum omnibus sororibus suis consuetudinem stupri fecisse, impatientius tamen Drusillam amasse, quàm reliquas.

CŬPĬDO, inis, masculi. gener. {ἔρως. GERM. Der Gott der liebe / oder holdseligkeit / ein son Martis und Veneris.} Amoris deus, quem Hesiodus natum vult ex Chao & Terra: simonides & Cicero, ex Marte & Venere: Aeschylus, ex nocte & Æthere: Alcæus, ex lite seu Contentione, & Zephyro: Sapho, ex Venere & Cœlo: Seneca, ex Venere & Vulcano. ¶ Duplex autem est, Ovid. dicente,

*Alma faves, dixit, Romanorum mater Amorum*, &c.
Honestus videlicet, & turpis filiumque ex Venere & Jove patre natum volunt: hunc autem Erebi & noctis filium esse: quod & ipsum refert Cic. *lib.* 3. *de nat. deor.* Fingitur à poëtis armatus flammis & telis, aureo videlicet, & plumbeo, ut patet ex Ovidio *lib.* 1. *Metamorph.* de Daphne & Apolline. Item cæcus, nudus, altus, arcitenens, volatilis, &c. Ejus quoque formæ descriptio extat multis verbis apud Apul. *de Asino aureo.* Virg. *de vino & amore*:

*Bellum hoc pacis petit ferus exitiale Cupido.*

Cupīdĭnĕus, a, um, *ipsius Cupidinis*: ut, Cupidineæ sagittæ. Ovid. 1. *de remedio amoris.*

*Mollia cupidinis nec inexpugnabilia telis*
*Cor mihi.*

Idem *Eleg. ult. lib.* 4. *Trist.*

Capillum, γλαφυρόν. Gl. Phil. In cod. Gustatorium, γλυκύδορον. Index Cyr. γλίσχρον exponunt Gustatorium.

Cuppes, fastidiosus, cupidus. Glossarum, *cupidus, ἐπιθυμητής.* Legit Scaliger, *cupediis. ἐπιθυμητὴς*, est vere, quem fastidiosum vocari novimus, qui non multa, ut voratores, sed delectabilia edit, neque facilè invenit, quod ad palatum faciat.

Cupra, Piceni civitas est, non procul ab Æculo: cujus meminit Plinius *lib.* 3. *cap.* 13.

Cupra, Italiæ oppidum in littore Apulo. Cupra autem dicta est, haud vanâ conjecturâ, à Cypriæ templo, illic à Tuscis, qui Cyprum Junonem dicunt, exstructo, ut Strabo scribit: ut Cupra, sive Cypra unâ appellatione contineatur. Nam vocabula quæ Græci per y pronunciant, per u litteram proferre possumus: ut, Larumna, Sulla, &c. pro Larymna, Sylla, authore Hermolao.

Cupressus. κυπάρισσος. Gall. *Cyprés.* Ital. *Cypresso.* Germ. Ein cypressbaum. Hisp. *El cipres.* Angl. *A cipre tree.* Arbor, de qua Virg.

——*Quantum lenta inter viburna cupressi.*

Ubi Servius: Viburnum brevissimum est, cupressus verò arbor maxima. Cæterùm procera, caudice oblongo & recto, folio pini, sed carnosiore molliorèque, neque ita pungente, fronde indecidua, odore vehementi. Cupressi recti. Gellius *cap.* 19. *lib.* 13. ¶ Duo ejus sunt genera: Fœmina, quæ sterilis est, ad metæ formam in fastigio convoluta: & Mas, latiùs spargens ramos, conósque proferens pinea nuci non absimiles, licèt multò minores. Mira hujus est inter arbores fœcunditas: quippe quæ tristera est, fructúsque habet & Januario, & Maio, & Septembri maturos, nulli tamen rei utiles, imò potiùs noxios, quemadmodum ipsa arbor, cujus etiam umbra noxia creditur. Græci κυπάρισσον vocant, à Cyparisso puero in arborem hanc (ut poëtæ fabulantur) converso: sive potiùs παρὰ τὸ κυρίως μείζονα, hoc est, ab eo, quod ex æquo & ramos & fructus crescat. Numeratur cupressus inter arbores funestas, eo quòd & tardè crescat, & succisa non repullulet. Ideo funebri signo ante defunctorum ædes eam posuêre majores. Legitur Cupressus, us, per quartam declinationem. Ovid. 3. *Trist. eleg.* 13.

*Funeris ara mihi feralis cinctaque cupresso.*

Idem 3. *Metam.*

*Collis erat piceis, & acuta densa cupresso.*

Cupressĭnus, a. um, quod ex cupresso confectum est. κυπαρισσινος. Gall. *De cyprés.* Ital. *Di cipresso.* Germ. Cypressin. Hisp. *Cosa de cipres.* Angl. *Of a cipre tree.* Plin. *lib.* 23. *cap.* 4. Cupressinum oleum eosdem effectus habet, quos myrteum.

Cupressĕus, a, um, quod ex cupresso confectum est. κυπαρισσεος. Gall. *Fait de cipréz.* Ital. *Fatto de cipresso.* Germ. Das auß cypressen gemacht ist. Hisp. *Hecho de cipres.* Angl. *Made of a cipres tree.* Liv. 8. *bell. Pun.* Post eas duo ligna cupressea Junonis reginæ portabantur.

Cupressētum, i. Locus cupressis consitus. κυπαρισσών. Gall. *Lieu remply plein de cyprés.* Ital. *Luogo che a molti cipressi.* Germ. Ein ort da vil cypressbäum wachsen. Hisp. *Lugar de muchos cipreses.* Angl. *A place planted with cipre trees.* Cic. 1. *de Legib.* In cupressetis Gnosiorum.

Cupressĭfĕr, a, um: Ferens cupressos. κυπαρισσοφόρος. Gall. *Qui porte cyprés.* Ital. *Che produce cipressi.* Germ. Das cypressbäum trägt. Hisp. *Lugar que cria cipreses.* Angl. *That beareth or bringeth cipre trees.* Ovid. *Epist.* 9.

*Vt Togatus aper cupressifero Erymantho*
*Incubat.*

Cuprum, genus quoddam æris, quod à Plinio Æs cyprium vocatur. נחשת *nechóschet.* κύπρος χαλκὸς. Gall. *Cuivre.* Ital. *Rame.* Germ. Kupffer. Hisp. *Cobre.* Angl. *Copper metall.* Unde apud Palladium, Cuprini clavi dicuntur.

Cuprĕus, a, um. {Angl. *Of copper.*} ut, Cupreum vas. Plin. *lib.* 23. *cap.* 3. Cogitet in cupreo vase ad crassitudinem mellis.

Cur, interrogandi adverbium, idem significans quod Quare. {מדוע *maddúa, למה lammáh.* τίνος ἕνεκα, διὰ τί. Gall. *Pourquoy?* Ital. *Perche? perche cagione?* Germ. Warumb? auß was vrsach? Hisp. *Porque?* Angl. *Vnto whereto or why? for what cause?*} Licèt quidam Quur, per q scribendum putent, & à quare, per syncopen atque apocopen deductum, a & e literis detractis. Cur me verberas? quia lubet. (aliàs quia tu vis.) Plaut. *Mostell. sc.* 1. *a.* 1. Tetigisti has ædes? Cur non tangerem? Idem *ibid. sc.* 2. *a.* 2. Cur non? Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Cur non temoratur ritus? Cur non arma capit? Ovid. 12. *Metam.* Idem *Eleg.* 1. *lib.* 4. Hoc est, cur cantet fossor. Terent. *in Andr.* Cur me excrucio? cur me macero? cur meam senectutem hujus solicito amentiâ? Aliquando etiam relativè accipitur, vel infinitè. Cic. *pro Rosc. Com.* Non fuit causa cur tantum laborem caperes. ¶ Cur, & quare, Cotn. Fronto ita distinguit ut, Cur sit simplicis percontationis: Quare verò, causam rationémque desiderat.

Cura: Solicitudo, anxietas, ita dicta quòd cor edat, & exerucier. {דאגה *deaghah,* חרדה *charadháh.* ἀμέριμνος. Gall. *Cure, soin, soucy, chagrin.* Ital. *Cura, pensiero, travaglio.* Germ. Sorg. Hisp. *Cura ò el cuidado.* Angl. *Care, studie, labour, travell, solicitude, pensivenesse.*} Terent. *Phorm.* Cura & sumptus absumitur. Ennius apud Ciceronem *de senect.*

*O Tite, si quid ego adjuvo, curâve levasso,*
*Quæ nunc te coquit, & versat sub pectore fixa.*

Virg. 1. *Æneid.*

——*Quando hæc te cura remordet.*

Atque ex his locis intelligitur id quod Cotn. Fronto *in lib. de diff. verab.* scribit, Curam animi esse, hominemque animum reddere, & tam in honestis rebus quàm inhonestis versari.

*Quid mihi vobiscum est, infelix cura, libelli.*

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Trist.* In cura nominis hujus etiam (unde dictus Manus.) Idem 6. *Fast. initio*,

——*Cui nunc hæc cura laborem?* (id est, cui scribo.)

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

*Esse tui memorem* (eam sup.) *de qua tibi maxima cura est.*

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.* Ossa atque pelles totus est, ita cura macer. Plaut. *Aul. sc.* 5. *a.* 3.

——*quàm te charissime vredam*
*Maneatum, & curam deposuisse mei.*

Ovid. *Eleg.* 7. *lib.* 4. *Trist.* Severa fronte, curas conjunxit. Plaut. *Merc. sc.* 2. *a.* 2. Satis me cura & lacrymis maceravi. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 5. Quos ut servem (coquos) cura maxima est. Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 2. Hæc res in pectore & in corde mihi curæ est. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 3. Quæ te miseria & cura contabefacit. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Magna cum cura ego illum curari volo. Idem *Men. sc.* 4. *a.* 3.

*Et si me vario confectum cura dolore*
*Seveat.*

Cæsar. *ad Ovid.*

*Cum penitus mœstæ exedit cura medullas.*

Idem *de coma Beren.*

——*Mihi cura futuri est.*

Ovid. 13. *Metam.* Curam verborum: Rerum volo esse solicitudinem. Quintil. Ex tempore, & A cura, opponuntur. Sueton. *in Tib. cap.* 70. Cura otium. Salust. *Jugurth.* 63. Aut apud vos, aut Deos immortales rerum humanarum cura otiatur. ¶ Quandoque pro munere quo curator fungitur: vulgò *Curatela* dicitur. Ulp. *l. hæres absens, §. si quis tutelam, ff. de judic.* Si quis tutelam, vel curam, vel negotium, vel argentariam, vel quid aliud, unde obligatio oritur, certo loco administravit. Virg. etiam apud inferos, inter monstra habitantia in faucibus inferorum, ponit quasi deas aliquas:

——*& ultrices posuêre cubilia Curæ.*

Curagulus, curiosus, curaculus. Gl. Isid. à cura agenda, aut simpliciter à cura.

Cūrālis, e, ut fasciæ curales pedulésque, apud Ulp. *D. lib.* 34. *tit.* 2. *l.* 25. Sed præstat legere crurales, cum Berualdo majore, vel crurales. Vide supra *Crurales*, post *Crus.*

Curalium, κυρήβιον, quod supra *Coralium.* Eliqueæ ejus dicio, pupilla maris.

Curanium, κυρήνιον. Sic Græci vocant Alcoranum: omisso articulo Arabico *Al*, omisso. Vide supra *Alcoranus.*

Cūrantĭa, idem quod Curatio, sive Cura. {Angl. *A diligent dressing or trimming.*} ✠ Non curantia, incuria. Cic. *ad Quint. fratr. lib.* 2. Quòd me admones de non curancia, suadésque ut meminerim Jovis orationem.

Curba. Glossar. verb. jurid. κύρβα, h. e, curva. Læna, propter id, quod apud eos in vehiculo κυρβὰ dicitur, intelligit corbem, textum vimineum.

Curbita: vide *Corbita.*

Curcilla, oppilago. Isid. Gloss.

Curcilla, oppilago. Alibi contrà, *oppilago curcilla.* Fortasse legendum *furcilla*: sic enim est in Gloss.

Curcuba. Isid. *lib.* 19. *orig. cap.* 4. Spinæ, funes quibus in tempestatibus utuntur, quas nautici suo more curcubas vocant. Gl. A. L. Corcubalotum. Sic Mentzius restituit pro *Corcum.*

Curculio: Vide *Gurgulio.*

Curia, *Coira* Italis, Chur Germanis. V. E. Rhætiæ ad Rhenum fl. sub A. Moguntino. Rhætorum, sive Grisonum comitia hic celebrari solent.

Cūrĭōsus, nimium in inquirendo, aut re aliqua agenda diligens: in bonam & malam partem sumitur. {דרוש *charódh.* φιλόπονος, πολυπράγμων, πολυπράγμων. Gall. *Curieux, soigneux.* Ital. *Curioso.* Germ. Sorgfeltig/geschäfftig. Hisp. *Curioso y diligente.* Angl. *Curious, busie, that laboureth in thing ex to much.* Est igitur Curiosus qui multùm, sive diligenter aliquid curat. Cic. *Appio pulchro.* Ita est homo, non modò prudens, verùm etiam æquus vir, & curiosus. Et *pro Sestio*, Etenim animus ejus vultu, flagitia parietibus tegebantur. Sed hæc obstructio nec diuturna est, neque obducta, ita ut curiosis oculis perspici non possit. ¶ Curiosus, pro Delatore. Suet. *in Aug. cap.* 27. In eadem hac potestate, multiplici flagravit invidia. Nam & Pinarium equitem Rom. quum concionante, admissa turba paganorum, apud milites subscribere quædam animadvertisset, curiosum ac speculatorem ratus, coràm confodi imperavit. ¶ In bonam quoque partem Colum. *lib.* 3. usus est adverbio: Sin autem (inquit) ipsam vitem sternere voles, juxta radicem ita ne ipsam lædas, curiosè fodito, μετ' ἐπιμελείας. Similiter Incuriosè, ἀμελῶς, ἀφειδῶς. Gell. Si quis non incuriosè legat. Non est ergo curiosus, à prava tantùm cura, uti Valla putavit; sed etiam à diligenti & optima. De derivatione quoque (quum dicit: Curiosus non tam à cura, quàm à curia videtur descendere, cujus compositum magis est in usu. Incuria, ἀμέλεια, id est, negligentia, etsi curia à cura dicatur) non ei assentio, neque de compositione, ut à curia componatur incuria: sed dico ita venire *curiosus à cura*, per adjectionem litteræ i, quemadmodum & *curia*, nisi à *curio* sumere velimus. Similiter Incuria per adjectionem i, liquet non à curia, sed à cura cõponi, quod significatio eorũ aperte declarat. Nam cura & incuria, sunt oppositæ, & ex contraria eorũ significatione facilè monstratur, *incuria* à *cura* componi, quoniã In, negativè stat, & alterius significatio, ex contraria alterius edocetur, eo quòd sicut cura, diligentia est, ita incuria, negligentia, ut Cic. *in Lælio* ostendit. Vitaperanda est rei maximè necessariæ tàm incuria.

Quod

Quod non significáret, si à *curia* componeretur: nam esset locus à *curia* diversus: quoniam Curia locus erat, ubi curæ publicæ gerebant, & ubi cura sactorum publica. Nec adjectionem literæ i, in Curiosus, incuriosus, & incuria, nisi euphoniæ causa factam puto, quòd non rectè sonet *curiosus* & *incuriosus* & *incuria*. Curia verò accepisse i, arbitror, ut aliam à cura significationem caperet, & ni-hilominus privati naturam semper oleret. ¶ Aliquando incuriosus capitur pro pingui, quòd illi potissimùm qui omni prorsus cura sunt liberi, pinguescant. Unde Apuleius *in Florid.* agnum egregiè obesum vocat incuriosum. Alciat. *in rub. C. de curiof. & station. lib.*12. Curiosi erant, qui passim delicta in te militari commissa nunciabant. Scotus ad Theodosium scribit in officio magistri officiorum esse curiosum unum cursus publici, quales sunt magistri cursorum. Gall. *Maistre des Postes.* Germ. Postmeyster / vocabulo majoribus nostris ignoto appellari. Nam hi nobis primùm sub Cæsare Maximiliano innotuerunt. Memoria namque patrum neglectam ejusmodi cursorum, quos & nos voce Gallica *Postes* vocamus, consuetudinem. Vicecomitum Mediolanensium Ducum familia renovavit. ¶ Curiosus, pro magistratu, vide in Lexico Constantini, in voce πραιπόσιτος.

Cūrĭōsĭtās, nimia cura, nimia diligentia. ¶ חדרים *charadhîm.* πολυπραγμοσύνη. Gall. *Curiosité, soin.* Ital. *Curiosità, diligenza.* Germ. Sorgfeltigkeit / geschäfftigkeit. Hisp. *Curiosidad y diligencia.* Angl. *Curiositie, piked diligence.* } Cic. *ad Attic. lib.*2. Sum in curiositate, ἰζήνωρ: sed tamen facilè patior te id ad me, &c.

Cūrĭōsē, adverb. Diligenter, } ἐπιμελῶς. Gall. *Curieusement, soigneusement.* Ital. *Diligentemente, curiosamente.* Germ. Sorgfeltigklich, geschäfftigklich. Hisp. *Curiosa y diligentemente.* Angl. *Curiously, with great pains and travell.* } Cic. *ad Attic. lib.*9. Quum de eo curiosè quæsisset servus noster Dionysius. Quint. *lib.*8. *cap.*11. Quos curiosè potiùs loqui dixeris, quàm Latinè. ¶ Ab incuria, incuriosus, & incuriosè. Plin. Rebellat sæpe honor incuriosè datus. Famam expectat obambulans. So. Curiosè quidem, fores enim clausit. Plaut. *Amph.*

Cūrĭa, Sedes ac templum publici consilii. } פרזון *bedhâh.* Συνεδρεῖον, ἀκρόπολις. Gall. *La cour, le lieu deputé à traiter des affaires publiques, ou à rendre la justice.* Ital. *Corte, curia, luogo da consultare de cose publiche.* Germ. Ein rahthauß / oder richthauß / ein ort da man sich über vilerley sachen sorgens oder bedenckens annimpt. Hisp. *Corte, lugar donde esta el consejo.* Angl. *A counsale place, à where maters ar pleaded for.* } Curia, inquit Fest. Locus est ubi publicas curas gerebant. Cic. *de senect.* Non curia vites meas desiderat, non rostra, non amici, non clientes, non hospites.

*Ante tuam etiam curia prisca fores.*

Ovid. *Eleg. ult. lib.*4. *Trist. &* 13. *Metam. &* 3. *Fast.* ¶ Curiæ etiam nominantur populi partes, quales fuerunt ex, in quas Romulus populum distribuit, numero triginta: quas quoniam tunc Reip. curam per earum partium sententiam expediebat, Curias appellavit. Plaut. *Aul. sc.*2. *a.*1. Nam noster nostræ qui est magister curiæ, dividere nummos sese dixit. His postea additæ aliæ quinque fuêre, ita ut omninò triginta sex essent. ¶ Curia Calabra, à calando, hoc est, vocando dicta est, quòd calata, hoc est, vocata in eam plebe, Pontifices pronuntiare solebant, quot dies à Calendis ad Nonas superessent. ¶ Curia Hostilia: quam primùm ædificavit Hostilius rex Romanorum. ¶ Cic. pro Milone Curiam vocat Templum sanctitatis, amplitudinis, mentis, consilii publici, caput urbis, aram sociorum, portum omnium gentium, sedem ab universo populo concessam uni ordini.

Cūrĭālēs, dicuntur, qui sunt ejusdem curiæ, sicut Tribules ejusdem tribus. } Φυλέται, συγγενεῖς. Gall. *Qui est d'une mesme Decurie, estat, jurisdiction, sujet aux mesmes charges municipales.* Ital. *Della istessa curia.* Germ. Zuhrsyrnnd / die von einem gericht oder rähtt sind. Hisp. *Cosa de misma corte.* Angl. *Of the same tribe or warde.* } Curiales flamines, curiarum sacerdotes. Curiales mensæ, in quibus immolabatur Junoni, quæ Curis est appellata. Plaut. *in Aul.* Nam neque quisquam curialium venit, neque magister, quem dividere argentum oportuit. Cic. 2. *Offic.* Theophrastus quidem Cimonem Athenis etiam in suos curiales Laciadas hospitalem fuisse. ¶ Curialis idem aliquando quod Decurio, id est, qui in colonia, vel municipio tanquam Senator est. *L.*12. *C. de Episc. & cler.* ubi qui Curialis primùm, paulò post Decurio appellatur.

Cūrĭātŭs, a, um, adject. Φρητριακός, ὁ ἐκ φρατρίας: ut, Curiata lex, à curiatis comitiis dicta. Cic. *ad Attic.* Qui se affuisse dicerent, quum lex curiata ferretur. Et curiata comitia, conventus qui curiatim per lictorem cogebantur. Gell. *lib.*5. *cap.*17. Curiata comitia erant, quæ curiatim per lictorem calabantur, id est, convocabantur: quorum erant Pontifices arbitri, teste Cicerone *pro domo sua.* Idem *pro lege Agraria.* Nunc quia prima comitia tenetis centuriata & tributa, centuriata auspiciorum causâ remanserunt. Suet. *in Aug. cap.*65. Curiata lege adoptare. De his vide plura in dictione *Comitia.*

Cūrĭātim, κατὰ φράτρας Homero. Gell. *lib.*5. *cap.*17. Comitia cūriata per lictorem curiatim calari, id est, convocari. Alii legunt, *Curiatum.*

Cūrĭo, nis: Sacerdos curiæ. {φρατριάρχης. Gall. *Le maistre d'une curie, leur sacrifiateur.* Ital. *Curione, prete.* Germ. Der oberst auff einem rahthauß / vole ein zunfftmeister auff einer zunfft. Hisp. *Cura.* Angl. *A curat, he that hath the spiritual charge of a warde or parishe.* } In curiis enim sacerdotes ita res divinas curabant, sicut Senatus res humanas in curia Hostilia curare solebat, ut scribit Varro. ¶ Non ineptè fortassis etiam nostros hos sacerdotes, quos vulgus *Curatos* vocat, Curiones dixerimus, & Curionatum, quam *Curam* barbarè appellamus. Gall. *Benefice ayant charge d'ames.* ¶ Curio maximus, ἀρχιφρατρίας, dicebatur cujus authoritate curiæ, omnesque curiones regebantur. ¶ Curiones quoque dicti sunt præcones. Jul. Capitolinus, Ille per curionem dici jussit, impostaram fecit, & passus est. Euseb. *lib.*4. *Eccles. hist.* Misso curione ad populum jubet voce maxima præstari Polycarpum, tertiò confessum se esse Christianum. Plautus verò *in Aul.* Agnum curionem appellat sacrificandi, tanquam ob curam incretatum confectumque: unde à contrario Apuleius *in Florid.* agnum opimum & pinguem dicere volens, appellavit Incuriosum. Item Curiones dicti sunt quidam Romani cives.

Cūrĭōnātŭs, us. Curionis dignitas.

Cūrĭōnĭa, sacra quæ à Curionibus in curiis fiebant.

Cūrĭōnium, dicebatur æs, quod dabatur Curioni ob sacerdotium Curionatus. Fest.

¶ Curium, V. olim E. Latini ritus, in Cypro insula, sub. Veneris. ¶

Cūrō, as, ate. Operam dare in re aliquâ, elaborare, rei alicui studere, incumbere, diligentiam curámque adhibere. { שקד *schakádh,* דאג *daagh,* חרד *charádh.* μελέτη. Gall. *Soigner, avoir cure & soin.* Ital. *Haver cura, per cura, affaticarsi.* Germ. Sorgen / steiß anhalten. Hisp. *Tener cuydado.* Angl. *To give diligence, to travell and be about to do any thing.* } In qua significatione ponitur interdum absolutè. Terent. *in Andria.* Perterrefacias Davum, observes filium quid agat, quid cum illo consilii capter. Sos. Sat est: curabo. *Idem.* Hanc fidem sibi me obseervit, qui se sciret non desiturum, ut darem. Da. Curabitur. Et hoc aliquando cum Ut. Cic. *fam.*16. Cura igitur nihil aliud, nisi ut tu valeas. Res rationésque heri curo. Plaut. *Pseud. sc.*2. *a.*2. Et illud & aliud, si quid curari voler, me curaturum dicito. Idem *Men. sc.*2. *a.*3. Curate, ut splendor meo sit clypeo clarior. *Ibid. sc.*2. *a.*1. Id intus para: cura (de cœna.) *Ibid. sc.*3. *a.*2. Venus cœlestis paucis hominibus curat. Apul. *Apolog.*1. Hæc me curaturum dicito quæ mandata sunt. Plaut. *Men. sc.*3. *a.*3. Cura rem communem, quod facis. Idem *Amph. sc.*3. *a.*1. Qui tuam rem hic curet, & munus fungatur tuum (id est, adulter tuus.) *Ibidem.* Jube vasa pura adornari. Alc. Ego istæc curabo. Item, Hæc curata sint, facis. *Ibidem.* Qui ea curabit, abstinebit censione bubula (id est, heri imperia exequetur.) Idem *Aul. sc.*1. *a.*4. Satis verborum est, cura quæ jussi, atque abi. Idem *Capt. sc.*2. *a.*1. Si quid curatum velis, ei mandes, perfectum reddet. Idem *Asin. sc.*1. *a.*1. Rem meam non cures, non ego curo tuam. Idem *Capt. sc.*4. *a.*3. Facilène tu dormis curam (id est, cùm te cura urget?) Idem *Men. sc.*5. *a.*... ¶ Curare absolutè. *Idem.* Cura te, ego interviam domum. Idem *Aul. sc.*3. *a.*2. ¶ Aliquando cum Ne. Cic. *famil.*2. Unum illud te præcipuè rogo, ut cures ne quid mihi ad hoc negotii, aut oneris accedat, aut temporis. ¶ Interdum cum accusativo. Idem *Attic.*8. Tu fasciculum, qui est M. Curioni descriptus, velim cures ad eum perferendum. Et *famil.*7. Mandatum tuum curabo diligenter: sed homo acutus ei mandasti potissimùm, cui expediret illud venire quamplurimi. Idem *Attic.*1. Signa, quæ curasti, ea sunt ad Cajetam exposita. Sic curare pecuniam, significat pecuniam. significat pecuniam ad dissolvendum conficere, & comparare, πορίζειν. Idem L. Cincio *H-S* decc. pro signis Megaricis, ut tu ad me scripseras, curavi. ¶ Et curare se, vel curare corpus, pro reficere, φιλοσωμεῖν. Plaut. *Pseud. sc.*7. *a.*4. Qui se suámque ætatem benè curant, edunt, bibunt, scortantur, illi sunt alio ingenio atque tu, qui neque tibi esse patere, & illis, quibus est, invides. Cic. *famil.*16. Cura igitur te, & confirma. Virg.

*Corpora curamus; fessos sopor irrigat artus.*

Magna cum cura ego illum curari volo. Plaut. *Men. sc.*3. *a.*3. Me volo curare (mox, prandere & dormire.) Idem *Pseud. sc.*2. *a.*2. Curato ægrotos domi. Idem *Capt. sc.*2. *a.*1. (i. tracta, *traitte, pense, aye soing des malades.* Ubi tu me hic habueris, perinde illum illic curaveris (i. tractabis.) *Ibid. sc.*2. *a.*2. ¶ Item Curare boves, i. pascere. Idem *Most. sc.*1. *a.*1. An non sunt ruri quos cures boves? Et Gell. *cap.*4. *lib.*15. Ventidium curandis mulis victum invenire. Item me curato, ut sitiam. Plaut. *Cure. sc.*2. *a.*1. Curari mollius. Senec. *cap.*9. *de trang.* ¶ Significat quoque hoc verbum mederi, curationem adhibere. { רפא *raphá.* ἰάομαι, θεραπεύω. Angl. *To cure, to make whole.* } Cic. *de senect.* Adolescentes gravius ægrotant & citiùs curantur. Idem *in Pis.* Et quum isto fœtido teterrimam nobis popinam inhalasses, excusatione te uti valetudinis, quòd diceres vinolentis te quibusdam medicaminibus solere curari. In passiva significatione sic usus est idem *Tusc.*3. An quum corpora curari possint, animorum nulla medicina sit. Et cum ablativo, addita præpositione Ab. Idem *pro Cluent.* Mulier exclamat se ab eo nullo modo curari velle, qui curante, omnes suos perdidisset. Cic. *Acad. lib.*2. Quis enim potest, quum existimet à Deo se curari, non & dies & noctes divinum numen horrere? Hujus composita sunt, Accuro: unde Accuratus, & adverbium Accuratè: Concuro, Procuro, Percuro, quæ vide suis locis. ¶ Aliquando Curare significat Colere, θεραπεύειν: ut Plin. *Epist. lib.*1. *de Regulo*: Est enim locuples, curatur à multis, timetur à pluribus. Plaut. *Aul. Prolog.* Ille minus minúsque impendiò curare (sup. me, id est colere ut deum desiit.) ¶ Item, Curare obscœnè. Idem *Amph.* Qui hîc rem tuam, & munus fungatur tuum, (id est, adulter tuus.) ¶ Curari etiam dicuntur medicamenta quæ priusquam adhibeantur, repurgantur, & præparantur: ut apud Cels. *lib.*6. *cap.*6. in Cleonis collyrio, Cadmiæ curatæ fit mentio. ¶ Curare etiam verbum castrense, pro ἡγεμονεύειν, regere, ac Ducis, Imperatorisque officia exequi. Salust. *in Catilinario*, Fæsulanum quendam in sinistra curare jubet. Et *in Jugurth.* Legatis imperat, ubi quisque curaret: deinde signo dato, undique simul clamor ingens exoritur. ¶ Curare vallum. Gell. *cap.*5. *lib.*5. ¶ Curare ædes: vitium additur ædibus, bonæ cùm curantur malè. Plaut. *Most. sc.*2. *a.*1. Item, Curare cadaver. Suet. *in Neron. cap.*48. Non benè curatum factum. Liv. 1. *ab urb.* Ut pecunia curaretur (i. cogeretur.) Idem 4. *d.*5.

Curatur, Impersonale. Apud Plin. *lib.*18. *cap.*17. Curatur ut vinea vetus semel fossa sit. Plaut. *Cas.* Noctu ut condignè tecubes curabitur. Curassis. Idem *Pseud. sc.*5. *a.*1.

Cūrātŭs, participium: Cum diligentia & cura factus. { עשה *hasá.* ἐπιμελής. Gall. *Fait avec soin, & diligence.* Ital. *Fatto con cura & diligentia.* Germ. Versorgt / mit fleiß außgericht oder gemacht. Hisp. *Hecho con mucho cuydado.* Angl. *Done with care and diligence, sene to.* } Benè curata cute nitidus, Horat. 1. *Epist.* Plin. *lib.*18. *cap.*6. Adduxit filiam validam atque benè curatam ac vestitam. Nitida & curata corpora. Quintil.

Cūrātè, adverbium: Accuratè. { ἐπιμελῶς. Gall. *Diligemment,*

*soigneusement.* Ital. *Diligentemente, con attentione.* Germ. Fleißig/ Rich. Hisp. *Con mucho cuydado.* Angl. *Diligentlie and well.*} Tacitus *lib.*2. Ejus negotii initium, ordinem, finem curatiùs edisseram.

Cūrātŏr, procurator. { דאג *dolgh*, חרד *charédh*, פקיד *pakid*. ἐπίτροπος, κηδεμών, ἐπιμελητὴς, ἐπιστάτης, ἐπιμελὴς, ἐπίσκοπος. Gall. *Curateur qui a la charge & le soin de quelque chose.* Ital. *Curatore, intore.* Germ. Ein versorger/ schaffner/ pfläger. Hisp. *Curador.* Angl. *A curatour, that hath the charge of any thing.*} Generali nomine dicitur præpositus alicui negotio: ut, Reficiendis muris curator Demosthenes fuit. Cic. *de optim. gener. Orator.* Curator venationum. Suet. *in Calig. cap.*27. Curator reficiendi Capitolii. Catullus. Gell. *cap.*10. *lib.*2. ¶ Curatores urbis, & annonæ ædiles. Idem 3. *de legib.* & Justinian. *Instit. de curatoribus.* §.1. Masculi quidem puberes, & fœminæ viripotentes, usque ad vicesimum quintum annum completum curatores accipiunt: quia licèt puberes sint, adhuc ejus ætatis sunt, ut sua negotia tueri non possint. Festus scribit, Curatorem esse, qui pupillis loco tutoris datur, quasi qui pupillarium bonorum curam gerat. Egere curatoris dicimus, quos tacitè innuere volumus non compotes esse mentis suæ. Horat. 1. *epist.*1.

*Insanire putas: solemnia me neque rides?*
*Nec medici credis, nec curatoris egere*
*A prætore dati?*

Ubi obiter observa, *solemnia* pro *solemniter.* ‖ ¶ Curatores item, qui rei frumentariæ, agrisque dividundis præsunt. Cerda. ‖

Cūrātŏr, ōris: Cura, provincia alicui delegata, procuratio, munus. { דאגה *deaghâh*. פקדה *pekuddâh*. ἐπιμέλεια. Gall. *Charge, administration.* Ital. *Cura, guarire.* Germ. Ein sorg/ oder vnnutz der einem aufgelegt ist. Hisp. *Curadoria, cuydado.* Angl. *A curing or healing.*} Cic. *ad Attic. lib.*15. Ego quod etiam meditatus in via fuissem, ut uterer curatione Asiatica frumenti: nihil esse jam reliqui quod ageremus, nisi ut salvi essemus. Idem 1. *de nat. deor.* Ab omni curatione & administratione rerum vacent. ¶ Curatio acris, i. vehemens, ut quæ fit inedia. Cels. *lib.*6. *cap.*6. Curatio quæ manu adhibetur, i. Chirurgia, χειρουργία. Idem *lib.*6. *cap.*15. Curatio sculpelli, i. quæ sculpello fit. Idem *lib.*7. *cap.*4. Liv. 4. *aburb.* Curationem agere. ¶ Curatio item, sive curatela, est potestas administrandi bona ejus, qui vel ob ætatem, vel ob mentis corporisve vitium suis rebus præesse non potest: in qua significatione Jurisconsultis usitatum. Curationem bonorum patris postulare. Quintil. ¶ Curatio item pro medendi actu ponitur. Curationem (vulneris) accedere. Senec. *cap.*1. *de cons. ad Marc.* Cic. *in Epist.* De medico benè existimari scribis, sed ejus curationes non probo. ¶ Quid tibi, malum: mea, ut quid ego agam, curatio est? Plaut. *Most. sc.*1. *a.*2. Item, Quid tibi hanc rem curatio est? Idem *Amph. sc. ult. a.*5. Vulgò, Quare tu curas de hac re?

Cūrātūrā, Curatio. ἐπιμέλεια, ἄνοψις. Terent. *in Eunuch.* Deducunt cibum. Tametsi bona est natura, reddunt curaturâ juniores.

Cūrātōrĭus, a, um. Munus curatoris adulti. { ἐπιτροπικὸν, ἐπιμελητικὸν, ἐπιτροπικὸς, ἐπιμελητὴς. Gall. *Curatelle, office & charge de curateur.* Ital. *Vffitio & carico di curatore.* Germ. Das ampt eines verseehongts. Hisp. *Curadoria, el officio del curador.* Angl. *The office of a curatour.*} Heren. *in l.* 1. *ff. de excus. tutor.* Conscribens librum (ut mihi videtur) utilissimum, quem exculationem tutelæ, & curatoriæ vocavi, huc tibi misi. *Ibidem l.*2.

‖ Curatza, thorax. Anon. L. g. b. ‖

Cūrax, acis, adjectivum: Diligens, curæ & vigilantiæ plenus. { שקד *schoqedh*, חרד *charidh*. דאג *doegh*. ἐπιμελὴς, φροντιστὴς. Gall. *Diligent, soigneux.* Ital. *Diligente, vigilante.* Germ. Fleißig/ sorgfeltig/ gar sorgsam. Hisp. *El que tiene mucho cuydado.* Angl. *Diligent, vssite.*} Cæsar *l. si quid venditor, D. de ædil. edict.* Verbi gratiâ, si constantem, aut laborantem, aut curacem, aut vigilantem esse, aut ex frugalitate sua peculium acquirentem affirmaverit, & ex diverso levis, protervus, desidiosus, somniculosus, tardus, comessor inventatur, &c.

‖ Curba, meretrix. Gl. Basilii.

Curcelia, funis nauticus, quo in tempestate urantur nautæ. Cath. ‖

Cūrcŭlio, nis, masculini gener. Animal parvum, frumentum corrodens: quasi gurgulio, eo quòd nihil in eo penè aliud quàm guttur videatur. { σής. Gall. *Vne petite beste ou vermine, qui ronge le froment, chate peleuse ou charensen.* Ital. *Tignuola.* Germ. Wiblen oder milwen die das korn fressen vnd außhölen. Hisp. *Gorgojo.* Angl. *A litle woome eating corne called a mite or wevell.*} Virg. 1. *Georg.*

——— *populâque ingentem farris acervum*
*Curculio.*

Col. *lib.*1. *cap.*6. Ea res ab noxa curculionum & similium animalium commodissimè viderit fruges conditas defendere.

*Curculio mihi verba dedit.*

Et, Ubi Curculionem reperiam? In tritico facillimè ibi vel 500. reperies. Plaut. *Curc. sc.*4. *a.*4. ¶ Curculio translatè pro pene. Persius *satyr.*4. Quare dentosus curculio extat. ¶ Est præterea Curculio, via patens, seu fistula colli exterior, per quam spiritus attrahitur, atque emittitur. φαρυγξ. Constat autem hæc ex cartilagine molli & flexuosa, quasi ex annulis in cateræ modum compactis, sed imperfectis. ¶ Dicitur etiam spiritualis fistula, quæ semper patet, ut spiritus liberum habeat exitum, qui ad pulmonem córque defertur. Tracheam arteriam medici appellant, Plinius arteriam asperam: cujus operculum est epiglottis. Scribitur autem Curculio per c, non Gurgulio per g, ut constat ex argumento Plautinæ Comœdiæ, quam Curculionem inscripsit: in qua primæ versuum literæ Curculionis nomen exprimunt.

‖ Curcuma, capistrum, κάρκαμον, vulgò *Cucuma.*

Curdela, ligula. L. g. b. { Ital. *Cordella.*} ‖

Cūrēs, ĭum, plurâlis tantùm numeri, Sabinorum oppidum opulentissimum, ex quo Numa. Plutarch. *in Num.* Hunc autem oppido imperabat T. Tatius, cujus cives Quirites, κυρῖται dicebantur: convenitque Romulus & Tatius in hanc sententiam, ut è duobus populis unus efficeretur, & Sabini Romam migrarent, Romaque nomen retinerent: sed Romani & Sabini Quirites appellarentur. Ovid. *lib.*2. *Fast.*

*Te Tatium, patriique Cures, Cauduaque sensit.*

Hinc etiam populi, Cures. Virg. *lib.*9.

——— *Tatióque seni, Curibúsque severis.*

Cūrētes, { κουρῆτες. Germ. Völcker in der Insel Candia.} Populi Cretæ insulæ, qui & Corybantes, & Dactyli Idæi appellati sunt: ex Ida Phrygiæ monte (ut quidam volunt) oriundi, à cujus etiam nomine, Cretæ montem, quem primùm insedere, Idam appellarunt. Dicti κουρῆτες, telle Strab. *lib.*10. ἀπὸ τῆς κούρης, hoc est, à tonsura. Anteriorem enim capitis partem detonsam gestabant, ne hostes eos cæsarie apprehenderent. Alii Curetas dictos putant, ἀπὸ τῆς κουροτρόφου, eo quòd lovem aluisse dicantur. Author est item Strabo *loco jam citato*, Curetas in Græciam quoque trajecisse, tandémque consedisse trans Acheloum fluvium, ibique quum intonsi servarent capita, Acarnanas vocari cœpisse. Legendus Ovid. 4. *Fast.* ¶ Curetum os, κουρικὸν στόμα. Dici solitum si quando quis numine afflatus loqui videretur, propterea quòd Curetes Cybeles comites furore quodam sacro percitii divinare viderentur. Refertur à Zenodoto: meminit & Hesychius.

Cūrĭa, e, vide *Cura.*

Cūrĭa, Rhætorum urbs primaria, vulgò *Chur* dicitur. Rhætorum, sive Grisonum comitia hic celebrari solent. ¶ Est alia ejusdem nominis in Voytlandia, quam Germani Hoff vocant.

Curifugia, nomen villæ Nicolai Perotti nuper inditum, quam in agro Sentinati habebat, inter duo flumina, Sentinum & Nevolam, ubi est salubertima cœli temperies.

Curiona sacra, quæ à Curionibus in Curiis fiebant.

Cūrĭo, prænomine Quintus, insignis orator fuit: qui Cæsarem in quadam oratione omnium mulierum virum, & omnium virorum mulierem appellavit. ¶ Hujus filius C. Curio Tribunus plebis fuit eo tempore, quo primum bellum civile inter Pompeium & Cæsarem exarsit: & quum ex perditissimo luxu sese ære alieno obruisset, Cæsarem ad bellum civile incitavit, causamque illius absentis defendendam suscepit. Unde etiam à Lucano, venali lingua fuisse dicitur. Periit in Africa, cui à Cæsare erat præpositus, à Juba Mauritaniæ rege cum toto exercitu delerus. Et Curioni gratulatur Cic. *Epist. lib.*2. Seta, inquit, gratulatio reprehendi non potest, præsertim si nullâ negligentiâ prætermissa est. Longè enim absum, audio sero. 1. Curio, ut se ære alieno liberaret atque emergeret, Cæsarem ad bellum civile impellebat, ut scribit Cic. *in Epist. ad Quint. fratr.* Et ipse Cæsar, inquit, a nicus noster, minaces ad Senatum, & acerbas literas miserat: & erat adeò impudens, qui exercitum & provinciam invito Senatu teneret, & Curio meus illum incitabat.

Curio, sanguis: fortè *Crure.*

Curis, ut habet Strab. *lib.*5. Urbs quondam insignis, nunc autem vicus in Sabinis, &c. Vide *Cures.*

Curium, κύριον, urbs Cypri, à Cureo Cinyræ filio: gentile Curiens, Curias fœm. & ipsa regio. Est etiam urbs Ætoliæ. Steph.

Cūrĭo, Curiosus, vide *Cura.*

Cūris, lingua Sabinorum, hasta dicitur. Unde Romulus Quirinus, qui eam ferebat, est dictus: & Romani à Quirino, Quirites dicuntur. Curitim Junonem appellabant, quia eandem ferè hastam putabant. Festus. Ovid. 2. *Fast.*

*Sive quòd hasta Curis priscis est dicta Sabinis.*

Vide Macrob. *lib.*1. *Satur. cap.*9. & Servium *in* 1. *lib. Æneid.*

Cūrĭus Dentatus, Romanus civis, exactissimæ frugalitatis, & perspectæ fortitudinis. Hic quum in scamno sederet, rapâsque in foco torreret, & Samnitum Legati magnum auri pondus publicè missum obtulissent, invitarentque ut eo uti vellet: respondit, M. Curium malle imperare locupletibus, quàm locupletem fieri; & qui acie vinci non potuit, eum pecuniâ corrumpi non posse. Hic primùm de Samnitibus triumphavit, quos usque ad mare superum pacavit. Reversus, in contione ait: Tantum agri cepi, ut solitudo fuerit futura, nisi tantum hominum cepissem: Tantum hominum porrò cepi, ut fame essent perituri, nisi tantum agri cepissem. Deinde de Sabinis triumphavit: postremò de Lucanis, ovans urbem intravit: Pyrrhum regem Epirotarum Italia repulit. Quaterna dena agri jugera viritim populo divisit: sibique totidem constituit, dicens Neminem esse debere cui non tantum sufficeret. Hujus meminit Juven. *Satyr.* 11. De hujus viri continentia & villula, Plutarch. *in Catone Censore.*

Cūrmi, ex maceratis & coactis frugibus potus. Ulp. *l. si quis. ff. de tritic. vi. & vin. leg.* Igitur acetum, inquit, quod vini numero patersamilias habuit, & zythum, & curmi, & cætera, quæ pro hominum affectione atque numero vini habebuntur.

Cūro, as, vide *Cura.*

Curopalatæ dicti sunt præfecti prætorianorum, & aulæ Principis, & Comites aulicorum. Hinc Curopalatissa, uxor Curopalatæ.

‖ Curosopitorum, sive Curiosolitarum civitas, *Corneuaille*, vel *Cornouaille.* V. E. dicta Coriosopitensis Britanniæ Armoricæ, sub A. Turonensi ‖

Cūrŏtrŏphium, { ἐκτροφεῖον. Angl. *An house appointed for bringing up of children.*} Domus alendis pueris destinata: κύροτροφος enim puerum significat. Utitur Justinianus *in l.*19. *C. de sacros. Eccles.* Differt autem à βρεφοτροφίῳ, quòd in hoc infantes recentesque partus, aut exponi, aut parentibus egentibus nati alebantur: in illo pueri grandiusculi, qui nondum labore suo victum sibi parare poterant. Ex Hotomano. Imò id nominis non recensetur in textu, sed tantùm *Brephotrophium.*

‖ Curpator, levis armaturæ miles. L. g. b. ‖

Cūrro, is, cucurri, cursum: cujus composita quandoque geminant syllabam, quandoque non. { τρέχω. Gall. *Courir.* Ital. *Correre.* Germ. Lauffen. Hisp. *Correr.* Angl. *To runne.*} Virg. *lib.*4. *Æneid.*

*Decurrêre jugis, alii de parte patentes*
*Transmittunt cursu campos.*

Cato *contra Pisonem*: Video hac tempestate concurrisse omnes adversarios.

advertatios. Terent. *in Heaut.* Una illarum interea propere præcurrit. Occecurrit, pro Occurrit. Gell. *lib.7. cap.9.* Est autem currere, celeriter ire, gradum præcipitare, intenta celeritate viam quasi vorare. Cic. *ad Attic. lib.10.* Præterea villam meam Curio, jussitque mihi nuntiari mox se venturum: cucurrit ille oculus, ut ibi concionaretur. Sic Currere curſum, Cuttere ſpatium dicimus. Sumne infelix, qui non curro curriculò domum. Plaut. *Moſtell. ſc.1. a.1.* Quid illic homines ad me currunt obſecro? Idem *Men. ſc.6. a.5.* Nunquam ad prætorem æquè curſim curram. Idem *Pſend. ſc. 3. a. 1.* Ecquis curru pollinctorem accerſere? Idem *Aſin. ſc.2. a.5.*

*Sive opus eſt velis, minimam bene currit ad auram.*

Ovid. *Eleg.9. lib.1. Triſt.*

*Hæc mea per placidum cymba cucurrit aquor.*

Idem *Eleg.4. lib.3. Triſt.* Hiſtoria currere debet ac ſeiri (de ſtylo.) Quintil. ¶ Interdum accipiunt pro fluere, ῥεῖν. Vug.3. *Georg.*

*Concreſcunt ſubitæ currenti in flumine cruſtæ.*

Plin. *lib.11. cap.50.* Doliis etiam inunibus currit eadem, concavo, vel recto parietum ſpatio. (Vox.) Sic & Cicero, Currere orationem dixit 1. *de finibus.* ¶ Fruſtrà currit, εἰς κενὸν τρέχει: pro eo quod eſt, Fruſtrà laborat, ut eſt D. Paulus compluribus locis. Sumptum ab iis, qui in ſtadio curſu certant. Celebris eſt hic ſenarius, ἄλλος ἄλλοις κἀγὼ πρὸς τοῦτο τρέχω: id eſt, temerarius labore currit irrito. ¶ Huic ſimillimum eſt, Nec currimus, nec remigamus, ὅτι ῥοῦβδι, ὅτι ἐκπώματα.

Currens, participium. { רָץ *ratz.* τρέχων. Gall. *Qui court.* Ital. *Chi corre.* Germ. *Lauffend.* Hisp. *El que corre.* Angl. *That runneth.* } Dabo te ad piſtores, ut ibi cruciere currens. Plaut. *Aſin. ſc.4. a.3.* Unde Currentem incitare, ἐπὶ τρέχοντι ὀρούειν, proverbialiter dicimus, pro incitatum jam, & in rem aliquam incumbentem inſtantiùs hortari, vel impellere. Cic. *ad Attic.* Quod me hortaris, ut eos dies conſumam in Philoſophia explicanda, currentem tu quidem. Ducta eſt metaphora ab his qui curſu certant, quibus acclamatio ſolet addere velocitatem. Simile eſt, Currenti calcar addere. Plin. junior *in epiſt. quadam ad Pompeium Saturninum.* Flagrabas ut tibi aliquid ex meis ſcriptis mitterem, cum ego idipſum deſtinaſſem. Addidiſti ergo calcaria ſponte currenti. Translatione ſumpta ab equitibus, qui nonnunquam etiam ſponte currentibus equis, quò currant celerius, calcar addunt. Ira nobis calcar admovet, qui exſtimulat languentes: addit currentibus, qui cupiditatem ac ſtudium noſtrum auget acuitque.

Currîtur, imperson. Terent. *in prologo Heaut.* Si qua laborioſa eſt, ad me currîtur.

‖ Curſilis, ad currendum facilis. Cath. ‖

Curſo, as: Sæpe, vel multùm curro. { θωρήσσω. Gall. *Courir ſouvent ça & là.* Ital. *Corre ſpeſſo.* Germ. Dil vnd offt laufften/ laufften etwa laufft. Hisp. *Correr a menudo.* Angl. *To runne much often.* } Cic. *de Divinat.*

*Fuſcaque nonnunquam curſans per littora cornix.*

Idem *pro Roſc. Amer.* Poſtea homines curſare ultrò & citrò non deſiterunt. Idem *de ſenect.* Quum alii mulos ſcandant, alii per foros curſent. Ter. *in Heaut.* Trepidari ſentio, & curſari hoſtium, ſurſum.

Curſito, frequentativum. { θωρήσσω. Gall. *Courir çà & là.* Ital. *Correre quà & là.* Germ. Din vnd hår laufften. Hisp. *Correr à menudo.* Angl. *To runne vp and downe, hither and thither.* } Diomedes, Sunt & quædam iteratorum iterativa, quæ ſæpe in tres gradus deducunt, verba: quale eſt Video, deinde Viſo, & quod plus eſt, Viſito. Item Curro, deinde Curſo, & Curſito. Terent. *in Heaut.* Hodie mihi haud poteſtas data eſt, ira curſitando atque ambulando totum hunc conterivi diem. Idem *Eunuch.* Ne quis forte interruntius clàm à milite ad iſtam curſitet.

Curſûs, us, & Curſio, Currendi actum ſignificant: & tam de navigante & equitante, quàm pedibus ire facicnte poteſt intelligi. { מרוצה *meruſáh.* δρόμος. Gall. *Cours, courſe.* Ital. *Corſo, il correre.* Germ. Ein lauff. Hisp. *Carrida.* Angl. *A courſe, a running, a raſe.* } Plin. *lib.12. cap.19.* Hi recto curſu per ſinus impellunt. Cic. *ad Caſſ.* Sin oppreſſus ibi erit, omnis hominum curſus eſt ad vos. ¶ Curſus ſanguinis è naribus, i. ſanguinis fluor. Celſ. *lib.4. cap.2.* vel ſanguinis ex naribus curſus, ſic ut corpus frigeſcat. Idem de materia quæ purgatur alvi ductione, loquens *lib.4. cap.ult.* Ne in inferiores partes factus curſus pedes repleret. Idem *lib.6.* tenuis pituitæ curſus, i. ἰπφορὰ, vel κατὰ ῥέυματος ἰπφορὰ. Curſus pro modo vivendi. Plin. *in Paneg.* Tenes Cæſar hunc curſum, & probatur experimento, ſitne feracius, &c. Ubi ſecundo curſu vita procedit. Senec. *cap.6. de conſ. ad Marc.* Curſus & recurſus maris. Idem *de conſ. ad Helv. c.7.*

*Curva nec aſſueros egerunt flumina curſus.*

Tibul. *lib.4.*

——— *cæptos avertere curſus.*

Idem. Qui mihi in curſu obſtiterit, is vitæ obſtiterit ſuæ. Plaut. *Capt. ſc.1. a.4.*

——— *directo contendere curſu.*

Tibul. *lib.4.*

*Vix erat in curſu, vultum dubitaveris habebam.*

Ovid. *5. Faſt.*

*Spes erat in curſu.*

Idem *6. Faſt.* ¶ Curſus exhibitio, pro Rationum relatio, quaſi totius procurationis ac muneris ſui diſcurſus, ſive ἀναφορὰ edatur. Hotomanus.

Curſûrâ, æ, idem quod Curſus. { δρόμος. Angl. *A raſe, a running.* } Varr. Et qui alii ſunt idonei ad rem militarem, alii ad vectaturam, alii ad admiſſuram, alii ad curſuram. Ex curſura anhelitum ducere. Plaut. *Aſin. ſc.1. a.1.*

Curſôr, qui currit. { רָץ *ratz.* δρομεὺς. Gall. *Courreur, courſier.* Ital. *Corſore, corritore, ſaettiero, corriero.* Germ. Ein lauffer. Hisp. *El trotero, à correo, à corredor.* Angl. *A runner.* } Cic. 2. *Tuſc.* In ſtadio curſores exclamant quam maximè poſſunt. Plaut. *Merc.* Genua hunc curſorem deſerunt. ¶ Curſor item tabellarius dicitur, à celeritate eundi. Mart.

*Curſorem ſexti tibi Rufe remiſimus horæ.*

Curſôrîus, a, um: quod ad curſum pertinet: ut, Navis curſoria. { ὁρμητὸς. Gall. *Propre pour courir.* Ital. *Ciò che s'appartiene à curſo.* Germ. Das zu dem lauffgehört. Hisp. *Coſa ordenada para correr.* Angl. *Proper to runne.* } Sidonius, Typhim curſoriam aſcendi.

Curſim, adverb. Currendo, curſo. { δρομαίως. Gall. *En courant.* Ital. *Correndo.* Germ. Mit lauffen/ im lauff. Hisp. *De corrida y arrebatadamente, corriendo.* Angl. *By running.* } Plaut. *Pœnul.* Niſi ego illum jubeo quadrigis curſim ad carnificem rapi. Nunquam ad prætorem æquè curſim curram, ut emittat manu. Plaut. *Pſeud. ſc.3. a.1.* Cicer. 11. *Philipp.* Alter in Aſiam irruit curſim. Plin. *epiſt.49.* Super hanc liber legebatur, & quidem curſim.

Cûrrus, us: Vehiculum. { רכב *récheb*, מרכבה *merchabáh.* ἅρμα, ἁμάξα. Gall. *Char, chariot.* Ital. & Hisp. *Carro.* Germ. Ein wagen/ oder karch. Angl. *A cart or chariot.* } Dictum ab eo quòd vectes uterentur ad curſum. Virg.12. *Æneid.*

*Quadrijugo vehitur curru.*

Hoc nomine bigæ etiam & quadrigæ continentur. Unde etiam triumphantium quadrigæ, currus triumphales dicebantur. Ante currum agere hoſtes victos. Velleius.

*Ingredior curru lætos imitante triumphos,*

(i. equis albis. Ovid. 13. *Metam.* Currus eburnos. Idem *Eleg. 2. lib.4. Triſt.* Ante currum Perſem victum egit Paulus. Senec. 13. *de conſol. ad Marc.* Currum vacuum Paulî populus aſpexit (ob liberos amiſſos.) Idem *ibid.* Aſcendo in currum, ut hunc proteram. Plaut. *Men. ſc.2. a.3.* ¶ Per tranſlationem ponitur pro triumpho. Cicer. *ad Caton. lib.5.* Quin ego currum, aut quam lætitiam cum tua laudatione conferam? ¶ Currus bovem trahit, ἡ ἅμαξα τὸν βοῦν ἕλκει: de re quæ præpoſterè geritur. Quod Galli ſua lingua eleganter dicunt, *Mettre la charrue devant les bœufs.* Lucian. *in Tarpſione.* ¶ De curru delapſus. ἐκπεσὼν ἁμάξης. In hodiernum vulgò quoque durat adagium, in eum qui obſtinatus propoſiti, aliò ſe tranſfert, aut qui in ſententia labaſcit. Ariſtoph. *in Ranis.*

‖ Curraculus, aliquantulum currus, vel vilior. Cath. ‖

Cûrriculum, diminutivum. Breviſſimum vehiculi genus, quòd eo veteres ad curſum in ludis Circenſibus uterentur. { τὸ ἁμάξιον. Gall. *Petit char, ou chariot.* Ital. *Picciolo carro, carretta.* Germ. Ein kleins wagen oder karch/ welchen man braucht zu dem rennen/ ein rollwagelin. Hisp. *Carro pequeño.* Angl. *A litle cart or chariote.* } Plautus *Merc.* Quin pedes vos in curriculum conjiciris? Curt. *lib.8.* Aliorum turbati equi, in amnem præcipitavere curricula. Curriculo bijugi. Sueton. *in Calig. cap.19.*

*Curriculo gravis eſt facta ruina meo.*

Ovid. *Eleg.8. lib.3. Triſt.* ¶ Curriculum etiam ponitur pro curſu ipſo. { מרוצה *meruſáh.* δρόμος, δρομὰς. Gall. *Cours, courſe.* Ital. *Corſo.* Hisp. *Carrera pequeña.* Angl. *A courſe, a running.* } Cicer. *de legib.* Ludis publicis, quòd ſine curriculo, & ſine certatione corporum fit, popularem lætitiam in cantu & fidibus & tibiis moderatè, eam cum divûm honore jungunt. ¶ Curriculum vitæ. Cic. *pro Rabir.* Exiguum nobis vitæ curriculum natura circunſcripſit, immenſum gloriæ. ¶ Item, Curriculum ſignificat tempus. Virg. *lib.8.*

*Inde ubi prima quies, medio jam noctis abacta*
*Curriculo, expulerat ſomnum:* id eſt, medio tempore.

¶ Curriculum item locum, ſive intervallum ubi currunt, denotat, à carceribus ad calcem: Græci ἱππόδρομον appellant. } Gall. *La carriere, la lice, ou le lieu pour courir.* Ital. *Luogo da correre.* Germ. Ein außgeſteckter platz zu welchem man lauffe. Hisp. *La carrera ò lugar donde corren.* } Horat. 1. *Carm. Od.1.*

*Sunt quos curriculo pulverem Olympicum*
*Collegiſſe juvat.*

Cûrriculô, adverbium, pro Curſim. { δρομαίως, δρομάδην. Gall. *En courant, haſtivement.* Ital. *Correndo preſtamente, toſto, in fretta.* Germ. Im lauffen/ ſchnells/ eilends. Hisp. *De corrida, arrebatadamente.* Angl. *Spedelie, by running.* } Plaut. *Epid.* Nam ut apud portum te conſpexi, curriculò occœpi ſequi. Terentius *Heaut.* Curriculò percurrere. Tranſcurrete curriculò ad nos. Plaut. *Mil. ſc.6. a.2.* Sed ſúmne infelix qui non curro curriculò domum. Idem *Moſtell. ſc.1. a.1.* Ire curriculò, Gell. *cap.8. lib.17.*

‖ Currodêpinus, currus falcatus. Pancirol.

Currulus, equus tolutarius. Gloſſ. Apul. ‖

Cutopolis, urbs Cariæ. Steph.

Cûrrûca, parva avis, quæ alienos pullos pro ſuis educat. { ἰυγξ, ἰυγγὶς. Gall. *Un verdon, petit oiſeau qui nourrit les petits d'un autre, penſant que ce ſoient les ſiens.* Ital. *Vccello picciolo, che alleva gli altrui figlivoli penſando che ſiano ſuoi.* Germ. Ein vogelin das frembde junge für die ſeinen erzeht vnd auffzeuchet/ Erlich nennen es ein grosmuck. Hisp. *La ave que cria los hijos del cuchillo.* Angl. *A hedge ſparrow, or titling.* } Juven. *Satyr.6.*

*Tu tibi nunc curruca places, ſtrimumque labellis*
*Exſorbet.*

‖ Currucare, imitari curruca, alienam uxorem ſubagitare. Cath. vel potiùs alienam ſuppoſitam Sobolem educare tanquam propriam.

Curſola, *Cerzola*, inſula maris Adriatici, & V. E. in ea, ditionis Venetorum. ‖

Cûrsus, Curſim, Curſito, Curſor, Curſura, Curſo: vide *Curro.*

‖ Curteſus, benignus. L. g.b. ‖

Curtis, in veteribus formulis pro villa accipitur. Curtella, diminutivum, parva curtis.

Curtius, prænomine Marcus, adoleſcens Romanus nobilis fuit, qui ſe pro ſalute patriæ diis Manibus devovit. Nam quum terra in medio foro ingenti hiatu deſediſſet, reſponſúmque eſſet non coituram labem, niſi quiſpiam ex primæ ſpei adoleſcentibus ſeſe in hiatum dejeciſſet: Curtius acceptam à patria vitam, eidem impendere non dubitavit, conſcenſóque equo ſine mora ſe in ſpecum præcipitavit: unde etiam Curtius lacus nomen creditur ſervaſſe. ¶ Curtius prænomine Quintus, nobilis hiſtoricus fuit, qui Alexandri magni geſta memoriæ prodidit.

Curtius, fons inſigni aquæductu memorabilis, ut qui à quadrageſimo lapide in Urbem fuerit perductus, opere arcuato tantæ altitudinis, ut in omnes urbis montes facilè diſtribueretur. Vide Plin. *lib.36. cap.15.*

Curtus

Cūrtus, a, um: Brevis, parvus, mutilus. {קצר *katsár*, קצין *katsín*, גדוע *gadhúah*. κολοβὸς. Gall. *Court, petit.* Ital. *Corto, breve.* Germ. Kurtz/ gestützt. Hisp. *Cosa mellada, mengada, escaxa, ò corta.* Angl. *Short, little.*} Horatius,

——— *Nunc mihi curto*
*Ire licet mulo, vel si libet, usque Tarentum.*

Sic curtum calicem dixit Martialis, pro fracto: & Persius Curtam supellectilem, proexigua: & Cicero Curtam sententiam, hoc est, decurtatam. Celsus quoque *lib.7. cap.9.* in auribus, naribus, seu labris Curta appellat partium illarum deformitates, particula alicujus defectu provenientes.

Cūrto, as, diminuo. {קצר *katsár*. κολοβόω, ὁ. Gall. *Accourcir, appetisser, diminuer.* Ital. *Accorciare, diminuire.* Germ. Kürtzen/ kürtzer oder beschnitten machen. Hisp. *Mellar, ò mengoar, ò cortar.* Angl. *To shorten, to abbriage.*} Horat. 1. *Serm. sat.* 3.

*Quantulum enim summè curtabit quisque diernm*, &c.

A quo Decurto, κολοβόω.

Cūrvāmĕn, Curvatura, vide *Curvum*.

Cūrŭlis, e, adjectivum est à curru formatum, abjecto altero r, ut Ædilis curulis, dignitas curulis: & apud Horatium, Ebur curule, *lib.1. Epist.*

*Cui libet hic fasces dabit, eripitque curulis*
*Cui volet importunus ebur.*

Nam senatores qui curulem magistratum, hoc est, majorem honorem gerebant, honoris gratiâ in curiam vehi soliti erant curru, in quo sella erat eburnea, supra quam considerent. Gellius *lib.3. c.18.* ¶ Curulis etiam in fœminino genere accipitur pro ipsa sella: quia facilè potest intelligi ejus substantivum. Lucanus *lib.3.*

*Prætor adest, vatumque loco cessêre curules.*

Curulis sella quid, Gell. *cap.18. lib.3.* Eam sibi adferri jubet Ædilis, & ponit in limine, ne quis ingrederetur. Idem *cap.9. lib.6.* Curulis ædilitas unde dicta, aperit Plutarch. *in Mario.* Curulis sellæ laxatis compagibus. Suet. *in Aug. cap.43.* Curules triumphos tres egit (ad diserimen ovationis: paulò antè, bis ovans ingressus est urbem.) Idem *ibid. cap.22.* Pro Æde Jovis sella curuli præsidere, *ibid. cap.26.*

Cūrvŭs, a, um: Inflexus, tortus. {עקב *chaphúph*. עשת *naschaich*. ἀκαμπὴς, καμπύλος. Gall. *Courbé.* Ital. *Torto, piegato.* Germ. Krumb. Hisp. *Corvo, ò corcobado.* Angl. *Bowed, crooked.*} Virg. 1. *Georg.*

*Et curva rigidum falces conflantur in ensem.*

Tibul.

*Et properat celeri curva secuella pede.*

Virg. 9. *Æneid.*

——— *& falcatos curvet.*

A quo incurvum, valde curvum. Terent. *in Eunuch.* Incurvus, tremulus, labiis demissis. Donat. Incurvus, valde curvus. ἀγκύλος. Procurvus, idem Virg.

——— *neque illa procurvam*
*Expectant falcem.*

Recurvus, idem quod simplex curvus. Idem 7. *Æneid.*

——— *Cornúque recurvo*
*Tartaream intendit vocem.*

*Qualis & in curvum postes conflexerit orbem,*

Tibul. *lib.4.* Curva serinia domûm. Ovid. *Eleg.1. lib.1. Trist.*

Cūrvo, as, Flecto, vel curvum efficio. {עקב *chaphóph*, עשת *heschách*, הכריע *hichriah*. κυρτολίζω, κύρτωσις, κυρτῶ. Gall. *Courber, faire courbe & panché.* Ital. *Piegare, torcere.* Germ. Krümben / biegen. Hisp. *Encorvar ò corcobar à otro.* Angl. *To bowe or crooke.*} Virg. 2. *Georg.*

——— *Ityreos taxi curvantur in arcus.*

Lactant. *lib.* 2. Quia curvant cœleste animal ad veneranda terrena. Plin. *lib.16. cap.* 42. Et palmæ arbor invalida: in diversum enim curvatur. ¶ Hujus compositæ sunt, Accurvo, quod est juxta curvo. Colum. *lib.4.* Nam fragilis est ea parte materia, qua torta & accurvata, quum deponeretur, ceperat vitium. Recurvo, & Incurvo: vide suis locis.

Cūrvātus, participium. Flexus. {עקב *naschách*. κεκαμπυλωμένος, κυρτὸς, ἀδιάλυτος. Gall. *Courbé.* Ital. *Piegato, inarcato.* Germ. Gekrümbt/ gebogen. Hisp. *Corcobado.* Angl. *Made crooked or bowed.*} Stat. 5. *Sylv.*

*Et simulant fossas curvata cacumina somnos.*

Cūrvātio, verbale. Flexio. {κυρτωσις. Gall. *Courbement.* Ital. *Piegamento.* Germ. Ein krümbe. Hisp. *Encorvadura, corcoba.* Angl. *A crooking or bowing.*} Plin. *lib.* 17. *cap.* 23. In curvatione materiæ. Curvatio vitis. Colum. *lib.4. cap.*12.

Cūrvātūra, æ. Curvatio, flexio. {κυρτωσις. Gall. *Courbeure.* Ital. *Piegatura.* Germ. Krümbung/ biegung. Hisp. *Encorvadura, corcoba.* Angl. *A bowing, crooking.*} Plin. *lib.17. cap.19.* Ne curvatura fugiat. Ovid. 2. *Metam.*

——— *aurea summo*
*Curvatura rotæ.*

Cūrvāmĕn, Curvatio, sive curvitas. {κυρτωσις, κύλισις. Gall. *Courbement.* Ital. *Piegatura, arcatura.* Germ. Krümbe. Hisp. *Encorvadura ò corcoba.* Angl. *Crookedneſſe.*} Ovid. 2. *Metam.*

*Sectus in obliquum est lato curvamine limes.*

Gell. Sub alio atque alio cœli curvamine.

Cūrvēsco, Curvus fio. {κυρτόομαι. Angl. *To bowe down and waxe crooked.*} Hujus compositum est Incurvesco: quo usus est Cic. 3. *Tusc.* Ramos baccarum ubertate incurvescere.

Cūrvīpēs, qui curvos pedes habet, σκαμβόπους.

Cūrvifrōns, qui frontem curvatam habet, ut pecudes. Ennius apud Nonium.

*Tu curvifrontes pascere alimentis soles.*

Vetusti codices chirographi habent, *cervifrontes.*

Cotustus, magnus: fortè *crassus*, vel *Crassus.*

¶ Cuscum, *Cuzco.* V. E. Provinciæ Peruanæ, in India Occidentali, sub A. Limensi.

Custo, pro *Curio*, hoc vide.¶

Custo, custas, vide *Cudo.*

Cvspis, idis, fœm. genet. Acuta pars gladii, hastæ, clavi, & hujusmodi. {דרבן *darbán*. ἐκδρομὴ, αἰχμὴ. Gall. *Pointe, ou bout aigu & pointu.* Ital. *Punta.* Germ. Ein spitz an einem schwert/ spiesz/ nagel. Hisp. *Punta, ò agudeza de arma.* Angl. *The poynte of a weapon, or sharpe or acute head.*} Matt.

——— *Æthiopa cuspide fixit aprum.*

¶ Cuspis longa, pro veru. Idem *lib.14.*

*Spumeus in longa cuspide fumet aper.*

¶ Cuspides pro tubulis fictilibus. Varr. 1. *de re rust. c.8.* Inde enim aliquot colligatas libris demittunt in tubulos fictiles cum fundo pertuso, quos Cuspides appellant, quâ humor adventrem transire possit. ¶ Hinc componitur Tricuspis, adj. Ctivum, τριγλώχιν, quòd tres habeat cuspides, qualis fingitur esse Neptuni tridens. ¶ Per hastæ cuspidem currere, *di ἐξόπισθεν δρομεῖν*, dicebantur qui in re magnopere periculosa versarentur: ἐξόπισθεν enim hastam, sive hastæ cuspidem vocant.

Cuspido, as: Cuspidem rei alicui inducò. {חדד רמח *hiffé darbán*. ἐκδρομόω. Gall. *Emoller, ou faire pointe, aiguiser en pointe.* Ital. *Far la punta à qualche cosa.* Germ. Spitzen/ spitzig machen. Hisp. *Aguzar ò hazer punta.* Angl. *To make poynted or sharpe.*} Quo verbo usus est Plin. *lib.*11. Taurorum cornibus Barbari Septentrionales potant, utrisque binis capitis unius cornua implent: alii præfixa his pira cuspidant.

Cūspidātus, qui cuspidem habet. {*daidellé*. Gall. *Ayant une pointe, aiguisé en pointe.* Ital. *Puntuto.* Germ. Gespitzt. Hisp. *Cosa con punta.* Angl. *Poynted or sharpe like a poynte.*} Plin. *lib.18. cap.19.* Purget vomerem subinde stimulus cuspidatus rulla.

Cūspidātim, adverbium, idem est quod acutè, & ad similitudinem cuspidis. {κατ' ἀκωκὴν. Gall. *Par la pointe, par le fin bout.* Ital. *Acutamente, aguzzamente, in punta.* Germ. Eben spitz nach oder mit dem spitz. Hisp. *De punta, o con punta.* Angl. *Poynte wise.*} Plin. *lib.* 17. *cap.*14. Donec cuspidatim decrius deferendæ in trimam calamus.

¶ Cussilitem, pro ignavo dicebant antiqui. Fest. ubi Scal. Cussilites prius dictos puto Cossilites.¶

Cūstōs, odis, qui rem aliquam tuetur & curat. {שמר *schomér*. φύλαξ. Gall. *Garde, gardien.* Ital. *Custode, guardiano.* Germ. Ein hüter/ oder hütterin. Hisp. *Guardador.* Angl. *A keeper that keepeth any thing.*} Terent. *in Eunuch.* Numnam tu hic relictus es custos, ne quis fortè intérnuntiur etiam à milite ad istam custitet? Quis nisi custos carceris? Plaut. *Asin. sc.2. a.2.* Custodem mi illi miles tradidit, Idem *Mil. sc.3. a.6.* Jovis Juno (Argum) custodem addit. Idem *Aul. sc.4. a.3.* Custodem habeo. Idem *Capt. sc.3. a.2.* Cui (hero) custodem me addiderat herus major. *Ibid. sc.5. a.3.* Anus hic solet cubitare custos janitrix. Idem *Curc. sc.1. a.1.* Excusciate vestram custodem mihi (i. janitricem.) Idem *ibid.* Sic hoc decet, verbardari custodi cautè. Idem *Menech. sc.2 a.1.* ¶ Interdum etiam Custos significat prohibitorem, ut apud Virg. *de Priap.*

*Et custos furum atque avium.*

Ibi enim custos furum non dicitur, qui eos custodit, sed qui eos arcet. Unde custodem ostii, dicimus qui curat ne quis injussus ingrediatur. θυρωρὸς: Custos horti, qui prohibet aliquem in eum ingredi, vel damnum facere: κηπουρὸς. Vici cantos custodes meos. Plaut. *sc.4. a.3. vers. ult.* His discipulis primùs custodes dabo. Idem *Pseud. sc.2. a.3.* Tu eis custos additus. Idem *Mil. sc.3. a.2.* Et Concubinæ miles custodem addidit. Idem *Merc. sc.2. a.2.* Item, Custodem factis & dictis alicujus flagitare, i. (observatorem.) Suet. *in Tib. cap.* 13. Custos sacrorum, qui sacrum ministrat atque observat. ἱεροφύλαξ. Virg. 8. *Æneid.*

*At domus Herculei custos Pinaria sacri.*

Cic. *lib.2. Offic.* Malus enim custos est diuturnitatis metus, id est, malus servator diuturnitatis metus. ¶ Custos etiam dictus fuit in judicio, cui curæ erat accusatorem observare, ne à reo corrumperetur. Idem *in Divinatione in Vetrem.* Custodem, inquit, Tullio me apponite: Quid? mihi quàm multis custodibus opus erit, si te semel ad capsas meas admisero, qui non solùm ne quid enunties, sed etiam auferas, custodiendus sis. Et *paulò pòst.* Etenim fides mea custodem repudiat, id est, diligentia speculatorem reformidat. ¶ Custodes etiam in vitibus dicuntur novelli palmites, duarum, vel trium, non amplius gemmarum, qui alio nomine resecces, aut præsidiarii palmites vocantur. Plin. *lib.17. cap.*18. ¶ Custodes etiam dicebantur canes: & contrà.

Cūstōdio, is, ivi, rum. Servo, observo, asservo, tueor, privata custodia contineo. {שמר *schamár*. τηρέω, φυλάττω, σώζω. Gall. *Garder.* Ital. *Custodire, guardare.* Germ. Bewaren/ behüten/ behalten. Hisp. *Guardar.* Angl. *To keepe.*} Gell. *lib.* 1. Parsimonia apud veteres Romanos, & victus, atque cœnarum tenuitas, non domestica solùm observatione ac disciplina, sed publica quoque animadversione legum complurium sanctionibus custodita est. Cic. *Dolabella.* Fac ut diligentissimè ipsum mi Dolabella custodias. Custodire aliquem oculis. Velleius, Nunc te ipse custodi. Senec. *cap.8. de const. ad Marc.* Quid cessatis compedes amplecti crura, ut vos custodiam. Plaut. *Capt. sc.4. a.3.* Noctu nervo vinctus custoditur. *Ibid. sc.5. a.3.* Nusquam se magis custodit judex, i. cavet, ne fallatur. Quint. Custodio, pro Observo. Qu. Cic. *de petit. Consul.* Fac itaque ut se custoditi atque observari sciant. Cicer. *in Catilin.* Oculi & aures omnium te speculantur & custodiunt.

Cūstōdĭa, æ: Præsidium, vigilia, excubiæ. {משמרת *mischmáreth*, משמר *mischmár*. φυλακὴ. Gall. *Garde. le guet & garde qu'on fait sur ancuns.* Ital. *Guardia.* Germ. Ein hüt/ wache oder achtehabung. Hisp. *La guarda.* Angl. *A keeping or the watch.*} Horat. *lib.* 1. *Epist. ep.* 1.

——— *ut piger annus*
*Pupillis, quos dura premit custodia matrum.*

Celsus *lib.2. cap.*2. Qui ista nunquam tuæ custodiæ sui ruta habuit. In tuam custodiam me, & meas spectando. Plaut. *Mostl. sc.* 1. *a.* 2. Urbis custodiis præpositus Mecœnas. Velleius. In libera custodia.

Ita

Ita vinclis, custodiisque fumus circumcæsus / i. custodibus.) Plaut. *Capt. fr.* 1. *a.* 1. Inter Catenas custodias eos vidimus. Senec. *cap.* 11. *de Tranq.* Exisli de custodia (i. de morte.) Idem *cap.* 15. *de Tranq.* Unus è custodiarum agmine (i. reorum.) Idem *epist.* 78.

——— *custodia muri*

*Submovet infestos, clausique portа Getas.*

Ovid. *Eleg. ult. lib.* 3. *Trist.* Custodiarum seriem recognoscere. Suet. *in Calig. cap.* 27. Pauci in custodiam conjecti. Liv. 4. *d.* 4. Item pro præsidiis, & custodiis publicis: & custodias in ripis disponere, i. stationes, vel præsidia. Idem *lib.* 2. Custodias, stationesque equitum (vias obsidentium) vitare. Cæs. *lib.* 1. *bell. civ.* Item pro Satellitibus principis. Suet. *in Cæs. cap.* 86. Custodias Hispanorum cum gladiis sectantium se removit. ¶ Sæpe etiam positum invenitur pro ipso loco, in quo quis custoditur, hoc est, pro ipso carcere. } משמרת *mishmereth.* τὸ φυλακτήριον. Gall. *Le lieu où on est gardé & serré, comme une prison.* Ital. *Guardia, priggione.* Germ. Ein gefengnuss/ Das ort an welchem einer verhût wird. Hisp. *Carcel ò cepo, ò corma.* Angl. *A place to keep any thing in, as a prison.* } Col. *lib.* 1. Nam illa solemnia sunt omnibus circumspectis, ut ergastuli mancipia recognoscant, ut explorent diligenter vincta sint, an ipsæ sedes custodiæ satis tutæ munitæque sint. ¶ Quandoque etiam ponitur pro eo qui custodit. } φύλαξ. Gall. *La garde.* Ital. *Guardia, guardiano.* Germ. Hüter oder wechter. Hisp. *Guardador, la guarda.* Angl. *He that keepeth, the watheth.* } Tibullus.

*Sed pretium si grande ferax, custodia villa est.*

¶ Quandoque pro eo, qui custoditur. } אסיר *asir.* ὁ ὑπὸ φυλακῆς. Gall. *Celuy qui est gardé, prisonnier.* Ital. *Priggionero, guardato.* Germ. Ein verhâfteter/ oder gefangener. Hisp. *Guardado, prisionero.* } Suet. *in Domit.* Nec nisi secretò, atque solus pleráque custodias, receptis quidem in manu cæteris audiebat. Et *Digest. de custodia reorum*, scribitur, Ne quis receptam custodiam sine causa dimittat. *Et alibi.* Et si custodia se interfecerit, vel præcipitaverit, militis culpæ adscribitur. Senec. Quemadmodum eadem catena Sit custodiam & militem copulat. Servius: Nam ut hi, qui custodiuntur, custodia dicantur, usurpatum est, &c. ¶ Item, custodia idem significare videtur quod vincula: prior tamen vox non nisi publicam complectitur: posterior & publicam, & privatam, *l. vinculorum, de verbor. signif.* Magistratus autem ex qualibet levissima suspicione, eum quem nocentem arbitrabitur, in carcerem ducere potest. Bald. *in l. nullus, C. de exhib. reis.* ¶ Accipitur etiam custodia pro Carcere, *in l. ad commentariensem, C. de custod. reor.* quoniam in illum rei, non pœnæ causa, sed custodiendi mittuntur. Sed & custodia non rarò pro ipso in carcerem conjecto usurpatur, ut suprà dictum est.

¶ Custodiarij, qui à custodiis erant: Salmas. ‖

Cūstōdītē, adverbium. } σφυλακτικῶς. Gall. *Sagement, se donnant garde.* Ital. *Sagacamente, con guardia.* Germ. Behorsamlich. Hisp. *Con mucha guarda.* Angl. *Vvisely, and warelie.* } Plin. *Epist.* 11. Quàm studiosè, quàm intelligenter lectitabat! ut parcè, custoditéque ludebat.

Cūstōditum, quod cum custodia est. } σφυλακτικῶς. Angl. *That is keept and saved.* } Incustoditum, quod sine custodia est. ἀφυλάκτως. Martial.

*Incustoditis & apertis Lesbia semper*
*Limitibus pecces.*

Cūstōdĭtā, a veteribus custodia dicebatur. Festus.

Cutilia, agri Reatini lacus est, in quo sylvosa insula innatat, quæ nunquam die & nocte eodem permanet loco. Author Plin. *lib.* 2. *cap.* 95. & *lib.* 3. *cap.* 12.

Cŭtis, Pellis, sive Corium. } עור *hor. χρὼς, δέρμα.* Gall. *Peau.* Ital. *Corenna, pelle, cuoio.* Germ. Ein haut oder fäll. Hisp. *Cuero, ò pelleja soril.* Angl. *The skinne, tinne vinde.* } ‖ Græcis est venter cavus. Horatius,

*Invento curanda prius æque operata juventus.*

Plin. 11. *cap.* 38. Ergo cutis ipsa sensu caret, maximè in capite: ubicunque per se, ac sine carne est, vulnerata non coit, ut in buccis, cilióque. Plancus *ad Cic. lib.* 10. Sed non possum non exhorrescere, si quid intra cutem subest vulneris, quod priùs nocere potest, quàm sciri, curarique possit. Iuven. *Satyr.* 6.

*Tres rugæ subeant, & se cutis arida laxet.*

¶ Ad cutem usque radere, ξυρεῖν ἐπὶ κεφ, dicebatur qui nimium exactè videbatur agere cum aliquo. ¶ *Intus & in cute novus*, est modis omnibus cognitus. Persius. ¶ Cutis arboris: Plin. *lib.* 12. *cap.* 19. Casia tenui cute verius quàm cortice. ¶ Cutis uvæ & ceraſi. Idem *lib.* 15. *cap.* 28. Crusta teguntur glandes, cute uvæ. Item, Cutis sententiarum. Gell. *lib.* 18. *cap.* 4. Non primam tamen cutem ac sententiarum speciem, sed sanguinem quoque ipsum ac medullam verborum Salustij eruere. Et Quintil. Summam cutem alicujus effingere.

Cūticŭla, diminutivum. } δερμάτιον. Gall. *Petite peau.* Ital. *Pelle picciole.* Germ. Ein heutle oder fäll. Hisp. *Pequeño pellejo.* Angl. *A little or thinne skinne.* Iuven. *Satyr.* 11.

*Nostra bibas vernum contracta cuticula solem.*

Persius,

——— *& assidue curvata cuticula sole.*

Cūtĭcŭlārĭs, δερματικός: ut poti, id est, cuticularis meatus Plinio, invisibilia foramina Celso, caulæ Lucretio multis locis.

‖ Cutrucum, machinæ genus. L. g. b.

Curzos, claudus, mutilus. L. g. b. ‖

C Y

Cyalus, κύαλος, urbs Lydiæ à Jove condita: gentile Cyalius. Steph.

Cyāmĕa, κύαμος, gemma, quæ fracta, fabæ similitudinem præfert. Plin. *lib.* 37. *cap.* 11. Cyamea nigra est, sed fracta ex se fabæ similitudinem parit.

Cyāmŏs, κύαμος, herba est Ægypto peculiaris, latissimis foliis, quæ Colocasia dicitur, & Faba Alexandrina. Plin. *lib.* 21. *cap.* 15. In Ægypto nobilissima est colocasia, quam cyamon vocant aliqui. Vide plura in dictionibus *Colocasia*, & *Ciberium*.

Cyāmus, κύαμος, faba, genus legaminis, à cujus esu Pythagoram religiosissimè ferunt abstinuisse.

Cyānē, κυάνη. Nympha Sicula fuit, quæ in fontem sui nominis conversa fertur, cujus transformationem describit Ovid. *lib.* 5. *Metam.* Corripit autem hoc nomen tam penultimam, quam primam syllabam. Idem 9. *ibid.*

*Inter Sicelides Cyane pulcherrima nymphas.*

Et paulò post.

*Venit & ad Cyanen.*

Nimis fœdè itaque lapsi sunt, qui mediam indifferentem esse affirmant, freti corrupta Ovid. authoritate *lib.* 9. *Metam.* ubi sic legunt: *Cognita Cyane præstanti corpore nympha.* Ibi enim g mania lectio non habet *Cyane*, sed *Cyanen*, per quatuor syllabas. Neque ibi Poëta de Cyane Siciliæ nympha loquitur, sed de Cyane Mæandri fluminis filia, quæ à Milero compressa Caunum & Byblida genuit. ¶ Fuit præterea Cyane quædam puella Syracusana, quæ à patre in tenebris vim passa, eum postea ex anulo cognitum capillis ad aram perstrinxit, illumque primùm, deinde seipsam interfecit. Vide latiùs paulò post in dictione *Cyanippus*.

Cyānē, es, κυάνη, oppidum est Lyciæ, apud Plin. *lib.* 5. *cap.* 27. ¶ Est item Cyane fontis nomen in agro Syracusano, in quem poëtæ fabulantur ejusdem nominis nymphan fuisse commutatam, quum Plutoni Proserpinam rapienti obsistere conaretur. Hic Anapo mistus, juxta Ortygiam Insulam in mare illabitur. Ovid. 3. *de Ponto.*

*Quique suæ Cyanen misceat Anapus aquæ.*

Cyānĕæ, κυάνεαι, sive Cyaneæ, insulæ, seu magis scopuli sub Thracio Bosphoro modico spatio inter se distantes. } Germ. Zwo kleine Inſelen vnderhalb dem engen meerſchlund in Thracien/ ein Pauonare genannt. } Unde factus est locus Poëtarum fabulis, qui Cyaneas inter se concurrere et adiderunt, quòd ex adverso intrantibus geminæ cernebantur: nave verò paululum in alterum latus deflexa, una tantùm videbatur. Multa de his insulis mentio est apud Valer. *lib.* 4. *Argonaut.* à quo modò Cyaneæ, modò etiam Symplegades appellantur.

Cyānēē, κυανέη, per quatuor syllabas, Mæandri Phrygii fluminis filia fuisse fertur, quæ à Milete, compressa Caunum & Byblida genuit. Ovid. *lib.* 9. *Metam.*

*Hic tibi, dum fugio patriæ tua flumina ripas,*
*Filia Mæandri restat, gemenus eadem*
*Cognita Cyanee præstanti corpore nympha,*
*Byblida cum Cauno prolem est enixa gemellam.*

Producit autem hæc dictio primam syllabam & ultimam, duas autem medias corripit, ut conficiat choriambum: Cyane verò, pro Siciliæ nympha, tres tantùm habet syllabas, quarum ultima longa est, duæ priores corripiuntur, ut fit anapæstus. Quod idem admonêre visum est, quòd non paucos etiam nominis magni viros. ic in errorem videamus impegisse.

Cyanippus, κυάνιππος, Syracusanus fuit, qui quum Bacchi Orgia contemnisset, ab irato deo tanta perfusus est ebrietate, ut filiæ suæ in tenebris, quamvis reluctanti, vitium intulerit. Filia verò, cognito ex anulo, quem violatori detraxerat, parente, tunc quidem, ut potuit, dolorem dissimulavit: Postea autem in recti exporta pestilentia, quum ab Apolline remedium promitteret, si ab auctore flagitii pœnas sumerent, admonitibus omnibus quærendam esse tantum scelus, quod etiam superis curæ esset, auctoris morte expiari: conscia rerum Cyanee arreptum capillis patrem ad aram pertraxit, eóque primum mactato, sibi quoque manus intulit. Author Plut. *in Parallelis.*

Cyanos, κύανος. Fluvius est Colchidis, qui juxta Æam oppidum in Phasim influit. Author Plin. *lib.* 6. *cap.* 4.

Cyănŏs, κύανος, sive κύανον, authore Plin. *lib.* 37. *cap.* 9. Gemma est ex jaspidum genere, colore cæruleo. Unde quibusdam eadem esse creditur, quæ hodie à Gallis *une Turquoise*, ab Italis *Turchina* vocatur: à Germanis Ein türckiß: ab Hispanis *Turqueſa*. Alii hoc nomine Lasuli lapidem malunt significare, qui contusus in pulverem præstantissimum pictoribus cærulei coloris genus exprimit. Quorum opinio ideircò mihi verisimilior videtur, quòd Plinius loco jam citato prodiderit, cyanum sæpe aureo pulviseulo intermicare, quod in lasulilapide frequenter usuvenit, & qui ferè in aurifodinis invenitur: in ea verò gemma, quam vulgus *Turchinam* vocat, (nos Erasmum esse credimus) id nunquam compertum est.

Cyănĕus, adjectivum, idem significans quod cæruleus, quod scilicet cyani gemmæ colorem refert. } κυάνεος. Gall. *Turquin, de couleur perſe ou bleuë.* Ital. *Turchino.* Germ. Blaw wie ein türckiß. Hisp. *De color de turqueſa, turquesado.* Angl. *Brightblewe.* } Varro, Cyaneo penulâ amictus grassatur. Cyanos etiam flos est cærulei coloris in segetibus nascens, quem Galli, teste Ruellio, *Blaveolum* appellant. Plin. *lib.* 21. *cap.* 11. In Italia violis succedit rosa, huic intervenit lilium, rosam cyanus excipit, cyanum amaranthus.

Cyaxares, κυαξάρης, Phraortis regis Persarum & Medorum filius, cui successit in regno. Hic primus Asiæ populos in provincias distinxit, primúsque in suum quosque ordinem distribuit, hastatos, sagittarios, equites, quum priùs omnia promiscua essent atque implicita. Hic & cum Lydis signa contulit, & omnem trans Halym flumen Asiam sibi subiecit. Mortuus est quadragesimo imperii sui anno. Ejúsque filius Astyages in ejus locum suffectus est. Author Herod. *lib.* 1.

Cyarda, κύαρδα, urbs Cariæ, à Cyardo rege Carûm, Bargasi filio: ut author est Steph.

Cyăthŭs. } קס *saph.* κύαθος. Gall. *Vn petit vaiſſeau à boire, comme vn gobelet.* Ital. *Bichiero.* Germ. Ein becher. Hisp. *Vaſo pequeño para bever.* Angl. *A cuppe, a goblet.* } Calicis genus, à χέω, quod est fundere, dictum, mutatione litteræ aspiratæ in tenuem. Succedit autem in simpuli locum in conviviis, ut docet Varro. Plinius, Potui verò aqua pluvialis decocta, sed quæ per binos ternósve cyathos bibatur. Juvenal. *Satyr.* 5.

*Cardiaco nunquam cyathum rapiſſurus amicus.*

Nihil etiamdum harpagavit præter cyathum & cantherum. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 4. ¶ Inde translatus est ad mensuram, quorum duodecim sextarium complent. ¶ Ad cyathum stare, vel à cyathis esse, κυαθίζειν, dicebatur οἰνοχόος, qui potus mensuram Cyathis (id quod antiqui solebant)

solebant) metiebatur. Apuleius pocillatorem dixit, alii pincernam. Plin. *lib.* 22. scribit Cyathum per se pendere drachmas decem. Cyatho non emam, proverbialiter dictum à milite apud Plaut. *in Pœnulo*, ubi sic ait: Proh nebulæ, cujus ego cyatho septem noctes non emam. Loquitur de muliere fastidiosa, sed non perinde formosa: cyathum dixit pro minimo pretio miles, cui res erat cum cyathis. Cyathus minimum erat poculum, erater amplius. Erat etiam cyathus quoddam mensuræ genus, quo cibaria gallinis dari solebant. Colum. *lib.* 8. *cap.* 4. ¶ Cyathus etiam fluvii nomen est in Ætolia, ad Arsinoën, apud Polyb. ut notat Cæl. Rhodig. *antiq. lect. lib.* 15.

Cyāthisso, as: Potum subministro. { κυαθίζω. GALL. *Verser à boire dans un gobelet.* ITAL. *Porger da bere.* GERM. Auß einem becher zu trincken bietten/oder einschencken. HISP. *Dar à bever.* ANGL. *To power drink out in to a goblet.* } Plautus, Non scis quis ego sim, qui tibi sæpissimè cyathisso, apud nos quando potas.

Cybălē, ancilla fuit pauperis cujusdam Symili, cujus paupertatem describit Virg. *in Moreto.*

*Ernis interea Cybele quoque sedula panem.*

Cybassus, κύβασσος, urbs Cariæ, ubi Chassus, de qua suprà. Steph.

Cybea, genus navis onerariæ. Cic. 7. *Verr.* Navem vetò cybeam maximam, triremis instar, &c. tibi datam donatámque esse dico. *Paulò post*: Postremò tu tibi hoc nunquam criminosum, nunquam invidiosum fore putasti, celeberrimo loco palàm tibi ædificari onerariam navem in ea provincia, quam tu cum imperio obtinebas? *Ibid.* Reprimebat enim tibi & imperandi vim, & rogandi conatum præclara illa non pop. Rom. reddita bitemis, sed prætori donata cybea.

Cybēlē, es: (nam, ut docet Servius, anapæstus est in dictione Cybele) κυβέλη. Fuit uxor Saturni, ita dicta à Cybelo Phrygiæ monte, seu oppido, ubi ejus sacra primò sunt instituta. { GERM. Die frow Saturni ein mutter der Göttern. } Scribit Festus Cybelem à nonnullis ideo appellatam, quia ageret homines in furorem: quippe Græci κυβιστᾶν, in caput saltare dicunt, qua voce utitur etiam Homer. 16. *Iliad.* Sacerdotum autem Cybeles proprium erat caput rotare. Suidas scribit Rheam quoque vocari, & montanam esse deam: ideo vehi leonum jugo. Cynædi ei sacri sunt. Hæc primùm Ops & Terra dicta fuit, quòd sit dea tellutis, quæ & Vesta dicitur: propter quod curru vehi à poëtis fingitur, quia terra pendet in ære: & cotis sustineri, quia rotatur semper & volvitur mundus. Mater deûm, quia omnia gignit. ¶ Diodorus *lib.* 4. *cap.* 5. cui assentitur Eusebius *de præparatione Evang.* ideò Cybelem matrem omnium dictam tradit, quòd cùm esset medicinæ perita, puerorum morbis remedia adinvenit, quamobrem & Orpheus de ea sic ait, μήτηρ θεῶν τε πάντων ἠδὲ βροτῶν ἀνθρώπων. Et mater Phrygia, à monte Phrygiæ, quem plurali numero Dindyma vocant. In eo sacra sibi per Corybantes instituit, à quo Dindyme, & Dindymene à nonnullis vocatur. Item Berecyntia, à monte Phrygiæ, qui βερεκυντιακὸς appellatur. Et Pales, quòd sit pabulorum dea: Rhea, ῥοὴ ἡ ῥύσις, fluo, quòd terra affluens sit omnium rerum. Idæa & Phrygia, & Pessinuntia à Pessinunte Phrygiæ emporio. Claudian.

*Turrigeramque petit Cybelem.*

Martial.

*Et Cybeles pileo flat Corybante tholus.*

Ex Apulei sententia eadem erat dea Cybele, Bellona, & Isis. Cybele locus Phrygiæ. unde Dea dicta. Ovid 4. *Fast.*

*Inter, ait, viridem Cybelen, altásque Celænas.*

¶ Quandoque tamen metri gratiâ scribitur per duplex l l, & fit Cybelle: ut sit Bacchius pes, ex prima brevi, & duabus longis. Propertius.

*Vertice turrigero juxta dea magna Cybelle.*

Lucan. *lib.* 1.

*Et totam parvo revocant Almone Cybellen.*

Cybelea, κυβέλεια, urbs Ioniæ, Steph. Herod. Cybelen, κυβέλλα, Phœniciæ civitatem esse scribit. Est & Cybella, κύβελλα, Phrygiæ, & Cybellon, κύβελλον, templum, à quo Rhea Cybele dicitur: & κυβελλίτης πρὸς κυβέλλης. Steph.

Cybelus, mons Phrygiæ.

Cybelea, κυβέλεια, urbs Ioniæ, teste Steph.

Cybeleia, pro Cybele. Ovid. 4. *Fast.*

Cybira, κύβιρα, oppidum est Lycaoniæ, non procul à Meandro fluvio. Cic. 5. *in Verr.* Hosce opinor Cybiræ, quum in suspicionem venissent civibus, fanum expilasse Apollinis. Et *paulò post*, Cybiram cum inanibus syngraphis venerat.

Cybiates, vel Cybirata, nomen gentile. Cic. 5. *in Verr.* Eò quum venio Prætor quiescebat, fratres illi Cybiratæ inambulabant.

Cybiraticus, a, um: possessivum. Cic. 6. *in Verr.* Immittebantur illicò Cybiratici illi canes, qui investigabant ac persectabantur omnia. ¶ Sunt qui scribant *Cibyraticus*, transpositis vocalibus.

‖ Cybista, sive Cybistra, orum, primùm A. postea M. sub P. Constantinopolitano. ‖

Cybistētes, κυβιστῆται, Urinatores dici putant, qui aquarum gurgites subeunt. { ANGL. *Deuckers.* } Quo nomine saltatores quidam appellati sunt, qui in caput convolvi manibus pedibúsque adductis dicerant, à cubo, id est, tessera, verbo deducto, qui quum in alveolum jacitur, hoc modo convolvitur. Unde,

Cybistēmă, neutri generis, illud genus saltationis & exercitii dictum, à Luciano *in cap. de gymnasio.* Bud. *in Annot.*

Cybium κύβιον, piscis genus, quod ita scissum est, ut medium æquè pateat in omnes partes, ad similitudinem tesseratum. Plin. *lib.* 32.

*Cybium est concisa pelami.*

Martial. *lib.* 13.

*Divisis cybium lacebat ovis.*

Idem *lib.* 11.

*Et caudam cybii, brevésque Manus.*

Et paulò post.

*Et duo frusta rogat cybii, temulenve Lacerta.*

¶ Cybium scribit Bud. etiam appellari illud vas à Græcis quod Latini quadrantal appellabant. Dictum ea ratione, quæ superiùs posita est in Cybio pisce.

Cybus, κύβος. Urbs Ionum in Libya Phœnicum: vide Stephanum. Inde Cybites. Stephanus.

Cyceon, mixta est & confusa liquorum potio.

Cychramus, sive Cynchramus, κίγχραμος, vel κίχραμος Aristotelis *hist. lib.* 8. *cap.* 12. alii legunt κιγκρέμος, apud Hesychium κιγκρίμος. Gallis *Trachet.* Est enim ejus speciei avis, quæ discedentibus coturnicibus ducem se præbet, ut Glottis, Ortygometra, & Otis. Plin. *lib.* 8. *cap.* 25. *de Coturnicibus.* Semper hinc remeantes comitatum sollicitant, abeúnteque unà persuasæ Glottis, & Otis, & Cychramus. Cychramus perseverantior festinat etiam pervenire ad expetitas sibi terras. Itaque noctu is eas excitat, admonétque itineris.

Cycneus, κυκνεύς, Neptuni & Salaminis filius, qui ob morum asperitatem ὄφις, hoc est serpens, cognominatus est. Hunc. Eurylochus, quum insulam vastaret, expulit. Suscepit autem eum Ceres in Eleusine, suúmque fecit sacerdotem. Ab hujus etiam nomine Salamis insula aliquandiu Cycnea appellata est. Vide Steph.

Cyclădes, κυκλάδες. Insulæ sunt maris Ægæi, teste Strab. *lib.* 10. circa Delum in orbem sitæ: unde & nomen acceperunt. Ovid. 11. *Trist.*

——— *Cycladas Ægæas obstupuisse reor.*

Alii dicunt vocari Cyclades, non quia in rotunditatem sitæ sunt, sed quòd longo ordine eas circuire necesse sit propter promontoria. Unde & Virg. dixit 3. *Æneid.*

——— *sparsasque per æquor Cycladas.*

Sunt autem numero quinquaginta tres. Advertendum obiter & notem esse veteribus authoribus, ut quæ sint Sporades, Cyclades etiam vocent, contráque, Hermolao teste. Cycladarum meminit Plin. earúmque nomina persequitur *cap.* 12. *lib.* 4. & item Pomp. *lib.* 2. Varro *lib.* 10.

Cyclaminus, fœm. gen. & cyclaminum neutrius, { κυκλάμινος. GALL. *Pain de porceau.* ITAL. *Pan porcino, ciclamino.* GERM. Erdtschweb. HISP. *Pan de puerco.* } Herba est, quam nostræ ætatis rustici *panem porcinum* vocant, quòd ejus pabulum porcis in primis jucundum esse, bubulci experiuntur. De hac Plin. *lib.* 22. *cap.* 9. In vepribus, inquit, nascitur cyclaminum, de quo plura aliàs. Flos ejus colossinus in coronas admittitur.

Cyclăs, adis. { מחול *mahatsphóh.* κυκλὰς. ANGL. *A kirtle.* } Vestis fœminea rotunda. Nam Græci, κύκλος, circulum, & κυκλάω, circumdo dicunt. Juvenal. *Satyr.* 6.

*Ha! sumne, qua tenui sudant in cyclade.*

Propert.

——— *& cyclade longa Verrit humum.*

Videtur autem esse vestis tenuissima, explicatilis & speciosa, qualem solent hodie Romanæ, Florentinæ, ac Senenses mulieres in Italia gestare.

Cyclădātus: Cyclade veste indutus. Suet. *in Calig. cap.* 52. Armillatus in publicum processit, aliquando sericatus, cycladatus.

Cycli, κύκλοι, quasi circuli: Loca erant Athenis, ubi mancipia vænibant. { GERM. Lauffhewsser zu Athen in welchen man eigene leut feil hat. } Id autem nomen est tractum à circulari circumsistentia vendendorum. Cyclus enim rotundum significat. Quare Menander ait, Itaque ego mihi videor per deos immortales videre me ipsum indutum currere circum, ac vænire.

‖ Cyclicus scriptor, qui κύκλον scribit, poëma quod prolixo ordine ac recto tractu totam rem exequitur: κύκλος dicitur à Græcis, id est, orbis. Scal. castig. in Catull. ‖

Cyclobonus, fluvius quidam Atticæ, ingenti strepitu defluens. Unde proverbium. Cyclobori vox, κυκλοβόρου φωνή, de clamosis & vehementer obstreperis dicebatur, aut quibus vox esset vitiosa, rauchque.

Cyclōpēs, κύκλωπες, Gygantes, seu populi antiquissimi in Sicilia juxta Ætnam, uno oculo in fronte, qui omnium primi æris fabricam inveniisse traduntur. { GERM. Eindugige Rysen bey dem berg Aetna in Sicilia so das (chmidrent? sollen erfunden haben. } Hinc factus est locus fabulæ, ut Vulcani ministri dicantur, & Jovi fulmina fabricare. Inter eos præcipuè celebrantur à poëtis Brontes, Steropes, & Pyracmon. Virg. *lib.* 8. *Æneid.*

*Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro,*
*Brontésque, Steropésque, & nudum membra Pyracmon,* &c.

Dicti autem putantur Cyclopes, ab eo quòd oculum unum orbiculatem in fronte haberent: κύκλος enim circulum significat, ὤψ lumen, sive oculum. ¶ Cyclopis donum, κύκλωπος δῶρον, pro eo quod est, munus inutile. Lucianus *eo vocabulo.*

Cyclōpēus, adjectivum, κυκλώπειος, ut tela Cyclopea, id est, fulmina. Claudian. *lib.* 1. *de rapt. Proserp.* ¶ Cyclopea vita, κυκλώπειος βίος, pro vita vehementer effera ac barbara, quæ neque legibus, neque disciplina civili constet, neque religione Deorum gubernetur.

Cycnus, vide *Cygnus.*

Cydas, κύδας, proptium viri Cretensis, de quo sic Cic. *Philip.* 5. scribit, Antesignanos, inquit, & manipulares & alaudas judices se constituisse dicebat: ille legit aleatores, legit exules, legit Græcos. O confessum judicum præclarum! ô dignitatem concilii admirandam! pavet animus apud concilium illud pro reo dicere, Cydam Cretensem, portentum insulæ, hominem audacissimum & perditissimum: sed fac ita non esse, num Latinè scit? num ex judicum genere & forma? num leges nostras moresve novit? num denique homines? est enim vobis Creta notior, quàm Roma Cydæ. Hæc Cicero.

Cydathenæum, κυδαθηναιεῖον. Vicus in Pandionide tribu, patria Democharis Comici. Steph.

Cydias, κυδίας. Pictor. Argonautas pinxit: quam tabulam CLXXV. talentis Hortensius orator mercatus est, eique ædem in Tusculano suo fecit: emicuit Olympiade CXIV. Plin. *lib.* 35.

Cydippē, κυδίππη. Puella quædam pomo decepta ab Acontio, ut superiùs traditum. Ovid.

*Littera Cydippen pomo prælata fefellit:*
*Insciaque est verbis capta puella suis.*

Est etiam nomen nymphæ apud Maronem *lib.* 4. *Georg.*

Cydna, κύδνα, olim dicta fuit Macedoniæ civitas, quæ postea corrupto nomine *Pydna* appellata est. Author Steph.

Cydnus, κύδνος, Ciliciæ fluvius, non spatio aquarum, sed liquore memorabilis

memorabilis: quippe leni tractu è fontibus labens puto solo excipitur, nec torrentes incurrunt. Hujus meminit Justin. *lib.* 11. Tibul. *lib.* 1.

*At te Cydne canam, tacitis qui lenitèr undis*
*Cæruleus placidis per vada serpis aquis.*

Solinus scribit amnem à candore, Syrorum linguâ nomen sortitum. Vitruv. *lib.* 8. *cap.* 3. Cydni aquas podagra laborantibus apprimè salubres esse, cruribus in eis mersis: de cujus rei experientia Cassii Parmensis poëtæ ad M. Antonium epistola extitit, ut Plin. *lib.* 15. advotavit. Constat Apollonium aliquando per epistolam Tarsenses fugillasse, quòd circa Cydni aquas otiantes, tanquam fluviatiles aves sederent, quietæ aquæ pulchritudine quasi ebrii facti, ut Philostratus scribit *lib.* 1. *de ejus vita.*

Cydnus, fluvius amœnus & saluber, ex Tauro monte oriens, ut inquit Strabo: Tarsum urbem dividit, à candido colore nomen habens: Syri enim quicquid candidum est, Cydnum vocant. Priscian.

*Flexilis & Cydnus dirimit qui flumine Tarsos.*

Cydonia, κυδωνία. Insula est ante Lesbon, dicente Plin. *lib.* 2. *cap.* 103. In Cydonia (inquit) ante Lesbon fons est calidus. Vere tantùm fluit.

Cydon, κύδων. Insigne Cretæ oppidum, à quo Cydonius, a, um: Ovid. 2. *Metam.*

——— (Cydonia) *fundebat spicula cornu.*

Virg. *Eclog.* 10.

*Ire libet Parthos torquere Cydonia cornu*
*Spicula.*

Malum Cydonium, quod Cato primus omnium *Coroneum* appellavit. Plin. *lib.* 15. *cap.* 11. His proxima amplitudine mala, quæ vocamus Coronea, & Græci Cydonia, ex Creta insula advecta. Serenus,

*Aut qua poma Cydon Cretæis misit ab oris.*

¶ Est item viri proprium apud Virg. 10. *Æneid.*

*Dum sequeris Clytium infelix nova gaudia Cydon.*

Quem in locum Servius annotavit nomen hoc, quum viri proprium est, priorem producere: eandémque corripere quando est gentile. Idem 12. *Æneid.*

*Parthus, sive Cydon telum immedicabile torsit.*

κυδωνία, Steph. urbs Cretæ, Apollonia priùs dicta, à Cydone Apollinis filio, & Achallidis filiæ Minois. Alia est Siciliæ, tertia Libyæ: civis, Cydoniates, Cydon, Cydonius. ¶ Fuit & Cydon Corinthius quispiam adeò insignis hospitalitate, ut etiam proverbio locum fecerit. Κύδωνος ἀεί τις ἐν οἴκῳ: id est, Semper aliquis in Cydonis domo.

Cydōnĕus, Cydonicus, & fœm. gen. Cydonis.

Cydonium appellat Palladius cibum ex cydoniis decoctis, & melle confectum: *Cotoneatum* vulgò dicunt. {Germ. Quitten mäs oder quitten latwergen.}

Cydones, dicuntur urbis hujus incolæ, sagittandi peritiâ insignes.

Cydræ, κύδραι, urbs Byrsarum in Thessalia, ut videtur, aliàs Cydriæ. Strab. *lib.* 7. Stephanus.

Cycnŭs, vel potiùs Cycnus. {κύκνος. Gall. *Cygne.* Ital. *Cygno.* Germ. Ein schwan. Hisp. *Cisne. aye.* Angl. *A swanne.*} Latinè olor, avis candida, ansere major, argutam vocem habens, præsertim imminente jam morte, tunc enim doloris magnitudine in querelam fertur erumpere, & sibi adhuc vivæ lugubre carmen canere. Cic. 1. *Tusc.* Itaque commemorantur cygni, qui non sine causa Apollini dicati sunt: sed quòd ab eo divinationem habere videantur, quæ prævidentes quid in morte boni sit, cum cantu & voluptate moriantur. Martial. *lib.* 13.

*Dulcia defessâ modulatur carmina linguâ*
*Cantator cygnus funeris ipse sui.*

Ranci cygni. Virg. 11. *Æneid.*

*Dant sonitum rauci per stagna loquacia cygni.*

Cygno pengnatum parte tremulum barbatum. Plaut. *Men. se.* 2. *a.* 1. Cygni periphrasis, *Caystrius ales.* Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 5. *Trist.* ¶ Turè canent cygni, quùm tacebunt graculi, τότε γὰρ κύκνοι ἆσονται ἐπὶ σφαγαῖς μαντικόν. Hoc est, tum loquentur eruditi, quum garrulis non erit loquendi locus. Aut, inter garrulos & obstreperos non est eruditis dicendi locus. Greg. *in Epist.* ¶ Fuit etiam Cygnus (ut poëtæ fabulantur) Ligurum dux, Phaethontis amator, qui post illius interitum diutino fletu in hanc alitem mutatus esse fertur. Hujus filium Cupavonem, Virg. *lib.* 10. dicit habere cygni pennas in galea ad formæ paternæ insigne monstrandum.

*Non ego te Ligurum ductor fortissime bello.*
*Transierim Cygne, & paucis comitate Cupavo,*
*Cujus olorina surgunt de vertice penna.*

¶ Fuit & Alius Cygnus Neptuni filius, omni ex parte invulnerabilis, cum quo Achilles Troiani belli tempore congressus, quum frustrà eum jaculis appetiisset, tandem reintellecta, humi eum prostravit, genibúsque collo innixus, animam eripuit: quúmque cadaver spoliare vellet, arma vacua invenit, Cygnúmque in avem sui nominis vidit commutatum. Vide Ovid. 13. *Metamorph.* ¶ Fuit insuper Cygnus filius Mercis. Hesiodus *in Aspide.*

Cygnēus, a, um, media producta. {κύκνειος. Angl. *Of à swanne.*} Ut vox cygnea, quæ est cygni. ¶ Cygnea cautio, κύκνειος φύλαξ. Convenit in eos qui suprema vitæ tempore facundè disserunt, aut extrema senecta suaviloquentiùs scribunt. Cic. *de Orat.* Illa tanquam cygnea fuit divini hominis vox & oratio, quam quasi exspectantes, post ejus interitum veniebamus in curiam, ut vestigium illud ipsum, in quo ille postremum instituisset, contueremur. ¶ Quandoque cygneus significat candidus. Ovid. *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.*

*Jam mea cygneas imitantur tempora plumas.*

Cylbiani montes, κύλβιανον ὄρος. Majores Phrygiæ colles sunt, ex quibus Cayster fluvius profluit. Author Plin. *lib.* 5. *cap.* 28.

Cylindrŭs, omne quod volubile est, qualis columna, teres. {גלגל חרוט eben hazzbileth. κύλινδρος. Gall. *Cylindre, qui est une pierre longue & ronde qu'on roulelt sur la terre pour l'applanir, ainsi à faire rouler.* Ital. *Pietra longa è ronda.* Germ. Ein walstein/ein langlechter stein allenthalben rund/als ein sul. Hisp. *Cosa redôda en largo.* Angl. *A long round stone to break cloddes called a roller.*} Columnata lapidea rotatilis, qua rei rusticæ scriptores aream æquari jubent. Virg. 2. *Georg.*

*Area tum primùm ingenti est æquanda cylindro.*

Cato *de re rust. cap.* 129. Aream ubi frumentum teratur, sic facies: confodiatur minuta terra, amurca benè conspergatur, ut cumbibas plurimùm: ubi bene communita terra fuerit, cylindro, aut paricula coxquato. Tractum nomen ἀπὸ τοῦ κυλίνδω, id est, à volvendo. Neque verò solùm de hoc rustico instrumento cylindrus dicitur, verùm etiam de omnibus rebus illis, quæ figuram habent absolutè teretem, ita ut facilè volvi possint. Cic. *de Fato.* Sed revertitur ad cylindrum & turbinem suum, quæ moveri incipere, nisi pulsa, non possunt. Id autem quam accidit suapte natura, quod supereat, & cylindrum volvi, & versari turbinem putat. De cylindri & Sphæræ proportione Plutarch. *in Marc.* ¶ In gemmarum quoque generibus cylindri dicuntur teretes, & columellæ formam imitantes, quos mulieres ex auribus solent suspendere. Juvenal. *Satyr.* 2.

——— *donant arcana cylindros.*

Plinius *lib.* 4. *cap.* 5. de beryllis loquens: Ideo cylindros quidam ex his facere malunt, quàm gemmas, quoniam est summa commendatio in longitudine. Ex quibus verbis colligitur, cylindros oblongos esse, gemmas verò quadratas, angulosas, aut rotundas. Solin. similiter scribit, Indicos reges gemmas in longissimos cylindros fingere consuevisse.

Cylindrācĕus, a, um, quod habet formam cylindri. {κυλινδροειδὴς. Gall. *Long & rond en façon d'une cylindre.* Ital. *Longo & rondo à foggia di cilindro.* Germ. Das also in die länge rund sich rund ist. Hisp. *Largo y rollizo en manera de cilindro.* Angl. *Long and round like roller.*} Plinius scribit, siliquas pisi, quod genus leguminis est, cylindraceas esse. Anaximander item dixit tetram esse formæ cylindraceæ.

Cylindrītēs, κυλινδρίτης. Lapis est oblongus & teres, ex genere pyritarum, colorem æris referens, ita dictus, quòd cylindri figuram habeat.

Cyllărŭs, κύλλαρος, nomen unius ex Centauris. Fuit etiam hoc nomine equus Pollucis, secundùm Virg. 3. *Georg.*

*Talis Amiclæi domitum Pollucis habenis*
*Cyllarum, & quorum Græii meminêre poëtæ.*

Atqui Castor equotum domitor fuit: sed fratrem pro fratre posuit, poëtica licentia: ut, *Quam illi Philomela dapes*, pro Progne. Item, *Revocato à sanguine Teucri*, pro Dardano. Hæc Servius.

Cyllebōrus, Sthenelæ filius, qui vigente bello Trojano cum Ægiale Diomedis uxore consuetudinem habuit. Servius.

Cyllēnē, κυλλήνη. Mons Arcadiæ, in quo Maia à Jove compressa, Mercurium peperit, ut author est Virg. *lib.* 8. *Æneid.*

*Vobis Mercurius pater est, quem candida Maia*
*Cyllenes gelido conceptum vertice fudit.*

¶ Hinc Cyllenis, idos, patronymicum.

Cyllēnĭus, & per duplex ll, κυλλήνιος, Mercurius dicitur. {Germ. Ein junger Mercurii.} sive quòd omnem rem sermone sine manibus conficiat, quibus partibus corporis qui carent, κυλλοὶ vocantur: sive quòd in Cyllenia via, aut certè à Cyllene Nympha fuerit educatus: sive quòd in Cyllene Arcadiæ monte fuerit genitus: quam opinionem ipse etiam Virgilius sequitur *lib.* 8. *Æneid.* cujus verba citavimus paulò antè in dictione Cyllene. Lucan. *lib.* 1.

——— *Matrique color Cyllenius hæret.*

*Est quoque per matrem Cyllenius altera nobis Addita nobilium*
Ovid 13. *Metam.*

¶ Cylli, qui carent manibus. Cerda *ad* 4. *Virg.*

Cyllo, nis, videtur idem significare quod mutilus, debilis, & cui crassa sunt genitalia: quod genus hominum etiam Græci, κύλλους vocant. Cic. *in Sallust.* Quicquid impudicorum, cyllonum, patricidarum, sacrilegorum debitorum fuit in urbe, municipiis, coloniis, Italia tota, &c.

Cylonius, a, um. Cylonium scelus, de quo Plutarch. *in Solon.*

Cyma, æ. {κῦμα. Gall. *La cyme ou le tendron des choux, ou telles herbes.* Ital. *Cima.* Germ. Ein feinlechtes zart stängelt an den haarwachs lenden kresten. Hisp. *Cima è el breton redrojo de la verça.* Angl. *The sweete and litle eyes of colewortes of suchlick hearbes.*} Teneriot delicatiórque, cum aliarum herbarum, tum præcipuè brassicæ cauliculus, qui in prima germinatione in summa stirpe provenit. Nam quum vernum tempus appetit, primo quoque foliorum pullulatu, præclusis adhuc florum calycibus, quidam quasi turiones in herbis enascuntur, in quibus floris primùm, mox & seminis fœtus concluditur. Plin. *lib.* 19. *cap.* 8. Cymas brassica à prima sectione præstat proximo vere. Hic est quidam ipsorum caulium delicatior teneriórque cauliculus, Apicii luxuria, & per eum Drusi Cæsari fastiditus, non sine castigatione Tiberii patris. Et deinde, Post cymam ex eadem brassica contingunt æstivi, autumnalésque cauliculi, mox hyberni, iterúmque cymæ nullo æquè genere multifero. Idem *lib.* 20. *cap.* 9. Ex omnibus brassicæ generibus suavissima est cyma, etsi inutilis habetur, difficilis in coquendo, & ventribus contraria. Quo in loco nonnulli perperam existimarunt, cymæ nomine à Plinio peculiare brassicæ quoddam genus intelligi. Neque enim hoc sentit Plinius, ex multis brassicæ generibus cæteris suavitate præstare illud, quod cymam vocant: sed hoc potiùs, in omnibus brassicæ generibus partem plantæ totius suavissimam esse cymam. Cels. Malli est succi brassica, magisque etiam cyma ejus. Colum. Major pars ejus brassicæ in cymam prosilit. ¶ Pro eodem etiam dicimus Cyma, cymatis. Idem *lib.* 10.

*Frigoribus caules, & veri cymata mittit.*

Cyma, κύμη, & y, more Latinorum in u, mutata, Cuma: oppidum est Æolidis, de quo vide paulò antè copiosiùs in dictione *Cuma.*

Cymātilis, ις, κυματίλις, vestis dicitur quæ undarum colorem refert, ab undis, & fluctibus dicta, quæ κύματα à Græcis nominantur. {Angl. *Dark blewe.*} Colorem hunc κυματοειδῆ designat Ovid. *lib.* 3. *de Arte.*

*Hinc undas imitatur: habet quoque nomen ab undis.*

Videtur itaque color hic cæruleus esse, aut certè cæruleo proximus. ¶ Sunt tamen qui cymatilem vestem esse putant, quâ nos undulatam vocamus, quòd undis quibusdam sit variegata. Si tamen Ovidii locum propiùs inspicias, facilè deprehendes eum, *loco jam citato*, de certo coloris genere sentire, qui & Thessalicus dicitur, non de texturæ variegatione, quæ crispitudine quadam undarum similitudinem referat

Cyma

¶ Cymatium. Vitruv. *lib.* 4. *cap.* 6. Cymatium faciendum est antepagmenti parte sexta. Hadr. Jun. Cymatium, unda, lysis, quòd ut sinuosa in modum undæ, nempe lima, tecta, aut inversa, quæ coronæ imponi solet, undamque imitatur in præceps ruituram. ¶

Cymosus, a, um. Adjectivum, κυματώδης. Colum. *lib.* 10.

*Quæ duri præbent cymosa stirpe Sabelli.*

Cymbă, genus navis piscatoriæ. { עכרי *Habarâh.* κεφαλώτον, πλοῖον. Gall. *Nacelle de pescheur, ou à pescher, un barc ou basteau.* Ital. *Barca.* Germ. Ein schiffin / rondling: Hisp. *Barca de pescador.* Angl. *A boate.* } Cic. 3. *Offic.* Oppidani à Pythio apparatum convivium, cymbarum ante hortulos multitudo, pro se quisque quod ceperat afferebat. ¶ Est item cymba, pistorum navicula, qua amnes, aut lacus trajiciuntur: unde etiam Poëtæ Charonti cymbam assignarunt. Virg. 6. *Æneid.*

——— *gemuit sub pondere cymba.*

Juvenalis.

*Atque una transire vadum tot millia cymbâ.*

Unde locus factus proverbio, Alterum pedem in cymba Charonthis habere, ἕτερον πόδα τὸ πλοῖον ἔχειν. De extremæ decrepitæque senectæ hominibus dicitur, qui etiam vulgò dicuntur alterum pedem in sepulchro habere, Lucianus *in Apologia.*

Cymbŭla, æ, diminut. { κύμβιον τὸ μικρὸν πλοιάριον. Gall. *Petite nacelle, ou esquif.* Ital. *Piccola navicella.* Germ. Ein klein schiffin. Hisp. *Pequeña barca.* Angl. *A litle boate.* } Plin. *in Epist.* Sæpe majores minoribus, velut cymbulæ onerariis adhærescunt.

Cymbălum. { נחלת *tsiltsal.* κύμβαλον. Gall. *Cymbale, ou cymbales.* Ital. *Cembalo.* Germ. Ein cymbel oder schalle. Hisp. *Pandero.* Angl. *A musick instrument, à cymbal.* } Instrumentum musicum, quod in sacris Matris deûm cum tympanis habebatur. Cymbalis adjuvare modulationem Rhetorum cantantium. Quinct. legendus & Martial. *epigr.* 204. *lib.* 14. Cicer. *in Pison.* Quos neque hercule ego, neque supercilium tuum, neque collegæ tui cymbala, ac crotalia fugi. Plin. major *in præfat. ad Imp. Vesp.* refert, Apionem Grammaticum à Tyberio Cymbalum mundi consuesse vocari, ob nominis, ut opinor, celebritatem: Quum publicæ, inquit, famæ tympanum potiùs videri posset. Is Apion aiebat, eos abse donari immortalitate, ad quos aliqua componebat. Huc Tybetius alludens, appellabat illum cymbalum mundi: quòd hominem honesta fama donaret, quæ per universum mundum amabiliter resonaret. Plinius autem ob arrogantiam, mavult illum appellari Tympanum publicæ famæ: quòd vanam daret potius quàm honestam famam. Nam resonat & tympanum, sed inamœno strepitu.

Cymbălissārĕ, cymbala quatere. { κυμβαλίζειν. Gall. *Iouër des cymbales.* Ital. *Giuocare con cembali.* Germ. Mit der schällen klingen. Hisp. *Tañer el pandero.* Angl. *To playe on the cymballes.* } Cassius *Hemina lib.* 4. Mulier cantabat tibiis Phrygiis, & altera cymbalissabat.

Cymbălistēs, { κυμβαλιστὴς. Gall. *Qui ioüe des cymbales.* Ital. *Chi giuoca de cembali.* Germ. Ein schällenklinger. Hisp. *El que tañe el pandero.* Angl. *A player on the cymballes.* } Qui pulsat cymbala: sicut tympanistæ, qui tympana pulsant. Apul. *de Deo Socratis*, Barbaro autem strepitu cymbalistarum, & tympanistarum, & choraularum.

Cymbium. { κύμβιον. Gall. *Vn certain Vaisseau à boire, une tasse ou façon de petite nacelle.* Ital. *Vase da bere à foggia di nave.* Germ. Ein trinckgeschirr in der form eines schiffins. Hisp. *Vn vaso para bever.* Angl. *A drinking piece holowlik a boate.* } Poculi genus est oblongum & angustum, teste Didymo, simile navigio quod κύμβιον vocant. Dionysius Samius, referente Athenæo, idem putat esse Cymbium, cum eo, quod Homerus κυμβίον vocat: ita dictum (ut quidam putant) quòd ex cissi, hoc est, hederæ ligno confici solerat.

Cymes, κῦμαι, vide *Sirenussæ*, apud Steph.

Cymindis, χαλκὶς, & κίμινδις Homero, κιμπὶς Callimacho, Cicerona Festo: avis nocturnâ (quæ voce πυκτίδα, qui nostris *Courbeau de nuict*, à Gaza exponitur apud Aristotelem) nocturnus accipiter Plinio (sed nocturnus accipiter est potiùs ὄβριν, sive νίβιν) Aristotelis, quem vocamus *Fauperdrieux*: & hic est Subeis Nigidii, voce quidem è Græco, sed corruptè scripta apud Plinium *lib.* 10. *cap.* 14. avis quæ aquilarum ova frangit, *Faulcon mentagnard.* Aristoteles *hist. lib.* 9. *cap.* 32. in hunc sensum: Chalcis ratò apparet, montes enim incolit, nigro colore est, magnitudine accipitris, quem palumbarium nominant, forma longa ac tenui. Iones Cymindem eam appellant, cujus Homerus etiam meminit in Iliade, cùm inquit, χαλκὶς κυκλάσσατο ἶφι, ἄνδρες δ' κίμινδες. Cæterùm Hesiodus. Aiunt autem nonnulli hanc avem eandem esse Peygi. Hæc interdiu quidem non apparet, quia non clarè cernit, sed noctu venatur more aquilæ. Pugnat verò etiam cum aquila adeò acriter, ut sæpius ambæ implexæ deferantur in terram, & vivæ à pastoribus capiantur. At Plin. confusè atque infideliter *lib.* 10. *cap.* 8. Nocturnus accipiter Cymindis vocatur, rarus etiam in sylvis, interdiu minus cernens. Bellum internecinum gerit cum aquila, cohærentésque sæpe prehenduntur.

Cymīnum, vel cuminum. { קמון *chammôn.* κύμινον. Gall. *Du commin.* Ital. *Cimino.* Germ. Kümmich. Hisp. *Comino.* Angl. *Cummin.* } Herbæ genus, cum semine ejusdem nominis, quod nos y, inu, vertentes, Cuminum dicimus. Ejus duo sunt genera: quæ vide supra in dictione *Cuminum.* ¶ Cymini sector, κυμινοπρίστης. homo avarus & sordidus dicitur, qui vel vilissimis ex rebus lucrum quærit, nimiáque parsimonia rem augere satagit. Tractum est adagium à Cymini seminis vilitate simul & exilitate. Meminit & Aristot. *lib. Moral.* 4.

Cymīnus. { κύμινος. Germ. Ein see in Hetruria so sein die Italiäger de Dicco nennen. } Hetruriæ lacus est, ad tertium millia passuum ab Urbe Viterbio, Cymino monti suppositus, qui vulgò *Monte de Viterbo* dicitur, ut Appianus ostendit. De hujus lacus origine talia refert Servius. Aliquando Herculem ad hos populos venisse: & quum à singulis provocaretur ad virium ostentationem, vectem ferreum, quo exercebatur, humi defixisse: quem quum nemo illorum posset evellere, Herculem tandem cum sustulisse, tantámque repentè aquæ vim erupisse, ut Cyminum effecerit lacum. Hæc Servius, illud Virgilii explicans. *Æneid.* 7.

*Hi Soractis habent arces Flaviniáque arva,*
*Et Cymini cum monte lacum, lucósque Capenæ.*

Cymŏdŏcē, vel Cymodoce, κυμοδόκη, Nympha marina, Nerei & Doridis filia, à placandis fluctibus ita dicta, teste Hesiodo *in Theog.* { Germ. Ein meergottin / die wellenstillerin. } Virg. *Æneid.* Cymodocea commovet inter eas, quæ ex navibus Æneæ in Nymphas marinas commutatæ fuerunt. Quarum (inquit) quæ facundi doctissima, Cymodocea.

Cymothoë, κυμοθόη. Nympha marina, Nerei, & Doridis filia, teste Hesiodo *in Theog.* ita dicta, quòd per fluctus discurrat. Virgil. 1. *Æneid.*

*Cymothoë, simul & Triton adnixus, acuto*
*Detrudunt naves scopulo.*

¶ Est item Cimothoë, fons notissimus Achaiæ propriè dictæ, inter Patras & Pheras urbes: cujus meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 5.

Cynæ, æ, arbor est in Arabia, folio palmæ simili, ex quo Arabes vestes sibi conficiunt. Author est Plin. *lib.* 12. *cap.* 11. ¶ Cyna etiam, ἡ κύνη, pilei genus fuit, quo Lacedæmonii uti solent. Vide Baylium *de re vestiaria.* ¶ ¶ Cyne, pro cœna. Salmas. ¶

Cynacantha, κυνάκανθα. Arbuscula, quæ acinos velut uvæ producit. Latini Cantham sentem, & Vulgò *Vuam ſpinoſam* nominant.

Cynætha, κυνάιθα, oppidum est Arcadiæ juxta Lepreon: ita dictum ab Æneæ socio vita functo, & ibi sepulto, ut placet Dionysio *lib.* 1. *Antiq.* Aut (ut Stephanus mavult) à Cynetho Lycaonis filio. Meminit hujus oppidi Plin. *lib.* 4. *cap.* 6.

Cynamolgus, avis est Arabiæ peculiaris, ex cinnami furculis nidum construens, quem deinde aceolæ plumbatis sagittis dejiciunt. Author Plin. *lib.* 10. *cap.* 33. Apud Ælianum hæc avis non Cynamolgus, sed Cinamomus appellatur: & ita nonnulli etiam apud Plin. legendum suspicantur.

Cynanchē. { κυνάγχη. Angl. *The quinſey, à diſeaſe in breathing.* } Morbi genus est, spirationis difficultatem & suffocationis periculum afferens. Latinè Angina appellatur. Propriè tamen cynanche dicitur, quum laryngis, hoc est, gutturis interiores musculi inflammantur. Nam quum exteriores ejusdem musculi inflammationem patiuntur, παρακυνάγχη appellatur. Est & ex anginarum genere Synanche per σ, in prima syllaba, συνάγχη, qui peculiaris est Pharyngis, sive faucium morbus, quum scilicet illarum musculi interni inflammantur, quemadmodum παρακυνάγχη, quum exteriores earundem musculi inflammatione fuerint correpti. Hippocrates tamen hæc omnia genera, Cynanches nomine complexus est.

¶ Cynanthemis. { Germ. *Hundsblume* } cotila fœtida, κυνὸς ἄνθος.

Cynara, vel cinara. Græcis κυνάρα· ἄνανθα, & κυνάρα ἄκανθα simpliciter κυνάρα, sine adjectione. { Germ. Welsche garten distel / Artischer. Gall. *Artichaud.* } Cæterùm *cynara* est à cane: quòd aspera sit planta, tanquam dentes canini. ¶

Cyne, κυνὴ. Urbs Lydiæ, gentile Cynei, vel Cynii. Steph.

Cynegĕtica, κυνηγέτικα. Dicuntur volumina de venatione conscripta. Nam κυνηγέτης, ὁ κυνηγέτης, Græcis dicitur Venator. Extat hoc nomine Xenophontis liber, & Gratiani cujusdam fragmentum. Flavius quoque Vopisc. refert Olympium Nemesianum scripsisse Cynegetica.

Cynegīrus, Athenensis civis fuit, cujus tanta in prælio navali adversùs Persas initio fuit pertinacia, ut navem hostium dextera injecta vi retinuerit, eáque amputata, injecerit & sinistram: quam & ipsam quum amisisset, morsicus navim arripuit. Refertur à Valerio Maximo, & à Justino Trogi abbreviatore. Tangit & Suetonius *in Cæsar. cap.* 68. commendans fortitudinem Acilii militis Cæsaris, his verbis: Acilius navali ad Massiliam prælio, injecta in puppem hostium dextra & abscisa, memorabile illud apud Græcos Cynegiri exemplum imitatus, transiluit in navem, umbone obvios agens.

Cynesii, κυνήσιοι: vide *Cynuricum.*

Cynetia, κυνήτια, urbs in Argo, vel Argolica. Steph.

Cynetos, vide *Cythos.*

Cynicē, es, fœm. gen. pro Cynicorum Philosophorum secta. Ausonius *in Epigr. Diogenis, sive Antisthenis:*

*Inventor primus Cynicès ego. Qua ratio isthaec*
*Alcides multò dicitur esse prior.*
*Alcida quondam fueram dextrove secundus:*
*Nunc ego sum Cynices primus, & ille deus.*

Cynici, κυνικοί, Philosophi quidam fuerunt sectatores Antisthenis, qui primus novum hoc philosophiæ genus introduxit: ita dicti, sive à Cynosarge gymnasio, in quo Antisthenes profitebatur: sive à canina mordacitate, quia in hominum vitas nullo discrimine invehebantur, aut (ut alii volunt) ab eo quòd canum more in propatulo coire non dubitarent: quemadmodum de Crate & Hipparchia tradit Laërtius. Ex hac secta fuit Diogenes ille Cynicus, qui aliquando interrogatus quare Canis appellaretur? Quia (inquit) dantibus abblandior, non dantibus allatro, malos autem mordeo. Cynici, Diogeneste, Philosophiam naturalem & rationalem tollebant, solúsque moralibus innitebantur. Repudiabant liberales artes, maximè Geometriam & Musicam. Placebat eis hominis finem esse secundùm virtutem vivere. Nobilitatem & divitias abjiciebant. Quare sectam hanc vitæ consentaneam non esse plures putaverunt. De his vide Cicer. *lib.* 1. *Offic.*

Cynips, cyniphis. { כנים *chinnim.* κυνῖπς. Gall. *Mouſche de chien.* Ital. *Moſca canina.* Germ. Ein hundts mucke / zerstegen / brämen die vihe ſtechē. Hisp. *Mosquito de los que pican, ò moſca muy chica y que pica ſutilmente.* Angl. *A dogge flie.* } Musca minutissima, longis cruribus, in capite habens rostrum, quo perforat cutem animalium. Nascitur ex humore, & juxta aquas abundat. Latini Muscam canicam vocant. ¶ Est etiam hoc nomine fluvius in Africa: à quo & regio eo nomine dicta est, in qua maximè sunt hirci. Hinc grex Cynophius, id est, grex hircorum: Cynophis pestis, hircina. Martialis *de Vdenibus:*

*Non hoc lana dedit, sed ulceris barba mariti*
*Cynophio poterit planta tuëre sinu.*

Cynal,

Cynna, κύννα, oppidum prope Heracleam Ponticam: ita dictum ab una Amazonum, vel à Cynno Gigante, fratre Cœli. ¶ Hinc fit gentile Cynnæus, κυννάιος. Steph.

Cynocephalèa, κυνοκεφάλεα. Herba est quæ ab Ægyptiis Osirites appellatur, divina prorsus, & ad omnia venena efficax. Hac herba Appion Grammaticus Homeri Manes se ab inferis evocasse gloriatus est, ad percontandum, qua patria, quibusque parentibus genitus esset: non tamen ausus est profiteri quid sibi respondisset. Hæc Plin. *lib.* 13. *cap.* 2.

Cynocephallon, {κυνοκέφαλλον Dioscoridi. GALL. *Vne certaine herbe qui ressemble une teste de chien.* ITAL. *Psillio.* GERM. *Hundtopff/ein krautt so sonsten Bruſtenhaupt genant.* HISP. *Zargatona, cabeça de perro.* ANGL. *An hearbe resembling or like, à dogges head.*} Herba est quam Græci notiore nomine ψύλλιον, nos Pulicarem appellamus. Nomen ei dedit figura floris, qui canini capitis similitudinem refert.

Cynocephali, κυνοκέφαλοι. Homines sunt, vel feræ in Æthiopia, canina habentes capita, cætera homini similes, violenti ad saltum, feroci morsu. August. *lib.* 5. *de civit. Dei.* Quid dicam de Cynocephalis, quorum canina capita, atque ipse latratus magis bestias, quàm homines confitentur? Plinius *lib.* 7. Gens quam Cynocephalos vocamus, lacte vivunt. Idem *lib.* 8. *cap.* 54. Efferatior Cynocephalis natura, sicut mitissima Satyris. Vide Gell. *lib.* 2. *cap.* 5.

Cynodontes, κυνόδοντες. Dentes qui à nostris Canini appellantur: ita dicti, quòd acuminati sint in formam dentium canis. Hos tradit Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. semel casu aliquo amissos nunquam renasci.

Cynoglossus, sive Cynoglossum. {κυνόγλωσσος Dioscoridi. GALL. *Herbe nommée langue de chien.* ITAL. *Lingua di cane.* GERM. *Hundszung / spitzen rodgericht.* HISP. *Viuiebla, lengua de perro.* ANG. *An hearbe called the dogges tonge.*} Herba est in locis sabulosis nascens, foliis latifoliæ plantagini similillimis, angustioribus tamen minoribusque, & lanuginosis, sine caule, humi strata. Latinis Lingua canina dicitur, diversa tamen ab ea quam Officinæ *Canis linguam* vocant. Plin. *lib.* 25. *cap.* 8. Jungitur & cynoglosso, caninas imitans linguas, copiosis operibus gratissima.

Cynomazon, κυνόμαζον. Herba est eadem cum chamæleonte nigro, quam & Cynozolon Plin. appellat. Dictum Cynomazon, quòd in offa, vel in pulte datum canes enecet.

Cynomorion, κυνόμοριον. Herba est, quæ alio nomine appellatur *Orobanche*, inimica erui, cæterisque leguminibus, cauliculum habens pinguem & rubentem, sine foliis. Nomen habet à similitudine genitalis canis, teste Plin. *lib.* 22. *cap.* 25. Hodie, teste Ruellio, à Gallis *Tenia* vocatur.

Cynomyia. {κυνόμυια. GALL. *Mouſche de chien.* ITAL. *Moſca canina.* GERM. *Ein hundsfürmen die von den thieren das blut sangt.* HISP. *Moſca di perro.* ANGL. *A horſe flee, or doggeflie.*} Musca canina, quæ sanguinem ab animalibus exsugit. Hæc præcipuè canum aures infestat, unde & nomen est sortita. Est & genus herbæ, quæ notioribus nominibus Psyllium & Pulicaris dicitur: de qua Plin. *lib.* 25. *cap.* 5.

Cynopolis, κυνόπολις. Oppidum est ad Occidentalem Nili ripam inter Oxyrinchum & Hermopolim, in quo Anubis colitur, canibúsque cibaria publica sunt assignata. Author Strab. *lib.* 17. Ab hoc oppido vicinus mons Cynopolites dicitur à Plin. *lib.* 5. *cap.* 9.

Cynorrhodon, κυνόρροδον. Rubentis lilii flos est, teste Plin. *lib.* 21. *cap.* 5. ita dictus quòd à cane rabido morsis medeatur, quasi Rosam Caninam dicas. Eadem & Rosa sylvestris appellatur, teste eodem Plin. *lib.* 15. *cap.* 2.

Cynos Cephale, κυνὸς κεφαλὴ. Collis Thessaliæ, parva regio Thebanorum, Pindari patria. Steph.

Cynosarges, κυνόσαργες, Gymnasium in Attica, sic dictum à cane albo qui sacrificante Diomo, rapta femora in hunc locum detulit. In hoc gymnasio Aristippus Cyrenaicæ sectæ princeps Philosophiam solebat profiteri. Author Laërtius in vita ejus. Hinc, Ad Cynosarges, εἰς κυνόσαργες, proverbiali convitio dicebatur, quemadmodum εἰς λυκαβηττὸν, & εἰς ὁλυμπιεῖον.

Cynosbaton, {κυνόσβατον, ξυλίνου κέρως, apud Athenæum. GALL. *Vn eſglantier.* ITAL. *Rouo canino.* GERM. *Hantbuten/ hanroſen.* HISP. *Zarza rasal, zarça perruna.*} Aliis Cynospaston: frutex est, teste Dioscoride, multò amplior rubo, foliis longè, quàm myrti latioribus, aculeis circa virgas robustis, flore albo, fructu oblongo, simili nucleis olivarum, sed rubicundo. Columella Sentem canis vocat. Sunt qui existimant fruticem eum esse, qui vulgò *Eglenterii* nomine cognitus est.

Cynosorchis, κυνὸς ὄρχις. Herba quæ & Orchis dicitur, foliis oleæ, mollibus, ternis, parvísque, semipedis longitudine in terra stratis, radice bulbosa, oblonga, duplici ordine; superiore, quæ durior est & infetiore, quæ mollior. Eduntur ut bulbi cocti, in vineis fortè inventi. Plin. *lib.* 27. *cap.* 8. Officinæ Græcam vocem ad verbum exprimentes, *Testiculum canis* appellant.

Cynossema, tis, κυνόσημα. Locus est Troadis ad Hellespontum, Hecubæ sepulchro nobilitatus: Latinè Canis tumulum interpretari possumus. {GERM. *Hunds grab.*} Fabulantur enim poëtæ, Hecubam, quum in Græciam adducerentur captiva post exitium patriæ, ac suorum, ibi dolotis impatientia in canem esse conversam, & deinde sepultam. Meminit hujus loci Plinius *lib.* 4. *cap.* 11. & Strab. *lib.* 13. ¶ Est item ejusdem nominis locus in Libya Marcotide, cujus meminere Stephanus, & Strab. *lib.* 17.

Cynosura, κυνόσουρα. Sydus Septentrionale, ex septem constans stellis, quod & Ursam minorem appellamus. {GERM. *Der klein bär / ist ein gestirn in Mitternacht bey himmels wirbel.*} Alio nomine etiam Phœnice appellatur, teste Higino, eo quòd à Phœnicibus inter navigandum potissimùm soleat observari; quemadmodum & Helice, hoc est, Ursa major, à Græcis nautis. Ovid. *de Trist.*

*Esse duas Arctos, quarum Cynosura notatur*
*Sidoniis: Helicen Graia carina notet.*

Cynozolon, κυνόζολον. Herba est eadem cum chamæleonte nigro, ita dicta, quòd odoris fœditate ticinos vermes in canum auribus enecet: alio nomine Ulophonum dicitur. Vide Plin. *lib.* 22. *c.* 18.

Cynthia, κυνθία, Diana dicta, à Cynthio monte in Delo insula; in quo nata cum Phœbo est, unde & Apollo Cynthius, & ipsa Delos Cynthia appellatur. Hic mons tantæ celsitudinis esse fertur, ut umbrâ suâ totius insulæ ambitum tegat. Propertius quoque amicam suam Cynthiam, ob pulchritudinem vocavit, quæ priùs Hostilia dicebatur.

Cynthus, κύνθος, Deli mons usque adeò editus, ut totam insulam dicatur obumbrare. In hoc monte Apollo & Diana nati traduntur; quorum alter Cynthius, altera Cynthia ab eo appellati sunt. Virg. *Æneid.*

*Qualis in Europa ripâ, aut per juga Cinthi*
*Exercet Diana choros.*

Lucan. *lib.* 1.

*Tertia jam gravido pluvialis Cynthia cornu.*

Vide *Cynthia*. Stephanus totam Delum, olim Cynthum dictam scribit, à Cyntho Oceani filio: quosdam verò male sentire, quod Zacynthus vocitata sit. Idem in Cyntho: Gentile, inquit, est Cynthius & Cynthiotes.

Cynticum, κυντικὸν, locus Iberiæ propè Oceanum: incolæ Cynetes & Cynesii. Steph.

Cynura, κυνοῦρα, urbs in Argo, vel Argolica, à Cynuro filio Persei: inde Cynurus, Cynuritis, & Cynuris fœm. gen. Steph.

Cynus, κυνὸς Stephano, Locrorum Epicnemediorum oppidum est: sive, ut quibusdam placet, navale, cujus meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 6. & Liv. *lib.* 8. *decad.* 3.

Cynnesus, κύννησος, Nili fluvii insula est, non procul à majori Delta, è regione oppidi, quod Cynopolis appellatur. Author Ptolem. *lib.* 4. *cap.* 5.

Cyon, κύον, urbs Cariæ, Cauebium antè dicta: gentile Cyrites. Steph.

Cyœtha, κυοῦθα, urbs Libyæ. Steph.

Cyparissias, κυπαρίσσιας. Tithymali species caulem emittens dodrantalem, ex quo germinant folia cupressi similitudine (unde & nomen accepit) teneriora tamen ac tenuiora. Author Plin. *lib.* 26. *cap.* 8.

Cyparissa, κυπάρισσα, oppidum est agri Messeniaci ad mare situm, à quo vicinus portus Cyparissus appellatur. Author Plin. *lib.* 4. *cap.* 5. Strab. *lib.* 8. Cyparissam vocat, Ptolemæus Cyparissas, plurali numero.

Cyparissea, κυπαρισσεία, urbs Triphyliæ, quæ vocabatur Eranna, inde Minerva Cyparissea, Steph. Qui Cyparissæam quoque Phocidis urbem, aliàs Eranam dictam meminit.

Cyparisseen, urbs Messeniæ: gentile Cyparisseenses. Homer. τοὶ δὲ κυπαρισσείην τε, καὶ ἀμφίκλειαν ἔναιον.

Cyparissus, κυπάρισσος. Fuit nomen pueri, Telephi filii, quem Apollo amavit, postea in sui nominis arborem conversi. ¶ Dicitur etiam per synæresin Cypressus: deinde conversione γ, in u, Cupressus. Est autem arbor procera, caudice oblongo & recto, folio pini, sed carnosiore mollioréque, neque ita pungente, fronde indecidua, odore vehementi. {GERM. *Cypreſſenbaum.*} Duo ejus sunt genera. Nam quæ sterilis est, fœmina dicitur, ad metæ formam in fastigio convoluta: unde & κωνοειδὴς peculiari epithero appellatur. Contrà, mas latiùs spargit ramos, conósque profert nuci pineæ non absimiles, licèt multò minores: mira inter arbores fœcunditate, quippe quæ ctiam fera est, fructúsque habet & Januario & Maio & Septembri maturos, nulli tamen rei utiles, imò potiùs noxios, quemadmodum & ipsa arbor, cujus etiam umbra noxia creditur. ¶ Dicta est autem Cyparissus (ut Didymo placet) ἀπὸ τῆς κυρίου κυρίου, hoc est, ab æqualiter pariendo, quòd æqualiter & ramos perdat & fructus. Fructus ejus, à figura, Coni appellantur. Unde & ipsa arbor perpetuo epithero Conifera appellatur. Virg.

*Aëria quærens, aut conifera cyparissos.*

Idem,

*Et teretem ab radice ferens Sylvane cupressum.*

Reliqua vide suprà in dictione *Cupressus*. ¶ Cyparissus fructus, ἀπὸ μείζονα μαρίας, de rebus dicta magnificis, cæterùm inutilibus.

Cypasis, κύπασις, urbs circa Hellespontum. Steph.

Cype, κύπη, castellum Siciliæ: gentile Cypeus. Steph.

Cyperus, {κύπειρος. GALL. *Vne eſpece de jonc appellée ſouchet, ayant les racines odoriferantes.* ITAL. *Cipero.* GERM. *Wilder galgan.* HISP. *Iuncia de olor, y juncia auellana.*} Junci genus est angulosum, juxta terram candidum, in cacumine nigrum & pingue. Ejus descriptionem vide apud Plin. *lib.* 21. *cap.* 18. Ruellius à Gallis juncos hujusmodi *Senchates* vocari tradit, & minutim contusos ad conciliationem odoris vestibus interponi. Legitur etiam in neutro genere *Cyperum*, apud Varr. *lib.* 2. *de re rust.*

Cyphi, κῦφι, Thymiamatis compositio est, dicata diis, quæ abundè Ægyptii sacerdotes utuntur. Constat (ut Plutarch. ait) ex melle, vino, uva passa, cypero, resina, seselli, aspalatho, myrrha, bitumine, junco, bryo, calamo, utroque junipero, cardamomo, lapatho. Rationem componendi vide apud Dioscor. *lib.* 1. *cap.* 24.

Cyphus, κύφος, urbs Perrhœbiæ, à Cypho Perrhœbi filio. Homerus, ἐκ δὲ τῶν κύφου ἔσαν ἀνὴρ ἐς ἄνδρα μάχεσθαι. Alia est Thessaliæ: cives Cyphæi. Est & fluvius Cyphus. Steph.

Cyprius, herba est folia habens ad iridis similitudinem macrocera, quæ à Latinis *Gladiolus* dicitur, radice bulbosa, & odore vicino nardo: ἐπίθετον. ¶ Est & per se Indica herba, quæ *Cyperis* vocatur, gingiberis effigie, commendatâ croci vim reddens. Vide Plin. *lib.* 12. *cap.* 12.

¶ Cyprianis, festum in memoriam S. Cypriani, & tempestas circa id veniens. L. g. b.¶

Cyprinus, {κύπρινος. ANGL. *A carpe.*} Piscis est ex genere chombrorum, cujus meminit Plin. *lib.* 32. *cap.* 11.

Cyprium, *Bonum* antiquos dixisse tradit Varro *libris de analog.* unde Cyprius vicus dictus est, quòd cùm Sabini locum insedissent, boni ominis causa Cyprium, h. e. *Bonum* nuncuparunt: cui postea propter Tullix inhumanum scelus, quæ nefando facinore carpentum supra defuncti patris corpus egerat, *Scelerati* indidere nomen.

Cyprium æs, vide *Cyprus*.

Cyprūs, {κύπρος. Germ. Ein insel in der meerschoß gryechen Celicia vnnd Syrien/ sonsten Cipre genant.} Insula in Pamphylio mari, in sinu maximo, qui & *Issicus* dicitur, inter Ciliciam & Syriam, dives & mitæ fertilitatis. Unde & *Macaria*, hoc est, beata olim vocata: maximè etiam luxui dedita, unde & Veneri sacra. Hor. *lib.* 1. *Carm.*

*Sic te diva potens Cypri.*

Ea quondam novem erat regionum sedes. Urbes illius præclaræ, Cythera, à qua Venus dicta est Cytherea: Paphos, Palæpaphos, & Salamina. Hæc inter majores nostri maris insulas locum sibi vendicat: a Septentrione, Ciliciæ opposita: à Meridie, Ægyptum spectat, ab Oriente Syriam, ab Occidente Pamphyliam. Attribuit insulæ trium millium quadringentorum ac viginti stadiorum, teste Strab. *lib.* 12. ¶ Cyprus etiam dicitur arbuscula, quæ à Latinis Ligustrum vocatur, semine arro, non absimili sambucino acino. Ejus flos in oleo decoquitur, sitque ex eo unguentum quod Cyprinum appellatur. Nascitur in multis locis, sed in Cypro insula odoris suavitate præstat: ideo Cyprus est appellata. {κύπρος. Gall. *Vn arbre en Egypte d'vne fleur fort blanche, que quelques vns appellent Troëne.* Ital. *Albero ligustro.* Germ. Zäein oder gemein beinbeerlin. Hisp. *El arbol de la alhena.* Angl. *A privet, a tree in Egypte sowed.*} Plin. *lib.* 12. *cap.* 14. Cyprus in Ægypto est arbor ziziphi foliis, semine coriandri, flore candido, odorato. Coquitur hoc in oleo, premiturque postea, quod Cyprinum vocatur. Optimum habetur è Canopica, in ripis Nili nata: secundum Ascalone Judææ: tertium Cypro insula odoris suavitate.

Cypriūs, a, um: unde tres partæ insulæ huic propinquæ, Cypriæ nominantur: & Venus Cypria, sive quòd in Cypro genita fuerit, sive quòd ei primùm in Cypro templum sit constitutum, & in hac insula honoribus divinis affecta sit. Cyprius bos, proverbialiter dicitur in brutum ac stolidum, propterea quòd Cyprii boves magis bruti ferantur, quippe qui stercore humano pascantur. Unde aliud proverbium, quod Festus citat ex Ennio, *Cyprio bovi mercendam.* Quod convenit quoties conviva sordidus & insipidus sordido atque insipido excipitur convivio. Festivius erit, si ad res animi deflectatur: ut si quis apud spurcos spurce loquatur, apud indoctos indoctè.

Cyprogēnĭs, γυναικείον. Vermis epitheton est, inde tractum quòd in Cypro insula nata dicatur. Utitur hac voce Hom. *in Hymn.*

Cyprus, insula inter alia nomina *Macaria* dicta: nam mitè fertilis est in sinu maximo, qui Issicus circa Ciliciam dicitur: ad ortum occasúmque Ciliciæ ac Syriæ objecta est, novem aliquando regnorum sedes, ut Plin. *lib.* 5. *cap.* 31. scribit: smaragdo, crystallo, ære Cyprio cognominato, adamante & alumine nobilis: quam aliquando annexam continenti fuisse, idem Author *lib.* 2. scribit. De hac vide Strab. *lib.* 12. & 14.

Cypsēlla, oppidum est Thraciæ, ut scribit Plin. *lib.* 4. *cap.* 12. Strab. *lib.* 7. Cypsellum nominat, κύψελον Steph. urbs Thraciæ prope Hebrum fluvium, item castellum in Arcadia Mantinensibus muris cinctum: gentile Cypselinus, aut Cypselenus.

Cypsĕli, {κύψελοι. Angl. *A martinet.*} Aves ex hirundinum genere, quæ & Apodes vocantur, διὰ τὰ κυψέλας, hoc est, ab alveari, eo quòd nidum specie alvearis ex luto fingant. Author Plin. *lib.* 10. *cap.* 39.

Cypsĕlus, κύψελος, Corynthiorum tyrannus, pater Periandri, ita dictus διὰ τὰ κυψέλας, hoc est, à cistula, sive alveo, sive (ut Valla ex Herodoto vertit) mensura frumentaria, sub qua occultatus fuit quum à Cotinthiis ad perniciem quæreretur. Vide Herod. *lib.* 5. & Plutarch. *in Symposio septem Sapientum.*

Cyprasĭa, Galatiæ urbs, Ptol. Vulgò *Caresso.*

Cyprauĭs, κυπραουὶς, insula juxta Gyzantes (sic enim lego apud Steph.) Africæ populos.

‖ Cyragra, pro chiragra. Salmas.‖

Cyrba, κύρβα, urbs Cariæ, vide *Hierapytna.*

Cyrbasa, κύρβασα, urbs Cariæ. Steph.

Cyrbe, κύρβη, urbs Pamphyliæ, gentile Cyrbeus. Steph.

Cyre, κύρε. Oxytonum, fons in Cyrenaica. Steph.

Cyrēnē, & Cyrenæ, arum. {קיר *kir.* κυρήνη, vulgò *Cerene.*} Insigne Libyæ oppidum, intet Mareotidem & Zeugitanam provinciam situm, unum ex iis quæ Pentapolim efficiunt, à Batto Theræo (quem Callimachus progenitorem suum fuisse tradit) conditum, & à Cyrene Penei amnis filia, quam Apollo adamatam in eam Libyæ partem transtulit, ita nominatum. ¶ Ab hac urbe totus ille Libyæ tractus, inter Africam propriè dictam, & Libyam Marmaricam, sive Mareotidem intermedius, uno nomine Cyrenæa, aut Cyrenaica regio appellatur. Hinc Cyrenaicus, a, um: ut, Regio Cyrenaica, & Philosophia Cyrenaica, quam Aristippus Socraticus Cyrenensis instituit. Hegesias philosophus (de quo Cicer. *lib.* 1. *Tuscul.*) & Eratosthenes historicus Agaclis filius, Cyrenæi fuerunt. Eadem & Pentapolitana Plin. dicitur à quinque præcipuis urbibus, quarum nomina sunt hæc, Berenice, Arsinoë, Ptolemais, Apollonia, & ipsa Cyrene. ¶ Ex hac urbe orti sunt Aristippus Socraticus, qui Cyrenaicam Philosophiam primus instituit: item filia hujus Areta, quæ patri in schola successit: item Aristippus cognomento μητροδίδακτος, superioris Aristippi nepos, & Aretæ filius: & præter hos Annicetis, qui Cyrenaicam sectam emendavit: item Callimachus poëta, & Eratosthenes Mathematicus, ambo ab Ægypti regibus in honore habiti. Quibus etiam à Strabone adduntur Carneades Academicus, & Cronus Apollonius. Dicitur etiam Cyrenites, & Cyrenias fœm. gen. ¶ Hanc regionem appellat Pentapolitanam à numero quinque urbium quibus maximè inclyta est, quarum hæc sunt nomina, Berenice, Arsinoë, Ptolemais, Apollonia, ipsáque Cyrene. Scribit Salust. Cyrenenses magnum ac diuturnum bellum gessisse cum Carthaginiensibus de finibus agrorum. ¶ Est & Cyrene nomen urbis in Cypro insula, quam Cyrus condidit, ex qua natum putant Simonem patrem Alexandri & Rufi, ut est apud Evangelistas. Aug. *lib. de Pastorib.* scribit Simonem Cyrenæum, qui angariatus est, ut Christi crucem tolleret, fuisse Aphrum, & hanc Cyrenem Africæ contiguam esse.

Cyrenæus, a, um, κυρηναῖος, Cyrenaicus, & Cyrenensis, adj. dicitur.

Cyrenaica, regio Africæ est: eam Strab. *lib. ult.* à Thereis Græcis conditam esse scribit, qui ex Laconica profecti, Theram insulam prius incolerent, hinc in continente Cyrenem ædificaverunt. Ex horum numero fuit Battus quidam, qui Cyrenes condendæ fuit author, quod alibi idem Strabo indicat. Item Battiadas Cyrenenses Silius nominat *lib.* 2.

*Nec non Cyrene Pelopei stirpe nepotis*
*Battiades parvos, fidei fimulavit in arma.*

Item Stat. *lib.* 2.

——— *& iniquo sole cadentes*
*Battiadæ.*

De Cyrene multa Strabonis consentanea Herodotus refert in Melpomene. Diodorus Siculus *lib.* 5. scribit ex quorundam sententia huic urbi nomen inditum à Cyrene Hypsei filia, quæ quum apud Peleum virgo educaretur, ejus forma captus raptam virginem in Libyam ad ea loca, in quibus postmodùm civitas condita est, asportavit. Ex ea filios suscepit quatuor, Aristæum, Nomium, Autœum, & Argum, alias Auctonum & Argeum. Eam regionem fertilissimam esse tradit Herodot. *in fin. lib.* 4.

Cyrenaici philosophi, ab Aristippo Cyrenæo, primo secta ejus authore nomen traxerunt, qui summum bonum corporis voluptate metiebantur. Cicer. *Tusc. quæst. lib.* 3. Atque ab Aristippo Cyrenaici Philosophi nominati, omne bonum in voluptate posuerunt, virtutémque censuerunt ob eam rem esse laudandam, quòd efficiens esset voluptatis. Horum secta postea ex simplici triplex est effecta, aliis se ab Hegesia, Hegesiacos: alios ab Anniceride, Annicerios: nonnullis etiam à Theodoreo Theodoreos nominantibus: quæ de re vide Diogenem Laërtium *in vita Aristippi.*

Cyres, ētis, κύρης, nomen urbis, ut Phrages, Mendes, Adrymes: gentile Cyrēsius. Steph.

Cyrillus, κυρίλλος, Diaconus fuit Heliopolitanus (est autem Heliopolis hæc civitas insignis ad Libanum montem sita) qui imperante Constantino plurima Ethnicorum idola contrivit. Cujus rei illi memores sub Juliano principe, vivo ventrem exsecuerunt, jecúrque inde exemptum degustaverunt, Author Suidas. ¶ Cyrillus item Alexandrinus præsul edidit variarum hypotheseon tractatus, & Homilias plurimas, quibus utuntur Græci: præterea adversùs Nestorium epistolas, quibus omnia occulta ejus venena retexit. Is vixit temporibus Juliani principis. ¶ Cyrillus præterea Hierosolymitanus præsul, sæpe pulsus ab Ecclesia & receptus: ad extremum sub Theodosio principe octo annos in sua sede perseveravit: extant ejus catecheses. Hæc Hieronymus.

Cyrīnus, κυρῖνος, Romanus, cum Basilide & Nabore sub Diocletiano passus, ac sepultus tertio ab urbe lapide. Ex Volater.

‖ Cyris, manibus. Salmas.‖

Cyrnea, genus vasis, alias etiam *hirnea*, & *irnea.*‖

Cyrnĭi, κύρνιοι, Indiæ populi vivacissimi, ut quos ad centesimum quadragesimum annum virum extendere proditum sit ab Isigono, referente Plin. *lib.* 7. *cap.* 2.

Cyrnus, κύρνος, vulgò *Corsega.* Insula est in mari Ligustico, quam Latini *Corsicam* dicunt, longa passuum centum quinquaginta millia, lata majore ex parte quinquaginta, circuitu trecentorum viginti duorum millium constans: a vadis distans Volaterranis sexaginta duobus millibus passuum. Cyrnus dicta à Cyrno rege, quum antea Terapne diceretur.

Cyrnia jactura, κυρνία ζημία, de magnis stipendiis & expilationibus dicebatur, ob Cyrni insulæ immanitatem latrociniorum, ac gentis feritatem. ¶ Cyrnia terra, κυρνία γῆ, dicebatur regio latrociniis infamis, cujusmodi ferunt olim fuisse Cyrnum. Gens hæc hodie malè audit apud Italos. Proverbium non ineptè detorquebitur in hominem alieni rapacem ac violentum. In collectaneis Zenobii per Aldum editis reperitur κυρνία ἄκμη, Cyrnia noxa, de qua *infrà.*

Cyrnēus, a, um. Virg. *Eclog.* 9.

*Sic tua Cyrnæo fugiant examina taxos.*

Cyrnea, æ, vasis vinarii genus, teste Nonio. {Angl. *A bolle a great piece to drincking.*} Plaut. *Amph.* Cadus erat vini, inde implevi cyrneam. ¶ Sunt qui Cyrneam scribant per i nostrum, ut μιγνὺς τὸ κυρνεῖν, hoc est, à miscendo dictum velint.

‖ Cyrographus, pro chirographus. Salmas.‖

Cyropolis, κυρόπολις, civitas in Asia, quæ etiam Cyrechara, κυρέχαρα, vocatur, ad finem Persidis: cives, Cyropolitæ, & Cyrecharenses. Steph.

Cyrthēā, urbs in Helicone, juxta Lysam. Lucanus,

*Sed mihi tam numen, nec si te pectore vates*
*Accipiam, Cyrrhæa velim secreta moventem*
*Sollicitare deum, Bacchúmque avertere Nysa.*

Cyrtheĭtica regio, à Cyrtho dicta est, ubi Cyrtheïtis dea colebatur, quam Minervam interpretantur Plin. & Ptol. Vide *Cyrrhus.*

Cyrtha, vide *Cirrha.*

Cyrthus, κύρθος. Steph. Syriæ oppidum, cujus incolæ Cyrthestæ, κυρθῆται. dicuntur, & Diana Cyrtheïtis, κυρθῖτις: & regio ipsa Cyrthestica, κυρθηνή: cujus meminit & Plin. *lib.* 5. *cap.* 23. ¶ Sunt item Cyrthestæ Macedoniæ populi, non procul à Pella Alexandri patria: quorum meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 10.

Cyrsĭlus, κυρσίλος, Athenensis fuit, qui quum videret impetum Persarum diutiùs sustineri non posse, civésque jam de relinquenda urbe, navibúsque conscendendis cogitare, civibus suis consilium dedit, utile quidem (ut ipsi tum videbatur) attamen non satis honestum, ut Xerxem potiùs reciperent, quàm patriam desererent. Quæ sententia usque adeò civibus displicuit, ut statim eam lapidibus obtuderint. Cic. 3. *Offic.*

Cyrtæa, κυρτεία, oppidum est ad mare rubrum, in quod Artaxerxes Megabyzum relegavit. Steph.

Cyrtones, urbs Bœotiæ, (κύρτωνες) gentile κυρτώνιος. A Cyrtone verò κυρτώνη, antiquo oppidulo, Cyrtonius fit. Est etiam κυρτωνία, urbs Italiæ: gentile Cyrtoninus.

Cyrtus, κύρτος, urbs Ægypti in mediterraneis, patria Dionysii medici: gentile κύρτιος, oxytonum: pro urbe enim barytonum est. Steph.

Cyrus, κῦρος, nomen duorum fluviorum, quorum unus Armeniæ & Hiberiæ

Hiberiæ fines interluit, & per Albaniam labitur. Oritur in monte Caucaſo. Alter juxta Palagardas per cavam Perſidem: à quo Cyro majori, qui juxta hunc amnem expoſitus fuit, nomen eſt inditum, teſte Strab. *lib.* 15.

**Cyrus.** {כורש *choréſch.* κῦρος.} Cambyſis filius ex Mandane Aſtyagis regis filia, & Perſarum Medorumque rex, qui primus (ut Juſtin. *lib.* 1. ſcribit) devicto Aſtyage ultimo Medorum rege, Medorum imperium tranſtulit in Perſas: & ſubacta Aſia, totum Orientem in poteſtatem redegit. Poſtremò quum bellum Scythis inuliſſet, eóque clade magna affeciſſet, Tomyris eo tempore Scytharum regina, compoſitis inſidiis, 200000. Perſarum cum ipſo rege trucidavit, ita ut neque nuntius tantæ cladis ſuperfuerit. Caput Cyri amputatum, in uterem humano ſanguine plenum conjectum fuit, cum hac exprobratione, Satia te ſanguine quem ſitiſti. Hic primùm *Agradates* dictus fuit: & poſtea *Cyrus*, ab ejuſdem nominis fluvio per cavam Perſidem fluente, juxta quem fuit expoſitus. Res ejus geſtas vide latiùs apud Xenoph. *in Pædia*, Herod. & Juſtin. *lib.* 1. Cyrus autem, Perſarum lingua, ſignificat canem. Plutarch. *Artax.* ¶ Fuit præterea ejuſdem nominis poëta quidam Theodoſii junioris temporibus ab Eudoxia Imperatoris uxore propter ingenii felicitatem ad ſummos honores evectus. Poſtremò præfut factus, in Corylco Phrygiæ Leone imperante diem obiit. Ex Suida.

**Cyte,** ſive Cuta, κύτη. Steph. Oppidum eſt Colchidis, Medeæ patriæ, teſte Steph. herbis veneficiis in primis famoſa.

**Cytæus,** a, um, adject. κυτάϊος. Unde virgo Cytæa, appellatur Medea à Valer. Flac. *lib.* 6.

**Cytæis,** idis κυταΐς. Propert. *lib.* 2.

*Non hic herba valet, non hic noctурna Cytæis.*

**Cytæum,** κύταιον, urbs Cretæ. Steph.

**Cyteorum,** Ptolemæo: Corticum, Plinio. Cappadociæ oppidum, hodie *Cerine.* Vide ne à Cytoro monte dicatur.

**Cyterium,** κυτήριον, urbs Œnotrorum mediterranea: gentile Cyterioteſ, vel Cyterinus. Steph.

**Cythĕrā,** orum, κύθηρα, τά, vulgò *Cerigo.* Inſula eſt contra Cretam, ut ſcribit Strabo, quinque millia à Malex promontorio diſtans, in quam ferunt Venerem primùm vectam concha marina: unde & Cytherea, κυθήρεια, dicta eſt. Virg. *lib.* 10.

*Eſt Paphos Idaliúmque tibi, ſunt alta Cythera.*

Idem,

*Parte moto Cytherea, manent immotа tuorum*
*Fata tibi.*

Degenerat tamen hoc derivativum à naturâ ſui primitivi, corripit enim ſecundam ſyllabam, quæ in primitivo producitur. Hanc inſulam Porphyruſſam vocat Ariſtoteles, Porphyrida Plinius, à purpurarum præſtantia. De ea enim *lib.* 4. *cap.* 12. ſic ſcribit: Cythera (inquit) cum oppido in Laconico ſinu, antea Porphyris appellata. Hæc ſita eſt à Malex promontorio v. M. paſſuum, anciſiti, propter anguſtias, ibi navium ambitu. Hæc Plin. Heſiod. *in Theogonia* tradit, Venerem ab oppido Cytheream cognominatam: Servius autem ab inſula cognominatam tradit.

**Cythĕrĭăcŭs,** a, um: nomen adjectivum poſſeſſivum, κυθηριακός: ut, Nectar Cytheriacum, quod pro ſuavitate Veneream ponitur.

**Cythĕrĭs,** κύθηρις. Nobiliſſima meretrix fuit libertа Volumnii, quæ eodem tempore floruit quo Origo & Arbuſcula meretrices. Hanc Cornelius Gallus poëta ſupra modum adamavit, quo tamen ſpreto, Antonium in Galliam ſequuta eſt. Hanc Virg. *Ecl.* 10. Gallum conſolans, commutato nomine *Lycoridem* vocat. Author Servius.

**Cytheroniades,** κυθηρωνιάδες, Muſæ dicuntur à ſaltu, cui Cytheron nomen eſt. Vide *Cytharon*, ſic enim ſcribendum.

**Cytheron,** mons eſt Bœotiæ, non longè à Thebis, Apollini & Muſis ſacer, à quo Cytherides dicuntur. In eo quoque Bacchi ſacra celebrabant. Virg.

——— *Noctúrnumque vocat clamore Cytharon.*

Hinc quoque Cythera & Cythereus, a, um: Vide ſuprà *Cytharon*, κυθαιρών, ſic enim ſcribendum eſt.

**Cytherus,** κύθηρος. Vicus in Pandionide tribu: inde Cytherius. Steph.

**Cythnos,** κύθνος. Steph. Inſula eſt ex Cycladibus, à Cythno primo habitatore ſic appellata. Alio nomine *Ophiuſa*, ac *Dryopis*. Ex hac inſula Timantes pictor eſt, qui ab ea *Cythnius* dicitur. ¶ Cythniæ, ſive Cythniæ calamitates, κυθνίδες συμφοραί. Zenodotus Ariſtotelem authorem erat, Cythnios uſque adeò divexatos afflictóſque fuiſſe ab Amphytrione, ut in proverbium abierint, κυθνίδας συμφοράς, pro maximis cladibus & immenſis calamitatibus.

**Cythnius,** a, um: κύθνιος, poſſeſſivum, ut Timantes pictor *Cythnius* dictus eſt. Steph. Juxta Dryopem unam Cycladum ſitam ſcribit, & ipſam quoque ſic nominatam fuiſſe. Meminit etiam Pomp. *lib.* 2. & Ovid. 7. *Metam.* (quamvis paulò aliter legatur apud Gryphium.)

*Florentémque Syron, Cythnon, plandmque Seriphon.*

**Cythonymi probrum,** ſeu dedecus, κυθωνύμου ὄνειδος. In hominem dicebatur vehementer infamem, fœdique nominis, cujuſque nomen jure ſupprimi debeat, vel ob malefacta, vel ob calamitates. Unde & Græca vox à celando nomine dicta. Author Steph.

**Cytina,** κύτινα, urbs Theſſaliæ: civis Cytineus. Steph.

**Cytinium,** κύτινιον, una ex tribus Doridis civitatibus: gentile Cytinienſes. Steph.

**Cytĭnŭs.** {κύτινος. Gall. *La fleur d'un grenadier.* Ita. *Primo fior di pomo granato.* Germ. Granatapfel bliſe. Hisp. *La granada quando ſale de flor, ò flor de la granada.* Angl. *The floure of a pomegarnette.*} Flos mali Punicæ ſativæ, ut balauſtium ſylveſtris, ut eſt apud Dioſcorid. Plinius cytinum interpretatur primum partum punicæ florere incipientis. Flores verò ipſos in Cytino erumpentes, Balauſtia, naturâ aſtringentes. Soler tamen appellatio hæc ad alia quoque genera congruere: unde Dioſcorid. Apollinaris herbæ flores *Cytinos* appellavit.

**Cytis,** κύτις, inſula Arabiæ, ubi Topazius lapis invenitur. Plin. *lib.* 6. *cap.* 29.

**Cytisus,** κύτισος, maſcul. vel fœmin. Genus fruticis incani, ad ſimilitudinem rhamni, cubitalibus ramis, foliis loti trifoliæ, quem Ariſtomachus Athenienſis miris laudibus prædicavit, eò præcipuè nomine, quòd lætiſſimum pecori pabulum præbeat, & lactis copiam augeat: quod etiam confirmat Plin. *lib.* 13. *cap.* 24. Inventus eſt autem hic frutex primò in Cythno inſula (unde & nomen accepit) & inde tranſlatus in omnes Cycladeſ & urbes Græcas. Colu. *lib.* 12. *cap.* 28. Cytiſum (quem Græci aut ἔλυμα, aut τρίφυλλον, aut τετράφυλλον vocant) quem plurimùm habere expedit, quòd gallinas, apibus, ovibus, capris, & omni generi pecudum utiliſſimus eſt. Idem alibi duas facit Cytiſi ſpecies, ſativam, & alteram ſuæ ſponte. Colu. *lib.* 2. *cap.* 11. Excepta tamen cytiſo, de qua dicemus alibi.

**Cytorus,** per y, in prima ſyllaba, κύτωρος. Mons Paphlagoniæ, in quo buxus plurima naſcebatur: unde & *buxifer* à Catullo dicitur. Virg. 2. *Georg.*

*Et virus quadantem buxo ſpectare Cytorum,* . . . . .

Ab hoc, quæ buxea ſunt, Cytoriaca dicuntur. Ovid. 4. *Met.*

*Sape Cytoriaco diduxit pectine crines.*

¶ Fuit & Cytorus, hæc Cytori civitas, Sinopenſium emporium, à Cytoro Phryxi filio condita & appellata, ut ex Ephori ſententia refert Strab. *lib.* 12.

‖ Cyttales, fur apud Ionas. Rh. ‖

**Cyzicenus,** κυζικηνός, Athenienſis Philoſophus in mathematica, & in cæteris ſcientiis excellentiſſimus, præcipuè in Geometria.

**Cyzicus,** κύζικος, vulgò *Chizico*, ſive *Cizicum*. Inſula in Propontide, duobus pontibus juncta continenti, habens urbem ejuſdem nominis, mœnibus, arce, & turribus marmoreis: cui nomen indidit Cyzicus rex, quem Jaſon per imprudentiam interemit. De hac Ovid. *lib.* 1. *Faſtor.*

*Hinc Propontiacâ hærentem Cyzicon orâ,*
*Cyzicon Æmonia nobile gentis opus.*

Fuit hæc civitas magnitudine & pulchritudine cum primis Aſiæ urbibus comparanda, pacì & bello apta, tribus armamentariis inclyta, quorum aliud armorum, aliud inſtrumentorum, aliud frumenti erat receptaculum. ¶ Verùm Pius Papa in Aſia hanc *Chyzicum* appellat, non Cyzicum. Et de Cyzico ſic ſcribit: Nunquid Chyzicus nobis non ſatis conſtat, adeò claritatem rebus adimunt tempora, & nos homunciones diuturnam quærimus in hoc ſeculo gloriam, quam potentiſſimæ civitates retinere non potuerunt? Propert. *lib.* 3.

*Frigida tam multos placuit tibi Cyzicus annos.*

¶ Cyzicus, Steph. urbs eſt Propontidis in Cherſoneſo ſita, alio nomine ἄρκτων νῆσος, id eſt, Urſorum inſula appellata. Homerus Cyzici habitatores, *Dolimnes* vocat. De Cherſoneſo vide ſuprà.

**Cyzicum,** Bithyniæ nobilis civitas, cui nomen (inquit Pomp. *lib.* 1.) Cyzicus indidit, quem à Minyis imprudentibus, quum Colchos peterent, fuſum acie, exſúmque accipimus. Hactenus Mela. Hæc civitas arce, mœnibus, turribus marmoreis Aſiaticæ plagæ littora illuſtrat, ut ſcribit Florus *in bello Mithridatic. lib.* 3. Libera illa aliquando, & agris dives, multóque in honore à Romanis habita. Lege Strab. *lib.* 12. De Cyzico Valer. *Argon. lib.* 2.

*Nec procul ad tenuis ſurgit confinia ponti*
*Urbs placidis demiſſa jugis, vox divitis agri*
*Cyzicus*, &c.

De morte Cyzici regis vide eundem Valer. 3. *Argon.* & Hermolaum *ſuper cap.* 32. *lib.* 5. *Plinii.*

**Cyzicenus,** denominativum eſt à Cyzico Propontidis inſula, κυζικηνός. ¶ Cyziceni numeres, κυζικηνοὶ νομίσματα, de re ſcitè ſculpta. Nam hi nummi olim celebres erant, quòd eleganter ſcalpti viderentur. Repræſentabant altera parte Cybelem deorum matrem facie muliebri: altera leonis imaginem. Aut magis videbitur fore locus proverbio, quum hominem ſignificamus inæqualem ac ſui diſſimilem: aut qui longè aliud agat, quàm præ ſe ferat: quemadmodum Cyziceni ex uno latere Cybelem oſtendebant effœminatam, ex altero leonem. Stater is valebat XXVIII. drachmas Atticas, unde & de re magni pretii videtur poſſe dici.

# NOTÆ ANTIQUORUM.

C. Comitia, Centum, Caius, Cauſſa, Condemno. CA. AM. cauſſa amabilis.

C.B. civis bonus. CB. corymbus.

C.C. calumniæ cauſſa. C.C. E. cauſa conventa eſt. CC. circum. CCC. D. P. tercentum duplex. CCC. T. P. tercentum terræ pedes. C. C. F. Caius Caii filius. CS. cauſſa. CA. vel CAM. Camillus. CÆ. Cæſar. CÆS. AUGG. Cæſares Auguſti. CAR. COJU. cariſſimæ conjugi. CARIS. cariſſimus. C. B. commune bonum, civis bonus. CC. ducenti. C. CL. R. cauſſam claram regi. CR. contrarius. C. C. conſilium cepit, ceſſit calumniæ, cauſam contractus. CS. cujus. CD. C. Quadringentis condemnatus. CD. condignum, quadringentum.

CEL. celeres. CEN. PP. vel, CENS. Cenſor perpetuus. CEN. A. Cenſoris arbitratu. CENT. centuria, centurio. CENTU. Centuriones.

C. F. Caii filius. C.F.R. cauſſa filiæ regis.

C.H. cuſtos hortorum, cuſtos hæredum.

CIC. Cicero. C.I.C. Caius Julius Cæſar. C.III. IN. Cubitos tres inveniès, CI. CIPP. Cippus, ſeu terminus: ut ad tertium cippum, ſeu lapidem. CIV. Civitas, civis. C. IU. cauſa julii. C.II. IN. P. cubitos duos invenies plumbum.

CL. Claudius. CL. V. clariſſimus vir. CL. F. clariſſima filia, vel fœmina. CLI. Claudius. C. LDBL. cauſam laudabilem. C. L. Caii Libertus, vel Caius libertus. CL. conlibertus. C. L. Caia Liberta. C. LIB. Caii Libertus, vel Liberti. CLB. CL. conliberti clariſſimi.

C. M. centum millia. C. MAR. P. Caput margine pleno. CM. Comus. C. ML. centum millia. CMS. comis. C.M. civis malus. C.M. vel CA. M. cauſa mortis. COM. Comitia. C.M.S. cauſa malierſai. C. ML. crementum multum. CME. XII. camelos duodecim.

CN. Cneus. C.N. Cajus noſter. GN.L. Cnei Libertus.

CO. conjugi. C.O. civitas omnis. COT. controversia. COM.OB. Comitia obdurata. CON. consularia. CON.SEN.E.OR.P.Q.R. consensu senatus, equestris ordinis, populique Romani. CONS. vel CS. Consularius COL. vel CL. colonia, colonus COLL. collegæ, collegia. COL. collega, colonia, columen. COLL. FABR. collegium fabrorum. COH. cohors. CONIU. conjunxit. CON.U.OBSEQ. E. conjugi obsequentissimæ. CONJ.G.M. conjugi Mercurii. CONX. conjunx. CONLIB. conlibertus, conliberta. CONTUB. contubernalis. COR. Cornelius. CORP. Corpus. CORN. R.E. Cornelia regis filiæ. CORN. AURS. coronas aureas. COS. consul. COS. QUAR. vel, IIII. consul quartò. COSS. DESIG. Consules designati. CSS. consules, consulares. COS. DES. consul designatus. C.P. civis publicus. CPS. capsa. C.P. C.P. causa petitionis causam potuit. CPRSS. Cuprissi.

C.R. civis Romanus. CR. Creticus, Crispus, contractus. C. R.C. cujus rei causa. C.R.C.P. cujus rei causa promittit.

CMS. communis. CS. A. Cæsar Augustus. CS. IP. Cæsar Imperator. C.S.Suum sua servis. C. S. FL. cum suis filiis. C.S.H. cum suis hæredibus. C.S.P.E. cum sua pecunia est. CST. controversia.

CT.V.O.A.B. Civitas vitæ omnia affert bona.

C.V. centumviri, clarissimus vir, casa vuginum. CVI. cujus. CIV. civitas. CUL. cultores. CUR. curionum, curiatum, cursor.

C.X.IN.ARG. cubitos decem invenies argentum. C.XX.IN.AUR.M. cubitos viginti invenies aurum mirabile.

# D

D Latina figura eadem fuit Ionum priorum: sicut etiam d. & d, admodum conveniunt. ¶ Inter B, & D, est quædam cognatio: unde ex b. vel duis, bis: & duonus, pro bonus. ¶ Etiam in D, & L, ut Dacrumæ, lacrumæ, dantia, lantia, Capitolium, Capitodium; callida, callida. Ita sella à sede, olco ab odor, meditor à μελετάω. ¶ D. & T, olim in multis promiscuè scribebantur: ut ad, at, sed, set; haud, haut; Alexander, Alexanter. ¶ Erat & olim alicubi R, pro D. Ita dicebant ar pro ad, ut arvenas pro advenas. ¶ D transit etiam in C, G, L, P, R, S, T: ut accido, aggero, allido, appono, arrideo, meridies, affligo, rado rasi, cædo cæsi, attamino, attingo. ¶ D frequenter interponitur in compositis, hiatûs causâ prohibendi, ut redigo, redarguo, prodest. Subtrahitur etiam, cùm sequens syllaba ab S, & alia consonante incipit, ut aspiro, aspicio, ascendo, asto. ¶ Cæterùm non tantùm in compositione, sed etiam extra eam interdum d interponebant sustinendæ syllabæ causâ, quum non amarent concursum vocalium, ut med erga, pro me erga. Sic sed erga, sed erga. Inde Muretus *var. lect. lib.* 15. *cap.* 19. illud apud Horat. *lib.* 3. *carm. ed.* 14. *v.* 10. *malè ominatis*, putat scriptum fuisse, *maled ominatis*, ex quo alii fecerunt *malè dominatis*. Sic *lib.* 1. *ep. v.* 13.

*Omne credo diem tibi diluxisse supremum.*

Ex quo, inquit, factum est *tibi diluxisse*. Ita *lib.* 43. *Dig. sub tit. Ne quid in loco publico, vel itinere fiat, leg.* 2. ubi legitur, *Idem ait: si odore solo locus pestilentiosus fiat, non esse ab re de eo interdicto uti* legendum censet, *non esse ab re ad eo interdicto uti*. Cognatæ itaque literæ sunt D & T, omnimodoque δ & τ: quod in derivationibus meminisse oportet, ut facilius fidem inveniant. Plura vide in Martinii Etymologico.

## DA

Dăæ, Daarum, Δάαι. Steph. Populi sunt Scythiæ, ex genere Nomadum, ut author est Serv. in illud Virg. 8. *Æneid.*

*Indomitique Daæ, & pontem indignatus Araxes.*

Dabir, davir, Oraculum Dei.

Dabula, palmæ genus.

Daca, poma vilissima.

Dacar, insuavis, vilis.

Dăcĭa, Δακία, regio Scythiæ Europæ, quam quidam Thraciæ partem, quidam conterminam dicunt. Hæc (ut Ptolemæus scribit *lib.* 3. *c.* 8.) ad Septentrionem Carpato monte à Sarmatia dividitur, ad Occasum autem Tibisco fluvio ab Jazygibus Metanastis, ad Meridiem & Ortum usque ad Danubium extenditur. Hujus regionis populi, Daci, Δάκοι, dicuntur: olim etiam Davi, teste Strab. *lib.* 7. Getis proximi ad Ortum: à quibus servilia Davorum & Getarum nomina Athenienses acceperunt. Unde in Comœdiis servi introduci solent, Davi, & Getæ nominati. ¶ Hodie hæc regio divisa est in quatuor partes, In Valachiam utramque, Moldaviam nimirum, & Transalpinam, versùs Septentrionem, In Bulgariam, sive Mysiam inferiorem à parte Orientali, In Servium, sive Bosnam, quæ & Mysia superior vocata est, à parte Meridionali. Et denique in Transylvaniam à parte Occidentali, quæ divisa est in Schytuliam, Septem castra, & Unnium, partes nimirum, quas natio Ungarica incolit. Hi Romanis semper reluctabantur. Virg. 8. *Æneid.*

*Indomitique Daci, & pontem indignatus Araxes.*

Statius,

——— *frena tenentem*
*Rhœsum & attoniti vidit domus ardua Daci.*

Daciasani, milites Claudii Imp.

Dăcĭcus, Δακικός, dictus est, qui Daciam subegit, sicut à Germania Germanicus. Juvenalis,

——— *cum lance beata*
*Dacicus, & scripto radiat Germanicus auro.*

Dăcus, a, um: Δάκος. quod è Dacia, Spartianus, Ad bellum Dacum Trajanum familiarius persequutus est.

Dacrymæ, authore Festo, Livius Andronicus appellabat, quæ nos *lacrymæ*, Græcos sequutus, qui δακρύσαι vocant Lacrymari, δάκρυα lacrymas. Unde etiam constat verbum Lacrymor, & nomen Lacryma melùs sine aspiratione scribi, quemadmodum vox Græca à qua originem trahunt.

Dăctylus { χεὶρ ὀπίσθια. Δάκτυλος. Gall. *Vn doigt.* Ital. *Dito.* Germ. Ein finger. Hisp. *Dedo.* Anol. *A finger.* } a Latinis dicitur *digitus*: unde Dactylotheca (quæ Græcis etiam *Chirotheca*) pro tegumento manus, vel digitorum sumatur. ¶ Dactylus item vocatus per metricus, quum syllabam longam duæ breves subsequuntur: Herous pes Ciceroni dictus, *lib.* 3. *de Orat.* quòd eo scribantur facta heroum & principum. ¶ Item Dactyli dicuntur fructus palmæ. Apicius, Et croci drachmæ singulæ dactylorum offibus tortidis quinque. Dactylus præterea graminis genus est, de quo sic scribit Plin. *lib.* 14. *cap.* 19. Sunt qui jaculeatum gramen vocant trium generum, quum in cacumine aculei sunt plurimùm quini (dactylon vocant) hos convolutos naribus inserunt, extrahuntque sanguinis ciendi gratiâ. ¶ Dactylus item piscis est è genere conchatum. Idem Plin. *lib.* 9. *cap.* 6. Conchatum è genere sunt dactyli, ab humanorum unguium similitudine appellati. ¶ Dactylus Idæus, gemma, Idem *lib.* 37. *c.* 10. Idæi dactyli in Creta ferreo colore politem humanum exprimunt. Dactyli Idæi edebant miracula. Plut. *in Num.* Vide *Vignet.*

Dactylĭcus, a, um. { Δακτυλικός. Cicer. *in Orat.* Quòd ille dactylicus numerus hexametrorum magniloquentiæ sit accommodatior.

Dăctylĭon, Δακτύλιον, Græci annulum dicunt, ἀπὸ τῶν δακτύλων, hoc est, à digitis. { Gall. *Anneau.* Ital. *Anello.* Germ. Ein fingerring. Hisp. *Anillo.* Anol. *A ringe.* }

Dăctylothēcă. { Δακτυλοθήκη. Anol. *A ringe case, or glowe.* } Annulorum capsula: Δακτυλιοθήκη enim annulus est, θήκη capsula, sive arcula, ubi quid reponitur. Ulpianus *l.* 52. *de legat. & fideicommiss.* Idem Pomponius de dactylotecha legata tractat, & ait annulos quoque contineri: non solùm thecam, quæ annulorum causâ parata est. Malè autem hîc antea scriptum erat, dactylothecam pro gemma Plinio politam: quia locus Plinii *lib.* 37. *cap.* 1. omnino ostendit contrarium. Dactylotheca quæ? Martial. *Epigram* 123. *lib.* 14.

Dactylus, idis, fœm. gen. { יעבת *tabbabáth.* Δάκτυλος, δου. Gall. *Le grosseur d'un doigt.* Ital. *Longo un dito.* Germ. Eines fingers dick oder groß. Hisp. *Luengo de un dedo.* Anol. *Of the thicknesse or lenght of a finger.* } ut dactylides vites dictæ à gracilitate digitali: vel fortassis quòd grana habeant dactylis similia, hoc est, fructui palmæ arboris. Plin. *lib.* 14. *cap.* 3. Has etiam Dactylos vocat Col. *lib.* 3. *c.* 2.

Dactyli Idæi, Δάκτυλοι Ἰδαῖοι, idem qui Corybantes, quos Jovem enutrivisse ferunt. & ne vagitu puer proderetur, novo lusus genere excogitato, clypeolis æneis inter se concutientes, æris crepitu & numerosi pedis compositione, qui Dactylus inde dictus est, Saturnum celaverunt. Idæi autem dicuntur à monte Ida.

Dăhæ, populi Scythiæ Asiaticæ, apud Herod. *lib.* 3.

Dadocertum, Δαδοκέρτον, castellum, φρούριον, magnum Armeniæ, inter Med. Steph.

Dăduchus, δᾳδοῦχος, qui tenet facem, tædifer, qui & δαδοφόρος, à δᾷς & ἔχω, habeo, teneo.

Dædălă, neutri generis, Δαίδαλα, τὰ, urbs Lyciæ, ita appellata à monte vicino, seu Dædalo ibi sepulto, quum eum colubri aquaticus ex amne Nino in paludem egressus momordisset. Plin. *cap.* 27. *lib.* 5. Meminit etiam Steph. cui Dædala etiam Rhodi civitas est, sive regio: item alia Indiæ, & alia Cretæ.

Dædălĭa, Δαίδαλα, urbs Italiæ à Dædalo condita, quæ nunc Julia vocatur. Steph.

Dædălĭdæ, Δαιδαλίδαι, tribus Cecropidis vicus. Steph.

Dædălus, Δαίδαλος. Atheniensis faber egregius, Icari pater, qui serram asciam, perpendiculum, terebram, glutinum, ichthyocollam invenit, malùmque & antennam navi imposuit. Hic æculatus quòd Perdicem sororis filium interemisset, judicii metu in Cretam fugit, ubi Labyrinthum fabricavit, cui Minotaurus includeretur, opus portentosissimum humani ingenii. Dictus Dædalus (ut quidam existimant) ἀπὸ τοῦ δαιδάλλω, quod est variare, seu ornare. Alii hoc verbum à Dædalo derivarum putant, ob multiplex, variumque ingenium hominis, propter quod Græci δαίδαλα varium dicunt, ingeniosum. Lucretius quoque rerum ob rerum artificiorumque varietatem, Dædalam nominat: Ennius simili modo Minervam: Virg. Cicero. Plautus Logodædalos vocavit, qui dolum celant sermonis ornatu. ¶ Dædali alæ, Δαίδαλα πτερά: dicitur solitum ubi aliquis non satis idoneus ad negotium conficiendum, artis alicujus, & auxilii accessionem adjungeret: aut quum quis urgente necessitate ad nova confugit consilia. ¶ Dædali opera, Δαίδαλα πεπόνηται, dicuntur quæ novo artificio fabricata sunt & admirando. ¶ Remigius Dædaleus, ad celeritatem significandam. Plaut. *in Amph.* dixit pro volatu.

Dædalus, a, um, ingeniosus, artificiosus, arte singulari factus, variegatus, varie ornatus. Item,

Dædaleus, a, um: Δαιδάλεος, & δαιδαλόεις, εσσα, εν, ex δαίδαλον, artificiosè factio, variego. Thema est δάω, scio. Dædala terra. Lucr. à varietate rerum, quæ in ea est.

Dæmŏgŏrgŏn, δαιμογοργών, Latinè dicitur deus terræ: quo nomine veteres

vetetes intelligebant naturam rerum omnium matrem & altricē.

Dæmōn, ‖ רע *rebedh. Angel.* Gall. *Ange, bon ou mauvais.* Ital. *Demonio.* Germ. Ein teuffelischer geist/ er sey gut oder bös. Hisp. *Angel bueno ò malo.* Angl. *An angel good or evill.* ‖ Deus, sive sapiens, ἀπὸ τοῦ δαίειν, quod est scire. Augustin. *lib. 9. de Civit. Dei,* Dæmones dicuntur, quoniam Græcum vocabulum est, ob scientiam nominati. Nostræ religionis homines appellant spiritus in cælo à Deo creatos, qui de cœlo ejecti, partim in terræ infimo, partim in hoc aëre damnati sunt: hinc Eudæmon & Cacodæmon pro bono & malo dæmone. Dæmon etiam animus humanus in corpore situs vocatur.

‖ Dæmoniacus, à dæmone obsessus, furiosus. Idem & δαιμονιζόμενος, Niceræ. ‖

Dæmōnĭcus, a, um, quod est dæmonis. δαιμονικός. Lactant. *lib. 4. in fine:* Sed dæmonis fraudibus irretiti, divinum numen, cultúmque perdiderunt.

Dæmónium, δαιμόνιον. Idem quod dæmon, numen, Deus. Unde erat Apulei liber *de Dæmonio Socratis.* ‖ Zephyrus in Tertull. apolog. vult, dæmonia per diminutionem à dæmone dici. Sed δαιμόνιον adjectivum est, & inde substantivè *numen*, id vide. Tertull. *de anima*, tradit nullam penè animam sine dæmonio esse. ‖

Dæthalcæ, *Δαίθαλκαι*, gens Thraciæ. Steph.

Dætor, vir Trojanus apud Homerum.

Dāgnīdēs, aviculæ, quas inter potandum Ægyptii cum coronis devinciebant, dum potum exercebant, quæ canturiendo & mordicando non paterentur dormire potantes. Author Fest.

‖ Dagon, idolum Philistæorum. 1. *Sam.* 5. v. 12. 1. *Machab.* 10. ‖

Dahippus, *Δαΐππος*. Statuarius nobilis, cujus opera æstimarat Plin. *lib.* 34. *cap.* 8.

Dai, *Δάοι*, Persarum populi, omnes pastores. Herod. *lib.* 2.

‖ Dalerus, aliter Thalerus, diversâ dialecto. Thal Germ. est vallis: unde thaler/ vel Daler/ est nummus uncialis argenteus. Vocatur etiam Joachimicus. Jochims thal, est vallis Joachimica in Saxonia, ubi illa moneta cusa. ‖

Dălmătĭa, ‖ Δαλμάτια. Vulgò *Esclavonia de mar.* ‖ Regio Illyrici, confertima Liburniæ versùs Occasum: à qua Dalmatæ, *Δαλμάται*, dicti sunt populi, qui (ut Appianus scribit) domiti ab Augusto fuêre. In ea Jadera civitas, insignis rerum abundantia, & Epidaurus, hodie Ragusium dictum.

Dălmătĭcus, *Δαλματικός*, qui ex Dalmatia est. Mart. *lib.* 10. *ad Macrum:*

——— & exsuntem
*Vde Dalmata gaudia sequêris.*

‖ Dalmatica, Imperatoris erat tunica manuleata, talaris. Rulenc. ‖

Dălmătĭcus, a, um. Suet. *in Augusto.* Externa bella duo per se gessit, Dalmaticum adolescens adhuc, & Cantabricum.

Dălmătĭcātus, Dalmatico habito vestitus. Lampr. *in Commodo.* Dalmaticatus in publicum processit, atque ita signum quadrigis emittendis dedit.

Dama, est nomen servile, sæpiùs reperitur *in Pandectis*, & libertini hominis. Hor. *lib.* 1. *Satyr.* 5.

*Vt ne tegam spurco Dama latus.*

Dāma, à *δαμάζω, καὶ ἀντιφράσει*, genus capræ sylvestris, tam masculini, quàm fœminini generis. ‖ יעלה *yebelah*, עבי *ibeli.* ἔλαφος. Gall. *Un daim.* Ital. *Capra salvatica.* Germ. Ein wilder reyboc/ damhirtz/ oder ein gattung der gembsen Hisp. *Gama*, à *cabramontes.* Angl. *A doe or hinde.* ‖ Virg. *in Pharmac.*

*Cum canibus timidi venient ad pocula dama.*

Martialis.

*Dente timentur apri, defendunt cornua cervum,*
*Imbelles dama quid nisi præda sumus?*

¶ Hujus diminutivum est Damula.

Damæi, *Δαμαῖοι*, populi juxta Ichtyophagos. Steph.

Damascius, *Δαμάσκιος*, Sigæus historicus Herodoti tempore ante bellum Peloponnesiacum: scripsit de rebus in Græcia gestis: præterea de moribus eorum, qui ad Troiam profecti sunt, & de poëtis, & sophistis, aliáque complura. ¶ Fuit item alius eodem nomine Stoicus Philosophus Simplicii & Elamnæ familiaris, qui sub Justiniano principe viguit. Scripsit Commentarios in Platonem, & alia quæ enumerantur à Suida.

Dămăscius, ‖ דמשק *dammések. Δαμασκηνός.* Germ. Die damascener art in Syrien. ‖ Urbs nobilissima, caput Syriæ: unde Damascena, *Δαμασκηνή*, urbs à qua Damascena prana, authore Plin. *lib.* 15. dicta creduntur: & Athenæo *lib.* 1. est regio ipsa Damascene, quæ totam illam Syriæ partem complectitur, quæ adjacet Libano monti.

Damasithymus, *Δαμασίθυμος*, Candaulis filius fuit, unus è ducibus Xerxis Persarum regis, quum Græciæ bellum inferret: teste Herodoto *lib.* 7.

Damasonium, *Δαμασώνιον*, herba est plantaginis folia habens, angustiora tamen, & in terram reflexa. A Dioscoride *ἄστερα* appellatur. Nonnulli putant esse eam, quam vulgus *Plantaginem aquaticam* vocat: alii illam quæ ab officinis *Fistula pastoralis* dicitur.

Dameas, nobilis statuarius, authore Plin. *lib.* 34. *cap.* 8.

Damianus, Ephesius, *Δαμιανός*, Sophista nobilis, circa M. Antonii principis tempora, divitiis ac potentia inter suos præditus, vitos doctos liberalitate prosequutus. eloquentiæ quoque genus est secundùm naturam imitatus. Author Philostratus *in Sophistis.*

Damium, teste Festo, sacrificii genus, quod in aperto fiebat in honorem Bonæ deæ: ita dictum per contrarium sensum, quòd minimè esset *δαμόσιον*, hoc est, publicum. Unde & Dea ipsa Damia, & sacerdos ejus Damias appellatus est. Author Fest.

Damiurgus, vide *Demiurgus.*

Dămnās, pro Damnatus apud Jureconsultos ‖ מות *mothúdh.* אסר *asár. ἀδικ. ἔνοχ.* Gall. *Condamné.* Ital. *Condennato.* Germ. Verdambt. Hisp. *Condenado.* Angl. *Condemned.* ‖ Marcellus, Quisquis mihi hæres erit, dare damnas esto, &c. Utebatur autem hoc verbo testator, quum suo testamento damnabat hæredem ad præstandum alicui aliquod legatum. Quint. *lib.* 7. Hæres meus uxori meæ damnas esto dare argenti quod elegerit pondo centum.



Dămnum, Varro, à demendo dictum, quum diminutione res deterior fit. Jactura, detrimentum, incommodum, malum. ‖ פיג *nezék. ζημία.* Gall. *Dommage.* Ital. *Danno.* Germ. Ein schad/ nachtheil. Hisp. *Daño.* Angl. *Domage, hurt, losse.* ‖ Terent. *in Adelph.* Nisi eò mercatum veniam, damnum maximum est. Cicero, Quod declamationibus nostris cates, damni nihil facis.

*Sentit amans sua damna, sed tamen hæret in illis.*

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

*Tu verò tua damna dole.* (quòd me amiseris.)

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.* Populi strenui mihi damno sunt. Plaut. *Pseud. sc.* 7. *a.* 4.

*Binaque damna fero* (ager animo & corpore.)

Ovid. *Eleg.* 8. *lib.* 3. *Trist.*

——— *damno viribus esse tuis* (i. ingenio.)

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Meo malo & damno. Plaut. *Aul. sc.* 6. *a.* 4. & *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Ne mihi damnum in Epidamno duas, ubi nemo sine damno divortitur. Idem *Menæch. sc.* 1. *a.* 3. Est ubi damnum præstet facere, quàm lucrum. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Lucifugas, damni cupidos. Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Quod damni, & quod fecisti flagitii potuit virium populo dispertiri. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Damnum quid, vide Quint. *declam.* 320. Damna, & aucta lunæ. Gell. *cap.* 7. *lib.* 20. Item, Hoc ad damnum defertur, (i. ad meretricem.) ‖ Plaut. *Menæch. sc.* 2. *a.* 1. ¶ Damnum infectum, damnum non factum, sed quod futurum veremur. Paulus *D. lib.* 39. *tit. de damno infecto, l.* 2. & *l.* 4. Cautio damni infecti, vel de damno infecto. *Leg.* 7. damni infecti nomine satisdare. ¶ Damnum sentire, damnum ferre. *D. lib.* 10. *tit.* 3. *lib.* 6. Ulp. Neque lucrum, neque damnum cum sentire oportet. ¶ Damnum ad ipsum respicit, pro eo quod est, damnum ipse sentire debet. Ulp. *D. lib.* 10. *tit.* 3. *l.* 6. Si verò non communi nomine, sed ut lucretur solus, magis esse oportet, ut & damnum ad ipsum respiciat. ¶ Damni Vicarius. Papinianus *D. lib.* 26. *tit.* 7. *l.* 39. §. 16. Tutor qui tutoris idoneum hæredem convenire pupilli nomine nolut, damni vicarius substituitur.

‖ Damnulum, parvum damnum. Cath. ‖

Dămnĭfĭco, Damnum infero. ‖ חבל *hizzik. ζημίω* Gall. *Faire dommage.* Ital. *Danneggiare, far danno.* Germ. Schaden thun. Hisp. *Hazer daño.* Angl. *To endamage.* ‖ Damnificus, qui infert damnum. Plaut. *in Cistel. sc.* 1. *a.* 4. Imitatur nequam bestiam, & damnificam.

Dămnĭgĕrŭlus, ‖ *ζημιοφόρος.* Gall. *Porte-malheur, dommageable.* Ital. *Che fa, ò porta danno.* Germ. Der schaden thut/ schädlich. Hisp. *Cosa dañosa, ò que haze daño.* Ang. *That bringeth domage or losse.* ‖ Plaut. *in Truc.* Ite hæc simul mulieri damnigeruli foras gerrones.

Dămnōsus, a, um: Damnum, vel detrimentum habens conjunctum. ‖ *ζημιώδης, ἀλυσιτελής.* Gall. *Dommageable.* Ital. *Dannoso.* Germ. Schädlich. Hisp. *Cosa dañosa, que haze daño ò menoscabo.* Angl. *Domageable, harmfull, hurtfull.* ‖ Colum. *lib.* 1. Quod etsi per partes nonnunquam damnosum est, in summa tamen compendiosum. ¶ Aliquando sumitur activè, pro eo quod damnum infert. Plaut. *in Bacch.* Quid tibi commercii est cum diis damnosissimis? Damnosa meretrix. Liv. *y. d.* 4. Damnosus in ædificando. Item, Dites damnosos maritos (aliàs ditis.) Plaut. *Cure. sc.* 2. *a.* 4. Damnosi nati & amatores (i. profusi.) Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 2.

*injiciuntque manum forma damnosa senectus.*

Ovid. *Eleg.* 7. *lib.* 4. *Trist.* ¶ Aliquando passivè, ut apud Plaut. *in Epid.* Damnosa sene, pro eo qui damnum jubeat. Damnosus, profusus. Suet. *in Nerone. cap.* 31.

Dămnōsĭor, comparativus à damnosus. Ponitur pro profusiori apud Sueton. *in Nerone, cap.* 31. Non in alia re damnosiori, quàm in ædificando.

Dămnōsè, adverb. Periculosè. ‖ *ζημιωδῶς.* Gall. *Dommageablement, avec dommage.* Ital. *Con danno.* Germ. Mit schaden/ Schädlicher weyß nach. Hisp. *Con daño.* Angl. *With great dommage and losse.* ‖ Horat. 2. *Serm. Satyr.* 8.

——— *Tum vibidius Balatroni,*
*Nos, nisi damnosè bibimus, moriemur inulti.*

Dămno, as: Condemno, improbo, convinco. ‖ חיב *chiyéb*, עוש *hasnash. καταδικάζω.* Gall. *Condamner.* Ital. *Damnare, condennare.* Germ. Verdammen/ verurtheilen. Hisp. *Condenar* ò *dañar.* Angl. *To condemne, to appoynte, to be punished.* ‖ Quandoque ablativo, quandoque genitivo jungitur. Ablativo, Cic. 6. *Verr.* Darétque operam, ut is eo crimine damnaretur, ne ipse esset in crimine. Sen. dicit genus humanum damnatum mortalitate. Et *epist.* 96. Mulieres damnatæ morbis virilibus ob intemperantiam. Cic. 1. *Tusc.* Sed plurimi contrà nituntur, animóque quasi capite damnatos morte mulctant.

——— *An falsi Palamedem crimine turpe est*
*Accusasse mihi, vobis damnasse decorum?*

Ovid. 13. *Metam.* Item quod est, & erit, morte damnatum esse. Senec. *cap.* 71. Cum de, Cic. *ad Brut.* 11. 4. Atque ille si armis positis de vi damnatus esset, &c. Damnati de calumnia. Gell. *cap.* 2. *lib.* 14. Damnare de suspicionibus, id est, ex suspicionibus, per suspiciones. Ulp. *in l. absentem, §.* 1. *de pœn.* Cum Genitivo, Cicer. 4. *ad Her.* Majores nostri si quam unius peccati mulierem damnabant, simplici judicio maleficiorum multorum convictam putabant. Quo pacto? Quoniam quam impudicam judicaverant, eam venefici quoque damnatam existimabant. Damnare sua tempora infelicitatis. Quint. Damnati ad, Plaut. *Rud.* Quem modò damnavit ad Recuperatores Pseudidippus? Plin. *ep.* 149. Qui damnati ad pœnam erant. Damnari in. Idem *ep.* 148. Quidam vel in opus damnati, vel in ludum. Idem *epist.* 35. Damnatus in metallum, strangulatus in carcere. ¶ Quando verò non apponitur pretium, vel peccatum, pœnave peccati, accusativo tantùm jungitur, & significat culpo. Cic. 4. *Tusc.* Rerum eam potiùs quàm errorem damnare volumus. Damnare, pro Reum peragere, sive condemnari facere. Tacit. *lib.* 3. Abolitas leges, & funditus versas, ubi in foro, in limine curiæ, ab Annia Rufilla, quam fraudis sub judice damnavisset, probra sibi, & minæ intercedantur. Plin. *lib.* 34. *cap.* 2. Verrem Cicero damnaverat. ¶ Interdum accipitur pro Exhæredare, *ἀποκηρύττω*: unde è duobus filiis, alterum hæredem instituens, alterum damnatum legimus: hoc est,

exhæredatione improbatum. ¶ Interdum pro compellere, obligare, & necessitate obstringere. Gaius *D. lib.* 2. *tit.* 4. *l.* 16. Potest etiam in testamento hæredem suum quis damnare, ne altius ædes suas tollat, ne luminibus ædium vicinarum officiat. ¶ Damnare ad gladium, i. pœna capitali, atque ultore gladio. Ulp. *D. lib.* 47. *tit.* 14. Abigei cùm diutiùs è puniuntur, ad gladium damnati solent. Ter. *in Eunuch.* Tuus est damnatus gnatus, non tu. ¶ Composita à Damno sunt, Condemno, & Prædamno, quod est antè damno, προκαταδικάζω. Liv. *lib.* 4. Totam culpam ejus temporis in prædamnatum collegam transferentem, omnes tribus absolverunt.

Dāmnātio, verbale, Condemnatio, calamitas. { ψογ Sanáſch. καταδικασμός. Gall. *Condamnation.* Ital. *Condennagione.* Germ. Verdammung. Hisp. *Condenacion.* Angl. *A condemning.* } Reorum acerbissimæ damnationes. Cicer. *in Pison.* Idem 4. *Verr.* Docuissémque hanc damnationem duci non oportere, &c.

Dāmnātus, us. Idem quod damnatio. κατάδικος, καταδίκη. Plin. *lib.* 6. *cap.* 44. Alieno beneficio postea vixit, bonis inde etiam consecratis à damnatu suo.

Dāmnātōrĭus, a, um, quod damnationem affert, quod condemnationem habet conjunctam. { καταδικαστής. Gall. *De condemnation, qui condamne.* Ital. *Di condennagione.* Germ. Das zu dem verdammen oder verurtheilen gehört. Hisp. *De condenacion, el que condena.* Angl. *That condemneth.* } Cic. 5. *Verr.* Verres in Zenonem judicium dabat illud suum damnatorium de jugerum professione.

Dāmnātōrĭă, & absolutoria tabella. Sueton. *in Augus. c.* 33. καταδικαστικὸν ψῆφον, καθαιρετικὸν ψῆφον.

Dāmnātŭs, part. { חוב *mechuiáb.* ψογ Sanúſch. καταγραφεύς, καταδικασθείς, κατάδικος. Gall. *Condamné.* Ital. *Dannato.* Germ. Verdampt/verurtheilt. Hisp. *Condenado.* Angl. *Condemned.* } ut, Damnatus capitis, vel capite, hoc est, condemnatus. ¶ Interdum etiam idem quod obligatus, vel astrictus. Unde hæredes dicebantur Damnati ad præstandum legatum, hoc est, astricti & obligati. Pro quo veteres etiam dicebant, Damnas. ¶ Item damnatus voti, vel voto, dicitur is, qui jam ejus, cujus gratiâ votum fecerat, factus est compos. Et damnare aliquem voto, dicebantur dij, quum alicui tribuebant id cujus gratiâ votum susceperat. Fiebant autem vota ferè sub conditione, hoc modo: Mars pater, si mihi, populóque Romano hodie victoriam dederis, hoc ipso in loco tibi ex marmore templum statuam. Hoc voto ita facto, qui vovit, statim factus est reus voti, nihil tamen cogitur præstare, nisi adepta victoria. Ubi autem jam debellatis hostibus contigerat victoria, tunc demùm dicebatur damnatus voto, hoc est, adstrictus & obligatus ad persolvendum votum. Virg. *in Daph.*

*Vt Bacche Cererique, tibi sic vota quotannis*
*Agricola fatinus: damnabit tu quoque votis.*

Hæc ideò hic fusiùs notanda duximus, quòd ipsum etiam Macrobium altissimæ eruditionis virum, & plerosque alios, qui ejus authoritatem sequuti sunt, ea in re lapsos videremus, qui arbitrantur eum dici damnatum votis, qui jam vota persolvit. Hoc autem verum non esse, apertissimè convincitur uno Livij testimonio *lib. ab Vrbe condita.* Dictator (inquit) Deorum quoque opes adhibendas ratus, inter ipsam dimicationem equidem Junoni Monetæ vovit; cujus damnatus voti quum victor Romam revertisset, Dictaturam se abdicavit. Et *paulò pòst*, Anno postquam vota erat, ædes Monetæ dedicatur. Audisne Dictatorem protinus parta victoria fuisse damnatum voti, quum tamen votum adhuc non persolvisset, quod subsequenti demum anno fuit persolutum? A participio Damnatus fit compositum Indemnatus, idest non condemnatus, ἀκατάδικος. Salust. *in Catil.* Hi primò cœpère quemque pessimum, & omnibus invisum, indemnatum necare, hoc est, indicta causa, & nulla præcedente condemnatione. Liv. *lib.* 2. *ab Vrbe*, Eum indemnatum indicta causa non debere violari. Composita à Damno sunt, Condemno, & Prædamno, quod est antè damno, προκαταδικάζω. Liv. 4. Totam culpam ejus temporis in prædamnatum collegam transferentem omnes tribus absolverunt.

Damocles, Δαμοκλῆς. Nomen proprium unius ex assentatoribus Dionysii.

Damocrita Δαμοκρίτη. Matrona fuit Spartana, Alcippi civis clarissimi uxor, quæ quum virum ab iis qui contrarias in Republica partes fovebant, in exilium actum sequi prohiberetur, filiæque jam viro maturæ edicto nubere prohiberentur, ne ex iis quispiam Alcippi ultor nasceretur: concepit animo facinus supra omnem muliebrem audaciam. Nam quum ex more fœminæ primariæ nocte in Andronem quendam sacrorum causa convenissent, Damocrita à filiabus adjuta, magnam vim lignorum, quæ ad sacrificia parata erant, ad fores congessit, ignémque injecit, ut intus omnes exureret. Accurrentibus deinde auxilio viris, illa filias primùm, deinde etiam seipsam interfecit. Ex narrationibus amatoriis Plutarchi.

Dāmœtās, cum diphtongo œ, Δαμοίτας. Nomen pastoris, de quo Virg. *in Bucol.*

*Dic mihi Damœta, &c.*

Dāmōn, Δάμων. Nomen Philosophi Pythagorici, qui cum Pythia arctissimo amicitiæ vinculo constrictus fuit. De quo ait Cic. *lib.* 3. *Offic.* Damone & Pythiam Pythagoreos hoc animo inter se fuisse, ut quum eorum alteri Dionysius tyrannus diem necis destinavisset, & is qui morti addictus esset, paucos sibi dies commendandorum suorum causa postulavisset, vas factus est alter sistendi ejus, ut si ille non revertisset ad diem, moriendum esset sibi ipsi: qui quum ad diem se recepisset, admiratus eorum fidem Tyrannus, petivit ut se ad amicitiam tertium adscriberent.

Damophila, Δαμοφίλα. Lesbia pœtria fuit, Sapphûs coætanea, cujus meminit Philostrat. *in vita Apollonii.*

Damophilus, Δαμόφιλος, Sophistæ cujusdam nomen est, qui sub M. Antonino principe floruit. Author Suidas.

Damosthenes, Δαμοσθένης, Historicus scripsit de piscibus libros xx. Suidas.

Damoxenus, Δαμόξενος, Atheniensis comicus, cujus fabulæ nonnullæ memorantur ab Athenæo in Dipnosophistis.

Damyndus, vir fuit Macedo, teste Plutarcho.

Dan. δάν, vicus est quarto à Panæade milliario euntibus Tyrum, qui usque hodie sic vocatur: terminus Judææ provinciæ ad Septentrionem, de quo Jordanis flumen erumpens, à loco fortitus est nomen: Jor quippe fluvium, sive rivum Hebræi vocant.

¶ Danace, numus, quem Græci ori mortuorum inferebant, ut haberent unde naulum solverent. ¶

Dănăē, per tres syllabas, Δανάη. Nomen Acrisii filiæ, quæ à Jove in aurei imbris effigiem conversò compressa, Perseum peperit, qui avum suum occidit. Ovid. 2. *de Trist.*

*Quid Danaen, Danaésque nurum, matrémque Lyæi.*

Dănăŭs, Δαναός, Ægypti frater, Argivorum rex, qui anno egressionis populi Israël trigesimo secundo, Stenelo rege expulso, Argos tenuit, ibique quinquaginta annos regnavit.

*Prodere rem Danaum fixit.*

Ovid. 13. *Metam.*

——— *ferunt ignémque Iovémque*
*In Danaum classes.* Ibid.

*Vt dolor unius Danaos pervenit ad omnes.* Ibid.

Hic Danaus genuit quinquaginta filias, quæ ab avi nomine Belides, à patre verò Danaides dictæ sunt. Hæ una nocte vitos suos Ægypti filios interfecerunt, præter unam Hypermnestram, quæ Linum, vel ut quidam volunt, Lynceum matrimonii servavit. Unde apud inferos supplicii loco illis præscriptum est dolium pertusum aqua implere, è quo tantundem effluat, quantum infundarunt. Inde originem traxit proverbium, Dolium Danaidum, quod in avaros competit, quorum avaritiæ nihil est satis: aut in prodigos, quorum profusioni ne ipse quidem Pactolus satisfaciat: aut in homines fatiles, qui arcana fidei suæ credita non queunt continere. Huc videtur alludisse Parmeno apud Terentium,

*Plenum rimarum sum: hoc atque illac perfluo.*

Vide suprà *Ægyptus*, & *Belides.*

¶ Danere, dare, antiq. ¶

Dania, Δανία χερσόνησος. Septentrionalis Oceani peninsula est, maritimæ Saxoniæ lateri adhærens: quam olim Cimbri habuerunt, quos postea Marius delevit in Italiam irrumpere conantes. { Germ. Dannemarck. }

Dānīstă: Fœnerator, creditor. { נושה *noschéh.* Δανειστής. Gall. *Vsurier, qui preste à interest.* Ital. *Vsurario, creditore.* Germ. Ein wucherer. Hisp. *Vsurero.* Angl. *An usurer, or lender for gaine.* } Plautus, Morigerus est mihi Danista, qui de me argentum non petit, δανείζει, quod est mutuum dare. Ad Danistam devenistes, adderes fœnusculum. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1.

Dānīstĭcus, δανειστικός, fœneratorius.

Dāntēs, Poëta Florentinus, regum & principum amicitiis clarus, cujus vitam scribit Volater. *lib.* 2.

Dāntīscum, nobile Poloniæ emporium est, ad mare situm, ubi Vistula amnis in Oceanum influit: Germani sua lingua vocant *Dantzik.*

Danubius, Ἴστρος. Germ. Die Thonaw. } Maximus Europæ fluvius, qui ortus in jugis Abnobæ montis Germaniæ, ex adverso Rauraci Galliæ oppidi, multis ultra Alpes millibus, ac per innumeras lapsus gentes Danubii nomine, immenso aquarum auctu, ubi primùm Illyricum alluit, Ister appellatus, sexaginta amnibus receptis, medio fermè numero eorum navigabili, in Pontum vastis sex fluminibus evolvitur. Hæc Plin. *lib.* 4. *cap.* 12. ¶ Ubi Abnobiam vocat locum fontis, quod nomen videtur esse factum ab eo, quod Germani dicunt Ein aw/ hoc est, vallem cultam inter montes & saltus: in veteribus tamen codicibus scribitur Arnobiæ, quod ad locum scaturiginis propriùs congruit, qui dicitur in der Bar. Fontes ejus sunt ad Pagum Donaesinge/ qui muro humili circundati septuaginta quinque passus ambitu suo conficiunt: ostiolum habet duorum passuum, & postquam ab ostio erumpit, illico excrescit in fluvium latitudinis quinque passuum, qui non procul ab origine recipit duos rivulos magnitudinis ejusdem, quorum alter vocatur à Germanis Prigen/ alter Bregen. Mox ad milliare Italicum, ubi pagum Pfora alluit, trajicitur ponte passuum centum & sexaginta. De Danubio sic Dionysius:

*Abnoba mons Istro pater est: cadit Abnoba hiatu*
*Flumen, in Eoas autem convertitur axes,*
*Euxinóque salo provolvitur, ora per aquæ*
*Quinque vomunt amnem, &c.*

¶ Ammianus quoque *lib.* 22. Amnis (inquit) Danubius oriens prope Rauracos montes, liniticibus Rhæticis per latiorem orbem protensus, ac sexaginta navigabiles penè recipiens fluvios, septem ostiis per hoc Scythicum latus erumpit in mare, &c. Hunc secundum post Nilum faciunt Ausonius, & Ovid. *lib.* 4. *de Ponto*, ubi de Scythiæ fluminibus.

Dānus, fœnerator. Lege, *Danista.*

Danunt, quandoque à veteribus dicebatur, pro Dant: & Duis, pro Dederis. Plaut. *in Pseud. sc.* 1. *a.* 3. cui servitutem dii danunt lenoniam. Nonius. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Qui duplam agninam danunt. Plaut. *Mest. sc.* 1. *a.* 2. Adminiculum eis danunt aliquem cognatum.

Dāpalis, Dapaticus, Dapaticè, vide *Dapis.*

¶ Dapax, loquax, facundus ex cibo. ¶ Dapticus, apertus. ¶ Dapsilis, magnificus. Cath. ¶

Dăphnē, Δάφνη, Penei fluvii filia fuit, quæ quum vim Apollinis non posset effugere, implorato paterno nomine conversa est in laurum. Vide Ovid. *lib.* 1. *Metam.* ¶ Est item Daphne ingens lucus, & opacus, xl. stadiis distans ab Antiochia Syriæ, aquis fontanis irriguus, in cujus medio fanum est asylum Apollinis. Author Strab. *lib.* 15. Stephanus præterea aliquot alia ejusdem nominis loca commemorat, quæ vide apud ipsum.

Daphnia, gemma comitialibus morbis utilis existimata. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Dăphnis, Δάφνις, fuit, teste Serv. Mercurii filius, in Sicilia natus, juvenis formosissimus, qui primus Bucolicum carmen inveniisse dicitur: postremò hominibus caprus est, quòd ebrius cum aliena fœmina congressus esset, ut prædictum ei fuerat à nympha. Author Suidas. ¶ Fuit & Daphnis, Δάφνη Steph. Antiochiæ suburbanum, quod

octoginta stadiorum ambitu claudebatur, ut ait Strabo. ¶ Lycia præterea castellum fuit: & aliud prope Pelusium, à copia laurorum illic nascentium: & suburbanum in ore Ponti ad sinistram, quod Sergium vocant, in ipsis Ponti faucibus ad dextram navigantí portus: author Steph. Daphnum ad ostium Nili Pelusiacum reddit Herodotus.

Daphnites, Δαφνίτης, dicitur Apollo. Ammonius.

Daphnoidēs. { Δαφνοειδὴς. GALL. *Laurele.* ITAL. & HISP. *Laureola.* GERM. Lorbertraut. ANGL. *A kind of bay tree.*} Lauri species, baccas habens è nigro rubescentes, quibus gustatis os atque guttur accenditur. Frutex est ramosus, exiliore, quàm lauro, folio. Author Plin. *lib.* 13. ¶ Est item Daphnoides, clematidis species, mollia vitilia per terram spargens, quæ à Latinis Vincapervinca appellatur. Vide suprà in dictione *Clematis.*

Dāphnon, { δάφνων. GALL. *Vn lieu parsemé de lauriers.* ITAL. *Luogo deve sono molti lauri.* GERM. Ein lorbaumgut. HISP. *El lauredal.* ANGL. *A place sett with baye trees.*} Lauretum dicimus, hoc est locum multis consitum lauris. Martial. *lib.* 10.

*Dissoluis daphnona fue Torquatus in agro.*

Daphnus, Δάφνος, *i*, vel Δάφνη, ἡ, urbs Phocica. Steph.

Daphnusis, Δαφνοῦσις, palus prope Olympum Bithynium. Steph.

Daphnus, tribus vicina Cō. Steph.

Dāphnūdium, Δαφνούδιον, prope Rhegium est; Thracibus vicinum. Est & Ægypti vicus. Steph.

Dāps, inquit Festus, apud antiquos dicebatur res divina quæ fiebat aut hyberna sæviente, aut verna: quod vocabulum ex Græco deducitur. Livius Andron. apud Priscian. *lib.* 7. Quæ hæc daps est? quis festus dies? apud quos id genus epularum *Daps* dicitur. Liv. 1. *ab Urbe.* Tum sacrum factum, adhibitis ad ministerium dapémque Potitiis ac Pinariis. *Ibid.* Pinariis extis adesis ad cæteram venitem dapem. Quomodo verò dapes construantur, vide Caton. *de re rustic. cap.* 132. Cæterùm dapes non solùm deorum, vel ossea in sacrificiis deorum, sed etiam magnifici & opipari apparatus sunt. {מטעם *mataham. Hieron.* GALL. *Banquet, viandes somptueuses, appareil de viande.* ITAL. *Vivanda, apparechio grande de vionda.* GERM. Herliche zoberiete speisen. HISP. *Manjar costoso, & otra cosa para comer.* ANGL. *Delicate meates, fines dishes.*} Matt.

*Illa quidem lauta est, dapibúsque instructa superbis.*

Virg. 4. *Æneid.*

*Diripiúntque dapes contáctáque omnia fœdant.*

Præterea & cibos vitabiles & infandos, *Dapes* vocari, Nonius in duobus Virg. locis affirmat, quorum alter est *Æneid.* 3. *de Cyclope.*

*Nam simul expletus dapibus, vinóque sepultus.*

Alter in *Bue.*

*Quas illi Philomela dapes, quæ dona parauit.*

Dāpīno, as, significat, dapes paro. Plaut. *in Capt. sc.* 1. *a.* 4. Æternum tibi dapinabo victum, si vera autumas.

Dāpālis, cœna quæ diversis & amplis dapibus constat, Δαπανηρὸς, δαψιλὴς. Plin. *lib.* 10. *cap.* 10. Pavonem cibi gratiâ Romæ primus occidit orator Hortensius, dapali cœna sacerdotii.

Dāpātīcus, a, um: quod est amplum, magnificum: ut, Negotium dapaticum, μεγαλοπρεπὲς. Festus.

Dāpātīcè, adverb. id est, lautè. Δαπανῶς. Festus.

Dāpsilè, advetbium: Abundanter, lautè, copiosè. { δαψιλῶς. GALL. *Abondamment, somptueusement.* ITAL. *Abundantemente, liberalmente, magnificamente.* GERM. Reichlich. HISP. *Magnificamente y costosamente.* ANGL. *Abundantly, costly.*} Suet. *in Vespas.* Sed & convivabatur assiduè ac sæpiùs, rectè ac dapsilè.

Dāpsĭlis, e, abundans, largus, liberalis. { δαψιλὴς. GALL. *Magnifique, & abondant, somptueux.* ITAL. *Abundante, liberale.* GERM. Reichlich / köstlich / vberflüssig. HISP. *Magnifico y costoso y abundante.* ANGL. *Liberall, sumptuous, costly.*} Plaut. *Mostell.* Triginta minæ, præterque alios dapsiles sumptus fecit. Columell. *lib.* 4. *cap.* 17. Si autem continuis superioribus annis dapsili proventu fatigata vitis fuerit, requiescere, ac reficì par erit. Idem *lib.* 3. *cap.* 2. At spinosa dapsilis musto, ac amplitudine magis uvarum, quàm numero fertilis. Δαψίλειαν, largitatem, abundantiam rerum, liberalitatémque vocant: unde nostri quoque dapsiles aliquando lautos, & liberales appellant. Plaut. *in Aulul.* Istis magnas factiones, dotes dapsiles nihil moror, id est, affluentes & largas. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. Corollas dari dapsiles. Et *sc.* 4. *a.* 1. Postquàm herili filio largimus dictis dapsilis.

Dāpsĭlĭtĕr, adverbium: Dapsilè, lautè. Nævius *in Corollario.* Ulterò meretur quamobrem ametur, ita dapsiliter suos amicos alit.

Dāpsā, apud veteres genus sacrificii, quod fiebat aut hyeme sæviente, aut vere: à Græcis Δαὶς vocatur.

‖ Dapticè, magnificè. ¶ Dapticum, amplum. Fest. Cerd.‖

Dapsolibyes, Δαψολίβυες, populi. Steph.

Daradus, Ptol. Fluvius est Africæ, quem aliquot literis in fine abjectis, Dirat vocat Plin. *lib.* 5. *cap.* 1.

Daræ, Δάραι. Municipium castellum Anastasii civitatis, cujus cives, Dareni, aliàs Darthæ, per duplex r.

Darapsa, Δάραψα. urbs in Basteia. Steph.

Dardæ, Δάρδαι, Indiæ populi sunt, qui sub Daride contra Dionysium pugnarunt.

DARDĀNŬS, Δάρδανος, Electræ, Jovísque filii nomen, qui quum Jasium fratrem interemisset, inde fugiens in Samothraciam primùm, & deinde in Asiam venit, locáque tenuit Hellesponto proxima: urbémque ibi Dardanum condidit: regionemque totam Dardaniam appellavit: quam postea Tros Erichthonii filius, Troiam appellavit: Trois autem filius fuit Ilus, qui urbem regiam à se Ilion appellavit: Ilus autem Laomedontem filium genuit, qui pater fuit Priami. Virg. 3. *Æneid.*

*Dardanus Iliaca primus pater urbis & author.*

Alexander, Dardanus, Paris, pronomen, nomen, cognomen ejus: Diom. *lib.* 1. & Ovid. 13. *Metam.*

——— *Dardanio quem cepi vate potitus.*

¶ Dardaniæ artes, i. magicæ, à Dardano insigni, ut tradunt, mago, cujus commentariis perfectis, doctissimus evasisse Democritus memoratur. De quo Plin. *lib.* 30. *cap.* 1. Apuleius, Eusebiúsque *lib.* 2. *præparat. Evang.* Col. *lib.* 10.

*Dardanie veniant artes.*

Dārdānārii, qui omnia præcurrunt, ut aliquando extiùs vendant. { αὐτόμολοι. GERM. Fürkeuffer. ANGL. *Forebiers forestle others of the market.*} Dicti à Dardano quodam contaminatissimo & profligatissimo mago, à quo etiam Dardaniæ artes à Colum. vocantur magicæ. Ejus sunt verba,

*At si nulla valet medicina repellere pestem,*
*Dardania veniant artes.*

Dārdānium, Δαρδάνιον, genus ornamenti quod lacertis adhibebatur, Plin. *lib.* 33. *cap.* 3. Cujus sceleris nos coarguimus illum primùm qui auro dignitatem per annulos fecit, ut habeant in lacertis jam quidam & viri, quod à Dardanis venit, itaque & Dardanium vocabatur.

Dares, etis, Δάρης. Historicus Phrygius fuit, qui primus bellum Troianum, cui ipse interfuerat, Græce conscripsit, quod postea à Cornelio Nepote in Latinam linguam versum fuit. ¶ Fuit item Dares quidam ex comitibus Æneæ, qui cum Entello Siculo cæstuum certamine congressus succubuit, ut refert Virgil. 5. *Æneid.* Hinc locus factus proverbio apud Historicum *ad Augustinum*, Dares Entellum provocat. Convenit ut si quando quispiam juvenili temeritate lacessat aliquem, non perinde promptum ad suscipiendum certamen, verùm intolerandum si semel inierit.

Daridæus, Δαριδαῖος, Persarum rex fuit eo tempore quo Apollonius Thianeus ad Indos per Persidem iter fecit, hoc est, tempore Tiberii & Cai & Claudii Imperatorum.

Daridna, urbs Paphlagoniæ. Steph. Δάρδνα.

‖ Darien, vel Dariene, *Darien*, urbs Caribanæ provinciæ in India Occidentali. ‖

Darioritum, Δαριόριτον, vulgò *Vannes.* Oppidum est Venetorum in Gallia Lugdunensi ad Oceanum situm: teste Ptolem. *lib.* 2. *cap.* 7. Sunt, qui existiment idem esse cum eo, quod Galli vocant *Rennes en Bretagne.*

Darīta, Δαρῖται, populi quidam. Steph.

Daristane, Δαριστάνη, urbs Persica. Steph.

DĀRĬVS. { דריוש *darjavésch.* Δαρεῖος.} Nomen regis Persarum qui triginta sex annos regnavit: cui Xerxes filius ex Atosa Cyri filia successit in regnum. Fuit & alter ejusdem nominis Persarum rex, qui Alexandri adolescentiam despicatam habens, bello cum aggressus est: quem tamen Alexander exiguis copiis facilè profligavit. Darius verò instaurato exercitu, prælio iterum congressus, ægrè fuga sibi salutem quæsivit, uxore & filiabus hostium prædæ relictis. Post hæc de pacis conditionibus cum Alexandro agens, quum nihil impetrasset, redintegratis copiis tertiò congreditur, tandémque victus, quum se fuga victori eripere conaretur, à suis comprehensus est trucidatus. Hoc nomen habet pen. prod. quoniam apud Græcos scribitur per diphthongum. Claud. *in epist. ad Adrianum.*

*Darium famuli Manibus dolnisse peremptum.*

Mirum quin me tua caussa faciat Jupiter Philippum, aut Darium, trivenefica. Plaut. *Aul. sc.* 2. *a.* 2.

Dārĭcus, Δαρεικὸς, Numisma priscum Darii imagine percussum. Plutarch. *in Cim. in Artox.*

Darrhæ, Δάρραι, populi juxta rubrum mare. Steph.

Darsania, Δαρσανία, urbs Indica, ubi uno die mulieres vestem conterunt.

Darsii, Δάρσιοι, populi Thraciæ. Steph.

Dartuernum, Δαρόϊγον, vulgò *Douures.* Portus est Britanniæ insulæ, unde brevissimus est ad Caletes trajectus. Author Ptol. *lib.* 2. *cap.* 3.

Darus, Ptol. est fluvius Pannoniæ inferioris, quem Plin. *lib.* 3. *cap.* 25. Dravum appellat: hodie Moram vocant.

Dascylus, Bithyniæ oppidum. Plin. & Pomp. *lib.* 1. Ptolem. Strabo & Stephan. Dascylium nominant, Δασκύλιον: vicinúmque lacum Dascylitícum.

Dasia, Δασεῖα. Densitas spiritus, & signum est vocalis aspiratæ, quod hac nota formatur, h.

Dassaretæ, Δασσαρῆται. Thraciæ populi, quos à tergo Epiri junctos scribit Plin. De his Mela *lib.* 2. in descriptione Thraciæ.

Dastylus, fuit Gygi regis pater, teste Herod. *lib. hist.* 1.

Dāsypūs, odis. { ΠΙΠ *schaphán.* Δασύπους. GALL. *Vn connil, vn lapin.* ITAL. *Coniglio.* GERM. Ein haas oder ein küngle. HISP. *Conejo.* ANGL. *A conie or hare.*} Animal est quod nos leporem, aut ut aliis placet, cuniculum vocamus. Plin. *lib.* 30. *cap.* 63. Dasypodes omni mense pariunt, & superfœtant, sicut lepores. A partu statim implentur: concipiunt, quamvis ubera siccante fœtu: pariunt non cæcos. Ex quo loco constat, Plinium Dasypodem à lepore distinxisse. Budæus tamen credidit Plinium in ea re deceptum fuisse: eo præcipuè argumento nixus, quòd Aristoteles plerisque in locis dasypodem à lepore non videatur distinguere. Si tamen diligentiùs scriptorem illum excussisset, invenisset locum manifestissimum, ubi ille duo hæc indubiè secernit: locus est *lib.* 1. *de hist. animalium*, ubi sic habet: Differunt præterea animantes moribus; nam aliæ mites, remissæ, ac minimè pervicaces sunt, ut boves: aliæ animosæ, pervicaces, brutæ omninò, ut sues sylvestres: aliæ ingeniosæ, ac timidæ, οἷον ἄλωπηξ, καὶ λαγὼς. καὶ δασύπους, hoc est (interprete Theodoro) ut cervi, lepores, cuniculi. Polybius tamen *lib.* 12. *historiarum*, cuniculum Latino nomine appellare maluit, non secus ac si Græca lingua animalis ejus nomenclatura destitueretur. Ait enim nasci animal leporì simile, κουνίκλους καλοῦσιν. Hisce argumentis adductus Erasmus, vertens adagium illud, apud Græcos usitatissimum, δασύπους κρέων ἐπιθυμεῖ, maluit Græcam dictionem servare, quàm de re incerta quippiam temerè pronuntiare. Sic enim vertit: Dasypus carnes desiderat. Dicitur in eos, qui ea requirunt ab aliis, quæ ipsis affatim sunt domi.

Dātātus, Datatim, vide *Do.*

Dates, unus fuit è ducibus Darii, qui teste Herod. *lib.* 6. bello apud Marathonem victus est.

Datum, Δάτος, urbs Thraciæ, cives Datenci, vel Datenci. Steph.

Darylepri, Δαρύλεπροι, populi Thraciæ. Steph.
Dave, Δαὼθ, urbs Arabiæ. Steph. Gentilis, Davæus, Davenus, Davites.
‖ Daventia, *Deventer*. V. E. Germaniæ inferioris, ad Isulam fl.‖
Daulis, Nympha, à qua Daulidi urbi nomen. Steph.
Daulia, vel Daulis, Δαυλὶς Ptolemæo, oppidum Phocidis, fuit olim subditione Terei regis Thracum, unde Philomela ab Ovidio Daulia dicitur, quòd in Daulide urbe in avem sui nominis fuerit conversa.

*Deflet* (inquit) *Thereidum Daulias ales Itym.*

Daucos, Δαῦκος. Herba est similitudine fœniculi, candidioribus tamen foliis & minoribus hirsutisque, caule pedali recto, radice suavissimi gustus. Pluta ejus sunt genera, quæ vide apud Plin. *lib.* 25. *cap.* 9.
Daunium, Δαύνιον, urbs Italiæ. ¶ Est & Daunium murus Thraciæ. Stephan.
Daunotichitæ Scepsi, μέρος Δαυνοτιχίτου. Vide Stephanum in *Scepsa*.
Daunus, filius fuit Pilumni & Danaes, & avus Turni, qui in Apulia regnavit: à quo etiam regio illa, Daunia dicta est. ¶ Alter fuit Daunus prioris filius, qui ex Venilia sorore amata Turnum suscepit. Virgil. *lib.* 12.

——— *Danni miserere senectæ.*

¶ Est quoque fluvii nomen in Apulia. Unde Horat. *lib.* 3. *Carm. Ode* 30.

*Et qua pauper aquæ Daunus agrestium*
*Regnavit populorum*, &c.

Danni, Italiæ populi, à Dauno duce Diomedis socero victi: horum oppidum est Salapia, Annibalis meretricio amore inclytum, ut scribit Plin. *lib.* 3. *cap.* 11.
Daunia, Δαυνία, vulgò *Puglia Pugiana*, Apulia, à Dauno Illyriæ gentis claro viro, Diomedis socero, qui eam condidit.
Daurises, Herodoto *circa finem lib.* 6. unus ex Datii ductibus fortissimus, ejusdémque generis, qui in insidiis à Cartis cæsus est.
Dausara, Δαύσαρα, urbs citra Essedam. Steph.
Dautia, quæ & Lautia dicimus. Munuscula, quæ dantur legatis hospitii gratiâ. Fest.

DE

Dē. { ϖὸ *min.* *magn.* Gall. *De*. Ital. *De, di, da*. Germ. Don. Hisp. *De*. Angl. *Of from*. } Præpositio est quæ separata significat ἀπὸ, hoc est, à, vel ab, vel ex: ut, Audivi de patre tuo. ¶ Item ἀντὶ. Cicer. 3. *de Orat.* Oratio Crassi de colonia Narbonensi, & altera de lege Servilia. Item *propter*: Terent. *in Eunuch.* Quantum me amas de fidicina hac? De qua causa, pro Qua de causa. Gell. *cap.* 13. *lib.* 1. de suo offerre. Suet. *in Aug. cap.* 44. Vide *Pecūnia*. De manu reddere strenam. Idem *in Tib. cap.* 34.

*Nec timui, de morte tamen metus abfuit iste.*

Ovid. 3. *Fast.* De ea re argumenta paucis verbis eloquar. Plaut. *Amph. sc.* 1 *a.* 5. Hæc sunt verba de lege (i. legis.) Gell. *cap.* 1. *lib.* 20. De calumnia damnati. Idem *cap.* 2. *lib.* 14. De sua pernbant proscripti. Senec. *cap.* 20. *lib. de consol. ad Marc.* De classe cum reduxi. Ovid. 13. *Metam.* De palla memento amabò. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 5. Qua de re, pro Quamobrem. Idem *Amphitr.* Meo de studio erant vestro. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Quæ nolebam de industria fugiebatis. *Ibid.* De suo optimari filiæ in nuptias Idem *Aulul. sc.* 1. *a.* 2. Te de alia re resciviſſe censui. *Ibid. sc.* 6. *a.* 4. De istâ re tibi non adversabor. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Ira commenti (sunt dolum) de sua sententia. Idem *Capt. prolog.* De compacto, vide *Compingo*.

*Incepit de se subtexam carmina chartis.*

Tib. *lib.* 4. *De Danais qui te laudat*: mox, *De tot Graiorum millibus*. Ovid. 13. *Metam.* De improbis auferri præmium decet. Plaut. *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Nam ipsam experior de me, & de me ipsam scio. Idem *Amph.* De istâ re conquiescito. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Credit tibi de istis. Idem *Mers sc.* 2. *a.* 4. De semita. Idem *Cure. sc.* 3. *a.* 1. De foribus inrepa sis vide (i. cave attigeris.) Idem *Amphitr.* Quid de te merui, qua de causa tu me perderes. Idem *Menæch. sc.* 2. *a.* 3. De illo emi vitigineam Idem *Mers sc.* 3. *a.* 2. De illis verbis cave tibi. Idem *Menæch sc.* 2. *a.* 3. De crimine natus Erichthonius.

*Pallade conspecta natum de crimine virgo*
*Sustulerit quare quæris Erichthoniun?*

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* ¶ Item Deorsum, sicut Sus, Sursum: unde Sûsque déque fero, veteres dicebant, hoc est, sursum, an deorsum res feratur, parvi facio. ¶ Item ponitur pro è, ut apud Suet. *in Calig. cap.* 37. Fabricavit & de cedris Liburnicas, gemmatis puppibus, pro è cedris.

*Quem tu diva memor de Pane monilibus ornas* (i. panicis.)

Ovid. 6. *Fast.*

——— *lituras*
*De lachrymis factas sentiat esse meis.*

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 1. *Trist.* ¶ De nihilo (i. nulla causa.) Liv. 4. *d.* 4. De nihilo dicunt contumeliam. Plaut. ¶ Item memorativam vim habet, ut Cicero scripsit *de Officiis*. De nocte abire, id est, in nocte, vel per noctem. Terent. *in Adelph.* Cum prima luce ibo hinc. M. Imò de nocte censeo. Ubi Donatus dicit abundare *de*. Imò phrasis Latina est, nihilque frequentius apud Cæsarem & classicos authores. Liv. 4. *d.* 4. De tertia vigilia navem conscendit. De die. Sueton. *in Calig. cap.* 37. De media nocte. Idem *in Calig. cap* 20. Et, De die dabitur. Plaut. De die potare. Idem. Cicer. *pro Murena*, Vigilas de nocte, ut tuis consultoribus respondeas. ¶ De meo consilio, de mea sententia, & similia, pro Me suadente & consulente, &c. Sæpe apud Cic. De eodem genere, pro ejusdem generis. Cic. 4. *Tusc.* Affictio, desperatio, & si qua sunt de genere eodem. De, pro Quantum pertinet ad. Terent. *Heaut.* Nam de reducenda, id verò neutiquam honestum esse arbitror. Cic. *ad Lentulum lib.* 1. Cedit religioni de exercitu. ¶ De, pro Post. Plaut. *Most.* Non bonus est fortunus homini de prandio. ¶ De, pro Ad: ut, Ædificare de exemplo alterius. *Ibid.* ¶ De, ut ἀπὸ, etiam postponitur. Paulus *D. lib.* 21. *tit.* 1. *leg.* 11. Ex his verbis stipulationis duplæ, vel simplæ, Eum hominem, quo de agitur, non à esse solutum. De scripto dicere, id est, legendo. Cicer. *de Cl. Orat.* De summo loco, summo quo genere filius. Plaut. *Capt. & Aul. prolog.* De summo summus Jupiter. Idem *Amphit. sc.* 3. *a.* 4. Item de supero (i. de tecto.) *Ibid.* Quo de genere natus. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 1. Adolescens de equestri loco. Gell. *cap.* 9. *lib.* 19. ¶ Una ex pecunia, pro de. Augustin. *in Breviar. sub finem*. Exagredi, ejiciuntur. Varro apud Nonium *in Politio*. ¶ Præpositio Deo, accepta est. Gell. *cap.* 16. *lib.* 6. (i. modò auget, modò minuit.) Composita verò aliquando detractionem notat, ut Decortico, Delibo, Devestio, Depluno, Depilo, Decalvo, Dearmo. ¶ In aliquibus deorsum, ἀπὸ, ut Descendo, Defluo. ¶ Interdum non, ut Delumbe, quod est non habens lumbos. ¶ Interdum activa est, sive intensiva, ut Deamo, Depravo. ¶ Interdum diminutiva, ut Deresco, defervesco. ¶ Interdum privativa, sive negativa, ut Desperatus, Demens, Dedecet. ¶ Interdum localem vim obtinet, ut Deambulo. ¶ Interdum deficientem vim sui simplicis indicat: ut Disco, Dedisco: Tego, Detego: Doceo, Dedoceo. ¶ Interdum est honoris exhibitiva, ut Defero, Deduco. ¶ Significat etiam quandoque, in totum, vel omnino, ut Demando. ¶ Quandoque apertè, seu palam, ut demonstro. ¶ Componitur autem cum dictione incipienti ab a, Deamo: b, ut Debacchor: c, ut Decerno: d, ut Deduco: e, ut Deero: f, ut Defero: g, ut Degluvio: h, ut Dehisco: i, ut Dejicio: l, ut Delabor: m, ut Demitor: n, ut Denudo: o, ut Deosculor: p, ut Depelloc: r, ut Derivo: s, ut Desudo: t, ut Detrahoto, ut Devenio. ¶ Patitur nonnunquam elisionem, metri gratiâ, sicut in Deinde, & Dehinc. Virg. *lib.* 1. *Æneid.*

*Oscula libavit nato, dehinc talia fatur.*

ubi eliditur e.
Dĕă, æ, fœm. à Deus. { θεὰ, θεὸς ἡ. Gall. *Deesse*. Ital. *Dea*. Germ. Göttin. Hisp. *Dea, diosa*. Angl. *A goddesse*. } Virg. 1. *Æneid.*

——— *nec vox hominem sonat, ò dea certè.*

¶ Dea triformis sacra, id est, Hecates, quæ & Luna & Diana & Proserpina creditur esse. Luna quidem in cœlo, Diana in terris, & Proserpina apud inferos. Ovid. 7. *Metamorph.* Auxiliaris dea. Idem 9. *Metam.*

——— *quam te partu Lucina levavit,*
*Tollere quicquid erit, dea sum auxiliaris, opemque*
*Exerata fero.*

¶ Ultrices deæ. Senec. *de Octavia. Tartareo tetror*, Erebique deæ scelerum ultrices.

——— *fuique*
*Exitii ades Deam, raptamque effove per hostes:*

(i. signum.) Ovid. 13. *Metam.* Te omnes Dii deæque perduint. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 5.

*Iure dem venerer.* (Musas.)

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

*Nate deâ, dixi.*

Idem 13. *Metam.*
Dēăcīnātus, a, um. { ἀποβεβακκευμένος, ἀφῃρημένος ἐκ τοῦ βακκεύειν. Gall. *De qui on a osté & nettoyé les grains de raisin*. Ital. *Mondato da granelli*. Germ. Von trauben beeren wohl gesäubert. Hisp. *Pazinado de las berruejos de las uvas*. Angl. *That is cleansed of the kernelles of grapes or lik fruite*. } ut Deacinata dolia, à quibus abstersi sunt acini. Cat. *de re rust. cap.* 26. Ubi erit lectum post dies triginta, & bene deacinata erunt dolia, oblinito.
‖ Deactio, peractio. Fest. ‖
Dēălbo, idem est, quod album reddo, album tectorium induco. { חלבין *chlbin*. λευκαίνω. Gall. *Blanchir par dessus*. Ital. *Imbiancare*. Germ. Weißen/ oder weiß machen. Hisp. *Blanquear, emblanquecer*. Angl. *To mak white, to whitelime*. } ut Dealbare parietem, est album tectorium superinducere. Curtius *ad Cic.* Nec solere duos parietes de eadem fidelia dealbare.
Dēălbātus, a, um, participium: idem quod albo inductus colore. Sueton. *in Galba, cap.* 9. Multóque præter cæteras altiorem & dealbatam statui crucem jussit.
**Dēcipŭlă**, instrumentum aliquod decipiendis vel avibus, vel muribus idoneum. { מוקש *mokésch.* παγίς. Gall. *Lacs, ou instrument à prendre oiseaux, ou autres bestes.* Ital. *Laccio, trabacco da prender uccelli à fiere.* Germ. *Ein mauszfallen/oder vogelschlag/oder haren.* Hisp. *Orpezolo ò cepo para tomar fieras.* Angl. *A pitfall, or snares to take birdes and other thinges.* } Pro quo & Decipulum neutri generis dixit Apuleius *lib.* 8. ¶ Decipula murem cepit, παγὶς ἐμυοθήρευσε. De recté meritóque deprehensis & malo dignis. Quasi dicas, lupus in foveam incidit: aut apet in calles.

**Dēcĭrcĭno**, as, contrarium suo simplici Circino, quod significat aliquid rotundum facio, διαστρογγύλλω. Manil. *lib.* 3.

*Quem terrâ natura soli decircinat orbem.*

Idem,

*Majorémque Helix major decircinat arcum.*

**Dēcĭrēmis**, fœm. gen. Navigii genus est habens decem remorum ordines, Δεκήρης. Plin. *lib.* 7. *cap.* 56. Quinqueremem instituit Nesichton Salaminius, sex ordinum Xenagoras Syracusius: ab ea ad deciremem Maesigethon.

**Dēcĭus**, Δέκιος, à decem. Viri proprium: quemadmodum à quinque Quinctius. Decittes, pater, filius, & nepos dicti fuêre, qui pro patria se devoverunt, pater bello Gallico, filius bello Hetrusco, nepos eo bello, quod Pyrrhus gessit pro Tarentinis. Cicer. 1. *Tusc.* Si mors timeretur, non cum Latinis decertans pater Decius, cum Hetruscis etiam filius, cum Pyrrho nepos se hostium telis obiecissent.

**Dēclāmo**, as, are: Valde clamo, voce exerceor, exercendi causa oro. { Φωνασίω, vel λόγους μελετῶ. Gall. *Declamer, s'exercer à parler.* Ital. *Esserciti: arsi dicendo.* Ger. Sich mit reden üben in einer erdichten sach. Hisp. *Exercitarse en la Retorica.* Angl. *To declame, to moove.* } Cicer. *de finib.* Quo in loco ad fluctum aiunt declamare solitum Demosthenem. Ovid. 2. *de Arte*,

*Sed neque declamem medio fermone diserti,*
*Nec sua vesanus scripta poëta legat.*

¶ Contra aliquem vehementissimè declamare. Cicer. 6. *in Verr.* Ille autem insanus, qui pro isto contra me vehementissimè declamasset, postquam, &c. Idem *Appio, lib.* 3. Veruntamen est majestas (ut Sylla voluit) ne in quemvis impunè declamare liceret. Hoc auditor expectat, hic laus omnis declamat, non vulg. Quint. Declamare suasoriam. Senec. Quot millia pallium declamasti? Quint.

**Dēclāmĭto**, as, are, frequentativum. { Λεγωνίζομαι, πολὺν χρόνον λόγους ἐκφέρω. Gall. *Declamer souvent.* Ital. *Orare sovente in causa finta.* Germ. Sich vil und offt mit reden halten üben. Hisp. *Muchas veces orar causas fingidas.* Angl. *To declame often or moore.* } Cic. filius *ad Tironem*, Præterea declamitare Græce apud Cassium institui, Latinè autem apud Bratum exerceri volo. Cicer. 1. *Tusc.* Ut enim antea declamitabam causas, quod nemo me diutiùs fecit: sic hæc mihi nunc similis est declamatio. Idem 5. *Philip.* Ipse interea decem & septem dies, ut digestio potiùs quàm declamatio videretur, de me in Tyburtino Scipionis declamitavit, finem quærens: hæc enim ei causa solet esse declamandi. Idem *de clar. Orat.* Commentabar declamitans (sic enim nunc loquimur) sæpe cum M. Pisone, & Quint. Pompeio.

**Dēclāmātŏr**, is, qui domesticis, scholasticisque meditationibus se exercet, ut postea seriis in causis sit paratior. { Λογωνίστης, ῥήτωρ. Gall. *Declamateur, qui s'exerce à declamer, Orateur.* Ital. *Oratore in cause finte.* Germ. Der sich in erdichten sachen mit reden übt / auff dass er fertig sey wann es ernst gilt. Hisp. *Orador en causas fingidas.* Angl. *That exerciseth him self in declaming.* } Cicer. *in Orat.* Non enim declamatorem aliquem de ludo, aut tabulam de foro, sed perfectissimum & doctissimum oratorem quærimus.

**Dēclāmātĭo**, nis, est domestica exercitatio & umbratilis, & commentatio quæ fit inter privatos parietes, quo in genere pueri apud magistros exercentur. { ἡ τῶν λόγων μελέτη. Gall. *Declamation.* Ital. *Oratione in causa finta.* Germ. Ein red die man von wegen der vbung hält. Hisp. *Oration en causa fingida.* Angl. *A declaming.* } Solebant enim causas acturi domi priùs præmeditari ea, quæ in foro essent dicturi. Pueris quoque in ludis ficta quædam themata solebant præscribi, quibus se præexercerent, & ad eloquentiam sibi viam sternerent. Cicer. *pro Murena*, Non placet mihi declamatio potiùs, quàm perfabulatio. Idem *pro Planc.* Vulgaris & pervulgata declamatio.

Declamatiuncula. Gell. *cap.* 8. *lib.* 6.

**Dēclāmātōrĭus**, a, um. { ῥητορικὸς ἐν τοῖς λόγοις, ἡ ἐπιδεικτικὸς ἐν τοῖς λόγοις. Gall. *Des appartenances de declamation.* Ital. *Pertinente à finta oratione.* Germ. Das zu einer solchen erdichten red gehört. Hisp. *Cosa para orar causas fingidas.* Angl. *Pertaining to declaming.* } ut genus dicendi declamatorium, hoc est, ipsis declamationibus magis quàm veris orationibus accommodatum, hoc est, non tam nervosum, quàm ornatum, & ad ostentationem compositum. Cic. *Quintò fratr. lib.* 3. Et ipse puer magis illo declamatorio genere duci & delectari videtur.

**Dēclāmātōrĭē**, adverb. More declamantium, μελετηρικῶς. Hieronymus: More eorum, qui declamatoriè solent loqui ad populum.

**Dēclārāre**, est apertè monstrare: plus enim est, quàm significare: & tam ad facta quàm ad dicta pertinet. { באר *beér.* ἐκφαίνω, δηλόω. Gall. *Declarer.* Ital. *Dichiarare, mostrare apertamente.* Germ. Entdecken. Hisp. *Declarar.* Angl. *To declare and shew, to tell.* } Cic. *Lucio*, Itaque hoc sæpiùs dicendum, ubique non significandum solùm, sed etiam declarandum arbitror, nihil mihi tale potuisse tuis literis gratius. Idem, Declaravit id modò temeritas C. Cæsaris, qui omnia jura divina & humana perverterit. Hominem eorum eum esse declaramus, id est pronunciamus, & palàm dicimus. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 2. ¶ Declarare Consulem veteres dixerunt, pro eo quod est nuntiare. Nam consulem declarare dicebatur is, qui consulem creatum renuntiabat. Cicer. *pro Murena.* Ut ejusdem hominis voce & declaratus Consul esset, & defensus. Designare, declarare, & nuncupare Consulem, differunt. Aulon. *in Orat.*

**Dēclārātĭo**, verbale. { ἐκφάνσις. Gall. *Declaration.* Ital. *Dichiaratione.* Germ. Ein erklerung. Hisp. *Declaracion.* Angl. *A declarating, a shewing.* } Cic. *Planc. lib.* 10. Rursus declaratio animi tui, quem haberes de Republica, quemque habituras esses, mihi erat jucundissima.

**Declārātor**, is. qui declarat, qui sua voce renuntiat. Plin. *in Panegyr.* Ut idem honoribus nostris suffragator in curia, in campo declarator existeres.

**Dēclīno**, as, are. { נטה *natáh.* κλίνω, παρακλίνω, ἐκκλίνω. Gall. *Se destourner, éviter.* Ital. *Declinare, schinare, abbassare.* Germ. Nideriith biegen / entweichen. Hisp. *Rehuyr ò evitar alguna cosa doblegar.* Angl. *To eschew, to avoyde, to turne away.* } Significat deorsum aliquid flectere. Sed quoniam sæpiùs caput, aut etiam totum corpus declinando periculum devitatur, consuetudo invaluit, ut pro vitare poneretur: neque tantùm deorsum, sed quoquoversus se quis flecteret, idem significaret: quemadmodum in gladiatoribus videmus, qui ut petitiones adversariorum facilius declinare possint, modò se huc, modò illuc, vel toto corpore, vel parte aliqua flectunt. ¶ Sed variè construitur. Ponitur enim vel absolutè. Cic. *pro Sest.* Magna rerum permutatione impendente, declinasse me paulùm, & spe reliquæ tranquillitatis præsentes fluctus, tempestatémque fugisse. Vel cum accusativo. Idem 1. *Offic.* Declinérque ea, quæ ei nocitura videntur. Vel cum ablativo & præpositione, Idem *Tusc.* 4. Quomodóque bona naturâ appetimus, sic à malis naturâ declinemus. ¶ Est alia hujus verbi significatio, quum scilicet ponitur pro deflectere, vel præterire, & hoc quoque aliquando cum accusativo. Idem *pro Planc.* Brundusium veni, vel potiùs ad mœnia accessi: urbem unam mihi amicissimam declinavi. Aliquando cum præpositione à. Idem *Attic.* De Buthrotio negotio, utinam quidem Antonium conveniam, multùm profectò proficiam, sed non arbitratur eum à Capua declinaturum. Vel cum præpositione de. Idem *de finib.* 5. Modò etiam paulùm ad dextram de via declinavi, ut ad Pericli sepulchrum accederem. Et transiisse. Idem *de Amic.* Ut etiam si qua fortuna acciderit, ut minùs justæ amicorum voluntates adjuvandæ sunt, in quibus eorum aut de capite agatur, aut fama, declinandum est de via, modò ne summa turpitudo sequatur: id est, de summo jure decedendum est. Si aliquid amicitiæ condonandum, modò ne turpitudinem aliquam graviorem subeamus. Plaut. *in Aulul. sc.* 3. *a.* 4. Nam ego modò declinavi paululùm me extra viam. ¶ Interdum pro Deduco, hoc est, pro ab uno loco ad alium duco. Liv. 1. *ab urbe*, Nec ea culpa, quam arguo, omnium Albanorum est: ducem secuti sunt, ut & vos, si quò ego inde agmen declinare voluissem, secisseris. ¶ Interdum pro Alieno, eximo. Terent. *in Heaut. sc.* 1. *a.* 2. Neque declinatam quicquam ab aliarum ingenio ullam reperias. ¶ Declinata ætas, id est, provecta & vergens. Quintil. *lib.* 12. *cap. ult.* M. Censorius Cato, idem Orator, idem historiæ conditor, (&c.) literas Græcas tudi seculo, ætate jam declinata didicit, ut esset documento, posse percipi quæ senes etiam concupiscunt. Declinare in extremas literas nomen aliquod, ut penus, penoris, &c. Gell. *cap.* 1. *lib.* 4. Memoriæ intentos ab alia intentione declinant, id est declinare faciunt. Quintil. Declinaverunt ad jus dicendum, qui Oratores esse non potuerunt. Idem, Declinare ictus. Liv. 6. *d.* 4. Omnia se à terris tunc numina declinaverunt (id est, recessêrunt.) Sueton. *in Aug. cap.* 70.

**Dēclīnātĭo**, verbale: Deflexio. { נטיה *netiáh.* κλίσις. Gall. *Détournement, fuite, détour.* Ital. *Schinamento, inclinatione.* Germ. Das underlich biegen oder die entweichung und vermeidung. Hisp. *Declinacion.* Angl. *An eschewing, avoyding or turning away from.* } Curtius *lib.* 7. Igitur Macedo lanceam omisit, quam Dolippus cum exigua corporis inclinatione vitasset, &c. ¶ Declinatio verbi vocatur omnis pars, quæ vigorem ipsum subsequitur usque ad secundæ accessionis principium. Galen *lib.* 1. *Crisium. cap.* 3. ¶ Declinatio mundi, ejus devexitas ac declivitas. Col. *initio operis*: Declinationis mundi non ignarus, ut exploratum habeat, quid cuique plagæ conveniat. Declinatio est etiam vox Grammatica, quam sic definit Varro *lib.* 3. *de Analogia.* Declinatio est quum ex verbo in verbum, aut ex verbi discrimine ut transeat mens, vocis commutatio fit: aliqua similudo declinationis, quum item ex aliqua figura in figuram transit.

**Dēclīvis**, e, & Declivus, a, um. Deorsum inclinatus, atque incurvus. { κατάντης, κατάφορος, κάθετος. Gall. *Qui panche & va en abaissant,*

*abaiſſant.* Ital. *Inchinato.* Germ. *Vnderſich gebildt.* Hisp. *Inclinado, ò cesa que cae.* Angl. *That bendeth and declineth downe as it ward fall.* ¶ Cæſ. 1. *bell. Gall.* Collis à ſummo æqualiter declivis. Hirtius 1. *bel. civil.* ¶ Ab oppido autem declivi faſtigio vergebat in longitudinem paſſuum circiter quadringentorum. Plin. *in Epiſt.* Nam multer nobilibus clara, moribus proba, ætate declivis, dividua, maceroſa, &c. Dicitur & Declivus. Ovid. 3. *Faſt.*

*Pontum erat ad meſtem declive tramite ripam.*

Declivium, pro declivi uſurpat Guilelmus.

Dēclivĭtās, ātis, ipſa inclinatio. { עקש *ſchephêl.* τὸ κάτωνευσις, τὸ κατωφὲς. Gall. *Panchement, abaiſſement.* Ital. *Inchinatione, abbaſſamento.* Germ. *Haldung.* Hisp. *Declinamiento, cueſta abaxo.* Angl. *A bending, or leaning downe warde.* } Cæſar 8. *bell. Gall.* Exiguum loci ad declivitatis faſtigium magnum habet momentum.

Dēcŏllo, āvi, āre: De collo depono, ut interpretatur Nonius, citans illud Cæcilii,

*Tibi tradidi, in tuo collo eſt, deferes eam.*

Significat etiam caput alicui decidere, auferre, amputare, quod veteres Securi percutere dicebant. { ἀποκεφαλίζω, ἀποτέμνω. Gall. *Oſter de deſſus le col, deceller, oſter la teſte.* Ital. *Tagliar il collo, levar la teſta.* Germ. *Den hals entladen. Item* Enthaupten. Hisp. *Degollar, deſcabeçar.* Angl. *To beheade, to cut of necke.* Fenestella *lib.* 2. Quemadmodum Cæſar à piratis captus ſit, atque eos poſtea ceperit, & decollaverit. Sueton. *in Calig. cap.* 32. Miles decollandi artifex, quibuſcunque è cuſtodia capita amputabat. ¶ Ulus eſt etiam hoc verbo Senec. *Controu.* 5. Aiebat ſe nunquam decollati hominem vidiſſe. ¶ Per metaph. pro deſtituere, & fruſtrari, ſive decipere. Plaut. *in Capt. ſc.* 1. *a.* 3. Nunc ibo ad portum hinc: eſt illic mihi una ſpes cœnatica. Si ea decollabit, redibo huc ad ſenem, ad cœnam aſperam: id eſt, ſi fefellerit ea ſpes, vel potiùs pericrit, & quaſi collum fregerit. ¶ Quin etiam quod Varro *decollare* dixit, Col. eandem rem tractans, *deeſſe* ſcripſit. Varronis verba hæc ſunt, *lib.* 1. *de re ruſt. cap.* 2. Duo in primis ſpectaſſe videntur homines Italici in colendo, poſſentne fructus pro impenſa ac labore reddere: & utrùm ſalubet locus eſſet, an non: quorum ſi alterum decollat, & nihilominus vult colere, mente eſt captus, atque ad agnatos & gentiles eſt deducendus. Columellæ autem hæc, *lib.* 1. *cap.* 3. Potiùs quidem Cato cenſebat in emendo, inſpiciendóque agro, præcipuè duo eſſe conſideranda: ſalubritatem cœli, ubertatem loci: quorum ſi alterutrum deeſſet, ac nihilominus quis vellet incolere, mente eſſe captum, atque eum ad agnatos & gentiles deducendum.

Dēcolor, adject. Malo colore præditus, pallidus, quod colorem amiſit. { ἀχρόων, ἀποβαλὼν χρῶτα. Gall. *Qui a mauvaiſe couleur, ou qui a perdu ſa couleur.* Ital. *Senza colore, ſcolorito, di brutto colore.* Germ. *Entfarbt, rodel geſarbt.* Hisp. *Sin color, deſcolorado.* Angl. *Ill coloured, or that leſt the coulour.* } Tibullus,

*Qua ferat æ celeri decolor Indus aqua.*

Plin. *lib.* 16. *cap.* 12. Frigida hieme deterior, ac minus copioſa & decolor. ¶ Decolor nonnunquam pro turpi & inhoneſto accipitur. { Angl. *Foul, filthy.* } Ovid. *in Epiſt. Detanira ad Herculem,*

*Fama Pelagiaſdes ſubitò pervenit ad urbes*
*Decolor, & falſis inficienda tuis.*

Ætas decolor. Virg. 8. *Æneid.*

*Aureáque ut perhibent, illo ſub rege fuerunt*
*Sæcula, ſic placida populos in pace regebat:*
*Deterior donec paulatim ac decolor ætas,*
*Et belli rabies, & amor ſucceſſit habendi.*

Ubi Servius: Decolor ætas, vitioſa: in omni enim vitioſo corpore ineſt peſſimus color. Decolor, de Æthiopis puero. Juvenal. *Sat.* 6.

*Decolor ipſe ſuo ſanguine Rhenus erat.*

Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Triſt.*

Dēcolōro, as: Colore priſtino privo, aut colorem vitio. { τὸ χρῶμα ἀλλοιόω, ἀποχρόω. Gall. *Decolorer, donner mauvaiſe couleur.* Ital. *Diſcolorare.* Germ. *Entfärben / die vorige farb nemmen oder ſchenden.* Hisp. *Quitar el color.* Angl. *To ſtaine, to ſpil the coulour or tak it away.* } Decolorati, paſſ. *Prendre mauvaiſe couleur.* Cic. *lib.* 1. *ad Herenn.* Si tumore, aut livore decoloratum eſt corpus mortui, ſignificat eum veneno necatum. Columell. *lib.* 12. *cap.* 16. Deinde uvas pro magnitudine binas, vel ternas inter ſe colligatas, in ahenum fervens demitti, & exiguum pati, dum decolorentur. Senec. *nat. quæſt.* 2. Decoloratur id, cujus color vitiatur, non mutatur. Celſ. *lib.* 1. *cap.* 6. Si pallor labra decolorat.

Dēcolōrātio, verbale. { ἀχρόωσις, ἀλλοίωσις. Gall. *Décolorement, couleur ternie, mauvaiſe couleur, comme palle.* Ital. *Scoloramento.* Germ. Entfarbung. Hisp. *Deſcoloramiento.* Angl. *A ſtaining or leeſing of the coulour.* } Cicer. 2. *de Divin.* Sed & decoloratio quædam ex aliqua contagione terrena maximè poteſt ſanguini ſimilis eſſe.

Deicoontes, Herculis filius fuit ex Megara Creontis Thebanorum tyranni filia. Author eſt Homerus *in Odyſſea.*

Dēcŏquo, is: Paulatim dimmuo, & coquendo abſumo. { ἀφίημι. Gall. *Conſumer, faire cuire juſques à diminuer.* Ital. *Conſumare, ſeemare cuocendo.* Germ. Entkochen / mit kochen ſchwechern. Hisp. *Conſumir cociendo.* Angl. *To ſeeth or boyle very much, to ſeeth away.* } Multùm (de ſtylo) decoquent anni. Quint. *cap.* 4. *lib.* 2. Plin. *lib.* 21 *cap.* 3. Neronis principis inventum eſt decoquere muſtum, vel aliud ad tertias, & quartas Colum. & Plinius ſæpe. Und. decocta aqua, & decoctum, ἀφέψημα. Suet. *in Nerone. c.* 45. Decocta Neronis hæc eſt (ſup. aqua.) M. Decocta quarta pars argenti non probi. Livius *lib.* 1. *bell. Macedon.* & apud Gell. *cap.* 11. *lib.* 10. Cruda & immitia opponuntur caducis atque decoctis. ¶ Plin. *lib.* 22 *cap.* 22. pro Conviviis, accipere videtur, quum dicit: Sic aligaris clavus, ſi ferri, vel chalybis aliqua ſubigo, aut panni marcor adfuerit adfixerit, omnem illico lucrum alterum, ſuperéque in venenum decoquit. ¶ Interdum ponitur pro conſumo, & rem familiarem ita abſumo, male rem perdo. ¶ כלה *chalâh*, אכל *achâl.* ἀναλίσκω. Gall. *Fraudor ſes creditaurs, manger & diſſiper ce qu'on doit, faire banqueroute.* Ital. *Fallire, far banqueretta.* Germ. Hab vnd gut verſchwenden, den ſchuldnern trew glauben halten. Hisp. *Quebrar el credito à banco.* Angl. *To conſume or waſt.* } quod ſæpè evenit iis, qui gulæ omnia dedunt, aut qui ſcorta ſectantur: tranſlatione ſumpta ab iis rebus, quæ ad ignem diutiùs commotatæ ad nihilum redigi ſolent. Et ferè tranſitivè ponitur. Cicer. 2. *Philipp.* Tenéſne memoria, prætextatum te decoxiſſe. Plin. *lib.* 3. *cap.* 10 Decoxiſſe creditoribus ſuis. ¶ Spartianus ſcribit Adrianum Senatoribus, qui non vitio ſuo decoxerant, patrimonium pro modo Senatoriæ profeſſionis expleviſſe. Col. *lib.* 1. *cap.* 8. Nam quanvis interdum emendatum ſit perperam factum, vel imprudentiâ, aut negligentiâ; res tamen ipſa jam domino decoxit, id eſt, detrimentum dedit. ¶ Tale quid in ſe habet Defligo ut, Hic defluxit, id eſt, bona conſumpſit.

Dēcŏctŭs, a, um: Participium. Cicer. 3. *de Orat.* Ut ſuavitatem habeat auſteram & ſolidam, nec dulcem atque decoctam. ¶ Decocta, abſolutè quoque ponitur, ſic tamen ut ſubaudiatur aqua. Juvenal. *Satyr.* 5.

*Si ſtomachum domini ſervet vinóque cibóque,*
*Frigidior Geticis petitur decocta pruinis.*

Dēcŏctor, is, qui patrimonium conficit, inſicietor, fraudator. { חלל *chalâl.* ἄσωτος, in veruſto Lexico χρεωφθόρος, φθορεύς. Gall. *Qui a follement dépenſé tout ſon bien, banqueroutier.* Ital. *Fallito, che ha conſumato i ſuo beni.* Germ. Ein verſchwender / ein verthuniger menſch. Hisp. *El que quiebra el banco, ò credito.* Angl. *That waſteth or ſpendeth fooliſhly his patrimonie and goodes.* } Cic. Ex iis copiis, quæ à nobis quotidie comparantur, magnopere contemno exercitum collectum ex ſenibus deſperatis, ex agreſti luxuria, ex ruſticis mendiculis, & decoctoribus, ex iis qui vadimonia deſerere, quàm illum exercitum maluerint.

Dēcŏctior, compar. Perfectior, ſuavior. Sumpta tranſlatione ab auro recocto, aut à vino. Perſius. *Satyr.* 1.

*Aſpice & hæc, ſi forte aliquid decoctius audis.*

Dēcŏctum, i, ſubſtantivum: Jus in quo aliquid decoctum eſt. { ἀφέψημα. Gall. *Decoction.* Ital. *Decottione.* Germ. Ein gethrenck von in welcher etwas geſotten iſt. Hisp. *La decocion.* Angl. *Broth wherein any thing is ſodden.* } Plin. *lib.* 24. *cap.* 9. Ad dentium dolorem, aurúmque, decoctum eorum ſalutare. Vulgus pharmacopolarum *Decoctionem* vocat.

Dēcŏctŭs, us, quartæ declinationis, ἕψησις. Idem Plin. *lib.* 37. *cap.* 12. Exaliàs omnes gemmæ mellis decoctu mitescunt. Hoc eſt, cum melle decoctæ.

Dēcŏctūra, æ, ἀφέψημα. Idem Plin. *lib.* 23. *cap.* 1. Decoctura eorum veteres dyſentericos, & cœliacos juvat.

Decoquus, pro modeſto, & apto.

Dĕcor, ōris, maſc. gen. { ut Valla *lib.* 4. *cap.* 25. docet. } eſt quaſi pulchritudo quædam, ex decentia rerum perſonarúmque in locis, temporibus, ſive in agendo, ſive in loquendo. { תפארת *tiphereth.* πρέπον. Gall. *Beauté, bonne grace, belle contenance, bienſeance.* Ital. *Bellezza, bella, ornamento.* Germ. Ein zierd / hüpſche. Hisp. *Belleza y hermoſura.* Angl. *Grace in doing or ſpeaking, beautie, comelineſſe.* } Virg. *lib.* 5.

——— *Divini ſigna decoris,*
*Ardentéſque notate oculos.*

Cicer. 1. *Acad.* Spoliavit enim virtutem ſuo decore, imbecillámque reddidit, quòd negavit in ea ſola poſitum eſſe beatè vivere. ¶ Decorem facere. Plin. *lib.* 24. *cap.* 10. de hedera, Cicatricibus quoque decorem facit, i. cicatricum deformitatem emendat. Samonicus *cap. de vulneribus.*

*At ſuccis hedera pulcherrima fuda cicatrix.*

Decor à Decus ita diſtinguit Corn. Front. *de differen. vocab.* ut Decor dicatur formæ; Decus verò honoris. Inde fiunt compoſita, Indecor, & Dedecor, quæ idem ſignificant quod turpis, vel inhoneſtus. Virg. *lib.* 10.

*Nec tamen indecorem tua te regina reliquit.*

Stat. *lib.* 3. *Theb.* Legimus indecores. Saluſt. Dedecores multíque terga ab hoſtibus ex debantur. Invenitur tamen hic & hæc Indecoris. Actius, Cujus ſi vita indecoris, mortem fugere haud convenit. Ex Nonio.

Decor, ris, adjectivum, Nævius *apud Priſcian. lib.* 6. Magnámque domum, decoremque item texerat. Fortaſſe à nominativo Decoris; nam *indecor*, aut *dedecor*, non reperi, ſed potius *indecoris.* Saluſt. *apud eund. Priſcian.* Equis & armis decoribus cultus.

Dĕcōrum, i, ſubſtantivum. { כשר *chaſchêr*, נאוה *naavêh*, יפה *japhêh.* κόσμιον, εὐπρεπὲς. Gall. *Honneſteté, bonne grace.* Ital. *Gratia, avenenza, honeſtà.* Germ. Welſtand / das einem erbarlich vnd wol anſteht. Hisp. *Honeſtidad, gracia con hermoſura.* Angl. *Honeſtie, comelineſſe, good grace.* } quod non tam ipſum honeſtum ſignificat, quàm quod hominibus, & communi opinioni honeſtum videtur, & pulchrum, & probabile. Cicer. 1. *Offic.* Quæ autem pars ſubjecta eſt ejus generi, eam ſic definiunt, ut id decorum velint eſſe, quod ita naturæ conſentaneum ſit, ut in eo moderatio & temperantia appareat cum ſpecie quadam liberali. *Ibid.* Hoc loco continetur id, quod dici Latine Decorum poteſt: Græcè enim πρέπον dicitur. An decorum adverſari te meis præceptis? Plaut. *Aſin. ſc.* 1. *a.* 3.

——— *An falſo Palamoden crimine turpe eſt*
*Accuſaſſe mihi, vobis damnaſſe decorum?*

Ovid. 13. *Metam.*

Dēcōrus, a, um: Pulcher, decens, honeſtus, conveniens, conſonens. { כשר *chaſchêr*, נאוה *naavêh*, יפה *japhêh.* κόσμιος, εὐπρεπὴς. Gall. *Honeſte, bienſeant.* Ital. *Bello, adorno.* Germ. Zuro luch / ſchön. Hisp. *Bello, hermoſo y ornado.* Angl. *Honeſt, ſeemelie, comelie, faire, beaute full.* } Haud decorum facimus tuis factis facis. Plaut. *Aul. ſc.* 1. *a.* 1. Parum decoras fortunæ tuæ voluptates. Senec. *de conſol. ad Marc.* Magis decorum eſt, libertum, quàm patronum omni poteſtate. Plaut. *Aſin. ſc.* 4. *a.* 1. Plin. *lib.* 12. *cap.* 5. Sepes munita vallo arboris decora ſpecie ſubtexit intuenti. Col. *lib.* 6. *cap.* 2.

Apenninos

Apenninos duriſſimos, omnémque difficultatem tolerantes, nec ab alpeſtri decorat. Cic. 2. *de nat. Deor.* Nos aris, argento, auro venas penitus abditas invenimus, & ad uſum aptas, & ad ornatum decoras. Virg. *lib.* 1. *Æneid.*

*——námque ipſa decoram*
*Caſariem nato genitrix, &c.*

Horat. *Epod. Ode* 2.

*Vel quum decorum mitibus pomis caput*
*Autumnus arvis extulit.*

¶ Opponitur huic Indecorus, a, um, ἀσχήμων: & Indecorè, μετὰ τοῦ ἀσχήμονος.

Dĕcōriſſimē, ſuperl. ἀσχημονέστατα. Apuleius *in Apologia*, Eum quoque Zenonem longè decoriſſimum fuiſſe, ut Plato autumat.

Dĕcōrè, adverb. Decenter, convenienter. { σεμνῶς, ἁρμόττοντα. Gall. *Avec grace & beauté, honneſtement.* Ital. *Congratia, gratioſamente.* Germ. Zierlich. Hisp. *Honroſamente, hermoſamente.* Angl. *Honeſtlye, ſeemelye, comelye.* Cicer. 1. *Offic.* Sin aliquando neceſſitas nos ad ea detruſerit, quæ noſtri ingenii non erunt, omnis adhibenda erit cura, meditatio, diligentia, ut ea ſi non decorè, at quàm minimè indecorè facere poſſimus. Næ ille ædepol tergo & cruribus conſulit haud decorè. Plaut. *a.* 2. *ſc.* 4. *v.* 3.

Dĕcŭs, oris, gen. neut. Honor, laus, ornamentum, dignitas, honeſtas. { הדר *hodh*, תפארת *tiphéreth*. τιμὴ, εὐκοσμία. Gall. *Honneur, honneſteté.* Ital. *Honore, laude, dignità.* Germ. Ehr, preiß, zierd. Hisp. *Honeſtidad, honra, decencia, hermoſura.* Angl. *Honeſtie, woor ſhip honor gottenſor doing a thing.* } Virg. *lib.* 5.

*Obtimus decoriſque ſui, ſociúmque ſalutis.*

Unde Decora militiæ, laudes, honores, honeſtamenta militi in bello comparata, quales ſunt coronæ, armillæ, & haſtæ puræ, quibus milites donabantur.

*——vel parvus magnum decus urbis Ilyſſem.*

Tib. *lib.* 4. Nunc ſimul res, fides, fama, virtus, decúſque deſeruere. Plaut. *Moſt. ſc.* 2. *a.* 1. *v.* 63. ¶ Decus pro pudicitia. Liv. *lib.* 1. *d.* 1. Decus matronale. Idem *lib.* 34. ¶ Item, Carnufex Capuli decus. Plaut. *Aſin. ſc.* 2. *a.* 5. Donum decúſque amoris. *Ibid. ſc.* 3. *a.* 3. Nobis potius lucro fuiſti, quàm decori tibi. *Ibid. ſc.* 3. *a.* 1. ¶ Hujus contrarium, Dedecus, αἶσχος, quod pro ignominia, ſive infami turpitudinis genere ſumitur.

Dĕcŏro: Orno, honeſto, cohoneſto, celebro. { הדר *pæér.* εὐπρέπεια, κοσμέω. Gall. *Honorer, decorer, ſeparer, orner, baiſſer grace, embellir* Ital. *Honorare, ornare.* Germ. Zieren, ehr embieten. Hisp. *Honrar, ornar, hermoſear.* Angl. *To beautifie, to do honour to, to ſett forth or commende.* } Horatius,

*At bene nummatum decora Suadela, Venúſque.*

Cicer. 1. *Tuſc.* ex Ennii epitaphio,

*Neme me lacrymis decoret, nec funera fletu*
*Faxit: cur? volito docta per ora virûm.*

Idem *de clar. Orat.* Hæc omnia vitæ decorabat gravitas & integritas. Vide plura in dictione *Decus.* A Decoro, ſit Condecoro, pro honeſto: Dedecoro, ἀσχημονέω, pro vitupero, ſive turpifico. Terent. *in Hecyr.* An quicquam pro illis factis dignum te dici poteſt, quæ me, & te, & totam familiam dedecoras? Ex his omnibus patet, quod plus eſt Decus, quàm Decor: & Dedecus, quàm Indecorum: & Decŏro, quàm Decŏro; quoniam Decŏro, ſignificat honorifico: Decŏro, pulchrum viſu, aut auditu reddo. Unde Decorum & Indecorum minus eſt, quàm Decus & Dedecus.

Dĕcŏrtĭco, as: Corticem detrabo. { פצל *piſél.* λεπίζω, ἀφλοιόω. Gall. *Eſcorcer, oſter l'eſcorce.* Ital. *Scortizare, ſcorzare.* Germ. Schelen / die rinden abziehen. Hisp. *Deſcortezar* ò *quitar la corteza.* Angl. *To pill, to tak of the bark of a tree.* Plin. *lib.* 6. *cap.* 39. Cædi intempeſtivum quæ decorticentur. Scrib. Largus *Excaſtrare* vocat.

Dĕcŏrtĭcātŭs, Participium. Plin. *lib.* 16. *cap.* 42. Tradunt & abietem circa germinationes decorticatam (qua diximus luna) aquis non corrumpi.

Dĕcŏrtĭcātĭo, verbale. { פצלות *peſaláh.* τὸ λέπισμα, φλοιός. Gall. *Eſcorcement.* Ital. *Scorticamento.* Germ. Schelung. Hisp. *Deſcortizamiento.* Angl. *A pilling or pulling away of the bark.* Plin. *lib.* 17. *cap.* 24. Quod ſi anguſta decorticatio fuerit, nihil nocet ſupradictis.

Dĕcōrum, Decorus: vide *Decor.*

Dĕcotĕs, dictæ ſunt cogæ attritæ, quaſi cotibus detritæ, atque conſumptæ ſint: habétque hæc vox pen. prod. Feſtus.

Dĕcrĕpiti: Extremæ ætatis ſenes, à crepando dicti (ut quidam volunt) hoc eſt, à clamando, & conqueredo. { ישיש *jaſchiſch.* ἡλικιώτης, γεραιός. Gall. *Vieillards qui ſont ſur le bord de leur foſſe.* Ital. *Chi ſono molto vecchi, chi ſono co i piedi nelle foſſe.* Germ. Sehr alte Leut / die ſey auff der gruben gehn. Hisp. *Muy viejos, en la poſtrera edad.* Angl. *That ar veryold at deathes doore.* } Aut à decreſcendo, eo quòd imminuti, & contracti, minores fieri videantur. Aut certè ab adjectivo *crepera*, quod anceps & dubium ſignificat, propterea quòd vita eorum id ætatis in dubio ſit conſtituta. Plaut. *in Aſin. ſc.* 2. *a.* 5. Atque unam amicam ductet decrepitus ſenex. Terent. *in Eunuch.* Cum meo decrepito hoc Eunucho. Cicer. 1. *Tuſc.* Ex his igitur, hora octava, quæ mortua eſt, provecta ætate mortua eſt: quæ verò occidente ſole, decrepita. Decrepiti, plus quàm ſenes. Senec. *epiſt.* 16. Anum ac penè decrepitam. Suet. *in Othon. cap.* 2.

Dĕcrĕſcĕre: Diminui. { מעט *maát*, גרע *gharáh.* μειοῦσθαι. Gall. *Decroiſtre, ſe diminuer.* Ital. *Sminuire, ſcemare.* Germ. Abnemmen / ſchwinden. Hisp. *Deſcrecer.* Angl. *To grewleſſe, to decreaſe.* } Non decreſcit quod naturale eſt, at decreſcit dolor. Senec. *cap.* 2. *de conſ. ad Marc.* Decreſcere genus Lentulorum. Quint. Martial.

*Decrevêre greges, quum cadit agna frequens.*

Cicer. 2. *de Divin.* Oſtreiſque & conchyliis omnibus contingere, ut cum luna pariter creſcant, & decreſcant. Celſus *lib.* 3. *cap.* 6. Ubi febris decrevit, liberaliter oportet aquam tepidam potui dare. Plaut. *Curc. ſc.* 1. *a.* 2. Valetudo decreſcit, decreſcit labor.

Decrementa rerum atque hominum. Gell. *cap.* 10. *lib.* 3.

Dĕcrētōrĭŭs, Decretum: vide *Decerno.*

‖ Decubiæ: vigiliæ. Cath. ‖

Dĕcŭbo, as: Jaceo, quaſi deorſum cubo. { רבץ *rabáts.* κατακεῖμαι. Gall. *Eſtre couché.* Ital. *Giacere.* Germ. Nider ligen. Hisp. *Yacer.* Angl. *To lie downe.* } Apuleius, Decubantem excitavi ſenem. ¶ Item pro ſurgere lecto. Gell. *lib.* 10. *cap.* 15. Et ex eo lecto trinoctium continuum non decubat, id eſt, non ſurgit. Gall. *Quitter le lict.*

Dĕcŭlco, as. Calco. { דרך *darách.* πατέω. Gall. *Mettre en bas, & fouler avec les piedz.* Ital. *Calcare.* Germ. Nit ſüſſen nidertretten. Hisp. *Hollar* ò *atreçar.* Angl. *To trade or trampie upon.* } Plin. *lib.* 17. *cap.* 10. Alii in qualo pedibus in profluente deculcant.

Dĕcŭlto, as, ex De, & occulto, abjecto altero c, ſignificat valde occulto. κρυφαίνω. Feſtus.

Dĕcŭlpātus, multum culpatus, vel culpandus. ἐπιτιμητός. Gell. *lib.* 19. *cap.* 10. Itáne, inquit magiſter, dehoneſtum tibi deculpatúmque hoc verbum videtur.

Decuma, & Decumanus: vide *Decima, anum, & Decimanus.*

Dĕcŭmbo, is: Cubo, jaceo, recubo. שכב *ſchacab.* κατάκειμαι. Gall. *Eſtre couché, être par terre.* Ital. *Giacere.* Germ. Ligen / niderligen / zu bettligen. Hisp. *Yacer.* Angl. *To lye downe or belayed.* } Cic. 3. *Verr.* Quum Apronius in triclinio, quod in foro ſtraverat, decubuiſſet. Hieronym. Quintum jam diem decumbens lectulo, nimia feſtinatione dictavi. Col. *lib.* 5. *c.* 9. Si quem mater decumbens oppreſſerit, cubanti ſubtrahar. ¶ Significat etiam accumbo. Plaut. *in Merc.* Ad cenam vocat: venio, decumbo. Ter. *in Phorm.* Prior bibas, prior decumbas. Quid ſi adeamus ac decumbamus? (de cœna.) Plaut. *Curc. ſc.* 3. *a.* 2. Agedùm decúmbamus patres (in convivio.) Idem *Aſin. ſc.* 1. *a.* 3. Ut decumbamus, ſuadebam (eodem ſenſu.) *Ibid. ſc.* 2. *a.* 3. Cedò amabò decumbe. Idem *Meſtell. ſc.* 3. *a.* 2. ¶ Item de graviter ægroto. Gell. *lib.* 12. *cap.* 5. ¶ Aliquando morior. Cic. 2. *Tuſcul.* Mittunt etiam vulneribus confecti ad dominos, qui quærant quid velint: ſi ſatisfactum iis ſit, ſe velle decumbere. Idem *in* 1. *Philipp.* Quod gladiatores faciunt, ut honeſtè decumbant, id nos Principes terrarum faciamus.

Dĕcŭpa, quid ſit? à viris etiam doctis dubitatur: legitur tamen apud Cicer. *in Piſon.* Pictor domi nullius, nulla cella, panis & vinum à propola atque decupa. Quo loco legendum putat Budæus *de cupa*, duabus dictionibus: ut ſit ſenſus, Piſonem non vivere frugaliter, & ut ſolent, quibus cura rei domeſticæ ſit cordi: ſed vinum à propolis emere, atque id è cupa, hoc eſt, non diffuſum, aut aſſervatum, ſed quemadmodum è cupa affertur, hoc eſt, penè muſtum: non enim futuris annis providebat. Vide *Propola.*

Dĕcŭplŭs, a, um, quod rei alicujus quantitatem decies in ſe continet. { δεκαπλάσιος. Gall. *Dix fois le double.* Ital. *A diece doppi.* Germ. Zehenfältig. Hisp. *Coſa de diez veces tanto.* Angl. *Ten tymes double.* } Liv. 9. *bell. Maced.* Uti ea quoque decuplo tanti pluris, quàm quanti eſſent æſtimarentur.

Dĕcŭrĕs: Antiqui pro Decurionibus uſurparunt. Feſtus.

Dĕcŭrĭo, nis, quaſi ſenator in municipio, aut colonia. Nam quod Romæ erant Senatores, id in municipiis & coloniis erant Decuriones. Dictus eſt, authore Ulpiano, quòd initio quum deducerentur Coloniæ, decima pars deductorum conſcribi ſolita ſit. { ראש *jehets.* λοχαγός, δεκάρχης, δεκαπρώτος: in antiquo Lexico, δεκανός. Gall. *Dizenier en guerre, ou un des juges des dizaines, decurion.* Ital. *Decurione.* Germ. Ein Rottmeiſter oder zehen. Hisp. *El que es cabeça* ò *capitan de diez.* Angl. *A thriſte, or one of the ten judges in equale autheritie.* } Unde Cic. *in Orat.* citat decreta Decurionum. Idem *pro Seſt.* Recita quæſo Seſti, quid decreverint Capuæ decuriones. Plin. junior *in Epiſt.* Eſſe autem tibi centum millia nummûm, facis indicat, quòd apud nos Decurio es. Igitur ut te non Decurione ſolùm, verumetiam Equite Romano perfruamur, offero tibi ad implendas Equitis Romani facultates trecenta millia nummûm. Suet. *in Auguſt. cap.* 46. Decurio es colonici, & eorum ſuffragia de ſuis magiſtratibus. Item, Decuriones Colonarum & Municipiorum. Idem *ibid. cap.* 100. ¶ Decurio item dicitur, qui decem militibus aut equitibus præeſt. Varro tradit in ſingulis turmis equitum decuriones eſſe ternos. Itaque quum turma in tres decurias dividatur, ſingularum decuriarum præfecti decuriones dicebantur. ¶ Suet. *in Domit.* Decurionem quoque cubiculariorum dicit, qui decem cubiculariis præeſt. ¶ Decurio quoque palatii dicitur ab Ammiano, qui præeſt palatio.

Decurio, occupatio: forteſſis *Optio.*

Dĕcŭrĭa, æ: Manipulus decem militum, vel aliorum hominum: cui qui præeſt, Decurio nominatur. { דגל. Gall. *Une bande de dix hommes.* Ital. *Banda di dieci huomini.* Germ. Ein rott zehen trieglicher / ein burß zehen Menſchen. Hisp. *La decuria, compañia de diez hombres.* Angl. *A band of ten ſouldiours.* } Colum. Claſſes etiam non majoris quàm denûm hominum faciundæ, quas Decurias appellaverunt antiqui. ¶ Decuria Senatoria. Cic. 4. *Verr.* Hunc hominem judicum numero habebimus? hic alteram decuriam Senatoriam judex obtinebit? ¶ Decuria judicum. Cicer. 5. *Phil.* Totum denique comeſſationis Antonianæ chorum in tertiam decuriam judicum ſcitote eſſe collectam. ¶ Decuria, pro cœtu & conventu coëpulonum. Plaut. *Perſa*, Atque niſi gnatam tecum hùc jam, quantum potes, adducis, exigam ego hercle te ex hac decuria.

Dĕcŭrĭātē, eſt milites conſcriptos in decurias diſtinguere. συνταξίζω, φαλαγγίζω, λοχαγίζω, διαστρατοπεδεύω. Unde decuriati milites, hoc eſt, in decurias diſtincti, τακτολογούμενοι. Cicer. *pro domo ſua*, Quum deſperatis ducibus decuriatos ac deſcriptos haberes exercitus perditorum. Quanquam commune potius verbum videtur de omnibus iis qui quamlibet ob cauſam ita congregantur, ut eorum ordo quidam ac deſcriptio ſit: atque non ſolùm de decem, ſed etiam de pluribus uſurpatur. Cicer. *in Sext.* Nomine collegiorum delectus habebatur, quum vicatim homines conſcriberentur & decuria-

rentur,

rentur. Nam quod Cicero hic pro Decuriare, in ea post reditum, Centuriare dixit, de eadem re verba faciens: Ego, inquit, quum homines palàm conscribi centuriatique vidissem. Idem *lib.* 2. *ad Qu. fratr.* Eodem die SC. factum est, ut sodalitates decuriatique discederent: quibus locis Decuriare est in collegia conscribere, & in ordines cogere.

Dēcŭrĭātĭo, verbale: Distinctio & descriptio in curias. διανομή, κατάλογος. Cic. *pro Plancio*, Decuriatio tribulium, descriptio populi, suffragia largitione devincta, &c.

Dēcŭrĭātŭs, us, ui, ipsa decuriatio. Διάνομος. Liv. 1. *bell. Pun.* Et ubi ad decuriatum, & centuriatum convenissent, sua voluntate ipsi inter sese decuriati equites, centuriati pedites conjurabant sese fugæ atque formidinis ergò non abituros.

Dēcŭrĭōnātŭs, id est, Decuriatus. Macrob. *Saturn. lib.* 1. *cap.* 3. Cùm rogaretur, ut decurionatum privigno ejus expediret.

Dĕcŭrro, is, decurri, & interdùm decucurri, decursum. Deorsum curro. { רוץ *ratz.* φέρεσθαι. Gall. *Courir de haut en bas.* Ital. *Correre in giu.* Germ. Abwin lauffen. Hisp. *Correr hazi abaxo ò passar.* Angl. *To runne downe.* } Virg. *Æneid.* 2.

*Lucemque arduus summa decurrit ab arce.*

¶ Apud Suet. *in Ner. cap.* 11. præteritum decucurri. Nobilissimus eques Romanus, elephanto supersedens per catadromum decucurrit. ¶ Item Decurrere, idem quod currendo accelerare, & festinare. Plin. jun. Ad tacita suffragia, quasi ad remedium aliquod decurrerunt. Decurrere ad tumulum. Suet. *in Claud. cap.* 1. Manus decurrere solet ad id, quod dolet. Senec. *cap.* 17. *de cons. ad Helv.* Item, Decurrere per catadromum. Suet. *in Ner. cap.* 11. Livius, Qui positus fortè in statione pontis, quum captum repentino impetu Janiculum, atque inde citatos decurrere hostes vidisset. ¶ Interdum idem quod confugere. Cicer. *pro Quintio*, Ad hæc extrema & inimicissima jura tam cupidè decurrebas. Plin. *Epist.* 64. Ad tacita suffragia, quasi ad remedium aliquod decurrerunt. ¶ Decurrere etiam milites dicuntur, quum proposito certamine exercent sese. Livius, Mos erat, lustrationis sacro peracto, decurrere exercitum, & divisas bifariam acies concurrere ad simulachrum pugnæ. Virg. 11. *Æneid. de Pallantis funere:*

*Ter circum accensos cincti fulgentibus armis*
*Decurrêre rogos, ter mœstum funeris ignem*
*Lustravêre in equis.*

¶ Interdum Decurrere idem est, quod ad finem usque currere. Cicer. *de senect.* Nec verò velim, quasi decurso vitæ spatio, à carcere ad calces revocari. Idem *pro Quint.* Propè acta jam ætate decursâque.

——*Spatium decurrere vitæ* (aliàs procurrere, vel percurrere.) Ovid. *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.* Decessit filius tuus, id est, decucurrit ad eum finem, ad quem omnia properant. Senec. *cap.* 11. *lib. de const. ad Marc.* Decurrere per materiam stylo velocissimo. Quint.

*Sen celer* (sol) *hybernas properat decurrere luces.*

Tib. *lib.* 4. ¶ Decurrere vigilias, eleganti sermone dicitur, & elegantiùs creditur, quàm *decursa nocte.*

Dĕcŭrrĭtŏr, impersonaliter, pro confugitur. { Angl. *They runne or flie for refuge.* } Cæs. 1. *bell. civ.* Decurritur ad illud extremum atque ultimum Senatusconsultum. Liv. 2. *bell. Maced.* Decurrebatur tamen eò, ut ovans urbem iniret.

Dĕcŭrsŭs, us, actus ipse decurrendi. { מרוצה *merutzáh.* מנוס *aphik.* φυγὴ, ἔκφευξις. Gall. *Cours, course, irruption.* Ital. *Corso, giostra.* Germ. Das hin ab lauffen. Hisp. *Corrida de arriba abaxo.* Angl. *A running downe.* } Liv. 1. *ab Urbe*, Itaque ne subitò ex collibus decursu Albanorum intercluderentur ab oppido, terga vertunt. Decursus, pro simulachro præliorum. Gell. *lib.* 7. *cap.* 3. Ut in decursibus ludieris, aut simulachris præliorum fieri videmus. Atque illud (malum) prono præceps agitur decursu, (dixerat procurrit.) Catull. *ad Ortalum.* Item, Decursibus cohortium interesse. Tacit. *lib.* 2. ¶ Decursus item ponitur pro fine cursus. Suet. *in Ner. cap.* 24. Sed excussus curru, ac rursus repositus, cùm perdurare non posset, destitit ante decursum, nec eo secius coronatus est.

Dĕcŭrsĭo, aliud verbale ejusdem significationis, περίδρομος. Cic. 5. *de fin.* Quem Tyberina decursio festo illo die tanto gaudio affecit, quanto L. Paulum, quum regem Persen captum adduceret, eodem flumine invectum. ¶ Ponitur aliquando pro excursione. Cicer. *in Epist.* Necesse est Antonius Appennino Alpibusque se teneat, & decursionibus per equites, quos habet multos, vastet ea loca, quæ incurrerit. Decursione Troiæ interjecta. Suet. *in Calig. cap.* 18. Item, Indicta decursione scutum manu sua præstulit. Idem *in Ner. cap.* 7. Decursionem campestrem scuto moderari. Idem *in Galb. cap.* 6.

Dĕcŭrsōrĭum, locus in quo decurritur. { Græci περίδρομος, Galli *Lices* vocant. Angl. *The place where the justs, &c be, the lists.* }

Dĕcŭrtātŭs, participium à decurto. Mutilatus, curtatus. { גרוע *gadhuah.* μηλόβιος, κεκλασμένος. Gall. *Accourci, rongné par un bout.* Ital. *Accorciato, troncato.* Germ. Gestützt. Hisp. *Mocho, ò desmochado.* Angl. *Madeshort, abbrid ged.* } Cicer. *in Orat.* Mutila sentit quædam & quasi decurtata. Plin. *lib.* 25. *cap.* 5. Leguntur autem tenuissimæ radices, brevésque, ac veluti decurtatæ etiam hæ.

Dĕcŭs, vide *Decor.*

Dĕcŭssis, ut ex ipsa strictim compositione apparet, decem asses valebat. { Gall. *Dix asses, ou deniers, une dizaine, une croix Bourguignonne en forme d'un X.* Ital. *Dieci assi, una decima, divisione fatta in croce.* Germ. Zehen plappart. Hisp. *Diez asses, moneda de cobre, orden como en cruz.* Angl. *A piece of money of the value of ten shillinges.* } Vitruvius pro numero denario, quem δεκάδα vocant Græci, non semel usurpavit: ita enim scribit *lib.* 1. *cap.* 3. Platoni placuit denarium numerum ea re esse perfectum, quòd ex singularibus rebus, quæ monades apud Græcos dicuntur, perficitur decussis, quæ simul ac undecim, aut duodecim sunt factæ, quot superaverint, non possunt esse perfectæ, donec ad alterum decussum pervenerint. Reliqua vide in verbo *Decussis.*

Dĕcŭsso, as, are, est ad decussis figuram redigere. { χιάζω. Gall. *Croiser l'un sur l'autre, & disposer en forme d'un X, en comme une croix Bourguignonne.* Ital. *Dividere in croce.* Germ. Creutzweyß legen schneiden. Hisp. *Ordenar en partes como en cruz.* Angl. *To crosse one thing on another and make like this letter X.* } Hoc est, res aliquas eo ordine collocare, ut inter se litteræ χ, aut Latinæ X, speciem præbeant. Ea enim signa apud Latinos vocatur Decussis: quia, ut nos hodie, ita veteres quoque hac figura numerum denarium significabant. Quod si litteram X, per medium secces, relinquetur V, quæ figura denarii dimidium, hoc est, quinarium numerum commonstrat. Unde etiam Latini eam figuram quincuncem vocaverunt: & eas arbores, quæ ita erant collocatæ, ut ejus figuræ V, speciem referrent, dicebantur in quincuncem digestæ. Sed de hoc plura suo loco. Decussis verò, ut diximus, constabat ex duobus quincuncibus ita collocatis, ut X, litteræ imaginem exprimerent. Inde Decussare, est aliquid ad ejus figuræ imaginem redigere. Cic. *de Univers.* Hanc igitur conjunctionem duplicem in longitudinem diffidit, mediæque accommodans mediam quasi decussavit. Colum. *lib.* 4. Nam duas regulas ejus latitudinis, qua pastinator sulcum facturus est, in speciem Græcæ litteræ χ decussabimus.

Dĕcŭssārim, significat per decusses. { ἐν χιασμῷ. Gall. *En forme d'un X, en croix Bourguignonne.* Ital. *In forma di croce.* Germ. Creutzweyß/oder in stimen weyß. Hisp. *Partiendo en tajadas como en cruz.* Angl. *In maner of this letter X.* } Col. *lib. ult.* Rapam in alveo, aut scrta composito: deinde sicut consueverunt Salgamarii, Decussatim ferramento lunato incidito.

¶ Decutes, vide *Decotes.*¶

Dĕcŭtĭo, is, ĭi, ssum, ex De, & quatio: Quatiendo dejicio, demeto, decido. { הפל *nakáph.* κάμνω. Gall. *Abbattre, faire cheoir, ruer jus, secouer.* Ital. *Crollare, gettare à terra.* Germ. Abschlagen. Hisp. *Sacudir, echar de arriba.* Angl. *To shake downe, or strike of.* } Liv. *lib.* 1. Rex velut deliberabundus in hortum ædium transiit, sequente nuntio filii: ibi inambulans tacitus summa capita papaverum dicitur baculo decussisse. Col. *lib.* 11. *cap.* 2. Dum prorepentes oculi digito decuti possint. Liv. 5. *bell. Pun.* Murus turrésque quædam Cumis non ictæ modò fulminibus, sed etiam decussæ.

Dĕcŭssŭs, us, ui: Decutiendi actus. { נפל *néleph.* κάμνειν. Gall. *Abattement, secousse.* Ital. *Abatimento.* Germ. Das abschlagen/oder abschütten. Hisp. *Aquel sacudimiento.* Angl. *A shakin or striking of.* } Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Aliqui tunc scribunt decidere cum, rursúsque decrescere, facilem decussu.

Dĕdĕcĕt: Indecorum est, non decet. { ἀσχημόν ἐστι. Gall. *Il est méseant, il sied mal, il est mal convenable.* Ital. *Disconviene, non sta bene.* Germ. Es gezimpt sich nit/es sicht übel. Hisp. *Desconviene, no esta bien.* Angl. *It is unseemlie and misbecometh.* } Et modò personale est. Cicer. 1. *Offic.* Ut si quid dedeceat in illis, vitemus & ipsi. Ovid. 6. *Metam.*

*Admovitque preces, quarum me dedecet usus.*

Cicer. 1. *Offic.* Nam & ratione uti, atque oratione prudenter, & agere quod agas consideratè, omnique in re quid sit verum videre & tueri decet: contràque falli, errare, labi, decipi tam dedecet, quàm delirare & mente captum esse. Dedecere majorum imagines. Tacit. *lib.* 2.

Hĕdĕcŭs: Ignominia ex re turpiter gesta, probrum, turpitudo. { תרפה *cherpáh.* קלון *kalón.* כלמה *chelimmah.* αἰσχύνη, ἀσχημία. Gall. *Deshonneur, infamie.* Ital. *Infamia, disonore.* Germ. Ein schand oder unehr. Hisp. *Vituperio, deshonra.* Angl. *Dishonestie, disworship, shame, dishonour.* } Cic. 2. *Tusc.* Dolorem existimo maximum malorum omnium. M. Etiámne majus quàm dedecus? Item *Attic. lib.* 16. Ergo id erat meum factum, quod Catoni probare non possum, flagitii scilicet plenum, & dedecoris. Idem *pro Rosc. Amer.* Sumptus effusi cum probro, & dedecore.

*Quidve domum fortis decimo nisi dedecus anno?*

Ovid. 13. *Metam.*

*Eloquar infelix dedecus ipse meum* (id est, stuprum.)

Idem 2. *Fast.* Ira me probri, stupri, dedecoris à viro arguram mea. Plaut. *Amphitr.* & mox, Eccum qui miseram arguit stupri, dedecoris. Item: Ubi heris damno, molestiæ, & dedecori fueris. Idem *Asin.* 2. 2. 3.

Dĕdĕcōrus, is: Inhonestus. { נקלה *nikléh.* ἄτιμος, αἰσχρός. Gall. *Deshonneste, laid, vilain, méseant.* Ital. *Laido, sconcio, disonesto.* Germ. Unzüchtig/unflätig/ungeschaffen. Hisp. *Cosa sin honra.* Angl. *Dishonest, uncomelie and unfcomelie.* } Sallust. Dedecores multique terga ab hostibus cædebantur.

Dedecorus, a, um, idem. { Angl. *Unhonest that is to others dishonour.* } Tacit. *lib.* 3. Sextus Pompeius M. Lepidum ut socordem, inopem, & majoribus suis dedecorum, eóque etiam sorte Asiæ depellendum inculavit. Et *lib.* 12. Quod barbaris dedecorum.

Dĕdĕcŏro, as, are: Dedecore afficio. { חקלה *hikléh.* ἀτιμάζω, αἰσχύνω. Gall. *Diffamer, deshonorer.* Ital. *Diffamare, vituperare, disonorare.* Germ. Entehren/schanden/schmähen. Hisp. *Deshonrar.* Angl. *To dishonour, to disfaine ones honestie, to defile and defame.* } Plaut. *Bacch.* Qui dedecorat te, me, amicos, atque alios flagitiis suis. Ter. *Hecyr.* Et me, & te, & familiam dedecoras. Cic. 3. *Offic.* Dedecorantem & urbis authoritatem & magistri. ¶ Dedecoratus. Suet. *in Ner. cap.* 35. Tanquam aliter illi non possint nisi morte succurrere dedecorato flagitiis omnibus.

Dĕdĕcŏrōsē, ἀίσχιστα, αἰσχρῶς. Turpiter. In Epito Sext. Aur. Victorio dedecorosè vixi, turpius peream. Sunt verba Neronis sua manu perscriptis.

Dĕdĭco, as: Consecro, religiosum facio, religione devincio, חנך *chanách.* כרש *kiddesch.* ἐνκαίζω, ἁγιάζω. Gall. *Dedier.* Ital. *Dedicare, consecrare.* Germ. Weyhen/heyligen/zueignen. Hisp. *Dar, applicar, ò consagrar à Dios.* Angl. *To dedicat, to give for ever.* } Liv. 1. *ab Urbe*, Multa alia sacrificia, locáque sacris faciendis, quæ Argeos Pontifices vocant, dedicavit. Dedicare domum. Suet. *in Ner. cap.* 38.

lap. 11. Dedicare scripta & imagines Grammaticorum in bibliothecis. Idem *in Tib. cap.* 70. Tabulam in cubiculo dedicare. *Idem cap.* 44. Incensum dedicare instrumentum fundi. Gell. *cap.* 11. *lib.* 7. Quod libris dedicatus (pro mandatos scriptis.) Quint. Cicer. 1. *de Leg.* Nam qui se ipse norit, primùm aliquid se habere sentiet divinum, ingenium in se suum sicut simulachrum aliquod dedicatum putabit. *Ibid.* Mens, Fides, Virtus, Concordia consecratæ, & publicè dedicatæ sunt. ¶ Apud antiquos etiam legitur pro Exponere. Cæsil. *lib.* 1. *Annal.* ut erat Nonius: Legati quòd mihi sunt, veniunt, dedicant mandata. Dedicare & abdicare, Apuleio *affirmare, negare*, ubique est affirmare & negare.

**Dēdicātio**: Consecratio. {חנכה *chanuchkáh*. Φίερωσις. Gall. *Dedicatiõ, dedicace*. Ital. *Dedicatione*. Germ. Einweyhung/zuaignung. Hisp. *Consagration*. Angl. *A dedication a giving for ever*.} Dedicatio Capitolii. Plutarch. *in Publ.* Cic. *pro domo sua*. Nisi quem forte illius castissimi sacerdotis superstitiosa dedicatio detereret.

**Dēdignŏr**, aris: Indignum reputo, contemno. {בעטי נקה *nakáh behenai*. ἀπιδία. Gall. *Dédaigner, negliger, mépriser*. Ital. *Sprezzare, sdegnare*. Germ. Vnwirdig achten/verachten. Hisp. *Menospreciar, desdeñar*. Angl. *To disdaine, to contemne, not to vouchasse*.} Plin. *in Paneg.* Ut appareat, non superbia & fastidio te amplissimos honores repudiare, qui minores non dedigneris. Virg. 1. *Æneid.*

*Quos ego sum toties iam dedignata maritos.*

Ovid. 1. *de Ponto.*

*Is me, nec comitem, nec dedignatus amicum est.*
*Hinc fuit Anchises, cum qua commune parentis*
*Non dedignata est nomen habere Venus.*

Idem 4. *Fast.*

**Dēdignātio**, verbal. {ἀνάξιον. Gall. *Dédain*. Ital. *Sdegno*. Germ. Verachtung/vnwirdigung. Hisp. *Menosprecio, desden*. Angl. *A disdaving, an haithing*.} Plin. *in Pan.* Quàm speciosum est enim, quod disciplinam castrorum lapsam extinctámque reperisti, depulso prioris seculi malo, inertia, & contumacia, & dedignatione patendi. Quintil. *lib.* 1. *cap.* 2. Est quædam tacita dedignatio vim dicendi tantis comparatam laboribus, ad unum auditorem demittere.

**Dēdīsco**, is, dedidici: Quod didici obliviscor. {μαθὼν δάνω, ἀπομαθὼν δάνω. Gall. *Desapprendre & oublier ce qu'on a appris*. Ital. *Dimenticare quello che si ha imparato*. Germ. Entlernen/das einer gelernt hatt allgemach wider vergessen. Hisp. *Desaprender, olvidar lo deprendido*. Angl. *To forget that one hath learneth*.} Plaut. *Amph.* Haud æquum facit, qui quod didicit, id dedidicit. Cicer. 3. *de Orat.* Ob eámque causam juventus nostra dedisceret penè ducendo. Ovid. 2. *de rem. amoris*,

*Intrat amor mentes usu, dediscitur usu.*

Idem 3. *Trist. Eleg.* ult.

*Verba mihi desunt, dedidicique loqui.*

¶ Dedisce, pro Relinquere consuetudinem. Cic. *Pato, lib.* 9. 20. Dedisce ædes tibi sunt spectaculæ & astrologandi cui.

**Dedmasa**, *Aidmen*, urbs Cariæ. Steph.

**Dēdo**, is, dedidi, ditum, significat in perpetuum do, vel totum subdo, sive in manus, potestatemve & arbitrium do. {נתן *nathán*, נתן *mighben. Addidi*. Gall. *Rendre ou mettre sous la puissance d'autruy*. Ital. *Darsi in tutto*. Germ. Sich ergeben/auffgeben. Hisp. *Darse de todo*. Angl. *To betake him self into the power of another*.} Unde, Dedere se hostibus dicitur, qui se in hostium potestatem tradit. Et traditio ipsa dedito dicitur. Et qui ita se dedunt, dediticii vocantur. Plaut. *in Amph.* Convenit, uti victi sint eo prælio, urbem, agros, aras, focos, séque uti dederent. Liv. *lib.* 1. Sic ad supplicium Numitori Remus deditur.

*——tudentem talia dede uxi.*

Ovid. 4. *Fast.* Sakem Pseudolum mihi dedas. Ego dedam tibi? Plaut. *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Ego illum tibi dedam: Tace (id est, addicam damnatum tibi pro injuria.) Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Dedunt se divina, & humana omnia, urbem & liberos in ditionem atque arbitratum cunctí Thebano populo. Idem *Amph.* Cur me mihi dedere optas? Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Dedam ego te discipulam cruci. Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 1. Dato me exercitiatum, egomet me dedam tibi. Idem *Merc. sc.* 6. *a.* 2. Dediderat se ad litteras. Gell. *cap.* 21. *lib.* 2. Cæsar *lib.* 1. Helvetii omnium rerum inopia adducti, legatos de deditione ad eum mittunt. ¶ Forma deditionis describitur apud Livium in deditione Collatiæ. Ita enim Rex interrogavit: Estisne vos legati, oratoréque missi à populo Collatino, ut vos populumque Collatinum dederetis? Sumus. Estne populus Collatinus in sua potestate? Est. Deditisne vos populúmque Collatinum, urbem, agros, terminos, aquam, delubra, utensilia, divina, humanáque omnia in meam populique Romani ditionem? Dedimus. Et ego recipio. ¶ Aliquando dedere, est simpliciter dare. {Angl. *To give him self to a sting*.} Terent. *Andr.* Verberibus te cæsum in pistrinum Dave dedam. ¶ Dedere se angoribus, aut voluptatibus. Cic. 1. *Offic.* Dedere se libidinibus. Idem 1. *Tusc.* Dedere se languori & delitiis. Idem 1. *Offic.* Dedere aures suas Poetis. Idem *pro Archia.* ¶ Dedere se ad litteras, pro litteris. Gell. *lib.* 2. *cap.* 21. Tum quispiam ex iis, qui se ad litteras memoriásque vereres dediderat.

**Dēditus**, particip. Addictus. {נתון *nathún*. ἐαυτὸς, ἐξαυτὸς. Gall. *Addonné, qui s'est rendu*. Ital. *Dedito, rendutosi*. Germ. Ergeben. Hisp. *El que se rendio al vincidor*. Angl. *Geven to any thing yeelded*.} ut, Deditus amori animus. Terent. *in Heaut.* Deditus amatoriis levitatibus. Cicer. 1. *de fin.* ¶ Deditus voluptatibus, aut Epicuro, *ibid.* Deditus literis à pueritia. Idem *ad Lentul. lib* 1. ¶ Dedita opera, idem quod data opera. Idem *pro Roscio Amer.* Quæ facitis, ejusmodi sunt, ut ea dedita opera vobis contra vosmetipsos facere videamini. Terent. *in Eunuch.* Apud Antiphanem uterque, pater & mater, quasi dedita opera domi erant. Hæc mihi dedita est habitatio. Plaut. *Most.* Habeo.



{Dedim, dabó, dederim. Tertull.}

**Dēdĭtim**, adverb. teste Diomede *Grammat. lib.* 1.

**Dēdĭtĭtius**, a, um, qui se in alterius imperium dedidit, deditus. {νικὴ *nathin. ladigo*, ὑποχείριος. Gall. *Qui s'est rendu à discretion, à la mercy d'un autre*. Ital. *Rendutosi all' altrui merce & discretione*. Germ. Jn eines andern gemalt ergeben. Hisp. *El que se rendio al vincidor*. Angl. *That hath betaken him to an others power, & yeelderh*.} Curtius, Multitudo dedititiorum incolis novarum urbium cum pecunia capta dono data est. Cæs. 2. *bell. Gall.* Quum ex dedititiis Belgis, reliquisque Gallis complures Cæsarem sequuti iter facerent. Cicer. *ad Brutum*. Itaque id Senatusconsultum plerique interpretantur etiam ad tuos sive captivos, sive dedititios pertinere.

**Dēdĭtĭcii**, dicti sunt quidam populi, qui quum in Romanorum fidem concessissent, rebellibus animis ab eis defecerunt: quos deinde iterùm superatos adeò humanè Romani tractarunt, ut vitam illis servarent, & imaginariam quandam libertatem relinquerent, sed tamen infamiæ labe aspersam, lege latâ, ut ad veram libertatem Romanæque civitatis jura pervenire nunquam possent. Ex Alciat. Dedititii, qui se permittunt alienæ voluntati, quod non nisi in extrema sit inopia consilii, & præsidii. Eorum autem alii libertini, alii peregrini dicuntur. De his habes elegans caput apud Angel. Polit. *in Miscel.* Vide etiam *Manumitti*. Dedititii servi sunt, qui ex obsidione se dediderunt in potestatem victoris: de his *in Instit. tit. de libertinis*.

**Dēdĭtio**, verb. Dedendi actus, traditio, subjectio, quum quis se in hostis potestatem tradit. {ἐαυτὸν, ἐγχείρησις. Gall. *Quand on se rend à discretion, ou qu'on se met à la merce de quelqu'un*. Ital. *Il rendersi ad alcuno*. Germ. Ergebung/auffgebung. Hisp. *La rendicion del vincido à vencedor*. Angl. *A yeelding*.} Cicer. *prolege Manil.* Spem deditionis non demit, obsidetque imperavit. Deditio ad Romanos facta. Liv. *ab Vrb.* bis. In deditionem redigere piratas. Suet. *in Cæs. cap.* 74.

**Dēdŏcĕo**, ēs, ŭi, ētum, est secus atque quis doctus est, docere: ab eo quod quis doctus est, deducere. {μεταδιδάσκω. Gall. *Desenseigner, faire apprendre le contraire de ce qu'on ha appris*. Ital. *Insegnare il contrario di quanto alcuno ha imparato*. Germ. Entlernen/anderst lernen wedet einer gelehrt worden ist. Hisp. *Desenseñar le enseñado*. Angl. *To teache the contrare or to mak to forgets that one taught*.} Quint. *lib.* 1. Quanta in eluendis, quæ semel insederunt, vitiis difficultas conservatur, quum geminatum onus succedentes premat, & quidem dedocendi onus gravius, ac pejus, quàm docendi. Propter quod Timotheum clarum in arte tibianum ferunt duplices ab his, quos alius instituisset, solitum exigere mercedes, quàm si rudes traderentur. Cic. 1. *de fin.* Si à Polyeno familiari suo Geometriam discere maluisset, quàm illam etiam ipsum dedocere.

**Dēdŏlĕo**, ēs: Non doleo, vel dolore me privo, vel dolere desino. {ἀπαλγῶ. Gall. *Cesser de se plaindre, passer sa douleur*. Ital. *Non dolersi*. Germ. Verschmertzen. Hisp. *No dolerse*. Angl. *To cease frome sorie and paine*.} Ovid. *lib.* 3. *Fast.*

*Quid me in desertis moriturum Liber arenis*
*Servabas? potui desolnisse semel.*

**Dēdŏlo**, as: Dolabra, vel ejusmodi ferramento, quæ scabra atque impolita sunt, lævigo. {חלק *palál*. λαξεύω. Gall. *Doler & unir une piece de bois avec une doloire ou tel instrument, l'esbaucher*. Ital. *Polire*. Germ. Vberhobien. Hisp. *Dolar*. Angl. *To chip, thero with any instrument to square*.} Colum. *lib.* 5. Hæc, eorúmque similia pedamenta post putationem retractanda sunt, partésque eorum putres dedolandæ. Compositum est à verbo Dolo: unde mediam habet brevem. Martial. *lib.* 11.

*Fractaque fabrili dedolat ossa manu.*

Nam syllaba prior in verbo Dolo corripitur. Juvenal.

*I nunc atque animam ventis committe, dolato*
*Confixum ligno.*

Errant itaque qui producendam esse præcipiunt: Hunc senem crassa labo, dein dedolabo assulatim viscera. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5.

**Dēdūco**, is, deduxi, deductum. Multiplex ejus usus est, hæc constructionem spectes, sive significationem. Propriè enim significat ex superiori loco in inferiorem ducere. {חלך *hillech*, חוליך *schilléch*. ἰξάγω, ὑφαιρῶ. Gall. *Conduire & mener, escorter, convoyer*. Ital. *Scorgere, tirare, condurre al basso*. Germ. Abhinführen/abhinziehen. Hisp. *Sacar à traer abaxo, traer guiando*. Angl. *To bring downe, to bring honorably, to a place*.} Et in ea significatione interdum habet ablativum sine alia præpositione, quàm quæ in verbo includitur. Virg. *in Pharmaceutria*,

*Carmina vel cœlo possunt deducere lunam.*

*——deducere cœlo* (Jovem.)

Ovid. 3. *Fast.* Sæpiùs tamen cum præpositione a, ab, de, vel ex. Cæsar 3. *bell. civil.* Deducere de tribus conantem concionari. Cato *de re rust. cap.* 157. de brassicæ utilitatibus, de capite & de oculis omnia deducet, & sanum facit.

*——summa deducta ab arce.*

Ovid. 3. *Fast.* Deduci de possessione. Liv. 4. *d.* 4. Deduco pedes de lecto clam. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 2. Proinde ut propere exercitus suus de finibus deduceretur. Idem *Amph.* Deducere homines à rei venereæ proluvio. Gell. *cap.* 11. *lib.* 4. ¶ Aliquando de loco ad locum, sive de re ad rem ducere. Sic apud Cell. *lib.* 7. *cap.* 5. livex deducuntur: ubi tamen *diducuntur*. Cicer. *Att. lib.* 7. Probata conditio est, sed ita ut ille de his oppidis, quæ extra eam provinciam occupasset, præsidia deduceret. Sic dicimus, deducere ex præsidiis, & aliis locis cohortes. Cæsar 3. *bell. Gall.* Deducere ex hortulis in Academiam. Cicer 2. *de nat. deor.* Hucius *de bell. Alexand. lib.* 4. Deducere ex regno, pro privare, & auferre regnum, possit. Deducere Deos (per prosopopœiam) & excitare inferos. Quint. Deducere de fundo. Cic. *pro Cecin.* Placuit Cecinnæ de amicorum sententia constituere, quod in rem præsentem venirent, & de fundo Cecinnæ moribus deducerentur. ¶ Deducere de via. Cic. *de Fato*, Ne quam hæc ita sint, est causa cur Epicurus fatum extimescat, & ab atomis petat

præsidium, eâsque de via deducat. ¶ Atque hæc quidem magis proprie dici videntur, quam quæ sequuntur, quæ translata potius sunt. Idem Cicer. *famil.* 1. Quod dat, accepimus: quod instituit referre de religione, & sæpe jam retulit, ab eo deduci non potest, id est, retrahi, abduci, removeri. Quint. Cicer. *de pet. Consul.* Qui sine causa non amant eos, aut beneficio, aut spe, aut significando, tua erga illos studia futura delinies, dans operam ut de illa animi pravitate deducas. Lactant. *lib.* 4. Dixinus nomen religionis è vinculo pietatis esse deductum, quòd hominem sibi Deus religaverit. ¶ Deduci à dolore, id est, dolore cogi aliter sentire de re aliquâ, & dolore à sententia abduci. Cic. 1. *Tusc.* E quibus homo sanè levis Heracleotes Dionysius, cùm à dolore deductus est. Nam quum ex renibus laboraret, ipso in ejulatu clamitabat falsa esse illa, quæ antea de dolore sensisset ipse. ¶ Habet etiam interdum accusativum cum præpositione In. Cæs. *bell. civ. lib.* 3. Sæpe enim consiciendi negotii prope in noctem rem deduxerant. Plaut. Nunc ne quis erret vestrûm, paucis in viam deducam, si quidem operam promittis dare. Livius, Perebant enim ne se temerè in causam deducerent. Ad eundem modum dicimus aliquem deducere in controversiam, in judicium, in jus. Item, Deducere in fraudem, in discrimen, in periculum.

*Illa meos oculos mediam deduxit in urbem*,

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.* In lapidicinas facilè deductus fiet. Plaut. *Capt. scen.* 1. *act.* 3. sive mors nos in flore deducit. Senec. *cap.* 20. *de consol. ad Marc.*

*In tua deduxi tempora Cæsar opus.*

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* ¶ Item cum præpositione Ad. Cæs. *lib.* 2. Si quæ hominum æquitate res ad otium deduci posset, id est, traduci. Cic. *pro Flacco*, Sed sunt in illo numero multi boni, docti, prudentes qui ad hoc judicium deducti non sunt, id est, adducti. Idem *Att. lib.* 9. De gratia & de ope quid significares, meeum ipse quærebam: spe tamen ducebar ad eam cogitationem, ut te pro tua admirabili ac singulari sapientia de otio, de pace, de concordia civium agi velle arbitrarer. Lactant. *lib.* 2. Homines autem ipsos ad tantam cæcitatem esse deductos, ut vivo ac vero Deo mortuos præferant. Deducere rem ad arma. Cic. *lib.* 1. *bell. civil.* ad summum periculum. Idem. Attenuare magna, & postquam me in ædes ad se deduxit domum, & servum novum. Plaut. *Merc. sc.* 1. *a.* 2.

*Hoc ego (ingenium tuum) Pegasidas deducî primùs ad undas.*

Ovid. *Eleg.* 7. *lib.* 3. *Trist.* ¶ Interdum etiam deducere idem est, quod subtrahere. Unde deducere cibum, est pareiùs solito cibum suppeditare. Terent. *in Eunuch.* Haud similis virgo est virginum nostrarum, quas matres student demissis humeris esse, vincto pectore, ut graciles sient: Si qua est habitior paulò, pugilem esse aiunt, deducunt cibum: Tametsi bona est natura, reddunt curatiùs junceas. Ubi propriè (inquit Donatus) deducunt, pro subtrahunt, quemadmodum hi faciunt, qui fame accurare solent, quò sint graciliores, formosioréque. Liv. *6. ab urb.* (de usuris loquens) Sortem aliam ferre, de capite deducite. Cicer. *lib.* 1. *Acad.* Ut contra omnium sententias dies plerosque deduceret, id est, prolongaret: translatione sumpta ab araneis fila deducentibus. Pomponius *in Astel.* Vocem deducas oportet, ut mulieris videantur verba. Ubi deducere significat quasi in tenuitatem redneere, ἰσχναίνειν. Unde & pro subtiliter, & nihil subrusticum proferre ponitur, ἀστείως. Horat.

*Quum lamentatur non apparere labores*
*Nostros, & tenui deducta poëmata filo.*

Metaphora sumpta à lana, quæ purgata in fila trahitur. Ad hunc etiam modum dicimus, Deducere rivos, quum ex majoribus fluminibus aquam per rivulos in prata derivamus. Virg. 1. *Georg.*

——*rivo deducere nullo*
*Religio vetuit*: id est, divertere.

¶ Significat item deducere, de summa aliquid demere. Cicer. *Offic. lib.* 1. Hæc igitur & talia circumspicienda sunt in omni officio: & consuetudo exercitatione capienda, ut boni rationcinatores officiorum esse possimus: & addendo, deducendóque videre, quæ reliqui summa fiat, ex quo quantum cuique debeatur, intelligat. ¶ Deducere etiam is dicitur, qui alicui officii gratiâ, vel honoris præstat comitatum. Livius, Frequentésque eum domum deduxerunt. Cicer. *fam.* 10. Quámque magna multitudo optimorum virorum, & civium me de domo deduceret, feci continuò omnes participes meæ voluptatis. ¶ Deducimus quoque sponsam marito, vel ad maritum, vel amicam ad amantem. Cic. 4. *Verr.* Hic est Decimus ad quem iste deduxerat Tertiam Isidori mimi filiam. Tibullus,

*Ut juvenî primùm virgo est deducta marito.*

Quò melius emptum sentis, Tertia deducta est. Ambiguè. Suet. *in Cæs. cap.* 50. ¶ Deducta veste: vide *Diducta*. Item, Deducta oratio. Quint.

——*Ut hæc deducta legantur* (scripta.)

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.* ¶ Deducto hostis in patrem gladio (pro educto, converso.) Gell. *cap.* 9. *lib.* 5.

**Dēdūctĭo**, nis, verbale à deduco, est actus deducendi. { שלוח *shellúach*. πομπή, ἴπιμπη. Gall. *Conduite*. Ital. *Condotta*. Germ. Beleytung, hinabführung. Hisp. *Sacamiento de lugar, trahimiento*. Angl. *A conveighing or conducting*. } Unde aquarum deductiones dicimus, quum ex fonte, aut flumine per rivos aqua deducitur. Cic. *pro leg. Agrar.* Tum quæ erit in istos agros deductio? Idem *de divin. lib.* Ex quo illa admirabilis à majoribus Albanæ aquæ facta deductio est. ¶ Non inelegantèr etiam deductio significat detractionem minoris summæ à majori. Cic. *in Verr.* Certis nominibus deductiones fieri solebant.

**Dēdūctŏr**, is, qui honoris causâ aliquè deducit. { מוליך *molîch*. מסלרים *meschallésk*. ἐ πέμπων, ὁ πομπός. Gall. *Conducteur, qui conduit*. Ital. *Conduttore, chi conduce*. Germ. Ein beleyter, der auff dem weg einem ein einen beleytet. Hisp. *Guiador*. Angl. *One that conducteth or accompanieth another*. } Qu. Cicer. *ad M. frater.* Hujus autem rei tres sunt partes: una salutatorum, quum domum veniunt; altera deductorum, tertia assectatorum.

**Dēdūctĭus**: Gracilios, Suet. *in Augusto*, *cap.* 79. Natum à summo eminentiorem, & ab imo deductiorem: id est, longiorem.

**Dēerrāmĕ**, est de via, sive ratione declinare. { תעה *taáh*. שלטי *tilttel*. ἀποπλανᾶσθαι, πλανᾶσθαι. Gall. *Se fourvoyer, faillir, s'égarer*. Ital. *Errare, vagare*. Germ. Verirren, irregehn. Hisp. *Dexar à perder el camino*. Angl. *To erre and go astraye*. } Quint. *lib.* 10. *cap.* 3. Frequenter etiam fortuita hoc cogitatio præstat, ut obvios non videamus, & itinere deerremus. Virg. *Eclog.* 3.

*Vir gregis ipse caper deerraverat.*

Author *ad Heren. lib.* 1. Si translationibus nullis utemur, & si non deerrabimus ab eo quod cœpimus exponere. Memini inter homines deerrare à parte. Plaut. *Men. sc. ult. a.* 5. Deerrare à secto. Velleius.

**Dēfæco**, cum diphthongo, significat à face purgo, quasi fæcem detraho. { תלל *tilltel*. ἀποτρύω. Gall. *Oster la lie, faire rasseoir & éclaircir*. Ital. *Purgare, levar la feccia*. Germ. Von der trübe seubern, Aussern. Hisp. *Sacar las hezes*. Angl. *To scoure, to take away the lies and feme*. } Plin. *lib.* 18. Per brumam vitem ne colitor vina tamen defæcari, etiam diffundi, Higinus suadet. ¶ Hinc vinum defæcatum dicitur, quando est à fæce repurgatum: & similiter omnia pura, inturbata, & sine sordibus defæcata dicuntur, ἀμόλυντος, ἀκηρατίστος. Plaut. *in Aul. sc.* 2. *a.* 2. Nunc defæcato demùm animo egrediar domo, id est, ab angore purgato. Propriè Col. *lib. ult.* Et defæcatum vinum in amphoras bonas adjicito. Nunc liquet, nunc defæcatum est. Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 1. Jam pridem frigida non lavi magis libenter, nec unde melius merear defæcatam. Idem *Most. sc.* 2. *a.* 1.

**Dēfălcārĕ**, significat tollere & amputare, quasi falce abscindere. { ἀποτέμνειν. Gall. *Defalquer, oster & rabattre, retrancher, deduire*. Ital. *Defalcare, tagliare*. Germ. Abschneiden, hinweg oder dannen thun. Hisp. *Alzar ò quitar, cortar ò podar*. Angl. *To shreed or cut away*. }

**Dēfāmo**, as: Fama privo, sicut Diffamo. { חרף *cherîph*. גדף *ghiddéph*. βλασφημεῖν. Gall. *Oster l'honneur, diffamer*. Ital. *Infamare, infamare*. Germ. Verunehren. Hisp. *Infamar*. Angl. *To defame, to distaine ones honestie*. } Gell. *cap.* 2. *lib.* 5. Ut vocabula eorum quoque defamata atque deformia, aliàs demortua, cum rebus ipsis viderentur. Et *lib.* 18. *cap.* 3. Homo quidam turpitudine vitæ defamatissimus.

‖ Defamatus, quasi à defamo, famâ privatus. ‖

**Dēfătīgo**, as, activum verbum est, significans lassum, & labore defectum reddo, defatigationem & laborem affero. { תשרת *hitiarch*. תלאה *heleáh*. κόπος, κοπιᾶν. Gall. *Lasser, fatiguer, travailler*. Ital. *Affaticare, stancare*. Germ. Ermüden, müd machen. Hisp. *Cansar mucho à otra cosa*. Angl. *To wearie, to tyre*. } Cic. 1. *de orat.* Profectò nunquam conquiescam, neque fatigabor, antequam illorum ancipites vias rationesque, & pro omnibus, & contra omnia disputandi percepero. Idem *pro Marcel.* Noli in conservandis bonis viris defatigari. Defatigare aliquem assiduo labore. Cæs. 7. *bell. Gall.* Cic. 3. *de legib.* Ille verò est unus totus est ordo, gratissimamque memoriam retinet consulatus tui, pace tua dixerim, non modò Censores, sed etiam Judices omnes potest defatigare.

**Dēfătīgātus**, participium. Languens, lassus, labore confectus. { עלוף *milleáh*. κεκμηκώς. Gall. *Lassé, travaillé, fatigué*. Ital. *Stanco*. Germ. Ermüdet. Hisp. *Cansado*. Angl. *Wearied, tyred*. } Terent. *in Andria*. Decepius sum, non defatigatus.

**Dēfătīgātĭo**, verb. Lassitudo. { תלאה *teleáh*. κόπος, κοπιᾶσις. Gal. *Lassitude, fatigue*. Ital. *Stanchezza*. Germ. Ermüdung. Hisp. *Cansancio*. Angl. *Wearinesse*. } Cic. *de senect.* Corpora quidem exercitationum defatigatione ingravescunt, animi autem se exercendo levantur.

**Defectio**, **Defectivus**, **Defector**: vide *Defecio*.

**Dēfĕndo**, di, sum, ab insuetato *fendo*: & hoc à φενδύνη. Tueor, tego, protego, propugno. { נגן *naghan*. ἀμύνειν, ἀλεξεῖν, προβάλλεσθαι. Gall. *Defendre*. Ital. *Difendere*. Germ. Beschirmen, beraumen. Hisp. *Defender*. Angl. *To defend*. }

*Haud timeo si jam nequeam defendere crimen*
*Cum tanto commune viro.*

Ovid. 13. *Metam.* Hospes, te obsecro, defende (me, sup.) Plaut. *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Defendam te, & subvenibo sedulò. Idem *Men. sc.* 7. *a.* 5.

*Ergo, ut defendi nullo mea posse colore,*
*Sic excusari crimina posse puto.*

Ovid. *Eleg.* 8. *lib.* 1. *Trist.*

*Non equidem totam possum defendere culpam,*
*Sed partem nostri criminis error habet.*

Idem *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Trist.*

*Ille potest auctore* (Jove) *suam defendere vocem*,

(i. quod jubet.) Idem 13. *Met.* Duobus autem modis ab aliquo defendi dicimur: à patrono nostro, vel defensore: ut quum dicimur, Sext. Rosc. fuisse defensum à Cicerone. Altero modo dicimur defendi ab adversario, hoc est, ab injuria, vel contra injuriam adversarii. Ut si nobis adversarentur Judices, & Cicero tueatur, rectè dicemus, defendi nos à Judicibus, non quòd illi nos defendant, sed quòd præsidio Ciceronis ab illorum injuria defendamur. Cic. *lib.* 1. *Offic.* Qui autem non defendit, nec obsistit, si potest, injuriæ, tam est in vitio, quàm qui, &c. Differt tamen defendere à propugnare, quia defensio est, quocunque modo fiat: propugnatio autem, non nisi per contentionem. Dicimus autem, Defendo frigus tibi: & Defendo te à frigore. Virg. 3 *eleg.* 7.

*Solstitium pecori defendere, jam venit æstas.*

Et paulò antè,

——*dum teneras defendo à frigore myrtos.*

¶ Accipitur etiam interdum defendo pro arceo, sive depello. Gell. *cap.* 1. *lib.* 9. Quint. Claudius defendebat hostes à pinnis facillimè. Cui opponitur Offendere. Gell. *lib.* 9 *cap.* 1. Sic defendere injurias, pro ulcisci ac depellere, posuit C. Cæsar *lib.* 1. *de bell. civ.* Sic defendere ignem. Gell. *cap.* 1. *lib.* 5. (de incendio urbis.) Defendere ignis jactus, & lapides. Cæs. 2. *de bell. civ.* ¶ Defendere item, pro Ratione affirmare & astruere. Cic. *in Vatinium*: Defendebatur, testibus collegæ sui non recusandi causa legitis, sed recognoscendis. Idem *de finibus*,

*sulibus, Gravissimèque & verissimè defenditur, nunquam utilitatem* ab æquitate posse sejungi. Budæus *in Pandect. initio.*

**Défensor**, is, qui defendit, propugnator, patronus. { ]ɔɔ *gonén, intercessor, συνήγορος.* Gall. *Defendeur, protecteur, defenseur.* Ital. *Difenditore.* Germ. Ein beschirmer. Hisp. *Defendedor.* Angl. *A defendour.* } Cicer. 3. *in Verr.* Sed ego defensorem in mea persona, non accusatorem maximè laudari volo. ¶ Paterni juris defensor, & quasi patrimonii propugnator fuit: apud eundem 1. *de Orat. & pro Rabirio*, Custos defensorque juris & libertatis.

*Reppulit.* &c.
*Tvum ab arsuris cum defensore tavinis.*

Ovid. 13. *Metam.* ¶ Defensor (tametsi à Procuratore non usquequaque distet) dicitur, qui absque mandato cum sola satisdatione alterum in judicio defendit, atque tuetur, ut est *in l. minor*, cum *duabus proximè sequentibus, ff. de procurat.* Unde defensores civitatum, appellant Imperatores minores illos magistratus, qui parentis vicem plebi exhibere videntur, curaréque debent, ne innocens rusticitas prægravetur. *C. & in Auth. de defens. civit.*

**Défensio**, Propugnatio, patrocinium. { ]ɔɔ *maghen.* σθνεσία, ἀντλαψις, συνηγορία. Gall. *Defense.* Ital. *Difesa.* Germ. Beschirmung. Hisp. *Defension.* Angl. *Defense.* } Cicer. 4. *Acad.* Ut ea pars defensionis relinquatur. Et *pro Cluent.* Innocentiæ defensio sæpe multorum improbitate intercluſa respirat. ¶ Defensio est instantis, imminentisve offensionis propulsatio. Ubi hæc cessat, non est quod propulsari queat: ab offensione enim omnis defensionis pendet ratio. Vide Salomonium *in l. ut vim, D. de just. & jur.* Quo verò jure defensio nitatur, Bartol. explicat *in eadem l.* & quàm variè accipienda sit, refert *in l. de pupillo, §. 1. ff. de oper. nov. nunc.* Defensio pro accusatione, apud Jurisconsult. *in l. sed & si Reipub. de usur.* Item pro exceptione usurpatur, *l. 8. C. de jur. & facti ignor. l. si quidem 9. C. de except.* Alb. Defensio illicita dicitur, quum offensio licita censetur. Bald. text. singularis est *in l. si pignore, §. furem, D. de furt.*

**Défenso**, as, are, frequentativum. { Gall. *Defendre souvent.* Ital. *Difensare.* Germ. Sich beschirmen, eines beschirmens. Hisp. *Mucho defender.* Angl. *To defend often.* } Plaut. *in Bacch.* Nostet esto dum te potetis defensare injuria. Salust. *in Jugurth.* quorum virtute mœnia defensabantur. Rursus, Arma capientes alios ab hostibus defensabant. Vide Gell. *cap. 3. lib. 7.*

**Défensito**, aliud frequentativum. { σθνησιάζω. Gall. *Defendre fort souvent.* Ital. *Difendere bene & spesso.* Germ. Sich vil vnd offt beschirmen. Hisp. *Muy mucho defender.* Angl. *To defend very often.* } Cic. *lib. 1. Offic.* Si igitur non poterit sive causas defensitare, sive populum concionibus tenere, sive bella gerere, illa tamen præstare debebit, quæ erunt in ipsius potestate. ¶ Defensitare causas, apud eundem *de Clar. Orat.*

**Défensúrit**, pro defensum iri, vetustè dicitur, quemadmodum Debituri, pro debitum iri: Datuiri, pro datum iri. Ulp. *de dot. prælog.* Et mulierem agentem ex testamento cavere debere adversùs maritum defensuiri hæredem: maritus idem debebit cavere adversùs mulierem defensuiri, si prior agat.

**Différo**, detuli, delatum: Affero, confero, offero, tribuo. { נשא *nasá*, הוביל *hobil.* φέρω, ἀποφέρω. Gall. *Porter de l'un à l'autre.* Ital. *Conferire, portare.* Germ. Zutragen. Hisp. *Traer, llevar.* Angl. *To bring frome one to another.* } Plaut. *Amph.* Quid si è portu navis huc nos dormientes detulit? Regitque semper accusativum: & hoc aliquando cum dativo. Idem *in Trin.* Dimittam, ut te velle video, sed monstra hosce homines mihi: Hos ego quæro, quibus me oportet has deferre epistolas. Factis mihi delatum sit frumentum. Idem *Pseud. sc. 2. a. 1.* Perdidi quod tibi detuli, & quod dedi. *ibid. sc. 3. a. 1.* Detuli pallam tibi. Idem *Men. sc. 4. a. 2.* Ad me face ut deferatur (insanus.) Mox, Accerse homines qui illum ad me deferant. *ibid. sc. 5. a. 5.* ¶ Defero, pro aufero, usitatum Greg. Turonensi. Aliquando cum præpositione Ad. Idem *in Asin.* Egón' ut non modò uxori meæ suffipiam in deliciis pallam quam habet, atque ad te deferam. Hoc ad damnum deferetur (i. pallæ ad meretricem.) Plaut. *Men. sc. 2. a. 1.* Tu te ultrò ad me detulisti. Idem *ibid. sc. 3. a. 4.* Uti ad amicam deferat quicquid domi compilet. *Ibid. sc. 1. a. 4.* ¶ Aliquando cum præpositione In. Plin. *lib. 12. cap. 19.* Hi recto cursu per sinus impellunt, atque à promontorii ambitu Argestæ deferunt in portum Graianitarum. Et Plin. jun. Defertur Meganus in Rhenum. Sic deferti in exortem, deferri in præceps. ¶ Significat quoque nuntiare, certiorem facere. Cic. *famil.* 15. Quæ ad me delata essent, scribenda ad vos putavi. Idem *famil.* 5. Quod scribis de beneficiis, scito à me & Trib. milit. & præfectos, & contubernales duntaxat meos delatos esse: in quo quidem ratio me fefellit; liberum enim mihi tempus ad eos deferendos existimabam dari. Postea certior sum factus, triginta diebus deferri necesse esse, quibus rationes retulissem. Ubi *deferre*, communiter pro Denuntiare exponunt, σημαίνειν. Solebant autem provinciis præfecti reducentes, quum jam rationes suas deponerent, etiam eorum nomina, qui se cum illis prælatè gessissent, deferre, quò & ipsi aliquando pro meritis suis aliquid beneficiorum à Senatu consequerentur. ¶ Interdum habet hoc verbum accusationem, præsertim quum post se habet accusativum nomen, αἰτιᾶσθαι, κατηγορεῖν τινος, γράφεσθαι κατηγόρου. Plaut. *in Aul. sc. 2. a. 3.* Ad Tresvitos jam ego deferam tuum nomen. Cicer. *in Verr.* Servi cujusdam nomen defertur: is accusatur, ficti testes in eum dantur. Differunt tamen, deferre nomen, & accusare. Nam deferre nomen dicitur, qui legibus interrogatur apud magistratum, ut si interrogatus neget, ejus nomen in reos referatur: Bud. ex Asconio Denique deferre nomen idem est, quod reum facere. Deferre nomen est legibus obligare reum. Quint. *decl.* 249. Deferre est recipere nomina. Liv. *lib. 8. d. 4.* Deferre absentes reos cædis. Suet. *in Aug. cap. 10.* Accusare verò est agere causam, & suum reum in judicium adducere. Hinc delatores qui crimina deferunt; & delatio, criminis denuntiatio. Ex Hot. ¶ Deferre quoque causam dicitur cliens ad patronum, quum eum contulit, & illi controversiæ ordinem, argumentumque exponit. Cicer. *in Verr.* Itaque ad me præter cæteros hanc querimoniam Sicilia detulit lacrymis. ¶ Pertinet etiam ad dignitatem, & honorem, & venerationem. & officium. σεβασμός, ἀπονέμω, φιλοτιμία τινὶ. Variisque modis ponitur a constituitur. Liv. *lib. 1.* Omnes Numæ Pompilio regnum deferendum decernunt, id est, offerendum atque tradendum. Cic. *Oblivios* Quæ tibi non antequam postulares, majora quàm velles, plura quam speraies, detulit Senatus. Idem *Trebatio*, Universum studium & benevolentiam ad te defero, id est, tibi attribuo. ¶ Deferre appellationi, in jure pontificio idem est, quod admittere appellationem. Vide Archid. *extrà de appellat. c. cùm appellat, lib. 6.* Deferre hæreditatem, deferre jusjurandum, deferre judicium, notæ & frequentes apud Jurisconsultos loquutiones. ¶ Deferre in ærarium. Item, Deferre in Principis commentarium, quid sit, Budæus explicat *in l. abesse, D. ex quibus caus. majores*: cujus sensum Accursius non intellexit. Deferre nomen, propriè non est accusare, sed apud magistratum, vel judicem de aliquo crimine ante accusationem denuntiare, & alium in capitis discrimen rapere. Deferre reum, idem est, quod postulare, & ut cognitionem suscipiat, petere, *l. deferre, de jur. fisc.* Quomodo autem id fiebat, docet Alciatus *in l. judicasse, de verb. signific.* ¶ Quanti deferatur (merces) mundicetur. Senec. *Epist. 42.*

**Délátus**, a, um, participium passivum. Navis in portum delata est, id est, devecta. { מובל *mubál.* φέρομαι. Gall. *Apporté, porté.* Ital. *Portato.* Germ. Getragen. Hisp. *Trahido.* Angl. *Brogete, caryed.* } Hic delatus est lectica, id est, deportatus. Cic. 1. *de Orat.* Divinitùs ad nos delatus vir. ¶ Delatus item, Accusatus. { מלושן *meloschán.* ἐγκαλούμενος. Gall. *Accusé.* Ital. *Accusato.* Germ. Verklagt/angeklagt. Hisp. *Acusado.* Angl. *Accused.* } Cicer. *de Invent.* Ut in quodam judicio, quum venefici cujusdam nomen esset delatum, &c. Delatæ temerè insidiæ (i. nuntiatæ.) Suet. *in Claud. cap. 36.*

**Délátor**, is: Occultus accusator dicitur, & interdum calumniator. { חלך רכיל *holéch rachil*, מלושן *meloschén.* συκοφάντης. Gall. *Accusateur, delateur & denonciateur à justice.* Ital. *Accusatore, rapportatore.* Germ. Ein oberntrager/der einem heimlich verräth/vnd anträgt. Hisp. *Acusador, malsin.* Angl. *A secret accuser or complainer.* ]Plin. *in Paneg.* Delatorum classis permissa omnibus ventis. Martial.

*Et delator habet quod dabat exilium.*

Sueton. *in Domit.* Deferebaturque vox ejus, Princeps qui delatores non castigat, irritat. Vide Alexand. ab Alexand. *c. 21. lib. 14.* Delatorum præmia Papia lege. Suet. *in Ner. cap. 10.*

**Delátio**, nis: Accusatio. { συκοφαντία. Gall. *Accusation ou denonciation à la justice.* Ital. *Accusatione.* Germ. Das heimlich antragen oder verrachen/anklagung. Hisp. *Acusacion de aquel que malsina.* Angl. *An accusacion or complaint secretlie made.* } Cicer. *pro Cluent.* Qui sibi delationem nominis & capitis periculum ostentarat. Cælius *Cic. lib. 8.* Illud mihi occurrit, quòd inter postulationem, & nominis delationem, uxor à Dolabella discessit.

**Défervéo**: Fervere desino, refrigeror, calorem amitto. { λήγω. Gall. *Cesser de boüillir, ne boüillir plus, se refroidir.* Ital. *Cessare di bollire.* Germ. Aufhören zusieden. Hisp. *Dexar de hervir.* Angl. *To cease frome seething or boyling, to lose heat and waxe cold.* } Gell. Interea puer venit & olla defervuerat. Per metaphoram, mitesco, placidus fio, πραΰνομαι, παραψύχομαι. Plin. *in Epist.* Quum jam satis ille primus impetus defervuisset, & languidior in dies ira ad justitiam redisset. Cic. *pro Cælio*, Si splendor, si nitor, jam ista deferbuerint, jam ætas omnia, jam ista dies mitigarit. Ut, Defervuit mare. Gell. *cap. 1. lib. 19.*

**Défervéscĕre**: Fervorem amittere, λήγω. Et per translationem, ardorem animi deponere, { λήγομαι. Angl. *To lose the heat.* } Cic. 4. *Tuscul.* Aut rogandi, erandique sunt, ut si quam habent vel ulciscendi vim, differant in tempus aliud, dum defervescat ira. Sed hoc per translationem, quasi ira sit ignis quidam animum incendens. Colum. propriè pro refrigerari posuit, *lib. 4.* de fœno loquens, Prudentes agricolæ, quamvis jam illatum tecto, non antè componunt, quàm per paucos dies temerè congestum in se concoqui, & defervescere patiantur.

**Défervéfăcio**, non significat refrigerare, ut nonnulli existimant, sed valde fervere facio, ut *de* significationem verbi augeat. { רתח *ritteách.* ἠρεμέω. Gall. *Faire boüillir.* Ital. *Far bollire forte.* Germ. Sichig heiß machen. Hisp. *Hazer hervir.* Angl. *To make, to boyle and seeth greatlie.* } Cato *de re rust. c. 157.* Bullicam macerato bene, postea in ollam conjicito: defervefacito bene: ubi cocta erit, bene aquam defundito. Plin. *lib. 23. cap. 7.* Radix caprifici defervefacta in vino, dentium dolores sedat.

**Défătíscŏr**, deponens compositum ab antiquo verbo fatiscor, per mutationem a litteræ in e, significat labore deficio. { נלאה *nileáh.* κάμνω κοπιῶ. Gall. *Se lasser, estre fatigué.* Ital. *Stancarsi, stracciarsi.* Germ. Von arbeit mûd oder machtlos werden. Hisp. *Ser fatigado, ò cansarse, ò desfallecer.* Angl. *To be tired and wearie, to faynt.* } Terent. *in Phorm.* Hæc res mihi solicitudini est, neque desciscar unquam ego experiar, donec tibi id quod pollicitus sum effecero. ¶ De hujus verbi præterito inter Grammaticos non convenit. Priscianus enim vult ejus præteritum esse defessus sum, ficuti & fatiscor, fessus sum. Contrà Diomedes, fessus & defessus nomina esse vult, non participia, cujus sententia videtur verisimilior. Neque enim fessus, aut defessus tempus ullum importat more participiorum, neque actionem, aut possessionem, sed idem omnino significat quod Lassus, quod certè nomen esse nemo dubitat. Differunt autem hæc duo à participio fatigatus, sicut calidus & calefactus, quorum hoc & tempus, & passionem significat, illud solam qualitatem. Sic fatigatus dicitur ille, quem res aliqua fatigavit: fessus autem, & defessus simpliciter qui labore deficit. Hinc compositum Indefessus, idem quod indefatigabilis, ἀκαμάτος. Claud. *lib. 1. de rapt. Proserp.*

*Indefessa ferax, nulla cessabimus bova:*
*Non requies, non somnus erit, dum pignus ademptum*
*Invenio.*

Defessus sum quærendo. Plaut. *Amph. sc.* 2. *a.* 4. Defessi exhaustique oculi. Senec. *de cons. ad Marc.* Defessi sumus (dicendo.) Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 4. ¶ Verba autem Fatiscor & Defatiscor, in usu non sunt, sed eorum loco utimur verbo neutro Fatisco, quod ejusdem est significationis. Col. *lib.* 2. Sed omni solo, quod prædictorum leguminum segetibus fatiscit, una præsens medicina est, ut stercore adjuves, & absumptas vires hoc pabulo refoveas.

**Dēfĭcio**, is, ex De-, & Facio. Desum, desciscо, desero. { חסר *chaser*, θλιβω *aphis*, ἀδ *saph*. ἐκλείπω, ἐκκρίνω. Gall. *Defaillir*. Ital. *Mancare*. Germ. Gebrechen/nit genugsam sein. Hisp. *Desfallecer, ò faltar*. Angl. *To faile, to lacke*. } Valet id in hominibus, deficit in cæteris. Gell. *cap.* 1. *lib.* 14. Deficere malui, quàm desinere (dicendo.) Quint.

*Horrea fœcundas ad deficientia messes.*

Tib. *lib.* 4. alias: *fœcundis indeficientia mensis*. Cic. 3. *in Verr.* Vereret ne mihi crimina non suppeterent, ne oratio deesset, ne vox viresque deficerent. Idem *Servio Sulp.* Sed opprimor interdum, & vix resisto dolori, quòd ea me solatia deficiunt, quæ cæteris (quantum mihi exempla propono) simili in fortuna non defuerunt. Et more suo hic fecit Cicer. ut pro desum, deficio exposuerit. Hic defectus pro privatione deducitur: de quo infrà.

*Non te deficient nostra memorare Camœna.*

Tib. *lib.* 4. Legimus etiam Deficere absolutè positum pro Deesse, ἀπορῶ, ἀπορῶμαι. Cæsar *lib.* 2. *de bell. civ.* Quare neque tanti sum animi, ut sine spe castra oppugnanda censeam, neque tanti timoris, ut ipse deficiam. Hoc paulò post alio modo dixit, Deficere animo, ἀποψυχῶ. Martius (inquit) Rufus Quæstor in castris relictus à Curione, cohortatus suos ne animo deficiant, id est, terreantur, & animus desit. ¶ Invenitur etiam cum accusativo, pro Derelinquere, sive destituere, positum: quanquam in sensu idem sit cum deesse, ἐκλείπω. Cicer. 4. *in Verr.* Jam me vires deficere cœperunt. Idem 3. *de Orat.* Prudentia nunquam deficit oratorem. Cæsar, Frustra mea vitæ subvenire conamini, quorum sanguis vitæque deficiunt, id est, ἐκκενοῦται. Similem omninò usum habet verbum Desero. Salust. *in Iugurtha.* Sed de studiis partium, déque omnibus civitatis moribus, si sigillatim æque pro magnitudine patrem disserere, tempus quàm res maturiùs me deseret. Habet autem deficio in ea significatione ferè semper ante se nominativum rei inanimatæ: ut, Dies me deficit. Vox te deficit, ἐκλείπω. &, Oratio illum deficit. Lactant. *lib.* 7. Non enim verendum, ne tam in bona causa deficiat oratio, qui sæpe etiam malos copiosè ac fortiter defendisti. Cæs. *lib.* 2. Ipsos res frumentaria deficere cœpit. Si quis tamen in his dativo pro accusativo utatur, non culpandus erit: frequentiùs tamen cum accusativo usurpatur. Non rectè autem ita dicas per nominativum rei animatæ. Uxor me deficit: sed, à me deficit. ¶ Item deficere cum accusativo significat, non suggerere. Virg. 1. *Georg.*

——*quum jam glandes atque arbuta sacra*

*Deficerent sylvæ*: id est, non suggererent glandes atque arbuta. Sic enim exponunt hunc locum plerique interpretes: quanquam non malè ibi deficerent, pro deessent, accipere possumus, ut arbuta & glandes, nominativos esse intelligamus: sylvæ autem, dativum. ¶ Interdum absolutè ponitur pro finire, definire, πέρας ἔχειν: ut, Hic piæ mœrore defecit. Sed cum accusativo. Varro *lib.* 13. *cap.* 16. Exemtio mellis ne sit universa, neque palam, ne apes deficiant animum.

*Credite deficio.*

Ovid. *Eleg.* 6. *lib.* 4. *Trist.* Deficientibus lecticariis (i. defessis.) Suet. *in Othon. cap.* 6.

*Vique jacens vipa desere Caystrim ales*
*Dicitur ore suam deficiente necem.*

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.* Si jam deficiam (æger.) Idem *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.* Deficientem capillum revocare à vertice assueverat. Suet. *in Cæs. cap.* 45. ¶ Marcianus, Tum demùm id agere consilium erat, quum vita defecit. ¶ Constituitur quandoque cum ablativo sine præpositione, & sic sumitur pro carere, sive privari, στερίσκω. Si te intelligam deficere vita, de mea ad tuam addam. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Item Suet. *in August. cap.* 8. Nunquam locutus est nisi meditata & composita oratione: quamvis non deficeret ad subita extemporali facultate. Colum. *lib.* 3. de vite loquens, Quumque transfuleris, (inquit) de humido in aridum locum, vide ne in pristino alimentum deficiat. Idem. Commodè fluunt, nec deficiunt facto solo. Et *lib.* 8. Qui si memoria deficitur quominus agnoscat cujusque progeniem, pice liquida eandem notam scrofæ & porcis imponat. ¶ Item, Deficere debitores dicuntur, quorum facultates ita imminutæ sunt, ut jam solvendo non sint, *l.* 3. *ff. de jur. fisc.* unde defectus facultatibus, apud Ulp. *l. si extraneus, de jur. dot.* ¶ Capitur & pro dissentire, recedere, seu rebellare, desciscere, desertere. { סור *marád*, יסר *pasháh*. ἀφίστημι. Gall. *Se revolter, se rendre du party contraire*. Ital. *Ribellare*. Germ. Abfallen/abtrünnig werden. Hisp. *Rebelar*. Angl. *To make defection or yeelde to the contrare parte*: & tunc ablativo jungitur cum præpositione. Salust. *in Iugurth.* Quod oppidum primum omnium post malam pugnam ab rege defecerat. Deficere enim dicuntur, qui ab his, quorum sub imperio sunt, desciscunt, & in hostium numerum se conferunt. Cicer. *Lælio*, Difficile est amicitiam manere, si à virtute deficeris. Liv. *lib.* 2. Eodem anno duæ coloniæ, Pomeria & Cora, ad Aruncos deficiunt, hoc est, Romanos deserunt transeuntes ad Aruncos. Defletor, pass. Colum. *lib.* 3. Jugerum quadam parte deficitur, quadam superat. Cicer. *pro A. Cluentio*, Eo hoc illud est quod antè dixi, mulier abundat audacia, consilio & ratione deficitur. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

*Tempore deficiar Tragicos si persequar ignes.*

**Dēfĕctŏr**, verbale. { יסר *pasháh*. ἀποστάτης. Gall. *Rebelle, celuy qui s'est revolté, apostat*. Ital. *Ribello*. Germ. Abfellig/abtrünnig. Hisp. *Rebelador*. Angl. *A revolter or yeelder to the contrare parte*. } Suet. *in Nerone. cap.* 43. Revocatisque ad pœnitentiam defectoribus, &c. & Tacit. *lib.* 12. Truculentior tanquam adversus defectos.

**Dēfectŭs**, a, um, particip. à deficio, vel deficior, habet significationem activam in voce passiva, ἐκλελειμμένος: ut, Defectus robore animi, ἀδύνατος. Colum. Diligentis patrisfamilias est, primam quamque arborem senio defectam tollere, id est, quæ deficit. Quintil. *lib.* 3. Ut si obsessi, & impares, & aqua cibóque defecti, de facienda ad hostem deditione deliberent: i. qui defecerunt.

*Quòd sibi defectis illa ferebat opem*: i. defecerat illos victus. Ovid. 3. *Fast.*

*Defectis Hecubam potuit legisse sub annis.*

*in Epist. Ulyssis.* Defectus, pro defesso, Seneca. Defectus passivè, ἐκλελυμένος. Cic. *in Oratione antequam iret in exilium*. Nunc vel solus defectus ad calamitatem, vel primus vocatus ad tale periculum, omnium animos jure debeo commovere. Defectæ senectutis homo, i. senectute confectus, Ulpianus *de usufruct.* Utputa ægrotanti servo, vel infanti, vel defectæ senectutis homini. Eodem modo defectus ætate dicitur, pro confectus. ¶ Defectus poni videtur aliquando pro Perfectus. Cicer. *ad Attic.* Libri ad Varronem non morabuntur: sunt enim defecti, i. perfecti.

**Dēfectĭor**, comparativus: & **Dēfectissĭmus**, superlativus. Colum. *in præfat.* Sed sive fundum locuples mercatus est, turbæ pedisequorum lasciviorique defectissimum quemque annis & viribus in agrum relegat, &c. ¶ Apul. *in Apologia*, Cur in planis quidem speculis fermè pares obtutus ac imagines videntur, in tumidis verò & globosis omnia defectiora, at contrà in cavis auctiora?

**Dēfectŭs**, us, nomen significans penuriam, non vitium, aut culpam, aut morbum. { חסר *chesér*. ἔλλειμμα. Gall. *Defaut, defaillance, necessité, disette*. Ital. *Disagio, difetto, mancamento*. Germ. Ein gebrechen/mangel. Hisp. *Falta ò mengua*. Angl. *A lacke, a failing*. } ut Defectu ciborum dedidimus nos hostibus. Liv. *lib.* 4. Defectus alibi aquarum circa torridos fontes sitisque strages fœdi pecorum morientium dedit. ¶ Interdum dicitur diminutio. Gellius *libro* 2. Sed de Lunæ moribus Solisque defectibus. Unde Defectio Solis & Lunæ dicimus. Defectus animi, sive defectus animæ (ut Celso mos est loqui) λειποψυχία, λειποψυχία, Græcè dicitur. A nostris etiam animi deliquium, & verba linqui animo & intermori, & deficere, & extinctæ animæ speciem præbere: quos Plinius & defectos animo quandoque appellat. Defecta verò corpora, & defecti sunt, quos Græci σύγκοπτους, quasi resolutos, & resolutionem ipsam, σύγκοπτα dicunt: qui & syncoptici vocantur; & syntereses, defectiones. Plin. Genus unum quod bion vocamus, prodest stomacho dissolutis, & prægnantibus & defectis. Martialis,

*Dulcia defecta modulatur carmina lingua.*

**Defectĭo**, Recessio, seu rebellio, vel militum ab Imperatore, vel civitatis à domino: qui dicuntur deficere, quum ab eorum gubernatione discedunt. { סור *meridh*, יסר *pesháh*. ἀπόστασις, ἀποστασία. Gall. *Revolte, rebellion*. Ital. *Rebellione*. Germ. Abfall. Hisp. *Rebeldia*. Angl. *A defection, revolting or yeelding to the contrare parte*. } Liv. *lib.* 1. Ob reliquas bellorum iras maximè solicitatis ad defectionem animis voluntarios traxêre. Cicer. 4. *Tusc.* Omnium autem perturbationum fontem esse dicunt intemperantiam, quæ est à tota mente, à recta ratione defectio. ¶ Aliquando dicitur diminutio, & decretio, defectus, ἔλλειψις. Idem *in Catone*, Quoniam delectabantur has defectiones Solis & Lunæ multò nobis antè prædicere. ¶ Sunt & defectiones in corpore humano, quales mulieribus à conceptu accidere solent. { חלה *halíh*, חסר *hamar*. λειποψυχία. Gall. *Debilitez, defaillances de cœur*. Ital. *Debolezza*. Germ. Ohnmacht. Hisp. *Flaqueza*. Angl. *Infirmities, a faylinge of hart or courage*. } Plin. *in Proœm. lib.* 23. Pampini sanguinem excreantibus, & mulierum à concepta defectioni, diluti potu prosunt. Quod genus etiam malaciam, κῶμα, in prægnantibus vocate Plin. solet. Est enim malacia in stomacho debilitas. Et in mari malacia pro tranquillitate capitur. Gell. *cap.* 8. *lib.* 5. Pleraque dici per defectionem solent, ut: *Ipse quirinali lituo*, &c.

**Dēfectīvus**, a, um, quod est mancum. { חסר *chasér*. ἐκκριτός. Gall. *Defaillant, manild*. Ital. *Manco*. Germ. Das da mangelt/ein mangel an etwas hat. Hisp. *Cosa que suele à puedo faltar*. Angl. *That lacketh, maneck and mutilas*. } Cic. 1. *Offic.* Etenim cogitatio contemplatióque naturæ manca, id est, defectiva quodam modo.

**Dēfīgo**, is, defixi: Deorsum figo, implanto, immitto, colloco, pono. סכך *mahách*, תקע *tahán*. πῆξις. Gall. *Ficher, attacher à clen, en autre chose*. Ital. *Impiantare, ficare, piantare*. Germ. Undersich hefften/anheffren. Hisp. *Hincar*. Angl. *To fitchin or fasten with nayles*. } Colum. *lib.* 2. Tum in terram benè pastinatam & stercoratam rectum sarmentum defigito. Virg. *lib.* 2. *Georg.*

*Altius & penitus terræ defigitur arbos,*
*Æsculus in primis.*

Cæsar *bell. civil.* Asseres pedum duodecim cuspidibus præfixi, atque hi maximis balistis missi per quatuor ordines cratium in terra defigebantur. Defigere sicam in corpore, apud Cicer. Defigere cultrum in corde, & Defigere gladium jugulo, apud Livium. ¶ Ex hac verbi significatione elegantes simul ac variæ translationes existunt: ut quum aliquem dicimus pavore defixum esse, aut stupore mœstitiáve. Habetque singularem cum his nominibus Animus & Oculus elegantiam. Cic. 4. *Acad.* Adversantur enim primùm, quòd parum defigunt animos. Idem *pro domo sua*, At quam sententiam dixit primùm eam, quam populi sermo in armis vestris jam antè defixerat. Lactant. *lib.* 2. Oculos suos ab alto deficiunt, solóque defigunt. Cicer. *Philipp.* 11. Quid eum non sorbere animo, quid non haurire cogitatione, cujus sanguinem non bibere cenſetis: in cujus possessiones atque fortunas non impudentissimos oculos spe & mente defigere? Plin. *lib.* 8. *cap.* 16. Quum pro catulis fœta dimiserat, oculorum aciem tradixit defigere in terram, ne vénabula expaveſcat.

*Qualiter adversòs hosti defigere cervos.*

Tibul. *lib.* 4. Cic. *in Verr. act.* 2. Ut non modò in auribus vestris, sed in oculis omnium sua furta atque flagitia defixurus sim: hoc est, ita deprompturus & relaturus, ut non modò audiri, sed etiam fieri videantur: vel sic, ut non modò audiri & intellecta perspicua

fiant.

sunt, sed etiam visui subjici videantur, id est, sub oculos ponit. Aliquando pro Ferire, vel transfodio, συμβάλλω. Persius,

*Ore teres modico, pallentes radere mores*
*Doctum, & ingenuo culpam defigere ludo.*

¶ Defigere etiam usurpatur in sortilegiis atque incantationibus. Unde *definiones* in vetusto Lexico exponuntur φιλτροποιοί, μαγγανεῦσιν. Fiunt autem defixis aciculis, & pugionibus, aut clavis trabalibus. Obiit dixit Plin. *lib.* 28. *cap.* 2. Defigi duris deprecationibus nemo non metuit. In hoc sensu *Defigere* apud Cic. & Ovid.

**Dēfīxŭs**, a, um: Infixus, hærens in aliquo. {ANGL. *Fastened, fixed or sticked in.*} Cicer. *de Arr.* Vitia in aliquo penitus defixa atque hærentia. Defixum in angulo Senecam (exulem) effodit Claudius. Senec. *cap.* 13. *de cons. ad Polyb. al. cap.* 32.

**Dēfīnĭo**, is: Termino, finio: certos rei, de qua agitur, terminos præscribo. {גבל *ghabal*, גדר, *ghadhár*, גזר *ghazár*. φραγίζω, ἀφορίζω. ὁριστῶ. GALL. *Limiter & borner, determiner, assigner.* ITAL. *Definire, terminare.* GERM. Entscheiden, erklären. HISP. *Determinar, definir.* ANGL. *To limite, to bounde, to appoynte the end of a thing.*} Cic. *de somn. Scip.* Sic habeto, omnibus, qui patriam conservaverint, adjuverint, auxerint, certum esse in cœlo, ac definitum locum, ubi beati ævo sempiterno fruantur. Idem *de Amic.* Altera sententia est, quæ definit amicitiam paribus officiis ac voluntatibus. Sic definire imperium, prædia, hortos, pro dimensa inter se dividere. ¶ Definire præterea est rei alicujus vim describere, & explicare finitione: quæ constat genere, specie, differentibus, propriis, ut author est Quint. *lib.* 7. *cap.* 4. & *lib.* 5. *cap.* 10. Cic. *lib.* 1. *de Invent.* Quum autem nominis controversia est, quia vis vocabuli definienda verbis est, constitutio definitiva nominatur.

**Dēfīnītĭo**, nis. {ANGL. *A definition.*} Secundum aliquos, est oratio demonstrans, cujusmodi est illud de quo fit sermo. Vel sic: Definitio est oratio mentis contentum aperiens. Hanc alii sic definiunt: Definitio est quæ compendiosa submonitione nos in rerum cognitionem vocibus subjectam adducit. Aut hoc modo, Definitio est oratio, id esse quod est monstrans. Aut, Definitio est oratio, quæ declarationem & intelligentiam rei demonstrat, & elucidat. Definitio item est rei quasi in universum dicta, non tamen universalis, in propositione per singulas partes, sive in universum deductio. Definitio propriè dicitur quæ constat ex genere & differentiis. Vide plura apud Dialecticos: & infrà in *Diffinitio.*

**Dēfīnītum** est, pro eo quod dicimus, Decrevi, vel constitui. Plaut. *in Cist.* Perge dicere. A. Anne ut etiam quod constituisti scias? M. Perge eloqui: non remittam, definitum est.

**Dēfīnītŭs**, a, um: Certus, constitutus, attributus, assignatus. {גבור *ghibbór*. ὡρισμένος, ὁριστός. GALL. *Defini, limité, borné.* ITAL. *Limitato, terminato.* GERM. Gezilt, bestimpt. HISP. *Determinado.* ANGL. *Limited, bounded.*} Cic. *de somn.* Hic certus est in cœlo ac definitus locus.

**Dēfīnītē**, adverbium: Finitè, strictè. } ὡρισμένως, ἀφορισμένως. GALL. *Expressément, determinément, distinctement.* ITAL. *Espressamente, con misura & limitatione.* GERM. Außtrucklich, heller. HISP. *Determinadamente, expressa y claramente.* ANGL. *Expressely, namely, precisely.*} Cic. *pro Corn. Balb.* Lexid Iulia & Cornelia, quæ definitè potestatem Pompeio civitatem donandi dederat, sustulisset. Plin. *in Paneg.* Nec magis definitè, distinctèque designat, qui Trajanum, quàm qui optimum appellat.

**Dēfīnītĭo**: vide *Diffinitio.*

**Dēfīnītīvŭs**, a, um. {ὁριστικός. GALL. *Definitif, qui definit & limite.* ITAL. *Definitivo, limitatore.* GERM. Das zu der zuteilung, entscheidung oder bestimmung gehört. HISP. Definidor. ANGL. *That limiteth and boundeth.*} Cic. 2. *de Invent.* Cum facti controversia est, quoniam conjecturis causa firmatur, constitutio conjecturalis appellatur: quum autem nominis, quævis vocabuli definienda verbis est, constitutio definitiva nominatur.

**Dēfĭcŭlŭs**, dicitur qui est captus uno oculo, quem fuscum alio nomine vocamus. {ἑνοφθαλμός. GALL. *Borgne, qui n'a qu'un œil.* ITAL. *Losco, senza un' occhio.* GERM. Ein dugig. HISP. *Tuerto de un ojo.* ANGL. *That lacketh one eye.*} Mart. *lib.* 12. de importunis balneatoribus.

*Hinc defricuhus, & inde lippus.*

**Dēfĭt**, Deest, cum dativo construitur. {חסר *chasér*. ὑστερεῖ. GALL. *Il y a faute, manquement, necessité.* ITAL. *Manca, non ci è.* GERM. Es mangelt, es gebrist. HISP. *Faltare.* ANGL. *Their is lacke, their wanteth.*} Ter. *in Eun.* Nihil quum est, nihil defit tamen. Idem *in Heaut.* Nihil apud me tibi defieri patiar, quin quod opus sit, benignè præbeatur. Virg. *Eclog.* 2.

*Lac mihi non æstate novum, non frigore defit.*

Delăchrymātio, nis. { דמעה *deimâh*. καθάρσιον. GALL. *Pleurement.* ITAL. *Eſſo lacrymare, lacrima.* GERM. Beweynung. HISP. *Llorо.* ANGL. *A weiping.* } Plin. *lib.* 37. *cap.* 11. Vis ejus collyrii oculorum aptiſſima, & delachrymationibus mordendo proficiens.

Delævo, as, compoſitum eſt à lævo, idem ſignificans quod ſimplex. { חחליק *hechelik*, λειαίνω. GALL. *Applanir, unir, faire égal.* ITAL. *Pianare, liſciare, far egnale.* GERM. Glätten/ oder glatt machen. HISP. *Aliſar ò acepillar.* ANGL. *To make plane and even, or ſmeth.* } Col. *de arb. cap.* 6. Plagam acutiſſimo ferro delævato.

Dēlāmbo, is, ere. Lambo. { לקק *lakâh*. λείχω, λάπτω. GALL. *Lécher.* ITAL. *Leccare.* GERM. Lecken. HISP. *Lamber ò lamer.* ANGL. *To licke, or lape.* } Stat. *lib.* 2. *Theb.*

*Molliáque ejectâ delambit vellera linguâ.*

Dēlāmentōr, aris. Deflco. { סגד *ſaphâdh*. καθαίρεσις, θρῆνος. GALL. *Lamenter, pleurer.* ITAL. *Lamentarſi, dolerſi.* GERM. Sthmerklich weynen. HISP. *Ilorar con gritos y voces.* ANGL. *To weepe or waile.* } Ovid. 11. *Metam.*

——— *& natam delamentatur adeptam.*

Dēlāniō, as: Diſcindo, & quaſi lanam traho. { שרש *ſcharâſ*, פרק *parâk*, קרע *karah*. ἀλλοτρίωσις. GALL. *Mettre en pieces, deſchirer.* ITAL. *Stracciare, ſtranare.* GERM. Zerreiſſen/ zerriſſen. HISP. *Deſpedaçar como ſacando lana.* ANGL. *To cut or teare in pieces.* } unde Lanius, qui pecus diſcindit. Feſtus.

Dēlāpidātā, dicuntur lapide ſtrata. λιθόστρωτος, cujuſmodi eſt via Appia, quam à porta Capena Brunduſium uſque quadratis ſaxis ſtravit Appius ille Cæcus. Ex Feſto.

Dellas, & Tygris minor, fluvii; Apamam Meſopotamiæ civitatem circumdant. Steph. *in Apamea.* Δῖλας.

Dēlasso, as. Laſſo. { העריה *hitriach*, חלאה *helehh*. καμάτω. GALL. *Laſſer.* ITAL. *Stancare.* GERM. Müd machen. HISP. *Fatigar ò canſar à otro.* ANGL. *To wearie, to tire.* } Plautus *in Aſin. ſc.* 2. *a.* 5. Eum etiam hominem in Senatu dare operam, aut clientibus, ibi labore delaſſatum coram noctem ſtertere. Horat. 1. *Serm. ſatyr.* 1.

*Cætera de genere hoc (adeò ſunt multa) loquacem*
*Delaſſare valent Fabium.*

Dēlăvo, as, lavi, lotum, delavare: Lavo. { רחץ *rachats*. καθαίνω, λούω. GALL. *Laver.* ITAL. *Lavare.* GERM. Waſchen oder abwaſchen. HISP. *Lavar.* ANGL. *To waſh.* } Plaut. *Rud.* Eho an te pœnitet, in mari quod delavi, ne hic in terra quoque eluam? Antiquum verbum.

Dēlecto, & Oblecto. Compoſita ſunt à lecto, quod eſt frequentativum ab antiquo verbo lacio. Delectationem habeo, delectationem affero. { שעשע *ſchihaſchâh*. τέρπω. GALL. *Deleſter, recréer, réjouyr, donner plaiſir.* ITAL. *Dilettare, dar piacere.* GERM. Beluſtigen. HISP. *Deleytar.* ANGL. *To lead and allure, to deliget.* } Delecto ſæpiùs in tertia perſona utuntur Authores. Cicer. *Rufo*, Itaque me ſuperiores

literæ tuæ admodum delectaverunt, quibus expectatum meum adventum abs te amaotet videbam. Quando autem cum infinitivo jungitur, ponitur impersonaliter. Alioqui verbum est activum, & habet passivum per omnes modos, tempora, & personas usitatissimum. Cicero *Pato*, Plures etiam pavones confeci, quàm tu pullos columbinos: tu te istic Atherano jure delectato, ego me hic Hirciano. Oblecto verò plerumque in se significationem passivam habet, quanvis & activam, *διάγειν*. Et quanquam passivam habet, tamen regit accusativum non alterius personæ, aut rei, quàm ejus qui se oblectat. Et ultra accusativum ablativum postulat, ex quo passiva significatio monstratur. Et hoc tribus potissimùm modis. Interdum enim hoc contingit nulla præcedente præpositione, Terentius *in Eunucho*, *sc.*2. *a.*1. Me speres, ac te oblectes. Interdum præcedente præpositione Cum. Idem, Tu cum illa te intus oblecta interim. Ego me illoc assiduo victu delecto domi. Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.*1. Non solùm delectant, sed etiam placent. Senec. *Epist.*59. Non delectatus modò, sed gavisus sum. Idem *epist.* 46. Tibicen interea vos hic delectaverit. Plaut. *Pseud. sc.*5. *a.* 1. Idem *Capt. sc.*4. *a.*5. Quæ me delectet mihi data est. Aliquando etiam cum præpositione In. Idem, In eo me oblecto solùm, quod est, mihi charum. Cicero in activa significatione sumpsit, quum *in Catone* ait: Quas si exequi nescirem, tamen me lectulus meus oblectaret, quod est, quasi delectaret. Et *pro Archia*, Adolescentiam agunt, senectutem oblectant, scilicet literæ. Est autem oblecto, sicut & delecto, compositum à verbo lacto, propriè dulcedine, vel spe aliqua duco: & ferè semper in pejorem partem accipitur. Terentius: Sollicitando, & pollicendo eorum animos lactas. ¶ Delectare, ἡδύνειν, propriè significat attrahere, ducere. Ennius: Et me Apollo ipse delectat, adducit Delphicus. Quadrigarius, Fabius de nocte cœpit hostium sacra oppugnare, hostem delectare. ¶ Et quoniam quæ grata ac jucunda sunt, nos atrahere solent, factum est, ut Delectare sit gratum esse, ac jucunditate afficere. ¶ Passivum etiam ipsum Delector, habet post se ablativum, & hoc sine præpositione, vel mediante præpositione Cum, vel In. Casum autem peculiarem omnibus verbis passivis, qui est ablativus præcedente præpositione à, vel ab, non admittit. Unde etiam nonnulli deponens esse crediderunt. Est autem Delector, delectatione, vel jucunditate afficior. {χαίρω, ἥδομαι, θελγω. Gal. *Se donner plaisir, se réjouyr, se plaire.* Ital. *Dilettarsi.* Germ. Lust vnd frewd haben. Hisp. *Deleytarse.* } Colum. *lib.*1. Jucundius utique viro, si etiam matronâ comitatus: cujus ut sexus, ita animus est delicatior: amœnitate aliqua delectanda erit, quò patientiùs moretur cum viro. Quod alius etiam verbis fieri solet: ut, Desiderium tenet me, id est, teneor desiderio. Sic Oblector, & hujusmodi, quæ significationem passivam innatam habent. Lactant. *lib.*2. Auro & gemmis, & ebore delectantur. Idem, Oblectatur frivolis, & specie simulachrorum capitur. Cic. *Cæl.* In communibus miseriis hac tamen oblectabar specula.

**Dēlectāmēntum**, i. Oblectatio, voluptas. {שעשועים *schahaschuhim*. ערנה *hedhnáh*. τέρψις, τερπνὸν, τερπνόν. Gall. *Delectation & plaisir, passetems.* Ital. *Diletto.* Germ. Belustigung. Hisp. *El deleyte.* Angl. *Deligth pastime, solace.* } Cicer. *de senect.* Possem persequi permulta delectamenta terum rusticarum: sed ea ipsa quæ dixi, sentio esse longiora. Idem *in Pison.* Inania sunt ista (mihi crede) delectamenta penè puerorum. Gell. *cap.* 1. *lib.* 20. Is pro delectamento habebat os hominis palmâ verberare.

**Dēlectābĭlis**, τερπνὸς. Cornel. Tacit. *lib.*12. Infusum delectabili cibo holerorum venenum. Gell. *l.*4. Doctrina delectabili.

**Dēlectābĭlĭtĕr**, Adverbium. τερπνῶς. Probus, In Catholicis structuræ delectabilitet componendæ. Gell. *lib.*13. *cap.*23. Delectabiliter ac decorè multis variisque verbis depicta est. Et *cap.*1. *lib.*15.

**Dēlectātĭo**, à delectando, Oblectatio, voluptas, jucunditas. {שעשועים *schahaschuhim*. ערנה *hidnáh*. τέρψις. Gall. *Delectation, plaisir.* Ital. *Dilettatione.* Germ. Lust vnd frewd. Hisp. *Deleyte.* Angl. *A delighting, or delight.* } Et jucunditas, quam ex re aliqua percipimus: quam sic definit Cic. *lib.*4. *Tusc.* Delectatio est voluptas suavitate auditus animum deliniens, & qualis hæc est autium, talis est oculorum, & tactuum, & odorationum, & saporum: quæ sunt omnes unius generis ad perfundendum animum, tanquam illiquefactæ voluptates.

**Dēlectātĭōr**, Comparativus sine positivo, apud Gell. *lib.* 20. *cap. ult.* Aut sermo incorruptior, aut delectatior motio, aut in ludo liberalior.

**Dēlectus**, vide *Deligo*, is.

**Dēlĕgo**, as: Deputo, præficio quempiam meo loco, officio negotióve exequendo præficio. {מקרה *hiphkidh*. ἐπιτρέπω. Gall. *Deleguer, envoyer & bailler charge, bailler commission, commettre.* Ital. *Deputare, assignare.* Germ. Befelhen/ einem etwas zuthun zuflegen. Hisp. *Embiar, mandar.* Angl. *To assigne, to some office or charge, to send in ambassage, to attribute or impute.* } Col. *lib.*4. Imò quis non imprudentissimum quemque, etiam cum, qui nihil aliud operis facere valeat, huic negotio delegat? Cicero, Post delegatam mihi hanc provinciam: id est, post onus mihi impositum. Sueton. *in Nerone*, *cap.* 32. Delegare officium. Idem *in Calig cap.*57. Delegare aliquem occidendum. Idem *in Tib. cap.* 16. Delegatus pacandæ Germaniæ status. ¶ Hinc Subdelegare dicimus, delegatas nobis à Principe causas alteri cognoscendas injungere. ¶ Delegare spes suas fortunæ loci. Liv. *6. ab Urbe*, Has inanium rerum inanes ipsas volventes cogitationes, fortunæ loci delegaverant spes suas: id est, numini loci Romanis religiosi & infausti fidentes. ¶ Delegare etiam significat Legatos mittere, ἀποστέλλειν. Livius, Decernunt ut duodecim delegarentur ad regem. Plaut. *in Amph.* Si quot favores delegatos viderint. ¶ Et delegata dixerunt diis consecrata, quæ nunc dedicata dicimus. ἀφιερωμένα. ¶ Delegare etiam frequens est apud Jurisconsultos, pro eo, quod mercatores vulgò vocant *Assignare*, hoc est, alium pro se debitorem dare, quo recepto à creditore, prior debitor liberatur. Justinianus *Cod. de novationibus, & delegationibus.* Delegatio debiti, nisi consentiente, & stipulanti promittente debitore, jure gerfici non potest.

**Dēlĕgātio**, verbale, Mandatum, munus, provincia. {מקרה *pekudáh*. ἐπιτροπὴ, ἀρχὴ, ἀφορμὴ. Gall. *Charge & commission, assignation.* Ital. *Commissione, carico.* Germ. Ein befelch/ auflegung/ ein gegebner gewalt. Hisp. *Embaxada, la carga.* Angl. *The assignation of an office or charge commission.* } Cic. *ad Attic. lib.*12. Perdere malo delegationem in mancipes, annua die. Delegationem ista res non recipit. Senec. *cap.*27.

**Dēlĕgātus** dicitur, cui causa dimittitur terminanda, vel exequenda, vices delegantis reptæsentans & in jurisdictione nihil proprium habens, *ff. de offic. ejus cui mand. est jurisdictio, l.*1. Plaut. *Amph. proleg.* Qui sibi mandassent, delegati ut plauderent. Vide *Index.*

**Dēlēnio**, is, ere, compositum est à lenio, idem significans quod demulceo, vel lævem, hoc est, mansuetum reddo. {חחליק *hechlik*. κηλῶ, καταμαλάσσω. Gall. *Adoutir, appaiser, amadoüer.* Ital. *Ammolire, addolcire.* Germ. Besänfftigen/ begütigen. Hisp. *Halagar ò aman sar.* Angl. *To machmech, gentle, and tame.* Colum. *lib.*10. Sed tamen itacundia notæ melioris apum facilè delenitur assiduo interventu eorum, qui curant alvearia. Plautus *Asin.* Vah delenite apparas, mihi scio vicarium esse.

Delenimentum. Tacit. *lib.*2. Delenimentis curarum.

**Dēlēnīfĭcus**, Blandiloquus, ἡλιτόμυθος, κηλητήριος. Plaut. *in Milit. sc.*2. *a.* 4. Domi dolos, delenificæ verba, domi fallacias. Turpill. apud Nonium, Vide mirum ingenium mulierum ac delenificum, commorat hominem lachrymis.

**Dēlĕo**, evi, etum, ex De, & Leo (ut inquit Priscianus.) Extinguo, induco, abstergeo: & aliquando everto, perdo, & destruo. {מחה *mechâh*. ἐξαλείφω, ἀφανίζω, ἀπολλύω. Gall. *Effacer, casser, rayer, annuller.* Ital. *Cancellare, cassare, annullare.* Germ. Durchstreichen/ auslöschen/ zerstören. Hisp. *Quitar ò raer.* Angl. *To destroy, to scrape and put out, to deface.* } Cic. *pro Cluent.* Eadem hac Dinea testamentum faciente, quum tabulas pendidisset Oppianicus, qui genet ejus fuisset, digito legata delevit: & quum id multis locis fecisset, post mortem ejus ne litutis coargui posset, testamentum in alias tabulas transcripcum signis adulterinis obsignavit. Cæs. *lib.*2. *bell. civ.* Quin spe prædæ in urbem irrumperent, urbém que delerent. Cic. *pro lege Manil.* Delenda est vobis illa macula Mithridatico bello superiore suscepta. Terent. *in Eunuch.* Delebo omnes dehinc ex animo mulieres. Ovid. *Eleg.*7. *lib.*3. *Trist.*

*Tunc quoque si forsan nostrum delevit amorem*
*Tempus.*

Idem 13. *Metam.*

*Delendáque pergama poscat.*

**Dēlētus**, a, um, & Delitus, teste Diomede. Extinctus, inductus. {ממוח *mimchêh*. ἐξαλειμμένος. Gall. *Effacé, cassé, annullé.* Ital. *Cancellato, annullato.* Germ. Durchgethon/ durchstrichen/ außgetilgt/ zerstört. Hisp. *Raido, quitado.* Angl. *Destroyed scraped or put out, or defaced.* } Varr. Deletæ, vel Delitæ literæ: quod tamen à delino esse potest. ¶ Quod à Deleor est, non delino. Diomedes. *Grammat. lib.*1. Deleor, delitus & deletus. Cic. *ad filium.* Cæteris delitis. Calvus ad uxorem 1. *epist.* Invita deleta, &c.

**Dēlētio**, verbale. Extinctio, inductio. {מחיה *miach*. ἐξάλειψις, ἀφανισμός. Gall. *Effacement, destruction.* Ital. *Dufacimento, distruttione.* Germ. Außstruchung. Hisp. *Raedura, ò quitamiento.* Angl. *A crossing or scraping out.* }

**Dēlēbĭlis**, quod deleri potest. ἐξαλειπτός. Gall. *Aisé à effacer, que facilement on efface.* Ital. *Che facilmente si cassa, & disfaccia.* Germ. Das leichlich mag außgetilgt werden. Hisp. *Cosa que se quita, o puede facilmente quitar.* Angl. *That may be crossed and scraped out, or defaced.* } Mart. *lib.*7. *ad Librum.*

*Casibus his nullis, nullis delebilis annis*
*Vivet.*

Cujus contrarium est, Indelebile: quod deleri non potest. ἀνεξάλειπτος.

**Dēlētĭlis**, quod delet. {ἐξαλειπτικός. Gall. *Propre pour effacer, de quoy on efface.* Ital. *Che disfaccia, cassa à distrugge.* Germ. Damit man außtilgt oder durchstreicht. Hisp. *Cosa para quitar ò raer.* Angl. *That is meete and serveth to crosse out with.* } Varr. Si displicet tibi tam magnum, sumam spongiam deletilem. Interdum deletile, seu deletitium, passivè sumitur, pro eo quod deletur, sive deleri solet: ut, Charta, seu tabula deletitia, quâ abrasis, vel inductis priotibus literis rescribitur, παλίμψηστος.

**Dēlētĭtĭus**, adjectivum. ἐξαλειπτός. Ulpianus *in l. charta, ff. de bon. possess. secundum tab.* Chartæ appellatio & ad novam chartam refertur, & ad deletitiam, παλίμψηστος.

**Dēlētrix**, verb. {מחית *mechâh*. ἐξαλείφουσα, ἐξαλείψασα. Angl. *She that abolisheth or destroyeth.* } Quæ delet. Cic. *de Arusp. resp.* tum est illa in templo Castoris scelerata, & penè deletrix hujus imperii sicu deprehensa.

**Dēlētērĭă**, medicamenta, φλεγμαίνα φάρμακα, à medicis appellantur noxia & mortifera, quæ scilicet quum à calore nostro vinci non queant, neque concoqui, alia celeriùs, alia tardiùs mortem inferunt. Dicta deleteria à verbo Græco ἦλεο, quod est lædo, sive noceo.

Deliacus, vide *Delos.*

**Dēlĭbĕrāmĕntum**, dictum est à libella, quâ quid ponderatur: & significat consultare, perpendere, deliberationem habere, consilium capere, rem, decerno, statuo, certus sum. {יעץ *jahâts*. יגר *ghâgar*. συμβούλιον, λογισμός. Gall. *Deliberer, consulter, & penser comme on doit faire.* Ital. *Deliberare.* Germ. Rahtschlagen/ sich bedencken. Hisp. *Deliberar.* Angl. *To advise and tak counsayle is best to be done.* } Cicer. postquam reversus est ab exilio, Noctem sibi ad deliberandum postulavit. Idem *in Verr.* Deliberatum est, id est, fixum & decretum est. δόγμα. ¶ Aliquando dubitare, διαλογισμός. Cic. *lib.*2. *Offic.* Est enim totum sceleratum & impium, qui deliberant utrùm id sequantur, quod honestum esse videant.

**Dēlĭbĕrātur**, impersonale. Cæsar 2. *bell. Gall.* Deliberatur de Avatico in communi consilio, incendi placeret, an deseri.

**Dēlĭbĕrātus**, particip. {נבור *nigbár*. βεβουλευμένος. Gall. *Deliberé, consulté, arresté, après avoir deliberé.* Ital. *Deliberato.* Germ. Be-

rahtschlaget

tabelschlagen/wol bedacht. Hisp. *Deliberado.* Angl. *Advised upon.*} Horat. 1. *Carm. Ode* 37.

——— *ut atrum*
*Corpore combiberet venenum*
*Deliberata mente ferocior.*

Cæsar *lib.* 1. *de bell. civ.* Deliberata Cæsar respondit.

Dēlĭbĕrātĭŭs, nomen ex particip. Cic. *Metell. lib.* 5. Neque illi quicquam deliberatius fuit, quàm me quacunque ratione posset, non judicio, neque discretione, sed vi atque impressione evertere.

Delĭbĕrātum, substantivum. Cæsar 1. *bell. civ.* Illi deliberata respondent, scriptaque ad eum mandata per eos remittunt.

Dēlĭbĕrātŏr, is. {ψηφ' *phéts. βάλλων, σκοπῶν.* Gall. *Deliberant, qui delibere, ou a deliberé.* Ital. *Chi delibera.* Germ. Ein rahtschlager. Hisp. *El que delibera.* Angl. *He that adviseth and taketh leysure before he beginne athing.*} Cic. *pro Sest.* Illi interea deliberanti merces, longa incepotita nocte, duplicata est.

Delĭbĕrātio, nis: Consultatio, consilium. {ערצה *mehotsháh. σκέψις.* Gall. *Deliberation, penssement, consultation.* Ital. *Pensamento, consultatione.* Germ. Rahtschlag/ Betrachtung. Hisp. *Deliberacion.* Angl. *An advising and taking of counsayle.*} Cic. 1. *Offic.* Triplex igitur est, ut Panætio videtur, consilii capiendi deliberatio. Idem 3. *Offic.* Sapientem & bonum virum fingimus, de ejus deliberatione & consultatione quærimus.

Delĭbĕrātīvŭs, a, um. Ex deliberatione constans, *συμβουλευτικός*: ut. Deliberativum genus orationis, apud Cic. 1. *de Invent.* Causa deliberativa. Idem 2. *de Invent.* Materiæ deliberativæ. Quint. *lib.* 2. *cap.* 7.

Delĭbĕrābŭndŭs, a, um. Deliberans. {*βουλεύων, συμβουλεύων.* Gall. *Qui delibere & consulte sur quelque chose.* Ital. *Chi consulta & pensa à qualche cosa.* Germ. Der da rahtschlagt. Hisp. *El que mucho delibera.* Angl. *That adviseth upon any thing.*} Liv. 2. *ab Vrbe.* Consules velut deliberabundi capita conferant, diu colloquuntur. Idem *lib.* 2. Rex velut deliberabundus, in horrorem ædium transit.

Dēlĭbo, as, significat Decerpo, quasi libando} minuo, degusto. {ταβ *taham.* λαμβάνω. Gall. *Attoucher tant seulement du bout des lévres, prendre un peu du dessus, gouster.* Ital. *Menorare gustando, assaggiare.* Germ. Abbrechen. Item, ein wenig versuchen. Hisp. *Gustar como quien haze saliva.* Angl. *To taste, to touch lightlie, or little with the lippes.* {Cic. *pro Sest.* Non sum tam ignarus, judices, causarum: non tam insolens in dicendo, ut omni ex genere orationem aucuper, & omnes undique floseculos carpam atque delibem.¶ Nonnunquam etiam accipitur pro leviter attingo, & quasi summis labris degusto, λιμνάζω. Planc. *Cic.* Putabam posse me nec de laude jejuni hominis delibare quicquam. Christoph. Longolius *Epist.* 1. Verùm quod ad rem pertinet, tantum abest ut ille de laude tua quicquam delibarit, ut eo quidem facto & stultitiam ipse suam prodiderit, & virtutem tuam claram illam omnino, & sua sponte nobilem, sed illustriorem tamen reddiderit. Livius, Nec satis constat cur primus ac potissimus ad novum delibandum honorem sit habitus. Suet. *in August. cap.* 19. Digitis delibatum osculum ad os suum referre. Idem *ibidem cap.* 68. Delibare pudicitiam. Idem *ibidem cap.* 57. Delibare summarum acetvos.¶ Interdum violo, destruo, vitio. Gellius *lib.* 1. Rependitur quippe & compensatur leve damnum delibatæ honestatis, id est vitiatæ. Flos delibatus populi dictus Cethegus ab Ennio, aut potiùs à pop. Rom. id est, eloquentia excellenti. Cic. *de clar. Orat.* Delibatus, hoc est (ut opinor) intactus, incorruptus, illibatus. Melius autem hujus verbi significationem assequetur, qui sciverit Græcam habere originem. Est enim compositum à verbo libo: Græcè λείβω, quod idem significat quod rigo, vel humecto: unde quum summa tantùm labra rigamus & leviter degustamus, propriè libare dicimur. Nimis itaque pœnitis lapsus est eorum, qui libare dictum putant, quasi labiare.

Delibamentum, libatio quæ dis inferis fiebat de fuso liquore: deorsum libatio in exequendis porriciendisque inferiis. Valer. Max. *lib.* 2. *cap. de institt. antiq. inter Externa, de duab. Aretis.* Tunc defusis Mercurio delibamentis, & invocato nomine ejus, &c.

Delibātōrĭum, locus delibationi accommodatus. Plin. *lib.* 16. Fuit & memoria nostra in porticibus septorum à M. Agrippa relicta, æquè miraculi causa, quæ delibatorio superfuerat, viginti pedibus brevior, sesquipedali crassitudine. Alii legunt apud Plinium *diribitorium.*

Delibātio, *λείβανον.* Degustatio. Florentinus *D. lib.* 30. *tit.* 1. *l.* 116. Legatum est delibatio hæreditatis, qua testator ex eo quod universum hæredis foret, alicui quid collatum velit.

Dē-lĭbro, as. Decortico librũ, id est, corticem arbori detraho. {ץפת *pitsél. λιπαντίζω.* Gall. *Peler & oster l'escorse.* Ital. *Scorzare, levare la scorza.* Germ. Ein baum schelen/ entrinden. Hisp. *Descortezar arboles.* Angl. *To peale and take the bark of trees.*} Col. *lib.* 3. In ea nitidissimum ramum eligito, & ejusmodi spatii corticem circumcidito, & materiam delibrato. Idem *lib.* 5. Cortex quoque aridus fissusque per summa trunci depeudens delibrandus est.

Delĭbro, as, à libra compositum, Ponderare. *ταμιεύομαι.* Gell. *lib.* 15. *c.* 2. Quid relinquitur, nisi ut delibrari sibi cœnas jubeant, nec edendo defatigentur? Quo in loco quædam exemplaria legunt, *delibari.*

‖ Dēlĭbŭo, Solin. *cap.* 18. *de Delphine*: Proconsul Africæ Flavianus ipse cum contigit, unguentis etiam delibuit.‖

Delĭbūtŭs, ab antiquo *bus, βύω*, ut Imbutus, sic delibutus. Unctus, quasi oleo, aut alio liquore imbutus. {נמשח *nimschách.* מרא *malé. ἀλειφόμενος.* Gall. *Oinct, imbu, ploin.* Ital. *Unto.* Germ. Geschmiret/ gesalbet/ begossen. Hisp. *Ungido de olores.* Angl. *Oynted or dipped in oyle or other licour.*} Col. *lib.* 7. *cap.* 4. Ubi per triduum delibuto tergore medicamina perbiberit. Cic. *de clar. Orat.* Qui devinctus erat fasciis, & multis medicamentis propter dolorem artuum delibutus. Author ad Heren. *lib.* 3. Aut si quam rem deformabimus turpem, ut si cruentam, aut cœno oblitam, aut rubrica delibutam judicamus, id est, conspersam.¶ Transfertur & ad animum. Terent. *in Phorm.* Satin' est, si te deliburum gaudeo reddo? Sallust. Uxor sacrilega ac perjuris delibuta.¶ Est autem participium sine verbo, nescio an compositum sit.

Dēlĭcātŭs, a, um, à delicium fit. Mollis, deliciis plenus. {עדן *hanégh.* רך *rach.* τρυφερὸς, ἁβρὸς, ἀβρύνων. Gall. *Delicat, delicieux, delitieux.* Ital. *Delicato, pulito.* Germ. Zart/ schlaffseelig/ weichlet der schlaffen und wollust gewont ist. Hisp. *Delicado y regalado.* Angl. *Delicat, daintie, wanton.*} Cic. 6. *in Verr.* Nostrûm enim unusquisque, qui tam beati quàm iste est, non sumus, tam delicati esse non possumus. Idem 1. *Offic.* Turpe est enim valdèque vitiosum; in re severa, convivio dignum, aut delicatum aliquem sermonem inferre. Molles & delicatæ voluntates, apud Cic. *de nat. deor.* Quintil. Delicatas aures ne hoc raderet. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 5. Delicatùm te hodie faciam cum catello ut accubes, ridicule. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 1. Nimiùm te habui delicatam. Delicati (principis à deliciis.) Suet. *in Tit. Vespas. cap.* 7.¶ Delicatiores quidam Philosophi. Gell. *c.* 4. *lib.* 14.

Dēlĭcātè, adverb. Molliter. {ענוגות. ἁβρῶς. Gall. *Delicatement, delicieusement.* Ital. *Delicatamente, deliciosamente.* Germ. Schlâfe rahtsälig/ zartsinig. Hisp. *Deleytosamente.* Angl. *Delicatlie, dente fullie.*} Columella, Cultam, vestitúsque familiam utilitet magis habeat, quàm delicatè.

Delicia, æ, authore Festo, t'gni genus dicitur, quod è culmine ad regulas angulares infimas versus fastigiatum collocatur. Unde & tectum ipsum deliciatum, & regulæ deliciatæ, sive colliciatæ, appellantur. Cato *de re rust. cap.* 14. Deliciatæ regulæ quæ erunt, pro binis integris computabuntur.

‖ Delĭcĭa, numero singulari ratum est. Plaut. Mea voluptas, mea delicia. Idem est quod *delicium*, id quod delectat. Solin. *cap.* 48. Senatui adeo placuit odorum delicia, ut ea etiam in penetralibus tenebris uteretur.

Delicio, est illicio. Non. ex Titin. *lib.* 5. Quod ea parasitus habeat, quibus illum sciat delicere, & noctem facere de die.‖

Dēlĭcŭlum, ii, in singulari, & Deliciæ, arum, in plurali: Oblectamentum, oblectamentáve, quæ nobis voluptati sunt: à Delicio, quod ex De, & Lacio componitur. An à deliquando (id est, deliquescendo, vel à diligendo, g in c mutato. {ערנות *hedhnáh*, ערנים *hadhanim.* מענוג *maánugh.* Gall. *Delices, ébats, menus plaisirs, passetems.* Ital. *Delitie, delicatezze.* Germ. Wollust/ergetzung/ kurtzweil. Hisp. *Los deleytes, ò regalos.* Angl. *Delightes, delight and playsour.*} Mart. *lib.* 13.

*Delicium parvo domabis Dorcada nato.*

Idem *lib.* 1. ad Maximum,

*Stella delicium mei columbæ,*
*Verona lisèt audiente dicam,*
*Visit, Maxime, passerem Catulli.*

Cic. 6. *Verr.* Unde igitur potius incipiam, quàm ab ea civitate, quæ tibi una in amore, atque in deliciis fuit? Sueton. Titus amor, ac deliciæ generis humani. Plaut. *Most. sc.* 1. *a.* 1. Deliciæ populi (de semita.)

*Delicias si quis lasciváque carmina quærit.*

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.* Phœnicium, deliciæ summarum virûm. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Vos quæ in munditiis, mollitiis, deliciis ætatulam agitis. *Ibidem*, Pallam in deliciis quam habet. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 3. Deliciæ dictandi. Quintil. Legere delicias (id est, libros amorum.) Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* bis. Flaccites carminum delicias facere. Gell. *cap.* 9. *lib.* 19.¶ Delicias facere, ὑφαίνειν, κλαυσιγελᾶν, ἀναπηδᾶν, sæpe legitur pro eo quod est fermè lascivire, ac luxare, quodammodo fastidire, ac se superiorem esse verbis, aut gestu ostendere: quod aliter dicitur deliciari, ἀπαφύσσειν. Plaut. Eia delicias facis, mi Menæchme, quin amabò, is intro. Deliciæ, in malam, pro molestiæ. Cic. *ad Atticum, lib.* 1. Ecce autem aliæ deliciæ equitum, vix ferendæ, quos ego non solùm tuli, sed etiam ornavi. Deliciarum causa, ut Animi causa. Cic. Quos Antonius deliciarum causa loris in convivio cædi jubebat à suis publicè.

Dēlĭcŭlum, diminutivum à deliciæ. *παίδιον.* Senec. 12. *Epist. lib.* 2. Ego sum Philosti villici filius, deliciolum tuum. Perfectè, inquam, iste delirat vetulus, etiam deliciolum meum factus est.

Dēlĭco, as: Explico, explano, interpretor. {באר *beér. δηλῶ.* Gall. *Explique, expose.* Ital. *Spianare, monstrare.* Germ. Auslegen/ erklären. Hisp. *Esplanar, ò allanar lo escuro.* Angl. *To unfolde, to open out or expone.*} Titin. *lib.* 1. ut citat Nonius, Quid illuc est, aut iste vult sermo? mater delica, id est, explana.¶ Veteres etiam Delicare, pro dedicare, quandoque dicebant. Unde Delicata, orum, dicebantur diis consecrata, quæ nunc dicata appellantur.

Dēlĭctum, vide *Delinquo.*

Delicus, porcus qui dicatur, exponit Varr. 2. *de re rust. cap.* 4. his verbis. Quum porci depulsi sunt à mamma, à quibusdam delici appellantur, neque jam lactentes dicuntur.

‖ Delicuum, *ἔκλειψις.* Gloss. à delinquo, *ἔκλειμμα.* ‖

Dē-lĭgo, is, ex De, & lego compositum. Lego, eligo, delectum habeo. {בחר *bachar.* ἐκλέγομαι. Gall. *Eslire, choisir.* Ital. *Eleggere.* Germ. Auslesen/ erlesen. Hisp. *Elegir lo meior.* Angl. *To choose or pike out.*} Deligere & Eligere sic differunt, ut Deligere sit, quod magis idoneum ad rem agendam est, cernere: Eligere verò, vel ad nostrum emolumentum, vel ad illius, qui eligitur, dignitatem. Vide Vallam *lib.* 5. Cæs. 3. *bell. Gall.* Duces verò hi deliguntur. Plaut. *Amph.* Delegit viros primorum principes: eos legat Teleboïs. Idem. *Men. sc.* 1. *a.* 1. Ad eam rem homines otiosos decuit deligi. Cic. 2. *Offic.* Quibuscum, si frequentes sint, opinionem afferunt populo, eorum se fore similes, quos sibi ipsi delegerunt ad imitandum.¶ Deligere, pro Deligare. Gell. *cap.* 9. *lib.* 7.¶ Deligere pro Colligere:

——— *tenui primam deligit unga rosam.*

Ovid. *epist.* 4.

Dēlēctŭs, participium. {נבחר *nibchár. ἐκλεκτὸς, ἐκλογὰς, ἐκλέγων.* Gall. *Esleu, choisi.* Ital. *Eletto.* Germ. Auserlesen/ erlesen. Hisp. *Elegido.* Angl. *Choosed, piked out.*} Cicer. *pro Rosc. Amer.* Ad eamne rem vos reservati estis, ad eamne rem delecti, ut eos condemnaretis? &c.

Dēlēctŭs, ûs, verbale à deligendo: Electio. {נבחר *nibchár. ἐκλογὴ.* Gall. *Election, choix.* Ital. *Scelta, elettione.* Germ. Ein auslesung/ erlesung/ erwehlung. Hisp. *Eleccion.* Angl. *A choosing or piking out.*} Inde Delectus militum, dicitur militum electio, quum scilicet Imperator

Imperator imperii sui authoritate, quos ei visum fuerit ad militiam conscribit, etiam invitos: quod in majoribus tantùm Reipubl. periculis fieri consuevit: alioqui contenti erant iis, qui ultrò nomina dabant. Homines autem per quos Imperatores militum delectum habebant, à conquirendis militibus, Conquisitores appellabantur. Cic. *ad Attic.* Nullus usquam delectus: nam conquisitores ὀνομαστωρίαν non audent, nec nomina dant. Idem *de provinciis Cons.* Exercitus ille noster superbissimo delectu, & durissima conquisitione coactus, omnis interiit. Cæs. *lib.* 1. *de bell. civ.* Delectum Cæsar institui jubet. ¶ Delectum acutro genere videtur Cæsar dixisse *lib.* 2. *de bell. civ.* ¶ In delectu in quæ verba milites adigerentur. Vide apud Gell. *cap.* 4. *lib.* 16. Frequentissimè autem Delectus accipitur pro discrimine, sive judicio, κρίσις, quod inde factum videtur, quòd rectè deligere, nisi adhibito judicio, & perspecto rerum discrimine, non possumus. Hinc dicimus, In usu verborum & sententiarum adhibendum esse delectum, id est, judicium. Cic. *de clar. Orat.* Verborum delectum originem esse eloquentiæ.

DĔLĪGO, as, are. Ligo vincio. { אסר *asár. δέω, δεσμέω.* Gall. *Lier & attacher.* Ital. *Legare.* Germ. Binden. Hisp. *Atar.* Angl. *To knitt, to bindde.* } Varro 1. *de re rust. cap.* 47. Ea summa integenda binis tabellis dextra, ac sinistra deligatis, herbæque elidendæ. ¶ Deligare ad palum. Cic. 7. *Verr.* Deligatis omnibus membris. Idem 6. *Verr.* Deligata in linteolo grana. Plin. *lib.* 22. *cap.* 23. Deligare vulnus (id est, obligare.) Quiet. Homini apud mensam plenam rostrum diliges. Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 1.

‖ Deliminare, limen auferre. Cath.‖

DĔLĪMO, Compositum est à verbo Limo, limâ abrado. { λιμῤῥέω. Gall. *Limer de quelque chose, en tirer avec la lime.* Ital. *Limare.* Germ. Abfeilen. Hisp. *Limar.* Angl. *To take away with an file.* } Plin. *lib.* 34. *cap.* 11. Alii delimatam æris scobem aceto spargunt. Pro eodem etiam alio in loco Plin. dixit Elimare.

‖ Delimpidare, clarificare. Voc. Eccl.‖

DĔLĪNGO, is: Lingo. { לקק *lakák.* λείχω. Gall. *Lécher.* Ital. *Lecchare.* Germ. Ablecken. Hisp. *Lamber.* ‖ *lamer.* Angl. *To lick.* } Plaut. *in Curcul.* Hic hodie apud me nunquam delinges salem. Vide latiùs in verbo *Lingo.*

DĔLĪNĬO, is, ere, si partium compositionem spectes, idem erit quod perungo. { משח *maschách.* ἀλείφω, χρίω. Gall. *Oindre doucement.* Ital. *Ungere.* Germ. Bestreichen / überschlben. Hisp. *Untar.* Angl. *To aneynt softlie, to over rubbe with oyntement.* } Frequentiùs tamen accipitur pro permulceo, placeo, & illecebris quibusdam allicio. { חלק *hichelik*, פתה *pitháh.* κολακεύω, θέλγω. Gall. *Amadoüer, adoucir, appaiser, flatter.* Ital. *Placare, mitigare, allettare con belle parole, lusingare.* Germ. Bestreichen / überschlben. Hisp. *Amansar ò ablandar.* } Plaut. *Stich.* Ut cum adventientem meis dictis deliniam. Cic. *pro Milone.* Ut non modò virtute flecterit, sed etiam tribus suis patrimoniis delinierit. Plaut. *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Vah, delinite apparas (id est, mulcere) iratum.

DĔLĪNĪTUS, participium: Captus, deceptus, mitigatus. { משתה *mephuttéh.* καταγελώμενος, θελγόμενος, κολακευόμενος. Gall. *Allechè, amadoüé, attrait.* Ital. *Allettato, lusingato, attratto.* Germ. Mit guten worten einen überreden / oder erwatchen. Hisp. *Halagado.* Angl. *Touched gentillie, appeased, anointed.* } Cic. *in Epist.* Jam est biennium quum vitturi nuntium remisisti, delinitus illecebris voluptatis. Plaut. *in Amph.* Delinitus sum profectò, ita ut qui sim nesciam, id est, animo alienatus. Cic. *de Orat.* Genus hominum difertorum oratione delinitum, id est, mitigatum.

DĔLĪNĪTŌR, is. Blandus lenisque moderator. { משתה *mephuttéh.* θελκτής, κολακευτής. Gall. *Flatteur, amadoüeur, attireur.* Ital. *Lusingatore.* Germ. Ein überreder / der einem mit guten worten überredet / oder erwatche. Hisp. *Halagador.* Angl. *An assweager appeaser.* } Cic. *de clar. Orat.* Ut non cum adversario solùm, sed etiam (quod mirabile esset) cum judice ipso, cujus delinitor esse debet orator, jurgio sæpe contenderet.

DĔLĪNĪTIO, nis, Mitigatio, placatio. { חלקות *chelitáh.* κολακεία, θέλξις. Gall. *Amadoüement, adoucissement.* Ital. *Lusingamento.* Germ. Erweichung / streichlung mit sanften worten. Hisp. *Halago.* Angl. *An assweaging or appeasing.* } Cic. 1. *Offic.* Ipsaque illa delinitio multitudinis ad breve exiguúmque fit tempus.

DĔLĪNĪMĔNTUM, idem quod Delinitio. { θέλγητρον. Gall. *Adoucissement, allegement, rafraichissement de douleur.* Item, *Amadoüement.* Angl. *An assweaging, or appeasing.* } Senec. *e.* 17. *de vita beat.* Delinimenta magis, quàm remedia podagræ meæ compono. Lactant. *lib.* 6. Vitia verò quibusdam delinimentis naturalibus illicere animos hominum, & insaniam jucunditatum specie captos, ad acerbas amaritudines, miseriásque perducere. Liv. 4. *ab Urbe.* Aptissimum tempus erat, vindicatis seditionibus, delinimentum animis Nolani agri divisionem objici. Idem 10. *d.* 4. & *lib.* 10. *bell. Pun.* Vide *Aerigeratio.*

DĔLĪNĔO, as, compositum ex De, & lineo. Lineas duco, designo & ruditer depingo: ut fit, quum pictores primùm pingui quadam minerva futuri operis lineamenta ducunt. { ἀπογράφω, καταγράφω. Gall. *Tirer les premiers traits de quelque peinture, desseigner, ébaucher.* Ital. *Designare.* Germ. Entwerffen / die ersten linien ziehen. Hisp. *Trasar ò dibuxar rayando.* Angl. *To drawne or describe the first beginninges of any thing by lines.* } Plin. *de Apelle.* Arrepto carbone extincto è foculo imaginem in pariete delineavit. Unde lineamenta dicta sunt, γραμμαί. Idem *paulò post*, Nec qui succederet operi ad præscripta lineamenta inventus est.

DĔLĪNO, is, delini, delevi, & delivi, delitum. Fœdo, corrumpo, extinguo, ferè idem cum deleo. { נוח *nach*, נגע *tinnéph.* καλλύνω. Gall. *Effacer, souiller.* Ital. *Cancellare, sporcare.* Germ. Durchstreichen / besudlen. Hisp. *Quitar ò raer, ensuziar.* Angl. *To deface, to defile.* } Unde Delitus, pro fœdatus. Cic. *Calvo*, Tuli molestè, quòd literæ delitæ mihi à te redditæ sunt. Prisc. *lib.* 9.

DĔLĪNQUO, is, deliqui, delictum: Pecco, & propriè, non præterendi præterimitto. { חטא *aschám*, נוח *chatá.* ἁμαρτάνω. Gall. *Faillir, laisser à faire son devoir, ne faire ce qu'on doit.* Ital. *Fallire, peccare.* Germ. Sündigen / sündigen. Hisp. *Faltar, pecar.* Angl. *To faille, to omitt that which sould be done.* } Plin. *in Amph.* Ex me quæris quid deliquerit? Nunquam quicquam deliquit (in vitam sup.) Idem *Men. sc.* 2. *a.* 5. Ne tu delinquas (qui magnus amator es mulierum.) *ibid. sc.* 1. *a.* 2. Non edepol, deliqui quicquam in te, ô uxor. *Ibid. sc.* 2. *a.* 4. Num quis servorum deliquit. *Ibidem.* Quid ego tibi deliqui, si ea aupta tam, recum fui? Idem *Amph.* Si quid ille deliquerit, tanto accusabo amplius. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 5. Quid ego deliqui? Idem *Capt. sc.* 5. *a.* 3. Quid dellquit? Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Quoniam verò prætermittere ea quæ præterita non debent, peccare est, delinquere pro peccare ponitur. Cic. 3. *de nat. deor.* Ferténe civitas ulla tam sit hujusmod legis, ut condemnetur filius, aut nepos, si pater, aut avus deliquisset? Plaut. *in Menæch.* Ne tu delinquas, neve ego irascar tibi. ¶ Proprie tamen delinquere minus est, quàm peccare, unde apud Jurisconsultos obligationes ex delictis privatis nasci dicuntur: accusationes ex criminibus. Cic. *de Invent.* 2. Nam necesse est eum, qui velit peccare, aliquando primùm delinquere. Ex Hotomano.

Dĕlinquŏr, passivum. Papin. *l. si adulterium, §. fratres denique, ff. ad legem Iul. de adult.* Adulterii crimen quod pubertate delinquitur, non excusatur. Cic. 2. *Offic.* Si quid delinquitur, sit nescio quomodo, ut magis in aliis cernamus, quàm in nobismetipsis. Gell. *c.* 2. *lib.* 5. loquens de libris: Si in una usquam litera delictum esset.

‖ Delinquentia, id est, actus delinquentis, peccantis: sicut peccentia, nocentia, obvenientia, prospicientia. Tertull.‖

Dĕlĭquum: Defectus. { חסר *chesser.* ἔλλειψις. Gall. *Defaut, defaillance.* Ital. *Difetto, mancamento.* Germ. Ein gebrästen / abgang / oder abbruch. Hisp. *Menoscabo ò falta.* Angl. *A lak, a failling.* } Plaut. *in Capt. sc.* 4. *act.* 3. Hoc si secus reperies, nullam causam dico quin mihi & parentum, & libertatis apud te deliquium sit. Deliquium Solis, quum luna inter solem terrámque interposita, lumen ejus nostro cripit conspectui. Plin. *lib.* 2. *cap.* 12. ¶ Deliquium animi, λιποψυχία, quum animus linquitur, & quis animo deficit, quod medici syncopen vocant.

Dĕlĭquum, deliqui. Minus. { ἐλαττόω. Gall. *Moindre, manque.* Ital. *Meno, manco.* Germ. Minder. Hisp. *Menos.* Angl. *Lesse, manko.* } authore Festo, qui Plautum ejus rei testem dicit: sed ejus verba non affert. *In Casina* autem, ubi nonnulli legunt *Deliquum*, legendum est *deliquium*, authore Varr. *lib.* 6. *de ling. Lat.*

Dĕlictum, Peccatum, { חטאת *aschám.* ἁμάρτημα. Gall. *Péché, pechè.* Ital. *Delitto, peccato.* Germ. Ein sünd oder sächl. Hisp. *Pecado, menoscabo.* Angl. *A faulte, an offence.* } à delinquo, is, quòd qui peccat, deliquat officium suum. Nam proprie delictum est, quum non fiunt quæ fieri debent. Plaut. *in Bacch.* Sine hoc exorare me obsecro abs te, ut istud delictum desistas tantoperè ire oppugnatum. Plin. *lib.* 14. *cap.* 1. Atque etiam in delictis pœnam ipsam ignoret. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

——— *Cum te delicta nec autem*
*Præteriit* (id est, Censorem.)

Dĕlĭquĕo, es, ere, vel Deliquesco, is, delicui: Dissolvor, liquefio, diffluo. { נמס *namás.* τήκομαι, σαίνομαι. Gall. *Se fondre & venir en liqueur.* Ital. *Risolversi, divenir liquido.* Germ. Zerschmelzen. Hisp. *Derretirse.* Angl. *To melt, to be readie to melt.* } Ovid. 4. *Metam.*

*Protinus imbutum cœlesti nectare corpus*
*Deliciit*
Idem 17. *Metam.*

——— *fundo*
*Deliciit, flagnumque suo de nomine fecit.*

Colum. *lib.* 12. *cap.* 42. Hæc ita coquuntur, ut omnia poma deliquescant cum multo. ¶ Per translationem. Cic. 4. *Tusc.* Nec sitientes quid experiens ardeat desiderio, nec alacritate futili deliquescat.

Dĕliquiæ, ārūm: Stillicidia. { ὄμβρια ἐκπιπτόμενα ὑπὸ ψακάδων ἀναβλύζοντα. Gall. *Goutteures.* Ital. *Solchi da condurre via l'acqua.* Germ. Die breter in reeschē dan wasser der nachtropfen feit vnd hinweg fleusst. Hisp. *Sulcos para sangrar el agua lluvia.* Angl. *Gutters in to the which eaves do drappe.* } ut, Deliquiæ quæ stillicidia excipiunt in cavedio. Vitr. *lib.* 6. *cap.* 3. Cavedia autem despluviata sunt, in quibus deliquiæ aquam sustinentes, in stillicidia rejiciunt. Quædam exemplaria habent, *aream sustinentes.*

Dĕlĭquo, as, deliquare, Effundo, { μεταχεῖν. Gall. *Verser quelque liqueur d'un vaisseau en autre, faire decouler.* Ital. *Versare un liquore in altro vaso.* Germ. Abgiessen / abschütten. Hisp. *Derramar de un vaso en otro.* Angl. *To drayne out water, to powre out licour.* } Col. *lib.* 12. *cap.* 39. Deinde post viginti, vel triginta dies quum deferbuerit, in alia vasa deliquare, & confestim opercula gypsare & pelliculare. ¶ Deliquare item est, ex turbido liquidum facere. Varro *lib.* 6. *de ling. Lat.* Turbida quæ sunt, deliquantur, ut liquida fiant. Hinc deliquium, deliquandi actio. Plaut. *in Casin.* Sine amet, sine quod lubet id faciat, quando tibi nil domi deliquium est, id est, quandoquidem nihil turbulenti, nihil molestiæ domi tuæ habes, ut quemadmodum exteri quoque habeas quod sufferas.

Dĕlīro, as: A recto decedo. { שגה *chatá*, משגה *bischtaghgháh*, נבער *nibbár.* παραφρονία, παραφορία, παραλογία, παραφρῶ, παραφέρω τι ἀλογίᾳ. Gall. *Fourvoyer de la raye en labourant, n'aller point droit, rêver, radoter.* Ital. *Partirsi dal vero, deviare dal dritto.* Germ. Nidren außhin auß der rechten furchen / fahren / irr gehn / in abwegen kommen. Hisp. *Desvariar.* Angl. *To dote and waxe foolishe.* } Translatio ab aratore: nam Lira est recta fossa, quæ in agris ducitur, ut in eam aqua pluvia & terræ uligo defluat. Et quia rectus est sulcus, delirare dicuntur, qui extra sulcum, id est, à recta via declinant. Plaut. *in Epid.* Profectò deliramus interdum senes. Cic. 1. *Tusc.* Adeóne me delirare censes, ut ulla esse credam? & *lib.* 1. *Offic.* Falli, errare, labi, decipi, tam dedecet quàm delirare, & mente esse captum. Horat. *lib.* 1. *epist. ad Lollium.*

*Quicquid delirant reges, plectuntur Achivi.*

Plaut. *Amph.* Herum qui ludificat dictis deliramibus. *Ibid.* Delirus

uctor. So. Arabili pereita, nulla res tam delirantes homines conciunat citò. Idem *Men. fo.1. a.5.* Deliratе mihi videris. ¶ Est autem compositum ex De, & Liro, quasi deorsum iiro. Lirare verò, est agros in sulcos dirigere. Alii deliratе, à Græco λαρῶ, quod inepte est, trahunt.

**Dēlīrus**: Srultus, insanus, mente captus. {משוגע *mischaseggháh*, נבער *nibhár*, בער *bahár*, פתי *péthi*, נבל *nabál*, ματαιωτὴς, παραφρων. GALL. *Réveur, qui radote, hors de son sens.* ITAL. *Pazzo, quello che se parte della ragione.* GERM. Abwitziger/ taupelter/ der ist geht vnd ist nicht daran vñ. HISP. *Desvariado.* ANGL. *A doter old doting foole, a rave.*} Ratio enim est via recta, per quam omnes ducuntur. Cicer. *de Orat.* Tum Annibal respondisse fertur, multos se deliros senes vidisse, sed qui magis deliraret, quàm Phormio, vidisse neminem. Idem 2. *de Divin.* An tu credes ullam anum tam deliram futuram fuisse, ut somniis crederet? Plaut. *Amphitr.* Vix video præ ira, adeò istic me delirum fecit.

**Dēlīrātio**, nis: Senilis stultitia, error, insania, quæ significatio sumpta est ab ineptis aratoribus, à lira, hoc est, à sulco abeuntibus. {שגעון *schighghaháh*, נבלות *nebaláh*, פתיות *pethaiúth*. παραφροσυνη, παραφρονησις. GALL. *Réverie, sottise, radotement.* ITAL. *Pazzia sonile, schiocchezza.* GERM. Abwitz/ thorheit. HISP. *Desvario.* ANGL. *Dotage.*} Plin. *lib.18. cap.* 20. A ratione per transversum iterata occatio sequitur: ubi res poscit, crate, vel tastro, & sato semine iteratio. Hoc quoque ubi consuetudo patitur, crate deneata, vel tabula aratro annexa, quod vocant lirare, operientes seminia: unde primùm appellata delirатio est. Cic. *de senect.* Ista senilis stultitia (quæ delirатio appelliri solet) senum levium est, non omnium.

**Dēlīrātō**, pro delirатione. {ANGL. *Dotage or old age which doteth.*} Liberius, Quamam mens, quæ delirиcas vos suppilatores facit, &c. Nonius.

**Dēlīrāmēntum**: Deliratio. {ANGL. *A doting or raving.*} Plaut. *in Amph.* Hæc quidem deliramenta loquitur. Idem *Men. sc.5. a.5.* Papè audin' tu ut deliramenta loquitur? Idem *Capt. sc.4. a.3.* Deliramenta loquitur, lævæ stimulant virum.

**Dēlīrium**, Deliratio, vertigo capitis. {שגעון *schighghaháh*, נבלות *nebaláh*, פתיות *pethaiúth*. παραφροσυνη, παραφρονησις. GALL. *Radotement, privation d'entendement, extravagance.* ITAL. *Pazzia, alienatione di mente.* GERM. Verwirrung der vernunfft/ abwitz/ narrey. HISP. *Desvario.* ANGL. *A doting or raving.*} Est alienatio mentis proveniens ex intemperie cerebri vitiante actiones principis facultatis: qualem & in senibus videmus, & in iis, qui morbis ardentissimis infestantur. παραφροσυνη. Cels. *lib.5. cap.27.* Illa perniciosa est, quæ vel vulneri supervenit, vel ultra tempus inflammationis durat, vel delirium movet.

**Dēlītēo**, es, ex De & Lateo: Occultor, lateo. {נעלם *niſlám*, κρυβω, φαλλω, ὑποκρυπτω. GALL. *Se cacher, estre mussé.* ITAL. *Occultarsi, ascondersi.* GERM. Verborgen sein. HISP. *Esconderse.* ANGL. *To lurk or lie hid.*} Sed non inveni nisi in præterito, quod est delitui. Virg. 2. *Æneid.*

*Limoque lacu per noctem obscurus in ulva*
*Delitui.*

**Dēlītēſco**, quod est ejusdem significationis. {κατακρυπτομαι. ANGL. *To lurke or lie hid.*} Varr. 3. *de re rust. cap.* 11. Ubi interdiu lepores delitescunt in virgultis, atque herbis. ¶ Transfertur etiam ad alia significata. Cic. *pro A. Cecin.* Istis judicium quum etit & æquitatis, cave in ista tam frigida, tam jejuna calumnia delitescas. Delitescere sub. Liv. 4. *ab Vrbe.* Ubi illi patricii spiritus, ubi subnixus & fidens innocentiæ animus esset, quærebat; sub tribunicia umbra Consularem virum delituisse.

**Dēlītēns**, particip. {λαθαιων. ANGL. *Lurking.*} Plin. *lib.35. cap.*1. Non placeat jam abaci, nec spatia montis in cubiculo delitentia.

**Dēlītīgo**, as, avi, atum, delitigare. {ριβηνη *hitkhasséh*. φιλονικια, λογομαχια. GALL. *Débatre & tancer fort, contester.* ITAL. *Litigare, contendere molto.* GERM. Zancken/ hadern. HISP. *Mucho pleytear ò contender.* ANGL. *To brawle so chyde carnestly.*} Horat. *de Arte,*

*Iratúsque Chremes tumido delitigat ore*

hoc est, vehementer litigat.

**Delium**, Δήλιον, oppidum Bœotiæ in Tanagra, & templum Apollinis. Stephan.

**Dēlĭus**, vide *Delos.*

**Dēlĭi**, lacus erant breviores, bullientibus aquis insignes, non longè à Catana, miræ profunditatis, quos incolæ Crateras vocant. Hos poëtæ fingunt fuisse fratres Palicos Jovis & Thaliæ filios. Nam quum Thalia se videret ex Jove gravidam, metuens iram Junonis, optavit ut sibi terra dehisceret. Instante autem partus tempore, recluſa terra ea in parte, ubi nunc Delli lacus sunt, duo pueri emerserunt, quos Palicos fratres vocaverunt, ἀπὸ τοῦ πάλιν ἰέναι, quòd prius in terram demersi, denuò reversi sunt. Hos lacus accolæ fratribus Paliciis sacros putant, quòd per eos credantur in lucem esse reversi, & lacus ipsos Dellos vocant: qui tanta olim in veneratione habiti sunt, ut circa eos juramentum exigi soleret, si quis in furti suspicionem venisset: priùs tamen accepto fide jussore, qui si juranti quid accidisset, præstaret quod exitus ostenderet: qualia aliquando juramenta ad D. Antonii aram à Christianis visa sunt præstari.

**Dēlmătĭum**, Δαλμάτιον, vulgò *Della*, Dalmatiæ oppidum, apud Ptol. *lib.2. cap.ult.*

**Dēlos**, Δῆλος. Insula est maris Ægæi, Cycladum omnium clarissima, in qua Latona Apollinem & Dianam dicitur esse enixa. De hac sic scribit Cicer. 3. *Verr.* Proditum est memoriæ ac literis, Latonam ex longo errore & fuga gravidam, & jam ad pariendum vicinam, temporibus exactis fugisse Delum, atque ibi Apollinem Dianamque peperisse. Qua ex opinione hominum, ulla insula eorum Deorum sacra putatur, tantúmque ejus authori religionis & est, & semper fuit, ut ne Persæ quidem, quum bellum toti Græciæ, diis, hominibusque indixissent, & mille numero navium classem ad Delum appulissent, quicquam conarentur aut violare, aut attingere. Hæc ille. ¶ Aristoteles Delum appellatam existimat ἀπὸ τοῦ δῆλος, quòd quum antea mari operta esset, repentè sese ostenderit. Aliis nominibus appellata est Ortygia, & Asteria, Cynthia, Lagia, Chamydia, Cynethus, & Pyrpilæ, ab igne ibi reperto. Author Plin. *lib.4. cap.*12.

**Dēlĭăcus**, a, um, Δηλιακὸς, quod est ex Delo. Unde Deliaca vasa dicta sunt ex ære pretioso, ab insula Delo, ubi fuit prima nobilitas æris. Plin. *lib.*34. Antiquissima æris gloria Deliaci fuit mercatus in Delo, concelebrata toto orbe. Cicer. *pro Rosc.* Domus Chrysogoni referta vasis Corinthiis & Deliacis. Ex ære Deliaco fiebant pedes triclinio rum, & fulcra.

**Dēlĭăcē** supellex, in qua erant triclinia, & lecti cum pedibus, & fulcris ex ære Deliaco factis.

**Dēlĭus**, Δήλιος, qui est ex Delo insula: unde Apollo Delius, & Delia Luna appellata est, quæ & Diana. Ferunt enim Lunam ex Jove gravidam, quum partui vicina esset, metu Pythonis serpentis, qui eam toto terrarum orbe Junonis jussu persequebatur, in Delum insulam fugisse, ibique Dianam & Apollinem eodem partu edidisse. ¶ Delius natator, Δήλιος νηχευτὴς: olim vulgò dicebatur admodum natandi peritus, quique posset in summa natare aqua.

**Dēlphi**, Δελφοὶ, tam pro oppido, quàm pro oppidanis, plurali tantùm numero: sicut Gabii, Leontini, Puteoli. Plaut. *Pseud. sc.5. a.1.* Quod scibo, Delphis tibi responsum ducito. Est autem civitas in Bœotia juxta Parnassum, dicta à Delpho Neptuni filio, ex Melantho Deucalionis filia suscepto: magis rupibus & loci naturâ, quàm humana arte munita. Delphis Apollinis erat oraculum toti terrarum orbi celeberrimum. Unde & ipse Apollo Delphicus dictus est. Horat. 1. *lib. Carm.*

*Laudabunt alii claram Rhoden, aut Mytilenen,*
*Aut Ephesum bimarisve Corinthi*
*Mœnia, vel Baccho Thebas, vel Apolline Delphos,*

¶ Macrob. *in Saturnal.* Apollinem Delphicum appellatum existimat à prisca Græcorum voce Δελφὸς, quæ *solum* significat, eo quòd interdiu, stellis omnibus obscuratis, solus luceat: qua ratione etiam Sol à Latinis appellatus est. Ovid. *Eleg.*2. *lib.*4. *Trist.*

*Hæc mihi si Delphos, Dodonáque diceret ipsa,*

Vide *Pytho.* Delphicorum oraculorum mentio apud Liv. *lib.*4. *d.*4.

**Dēlphĭcus**, a, um, Δελφικὸς. Unde, Delphica laurus, quòd victores Pythiorum (qui ludi Phœbo sacri erant) ea coronarentur: & est viridior laurus. Quintil. Quasi Delphico oraculo instinctus. ‖ ¶ Delphica mensa, & absolutè *Delfica*, erat mensa lapidea marmorea, non magni pretii, τραπεζα, τριπους, τρίγωνος: Hinc pro abaco, seu ministerio, vel repositorio ponitur. Ita vocabatur, quia apud Delphos primùm fiebat. ‖ ¶ Delphicus gladius, Δελφικὸς ξιφος, de re dicebatur ad diversos usus accommodabili. Quemadmodum iisdem vasculis, & poculorum vice in convivtis, & clypeorum vice in bellis utebantur. Nam Delphicus gladius ad eum modum erat fabrefactus, ut eodem simul & sacras mactarent victimas, & nocentes afficerent supplicio. Meminêre hujus adagii Eurip. *in Tragœd.* & Arist. tum *Polit. lib.*1. tum *de partib. anim. lib.*4.

Delphica, locus erat ubi Reges Vandali cœnabant.

**Dēlphĭcæ**, vasa sunt, quorum fit mentio à Paulo *in l.3. de supellegat.* Interpretatur autem Delphicas eo loco tripodum cortinas ex ære factas, Hotomannus *in suo Lexico*: atque inde dictas putat, quòd domi maximè Apollinis Delphici dicabantur, ut Plin. scribit *lib.*34. *cap.*3.

**Dēlphīn**, sive Delphis, & Delphinus. {Δελφὶς, Δελφὶν. GALL. *Dauphin, un poisson.* ITAL. *Delphino.* GERM. Ein Delphin/ ist ein meerfisch. HISP. *El delphin del mar.* ANGL. *The delphin fish.*} Genus piscis, vel potiùs maris bellua. Parit catulos decimo mense, interdum & binos nutrit uberibus, sicut balæna, & decem annis ad summam magnitudinem pervenit. Plin. *lib.9. cap.*8. author est, Delphinos *simones* vocari à navigantibus, quòd sint rostro simo: vel à Simonis pueri nomine, quem Delphinus in sinu Baiano mirum in modum ferunt adamasse: ad quod nomen vocati accurrere feruntur. Ferunt Delphinum non modò omnium marinorum, sed etiam terrestrium animalium velocissimum esse, atque adeò ipsis etiam volucribus velociorem. Lingua est his, contra naturam aquatilium, mobilis, suillæ similis, pro voce gemitus humano similis, dorsum repandum. Mulcetur musica symphonia, præsertim hydrauli sono. Ovid. *Eleg.*10 *lib.*3. *Trist.*

**Dēmūrmŭro**, as, avi, atum, are. ‖ מלמלון רגן *ragdn.* Κάτω γογγύζω. Gall. *Dire en murmurant.* Ital. *Dire mormorando.* Germ. Murmeln/ heimlich etwas maudern. Hisp. *Decir murmurando.* Angl. *To murmure or whisper.* ‖ Ovid. *Met.* 4.

*Ter novies carmen magico demurmurat ore.*

**Dēmūs**, *Δῆμος*. Locus in Ithaca, aliàs Ἀγρύσιον dictus. Apud Athenienses virum significat. Steph. Est etiam pars tribus.

‖ Demusso, mussi. Gloss. demulso. ‖ *Δαπανάζω, δαπανῶ.* ‖

**Dēmūssātā contumelia**, id est, dissimulata, & cum silentio, indignatione quæ transmissa. ‖ Gall. *injure dissimulée.* Ital. *Ingiuria dissimulata.* Germ. Ein schmach die einer vermacht vnd nit sus in lasst. Hisp. *injuria disimulada.* Angl. *Dissembled injurie.* ‖ Ut Apuleius *lib.* 3. Mussitare enim propriè est, dissimulandi causâ tacere: dictum vel à Græco verbo μύζω, vel à μ, littera, quæ est nimirum pressæ vocis, ac pene mutus. Terent. *Adelph.* Accipienda & mussitanda injuria adolescentium est. Ubi Donatus exponit, patienter cum silentio perferenda.

**Dēmūtīlo**, as, ate: Mutilo. ‖ קצץ *hitsits*, קצר *hatsár.* Κολοβόω. Gall. *Couper & seguer de quelque chose, accourcir, mutiler.* Ital. *Mozzare.* Germ. Stümpeln / abmutzen. Hisp. *Demeschar à cortar miembro.* Angl. *To maym or to cut off.* ‖ Colum. *de arbor.* Cacumina virgatum, ne luxurientur, demutilato.

**Dēmūtō**, as, āre: Muto. ‖ חלף *herhaliph.* Ἀλλοιόω, μεθίστημι. Gall. *Changer ou muer d'vne en autre.* Ital. *Mutare.* Germ. Verendern/ vermachslen. Hisp. *Mudar.* Angl. *To change, to remove from one to another.* ‖ Plaut. *in Trinum.* Aut si demutant mores ingenium tuum, neque eos antiquos servas. Tacit. *lib.* 4. Placitam, instituto Flaminum nihil demutati. Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. (bis.) Argentum dabo, non demutabo. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 5. Imperium tuum demutat, atque edictum Apollinis (an legendum *demutat* tam tutum esse non patiuntur) Passerat. Ostium minimum à Thyesta Tragico demutat (id est, differt.) Apul. *Apolog.* 1.

**Dēmūtātĭo**, nis, verbale: Mutatio. ‖ חליפה *chaliphâh.* Μεταβολή. Gall. *Changement d'vne en autre.* Ital. *Mutamento.* Germ. Verenderung/ vermachslung. Hisp. *Mudança de lugar à lugar.* Angl. *A changing from one to another.* ‖ Plin. *lib.* 28. *cap.* 28. *de chamaleonte.* Nullum animal pavidius esse existimatur, & ideo versicoloris esse dementationis. ¶ Alii legunt, *mentationis.*

**Dēnārĭus**, a, um: adjectivè, idem quod decenarius, quod decem continet. ‖ עשרי *hasiri.* Δεκαδικός. Gall. *Dixain, denier.* Ital. *Decima, decenario.* Germ. Ein zehener/ oder das zehen in sich begreifft. Hisp. *De diez.* Angl. *That containeth to number of ten.* ‖ Plin. *lib.* 31. *cap.* 6. de ratione aquæ ducendæ: Fistulas denûm pedum longitudinis esse, legitimum est. Et si quinariæ erunt, sexagena pondo pendere: si octonariæ, centena: si denariæ, centena vicena: ac deinde ad has portiones. ¶ Denaria appellatur, cujus laminæ latitudo antequam curvetur, digitorum decem est: dimidióque ejus, quinaria.

**Dēnārĭæ** cæremoniæ dicebantur, ficut Tricenariæ, quibus sacra adituris decem continuis diebus, vel triginta certis quibusdam rebus cavendum erat. Hinc Quadenarius, Duodenarius, & hujusmodi.

**Dēnārĭus**, ii. Communiter notatur secundâ longâ: apud Martial. tamen *epigr.* 103. *lib.* 9. Denārĭis, secundâ brevi legitur. ‖ דרכמון *darchemon.* אדרכן *adharcón.* Δραχμή. ‖ Budæo, apud Romanos numus erat argenteus, quatuor valens sestertios: ita dictus, quòd pro decem assibus in solutionem cedebat, quoad perpetuis bellis exhausto ærario, placuit denarium sedecim assibus permutari: quod contigit, quum Annibal perpetuos octodecim annos totam Italiam ferro, flammaque crudelissimè vexaret. Alioquin ferè semper denarius decem assibus permutabatur, unde & nomen habuit. Hinc Plutarch. *in Camill.* Asses decem denarium faciunt, inquit. Pendebat autem denarius, argenti siliquas XXIV. Siliquæ autem duodeviginti conficiebant drachmam. Tres itaque denarii pendebant drachmas quatuor: octo autem drachmæ conficiunt unciam: unciam autem sex constat denariis. Hæc ferè de denarii pondere ex Prisciano decerpsimus. Budæus autem *in lib. de Asse*, non uno in loco ostendit, drachmam Atticam, & Romanum denarium, ejusdem fuisse ponderis & pretii. Quod & ipsum non obscurè indicat Plin. *lib.* 11. *cap. ult.* Drachma, inquit, Attica (ferè enim Attica observatione medici utuntur) denarii argentei habet pondus: eadémque sex obolos pondere efficit. Constat itaque denarium ad Gallicæ pecuniæ æstimationem redactum, valuisse solidos Turonenses tres cum dimidio. Denarii dimidium, Quinarium appellabant: quinarii autem dimidium, & sicertium, qui & Numis vocabatur. Si itaque denarii valorem (quem diximus esse trium solidorum cum dimidio) in quatuor sicces partes, habebis valorem Sestertii, hoc est. Caroleum numum unum, & Gallici denarioli dimidium. Veteres etiam pro eodem. Denarium dixerunt in neutro genere. Plaut. *in Rudente*, Centum denaria Philippea? Senec. *cap.* 38. Ut denarius in cloacam cadit.

**Dēnārro**: Per ordinem narro, enarro. ‖ ספר *sippér.* Διηγέομαι. Gall. *Raconter.* Ital. *Narrare per ordine.* Germ. Erzehlen. Hisp. *Contar fabula* ò *historia con orden.* Angl. *To tell, declare or tell.* ‖ Gell. *lib.* 2. Hæc nobis Favorinus summa cum elegantia verborum atque sermonis condire atque gratia denarravit. Idem *cap.* 13. *lib.* 1.

**Dēnāscor**, eris, pto Morior. ‖ מות *muth. Θνήσκω.* Gall. *Morir, cesser d'estre, n'estre plus.* Ital. *Morire.* Germ. Sterben. Hisp. *Morir.* Angl. *To die.* ‖ Cæs. *Hem. ann. lib.* 1. Quæ nata sunt, ea omnia denascantur. Ex Non. Ἀποθνήσκω ἀπόλλυμαι. Varr. 4. *de L. L.* Qui denascitur, ignem amittit & frigescit.

**Dēnāso**, as: Nasum aufero. ‖ *Νήθω.* Gall. *Couper le nez.* Ital. *Levare il naso.* Germ. Die nasen abhauen. Hisp. *Cortar las narizes, ò desnarigar.* Angl. *To take or cut away the nose.* ‖ Plaut. *in Capt. sc.* 4. *a.* 3. Nemque ædepol si adbites propiùs, os denasabit tibi mordicus: id est, faciem nato spoliabit.

**Dēnātō**, as: frequentativum est verbi Deno, as, quod est deorsum nato, vel secundo fluvio nato. ‖ *Καταῤῥέω.* Gall. *Nager au courant de l'eau, en fouvent.* Ital. *Natar spesso.* Germ. Nidrisch schwemmen/ hinab schwimmen. Hisp. *Nacho nadar.* Angl. *To swyme or often.* ‖ Horat. 3. *Carm. Ode* 7.

*Nec quisquæ citus aquâ*
*Tusco denatat alveo.*

‖ Denatus, mortuus. Denatium, morituris medicina. Tertull. ‖

**Dendāchātēs**, *Δενδαχάτης.* Gemma est ex Achatæ generibus, ductus lineatum arbusculæ cujusdam speciem repræsentans: *dendron* enim arborem dicunt. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

**Dēndrītis**, *Δενδρῖτις.* Gemma quæ sub arbore defossa non permittit secum herbetari. Plin. *lib.* 37. *cap.* 15.

**Dēndrŏcīssŏs**, *Δενδρόκισσος.* Herba est, quæ sine adminiculo stat exteris hederarum generibus similior, & ad arbusculæ firmitatem accedens: unde & nomen invenit, ἀπὸ τοῦ δένδρου καὶ κισσὸς nam, id est, ex arbore & hedera.

**Dēndrŏīdēs**, *Δενδροειδὲς.* Tithymali septima species, teste Plin. *lib.* 26. *cap.* 8. quod ieptophyllon vocant, in petris nascens, comosissimum ex omnibus tithymali generibus, & femine copiosissimum.

**Dēnĕgo**, as: Recuso, nego. ‖ מאן *meân.* Ἀπαγορεύω. Gall. *Dénier, refuser, rouiter.* Ital. *Denegare, recusare.* Germ. Ingnem/ abschlagen. Hisp. *Negar, rehusar.* Angl. *To refuse, to denie.* ‖ Terent. *in Andr.* Denegarat se commissurum mihi gnatam suam. Ovid. 13. *Metam.*

*Denegat hoc genitor* (nactare natam.)

Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 4. Datum denegant quòd datum est. Idem *Amph.* Denegat facta, quæ tu facta esse dicis, &c. Virg. 1. *Georg.*

——— *quum jam glandes atque arbuta sacra*
*Deficerent silvæ, & victum Dodona negaret.*

Cicer. 7. *Verr.* Ut omnia semper quæ curanda videntur esse, non modò his extraordinariis cupiditatibus, sed etiam ipsi naturæ & necessitati denegaret.

Denegatæ, sunt ipsum denariorum pretium. Sic Denegata cera, legitur in charta Besvensi: aut, Denegata de cera, in charta ingenuitatis, qua Asana famula ingenua facta est.

**Dēni**, æ, a, numerus distributivus, pro decem. ‖ עשרה *hâsar.* Δέκα. Gall. *Dix.* Ital. *Decenario, dieci.* Germ. Je zehen. Hisp. *Cada diez.* Angl. *Ten tegether.* ‖ Plin. *lib.* 10. *cap.* 63. Vivunt Lacones annis deni. Cæsar 5. *bell. Gall.* Uxores habent deni duodenique inter se communes.

**Dēnĭcālēs** feriæ dicebantur, quibus hominis mortui causâ familia purgabatur. Colum. *lib.* 2. *cap.* 22. Nam apud Pontifices legimus, feriis tantùm denicalibus mulos jungere non licere, cæteris licere.

**Dēnīgro**, as: Nigrum facio. ‖ חקדיר *hikdir.* μιλανόω. Gall. *Noircir, faire noir.* Ital. *Far nero.* Germ. Schwertzen/ schwartz machen. Hisp. *Negrecer cosa.* Angl. *To make blake.* ‖ Plin. Capillum denigrat sufitu. Varr. 2. *de re rust. cap.* 55. Non solùm denigrat terram, &c.

**Dēnīquĕ**, Postremò, ad extremum, post omnia. Passerat. Au quia primò timuit sententiam, & postremum est: ut, Denicales dies. ‖ בסוף *besoph.* Τέλος. Gall. *Finalement, enfin.* Ital. *Finalmente.* Germ. Zuletst. Hisp. *Al cabo, finalmente.* Angl. *Last of all, finally.* ‖ Ovid. *lib.* 13. *Metamorph.*

*Denique quid verbis opus est?*

Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Tum denique nostra intelligimus bona, cùm amisimus. Cic. Quum ibi non multitudinem militum, non idoneos Imperatores, non pecuniam sibi præstò viderent, non denique ullam rem quæ pertineat ad bellum administrandum. ¶ Ponitur interdum pro omnino, *τοὐλάχιστον.* Ovid.

*Si quæ, meis dempto, casta est, ea denique casta est.*

¶ Denique, ad extremum. Cicer. *post red. ad Quir.* Primùm vos docuit, &c. Tum in perorando posuit, &c. Denique ipse ad extremum pro mea vos salute non rogavit solùm, verùm etiam obsecravit. ¶ Denique, pro Tum demùm. Idem *pro Milone*, Itaque Milonis consulatus qui vivo Claudio labefactari non poterat, mortuo denique tentari cœptus est: id est, confestim, vel potiùs tandem & demùm, inquit Bud.

**Dēnōmĭno**: Nomen impono. ‖ קרא *chinnâh.* קרא *kará.* Ὀνομάζω, προσαγορεύω. Gall. *Dénommer, bailler nom.* Ital. *Nominare, dar nome.* Germ. Nennen/ ein namen geben. Hisp. *Nombrar, dar nombre.* Angl. *To name, to give a name.* ‖ Quintil. *lib.* 1. *cap.* 10. Propria sunt verba, quam id significant, in quod primò denominata sunt.

**Dēnōmĭnātīvă**, dicuntur quæcunque ab aliquo, solo casu, hoc est, solo fine sunt differentia, & secundùm illud nomen habent appellationem: cujusmodi sunt adjectiva à substantivis deducta, ut à studio, studiosus, à robore, robustus. Συμφώνως. Nomen enim denominativum habet commune cum nomine univoco in principio, sed differt in fine. ¶ In denominatione autem tria requiruntur: scilicet denominans, denominatum, & denominativum. Denominans est forma accidentalis, quæ importatur per nomen abstractum: & dicitur denominans, quasi de se aliud nominans, quia de se dat concretum ut prædicetur, & denominet subjectum. Denominatum autem est res ipsa, sive subjectum cui accidens inhæret. Sed denominativum est accidens quod prædicatur denominativè de suo subjecto, ut album, vel nigrum.

Dēnōrmāre, est deturpare, & inæqualem facere. { ἀμορφοῦν. Gall. *Faire inegal, mettre hors de ligne.* Ital. *Difformare, disguagliare.* Germ. Von der rechten linien verziehen / verrucken / ungleich machen. Hisp. *Desfordenar, o desconcertar.* Angl. *To make one euall, to put out of rule or order.* } ut interpretatur Acron illud Horatii 2. *lib. Serm.*

——— *si angulus ipse*
*Proximus accedat, qui nunc denormat agellum.*

Dēnōto, as: Noto, significo, designo. { תנוי *highlihth.* σημαίνω. Gall. *Denoter en noter, marquer, remarquer, designer.* Ital. *Denotare.* Germ. Zeichnen. Hisp. *Notar ò senalar.* Angl. *To note, to marke.* } Liv. 4. *ab Vrb.* Haud dubiè Icilios denotante Senatu, quos mercedem seditiosi Tribunatus petere Consulatum insimulabant. Cicer. *pro lege Manil.* Quòd is qui uno die tota Asia, tot in civitatibus, uno nuncio, atque una litterarum significatione, cives Romanos necandos, trucidandósque denotavit. ¶ Denotare probro, infamare. Sueton. *in Caligula*, Quem C. seniorem jam, & mollem effœminatum denotare omni probro consueverat.

Dens, dentis, notæ significationis, ab edendo, sicut Græci ἔδους, ob id. { יש *seben.* Gall. *Dent.* Ital. *Dente.* Germ. Ein zan. Hisp. *El diente.* Angl. *The tooth.* } Plaut. *Mon. sc. ult. a.* 5. Septennis (etam.) Nam tum dentes mihi cadebant primùm. Cicer. 3. *de nat. deor.* Tertius Arsippi & Artinox, qui primus purgationem alvi, dentisque evulsionem, ut ferunt, invenit. Plin. *lib.* 28. *cap.* 11. Dentes mobiles confirmat cervini cornu cinis, dolorésque eorum mitigat, sive inficentur, sive colluantur. Dentes cadunt & pueris, & senibus. Senec. *epist.* 84. Os amarum habeo, dentes plenos, lippiunt fauces fame. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Ut cum dentibus linguam exerees. Idem *Amph.* Concisus pugnis, & illisis dentibus. Idem *ibid.* Quibus dens desit, an sint morbo? Gell. *cap.* 2. *lib.* 4. Cum calceatis dentibus veniam. Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Si non arridetent, dentes restringentem, ut canes irritatæ. *Ibid. sc.* 1. *a.* 3. Dentibus frendere, vide *Frendeo.* Ne dentes dentiant, vide *Dentio.* ¶ Accipitur autem quandoque pro clavi, σωτηρίαις. Tib. *lib.* 1. *Eleg.* 1.

*Sed reserat fixa dente puella fores.*

Germanicus *in Prognostico*:

*Qualis ferratos subiit clavicula dentes,*
*Succutit & foribus producis vincula clausteis.*

¶ Sed & omne quo aliquid teneri, vel discerni potest, solet Dens appellari. Virg. *lib.* 6.

——— *tum dente tenaci*
*Anchora fundabat naves.*

Hinc Bidens, Tridens, & hujusmodi. ¶ Dentes diversa sortiuntur nomina. Qui enim primùm apparent apertis labiis, primores vocantur: & adversi, lati & acuti, quibus cibus inciditur. τμητῆρες, ἀμφίκοπες, γλαφυρίδες. Ipsi enim non cibo tantùm & alimentis necessarii, vocis etiam sermonisque regimen tenent, concentu quodam excipientes ictum linguæ. Hinc Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Prolatæ res sunt nostris dentibus. Qui verò sequuntur, quasi rotunda specie, acuti in modum serræ, serrati dicuntur, ab antiquis canini appellantur in quocunque animali, κυνόδοντες, κρεαφάγοντες. Plin. *lib.* 11. Lupi dexter caninus in magnis habetur operibus. Sequuntur maxillares dentes iotimi, qui duplices sunt, cibúmque conficiunt, ob id molares dicti, γόμφιοι. Juvenalis,

——— *interque molares*
*Difficili crescente cibo.*

Genuini, ἐπφυσιάδες, novissimi nascuntur homini, ut ait Plinius. Animalium aliis sunt dentes continui, ut homini, & equo: aliis exerti, hoc est, extra os producti, ut apro & elephanto. χαλίδοντες. ¶ Dentem dente rodere, dicitur qui carpit eum, qui neque loqui queat, neque sentiat. Aut qui mordet pari mordacitate præditum quempiam. Martial. *lib.* 13. in obtrectatorem quendam,

——— *quid dentem dente juvabit*
*Rodere? cœna cpus est, si fatur esse velis.*

Ovid. *Eleg. ult. lib.* 4. *Trist.*

——— *Nec iniquo dentem momordit* (opus livor.)

Idem *ibid.*

*Hoc* (tempus) *tenuat dentem terram vomeribus aratri.*

Denticulus, diminutivum. Dens parvus, ὀδοντίσκος. Apul. *in Apologia*: Viperæ ritu niveo denticulo atrum venenum inspirare.

Dentĭo, is, ire: Dentes emitto, { ὀδοντίζειν, ὀδοντοφυῶ. Gall. *Produire des dents, en jetter dehors, comme les enfans à qui les dents viennent.* Ital. *Fare i denti.* Germ. Zanen. Hisp. *Endentecer los niños.* Angl. *To breede teeth.* } Plin. *lib.* 30. *cap.* 3. Cinis eorum pueros tardè dentientes adjuvat cum melle. Plin. *in Mil. sc.* 1. *a.* 1. Venter creat omnes has ærumnas: antibus peraudienda sunt, ut dentes dentiant. Ubi populari ioco dentes esuritorum dentire dicuntur, i. dolere (ut fit in pueris dentientibus) præ inedia, & quòd nihil ætterant. Nec tamen hoc naturali ratione vacat: Nam & in gingivis dentibúsque famis sensus quidam cum dolore, propter alimenti inopiam, percipitur.

Dēntĭtio, Dentium emissio. { ὀδοντισμός. Gall. *La venuë des dents.* Ital. *La venuta de denti.* Germ. Das zanen / die herfürwachsung der zänen. Hisp. *Aguilla obra de endenecer, la venida de los dientes.* Angl. *A breeding of teeth.* } Plin. *lib.* 28. *cap.* 19. Infantibus nihil butyro utilius per se, & cum melle privatim, & in dentitione, & ad gingivas & ad oris ulcera. Idem *alibi*, Dens lupi adalligatus infantibus prohibet pavores, dentitionisque morbos. *Ibid.* Cerebrum viperæ illigatum pelliculæ dentitiones adjuvat.

Dēntărpăgă, æ, instrumentum quo dens eximitur. Græci ὀδοντάγρα vocant. Varro *in quinquatribus*, Hic bipennites forcipes, dentarpagæ. Ex Nonio.

Dēntātus, qui magnos habet dentes: qui & dentosus dicitur. { ὀδοντώδης. Gall. *Dentu, qui a des dents.* Ital. *Dentato, dentoso.* Germ. Der grosse zän hat. Hisp. *Cosa que tiene dentes.* Angl. *That hath great or many teeth toothed.* } Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 4. Non ego te ad illum duco dentatum virum. ¶ Dentatum etiam dicitur quod dentes habet, sive ii magni, sive parvi sint. Plin. *lib.* 11. *cap.* 41. Cæsens non fit ex utrioque dentatis. Martial. *lib.* 1.

*Sic dentata sibi videtur Æglo*
*Emptis ossibus, Indicóque eorno.*

¶ Dentata charta. Cicer. *ad Quint. fratr. lib.* 2. Calamo, & atramento temperato, charta etiam dentata res agetur. ¶ Dentatus item M. Curii cognomen fuit, propterea quòd cum dentibus fuerit natus, ut scribit Plin. *lib.* 7. ¶ Hinc edentatus, cui dentes sunt evulsi. Macrob. Edentatæ belluæ morsus. Similiter edentulus, ἀόδους, qui dentibus caret.

Dēntĭcŭlātus, a, um, quod ferræ modo dentatum est. { ὀδοντωτός. Gall. *Qui a comme des dents, en façon de scie, creni & crochu comme une scie.* Ital. *Fatto a denti.* Germ. Der wie zänlein wie ein sägen. Hisp. *Cosa dentada de pequeños dientes.* Angl. *That hath teeth, lyk the theeth of a sawe.* } Plin. Præterea bina brachia denticulatis forcipibus. ¶ Denticulatæ falces, Columell. *lib.* 2. *cap.* 21. Denticularum olus. Plin. *lib.* 26. *cap.* 13.

Dēntāle: Lignum, cui vomer arandi causa inducitur: sed pro vomere poni solet. { רתם *heth.* γύης. Gall. *Le coultre d'une charruë.* Ital. *Dentale.* Germ. Das holtz an dem pflug an welches man das eisen gesetzt hosst. Item / das eisen. Hisp. *El dental del arado.* Angl. *The share of a plonghe.* } Virg. 2. *Georg.*

*Binæ aures duplici aptantur dentalia dorso.*

Col. *lib.* 7. Et dentalibus terram subigere, quo minoribus bobus id administrari possit. ¶ Dicitur etiam dens, ut Varro scribit, quòd eo quasi dente moleretur terra. ¶ Non inest illi dentale, γῆς ἐστι ἔνδον ἄροτρον. Dici consuevit de quopiam ad rem aliquam parum utili: sumpta metaphora ab aratro, cujus pars est γύης. Et quoniam præcipua videtur, si absit, nihil confici potest aratro.

Dēntātim, & Denticulatim, adverbia, significant ad similitudinem dentium, ὀδοντηδόν, ὀδοντωτῶς.

Dēntĭfrăgĭbŭlum, vox est à Plauto conficta pro quavis re, qua dentes confringi possunt, ὀδοντόκαμπτον. Idem *in Bacch.* Ne tibi hercle haud longè est os ab infortunio: ita dentifrangibula hæc meis manibus gestiunt. Reperitur & in genere masculino, apud eundem *in Bacchid.* Vale dentifrangibule. Pk. Et tu integumentum vale.

Dēntĭfrĭcium, medicamentum quo dentes fricantur, ut fiant candidi. { ὀδοντόκονις. Gall. *Poudre, ou autre chose propre à frotter les dents.* Ital. *Nettadenti.* Germ. Ein artzney mit welcher man die zän reibt daß sie weiß werden. Hisp. *Los polvos para fregar dientes.* Angl. *Poulder or other thing to rubbe the theeth.* } Plin. *lib.* 28. *cap.* 11. Dentifricia utroque modo fiunt. *Ibid.* Et capitis eorum cinis dentifricium est. Usus est eo Apuleius *Apolog.* 1. & Martial. *Epigram.* 56. *lib.* 14.

Dēntĭlŏquŭs, vel ut emendat Passerat. Dentilegus. Dictio Plautina est, per dentes loquens, obscè loquens propter absentiam dentium, quos linguam includere & gubernare constat. Sic enim habet *in Captivis, sc.* 1. *a.* 4. Dentilegos, aliàs Dentiloquos, omneis mortales faciam, quemcunque offendero: hoc est, dentes loquentes, id est, ex ore emittentes verborum loco: ut sit sensus, illis adeò dentes concutiam, ut suis sedibus ejectos exspuant. Sunt tamen qui legant apud Plautum, *dentilegos*: nonnulli Dentiloquos quosdam populos interpretantur in confinio Macedoniæ, citantes illud *lib* 9. *bell. Maced.* Itaque unum tantùm moratus diem quietis, eorum causâ, quos habuerat secum in itinere, inde simili fuga in Dentiloquos transcurrit.

Dēntĭscălpium, instrumentum quo scalpuntur dentes. { ὀδοντογλυφίς. Gall. *Vn cure-dent.* Ital. *Stuzzicadenti.* Germ. Ein zanstocher / zanschaber / zanbübel. Hisp. *Mondadientes.* Angl. *A pikeroth.* } Martial. *lib.* 7.

*Ebsenes triplices & dentiscalpia septem.*

Et *Epigr.* 12. *lib.* 14.

Dentex, Colum. & Apicio σπάρος, & σπάρος, παρὰ τὸ σπᾶν τοὺς ὀδόντας τῶν ἰχθύων, quòd dentibus noxius sit, teste Athen. *lib.* 7. Piscis est marinus, sargo, & auratæ similis, cui caput magis compressum quàm auratæ, vel sargo. Dentes singulis maxillis quaterni caninis similes, parvique & exerti: pinnæ & aculei & squamæ & color etythrini (unde & ἐρυθρινοειδὴς ab Epicharmo dictus est,) ex albo enim rubescit, indéque à Numenio λευκὸς cognominatus est. In capite ejus invenitur gemma quæ synodontides à Plinio vocatur *lib.* 37. *cap.* 10. Synodontides è cerebro piscium est, qui synodontes vocantur. Vide ejus naturam apud Ælianum *lib.* 1. *cap.* 46. Plin. *lib.* 11. *cap.* 40. Arist. *hist. lib.* 9. *cap.* 2.

Dēnsŭs, a, um: Firmum, compactum, quodque partes habet valde coarctatas. Dicitur, ut Varro author est, à dentibus pectinis, quibus linteum & quævis tela teritur & condensatur. { עב *Hab. nonis, densis.* Gall. *Espez, massif.* Ital. *Spesso, denso.* Germ. Dick. Hisp. *Espesso.* Angl. *Thick, hard closed together.* } Plin. *lib.* 10. *cap.* 69. Liquidiùs audiunt talpæ obtectæ terra, tam denso atque surdo naturæ elemento. Tib. *lib.* 4.

*Pro te* (usum) *vel solum densis obsistere turmis.*

Ibid.

*Cuique pecus denso pascebant agmine colles.*

Ibid.

——— *densa tellus absconditur umbra.*
*Nec quadrupes densis depascitur asperasylvis.*

Idem. Sub densis umbris. Catull. ¶ Contrà, tarum dicitur, in quo intervallis frequentibus laxior partium videtur esse conjunctio, πυκνὸν.

Dēnso as: Cogo, spisso. { עבה *Bibâk, nonâh, συμπιλῶ.* Gall. *Espessir, former ensemble.* Ital. *Spessire, condensare.* Germ. Dick machen. Hisp. *Espessar ò hazer espesso.* Angl. *To make thick, to thicken.* } Virg. 2. *Georg.*

——— *& tuppiter humidus Austris*
*Densat, erant quæ rara modò, & quæ densa relaxat.*

Liv. 8. *bell. Pun.* Subsidunt Hispani adversùs emissa tela ab hoste: inde ad emittenda ipsi consurgunt: quæ quum Romani conferti, ut solent, densatis excepissent scutis, tum pes cum pede collatus, & gladiis res cœpta est.

Dēnsĕo, es, ere, Conc, congulasi. { עכר *Kalâh, πυκνῶ.* Gall. *Espessir,*

Ital. *Spessire. condensare.* Germ. Dick werden. Hisp. *Espessar.* Angl. *To waxe thick or to congele.* } Plin. *lib.*20. *cap.*14. Ipsa acescere, aut coire, densereque lac non patitur. Legitur etiam in activa significatione pro densare: πυκνοῦν. Virg. 7. *Æneid.*

*Agmina densentur campis.*

Sic enim legit Servius. ¶ Hinc Condenseo, compositum, quod & ipsum activam habet significationem, Lucret. *lib.*1.

*Quod si fortè aliquis, vim corpora dissimûere,*
*Tum putat id fieri, quia se condenseat aër.*

Dēnsātĭo, ōnis: Coactio. { מעבה *maabéth.* πύκνωσις. Gall. *Espessissement.* Ital. *Spessamento, restringimento* Germ. Dick machung. Hisp. *Espessura.* Angl. *A waxing thick or congealing.* } Plin. *lib.*31. *cap.*7. Prima densatio Babyloniæ in bitumen liquidum cogitur oleo humile.

Dēnsē, adverbium. { πυκνῶς. Gall. *Espessement.* Ital. *Spessamente.* Germ. Dick oder dichtlecht. Hisp. *Espessamiento.* Ang. *Thick and close together.* } Plin. *lib.*16. *cap.*37. Cæteræque densiùs innumeræ hederæ profint. Ovid. *de Pont.*

*Nulla tamen subeunt mihi tempora densiùs istis.*

Dēnsĭtās: Crassitudo, spissitudo. { עבי *habi.* πυκνότης. Gall. *Espessissement.* Ital. *Spessamento.* Germ. Dicke. Hisp. *Espessura.* Angl. *Thickenesse.* } Plin. *lib.*11. *cap.*3. Quamvis arcente spiritum densitate, & altitudine humoris.

Dēntātē, Dentatus, Denticulatus: vide *Dens.*

Dĕnūbo, is: Nubo. { התחתן *hithchattén.* γαμέω, γαμβρεύω. Gall. *Se marier à quelqu'un.* Ita. *Maritarsi, giungersi in matrimonio.* Germ. Ein man nemmen / sich mit einem mann in den ehestand begeben. Hisp. *Casarse.* Angl. *To be maried, to ioyne man.* } Apuleius *lib.*2. *Apolog.* At ni dum eam putas etiam nunc Claro fratri tuo denuptam, falsa spe inductus, filio ejus Pontano author assentiendi fuisti. Tacit. *lib.*5. Tot luctibus funestata civitate, pars mœroris fuit, quòd Julia Drusi filia denupsit in domum Rubellii Blandi. Sueton. *in Neron. cap.*19. Cui (Doryphoro) etiam sicut ipsi Sporus, ita ipse denupsit. ¶ Per translationem etiam vites nubere dicuntur, infirmioréque plantæ, cùm arboribus firmioribus associantur. Colum. *lib.*10.

*Semina depositis cupiunt denubere plantis.*

Dĕnūdo: Spolio, nudum reddo. { חשׂף *chasháph.* γυμνόω. Gall. *Dénuer, mettre nud.* Ital. *Spogliare, nudare.* Germ. Entblössen / nackend ausziehen. Hisp. *Desnudar.* Angl. *To make naked.* } Plin. *lib.*11. *cap.*22. Ut denudet fœminam vestis bombycina. Cic. *lib.*7. *in Verr.* Excitetur Verres, ne denudetur à pectore, ne cicatrices populus Romanus aspiciat. Senec. *cap.*15. *de tranquil.* Multa sunt, quæ denudent fictos. Livius *lib.*2. *dec.*5. & *lib.*4. *dec.*5. Denudare judicia sua.

Dĕnūmĕro, as, are. Plaut. *Asin. sc.*4. *a.*2. Si vis istuc argentum mihi denumerare.

Dĕnūntĭo, as: futurum aliquid nuntio, prænuntio, prædico. { הגיד *higghidh.* μηνύω, προλέγω. Gall. *Denoncer, annoncer, advertir.* Ital. *Denunciare, far noto.* Germ. Verkündigen / etwas zuvor ansagen. Hisp. *Denunciar.* Angl. *To denounce, to forethew or warne.* } Cic. *de senect.* Quomodo Carthagini malè diu cogitanti bellum inferatur, multò antè denuntio. Columella, Sin autem cœli status frigidus & pruinosus, hyemis violentiam denuntiat, in Idus Februarias hanc curam differemus. Cic. 1. *Tusc.* Nos verò si quid tale acciderit, ut à Deo denuntiatum videatur, ut exeamus è vita, læti, & gratias agentes pereamus. ¶ Ponitur aliquando pro Indico, jubeo, impono Cicer. *pro Sext. Rosc.* Non putasti me familiarissimis tuis testimonia denuntiaturum. Item præcisè denunciare. Idem 4. *Verr.* & apud Fabium *lib.*5. Item, Sueton. *in Tib. cap.*17. Denuntiavit ei se amplius contumeliæ caussa nominaret. Quinti. Denunciare lege testimonium. ¶ Denunciata cædes, pro prædicta. Suet. *in Cæs. cap.*81. ¶ Aliquando pro palàm dico, significo, ostento. Idem *pro Quint.* Procuratorem se esse denunciat. De re aliqua denuntiare. Cic. *pro Cecinna*, Postea cur Ebuti de isto potiùs fundo quàm de alio (si quem habes) Cecinnæ denuntiabas, si Cecinna non possidebat.

Dēnūntĭātĭo, ōnis: Prædictio. { בשׂרה *beserâh.* προαγόρευσις. Gall. *Denonciation, advertissement, annoncement de quelque chose à venir.* Ita. *Annunciatione, anvertimento.* Germ. Verkündigung / warnung. Hisp. *Denunciacion.* Angl. *A denunciation or fore warning.* } Cic. 2. *de Divin.* Quæ est enim ista à dis profecta significatio, & quasi denunciatio calamitatum. ¶ Denunciatio, pro Minæ Plin. ad Priscum *lib.*6. *Epist.* Quanquam quid denuntiationibus, & quasi minis ago? Cæsar 3. *bell. civilis.* Quum neque pollicitationibus, neque denuntiatione periculi permovere posset, oppidum oppugnare instituit. Suet. *in Aug. cap.*66. Denunciationes accusatorum. Et Velleius, Denunciatione quietis territus, i. somnii monitu.

Dēnŭo, adverbium, de novo, de integro. { עוד *odh.* ἔτι, πάλιν. Gall. *Derechef, encores.* Ital. *Di novo, un'altra fiata.* Germ. Widerumb / auff ein neues. Hisp. *Desde començo ò de nuevo.* Angl. *Againe, of ffoomes.* } Plaut. *in Amphitr.* Si denuò pultaveris. Liv. 10. *bell. Pun.* Fabius in Hetruria rebellante denuò, quatuor millia & quingentos Perusinorum occidit. Plaut. *Mostell. sc.*3. *a.*1. Nisi te denuò liberasser. Idem *Menæch. sc.*2. *a.*3. Ecce Apollo denuò me jubet facere impetum. Idem *Mostel. sc.*2. *a.*1. Ædificantur ædes totæ denuò. Et *Capt. sc.*3. *a.*2. Redite ad parentes denuò. Idem *Amphitr.* Volt denuò pallium derexere. Etiam denuò: Quoties tibi dictum vis? Non denuò? (id est, sæpiùs.) *Ibid. sc.*2. *a.*4. Nec unquam denuò parentibus cognitos, (id est, postea.) *Ibid. sc.*3. *a.*4.

Dīō, ūs, Ceres à Græcis appellatur: παρὰ τὸ Δία, τὸ Ζῆνα, eo quòd frugum fuerit inventrix. { Germ. Die Ceres / ein göttin oder erfinderin des getraids. } Hinc Deois, patronymicum, filia Deûs, quæ est Proserpina. Ovid. 6. *Metam.*

*Addidit ut Satyri celatum imagine, pulchram*
*Iuppiter implerit gemino Nyctëida fœtu,*
*Mnemosynem pastor, variam Deoida serpens.*

Dĭŏcco, as, are: Occo { διαπεινῶ. Gall. *Herser la terre, émotter.* Ital. *Arpegare la terra.* Germ. Den erdtrich egen. Hisp. *Quebrantar los terrones.* Angl. *To harrow.* } Plin. *lib.*18. *cap.*15. Vicia non sarritur, non stercoratur, nec aliud quàm deoccatur.

Dĕŏnĕro, as, are: Onus depono, exonero. ✕ Onero. { הקל *hekél.* ἀποφορτίζω. Gall. *Descharger.* Ital. *Scaricare.* Germ. Entladen / abladen. Hisp. *Descargar.* Angl. *To make light, to put of a lode or burden.* } Cicero per translationem, 1. *Verr.* Quid quum commiserari, conqueri, & ex illius invidia deonerare aliquid, & in te trajicere cœperit?

Dĕōro, pro Peroro nonnulli usurparunt, ἐπαίρω, & Deoratum pro peroratio scripserunt, ut Pompeius Festus testatur.

Dĕorsum, ✕ Sursum. { למטה *lemattâh.* κάτω. Gall. *Contrebas, en allant en bas.* Ital. *Ingiu, di sotto.* Germ. Nidersich / vndersich. Hisp. *Hazia baxo.* Angl. *Downeward, beneath, alowe.* } Plaut. *Amphitr.* Devolant angues jubati deorsum in impluvium duo. Idem *Aul. sc.*4. *a.*1. Si deorsum comedent quicquid coxerint (in puteo coqui.) *Ibid. sc.*6. *a.*1. Ego me deorsum duco ex arbore. Et Senec. *cap.*11. *de tranquil.* Sursum ac deorsum res euntes. Cicer. 1. *de nat. Deor.* Ait atomum, quum pondere & gravitate directò deorsùm feratur, declinare paululùm. ¶ Capiuntur tamen ambo pro Ultro, citróque, ἄνω καὶ κάτω, ἄνω κάτω. Terent. *in Eunuch.* Sex ego te totos Parmeno hos menses quietum reddam, ne sursum deorsum cursites. Tractum ab Athenarum situ, cujus portus in uno, urbs verò in editiore loco sita erat. Modò trysillabum, modò dissyllabum ponitur à positu. Luc. *lib.*1.

*Quin vacuum per inane deorsum cuncta ferantur.*

Ibidem,

*Corpora quum deorsum rectum per inane ferantur.*

Dĕŏscŭlŏr: Osculor. { נשק *naschák.* φιλέω, καταφιλέω. Gall. *Baiser.* Ital. *Baciare.* Germ. Küssen. Hisp. *Besar.* Angl. *To kisse.* } Mart. *lib.*8. Hos amplectitur, hos deosculatur.

Dēpăcīscŏr, eris, sive depecisco: Pacisco. { יעד *iaádh.* קיבץ *kibâm.* συντίθεμαι. Gall. *Faire paction, accorder ensemble, convenir, traister, transiger.* Ital. *Pattuire, far patto.* Germ. Ein vertrag oder pact machen. Hisp. *Hazer pacto.* Angl. *To mak a conveyanc or league.* } Cicer. *pro Sext. Rosc.* Ipse sibi tria prælia depactus est. Idem 3. *Verr.* Nec antè dimissus, quàm ad conditiones ejus depactus est. Cicer. *Attic.* In quo non extimesco periculum; quum enim tot mala impendeant, cur non honestissimè depacisci velim? Terent. *in Phorm.* Ita me dii ament, ut mihi liceat tandiu, quod amo, frui: jam depacisci mortem cupio. Quidam tamen in omnibus hisce locis *depecisci* legunt, & *depectus*, ut differat à *depactus*, quod participium est à depango. Apud Gell. *cap.*1. *lib.*10. legitur Depecisci.

¶ Depactio, pacis confœderatio. Gloss. vet. A. L. ¶

Dēpactŭs, partic. à Depacisco, vel Depectus, à Depecisco. συνθεμένος. Ulp. *in l. & generaliter, §.*1. *ff. de calumniatorib.* Hoc igitur edicto tenetur etiam is qui depectus est. Depectus autem dicitur turpiter pactus. Quædam exemplaria legunt *Depactus.*

Depalatio, ut dierum depalatio, i. accretio & incrementum. Quod sumptum ex horologiorum ratione. Nam cùm eis cuneos modò adjicerent, modò detraherent, diminut. onique dierum conveniret adjectio cuneorum, incremento detractio, depalatio, seu cuneorum remotio, amplificationem dierum significabat. Vide Vitruv. *lib.*9.

¶ Depalator, propalator. Tertull. Depallio, as: pallio spolio. Idem. ¶

Dēpalmārĕ, Palmâ percutere. Gell. *cap.*1. *lib.*20. { παλαφίζω. Gall. *Souffletter, bailler du plat de la main sur la joue, empaumer.* Ital. *Darguanciate.* Germ. Mit der flacher hand einen in das maul oder angesicht schlagen. Hisp. *Bofetear.* Angl. *To beat with the palme of the hand.* } Gell. Quemcunque depalmaverat, numerari statim secundùm duodecim tabulas viginti & quinque asses jubebat.

Dēpāngo, is: Planto, insero, humi defigo. { טעע *matâch.* καταφυτεύω. Gall. *Ficher, attacher.* Ital. *Plantare, ficare in terra.* Germ. In den boden mit schlagen oder stecken. Hisp. *Plantar, hincar en tierra* Angl. *To fixe, or fasten in the ground.* } Col. *lib.*4. Deinceps pastinatur molleolus vitibus inferendus, eumque sat erit medio spatio, quod vacat inter vites, per unam lineam depangere.

Dēpāctŭs. { טעץ *matâch.* καταφύτευσις. Gall. *Fiché en bas, planté en terre.* Ital. *Fitto in terra, plantato.* Germ. In das erdtrich gesetzt. Hisp. *Plantado, hincado en tierra.* Angl. *Fastened in the ground.* } Plin. *lib.*16. Sed in hoc providens natura factié, & depacto surculo incuriosiùs semen dedit.

Depago, defecto, vel Trantigo. Lege *Transigo.*

¶ Depannis, e: sine pannis. ¶

Dēpārcus, a, um: Parcus. { כולש *chilâr.* φειδωλός. Gall. *Fort chiche & eschars.* Ital. *Troppo parco.* Germ. Zu viel karg. Hisp. *Muy escasso ò guardoso.* Angl. *A great niggard.* } Suet. *in Ner.* Sordidos & departos putabat, quibus ratio impensarum constaret.

Dēpāsco, is: Pascendo absumo. { בער *bâar*, אבד *abbâd.* καταβόσκω. Gall. *Paistre, manger l'herbe, & ce qui y croit, brouter.* Ital. *Pascere, consumare pascendo.* Germ. Abweiden / abessen. Hisp. *Pascer el granado, gastar pascendo.* Angl. *To eat up as a beste, to feede.* } Colum. *lib.*7. *cap.*5. Si hœdi roscidas herbas depaverint. ¶ Pro eodem etiam habemus Depascor, verbum deponens. Plin. *lib.*11. *cap.*19. Nam & papilio cetas depascitur. Tib. *lib.*4.

*Nec quadrupes densa depascitur asper a sylva.*

Depascere transitivè, pro depasci facio. Col. *lib.*2. *cap.*11. Et si depascere sæpiùs voles, &c. *D. lib.*10. *tit.*4. *l.*9. §.1. Glans ex arbore tua in fundum meum incidit, eam ego immisso pecore depasco.

Dēpāstŭs, a, um: partic. quod interdum passivè accipitur. { שׁחוּף *schchûl.* παμφάγος, παμφάγε. Gall. *Paissu, mangé, brouté.* Ital. *Pascolato, mangiato.* Germ. Abgeweidet / abgefressen. Hisp. *Pascido.* Angl. *Eaten up as with beastes.* } Plin. *lib.*17. *cap.*24. Depastam arborem carpi facie relinquunt. Interdum activè, ut Apis depasta florem thymi: apud Claud. 2. *de raptu Proserp.*

Dēpāstĭo, nis. { תרעה *tarbéràh.* καταβόσκησις, νομή. Gall. *Paissement de besles, broutement.* Ital. *Pascolo.* Germ. Abtzung / abweidung. Hisp. *Pascedura de granado.* Angl. *A feeding or eating up of beastes.* } Plin. *lib.*17. *cap.*28. Similem rationem & depastio animalium habet.

Dēpaūpĕro, as, āre: Exhaurio, pauperem facio. { מרוש *roshásh.* πτωχίζω. Gall. *Apauvrir, faire pauvre.* Ital. *Far povero.* Germ. Arm machen/zu armen leuten bringen. Hisp. *Empobrecer à otro.* Angl. *To make poore, to impoverish.* } Varr. Priusquam domum depauperasset sumptu suo.

Dēpĕcīscor, Depectus, *συνίημι.* Vide *Depaciscor.*

Dēpĕcto, is, xui, vel xi, xum: Pecto. { גלש *ghillésh,* מרש *marásh.* ἀποξέω. Gall. *Peigner, abatre avec le peigne.* Ital. *Pettinare diligentemente.* Germ. Abstreichen/fleissig abstreichen. Hisp. *Peynar diligentemente.* Angl. *To kembe or trimme heare.* Gell. *cap.* 15. *lib.* 10.

Depectere capillum. Col. *lib.* 10.

*Punicea depexa coma, sed lactea crura est.*

Crines depectere. Ovid. 6. *Fast.*

*Non mihi detonso crines depectere buxo.*

Depectere frondium canitiem. Plin. *lib.* 6. *cap.* 17. ¶ Interdum idem quod pectendo aufero, ἀποτίλλω. Virg. 2. *Georg.*

*Vellēráque ut foliis depectant tenuia Seres.*

¶ Depectere, sive depexum reddere. Frequens est apud Comicos, pro demulcere verberibus, sive molle reddere.

Dēpexus, particip. Pexus. { מרוש *marúsh.* κτενιδίου. Gall. *Peigné.* Ital. *Pettinato, maltrattato.* Germ. Gestrält. Hisp. *Peynado.* Angl. *Kembed.* } Ovid. *lib.* 3. *Fast.*

*Interea Liber depexis crinibus Indos*
*Vincit.*

Idem *de arte amand. lib.* 1. *de equit.* Jubæ depexæ. ¶ Depexum aliquem reddere, per translationem, pro involare in capillum, & percutere. Terent. *Heaut.* Nonius, Depexum, lacceratum interpretatur. Pierotem hoc loco *depessum* legit à pando, vel à patior, id est, lacceratum. Quod si *depexum* legamus, inquit, significabit cultum, & pexas vestes indutum: dictumque erit à contrario sensu.

Dēpĕxo, as, frequentativum. Ter. *in Heaut.* Egóne, si vivo, adeò exornatam dabo, adeò depexum, ut dum vivet, meminerit semper mei.

Dēpĕcŭlātor, ex De & Peculor: Furor & compilo Rempub. cujus divitiæ quemadmodum & hominum privatorum, primis temporibus in pecoribus constabant. { בז *bazáz,* κλέπτω, ἁρπάζω. Gall. *Piller & dérober.* Ital. *Spogliare, robbare.* Germ. Stälen/rauben. Hisp. *Hurtar como los ventos del Rey, despojar.* Angl. *To robbe, to vse extortion.* } Cic. *in Divin. in Verr.* Quibus in provinciis multas domos, plurimas urbes, omnia fana depeculatus. ¶ Aliquando tamen & de privatarum rerum furto dicitur. Idem 6. *in Verr.* Apollonium Drepanitarum omni argento optimè facto spoliasti ac depeculatus es. Transfertur etiam ad incorporea. *Ibid.* Cur pro isto qui laudem, honorémque familiæ vestræ depeculatus est, pugnas?

Dēpĕcŭlātŏr, is: Fur Reip. { בז *bozéz.* λωποδύτης. Gall. *Pillieur, qui dérobe le public.* Ital. *Pellatore, rubatore.* Germ. Ein dieb/raubet/der einem das sein nim. Hisp. *Hurtador como de los ventos del Rey.* Angl. *A robber, an extortioner.* } Cicer. 1. *Verr.* Adduxi enim hominem, in quo reconciliare amicitiam judiciorum amissam, redire in gratiam cum populo Romano, satisfacere exteris nationibus possitis: depeculatorem ærarii, vexatorem Asiæ atque Pamphiliæ, prædonem juris urbani, labem atque perniciem provinciæ Siciliæ.

¶ Depelliculo, decipio. Cath. ¶

Dēpello, is, depuli, depulsum: Abigo, averto, removeo. { נדח *nadhách.* ἀπελαύνω, ἀποτρέπω, ἀποτίνυμι. Gall. *Pousser hors, dechasser, debouter, mettre hors par force.* Ital. *Discacciare, scacciare, removere.* Germ. Abtreiben/vertreiben. Hisp. *Empuxar de algun lugar.* Angl. *To put or chasse away, to thrust by force.* } Cicer. 3. *de Leg.* Quid jam de Saturnini supplicio, reliquisque dicam: quorum depellere quidem à se sine ferro potuit Resp. Lact. *lib.* 2. Inveteratos depulimus errores. Cicer. *in Catil.* Non facilè tantam molem mali à cervicibus nostris depulissem. ¶ Depellere agnos à lacte, est ablactare, & à lacte removere, ἀπογαλακτίζω. Virg. 7. *Eclog.*

——— *nec Phillida habebam*
*Depulsos à lacte domi quæ clauderet agnos.*

Pro eodem etiam dicimus depellere à matre. Varro 2. *de re rustic.* Quum depulsi sunt à matribus agni, adhibenda diligentia, ne desiderio senescant. ¶ Item depellere absolutè. Virg. 1. *Eclog.*

——— *quo sæpe solemne*
*Pastores ovium teneros depellere fœtus.*

¶ Depelli portenta dicuntur, quum mala quæ ex iis fiant, precibus, suppliciis, religione & deorum cæremoniis fugantur: ἀποτρέπομαι.

Dēpŭlsŭs, partic. Dejectus. { נדח *niddách,* ἀπωσμένος, ἀποδιωγμός. Gall. *Demis, expulsé, chassé, repussé.* Ital. *Cacciato & spinto via.* Germ. Abgetriben/verstossen. Hisp. *Empuxado de algun lugar.* Angl. *To put downe, to thrust out by force.* } Cicer. 2. *de nat. Deor.* Atque in agitatione & motibus linguæ quum depulsum & quasi detrusum cibum accepit, depellit. ¶ Interdum accipitur pro Ablatio. Virg. 3. *Eclog.*

*Dulce satis humor, depulsis arbutus hædis.*

Suet. *in Tib. cap.* 44. Depulsi lacte pueri.

Depulso, as, are: frequentativum. ἀποτρέπω, ἀπελαύνω. Plaut. *Stichо,* Cubitis depulsa devia.

Dēpŭltŭs, participium antiquum, pro depulsus: sicut pultare, propulsare. Author ad Heren. Si præceps in Neptunias depultus erit lacunas.

Dēpŭlsio, onis: Avertio, propulsatio. { מדוח *maddách,* ἀποτροπή. Gall. *Repoussement, dechassement, expulsion.* Ital. *Esse cacciare & spingere via.* Germ. Abtreibung/verstossung. Hisp. *Empuxamiento de lugar.* Angl. *A putting away, or removing.* } Cicer. 4. *Acad.* Omnium deinde inanium virorum una depulsio est. Idem 2. *de fin.* Nos beatam vitam non depulsione mali, sed adeptione boni judicemus. ¶ Depulsio etiam inficiationem significat, quòd reus objectum crimen negans, illud à se depellere videatur. Author *ad Herenn.* Intentio: Occidisti Asacem. Inficiatio: Non occidi. Cicer. *de invent.* Intentionis depulsionem significat.



Dēpulsŏr, verbale, Expulsor, qui depellit. { נדח *nodhedéch,* ἀποτρόπαιος. Gall. *Qui chasse & repette, qui rebute.* Ital. *Bi cacciatore.* Germ. Ein abtreiber/vertreiber oder verstosser. Hisp. *Empuxador de lugar.* Angl. *He that repeleth or putteth away.* } Cicer. 2. *Philip.* Depultor dominatus quam particeps esse malui.

Dēpendĕo, es: Pendeo, sive de te aliena pendeo. { תלה *taláh.* ἀπαιωρέομαι. Gall. *Dépendre, ou pendre de quelque lieu.* Ital. *Pendere, dipendere.* Germ. An einem ding vnderstich hangen. Hisp. *Estar colgado de arriba, ò suspeso.* Angl. *To hange downe.* } Columell. *lib.* 4. Sed si per unamquamque pampinum major numerus uvarum dependeat. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Nec dependes, nec propendes. Et Livius *lib.* 2. *d.* 1. Laqueo dependentem invenêre. ¶ Aliquando est sustentari, quum scilicet vita, aut salus nostra in manu alicujus est sita, ἀπαιωρέομαι. Cic. Omnis illorum salus à nostra salute dependebat. Fides dependet adveniente die, hoc est, pendet de adveniente die, id est, habendâque sit fides verbis, an non, declarabit exactus dies. Ovid. 3. *Fastor.*

*Discedunt dubii, promissâque tarda videntur*
*Dependêre fides adveniente die.*

De Numa Pompilio, qui in concione Romanis promittebat, Jovem sequenti die pignus imperii futuri daturum illis.

Dēpendo, is: sæpe pro simplici Pendo ponitur, quod propriè significat pondero. { שקל *schakál.* ἀποτίνω, ἀποτίνυμι. Gall. *Bailler à poids, peser.* Ital. *Pesare, noverare.* Germ. Wägen mit gewegen bezalen. Hisp. *Pesar, pagar pena ò pension.* Angl. *To weigh, to poize, to payе.* } Et quoniam Romani eo tempore, quo ære gravi utebantur, non numerabant pecuniam, quemadmodum hodie, sed ponderabant stateris: factum est ut adhuc, quamvis numeratione frequentiùs utamur, manserint tamen hæ loquendi formulæ, Pendere vectigal, pendere tributum: hoc est, numerare, vel solvere. Eodem modo per compositum loquimur, Dependere pretium, Dependere summam. Cic. *lib.* 1. *Epist.* Dependendum tibi est quod mihi profiito spopondisti. Idem *Attic. lib.* 1. Mihi abjurare certius est, quàm dependere. ¶ Dependere caput felicibus armis, dixit Lucanus *lib.* 8. pro eo quod est, victoriæ adipiscendæ causa vitam profundere. Dependere pœnas, est solvere. Cicer. *in Catil.* Denique ipsum latorem legis Semproniæ jussu populi pœnas Reipublicæ dependisse.

Dēpĕrdo, is: Amitto, perdo. Caius scribit deperditum dici, quod in natura rerum esse desiit: diminutum, quod usu captum est. אבד { *bibbádh.* ἀπόλλυμι. Gall. *Perdre.* Ital. *Perdere.* Germ. Verlieren. Hisp. *Perder.* Angl. *To lose.* } Cicer. 5. *Tusc.* Qui timebit ne quid ex his depereat, beatus esse non poterit. Cæs. 1. *bell. Gall.* Populi Romani hanc esse consuetudinem, ut socios atque amicos non modò sui nihil deperdere, sed gratiâ, dignitate, honore auctiores esse velit. Cicer. *pro Cæcin.* Quum de jure civitatis nihil potuerit deperdere.

Dēpĕrdĭtŭs, participium: Perditus. { אבד *obédh.* ἀπόλωλώς, ἀπωλόμενος. Gall. *Perdu & gasté, affligé extrémement.* Ital. *Perso, rovinato, grandamente afflitto.* Germ. Verloren/hässlig betrunnen. Hisp. *Perdido, muy affligido.* Angl. *Lost vtterlie vndone.* } Amore alicujus deperdita mulier, in Domit. *Letho gnata deperdita matre,* id est, propter mortem filiæ pessimè affecta, ut & ipsam periisse putet. Catul. *in Argon.*

Dēpĕrĕo, is, ex De & Pereo: Pereo. { אבד *abádh.* ἀπόλλυμαι. Gall. *Perir du tout, mourir.* Ital. *Perire, morire, capitar male.* Germ. Gantz und gar verderben. Hisp. *Mucho ser perdido, y perecer.* Angl. *To perish, to die.* } Deperierunt naves. Cæsar 5. *bell. Gall.* Schedam quæ depereat. Cicer. *Attic. lib.* 1. Decor lacrymis deperit. Ovid. *Epist.* 12. ¶ Deperire, pro mori. Cicer. *in Topic.* Si is cui usus fructus legatus est, deperiisset. Et Cæs. *lib.* 3. *de bell. civil.* & Gell. *lib.* 3. *cap.* 6. Deperire ad internecionem (id est, perire.) Colum. *lib.* 4. Nos tamen plus quatuor millibus conferimus, quia negligentiâ cultorum magna pars deperit. ¶ Quandoque est impatienter amare. { ἐκμαίνομαι. Angl. *To be exceeding he in love with one.* } Plaut. *in Cas.* Hic ipsius Casinam deperit. Idem *mil.* Meretricem ingenuam deperibat mutuò. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Ea me deperit. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Tibicinam, quam tuus gnatus deperit. Idem *Amphitr.* Hic te effictum deperit. Idem. *Asin. sc.* 1 *a.* 3. Illos, qui dant, derides: eos, qui deludunt, deperis (h.e. perditè amas) usque interitum amas.)

Deperiturus, Particip. futurum. apud Ovid. 2. *Amor. Eleg.* 14.

*Si mos antiquus placuisset matribus idem,*
*Gens hominum vitio deperitura fuit.*

Dēpĕrisco, is, ui. ἀποθνήσκω, significat pecus deduco; ut compesco, to, ut deduco, & paseo; & in uno loco continco.

Depessus, a, um, sive à patior, sive à pando fiat, lacceratus dicitur. Terent. Egóne, si vivo, adeò exornatum dabo, adeò depessum, ut usquedum vivat, meminerit mei. Alii legunt, *Depexum. Heaut. sc.* 1 *a.* 5.

Dēpĕsta, vasa vinaria erât, quæ in Sacris Sabinei in deorum mensa collocari solebant. Depesta item fœm. gen. poculi genus est apud Græcos. Utriusque author est Varro *lib.* 4. *de lingua Latina.* ¶ Corruptè pro *Lepesta.*

Depetigo. ἀπέτιγα: Amplè. Gloss. Sed vide *Petigo.*

Depexus, a, um. Terent. *in Heaut. sc.* 1 *a.* 5. Egóne, si vivo, adeò exornatum dabo, adeo depexum, ut usquedum vivat, meminerit mei. Dare depexum, id est pectere & mundare, ac quasi exornare. Alii *depessum* legunt, quasi sit vel à patior, vel à pando, & significet lacceratum; sed prius rectum. ¶

Depiles, qui sunt sine pilis. { נמרטים *nimratim.* ἀπεσταλμένοι, ψιλοί. Gall. *Qui sont sans poil.* Ital. *Senza peli.* Germ. Nal die kein haar haben. Hisp. *Lampiños, ò sin pelos.* Angl. *which ar pilled, bare without heare.* } Varr. *lib.* 1. *de vita populi Romani:* Quòd ludis præsules, pueri essent glabri ac depiles propter ætatem. Non. *cap.* 12.

¶ Depilo, ἀποξέω, glabrum facio detractis pilis. ¶

Depilātŭs. { נמרט *nimrat.* ἀπεσταλμένος. Gall. *Pelé, à qui on a osté le poil.* Ita. *Privato de peli.* Ger. (Gerupfft/dem das haar ausgerupfft ist.

Hisp. *Lampillo, pelado.* Angl. *Pilled, made bare.* } Matt. Quum depilatos Cretæ colcos portes. Carmen est tambicum trimetrum, quod iambum habet in secunda sede. ¶ Item rarefacio. Lucil. *lib.* 29. Nato quid actum est? omnes depilati sumus: id est, rarefacti, ut interpretatur Nonius.

**Dēpĭngo**, is, ere: Pingo, scribo. { חקרו *chakáh.* καθαιρέω. Gall. *Depeindre & tirer sur un patron.* Ital. *Depingere.* Germ. Abmalen. Hisp. *Bien pintar.* Angl. *To paynte or drawe the shape of a thing.* } Cic. 3. *de Orat.* Pamphiliumque nescio quem finamus in insulis tantam rem tanquam puerilem delicias depingere. Manus obscœnas depinxit tabellis. Propert. *lib.* 2. ¶ Depingere verbis rem aliquam. Plaut. *Pœn.* Formam quidem hercle verbis depinxisti. Cic. 2. *de finibus:* Pudebat te, inquam, illius tabulæ, quam Cleanthes sanè commodè verbis depingere solebat. Depingere facta alicujus. Terent. *in Pherm.* Propè eorum facta imprudens depinxit senex. ¶ Depingere cogitatione. Cic. 4. *Acad.* Ut & ea declarant, quæ cogitatione depingimus. Idem 1. *de nat. Deorum.* Magnam deorum turbam congregat ignotorum, atque ita ignotorum, ut eos ne conjectura quidem informare possimus: quum mens nostra quidvis videatur cogitatione posse depingere.

**Dēpictus**, participium. { מחקה *mechukkáh.* καταγραφὴ. Angl. *Payntyd.* } Quintil. *lib.* 6. Tabella depicta.

**Dēplāngo**: Plango, vel vehementer plango. { נהה *nahách.* ἐκθλίβω. Gall. *Mener grand dueil en se frappant & tourmentant.* Ital. *Piagner assai.* Germ. Groß trauren vnd heulen haben/ inniglich bewainen. Hisp. *Muche planer y llorar.* Angl. *To lamente and bemaile greatly.* } Ovid. 4. *Met.*

——— *Cadmeida palmis*
*Deplanxêre domum scissis cum veste capillis.*

Idem *lib.* 14.

——— *& ipsa suis deplangitur Ardea pennis.*

**Dēplānō**, as: Complano, planum facio. { שוה *schivvah.* ἐξομαλίζω. Gall. *Aplanir, égaler.* Ital. *Spianare.* Germ. Ebnen/ eben machen. Hisp. *Llanar.* Angl. *To make even and equal.* } Lactant. *lib.* 4. Ego antè ibo, & montes deplanabo.

**Dēplānto**, as: quod plantatum erat evello. { נתש *nathásch.* ἐκφυτεύω. Gall. *Déplanter, prendre d'un lieu, & planter en l'autre.* Ital. *Snellere. sbiantare.* Germ. Etwas gepflantzt außreitten/außjehen. Hisp. *Arrancar lo plantado.* Angl. *To take up that which was planted.* } Plin. *lib.* 17. *cap.* 16. Sed utraque infirmissima, & quæ cortice nitantur tantùm, vel leni aura ocyssimè deplantantur. Colum. *lib.* 2. *cap.* 2. Ne aut earum bos ad stipitem vehementiùs offendat, aut extremo jugo truncum delibret, ramumque deplantet. Varro *lib.* 1. *cap.* 40. Surculos potiùs deplantes quàm defringas.

**Dēplĕo**, es: Exhaurio. { קרח *karách.* בק *bak*, חריק *berik.* καθαντλέω. Gall. *Desemplir & survuider.* Ital. *Votare, evacuare.* Germ. Abschöpffen/ außleren. Hisp. *Vaziar lo lleno.* Angl. *To make voyd and emptie.* } Columell. *lib.* 12. *cap.* 36. Conchæ ferreæ quibus depletur oleum. Papinius,

*Da mihi, si veteres dignè deplevimus haustu,*
*Da fontes mihi Phœbe novos.*

Cato *de re rust. cap.* 64. Oleum si poteris bis in die depleto.

**Deplicare**, decedere, devitare: fortè *Decidere, Delirare*, ut apud Varronem *lirare labia*, legebat quidam, *Declinare*. Sed nihil mutandum. *Deplicare*, per plicas, verbo hybrido, hoc est, ambages & anfractus decedere.

**Dēplōro**, as: Lamentor, conqueror. { ספד *saphádh*, קונן *kónen.* κλαυθμὸν ἄγω. Gall. *Deplorer, plaindre & pleurer.* Ital. *Lamentar, piangendo piagnere.* Germ. Beweynen. Hisp. *Llorar mucho y con lamentacion.* Angl. *To morne and weepe for a thing.* } Cic. *in Catone.* Non libet deplorare mihi vitam, quod multi & indocti sæpe fecerunt. Et *lib.* 2. *Offic.* Admonebat me quoque res, ut hanc quoque intermissionem eloquentiæ deploratem: nisi vereret ne de me ipso aliqua videret queri. ¶ Aliquando est, plorandi finem facio: unde deplorata cadavera dicebantur, quibus ultimus luctus persolutus erat. Liv. 4. *ab Urbe.* Ante omnia deplorati erant equites, non privato magis, quàm publico luctu. Rempublicam item dicimus deploratam, jam eversam, vel de qua nihil melioris spei superesset. Morbus item deploratus, & ægroti deplorati dicuntur, quibus nullo remedio potest succurri. Plin. *lib.* 28. *cap.* 8. Prodest (ut demonstrabimus suo loco) deploratis in phthisi. Idem *lib.* 26. *cap.* 6. Constat deplorata aurium vitia eo remedio sanari. Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Trist.*

*Se modò, desertos modò deplorasse Penates.*

Idem *ibidem* (verba)

*Pro deplorato non valiturus vive.*

Idem *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Trist.*

*Et deplorata limen adire domus.*

Item, Deplorare aliquem, aliquam, aliquid. Gell. *cap.* 17. *lib.* 10. Deplorandus dies. Quint. Deplorati agri. Liv. *lib.* 1. *d.* 5. Hinc, Indeploratus, a, um, compositum, cujus mortem nemo deflet, ἄκλαυτος. Ovid. *in Ibin.*

*Indeploratum projicere caput.*

**Deploratio.** Senec. *cap.* 9. *de cons. ad Marc.* Unde nobis tanta pertinacia in deploratione nostri.

**Dēplūmis**, e, adjectivum est. Implumis, sine pennis. { ἄπτερος. Gall. *Plumé, sans plume.* Ital. *Senza piume, senza penne, spennacchiato.* Germ. Ohn federn/ vngefidert. Hisp. *Sin plumas, ò desplumado.* Angl. *Featherlesse without feathers.* } Plin. *lib.* 3. *cap.* 14. Inveniuntur ibi nudæ atque deplumes.

**Dēplŭo**, is, ere: Deorsum pluo, sive ex loco superiore pluo. { ירה *himtir.* καθύω. Gall. *Pleuvoir.* Ital. *Piovere.* Germ. Oben abtun regnen. Hisp. *Llover.* Angl. *To rayne downe right.* } Columell. *lib.* 10. *cap.* 11.

*Inque sinus matris violenter depluit imber.*

Tib. *lib.* 2.

*Ha fore dixerunt belli mala signa cometen,*
*Multus ut in terram deplueretque lapis.*

**Dēpōno**, is, ere, authore Festo, idem quod perficio, quia in omni opere positio ultimum sibi vindicat locum. { פרס *parás.* ἐξαρτίζω. Gall. *Polir, parfaire un ouvrage, finir.* Ital. *Polire, finire.* Germ. Außgleichen/ außbutzen. Hisp. *Muche polir.* Angl. *To polish, to perfyte or put an end to any worke.* } Neque enim ante res politi consuevit, quam perfecta sit. Inde depositum, idem est quod perfectum. Sæpe tamen accipitur pro simplici. Plin. *lib.* 24. Si verò core depositum est, nigri pavimenti usum obtinet.

**Dēpōnĕre**, est deorsum ponere. { הניח *hinniach.* καθίημι. Gall. *Mettre bas.* Ital. *Disporre, porre giu, lassar stare.* Germ. Ablegen/ nider legen/ oder niderlassen. Hisp. *Apostar ò poner en tercería, quitar de lugar.* Angl. *To late downe.* } ut, Deponere sarcinam. Plaut. *in Curc. sc.* 1. *a.* 2. Propino magnum poculum, ille ebibit: Caput deponit, condormiscit, ei subduco annulum. Idem *in Mostell. sc.* 1. *a.* 2. Ecce autem hic deposuit caput & dormit. Seneca *cap.* 6. *de consol. ad Marciam.* Quidam populi ibi consederunt, ubi illos rerum inopia deposuit. Idem *Epist.* 30. Ruinas, quos videbatur oppressura, deposuit (id est, incolumes præstitit.) Idem *cap.* 13. *al.* 31. *de consol. ad Polyb.* In præceps eundem me deposui, non dejeci. Idem *cap.* 15. *de cons. ad Helv.* in quo (filio) solicitudines deposui. Ovid. 6. *Fastor.*

*Diceris & longam deposuisse famem.*

Idem *Eleg.* 7. *lib.* 4.

——— *quàm te charissime credam*
*Mutatum, & curam deposuisse mei.*

Idem 2. *Fast.*

*In gremio vultum deposuisse suo.*

Idem *Eleg.* 11. *lib.* 3. *Trist.*

*Vesque malè crimen matris deponat hirundo.*

Cæs. *lib.* 1. *de bell. civ.* Deponere onera jumentis. Idem *lib.* 3. Deponere sarcinas (id est, tuto in loco relinquere.) *Ibid.* Deponere consilium. ¶ Per translationem etiam dicitur de rebus incorporeis: ut, Deponere dolorem, deponere molestias. Cic. *Attic.* Existimavit honestissimè molestias posse deponi, si me ad philosophiam retulissem. Sic deponere invidiam, curas, simultatem, inimicitias. ¶ Item, Deponere memoriam, vel ex memoria, vel memoriâ, pro oblivisci. ¶ Deponere in publicum pecuniam. Cæs. *lib.* 3. *de bell. civil.* Deponerentur ibi obsides, Corinthum conveniatur. Livius *lib.* 2. *d.* 5. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 4. Nihi properas date stiginta minas quas ego apud te (trapezitam) deposui. ¶ Deponere oculos, i. defigere, aut, ut alii malunt, obdormiscere. Horat. *Carm. lib.* 1. *Ode* 36.

*Omnes in Damalim putres*
*Deponent oculos.*

Plaut. *Anim. sc.* 1. *a.* 2. Ut me deponat vino, eam affectat viam. Rursus, Ille ebibit, caput deponit. Caput autem sustinemus vigilantes, dormientes deponimus. ¶ Deponere ædificationem, est abjicere animum ædificandi. Cic. 3. *famil.* Nunc verò si audierit te ædificationem deposuisse. ¶ Deponere provinciam. Idem *ad Attic.* 2. Quum provinciam deposui in concione. Et *fam. lib.* 5. Illud dico, me ut primùm in concione provinciam deposuerim, statim quemadmodum etiam tibi traderem, cogitare cœpisse. Dicitur autem quis deponere provinciam, quum sponte sua ante legitimum tempus eam recusat, vel coactus magistratu se abdicat: non autem quum exacto proprovinciali tempore magistratu decedit. ¶ Interdum idem est quod privare, καθαιρέω. Suet. Ne imperio turpiter depositus, privatus viveret. Idem *in Aug. cap.* 36. Deponere honorem. Et, Deposito honore. ¶ Deponere etiam aliquid dicuntur certantes pignore, quum aliquid apud arbitrum deponunt, quod futurum sit victoris. Virg. *in Bucol. Eclog.* 3.

——— *Ego hanc vitulam (ne fortè recuses,*
*Bis venit ad mulctram, binos alit ubere fœtus)*
*Depono: tu dic mecum quo pignore certes.*

¶ Nonnunquam etiam est Servanda dare, & fidei alicujus committere. } Gall. *Mettre en dépost, confier & donner à garder.* } Cicer. 3. *Off.* Si gladium quis apud te sana mente deposuerit, repetat insaniens, reddere peccatum sit, officium non reddere. Quintil. Deponere apud memoriam judicis aliquid. Idem Quintil. Deponendam apud Deos urbem censuit Themistocles. ¶ Item aliquando idem quod demoliri & diruere, ut deponere ædificium, *in l.* 2. *D. finium regund.* Hinc depositio ædificii, apud Ulpianum *in l. metum. D. quod metus causa*: Horoman. Deposivi, pro Deposui, præteritum legitur apud Catullum *in Carmine seculari* 32.

*O Latonia maximi*
*Magna progenies Jovis,*
*Quam mater prope Deliam*
*Deposivit olivam*: id est, enixa est.

**Dēpōnens**, partic. qui deponit. ¶ Deponens verbum *minus* ideò dicitur, quia deponit aliquid de quantitate communis verbi: scilicet passivam significationem, & futurum participium in dus, quod est significationis passivæ. Nam quum participia quatuor habeat verbum commune, ut Criminans, criminaturus, criminatus, & criminandus: deponens tantùm habet tria, ut Minor, minans, minaturus, & minatus, non autem minandus.

**Dēpōsĭtio**, nis, παρακαταθήκη, actio qua depositum aliquid apud aliquem intelligitur, id est, Custodiæ traditum. Ulpian. *D. lib.* 16. *tit.* 3. *l.* 1. Vel conditio depositionis non extitit.

Depositio etiam est dejectio ab aliquo gradu dignitatis. ἀπόθεσις. Ulpianus *D. lib.* 49. *tit.* 18. *l.* 8. Aut damnum cum infamia, aut dignitatis alicujus depositionem.

**Dēpōsĭtus**, particip. Ad custodiendum traditus. { מפקד *mephkéd.* παρακαταθήκη. Gall. *Deposé, baillé en garde.* Ital. *Cosa data in guardia, ò in deposito.* Germ. Zubehalten oder zuverwaren gegeben. Hisp. *Deposito, ò lo que se apuesta.* Angl. *Layed downe, left in anothers keeping.* } ut, Depositam pecuniam recuperare. *Cic. pro lege Agrar.* Ovid. 6. *Fastor.*

*Depositum terra sustulit ille caput.*

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Trist.*

*Depositum nec me qui fleat ullus erit.*

¶ Depositus, aliquando ponitur pro desperatus, ab omnibus derelictus. Cic. 3. *Verr.* Itaque mihi videor magnam & maximè ægram, & propè depositam Reipubl. partem suscepisse. Virg. 12. *Eneid.*

*Ille*

*Ille ut depositi perferret fata parentis,*
*Scire potestates herbarum, usumque medendi*
*Maluit, & mutas agitare inglorius artes.*

Ubi Servius, Depositi, id est, desperati. Nam consuetudo erat, ut desperati ante januas suas collocarentur, vel ut extremum spiritum redderent terræ, vel ut possent à transeuntibus forte curari, qui aliquando simili laborarunt morbo.

**Dēpŏsĭtor**, qui apud alterum quippiam deponit. { מפקיד *maphkid*. καταθέτης. GALL. *Deposeur*. ITAL. *Il depositore, quello che da à luogare qualche cosa ad alcuno*. GERM. Der einem etwas legt/ der einem etwas zubehalten gibt. HISP. *Aquel que confia del deposito*. ANGL. *That geveth or layeth up to keep*. }

**Dēpŏsĭtum**, i, Substantivum. Alicui commendatum, creditum, res deposita. { פקדון *pikkadhón*. παραθήκη. GALL. *Depost, ce qu'on baille en garde*. ITAL. *Il deposito, quello che se da in salvo*. GERM. Das hinder einem gelegt/ oder einem zubehalten gegeben ist. HISP. *El deposito, ò lo que se apuesta*. ANGL. *That is left in anothers keeping, a pleage, a gage*. } Quod deponitur, hoc est, quod alicui sub fide traditur, vel quod pignoris loco dimittitur: vel quod sequestro à pluribus in solidum certa conditione custodiendum, reddendúmque, quum fuerit de jure discussum, traditur. παρακατάθηκη. Cic. 3. *Offic*. Quid si qui apud te pecuniam deposuerit, bellum patriæ inferat, reddéne depositum? Non reddere depositum, maxima injustitia est. Juvenal. *Satyr*. 13.

*Depositum tibi sospes erit.*

Et alibi *in ead. Satyr*. 13.

*Nunc si depositum non inficietur amicus.*

¶ Clam depositum. Cicero, Qui propter avaritiam clam depositum non reddit, quod est injustitiæ. Quintil. *cap*. 13. *lib*. 1. Literæ custodiunt voces, & velut depositum reddunt legentibus. Idem, In deposito sunt optimè (i. in margine libri ad tempus.)

**Dēpŏsĭtārĭus**: Custos depositi, vel susceptor depositarum rerum. { παραθηκοφύλαξ ὁ παρὰ, παραφυλακή. GALL. *Depositaire, garde de biens, celuy à qui on a baillé quelque chose en garde*. ITAL. *Chi ha in deposito, quello à chi s'è data qual cosa in guardia*. GERM. Ein behalter der etwas zubehalten hindersich nimpt. HISP. *Aquel en quien se confia el deposito*. ANGL. *A keeper of that which is given to keep*. } Ulp. *lib*. 16. *D. tit. depositi, vel contrà, l*. 1. §. *si pecunia* 36. Satisdatione autem non intervenientè, tam in ædem deponi, & actione depositarium liberari.

**Dēpōntāni**, authore Festo, dicuntur senes sexagenarii, qui de ponte dejiciebantur, hoc est, suffragio quod de ponte ferri solebat, privabantur. Unde locus factus proverbio, Sexagenarios de ponte dejicere, id est, natu majores, perinde quasi deliros, & ad omne vitæ munus inutiles in otium rejicere, atque omni functione negotiorum relegare.

**Dēpŏpŭlo**, & frequentiùs **Dēpŏpŭlŏr**, aris, ari: destruere, vastare & diripere. { שדד *schadhádh*. καταλύειν, ἀφανίζειν. GALL. *Saccager, ravager, dépeupler, piller, fourager, dégaster, detruire*. ITAL. *Saccheggiare, guastare, predare*. GERM. Verhergen/ zerstören/ plündern. HISP. *Robar el campo, destruir*. ANGL. *To destroy, to waste and spoile*. } Plin. *lib*. 18. *cap*. 10. Salassi quum subjectos Alpibus depopularentur agros. Cic. 5. *Verr*. Qui quum agros maximos, ac feracissimos per scipsum, hoc est, per Apronium, Verrem alterum, depopularetur. Ovid. *Eleg*. 10. *lib*. 3. *Trist*.

*Vicinam latè depopulatur humum.*

¶ Legitur Depopulo, activè apud Hirtium *lib*. 6. *de bello Hispaniensi*: Agros { inquit } vestrámque provinciam vestro impulsu depopulavit.

**Dēpŏpŭlātĭo**, nis: Vastatio, direptio. { שוד *schodh*. πόρθησις. GALL. *Dépeuplement, pillement, dégast, destruction*. ITAL. *Sacco, distruggione*. GERM. Verhergung/ zerstörung/ plünderung. HISP. *Aquella obra de robar el campo, destruimiento*. ANGL. *A robbing, or wasting, a pilling*. } Cic. *pro Font*. Provincia à Thracum depopulatione defensa. Idem *de Arusp. resp*. Qui excisionem, inflammationem, eversionem, depopulationem, vastitatem meis omnibus rectis atque agris intulerunt.

**Dēpŏpŭlātŏr**, is: Vastator, direptor. { שודד *schodhédh*. πορθητής. GALL. *Saccageur, destructeur, pilleur*. ITAL. *Struggitore, saccheggiatore*. GERM. Ein verhergen Plünderer. HISP. *Corredor que roba el campo*. ANGL. *A robber, spoiler or destroyer*. } Cic. *pro domo sua*, Depopulator soli, obtrectator patriæ.

**Dēpŏrto**, as, are: Refero, repotto, affero. { κομίζω κατά, ἀπαγωγή, καθαγωγίζω. GALL. *Emporter, en aporter d'un lieu en autre, transporter*. ITAL. *Transportare, portare di luogo à luogo, confinare*. GERM. Hintragen/ oder herbringen. HISP. *Desterrar alguno à lugar cierto*. ANGL. *To bring or carie away, transport*. } Plaut. *Asin. sc*. 1. *a*. 3. Quid dedit? quid deportari jussit ad nos? Idem *Pseud. sc*. 2. *a*. 1. Nisi mihi culeis oleum deportatur, faciam ut culeo deportere in pergulam. Cic. *pro domo sua*. Hoc simulachrum quidam homo nobilis ad ornatum Ædilitatis suæ deportavit. Idem *pro Pompeio*, Pompeius bellum in Africa confecit, victorem exercitum deportávit. ¶ Interdum idem quod simplex Porto. Idem *Attic*. Quæ arma superabant, ea si Brundusium jumentis deportaveritis, vehementer Reipublicæ profueritis. Colum. *lib*. 5. Nec procul à mari, vel navigabili flumine, quo deportati fructus, & per quod merces vehi possint. ¶ Deportare in insulam, est civitate privare, & vinctum nervo, aut compedibus, in navim aliquam impositum, servis publicis, ut cum in insulam certam transferrem, tradere. Ter. *in Pherm. sc*. 3. *a*. 3. Tantáne affectum hominem quemquam esse audacia? Nonne hoc publicitùs sceleris hinc deportarier in solas terras? Unde deportati dicuntur exules, certæ alicujus insulæ, aut alterius loci limitibus circunscripti, quos nisi aperto vitæ discrimine, egredi non liceat. Ulpianus *in l*. 7. §. 2. *D. de interdict. releg. & deport. & in l*. 14. *eod. tit*. Hæc est differentia inter deportatos, & relegatos, quòd in insulam relegari ad tempus, & in perpetuum quis potest: deportatos autem eos accipere debemus, quibus Princeps insulas adnotavit, vel de quibus deportandis scripsit. ¶ Transferre enim ad ea quæ delectationem,

laudem, & vituperationem habent, ut quum aliquem laudamus, vel dedecus ex aliquo loco dicimus deportasse. Cicer. *Trebatio*. Mihi crede, nihil ex ista provincia potes, quod jucundius sit, deportare. Idem *in Catone*. Teque non cognomen solùm Athenis deportasse. ¶ Transfertur etiam ad verba, quum quis proverbia verba reportat. Virg. 2. *Æneid*.

——*ipsique adytis hæc tristia dicta reportat.*

**Dēportātĭo**, verbale. { שיורת *schéth*. ἀποφορά, ἀπόφερσις. GALL. *Emportement d'un lieu en autre*. ITAL. *Portamento*. GERM. Ein hinträgung/ oder zubringung. HISP. *El destierro para cierto lugar*. ANGL. *A transporting, or carying out of one place to another*. } Cat. *c*. 144. De fundo ligna & oleam ne deportato. Qui oleam legerit, qui deportarit, in singulas deportationes it-s. it. deducentur, neque id debebitur. ¶ Deportatio præterea pœnæ illud genus significat, quo aliquis in insulam deportatur, de quare paulò antè.

**Dēportātĭo**, est perpetua in exilium, sive insulam condemnatio. Civium Rom. pœna, *l. inter pœnas, ff. de interd. & releg*. Unde præter aliquem civem deportare non potest.

**Dēpōsco**, is, ere, depopoci: Instanter petere, & quodam quasi jure exigere. { בקש *bikkesch*. αἰτῶ. GALL. *Demander, requerir*. ITAL. *Dimandare con instanza*. GERM. Mit anhalten begeren/ fordern. HISP. *Demandar con instancia*. ANGL. *To ask and desyre instantlie*. } Cicero 6. *Verr*. Ut illa flamma divinitus extincta videretur, non quæ deleret Jovis Opt. Max. templum, sed quæ præclarius, magnificentiúsque deposceretur. Cæsar 2. *bell. Gall*. Principem sceleris ipsius, & concitatorem belli Cottiatum ad supplicium deposcit. Sueton. *in Cæs. cap*. 68. Pœnam in se ultrò deposcerunt. Colum. *lib*. 1. Cannabis solum pingue, stercoratúmque & riguum, vel planum atque humidum subactum deposcit.

**Dēpōsĭtō**, Depositum. Vide *Depono*.

**Dēpōstŭlo**, as: Postulo. { בקש *bikkésch*. αἰτῶ. GALL. *Demander, requerir, prier*. ITAL. *Dimandare con preghi*. GERM. Häfftig begören. HISP. *Mucho rogar y demandar con ruegos*. ANGL. *To ask to demande that is due to the asker*. } Hirtius 6. *bell. Hispan*. Civitates contrariæ Pompeio auxilia sibi depostulabant.

¶ Depostulatores, qui postulant. Tertull.

**Depotior**, μεθυσκόμενος. Gloss. Ergo à depotus, ex de & potus. ¶

**Dēprædŏr**, Populor. { שדד *schadhádh*. πορθέω, λῃστεύω. GALL. *Dépopler, piller, faccager*. ITAL. *Depredare, saccheggiare*. GERM. Berauben/ plündern. HISP. *Mucho robar, despojar*. ANGL. *To robbe and take booties or preys*. } à quo Deprædator, & Deprædatrix, verbalia nomina.

**Dēprælĭor**, aris: Prælior. { נלחם *nilchám*. ἀγωνίζομαι. GALL. *Débatre, combatre*. ITAL. *Combattere, far fatt d'arme*. GERM. Streit ten/ kämpfen. HISP. *Pelear*. ANGL. *To fight*. } Hor. *in Carm*.

*Permitte divis cætera, qua simul*
*Stravêre ventos æquore fervido*
*Depræliantes*, &c.

**Dēprāvo**, Pravum facio, vitio, adultero, corrumpo, & quod benè alii dictum, aut scriptum est, in deteriorem partem detorqueo: { עוה *Sivéth*. עקש *bikkesch*. λοξόω, ἀγκύλω, φαύλω. GALL. *Torquer, corrompre, & gaster*. ITAL. *Vitiare, falsare, adulterare, corrumpere*. GERM. Verbösern/ verderben. HISP. *Torcer lo derecho à verdad, corrumper, destruir*. ANGL. *To corrupt, to mak crooked or ill*. } Ter. *in Pherm*. Nihil est tam benè dictum, quin malè narrando possit depravari. Cic. 1. *de finib*. Sed ita, ut quæ corrigere vult, mihi quidem depravare videatur. Depravare hominem, pro factis, vel debilitatis membris vitiare. Senec. *Epist*. 101. Deprave licèt, dum monstruoso & distorto temporis aliquid supersit.

**Dēprāvātus**, part. Corruptus. { מעוה *meévváh*. διαφθορός, διαστρεβλωτός, διαστροφός. GALL. *Corrompu, gaste, depravé*. ITAL. *Guastato, corrotto*. GERM. Verbösert/ verderbt. HISP. *Guastado, corrumpido*. ANGL. *Corrupted, made ill*. } Cicer. 2. *Divin*. Illúdne dubium est, quin multi, quum ita nati essent, ut quædam contra naturam depravata haberent, restituerentur, ac corrigerentur ab natura, quum se ipsa revocasset aut arte, aut medicina? Idem 1. *de fin*. Idque facere nondum depravatum, natura incorruptè atque integrè judicante.

**Dēprāvātĭo**, verb. Corruptio, distortio. { עקשות *hitteschúth*. διαστροφή, καμπύλωσις, καμπύλωμα. GALL. *Torture, entorsure, corruption, dépravation*. ITAL. *Corruttione, guastamento*. GERM. Verdrehung/ verkehrung. HISP. *Torcimiento, guasto*. ANGL. *Corrupting, trucking and making ill*. } Cic. 1. *Off*. Depravatio & fœditas turpificati animi. Consuetudinum depravatio, 1. *de Legibus*. Depravatio oris, *de Oratore*.

**Dēprāvātè**, adverbium. { διαστρεβλωτικῶς. GALL. *Tortuement, contre droisture & raison, mal*. ITAL. *Contra il dritto & ragione*. GERM. Verdrehtlich/ boshafftiglich. HISP. *Torcendo lo derecho*. ANGL. *Crookedlie, against right and raison*. } Cic. 1. *de fin*. De quibus neque depravatè judicant, neque corruptè.

**Dēprĕcĭātŭs**. Valior factus, cujus pretium imminutum est. { GALL. *Amoindri de prix, devenu à meilleur marché, ravallé de prix*. } Paul. *l*. 2. *D. ad legem Aquil*. Sed & ejus ratio habeti debet, quod cætera corpora depreciata sunt.

**Dēprĕcŏr**: Precor, supplico, precando impetro. Item, valdè, sive vehementer precor, obtestórque; recuso, depello. { חלה *chiliáh*, חתר *bathár*, התחנן *hitchannen*. δέησις, ἔντευξις. GALL. *Fort prier*. Item, *Deprier que quelque chose ne se face pas, refuser, repousser*: ITAL. *Pregare grandamente*. GERM. Abbitten/ vast bitten. HISP. *Vncho rogar*. ANGL. *To praye and intreate fer to do the contrare*. } Plaut. *Asin. sc. ult. vers. pen*. Nunc si vultis huic seni (i. pro hoc sene) deprecari ne vapulet (absurdè) temnitur impetrari posse. Suet. *in Cæs*. Satis constat, Syllam quum deprecantibus amicis & ornatissimis viris aliquandiu denegasset, atque illi pertinaciter contenderent, expugnatum tandem proclamasse. Cic. *in Jul*. At C. Blosius Cumanus, hospes familiæ nostræ, Scævola quum ad me qui aderam cum Lenate & Rutilio Consulibus in consilio, deprecatum venisset. Et *lib*. 1. *ad Heren*. Deprecatio, quum & precatio & consilio facile reus confitetur, & tamen postulat ut sui misereatur.

¶ Habet quandoque contrariam suo simplici significationem, sicut in Dedecet, Despero, & hujusmodi: & sic significat recusare, & precibus contendere ne aliquid fiat, παραιτεῖσθαι, ἀποτρέπειν. Adimus *Ciceroni*, Nec periculum est ullum, quod pro libertate aut refugiam, aut deprecer. Virg. 12. *Æneid.*

——*Equidem mori, nec deprecor, inquit.*

Ovid. *lib.* 1. *de Ponto.*

*Sæpe precor mortem, mortem quoque deprecor idem,*
*Ne mea Sarmaticum contegat ossa solum.*

Quint. *cap.* 13. *lib.* 2. Deprecari munus docendi. Suet. *in Aug. cap.* 5. Dictatura in magna vi offerente populo, genu nixus, nudo pectore deprecatus est (id est, recusavit.) Idem *in Calig. cap.* 9. Invidia, quæ sibi fieret, deprecati sunt (id est, à se removerunt, depulerunt, &c.) Gell. *cap.* 2. *lib.* 11. Atque ita nugator homo deprecatur Ciceronis errores: Et non fuit (inquit) Ciceronis hoc vitium, sed temporis, &c. Hic *Deprecatur*, idem significare videtur, quod excusat, depellit, removet, defendit, quo sensu usus est Cic. *lib.* 2. *de Repub.* ut infrà dicetur: & ipse Gell. *cap.* 16. Vide Suet. *in August. cap.* 5. Livius *de bell. Macedon.* utramque significationem complexus est. Ego si quid sceleratè in fratrem admisi, nullam deprecor pœnam: si innocens sum, ne invidia conflagrem, cùm crimine non possim, deprecor. Horam prius pro Abominor, detestor, sive recuso, sumitur: posterius pro vehementer precor. Suet. *in August. cap.* 5. Quum Lectorius adolescens Patricii generis in deprecanda graviore adulterii pœna allegaret se esse professorem. Author ad Heren. *lib.* 4. Audes verbum facere? audes quicquam petere? audes supplicium deprecari? (hoc est, conari precibus efficere, ne supplicium de te sumatur.) ¶ Interdum idem est quod depellere, vel à se removere, ἀποτρέπειν. Inde dicimus, Deprecari invidiam, ignominiam, calumniam. Quint. *lib.* 3. scribit deprecationem, depulsionem esse. Item Cic. *in Catil. lib.* 1. Nunc ut à me P.C. quondam propè justam querimoniam detester atque deprecer, percipite quæso diligenter quæ dicam. Idem *pro Balb.* Quiddam de communi additione omnium nostrûm, deprecandæ malevolentiæ causâ, breviter commemorandum videtur. Qua de re si Gellius scripsit *cap.* 16. *lib.* 6. Deprecari significare execrari, detestari, depellere, vel abominari, non fuit culpandus à Laurentio Valla, cùm Depello hisce Ciceronis exemplis probè conveniat, & cùm Deprecor maximè congruat, propter præpositionem De, quæ ambobus præposita est: Execror verò, detestor, abominor, quum penè idem significent quod recuso, etiam ipsi verbo Deprecor conveniunt in ea significatione, in qua suprà illud Ovidii,

——*mortem quoque deprecor idem,*

diximus accipiendum: ut & illud Cicer. *lib.* 2. *de Repub.* Etiam Clodii invidiam Gracchi charitas deprecabatur, id est, propulsabat & defendebat. Salust. *in Jugurtha.* Tantummodò imperium inimici, & cruciatus corporis deprecor. ¶ Quandoque deprecari, est precibus eximere. ἐκλίσσεσθαι. Cic. *de leg. Agrar.* contra Rullum, Si quid deliquero, nullæ mihi sunt imagines, quæ me vobis deprecentur. Cic. *pro P. Sylla.* Multorum hic vitam à L. Sylla deprecatus.

**Dēprĕcātio**, nis: Precatio, postulatio, veniæ rogatio. { תחנה *techinnáh.* ἱκετηρία. Gall. *Priere, requeste, supplication de pardonner une faute faite.* Ital. *Il demandar perdono, richiesta di ottenere perdono à chi confessa il suo fallo.* Germ. Ein abbitten/fürbitten/entschuldigen. Hisp. *Entrevenidor, excusador.* Angl. *A suter freme him or the.* } Cic. *lib.* 1. *Epist.* Post temeritatem nostri Dolabellæ, deprecationem nec pro illius periculo præben. Idem *pro Pompeio.* Cretenses ad Pompeium legatos deprecatoresque miserunt. Idem *pro L. Flacco*, Sperabam judices, honoris potiùs L. Flacci me adjutorem futurum, quàm miseriarum deprecatorem. Deprecator fortunarum alicujus, pro Servatore. Idem *pro Plancio*, Nec me solùm deprecatorem fortunarum tuarum, sed comitem sociúmque profitebor. Budæus.

**Dēprĕcābŭndus**. { מתחנן *mithchanném.* παρακλητικός, ἱκετικός, ἱκέσιος, ἱκετηρίος. } Pro precante, & petente donum. Tacitus, Ut Lateranus quasi subsidium rei familiaris oraret deprecabundus & genibus accidens.

¶ Depreciatus, a, um, cujus precium imminutum est. Depreciati, ἐκπεπτωκότες. Gloss. depreciare, minuere. Sidon. 1. *epist.* 7. & 2. 10.

**Dēprĕhĕndo**, is: Comprehendo, animadverto, agnosco, comperio. { אחז *matsa*, תפס *taphás*, תבוסה *hechbiesh.* φωρᾶν, καταλαμβάνειν. Gall. *Surprendre, prendre sur le fait.* Ital. *Sopraprendere alcuno nella colpa, e trovare in fallo.* Germ. Einen betretten/ertappen heimlich befinden. Hisp. *Tomar en hurto ò malefitio.* Ang. *To take a man unwares.* } Deprehendere hominum mentes. Suet. *Calig. cap.* 65. Deprehensam culpam tueri. Quint. Animalia quædam in angustiis deprehenduntur. Idem, Deprehensa ejus vanitas. Vellems. Deprehendunt, deprehensaque excipiunt. Cæs. *lib.* 1. *de bell. civil.*

——*Deprehensum Ulyssis*
*Ingenio.*

Ovid. 13 *Metam.*

*Vique fugax avidis cervus deprehensus ab ustis.*

Idem. *Eleg.* 11. *lib.* 3. *Trist.* Deprehensus Primipili centurio (id est, captus.) Deprehensi Galli eo genere pugnæ. Liv. *lib.* 3. *d.* 4. ¶ Item Deprehensus, id est, convictus. Suet. *in Claud. c.* 37. Is pro deprehensu (id est, convicto) ad pœnam raptus est. ¶ Deprehendere, pro comperire, videre, sive intelligere. Sueton. *in Cæs. cap.* 35. Fugientem (Pompeium) Alexandriam Cæsar persecutus, ut occisum deprehendit, cum Ptolemæo bellum gessit: id est, ubi intellexit, vel vidit præter opinionem. Quintil. *cap.* 10. *lib.* 1. Deprehensi subita necessitate agendi & dicendi. Gall. *Effatus surpris.* Plaut. *in Asin.* In furto ubi sis deprehensus. Cicer. 5. *Verr.* Quicquid in altero vitium deprehendit, in eo ipse deprehenditur. Deprehensus ab hostibus, à tempestate. Virg. *lib.* 4. *Georg.*

*Deprehensi olim statio tutissima nautis.*

Horat. *in serm.*

——*deprehensi non bella est fama Thraconis.*

Unde & Deprehensa, genus animadversionis in milites, quum certo in errore deprehensi fuissent: castigatione major, ignominiâ minor. Cicer. *pro Cælio*, Quum ego facinora oculis priusquam opinione, manibus antequàm suspitione deprehendi. Lactant. *lib.* 1. de Jove loquens, Nonne à sua prima pueritia impius pene parricida deprehenditur. Testis deprehensus, qui varians vulgò titubánsque dicitur. Quint. *lib.* 5. *cap.* 7. Turbantur enim, & à patronis inducuntur in laqueum. Sed & plus deprensi nocent, quàm primi & interriti profuisseot.

**Dēprĕhensŏr**, is, nomen verbale, ὁ ἁλούς.

**Dēprĕhensio**, nis. Subita comprehensio, animadversio. { תפיסה *hatcharáh.* φώρασις. Gall. *Surprinse, connoissance de ce qu'on ignoroit.* Ital. *Il sopraprendere, cognitione.* Germ. Ergreiffung/ entdeckung. Hisp. *Obra de tomar assi, conocimiento.* Angl. *A suddane taking of any man unwares.* } Cic. *pro Cluentio.* Subita veneni deprehensio.

**Dēprĕtĭo**, as, are: Ad minus pretium redigere. Paulus *in l. proinde. ff. ad leg. Aquil.* Et ejus ratio habeti debet, quo cætera corpora deprætiata sunt.

**Deprætiatus**: vide supr. *Depreciatus.*

**Dēprĭmo**, is, depressi. Conculco, affligo, protero, demitto. ✠ Extollo, erigo. { תחת *hippil*, תשפיל *hischil*, שח *mach.* ταπεινοῦν, πτύσσειν. Gall. *Abbaisser, mettre bas. Enfondrer, mettre à fonds.* Ital. *Deprimere, abbassare, humiliare.* Germ. Niderdrucken/nider dorffen drucken. Hisp. *Abaxar y abatir, suprimir.* Angl. *To holde under or hold downe, to weigh or presse downe.* } Cæsar *lib.* 1. *de bell. civil.* Naves deprimere, & ubique, &c. Senec. *cap.* ult. *de tranquill.* Ebrietas non ut mergat nos, sed deprimat curas. Varr. Ab eo depressus, à quo erigi, extollique sperabam. Lact. *lib.* 3. Ita dum hominem quærit extollere, rem ipsam deprimit. Idem *lib.* 6. Alterà quæ ad inferos deprimat, id est, deorsum premat, vel mittat. Author *libri* 3. *ad Herennium*, Quum maximè data & depressa voce principia dicemus: id est, submissa. Plin. *lib.* 1. *cap.* 36. Terrena in cœlum tendentia deprimit siderum vis. Cic. *antequam iret in exilium.* Nam quem virtutis gloria cum summa laude ad cœlum extulit, eundem inimicorum invidia indignissimè oppressum deprimit ad supplicium.

**Deprĕssus**, nomen ex participio. Humilis, summissus. { שפל *shephál*, נמך *namách.* ταπεινός, ὑποκείμενος. Gall. *Abaissé, mis bas.* Ital. *Basso, prenzo.* Germ. Nider / nidergedruckt. Hisp. *Puesto abaxo.* Angl. *Holden under weighed downe, lowne.* } Col. *lib.* 1, *cap.* 2. Quum ex depressiore loco fuerint orta fundamenta. Idem *lib.* 2. *cap.* 9. Modò in elatiora, modò in depressiora clivi obliquum agi sulcum oportebit. Depressior, Depressus. Tibul. *lib.* 4.

*Instabilis (Libera) natat alterno depressior orbe.*

Senec. *cap.* 9. *de cons. ad Helv.* Depressus fodere.

**Depressio**, nis, ταπείνωσις. Macrob. *Saturn. lib.* 1. *cap.* 20. Sed semper velut è quadam imæ depressionis senecta in altitudinem suam, ut in robur revertitur juventutis.

**Depressĭtās**, atis, declivitas, devexitas, κάθετος. Apuleius *in Hermetis Asclepio*, Non depressitas terræ ejus opera impedit.

**Dēprŏmo**, is: Profero, expromo, expono. { הוציא *hotsi.* ἐκφέρειν, προκομίζειν. Gall. *Tirer ou mettre hors.* Ital. *Proferire, dar fuora.* Germ. Herfür nemmen/fürhin thun. Hisp. *Sacar lo guardado.* Angl. *To bring or drawe.* } Cic. 2. *Offic.* Altera ex arca, altera ex virtute depromit. Idem *lib.* 3. *de finibus*, Nam quibus è locis, quasi thesauris argumenta depromerentur, vestri ne suspicati quidem sunt. Plaut. *Amphyt.* Iode quasi é promptuaria cella, depromat ad flagrum. Idem *Curc. fr.* 1. *a.* 2. Quin depromantur mihi quæ opus sunt, (verba Coqui ad Attiensem.)

**Deprōmptŭs**, participium. { מוצא *mutsá.* προκείμενος, ἕτοιμος, παρασκευαστός. Gall. *Tiré & mu hors.* Ital. *Nesso è posto fuori.* Germ. Herfür gebracht/ fuhin gethon. Hisp. *Sacado de fuera.* Angl. *Taken and drawen out.* } Cic. 3. *de Orat.* Ita & momenti aliquid afferens: quum erunt penè ex intima defensione depromptæ, & apparebit eas, &c. Depromptæ ærario pecuniæ. Idem *pro L. Manil.*

**Deprŏpĕro**, as: Propero, festino. { מהר *mihér.* σπεύδειν, προπετεύεσθαι. Gall. *Se hastier fort.* Ital. *Affretarsi.* Germ. Häfftig eilen. Hisp. *Mucho apressurarse.* Angl. *To speed, to mak great haste.* } Plaut. *Pœnul.* Depropetant sedulò sacrificare. Horat. 2. *Carm. Ode* 7.

——*quis ade*
*Deproperare apio coronam*
*Curatve myrto?*

id est, festinanter afferre. Acron.

**Dēpso**, is, significat subigendo manibus aliquid molle & teneram reddo. { לש *lasch.* ἀναπλάσσειν. Gal. *Pestrir & amollir avec les mains.* Ital. *Fare il panegra malando.* Germ. Mit den händen etwas weich machen/bereiten/kneten. Hisp. *Sovar.* Angl. *To kneadde.* } Cato *de re rust. cap.* 76. Deinde manibus benè depsito. ¶ Significat etiam obscœnum quiddam: ut Cic. *in epist. ad Patum*: Barbe, inquit, impudenter: depsit multò impudentiùs: atqui neutrum est obscœnum. Composita hujus, Condepso, Perdepso. Catull. Patrui perdepsunt ipsam uxorem. Vide *Permolere.*

**Dēpsĭtĭcĭus**,

Dēpsĭlĕchī, ā, um. Depsendo, id est, subigendo confectus. {Ἀναξυρίδες. Gall. *Paistri, amolli avec les mains.* Ital. *Gramolato, intenerito.* Germ. Gedruckten/ gerörtet. Hisp. *Cosa sovada.* Angl. *That is made soft by kneading.*} Cato *cap.* 74. Panem depsticum sic facito, &c.

Dēpŭbēs, vel depubis, dicitur is, qui ad pubertatis annos non potuit pervenire, ἀνήβης. Hinc depubetem porcum dicimus, quem lactentem occidimus. Ex Festo.

Dēpŭdĕrĕ, Pudorem abjicere. {ἀναιδεύεσθαι. Gall. *N'avoir point de honte, estre effronté, avoir perdu la pudeur.* Ital. *Gittare la vergogna, divenir sfacciato.* Germ. Sich verschämen/ alle scham hindan setzen. Hisp. *Echar la verguenza.* Angl. *To cast of shame, to have a brasen face.*} Ovid. 4. *Epist.*

*Depuduit, profugúsque pudor sua signa reliquit.*

Seneca *de Tranquill. vita.* Si durities oris ille hoc potuit, qui assiduis conviciis depudere didicerat. Velleius, Cùm eum non depuderet maxime infestare.

Dēpūdĕsco, scis, quo usus est Hieronymus *ad Eustochium*, Non depudesco infelicitatis meæ.

Dēpŭdĭco, as: Violo, stupro, & pudicitiam aufero. {טמא *tamáh*. Αἰσχύνω. Gall. *Ravir l'honneur, violer.* Ital. *Tor l'honore, violare.* Germ. Schänden/ schwechen/ scham vnd ehr benemmen. Hisp. *Corromper ò poner tacha.* Angl. *To defloure, to foyle.*} Usus est etiam Laberius in Mimis, teste Gell. *lib.* 16. *cap.* 7. *in prine.*

Dēpūgno, as, are: Pugno, certo, decerto, dimico. {נלחם *nilchám*. Ἀγωνίζομαι. Gall. *Combattre, faire guerre.* Ital. *Contendere, combattere.* Germ. Streiten/ kämpffen. Hisp. *Contender y pelear.* Angl. *To strive, to fight.*} Cic. *de Senect.* Depugnavit apud Thermopylas. Idem *pro Cecin.* Non erit cur depugnare posthac possessionis causâ velit.

Dēpūgnātĭo, nis. Jul. Firmo *Math. lib.* 4. Ex forensium certaminum depugnationibus liberatus.

Dēpūgnātŭr, impersonale. Cic. *ad Att. lib.* 16. Calendis Januariis erit fortasse præsidio: aut quidem anteà depugnabitur.

Dēpūgnātŭs, participium, καταμεμαχημένος. Plaut. *Menach.* Sed metuo ne serò veniam, depugnato prælio.

Dēpūrgo, as: Purgo. {ברר נקה *bará nikkáh*. Καθαίρω. Gall. *Purger de tout, nettoyer.* Ital. *Purgare.* Germ. Zuſſeubern/ reinigen. Hisp. *Purgar ò limpiar.* Angl. *To make cleane, to cleanse.*} Cato *de re rust.* Terram cum stercore bene permiscero, depurgato ab herba graminibúsque. ¶ Dicimus etiam depurgare crimina, pro excusare, & diluere. Liv. 9. *bell. Macedon.* Filium mittere Romam simul ad depurganda crimina, simul ad deprecandam iram Senatus statuit.

Dēpŭto, as: Puto, reseco, ramis, sarmentisve superfluis arborem vitémque libero. {זמר *zamár*. καθαίρω. Gall. *Couper, tailler.* Ital. *Tagliar via, potare.* Germ. Abschneiden/ abhauen. Hisp. *Cortar y podar.* Angl. *To prune or cut of.*} Col. *lib.* 3. In agro macro & ficco vineam imbecillem in brumam amputato: quam partem non deputaveris, circa Calendas Februarii repetito, & deputato. Plaut. *Amph.* Lucri est, quod miseriam deputat. ¶ Item Deputare est existimare, censere, judicare. {חשב *chashab*. λογίζομαι. Gall. *Reputer, estimer, penser.* Ital. *Stimare, pensare.* Germ. Achten/ meinen/ vrtheilen. Hisp. *Pensar ò juzgar, ò inducir.* Angl. *To think, iudge or esteme.*} Quod vulgò dicitur Reputare, non ut multi putant, Delegare. Terent. *in Hecyr. sc.* 3. *a.* 5. Ædepol næ meam esse heras operam deputat parvi pretii, qui ob rem nullam me misit frustrà, ubi totam desedi diem. Plaut. *in Amph.* Inde eras è promptuaria cella depromar ad flagrum? Nec causam liceat dicere mihi, neque in hero quicquam auxilii siet? Nec quicquam sit, quin me omnes esse dignum deputent. ¶ Deputare secum rationes. Terent. *Adelph.* Sed nemo dabit, frustrà egomet mecum has rationes deputo. Deputare in pœnitentiam, est dare pœnitentiam propter delictum.

‖ Deputati, qui in bello vulneratos curabant, collapsos erigebant, & in coronatione Imperatoris ferulam gerebant. Rigalt. ¶ Item ministri Ecclesiæ ad sacrum altare. Lex. gr. b. ¶ Item armorum fabri. Buleng. ‖

Dēpŭvīo, is, ex De, & Pavio, hoc est, cædo. {הכה נגע *hichchéh, naghá*. τύπτω, κρούω. Gall. *Battre, frapper.* Ital. *Battere, percuotere.* Germ. Schlagen. Hisp. *Herir.* Angl. *To beate, to strike.*} Lucilius,

——— *palmisque misellam*
*Depuvit me*: id est, verberavit.

Dēque, opponitur Atque. Hoc auget & minuit: Illud contrà. Vide Gell. *cap. ult. lib.* 10.

Dēquĕrĕŏr, pro simplici Queror, legitur apud Valer. Flac. *lib.* 5. *Argon.*

——— *ante omnes secum dequesta labores.*

{נלין *nalín*. μεμφόμενος. Gall. *Se complaindre.* Ital. *Lamentarsi, querelarsi.* Germ. Sich beklagen. Hisp. *Quexarse.* Angl. *To complayne.*} Item apud Statium *lib.* 1. *Thebaid.*

——— *eadem sub nocte sopora*
*Lustra terit, similésque Notos dequestus, & imbres, &c.*

Dērādo, is: Radendo aufero. {גרד *gharádh*. Ξυράω. Gall. *Racler, oster en raclant.* Ital. *Tagliare radendo.* Germ. Abtragen/ abschaben. Hisp. *Raer alguna cosa de otra.* Angl. *To shave or sheare of or away.*} Plin. Quod derasum est, teritur, & cribratur. Gell. *cap.* 20. *lib.* 7. Deradere ex carmine, & ex memoria.

‖ Derasar, torpet, frigidum est. Gloss. Isid. ‖

Dera, Δηρά, Iberiæ regio, per quam Sicanus fluit. Steph. Quanquam civitatine, an regio sit, in Græco non addatur.

Dērbē, es, Δέρβη, Castellum est & portus Isauriæ, patria Timothei, qui D. Pauli discipulus fuit.

Dērbītēs, Δερβίτης, Gentile.

Derbies, Δέρβιοι. Populi sunt Asiæ, authore Plinio, proximi Hyrcano mari, quos Oxus amnis medios secat. Hi acerrimi delictorum vindicatores creduntur, utpote qui leviſſimum quodque delictum capite puniant. Parentes grandævos, postquam annum septuagesimum fuerint egressi, jugulatos devorant, quam sibi tristissimum genus sepulturæ existimant, quàm à vermibus absumi: circa septuagesimum annum obeuntes non edunt, sed humant, ut scribit Strab. *lib.* 2. Hos Hieronymus Derbices vocat: Massagetæ (inquit) & Derbices miserrimos putant, qui sine ægrotatione moriantur: & parentes, cognatos, propinquos, quum ad senectutem venerunt, jugulatos devorant, rectiùs esse dicentes, ut à se potius, quàm à vermibus comedantur.

Dērcē, Δίρκη. Fons est frigidiſſimus æstate, inter Bilbilim & Segobrigam, in ripa ferè Salonis amnis. Hæc Calepinus *ex Pereroto*. Martialis tamen hunc fontem, Dircennam vocat, non Dircem. Sic enim scribit *lib.* 2. *ad Lucium.*

*Tepida natabis lenè Congedi vada,*
*Molliſque Nympharum lacus:*
*Quibus remissum corpus astringes brevi*
*Salone, qui ferrum gelari*
*Avidam rigens Dircennæ placabit sitim,*
*Et Nemea, quæ vincis nives.*

Quo in loco, si Dircæ legatur, versui deerit syllaba.

Dērcētō, Νίγειρα. Nomen est fabulosæ deæ, quæ apud Joppen; authore Plin. aut (ut Diodoro *lib.* 2. placet) juxta Ascalonem colitur, humana facie, reliquo corpore piscis. Hanc Syri Atargatim vocant. Filiam habuit Semiramidem, quam à columbis educatam ferunt. Ob id sacras genti aves eas esse, ostendit Tibullus,

*Alba Palæstino sancta columba Syro.*

‖ Dercos, A. sub P. Constantinopolitano. ‖

Dercyllus, unus è præfectis Phyrrhi, teste Plutarcho.

Dērĕa, Δίρεα, urbs Arcadiæ. Steph.

Dērectārii, qui domos alienas furandi animo introëunt. Vide *Directarii*, in *Dirigo*.

Dērĕlĭnquo, is, ere: Prorsus, seu in totum relinquere, deserere. {עזב *azab*, שמם *schamám*. καταλείπω. Gall. *Abandonner, delaisser.* Ital. *Abbandonare.* Germ. Verlassen. Hisp. *Dexar ò desamparar.* Angl. *To leave, to forsake.*} Cicer. *pro Cecin.* Derelinquo jam communem causam, populi Rom. jus in vestra fide ac religione depono.

Dērĕlĭctus, particip. {עזב *azáb*, משמם *nischmám*. καταλελειμμένος. Gall. *Delaissé.* Ital. *Lasciato.* Germ. Verlassen. Hisp. *Dexado, desamparado.* Angl. *Left, or forsaken.*} Author ad Heren. *lib.* 4. Item commodius est in derelicta, quàm in celebri regione locos comparare. ¶ Pro derelicto habere. Cicer. *ad Att.* Hæc oppida atque oram maritimam illum pro derelicto habere. Atque hic loquendi modus Jurisconsultis familiariſſimus est, ut *D. lib.* 41. *tit.* 7. *per totum*: & §. *qua ratione* 47. *Inst. de rer. divis.*

Dērĕlictĭo, nis, verbale: Desertio. {שמטה *schemitiáh*. κατάλειψις. Gall. *Delaissement, abandon.* Ital. *Abbandonamento.* Germ. Verlassung. Hisp. *Dexo ò desampare.* Angl. *A leaving or forsaking.*} Cic. 3. *Offic.* Sed communis utilitatis derelictio contra naturam est.

Derelictus, us, ui, idem, κατάλειψις. Gell. *lib.* 14. *cap.* 12. Sive quis arborem suam vineámque habuerit derelictui, non id sine pœna fuit. Ex Catone.

Dērĕpentè, una dictio, quia (ut docet Donat.) adverbiis præpositionem separatim non addimus. Si enim separaveris, non est Latinum de repentè. {פתאום *pithóm*. ἐξαίφνης. Gall. *Incontinent, soudainement, tout sur le champ, tout à coup.* Ital. *Di subito, incontinente.* Germ. Eylfertiger/ von stundan/ flugs/ gehlingen. Hisp. *Subitamente y de repente.* Angl. *Sodenly.*} Plaut. *Menæch. sc.* 2. *a.* 5. Derepentè tantus nimbus incidit. Idem *Mostell. sc.* 2. *a.* 2. Exclamat derepentè. Item Sueton. *in Liber. cap.* 15. Terent. *in Hecyr.* Ita corripuit derepentè tacitus sese ad filiam. Cicer. *pro Qu. Ligar.* Si quum hoc domi faceremus, quod & facimus, & ut spero, non frustrà facimus, tu derepentè irrupisses, & clamare cœpisses.

Dērĕpo, compositum, ex De & Repo. {ἀρπάζω, ἁρπάγη. Gall. *Grimper, ramper.* Ital. *Raparsi, montare.* Germ. Hinkriechen/ oder schleichen. Hisp. *Gatear, andar no sentiendo.* Angl. *To creepe or slide forth.*} Plin. *lib.* 8. *cap.* 36. Ingrediuntur & bipedes: arborem aversi derepunt. De urſis.

‖ Deria, *Derry*, vel *Dirry*. V. E. Hiberdiæ, ad fl. Loughoyl, in Comitatu, seu provincia Tyr-Cornelix, sub A. Armachano. ‖

Dērīdĕo, es: Irrideo, ludo, illudo. {לעג *lahágh*. καταγελάω, καταμωκάομαι. Gall. *Se mocquer, railler.* Ital. *Beffare, dileggiare.* Germ. Verlachen/ verspotten. Hisp. *Escarnecer y reyendo.* Angl. *To mock, to scorne or taunt.*} Plaut. *in Aul. sc.* 4. *a.* 1. Neque ædepol ego te derisum venio, neque derideo. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 5. Si me derides, at patrem meum non potes. Idem *Cure. sc.* 3. *a.* 4. Hic me hodie umbraticus derriserit. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 2. Cum corona ante ædes me derideto. Item, Qui dant, deridet: qui deludunt, deperis. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 3. Etiam derideo quasi nomen non noveris. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 3. Quæso derideônе me? (quia scilicet dixerat, Unocule salve.) Idem *Cure. sc.* 1. *a.* 3. Derides, pessimus homo es.

Dērīsŏr. {מצחק *metsachék*, מהתל *mehathél*, לץ *lets*. καταγελαστής. Gall. *Mocqueur, railleur.* Ital. *Schernitore.* Germ. Ein verlachter/ verspotter. Hisp. *Escarnecedor, que haze escarnio.* Angl. *A mocker, a scherner.*} Plin. *lib.* 11. *cap.* 51. Supercilia quibus juncta tempora inflexa, derisores significant. Scio absurdè dictum hoc derisores dicere. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Derisores vocabat. Suet. *in Calig. cap.* 38.

Dērīdĭcŭlum: Irrisio. {לעג *hathél*. καταγέλασμα, καταμωκήματα. Gall. *Mocquerie, raillerie.* Ital. *Scherno, beffa.* Germ. Verspottung/ verlachung. Hisp. *Escarnio.* Angl. *Mockerie, scorne.*} Plaut. *in Pseud. sc.* 5. *a.* 4. Quàm illum mihi verba per deridiculum dare. Liv. *lib.* 9. *a.* 4. Gell. *cap.* 1. *lib.* 17. Ac per facetias ostentaret facere eos deridiculum.

Dērīsŭs, us. {לעג *hathél*. καταγέλασμα.} Quintil. *lib.* 6. A derisu non procul abest risus. Plaut. *Milit. sc.* 1. *a.* 2. Derisui esse omnibus. Et Gell. *cap.* 1. *lib.* 20. Derisui habere.

Dērīsōrĭus, καταγελαστικός. Ulp. *lib.* 38. *tit.* 1. *l.* 71. Quod si nullas ædes reliquerit, magis derisorium est, quàm utile legatum. Martianus D.

*lib.28.tit.7. l.14.* Conditiones contra edicta Imperatorum, vel quæ contra bonos mores, vel dedecoria sunt.

**Dēfĭdĭcŭlōsus**, a, um: Derisione dignus. { *Digne d'estre mocqué.* Ital. *Degno di esser beffato.* Germ. Dessen thun wärt/spöttig. Hisp. *Cosa de reyr y escarnecer.* Angl. *Worthie of scorne or mockerie.* } Varr. 1. *de re rust.* Sequetur ut duos villicos & duas villicas habere debeat, quod est dedidiculum. Dedidicula vanitas, apud Gell. *lib.* 10. *cap.* 11. Pueri in ludo rudes, non magis in legendo dedidiculi fuissent. Et *lib.* 12. *cap.* 2. Dedidiculos versus Ennium fecisse.

**Dērĭpĭo**: Abstraho, avello. { חטף *chatáph*, לקח *lakách.* ἁρπάζω. Gall. *Prendre & ravir.* Ital. *Rapire, pigliare prestamente, scarpire.* Germ. Hinweg reissen/abziehen. Hisp. *Arrebatar alguna cosa de lugar.* Angl. *To take or pull away.* } Virg. *lib.* 2. *Georg.*

*Colaque prælorum famosis decipe tectis:*

id est, properanter tectis effer. Plaut. *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Autum deripiamus matronis palàm. Idem *in Men.* Sed quis hic est qui capillo me huc de curru decrpit? Lact. *lib.* 5. Quomodo se rapinis & fraudibus abstinebunt, qui Mercurii furta noverunt, docentis non fraudis esse deripere, sed astutiæ: id est, furripere.

**Dērīvo**, as: Aquam deduco, aliòve defecto. { חצב *hizzil*, חנך *hignkir.* παραγράω. Gall. *Faire escouler l'eau par autre ruisseau ou conduit, la détourner.* Ital. *Derivare, stolare le acque, condurre da un fiume voltare in suo corso.* Germ. Das wasser dannen richten oder leyten das es zwechin fliesse. Hisp. *Derivar el rio à otra parte de fuente.* Angl. *To traine water by an other way.* } Col. *lib.* 1. Crebrosque sulcos aquarios (quos nonnulli *elices* vocant) faciamus, & omnem humorem in cloacas, atque inde extra segetes derivemus. ¶ Per translationem elegantissimè ponitur pro Defecto, & transfero. Terent. *in Phorm.* Quid vis? ut maneat Phanium, atque ex crimine Antiphonem eripiam, atque in me omnem derivem iram senis? id est, deflectam. Ubi Donat. Derivatio dicitur justificatio criminis ab eo ad quem pertinebat, ad eum, ad quem non pertinet. μετάστασις. Cicer. *in Verr.* 4. Quid est quamobrem putes te tuam culpam non modò derivare in aliquem, sed communicare cum aliquo posse? Cic *pro Mil.* Fecerunt id servi Milonis (dicam enim non derivandi criminis causa, sed ut factum est) neque imperante, neque præsente domino, quod suos quisque facere servos voluisset. Hoc est, non dicam eo animo ut Milonis crimen in servos rejiciam, sed quia ita res se habet.

**Dērīvātĭo**, verb. Deductio. ἐκτροπή, ἐκτροπὴ παρεκβατική. Gall. *Derivation, détournement du cour acc. détourné.* Ital. *Derivamento.* Germ. Ablaitung/abrichtung. Hisp. *Aquel apartamiento.* Angl. *A turning or trayning of water by an other way.* } Cic. 1. *Offic.* Adde ductus aquarum, derivationes fluminum. Liv. 3. *ab Urb.* & Quint. *lib.* 3. Utendum proxima derivatione verborum.

**Derivativus**, a, um, quod ab alio deducitur, παράγωγος.

‖ Derma, cutis, pellis. Lex. Onom. ‖

**Dērōdo**, is, si, derosum: Rodo. { סבב אכל *achál sabìb.* ἀποτέμνω, ἀφαιρέω. Gall. *Ronger.* Ital. *Rodere.* Germ. Abnagen/benagen. Hisp. *Roer.* Angl. *To gnaw.* } Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Et cochlex dentes habent: indicio est à minimis earum derosa vitis. Cic. 1. *de Divin.* Ab muribus esse derosos.

**Dērōdo**, as: Detrabo, diminuo, delibo. { גרע *gherás.* ἀφαιρέω. Gall. *Dérroger, diminuer, abolir en partie.* Ital. *Derogare, scemare, to. liere, levar via qualche parte.* Germ. Etwas einem ding entziehen oder abbrechen/mindern. Hisp. *Detraer à sacar à quitar, cassar y anular la ley.* Angl. *To abolushe, to undete and tag away a parte.* } Unde Derogare legi, est aliquid de lege diminuere, vel detrahere. Abrogare autem legem, est legem omnino tollere. Author *ad Heren.* Quum duæ leges inter se discrepant, videndum est primùm, num quæ abrogatio, aut derogatio sit. Quid est ergo derogatio, nisi detractio aliqua legis: abrogatio, ipsius legis ablatio? Illa, partis legis: hæc, totius ablatio est. Cicer. 2. *de Invent.* Indignum est de lege aliquid derogari, vel legem abrogari. ¶ Dicimus autem derogo legi, vel de lege: & abrogo legem. Author *ad Heren.* Quum ostenditur id factum esse, quod ea lex sanciat, cui legi derogatum sit. Item per accusativum, derogare legem. Cic. *pro Fonteio.* Quorum virtuti, generi & rebus gestis fidem & authoritatem intestimonio cupiditatis atque inimicitiarum suspicio derogavit. Derogo ✻ Arrogo: quod est, Authoritatis aliquid, aut fidei alicui tribuo. Hieron. *in prolog. Esdræ,* Interrogent Hebræos, & ipsis authoribus translationi meæ aut arrogent, vel derogent.

**Dērogātĭo**: Diminutio, detractio. { נגרעת *nigrakah.* ἀφαίρεσις. } Author ad Heren. Quum duæ leges inter se discrepant, videndum est num quæ abrogatio, aut derogatio sit.

**Dērogātīvus**, ἀφαιρετικός. Diomedes *Grammat. lib.* 1. In, enim præpositio, plerumque derogativa, nonnunquam adjectiva est.

**Derogator**, est invidus, & qui dente maligno alium carpit.

**Dērogātōrĭus**, a, um. Julianus *D. lib.* 29. *tit.* 4. *l.* 2. Edictum de custodiendo partu derogatorium est ejus quod ad Carboniani decreti exemplum comparatum est.

**Dērogīto**, as, are, freq. quo antiqui sunt usi pro simplici Rogare, ἐπερωτάω, παρακαλέω, αἰτέω. Plaut. *Asin.* Placidè ergo unumquodque derogita, ut acquiescam.

‖ Derparum, seu Torparum, *Derpe.* V. E. Livoniæ, sub A. Rigensi. ‖

**Dertha**, Δέρθα. Locus Laconicæ: gentile Derthæus, vel Dertheates, unde Derrheatidis Dianæ templum. Steph.

**Derthan**, Δέρθαν. Steph. Populi Thraciæ: Herod. Derzæos vocat, ut sequitur.

**Derzæi**, cum æ diphthongo, sive (ut alii legunt) Derses, Δερσαῖοι. Populi sunt Græcorum in historiis Thraciæ, quorum meminit Herod. *lib.* 7.

**Dertōna**, æ. Δέρτων. Steph. Iliturbiæ oppidum est ad Padum fluvium, quod à Ptolemæo Taurinis annumeratur. Hodie vocatur *Tortona.*

**Dertōsa**, nobilis urbs Hispaniæ, quæ & Lertosa, apud Ptolem. sed non placet: quin potiùs Dortosa, quam hodie *Tortosa* nuncuparur. Tranquillus *in Galba*, Ac subinde Alexandrina navis Dertosam (vitio-sè editum *Dertosa*) appulit armis onusta. Pomponius Mela, Iberus Derrosum attingit. *Deorsum* mendose in impressis.

**Dērŭmpo**, is. Abrumpo. { פרץ *paráts.* ἀποῤῥήγνυμι. Gall. *Dérompre.* Ital. *Rompere, sfirpare.* Germ. Zerbrechen/abreissen. Hisp. *Quitar alguna cosa rompiendo.* Angl. *To breake of.* } Collis arduus & deruptus: id est, abruptus, sive præruptus. Tacit. *lib.* 2. Item *lib.* 9. Et pars maxima inermis per invia & rupes deruptas, præcipitanter fugerunt. Deruptum, pro præcipitio: ut, Multi pavore in deruptu præcipitati. Liv. *lib.* 8. *dec.* 4. Dimisso equo per derupta & avia, sequentes frustratus est. Tacit. *lib.* 4. Livius *lib.* 8. *dec.* 4. In derupta præcipitare.

**Dērŭncĭnārĭ**: Dissecare, & dissipare. { חשך *hissáh*, גרר *gherár*, בתר *titter.* ἐμπαιπάω. Gall. *Fendre d'une scie, mettre en pieces, dissiper.* Ital. *Dissipare, fare in pezzi.* Germ. Zerschneiden/zerstückten. Hisp. *Rejar, cortar en partes diversas.* Angl. *To sawe or cutt in pieces.* } Tractum à runcinis, hoc est, serris majoribus, quibus fabri lignarii majora ligna secant. Plaut. *in Milit.* Ut lapide deruncinavit militem. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Ego deruncinatus, dearticulatus sum miser hujus sceleste technis, dolis.

**Dērŭo**: Decido. { חתך *hippil.* κατατέμνω. Germ. *Abhauen, fallen* Ital. *Cadere giu, ruinare à basso.* Germ. Abhinfallen. Hisp. *Caer abaxo.* Angl. *To fall downe, to pull frome.* } Apuleius, Prolapsus deruissem. Cic. *Ast. lib.* 6. activè ponit pro Aufero, sive adimo: Et de laudibus Dolabellæ deruam cumulum.

**Derusi**, fuerunt oratores Persici, teste Herod. *lib.* 6. Δερυσῖοι, δερύσιοι. Steph. populi sunt Persici, ex *lib.* 1. Herod.

**Dĕŭli**, Δεῦλοι. Populi Thraciæ. Steph.

**Des**, olim, pro Bes, dicebatur As, dempto triente: est enim des, sive bes, octo unciarum pondus.

**Dēsācro**, as, are. Consecro, dedico. { חרם *hecherim*, דקש *dakásch* חנך *chanách.* ἀνατίθημι. Gall. *Dedier, consacrer.* Ital. *Consacrare.* Germ. Heyligen/weihen. Hisp. *Consagrar.* Angl. *To dedicat, to consecrat.* } ut, Desacrare aliquid Trivix, apud stat. 9. *Theb.*

*Nota per Arcadiæ felici robore sylvas*
*Quercus erat, Trivia quam desacraverat ipsa*
*Ejectum turba nemorum, numéque colendum*
*Fecerat.*

**Dēsævĭo**, is: Sævio. { רעש *raásch.* ἐκμαίνομαι. Gall. *Se tourmenter, frapper & tourmenter par excez quelqu'un.* Ital. *Incrudelire.* Germ. Hässig wüten. Hisp. *Mucho encolerizarse.* Angl. *To bewood angrie, to shew extreme cruelties.* } Col. *lib.* 6. *cap.* 2. Patere unum diem, noctémque desæviant. Tranquil. *in Ner. cap.* 39. Virorúmque ac fœminarum ad stipitem deligatorum inguina invaderet: & quum affatim desæviisset, confoderetur à Doryphoro liberto. Hier. *in proleg. lib. Reg.* Lattantes canes qui adversùs me rabido ore desæviunt. Item sævire desino. { ἀφυβρίζω. Gall. *Cesser d'estre cruel, s'appaiser.* Ital. *Cessare d'esser crudele.* Germ. Derwüten/von dem wüten ablassen. Hisp. *Dexar de enfurecerse.* Angl. *To cease to be angrie.* } Lucan.

——*Nec dum desævit ira,* *Expectat.*

Virg. 4. *Æneid.*

*Dum pelago desævit hyems.*

¶ Desævire aliquem, pro desævire in aliquem. Incertus Auctor sub Constantio scribens de Alexandri M. Bucephalo, sic ait: Namque homines edit, & ejusmodi pabulum sævit: id est, sævit in pabulum ejusmodi.

**Dēsălto**, as, are. { ἐξάλλομαι, ἁλλίζομαι. Gall. *Achever de danser, danser.* Ital. *Dansare, finire la danza.* Germ. Dannen oder aufhören dannen. Hisp. *Acabar de dançar, dançar.* Angl. *To leap or daunce, to end a daunce.* } Suet. *in Cal.* Deinde repentè magno tibiarum & scabellorum crepitu cum palla tunicâque talari prosiluit, ac desaltato cantico abiit.

‖ Descapulatus, qui tunicis dimissis ambulat: à de, & scapulis. Scalig. *in Catull.* citat, & sic legit *epist.* 115. Senecæ. Giuterus autem ibi genuinam lectionem esse arbitratur *de capsula totos*, eosque ita dici vult, qui in publicum prodituri, corporis omnem amictum, imò ornatum ex arcula sumunt. ‖

**Dēscendo**, is, descensum eo, ex loco superiore in inferiorem me confero. ✻ Ascendo. { ירד *jarád.* καταβαίνω, κατέρχομαι. Gall. *Descendre.* Ital. *Discendere, scendere, smontare.* Germ. Hinab gehn/nidtre sich gehn. Hisp. *Descender de lugar.* Angl. *To go downe, to descend.* } Cic. 4. *Tusc.* Ut enim in inferiorem ambulationem descendimus. Liv. *lib.* 2. *ab Urb.* Tum ad equites Dictator advolat obtestans, ut pressò jam pedite, descendant ex equis. Ex fastigio non nisi cadendo descendere. Senec. *ep.* 20. *de Tranquill.* Tantum ab illo (imitando) defluebant, quantum ille descenderat ab antiquis. Quint. Attollitur, vel descendit vox. Idem, Descendere inferiùs (de minore pretio.) Mart. *epist.* 75. *lib.* 10. Non descendit ætas nostra, sed cadit. Senec. *epigr.* 84. Asta ut descendam in proclivi (de equo.) Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Altiùs descendunt præcepta quæ teneris imprimuntur ætatibus. Senec. *cap.* 16. *de consol. ad Helviam,* Descendere in nos debet oratio. Idem *epist.* 40. Altè descendit, & diu sedit. Idem *epist.* 72. Descenderunt in corpus vulnera. Idem *de consol. ad Helviam.* ¶ Descendere in altum. Metaph. Sen. *epist.* 60. Descendere in cautiam (pro sequi partes.) Liv. *lib.* 6. *dec.* 4. & Cæsar *lib.* 1. *de bell. civil.* Descendere necessariò ad deditionem. Item, Ad omnia descendere paratus, ut controversiæ componantur. Idem *ibid.* & *lib.* 3. *de bell. civil.* Descendere ad extremum auxilium (id est liberare servos.) Descendere ad verba communia. Quint. Descendit in amores & lusus Alcæus. Idem, Descendere usque ad silentium. Idem, Pectora in quæ descendat turbò secretum. Senec. *cap.* 7. *de tranquill.* ¶ Præteritum hujus verbi apud veteres erat, descendidi, non descendi, ut Ennius & Valerius Antias *in hist.* 75. Deinde funere locato, ad forum descendidit. Laberius quoque *in Catulario,* Ego mirabar quomodo mammæ mihi descendiderunt. Gell. *lib.* 7. *cap.* 9. Per translationem verò dicimus, Descendo in prælium, descendo in campum, descendo in forum, & hujusmodi alia: quia de quiete ad laborem, de loco tuto ad periculum, de vita ad mortem est iste descensus,

descensus, sive ad animam, sive ad corpus, sive ad utrumque pertineat. Persius, Descendere in sese posuit, pro eo quod dicimus, suam infirmitatem agnoscere, *sat.* 4.

*Vt nemo in sese tentat descendere, nemo:*
*Sed prorsus dextrâ spectatur mantica tergo.*

Translatum vel à fodinis, vel à cellis, in quas qui descendunt, quid illic repositum reconditumque sit, nosse possunt. Descendit ad hyacinthum hæc gemma. Plin. *lib.* 17. *cap.* 9. id est, accedit. ¶ Descendere etiam est se frangendum atque dividendum præbere, ut Parthicus, qui Drauco, sive initori atque ascensori se, ob terrimam diabolicámque libidinem, subjicit atque substernit. Catullus,

*Multum homo es Naso, non totum multus homo, sed*
*Descendis Naso: multus es, es Parthicus.*

Descensus, us. {ירד *moradh.* κατάβασις. Gall. *Descente.* Ital. *Discesa.* Germ. Ein abhingang / hinabfarung. Hisp. *Descendimiento.* Angl. *A descending or goind downe.*} Virg. 6. *Æneid.*

——*Facilis descensus Averni.*

Plin. *lib.* 16. *cap.* 16. Ipso descensu Jovis spelunca tervum lignemque.

Descensio, nis. {ירד *moradh.* κατάβασις, ἀφοδος. Gall. *Descente.* Ital. *Discesa.* Germ. Abgang. Hisp. *Descendimiento.* Angl. *A downe going.*} Plin. *Epist.* 101. In has, tres descensiones: duæ in sole, tertia à sole. Liv. 2. *bell. Pun.* Priusquam in continentem descensiones facerent.

Disco, is, ire: Non scio. Plaut. *in Mercatore,* Athenæ desciverunt.

Disciscо, is, ivi, itum, ex De & Sciscо compositum. Deficio, ad aliam partem me confero. {סור *marádh,* פרש *parásh.* ἀφίστημι, ἐκστρέφω, ἀποστρέφω. Gall. *Se revolter, se départir, s'en aller.* Ital. *Rivoltarsi alla parte contraria, mancare di fede.* Germ. Abfallen / auff die andere seiten fallen. Hisp. *Rebelar.* Angl. *To leave and forsake, to revolte.*} Liv. 2. & 9. *ab Urb.* Præneste à Latinis ad Romanos desivit. Ab excitata fortuna ad inclinatam & propè jacentem desciscere. Cicer. *Curioni lib.* 2. Desciscere à natura. Cic. 5. *Tusc.* Gell. *cap.* 5. *lib.* 16. Desciscere à proprietate verbi. Velleius, Desertum à virtute. Idem, Desivit à bonis Tib. Gracchus.

Dēsciscitum, ἀφίστατο, impersonale passivum. Liv. 6. *bell. Pun.* Quorum de sententia maximè desciscitum à Romanis constabat.

¶ Descobino, as: Radere. ¶ Varro. Quæro à vobis, si quis mihi cæstis supercilia descobinaret, &c.

Dēscŏbinātus: Saucius, abrasus, sectus, ἀπεξυρημένος. Varr. *in Meleagr.* Sin autem delectationis causa venamini, quanto satius est salvis cruribus in circo expectare, quàm his descobinatis in sylva curare? Nonius.

Describo, is, ere: Exscribo, transcribo. {כתב *kathábh.* ἀναγράφω. Gall. *Décrire, transcrire, doubler, copier.* Ital. *Transcrivere, descrivere, ricopiare.* Germ. Abschreiben. Hisp. *Trasladar escritura, escrivir una cosa otra vez.* Angl. *To copie, to write out of an other.*} Cicer. *Cornif.* Dicam tuis ut eum si velint describant, ad eóque mittant. Suet. *in Calig. cap.* 41. Aliquando ponitur pro definire, distribuere, disponere, seu designare. ἀφορίσαι, ἀναγράψαι, ἀναγνῶναι. Cic. *in Lal.* Mei sunt ordines, mea est descriptio. ¶ Item pro Delineare, vel depingere. Plaut. *in Asin. sc.* 3. *a.* 2. Non pictor potuit rectiùs describere ejus formam. ¶ Accipitur etiam pro simplici Scribo, vel pro Conscribo. Virg. *in Daph. Ecl.* 5.

*Imò hæc in viridi nuper quæ cortice fagi*
*Carmina descripsi, & modulans alterna notavi,*
*Experiar.*

Lact. *lib.* 5. Quid est enim cur illam vel in carminibus, vel in omni sermone describant: conquerentes ejus absentiam, quum sit facillimum bonos esse si velint. Velleius, Publicis descripta literis à Quæstore pecunia. Senec. *cap.* 10. *de Tranq.* Describendi artes exiguæ artem parent in multos usus. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

*Nec qui descripsit corrumpi femina mavult.*

Describere librum ab aliquo, id est, ad exemplar quod aliquis habet. Cic. *ad Attic. lib.* 13. Scripsit enim Balbus ad me, se à te quintum de civibus librum descripsisse. Describere comœdias Græcas, pro Verbis Latinis eas exprimere, & ad exemplum earum similes, ejusdémque argumenti componere. Terent. *in Prologo Eunuch.* Describere in dies. Plin. *lib.* 18. *cap.* 28. Neque est ei minor veneratio, quàm descriptis in Deos stellis.

Dēscriptus, participium Distributus. {כתוב *chathúbh.* συγγεγραμμένος, ἀναγεγραμμένος. Gall. *Transcript, doublé, copié, descript, mis par ordre.* Ital. *Transcritto, copiato, posto in ordine.* Germ. Abgeschrieben. Item, geordnet. Hisp. *Trasladado, trazado à debuxado.* Angl. *Written out of a copie.*} Cicer. *in Cat.* Quemadmodum esset ei ratio totius belli descripta, docui.

Descriptus, nomen ex partic. Cicer. 3. *de fin.* Quid enim aut in natura, qua nihil est aptius, nihil descriptius: aut in operibus manu factis tam compositum, &c.

Descriptio, nis: Distributio, figura, forma, designatio. {ספר *sephár.* γραφή, ἀναγραφή, διαγράμμα. Gall. *Description, enrolement, ordre.* Ital. *Descrittione, narratione.* Germ. Abschreibung oder abschrifft. Hisp. *Descripcion à dibuxo.* Angl. *A description, a putting in good order.*} Descriptio equitum, peditúmque. Cicer. 4. *Tusc.*

Descriptiuncŭla, diminut. à descriptio. Senec. *in suasoria* 2. Ex omnibus suasoriis celebres descriptiunculas contexam.

Dēsĕco, is: Abscindo, reseco, amputo. {גזר *ghazár.* ἀποτέμνω. Gall. *Découper, couper, & separer d'avec, retrancher.* Ital. *Tagliare via.* Germ. Abschneiden / oder abhauen. Hisp. *Cortar de alguna cosa.* Angl. *To cut of or moweaway.*} Columel. *lib.* 3. Et si fieri potest, juxta aliquem modum ferula desecato. Idem *lib.* 12. Bonus operarius prati jugerum desecat. Cic. *Attic.* Tu illud desecabis, & hoc adglutinabis. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

*Ni patrium crimen desecuisset amor.*

Dēsectus, participium à Desecor. {נגזר *nighzár.* διαιρεθείς. Gall. *Coupé, retranché, separé.* Ital. *Segato, tagliato.* Germ. Abgeschnitten. Hisp. *Cortado.* Angl. *Cutt of or mowed downe.*} Desecta cum stramento seges. Liv. 2. *ab Urb.* Desectis stramentis. Col. *lib.* 14. *cap.* 10. Cæsar *lib.* 3. *de bell. civ.*

Dēsectio, verbale. {גזר *ghézer.* ἀφαίρεσις. Gall. *Coupure, taillure, dissection.* Ital. *Segamento, tagliamento.* Germ. Abschneidung / abhauung. Hisp. *Cortadura.* Angl. *Cutting of.*} Col. *lib.* 6. *cap.* 3. Horum desectio cum pecori, tum agro est utilis.

Dēsĕcro, as, id est, quod sacrum erat profanum facio: Profano. {חלל *chillél.* βεβηλόω. Gall. *Dégrader.* Ital. *Dissacrare, degradare.* Germ. Entweyhen / entheyligen. Hisp. *Degradar.* Angl. *To disgrade, to discharge of his orders.*} Code sacerdotes scelestis alicujus damnati, antequam supremo supplicio afficiantur, consuevêrunt desecrari: quod vulgus vocat *Degradari.* Hinc Desectatus apud Plin. *lib.* 28. *cap.* 2. Jungemus illis similimas & peregrina æquè animalia, prúsque chamæleontem peculiari volumine dignum existimatum Democrito, ac per singula membra desecratum non sine magna voluptate, cognitis proditisque mendaciis Græcæ vanitatis.

¶ Desecus, secus, secundùm Salmas. ¶

Dēsĕro, is, evi, desitum: Sero, planto. {נטע *natháh.* φυτεύω. Gall. *Semer, planter.* Ital. *Innestare, piantare.* Germ. Setzen / pflantzen. Hisp. *Enxerir una cosa en otra, plantar.* Angl. *To plant, to sowe.*} Varr. *lib.* 1. *de re rust. cap.* 23. Nam & in recentibus pomariis, defossis seminibus, in ordinémque arbusculis positis, primis annis, antequam radices longiùs procedere possint, alii conserant hortos.

Dēsĕro, is, rui, tum: Derelinquo, destituo, prodo. Deserere dicimus pro relinquere, destituere, quia quæ deseruntur, i. deorsum feruntur & destituuntur in terram, illic relinquuntur. Sic loquimur, *Il m'a planté pour reverdir.* {עזב *azáb*, שמם *shamám.* καταλείπω. Gall. *Delaisser, abandonner, quitter.* Ital. *Abandonnare.* Germ. Verlassen. Hisp. *Desamparar.* Angl. *To leave forsake.*} Ter. *in Heaut.* Mulier telam deserit continuò. Idem *in Andr.* Per omnes tibi adjuto deos, nunquam eam me defecturum. Senec. *cap.* 11. *al.* 30. *de conf. ad Polyb.* Alium vita deserit in medio cursu. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Potiùs rem divinam deseram. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 5. Pernicitas deserit (me.) Idem *Mostell. sc.* 2. *a.* 1. Res, fides, fama, virtus deseruerunt (me.) Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Te amantem, ne pave, non deseram (id est, tibi opem feram.) Idem *ibid. sc.* 4. *a.* 4. Deserui Blepharonem, ut Nauclatem convenirem. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 4. Facis sapientiùs, quàm pars lenonum, qui liberos habent, & eos deserunt. ¶ Item deserere sese, pro sibi deesse, & animum abjicere. Cæsar *lib.* 1. *de bell. civil.* ¶ Deserere Albam, *la deserter*: interpres Juvenal. *in Satyr.* 4. ¶ Deserere item signa milites dicuntur. Item deserere patriam, & deserere Imperatorem, hoc est, relinquere, & in periculo destituere. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 4. Ne deserat me metuo, & ad hostes transeat. Quint. Deseruit, id est, desertor in acie fuit.) Sueton. *in Tib.* Deseri se conquerebatur. Unde desertores dicuntur proditores, quique eos, quos maximè defensos oportebat, in discrimine relinquunt. Sueton. *in Cæsare,* Desertorum ac seditiosorum inquisitor ac punitor acerrimus, connivebat in exteris. Cæsar 6. *bell. Gall.* Qui ex iis sequuti non sunt, in desertorum ac proditorum numero dicuntur. Quomodo autem differat desertor ab emansore, vide in dictione *Emansor.* ¶ Deserere vadimonium, est vadimonium non obire, & in judicio se non sistere.

Desĕro, as, frequentativum, desertum reddere, ἐρημόω. Accius, Quum me solum, uterque patens deseravisset.

Desertor, is, verbale, qui deserit: ut. Desertor amicorum. Cicer. *Attic. lib.* 8. Desertor quis sit, explicatur apud Jurisconsult. *l. deserter.* §. 1. *D. de re milit.* Vide & C. *de desert. lib.* 12. & infrà, *Emansor.* Desertor Asix, pro Exul. Virg. 12. *Æneid.*

*Aut hæc Dardanium dextra sub tartara mittam*
*Desertorem Asiæ.* Servius.

Velleius, Imperator qui in desertores sævire debuerat, desertor exercitus sui factus est.

Dēsērtus, a, um, participium: Destitutus, relictus, incultus, vastus. {שמם *shamém.* ἀπολελειμμένος. Gall. *Desert, delaissé, abandonné.* Ital. *Abandonnato.* Germ. Verlassen. Hisp. *Desierto ò desamparado.* Angl. *Left, forsaken.*} Cicer. *pro Cluentio,* Locus à voce Tribuni desertus. Idem *in partit. Orat.* Ager desertus à plebe, atque à cultura hominum. Velleius, Et à militibus, & à fortuna desertus. Ovid. *Eleg.* 9. *lib.* 3. *Trist.*

*Impia desertum fugiens Medea parentem.*

Idem 13. *Metam.*

*Haud tamen efficies desertum ut Nestora crimen*
*Esse reor nullum.*

Mox, *Proditus à socio est.* ¶ Migrat etiam in nomen, admittitque comparationem. Cicer. *in Pisonem,* Ut nullius unquam redditus fuerit desertior. In desertissima solitudine. Idem 6. *in Verr.* ¶ Deserta promissio dicitur apud Jurisconsultos, non observata, contempta. Ulpian. *l.* 4. *D. si quis cant.* Quæsitum est an possit convenire ne ulla exceptio in promissione deserta judicio sistendi causa facta objiciatur? Et ait Atilicinus, conventionem istam non valere. Vide Hotomani Lexicon.

Desertissimus, Superlat. Sen. *quæstion. nat. lib.* 3. *cap.* 12. In locis desertissimis fontes.

Desertum, i: Locus solitarius, at inhabitatus: eremus. {מדבר *midhbár,* שממה *shemamáh,* ציה *tsiyáh.* ἔρημος. Gall. *Desert, non habité.* Ital. *Deserto, disabitato, solitario.* Germ. Ein einöde / ein ort das verlassen ist und niemand daselbst wohnt. Hisp. *Paramo à despoblado.* Angl. *A desert, a wildernesse.*} Virg. 1. *Æneid.*

*Ipse ignotum, egens, Libya deserta peragro.*

¶ Desertum, pro Austro, apud Methodium.

Desertio, verbale, ἐρήμωσις. Actus ipse deserendi. Liv. *lib.* 1. *quinta decad.* Cur execrabilis ista nobis solis veluti desertio generis humani.

Dēservīre: Servire. {עבד *abadh.* δουλεύω, ὑπηρετέω, δουλόω. Gall. *Deservir, servir.* Ital. *Servire humilmente.* Germ. Vnderthänigklich dienen. Hisp. *Servir con diligencia y humildad.* Angl.

*To serve humblie.*} Cic. *Tironi*, Indulge valetudini tuæ, cui quidem tu adhuc dum mihi deservis, servisti non satis. Idem 2. *Offic.* Itémque alii, qui quidvis perpetiantur, cuivis deserviunt, dum quod velint, consequantur.

**Dēsicco**, as, avi: Siccare. { יבש *jibbéseh*, חחריב *hecherib*. ξηραίνω. Gall. *Secher*, *desecher*. Ital. *Seccare*. Germ. Trutnen / trucken machen. Hisp. *Secar*. Angl. *To be made drie*.} Plin. *lib.* 10. *cap.* 6.

¶ Dēsidæmones, superstitiosi ab inconsulta & absurda divinæ potentiæ formidine. Bud.¶

**Dēsīdĕo**, es, edi, ere: Otiosum sedere. { יצג *nehetsáh*. καθίζομαι. *jadhuchiv*. Gall. *Se tenir assis sans rien faire, estre oisif, & paresseux*. Ital. *Stare otioso*. Germ. Müssig sitzen / faulentzen. Hisp. *Empereçar y ser negligente*. Angl. *To be idle*.} Plaut. *in Bacch.* Nam meus formidat animus, nostrum tandiu ibi desidere, neque redire filium. Ter. *in Hec.* Frustra ibi totum desedi diem. Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 4. Quid tu intus desedisti? Quint. Argumenta velut confragosis locis amœnioribus desident. Et Suet. *in Cæs. cap.* 2. Desedit apud Nicomedem.

**Dēsēs**, desidis: Otiosus, ignavus, iners. { יצג *hatsél*. ἀργὸς, ἀῤῥᾳθυμος. Gall. *Qui se tient assis sans rien faire, paresseux*. Ital. *Otioso, accidioso*. Germ. Faul / Müssiggenger. Hisp. *Negligente y perezoso*. Angl. *Idle, slove, unactive, unapied*. Liv. *lib.* 1. Desidem Romanum regem inter sacella & aras acturum esse regnum rati. Et *lib.* 3. Sedemus desides domi mulierum tritu inter nos altercantes.

**Dēsĭdĭa**, æ: Pigritia, socordia, ignavia, inertia. { עצלות *hatsláh*. ῥᾳθυμία. Gall. *Paresse, oisiveté*. Ital. *Pigritia, poltroneria*. Germ. Faulkeit / tregheit. Hisp. *Pereza y negligencia*. Angl. *Idleneſſe, slouth*.} Cicer. *de Leg. Agrar.* contra Rullum, Qui propter desidiam in otio vivunt, tamen in turpi inertia capiunt voluptatem. Idem *pro Sestio*, Sed mihi omnis oratio est cum virtute, non cum desidia. Plut. *in Lyc. & Solon.* Desidiæ crimine damnabantur Athenis. Ovid. *Eleg.* 7. *lib.* 3. *Trist.* Desidiæ causas remove (scribendo.)

**Dēsĭdĭōsus**: Otiosus. { יצג *hatsél*. ῥᾳθυμῶν, ἀργὸς. Gall. *Paresseux, oisif, un faineant*. Ital. *Pieno di infingardia*. Germ. Der gar sitzt vnd nichts thut / ein faulen / müssiger. Hisp. *Lleno de mucha pereza y negligencia*. Angl. *Idle, that doeth no thing*.} Ovid. *de rem. amor.*

*Quæritur Ægysthus quare sit factus adulter?*
*In promptu causa est, desidiosus erat.*

Mart. *lib.* 8.

*Dic mihi quid melius desidiosus agas?*

Varr. *in proœmio lib.* 2. *de re rust.* Sic qui in oppido sederent, quàm qui fusa colerent, desidiores putabant. Iucrtissimum & desidiosissimum otium. Cic. 2. *de leg. Agrar.*

**Dēsĭdĭōsē**, adverb. Otiosè. { ἀργῶς. Gall. *Sans rien faire, en oisiveté*. Ital. *Oziosamente*. Germ. Faulicklich / Müssiglich. Hisp. *Perezosamente*. Angl. *Idlelie, without occupation*.} Agere ætatem desidiosè. Lucret. *lib.* 4.

**Dēsīdo**, is, edi (nam præteritum à sedeo mutuatur, teste Valla *lib.* 5.) Idem quod Ad sedendum descendo. { ירד *jarad*. καθίζω, κατάκειμαι, καθίσταμαι. Gall. *S'asseoir, s'affaisser, aller en fond*. Ital. *Descendere à sedere, stare à basso, spantacar*. Germ. Sich niderlassen / oder niderlassen. Hisp. *Descender para assentarse, caer abaxo*. Angl. *To sits downe*.} Sæpe etiam accipitur pro Dehisco. Cicer. 1. *de Divin.* Eo tempore ipso quum hoc calamitosum prælium fieret, tantos terræ motus in Ligustibus, Gallia, complurib. usque insulis, totâque in Italia factos esse, ut multa oppida corruerint, multis locis labes factæ sint, terræque desederint, fluminaque in contrarias partes fluxerint. Cels. *lib.* 8. *cap.* 5. Nates desidunt, difficulter spiritus trahitur. Stat. 5. *Syl.*

——— *te præsido nosceat*
*Cur vada desidant, & ripa cõterens undam.*

Tib. *lib.* 4.

*Qualis in immenso desederit aëre tellus.*

Liv. *lib.* 2. *de bell. Maced.* Terra desederat. ¶ Desidere, pro alvum dejicere. Cels. *lib.* 4. *de dysenteria*, Quotiesque desidit, subluere aqua calida. Idem de tenesmo loquens *lib.* 4. *cap.* 18. In hoc æquè atque in torminibus frequens desidendi cupiditas est.

**Dēsĭdĕro**, as, à sidus: ut, Considero. Desiderio alicujus teneor, requiro, postulo, cupio. { אוה *iváh*, חמד *chamádh*. ἐπιθυμία, ἐπιποθία. Gall. *Desirer, souhaitter*. Ital. *Desiderare*. Germ. Begären / wünschen. Hisp. *Desear*. Angl. *To crave or desire, to wish for any thing*.} Plaut. *sc.* 2. *a.* 2. Quàm tu filium tuum, tam me pater meus desiderat. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Nunc desidero absentem amissum (captivum.) Idem *Amphit.* Experiri vult suum abitum ut desiderem. Gell. *cap.* 3. *lib.* 5. Desideravit, pro simpliciter petiit ab eo. Sueton. *in Augus. cap.* 29. Desiderabat Apollo templum. Idem *c.* 66. Desideravit M. Agrippæ patientiam, & Mœcenatis taciturnitatem (hoc est, requisivit in Agrippa patientiam, & in Mœcenate taciturnitatem.) Cicero *de senect.* Non caret is, qui non desiderat. *Ibidem*, Neque nunc vires desidero adolescentis, non plus quàm tauri vires adolescens desiderabam. ¶ Desideramus alicujus vires, quando ille non auxiliatur nobis. Cicer. *in Cat.* Non curia vires meas desiderat, non rostra, non amici, non clientes. Quasi dicat, Curia non sentit me senio debilitatum, quum fungar meo munere perinde ac si integra ætate essem. ¶ Desideratæ in acie milites dicuntur, ὑστερῶν, qui in prælio ceciderunt: eo quòd in recensione, quæ à prælio fieri solet, non compareant. Curtius, in eo prælio trecenti capti, quinquaginta millia desiderata sunt. ¶ Desiderare in aliquo eloquentiam, candorem, integritatem, vel modestiam, eiusmodi virtutem in aliquo requirere, quæ illi vel utilis sit, vel necessaria. Cic. *in Arat.* Antonius multa & in se, & in aliis desiderans. Idem *de clar. Orat.* Unum excipio Catonem, in quo perfectum illinc Stoico summum eloquentiam non desiderem.

Desiderabilior. Suet. *in Tiber. cap.* 11.

**Dēsĭdĕrātus**, participium. { חמד *nechemádh*. ποθούμενος. Gall. *Desiré, souhaité*. Ital. *Desiderato*. Germ. Begärt / gewünschet. Hisp. *Deseado*. Angl. *Desired, longed or wished for*.} Cic. *post red. ad Quir.* Sed omnia desiderata magis, quàm assidue perfecta dicebant.

**Dēsĭdĕrĭum**, verbale: Desiderium, cupiditas. { חמדה *chamudháh*. חשקה *tamachmádh*. ἐπιθυμία. Gall. *Desir, souhait, regret*. Ital. *Desiderio, brama*. Germ. Begird oder begärung. Hisp. *Deseo*. Angl. *A desire, a wishing for*.} Cic. *de Senect.* At non est voluptatum tanta quasi titillatio in senibus, credo, sed ne desideratio quidem: nihil autem est molestum quod non desideres.

**Dēsīdĕrābĭlis**, e, { נאוה *naavéh*, נחמד *nechmádh*. ἐπιποθητός. Gall. *Desirable, digne d'estre desiré*. Ital. *Cosa degna che se desideri*. Germ. Das wol zubegären ist. Hisp. *Cosa para desear, è digna de ser deseada*. Angl. *Worthie to be desired*.} Cicer. *de finibus*, Nihil enim desiderabile concupiscunt. Liv. 4. *bell. Pun.* Verumenimverò Hieronymus velut suis vitiis desiderabilem efficere vellet alium.

**Dēsīdĕrābĭlĭŏr**, comparativus. Suet. *in Tiber.* Ut tali successore desiderabilior ipse aliquando fieret.

**Dēsīdĕrium**: Cupiditas, studium, amor vehemens, affectio. { חמדה *chemádh*. ἐπιθυμία, πόθος. Gall. *Desir, souhait, regret*. Ital. *Desio, desiderio*. Germ. Ein begird / wunsch / ein groß verlangen. Hisp. *Deseo*. Angl. *Desire, an ardent love or affection of any thing*.} Cicer. *in Lælio*, Ego si Scipionis desiderio me moveri negem, quàm id recte faciam, viderint sapientes. Idem 4. *Tusc.* Desiderium est libido ejus, qui nondum adiit, videndi. Tibul. *lib.* 4.

*Nunc desiderium (rerum amissarum) supereſt.*

Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 3. *Trist.*

*Roma domúsque subit, desideriúmque locorum.*

Senec. *cap.* 14. *de consol. ad Helv.* Desiderium ferre non posse exulis filii. Idem *cap.* 7. *de consol. ad Marc.* Desiderium suorum naturale est. *Ibid.* Desideria mutorum animalium concitata, sed brevia (amisso fœtu.) Quint. *cap.* 10. *lib.* 1. Desideriis amicorum dare aliquid. Senec. *cap.* 9. *de tranquill.* Desideriis naturalibus parvo parantur remedia. Ovid. *Eleg.* 6. *lib.* 3. *Trist.*

(Tu) *Pars desiderii maxima pene mei.*

¶ Cicer. *ad Attic.* Non dici potest quàm flagrem desiderio urbis. ¶ Item desideria apud Jurisconsultos dicuntur pro libellis, quibus quid à Principe magistratúve postulatur ac desideratur. Vulgò *Requestas* vocant. Suet. *in August. cap.* 53. Promiscuis salutationibus admittebat & plebem, tanta comitate adeuntium desideria excipiens, ut quendam joco corripuerit, quòd sic sibi libellum porrigere dubitaret, quasi elephanti stipem. In hac significatione ponitur apud eundem Suet. *cap.* 17. *in Augus.* & *in l.* 4. & 9. *D. de offic. proconsul. l.* 3. *de appel. recip.* & *l.* 3. *C. de postulando*. Hotoman. & Passerat.

Desiderium quandoque pro re amata, i. amasia, vel amasio. Catul. *in Epig. de passere Lesbiæ*, Cum desiderio meo nitenti, carum nescio quod lubet jocari, id est, mea puellæ.

**Dēsĭdĕrātīvæ** verba, sunt quæ à Prisciano Meditativa vocantur. Ea terminantur in *rio*: ut, Esurio, Parturio: & desiderium magis, quàm meditationem denotant, ἐσθιεῖν, γενέσθαι. Cic. 2. *Philipp.* Utinam aliquando dolor pop. Rom. pariat quod jamdiu parturit. Plin. *lib.* 36. *cap.* 22. Æditæ omnes gravidis adalligatæ mulieribus, vel quadrupedibus in pelliculis, scatificari uteri animalium continent partus, non, nisi parturiant, removendi, alioqui vulvæ excidunt: sed nisi parturientibus auferantur, omnino non pariunt. ¶ Parturio itaque significat, cupio parere: Esurio, cupio edere: Micturio, cupio mingere. Scaturio autem pro primitivo capitur Scateo, non enim desiderativum est significatione, sed voce tantùm. Amaturio autem, Lecturio, & similia, quandoquidem illis docti usi non sunt, non modò inter desiderativa, sed ne inter Latina quidem sunt annumeranda.

¶ Desidibulus, loca ad desidium apta.

Desiduè, diuturnè. Varr.

Desiduò. Non.

Desiduus, assiduè ignavus. Gloss. Isid. diuturnus. Pap.¶

**Dēsignō**: Denoto, demonstro. { סמן *samán*, הודיע *hodhiah*, הגיד *higgiah*. σημαίνω, ἐμφανίζω. Gall. *Faire notoire & declarer, designer, bailler le prejet*. Ital. *Designare, denotare*. Germ. Bezeichnen / anzeigen. Hisp. *Señalar, notar, hazer novedad en algo*. Angl. *To mark, to signifie and shewe by marke or token*.} Cicer. *in Catil.* Notat & designat oculis ad cædem unumquemque nostrum. Cæs. *lib.* 1. Cæsar hac ratione Lisci Dumnotigem Diviciaci fratrem designari sentiebat. Plaut. *Most. sc.* 1. *a.* 2. Quæ designata sunt, & facta nequitiâ, Ausonius *in Grat. act.* Designare, Declarare, & Nuncupare Consulem, differunt. Gell. *cap. pen. lib.* 14. Designatus Consulatus Pompeio. ¶ Aliquando significat decerno, seu deligo. { גזר *ghazár*, ברר *barbar*. ἀποδείκνυμι, αἱρετίζομαι.} ut, Designare Senatorem. ἀποδείκνυμι βουλευτὴν. Sal. Catilina nihilominus in proximum annum consulatum petebat, sperans si designatus foret, facilè se ex voluntate Antonio usurum. Interdum idem quod destinare. Col. *lib.* 3. Ipsum autem agrum quem seminario designaveris, planum & succosum. Aliquando ponitur pro admittere & patrare, in utramque partem, bonam & malam. Terent. *in Adelph. sc.* 2. *a.* 1. Nam illa quæ antehac facta sunt, omitto: modò quid designavit? M. Quidnam id est? D. Fores effregit, atque in ædes irruit alienas.

**Dēsignātōres**, dicebantur qui constituendæ funebri pompæ præerant, unicuique incedendi locum, ordinémque præscribentes: simili ferè munere eorum qui Romæ magistri cæremoniarum vocantur. Græci ἐπιδεικτὰς vocant. Cic. *ad Att. lib.* 4. Defertus à suis, vix jam decimum designatorem, vix Gellium retinet. Ulpian. *l. athletæ*, *ff. de his qui not. infam.* Designatores autem, quos Græci ἐπιδεικτὰς appellant, artem ludicram non facere, Celsus probat: quia ministerium, non artem ludicram exercent. Bud. *in Annot.*

**Dēsignātĭo**: Descriptio. { מחנכת *machchónath*. חק *chók*. ἀπόδειξις. Gall. *Description, declaration, ordonnance, prejet, specification*. Isa. *Divisions, ordinance*. Germ. Bezeichnung / angebung. Hisp. *Señalamiento*

*laminute à innovation.* ANGL. *A marking, declaring or shewing by an token.* } Cicer. 1. *de Orat.* Deinde eſſ. omnem rationem aut de infinitæ rei quæſtione ſine deſignatione perſonarum & temporum, aut de re certis perſonis & temporibus locata. Idem 1. *de nat. deorum*, Omnem totius operis deſignationem atque apparatum. ¶ Deſignatio præterea eſt contractio, conductioque populi in unum: hoc enim ei contingit, qui aliquo flagitio, populi in ſe oculos & ora convertit, & ſpectaculo eſt vulgo. Apul. *lib.* 8. *de Aſin.*

**Dĕsĭlĭo**, is, deſilui, deſultum: Saltu deſcendo. } נתז *ſtandch.* πηδάω, ἀφάλλομαι. GALL. *Saillir, ou ſe jetter de haut en bas.* ITAL. *Diſcendere di ſalto.* GERM. Abſpringen. HISP. *Saltar de arriba abaxo.* ANGL. *To leap downe frome abuue.* } Plin. *de viris illuſtr.* Dum à templo Dianæ deſilit, talum intorſit. Deſilire ab equo. Virg. 11. *Æneid.*

——— *pertiſque ab equo regina ſub ipſis*
*Deſiluit.*

¶ Deſilire de navibus. Cæſ. 4. *bell. Gall.* Deſilire de theda. Cic. *pro Milone.*

**Dĕsultūra**, ipſe deſiliendi actus. { πηδήσεις. ANGL. *Lighting downe, vaulting frome one erſe to another.* }

**Dĕsultŏr**, dicitur cujus ass eſt binos trahere equos, & alternatim ex uno in alterum mira celeritate tranſultare. πολυπῶν, μεταβάτης, in antiquo Lexico, & ἐφίππου. GALL. *Homme de guerre, qui mennit deux chevaux accouplez ſans eſtre autrement enharnachez, & ſailloit de l'un, s'il eſtoit laſſe, ſur l'autre frais quand beſoin en eſtoit: qui ſçait voltiger.* ITAL. *Chi mena ad un tratto due cavalli, & ſalta di uno nell' altro.* GERM. Ein reyſiger der zwey pferdt führt und geſchwind iſt wanns not thut von einem auff das ander zuſpringen. HISP. *El que ſalta de un cavallo en otro.* ANGL. *A valter that leapeth up and downe frome one horſe to another.* Liv. *lib.* 23. Nec omnes Numidæ in dextro locati cornu, ſed quibus deſultorum in modum binos trahentibus equos inter acerrimam ſæpè pugnam in recentem equum ex feſſo armatis tranſultare mos erat: tanta velocitas ipſis, tàmque docile equorum genus eſt. Varr. *lib.* 2. *de re ruſt.* Peritus belli aliter equos eligit, alit, ac docet: aliter quadrigarius ac deſultor.

**Dĕsŭlĕŏrĭi**, ipſi equi ſine ephippiis, dicti quòd ex his facilè deſiliant deſultores, qui duo ſingulis equitibus præſtò erant, exercitatis ita militibus, ut altero de via feſſo, deſilire poſſent in recentem, ἀλλαγεῖς. Suet. *in Cæſ.* Quadrigas, bigáſque, & equos deſultorios agitaverunt nobiliſſimi juvenes. Caſſiod. verò *in Epiſt.* diverſum ab hoc genus fuiſſe docet in ludis Circenſibus: Equi (inquit) deſultorii ſunt, per quos Circenſium miniſtri miſſos denuntiant exituros, ut luciferi quadam in aſtris ſimilitudine præcurſorias velocitates imitari videantur. ¶ Ponitur aliquando *deſultorius*, pro *deſultore*, qui ex equo in equum facilè deſilit, & relicto priore in alium tranſit: id quod Cicero tranſlatè poſuit pro inconſtanti, *pro L. Mur.* Reſpondebo igitur Poſthumo primùm, qui neſcio quo pacto mihi videtur Prætorius candidatus in Conſularem quaſi deſultorius in quadrigarum curriculum incurrere. Apul. 1. *de Aſino*, Jam hæc quidem ipſa vocis immutatio deſultoriæ ſcientiæ, ſtylóque, quo acceſſimus, reſpondet. Martian. *de nuptiis Philologiæ*, Levitate pernix deſultoria geſtrebat.

**Dĕsŭltōrĭē** natura, proverbialiter dicitur. Joannes Picus: Homo, inquit, variæ ac multiformis & deſultoriæ naturæ animal. Deſultoriam hominis naturam dixit, quaſi verſipellem, & ſubinde ſeſe in aliam aliamque formam mutantem, ut Proteum factitaſſe fabulantur. A Martiano Capella hoc ſumptum, qui levitatem deſultoriam dixit *lib.* 2. Budæus.

**Dĕsĭno**, is, ex De, & Sino, ſignificat omitto, finio, ceſſo. { חדל *chadhál.* שבת *ſchabáth.* παύω, πέφαμαι. GALL. *Ceſſer, ſi arreſter.* ITAL. *Ceſſare, dimittere, laſciare.* GERM. Aufhören, ablaſſen. HISP. *Dexar, ò ceſſar de alguna coſa.* ANGL. *To ceaſe, to leave.* } Terent. *in Phorm.* Imò haud deſinam, donec perfecero hoc. Idem *in prologo Andr.* Dehinc, ut quieſcant, porrò moneo, & deſinant maledicere. Cicer. *Mario*, Libenter mehercule artem deſinerem, tecúmque, & cum ſimilibus noſtri viverem. Plaut. *Men. ſc.* 2. *a.* 1. Obſervare virum deſines. Ubi nihil ſit ſimul (amator) amare deſinat. Idem *Pſeud. ſc.* 3. *a.* 1. Maluit Afer deficere (dicendo) quàm deſinere. Quint. Deſine ludos facere. Plaut. *Men. ſc.* 4. *a.* 2. Heu, heu! P. Deſine. B. Doleo. Idem *Pſeud. ſc.* 2. *a.* 5. Deſito ſermone uti. Gell. *cap.* 20. *lib.* 1. Deſinit populus iſtis legibus (ſup. uti.) Idem *cap.* 1. *lib.* 20. Eſt autem Deſinere artem, renunciare arti, atque illam relinquere, παύεσθαι τινος τέχνης, ἢ παρατίθεσθαι. Idem *lib.* 15. Omnium tum Athenienſium conſenſu diſciplina tibiis canendi deſita eſt. Apuleius *lib.* 4. Deſine ſcelus. ¶ Aliquando pro Terminare accipitur. Plin. *in Panegyr.* Incipimus inde, deſinimus ibi à quo incipi, in quo deſini ſub alio Principe non poſſet. Idem *in epiſt.* Deſinit ibi triclinium. Hinc deſinentia, finis, terminus, πεπλεγμένα. Deſinere in perpetuum, non ad tempus quo quis revertì poſſit, referendum eſt: author Pomp. *in l.* 13. *de aſſig. libert.* Sic *l. ſi u qui, §. quod dicitur. de jur. dot.* Deſino cum genitivo, Græciſmus eſt. Horat. 2. *carm. Ode* 9.

——— *deſine mollium*
*Tandem querelarum.*

Reliqua deſinere, pro ceſſare de re aliqua. Cicer. 4. *Acad.* Deſine quæſo locis communibus, domi nobis iſta naſcuntur. ¶ Deſinere artem tranſitivè. Sueton. *Tib. cap.* 36. Expulit & Mathematicos, ſed deprecantibus ac ſe artem deſituros promittentibus, veniam dedit. ¶ Deſinit eſſe ſolvendo, cui vel inſignis calamitas, vel magna inopia acceſſit. Author Paulus *in l. ſi arbitro, D. qui ſatisd. cog.* Vide & Triph. *in §. quod autem dicitur deſiſſe, l. tutores, de admin. tut.*

**Dĕsĭtum**, impersonale, & Deſitum eſt. Ovid. 1. *de arte.*

*Tunc benè deſinitur.*

Cicer. *lib.* 2. *de finib.* Rectè jampridem deſitum eſt contra eos diſputari.

**Dĕsĭtus**, partic. { נישבתת *niſchbáth.* πεπαυμένος. GALL. *Delaiſſé, abolì, qui n'eſt plus en uſage.* ITAL. *Laſciato, annullato, che non è più in uſo.* GERM. Aufgehört, von dem man abgelaſſen hat. HISP. *Coſa dexada y deſacoſtumbrada.* ANGL. *Left, forſaken.* } Cic. *ad Patum, lib.* 9. Poſt hunc tredecim fuerunt ſella curuli ante L. Papirium Craſſum, qui primùm Papillus eſt vocati deſitus. Verba deſita, id eſt, inuſitata. Gell. *cap.* 7. *lib.* 11. Deſita diſciplina tibiis canendi, omnium Athenienſium conſenſu. Idem *cap.* 17. *lib.* 15. Deſita oppugnatio. *Ibid. cap. ult.* Deſiti creati Cenſores, Suet. *in Aug. cap.* 37.

‖ Deſipes, tardus pedibus. Gloſſ. ‖

**Dĕsĭpĭo**, is, deſipui, & deſipii: ex De, & Sapio: inſipienter ago, deliro. { נבער *nibbár*, נסכר *niſchkál.* παραφρονέω, ἀφρονέω. GALL. *Defaillir de ſens, radoter, perdre ſon bon entendement, eſtre hors de ſens.* ITAL. *Eſſere pazzo fuor di mente.* GERM. Abwenig werden/ narechtig ſein/oder an verſtand handeln. HISP. *Enloquecer.* ANGL. *To dote, or waxe foolish.* } ‖ Tertul. *de pudicit.* Fermentum modicum totam deſipit conſperſionem. ‖ Cicer. *M. Cœlio*, In quo quum objurgaret, quòd nimio gaudio penè deſiperem. Plaut. *Epid.* genitivo junxit. Deſipiebam mentis, quum illa ſcripta mitterem. Auguſt. *lib.* 2. *de civitate Dei*, docet minus eſſe delipere, quàm inſanire. Potrò (inquit) ſi quis hoc aggrediendum & ſuadendum putat, non dico deſipit, ſed inſanit. Lactant. *lib.* 4. Denique Poëta maximus, homo in cæteris prudens, in hoc ſolo non poëticè, ſed aniliter deſipuit: id eſt, more anili inſipienter egit. ¶ Hujus contrarium eſt Reſipiſco: nam Reſipio in uſu rarò eſt, Reſipiſco frequenter. Deſipio in uſu eſt, deſipiſco non: Deſipere in verba, vide *Verbum.*

‖ Deſipo, ſapotem muto. Tertull.

**Dĕsĭſto**, is: Ceſſo, omitto. { עמד *ſamádh*, שבת *ſchabáth.* ἀφίστημι, λήγω. GALL. *Deſiſter, n'aller pas plus avant, s'arreſter ceſſer.* ITAL. *Ceſſare, laſciare.* GERM. Abſtehen/ablaſſen/aufhören. HISP. *Dexarſe de alguna coſa.* ANGL. *To ſtay or reſt.* } Virg. 1. *Æneid.*

——— *mihi cœpto deſiſtere victam.*

Plaut. *in Rud.* Deſiſte dictis nunc jam miſeram me conſolari, niſi, &c. Cicer. 7. *Verr.* Rogat ut id facere deſiſtant. Idem *pro Quintio*, Auctionem velle facere deſiſtit. Plaut. *Men. ſc.* 1. *a.* 2. Aliter non deſiſtam exequi (id eſt, non deſinam inveſtigare.) Idem *Pſeud. ſc.* 5. *a.* 1. Deſiſte: Rectè meam rem ſapio (id eſt, deſine monere.) Deſiſtere à defenſione. Cæſ. *lib.* 2. *de bell. civ.* Deſiſtere oppugnatione. *Ibid.* Deſiſtere de petitione. Liv. *lib.* 7. *d.* 4. Plaut. *in Men. ſc.* 2. *a.* 3. Quid tu es triſtis? quid ille abs te iratus deſtitit? neſcio quid vos velitati eſtis inter vos duos: id eſt, receſſit, vel diverſus ſtetit, ſed eò deſtitit, potiùs deducendum videtur à Diſto. ¶ Deſiſtere etiam, ſtare, ſubſiſtere, vel in loco aliquo morari ſignificat. Idem *in Moſt.* Quid illic deſtitiſti, obſecro tandiu? ¶ Deſiſtere apud Juriſconſultos, eſt à re aliqua, ſive ab actione calumnioſè inſtituta abſtinere. Deſiſtere, inquit Ulpianus, eſt à negotio abſtinere, quod calumniandi animo inſtitueras. Inde Deſtituſſe is videtur non qui diſtulit, ſed qui liti renunciavit in totum.

**Deſitiates**, Δεσιάται. Liburniæ populi in conventu Narbonenſi: quos commemorat Plin. *lib.* 3. *cap.* 22.

**Deſitiſco**, contemno. Gloſſ. vet. A. L.

**Deſmophylax**, vinctorum, & captivorum cuſtos. δεσμὰ vincula: φύλαξ cuſtos. ‖

**Dĕsmōtērĭŏn.** { כלא *chéle.* δεσμωτήριον. GALL. *Priſon.* ITAL. *Prigione.* GERM. Ein gefengnuß. HISP. *Carcel, lugar de priſion.* ANGL. *A priſon.* } Græci vocant carcerem in quo vincti aſſervantur: à verbo Græco δέσμω, quod eſt ligo & vincio.

‖ Deſmotricho, ornatus in capite mulieris, ad crines colligandos. L. g. b. ‖

**Dĕsŏlo**, as: Solum & deſertum facio, à ſolus, a, um. { חשם *heſchem*, חחריב *hecherib.* ἐρημόω. GALL. *Laiſſer tout ſeul, pillier en ſorte qu'on ne laiſſe rien que la place.* ITAL. *Deſertare, diſtruggere.* GERM. Wüſt unnd öd ligen/verwüſten/verderben. HIS. *Privar del plazer, deſtruyr, deſolar.* ANGL. *To mak deſolat and waſt without habitation.* Virg. 11. *Æneid.*

——— *ſat funera fuſi*
*Vidimus ingentes & deſolavimus agros.*

Ibid.

*Diſtectique duces, deſolatique manipli.*

Colum. *lib.* 1. *cap.* 3. Quos hoſtis profugiendo deſolaſſet agros, &c.

**Dĕsōlātŭs**, a, um, à deſolando, derelictus. Suet. *in cap.* 12. Cùm deſerta deſolatáque reliquis ſubſidiis aula, &c. id eſt, liberis. Deſolatus filius, ſolus è liberis relictus. Plin. *in epiſt.* Domúmque plurimis adminiculis antè fundatam, deſolatus ſulcit & ſuſtinet. Budæus.

‖ Desperno, eſt valde ſperno. ‖

**Dĕspĕro**, as: Sperare deſino, ſpem omnem abjicio. { נואש *neaſch.* ἀπογινώσκω, ἀπελπίζω. GALL. *Deſeſperer, n'avoir plus d'eſpoir.* ITAL. *Diſperare, ſconfidarſi.* GERM. Verzweiffeln/alle hoffnung verlieren. HISP. *Deſeſperar.* ANGL. *To deſpayre, to caſt of all hope and truſt.* } Hic enim De præpoſitio negandi vim habet. Cicer. 1. *Offic.* Conſiderandum eſt, ne aut temerè deſperet propter ignaviam, aut nimis confidat propter cupiditatem. Idem *in Piſonem*, Quid, quod tu toties diffidens, ac deſperans rebus tuis, in ſordibus, lamentis, luctúque jacuiſti? Idem *in Lal.* Cujus autes clauſæ ſunt veritati. Ovid. 5. *Faſt.*

*Cur ego deſperem fieri ſine conjuge mater.*

Dicimus autem, Deſperare ſaluti, vel ſalutem, vel de ſalute. Deſperare fugam. Cæſ. 1. *bell. Gall.* ¶ Deſperare liberos. GALL. *Eſtre hors d'eſperance, deſeſperer d'avoir des enfans.* Gell. *cap.* 1. *lib.* 7. Publium quoque Scipionem, cum quo nupta erat, liberos deſperaviſſe. Cum infinitivo. Cic. *de Divinat.* Non equidem planè deſpero iſta eſſe vera: ſed neſcio, & diſcere à te volo.

**Dĕspĕrātŭs**, a, um: Ab omni ſpe derelictus, deſtitutus. { נואש *neáſch.* ἀπηλπισμένος, ἀπήλπικα, ἀπελπισμένος. ANGL. *Deſpayred, that hath noho pe or truſt.* } Cicer. *pro Domo*: Res ferè jam deſperata. Idem *in Piſon.* Deſpectus à cæteris, à ſcipſo deſperatus & relictus,

relictus. Et in Cat. Exercitus comparatus ex senibus desperavit.

Dēspĕrans, tis, particip. {ונוש meaſch. ἀπελπίζων, ἀπογινώσκων. Gall. Deſeſperant, qui n'a point d'eſperance. Ital. Che manca al tutto di ſperanza. Germ. Verzweiffelnd / verzagend. Hisp. Deſperado. à deſeſperado. Angl. That hath no hope / that deſpayred.} Cic. 1. de fin. Omnia semper desperantes. Desperantia ulcera. Plin. lib. 22. cap. 24.

Dēspĕrāntĕr, adverb. {ἀπελπιστικῶς. Gall. Par deſeſpoir, en deſeſperant. Ital. In deſperatione. Germ. Verzaglicher/ohn alle hoffnung. Hisp. Deſperadamente. Angl. Deſpayringlie.} Cic. ad Att. lib. 14. Desperanter tecum locutus est.

Dēspĕrātĭo, ut inquit Cic. lib. 4. Tuſc. est ægritudo sine ulla rerum expectatione meliorum. {ונוש anúſch. ἀπόγνωσις. Gall. Deſeſpoir. Ital. Deſperatione. Germ. Verzweiffelung. Hisp. Deſeſperacion. Angl. A deſpayring.} Salust. Ne forte desperatione adducti, vitæ mortem præferant. Brutus Ciceroni. Ista verò imbecillitas & desperatio, cujus culpa non magis in te residet, quàm in omnibus aliis, & Cæsarem ad cupiditatem regni impulit, & Antonio post interitum illius persuasit. Cels. lib. 7. cap. 4. Sed non omnimodò res eadem desperationem habet.

Dĕspĭcĭo: Deorsum aspicio, video, animadverto. {משקף miſchképh. παράκυψον. Gall. Regarder en bas, voir d'en haut. Ital. Guardare in giu. Germ. Vnderſich ſehen/oben herab ſehen. Hisp. Mirar de arriba abaxo. Angl. To looke downe from aboue.} Plaut. Milit. ſc. 6. a. 2. Me despexisse ad te per impluvium fateor. Idem ibid. ſc. 3. a. 2. Per impluvium despexi proximum. Col. lib. 1. Area si competit, ita constituenda est, ut vel à domino, vel certè à procuratore despici possit. ¶ Ponitur aliquando pro Contemno, sive parvifacio. {בזה bazáh. παρέχω, ὑπερέχω, ὦ, καταφρονῶ, ῶ. Gall. Déprifer, mépriſer. Ital. Deſprezzare. Germ. Verachten/für nichts halten. Hisp. Menoſpreciar. Angl. To deſpriſe, to ſet naught by.} Cic. 2. Offic. Despiciunt autem eas & contemnunt, in quibus nihil virtutis, aut nervorum putant. Sic, Despicere vitam, pro contemnere. Suet. in Othon. cap. 10. Tunc ad despiciendam vitam exemplo manipularis militis concitatum, &c. ¶ Aliquando item ponitur pro Non attendo, visum alió detorqueo, & averto. Cicer. pro Sext. Rosc. Amer. Simulárque illo despexerit, aliquid hujuscemodi moliuntur: id est, simulatque visum averterit, & ut vulgò loquuntur, dorsum verterit.

Dĕspĕctŭs, a, um, particip. à verbo Despicior, Contemptus, derelictus. {בזוי bazúi, נבזה nibzáh. καταφρονῶν. Gall. Déprifé, mépriſé, regardé par mépris. Ital. Sprezzato. Germ. Verachtet. Hisp. Menoſpreciado. Angl. Contemned, not regarded.} Cic. in Pison. Abjectus, contemptus, despectus ab omnibus.

Dĕspĕctŭs, us, nomen verbale à verbo Despicio, significat prospectum ex superiori loco in inferiorem. {καταφορά. Gall. Veue de haut en bas. Ital. Il proſpetto d'un luogo inferiori. Germ. Das abhinſehen. Hisp. El mirar abaxo. Angl. A looking downe from aboue.} Cæs. lib. 7. bell. Gall. Erat ex oppido Alexia despectus in campum. Idem lib. 5. Omnes colles, & loca superiora, unde erat despectus in mare, ab exercitu tenebantur. ¶ Accipitur præterea despectus pro contempta. {בזיון bizzabón. καταφρόνησις, καταφρόνημα. Gall. Déprifement, mépris. Ital. Deſpregio. Germ. Verachtung. Hisp. Menoſprecio.} Author ad Her. Filii parvi privati patris auxilio, ludibrio & despectui paternis inimicis eum expositi. Tacit. lib. 20. Rem Romanam illis esse despectui.

Dĕspĕctĭo, Contemptus. {בזה bazáh. καταφρόνησις. Gall. Déprifement, regard par mépris. Ital. Diſprezzo. Germ. Verachtung. Hisp. El menoſprecio. Angl. Contempt.} Cic. in Hort. Consolabitur eam magnitudo animi, & humanarum opinionum alia quædam despectio.

Dĭspĕcto, as: Sæpe deorsum aspicio. {משקיף hiſchkiph. παρακύπτω, καταβλέπω. Gall. Regarder ſouvent de haut en bas. Ital. Guardare d'alto à baſſo. Germ. Oft vnderſich ſehen. Hisp. Mirar de arriba abaxo. Angl. To looke downeward often.} Claud. lib. 3. de rapt. Proserp.

——despectant vertice Insum.

Virg. 1. Æneid.

——nunc terram ordine longo
Aut capere, aut captam jam despectare videmur.

¶ Despector, despectator: Contemptor. Tertull. ¶

Dēspĭcientĭa: Despectio, contemptus. {בזה bazáh, καταφρόνησις. Gall. Mépris. Ital. Diſprezzo. Germ. Verachtigkeit/verſchmähung. Hisp. Menoſprecio. Angl. A deſpiſing or contemning.} In se plus continet quàm contemptio: ut apud Cic. lib. 1. Tusc. Totamque vim benè vivendi in animi robore, ac magnitudine, ut in omnium rerum humanarum contemptione, ac despicientia ponamus. Utroque autem horum majorem vim habet Illisio. Cic. in Catone, Contemni se putant, despici, illudi.

Dĭspĭcŏr, ari, atus: Despicio, contemno. {בזה bazáh, בז baz. καταφρονῶ. Gall. Déprifer fort, mépriſer. Ital. Sprezzare. Germ. Verachten/verſchmähen. Hisp. Menoſpreciar. Angl. To contemne, to diſpriſe or ſett naught by.} Veteres Despicio in activa voce usi sunt: à cujus passivo Despicatus participium remansit. Terent. in Eunuch. Quæ nos nostramque adulescentiam habent despicatam. Donatus, Despicatam, contemptam atque despectam, à despicior, despicatus, nomen ex participio, pro contemno. Cicer. pro Sest. Cælii tribuni pleb. despicatissimi hominis furori.

Dĕspĭcatissĭmus, a, um. Gell. cap. 4. lib. 15. & Cic. pro Sest. ut in verbo præcedente est dictum.

Dĕspĭcātŭs, us, ui. Contemptus. {καταφρόνησις. Gall. Mépris. Ital. Diſprezzo. Germ. Verachtung. Hisp. Menoſprecio. Angl. Contempt.} Despicatui ducit, est contemni. Cicer. pro Flacc. Quid potiò in Græco sermone tam tritum atque celebratum est, quam si quis despicatui ducitur, ut Mysorum ultimus esse dicatur? Plaut. Men. ſc. 3. a. 4. Quando me bene meremé tibi habes despicatui.

Dĕspĭcātĭo, verbale, idem. καταφρόνησις. Cic. 1. de finib. Ut odia, invidiæ, despicationes adversantur voluptatibus.

Despoliabula, loca ad spoliandum apta.

Dĕspŏlĭo, as, ate: Exuo, spolio, dispolio. {שלל shalál. διαρπάζω, διαρπάζω. Gall. Depoüiller, piller. Ital. Spogliare. Germ. Zuſprechen/ berauben/plündern. Hisp. Deſpojar. Angl. To robbe, to ſpoile.} Plaut. in Amph. Vitte vestiat, tu vitam despolies. Cicer. ad Attic. lib. 7. Quum ferret litteras ad bullum Basilii, vulneratus & despoliatus est. Idem 5. Verr. Qui in sua patria dux iste quondam, & magister ad despoliandum Dianæ templum fuit. Plaut. Asin. ſc. 3. a. 1. Aliam orationem despoliato prædicas: id est, amanti, quem spoliasti bonis. Idem Men. ſc. 2. a. 5. Me despoliat, & ornamenta mea ad meretricem degerit.

Despoliatus, a, um. Despoüillé, deſnué, mis au blanc. Vide in verbo antecedenti.

Dĕspōnsĭo, ex De & Spondeo. Spondeo autem veteres pro Dico usurpabant. Unde Respondeo factum est, quod est, posteriore loco dico. Postea verò spondere usurpari cœptum est pro Promittere. {ירד yarád. ארש beroſch. ὑπόσχεσις, ὑπόλογος, ἐπαγγελία. Gall. Promettre & accorder de bailler, ſe deſſaiſir. Ital. Promettere, ſpoſare. Germ. Verheyſſen / zuſagen. Hisp. Prometer à deſpoſar. Angl. To promiſe, to betreuth, to affiaunce.} Unde qui puellam spondet, sponsor: quæ spondetur puella, sponsa: cui spondetur, sponsus: & dies qua puella promittitur, sponsalis dies dicitur: & sponsalia, mentio, & repromissio futurarum nuptiarum. ¶ Despondere, & spondere puellam, hoc tamen differunt, quod puellæ patet eam spondere dicitur, adolescenti verò eam despondere. Sulpitius pericha Andria, Nam aliam patet ei despondere at gnatam Chremetis. Ultrò ad me venit, unicam gnatam suam cum dote summa filio uxorem ut daret: placuit, despondi. Ejus cupio filiam virginem mihi desponderi. Plaut. Aul. ſc. 3. a. 1. Credo ego ubi mentionem fecero de filia, mihi ut despondeat. Idem ibid. ſc. 4. a. 1. M. Despondé (sup. filiam.) E. Fiat. Ibid. Ilthane despondé huit, ego dotem dabo. Mox, Mihi hanc despondeas, Mox, Despondésne mihi hanc uxorem? Idem Curc. ſc. 2. a. 5. Item, Quid cessas huic uxorem dare. Item, Despondente ei Neronе Livium duxit Cæsar. Velleius. Cicer. de Orat. 1. Quum adhiberet P. Crassus peteret, quumque major natu & jam consularis Sergius Galba assectaretur, quòd Crassi filiam filio suo despondisset. Vide Lexicon Horomani. ¶ Despondere animum ille dicitur, qui meliorís fortunæ spem abjicit, & quasi ex desperatione mori decrevit, & lucis tædio affectus est, ἀπολείπειν τὴν ψυχὴν, ἀπογινώσκειν ἑαυτὸν, ἀπόνοιαν, ἀπόνοιαν ἔχειν πρὸς τὸ ζῆν ἔχειν. Liv. lib. 3. ab Vrb. Nec ipsi solùm desponderant animos, sed contemni cœpti erant à finitimis populis. Plaut. in Mil. ſc. 1. a. 1. Ne lamentetur, néve animum despondeat. Varr. lib. 3. de re ruſt. Hoc autem ideo in seclusо fiat, ne reliqui si videãt, despondeant animum, atque alieno tempore venditori moriantur. Apud Columellam absolutè legitur despondere pro mori, seu deficere; nam de turdis sic ait: Difficulter in aliam regionem transferuntur, quia caveis clausi plurimi despondent (sub. animum.) ¶ Similiter dicimus, despondere sapientiam illum qui desperat se posse ad sapientiæ fastigium pervenire, & ob hoc desistit ab incœpto. Col. lib. 11. cap. 1. Quàm probabilis ratio est obtumescendi, quia nequeas orator esse perfectus? aut in socordiam compelli, quia desponderis sapientiam: Magnæ rei, quantulumcunque possederis, fuisse participem, non minima est gloria. Despondere sibi domum alicujus. Cic. ad Attic. lib. 11. L. verò Lentulus Hortensii domum sibi, & Cæsaris hortos & Baias desponderat: hoc est, sua quodammodo hæc omnia futura pollicebatur.

Despōnso, as: Despondeo, uxorem promitto. μνηστεύω. Desponsatus, participium passivum. Suet. in Cæs. cap. 1. Dimissa Cossutia, quæ ex familia Equestri, sed admodum dives prætextato desponsata fuerat.

Despondēbitŭr, impersonale. Terent. in Andr. Ne expectetis dum exeant huc intùs desponsebitur.

Despōnsŭs, part. Promissus, destinatus, attributus. {ארש meorásch. προμνηστευόμενος, ὑπομνηστευόμενος. Gall. Promis en mariage, accordé, fiancé. Ital. Promeſſo, accordato. Germ. Verheyſſen/ vermählt. Hisp. Prometido, deſpoſado. Angl. Promiſed en mariage, affiaunced or betrouthed.} ut, Thalamo alicujus desponsa puella. Stat. 10. Theb. Connubia desponsa. Catull. Desponsa & destinata laus. Cic. de Aruſp. resp. Cui me præripere desponsam & destinatam laudem, quum ipse ejus opera & dignitatem & salutem recuperarim, valde est iniquum.

Despōnsātŭs, partic. à Desponso. προμνηστευόμενος, μνηστευόμενος. Idem quod Desponsus. Cic. ad Quint. fratr. lib. 2. Dederam ad te litteras, quibus erat scriptum, Tullian nostram Crassipedi pridie nonas Aprilis esse desponsatam. Alia exemplaria habent desponsam. Suet. in Cæsare, cap. 1. Dimissa Cossutia, quæ ex familia Equestri, sed admodum dives prætextato desponsata fuerat, &c.

Despota, despotes, dominus proximus Imperatori, qui se suaque illi subjiciebat. L. g. b.

Despotia, dominatus, præfectura.

Despotati, Scribones, chirurgi, medici exercitûs. Leo Tact.

Dĭspŭmo, as: Spumam aufero. {הסיר חלאה hesir chelaáh. ἀφρίζω. Gall. Ecumer, oſter l'ecume. Ital. Schiumare, levar la ſchiume. Germ. Verſchaumen/abſchaumen. Hisp. Eſpumar à quitar la eſpuma. Angl. To ſhume, to caſt of ſeme.} Virg. lib. 1. Georg.

Et foliis undam tepidi despumat aheni.

Plin. lib. 6, cap. 34. Ita despumatis subinde carnibus, quas hæsisse venis necesse est, &c. ¶ Per translationem ponitur pro decoquere. Hieron. ad Oceanum. Venter mero æstuans, citò despumat in libidines. Pers. ſat. 3.

Stertimus, indomitum quòd despumare falernum
Suffcinat.

Senec. Epiſt. 59. Despumat ætas. Despumare tædia, est segnem esse & imbellem omnino.

Dĭspŭo, is, deorsum spuo. {ירק yarák. καταπτύω. Gall. Cracher en bas. Ital. Sputare in giu. Germ. Außſpeyen / nider für ſich ſpeyen. Hisp. Eſcupir abaxo. Angl. To ſpett downe ward.} Plaut. Asin. ſc. 1. a. 1.

Te obsecro, ut quæ loquatur ea, despuat. ¶ Despuatur homini caduci. Apul. *Apol.* 1. & Tibul.

*Despuit in molles & sibi quisque sinus.*

Erat hoc usurpatum in Magia.

*Tercave, ter dictis despue carminibus.*

Idem. Persius *sat.* 4.

*Est prope te ignotus, subito qui tangat, & aere*
*Despuat in mores.*

¶ Despuere ocellos, per fastum contemnere, quia superbiam ac contemptum oculi nonnunquam ipsi significant. Catullus *ad Licinium.*

——— *Precesque nostras,*
*Oramus, cave despuas ocelle.*

Despŭi, passivum. Plin. *lib.* 10. *cap.* 23. Simúlque comitialem propter morbum despui sucrum.

Despŭitur, impers. Liv. 5. *ab Vrbe*, Ubi nunc despui religio est.

Desquāmo: Squamis exuo. { ἀπολεπίζω. Gall. *Escailler.* Ital. *Scagliare.* Germ. Entschüpen. Hisp. *Escamar* ò *quitar las escamas.* Angl. *To scale fishe.* } Plaut. *Aul. sc.* 6. *a.* 2. Dromo desquama pisces: tu Machærio congrum, mutænam exdorsua, quantum potes. ¶ Desquamare, etiam de arboribus, & aliis rebus dicitur. Plin. *lib.* 17. *cap.* 24. Vel etiam subarator imprudens luxavit radices, corpúsque desquamavit. Idem *lib.* 23. *cap.* 7. Summo cortice desquamato altiore plaga ficcantur. Idem *lib.* 35. *cap.* 17. Primùm abluitur vestis Sarda, dein sulphure suffitur, mox desquamatur cimolia.

Dēsterto, is, desterrui, desternere. { ὑφίημι, ἀνίημαι, ἐνυπνίζω. Gall. *Cesser de dormir & d'estre paresseux.* Ital. *Desfarse, finir de ronchiare.* Germ. Verschnouffen / oder verschnarchen / auffhören schlaffen. Hisp. *Dexar de dormir y roncar.* Angl. *To snorte, to rounce.* } Pers. *Satyr.* 6.

*Cur jubet hoc Rami, postquam desternuit esse*
*Mercides Quintus? Venere ex Pythagoreo.*

Dēstĭdo, as, apud authorem Philomelæ legitur pro Strepere, & ejusmodi edere sonum, qualem reddunt fornices. Quod tamen arbitror verbum esse ab illius carminis authore confictum, quippe quod apud alium scriptorem vix invenias.

*Mox* (inquit) *avibus minitat, velox mustellaque dirutis*
*Et grillus grillat, destidat inde forex.*

Dēstĭcŏs, Νάξος. Insula est exigua, Thraciæ adjacens, non procul à Chersoneso, cujus meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.

Dēstillāre. { נזל *nazáph.* στάζειν. Gall. *Distiller, dégoutter.* Ital. *Distillare, gocciolare.* Germ. Abtropffen. Hisp. *Destillar* ò *gotear.* Angl. *To droppe, to fall by droppes.* } pro Distillare legitur apud Authores: ut apud Col. *lib.* 12. *cap.* 18. Celsus *lib.* 4. *cap.* 2. Destillat autem humor ex capite interdum in nares.

‖ Destimulo. Plaut. *Bacch. act.* 2. *sc.* 2. Boni destimulant, i. e. rem familiarem tanquam stimulo conficiunt.

Destĭna, lorum, antiq. Cerda. ‖ Laurenberg. verb. *Destinare.*

Dēstĭno, as, ab antiquo *stino*, quod remansit in compositis. Hinc etiam Obstino. Eligo, alligno, delibero, constituo. { יעד *jahádh*, גזר *ghazár*, חרץ *charáts*, כתר *bachár.* στοχάζομαι, στίζω, κρίνω, ἀποφαίνω, ὑποτίθημι. Gall. *Ordonner, deputer, destiner, assigner.* Ital. *Destinare.* Germ. Für sich nemmen / verordnen / bestimmen. Hisp. *Determinar, deputar, deliberar.* Angl. *To apoynte, depute or ordeine.* } Cæs. *lib.* 1. *de bell. civil.* Quæ agere destinaverat. Destinare aliquam matrimonio. Sueton. *in Oth. cap.* 10. Destinare legationem ad aliquem. Idem *in Galb. c.* 16. Destinamur omnes ad mortem. Sen. *e.* 111. *al.* 30. *de consol. ad Polyb.* Potero de magistro destinando, i. designando. Gell. *l.* 1. *lib.* 13. Destinati tanto discrimini duces. (i. facis coërcitibus ad bellū civile.) Vellerus. Destinare locum colloquio. Liv. *lib.* 2. *d.* 4. Destinare domos publicis usibus. Vellerus. Destinare exitium alicui. Suet. *in Neron. c.* 56. Quin eum parem destinarant animis magno Alexandro ducem. Liv. Destinatum erat Augusto nihil super esse, nisi ex voluntate majoris filii statuere. Sueton. *in Tib. cap.* 13. (i. Decreverat Augustus.) Colum. *lib.* 2. Itaque considerandum erit, ut solum quod excolere destinamus, pingue sit. Cic. 1. *Tusc.* Alter præcio fuit ad horum morti destinatam. Sueton. *de Cæs.* De ampliando imperio plura ac majora in dies destinabat, id est, parabat, constituebat, deliberabat. ¶ Quandoque ponitur pro Alligare. Apul. *lib.* 4. *de Asino.* Arreptum me luto quàm valido ad insulam quandam destinato, &c. ¶ Destinare, designare: ut destinare scopum, i. designare scopum quem petas. Liv. Non capita tot hostium vulnerabant, sed quem locum destinassent oculi. Unde Destinatum, pro scopo. D. Amb. Hoc plura velut destinatum petentibus, vulnera accipiebant. ¶ Destinare, quod petis attingere & prendere. *Cæsar.* Nam laqueis falces averterant, quas cùm destinaverant, tormenta retrorsus reducebant. ¶ Destinare, emittere, ut tormento aliquo, aut arcu. Vegetius. Ad majores ballistas, malleolos, vel falaricas cum incendio destinat. ¶ Quandoque mittere significat, *denuntiare.* Juvenal. *satyr.* 4.

*Destinat hoc monstrum cymbæ, lixæque magister*
*Pontifici summo.*

¶ Aliquando emere. *Lucilius*, Facio ab lenone, tribus, ut libertatem millibus destinet. Plaut. *in Rud.* Minis triginta sibi puellam destinat, dátque arrhabonem, & jurejurando alligat. Hoc idem significat Perstino. Apul. Et percontato pretio, quòd centum numis indicaret, aspernatus, viginti denarios perstinavi. ¶ Destinare item aliquando pro Definire. Marcellus *D. de verb. oblig. l.* 94. Alioqui si eum destinare genus & modum vellet, non fecit, nihil stipulatus videtur. ¶ Est & Præstino, de quo alibi. ¶ A destino fit compositum Prædestino, προορίζω. Unde & Prædestinatio: qua voce Ecclesiastici scriptores utuntur pro divina providentia, qua Deus cùm futura omnia prævidit, tum de salute nostra, aut damnatione stabile inviolabilèque præjudicium fecit. ¶ Destinare etiam aliquando positum invenitur pro Notare. Q. Curt. *lib.* 9. Dioxippus conjectum oculorum, quibus ut fur destinabatur, ferre non potuit. Ubi destinare oculis furem accepit, pro certis quibusdam indiciis oculorum nos casus quotidie immineat, & propter brevitatem vitæ nunquam id fieri possit absolvi. Idem *de ope. gen. die.* Nec verò Aristotelem in ea: & [illegible] philia deterruit à scribendo amplitudo Platonis.

[illegible] נבהל *nibhál*, נבעת *nibhath.* ἐκφοβεῖσθαι, ἔκφοβος, ἔκπληξις, ἔκπληκτος, causa destin[illegible] *épouvantail, détourné par épouvantement.* Ital. *Spa-*

Dēstĭnātio, nis, [illegible]. Germ. Abgeschrecktnis. Hisp. *Espantado.* Angl. *Dis-* Gall. *Propos déterminé.* [illegible] *ardre.* { Deterritus pudore. Cic. *ad Attic lib.* 10. *liberatione.* Germ. Ein- [illegible]lius Cic. Nemo enim necessitudine & amicitia *ration.* Angl. *A purpose* [illegible]io dicet.

silentia urbis, fames, sitisq[illegible]robo, erector, deprecor, removeo, tridui inedia, major pars mo[illegible] ἀποτροπή. Gall. *Detester, avoir* interdum capitur pro conjectura, [illegible] *& rejetter, avoir en horreur. tir.* 1. *l.* 77. Nam in unum etiamnum [illegible]ssumen eum abjiciendum *oder*

Dēstĭnātō, Adverb. suet. *in Cæs. cap.* 60. [illegible] Angl. *To aiborre, to* eò, sed ex occasione sumebat. *Vatinium*: Omnes

Dēstĭnātus, pro certo & definito. { נחרץ *nechertz* [illegible]um detestatur. Gall. *Destiné, deputé, proposé & arresté.* Ital. *De*[illegible] mores, fa- Deterdnet-bestimt Hisp. *Determinado, determinado.* [illegible]um famimat, *appoynted, ordeined.* } Quint. *lib.* 3. *cap.* 8. Judiciales. ¶ Inferè eadem, sed certis destinatisque personis quæruntur. Sue[illegible] *Aug. c.* 42. Ut destinata summa sufficeret. Idem *in Calig.* Militia. reique bellicæ semel arrepti, neque ex destinato, sed cum ad visendum nemus, &c. Senec. 13. *de Tranq.* Ne nimis destinatis rebus indulgeamus. Velleius; Prædixit ne destinatum iter peteretur, Idem Vell. Destinatus ei parti exercitus Cæs. Velleius, Destinatus Augur (id est, designatus.) Sueton. *in Calig. cap.* 12. Destinati magistratus, id est, designati. Suet. *in Tib. cap.* 31. Destinati agri, id est, assignati. Liv. *lib.* 9. *ab Vrb.* Tempore & loco destinatis. Idem *lib.* 31. *d.* 4. Destinatus dies cædi. Suet. *in Cæs. cap.* 9.

Destinatum, pro scopo: vide *Destino.*

Dēstĭtŭo, is, ex De, & Statuo: Derelinquo, desero, quod promissi non præstat. [illegible] *Sazab*, שמם *schamám*, [illegible]. Gall. *Delaisser, abandonner.* Ital. *Abandonare, lasciar in pericolo.* Germ. Verlassen. Hisp. *Desamparar en peligro.* Angl. *To leave, to forsake.* } Virg. 2. *Eclog.*

*Et freta destituent nudos in littore pisces.*

Destituere verò dicitur, qui quod promisit non præstat, ut qui promissam pecuniam non solvit: unde destitutio apud Cic. *pro Quintio*, Destitutione illa pereulsus Quintius, à Scapulis paucos dies aufert. Cic. 4. *Philipp.* Quid? eundem in decemviratu non destituisti? Idem *pro Sex. Roscio*, Roscius socios induxit, decepit, destituit. ¶ Interdum est privare, & sic construitur cum ablativo. Columell. *lib.* 9. Rursus nimiam siccitatem destituere plantas naturali alimento. ¶ Interdum dissolvere. Navius, Navem jubet destitui anchoris. ¶ Interdum statuere, collocare, ponere. Cæcil. Destituit omnes ferros ad mensam ante se. Plaut. *in Rud. sc.* 5. *a.* 3. Ita duo destituit signa hic cum clavis senex. Vide *ibi* Lambin. Plaut. *Menæch. sc.* 2. *a.* 5. Quid tristis es, quid autem illam ornatam abs te destituis? Ovid. 6. *Fastor.*

*Vique omnes sequitur destitutque duces.*

Destituere conata alicujus. *Vell.* Destituit eos fortuna. *Idem.* ¶ Destituere palum (id est, defigere.) Gell. *cap.* 3. *lib.* 10. Palus in forō destitutus est (id est, defixus) vestimenta detracta sunt, virgis cæsus est. Et Sueton. *in Aug. cap.* 65. Lætum eum fortuna destituit. Et *in Neron. cap.* 40. Destitui (id est, relinqui ab omnibus.) Idem *in August. cap.* 16. Destituere amicum. Destituere expectationem. Liv. *lib.* 5. *d.* 5. Destituere Senatum frequentem (i. non venire in Senatum.) Suet. *in Cæs. cap.* 81. ¶ Destituere, pro Constituere, bis apud Cicer. 5. & 7. *Verr.* & apud Gell. *ex orat. Gracchi*, & apud Liv. *lib.* 7.

Dēstĭtūtus, particip. Derelictus. { נעזב *nehezáb.* ἐγκαταλειφθείς, ἐγκατάλειμμα. Gall. *Delaissé, abandonné.* Ital. *Lasciato, abandonato.* Germ. Verlassen. Hisp. *Desamparado.* Angl. *Left, forsaken.* } Cic. 1. *Offic.* Magisque ille cui promissum sit, ab officio discedat, si se destitutum queratur. ¶ Destitutus absolutè, pro *desperatus.* Sueton. *in Galba*, *cap.* 11. Qua maximè consternatus, destitutóque similis (id est, deserto ab omnibus.) Sueton. *in Cæs. c.* 9. Destitutum utriusque consilium morte Pisonis. ¶ Destitutus (i. orbatus.) Idem *in Tib. cap.* 54. Destitutus honos ab aliquo (i. ereptus.) Idem *in Claud. cap.* 54. Destituta expectatio. Liv. *lib.* 1. *bell. Pun.* Destitutus à re familiari. Suet. *in Neron. cap.* 10. ¶ Destitutus palus (i. defixus.) Gell. *cap.* 3. *lib.* 10. Vide *Destitus*, suprà.

Dēstĭtūtio, verbale: Derelictio, perfidia. { עזבון *schemittáh.* ἀπόστασις. Gall. *Delaissement, abandonnement.* Ital. *Abandonamento.* Germ. Verlassung. Hisp. *Desamparo.* Angl. *A forsaking.* } Cic. *pro Cluent.* Hos qui leviores erant, destitutione iratos Oppianico redderes.

‖ Desto, valde sto. Gloss. A. L.

Dēstrĭcare, consumere. Veteres. Gloss. Isid. consummare. Aliter Distringare, à striga. ‖

Destricare, consummare. Sic inde, *Districare, consummare.* Legendum ubique *destringere*: Destringant equi quando finem faciunt stallandi, hoc est, urinam mittendi, ut apud Suetonium *Defaltare*, & Terentium *Deludere.*

Dēstrĭngo, is: Decerpo, colligo, avello. ארה *aráh*, קטף *katáph.* συλλέγειν. Gal. *Racler, faire choir, ou oster en estreignant ou frottant: abbattre.* Ital. *Stricare, strepare.* Germ. Abstreichen / abstrafen. Hisp. *Sacar, destrozar, arrancar.* Angl. *To brinde hard, to rubbe or scrape & pluck of.* } Unde destringere oleam dicimus pro eo quod est, olivas manibus colligere: & Oleas stringivas, sive destrictivas, quæ opponuntur caducis. Col. *lib.* 12. Tum & olea destringenda est, ex qua velis viride oleum efficere. ¶ Est item Destringere, sudores, aliásve sordes cuti adhærentes abradere: quem in usum olim in balneis strigiles habebant. Mart. *lib.* 14. *Epigr.* 51.

*Sergamus hæc, missi, curvo destringere ferro:*
*Non tam sæpe teres lintea sulla tibi.*

Plin.

*Dixit, & in pectus tum demùm vulnera passus*
*Quæ patuit ferro lethalem condidit ensem.*

Ovid. 13. *Met.* Quæ demùm (increpantis.) Senec. *ep.* 11. *de const. ad Marc.* Demùm, pro Pòst. Suet. *in Tib. cap.* 68. Terent. *in Adelph.* Ego novus maritus anno demùm quinto & sexagesimo fiam. ¶ Pœnitet etiam pro *omninò*, præsertim quando jungitur cum Is, ea, id, vel cum tes. Cic. *in Salust.* Ea demùm magna voluptas, æqualem ac parem verbis vitam agere. Plin. Ea demùm sola avium nonnisi volatu depascitur. Quint. Ita demùm mihi satisfacies, si apud patrem fuisti. ¶ Accipitur etiam pro *Solùm*, *Tantummodò*. Plin. *de viris Illustr.* Et quum moveri nullis viribus posset, ex libris cognitum est, castissimæ demùm fœminæ manu moveri posse. ¶ Demùm, pro *demùm*, veteres posuerunt ‖ ut hodie adhuc dicimus, *prorsùm*, & *prorsum*. ‖ Pacuvius, Quid demùs magis commodum est, quàm ne tutum perduas injuriam pati? Sponticus.

‖ Demundinat, omnibus notum facit. Gloss. Isid. Melius *Denundinat*. ‖ Ita Quintilianus, per ignominiam ducere.

Dēmūrmŭro, as, avi, atum, are. ‖ נלחן *nalón*, רגלאן *ragláh*, λόγῳ φυσιζω. Gall. *Dire en murmurant*. Ital. *Dire mormorando*. Germ. Mummlen/heimlich etwas maudern. Hisp. *Dezir murmurando*. Angl. *To murmure or whisper*. ‖ Ovid. *Met.* 4.

*Ter novies carmen magico demurmurat ore.*

Dēmūs. δῆμος. Locus in Ithaca, aliàs ἀγχίαλος dictus. Apud Athenienses virum sign ficat. Steph. Est etiam pars tribus.

‖ Demusso, mussо. Gloss. demulso. ‖ λειοτριζω, λειαινω. ‖

Dēmūssātā contumelia, id est, dissimulata, & cum silentio, indignatione què transmissa. ‖ Gall. *Injure dissimulée*. Ital. *Ingiuria dissimulata*. Germ. Ein schmach die einer vermeint vnd nit auß in lasse. Hisp. *Injuria disimulada*. Angl. *Dissembled injurie*. ‖ Ut Apuleius *lib.* 3. Mussitare enim propriè est, dissimulandi causà tacere: dictum vel à Græco verbo μύζω, vel à μ, littera, quæ est nimirum prælix vocis, ac penè nullius. Terent. *Adelph.* Accipienda & muturanda injuria adolescentium est. Ubi Donatus exponit, patienter cum silentio perferenda.

Dĭmūtĭlo, as, are: Mutilo. ‖ קצץ *kitsétz*, קצר *katsár*. κολοβόω. Gall. *Couper & reguer de quelque chose, accourcir, mutiler*. Ital. *Mozzare*. Germ. Stümpeln / abstumpfen. Hisp. *Demoschar ò cortar miembro*. Angl. *To maymes to cutt off*. ‖ Colum. *de arbor.* Cacumina virgarum, ne luxurientur, demutilato.

Dĭmūto, as, are: Muto. ‖ חליף *heheliph*. ἀλλάσσω, μεθίστημι. Gall. *Changer en muer d'un en autre*. Ital. *Mutare*. Germ. Verendern/verwechslen. Hisp. *Mudar*. Angl. *To change, to move from one to another*. ‖ Plaut. *in Trinum.* Aut si demutant mores ingenium tuum, neque eos antiquos servat. Tacit. *lib.* 4. Placitum, institutò Flaminum nihil demutatæ. Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 2. (bis.) Argentum dabo, non demorabo. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 5. Imperium tuum demutat, atque edictum Apollinis (an legendum *demutat*? an tutum esse non patiuntur?) Passerat. Os tuum minimum à Thyestæ Tragico demutat (id est, differt.) Apul. *Apolog.* 1.

Dĕmūtātĭo, nis, verbale: Mutatio. ‖ חליפות *chaliphóth*, μεθίστημι. Gall. *Changement d'un en autre*. Ital. *Mutamento*. Germ. Verendrung/verwechslung. Hisp. *Mudança de lugar à lugar*. Angl. *A changing from one to another*. ‖ Plin. *lib.* 28. *cap.* 22. *de chamæleonte*, Nullum animal pavidius esse existimatur, & ideo versicoloris esse demutationis. ¶ Alii legunt, *mutaticii*.

Dēnārĭus, a, um: adjectivè, idem quod decenarius, quod decem continet. ‖ עשרון *hasíri*. δεκατός. Gall. *Dixain, dezier*. Ital. *Decima, decenato*. Germ. Ein zehenet/oder das zehen in sich begreifft. Hisp. *De diez*. Angl. *That containeth to number of ten*. ‖ Plin. *lib.* 31. *cap.* 6. de ratione aquæ ducendæ: Fistulas denûm pedum longitudinis esse, legitimum est. Et si quinariæ erunt, sexagena pondo pendere: si octonariæ, centena: si denariæ, centena vicena: ac deinde ad has portiones. ¶ Denaria appellatur, cujus laminæ latitudo antequam curvetur, digitorum decem est: dimidióque ejus, quinaria.

Dēnārĭæ cerimoniæ dicebantur, sicut Tricenariæ, quibus sacra adituris decem continuis diebus, vel triginta certis quibusdam rebus carendum erat. Hinc Undenarius, Duodenarius, & hujusmodi.

Dēnārĭus, ii. Communiter notatur secundâ longâ: apud Martial. tamen *epigr.* 103. *lib.* 9. Denărius, secundâ brevi legitur. ‖ דרכמון *darchemon*, ארדכן *adharcón*. δραχμή. ‖ Budæo, apud Romanos numus erat argenteus, quatuor valens sestertios: ita dictus, quòd pro decem assibus in solutionem cedebat, quoad perpetuis belli exhausto ærario, placuit denarium sedecim assibus permutari: quod contigit, quum Annibal perpetuos octodecim annos totam Italiam ferro, flammaque crudelissimè vexaret. Alioquin ferè semper denarius decem assibus permutabatur, unde & nomen habuit. Hinc Plutarch. *in Camil.* Asses decem denarium faciunt, inquit. Pendebat autem denarius, argenti siliquas XXIV. Siliquæ autem duodeviginti conficiebant drachmam. Tres itaque denarii pendebant drachmas quatuor: octo autem drachmæ conficiunt uncias: unc æ autem sex constat denariis. Hæc ferè de denarii pondere ex Priscianо decerpsimus. Budæus autem *in lib. de Asse*, non uno in loco ostendit, drachmam Atticam, & Romanum denarium, ejusdem fuisse ponderis & pretii. Quod & ipsum non obscurè indicat Plin. *lib.* 11. *cap. ult.* Drachma, inquit, Atticis (ferè enim Attica observatione medici utuntur) denarii argentei habet pondus: eadémque sex obolos pondere efficit. Conflat itaque denarium ad Gallicæ pecuniæ æstimationem redactum, valuisse solidos Turonenses tres cum dimidio. Denarii dimidium, Quinarium appellabant: quinarii autem dimidium, Sestertium, qui & Numus vocabatur. Si itaque denarii valorem (quem diximus esse trium solidorum cum dimidio) in quatuor æreos partes, habebis valorem Sestertii, hoc est, Carolcum numum unum, & Gallici denarioli dimidium. Veteres etiam pro eodem, Denarium dixerunt in neutro genere. Plaut. *in Rudente*, Centum denaria Philippea? Senec. *ep.* 88. Ut denarius in cloacam cadit.

Dĕnārro: Per ordinem narro, enarro. ‖ ספר *sippér*. καταλέγω. Gall. *Raconter*. Ital. *Narrare per ordine*. Germ. Erzehlen. Hisp. *Contar fabula à historia con orden*. Angl. *To tell, declare or tell*. ‖ Gell. *lib.* 1. Hæc nobis Favorinus summa cum elegantia verborum, gravitásque sermonis conjungere atque gratia donavit. Idem *cap.* 13. *lib.* 1.

Dĕnascor, eris, pto Morior. מת *meth*. Sirmo. Gall. *Mourir, estre d'estre, n'estre plus*. Ital. *Morire*. Germ. Sterben. Hisp. *Morir*. Angl. *To die*. ‖ Cæs. *Hirt. ann. lib.* 1. Quæ nata sunt, ea omnia denascuntur. Et Non. μόνος ἀποθνήσκει ὁ ἀπολλύμενος. Vall. 4. *de L. L.* Qui denascitur, ignem amittit & frigescit.

Dĕnāso, as: Nasum auferо. ‖ Κόπτω. Gall. *Couper le nez*. Ital. *Levare il naso*. Germ. Die nasen abhauen. Hisp. *Cortar las narizes, ò desnarizar*. Angl. *To take or cutt away the nose*. ‖ Plaut. *in Capt. sc.* 4 *a.* 3. Nimisque adepol si adbibes propiùs, os denasabit tibi mordicus: id est, faciem naso spoliabit.

Dĕnāto, as: frequentativum est verbi Deno, as, quod est deorsum nato, vel secundo fluvio nato. ‖ καθέω χαμαι. Gall. *Nager au contraire de l'eau, en fouvent*. Ital. *Natar ispesso*. Germ. Nidrisch schwimmen, hinab schwimmen. Hisp. *Nacho nadar*. Angl. *To swymme often*. ‖ Horat. 3. *Carm. Ode* 7.

*Nec quisquæ citus aquâ*
*Tujes denatat alveo.*

‖ Denatus, mortuus. Denatium, morituris medicina. Tertull. ‖

Dendachātes, δενδραχάτης. Gemma est ex Achatæ generibus, discursu lineatum arbusculæ cujusdam speciem repræsentans: δένδρον enim arborem dicunt. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Dēndrītis, ἐνδρίτης. Gemma quæ sub arbore defossa non permittit secum herbarum. Plin. *lib.* 37. *cap.* 13.

Dēndrocĭssus, δενδρόκισσος. Herba est, quæ sine adminiculo stat exteris hederarum generibus firmior, & ad arbusculæ similitudinem accedens: unde & nomen invenit, ἀπὸ τῆς δένδρου καὶ κισσὸς, id est, ex arbore & hedera.

Dēndroīdes, δενδροειδὲς. Tithymali septima species, teste Plin. *lib.* 26. *cap.* 8. quod leptophyllon vocant, in petris nascens, commodissimum ex omnibus tithymali generibus, & semine copiosissimum.

Dĕnĕgo, as: Recuso, nego. ‖ מאן *meán*. ἀναίνομαι. Gall. *Dénier, refuser, renier*. Ital. *Denegare, recusare*. Germ. Ingnen/abschlagen. Hisp. *Negar, rehusar*. Angl. *To refuse, to denie*. ‖ Terent. *in Andr.* Denegatur se commissurum mihi gnatam tuam. Ovid. 15. *Metam.*

*Denegat hoc genitor* (nactare natam.)

Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 4. Datum denegant quod datum est. Idem *Amph.* Denegat facta, quæ tu facta esse dicis, &c. Virg. 1. *Georg.*

——— *quum jam glandes atque arbuta sacra*
*Deseruere sylvæ, & victum Dodona negaret.*

Cicer. 7. *Verr.* Ut omnia semper quæ curanda videntur esse, non modò his extraordinariis cupiditatibus, sed etiam ipsi naturæ & necessitati denegaret.

Denetatæ, sunt ipsum denariorum pretium. Sic Denerata cera, legitur in charta Bellovensi: aut, Denerata de cera, in charta ingenuitatis, quæ Asarta famula ingenua facta est.

Dēni, æ, a, numerus distributivus, pro decem. ‖ οἱ ἑκατὸν. Gall. *Dix*. Ital. *Decenario, dieci*. Germ. Je zehen. Hisp. *Cada diez*. Angl. *Ten together*. ‖ Plin. *lib.* 10. *cap.* 63. Vivunt Laconici annis denis. Cæsar 5. *bell. Gall.* Uxores habent deni duodenique inter se communes.

Dēnĭcālēs feriæ dicebantur, quibus hominis mortui causâ familia purgabatur. Colum. *lib.* 2. *cap.* 22. Nam apud Pontifices legimus, sextis tantùm denicalibus mulos jungere non licere, cæteris licere.

Dēnĭgro, as: Nigrum facio. ‖ חקדיר *hikdir*. μελανίζω. Gall. *Noircir, faire noir*. Ital. *Far nero*. Germ. Schwertzen/schwartz machen. Hisp. *Negrecer otra cosa*. Angl. *To make blake*. ‖ Plin. Capillum denigrat fuligo. Varr. 1. *de re rust. cap.* 55. Non solùm denigrat terram, &c.

Dĕnĭquĕ, Postremò, ad extremum, post omnia. Passerat. An quis præsumit sententiam, & postremum est? ut, Denicales dies. ‖ בסוף *besóph*. τέλος. Gall. *Finalement, enfin*. Ital. *Finalmente*. Germ. Zuletst. Hisp. *Alcabo, finalmente*. Angl. *Last of all, finallie*. ‖ Ovid. *lib.* 13. *Metamorph.*

*Denique quid verbis opus est?*

Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Tum denique nostra intelligimus bona, cùm amisimus. Cic. Quum ibi non multitudinem militum, non idoneos Imperatores, non pecuniam sibi præstò videremus, non denique ullam rem quæ pertineat ad bellum administrandum. ¶ Ponitur interdum pro omninò, παντως. Ovid.

*Si qua, metu dempto, casta est, ea denique casta est.*

¶ Denique, ad extremum. Cicer. *post red. ad Quir.* Primùm vos docuit, &c. Tum in perorando posuit, &c. Denique ipse ad extremum pro mea vos salute non rogavit solùm, verùm etiam obsecravit. ¶ Denique, pro Tum demùm. Idem *pro Milone*. Itaque Milonis consulatus qui vivo Claudio labefactari non potuit, mortuo denique tentari cœptus est: id est, confestim, vel potiùs tandem & demùm, inquit Bud.

Dĭnŏmĭno: Nomen impono. ‖ קרא *chinnádh*, קרי *kará*. ὀνομάζω. Gall. *Dénommer, bailler nom*. Ital. *Nominare, dar nome*. Germ. Nennen/ein namen geben. Hisp. *Nombrar, dar nombre*. Angl. *To name, to give a name*. ‖ Quintil. *lib.* 1. *cap.* 10. Propria sunt verba, quæ ad significant, in quod primò denominata sunt.

Dēnōmĭnātīvă, dicuntur quæcunque ab aliquo, solo casu, hoc est, solo fine sunt differentia, & secundùm illud nomen habent appellationem: cujusmodi sunt adjectiva à substantivis deducta, ut à studio, studiosus, à robore, robustus, ἐπώνυμα. Nomen enim denominativum habet communicare cum nomine univoco in principio, sed differre in fine. ¶ In denominatione autem tria requiruntur: scilicet denominans, denominatum, & denominativum. Denominans est forma accidentalis, quæ importatur per nomen abstractum: & dicitur denominans, quasi de se aliud nominans, quia de se dat concreto ut prædicetur, & denominet subjectum. Denominatum autem est res ipsa, hoc subjectum cui accidens inhæret. Sed denominativum est accidens quod prædicatur denominativè de suo subjecto, ut album, vel nigrum.

Dĕnōmĭnō, as, est decurpare, & inæqualem facere. { ἀμβλύνω. Gall. *Faire inegal, mettre hors de ligne.* Ital. *Disformare, disgugliare.* Germ. Von der rechten/ linien entfehren / verrucken / ongleich machen. Hisp. *Desordenar, o desemeterar.* Angl. *To make one equall, to put one of rule or order.* } ut interpretatur Acron illud Horatii 2. *lib. Serm.*

——— *si angulus ipse*
*Proximus accedat, qui nunc denormat agellum.*

Dĕnōto, as: Noto, significo, designo. { תוך *highbihh.* σημαίνω. Gall. *Denoter ou noter, marquer, remarquer, designer.* Ital. *Denotare.* Germ. Zeichnen. Hisp. *Notar ò señalar.* Angl. *To note, to marke.* } Liv. 4. *ab Vrb.* Haud dubiè Icilios denotante Senatu, quos mercedem seditiosi Tribunatus petere Consulatum insimulabant. Cicer. *pro lege Manil.* Quòd is qui uno die tota Asia, tot in civitatibus, uno nuntio, atque una literarum significatione, cives Romanos necandos, trucidandósque denotavit. ¶ Denotare probro, infamare. Sueton. *in Caligula*, Quem C. seniorem jam, & mollem effœminatum denotare omni probro consueverat.

Dens, dentis, notæ significationis, ab edendo, sicut Græci ὀδὼς ab ἔδω. { שן *schen.* Gall. *Dent.* Ital. *Dente.* Germ. Ein zan. Hisp. *El diente.* Angl. *The tooth.* } Plaut. *Mon. sc. ult. a. 5.* Septennis (eram.) Nam tum dentes mihi cadebant primùm. Cicer. 3. *de nat. deor.* Tertias Arsippi & Arsinoæ, qui primus purgationem alvi, dentisque evulsionem, ut ferunt, invenit. Plin. *lib. 28. cap. 11.* Dentes mobiles confirmat cervini cornu clavis, dolorésque eorum mitigat, sive inficentur, sive colluantur. Dentes cadunt & pueris, & senibus. Senec. *epist. 84.* Os amarum habeo, dentes plenos, lippiunt fauces fame. Plaut. *Curc. sc. 3. a. 2.* Ut cum dentibus linguam exteres. Idem *Amph.* Concisus pugnis, & illisis dentibus. Idem *ibid.* Quibus dens desit, an sint morbosi? Gell. *cap. 2. lib. 4.* Cum calceatis dentibus veniam. Plaut. *Capt. sc. 2. a. 2.* Si non arriderent, dentes restringerent, ut eadem irritarent. *Ibid. sc. 1. a. 3.* Dentibus frendere, vide *Frendeo.* Ne dentes dentiant, vide *Dentio.* ¶ Accipitur autem quandoque pro clavi, σκληρῶν. Tib. *lib. 1. Eleg. 1.*

*Sed reserat fixa dente puella fores.*

Germanicus in *Progn. Arati*:

*Qualis ferratos subiit clavicula dentes,*
*Succutit & foribus producit vincula claustris.*

¶ Sed & omne quo aliquid teneri, vel dilacerari potest, solet Dens appellari. Virg. *lib. 6.*

——— *tum dente tenaci*
*Anchora fundabat navis.*

Hinc Bidens, Tridens, & hujusmodi. ¶ Dentes diversa sortiuntur nomina. Qui enim primùm apparent apertis labiis, primores vocantur: & adversi, lati & acuti, quibus cibus inciditur. τμητῆρες, δρεπάνιδες, γλάνωπες. Ipsi enim non cibo tantùm & alimentis necessarii, vocis etiam sermonisque regimen tenent, concentu quodam excipientes ictum linguæ. Hinc Plaut. *Capt. sc. 1. a. 1.* Prolatæ res sunt nostris dentibus. Qui verò sequuntur, quasi rotunda specie, acuti in modum serræ, serrati dicuntur, ab antiquis canini appellantur in quocunque animali, κυνόδοντες, κυνοδόντες. Plin. *lib. 11.* Lupi dexter caninus in magnis habetur operibus. Sequuntur maxillares dentes intimi, qui duplices sunt, cibúmque conficiunt, ob id molares dicti, γομφίοι. Juvenalis,

——— *interque molares*
*Difficili crescente cibo.*

Genuini, σωφρονισταί, novissimi nascuntur homini, ut ait Plinius. Animalium aliis sunt dentes continui, ut homini, & equo: aliis exerti, hoc est, extra os producti, ut apro & elephanto. χαυλιόδοντες. ¶ Dentem dente rodere, dicitur qui carpit eum, qui neque loqui queat, neque sentiat. Aut qui mordet pari mordacitate prædituni quempiam. Martial. *lib. 13.* in obtrectatorem quendam,

——— *quid dentem dente juvabit*
*Rodere? caro opus est, si satur esse velis.*

Ovid. *Eleg. ult. lib. 4. Trist.*

——— *Nec iniquo dente momordit* (opus livor.)

Idem *ibid.*

*Hoc* (tempus) *teruat dentem terram vomeribus aratri.*

Denticulus, diminutivum. Dens parvus, ὀδοντίδιον. Apul. *in Apologia*: Viperæ ritu niveo denticulo atrum venenum inspirare.

Dentĭo, is, ire: Dentes emitto, { ὀδοντιάω, ὀδοντόω. Gall. *Produire des dents, en jetter dehors, comme les enfans à qui les dents viennent.* Ital. *Fare i denti.* Germ. Zanen. Hisp. *Endenteear los niños.* Angl. *To breede teeth.* } Plin. *lib. 30. cap. 3.* Cinis eorum pueros tardè dentientes adjuvat cum melle. Plin. *in Mil. sc. 1. a. 1.* Venter creat omnes has scrumnas: auribus persaudienda sunt, ne dentes dentiant. Ubi popularis ioco dentes esuritorum dentire dicuntur, i. dolere (ut fit in pueris dentientibus) præ inedia, & quòd nihil atteratur. Nec tamen hoc naturalitatione vacat: Nam & in gingivis dentibúsque famis sensus quidam cum dolore, propter alimenti inopiam, percipitur.

Dentĭtio, Dentium emissio. { ὀδοντισμός. Gall. *La venuë des dents.* Ital. *La venuta de denti.* Germ. Das zanen / die herfürwachsung der zänen. Hisp. *Aquella cria de endentecer, la venida de los dientes.* Angl. *A breeding of teeth.* } Plin. *lib. 28. cap. 19.* Infantibus nihil bucyro utilius per se, & cum melle privatim, & in dentitione, & ad gingivas & ad oris ulcera. Idem *alibi*, Dens lupi adalligatus infantibus prohibet pavores, dentitionisque morbos. *Ibid.* Cerebrum viperæ illigatum pelliculæ dentitiones adjuvat.

Dentĭpĕgi, æ, instrumentum quo dens eximitur. Græci ὀδοντάγρας vocant. Varro *in quinquatribus*, Hic bipennifer forcipes, dentipegæ. Ex Nonio.

Dentōsus, qui magnos habet dentes: qui & dentosus dicitur. { ὀδοντώδης. Gall. *Dentu, qui a des dents.* Ital. *Dentato, dentoso.* Germ. Der große zän hat. Hisp. *Cosa que tiene dientes.* Angl. *That hath great or many teeth toothed.* } Plaut. *Pseud. sc. 4. a. 4.* Non ego te ad illum duco dentatum virum. ¶ Dentatum etiam dicitur quod dentes habet, sive ii magni, sive parvi sint. Plin. *lib. 11. cap. 41.*



Caseus non fit ex utroque dentatis. Martial. *lib. 13.*

*Sic dentata sibi videtur Ægle*
*Emptis effibus, Indicóque cornu.*

¶ Dentata charta. Cicer. *ad Quint. fratr. lib. 2.* Calamo, & atramento temperato, charta etiam dentata res agetur. ¶ Dentatus item M. Curii cognomen fuit, propterea quòd cum dentibus fuerit natus, ut scribit Plin. *lib. 7.* ¶ Hinc edentatus, cui dentes sunt evulsi. Macrob. Edentatæ bellua morsus. Similiter edentulus, ἀοδόντος, qui dentibus caret.

Dentĭcŭlātus, a, um, quod serræ modo dentatum est. { ὀδοντωτός. Gall. *Qui a comme des dents, en façon de scie, crenú & crochú comme une scie.* Ital. *Fatto a denti.* Germ. Der vil zän hat wie ein sägen. Hisp. *Cosa dentada de pequeños dientes.* Angl. *That hath teeth, lyk the theeth of a saw.* } Plin. Præterea bina brachia denticulatis forcipibus. ¶ Denticulatæ falces, Columell. *lib. 2. cap. 12.* Denticulatorum olus. Plin. *lib. 26. cap. 13.*

Dentālĕ: Ligonum, cui vomer arandi causa inducitur: sed pro vomere poni solet. { תחת *heth.* γύης. Gall. *Le coultre d'une charruë.* Ital. *Dentale.* Germ. Das holtz an dem pflug an welchem man das rödgeisen stosst. Item/ das rödgeisen. Hisp. *El dental del arado.* Angl. *The share of a plough.* } Virg. 1. *Georg.*

*Binæ aures duplici aptantur dentalia dorso.*

Col. *lib. 7.* Et dentalibus terram subigere, quo minoribus bobus id administrari possit. ¶ Dicitur etiam dens, ut Varro scribit, quòd eo quasi dente moleretur terra. ¶ Non inest illi dentale, γῆς ἐστι ἔνδον σκῶλ. Dici consuevit de quopiam ad rem aliquam parum utili: sumpta metaphora ab aratro, cujus pars est γόμφος. Et quoniam præcipua videtur, si absit, nihil confici potest aratro.

Dentātim, & Denticulatim, adverbia, significant ad similitudinem dentium, ὀδοντωτῶς, ὀδοντιδίως.

Dentifrangĭbŭlum, vox est à Plauto conficta pro quavis re, qua dentes confringi possunt, ὀδοντόκλασμα. Idem *in Bacch.* Ne tibi hercle haud longè est os ab infortunio: ita dentifrangibula hæc meis manibus gestiunt. Reperitur & in genere masculino, apud eundem *in Bacchid.* Vale dentifrangibule. Pl. Et tu integumentum vale.

Dentĭfrĭcium, medicamentum quo dentes fricantur, ut fiant candidi. { ὀδοντόκραμμα. Gall. *Poudre, ou autre chose propre à frotter les dents.* Ital. *Nettadenti.* Germ. Ein artzney mit welcher man die zän reibt daß sie weiß werden. Hisp. *Los polvos para fregar dientes.* Angl. *Poulder or other thing to rubbe the teeth.* } Plin. *lib. 28. cap. 11.* Dentifricia utroque modo fiunt. *Ibid.* Et capitis eorum cinis dentifricium est. Usus est eo Apuleius *Apolog. 1.* & Martial. *Epigram. 56. lib. 14.*

Dentĭlŏquus, vel ut emendat Passerat. Dentilegus. Dictio Plautina est, per dentes loquens, obesè loquens propter absentiam dentium, quos linguam includere & gubernare constat. Sic enim habet *in Captivis, sc. 2. a. 4.* Dentilegos, aliàs Dentiloquos, omneis mortales faciam, quemcunque offendero: hoc est, dentes loquentes, id est, ex ore emittentes verborum loco: ut sit sensus, illis adeò dentes concutiam, ut suis sedibus ejectos exspuant. Sunt tamen qui legant apud Plautum, *dentilegos*: nonnulli Dentiloquos quosdam populos interpretantur in confinio Macedoniæ, citantes illud *lib 9. bell. Maced.* Itaque unum tantùm moratus diem quietis, eorum causâ, quos habuerat secum in itinere, inde simili fuga in Dentiloquos transcurrit.

Dentiscălpium, instrumentum quo scalpuntur dentes. { ὀδοντογλυφίς. Gall. *Un cure dent.* Ital. *Stuzzicadenti.* Germ. Ein zanschaber/ zanbürbel. Hisp. *Mondadientes.* Angl. *A pitteresth.* } Martial. *lib. 7.*

*Bissenos triplices & dentiscalpia septem.*

Et *Epigr. 12. lib. 14.*

Dentes, Colum. & Apicio σκύλλαι, & σκυλλάκια, παρὰ τὸ σύρειν τὰ ἐδώδιμα τῇ ἰδίᾳ, quòd dentibus noxius sit, teste Athen. *lib. 7.* Pisces est marinus, sargo, & auratæ similis, cui caput magis compressum quàm auratæ, vel sargo. Dentes singulis maxillis quaterni caninis similes, parvique & exerti: pinnæ & aculei & squamæ & color erythrini (unde & ἐρυθρινόειδης ab Epicharmo dictus est,) ex albo enim rubescit, indéque à Numenio λάμπρος cognominatus est. In capite ejus invenitur gemma quæ synodontides à Plinio vocatur *lib. 37. cap. 10.* Synodontides è cerebro piscium est, qui synodontes vocantur. Vide ejus naturam apud Ælianum *lib. 1. cap. 46.* Plin. *lib. 11. cap. 40.* Atist. *hist. lib. 9. cap. 2.*

Dēnsŭs, a, um: Firmum, compactum, quodque partes habet valdè coarctatas. Dicitur, ut Varro author est, à dentibus pectinis, quibus linteum & quævis tela teritur & condensatur. { πυκνός. Gall. *Espez, massif.* Ital. *Spesso, denso.* Germ. Dict. Hisp. *Espesso.* Angl. *Thick, hard cloſed together.* } Plin. *lib. 10. cap. 69.* Liquidiùs audiunt talpæ obrutæ terra, tam denso atque surdo naturæ elemento. Tib. *lib. 4.*

*Pro te* (anim) *vel solus densis obsistere turmis.*

Ibid.

*Cuique pecus denso pascebant agmine colles.*

Ibid.

——— *densa tellus absconditur umbra.*
*Nec quadrupes densæ depascitur asper a sylvæ.*

Idem. Sub densis umbris. Catull. ¶ Contrà, rarum dicitur, in quo intervallis frequentibus laxior partium videtur esse conjunctio. μανὸν.

Dēnso as: Cogo, spisso. { רבב *Ribbáh. πυκνόω, συμπυκνόω.* Gall. *Espessir, serrer ensemble.* Ital. *Spessire, condensare.* Germ. Dick machen. Hisp. *Espessar ò hazer espesso.* Angl. *To make thick, to thicken.* } Virg. 2. *Georg.*

——— *& Juppiter humidus Austris*
*Densat, erant quæ rara modò, & quæ densa relaxat.*

Liv. 2. *bell. Pun.* Subsidunt Hispani adversùs emissa tela ab hoste: inde ad emittenda ipsi consurgunt: quæ quum Romani conferri, ut solent, densatis excepissent scutis, tum pes cum pede collatus, & gladiis geri res cœpta est.

Dēnso, es, etc. Coire, cogulari. { רבב *Rabáh.* πυκνόω. Gall. *S'espessir.*

Ital. *Spessire, condensare.* Germ. Dick werden. Hisp. *Espessar.* Angl. *To waxe thick or to congele.* } Plin. *lib.*20. *cap.*14. Ipsa accesceret, aut coiret, denseréque hac non patitur. Legitur etiam in activa significatione pro densare: *πυκνοῦν.* Vulg. 7. *Æneid.*

*Agmina densentur campis.*

Sic enim legit Servius. ¶ Hinc Condenseo, compositum, quod & ipsum activam habet significationem. Lucret. *lib.*1.

*Quod si fortè aliquis, cùm corpora dissiluêre,*
*Tum putat id fieri, quia se condenseat aër.*

Dēnsātĭo, ōnis: Coactio. { מעבה *maabéth.* πύκνωσις. Gall. *Espessissement.* Ital. *Spessamento, restringimento* Germ. Dick machung. Hisp. *Espessura.* Angl. *A waxing thick or congealing.* } Plin. *lib.*31. *cap.*7. Prima densatio Babyloniæ in bitumen liquidum cogitur oleo simile.

Dēnsē, adverbium. { πυκνῶς. Gall. *Espessement.* Ital. *Spessamente.* Germ. Dick/oder dichtlecht. Hisp. *Espessamiento.* Ang. *Thick and close together.* } Plin. *lib.*16. *cap.*37. Cæsæque densiùs innumeræ hederæ prosint. Ovid. *de Pont.*

*Nulla tamen subeunt mihi tempora densiùs istis.*

Dēnsĭtās: Crassitudo, spissitudo. { עבי *habi.* πύκνωσις. Gall. *Espessissement.* Ital. *Spessamento.* Germ. Dicke. Hisp. *Espessura.* Angl. *Thickenesse.* } Plin. *lib.*11. *cap.*3. Quamvis arcente spiritum densitate, & altitudine humoris.

Dēnsē, Dentatus, Denticulatus: vide *Dens.*

Dēnŭbo, is: Nubo. { חתחתן *hitchatten.* γαμέω, γαμβρεύω. Gall. *Se marier à quelqu'un.* Ital. *Maritarsi, giungersi in matrimonio.* Germ. Ein man nemmen/sich mit einem mann in den ehestand begeben. Hisp. *Casarse.* Angl. *To be maried, to some man.* } Apuleius *lib.*2. ...*polog.* At tu dum eam putas etiam nunc Claro fratri tuo denuptam, falsa spe inductus, filio ejus Pontano author assentiendi fuisti. Tacit. *lib.*5. Tot luctibus funestata civitate, pars mœroris fuit, quòd Julia Drusi filia denupsit in domum Rubellii Blandi. Sueton. *in Neron. cap.*29. Cui (Dotyphoro) etiam sicut ipsi Sporus, ita ipse denupsit. ¶ Per translationem etiam vites nubere dicuntur, infirmioréque plantæ, cùm arboribus firmioribus associantur. Colum. *lib.*10.

*Semina depositis cupiunt denubere plantis.*

Dēnūdo: Spolio, nudum reddo. { חשף *chasháph.* γυμνόω. Gall. *Dénuer, mettre nud.* Ital. *Spogliare, nudare.* Germ. Entblössen/nackend ausziehen. Hisp. *Desnudar.* Angl. *To make naked.* } Plin. *lib.*11. *cap.*22. Ut denudet fœminam vestis bombycina. Cic. *lib.*7. *in Verr.* Exciretur Verres, ne denudetur à pectore, ne cicatrices populus Romanus aspiciat. Senec. *cap.*15. *de tranquil.* Multa sunt, quæ denudent fictos. Livius *lib.*2. *dec.*5. *&* *lib.*4. *dec.*5. Denudare judicia sua.

Dēnūmĕro, as, are. Plaut. *Asin. sc.*4. *a.*2. Si vis istuc argentum mihi denumerare.

Dēnūntĭo, as: futurum aliquid nuntio, prænuntio, prædico. { הגיד *higghidh.* ἀναγγέλω, προαγορεύω. Gall. *Denoncer, annoncer, advertir.* Ital. *Denunciare, far noto.* Germ. Verkündigen/etwas künftiges ansagen. Hisp. *Denunciar.* Angl. *To denounce, to foreshewe or warne.* } Cic. *de senect.* Quomodo Carthagini malè diu cogitanti bellum inferatur, multò antè denuntio. Columella, Sin autem cœli status frigidus & pruinosus, hyemis violentiam denuntiat, in Idus Februarias hanc curam differemus. Cic. 1. *Tuscul.* Nos verò si quid tale acciderit, ut à Deo denuntiatum videatur, ut exeamus è vita, læti, & gratias agentes pereamus. ¶ Ponitur aliquando pro Indico, jubeo, impono Cicer. *pro Sext. Rosc.* Non putasti me familiarissimis tuis testimonia denuntiaturum. Item præcisè denunciare. Idem 4. *Verr.* & apud Fabium *lib.*5. Item, Sueton. *in Tib. cap.*27. Denuntiavit ne se amplùs contumeliæ caussa nominatet. Quintil. Denunciare lege testimonium. ¶ Denunciata cædes, pro prædicta. Suet. *in Cæs. cap.*81. ¶ Aliquando pro palàm dico, significo, ostento. Idem *pro Quint.* Procuratorem se esse denunciat. De re aliqua denuntiare. Cic. *pro Cecinna*, Postea cur Ebuti de isto potiùs fundo quàm de alio (si quem habes) Cecinnæ denuntiabas, si Cecinna non possidebat.

Dēnūntĭātĭo, nis: Prædictio. { בסרה *besoráh.* προαγόρευσις. Gall. *Denonciation, advertissement, annoncement de quelque chose à venir.* Ital. *Annunciatione, anvertimento.* Germ. Verkündigung/weissagung. Hisp. *Denunciation.* Angl. *A denunciation or fore warning.* } Cic. 2. *de Divin.* Quæ est enim ista à diis profecta significatio, & quasi denunciatio calamitatum. ¶ Denuntiatio, pro Minæ Plin. ad Ptiscum *lib.*6. *Epist.* Quanquam quid denuntiationibus, & quasi minis ago? Cæsar 3. *bell. civilis.* Quum neque pollicitationibus, neque denunciatione periculi permovere posset, oppidum oppugnare instituit. Suet. *in Aug. cap.*66. Denunciationes accusatorum. Et Velleius, Denunciatione quietis territus, i. somnii monitu.

Dēnŭo, adverbium, de novo, de integro. { עוד *ódh.* ἐξ ὑπαρχῆς. Gall. *Derechef, encores.* Ital. *Di novo, un'altra fiata.* Germ. Widerumb/auff ein neues. Hisp. *Desde comença à de nueva.* Angl. *Again, of itsonnes.* } Plaut. *in Amphitr.* Si denuò pultaveris. Liv. 10. *bell. Pun.* Fabius in Hetruria rebellante denuò, quatuor millia & quingentos Perusinorum occidit. Plaut. *Mostell. sc.*3. *a.*1. Nisi te denuò liberasser. Idem *Menach. sc.*2. *a.*2. Ecce Apollo denuò me jubet facere impetum. Idem *Mostel. sc.*2. *a.*1. Ædificantur ædes totæ denuò. Et *Capt. sc.*3. *a.*2. Redite ad parentes denuò. Idem *Amphitr.* Volt denuò pallium detexere. Etiam denuò: Quoties tibi dictum vis? Non denuò? (id est, sæpiùs.) *Ibid. sc.*2. *a.*4. Nec unquam denuò parentibus cognitos, (id est, postea.) *Ibid. sc.*3. *a.*4.

Dĕō, Δηὼ, Ceres à Græcis appellatur: παρὰ τὸ δῆν, τὸ δεῖσθαι, eo quòd fruges fuerit inventrix. { Germ. Die Ceres/ein göttin oder ee sonderin des getraids. } Hinc Deois, patronymicum, filia Deûs, quæ est Proserpina. Ovid. 6. *Metam.*

*Addidit ut Satyri celatum imagine, pulchram*
*Ingpiter implerit gemino Nycteida fœtu.*
*Mnemosynem pastor, variusque Deoida serpens.*

Dĕŏcco, as, ate: Occo { διαπυρῶ. Gall. *Herser la terre, émotter.* Ital. *Erpegare la terra.* Germ. Das erdrich eggen. Hisp. *Gradear la terra.* Angl. *To harrow.* } Plin. *lib.*18. *cap.*25. Vicia non sarritur, non sterquilatur, nec aliud quàm deoccatur.

Dĕŏnĕro, as, are: Onus depono, exonero. )( Onero. { הקל *hekél.* ἀποφορτίζω. Gall. *Descharger.* Ital. *Scaricare.* Germ. Entladen/abladen. Hisp. *Descargar.* Angl. *To make light, to put of a lode or burden.* } Cicero per translationem, 1. *Verr.* Quid quum commiserari, conqueri, & ex illius invidia deonerare aliquid, & in te trajicere cœperit?

Dĕōro, pro Peroro nonnulli usurparunt, ἐπαίρω, & Deoratum pro perorato scripserunt, ut Pompeius Festus testatur.

Dĕōrsum, )( Sursum. { למטה *lemattáh.* κάτω. Gall. *Contrebas, en allant en bas.* Ital. *Ingiu, di sotto.* Germ. Nidersich/vndersich. Hisp. *Hazia baxo.* Angl. *Downeward, beneath, alowe.* } Plaut. *Amphitr.* Devolant angues jubati deorsum in impluvium duo. Idem *Asi. sc.*4. *a.*2. Si deorsum comedent quicquid coxerint (in puteo coqui.) *Ibid. sc.*6. *a.*2. Ego me deorsum duco ex arbore. Et Senec. *cap.*11. *de tranquil.* Sursum ac deorsum tes euntes. Cicer. 1. *de nat. Deor.* Aït atomum, quum pondere & gravitate directò deorsùm feratur, declinare paululùm. ¶ Capiuntur tamen ambo pro Ultro, citróque, ἄνω καὶ κάτω, ἄνω κάτω. Terent. *in Eunuch.* Sex ego te totos Parmeno hos menses quietum reddam, ne sursum deorsum cursites. Tractum ab Athenarum situ, cujus portus in imo, urbs verò in editiore loco sita erat. Modò etymologiam, modò dissyllabum ponitur à poëtis. Lucr. *lib.*2.

*Quin vacuum per inane deorsum cuncta ferantur.*

Ibidem,

*Corpora quum deorsum rectum per inane ferantur.*

Dĕōsculŏr: Osculor. { נשק *naschák.* φιλέω, καταφιλέω. Gall. *Baiser.* Ital. *Baciare.* Germ. Küssen. Hisp. *Besar.* Angl. *To kisse.* } Mart. *lib.*8. Hos amplectitur, hos deosculatur.

Dēpăcīscŏr, eris, sive depecisco: Paciscor. { ידד *iadádh.* קים *hiam.* συντίθημι. Gall. *Faire pation, accorder ensemble, convenir, traitter, transiger.* Ital. *Pattuire, far patto.* Germ. Ein vertrag oder pacht machen. Hisp. *Hazer pacto.* Angl. *To mak a convenant or league.* } Cicer. *pro Sext. Rosc.* Ipse sibi tria prælia depactus est. Idem 3. *Verr.* Nec antè dimissus, quàm ad conditiones ejus depactus est. Cicer. *Attic.* In quo non extimesco periculum; quum enim tot mala impendeant, cur non honestissimè depacisci velim? Terent. *in Pherm.* Ita me dii ament, ut mihi liceat tandiu, quod amo, frui: jam depacisci mortem cupio. Quidam tamen in omnibus hisce locis *depecisci* legunt, & *depectus*, ut differat à *depactus*, quod participium est à depango. Apud Gell. *cap.*1. *lib.*10. legitur Depecisci.

‖ Depactio, pacis confœderatio. Gloss. vet. A.L. ‖

Dēpăctŭs, partic. à Depacisco, vel Depectus, à Depecisco. συνθέμενος. Ulp. *in l. & generaliter, §.*1. *ff. de calumniatorib.* Hoc igitur edicto tenetur etiam is qui depectus est. Depectus autem dicitur turpiter pactus. Quædam exemplaria legunt *Depactus.*

Depalatio, ut dierum depalatio, i. accretio & incrementum. Quod sumptum ex horologiorum ratione. Nam cùm eis cuneos modò adjicerent, modò detraherent, diminutionique dierum conveniret adjectio cuneorum, incremento detractio, depalatio, seu cuneorum remotio, amplificationem dierum significabat. Vide Vitrur. *lib.*9.

‖ Depalator, propalator. Tertull. Depallio, as: pallio spolio. Idem. ‖

**Dēsultōrĭi**, ipsi equi sine ephippiis, dicti quòd ex his facilè desiliant desultores, qui duo singulis equitibus præstò erant, exercitatis ita militibus, ut altero de via fesso, desilire possent in recentem, ἀλλαγή. Suet. *in Cæs.* Quadrigas, bigásque, & equos desultorios agitaverunt nobilissimi juvenes. Calliod. verò *in Epist.* diversum ab hoc genus fuisse docet in ludis Circensibus: Equi (inquit) desultorii sunt, per quos Circensium ministri missos denuntiant exituros, ut luciferi quadam in astris similitudine præcursorias velocitates imitari videantur. ¶ Ponitur aliquando *desultorius*, pro *desultore*, qui ex equo in equum facilè desilit, & relicto priore in alium transit: id quod Cicero translatè posuit pro inconstanti, *pro L. Mur.* Respondebo igitur Posthumo primùm, qui nescio quo pacto mihi videtur Prætorius candidatus in Consularem quasi desultorius in quadrigatum curriculum incurrere. Apul. 1. *de Asino*, Jam hæc quidem ipsa vocis immutatio desultoriæ scientiæ, stylóque, quo accessimus, respondet. Martian. *de nuptiis Philologiæ*, Levitate pernix desultoria gestiebat.

**Dēsultōrĭē** natura, proverbialiter dicitur. Joannes Picus: Homo, inquit, variæ ac multiformis & desultoriæ naturæ animal. Desultoriam hominis naturam dixit, quasi versipellem, & subinde sese in aliam aliamque formam mutantem, ut Proteum factitasse fabulantur. A Martiano Capella hoc sumptum, qui levitatem desultoriam dixit *lib.* 1. Budæus.

**Dēsĭno**, is, ex De, & Sino, significat omitto, finio, cesso. { חדל *chadál.* שבת *schabáth.* παύομαι, ἐπιλείπω. Gall. *Cesser, s'arrester.* Ital. *Cessare, dimittere, lasciare.* Germ. Auffhören/ablassen. Hisp. *Dexar, ò cessar de alguna cosa.* Angl. *To cease, to leave.* } Terent. *in Phorm.* Imò haud desinam, donec perfecero hoc. Idem *in prologo Andr.* Dehinc, ut quiescant, porrò moneo, & desinant maledicere. Cicer. *Mario*, Libenter mehercule artem desinerem, tecúmque, & cum similibus nostri viverem. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 1. Observare virum desines. Ubi nihil sit simul (amator) amare desinat. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Maluit Afer deficere (dicendo) quàm desinere. Quint. Desine ludos facere. Plaut. *Men. sc.* 4. *a.* 2. Heu, heu! P. Desine. 8. Doleo. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Desito sermone uti. Gell. *cap.* 10. *lib.* 1. Desinit populus istis legibus (sup. uti.) Idem *cap.* 1. *lib.* 20. Est autem Desinere artem, renunciare arti, atque illam relinquere, παύομαι ... τέχνην, ἢ παραλείπω. Idem *lib.* 15. Omnium cum Athenensium consensu disciplina tibiis canendi desita est. Apuleius *lib.* 4. Desine scelus. ¶ Aliquando pro Terminare accipitur. Plin. *in Panegyr.* Incipimus inde, desinimus ibi à quo incipi, in quo desii sub alio Principe non posset. Idem *in epist.* Desinit ibi triclinium. Hinc desinentia, finis, terminus, πεπλωκότα. Desinere in perpetuum, non ad tempus quo quis reverti possit, referendum est: author Pomp. *in l.* 13. *de assig. libert.* Sic *l. si non qui, §. quod dicitur. de jur. dot.* Desino cum genitivo, Græcismus est. Horat. 2. *carm. Ode* 9.

——— *desine mollium*
*Tandem querelarum.*

Re aliqua desinere, pro cessare de re aliqua. Cicer. 4. *Acad.* Desine quæso locis communibus, domi nobis ista nascuntur. ¶ Desinere artem transitivè. Sueton. *Tib. cap.* 36. Expulit & Mathematicos, sed deprecantibus ac se artem desituros promittentibus, veniam dedit. ¶ Desinit esse solvendo, cui vel insignis calamitas, vel magna inopia accessit. Author Paulus *in l. si arbitro, D. qui satisd. cog.* Vide & Triph. *in §. quod autem dicitur desisse, l. tuteres, de admin. tut.*

**Dēsĭnĭtŭr**, impersonale, & Desitum est. Ovid. 1. *de arte.*

*Tunc benè desinitur.*

Cicer. *lib.* 2. *de finib.* Rectè jampridem desitum est contra eos disputari.

**Dēsĭtŭs**, partic. { נישבת *nischbáth.* κατάπαυσις. Gall. *Delaissé, abolí, qui n'est plus en bruit, ny en usage.* Ital. *Lasciato, annullato, che non è più in uso.* Germ. Aufgehört/von dem man abgelassen hat. Hisp. *Cosa dexada y desacostumbrada.* Angl. *Left th forsaken.* } Cic. *ad Patum, lib.* 9. Post hunc tredecim fuerunt sella curuli ante L. Papirium Crassum, qui primùm Papirius est vocari desitus. Verba desita, id est, inusitata. Gell. *cap.* 7. *lib.* 11. Desita disciplina tibiis canendi, omnium Atheniensium consensu. Idem *cap.* 17. *lib.* 15. Desita oppugnatio. *Ibid. cap. ult.* Desiti creari Censores. Suet. *in Aug. cap.* 37.

¶ Desipes, tardus pedibus. Gloss. ¶

**Dēsĭpĭo**, is, desipui, & desipii: ex De, & Sapio: insipienter ago, deliro. { נבער *nibbár*, נכסל *nischál.* παραφρονῶ, ἀφραίνω. Gall. *Defaillir de sens, radoter, perdre son bon entendement, estre hors du sens.* Ital. *Essere pazzo fuor di mente.* Germ. Abwesinig worden/narrechtig sein/oder an verstandt handeln. Hisp. *Enloquecer.* Angl. *To dote, or waxe foolish.* } ¶ Tertul. *de pudicit.* Fermentum modicum totam desipit conspersionem. ¶ Cicer. *M. Cœlio*, In quo quum objurgaret, quòd nimio gaudio penè desiperem. Plaut. *Epid.* genitivo junxit. Desipiebam mentis, quum illa scripta mitterem. August. *lib.* 1. *de civitate Dei*, docet minus esse desipere, quàm insanire. Porrò (inquit) si quis hoc aggrediendum & suadendum putat, non dico desipit, sed insanit. Lactant. *lib.* 4. Denique Poëta maximus, homo in cæteris prudens, in hoc solo non poëticè, sed aniliter desipuit: id est, more anili insipienter egit. ¶ Hujus contrarium est Resipisco: nam Resipio in usu ratò est. Resipisco frequenter. Desipio in usu est, desipisco non: Desipere in verba, vide *Verbum.*

¶ Desipo, saporem muco. Tertull.

**Dēsĭstō**, is: Cesso, omitto. { עמד *Samádh*, שבת *schabáth.* ἀφίστημι, ἀπαλλάττω. Gall. *Desister, n'aller pas plus avant, s'arrester cesser.* Ital. *Cessare, lasciare.* Germ. Abstehen/ablassen/auffhören. Hisp. *Dexarse de alguna cosa.* Angl. *To stay or rest.* } Virg. 1. *Æneid.*

——— *mène incœpto desistere victam.*

Plaut. *in Rud.* Desiste dictis nunc jam miseram me consolari, nisi, &c. Cicer. 7. *Verr.* Rogat ut id facere desistant. Idem *pro Quintio*, Auctionem velle facere desistit. Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 2. Aliter non desistam exequi (id est, non desinam investigare.) Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Desiste: Rectè meam rem sapio (id est, desine monere.) Desistere à defensione. Cæs. *lib.* 2. *de bell. civ.* Desistere oppugnatione. *Ibid.* Desistere de petitione. Liv. *lib.* 7. *d.* 4. Plaut. *in Aten. sc.* 2. *a.* 5. Quid tu es tristis? quid ille abs te iratus destitit? nescio quid vos velitari estis inter vos duos: id est, recessit, vel diversus stetit, sed eò destitit, potiùs deducendum videtur à Disto. ¶ Desistere etiam, stare, subsistere, vel in loco aliquo morari significat. Idem *in Most.* Quid illic destitisti, obsecro tandiu? ¶ Desistere apud Jurisconsultos, est à re aliqua, sive ab actione calumniosè instituta abstinere. Desistere, inquit Ulpianus, est à negotio abstinere, quod calumniandi animo instituerat. Inde Destitisse videtur non qui distulit, sed qui liti renunciavit in totum.

**Dēsĭtĭātes**, δεσιάτης. Liburniæ populi in conventu Narbonensi: quos commemorat Plin. *lib.* 3. *cap.* 22.

**Dēsĭtĭsco**, contemno. Gloss. vet. A. L.

**Dēsmophylax**, vinctorum, & captivorum custos. δεσμὰ vincula: φύλαξ custos.

**Dēsmōtērĭŏn.** { כלא *chèle.* δεσμωτήριον. Gall. *Prison.* Ital. *Prigione.* Germ. Ein gefengnuß. Hisp. *Carcel, lugar de prision.* Angl. *A prision.* } Græci vocant carcerem in quo vincti asservantur: à verbo Græco δέω, quod est ligo & vincio.

¶ Desmotricho, ornatus in capite muliebris, ad crines colligandos. L. g. b. ¶

**Dēsŏlo**, as: Solum & desertum facio, à solus, a, um. { חרב *hecherib.* ἐρημόω. Gall. *Laisser tout seul, pillier en sorte qu'on ne laisse rien que la place.* Ital. *Desertare, distruggere.* Germ. Wüst unnd öd ligen/verwüsten/verderben. Hisp. *Privar del plazer, destruyr, desollar.* Angl. *To mak desolat and wast without habitation.* Virg. 11. *Æneid.*

——— *sat funera fusi*
*Vidimus ingentes & desolavimus agros.*

Ibid.

*Disjectique duces, desolatique manipli.*

Colum. *lib.* 1. *cap.* 3. Quos hostis profugiendo desolasset agros, &c.

**Dēsōlātus**, a, um, à desolando, derelictus. Suet. *in cap.* 12. Cùm deserta desolatáque reliquis subsidiis aula, &c. id est, liberis. Desolatus filius, solus è liberis relictus. Plin. *in epist.* Domúmque plurimis admiculis antè fundatam, desolatus fulcit & sustinet. Budæus.

¶ Despero, est valde sperno. ¶

**Dēspĕro**, as: Sperare desino, spem omnem abjicio. { נואש *noasch.* ἀπογινώσκω, ἀπαγορεύω. Gall. *Desesperer, n'avoir plus d'espoir.* Ital. *Disperare, sconfidarsi.* Germ. Verzweiffeln/alle hoffnung verlieren. Hisp. *Desesperar.* Angl. *To despayre, to cast of all hope and trust.* } Hic enim De præpositio negandi vim habet. Cicer. 1. *Offic.* Considerandum est, ne aut temerè desperet propter ignaviam, aut nimis confidat propter cupiditatem. Idem *in Pisonem*, Quid, quod tu toties diffidens, ac desperans rebus tuis, in sordibus, lamentis, luctúque jacuisti? Idem *in Lal.* Cujus autem clausæ sunt veritati. Ovid. 5. *Fast.*

*Cur ego desperem fieri sine conjuge matres.*

Dicimus autem, Desperare saluti, vel salutem, vel de salute. Desperare fugam. Cæs. 1. *bell. Gall.* ¶ Desperare liberos. Gall. *Estre hors d'esperance, desesperer d'avoir des enfans.* Gell. *cap.* 1. *lib.* 7. Publium quoque Scipionem, cum quinquata ætat, liberos desperavisse. Cum infinitivo, Cic. *de Divinat.* Non equidem planè despero ista esse vera: sed nescio, & discere à te volo.

**Dēspĕrātus**, a, um: Ab omni spe derelictus, destitutus. { נואש *noásch.* ἀπηλπισμένος, ἀπήλπικα, ὡς ἀπόνητον πράγμα. Angl. *Despayred, that hath nobo pe or trust.* } Cicer. *pro Domo*: Res ferè jam desperata. Idem *in Pison.* Despectus à cæteris, à scipso desperatus & relictus,

relictus. Et *in Cat.* Exercitus comparatus ex senibus desperatis.

Dēsperans,tis, particip. {מיואש *measéh.* ἀπελπίζων, ἀπογινώσκων. Gall. *Desesperant, qui n'a point d'esperance.* Ital. *Che manca al tutto di speranza.* Germ. Verzweifelnd / Verzagend. Hisp. *Desperado, ó desesperado.* Angl. *That hath no hope : that despayred.* } Cic. 1. *de fin.* Omnia semper desperantes. Desperantia ulcera. Plin. *lib.* 22. *cap.* 24.

Dēsperāntĕr, adverb. {ἀπελπιστικῶς. Gall. *Par desespoir.* ou *desesperant.* Ital. *In desperatione.* Ger. Verzagklich / ohn alle hoffnung. Hisp. *Desperadamente.* Angl. *Despayringlie.* } Cic. *ad Att. lib.* 14. Desperanter tecum locutus est.

Dēspĕrātio, ut inquit Cic. *lib.* 4. *Tusc.* est ægritudo sine ulla rerum expectatione meliorum. {מורא *anúsch.* ἀπόγνωσις. Gall. *Desespoir.* Ital. *Desperatione.* Germ. Verzweiflung. Hisp. *Desesperacion.* Angl. *A despayring.* } Sallust. Ne fortè desperatione adducti, vitæ mortem præferant. Brutus *Ciceroni.* Ista verò imbecillitas & desperatio, cujus culpa non magis in te residet, quàm in omnibus aliis, & Cæsarem ad cupiditatem regni impulit, & Antonio post interitum illius persuasit. Cels. *lib.* 7. *cap.* 4. Sed non omnimodò tes eadem desperationem habet.

Dĕspĭcio : Deorsum aspicio, video, animadverto. {משקפת *mischkiph.* ὑφορῶ. Gall. *Regarder en bas, voir d'en haut.* Ital. *Guardare ingiu.* Germ. Vnderſich ſehen / oben herab ſehen. Hisp. *Mirar de arriba abaxo.* Angl. *To looke downe frome aborne.*} Plaut. *Milit. sc.* 6. *a* 2. Me despexisse ad te per impluvium fateor. Idem *ibid. sc.* 3. *a.* 2. Per impluvium despexi proximum. Col. *lib.* 1. Area si competit, ita constituenda est, ut vel à domino, vel certè à procuratore despici possit. ¶ Ponitur aliquando pro Contemno, sive parvifacio. {בזה *bazáh.* καταφρονῶ, ὑπερορῶ, ὀλιγωρῶ, ὑπερφρονῶ. Gall. *Déprizer, mépriser.* Ital. *Disprezzare.* Germ. Verachten / für nichts halten. Hisp. *Menospreciar.* Angl. *To despriſe, to set naught by.* } Cic. 2. *Offic.* Despiciunt autem eas & contemnunt, in quibus nihil virtutis, aut nervorum putant. Sic, Despicere vitam, pro contemnere. Suet. *in Othon. cap.* 10. Tunc ad despiciendam vitam exemplo manipularis militis concitatum, &c. ¶ Aliquando item ponitur pro Non attendo, visum aliò detorqueo, & averto. Cicer. *pro Sext. Rosc. Amer.* Simulàrque ille despexerit, aliquid hujusce modi moliuntur : id est, simulàtque visum averterit, & ut vulgò loquuntur, dorsum verterit.

Dĕspĕctŭs, a, um, particip. à verbo Despicior, Contemptus, derelictus. {בוזה *bazúi,* נבזה *nibzéh.* καταφρονητός. Gall. *Déprisé, mépriſé, regardé par mépris.* Ital. *Sprezzato.* Germ. Verachtet. Hisp. *Menospreciado.* Angl. *Contemned, not regarded.* } Cic. *in Pison.* Abjectus, contemptus, despectus ab omnibus.

Dĕspĕctŭs, us, nomen verbale à verbo Despicio, significat prospectum ex superiori loco in inferiorem. {ὑφόρημα. Gall. *Veuë de haut en bas.* Ital. *Il prospetto d'un luogo inferiori.* Germ. Das abſehen. Hisp. *El mirar abaxo.* Angl. *A looking downe frome aborne.*} Cæs. *lib.* 7. *bell. Gall.* Erat ex oppido Alexia despectus in campum. Idem *lib.* 3. Omnes colles, & loca superiora, unde erat despectus in mare, ab exercitu tenebantur. ¶ Accipitur præterea despectus pro contemptu. {בזיון *bizzaión.* καταφρόνησις, ὑπερφρόνησις. Gall. *Déprisement, mépris.* Ital. *Disprezzo.* Germ. Verachtung. Hisp. *Menosprecio.* Angl. *Contempt.* } Author *ad Her.* Filii parvi privati patris auxilio, ludibrio & despectui paternis inimicis crudi exponiti. Tacit. *lib.* 20. Rem Romanam illis esse despectui.

Dĕspectĭo, Contemptus. {בזה *bazáh.* καταφρόνησις. Gall. *Déprisement, regard par mépris.* Ital. *Disprezzo.* Germ. Verachtung. Hisp. *El menosprecio.* Angl. *Contempt.* } Cic. *in Herr.* Consolabitur eam magnitudo animi, & humanarum opinionum alta quædam despectio.

Dĕspĕcto, as : Sæpe deorsum aspicio. {משקיף *hiſchkiph.* ὑφοράω, ὑφορῶμαι. Gall. *Regarder ſouvent de haut en bas.* Ital. *Guardare d'alto à basso.* Germ. Oft vnderſich ſehen. Hisp. *Mirar de arriba abaxo.* Angl. *To looke downeward often.*} Claud. *lib.* 3. *de rapt. Proserp.*

——*despectans vertice lucum.*

Virg. 1. *Æneid.*

——*nunc terram ordine longo*
*Aut capere, aut captam jam despectare videntur.*

¶ Despector, despectator : Contemptor. Tertull.¶

Dĕspectĭssĭmē : Despectio, contemptus. {בזה *bazáh.* καταφρόνησις. Gall. *Mépris.* Ital. *Disprezzo.* Germ. Verachtigkeit / verſchmähung. Hisp. *Menosprecio.* Angl. *A despiſing or contemning.*} In se plus continet quàm contemptio : ut apud Cic. *lib.* 1. *Tusc.* Toramque vim benè vivendi in animi robore, ac magnitudine, ut in omnium rerum humanarum contemptione, ac despicientia ponamus. Utroque autem horum majorem vim habet Illusio. Cic. *in Catone,* Contemni se putant, despici, illudi.

Dĕspĭcŏr, aris, atus : Despicio, contemno. {בזה *bazáh,* בז *baz.* καταφρονῶ. Gall. *Déprizer fort, mépriſer.* Ital. *Sprezzare.* Germ. Verachten / verſchmähen. Hisp. *Menospreciar.* Angl. *To contemne, to diſpriſe or ſet naught by.* } Veteres Despicio in activa voce usi sunt : à cujus passivo Despicatus participium remansit. Terent. *in Eunuch.* Quæ nos nostrique adulescentiam habent despicatam. Donatus, Despicatam, contemptam atque despectam, à despicior, despicatus, nomen ex participio, pro contemno. Cicer. *pro Sest.* Cessi tribuni pleb. despicatissimi hominis furori.

Dĕspĭcatissĭmus, a, um. Gell. *cap.* 4. *lib.* 15. & Cic. *pro Sest.* ut in verbo præcedente est dictum.

Dĕspĭcātŭs, us, ui. Contemptus. {בזה *bazáh.* καταφρόνησις. Gall. *Mépris.* Ital. *Disprezzo.* Germ. Verachtung. Hisp. *Menosprecio.* Angl. *Contempt.* } Despicatui duci, est contemni. Cicer, *pro Flacc.* Quid porrò in Græco sermone tam tritum atque celebratum est, quam si quis despicatui ducitur, ut Mysorum ultimus esse dicatur ? Plaut. *Men. sc.* 3. *a.* 4. Quando me bene meretur tibi habes despicatui.

Dĕspĭcātĭo, verbale, idem. καταφρόνησις. Cic. 1. *de finib.* Ut odia, invidiæ, despicationes adversentur voluptatibus.

¶ Despoliabula, loca ad spoliandum apta. ¶

Dĕspŏlio, as, ate : Exuo, spolio, dispolio. {שדד *chalál.* λῃστεύω, λῃστεύομαι. Gall. *Dépouiller, piller.* Ital. *Spogliare.* Germ. Außziehen berauben / plündern. Hisp. *Despojar.* Angl. *To robbe, to ſpoile.* } Plaut. *in cist.* Vir te vestiat, tu virum despolies. Cicer. *ad Attic. lib.* 7. Quum ferret litteras ad bustum Sallii, vulneratus & despoliatus est. Idem 5. *Verr.* Qui in sua patria dux iste quondam, & magister ad despoliandum Dianæ templum fuit. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Aliam orationem despoliato prædicas : id est, amanti, quem spoliasti bonis. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 5. Me despoliat, & ornamenta mea ad meretrices defert.

Despoliatus, a, um. *Despoüillé, defuné, mis au blanc.* Vide in verbo antecedenti.

Dĕspŏndĕo, ex De & Spondeo. Spondeo autem veteres pro Dico usurpabant. Unde Respondeo factum est, quod est, posteriore loco dico. Postea verò spondere usurpari cœptum est pro Promittere. {יעד *jaád.* אורש *herásch.* ὑπισχνέομαι, ὑπομολογοῦμαι, ὑπερομολογοῦμαι. Gall. *Promettre & accorder de bailler, ſe deſſaiſir.* Ital. *Promettere, ſposare.* Germ. Verheyſſen / zuſagen. Hisp. *Prometer ò desposar.* Angl. *To promiſe, to betrouth, to affiaunce.* } Unde qui puellam spondet, sponsor : quæ spondetur puellæ, sponsa : cui spondetur, sponsus : & dies qua puella promittitur, sponsalis dies dicitur : & sponsalia, mentio, & repromissio futurarum nuptiarum. ¶ Despondere, & spondere puellam, hoc tamen differunt, quod puellæ patet eam spondere dicitur, adolescenti verò eam despondere. Sulpitius *pericha Andria,* Nam aliam pater ei desponderat gnatam Chremetis. Ultrò ad me venit, unicam gnatam suam cum dote summa filio uxorem ut daret : placuit, despondi. Ejus cupio filiam virginem mihi desponderi. Plaut. *Aul. sc.* 3. *a.* 1. Credo ego ubi mentionem fecero de filia, mihi ut despondeat. Idem *ibid. sc.* 4. *a.* 1. M. Despondes (sup. filiam.) E. Fiat. *Ibid.* Ut hanc despondeat huic, ego dotem dabo. Mox, Mihi hanc despondeas. Mox, Despondesne mihi hanc uxorem ? Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 3. Item, Quid cessas huic uxorem dare. Item, Despondente ei Nerone Livium duxit Cæsar. Velleius. Cicer. *de Orat.* 1. Quum ædilitatem P. Crassus peteret, quúmque major natu & jam consularis Sergius Galba asseclaretur, quòd Crassi filiam filio suo despondisset. Vide Lexicon Hotomani. ¶ Despondere animum ille dicitur, qui melioris fortunæ spem abjicit, & quasi ex desperatione mori decrevit, & lucis tædio affectus est, ἀπολείπειν τὴν ψυχὴν, ἀπογινώσκειν ἑαυτὸν, ἀπαυθαδίζεσθαι, ἀπόνασθαι τοῦ ζῆν ἐθέλειν. Liv. *lib.* 3. *ab Vrb.* Nec ipsi solùm desponderant animos, sed contemni cœpti erant à finitimis populis. Plaut. *in Mil. sc.* 1. *a.* 1. Ne lamentetur, néve animum despondeat. Varr. *lib.* 3. *de re rust.* Hoc autem ideo in seclusa fiat, ne reliqui si videãt, despondeant animum, atque alieno tempore venditori moriantur. Apud Columellam absolutè legitur despondere pro mori, seu deficere ; nam de turdis sic ait : Difficulter in aliam regionem transferuntur, quia cavcis clausi plurimi despondent ( sub. animum. ) ¶ Similiter dicimus, despondere sapientiam illum qui desperat se posse ad sapientiæ fastigium pervenire, & ob hoc desistit ab incœpto. Col. *lib.* 11. *cap.* 1. Quàm probabilis ratio est obrumescendi, quia nequeas orator esse perfectus ? aut in socordiam compelli, quia desponderis sapientiam : Magnæ rei, quantulumcunque possederis, fuisse participem, non minima est gloria. Despondere sibi domum alicujus. Cic. *ad Attic. lib.* 11. L. verò Lentulus Hortensii domum sibi, & Cæsaris hortos & Baias desponderat : hoc est, sua quodammodo hæc omnia futura pollicebatur.

Despōnso, as : Despondeo, uxorem promitto. μνηστεύω. Desponsatus, participium passivum. Suet. *in Cæs. cap.* 1. Dimissa Cossutia, quæ ex familia Equestri, sed admodum dives prætextato desponsata fuerat.

Despōndēbĭtŭr, impersonale. Terent. *in Andr.* Ne expectetis dum exeant huc intùs despondebitur.

Despōnsus, part. Promissus, destinatus, attributus. {ארוש *meorásch.* προμνηστευθείς, ὑπομνηστευθείς. Gall. *Promis en mariage, accordé, fiancé.* Ital. *Promesso, accordato.* Germ. Verheyſſen / vermählt. Hisp. *Prometido, despoſado.* Angl. *Promiſed en mariage, affiaunced or betrouthed.* } ut, Thalamo alicujus desponsa puella. Stat. 10. *Theb.* Connubia desponsa. Catull. Desponsa & destinata laus. Cic. *de Arusp. resp.* Cui me præripere desponsam & destinatam laudem, quum ipse ejus opera & dignitatem & salutem recuperarim, valde est iniquum.

Despōnsātŭs, partic. à Desponso. μνηστευόμενος, μνηστευθείς. Idem quod Desponsus. Cic. *ad Quint. frat. lib.* 2. De eadem ad te litteras, quibus erat scriptum, Tulliam nostram Crassipedi pridie nonas Aprilis esse desponsatam. Alia exemplaria habent *despensam.* Suet. *in Cæsare, cap.* 1. Dimissa Cossutia, quæ ex familia Equestri, sed admodum dives prætextato desponsata fuerat. &c.

¶ Despota, despotes, dominus proximus Imperatori, qui se suaque illi subjiciebat. L. g. b.

Despotia, dominatus, præfectura.

Despotati, Scribones, chirurgi, medici exercitûs. Leo Tact. ¶

Dĕspŭmo, as : Spumam aufero. {חמר חלאתיו *hesir chelaáthaw.* ἀφρίζω. Gall. *Ecumer, oſter l'écume.* Ital. *Schiumare, levar le ſchiume.* Germ. Verſchaumen / abſchaumen. Hisp. *Espumar ò quitar la eſpuma.* Angl. *To ſkume, to caſt of ſome.*} Virg. *lib.* 1. *Georg.*

*Et foliis undam tepidi despumat aheni.*

Plin. *lib.* 6, *cap.* 38. Ita despumatis subinde carnibus, quas hæsisse venis necesse est, &c. ¶ Per translationem ponitur pro decoquere. Hieron. *ad Ocean.* Venter mero æstuans, citò despumat in libidines. Pers. *sat.* 3.

*Stertimus, indomitum quòd despumare falernum*
*Sufficiat.*

Senec. *Epist.* 59. Despumat ætas. Despumare tædia, est segnem esse & imbellem omnino.

Dĕspŭo, is, deorsum spuo. {רק *rak.* πτύω. Gall. *Cracher en bas.* Ital. *Sputare in giu.* Germ. Außſpeyen / nider ſich ſpeyen. Hisp. *Escupir abaxo.* Angl. *To ſpett downe roard.* } Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 1.

To

Te obsecto, ut quæ loquuntur ea, despuat. ¶ Despuuntur homines eadem. Apul. *Apol.* 1. & Tibul.

*Despuit in molles & sibi quisque sinus.*

Erat hoc usurpatum in Magia.

*Ter cave, ter dictis despue carminibus.*

Idem. Persius *sat.* 4.

*Est prope te ignotus, subito qui tangat, & atro*
*Despuat in mores.*

¶ Despuere ocellos, per fastum contemnere, quia superbiam ac contemptum oculi nonnunquam ipsi significant. Catullus *ad Licinium.*

*——Precesque nostras,*
*Oramus, cave despuas ocellis.*

Dēspūi, passivum. Plin. *lib.* 10. *cap.* 23. Simúlque comitialem propter morbum despui suetum.

Dēspūitur, impers. Liv. 5. *ab Urbe*, Ubi nunc despui religio est.

Dēsquāmo: Squamis exuo. { ἀλατίζω. Gall. *Escailler.* Ital. *Scagliare.* Germ. Entschüpen. Hisp. *Escamar* ò *quitar las escamas.* Angl. *To scale fishe.* } Plaut. *Aul. sc.* 6. *a.* 2. Dromo desquama pisces: tu Macherio congrum, murænam exdorsua, quantum potes. ¶ Desquamare, etiam de arboribus, & aliis rebus dicitur. Plin. *lib.* 17. *cap.* 24. Vel etiam subarator imprudens luxavit radices, corpúsque desquamavit. Idem *lib.* 23. *cap.* 7. Summo cortice desquamato altiore plaga siccantur. Idem *lib.* 35. *cap.* 17. Primùm abluitur vestis Sarda, dein sulphure suffitur, mox desquamatur cimolia.

Dēstĕrto, is, destertui, destertere. { σαρῶ, δονθίζω, ἐγκαλῶ. Gall. *Cesser de dormir & d'estre paresseux.* Ital. *Desistere, finir de ronchiare.* Germ. Verschnauffen / oder verschnarchen / aufhören schlaffen. Hisp. *Dexar de dormir y roncar.* Angl. *To snorte, to rounce.* } Pers. *Satyr.* 6.

*Cur jubet hoc Enni, postquam destertuit esse*
*Mænides Quintus? Pavone ex Pythagoreo.*

Dēstĭdo, as, apud authorem Philomelæ legitur pro Strepere, & ejusmodi edere sonum, qualem reddunt fornices. Quod tamen arbitror verbum esse ab illius carminis authore confictum, quippe quod apud alium scriptorem vix invenias.

*Mox* (inquit) *avibus minitas, velox mustellaque dirutis*
*Et grillus grillat, destitat inde forex.*

Dēstĭcŏs, Νάξος. Insula est exigua, Thraciæ adjacens, non procul à Chersonesо, cujus meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 11.

Dēstillāre. { ῥεῦ κατάφορ. μετάφορ. Gall. *Distiller, dégouster.* Ital. *Distillare, gocciolare.* Germ. Abtrieffen. Hisp. *Destillar* ò *gotear.* Angl. *To droppe, to fall by droppes.* } pro Distillare legitur apud Authores: ut apud Col. *lib.* 11. *cap.* 18. Celsus *lib.* 4. *cap.* 1. Destillat autem humor ex capite interdum in nares.

Dēstĭmŭlo. Plaut. *Bacch. act.* 1. *sc.* 1. Bona destimulant, i. e. rem familiarem tanquam stimulo conficiunt.

Dēstĭna, locum, antiq. Cerda. ‖ Laurenberg. verb. *Destinare.*

Dēstĭno, as, ab antiquo *stino*, quod remanlit in compositis. Hinc etiam Obstino. Ligo, affigno, deliberо, constituo. { יעד *jahádh*, גזר *ghazár*, חרצת *charáts*, בחר *bachár.* προαίρεσις, κρίσις, ἀπόφασις, διάταξις, ὁρισμός. Gall. *Ordonner, deputer, destiner, assigner.* Ital. *Destinare.* Germ. Jůr sich nehmen / verordnen / bestimmen. Hisp. *Determinar, deputar, deliberar.* Angl. *To appoynte, depute or ordeine.* } Cæs. *lib.* 1. *de bell. civil.* Quæ agere destinaverat. Destinare aliquam matrimonio. Sueton. *in Oth. cap.* 10. Destinare legationem ad aliquem. Idem *in Galb. c.* 16. Destinamus omnes ad mortem. Sen. *e.* 111. *al.* 30. *de cons. ad Polyb.* Poteris de magistro destinando, i. designando. Gell. *c.* 5. *lib.* 13. Destinati tanto dilectimur duces. (i. satis cognitis ad bellum civile.) Velleius. Destinare locum colloquio. Liv. *lib.* 2. *d.* 4. Destinare domos publicis usibus. Velleius. Destinare exitium alicui. Suet. *in Neron. c.* 56. Quin eum parem destinarent animis magno Alexandro ducem. Liv. Destinatum erat Augusto nihil super esse, nisi ex voluntate majoris filii statuere. Sueton. *in Tib. cap.* 23. (i. Decreverat Augustus.) Colum. *lib.* 2. Itaque considerandum erit, ut solum quod excolere destinamus, pingue sit. Cic. 1. *Tuscul.* Alter prædo fuit ad horum morti destinatam. Sueton. *de Cæs.* De ampliando imperio plura ac majora in dies destinabat, id est, parabat, constituebat, deliberabat. ¶ Quandoque ponitur pro Alligare. Apul. *lib.* 4. *de Asino.* Arreptum me loro quàm valido ad insolam quandam destinato, &c. ¶ Destinare, designare: ut destinare scopum, i. designare scopum quem petas. *Liv.* Non capita tolli hostium vulnerabant, sed quem locum destinassent oris. Unde Destinatum, pro scopo. D. Amb. Hoc plura volut destinatum petentibus, vulnera accipiebant. ¶ Destinare, quod petis attingere & prendere. *Cæsar.* Nam laqueis falces avertebant, quas cùm destinaverant, tormenta retrorsus reducebant. ¶ Destinare, emittere, ut tormento aliquo, aut arcu. Vegetius. Ad majores balistas, malleolos, vel falaricas cum incendio destinare. ¶ Quandoque mittere significat, *animum.* Juvenal. *satyr.* 4.

*Destinat hoc monstrum cymba, linique magister*
*Pontifici summo.*

¶ Aliquando emere. *Lucilius*, Facio ab lenone, tribus, ut libertatem millibus destinet. Plaut. *in Rud.* Mimis magnata sibi puellam destinat, dátque arrhabonem, & jure jurando alligat. Hoc idem significat Perstino. Apul. Et percontato pretio, quod centum numis indicaret, aspernatus, viginti denariis præstinavi. ¶ Destinare item aliquando pro Definire. Marcellus *D. de verb. oblig. l.* 94. Alioquì si eum destinare genus & modum vellet, non fecit, nihil stipulatus videtur. ¶ Est & Præstino, de quo alibi. ¶ A destino fit compositum Prædestino, προορίζω. Unde & Prædestinatio: qua voce Ecclesiastici scriptores utuntur pro divina providentia, qua Deus cùm futura omnia prævidit, tùm de salute nostra, aut damnatione stabile inviolabiléque præjudicium fecit. ¶ Destinare etiam aliquando positum invenitur pro Notare. Q. Curt. *lib.* 9. Dioxippus conjectum oculorum, quibus ut fur destinabatur, ferre non potuit. Ubi destinare oculis furem accepit, pro certis quibusdam indiciis oculorum furem denotare. ¶ Quandoque destinare, est designare. Ulpianus *D. lib.* 10. *tit.* 4. *l.* 3. Quid enim si dominus quidem paratus sit defendere, actor verò destinare non possit nisi ex præsentibus? ¶ Destinari, pro scopo poni & peti, quem & Destinatum vocavit Seneca: & Author *lib.* 1. *ad Herennium*, Quid oporteat ab ambobus in causa destinari, quò facto omnis totius orationis conferatur.

Dēstĭnātio, onis, pro Deliberatione. { מזמה *mezimmáh*, מחשבת *machshébeth*. Gall. *Propos deliberé, de but de la deliberation.* Ital. *Proposito, deliberatione.* Germ. Ein rathschlag / fürsatz / fürnemmen. Hisp. *La deliberation.* Angl. *A purpose or appoynement.* } Plin. *lib.* 7. *cap.* 43. Pestilentia urbis, fames, sitisque Italiæ, destinatio expirandi, & quatriduo inedia, majori parte mortis in corpus recepta. ¶ Destinatio interdum capitur pro conjectura, *ἐπιβολή*; ut Papinianus *D. lib.* 31. *tit.* 1. *l.* 77. Nam in unum etiamnum destinatio dirigi potuit.

Dēstĭnātò, Adverb. Suet. *in Cæs. cap.* 60. Prædia non tantum destinatò, sed ex occasione fundebat.

Dēstĭnātus, pro certo & definito. { נחרץ *nechratz.* Gall. *Destiné, deputé, proposé & arresté.* Ital. *Destinato.* Germ. Verordnet / bestimt. Hisp. *Deliberado, determinado.* Angl. *Destinat, appoynted, ordeined.* } Quint. *lib.* 3. *cap.* 8. Judicialem, in qua ferè eadem, sed certis destinatisque personis quæramur. Suet. *in Aug. c.* 42. Ut destinata summa sufficeret. Idem *in Calig.* Militiam reliquæ bellicæ semel attigit, neque ex destinato, sed cum ad visendum nemus, &c. Senec. 15. *de Tranq.* Ne nimis destinatis rebus indulgeamus. Velleius; Prædixit ne destinatum iter peteretur. Idem Vell. Destinatus ei parti exercitus Cæs. Velleius, Destinatus Augur (id est, designatus.) Sueton. *in Calig. cap.* 12. Destinati magistratus, id est, designati. Suet. *in Tib. cap.* 31. Destinati agri, id est, assignati. Liv. *lib.* 9. *ab Urb.* Tempore & loco destinatis. Idem *lib.* 3. *d.* 4. Destinatus dies exdi. Suet. *in Cæs. cap.* 9.

Dēstĭnatum, pro scopo: vide *Destino.*

Dēstĭtŭo, is, ex De, & Statuo: Derelinquo, deseruo, quod promissi non præstat. חדל *chadál*, שׁמם *shemám.* ἀφίημι, ἀπολείπω, ἐγκαταλείπω. Gall. *Delaisser, abandonner.* Ital. *Abandonare, lasciar in pericole.* Germ. Verlassen. Hisp. *Desamparar en peligro.* Angl. *To leave, to forsake.* } Virg. 1. *Eclog.*

*Et freta destituent nudos in littore pisces.*

Destituere verò dicitur, qui quod promisit non præstat, ut qui promissam pecuniam non solvit: unde destitutio apud Cic. *pro Quintio*, D. destitutione illa perculsus Quintius. à Scapulis paucos dies aufert, Cic. 4. *Philipp.* Quid? eundem in decemviratu non destituisti? Idem *pro Sex. Roscio*, Roscius socios induxit, decepit, destituit. ¶ Interdum est privare, & sic construitur cum ablativo. Columell. *lib.* 9. Rursus nimiam siccitatem destituere plantas naturali alimento. ¶ Interdum dissolvere. Navius, Navem jubet destitui anchoris. ¶ Interdum statuere, collocare, ponere. Cæcil. Destituit omnes servos ad mensam ante se. Plaut. *in Rud. sc.* 9. *a.* 3. Ita duo destituit signa hic cum clavis senex. Vide *ibi* Lambin. Plaut. *Stenech. sc.* 2. *a.* 5. Quid tristis es, quid autem illam ita tam abs te destituis? Ovid. 6. *Fastor.*

*Vique omnes sequitur destituitque ducem.*

Destituere conata alicujus. *Vell.* Destituit eos fortuna. *Idem.* ¶ Destituere palum (id est, defigere.) Gell. *cap.* 3. *lib.* 10. Palus in foro destitutus est (id est, defixus) vestimenta detracta sunt, virgis cæsus est. Et Sueton. *in Aug. cap.* 65. Larumeum fortuna destituit. Et *in Neron. cap.* 40. Destitui (id est, relinqui ab omnibus.) Idem *in August. cap.* 16. Destituere amicum. Destituere expectationem. Liv. *lib.* 5. *d.* 5. Destituere Senatum frequentem (i. non venire in Senatum.) Suet. *in Cæs. cap.* 81. ¶ Destituere, pro Constituere, bis apud Cicer. 5. & 7. *Verr.* & apud Gell. *ex orat. Gracchi*, & apud Liv. *lib.* 7.

Dēstĭtūtus, particip. Derelictus. { עזב *nehazáb.* ἐγκαταλειπόμενος, ἐκλελειμμένος. Gall. *Delaissé, abandonné.* Ital. *Lasciato, abandonato.* Germ. Verlassen. Hisp. *Desamparado.* Angl. *Left, forsaken.* } Cic. 1. *Offic.* Magisque ille cui promissum sit, ab officio discedat, si se destitutum queratur. ¶ Destitutus absolutè, pro *desperans.* Sueton. *in Galba*, *cap.* 11. Qua maximè consternatus, destitutóque similis (id est, deserto ab omnibus.) Sueton. *in Cæs. c.* 9. Destitutum utriusque consilium morte Pisonis. ¶ Destitutus (i. orbatus.) Idem *in Tib. cap.* 54. Destitutus honos ab aliquo (i. ereptus.) Idem *in Claud. cap.* 54. Destituta expectatio, Liv. *lib.* 1. *bell. Pun.* Destitutus à re familiari. Suet. *in Neron. cap.* 10. ¶ Destitutus palus (i. defixus.) Gell. *cap.* 3. *lib.* 10. Vide *Destitus*, suprà.

Dēstĭtūtio, verbale: Derelictio, perfidia. { שמטה *sheemittáh* ἀποστασία. Gall. *Delai sement, abandonnement.* Ital. *Abandonamento.* Germ. Verlassung. Hisp. *Desampara.* Angl. *A forsaking.* } Cic. *pro Cluent.* Hos qui leviores erant, destitutione iratos Oppianico redderes.

‖ Dēsto, valde sto. Gloss. A. L.

Dēstrĭcare, consumere. Veteres. Gloss. Isid. consummare. Aliter Destrigare, à strica. ‖

Dēstĭcare, consummare. Sic ioniè, *Distrigare, consummare.* Legendum ubique *destrigare*: Destrigant equi quando finem faciunt stallandi, hoc est, urinam mittendi, ut apud Suetonium *Desultare*, & Terentium *Deludere.*

Dēstrĭngo, is: Decerpo, colligo, avello. חרב *charáph*, קטף *katáph*, κατασπάω. Gall. *Racler, faire chevir, ou oster en estraignant ou frottant: abbattre.* Ital. *Stirare, strepare.* Germ. Abstreichen / abstreifen. Hisp. *Sacar, destrepar, arrancar.* Angl. *To brinde hard, to rubbe or scrape & pluk of.* } Unde destringere oleam dicimus pro eo quod est, olivas manibus colligere: & Oleas strictivas, sive destrictivas, quæ opponuntur caducis. Col. *lib.* 12. Tum & olea destringenda est, ex qua velis viride oleum efficere. ¶ Est item Destringere, sudores, aliásve sordes cuti adhærentes abradere: quem in usum olim in balneis strigiles habebant. Mart. *lib.* 14. *Epigr.* 51.

*Pergamus has, misit, curvo destringere ferro:*
*Non tam sæpe tuos linteo fullo tibi.*

Plin.

Plin. *lib.* 3. *Epist.* Dum destringitur, regitúrque, audiebat aliquid. ‖ ¶ Item per reverentiam attendo. Gloss. A. L. ‖ ¶ Per metaphoram apud Cicer. *pro Rabir.* Nec annecum prudentem corruere patitur, nec illius animi aciem destringit splendor sui nominis, nec mentis quasi luminibus officit altitudo fortunæ & gloriæ. Id est, non aufert, aut obtundit; nam tametsi magni sit nominis, non tamen erubescit succurrere inopi amico. Senec. *epist.* 88. Destringere equum. Vide *Distringere frenum.*

Dēstrigmentum, i: Strigmentum, sive ramentum. ‖ τὸ ἀπόξυσμα, τὸ ξύσμα. Gall. *Ce qu'on racle de quelque chose.* Ital. *Quello che si rade di qualche cosa.* Germ. Die abschabung / abschabung. Hisp. *La raedura, regadura.* Angl. *That is scraped of frome a thing.* ‖ Plin. *lib.* 20. *cap.* 5. de cucurbita sylvestri: Ecignes sacros destrigmentis, vel his impositis, vel seminibus, refrigerat.

Dēstrŭo, is, xi, ctum, quod structum erat corrumpo, everto, diruo ✻ construo. {נתץ *nathats.* חרס *harás.* καταβάλλω, ἀναιρέω, ἀνατρέπω, λυμαίνομαι, ἀφανίζω. Gall. *Détruire, abbattre, demolir.* Ital. *Distruggere.* Germ. Zerstören / zerbrechen. Hisp. *Destruir.* Angl. *To destroy, to throwe downe that was builded.* ‖ Cic. *de senect.* Ut navem, ut ædificium idem destruit facillimè qui construxit, &c. Quint. *lib.* 5. *cap.* 7. Interim & singulos ut exornare, ita destruere contigit, id est, ostendere iis moribus eos esse, ut in testimonio reddendo non sint recipiendi. *Vell.* Defuisset fortunæ destruendi Pompeii locus, si decessisset in Campania. *Quint.* Pisonem, quem destructum volebat Cicero. Idem, Destruendus testis in infamia criminis.

Dēstrūctĭlis, quod destrui potest. {נתץ *nittáts.* חרס *nechrás,* ἀφανιστός, φθαρτός. Gall. *Qui peut estre détruit.* Ital. *Distruggevole.* Germ. Zerbrechlich / zerstörlich. Hisp. *Lo que puede ser destruydo.* Angl. *That may be destroyed.* ‖ Lact. *lib. de ira Dei*, Destructilia sunt omnia quæ manu fiunt.

‖ Desturbo, desero, longè sto. Gl. A. L. ‖

Dēsŭbĭtò, adverb. Subitò, & celeriter. {פתע *pethá.* ἐξαίφνης. Gall. *Soudainement.* Ital. *Di subito.* Germ. Eins rúgs. Hisp. *Subitamente.* Angl. *Suddenly frome hand.* ‖ Plaut. *in Mostell.* Quamvis desubitò facile est facere nequiter. Idem *Cap. prolog.* Conari desubito agere tragœdiam. Cicer. *de rep. lib.* 6. apud Non. *cap.* 12. Cùm funus desubitò esset ornatum.

Dēsŭbŭlo, as, à subula. Significat perfodere, ut interpretatur Nonius, citans illud Varronis ex Sesqui-Ulysse, Alteram viam Carneadem desubulasse, bona corporis secutum. { Gall. *Percer.* Ital. *Forare.* Germ. Mit der alen durchstechen / durchbohren. Hisp. *Horadar con alesna.* Angl. *To pearse through.* }

Dēsūdo: Sudo, nitor labore. { ἱδρῶ. Gall. *Suer de travail à faire quelque chose.* Ital. *Sudare grandemente.* Germ. Sehr schwitzen. Hisp. *Mucho sudar.* Angl. *To sweat at te doing of any thing.* ‖ Per translationem ponitur pro labore. Cic. *de senect.* Desudare, atque elaborare in aliqua re.

Dēsūdātio, ōnis, ἄγαν ἱδρώς. Sudoris evocatio. Jul. Firmicus *Math. lib.* 3. Coràm nimia desudatione dissoluitur.

Dēsūdāsco, & Desudascitur, impersonale. Plaut. Homo adulescens penetrem hujusmodi palæstram, ubi damnis desudascitur!

Dēsuēfăcio, is, feci, factum. Ἀποσυνηθίζω. Gall. *Se desaccoûtumer, laisser sa coûtume.* Ital. *Divezzarsi, disusarsi.* Germ. Entwohnen. Hisp. *Desacostumbrarse.* Angl. *To disuse, to leave a custome or facion.* } & Desuco, es, evi, desuetum. { ἀποσυνηθίζω. Gall. *Faire desaccoûtumer.* Ital. *Divezzare, disusare.* Germ. Entwenen. Hisp. *Desacostumbrar à otro.* } Prius neutrum, secundum activum. Unde *Nonius* in puellis dictionibus, desuevi illum, id est consuetudinem illam abstuli. *Titinius*, Parasitos amovi, lenonem ædibus abstersi, desuevi, ne quò ad cœnam exiret extra consilium meum. Ubi *desuevi*, dixit pro eo quod est in desuetudinem adduxi. *Quint.* in iis desuescendis morentur. Desuco tamen hodie rarò est in usu: quemadmodum & simplex Sueo, aliáque ejus composita, Assuco, & Consuco: quorum loco utimur Assuefacio, & Desuefacio, quæ activam habent significationem: quorum passiva sunt Assuefio, Consuefio, & Desuefio. Ab iisdem formantur & augmentativa Suesco, Assuesco, Consuesco, & Desuesco, neutralem habentia significationem. Mutuantur autem hæc præterita & supina à primitivis suis exoletis: ut Suesco, suevi, suetum. Desuesco, desuevi, desuetum. Claud. *lib.* 1. *de rapt. Proserp.*

——*Post hæc cunabula dulci*
*Ferre sinu, summóque Iovi deducere parvam*
*Suescrat, & genibus indentem aptare paterna.*

Cicer. *Metello*, A te id quod suesti peto, me absentem diligas, atque defendas. ¶ Quandoque Desuescere accipitur pro Consuescere, ut De præpositio augeat. Plaut. *in Asin. sc.* 3. *a.* 1. Auceps quando concinnavit aream, offundit cibum, aves desuescunt: necesse est facere sumptum qui quærit lucrum.

Dēsuēfăcio, is, desuefeci, desuefactum: A consuetudine abstraho. { ἀποσυνηθίζω. Gall. *Faire perdre la coûtume, oster une coûtume.* Ital. *Disusare, disacostumare.* Germ. Entwenen / von der gewonheit bringen. Hisp. *Desacostumbrar à otro, hazer desacostumbrado.* Angl. *To make to disuse or leave a facion.* } Cic. *pro Cluent.* Quid quòd rostra jamdiu vacua, locúmque illum post adventum L. Sevilii, à Tribunitia voce desertum oppresserat, multitudinémque jam desuefactam à concionibus, ad veteris consuetudinis similitudinem revocaverat.

Dēsuēsco, desuefis, desuefieci: Consuetudinem amitto, à consuetudine abduco. { ἀποσυνηθίζω. Gall. *Se desaccoûtumer, estre desaccoûtumé.* Ital. *Lasciare l'usanza.* Germ. Auß der gewonheit kommen. Hisp. *Dexar la conversacion y costumbre.* Angl. *To become out of use or custome.* } Varr. 2. *de re rust. cap.* 9. Duobus mensibus primis à partu non disjunguntur à matre, sed minutatim desuescunt.

Dēsuēfactus, à consuetudine abductus. Cicer. *pro Cluent.* In multitudinem jam desuefactam à concionibus, ad veteris consuetudinis similitudinem revocaverat.

Desuētūdo, à Desuesco. { ἀπόσυνηθις, τὸ ἀποσυνηθίζειν. Gall. *Desaccoûtumance.* Ital. *Disacostumanza.* Germ. Entwonung. Hisp. *Desacostumbre.* Angl. *Lack of custome, or disuse.* } sicut Consuetudo à Consuesco, quæ contraria sunt. Liv. *lib.* 1. *ab Vrb.* Mitigandum ferocem populum armorum desuetudine ratus.

Desuetus, participium. { ἀσυνήθης, ἀποσυνηθισμένος. Gall. *Desaccoûtumé.* Ital. *Disacostumato.* Germ. Entwont / oder entwent. Hisp. *Descostumbrado.* Angl. *Vnacustomed.* } A consuetudine remotus, inquit Valla *in Pogium.* Virg. *lib.* 6.

——*jam desueta triumphis*
*Agmina.*

Desueta ten. Liv. 3. *ab urb.* Retractare verba desueta. Ovid. 5. *Trist. Eleg.* 7.

*Ipse loquor mecum, desuetaque verba retracto.*

Desuescendus, a, um, adject. Quint. *lib.* 3. *cap.* 10. Hæc adolescentes sibi descripta sciant, aliter quàm dicturi sint, exerceri velint, & ut desuescendis morentur.

Desultŏr: vide *Desilio.*

Dēsum, dees, deest: Deficio, non adsum, absum. {חסר *chasér.* חסה *aphés.* ἄπειμι, ἀπεῖναι, ἐπίειμι, ὑστερέω. Gall. *N'estre point present, défaillir.* Ital. *Mancare.* Germ. Gebrésten mangeln. Hisp. *Faltar ò fallecer.* Angl. *To lack, to be absent.* } Ovid. *Eleg. ult. lib.* 3. *Trist.*

*Verba mihi desunt.*

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

——*Quamvis manus ultima cœpto*
*Defuit.*

Idem. *Eleg.* 6. *lib.* 1. *Trist.*

*Ne sciat hic summam si quis abesse manum.*

Vell. Ne quid deesset malis publicis, nunquam defuturos raptores, &c. & Suet. *in Tiber. cap.* 11. Non defuit qui, &c. Huic tei Pompeii non defuerunt. Cæs. 3. *de bell. civili.* Senec. Felix est cui nihil deest ad benè beatéque vivendum. ¶ Deesse officio suo, non satisfacere. ¶ Deesse occasioni, est occasionem se offerentem non arripere, opportunitatémque rei benè gerendæ prætermittere. Plin. *lib.* 11. *cap.* 15. Nullóque momento meditari cessat, nequando desit occasioni. Pro eodem fere usurpamus, Sibi ipsi deesse. Cicer. *pro Rosc. Amer.* Mihi ausculta, vide ne tibi desis. ¶ Deesse amici periculo, est amico in periculo existenti non opitulari. ¶ Nonnunquam etiam pro Abesse accipitur. Idem *ad Q. Fr. lib.* 2. Huic convivio puer optimus Qu. tuus, meúsque, quod pertexitur commotus fuerat, defuit.

Dēsūmo, is: Sumo. { נטל *tahéch.* λαμβάνω. Gall. *Prendre, choisir d'entre plusieurs, recevoir, eslire.* Ital. *Pigliare, Prendere.* Germ. Dannen nemmen. Hisp. *Tomar à su cargo, escoger.* Angl. *To tak and cheese out amongest many.* } Liv. 4. *ab Vrbe*, Singuli singulos sibi Consules asservandos desumunt. Idem *lib.* 8. *bell. Maced.* Recto itinere duxisti exercitum ad eos, quos tibi hostes desumpserat. Senec. *de const. ad Polyb. cap.* 14. *al.* 31. Desumpsit te sibi fortuna, &c.

Dēsŭper: De superiore loco. { ממעל *mimmáal.* ἄνωθεν. Gall. *Dessus, par dessus.* Ital. *Di sopra.* Germ. Oben herab. Hisp. *Desde encima.* Angl. *Frome above.* } Cæsar 3. *bell. Gall.* Reperti sunt complures nostri milites qui in phalangas insilirent, & scuta manibus revellerent, & desuper vulnerarent. Ovid. 3. *Fast.*

*Desuper extentam impesuere togam.*

& Suet. *in Tib. cap.* 17. Desurgere, in secessum ire, *quod dicas*, desidere. Horat. *Serm. lib.* 2.

——*vides ut pallidus omnis*
*Cœnâ desurgat dubiâ.*

Scribonius Largus, Tenesmus est irritatio ultimæ partis intestini directi, in quo saepiùs libet desurgere sine causa.

Dēsurgo, is, in secessum eo ad exonerandum ventrem. Scriban. ‖

Dētĕgo, is: Quod tectum erat aperio, nudo. {גלה *galáh.* ἀποκαλύπτω, ἀνακαλύπτω, ἀποστεγάζω. Gall. *Découvrir.* Ital. *Scoprire.* Germ. Entdecken oder auffdecken. Hisp. *Descubrir.* Angl. *To uncover.* } Plaut. *in Rud.* Detexit ventus illam. Idem *in Mostel. sc.* 2. *a.* 1. Texit, detexitque me illicò. Idem *Amph.* Hominem ne congrediamur priusquam stomachum detexerit. Idem *Mostel. sc.* 3. *a.* 1. Hæc est illa tempestas mihi quæ modestiam omnem detexit, qua tectus fui. ¶ Per translationem. Liv. 10. *ab Vrbe.* Ite igitur, dicite (inquit) detegant nequicquam conditas insidias.

Detectus, participium. {גלוי *galúi.* ἀπεστεγασμένος, ἀνακεκαλυμμένος. Gall. *Découvert.* Ital. *Scoperto, manifestato.* Germ. Entdeckt / auffgedeckt. Hisp. *Descubierto.* Angl. *Vncovered.* } Detectus agitur modò, id est, probatio sit tyrannum. Lege, *Delectus*, in *Glass. Isid.*

Detectio, nis: Apertio, retectio. Ulpian. *D. lib.* 19. *tit.* 5. *l.* 1. Quæstionem autem sic accipimus, non tormenta tantùm, sed omnem inquisitionem & detectionem mortis.

Dētendo, is, endi, ensum, detendere. { ἀνίημι, τὸ ἀντιτόνως ἀνιέναι ἢ μανίαν. Gall. *Destendre.* Ital. *Stendere.* Germ. Etwas gespannts ablassen. Hisp. *Destender.* Angl. *To streeth out or forth.* } Cæs. 3. *bell. civ.* His constitutis rebus ligno jam profectionis dato, tabernaculisque detensis. Liv. *lib.* 1. *decad.* 5. Nautici tabernacula detendunt.

‖ Detepefcit, teporem amittit. Sidon. ‖

Dētergĕo, es, si, sum: Detergo, is: Purgo abstergo. {מרק *marák.* ἀπομάττω, ἀποκαθαίρω. Gall. *Torcher & nettoyer.* Ital. *Nettare, purgare.* Germ. Abstrechen / abwischen / reinigen. Hisp. *Limpiar fregando.* Angl. *To wipe.* Colum. *lib.* 3. Quoties falcem acueris, ea pelle aciem detergito. Idem *lib.* 8. Aut cornu, aut ungula tendunt, aut arboti affricant, parietibúsve detergent. Mensas quando edo, detergeo. Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 1. Lances detergam omnes, omnesque scutellas hauriam. Idem *Amph.* Detergete pampinos. Plin. *cap.* 22. *lib.* 17. Detergere latiùs pavet. Liv. *lib.* 7. *d.* 1. Alterius falcatis detergebat pinnas. Idem *lib.* 8. *d.* 4. Detergere fossas oblimatas longa vetustate. Suet. *in August. cap.* 18. ¶ Ponitur aliquando translatè: ut, Detergere fastidia, pro auferre. Col. *lib.* 8. *cap.* 10. Detergere spurcitias. Idem *lib.* 1. *cap.* 1. ¶ Detergere remos, idem est quod remos contingere. Cæs. *bell. civil. lib.* 1. Aut remos transeuntes si deter-

gere

gere possent, contendebant. Detergere palmites, est supervacuos palmites decerpere. Col. *lib.* 4. *cap.* 27.

‖ Deteriæ porcæ, id est, macilentæ. Fest. Dici videntur quasi deteritæ.

DĒTĔRMĬNO: Terminos constituo: vel terminis, & velut limitibus quibusdam deligno. { גזר *gazár*, חרץ *charátz*. ὁρίζω. GALL. *Limiter ou borner, ou determiner.* ITAL. *Determinare, porre i termini, diffinire.* GERM. Außgelen/außmachen/bestimmen. HISP. *Determinar y definir.* ANGL. *To determine, to sett marches or limittes.* } Liv. 1. *ab Urb.* Inde ubi prospectu in urbem agrúmque capto, deos precatus, regiones ab Oriente ad Occasum determinavit. Plaut. *in Pœn.* Ejus nunc regiones, limites, confinia determinabo: ei rei finitor factus sum ego. Suet. *in Galb. cap.* 15. Determinate officia biennii spatio. Sen. *epist.* 10. *de const. ad Marc.* Determinata mors nascenti. Gell. *cap.* 2. *lib.* 16. Determinatus sermo. ¶ Per translationem pro Definio, concludo. Cic. *de Or.* Et id quod dicit, spiritu, non arte determinat. Lactant. *lib.* 2. Determinanda est nobis veritas brevitate, & in suo proprio domicilio collocanda.

DĒTĔRMĬNĀTĬO, nis: Terminus, conclusio, finis. { אפס *ephé*, גבול *gebúl*. ἀφορισμός, διορισμός. GALL. *Limitation, bornement, limite, resolution, determination.* ITAL. *Terminatione, termine.* GERM. Außgelung. HISP. *Determinacion, difinicion.* ANGL. *A determination, an end or limite, or make.* } Cic. *lib.* 2. *de nat. Deor.* Extrema ora & determinatio mundi. Idem *lib.* 1. *de invent.* Conclusio est exitus, & determinatio totius orationis.

DĒTĔRO, is, detrivi, detritum: Usu consumo, attenuo, deteriùs reddo. { בלה *billáh*. φθορίζω. GALL. *Gaster en usant, empirer.* ITAL. *Consumare.* GERM. Verschleiffen. HISP. *Gastar usando.* ANGL. *To weare in rubbing.* } Unde togam detritam dicimus, quæ longo jam usu deterior est reddita. ¶ Lenam ut ate detritis, ἐὰ βίον τὸν χλιαῖνον ἀλφιτίζων, proverbio in eos dici consuevit, qui rebus necessariis alieno tempore aburuntur. Senec. *cap.* 2. *de Tranquil.* Deteruntur libentes ingenia pessimis. Quint. Necesse est deteratur ille fulgor. ¶ Accipitur etiam pro triturare. { כרת *cath*, כתש *cáthasch*, דש *dasch*. ἀλήθω. GALL. *Amenuiser en frottant l'un contre l'autre.* ITAL. *Tritare.* GERM. Außdröschen. HISP. *Trillar.* ANGL. *To bruise, or stampe, or break.* } Col. *lib.* 1. *cap.* 6. Area optima est silice constrata, quòd & celeriter frumenta deterantur, non cedente solo pulsibus ungularum tribulatúmque. Deterere, terendo fricare: unde Detritus. Cels. *lib.* 5. *cap. ult.* Major (papula) commodissimè mutali herba tollitur, si sub ea detrita est. ¶ Nonnunquam idem est quod Destruo, corrumpo, vel imminuo. Plin. Nimia cura deterit magis quàm emendat. ¶ Ad eundem ferè modum dicimus, Deterere laudes alicujus, pro eo quod est, Laudes ejus imminuere. Horat. *lib.* 1. *Carm.* Od. 6.

*Laudes egregii Cæsaris & tuas*
*Culpa deterere ingeni.*

DĒTRĪTŬS, attritus, φθαρμένος, ut translatè, Homo detritus in aliqua arte. Gell. *lib.* 15. *cap.* 30. Qui ab alio vitæ genere detriti jam, & retorridi ad litterarum disciplinas seriùs adeunt. Hinc apud Corn. Tacit. *lib.* 1. detrita tegmina. Idem *ibid.* Detrita imperii gliscente adulatione. Et Gell. *cap.* 30. *lib.* 15. Detriti ab alio genere vitæ, ad litterarum disciplinas seriùs adeunt.

DĒTĔR, sive DĒTĔRŬS, a, um, adject. inusitatum: Vilis, pravus, quasi detritus. Quòd detritæ res minoris sunt pretii. Ab hoc fit deterior, deterrimus. { רע *rah*. κακός. GALL. *Mauvais.* ITAL. *Reo, male.* GERM. Verschlissen/böß/nichts wärt. HISP. *Malo.* ANGL. *Lacking somewhat ill, naught.* } Plaut. *in Bacch.* Vidi ego hominem nequam, verùm te neminem deteriorem. Ter. *Heaut.* Deteriores omnes sumus licentiâ. Plaut. *Mostell.* Quid tu nunc hominum te omnium deterrime venisti huc ostentatum. Ovidius *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.*

*Parte premor vitæ deteriore meæ* (id est, senectute.)

Plaut. *Capt. sc.* 3. *a.* 3. ¶ Deterior ætas, senilis, sexus muliebris. Turn. ‖ Deteriorarum, ab usu pejus factum. ‖

DĒTRĪMĔNTUM: Damnum, dictum secundùm Varronem à detrito, quòd ea quæ trita sunt, minoris pretii sunt. { נזק *nezék*. βλάβη, βλάμμα. GALL. *Dommage, perte, detriment.* ITAL. *Danno.* GERM. Ein schad/verlust. HISP. *Daño à mengua.* ANGL. *Domage, losse.* } Cicer. *de clar. Orat.* Nostro incommodo detrimentóque, si ita est necesse, debeamus. Horat. *lib.* 2. *Epist.*

*Detrimenta, fugas servorum, incendia ridet.*

Cic. *pro Mil.* Ut Cn. Pompeius videret ne quid Resp. detrimenti caperet. Sen. *cap. ult. de Trang.* Non facturi detrimentum (existimationis) etiamsi ab hostibus spectarentur (tripudiantes.) Idem *cap.* 12. *de consol. ad Marc.* ¶ Sic Interetrimentum ab eo quod duo inter se sint diminuta. Differúntque, quòd Detrimentum (ut Pædianus docet) vel unius partis dici potest: Interetrimentum verò ad utriusque partis spectat, damnis accipientisque incommodum. Hujus vocis frequens est usus apud Jurisconsultos. Usus est etiam ea Cicer. *in Verrem*, Cum eo sine ullo interetrimento convenerat. Vide suo loco.

DĒTRĪMĔNTŌSUS, a, um, quod adfert detrimentum, apud Cæs. 7. *bell. Gall.* { מרה *merah*. ζημιώδης, βλαβερός. GALL. *Fert dommageable, qui porte dommage.* ITAL. *Dannoso.* GERM. Schädlich. HISP. *Dañoso, menguadero.* ANGL. *That bringeht domage.*

‖ Detrimasis, morbus oculi, quum pupilla major naturali apparet, & visa minora videntur. L. M. ‖

DĒTĔRRĔO, es, deterrui: Terreo, avoco, revoco, averto, abduco, removeo. { בהל *bihál*, בעת *bi'áth*. καταπλήσσω, ἐκφοβῶ, ἀποτρέπω. GALL. *Effrayer, détourner en épouvantant, divertir.* ITAL. *Spaventare, sbigottire.* GERM. Abschrecken. HISP. *Espantar.* ANGL. *To put or drive away, to discourage, or disconfort.* } Plaut. *Amphitr.* Non potes me, quin hæc loquar uti facta sunt, deterrere. Idem *Milit. sc.* 3. *a.* 2. Me nemo homo deterruerit, quin ea sit in his ædibus (id est, nemo contrà ac credo persuaserit.) *Ibid. sc.* 4. *a.* 2. Nunquam deterrebor quin videtur, quod viderim. Cicer. *lib.* 1. *Tusc.* Itaque non deterret sapientem mors, quæ propter incertos casus quotidie imminet, & propter brevitatem vitæ nunquam longè potest abesse. Idem *de opt. gen. dic.* Nec verò Aristotelem ta Philosophia deterruit à scribendo amplitudo Platonis.

DĒTĔRRĬTŬS, part. { נבהל *nibhal*, נבעת *nibhath*. ἐκφοβούμενος, ἔκφοβος. GALL. *Espouvanté, détourné par épouvantement.* ITAL. *Spaventato, sbigottito.* GERM. Abgeschreckt. HISP. *Espantado.* ANGL. *Discouraged, made afearde.* ‖ Deterritus pudore. Cic. *ad Attic lib.* 10. Deterritus ab officio. Cælius Cic. Nemo enim necessitudine & amicitiate deterritum ab officio dicet.

DĒTĔSTŌR, aris: Abominor, improbo, ejecto, deprecor, removeo. { קץ *kats*, תעב *tiáb*. μισέω, ἀποτρέπω. GALL. *Detester, avoir en abomination & detestation, fuir & reputer, avoir en horreur.* ITAL. *Abominare, maladire.* GERM. Verfluchen/für abscheuhen/oder greuel haben. HISP. *Maldezir y abominar.* ANGL. *To abhorre, to detest, to have or esteme abominable.* Cicer. *in Vatinium*: Omnes te vitant, & quum viderint, tanquam malum auspicium detestantur. Idem *in Pison.* Omnes memoriam Consulatus tui, facta, mores, faciem denique ac nomen à Republica detestantur. ¶ Detestari familiam (id est, exercitui quodam genere carminis.) Liv. 10. *ab Urb.* ¶ Invenitur & in passiva significatione. Horat. *lib.* 1. *Carm.* Ode 8. Illaque matribus detestata. Lactant. *lib.* 6. Hinc est illa Plauti detestanda sententia: Malè meretur, qui mendico dat quod edat. Nam & illud quod dat, perit, & producit vitam ad miseriam. ¶ Accipitur pro simplici Testor, Idem Plaut. *Menæch. sc.* 2. *a.* 5. Summum Jovem, deósque detestor, me neque isti maleficisse mulieri, &c. ¶ Detestari, est absenti denuntiare, inquit Paulus *in l.* 39. *de verb. sig.* & Ulpian. *in l.* 40 *eod. tit.* Detestatio, est denuntiatio facta cum testatione: & detestatum, cum testatione denuntiatum.

DĒTĔSTĀTĬO, verbale. { תעבה *tohebáh*. ἐπικατάρατος, ἀποτροπαῖος. GALL. *Detestation, rejettement, abomination.* ITAL. *Lo aborrire, lo havere à sebivo.* GERM. Verfluchung/abscheuung. HISP. *Cosa abominada, y llena de maldicion.* ANGL. *A detesting, a cursing.* } Plin. *lib.* 15. *cap.* 30. Laurus quidem manifestè abdicat ignes crepitu: & quod magis, detestatione; interaneorum etiam vitia & nervorum, ligno torquente. ¶ Detestatio passivè de odio quo improborum solemus mores detestari. Macr. *Satur. lib.* 6. *cap.* 7. Hoc enim verbum *Illaudari*, non est idoneum ad exprimendam scelerati hominis detestationem. ¶ Detestatio apud Jurisconsultos est (ut Ulpianus *ff. de verb. signific.* affirmat, Denunciatio facta cum testatione. Gellius *cap.* 27. *lib.* 13. Sacrorum detestatio fiebat calatis comitiis.

DĒTĔSTĀBĬLIS: Execrandus. { מתעב *metteb*. βδελυκτός, βδελυρός, ἀποτρόπαιος. GAL. *Detestable & abominable.* ITAL. *Cosa detestabile, abominevole.* GER. Abscheuwlich/greulich. HIS. *Cosa abominada, y maldita.* ANGL. *Detestable worthie to be abhorred.* } Cic. 2. *Philip.* Non te exectandum pop. Rom. non detestabilem, non omnes tibi deos, omnes homines, & esse inimicos, & futuros sciat. Invidiosum & detestabilem. Cic. 1. *Phil.* Idem 1. *Offic.* Nulla tam detestabilis pestis est, quæ non homini ab homine nascatur. ¶ Detestabilia loca. Livius *lib.* 1. *bell. Maced.* Iniquos & detestabilis. Sueton. *in Tiber. cap.* 65. & *in Neron. cap.* 1.

DĒTEXO, is: Texo, perficio. { ארג *árágh*. ὑφαίνω. GALL. *Achever de tistre.* ITAL. *Tessere.* GERM. Weben/außwreben. HISP. *Texer, acabar de texer.* ANGL. *To weave and end.* } Virg. 2. *Eclog.*

*Quin tu aliquid saltem potiùs, quorum indiget usus,*
*Viminibus mollique paras detexere junco?*

Plaut. *Amph. sc.* 1. *a.* 1. Illic homo denuò vult pallium detexere (i. spoliare.) Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* —. Neque detexendum ad te lani certos terminos.

DĒTĪNĔO, es: Teneo, remoror, demoror. { עצר *hatsár*, אחר *achár*. κατέχω, ἐμποδίζω. GALL. *Detenir, retenir, retarder.* ITAL. *Intrattenere, ritardare, ritenere.* GERM. Aufhalten/auffziehen/verhinden. HISP. *Detener.* ANGL. *To stay, withhold and restrayne.* } Cicer. *Attic. lib.* 4. Consilium tuum etsi non in longinquum tempus differs, tamen suspensum me derines. Terent. *in Eunuch.* Detineo te fortasse, tu profecturus aliò fuerat. Plin. *Epist.* 24. Max quum è Sicilia rediens, in Icari insula venit detineter.

*Me pia detinuit conjux, pia mater Achillem.*

Ovid. 11. *Metam.* Ita me attinuit, ita me detinuit (clients ille.) Plaut. *Menæch. sc.* 2. *a.* 4.

*Sæpe reales etiam detinuere toros* (poëmata.)

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

*Detinuit nostros numerosus Horatius aures.*

Ovid. *Eleg. ult. lib.* 4. *Trist.* Eos detinebit morborum variis generibus inter mortem & vitam. Senec. *cap.* 10. *de consol. ad Marc.* Detinere animum varietate spectaculorum. Idem *de consol. ad Polyb. cap.* —. ¶ Per translationem verò, Terent. *in Phorm.* Pol me detinuit morbus. Salust. Me ambitio mala detinuerat. ¶ Retinere autem est, quod habemus servare & custodire: Salust. Nam imperium facilè his artibus retinetur, quibus initio partum est. Ter. *in Adelph.* Pudore ac liberalitate liberos retineri satius credo, quàm metu.

DĒTENTĬO: Retencio. { κατοχὴ ἐμποδισμός. ANGL. *A withholding, a restrayning.* } Ulpian. D. *lib.* 43. *tit.* 2. *l.* 15. Est quoque qui pignori fundum acceperit: scribit Julianus, non esse iniquum detentionem servitutis dari.

DĒTŌNDĔO, es, detondi, quod tamen antiqui sicut suum simplex geminabant: Tondeo. { גזז *gazáz*, גזר *katsáh*. κείρω, ἀποκείρω. GALL. *Tondre.* ITAL. *Tosare.* GERM. Abschären/oder beschören. HISP. *Mocho trasquilar.* ANGL. *To sheare, to shave.* } Ovid. 3. *Fast.*

*Arboribus redeant detonsa frigore frondes.*

Col. *lib.* 7. Et est modus optimus considerare tempestates, quibus oris neque frigus, si lanam detraxeris; neque æstum, si nondum detonderis, sentiat: verùm quum quæque detonsa fuerit, ungi debet tali medicamine.

Detonso, as, are. Gell. *cap.* 15. *lib.* 10. Capillum Dialis, nisi qui liber homo est, non detondet. Verba sunt Fabii Pictoris.

Dētōno, as: Tonare desino. {ἀποβροντᾶν. Gall. *Tonner de haut, faire grand bruit, sonner haut & clair.* Ital. *Cessare di tonare.* Germ. Aufhören donnern. Hisp. *Dexarse de tonar.* Angl. *To sorone and thunder, to mak a great noize.*} Ovid. *Eleg. 1. lib. 2. Trist.*

*Nunc ubi detonuit* (Jupiter) *strepitúsque exterruit orbem.*

Hieron. Et dum persequutionis detonaret procella, in villam remotiorem secessit. Quint. *lib. 12. cap. 9.* Nam cum illa dicendi vitiosa jactatio inter plausores suos detonuit, resurgit vera & virtutis sortior fama.

Dētōrno, as: Ex materie quapiam torno aliquid efficio.} ἀποτορεύω. Gall. *Faire au tour, ou tourner, tourner.* Ital. *Lavorare al torno.* Germ. Drehen/abdrehen. Hisp. *Tornear con el torno.* Angl. *To worgi something as turners do, to turne.*} Plin. *lib. 13.* Lignum grande intus, firmæque duritiæ, ex quo velates detornant anulos. ¶ Detornare sententiam. Gell. *cap. 8. lib. 9.* Hanc sententiam à Phavorino detornatam, inclusámque verbis pauciſſimis.

Dētōrquĕo, es, si, tum: Deflecto, averto. {עוית *Savàth*, עקש *Likkèsch*. στρέφω, ταράσσω, διαστρέφω. Gall. *Détordre, détourner.* Ital. *Torcere, piegare.* Germ. Krümmen/biegen/es sey aber sich/widerſich/oder auff ein seiten. Hisp. *Torser, plegar.* Angl. *To sett awrie, to wreſt à side.*} Col. *lib. 4.* Sed quod in salicto conserendo vitavetimus, id sequantur in ejusmodi malleolo, quem est necesse longiorem facere, si volumus detortum pangere. Cicer. 1. *Offic.* Nam & voluptates blandissimæ dominæ majores partes animi à virtute detorquent. ¶ Frequenter etiam accipitur pro Depravo, sive in alium sensum, quàm dictum, aut factum sit aliquid, interpretor. Colum. *lib. 3. cap. 10.* Atque hæc forsitan pluribus dicta sunt, quàm exigebat ratio veritatis: minùs tamen multis quàm postulabat prave detorta & inveterata opinio rusticotum. Senec. *cap. 16. de consol. ad Helv* Non te pejorum (etiam probis periculosa) detorsit imitatio (id est, depravavit.) Liv. *lib. 2. dec. 5.* Calumniando detorquendóque.

Dētōrsŭs, sive Detortus: Particip. Suet. *in Galba.* Ac subinde Alexandrina navis detorsa appulit, armis onusta, sine gubernatore, sine nauta ac vectore ullo, ut nemini dubium esset, justum, piúmque, & faventibus diis susceptum bellum, &c. id est, depulsa.

Detragigo, detraho. Gloss. vet.]

Dētrăho, is, xi, ctum: Trahendo aufero. {גרף *garáph*. משך *maschách*, לקח *lakách*. ἀποσπάω. Gall. *Oster.* Ital. *Tor via.* Germ. Abziehen/hinnehmen. Hisp. *Quitar per fuerza.* Angl. *To drawe of or away.*} Terent. *in Heaut.* Occurrunt servi, soccos detrahunt. Sueton. *in Cæs. cap. 42.* Detraxit collega cuncta. Sueton. *in August. cap. 38.* Ante tempora Augusti detrahi solebant ex equo in transvehendo equites ab accusatore. Plaut. *Asin. sc. 1. a. 1.* Detrahere me vestimenta jubes. Gell. *cap. ult. lib. 1.* Detrahi tunicam, & exdi. ¶ Interdum adimere, sive derogare, ἀφαιρῶ. Cicer. 3. *Offic.* Nunquam committit ut alienum appetat, & id quod alteri detraxerit, sibi assumat. ¶ Per translationem etiam dicimus, Detrahere famæ, gloriæ, honori, aut opinioni alicujus: pro eo quod est, famam alicujus, honorem, aut existimationem lædere. {רגל רכיל *righghel*, חלך רכיל *halách rachil*. διαβάλλω. Gall. *médire de quelqu'un, le blâmer.* Ital. *Dir male di alcuno, detrarre.* Germ. Einem übel nachreden/verkleinern/einem sein ehr abschneiden. Hisp. *Detractar diziendo mal de alguno.*} Et tunc cum dativo construitur. Ovid. *Trist. lib. 5. Eleg. 14.*

*Detrahat authori multùm fortuna, licebit.*

¶ Construitur etiam cum ablativo & præpositione De. Cicer. 3. *Offic.* Detrahere de absentibus. De fama alicujus detrahere: idem *Appio lib. 3.* Detrahere de authoritate Senatus: cui opponitur, ornare Senatum multis laudibus. Idem *pro Cluent.* ¶ Ad accusationem aliquem detrahere, id est, pertrahere. *Ibid.* Ut hunc Oppianicum aliud agentem, ac nihil ejusmodi cogitantem ad hanc accusationem detraheret.

Detractō, as, are: Clanculum absenti obloquor, διαλαλῶ, est frequentativum verbi Detraho, quod est ejusdem significationis. Ovid. *Eleg. ult. lib. 4. Trist.*

*Nec qui detractat præsentia livor iniquo*
*Vllum de nostrâ dente momordit opus.*

Dētractŏr, is: Qui absentis famæ detrahit, qui clanculum cuipiam obloquitur. {חלך מכיר *holéchrachil*, מרגל *merághghél*. מלשין *meloschén*. διάβολος. Gall. *Detracteur, médisant.* Ital. *Detrattore, che dice mal d'altri.* Germ. Ein hinderredner/verleumder. Hisp. *Detractor, maldiziendo de alguno.* Angl. *A backbiter.*} Sipontinus, Corn. Tacit. *lib. 11.* Nam ipse haudquaquam sui detractor, unam omnino anguem in cubiculo visam narrare solitus est.

Dētractĭo, nis: Ablatio, deminutio. {סגרעה *migrahàh*. ἀφαίρεσις. Gall. *Detraction, diminution, enlevement.* Ital. *Ello tirare & detrahere.* Germ. Abzug/entwendung. Hisp. *Quitamento, detracion.* Angl. *A drawing of backbiting.*} Cicer. 3. *Offic.* Non igitur magis est contra naturam morbus, aut egestas, aut quid ejusmodi, quàm detractio, aut appetitio alieni. Detractiones apud Plin. pro vacuationibus & inanitionibus pravorum humorum, *lib. 16. cap. 44.* Cujus succus ad detractiones in comitiali morbo utilissimus habetur. ¶ Interdum idem est quod obloquutio & læsio famæ absentis. διαλαλιά. Exempla nusquam non occurrunt. ¶ Detractio sanguinis, i. sanguinis missio, φλεβοτομία. Cels. *lib. 3. cap. 18. & lib. 4. cap. 4.*

Dētractŭs, us: Ablatio, detractio. Senec. Detractu, aut adjectione syllabæ.

Dētrĕcto, as, frequentativum: Defugio, devito, recuso, nego. {מאן *maén*, מרד *marád*. ἀρνέομαι, παραιτοῦμαι. Gall. *Refuser à faire, recuser.* Ital. *Rifiutare, ricusare, schifare.* Germ. Sich widern/weigern zuthun fliehen und abschlagen. Hisp. *Menospreciar ò recusar.* Angl. *To refuse, to go from my word.*} Translatum à jugalibus, trahere jugum, vel aratrum negantibus. Ex Propert. *Eleg. 3. lib. 2.* Virg. *lib. 3 Georg.*

*Nec mihi displiceat maculis insignis & albo,*
*Aut jugo detrectans, interdumque aspera cornu.*

Justin. Nec ipse detrectavit certamen. Suet. *in Cæs. cap. 54.* Non detrectare imperata. Idem *in Tib. cap. 25.* Quidam etiam Principem detrectabant non à se datum. Ovid. 13. *Metam.*

——— *detrectavitque furere*
*Militiam fictè.*

Idem *Eleg. 1. lib. 2. Trist.*

——— *Sed detrectare videbar.*

(sup. de rebus gestis Augusti scribere.) Gell. *cap. 1. lib. 12.* Detrectare, vel augere indolem. ¶ Detrectare etiam accipitur pro vituperare. ut Corn. Tacit. *in Dialogo*, Non detrectasse nominatim antiquos oratores contentus, neminem sequentium laudare ausus est. Hinc detrectare gloriam alicujus, apud eundem *eodem lib.* Plures hodie reperies qui Ciceronis gloriam, quàm Virgilii detrectent. ¶ Detrectare, pro detrahere, obtrectare. φθονῶ. Salust. *Jugurth.* 95. Adversæ res etiam bonos detrectant, i. bonis detrectatores parunt. Liv. *lib. 8. belli Maced.* Cæca invidia est, nec quisquam aliud scit, quàm detrectare virtutes, corrumpere honores, ac præmia earum. Ovid. 1. *de remed. amor.*

*Ingenium magni livor detrectat Homeri.*

Rursus 13. *Metam.*

——— *neque enim benè facta malignè*
*Detrectare meum est.*

Dētrectātĭo, verbale. {סרב *merádh*. ἀπόπειρα, ἀθέτησις. Gall. *Refus, refuslement, ou refus de faire quelque chose.* Ital. *Rifiutamento di fare una cosa.* Germ. Widerung/ein ausschlucht. Hisp. *Rehusamiento ò recusamiento de hazer algo.* Angl. *A refusing.*} Liv. 6. *ab Urbe*, Juniores Romani ad edictum sine detrectatione convenêre. Detrectatio militiæ. Idem 3. *ab Urb.*

Dētrectātŏr, verbale. {מרה *marà*, ἀποστάτης, ἀναλκὴς ῥᾳδιουργός. Gall. *Qui fuit un recule, ou refuse à faire quelque chose.* Ital. *Chi fuge & rifiuta una impresa.* Germ. Ein widerspenniger/ausschlächtiger. Hisp. *El que rehusa à hazer algo.* Angl. *A refuser, a backbiter.*} Liv. 4. *belli Maced.* Cato ipse haud sanè detrectator laudum suarum, multos cæsos ait, numerum non scribit. Idem *lib. 4. d. 4.*

Dētrimĕntum: vide *Detero.*

Dētrūdo, is: Deorsum trudo, depello, dejicio, deturbo.} דחה *dachàh*. ὠθέω. Gall. *Pousser dehors, debouter, chasser avec rudesse.* Ital. *Cacciare in giu.* Germ. Abhinstossen/zu boden werffen. Hisp. *Empuxar de lugar.* Angl. *To thrust downe or out.*} Liv. *lib. 2.* Jam impetu conabantur detrudere virum. Plaut. *Aul. sc. 2. a. 2.* Huccine me detrusisti ad senem parcissimum. Idem *Men. sc. 3. a. 1.* Qui sese properent ad mendicitatem detrudere. Senec. *cap. 10. de consol. ad Marc.* Detrudet eos in ventrem bellua. ¶ Ponitur etiam pro Compello, Cic. *lib. 1. Offic.* Sin aliquando necessitas nos ad ea detruserit quæ nostri ingenii non sunt. ¶ Detrudere comitia in adventum alicujus, pro differre. Cic. *ad Att. lib. 4. 16.* Quibus si non valuerit, putant fore aliquem qui comitia in adventum Cæsaris detrudat. Et *ad Q. Fratr. lib. 2.* Ita putantur detrudi comitia in mensem Martium.

Dētrūdo, appellat Imper. *in l. quicunque residentibus, C. de episc. & cler.* quem idonei authores Exauctoratum dicunt, & Canonistæ sæpiùs Depositum appellant.

Dētrūllārĕ, est de trulla in trullam transfundere, quo verbo usus est Apicius: quod ipsum & diffundere, secundum Plinium vocatur: sic in oleo decapulare, ἀλλᾶσθαι.

Dētrūncō: Truncando dejicio, amputo, seco, quasi à tronco abscindo. {קצץ *katsats*, קצץ *kitsets*. κόπτω, περικόπτω. Gall. *Couper & oster de dessus le tronc, detronquer.* Ital. *Troncare.* Germ. Abhauwen/stücken/abstümpln. Hisp. *Descabezar.* Angl. *To cutt of boughes, to loppe or shred trees.*} Liv. 1. *bell. Maced.* Postea quam gladio Hispaniensi detruncata corpora, brachiis abscissis, aut tota cervice, Senec. *ep. 17. de cons. ad Marc.* Detruncari homines jubebat Dionysius Tyrannus. Plaut. *Capt. sc. 2. a. 4.* Ut ego collos detruncabo tergoribus.)

Dētrūncātio ramorum. Plin. *lib. 14. cap. 9.* {κλάσις ἢ ἀφαίρεσις. Angl. *A lopping or shred ding of tonghes.*}

¶ Detrudes, detrunsos, denunciro. Fest. Gloss. Detrudes *pumiliones*: Vulcanius. Fortè (ait) *pumiliones*, est à detrudo; quâ voce Apulcius utitur *lib. 2.*]

Dētŭmĕo, es, est tumorem amitto, vel tumere desino. {ἀποσκίρτημα. Gall. *Desenfler.* Ital. *Sgonfiare.* Germ. Stillt werden. Hisp. *Desbincar.* Angl. *To asswage and wax lesse of ter swelling.*} Unde Papin. *lib. 1. Theb.* quum vellet significare mare pacatius factum esse, & undarum tumorem deposuisse, dixit mare detumuisse.

*Detumuere* (inquit) *animi maris, & clementior Auster*
*Vela vocat.*

Dētŭrbo, as: Cum violentia dejicio, demolior, detrudo. {חתר *hippil*. ἀποπίπτω, καθαιρῶ, ἀ, καταβάλλω. Gall. *Ruer sur, abbattre, faire cheoir, détruire.* Ital. *Gettare à basso con violenza.* Germ. Ungestümiglich herab stürtzen/mit gewalt hinab werffen. Hisp. *Derribar algo de arriba abaxo.* Angl. *To cast downe with violence, to thrust downe.*} Plaut. *Amph.* Ex illo tecto ejectum fotibus me deturbavit ædibus (non ingressus loquitur.) Idem *in Milit. sc. 2. a. 2.* Quemque aspexeritis in tegulis, hunc deturbatote in vim. Idem *ibid. sc. 2. a. 2.* Met deturbabo jam ego illum de pugnaculis. Et *Most. sc. 2. a. 1.* Ea tempestas mihi deturbavit verecundiam. Virg. 5. *Æneid.*

——— *puppi deturbat ab alta.*

Col. verò *lib. 5.* ad pampinationem transtulit: Vinitor (inquit) qui antè ferro, nec manu deputet, umbrásque compescat, ac supervacuos pampinos deturbet. Cic. *ad Cn. Pomp.* ad animum transtulit. Sed hoc scito, tuos veteres hostes, novos amicos vehementer literis tuis perculsos, atque ex ipe deturbatos jacere. ¶ Deturbare de mente, dixit Cic. *in Pisón.* pro eo quod est, mente spoliare: Sua (inquit) quemque fraus, suum factum, suum scelus, sua audacia, de sanitate & mente deturbat.

Deturbatus, pro valdè turbatus. Gell. *cap. 9. lib. 8.* Theophrastus Philosophus omnium suæ ætatis facundissimus, verba pauca ad populum Atheniensem fecerat, deturbatus verecundia obticuit.

Dazŭagão

**Dēturbo**, es, deturbi: Turgere desino, tumorem pono, decresco. ‖ Χαυνωσιαν. Gall. *Desenger*. Ital. *gonfiare*. Germ. Aufhören bldſſig/oder geſtrwollen zuſein. Hisp. *Desbincharse*. Ang. *To asswage and waxe lesse againe of tor swelling*. ‖ Plin. *lib.* 9. Deturgente Nilo, mures invenimntur.

**Dēturpo**: Turpem ac deformem reddo. ‖ נבל *nibbél*, αἰσχύνω. Gall. *Enlaidir, faire laid, gaſter, oſter la beauté*. Ital. *Disformare, imbrattare*. Germ. Verwüſten / vnfläthig oder vngeſtalt machen. Hisp. *Afear*. Angl. *To mak fowle to array filthelie*. ‖ Suet. *in Calig*. Pulchros & comatos, quoties sibi occurrerent, occipitio taso deturpabat. Cic. ſimplici uſus eſt, Jovis aram ſanguine turpari.

**Dēvl**, λιμὴν. Britanniæ oppidum eſt in tractu Orientali, teſte Ptolemæo *lib.* 2. *cap.* 3.

**Dēvlnl**, λιμένα. Oppidum Taxalorum in Orientali tractu Britanniæ, qui hodie Scotia dicitur. Author Ptol. *lib.* 2. *cap.* 3.

‖ Devaricare, provehere, diſſimilem reddere. Pap. ‖

**Dēvāsto**, as: Vaſto, ſpolio, depopulor. ‖ שדד *ſchadhád*, חשבת *heſcham*, חרבן *hecherib*. φθορεύω. Gall. *Dépeupler, deſoler, mettre en dégaſt*. Ital. *Dar guaſto*. Germ. Verwüſten / verhergen. Hisp. *Deſtruyr, deſolar*. Angl. *To waſt, to deſtroy, to ſpeile*. ‖ Liv. *lib.* 2. *bell. Pun.* Ubi ſatis quieti datum, præda ac populationibus magis, quàm otio, aut requie gaudentibus, profectus per Prætutianum Adrianúmque agrum, Marſos inde, Marrucinóſque & Pelignos devaſtat. *Ibidem*, Ita ſæpius aliquoties hac æſtate devaſtati, &c. Agmina ferro devaſtata. Ovid. 13. *Metam.*

*Quid Licii referam Sarpedonis agmine ſoro*
*Devaſtata meo?*

**Deūcālīōn**, Δευκαλίων. Nomen proprium filii Promethei, cui adulto Epimethus patruus Pyrrham filiam conjugio junxit. Porrò quum hic apud Theſſalos regnaret, ingens diluvium contigit: quapropter antepta navi ſolus Deucalion cum Pyrrha ſervatus, in Parnaſſum montem delatus eſt. Ceſſantibus verò aquis Themiſtos oraculum adiit conſulturus de humani generis reſtitutione: quæ reſpondit, ut oſſa Magnæ matris poſt tergum jacerent. Conjectis igitur poſt tergum lapidibus, quos Deucalion jecerat, in mares: quos Pyrrha, in fœminas vertebantur. Juven. *Satyr.* 1.

*Ex quo Deucalion nimbis tollentibus æquor,*
*Navigio montem aſcendit, ſortéſque poteſtit,*
*Paulatimque animâ ſaluerunt mollia ſaxa.*

Vide fabulam apud Ovid. 13. *Metam.*

**Deūcālīōnēūs**, a, um, ut Deucalionei imbres, qui pro maximis & copioſiſſimis imbribus ponuntur à Poëtis, ſive pro univerſo totius orbis cataclyſmo, quem illius volunt Poëtæ contigiſſe temporibus. Lucan. *lib.* 1.

*Deucalioneos fudiſſet Aquarius imbres.*

Undæ Deucalioneæ. Ovid. 2. *Metam.*

**Dēvĕho**: Deorſum veho, defero. ‖ הביא *heli*. φέρω. Gall. *Charrier & porter d'un lieu en autre*. Ital. *Portare al baſſo, menare*. Germ. Abhinführen. Hisp. *Llevar abaxo*. Angl. *To bring or carie downeward*. ‖ Plin. *in Epiſt.* Medios ille agros ſecat, navium patiens, omneſque fruges devehit in urbem, hyeme duntaxat & vere. Author ad Heren. *lib.* 1. Qui parentem necaſſe judicatus erit, is obvolutus & ligatus corio deveharur in profluentem. Tacit. *lib.* 4. Ac ſimul utrumque exercitum Rheno devectum Friſiis intulit. Cicer. 1. *Phil.* Ego celeriter Veliam devectus Brutum vidi: quanto meo dolore, non dico.

**Dēvĕllo**, is: Vello. ‖ ערה *arách*, חעתיק *heherik*. ἀνέλκω, ἀναιρέω. Gall. *Cueillir, arracher*. Ital. *Svellere*. Germ. Abreiſſen. Hisp. *Arancar algo de lugar*. Angl. *To pull up or away*. Plin. *lib.* 21. *c.* 11. Et exteris hyacinthus maximè durat, & viola alba, & ornithe: ſed hæc ita, ſi divulſa crebrò prohibeantur in ſemen abire.

**Dēvĕlo**, as: Velum aufero & detego, revelo. ‖ גלה *ghaldeh*. ἀναπτύσσω. Gall. *Découvrir, dévoiler*. Ital. *Scoprire, levar il velo*. Germ. Den vmbhang hinweg thun / entdecken. Hisp. *Revelar y deſcubrir lo ſecreto*. Ang. *To diſcover to tak away that which covereth*. ‖ Ovid. 6. *Metam.*

*Oraque devolat miſera pudibunda ſororis.*

**Develton** Plin. Δελτὸν Prol. Oppidum Thraciæ mediterraneum, lacum habens ejuſdem nominis. Ejuſque meminit. Plin. *lib.* 4. *cap.* 11. Vulgò *Develte*.

**Dēvĕnĕrŏr**, aris: Veneror. ‖ חבב *chibbédh*. σέβομαι. Gall. *Avoir en grande reverence, honorer, adorer*. Ital. *Honorare, riverare*. Germ. Verehren. Hisp. *Honorar y acatar*. Angl. *To honour, to reverence greatlie*. ‖ Ovid. *Epiſt.* 2.

*Sæpe deos ſupplex, ut tu ſcelerate valeres,*
*Sum prece thuricremis devenerata focis.*

Tib. *lib.* 1.

*Ipſe precatus avi ne poſſent ſæva nocere*
*Somnia, ter ſanctis deveneranda mola.*

**Dēvĕnĭo**, is, de loco editiore deſcendo. ‖ ירד *iarádh*, בוא *ba*, הגיע *highiah*. κατάβαω. Gall. *Deſcendre & venir, parvenir*. Ital. *Venire, ſcendere di luogo alto*. Germ. Abhinkommen. Hisp. *Venir de arriba abaxo*. Angl. *To come downe from highe à low*. ‖ Virg. *lib.* 4. *Æneid.*

*Septimam Dido, Dux & Troianus eandem*
*Devenimus.*

¶ Aliquando ponitur pro ſuo ſimplici, Venio. Plaut. *in Mil.* Quibuſcum comitata rectà deveniat domú. Cic. *ad Attic.* Nolebam noſtrum familiarem ſermonem in alienas manus devenire. Suet. *in Caſ. c.* 36. Devenire in hoſtium poteſtatem. Plaut. *Men. ſc.* 1. *a.* 2. & *Aſin. ſc.* 1. *a.* 1. Perii, in inſidias deveni. Idem *Aul. ſc.* 1. *a.* 2. Homo ad prætorem explorabundus devenit. Idem *Curc. ſc.* 3. *a.* 2. Abeo abillo mœſtus ad forum, me illò fruſtrà devenille (pro veniſſe.) Idem *Mil. ſc.* 1. *a.* 2. Quomodo in ſervitutem devenerim ab eo, cui ſervivi priùs. Idem *Pſend. ſc.* 3. *a.* 1. Ad Daniſtam deveniret, adderes ſomniculum. ¶ Per tranſlationem verò quum de divitiis in paupertatem, de gloria ad ignominiam, de juſtitia ad iniquitatem, de proſperis in adverſa cadimus. παραπίπτω. Author ad Heren. *lib.* 4. Videtur eſſe arro-



gantia illa relinquere, ad ſua devenire. Plaut. *Aſin. ſc.* 3. *a.* 1. Quid ſi fortè in inſidias devenero.

**Dēvĕnŭsto**, as: Deturpo. ‖ נבל *nibbél*. λυμαίνομαι. Gall. *Oſter la beauté, ſouiller, gaſter, fleſtrir*. Ital. *Imbrattare*. Germ. Vngeſtalt oder vngeſchaffen machen / verwüſten. Hisp. *Afear lo hermoſo*. Angl. *To mak nobeneſt or foule*. ‖ Gell. *lib.* 12. *cap.* 1. Tanquam pulchritudinis ſibi inſignia devenuſtet.

**Dēvĕrbĕro**, as: Valde verbero. ‖ *molio*. Gall. *Battre à force, bien battre*. Ital. *Battere, percuotere grandamente*. Germ. Häfftig ſchlagen. Hisp. *Mucho açotar*. Angl. *To beat ſorelie or much*. ‖ Terent. *in Pherm.* Quot me cenſes homines jam diverberaſſe uſque ad necem, hoſpites, tum etiam cives?

**Dēvĕrbium**: vide *Diverbium*.

**Dēvĕrgentĭa**, æ. Devexitas, declivitas. κλίσις, κάθετος. Gell. *lib.* 14. *cap.* 1. Partium circulorúmque cœli ex devergentia & convexionibus mundi varietas.

**Dēvĕrsi**: Dea ab antiquis putata eſt, quam venerabantur, ut ſcopis domum verrere poſſent.

**Dēvĕrro**, is: Verro, everro, verrendo purgo. ‖ מרק *pimádh*. σμήχω. Gall. *Balier & nettoyer ammer*. Ital. *Spazzare*. Germ. Abreiſſchen / mit reiſchen ſeubern. Hisp. *Barrer*. Angl. *To ſweipe away*. ‖ Col. *lib.* 8. Scabula verò frequenter deverrenda & purganda, humóque omnis urinæ deverrendus eſt.

**Dēvĕrsŭs**, veteres dicebant, quaſi deorſum verſus. Feſtus.

‖ Deverticulum, antiq. pro diverticulo. Tertull. ‖

**Dēvĕrto**, pro diverto, frequentiſſimè apud Plautum legitur more veterum. ‖ סור *ſar*. ἀναχωρέω, ἀφίσημι, ἀποχωρέω. Gall. *Deſtourner*. Ital. *Divertere*. Germ. Abkehren / verwandlen / kehren. Hisp. *Bolver de lugar, apartarſe de lugar*. Angl. *To avoyde and turne a ſide*. ‖ Quint. *lib.* 2. Atque inde alia non minùs communia ac nota deverterunt. Tacit. *lib.* 17. In otium T. Junii deverterant. Alii legunt *diverterant*.

**Dēversātus**, idem quod verſatus. Tertull. *adverſùs Marc. lib.* 2. Quatenus, inquit, & ipſi Deum in figura, & in reliquo ordine humanæ conditioni deverſatum jam credidiſtis.

**Dēvēstĭo**, veſte exuo. ‖ פשט *paſchát*. ἐκδύω. Gall. *Devétir, dépoüiller*. Ital. *Spogliare*. Germ. Die klaider außziehen. Hisp. *Desnudar la veſtidura*. Angl. *Tak away the clothes and mak naked*. ‖ Apul. *lib.* 3. Jam primùm omnibus lacinlis ſe devestit.

**Dēvĕto**, as, are, pro vetare. Quint. 1. *Declam.* Omninò ſummam calamitatem corporis occurrere delicatis uxoris oculis devetaret. Alia exemplaria habent *vetaret*.

**Dēvĕxo**, as: Vexo. ‖ עמל *himádh*. κοπιάω. Gall. *Vexer fort & travailler, tourmenter*. Ital. *Affligere in varii modi*. Germ. Häfftig plagen / ſehr bekümmern. Hisp. *Fatigar en diverſas maneras*. Angl. *To vexe, to trouble*. ‖ Lact. *lib.* 4. Et quum corpora hominum occupant, animóſque devexant, adjurantur ab his, & nomine Dei veri fugantur.

**Dēvĕxŭs**, a, um: Declivis, deflexus, inclinatus. ‖ נטוי *namóch*. κατάντης. Gall. *Qui panche fort en bas, qui va en abaiſſant*. Ital. *Chino piegato*. Germ. Nidderſich haltende. Hisp. *Acoſtado bazia baxo*. Ang. *Holowlike a valey: bending downe*. ‖ Col. *lib.* 1. Parte alia collibus vel ad Orientem, vel ad Meridiem molliter deveris. Plin. *in Epiſt.* Cuncta perennibus rivis nutriuntur, ubique plurimùm, palus nulla: quia devexa terra quicquid liquoris accepit, nec abſorbuit, effundit in Tyberim. Suet. *in Neron. c.* 15. Per devexum pulpitum ſubire: & Senec. *cap.* 25. *de vita beata*, Per devexum ire. Sueton. *in Calig. cap.* 50. In adoleſcentia ita patiens laborum erat, ut ſubita devexione ingredi, ſtare, colligere ſemet ac ſuffetre poſſet. (Alii libri, *ſubita defectione*,) id eſt, infirmitate.

**Dēvēxĭtās**, atis: Declivitas. ‖ אשד *eſchéd*. κλοπίσις, κάθετος ὁμοι. Gall. *Panchement, abaiſſement*. Ital. *La pendenza di coſtiera, di monte, di via*. Germ. Die hald / echte vnderſich. His. *Acoſtamiento, bazia baxo*. Angl. *The holownesſe of a valey, a bending downe*. ‖ Plin. *in Epiſt.* Lato gremio pateſcit purus fons & vitreus, ut numerare jactas ſtipes, & relucentes calculos poſſis. Inde non loci devexitate, ſed ipſa ſui copia, & quaſi pondere impellitur.

‖ Devibiæ, vigiliæ, vulgò palex mulieris. Gloſſ. Iſid.

Devigeſcere, vigorem amittere. Tertull. ‖

**Dēvĭnco**, is: Ligo, conſtringo, alligo, comprehendo. ‖ אסר, יסר *eſarár*. δεσμῶ, ἰσχνῶ, φιμόω. Gall. *Lier avec, ſerrer enſemble, obliger*. Ital. *Ligare, obligare*. Germ. Verbinden. Hisp. *Atar, y apretar, obligar*. Angl. *To bind faſt, to oblish*. ‖ Adducam qui hunc tollant, & domi devinciant (inſanum.) Plaut. *Men. ſc.* 2. *a.* 5. Ubi vino te devincis. Idem *Pſeud. ſc.* 2. *a.* 1. bis. Idem *in Capt.* Iſtas majores catenas, quibus ſunt devincti, demitto. ¶ Per tranſlationem, Ter. *in Heaut.* Verùm ubi ſemel animus ſe cupiditate devinxit mala, neceſſe eſt conſilia conſequi conſimilia. ¶ Accipitur aliquando pro obligo, aſtringo, vel obnoxium reddo. Cicer. *Lent. lib.* 1. *Epiſt.* Hic tibi præſtiti tua in eum liberalitate devinctus eſt. Idem *lib.* 13. *Epiſt.* Ipſum præterea ſummo officio, & ſumma obſervantia tibi in perpetuum devinxeris. Plaut. *Aſin. ſc.* 1. *a.* 3. Hem iſtoc me facto tibi devinxiſti.

‖ Devinctio, ligatura. Tertull. ‖

**Dēvīnctŭs**, part. Obſtrictus, ligatus. ‖ אסור *aſúr*. φιλόδικος. Gall. *Allié, lié, obligé*. Ital. *Obligato*. Germ. Verbunden. Hisp. *Obligado*. Angl. *Bound faſt, oblished*.

——— *Devinctus colla catenis,*

Sil. *lib.* 11. Plin. *Epiſt.* 119. Inest his quoque eadem quæ aliis carminibus utilitas, quod metri neceſſitate devincti ſolura oratione lætamur. Plaut. *Aſin. ſc.* 2. *a.* 2. Noſtro devincti beneficio.

**Dēvīnctŭs**, nomen ex particip. Hor. 2. *Serm. ſatyr.* 5.

*Plotius, & Varius Sinueſſa, Virgiliuſque*
*Occurrunt: anima quales neque candidiores*
*Terra tulit, neque quei me ſit devinctior alter.*

**Dēvīnco**, is: Vinco, ſuperio. ‖ נצח *nitſeach*. νικάω. Gall. *Vaincre du tout, ſurmonter*. Ital. *Vincere*. Germ. Vberwinden. Hisp. *Vencer*. Angl. *To ouer come, to vanquish*. ‖ Cic. *de ſenect.* Qui Pœnos claſſe

primus devicerat. Plaut. *Pseud. sc.3.a.2.* Fortuna sola devincit eorum doctûm hominum consilia.

**Dēvictŭs**, particip. Superatus. { מכוב *mesuſsách*, νενικημένος, ἡττώμενος. Gall. *Vaincu, surmonté*. Ital. *Vinto, superato*. Germ. Überwunden. Hisp. *Vincido*. Angl. *Overcome, vanquished*. } Cic. *de nat. deor.* Quirītes, classe devicta, multas ipsi lachrymas, magnum populo Rom. eladem attulit. Salust. *Iugurth.* 71. Ita bonum publicum, ut in plerisque negotiis solet, privatâ gratiâ devictum est.

**Dēvictŭs animus.** Ter. *in And.* Hic animus partim virginis miserieordia devictus, partim victus hujusce injuriis.

**Dēvio**, as, ex De & Vio, as, à recta via recedo, ἀποπλανῶμαι ἀπὸ ὁδοῦ. Abusivè pro Defecto sumitur.

**Dēvirgĭno**, as: Vitio virginem, virginitate spolio. { עגר *hinnáh*, ἀλοχεύω, ἀλοχεύομαι. Gall. *Dépuceler*. Ital. *Svirginare*. Germ. Entmägdten / ein junckfrawen schänden. Hisp. *Desflorar ò corromper virgen*. Angl. *To deflowre a virgin*. } ¶ Pueri item devirginari dicebantur, quum ex ephebis excesserant. Nonius. ¶ Paulus *de offic. Præsid. D. lib. 1. l. 21.* Præses cùm cognoscat de servo corrupto, vel ancilla devirginata, vel servo stuprato.

**Dēvĭto**, as: Evito, declino, defugio, vito. { נוס מנם *nus mippenē*, מנס *manáh*. ἀποφεύγω, ἀποδίδρασκω. Gall. *Eviter, fuir d'auprés, échapper, & se sauver de quelque chose*. Ital. *Schifare*. Germ. Vermeiden. Hisp. *Esquivar, huir el daño*. Angl. *To eschewe, to avoyde, to shunne*. } Ter. *in And.* Posthac inolumem satis scio fore me, hoc nunc si devito malum. Cicer. 2. *Verr.* Ut quoniam criminum vim subterfugere nullo modo poterat, procellam temporis devitaret. Idem *ad Attic. lib. 9.* Si nec hic, nec illic eum videro, devitatum se à me putet.

**Dēvītātĭo**, nis: Fuga, vitatio. { מנסה *menusáh*. ἀποδίδρασις, ἀναχώρησις. Gall. *Evitement, échappement*. Ital. *Schivamento*. Germ. Vermeidung. Hisp. *Aquella huyda y apartamiento*. Angl. *An avoiding or shunning*. } Cicer. *ad Attic. lib. 16.* Facilior enim & explorator devitatio legionum fore videtur, quàm piratarum qui apparere dicuntur.

**Dēvĭus**, a, um, quod est à recta via remotum, alienum. { ἄπορος, ἄπειρος, ἀπὸ ὁδοῦ. Gall. *Dévoyé, fourvoyé, hors de voye*. Ital. *Fuor di via, sviato*. Germ. Ab dem weg/verirt abgelegen. Hisp. *Cosa desuiada y apartada de camino*. Angl. *That is out of the way*. } Unde Cicer. Anagninos vocat devios, quòd essent extra viam militarem collocati. Et Horat. scortum devium dixit, quasi à recta via remotum. Propert.

*Later quòd sine me devia rura colit.*

¶ Cicero *in Lal.* per translationem, Quid potest esse tam flexibile, tam devium, quàm animus ejus, qui ad alterius non modò sensum ac voluptatem, sed etiam vultum atque nutum convertitur?

**Dēūncs**, Mensuræ, vel ponderis est species, cui duodecima deest uncia, hoc est, quæ undecim constat unciis: quod vel ex ipso nomine apparet. Germ. Ein pfund minder ein unz / eilff unz. Angl. *A pound Romaine saving one ounce*. } Dictus est enim Deunx, quasi una uncia dempta de asse. Mart. *lib. 6.*

*Misceri sibi protinus deuncem,*
*Sed crebros iubet.*

¶ Erat etiam Deunx mensura qua veteres agros suos metiebantur: author est Colum. *lib. 5. cap. 1.* ¶ Ex deunce aliquem hæredem facere, est alicui totam hæreditatem, uncia detracta, relinquere. Cicer. *pro Cecin.* Facit hæredem ex deunce & semuncia Cecinnam, ex duabus sextulis M. Fulcinium, Eburio sextulam aspergit.

**Dēvŏco**, as: Avoco, revoco, vocando deduco. { μετακαλέω. Gall. *Appeller pour venir en bas*. Ital. *Chiamare in dietro*. Germ. Abhinberüffen. Hisp. *Llamar de arriba abaxo*. Angl. *To call away or downe*. } Liv. *lib. 4.* Quum è fauciis hostibus scisciendo comperisset castra Volscorum deserta esse, lætus à tumulo suos devocat. Cic. 5. *Tusc.* Socrates primus philosophiam devocavit è cœlo: quod est, quasi deduxit. Catul. *de com. Beren.*

*Dulcis amergyris devocat aëris.*

**Dēvŏlo**, as: Ex loco superiore in inferiorem volo. { καταπέτομαι. Gall. *Voler en bas, s'envoler & partir viſtement*. Ital. *Volare d'alto*. Germ. Abhin fliegen. Hisp. *Volar de arriba abaxo*. Angl. *To flee or runne downe*. } Plaut. *in Amph.* Postquam in cunis conditus, Devolant angues jubati deorsum in impluvium duo maximi. ¶ Per translationem autem ponitur pro Decurro. Liv. *lib. 5.* Alii inter tumulum præcipites, pavore in totum devolant. Idem *lib. 1.* pro Desilio posuit, Devolant de tribunali, ut lictori auxilio essent. ¶ Aliquando est aliò volare, hoc est, discedere. ἀποίχομαι. Author ad Heren. Ita falsi amici sereno vitæ tempore præsto sunt: simulatque hominis fortunæ invidetint, devolant omnes.

**Dēvŏlvo**, is: Ex loco superiore volvo, revolvo. { גלל *ghal*, גרף *gharáph*. κυλίω. Gall. *Faire rouler du haut en bas, faire devaler, faire choir*. Ital. *Divolgere*. Germ. Abhin walgen. Hisp. *Derribar abaxo*. Angl. *To tumble downe, to make frome high, to lowe*. } Col. *lib. 1.* Huic proxima fluens aqua è montibus oriunda, quæ per saxa præceps devolvitur. Liv. *lib. 2. bell. Pun.* Saxa ingentia in agmen devolvunt. ¶ Per translationem verò dicimus, Devoluta est res, devoluta est hæreditas, quod vulgò dicitur, De manu in manum pervenit. Idem *lib. 5.* Et eò devolvi rem, ut aut patritii, aut patriciorum asseclæ habèdi Trib. plebis sint. Plaut. *Men. sc. 5. a. 5.* Quem ego hominem, si vivo, vitâ devolvam sua. Mox, Anima privabo virum.

Devomete, evomere. Cæcil.

**Dēvŏro**, as: Votando absumo, ligurio, helluor. { אכל *achál*, בלע *balàh*. καταβιβρώσκω, καταφάγω, καταπίνω. Gall. *Devorer, avaller sans mascher*. Ital. *Divorare*. Germ. Verſchlingen / verſchlucken. Hisp. *Tragar mucho*. Angl. *To devoure, and swallie unchewed, to play the glutton*. } Cato *de re rust.* Bos si ægrotare cœperit, dato continuò jejuno ovum gallinaceum crudum, & integrum facito devoret. Plaut. *Pseud. sc. 7. a. 4.* Jam illum comesurus es? dum recens, dum calet, devorare decet. ¶ Refertur etiam ad alios sensus. Martialis,

*Oculis devorandibus draucos*, hoc est, avidè aspicientibus.

Plaut. *Asin. sc. 3. a. 3.* Auscultate, atque operam date, & mea dicta devorate. Illud enim oculorum, hoc aurium aviditatem significat. ¶ Item pro concoquere, id est, præferre, ἀνέχομαι. Cicer. 6. *Philipp.* Quapropter, Quirites, expectate, & paucorum dierum molestiam devorate. Quint. Devorate tædium: Devorate gemitus. Senec. *cap. 16. de const. ad Helv.* Lachrymas intortas obortas devorat. Ovid. 4. *Fast.* Devorare gemitum. Senec. *epist. 67. & cap. 1. de const. ad Marc.* ¶ Inhiat aurum ut devoret. Plaut. *Aul. sc. 4. a. 1.* Jam devorandum argentum censes, si conspexeris. Idem *Asin. sc. 2. a. 4.* Si mare devorasset Caronem. Senec. *cap. 10. de const. ad Marc.* Devorata mali patientia. Idem *Epist. 83.* Devorare pecuniam, pro consumere. Cicer. 5. *Verr.* Devorare libros: Multa & ardentissimo animo legere. Idem *ad Att.* Devorare spe lucrum, id est, Tam ardenter affectare, ut jam consequutus esse videaris. Idem *pro Flacco*, Devorare nomen alicujus, id est, oblivisci nominis. Plaut. *in Trinum.* Tractum ab iis, qui aliquid in ore tenentes, id imprudentes devorant. Devorare orationem alicujus, libenti animo & cum magna voluptate audire, ut videatur auditor eam quasi devorare. Idem *in Pœn.* Apud Cic. *in Bruto*, Devorare orationem aliter accipitur, nempe pro Non satis animadvertere, & ut vulgus dicit, Non satis gustare, ut ait *Bud.* Itaque ejus oratio nimia religione attenuata, docta & attentè audientibus erat illustris: à multitudine autem, & foro, cui dicata eloquentia est, devorabatur, id est, non intellecta transmittebatur. Quæ significatio ducta est ab iis, qui cibum non gustatum deglutiunt, quasi stupente palato.

**Dēvōtiōnēs**: vide *Devoveo*, ἀράομαι, ἐξορκίζω.

**Dēvōvĕo**, es: Voveo, destino, dedico, consecro. { נדר נדב *nadár, nadàb*, חרם *hecherim*. ἀφιερόω. Gall. *Vouer solennellement, dedier*. Ital. *Far voto, votare*. Germ. Gelobẽ/oder ein gelübd thun. Hisp. *Votar, offrecer*. Angl. *To vowe, to dedicat, to bequeath to death*. } Cic. 3. *Offic.* Quid Agamemnon? quum devovisset Dianæ quod in suo regno pulcherrimum natum esset illo anno, immolavit Iphigeniam. Virg. 12. *Æneid.*

——*quorum sè devovet aris.*

Prisc. Tibi devoveo hoc opus. Plutarch. *in Sertor.* De sese devovendi more. Liv. *lib. 9.* Equidem mortem pro patria præclaram esse fateor, & me devovere pro populo Romano legionibusque, vel in medios me mittere hostes paratus sum. Item est, diris imprecationibus malum alicui optare. καταράομαι. Ovid. *in Ibin:*

*Illum ego devoveo, quem mens intelligit, Ibin.*

Idem. *lib. 13. Metam.*

——*licet exercere, medúmque*
*Devoveas sine fine caput.*

**Dēvōtŭs**, Destinatus. { נדיב נדב *nadúb, nadìb*, מחרם *macherám*. ἀφιερωμένος, ἀναθεματισμένος. Gall. *Dedié, donné, voüé, consacré*. Ital. *Destinato, devoto*. Germ. Zugeeignet/gewidmet. Hisp. *Ofrecido ò devoto*. Angl. *Vowed, bequeathed to death dedicated*. } Sueton. *in Tib. cap. 30.* Si de meis moribus devotoque vobis animo dubitaveritis. Idem *in Calig. cap. 30.* Equestrem ordinem ut scenæ arenæque devotum (id est, nimium deditum) assiduè prosecutus. Varro, Cum devoto tibi animo urere. Virg. 4. *Æneid.*

*Præsipuè infelix pesti devota futuræ.*

¶ Accipitur & in malum, pro diro & execrando. ἐπάρατος, ἀποτρόπαιος, τῇ θεῷ ἐπίφθονος. Ovid. *in Epist. Medea.*

*Vivite devoto fœmina virque toro.*

Devoti item dicuntur, qui mutuæ amicitiæ legibus ita se astrinxerunt, ut tota in vita iisdem fruantur commodis, iisdemque casibus obnoxii sint. Cæs. 3. *bell. Gall.* Atque in ea re omnium nostrorum intentis animis, alia ex parte oppidi Adcantuannus, qui summam imperii tenebat, cum sexcentis devotis, quos illi *Soldurios* appellant: quorum hæc est conditio, ut omnibus in vita commodis una cum his fruantur, quorum se amicitiæ dediderunt. ¶ Devotissimus, a, um. Sueton. *in Cæs. cap. 67.* Devotissimos sibi milites reddidit.

**Dēvōto**, as, frequentativum. { ἐπάδω. Angl. *To bind by vowe*. } Cic. *in Parad.* Quæ vis Cœlitem contra omnes hostium copias tenuit in porta solum? Quæ patrem Decium, quæ filium devovit, ac immisit in armatas hostium copias? Accius, Patris exemplo dicabo me, atque animam devotabo hostibus. Ubi Nonius inepte legit, *devurabo*, in *Devurare*.

**Dēvōtōrĭus**, a, um, adject. { ὁ ἢ τὸ ἐφίεμαι, ὁ ἐπαγωγός. Gall. *Par lequel on se voüe, oblige, ou dedie*. Ital. *Cosa d'invocatione*. Germ. Das zu dem gelöbt gehört. Hisp. *Cosa para ofrecer*. Angl. *By the with one voweth and bindeth him by vowe*. } ut, Carmina devotoria, apud Liv. & Macrobium, quibus homines, urbesque devoventur: ut de tribus Decus legimus qui seipsos pro salute patriæ Diis manibus devoverunt.

**Dēvōtĭo**: Dedicatio, consecratio. { חרם *chérem*. ἀνάθεμα. Gall. *Devotion, offrande, sacrifice, obligation à mort. Vœu de mettre & employer sa vie*. Ital. *Voto de gli antichi al diavolo, invocatione diabolica*. Germ. Ein ergebung/zugeygung/verfluchung. Hisp. *Ofrecimiento, hechizes*. Angl. *A vowe or solemne promise, a yeelding or bequeating to death, a curse*. Sueton. *in Calig.* Lenis adeo & innoxius, ut decreta sua rescindenti, non priùs succensere in animum induxerit, quàm veneficiis quoque & devotionibus impugnari se comperisset. Hæ devotiones tales erant, quales diræ fuerunt apud priscos, quæ talem habere potestatem credebantur, ut nemini fas esset, qui in eas incidisset, evadere. ¶ Inter carmina magica duo erant apud majores maximæ religionis, quorum altero dii tutelares urbium evocabantur ab hoste victore, ne deos captivos ducere viderentur: altero devovebant, id est, mortiaddicebant hostium exercitus, & singula interdum capita eorum, qui se traderent iræ numinum pro salute aliena, quale fuit carmen Deciorum, qui se pro patriæ salute devoverunt.

**Dĕūro**, is, ere: Uro. { שרף *saráph*, בער *behér*, לחט *lihát*. καίω, φλογίζω. Gall. *Bruſler*. Ital. *Abbrusciare*. Germ. Abbrennen. Hisp. *Quemar*. Angl. *To burne*. } Liv. *lib. 9. bell. Maced.* M. Æmilius alter consul agros Ligurũ, vicósque qui in campis, aut vallibus erant, ipsis montes

montes duos, Balliſtam, Suiſmontiúmque tenentibus, deuſſit, depopulatúſque eſt. ¶ Deurere morſu dicitur ſerpens, vel affatu, quum ſollammat. Senec. *lib. 1. de Clem.*

Dĕūstŭs, a, um. {סרוף *ſaruph.* καυμένος. Gall. *Bruſlé.* Ital. *Abbruciato.* Germ. Verbrent. Hisp. *Quemado.* Angl. *Burned.*} ut, Mons deuſtus. Tacit. *lib. 6.* Parsetici deuſta, *ibidem.*

Dĕus. {אלוה *eloáh. Heb.* Gall. *Dieu.* Ital. *Dio, Idio.* Germ. Gott. Hisp. *Dios.* Angl. *God.*} ¶ Qui eſt ſine principio, ſine fine, à quo, per quem, & in quem ſunt omnia, benedictus in ſecula. Amen: ei hoc nomen eſt apud Latinos. ¶ Unde deducatur, variè exponi ſolet. Nam alii δὲὶν ἀπὸ δέους, hoc eſt, à timore: quòd primos in orbem deos (ſi tam impiam ſententiam referre fas ſit) timorem credebant invexiſſe. In qua etiam ſententia Papinius fuiſſe videtur, quum ait:

*Primus in orbe Deos fecit timor.*

Cic. *de Anuſp. reſp.* Quis eſt tam vecors, qui quum ſuſpexit in cœlum, deos eſſe non ſentiat? Idem 1. *de Legibus.* Nulla gens eſt, neque tam immanſueta, neque tam fera, quæ non, etiamſi ignoret qualem habere Deum deceat, tamen habendum ſciat. ¶ Alii rurſus deducunt à dando, quòd omnia à Deo proveniant tanquam bonorum omnium fonte, & ipſe det eſſe & perſistere omnibus. Alii à Græco verbo δύω, ſcio, noſco, quòd Deus ſciat omnia, quòd omnia ſint nuda in conſpectu ejus. Alii à Θέος, littera tenui mutata in aſpiratam, & o in u mutata, unde dicimus Latinum *Deus.* Alii denique ab Hebræo nomine שד *Dai*, potens, ſufficiens: unde Saddai, Deus omnipotens, ſive ſibiipſi ſufficiens, quòd ſcilicet ſeipſo ſit contentus, nulla re indigeat, ſed ſufficientiam omnibus ſolus largiatur. Ovid. *initio lib. 4. Faſtor.*

*Eſt Deus in nobis, &c.*

Idem *Eleg. 8. lib. 4. Triſt.*

*Non ita Dis viſum eſt.*

Velleius: Dius quàm hominibus propior Cato. Plaut. *Curc. ſc. 1. a. 1.* Si Deos ſalutas, dextroverſum cenſeo te vertas. Idem *Amphit.* Deus ſum (id eſt, omnia poſſum.) Tibul. *lib. 4.*

*Quin hortante Deo magnis inſiſtere rebus*
*Incipe.*

Plaut. *Pſeud. ſc. 2. a. 2.* Dii me ſervant atque amant (in ſpe lucri.) *Ibidem ſc. 3. a. 1.* Dii meliùs faciant (abominantis.) *Ibidem:* Deos, quos maximè æquum eſt metuere, minimè facit. Idem *Pſeud. ſc. 3. a. 2.* Cui Dii propitii. Idem *Curc. ſc. 2. a. 2.* Dii inter ſe congruunt concorditer. Idem *Ibidem ſc. 3. a. 1.* Deus ſum (id eſt, ſum beatiſſimus.) Idem *Menech. ſc. 2. a. 5.* Summum Jovem, Deóſque deteſtor me ei nihil malefeciſſe. Idem *Aulul. ſc. 3. a. 4.* Dii me ſalvum & ſervatum volunt. *Ibid. ſc. 4. a. 1.* M. Salvus & fortunatus ſis. E. Di te ament. Ovid. 13. *Metam.*

*——Si Dii ſunt, non vana precaris.*

Idem *Eleg. 8. lib. 4. Triſt.*

*Nil ita ſublime eſt, ſuprémque piacula tendit:*
*Non ſit ut inferius, ſuppoſitúmque Deo.*

Idem *Eleg. ult. lib. 4. Triſt.*

*Quóque adorant vates vobar adeſſe Deos.*

Ibidem *Eleg. 2. lib. 4.*

*Idque Deus ſenſit* (id eſt, Auguſtus.)

Velleius: Ad Deos exceſſit Hercules. Idem, Ad Deos tranſgreſſus (de Auguſto mortuo.) Sueton. *in Tiber. cap. 66.* Dii Deæque me perdant. Ovid. 13. *Metam.*

*——Deus eſt in utroque parente.*

Plaut. *Pſeud. ſc. 1. a. 1.* At Dii Deæque, quantus es (ſup. perdant.) Idem *Curc. ſc. 3. a. 1.* Quid videbit magis Diis æquiparabile? Idem *Aulul. ſc. 6. a. 4.* Deus mihi impulſor fuit. Item, Deûm proles: vide *Proles.* Reſponſa Deûm: vide *Reſponſum.* ¶ Deus naturæ, pro Genio. Horat. *lib. 2. Epiſt. ult.*

*Scit Genius natale comes qui temperat aſtrum*
*Natura Deus humana.*

Plaut. *in Men.* Nunc ipſi naturæ Deo mihi reſponde adoleſcens. Et *in Prologo Bacch.* Silenus naturæ Deus dicitur: Naturæ Deus ſum, Bromi altor maximi. ¶ Dii proximus. Claudianus,

*——Dii proximus ille eſt*
*Quem ratio, non ira movet.*

¶ Dii patrii, penates, quos ἰδίους πατρῴους vocari tradit Higinius. Virgilius,

*Di patrii ſervate domum.*

Et alibi,

*——Patriique penates.*

Vide Macrob. *lib. 3. Saturn. cap. 4.* ¶ Dii magni! admirantis, ut Θεοὶ μέγα! & conjunctim, Θεοὶ μέγα! ut ὦ μέγα: quod interdum in admiratione ponitur. Plaut. *in Capt.* Audivi, di magni. Ovid. *in 2. Eleg.*

*Oſcula, di magni! qualia, quóque dedi.*

Et *in 6. Faſt.*

*Quàm bene, di magni! pugna cecidiſſet in illa*
*Defenſor ſolii Jupiter ipſe ſui.*

Deum & Divum quidam indifferenter accipiunt. Alii verò Deos volùt perpetuos eſſe, Divos verò ex hominibus factos. τὸν μὲν ἀπὸ μετενσωματώσεως, τὸν δὲ ἀπὸ προκοπῆς. Et licèt Deus definiri nequeat, tamen ita deſcribi poteſt: Deus eſt Mens univerſi, vel Deus eſt animus per immenſas mundi partes, omnémque naturam commeans, atque diffuſus, ex quo omnia quæ naſcuntur animalia vitam capiunt. Vel, Deus eſt infinita mens quæ per ſeipſam moveatur. Speuſippus Philoſophus ſic ait, Deus eſt Vivens immortale, per ſeipſum ad bonum ſufficiens, eſſentia ſempiterna, ipſius boni cauſa. ¶ Deus penetralis dicebatur, qui intra conſpectum domus cujuſque colebatur: à nonnullis Jupiter Ercius dictus, ἐφέσιος. Deus ex improviſo apparens. Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς ἐπιφανής. In eos dicitur, quibus in rebus perplexis, præter ſpem exoritur aliquis qui ſalutem adferat, negotiſque difficultatem expediat. Sumptum eſt à conſuetudine tragœdiarum. Huc alluſit Cic. 1. *de nat. deor.* ex Marcois Cratylo. ¶ A Deo ficti quadam adagii forma à Cic. dicuntur, qui vehementer ad aliquid naturâ compoſiti ſunt. ¶ Cum Deo quiſque & gaudet & ſtet. σὺν θεῷ

*Cæſpini Pars I.*

καὶ πλεῖ, καὶ ὁδήγει. Admonet adagium, rerum humanarum celerem eſſe commutationem, neque in nobis ſirum, ut res perpetuò ſecundæ ſint: verùm utcunque fortunæ libitum fuerit, ita vel ſecundis rebus attollimur, vel adverſis affligimur, Cum Deo ſit, Græcis, quod ſit favente numine: contrà, Sine Deo, quod abſque Deorum favore. ¶ Nullius indigens Deus, ἀνενδεὴς θεός. Admonet paræmia, nullum eſſe mortalium tam abſolutum, in quo non aliquid deſideretur: unum eſſe Deum undequaque perfectum. ¶ Dius hominibus plaudentibus. Proverbialis eſt hyperbole, pro eo quod eſt, feliciter atque auſpicatò. Cic. *ad Quint. fratrem.* ¶ Vide Martinium in ſuo Etymologico. ¶

Dĕi, æ, fœm. Vide ſuo loco.

Dĕĭtās, & Dealitas, quæ & divinitas dicitur. {Θεότης, Θεῖνε. Gall. *Divinité, deité.* Ital. *Divinità.* Germ. Gottheit. Hisp. *Divinidad.* Angl. *The deitie or godhood.*} Auguſt. *lib. 7. de Civ.* Hanc divinitatem, vel (ut ſic dicam) deitatem: nam & hoc verbo uti, jam noſtros non piget, ut expreſſius è Græco transferant quod illi θεότητα appellant.

¶ Deurens febris, ſynocha, continua. L. M.

Deuſtica, cremata, toſtáque in prunis. Colum. Onom. Med. ¶

Dĕūtĕrĭā. {δεύτερον. Gall. *Vin de dépenſe, vin tiré du preſſoir où il y a de l'eau.* Ital. *Secundi vini aquarelli.* Germ. Trebet wetter/ wann man über die außgetruckten treber oder traubentrem waſſer ſchütt/ von welchen ſchon der gute moſt kommen iſt/ leuren. Hisp. *El aguapie, vino de deſpenſa.* Angl. *A weaker ſecundo wayne.*} à Græcis dicitur vinum aqua miſtum, quod & Latinis dicitur ſecundarium: nam δεύτερον, ſecundum dicitur. Fit ex macceratis aqua vinaceis poſt muſtum acinis expreſſum. Tenuem cerviſiam Belgæ, & Angli: Inferiores verò Normani Tenue pomarium dicunt. {*Petite biere, petite cidre.*}

Deuteriarius, monaſterii præfectus. L. g. b.

Deuteronomium, iteratio legis.

Deuteroprotus, a, um: fabbatum ſecundoprimum.

Deuterosis, novitas. Cath.

Deuterōtæ, ſecundas tribuentes poſt teſtamenta. Procop. L. g. b. ¶

Dĕxămĕnē, δεξαμένη, una ex Nymphis marinis, à recipiendo dicta. Μυθολογ. enim recipio dicitur.

Dĕxămĕnæ, plur. num. δεξαμεναί. Ambraciæ regiuncula eſt, ita dicta à Dexameno Meſoli filio & Ambracia filia Phorbantis, qui Solis filius fuiſſe perhibetur. Author Steph.

Dexari, δεξάριοι. Populi Chaſonum Enchelelis propinqui. Steph.

Deximontani, Carmeniæ populi dexteram ripam Granii amnis accolentes. Author Plin. *lib. 6. cap. 23.*

¶ Dexiolābus, lictor in militia carceris & damnatorum cuſtos. L. g. b. ¶

Dexiphanes, pater Softrati architecti. Steph. *in Phare.*

Dĕxĭppŭs, δέξιππος. Orator Athen. fuit, ſub Valerian. & Aureliano Principibus. ¶ Fuit & alter hoc nomine medicus, patria Cous, diſcipulus Hippocratis. Suid.

Dĕxtāns, dextantis, decem uncias dicuntur, quum ſcilicet aſſi deeſt ſextans: ſicut deunx, quum aſſi una deeſt uncia. Author Feſtus. Col. *lib. 5. cap. 1.* Pars dimidia & tertia, vigintiquatuor millia, hoc eſt, dextans, in quo ſcrupulæ CCXL.

Dĕxtĕr, a, um, dexteri, vel dexteri: dextra, dextrum: vel dextera, dexterum: quod eſt ad manum, ſive latus dexterum. {יסוד *jamin.* δεξιός. Gall. *Dextre, adroit, & habile.* Ital. *Deſtro, atto.* Germ. Recht. Hisp. *Diestro, ò derecho.* Angl. *That is on the righ hand, hand ſome, apt.*} Virg. 5. *Æneid.*

*Quò tandem mihi dexter abis?*

Dextrum cornu, & ſiniſtrum in acie tenere. Liv. 2. *ab Urb.* Ovid. 2. *Metam.*

*Signaque ſex ſcribus dextris, totidémque ſiniſtris.*

¶ Interdum ponitur pro Aptus, conveniens, agilis: quæ ſignificatio inde tracta eſt, quòd dextra manus promptior ſit ſiniſtrâ. Stat. *lib. 3. Syl.*

*Signa frenata moderatus ala.*
*Cajore dextro.*

Senec. *epiſt. 54.* Utroſque pedes dextros facit podagra. ¶ Aliquando etiam dexter, dicitur Proſper. Virg. 8. *Æneid.*

*Et nos, & tua dextre adi pede ſacra ſecundo.*

Perſius *ſatyr. 2.* ——*ô ſi*
*Sub raſtro crepet argenti mihi ſcrinia, dextro,*
*Hercule.*

Quintil. *in Proem. lib. 4.* Adſit Domitianus dexter ac volens. Ovid. 2. *Faſt.*

*Dexter ades ducibus.*

¶ Dextrum, in Scriptura ſacra, pro Meridie ponitur. Latus dextrum vocatur Meridionalis mundus. Dexter, pro dexterè, adverbio. Liv. 6. *ab Urb.* Rem per ſe popularem ita dexter egit, ut rodendis cœporibus animi multò plus militum Imperatori reconciliarentur. ¶ Dextra in mundo vocantur Septentrionalia: Læva, vel ſiniſtra, meridionalia Lucan.

*——Umbras miraci non ire ſiniſtras:*

id eſt, versùs Meridiem. Solinus, Umbræ quæ nobis dextræ ſunt, illis ſiniſtræ. Idem de Taprobana loquens, Solem orientem dextra habent, occidentem ſiniſtra. Ac apud Liv. *lib. 1.* Augur dextras ad Meridiem partes, lævas ad Septentrionem dicit. Ariſtoteli dextra ſunt exortiva, læva occidua. Plinio contrà, læva exortiva, dextra occidua: antica ad Meridiem, poſtica ad Septentrionem. Sic enim tradit, Omnium autem errantium ſydetum meatus, intérque ea Solis & Lunæ contrarium mundo agere curſum, id eſt lævum, illo ſemper in dextram præcipiti. Iterum, Læva proſpera exiſtimantur, quoniam læva parte mundi exortus eſt. Varroni quoque *lib. 1. num. 40. & lib. 6. num. 2.* ſiniſtra ab Oriente ſunt in templis effandis, dextera ab Occaſu: antica ad Meridiem, poſtica ad Septentrionem.

Dĕxtĕrĭŏr, comparativus. δεξιώτερος, δεξίτερος. Ovid. 2. *Metamorph.*

*Nec ſe dexteriore ſinum declinat ad anguem.*

Varro *de re ruſt. cap.* 3. Siquidem ſi mas eſt, in dexteriorem partem abit: ſi fœmina, in ſiniſteriorem.

Dexteritas: Aptitudo. ¶ Ἕξις. GALL. *Dexterité, habilité, bienſeance.* ITAL. *Habilità, attitudine, deſtrezza.* GERM. Geſchicklichkeit/ alle ding mit vortheil anzugreiffen. HISP. *Habilidad, atavio, & ſtreza de la mano dieſtra.* ANGL. *Ableneſſe in doing any thing aptneſſe. dexteritie.* } Liv. 7. *bell. Maced.* Multa in eo & dexteritas & humanitas vitæ. Idem 8. *bell. punic.* Tanta autem inerat comitas & humanitas vitæ, atque ad omnia naturalis ingenii dexteritas, &c. Gellius *cap.* 16. *lib.* 13. Dexteritas quædam & benevolentia.

Dextiſſimum, & Siniſtimum, antiqui dicebant. Varro ἀφ' ἑστίας. Primo compito dextimam viam munit Epicurus. Saluſt. *in Iugurth.* Sylla cum equitatu apud dextimos, in ſiniſtra parte A. Manlius cum ſunditoribus & ſagittariis.

Dextĕra, vel Dextra, ſcilicet manus, à Χερσὶν, quia ſiniſtrâ eſt agilior.} ¶ Ἡ χεὶρ δεξιὰ. GALL. *La main dextre, ou le côté dextre.* ITAL. *Man deſtra.* GERM. Die rechte hand. HISP. *La mano derecha.* ANGL. *The right hand.* } Virg. *Æneid.*

——*ſi Pergama dextra*
*Defendi poſſent, etiam hac defenſa fuiſſent.*

¶ Et quoniam dextra validior eſt ſiniſtrâ, ſic etiam ſupplicantes & miſeros, quibus favemus, dextra erigere ſolemus. ¶ Dare dexteram & porrigere, pro auxilium præſtare ponitur. Cic. *pro red.* Mihi fidem dexterámque Conſularem porrexit. Virg. 6. *Æneid.*

*Da dextram miſero,* id eſt, præſta auxilium.

¶ Dextrâ ſe antiqui venerabantur: per dextram jurabant, tanquam fidei ſedem, & virtutis miniſtram. Unde & hodie conſuetudo remanſit apud Germanos, ut ſe mutuò ſalutantes dextram porrigant. Dextram (inquit Servius) Numa Pompilius Fidei conſecravit. Cic. 11. *Philipp.* Dextræ quæ fidei teſtes eſſe ſolebant, perfidiâ ſunt & ſcelere violatæ. Terent. *Andr.* Quod ego per hanc te dextram oro, & genium tuum, Per tuam fidem, &c. Cic. *pro Deiot.* Per dextram iſtam te oro, quam tegi Deiotaro hoſpes hoſpiti porrexiſti.

——*Tibi dextera bello*
*Vtili.*

Ovid. 13. *Meram.*

——*nec indomita deberi præmia dextra.*

Dextera digitis rationem computat feriens femur dexterum. Plaut. *Mil. ſc.* 2. *a.* 2. Satluo: Salve, inquit mihi, prehendit dextram. Idem *Curc. ſc.* 3. *a.* 2. Cedò mihi tuam dextram. Idem *ibid.* (Salutantis.) Per dexteram tuam te Alcumena oro, obſecro da mihi hanc veniam. Idem *Amph.* Hæc per dexteram tuam te dextera retinens manu obſecro. Idem *Capt. ſc.* 3. *a.* 2. Item in ſalutatione: Adeunt, conſiſtunt, copulantur dextetas. Idem *Aul. ſc.* 2. *a.* 1. Ubi obiter nota paſſivum *copulantur*, dictum pro activo copulant. Hac dextera regem mactavi Pterelam. Idem *Amph.* Picus, cornix ab læva: corvus, parta ab dextra. Idem *Aſin. ſc.* 1. *a.* 2.

*Tempore tam longo cur non tua dextera verſum*
*Quámlibet in paucos officioſa fuit?*

Ovidius *Eleg.* 7. *lib.* 4 *Triſt.* Mihi dextera vox aures verberat. Plaut. *Amph.* ¶ Nec cuivis dextram injeceris, *μὴ ταχὺ ἐμβάλῃς τὴν δεξιὰν*, hoc hoc eſt, ne temerè quemlibet in familiaritatem admittas, ſed deligas quem diligat.

Dextĕlla, diminutivum. Cic. *Attic. lib.* 14. Quintus frater, ut ſcribis, eſt dextella: per eum igitur quod volemus, facilè auferemus.

Dextĕrè, adverb. Feliciter, aptè, & cum quadam dexteritate. { Δεξιῶς. GALL. *Dextrement, avec bonheur, addreitement, avec addreſſe.* ITAL. *Deſtramente, felicemente.* GERM. Glücklich. HISP. *Bienaventuradamente, y con deſtreza.* ANGL. *Proſperouſlie, with good luck.* } Liv. 1. *ab Vrbe.* Nutritáque cum brevi apud regem, liberaliter, dexteréque obeundo officia, in familiaris amicitiæ adduxerat jura. Senec. *cap.* 6. *al.* 25. *de conſol. ad Polyb.* Dexterè uti rebus ſecundis. Horat. 1. *Serm. ſat.* 9.

*Nemo dexterius fortuna eſt uſus.*

Dextralia, brachialia. Ubi dextralia ſunt dextrocheria. Aculphus tamen de locis factis, brachialia & dextrocheria, ut diverſa poſuit, cujus hæc verba ſunt, is enim ſcriptor nondumeſt editus: *Ornata virgis ferreis, pendentes, brachialia, dextrocheria, murena, monilia, annuli, capitulares, cingella, iratæ, baltei, corona, imperium ex auro, vel gemmis, & ornamenta plurima.*

‖ Dextimus, i. e. dexter. ‖

Dextrāle, ornamentum dextræ, commune viris & mulieribus. ἀμφιδέξιον. ¶ Dextrales equi.

Dextrārii quoque, dicuntur equi, maximè bigarii. ζεῦγοι.

Dextro, as, eſt equos bigarios jungo. Valla *de Donat. Conſtant.* videtur accepiſſe pro eo quod dicimus, Equum à dextris ducere. Triumphaſſe (inquit) putas Cæſarem quoties prodibat, ut nunc ſolet Papa, præcedentibus equis albis, quos ſtratos famuli dextrant?

Dextrātio, verbale. Solinus. Tarpeium Jovem terna dextratione lustravit. Ubi pro curſu & gyro equorum in dextram accipitur, quod in gratulatione & lætitia fiebat, ut in luctu curſus in lævam agebatur. Papin. *lib.* 6.

——*hic luctus abolere, novique*
*Fumeris auſpicium vates, quamquam omnia ſonit.*
*Vera jubet dextro gyro.*

Antè enim dixerat,

——*Inflectuntque ex more ſiniſtro*
*Orbe rogum.*

Dextrocherium. { GALL. *Bracelet d'or.* ITAL. *Monile, bracialetti d'oro.* GERM. Ein arm zier an den vorderen. HISP. *Cadena de oro que pende al braço de la muger.* ANGL. *A braſelet of glod.* } Muliebre brachiorum ornamentum, quod ex auro in annuli lati formam, gemmis pretioſiſſimis integebatur. Jul. Capitol. ſcribit Maximinum pollice fuiſſe tam vaſto, ut uxoris dextrocherio uteretur pro anulo. Vide Cælium Rhod. *lib.* 8. *cap.* 12.

Dextrōrſum, & Dextrorſus, adverbia, ſignificant versùs dextram partem. ἐπὶ δεξιὰ. GALL. *A côté dextre, du côté droit, à dextre.* ITAL. *Verſo man deſtra.* GERM. Auff die rechte hand/gegen der rechten ſeiten hinauß. HISP. *Hazia a la mano dieſtra.* ANGL. *To wardes the right ſide or hand.* } Cicer. 2. *de Divin.* Dextrorſum orbem flumineum. Plin. *lib.* 24. *cap.* 19. Efficaciſſimum remedium eſſe aiunt, ſi tres quoque trium nationum homines pertingant dextrorſus. Horat. 2. *Serm.*

——*hic dextrorſum abit.*

Dextrōvĕrſum, adverb. Ejuſdem ſignificationis eſt cum ſuperiore, hoc eſt, versùs dexteram. Plaut. *Curc. ſc.* 1. *a.* 1. Si deos ſalutas, dextroverſum centeo, ſub te vertas. Idem *in Rud.* Sed dextroverſum advertas it in malam crucem.

D I

Di, & Dis, præpoſitiones ejuſdem ſignificationis ſunt: quæ ambæ ſeparabiles ſunt, & in compoſitione ſolum reperiuntur. Componitur autem di cum dictionibus incipientibus à d, ut diduco: g, ut digero: l, ut diluo: m, ut dimitto: n, ut dinumero: i, ut dijudico: u, ut diverto: & ubique producitur, niſi in dirimo, & diſertus. Dis verò modò negationem denotat, ut difficilis, diffido: modò diverſitatem, ut dilideo: modò diviſionem, ut diſſocio, disjungo. Modò ſignificat valde, ut diſcrucior, diſcurro, diſcupio. Modò variè, ſive in diverſas partes, ut diſpono, diſſemino. Quandoque malè, ut diſpereo, malè pereo. Componitur cum c, ut diſcumbo: f, ut diffundo, ubi f, mutatur in f, euphoniæ cauſa: p, ut diſputo: q, ut diſquiro: r, ut diſrumpo: ſ, ut diſſimulo: t, ut diſturbo: i, conſonante, ut disjungo.

‖ Di meliùs, ſeu meliora, dictum averruncandi mali gratiâ.

Diā, aliis Dea, *Die.* V. E. Dienſis Galliæ, ſub A. Viennenſi. ¶ Item inſula ‖ maris Ægæi, una Cycladum, diſtans à Delo XV. M. paſſ. Aliis nominibus Naxos dicta, & Sicilia minor, & Dionyſias, à vini fertilitate. Author Plin. *lib.* 40. *cap.* 12. In hac Liber patet Ariadnem à Theſeo deſtitutam, uxorem duxit: qua de cauſa etiam Baccho factam eſſe volunt. Ovid. *in Triſt.*

*Quæ brevis æquoreis Dia feratur aquis.*

¶ Eſt item Dia Theſſaliæ urbs ab Æaco condita. Alia Thraciæ, ad Athon montem. Tertia Eubœæ. Quarta, inſula juxta Scyllæum Peloponneſi promontorium, oppidum habens ejuſdem nominis. Quinta, Luſitaniæ ad Oceanum. Sexta, Italiæ juxta Alpes. Septima, Scythiæ, circa Phaſim. Octava, Cretæ. Nona, Bythiniæ juxta Pontum. Author Steph. ¶ Dia itidem dea nomen, quæ apud Sicyonios & Phliaſios colebatur: quæ eadem fuiſſe creditur cum Hebe, juventutis dea. Vide Strabonem *lib.* 8. Virg. *in Æneid.* Dia Camilla. Ennius.

*Conſiliis inde loci propter hæc Dia Deorum.*

Homer. διογενὴς.

‖ Diabaſteria, orum, ſacrificia pro tranſitu difficili facta: Apobaſteria, ante expeditionem. Gell. ‖

Diabathrārius, ὁ διαβαθρεύων. Genus ſolearum Græcarum, inquit Feſtus. Diabathrarius, qui ſoleas hujuſmodi conficiebat. Plaut. *in Aul.* Propoſæ, linteones, calceolarii, ſedentarii, ſutores diabathrarii, ſolearii, &c. ¶ Eſt etiam Diabathra, Græcis ſcala nautica, per quam in navem conſcenditur.

‖ Diabatticum, διαβατικὸν, tributum quod mercatores pro tranſitu (διαβατὴν) mercium pendunt.

Diabrix, διαβρὶξ. Steph. inſulæ quatuor in mari Carpathio citra Rhodum, quas recenſet Plin. *lib.* 5. *cap.* 31.

Diabētes, διαβήτης. Dictio eſt Græca, quam *tranſitum*, transferre poſſumus, διὰ τὸ διαβαίνειν: unde pro ſiphone accipitur, per quem aqua, vel alius liquor deſluit: Gallicè, *une ſyringue, conduit, ou canal par où paſſe l'eau ou autre choſe fluide.* Coll. *lib.* 4. *cap.* 10. de vite loquens: Naturali enim ſpiritu omne alimentum virentis, quaſi quædam anima per medullam trunci quaſi per ſiphonem (quem diabeten vocant mechanici) trahitur in ſummum. ¶ Accipitur etiam pro quodam rerum morbo, maximam & penè inextinguibilem inducente ſitim: unde & dipſacon appellant. Nonnulli etiam fluorem urinæ interpretantur, propterea quod ægri ſemper ſitientes, ſubindéque bibentes, ſtatim etiam reddant quod biberint à qualitate ſua non mutatum. Vide Galenum *de loc. affect. lib.* 6.

‖ Diablintum, civitas: id eſt, Carifes, in provincia Lugdunenſi tertia.

Diabole, διαβολὴ, calumnia. ‖

Diābolus. { שטן *ſatan.* διάβολος. } Latinè calumniator, à διαβάλλω, trajicio. ¶ Diabolus, Glauci filius. Plaut. *Aſin. ſc.* 1. *a.* 4.

‖ Diacacaměron, medicamentum educens hominem de morte ad vitam. Nicol. Onom. med.

Diacaſticum, ſpontula. Buleng.

Diacatholicon, medicamen omnes humores evacuans. L. M.

Diacatochia, poſſeſſio, à διακατέχω, poſſideo, διακατοχὴ, poſſeſſio: notæ voces, & frequentes in Pandectis Græcis, ut Budæus monet. Inde deflectitur διακατοχικὸς, ut ab κατοχὴ, ἀκατοχὴ. Budæus tamen vult *diacatochia* corruptè legi pro *diacatocha*, vel *diacatechi.*

Diacatorortia, id muneris eſt, cùm Imperator privatis fundis concedit, purgentur. Alciat.

Diacenſimon, ſeptimana poſt Reſurrectionem. L. g. b. ‖

Diacheron, ſpina eſt, magnitudine arboris modicæ, flore roſæ, cujus radix unguentis expetitur, qui alio nomine Aſpalatus appellatur. Plin. *lib.* 24. *cap.* 13. Eſt ſpina ſylveſtris frutex humilior atque ſpinoſus in Nyſiro & Rhodiorum inſulis, quem alii Eryſiſcepetrum, alii Adipſatheon, ſive dipſacon, ſive diacheron vocant. Quo tamen in loco eruditi malunt legere diaxylon, quæ nomenclatura etiam à Dioſcor. hunc frutice tribuitur.

Diachyſis, diffuſio animi ſeſe relaxantis, triſtitiamque excutientis. L. M.

Diacitron, cortex citri melle conditus. L. g. b.

Diaclyſma, διάκλυσμα, colluvio, ut dentium. Onom. M. ‖ Dioſcor.

Diacodĭon, διακώδιον. Medicamentum quod ex capitibus papaveris fit. Plin. *lib.* 20. *cap.* 18.

Diăcŏnus, i, ſeu Diacon, is. { משרת *meſchardth.* διάκονος. GALL. *Diacre.* ITAL. *Miniſtro.* GERM. Ein diener oder helffer. HISP. *Diacono, el que miniſtra à otro.* ANGL. *A deacon.* } Eſt miniſter, à διακονία miniſtro: quo nomine Mercurius appellatus fuit, quem communem eſſe voluerunt deorum tum ſuperorum, tum inferorum miniſtrum.

Diaconia,

Diaconiæ, fuere loca quibus per Diaconos regionarios pauperes alebantur.

Diaconicum, conclave diaconorum. L. g. b.

Diaconium, sacrarium, ubi dominica continentur vasa. Rh.]

DIăcŏpēnē, Διακοπηνή. Cappadociæ regio ad Halim fluvium. Strabo *lib.* 12.

Diăcōpi, παρὰ τὸ διακόπτω. Incisa, sive incilia, id est, aditus in aggeribus Nili patefacti, per quos in arvum fluere aqua possit. Ulp. *l. pen. de extraord. crimin.* Commata etiam & Diacopi qui in aggeribus fiunt. Hotoman.

Diacrĭa, tribus Atticæ Pallantis sedes. Steph.

Diacrommium, διακρίμμιον. Medicamentum ex cepis. Nam Græci τὸ κρόμμυον, cepam vocant. Apud Gal. *in Commen. in lib. Hæroûn*, legitur, Diacrosmos, sed mendosè.

DIăctŏr, Διάκτορος, Διάκτωρ, quasi internuncius, quod nomen datum est Mercurio, quem deorum internuntium Poëtæ finxerunt.

DĬĂDĒMĂ: Apex, insigne regni. {צניף *tsaniph*, מצנפת *mitsnéphoth*, נזר *nazár*, כתר *chether*. Διάδημα. Gall. *Un diademe, qui estoit un certain tocquement ou garniture de chef de Roy ou Royne, fait de pourpre par entrelaçemens.* Ital. *Diadema.* Germ. Ein hauptzier der konigen vor zeiten von einbinden auß purpur. Hisp. *Corona real.* Angl. *A diademe a cremme of a prince.*} Gestamen capitis, regum insigne, διὰ τὸ διαδεῖν, hoc est, à circumligando. Erat enim fascia quædam, qua caput circumligabatur. Cicer. 2. *Philipp.* Diadema ostendis, gemitus toto foro. Plin. *lib.* 12. *cap.* 16. Regibus apum, in fronte macula quodam diademate candicans.

Diadematicus, Adject. ut forum Piscum diadematicum dicitur, in quo victores diademate & coronis ornabantur. Varro, Pisis diadematico foro præstatur virtuti laus.

DIădēmātus: Diademate ornatus. {διαδεδεμένος, ὁ περὶ διαδήματι περιπόρφυρος. Gall. *Qui a le diademe sur la teste.* Ital. *Chi ha in capo lo diadema.* Germ. Der ein solche hauptzier tregt, gecrönt. Hisp. *El que tiene tal corona sobre la cabeça.* Angl. *That weareth a cremme on his head.*} ut, Diadematus Apollo. Plin. *lib.* 34. *cap.* 8.

DIădēs, Διάδης, nomen dedit Diadi urbi in Lycia, quam condidit. Stephanus.

DIădŏchī, urbs est in Persia, non procul ab Ctesiphonte, διάδοχοι πόλις. Stephanus.

DIădŏchŏs, Διάδοχος. Gemma beryllo similis. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10. Apud Athenienses autem Diadochi dicebantur, οἱ πεντήκοντα, hoc est, quinquageni viri, quorum consilio de rebus publicis privatisque statuebatur: ita dicti quasi successores, ad differentiam Areopagitarum, quorum perpetuus erat magistratus. Διάδοχον enim inter cætera significat succedo, & vices alterius excipio.

‖ Diadosis. Figura est, si posita descriptio toca primùm, deinde resumatur, ita ut non fiat repetitio, sed ut ejus partes aut accuratiùs, aut fusiùs exequamur, aut in ordinem redigamus: à Græcis διάδοσις & διάδοσις dicitur, à nobis digestio: sin autem ordo absit, & confusè, ut quicquid se obtulit, effundimus, dissipatio vocatur à Latinis, à Græcis dici potest διασπορὰ, aut διασύρμος.‖

DIădūmĕnŭs, διαδούμενος, quasi vittatus diademarúsque: quo nomine dictus est juvenis quidam speciosus, quem Polycletus ex ære expressit. Plin. *lib.* 34. *cap.* 8. Polycletus Sicyonius, Ageladis discipulus, Diadumenum fecit mollitei juvenem, centum talentis nobilitatum.

DIærĕsis, is, διαίρεσις, apud Grammaticos figura est qua una syllaba in duas dividitur: ut apud Horatium,

*Nunc mare, nunc sylvæ.*

Ubi dictio dissyllaba sylvæ, dividitur in tres syllabas. Sic Aulaï, Pictaï, pro aulæ, pictæ. Nomen autem habet diæresis διὰ τὸ διαιρεῖν, quod est dividere, unde & Latinè divisionem vocare possumus. Gallicè *Division, partition.*

DIæTă, locus in quo cibus sumi solebat: cœnaculum, cœnatio. {διαῖτα, οἴκημα. Gall. *Lieu pour boire & manger.* Ital. *Stanza in alto da mangiarvi.* Germ. Ein saal in dem man isset / ein louben. Hisp. *Parte de la casa que se mera para bever y comer.* Angl. *A diet or place for eating or drinking.*} Plin. *in Epist.* Ex triclinio in diætam, sive cœnationculam transitus. Idem, Hic turris erigitur, sub qua diætæ duæ, totidémque in ipsa: præterea cœnatio, quæ latissimũ mare, largissimum litus, amœnissimas villas prospicit. Dicta diæta διὰ τὴν δίαιταν, hoc est à convivis, quæ in ea peragebantur. Quanquam Varro Latinam vocem esse existimat, ita dictam, quod in ea per diem ederetur. Lampridius *in Heliogabalo*, zetâ appellat, διὰ τὸ ζῆν, quod in ea hilariùs viveretur. Plin. iun. etiam zetaculam. Sueton. *in Claud. cap.* 10. In diætam recesserat (id est, in locum secretum.) ¶ Diæta item, iter unius diei. ¶ Proleuca sumitur apud Gulielmum. ¶ Sumitur etiam diæta pro victus ratione, & præscripta vivendi formula. {δίαιτα. Gall. *Diete, regime de vivre.* Ital. *Governo di vivere regulatamente.* Ger. Ein gewisse ordnung so einer im essen und trincken täglich hält. Hisp. *Dieta, regla de bien vivir.* Angl. *Diete.*} Unde διαιτᾶν verbum Græcum, quod est, certa victus ratione uti. Et diætetice, διαιτητική, medicinæ pars, quæ victus ratione medetur. Apud Græcos sumitur pro loco quò arbitri ad judicandum conveniunt: unde & διαιτητὴς, judico ut arbiter. ¶ Alia vita, alia diæta, ἄλλος βίος, ἄλλη δίαιτα. In eos quadrabit qui commutata in meliùs fortuna, pariter & vitæ rationem moréisque commutant. Transtarum ab iis qui lautiùs incipiunt vivere, ubi res lautior obtigit.

‖ Diætarcha, διαιτάρχης, servus qui diætæ præest: diætarius.‖

Diætārii, servi in diæta servientes. {διαιτητικοί. Gall. *Serviteurs de chambre, ou qui servent la viande sur table.* Ital. *Servitori nel cenacolo.* Germ. Tischdiener. Hisp. *Servidores que sirven à la mesa.* Angl. *Which serves in that diet place.*} Horum meminit Ulpian. *de fund. instruct. & instrum.* ¶ Diætarii fures à Jureconsultis dicuntur, qui in aliena cœnacula furandi gratiâ se dirigebant: quos Ulpianus scribit plus quàm fures esse puniendos. Itaque aut ad tempus relegandos, aut in opus publicum dandos, aut fustibus cædendos. *D. de injur. & fam. libel. l. sacrilegii.*



DIætēta. {בלילים *pelilim*. διαιτηταί. Gall. *Arbitres, juges.* Ital. *Arbitri.* Germ. Schaidleut. Hisp. *Jueces arbitrarios.* Angl. *Arbitrers, judges.*} Latinè appellantur arbitri, ἀπὸ τοῦ διαιτᾶν, quod est arbitri officio fungi.

DIætētică. {διαιτητική. *Cette partie de medecine, qui guerit par diete & regime de vivre.* Ital. *Medicina che sana c'ol governo della vita.* Germ. Ein ordnung und regiment so man im essen und trincken brauche zuerhaltung der gesundtheit. Hisp. *Medicina de dietas.* Angl. *A parte of medicine that healeth by diete.*} Medicina dicitur quæ victu medetur, teste Celso *lib.* 1. *in Proœmio*, nempe quæ ex moderata victus ratione sanitatem curat: vulgus, *regimen* vocat.

DIăglaŭcŏn, genus collyrii, ex glaucio herba temperatum. Plin. *lib.* 27. *cap.* 10.

DIăgōnĭŭs, διαγώνιος. Linea genus est, quam Latini nonnulli angularem vocaverit, quòd ab uno angulo ad alterum perducatur. Vitruv. *lib.* 6. *cap.* 3. Tertium, inquit, uti latitudo in quadrata paribus lateribus describatur, inque eo quadrata diagonii linea ducatur, & quantum spatii habebit ea linea diagonii, tanta longitudo attio detur.

Diagoras, διαγόρας. Nomen Philosophi qui ἄθεος cognominatus est, quòd nullos deos esse putaret, milleriáque omnia ita contemneret, ut alios etiam ab iis averteret. Quare ab Atheniensibus pulsus est, qui talentum polliciti sunt iis qui eum interfecissent. Suidas. Hujus Diagoræ meminit Cic. *lib.* 1. *de nat. deor.* Quid Diagoras, Atheos qui dictus est, polleáque Theodorus? Nonne apertè deorum naturam sustulerat? Valer. Max. *lib.* 1. *cap.* 1. Athenienses Diagoram Philosophum populerunt, quia scribere ausus fuerat, primùm ignorasse an dii essent: deinde si sint, quales sint. Vide *Protagoram.* ¶ Fuit & Diagoras quidam Rhodius, cujus meminit Gell. *lib.* 3. *cap.* 15. his verbis, Diagoras tres filios adolescentes habuit, unam pugilem, alterum pancratiasten, tertium luctatorem, cósque omnes vidit victore, coronarique eodem Olympiæ die: & quum eum ibi tres adolescentes complexi, coronis suis in caput patris positis, suaviarentur, quúmque populus gratulabundus flores undique in eum jaceret, ibi in stadio inspectante populo in oculis atque in manibus filiorum animam efflavit. Hujus Diagoræ meminit Cic. *lib.* 1. *Tusc. quæst.*

DIăgrămma, ătis, διάγραμμα. Græcis inscriptionem, vel titulum libri significat. Item decretum, formulam, vel edictum in scripturam redactum. Item Geometricam figuram, sive ea triangularis fuerit, sive quadrangularis, aut alterius formæ, cujusmodi apud Euclidem demonstrandi causâ non paucæ extant. Unde & Diagrammata Chaldæa quodam in loco à Plutarcho appellantur, quæ vulgò *Prognostica* vocantur. ¶ Est etiam diagramma præscriptio & breviarium quoddam in publicis collationibus fieri solitum, ut ex censu tributa conferantur. Cic. *in Verr.* Scripturam vocat. ¶ In musica autem diagramma vocatur mensurarum proportionis quibusdam descriptarum. Vitr. *lib.* 6. *cap.* 1. Uti in diagrammate musico, medianæ vocis habens sonitum, &c. Reliqua vide in Budæi Commentariis. Nam ad Latinum dictionarium parum conducunt.

‖ DIăgrăphē, διαγραφή, descriptio, scriptura, publicanorum acta, prælectiones.

Diagrapharius, ὁ διαγράφων τὰ δημόσια, qui publica exigit, publicanus, διαγραφεύς, est liber, in quo illa annotantur.‖

DIăgrăphicē, es, διαγραφική. Plin. *lib.* 35. *cap.* 10. Et hujus authoritate effectum est, Sicyone primùm, deinde & in tota Græcia, ut pueri ingenui ante omnia diagraphicen, hoc est, picturam in buxo docerentur, recipereturque ars ea in primum gradum liberalium. Διαγραφὴ, Descriptio, antiquatio & peremptio rei cœptæ, vel jam peractæ.

Dialapis, constitutum Imperatorium. Lege διάλογος.

DIăLĔCTĭCĂ, διαλεκτική. Ars disserendi, cujus finis est verum à falso discernere: ita dicta διὰ τὸ διαλέγεσθαι, hoc est, à disputando. Cic. *in Topic.* Judicandi enim viat diligenter persequuti sunt eâ scientiâ, quam Dialecticen appellant. Idem 4. *Acad.* Dialectica veri & falsi quasi discepatrix judex.

DIălĕctĭca, orum, plur. num. genet. neutr. Cic. *Attic. lib.* 14. Accubans apud Vestorium hominem remotum à dialecticis, in arithmeticis satis exercitatum.

DIălĕctĭcē, adverb. διαλεκτικῶς. Cic. 4. *Acad.* Multa admixta ex intima philosophia, multa dicta dialecticè, &c. Quint. *lib.* 1. *cap.* 10. Orator etiamsi tardò, non tamen nunquam probabit dialecticè.

DIălĕctĭcŭs, i, substant. διαλεκτικός, qui tractat Dialecticam. Cic. *in Orat.* Disputandi ratio, & loquendi. Dialecticorum sit: Oratorum autem, dicendi & orandi. Idem 4. *Acad.* Quid sit verum, aut falsum, Dialecticus judicabit.

DIălĕctĭcŭs, a, um, quod pertinet ad Dialecticam: ut Dialecticæ captiones, apud Cicer. *de finib.* Disputationes dialecticæ, Quintil. *lib.* 7. *cap.* 14.

DIălĕctŭs, διάλεκτος, linguæ alicujus proprietas, quod scilicet unaquæque lingua peculiare habet, & à cæteris distinctum. Unde quinque dicimus esse Græcorum dialectos, Atticam, Ioniçam, Doricam, Æolicàm, & Communem. Suet. *in Tib. cap.* 56. scribit valdè molestam Dialectum esse Doridem.

DIălĭcŏn, διάλικον. Croci sativi genus, in medio candidum, unde & nomen accepit. Plin. *lib.* 21. *cap.* 6. Est per se genus sativi blandissimum: vulgò, quum sit medio candidum, dialeucon vocant.

DIālis, e, διάλος, ὁ τοῦ Διός, quod Jovis est, quem Δία vocant Græci. Unde flamen Dialis, Jovis ministerio assignatus à Numa Pompilio, ut docet Liv. *lib.* 1. *ab Urbe.* Græci etiam, τὸ δία, pro ære ponebant, quo pacto nos etiam Jovis vocabulo utimur. ¶ Unde fit adjectivum Subdialis, ὑπαίθριος, id significans quod extra tectum est, aëri & cœlo expositum. Plin. *lib.* 34. Illa super terram ex dialibus petris exditur, hæc ex obscuris. Idem *lib.* 36. *cap.* 25. Subdialia pavimenta Græci invenere, id est, quæ permanent sub dio. ¶ Dialem Consulem, ἰσόμοιρος ὀνόματι, dixit Cicer. pro Consule unus dici, ludens nimirum in voce ambigua, non secus ac si à die Dialis diceretur. Unde celebratum illud scomma ejus in Caninium, Olim Flamines, nunc

Consules Diales sunt. Hujus compositum potest videri Novendiales, de infrà suo loco. ¶ De Diali Flamine, plura Gellius c. 15. *lib.* 10. Item Ovid. *lib.* 3. *Fast.*

Diallagē, ἀλλαγή, à nostris transfertur Conciliatio. Figura est, quum plura argumenta ad unum effectum deducuntur. Quint. *lib.* 9.

Dialogus, i, ὁ διάλογος. Gall. *Dialogue, dispute entre quelques uns, discours raisonnez entre deux ou plusieurs personnes.* Ital. *Dialogo, libro ò opera dove due ò più persone parlano insieme, disputando ò altrimente.* Germ. Ein gespräch. Hisp. *Libro, ò tratado, adonde se introduzen dos ò mas personas que disputan, ò hablan juntamente.* Angl. *A dialogue, a communication and talking betweene many or diverses persones.* ‡ Sermocinatio, sive disputatio, duorum, vel plurium interrogationem, mutuámque responsionem continens, καὶ ἡ διαλεκτική, quod est disputare, sive sermocinari. Quint. definit esse sermonem ex interrogatione responsionéque compositum, de ea re quæ vel Philosophiam, vel Reipublicæ partes attingat, disceptans, cum apposita verborum personarúmque expressione. Cicer. *de claris Orator.* Quum disputatio est inter eos, ut est consuetudo dialogorum. Sueton. *in Tiber. cap.* 42. meminit Dialogi, in quo certamen boleti, ficedulæ, ostreæ, & turdi, Tiberius induxerat.

Dilogismus, διλογισμός, à Rufiniano refertur inter schemata διανοίας, quum scilicet quis secum rem aliquam volutans, tanquam cum altero colloquens, interrogat & respondet. Exemplum insigne est illud *in Eunuch. Ter.* Quid igitur faciam? non eam ne tunc quidem quum accersor ultrò? an potiùs ita me comparem, non perpeti meretricum contumelias? Excludit, revocat. Redeam? Non si me obsecret.

Dalutenses, Pelagiæ ex purpuratum genere sunt, quæ vario soli genere pascuntur. Author Plin. *lib.* 9. *cap.* 37.

Dialytōn, διάλυτον, figura est quæ alio nomine asyndeton, sive asyntheton appellatur, quâ plures dictiones, orationésve sine copula junguntur. Latinè dissolutum dici potest. Tale est illud Virg. *lib.* 4. *Æneid.*

——— *ite,*
*Forte citi flammæ, date vela, impellite remos.*

¶ Diamēron, biduum. Pap.¶

Diametēr. ‡ διάμετρος. Gall. *Vn diametre, une ligne passante tout à travers, une figure divisée de bord en bord.* Ital. *Linea che divide ginstamente una figura.* Germ. Ein schnurschlechte linien so die figuren in zwey gleiche theil durchschneidt. Hisp. *Linea para partir igualmente una figura, diametro.* Angl. *A line going evercher wardi thar frome bordour to bordeur, or margent to margent.* ‡ Est recta linea, figuram, quâ longissimè patet, ex æquo secans: veluti diameter orbis est linea, quæ sic à summo ad imum tendit ad circulum, ut per centrum eat, definitore Macrob. *in somn. Scip. lib.* 2. Sic in quadrangula, diameter vocatur linea à superiori lateris dextri angulo ad inferiorem lateris sinistri perducta: hoc dissentit ab Euclidis definitione. Latini dimetientem vocant; nam & Græcis διαμετρεῖν, unde τὸ διάμετρον, id est, à dimetiendo dicitur. Colum. *lib* 6. Est area rotunda, cujus diametros habeat pedes septuaginta. ¶ Unde proverbialiter, ut nunc, ita & olim dicebantur, Ex diametro oppositæ: &, Diametro distare, ἐκ διαμέτρου, de vehementer inter se pugnantibus. Lucianus *in Tyranno.*

¶ Diamone, διαμονή, permansio, perseverantia, perennitas: à διαμένω, Permaneo.

Diamoron, à succo mori nomen sumsit, ex quo conficitur. ¶

Diana, Divina, vel à *Dai* Hebr. vel quasi Duana, vel quasi Jana. Prius enim *Iana*, & *Diana*: exinde *Deiana*, tandem *Diana*, Jovis filia ex Latona, eodem cum Apolline partu edita. Κύνθια. Eadem & Luna dicitur, sive quòd noctu una, hoc est, sola & sine fratre luceat: sive quòd lumen à sole accipiat, quasi luce lucens aliena. ‡ Germ. *Der Mon.* ‡ Præterea & Noctiluca dicta est, sub quo nomine etiam templum in palatio dedicatum habuit. Hanc parturientes Junonis Lucinæ nomine invocabant, Junonem quidem appellantes à juvando: Lucinam verò, quòd partum in lucem proferre putaretur. Virg. 4. *Eclog.*

*Casta fave Lucina, tuus jam regnat Apollo.*

Græci εἰλείθυια vocant. Alii Lucinam dictam putant, quòd oculis & luci præsit: alii à luco, quem Romæ in Exquiliis habebat. Eadem & Proserpina, περσεφόνη, dicta est, & Dictynna: quarum appellationum rationem vide suo loco. Apud inferos Hecate dicitur, vel quòd centum victimis placetur, vel quòd centum annos errare faciat insepultos. Dicta est & Pergæa, περγαία, à Perga Pamphyliæ oppido, in quo templum habuit insigne. Plures tamen Dianas fuisse, Cic. *lib. als. de nat. deor.* scribit: sed illa nominatissima est, quæ eodem partu cum Apolline ex Jove & Latona nata est. Hæc ob virginitatis amorem scitur hominum consortia defugisse: & ut à se libidinis prurituni amoveret, venando sylvas incoluisse, paucarum virginum comitatu contenta. Arcum ferebat & pharetram, succincta semper incedens, & cothurno induta. Ob hanc causam sylvarum & nemorum dea putabatur. Dicta est Fascelis, à fasce lignorū, ubi ejus simulachrum abditum erat, quod occiso Thoante Tauricæ regionis rege ab Iphigenia Agamemnonis filia in Italiam delatum est. Laudatissimum templum habuit apud Ephesios: aliud item in Taurica regione, ubi came tantùm humana litabatur. Plaut. *Mil. sc.* 4. *act.* 2. Ut Ephesiæ Dianæ fumificem. Ovid. 13. *Metam.*

*Immeritam sœvæ natam mactare Dianæ.*

De hac Lucan. *lib.* 1.

*Et Tauroscythica non mitior ara Diana.*

¶ Dianam autem dictam putant, quasi Jovianam, διὸς ἢ Διός: fuit enim (ut jam diximus) Jovis filia ex Latona.

Dianius, a, um. Ovid. *lib.* 5. *Fast.*

*Exagitant & lar, & turba Diania fures.*

Id est canes Dianæ venatrici sacri.

¶ Diangelus, idem qui Exangelus.

Dianium, Plinio notum, hodie Denia. *Denia.* V. olim E. sub A. Toletano: sita est in D. Valentinæ gaudetque titulo Marchionatus: ad Ducem Lermæ ex gente Sandouallia spectat. ¶

Diānoea: Mens, intellectus. ‡ דעת *dâhath.* διάνοια. Gall. *Entendement.* Ital. *Mente, intelletto.* Germ. Die vernunfft, oder verstand. Hisp. *Entendimiento.* Angl. *The vnderstanding.* ‡ Unde figuras dianoeas vocant Rhetores, quæ sensum magis, quam verba spectant. Quint *lib.* 1. Figuras quas lexeos, quasque dianoeas vocamus. Dianœa, inquit Rufinianus, fit propriè, quum præponitur non id quod fieri oportet, sed quod fit. Virg.

——— *furor arma ministrat.*

Tullius, Dolabella autem, quemadmodum homines nobiles decet, ulciscer injuriam fortissimè perseverat.

Diānium, διάνιον, vulgò *Denia.* Oppidum est Hispaniæ Tarraconensis, in ora maris Balearici. Ptolem. inter Edetanorum oppida enumerat, *lib.* 2. *cap.* 6.

¶ Dianome: vide *Diamone.*

Diapāpāver, confectio ex papavere. L. M.

Diāpāsma, atis, διάπασμα. Inspergimen siccis odoribus constans, ut scribit Plin. *lib.* 13. *cap.* 2. cujus præcipus usus est in coercendis sudoribus, ut inarescant corpora à balneo: quanquam non ob hoc solùm, verùmetiam ad fovendam, vel laxandam, aut astringendam aliquam corporis partem soleat adhiberi. Vide Marcellum Virgilium in Dioscoridem *lib.* 1. *cap.* 21. Dicitur autem καὶ διάπασις, inspergo. Martial. *lib.* 1.

*Quid quod olet gravius missum diapasmate virus?*

Diāpāson, διὰ πασῶν. Musicæ mensuræ genus, constans ex diapente & diatessaron, hoc est, ex quinque tonis & duobus semitonis minoribus. Quæ de re vide Comment. Macrob. *in somn. Scip.* Gall. *Vn accord de Musique de cinq tons, & deux demy tons.*

Diapēnte, διὰ πέντε. Musicæ mensuræ genus, tribus constans tonis, & hemitono minore. Vide Macrob. *in somn. scip.* Gall. *Vn accord de trois tons, & vn demy ton.*

Diāphānes, διαφανὴς. Fluvius est Siciliæ, ea in parte, quæ Syriæ contermina est: ita dictus ab aquæ perspicuitate. Vide Plin. *lib.* 5. *cap.* 27.

Diāphānum, διαφανὲς. Latinè dicitur transparens, sicut crystallum, καὶ ἡ διαφάνεια, quod est transluceo.

Diāphōnia, διαφωνία. Dissonio, discordia: διαφωνία, discordo, dissono.

Diāphōra. ‡ מחלקת *machalîketh.* διαφορά. Gall. *Difference.* Ital. *Differenza.* Germ. Vnderschaid. Hisp. *Differencia.* Angl. *Difference.* ‡ Latinè differentia, καὶ ἡ διαφέρω, quod est differre.

Diāphorētica medicamenta, διαφορητικὰ φάρμακα, à Latinis vocantur discussoria, quæ scilicet collectiones incipientes non ad pus, aut ad saniem perducunt (quod Græci vocant πυοποιοῦσι,) sed sine suppuratione aliqua dissipant, & dissolvunt: id enim medici διαφορεῖν appellant.

Diaphrāgma, atis. ‡ διάφραγμα. Angl. *The midriffe that deuideth the hart and liuers from the other bowels.* ‡ Quanvis ex vi vocabuli omne illud significet, quod in re aliqua medium est (unde & cartilaginem illam, quæ nares dirimit, Græci διάφραγμα appellant.) Peculiariter tamen medici hac voce utuntur pro musculo quodam rotundo, qui spirtalia viscera à naturalibus, hoc est, cor, & pulmones à jecore & liene, velut paries quidam interjectus, intersepit & dirimit. Hujus autem musculi summum caput in costarum extremis statuitur, ubi multæ carnis est particeps. Definit autem in medium, quod membranosum est, & tendoni finitimum. Ab anteriore parte malo punico annectitur, circumductúmque per notharum costarum extrema, retro ad duodecimam spinæ vertebram adhærescit. Tunicas habet duas, superiorem à membrana collas succingente; inferiorem verò à peritonæo. Usus ejus est triplex: nam & primùm est respirationis instrumentum: deinde non leve ad alvi exonerationem affert momentum: postremò vitalia (uti jam diximus) à naturalibus separat, unde etiam nomen accepit: διάφραγμα enim aliud nihil est quam intersepire. Qua ratione etiam à Latinis septum transversum appellatur. Cœl. *lib.* 4. At sub corde atque pulmone transversum ex valida membrana septum est. Idem *in Præm. lib.* 1. Simulatque verò ferrum ad præcordia accessit, discissum transversum septum est, quod membrana quadam superiores partes ab inferioribus diducit (διάφραγμα Græci vocant) hominem protinus animam amittere.

Diapontinus. Plaut. *Mostell. sc. Habes:* Ego transmarinus hospes sum diapontinus.

Diāpōrēsis: Dubitatio. ‡ διαπόρησις. Gall. *Doutance, doute.* Ital. *Dubitanza, dubbio.* Germ. Zweiffelung. Hisp. *Duda.* Angl. *A doubting.* ‡ Figura oratoria, quæ fit quoties omnia & magna videntur, & paria, ita ut orator nesciat à quibus potissimum dicere incipiat. Terent. *in Eunuch.* Quid commemorem primùm, aut laudem maximè? Illum qui dedit mihi consilium ut facerem, an me qui ausus sim incipere? an fortunam collaudem, quæ gubernatrix fuit?

Diāpsālmi, atis. ‡ סלה *selah.* διάψαλμα. ‡ Commutatio rhythmi, aut vicissitudo canendi, ut quidam volunt. Alii pausationem spiritus interpretantur, alii alterius sensus exordium, alii rhythmi distinctionem, alii verò cujusdam musicæ varietatis silentium. Author Hieron. *in Epist. ad Marcellum.* ¶ Meursius *in Gloss.* διάψαλμα, intervalla psalmorum.¶

Diārium, ii, à die fit, & significat victum quotidianum, id est, quod in unius diei cibum datur. ‡ דבר יום ביומו *debar iom beiomô.* ἐφημερὶς ἀνὴρ. Gall. *Pitance d'vn jour, ou despense iournaliere.* Ital. *Il viuer d'ogni giorno.* Germ. Ein tegliche speis eines manns eines tags ist oder werdt. Hisp. *La comida de vn dia.* Angl. *The allowance of one d'ay.* ‡ Matt. *lib.* 11.

*Sed jugis æstuosam, puerique diaria poscunt.*

Horat. 1. *Epist.* Cum scevit urbana diaria rodere. ¶ Accipitur & pro libello, in quo acta quotidiana perscribuntur. Græci ἐφημερίδα appellant. Gellius *cap.* 18. *lib.* 5. afferens verba Sempronii Asellionis, Quasi qui diarium scribunt. ‡ Gall. *Papier iournal.* Ital. *Giornale.* Germ. Ein büchlin in welches man eines iedes tags geschicht verzeichnet.

verzeichnet. Hisp. *Historia que precede de dia en dia.* Angl. *A retelling booke.* } Juvenal, diurna plurali tantùm numero. ¶ Legitur & Diurius, a, um, ἐφήμερος: ut, Diaria febris, hoc est, febris unius diei: quamvis non tardò in quartum usque diem producatur.

Diaria, quotidiana salaria.

Diarrhœa, διάῤῥοια. Alvi purgatio, ventris fluxio. Cic. *Galba.* In cœna augurali apud Lentulum tanta me diarrhœa arripuit, ut hodie primum videar cœpisse consistere. Gall. *Diarrhée.*

Diārrhytŏn, διάῤῥυτον. Græcis significat aquosum, palustre: quo cognomine etiam Hipponem Africæ Zeugitanæ oppidum, ab Hippone regio (quod oppidum est Numidiæ) distinxerunt: quos & Romani imitati, Hipponem dilutum vocaverunt. Author Plin. *lib.5.cap.4.*

Diax, Sophista Ephesius, Philippi Macedonis tempore commemoratur à Philostr.

Diax, acis, Διάξ, Lyciæ oppidum, à Diace quodam conditum, à quo & nomen accepit. Author Steph.

Diāsatyrĭŏn, Διασατύριον. Compositio quædam medicorum ad excitandam Venerem: ita dicta, quòd satyrion herbam recipiat, excitando Veneris appetitui in primis efficacem.

Diasostis, pro eo qui præest alteri in via.

Diasphendon, tormenti genus est, cùm arbor duobus ramis incurvatur, & acceptum in medio corpus humanum abrumpit, ramis in diversa trahentibus.

Diāstēmă, atis, Græca dictio, spatium, intervallum, sive intercapedinem significans. { רווח *révah.* διάστημα. Gall. *Intervalle, espace.* Ital. *Intervallo.* Germ. Underscheidunge vnnter. Hisp. *Espacio.* Angl. *Space, or distance.* } Utitur hac voce Sidonius Apollinaris, qui tamen in hoc falsus est, quòd penultimam syllabam corripuerit, quæ apud Græcos per e longam vocalem scribitur.

*Sic, inquit, placidam Paphiæ servare diastema quietum.*

Diastŏlē, Διαστολή. Figura est dictionis, qua brevis syllaba contra naturam producitur: ut, Italiam fato profugus: ubi prima syllaba in dictione Italiam, quæ naturâ brevis est, extenditur. ¶ Diastole item apud medicos vocatur dilatatio thoracis, quæ fit quum spiritum attrahimus, quemadmodum & systole ab iisdem vocatur illa cordis, thoracisque contractio, quæ fit inter expirandum.

‖ Diastrophi oculi, Διάστροφοι, in furentibus perversi: ut apostrophi, retroversi, à στρέφω verto. ‖

Diāsyrmŭs, Διασυρμός. Figura est, qua una dictio ad duo diversa significata distrahitur. Virg. 9. *Eclog.*

——— *arguto inter strepere anser olores:*

id est, malus Poëta inter bonos. Fit à verbo Græco Διασύρω, quod inter cætera significat Distraho.

Diasyrticum, est bipartitum, & Trisyrticum, Tetrasyrticum: Tripartitum, Quadripartitum.

Diătĕssărōn, διατέσσαρον, authore Macrobio, Musicæ mensura est, constans duobus tonis & semitono minore. Gall. *Vn accord de musique contenant deux tons & demy.*

Diăthēcă, æ. { דברים אחרונים *deborim acharonim.* Διαθήκη. Gall. *Testament.* Ital. & Hisp. *Testamento.* Germ. Ein Testament. Angl. *A testament.* } & Diatheca, orum, pro testamento ponitur, & pro hæreditate quæ testamento obvenit. Quum autem testamentum significat, pluraliter plerumque effertur. Martial. *lib.11.*

*O quantum diatheca valent, & quinque comati,*
*Tunc quum pauper erat, non sitiebat Aper.*

Diāthēsis, διάθεσις. Affectus: & enum ex accidentibus verbi, quod Latini genus vocant.

‖ Diatichisma, murus interjiciens, interpositus ad aliquid dirimendum. Bud. ‖

Diatim, id est, quotidie.

‖ Diatonus, διάτονος. Lapides, qui perpetua crassitudine utraque parte relinquendo parietum soliditatem confirmant. Dicuntur διάτονοι, à διατείνω, pertendo, quia per utrumque extremum tenduntur. Vitruv. ‖

Diātrētŭs, a, um. Tornatilis, διάτρητος, ut Diatretus calix: διατρύω enim aut per foro significat, aut torno conficio. Ulp. *l. si servus, ad legem Aquil.* Si calicem diatretum faciendum dedisti, si quidem imperitia fregit, damni injuria tenebitur. Hæc pocula à Cicerone & Sallustio ferè Toreumata vocantur. Hinc Diatretarius exlator, qui tornata opera facit, *in l.2. C. de excus. artific.*

Diatriba, διατριβή, mora, commoratio, disputatio: item ‖ locus exercitii: Gellius *cap.ult. lib.1.* ‖

‖ Diatyposis, Διατύπωσις, deformatio. ‖

Diaŭlŭs, διαυλος. Spatium duorum stadiorum. Stadium enim, ut Hieronymo placet, pedes in longitudinem trecentos habet: diaulus, mille ducentos: milliarium, stadia octo: dolichus, δολιχὸς, stadia duodecim. Vitruv. *lib.5.* In palæstris peristylia quadrata, sive oblonga ita sunt facienda, uti duorum stadiorum habeant ambulationis circuitionem, quam Græci vocant διαυλον. ‖ ¶ Est etiam mensurium. ¶ Aliud diaulus, aliud tibia: αὐλὸς est tibia: item quidquid longum & angustum est. Diaulion in scena dicebatur, ubi tacentibus omnibus intus concinebat tibicen. Rhodig. *lib.9. cap.7.* ubi etiam agit de variis Tibiarum speciebus. ‖ ¶ Item Diaulus vir erat ex medico factus cadaverum funerator: de quo Martialis,

*Chirurgus fuerat, nunc est vespillo Diaulus.*

Dībălo, as, are, verbum ab animalium voce ad homines translatum: Dibalare rem, est quod Græcè dicitur, κωφαγωγεῖν ἐπὶ ἀκοὴν. Varr. *lib.6. de ling. Latina.*

Dibăphă, sive Dibaphus. { תולעת שני *tolahath schani.* δίβαφα, ὁ δίβαφος. Gall. *Teint deux fois, renforcé de teinture, comme estoit la pourpre.* Ital. *Porpora tinta due fiate.* Germ. Zwey mal eingetuncket purpur. Hisp. *Cosa de dos vezes teñida de color bermejo.* Angl. *Twise dyed purple died.* } Purpura Tyria bis tincta: ita dicta ἀπὸ τοῦ δὶς βάπτω. Plin. *lib.9. cap.39.* Huic succesit dibapha Tyria, quæ in libras denariis mille non poterat emi. Hac Lentulus Spinther Ædilis curulis primus in prætexta usus improbabatur, anno Urbis conditæ septingentesimo, Cicerone Consule. Cic. *Calio, Rufo.* Curtius noster cogitat: sed cum infector moretur. Ubi notat Curtium nullius prorsùs hominem, qui immaturè aspirabat ad magistratum

‖ Dibellium, vexillum bifidum Imperatoris. Buleng.

Dibŏla, tela duplici cuspide, vel ancipitia: à δὶς bis, & βολὴ jaculatum, δίβολος anceps: Δίβολον duplex læna. ‖

Dibutades Sicyonius, teste Plin. *lib. 35. cap.12.* primus Corinthi figulus fuit, qui ex creta vasa cœpit conficere, & extremis imbricibus tegulatum personas imponere.

Dĭcă, Judicium, actio, libellus actionem continens. { דין. Gall. *Vne cause ou procez, vne action iudiciaire.* Ital. *Petitione à domanda in giudicio.* Germ. Ein brieff in welchem ein rechte handel begriffen oder verhandt wird / ein manunge brieff. Hisp. *Demanda en juyzio.* Angl. *An cause, action, or processe.* } Terent. *in Phorm.* En unquam injuriarum audisti mihi scriptam dicam? hoc est, Ecquando audisti me injuriarum nomine in judicium fuisse vocatum. *Ibidem,* Cognatum te meum esse dicam, & tibi scribam dicam. *Dicam impingere.* Dicitur & Dicam impingere. Terent. *in Phorm.* Si tu illam attigeris secus, quàm dignum est, Dicam tibi impingam grandem. Δίκη Græci Deam esse finxerunt judiciorum præsidem, eámque virginem, & Jovis filiam (qualem etiam Latini fingunt Justitiam,) ejusque ministri, δικασταὶ dicebantur, hoc est, judices, & litium diremptores. Budæus: Dica non actionem significat, ut Budæus existimavit, sed Judicium: unde sæpe 4. *Verrin.* apud Cic. Sortiri dicam, & sortiri judicium pro eodem ponuntur. Et Dicam alicui scribere, est aliquem ad judicium vocare. Scribitur Heraclio dica. *Ibidem.*

‖ Dicabula, dicteria. Capella. ‖

Dīcāclŭs, Dicaculus, vide *Dico.*

Dĭcæă, Δικαία, urbs Macedoniæ in Thermaico sinu, à Dicæo Neptuni filio. Author Plin. *lib.4. cap.10.*

Dĭcæărchīă, διαιάρχεια, urbs olim celeberrima in ora Lucaniæ, quæ nunc Puteoli, quòd ea civitas quondam justissimè regebatur. Nam Græci δίκαιον justum vocant, ἀρχὴ principatum. Sunt qui Dicæarchiam vocant hanc urbem, per quatuor syllabas. Unde & possessivum Dicarchæus, apud Sidonium Apollinarem legitur,

*Namque Dicarchea transflatum pulvis arena.*

Loquitur illic de pulvere Puteolano, qui in aspergendis Palæstritarum corporibus primam laudem habebat.

Dĭcæărchŭs, Διαίαρχος, Philosophus fuit Siculus, ex Messana civitate, Aristotelis auditor, Philosophus, Orator & Geometra: scripsit de Republica Spartiatarum, quem librum quotannis prælegere in loco publico cautum erat, juvenésque auditum convenire. Hic opinatus est hominum exordium nullum extitisse, tanquam semper fuerit humanum genus. Composuit tres libros, in quibus scribit animam nihil aliud esse, quàm vim quandam atque potentiam æquabiliter fusam tam in corporibus brutorum, quàm hominum, eámque à corpore credebat esse inseparabilem, & unà cum corpore interire. ¶ Fuit item alter Lacedæmonius Grammaticus, Aristarchi auditor. Suidas.

Dĭcæŏgĕnēs, Διαιογένης, Poëta scripsit Tragœdias & Dithyrambos. Author Suidas.

Dĭcæŏlŏgĭă, Διαιολογία. Juris sui in medium prolatio, quum scilicet jure nostro freti, æquitatem causæ quàm brevissimè complectimur. Rutilius Lupus.

‖ Dicastes, δικαστὴς, judex.

Dĭcastĕrĭum, Δικαστήριον, judiciale forum: à δικάζω, judico. ‖

Dicāx, vide *Dico, is.*

‖ Dĭcæophylax, juris custos, rationali gregum substiturus. Buleng.

Dĭcæopragma, juris actio, justa actio. Dicæophylax, dignitatis nomen. Idem. ‖

Dĭchŏrēŭs, Διχορεῖος. Pedis genus est, ex duobus constans trocheis: ut, Aūdīāmŭs: quum scilicet prima & tertia syllabæ producuntur, secunda autem & quarta corripiuntur.

‖ Dichoria, διχοία, totus chorus dimidiatus ut ἡμιχόριον, chori dimidium. ‖

Dichotomia, sectio in duas partes: διχοτομία. ‖

Dĭchŏtŏmŏs. { מחצית *mechetsáh.* διχοτομος. Gall. *Divisé en deux parties.* Ital. *Partito in due parti.* Germ. In zwey theil zerschnitten. Hisp. *Partido en dos partes.* Angl. *Devided in two partes.* } Apud nos idem est quod dimidiatus, sive per medium sectus: qualis septimo quoque die post plenum orbem luna videtur.

‖ Dicio, est potestas, imperium. Ideo dicto, judicium, potestas, nutus, aliquando conjunguntur. Illud Virg. *Æneid.*

*Qui mare, qui terras omni dicione tenerent,*

exponitur, omni potestate: sic pace, legibus, bello. Gloss.

Dĭcis causa, quid sit, docet Victorius *cap.14. lib.8.* Vide *Dico.*

Dico, as: priore correpta, Consecro, dedico. { חנך *chanách,* קדש *kidésch,* ἐγκαίνια, ἁγιάζω. Gall. *Dedier, consacrer, donner à perpetuité.* Ital. *Dedicare, consecrare.* Germ. Zueignen. Hisp. *Dedicar è consagrar.* Angl. *To consecrate, to give over for ever.* } Plin. *lib.12. cap.1.* Priscóque ritu simplicia rura etiam nunc Deo præcellentem arborem dicant. Cicer. 1. *Tusc.* Dicati Apollini cygni. ¶ Accipitur etiam pro addicere, offerre, & se totum alicui tradere. Cic. *Cal. lib.1.* Balbum quanti faciam, quámque me ei totum dicaverim, ex ipso scies. Idem 3. *de Orat.* Non vidit eorum ipsorum, qui tum adolescentes Crasso se dicarent, horribiles, miserósque casus. Dicare se in aliquam civitatem, & Dicare se civitati. Cicer. *pro Corn. Balbo.* ¶ Hujus verbi composita sunt Abdico, Dedico, Indico, Prædico, quæ habent pen. corr.

Dĭcātĭo, nis: Consecratio, addictio. { חנכה *chanuchah.* ἐγκαίνια, ἀφιέρωσις. Gall. *Dedicasse, consecration.* Ital. *Esse donare & dedicare.* Germ. Zueignung. Hisp. *La dedicacion.* Angl. *A vowing, a promising or consecrating.* } Cic. *pro Corn. Balbo,* Duarum civitatum civis esse nostro jure civili nemo potest. Non esse hujus civitatis civis qui se alii civitati dicaret, potest. Neque solùm dicatione, sed etiam postliminio potest civitatis fieri mutatio.

Dĭcātŭră, æ, ἀνάθημα, Dicatio. Plin. *in Præfat.* Nec fiducia operis hæc est, sed dicaturæ: sic enim legi debet, non verò *indicaturæ.*

Dico, is, dixi, dictum: Loquor, eloquor, verba facio, narro, orationem habeo, commemoro, profero. { אמר *amár.* λέγω. Gall. *Dire, parler.* Ital. *Dire, parlare.* Germ. Sagen / reden. Hisp. *Hablar, decir arengo.* Angl. *To say talk, or speak.* } Plaut. *Asinar. fa.3. 3.*

Ne istuc nequicquam tam indignum dictum dixeris in me. Idem *Curc. sc.2. a.5.* Dixi equidem tibi, quoties dicendum est. Idem *Pseud. sc.2. a.3.* Ego dicam tibi. Mox, Eloquar. *Ibid. sc.4. a.2.* Quid nomen esse dicam isti servo? (i.docte nomen.) Idem *Most. sc.2. a.1.* Et rei argumenta dicam. Idem *Men. sc.2. a.4.* Dic mea uxor. Idem *Curc. sc.2. a.3.* Cur non venit? Ego dicam tibi: quia, &c. *Ibid. sc.2. a.2.* En dicam? P. Age, dice. Idem *Capt. sc.2. a.2.* Dice, demonmonstra, præcipe. Idem *Men. sc.2. a.4.* Plus, aut minus, quàm opus erat, dixeram. Idem *Asin. sc.2. a.5.* Dicebam pater tibi, ne matri consuleres malè. (*Je te le disois bien.*) Dici non potest quàm indignum facinus feceris. Idem *Most. sc.2. a.2.* Quidnam esse dicam! (Mirantis.) Idem *Asin. sc.3. a.3.* Dixin' tibi esse hic Sycophantas plurimos. Idem *Men. sc.2. a.2.* Dicam quemadmodum conscribas (id est, dictitabo.) Idem *Curc. sc.4. a.2.* Omnia hercle dixi uxori. *Ibid. sc.2. a.4.* Hercle quin tu tectè dicis. *Ibidem.* Nego me dicere (pro dicturum.) *Ibid. sc.2. a.3.* Cœpi assentari, quicquid dixerat. Idem ego dicebam. Idem *Men. sc.2. a.3.* &c. L. Memento promisisse. C. Nunc idem dico. Idem *Curc. sc.2. a.4.* Tu promisisti, C. Non commemini dicere. *Ibidem sc.3. a.5.* Contumeliam alicui facias, tibi non dicatur? Idem *Asin. sc.4. a.2.* Dicere caussam. Vide *Caussa.* Dicere diem, vide *Dies.* Dicere dictum, vide *Dictum.* Dicere falsum, vide *Falsum.* Item, Dicere jus, vide *Jus.* Cic. *pro Quintio.* Quid hoc iniquius dici, aut commemorari potest? Apud Oratores verò Loqui, est qualiacunque verba proferre: Dicere verò, eleganter & facundè. Quintil. *lib.*10. Nam mihi ne dicere quidem videtur, nisi qui dispositè, ornatè, copiosè dicit. Cic. *in Oratore*, Quanquam aliud videtur oratio esse, aliud disputatio: nec idem loqui esse, quod dicere: attamen utrumque in differendo, disputandi ratio, & loquendi, Dialecticorum sit: Oratorum autem dicendi, & orandi. Hinc dictio, λέξις, φράσις, vocatur oratoria & facunda oratio: licèt etiam pro parte minima orationis significativa accipiatur, quam Græci λέξιν appellant. Ovid. *Elog. ult. lib.3. Trist.*

*Est fuga dicta mihi, non est fuga dicta libellis* (id est, indicta.)

Idem 2. *Fastor.*

*Proxima lux vacua est: at tertia dicta Quirino.*

Idem *Eleg.4. lib.4. Trist.*

——— *positis pro nomine signis*
*Dictus es ignoscas laudibus ipse tuis.*

Plaut. *Pseud. sc.1. a.1.* Ne tibi dictum neges, dico priùs. Mihi quæ dicam, edissere (id est, quæ rogabo.) Idem *Capt. sc.2. a.5.* Nunquam istuc dixis. *Ibid. sc.2. a.1. & Aul. sc.6. a.4.* Mihi ne dixis. Idem *Mil. sc.3. a.2.* Idem *Asin. sc.2. a.5.* Dicere injustè alteri: pro malè dicere. Idem *Pseud. sc.2. a.2.* Quæ dixi tibi (id est, promisi,) effecta reddidi. *Ibid. sc.2. a.5.* Ipsi sat habent, quod possit ipsis vere dici (id est, objici.) Idem *Curc. sc.2. a.4.* ¶ Dicere, etiam vocare, & nominare est. Virg. 1. *Æneid.*

*Est locus, Hesperiam Graii cognomine dicunt.*

¶ Quandoque indicare. Idem 3. *Eclog.*

*Dic mihi Damœta, cujum pecus? an Meliboei?*

¶ Quandoque denuntiare, προαγορεύειν. Terent. *Andr.* Sed dico, ne tem: rè facias. ¶ Quandoque promittere, ὑπισχνεῖσθαι. Pompon. *in Pistoribus*, Numos certos dico quinquaginta millia. Salust. *lib.2. histor.* Eodem anno in Macedonia C. Curio in principio veris cum exercitu profectus in Dardaniam, quibus potuit, pecunias dictas coëgit. ¶ Quandoque pro affirmare. Mart. *in Ampho.*

*Quum verus patria diceris esse pater.*

¶ Quandoque pro dicare. Virg. 6. *Æneid.*

*Ivenni infernæ dictus sacer.*

¶ Quandoque pro significare. Terent. *in Eunuch.* At nesciebam id dicere illam. Et *alibi*, Quasi tu dicas factum id meo consilio. ¶ Quandoque accipitur pro cantare. Virg. 3. *Eclog.*

*Alternis dicetis, amant alterna Camœnæ.*

¶ Quandoque pro pronuntiare. Hinc fit, Dicere sententiam, quum tanquam consiliarii quid nobis videtur, pronuntiamus, γνώμην ἀποφαίνεσθαι. Quintil. Apud judices quidem secundùm legem dicturos sententiam, de confessis præcipuè, ridiculum est. ¶ Dicere leges aliud est quàm Ferre leges, νόμους τιθέναι. Feruntur enim leges apud suos. Dicuntur autem victis, hoc est, imperantur. Livius, Quando petinde ac victo jam sibi leges dicerentur. ¶ Dicere diem, est citare, vel in jus vocare, & diem præfigere, quod ad causam dicendam præsto sit, ἐναγεῖν δίκῃ. Liv. 3. *ab Urbe.* Quum diem Appio Virginius dixisset, Appius stipatus Patriciis juvenibus in forum descendit. ¶ Interdum etiam extra judicium, dicere diem, est certum diem præfigere, constituere, sive assignare. Terentius *Andr.* Hic nuptiis dictus est dies. Cæsar 1. *bell. Gall.* Diem dicunt, quâ ad ripam Rhodani omnes conveniant. ¶ Dixti, per syncopen, pro dixisti. Terentius *Eunuch.* Dixti eunuchum velle te. ¶ Dicere causam dicitur reus, quum accusationibus respondere cogitur. Liv. *de bell. Maced.* Scipio jussus dicere causam, orationem, &c. Cæsar 1. *bell. Gall.* Orgentorigem ex vinculis causam dicere coëgerunt. Dicere causam pro aliquo, id est, Defendere. Plaut. *Bacchid.* Sed tu qui pro tam corrupto dicis causam filio, eadémne erat hæc disciplina olim quum tu adolescens eras? Non dico causam quin: id est, Non tenuo. Terent. *Phorm.* Non causam dico, quin quod meritus est, feram. ¶ Dicere dotem filio, vel filiæ, est promittere dotem. Idem *Heaut.* Quid dotis dicam te dixisse filio? Et *paulò post*, Sed ita dictu opus est, si me vis salvum esse, & rem & filium, me mea omnia bona doti dixisse illi. Cicer. *pro L. Flacco.* Doti Valeria pecuniam omnem suam dixerat. ¶ Dicere cœnam. Plaut. *Stich.* Fero convivam Dionysium, mihique & tibi, namque ædepol cœna dicta est, locus liber datus est mihi, & tibi apud vos. ¶ Jus dicere, est magistratuum. Cic. *de provinc. Consul.* Emisti grandi pecunia, ut tibi de pecuniis creditis jus in liberos populos, contra Senatusconsultum, & contra legem generi tui dicere liceret. Idem *pro L. Flacc.* Qui anno antè Romæ jus dixerat. ¶ Dicere Magistrum Equitum, pro creare. Liv. 5. *ab Urbe.* Is sibi magistrum equitum, Posthumium Eburum dicit. ¶ Dicere multam, antiqui tum dicebant, quum ad populum & in comitiis multa disceptanda interrogabatur, quod ipsi Censores multa dicebant. Idem Liv. 2. *bell. Punic.* cap.5. Exciatque tandem duo Trib. pleb. Sp. & L. Carvilius, quum tem invisam, infamémque cernerent, ducentûm millium æris multam M. Posthumo dixerunt: cujus certandæ quum dies advenisset, &c. Vide Gell. *cap.7. lib.14.* Dicere multationem, sive multam pecoris. Plin. *lib.18. cap.3.* Multatio quoque non mihi ovium boûmque impendio dicebatur. Varro, Sed quum ejusmodi multa pecoris armentique à magistratibus dicta erat, abigebantur oves bovésque. Dicere vindicias: item, vindicias dare, vel pronunciare. Liv. 3. *ab Urb.* ¶ Dicere Musam alicujus. Virg. *Eclog.* 8.

*Damœtas Musam dicemus, & Alphesibœi.*

¶ Dicere nomen alicui, pro imponere. Liv. 1. *ab Urbe*, Brevi stirpe quoque virilis ex novo matrimonio fuit, cui Ascanium parentes dixere nomen. ¶ Dicere repudium. Tacitus *lib.* 3. Quintus post dictum repudium adhuc infensus, quanvis infami, ac nocenti miserationem addiderat. ¶ Dicere sacramento dicebantur milites, quum ad jusjurandum adigebantur, Rempublicam se non deserturos. Liv. 2. *bell. Punic.* 5. Tribuni plebis, si eis videretur, ad populum ferrent, ut qui minores decem & septem annis sacramento dixissent, iis perinde stipendia procederent, ac si viginti annorum, aut majores milites facti essent. Idem 4. *ab Urbe*, Hoc decreto Consul armatus, quum paucis appellantibus Tribunum, collum torsisset, metu exteri sacramento dixere. Dicere sacramentum. Idem 4. *bell. Punic.* Hodie consules creetis, quibus sacramenta liberi nostri dicant. Horat. 2. *Carm. Ode* 17.

*Nec ego perfidum*
*Dixi sacramentum.*

Dicere de scripto. Cicer. *pro Planc.* Recitetúrque oratio, quæ propter ejus magnitudinem dicta de scripto est. De loco superiore, vel è loco superiore. Idem 4. *Verr.* Primum ipse in Sicilia sæpe & palam de loco superiore dixerat: id est, de sella prætoria, & pro tribunali sedens. Suprà enim dixerat, Palàm de sella tribunali. Idem *Attic. lib.2. cap.*19. Q. Catulum ex inferiore loco jusserat dicere. ¶ Dicere sententiam Senator dicitur, quum suam in Senatu sententiam exponit. Idem Cic. 5. *Verr.* Mos est Siracusis, ut si qua de re ad Senatum referatur, dicat sententiam qui velit, nominatim nemo rogatur. Cæl. *Ciceroni*, Consulem designatum primùm sententiam dicentem. Dicere pro sententia, idem quod dicere sententiam: sicut, Dicere testimonium, & pro testimonio. Liv. 2. *bell. Maced.* Et quando nemo vestrûm qui in hoc consilium convocati estis, pro sententia quicquam dicere vult, aut audet, orationes Legatorum externo die pro sententiis dictas percenseamus. ¶ Dicere ex tempore. Plin. *Epist.* 17. Dicit semper ex tempore, sed tanquam diu scripserit. Quint. *lib.6. cap.*3. ¶ Dicere testimonium, & testimonia, est testificari & probare. Cic. *ad Quintum fratrem. lib.*3. Quum testimonium secundùm fidem & religionem gravissimè dixissem. Idem *pro Sylla*, Qui in illum testimonia gravia dixerunt. ¶ Dicere pro testimonio, quod nunc dicimus *Deponere*. Idem Cic. *lib.7. Verr.* Dicetis pro testimonio de missione nautarum, de fame, &c. ¶ Dicere ad voluntatem alicujus, est assentari, adulari. Idem *de Amicitia*, Semper auget assentatio id quod is, cujus ad voluntatem dicitur, vult esse magnum. Plaut. *Pseud. sc.2. a.3.* Herbas formidoloso dictu, non esu modò. ¶ Dicere salutem alicui. Cic. *Attic. lib.5.* Cicero meus puer tibi salutem dicit. Plaut. *Curculione*, Veneri verbis meis salutem dicito. ¶ Dicitur, impersonale. Cic. 3. *de nat. deor.* Quartus is quem heroicis temporibus Acancho Rhodi peperisse dicitur. Gell. *cap.16. lib.17.* Anates ponticas dicitur veneno victitare. Cic. 3. *de Orat.* Quanvis sphæram in scenam (ut dicitur) attulerit Ennius, tamen in sphæra fornicis similitudo non potest inesse. ¶ Diceret, pro dicere posset. Terentius *Andria*, Nec satis ad objurgandum causæ diceret: Quid feci, quid commerui, aut peccavi patet? ¶ Dicere volui, correctionis genus est, quum quis in loquendo falsus est, ac verbum unum pro altero protulit. Plautus *Milite.* Sorbet dormiens. PA. Quid sorbet? V. Illud, stertit volui dicere. ¶ Dicaïs, pro dicas: Dice, pro dic, apud Comicos frequentia. Idem *Curculione*, Haud in me malè meditantem malè dicaïs. Idem *Rudens.* Tu si quid opus est, dice. ¶ ‖ Dicebo, dicam. Nav. Scal. Lipsius. ¶ Dicerem, dicam: antiq. Lips. ‖ ¶ Hujus verbi composita sunt, Addico, Antedico, Contradico, Edico, Indico, Interdico, Prædico, quæ habent pen. prod. ‖ Dicibula, puerilia, augr. Tertull.

Dixis, dixeris. Plaut.

Dixti, dixisti. ‖

Dictum, & nomen esse potest. { אמר *imer*, דבר *imer*, ῥῆμα, λόγος. Gall. *Un mot, une parole, un dire.* Ital. *Parola, motto, detto.* Germ. Ein wort / ein red. Hisp. *El dicho, à palabra.* Angl. *A worde, a saying.* } Et participium, εἰρημένον. Terentius utrumque complexus est quum dixit,

*Nullum est jam dictum, quod non dictum sit prius.*

Nam prius est nomen, secundum participium. Dictum nomen accipitur pro quovis sermone. Sueton. *in Cæs. cap.*56. Dicta collectanea (id est, Apophthegmata.) Catul. *ad Ortal.*

*Ne tua dicta vagis, nec quicquam credita ventis*
*Effluxisse meo forte putes animo.*

Id est, rogata & preces. Ovid. 13. *Metam.*

*Plura quidem feci, quàm quæ comprehendere dictis*
*In promptu mihi sit.*

Plaut. *Pseud. sc.3. a.1.* Multa malàque dicta dixisti mihi. Idem *Curc. sc.3. a.1.* Perdis me tuis dictis. Idem *Asin. sc.3. a.3.* Ne istuc nec quicquam dixeris tam indignum dictum tu in me. Idem *Pseud. sc.1. a.1.* Utinam quæ dicis dictis facta supperant (id est, promissis.) Idem *Amph.* 2. Quid feci quapropter ista dicta dicantur mihi. Idem *Capt. sc.1. a.3.* Dico unum ridiculum dictum de dictis melioribus. Idem *Men. sc.1. a.2.* Dictum facessas doctum. Idem *Prolog. Amph.* Dictis bonis petere aliquid. Idem *Men. sc.4. a.2.* Dicto audientem me tibi herus emit. Idem *Asin. sc.2. a.5.* Cùm dicta in me ingerebas (id est, maledicta.) Idem *Mostell. sc.2. a.1.* Quandoque dicta audietis mea, haud aliter dicetis. Ovid. 13. *Metam.*

——— *Ausus erat Reges incessere dictis*
*Thestios.*

Plaut. *Men. fc.1.a.5.* Accipiam hominem, quibus dictis mereat. Blandum dictum, Blanda dicta: vide *Blandus*. Item *Facetus*. Idem *Ciſtell.* Pergo illò, ſubagito blandis priùs & benedictis dictis. Idem *Aſin ſc.1.a.3.* An tu tibi verba blanda eſſe autum rere? dicta docta pro datis? Ovid.13. *Metam.*

——— *neque abeſt facundia dictis.*

¶ Vernile dictum, hoc eſt, ſcurrile, & procax. Tacit. *lib.*18. Vernile dictum omnem invidiam in eum vertit. ¶ Dicto audiens, hoc eſt, obediens. Quint. *lib.*13. *cap.*6. Minùs dicto audientem filium licet abdicare. Cic.6. *Verr.* Quæſivi an miſſet. Reſpondit id quod neceſſe erat, ſcilicet dicto audientem fuiſſe Prætori. ¶ Dictis aliquem aggredi. Virg.4. *Æneid.*

*Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis.*

Dictum ac factum reddidit. Hac figura ſignificatur nihil eſſe prætermiſſum in negotio procurando. Terent. ¶ Et quamvis Dicta generaliter de quovis ſermone dicantur, apud veteres tamen pro facetiis, & jocis poni ſolent. *μόμοις.* Cicer. *lib.*2. *ad Attic.* Itaque noſtri, quum omnia dixiſſent dicta, eſſentque facetè & breviter & accuratè jocati, ea proprio nomine appellari Dicta voluerunt. Terent. *Eunuch.* Facetè, lepidè, lautè, nihil ſuprà. Tuum obſecrò hoc dictum erat? Ubi Donatus, Dictum id, quod proverbium, ſive adagium, quod facetis hominibus adſcribitur. Dictu, pro Ad dicendum: ut, Dictu nihil facilius, apud Terent. *in Pherm.*

Dictūrio, verbum deſiderativum: ac *φείμε.* Dicere cupio, ſive dicere molior, *ἐπιθυμῶ.* Macrob. *Satur. lib.*7. *cap.*3. Sed perge, Aviene, ne ulterà te dicturientem retardem. Idem *lib.* 7. *cap.*1. Quid duces & milites, qui fortiter à ſe facta ſemper dicturiunt.

Dictĭo, Oratio, dicendi genus, actio. { מטרה *imráh*, דבורה *daberáh*, מאמר *maamár*. λέξις. Gall. *Parole, mot, diction, maniere de parler.* Ital. *Voce.* Germ. Ein wort. Hisp. *Una palabra.* Angl. *A word.* } Gell. *Lib.*1. *cap.*10. Dictio verbi amb gua. Dictio teſtimonii, id eſt, jus teſtimonii dicendi. Terent. *in Pherm.* Servum orare cauſam leges non ſinunt, neque ei teſtimonii dictio eſt. ¶ Sententiæ dictio. Cic. *de Invent.* Aliud enim laus, aliud vituperatio, aliud ſententiæ dictio, aliud accuſatio, aliud recuſatio conficere debet. ¶ Item pro facunda & oratoria oratione. { *φείμε.* Gall. *Oraiſon, raiſonnement, diſcours, harangue.* Ital. *Raggionamento.* Germ. Ein wolgeſetzte red. Hisp. *Razonamiento.* } Cic.1. *Tuſc.* Itaque quum ante meridiem dictioni operam dediſſemus. Idem *de clar. Orat.* Malim mihi L. Craſſi unam pro M. Curio dictionem, quàm caſtellanos triumphos duos. ¶ Dictio, pro oraculo. Liv. 8. *ab Vrbe:* Ac citò ab Tarentinis in Italiam data dictio erat, caveret Achetuſiam aquam, Pandoſiámque urbem: ibi fatis ejus terminum dari.

Dicendus, a, um: Particip. Quintil. Cum pondere aliquo hæc dicenda ſunt. Dicundum, antiqui frequenter pro Dicendum ponebant. Plaut. *Mil.* Imò etiam amplius: nam ſi non dat, dominum dicundum cenſeo.

Dicāx, qui dictis abundat, qui facetè & acutè dicta jacit. { פרצי *metſachéh*, מלעיב *malhíz*. *σκώπτης*, *βλασφήμος*. Gall. *Mocqueur, jaſeur, railleur.* Ital. *Dicitore, maldicente.* Germ. Schwatzig/ſpöttiſch. Hisp. *Decidor y parlero demaziado, hablador.* Angl. *That ſpeaketh much, a prater, a babler.* } Plaut. *Curc. ſc.*2.*a.*4. Haud in malè meritantem dicax es. Quint. *lib.*6. *cap.*4. Demoſthenem urbanum fuiſſe dicunt, dicacem negant. Cic. 2. *de Orat.* Quod de hominibus facetis & dicacibus facillimum. Idem *pro Cæc.* Quàm volent in conviviis faceti, dicaces, nonnunquam etiam ad vinum diſerti eſſe. Vide *Facetus.*

Dicācŭlus, *σκωπτικὸς* Ariſtophani, *βλασφήμος*, & Dicacula, diminutiva ſunt. { Angl. *A prater, a babler.* } Plaut. *in Aſinar.* Satis dicacula es amatrix.

Dicācĭtās, eſt ſermo cum riſu alios inceſſens, inquit Quint. *lib.*6. *cap.*4. { פרץ *tſachéh*, לעג *lahágh*, שחוק *ſchechuméh*, משחל *maſchál.* *βωμολοχία.* Gall. *Propos qui rencontre, mocquerie facetieuſe, jaſerie, railleric.* Ital. *Cianciamento.* Germ. Spottred/ſpötting/ſchwatzung. Hisp. *Demaſiada parleria.* Angl. *Frailing, chatting.* } Cic. *in Orat.* Huic generi orationis aſpergentur etiam ſales, qui in dicendo mirum quantum valent: quorum duo genera ſunt, unum facetiarum, alterum dicacitatis. Idem 2. *de Orat.* Scurrilis oratori dicacitas magnopere fugienda eſt.

Dictĭōsŭs, idem quod dicax. Varro *lib.*5. *de ling. Lat.* Hinc appellatum, inquit, in mimo dictum, & dictioſus.

Dicto, as: frequentativum à verbo Dico, quod tamen à primitivi ſignificatione nonnihil recedit. Eſt enim Dictare, aliquid tractim pronuntiare, ut calamo excipi poſſit. { *ὑπαγορεύω*, *ὑπαγορεύω.* Gall. *Nommer & dicter à un autre qui écrit.* Ital. *Dettare.* Germ. Ihn gebeu/einem vorreden das er aufſchreibe. Hisp. *Dezir à dictare lo que otro eſcrive.* Angl. *To tell an other what ſuld be written, to endite.* } Plaut. *Amph.* Ad aliquam præbendam adveni domum, ut rationem te dictare intelligo. Quintil. Dictare ſportulam. Senec. *Epiſt.*40. Tanquam dictaret, non diceret (de lenta pronunciatione.) Quintil. Ea quæ natura dictauit (de oratione naturali.) ¶ Accipitur etiam dictare, pro ſuggerere: ut, Ratio dictat, hoc eſt, ſuggerit, *ὑφηγεῖται.* Plin. *in Epiſt.* O ſylva, ò litus, quàm multa componitis, quàm multa dictatis. Boëthius.

*Ecce mihi lætera dictant ſcribenda Camœnæ.*

Camœnæ enim, litus, ac ſolitudo, tacitè ſuggerunt nobis quod ſcribamus, quemadmodum ratio, & nonnunquam indignatio dictat: quod etiam annotavit Valla *in Randen ſem.* Plin. *lib.*26. *cap.*4. Igitur demonſtratarum priore libro herbarum reliquos effectus dicemus, adjiciemúſque quas ratio dictaverit. ¶ Dictare, pro edicere, ſeu polliceri. Quintil. *lib.*11. *cap.*1. Aut cum ſodalibus jocantur, aut nonnunquam ad librarios ſuos ita reſpiciunt, ut ſportulam dictare videantur. ¶ Dictare actionem, ſive judicium, apud Juriſconſultos ſignificat actionem adverſario voce edere, quum actor adverſario, quam actionem intenturus ſit, denunciat.

Dictus, dictator. Caſaub. ‖

Dictă, dicuntur veluti themata atque præſcripta, quæ magiſter ludi pueris præbere conſuevit. {Gall. *Ce que le maiſtre donne à eſcrire à ſes diſciples.* Ital. *Quello che il maeſtro da in nota à i ſuoi diſcepoli.* Germ. Das ein Schulmeiſter seinen lehrjungen auffzuſchreiben angeben hatt. Hisp. *Lo lecion que ſe da al diſcipulo para eſcriviela.* Angl. *That which the maiſter vnditeth to his ſcholler.*} Cicer. *ad Attic. lib.*13. Non modò tyroni dictare, ſed ne ipſe quidem audeam ſcribere. Horat.

*Sic iterat voces & verba cadentia tollit,*
*Vt puerum ſæpe recedens dictata magiſtro.*

¶ Nec in literis tantum, ſed in aliis quoque artibus Dictata dicuntur. Juvenal.

——— *penagis dictata magiſtri*
*Omnia.*

Sueton. *in Cæſ.* Ut diſciplinam ſingulorum ſuſciperent, ipſique dictata exercentibus darent. Ubi per Dictata, gladiatoria præcepta, documentáque ſignificantur. Dictata autem dicuntur hujuſmodi themata, quoniam quæ docemus, inculcamus, ut penitus excipiantur & ediſcantur.

Dictātio, nis, dictata. Paul. *D. lib.*29. *tit.*1. *l.*40. Lucius Titius miles notatio ſuo teſtamentum ſcribendum notis dictavit, & antequam literis perſcriberetur, vita defunctus eſt. Quæro an hæc dictatio valere poſſit?

Dictātor, *δικτάτωρ*, *δεσπότης*, *ἀυτοκράτωρ* ἢ *ἀναπλάτης*, apud Romanos ſummus erat magiſtratus, qui periculoſiſſimis reip. temporibus à Conſule de nocte captis auſpiciis, dici ſolebat: unde & Dictator dictus eſt. Nam (ut annotat Feſtus.) Dictator dictus eſt, quòd à Conſule dicatur (id eſt, nominetur,) vel quia dicat, i. imperet. Plut. *in Marcell.* Dictatori non jus eſt equo vehi. Idem *in Fabio.* Cur & indicta cauſſa occidere? *ibidem*, Dictator Camillus annum totum, contra morem ſex menſium. Idem *in Camill.* Cur diceretur in periculo? *Ibidem.* Si de damnoſis natis & anniculis Dictator fiat nunc Athenis Atticis. Plaut. *Pſeud. ſc.*1.*a.*1. Et quia exteris omnibus magiſtratibus, præterquam Tribunos plebis, ceſſantibus, Dictatoris ſumma poteſtas erat in populum, is quoque Magiſter populi appellatus eſt, ut ſcribit Varr. Cicer. 3. *de finibus.* Rectiùs magiſter populi (is enim eſt Dictator) quàm Sylla. Erat autem extraordinarius magiſtratus habens jus animadvertendi in cujuſque civis Romani caput, nec ab eo provocandi jus erat: nec alio pacto creari ſolebat, quàm quum vis aliqua major repentè oborta ingentem urbi cladem minitari videretur. Dicebatur autem Dictator à Conſule, qui deinde Magiſtrum equitum dicebat. Liv. *lib.*9. *ab Vrbe.* Fabius L. Papyrium Dictatorem dixit. Juven. *Sat.*8.

*Fumoſos equitum cum Dictatore magiſtros.*

Dictātrix, icis, quæ dicit agenda, præcipit & imperat. Plaut. *Perſa.* Tu hic eris dictatrix nobis.

Dictātōrĭus, a, um: ὁ ἢ *Δικτάτωρ*. Quod ad Dictatorem pertinet, ſeu quod eſt Dictatoris. Liv. 6. *ab Vrb.* Poſtremò dictatorium fulmen in ſe intentatum. Dictatorius gladius, Cic. *pro Cluent.* Dictatorius juvenis, Dictatore patre natus. Livius 1. *decad. lib.*7. Dictatoria animadverſio. Velleius.

Dictatorius, *Exdictator.*

Dictātūra, Dictatoris dignitas, *Δικτάτωρος ἀξία.* Plut. *ἀρχὴ* ἢ *ἐξουσία ἀρχῆς.* Livius, Dictaturæ ſemper altius faſtigium fuit. Nam à Dictatoribus non erat jus provocandi, quibus etiam animadverſio capitis data eſt. Dictaturam gerere. Cicer. 2. *Offic.* Quòd is paucos ſibi dies ad Dictaturam gerendam addidiſſet.

Dictĭto, as, à dicto, ſecundum à Dico frequentativum: Paſſim & frequenter dico. { שנן *ſchinnén*, *πολλὰ* ἢ *πολλάκις λέγω.* Gall. *Souvent, ou en pluſieurs lieux dire ou raconter quelque choſe.* Ital. *Dire ſpeſſo.* Germ. Offt ſagen/ſagen eine ſagene. Hisp. *Dezir à menudo.* Angl. *To endite of tymand in ſundrie places.* } Cicer. 3. *Verr.* Ut hoc jam palàm dictitent. Idem *ad Lentul.* Quem poſt reditum dictitant fracto animo & demiſſo fuiſſe. Idem 3. *Offic.* Dictitabat ſe hortulos aliquos emere velle. Plaut. *Amph. ſc.*4.*a.*4. Hinc tu Amphitruonem dictitas?

Dictĕrĭa, orum, quaſi dicta non ſeria, quibus hiſtriones utebantur in exordiis fabularum ad captandam attentionem. Dicta ſalſa & acuta, & quodam quaſi aculeo pungentia. { שנינה *ſchenináh*. *σκώμματα*. Gall. *Fareles de mocquerie.* Ital. *Motti che pungono, motti piacevoli.* Germ. Spottred/ſchimpfwort. Hisp. *Donayre, motejada.* Angl. *Merie quippes and taunts.* } Mart.

*Omnibus arridet, dicteria dicis in omnes.*

Varro, *ὃς ἀεὶ λέγει.* Quàm nobile, neque orthopallica attulit pſalteria, quibus ſonare in Græcia dicteria. ¶ Dicteria petulantiùs jacta priſci Mæſonica vocabant, *μόμοις ἐπιπλήττων*, à Mæſone quodam hiſtrione comœdiarum Megarenſi.

Dicis causâ, Varro locutionem antiquam eſſe ſcribit, & ab eadem origine deductam, ut verbum Dico, fortaſſis à recto Dex, dicis, ex Dico: item ut Judex, judicis, à Judico: & Index, indicis, ab Indico. Nam ſi juncto verbo, authore Varrone, Judex dicitur qui jus dicit: verſimile eſt voce ſimplici ſimiliter eum qui dicit, Dicem appellatum. Dicis autem causâ id fieri dicimus, quod nulla alia de cauſa ſit, quàm ut factum eſſe dicatur. Caius *l.*4. D. *commodati:* Sæpe enim, inquit, ad hoc commodantur pecuniæ, ut dicis gratiâ numerationis loco intercedant. Ulp. *in l.*1. D. *ad Sc. Syll.* Excuſantur ſervi qui auxilium tulerunt ſine dolo malo. Nam ſi finxerit quis auxilium ferre, vel dicis gratiâ tulit, nihil hoc commentum illi proderit. Hæc omnia ex Lexico Hotomani. Quid ſit dicis cauſſa, docet Victorius *cap.*14. *lib.*3.

Dicis gratia, ſimulatè, non ex animo, ad ſpeciem, quis dicere poſſit ſe feciſſe, *ὑποκρίσεως ἕνεκα.* D. *lib.*13. *tit.*6. *l.*4. Sæpe etiam ad hoc commodantur pecuniæ, ut dicis gratiâ numerationis loco intercedant.

‖ Dictamus, Dictamum, Dictamnus, dictamnum. { *δίκταμος*, *δίκταμνος* Dioſcoridi. Gall. *Vne herbe appellée dictame, ou gingembre de jardin.* Ital. *Dittamo.* Germ. Ein kraut diß namens/etliche ſagen es ſeye ein gattung der wilden poley. Hisp. *El ditamo, yerva conocida.* } Herba eſt in Creta præcipuè naſcens, actis, lævis, pulegio ſimilis, ed

majoribus foliis, quæ tomento quodam, spissique lanugine pubescunt. Florem pullum, aut semen profert. Proditur in Creta capras sagittis percussas, hujus herbæ pastu ea, excutere. Virg. 12. *Æneid.*

*Dictamnum genitrix Cretea carpit ab Ida,*
*Puberibus caulem foliis, & flore comantem*
*Purpureo: non illa feris incognita capris*
*Gramina, cum tergo volucres hæsere sagittæ.*

Cicer. 1. *de nat. deor.* Capras auditum in Creta feras, quum esset confixæ venenatis sagittis, herbam quærere quæ *dictamnus* vocatur: quam quum gustavissent, sagittas excidere dicunt è corpore.

Dictātōr, Dictatura: vide *Dico, is.*

Dictē, ēs, teste Ptolem. *lib.* 3. Mons est Cretæ, sic dictus à Dicte nympha, quæ in eo colebatur.

Dictæus, a, um, Δικταῖος, Cretensis. Virg. 4. *Georg.*

*Dictæo cæli regem pavere sub antro.*

Dictērium, Dictio, Dictito, Dicto, Dictum, Dictorio. Vide *Dico.*

¶ Dicopia, remigum scapha. Bayph. ¶

Dicrŏtum, Δίκροτον. Latinè dicitur bimis, quæ duobus tantùm remotum ordinibus regitur, à prora scilicet, & à puppi { Angl. *A galey that hath two oares in a seate.* } Julius Pollux *lib.* 1. Dicrota sunt naves quæ duobus gubernaculis pariter à prora reguntur & puppi. Cic. *Attic. lib.* 5. Δίκροτα Rhodiorum, & dicrotum Mitylenæorum habebam, & aliud cataeospion. Idem *lib.* 16. Nam & ipse Domitius bona planè habet dicrota. ¶ Dicrotos item medici vocant pulsus quoddam genus in arteriis, à geminato percussu. Galen. *in tract. de Pulsibus.*

Dictynna, Δίκτυννα. Cognomen est Dianæ. Scribit Diodorus *lib.* 4. Dictynnam ex Ioue genitam, in Creta consuetudine Dianæ familiarissimè usam esse: quæ res causam præbuit, ut quidam Dictynnam, Dianámque eandem esse existimarent. Callimachus ait, Dictynnam à retibus piscatoriis (quæ δίκτυα dicunt) denominatam, intra quæ fugiens evaserit violentiam Minois regis eam libidinis causa insequentis. Alii à retibus venatoriis ita dictam volunt, quorum usum prima traditur invenisse. Vide ea quæ suprà annotavimus in dictione *Britomartys.*

Dictynnæum, Δικτύννιον, Dictynnæ templum in monte Cretæ, cui nomen est Tityrus: cujus meminit Strabo *lib.* 10.

Dictyōtā, Δικτυωτά. Opera quæ nostri *reticulata* vocant, ita dicta, quòd in hoc ædificii genere tessellæ, macularum quæ in reti conspiciuntur, similitudinem referant: δίκτυα enim Græci vocant retia. Plin. *lib.* 36. *cap.* 22. Dictyoton vocat reticulatam structuram, quam frequentissimè Romæ struunt rimis opportunam. Ubi tamen in vulgatis codicibus legitur *Dictyotheton.*

Dictys, ύος, unus ex Centauris fuit, Pirithoi manu interfectus, ut est videre apud Ovid. *lib.* 12. *Metam.* ¶ Fuit etiam hoc nomine historicus Cretensis, qui cum Idomeneo rege Cretæ ad expeditionem Troianam profectus, totum illud bellum Phœnicum linguâ conscripsit. ¶ Fuit & Dictys piscator quidam, qui Perseum educavit: de quo Statius *lib.* 2.

*Fluctivagum volucrem comebat Pensa Dictys.*

Dĭdăsc̄xălĭx, { לקח *lekach.* διδασκαλία. Gall. *Doctrine.* Ital. *Dottrina.* Germ. Die lehr/ underweisung. Hisp. *Doctrina ò enseñança.* Angl. *Doctrine.* } Latinè doctrina, sive eruditio, ἀπὸ τοῦ διδάσκω, quod est docere, sive instituere. Cæl. *Cic. lib.* 7. Genere tamen quod ad nos pertineat, & διδασκαλίαν quandam, ut vertitur inter manus, habeat.

¶ Didascalicium, doctoris munus. L. gr. b.

Didascalicus, didacticus, aptus ad docendum, accuratus. ¶

Dĭdăscălŭs, { מורה *moréh,* מלמד *melammédh.* διδάσκαλος. Gall. *Docteur, maistre.* Ital. *Maestro.* Germ. Ein lehrer/ underweiser/ lehrmeister. Hisp. *Maestro que enseña.* Angl. *A maister or teacher.* } Nobis præceptorem sonat, ἀπὸ τοῦ διδάσκω, hoc est, à docendo.

Dicta lex. A latore Dicio nominata. A Macrob. *lib.* 3. *cap.* 17. inter leges sumptuarias numeratur, quæ post Fanniam legem duodevigesimi annos sequuta est; cujus ferendæ duplex ratio fuit: Prima, ut non sola civitas Romana, sed universa Italia lege sumptuaria teneretur. Secunda, ut non modò qui convivia majore sumptu fecissent, sed etiam qui ad ea vocati essent, atque omnino interfuissent, pœna legis tenerentur.

Dido, dûs, Δίδω. Filia fuit Beli Tyriorum regis, quæ primis nuptiis Sichæo Herculis sacerdoti juncta fuit: quem quum Pygmalion Elissæ frater, thesauris ejus inhians, ante aram obtruncasset, illa in somniis monita, cum iis quibus Pygmalionem invisum esse sciebat, effossis clàm thesauris navim conscendit, & in eam Africæ partem quæ Zeugitana appellata est, delata, tantum sibi soli emit, quantum taurino corio posset circundare. Quo in loco quum corium in tenuissimas partes dissecuisset, locúmque satis amplum complexa esset, urbem condidit, quam Carthaginem appellavit, arcémque in medio urbis, quam à corio bubulo Byrsam vocavit. Deinde quum Jarbas Getuliæ rex nuptias ejus ambiret, recusantémque vi armisque cogeret, sibi ipsi manus intulit, præferens nimirum honesta morte occumbere, quàm prioris lecti jura secundis nuptiis polluere. Virg. *lib.* 1. & 4. *Æneid.* fabulatur Æneam capta Troia, à patria profugum, vi tempestatis Carthaginem fuisse delatum, Elissámque amore ejus captam, quum præter ipsem desereretur, mortem sibi conscivisse. Quæ tamen res gravissimorum Historicorum fide facilè refellitur, qui Carthaginem tradunt septuagesimo demùm anno post Romam conditam, ab Elisa condi cœpisse. Ab Æneæ verò in Italiam adventu usque ad Urbem conditam numerantur anni amplius quàm trecenti, quibus Albæ regnatum est. Hæc de re extat elegans apud Ausonium Epigramma, quo illa se ab impudicitiæ nota vindicat, monens Lectorem, ut de moribus suis incorruptis potiùs Historicorum monumentis, quàm Poëtarum fabulis fidem adhibeat. Hæc proprio nomine Elisa dicta fuit: Dido autem cognominata fuit à rerum gestarum magnitudine, quasi virago. Didonis thesauri. Suet. *in Neron. cap.* 31.

Dīdo, is, didĭdi, didĭtum: Distribuo, divido. { חלק *chalák.* διαμερίζω. Gall. *Bailler, distribuer, départir.* Ital. *Distribuire, dividere.* Germ. Austheilen. Hisp. *Partir en partes, repartir.* Angl. *To distribute and give.* } Dictúmque videtur dido, quasi divido, ablata media syllaba. Horat. 2. *Serm. sat.* 2.

*Abluti senis exemplo dum munia dedit,* id est, dividit.

Frequenter accipitur pro divulgo, sive dispergo. Virg. 7. *Æneid.*

*Diditur hic subitò Trojana per agmina rumor.*

Idem 8. *Æneid.*

*Cognatique patres, una terris didita fama.*

Est autem hoc verbum Lucretio in primis familiare.

¶ Didŭum, disseminatum, divulgatum. Gloss. Isid. ¶

Didōrŏn, { δίδωρον. Gall. *De deux palmes.* Ital. *Di dui palmi.* Germ. Zweyer hand breit oder lang. Hisp. *De dos palmos.* Angl. *Of two and broad.* } Quod est duorum palmorum: unde lateris quoddam genus sesquipedali longitudine, Plinius D dorum appellat, à longitudine nimirum duorum palmorum majorum, quorum singuli valent palmos minores tres, hoc est, digitos duodecim. Verba Plin. sunt hæc ex *lib.* 35. *cap.* 14. Genera laterum tria: didoron quo utimur, longum sesquipede, latum pede. Alterum tetradoron. Tertium pentadoron. Græci enim antiqui *doron* palmum vocabant: & ideo dona, munera, quia manu darentur. Ergo à quatuor & quinque palmis, prout sunt, nominantur. Hæc ille.

Dīdrāchmum, δίδραχμον. Numus est duas drachmas continens, ut refert Bud. *in lib. de asse.*

Dīdūco, is: In diversas partes & diversa loca duco, distraho, dirimo, { βάπτω *baphdzo.* δίκαιον, διαλαμβάνω. Gall. *Départir, separer, & faire aller une part çà, & l'autre là, diviser.* Ital. *Dipartire, guidare in diverse parti.* Germ. Zertheilen / von einander thun. Hisp. *Partir en partes diversas.* Angl. *To conveighe, to sondrie partes and places, to disjoine or seperate.* } Cæs. 6. *bell. Gall.* Dimittendæ plures manus, diducendique erant milites. Col. *lib.* 6. de bobus domandis.

*Post hæc diductis malis educite linguam.*

Idem *lib.* 4. Validam vitem in ramos diducere censeo. Pers.

*Quumque iter ambiguum est, & vita nescius error*
*Diducit trepidam ramosa in compita mentem.*

Virg. *lib.* 1. *Georg.*

——— *quique paludis*
*Collectum humorem bibulâ diduxit arenâ.*

Propert.

*Non ego complexum potui diducere vestros.*

Quintilian. Diducet in digito argumenta. Ovid. 13. *Metam.*

——— *vestemque manu diduxit.*

Idem *lib.* 2. *Fast.*

*Tergáque diducta veste notata vident.*

¶ Diducere alimentum, i. distribuere. Cels. *lib.* 3. *cap.* 4. de alimento loquens. Ut ab integro corpore potissimùm diduceretur. Nam si diduci tam celeriter posset, id esset optimum.

Dīductus, a, um: Particip. Cicer. 3. *de Orat.* Rivis est diducta oratio, non fontibus. Terræ diductæ, id est, divisæ apertæque. Tacit. *lib.* 2. Diductis terris hauriebantur. Suet. *in Othon. cap.* 3. Diducto matrimonio: de divortio.

Dīdymāon, Δίδυμαον. Infignis faber ferrarius fuit, cujus meminit Virg. *lib.* 5. *Æneid.*

*Et clypeum effossi bijugis, Didymaonis artes,*
*Neptuni sacro Danais de poste revulsum.*

Dīdymē, es, Δίδυμη. Insula in mari Siculo, una ex Æoliis. Pompon. Mela *lib.* 2.

Dīdymæus, Δίδυμεύς. Apollo dictus est, quòd geminam speciem sui nominis præferat. Ex uno enim fonte lucis, gemino sydere spatia diei & noctis illustrat: interdiu per seipsum lumen præbens, nocte verò lunam illuminans. Unde & Romani (ut inquit Macrobius,) Solem Didymæi Apollinis appellatione venerantur. ¶ Dictum est & Didymæum templum Apollini dicatum apud Meletum, quod priùs oraculum Brancidarum (ut author est Plin.) appellatum est. De quo templo sic scribit Strab. *lib.* 4. Post Posideum Miletum est oraculum Apollini Didymæo sacrum apud Brancidas, ad decem & octo stadia ascendenti. Id à Xerxe incensum est, quemadmodùm cætera templa omnia, Ephesio excepto. Postea Milesii templum construxerunt omnium maximum, quod propter magnitudinem remansit sine tecto, variis antiquarum artium donis sumptuosissimè honoratum.

¶ Didymotheicum, primùm A. postea M. sub P. Constantinopolitano. ¶

Didymŭs. { תאום *teóm.* δίδυμος. } Latinè geminus dicitur. Quo nomine vir Alexandrinus dictus est, qui licèt ab ineunte pueritia oculis captus foret, divinas tamen literas optimè callebat, & inter Ecclesiasticos scriptores illustris fuit: quúmque propter exercitatem etiam elementorum ignarus esset, Geometriam tamen, quæ vel maximè visu indiget, perfectissimè tenuit. Author Hieronymus. ¶ Fuit & alter Didymus Alexandrinus, fullamentarii filius, quo nemo (ut Quint. inquit) plura scripsit. Grammaticus fuit, & ad Augusti tempora pervenit: ob assiduam circa libros moram, γραμματικώτατος appellatus: nam ad tria millia librorum & quingentos scripsisse dicitur. Sueton. *in Caligin. cap.* 21. Didymeum Mileti agere. ¶ Fuit & alius Grammaticus Alexandrinus, qui Romæ docuit. ¶ Alius item poëta, qui Georgica scripsit. ¶ Alius præterea Philosophus Academicus.

¶ Dielcystinda, ludus quo duplices puerorum turbæ, protectis hinc inde manibus, alteros ad se pertrahere conantur, dum pars altera superior existat. Pollux. Hadr. Jun. διελκύω, est distraho. ¶

Dierectus. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 2. Lien dierectus est (id est, cruciatur.)

Idem *Men. sc.* 4. *a.* 2. Ducit Lembum dierectum navis prædatoria.

Idem *Merc. sc.* 1. *a.* 1. Hiantibus hinc hodie dierectus. Idem *in Pœn. sc.* 1. *a.* 1. Abi dierectus. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Quin quiescet eu dierectum cor meum, ac suspende te.

Dierectè. Plaut. *Mostell. sc.* 1. *act.* 1. Abi rus, abi dierectè ab janua: & alibi.

¶ Diermeneates, interpres tam in Ecclesia, quàm palatio. L. g. b. ¶

Dĭes, à ζάω, δίος. { יום *yóm.* ἡμέρα. Gall. *Jour.* Ital. *Il giorno.* Germ. Ein tag. Hisp. *El dia.* Angl. *A day.* } Gell. *cap.* 14. *lib.* 9. Veteres

sic declinaverunt, Dies hujus dies, vel dii, vel die. Tam masculini, quàm fœminini generis est in numero singulari, plurali verò tantùm masculini. Illud tamen interest, quòd dies in fœminino genere denotat tempus indeterminatum: & ideò diminutivum ejus est Diecula, quod significat breve tempus & moram. Dies verò quum tempus significat viginti quatuor horarum, vel etiam spatium illud ab oriente sole ab solem occidentem, masculini est, nam illud tempus est determinatum. Sic diem hesternum, & diem hodiernum potiùs dicimus, quàm hesternam, vel hodiernam. Contrà, pro tempore incerto dicimus longa dies, pro longo tempore: non autem longus dies. Juvenalis,

*Longa dies igitur quid consulis?*

Id est, longum tempus. Virg. 11. *Æneid.*

*Multa dies, variúsque labor mutabilis ævi*
*Retulit in melius.*
*Seu matura dies, fato properat mihi mortem.*

Tibull. *lib.* 4. Da in hunc diem operam mihi. Plaut. *sc.* 5. *a.* 1. Meus hodie natalis dies. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Hic ille dies est, cui nulla salus. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 3. Loquens lacerat diem. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Post hunc diem pedem intrò non feres. Idem *Men. sc.* 3. *a.* 4. Hodie hunc mihi corrupit diem: Et ego hunc corrupi diem. *Ibid. sc.* 2. *a.* 4. Ad hoc usque diei tempus dormiisti. *Ibid. sc.* 1. *a.* 2. Ea si memorem, nox diem adimat. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 2. Neque diem decet memorari, neque nocti nocteri. *Ibid. sc.* 1. *a.* 2. Si post hunc diem mutiveto, dato me exercuciatum. Idem *Mil. sc.* 6. *a.* 2. Eme die cæca, & vendito oculato die. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. De die, Gall. *De jour.* Ad amicam de die potare. Item, Una pars orationis de die dabitur mihi. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 3. Dies noctésque potent. *Ibid. sc.* 3. *a.* 3. Ut secum esset noctes ac dies. *Ibid. sc.* 1. *a.* 4. Hunc annum totum, dies noctésque bibit. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 1. Dies dolorem consumit: nox tempus. Senec. *cap.* 8. *de consol. ad Marc.* Paucissimis diebus, pro intra pauciss imos dies. Suet. *in Cæs. cap.* 67. In diem studere. Senec. *cap.* 1. *de tranquill.* Nihil de die hodierna promittitur, nihil de hora. Idem *cap.* 10. *de cons. ad Marc.* Ejus diei præfertur opinio (id est, certaminis & pugnæ eo die habitæ.) Cæs. *lib.* 1. *de bell. civ.* Adesse Romanis ultimum diem. Velleius, In diem longissimam causam differre. Gell. *cap.* 10. *lib.* 5. In diem certum data reddere oportet. Senec. *cap.* 10. *de cons. ad Marc.* Est omnis dies inter luctus. *Ibid. cap.* 6.

*Nube polus pulsa candidus ire dies?*

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* At dabit, parabit aliquid hos dies (id est, intra paucos dies.) Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Jurisconsulti item bima, trima, quadrima die usurpant pro tempore biennii, triennii, quadriennii. Sed confunditur quandoque hæc differentia. Virgil. 2. *Æneid.*

*Idemque dies infanda aderat.*

Cic. *ad Quintum fratrem.* In qua primùm erat, quòd antiquior dies in tuis fuisset adscripta literis, quàm in Cæsaris. Plin. *lib.* 13. *cap.* 14. Matum quòd eadem die germinat, qua injectum est. ¶ Dies qui civilis dici solet, à media scilicet nocte in sequentem (ut Macrob. *lib.* 1. *cap.* 3. tradit.) ita dividitur. Primum diei tempus dicitur mediæ noctis inclinatio. Deinde gallicinium, sive galli cantus, ἀλεκτροφωνία, quòd tum galli canant. Inde conticinium, ἀμφιλύκη νύξ, quum & galli conticiscunt, & homines quiescunt. Deinde Diluculum, quum incipit dignosci dies, ἕῳθον. Inde manè, quum dies est clarus. πρωί. Inde meridies, dici medium, ἡ μεσημβρία, μεσῆμ ἡμέρας. Inde jam suprà vocatur occiduum tempus, δείλη: quod serum dici vocatur, ὀψὲ: & mox suprema tempestas, hoc est, diei novissimum tempus: sicut est expressum in duodecim tabulis, Solis occasus suprema tempestas esto. Dicitur etiam diei extremum. Salust. *in Jugurth.* 68. Deinde Vespera, seu Vesper, ἑσπέρα, à stella quam Græci Ἕσπερον. Plaut. Vesperuginem. Ennius Vesperum, Martialis Phosphorum. Virg. Hesperon appellant. Inde crepusculum vespertinum, δείλη ὀψία, dictum à *crepero*, quod dubium significat, tanquam lux dubia, quòd incertum sit, id tempus noctis, an diei existat. Ab hoc tempore prima fax noctis, quòd tum primùm faces, hoc est, lumina inferri incipiant, νυκτὸς ἀρχή. Deinde nox concubia, à cubando: deinde intempesta, quæ non habet idoneum tempus rebus agendis. In has partes distribuebant diem, qui constat ex viginti quatuor horis, & lucem tenebrásque continet: cúmque diem, *civilem* vocabant, quòd in aliis atque aliis civitatibus & regionibus alio modo observaretur. Athenienses enim diem civilem auspicabantur à sole occidente ad solem iterum occidentem: Babylonii ab ortu Solis ad solem secundò exorientem: Umbri à meridie ad meridiem subsequentem. Romani autem à media nocte ad mediam noctem: quorum à nobis quoque consuetudo observatur, adeò ut si quid ante mediam noctem gestum sit, id præcedenti diei adscribatur: quod à media nocte, subsequenti diei annumeretur. ¶ Interdum diem dicimus, ut solam lucem intelligamus, tenebras verò sub noctis nomine. Virg. 6. *Æneid.*

*Nocles atque dies patet atri janua Ditis.*

¶ Est & dies naturalis ab ortu ad occasum Solis. ¶ Dies totius anni ex institutione Numæ, aut festi erant, aut profesti, aut intercisi. Festi dies aut sacrificiorum, aut epularum, aut ludorum causâ fuerunt instituti. Profesti autem dividuntur in fastos, comitiales, comperendinos, statos, præliares. Intercisi verò dicebantur, qui & humanis & divinis negotiis erant communes. Erant & atri dies, de quibus locis suis. ¶ Die vendere, i. tempori, certo idonéoque tempore commodè potiùs vendere, quàm incommodè alieno. Cato *de re rustic.* Die lanam & agnos vendat. ¶ Hujus nominis genitivus est diei, dii, dies, & die. Cicer. *pro Sex.* Equites non daturos illius dies pœnas. Virg. 1. *Georg.*

*Libra die somnique pares ubi fecerit horas.*

Idem 1. *Æneid.*

*Munera, lætitiámque dii.*

Salust. *in Jugurth.* Vix decima parte die, pro diei. ¶ Die crastini, die septimi: pro die crastino & septimo. Plaut. *Mostell.* Hanc rem die crastini quum herus resciverit. Idem *Menæch.* Nam ibi mercatum dixit esse die septimi. Vide Macrob. 1. *Sat. cap.* 4. Die quinti, die proximi, die pristini: pro quinto, proximo, & pristino. Vide Gell. *lib.* 10. *cap.* 24. ¶ Derivativa & composita a *dies*, sunt hodie, quotidie, pridie, meridies, nudiustertius, nudiusquartus, diarium, aequidiale, æquidium, diluculum, & perdius. Dierum alii felices sunt, alii contrà. Plutarch. *in Camil.* Dies justi, vide *Justus.* Dies ater, vide *Ater.* Dies naturalis & civilis, qui? vide Censorin. Supremo die, vide *Supremus.* ¶ Perduellionem ei diem dixit: & diem poposcit à Prætore. Diem brevem seduciarum (id est, tempus.) Liv. *lib.* 7. *d.* 4. Diem diffundere, vide *Diffundo.* Dies qui hebdomadem constituunt à septem Planetis cognominati sunt. Primus septimanæ dies à Sole, dies Solis, sive Phœbi dicitur, ἡμέρα πρώτη κυριακή. Secundus à luna, Lunæ, σελήνης. Tertius à Marte, Martis, ἄρεως. Quartus à Mercurio, Mercurii, ἑρμοῦ. Quintus à Jove, Jovis, διός. Sextus à Venere, Veneris, ἀφροδίτης. Septimus à Saturno, Saturni, κρόνου. ¶ Dies cretionum, apud Jureconsultos sunt, intra quos hetes debebat decernere, seu declarare suam voluntatem, utrum vellet adire vel repudiare hereditatem sibi delatam. Ulpian. *tit.* 22. *l.* 23. ut tradit Petr. Gregorius, quos ut merè superstitiosos improbat Imperator *in l. cretionum dies, C. de jure delib.* Ad dies istos cretionum respexere fasti, & nefasti dies, notante Alciato. De quibus Ovid. 6. *Fast.*

*Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur:*
*Fastus erit per quem lege licebit agi.*

¶ Dies critici, sive crisimi, κρίσιμοι ἡμέραι, à medicis dicuntur judiciarii, in quibus scilicet de ægritudine ferri judicium potest. Vide suprà *Crisimi dies.* ¶ Magnus dies. Tacitus, Imponite quinquaginta annis magnum diem. Sic vocat magnum diem, felicissimæ & lætissimæ victoriæ diem, quo bellum totum erit confectum, nullis superstitibus ejus reliquiis. ¶ Per antiquum diem, ἐξ ἀρχαίας ἡμέρας proverbialiter olim de re admodum obsoleta priscáque. Refertur à Diogeniano. Finitimum illi, Magno Platonis anno.

*Ipse dies quandoque mater, quandoque noverca est,*

ἄνθρωπος μεγάλη πάλιν ἡμέρα, ἄνθρωπος μίσος. Versus est Hesiodi, quo significatum est, non omni die benè esse posse, sed isto benè, atque alio malè. Iade translatum, quod matres bene volunt liberis, novercæ oderunt privignos. ¶ In diem vivere, est præsentibus rebus contentum vivere, neque ex parato, minimè solicitum de futuris. Quæ vita Græcis dicitur αὐτοσχεδιαστὸς βίος: & αὐτοσχεδιάζειν, qui ad eum vivunt modum. In diem nonum ire coctum. Plaut. *Aul. sc.* 1. *a.* 2. Id hunc diem caveant à me. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Regi hunc in diem mihi decretum est operam dare. Idem *Milit. sc.* 1. *a.* 1. Jam hos multos dies gestas tabellas. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Dies paucos feci cum illo. Senec. *Epist.* 67. Item Ovid. *Eleg. ult. lib.* 4. *Trist.*

*Sit tamen absumo decipiéque diem.*

Auctio fiet manè. M. Sanè die septimi venibunt servi. Quinquennii die, pro Quinto anno. Proculus *in l. Atilicinus. ff. de pactis dotalibus.* Quum inter virum & uxorem pactum conventum ante nuptias factum esset, ut quibus diebus dos data esset, iisdem divortio facto redderetur: post quinquennium quàm nuptiæ factæ sunt, uxor viro dotem dedit, divortio facto: quæro utrùm quinquennii die vir uxori dotem redder, an statuto legibus tempore. ¶ Venire in diem, pro Nasci, sive in lucem prodire, dixit Solinus *cap.* 4. Scipio Africanus prior, qui defuncta parente, quòd excisus utero in diem venerat, primus Cæsar appellatus est.

Dĭĕcŭla, diminutivum à die, gen. fœm. quod ferè pro exigua temporis mora accipitur. {ὀλιγοήμερον. Gall. *Un petit jour, un jour seulement, un peu de temps.* Ital. *Picciol spacio di tempo.* Germ. Ein zeitlin. Hisp. *Pequeño espacio de tiempo.* Angl. *A shor day, one day only, a litle while.*} Terent. *in Andr.* Non satis habes, quòd dieculam addo? id est, aliquam temporis dilationem. ¶ Asconius Pædianus *in* 2. *Orat. Verr.* Diminutivè Dieculæ dicitur. Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 2. Illud (malum) erat præsens, huic erant dieculæ.

Dĭĕfĕcit: Dies fit. ἡμέρα γίνεται. Gall. *Il se fait jour.* Ital. *Si fa giorno.* Germ. Es tagt, es wird tag. Hisp. *Ya viene el dia.* Angl. *It wexeth day.*} Sicut nocteſcit, nox fit: quibus solùm utimur in tertiis personis absolutè & impersonaliter.

Dĭēspĭtĕr, diespitis: Diei pater, ζεὺς, ζηνὸς: id est, Jupiter: sicut Dijovis, quasi die juvans, quòd homines die & luce quasi vita ipsa juvaret. Horat. *lib.* 1. *Carm.*

——— *Namque diespiter*
*Igni corusco nubila dividens,*

Macrob. Ipsi quoque Romani diespitem Jovem appellant. Plaut. *Capt. sc.* 3. *a.* 4. Diespiter te, dique perdant. In antiquo Lexico Diespiter, ζεὺς.

Dĭēquārti, & Diequartè, pro die quarto. Diequinti & diequintè, pro die quinto. Diepristini, vel pristinè, pro die pristino, quos nos converso compositionis ordine dicimus pridie. Die crastino, & alia multa. Videntur autem veteres differentiam fecisse inter *diequarto, & diequartè*: ut illud pro præterito sit, quod non nudiusquartus dicimus, hoc de futuro. Vide Macrob. *Saturn. lib.* 1. & Gell. *lib.* 10. *cap.* 24. & *cap.* 29. *lib.* 2. Sunt autem hæc omnia composita, & pro adverbiis accipimus.

Dĭērĕctī, teste Nonio, à die vocati sunt crucifixi, quasi ad diem erecti. Festus scribit dierectum per antiphrasin dici apud veteres, volentes significare malum diem. Unde Dierectà adverbial. dicimus. Plaut. Quin tui dierectà cum succula, & cum porculis. Dierectà (inquit) quasi in malam diem. Unde proverbialiter, In dierectum jubemus ire, quibus precamur exitium.

| Diet, dies est. |

Dietare, modum in victu tenere.

| Dieteris, διωρία, tempus duorum annorum, à δὶς & ἔτος annus. Sic trieteris triennium.

Dĭexodus, διέξοδος, exitus, transitus, & fusa explicatio: unde Dierodius est, copiosè tractatus, more oratorio, non dialectico. |

Dĭūrno, as: Diu vivo, teste Nonio. {Gall. *Vivre longuement.* Ital. *Vivere lungo tempo.* Germ. lang leben. Hisp. *Durar y vivir mucho tiempo.* Angl. *To live long.*} Est autem verbum à die deductum, sicut pernanno ab anno. Vide Gell. *cap.* 2. *lib.* 17. Ex Quadrigario, Neque optimus

optimum quemque Dii finum inter nos diurnare.

**Diūrnūs**, a, um, à die fit, ſicut nocturnus à noctu. Quod ad diem pertinet, quod die fit. {ἡμερήσιος. Gall. *De jour, en d'un jour.* Ital. *Diurno, di giorno.* Germ. Täglich. Hisp. *Cosa del dia.* Angl. *Belonging to the day.*} Cic. *de ſenect.* An centies (ut de me ipſo aliquid more ſenum gloriar) me tantos labores diurnos, nocturnoſque domi, militiæque ſuſceperaturum fuiſſe, &c. Plaut. *Menæch. ſc.* 4. *a.* 1. Inde uſque ad diurnam ſtellam craſtinam potabimus. Diurnum victum quærere. Suetoo. *in Neron. cap.* 56.

**Diūrnum**, i. Liber continens acta ſingulorum dierum, diarium. {ἐφημερὶς. Gall. *Papier journal.* Ital. *Giornale.* Germ. Ein buch in welches man verzeichnet, was auff ein ieden tag geſchicht. Hisp. *Hiſtoria que procede de dia en dia.* Angl. *A booke conteining the actes of everie day.*} Juvenal.

——— *Longi volegit tranſacta diurni.*

Et Suet. *in Claud. cap.* 41. *in fine*, Extat talis ſcriptura in pleriſque diurnis titulisque operum. Aliàs Diurnum accipitur pro victu atque mercede unius diei. Seneca *epiſtola* 81. Diurnum accipit, in centunculo dormit. Idem *lib.* 2. *Controv.* Conſors modò omnis fortunæ diurnum petam.

**Diūtĭnŭs**, a, um: Longus, diuturnus. {ארוך *arúch.* διουτίνος, χρόνιος. Gall. *Qui dure long temps, de durée.* Ital. *Longo, continuo.* Germ. Langwirig. Hisp. *Cosa de mucho tiempo.* Angl. *That indureth long.*} Cic. *lib.* 10. *Epiſt.* Libertatis deſiderio tædióque diutinæ ſervitutis. Sic Cæſar, Diutinus labor: & Livius, Diutinum bellum. Plaur. *Mil. ſc.* 6. *a.* 2. Longum diutinúmque ſupplicium.

**Diūtĭnē**, adverb. idem quod diu. {δηὼ, πολὺν χρόνον. Gall. *Long-temps, longuement.* Ital. *Longamente, di giorno.* Germ. Langezeit/ langwirnglich. Hisp. *Largo tiempo, ò en largo tiempo.* Angl. *A great while, a long tyme.*} Plaut. *in Rud.* Ille qui conſultè, doctè atque aſtutè cavet, diutinè uti benè, licèt parum benè.

**Diūtŭlē**, vel potiùs diutulè, diminut. à Diu, ſignificat aliquandiu. {ἐπ' ὀλίγον. Gall. *Quelque temps, aſſez long-temps, non pas trop.* Ital. *Un pocheto di tempo.* Germ. Langlächt/ zimlich lang. Hisp. *Poco tiempo, ò en poco tiempo.* Angl. *A litle while.*} Gell. *cap.* 16. *lib.* 11. Quum diutulè tacitus cogitando fuiſſem. Idem *cap.* 10. *lib.* 5. Quum diutulè auditor aſſectatórique Protagoræ fuiſſet, &c. Quibus in locis Paſſerat. legit *diutitè*, ut ſuprà notavimus in *Diu.* Apul. *in Flor.* At non itidem major meus Socrates, qui quum decorum adoleſcentem, & diutulè tacentem conſpicatus foret, &c.

**Diūtĭus**, comparativum ab Adverbio diu. {χρονιώτερον, πολυχρονιώτερον. Gall. *Plus longuement.* Ital. *Al longo, più longamente.* Germ. Länger. Hisp. *Mas tiempo.* Angl. *Longer.*} Cicer. 6. *Verr.* Potero hoc ego onuſtanctum, aut in hoc judicio deponere, aut diutiùs ſuſtinere. Plaut. *Rud.* Sed mea deſidia ſpem deſerere nolui: eò vos amici detinui diutiùs. Cicer. Non obrundam diutiùs aures veſtras. Senec. *cap.* 7. *de conſ. ad Marc.* Nec diutiùs eſt diſcurſus.

**Diūtĭſſimē**, Longiſſimo tempore. {לעולם ועד *leholám vahéd.* πολλοῦ πάνυ χρόνου. Gall. *Fort long-temps, tres longuement.* Ital. *Longhiſſimamente.* Germ. Langwirig oder vilzeyt. Hisp. *Larguiſſimo tiempo.* Angl. *Very long.*} Cicer. *de Amicit.* Catonem induxi ſenem diſputantem, quia nulla videbatur aptior perſona, quæ de illa ætate loqueretur, quàm ejus, qui & diutiſſimè ſenex fuiſſet, & in ipſa ſenectute præ cæteris floruiſſet.

**Diūtūrnŭs**, a, um: Diuturnus, à die derivatum, {ארוך *árueh.* χρονιώτερος, χρόνιος. Gall. *Qui dure long-temps.* Ital. *Che dura longo tempo.* Germ. Langwirig. Hisp. *Coſa de mucho tiempo.* Angl. *That indureth à long tyme.*} ut, Uſus diuturnus, ſilentium diuturnum, apud Cic. Idem *de ſenect.* Quas quidem ſic avidè arripui, quaſi diuturnam ſitim explere cupiens,

——— *Quæ nupſi, non diuturna fuit.*

Ovid. 5. *Faſt.*

*Et diuturna magis ſunt monumenta mei.*

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 3. Magna bona & diuturna contingunt. Senec. *cap.* 12. *de conſol.* Item Diuturnior. Ovid. 6. *Faſt.*

*Eſt mihi ſitque precor noſtris diuturnior annis.*

**Diūtūrnĭtās**, atis: Longinquitas temporum, numerus dierum. {ימים ארך *árech jamim.* πολυχρονία. Gall. *Longue durée, longue eſpace de temps.* Ital. *Longa durata, longhezza di tempo.* Germ. Langwirigkeit. Hisp. *Largo tiempo.* Angl. *Length or continuance of tyme.*} Ut, Diuturnitas belli. Cæſar. Diuturnitas temporum. Cic. Idem *de ſenect.* Semper enim mihi ſtudiis laboribuſque viventi non intelligitur quando obrepat ſenectus: ſenſim ſine ſenſu ætas ſeneſcit, nec ſubitò frangitur, ſed diuturnitate extinguitur. Senec. *cap.* 20. *de conſol. ad Marc.* Nihil de perpetuitate, ſed nec de diuturnitate promiſſum eſt.

**Diēcētis**, Tempus duorum annorum. {שנתים *ſchenatajim.* διῶν. Gall. *Eſpace de deux ans.* Ital. *Il ſpacio di dus anni.* Germ. Die zeit zwey jahr lang. Hisp. *Tiempo de dos años.* Angl. *The ſpace of two yeares.*} ſicut Trieteris, τριετηρὶς, trium annorum, vel certè (ut elegantèr docet Cenſorinus) quod tertio quoquo anno recurrit. Nam apud veteres Trieteris conſtabat ex quinque & viginti menſibus, hoc eſt, ex duobus annis, quorum alter duodecim habebat menſes, alter tredecim. Sic etiam Penteteris, πενταετὶς, dicitur tempus hoc duplicatum, hoc eſt, quadriennii ſpatium: ita dictum, quod quinto quoque anno recurrat.

**Diffāmo**: Per diverſas partes famam divulgo, ſiniſtram famam de re quapiam ſpargo. {רגל *raghgál*, חלך רכיל *halách rachil.* διαφημίζω. Gall. *Diffamer.* Ital. *Divulgare mala fama.* Germ. Verlümbden/ in ein böß geſchrey bringen. Hisp. *Difamar.* Angl. *To diffame, to report ill of.*} Sumitur enim ferè in deteriorem partem. Tacitus à Neronе probroſo carmine diffamatus, contumelias altum ibat. Adulterium diffamatum. Ovid. *lib.* 4. *Metam.* Tacit. *lib.* 1. Vetos ſeminaſque præcocibus ſcriptis diffamaverat.

**Diffārĕātĭo**, Sacrificii genus inter virum & uxorem, quo conjugium diſſolvebant per confarreationem contractum. Erat autem Confarreatio quædam ſolemnitas, quam ſoli ſacerdotes obſervabant in uxore ducenda. Soli enim ſacerdotes, authore Boëthio, per confarreationem uxorem docebant. Qua de cauſa divortium per diffarreationem ſolis quoque ſacerdotibus proprium fuit. Dicitur autem Confarreatio, quòd farreo libo adhibito conjungerentur: & è contrà Diffarreatio, quòd ſimili libo adhibito diſjungerentur.

**Diffĕrcĭo**, compoſitum eſt a Farcio. Impleo, & diſt. odo. {מלא *malé.* συμπαρέχω. Gall. *Remplir de tout coſtez.* Ital. *Empire, diſtendere.* Germ. Zuſtöllen/ voll ſtopffen. Hisp. *Embutir, recalcar.* Angl. *To fearce, to ſtuffe or perce in.*} Horat. *lib.* 1. *Satyr.* 5.

——— *Inde forum Appi*
*Differtum nautis.*

Idem *lib.* 1. *Epiſt.*

*Differtum tranſire forum.*

**Differo**, Spatium temporis extendo. {אחר *achár.* διατίθημι. Gall. *Differer, dilayer, prolonger.* Ital. *Differire, prolungare.* Germ. Verzichen. Hisp. *Dilatare el tiempo.* Angl. *To delay, to prolong.*} Virg. *lib.* 6.

*Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem.*

Gell. *cap.* 10. *lib.* 5. Differre cauſſam in diem longiſſimam. Suet. *in Tib. cap.* 32. Differre aliquem in alium diem. ¶ Interdum eſt in diverſa loca ferre. διαφέρω. Plaut. *in Rud.* Nos cum ſcapha tempeſtas dextrorerſum differt ab illis. Idem *in Curc. ſc.* 4. *a.* 4. Jam ego te faciam, ut hinc formicæ te fruſtulatim differant. ¶ Interdum diffamare, divulgare. Lucil.

*Gaudes quum de me iſta foris ſermonibus differs.*

Plaut. *in Trin.* Nolo ego mihi te jam proſpicere, qui meam egeſtatem leves: ſed ut inops infamiſque ſim, ne mihi hanc famam differant. Sueton. *in Cæſ. cap.* 33. Fama id diſtulit (id eſt, diſſeminavit.) Idem *in Aug. cap.* 14. Dilato rumore (id eſt, divulgato.) Plaut. *Aul. ſc.* 2. *a.* 3. Ego te pipulo (id eſt, convitio,) hic differam ante ædes. Idem *Pſeud. ſc.* 3. *a.* 1. Differam te dictis meis (id eſt, infamabo.) ¶ Interdum dividere, ſcindere, diſſipare. διαφέρω. Ter. *in Adelph.* Me miſeram differat dolotibus. Simile Græcis eſt διαφέρειν. Velleius, Vis Africi laceravit claſſem, ac diſtulit. ¶ Interdum in ordinem ponere, διατάσσω. Virg. *lib.* 4. *Georg.*

*Ille etiam ſeras in verſum diſtulit ulmos.*

¶ Interdum diſtare, διαφέρω, διάφορος. Cic. *de Divin. in Verr.* At vide quid differat inter meam opinionem & tuam. Differre à Cicer. *pro Cerinna.* Qui hoc ab illo differt? Differt à cæteris robore. Plin. *in Epiſt.* Differunt in candore: idem *lib.* 9. *cap.* 35.

**Differens**, particip. διαφέρων. Cic. 1. *delegibus*, Etenim ratio, qua una præſtamus belluis, &c. certè eſt communis, doctrina differens, diſcendi quidem facultate par.

**Differentĭa**, Diſcrimen, diſſimilitudo. {מחלקת *machalóketh.* διαφορά. Gall. *Difference.* Ital. *Differenza.* Germ. Underſcheid. Hisp. *Diferencia.* Angl. *Difference.*} Cic. 4. *Acad.* Quòd videretur eſſe quædam in urſis differentia. Idem 5. *defin.* Ita fit, ut quanta differentia eſt in principiis naturalibus, tanta ſit in finibus bonorum malorúmque diſſimilitudo. Indifferens, ἀδιάφορον, quod ſcilicet per ſe neque bonum eſt, neque malum.

**Differĭtās**, pro differentia, quo antiqui utebantur. διαφορά. Lucr. *lib.* 4.

*Tantáque in his rebus diſtantia, differitáſque eſt.*

Nonius.

**Dilātŭs**, participium: Prolatus, productus. {מחוחר *meúchar.* מעוקב *meukkáb.* ἀναβεβλημένος. Gall. *Differé, dilayé.* Ital. *Differito, prolongato.* Germ. Verzogen/ oder aufgezogen. Hisp. *Dilatado, prolongado.* Angl. *Delayed, prolonged.*} Cicer. 4. *Verr.* Quaſi mereretur ne Petilius privato illo judicio tranſacto, aut dilato, cum cæteris in conſilium revertereturpœna dilata in tempus mortis. Ovid. 3. *Triſt.* Suet. *in Aug. cap.* 14. *Dilato rumore* (id eſt, divulgato.) Dilatæ res. Tacitus *lib.* 2.

**Dilātio**, Temporis prorogatio, ſive extenſio. {עכבה *hikkeláh.* ἀναβολή. Gall. *Delay, dilation, attente.* Ital. *Dilatione, prolongamento.* Germ. Verzug/ oder auffzug/ verlengerung. Hisp. *Dilacion.* Angl. *Delaying, differing.*} Plin. *lib.* 18. *cap.* 10. Nec ulla ſegetum minùs dilationem patitur. Cicer. 3. *Philipp.* Quæ eſt igitur expectatio, aut quæ nimia dilatio temporis? Sen. *cap.* 10. *de conſol. ad Marc.* Sine dilatione. Velleius, Vir per omnia extra dilationes poſitus (id eſt, impigerrimus.) Livius, Res non patitur dilationem, *lib.* 3. *dec.* 4.

**Dilātor**, is: Cunctator. {מאחר *meachér.* μωμητὴς. Gall. *Delayeur, qui differe, faitard.* Ital. *Prolongatore, indugiatore.* Germ. Ein auffzieher/ Seumiger. Hisp. *Prolongador del tiempo.* Angl. *A delayer, or prolonger.*} Horat. *in Arte,*

*Dilator, ſpe longus, iners, avidúſque futuri.*

**Dīffĭbŭlārĕ**: Aperire, diſcingere, fibulam reſolvere. {διαπερονᾶν. Gall. *Déboucler.* Ital. *Diſſibbiare.* Germ. Die haſten auffthön/ auffbrechen. Hisp. *Quitar la hevilla ò vandado.* Angl. *To looſe, to unbuckle or unbutton.*} Papin.

*Emicas, & torvè chlamydem diſſibulat arva.*

¶ Difficax, difficilis. Cath.¶

**Difficilis**, e: Laboriоſus, operoſus, habens multùm difficultatis & laboris. {קשה *kaſchéh.* יגע *jagheáh.* δύσκολος, δύσεργος. Gall. *Difficile, malaiſé.* Ital. *Difficile, malagevole.* Germ. Schwär. Hisp. *Dificil de hazer.* Angl. *Hard, uneaſie.*} Terent. *Heaut.* Nihil tam difficile quin quærendo inveſtigari poſſit. Si tamen de homine dicatur, idem erit quod Morоſum. Cic. *de ſenect.* Modestiæ enim, nec difficiles ſenes. Ovid. 5. *Faſt.*

*Non ex difficili cognita cauſa fuit.*

Idem 13. *Metam.*

*Difficilem nemi ſub iniquo judice cauſſam, &c.*

**Difficultās**, abſtractum: Labor, anguſtia, aſperitas. {קשי *keſchi.* δυσκολία. Gall. *Difficulté, malaiſance, empeſchement.* Ital. *Difficultà.* Germ. Die ſchwäre. Hisp. *Dificultad de hazer alguna coſa.* Angl. *Difficultie, uneaſineſſe.*} Cic. *pro Cluentio.* Proſpicio quantum in agendo difficultatis, & quantum laboris ſit habitura. ¶ Accipitur eleganter pro inopia: ut, difficultas rei numariæ, aut ſtipendiariæ. Idem Cicer. 4. *Verr.* Et ſimul oſtendit ſe in ſumma difficultate eſſe numaria. Aſconius ita difficultates ſimpliciter exponit, *in divinatione.* ¶ Difficultatem facere, ἀνωμαλίαν, molestiam præbere. Cæſ. *lib.* 7.

cap.

*cap. de calculo*, Neve intus reliquiæ maneant, quæ postmodùm curationi (al. *curationem*) difficultatem faciant.

Difficilè, difficiliter, & difficulter: Ægrè, vix, cum labore. {בקשה *bekaseh.h. δυσκόλως.* GALL. *Difficilement, malaisement, à grand peine, avec difficulté.* ITAL. *Difficilmente, malagevelmente.* GERM. Schwerlich/ sumerlich. HISP. *Dificilmente.* ANGL. *With difficultie.*} Plin. *lib.* 27. *cap.* 11. In cacumine autem semen inter folia durum, & quod difficilè evellatur. Liv. *lib.* 3. *bell. Punic.* Circumdati pedites haud difficulter imperium incorsantium Numidarum arcebant. Velleius, Sibi difficilè consentiens (id est, difficulter.)

Difficùl, antiqui dicebant pro Difficilè. Author est Nonius, qui adducit testimonium Varronis. Quod utrùm sit magnum, an parvum, facul, an difficul.

DĪFFĪDO, is: Non fido, despero. {*ἀπιστῶ, ἀπελπίζω.* GALL. *Se desfier.* ITA. *Diffidarsi, non haver speranza.* GERM. Mißtrauen/ übel trauen. HISP. *Desconfiarse.* ANGL. *To mistrust, to dispayre.*} Cic. 2. *de Divinat.* Nihil affirmabo: quarum omnia, dubitans plerumque & mihi ipsi diffidens. *Ibidem*, Eudemus ita graviter ægrotus fuit, ut omnes medici diffiderent. ¶ Dicimus autem, Diffido tibi, & diffido de te. Serv. Sulp. *Cic.* Plura me ad te hac de re scribere pudet, ne videar prudentiæ tuæ diffidere. *Ad Heren.* Et de nobis non diffidimus. Plin. *in quadam præfat.* Diffidere de judice. Cum infinitivo. Cicer. *ad Quint. fratrem, lib.* 1. Ut rem posse confici non diffiderem, Cato *cap.* 57. Quos diffidas sanos facere, facies.

Diffisus, part. {*ἀπιστήσας, ἀπελπίσας.* ANGL. *Mistrusting.*} Cicer. *pro Murena.* Fatebor enim, Cato, me quoque in adolescentia diffisum ingenio meo, quæsisse adjumenta doctrinæ.

DIFFIDĒNTIA, æ, ✕ Fidentia. {*ἀπιστία, ἀπελπισία.* GALL. *Défiance.* ITAL. *Diffidenza.* GERM. Mißtrauung. HISP. *Desconfiança.* ANGL. *Mistrust.*} Cic. 4. *Tusc.* Est fidentia, id est, firma animi confisio, scientia animi quædam est, & opinio gravis non temerè assentiens, metus quoque est diffidentia expectati & impendentis mali. Idem 1. *de Invent.* Quod genus fidentiæ contrarium est diffidentiæ, & ea res vitium est: audacia non contrarium, sed appositum est, ac propinquum: & tamen vitium est. Ovid. 2. *de remed. amor.*

*Fit quoque longus amor, quum diffidentia nutrit.*

DIFFIDĒNTĒR, adverb. Timidè ✕ Fidenter. {*ἀπίστως, ἀπελπίστως.* GALL. *Avec deffiance, sans grande esperance.* ITAL. *Con diffidenza, senza esperanza.* GERM. Mißtrauischer/ ohn gute zuversicht. HISP. *Con desconfiança.* ANGL. *With mistrust, without hope.*} Cic. *pro Cluent.* Altera eorum modò consuetudinis causa timidè & diffidenter attingere rationem veneficii criminum.

¶ DIFFIDO, as: in jure feudali est, Bellum indico, hostem declaro, à *feida.* ¶

DIFFINDO, diffidi, diffissum, Findo, divido. {בקע *bikkah.* σχίζω, διαχίζω. GALL. *Fendre & mettre en pieces.* ITAL. *Fendere, tagliare in più pezzi.* GERM. Zerspalten. HISP. *Hender en diversas partes.* ANGL. *To cut or cleave a sunder.*} Virg. 9. *Æneid.*

*Et media adversi liquefacto tempora plumbo*
*Diffidit, ac multa porrectum extendit arena.*

¶ Diffindere diem, teste Budæo, est id quod nos Rem in crastinum continuare dicimus, vel remittere. Imò apud Budæum, & alios legitur Diffundere, sed fortasse non rectè. Tria enim, inquit, erant apud antiquos pronuntiandi genera: aut enim dies diffundebatur, hoc est res in posterum diem rejiciebatur; aut comperendinabatur, id est, in tertium diem differebatur; aut ampliabatur, & Judex non liquere pronuntiabat, quam res non in posterum, neque in perendinum, sed in longiorem diem pro suo arbitrio rejiciebat. Ulpian. *l.* 2. *si quis cautum.* Et ideò etiam lex XII. Tabular. Si judex, vel alteruter ex litigatoribus morbo sontico impediatur, jubet diem judicii esse diffissum. Gell. *lib.* 14. *cap.* 2. Jussi igitur diem diffindi, atque inde à subsellijs pergo ire ad Pharorinum philosophum. Et Liv. *lib.* 9. *ab urb.* Diem diffidit. Diffissiones rerum, eodem modo dici putat Passerat, apud Gell. *cap.* 2. *lib.* 14. ubi vulgò *Diffusiones. Ibidem.* Diffundi diem, etiam vulgò legitur, cùm Gellius scripserit, diem diffundi, ut docuit eruditissimus vir Angel. Polit.

Diffissio, al. diffusio. Gell. *cap.* 2. *lib.* 14. In rerum diffusionibus, comperendinationibus, &c. Vide suprà *Diffindere diem.*

DIFFINGO, is, ere: Corrumpo, & destruo quod fictum & formatum est. {משבר *shibbér.* διαπλάσσω. GALL. *Defaire ce qui est fait, luy oster sa forme & figure.* ITAL. *Guastare, corrompere.* GERM. Etwas gemachts zerbrechen vnd anderst machen. HISP. *Gastar, destruir, desfigurar.* ANGL. *To unmake to undoe that was made.*} Horat. 3. *Carm. Od.* 29.

——— *neque*
*Diffinget, infectumque reddet,*
*Quod fugiens semel hora vexit.*

Ubi Acron. Diffinget, id est, confundet, immutabit, sive divellet. Idem *Carm. lib.* 1. *od.* 35.

——— *ô utinam novus*
*Incudi diffingas retusum in*
*Massagetas, Arabésque ferrum.*

Ubi Acron. Diffingas, contusum reformes: nam sicut fingere, formare dicitur; sic & diffingere, est quassatum reformare. Idem. *Serm. lib.* 2. *sat.* 1.

——— *equidem nihil huic diffingere possum:*

id est, non possum negare rem sic non se habere.

DIFFINIO, is, ex Dis, & finio: Definio. {גזר *ghazár.* ὁρίζω. GALL. *Definir, determiner.* ITAL. *Diffinire, terminare.* GERM. Entscheyden. HISP. *Difinir, ò determinar.* ANGL. *To define, to determine.*}

DIFFINITĒ: Finitè, definitè. Cic. *pro Balbo.* Quæ diffinitè civitatem donandi Pompeio potestatem fecerat: sic enim in antiquo manuscripto hoc in loco & multis aliis legitur.

DIFFINITIO, quæ & definitio appellatur, oratio constans ex genere & differentiis: ut, Homo est animal rationale, mortale. {ὅρος, ὁρισμός. GALL. *Definition, determination.* ITAL. *Diffinitione.* GERM. Entscheydung/ die beschreibung eines dings was es von natur sey. HISP. *Definicion ò determinacion.* ANGL. *A definition.*} Quint. Finitio, est tel propositæ propriè, & dilucidè, & brevitèr complectens verbis enuntiatio. Dicta autem est diffinitio, sumpta translatione ab his qui fundos prædiáque dividunt alios ab aliis. Namque illi agrum ab agro diffiniunt, atque habitam de finibus controversiam distinguunt: sic per definitionem res à rebus distinguuntur, & veluti certis quibusdam finibus circumscribuntur.

DIFFITĒOR, eri, Dic, & fateor: Nego, inficior. {מאן *meén.* ἀπαρνοῦμαι. GALL. *Ne vouloir pas confesser, dénier.* ITAL. *Negare, non confessare.* GERM. Verneinen/ nicht wöllen bekennen. HISP. *Negar ò no confessar.* ANGL. *To denie.*} Cicer. Itaque nunquam diffitebor multa me, ut ad effectum horum consiliorum pervenirem, & simulasse invitum, & dissimulasse cum dolore. Colum. *lib.* 4. *cap.* 10. Nam quod in profundo semina frigore laborare dicuntur, nos quoque non diffitemur.

Diffitiscit, dissolvitur: aliàs *Diffatiscit.*

DIFFLO, as: est flatu prosterno. {נשב *nishebbéh.* ἀπομαλῶ. GALL. *Espandre ou abbatre en soufflant, souffler, faire aller au vent.* ITAL. *Gettare à terra soffiando.* GERM. Verblasen/ niderblasen. HISP. *Derribar soplando.* ANGL. *To blowe away.*} Plaut. *in Mil.* Cujus ex legiones diffluxe spiritu, quasi ventus folia.

DIFFLŪO, est in diversas partes fluo: Liquesco. {διαχέω. GALL. *Couler de toutes parts, se dissoudre, & ne pouvoir tenir ensemble.* ITAL. *Scorrere in più parti.* GERM. Zerfliessen. HISP. *Correr lo liquido en partes.* ANGL. *To loose and falle sunder.*} Plin. *lib.* 21. *cap.* 13. Qui edére, abjicium se humi, refrigerationem quærentes: nam & sudore diffluunt. ¶ Diffluere otio, vel luxuria, est immodico otio, vel immodicæ luxuriæ indulgeo. Tetent. *in Heaut.* Ut ejus animum, qui nunc luxuria & lascivia diffluit, retendam.

¶ Diffrax, biceps. Gloss. ¶

DIFFRINGO, is: in varias partes frango. {שבר *shibbér.* רץ *rab.* διαῤῥήγνυμι. GALL. *Rompre en pieces, briser.* ITAL. *Frangere in più parti.* GERM. Zerbrechen. HISP. *Romper en muchas partes.* ANGL. *To break in pieces.*} Plaut. *in Asin.* Crura hercle diffringentur.

DIFFŪGIO, is: in diversas partes fugio, huc illuc fugio, dilabor. {נס *nas,* ברח *barach.* ἀποφεύγω. GALL. *Fuir çà & là, reculer, éviter.* ITAL. *Fuggire in diverse parti.* GERM. Hin vnd her fliehen. HISP. *Huir en diversas partes.* ANGL. *To flie here and there, to eschew.*} Virg. *lib.* 3. *Georg.*

——— *quò tota exterrita sylvis*
*Diffugiunt armenta.*

Cæs. 8. *bell. Gall.* Hi repentino malo perterriti, diffugiunt ad sua præsidia. ¶ Ponitur etiam translatè pro vitare. Cicer. 5. *Verr.* Diffugerunt enim permulti id quod ostendam. ¶ Item pro Refugere, tenere. Varr. 1. *de re rust.* Nec tamen diffugio quin dicam quæ scio de suillo pecore.

DIFFŪGIUM, ii. {מנוס *manós.* ἀποφυγή, ἀφορμή. GALL. *Fuite çà & là.* ITAL. *Rifugio, ridotto.* GERM. Zuflucht/ ötterfliehr. HISP. *Huida.* ANGL. *Flying to sundrie partes.*} Tacit. Proximorum diffugia languentibus jam studiis.

DIFFŪNDO, diffudi, diffusum: Huc illuc fundo, dispergo, dissipo. {פזר *pazár,* זרה *zaráh,* פשה *pashéh.* διαχέω, GALL. *Espandre, épancher, dissiper, disperser.* ITAL. *Versare, spargere in più parti.* GERM. Zerspreyten/ hin vnd wider giessen. HISP. *Derramar en diversas partes.* ANGL. *To powre out and scatter abroade.*} Colum. *lib.* 1. Nam vel respuit duritiam soli dens aratri, vel si qua parte penetravit, non minùs diffundit humum. ¶ Accipitur pro Dilatare. Cicer. *lib.* 1. *de Orat.* Diffusa ramis patulis platanus. ¶ Diffundere animum alicujus, est exhilarare. Ovid. 1. *de arte amand.*

*Spectabunt juvenes lati, missæque puellæ:*
*Diffundésque animos omnibus ista dies.*

Senec. *Epist.* 67. Quod diffundit animum, aut mordet. Diffundere vinum, vide *Defundere.* Diffundere diem, vel potiùs, Diffindere, ut doctiores legunt, vide *Diffindere.*

DIFFŪSUS, participium. {פזור *pazur,* נזרה *nizréh.* διαχεόμενος. GALL. *Espandu, espars.* ITAL. *Sparso.* GERM. Zerspreyt/ oder ausgespreyt. HISP. *Derramado.* ANGL. *Powred out abroade.*} Cic. 2. *de Orat.* Est enim heri nobis ille hoc, Catule, pollicitus, se jus civile, quod nunc diffusum & dissipatum est, in certa genera coarctaturum. Diffusum vinum, hoc est, transvasatum, quod dicitur. Veteribus enim mos erat primùm in cuppa vinum per aliquod tempus relinquere, donec effervebuisset; deinde verò in cados & dolia diffundere: unde diffusum vinum appellatur. Cic. *de finib.* Quibus vinum diffusum è pleno sit hirsipho, ut ait Lucilius.

¶ Diffulitis, diffusus. Luer. ¶

DIFFŪSÈ, adverb. Dispersè. {διαχυτικῶς. GALL. *Espars ement, largement, & avec étenduë, d'un costé & d'autre.* ITAL. *Sparsamente.* GERM. Sperrechtig/ weitleuffig. HISP. *Derramadamiente.* ANGL. *Scatteringly, without oder.*} Cic. 1. *de Invent.* Enumeratio est, per quam res dispersè & diffusè dictæ, unum in locum cogantur.

DIFFŪSIO, nis: Dilatatio, dispersio. {פרץ *parád.* διαχυσις. GALL. *Effusion çà & là, épanchement.* ITAL. *Il spargere, spargimento.* GERM. Zerspreuung. HISP. *Derramadamiento.* ANG. *A powring out or sprinkling abroade.*} ut, Diffusio animi, pro exhilaratione. Seneca *de vita beata*, Ex cognitione veri gaudium grande & immotum, comitásque & diffusio animi. ¶ Diffusio rerum, de die *diffuso*, vulgò legitur apud Gell. *cap.* 2. *lib.* 14. cùm sit legendum *Diffisso.* Vide suprà *Diffindo*, & *Diffissio.*

¶ Diffusoria, cloacæ, quæ immissas aquas in fluentem, aut lacum devehunt. Pont. ¶

Diffutatus, Adject. Catull. Ut ista vestra diffutata mentula.

DIGAMMA, *Διγαμμα*: sive Digamma Æolicum, dicta est F littera, quòd duplicis Γ imaginem referre videatur. Vide Gell. *cap.* 5. *lib.* 14. Cic. *ad Attic. lib* 9. fundum suum Formianum vocat digamma, quòd nomen ejus ab F, litera initium sumeret. Delicium, inquit, digamma venderem, quantum in solo soletem quærere non solùm Romæ, sed etiam deliciæ digamma viderem. Et Quintil. *lib.* 1. *cap.* 4.

DIGAMUS, {*δίγαμος.* GALL. *Qui a deux femmes, deux fois marié.* ITAL. *Quell' che ha havuto due moglie.* GERM. Der zweymal gefreyt hat. HISP.

Hisp. *El casado dos vezes.* Angl. *That hath been twise maried.*} Qui duas duxit uxores. Hieron. *contra Iovin.* Non damno digamos. Sic digama mulier dicitur quæ duos habuit maritos.

Digæ, æ, ὑγαὶ, populi Thraciæ. Steph.

DIGĔRO, ris, digessi, digestum: Ordino, dispono. { תנך *tichchén*. ערך *arak*. Διατίθημι, διάκοσμῶ, διαγράφω. Gall. *Ranger, ajuster, ordonner & disposer. mettre par ordre.* Ital. *Ordinare, disporre.* Germ. Ordnen in ordnung setzen. Hisp. *Ordenar, disponer.* Angl. *To sett in order, to dispose.*} Virg. *Æneid.* 5.

*Quæcunque in foliis descripsit carmina virgo,*
*Digerit in numeros.*

Ita dicimus aliquid digestum, id est, loco suo compositum, εἰς χώραν τιθέναι. Ovid. 5. *Fast.*

*Sæpe ego digestos volui numerare colores* (in horto.)

Idem 2. *Fast.*

——— *qui matris digerit annos.*

¶ Quandoque Dilucidè interpretor, ἐξηγοῦμαι. Virg. *lib.* 1.

——— *Ita digerit omnia Calchas.*

¶ Quandoque Divido, distinguo. Plin. *lib.* 8. Poma serantur, inserantúrque, vinex pastinentur, semina digerantur. ¶ Quandoque Concoquo, πέπτω: ut, Digere paulisper vinum quo suades. Cic. *ad Attic. lib.* 4. Stomachus concalluit ut digerat multa cruda facilius. ¶ Per translationem, Cic. *ad Quint. frat. lib.* 1. Facias ut mea mandata digeras. ¶ Digeri etiam concreta dicuntur, cùm contenta intus materia dissipatur atque discutitur. Cels. *lib.* 5. *cap.* 28. *de strumis*: Propter hæc & album veratrum tectè datur, atque etiam sæpius, donec ea { nempe concreta } digerantur. ¶ Digeri etiam dicitur æger, cùm ex ejus corpore multùm materiæ & substantiæ transpirat & exhalat il. ἀναφορεῖται Galeno. Cels. *lib.* 7. *cap. de calculo*, Manibus tantummodo pedibúsque nudatis, ut & minùs digeratur, & ibi diutiùs maneat. *Ibid.* Is, cujus corpus digeritur, quàm is, cujus alimentum est.

Digestio, verb. Ordinatio. { סדר *hédreth*, מערכת *maharachâh*. Διάθεσις, διάκοσμος. Gall. *Digestion, distribution, ordre.* Ital. *Ordinanza, disposizione.* Germ. Ordnung. Hisp. *Repartimiento, ordenança.* Angl. *A setting in order, a due placing of things.*} Plin. *lib.* 5. *cap.* 1. Itaque interiori in parte digestionem in literas eiusdem nos sequuturos, coloniarum mentione signata, quas ille in eo prodidit numero. Cic. 3. *de Orat.* Digestio, quæ exoratio est, ea est partitio. ¶ Concoctio & digestio, πέψις καὶ διάθεσις. Cels. *in proœmio.* Sive hæc de causâ concoctio incidat, sive de illa; & sive concoctus sit illa, sive tantùm digestio. ¶ Velleius, Digestio annorum.

Digestiōnes, Digestio, dispositio. Διαθέσεις, διάθεσις. Macrob. Nec mirum si digestæ motum sensûs evasit.

Digestus, a, um, docens, aut studens Digestis. Cath.

DIGITO, as, δακτυλόω. Gloss. ostendo digito.

Digitōsus, à digerendo quidam derivari putant, quòd natura mito decentique ordine digitos digesserit, id est, disposuerit. { עצבון *etsbâh*. δάκτυλος. Gall. *Doigt.* Ital. *Dito.* Germ. Ein finger. Hisp. *Dedo.* Angl. *The finger.*} Plaut. *in Persa*, Ne si me uno digito attigeris, te ad terram affigam seclus. Faciam ut (conviva) digitos pratendat suos. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Concrepuit digitis, laborat. Idem *Milit. sc.* 2. *a.* 2. Dextera digitis rationem computat. Idem *Mil. sc.* 2. *a.* 2. Pectus digitis pultat: cor credo evocaturus est foras. *Ibid.*

*Texerunt digiti lumina nostra tui.*

Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Trist.* Digito non audetes contingere. Gell. *cap.* 23. *lib.* 10. In digitos diducta divisio. Quint. In hunc intende digitum. Hic benè est. Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 4. Digitorum crepitu poscere matellam.

*Dum poscor crepitu digitorum, &c.*

Martial. *epigr.* 119. *lib.* 14. In digitos argumenta deducere. Quint.

*In digito qui me sursque rursque tuo:*

(id est, imaginem in annulo.) Ovid. *Eleg.* 6. *lib.* 1. *Trist.* Digitos commodate avaritiæ (in numerando.) Senec. *Epist.* 89. Digitorum nomina sunt hæc: Pollex, ἀντίχειρ, μέγας: Index, δείκτης, δακτύλιος: Infamis, sive famosus, μέσος, βδέλυρος: Medicus, παραμέσος, δακτύλιος, ἰατρικὸς id est, medicinalis, seu anularis, quòd in eo anuli primùm gestari consuerunt. Minimus, μικρὸς, qui & auricularis, ὠτικὸς. Plaut. *Amphitr.* Si minusculo digito increpuerint fores. Gell. *cap.* 10. *lib.* 10. In digito sinistræ manus, qui minimo proximus est, gestantur anuli. Periphrasis est digiti, qui Medicus dicitur: Indicem qui pollici proximus est, alio nomine salutatem veteres vocaverunt. Martial. *lib. de nupt. Ibil.* Quidam redimitus puer ad eos compresso digito salutari, silentium commonebat. ¶ Medius digitus alia habet nomina. Namid est verpus, à verrendo podice. Ob quam etiam causam impudicus, & infamis vocatus est. Et quando porrigebatur, signum derisionis & contumeliæ erat. Mart.

*Ostendat digitum, sed impudicum Alcmeni,*
*Dasióque, Symmachique.*

Juvenal.

——— *Ipse minaci*
*Præberet laqueum, medíumque ostenderet ungvem.*

Persius *Satyr.* 2.

——— *frontémque atque uda labella*
*Infami digito, & lustralibus ante salivis*
*Expiat.*

¶ Digiti sonus, & digiti crepitus, de facilitate rei ponuntur. Tibull.

*Et moveat ad digiti mox tacitumna sonum.*

Martial.

*Digiti crepantis signa novit Eunuchus.*

¶ Digitum tollere, significat favere, suffragari: sicut digitum deprimere, suffragio derogare, χειροβοεῖν. Horat.

*Vulgus utroque simul laudabat pollice ludum.*

Digitum exere, peccas: proverbialiter dicitur de iis, quos vitia sua fateantur cogimus. Tractum à gladiatoribus, qui victi, ostensione digiti veniam à populo postulare coguntur. Persius *Satyr.* 3.

*Nil tibi concessit ratio, digitum exere, peccas.*

Digitum transversum non excedere. Plaut. *Aulul. sc.* 1. *a.* 1. Istic adesto: si hercle tu ex isto loco digitum transversum, aut unguem latum excesseris, &c. Id est, minimo pacto. Dicitur & Digitum ab aliquo te non discedere, pro Ne tantillum quidem. Cicer. 6. *Verr.* Oculos de isto nusquam dejecit, neque ab argento digitum discedit. Idem *ad Atticum lib.* 7. Mihi certum est ab hoc instituta sententia digitum nusquam. ¶ Digitus in aquæductibus accipitur pro certo quodam aquæ modulo, quorex castello in vicos, aut regiones, aut etiam in nobilium ædes aqua dividebatur. Habebant enim aquæductus sua castella ad divortia vicorum, ex quibus aqua à castellario per uncias & digitos dividebatur. Habebat autem digitus rotundus diametrum unius digiti. Author Frontinus. ¶ Digito attingere, i. leviter attingere. Cic. *Tusc.* 1. Latius si digito quem attigisset, pœnas dedisset. In Epigram. apud Gellium,

*Si digito attigero, incendam sylvam simul omnem.*

Terentius tantum dixit, Si attigisset, ferres infortunium. ¶ Cœlum digito attingere, proverbialiter nimirum hyperbolè dicuntur, qui longè supra mortalium conditionem, ac dis proximi esse videntur. Cic. *ad Attic. lib.* 1. Nostri autem principes digito se cœlum putant attingere, si multi barbati in pisciuis sint, qui ad manum accedant. ¶ Extremis digitis attingere, est leviter attingere. Idem *pro Cal.* ¶ Metiri digitis dicitur qui rem accuratiùs expendit, quàm oporteat. ¶ Monstrari digito, δείκνυσθαι τῷ δακτύλῳ, pro eo quod est, insignem esse. Lucianus *in Hermonide.* Horat. 4. *Carm. Odè* 3. & Pers.

Digitus æquæ, sexta decima pars pedis, uncia verò duodecima. Paul. *de serv. rust. prad. l. Lucius Titius.* Digitum tibi dono æquæ.

Digitulus, & Digitellus, diminutiva. { δακτυλάριον. Gall. *Petit doigt.* Ital. *Dito picciolo.* Germ. Ein fingerlin. Hisp. *Dedo pequeno.* Angl. *A litle finger.*} Terent. *in Eunuch.* Sine biduum hoc præterear, qui mihi nunc uno digitulo fores aperis fortunatus.

Digitālis, e, quod habet mensuram digiti. { δακτυλιαῖος. Gall. *De la grosseur, espesseur, largeur & longueur d'un doigt.* Ital. *Di misura d'un dito.* Germ. Fingermässig das eines finger dick oder lang ist. Hisp. *Cosa que tiene quantidad de un dedo.* Angl. *That is of the measure of a finger or inche.*} Plin. *lib.* 22. & anchusæ radix in usu est digitali crassitudine.

Digitabulum, in antiquo Lexico, δακτυλίδιον, quo digitorum octo munimine fœmineæ adversum acus. Jun. Item prolixum opus. Varro *lib.* 2. *cap.* 1. Olea quæ legitur cum digitabulis. Ita habeo antiqui codices, teste Victorio & Scaligero, non *Digitalibus.*

Digitālia, substantivum: Digitorum tegmenta dicuntur. { δακτυλοκάλυμμα. Gall. *Doigtier, dequoy on couvre les doigts: gants.* Ital. *Guanzate.* Germ. Fingerhutz händschuh. Hisp. *El dedal ò dedil del dedo.* Angl. *A thymble or any thing covering the fingers, a finger stalles.*} Varr. *lib.* 1. *de re rust.* Olea manu stricta, melior: ea quæ digitis nudis, laudabilior quàm illa quæ cum digitalibus. Lege, *digitabulis.*

Digitellus, sive Digitellum. Herba est quæ alio nomine Sedum, sive Sempervivum majus appellatur. ἀείζωον. Vide Plin. *lib.* 25. *cap.* 13.

Digitātus, qui digitos habet. { ὁ ἔχων δακτύλους. Gall. *Qui a doigts.* Ital. *Chi ha diti.* Germ. Der finger hat. Hisp. *Que tiene dedos.* Angl. *That hath fingers.*} Plin. *lib.* 11. *cap.* 47. Avium aliæ digitatæ, aliæ palmipedes.

Digitix, furcæ virgulæ aureæ vel argenteæ, digitis similes. Anastas.

Digitii, Dii semitales, quòd viam quasi digito viatoribus ostenderent. Deltius.

DIGLADIOR: Gradiis certo, decerto, contendo, dissentio. { διαμάχομαι, διαγωνίζομαι. Gall. *Debattre par armes, & comme tirer à coutteaux.* Ital. *Far' alle coltellate.* Germ. Mit dem degen fechten, mit schwertern streiten. Hisp. *Acuchillar.* Angl. *To fight with swordes, to contend or strive.*} Cic. Quid Antipater digladiatur cum Carneade tot voluminibus?

Digitto, appellatur Tygris fluvius, ubi tardior fuit, hoc est, usque ad Medorum fines. Author Plin. *lib.* 6. *cap.* 27.

Dignātio, Dignus, Dignitas, Dignor. Vide *Dignus.*

DIGNORO. Fest. Dignorant, signa imponunt, ut fieri solet in pecoribus, ut scil. dignoscantur: nam dicitur à *dignosco.* Gloss. *dignorat, ἀναθεῖναι. Dicerat, ἀνεθέκει.* Lege *dienorat.* Scal.

DIGNŌSCO: Agnosco, cognosco, aut discerno. { תפיר *hichchir*. Διαγνώσκω. Gall. *Connoistre entre autres, discerner.* Ital. *Cognoscere, distinguere.* Germ. Dot einem andern kennen, vnderscheyden. Hisp. *Conocer entre cosa diversas.* Angl. *To discerne, to knowe among others.*} Lact. *lib.* 5. Invicémque se dignoscunt, Suet. *in Othon.* Vultu corpore, galericulo capiti propter raritatem capillorum adaptato, & annexo, ut nemo dignosceret. Col. *lib.* 2. *cap.* 2. Dignoscere terram sapore. Plin. *lib.* 12. *cap.* 17. Dignosci vix potest à mastiche vera.

Dignūs, a, um, à δοκέω. Qui aliquid meretur, cui aliquid meritò debetur. { ראוי *ravi*. כשר *caschér*. ἄξιος. Gall. *Digne.* Ital. *Degno.* Germ. Würdig, wirdig. Hisp. *Digno.* Angl. *Meete or convenient, worthie.*} Ut, Dignus laude, qui meretur laudem, ἀξιέπαινος. Dignus castigatione, qui meretur castigationem.

*Digna ferat si quis inuniter adjuverit:*

(id est, pœna sceleri & perjurio.) Catull. *de com. Beren.*

*Ingeniumque meum potes hoc meminisse, probabat*
*Plus etiam quàm me judice dignus eram.*

Ovid. *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.* Salutem scriptam dignum est dignis mittere. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Quid agis? C. Vivo. P. Nempe ut dignus es, id est, miserè ut leno.) Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 2. Si dignis dicitur malè, benè dictum est. *Ibid. sc.* 2. *a.* 4. Neque quicquam sit quin me omnes dignum deputent. Idem *Amph. sc.* 1. *a.* 1. Vin' herum deludit L. Dignus est sanè. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Abin hinc dignus domino servus? Idem *ibidem sc.* 3. *a.* 2. Te ut digna ex, perdam, ut de me metes. *ibidem sc.* 2. *a.* 3.

*Vtque prolà dignum est, omni tibi dote placebam.*

Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.* Dignos, indignos adire & experiri. Plaut. *Asin. sc. ult. a.* 1. Miser est. P. Profectò dignus est (sup. miseria.) *Ibid. sc.* 2. *a.* 3. Cœnabis ut te dignum est, maximum malum. *Ibidem.* Neque te derideo, neque dignum arbitror. *Ibidem sc.* 4. *a.* 1. Dignus est verberibus multis! Dignus. Idem *Mil. sc.* 3. *a.* 1. Dignissimi quòd cruciatus

cruciatus confonat. Idem *Aſin. ſc.2. a.2.* Dii, ſi dignos es, neque amant, neque faciant bene. Idem *I ſund. ſc.3.a.1.* Digna res lachrymis. Sen. *cap.14. de conſ.ad Marc.* Digna & indigna pati. *ibid.c.10.*

*Nulla quibus reddi gratia digna poteſt.*

Ovid. *Eleg.5. lib.1. Triſt.* Digna queri. Gell. *cap.17. lib.7.*

——— *Nec digna, nec utilis uxor.*

Ovid. *Eleg.ult. lib.4. Triſt.*

*Non es ut amiſſo congo digna fleri.*

Idem *Eleg.3. lib.4. Triſt.* Digniſſimo domicilio incluſus animus Varinii. Velleius. Plaut. *in Rud.* Neque dignioremcenſeo vidiſſe animo quamquam, quoi deos atque homines cenſeam benefacere magis decere. Terent. *in Heaut.* Ego te meum eſſe dici tantiſper volo, dum quod te dignum eſt facias ✠ Indignus. Matt.

*Digna tuo cur ſis indignáque nomine dicam.*

Hoc eſt, dicam cur metearis & non metearis hoc nomen.

**Dignè**, adverb. pro dignitate. {ἀξίως. GALL. *Dignement, comme il appartient, honneſtement.* ITA. *Degnamente, come s'appartiene.* GERM. Wirdiglich. HISP. *Dignamente.* ANGL. *Honeſtlie, worthilie.*} Id eſt, honeſtè, uti honeſtum decet. Plaut. *Mil.* Quàm dignè ornata incedit, aut meretriciè. Cicer. *de ſenect.* Nunquam igitur ſatis laudari dignè poteris philoſophia, hoc eſt, ſatis pro dignitate. Velleius, Satis dignè deflere. Plaut. *Pſeud. ſc.1. a.5.* Digne habiti ſumus. Suet. *in Auguſt. cap.66.* Virtutes ac merita cujuſque dignè proſequutus. ¶ Dignè, etiam ſignificat pro meritis, ἀξίως, *non* ἀξίως. Indignè, *praeter merita*, ἀναξίως, παρ' ἀξίαν. Ovid.

*Laniter ex merito quicquid patiare, ferendum eſt*
*Quæ venit indignè pœna, dolenda venit.*

**Dignĭtĕr**, adverb. Dignè, ἀξίως. Vopiſcus *in Tacit.* Ipſum igitur qui nos tueri debet, loquentem dignanter audite.

**Dignĭtās**: Honeſtas, honor, amplitudo, ſplendor. {מעלה *maalâh*, שאת *ſéeth*, יתר *jéther*. ἀξία, ἀξίωμα, ἀξιοπρέπεια. GALL. *Dignité, honne reputation, honneur.* ITAL. *Dignità, ampiezza, honore.* GERM. Würde/ wirdigkeit. HISP. *Dignidad, honra, reputacion.* ANGL. *Worthineſſe, honour done to ones merites, manly majeſtie or comelineſſe in favour.*} Gell. Cujus dignitas nec augeri laudibus, nec minui detractionibus poteſt. Cic. *Thermo lib.13.* Ut omnibus in rebus ei ex commodes, quoad fides dignitáſque tua patietur. ¶ Interdum ſumitur pro virili pulchritudine, τὸ ἀξιωματικὸν, περιφανὲς. Idem *lib.1. Offic.* Pulchritudinis duo ſunt genera: quorum in altero venuſtas eſt: in altero dignitas: venuſtatem muliebrem dicere debemus, dignitatem virilem. Idem *ibid. paulò antè*: In formis aliis dignitas inèſt, aliis venuſtas. Agretius, Pulchritudo formæ in vitris, dignitas: unde Cic. *pro Cælio*, Quis non poſſit huic ætati, atque huic dignitati petulanter, etſi ſine ſuſpicione, at non ſine argumento maledicere. Rurſus idem Cic. *2. de invent.* Pueri magna præditi dignitate. Formæ dignitas dicitur ab eodem *lib.5. de finib.* ¶ Eſt etiam dignitas in ſermone, quum ſcilicet oratio eſt gravis, & voce remiſſa, de qua Author ad Heren. *lib.3.* περιστελλομένη, ταπεινή. Acuta exclamatio fauces & vocem vulnerat: eadem lædit auditorem; habet enim quiddam illiberale, ad muliebrem potius vociferationem, quàm ad virilem dignitatem in dicendo accommodatum.

**Dignitatum** ſpecies, recentiores Iuriſconſulti quatuor eſſe tradunt, Illuſtres, Spectabiles, Superilluſtres (quæ dictio non ſatis Latina eſt,) Spectabiles & Clariſſimos. Sed Alciati doctrina verior, cujus elegans caput extat de eare *in lib. Diſſunct.5.* Dignitates jure noſtro proprié, quæ Clariſſimatus, Equitatus, Perfectiſſimatus gradibus continentur: quod Alciatus non uno loco attigit, oſtendens quantum hac in re abertatum haſtenus ſit.

**Dignōtus**: Dignum judico, dignor. Diomed. *lib.1.* {ἀξιῶ. GALL. *Juger & reputer digne, daigner.* ITAL. *Giudicare degno, degnare.* GERM. Würdigen/ würdig achten. HISP. *Tener por bien, hazer à reputar por digno.* ANGL. *To thinke worthie, to vouch aſſe.*} Pacuvius, Quibus deos infernos, quibus cœleſtes dignet decorare honoribus!

**Dignŏr**, paſſivum: Dignus habeor. {ἀξιοῦμαι. GALL. *Eſtre reputé & eſtimé digne.* ITAL. *Eſſer tenuto degno.* GERM. Würdig geacht ſein. HISP. *Ser tenido por digno.* ANGL. *To be eſteemed and holden worthie.*} Virg. 3. *Æneid.*

*Conjugio Anchiſam Veneris dignare ſuperbo.*

Cic. *Offic.* Homo ex eo numero hominum, qui apud nos hoc nomine dignantur, id eſt, digni habentur.

**Dignŏr**, deponens, pro Dignum judico, ſeu habeo, oſtentivè. {ἀξιῶ. GALL. *Eſtimer & reputer digne, daigner.* ITAL. *Giudicare degno, degnare.* GERM. Würdig achten. HISP. *Tener por bien, hazer à reputar por digno.* ANGL. *To thinke worthie, to vouch aſſe.*} Virg. 5. *Æneid.*

*Tum verum, haud equidem tali me dignor honore:*

id eſt, dignam judico, inquit Servius. Suet. *in Aug.* Univerſum denique genus operas aliquas publico ſpectaculo præbentium etiam cura ſua dignatus eſt: id eſt, dignum judicavit, & dignatione ſua proſequutus eſt. Idem Suet. *in Calig. cap.25.* Dignatus eſt Cæſonium luxuriæ & laſciviæ perditæ uxorio nomine. Gell. *cap.18. lib.10.* Dignatum opus numerari (id eſt, dignum habitum,) ubi Paſſerat. legit *memorari*, pro *numerari*. Ovid. *Eleg.1. lib.4. Triſt.*

*Vel rate dignatas, vel pede noſtra ſequi* (veſtigia Muſas.)

**Dignōdus**. Cic. 1. *Acad.* Quæ autem ſecundum naturam eſſent, ea ſumenda, & quadam æſtimatione dignanda docebat.

**Dignātio**, nis, idem quod Græci ἀξίωμα dicunt, id eſt, dignitas & amplitudo propter honores geſtos, aut magiſtratum, vel propter otii, morúmque majeſtatem. {מעלה *maalâh*. שאת *ſéeth*, יתר *jéther*. ἀξίωσις. GALL. *Dignité, honne reputation.* ITAL. *Dignità.* GERM. Würdigung/ das würdig achten. HISP. *Dignidad, reputacion.* ANGL. *And good reputation, reverence ſhewed to a man.*} Cic. *ad Attic. lib.4.* Etſi meus quidem eſt forſitan, nec quicquam niſi de dignatione laborat. Suet. *in Veſp.* Exin' ſortitus Africam, integerrimè, nec ſine magna dignatione adminiſtravit. Liv.1. *ab Vrbe*, pro gratia & familiaritate poſuiſſe videtur. Appius (inquit) interpres lectus, haud ira multò in principum dignationem pervenit. Suet. *in Aug. cap.46.* Jure ac dignatione urbi adæquavit. Idem *in Calig. cap.24.* Cæteras dignatione tanta non dilexit (id eſt, reverentia & charitate.) Idem *in Galba. cap.17.* Magnæ dignationis haberi (id eſt, eſſe in pretio & honore.) Senec. *cap.17. de conſ. ad Marc.* Tantæ dignationis homines. Velleius. Dignatio partium (id eſt, dignitas.) Idem, Dignatio Octavii, (id eſt, honor, & magiſtratus.) Idem, Dignatione Brutus obtuerat Vatinium, cùm ei extorſit Legiones. Indignatio, ex re alicujus indignitate collecta. ἀγανάκτησις. Juven. *Sat.13.*

*Si natura negat, facit indignatio verſum.*

Dignorare, id eſt, ſigna imponere, ut ſit in pecoribus. *Lamprid.*

**Dīgrĕdĭŏr**, eris: Diſcedo, egredior, à te diſcedo, à propoſito abeo. {הלך *halach*. זור *zar*. סור *ſar*. ἀποχώρησις. GALL. *Partir d'un lieu.* ITAL. *Partirſi.* GERM. Hinweggehen/ weichen/ ſich geben. HISP. *Partir de lugar.* ANGL. *To go out of a place or frome a purpoſe.*} Virg. 3. *Æneid.*

*Hos ego digrediens lachrymis affabar obortis.*

Cic. *Cornificio*. Etſi perinīquo patiebar animo, à me digredi. Idem 1. *de nat. deor.* Lonaaurem iiſdem ſpatiis vagantur quibus Sol: ſed tum congrediens cum Sole, tum digrediens. Cum accuſativo ſine præpoſ. Hirtius *de bello Afric.* Inde parvulam prochivitatem digreſſus, ſiniſtra parte campi propter mare legionem eduxit.

**Digrēſſus**, particip. {הלך *halach*. זור *zar*. ἀναχωρήσας. GALL. *Qui s'en eſt parti, qui a laiſſé le chemin qu'il tenoit.* ITAL. *Separato, partito.* GERM. Hingangen/ Abgeſchieden. HISP. *Partido de lugar.* ANGL. *That goeth frome a place, or purpoſe.*} Digreſſa dicitur quæ divortium cum marito fecit. Suet. *in Cæſ. cap.43.* Diremit nuptias Prætorii viri, qui digreſſam à marito poſt biduum ſtatim duxerat, quamvis ſine probri ſuſpicione.

**Digrēſsus**, us, ui: Digreſſio. ✠ Acceſſus. {חדרה *ſardâh*. ἀναχώρησις. GALL. *Départ.* ITAL. *Dipartimento.* GERM. Abweichung/ hingang/ abſönderung. HISP. *Aquella partida.* ANGL. *A digreſſion, a going away.*} Cic. *lib.2. Tuſc.* Tenuiſſimum lumen facit proximus acceſſus ad Solem, digreſſus autem longiſſimum. Idem *ad Quint. fratr. lib.1.* Deinde congreſſus noſtri lamentationem pertimui: digreſſum verò non tuliſſem. ¶ Pro diſceſſu. Suet. *in Tib. cap.10.*

**Digrēſsio**, pro diſceſſu ✠ Congreſſio. {חדרה *ſardâh*. ἀναχώρησις. GALL. *Digreſſion, changement de propos, département.* ITAL. *Eſſo dipartirſi, mutar propoſito, digreſſione.* GERM. Hingang/ abſtehen. HISP. *Aquella partida.* ANGL. *A digreſſion, or going frome.*} Cic. *ad Quint. fratr. lib.1.* Minùs acerbum, minùs miſerum fuit, quàm fuiſſet cum congreſſio, tum verò digreſſio noſtra.

**Dīlămbus**, διάμβος, pes metricus ex duobus iambis conſtans, hoc eſt, ex quatuor ſyllabis, quarum prima & tertia breves ſint, ſecunda autem & quarta longæ: ut, Amœnitas.

**Dī Mānēs**, per duas dictiones, ab antiquis creditī ſunt eſſe animæ hominum, quæ è corpore emigraverant: unde etiam vetuſta ſepulchrorum monumenta Dis Manibus videmus eſſe inſcripta. Alii Manes eoſdem eſſe putant, quos in vita Genios appellamus: volúntque homini duos adſignatos eſſe Genios, qui ne mortuorum quidem corpora deſerant, ſed unà cum iis ſepulchra inhabitent. Apul. *de Damonio Socratis*: Manes, animæ dicuntur emeritæ ſtipendiis vitæ, quæ in corpore noſtro Genii, & à corpore ſeparatæ Lemures vocabantur. Quod ſi domos infeſtarent, Larvæ dicebantur: contrà, ſi boni fuerint, Lares familiares. Servius arbitratur, Manes per antiphraſim, quaſi minimè manes, dictos: Sabinorum enim lingua Manum bonum dicebatur: unde & Immanis. Numerantur etenim Manes inter noxia numina, unde ſubinde inferis erant placandi ne nocerent. Vide plura in dictione *Manes*. ¶ Dii majorum, & minorum gentium communes, genitales, patrii, tutelares. Jun.

**Dījŏvis**, Jupiter appellatus eſt. Gell. *cap.12. lib.15.* Vide *Dieſpiter*. In antiquo Lexico Dium ἀφαιρεῖ, & Dijovis ζεὺς εἰρηνικός.

**Dījūdĭco**: Diligenter aut diviſim judico, diſcerno, diſtinguo, diſcepto, dirimo. {דין *dan*, מבחן *bechinah*. בחן *bachán*. διαγνωρίζω. GALL. *Diſcerner, diſtinguer, juger diſtinctement.* ITAL. *Giudicare diſtintamente.* GERM. Urtheilen mit underſcheidung. HISP. *Iuzgar muy bien, è entre partes diverſas.* ANGL. *To judge betweene treue, to diſcerne.*} Plaut. *Amph.* Quam omnium Thebis vir eſſe optimam dijudicat. Velleius, Dijudicatæ ferro diſcordiæ civium. Cic. *in Tuſc.* Utrùm igitur inter has ſententias dijudicare malumus, an ad propoſitum redire? Terent. *in Heaut.* Ego dicam quod mihi venit in mentem, tu dijudica, id eſt, dic quod tibi videtur, & ſentis. *ibid.* Pergin' iſtuc priùs dijudicare, quàm ſcis quid veri ſiet? Cicer. *lib.5. in Catil.* At illæ tamen omnes diſſenſiones, quarum nulla exitum Reipub. quæſivit, ejuſmodi fuerunt, ut non reconcilitatione concordiæ, ſed internecione civium dijudicatæ ſint.

**Dījūdĭcātio**, nis: Diſceptatio. {דין *din*. διάκρισις, διάγνωσις. GALL. *Interpoſition de jugement.* ITAL. *Interpoſitione di giudicio.* GERM. Entſcheydung/ bericht. HISP. *Aquel juyzio entre partes diverſas.* ANGL. *Interpoſition of judgement.*} Cicer. 1. *de Legib.* Nam iſta quidem magna dijudicatio eſt.

**Dījŭngo**, is: Separo, divido. {חבדיל *hibdil*. διαζεύγνυμι, διάγνυμι. GALL. *Déjoindre, ſeparer.* ITAL. *Diſiungere, ſeparare.* GERM. Zertheilen/ von einander abſündern. HISP. *Deſuñir ò apartar.* ANGL. *To ſeparate, or diſioyne.*} Cicer. *Attic. lib.7.* Redeamus domum, dijungere me ab illo volo.

**Dīlābŏr**: Diffugio, ſeu clàm diſcedo. {נמוג *naphdi*. παραδιδράσκω. GALL. *S'écouler, chercir petit à petit.* ITAL. *Partirſi naſcoſamente.* GERM. Hinfallen. HISP. *Deſlizarſe ò huyr de entre manos.* ANGL. *To ſlip or ſlid away.*} Cic. *lib.1. Tuſc.* Sed neſcio quomodo dum lego aſſentior: quum poſui librum, & mecum ipſe de immortalitate animarum cœpi cogitare, aſſenſio illa omnis dilabitur. ¶ Proprié verò dilabi, eſt deorſum labi, corruere. Lactant. *lib.3.* Domus ab habitatore deſerta dilabitur, id eſt, corruit. Cic. *in Lal.* Jam enim à ſapientum familiaritatibus ad vulgares amicitias oratio noſtra dilabitur, id eſt, deſcendit, διαφέρεται. ¶ Aliquando ponitur pro deficere, ἀφίσταμαι. Lactant. *lib.7.* Deſcribentes quaſi fatigati, & dilabentis mundi ſenectutem, id eſt, deficientis. Liv. *lib.5. d.4.* Vetuſtate dilabens navis.

**Dīlāpsus**, particip. {נמוג *naphdi*. διαπεσών, διολισθήσας. GALL. *Eſcoulé, diminué, & déchen.* ITAL. *Scolato, diminuito, caduto.* GERM. Dahin gefallen. HISP. *Deſlizado.* ANGL. *Slipping or flyding away, running as water doeth.*} Ad Heren. *lib.4.* Qui fortunis alicujus indulſit amicitiam

amicitiam ejus sequuti sunt, hi simulac fortuna dilapsa est, devolant omnes. Dilapsus rapidè fluvius. Cic. 2. *de Legib.* Dilapsa aqua, idem 3. *de nat. Deor.* Liv. *lib.* 3. *bell. Punic.* Dilapsa robora corporum. Idem *lib.* 5. *dec.* 4. Dilapsa est domuum multitudo.

Dilābĭdus, adject. { Gall. *Qui tombe facilement.* Ital. *Che casca facilmente.* Germ. Das leichtlich hinfällt oder zerfeuget. Hisp. *Deleznadero.* Angl. *That falleth or slippeth way quickly.* } Quod facilè defluit. Plin. *lib.* 2. *cap.* 55. Necnon & vestes l. pomo pilo facere tentatum est, tactu non perinde molli, ut in cute, propter brevitatem pili dilabidas.

Dilăcĕro, as: Lacero, { פרק *parák.* שרש *sarát.* Διασπάω, διασπάραγμα. Gall. *Déchirer, détruire & gaster.* Ital. *Lacerare, consumare.* Germ. Zerreissen/ zergreifen. Hisp. *Despedaçar en partes diversas, gastar.* Angl. *To rent or teare in peaces.* } Lactant. *lib.* 1. In quibus ipse postea dilaceratus, & captus est. ¶ Metaphoricè significat consumere, dilapidare, & disperdere. Cic. *pro Mil.* Et annuum integrum ad dilacerandam Remp. quæreret. *Dilacerantur opes.* Ovid. *Epist.* 1. ¶ Dilacerandus. Catull.

*Pro quo dilacerandâ feris dabor, alitibúsque*
*Præda.*

‖ Dilancinare, dilaniare. Prud. ‖

Dilănio, in diversas partes lanio, discerpo. { פרק *parák,* שרש *sarát.* Διαῤῥήγνυμι, διασπάω. Gall. *Mettre en pieces, déchirer.* Ital. *Straciare, sbrenare.* Germ. Zerreissen/ zergreifen. Hisp. *Despedaçar en muchas partes.* Angl. *To rent or teare in peaces.* } Cic. *pro Mil.* Noctumis canibus dilaniandum reliquisti. Comas dilaniate. Ovid. *Amorum.*

Dilăpĭdo, as: Dispertdo, decoquo, consumo. { שחית *schicheth.* Διαφθείρω. Gall. *Dissiper & follement dépenser.* Ital. *Consumare.* Germ. Vergeuden/ vergehren/ entunützlich verthun. Hisp. *Destruyr como apedreando.* Angl. *To waste and spend foolishlie.* } Terent. *in Phorm.* Quantum potest, nunc conveniendus Phormio est, priusquam dilapidet nostras triginta minas, ut auferamus. Cic. *ad Augustum.* Publicam dilapidabat pecuniam, æratium exhauriebat, Columell. Dilapidans hominum labores grandine Jupiter. Propriè tamen Dilapidare, est lapidibus purgare. Cato *de re rust. cap.* 46. Locum bipalio vortito, dilapidatóque, hoc est, lapides auferto. Castigatiora exempluria habent *Delapidare.*

Dilargĭor, iris, est valde, aut diversis largior. { חנן *chán.* Διδόω. Gall. *Faire largesse, donner largement.* Ital. *Donare à diversi.* Germ. Hin und her außgeben / außstreuwen. Hisp. *Dar in diversas partes.* Angl. *To give largelie or to diverse.* } Cicer. *contra legem Agr.* Nec L. Sylla, qui omnia sine ulla religione, quibus voluit, est dilargitus, agrum Campanum attingere ausus est. Sueton. *in Cæs. cap.* 28. Cætera item quæ cuique libuissent, dilargitus est, contradicente nullo. ¶ Accipitur & passivè apud Gell. *lib.* 15. *cap.* 13. Salustius quoque eodem modo, Dilargitis proscriptorum bonis, dicit; tanquam verbum *largior* sit ex verbis communibus.

Dilāto, as: Latum facio, latè explico, propago. { ורחיב *hirchib,* והפתח *hiphtách.* Πλατύνω. Gall. *Eſlargi, étendre, dilater.* Ital. *Dilatare, allargare.* Germ. Außbreiten/ zerspreyten/ zertheyn. Hisp. *Dilatar, ensanchar y estender.* Angl. *To stretch out in breadth.* } Plinius *lib.* 33. *cap.* 3. Nec aliud latiùs dilatatur, aut numerosiùs dividitur. Cicer. *pro Flac.* Sed non dilatabo orationem meam. Idem 1. *Offic.* Quorum rebus gestis Imperium Lacedæmoniorum dilatatum putatur. Idem 2. *de nat. Deorum,* Istum enim locum illa vetus Zenonis brevis conclusio dilatavit.

Dilātro, as: Gell. *lib.* 1. *cap.* 2. Nugalibus & puerilium risagogarum commemorationibus dilatrantes, objurgatione justa incessivit. Alii legunt, Oblatrantes.

Dilātus, a, um: Divulgatus. Suet. *in Aug. cap.* 14. Rumore ab obtrectatoribus dilato.

Dilaudo, as: Laudo. { שבח *schibbách.* Ἐπαινέω. Gall. *Louër fort en en plusieurs manieres, priser.* Ital. *Laudare.* Germ. Loben. Hisp. *Alabar.* Angl. *To praise, to commend much.* } Cicer. *Attic. lib.* 6. Et ego audebo legere unquam, aut attingere eos libros, quos tu dilaudas, si tale quid fecero?

‖ Dilectus militum, quum distinctè legantur. ‖

Dilĕmma, atis, & D lemmatum, Δίλημμα, per duplex mm, argumentum est, quod utrumque adversarium capit: unde & Syllogismus cornutus à Gellio appellatur. Hieron. *contra Ruf.* Hoc est verum dilemma tuum, non ex dialectica arte, quam nescis, sed ex carnificum officina & meditatione prolatum. Cic. Complexionem vocat.

Dilĕgo, is, dilexi, dilectum: Amo, charum habeo. { אהב *ahéb.* Φιλέω, ἀγαπάω. Gall. *Aimer, porter faveur.* Ital. *Amare.* Germ. Lieben/ lieb haben. Hisp. *Amar.* Angl. *To beare goodwil.* } Cic. *de Amic.* Quocirca dicendum est etiam sæpiùs, quam judicaveris, diligere oportet: non quum dilexeris, judicare. Idem *ad Brutum,* Sic igitur facies, & me aut amabis, aut quo contentus sum, diliges. Ovid. 2. *de Ponto.*

*Diligitur nemo, nisi cui fortuna secunda est.*

¶ Quandoque diligere significat dividere. Plaut. *in Curc.* Clypeatus elephantum, ubi machæra diligit. Titius *apud Non.* Peream totam diligit. ‖ Dilegit, pro dilexit, antiq. Salmas. ‖

Dilĭgens: Gnavus, solers, attentus, sedulus, diligentiam adhibens, à diligendo, quòd ea quæ diligimus, studiosè obeamus. { חרוץ *charúts,* חרד *charedh.* אוהב *ohéb.* Ἐπιμελής. Gall. *Diligent, soigneux.* Ital. *Diligente, assiduo.* Germ. Fleissig. Hisp. *Diligente y curioso.* Angl. *Diligent.* } Cic. 6. *Verr.* Diodorus homo frugi, ac diligens, qui sua servare vellet. Idem *de Amic.* Sed Scipio querebatur, quòd in omnibus rebus homines diligentiores essent, ut captas & oves quot quisque haberet, dicere posset: amicos quos haberet, dicere non posset. Plaut. *Amphitr.* Et memor sum, & diligens, ut quæ imperes comparentur. Idem *ibidem,* Rectè loquere, & proinde diligentem ut uxorem decet. Gell. *cap.* 26. *lib.* 2. Poëta diligentissimus verborum (id est, in eorum delectu.) Idem *cap.* 5. *lib.* 18. Litterarum veterum diligens. Idem *cap.* 24. *lib.* 13. Cicero homo diligentissimus verborum. Quintil. Plato diligentissimus compositionis. Velleius, Quanquam diligens fuit Sparta disciplinæ Lycurgi, excellissimè floruit. ¶ Horum contraria sunt Negligens, & Indiligens, ἀλιγωρῶν, quemadmodum diligentiæ opponuntur negligentia & indiligentia, ἀλιγωρία. Cicer. *de opt. genor.* Sed quædam etiam negligentia est diligentia. Terent. *in Adelph.* Ingenium tuum novi liberale, sed vereor indiligens nimium sies. Idem *in Phorm.* Pol mei patris parta benè, indiligenter curantur. ¶ Diligens, cum genitivo: ut, Diligens temperamenti. Plin. *in Paneg.* Tam diligens temperamenti, ut nec Consulis officium Principi, nec Principis Consul appeteret. ¶ Diligens ad. Quint. *lib.* 1. Sed sint propter hoc ipsum ad cætera magis diligentes. ¶ Diligens & negligens de. Plin. *epist.* 78. *ad Corn. Tacitum:* Nam qui fortasse de alterno negligentes, de suo certè diligentes erant.

Dilĕctor, is: Amator. Ἐραστής. Apul. *Florid. lib.* 2. Ego me dilectorem tui profiteor.

Dilĭgentĭa: Studium, cura, à diligendo videtur deduci. { חנדרת *chanadhah.* Ἐπιμέλεια. Gall. *Diligence, soing.* Ital. *Diligenza, l'ingegnarsi.* Germ. Fleiss/ sorg. Hisp. *Diligencia, solicitud.* Angl. *Travell, diligence, labour.* } Plautus *in Rudens.* Curate hæc salutis magna diligentia. Idem *Capt. fr.* 2. *a.* 1. Affirmarunt magna diligentia, (captivi.) Diligentia autem ad corpus & ad animum refertur: cura ad animum, opera ad corpus. Præterea diligentia errorem non recipit. Cura autem tam inhonestæ, quàm honestæ rei esse potest. Cornel Fronto *de differen. vocab.*

Dilĭgenter, adverb. Studiosè, cum cura & solicitudine. { ἐπιμελῶς. Gall. *Diligemment, soigneusement.* Ital. *Diligentemente.* Germ. Fleissiglich. Hisp. *Diligentemente, y curiosamente.* Angl. *Diligentlie.* } Terent. *in Eunuch.* Curato istam diligenter virginem.

Dilinga, *Dilingen,* urbs Sucvorum in Germania. In ea urbe solet plerumque commorari Episcopus Augustanus.

Dilŏgĭa, διλογία. Figura est quum ambiguum dictum duas res significat. Διὰ τὸ δίς λέγειν.

Dilŏrico, as: Dicindo, aperio. { קרע *karáh.* Διαῤῥήγνυμι. Gall. *Déchirer, rompre.* Ital. *Rendere, squarciare.* Germ. Zerreissen/ zerreissen. Hisp. *Desmallar, hender.* Angl. *To rippe that is sewed, to unsowe.* } Cic. 2. *de Orat.* Quin in causa peroranda non dubitavi ream excire Consularem, & ejus dilloricare tunicam, & judicibus cicatrices adversas sensi Imperatoris ostendere. Alibi idem exemplum memorans dixit, Tunicam à pectore discidit: ut intelligamus idem esse dilloricare, & discindere. Egesippus *lib.* 3. Momentanei bellatoris gladios occultentes quemcunque reperiebant dilloricabant, quod est, quasi loricam dissolvebant: sicut diffibulare est discingere & fibulam resolvere.

Dilūcĕo, es, diluxi, ere: Luceo, illuceo. { אור *or,* נהר *nahár,* נגה *naghah.* Διαλάμπω, λάμπω. Gall. *Luire, estre clair.* Ital. *Rilucere.* Germ. Volkommenlich scheinen. Hisp. *Luzir, ser claro.* Angl. *To be bright, to shyne.* } Gell. *cap.* 2. *lib.* 3. Contrà verò qui sex horis posterioribus natus est, eo die videri natum, qui post eam noctem diluxerit. Horat. *in Epist.*

*Omnem crede diem tibi diluxisse supremum.*

¶ Dilucere, per translationem, pro clarum & apertum esse. Liv. 30. *ab Urbe,* Dilucere res magis patribus atque cœs.

Dilūcĭdus: Clarus, apertus, evidens. { בהיר *bahir.* Λαμπρός. Gall. *Fort clair, luisant.* Ital. *Chiaro, lampegiante, lucente.* Germ. Gehlinbar/ heller/ etleicht. Hisp. *Claro y manifiesto.* Angl. *Cleare, evident, bright.* } Plin. *lib.* 9. *cap.* 29. Sic gignitur laudatus ille pallor saturitate fraudata, eantóque dilucidior, quantò magis vellera esuriunt. Cic. 3. *de fin.* Nec enim in Torquati sermone quicquam implicatum, aut tortuosum fuit: nostraque, ut mihi videtur, dilucida oratio.

Dilūcĭdè, adverb. Clarè, perspicuè, apertè. { σαφῶς. Gall. *Clairement, evidemment.* Ital. *Chiaramente.* Germ. Klärlich/ schembarlich. Hisp. *Claramente y manifiestamente.* Angl. *Clearlie, plainlie.* } Terent. *Pherm.* Dilucidè expedivi quibus me oportuit judicibus. Plin. *lib.* 18. *cap.* 28. Literas quidem miscebo agrestibus negotiis, quàm potero dilucidè atque perspicuè.

Dilūcĭdo, as: Declaro, clarum facio. { ברר *berér.* ἐμφανίζω, σαφηνίζω, διαπρέπω. Gall. *Declarer.* Ital. *Dichiarare, far chiarò.* Germ. Erleutern/ klar vnd heyter machen. Hisp. *Enclarecer, hazer claro.* Angl. *To declare, to mak plaine to understand.* } Ad Heren. *lib.* 3. Nam quod in docendo rei dilucidandæ causa dolum appellavimus, id in dicendo honestiùs concilium appellabimus.

Dilūcĕscit: Dies fit, lucescit. { אור *or.* ἐπιφώσκει, φαίνει γίνεται. Gall. *Le jour poinct, le jour commence à apparoir.* Ital. *Chi fa giorno.* Germ. Es tagt/ oder tag bricht an. Hisp. *Amanece, y viene el alva.* Angl. *It waxeth day.* } Cic. *in Catil.* Ipsi comprehensi, ad me, quum jam dilucesceret, deducuntur. Livius 6. *bell. Macedonic.* Jam dilucescebat quum signum Consul dedit.

Dilūcŭlum, i. Ante Solis ortum, aurora, quasi parva dies: quod tum dies lucescere inciperet, { שחר *schachar.* Ἑωθινός. Gall. *L'aube du jour, le poinct du jour.* Ital. *L'aurora, l'alva.* Germ. Das angee hend tagliecht deß morgens. Hisp. *El alva ò mañana, ò madrugada.* Angl. *The break of the day.* } Hieron. *ad Eustochium,* Horam tertiam, sextam, nonam, diluculum quoque & vesperam nemo est qui nesciat. Plaut. *Amph.* Primulo diluculo abiisti ad legiones. Idem *ibid.* Abiisti à me cum diluculo. Cic. *pro Rosc. Amer.* Et quum post horam primam noctis occisus esset, primo diluculo nuncius hic Ameriam venit.

Dilūcŭlo, adverbium, significat summo mane, ante lucem. { בקר *bokér.* ἀνεφώς. Gall. *A l'aube du jour, au poinct du jour.* Ital. *A far del giorno.* Germ. Angehends tags/ an dem morgen früh. Hisp. *Al tiempo de la madrugada.* Angl. *At the break of day.* } Cicer. *ad Attic. lib.* 16. Quum ante lucem de Sinuessano surrexissem, venissemque diluculo ad pontem Tiretium. Plaut. *Amph.* Quam diluculò missiti ad me Solum.

Dilūcŭlo, as, at. Significat diluculum fieri. { ἐξημέρω. Gall. *Se faire jour, devenir jour.* Ital. *Farsi giorno, aggiornare.* Germ. Tag oder heiter werden. Hisp. *Madrugar, ò amanecer.* Angl. *To waxe day.* } Gell. *cap.* 29. *lib.* 2. Die crastino ubi primùm diluculabit, sac amicos

nos adeas, & roges veniant. Sed hoc vix aliter quàm in tertia persona, & impersonaliter. Et *lib.7. cap.1.* priusquam diluculasset.

Dilūcŭlāfcĕre : Diluescere incipit, ἀρχομαι γλυκαίνειν.

Dilūdĭi, orum. Ludorum intermissio, cessatio à ludo. { Gall. *Intermission de jeu. dilayement de jeu.* Ital. *Intermissione de giuochi.* Germ. Underlassung / oder ablassung von dem spilen. Hisp. *Cessacion del juego ò burlas.* Angl. *A delaying or ceasing from playes.* } Hor. *lib.1. epist.*

*Dissimilem istæ locum, clamo, & diludia posce:*
*Ludus enim genuit trepidum certamen & iram.*

Ubi Acron. Diludia sunt tempora quæ gladiatoribus concedantur, ut intra quinque dies pugnent. Porphyrion : Diludia, intermissio ludorum, vel dilatio.

Dĭlŭo, is, dilui, dilutum, ex Di, & antiquo verbo Luo : Lavo, purgo, resoluo. { רחץ *rachats*, שחף *schatáph*, טבל *tabál*, חסיך *hissich*. ἀπολούειν. Gall. *Destremper, r'amollir, dissoudre en liqueur.* Ital. *Purgare, lavare.* Germ. Abwäschen/ saubern/ vermischen. Hisp. *Lavar. destemplar.* Angl. *To wash, to make cleane, to abay.* } Cæs.1. *bell. civ.* Super lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua immissa lateres diluere posset. Sen. *cap.79.* Vino nivem diluere. Gell. *cap.1. lib.15.* Moderato vini usu frigidam tristitiam & torpentem verecundiam diluere. Idem *cap.1. lib.12.* Diluere vinculum ( id est, dissolvere : ) & Plaut. *Rsend. sc. 2. a. 3.* Eo laserpitii pondo diluunt. ¶ Diluere, πλύνειν, eluere, colluere, ut os diluere, i. valde lavare. Ibi enim di, *valdè* significat, ut in *Diluvium.* Cels. *lib.5. cap.25.* Quoties autem medicamentum injicitur, & antè & pòst os diluendum est. ¶ Item aquam vel alium liquorem miscere, temperare, μείγνυμι. Virg.4. *Georg.*

*Cui tu lactis favos, & miti dilue Baccho.*

Persius, *Diluis helleborum*, dixit pro eo quod est, medicamentis temperas. ¶ Translatè usus est Cicer.3. *Tusc.* Quæ cogitatio una maximè omnes molestias extenuat, & diluit, id est, solvit, & enervat, quemadmodum vinum aqua dilutum subnervatur. Ita etiam Diluere crimina dicimus, id est, purgare, & refellere. ἀναιρεῖν, ut oratores quando refellunt objectiones adversarii. Cicer.7. *Verr.* Quo facilius crimen inimicorum diluere possim. Idem 2. *de nat. Deorum.* Nam ut profluens amnis aut vix, aut nullo modo, concluſa autem aqua facilè corrumpitur : sic orationis flumine reprehensoris vitia diluuntur. Gell. *lib.3. cap.3.* Diluere petulantias dictorum. Idem *cap.1. lib.20.* Diluere injurias æte pauco ( id est, se purgare. ) Idem Senec. *epist.19.* Diluitur authoritas his rebus ( id est, imminuitur. ) Quint. Diluet hoc vires affectuum ( id est, enervabit. ) ¶ Ponitur etiam pro explicare, declarare. Plaut. *in Rud.* Abstine maledictis, & mihi quod rogavi, dilue. Cicer. *pro Cluent.* Quum ego unaquaque de re dicam & diluam.

Dilūtus, a, um : Mistus, temperatus. { שמשה *mischtháph*, מסך *masuch*. μεμιγμένος, ἀνακεκραμένος. Gall. *Destrempé. meslé parmi.* Ital. *Misto, temperato.* Germ. Gemengt/ vermischt / gemässet. Hisp. *Mezclado, templado.* Angl. *Tempered with water alayed.* } Unde vinum aqua mistum dicitur dilutum, οἶνος ὑδατώδης. Mart.

*Dilui bibi unciam falerni.*

¶ A quo *Dilutius*, & *Dilutissimum*, prout minus plúsve aquæ admistum fuerit. Unde Corn. Celsus præcipit hyeme meracius esse bibendum, æstate dilutius. Hieronymus vinum dilutius, vocat Aquatius. Vinum (inquit) nisi aquatius bibitur, calix frangitur, mensa subvertitur. Meracius vinum dicitur, quod minùs dilutum, sive aquatum est. ζωρότερον. ¶ Dilutus color dicitur, quum veluti aquâ adhibitâ minus est intensus. Gell. Luteus color rufo est dilutior. ¶ Denique Dilutum, id est, molle ac remissum, apud Gell. *cap.1. lib.10.* ubi ait : Quod verò dixi, videri quædam impendiò molliora, nónne quoque tibi videtur esse dilutum, quod ita de injuria puniendâ scriptum? &c.

Dilūtum, neut. gen. Vocatur id liquidum, in quo aliquid certo tempore fuit macerarum : ut si in vini dolio absinthium diebus aliquot macereture, ac deinde eximatur : id vinum, absinthii dilutum dicetur. Plin. *lib.27. cap.7.* Bibitur & madefacti absinthii dilutum, ita enim appellatur hoc genus. Diluti ratio est, ut quisquis fuerit modus aquæ, tegatur per triduum.

Dĭlŭvium : Terræ inundatio ab immodicis imbribus, vel maris, fluviſve lacremento proficiscens : eluvies, inundatio. { מבורין *mabbúl*. κατακλυσμός. Gall. *Deluge, ruine d'eau.* Ital. *Diluvio.* Germ. Ein überschwemmung mit wasser/ ein wasserfluss. Hisp. *Diluvio, avenida de agua.* Angl. *A deluge, or great fludde.* } Plin. *in Epist.* Hic assiduæ tempestates, & crebra diluvia. ¶ Diluvium metaphoricè pro eversione Troiæ, dixit Virg.

*Diluvio ex illo diversa per æquora vecti.*

Dĭlŭvĭes, ei, fœm. gener. idem quod diluvium. { κατακλυσμός. Angl. *A drowning of the ground trough muche rayne.* } Lucr. *lib.6.*

*Par etiam glebarum ad diluviem revocatur Imbribus.*

Horat. *lib.4. Carm. Od.14.*

——— *horrendámque culpis*
*Diluviem minitatur agris.*

Dĭlŭvĭo, as, are. { שטף *schatáph*. κατακλύζειν. Gall. *Inonder, couvrir d'eaux.* Ital. *Inondare.* Germ Überschwemmen / übergiessen mit wasser. Hisp. *Destruir con avenidas de agua.* Angl. *To drowne with waters.* } Lucret. *lib.5.*

*Tantum suppeditant amnes, utráque minantur*
*Omnia diluviare ex altogurgite ponti.*

Dimachæ, arum, δίμαχοι. Quintus Curt. *lib.5.* Itaque delectis equitum sex millibus, trecentos quos dimachas appellant adjungit : dorso hi graviora arma portabant, cæterùm equis vehebantur : cùm res locúsque posceret, pedestris acies erat.

Dimachus, i. ὁ δίμαχος, miles duplici genere pugnæ habilis, ita ut ex equo & pedibus pugnare possit quæ voce utitur Q. Curtius.

¶ Dimadso, resolvor in humorem. Lucr.

Dimannire, inquietare. Cod. ll. antiq.

Dimăno, as : Diverè, sive divisim mano, defluo, profluo. { נהר *nahár*. נחל *nahál*. ἀρύειν, ἀποῤῥεῖν. Gall. *S'espandre, s'écouler,*



Ital. *Derivare, gettare in diverse parti.* Germ. Zerflissen/ von einander fliessen. Hisp. *Manar en diversas partes.* Angl. *To drop out, to spring or spread abroade.* } Cic. *pro Calio*, Equidem ut ad me revertar, ab his fontibus profluxit ad hominum famam, & meus hic forensis labor utraque ratio dimanavit ad existimationem hominum paulò latiùs commendatione & judicio meorum.

¶ Dimeter, versus, δίμετρος, qui habet duas mensuras, id est, bis binos pedes. Metron enim hic est mensura binis pedibus constans. ¶

Dĭmĕtĭor, iris, mensus sum : Metior. { מדד *madhádh*. διαμετρεῖν. Gall. *Mesurer, compasser.* Ital. *Misurare.* Germ. Mässen/ ausmässen. Hisp. *Medir.* Angl. *To measure.* } Cic. *de senect.* Mori videbamus in studio dimetiendi penè cœli atque terræ C. Gallum familiarem patris tui Scipionis. Idem *in Orat.* De verbis enim componendis, & de syllabis propemodum dinumerandis & dimetiendis loquemur.

Dimĕtĭens, tis, fœm. gen. Linea recta figuram, quæ longissimè patet, ex æquo secans : quam Græci τὸ διάμετρον, diametron appellant, διαμέτρος. Plin. *lib.2. cap.23.* Quantas enim dimetiens habeat septimas, tantas habere circulum duas & vicesimas.

Dimensŭs, particip. { מדד *modhédh*. διαμετρηθείς. } Cic. *de senect.* Atqui ego ista sum omnia dimensus. Quo in loco sumitur activè. ¶ Plerunque passivè capitur. { נמדד *namádh*. διαμετρούμενος. } Virg.2. *Georg.*

*Omnia sint paribus numero dimensa viarum.*

Orbis certis partibus dimensus.

Dimensĭo, verbale. { מדה *midháh*. διαμέτρησις. Gall. *Mesurement.* Ital. *Misuramento.* Germ. Ein abmässung/ oder ausmässung. Hisp. *Medida.* Angl. *A measuring.* } Cic.1. *Tusc.* Pusionem quendam Socrates interrogabat quædam Geometrica de dimensione quadrati.

Dĭmĕtŏr, aris, dimensus sum, ejusdem significationis cum superiori. Cic. *de nat. Deorum*, Eorum enim cursus dimetari, maturitates temporum, & varietates, mutationésque cognovimus.

Dĭmĭco, as : Pugno, quod propriè sit re : contendo verò verbis tantùm. { נצה *nitsáh*. נלחם *nilchám*. ἀμφίζομαι. Gall. *Combattre.* Ital. *Combattere.* Germ. Streiten/ fechten. Hisp. *Pelear.* Angl. *To fight, to skirmish.* } Propriè dicitur, quum non rudibus, sed micantibus gladiis res geritur & decernitur. Cæsar 7. *bell. Gall.* Ne contra suam voluntatem dimicare cogeretur. Liv.2. *ab Urbe*, Nec tamen perpelli potuêre, ut acie dimicarent. Præteritum, dimicui : ut,

*Hæc tibi sit pugna dimicuisse satis.*

Ovid.2. *Amor. eleg.13.* Dimicare de imperio cum. Cic.1. *Offic.* Cum Latinis, Sabinis, Samnitibus, Pœnis, Pyrrho de imperio dimicabatur. Dimicant inter se. Plin. *lib.8. cap.7.* Pro altero dimicare. Cic.2. *Philip.* Dĭmĭcātĭo, nis, verb. Pugna, discrimen, contentio. { מצה *matsah*, מלחמה *milchamáh*, קרב *kerób*. ἀγώνισις, ἀγωνισμός. Gall. *Combat.* Ital. *Combattimento.* Germ. Streit. Hisp. *Pelea.* Angl. *A fighting or skirmishing.* } Liv.2. *ab Urbe*, Omnium superiorum dimicationum fructum in eo die, atque hora docet consistere. Dimicationi objicere se, est Tit. Livio *lib.4. ab Urbe*, Magistratum mandare difficillimo Reip. tempore.

Dĭmĭdĭus, a, um. Quasi per medium divisus. { חצי *chatsi*. ἡμιτελής. Gall. *Demi.* Ital. *Mezzo, partito per mezzo.* Germ. Halb. Hisp. *Mitad de la cosa entera, damediado.* Angl. *Half.* } Et dicitur de rebus, quæ separatæ sunt ; nam est pars altera ex dimidiato. Gell. *lib.3. cap.14.* Dimidiatum, nisi ipsum quod divisum est, dici haud convenit. Dimidium verò est, non quod ipsum dimidiatum, sed quæ ex dimidiato pars altera est. Mart.

*Dimidium donare Lino, quàm tredere totum*
*Qui mavult, mavult perdere dimidium.*

Plin. *lib.2. cap.59.* Certè nisi sole adverso non sunt, nec unquam nisi dimidia circuli forma. Aut dimidium, aut plus ferè. Plaut. *Pseud. sc.1. a.5.* Dimidiam partem rationum usque omnium subegit. Idem *Cure. sc.1. a.3.* Me non pœnitet boni dimidium dividere cum Jove. Idem *Amphitr. sc.1. a.5.* Mercedem retulit. L. Dimidio minus, opinor. Idem *Asin. sc.4. a.2.* Hinc dimidium ( opsonii ) jussit dari. Idem *Aul. sc.1. a.2.*

*Ego ego dimidium vesti, pársque altera vestri.*

Ovid.5. *Fast.*

*Dimidium toto munere majus erit.* Ibidem.
*Dimidia certè parte superstes ero.*

Idem *Eleg.2. lib.1. Trist.*

*Dimidiúmque tui præsens & vestibis urbem:*
*Dimidio procul es, fataque bella geris.*

Idem *Eleg.1. lib.2. Trist.* ¶ Mille numis famulæ multa esto. Gellius *cap.3. lib.7.* Bonus animus in malâ re, dimidium est mali. Plaut. *Pseud. sc.5. a.1.* Memento mihi dimidium de præda dare. Idem *Mil. sc.7. a.4.* ¶ Dimidium plus toto, πολλὸν ἥμισυ παντός, ænigma proverbiale, quo commendatur aurea mediocritas. Refertur & exponitur à Platone *lib. de Leg.3.* Dimidium quàm. Liv. *lib.5. bell. Mac.* Ut vix dimidium militum, quàm quod acceperat, successori tradiderit. Dimidio carius, Dimidio minus. Cic. & Plaut. Minus dimidium, pro Dimidio minus, dixit etiam Cic. 3. *Verr.* Jurarent se curaturos, ut ex sua cujusque parte ne minus dimidium ad A. Trebonium fratrem illum proscriptum perveniret. Budæus.

Dimĭdĭātŭs, a, um : Dicitur de rebus quæ continuæ sunt, & non separantur, quasi dismediatus, & in partes duas pares divisus. { נחצה *nechatsáh*. חצי *chatsái*. ἡμιτόμος, ἡμιτμητός. Gall. *Parti en deux.* Ital. *Partito in due parti eguali.* Germ. In zwey gleiche theil abgetheilt. Hisp. *Demediado en dos partes.* Angl. *Devided in two partes.* } Cic. *in Verr.* Exemit ex anno unum dimidiatúmque mensem. Idem 5. *Tusc.* Apparebit epigramma exesis posterioribus partibus versiculorum, dimidiatis ferè. Sicut autem qui ex mille denariis, qui ei debebantur, quingentos recepit, dimidium se recepisse dicet, non dimidiatum : ita si scyphus argenteus cum alio communis, in partes duas divisus sit, dimidiatum dicemus, non dimidium scyphum. Gell. *lib.3 cap.14.* Dimidiatum aprum. Sueton. *in Tiber. cap.34.* Dies hic dimidiatus ad umbilicum est. Plaut. *Menech. sc.1. a.1.* Dimidiatum ex lingua Græca verbum. Gell. *cap.30. lib.15.* Cicero apud Donatum in Terent. dixit, ô dimidiate Menander.

Dimidĭātim, adverb. { מחצה *bechatsíth*. ἐξ ἡμισείας, ἡμισυ, ἡμίσεως.

Gall. *Par le milieu, la moitié.* Ital. *Per mezzo.* Germ. *Das halbe theil.* Hisp. *Por medio, à la mitad.* Angl. *By the myddes.*} Plaut. *in Milit.* Sed percellunt, sed perducunt, dimidiatam dum appetunt, id est, dum sibi volunt dari dimidiam partem.

Dĭmĭnŭo, is: Minuo, imminuo, attenuo, detraho. Et Dimminuo, pro diminuo, m, pro i. Priscian. *lib.* 1. {גרע *gharâh*, עצר *sahar*. μειόω. Gall. *Diminuer, amoindrir, appetisser.* Ital. *Diminuire, scemare.* Germ. Mindern. Hisp. *Desmenuzar à menguar.* Angl. *To diminish, to make lesse.* } Cic. *de clar. Orat.* Interitu talis Auguris dignitatem nostri collegii diminutam dolebam. Plaut. *Anl. sc.* 3. *a.* 1. Ego hunc laborem demam & diminuam tibi. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 2. Cum nihil est, cur illi homini diminuam caput? Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Nimis velim habere lapidem, quo illi speculo diminuam caput.

Dĭmĭnūtŭs, particip. {גרוע *gharuah*. μειωτός. Gall. *Diminué, amoindri, appetissé.* Ital. *Minuito, scemato, sfrenato.* Germ. Gemindert. Hisp. *Desmenuzado, menguado.* Angl. *Madelesse.*} Dignitas collegii interitu alicujus diminuta.

Dĭmĭnūtĭo, verb. Imminutio. {מגרעות *migharoth*. μείωσις. Gall. *Diminution, amoindrissement, ravallement.* Ital. *Diminutione, estenuatione, scemamente.* Germ. Mindrung / schwechung / abnehmung. Hisp. *Desmenuzamiento, obra de desmenuzar ò menguar.* Angl. *A making lesse.* } Cicer. 1. *Tusc.* Solem, Lunámque accretione & diminutione luminis, quasi fastorum notantem & significantem dies. ¶ Diminutio capitis, apud Jurisconsultos est prioris status permutatio, quum scilicet, aut libertatem, aut civitatem amittimus, aut per adoptionem alterius nos potestati submittimus. Est autem triplex capitis diminutio. Maxima, media, & minima: quas omnes vide *l.* 1. *de cap. diminut.* Diminutio capitis, de eo qui minuitur capite. Cæsar *lib.* 2. *de bell. civ.* ¶ Diminutio mentis. Suet. *in August. cap.* 99. Diminutio de. Cicer. 2. *Offic.* In primis autem videndum erit ei, qui Reip. administrabit, ut suum quisque teneat: neque de bonis privatorum publicè diminutio fiat.

Dĭmĭnūtīvè, l. diminutiva forma, ὑποκοριστικῶς. Nonius Marcell. Panus teamæ involucrum: quem diminutivè Panulam vocamus.

Dĭmĭtto, is: Diversa in loca mitto. {שלח *schillâch*. ἀποστέλλω. Gall. *Envoyer, donner congé, & laisser en aller, delaisser.* Ital. *Mandare in diverse parti.* Germ. Hind vnd hår schicken / hinweg schicken / gehen lassen. Hisp. *Embiar à diversas partes.* Angl. *To sende away, to let go, to give leave.*} Virg. 1. *Æneid.*

——— *equidem per littora certos*
*Dimittam.*

Cæsar 5. *bell. Gall.* Nuntios Legatósque in omnes partes dimittebat. Salust. Igitur C. Manlium fetulas, atque in eam partem Hetruriæ, Septimum quendam Camertem in agrum Picenum, C. Julium in Apuliam dimisit. ¶ Aliquando ponitur pro missum facere, & abeundi potestatem dare. ἀπολύω, ἀποπέμπω, ἀφίημι, ἀναπέμπω. Cicer. *lib.* 1. *Offic.* Quum autem Pompilio videretur unam dimittere legionem. Salust. Deinde ei pollicitus operam suam, domum dimittit. Dimittere equos ancipiti prælio: Cæsar *lib.* 1. *bell. civ.* Dimittere Italiam, pro relinquere. Idem *lib.* 1. *de bell. civil.* ¶ Dimittere iracundiam suam Reipub. pro condonare, *ibidem.* ¶ Aliquando pro permittere, in potestatem dare. {נתן *himlâch*, נתן *natân*. ἐπιτρέπω.} Cicer. *lib.* 1. *de Repub.* Tum annui Consules, tum dimissi populo fasces. ¶ Aliquando pro Derelinquo. {ἀφίημι. Angl. *To leave, to forsake.*} Cicer. *lib.* 12. *Epist.* Etsi non ideirco eorum usum dimiseram, quòd iis succenserem. Lactant. Dimitto te discedens. ¶ Aliquando satisfacere, & dimittere creditorem, id est, satisfacere sic, ut amplius molestus non sit. Ulpian. *lib.* 10. Cæterùm si creditores dimisit, & alios sortitus est: si quidem dimissis prioribus quos fraudare voluit. Ex Horum. Dimittere, pro relinquere ac non adire. Suet. *in Cæs. cap.* 70. Dimittere convivium, aut hinc. Idem *in Aug. c.* 76. Dimittere judicem, pro circumscribere. Idem *in Claud. c.* 15. Dimissi per provincias edicta. Idem *in Galba. cap* 10. Dimittere lachrymas in casus alterius. Ovid. *Eleg.* 7. *lib.* 1. *Trist.* Dimittere uxorem. Suet. *in Tib. cap.* 10. & 35 Dimittere è matrimonio, *ibidem cap.* 49. Dimittere matrimonio, & Contrahere, opponuntur. Idem *in Calig. cap.* 24. Non expectandum donec res te dimittant. Senec. *cap.* 3. *de tranquill.* Dimittitur caussa in carcere. Mox, Missa est. Quint. Dimittere in partes (verbum militare.) Velleius. ¶ Dimittere sanguinem, (pro venam solvere.) Gell. *cap.* 8. *lib.* 10.

Dĭmĭssŭs, particip. Omissus, vel relictus. {משלח *meschullâch*. ἀπολελυμένος, ἀπολυτός, ἀπολυτέος. Gall. *Envoyé hors, delaissé & remis.* Ital. *Licenciato.* Germ. Verlassen / hingesandt. Hisp. *Embiado, dexado.* Angl. *That is lete to go, forsaken.* } Cicer. 4. *Acad.* In ista philosophia, quæ nunc propè dimissa revocatur. Atma dimissa. Lucan. *lib.* 3. Lues cælo dimissa. Stat. 11. *Theb.* Dimissa è matrimonio, pro Repudiata. Suet. *in Tib. Cæs. c.* 49. Qui dimissam eam è matrimonio post vicesimum annum, venenum olim in se comparasse arguebat. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Is odor dimissis pedibus in cœlum volat. Item, Dimissis crinibus. Vide *Demissus.* Et Seneca *cap.* 24. & 25. *de cons. ad Marc.* Dimissus è corporis vinculis in cœlum.

Dĭmĭssōrĭæ literæ, inquit Marcianus, sunt quæ volgò *Apostoli* dicuntur, quòd per eas causa ad eum, qui appellatus est, dimittitur. *Lamina, ff. de libellis dimissoriis.* ἐπιστολιμαῖα γράμματα.

Dimissĭo, verbale. Cicer. 7. *Verr.* Præclara classis in speciem, sed inops & infirma, propter dimissionem propugnatorum atque remigum. Pro Amandatione. Cic. *in Paradoxis.* Dimissiones liberiorum ad fœnerandas dilapidandásque provincias.

Dĭmŏvĕo, es: Removeo, repello, rejicio. {הסיר נדף *hesir, nadhdph*, נדח *henâdh*, נוד *zanach*. ἀποτίω, ἀπωθέω, ἀπελαύνω, σὺν τῷ ἐξ ὁδοῦ καὶ ἐξ ὁρίων ποιῶ. Gall. *Mouvoir, rebuter, repousser, rejetter.* Ital. *Rimovere.* Germ. Bewegen / von einem orth beregen. Hisp. *Mover.* Angl. *To remove, to put a side.*} Virg. *lib.* 1. *Georg.*

*Agricola incurvo terram dimovit aratro.*

Cic. *pro Cæc.* Dimoveri enim & depelli de loco necesse est eum qui dejiciatur. Idem *in Paradoxis*, Voluptas quo est major, eo magis mentem ex sua sede & statu dimovet. Plaut. *Persa.* Dicat quod quisque vult, ego de hac sententia non dimovebor. Ovid. 5. *Fast.*

*Raucâque dimovit talibus ora sonis.*

{ Dimpesfactor, dispensator. L. g. b.}

Dĭmūtŭo, as. Cic. *Appio.* Quare visum est occultiùs agendum, neque ullo modo dimulgandum. Ita enim nonnulli legunt: certum tamen est ibi potiùs legendum esse, *divulgandum.*

Dimyxŏs, διμυξος. Lucerna duo habens ellychnia. Μύξος enim Græcis nares dicuntur, & cantharis: instar narium modo eminentes, quibus ellychnia inseri solent: unde & Polymixos, lucernæ quoddam genus dicitur ab ellychniorum multitudine.

Dinarchus, δινάρχος. Corinthii civis nomen est apud Plutarchum, qui Polypercontis fraude fuit interemptus.

Dindyme, urbs Macedoniæ, δινδύμη. Steph.

Dindymēnē, δινδυμήνη, & Dindyme, dicitur Cybele, quòd in Dindymo Phrygiæ monte ejus sacra fierent. Matt. *lib.* 8.

*Non per mystica sacra Dindymenes,*
*Iurat Gellia.*

Dindymus, δίνδυμος, ου, in singulari masc. gen. in plur. neut. Juga sunt montis Idæ Phrygiæ, matri Deûm dicata. Propert.

*Dindyma & sacra fabricata inventa Cybelle.*

Virg. *lib.* 9. *Æneid.*

*O vera Phrygia (neque enim Phryges) ite per alta*
*Dindyma, ubi assuetis biforem dat tibia cantum.*

{ Dingua, lingua. Lipsi.

Dinidor, malus odor. Gl. Isid. Lege, *Denidor.*

Dinia Sentiorum, aut Ebrodunticrum, *Digne.* V. E. Dignensis vel Dinicnsis, sub M. Ebrodunensi.}

Dinŏcĕrĭēs, δινοκράνης, Messenius fuit, lasciva, luxuria, virtuque incontinentia insignis, cui tamen alioqui in arduis negotiis suscipiendis non deesset animus. Hic quum quodam die in multam noctem produxisset convivium, habitúque muliebri sumpto, coram convivis saltasset, postero die adiit Q. Flaminium, penes quem tum summa potestas erat, ostendens si sibi daretur præsidium, posse se Messanam ad defectionem solicitare. Admiratus Flaminius in homine tam effœminato tantam audaciam: De his (inquit) postea videbimus. Te verò miror unà tractare, saltare, & mulierem mentiri posse, quum tam tantam animo audeas concipere.

Dinodotum, hac voce significari donaria omnia & res sactas, certum est, ut patet ex rescripto Imperatoris Alexii, sive oratione quam Auream Bullam nuncupavit.

{ Dinos, poculi genus. Rh.

Dinosis, δίνωσις, vehementia orationis in exaggeranda præsertim indignitate. Quint. *lib.* 8. *cap.* 3. *Dinosis* vehemens.}

Dĭnŭmĕro, as: Numero. {מנה *sippér*. ἀριθμῶ. Gall. *Denombrer, conter.* Ital. *Noverare, annoverare, contare.* Germ. Abzehlen. Hisp. *Contar por numeros.* Angl. *To number, to reckon.* } Plaut. *Epid.* Quas patrem priùs convenire se non vult, neque conspicari, quàm ei argentum quod debet, dinumeraverit. Idem *Rud.* Mille nummos dinumeravi. Terent. *Adelph.* Jube nunc jam denumeret Babylo illi viginti minas. Plaut. *Milit. sc.* 1. *a.* 1. Ut latronibus dinumerem stipendium.

Dĭnūmĕrātĭo, verbale. {מנה *sephâr*. ἀριθμησις, ἀναριθμησις. Gall. *Dénombrement, compte.* Ital. *Essere annoverare.* Germ. Abzehlung. Hisp. *La cuenta.* Angl. *A nombring, a reckoning.*} Cic. 2. *de Orat.* Improvisum quiddam & dinumeratio, & alia correctio & disputatio, &c.

Dĭŏbŏlārēs, διβόλαι. Meretrices dicuntur quæ duobus obolis conducuntur, inquit *Festus.* Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Apud anum illam diobolarem, &c. Idem *in Pœn.* Servulorum sordidorum scorta diobolaria. Dicuntur etiam Diobolæ, apud Pacuvium.

{ Diobolus, à Jove missus: item numus Atticus. Jun.}

Dĭŏbŭlĭum, διβύλιον, oppidum prope Pontum. Steph.

{ Diocæsarea, V. E. sub P. Jerosolymitano.}

Diochites, διοχίτης, vicus Ægypti, in quo sepultus est Osiris. Steph.

Dioclēs, Διοκλῆς, Atheniensis, antiquæ Comœdiæ scriptor, cujus fabulas nonnullas commemorat Athenæus. ¶ Dioeles item medicus Carystius, Darii Hystaspis tempore, qui & commentarios quosdam de re medica scriptos reliquit.

{ Diocletianopolis, V. E. sub P. Jerosolymitano }

Diocleus, Orthiochi filius, teste Homer. habitavit in Phæra, loco insigni.

{ Dioclis, qui docet, doctor. Pap.

Diocmitæ, diocitæ, latrunculatores, cohortes militum contra incursiones latronum in finibus constitutæ. Cassub. }

Dioconitæ, sunt milites, qui alias sequatores dicuntur. *Lauremberg.*

Dĭŏctĭnītæ, quid sint, indicat Ammianus Marcellinus *lib.* 27. Exploratis novissimis rebus, luxúque adjumento militari marcente, adhibitis semiermibus paucis, quos Dioctinitas appellant. Julius Capitolinus *in Antonio Philosopho*, Armavit & Dioctinitas.

Dĭŏdōrŭs, διόδωρος, cognomento Chronus, Dialecticus ex Jasso Asiæ civitate fuit, ut Strabo est author *lib.* 14. qui Platonis tempore Euclidem audivit. Dictus Chronus ab Apollonio Chrono cujus præceptore, cujus ut famam obscuravit, ita & cognomen usurpavit. Dialecticus etiam appellatus, quòd (ut ait Lactius) primus involutum dissertendi genus invenerit. Hic apud Ptolemæum Soterem commorans, quum aliquando inter epulas à Stilpone sermones quosdam dialecticos propositos, extemplò nequivisset exsolvere, & ob id à rege per jurgium Chronus appellatus esset, convivium deseruit: ac edito per otium super ea propositione libro, ex animi mœrore extinctus est. Author Diogenes Laertius. ¶ Fuit item Diodorus quidam Stoicus Philosophus, utroque lumine orbus, cujus sic meminit Cicero *in Brute.* Etam cum Stoico Diodoro, qui quum habitasset apud me, cum Quinto vixisset, nuper est domi meæ mortuus, à quo cùm aliis rebus, tum studiosissimè in Dialectica exercebar. ¶ Diodorus Comicus poëta, cujus Comœdias enumerat Athenæus. ¶ Diodorus Alexandrinus, filius Pollionis Philosophi ejus, qui composuit Dictionarium Atticum. Floruit Adriani temporibus. Suidas. ¶ Diodoros præterea duos è Lydia Tiberii tempore Strabo commemorat, ambos oratores. ¶ Præterea fuit & Diodorus Siculus nobilissimus

nobilissimus historicus, qui variam historiæ libris quadraginta conscripsit, quam Bibliothecam nominavit. Florum Augusti temporibus ¶ Diodorus Tarsensis præsul, cujus meminere Hieronymus & Suidas.

Diœcēsis, cum œ diphthongo, ‹ סדר מדינה *medhinâh*, פקדה *pekuddah*, ממשלה *memsheleth*. GALL. *Diocese, administration ou charge de quelque province, ou territoire, ou le trait du pays qu'on a en charge.* ITAL. *Giurisdittione* GERM. *Ein verwaltung, Verschung.* HISP. *Iurisdicion, dispensacion ò administracion.* ANGL. *A diocese.* › Latinè gubernatio, administratio, dispositio, sive jurisdictio: à διοικέω, guberno, tutor. In jure itaque civili Diœcesis pro provincia accipitur. *l. 1. C. de priv. earcer.* ad eundem etiam modum accipit Cicer. *in Epist.* Ut me illarum omnium diœcesum, quæ eis Taurum sunt, omnimque earum civitatum magistratus legationésque conveniant. In Patrum autem Decretis solet hæc vox ad Episcoporum munus deflecti: in primitiva enim Ecclesia Episcopi judicia non exercebant, sed sacra tantùm administrabant. Quo fit, ut quemadmodum territorium Præfidis est, sic diœcesis Episcopi, quatenus jus administrandi sacra habet.

‖ Diœcesanus in jure, qui habet domicilium in diœcesi. ‖

Diœcētēs, ‹ פקיד *pekidh. dominus.* ANGL. *A bayly, a governour.* › Qui procurationem regiam, vel magnatis alicujus suscepit. Cicer. *pro Rab.* At diœcetes fuit regius. Latinè dispensatorem dicere possumus.

Diŏgĕnēs, ‹ διογένης. GERM. *Ein verdampter unfletziger Philosophus zu Athen, welcher in einem faß daheimb war, und da hin und her kreucht wie er wolte.* › Nomen philosophi Cynici celebertimi. Antisthenis discipuli, de quo scribitur, quòd quum Antisthenes nullum discipulum reciperet, & perseverantem Diogenem removere non posset, novissimè clava minatus est, nisi abiret. Cui ille subjecisse dicitur caput, atque dixisse: Nullus tam durus baculus erit, qui me à tuo posset obsequio separare. Utebatur Diogenes palliolo duplici propter frigus, peram pro cellario habuit, secúmque portabat clavam ob corpusculi fragilitatem, qua jam senex membra sustentare solitus erat. κυνέσκος (ut scribit Hieronymus,) hoc est, in diem vivens, vulgò appellatus est, quòd omni abjecta solicitudine cibum suum in singulos dies emendicaret. Habitavit autem in portarum vestibulis, & porticibus civitatum: quúmque se contorqueret dolio, volubilem se habere domum jocabatur, & se cum temporibus immutantem: frigore enim os dolii vertebat in Meridiem: æstate ad Septentrionem: & utcunque Sol se inclinâverat, Diogenis prætorium vertebatur. Ferunt accedentem Alexandrum rogasse, ne sibi apricanti à Sole obstaret. Sub dio accubuit, ut Suet. *in Cæs. cap.* 72. author est. Obiit fere è nonagenarius. Hic (ut author est Cic. *lib. 1. Tusc.*) jussit cadaver suum inhumatum abjici, quærentibúsque amicis, volucribúsne & feris corpus suum dilaniandum vellet relinqui? Minimè, inquit: sed bacillum apud me, quò illas abigam, ponitote: irridens nimium amicorum præpostera cura, qui tantoperè de humatione cadaveris omnis sensus expertis erant soliciti: quasi magnum quiddam interesset, à ferisne, an à vermibus absumeretur. ¶ Fuerunt alii quatuor Diogenes, quorum unus fuit Apollonides Anaximenis auditor, temporibus Anaxagoræ: alius Sicyonius, qui Peloponnesiaca scripsit: alius Stoicus ex Seleucia, qui Babylonius ob vicinitatem dictus fuit: alius Tarsensis, quæstionum poëticarum scriptor. Memoratur & Diogenes Grammaticus apud Suet. *in Tib. cap.* 32. ¶ Postremò fuit & Diogenes Laërtius, qui de vita & moribus philosophorum opus scriptum reliquit.

Diŏgĕnĭānŭs, διογενιάνος. Heraclensis insignis Grammaticus fuit Adriani temporibus, qui dictionarium Græcum per alphabeti ordinem conscripsit. Author Suidas.

Diognētŭs, authore Plin. *lib. 2. cap. 17.* διόγνητος, fuit unus itinerum Alexandri Regis mensor. ¶ Alius fuit sub Antonino philosopho pictor egregius: de quo Julius Capit. ¶ Alius Clitomachi Pœni pater, qui successit Carneadi: antea Asdrubal nominatus. Fuêre & alii hujus nominis. Dicitur autem Diognetus per syncopen, pro Diogenetus, διογένητος, hoc est, Jove genitus.

Diŏmēdē, Διομέδη, Phorbantis filia fuit, quam Achilles ex Lesbo raptam concubinam habuit. Hom. *lib. 9. Iliad.*

Diŏmēdēi, Διομήδεια, urbs Danorum, à Diomede condita. Steph.

Diŏmēdēs, Διομήδης, Rex Ætoliæ, Tydei & Deiphiles filius, qui cum reliquis Græcis ad Troiam profectus adeò strenuè se gessit, ut post Achillem & Aiacem Telamonium fortissimus haberetur. Nam præter occisos à se reges, & singulares pugnas adversùs Hectorem & Æneam, aliósque insignes Troianorum principes, & captos Rhœsi equos, Palladiúmque Troianis subtractum, Martem quinque in eo bello vulneravit, Venerémque in dextra manu, dum Æneam protegere vellet. Quamobrem dea indignata, Ægialæ uxori ejus tantam libidinem immisit, ut cum Cyllabaro Sinelei filio concumberet. Qua re cognita, Diomedes domum reverti noluit, sed in Apuleiam profectus, regni partem à Dauno accepit, ibíque Argos condidit. Quidam ferunt Diomedem ab Æneæ dolo occisum, ejúsque socios ob peremptum regem in aves Diomedeas, vel (ut Græci vocant) Hesperidas mutatos. Horat. *lib. 1. Serm.*

*Qui locus à forti Diomede est conditus olim, &c.*

Ovid. *lib. 13. Metam.*

*Luce nihil gestum est, nihil est* (ab Ulysse) *Diomede remoto.*
*Dividite, & pars sit magna Diomedis in illis.*

*Idem ibidem.*

*Est aliquid de tot Graiorum millibus, unum*
*A Diomede legi, nec me fors ira jubebat.*

¶ Diomedes alter rex Thraciæ, qui dum equos suos humana carne aleret in Tyrida oppido truculentus, ab Hercule equis ipsis ad devorandum objectus est. Idem Ovid *in Ibin.*

*Vt qui Threicii quondam præsepia regis*
*Fecerunt dapibus sanguinolenta suis.*

Idem 9. *Metam.*

*Quid quum Thraciæ equos humano sanguine pingues, &c.*

Caleptini Pars I.

¶ Fuit & Diomedes Grammaticus multi ingenii vir.

Diomēdeæ insulæ, Διομήδεαι νῆσοι, duæ è regione Gargani sunt: quarum altera habitatores habet, altera deserta est, ubi disparuisse aiunt Diomedem, & socios ejus ob dolorem in aves conversos, quæ ob id Diomedeæ vocitatæ sunt. Has Juba Cataractas appellat. Dentes eis esse dicuntur, oculi igneo colore, cætero corpore candidæ sunt, quæ in sola Diomedea insula visuntur. Vocem edunt similem pueris vagientibus: Solem ferre non possunt, nocturnique pisces venantur. Earum pinguedo morbis maximè salutaris. Vide Plin. *lib.* 10.

Diomēdēi campi, Διομήδεια πεδία, vocati sunt in Apulia, qui in divisione regni, quam cum Dauno fecisse dicitur, Diomedi cessêrunt.

Diŏmīa, Διόμεια, ea: vel Δίομος, per omicron, pars tribus Ægeidis, quòd Hercules illic Colyci hospitio susceptus, Diomum ejus filium amaverit. Steph. vide *Cynosarges.*

Diōn, Δίων. Nomen proprium Syracusani nobilis, qui adeò Platonem amavit, ut se eidem totum traderet. Hic patriam asseruit in libertatem, expulso Dionysio tyranno. De quo Plutarchus refert, quod quum Calippum, cui omnium uni maximè fideret, insidias sibi tendere accepisset, eum arguere passus non est: Mori, inquiens, longè præstare, quàm vivere, ubi non hostes solùm, sed etiam amicos cavere oporteret. ¶ Dion Cassius, patria Nicæus, historicus, scripsit Romanam historiam libris LXXX. Præterea res gestas Trajani principis: vitam Arriani Philosophi. Author Suidas ¶ Dion Prusicus sophista & philosophus, cognomento Chrysostomus, prodibat in publicum amictus pelle leonis. Apud Trajanum plerunque vixit, cujus familiaris fuit, eodémque curru dignatus. Scripsit pro Homero contra Platonem libros IV. De virtutibus Alexandri Magni libros decem. Præterea, An mundus esset interitutus? De comæ laudibus: De laudibus Herculis. Hæc Suidas.

Diōnē, es, Διώνη. Una ex nymphis, Oceani & Tethyos filia (ut quidam perhibent.) Veneris ex Jove mater. Unde & Dionæa, Διωναία, dicta est. Virg. 3. *Æneid.*

*Sacra Dionææ matri divisque ferebam.*

Et alibi,

*Esse Dionæi proceßit Cæsaris astrum.*

Ovid. 5. *Fast.*

*Hippolyte infelix, vellet celasse Dionen* (id est, Venerem.)

Diŏnīī, Διονία, urbs Cypri. Steph.

Diŏnўsĭa, Διόνυσα, urbs Italiæ. Est & Dionysias. Steph.

Diŏnўsĭas, Διονυσιάς, insula est, quam aliter Naxum vocant, à vinearum fertilitate sic dicta. ¶ Est & gemma, mistis nigro rubentibus maculis, quæ in aqua trita saporem vini facit. Ebrietati resistere existimatur. Plin. *lib. 37. cap.* 10.

Diŏnўsĭŏpŏlis, Διονύσου πόλις, civitas in Ponto, Cruni, κρουνοί. priùs dicta, ab aquarum defluxu: quum verò postea Dionysii simulachrum è mari ad eum locum appulisset, nomen inde recepit. Sunt etiam Cruni regio quædam occidentalis sub imperio regis. Secunda est Phrygiæ, ab Attalo & Eumene condita, qui Dionysii simulachrum eo loco repererunt. Tertia Indiæ: quarta Libyæ: quinta Thraciæ. Plin. *lib. 4. cap. 12.* & Mela *lib. 2.* Steph. vide *Crunos.*

Dionўsĭa, notissimæ saltatriculæ nomen. Gellius *cap. 5. lib. 1.* Quo nomine per convitium Hortensius appellatus est. Idem Gell. *ibid.*

Diŏnўsĭus, Διόνυσος. Dictus est Bacchus, & Dionysia, τὰ Διόνυσα, Bacchanalia, Bacchi festa. ¶ Fuit & hoc nomine philosophus Heracleotes, Zenonis Stoici auditor, qui quum renum morbo laboraret, cruciarétque cruciatu impatibili, succumbens dolori clamabat, falsa esse quæ à Zenone didicerat. Zeno enim, & Stoici hoc omnes habent dogma, dolorem scilicet non esse malum, sed indifferentem. ¶ Fuerunt præterea hoc nomine duo Syracusanorum Tyranni, quorum superior quum Carthaginienses tota Sicilia expulisset, & bonam partem maritimæ Italiæ in ditionem suam redegisset, tandem à Carthaginiensibus superatus suorum fraude occiditur. ¶ Huic successit filius ejusdem nominis, qui quum civitatem Syracusanam cædibus replesset, expulsus est. Iterúmque receptus, quum crudelior in dies fieret, rursus exortis Corinthum in exilium profectus: ubi in sordidissimum vitæ genus descendit, in popinis lupanaribúsque residens, ut contemnendus magis, quàm metuendus videretur. Unde proverbialis allegoria, Dionysius Corinthi, Διονύσου ἐν Κορίνθῳ, qua significamus aliquem è summa dignitate atque imperio ad privatam humilémque redactum fortunam. Cic. *Attic. lib. 9.* Quintil. *Orat. Inst. lib. 9.* & Plutarchus. Novissimè se ludimagistrum professus, pueros in trivio docebat: ut quoniam viris imperare non poterat, saltem pueris imperaret. Erat enim eruditus, utpote Platonis auditor olim. Interrogatus, jam exul, quid ei philosophia profuisset? sapienter respondit, Ut æquo animo ferrem talem fortunæ mutabilitatem. Regnavit hic annis triginta octo. Plutarchus author est, regiam Dionysii pulverulentam fuisse, propter eorum multitudinem, qui geometricas in pulvere figuras describebant. Ambo tamen, & pater & filius philosophi, Platonem præceptorem audierunt. ¶ Dionysius Dialecticus, è Bithynia, commemoratur à Strabone *lib. 12.* ¶ Dionysius Corinthius, ut Suidas scribit: vel ut alii, Afer, ex Byrantio Africæ civitate, temporibus Augusti scripsit Geographiam versibus hexametris. ¶ Dionysius Alexandrinus Grammaticus, pervenit ad Trajani tempora, cujus bibliothecæ & epistolis præfuit: præceptorem habuit Chæremonem philosophum: cui in schola Alexandrina olim successit. Author Suidas. ¶ Dionysius Milesius historicus, scripsit res Persicas, & quæ post Darium secuta sunt, aliáque à Suida commemorata. Philostratus hunc inter sophistas annumerat, eúmque tradit, Adriano principi ob ingenium acceptum fuisse, à quo Satrapes factus adscriptusque inter equites. ¶ Dionysius Halicarnassæus, Augusti temporibus Romanam scripsit historiam, ut Suidas testatur: scripsit etiam de characteribus antiquorum oratorum. Præterea de compositione orationis, & eloquutione, quomodo fiant Epithalamia, Epitaphia, Panegyrici: quæ Theodorus Gaza in Latinam orationem convertit. ¶ Dionysius Heracleonis filius, tyrannus apud Heracleam & Antiochiam regnavit, ut author est Strabo *lib. 16.* ¶ Dionysius Areopagita, Præsul Atheniensis. Pauli

discipulus, ut scribitur in Actis Apostolorum, solus Paulo concionanti è philosophis qui aderant credidit. Hic quum esset in Ægypto, quò se disciplinæ causa contulerat, videréque eclipsim nulla ratione naturali contingentem, quum Christus passus est, unà cum Apollophane sophista præceptore suo dixit: Aut Deus naturæ patitur, aut mundi machina dissolvetur. Scripsit ad Timotheum præsulem Ephesi, de Divinis nominibus libros XII. de Hierarchia cœlesti, de cœlestibus ordinibus: præterea alia complura opuscula, ut author est Suidas. ¶ Dionysius, Corinthiorum præsul sub M. & L. Antoninis, doctrina, sanctitatéque elatus, scripsit epistolas quasdam valde laudatas, ut author est Hieron. ¶ Dionysius, præsul Alexandrinus, Origenis discipulus, cujus operum meminit Hieron.

Dionysiă, orum. {Διονύσια. Germ. Festtag, die man dem Baccho zu ehren hielt. Angl. *Holie dayes appoynted for the honour of Bacchus god of wine.*} Festa erant Athenis in honorem Dionysii instituta, quæ & Bacchanalia vocantur: idem enim Dionysius, qui & Bacchus. Ea erant duplicia: altera vetustiora, quibus sacra fiebant in Acropoli (ubi antiquissimum erat Dionysii templum, quod in Limnis dicebatur,) idque duodecimo die mensis, quem illi ἀνθεστηριῶνα vocabant. Altera recentiora, quæ & Astyca, ἀστικὰ, dicebantur, hoc est, urbica, quæ in nova urbe celebrabantur, quæ sub Acropoli sita fuit. Ea me spectatum tulerat (nutrix) per Dionysia. Plaut. *Curc. sc.2. act.1.* Ei rei dies hæc præstituta proxima Dionysia. Plaut. *Pseud. sc.1. act.1.*

Diophănes, διοφάνης. Nomen viri Bithynici, de quo Colum. Diophanes Bithynus Uticensem totum Dionysium Pœni Magonis interpretem, per multa diffusum volumina, sex epitomis circumscripsit. Diophanes item Mitylenæus, Rhetor fuit insignis, Gracchorum præceptor. Cic. *in Bruto*, Fuit Gracchus diligentia Corneliæ matris à puero doctus, & Græcis literis eruditus. Nam semper habuit exquisitos è Græcia magistros, in eis jam adolescens Diophanem Mitylenæum Græciæ temporibus illis disertissimum.

Diopœnus & Scyllis, Cretenses, antequam Cyrus apud Persas regnaret, Sicyonem se contulere, quæ diu fuit officinarum omnium metallorum patria, sculpendóque marmori claruerunt. Ex Plin. *lib.6. cap.4.*

¶ Dioptes, æ, œconomus, speculator. ¶

Diŏptră, διόπτρα. Instrumentum Geometricum, per quod altitudo, longitudo, latitudóque etiam ex longinquo prospicitur. Hujusmodi sunt instrumenta aquarum dicata liberationibus, ubi perducendæ ad mœnia sunt. Dicta dioptra à verbo Græco διοπτεύω, quod est dispicio. Unde Dioptice dicta est ea Astrologiæ pars, quæ Solis, Lunæ, cæterorúmque locorum distantias per instrumenta investigat. Vulgus *Perspectivam* vocat.

Diores, nomen proprium viri, quem Turnus interemit: apud Virg. *lib.11.*

*Turnus equo dejectum Amycum fratrémque Dioren,*
*Congressus pedes, hunc venientem cuspide longa,*
*Hunc mucrone ferit, currúque abscissa duorum*
*Suspendit capita, & rorantia sanguine portat.*

¶ Diorthōsis, correctio, cùm quis lapsabundus quippiam apprehendit. Bud. ¶ Item confirmatio, & ossium in suum locum repositio. Scribon.

Diorthōtæ, Judices Athenis, apud quos causæ falsæ, mendaciæ legationes dicebantur.

Diorthicum, jus emendativum in commerciis. Bud. ¶

Dioryctus, διωρυκτὸς, locus est Acarnaniæ, trium stadiorum longitudine, ubi Leucadia insula olim operâ accolarum à continenti fuit abscissa, eidémque reddita ventorum flatu congeriem arenæ accumulantium. Author Plin. *lib.4. cap.1.*

Dioryctos, nomen insulæ, id est, à continenti abscissa. διορυκτὸς.

Diōrygēs, διώρυγες. Sunt fossæ manu factæ in Ægypto, ad Nili aquas in agros derivandas: qua dictione utuntur Pomponius & Strabo.

Diosthieron, Διὸς ἱερὸν, id est, Iovis templum. Oppidulum est Ioniæ inter Lebedum & Colophonem. Steph.

Diŏscŏrĭdēs, Διοσκορίδης, Anazarbeus medicus, M. Antonii & Cleopatræ familiaris, cujus extant de Materia medica libri VI. Item de Lethalibus venenis, eorúmque antidotis liber I. De morsu canis rabidi, lib. I. De notis, quæ morsus, sive ictus venenatorum animalium sequuntur, liber I. De eorum curatione, liber I. ¶ Fuit & alius Dioscorides sculptor, cujus meminit Suet. *in Aug. cap.49.*

Diŏscŏrĭus, Διοσκόριος, Mysæus Grammaticus, præfectus Prætorii Leonis Imperatoris, ac præceptor filiorum ejus. Author Suidas.

Dioscoron, insula est in finibus Italiæ è regione Lacinii promontorii, X.M.pass. distans à continenti. Plin. *lib.30 cap.10.*

Disco, is, didici, à δάω, δάσκω. Percipio, disciplinam accipio, cognosco, perdisco. { למד *lamád*, אלף *aláph.* μανθάνω. Gall. *Apprendre.* Ital. *Imparare.* Germ. Lehrnen. Hisp. *Deprender, aprender de nuevo.* Angl. *To learne.* } Plaut. *in Trucul.* Litteras didicisti? quando scis, sine alios discere. Cic. 4. *Academ.* Ab eo enim Stoico Dialecticam didicerat. Terent. *in Adelph. ſc.* 2. *a.* 1. Patet esse dilecto ab aliis, qui verè sciunt.

*Hic & cella jugo didicit ſummittere taurus.*

Tibul. *lib.* 4. Nequiret ferire malam malè dicit manus. Plaut. *Amphitr.* Faciam ut verum discas dicere. *Ibid. ſc.* 1. *a.* 1. Cur negas? Quia vera didici dicere. Alc. Haud æquè facit qui quod didicit, id dedicit. Idem *Aſin. ſc.* 2. *a.* 5. Ubi discimus aliquid benè evenisse, (id est, scimus, audivimus.) Plaut. *Pſeud. ſc.* 3. *a.* 2. ¶ Hujus composita sunt Addisco, Condisco, Dedisco, Edisco, Perdisco, perfectè, seu valdè disco: vide suis locis.

‖ Discentes, discipuli. Tertul. ‖

Disciplīna: Ars, doctrina. { לקח *lekách.* παίδευσις, παίδευμα, ἐπιστήμη. Gall. *Diſcipline, enſeignement, reglement, obſervance.* Ital. *Dottrina, diſciplina.* Germ. Lehr oder underweiſung (so einer von seinem lehrmeiſter nimpt. Hisp. *Dottrina ò enſeñanza.* Angl. *Diſtrine, knowledg which à ſcholler apprehendeth by one other.* } Doctrina est prout à doctore traditur, διδασκαλία. ¶ In disciplinam recipere, id est, instituendum suscipere. Sueton. *de Illuſtribus Gramm.* in vita Taberii: Ut temporibus Syllanis proscriptorum liberos gratis, & sine mercede ullam disciplinam frequentet. ¶ Accipitur autem & in malam partem. Plaut. *in Bacch.* Eadémne erat hæc disciplina olim, quum tu adoleſcens eras? *Ibid.* Tua disciplina nec mihi prodest, nec tibi. Et in bonam, pro bono vivendi modo in Republica. Unde Cicero quæritur se incidisse in perturbationem veteris disciplinæ. Sic apud *Valerium Maximum*, caput est *de militari diſciplina*: id est, de observatione bonorum morum inter milites. ¶ Disciplina pro instituto. Plaut. *in Aſin.* Eadem nos disciplina utimur. ¶ Disciplinam pro secta Philosophorum, ponit Cicer. 5. *Tuſcul.* Omnes ferè Philosophi omnium disciplinarum, nisi quos à recta ratione natura vitiosa detorsisset, hoc eodem animo esse potuerunt. Doctus ex disciplina Stoicorum. Cicer. *de clar. Orat.* ¶ Disciplina, pro exercitio. Plaut. *in Moſtell. ſc.* 1. *a.* 1. Disciplinæ aliis erant. Ex disciplina tonica perdidici (saltare.) Idem *Pſeud. ſc.* 1. *a.* 5. Paret artem & disciplinam: obtineat colorem (de impudentia meretricia.) Idem *Mil. ſc.* 2. *a.* 2. Eadem nos disciplina utimur (id est, damus mercem, si datur pecunia.) Idem *Aſin. ſc.* 3. *a.* 2. In disciplinis doctrinarum præcellens. Gell. *cap.* 25. *lib.* 13. Ita militaris disciplina est. Plaut. *Pſeud. ſc.* 2. *a.* 4. Non tantùm militandi, sed doloudi disciplina servanda. Sen. *cap.* 15. *al.* 34. *de conſol. ad Polyb.* Hæc incommoda accepta debere esse pro disciplina ac præceptis, ut reliquos casus timerent. Cæsar *lib.* 3. *de bell. civil.* ¶ Disciplina, pro displicentia, apud Plaut. *in Ciſtell.* Verbum (inquit) ad te gaudeo ecastor, ira nunc hodie hic accepta summas suavibus modis, nisi hæc disciplina apud te quicquam fuit, quin mihi placet.

Disciplinābilis, e. διδακτὸς, μαθητὸς, μαθητὴς, ἐπιστήμων. *Ad Heren. lib.* 2. Aut si qua in re cohortabimur aliquem, cujus rei aliquam disciplinabilem scientiam poterimus habere, & quomodo, aut qua quidque ratione fieri oporteat, ostendamus: id est, quæ disciplinâ percipi potest.

‖ Disciplinatus, disciplinator. Tertull. ‖

Disciplinābile, quod præceptionibus continetur. Turn. ‖

Discipulus, & in fœm. Discipula. Auditor, qui se alicui in disciplinam tradit. { תלמיד *talmid.* θυμητὴς, μαθητὴς, ἐπιστήμων. Gall. *Diſciple, apprentif, celuy qui apprend.* Ital. *Diſcepolo.* Germ. Ein lehrjung/lehrknabe. Hisp. *Diſcipulo.* Angl. *A diſciple, a ſcholler or apprentis.* } Cicer. 2. *Offic.* Orator parum vehemens, dulcis tamen, ut Theophrasti discipulum possis agnoscere. Plaut. *in Bacchid.* Magistrine quicquam discipulum miniatier? Nihil morat discipulos mihi esse tam plenos sanguinis. Plin. *lib.* 10. *cap.* 19. Audit discipula intentione magna & reddit. Plaut. *Aul.* Continuò hercle ego te dedam discipulam cruci. Discipulum à te semidoctum semoves. Idem *Aſin. ſc.* 3. *a.* 1. Me & meos discipulos fustibus malè contuderunt. *Ibid. ſc.* 1. *a.* 3. Tu id discipulis dato. Idem *Pſeud. ſc.* 1. *a.* 3.

‖ Discipula, æ. quæ discit. ‖

Discipulati, edoctus. Gloss. Isid. μαθητὴς *discipulus.*

Discipulatus, us: tempus disciplinæ. Tertull. ‖

Disciplīnōsus, dicitur qui tam bonas, quàm malas artes facilè discit. Ἐπιστήμων. Hinc in reprehensione dictus est disciplinosus gladiator à Catone. Ex Perotto. ¶ Disciplinosus, verbum Matri Catonis, teste Gell. *lib.* 4. *cap.* 9 Disciplinosus, concilioſus, victorioſus, quæ M. Cato ita effigiavit.

‖ Discobrinare, luciare, deradere. Varro. ‖

Discobŏlus, δισκοβόλος. Qui discum jaculatur, δίσκος & βάλλω = δίσκω: id est, à jaciendo disco. Quint. *lib.* 2. Qui tam distortum & elaboratum, quàm est ille discobolus Myronis?

‖ Discocalymma, lancis operculum. L. g. b. Discœlii: vide *Dyſcœlii.*

Discolor, adject. Quod est diversorum colorum. { צבוע *tsabúa.* ποικίλος. Gall. *De diverſe couleur, differens en couleur.* Ital. *De diverſi colori.* Germ. Von mancherley farben. Hisp. *De diverſos colores.* Angl. *Of ſundrie colowres.* } Martial. *lib.* 14.

*Diſcolor hic gemino calculus hoſte perit.*

¶ Per translationem etiam accipitur pro diſſimili. Horat. *lib.* 2. *ep.* 1. 8.

*Vt matrona meretrici differat erit, atque*
*Discolor infido scorta diiabit amicus.*
Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*
*Discolor, ut vetito grassetur limite miles.*
{ sup. in ludo latrunculorum. }

DISCŌNVĔNIO: Non convenio. {חלק *nechelák.* διχοστάσιον. GALL. *Estre different. & ne convenir ou s'assembler point.* ITAL. *Disconvenire.* GERM. Nicht überein kommen/zusammen gehen. HISP. *Disconvenir.* ANGL. *To disagree or differ.* } Horat. 1. *Epist.*

——*Et vita discrepat ordine toto.*

Idem,

*Non eadem miramur, eò discrepat inter*
*Méque, & te.*

¶ Discophorus, ab Hieronymo *in Proleg. Danielis* dicitur Abacuc, qui Danieli prandium portavit. *Δίσκος* est vas: ibi pro esca. ¶

DISCŌQUO, is, ere: Coquo, decoquo. {רתח *aphách.* בשל *bischschél.* ἀναζέω. GALL. *Faire cuire.* ITAL. *Cuocere.* GERM. Kochen/oder versoden. HISP. *Cozer.* ANGL. *To seeth.* Plin. *lib.* 22. *cap.* 25. Nostri præcipiunt arietinum in aqua cum sale decoquere. *Ibid.* Alvum sistit in cibo, magisque discocta cœlesti aqua.

DISCŌRS, discordis, ex Dis, & Cor. Dissentiens, discordans. {מחלק *nechelák.* διχοστάσιον. GALL. *Discordant, mal accordant.* ITAL. *Discorde.* GERM. Zwytrechtig/uneins. HISP. *Cosa Discorde.* ANGL. *That discordeth or agreeth not.* } ut, Secum ipsa discors, apud Liv. 2. *ab Urbe*, Cicer. 2. *de lege Agrar.* Non ambitione, non contentione discordes. Ovid. 1. *Amor.*

*Quid tibi discordes addere in arma vires?*

Velleius, Discors patri filius. Idem, Discordante à seipsa fortuna. ¶ Antiqui dicebant Discordis, hujus discordis. Pomp. Blanda, fallax, impotens, superba, discordis.

DISCŌRDO, as, are: Dissideo, dissentio, discrepo. {מחלק *nechelák.* διστασιάζω. GALL. *Discorder, mal accorder.* ITAL. *Discordare.* GERM. Zwytrechtig/oder uneins sein. HISP. *Discordar.* ANGL. *To discord, to disagree, or to bear variance.* } Cicer. *de fin.* Sed intus etiam in animis inclusæ, inter se dissident atque discordant. Col. *lib.* 9. *cap.* 11. Domino mortuo familia nimiâ licentiâ discordat. Terent. *Andr.* Qui scis eos nunc discordare inter se?

DISCŌRDIA: Dissidium, dissensio, seditio. {מחלקת *machalóketh*, מדון *madón.* διχοστασία. GALL. *Discorde, dissention.* ITAL. & HISP. *Discordia.* GERM. Zwytracht/uneinigkeit. ANGL. *Discorde, disagreing, or strife.* } Cicer. 4. *Tusc.* Discordia est ira acerbior intimo odio, & corde concepta. Idem *de Amicit.* Quanta vis amicitiæ concordiæque sit, ex dissensionibus atque discordiis percipi potest. Veteres autem pro discordia dixere *discordiam*, & inde *discorditer*, adverb. Pacuvius. *apud Non.*

DISCŌRDĀBILIS, e, quod discordat, & disconvenit. {מחלים *nechelám*, φιλόνεικος, ἀχρεοκοπικός. GALL. *Noiſif, aiſé à mettre ou faire mettre en discorde.* ITAL. *Discordevole.* GERM. Das zwyträchtig ist/nicht wol zusammen stimpt. HISP. *Cosa discorde.* ANGL. *That discordeth.* } Plaus. *in Capt. sc.* 3. *a.* 2. Me hic valere, tutè & audaciter dicito, Tyndare, inter nos fuisse ingenio haud discordabili.

DISCŌRDIĀLIS, qui discordiam excitat & parit. {φιλόνεικος, ἐριστικός. GALL. *Qui fait ou engendre discorde.* ITAL. *Che genera discordia.* GERM. Der zanck und uneinigkeit macht. HISP. *El que engendra discordia.* ANG. *That moveth discorde and striffe.* } Plin. *lib.* 37. *cap.* 10. Hyenæ pelle similem abominantur discordialem domibus.

DISCŌRDIŌSUS, qui discordiam seminat & lites serit, discordialis. {φιλόνεικος, ὁ ἐριστικός. GALL. *Noiſif, querelleux.* ITAL. *Chi semina discordie.* GERM. Zanckisch/auffrürisch/der nol zanck oder zwytracht stifft. HISP. *Lleno de discordia.* ANGL. *A forner or discorde or striffe.* } Vulgus discordiosum, Salust. *in Inv.* Nam vulgus (uti plerumque solet, & maximè Numidarum) ingenio mobili, seditiosum, atque discordiosum erat, cupidum novarum rerum, quieti & otio adversum.

¶ Discredo, barbarè, i. e. non credo. ¶

DISCRĔPO, as: Discordo, dissentio, discrepans sum, quasi diverso modo crepo. {מחלק *nechelák.* διαφωνία, διαστασιάζω. GALL. *Discorder, n'estre point d'accord.* ITAL. *Discordare, non essere d'accordo.* GERM. Zanck sein/uneinig sein. HISP. *Discordar.* ANGL. *To disagree, to jarre.* } Cicer. *lib.* 1. *Offic.* Ut in fidibus, aut in tibiis, quamvis paulùm discrepent, tamen id à scienti animadverti solet. Idem *Rufo*, A meis rationibus quæ discrepant. Liv. *lib.* 38. posuit impersonale: Nec inter scriptorem rerum discrepat solùm, sed oratores quoque, si modò ipsorum tanta quæ feruntur.

DISCRĔPITO, as, frequentativum. ἐκτὸς διαφωνῶ. Lucret. *lib.* 2.

*Si non omnia sint, aut multò maxima pars est*
*Consimilis, verùm positurâ discrepitant res.*

DISCRĔPANS, antis, particip. διαφωνῶν. Cic. 1. *de legibus*, Interpretesque est mentis oratio verbis discrepans, sententiis congruens.

DISCRĔPANTIA, æ: Dissensio, discordia. {מחלקת *machalóketh*, נוד *ghéser.* διαφορά. GALL. *Difference.* ITAL. *Differentia.* GERM. Der verschied/mißhelligung. HISP. *Diferencia.* ANGL. *Difference, disagreing, variance.* } Cic. 1. *Offic.* In actiones, omnémque vitam, nullam discrepantiam conferre debemus. Idem 3. *de finib.* Majorem multò habere Stoicos & Peripateticos rerum omnium discrepantiam, quàm verborum.

DISCRĔTIO, Discretus, Discrimen, Discriminale, Discrimino, Discrimінarim: vide *Discerno.*

¶ Discriptor, qui populum per centurias, & tribus dividit. Gl. A. L. ¶

DISCRUCIO, ejusdem significationis est cum suo simplici, & tam ad animum, quàm ad corpus refertur. {דאב *dáab*, עצב *batsáb.* ἀνιῶν. GALL. *Tourmenter en pluſieurs manieres.* ITAL. *Affligere, cruciare.* GERM. Übel geplagt werden/sein gepeinigt werden. HISP. *Atormentar, fatigar.* ANGL. *To be sore tormented, vexed or grieved.* } Cicer. 12. *Philip.* Ut ille Trebonium, & (si posset) etiam Brutum, discruciatos necaret. Plaut. *in Mil.* Discrucior animi, quia domo abeundum est mihi. In quo exemplo etiam illud observatione dignum est, quod Discruciat apud veteres cum genitivo conjungi solebat, more Græco: hodie autem cum ablativo. Plaut. *in Cas.* Ego discrucior misce amore.

¶ Discruciatus, us, varii dolores, tormenta. Prud. ¶

DISCŪMBO, is: Accumbo. {שכב *schakáb.* ἀνάκειμαι. GALL. *Se coucher, s'en aller dormir, ou s'asseoir pour manger à la mode ancienne.* ITAL. *Sedere à mensa.* GERM. Zu tisch sitzen. HISP. *Assentarse à la mesa.* ANGL. *To sit downe at table, to go ly, to go bedde.* } Gell. Apud cœnam Favorini Philosophi quum discubituri essent, cœpitúsque apponi cibus, servus assistens mensæ legere incœpabat. Discumbitur. Impersonale. Cic. 3. *Verr.* Maturè veniunt. discumbitur: fit sermo inter eos & invitatio, ut more Græco bibatur.

DISCŪBITŌRIUS lectus, apud Plin. in quo, vel super quo discumbebant antiqui cœnaturi, ut differret à culcitra, quæ in cubiculis ponitur.

DISCŪNEĀTUS, quasi immisso cuneo apertus, ac patens, sicut ligna dividenda fiunt, & hiantia adactis cuneis. {διεσφηνωμένος. GALL. *Fendu avec un coing, entr'ouvert.* ITAL. *Aperto con cuneo.* GERM. Mit einem weggen gespalten/oder von einander gerissen. HISP. *Hendido ò abierto con cuña.* ANGL. *Cloven with a wedge.* } Plin. *lib.* 9. *cap.* 30. Carent conchæ visu, omnique sensu alio, quàm cibi & periculi. Insidiantur ergo polypi apertis: imposítoque lapillo extra corpus, ne palpitatu ejiciatur, ita securi grassantur, extrahúntque cornes: illæ se contrahunt, sed frustrà discuneatæ.

DISCŬPĬO, est valde cupio. {אוה *iváb.* ἐπιθυμῶ. GALL. *Fort desirer.* ITAL. *Desiderar grandemente.* GERM. Häfftig begeren. HISP. *Mucho codiciar.* ANGL. *To covet greatlie.* } Catull. Cum puero bello præconem qui videt esse, quid credat, nisi se vendere discupere? Cælius *Ciceroni*, Peream si minima causa est propertandi illò mihi, quod te videre, & omnia intima confetre discupio.

DISCŪRRO: In diversas partes curro. {שוט *schot.* ἀλαζονεύομαι. GALL. *Courir çà & là.* ITAL. *Correre in diverse parti.* GERM. Hin und her lauffen. HISP. *Correr en diversas partes.* ANGL. *To runne in sundrie partes, to runne hither and thither.* } Liv. *lib.* 1. Signo dato juventus Romana ad rapiendas virgines discurrit. Ovid. 2. *Fast.*

*Ipse Deus velox (Pan) discurrere gaudet in altis*
*Montibus.*

Tib. *lib.* 4.

*Magna Deûm proles levibus discurreret umbris.*

{ id est, volitaret & vagaretur. }

DISCURSO, as, are. Quint. Discursare in agendo.

DISCŪRSIO, nis. {שוט *schot.* ἀλαζονεία. GALL. *Course deçà & delà.* ITAL. *Corso desordinato.* GERM. Ein unordentlich gelauff. HISP. *Corrida en diversas partes.* ANGL. *A running hither and thither in diverse partes.* } Lact. *de opif.* Totos dies in hujusmodi discursione consumunt.

DISCŪRSUS: Discursio. {שוט *schot.* ἀλαζονεία. GALL. *Course deçà & delà.* ITAL. *Discorso, corso disordinato.* GERM. Das hin und her lauffen. HISP. *Corrida en partes diversas.* ANGL. *A running hither and thither in diverse partes.* } Cæsar *bell. Gall.* Magno clamore discursúque passim se fugæ mandant. Et apud Plin. *lib.* 2. *c.* 36. Discursus stellarum. Ovid. 2. *Fastor.*

*Sic Fabii vallem lato discursibus implent.*

Senec. *cap.* 7. *de consol. ad Marc.* Discursus equarum vagos, & amens in desiderio pullorum. *Ibid. cap.* 18. Discursus rivorum. *Ibid. cap.* 6. Discursus est assiduus humani generis (mutandi sedes.)

DISCŪRSITĀTIO, nis. Sen. *de vita brevinate*, *cap.* 3. Agedum, ad computationem ætatem tuam revoca. Dic quantum ex illo tempore creditor abstulerit, quantum officiosa per urbem discursitatio.

DISCŬS, à di, & sco. {קערה *kebaráh.* δίσκος. GALL. *Un plat.* ITAL. *Piatto grande.* GERM. Ein blatten/ein fleischtrüller. HISP. *Muy gran plato.* ANGL. *A dishe.* {Vas latum (ut Julius Pollux inquit) ad portandas carnes aptum: fortè lanx. Cic. *de Orat.* Quorum auditores discum audire malunt, quàm philosophum: qui simul ut increpuit, Philosophum disputantem relinquunt. Unde ab Hieronymo dictus est Discophorus ille, qui Danielis prandium portavit: Talem enim, inquit, discophorum inedia meruerat hebdomadis. ¶ Est & Discus, rotunda quædam moles saxea, vel plumbea, sive ferrea, cujus jactu juvenes inter se certabant, victórque evadebat, qui aut altiùs in sublime, aut longiùs in tractu ultra designatum spatium projecisset. Plaut. *Mostell. sc.* 2. *a.* 1. Arte gymnastica, disco, hasta, pila. Mart. *lib.* 14. *Epigr.* 164.

*Splendida quum volitent Spartani pondera disci:*
*Este procul pueri, sic semel ille nocens.*

Alludit poëta ad mortem Hyacinthi pueri, qui jactu disci ab Apolline est interfectus, & in florem sui nominis mutatus: de quo vide Ovid. 10. *Metam.* Hujusmodi disco videntur hodie uti nostri mimi & histriones, qui quæstus gratiâ coram populo gesticulantur, dum nescio quid ad formam disci rotundum & aereum jaculantur in aërem, deinde virga excipiunt: quos discobolos appellat Plin. *lib.* 10. *cap.* 1. hoc est, disci jactatores. Disci autem figura videtur fuisse plena & rotunda, ut nobis corpus Solis apparet. Ideo etiam Græci solare corpus discum dicunt. ¶ Hinc locus proverbio apud Cic. *lib. de Orat.* 2. Discum, quàm Philosophum audire malunt. Vulgus enim hominum propensius est ad quævis inepras voluptates, quàm ad frugiferas. Per jocum erani ferri potest ad discum escarium, cujus crepitum multi libentiùs audiunt, quàm vocem Philosophi.

DISCOBOLOS, vox Græca, quidiscum jacit. Utitur Quint. *lib.* 12. *cap.* 14. Quid tam distortum & elaboratum, quàm est ille ille discobolos Myronis? Plin. *lib.* 34. *cap.* 8. Fecit & canem & discobolon, & Persea: de Artemone artifice ætario.

DISCŬTIO, is, discussi, discussum, ex Dis, & Quatio. Propriè in diversas partes rejicio, dispello. {דחה *daháh*, דחף *daháph*, הלם *halam.* ἀφανίω, ἀφαιρῶ. GALL. *Ebranler, pousser, discuter, dissoudre, resoudre.* ITAL. *Scuotere, dibattere.* GERM. Erschüttern/zerschüttern. HISP. *Sacudir en diversas partes.* ANGL. *To shake or strike off.* } Ovid. 1. *Metam.*

*Tempora discussit clavo cava malleus ictu.*

¶ Discutere est diversis partibus quatiendo dirnere & demoliri. Liv. Tribus arietibus aliquantum muri discussit. Sic Cels. de ossis

cranii testa loquens, quæ malleolo per fealptum discutitur, *lib.* 8. *cap.* 3. Subinde ei subjicitur, quod fcalpto discutiendum. ¶ Per translationem modò ponitur pro Removeo, seu resolvo. ἀφαιρέω. Cicer. 12. *Philipp.* Discussa est illa caligo, quam paulò ante dixi: diluxit, patet, videmus omnia. Colum. *lib.* 7. Etiam languor & nausea discutitur, si integrum gallinaceum crudum ovum jejuni faucibus inferas. Cels. *lib.* 1. *cap.* 8. Nisi interdum jam horrore discusso. Livius *lib.* 4. *d.* 4. Eum rem litteræ Sempronii discussserunt. Sueton. *in Cæs. cap.* 79. Discutere infamiam. Velleius. Cunctationem regiam Romana discussit constantia. Vide *Dissipo.* ¶ Discutere, medicis est, ulcus, sive collectionem citra suppurationem dissipare, & dispicere, διαφορεῖν. Hinc discussoria medicamenta, διαφορητικὰ, & vis discussoria. Plin. *lib.* 30. *cap.* 10. Et per se cinis inanium cochlearum ceræ missus discussoriam vim habet. ¶ Modò variis modis examino, investigo. ‡ חקר *chakár.* ἐξετάζω, ἀνακρίνω. ‡ Cicer. 4. *Acad.* Oportet igitur nos esse armatos, ut occurrere possimus interrogationibus eorum, captionésque discutere. Lactant. Hæc enim pravitatis est causa ignoratio sui: quam si quis cognita veritate discusserit, sciet quemadmodum sibi vita degenda sit.

Discussus, a, um. Velleius. Sepultum ac discussam bellum ejus adventu. Idem, Discussa seditio severitate. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Trist.*

*Purum discussis aëra reddit aquis.*

Discussor, is: Calculator. λογιστὴς. Jul. Firmicus *Matheseos lib.* 3. Exactores Imperatorum, & qui annuas fiscalium præstationes reperunt, discussores, rationales, &c. Discussor aliàs pro Investigator, inspector. Macrob. *comment. lib.* 1. *cap.* 21. Hoc loco diligens rerum discussor inveniet quod requirat.

Discussio, nis: Solutio, inquisitio, ἀνάλυσις. Macrob. *comment. lib.* 1. *cap.* 16. Sequitur illa discussio, quid sit quod adjecit. ¶ Aliàs Discussio est percursio in diversas partes: ut Senec. *Quæst. natur. lib.* 6. *cap.* 19. Quomodo in dolio cantantis vox per totum cum quadam discussione percurrit ac resonat.

Discussum, quod examinatum, aut judicatum est. Et actus ipse Discussio, κρίσις, ἀνάκρισις. Et discussor, qui discutit, ἐξεταστὴς.

‖ Disdiapāson, Symphonia ex duobus constans, diapason. Pap.

Disdŏnat, diversa donat. Gloss. Isid.‖

Disertĭus, Diserte: vide *Dissero.*

Disertiones, divisiones patrimoniorum inter consortes. Fest.

‖Disgargalis, equus difficilis, intractabilis, seu tractum non patiens. Rh.‖

Disgredior, verbum militare: disgredi, idem quod è pugna discedere, seu recedere.

‖ Disgregæ, dissimiles. Capella.

Disgrex, segregus. Gl. Isid. ἀπηγμένος.

Disgruit, disconvenit. Cath.‖

Dispicio, is: In diversas partes jacio, dispergo. ‡ נפץ *naphátz*, נתץ *nathátz.* διαρρίπτω. Gall. *Jetter par terre çà & là, faire eſcarter.* Ital. *Gettare in diverſe parti.* Germ. Hind vnd her werffen. Hisp. *Derramar echando, ò echar en diverſas partes.* Angl. *To caſt à ſunder, to ſcatter.* ‡ Virg. 1. *Æneid.* Disjectique rates. Liv. 1. *ab Urbe.* At primò tentata res est, si dispositis clientibus abstertendo singulos à concionibus, conciliisque, disjicere rem posset. Disjicere oraculo. Suet. *in Tib. c.* 63. Disjicere expectationem. Idem *in Cæs. c.* 42.

Disjectus, participium: Dispersus. ‡ נפוץ *naphúts.* διαρριπτέω. Gall. *Jetté çà & là, eſpart.* Ital. *Gittato quà & là.* Germ. Zerſtrewet/hin vnd her geworffen. Hisp. *Derrando, echando, ò echado en diverſas partes.* Angl. *Caſt à ſunder, ſcattered.* ‡ Cicer. *Attic. lib.* 3. Nos disjecta manu adversariis pares esse non possumus. Horatius *Carm. lib.* 2. *Od.* 19.

——*tellúque Penthei*
*Disjecta non levi ruina.*

Tib. *lib.* 4.

*Pannonius gelidas passim disjectus in Alpes.*

Disjecto, as, are, frequentativum. ‡ διαῤῥιπτάζω. Angl. *To diſparkle often.*‡ Lucr. *lib.* 2.

*Sed quasi naufragiis magnis, ventisque coortis,*
*Disjectare ſolet magnum mare transtra, carinas,*
*Antennas, prorам, &c.*

Disjungo: Separo. ‡ חדיר *hidíl*, חלץ *chalátz.* διαζεύγνυμι, διίημι. Gall. *Déjoindre, découpler, ſeparer.* Ital. *Disjungere, ſeparare.* Germ. Von einander fügen/abſönderen. Hisp. *Deſunir à apartar.* Angl. *To unjoyne, to ſeparat, to unyoke.* ‡ Cicer. *Lentul.* Nam ab orationibus disjungo me, referóque ad mansuetiores Musas. Ter. *in Hecyr.* Atqui ea res multò maximè disjungit illum ab illa. Cicer. 2. *Philip.* Ipse enim Pompeium à mea familiaritate disjunxit.

Disjunctus, participium. ‡ מבדיל *mibdíl.* διαζευκτὸς. Gall. *Déjoint, déconplé, ſeparé.* Ital. *Separato, diſgiunto.* Germ. Abgeſönderet/von einander geſügt. Hisp. *Deſunido, ò apartado.* Angl. *Vnyoked, uncoupled.* ‡ Cicer. *pro Rosc. Amer.* Quæ vita maximè disjuncta à cupiditate, & cum officio conjuncta. Idem 2. *Philipp.* Operâ meâ Pompeium Cæsaris amicitia esse disjunctum.

Disjunctus, nomen ex participio. ‡ Angl. *A ſpare of, a ſunder.*‡ Cic. *pro Marcell.* Nec verò disjunctissimas terras citiùs passibus cujusquam potuisse peragrari, quàm cuis non dicam curribus, &c. Idem 4. *Acad.* Nihil est enim ab ea cogitatione, quam habemus de gravitate sapientis, errore, levitate, temeritate, disjunctius.

Disjunctum in Syllogismo, & proloquium disjunctivum. Gellius *cap.* 11. *lib.* 5.

Disjunctio: Separatio. ‡ גזר *gézer.* ἀφόρισις, διαχώρησις. Gall. *Déjoignement, ſeparation.* Ital. *Separatione.* Germ. Abſönderung. Hisp. *Apartamiento.* Angl. *A ſeparting, a unyoking.* ‡ Cic. Neque enim non potest mihi non molestissima esse disjunctio nostra, in tanta rerum omnium varietate. ¶ Hinc etiam disjunctivæ conjunctiones, διαζευκτικοὶ συνδέσμοι, quæ res, vel personas, vel tempora distinguunt: ut, Hoc, vel illud, meum, vel tuum erit.

Disjunctivus, διαζευκτικὸς: ut, disjunctivus modus. Papin. *D. lib.* 35. *tit.* 1. *l.* 78. Disjunctivo modo conditionibus adscriptis. ¶ Hinc disjunctivæ conditiones, quæ copulativis opponuntur, apud Probum, & Jurisconsultos.

Disjunctivè, adverbium, διαζευκτικῶς. Ulpian. *lib.* 30. *tit.* 1. *l.* 34. At si conjunctis disjunctivè communi fiat, unius personæ potestate fungantur.

‖ Disligo, solvo. Gloss. A. L.‖

Dispărāscĕre, est palam omnibus innotescere. ‡ ידע *bodákh.* διαγνωρίζω. Gall. *Eſtre divulgué.* Ital. *Diſeſare.* Germ. Jederman kundtbar werden. Hisp. *Divulgarſe.* Angl. *To be commen or knowen by all.*‡ Plaut. *in Bacch.* Si plus pendendum sit, periisse suavius est, quàm illud flagitium vulgò dispalescere.

Dispălo, as, idem quod separo, teste Nonio, à præpositione Dis, & verbo Palare, quod est errare, & vagari. ‡ נפץ *naphátz*, פרץ *bepháts*, פזר *pazár*, מוט *mathát.* διαῤῥήγνυμι, διασπείρω. Gall. *Eſtre divulgué & manifeſté, eſpandre çà & là, ſe diſperſer ou errer par les champs.* Ital. *Separare, andar errando.* Germ. Hin vnd her (zerſtreſſen. Hisp. *Derramarſe huyendo.* Angl. *To wander or stray, to be commone or knowen.* Hujus passivum est dispalor. Sisen. *lib.* 3. *Hist.* ut citat Nonius, Tanto passu dispalantur. Et apud eundem, Dispalari, ab signis disgressi omnes, ac dissipati. Gell. *lib.* 1. Ea præcentione tranquilla & venerabili, ad quandam quasi militaris musicæ disciplinam, vis & impetus militum, ne spasi dispalatique prorurrent, cohibebatur.

Dispăndo, is, ere: Extendere. ‡ נטה *natáh*, רקע *rakáh*, פרש *parás*, מתח *mathát.* διαπετάννυμι. Gall. *Eſtendre, ouvrir & déployer.* Ital. *Spandere.* Germ. Außſpannen/außbreiten. Hisp. *Tender en partes.* Ang. *To ſtreth out to open abroade.* ‡ Plin. *lib.* 9. *cap.* 4. In Gaditano Oceano arbor in tantum vastis dispansa ramis, ut ex causa fretum nunquam intrasse credatur. Lucret. *lib.* 1.

*Denique ſtantibus segnes suspensa in litore vestes*
*Præsentunt, eadem dispansa in sole foresecunt.*

Plaut. *in Milit.* dispellis, per e scribit. Eundem actutùm extra portam dispellis manibus, &c.

Dispessus, a, um: Expansus, extensus, participium ab hoc verbo dispando. ‡ פרוש *parúsh.* διαπεπταμένος. Gall. *Eſtendu, déployé.* Ital. *Spanſo.* Germ. Außgeſpannet/außgeſtrecket. Hisp. *Tendido en partes.* Angl. *Spread or ſtret choll out abroade.* ‡ Plaut. *in Milit. ſc.* 4. *a.* 2. Eundum actutùm extra portam dispessis manibus patibulum cum habebis.

Dispăr, is, Inæqualis, dissimilis, impar, diversus. ἀνόμοιος, ἀνισος. Gall. *Diſſemblable, qui n'eſt point pareil,* Ital. *Diſpare.* Germ. Vngleich. Hisp. *Deſygual.* Angl. *Diſunly, unequall, unmeete.*‡ Cic. *de amic.* Dispares enim mores disparia studia sequuntur, quorum dissimilitudo dissociat amicitias. Idem *pro Font.* O fortunam longè disparem M. Fonteii, si, &c. Idem *pro Muren.* Et quoniam ostendi, judices, parem dignitatem ad Consulatus petitionem, disparem fortunam provincialium negotiorum in Murena atque Sulpitio fuisse, &c. Virg. 2. *Eclog.*

*Est mihi disparibus septem compacta cicutis*
*Fistula.*

Ovid. 8. *Metamorphoseôn.*

*Fistula disparibus paulatim surgit avenis.*

Dispar animorum, dicitur cui cum aliis non convenit, aut qui non est animo æquè forti. Silius *lib.* 8. quum numerasset quosdam qui Scipionem ad bellum sequebantur, addit etiam istos: Brutus haud dispar animorum, &c. id est, animo non minùs magno & præsenti, quàm quos jam recensui.

Dispărilis, e: Dispar. ‡ ἄνισος. Angl. *Vnmeet, unequall.*‡ Varr. *de re ruſtic.* Et pabulum disparile non usquequaque idem sit. Cicer. *de Divin.* Quæ omnia fiunt ex cœli varietate, & ex disparili aspiratione certarum.

Dispărilitās, ātis. Macrob. *Saturn. lib.* 1. *cap.* 1. Nec indigestè tanquam in acervum congestimus digna memoratu, sed variarum rerum disparilitas ab authoribus diversis confusa temporibus, ita in quoddam digesta corpus est. Vide Gell. *lib.* 20. *cap.* 11. & *lib.* 7. *cap.* 3.

Dispăriliter: Adverb. Varr. *de re ruſt. lib.* 1. *cap.* 6. Hæc atque hujusmodi tria fastigia agri ad colendum disparilitèr habent momentum.

Dispăro, as, are: Separo, & sejungo. ‡ חדיר *hidíl.* διαζεύγνυμι. Gall. *Separer.* Ital. *Separare.* Germ. Sönderen/von einander scheiden. Hisp. *Apartar en diverſos lugares.* Angl. *To put a parte, to ſever.*‡ Plaut. *Rud.* Qui est Imperator divùmatque hominum Jupiter: is nos pergentes alium in alia disparat. Gell. *lib.* 11. *cap.* 11. Tot sententias in eandem rem, quasi aliud atque aliud diceret, disparavit. Plaut. *Amphitr.* Atque quanto nox fuit longior hæc proxuma, tantò breviorem dies ut fiat faciam, ut æquè disparet. ¶ Hinc disparata vocant Dialectici, quæ negativè opponuntur. Cic. 1. *de Invent.* Disparatum est autem id, quod ab aliqua re per oppositionem negationis separatur, hoc modo, Sapere, & non sapere.

Dispărtio: vide *Dispertio.*

‖ Dispasilio, distribuo. Gloss. A. L.‖

Dispello, is, dispuli, dispulsum: In varia loca pello, discutio, disjicio. ‡ נפץ *naphátz*, חתף *bephits*, דחף *dachápb.* διώκω. Gall. *Debouter, dechaſſer.* Ital. *Scacciare in diverſe parti.* Germ. Zutreiben/von einander jagen. Hisp. *Echaren en partes.* Angl. *To put or expell in to ſundrie partes.* ‡ Liv. *lib.* 5. Quum equitem passim liberi fœnis dispulissent equi, Verentium maxima pars Tyberim effusi petunt. Cicer. *lib.* 1. *Tusc.* Eandémque ab animo tanquam ab oculis caliginem dispulit. Virg. 1. *Æneid.*

*Teucrorum nimque alios, acer quos æquore turbo*
*Dispulerat:* id est, dejecerat, sive segregaverat.

Dispulsus, a, um. Plaut. *Asin. ſc.* 4. *a.* 3. Qui amores nostros dispulsos compulit.

Dispectatis, decoratis. Lege *Diſpeſcatis.*

Dispĕndo, is: Distineo, sive occupatum teneo. ‡ *Aacmŵ.* Gall. *Detenir, tenir occupé.* Ital. *Tener occupato.* Germ. Zuſchaffen haben/oder mit geſchäfften aufhalten. Hisp. *Detener.* Angl. *To lett with diverſe buſineſſe, to withhold or ſtaye.*‡ Colum. *lib.* 3. *cap.* 2. Parandi autem modus

modus est ducentorum capitum, quæ pastoris unius dispendant curam. ¶ Aliquando idem est, quod expendo, erogo, distribuo: unde fit nomen dispendium, de quo mox dicemus. Dispenso frequentativum, idem ferè quod distribuo. { Gall. *Dépenser, employer.* Ital. *Spendere.* Germ. Außtheilen/außgeben. Hisp. *Despender.* Angl. *To spend or bestowe.* Columell. *lib.* 4. Cœlestes admittet imbres, cóisque alendis seminibus dispenset. ¶ Aliquando significat expando, *διαπίτω*, & tunc non à *pendo*, sed *pando* componitur. Plaut. Ubi lubet, dispendite hominem divorsum, atque distendite.

Dispendium, ii, est sumptus incuriâ, vel negligentiâ, aut immoderatione factus. { *Δαπάνη.* Gall. *Dépense & perte, dommage, dégast.* Ital. *Spesa.* Germ. Verlust/unkosten. Hisp. *El gasto.* Angl. *Expense. losse.* } Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 3. Minore nusquam benè fui dispendio. Plin. Magno id lignorum dispendio fit. ¶ Aliquando idem est quod damnum, vel detrimentum. { *Βλάβη.* Gall. *Dommage.* Ital. *Danno.* Germ. Schad. Hisp. *Daño.* Angl. *Damage, losse.* } cui opponitur compendium, quod lucrum, vel utilitatem significat. Terent. *Hecyr.* Quid est quod mihi malim, quàm quod huic intelligo evenire, ut gratiam ineat sine suo dispendio, & mihi prosit? Plaut. *in Mostel.* Amorem multos illexisse in dispendium. Virg. 3. *Æneid.*

*Hic tibi ne qua mora fuerint dispendia tanti.*

¶ Dispendium etiam via obliqua, & quæ per ambages eò ducit, quò nos tendimus: contraria Compendio. Lucr. *lib.* 5.

*Jam super Herculeam fauces nemorosáque Tempe,*
*Æmonia deserta petens dispendia sylvæ, &c.*

Dispendiōsus, a, um: Damnosus. { *Ζημιώδης.* Gall. *Qui porte dommage, dommageable.* Ital. *Dannoso.* Germ. Schädlich/das schaden bringt. Hisp. *Dañoso, lo que haze daño ò menoscabo.* Angl. *That bringeth great damage or losse.* } Col. *lib.* 1. Nam dispendiosa est cunctatio. ¶ Accipitur etiam pro sumptuoso, *φιλοτιμότερος.* cui opponitur parcus.

Dispĕndo, is: Expando. { פרס *parás.* *διατείνω, διαπίτω.* } tractum à pennis & volatu avium, ut inquit Nonius. Plaut. *in Milit.* Ubi lubet dispendite hominem divorsum, & distendite. Sic enim Nonius legit: quanquam vulgariter jam *dispendite*, legatur. Est autem hæc consuetudo loquendi Plauto familiaris, ita enim depectere, defloccare ubique dicit.

¶ Dispennere, est brachia expandere ad instar volantis avis: q. à pennis duceretur, ut vult Non. ¶

Dispēnso, as, frequentativum, quod frequentiùs in usu est: Dispendo, dispono, procuro. חלק *chalák.* סבן *sachán.* *Διάνω, οἰκονομέω.* Gall. *Gouverner, dispenser, ou distribuer une chose par raison.* Ital. *Dispensare.* Germ. Außtheilen. Hisp. *Despensar.* Angl. *To lay out money for another, to distribut.* } Plaut. *in Bacch.* Nunc alteris etiam ducentis usus est, qui dispensentur Ilio capto. Cels. *lib.* 3. *cap.* 6. Sine quibus illa dispensari non possunt. Liv. 3. *ab Urbe*, Intercalares mensibus interponendo ita dispensavit, ut, &c. Cic. *ad Att. lib.* 11. Ex quo scire nihil potui de nostris domesticis rebus, de quibus acerbissimè afflictor, quòd qui eas dispensavit, neque adest istic, neque ubi terrarum sit, scio. Dispensare dolorem, & dividere inter multos. Senec. *cap.* 12. *al.* 31. *de consol. ad Polyb.* Dispensandum humanum pectus in metus & dolores. Idem *cap.* 10. *de consol. ad Marc.* Dispensare victoriam. Liv. *lib.* 8. *d.* 4.

Dispēnsātor, qui familiæ necessaria dispensat, & distribuit: cujusmodi sunt obsonatores, quorum officium est coëmere quæ usus domesticus expostulat. { סבן *sochen.* *οἰκονόμος.* Gall. *Dépensier, celuy qui a la charge de manier, dispenser, ou distribuer le bien de son maistre.* Ital. *Dispensatore.* Germ. Ein schaffner/haußhalter/ein außrichter. Hisp. *Despensero.* Angl. *He that layeth out or distributeth money, afterward.* } Martial. *lib.* 6.

*Dispensatoris nobile cernis opus.*

Juvenal.

*Prælia quanta illic dispensatore videbis*
*Armigero?*

¶ De servo, qui rationes administrat, sive dispensatore. Sueton. *in August. cap.* 67. ubi loquitur de Diomede dispensatore. Idem *in Neron. cap.* 44. & *cap.* 12. *in Galba*, Dispensatoribus exceptis. Quint. *Decl.* 333. Dispensatores torti.

Dispēnsātio: Procuratio, administratio. { פקדה *pekudháh.* *οἰκονομία.* Gall. *La charge & maniement de quelque chose, office de dépenser.* Ital. *Officio di dispensiero.* Germ. Außtheilung/verwaltung. Hisp. *Officio de despensero.* Angl. *The charge or laying out of money for another distribution.* } Sueton. *in Othon. cap.* 5. Ante paucos dies servo Cæsaris pro impetrata dispensatione decies sestertium expressisse. Cicer. *ad Att. lib.* 15. Profectionem meam, ut video, Eroris dispensatio impedit. Hodie dispensationem accipiunt Jurisperiti pro communis juris relaxatione, necessitatis, aut certè majoris alicujus utilitatis causâ, cuipiam concessa. Verùm quoniam in ea significatione apud classicos scriptores non legitur, nihil est quòd plura hic de ea agamus, præsertim quam præsentis instituti sit, Latinas voces, non Barbarorum fæces huc congerere.

Dispĕrdo, is: Consumo, dissipo. { שחית *schiteh*, אבד *ibbádh.* *διαφθείρω, ἐξολοθρεύω.* Gall. *Perdre & gaster, dissiper, détruire.* Ital. *Consumare, dispendere.* Germ. Verderben/schänden/zu nicht machen. Hisp. *Desperdiciar, destruyr.* Angl. *To lose, to marre or kill.* } Plaut. *Cas.* Imò age ut lubet, ede, bibe, dispherde rem, Cicer. *pro lege Agrar.* Videte nunc proximo capite, ut impurus helluo turbet Remp. ut à majoribus nostris possessiones relictas dispergat & dissipet. Plaut. *Pœn.* Dii immortales meum herum servatum volunt, & hunc lenonem dispherditum.

Dispĕrditio, nis: Delatio, perditio. { אבדון *abbadhón.* *ἐξολόθρευσις.* Gall. *Dégast, destruction.* Ital. *Consumamento, distruttione.* Germ. Verderbnuß. Hisp. *Disperdiciamiento.* Angl. *A marring, a losing.* } Cicer. 3. *Philipp.* Cum exercitu Romam fit ad interitum nostrum & ad disperditionem urbis venire conatus.

Dispĕrdo, is, ex Dis, & Pereo, componitur, significatque vario modo, aut in totum pereo, & deficio. { אבד *abádh.* *ἀπόλλυμι, ἐξόλλυμι.* Gall. *Estre perdu & gasté, deperir.* Ital. *Perire à fatto.* Germ. Verderben/nicht werden. Hisp. *Perecer en todo, ò diversas maneras.* Angl. *To perish, to be lost.* } Plaut. *Aul. sc.* 4. *a.* 1. Proh Jupiter, non ego disperii? id est, compilatus sum. Disperii nisi, &c. (minantis.) Idem *Mil. sc.* 2. *a.* 2. At ego disperii. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 2. Varr. 1. *de re rust.* Fructus solent disperire. Idem *lib.* 3. Providendum vehementer ne propter æstum, aut propter frigus disperiant. ¶ Dispeream: jurantis vox. Idem *in Amph.* Dispeream, si aut totus adhuc fui, aut si hunc miserim.

Dispĕrgo, is, dispersi, sum: In diversas partes spargo, dissicio, dissipo. { פזר *pazár.* *Διασπείρω.* Gall. *Espandre, semer çà & là.* Ital. *Sparsare in diverse parti.* Germ. Außstreuen. Hisp. *Esparzir en partes, derramar.* Angl. *To scatter or spread abroad.* } Cic. 4. *Acad.* Cur morifera tam multa perniciosa terra marique dispersisset. Terent. *in Adelph.* An tibi mavis cerebrum dispergi hic? Cic. *de nat. Deor.* Puerum interea obtruncat, membráque particulatim dividit, pérque agros passim dispergit corpus, &c.

Dispersus, particip. dissectus, fusus. פזור *pazúr.* *διασπαρμένος, διαπεφορημένος.* Gall. *Espars, semé çà & là.* Ital. *Sparso.* Germ. Zerstreet. Hisp. *Esparzido en partes, derramado.* Angl. *Scattered or spread abroade.* } Cicer. 1. *de Orat.* Omnia ferè quæ tunc conclusa nunc auribus, dispersa quondam fuerunt, ut in musicis numeri, & voces, & modi.

Dispersus, us, ui. { תפוצות *tephutsáh.* *Διασπορὰ, διασπορά.* Gall. *Espartissement.* Ital. *Spargimento.* Germ. Zerstreuen. Hisp. *Esparzimiento en partes.* Angl. *A scattering or spreading abroade.* } Cic. *Attic. lib.* 9. Quòd Consules laudas, ego quoque animum laudo, sed consilium reprehendo: dispersu enim illorum, actio de pace sublata est, quam quidem ego medebar.

Dispĕrsè, & dispersim, Adverbia, diffusè. { *σποράδην, διασπορικῶς.* Gall. *Parcy par çà, separément, en divers lieux.* Ital. *Sparsamente, per quà & per là.* Germ. Hin und her zerstreuet. Hisp. *Esparzidamente en partes.* Angl. *By scattering hither and thither.* } Cicer. *Verr.* Nunc jam illa omitto, quæ dispersè à me multis locis dicentur, ac dicta sunt. Varr. *de re rust. lib.* 1. *cap.* 1. Qui Græcè scripserunt dispersim alius de alia re, sunt plus quinquaginta. Suet. *in Cæsar. cap.* 80. Consilia dispersim habita.

Dispertĭo, is, & Dispertior, iris, dep. onens, ex Dis, & Partio: In diversas partes divido, huic & illi partes do. { חלק *chalák,* פלג *pilágh.* *Διαμερίζω.* Gall. *Départir, diviser.* Ital. *Partire, dividere.* Germ. Zertheylen/außtheylen. Hisp. *Partir à dividiren diversas partes.* Angl. *To devide, to parte.* } Plaut. *in Aulul.* Hercule injuria dispertivisti, pinguiorem agnum isti habent. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Populo virilim id potuit dispertiri (quod fecisti flagitii sup.) Idem *Amphitr. sc.* 1. *a.* 1. Dispertiti viri, dispertiti ordines. Idem *Aulul. sc.* 1. *a.* 2. Ut dispertiret obsonium bifariam. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 1. Etiam dispertimini? (id est, discedite ab amplexu.) Sic dispertire exercitum per oppida. Liv. 9. *bell. Pun.* Dispertite tyrones inter legiones. Hirt. 5. *belli Afr.* Cicer. 7. *Verr.* A quibus initia vitæ, atque victus, legum, morum, mansuetudinis, humanitatis exempla hominibus & civitatibus data, ac dispertita esse dicuntur. Idem *Metello lib.* 5. Quod quum dicerem, illud adjunxi, mihi tecum ita dispertitum officium fuisse in Reip. salute tuenda, ut ego, &c.

Dispiscor, is, ri: Separo, disjungo, quasi pecus à pastione arceo. { ברר *bikdil.* *Διείργω, διαπαύω.* Gall. *Separer, diviser.* Ital. *Separare.* Germ. Sönderen/theylen. Hisp. *Apartar, como del pasto el ganado.* Angl. *To sever, to separat.* } Plin. *lib.* 5. *cap.* 9. Inde Africam ab Æthiopia dispescens. Dispescere (inquit Festus Pompeius) propriè est pecus à pastione deducere: ut Compescere, una pascere, & in uno loco continere.

Dispĕllus. Vide Gell. *cap.* 15. *lib.* 15.

¶ Dispex, ĭcis. *Βλέπων.* Germ. Schauwisser/à dispiciendo. ¶

Disphemia, *δυσφημία*, q. d. mala fama. Item, infamia, maledicentia, convitium. Gall. *Mauvais renom, mauvais bruit.* Item, *Infamie, injure.* Sueton. *in August. cap.* 55. Nihil in hoc quidem aliud deterians, quàm *δυσφημίαν* nominis. Ita restituit doctus Casaubonus. Vulgati libri habent, *Disphimia.*

Dispĭcio, is: Discerno. { השגיח *hisgiach,* חקר *chakar.* *Διαγίνω.* Gall. *Discerner, considerer diligemment.* Ital. *Discernere.* Germ. Entscheyden. Hisp. *Discernir à juzgar.* Angl. *To discerne, to consider with diligence.* } Quint. *lib.* 1. Nam propri tates ingeniorum dispicere prorsus necessarium. ¶ Item diverse, diligenter ve inquirere, considerare, seu mente circumspicere, & providere, & tanquam in omnem partem lumina mentis intendere. { *περισκοπῶ, περιορῶμαι.* Gall. *Regarder d'un côté & d'autre.* Ital. *Guardar da ogni banda.* Germ. Fleißig beschauen/fleißig und in alle weg wol erwegen/ oder betrachten. Hisp. *Mirar à partes diversas y todas.* Angl. *To looke and behold from the one side and the other.* } Cicer. *lib.* 1. *Tusc.* Tamen acie mentis dispicere cupiebam. Col. *in præf. Operis.* At ego quum aut magnitudinem totius rei, quasi quandam vastitatem corporis aut partium ejus, velut singulorum subtilitatem dispicio, vereor ne supremus antè me dies occuper, quàm universam disciplinam ruris possim cognoscere. Sueton. *in Nerone. cap.* 19. Tanta caligo orta, ut dispicere non posset.

*Omnia qui magni dispexit lumina Mundi.*

Catull. *de com. Beren.*

Dispectus, us, ui: Discretio, delectus. { משגח *mesgach.* *Διάληψις, διαλογισμός.* Gall. *Regard d'un costé & d'autre, égard.* Ital. *Riguardo, rispetto.* Germ. Entscheydung/anschawung/betrachtung. Hisp. *Miramiento en partes diversas.* Angl. *Looking from one part to another.* } Senec. 2. *de Ira*, Quid si pueris, quòd neglecto dispectu officiorum, ad lusus & ineptos æqualium jocos tendebant, quis iratcatur, &c.

Dispicientĭa: Circumspectio, & providentia, vel considerata diligens, atque discretio, *ἐπιμέλεια.*

¶ Displacidus, morosus. Gl. Isid. Pap. ¶

Displĭceo, es, compositum est à placeo: Odiosus sum, injucundus sum. ✻ Placeo. { ערב *arab.* *ἀπέχθημα.* Gall. *Déplaire.* Ital. *Dispiacere*

*placere.* GERM. *Mißfallen.* HISP. *Desagradar.* ANGL. *To displease, to mislike.* } Nihil enim aliud est displicere, quàm non placere. Cicer. *ad Att. lib.* 2. Displiceo mihi, nec scribo sine summo dolore. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

*Nulla quidem fana gravior monitique potenti*
*Pœna est, quàm tanto displicuisse Viro.*

Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 4. Si tibi displiceo, patiundum: At placuero huic Erotio.

DISPLICITUS, a, um. Gell. *cap.* 21. *lib.* 1. Atque ei statim displicita esset insolentia, &c. (pro displicuisset.)

DISPLICENTIA. { געל *gahal. Dompiement.* GALL. *Déplaisance, chagrin.* ITAL. *Dispiacimento.* GERM. *Mißfallung.* HISP. *Desagradadamiento.* ANGL. *A displeasing, a misliking.* } quo usus est Senec. *de Tranquil. vitæ*: Hinc illud tædium & displicentia sui, & nunquam residentis animi volutatio. Apud Plaut. *in Cistel.* etiam legitur *Displicina.* Ventum (inquit) ad te gaudeo eeastor, ita nunc hodie hic acceptæ sumus suavibus modis, nisi hæc displicina apud te quicquam fuit, quin mihi placet. Verbum est soli Plauto usurpatum.

DISPLICO, as: Explico, dilato, extendo. { פשט *paschát*, נטה *natáh.* ἐκτείνω, διατείνω. GALL. *Déployer, étendre.* ITAL. *Dispiegare.* GERM. Auffreggeln / etwas zusammen gelegte von einander thun. HISP. *Desplegar.* ANGL. *To open out, to unfolde.* } Unde displicatæ volucres dicuntur à Varr. quæ disgregatæ sunt, & latiùs dispersæ. Ita enim ait *de re rustic. lib.* 3. Si quando displicatæ sunt, cymbalis, & plausibus numero reducuntur in eundem locum.

DISPLŌDO, is, vel displaudo: Cum crepitu rumpo. { חמם *hemám.* ἀφανίζω. GALL. *Faire grand bruit.* ITAL. *Rompere con strepito.* GERM. Mit einem knall oder groß zerspringen. HISP. *Romper con estruendo.* ANGL. *To break and mak a great sowne.* } Horat. *in Epod.*

*Et vesica sonat quantum displosa pepedi.*

DISPLŌSUS, participi. Lucr. *lib.* 2. *cap.* 6.

——*Quum plena anima vesicula parva*
*Sæpe ita dat pariter sonitum displosa repentè*: id est, disrupta.

DISPLŪVIUM, & Displuviātum, à Vitruvio dicitur figura quædam cavedii, qui *lib.* 6. *cap.* 13. sic ait: Displuviata autem sunt, in quibus deliquia æream sustinentes, stillicidia reticiunt: hæc tabernaculis maximas præstant utilitates, quòd compluvia eorum electa, non obstant luminibus triclinitorum.

‖ Dispodia, saltationis species. Suid. ‖

DISPŌLIO. Spolio. { שלל *schalál.* בזז *paschát*, בז *bazáz.* διαδύω, συλλύω. GALL. *Dépouiller.* ITAL. *Spoliare.* GERM. Berauben. HISP. *Despojar.* ANGL. *To spoile.* } Terent. *in Andr.* Clamitent, me sycophantam hæreditatem persequi mendicam, tum ipsam dispoliare non licet. Senec. *cap.* 24. *de consol. ad Marc.* Dispoliatus oneribus (id est, corpore.)

DISPŌLIĀBŪLUM, verb. { שלל *schalál.* τὸ ἁρπαγησόμενον, σύλλυμα. } quo Plaut. usus est pro dispoliatione. Egóne (inquit *in Bacch. sc.* 1. *a.* 3.) ut hæc clausa gestem clanculum, ut celem patrem Pisuclere tua flagitia, aut dispoliabula. Al. legitur, *desidiabula.*

DISPONDĒUS, δισπόνδειος, quasi bis ipondeus, pes qui constat ex quatuor syllabis longis, ut Oratores.

DISPŌNO, is: Ordino. { תכן *hechin*, תבן *tichebén*, תרך *harách.* διατίθημι. GALL. *Disposer.* ITAL. *Disporre.* GERM. Ordnen. HISP. *Disponer.* ANGL. *To put in order, to array.* } Plin. *ad Fuscum lib.* 9. *Epist.* Quæris quemadmodum in Tuscis diem æstate disponam. Disponere suo quisque ordine. Colum. *lib.* 12. *cap.* 2. Quintus Cicero *de petit. consul.* Fac ut planè iis hominibus, quos devinctos tenes, descriptum ac dispositum suum cuique munus sit. Cic. *ad Attic. lib.* 4. Postea verò quàm Tyrannio mihi libros disposuit, &c. Disponit his operibus milites. Cæs. *lib.* 1. *de bell. civ.* Disponere diem (pro statuere quid eo die sis acturus.) Suet. *in Tib. cap.* 11. Disponere malè sua bona. Idem *in Ner. cap.* 39.

*Et quinque in partes* (i. zonas) *totus disponitur orbis.*

Tib. *lib.* 4. Disponere semina & plantas. Senec. *cap.* 16. *de consol. ad Marc.* Immortalia cogitat, & in nepotes pronepotésque disponit. Idem *ibid. cap.* 11. Tot tibi disponendi libelli. Senec. *cap.* 7. *al.* 26. *ad Polyb.*

DISPOSITUS, a, um. Senec *cap. ult. de consol. ad Marc.* Quicquid ex dispositio lucet (i. Mundus.)

DISPŌSĪTIŌ, us, verbale: Dispositio. { מתכנת *mathchóneth*, ערך *hérech.* διάταξις. GALL. *Disposition, ordre, ordennance.* ITAL. *Dispositione, ordine.* GERM. Geordnet / ordentlich bestellt. HISP. *Orden, disposicion.* ANGL. *An order or due placing.* } Tacit. *lib.* 18. Dispositu, proviſúque rerum civilium peritus.

DISPŌSITÈ: Aptè, concinnè, distinctè. { *διατεταγμένως.* GALL. *Par ordre, à point.* ITAL. *Dispositamente.* GERM. Ordentlich. HISP. *Ordenadamente.* ANGL. *With good order, orderly.* } Cic. 6. *Verr.* Non possum dispositè istum accusare, si cupiam: opus est non solùm ingenio, verùm etiam artificio quodam singulari.

DISPŌSITĬUS, comparat. à dispositus. Sen. *quæst. natural. lib.* 1. *in Præfat.* Quo neque formosius est quicquam, nec dispositius.

DISPŌSITĬO, nis: Ordinatio, collocatio. { מתכנת *mathchóneth*, ערך *hérech.* διάταξις, οἰκονομία. GAL. *Disposition, ordre, ordennance.* ITAL. *Dispositione.* GERM. Ordnung. HISP. *Disposicion.* ANGL. *A due placing of thinges in order.* } Col. *lib.* 12. *cap.* 2. Quis enim dubitet nihil esse pulchrius in omni ratione vitæ, dispositione atque ordine? Cicer. 2. *de Orat.* Qui ordo tibi placet, inquit Catulus, & quæ dispositio argumentorum, in qua te mihi semper Deus videri soles.

DISPŌSITŌR, is. { מכין *mechin*, מתכן *mathchéchen.* διατάκτης, διατηρητής. GALL. *Celuy qui dispose & met ordre, gouverneur.* ITAL. *Dispositore, accomodatore.* GERM. Ein ordner. HISP. *El que dispone y mete en partes.* ANGL. *He that setteth thinges in good order and array.* } Senec. *lib.* 5. *nat. quæst.* Nimirum in hac providentia dispositor ille mundi Deus ætia ventis exercenda dedit.

DISPŬDĂT, dispuduit, vel dispuditum est, impersonale, pro simplici accipitur cum quodam augmento: Multis modis pudet. { αἰδέομαι

GALL. *Avoir grand honte.* ITAL. *Vergognarsi grandemente.* GERM. Sich übel schämen. HISP. *Aver mucha vergueña.* ANGL. *To blushe and thinke great shame.* } Terent. *in Eunuch.* Dispudet mihi sic data esse verba. Plaut. *in Bacch.* Nam alia memorare quæ illum facere vidi, dispudet.

DISPŪLVĔRO, as: In pulverem redigo. κονιορτέω. Nævius, Saxa, sylvas, lapides, montes disjicis, dispulveras. Non.

DISPŪMO, as: Spumas ejicio, spumis purgo. { ἀποφρίζω. GALL. *Faire ecumer, mettre & reduire en écume.* ITAL. *Levar le schiume.* GERM. Abschaumen / verschaumen. HISP. *Espumar, à quitar la espuma.* ANG. *To skumme or tak away the shome.* } Col. *lib.* 12. *c.* 34. Aut si non dulce mustum, ad tertias dispumetur. Alii legunt *despumetur.* Vide *Despumo.*

DISPŪNCTIO, is, xi, ctum: Expungere, delere. { מחה *machéh.* ἐξαλείφω. GALL. *Casser, annuller une escriture.* ITAL. *Cancellare.* GERM. Tunchen. HISP. *Chancelar, cassar ò rayar.* ANGL. *To put out a worde in everything with priking it about, to prick or crosse out.* } ¶ Accipitur etiam pro supputare, sive numerare, quasi puncto notare, & accepta cum datis conferre. { λογίζομαι. GALL. *Examiner un compte.* ITAL. *Essaminare un conto.* GERM. Zehlen oder rechnen. HISP. *Cassar y averiguar, ò rayar la cuenta.* ANGL. *To examine and crosse out a accounte.* } Senec. *de brevitate vitæ*, Dispunge & recense vitæ tuæ dies, pauculos & ridiculos apud te resedisse videbis. Inde dicimus Dispungere rationes, pro eo quod vulgus vocat *Examinare calculum.* Papin. *ff. de verb. sign.* Dispungere est conferre acceptæ & data. ‖ ¶ Item pro donare, compensare. Gloss. Isid. ‖ ¶ Accipitur præterea pro Absolvere. Tert. *adversùs Judæos*, Itaque specialiter dispungamus ordinem cœptum: id est, absolvamus, teste Rhen. Velleius, Intervalla negotiorum dispungere.

DISPŪNCTIO, nis, verb. Interdum idem est quod Expunctio, sive deletio. } ANGL. *Pricking or crossing out.* } Interdum idem quod supputatio, h. e. datorum & acceptorum collatio, ἐξαλοιφὴ. Ulp. *l. quum plures. ff. de bon. aut. iud. poss.* An recognitio & dispunctio concedenda sit creditori. ¶ Interdum idem quod compensatio & remuneratio. Tertul. *lib.* 5. *adversùs Marc.* Dispunctionem boni & mali operis: id est, compensationem remunerationémque. ‖ ¶ Dispunctio vitæ, mors. Gl. Isid.

DISPUNCTORES, qui dona militibus donant. Salmas. Item qui alium ab hæreditate expellunt. Cath.

Item Dicere, φημί. Terent. *in Heaut.* Nunc quamobrem has partes didicerim, paucis dabo. ¶ Item Obtemperare, *tuæ voluntati do, & imperium tuum.* Terent. *in Adelph.* Da te mihi, id est, accommoda te meæ voluntati. ¶ Dare etiam mulieres dicuntur, quum copiam sui faciunt, πορίζω. Martialis,

*Casta igitur nulla est ? casta sunt mille. Quid ergo ?*
*Casta fuit, non dat ; non tamen illa negat.*

Idem,

*Non solet accipere, quid solet ergo ? dare.*

Dare se, dicit Ennius, vide *Datatim.* Item, Dare corpus in vulgus. Gell. *cap.* 7. *lib.* 6. Sed Acca Laurentia corpus in vulgus dabat. Dare etiam dicuntur viri, qui se stupro mutuò contaminant. Cic. apud Suet. *in Cæs. cap.* 49. loquens de Nicomede rege & Cæsare : Notum est, & quid ille tibi, & quid illi tu dederis. ¶ Item Facere. Terent. *in Adelph.* O Æschine, pol haud paternum istuc dedisti ! ¶ Item Citare, ut apud eundem *in Eunuch.* Ludum jocúmque dices fuisse illum alterum, prout hujus tabies quæ dabit, ὅσα ἡ τύττα μοῦσα ἴσην. ¶ Dare manus, est se victum fateri, τὰς χεῖρας ἀνατείνω. ¶ Dare pœnas, & sustinere, δίκην ὑπέχω. Lactant. *lib.* 2. Sed tamen docent nos Sanctæ literæ quemadmodum pœnas impii sunt daturi. ¶ Dare veniam, interdum est ignoscere, interdum concedere quod petitur. συγγνώμην δίδωμι. Terentius, Da veniam quæso filio tuo. Cicer. *de Orat.* Dabis hanc veniam, mi frater. ¶ Dare operam, est adjuvare, inservire, ὑπηρετῶ. Terentius *in Pherm.* Nos operam dabamus Phædriæ. ¶ Sæpe etiam invigilare, ut quum dicimus, Litteris operam dare. ¶ Dare potestatem, est rem in alterius arbitrio permittere, δίδωμι ἐξουσίαν. Plin. Ut qui suarum omnium rerum potestatem avunculo dederat. Pro quo etiam eleganter dicimus, Facere potestatem. ¶ Dare fidem, est aliquid sanctè promittere, πίστιν δίδωμι, ἐγγυῶμαι. Cic. *de Amic.* & Terent. *Eunuch.* ¶ Dare actionem, vel judicium, est actorem ad intendendam actionem admittere. Cic. 4. *Verr.* Si quis eum pulsasset, edixit se judicium injuriarum non daturum : quicquid ab eo peteretur, judicem de sua cohorte daturum : ipsi autem nullius rei actionem sese daturum. ¶ Dare, pro Indere, immittere, imponere. Cels. *lib.* 7. *cap.* 26. Digiti ad ultimam vesicam dantur. *Ibid.* manibus ad suos poplites datis. ¶ Dare linteamentum in plagam, est festucas lintei in vulnus inserere, cum oleo, aliisve medicamentis liquidis, quæ Græci ἔμπλαστρα appellant. Celsus *lib.* 7. *cap.* 9. Ulteriores verò, lunatásque in plagas linteamentum dandum est, ut caro increscens vulnus impleat. ¶ Dare ludum. Plaut. *Bacch.* Sed nimis nolo desidiæ ei dare ludum. Hor. 3. *Carm. Ode* 12.

*Miserarum est neque amori dare ludum.*

¶ Dare in manum, significat de manu in manum tradere, ἐγχειρίζω. Terentius *in Andr.* Hanc mihi in manum dat. ¶ Dare se in disciplinam, est se alicui instituendũ permittere. Gell. *lib.* 5. *c.* 10. Is in disciplinam Protagoræ sese dedit. ¶ Dare verba alicui, est decipere. Plaut. *Aul.* Nimisque ego hanc metuo malè, ne mihi ex insidiis verba imprudenti dent. ¶ Datum est, id est, facto decretóque concessum est. δέδοται. Terent. *Eunuch.* Est istuc datum profectò, ut grata mihi sint quæ facio omnia. Sic Virg. 7. *Æneid.*

*Non dabitur regnis ( esto ) prohibere Latinis.*

Dare bibere, quod aliqui improprie Propinare dicunt : quum propinare, proprie præbibere sit, vel præguitare. Terent. *Andr.* Post deinde quod jussi, ei date bibere. Ubi Donatus, Dare bibere, consuetudine magis quàm ratione dixit, pro dare ei potionem. Lucilius *in Sexto*, Date bibere summo. Nam duo verba activa nullam habent significationem sine nomine, aut pronomine, ut si dicas, Dic facere. Cato *de re rustic. cap.* 89. Bis in die farcias, & meridie bibere dato : de gallinaceis & anseribus farciendis dixit. Livius *initio lib.* 5. Dare agrum dividere. Plaut. *Amph.* Si datur hodie illum apprehendere ( id est, si possum. ) ¶ Datur cernere, id est, potest cerni, vel licet cernere. Plinius *Epist.* 10. Quantum mihi tamen cernere datur, multa in Euphrate sic eminent & eluceant, ut mediocriter quoque doctos advertant & afficiant. ¶ Duint, pro dent, vel dederint. Terent. *in Andr.* At tibi Di dignum factis exitium duint. Plaut. *Amph.* Sive qui ipse ambisset, sive per internuntium. Sive adeò Ædiles perfidiosè cui duint. Duit, pro det. Idem *Aul.* Ne mihi ex insidiis verba imprudenti duit. Duas pro Des. *Ibidem*, At nihil est dotis quod dem ? M. Ne duas. Danunt, pro dant. Idem *Cure.* Nam tibi amantes propinantes vinum danunt. Livius *lib.* 10. *ab Urb.* Bellona si victoriam duis. Ast ego tibi templum voveo. ¶ Dabunt, pro dent. Plaut. *Asin. sc.* 3 *a.* 3. Dabunt Di quæ velitis. ¶ Hujus verbi composita sunt Abdo, Addo, Condo, Circundo, Cedo, Dedo, Edo, Indo, Obdo, Perdo, Prodo, Reddo, Subdo, Satisdo, Possundo, Trado, Venundo, Sedo & Mando ( quæ falsò inter composita hujus verbi erant relata ) huc non pertinent : sunt enim simplicia, quod vel ex eo solo constat, quod altera significativa primæ conjugationis, quæ in compositis verbi Do corripitur, in his duobus producatur.

Dătĭus, participium. { נתין *nathán.* δοὺς, δεδωκὼς. Gall. *Donné.* Ital. *Donato.* Germ. Gegeben. Hisp. *Dado, donado.* Angl. *Geven.* } qui Reddere data. Ovid. *de arte amand.*

*Multa negant tradenda sibi, data reddere nolunt.*

Plaut. *in Prolog. Amphitr.* Mihi concessum & datum est ab Diis aliis, nuntiis ut præsim & lucro. Gell. *cap.* 10. *lib.* 3. Datum semen in uterum ( id est, emissum. ) *Ibid. cap.* 12. Hæc data sunt in nomen Democriti. Senec. *cap.* 15. *de consol. ad Helv.* Concessum mulieribus, imò datum jus in lacrymas. Gell. *cap.* 1. *lib.* 7. Datum memoriæ, mandatum. Quintilian. Datus tandem rebus humanis ( perfectus Orator. ) Quo dato erasset ( sup. in lusu scrupeorum. ) Idem & Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Non est usui amator, nisi qui perpetuat data ( id est, munera. ) Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Non supputant dictis data. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Hæc legedum supetes datis. *Ibid. sc.* 2. *a.* 3. An verba blanda esse rere, dicta docta ? Idem *Men. sc.* 2. *a.* 4. Datum denegant quod datum ( i. solutum & creditum. ) Vide *Datum*, infrà.

Dătŭs, us, ui. { מתנה *mattanáh.* δόσις, δόμα. Gall. *Donation, don.* Ital. *Donatione.* Germ. Gebung. Hisp. *Don, dadiva, donacion.* Angl. *A geving.* } Plaut. *Trin.* Nimis pergraphicus sycophanta : Is mille nummûm se aurum meo datu tibi ferre, & gnato Lesbonico aiebat meo.

Dătum, i, substantivum : Expensum ✕ Acceptum. { נתון *nathún.* δόσις, δεδομένον, δόμα. Gall. *Chose donnée ou baillée.* Ital. *Cosa donata.* Germ. Ein gab/das einem gegeben ist. Hisp. *Don, dadiva.* Angl. *A gift or a thing given.* } Cic. *de Amic.* Hoc quidem est nimis exiguè & exiliter ad calculos vocare amicitiam, ut par sit ratio acceptorum & datorum. Vide *Datus.*

Dătŭri, vetustè apud Jureconsultos reperitur pro Datum iri. Ulpian. *de verb. oblig.* Si quis stipulatus à Mævio fuerit, fundum Titio dari. Hotomanus.

Dato, as, are, frequentativum. Plaut. *Mostell.* Tu solus etedo fœnore argentum datas. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Argentum accepto, expenso, cui debet, dato.

Dătŏr, is. { נתן *nathán.* δώσων, vel δωτὴρ. Gall. *Donneur.* Ital. *Donatore.* Germ. Ein geber. Hisp. *Donador.* Angl. *A giver.* } Plaut. *Truculent.* Semper datores novos. Virg. 1. *Æneid.*

*Adsit lætitiæ Bacchus dator, & bona Juno.*

Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Et datores & factores subdam sub solum ( de lusu pilæ. )

Dătio, nis. { מתנה *mattanáh.* δόσις, δόμα. Gall. *Datien.* Ital. *Donamento, datione.* Germ. Ein gab. Hisp. *Dacion.* Angl. *A geving.* } Cic. *pro leg. Agr.* Cujus judicium, legúmque datio, captorum agrorum ipsius virtute cognitio tollitur. ¶ Datio Indultum significat in Flodoardo. Varro *lib.* 3. *cap.* 9. Si in faciendo nimio cibo fastidiunt, remittendum in datione.

Dătātĭm, adverbium. { ἀναδιδόντες, Gall. *En s'entredonnant & baillant l'un à l'autre.* Ital. *Dando à vicenda.* Germ. Mit gebung. Hisp. *Dando à vezes.* Angl. *By geving one to another.* } Ludere datatim, hoc est, invicem dando : quemadmodum qui pila lusitant, quæ vicissim mittitur, & remittitur. Et datores sunt qui pilam dant : factores verò, qui ferunt & in factiones divisi sunt, quas Partes vocamus. Plaut. *in Curcul.* Tum isti, qui ludunt datatim servi scurrarum in via : & datores & factores omnes subdam sub solum. Inde illa translatio Ennii de muliere quæ sui copiam faciebat, cùm etiam mulieres impudicæ dare ( ut Græcè χαρίζομαι ) dicerentur, ut ex Martiale satis notum. Ergo Ennius, Quasi in choropila ludens datatim dat se, & communem facit. Alium tenet, alii nutat, alibi manus est occupata. Genera autem ludendi erant datatim, raptim, & expulsim. Nonius *Exodio*, In molis non ludunt raptim pila, datatim morso. Lepidè indicat servos solere inter molendum de polenta rapere, & invicem alium alii dare. Raptim autem ludi in harpasto soler. Varro, Purgatum scito, quia videbis Romæ in foro ante lanienas pueros pila expulsim ludere.

¶ Do, pro domus, per apocopen, dixit Enn. ut Pa, pro patre, dorică. Turneb.

Dōna, tam terræ, quàm mariti. *Donna.* C. ll. antiq.

Doarium, usus fructus certæ portionis mariti bonorum uxori concessus. Balduin. Lex. jur. civ.

Doberus, Δόβηρος. Urbs Pæoniæ. Steph.

Dŏcĕo, es, ui, ctum, à δόκος. Unde διδάσκω sapientum. Instituo, erudio, præcepta do. Vel à dico, cis. Varro *lib.* 5. *de ling. Latina.* { לסר *limmádh*, אלף *alléph*, הוראה *horáh.* μανθάνω, δίδαμαι. Gall. *Enseigner.* Ital. *Insegnare.* Germ. Lehren/unterweisen. Hisp. *Enseñar.* Angl. *To teache.* } Construitur autem cum duobus accusativis : ut, Doceo te

litteras. Hoc ipsius magister me docuit (sup. verbesibus.) Plaut. *Aul. sc.* 1. *a.* 3.

*Id mea me multis docuit Regina querelis.*

Catull. *de com. Beren.* Cur me docuere parentes. Aliquando cum uno tantùm, licèt aliter possit intelligi. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

*Quodque parum novit nemo docere potest.*

Plaut. *Mostell. sc.* 1. *a.* 1. Expolunt liberos, docent litteras. Idem *Milit. sc.* 4. *a.* 2. Ne docento malas, ut sint malæ. Gell. *cap.* 22. *lib.* 17. Docere fabulas. Pretium autem quod à discipulo exsolvitur doctori, ponitur in ablativo. Excipiuntur hi quatuor genitivi, tanti, quanti, pluris, & minoris, cum ipsorum compositis. Cicer. 1. *Philip.* Jam invideo magistro tuo, qui te tanta mercede, quanta jam profectam, nihil sapere docuit. Juvenalis,

*Chrysogonus quanti docet, vel Pollio quanti.*

Aliquando cum ablativo. Cicer. *Pate.* Socratem fidibus docuit. Ubi nonnulli volunt intelligi verbum Canere, vel aliquod simile. ¶ Interdum idem est, quod Ostendere, vel declarare. Virg. 5. *Æneid.*

——— *docuit post exitus ingens.*

Plaut. *Aul. sc.* 4. *a.* 1. Novi, ne doceas, id est, probes. *Ibid. sc.* 2. *a.* 3. Ne doce, novi. ¶ Interdum idem, quod Monere, sive certiorem reddere, μηνύειν. Salust. *in Iugurtha*, Tametsi legatos misérat qui Senatum de cæde fratris, déque factunis suis docerent. Cicer. *Appio Pul.* Ne literas quidem ullas accepi, quæ me docerent quid ageres, aut ubi te visurus essem. ¶ Hujus composita sunt Addoceo, Edoceo, Perdoceo, quæ ambo significant perfectè doceo, ἐκδιδάσκω. Salust. *in Cat.* Cicero per Legatos cuncta edoctus. Plaut. *in Stich.* Nam illa omnes artes perdocet. Prædoceo, priùs doceo, προδιδάσκω. Salust. *in Iugurth.* Cæterùm illi qui Centuriis præerant, prædocti à duce arma ornatúmque mutaverunt. Subdoceo, loco alicujus doceo, ὑποδιδάσκω. Cicer. *ad Attic. lib.* 8. Ciceronésque nostros potiùs meo labore subdoceri, quàm me alium magistrum quærere.

‖ Doctitat, frequenter docet. Gloss. Isid. ‖

Doctùs, a, um: Scientia imbutus, litteratus, doctrina excultus, eruditus, intelligens. { מלמד *melammédh*, למד *limmódh*. נבון *nabón*. ὁ τὰ πάντα λόγον ἐδιδαγμένος, πανσοφὸς ἀνήρ. Gall. *Enseigné, bien appris, docte, sçavant.* Ital. *Dotto.* Germ. Gelert. Hisp. *Docto y enseñado.* Angl. *Theached, learned, cunning.* } Cic. *lib.* 2. *offic.* Nec me angoribus dedidi, quibus essem confectus, nisi his restitissem: nec turpius indignis docto nomine voluptatibus. Idem *in Orat.* Itaque & doctis eloquentia popularis, & disertis elegans doctrina defuit. Sueton. *de claris Grammat.* Fuisse dicitur ingenii magni, memoriæ singularis, nec minùs Græcè quàm Latinè doctus. Artes doctæ. Ovid. 9. *Metamorph.* Dicta docta. Lucret. *lib.* 2.

——— *& doctis rationem reddere dictis.*

Docti dolí. Plaut. *Mil.* Et nos factitiis fabricis, & doctis dolis Glaucomo ob oculos objiciemus. Facies docta. Ovid. 2. *Amor.*

*O facies oculos docta tenere meos.*

Catull. *ad Ortal.* ——— *Cura.*

*Se vocat à doctis Ortale virginibus.*

Tibull. *lib.* 4.

*Sæpe me finget equum rigidos percurrere campos*
*Doctum.*

Plaut. *Most. sc.* 1. *a.* 2. Id videndum. Id viri docti est opus. *Ibidem*, Eam eatam, doctam & benè educatam fecere stulti. Idem *Pseud. sc.* 8. *a.* 4. Nimis est doctus, versutus, malus. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 3. Dicta docta pro datis. Idem *Mil. sc.* 2. *a.* 2. Nimis doctum! *Ibid. sc.* 4. *a.* 2. Cedò, vel doctas docebo. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Nihil hac docta doctius. ¶ Doctus sagittarum, pro sagittandi. Sextus Aurel. Victor *in Domitiano*, Sagittarum tam doctus fuit, ut inter patentes digitos extentæ manus viri procul positi spicula transvolarent. ¶ Dicitur autem doctus qui rationem rei tantùm tenet: peritus, qui cum ratione experientiam, & consuetudinem tenet, ἀπὸ τῆς πείρας, id est, experientia. Itaque minus est doctus, quàm peritus. Cicer. *in Salust.* Satis docté atque perité feciśti. Idem *lib.* 3. *Offic.* Itaque quum sint docti à peritis, facilè desciscunt à sententia. Majorem tamen vim habet doctus, quàm eruditus. Idem *lib.* 1. *Offic.* Nec solùm vivi, ac præsentes, studiosos discendi eruditi, atque docent; sed hoc idem etiam pòst monumentis litterarum assequuntur. Nec mirum est quod minus sit eruditus, quàm doctus: quoniam Rudis, & Eruditus, contraria sunt. Plinius, Sedere cœpit sententia hæc, patétique & eruditum vulgus, & rude in eam cursu vadit. Quint. *lib.* 1. A pædagogis exigit ut sint eruditi, quo adolescentes erudire queant: aut si se non eruditos esse sciant, ne quippiam tradant, cujus ipsi sunt ignari, quód que postea sit dedocendum. ¶ Est autem Doctus, in hac significatione nomen, non participium: nullum enim importat tempus. ¶ Hinc fit compositum Indoctus, ἀπαίδευτος: quod quum verbo careat, participium esse non potest: quemadmodum & Semidoctus, ἡμιμαθὴς. Cicer. *Cornel.* Sed proximè scripsi de optimo genere dicendi, in quo sæpè suspicatus sum te à judicio nostro, sicut doctum hominem à non indocto, paulùm dissidere. Plaut. *in Asin.* Tua illa culpa est, quæ discipulum semidoctum abs te removes.

Doctior & doctius. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

*Ad delinquendum doctior esse potest.*

Plaut. *Mell. sc.* 3. *a.* 1. Nihil hac docta Doctius.

Dŏctè, adverbium: Scitè & elegantèr. { ἐπιστημόνως. Gall. *Doctement, sçavamment.* Ital. *Dottamente.* Germ. Künstlich / antlich / weitlich. Hisp. *Doctamente, y enseñadamente.* Angl. *Cunningly, learnedly.* } Plaut. *Capt. prolog.* Expediet hanc doctè fallaciam. *Ibidem sc.* 1. *a.* 2. Accurate, doctè, diligenter hoc agunt. Idem *sc.* 2. *a.* 2. Hanc tibi doctè perdoctam dabo. *Ibid. sc.* 5. *a.* 2. Ut orationem doctè duint, & callidè verba dent. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 4. Meditari doli doctè. *Ibidem sc.* 7. *a.* 4. Ut doctè dolum conventus est. Cicer. *lib.* 3. *de Orator.* Tum ad te ludibunda doctè, & delicatè dicul t. Doctè & perité facere. Idem *in Salustium.* Plaut. *Mostel. sc.* 3. *a.* 1. Ut perdoctè cuncta callet. ¶ Item, *Doctissimè.* Gell. *cap.* 16. *lib.* 6. Cùm esset verbum Deprecor doctissimè positum in Catulli carmine.

Doctissimè eruditus. Salust. *Iugurth.* 131. Litteris Græcis jamdiù neque Latinis doctissimè eruditus.

Dŏcilis: Qui facile disciplinam apprehendit, aptus ad disciplinam. { לומד *limmúdh*. Gall. *Qui apprend aisément, qui se laisse enseigner.* Ital. *Che apprende facilmente.* Germ. Gelehrig. Hisp. *Habil para ser enseñado.* Angl. *Apt to learning.* } Cicer. *Tusculan. lib.* 7. *Epistol.* O medicum suavem, méque docilem ad hanc disciplinam. Idem 2. *Tusc.* Denique ad hanc enervatam, mulicbrémque sententiam satis docilem se Epicurus præbuit. Lactant. *de Opif.* Nam si te in litteris, nihil aliud quàm linguam instruentibus, auditorem satis litterarum præbuisti: quanto magis in his rebus, & ad vitam pertinentibus docilior esse debebis? Varr. *lib.* 1. *de re rust.* Cassius scribit hæc, operarios parandos esse qui laborem ferre possint, nec minores annorum viginti duorum, & ad agriculturam docilem. Cicer. 3. *de Orat.* Jubent enim exordiri, ita ut eum qui audiat, benevolum nobis faciamus. Docilem autem facio, non tum quum polliceor me demonstraturum, sed tum quum doceo & explano. Docilis, cum genitivo. Hor. 4. *Carm. Ode* 6.

*Reddidi carmen docilis modorum*
*Vatis Horatî.*

Sic 2. *Serm. satyr.* 1.

*Parebit prænis docilis Romana juventus.*

Dŏcĭbĭlis, e: Qui idoneus est ut doceatur. { לומד *limmúdh*. Gall. *Aisé à enseigner.* Ital. *Habile a enseguarsi è maestrevole.* Germ. Gschickt vnd tougentlich gelert zuwerden. Hisp. *Cosa que presto se puede enseñar.* Angl. *Apt to be taught.* } Hieronymus, Ingenium docile, & sine doctore docibile est. Sic Cyprianus, Docibilis est, qui est ad discendi patientiam lenis & mitis. Nec facile reperias, nisi apud Ecclesiasticos. Priscianus autem vult significare Docibile, id quod facilè discitur: pro quo nos perceptibile dicimus potiùs. Valla *lib.* 6. *cap.* 20.

Docibiliter: Diomedes *lib.* 1.

Dŏcĭlĭtās, atis: Apprehendendæ doctrinæ facilitas, discendi facilitas. { Δεξιότης. Gall. *Docilité, bonté d'esprit qui est bien disposé à apprendre.* Ital. *Bonta di spirito, l'esser devito ad imparare, disposizione d'ingegno ad imparare.* Germ. Ein gelthrnige art ein ding bald zuergreiffen. Hisp. *Habilidad para ser enseñado.* Angl. *Aptnesse in learning.* } Cicer. *pro Sestio*, Si perfecto genere humanæ docilitatis, atque ingenii dissipatos unum in locum congregaverunt. Idem *lib.* 5. *de fin.* Prioris generis sunt docilitas, memoria: quas virtutes qui habent, ingenioli vocantur.

Dŏctrīna: Eruditio, quatenus à præceptore proficiscitur. { לקח *lkach*. διδασκαλία. Gall. *Doctrine, instruction, enseignement.* Ital. *Dottrina.* Germ. Lehr / vnderweisung. Hisp. *Doctrina ò enseñança.* Angl. *Doctrine, teaching.* } Nam ut à discipulo apprehenditur, dicitur disciplina. Cic. *pro Arch. poëta.* Ego multos homines excellenti animo & virtute fuisse, & sine doctrina, naturæ ipsius habitu propè divino, per seipsos & moderatos, & graves extitisse fateor: etiam illud adjungo, sæpiùs ad laudem atque virtutem, naturam sine doctrina, quàm sine natura valuisse doctrinam. Idem *in Orat.* Quo fit ut veram illam & absolutam eloquentiam nemo consequatur, quòd alia intelligendi, alia dicendi disciplina est: & ab illis rerum, ab istis verborum doctrina quæritur. Gell. *cap.* 25. *lib.* 13. In disciplinis doctrinarum præcellens. Plaut. *Mostell. sc.* 2. *a.* 1. Optimi quique expetebant eam doctrinam sibi. { Paulò antè, *disciplinam.* }

Docūmentum, à præterito docui, sicut à monui, monumentum. Idem quod admonitio, probatio, exemplum, quod nos aut doctiores reddit, aut certiores, aut prudentiores. { תורה *torh*. δείγμα. Gall. *Enseignement, exemple, monstre, experience.* Ital. *Documento, amaestramento.* Germ. Lehr / vrsprung / ein beyspil das vns etwas lehret. Hisp. *Enseñança.* Angl. *A lesson, a proofe, an experiment.* } Cicer. 6. *Philipp.* Ex quo nimirum nos documentum capere fortuna voluit, quid ellet victis extimescendum. Salust. Quarum rerum ego maximè hæc documenta habeo, quod in bello sæpiùs vindicatum est in eos, qui contra imperium in hostem pugnaverant. Plaut. *Capt. sc.* 5. *a.* 3. Ego in aliis captivis documentum dabo. Liv. *lib.* 5. *d.* 5. Documentum eloquentiæ dare. Sueton. *in August. cap.* 51. Documenta clementiæ (id est, indicia) Idem *in Galba, c.* 14. Quàm multa documenta egregii Principis daret.

Dŏctŏr, verbale, qui docet: Magister, præceptor, interpres. { מלמד *melammédh*, קר *kér*. διδάσκαλος. Gall. *Docteur, maistre, qui enseigne.* Ital. *Dottore, maestro.* Germ. Ein lehrer. Hisp. *Enseñador.* Angl. *teacher, a maister.* } Plin. *in Paneg.* Quem honorem dicendi magistris, quam dignitatem sapientiæ doctoribus habes? Tacit. *lib.* 14. Etiam sapientiæ doctoribus tempus impartiebat: hoc est, Philosophis. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

*Arguor obscœni doctor adulterii.*

Doctores acerrimi: vide *Artifex.*

Dŏctrix, icis, ἡ διδάσκαλος, magistra. Apuleius *lib. de philosophia.* Illæ verò vitiorum doctrices, itasunda & libido, ratione sub jugum missa dominantur.

Dŏchmĭus, i. δόχμιος, ‖ rectius Dochmius, δόχμος, ‖ Pedis genus in numeris oratoriis: de quo Cic. *in Orat.* Dochmius (inquit) è quinque constat syllabis, brevi, duabus longis, brevi, longa: ut est hoc, Amicos tenes: item hoc, Reipublicæ. Quovis loco opus est, dum semel ponatur: iteratus, aut continuatus, numerum apertum, & nimis insignem facit.

Docimeum, Δοκίμιον, urbs Phrygiæ. Stephanus. Vide *Sinada*, & *Synnada.*

Docleа, Δόκλεια, civitas mediterranea Dalmatiæ apud Ptolemæum *lib.* 2. *cap. ult.* Hujus incolæ dicti sunt Docleatæ, quorum meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 22.

Docùs. { כר *kár*. δοκός. Gall. *Une poultre ou soliue, un sommier.* Ital. *Trave.* Germ. Ein balk. Hisp. *Viga.* Angl. *A beame, any great piece of timber.* } Latinis trabem significat: unde ignitæ quædam aëris impressiones oblongæ, trabis similitudinem referentes, δοκοὶ à Græcis

Græcis appellantur: quæ voce etiam usus est, Plin. *lib.*2. *cap.*26. Emicant & trabes simili modo, quas docos vocant, quales quum Lacedæmonii classe victi imperium Græciæ amiserunt.

‖ Dodecaëtéris, tempus: δωδεκαετὴς χρόνος, decennium.

Dodecatemorium, δωδεκατημόριον, est duodecima pars unius integri. ‖

Dodecatheus, δωδεκάθεος. Herbæ genus proximam à moly Homerico authoritatem obtinens. Folia habet septem, lactucæ foliis similima, à lutea radice exeuntia. Author Plin. *lib.*25. *cap.*4. ¶ Dodecatheus item à Sueton. *in Augusto*, appellatur convivium quoddam Octavii secretius ex duodecim constans convivis utriusque sexus, ad imitationem cœlestis convivii, cui Jupiter parem deorum deatúmque numerum sextus adhibere. Verba Suetonii sunt hæc: Cœna quoque ejus secretior in fabulis fuit, quæ vulgò δωδεκάθεος vocabatur. ‖ ¶ Dodecathei, dii majores. Jupiter, Juno, Neptunus, Ceres, Mercurius, Vulcanus, Minerva, Apollo, Diana, Vesta, Mars, Venus: dicti majorum gentium dii.‖

Dōdōnă, Δωδώνη, civitas in Chaonia, regione Epiri, juxta quam propinquum erat nemus Jovi sacrum, querneum totum, ubi Jovis Dodonæi templum fuisse narratur, & in eo oraculum omnium quæ apud Græcos fuerunt, vetustissimum. In hoc duas columbas consulentibus responsum dedisse quidam fabulantur, quarum altera Delphos, altera verò in Ammonis Jovis templum volavit: alii arbores ipsas vocales fuisse volunt, & consulentibus oracula edere solitas. Ovid. *Eleg.*2. *lib.*4. *Trist.*

*Hæc mihi si Delphos, Dodonáque diceret ipsa.*

¶ Dictam autem volunt Dodonam à nympha quadam marina ejus nominis: aut, ut aliis placet, à Dodono quodam Jovis & Europæ filio. Vide Steph.

Dōdōnæŭs, a, um: Δωδωναῖος, ut Dodonæus Jupiter, qui in Dodonæo nemore colebatur. ¶ Item Dodonæum æs, Δωδωναῖον χαλκόν, tintinnabuli quoddam genus, die noctúque continuò crepitans: unde & ad homines justo loquaciores proverbio transferri solet. Autonius,

*Nec Dodonæi cessat tinnitus ahenei.*

Dōdōnĭdēs, Δωδωνίδες, Nymphæ (ut Pherecydes ait) dicuntur Liberi patris nutrices, à Dodona Epiri civitate. Hæ & Atlantides vocantur, quarum nomina sunt, Ambrosia, Eudora, Pasithoe, Coronis, Plexaura, Pytho, Tythe.

Dodonius, Adject. Δωδώνιος. Claud. 1. *de rapt. Proserp.*

*Unde data fruges populis & glanda relicta,*
*Inventis Cereris Dodonia quercus aristis.*

Dōdrā, potionis genus, quæ ex novem rebus fiebat. Ausonius:

*Dodra, ex dodrante est: sic colligo. jus, aqua, vinum,*
*Sal, oleum, panis, mel, piper, herba, novem.*

Dodracum, Hollandiæ urbs, vulgò *Dodrecht.*

Dōdrāns, pondus, vel mensura constans ex novem unciis: ita dictum quòd ad conficiendum assem desit quadrans. ‖ τεμησίαιος. Gall. *Les trois quarts, comme neuf onces de douze.* Ital. *Nove oncie.* Germ. Drey quart oder viertheil eines ieden gewichts/ oder maß. Hisp. *Nueve onças.* Angl. *The third parte, or nyne ounces of twelfe.*‖ Martial. *lib.*6.

*Solvere dodrantem nuper tibi Quinte volebat.*

Dōdrāntālis, e. ὁ τεταρτημόριος: ut, Dodrantalis stirps, apud Col. *lib.*11. *cap.*3. Hoc est trium palmorum, seu digitorum duodecim, cui scilicet ad perficiendam pedis mensuram deest quadrans.

Dœantes, Δίαντες. Campus Phrygiæ. Æmonem enim & Dœantem fratres fuisse aiunt, à quibus Dœantium & Æmonium nemora dicta sunt. Stephan.

Doga, æ, dolii vasisque genus, vulgò *botte*, à Græco βύτινα: & Dogatius in antiquo Lexico est βυτινωτός. In quo & vagua, seu cuppa, βύτινα, πιθάνη, εἶδος γαύλου μεῖζον. Diversa quæ vulgò *bouteille*, sed ejusdem originis. Vopiscus, Facta erat ratio dogæ, cupparum, navium, & operum.

Dogarius, vide *Doga.*

Dōgmă, tis: Decretum, præceptum, scitum, placitum. ‖ δόγμα *chak.* δόγμα. Gall. *Decret, opinion & sentence ou proposition deliberée, conclue & arrestée, qu'on'ose dédire.* Ital. *Dottrina affermata da Filosofi, opinione ferma d'una setta. Cosa deliberata per giudici.* Germ. Ein gesatz/ ein sonderbare selbs erdichte meynung die ein iede sect hatt. Hisp. *Doctrina, ò decreto.* Angl. *A decree or opinion agreed upon and concluded.* ‖ Sunt dogmata, uniuscujusque sectæ decreta, quæ (ut inquit Cicero) prodere scelus est, non minùs quàm patriam: sine quibus nec sectæ Philosophorum, nec religionum vires constare possunt. Unde Lærtius ait, sectam eam non appellari, quæ dogmata non habet. Cic. 4. *Tusc.* Quoniam id enim habetens Academici decretum (sentitis enim jam hoc me dogma dicere) nihil posse percipi, &c. Idem 4. *Acad.* Sapientiæ verò quid futurum est, quæ neque de seipsa dubitare debet, neque de suis decretis, quæ Philosophi dogmata vocant: Græcè etiam φιλόσοφοι, & δόγματα dicitur, teste Budæo. Habent & cæteræ artes sua dogmata: ut in re medica alia Hippocratis, alia Asclepiadis, alia Themisonis dogmata fuerunt. A Plinio frequenter Placita appellantur: ut, placita Magorum, & placita Babyloniorum, *lib.*2. Dicitur autem Dogma, ἀπὸ τοῦ δοκεῖν, quod opinari significat.

Dōgmătĭstēs, qui aliis dogmata præscribit, δογματιστής, à verbo Græco δογματίζω, quod est decreta præscribo, dogmata trado. Hieronymus, Nunc verò quam interpres magis Apostoli fuerim, quàm dogmatistes.

‖ Dola, *Dole*, urbs primaria Comitatus Burgundiæ, in D. Vesontinensi sita. Habet Academiam à Philippo Bono Burgundiæ Duce ac Comite institutam. In eadem urbe residet provinciæ Senatus: spectátque ad gentem Austriam. ‖

Dolabella, Dolabra. vide *Dola.*

Dolba, Δόλβα. Urbs Adiabenæ. Steph.

Dŏlĕātēs, Dolentia, Doleo: vide *Dolor.*

Dŏlĭă, orum, à dolando, vasa majora, vino servando præcipuè idonea, quæ olim fictilia potissimùm erant. ‖ πίθοι ἀσκίσκοι, πίθος. Gall. *Vaisseaux à servir le vin: tonneaux.* Ital. *Botte, doglie.* Germ. Jässer. Hisp. *Tinajas ò vasijas grandes de barro.* Angl. *Tunnes, great vessels.* ‖ Tibull.

*In cava lethæum dolia portat aquæ.* ‖

Plaut. *Pseud. sc.*3. *a.*1. In pertusum ingeninos dicta dolium, operam ludimus. Idem *Cas.* Dabitur tibi amphora una, & una semita, fons unus, unum ahenum, & octo dolia. Terent. *in Heaut.* Relevi omnia dolia, omnes scrias. ¶ Veteres dolia fictilia in cellis vinariis servabant, quæ si duas aures haberent, diotæ dicebantur. Jureconsulti scribunt, Vino legato cum vasis, dolis legata non videri: quia scilicet ea mente vinum in dolia condimus, ut ex his postea in amphoras, vel cados diffundamus: quod deinde vinum diffusum nominatur. Juven.

*Ille capillato diffusum Consule potat.*

Cic. *de clar. Orat.* Num igitur qui hoc sentiat, si is potare velit, de dolio sibi hauriendum putet? Unde etiam, E dolio haurire, ἐκ πίθου ἀντλεῖν, proverbio olim dicebatur, qui abundabat rebus optatis. ¶ Inexplebile dolium, ἄπληστος πίθος. Varius est hujus adagii usus. Quadrat enim primùm ἐπὶ τῶν ἀδιορθώτων, hoc est, in gulosos edaces-que. Quadrabit & in oblivionem, cui si quid eruditionis infundas, protinus effluat, quique priùs obliviscatur, quàm didicerit. Competet etiam in homines præter modum profusos. Arist. *Oeconom.* 1. Congruit item in avaros, quorum cupiditatibus nihil est satis: verùm quò magis implentur opibus, hoc magis inanes esse videntur. ¶ Volvitur dolium, κυλίεται ὁ πίθος. In eum qui commovetur alieno exemplo sive instinctu ad stultè quid faciendum. Nam dolium facili impulsu quò velis volvitur: at sapiens semper fixus est & immotus.

Dŏlĭŏla, diminutivum à dolia. ‖ πιθάκνη. Gall. *Petits muys ou tonneaux.* Ital. *Botticini.* Germ. Jässlin. Hisp. *Tinajuelas.* Angl. *Little tunnes, or hogsheades.* ‖ Locus in urbe fuit sic vocatus, eo quòd post Allensem cladem Gallis Urbem invadentibus, doliola in quibus sacra Romanorum Pontifices condidetant, eo in loco fuerint defossa à Flamine Quirinali, sicut T. Liv. *lib.*5. scribit. Qua de causa in eodem loco ne despuere quidem alicui licebat. Festus.

Dŏlĭārĭs, e, quod dolii capaciratem habet. ‖ πιθάκνη, ἢ πίθος. Gall. *De tonneau, ou de muy.* Ital. *Ciò ch' appartiene à doglie.* Germ. Das zu den jässern gehört. Hisp. *Cosa de tinaja.* Angl. *That belongeth to a tunne.* ‖ Plaut. *in Pseud.* festivitet appellat anum ventricosam, doliarem: Ego divortor extra portam: huc in tabernam tertiam, apud anum illam doliarem, claudam, crassam: id est, suffarcinatam, obesam, & dolii modo tumidam & ventricosam. ¶ Doliare vinum, vide *Vinum.* ¶ Vita doliaris, ζωὴ πίθου, proverbio dicitur vita frugalis, parca, ab omni strepitu atque ambitione semota, breviter qualem Diogenes nobilis ille Cynicus Athenis egisse legitur: potuit torqueri & in eos, qui nimium sordidè, nimis durè atque immundè vivunt. ¶ Vinum doliare, quod adhuc in dolio est, necdum diffusum: cujus vendendi legem Cato *de re rust. cap.* 148. exposuit. Hujus fit mentio *in l.*1. §. *ult. D. de peric. & com.* Si doliare vinum emeris, nec de tradendo eo quicquam convenerit, &c.

Dŏlĭārĭus, significat eum, qui dolia facit, & componit. ‖ πιθοποιός, πιθουργός. Gall. *Celuy qui fait muys, ou tonneaux, tonnelier.* Ital. *Bottaro.* Germ. Ein tieffer. Hisp. *El que haze tinajas ò pipas.* Angl. *He that maketh tunnes, à cooper.* ‖ Plin. *lib.*3. *cap.*6. Ænaria insula à statione navium Æneæ, Homero Inarime dicta. Græcis Pytheusa, non à similarum multitudine, ut aliqui existimant, sed à figlinis doliariorum.

Dŏlĭārĭum, ii, substantivum. Apud Jureconsultos pro ipsis doliis, vel cella in qua dolia vinaria sunt. ‖ πιθών. Angl. *A wine seller.* ‖ Si (inquit) ex doliario pars vini venierit.

Doliche, Δολιχή, vulgò *Nisaro*, insula est XVII. M. passuum à Naxo distans, tantundem ipsa in longitudinem patens cum oppidis duobus, tertio amisso, quæ priùs Icaro dicebatur: unde nonnulli nomen mari inditum putant potiùs, quàm ab Icaro Dædali filio. Ea etiam Macris, & Ichthyoëssa aliquando vocata est. Plin. *lib.*4. *cap.*12.

Dolichene, Δολιχήνη, urbs Comagenæ. Steph.

Dolichiste, Δολιχίστη Ptolemæo. Insula est in mari Lycio, contra Chimæram promontorium. Plin. *lib.*5. *cap.*31.

‖ Dolichurus, δολιχοῦρος, longam habens caudam, δολιχὴ οὐρά: versus hypermeter. ‖

Dŏlĭchŭs, δόλιχος. Spatium est duodecim stadiorum, vel (ut Suidas tradit) viginti quatuor. Julius Pollux, Dolichon in gymnicis certaminibus docet fuisse curriculum omnium maximum: in quo qui decertabant, dolichodromi dicebantur. ¶ Est præterea dolichus, leguminis genus, caule tenerrimo: sed si perticam adjunctam habeat, in miram altitudinem ascendens: alioqui vitiosum & infrugiferum. Alii cicerculam interpretantur, alii phaseolum. Vide Galen. *lib.*1. *de alim. facult.*

Dŏlĭŏnēs, Δόλιονες, incolæ Cyzici, aliàs Dolici, vel Dolini. Steph. Vide *Seymnus.*

Dŏlo, as: Polio dolabra, sive ascia lævigo, vel exlo, sculpo. ‖ πελεκάω, πελεκίζω. Gall. *Doler, unir, ébaucher, applanir.* Ital. *Dolare, polire.* Germ. Hoblen/ glatt machen. Hisp. *Dolar, allanar.* Angl. *To cutt or hew with an axe or other instrument, to chip, to square.* ‖ Propert.

*Stipes æternum erum properanti fecit dolatus.*

Cicer. 4. *Acad.* Non enim est ex saxo scalptus, aut ebore dolatus. Colum. *lib.*1. *cap.*2. Materies si roborea est, ab uno fabro dolari ad unguem per quadrata debet pedum XII. Idem *lib.*8. *cap.*3. Dolare perticam in quadrum. ¶ Apud antiquos etiam in usu fuit Dolio, is, ivi, itum. Varr. *in Agathone*, ut citat Nonius. Nùmnam exlatus in manu dextera scyphus, exlo dolitus, artem ostentat Mentoris? Hujus verbi compositæ sunt, Dedolo, & Edolo, de quibus locis suis.

Dolitus, aut dolatus, participium pass. dolabra scalptus. Varro: Nùmnam exlatus in manu dextera scyphus, exlo dolitus, artem ostentat Mentoris? Cicer. 4. *Acad. lib.*4. Non enim est ex saxo scalptus, aut ebore dolatus.

Dŏlābră, æ, seu Dolatoria, uti postea in vita S. Remigii ab Hincmaro. Instrumentum fabrorum quo ligna dolant. ‖ τύπος πελεκητὸς ξυλουργῶν. Gall. *Doloire, hache.* Ital. *L'ascia.* Germ.

Ein hobel. Hisp. *Seguron ò acha para dolar.* Angl. *An instrument to pearse with, a carpenters axe, a chip axe, a wembell.* } Colum. *lib.*3. Quæ falce amputari non possunt, acutes dolabra abradito. Paul. *in l. quum de lanienis. D. de fund. instr. & instrum. leg.* vocat etiam hoc nomine instrumentum lanionum, quo carnes dissecant. Liv. *lib.*9. Dolabræ calonibus dividuntur ad protuendum vallum. Idem *lib.*1. *dec.*3. Dolabræ ad subruendum murum.

Dōlābĕllă, diminutivum à dolabra, { ἀξινάριον. Gall. *Petite doloire ou hachette, hachon.* Ital. *ricciola ascia.* Germ. Ein höbelin. Hisp. *Achuela.* Angl. *A little chip axe, or pearsing instrument.*} Columell. *lib.*5. Semper circa crus dolabellâ dimovenda est terra. Hoc etiam cognomine usa est familia Cornelia, ex qua fuit Cornelius Dolabella Ciceronis gener.

Dōlābĕllĭfĕr, pyra longissimi pediculi, ab insitore Dolabella sic dicta. Plin. *lib.*15. *cap.*15.

Dolon, genus ficæ, quo utuntur latrones. Plutarch. *in Græchis.*

Dolōn, *Δόλων.* Proprium nomen viri Troiani, egregia pedum pernicitate præditi, qui quum in castra Græcorum speculator missus esset, à Diomede & Ulysse deprehensus consilia Troianorum spe conservandæ vitæ illis aperuit: quem tamen ut proditorem, falsâ spe delusum occiderunt. Virg. 12. *Æneid.*

*Antiqui proles bello præclara Dolonis.*

Ovid. 13. *Metam.*

*Conferat his Ithacus Rhesum, imbellémque Dolona.*

Ibidem,

——— *de gente Dolona.*

Dolonis meminit Suet. *in Claud. cap.* 13. ¶ Idem Dolon dicitur Dolus à Plauto *in Pseud. sc.*8. *a.*4.

Dŏlōnes, *δόλωνες*, ita dicti à fallendo, quòd ingentes conti, ferro brevissimo, quum speciem præferant ligni, intus ferrum acutum habeant. Virg. *lib.*7.

*Pila manu, savosque gerunt in bella dolones.*

Servius ait dolonem flagellum esse, intra cujus virgam lateat pugio. Plutarch. *in Tiberio*, *δόλωνα*, interpretatur ficam latronum. Verba ejus sunt hæc, *ὅτι τὸ φαυλότατον ὑπηρετικὸν ἀκόντιον καὶ ῥιπτόμενον ἐξαίφνης ἀφίησιν ὁ στρατιώτης, ὁ δόλωνα καλοῦσι.* ¶ Apud Suetonium Dolon pro gladiolo, *in Claud. cap.*13. Reperti & equestris ordinis duo in publico, cum dolone ac venatorio cultro præstolantes. In instrumento autem navali Dolones dicuntur vela minora, quæ supra acatia (eo enim nomine vela majora dicuntur,) celeritatis causâ solent erigi. Liv. *lib.*42. Dolonibus erectis altum petere contendit. *ibid.* Sublatis dolonibus effusè effugere contendit.

Dŏlŏnci, *Δόλογκοι.* Populi Thraciæ, ita dicti à Dolonco fratre Bithyni. Stephan.

Dŏlŏpēs, *Δόλοπες.* Populi Thessaliæ, in extremis finibus Pithiotidis, quibus Peleus (cujus imperio parebant) Troiani belli tempore Phœnicem præposuit: ut ex Homeri sententia refert Strab. *lib.*9. Virg. *lib.*2. *Æneid.*

——— *quis talia fando,*
*Myrmidonum, Dolopúmve, aut duri miles Ulyssi,*
*Temperet à lachrymis? &c.*

Plin. *lib.*4. *cap.*2. Dolopes in Æolia constituit.

Dolopēĭus, a, um. Valerius 2. *Argonaut.*

——— *vidisse putant Dolopeia busta.*

Dŏlŏr, est animi vel corporis cruciatus. { מכאוב *machob*, דאבה *deabáh.* ἀλγὸς, τὸ. Gall. *Douleur, fascherie, ennuy.* Ital. *Dolore, doglia.* Germ. Schmertz, leyd. Hisp. *Dolor.* Angl. *The ache or paine of body or mynd.* } Cic. 2. *Tusc.* Dolor est motus asper in corpore, à sensibus alienus. Terent. *in Andr.* Ejus labore, atque ejus dolore gnato ut medicaret tuo. Cic. *Sulpitio. lib.*4. Est omnino vix consolabilis dolor: tanta est omnium rerum amissio, & desperatio recuperandi. Senec. *cap.*3. *de cons. ad Helv.* Dolore dolorem vincere. Ovid. 13. *Metam.*

——— *Dolor ipse disertum*
*Fecerat.*

Catull. *ad Ortal.*

——— *assiduo confectum cura dolore.*

Plaut. *Amph. sc.*1. *a.*5. Patrat sine doloribus. *Ibid. sc.*1. *a.*5. Ubi utero exorti dolores, ut solent puerpuræ. Idem *Asin.* Pictas oculis dolorem prohibet. Ovid. *Eleg.*8. *lib.*3. *Trist.*

*Et nunquam queruli causa doloris abest.*

Idem *Eleg.*3. *lib.*4. *Trist.*

*Ecquid ubi incubuit justo mens ægra dolori.*

Ibidem,

*Expletur lachrymis egeritúrque dolor.*

Ibid. *Eleg.*9.

*Sudnet infelix arma contra dolor.*
*Strangulat inclusus dolor.*

Ibid. *Eleg.*1. *lib.*5.

Dŏlentĭă, antiquis fuit in usu pro dolore. Gell. *cap.*7. *lib.*19. ex Lævio Poëta. { מכאוב *machob*, דאבה *deabáh.* ἀλγηδὼν. } Cujus compositum est Indolentia, hoc est, absentia doloris: in qua Philosophorum nonnulli summam felicitatem posuerunt. Cic. Ut qui rem expetendam vel voluntate, vel indolentia metiuntur.

Dŏlĕo, es, ui, itum, à dolus: Dolore afficior, corpore, vel animo crucior. { כאב *chaab.* ἀλγέω. Gall. *Se douloir, estre dolent, estre faschè & déplaisant.* Ital. *Dolere.* Germ. Schmertzen leyden. Hisp. *Doler ò dolerse.* Angl. *To be sorie.* } Terent. *in Eunuch.* Dolet dictum imprudenti adolescenti, & libero. Cicero *in Vatin.* Quis tum non ingemuit, quis non doluit Reipublicæ casum? Hoc verbum, si ad corpus referatur, neutrum acquisitum est: ut, Oculi doleant viro tuo. Plautus in *Amphitr.* Mihi etiam misero nunc malæ dolent. Sin de rebus alicujs, affectivum est: ut, Doleo tuis rebus adversis, id est, propter res tuas adversas, ἕνεκα. Jung.

*Fessique jactati corporis ossa dolent.*

Ovid. *Eleg.*3. *lib.*4. *Trist.* Lien necat, renes dolent. Plaut. *Curc. sc.*1. *a.*2. Cor dolet. Scio quàm illud doluerit cordi meo. Idem *Amph.* Caput dolet, neque audio, neque prospicio satis. *Ibidem.* Huic illi dolet quod mihi dolebit, non tibi, si quid stultè fecero. Idem *Men. sc.*4. *a.*2. Satis jam dolui ex animo. Idem *Capt. sc.*1. *a.*5. Heu, heu! Define, doleo. Ni doleres tu (animo) ego dolerem (corpore, & virgis.) Idem *Pseud. sc.*2. *a.*5. Quid nunc? dolène? { ferientis.) *Ibid. sc.*2. *a.*1. Lumbi sedendo, oculi spectando dolent. Idem *Men. sc.*3. *a.*5. ¶ Aliquando etiam cum accusativo: ut, Doleo tuam miseriam. Doleo tuam vicem, τὴν χρείαν ἄχθομαι. Doleo vicem Reipub. ἐπιμελὲς ἔχω τοῦ πράγματος. Salust. Quasi dolens ejus casum. Ovid. *Lieg.*3. *lib.*4. *Trist.*

*Tu verò tua damna dole.*

¶ Dolens, qui dolorem facit. Salust. *Jugurth.* 118. Dicitare alia præterea magnifica per se, & illis dolentia. ¶ Hujus composita sunt Condoleo, quod est simul, vel in rorum dolore, συναλγῶ, συμπάσχω. Plaut. *in Trucul.* Date jam soleat, atque intrò me ducite actutum. Nam mihi de vento miserè condolut caput. Dedoleo, de quo alibi.

Dolens, entis, Participium. Cic. *in Parad.* Soli igitur hoc contingit sapienti, ut nihil faciat invitus, nihil dolens, nihil coactus. Dolitu-rus, participium futuri temporis. Livius 9. *bell. Macedon.* Ignominiâne sua quemquam dolaturum censeret? Dolendus, adject. Cicero *ad Cornific. lib.*12. *cap.*23. Neque enim quæ tu propter magnitudinem & animi & ingenii moderatè feres, à te non ulciscenda sunt, etiamsi non sunt dolenda.

Dolēntĕr, adverbium. { ἀλγηδὼν, ἀχθηδὼν. Gall. *Triſtement, avec douleur, ou triſteſſe.* Ital. *Dolentemente, con dolore, triſtezza & affanno.* Germ. Mit schmertzen, mit betrübtnuss. Hisp. *Doliendose, ò dolorosamente.* Angl. *Woefully, sorrowfully.* } Plancus *Cic. lib.*10. Sed quicquid tibi scribo, dolenter mehercule magis, quàm inimicè facio. Plin. *epist.*35. Unicè probo, quòd Pompeii Quintiani morte tam dolenter afficeris, ut amici charitatem desiderio extendas. Ovid. 4. *Metam.*

*Nil illo fertur volucrum moderator equorum*
*Post Phaëthontæos vidisse dolentius ignes.*

Dŏlōrĭfĭcŭs, a, um: quod dolorem facit. ὠδυνηρὸς.

| Dolum, *Dol.* V. E. regni Franciæ, sub A. Turonensi, in Britannia Armorica. |

Dolumen, delubrum: Lege *Dolamen, Dolabra.*

Dŏlus, i, à δόλος, quod est ab antiquo δόλω: unde *Nidus.* Fraus, fallacia, machinatio, insidiæ. { תרמית *mirmáh.* δόλος. Gall. *Dol, fraude, tromperie, cautelle, fineſſe.* Ital. *Inganno, fraude.* Germ. Ein list, beschiss oder betrug. Hisp. *Astucia, ò engaño.* Angl. *Guile, deceit, falsehede.* } Plaut. *in Capt. sc.*1. *a.*2. Nam dolo non doli sunt, ni astu colas. Idem *Pseud. sc.*2. *a.*2. Hic mihi incus est: hinc procudam multos dolos. *Ibid. sc.*1. *a.*2. In pectore parvi copias duplices, triplices, dolos, perfidias. *Ibidem,* Non dicam dolo. Idem *Men. sc.*1. *a.*2. Fallere minis, & dolis interesse. Idem *Amph.* Inter sese confinxerunt dolum. Idem *Capt. prolog.* Insite in dolos. Idem *Mil. sc.*4. *a.*2. Non est diverticulum dolis. Idem *Capt. sc.*3. *a.*3. Facetus & doctis dolis. Idem *Mil. sc.*1. *a.*2. Aperitur dolus. *Ibid. sc.*6. *a.*2. Per doctos dolos. Idem *Pseud. sc.*5. *a.*1. ¶ Item Dolus pro Dolone, viro Trojano, dicitur apud eundem *in Pseud. sc.*2. *a.*4. Terent. *Andr.* Simul sceleratus Davus, si quid consilii habet, ut consumat nunc, quum nihil obsint doli. Cicero *pro domo sua.* Illud in primis, ne qua calumnia, ne qua fraus, ne quis dolus adhibeatur. ¶ Veteres etiam in bonam partem accipiebant, pro solertia & calliditate: unde dolum malum dixerunt, discriminis causâ, quòd & bonus quidam dolus diceretur. *κακόμηχανος.* Terentius *in Eunuch.* Jam tum erat suspicio, dolo malo hæc fieri omnia. Ulpian. *de dolo malo, l.*1. Dolum malum Servius quidem ita definit, machinationem quandam alterius decipiendi causâ, quum aliud simulatur, & aliud agitur. Cic. 3. *Offic.* Nondum enim Aquilius collega, & familiaris meus protulerat formulas, in quibus ipsis quum ex eo quæreretur quid esset dolus malus? respondebat, Quum aliud simulatum est, aliud actum. Dolus medium verbum. Gell. *cap.*9. *lib.*11.

Dŏlōsŭs, Fraudulentus, malitiosus. { מרמה איש *isch mirmáh.* δολερὸς. Gall. *Trompeur, cauteleux, plein de fineſſe.* Ital. *Ingannatore, cautelolo.* Germ. Betrüglich, voll böser listen. Hisp. *Fraudoso, astuto.* Angl. *A deceiver, full of guiles.* } Plaut. *in Epid.* Ego aliquam parabo dolosam ædicinam, numero conducta quæ sit. Cicer. *pro Rab. Posthum.* Pulsus interea regno Ptolemæus dolosis consiliis, Romam venit. Ovid. 15. *Metam.* Artes dolosæ. Plaut. *Mil. sc.*2. *a.*2. Dolum doloso contrà conservo parem. Idem *Pseud. sc.*1. *a.*5. Lucrator dolosus est vinum.

Dŏlōsè, adverbium: Fraudulenter, malitiosè. { δολερῶς, δόλιον. Gall. *Par tromperie, & ſurpriſe: par fraude.* Ital. *Con inganno.* Germ. Betrüglich. Hisp. *Astuta y engañosamente.* Angl. *Deceitfully, with guile.* } Cicer. 3. *Offic.* Quum dicitur inter bonos bonè agier, quicquam agi dolosè an malitiosè potest?

| Dolūmen, delubrum. Gl. Isid. |

Dŏmă, tis, { בית *bhagh.* δόμος, δόμος. Gall. *Toit, couvert.* Ital. *Tetto piano.* Germ. Ein tach das eben wird mit baldecht oder flörzig ist. Hisp. *Casa ò tejado de casa.* Angl. *The roofe of and house.* } Hieronymo usitatum verbum.

Dŏmābĭlis, vide *Domo, as, in Domus.*

Dŏmĕstĭcārĭus, Domesticus: vide *Domus.*

| Dominicopolis, sive Dominici civitas, *San Domingo.* V. A. in Hispaniola insula apud Indos Occidentales. |

Domitii, plures apud Romanos, Cn. Domitius, L. Domitius, Domitius Nero, Domitius Ænobarbus. Vide Suet. *in Nerone.*

| Domitiopolis, V. E. sub Metropoli Seleuciensi, Tyro & Leoni Imp. nota. |

Dŏmĭcĭlĭum, Domicenium, Dominium, Dominor, Dominus: vide *Domus.*

Dŏmĭpŏtă, Cochlea dicitur, quòd domum suam perpetuò circumferat, unde etiam Græci σφίγγας vocant. Cicer. 2. *de Divin.* Ut si quis medicus ægroto imperet ut sumat terrigenam, tardigradam, domiportam, sanguine cassam; potius quàm hominum more cochleam.

Do mitiũ

Domitii civitas, Δομίτιοι κῶμαι, in Isauria est. Steph.
Dómitŏr, Domitura : vide *Domo, domui*, in *Domus*.
Dómno, domas : vide *Domus*.
‖ Domus & Helmahan, duæ olim sedes Episcopales Anglorum Orientalium. ‖
Dŏmŭs, à δέμω, propriè ædificium ad habitandum factum, quod ex tecto & parietibus constat. Impropriè pro quocunque habitaculo. { בּוֹרִית *bájith.* οἶκος, δόμος. Gall. *Maison.* Ital. & Hisp. *Casa.* Germ. Ein haus. Angl. *An house.* } Unde & templa, & avium nidi, domus dicuntur, οἰκήματα. Virg. *lib.* 6.

*Ostia dámque domus patuêre ingentia centum*
*Sponte sua.*

Idem 8. *Æneid.*

*Antiquáſque domos avium cum ſtirpibus imis*
*Eruit.*

Domum prosequi aliquem. Velleius.

*Grata domum Cereri* (Sicilia.)

Ovid. 4. *Fast.*

——— *Quòd me domum iſta recepit* (vestra.)

Idem *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.* Saltem credo intromittat domum. Plaut. *Men. sc.* 5. *a.* 5. Malis lupos oves linquere, quàm hos domi custodes. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Palla perit domo. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 4.

*Ille mea domini protinus hoſpes erit.*

Ovid. *Eleg.* 12. *lib.* 3. *Trist.* Domum properare propero Plaut. *Men. sc.* 7. *a.* 5. Neque domi, neque apud amicam mihi quicquam creditur. *Ibid. sc.* 3. *a.* 4. Domo abs te afferto. Idem *Aul. sc.* 2. *a.* 2. Ducere domum uxorem, pro ducere tantùm. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. (bis.) Item *sc.* 5. *a.* 3. & *Men. sc.* 2. *a.* 1. Portitorem duxi domum. Item, Fuge domum, quantum potes. *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Benè & pudicè me domi (suæ) habuit. Idem *Cure. sc.* 3. *a.* 5. Eduxit, *ibid. sc.* 2. *a.* 4. Postquam in ædes ad se deduxit domum (sup. herus novum servum.) Ubi ter idem dicit, in ædes, ad se, domum. Idem *Milit. sc.* 1. *a.* 2. Domum ire jussit (verba dimittentis cum commeatu.) Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 3. Surge amator, i domum. *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Domo surripuit pallam. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 4. Domo surrepta palla. *Ibid. sc.* 2. *a.* 4. Nihil est quod perdam domi. *Ibidem.* Quæ domi duellique malè fecisti. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 3. Domi duellique duellatores optimi. Idem *Capt. prol.* Neque juvat quod edo domi : quod foris, id beat. *Ibid. sc.* 2. *a.* 1. Domi habet animum falsiloquum, domi dolos, &c. Domi horum. (Metaphor.) Idem *Milit. sc.* 2. *a.* 1. Ad domum prosequuti eum sumus. Gell. *cap.* 1. *lib.* 12. Ab domo abeundum est mihi. Plaut. *Aul. sc.* 2. *a.* 2. Reconciliare filium domum. Idem *Capt. prolog.* id est, reducere, sive Penatibus restituere.) Pallam & aurum domo suppilas uxori tuæ. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 5. & *sc.* 2. *a.* 5. A domo missi. Livius *lib.* 5. *d.* 4. In domo non est (ab alio adoptatus.) Reddit argentum domo (id est, à se.) Plaut. *Cure. sc.* 3. *a.* 5. Imperator eram domi in patria mea. Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4.

*Nam mihi cum magnis opibus domus alta niteret.*

Tibull. *lib.* 4. ¶ Aliquando domus, dicitur familia. *Cinna.* Idem *lib.* 5.

*Sergeſtáſque, domus tenet à quo Sergia nomen.*

¶ Aliquando sumitur pro tota aliqua gente. Virg. 1. *Æneid.*

*Quum domus Assaraci,*

volens intelligi Romanos, qui ab Assaraco per Troianos originem ducunt. ¶ Aliquando pro Patria. Idem 3. *Æneid.*

*Da propriam Tyrrhenæ domum, da mœnia ſoſſis.*

¶ Facit autem genitivum, domus, & domi, dativum domui, accusativum domum, vocativum domus, ablativum domo. Differunt tamen duo hi genitivi, domi & domus, ut Domus ædificium ipsum significet quod ex tecto & parietibus constat. Aptè itaque dicemus partem domus sum demolitus : non, partem domi. Pro eodem etiam apud veteres legitur Domus. Varro, Pertexit in interiorem partem domus. Sed dicendum, Domi maneo, οἰκοῦμαι. Terent. *in Adelph.* Quid ais, bone vir, est frater domi ? ¶ Invenitur tamen nonnunquam apud antiquos genitivus domi, pro domûs. Plaut. *in Trinumm. sc.* 6. *a.* 3. Non fugitivus est homo : commeminit domi. ¶ In numero plurali facit nominativum domus, dativum & ablativum domibus, & accusativum domos, vel domus, genitivum domorum, & nonnunquam domûm. Plin. *lib.* 8. *cap.* 57. Quo in genere multi & hos incolas domûm posuêre mures. Legitur etiam nonnunquam in ablativo singulari, domu. Plaut. *in Milite.* Ait sese Athenas fugere cupere ex hac domu. Domi, & in domo, idem significant. ὁ τῇ οἰκίᾳ. Quintil. In domo furtum factum ab eo, qui domi non fuit. ¶ Revertor domum, & ad domum, οἴκαδε. Exeo domo, vel è domo, ἐξοικίζω. ¶ Domum dimittere, Salust. *Jugurth.* 90. Quos item Consul, uti priores illectos ad proditionem, domum dimittebat. ¶ Admittunt autem obliqui hujus nominis adverbialiter positi sex tantùm adjectiva, Mea, Tua, Sua, Nostra, Vestra, & Aliena : ut, Eram domi meæ. Tu eras domi tuæ, & sic de cæteris. Cic. *pro domo sua.* Quid tibi necesse fuit anili superstitione, homo phanatice, sacrificium, quod alienæ domi fieret, invisere ? Aliquando non solent apponi, sed subintelligi : ut, Domi ero, scilicet meæ. Domi & militiæ, genitivi adverbiales : id est, absolutè positi, pro eo quod est, In pace & in bello : hoc est, pacis & belli tempore. In his observatum est, ut ferè per conjunctionem (& ) vel (que) connectantur. Terent. *Adelph.* Una semper militiæ & domi fuimus. Cic. *de senect.* An censes (ut de me ipso aliquid more senum glorier) me tantos labores diurnos nocturnósque domi militiæque suscepturum fuisse ? ¶ Domus amica, domus optima, οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος. Nusquam commodiùs, nusquam liberiùs, nusquam lautiùs homini vivere contingit, quàm domi. ¶ Domi conjectatum facere, οἴκοθεν ὑποζῆν. Quod non aliunde petitur, id domi fieri dicitur. Plaut. *Cistell.* ¶ Domi pugnans more galli. In eum qui semper domi desidens, non audet vel ad bellum, vel in certamina proficisci foras. Nam hoc animal pugnacissimum quidem est, sed domi. ¶ Una domus non alit duos canes, οὐ οἶκος ἓ δύο κύνας τρέφει δύο κύνας. Proverbio jactatus senarius in eos, inter quos parum convenit propter idem lucrum, quod communiter expetunt. Refertur ab Aristophanis interprete. ¶ Domi manere oportet bellè fortunatum, εὖ ἐχόντα δεῖ τὸν οἴκοι διατρίβοντα. Cui suppetit copia facultatum, is si velit fortunatam agere vitam, domi vivat. ¶ Domus, pro Ecclesia absolutè, non Domus Dei ; id enim clarum ponitur à Gregorio *lib.* 9. *epist.* 15. ¶ Ad eandem pertinet metaphora, Domi habere. ¶ Hujus nominis diminutiva sunt, Domuscula, Domuncula, οἰκίσκος, οἰκημάτιον.

Dŏmūncŭlă, æ, diminutivum : οἰκίδιον. Ulpianus D. *lib.* 47. *tit.* 12. *l.* 3. Si domunculam habeat, &c.

Dŏmĕstĭcŭs, a, um : quod ad domum pertinet, quódque ex domo nostra est. { אִישׁ בַּיִת *ísich báiith.* οἰκιακός. Gall. *Domestique, de la maison.* Ital. *Domestico, di casa.* Germ. Ein hausgenoss, oder hausiger knecht. Hisp. *Casa casera, à de casa, domestico.* Angl. *Pertaining to household.* } ut, Domestica negotia, domestica exempla, domesticum lenocinium. Domesticus usus & consuetudo, apud Ciceronem. Domesticum funus, domestica furta, domesticum testimonium. ¶ Aliquando domesticus dicitur mansuetus ac mitis. ἥμερος. Plinius, Mite animal, atque domesticum. ¶ Domesticum judicium (de conscientia.) Cæsar 3. *bell. civil.* ¶ Domestici, apud Procop. *lib.* 3. *bell. Vand.* dicuntur homines, *Officiers de l'Empire.*

Dŏmĕstĭcŭs, qui in eadem domo nobiscum habitat. οἰκιδιώτης, ὁμοιοδίαιτος, οἰκιακός.

Dŏmĕstĭcātim, adverbium, significat per varias domos, sive per domesticos. { κατ' οἰκίσκους. Gall. *De maison en maison, par les maisons.* Ital. *Di casa in casa, per le case.* Germ. Von haus zu haus. Hisp. *De casa en casa.* Angl. *From house to house.* } Suet. *in Cæs.* Quarum ut quàm maxima expectatio esset, ea quæ ad epulum pertinerent, quamvis macellariis oblocata, etiam domesticatim apparabat.

Dŏmĭcēnĭum. Cena quæ fit domi, οἰκουρία. Apul. Martial. *lib.* 5. ad Toranium :

*Si triſti domicenio laboro,*
*Torani, potes eſurire mecum.*

Domitùs, Adverb. domi. Plaut. *in Mænech.* Domi domitùs fui usque cum charis meis.

Dŏmĭtĭo, { Gall. *Retour en la maison.* Ital. *Ritornata à casa.* Germ. Heimgang. Hisp. *Tornada à casa.* Angl. *A returning home or to the house.* } Dictio composita ex domo, & itio : quasi revectio ad domum. Cic. *lib.* 1. *Divin.* Sed Rhodiorum classi propinquum reditum, ac domitionem dari. Apul. *lib.* 3. Denique nec larem requiro, nec domitionem paro. Itiones autem dici, sicut reditiones, & abitiones, testis est Terentius, qui *in Phormione* ait : Hæccine erant itiones crebræ, & mansiones diutinæ ? Apud Cornificium *in Rhetor.* Pacuv. Jam domitionem reges Attidæ parant. Apud Non. legitur *Domitio*, Pacuvius : Nam solus Danais domitionem dedit. Lucill. Domitionis cupidi imperium Regis penè imminuimus.

Domicella, vox Alano usitata, quam pro sanctis Virginibus capit.

Dŏmĭcĭlĭum, à Domus & Colo, is. Habitatio longi temporis, unà cum omnibus suis rebus & fortunis. Itaque domicilium non domus aut habitatio facit, sed ubi quis latem, rerumque suarum summam constituit, unde rursus non sit discessurus. { מָעוֹן *maôn.* οἰκητήριον. Gall. *Domicile, lieu de la demeure ou habitation.* Ital. *Domicilio, habitatione di longo tempo.* Germ. Ein behausung / langwerige wohnung. Hisp. *La casa, ò la morada de largo tiempo.* Angl. *Abode-ling place.* } Unde mutare domicilium dicuntur qui migrant, ut aliam urbem habitent, tanquam illius cives futuri ; nam qui ad tempus habitat, mox inde discessurus, domum quidem potest habere quam conduxit, domicilium autem non habet. Cic. 7. *Verr.* Sedem antiquam divinúmque domicilium nocturno latrocinio atque impetu compilavit. Gell. Qui domicilium in Italia non haberet. Cic. *de senect.* Animus cœlestis ex altissimo domicilio depressus, & quasi demersus in terram. Domicilio dignissimo inclusus animus Vatinii. Velleius. Domicilia animi (de cerebro.) Gell. *cap.* 15. *lib.* 17. Non nostrum hoc domicilium est : domus est Athenis. Plaut. *Milit. sc.* 5. *a.* 1. ¶ Domicilia ciborum (id est, patinæ,) sive loca, unde adhunctur, ut Pavus è Samo, &c. Gell. *cap.* 16. *lib.* 7.

‖ Domiporta, cochlea, quòd domum suam perpetuò circumferat. ‖

Dŏmo, as, ui, domitum, & interdum domavi, domatum, olim tertiæ conjugationis fuit, si Prisciano credimus, quemadmodum & omnia primæ conjugationis verba quæ præteritum faciunt per ŭi, divisa syllabas. Inde manserunt domui, domitum, & domitor, à δαμάω, Mansuefacio, condoctefacio, edomo. { חָמַץ *hamáh.* חָבַשׁ *chabásch.* לִמַּד *limmádh.* ἡμερόω, δαμάζω. Gall. *Dompter, surmonter, rendre sujet.* Ital. *Domare, sottomettere, far soggetto.* Germ. Dommen / zam machen. Hisp. *Domar.* Angl. *To subdue tame, or vanquisher.* } Plaut. *Amphitr. sc.* 1. *a.* 1. Si in me exercituus (pugnos,) quæso in parietem, ut primum domes. Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 1. Domi domitus fui (sup. fame.) usque cum chariis meis : (id est, liberis meis.) Hic autem ita legendum putat Passerat. Domi dom intus fui. Antiqui enim *dom*, pro *dum* scribebant. Idem *Milit. sc.* 6. *a.* 2. Servos homines oportet domitos habere oculos & manus.

*Et domitus frano ſæpè repugnat equus.*

Ovid. *Eleg.* 6. *lib.* 4. *Trist.* Virg. 3. *Georg.*

*Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis*
*Cyllarus, & quorum Græcia mentitur Poëta*
*Martis equi bijuges.*

Plaut. *in Cas.* Sed quid ais ? jam domuisti animum ? Plin. *de viris illustr.* Pretor Galliam domuit, Consul Hispaniam, altero Consulatu Sardiniam. Hinc domitos hostes dicimus, id est, victos : & domitos populos, in potestatem redactos. Cic. *de provinc. Consul.* Atque hanc Macedoniam domitis jam gentibus finitimis, barbariáque compressa, pacatam ipsam per se, & quietam. ¶ Equorum domitores, πωλοδάμνης. Virg. 7. *Æneid.*

*Lanſus equûm domitor, debellatórque ferarum.*

Domiti equi, δάμαλοι : atque Indomiti, ἀδάμαστοι. Indomitæ gentes, feroces. Idem 1. *Æneid.*

——— *raptis concurrunt undique telis.*
*Indomiti agricolæ.*

Et 8. *Æneid.* Indomitique Daci. Hinc componitur Perdomo, quòd est valde domo, vel ad finem domo. Mart. *lib.* 1.

Hermias

*Herculea laudis numeretur gloria, plus est.*
*Bis denas pariter perdomuisse feras.*

Dŏmĭtŭra, æ. Domandi actus. { δαμασία. Gall. *Domptement, apprivoisement.* Ital. *Domatione, domamento.* Germ. Zämung/zämmachung. Hisp. *Domadura, aquella obra de domar.* Angl. *A taming or breaking.* } Plin. *lib.* 8. *cap.* 46. Domitura boum in trimatu, postea sera, antea præmatura. Col. *lib.* 6. Curandum ne in domitura bos calce, aut cornu quemquam contingat.

Dŏmĭtŭs, us, ui, eiusdem significationis. { Angl. *A taming.* } Cicer. *lib.* 1. *de nat. Deor.* Efficimus etiam domitu nostro quadrupedum vectiones.

Dŏmĭtor, is, qui domat, hoc est, ferarum, & mansuetum reddit. { מכניע *machanneh.* δαμαστής, δαμάζων. Gall. *Dompteur, qui dompte.* Ital. *Domatore.* Germ. Ein zämer/der einem dempt vnd zam macht. Hisp. *El domador.* Angl. *He that tameth.* } Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

*Quid tibi de tetricæ referam domitore Chimæræ?*

Gell. *cap.* 11. *lib.* 16. Domitores serpentem Marsi. Pro eodem etiam legitur Domator. Tibullus,

——— *conversum terga domator.*

Dŏmĭtrix, icis. { δαμάστρια, δαμάζουσα. Gall. *Celle qui dompte.* Ital. *Donna che doma, vince & supera.* Germ. Ein zämerin. Hisp. *Domadera.* Angl. *She that tameth.* } Virg. 3. *Georg.*

——— *domitrixque Epidauri equorum.*

Dŏmābĭlis, e, qui est aptus ad domandum. { ημερωτός. Gall. *Domptable, aisé à dompter.* Ital. *Cosa che si può domare.* Germ. Zämig/dan mot zů zwingen vnd zuzämen ist. Hisp. *Cosa que se puede domar.* Angl. *Easie to be ouercome or tamed.* } Hor. *lib.* 4. *Carm. Ode* 14.

*Te Cantaber non antè domabilis*
*Miratur.*

Ovid. 9. *Met.*

*Atque immune necis, nullâque domabile flamma.*

Dŏmĭtŭrŭs, a, um: Particip. futuri temp. Virg. 4. *Georg.*

*Dulcia mella premes: nec tantum dulcia, quantum*
*Et liquida, & durum Bacchi domitura saporem.*

Dŏmĭto, as, are, frequentativum. { συχνὸν δαμάζω. Angl. *To mak tame to subdue.* } Virg. 1. *Georg.*

*Et prensos domitare boves,*

Idem 7. *Æneid.*

——— *domitant in pulvere currus.*

Dŏmĭnŭs, à domo, as, vel à domus: & is propriè dicitur, qui domui præest, & qui in familiam imperium habet. Imò Dominus dicitur, qui domi unus imperat. { אדון *adhón,* בעל *bâhal, sheφ,* δεσπότης. Gall. *Seigneur, maistre.* Ital. *Signore, signore.* Germ. Ein Herr/Hausherr. Hisp. *Señor como de siervos.* Angl. *A maister, a lord.* } Sunt enim dominus & servus ex τῶν φύσει ν, hoc est, ex iis quæ ad aliquid referuntur. Terent. *in Eunuch.* Apparet servum hunc esse domini paupetis. Plaut. *in Cistell.* Quis istic habitat? L. Demipho dominus meus. Ovid. *Eleg. ult. lib.* 3. *Trist.*

——— *libellis.*

*Qui domini pœnam non meruere suis:*

(id est, parentis & auctoris.) Idem 13. *Metam.*

——— *Domini non cæde madebit*
*Ensis.*

Plaut. *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Dominum ædium quæsito. Idem *Most. sc.* 2. *a.* 1. Dominus (ædium) indigens. ¶ Item Domini appellatio ad eos extenditur, qui res alicujus proprietatem habent, etiamsi ususfructus alienus sit. Abusivè tamen & filiifamilias, & cæteri liberi, qui in potestate sunt, & usufructuarii, domini dicentur. Hæc ex Ulpiano. ¶ Item Dominus vocatur qui in regnum, vel civitatem imperium habet, & cui populi sunt. Virg. 1. *Æneid.*

*Romanos rerum dominos, gentemque togatam.*

¶ Dominus, etiam vocabulum odiosum, ut Tyrannus. Salust. *Jugurth.* 112. Namque cùm tu te per mollitiem agas, exercitum supplicio cogere, id est dominum, non imperatorem esse. ¶ Rursus Dominus dicitur maritus. Idem *lib.* 4.

——— *connubia nostra*
*Reppulit, ac dominum Æneam in regna recepit.*

Item, Domini, mariti & patres. Livius *lib.* 34. ¶ Sunt etiam amantium verba, dominus, & domina, blanditiis apta. Ovid.

*Hæc tibi sub domino est Tyrrhe puella suo.*

Et iterum.

*Non fuerat in dominam temeraria brachia movit.*

¶ Item ponitur pro convivii exhibitore. Varro, Ad dominum, aut vinum, aut aliud laudato. Cic. *in Vatin.* Quum ipse epuli dominus Qu. Appius albatus esset. ¶ Dominus convivii qualis esse dicitur. Gell. *cap.* 11. *lib.* 15. Dominus quoque & domina, sumi solent pro deo ac dea. Ovid.

——— *& domino seruere vota Iovi.*

Dominus simpliciter appellatur in Jure Civili, qui longo tempore usucepit, *l. si finita, §. Julianus, D. de damno infecto.* Quamvis & veteres honoris causa Dominum aliquem dicere solebant, ut quum Nesennius ad Paulum scribens, *l. Nesennius, D. ad L. Falc.* Ex facto, inquit, Domine talis species incidit. Sic & mariti uxores suas, & maritos illæ quandoque appellant. Sic & Plinius Trajanum Dominum, eadem scilicet consuetudine, cujus & Martialis quoque, & Sen. meminerunt. Dominus fit 11. cui res traditur ex causa emptionis, donationis, dotis, mutui, legati, hæreditatis, solutionis, transactionis, sententiæ, vel similibus. *l. traditionibus, Cod. pact. l. nunquam nuda, D. de acquirendo rerum dom.* ¶ Domini ovi. Emptores apud Ovid. *lib.* 5. *Fast.* ¶ Domini appellationem, ut maledictum & opprobrium semper exhorruit Augustus. Suet. *cap.* 53. Domini appellatio, à domo deducitur: οἰκοδεσπότης, propriè Græci vocant, & à domo derivant. ¶ Domini factionum. Suet. *in Nerone. cap.* 5. & 22.

¶ Domicellus, a, diminut. à dominus, a: ut dicunt Germani, Junckher/jungher/jungfraw/juffer. ¶

Dominædius, in Paulino significat dominam ædis, seu basilicæ Nolanæ. In Natali septimo,

——— *quam quod mihi tofus*
*Ipse meis quibus est, idem Dominadius egit.*

Dŏmĭna, æ: Hera, domini uxor, quæ in familiam, aliámve rem imperium habet. { בעלת *bahalah, δέσποινα.* Gall. *Dame, maistresse.* Ital. *La signora, la maestra.* Germ. Ein frow/herrin. Hisp. *Señora como de siervos.* Angl. *A ladie or maistres.* } Cic. *in Parad.* Cupiditas honoris, dura domina. Idem *lib.* 2. *de finib.* Dominæ rerum omnium virtutes. Virg. *lib.* 3. *Æneid.*

*Et vinclis iterum domina subiere leones.*

Cic. *lib.* 3. *Offic.* Hæc enim una virtus omnium est domina & regina virtutum. De justitia loquitur. ¶ Domina, ψυχὴ ἔμψυχος, quandoque pro Proserpina legitur. Imò pro uxore. Virg. 6. *Æneid.*

*Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.*

Dominæ novem, id est, Deæ, sive Musæ. Martial. *Epigr.* 3. *lib.* 12. Ut negligens domina mancipiorum domina fortuna. Senec. *cap.* 10. *de consol. ad Marc.* Suet. *in Claud. cap.* 39. Cui domina non venter, sed quilivit.

¶ Dominalis, invincibilis. Gl. A. L. ¶

Dŏmĭnĭcus, derivatum, κυριακός. ¶ Dominicæ habitationes, apud Col. *lib.* 9. *cap.* 1. Et, Rationes dominicas pecuarias conficere, apud Varr. *lib.* 2. *de re rust. cap.* 10. Arbiter, Vinum dominicum, magistratoris gratia est. ¶ Dominicus dies à Christo rerum omnium Domino mutatus est nomen, cum prius *Dies Solis* diceretur. ¶ Dominica Orthodoxiæ, est prima Dominica Quadragesimæ.

Dŏmĭnor, aris: Jus & imperium in rem aliquam habeo, rerum potior, regno, dominatum teneo. { רדה *radhâd,* שר *sar,* משׂרה *maschal.* δεσπόζω, κρατέω. Gall. *Maistriser, dominer.* Ital. *Signoreggiare.* Germ. Herschen. Hisp. *Enseñorear.* Angl. *To have dominion or maistership, to beare rule.* } Et frequentissimè habet dativum. Virgil. 1. *Æneid.*

——— *vobis dominabitur Argis.*

Modò accusativum, cum præpositione In. Ovid. *lib.* 1. *Metam.*

——— *& quòd dominari in cætera posset.*

Cic. *in Cæc.* Felix senectus, si usque ad ultimum spiritum dominatur in suos. Modò ablativum cum præpositione In. Sulpit. *Cic.* Quum casus & natura in bonis dominatur. Virg. *lib.* 2. *Æneid.*

——— *Incensa Danai dominantur in urbe.*

¶ Interdum etiam cum genitivo invenitur, sed nonnisi in sacris literis. ¶ Dominor aliquando passivè accipitur. Cic. 1. *Offic.* O domus antiqua, quàm dispari domino dominaris.

Dominans, Participium, qui dominatur. Cic. 2. *de finibus,* Maximas verò virtutes jacère omnes necesse est voluptate dominante. Dominantior, Comparat. Lucretius *lib.* 3.

*Et magis est animus vitæ claustra coërcens,*
*Et dominantior, ad vitam, quàm vis animæ.*

Dŏmĭnātŭs, Principatus. { משׂרה *misrâh,* משׂרה *meschalâh,* עז *hésser, κράτος.* Gall. *Domination, seigneurie, maistrise.* Ital. *Signoria, tirannide.* Germ. Ein herrschafft. Hisp. *Señorio.* Angl. *Dominion, lordship, maistership.* } Cicer. 4. *de finibus.* Quum autem assumpta ratio est, tanto in dominatu locatur, ut omnia illa prima naturæ hujus tutelæ subjiciantur. Idem 1. *de Divin.* Quæ erat urbs in Thessalia tum admodum nobilis, ab Alexandro autem tyranno crudeli dominatu tenebatur.

Dŏmĭnātor, is: { משׂרי *meschêl,* שר *sar,* κρατῶν, κυριεύων. Gall. *Dominateur & seigneur.* Ital. *Il Signore.* Germ. Ein herrschender. Hisp. *El señor.* Angl. *That hath dominion, a lord.* } Cic. 2. *de nat. deor.* Dominator rerum Deus.

Dŏmĭnātrix. { שׂרה *sarâh,* κυρία, κυριεύουσα. Gall. *Celle qui domine.* Ital. *Donna che signoreggia.* Germ. Ein herschern. Hisp. *La que enseñorea.* Angl. *She that hath dominion.* } Cic. *de Invent.* Cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas.

Dŏmĭnātĭo: Imperium. { משׂרה *misrâh,* ממשׁלה *memschalâh,* עז *hésser, δυναστία.* Gall. *Seigneurie, domination.* Ital. *Signoria, dominio.* Germ. Herschung/oder herrschafft. Hisp. *Señorio.* Angl. *Lordship, maisterships impire.* } Cic. 5. *Verr.* Quæ impudentia paratis eum in dominatione fuisse, qui in fuga tam improbus sit? Tacit. *lib.* 13. Quæ cunctis malis dominationis cupidinibus flagrans, &c. Cicer. 2. *de invent.* Dominatio rationis in libidinem. ¶ Dominatio etiam dicitur, cùm filiusfamilias jus patriæ potestatis exit, suique dominii, & juris, patérquefam. efficitur. Festus. Regalia exta appellantur, quæ potentibus imperatum honorem pollicentur: privatis & humilioribus hæreditates, filiofamilias dominationem.

Dŏmĭnĭum: Imperium, & principatus. { משׂרה *misrâh,* ממשׁלה *memschalâh,* עז *hetser, δυναστία.* Gall. *Seigneurie, domination, maistrise.* Ital. *Dominio, signoria.* Germ. Herrschafft. Hisp. *Señorio.* Angl. *Lordship, impire, domination, rule.* } Varr. 2. *de re rustic. cap.* 6. In mercando item (ut cæteræ pecudes) emptionibus, traditionibus dominium mutant.

Dŏmĭnārum, ii. Senec. *cap.* 22. *de consol. ad Marc.* Date longum dominium malis suis in se. Et Velleius, Vita rerúmque suarum dominium ei concessa sunt. Dominium autem est jus de re corporali perfectè (quod salva Legum prohibitione fiat) disponendi. Alciat. *l. traditionibus, C. de pact.* Dominium, inquit Bartol. est jus de re corporali perfectè disponendi, nisi lege prohibeatur. Appellens noster Plin. definit hoc modo: Est jus de re corporali perfectè disponendi, si rei copiam habeas, sin minus vendicandi: nisi vel lege, vel conventione prohibearis. Est etenim dominium ipsissima causa rei vendicationis, quum videlicet alius quispiam nobis invitis vel possidet, vel detinet. Dominum dividitur in directum, & utile, *l.* 1. §. *final. ff. si ager vectigal. vel emphyt. pet.* Partitur in proprietatem & usumfructum, *l.* 4. *de usufruct. l. qui usumfructum, de verborum obligat.* Sed & alias in Jure inventi dominii species, indicat Alciatus *in Parergis.* Quoddam enim dominium est κατ' ἐλπίδα, id est, in spe, ut quum *in l. in suis, de lib. & posthum.* filiusfamilias rerum paternarum dominus vocatur, unde & sui hæredes dicuntur, tanquam ibi ipsis succedant: erant enim vivente quoque patre quodammodo domini. Aliud est dominium, quod κατ' ἐνέργειαν, id est, per anticipationem dicere possumus, ut quum mulier rei sux in dotem traditæ domina dicitur, *l. in rebus, C. de jur. dotium.* Aliud est Dominium

quod

quod vidua habet, quam maritus relictis liberis decedens, in testamento jussit esse dominam, usufructuariam, administratricem: dominium enim illud, κυριότητα, & imaginarium est: eam solùm in domo præeminentiam consequuta, quam vivente marito habebat: ideóque ad alimenta tantùm contrahitur. Est igitur & hoc dominium ἐν ὑποκρίσει. Aliud est quod summum, seu majus dominium vocant: quædam scilicet majestas, cujus observationem fœderati supremo Principi, vel Reipublicæ debent, *l. non dubito. de capt. & postlim. rev.* Effectus autem majoris dominii, quos non paucos referunt, ab Interpretibus petendi sunt. Dominium item dividitur in id quod Jure Gentium acquiritur, & in id quod Jure Civili. Prius sine possessione acquiri non potest, posterius potest maximè, *l. à Titio, in fin. de furt. l. quum heredes, in princip. de acquirend. possessione. l. falsa. ad SC. Trebellian. l. 1. de bon. possession. §. 1. Institut. de acquis. per adrog. & tit. proximè sequenti, cum similibus.* Dominium, proprietas, & usufructus, quæ duo sunt partes dominii, & non minùs perfectiones, quàm dominium ipsum, sunt ex pluribus causis, *l. 3. §. ex plurimis 4. de acquirend. possess. l. non ut ex pluribus 159. de regul. jur. §. sic itaque discretis. Institut. de actionibus.* Quasi dominium, jus in re, & obligatio, sæpenumerò sunt ex pluribus causis, *l. & an eadem. l. penult. de except. rei judic. d. l. non ut ex pluribus*: cùm sint quædam imperfectiones. Dominium acquiritur tum Jure Gentiu, tum Jure Civili. Jure gentium, occupatione, inventione, alluvione, traditione, &c. Jure civili autem, usucapione, præscriptione, legato, additione hæreditatis, adrogatione, & nonnullis aliis modis. Quod tamen ad traditionem attinet, requiritur ipsius traditionis justa causa. Dominium, quasi dominium, & jus in re specificum, affinia sunt inter se, & species distinctæ ipsius juris in re generici: Directum verò, & utile, species ipsius dominii. Dominii duo esse officia, Bartol. *in l. 1. ff. de acquir. possess.* explicando possessionis definitionem tradit, unum disponendi, alterum vendicandi, per *l. in rem actio. de rei vendicat. leg. si quis vi, §. differentia, d. tit. de acquirend. possessione.*

Domus, pro Dominus, usu Ecclesiastico valuit, & vix est ullus Patrum, qui non usurpet.

Dōn, *ōnis*. Fluvius, à quo Dodonam aliqui dictam putant. Steph. *in Dodona.*

Donettini, Δονέττινοι. Gens Molossiæ. Steph.

Donatia, Donativum: vide *Donum.*

Dōnātus, participium à Donor. Vide *Dono, in Donum.*

Dōnax. {Δόναξ. Angl. *An angling rodde of a cane.*} Est calamus crassiore ligno, & tenui foramine, quem totum fungosa replet medulla, fruticosissimus, & nonnisi in aquaticis nascens, sagittis aptissimus. Longissima internodia habet, & dum calefactus est, facilè flectitur. Hinc apud Plin. *lib. 16. cap. 36.* Calamus fruticosissimus donax dictus est. ¶ Est & piscis arundinis instar angustus & oblongus.

Dōnec, adverbium, à Δόνω, Δόναξ: significat quoad, vel quousque. {עד *hadh.* עוד, עד אשר. Gall. *Jusques à ce que, tandis que.* Ital. *Fin che, mentre che.* Germ. Biß das. Hisp. *Hasta que.* Angl. *Until.*} Terent. *in Andr.* Nunquam destitit orare usque adeò donec perpulit. Ibo odorans usque donec persequutus ero? Plaut. *Milit. sc. 2. a. 2.* Ovid. *Eleg. 6. lib. 3. Trist.*

*Donec enim lucis.*

Idem 13. *Met.*

——— *donec Lærtius heros Aflitit.*

¶ Jungitur autem tam indicativo modo, quàm subjunctivo, & cuivis etiam tempori. De præsenti exemplum est apud Plaut. *in Cistell.* non desisti instare usque adeò donec adjurat se anus, &c. De præterito suprà positum est exemplum ex Terent. Exempla futuri nusquam non occurrunt. Virg. 1. *Æneid.*

——— *donec regina sacerdos*
*Marte gravis, geminam partu dabit Ilia prolem.*

Ad eandem etiam modum cum omnibus subjunctivi temporibus jungitur. Colum. Donec ea aqua, quam adjeceris, decoquatur. Cato *de re rust.* Donec pecuniam satisfecerit, aut delegarit, pecus & familia quæ illic erit, pignori sunto. Terent. *in Pherm.* Donec tibi quod pollicitus sum, effecero. ¶ Accipitur etiam Donec, pro Quandiu. Ovid. *Eleg. 8. lib. 1. Trist.*

*Donec eris felix, multos numerabis amicos.*

¶ Donec, pro quando, usu. Cels. *lib. 7. c. de calculi curat.* Finisque ejus fomenti est, donec infirmando offendas. ¶ Veteres pro Donec dixerunt Donicum. Cato *de re rust.* Sed usque licebit vellas, donicum semen videris ire. Livius quoque ita usurpat: Ibi manens sedeto, donicum videbis me carpento vehentem domum venisse. Plaut. Inimicus esto, donicum ego revenero. Donicum parietes ruunt. Idem *Most. sc. 2. a. 1.* Si respexis donicum jussero. Idem *Aul. sc. 1. a. 1.* Donicum ille redierit. Idem *Capt. sc. 1. a. 2. & Pseud. sc. 7. a. 4.* Item apud Diomedem *lib. 1.*

Dōnum, i. Ex Græco est (inquit Festus) quod illi vocant δῶρον. {מנחה *minchâh.* שוחד *schochâdh.* Gall. *Don, present.* Ital. *Dono, presente.* Germ. Ein schenck/oder gab. Hisp. *Don, que se da, cosa quierta.* Angl. *A gift or present.*} Plin. *lib. 15. cap. 14.* Græci eum (ait) antiqui doron palmum vocabant, & ideo dota munera, quia manu darentur. Est autem donum, quod aut propitiandis Diis datur, aut hominibus pro benefactis, quod nulla necessitate juris, sed sponte præstatur. Ovid. *de Arte:*

*Munera, crede mihi, placant hominesque Deósque:*
*Placatur donis Jupiter ipse datis.*

Idem *Eleg. 1. lib. 4. Trist.*

*Denique amicorum templis promissa deorum*
*Reddere victores Cæsar uterque parant.*

Quid cessant mihi dona conferre gratulantes? Plaut. *Men. sc. 2. a. 1.* Detulisti ultrà ad me, dedisti dono mihi. *Ibid. sc. 3. a. 4.*

——— *Cœlestia dona*
*Artis opus tantæ (arma Achillis.)*

Ovid. 13. *Metam.* Nihil horum dono datur {ut opes, liberi) commodata sunt. Senec. *cap. 10. de cons. ad Marc.* Donum decúsque negotii. Plaut. *Asin. sc. 3. a. 3.* Quæ tibi dona dabo & faciam. Idem *Pseud. sc. 1. a. 4.* Hanc tibi noctem, honoris causa, gratis dono dabo. Idem *Asin. sc. 3. a. 1.* Dono dedit viginti minas. *Ibidem sc. 1. a. 4.* Habeto mulierem dono tibi. Idem *Pseud. sc. 6. a. 4.*

——— *Etiam Phœbo gratissima dona.*

Tibull. *lib. 4.* Differt donum à præmio, ut præmium sit quod datur ex præcedenti merito: donum, quodvis munus quocunque modo datum. ¶ Donatus *in illud Terentii in Eunuch.* Quodvis donum & præmium à me optato, id optatum feres: distinguit donum à munere, ut donum, deorum sit; munus, hominum: quæ tamen differentia nullo modo observatur. Nam & dona dicuntur, quæ dantur hominibus, & munera quæ diis offeruntur. Itaque vera differentia hæc videtur, ut Donum dicatur majorum esse rerum: munus verò minorum. Nam & regna, & regiones, & oppida, & prædia, cæteráque res immobiles, dono dari passim legimus: muneri dari non item. ¶ Aliquando donum dicitur de rebus perniciosis. Virg. *Eclog. 6.*

*Quæ illi Philomela dapes, quæ dona parabit.*

¶ Donum honorarium, id est, quod datur patrono, ab honore dictum, quòd hujusmodi muneribus clientes patronos suos solerent honorare. Neque enim, ut hodie, ita olim patroni mercede conducti clientum negotia suscipiebant, quod illo tempore ignominiosissimum putabatur: grati tamen clientis erat acceptum à patrono beneficium munusculo aliquo remetiri: quod illi donum honorarium vocabant. Nostri autem sæculi Advocati (non insaceté ait Budæus) arbitraria, non honoraria dona accipiunt: quippe qui pro suo arbitrio litigatoribus mercedem præscribunt, nullumque sux rapacitati faciunt modum.

Dōno, as: Donum in aliquem confero, largior, munere afficio, munero. {נתן *natan.* נדב *nadhâb.* חנן *chanân.* שחד *schachâdh.* Δώρημι. Gall. *Donner.* Ital. *Donare.* Germ. Schencken/begaben. Hisp. *Dar gratis/amente.* Angl. *To give or present a gift.*} Dono te ob istud dictum, ut expers sis metu. Plaut. *Asin. sc. 1. a. 1.* Dii quibus & quantis me donatis gaudii? Idem *Aul. sc. 6. a. 5.* Ob hoc verbum donabo te hodie alicui. Idem *Most. sc. 3. a. 1.*

*Quod* (munus) *tibi si populi donaverit error Achivi.*

Ovid. 13. *Metam.*

*Me quoque donavi tam rude tempus erat.*

Idem *Eleg. 2. lib. 4. Trist.* Plaut. *in Aul.* Ab eo donatur auro, uxore & filio. Idem *in Amphitr. prolog.* Quo pacto sit donis donatus plurimis. Cicer. 1. *de Orat.* Inferi quidem & donari ab arte non possunt; omnia sunt enim illa dona naturæ. Sen. *de benefic. lib. 3. cap. 14.* Ut circumspectiùs donaremus, circumspectiùs eligeremus eos, in quos merita conferuntur. Cicer. *in Pis.* Mihi populus Romanus universus illa in concione non unius diei gratulationem, sed æternitatem, immortalitatémque donavit. ¶ Donare civitate, est efficere cives, & jura civium dare. *πολίτην ἀνάγειν, πολιτογραφεῖν, πολιτεύειν τινὰ ἐν πολίταις.* Cic. *pro Archia Poëta.* Quid? à Q. Metello Pio familiarissimo suo, qui civitate multos donavit, neque per se, neque per Lucullos impetravisset? ¶ Hujus verbi compositum est, Condono, quod quandoque pro simplici usurpatur: quandoque significat, quicquam ad aliorum petitionem do: quandoque ignosco, συγγιγνώσκω. Terent. *in Pherm.* Argentum quod habes, condonamus tibi. Sallust. Haud facilè alterius libidini malefacta condonabam.

Dōnātus, participium. Munere affectus, cui aliquid donatum est. {נתון *nathûn.* δεδωρεᾶς. } Virg. 5. *Æneid.*

*Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.*

¶ Hujus contrarium Indonatus, ἀδώρητος.

Dōnātio, est doni alicujus in alterum collatio, & propriè ea, quæ nullo urgente jure, sed ex mera liberalitate fit, idque ea quidem mente, ut statim qui dat, velit accipientis fieri, nec ullo casu ad se reverti. {מתנה *mattanâh.* δόσις, δώρημα. Gall. *Donation.* Ital. *Donatione.* Germ. Ein steye vbergebung/da man ein ding vbergibt zu eygen. Hisp. *Donacion.* Angl. *The presenting or giving of a gift.*} Quod si sub conditione fiat, non est vera donatio. Cic. *in Orat.* Ut corona aurea donaretur, eáque donatio fieret in theatro populo convocato. Dicimus autem, dono tibi munus, & dono te munere.

Dōnārĭă, Sunt ipsa (ut Valla docet) dona, quæ Deo offeruntur. {מנחה *minchâh.* שי *schai.* זבח *zebédh.* ἀνάθημα, ἀφόρημα. Angl. *Gifts and presentes or sacrifices offered to god.*} Quæ scilicet dicata diis, ex tholis, aut parietibus, aut etiam columnis suspenduntur. Macrob. Ornamenta verò sunt clypei, & coronæ, & hujusmodi donaria. Nonnunquam locus est, in quo dona reponuntur, & pro ipso etiam templo. Virg. *lib. 3. Georg.*

*Tempore non alio dicunt regionibus illis*
*Quæsitum ad sacra boves Junonis, & uris*
*Imparibus ductos alta ad donaria currus.*

Gell. *lib. 2. cap. 10.* Ubi reponi soleret signa vetera, quæ ex eo templo collapsa essent, & alia quædam religiosè donaria consecrata. Apul. Ibi donarium dex perquam opulentum, plurima auri & argenti ratio in lancibus, speculis, poculis, & hujusmodi utensilibus. Quod est contra Lucret. Vallam, qui Servium reprehendit, quòd domicilia interpretetur loca, in quibus dona suspenduntur. Ovid. 3. *Fast.*

*Si tua contigimus manibus donaria parvis.*

Dōnātīvum, munus quod à Principe, vel Imperatore militibus donatur. {מנחה *minchâh.* שי *schai.* זבד *zebédh.* Δώρημα. Gall. *Largesse du Prince faite aux Soldats, ou autres.* Ital. *Dono fatto da un Principe.* Germ. Ein gab oder verehrung so ein Fürst/oder hauptman seinen Kriegsleuten thut. Hisp. *Don echo de Principe.* Angl. *A gift or dole of a prince or noble man.*} Suet. *in Domitiano*, An duplum donativum militi donaret. Plin. *in Pan.* Nam mihi cogitanti eundem te collationes remisisse, donativum reddidisse, congiarium obtulisse, &c. Tacit. *lib. 20.* Et adventu quintanorum, quintadecimorúmque auctæ legiones, donativum poscunt. Debatur illud ob victoriam, aut adoptionem Cæsaris, aut auspicia imperii: item & auctoratis in ipso tyrocinio. Hieron. Ecce Donativum quod militaturus acceperat, hostilia castra suspirant.

Dōnātīvus creditor, qui donationem facit. Paulus Jurec. Si de duobus debitoribus, mortis causa donativus creditor uni acceptum tulit, & convaluerit, eligere potest uni condicere.

Dōnātus

Dōnātīcæ coronæ dicebantur, quibus victores in ludis donabantur quæ postea magnificentiæ causa institutæ sunt, super modum aptatæ capitibus, quasi amplitudine fiunt, quum lates ornantur. Festus.

‖ Donaticæ hastæ, quæ militibus ob virtutem dabantur. Scalig. *in Fest.* ‖

Dōnūsīa, Δονῦσα, Δόνυσα, insula parva Rhodi, in quam Dionysius Ariadnam ex Naxo transtulit, quum Minos pater eam persequeretur. Unde corruptum vocabulum videtur pro Dionysia. Stephanus.

Dōnȳsa, Δίονυσα, insula est in mari Ægeo, una Sporadum, cujus meminit Virg. *lib.* 3. *Æneid.*

*Linquimus Ortygiæ portus, pelagóque volamus,*
*Bacchatámque jugo Naxon, viridémque Donysam.*

Dōrī, Δῶρι, insula est in Persico. Steph.

Dōrcas, Dorcadis. {צבי *tsebi*, *ib.* צביה *tsebiah*. Δορκάς. Angl. *A roe.*} Dama, seu caprea, ἀπὸ τῆς ὄψεως δηλοῦσα, hoc est, ab eo quod acutè videat. Plin. *lib.* 28. *cap.* 8. Dorcadis pelle collo suspensa. Matt. *lib.* 13.

*Delicium parvo denubo dorcada nato.*

Dōrcēus, Δορκεύς, ab Ovid. 5. *Metam.* numeratur inter canes Actæonis:

*Inde* (inquit) *ruunt alii rapida velocius aura.*
*Pamphagus, & Dorceus, & Oribasius, Arcades ambo.*

‖ Dorias, vide *Dorus, idis.*

Doridrepānon, hasta falcata, L. g. b. ‖

Dōrīlæum, Δορύλαιον, Phrygiæ civitas. Steph.

Dōrīon, Δώριον. Oppidum est Peloponnesi, juxta quod Thamyras citharœdus Musas ad cantus certamen provocavit. Meminit hujus oppidi Plin. *lib.* 4. *cap.* 5. Item Lucanus *lib.* 6.

——— *Pteleus, & Dorion istâ*
*Nobilis Pieridum.*

¶ Est ejusdem nominis oppidum in Magnesia, apud eundem *lib.* 4. *cap.* 10. ¶ Tertium item in Ionia, minoris Asiæ regione, apud eundem *lib.* 5. *cap.* 16.

Dōrīs, idis. { Δωρὶς. Germ. Ein Landschafft in Griechenland. } Græciæ regio est juxta sinum Meleacum, quæ à tergo habet Œtam montem, à qua incolæ Dorii, vel Dorienses, vel etiam Dores, Δωριῆς, appellantur. ¶ Inde denominativum Doricus: ut, lingua Dorica, qua regionis ejus populi utebantur. Dores antè Achivi dicebantur: postea Doties dicti à Dorico quodam (ut Plato author est 3. *de Legib.*) qui ejus regionis exules reliquit: aut (ut Servio placet) à Doro Neptuni filio, aut certè à Dori de Oceani & Tethyos filia. Ab his originem traxerunt Asiæ populi, in ora Cariæ, ad mare Carpathium, quorum regio etiam Doris appellata est.

Dōrīī, Δώριοι, & Dorienses, sive Dories, Δωριῆς. Populi sunt Achaiæ, sic dicti à Doride regione Græciæ juxta Meleacum sinum, cujus à tergo mons est Œta. ¶ Suat & ejusdem nominis populi in Asia Caribus vicini, ad Carpathium mare, à superioribus orundi, quorum frequens est mentio apud Herodot. *lib.* 1.

Dōrīs, idis, Δωρὶς, herba est anethusæ similis, lanuginosiqr ramen, & minùs pinguis, tenuioribus foliis & languidioribus. Radix oleum non fundit, sed rubentem succum, & in hoc ab anethusa distinguitur. Hæc Plin. *lib.* 22. *cap.* 5.

Dōrīs, Δωρὶς, Nympha maris, Oceani & Tethyos filia, quæ Nereo fratri nupta immensam vim marinarum Nympharum peperit, quæ à nomine patris Nereides appellatæ sunt. ¶ Nonnunquam pro ipso mari. Virg. *in Galle.*

*Sic tibi quum fluctus subterlabêre Sicanos,*
*Doris amara suam non intermisceat undam.*

Dōrīscūs, Δωρίσκος. Locus littoralis Thraciæ, ferè ex oppositu Samothraciæ, à Doride nympha appellatus, cujus capacitate Xerxes numeravit, aut potiùs deprensus est exercitus sui multitudinem. Erat enim capax CXX. M. hominum. Author Plin. *lib.* 4. *cap.* 11. & Herod. *lib.* 7.

Dōrīus, Lusitaniæ fluvius, ad quem portus est, & civitas, ut est apud Ptolemæum.

Dōrmĭō, is. Verbum absolutum, κοιμῶ & ἀφυπνῶ. Initio enim veteres dicebant *Dormis*, & pellibus incubabant: Somnum capio, sopitus sum. {ישן *jasháh*. Γρηγορῶ, καθεύδω. Gall. *Dormir.* Ital. *Dormire.* Germ. Schlaffen. Hisp. *Dormir.* Angl. *To sleepe, to be a sleepe.*} Plaut. *in Trin.* Egomet autem quum extemplò arcum mihi & pharetram & sagittas sumpsero, cassidem in cãput, dormibo placidè in tabernaculo. Aliquando cum accusativo, & præpositione In. Plin. *in Epist.* Nil est quod in dexteram autem fiducia mei dormias: non impunè cessatur. ¶ Dormire in utramvis autem, est animo otioso, secuto, vacuóque esse. Terentius *in Heaut.* Ademptum tibi jam fazo omnem metum, In autem utramvis otiosè ut dormias. ¶ Dormire in utramvis oculum, idem significat. Plaut. *in Pseud.* De illa re in oculum utramvis conquiesco. ¶ Dormire alicui, dicitur is qui non inservit ei, neque per omnia gerit morem. Cic. *ad Fab.* Gell. 7. 13. Capius (opinor) olim, non omnibus dormio: hic ego, non omnibus, mi Galle, servio. ¶ Dormit sol, quando non lucet. Plaut. *Amph.* Credo equidem dormire solem, atque apporum probè.

Dormiens, Particip. Qui dormit. Significat etiam cessantem, sive cessatorem. Terentius *Adelph.* Quid credebas? dormienti hæc tibi confecturos deos? Dormiam ego jam (ebrius scilicet.) Plaut. *Most. sc.* 2. *a.* 1. Dormiens excubat. Suet. *in Claud. cap.* 37. Dormitum abeas. Abeas. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Qui vigilans dormias. *Ibidem sc.* 3. *a.* 2. Nisi ambulavi dormiens in tegulis. Idem *Milit. sc.* 3. *a.* 2. Quod hac nocte somniavi dormiens. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 2. Pugnis faciet hodie ut dormiam. Idem *Amphitr.* Dormitis interea domi. Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Metaph. Quin tu is dormitum? Ph. Dormio. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Abiit ambulatum, vel dormit. Idem *Milit. sc.* 2. *a.* 2. Vide ut dormiunt pessumi, neque se commovent. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 2. Ne quid animæ amittat dormiens (folitis.) Idem *Aul. sc.* 2. *a.* 2.

Dōrmīto, as: frequentativum est, quamvis diminutionis significatum quandoque habeat. { נם *nam*, נמנם, ὑπνόω. Gall. *Sommeiller, avoir envie de dormir.* Ital. *Haver sonno.* Germ. Hafftig schlaffen. Hisp. *Entredormir y velar.* Angl. *To sleepe ofte, to have a desire of sleeping, to slumber.*} Horat.

——— *quandoque bonus dormitat Homerus.*

Est autem propriè Dormitare, somno detineri. Plaut. *in Amph.* Te dormitare aiebas, mensa ablata est, cubitum hinc abimus. Fabius Quintil. *cap.* 5. *lib.* 7. Dormitare Ciceroni videtur Demosthenes. Plaut. *Aul. sc.* 1. *a.* 4. Sin dormites, ita dormites, ut servus se esse sentiat. Idem *sc.* 1. *a.* 2.

Dōrmĭsco, is: Dormio, κοιμίζω, ὑπνῶσω. Plaut. *Curc.* Caput deponit, quum dormiscit, ei subduco anulum. Alii legunt, *condormiscit.*

Dōrmĭtātor, qui solet dormire, & omnia negligentiùs agere. {נם *nam*, נרדם *nirdám*. ὑπνώττων. Gall. *Dormeur, dormart, endormi & negligent en ses affaires, fongeart.* Ital. *Dormiglione da poco.* Germ. Ein schlaffenger / der so liederlich zu seinen sachen thut / als wanne schliefe. Hisp. *Dormidor.* Angl. *A sleeper, a sluggard, a slumberer.*} Plaut. *in Trin.* Mira sunt, ni illic homo est, aut dormitator, aut secùm zonatius. Ubi ὑπνοβάτης denotat, i. futem, quòd interdiu dormiat, noctu vigilet ad furandum.

Dōrmĭtōrĭŭs, a, um: adject. et Cubiculum dormitorium, ubi dormitur. { κοιτών. Gall. *De dormir, qui sert à dormir.* Ital. *Che serve à dormire.* Germ. Das zum schlaffen gehört. Hisp. *Cosa pertenesciente à dormir.* Angl. *That serveth for sleepin.*} Plin. jun. *in epist.* Est in hac diæta dormitorium cubiculum, quod diem, clamorem, sonum excludit.

Dōrmĭtōrĭum, substantivè. Dormitorium cubiculum. { κοιμητήριον, νυκτίλιον. Gall. *Dortoir, lieu où on dort.* Ital. *Luogo da dormir, dormitorio.* Germ. Ein schlaffkammer. Hisp. *El dormitorio.* Angl. *A dortour, a bed chamber.*} Plin. *lib.* 30. *cap.* 6. Post hæc jubent eum in pariete dormitorii, tectóre includi.

‖ Dorobernia, seu Durobernum, hodie Cantuaria, *Canterbery.* V. A. Angliæ, & sedes Primatis illius regni.

Dorocestria, villa in pago Oxenfordensi, & Episcopi olim sedes, quæ inde Lincolniam translata est ‖

Dōrŏcōttărŭm, Δωροκόττορον, urbs Galatarum Aquilonarium. Steph.

Dōron, { מנחה *minchah*, שחד *schechádh*. Δῶρον. Gall. *Don, present.* Ital. *Dono.* Germ. Ein gab / oder schanck. Hisp. *Don.* Angl. *A gift, a present.*} Donum à Græcis dicitur, quòd moneta ferè manu dentur. Apud antiquos enim Græcæ linguæ scriptores, δῶρα pro palmo, sive manu invenitur. Plin. *lib.* 33. *cap.* 14. Græci (inquit) antiqui dôron palmum vocabant, & ideo dôra, muneta, quia manu darentur. Unde Anaidora, ἀνάδωρα, remunerationes. Verùs autem illa significatio adhuc remansit in compositis, Didôron, Tetradôron, & Pentadôron, quibus latercs in structuris ædificiorum significentur, qui duorum, quatuor, aut quinque palmorum longitudinem habent. Palmi autem nomine mensuram intelligimus duodecim digitorum, quem palmum majorem, sive dodrantem vocant.

Dorsici, capteola. Leg. *Dorsa.*

Dōrsum, i. ‖ & veteribus dorsus ac dossum, ‖ quasi Deorsum. Tota posterior corporis pars, à collo usque ad os sacrum. In qua significatione & dorsus masculi. gen. { גב *gab*, גוה. Gall. *Dos, échine.* Ital. *Dorso, schiena.* Germ. Der rucken. Hisp. *El espinaço, ò el lomo.* Angl. *The backe.*} Plaut. *in Milit. sc.* 4. *a.* 2. Timeo quid rerum gesserim? ita dorsus totus pruris. Non solùm autem dicitur de hominibus, exteriisque animalibus, sed etiam de inanimatis, ut de lutoribus, aquis, montibus, & hujusmodi. Virg. 1. *Æneid.*

*Non infixa vadis, dorso dum pendet iniquo.*

Quibus in locis significat durorem aream (ut inquit Servius) quæ incantibus ultrò citróque fluctibus densatur: quod à nautis pulvinus vocatur. Livius *lib.* 1. *dec.* 5. Dorsum montis. Idem *lib.* 1. *dec.* 5. Jugum montis in angustum, dorsum cuneatim. ¶ Antiqui tamen dossum dicebant, quod nunc dorsum dicimus. Unde dossuaria jumenta à Varrone *de lib.* 2. *cap.* 10. quæ dorso vehunt. Ad quam rem (inquit) habent jumenta dossuaria domini, alii equas, alii pro his quid aliud, quod onus dorso ferre possit.

Dōrsŭālĭă, Tegumenta quibus equi & boves teguntur. { ἱππάλια. Gall. *Couvertures de cheval.* Ital. *Coperte de cavalli.* Germ. Ein Ross bedecke / Rossdecke. Hisp. *Las coberturas de los bueyes ò cavallos.* Angl. *Saide clothes.*} Julius Capit. Processerunt centeni albi boves, cornibus auro jugatis, & dorsualibus apricis discoloribus præfulgentes.

Dorsuosus, Adject. Solin. *cap.* 40. Ita incertis molibus nunc in brevia rescinditur dorsuosa, nec æstibus innundatur inquietis.

Dōrtium, Δόρτιον, Ptolemæo *cap.* 9. *lib.* 13. Mœsiæ superioris urbs est, ad Danubium.

Dōrŭs, Δῶρος, Neptuni filius, qui in Doride Græciæ regione regnavit, à quo ipsi etiam populi, Dorii appellati putantur, ut ait Servius in illud Virg. 2. *Æneid.*

——— *invat ire, & Dorica castra,*
*Desertósque, &c.*

¶ Est etiam eo nomine urbs quædam Phœnices, apud Josephum: cujus cives Doriæ appellantur, teste Stephano: qui in Caria ejusdem nominis urbem collocat.

Dorycnium, Δώρυκνιον. Strychni genus est Theophrasto, radice candida, longa, cubitali, cavâque, folio crucæ majusculo, caule quadricubitali, capite gethyi majore, pilosióréque, pilulæ platani non absimili. Drachmæ pondere datur, ut sibi quis placeat, & pulcherrimam se existimet: duplicatum pondus majorem insaniam creat, spectris vanis animo obversantibus: triplicatum perpetuas gignit furias: cui ponderi si quid adjiciatur, præsentem necem affert: Ab his effectibus à quibusdam Maucon est appellatum. Dorycnium autem putatur dictum, quòd lanceatum cuspides in prælio eo tingerentur.

Dorycles, Δορύκλος. Filius Priami nothus, ut scribit Hom. *lib.* 11. *Iliad.* quem Ajax interemit. ¶ Alter fuit Dorycles, frater Phinei regis Thraciæ, de quo Virg. *lib.* 3.

*Fit Rerœ Ismarii conjux longæva Dorycli.*

Et paulò post,

——— *non hæc Rhœteia, matres,*
*Et Dorycli conjunx, &c.*

Dorylæum, Δορύλαιον. Stephano, teste Plin. *lib.* 5. *cap.* 29. oppidum est Phrygiæ, non procul ab Hermi amnis fonte: cujus meminit Plin. *lib.* 5. *cap.* 29.

Dorylas,

Dŏrylas, Δόρυλας, nomen Nasamonis ejusdem potentissimi, unius ex iis qui Perseo in Aula Cephei vim inferre conati, ab illo sunt interfecti. Ovid. 5. *Metam.*

*Et Nasamoniaci Dorylas ditissimus agri,*
*Dives agri Dorylas: quorum possederat altos*
*Latius, aut totidem tollebat farra acervos.*

¶ Est item Dorylas Centauri nomen. apud Ovid. 12. *Metam.*

Dŏryläus, Δορύλαος. Vir Cretensis, rei militaris peritissimus, & Mithridati cognomento Evergetæ, magna familiaritate devinctus: cujus res gestas vide apud Strab. *lib.* 10.

Dŏryphŏrus. { Δορυφόρος. Angl. *A gentle man aboue a prince that beareth a speare.* } Satelles qui lanceam, aut spiculum gestans tuetur corpus principis. Nam δόρυ lancea est, vel spiculum. Curt. *lib.* 30. Cognatorum Darii regis turbam quindecim millia hominum fuisse muliebriter propemodùm cultam, luxu magis, quàm decoris armis conspicuam: Doryphori vocabantur. Peculiare enim erat illius agminis insigne. ¶ Est etiam viri proprium, apud Quint.

Dŏs, tis, propriè dicitur quod marito cum uxore datur. { סוּר *mŏhar.* ἀποῖξ. Gall. *Dot, le mariage d'une fille.* Ital. *Dote.* Germ. Ein ehesteur/oder heimstew. Hisp. *Dote del casamiento.* Angl. *The dowrie which the woman doeth give vnto hir husbande.* } Plaut. *in Amph.* Non ego illam mihi dotem duco esse quæ dos dicitur, sed pudicitiam, &c. Terentius *in Andr.* Dos est Pamphile decem talenta. Idem *in Adelph.* Uxor sine dote venit: intus psaltria est. Dote freti feroces postulant sibi subservire viros. Plaut. *Men. sc. Vl. act.* Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 2. Quo lubeat nubant, dum dos ne fiat comes. Quæ in magnis dotibus sint incommoditates, vide apud eundem, *Aul. sc.* 5. *a.* 3. Cum illa dote, quam tibi dixi. *Ibidem sc.* 4. *a.* 1.

*Sena manet dotes grandis amite tua* (ingenii.)

Ovid. *Eleg.* 8. *lib.* 1. *Trist.*

*Et rarum dotes, ingeniumque dedit* (natura.)

Idem *Eleg.* 7. *lib.* 3. *Trist.* Nulla dicat, dotem ad te avituli majorem, quàm tua erat pecunia. Plaut. *Aul. sc.* 3. *a.* 3. Mores meliores pro dote ferax. *Ibidem.* Argentum accepi, dote imperium vendidi. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Quàm maxima possum tibi dare dote (uxorem.) Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 5. Dotes dapsiles, quæ in servitutem sumptibus rediguæ viros. *Ibid.* Dote cassam & inlocabilem. *Ibid. sc.* 4. *a.* 1. Memineris convenisse, ut ne quid dotis afferret. *Ibidem.* Despoode huic sororem, ego dotem dabo. Idem *Cure. sc.* 2. *a.* 5. T. Quid dotis? C. Ut semper me alat. *Ibid.* In dotem invitamentúmque sceleris (id est, mercedem.) Velleius. Omnibus belli togæque dotibus. Idem. Dotem inter auspices consignare. Sueton. *in Claud. cap.* 14. Dotis tabellas consignate. *Ibid. cap.* 19. Dotem receperum ex ærario Scipionis filiæ. Idem *cap.* 22. *de cens. ad Helv.* ¶ Duo autem dotium genera enumerantur à Jurisconsultis, profectitia scilicet, & adventitia. Profectitia dos est, quæ à parentibus profecta de bonis est eorum: Adventitia verò, quæ alvunde advenerit: ut si quis patri certam pecuniam dederit, quam filiæ nubenti reddat. ¶ Transsumitur præterea latiùs hujus nominis significatio, pro omni eo quod alicui datum est vel à natura, vel ab hominibus. τὰ ἀγαθά. Unde dotes animi dicuntur, prudentia, justitia, fortitudo, & hujusmodi: & dotes corporis, pulchritudo, robur, incolumitas, & his similia. Martial. *lib.* 13.

*Nec poterit similia dotes numerare, nec usus.*

Cic. *lib.* 1. *Orat.* Cujus autem quum indotatam esse, atque incomitatam, & incomptam videres, verborum eam dote locupletasti, & ornasti. Ovid. *Eleg.* 7. *lib.* 3. *Trist.*

*Nam tibi cum facie mores natura pudicos,*
*Et rarum dotes, ingeniumque dedit.*

¶ Dotes etiam prædiorum dicuntur pro adventitiis emolumentis quibusdam & aliunde quæsitis, non ipsis innatis: quæ inde appellationem sumpserunt, quòd prædiorum oneribus ac sumptibus tolerandis attributa sunt, ut dotes in matrimoniis. Ex Horomano.

Dōtālis, e, quod ad dotem pertinet, vel in quo dos consistit. { προικῶος, ὁ ἐπὶ προικὶ. Gall. *Dotalitier, de dotaire, dotal.* Ital. *Dotale.* Germ. Das zu der ehesteur gehört. Hisp. *Cosa que se da en dote y casamiento.* Angl. *Pertening to dowrie.* } Unde Dotalia bona, Dotales fundi. Plaut. *in Asin. sc.* 1. *a.* 1. Dotalem servum suarium uxor tua adduxit, cui plus in manu sit, quàm tibi. Idem *in Mil.* Hasce ædes dicas dotales tuas. Liv. *lib.* 26. Hæc tibi à me dotalia dona accedent. Ovid. 4. *Fast.*

*Est mihi fœcundus dotalibus horrea in agris.*

Ibid. *lib.* 6.

*Et caput, & regnum factum est dotale parentis.*

Dōto, as: dotem do. { מהר *mahár.* ἰδεύομαι. Gall. *Doter, doüer.* Ital. *Dotare, dar dote.* Germ. Außsteuren/mit einer ehesteur begaben. Hisp. *Dotar lo muger en casamiento.* Angl. *To give dowrie, to endowe.* } Suet. *in Vesp.* Vitellii hostis sui filiam splendidissimè maritavit, dotavitque etiam, & instruxit.

Dōtātus, a, um, adjectivum. Unde Dotatam mulierem dicimus, quæ dotem habet: & indotatam, quæ dotis nomine ad maritum nihil attulit. { ἄδοτος. Angl. *Endowed, which giveth dowrie to hir husband.* } Plaut. *in Aul. sc.* 3. *a.* 3. Hæ sunt, atque aliæ multæ in magnis dotibus incommoditates, sumptúsque intolerabiles. Nam quæ indotata est, ea in potestate est viri: dotatæ mulctant & damno & malo viros. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Intelliget quid sit dotatæ uxori convitium dicere. Idem *Aul. sc.* 4. *a.* 1. Dummodò morata rectè veniat, dotata est satis. ¶ Dotatum etiam satiùs intelligimus eum, qui bonis quibusdam animi, corporis, aut fortunæ præditus est. Manil. *lib.* 4.

*Tertia Pleiadum dotabit forma sorores.*

Ovid. 11. *Metam.*

*Nata erat huic Chione, quæ dotatissima forma*
*Mille procis placuit.*

Dŏus, *dotis*, à verbo Græco δίδωμι, quod est dare. Hac voce nostri hodie medici utuntur, pro portione simplicium medicamentorum compositionem ingredientium.

‖ Dossuarius, id est dotsuarius. ‖ vide *Dorsum.*

Dŏthiēn, ie. Ἀθιέν. Abscessus cum rumore, qui ex crassis humoribus in carnosis plerunque locis fit mutis, quum in sola cute consistit: maleficus autem, nec facilè curabilis, quum ex alto in summam cutem emergit. Vide Marcellum Virg. in Dioscor. *lib.* 2.

Dōtium, Δώτιον, urbs Thessaliæ, in quam Gnidii migrarunt, quorum regio Gnidia vocatur, à Dotia Elati filia, sic dicta; vel à Dotide, vel Dotho. Steph.

‖ Doxa, δόξα, opinio, dignitas, gloria apud plures, à δοκέω, puto, videor. ‖

D R

Drăbē, δρῖβη. Herba est cubiti altitudine, gracilibus virgulis, quarum latera utrinque vestiunt folia, quæ planè Lepidii viderentur, nisi teneriora essent, candidióraque. In cacumine sambuci umbellam gerit, in qua candidi flores emicant. Hanc nonnulli herbarum peritî Orientale Nasturtium, alii Babylonium vocaverunt. Vide Ruell. *lib.* 2. *cap.* 89.

Drăbēscŭs, δραβίσκος. Thraciæ regiuncula. Steph.

Drăcæna, δράκαινα, cum diphth. draconis fœmina: ficut leonis fœmina, læna.

Drăchmă. { דרכמון *darchemón*, אדרכון *adharcón.* δραχμή. Gall. *Dragme, huitiéme partie d'une once.* Ital. *Dragma, denaro.* Germ. Ein quintlein/der vierte theil einer lodta. Hisp. *Drama peso, ò adarme.* Angl. *A dramme, the eight part of an ounce.* } Genus ponderis ex decem & octo siliquis, id est, tribus scrupulis constans. ¶ Est & genus numismatis, denarium valens Romanum, hoc est (ut Budæus docet) solidos Turonenses tres cum semisse. Terent. *in Andr.* Vix, inquit, drachmis obsonatus est decem. Cic. 1. *de Divin.* Quibus divitias pollicentur, ab his drachmas ipsi petunt. Drachma unde dicta, & eam æstimari sex obolis. Plutarch. *in Lys.* Nisi tu illi drachmis flevetis argenteis. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Quid de drachma facere vis? C. Restim volo mihi emere. Item, Quis mihi drachmam reddet. Idem *ibid.* Sed potes nunc mutuam drachmam dare mihi unam. *Ibid.* Illi (coqui) issent drachmis miseri: me nemo potest minoris numo ut surgam subigere. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 3.

‖ Drachmalis usura, centesima; drachma enim centesima pars assis. Bud. ‖

Drăco, δράκων. Antiquissimus Athenienssium legislator, cujus leges Solon, præterquam quæ de cæde erant constitutæ, abrogandas curavit, propter severitatem. Nam una omnibus pœna constituta erat, ut etiam qui desidiæ damnati essent, aut qui olera surripuissent, capite plecterentur. Ob quam causam Demades dicere solebat, Draconem non atramento, sed sanguine leges scripsisse. De Draconis legibus Plutarch. *in Solon.* ubi plura. Item Gellius *cap.* 18. *lib.* 11.

Drăco, nis. { תנין *tannin.* δράκων. Angl. *A dragon.* } Serpens annosus, qui multa ætate in insolitam magnitudinem excrevit: ita dictus ἀπὸ τοῦ δέρκεσθαι, quòd hoc animal acutissimi visus esse credatur: unde etiam à Poëtis thesaurorum custodis fingitur præesse. Plin. *lib.* 8. *cap.* 12. author est, Dracones in India in tantam excrescere magnitudinem, ut perpetuum cum elephantis bellum gerant.

*Nunc ego Medea superem frenare dracones.*

Ovidius. ¶ Serpens draco. Sueton. *in Tiber. cap.* 72. ¶ Dracones etiam dicuntur à Plin. *lib.* 17. *cap.* 23. à testudinis similitudine palmites emeriti, pluribúsque annis indurati: Nuper (inquit) repertum draconem serere juxta arborem: ita palmitem appellamus emeritum, pluribúsque indutatum annis. ¶ Draco marinus etiam piscis est, qui & Araneus piscis vocatur, de quo Plin. *lib.* 9. *cap.* 48. Vide *Araneus.*

Draco signum in bello. Jonas *de cultu imag.* Labarum, quem dicunt Draconem, in speciem crucis Dominicæ exaptat. Modestus *de vocab. rei Milit.* Dracones etiam per singulas cohortes à Draconariis feruntur ad pretium. Inde pro signifero legimus Draconiosorum. Glossæ veteres Græco-Latinæ, δρακοναριοφόρος, draconarius.

Drăcōnĭgĕnæ, δρακογενεῖς. Ex dracone geniti: quo epitheto à Poëtis notantur Thebani Bœotiæ populi: propterea quòd ii qui Cadmo in ea urbe ædificanda adjutores fuerunt, ex satis draconis dentibus nati feruntur. Ovid. 3. *Metam.*

Draconis insula, δρακοντὸς νῆσος, in Libya est. Steph.

Drăcōntēs, δρακόντιος, sive Draconitas, gemma est quæ fit ex cerebro draconum, sed non nisi viventibus abscissa gemmetur, invidiâ animalis morti se sentientis: quapropter mos est amputare caput dormientibus. Est autem colore transtucido, nec politi potest, aut artem admittere. Plin. *lib.* 33. *cap.* 10.

‖ Dracontarium, corona confecta ex draconcia herba contra venena, aut ex gemmis draconitibus. Tertull. Palm. ‖

Drăcontium. { δρακόντιον. Gall. *Herbe appellée Serpentine.* Ital. *Dragontea.* Germ. Trachenwurtz. Hisp. *Dragontia.* Angl. *Dragons or dragonwort.* } Herba hortensis est, teste Dioscoride, folio hederæ magno, & candidis notis insigni, caule recto, bicubitali, versicolore, maculis respersio purpureis, ita ut anguem planè referat. Officinæ *Serpentariam & Colubrinam* appellant. ¶ Est etiam hoc nomine genus vitis apud Col. *lib.* 3. *cap.* 2. quod vini generositate cum Ammineis conferri possit. Unam (inquit) vitem præcoquam, nobis ante hoc tempus incognitam: Græca consuetudine *dracontion* vocari comperimus, quæ fœcunditate jucunditatéque, Arcellæ, Basilicæque & Biturieæ comparari posset: generositate vini, Ammineæ.

Draconum, δράκων, mons & civitas in Icaria insula. Steph.

Drăcunculus, δρακόντιον, herbæ genus est, quod *dracontion* Græci, pharmacopolæ *Serpentariam* appellant: utroque nomine à caulis figura deducto, qui maculis quibusdam variegatus, quandam serpentis similitudinem referre videtur. Vide paulò ante in dictione *Dracontion.* ¶ Est etiam Dracunculus piscis ex concharum genere. Plin. *lib.* 32. *cap.* 11.

Dracus, Achæorum dux, à L. Mumio Romanorum duce victus. Epit. Livii *lib.* 52. Cum Achæis (inquit) qui in auxilium Bœotios & Chalcidenses habebant. Quintil. Cæcil. Metellus ad Thermopylas bello confixit: quibus victis, dux eorum Critolaus, veneno ibi mortem consciscit. In cujus locum Dracus, Achaici motus primus author, ab Achæis dux creatus, ad Isthmon à L. Mumio consule victus est. Hæc Liv. *lib.* 52.

Drāgmă,

Dragmā, atis. { δραγμὴ. Anol. *A handfull, a handell.*} Apud Græcos dicitur quod nos raptum, aut manipulum dicimus, hoc est, quantum una manu comprehendere possumus.

Dragmus, δράγμος, urbs Cretæ. Steph.

‖ Dragomenos, vel dragemanus, in historia Græca est interpres exoticarum linguarum.

Drama, M. sub P. Constantinopolitano.‖

Drāmā, tis, δρᾶμα. Est actus, vel repræsentatio fabularum, in quibus Poëtæ persona non admiscetur.

Drapetæ, æ. Conferunt sermones Drapetæ (id est, fugitivi.) Plaut. *Curcul. sc.* . *a.* 2.

Drāmāticus stylus. Dicitur qui mixtus non est, ubi Poëta nusquam loquitur: ut sunt comœdiæ & tragœdiæ: Exegematicus, in quo solus Poëta: Mixtus, ubi promiscuè & Poëta & persona. Dictus dramatibus, δραματικὸς, quasi activus, à δρᾶν ago.

Drāncēs, δράγκης. Orator Latini regis, infestissimus Turno Rutulorum regi, ut est videre apud Maronem *lib.* 11.

*Tum Drances idem infensus, &c.*

Drāngæ. δράγγαι, populi sunt Persiæ, unde femininum Drangeis, δραγγὶς, & regio Drangana, δραγγιανὴ. Steph.

Drangiana, δραγγιανὴ. Provincia in Asia majori, quam Ptolemæus ab Occasu & Septentrione Aria & Bagoo monte terminari ait, ab Oriente Arachosia. Vide ipsum *lib.* 6. *cap.* 19.

Drānsi, Thraciæ populi sunt, qui puerorum recentes natorum futuram calamitatem dolent, commemorantes omnia mala quæ vitam ingressos necesse est perpeti: contrà autem, defunctorum exequias summa celebrant alacritate, gratulantes illis quòd tot malorum myriadibus semel sint defuncti. Author Herodotus.

Drēpānē, δρέπανα, urbs Lyciæ. Et Drepana in plurali numero, urbs Siciliæ. Steph.

Drēpānē, δρεπανὶ, Phrygia. ¶ Est etiam Drepane in Bithynia juxta Astacenum: item mons Æthiopiæ. Bithynicam sic dictam aiunt à facie Saturni. Steph.

Drēpānis, Arist. δρεπανὶς, hirundo marina. Plin. *lib.* 10. *cap.* 20. & *lib.* 30. *cap.* 4. Item *lib.* 11. *cap.* 47. Vide *Hirundo.*

Drepanum, δρέπανον, urbs Libyæ: sunt & duæ insulæ circa Lebinthum. Stephan.

Drēpānum, δρέπανον, vulgò Trapani. Urbs est Siciliæ trans Lilybæum promontorium, non procul ab Eryce monte: ita dicta à curvo situ instar falcis; δρέπανον enim falx dicitur: vel ab eo quod Saturnus amputatis virilibus paternis, illuc falcem projecerit. Ovid. *lib.* 3. *fast.*

*Quinque locus curva nomina falcis habet.*

Virg. 2. *Æneid.*

*Hinc Drepani portus, & illacrabilis ora.*
*Accepit, &c.*

Dresda, urbs Misniæ, Electoris Saxonici sedes, vulgò *Dresen.*

Drēsa, δρῆσα, urbs Phrygiæ. Steph.

Drilon, δρίλων. Fluvius est Dalmatiæ, ex Scardonio monte ortum trahens, circa medium superioris Mysiæ. Vide Ptolem. *lib.* 2. *cap.* 17. & Plin. *lib.* 3. *cap.* 22.

Drilōnus, δρίλωνος, urbs magna, ultima Celticarum. Steph.

‖ Drilta, sub S. Constantinopolitano.

Drivaltum, seu Trivaltum, *Drivaste.* V. E. sub M. Antibatensi. Turcis servit.‖

Drōmās, adis. { בכרה *birkrah.* δρομὰς.} Cameli species est, à velocitate cursus nomen habens. Liv. *lib.* 7. *bell. Maced.* Ante hunc equitatum falcatæ quadrigæ, & cameli, quos appellant Dromadas. Item Curt. *lib.* 5. Dromadas cameli inter dona dant, velocitatis eximiæ.

‖ Dromedarius. Dromedarii Madian & Epha. Isa. 60. 6. Gesnerus *in histor. anim.* Dromedarii nomen plerasque gentes usurpant, Itali, Galli, Germani, Hispani. Græci dromadem solùm fœminino genere usurpant, nec unquam, quod sciam, sine cameli nomine appositio. Tamen talia in ὰς, aliquando ut adiectiva usurpantur: sicut ἀὴρ. Ita δρομὰς illic est cursorius, 2. Igitur Dromedarius est à *Dromedas: Dromeda* autem pro Dromada, nominativus ex accusativo.

Dromedus, masc. & Dromeda, æ, fœm. quoddam genus camelorum, minoris quidem staturæ, sed velocioris. Ita vet. Vocab.‖

Dromo, nomen servi. Plaut. *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Item nomen coqui, apud eundem *in Aul. sc.* 6. *a.* 2.

Drōmones, genus piscium est apud Plin. *lib.* 32. *cap. ult.* à petulcitate ita appellatum, δρομὰδες. ¶ Dromones item navigia celerrima, quasi cursoria, Justiniano vocantur *in l.* 2. *C. de offic. præf. prat. Afr.* quos *celoces* Latini appellant à celeritate, ut scribit Nonius. Milites, inquit, constituas, qui possint & ipsum trajectum servare, & omnia quæcunque in partibus Hispaniæ, vel Galliæ, sive Francorum agantur, viro spectabili duce, denuntiare. In quo trajecto etiam Dromones quantos providetis ordinari facias.

Drōmūs, δρόμος. Latine cursus: quamvis nonnunquam accipiatur pro loco ipso in quo curritur. ¶ Hinc Catadromus, de quo suo loco.

Drongilon, δρόγγιλον, regiuncula Thessaliæ. Steph.

Drōpax, acis, δρωπὰξ. Unguenti genus est quod ad evellendos è corpore pilos solet adhiberi. Unde δρωπακίζειν Græci dicunt, pro eo quod est unguentis adhibitis corpus glabrum reddere. Mart. *lib.* 3.

*Psilothro faciémque lavas, & dropace calvam.*

Idem *lib.* 10. Lævis dropace tu quotidiano.

Drua. Festo Andruare, est secuturete, unde & drua vocata est: vocatur etiam *Trua*: vide *Antruare.*

Drūentia, æ. Fluvius provinciæ Narbonensis, in Rhodanum influens. Plin. *lib.* 3. *cap.* 4.

‖ Druidæ, Gallorum magi, vide *Bardiael.*

Drumotia, sive Dromatia, *Drummore.* V. E. Hiberniæ, sub A. Armacano.‖

Drungus, i. globus hostium. Vegetius *de re milit. lib.* 3. Scire dux debet contra quos drungos (in impressis depravatè *Drumes*) hoc est, globos hostium, quos equites oporteat ponere. Vopiscus *in Probo*, Triumphavit de Germanis & Blemmis; omnium gentium drungos usque ad quingentarios homines ante triumphum duxit.

Drupetæ, δρυπεῖς. Baccæ olex jam nigrescentes, & mox ab arbore cæsuræ: unde & nomen apud Græcos acceperunt. παρὰ τὸ πίπτειν ἀπὸ τῆς δρυὸς.

Drusōmāgus, δρουσόμαγος, Rhætorum oppidum est, apud Ptol. *lib.* 2. *cap.* 12. {Germ. Memmingen.}

Drusilla, uxor Calig. Ix fuit. Suet. *in Calig. cap.* 24.

Drūsus, δροῦσος. Vir Romanus, genere & eloquentia magnus, sed ambitiosus & superbus, Catonis avus, de quo sic Cic. 4. *de fin.* Consectamur autem, inquit, avum tuum Drusum cum C. Graccho ejus ferè æquali. Ædilis munus magnificentissimum dedit: Quæstor in Asia nullis infimis uti voluit, ne quid ipso esset infimius. Tribunus plebis Latinis civitatem, plebi agros, Equitibus curiam, Senatui judicia pertulit. Dictus autem est Drusus à Drauso hostium duce trucidato. Sueton. *in Tib. cap.* 3. ¶ Fuit & ante hunc, M. Livius Drusus, cognomento Salinator, qui una cum Cl. Nerone collega suo in Consulatu Asdrubalem vicit. Virg. 5. *Æneid.*

*Quis Decios, Drusosque procul, &c.*

¶ Drusus item alius Ciceronis sodalis, de quo 3. *de nat. deor.* sic scribit: Cur sodalis meus interfectus domi suæ Drusus, &c. ¶ Fuit & hoc nomine Liviæ Augustæ filius, qui in Germania periit: de cujus morte extat Ovidii carmen consolatorium ad Liviam matrem.

Dryas, δρύας. Filius Hippolochi, & pater Lycurgi, qui in bello Thebano Eteoclis partes secutus, quum in pugna Parthenopæum lethali ictu vulnerasset, à Diana sagitta occisus est. Statius.

*Horrendumque Dryanta movet, &c.*

Dryădes, { δρυάδες. Germ. Waldgötten.} Nymphæ sylvarum præsides, ita dictæ à Græco nomine δρῦς, quod quamvis propriè quercum significet, accipitur tamen pro quavis arbore. Virg. 1. *Georg.*

*Ferre simul Faunique pedem, Dryadésque puellæ.*

Hamadryades autem dicuntur singularum arborum nymphæ, quæ cum iis una nasci & occidere dicuntur: cujusmodi describit Ovid. *lib.* 8. *Met.* quæ ira annosa ab Erisichthone succisa, interiunt.

Dryantiădes, δρυαντιάδης, dictus est Lycurgus, Thraciæ rex, à patre. Ovid. *in Ibin.*

*Pœne Dryantiada Rhodopeia regna tenenti.*

Dryidæ, οἱ δρυίδαι, sive Druidæ, sivecriam Druides, dicti sunt Gallorum sacerdotes, qui de totius gentis controversiis constituebant. Nomen habere creduntur à dictione δρῦς, quæ olim quamvis arborem, hodie verò peculiariter quercum significat, quòd maximè in lucis versabantur. Plin. *lib.* 16. *cap.* 44. Nihil habent Dryidæ (ita enim Galli suos appellant magos) visco, &c. Cæs. *lib.* 6. *bell. Gall.* Druidæ rebus divinis intersunt, sacrificia publica ac privata procurant, religiones interpretantur. Ad hos magnus adolescentium numerus disciplinæ causa concurrit, magnóque sunt apud eos in honore: nam fere de omnibus controversiis publicis privatisque constituunt. Et si quod est admissum factum, si cædes facta, si de hæreditate, de finibus controversia est, iidem decernunt, præmia pœnasque constituunt. Vide de his plura apud Cæsarem, quæ hic brevitatis causa omittimus. Hanc religionem (inquit Suetonius *in Claudio, cap* 25.) sub Augusto interdictam, Claudius Imperator quintus penitus abolevit. Pro iisdem etiam dicimus Druides, Druidum, per tertiam declinationem. Cæsar *bell. Gall. lib.* 6. Sed his duobus generibus alterum est Druidum, Alterum Equitum. Et *paulò pòst*. His autem omnibus Druidibus præest unus, qui summam inter eos habet authoritatem.

Drylon, vide *Drilon.*

Dryïæ, δρυαὶ, vicus, παυσανίας. procul à Pontica Trapezunte. Steph.

Dryme, δρυμὸ, urbs Libyæ. Steph.

Drymia, δρυμία, urbs Phocidis. Steph.

Drymusa, δρυμοῦσα, insula Ioniæ. Steph.

Drymodis. Peloponensi regio mediterranea, postea Pelasgis, & novissimè Arcadia dicta. Plin. *lib.* 4. *cap.* 6.

Dryophyte, es, ranæ genus est apud Plin. *lib.* 32. *cap.* 7. Ranæ (inquit) quas dryophytas & calamitas vocant. Item *cap.* 10. Iecur ranæ dryophytes, aut calamitæ in pelliculâ gruis alligatum. Quibus rancor in locis eruditiores malunt legere, *diopetes*, & *diepetes*: ut ranas illas intelligas, quæ aut cum pluvia de cœlo decidunt, aut certè ex pluvia nascuntur. Græci enim ὄμβρους vocant quicquid ex aëre est delapsum, quasi à Jove missum.

Dryope, δρύοπα, vel δρύοπη, urbs circa Hæmoniam: Dryopes autem circa Œtam, à Dryope Eurypili filia dicti sunt. Steph.

Dryŏpes, δρύοπες. Populi Epirotici, de quibus Strabo *lib.* 8. & 13. Virg. 4. *Æneid.*

*Cretésque, Dryopésque fremunt, pictique Agathyrsi.*

Dryŏphŏnŏn, δρυόφονον. Herba est dryopteto similis, caulículis tenuibus, cubitalibus, circumdatis undique foliis oxyacanthinæ similibus, sed candidioribus & molliotibus, flore sambuci. Edunt decoctos caulículos, semine verò pro pipere utuntur. Officinæ *Nemoralem myrrham* appellant.

Dryopis, δρυοπὶς, δρύοπος, regio Dryopon, circa Trachinam. Steph. Vide *Citinus.*

Dryos hyphèas, δρυὸς ὑφαὶ. Genus visci est, copiosissimè in quercu nascens: unde & nomen accepit. Est autem fruticis genetis planta fruticosa, sesquipedalis, lenta, semper virens, gravis odoris, buxi folio, baccis exiguis, sine flore, cælum sequens, nunquam in terra nascens. Vide Plin. *lib.* 16. *cap. ult.*

Dryŏpteris, δρυόπτερις. Herba est filici similis, in arboribus nascens, tenui foliorum subdulcium incisura, radice hirsuta. Plin. *lib.* 27. *cap.* 9. Vulgus *Osmundam arboream* appellat.

Drypētæ, δρυπεῖς, vel drupa, æ. Olivæ sunt maturæ & adultæ: ita dictæ à πίπτειν ἀπὸ δρυὸς, quasi jam ex arbore decidentes.

Drys, δρῦς, urbs Thraciæ, & alia Œnotriorum, item vicus Lyciæ circa Arum fluvium. Steph.

Dryssus, vir quidam Troianus, apud Homer. *in Iliade.*

Dryūsā, δρύουσα. Samos olim dicta est. Steph.

DU

Dŭă, neut. gen. veteres dixerunt pro duo: vetustum, *Dŭe.* Quint. *lib.* 1. *cap.* 10.

*cap.* 10. Duspondo & trespondo, usque ad nostram ætatem dictum est, & recte dici Messala confirmat. Sic etiam apud Cic. *in Orat.* Video sepulchra duo duorum corporum. Propere. Et quæ movisti duo littera.

¶ Duacum, *Douay*, ad Scarpum fluvium, oppidum Flandriæ, in D. Aretheusi sirum: habet Academiam an. 1562. auspicijs Philippi II. Regis Catholici, Belgarumque Principis institutam. ¶

Dŭālis, quod est duorum. { δυϊκὸς. Gall. *Duel. qui significe deux, de deux.* Ital. *Numo di due.* Germ. Zweyig/ zweyfach. Hisp. *Numero de dos.* Angl. *Of twoo.* } Servius in illud Virg. 1. *Æneid. Conticuere omnes.* Conticuere (inquit) pro conticuerunt: nec est (ut quidam dicunt) dualis numerus, qui apud Latinos usquam penitus invenitur.

Dubenus, teste Festo, pro Domino, veteres dixerunt. Pacuv. Tum dubenus servos ligatos pessime verberat.

¶ Dubienus, apud antiquos dicebatur, qui nunc dubius: ut ab alio alienus, à socio socienus, à dubio dubienus, & sanè *dubienus homo.* Gl. ¶

Dŭăĭo, as: apud antiquos legitur pro Dubito, sive in dubio sum. δισταζῶ. Plautus, Dubiat quid agat.

Dubis, Galliæ fluvius, Vesuntionem, Sequanorum oppidum medium secans, Dolámque alluens. Meminit ejus Cæsar *lib.* 2. *bell. Gall.* A nonnullis *Asduxi dubis* appellatur.

Dubitapes, fictor egregius, qui vasa ex tubera cocta primus finxit.

Dŭărĭus, dicitur qui duas vias habet, & utram eligat, nescit: sicut ambiguum, quod in ambas agi partes possit. { תלוי *talui.* ἀμφίβολος, δίκρανος. Gall. *Douteux, incertain.* Ital. *Dubbio.* Germ. Zweyfelhafftig. Hisp. *Cosa dudosa.* Angl. *Doubtfull, uncertane.* } Liv. *ab Vrbe.* Quum equites procul visi non sine terrore ab dubiis quinam essent, mox cogniti, &c. Virg. 1. *Æneid.*

*Nec dubia nos signa dedit.*

Terentius, Non dubium est quin mihi magnum ex hac re sit malum. *Lib.* 1. *ad Heaut.* Dubium genus est, quum habet in se causam & honestatis, & turpitudinis parem. Tibul. *lib.* 4.

*At semper dubios erravi mea carmina lauros.* Item,

——— *Dubium pius, an sceleratus Oreste.*

Ovid. *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.* Dubium cautiórne, an audentior. Suet. *in Cæs. cap.* 58. *& in Aug. cap.* 28. *& in Tib. cap.* 10. Haud pro dubio. Liv. *lib.* 6. *ab Vrb.* Dubio impendere cœlo. Senec. *epist.* 54. Dubio & incipiente morbo. Idem *ibidem:*

*Dumque ego sum vitæ dubiæ.*

Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 3.

*Et dubium vitio sit pater ille meo.*

Idem *Eleg* 1. *lib.* 2. *Trist.*

——— *& dubium me quoque mentis habet.*

Idem 6. *Fast.*

*Constituis dubia templa propinqua Dea* (id est, Fortunæ.)

Dubium se mediúmque partibus præstare. Velleius. Dubia fides Rhodiorum. Idem. Plaucus dubia (id est, sua fide.) Idem. ¶ Nonnunquam etiam dubium accipitur pro incipiti periculo. Unde in dubium venire, idem est quod in discrimen adduci. Terent. *in Adelphis.* Tua fama, & gnatæ vita in dubium venit. Sic salutem dubiam dixit Cic. *in Epist. ad Ligarium*, pro ea quæ in periculo versatur. ¶ Cœna dubia dicitur, quum tanta opponitur ciborum copia, ut cogaris dubitare quid potissimùm debeas sumere. Terent. *in Phorm.* Ille ringitur, ut rideas: Prior bibas, prior decumbas: cœna dubia apponitur. G. Quid istuc verbi est? 2. Ubĭtu dubites quid sumas potissimùm. ¶ Dubium argentum, id est, pecunia de cujus pondere, vel bonitate dubitari potest. Plaut. *Epid. sc.* 1. *a.* 5. Accipe argentum hoc Danista, hic sunt quadraginta minæ: Si quid erit dubium, immutabo. Dubium nisi sat. Salust. *in Iugurth.* Deinde ipse cum illorum armis sequi, quæ dubia nisui videbantur, potissimùm tentare. Cum genitivo hoc, Vitæ dubius. Ovid. 3. *Trist.* Dubius animi. Virg. 3. *Georg.*

Dubĭē, adverbium. { ἀμφιβόλως. Gall. *Douteusement, en doute, incertainement.* Ital. *Dubiosamente.* Germ. Zweyfelhafftiglich. Hisp. *Dudosamente.* Angl. *Doubtfully.* } Cic. 1. *de Divin.* Potest autem accidere, ut aliquod signum dubiè datum, pro certo sit acceptum. Liv. 2. *ab Vrbe.* Nec dubiè, ludibrio esse miseriis suas. Hujus contrarium est, Indubiè, ἀναμφιβόλως, sine dubio.

Dŭbĭōsus, a, um, Adjectivum: Incertus, dubius. { תלוי *talui.* ἄπορος, ἀμφίβολος. Gall. *Douteux, plein de doute.* Ital. *Dubbioso.* Germ. Voll zweyfel/ ungewiß. Hisp. *Dudoso.* Angl. *Very doubtfull or uncertaine.* } Gell. *lib.* 3. *cap.* 3. Quas à cæteris segregavit, quoniam dubiosæ non erant. Idem *lib.* 5. *c.* 10 Dubiosum hoc, inexplicabiléque.

Dŭbĭto, as, quasi duas viæ habeo: vel ex *duo*, & *ito*: vel à verbo Dubio, as: de quo Festus, Dubiat, Dubitat, Dubius sum. { תלה *talah.* ἀπορῶ, ἀμφιβάλλω, διπλῶ. Gall. *Douter.* Ital. *Dubbitare.* Germ. Zweyfeln. Hisp. *Dudar.* Angl. *To doubte.* } Cic. 4. *Acad.* Nevinolenti quidem quæ faciunt, eadem approbatione faciunt, qua sobrii: dubitant, hæsitant, revocant se interdum. Idem *lib.* 10. *epist.* Nam de tua erga me voluntate nũ dubitant. Non dubito quin. Ter. *in Adelph.* Hic nunc non dubitat, quin te ducturum neget. Quid dubitas quin sit paratum nomen puero Postlhumus? Plaut. *Aul. sc.* 3. *a.* 1. At etiam dubitavi hos homines emere (corripientis seipsum.) Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 2. Neque quod dubitem, neque quod timeam (est.) Idem *Ps. sc.* 1. *a.* 2. Quid dubitas dare? (argentum istuc mihi.) *Ibid. sc.* 2. *a.* 1. *& sc.* 2. *a.* 3.

——— *Quid dubitas ingentem evertere Troiam?*

Ovid. 13. *Met.* Quid statis, quid dubitatis? Plaut. *Men. sc.* 6. *a.* 5. Cic. *de senect.* Quod si acciderit, non dubitat quin brevi Troia sit peritura. Dubitare an & utrum. Plaut. *Capt.* At etiam dubitavi, hos homines emerem, an non emerem, dio. Cic. 5. *Verr.* Infinitè dubitare utrum sit utilius, propter multos improbos uni parcere, an, &c. ¶ Dubitare, pro Cogitare. Virg. 9. *Æneid.*

——— *Perstipe porrò*

*Quid dubitem, & quæ nunc animo sententia surgat:*

id est, cogitem. Omnis enim cogitatio in dubitatione est ante sententiam. Servius. ¶ Dubitare item ponitur pro Veteri, conclari. δύναμαι. Plaut. *in Epid.* Quid istuc dubitas dicere? hoc est, Quid times, aut veteris? Ovid. 3. *Fast.*

*Effuge, ne dubita, mœstum soror effuge tectum:*



id est, ne cunctare. Idem. Liv. *lib.* 2. *dec.* 3. Si fortuna dubitabit id est, si varia & anceps erit. Cic. *de Amicitia*, Nec dubitare illum in omni sermone appellare sapientem. Juven. *Sat.* 7.

——— *Quis tam*

*Perditus, ut dubitet Senecam præferre Neroni?*

¶ Huius compósita sunt Addubito, Subdubito, quorum significata vide suis locis.

Dŭbĭtātŭr, impersonale. Cic. 4. *Verr.* Idem *Attic. lib.* 4. Sed utrùm fronte, an mente, dubitatur.

Dubĭtāns, particip. { תולה *tolah.* ἀπορῶν, ἀμφιβάλλων. Gall. *Doutant, qui doute, ou qui est en doute.* Ital. *Dubitante.* Germ. Zweyfelend. Hisp. *Dudoso.* Angl. *That doubteth, doubting.* } Cic. *pro domo sua*, Idem idem se ipse revocando dubitans, timens, hæsitans, omnia aliter ac vos in monimentis habetis, & pronuntiatis, & fecerit.

Dubĭtātus, partic. ἀπορηθείς. Ovid. 1. *Met.*

*Venit, & intravit dubitati tecta parentis.*

Dubitatus amor, apud eundem *ad Liviam.*

Dubĭtātĭo, Hæsitatio, scrupulus. { ἀπορία. Gall. *Doute.* Ital. *Dubitatione.* Germ. Zweyfelung. Hisp. *Duda.* Angl. *Doubt.* } Cic. 2. *de Orat.* Quis timor? quæ dubitatio? quanta hæsitatio transactúsque verborum? Idem *ad Trebonium*, Nullam enim dubitationem apud me reliquisti, quantum me amares.

Dubĭĕtas, ātis, idem quod dubitatio. Adrenaldus *cap.* 9. Super quæ te, non minima eorum animos dubietas occuparerat.

Dubĭtāntĕr, quod est à Dubitans: Dubitatim à dubitatus. Dubiè, timidè. { ἀπορητικῶς. Gall. *Douteusement.* Ital. *Dubbiosamente.* Germ. Mit zweyfel. Hisp. *Dudosamente.* Angl. *Voithout hope or doubte fully.* } Cic. *de Invent.* Simul quæremus unumquodque dubitanter dicemus. Cæcil. Imperator conclamat de medio, ut velites à sinistro cornu temperent, & Gallis non dubitantes immittant. Sisenna, Quòd hostem non dubitatim cum pluteis & scalis ut faceret cernebat. Non. *cap.* 2.

Dubĭtăbĭlis, e. ἀδιάκριτος, ἀδιάκριτος. Ovid. 13. *Met.*

*Atque ego si virtus in me dubitabilis esset,*
*Nobilitate potens essem.*

Idem *lib.* 1.

——— *nec erit dubitabile verum.*

¶ Dublinium, *Dublin*, regni Hiberniæ metropolis, & Proregis sedes, titulo Archiepiscopali ornata est ann. 1151. auctoritate Eugenii III. Papæ, Academia, seu Universitas, ut vulgò vocant, in ea urbe anno 1320. instituta est. ¶

Ducatus, vide Dux.

Ducentī, æ, a. Plin. *lib.* 16. *cap.* 40. Anni ducenti ante excidium Troiæ. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Etiam ducentas plagas prægnantes dabo. Liv. 3. *d.* 4. Ducenti peditum: nisi mendum sit.

Ducentĭes, adverb. Cic. 2. *Philip.* Ego enim amplius ducenties acceptum hæredibus retuli.

Ducēnus, a, um: Bis centum: ut, Duceni pedes. Plin. *lib.* 6. *cap.* 16. Et Duceni anni, apud Plaut. *in Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Ducenos annos vivere. Et Suet. *in Aug. cap.* 41. Duceni nummi.

Dŭcēnārĭus, qui duas centurias, id est, ducentos milites ducebat in acie secunda, qui & primus hastatus dicebatur. { διηκοντάρχης. Gall. *Capitaine de deux cents hommes.* Ital. *Capitano di ducento soldati.* Germ. Ein Hauptman vber zweyhundert knechte. Hisp. *Capitan de docientos hombres armados.* Angl. *A Capitayne of two hundred men.* } Apud Suetonium legitur, quarum judicum decuriam ab Augusto additam esse, quæ Ducenariorum diceretur, judicárétque de levioribus summis. Apud eundem in Claud. *cap.* 24. Ducenarii procuratores. Ducenarii autem videntur nominati à censu ducentorum sestertiorum.

Dŭcēnārĭus, a, um: adjectivum. Quod constat ducentis. { διηκοντάρχης. Gall. *De deux cents.* Ital. *Di ducento.* Germ. Von zweyhundert. Hisp. *De docientos.* Angl. *Of two hundred.* } ut, Ducenaria pondera, hoc est ducentarum librarum, apud Plin. *lib.* 7. *cap.* 20.

Ducentesĭmus, a, um: { διακοσιοστός, ή, όν. Gall. *Le deux-centieme.* } Suet. *in Calig. cap.* 16. Ducentesimam auctionum Italiæ remisit. Ita Passerat. Alii *centesimam.*

Dūco, is: duxi, ductum, à ἀνίω: Deduco, capio, sumo. { גרר *nahágh*, נהל *nahál*, מחה *machá.* ἄγειν, συνάγειν. Gall. *Mener, conduire, garder.* Ital. *Guidare, condurre.* Germ. Führen. Hisp. *Guiar, llevar guiando.* Angl. *To lead, or guide.* } Propriè ducimus volentes, trahimus invitos. Seneca, Fata volentem ducunt, nolentem trahunt. Ducite ubi capiat compedes. Plaut. *Capt. sc.* 5. *a.* 3. Duc me quò vis (te sequar.) Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 5.

——— *sæpímque Deus in prælia ducit.*

Ovid. 13. *Metam.* Duce me amabò (obtium.) Plaut. *Most. sc.* 4. *a.* 1. Ducit nescio quem secum simul (id est, adducit.) Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Abiit ad amicam, neque me voluit ducere (ad prandium.) Idem *Men. sc.* 1. *a.* 3. Ego ad Regem rectà me ducam (id est, conferam.) Idem *Amph. sc.* 4. *a.* 4. Duci te jussi (ad mortem.) Senec. *cap.* 14. *de tranquill.* Libet potare, amare, scorta ducere. Plaut. *Mostell. sc.* 2. *a.* 1. Ducam te per exempla. Senec. *cap.* 14. *de consol. ad Marc.* Orcus vobis ducit pedes. Suet. *in Ner. cap.* 39. Ducit Lembum directum navis prædatoria. Plaut. *Men. sc.* 4. *a.* 2. ¶ Postducere, i. postponere. Salust. *Iugurth.* 110. Et suæ necessaria post illius honorem ducerent. ¶ Quandoque significat respicere, existimare, ἄγειν quoque Græcis, & ἡγεῖσθαι. Cic. *Verbatio.* Ego si mei commodi rationem ducerem, te mecum esse maximè vellem. Virg. 10.

——— *tantùn' me crimine dignum*
*Duxisti*

Nec sumptus ibi sumptui esse ducunt. Plaut. *Most. sc.* 2. *a.* 4. Non illam mihi dotem esse duco, quæ dos dicitur. Idem *Amph.* Nemónè probro ducet Alemenæ. *Ibid.* Laudo malum, cùm tuum ducis malum. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. ¶ Quandoque in passivo significat delector, afficior. Cic. *in Verr. a.* 2. Si quis honore, aut gloria ducitur, ἄγεται. Quandoque volvere, pertractare. Virg. *lib.* 6. *Æneid.*

*Sic equidem ducebam animo, rebarque futurum.*

¶ Quandoque nudare, educere, ἄγειν. Idem *lib.* 12.

*Ille tamen clypeo obvertit, convertus in hostem*

*Ibat, & auxilium ducto mucrone petebat.*

¶ Quandoque contrahere. *συνάγω.* Idem 9 *Eclog.*

*Aſtrum quo ſegetes gauderent frugibus, & quo*
*Duceret apricus in collibus uva colorem.*

¶ Ducere ſomnos, dormire. Idem 4. *Æneid.*

*Nate dea, potes hoc ſub caſu ducere ſomnos?*

Ducere muros, eſt ſtruere. *οἰκοδομῶ.* Idem 1. *Æneid.*

——*pars ducere muros, Molirique arcem.*

Tibull. *lib.* 1.

*Quemque locum ducto melius ſit claudere vallo.*

¶ Item, Ducere uxorem domum. ¶ Ducere claſſem, ducere familiam. Quintil. Ducere callum. Senec. *cap.* 8. *de conſol. ad Marc.* Ducere cicatricem. Ducere colorem. Idem *cap.* 1. *de tranq.* Hoc jam rem duxerat. Cæſar *lib.* 1. *bell. civ.* Ars ducendi vaſa è luto. Quint. Facito ut Acherunti ducas gloriam: ut, Ducere triumphum. Plaut. *Capt. ſc.* 5. *a.* 1. ¶ Quandoque Contraho, *συνάω.* Martialis,

*Quid ducis vultus, & non legis iſta libenter.*

¶ Quandoque, in longum protrahere, *ἐκτείνω.* Cicer. *ad Cæſarem jun. lib.* 1. Ne res duceretur, fecimus ut Hercules Antiamus in alium locum transferretur, ex Nonio. ¶ Quandoque Demittere, deſcendere. Plaut. *in Aul. ſc.* 5. *a.* 4. Ubi ille abit, ego me duco deorſum ab arbore. ¶ Quandoque Gerere. Virg. *lib.* 9. *Æneid.*

*Hi bellum aſſiduo ducunt cum gente Latina.*

¶ Quandoque Cædere: ut, Ducere colaphum alicui. Quint. ¶ Item Fundere: ut, Ducere ſtatuam. Sen. *Epiſt.* 66. Ducti forte. Suet. *in Aug. cap.* 31. Duci in advocationem. Quint. ¶ Ducta matrix (id eſt, obducta.) Liv. *lib.* 9. *bell. Pun.* Ducere carmen. Ovid. *Eleg. ult. lib.* 3. *Triſt. & Eleg.* 10 *lib.* 1. *ibid.* Ducere pugnum, pro Cædere pugno. Paul. *l.* 4. *de injuriis.* Si cùm Servo meo pugnum ducere vellem, in proximo aſtantem invitus percuſſerim, injuriarum non teneor. ¶ Dicitur & de re obſcœna, vitilia ſua turpiter contrectare. Plaut. Si tendetis, ducite, ne diſtrumpamini. ¶ Item de funeribus, ut Ducere funus, idem ſit, quod efferre. Virg. 4. *Georg.*

——*& triſtia funera ducunt,*

ut ſcribit Servius illud Perſii *Satyr.* 2.

——*Nerio jam tertia ducitur uxor,*

in eadem ſignificatione intelligendum eſſe. ¶ Dicitur etiam in condemnatis, in addictis, & in iis quibus à magiſtratu manus injecta eſt. Terent. Ducent damnatum domum. Cic. *in Rull.* Ego is conſul qui concionem meam, qui Tribunos pleb. perhorreſcam? ſæpe & ſine cauſa tumultuer? qui timeam ne mihi in carcere habitandum ſit, ſi tribuni plebis duci juſſiſſent. ¶ Hinc & genus loquutionis, quo uxorem ducere aliquis dicitur, ortum. Coëmptio enim inter virum & uxorem fiebat: & in auctionibus emptori dicebatur, ut rem emptam, ſibique addictam duceret. ¶ Hujus verbi compoſita ſunt Abduco, Adduco, quæ ſunt contraria: Conduco, Circunduco, Deduco, Diduco, Educo, Induco, Introduco, Obduco, Perduco, Produco, Reduco, Seduco, Subduco, Superduco, & Traduco: quorum ſingula vide ſuis locis. ¶ Duco, verbis loquutio ſunt: Ducere ſe, prolatenter abire ac diſcedere. Terent. *in Hecyr.* Uxor, inquit, ubi me ad filiam ire ſenſit, ſe duxit foras. Et Plaut. *in Aulul. ſc.* 5. *a.* 4. Ego me deorſum duco de arbore. Et *in Bacchidibus.* Duce te ab arbore. Et Afranius *in Epiſt. ad Cic.* Balbus quæſtor, magno pondere auri, majore argenti conflato de publicis exactionibus, ne ſtipendio quidem militibus reddito, duxit ſe à Gadibus. Et Aldi ſcholia *in epiſt. fam.* Duce, pro Duc. Plaut. *Moſtell.* Lepida es, duce me amabò.

Dūcātus, us: Præfectura, imperium militare, dignitas ducis. {מנהג *minchágh.* ἀγωγή, ἡγεμονία. Gall. *Charge, conduite, gouvernement.* Ital. *Carico, condutta, governo.* Germ. Ein Hauptmannſchafft / ein Fürſtenthumb. Hisp. *La guia à acaudillamiento.* Angl. *A duche dome or duthie.*} Suet. *in Nerone,* Privignum Rufinum Criſpinum Poppæa natum, impuberem adhuc, quia ferebatur ducatus & imperia ludere, mergendum mari dum piſcaretur, ſervis ipſius demandavit. Scribit Lampridius, Heliogabalum Præpoſituras, & Ducatus & officia palatina vendidiſſe. Horat. *lib.* 3. *cap.* 21. Æquiore animo utrumque ferrem, ſi nobiles ſaltem ducatum ſceleri præbuiſſem. ¶ Pro ductu & imperio. Suet. *in Tib. cap.* 19. In omni ducatu expertiſſimo.

Dūcētĭo, nis: Ducatus. Tertull. *de coron. milit.* Vel ipſe hæc præſtruxerim, & cæteras officialium coronarum cauſas, quibus familiariſſima iſta ducatio neceſſitatis.

Ducātŏr, is: pro duce, apud eundem Tertullianum.

Dūctĭo, nis, ducendi actus. Ductio alvi, i. ſolutio alvi, quæ medicamentis procuratur. Cels. *lib.* 3. *cap.* 12. Ductiones & reductiones in ariete machinæ expoſuit Vitruvius, ἀπὸ μηχανῆς, apud Athenæum.

Dūcto, as: Huc illuc duco. {נהג *nihég.* ἄγω περιφορικῶς. Gall. *Mener, conduire ſouvent.* Ital. *Menar en quella en quella parte.* Germ. Hin und her führen. Hisp. *Guiar à menudo à diverſas partes.* Angl. *To lead here and there.*} Saluſt. Huc accedat, quod Lucius Sylla exercitum, quem in Aſia ductaverat, quo ſibi fidem faceret, contra morem majorum, luxuriosè, nimiſque liberaliter habuerat. Plaut. *in Capt. ſc.* 4. *a.* 3. Me mi libitum eſt, ductavi dolis. ¶ Ductare etiam eſt rem veneream exercere: unde Plaut. ludens in voce ambigua, Errabo potius, inquit, quàm quis me ductet. Terent. *in Phorm.* Ut phaleratis dictis ducas me, & meam ductes gratis. Plaut. *Curc. ſc.* 2. *a.* 3. Qui quidem cum filio potet unà, atque unam amicam ductet decrepitus ſenex. Hic ille eſt ſenex ductus (i. deceptus.) Idem *Capt. ſc.* 1. *a.* 4. Multa alia ad bonam frugem ducentia (pro conducentia.) Gell. *c.* 26. *lib.* 13. Ducenda verba præbuit Tigris. Ovid. *Eleg.* 7. *lib.* 1. *Triſt.* Ducere os. Quint. (de inepto geſtu.) Solus ſi ductem, refetre gratiam nunquam potes. Solus ductato, ſi ſemper ſolus quod poſcam dabis. Item. Quid modi eſt ductando, amando, &c. (de ſcorto.) Plaut. *Aſin. ſc.* 3. *a.* 1. Suis me ductarent dolis. Idem *Capt. ſc.* 5. *a.* 3. Meretrices labris dum ductant eum. Idem *Mil. ſc.* 1. *a.* 2. Fruſtrà me ductare non poces (i. ſine argento.) Idem *Men. ſc.* 3. *a.* 4. Ad hanc item ſignificationem reſpicit Quint. quum ait, Ductare exercitum non ſine rubore dici.

Dūctĭto, as, aliud frequentativum, Sæpe circunduco. *περιάγω.* Terent. *in Adelph.* Tu inter eas ceſtim doctitans ſaltabis. Plaut. *Epid. act.* 3. Ego illam ductitabo.

Dux, ducis, communis generis, qui ducit. {נגיד *nagbíd*, שלישׁ *ſchaliſch*, פקיד *pakidh.* ἡγεμών, ἡγεμονεύς. Gall. *Capitaine, conducteur, celuy qui va devant qui meine ou conduit.* Ital. *Capitano, guida.* Germ. Ein führer oder fürerin. Hisp. *Duque, capitan, guiador.* Angl. *A capitane, he or ſhe that leadeth or guideth.*} Plaut. *in Caſ.* In præſtigiis dux fuit uxor: ea hanc invenit rimam. Virg. 1. *Æneid.*

——*portantur avari*
*Pygmalionis opes pelago: dux fœmina facti.*
*Tu dux & comes es* (ô Muſa.) Ovid. *Eleg. inc. lib.* 4. *Triſt.*
*Hic qui Sidonio fulget ſublimis in oſtro,*
*Dux fuerat belli: proximus ille duci.*

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Triſt.*

*Vique pater gnato, dúxque comíſque fui.*

Idem *Eleg.* 7. *lib.* 3. *Triſt.*

*Fida manet trepidæ dúxque comíſque fugæ.*

Idem *Eleg.* 9. *lib.* 1. *Triſt.* Sceleſtum caput: Hic dux, hic ille eſt pædagogus. Plaut. *Pſeud. ſc.* 3. *a.* 2. Oblitus Regiſque, ducíſque, melque, i. Agamemnonis, Menelai, & Ulyſſis. Ovid. 13. *Met.*

——*Oriens die duce fertilis anni.*

Liv. *lib.* 4. *ab Urb.* Nec ducem novimus, niſi cujus auſpicio bellum geritur. Cic. *in Verr.* Sed tunc inopes relicti & duce, præfectóque claſſis, eandem neceſſariò curſum tenere cœperunt. Idem 1. *Tuſc.* Mortem, non interitum eſſe omnia tollentem, atque delentem: ſed quandam quaſi migrationem, commutationémque vitæ, quæ in claris viris & fœminis dux in cœlum ſoleret eſſe, in cæteris humi retineretur, & permaneret tamen. Ovid. 2. *de Pont.*

*Primus ut auderem committere carmina fœmæ*
*Impulit: ingenii dux fuit ille mei.*

Senec. *Hippol.* Fœmina dux malorum, & ſceleruin artifex.

Dŭctŏr, is: qui præeſt exercitui, imperator, dux. {נגיד *nagbíd*, שלישׁ *ſchaliſch*, פקיד *pakidh.* ἡγεμών, στρατηγός. Gall. *Conducteur, guide, capitaine.* Ital. *Conduttiero, capitano.* Germ. Ein hauptmann. Hisp. *Guia.* Angl. *A capitane, guide, or leadge.*} Virg. 2. *Æneid.*

——*fratri belle, fatiſque repulſi*
*Ductores Danaum.*

Cic. 1. *Tuſc.* Quoties non modò ductores noſtri, ſed univerſi etiam exercitus, ad non dubiam mortem concurrêre?

Dŭctŭs, us, nomen: Imperium, præfectura. {מנהג *minhágh*, פקדות *pekudháh.* ἡγεμονία. Gall. *Conduit, conduitte.* Ital. *Condotta.* Germ. Ein führung oder regiment. Hisp. *Guia, obra de guiar.* Angl. *A guyding or leading.*} Liv. 4. *ab Urbe.* Ductu Fabii, cui forte ea provincia evenerat, nihil dignum memoratu actum. Ductu Germanici (cecepta ſigna) auſpicia Tiberii. Tacit. *lib.* 2. Partim ductu, partim auſpiciis ſuis. Suet. *in Aug. cap.* 21. Ut geſſerit Remp. ductu, imperio, auſpicio ſuo. Eſt quidam velut ductus in narrando. Quint. *pag.* 104. Ductus litterarum ſequuntur pueri. Idem *pag.* 135. ¶ Ductus aquarum. Cicer. 2. *Offic.* Adde ductus aquarum, derivationes fluminum. Idem 2. *de Leg.* Ductus verò aquarum, quos iſti tubos & cuniculos vocant, quis non, quum hæc videat, intulerit? Dicitur & Aquæductus pro eodem.

Dūctŭs, ūs, ductus, ἀγωγή: ut, aquæ ductio. Pomponius *D. lib.* 43. *tit.* 20. *l.* 4. Quia locus totus fluminis ſervius ductioni. Ulp. *D. lib.* 43. *tit.* 30. *l.* 3. §. 1. Hoc autem interdictum pertinet ad ductionem, ut ducere quis poſſit eos, in quos habet jus ductionis.

Dūctārĭŭs, a, um, adject. qui ducit. ἀγωγεύς, ἀγωγαῖος. Unde ductarius fuſus, quo in trochleis utimur, & qui per orbiculos trochleæ trajicitur. Apud Catonem & Vitruvium *lib.* 10. *cap.* 2. 3. & 5. {Gall. *La corde d'une polie.* Ital. *Fune da tirare per una girella.* Germ. Zugſeil / ſchreibenſeil. Hisp. *Maroma à cuerda para alçar.* Angl. *That leadeth or guideth.*}

Dūctĭlis, e: Quod facilè ducitur, attenuatúrque. {משׁכשׁך *miſchchéh.* ἐλατὸς, ἐλάσιμος. Gall. *Aiſé à mener & conduire.* Ital. *Atto da condurre.* Germ. Zugig / das leicht zuziehen iſt. Hisp. *Coſa que ligeramente ſe puede bolver.* Angl. *That is eaſily guideth or maneſeth, that may be made thinne.*} Unde Æs ductile, quod malleis obſequitur, attenuatúrque in laminas. Plin. *lib.* 34. *cap.* 9. In Cypro ex coronarium, & regulare eſt: utrumque ductile. ¶ Ductilis ſcena dicebatur, quum tractis tabulatis hac atque illac ſpecies picturæ interior videbatur. Ductile flumen. Martial. *lib.* 12.

——*hic rigua ductile flumen aquæ.*

Dūctim, adverbium: Paulatim, & cum mora. {ἠρέμα. Gall. *Peu à peu.* Ital. & Hisp. *Poco à poco.* Germ. Langſam. Angl. *By litle and litle, piece and piece.*} Plaut. *in Curc.* Immergere in me liquorem tuos ſino ductim. Colum. *lib.* 4. *cap.* 25. Major autem pars operis in vineam ductim potius quàm cæſim facienda eſt: hoc eſt, potiùs ductu falcis, quàm ictu. ¶ Ductim bibere. ἀπὸ σπ.

Dūdum, à duco, quaſi ductum: niſi malis ex *diu*, & *dum*, de exiguo tempore dicitur, teſte Valla, dimidiæ ſcilicet horæ, vel horæ unius, duarum, vel trium: ita tamen ut tempus unius dieiſ tarò excedat. {כבר *chebár.* πάλαι, ἐπιτροχάδην. Gall. *Piecà, il y a aſſez long temps, auparavant.* Ital. *Poco fa, per hora.* Germ. Vor langſt. Hisp. *Agora poco ha, de aqui à poco.* Angl. *Long a go, a great while bygone.*} ut, Dudum intravi, Dudum te expecto: id eſt, hora eſt, vel tres, ex quo intravi, & ex quo te expecto. Modeſtior prout dudum fuit (i. nuper.) bis. Plaut. *Men. ſc.* 5. *a.* 5. Dudum tecum venit (i. nuper.) bis, térque. *Ibid. ſc.* 4. *a.* 2. Ut dudum divorti à te, nunc demùm redeo domo. *Ibid. ſc.* 2. *a.* 4. Nimis ſtultè dudum feci. *Ibid. ſc.* 1. *a.* 5. (nuper.) Quàm dudum videtur factum? Jamdudum, pridem, modò. Idem *Amph. ſc.* 4. *a.* 4. Coctum, non vapulatum dudum conductus fui (i. nuper.) Meminiſti me dudum dicere (i. nuper.) Idem *Pſeud. ſc.* 6. *a.* 4. Dudum hoc planum quidem eſt. Idem *ſc.* 4. *a.* 2. Dudum advenienti dedi ſymbolum (i. nuper.) Idem *Pſeud. ſc.* 7. *a.* 4. ¶ Quandoque etiam tranſcendit diem. Plin. *lib.* 4. Fabri qui dudum aſſueti apud Œnos. Et *lib.* 9. Nam dudum ex eadem Hiſpania zoëticum venit in Italiâ, plagis utiliſſimum. Ter. *in Andr.* Quàm maximè abs te poſtulo atque oro Chreme, ut beneficium verbis initum dudum, nunc re comprobes.

Dūĕllă, dux ſextulæ ſunt: hoc eſt, tertia pars unciæ.

Duellonam, Bellonam antiqui appellabant, teſte Varr. *lib.* 4. *de lingua Latina, circà.*

Dŭĕllum, i, à duobus ab antiquis dicebatur, quod postea dictum bellum. { מלחמה *milchamah*. πόλεμος, μάχη. Gall. *Guerre*. Ital. & Hisp. *Guerra*. Germ. Ein krieg zweyer partheyen. Angl. *A combat, fighting of two to hand*. } Liv. 6. *bell. Maced.* Quòd populus Romanus eo tempore duellum jussisset cum rege Antiocho esse. Cicer. *de leg.* Nam ars, atque ferrum duelli instrumenta, non fori. Idem *ad Orat.* Antiqui nomina contrahebant, quo essent aptiora, ut duellum, bellum. Duello extincto maximo, atque internecatis hostibus. Plaut. *Amph.* Nolim Amphitruonem duello perdere. *Ibid. sc.* 4. *a.* 4. Quæ domi duellique malefeceris. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 3. Idem *Capt. prolog.* Hinc Perduellis, & Perduellio: quæ videbis suo loco.

Dŭello, as: Bello. { מלחם *milchám*. πολεμέω. Gall. *Guerroyer, combattre*. Ital. *Combattere, guerreggiare*. Germ. Kriegen/ streiten. Hisp. *Guerrear, pelear*. Angl. *To combat, to fight hand to hand*. } Unde Duellator, qui duellum peragit. { πολεμιστὴς. Gall. *Guerrier, combattant*. Ital. *Combattente, guerriere*. Hisp. *Guerreador, peleador*. Angl. *That fighteth hand to hand*. } Plaut. *in Capt.* Domi, belliquè duellatores optimi.

Duellator, is. Plaut. *Capt. prolog.* Domi belliquè duellatores optimi. Vide *Duello, as, are*.

Dŭēllĭcŭs, a, um: Bellicus. { πολεμικὸς. Gall. *Belliqueux, de guerre*. Ital. *Di guerra*. Germ. Kriegisch. Hisp. *Cosa de guerra*. Angl. *Warely, pertaining to warre*. } Plaut. *in Epid.* nempe quem in adolescentia memorant apud reges armis, arte duellica divitias magnas sibi adeptum.

Ducona, Δυκόνα, urbs Cadurcorum in Gallia Aquitanica, apud Ptol. *lib.* 2. *cap.* 7.

‖ Ducre, dare, vincere. Pap. ‖

Dūlcēnsŭs (inquit Festus) cum altero, hoc est, cum filio census.

Dulcens, hostia antiqua ab antiquis appellata est, quam nos bidentem dicimus. Festus.

Dullius, sive (ut alii vocant) Duellius. Nomen civis Romani, qui primus Romæ navali certamine triumphavit. Is jam senex, & trementi corpore, in quodam jurgio audivit exprobrari sibi os fœtidum, & tristis se domum contulit. Quúmque uxori questus esset quare nunquam se monuisset, ut huic vitio mederetur: Fecissem (inquit illa) nisi putassem omnibus viris sic os olere. Cic. *in Orat.* Quid verò licentius quàm quod hominum etiam nomina contrahebant, quò essent aptiora; nam ut Duellum, bellum, & Duis, bis: sic Duellium eum qui Poenos classe devicit, Bellium nominarunt, quum superiores semper appellati essent Duellii.

‖ Duim, dem. Duent, dent. Antiq. Turn. ‖

Duis, & Duint, antiqui dixere pro dederis, dederint. Plaut. *Capt.* At mihi libellum pro eo argento non duis. Ne mihi damnum in Epidamno duis (alias, duas.) Idem *Men. sc.* 1. *a.* 2. Taurum bonum Dii duint. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 4. Libellam argenti ne duis. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 5. Mihi præterea unum nummum ne duis. *Ibid. sc.* 2. *a.* 1. Nihil dotis quod dem. C. Ne duis. Idem *Aul. sc.* 4. *a.* 2. Non magni pendo, ne duit (id est, det.) Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Ne verba mihi imprudens duit (i. det.) Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 1. Tam duim, quàm perduim. *Ibid. sc.* 3. *a.* 4. Vide *Do*, das.

‖ Dulamus, vestis interior. L. gr. b. ‖

Dulcacidus, Dulcisluus, vide *Dulcis*.

‖ Dulcinium, sive Dulcignum, *Dulcigno*. V. L. Illyrici, sub A. Antiparensi: sed paret Turcis. ‖

Dŭlcis, e, à γλυκὺς. Suavis, charus, jucundus, quod quidam à delicio deducunt, quòd dulcia maximè alliciant. { ממתק *mathók*. γλυκασμὸς, γλυκὺ. Gall. *Doux*. Ital. *Dolce, suave*. Germ. Süß. Hisp. *Dulce*. Angl. *Sweete in taist*. } Plaut. *in Truc.* Nunc postquam scio dulce atque amarum quid sit ex pecunia, &c. O melle dulci dulcior. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Et dulcia & amara tibi sum elocutus omnia. Scis amorem, scis laborem. Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* 1.

*Dulcia convictus membra fuere mei.*

Ovid. *Eleg. ult. lib.* 4. *Trist.*

*Invenies rete carmine dulce mihi.*

Ibid. *Eleg.* 1. *lib.* 5.

*Nec potis es dulces Musarum expromere fetus.*

Catull. *ad Ortal.* Homo fandi dulcissimus. Gell. *cap.* 3 *lib.* 16. Cic. 2. *de nat. deor.* Omne enim animal sensus habet: sentit igitur & calida & frigida, dulcia & amara. Idem 3. *de Legib.* Nostra autem causa, quæ optimè & dulcissimè fratrem incidit in Tribunitiam potestatem, &c. Idem *Att. lib.* 15. Longiori epistolæ superiorique respondi: nunc brevioci, propiorique quid respondeam, nisi eam fuisse dulcissimam? Ejus composita sunt Præ dulce, valde dulce, πάνγλυκυ. Subdulce, aliquantulum dulce, ὑπόγλυκυ.

Dŭlcĭcŭlus, a, um: diminutivum est à dulci. { מתוק *mothék*. ὑπόγλυκυς. Gall. *Doucet*. Ital. *Dolcetto*. Germ. Süßlich. Hisp. *Dulce un poco*. Angl. *Sweetish, or somewhat sweete*. } ut, Dulciculus calceus. Plautus Dulcicula potio. Cic. 3. *Tusc.* Demus scutellam dulciculæ potionis.

Dŭlcĭfĕrus, a, um: Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. Dulciferum cantharum.

Dŭlcēdo, Dulcitas, Dulcitudo, & Dulcor, in eodem sensu accipiuntur. { מתק *mothék*. γλυκύτης. Gall. *Douceur*. Ital. *Dolcezza*. Germ. Süßigkeit. Hisp. *Dulzura*. Angl. *Sweetnesse*. } Plin. Contrectata dulcorem amittit. Accius: O suavius linguæ sonitus, ô dulcitas conspirantis animæ. Cælius, Tanta huic invasit in corda dulcitas. Cic. 3. *Orat.* Quinetiam gustatus, qui est sensus ex omnibus maximè voluptarius, quique dulcitudine præter cæteros sensus commoveatur. Ovid. 1. *de Ponto*.

*Nescio qua natale solum dulcedine cunctos*
*Ducit, & immemores non sinit esse sui.*

Cic. 3. *de Orat.* Nam urbanitatis, & mollitudo humanitatis, & murmur maris, & dulcedo & odor orationis, suos ductu à cæteris sensibus. Dulcedo mollissima carminum. Velleius.

Dŭlcĭārĭus, a, um, adjectivum: ut, Dulciarius panis, qui conficitur ex saccharo & nucibus pineis, vel amygdalis ad jentacula: ut est qui vulgò apud Italos dicitur *Marzapane*. μαζαπάνης ἄρτος. Gall. *Massepain, tourte, pastisserie*. ¶ Pistor dulciarius, ὁ ἡδυσμάτιος. Gal. *Pastissier*. Ital. *Chi fa confetture, pastisserò*. Germ. Ein zuckerbecker/ pasteten macher. Hisp. *Confitero, pastelero*. Angl. *A baker of sweete meates*. } Qui panes & mellita concinnant edulia. Mart. *lib.* 14. *Epigram.* 222. in titulo, *Dulciarius pistor*:

*Mille tibi dulces operum manus ista figuras*
*Extruit: huic uni parca laberat apu.*

Lamprid. *in Heliogabalo*, Dulciarios habuit, qui de dulcibus exhiberent quæcunque coqui de diversis edulibus exhibuissent. Ubi dulciarius substantivè accipitur pro concinnatore edulionum mellitorũ.

Dŭlcĕo, es, ui, à quo Dulcesco, is, Dulcis fio. { מתק ערב *mathók, arób*. γλυκαίνομαι. Gall. *Devenir doux, s'adoucir*. Ital. *Farsi dolce, addolcirsi*. Germ. Süß werden. Hisp. *Endulcecerse*. Angl. *To waxe sweete*. } Cic. *in Cat.* Primò uva est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit. ¶ Hujus compositum est Obdulcesco, quod est Dulcis fio.

Dŭlcĕ, & dŭlcĭtĕr, adverbia. { γλυκέως, γλυκίως. Gall. *Doucement*. Ital. *Dolcemente*. Germ. Süßiglich. Hisp. *Dulcemente*. Angl. *Sweetely*. } Quintil. Dulciter dicere. Plaut. *in Mil.* Hercle astitit & dulcè & comœdicè. Cic. *de clar. Orat.* Tum historia quædam scripta dulcissimè. Idem *de finib.* Aut enim eam voluptatem tuceretur quam Aristippus, id est, quæ sensus dulciter, ac jucundè movet.

Dulcacidus, a, um. Vox est Qu. Sereno admodum familiaris, pro eo quod mistum quendam saporem habet ex acido & dulci: cujusmodi sunt quædam ex malorum punicorum genere. Gall. *Aigre-doux*.

Dŭlcĭfluus, a, um: quod dulciter & suaviter fluit, γλυκύῤῥοος.

Dulcĭlŏquus, qui suaviter loquitur, μελίγηρυς.

Dulcĭsŏnus, Suaviter sonans, γλυκύφθογγος.

Dulco, as: Dulce efficio. { ממתק *himtik*. γλυκαίνω. Gall. *Adoucir, faire doux*. Ital. *Addolcire*. Germ. Süß machen. Hisp. *Endulzar, hazer dulce à otra cosa*. Angl. *To make sweete*. } Sidon. Apollinaris *ad Agricolam*, Pareo libens, laudaturus vitæ tam dulcatæ solicitiùs ingenuitatem. ¶ Hinc edulco, as, quod est ex acerbo, aut amaro, dulce & suave reddo. Cn. Marius, Quapropter edulcare convenit vitam, curásque acerbas sensim gubernare.

Dulcŏro, edulcoro, indulcoro, adnotanda tria hæc verba. Ambrosius *de instit. virg. cap.* 5. Fons Maræ per lignum dulcoratus. Martius apud Agell. & Nonium, Edulcorare convenit vitam. Tertull. *Adver. Judæos*, Hoc enim lignum tunc in sacramento erat, quo Moses aquam amaram indulcoravit.

Dulēĭa. { עבודה *abodáh*. δουλία. Gall. *Servitude*. Ital. *Servitu*. Germ. Knechtschaafft/ dienstbarkeit. Hisp. *Servidumbre*. Angl. *Servitude, service*. } Servitus, sive cultus, qualem servi domino exhibent. ¶ Accipitur item pro ipsis servis, quemadmodum & apud Latinos Servitii vocabulum.

‖ Dulicè, δουλικῶς, serviliter.

Dulocratia, δουλοκρατία, dominatus servorum, à δοῦλος & κράτος: licentia dominos accusandi. ‖

Dulĭchĭum, Δουλίχιον. Insula est in mari Ionio, non procul ab Ithaca, una ex iis quibus Ulysses imperabat. Virg. 3. *Æneid.*

*In medio apparet fluctu nemorosa Zacynthus,*
*Dulichiumque, Samēque, & Neritos ardua saxis.*

Dŭlĭchĭus, a, um: Propertius.

*At quum Dulichiæ Pallas spatiatur ad arma.*

Ovid. 13. *Metam.*

*Sed neque Dulichium sub Achillis cassida vertex*
*Pondera tanta feret.*

Dulopolis, Δουλόπολις, ἡ Δούλων πόλις: id est, Servorum civitas, in Libya est. { Germ. Knechtstatt in Libyen gelägen. } Alia Hierodolutum est, in qua unicus liber est. Aiunt & in Creta Dulopolin esse mille virorum. Est etiam parva regio in Ægypto hujus nominis. Steph.

Dumatha, Δουμαθὼ, urbs Arabiæ. Steph.

Dum, Δὴ & ὦν, adverbium temporale est, & modò pro Quandò ponitur. { עד *hadh*. ἕως. Gall. *Quand, cependant que, jusques à ce que, pourveuque*. Ital. *Mentre che, fin che*. Germ. Dieweil/ biß. Hisp. *Mientras que, hasta que*. Angl. *While, or untill*. } Auscultato argumenta dum dico ad eam rem. Plaut. *Most. sc.* 2. *a.* 1. Dum quod erit præbuas, nunquam aufugiet. *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. (bis.) Cunctare,

*Dum veniet placido mollior aura deo.*

Per translationem Ebibere, ponitur pro Consumere. Plaut. *Amph.* Non ego cum vino simul ebibi imperium tuum.

Ēblandĭŏr, iris, Blanditiis aliquid extorqueo, impetro. ¶ ἐξαπατῶμαι. Gall. *Avoir par belles parolles. Impetrer par douceur.* Ital. * Togliere per lusinghe.* Germ. Etwas mit schmeychlen von einem begeren/ einem etwas mit glatten worten abschwetzen. Hisp. *Mucho halagar ò quitar por halagos.* Angl. *To get a thing by flatterie.* ¶ Liv. *lib.* 7. *bell. Pun.* Neque enim omnia emebat, aut eblandiebatur, sed vim etiam flagitius adhibebat.

Ēblānditŭs, a, um: participium. ¶ Angl. *Gotten by faire wordes.* ¶ Unde Eblandita suffragia dicuntur, quæ precibus & blanditiis impetrantur, apud Cic. *pro Cn. Plancio.* ¶ Eblanditæ preces, Blandis precibus impetrata testimonia. Plin. *in Paneg.* Volo ego, qui provinciam rexerit, non tantùm codicillos amicorum, nec urbana conjuratione eblanditas preces, sed decreta colonorum, decreta civitatum allegat. Gell. *cap.* 13. *lib.* 11. Eblandita oratio.

Eboracum, ἰΕβόρακον Ptolemæo, Britanniæ civitas est, quam illi sua lingua vocant *Iork.*

Ĕborĕus, vide *Ebur.*

Ebosus, vide *Ebusus.*

¶ Ebrodunum, castrum in finibus Helvetiorum, vulgò *Iverdun*, in provincia Lugdunensi-quinta.¶

Ebrĭă, æ, vas vinarium est, inquit Sospater, atque inde Ebrius, & Ebriosus dicitur, sicut à negotio, negotiosus. Scribit autem ille per aspirationem, quam consuetudo repudiavit.

Ebrĭātŭs, a, um: ab Ebria, vase vinario: vel quasi è briâ, quæ vox itidem notat vas vinarium. Qui nimio potu mente alienatus est, tumulentus, vinolentus, vino languidus, vino obrutus. ¶ שכור *sehichehór.* μεθύων, μεθυσθείς, μεθύσος. Gall. *Yure. enyuré.* Ital. *Ebrio, ebriaco.* Germ. Trunckten/ voll weins. Hisp. *Embriago, borracho.* Angl. *Cuppe shotte, dronken.* ¶ Plaut. *Amph.* Homo hic ebrius est, ut opinor. De eo id dicitur, qui mera monstra narrat. Hujus antitheton est Sobrius, quasi sine ebrietate. Cic. *Papyrio Pato. lib.* 9. Habuisti enim in tua potestate ex quo vel ex sobrio, vel certè ex ebrio scire posses. Unde Non sobrius, pro ebrio sumitur. Martial.

——— *& non sobria verba fulminasti.*

Interdum ebrius ponitur pro pleno & abundanti. Plaut. Facite mihi cœna ut ebria sit, id est, abundans, & opiparè parata. Ubi obdormivit ebrius. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 3. Cum corona ebrium Pseudolum. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Ebrius? Unde homo ebrius? Idem *Most. sc.* 4. *a.* 1. Ebrio amanti quidvis impunè licet. Idem *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Insana, aut ebria hæc mulier. Idem *Men. sc.* 4. *a.* 1. Pater me offendet miserum adveniens ebrium. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 2. ¶ Ebrialana concha sanguine. Martial. *Epigr.* 154. *lib.* 14. ¶ Ebrius transfer è, ut ebrios ocellos, nempe amore, dixit Catullus.

Ebrĭōlŭs, diminutivum ab Ebrius. ¶ *μεθυσάριον.* Gall. *Yvrongnot.* Ital. *Alquanto imbriaco.* Germ. Zimlich truncken. Hisp. *Un poco embriago.* Angl. *A litle dronken.* ¶ Plaut. *Curc. sc.* 3, *a.* 2. Tristes atque ebriosi incedunt.

Ebrĭōsŭs, qui sæpe ebrius. ¶ שכור *sehichehór. οἰνόφλυξ.* Gall. *Yvrongnot, suivt au vin.* Ital. *Che spesso è briaco.* Germ. Ein trunckten holtz/ ein voller zapff. Hisp. *Borracho, que à menudo se embriaga.* Angl. *Much given to drunkennesse.* ¶ Cicer. *de Fato*, Hunc scribunt ipsius familiares & ebriosum, & mulierosum fuisse. Plin. *lib.* 30. *cap.* 14. Ebriosis ova noctu per triduum data in vino, tædium ejus adducunt. A quo ebriositas, propensio in ebrietatem, *οἰνοφλυγία.* Cic. 4. *Tusc.* Ut inter ebrietatem, & ebriositatem interest: aliúdque est esse amatorem, aliud amantem. ¶ Hujus contrarium est Sobriosus, sobrietatis affectator, quo usus est Cyprian. ¶ Inter ebrium & ebriosum hoc interest, quòd ebrius actum præsentem designet: ebriosus habitum & proclivitatem. Potest enim quis esse ebrius, qui naturâ tamen & consuetudine ab hoc vitio maximè abhorreat: & contrà ebriosus quis esse potest etiam tum, quum vini nihil gustaverit. Vide Senec. *epist.* 84.

Ebrĭĕtās, quam Cato dicebat nihil aliud esse, quàm insaniam voluntariam. ¶ שכרון *sehichehárón. μέθη.* Gall. *Enyvrement. yvresse.* Ital. *Ebrietà.* Germ. Trunckenheit. Hisp. *Embriaguez.* Angl. *Surfetting drunkennesse.* ¶ Plin. *lib.* 3. *cap.* 14. Ebrietatem arcet pecudum adus pulmo præsumptus. Ovid. 12. *Metam.*

——— *& ebrietas geminata libidine regnat.*

Ebrĭŏlo, as: Ebrium facio. ¶ *μεθύσκω.* Gall. *Enyvrer.* Ital. *Far ebrio, imbriacare.* Germ. Trincken machen. Hisp. *Embriagar à otro.* Angl. *To make drunken.* ¶ Labet. Ebriolati mentem hilarem accipiunt. Nonius.

Ebrĭōsŭs, a, um: antiquis, teste Nonio, in usu erat pro ebrio, vel inebriato. ¶ שכור *sehichehór.* השכור *hischchekir. μεθύων, μεθυσθείς.* ¶ Plaut. *in Aulul.* Homo ebriosus somno sanari solet. Ita enim legit Nonius. Alii tamen ibi *Ebrius* legendum contendunt, ut sit à verbo Ebrio, cujus compositum est Inebrio.

Ebrĭtās, *μεθύσκω.* Macrob. *comment. lib.* 1. *cap.* 12. Antequam materialis influxio in corpus venientes animos ebrietet.

Ebroc, ἰΕβρών, urbs in Canaanæa Judææ. Genesis Ebronus. Steph.

¶ Ebroicensis civitas, E. in Normannia, sub A. Rothomagensi, vulgò *Evreux.*

Ebora, *Ebora*, V. A. & Academia Lusitaniæ.

Eboracum, *Yorcke.* V. A. Angliæ. ¶

Ebrōn, ἰΕβρών, mons Palæstinorum, haud longè à Gaza Syriæ civitate.

Ebrus, vide *Hebrus.*

Ebucum dicimus, qui illam sentit animi tarditatem & stuporem, qui hallucinantibus plerunque usu venit, authoritate Festi Pomp.

Ebūdēs, insulæ sunt quinque numero in Oceano Britannico, angusto freto divisæ, quarum incolæ (ut scribit Solinus) lacte solum & piscibus vitam agunt. A Plinio *Hebudes* dicuntur: à Stephano *Αἰβοῦδαι*, diphthongo non aspirata.

Ebullĭo, is: Effervesco, & inter bulliendum effundor, sicut aqua quæ in aheno fervet. ¶ רתח *rittach. ἐκζεῖν, ἐκχεῖσθαι.* Gall. *Bouillir & verser dehors.* Ital. *Bollire.* Germ. Außwallen/ von sich giessen. Hisp. *Bullir mucho, à hervir.* Angl. *To bubble up.* ¶ Per metaphoram accipitur pro jactabundè aliquid ostento. Cicer. 5. *de fin.* Dixit Epicurus, semper beatum esse sapientem: quod quidem solet ebullire nonnunquam (id est, vi veritatis incitatus dicere.) Idem 5. *Tusc.* Qui si virtutes ebullire volent & sapientias, nihil aliud dicent, nisi eam viam, qua efficiantur hæ voluptates, quas suprà dixi. Id est, cum ostentatione & pompa effluere, & quasi pleno ore detonare, vel crepare. ¶ Hinc verbale, Ebullitio, id est, fervor, *ἀνάζεσις.*

Ebullo, as: vide in simplici *Sulto.*

Ebŭlum, sive Ebulus, frutex est sambuco foliis & baccis simillimus, in tantam tamen altitudinem non assurgens, neque arborescens. Græci Chamæacten appellant, quasi pumilam sambucum. ¶ *χαμαίακτη.* Gall. *Hieble.* Ital. *Ebulo.* Germ. Attichstaud. Hisp. *Yezgo, yerva mora.* Angl. *Dayne wort or walwort.* ¶ Virg. *in Silvis.*

*Sanguineis ebuli baccis.*

Columell. *lib.* 2. Sed citra hoc experimentum multa sunt, quæ & dulcem terram, & frumentis habilem significent: ut juncus & calamus, gramen, & trifolium, ebulum, rubi, pruni sylvestres, & alia complura. Idem,

——— *& rutilus ebuli crescit uvida bacca.*

Ebŭr, oris, Dens elephanti, quasi è barro: sic enim elephantum vocabant veteres, à barritu. ¶ פיל *schen. ἐλέφας.* Gall. *Yvoire.* Ital. *Avorio.* Germ. Helffenbein. Hisp. *Marfil, diente de elephante.* Angl. *Ivory.* ¶ Cic. 4. *Acad.* Non enim est è saxo fealptus, aut ebore dolatus. ¶ Ebur, pro vasis, aut aliis rebus ex ebore dolatis. Horat. *lib.* 2. *Ode* 18.

*Non ebur, neque aureum*
*Mea renidet in domo lacunar.*

Cic. 4. *Verr.* Ut omne ebur ex ædibus sacris deorum, denique simulachra quæ vellet, auferret. Ebur atramento candefacere, est genuinæ formæ cultum auferre, atque ornatum externum inducere, quo decus illud nativum obscuretur magis, quàm illustretur. Proinde sena Plautian *in Most. sc.* 3. *a.* 1. puellæ naturali forma præditæ, tamen cerussam ad oblinendas malas postulanti: Una, inquit, opera ebur atramento candefacere postules. Propterea quod omne lenocinium rebus naturâ pulchris, dehonestamentum affert, non venustatem. Hæc Erasmus ¶ Antiquis in usu fuit nominativus *ebor*, à quo remansit genitivus, eboris, & adjectivum Eboreus.

Ebŭrĕātŭs, a, um, quod est ex ebore. ¶ ἐλεφάντινος. Gall. *D'yvoire.* Ital. *D'avorio.* Germ. Helffenbeinin. Hisp. *Cosa de Marfil.* Angl. *Of ivory.* ¶ Plin. *lib.* 36. *cap.* 5. Iovem fecit eburneum in Metelli æde, qui campus pertur. ¶ Aut quod mistæ eboris album est: ut, Eburnea facies. Ovid. 3. *Metam.*

*Impubésque genæ, & eburnea colla, &c.*

Ebŭrnĕŏlus, diminutivum. ¶ ὁ μικρὸς ὀλίγος ἐλεφάντινος ὀστοῦς. Gall. *Marcheté, ou marqué de petits morceaux d'yvoire.* Ital. *Coperto d'avorio.* Germ. Das mit helffenbein verfaßt ist. Hisp. *Cubierto de marfil.* Angl. *Sett with litle pieces of ivory.* ¶ Cicer. 3. *de Orat.* Quem servum sibi habuit ille ad manum, cum eburneola solitus est canere fistula.

Ebŭrnus, a, um: Eburneus. ¶ Angl. *Of ivory.* ¶ Tibull.

*Hanc primùm tenero plectro modulatus eburno.*

Lucret. *lib* 2.

*Legitimaque faces, geniálibúsque accitus eburnis.*

Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

*Juvenile*

*Inventéque animos, quò curvus fallat eburnus.*
Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*
*——Eburnus*
*Tantalides.*

**Ebŭrātus**, a, um, quod extrinsecus ex ebore est, quod ebore est obductum. {ἐλεφάντινος. GALL. *Couvert ou enrichi d'yvoire.* ITAL. *Coperto d'avorio.* GERM. Mit helffenbein vberzogen. HISP. *Cosa cubierta de marfil.* ANGL. *Covered or made trimme with ivory.*} Plaut. *in Persa.* Lectos eburatos. Idem *in Aulul.* Clamores, impetia, eburata vehicula, pallas nihil motor.

**Ebŭrĕus**, a, um, ab antiquo nominativo *ebor* fit: sicut à marmor, marmoreus: eburneus verò, & eburnus, ab, Ebur. {ἐλεφάντινος. ANGL. *Made of ivory.*} Significant autem hæc tria, quod est ex solido ebore. Quintil. *lib.* 6. Quum in triumpho Cæsaris eborea oppida essent translata.

**Ebore elephantino** esse. Nam Latini & elephantum pro ebore, & elephantinum pro eboreo, non rarò usurpant apud Virgilium:

*——saltúque elephanto.*

Ubi Servius: *pro ebore posuit, Græcè dixit.* Item alio loco *elephantum* pro ebore dixit. Sic elephantinum pro eboreo, apud Martianum Capellam legas.

**Ebura**, ἴβυρα Ptolemæo, ἴβορα Stephano: oppidum est Hispaniæ Baticæ; cujus meminit & Plin. *lib.* 3. *cap.* 1.

**Eburones**, ἰβυρῶνες, populi Galliæ Belgicæ, qui per fraudem multos ex Cæsaris exercitu trucidarunt. Hodie *Leodienses*, à Leodio urbe, vulgò *Liege.* { GERM. Lüttichen.}

**Eburonices**, populi sunt inter Celtas Aulercis, Lexoviis, & Unellis, reliquisque maritimis civitatibus vicini.

**Eburum**, ἴβυρον Ptolemæo, Moraviæ oppidum est. Germani vocant Olmutz in Merhen.

**Ebūsus**, ἴβυσσος, vulgò *Ibiza.* Insula est in mari Balearico, altera Pytiusarum, nullum animal noxium gignens. Plin. *lib.* 3. *cap.* 5. Ebusi terra fugat serpentes, Colubrariæ parit: ideo infesta omnibus, nisi Ebusitanam terram inferentibus. Habet hæc insula oppidum ejusdem nominis, à Phœnicibus (ut putatur) conditum, aut certè à Pœnis, qui à Phœnicibus originem duxerunt. Silius *lib.* 3.

*Iamque Ebusus Phœnissa movet, iamque Arabus arma.*

‖ Ebuvit, exbuvit. Vide Bur. ‖

E C

‖ Ec, in compositione aliquando occurrit: ut eccubi, ecquis, ecquando. Videtur esse ab ἐκ, sicut ex *quidquid* facimus quicquid, ut *ecquis*, sit & quis. Sic sanè potius videtur quàm ab *en*, quod tamen etiam in *ec* transit, ut ecce. ‖

**Ecameda**, sive potiùs Hecameda, ἑκαμήδη, apud Homerum *lib.* 11. *Iliad.* nomen est filiæ Arsinoi, quæ capta Tenedo, Nestori in prædam cessit.

**Ecastŏr**, adverbium jurandi. Donatus, Ecastor, per Castorem & Pollucem, ornativa sunt jurandi, apta fœminis. Plaut. *in Amph.* Ecastor te experiar quanti facias uxorem tuam. Ecastor tu quidem inscita es. Idem *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Ecastor vapulabis. *Ibidem*, Jampridem Ecastor frigida non lavi magis libenter. *Ibidem*, Ecastor erras. *Ibid. sc.* 1. *a.* 5. Ecastor equidem. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 4. Ecastor haud invita fecero. *Ibid. sc.* 4. *a.* 2. Ecastor beneficiis tuis me florentem facis. *Ibidem*, Ecastor licet. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Idem *Milit. sc.* 4. *a.* 2. & *sc.* 5. *a.* 2. Terent. *in Andria*, Petecastor scitus puer natus est Pamphilo. Sunt qui per diphthongum malint scribere, quòd ex æde compositum putent, ut Æcastor dictum sit quasi per ædem Castoris. Hoc juramento (ut author est Macrobius) viri non utebantur, quemadmodum nec mulieres per Herculem jurabant: ædepol autem juramentum erat, tam mulieribus, quàm viris commune.

**Ecbăsis**, ἔκβασις, figura est quæ Latinè dici potest excursus, παρὰ τὸ ἐκβαίνειν, quod est egredi, sive exspatiari. Exemplum est apud Virg. *lib.* 1. *Georg.* quum describit tempestatem à rusticis præcavendam.

**Ecbatana**, ἐκβάτανα, numero plurali, metropolis est maioris Mediæ, à Seleuco condita, teste Plin. *lib.* 6. *cap.* 14. Strab. *lib.* 11. Media in duas partes divisa, quarum alteram majorem vocant, cujus metropolis fuit Ecbatana civitas, & Medici imperii caput: nunc etiam Parthi Regia utuntur. Hujus urbis meminit & Cic. *in Oratione pro Lege Manilia*, de Mithridate loquens. Usque in Hispaniam (inquit) Ecbatanis legatos misit ad eos duces quibuscum tum bellum gerebamus. ¶ Fuit & in ora Syriæ ejusdem nominis oppidum in monte situm, postea Carmelum appellatum: cujus meminit Plin. *lib.* 5. *cap.* 19.

‖ Ecbolas, adis, ficus faciens abortum: ab ἐκβάλλω, ejicio. ‖

**Ecbŏlia**, orum, ἐκβόλια, sive Ecbolinæ, arum, sive Ecbolades, medicamenta sunt quibus Medici utuntur abigendis infantibus in utero enecatis, quæ & phthoria dicuntur. Latinè dici possunt ejectoria, vel ejectrices medicinæ. Ex Budæo.

**Ecca**, est pronomen demonstrativum, fœm. generis. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 1. *in fine*, Hercle ab se ecca exit: id est, Certè ecce ea à domo sua exit. Vide *Eccum* infrà.

**Eccĕ**, adverbium, rem improvisam subitámque demonstrans. {הנה *hinnéh Vel.* GALL. *Voicy, voilà, soudainement, tout soudain.* ITAL. *Ecco.* GERM. Sihe/schaw zuvnim vor. HISP. *Mira à ata, he vi agui.* ANGL. *Behold.* Virg. 1. *Æneid.*

*Ecce autem geminî à Tenedo, tranquilla per alta, &c.*

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Trist.*

*Ecce canit formas alius, jactúsque pilarum.*

Idem *initio Eleg.* 13. *lib.* 3. *Trist.*

*Ecce natalis adest.*

Idem 13. *Metam.*

*Ecce Iovis monitu deceptum imagine somni*
*Rex jubet incepti curam dimittere belli.*

Plaut. *Most. sc. Habes.* Sed ecce quæ ille ait. Idem *Men. sc.* 5. *a.* 5. Egomet hæc te vidi facere: Egomet ecce te arguo. *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Ecce Apollo mihi imperat, ut ei oculos exuram. Ecce Apollo me jubet. *Ibid.* Ecce autem litigium. *Ibid.* Ecce omitto. Idem *Milit. sc.* 5. *a.* 2. Audin' etiam. L. Ecce (id est, audio, adsum.) Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Ecce autem bibit arcus: pluet. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Ecce me tibi sisto (verba vadimonii.) Scribit Asconius etiam hoc propriam esse Ciceronis, ut in rebus improvisis hac particula utatur: ut *in Oratione pro Cluentio*, Ecce tibi ejusmodi sortitio, ut in primis de Bulbo esset judicandum. Idem 6. *Verr.* Ecce tibi non turba, atque rixa. Idem *in Pisonem*, Ecce tibi alter effusa, &c. ¶ Nonnunquam etiam in rebus lætis hac particula utimur. Ovid. 3. *Amor.*

*Ecce Corinna venit.*

Modò nominativum, modò accusativum assumit. Cicer. *ad Attic. lib.* 1. Ecce alix deliciæ Equitum. Idem 2. *de finib.* Ecce miserum hominem, si dolor summum malum est.

**Ecciſtam**, pro ecce istam. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 3. Certè ecciſtam video.

**Eccillam**. Plaut. *Aulul. sc.* 3. *act.* 4. Eccillam filiam domi: id est, ecce illam.

**Eccŭbi**, ἔνου, per duplex cc, & componitur ex *ecce*, & *ubi*, idémque significat quod Nuncubi.

**Eccum**, eccam, eccos, eccas, adverbia sunt demonstrandi, quæ nonnulli voluerunt idem significare, quod Ecce eum, eam, eos, eas: quos Laurentius reprehendit eo argumento, quod non semel apud Comicos legamus subjectum accusativum, ut Eccum me, Eccum Parmenonem: ubi certè non possumus interpretari, Ecce eum me! aut, Ecce eum Parmenonem. Melius itaque Vallam sequemur, qui harum dictionum significationem per adverbia interpretatur: ut Eccum, sit idem quod Ecce hic, intellige virum de quo agebamus. Eccam, ecce hic, subintellige fœminam de qua agebamus. Ellum, ecce illic, scilicet virum, resolvendo per adverbia, non per nomina. Ex his itaque non obscurum est, quid discriminis sit inter Eccum, & Ellum, quod scilicet Eccum demonstrat hominem, qui non procul abest à loco in quo sumus: ut Eccum Parmenonem, hoc est, Ecce hîc Parmenonem: contrà Ellum, eum qui longiùs abest. Plaut. *Men. sc.* 4. *a.* 5. Eccum ipsum hominem. Sed eccum video. *Ibid. sc.* 1. *a.* 5. Eccum quem quærebam. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Eccam, quam coronam habuit. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 4. Eccum hunc in vidulo salvum fero. *Ibid. sc.* 2. *a.* 2. Eccum affinem meum. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 5. Sed eccum Menæchmum video. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 1. Nam pater meus intus navem est. Idem *Amph. prol.* Atque Eccum incedit. Item *Men. sc.* 2. *a.* 5. Eccum qui me certam faciat. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Sed eccum video verberêa staruum. *Ibid. sc.* 1. *a.* 4. Herus eccum recipit. *Ibid. sc.* 4. *a.* 2. Venit eccum Callidorus. *Ibid. sc.* 3. *a.* 2. Eccam scis filium tibicinam amare? *Ibid. sc.* 5. *a.* 1. Philocomasium eccam domi. Idem *Mil. sc.* 3. *a.* 2. & *sc.* 6. *a.* 2. Eccum lenonem incedit thesaurum meum. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 3. ¶ Ab se ecca exit. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 1. Ubi ea est? Eccam, in ara cubat. Idem. *Ps. sc.* 1. *a.* 1. ¶ Tres eccos numos habes? *Ibid. sc.* 4. *a.* 2. Eccos prædæ participes petunt. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Nam eccum hic adolescentem captivum habeo. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Atque eccam illecebra exit. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 1. Ubi est? Eccum illum. Idem *Amph. sc.* 3. *a.* 4. Eccam eam ipsam ante ædes video. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 5. *&c.* Ubi tu es? A. Eccum (id est, ecce me.) Idem *Mil. sc.* 1. *a.* 2. Hem tibi pateram? Eccam. Idem *Amph. sc.* 3. *a.* 2.

**Ecce re**, pro omnia & summatim tibi narravi. Plaut. *Men. sc. ult. a.* 2. Prandi in navi, inde egressus huc, te convenî. Ecce re, &c. Ita legit & exposuit Passerat. Alii ecere, id est, per ædem Cereris. Alii ecere, uno verbo. Alii ecce rem.

**Eccĕrĕ**, jus jurandum, ac si jures per Cererem, νὴ τὴν Δήμητρα: ut, Ecastor, Ædepol. Alii Eccere accipiunt pro Ecce. Plaut. *in Amph.* Eccere: jam tu autem facis, ut tuis nulla apud te sit fides. Idem *Mil. sc.* 2. *a.* 2. Eccere autem capite nutat.

**Ecclēsĭa**: Cœtus, concilium, concio, congregatio. {קהל *kehdh*, קהלה *kahál*. ἐκκλησία. GALL. *Assemblée.* ITAL. *Adunanza.* GERM. Ein versamlung/ gemeine kirch. HISP. *Ajuntamiento.* ANGL. *A congregation, or assemble.*} Inde fidelium omnium, qui per orbem sparsi sunt, universitas, à Christianis Ecclesia dicitur. Sic dicimus Christum esse caput Ecclesiæ, Athenis hoc nomine vocabant conventum civium, qui Reipub. causa conveniebant: nam quum ad spectaculum aliquod populus ex agro vocabatur, ἀγορὰ proprie dicebatur. ¶ Ecclesia apud veteres Poëtas primam corripit, contra Gentiles Poëtas. Inde Paulinus *lib.* 1. de Martino,

*——Mater Ecclesia templis.*

Et infrà *lib.* 4.

*——Claudebat Ecclesia plebem.*

Et *in Natali* 4. *Felicis.*

*Cùm pia sacrilego quateretur Ecclesia bello.*

Malè enim corrigunt *quateretur regula bello.* Tertull. *lib.* 3. *adversùs Marcionem*,

*Esse caput Christum, sunt cujus Ecclesia membra.*

‖ Ecclesiarcha, ἐκκλησιάρχης, Ecclesiæ præfectus: ab ἄρχω, principatus. ‖

**Ecclēsiastēs**. {קהלת *kohdleth*. ἐκκλησιαστὴς. GALL. *Prescheur*, *Predicateur.* ITAL. *Predicatore.* GERM. Ein prediger so einer gemeinb vorstehet. HISP. *Predicador.* ANGL. *A preacher.*} Concionator: λέγει τὸ ἐκκλησιάζειν, quod est concionem habere, vel ad concionem convocare.

‖ Ecclesiasticus, a, um, pertinens ad Ecclesiasten. ‖

‖ Eccum: vide *Ecce.* ‖

‖ Eccyclema, machina lignea in theatro, quâ circumactâ ostendebatur spectatoribus quicquid in scena secreti ageretur. Poll. ‖

**Ecdĭcus**. {ἔκδικος. GALL. *Advocat, Defendeur, Procureur de ville.* ITAL. *Defensore, vendicatore.* GERM. Ein schirmer. HISP. *Defensor, vengador.* ANGL. *An advocat in defending à commune cause of societie.*} Latinè defensor, vel vindex. Erant autem Ecdici, teste Budæo, in municipiis, qui Romæ Tribuni plebis causam adversùs injuriam optimatum tuebantur. Cicero *ad Thermum lib.* 13. *Epist. fam.* Dixerat mihi Euthydemus, quum Ephesi essem, se curaturum ut Ecdici Milesii Romam mitterentur: id factum non est, Legatos audio missos esse: sed malo Ecdicos, ut aliquid conficî

Eclogus, ἔκλογος, est narratio, recisio, quia ἐκλέγω etiam est eloquor, exigo.

Ecnephias, ἐκνεφίας, procellæ genus. Plin. *lib.* 2. *cap.* 48. quæ ex ficea nubis discissione erumpit, hoc est, sine pluviis: nam quæ cum imbribus nubes frangunt, Exhydriæ vocantur.

Eco: vide *Ego*.

Econ: vide *Icon*.

Ecolismensis. E. in Gallia, vel Engolismensis, *Engolesme*, vel *Angolesme*. Eculisma, Ausonio: Eculisma, sive Eccolisma aliis. *Engolesme*. V. E. sub A. Burdigalensi.

Econes, sacerdotes rustici. Lege *Egones*.

Econtrà, & Econtrátiò: vide è præpositionem, ubi Cic. & Quintil.

Ecphrasis, ἔκφρασις, est mera putaque rei gestæ enarratio: λέγω δ' ἐκφράσιν, quod est exprimere, clarè & evidenter explicare. { Angl. *The plane declaration of a thing*. } Hesychius, λόγος ἐκφραστικὸς, hoc est, sermonem evidentem interpretatur.

Ecquándo: Nunquando, vel an aliquando. {Ind *matál. ẽ nów*. Gall. *Mais quand? & quand?* Ital. *Quando mai? Germ. Vnd wann? Hisp. Por ventura vn ningun tiempo? Angl. But when.* } Cicer. *de lege Agrar.* Quæro à populum tribuno plebis, ecquando nisi per triginta tribus creati sint? Velleius: Ecquandóne civem similem habebit Respublica.

Ecquis: Nunquis. {*ẽnt. Qui donc? & qui donc?* Ital. *Ichi? Hisp. Por ventura alguno? Angl. Whether?* } Ecquis dicitur, pro Enquis. Prisc. *lib.* 1. Exen, pro ecce, & quis: ubi n, ratione q sequentis, mutatur in c. Ex quo ostenditur eandem vim habere c, & q. Terent. *in Eunuch.* Ecquid nos amas de fidicina isthac? id est, nónne me amas propter fidicinam? Ovid. *lib.* 2. *Fast.*

*Ecquid in officio rerum est socialis? & ecquid*
*Conjugibus nostris mutua cura sumus?*

Plaut. *Most. sc.* 4. *a.* 1. Ecquid videor mammam adire. Item, Ecquis homo est qui cupiat facere aliquantum lucri. *Ibid. sc.* 1. *a.* 2. Ecquid sentis? Idem *Men. sc.* 5. *a.* 5. Ecquid possis facere conjecturam? pro Annon. *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. Ecquid audes de tuo addere? *Ibidem*, Ecqua pars inest in hac præda mihi. *Ibid.* Ecquid argutus est? Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Ecquis hic est. Idem *Mostel. sc.* 4. *a.* 1. Heus, ecquis hic est janitor? Idem *Men. sc.* 2. *a.* 4. Insit me percontarier, ecquem noverim Demænetum. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Heus tu ecquid audis? Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 1. Ecquid est salutis. *Ibid. sc.* 3. *a.* 3. Ecquis audet mihi supperias ferre. Idem *Men. sc.* 6. *a.* 5. Cœpi observare, ecquid majorem mihi honorem haberet. Idem *prologo Aul.* Rogo ecquis omnium noverit Philtochratem? *Ibidem sc.* 1. *a.* 3. Ecquid lubet? Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Ecquis est qui mihi commoostret Phædromum? *Ibidem sc.* 3. *a.* 2. Rogat ecquem Lyconem noverim. *Ibidem*, & *Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Ecquid das? C. Malum. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 4. Ecquid meministi? A. Memini. Idem *Mil. sc.* 1. *a.* 1. Ecquam scis filium tibicinam meum amare? Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. (bis.) Heus ecquis istas aperit fores. Idem *Mostell. sc.* 2. *a.* 2. Ecquis mihi aperit ostium. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4.

*Ecquid in officio rerum est socialis? & ecquid*
*Conjugibus nostris mutua cura sumus?*

Ovid. 2. *Fast.*

——*Hæc gressum ecqua puella tulit?* {percontantis.}

Idem 4. *Fast.* ¶ Ecquid ut initio? Idem *Eleg.* 2. *lib.* 5. *Trist.* Item, Ecquid aliena fabulor? pro Quid.

Ecquisnam, pro eodem. Cicer. *in Topicis*, Ecquidnam honestum sit, ecquid æquum revera, an tantùm opinione sint. Idem 4. *de fin.* Ecquænam fieri possit accessio?

Ectasis. { תרדמה *tardemáh*, חפה *chaphéz*. חנעה *behatéph*. Ignavus. Gall. *Estonnement tel qu'on ne se sent point de ce qu'on fait, pâmoison, extase*. Ital. *Stupore*. Germ. Erstummung / entwendung / oder verzuckung deß gemüts. Hisp. *Pasmo ò espanto*. Angl. *A great astonishment, aswoning*. } Latinè stupor, sive mentis emotio ex re aliqua repentè oblata: ut quum subitum amici conspectum prorsus obstupescimus. Dionysius sic vocat abstractionem mentis à corpore ad contemplanda cœlestia, quæ etiam ἀναγωγὴ dicitur. Quidam definiunt ἐκστάσεως ὁρισμὸν, teste Galeno *de definitionibus medicis*, hoc est, insaniam non diu perseverantem. Dicta est autem ecstasis, ἀπὸ τῆς ἵστημι, quòd qui hanc patitur, extra seipsum quodammodo constituatur sit. ¶ Hinc

Ecstatici, ἐκστατικοὶ, dicuntur qui ecstasi correpti sunt, quos mente commotos vocat Plin.

Ectasis, ἔκτασις, dici potest productio. Figura est, qua syllaba naturaliter correpta, producitur: ab ἐκτείνω, extendo, produco: ut,

*Italiam fato profugus.*

Ubi prima syllaba in dictione Italiam, quæ naturâ brevis est, metri necessitate producitur.

Ecthlipsis, ἐκθλῖψις. Latinè elisionem, vel exclusionem sonat: ἀπὸ τοῦ ἐκθλίβω, quod est elidere, vel excludere. Hoc autem nomine peculiariter vocant Grammatici elisionem m literæ finalis, quæ subsequente vocali in carmine ferè semper absumitur.

Ecthymæ, ἐκθύματα, papulæ per cutem erumpentes: sic dictæ ἀπὸ τοῦ θύω, quod significat ἐξορμῶ, h. e. cum impetu ferri & erumpere.

Ecthrælli, ἐκθρόλλω. Horrentes, & aversati communem & usitatum naturæ modum. Apud Hermogenem ἐκθρύλλειν interpretantur, οἱ ἀποπεφυρμένοι καὶ ἰδίως, οἱ ὑπολελυμένοι φόβῳ: quasi dixeris exorbitantia. In qua significatione etiam Plinius accepit *lib.* 7. *cap.* 16.

Ecthróma. Quid hoc nomine scriptores Ecclesiastici significent, indicat Hieronymus *in Amos, com.* 1. cùm ait, Valentinum hæreticum, ex monibus suis extremum, hoc est, exigesimum, Christum vocare Ecthroma, hoc est, abortivum. Utitur hac voce Tertul. *de Præscr. adversùs hæret.*

Ectrope, ἐκτροπὴ, diverticulum, ab ἐκτρέπω, diverto, deflecto.

Ectropium, sive Ectropia, ὁ ἐκτρόπιον, ἡ ἐκτροπία, dicitur divisio palpebrarum, quum scilicet inferior palpebra non satis sursum attollitur, sed pendens hiat, nec cum superiore connititur: Lagophthalmos verò, quum superior palpebra non descendit. Cels. *lib.* 7. *cap.* 7.

Ectyloticum, medicamentum, seu unguentum, quo calli extenuantur. ἔκτυλόω, est Callo libero. τύλος callus.

Ectypa, ἔκτυπα, dicuntur opera quæ ex ipsis typis formata sint. Gall. *matrices*. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10. Hæ sunt gemmæ quæ ad ectypas scalpturas aptantur.

Ecúleus, *instrumentum*. Vide *Equuleus*.

Ecvola, sunt rejecta quædam, & quorum nullus est usus, ab ἐκβολὴ, quod est ejectio, sive expulsio. Porrò *ecbola* facilior est pronuntiatio: sed quia β, Græcum geritur vicem v, ut apparet in βίος, qui *vivus* est, ideo in S. Augustino scribitur *ecvola*.

E D

Eda, basterna: vehiculi itinerarii genus. Aliis *Exeda*. Gloss. Isid.

Edax, Edacitas: vide *Edo, es*.

Eddana ἴδδανα. Urbs est ad Euphratem, à Phœnicibus habitata: ita dicta ab Eddano. Steph.

Edecimatus: Edecimata, electa. Fest. quasi Edecimate, sit decimum quodque è pluribus eligere.

Edenburgum, *Edenburg*. Regni Scotiæ Metropolis, ac regia, itemque Senatus sedes.

Idantārē, edentulum facere excussis dentibus. {ἀνδοντόω. Gall. *Edenter*. Ital. *Sdentare*. Germ. Zanloß machen. Hisp. *Desdentar, quitar ò sacar los dientes*. Angl. *To make toothlesse*. } Plaut. *in Rud.* Nimis velim improbissimo homini malas edentaverint.

Edentārus: Dentibus privatus. {ἀνόδοντος. Gall. *Edenté*. Ital. *Sdentato*. Germ. Zanloß / der keine zän hatt. Hisp. *Desdentado*. Angl. *Which hath lost the teeth, toothlesse*. }

Edentŭlus, qui sine dentibus est. { *vedic*. Gall. *Edenté, sans dents*. Ital. *Senza denti*. Germ. Zanloß. Hisp. *Sin dientes*. Angl. *Toothlesse*. } Plaut. *in Cas.* Propter operam illius improbi edentuli. Idem *Menæch. sc.* 2. *a.* 5. Leonem vetulum, edentulum. Idem *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Vetulæ edentulæ, &c.

Edera, vide *Hedera*.

Edessa, Ἔδεσσα. Civitas est Mesopotamiæ, sive (ut Plinius maluit) Syriæ Cœles, olim Rages dicta, teste Hieronym. *de traditionib. Hebraicis*. In hac Abagarus Toparchus regnavit, cujus extat ad Christum epistola, & Christi ad eundem responsio: ut videre est apud Eusebium *in hist. Eccles. lib.* 1. Hæc olim etiam Bambyce dicta est. Strabo, Trans Euphratem est Bambyce, quam & Edessam, & Hierapolim vocant: in qua Atergatim Syriam deam colunt.

Edessæi, Ἐδεσσαῖοι, Ἐδεσσηνοὶ, dicti sunt Edessæ cives.

Edi, ἴδαι, populi Scythiæ. Steph.

Edico, is, edixi, edictum: Denuntio propriè ut quid fiat, aut non fiat: & est propriè magistratuum. Halicarn. *lib.* 5. τὰ γὰρ ὑπ' ἐκείνων ἐπὶ τοῖς ἀρχομένοις ἢ ἀπαγορευόμενα ἢ ἐπιτασσόμενα, ἰδίᾳ οἱ ῥωμαῖοι καλοῦσιν. Præcepta enim ac præscripta rerum justarum atque injustarum, Edicta Romani appellant. Ex Hottomano. { צוה *tsiváh*, דבר *dibbér*, אהב *amár*. κελεύω. Gall. *Ordonner, commander*. Ital. *Commandare, ordinare*. Germ. Auffträgen / ein mandat lassen außgehn. Hisp. *Proponer edicto, mandar como señor ò juez*. Angl. *To command or publishe by nogling upof a writing or commenerietto make knowe, to denounce*. } Edicere mulctam. Liv. *ab Urb.* Ne quisquam credat nummum, edicam omnibus. Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Edico omnibus, quemque videritis, hunc deturbatote in via (sunt verba heri.) Idem *Stil. sc.* 2. *a.* 2. Priùs edico, ne quis capiat, continete vos domi. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Hetus edixit mihi, ut dispartirem hoc opsonium. Idem *Aul. sc.* 2. *a.* 2. Tu, quitmecum es, edico tibi. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. ¶ Item edicere, pro denunciare, sive præmonere. *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. Omnibus amicis & notis edico ut caveant. Gell. *cap.* 27. *lib.* 15. Edicere concilium & concilia. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Quoties tandem edixi tibi ut neuter ireris ad me cum querimonia. Item Sueton. *in August. cap.* 44. Edixit, non placere. Idem *in Calig. cap.* 26. Edicere die natali. Plaut. *in Truculi.* Edico priùs, ne duplices habeatis linguas, ne ego bilingues vos necem. Terent. *in Hecyra*, Ibo intrò, atque edicam servis ne quoquam efferre finant. Cicer. 2. *de finibus bonorum*, Est etiam tibi edicendum quæ sis observaturus in jure dicendo. Unde & Edicere diem ad conveniendum, Edicere conventum, Edicere militibus prædam, apud Liv. *lib.* 8. *ab urb. & alibi.* ¶ Ponitur pro Dicere. Plaut. *Trin.* Sanus si videar, edicam. ¶ Edictus Senatus Id. Mart. Cutiam Pompeii. Suet. *in Cæs. cap.* 80.

Edicto, as, are: Eloquor, enuntio: frequentativum est ab edico, quod interdum pro simplici accipi, suprà ostendimus. { אמר *tsiváh*, דבר *dibbér*. אכר *amár*. λαλέω. Gall. *Dire, publier*. Ital. *Dire, parlare*. Germ. Außtrôndigen. Hisp. *Dezir, hablar*. Angl. *To publishe, to ordine and commande*. { Plaut. *in Epid.* Atque amorum summam edictavi tibi. Idem *in Amph.* Tute edictas fata tua. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 4. Edictavi illi omnia, quando non vis ipse profiteri.

Edicti, quæ sunt Consulum, Prætorum, & Ædilium literæ, quibus aliquid imperatur. {דבר *dath*. מצוה *mitsvá*. ἐπιτάγματα, ἀναγράμματα, ἀλαζονεύματα. Gall. *Edits, Ordonnances, commandements*. Ital. *Ordenanze, commandamenti del principe ò magistrato*. Germ. Ein mandat oder ordnung / so ein obrikeit offentlich lassen außgehn. Hisp. *Los edictos que propone el juez*. Angl. *Edictes, commandementes, proclamations*. Cic. *pro Quintio*, Quod prætor non fieri, sed ex edicto suo fieri jubet. Edicti formulam vide apud Sueton. *in August. cap.* 28. Ita mihi salvam ac sospitem Rempublicam, &c. Per edictum notos libros facere. Idem *Ibid. cap.* 89. ¶ Edicti translatitii verba. Gell. *cap.* 18. *lib.* 3. ¶ Edicti Ædilium Curulium verba. Idem *cap.* 2. *lib.* 4. ¶ Edicti Censorii verba. Idem Gell. *cap.* 11. *lib.* 15. Imperium tuum demutat atque edictum Apollinis. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 1. Edicto exprobrare turpitudinem & impudentiam. Sueton. *in August. cap.* 42. ¶ Est etiam edictum privati hominis. Terent. *Heaut.* Primùm hoc te oro, ne quid credas me adversùs edictum tuum facere esse ausum.

Edictio, is: Edictum, mandatum, imperium. ἐπίταγμα. Plaut.

Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 4. Basilicas edictiones atque imperiosas habet. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Nisi hanc edictionem animadvortitis. Idem *ibid.* Vobis hanc habeo edictionem.

**Edictālēs** dicebantur, qui annum unum in legum studio versati, alterum etiam adjungebant: ducta scilicet appellatione ab edicto, cui cognoscendo tum operam dabant.

**Edictālis**, e, quod ex edicto fit, ut edictales bonorum possessiones dicebantur, quæ ex Prætoris edicto sine causæ cognitione de plano dabantur, *l.* 1. *D. si tab. testam. nul.* 30. *D. de acq. hared.*

**Ēdilis**, e: Vide *Edo*, es.

**Ēdisco**, is: Memoriæ complector, memoriæ mando. { למד *lamádh*, אלף *aláph*. μαθεῖν ἐκμανθάνειν τῇ μνήμῃ. Gall. *Apprendre par cœur.* Ital. *Imparare à mente.* Germ. Auswendig lehrnen. Hisp. *Deprender de memoria.* Angl. *To learne perfectlie.* } Cic. 2. *Tusc.* Ita sunt deinde dulces, ut non legantur modò, sed etiam edisceantur. Virg. 6. *Eclog.*

*Audit Eurotæ, jussique edisceve lauros.*

Plaut. *Aul. sc.* 1. *a.* 4. servus hetile impetrium edisçat.

**Edisscendūs** ad verbum libellus. Cic. 4. *Acad.*

**Ēdissĕro**, is: Explano, declaro. { פרש *paráscha*, בהר *bahár*. διήγημα, ἢ διήγησις ἐκθέσιμος, ἐκδοχή. Gall. *Declarer & bailler à entendre.* Ital. *Dichiarare.* Germ. Auslegen, erläutern. Hisp. *Declarar lo escura.* Angl. *To declaire, to mak plane, and rehearse.* } Pacuvius, Edissere fabulam hanc. Virg. *lib.* 8. *Æneid.*

——— *mihique edissere vera roganti.*

Plaut. *in Capt.* Jam animadvorte, hæc mihi, quæ dicam, edissere. Cicer. *de clar. Orat.* Quis docendo, edisserendóque subtilior.

**Edissĕrto**, as: frequentativum. ἐπαναδιήγησις, πολλὰ ἢ πολλὰ διήγημα. Plaut. *in Amph.* Ordine omne, ut quicquid actum est, dum apud hostes sedimus, edissertavit. Gell. *lib.* 1. *cap.* ult. Sæpe eum de malo itacundiæ edissertavisse.

**Edĭtĭcĭus**, Editus: vide *Edo*, is.

**Editi**, Ptolemæo insula est juxta Orientalem plagam Hiberniæ, Andros Plinio dicta.

**Ēdo**, es, est, edi, esum, vel ēstum: vel Edo, edis, ab ἔδω, significat vescor. { אכל *achál*. ἔδειν, πάσσειν. Gall. *Manger.* Ital. *Mangiare.* Germ. Essen. Hisp. *Comer.* Angl. *To eate, to chew meate.* } Bibe, es, fuge (pro ede.) Plaut. *in Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Volo esse (pro edere.) Idem *Cure sc.* 3. *a.* 2. ¶ nuce qui vult esse nucleum, frangit nucem. *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. Non placet me hoc nostis esse. Idem *Amph.* Purpureum, an luteum panem esse soleam (id est, edere.) Idem *Menach. sc.* 5. *a.* 5. Miserrimus, qui cùm esse cupit, quod edat non habet. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 3. Scis benè esse, si sit unde. *Ibid. sc.* 1. *a.* 4. Si pauxillum potes contentus esse (id est, edere, ambiguè.) Item, Biberent quando esse nollent. Sueton. *in Tib. cap.* 2. Es, pota. Plaut. *Mostell. sc.* 1. *a.* 1. Bibite, pergræcamini, est. *Ibidem.* Item, Mensam quando edo, detergeo. Idem *Menach. sc.* 1. *a.* 1. Dum talem me facies, assiduè edes (de parasito.) Idem *Milit sc.* 1. *a.* 4. ¶ Edim, is, it. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 4. Quod edit tam dudum, quàm perdium (id est, edat.) Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 3. Miser qui quod edit quæritur (pro edat.) Miserrimus qui cùm esse cupit, quod edit, non habet (id est, edat.) *Ibid.* Virg. 4. *Æneid.*

——— *est mollis flamma medullis.*

Cic. *ad Attic. lib.* 13. Itaque & edit, & bibit ἀδήμων, & jucundè, opiparè, sanè, & apparatè. Infinitivum facit dupliciter. Esse, ab Edo, es: Edere, ab edo, edis. Cic. 2. *de Orat.* Quem quum Catulus nuper audisset, fœnum alios aiebat esse oportere. ¶ Quandoque edo significat Consumo. Horat. *lib.* 1. *Epist.*

*Qua ludunt teneros, festinus demere: si quod*
*Est animum, differs curandi tempus in annum.*

¶ Hujus composita, Adedo, Ambedo, Comedo, Exedo, Obedo, Peredo, & Superedo, de quibus vide suis locis. ¶ Frequentativum ejus est Ēsito, desiderativum Ēsurio.

**Ēdendūs**, participium. { Angl. *To be eaten.* } Cic. *de Amic.* Multos modios salis simul edendos esse, ut amicitiæ munus expletum sit.

‖ Edones, bibones, edaces, bibaces. Varro. ‖

**Ēdor**, eris, estus, præteritum Esus sum. Plin. *lib.* 20. *cap.* 9. Et in Ægypto propter ejus amaritudinem non ēstur. ¶ Ēstur, impersonale. Plaut. *Most.* Jam ista quidem absumpta res erit, quando dies nocteſque ēstur, bibitur. Item Ovid. 1. *de Pont.*

*Ēstur ut à scabra positum rubigine ferrum.*

**Ēsito**, seu Ēsito, as. frequentativum est à supino Ēsum formatum. { φαγεῖν, ἐσθίειν. Gall. *Manger pour & souvent, manger en plusieurs fois.* Ital. *Mangiare spesso.* Germ. Dapffer essen, offt essen. Hisp. *Comer à menudo.* Angl. *To eate often.* } Gell. *lib.* 4. *cap.* 11. Pythagoram Philosophum non ēsitavisse ex animalibus. *Ibid.* Videtur autem de cyamo non ēsitato causam erroris fuisse. Cato *de re rustica, cap.* 157. Lorium conservato ejus qui brassicam ēsitaverit. Gell. *cap.* 7. *lib.* 11. Ēsitare panem.

**Ēsax**, adjectivum, idem quod vorax. { זולל *zolél. ἀδηφάγος*. Gall. *Grand mangeur, gourmand.* Ital. *Ingordo, mangiatore.* Germ. Fräßig. Hisp. *Mucho comedor y golfador, tragon.* Angl. *A great eater, a glutton.* } Cic. *pro Flacc.* E lax hospes. Terent. *in Phorm.* Alere nolunt hominem edacem. Senec. *cap.* 3. *al.* 28. *de consol. ad Polyb.* Edax invidia. Ovid. *Eleg.* 5 *lib.* 1. *Trist.*

*Aut ut edax vultur.*

¶ Edax currus, qui multùm unguinis, sive ceromatis absumit. Et Edaces triremes, quòd magnis constent impendiis. *Tempus edax rerum*, quòd omnia spatio longitudine atterat & consumat.

**Ēstrix**, icis, ab Edo, es, est. { זוללת *zolelah*. ἐδηφάγος, ἐσθίουσα, ἀδηφαγοῦσα. Gall. *Mangeresse, grande mangeuse, gourmande.* Ital. *Mangiatrice.* Germ. Fräßerin, schlemmerin. Hisp. *Comedora.* Angl. *She that eateth much.* } Plaut. *Cas.* Ego novi aubas illas ēstrices, corbitam, ubi comesse possunt.

**Ēdŭlĭa**, pro ingluvie, & voracitate. { ἀδηφαγία. Gall. *Gourmandise, quand on mange beaucoup & avidement.* Ital. *Mangiare francio.* Germ. Essigkeit, oder frässerey. Hisp. *La gargantezza, obra de gastar.* Angl. *A greedy eating.* } Plautus *in Persa*, Neque edacitate eos quisquam poterat vincere. Cicer. *ad Quint. Fratr.* Edacitatem pueri pertimesco.

‖ Edŭli, voratores, degulantes. Gl. Isid. ‖

**Ēsŭrĭo**, is, ēsurivi, itum, ire: Cibum appeto, fame premor. { רעב *rabés*. πεῖν, ἢ: βιβρώσκω, ἢ. Gall. *Avoir faim, desirer de manger.* Ital. *Haver fame.* Germ. Hungern. Hisp. *Aver gana de comer.* Angl. *To be hungrie.* } Est autem absolutum, quanquam & cum accusativo inveniatur. Plaut. *in Curcul. sc.* 1. *a.* 3. Qui homo maturè quæ sivit pecuniam, nisi eam maturè parsit, maturè ēsurit. Jup. Ēsurio. S. Here ito ēsurit, ego satur pugnis ad te volito. Idem *Amphitr.* Item, H. Ēsurire mihi videre. E. Mihi ēsurio, non tibi. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Quando ēsurio, tum erepant (intestina.) Idem *Menach. sc.* 3. *a.* 3. Terent. *in Heaut.* Modò liceat vivere, est spes. Gl. Quæ? s. Nos ēsuros satis. Cæl. *Cic.* Vestras copias non novi: nostri valde depugnate, & facilè algere, & ēsurire consueverunt.

**Ēsurior**, pass. Ovid. 1. *de Ponto, eleg.* 11.

*Quod mare, quod tellus, appone quod educat aër:*
*Nil ibi quod nobis ēsuriatur erit.*

**Ēsurĭens**, Particip. Ovid. *lib.* 2. *de remed. amoris.*

*Non facilè ēsurienti posita retinebere mensa.*

**Ēsurĭens** dominus, pro Avaro. Horat. 2. *Serm. sat.* 3.

——— *neque illinc*
*Audeat ēsuriens dominus contingere granum.*

**Ēsurĭens** lupus, vide *Lupus.*

**Esŭrĭālĭa** feriæ dicuntur à Plauto *in Capt.* quibus ab edendo feriamur. Neque jejuniotiorem (inquit) neque magis effractum fame vidi, &c. Ita venter, guttúsque sedent ēsuriales ferias.

**Esŭrĭo**, nis, qui ēsurit. { רעב *rabés*. πεινάω. Gall. *Affamé, qui a grand' faim.* Ital. *Chi a fame.* Germ. Ein hungeriger. Hisp. *Hambriento à ganoso de comer.* Angl. *To that is hungrie.* } Plaut. *in Persa.* O Saturnio! opportunè advenisti mihi. s. Mendacium ædepol dicis, atque haud te decet. Nam ēsurio venio, non advenio saturio.

**Esŭrītor**. { רעב *rabés*. πεινάλεος. } Martial. *lib.* 3.

*Romam petebat ēsuriter Cburius*: al. *Turius.*

**Esŭrĭtĭo**, is: Ēsurio, nis: & Ēsurigo, inis, fames, edendi aviditas. { רעבון *rabáb*. πεῖνος. Gall. *Faim, famine.* Ital. *Fame.* Germ. Hunger. Hisp. *Hambre.* Angl. *Famine, hunger.* } Varro, Ubi lubet, ire licet accubitum, accedo strenuus, simulans quod ēsuritio findebat costas. Catull. 20. *Epigr.* Aureli patet ēsuritionum. Gellius *lib.* 16. *cap.* 3. Ēsuritionem faciunt inanes patentésque intestinorum fibræ. Ēsuritei ejus miserti. Cælius ad Cic. *fam.* 8. 1.

**Ēsus**, us, ui: Actus edendi. { אכילה *achilah*. ἔδεσις, βρῶσις. Gall. *Mangerie, le manger.* Ital. *Mangiare.* Germ. Das essen. Hisp. *El comer.* Angl. *A shewing or eating.* } ut, Pomum immaturum, necdum ēsui idoneum. Plin. *lib.* 10. *cap.* 7. Stomachos dissolutos adjuvant ēsu.

**Ēdŭlis**, e, pluraliter Edilia: vel Edulis, vel Edulia, per quintam vocalem. Dicuntur omnia quæ ad ēsum pertinent. { ἐδώδιμος, βρώσιμος. Gall. *Bon à manger, qu'on peut manger.* Ital. *Cosa da mangiare.* Germ. Das zum essen gehört. Hisp. *Cosa para comer, ò que se suele comer.* Angl. *Any thing that may be eaten, or pertenin to eaten.* } Gell. *lib.* 17. *cap.* 11. Quod ex salutis usu foret, ut edilia quidem omnia defenderet ab arteria, depelleréque in stomachum, & pulmonem. Et *cap.* 16. Genera, nominaque Edulium hæc sunt. Horat. *lib.* 2. *Serm. sat.* 7. 4.

*Pinna submittis capreæ non semper edules.*

**Ēdŭlium**, dicitur quicquid ad prandium cœnámque edendi gratiâ apponitur & sumitur, præter panem. { מאכל *machál*. βρῶσις, ἐδώδιμα. Gall. *Manger, ou mangeaille, tout ce qu'on mange.* Ital. *Companatico.* Germ. Essige speyss. Hisp. *Manjar, ò comida, que se suele comer.* Angl. *Any thing to be eaten, foode.* } Hieronymus, Cujus edulio primogenita perdidit. Edulia. Gell. *cap.* 21 *lib.* 17.

**Ēdulĭtas**, de carnis annona. Lamprid. *in Alexand. Sever.*

**Edo**, nis: Edax, manduco { זולל *zolél*. φάγος. Gall. *Grand mangeur, gourmand, goulu.* Ital. *Mangione, divoratore.* Germ. Ein esser, oder ein fraß. Hisp. *Comilon ò tragon.* Angl. *A great eater de eater, a glutton.* } Nonius, Edones, & phagones, ab edacitate: unum Latinum, aliud Græcum. Varro, Edones Romam, ut turba intendat annona: sed propter phagones ficedulam pinguem, aut turdum, nisi volantem non videbo.

**Edo**, edis, edit, priore producta, edidi, editum, ab e & do: Emitto, foras do, profero, in apertum profero, expromo. { אכל *achál*, ἐκδίδωμι. Gall. *Mettre hors, produire.* Ital. *Mandar fuori, dar in luce.* Germ. Herfür thun, auslassen geben. Hisp. *Embiar de fuera, publicar la escritura.* Angl. *To put fourth, to utter.* } unde Edere librum, est librum publicè legendum emittere. Cicer. Nec se tenuit quin contra doctorem suum librum ederet. Suet. *in August. cap.* 94. Edere genituram suam. Liv. *lib.* 3. *d.* 4. Edere prælium. Item Edere operam. Idem *lib.* 5. *ab Vrb.* Suet. *in Tiber. cap.* 35. & *in Neron. c.* 12. ¶ Edere census, idem *in Calig. cap.* 38.

*Carminaque edideram.*

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Trist.*

——— *celerem super ebore corpus*
*Gandet equum:*

id est, insilire. Tib. *lib.* 4. Jam aliquid pugnæ edidit. Plaut. *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Pro se id quod quisque potest & valet, edit, fecit, fecit. Idem *Amph. sc.* 1. *a.* 1. & Liv. *lib.* 7. *d.* 4. Quibus dus edidissent, decemviri sacrificarent. ¶ Et quoniam quæ generantur, ex utero in lucem prodeunt, edi, etiam pro nasci accipitur. Horat. *lib.* 1. *Carm. Ode* 1.

*Mecænas atavis edite regibus.*

Senec. *cap.* 4. *de consol. ad Polyb.* Hoc principio edimur (in lucem.) Plaut. *Aulul. sc.* 3. *a.* 3. Postquam hanc orationem cordi ventrique edidi, accessit animus ad meam sententiam. ¶ Edere sæpe significat Exhibere: ut, Edere spectacula: edere munus gladiatorum. Idem Plaut. Edit quisque quod potest: id est, profert & agit. ¶ Edere animam, pro mori. Cicer. *pro Sestio.* At si tum P. Sestius, Judices, in

templo Castoris animam, quam vix retinuit, edidisset : non dubito quin, &c. Sic edere vitam. ¶ Edere frondem, sive fructum, dicitur arbor apud Columell. Sic edere herbas campi dicuntur. ¶ Edere leges, est conscribere, & statuere, vel promulgare. ¶ Edere nomen, pro imponere. Liv. *lib.* 1. *ab Urbe*, Domicilióque illi comparato, L. Tarquinium Priscum edidere nomen. ¶ Est etiam Edere, nomen proferre, vel afferre nomen suum, ut describatur, & veluti nomen profiteri in actis, quum manumissuri sumus : quod fiebat apud Censores. ¶ Quin etiá Edere nomina hodie dicere possumus, quod Procuratores apud acta curiæ *Præsentare* dicunt. ¶ Edere oraculum, est divinare. ¶ Edere rationes, est rationum tabulas proferre. Cic. *ad Attic. lib.* 7. Sed ego mihi ab illo non rationes expectabam, quas tibi edidit. ¶ Edere scelus, committere, patrare. Liv. *lib.* 3. *ab Urbe*. ¶ Edere testes, proferre, producere. ¶ Edere actionem, est copiam describendi facere, vel in libello complecti, & dare, vel dictare. Item adversarium nostrum ab album producere, & demonstrare qua actione acturi simus. Edere judicium, idem quod edere actionem. ¶ Edere operas dicitur libertus, pro dare, præstare, & præbere operas. Ex Hotomanno.

**Ēditŭs**, participium. { נוֹלַד *noládh.* } ut, Editus Jovis sanguine, apud Cic. *Offic.* 1. Δυσφόρως, ἀδόξως φέρουσι. Edita in vulgus opinio. Cæsar *lib.* 3. *de bell. civili.* Editis jam comitiis. Sueton. *in Cæs. cap.* 18. Ætate edita, id est, confecta & ultima. Gell. *cap.* 15. *lib.* 3. Editus hinc ego sub Sulmone. Ovid. *Eleg. ult. lib.* 4. *Trist.* Editi, vel amissi. Senec. *cap.* 16. *de consol. ad Marciam.*

**Ēditus**, Custos ædis. Emenda *Ædituus*.

**Ēditŭs**, a, um : Altus, excelsus. { רם *ram*, גבוהּ *ghabúdh.* ὑψηλός. Gall. *Qui apparoit, fort haut, élevé.* Ital. *Alto, sublime.* Germ. Hoch, ansehnlig, darumb daß es in der höhe ist. Hisp. *Alto, enfalçado.* Angl. *High a lofte.* } ut, Edita loca, dicuntur alta, & sese edentia, hoc est, ostendentia. Livius, Tumulo edutissimo communierunt. Editi æque aspera colles, apud Cæsarem 7. *bell. civili.* Est locus in edito. Sueton. *in August. cap.* 72. ¶ Horatius metaphoricè pro Poeti usurpavit, *lib.* 1. *Serm. satyr.* 3.

*Viribus editior cadebat, ut in grege taurus.*

**Ēdictĭcĭus**, adjectivum, ex Ēdictor. Judex edictitius, quem altera pars tantùm edit, id est, elegit. { *ernennt* ex Ēdictor. Gall. *Juge produit & nommé par une partie.* Ital. *Giudice eletto da una parte.* Germ. Einrichter so nur ein partey ausserwölt, und benambset. Hisp. *El juez que las partes eligen.* Angl. *A judge chosen & named by one partie.* } Cicer. *pro Planco.* Neque enim quicquam aliud in hac lege, nisi edictitios judices ex sequuntur.

**Ēdictio**, verbale. { *Edens.* Gall. *Publication d'un livre.* Ital. *Publicatione.* Germ. Eröffnung, die publicirung und an tag gebung eines buchs. Hisp. *La publicacion de la escritura.* Angl. *The forth setting of a book, or edition.* } ut editio librorum. Quint. *in Proœm. lib.* 1. Sed nimiùm amantes mei juvenes librum tenuitatis editionis honore vulgaverant. ¶ Editio multiplex, pro varia & dissona traditione. Liv. 4. *ab Urbe*, Valerius Aut 21, & Qu. Tubero M. Manlium, & Qu. Sulpitium coss. in eum annum edunt. Cæterùm in tam discrepanti editione & Tubero & Macer libros lineos authores profitentur. ¶ Editio idem aliquando quod nativitas. Ulp. *l.* 1. *D. decurionibus.* Si conceptus sit à plebeio, mox ante editionem pater ejus decurionatum adeptus, ante editionem amiserit, &c.

**Ēdictor**, is, qui edit. Lucan. *lib.* 2.

——*delabitur inde*
*Vulturnúsque celer, nostrumque editor amnis*
*Sarnus.*

Cornut. Talium votorum editorem.

**Ēdictŭs**, us, ui, pro stercore quod ab armentis editur, id est, egeritur. Ulp. *de leg. & fideic. l.* 32. In quibusdam Provinciis & editu boum ad hanc rem uruntur.

**Ēdŏcĕo**, es : Diligenter doceo. { לִמֵּד *limmádh*, אִלֵּף *illéph.* διδάσκω. Gall. *Enseigner parfaitement.* Ital. *Insegnare con diligenza.* Germ. Fleyssig lehren. Hisp. *Enseñar mucho, y con diligencia.* Angl. *To teach perfectlie.* } Plaut. *Epid.* Eadem hæc ipsus edocebo quæ ego scio. Stat. 5. *Thebaid.*

——*nec cœlestia frustrà*
*Edocuit, lauróque sua dignatus Apollo est.*

Cicer. 3. *Tuscul.* Edocuit tamen ratio, ut mihi quidem videtur, &c. Salust. *in Catil.* Senatum edocet de itinere hostium. Ovid. *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.*

*Vobis edoctis si quisquam credit amico.*

**Ēdocenter**, διδασκαλικῶς, docendi more. Gell. *lib.* 8. *c.* 16. Sed in eo nihil edocenter, neque ad instituendum explanatè scriptum est.

**Ēdŏlo**, as : perfectè dolo, polio. { πελεκίζω. Gall. *Achever de doler, polir ce qui est dolé, ou bien ébaucher un ouvrage.* Ital. *Polire perfettamente.* Germ. Wol behoblen oder gletten. Hisp. *Mucho y bien dolar.* Angl. *To cut smoth, to polish and mark perfect.* } Nonius, Edolare, fabrorum est verum verbum, quum materiarum complanatur asperitas. Usi sunt eo verbo laudandi scriptores vetustatis, etiam ad alias fabricas rerum. Varro, Unum ego libellum non edolem ? Cicer. *ad Att. lib.* 13. Quod in manibus habebam, abjeci : quod jusseras, edolavi.

**Ēdom.** { אדום *Edhóm.* ἐδώμ. } Esau dictus est, ob coctionem rufæ lentis, cujus edulio primogenita perdidit. Hebræi namque (ut Josephus *lib.* 2. scribit,) Edom rubeum dicunt. Unde & regio, in qua regnabat Esau, Edom dicta est, quam Græci, deflexo nonnihil nomine, Idumæam, ἰδουμαίαν, denominaverunt. Hæc nunc regio (inquit Hieronymus) Gebalena dicitur, quæ est in finibus Eutheropoleos, ubi habitabant antè Chorræi, qui interpretantur Liberi : unde & ipsa urbs postea sortita vocabulum est. Nunc viculus Palæstinæ est à conditore sic imposito nomine.

Elephantiasis. {ἐλεφαντίασις. Gall. *Ladrerie, lepre, mesellerie.* Ital. *Lepra, ò fizza.* Germ. Ein kranckett wie der Aussatz oder Malatzey/da der leib beflecket vnd vol schupen würdt/vnd auffgeblasen. His. *Cierta effetie de lepra.* Angl. *Leaprie.*} Morbus est, quem vulgus medicorum *Lepram* vocat, ita ut alium esse intelligamus à lepra Græcorum, quæ scabiei species est, cutem manifestis crustis obducens. Oritur elephantiasis à sanguine atræ bilis naturam habente, qui temporis processu in atram bilem planè convertitur. Rationem hujus nominis referunt ad elephanti naturam, cujus cutis ulcerosis quibusdam vallibus infestatur. Differt à cancro, quòd hic partem corporis depascat: elephantiasis per totum corpus diffundatur. Plin. *lib.* 26. author est, elephantiasin in Italia ante Cn. Pompeii tempora non fuisse. ‖ Idem morbus & *Elephantia* dicitur Celso.‖

Ĕlĕphantĭăcus. {ἐλεφαντιακὸς, ἐλεφαντιῶν. Angl. *Leaperous.*} Qui morbo elephantiæ laborat. ¶ Lactant. *lib.* 4. *divin. institut. cap.* 26. hos Elephanticos vocat: Leprosi (inquit) verè atque elephantici debent haberi, quos vel infinitæ cupiditates ad scelera, vel insatiabiles voluptates ad flagitia compellunt.

Ĕlĕphantĭnē, ἐλεφαντίνη, insula Nili supra Syenen, oppidum habens ejusdem nominis. & puteum ad Nili ripam ex eodem saxo, in quo Nili incrementa solent incidi. Vide Strab. *lib.* 7.

Ĕlĕphās, elephantis, & Elephantus, i. à ἀλφὸς, magnus: vel ab ἐλαύνω, lædo: vel à ἄλφος. {ἐλέφας. Gall. *Elephant, ou yvoire, qui est la dent d'un elephant.* Germ. Ein elephant/oder helffant. Ital. & Hisp. *Elephante.* Angl. *An elephant.*} Animal est omnium terrestrium maximum, Europæ incognitum, nisi ex Asia, aut Africa invectum. Duos habet dentes, sive potiùs cornua, ex quibus fiunt opera eburnea. Cicer. *de senect.* Nec nunc equidem vites desidero adolescentis: non plus quàm adolescens tauri, aut elephantis desiderabam. Idem 2. *de nat. Deorum*, Manus etiam data elephantis, quia propter magnitudinem corporis difficiles aditus habebant ad pastum. Idem 9. *Philipp.* Romani à potem Antiochi elephantos alere prohibuerunt. Elephanto stipem porrigere. Sue. *in August. cap.* 53. Elephanto in Inuis perfregisti brachium. Plaut. *Milit. sc.* 2. *a* 2. Per os Elephanto brachium transmitteres. *Ibidem*, Herus meus elephanti corio circumtectus est, non suo. *Ibid. sc.* 2. *a.* 2. Inda bellua (elephas) sui magistri jussis obtemperat. Ovid. *Eleg.* 6. *lib.* 4. *Trist.* ¶ Poëtæ nonnunquam elephantum pro ebore posuerunt, more Græcorum, qui τὸ ἐλεφαντος appellatione & belluam, & eburnea intelligunt. Virg. *lib.* 3. *Georg.*

*In foribus pugnam ex auro, solidoque elephanto.*

¶ Elephanti funambuli. Sueton. *in Galb. cap.* 6. Elephantos funambulos edidit. ¶ Elephanti biennio utero gravescunt, nec ampliùs quàm semel gignunt, nec plures quàm singulos: vivunt annos trecentos. Hos primùm vidit Italia Pyrrhi regis bello in Lucanis, unde & boves Lucanas nominavit, quoniam Itali maximam quadrupedem quam haberent, vocarent bovem. ¶ Elephantus etiam inter belluas marinas recensetur: de quo Plin. *lib.* 19. *cap.* 5. & *lib.* 32. *cap. ult.* ¶ Elephantus quoque astacus, è specie locustarum. Idem *lib.* 32. *cap. ult.* Elephanti locustarum generis nigri, pedibus quaternis bisulcis, &c. ¶ Elephantus non capit murem, ἐλέφας μῦν οὐκ ἀλίσκει. Generosus & excelsus animus negligit prædas viles & lucella minuta. Vir egregiè doctus non infectatur minutulos istos literatorum simios. ¶ Homo præpotens non offenditur injuriolis tenuium. ¶ Elephantum ex musca facis. ἐλέφαντα ἐκ μυὸς ποιεῖς. Res exiguas verbis attollis atque amplificas. Lucianus *in musca encomio.* ¶ Nihil ab elephante differs, ἐλέφαντος οὐδὲν διαφέρεις τὸν. In magnos & studiosos dicebatur: etiamsi primam ingenii laudem Plin. tribuit elephantis, sed inter bruta: verùm corporis moles & formæ fœditas adagio locum fecit. ¶ Nec elephantus quidem ebiberet, οὐδ' ἂν ἐλέφας ἔπιοι, de poculo prægrandi: quum elephantus proboscide immensam aquarum vim quum liber hauriat. Athenæus.

Ĕlĕphantĭnus, a, um. {ἐλεφάντινος. Angl. *Of an elephant.*} Nomen possessivum: ut, Pellis elephantina. ¶ Elephantinum emplastrum describit Celsus *lib.* 5. *cap.* 19. sic dictum, eodem teste, quòd sit percandidum quasi eburneum. ¶ Elephantini libri, apud priscos fuerunt, in quibus senatusconsulta scribebantur, quæ ad Principes pertinebant.

Ĕlĕphantŏgrăphi, ἐλεφαντογράφοι, à Plutarcho *in Periclis vita*, vocantur pictores qui in ebore pingunt.

Ĕlĕphantis, idis, ἐλεφαντὶς, nomen poëtæ, qui libellos scripsit, quibus varia genera concubitus complexus est. Mart. *lib.* 12.

——— *nec molles Elephantidis libelli.*

¶ Est etiam Elephantis Nili insula, usque ultimam ejus fluvii cataractam, ubi finis est Ægyptiæ navigationis. Author Plin. *libr. cap.* 9. Strab. Elephantinam appellat.

‖ Exclinat, liber fictus, Exodus. Cath. ‖

Ĕlĕvo, as: Sursum levo, in altum tollo, sublevo. Cæs. 2. *de bell. civ.* {נשא *nasa*, רום *berim.* μετεωρίζω, αἴρω. Gall. *Lever en hault.* Ital. *Levare, alzare.* Germ. Erhöhen in die höhe. Hisp. *Alçar à soliviar de abaxo arriba.* Angl. *To lift up, to heave aloft.*} Plaut. Capedum lapidem hunc atque eleva. ¶ Item rem aliquam minuo, extenuo, & verbis deprimo. {ὑποτιμάω, ὑφαιρέω, ἀπαξιόω. Gall. *Estimer, abaisser, attenuer, faire moindre, décharger.* Ital. *Abbassare, sprezzare.* Germ. Vermuhten/verkleinen/ring schetzen. Hisp. *Adelgazar, desmenuzar.* Angl. *To make lighter, to ease of griefe and sorow.*} Tractum à re ponderosa, quæ ut ferri possit elevatur, id est, imminuitur. Liv. 3. *ab Urbe.* Major (inquit) si vana nostra p. c. authoritas ad plebem est, vos elevatis eam: quippe qui plebs senatusconsultum in continuandis magistratibus solvit. Idem *lib.* 28. Post receptam totam Hispaniam, ita ut vestigium belli nusquam reliquum sit, elevare meas res gestas. Quint. *lib.* 5. Gentium simul universarum elevata testimonia ab oratoribus scimus. Elevare authoritatem, dignitatem, judicium, vel testimonium alicujus: hoc est, verbis imminuere & extenuare. Livius *lib.* 4. *ab Urbe*, Cujus authoritatem perpetuo vitæ tenore partam, toga candida elevabat. Sueton. *in Tiber. cap.* 52. Germanico usque adeò obtrectavit, ut & præclara facta ejus pro supervacuis elevaret, & gloriosissimas victorias, ceu damnosas Reipublicæ increparet. Et Senec. *cap.* 15. *de tranq.* Elevanda omnia (i. minora facienda.) Elevare authoritatem. Quint.

Ĕlĕvātĭo, nis. {ἀνάλυσις. Angl. *A leasyng or leaning up.*} Quint. *lib.* 9. Et illæ elevationes videlicet, ô dii boni.

Ĕlĕŭsis, untis, sive potiùs Eleûs, ἐλεοῦς. Steph. Oppidum est in Thracia Chersonneso, non procul à Mastusia promontorio. Author Plin. *lib.* 4. *cap.* 11.

Eleusii hujus incolæ dicuntur, sive Elæusii, ἐλαιούσιοι.

Ĕlĕŭsa, sive potiùs Elæusa, ἐλαιοῦσα: Insula est Siciliæ adjacens, non procul à Cypro: cujus meminit Plin. *lib.* 5. *cap.* 31.

Ĕlĕŭsis, ἐλευσὶς, & Eleusin, ἐλευσὶν, civitas in Attica provincia, non longè ab Athenis, in qua regnavit Eleusinus, qui quum Cererem filiam quærentem liberalissimè hospitio suscepisset, illa pro munere ostendit ei omne genus agriculturæ: filium etiam ejus Triptolemum recèns natum, per noctem igne fovit, per diem divino lacte nutrivit: quumque grandiusculus factus esset, currui suo quem alati trahebant serpentes, impositum per totum orbem misit ad usum frumentorum hominibus indicandum. Ob cujus beneficii memoriam, Eleusini Cereri solennia sacra instituerunt, quæ Thesmophoria appellantur. Hujus urbis meminit Strabo *lib.* 8. his verbis: Eleusis civitas est in Attica, ubi Eleusinæ Cereris templum extat, & phanum mysticum, quod Ictinus exstruxit, turbæ theatralis capacissimum.

Ĕlĕŭsĭnus, adject. ἐλευσίνιος. Stephano: ut, Eleusina mater, id est, Ceres. Virg. 1. *Georg.*

*Tardaque Eleusina matris volventia plaustra.*

Suet. *in Neron. cap.* 34. In Eleusinis sacris voce præconis scelerati submovebantur.

Eleûsis: vide *Eleusis.*

Elĕŭthĕra, ἐλεύθερα, civitas Cretæ, ab Eleuthere uno Curetum, Saorus alias dicta. Steph. vide *Eleuthera*, & *Eleutherna*, & *Oaxus.*

Eleuthera, Cimi patria, civitas Cretæ, postea Apollonia dicta. Steph.

Ĕlĕŭthĕra Cilicia, ἐλευθέρα κιλικία, id est, libera Cilicia, cujus partes diversis in locis recensentur. Gentiles, Eleutherocilices. Steph.

Eleuthĕræ, ἐλευθεραί, urbs Bœotiæ, ab Eleuthere Apollinis filio, & alia Cretæ, ab Eleuthero uno Curetum, quæ etiam Saorus vocabatur (vide Eleuthera) à Saora nympha. Est & alia juxta Istrum fluvium in Ponto, sic dicta quòd Jason Æeten fugiens, timore illic liberatus sit. Est etiam Lyciæ urbs à nympha quadam. Steph.

‖ Eleutheriopolis. V. E. sub P. Ierosolymitano.‖

Ĕlĕŭthĕrĭus, ἐλεύθερος, nomen viri, quo significatur apud nos liberalis, ingenuus, servator, liberatórque. Eleutheria, ἐλευθέρια, pluraliter, quasi liberatoria, id est libertatis solennia. Plaut. *in Persa*, Basilicè agito eleutheria.

Eleuthĕrĭum, ἐλευθέριον, oppidum Mysiæ. Steph.

‖ Eleutherium, ἐλεύθερον, ἐλευθέριον, i.e. monile, signum libertatis & ingenuitatis.‖

Eleutheris, ἐλευθηρὶς. Urbs Bœotiæ Oropi, prope Cothum & Eneleum. Steph.

Eleutherisce, ἐλευθερίσκη, urbs Macedoniæ.

Eleuthĕrna, urbs Cretæ, ab uno Curetum dicta. Steph. vide *Eleuthera*, & *Satra.*

Eleuthĕrius, Latinè dicitur Liberalis, ingenuus, servator, liberatórque. Hinc Eleutherius, Jovis cognomentum, ab eo impositum, quòd depulsa Medorum dominatione, Græcos libertati restituisset. Suidas.

Eleuthĕria, orum, ἐλευθέρια. Sacra quædam apud Samios, τὰ ἱερὰ ἐστιν, hoc est, Amori Deo dedicata. ¶ Eleutheria item dicebantur lætiores epulæ, quas servi libertate donati celebrabant. Plaut. *in Persa*, Basilicè agito eleutheria.

Eleuthĕros, ἐλεύθερος, flumen est juxta Orthosiam urbem, quæ est in radice Libani montis. Plin. *lib.* 9. *cap.* 10. Testudines in Phœnico mari ulterò veniunt statuto tempore anni in amnem Eleutherum effusa multitudine.

Eleutii, ἐλεύτιοι, populi Apuliæ, gens quam Partheninis Elephantidem vocat. Gentilia à priore Elephantini, ab Elephantide Elephantites. Steph. Sed suspicor aliquid deesse.

Elgos, ἔλγος, oppidum Lydiæ. Steph.

‖ Eli: vide *Heli.*

Elĭberis, sive Elĭbertis, in ea Bæticæ parte sita fuit, ubi nunc Granata. ‖

Elibyrge, urbs Tartessi. Steph.

Elicĕ: vide *Helice.*

Ellĭcio, is, cui, citum: Educo, extraho, allicio. {הוציא *hotsi*. ἐλκύω. Gall. *Attraire, tirer hors.* Ital. *Trar fuori.* Germ. Herfürziehen/herfür

horsûr retsen. Hisp. *Atraer por fuera, sacar à fuera.* Angl. *To pike or draw out, to allure.* } Plaut. *in Bacch.* Ut eum ex lutulento cœno properè hinc ejiciat foras. Idem *Men. sc. 6. a. 5.* Neque utrum (illum) ex hoc saltu damni salvum eliciam foras, scio. Suet. *in Calig. cap. 10.* Elicere aliquem ad querelas. Plin. *lib. 19. cap. 5.* Sapor autem asper, & medicamenti instar, ad eliciendas alvos. Ovidius,

*Credibile est lachrymas elicuisse Deo.*

Cicer. 1. *de Orat.* Verbum ex eo nunquam elicere potui. De vi ac ratione dicendi. Elicere cœlo,

*Eliciunt cœlo te Iuppiter.*

Ovid. 3. *Fast.* Sulcitare & elicere fontem. Plin. *epist. 95. lib. 4.* Nam nescio quod libramentum abditum & cæcum, quod quum exinanitum est, suscitat & elicit fontem: quum repletur, moratur & strangulat. Litteras ab aliquo elicere. Cic. *Att. lib. 9. 171.* Tuas volo elicere literas, maximéque consilium. Elicere & invitare. Plin. *epist. 195.* Ipse igitur exhibes negotium tibi, qui elicis & invitas ut quamplurimum communicare tecum velim.

Ēlĭcto, as, frequentativum formatum à verbo Elicio. { ἐξελκύω, ἐπισπῶμαι. } Plaut. *in Asin.* Ibo adversum, atque electabo quicquid illud sit, hoc est, eliciam.

Ēlĭcitor, verbum elegans, ab eliciendo dictum, quemadmodum Elicius Jupiter, qui fulminator erat. Ovid. 3. *Fast.*

*Eliciunt cœlo te Iuppiter: unde minores*
*Nunc quoque te celebrant, Eliciúmque vocant.*

Ēlĭcĭæ: Sulci aquarii per quos aqua collecta ex agro educitur, ab eliciendo dicti. { ὑπορύχια. Gall. *Petits fossez ou rayes autour ou dans un champ pour en tirer l'eau dehors.* Ital. *Fossi d'intorno à campi.* Germ. Wasser furchen in den ächern. Hisp. *Sulcos grandes para desaguar la tierra.* Angl. *Guitters or furrowes to conveigh water.* } Colum. *lib. 1. cap. 8.* Sed quamvis tempestivè sementis confecta erit, cavebitur tamen, ut patentes liras, crebrósque sulcos aquarios, quos nonnulli Elices vocant, faciamus, & omnem humorem in colliquias, atque inde extra segetes derivemus.

Ēlĭcĭus Jupiter in Aventino colebatur, ab eliciendis & evocandis fulminibus dictus. Ovid. 3. *Fast.*

*Eliciunt cœlo te Iuppiter: unde minores*
*Nunc quoque te celebrant, Eliciúmque vocant.*

Ēlīdo, is, elisi, elisum: Lucido, frango, occido, elicio. { רצץ *ritsáts.* συθλάω. Gall. *Rompre & casser, briser, presser & faire sortir.* Ital. *Fracassare, rompere.* Germ. Zuſſchlagen/zuſſtoſſen/zerbrechen. Hisp. *Quebrar, ò lisiar.* Angl. *To dash or beate against, some thing, to bruise.* } Cicer. 3. *Tusc.* Atqui sturpibus sunt ægritudines quàm multæ, quàm amaræ, quæ ipso trunco everso omnes elidendæ sunt. Plaut. *in Rud.* Jubeo oculos elidere. Idem *Mil. sc. 2. a. 2.* Elidi talos jussit conservis meis (suprà, defringi.) Senec. *cap. 16. de cons. ad Helv.* Elidere (in utero) spes conceptas liberorum. Virg. 8. *Æneid.*

——*ut prima novercæ*
*Monstra manu, geminósque premens elīserit angues.*

Plin. *lib. 11. cap. 37.* Cæteris ossibus leonis est tanta duritia, ut ignis Et datur velut è silice. ¶ Elidere sibilum. Cels. *lib. 4. cap. de difficultate spirandi.* Propter angustias, per quas spiritus evadit, sibilum elidit. Spiritum elidere, i. suffocare. Idem *lib. 5. cap. de carbunculo.*

[Elis, urbs primaria Elidis provinciæ in Peloponneso.]

Ēlīsus, particip. מרוצץ *merutsáts.* συντριμμένος. Gall. *Rompu, cassé, écaché, brisé.* Ital. *Rotto, fracassato.* Germ. Zerbrochen/zerſtoſſen. Hisp. *Quebrado ò lisiado.* Angl. *Dashed to or against, beaten, stricken.* } Sueton. *in Cæs.* Ac sæpe præ turba elisi, exanimatique sunt. Ovid. 6. *Metam.*

*Exsiliúntque cavis elisi nubibus ignes.*

Elisæ fauces, Velleius.

Lĕgo, is: Lego, deligo, opto. { בחר *bachár.* αἱρέομαι, αἱρετίζω. Gall. *Eslire, choisir.* Ital. *Eleggere, far elettione.* Germ. Auſlöſen/erwöhlen. Hisp. *Elegir ò escoger.* Angl. *To choose, to elect and pike out.* } Senec. *cap. 16. de consol. ad Marciam,* Non tantùm filios eripuit fortuna, sed elegit (quos ceperat.) Cic. 4. *Acad.* Quam potissimùm sententiam & disciplinam meliùs eliget? Idem 1. *Verr.* Quoties ille tibi potestatem optionémque facturus sit, ut eligas utrum velis. Idem *Octavio.* E duobus autem malis quum majus fugiendum sit, levius est eligendum. Varro *de re rust.* De asinis quemque amplissimum, & formosissimum, quem possunt, eligunt. Plaut. *Aul. sc. 3. a. 1.* Nulla fœmina optima potest eligi. Ovid. 13. *Metam.*

——*pugnandi tempora mecum*
*Eligit Atrides.*

¶ Deligere verò significat ex magis idoneis aliquem legere ad aliquid agendum. Delegit sibi sæpe pop. Roman. Imperatorem ad bellum, ut Pompeium ad bellum Mithridaticum. Imperator quoque deligit milites, non eligit, ad rem videlicet bellicam idoneos: & inter eos agit delectum, quum dispicit quinam rei militari magis sint accommodati. Et agricola delectum agit inter tauros, quos scindendo solo, quósque procreandæ soboli destinet. At si ex multis daretur optio, quem sibi vellet, eligeret, non deligeret. Ideóque semper fere dicitur in eodem sensu, Datur tibi optio: &, Datur tibi electio. ¶ Hinc delectus, a, um, participium: & Delectus, us, nomen. Valla *lib. 5. cap. 63.*

Ēlĭgor, is. { בחר *bachár.* αἱροῦμαι, αἱρίσομαι. Gall. *Eleu, elisent, choisissent.* Ital. *Elettore.* Germ. Ein erwöhlet. Hisp. *Elegir.* Angl. *A chooser, a piker out.* } Ad Herenn. *lib. 4.* Postremò in eo vim artificii consumat, ut ipsi ab aliis potiùs eligendi, quàm aliorum boni electores existimentur.

Ēlectio, nis: Selectio, delectus. { מבחר *mibchár.* αἵρεσις. Gall. *Election, élite, choix.* Ital. *Elettione, elettà.* Germ. Ein wahl/ordnung/erwöhlung. Hisp. *Obra de elegir.* Angl. *A choosing or piking out.* } Cicer. *in Orat.* Judicium electióque verborum. Idem 3. *de finib.* Initia quorum ex electione virtus possit existere. Senec. *cap. 11. de cons. ad Marc.* Si ponatur electio, utrum, &c. Velleius, Cum fortuna non electionem daret.

Ēlectus. בחור *bachúr.* αἱρετός. Gall. *Esleu, choisi.* Ital. *Eletto.*



Germ. Erwölt/auſerwölten. Hisp. *Elegido.* Angl. *Chosen, elected.* } Cic. 1. *de finib.* Electis verbis & gravibus res. Sen. *cap. 12. de const. ad Marc.* Electam te à Diis cui frui non liceret filio (in malam partem.) ¶ Electissimus quisque Senatorum. Suet. *in Calig. cap. 49.*

Ēlectus, us, ui. { Angl. *A choise.* } Ovid. *Epist. 1.*

*In necis electu parva futura mora est.*

Electitii judices sunt qui etiam electi dicuntur, qui ex litigantium voluntate judicant.

Ēlĕgans, nomen est, non participium, à verbo Eligo deductum, ut Cic. *de optimo dicendi genere,* innuere videtur, quum inquit: Nam si ut in epulorum apparatu magnificentia recedens, non ita parcum solùm, sed etiam elegantem videri videt, eligit quibus utatur. Sunt enim plerique apti hujus ipsius oratoris, de quo loquor, parsimoniæ. Est igitur elegans idem quod cultus, ornatus, politus. { נאוה *náveh,* יפה *japhéh.* φιλόκαλος, κομψός, κεκοσμημένος. Gall. *Decent, beau, joly, orné, bien fait.* Ital. *Elegante, polito.* Germ. Wolgezirt/ſchön. Hisp. *Lindo, galano y gentil.* Angl. *Neate, gay preatie trickt, and trimme.* } Velleius: Elegans auctor, & admirator doctrinæ Scipio. Idem de eodem: Nemo elegantiùs intervalla negotiorum distinxit. Cic. 2. *de finib.* Nemo nostrûm istius generis asotos jucundè putat vivere, mundos, elegantes, optimis cocis, pistoribus, piscatu, aucupio, venatione, &c. Terent. *Eunuch.* Rem elegantem narras. Idem, Quum me ipsum moris, quàm elegans formatum spectator fiem. Ubi Donatus, Elegans spectator est, qui sit cunctantis & fastidiosi judicii, cui non quodvis placet facilè. Cic. 6. *Verr.* Vide ne ille non solùm temperantia, sed etiam intelligentia te atque istos, qui se elegantes dici volunt, vicerit. ¶ Apud antiquos usque ad Catonis tempora, elegans non honoris, ut hodie, vocabulum erat, sed reprehensionis, & vitii. Gell. *lib. 11. cap. 2.* Elegans homo non dicebatur cum laude, sed id fere verbum ad ætatem M. Catonis, vitii, non laudis fuit. Cato *lib. de moribus,* Avaritiam omnia vitia habere putabant: sumptuosus, cupidus, elegans, vitiosus, iratus qui habebatur, is laudabatur. ¶ Idcò Marc. Tullius Lucio Crasso & Sævolæ non meram elegantiam, sed multa parsimonia mistam laudi dedit, *in lib. de clar. Orat.*

Ēlĕgantĭa: Mundities, lautitia, cultus, ornatus: ab eligendo, ut putatur, dicta. { תפארת *tiphéreth.* φιλοκαλία, κομψότης. Gall. *Bonne grace, elegance, magnificence, honnesteté* Ital. *Eleganza, politezza, nettezza.* Germ. Schöne/zierligkeit. Hisp. *Lindeza, gala, y gentileza.* Ang. *Preatinesse. trimmenesse.*, Cic *in Orat.* Fucati verò medicamenta candoris & ruboris omnia repellentur: elegantia modò & munditia remanebit. Idem 2. *de finibus,* Contemnit etiam disserendi elegantiam, confusè loquitur. Idem 3. *de finibus,* Agricultura quæ abhorret ab omni politiore elegantia. Senec. *cap. 9. de tranq.* Non fuit illa regum elegantia, sed studiosa luxuria. (Loquitur de Bibliotheca. Alexandrina.) Idem *cap. 8. de consol. ad Marc.* Elegantia morum. Hæc tamen apud veteres non ad ingenii opera, sed duntaxat ad nimis amœnum, lautúmque cultum ac victum applicabatur, nec sine vitio erat: nunc elegans solùm laudando dicitur: ut, Elegans oratio. Est enim elegantia orationis virtus, quæ facit ut unumquodque verbum purè apertéque dici videatur. Hujus duæ sunt partes, latinitas & explanatio. Latinitas quæ sermonem purum servat ab omni vitio. Explanatio est quæ reddit apertam & dilucidam orationem. Ea duabus rebus comparatur, scilicet ut usitatis verbis utamur & propriis. Usitata sunt quæ versantur in consuetudine quotidiana. Propria sunt, quæ ejus rei, de qua loquimur, verba sunt, aut esse possunt.

Ēlĕgantĕr, adverbium: Politè & propriè. { κομψῶς. Gall. *Elegamment, de bonne grace, joliment, mignonnement.* Ital. *Elegantemente, politamente.* Germ. Zierlich/ſein. Hisp. *Lindo, galana y gentilmente.* Angl. *Neatly, trimmely.* } ut, Elegantèr disputare. Cic. 4. *Acad.* Idem 2. *de finibus,* Hoc ipsum elegantiùs poni melíusque potuit. Idem *ad Brutum,* Tibi is exponet qui optimè omnia novit, & elegantissimè expedire, & deferre ad te potest. Idem *Lucio lib. 5.* Ad consolandum autem eum illa valent, quæ eleganter copioseque collegisti. Eleganter acceptus, hoc est, lautè & opiparè, apud eundem *ad Attic. lib. 13. 28.* Liberis lautis, servísque nihil defuit: nam lautiores eleganter accepti. Liv. *lib. 5. d. 4.* Magnæ ob eleganter actam vitam auctoritatis. ¶ Elegantiùs facere. Liv. *lib. 7. d. 4.*

Elimia, Ἐλιμία, urbs Macedoniæ, ab Elimo heroe, vel Helevo, vel Elyma Tuscorum rege. Steph.

[Elines, ἔξω θύρας, πρόθυρος: qui est extra limen, aut limites.]

Ēlīmĭno, as: Extra limen ejicio, excludo. { חוץ *hotsi.* ἐξωθέω, ἐκβάλλω. Gall. *Faire sortir hors de la maison, jetter de l'entrée.* Ital. *Cacciare di casa, mandar fuori.* Germ. Zum hauß hinauß stossen/für die thür hinauß stossen. Hisp. *Desterrar ò echar de casa.* Angl. *To hurle or thrust, out of doores.* } Pompon. *ad Nonium,* Eliminabo extra ædes conjugem. Ennius, *Medea Exule:* Antiqua hæc nostris fida custos corporis, quid hic extra ædes eliminor? ¶ Eliminare dicta, dixit Horat. *lib. epist.* pro enuntiare, quasi extra limen efferre.

——*ne* (inquit) *fidos inter amicos*
*Sit, qui dicta foris eliminet.*

Eliminare gradus, de qua loquutione, dicit Fab. *lib. 8. cap. 3.* se juvene inter Pomponium & Senecam fuisse Præfationibus tractatum, an apud Accium in Tragœdia dici oportuisset.

Līmo, as: Lima polio, perpolio. { ἐκλεπίζω. Gall. *Limer, polir à la lime, ou mettre en limaille.* Ital. *Limare, laverare con la lima.* Germ. Auſfeilen/auſbutzen. Hisp. *Limar o obrar con lima.* Angl. *To cut of with a file, to polishe and make smooth.* } Ovid. 4. *Metam.*

——*extemplò graciles ex ære catenas*
*Retiáque & laqueos, quæ lumina fallere possent,*
*Elimat.*

¶ Inde per translationem dicimus, elimare opus aliquod, i. ornatè & absolutè conficere. Cicer. *Attic. lib. 16.* Velim quidquid aliquod elimes ad me. ¶ Accipitur etiam interdum elimare, pro lima abradere. Plin. *lib. 34. cap. 18.* Alii elimatam scobem in æruli crudo coquunt in caminis.

Elimātŏr, is: Politor, ab elimando, hoc est, expoliendo. Tertull. *lib. 4. adversùs Marcionem*: Significans Christum esse verum disceptatorem & elimatorem maculatarum humanarum.

Elinguātus, qui linguam non habet. {ἀγλωττία. Gall. *Qui n'a point de langue.* Ital. *Senza lingua.* Germ. Zungloſs/der ſeinen vnd ein jungen. Hisp. *Deſtenguado, à ſin lingua.* Angol. *Tongueleſſe.*} Cornelius Fronto *de different. vocabulorum*, Elinguis habet linguam, ſed uſu ejus caret: Elinguatus amiſit.

Elinguis, e, qui mutus eſt, & loqui non poteſt, etiamſi linguam habeat. {κωφὸς, ἄναυδος. Angol. *Dumme, that can not ſpeake.*} Cicer. *pro Placco*, Convicii & elinguem reddidit. Idem *de claris Oratoribus*, Præſertim quum Fannius nunquam ſit habitus elinguis. Plin. *in Epiſt.* Proſpeximus curiam, ſed curiam trepidam & elinguem: quum dicere quod velles, periculoſum; quod nolles, miſerum eſſet. Gell. *cap. 9. lib. 5.* Mutus & elinguis, & infans Cræſi filius.

Elinguo, as: Linguam extraho, ſeu lingua privo. {ἐκγλωττίζω. Gall. *Eſtanguer, oſter la langue.* Ital. *Privare della lingua.* Germ. Einem die zungen außreiſſen/abſchneiden. Hisp. *Deſtenguar, ò cortar la lengua.* Angol. *To mak tongueleſſe.*} Plaut. *in Anl. ſc. 4. a. 1.* Si hercle ego te non elinguandam dedero uſque ab radicibus, impero, autórque ſum, ut me cuivis caſtrandum loces.

‖ Elinctora: vide *Electrum*. ‖

Elĭquo, as: Liquidum, facio, ut quum aurum, argentum, vel plumbum igni diſſolvimus. {בשׁם *hemás.* τήκω, ὀπτάνω. Gall. *Faire fondre & mettre en liqueur, paſſer & couler une liqueur.* Ital. *Far liquide.* Germ. Schmeltzen. Hisp. *Hazer puro ò claro ſin hez.* Angol. *To melt.*} Sen. *lib. 3. de natur. quæſt. cap. 26.* Eſt in Chelſonneſo Rhodiorum fons, qui poſt aliquantum intervallum temporis, fœda quædam turbidus ex intimo fundat, donec liberatus eliquatuſque eſt. ¶ Eſt etiam eliquare, molliter canere, & cum lenocinio quodam vocis, ut inquit Cornutus, pronuntiare. Perſ. *Satyr. 1.*

——— *plorabile ſi quid*
*Eliquat & tenero ſupplantat verba palato.*

¶ Præterea aliquando idem quod Conſumere. Cornutus *in Perſ. Sat. 5.* Eliquare, & conſumere annos.

Eliquāmĕn, quod eliquatum eſt ex re aliqua, ut ex carnibus, aut piſcibus, vulgus *Salmuriam* vocat. {בשׂם *temés.* ἀπόχυμα. Gall. *La liqueur eſprainte & digeutée de quelque choſe.* Ital. *Liquore eſpremuto, ſcolato.* Germ. Die außgeſchmeltzte/ oder außgeſottne ſeiſſte. Hisp. *La manteca de coſa derretida.* Angol. *Dripping tryed, ſuet molten.*} Col. *lib. 3. cap. 14.* Abſtineátque ferè ab omnibus redolentibus eſculentis: ut ſunt ſalſamenta, eorumque omnia eliquamina.

Eliquĕſco, is: Liquidus fio. {בשׂם *namés.* ἀνατήκομαι, ἀποχύζομαι. Gall. *Se fondre & venir en liqueur.* Ital. *Fonderſi, liquefarſi.* Germ. Zerſchmeltzen/ weich als das waſſer werden. Hisp. *Derretirſe, hazerſe claro y ſin hez.* Angol. *To melt, to be about to melt.*} Varr. *1. de re ruſt.* de olea loquens: Alia ad cibum eligitur, alia ut eliqueſcat: ac non ſolùm corpus intus ungat, ſed etiam extrinſecus.

Elis, ĭdis, oppidum in Occidentali tractu Peloponneſi, non procul ab Alpheo fluvio, juxta quod certamen Olympicum celebrari ſolet. Author Plin. *lib. 5. in deſcriptione Achaiæ.* Ptol. quoque *lib. 3. cap. 16.* regionem omnem circumjacentem Elidem appellat.

Elĕus a, um, ἐλαῖος. Virg. *lib. 3. Georg.*

*Hic vel ad Elei metam & maxima campi*
*Sudabit ſpatia.*

Elĭăs, dis, Patronymicum fœmininum, ut Equæ Eliades, quæ apud Eliadem certamine curuli palmas mererentur. Servius in illud Virgilii 1. *Georg.*

——— *Eliadum palmas Epirus equarum.*

Elĭsa, æ, Beli Phœnicum regis filia, Dido cognomento, quòd complura ſupra animi muliebris fortitudinem geſſerit. Nam & fratris inſidias fugiens, Carthaginem condidit: quúmque à civibus cogeretur Jarbæ novæ urbi bellum inferenti nubere, morte ſponcanea ſe à ſecundis nuptiis liberavit, ut notat Servius.

Elixus, a, um: Aqua coctus. {בשׁל *baſchêl.* ἑψὸς. Gall. *Cuit en eau, bouilli.* Ital. *Leſſo, aleſſo.* Germ. Geſotten. Hisp. *Cozido en agua.* Angl. *Sodden in water, boyled.*} Elixum (inquit Nonius) eſt quicquid aqua mollitur, vel decoquitur. Nam lixam aquam veteres dixerunt: unde & Lixæ dicti, qui militibus aquam ad caſtra, vel ad tentoria ſolent ferre. Horat. 1. Serm. Satyr. 2.

——— *ac ſimul aſſis*
*Miſcuerit elixa ſimul conchylia turdis.*

Ovid. 4. *Faſt.*

*Candidus elixæ miſcetur caſeus herbæ.*

Plaut. *Pœnulo*, Milphio, heus Milphio, ubi es? M. Aſſum apud te eccam. AG. At ego elixum volo. ¶ Varro autem per tranſlationem Calceos elixos ſcribit, quaſi madefactos: ut eſt cato quæ elixatur. In pavimento (inquit) non audes facere lacunam: at in humum calceos facis elixos.

Elixo, as: Aqua coquo. {בשׁל *biſchchêl.* ἕψω, ἑψίω. Gall. *Cuire en eau, bouillir.* Ital. *Leſſare, cuocere à leſſo.* Germ. Sieden/kochen. Hisp. *Cozer en agua.* Angol. *To ſeeth in watter, to boyle.*} L. Valla, Quod in prandio carnes quaſdam parum elixaſſet.

Elleborine, teſte Plin. *lib. 7. cap. 9.* Herba eſt exiguis foliis, quæ alio nomine Epipactis dicitur.

Ellĕbŏrus: Elleborum. {ἐλλέβορος, ου. Gall. *Herbe appellée des Latins* Veratrum, *Ellebore.* Ital. *Veratro herba.* Germ. Nieſſwurtz. Hisp. *El verdegambre.* Angol. *The beare foote, an hearbe ſo called.*} Herba eſt inſignem purgandi vim habens, quam Latini *veratrum* appellant. Ejus duæ ſunt ſpecies, album, & nigrum: Elleborum album, ἐλλέβορος λευκὸς, folia habet plantaginis, aut betæ ſylveſtris, ſed breviora, nigriorâque, & canalium dorſo rubentia, caulem quincunciale, ferulaceum, bulborum tunicis obvolutum, radicem cepæ modo multis fibris capillatam. Vide Gell. *cap. 5. lib. 17.* Præſtantiſſimum naſcitur in Anticyra inſula, ubi & tutiſſimè ſumebatur, cerebri purgandi gratiâ. Unde factum eſt, ut quos cerebro minùs ſano eſſe velimus ſignificare, Anticyram navigare jubeamus. Elleborum nigrum, ἐλλέβορος μέλας, Romanis veratrum nigrum dicitur, à Græcis etiam Melampodium, à Melampode, quodam ovium paſtore, qui eo Prœtidas furentes ſervaſſe perhibetur. Folia habet Platani, ſed minora, & ſpondylio proxima, pluribus inciſuris, nigriorâque & ſubaſpera, caulem ſcabrum, florem ex purpureo candicantem, & uvæ modo racemoſum: ſemen enici, quod Seſamoides vocatur. ¶ Bibe elleborum, πῖθι ἑλλέβορον: quo adagio Ariſtophanes in Veſpis ſignificat inſanire quempiam. Unde ἐλλεβορᾶν, καὶ ἐλλεβορίζειν, pro inſanire. Qui ergo parum animo conſtant, ἐλλεβόρου δεῖσθαι, id eſt, elleboro opus habere dicuntur: quòd elleborum purgare cerebrum, ideóque curare inſaniam, antiquis creditum ſit. Non poterit hæc res ellebori jugere obtineri. Plaut. *Menæch. ſc. 4. a. 5.* Elleborum potabis aliquot viginti dies. Idem *ibid.*

Ellipſis, ἔλλειψις, defectus, omiſſio vocis: ab ἐλλείπω, prætermitto, dèficio, quod eſt ex ἐν, & λείπω. Eſt etiam defectus, qui exceſſui opponitur. ‖

Ellum: vide *Eccum*.

Ellychnium. {ἐλλύχνιον, λύχνος. Gall. *Le meſche d'une lampe ou chandelle, lumignon.* Ital. *Stoppino, lucignolo.* Germ. Der docht in einem liecht. Hisp. *Mecha del candil.* Angol. *The weeke or meech of a candle.*} Dicitur funiculus ille papyraceus, ſeu ſparteus, canabinúſve, aut ſtupeus in lychno, qui oleo affuſo lumen præbet. Plinius, Et è medulla ejus elegantium lucernarum ellychnia fiunt. Idem *lib. 13. cap. 4.* Ellychnia ex uva fiunt claritatis præcipuæ: ex oleo lumen obſcurum, propter nimiam pinguedinem.

Ellŏbĭi, ἐλλόβιοι. Genus inſurum (inquit Julius Pollux) à ſabis autium, quas Græci λοβὰς, vocant.

Ellŏpĭa, ἐλλοπία. Regio Eubœæ, & ipſa inſula, ab Elliope Jovis filio. Sic etiam dicebatur regio, juxta Donarum, cujus incolæ Elli, & Selli. Eſt etiam urbs circa Dolopiam, & regio circa Theſpias. Steph.

Elliopium, ἐλλόπιον, urbs Ætoliæ. Steph.

‖ Ellops, ἔλλοψ, piſcis, quia ſquamoſus, λεπιδωτὸς: ab ἐλὸς, & λεπὶς, ſquama.

Ellotia, ἐλλώτια, feſtum Europæ in Creta, ἐλλώτια Europæ corona plexa, (ex myrto ſcil.) cubitorum viginti. Heſ.

Ellus. Donat. *in Andr. 5. 2.* Veteres, quod nos *illum* dicimus, *ellum*, vel *illum* dicebant.

Ellychnium, ἐλλύχνιον, funiculus qui fiſtulæ in lucerna inditus uritur. ‖

Elmantica, ἐλμαντικὴ, urbs eſt Iberiæ, juxta Iberum fluvium. Steph. Vide an ſit Salmantica Ptolemæo dicta.

Elminthēs, ἕλμινθες, vermes ex genere lumbricorum. Sunt autem in duplici differentia, teretes & lati: ut docet Gal. *lib. alt. method. cap. ult.* Nominativus ſingularis eſt Elmis, ἕλμις, ινθος. *Lexic.*

‖ Elmos, galea. Anon. L. g. b. ‖

Elŏco, as, are, eſt Pretio aliquid utendum do, loco. {μίσθωσιν δίδωμι. Gall. *Faire changer de lieu & place, offrir d'un lieu & transporter, louer, bailler à loüage.* Ital. *Allegare, affittare.* Germ. Außleihen. Hisp. *Arrendar à otro por alquilar.* Angol. *To give, or to lete out to hire.*} ut, Elocare fundum, eſt Certo pretio ejus uſum alicui concedere. Cicer. 5. *Verr.* Xenon ad ſe pertinere negabat: fundum elocatum eſſe dicebat. Elocare boves. Col. *lib. 1. cap. 7.* Et maximè vexant ſervi qui boves elocant, coſdémque & cætera pecora malè paſcunt. Elocare ſeſe curandum. Plin. *lib. 26. cap. 1.* Siquidem certum eſt Manilium Cornutum ex prætoriis legatum Aquitanicæ provinciæ H-S. CC. elocaſſe in eo morbo curandum ſeſe. ¶ Elocare funus. Plin. *lib. 31.* Affes ergo contulit populus, & funus elocavit. ¶ Elocare filiam, eamque viro tradere, *donner ſa fille en mariage.*

‖ Elocò, adverb. antiquum, pro *illicò*. ‖

Elŏcūtio: vide *Eloquor*.

Elogium. {עדות *hedûth.* μαρτύριον, μαρτυρία. Gall. *Témoignage & rapport qu'on fait de quelqu'un: Inſcription de monument.* Ital. *Teſtimonio, teſtimonianza.* Germ. Ein zeugnuß/ ein herrliche vnd löbliche zeugnuß. Hisp. *Teſtimonio ò teſtificacion que ſe da en honra ò vituperio de alguno.* Angol. *A report to the praiſe or diſpraiſe of a thing.*} Teſtificatio de aliquo honoris, vel vituperationis causa. Vituperationis, Quintil. Non eſt, judices, quod putetis ideo nullum adjectum ad exhæredationem juvenis elogium, quia de ſcelere conſtaret. Idem, Exhæredati filii elogium, quòd meretricem amarit. Spartian. Sub elogio præconis cædere fuſtibus aliquem. Lamprid. *in Severo.* Donavit eunuchos amicis, addito elogio, ut ſi non redidiſſent ad bonos mores, liceret occidi. Sueton. *in Calig. cap* 27. Elogium addebatur cuſtodiis (id eſt, reis.) Honoris. Cicero *in Catone*, Quanta de Attilio Calatino, in quem illud elogium unicum compluriſmæ conſentiunt gentes, populi primarium fuiſſe virum. Seneca, Deceſſit negotiator, teſtamento omnium bonorum ſuorum reliquit formoſam uxorem hæredem, & adjecit elogium, Quia pudicam comperi. Cicer. 1. *Tuſcul.* Quid ipſa ſepulchrorum monumenta, quid elogia ſignificant, niſi nos futura etiam cogitare? Calpurn. *declamat. 18.* Inſeram majorum ſepulchris, & elogio nomen inſcribam. ¶ Aliquando accipitur pro ſimplici teſtificatione ſententiæ. Cic. *in Cat.* Solonis quidem ſapientis elogium eſt, quo ſe negat velle ſuam mortem dolore amicorum & lachrymis vacare.

‖ Elohim, Deus, plurale à ſingulari *Eloáh*.

Eloi, ἐλωὶ *Marci 15.* אלוהי *elohé*. Hebraicè eſſet Deus, *per omnes* ſcilicet caſus ſingulares. ‖

Elŏnē, ἐλόνη, urbs Perrhebica, quæ & Limone à Pteo dicitur. Steph.

Elŏngo, as: Protraho, differo. {אריך *heeriech*, ארך *richêk*, ἀτίνω. Gall. *Alonger, faire plus long.* Ital. *Differire, prolongare.* Germ. Verlengern. Hisp. *Alongar.* Angol. *To mak longer.*} Plin. Quo maximè tempore dies elongantur.

Elŏps, ἔλοψ. Piſcis apud antiquos nobiliſſimus habitus, unus omnium ſquamis ad os verſis, contra aquam nando meat: à nonnullis Acipenſer dictus. Plin. *lib. 9. cap. 17.* Et Gell. *lib. 7. cap. 16.* Elops Rhodius optimus. ¶ Eſt & Centauri nomen proprium, apud Ovidium *Metam.*

Elŏquŏr: Clarè & apertè propriisque verbis animi sensa explico. {דבר *dibbér. מלין melits.* λαλέω, λαλῶ, λαλῶ. Gall. *Dire, parler clairement & donner à entendre, declarer son sentiment proprement.* Ital. *Parlare apertamente.* Germ. Aussprechen/ heiter ausreden was einem vnd Dan̄ han̄ ist. Hisp. *Hablar esparzidamente y bien.* Angl. *To speak out, to utter eloquentlie.*} Quintil. Eloquor, quum omnia quæ mente concepernm promo, atque ad audientes profero. Virg. 3. *Æneid.*

*Eloquar, an sileam?*

Plaut. *in Amph.* Rémque, ut facta est, eloquar. Ter. *Phorm.* Atque id, si potes, verbo expedi. o. Faciam. a. Eloquere. o. Modò apud portum, &c. Qui sum, paucis eloquar. Plaut. *Aul. prol.* Eloquar nomen meum. Idem *Amph. prolog.* Item, Quam rem oratum huc veni, primùm eloquar: &, Post hujus argumentum eloquar tragœdiæ. *Ibid.* Audita eloquar. *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. S. Quid Amphitruoni datum est? M. Patera aurea. S. Eloquutus est. Rem ut est, eloquamur. Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 3. Eloquere obsecro ubi sunt spes meæ? Idem *Cure. sc.* 3. *a.* 2. Eloquere ut quod nescio, recum sciam. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Non me istuc curare opottet. Quem igitur? Eloquar. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Dulcia & amara apud te elocutus eram. Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* 1. Cur hæc celata me sunt? Ps. Eloquar. *Ibid. sc.* 5. *a.* 1. Nihil habeo certi quod eloquar (i. affirmem.) Idem *Milit. sc.* 4. *a.* 2. Necesse est mihi rem omnem eloqui, quicquid ago. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 1. Eloquuta sum convivæ. *Ibid. sc.* 4. *a.* 2. Eloquat uxori rem omnem uti gesta. *Ibid. sc.* 4. *a.* 3. ¶ Aliquando eloqui, est dicere: quod proprium est Oratoris. {φράζω. Gall. *Raisonner, discourir.* Ital. *Ragionare.* Hisp. *Razonar.*} Cic. 2. *de Orat.* Oratoris est compositè, ornatè, copiosè eloqui. Idem 1. *Offic.* Copiosè eloqui, modò prudenter, melius est quàm vel acutissimè, sed hinc eloquentia cogitare.

Elŏquēs, dicitur qui in dicendi ratione perfectus est, copiosè sapienterque dicens, in dicendo suavis, ornatus & gravis. {מבר צחות *medabbér tsahóth*, מלין *melits.* λόγιος, ῥήτωρ, *diserte nitide.* Gall. *Eloquent, beau parleur.* Ital. *Eloquente, ben parlante.* Germ. Wolberedt. Hisp. *Eloquente, el que habla copiosamente y esparzidamente.* Angl. *Eloquent, à faire utterer.*} Unde Anton. apud Cicer. dicit se disertos vidisse plurimos, eloquentem neminem: quasi dicat, se plurimos eximios Oratores vidisse, perfectum autem Oratorem, in quo nihil desideraretur, neminem. Cic. 1. *de Orat.* Quamobrem mirari desinamus quæ causa sit eloquentium paucitatis, quum iis rebus universis eloquentia constet, quibus in singulis elaborare permagnum est. Idem *in Orat. ad Brutum*, Is erit igitur eloquens qui poterit parva summissè, modica temperatè, magna graviter dicere.

Elŏquentĭa, dictio ex omni parte perfecta, perfecta dicendi vis & copia. {מליצות *melitsáh.* λόγιος. Gall. *Eloquence, beau parler.* Ital. *Eloquenza, bel parlare.* Germ. Wolredenheit. Hisp. *Eloquencia, elegante y fecunda habla.* Angl. *Eloquence, a grace in readie speaking.*} Cic. *in Part.* Nihil aliud est eloquentia, quàm copiosè loquens sapientia. Ter. *in Eunuch.* Dixine ego in hoc esse vobis Atticam Eloquentiam? Suet. *in Cæs. cap.* 55. Eloquentia militaris. Velleius, Eloquentia, prosa. Quint. Eloquentia (id est, eloquutio) pars Rhetoricæ. Cic. *de optimo genere.* Eloquentia constat ex verbis & sententiis: ideo perficiendum est, ut purè & emendatè loquentes, quod est Latinè, verborum præterea propriorum & translatorum elegantiam persequamur. Idem 1. *de Orat.* Quinque faciunt Græci quasi membra eloquentiæ: invenire quid dicas, inventa disponere, deinde ornare verbis, pòst memoriæ mandare, tum ad extremum agere ac pronuntiare. Idem *ibid.* In dicendo facultatis tres sunt rationes: una conciliandorum hominum, altera docendorum, tertia movendorum: harum trium partium prima lenitatem orationis, secunda ac tertia vim desiderant. Vide *Dicere, ibid.* Is erit ergo eloquens, qui ad id, quodcunque docebit, poterit accommodare orationem, & in foro causisque civilibus ita dicet, ut probet, ut delectet, ut flectat: probare necessitatis est, delectare suavitatis, flectere victoriæ. *Paulò post*, Is erit igitur eloquens (ut illud iteremus) qui poterit parva summissè, modica temperatè, magna graviter dicere. *Ibid.* Esse igitur perfectè eloquentis puto, non eam solùm facultatem habere, quæ sit ejus propria, fusè latéque dicendi: sed etiam vicinam ejus atque finitimam Dialecticorum scientiam sumere.

Elŏquentĭssĭmè, Adverb. Plin. *Epist. lib.* 2. Arriano respondet Cornel. Tacit, eloquentissimè.

‖ Eloqueret, pro Eloqueretur. Enn. antiq. ‖

Elŏquium, sermo, oratio. {דברות *debberáh.* λόγος. Gall. *Eloquence à parler.* Ital. *Ragionamento, parlamento.* Germ. Dieredsprach oder wolberedte. Hisp. *Habla facunda.* Angl. *Eloquent speaki or speach.*} Plaut. Dulci ac blando eloquio amicam solatus. Apul. Platonis eloquio monitus, non nobis solis nos natos esse. Ovid. 2. *de Ponto, eleg.* 2.

*Nunc tibi & eloquii mitor ille domestica adsit.*

Idem *Eleg.* 8. *lib.* 1. *Trist.*

*Qualibet eloquio fit bona causa tuo.*

Idem 13. *Metam.*

*Quæ licèt eloquio fidum quoque Nestora vincat.*

Ibidem,

*Eloquioque virum furentem mollit.*

Elŏquūtĭo, {מליצות *melitsáh.*} Pars est Rhetoricæ, quæ à Cic. *de Invent.* definitur esse idoneorum verborum ac sententiarum ad inventionem accommodatio, ἐφαρμογή.

Elŏquūtrix, icis, quæ eloquitur. Quint. *lib.* 2. *cap.* 15. Nam oratoria sic efferetur, ut eloquutoria: oratrix, ut eloquutrix. De Rhetorica loquitur.

Elōrus, Ἕλωρος, Vulgò *Labiso.* Siciliæ urbs est, Pachyno promontorio proxima: ita dicta ab Eloro amne, qui adjacentibus campis superfunditur, sicut Nilus, in quo pisces cibum è manu capiunt. Plin. *lib.* 32. *cap.* 2. De hoc Silius Sidonius: Drepane, atque unda clamosa Elori. Virg. *lib.* 3.

*Exsuperat pingues subeuntis Elori.*

Elŏtæ, ἕλωτες, seu Eloris, ἑλωρία, publica appellant mancipia Lacedæmonii, id est, publicos ministros, ut sunt apparitores, lictores, qui apud Thessalos dicuntur Penestæ.

‖ Elotona, vel Eliocrota. V. olim sub A. Tolerano: à Gothis, aut aliis eversa: hodie *Lorca* dicitur: estque sedes ejus Episcopalis cum Carthaginensi unita. ‖

Elpĕnŏr, ἐλπήνωρ. Nomen comitis Ulyssis, qui à Circe cum aliis sociis in porcum conversus fuit: & deinde pristinæ formæ restitutus, delapsus de scalis, cervicem fregit. Author Homerus 10. *Odyss.* Juvenalis *Satyr.* 15.

*Et cum vernigibus grunnisse Elpenora potris.*

Elpia, ἐλπία, urbs in Daunia, à Rhodis condita. Steph.

Elpis, ἐλπὶς, nomen proprium Boëthii uxoris.

‖ Elua, insula, vide *Ilua.*

Elūcĕo, es: Lucidus sum, appareo, exto, emineo, enitco. {נגה *naghah.* φαίνομαι. Gall. *Reluire, estre apparent & manifeste.* Ital. *Rilucere, essere lucido, manifesto, apparente.* Germ. Scheinen/ fundbar vnd offenbar sein. Hisp. *Mucho lusir.* Angl. *To be bright to shyne, to be apparant.*} Virg. 2. *Georg.*

——— *elucent alia, & fulgore coruscant.*

Cic. 2. *de divinat.* Ut illa tertia pars rationis & mentis eluceat. Eluceat animi excellentia in despiciendis opibus: idem 1. *Offic.* Ideo sta pro Rose. *Amor.* Eo magis eluceat, quo magis occultatur. Tibull. *lib.* 4.

*Latior eluxit flexilis super ignis acervos.*

¶ Eluxit (id est, apparuit.) Suet. *in Tib. cap.* 57.

Elūcēscĕre, significat magis lucidum fieri. {נגה *naghah. παμφαίνω.* Gall. *Devenir luisant, estre clair.* Ital. *Essere chiaro.* Germ. Hellen oder scheinbarn werden. Hisp. *Ser claro.* Angl. *To waxe bright and apparant.*} Hieron. Quod ut clarius eluceseat, sumamus exemplum ab his corporalibus sensibus.

Elūcĭfĭco, as: Luce privo. {χωρίω. Gall. *Priver de lumiere.* Ital. *Privar de luce.* Germ. Des liehts berauben. Hisp. *Privar de la luz.* Angl. *To spoile of light.*} Quamvis Nonius interpretatur Lucidare. Laberius *apud Gell. lib.* 10. *cap.* 17. Volo elucificare exitum ætatis meæ: aliàs legitur, *volo lucificare exitium ætati meæ.* Inducitur enim dives avarus propinationem (aliàs, popinationem) filii deplorans, qui ait velle se Democriti exemplo luminibus oculorum privare, ne videat filium luxu patrimonium prodigentem. Verbum est à Laberio confictum, aliisque omnibus scriptoribus inusitatum, ut pleraque alia ejusdem authoris. Nonius tamen legit elucifacere.

Elūctŏr, aris: Luctando vinco, supero, vel evado. {נשגב *niphtál.* ἐκπαλαίω, ἐκφεύγω. Gall. *Tascher à vaincre en luitant, vaincre, échapper & sortir de force.* Ital. *Vincere à la lotta.* Germ. Mit ringen vberwinden/ abringen: Item/ herfürringen. Hisp. *Luchar y vencer luchando.* Angl. *To vanquish by struging, to eschape by force.*} Plin. *lib.* 34. *cap.* 10. Tenuissima est in ipso ore fornacium, quâ flammæ eluctantur: hoc est, vi & quodammodo luctando exeunt. Liv. 4. *bell. Pun.* Tenentibúsque, quum tot ac tam validæ eluctandæ manus essent, sese ereperunt. Virg. 2. *Georg.*

——— *aqua eluctabitur omnis.*

Locorum difficultates eluctatus. Tacit. *in vita Agricolæ.* Nives eluctari. Idem *lib.* 9. Lucan. *lib.* 2.

*Tandem Tyrrhenum vix eluctatus in undas.*

Elucubro, as, & Elucubror, deponens: est Lucubrationibus, hoc est, vigiliis conficio. {נברגמה. Gall. *Faire quelque chose soigneusement & en veillant la nuict.* Ital. *Vegliare per operar qualche cosa.* Germ. Zu nacht etwas arbeiten. Hisp. *Velar trabajando à la candela.* Angl. *To doe a thing by candle.*} Cic. *ad Att. lib.* 7. Nihil habeo quod ad te scribam: quinetiam eam epistolam quam eram elucubratus, ad te non dedi. Col. *lib.* 10. *cap.* 2. Quare quicquid est istud quod elucubravimus. Cic. *de clar. Orat.* Deinceps inde multæ, quas non minùs diligenter elaboratas etiam, quàm elucubratas afferebamus.

Elūcum. Veteres languidum, vel hallucinatorem, aut ungarum amatorem, sive halonem, hoc est, hesterno vino languentem, vocaverunt. Author Festus. Vide *Heluens*, & Gell. *cap.* 12. *lib.* 16. Ibi apud Gellium Elucus, authore Cloatio Vero, est tarditas animi, & stupor qui hallucinantibus plerumque usurenit.

Elūdo, is: Deridco, decipio, fallo. {תתל *tsichók.* התל *hetbél.* פתה *pittáh.* ἀλαζονίζω. Gall. *Abuser quelqu'un, & se mocquer de luy.* Ital. *Beffare, ingannare.* Germ. Verspotten/ fratzweret treiben. Hisp. *Burlar y escarnecer.* Angl. *To mocke, to shift to of.*} Plaut. *Amph.* Quando imago est in me, certum est hominem eludere. Idem *Cure. sc.* 2 *a.* 5. Eluti militem (inquam) in alea (de annulo surrepto.) *Ibid.* Unde habeas aoulum, quem hic te elusit. Liv. *lib.* 7. *bell. Punic.* Eluditur pugna missilibus. Quintilian. Qui cursu parùm valent, flexu eludunt. Item, Eludere vim legis. Suet. *in Aug. cap.* 33. Cicer. 4. *Academ.* Sed vos ab illo irridemni, & ipsi illum vicissim eludistis. Terent. *in Eunuch.* Eludet, ubi te victum senserit. Cic. *in Catilin.* Quamdiu nos etiam furor iste tuus eludet? Idem *pro Rose. Amer.* Nosque abisto nebulone facetiùs eludemur. Quint. Menander elodit fidem Atticæ tetræ (id est, elevat.) Et Livius *lib.* 8. *bell. Pun.* Eludere gloriam alicujus, id est, elevare. Senec. Eum non pacisci, sed eludere. Cæsar *lib.* 1. *de bell. civil.* Eludebant nostros celeritate navium.

Eludens, entis, Partic. act. qui eludit. παιζόμενος. Cic. 2. *de Divin.* Quæ est ars conjectoris, eludentis ingenio.

Elūsus, partic. {נתתל *buthál*, נפתה *niphtáh.* ἐκπαιχθείς. Gall. *Abusé & mocqué.* Ital. *Schernito, beffato.* Germ. Verspott/ betrogen. Hisp. *Burlado y escarnecido.* Angl. *Mocked.*} Ovid. 6. *Met.*

*Manus elusam designat imagine tauri*
*Europam.*

Liv. *lib.* 3. *ab Vrb.* His artibus elusa lex. Idem *ibid. lib.* 6. His miraculis nunquam ab ipso elusa fides est.

‖ Eluenaca, vitis inter generosas. Colum. *lib.* 3. *cap.* 3.

Eluensis, vel Elusensis E. in Gallia, *Eauze*, sub A. Narbonensi. ‖

Elūgĕo, es: Lugere desino, luctum depono, tempore justi luctus expleto. { παύω θρηνέω. Gall. *Cesser de pleurer, laisser ou quitter le deuil.* Ital. *Lasciare il pianto, deponer le lagrime.* Germ. Vertrauren. Hisp. *Quitar luto.* Angl. *To cease frome mourning.* } Tempus justi luctus erat apud Romanos totius anni. Unde matrona apud illos erat infamis, quæ secundas habebat nuptias priusquam virum eluxisset, hoc est, quæ ante expletum annum luctûs secundò nubebat. Liv. 4. *bell. Maced.* Quid aliud in luctu quàm purpuram, atque aurum deponunt? Quid aliud quum eluxerunt, sumunt? Elugere luctum. Gell. *cap.* 5. *lib.* 7. ¶ Accipitur etiam pro simplici verbo Lugeo. Cicer. *ad Papyrium*, Patriam eluxi jam & graviùs, & diutiùs, quàm mater unicum filium.

‖ Elvicorum civitas, id est, Aventicum, *Avanches*. V. olim E. sub M. Vesontionensi. ‖

Elvīnā, dicta est Ceres ab Elvio oppido, vel ab Elvide fluvio, in quo colebatur. Juvenal. *Satyr.* 3.

*Ne quoque ad Elvinam Cererem, vestramque Dianam.*

‖ Elul, אלול, est nomen ultimi mensis Hebræorum in anno civili, quem annum à novilunio Septembris inchoabant: itaque Elul respondet nostro Augusto. *Elil* est Hebræis nihilum. Inde fortè mensis ille dictus, quòd eo terræ nitor in nihilum abire incipiat. ‖

Ēlumbŭs, & Elumbis, qui evulsum habet lumbum, vel qui præ lumbi debilitate se erigere non potest. { μὴ ἰσχὺν νωτοφόρον. Gall. *Ereinté, qui a les reins rompus.* Ital. *Dilumbato.* Germ. Dem die lenden ab ist. Schwach. Hisp. *Flaco.* Angl. *He that hath feble leymes.* } Per translationem accipitur pro molli & effœminato.

Ēlŭo, ui, utum, significat lavo, seu lavando purgo, diluo, deleo, abstergeo. { רחץ *rachátz*. כבס *chibbés*. ἐκπλύνω. Gall. *Laver, rincer, nettoyer.* Ital. *Lavare, purgare lavando.* Germ. Außwäschen. Hisp. *Lavar, deslavar.* Angl. *To rinse, to wash cleane.* } Col. *lib.* 1. Quod etiam venenati liquoris eluit pernicies. Idem, Villica debet curam adhibere, ut si quæ fæces, aut amurca in fundis vasorum subsederint, statim emundentur, & non calidissima lixivia, ne vasa ceram remittant, semel atque iterum eluantur. Ovid. 11. *Metam.*

*Subde caput, corpúsque simul, simul ebue crimen.*

Cicer. *Verr.* Erabas, Verres, & vehementer erabas, quum te maculas furorum, & flagitiorum tuorum, sociorum innocentium sanguine eluere arbitrabare. Plaut. *Aul. sc.* 5. *a.* 1. Vascula intus purè propsita, atque elue. Idem *Capt. sc.* 3 *a.* 4. Jubes astitui aulas, patinas elui? Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Tu argentum eluito: idem exstruito.

Elūtŭs, participium, vel ex participio nomen. { רחוץ *rachúts*, מכבס *mechubbás*. λελουμένος. Gall. *Lavé & nettoyé d'eau ou d'autre liqueur.* Ital. *Lavato, mondato con aqua* Germ. Außgewäschen/ außgeschwenckt. Hisp. *Lavado.* Angl. *Rinsed, washed cleane.* | ut, Eluta, & siccata vinaria vasa, apud Colum. *lib.* 9. *cap.* 34. Horat. 2. *serm. Satyr.* 4.

——— *irrigua nihil est elutius horto.*

‖ Eluſa, *Euse*. V. olim E. Vasconiæ, in qua hodiéque ædes Episcopales habet Archiepiscopus Auscorum.

Eluria, orum. Plin. *lib.* 34. *cap.* 16. *de plumbo*, Invenitur & in auratiis metallis (quæ eluria vocant) aqua immissa eluente calculos nigros, paulùm candore variatos. Ego *elutia*, quòd elui soleant per aquas, ut sordibus diluendo discussis, metallum ostendatur. ‖

Ēluvĭes, ei, vel Eluvio, nis, est vorago, vel terra aquarum impetu hausta. { βάραθρον, λαγκάδιον. Gall. *Lavage, l'eau degoutant ou nettoye quelque ordure, égoust d'immondices.* Ital. *Voragine, inghiottimento, cava d'aqua fangosa.* Germ. Wassergusse/ so allen vberschreitet. Hisp. *Alvatar adonde acudenlas privadas.* Angl. *A breaking and wasting away of the earth by a great flude.* } Curt. *lib.* 6. Torrentéque atque eluvies iter moliebantur. Idem *lib.* 8. *cap.* 11. Ab altera parte voragines eluviésque præruptæ sunt: nec alia pugnandi patebat via, quam ut repleterentur. Cicer. *fenn. Scip.* Propter eluviones exustionésque terrarum, quas accidere tempore certo necesse est. ¶ Ponitur etiam eluvies pro macula & contagione. { Angl. *A contagious mischiefe.* } Cicer. *pro domo sua.* Idcirco tu ad illam labem atque eluviem civitatis sine summa vi pervenire potuisti? Eluviem Plinius accipit pro egestione sordium ex urbe, qualis est quæ fit per cloacas publicas, *lib.* 2. *cap.* 84. Quod in certis notatur oppidis, quæ minùs quatiuntur crebris ad eluviem cuniculis cavata.

Eluri, Ἔλωροι. Populi Scythici. Steph.

‖ Elus, olera, pro olus, olera, veteres dicebant. ‖

Elusa, Ἔλουσα, urbs nunc quidem Palæstinæ tertiæ, olim verò Arabiæ. Stephan.

Ēlŭscārĭ, est luscum facere, hoc est, alterius oculi lumine spoliare. { τυφλοῦν τὸν ὀφθαλμόν. Gall. *Faire borgne, crever un gasser un œil à quelqu'un.* Ital. *Far losco.* Germ. Einäugig machen. Hisp. *Hazer menguado de un ojo.* Angl. *To mak glied.* } Apud Jurisconsultos *ad legem Aquil.* scribitur, Aquilia eum teneri qui eluscaverit discipulum in disciplina. Hinc, Eluscatio, actio ipsa privandi altero oculo. Ulpian. *de adil. edict. l. idem Ofilius.* Eluscarique eum quidam putant, ubi homo luminæ adhibito nihil videt. Qui id dixerunt, non sunt audiendi, quia nulla freti authoritate id dicunt.

Ēlŭtrĭo, as, de vase in vas transfero. { μεταχέω. Gall. *Verser d'un vaisseau dans autre, transverser.* Ital. *Trasmutare di uno in un' altro vaso.* Germ. Vblassen/ auß einem gefchir in das ander schütten. Hisp. *Echar de un vaso en otro.* Angl. *To powre out of one vessell in to an other.* } ‖ ab *eluendo*, i. e. exhauriendo. ‖ Plin. *lib.* 14. *cap.* 17. Sufferve factis decies, mox elutriatis, atque ita inveteratis. ¶ Elutriare lintea, dictum à Laberio, ut author est Gell. *cap.* 7. *lib.* 16. id est, Eluere.

‖ Eluvies, & eluvio, est actio aquæ eluentis terram, & deinde vorago terræ, facta eluendo. Est etiam egestio sordium.

Eluus, niger, candidusque color. Gloss. A. L.

Ex uxo, est luxando emoveo. ‖

Ēlŭxātŭs, idem est quod simplex luxatus. { יקע *jokáh*. מוקע *mukáh*. ἐξαρθρωθὲς. Gall. *Démis de son lieu, disloqué, d'étors.* Ital. *Disiocato.* Germ. Verrencket. Hisp. *Desencaxado.* Angl. *Put out of ioynt.* } Plin. *lib.* 20. *cap.* 9. Si etiam fistulas eluxatas & tumores revocati, quæque discuti opus sit.

Ēlŭxŭrĭāri, Luxuriari. { פרח *farách*. φυλλορροεῖν, ἐκφορεῖσθαι. Gall. *Abonder outre mesure.* Ital. *Lussuriare, soprabondare.* Germ. Vber gehen / als wan sich die bäum vbertragen/ oder zu vil holz vberkommen. Hisp. *Sobrar.* Angl. *To be given, to viote, to grow to rantely.* } Ad arbores transfertur. Col. *de Arbor. cap.* 3. Quod si pingui agro validas vites deposueris, pampinis magis eluxuriabuntur, & qualemcunque fructum tulerint, ad maturitatem non perducent.

Elymais, idis. { עילם *helám*. Ἐλυμαῖος. } Regio ad finem Persicum, ab ipsa Perside Orato flumine discreta. Author Plin. *lib.* 6. *cap.* 25.

Elymæ, Ἐλυμαῖοι. Regio Assyriorum juxta Persiam propè Susidem. Steph. ‖ Elymas magus vertitur, *Act.* 13. 18. Vox est Arabum, quibus עלים sapiens, ex עלם novit, scivit. Sic Germanis Weissagen/ quasi sapienter loquens. ‖

Elymnium, Ἐλύμνιον, insula in Eubœa, cum civitate: dicitur etiam Ἐλυμνία Steph.

Elymnus, Ἐλύμνος, Heros. Elymniæ civitati Macedoniæ nomen dedisse putatur. Steph.

‖ Elymus, Ἔλυμος, tibiæ summa pars, aut tibia, semen quoddam (nempe panicum) citharæ, aut teli theca. Ἔλυμος, est involucrum, ab εἴλω, i. e. εἰλῶ. ‖

Elyrus, Ἔλυρος, urbs Cretæ Steph. qui & alibi Syriam navale ejus appellat.

Ēlysium, Ἠλύσιον, locus ubi piorum animæ habitant: λύω & λύσις, à solutione. Nam animæ post solutionem vinculi corporei deveniunt ad Elysios campos. Virg. 5. *Æneid.*

——— *sed amœna piorum*
*Concilia, Elysiúmque colo.*

¶ Sunt & Elysii campi in Bœotia circa Thebas, ut inquit Lycophron, de quibus sensisse videtur Virg. *lib.* 2. *Georg.* quum ait,

*Quamvis Elysios miretur Græcia campos.*

Vide Plutarch. *in Sertor.*

## E M

‖ Em, im, id est, eum, ex Is. *Emum*, eundem, quasi eum eum. Hes. ὁ αὐτὸς αὐτός, ex ἴ, unde ἵ sui. ‖

Ēmăcĕro, proemacio. Senec. *de consol. ad Martiam, cap.* 10. Alios morborum variis generibus emaceratos diu inter vitam mortémque detinebit.

Ēmăcĭo, as, are. Macrum, sive aridum reddo. ἰσχναίνω. Gall. *Amaigrir, faire devenir maigre.* Ital. *Smagrare, dimagrare.* Germ. Außmagern. Hisp. *Emmagrecer à otra cosa.* Angl. *To make leane.* } Col. *lib.* 2. *cap.* 14. Sed ex omnibus quæ retuli seminibus, idem Salerna putat aliis juvari, & stercorari agros, aliis rursus peruri & emaciari. Idem *lib.* 4. *cap.* 24. Quæ nec spem vindemiæ destituit, emacians stirpem suam.

Emăcĭātŭs, partcip. apud Colum. *lib.* 2. *cap.* 1. Omne emaciatum armentum ex ea pinguescit.

Emăcĭtās, vide *Emo*.

Emacrĕsco, valde macresco. Cels. *lib.* 3. *cap.* 25. Cutis quasi squamis quibusdam exasperatur, corpus emacrescit. Et *lib.* 2. *cap.* 2. Pejus signum, ubi aliquis contra consuetudinem emacruit, & decorem coloremque amisit.

Ēmăgrŏr: Extenuari, macrum fieri. { כחש *chachásch*, רזה *razáh*. ἰσχναίνομαι. Gall. *Devenir maigre, s'amaigrir.* Ital. *Divenir magro.* Germ. Mager werden. Hisp. *Enflaquecer.* Angl. *To waxe leane, to mak leane.* } Plin. *lib.* 18. *cap.* 19. Tertiam emacrati hoc satu existimantes.

Ēmăchæro, as, est maculas aufero. { מחה *macháh*. ἐμάσσομαι. Gall. *Oster une tache, nettoyer.* Ital. *Levar le macchie.* Germ. Masen vertreiben/ säubern. Hisp. *Quitar las manchas à manzillas.* Angl. *To tak away spottes.* } Plin. *lib.* 21. *cap.* 19. de Narcisso herba, Nigras viriligines emaculat. ¶ Excoctum & emaculatum argentum. Gell. *cap.* 5. *lib.* 6.

‖ Ēmancĭps, famulus à servitute liberatus. Gl. Isid. ‖

Emancipatio, nis. Gell. *cap.* 27. *lib.* 15. Per familiæ emancipationem, cui æs & libra adhiberetur, facere testamentum. Pomp. *D. lib.* 1. *tit.* 7. *l.* 14. Nepos ex filio apud adoptatum patrem conceptus & natus, per emancipationem jura omnia perdit.

Ēmancĭpo, as: Est eum quem in potestate habemus, sui juris efficere, quasi extra mancipium, hoc est, extra dominium nostrum ponere. { שבח *chippésch*. ἐκποιῶ. Gall. *Emanciper, mettre hors de sa puissance.* Ital. *Emancipare, liberare.* Germ. Freyen/ auß seinem gewalt vnd von handen gäben. Hisp. *Delibrar el padre al hijo de su poder.* Angl. *To sett at libertie, to enfranchise.* } Unde pater dicitur emancipare filium, quum eum paterno jure liberat, & sui juris efficit. Quod quibus modis fieri soleat, vide primum librum Instit. *tit.* 12. & Caium *lib.* 1. *Instit. tit.* 6. & *l.* 3. §. 1. *D. de cap. dimin. & Nov.* 81. Plin. *epist.* 67. Regulus filium amisit, hoc uno malo indignus, quod nescio an malum putet: erat puer actis ingenii, sed ambigui: qui tamen posset recta sectari, si patrem non referret: hunc Regulus emancipavit ut hæres matris existeret. ¶ Liberos propriè emancipari, servos manumitti dicimus. Inde Emancipari, qui ex patris jure excesserunt, & sui juris facti sunt, ἀνεύθυνοι. Qui autem eos ex mancipio suo emittunt, emancipatores dicentur. Emancipati (inquit Festus) duobus modis intelliguntur, aut ii qui ex patris jure exierunt, aut ii qui aliorum fiunt dominii: quorum utrumque fit mancipatione. Emancipare se alicui, sive (ut veteres loquebantur) emancupare, est se totum alicui tradere, & velut in mancipium, hoc est, dominium illius transferre. Plaut. *in Bacch.* Nunc mulier tibi me emancupo: tuus sum, tibi do operam. ¶ Hinc emancipatum alicui dicimus, qui alterius domino imperióque subjectus est, & in jus mancipiumve ejus est transcriptus: quanquam etiam per translationem latiùs accipitur pro eo qui quovis modo alteri obnoxius est & addictus. Cic. *in Catone*. Ita senect. is nimis honesta est, si ipsam defendit, si jus suum retinet, si nemini emancipata est, si usque ad ultimum spiritum dominatur in suos. Horat. *Epod.*

*Romanum (ben posseri no, abit it!)*
*Emancipatum feminæ.*

Fert

*Vert vallum & arma milet.*

¶ Emancipatus ad omne facinus. Apul. *lib.* 10. Assumpto statim nequissimo, & ad omne facinus emancipato quodam dorali servulo, perfidiæ suæ communicat. ¶ Emancipare veteres quoque dicebant pro Vendere & alienare. Cic. *Philipp.* 2. Tum iste venditum atque emancipatum tribunatum consilijs vestris opposuit. Plin. 7. *Epist.* Nam quo quingentis millibus nummûm, quæ in alimenta ingenuorum ingenuarúmque promiserant, agrum ex meis longè pluris æstori publico emancipavi, eundémque vectigali impositò recepi. Ubi Plin. Emancipare, non pro vendere posuit, sed pro alienare: quum enim vellet vectigal publicè donare in alimenta puerorum (id est, *veniam*, seu redditum annuum constituere, ut verbis vulgi loquar) fundum suum imaginaria venditione Reipublicæ donavit, & subinde vectigalem recepit. Ex Budæo. Item, Emancipare agrum, dixit Suet. *in Othone, cap.* 4.

Ēmāncō, as, are: Manus præcido, mancum facio. { τὰς χεῖρας κόπτω, χειροκοπῶ. Gall. *Faire manchot, couper les mains.* Ital. *Tagliare le mani.* Germ. Die hand abhauen. Hisp. *Cortar las manos.* Angl. *To mayme.* } Labienus apud Senecam *lib. controvers.* 5. Cedo lora, gaudeo me non omnes emancasse.

Ēmando: Amando, mitto. { Angl. *To send away.* } Cicer. *ad Attic.* De Ciceronibus nostris dubito quid agam: nam mihi interdum emandandi videntur in Græciam. In nonnullis tamen exemplaribus legitur, *Amandandi.*

Ēmānĕo, verbum est militare. { ἐκ παρεμβολῆς, ἐκ λόχου. Gall. *Demeurer dehors.* Ital. *Stare di fuori.* Germ. Das ausser seins/zu lang ausbleiben. Hisp. *Tardar quien se fue, estar de fuera.* Angl. *To tary out of a place.* } Proprie enim dicuntur emanere milites, qui diutiùs sine legitimo Imperatoris commeatu absunt à castris. Modest. *l. desertorem, D. de re milit.* Is qui in exploratione emanet hostibus insistentibus, aut qui à fossa tunc recedit, capite puniendus est. Inde Emansor, de quo mox.

Ēmānsŏr. { ὁ ἀμετανόητος, ὁ πολὺν χρόνον ἐκτὸς τοῦ στρατοπέδου ἀπρονοήτως διάγων, ὁ ἀπρονόητος. Gall. *Vn gendarme qui fait la renardiere pour ne se trouver aux rangs.* Ital. *Venturiero, vagabondo, che non torna al tempo assignatoli.* Germ. Ein fretgenanen der länger ausserhalb dem leger ist/dan man im erlaubt hatt. Hisp. *El que se fue, y no bolvio.* Angl. *A man of warre that lurketh in corners, a renaud.* } proprie (ut inquit Modest. *l.* 1. §. *desertorem, ff. de re milit.*) dicitur miles qui ultra tempus commeatus ab Imperatore impetrati, abest à castris: Desertor autem, qui per tempus longum vagatus reducitur: Erroneus, qui non quidem fugit, sed frequenter sine causa vagatur, & temporibus in res nugatorias consumptis, serius ad dominum redit.

Ēmāno, as: Extra mano, effluo, exeo. { ἔκ τινος ῥέω, ἀπορρέω. Gall. *Iffir ous'en aller hors, sortir, s'écouler.* Ital. *Uscire, destillare.* Germ. Zuflüssen/ausfliessen. Hisp. *Manar ò proceder de algun lugar.* Angl. *To ware de flome, or to ryone out.* } Col. *lib.* 5. Et tale cum adipe defricatur, dum saniei vis emanet. Plin. *lib.* 20. *cap.* 6. Et in angulo oculi perpetim humor emanans. Quint. Emanat per oculos animus. Item Liv. 7. *ab urb.* Emanatum consilia. ¶ Interdum etiam activè ponitur pro Emitto. Idem *lib.* 2. *cap.* 3. Oculis saniem emanantibus. ¶ Emanare res aliqua dicitur, quum rescitur, & spargitur in vulgus. Liv. *lib.* 9. *bell. Punic.* Periculum erat, ne vera eo ipso quòd celarentur, sua sponte magis emanarent. Cic. *ad Attic. lib.* 5. Scripsi equidem olim ei itaque, quòd ille petiit scripserat: sed ita compresseram, ut nunquam emanatura putarem. Idem 2. *Verr.* Quæ fama non idcirco solùm emanarat, &c. ¶ Emanare in, vel ad vulgus, ἐκφέρομαι, ἐκπίπτω εἰς. Idem *pro Rosc. Amer.* Ego etiamsi omnia quæ dicenda sunt, libere dixero, nequaquam tamen similiter oratio mea exire atque in vulgus emanare poterit. Suet. *in Neron. cap.* 6. Emanare in vulgus. Emanare indiciis. Liv. 3. *ab Vrbe*, Multis enim emanabat indicijs, neque fractem Volscii, ex quo semel fuerit eger, unquam modò visum in publico, sed ne assurrexisse quidem ex morbo.

‖ Emanus, vide *Eminus.* ‖

Ēmārcum, teste Col. *lib.* 3. *cap.* 2. Est genus uvæ à Gallis sic appellatæ.

Ēmargĭno, as: Significat, crustas & pulvillos & margines ulcerum adimo. { ἀφαιρέομαι. Gall. *Oster la marge, le bord, la croufte, l'équierre d'une playe.* Ital. *Scrostare, levar la crosta.* Germ. Die rusen von einem geschwär thun. Hisp. *Quitar las margines à las cerillas.* Angl. *To tak away the borderis or margenis.* } Plin. *lib.* 22. *cap.* 9. Item equarum, præterquam virginum, erodit, & emargioat ulcera.

Ēmāscŭlo, as: Castro, & virilitatem aufero. { ἐκτέμνω. Gall. *Chastrer.* Ital. *Castrare.* Germ. München/die mannheit nemmen. Hisp. *Castrar el animal.* Angl. *To geld.* } Servius ait, apud quosdam populos sacerdotes solitos se quibusdam herbis emasculare, ut venerem arcerent, & coire non possent.

Ēmāscŭlātŏr, is, pædico, & draucus. { πρωκτήρ, & Apostolo ἀρσενοκοίτης. } Apul. *in Apol.* Olim in puericia priusquam isto calvitio deformaretur, emasculatoribus suis ad omnia infanda morigerus.

Emath. { חמת *chamáth.* } Nomen fuit duarum Syriæ urbium, quarum major Antiochia, minor appellatur Epiphania. Unde etiam hodie proficiscentibus in Mesopotamiam prima mansio Emas dicitur, corrupto quidem vocabulo, sed pristini nominis vestigia retinente. Hemath verò in principio aspiratum, regio Allophylorum est.

Ēmathĭa, ἡ Μακεδονία. Stephano, & Suidæ, Nobilis Europæ regio, Thraciæ finitima, postea Macedonia appellata. { Germ. Die landtschafft in Macedonia. } ita dicta (quidam existimant) ab Emathione rege, fratre Memnonis, Tithoni & Auroræ filii. Plin. *lib.* 4. *cap.* 16. Macedonia centum quinquaginta populorum, duobus inclyta regibus, quondámque totarum imperio. Emathia antè dicta. ¶ Poëtæ Emathiam aliquando usurpant pro Thessalia, suo quodam jure vicinorum locorum appellationes confundentes. Virg. 1. *Georg.*

*Non fuit indignum superi, bis sanguine nostro*
*Emathiam, & latas Hami pinguescere campos?*

*Lucan. lib.* 1.

*Bella per Emathios plusquam civilia campos?*

hoc est, per campos Pharsalicos. Campi Pharsalici in Thessalia sunt, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 8. Ovid. *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Trist.*

*Quæ ducis? marbili fuerit clementia* (id est, Alexandri.)

Ēmātūrēsco, is, ere: Maturum fieri. { בשל *baschál.* ὠριάζω. Gall. *Se meurir, estre meur.* Ital. *Divenir maturo.* Germ. Zeitig werden. Hisp. *Madurar.* Angl. *To waxe ripe.* } Plin. *lib.* 25. *cap.* 4. Nonnunquam ante candidum rufescit, si non ematuruit, improbatúrque. Ovid. 2. *Trist. Eleg. unica:*

*Atque ea sic lapsa est, ut surgere, si modò lapsa*
*Ematuruerit Cæsaris ira, queat.*

Gellius *cap.* 19. *lib.* 2. Vides hæc ematuruisse.

‖ Embadium, area, à circumposita terra segregata. Pap.

Embametica. Ita legitur vulgò apud Tull. *lib.* 2. *epist.* 1. exponitur à quibusdam *navicularia.*

Embaleuticum, emphyteuticum. Turn. ‖

Embāmmā, aris. { ἐμπάσσω. Gall. *Sausse, faupiquet.* Ital. *Guazetto, sapore.* Germ. Ein schlecker saffting essen oder brü so man vber ein speis macht/das sie subtich/vnd wolgeschmackt werd/in welche man dunckt. Hisp. *Adobo de manjares.* Angl. *Sauce.* } Condimentum quod ad condienda obsonia fit. Col. *lib.* 12. *cap.* 55. Hoc sinapi ad embammata non solùm idoneo, sed etiam speciosо uteris. ¶ Quidam embammata intelligunt immersiones, quando intingimus vel panem, vel obsonium, in vasculis repletis re liquida: à Græco ἐμβάπτω fieri videtur, quod est immergere, intingere: unde & Latinè *Intinctus* dicuntur. Vulgus Italorum *Sapores* vocat, quibus etiam hodie ad irritandam gulam utimur. Alex. ab Alex. *lib.* 5. *cap.* 9.

‖ Embas, ădis, ἐμβάς, cothurnus.

Embata, calcei, vel cothurni, aliis socci. Poll. ‖

Embatæ, naves quidam putant appellari, quæ solis vectoribus trajiciendis sunt destinatæ, eleantes locum Ulpiani *in l.* 1. *de exercit. act.* ubi sic legunt: Quædam enim naves onerariæ, quædam (ut ipsi dicunt) embatæ sunt. Alii ἐμβάδες, aut certè ἐμβαδίστρας, non *embatas*, legendum ostendunt. ¶ Embateutici juris appellatione, ceu generali, cujus meminit Ulpian. *in l.* 3. §. *fin. de rebus eorum qui sub tut.* Alciato tradente, id jus intelligi potest, quod est, quandam detentionem recepit, & rei possidendæ facultatem, tametsi proprietas vera ad alium pertineat. Quale est jus Superficiarii, vel ejus qui fundum vectigalem possideat, vel Perpetuarii, *l. bonorum, de verb. sig. l. fin. de superfic. l.* 1. *si ager vectigalis.* Erunt fortè, quibus magis arridebit jus embateuticon intelligere, quod vulgò *Pedaginm*, quod alioquì ad Regalia solet pertinere. Sed Alciat. eam interpretationem magis probat, quæ in Etymologico magno est, ubi ille Grammaticus, ἐμβάτια, inquit, nunc & ἐμβάδια, dicitur id jus, quod creditor in bonis sibi pignoratis retinuit, propria authoritate ea ingrediendi.

‖ Embater, ἐμβατής. Vitr. *lib.* 1. 2. Embarere balistæ foramine, quod Græci περιτρῆσαι vocant, quia scil. in illud aliquid ἐμβατίζει.

Embatetia, ἐμβατήρια ἐλέγοντο τὰ ὅπλα, ad quæ armati saltabant.

Embateuticum, sive Emphyteuticum, jus superficiarium, ejusve qui fundum vectigalem possidet. Alciat.

Embathmi, ordinarii, & publici iudices. Lex. J.C.

Embaticium, Aditiale honorarium, quod Patriarchæ & Sacerdotes, cùm munus suum aggrederentur, pro designatione solvebant. Malax. Lex. gr. b.

Embatus, a, um: Græcè ἐμβατὸς, ἐμβατὸν, quod ingredi possumus: quod potest ascendi: ab cod. verbo, ἐμβατεύω, ingredior, adeo, pedem pono: exquiro, perpendo ‖

Embatum, ἐμβατὸν, locus Erythrææ, id est, maris rubri. Steph.

Emblēmătă. { ἐμβλήματα. Gall. *Enrichissement, entrelassement, attaches pour enrichir & embellir quelques choses.* Ital. *Opra di musaico, opra intersiata.* Germ. Eingelegte täfflische arbeit. Hisp. *Obra de esmalte ò escultura.* Angl. *Pictures, work of roonde flone or metall fynelie set in divers colouris.* } Dicuntur opera elegantiora ex tessellis, segmentisque ita coagmentatis, ut rei alicujus imaginem tanquam penicillo depictam repræsentent: cujusmodi sunt, quæ in parietibus cameisque vermiculata, in pavimentis tessellata, in lignis segmenta dicuntur. Dicta emblemata ἀπὸ τοῦ ἐμβάλλω, hoc est, ab inferendo: eo quòd ex tessellis, sive segmentis insititiis constarent. Budæus *in Annot.* Emblemata, inquit, vermiculatum opus significant ex tessellis insititiis aptatum atque consertum. Inde illud Ciceronis *in Bruto* de Marci Calidii oratione, Nullum nisi loco positum, & tanquam in vermiculato emblemate (ut ait Lucilius) structum verbum videres. Et *in Oratore perfecto*, de collatione verborum loquens, ex Lucilio,

*Quàm lepidè λίξας compostas, ut tessellula omnes*
*Arte, pavimento, atque emblemate vermiculato:*

λίξας, inquit, id est, dictiones in oratione tam lepidè compositæ, quàm in vermiculatis operibus tessellæ, quæ etiam in pavimentis tanta arte coagmentabantur, ut rerum animalíumque effigiem referrent, teste Plin. *lib.* 35. Hujusmodi pavimentum pulcherrimum etiam hodie visitur in æde Senesi. ¶ Emblemata etiam in vasis argenteis, aureisque, & Corinthiis, ornamenta erant apud antiquos exemptilia quum libitum erat: cujusmodi ætas ista non novit, ut arbitror. Id autem ex M. Tullio intelligi facilè potest *in Verr. act.* 5. in qua Verrem Siciliæ Prætorem refert, Haluntinos vasa omnia, quæ tum apud Haluntium erant, in unum acervum conferre coëgisse: quo facto, Verrem ex omnibus vasculis emblemata, id est, pretiosissimam partem revulsisse, ita ut Haluntini domum puta nudásque vasa referrent, id est, emblematis absterlis: & toreumata, id est, cælaturæ, & emblemata apud Verrem remanerent, impudentissimo latrocinio: propterea quod factum, Verrem per paronomasiam Everriculum appellat. Verba Ciceronis hæc sunt: Vasa autem ad Verrem deferuntur: Cybistræ fratres vocantur: pauca improbant: quæ probarent, iis crustæ, aut emblemata detrahebantur. Sic Haluntini excussis deliciis cum argento puro domum revertuntur. Quod unquam, judices, hujusmodi everriculum ulla in provincia fuit?

Ex

E: *paulò post*. Tum illa ex thuribulis & patellis quæ vellerat, ita scitè in aureis poculis illigabat, ita aptè in scyphis aureis includebat, ut ea ad illam rem nata esse diceres. ¶ Quoniam verò emblema insertum quid, & initium significat, injunctumque : ideò factum est, ut emblema pro ornatu temporario & exemptili ponatur. Inde illud habet *lib.* 2. *Institutionum oratoriæ*, de locis communibus loquentis : Hoc, inquit, adeò manifestum est ad forenses actiones pertinere, ut quidam nec ignobiles in officiis civilibus, scriptos eos, memoriæque diligentissimè mandatos in promptu habuerint, ut quoties esset occasio, extemporales eorum dictiones his velut emblematis exornarentur. Hæc omnia penè ad verbum descripta sunt ex annotationibus Budæi *in Pandectas*.

Ἔμβολα ἐμβάλλω, in *l.* 10. *C. de sacrosanct. Eccles.* pro transvectione annonæ sumitur. Jubemus nullam navem ante felicem embolam, vel publicarum specierum transvectionem, publicis utilitatibus subtractam exercari posse. ‖ ¶ Embola, dicteria in media fabula interposita. Embolaria mulier, scenica, quæstuaria, empolaria : vide *Empola*. Salmas. ¶ Embola item, incursio, ingressus itineris, ostium fluminis. Item rostra navium, agri ex lato in acutum desinentes. Rhod.

Embola sacra, certus frumenti modus, quem Ægyptus Romæ necessariò subministrabat. Casaub. *ad Fl. Vopisc.*

Embolaria. Scal. *in Manil.* Dicteria, si ante fabulam erant, dicebantur ἐισόδια : si in media fabula interponerentur, ἐμβόλια (unde mulier emboiaria, Plinio ἐμπαικτική) sin in fine fabulæ, Exodia.

Embŏle, porticus hinc inde platearum. Isid.

Embolicæ, Anabolicæ, species quibus onerariæ naves quotannis Romam mittebantur ex Ægypto, annuo vectigali. Turn.

Embolimus, a, um : ἐμβολιμαῖος, *or*, insertus.

Embolimus mensis, in quo fit intercalatio. Februarius.

Embolima carmina, spuria, imperfecta. Rh.

Embolismata, diversi panni hinc inde consuti. Rh. ‖

Ĕmbŏlium, ii. { ἐμβόλιον. Gall. *Argument ou entrée de comedie*. Ital. *Argumento, introito della comedia*. Germ. Das argument, oder eine gang eines spils. Hisp. *Argumento, y entrada de comedia*. Angl. *The argument or entrie of a comedie*. } à veteribus dicebatur argumentum & ingressus scenicus, λόγος ἢ ἐμβόλιον, quod præter alia significat Ingredior. Hujusmodi fuit illud argumentum de Pasiphaë à tauro compressa, quod Domitiani temporibus in scena repræsentarum fuit, ut testatur Martialis his versibus :

*Iunctam Pasiphaën Dictæo, credite, tauro*
*Vidimus : accepit fabula prisca fidem.*

Cic. *ad Att.* Embolium novum cogito. Idem *pro Sext.* Ex te igitur Scaure potissimùm quæro, qui ludos apparatissimos, magnificentissimósque fecisti, &c. cur ille ipse maximè ludius, non solùm spectator, sed actor & acroama, qui omnia fororis embolia novit : qui in certum mulierum pro psalteria adducitur, nec tuos ludos aspexit in illo ardenti tribunatu suo, &c. Ergo saltatores & psaltrias, quos introduci solitus in scenam Polybius Athenæúsque testantur, & alia ridiculorum genera, embolia dici possunt : qualia complura in scenam introducta feruntur à L. Anicio ludis illis, quos maximos fecit, capto cum liberis Gentio Illyriorum rege. ¶ Fibula etiam rotatum axibus firmandis immitti solita, quam rustici clavicularn appellant, Græce embolium est.

Embolismus, i, ἐμβολισμός, dicitur intercalatio, quæ fieri solebat ut annorum ratio cum Solis cursu conveniret : ἐμβολισμὸς verò, atque etiam ἐμβολιμαῖος, Latinè intercalaris & insititius dicitur. Intercalare etiam interseretu est, teste Macrobio *lib.* 1. *Saturn.* Unde etiam mensis Februarius intercalaris dicitur, quòd ei unus dies interseratur.

‖ Embolus, ἔμβολος, parillus, cuneus, qui immittitur in aliquid. Rhodig. ‖ Eo nomine quidam Rostrum intelligunt.

Embractum, intriti genus, apud Apicium *l.* 9. Embractum Baianum. Hesychius, ἔμβροχα τὰ λεπτὰ βρόχια, ἢ χαλάσματα ἐσχάτου φάτ.

Embryo, nis, vel Embryum, ii. } עֻבָּר *ghobém*. ἔμβρυον, ἐμβρύου. Angl. *The childe in the mothers wombe before it have perfecte shape*. } Fœtus est in utero conceptus, antequam lineamenta sux speciei accipiat : quod ferè solet accidere citra quadragesimum secundum à conceptu diem, quo tempore & anima infundi illi creditur. Hunc enim in procreatione hominis ordinem esse volunt, ut sex primis à conceptu diebus semen in utero conceptum lacti simile existat : novem proximis in sanguinem vertatur, duodecim deinde aliis, in carnem : postremò quindecim aliis, speciei sux lineamenta omnia acquirat, iisque expletis anima rationali animetur. Itaque usque ad quadragesimum secundum diem propriè embryo dicitur, ἕως τοῦ ἐμβρύου : hoc est, ab eo quòd intus in utero alatur non secus ac fructus à sua arbore. ¶ Et imperfectus partus dicitur nuper genitus infans, vel crudus & indigestus. Suidas. ¶ Est etiam radius qui in jugi foramen immittitur. Rhod. *lib.* 26. *cap.* 5. ‖ Embryorectes (legitur apud Tertull. *lib. de anima*) uncinus educendo mortuo fœtui comparatus : ab ἔμβρυον, & ῥήσσω rumpo.

Embryothlastes, ἐμβρυοθλάστης, vocatur, & simpliciter θλάστης, & θλαστὴς (Cornario contusorium) à contundendo, quod est θλάω.

Emda, sive Embda, *Embden*, emporium celebre ad Amisiæ fl. ostium, caput Emdani comitatus, seu Frisiæ Occidentalis in Germania.

Emedium, vehiculum. Gl. Isid. ‖

Emĕdŭllo, as, medullam eximo. { ἐκμυελίζω. Gall. *Esmoëller, oster la moëlle*. Ital. *Levar la midolla*. Germ. Ausmärgeln. Hisp. *Quitar el tuetano*. Angl. *To tak away the marrow*. } Plin. *de limonio*, Item alarum graveolentiam emendat radicis emedullatæ uncia, in vini falerni hemiois tribus decocta. Per translationem accipitur pro Declaro. Plin. Natta jam rem nobis, atque emedulla.

‖ Emelia, Sicinnis, Cordace. Saltatio triplex Bacchica. Cerda.

Emem, Eundem, antiqui dicebant. Fest.

Emĕmŏr, oblitus. Cath. ‖ quasi immemor.

Emendĭco, as : significat more mendicantium aliquid peto. } שָׁאַל *schaal*. ἐξαιτῶ, ἐξαιτέω, ἐκπτύω. Gall. *Mendier*. Ital. *Mendicare, domandare come fanno i mendici*. Germ. Abbetteln, ubacten. ‖

Hisp. *Mendigar*. Angl. *To begge*. } Sueton. *in Cæsar*. In Hispania à proconsule, & à sociis pecunias accepit emendicatas in auxilium æris alieni.

Emendĭcātus. { Angl. *Begged, gotten with much intreatie*. } Emendicata suffragia dicuntur, quæ alibi etiam corrogata vocati diximus, quæ scilicet abjectis & humilibus precibus extorquentur, *l. singuli, C. de accus.* Singuli universique judices agoscant in publicis criminibus non oportere emendicatis suffragiis decretorum, aut relationibus à publicis personis destinandis credere. Honos emendicatus, *l.* 1. *C. ubi quis decurialis vel ejus.* Penitúsque emendicati honoris præscriptione submota à judice, &c. Sueton. *in Cæsar. cap.* 54. Emendicatæ in auxilium æris alieni pecuniæ.

Emĭndo, as : Corrigo, quasi à mendis purgo. { יִסַּר *jisser*. תִּקֵּן *tikkén*. ἐπανορθῶ. Gall. *Amender, corriger, reparer une faute*. Ital. *Emendare, correggere*. Germ. Bessern. Hisp. *Emendar, corregir*. Angl. *To correct, to make bender, to heale or cure a disease*. ; Plin. *lib.* 24. *cap.* 10. Succus hederæ tædia natium, graveolentiámque emendat, præcipuè albæ sativæ. Cicer. *Attic. lib.* 2. Ita rursus remittit, ut me roget ut annales suos emendem & edam. Idem 3. *de Leg.* Ut enim cupiditatibus principum & vitiis infici solet tota civitas, sic corrigi & emendari continentia. Emendare judicium. Quintil.

——— *Emendet facta priora novis.*

Ovid. 4. *Fast.* Emendare injuriam, vel redimere. Senec. *sap.* 18. *al.* 37. *de consol. ad Polyb.*

*Emendaturus (carmen) si licuisset erat.*

Ovid. *Eleg.* 6. *lib.* 1. *Trist.*

*Emendaturis ignibus ipse dedi.*

Idem *Eleg. ult. lib.* 4. *Trist.*

Emendātus, partic. Castigatus, correctus. { מְיֻסָּר *meiussár*. מְתֻקָּן *methukkán*. ἐπανορθωτός. Gall. *Corrigé, amendé*. Ital. *Corretto, emendato*. Germ. Gebessert, Hisp. *Emendado, corregido*. Angl. *Amended, made better*. } Mores emendati dicuntur à Cic. *de Amic.* His ego finibus utendum arbitror, ut quum emendari mores amicorum sint, tum sic inter eos omnium rerum, consiliorum, & voluntatum sine ulla exceptione communitas.

Emendātè, adverbium : Purè. { ἐπανορθωτικῶς. Gall. *Correctement*. Ital. *Correttamente*. Germ. Ohne fel. Hisp. *Corregidamente, emendadamente*. Angl. *Correctly*. } Cic. *de opt. genere orat.* Nam quoniam eloquentia constat ex verbis & sententiis, perficiendum est, ut purè & emendatè loquentes, quod est Latinè, verborum præterea & propriorum & translatorum elegantiam persequamur.

Emendātor, is. Castigator. { מְיַסֵּר *mejassér*. מְתַקֵּן *methakkén*. ἐπανορθωτής. Gall. *Correcteur, radoubeur*. Ital. *Correttore, raccomodatore*. Germ. Ein verbesserer. Hisp. *Corrector, emendador*. Angl. *A amender, a corrector*. } Cic. *pro Corn. Balb.* O Præclarum interpretem, juris authorem, antiquitatis correctorem, atque emendatorem nostræ civitatis.

Emendātrix. { מְיַסֶּרֶת *mejasserá*. מְתַקֶּנֶת *methakkenáh*. ἐπανορθώτρια. Gall. *Celle qui corrige & fait amender*. Ital. *Donna che corregge & raccomoda*. Germ. Welche etwas bessert und zu recht bringt. Hisp. *Correctora*. Angl. *That amendeth*. } Cic. 1. *de Leg.* Quoniam vitiorum emendatricem legem esse oportet, commodatricémque virtutum.

Emendabĭlis. Senec. 2. *de Clement. cap. ult.* Aliquem verbis tantùm admonebit : pœna non afficiet ætatem ejus emendabilem intuens.

Emendātio, nis : Correctio. { מוּסָר *mussár*. תִּקּוּן *tikkún*. Gall. *Correction, radoubement, amendement*. Ital. *Correttione, accomodamento*. Germ. Verbesserung. Hisp. *Correccion, castigamiento*. Angl. *An amending, a making better*. } Cic. 4. *de fin.* Hæc videlicet est correctio philosophiæ veteris, & emendatio. Quintilian. Ut malorum caussa bellum, emendatio pax.

Emendum, excogitatio : idem quod *Commentum*.

Ementĭor : Mentior, confingo, comminiscor. { כִּחֵשׁ *chichésch*. שִׁקֵּר *schikker*. ψεύδομαι. ψεύδω. Gall. *Mentir, controuver, feindre*. Ital. *Mentir, dir buggie*. Germ. Erlügen. Hisp. *Mentir*. Angl. *To lie, to faine, to counterfait*. } Cicer. *in Partit.* Alii ementiri sunt in eos quos oderant. Plaut. *in Amphitr.* Quæque dixisti modò omnia ementitus. ¶ Accipitur etiam non inelegantèr pro simulare, vel falsò aliquid exprimere, ψευσμαίνομαι. Plaut. *in Trinum.* Quia ille quem ementitus es, ego sum. Cicer. *pro domo sua*. Quid desperatius, qui ne ementiendo quidem potueris authorem edumbrare meliorem ? Ovidius 5. *Metam.*

*At Nilum qui se genitum septemplice Nilo*
*Ementitus erat.*

¶ Sic dicitur ementiri vocem, vel manum alicujus, pro assimulare & effingere. Ementiri authoritatem. Cic. *pro domo sua*. Satisne tibi videtur à Senatu judicatum, me non modò non ementitum esse authoritatem ejus ordinis, sed etiam, &c.

Ementiens, partic. Cic. *de Divin.* Videmus hæc signa nunquam ferè ementientia.

Ementītus, aliud participium. { ψευσμένος. Angl. *Falsely fained*. } Cic. 2. *Tusc.* Ita fit sensim cogitantibus, ut quantum sit ementitæ opinio appareat.

‖ Ementum, excogitatio : Eminiscitur, in memoriam reducit. Gloss. Isid. ab e, & mentior.

Emĕrcor, aris, atus sum. Tacit. *lib.* 2. Missis corruptionibus exemendam ad fidem hostes emercati.

Emĕrĕo, es, ui. Emereor, & tam in bonam, quàm in malam partem accipitur. { μισθοφορέω, μισθόομαι. Gall. *Meriter*. Ital. *Meritare*. Germ. Verdienen. Hisp. *Merecer*. Ang. *To deserve, to earne wages*. } Plaut. *Aul.* Quid ego emerui adolescens mali, quamobrem ita faceres ? Propert. *lib.* 4. *Eleg.* 11.

*Et tamen emerui generosæ vestis honores.*

Emeruerat pecuniam ex eo quæstu (id est, meretricio.) Gell. *cap.* 7. *lib.* 6.

*Dixit & emeruit vestis habere fidem.*

Ovid. 4. *Fast.*

*At vos admoniti nostris quoque castius este.*

Æquum

*Æquantem superas emeruisse virum.*

(pro demerere, & vobis conciliare, ne vobis irascatur, ut mihi.) Idem *Eleg.8. lib.4. Trist.* Anus quæ vos dolo emeruerunt (i. emeritos & fractos reddiderunt.) Sic legit Passerat. & ita apud Tibull. *Eleg.9. lib.1.*

——— *Vel plures emeruisse vires.*

**Emĕrĕŏr**, eris, itus: Mereor. {ἀπαιτῶμαι, μισθοῦμαι, ἀφίημαι, μισθὸν φέρομαι, ὠφελοῦμαι Gall. *Deservir, meriter.* Ital. *Meritare.* Germ. Verdienen. Hisp. *Merecer.* Angl. *To deserve, to earne wages.*} Cic. *Attic. lib.6.* Annuæ enim mihi operæ 111. Calend. Sextil. emerentur. Emereti judicium hominum. Quint. Emeteti favorem. Idem.

**Emĕrĭtŭs**, particip. unde Emeriti milites nominantur, qui militia perfuncti, ab eáque liberati vacationem jam habent. {οἱ πάλαι τὰς τῶν πολίτων φυλάττοντες, πεπαυμένοι, μισθοφορῆς πεπαυμένοι, ἀπολελυμένοι.} Lucan. *lib.1.*

*Quæ fedes erit emeriti? quæ rura dabuntur,*
*Quæ noster veteranus arat? quæ mœnia fossit?*

¶ Emerita arma, id est, victricia, & finem bellis imponentia. Ovid. *Eleg.2. lib.4. Trist.*

*Miles ubi emeriti non est satis utilis armis.*

¶ Emeritum stipendium, passivè dicitur (inquit Badæus) quod peractum est, quum jam milites emissionem ut veterani impetraverunt. Emeritus justissimus triumphus. Velleius. Emeritum stipendium. Plaut. *Most. sc.2. a.1.* Item, Emeritæ militiæ commoda. Suet. *in Calig. cap.44.* ¶ Emeritos boves Virg. per translationem appellat, pro defessis, & opere ac labore solutis. ¶ Emeriti senes vocantur à Val. *lib.5.* qui solent habere alios qui pro se laborent: isque dicuntur pro alio opus agere. ¶ Emeritæ apes. Plin. *lib.11. cap.11.* Sunt autem fuci sine aculeo imperfectæ apes: novissimæque à fessis & jam emeritis inchoatæ. ¶ Emeriti anni, id est, jam effœti. Martial. *lib.7.*

*Emeritos Musis & Phœbo tradidit annos.*

Ovid.3. *Fast.*

*Quorum emeritâ exiret cursibus annus.*

Idem 4. *Fast.*

*Dempserat emeritis jam juga Phœbus equis.*

Nomen emeritum. Claud. *de torpedine.*

*Quis non indomitam mira torpedinis artem*
*Audit, & emerito signatum nomine vires?* id est, meritæ.

**Emĕritum**, Emolumentum & commodum quod veteranis, & emeritis militibus dari solebat. Modest. *l.3. D. de re milit.* Qui militiæ tempus in desertione implevit, emerito privatur. Et *paulò post*, Etsi expleto militiæ tempore redeat, ut veteranus restituetur, & emerita accipiat.

**Emerita Augusta**, ἰσοχώρα, vulgò *Merida la grande*, ad Anam fl. Hispaniæ oppidum est ad Lusitaniam spectans. Est hæc urbs cocco celebris, quod est rubrum granum, cujus succo velleta tinguntur, Tyrio splendori neutiquam cedentia, ut Plin. scribit *lib.9. cap.41.*

‖ Emerita, in India Occidentali. Vide *Merida.*‖

**Emĕrgo**, Exco )( Mergo, { צף *tsaph.* יצא *jatsa.* ἀναδύομαι. Gall. *S'apparoir & monstrer, sourdre & se monstrer, sortir hors.* Ital. *Sorgere.* Germ. Herfür kommen / auß der tieffe den wasseren empor kommen. Hisp. *Salir debaxo del agua.* Angl. *To swymme out and appeare.*} Propriè enim emergere dicitur qui subter aquam mersus, rursus in lucem redit: quemadmodum urinatores facere consueverunt. Cicer. *de nat. deor.* Legi etiam scriptum esse, avem quandam quæ Platalea nominaretur, eam sibi cibum quærere advolantem ad eas aves, quæ se in mari mergerent: quæ cùm emersissent, piscémque cepissent, usque eo premere earum capita morsicus, &c. Idem *de Arusp. resp.* Jam ista serpens quæ hic delitescit, tunc se emergit & fertur illuc, &c. Terent. *Eunuch.* Quid gestiam, aut quid lætus sim? quò pergam, unde emergam. ¶ Accipitur etiam emergere pro ex occulto loco in lucem prodire, & ad hominum cognitionem venire: ut in trita illa sententia, Veritas ubi diu delituit, tandem emergit. ¶ Sic etiam dicimus emergere ex calamitate, aut morbo, pro Evadere à morbo, aut calamitate. Liv.5. *bell. Pun.* Emersura virtus ex omni sævitia fortunæ. Cicer. *pro Cluent.* Hoc modo, judices, sæpe multorum improbitate depressa veritas emergit: innocentiæ defensio intercluſa respirat. Idem *pro Cælio.* Equidem multos vidi in hac civitate, qui totam adolescentiam voluptatibus dedissent, emersisse aliquando, & se ad frugem bonam, ut dicitur, recepisse, gravésque & illustres fuisse. Corn. Nepos *in vita Attici.* Quibus ex malis ut se emerseret, nihil aliud egit, quàm ut plurimis, quibus rebus posset, esset auxilio. Velleius, In quod emersissent fastigium partes Pompeianæ.

**Emĕrgi**, impersonale. Terent. *Adelph.* Tot res repentè circumvallant, unde emergi non potest.

**Emersus**, a, um: Adject. Cic.2. *de Divinat.* Tibi autem de me cum solicitudine cogitanti subitò sum visus emersus è flumine. Emersus ab admiratione animus, id est, qui se colligit, aut recipit. Liv. *lib.8.* Ovid.3. *Fast.*

*Tertia lux emersa suos ubi moverit ortus.*

**Emĕtĭŏr**, iris, emensus sum: Metior. {מדד *madhádh.* ἀναμετρῶ. Gall. *Mesurer.* Ital. *Misurare.* Germ. Mässen außmässen. Hisp. *Medir.* Angl. *To measure.*} Hinc emetiri iter, per translationem pro Conficere iter, & emetiri labores, quod alio modo dicimus, exantlare, vel devorare labores. Liv. *lib.5. bell. Pun.* Et inde una nocte ignaris hostibus, & ob id quietis, aliquantum emensus est iter. Gell. *cap.16. lib.10.* Emetiri iter pedibus. Cicer. *de claris Orat.* Ego autem voluntatem tibi profectò emetiar, sed tem ipsam nondum posse videor, idque ut ignoscas peto.

**Emensus**, passivè. {מדד *madhádh.* ἀναμετρηθείς. Gall. *Mesuré.* Ital. *Misurato.* Germ. Gemässen Hisp. *Medido.* Angl. *Measured.*} Livius 1. *bell. Pun.* Postquam multò majorem partem itineris emensam cernunt. Virg.1. *Georg.*

——— *emenso cùm jam decedet Olympo.*

Livius 5. *dec.5.*

‖ Emetica, quæ vomitum provocant: ἰατρὸς est vomo, ἰατρικὸς est vomitorius. ‖

**Emĕto**, is: Meto. {קצר *katsár.* θερίζω, ἀμάω. Gall. *Moissonner, prendre & cueillir le fruict.* Ital. *Mietere.* Germ. Schneiden. Hisp. *Segar.* Angl. *To ripe or mowe.*} Horat. *in Epist.*

——— *Emetit ærum*
*Grandia cum parvis, non exorabilis auro.*

**Emĭco**, as: Effulgeo, resplendeo. {נגה *naghàh*, ברק *bárak*, זהיר *hephiah.* λάμπω. Gall. *Apparoistre, se monstrer, resplendir, reluire.* Ital. *Resplendere, mostrarsi.* Germ. Herfürglantzen. Hisp. *Resplandecer, saltar fuera de algun lugar.* Angl. *To shyne brychtly.*} Plaut. ex oculis quasi radii emicant Solis. ¶ Emicare, extrà salire, exsilire, subitò apparere. Plaut. *Aul. sc.3. a.4.* Cor cepit artem facere ludiciam, atque in pectus emicare. Virg.6. *Æneid.*

——— *juvenum manus emicat ardens*
*Littus in Hesperium.*

Plin. *lib.13. cap.37.* Gecinnæ Volaterrano dracones emicuisse de cæsis, læto prodigio traditur. ¶ Emicare in jugum, pro attollere sese & erigere. Col. *lib.4. cap.20.* Nam quæ vel infirma, vel brevis est, ad duas gemmas recidenda est, quum vehementiorem fundat materiam, quæ protinus emicet in jugum. Liv. Saxa tormento emicantia. ¶ Emicare, pro Excellere, ὑπερέχω. Plin. *lib.35. cap.11.* Post eum emicunt longè ante omnes Euphranor Isthmius.

——— *juvenum manus emicat ardens*
*Littus in Hesperium.*

Virg.6. *Æneid.*

**Emĭcātio**, nis, ἀναπήδησις, ἄφεσις. Apul. *lib. de Mundo.* His oppositi sunt correctuum cursus & humores undarum, emicationesque sylvarum, id est, exortus.

‖ Emicantim, emicanter. Tertull.

Emicatim, splendenter. Sidon. *lib.2. ep.13.*

Emigraneus, vermis capitis. Cath.‖

**Emĭgro**, as: Migro, discedo, excedo. {גלה *galáh.* μετοικίζω. Gall. *Se partir d'un lieu, changer de lieu, aller autre part.* Ital. *Andar ad habitar altrove.* Germ. Auffreichen / auß einem ort in das ander ziehen. Hisp. *Mudar casa de lugar à lugar.* Angl. *To go frome one place to an other to dwell, to flitte.*} Cic.4. *Verr.* Ex illa domo sic emigrabat, ut, &c. Plaut. *Most. sc.2. a.2.* Pedem intrò retulit semel ut emigravimus. Idem *Men. sc.2. a.5.* Nisi quò hac nocte emigrasti. *Ibid.* Non hinc emigrasti? ¶ Emigrare è vita, id est, mori: μεταλλάττειν τοῦ βίου. Cic.3. *de leg.* nulla est enim persona, quæ ad vicem ejus, qui è vita emigravit, propiùs accedat. ¶ Emigrare, pro Ejicere. Titinnius, Quot pestes, senia, & jurgia sesemet diebus emigrarunt.

**Emĭnĕo**, es, ui, ab è præpositione, & verbo maneo: Exto, excedo, eniteo, appareo. {רום *ram.* גבה *ghabáh.* נראה *nirráh.* חפיץ *hephiáh.* φαίνομαι, ὑπερβάλλω, ἐξέχω. Gall. *Saillir dehors & sortir. & surpasser les autres, se monstrer & apparoir.* Ital. *Sopraſtare, mostrarsi fuori, passar avanti à gli altri* Germ. Zůnuſſgehn / vberträffen. Hisp. *Estar encima de otras cosas, aparecer.* Angl. *To be apparant, to be higher then others, to shewe it self above others.*} Plin. *lib.16. cap.31.* Esculus quantum corpore eminet, tantum radice descendit. Cæs. *bell. civ. lib.11.* Ita capita tignorum extrema parietum structurâ tegerentur, ne quid emineret ubi ignis hostium adhæresceret. ¶ Interdum adjunctam habet præpositionem è, vel ex. Cicer.1. *Tusc.* Globus terræ eminens è mari. Idem *lib.5.* Ego autem quum omnia collustrarem oculis (est enim ad portas Argigianas magna frequentia sepulchrorum) animadverti columellam non multùm è domis eminentem, in qua inerat sphæræ figura, & cylindri. Quint. Eminere quædam in pictura, vel recessisse videtur. Velleius, Virtute eminet, patriâ latet. Plaut. *Capt. sc.2. a.3.* Vix è gratulando eminebam (id est, emergebam.) ¶ Nonnunquam præpositionem Extra. Plin. *lib.17. cap.23.* Et in fico quidem dodrantales paxilli solo patefacto seruntur, ut descendat quæ proxima arbori fuerit, duo oculi extra terram emineant. ¶ Interdum præpositionem Per. Livius, Eminet ferrum per costas. ¶ Ponitur frequenter pro Excello, & supero, ὑπέχω. Cic.3. *Verr.* Toto ex ore crudelitas eminebat. Idem *pro Cluentio*, Illi quorum eminet audacia atque projecta est, à consiliis malitiæ deseruntur. Et *Tusc.2.* Amplitudo animi maximè eminet contemnendis dolotibus. Sic eminere aliquis dicitur, qui cæteris antecellit. Idem *in Orat.* In quo tantum abest ut nostra miremur, ut usque eò difficiles ac morosi simus, ut nobis non satisfaciat ipse Demosthenes, qui quanquam unus eminet inter omnes in omni genere dicendi, tamen non semper implet aures meas: ita sunt avidæ, & capaces, & semper aliquid immensum infinitúmque desiderant. Liv. 1. *ab Vrb.* Necdum à singulis, quia nemo magnoperè eminebat in novo populo, pervenerant factiones. Ex his omnibus satis, opinor, apparet, Eminere, de omnibus sive personis, sive rebus dici, quæ aliquam partem habent cæteris altiorem, aut magis expositam: idque commodè transferri posse ad quascunque res alias excellentiores.

Emin'tur [emines ne tu? Palm.‖

**Eminens**, nomen ex participio: Editus, excellens. {רם *ram*, גבוה *ghabóah*, נישא *nisséh.* ἐξοχή. Gall. *Eminent, qui surpasse les autres, apparent par dessus.* Ital. *Apparente, sopraſtante.* Germ. Hoch für gehend / vberträffend. Hisp. *Eminente, el que parece sobre los otros.* Angl. *High, excellent, that sheweth the self above others.*} Velleius, Eminentia, & Eminentissima ingenia. Item, Eminentia non carent invidiâ. Idem Velleius, & Quintil. Eminentiora alia, alia reductiora (in pictura.) Velleius, Eminentissimi & excellentissimi viri. Idem, Eminentissima Romanarum Livia. Idem, Ingenii eminentissimus fuit sæculi. Idem, Eminentissimæ simplicitatis vir. Cæsar *bell. civ.1.* Has trabes paulò longiores atque eminentiores quàm extrema patierum erant, effecerunt. Columell. *lib.5. cap.8.* Sed & Mevaniæ bos humilis, & Liguriæ nonnunquam taurus eminentis staturæ conspicitur. Cic. *Tusc.3.* Eminens effigies virtutis. Suet. *in Calig. cap.50.* Statura fuit eminenti, pallido colore, &c.

**Eminentĭa**: Excellentia. {יתר *jéther.* ἐξοχή. Gall. *Saillie, eminence, élevement en bosse.* Ital. *Il trapoſiamento, excellenza.* Germ. Hoch vberträffenheit. Hisp. *Eminencia sobre otras cosas.* Angl. *Excellency, passing above others.*} Cicer.1. *de nat. deorum.* Nam si tantummodò

ad cogitationem valent, nec habeat ullam soliditatem, nec eminentiam: quid interest utrùm de hippocentauro, an de Deo cogitemus? Idem *lib.* 2. *Acad.* Quis est quin cernat quanta vis sit in sensibus? Quàm multa vident pictores in umbris & eminentia, quæ nos non videmus? Velleius, Eminentia cujusque operis. Gell. *cap.* 3. *lib.* 14. Duæ eminentiæ contentionem similem pariunt.

¶ Eminiscitur, in memoriam reducit. Gl. Isid. Pap. ¶

Eminŭlus: Parum eminens. {ὑπερμήκης. Gall. *Vn peu esleué, vn peu plus haut & apparent.* Ital. *Poco eminente, non troppo alto.* Germ. Hochlecht für andere. Hisp. *Cosa que parece vn poco sobre las otras.* Angl. *A litle higher, or that stoeth it self a litle above others.* } Varr. *lib.* 2. *cap.* 5. Ut habeat inferiorem partem frequentibus pilis subterspam, compactis cruribus, potiùs brevioribus, quàm longis, relictis genibus & eminulis, distantibus inter se. Idem *de canibus.* Spina neque eminula, neque curva.

Eminor, aris: Minor. {ἀπειλῶ. Gall. *Menacer.* Ital. *Minacciare.* Germ. Trawen. Hisp. *Amenaçar.* Angl. *To threaten.* } Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Eminor, interminorque ne quis obsisterit obviam.

Eminātio. {ἀπείλημα. Gall. *Menace.* Ital. *Minaccia.* Germ. Trawung. Hisp. *Amenaça, obra de amenaçar.* Angl. *A threatening.* Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Dentilegos omnes mortales faciam, quemque offendero. itso. Quæ illæc eminatio est? nam nequeo mitari satis.

Eminùs, } & Emĭtus, apud Scal. ¶ A longinquo loco. {מרחוק *merachók.* πόῤῥωθεν, πρόσω. Gall. *De loin.* Ital. *Da lungi.* Germ. Von weitem/ von fern. Hisp. *De lexos, à lexos.* Angl. *A farre off.* } Et differt à *longè*, quòd non rectè dixeris, eminùs habito, ut longè habito: sed benè, eminùs jaculor. Importat enim eminùs tactum quendam motum de loco. Cæs. *lib.* 1. *bell. civ.* Sic quotidie utrinquè eminus fundis, sagittis, reliquisque telis pugnabatur. Ovid. 13. *Metam.*

*Eminus ingenti resupinum pondere fudi,*

¶ Similiter cominus, à loco propinquo, non in loco propinquo: neque propriè, ἐξόχην, σπουδὴν, ut Cominus te percutiam, non cominus sedeo. Valla *in Randen.*

Emĭo, orno, decoro: unde *redimio*, compositum volunt. Hoc quidam legi volunt apud Ovid. *lib.* 1. *Heroid.*

*Quod tibi donavi, perfide, litus emi.*

Emĭrŏr, aris, atus sum. Valde miror. Horat. 1. *Carm. Ode* 5.

—— *& aspera*
*Ni ris aquora ventis*
*Emirabitur insolens.*

Emĭsa, ἔμεσα, aliàs, ἐμέσσα, licèt Dionysius corripiat, urbs Phœniciæ Licaoniæ. Gentile, Emisæus, vel Emesenus. Emisa fœminino est, licèt Dionysius declinare videatur, ἔμεσον, τό. Steph.

Emĭtto, is, emisi, emissum: Foras mitto. {שלח *schilléach.* ἀποπέμπω, ἀποστέλλω, ἐκβάλλω. Gall. *Mettre hors, laisser aller, envoyer.* Ital. *Mandar fuori.* Germ. Außlassen/ außschicken. Hisp. *Embiar ò echar fuera.* Angl. *To send or put forth, to let go, or send abroade.* } Cic. 3. *Catil.* Ut abs te non emissus ex urbe, sed in urbem immissus videatur. Idem *Verr.* Quæram, cur hunc eundem repentè è carcere jusserit emitti. Emittere aquam ex piscina, vel lacu. Cicer. *Attic. lib.* 4. Lacus Velinus à M. Curio emissus. ¶ Emittere librum, pro Edere. Suet. *in Claud. cap.* 33. De cujus arte librum emisit. ¶ Varii præterea sunt verbi hujus usus, qui subjectis patebunt exemplis. Plaut. *in Mere.* Gradus grandit, emittit oculos, circumfert se, obtuetur verticem. *Author ad Heren.* 4. Quod si nunc hæc urbs invictissima vocem emittat, non hoc pacto loquatur. Idem *de Divin. lib.* 2. Si autem nubium conflictu ardor exp. essus se emiserit, id esse fulmen. ¶ Sic etiam emittere arcu sagittas, aut tela. Plin. *lib.* 9. *cap.* 8. *de delphinis*: Nam quum fame confecti, fugientem in vada ima petse quuntur piscem, diutiùs spiritum continuere, ut arcu emissi ad respirandum emicent, tantaque vi exiliunt, ut plerunque vela navium transvolent. Idem *lib.* 10. *cap.* 33. *de hirundinibus*, Notabili munditia egerunt excrementa pullorum, adultioresque circumagi docent, & foris saburratem emittere, id est, ventrem purgare. Idem *lib.* 11. *cap.* 24. *de araneis*, Pariunt autem ova ea in telas expensa, quia saliunt, atque ita emittunt. Et *lib.* 25. *cap.* 5. Quippe alia date soliti, quæ concitarent vomitiones, ipsumque elleborum extraherent medicamentis, aut clysteribus, sæpe etiam sanguine venis emisso. ¶ Admittit quoque & præpositiones. Cicer. *pro Plane.* Emissus aliquis è carcere. Et *lib.* 2. *Epist. ad Attic.* Emittat ad me Publius qui obsignent. Cæs. 1. *bell. civ.* Emittunt noctu per vallum. Liv. 4 *bell. Pun.* Primos equites clamore sublato in hostem emisit. Senec. *cap.* 2. *de consol. ad Helv.* Emittere nepotes ex sinu. Idem *cap.* 11. *al.* 10. *de consol. ad Polyb.* Alium exire (è vita) cupientem vix emittere. ¶ Emittere manu aliquem, pro Manumittere, & libertate donare. ἀφίημι. Terent. *Adelph.* Haud dubium est, quin emitti æquum sit, id est, liberum fieri. Si rectè facias, me emittas manu. Plaut. *Men. sc.* 7. *a.* 5. Quum emisit manu. *Ibid.* Ancilla libera ut sit, quam ego nunquam emisi manu. Idem *Cure sc.* 2. *a.* 5. Nunquam erit tam avarus, quin te gratis emittat manu. Idem *sc.* 3. *a.* 2. Emisti (pro emisisti) ex vinculis herum. Idem *ibid.* Mihi emisisti Philocratem fallaciis. *Ibid. sc.* 5. *a.* 3. E mitteres nécne eum manu. Idem *Capt. sc.* 5. *a.* 3. Nunquam ad Prætorem æquè cursim curat, ut emittat manu. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Quin tu mulierem mihi emittis. *Ibid. sc.* 7. *a.* 4. (id est, tradis ut abducam.) ¶ Ponitur etiam aliquando pro manifestare, edere, ἐκδίδωμι. Cicer. *Volumnio, fam. lib.* 7. Ut etiam quando aliquid dignum nostro nomine emisimus, ingemiscamus. Senec. *cap.* 4. *de const. ad Marc.* Quæ emittuntur in publicum, ei nota sunt.

Emissĭo, ōnis: Jactus, ictus. {משלחת *mischlácheth.* ἀποστολή, ἐξαποστολή. Gall. *Enuoy, chasse, jettement.* Ital. *Esso mandar fuori.* Germ. Außlassung. Hisp. *Obra de embiar ò echar fuera.* Angl. *A sending forth, a shoote.* } Cic. 2. *Tusc.* Ut enim balistæ lapidum & reliqua tormenta telorum eò graviores emissiones habent, quò sunt contenta atque adducta vehementiùs.

Emissus, a, um. Plaut. *Men. sc.* 5. *a.* 5. Postquam emissus es (carcere,) casum virgis sub furca scio. Cicer. 3. *Catil.* Emissus ex urbe. Item, Emissus è carcere. Idem *ad Atticum*: & Plin. *lib.* 4. *cap.* 25. Emisso venis sanguine. Suet. *in Claud. cap.* 32. Pene submersus, cùm emissa impetu aqua redundasset.

ELAPIDO: Lapidibus purgo. { λιθοβολέω, λίθους ἐξαιρῶ. GALL. *Epierrer, oſter & letter les pierres d'un lieu.* ITAL. *Nettare un campo da pietre.* GERM. Von ſteinen ſeubern oder raumen. HISP. *Deſempedrar la tierra.* ANGL. *To ridde a place of ſtones.* }. Plin. *lib.* 17. *c.* 4. At in Syracuſano agro advena cultor elapidato luto ſoliros perdidit fruges, donec regeſſit lapides.

ELĂRGIOR, iris: Largior. { נתן *nâtân.* δίδωμι, ἀφθονέομαι. GALL. *Faire largeſſe, donner largement.* ITAL. *Donare.* GERM. Außgeben. HISP. *Dar largamente.* ANGL. *To give liberallie, to laſſe out and waſt.* } Liv. Poſſeſſores, & magna pars patrum Tribunitiis ſe jactare actionibus, principem civitatis clargiendo de alieno, populares fieri querentes.

‖ Elaſmata, laminæ. Turneb. ‖

ELĂSSESCO, is, ere: Laſſus fio. { לאה *lâah.* κοπιάω, ἀπείκω. GALL. *Se laſſer, devenir las.* ITAL. *Stancarſi.* GERM. Müd / oder laſſe werden. HISP. *Canſarſe.* ANGL. *To waxe wearie, to decaie.* } Plin. *lib.* 16. *cap.* 15. In arboribus tamen nimia germinatio elaſſeſcit.

ELĂTĒ, es. ἐλάτη Plin. *lib.* 12. *cap. ult.* Species eſt abieris unguentis naſcens, quam alii *palmam*, alii *ſpathen* appellant. Dioſcorides verò, Galenus, Ægineta & Heſychius *elaten* vocant teneram palmæ germen, quoddámque profilientis fructus operimentum. Quorum ſententia videtur verisimilior. Nam qui cum Plinio abietem inter unguentorum materias enumerarit, non facilè inveniat.

Elatea, ἐλάτεια, urbs maxima Phocidis, ab Elato quodam. Aſia Theſſaliæ, & alia Theſphotiæ, quam etiam vocant Elatriam. Steph.

ELĂTĒRIUM, ἐλατήριον. Medicamenti genus eſt ex ſilveſtri cucumere confectum ad purgandam alvum accommodatum. Unde etiam à noſtris medicis agitatorium dicitur, quòd ventrem vehementer exagiter. Plin. *lib.* 20. *cap.* 1. Cucumim ſylveſtrem eſſe diximus multò infra magnitudinem ſativi: ex eo fit medicamentum, quod vocatur *elaterium*, ſucco expreſſo ex ſemine.

‖ Elatinus, a, um. ἐλάτινος, η, ον. Abiegnus, a, um. ‖

ELĂTĪNĒ, es, fœm. gener. ἐλάτινη. Herba, quæ folia helxines habet, puſilla, piloſa, rotunda, ſemipedalibus ramulis quinis ſenisve, à radice ſtatim folioſis: naſcitur in ſegetibus, acerba guſtu. Plin. *lib.* 27. *cap.* 9. Vulgus, teſte Ruellio, vocat *Rapiſtrum campeſtre*. { ANGL. *Running bucke, or bing corne.* }

ELĂTĪTĒS, æ. ἐλατίτης. Lapis eſt ex genere hæmatitarum, ambuſtis præcipuè utilis, ita dictus quandiu crudus eſt: nam coctus, Miltites appellatur. Author Plin. *lib.* 36. *cap.* 10.

ELĂTRO, as, quaſi quodam cum latratu eloquor, & canina quadam mordacitate in lucem profero. { ἐξελαύνω. GALL. *Abbayer.* ITAL. *Baiare.* GERM. Mit groſſem geſchrey als mit hundsbellen etwas reden. HISP. *Ladrar como los perros.* ANGL. *To bark to ſpeak aloude.* } Horat. *lib.* 1. *Epiſt. ad Lollium*, 2.

*Alter rixatur de lana ſæpe caprina:*
*Propugnat nugis armatus: ſcilicet, ut non*
*Sit mihi prima fides, & verè, quod placet, ut non*
*Acriter elatrem.*

ELĂTUS: vide *Effero*, effutt.

Elous, pater fuit Cœni: unde Elateius dicitur. Ovid. *lib.* 12. *Metam.*

——— *manet imperfossus ab omni*
*Inque cruentatus Cœneus Elateius ictu.*

Stephanus *in Dorio*, Elati filiam, Dotiam nominat.

Elatia, ἐλάτεια, populi Libyæ. Steph.

ἘλΧνο: Eluo, lavo. § γηγναρκάτε. ἀπονίω. GALL. *Reinfer, laver en nettoyer.* ITAL. *Lavare.* GERM. Außwäſchen. HISP. *Lavar.* ANG. *To waſh, to rinſe or waſh cleane.* } Colum. *lib.* 12. *cap.* 50. Sed quum fuerit oliva elota, reliqua ficat ſuprà præceptimus, fieri debebunt. ¶ Elavare ſe bonis, per tranſlationem pro Denudare & ſpoliare. Plaut. *in Aſin.* Nam mare haud mare eſt: vos mare acetrimum. Nam in mari reperi, hic elavi bonis.

Elbeſtii, ἐλβήσιοι, populi Libyæ. Steph.

Elbo, ἔλβω, inſula quædam. Steph.

Elbonthis, ἐλβώνθις, urbs inter Ægyptum & Cyrenen. Steph.

Elbora: vide *Libora.*

Elcebus, Ptolemæo Galliæ urbs.

Eldana, ἐλδανὰ, oppidum Vaccæorum, qui ſunt populi Tarraconenſis Hiſpaniæ. Ptol. *lib.* 2. *cap.* 6.

Elea, ἐλέα. Strab. *lib.* 9. civitas eſt Lucaniæ à Phocenſibus condita, Parmenidis & Zenonis Pythagoricorum patria, qui ab ea Eleatæ dicuntur: Romani primùm Heliam, deinde Veliam vocavêre.

Eleatæ, ἐλεάται, populi Lucaniæ Eleam urbem incolentes, quæ & Helia, poſtremò Velia dicta eſt. Vide *Elea*, & *Velia.*

Elecebræ argentariæ, dictæ ſunt ab antiquis meretrices, teſte Feſto, ab elicicendo argento. Locus eſt apud Plautum *in Monach.* ubi nunc legitur, *Illecebra argentaria.*

Elector, oris: Elector, is: vide *Eligo.*

Electo, as: vide *Elicio.*

Electrides, ἠλεκτρίδες. Inſulæ ſunt in mari Adriatico, ad oſtium Padi, ita dictæ à Græcis, quòd electrum in illis ex arboribus defluere putabant: quod falſiſſimum eſſe, hodie etiam imperitiſſimis notum eſt. Provenit enim electrum in quadam Germanici Oceani inſula, unde lunari Oceani incremento ejicitur ad litus Germanicum, haud exiguum principibus, qui locis maritimis impetant, præſtans vectigal. Vide *Electrum.*

Electrā, ἠλέκτρα, teſte Heſiodo, Nympha eſt, Tethyos filia, uxórque Atlantis: cujus filia Jovi Dardanum peperit. Virg. *lib.* 8.

*Dardanus Iliacæ primus pater urbis & author,*
*Electra, ut Græii perhibent, Atlantide creatus.*

Et ſubdit,

——— *Electram maximus Atlas*
*Edidit, æthereos humero qui ſuſtinet orbes.*

Vide Ovid. *lib.* 4. *Faſt.* ¶ Alia fuit Electra Oreſtis ſoror, filia Agamemnonis, quæ cœlibem ad multum ætatis vitam egit, unde etiam ab Helena apud Euripidem παλαιόγηρως παρθένος, hoc eſt, annoſa virgo, per contumeliam appellatur. Inde aliqui Electram dictam volunt, quaſi ἀλέκτρευτον, hoc eſt, ſine thalamo: quanquam aliis magis placet à flavo colore, electrúmque referente, ita fuiſſe appellatam.

‖ Electria, gemma in galli ventriculo. Pap. ‖

Electrius, a, um: ut, Electria tellus, id eſt, Samos: ab Electra Dardani matre, filia Atlantis. Val. Flac. *Argon.* 2.

*Tunc tenuit Lemnos, tranſitque Electria tellus*
*Threiciis arcana ſacris.*

ἨΛΕΚΤΡΟΝ. § ἤλεκτρον. GALL. *Ambre: c'eſt auſſi un certain metall d'or avec la cinquiéme partie d'argent.* ITAL. *Ambro, metallo fatto d'oro con la quinta parte d'argento.* GERM. Agſtein. HISP. *Ambre, y oro de veinte quilates.* ANGL. *Amber, alſo an metall made of gold and the fift part of ſylver.* } Gummi, ſive lachryma, ſucculve creditus eſt ex arboribus pinei generis profluens. A Latinis ſuccinum dicitur. Multùm laborarunt veteres ubinam electrum naſceretur. Aliis dicentibus ad Padum flavium eſſe populos arbores, ex quibus defluaret, aliis credentibus in inſulis quibuſdam maris Adriatici gigni, quas idcirco Electridas vocaverint. Hodie verò notiſſimum eſt, electrum provenire in inſula maris Germanici, non procul à littore Prutenico, quam Germani ſua lingua *Sudaw* appellant. Ex cujus inſulæ ſcopulis in mare delapſum partim Oceani æſtu ad litus ejicitur, partim ruſticorum opera (quibus principes pro ſervis utuntur) in ipſo mari colligitur: atque univerſum ad principem ordinis refertur, ad quem non exiguum ex eo quotannis redit vectigal. Neque tamen verum eſt ex arboribus defluere, ſed ex ſaxis. Primò autem quum emanat, liquidum eſt, ſed maris, aëríſque frigiditate in eam quam videmus, duritiam concreſcit. Eſt itaque electrum, ſive ſuccinum, nihil aliud quàm bituminis genus, maris regioniſque frigore ex liquida conſiſtentia in duritiam commutatum. ¶ Ab hujus ſimilitudine veriſimile eſt dictum eſſe quoddam metalli genus, quod ex parte quadam auri & argenti commiſtione conficitur. Plin. *lib.* 33. *cap.* 4. Aurum in quo quinta argenti portio eſt, Electrum vocatur. Hoc autem modò naturale eſt, modò arte efficitur. Quod ſi quintam argenti portionem excedat, incudibus non reſiſtit. Plin. *ibidem.* ¶ Electro lucidior, ἠλέκτρου λαμπρότερος, de re magnopere dilucida, aut de forma ſupra modum nitida, quòd electrum miro quodam more pelluceat. Ex Luciano.

Electrinus, a, um, ex electro: ut, vaſa electrina. *D. lib.* 34. *tit.* 2. *l.* 32. Spartianus *in Quinto*, Patera electrina.

Electryon, ἠλεκτρύων, Amphitryonis frater, & filius Alcei, ut teſtis eſt Heſiodus *in Aſpide.* Plaut. *in Amphitr.* Electryonem perdiderant (Taphii,) &c. loquitur ibi Amphitruo. Idem *in Amphit. prologo*, Electri filia Alcmena.

Electus: vide *Eligo.*

Eleëmoſyna, munus quod inopi datur. § תדקה *tſedhaháh.* ἐλεημοσύνη. GALL. *Aumône.* ITAL. *Elemoſina, limoſina.* GERM. Ein almuſen. HISP. *Limoſna.* ANGL. *Almeſſe.* } Ab ἔλεος, quod miſerationem ſignificat. Spartianus *de Caracalla*, Non tenax in largitionem, non lentus in eleemoſynam.

‖ Elefrone, mons. Carb. ‖

Elegas: vide *Eligo.*

ἜΛΕΓΟΣ, ſive ἔλεγεῖον, per quinque ſyllabas, § ἐλεγεῖα, ἐλεγεῖον. GALL. *Vne elegie, vers elegiaques, vers pitoyables.* ITAL. *Elegia, verſo miſerabile.* GERM. Ein traurig oder klaglied. HISP. *I cantar de coſas triſtes.* ANGL. *Lamentables verſes.* § Latinè ſonat carmen miſerabile, ab ἐλεῶ misereor, quòd hoc potiſſimùm genere carminis miſerabiles hominum ærumnæ & amoris querimoniæ ſoleant decantari. Unde etiam à Poëtis, lachrymabilis & flebilis elegia perpetuis epithetis appellatur: quanquam poſtea etiam rebus lætis ſervire didicerit, ut teſtatur Horatius *de Arte Poëtica*,

*Verſibus (inquit) impariter junctis querimonia primùm,*
*Poſt etiam inclusa eſt voti ſententia compos.*

¶ Ad hujus vocis etymologiam non obſcurè alludit Ovid. *in Epicedio Tibulli*, his verſibus:

*Flebilis indignos elegeia ſolve capillos:*
*Ah nimis ex vero nunc tibi nomen erit.*

Hoc eſt, quemadmodum à miſeratione nomen habet, ita miſerabile nactæ argumentum.

Elegidiŏn, diminutivum, ἐλεγείδιον. Perſ. *Satyr.* 1.

——— *non ſi qua elegidia crudi*
*Dictarunt proceres.*

Elegiacus, adjectivum, ἐλεγειακὸς, ut Elegiacum carmen, & Elegiographus, elegiarum ſcriptor, qui ſcilicet poëmata conſcribit alternis verſibus hexametris & pentametris. Quo in genere poëmatis primam apud Græcos palmam meritus eſt Callimachus; apud Latinos Ovidius.

Elegi, orum, pluralis numeri, pro carminibus elegis. Plaut. *Mercat.* Occenſent noctu ad oſtium, mex impleantur ea bonibus elegiorum fores.

Elegus, a, um, adjectivum: ut, Elegus verſus, flebilis, Horat. *lib.* 1. *Carm. Ode* 33.

——— *ne deleat plus nimio, memor*
*Immitis Glycera, neu miſerabiles*
*Decantes eleges.*

Elegus, ἐλεγὸς, ἐλεγεῖον. Idem quod elegia, ſive carmen elegiacum. Ovid. 3. *Faſt.*

*Nunc primùm veteris elegi majoribus itis.*

Elei, ἠλεῖοι. Populi in Peloponneſo, Elidem incolentes, clariſſimi propter delubrum Jovis Olympii, ludóſque Olympicos, quorum præfecturam Elei habuerunt. Unde Elei equi, & Eleus carcer, ſæpe leguntur. Lucanus *lib.* 1.

——— *quantum clamore juvatur*
*Eleus ſonipes.*

¶ Hinc Eliades equæ dicuntur, quæ ex Olympico certamine palmam referunt. Virg. 1. *Georg.*

——— *Eliadum palmas Epirus equarum.*

Eleïs, idis, ἐλελὶς, mulier bacchans, quæ & Thyas, & Mænas dicitur. Ἀπὸ τοῦ ἐλελίζω, hoc eſt, à vociferando. Ovid. 4. *Faſt.*

*Nunc furor, ut Bacchi furit Eleleides ulta,*
*Quaque ſub Idæo tympana colle movent.*

Eleïus, per tres ſyllabas, ἠλεῖος, dictus eſt Sol, ἀπὸ τοῦ ἑλίττεσθαι τὸν γῦρον, quòd æterno circa terram meatu volvi videatur. Author Macrob. *lib.* 1. *Saturn. cap.* 17. ¶ Eſt etiam Eleleus unum ex Bacchi cognominibus, ab ἐλελίζω, verbo Græco, quod ſignificat vociferari, quemadmodum in bello conſueverunt. Ovid. *lib.* 4. *Metam.* ubi Bacchi nomina enumerat, etiam Elelei meminit.

*Nyctelióſque* (inquit) *Eleleúſque parens: & Iacchus, & Evan.*

‖ Eleliſphacum, ſalvia. ἐλελίσφακον. Eſt omninò à σφάκος, quod etiam exponitur *Salvia.* ‖

ἘΛΕΜΕΝΤΑ, orum, à *Lucretio* vulgò, quaſi alimenta: aliis ab ὕλη, quaſi hylementa. Sunt principia omnium rerum, ex quibus reliqua omnia componuntur, & in quæ reſolvuntur. § יסודים *jeſodhim.* στοιχεῖα. GALL. *Elemens, commencemens de toutes choſes.* ITAL. *Elementi.* GERM. Die elemente/die erſten anfäng eines dings/auß welchen es zu ſeinem weſen kompt. HISP. *El principio materiale de que alguna coſa ſe compone.* ANGL. *The elementes.* } Et à Philoſophis numerantur quatuor, ignis, aër, aqua, & terra. Cicer. 2. *de nat. deor.* Omne corpus eſt aut aqua, aut ignis, aut aër, aut terra, aut quæ iis componuntur. Idem 4. *Acad.* Ergo illa initia, & (ut è Græco vertam) elementa dicuntur, è quibus aër & ignis movendi vim habent, & efficiendi: reliquæ partes, accipiendi, & quaſi patiendi. Ovid. *lib.* 3. *Faſt.*

*Parvus fuit & prima velit elementa referre* (Roma.)

Ibid. ——— *Hæc prima elementa fuerunt*
*Cæſaris ulciſci juſta per arma patrem.*

¶ Horum ſimilitudine etiam notas literarum Elementa vocamus, quòd ex iis primum ſyllabæ, deinde ex ſyllabis dictiones conſtituantur. Sicut enim illa cœuntia omne corpus efficiunt: ſic hæ conjunctæ literarum vocem quaſi corpus aliquod componunt. Inde elementarii literæ dicuntur prima literarum rudimenta. Julius Capit. Puer, inquit, literis elementariis & calculo imbutus. ¶ Elementa mundi, τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου, apud ſcriptores Theologicos, & præſertim Apoſtolum, ſunt rudimenta quibus Deus Eccleſiam ſuam in veteri lege quaſi ſub pædagogo erudivit, id eſt, Judaïſmus, ſive Moſaïci ritus.

Elēmentārĭus ſenex, à Seneca dicitur, qui adhuc in primis elementis inſtituitur. Ita enim ait *lib.* 5. *Epiſt.* 36. Turpis & ridicula res eſt elementarius ſenex, ὁ γέρων, γραμματιστὴς ἄντερ & χθὲς ἀναφάνεν.

Elēmpŏrĭa, Elæmporia: Olei coëmendi cura. Ariad. *l. ult.* §. 2. *D. de muner. & hon.* Elemporia & oſpratura, apud Alexandrinos patrimonii munus exiſtimatur.

‖ Elena: vide *Elna.* ‖

ἘΛΕΝΧΟΣ, i. § תוכחת *hatſumáh.* ἔλεγχος. GALL. *Argument.* ITAL. *Argomento.* GERM. Ein beweiſung/argument. Item, ein tafel/ſo einen dingo mahnt begreiffi. HISP. *Argumento.* ANGL. *An argument.* } Latinè dici poteſt Argumentum, ab ἐλαύνω, argumentor. Plerumque tamen pro argumento ſophiſtico ponitur & cavillatorio. ¶ Eſt etiam elenchus index libri, quem vulgò vocamus *Tabulam.* § ANGL. *The table of a booke.* } ab ἐλαύνω, quod aliquando inveſtigo ſignificat,

vel exploro. Indicis enim adminiculo inquirimus quicquid toto opere contineatur. ¶ Sunt etiam elenchi margaritæ majores, fastigiata longitudine. Plin. *lib.* 9. *cap.* 35. Et proceribus sua gratia est (elenchos appellant) fastigiata longitudine, alabastrorum figura in pleniorem orbem desinentes. Hos digitis suspendere, & binos & ternos auribus, fœminarum gloria est. Juven. *Satyr.* 6.

*——turpe putat nil,*
*Quum virides gemmas colla circundedit, & cum*
*Auribus extensis magnos commisit elenchos.*

Ēlenctĭcus, a, um: ut, Elenctici libri. Quintil. *lib.* 2. *cap.* 6. Sed alii sunt ejus sermones ad coarguendos qui contrà disputant, compositi, quos ἐλεγκτικοὺς vocant: alii ad præcipiendum, qui διδασκαλικοὶ appellantur.

Ēlĭĭo, ere: Maculo. {*ἰυπαίνω*, *μιαίνω*. Gall. *Maculer*. Ital. *Macchiare*. Germ. Vermaßgen/beſudlen. Hisp. *Manchar*, à *mancilla*. Angl. *To diſtayne, to foyle.*} ‖ Non. Elevit, maculavit. Lucil. *lib.* 6. Si hic vestimenta elevit luto, ab eo tusum magnum ad cachinnum imprudens subjicit.

Ĕleos, ἀλεός, apud Arist. *hist. lib.* 8. *cap.* 3. Gazæ, Aluco: avis est nocturna, unguibus aduncis, quæ mures, talpasque venatur. Versatur in desertis ædificiis ac montibus.

‖ Eleosis, stomachi exulceratio. Pap.

Ĕlephantĭas, serpentis genus. Ilid. *lib.* 12. *cap.* 4. quòd is, quem momordit, elephante morbo afficiatur. Eliota Anglus.‖

Elephantiasis. {*ἐλεφαντίασις*. Gall. *Ladrerie, lepre, meſellerie*. Ital. *Lepra, ò fiezza*. Germ. Ein trancket wee der Auſſatz oder Malatzey/ da der leib beſiecht vnd vol ſchupen würdt/vnd auffgeblaſen. His. *Certa eſſetie de lepra*. Angl. *Leaprie.*} Morbus est, quem vulgus medicorum *Lepram* vocat, ita ut alium esse intelligamus à lepra Græcorum, quæ scabiei species est, cutem manifestis crustis obducens. Oritur elephantiasis à sanguine atræ bilis naturam habente, qui temporis processu in atram bilem planè convertitur. Rationem hujus nominis referunt ad elephanti naturam, cujus cutis ulcerosis quibusdam vallibus infestatur. Differt à cancro, quòd hic partem corporis depascat: elephantiasis per totum corpus diffundatur. Plin. *lib.* 26. author est, elephantiasin in Italia ante Cn. Pompeii tempora non fuisse. ‖ Idem morbus & *Elephantia* dicitur Celso.‖

Ēlephantĭăcus. {*ἐλεφαντιακὸς*, *ἐλεφαντιώδης*. Angl. *Leaperous.*} Qui morbo elephantiæ laborat. ¶ Lactant. *lib.* 4. *divin. institut. cap.* 26. hos Elephanticos vocat: Leprosi (inquit) verè atque elephantici debent haberi, quos vel infinitæ cupiditates ad scelera, vel insatiabiles voluptates ad flagitia compellunt.

Ēlephantĭnē, ἐλεφαντίνη, insula Nili supra Syenen, oppidum habens ejusdem nominis, & puteum ad Nili ripam ex eodem saxo, in quo Nili incrementa solent incidi. Vide Strab. *lib.* 7.

Ēlephās, elephantis, & Elephantus, i. à *λίφω*, magnus: vel ab *ἐλαίφω*, lædo: vel à *ἀλείφω*. {*ἐλέφας*. Gall. *Elephant, un yvoire, qui eſt la dent d'un elephant*. Germ. Ein elephant/oder helffant. Ital. & Hisp. *Elephante*. Angl. *An elephant.*} Animal est omnium terrestrium maximum, Europæ incognitum, nisi ex Asia, aut Africa invectum. Duos habet dentes, sive potiùs cornua, ex quibus fiunt opera eburnea. Cicer. *de senect.* Nec nunc equidem vires desidero adolescentis: non plus quàm adolescens tauri, aut elephantis desiderabam. Idem 2. *de nat. Deorum*, Manus etiam data elephantis, quia propter magnitudinem corporis difficiles aditus habebant ad pastum. Idem 9. *Philipp.* Romani nepotem Antiochi elephantos alere prohibuerunt. Elephanto stipem porrigere. Suet. *in Auguſt. cap.* 53. Elephanto in India perfregisti brachium. Plaut. *Milit. sc.* 2. *a* 2. Per os Elephanto brachium transmittetes. *Ibidem*, Herus meus elephanti corio circunfectus est, non suo. *Ibid. sc.* 2. *a.* 2. Inda bellua (elephas) sui magistri jussis obtemperat. Ovid. *Eleg.* 6. *lib.* 4. *Trist.* ¶ Poëtæ nonnunquam elephantum pro ebore posuerunt, more Græcorum, qui τὸ ἐλεφαντῶον appellatione & belluam, & ebur intelligunt. Virg. *lib.* 3. *Georg.*

*Inſcribunt pugnam ex auro, ſolidóque elephanto.*

¶ Elephanti funambuli. Suet. *in Galb. cap.* 6. Elephantos funambulos edidit. ¶ Elephanti biennio utero gravescunt, nec amplius quàm semel gignunt, nec plures quàm singulos: vivunt annos trecentos. Hos primùm vidit Italia Pyrrhi regis bello in Lucanis, unde & boves Lucanas nominavit: quoniam Itali maximum quadrupedem quam haberent, vocarent bovem. ¶ Elephantus etiam inter belluas marinas recensetur: de quo Plin. *lib.* 19. *cap.* 5. & *lib.* 32. *cap. ult.* ¶ Elephantus quoque astacus, è specie locustarum. Idem *lib.* 32. *cap. ult.* Elephanti locustarum generis nigri, pedibus quaternis bisulcis, &c. ¶ Elephantus non capit muscam, ἐλέφας μυῖαν οὐκ ἔχει. Generosus & excelsus animus negligit prædas viles & lucella minuta. Vir egregiè doctus non infectatur minutulos istos literatorum simios. ¶ Homo præpotens non offenditur injuriolis tenuium. ¶ Elephantum ex musca facis. ἐλέφαντα ἐκ μυὸς ποιεῖς. Res exiguas verbis attollis atque amplificas. Lucianus *in muſca encomio*. ¶ Nihil ab elephante differs, ἐλέφαντος ἀμφίβληστρον εἶδες. In magnos & studiosos dicebatur: etsi primam ingenii laudem Plin. tribuit elephantis, sed inter bruta: verùm corporis moles & formæ fœditas adagio locum fecit. ¶ Nec elephantus quidem ebiberet, ἐκ τοῦ ἐλέφαντος ἔπιεν, de poculo prægrandi: quum elephantus proboscide immensam aquarum vim quum libet hauriat. Athenæus.

Ēlephantĭnus, a, um. {*ἐλεφάντινος*. Angl. *Of an elephant.*} Nomen possessivum: ut, Pellis elephantina. ¶ Elephantinum emplastrum describit Celsus *lib.* 5. *cap.* 19. sic dictum, eodem teste, quòd sit percandidum quasi eburneum. ¶ Elephantini libri, apud priscos fuerunt, in quibus senatusconsulta scribebantur, quæ ad Principes pertinebant.

Ēlephantŏgrăphī, ἐλεφαντογράφοι, à Plutarcho *in Periclis vita*, vocantur pictores qui in ebore pingunt.

Ēlephantis, idis, ἐλεφαντίς, nomen poëtæ, qui libellos scripsit, quibus varia genera concubitus complexus est. Mart. *lib.* 12.

*——nec molles Elephantidis libelli.*

¶ Est etiam Elephantis Nili insula, infra ultimum ejus fluvii cataractam, ubi finis est Ægyptiæ navigationis. Author Plin. *lib.* 5. *cap.* 9. Strab. Elephantinam appellat.

‖ Elesmoe, liber fictus, Exodus. Cath. ‖

Ēlĕvo, as: Sursum levo, in altum tollo, sublevo. Cæs. 2. *de bell. civ.* {*נשא nasá, הרים herim. μετεωρίζω, ἐπαίρω*. Gall. *Lever en haut.* Ital. *Levare, alzare*. Germ. Erheben in die höhe. Hisp. *Alçar à ſoliviar de abaxo arriba*. Angl. *To lift up, to heave aloft.*} Plaut. Lapedum lapidem hunc atque eleva. ¶ Item rem aliquam minuo, extenuo, & verbis deprimo. {*ἐλαττόω*, *ὑποβαστάζω*, *ἀνιάζω*. Gall. *Extenuer, alleger, attenuer, faire moindre, décharger.* Ital. *Abbaſſare, ſprezzare*. Germ. Vernichten/verklainern/ring ſchetzen. Hist. *Adelgazar, deſmenuſar*. Angl. *To make lighter, to eaſe of griefe and ſorow.*} Tractum à re ponderosa, quæ ut ferri possit elevatur, id est, imminuitur. Liv. 3. *ab Urbe*. Major (inquit) & vana nostra P. C. authoritas ad plebem est, vos elevatis eam: quippe quia plebs (senatusconsultum in continuandis magistratibus solvit. Idem *lib.* 28. Post receptam totam Hispaniam, ita ut vestigium belli nusquam reliquum sit, elevate meas res gestas. Quint. *lib.* 5. Gentium simul universarum elevata testimonia ab oratoribus scimus. Elevare authoritatem, dignitatem, judicium, vel testimonium alicujus: hoc est, verbis imminuere & extenuare. Livius *lib.* 4. *ab Urbe*, Cujus authoritatem perpetuo vitæ tenore partam, toga candida elevabat. Sueton. *in Tiber. cap.* 52. Germanico usque adeò obtrectavit, ut & præclara facta ejus pro supervacuis elevaret, & gloriosissimas victorias, ceu damnosas Reipublicæ increparet. Et Senec. *cap.* 15. *de tranq.* Elevanda omnia (i. minora facienda.) Elevare authoritatem. Quint.

Ēlĕvātĭo, nis. {*ἀνάπαυσις*. Angl. *A leafrig or heaning up.*} Quint. *lib.* 9. Et illæ elevationes videlicet, ô dii boni.

Ēlĕŭs, untis, sive potiùs Eleûs, ἐλεοῦς. Steph. Oppidum est in Thracia Chersonesso, non procul à Mastusia promontorio. Author Plin. *lib.* 4. *cap.* 11.

Eleuntes hujus incolæ dicuntur, sive Elæusii, ἐλεούσιοι.

Ēlĕūsa, sive potiùs Elæusa, ἐλαοῦσα: Insula est Siciliæ adjacens, non procul à Cypro: cujus meminit Plin. *lib.* 5. *cap.* 31.

Ēlĕūsis, ἐλευσὶς, & Eleusin, ἐλευσὶν, civitas in Attica provincia, non longè ab Athenis, in qua regnavit Eleusinus, qui quum Cererem filiam quærentem liberalissimè hospitio suscepisset, illa pro munere ostendit ei omne genus agriculturæ: filium etiam ejus Triptolemum recèns natum, per noctem igne fovit, per diem divino lacte nutrivit: quumque grandiusculus factus esset, currui suo quem alati trahebant serpentes, impositum per totum orbem misit ad usum frumentorum hominibus indicandum. Ob cujus beneficii memoriam, Eleusini Cereri solemnia sacra instituerunt, quæ Thesmophoria appellantur. Hujus urbis meminit Strabo *lib.* 8. his verbis: Eleusis civitas est in Attica, ubi Eleusinæ Cereris templum extat, & phanum mysticum, quod Ictinus exstruxit, turbæ theatralis capacissimum.

Ēlĕusīnĭus, adject. ἐλευσίνιος. Stephano: ut, Eleusina mater, id est, Ceres. Virg. 1. *Georg.*

*Tardaque Eleuſina matris volventia plauſtra.*

Suet. *in Neron. cap.* 34. In Eleusinis sacris voce præconis scelerati submovebantur.

Eleûsius: vide *Eleusis.*

Ēlĕŭthĕra, ἐλεύθερα, civitas Cretæ, ab Eleuthere uno Curetum, Saorus alias dicta. Steph. vide *Eleuthera*, & *Eleutherna*, & *Oaxus.*

Eleuthera, Cimi patria, civitas Cretæ, postea Apollonia dicta. Steph.

Ēlĕŭthĕra Cilicia, ἐλευθέρα κιλικία, id est, libera Cilicia, cujus partes diversis in locis recensentur. Gentiles, Eleutherocilices. Steph.

Eleuthĕræ, ἐλευθεραί, urbs Bœotiæ, ab Eleuthere Apollinis filio, & alia Cretæ, ab Eleuthero uno Curetum, quæ etiam Saorus vocabatur (vide Eleuthera) à Saora nympha. Est & alia juxta Istrum fluvium in Ponto, sic dicta quòd Jason Æten fugiens, timore illic liberatus sit. Est etiam Lyciæ urbs à nympha quadam. Steph.

‖ Eleutheriopolis. V. E. sub P. Jerosolymitano. ‖

Ēlĕŭthĕrĭus, ἐλεύθερος, nomen viri, quo significatur apud nos liberalis, ingenuus, servator, liberatórque. Eleutheria, ἐλευθέρια, pluraliter, quasi liberatoria, idest libertatis solennia. Plaut. *in Perſa*, Basilicè agito eleutheria.

Eleuthĕrĭum, ἐλευθέριον, oppidum Mysiæ. Steph.

‖ Eleutherium, ἐλεύθερον, οἴδιον, i.e. mœnile, signum libertatis & ingenuitatis. ‖

Eleutheris, ἐλευθηρίς. Urbs Bœotiæ Oropi, prope Cothum & Enclenum. Steph.

Eleutherisce, ἐλευθηρίσκη, urbs Macedoniæ.

Eleuthĕrnā, urbs Cretæ, ab uno Curetum dicta. Steph. vide *Eleuthera*, & *Satra.*

Eleuthĕrĭus, Latinè dicitur Liberalis, ingenuus, servator, liberatórque. Hinc Eleutherius, Jovis cognomentum, ab eo impositum, quòd depulsa Medorum dominatione, Græcos libertati restituisset. Suidas.

Eleuthĕria, orum, ἐλευθέρια. Sacra quædam apud Samios, τὰ ἔρωτος, hoc est, Amori Deo dedicata. ¶ Eleutheria item dicebantur Ixtiones epulæ, quas servi libertate donati celebrabant. Plaut. *in Perſa*, Basilicè agito eleutheria.

Eleuthĕros, ἐλεύθερος, flumen est juxta Orthosiam urbem, quæ est in radice Libani montis. Plin. *lib.* 9. *cap.* 10. Testudines in Phœnicio mari uterò veniunt statuto tempore anni in annem Eleutherum effusa multitudine.

Eleutri, ἐλεύτριοι, populi Apuliæ, gens quam Parthenias Elephantidem vocat. Gentilia à priore Elephantinus, ab Elephantide Elephantites. Steph. Sed suspicor aliquid deesse.

Elgus, ἔλγος. oppidum Lydiæ. Steph.

‖ Eli: vide *Heli.*

Elĭberis, sive Elĭberris, in ea Bœticæ parte sita fuit, ubi nunc Granata. ‖

Elibyrge, urbs Tartessi. Steph.

Elicè: vide *Helice.*

Ēlĭcio, is, cui, citum: Educo, extraho, allicio. {*הוציא hotsi.* ἐξάγω. Gall. *Attraire, tirer hors.* Ital. *Trar fuori.* Germ. Herauß/herfür

ברח tersè tersum. Hisp. *Atraer por fuera, sacar à fuera.* Angl. *To pile or draw out, to allure.* } Plaut. *in Bacch* Ut eum ex lutulento cœno propeté hinc ejiciat foras. Idem *Men. se. 6. a.* 5. Neque utrum (illum) ex hoc saltu damni salvum eliciam foras, scio. Suet. *in Calig. cap.* 10. Elicere aliquem ad querelas. Plin. *lib.* 19. *cap.* 5. Sapor autem asper, & medicamenti instar, ad eliciendas alvos. Ovidius,

*Credibile est lachrymas elicuisse Deo.*

Cicer. 1. *de Orat.* Verbum ex eo nunquam elicere potui. De vi ac ratione dicendi. Elicere cœlo,

*Elicimus cœlo te Iuppiter.*

Ovid. 3. *Fast.* Suscitare & elicere fontem. Plin. *epist.* 95. *lib.* 4. Nam nescio quod libramentum abditum & cæcum, quod quum examinatum est, suscitat & elicit fontem: quum repletur, moratur & strangulat. Litteras ab aliquo elicere. Cic. *Att. lib.* 9. 171. Tuas volo elicere literas, maximèque consilium. Elicere & invitare. Plin. *epist.* 195. Ipse igitur exhibes negotium tibi, qui elicis & invitas ut quamplurimum communicare tecum velim.

Elĭcto, as, frequentativum formatum à verbo Elicio. { ἐξελκύω, ἐπιφέρω. } Plaut. *in Asin.* Ibo adversum, atque electabo quicquid illud sit, hoc est, eliciam.

Elicitor, verbum elegans, ab eliciendo dictum, quemadmodum Elicius Jupiter, qui fulminator erat. Ovid. 5. *Fast.*

*Eliciunt cœlo te Iuppiter: unde minores*
*Nunc quoque te celebrant, Eliciumque vocant.*

Elĭcĭus: Sulci aquarii per quos aqua collecta ex agro educitur, ab eliciendo dicti. { ὑπονόμιον ὕδατος. Gall. *Petits fossez ou rayes autour ou dans un champ pour en tirer l'eau dehors.* Ital. *Fossi d'intorno à campi.* Germ. Waſſer furchen in den ächern. Hisp. *Sulcos grandes para desaguar la tierra.* Angl. *Gutters or furrows to conveigh water.* } Colum. *lib.* 1. *cap.* 8. Sed quamvis tempestivè sementis confecta erit, cavebitur tamen, ut patentes liræ, crebrósque sulcos aquarios, quos nonnulli Elices vocant, faciamus, & omnem humorem in colliquias, atque inde extra segetes derivemus.

Elicius Jupiter in Aventino colebatur, ab eliciendis & evocandis fulminibus dictus. Ovid. 5. *Fast.*

*Eliciunt cœlo te Iuppiter: unde minores*
*Nunc quoque te celebrant, Eliciumque vocant.*

Elĭdo, is, elisi, elisum: lædo, frango, occido, elicio. { יצץ *ritsáts. συνθλάω.* Gall. *Rompre & casser, briser, presser & faire sortir.* Ital. *Fracassare, rompere.* Germ. Zuſchlagen/zuſtoſſen/zerbrechen. Hisp. *Quebrar, ò lisiar.* Angl. *To dash or beate against, some thing, to bruise.* } Cicer. 3. *Tusc.* Atqui stirpibus sunt ægritudines quàm multæ, quàm amaræ, quæ ipso trunco everso omnes elidendæ sunt. Plaut. *in Rud.* Jubeo oculos elidere. Idem *Mil. se.* 2. *a.* 2. Elidi talos jussit conservis meis (supra, defringi.) Senec. *cap.* 16. *de const. ad Helv.* Elidere (in utero) spes conceptas liberorum. Virg. 8. *Æneid.*

——*ut prima noverca*
*Monstra manu, geminósque premens elîserit angues.*

Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Cæteris silibus leonis est tanta duritia, ut ignis elidatur velut è silice. ¶ Elidere sibilum. Cels. *lib.* 4. *cap. de difficultate spirandi.* Propter angustias, per quas spiritus evadit, siculum elidit. Spiritum elidere, i. suffocare. Idem *lib.* 5. *cap. de carbunculo.*

| Elis, urbs primaria Elidis provinciæ in Peloponneso. |

Elīsus, participium. מרצץ *merutsáts.* συντριμμός. Gall. *Rompu, cassé, écaché, brisé.* Ital. *Rotto, fracassato.* Germ. Zubrochen/zerſtoſſen. Hisp. *Quebrado ò lisiado.* Angl. *Dashed to or against, beaten, stricken.* | Sueton. *in Cæs.* Ac sæpe prætura elisi, examinatique sunt. Ovid. 6. *Metam.*

*Exsiliántque cavis elisi umbilicus ignes.*

Elisæ fauces, Velleius.

Ellĕgo, is: Lego, deligo, opto. { בחר *bachár.* αἱρέομαι, αἵρεσις. Gall. *Eslire, choisir.* Ital. *Eleggere, far elettione.* Germ. Auſleſen/erwöhlen. Hisp. *Elegir ò escoger.* Angl. *To choose, to elect and pike out.* } Senec. *cap.* 16. *de consol. ad Marciam,* Non tantùm filios eripuit fortuna, sed elegit (quos eriperet.) Cic. 4. *Acad.* Quam potissimùm sententiam & disciplinam meliùs eliget? Idem 1. *Verr.* Quoties ille tibi potestatem optionemque facturus sit, ut eligas utrum velis. Idem *Octavio,* E duobus autem malis quum majus fugiendum sit, levius est eligendum. Varro *de re rust.* De asinis quemque amplissimum, & formosissimum, quem possunt, eligunt. Plaut. *Aul. se.* 3. *a.* 1. Nulla fœmina optima potest eligi. Ovid. 13. *Metam.*

——*pugnandi tempora meorum*
*Eligit Atrides.*

¶ Deligere verò significat ex magis idoneis aliquem legere ad aliquid agendum. Delegit sibi sæpe pop. Roman. Imperatorem ad bella, ut Pompeium ad bellum Mithridaticum. Imperator quoque deligit milites, non eligit, ad rem videlicet bellicam idoneos: & inter eos agit delectum, quum dispicit quinam rei militari magis sint accommodati. Et agricola delectum agit inter tauros, quos scindendo solo, quósque procreandæ soboli destinet. At si ex multis daretur optio, quem sibi vellet, eligeret, non deligeret. Idcóque semper ferè dicitur in eodem sensu, Datur tibi optio: &, Datur tibi electio. ¶ Hinc delectus, a, um, participium: & Delectus, us, nomen. Valla *lib.* 3. *cap.* 63.

Ellĕctor, is. { בחר *bachár.* αἱρετής, αἱρέτης. Gall. *Electeur, eliseur, choisisseur.* Ital. *Elettore.* Germ. Ein erwöhler. Hisp. *Elector.* Angl. *A chooser, a piker out.* } Ad Heren. *lib.* 4. Postremò in eo vim artificii consumat, ut ipsi ab aliis potiùs eligendi, quàm aliorum boni electores existimentur.

Ellĕctio, nis: Selectio, delectus. { מבחר *mibchár.* αἵρεσις, αἵρεμα. Gall. *Election, élite, choix.* Ital. *Elettione, elettà.* Germ. Ein wahl/oder erwöhlung. Hisp. *Obra de elegir.* Angl. *A choosing or piking out.* } Cicer. *in Orat.* Judicium electióque verborum. Idem 3. *de finib.* Initia quorum ex electione virtus possit existere. Senec. *cap.* 12. *de const. ad Marc.* Si ponatur electio, utrum, &c. Velleius, Cum fortuna non electionem daret.

Elĕctus. { בחור *bachúr.* αἱρετός. Gall. *Esleu, choisi.* Ital. *Eletto.* Germ. Erwöhlt/auſerleſen. Hisp. *Elegido.* Angl. *Choosed, elected.* } Cic. 1. *de finib.* Electis verbis dictaque res. Sen. *cap.* 12. *de consol. ad Marc.* Electam te à Diis cui frui non liceret filio (in malam partem.) ¶ Electissimus quisque Senatorum. Suet. *in Calig. cap.* 49.

Elĕctus, us, ui. { Angl. *A choise.* } Ovid. *Epist.* 2.

*In mecis electu parva futura mora est.*

Electitii judices sunt qui etiam electi dicuntur, qui ex litigantium voluntate judicant.

Elĕgans, nomen est, non participium, à verbo Eligo deductum, ut Cic. *de optimo dicendi genere,* innuere videtur, quum inquit: Nam si ut in epularum apparatu magnificentia recedens, non te parcum solùm, sed etiam elegantem videri videt, eligit quibus utatur. Sunt enim pleræque aptæ hujus ipsius oratoris, de quo loquor, parsimoniæ. Est igitur elegans idem quod cultus, ornatus, politus. { נוה *náveh,* יפה *japhéh.* φιλόκαλος, κομψὸς, περιττός. Gall. *Decent, beau, joly, orné, bien fait.* Ital. *Elegante, pulito.* Germ. Wolgezier/ſchön. Hisp. *Lindo, galano y gentil.* Angl. *Neat, trim, gay preatie trickie, and trimme.* } Velleius: Elegans auctor, & admirator doctrinæ Scipio. Idem de eodem: Nemo elegantiùs intervalla negotiorum dispunxit. Cic. 2. *de finib.* Nemo nostris hujusce generis asotos jucundè putat vivere, mundos, elegantes, optimis cocis, pistoribus, piscatu, aucupio, venatione, &c. Terent. *Eunuch.* Rem elegantem narras. Idem, Quam me ipsum mores, quàm elegans formarum spectator fiem. Ubi Donatus, Elegans spectator est, qui sis cunctantis & fastidiosi judicii, cui non quodvis placet facilè. Cic. 6. *Verr.* Vide ne ille non solùm temperantia, sed etiam intelligentia te atque istos, qui se elegantes dici volunt, vicerit. ¶ Apud antiquos usque ad Catonis tempora, elegans non honoris, ut hodie, vocabulum erat, sed reprehensionis, & vitii. Gell. *lib.* 11. *cap.* 2. Elegans homo non dicebatur cum laude, sed id ferè verbum ad ætatem M. Catonis, vitii, non laudis fuit. Cato *lib. de moribus,* Avaritiam omnia vitia habere putabant: sumptuosus, cupidus, elegans, vitiosus, irritus qui habebatur, is laudabatur. ¶ Ideò Marc. Tullius Lucio Crasso & Sævolæ non meram elegantiam, sed multa parsimoniæ mistam laudi dedit, *in lib. de clar. Orat.*

Elegantĭa: Munditia, lautitia, cultus, ornatus: ab eligendo, ut putatur, dicta. { תפארת *tiphcéreth.* φιλοκαλία, κομψότης. Gall. *Bonne grace, elegance, magnificence, honnesteté* Ital. *Eleganza, politezza, mettezza.* Germ. Schöne/zierligkeit. Hisp. *Lindeza, gala, y gentileza.* Angl. *Preatinesse, trimmenesse.* | Cic *in Orat.* Fucati verò medicamenta candoris & ruboris omnia repellentur: elegantia modò & munditia remanebit. Idem 2. *de finibus,* Contemnit etiam differendi elegantiam, confusè loquitur. Idem 3. *de finibus,* Agriculturæ quæ abhorret ab omni politiore elegantia. Senec. *cap.* 9 *de tranq.* Non fuit illa regum elegantia, sed studiosa luxuria. (Loquitur de Bibliotheca. Alexandrina.) Idem *cap.* 8. *de consol. ad Marc.* Elegantia morum. Hæc tamen apud veteres non ad ingenii opera, sed duntaxat ad nimis amœnum, lautúmque cultum ac victum applicabatur, nec sine vitio erat: nunc elegans solùm laudando dicitur: ut, Elegans oratio. Est enim elegantia orationis virtus, quæ facit ut unumquodque verbum parè apteréque dici videatur. Hujus duæ sunt partes, latinitas & explanatio. Latinitas quæ sermonem purum servat ab omni vitio. Explanatio est quæ reddit apertam & dilucidam orationem. Ea duabus rebus comparatur, scilicet ut usitatis verbis utamur & propriis. Usitata sunt quæ versantur in consuetudine quotidiana. Propria sunt, quæ ejus rei, de qua loquimur, verba sunt, aut esse possunt.

Elĕgantĕr, adverbium: Politè & propriè. { κομψῶς. Gall. *Elegamment, de bonne grace, joliment, mignonnement.* Ital. *Elegantemente, politamente.* Germ. Zierlich/fein. Hisp. *Linda, galana y gentilmente.* Angl. *Neatly, trimmely.* } ut, Elegantèr disputare. Cic. 4. *Acad.* Idem 2. *de finibus,* Hoc ipsum elegantiùs poni melióúsque potuit. Idem *ad Brutum,* Tibi is exponet qui optimè omnia novit, & elegantissimè expedite, & deferre ad te potest. Idem *Lucio lib.* 5. Ad consolandum autem eum illa valent, quæ elegantèr copioséque collegisti. Elegantèr acceptus, hoc est, lautè & opiparè, apud eundem *ad Attic. lib.* 13. 28. Liberis lautis, servísque nihil defuit: nam lautiores elegantèr accepti. Liv. *lib.* 5. *d.* 4. Magnæ ob elegantèr actam vitam auctoritatis. ¶ Elegantiùs facere. Liv. *lib.* 7. *d.* 4.

Elimia, ἐλίμεια, urbs Macedoniæ, ab Elimo heroe, vel Heleno, vel Elyma Tuscorum rege. Steph.

| Elinis, ἔξωθεν, ἐκτός: qui est extra limen, aut limites. |

Elimĭno, as: Extra limen ejicio, excludo. { יצא *hotsi.* ἐξελαύνω, ἐκβάλλω. Gall. *Faire sortir hors de la maison, jetter de l'entrie.* Ital. *Cacciare di casa, mandar fuori.* Germ. Zum hauß hinauß stossen/für die thür hinauß stossen. Hisp. *Desterrar ò echar de casa.* Angl. *To hurle or thrust, one of doores.* } Pompon. *ad Nonium,* Eliminabo extra ædes conjugem. Ennius, *Medea Exule:* Antiqua herilis fida custos corporis, quid sic extra ædes eliminor? ¶ Eliminare dicta, dixit Horat. *lib. epist.* pro enuntiare, quasi extra limen efferre.

——*ne* (inquit) *fides inter amicos*
*Sit, qui dicta foras eliminet.*

Eliminare gradus, de qua loquutione, dicit Fab. *lib.* 8. *cap.* 3. se juvene inter Pomponium & Senecam fuisse Præfationibus tractatum, an apud Accium in Tragœdia dici oportuisset.

Elĭmo, as: Lima polio, perpolio. { ἀπολεπίζω. Gall. *Limer, polir à la lime, ou mettre en limaille.* Ital. *Limare, lavorare con la lima.* Germ. Auſfeilen/auſbutzen. Hisp. *Limar o obrar con lima.* Angl. *To cut of with a file, to polishe and mak smooth.* } Ovid. 4. *Metam.*

——*extemplò graciles ex ære catenas*
*Retiáque & laqueos, qua lumina fallere possent,*
*Elimat.*

¶ Inde per translationem dicimus, elimare opus aliquod, i. ornatè & absolutè conficere. Cicer. *Attic. lib.* 16. Velim [illegible] aliquod elimes ad me. ¶ Accipitur etiam interdum elimare, pro lima abradere. Plin. *lib.* 34. *cap.* 18. Alii elimatam scobem in bolis crudo coquunt in caminis.

Elimātŏr, is: Politor, ab elimando, hoc est, expoliendo. Tertull. *lib. 4. adversùs Marcionem*: Significans Christum esse verum disceptatorem & elimatorem maculatum humanarum.

Elinguātŭs, qui linguam non habet. ¶ ἄγλωσσος. Gall. *Qui n'a point de langue.* Ital. *Senza lingua.* Germ. Zungloſs/der ſtumm vnd on ein jungen. Hisp. *Deſlenguado, à ſin lingua.* Angl. *Tongueleſſe.* ¶ Cornelius Fronto *de different. vocabulorum*, Elinguis habet linguam, ſed uſu ejus caret: Elinguatus amiſit.

Elinguis, e, qui motus eſt, & loqui non poteſt, etiamſi linguam habeat. ¶ ἄφωνος, ἀναφής. Angl. *Dumme, that can not ſpeake.* ¶ Cicer. *pro Flacco*, Convicit & elinguem reddidit. Idem *de claris Oratoribus*, Præſertim quum Faonius nunquam ſit habitus elinguis. Plin. *in Epiſt.* Proſpeximus curiam, ſed curiam trepidam & elinguem: quum dicere quod velles, periculoſum; quod nolles, miſerum eſſet. Gell. *cap. 9. lib. 5.* Mutus & elinguis, & infans Cræſi filius.

Elinguo, as: Linguam extraho, ſeu lingua privo. ¶ ἀπογλωττίζω. Gall. *Eſtanguer, oſter la langue.* Ital. *Privare della lingua.* Germ. Einem die zungen außziehen/abhauwen. Hisp. *Deſlenguar, à cortar la lengua.* Angl. *To mak tongueleſſe.* ¶ Plaut. *in Aul. ſc. 4. a. 1.* Si hercle ego te non elinguandam dedero uſque ab radicibus, impero, autórque ſum, ut me cuivis caſtrandum loces.

¶ Eliocrota: vide *Elotona.* ¶

Eliquo, as: Liquidum, facio, ut quum autum, argentum, vel plumbum igni diſſolvimus. ¶ חסם *hemás.* ἐκτήκω. Gall. *Faire fondre & mettre en liqueur, paſſer & couler une liqueur.* Ital. *Far liquido.* Germ. Schmeltzen. Hisp. *Hazer puro à claro ſin hez.* Angl. *To melt.* ¶ Sen. *lib. 3. de natur. quæſt. cap. 26.* Eſt in Cherſonneſo Rhodiorum fons, qui poſt aliquantum intervallum temporis, fœda quædam turbidus ex intimo fundat, donec liberatus eliquatuſque eſt. ¶ Eſt etiam eliquare, mollitet canere, & cum lenocinio quodam vocis, ut inquit Cornutus, pronuntiare. Perſ. *Satyr. 1.*

——— *plorabile ſi quid*
*Eliquat & tenero ſupplantat verba palato.*

¶ Præterea aliquando idem quod Conſumere. Cornutus *in Perſ. Sat. 5.* Eliquare, & conſumere annos.

Eliquāmĕn, quod eliquatum eſt ex re aliqua, ut ex carnibus, aut piſcibus, vulgus *Salmuriam* vocat. ¶ חסם *temés.* ἐκτήγμα. Gall. *La liqueur eſpraincte & digeutée de quelque choſe.* Ital. *Liquore eſpremuto, ſcolato.* Germ. Die außgeſchmeltzte/ oder außgeſottene feiſte. Hisp. *La manteca de coſa derretida.* Angl. *Dripping tryed, ſuet molten.* ¶ Col. *lib. 3. cap. 14.* Abſtinéatque ferè ab omnibus redolentibus eſculentis: ut ſunt ſalſamenta, eorumque omnia eliquamina.

Eliquēſco, is: Liquidus fio. ¶ חסם *namés.* ἐκτήκομαι, ἐκχύνομαι. Gall. *Se fondre & venir en liqueur.* Ital. *Fonderſi, liquefarſi.* Germ. Zerſchmeltzen/ rotich als das waſſer werden. Hisp. *Derretirſe, hazerſe claro y ſin hez.* Angl. *To melt, to be about to melt.* ¶ Varr. *1. de re ruſt.* de olea loquens: Alia ad cibum eligitur, alia ut eliqueſcat: ac non ſolùm corpus intus ungat, ſed etiam extrinſecus.

Elis, ĭdis, oppidum in Occidentali tractu Peloponneſi, non procul ab Alpheo fluvio, juxta quod certamen Olympicum celebrari ſolet. Author Plin. *lib. 5. in deſcriptione Achaiæ.* Ptol. quoque *lib. 3. cap. 16.* regionem omnem circumjacentem Elidem appellat.

Elēŭs a, um, ἠλεῖος. Virg. *lib. 3. Georg.*

*Hic vel ad Elei metas & maxima campi*
*Sudabit ſpatia.*

Ellās, dis, Patronymicum fœmininum, ut Equæ Eliades, quæ apud Eliadem certamine curuli palmas merebantur. Servius in illud Virgilii 1. *Georg.*

——— *Eliadum palmas Epirus equarum.*

Elissā, ĭdis, Beli Phœnicum regis filia, Dido cognomento, quòd complura ſupra animi muliebris fortitudinem geſſerit. Nam & fratris inſidias fugiens, Carthaginem condidit: quúmque à civibus cogeretur Jarbæ novæ urbi bellum inferenti nubere, morte ſponcanea ſe à ſecundis nuptiis liberavit, ut notat Servius.

Elixŭs, a, um: Aqua coctus. בשׁל *baſchél.* ἑφθός. Gall. *Cuit en eau, bouilli.* Ital. *Leſſo, aleſſo.* Germ. Geſotten. Hisp. *Cozidoen agua.* Angl. *Sodden in water, boyled.* ¶ Elixum (inquit Nonius) eſt quicquid aqua mollitur, vel decoquitur. Nam lixam aquam veteres dixerunt: unde & Lixæ dicti, qui militibus aquam ad caſtra, vel ad tentoria ſolent ferre. Horat. *1. Serm. Satyr. 2.*

——— *ac ſimul aſſis*
*Miſcueris elixa ſimul conchylia turdis.*

Ovid. *4. Faſt.*

*Candidus elixa miſcetur caſeus herba.*

Plaut. *Pœnulo*, Milphio, heus Milphio, ubi es? M. Aſſum apud te eccum. ag. At ego elixum volo. ¶ Varro autem per tranſlationem Calceos elixos ſcribit, quaſi madefactos: ut eſt caro quæ elixatur. In pavimento (inquit) non audes facere lacunam: at in humum calceos facis elixos.

Elixo, as: Aqua coquo. ¶ בשׁל *biſchſchél.* ἕψω, ἑψέω. Gall. *Cuire en eau, bouillir.* Ital. *Leſſare, cuocere à leſſo.* Germ. Sieden/kochen. Hisp. *Cozer en agua.* Angl. *To ſeeth in watter, to boyle.* ¶ L. Valla, Quod in prandio carnes quaſdam parum elixaſſet.

Elleborine, teſte Plin. *lib. 7. cap. 9.* Herba eſt exiguis foliis, quæ alio nomine Epipactis dicitur.

Ellĕbŏrus: Elleborum. ἑλλέβορος, ου. Gall. *Herbe appellée des Latins* Veratrum, *Ellebore.* Ital. *Veratro herba.* Germ. Nieſſwurtz. Hisp. *El vedaçambre.* Angl. *The beare foote, an hearbe ſo called.* ¶ Herba eſt inſignem purgandi vim habens, quam Latini *veratrum* appellant. Ejus duæ ſunt ſpecies, album, & nigrum: Elleborum album, ἀπλατοφυλλος, folia habet plantaginis, aut betæ ſylveſtris, ſed breviora, nigrióraque, & canalium dorſo rubentia, caulem quincuncialem, ferulaceum, bulbotum ruaricis obvoluto, radicem cepæ modo multis fibris capillatam. Vide Gell. *cap. 5. lib. 17.* Præſtantiſſimum naſcitur in Anticyra inſula, ubi & tutiſſimè ſumebatur, cerebri purgandi gratiâ. Unde factum eſt, ut quos cerebro minùs ſano eſſe velimus ſignificare, Anticyram navigare jubeamus. Elleborum nigrum, ἀπλατοφυλλος μέλας, Romanis veratrum nigrum dicitur, à Græcis etiam Melampodium, à Melampode, quodam ovium paſtore, qui eo Prœtidas furentes fertur perſanaſſe. Folia habet Platani, ſed minora, & ſpondylio proxima, pluribus inciſuris, nigrióraque & ſubaſpera, caulem ſcabrum, florem ex purpureo candicantem, & uvæ modo racemoſum: ſemen cruci, quod Seſamoides vocatur. ¶ Bibe elleborum, μὴ ἀπλατοφυλλος: quo adagio Ariſtophanes in Veſpis ſignificat inſanire quempiam. Unde ἀπλατοφυλλιᾶν, & ἀπλατοφυλλίαν, pro inſanire. Qui ergo parum animo conſtant, ἀπλατοφύλλου δεῖται, id eſt, elleboro opus habere dicuntur: quòd elleborum purgare cerebrum, ideóque curare inſaniam, antiquis creditum ſit. Non poteſt hæc res elleboro jugere obtineriier. Plaut. *Menach. ſc. 4. a. 5.* Elleborum potabis aliquot viginti dies. Idem *ibid.*

Ellipſis, ἔλλειψις, defectus, omiſſio vocis: ab ἐλλείπω, prætermitto, déſicio, quod eſt ex ἐν, & λείπω. Eſt etiam defectus, qui exceſſui opponitur. ¶

Ellum: vide *Eccum.*

Ellychnium. ¶ ἔλλυχνον, ἔλλυχνις. Gall. *Le meſche d'une lampe ou chandelle, lumignon.* Ital. *Stopino, lucignolo.* Germ. Der docht in einem liecht. Hisp. *Mecha del candil.* Angl. *The weeke or meich of a candle.* ¶ Dicitur funiculus ille papyraceus, ſeu ſparteus, cannabinúſve, aut ſtupeus in lychno, qui oleo affuſo lumen præbet. Plinius, Et è medulla ejus elegantium lucernarum ellychnia fiunt. Idem *lib. 13. cap. 4.* Ellychnia ex uva fiunt claritatis præcipuæ: ex oleo lumen obſcurum, propter omnium pinguedinem.

Ellŏbii, ἔλλοβοι. Genus inſanum (inquit Julius Pollux) à ſabis natum, quas Græci λοβὰς vocant.

Ellŏpĭa, ἐλλοπία. Regio Eubœæ, & ipſa inſula, ab Ellope Jovis filio. Sic etiam dicebatur regio, juxta Donacum, cujus incolæ Elli, & Selli. Eſt etiam urbs circa Dolopiam, & regio circa Theſpias. Steph.

Ellopium, ἔλλοπον, urbs Ætoliæ. Steph.

¶ Ellops, ἔλοψ, piſcis, quia ſquamoſus, λεπιδωτὸς: ab ἐν, & λεπὶς, ſquama.

Ellotia, ἐλλώτια, feſtum Europæ in Creta, ἐλλώτη Europæ corona picta, (ex myrto ſcil.) cubitorum viginti. Heſ.

Ellus. Donat. *in Andr. 5. 2.* Veteres, quod nos *illum* dicimus, *ellum*, vel *ollum* dicebant.

Ellychnium, ἐλλύχνιον, funiculus qui fiſtulæ in lucerna indítus uritur. ¶

Elmantica, ἐλμαντικὴ, urbs eſt Iberiæ, juxta Iberum fluvium. Steph. Vide an ſit Salmantica Ptolemæo dicta.

Elmĭnthēs, ἕλμινθες, vermes ex genere lumbricorum. Sunt autem in duplici differentia, teretes & lati: ut docet Gal. *lib. ult. method. cap. ult.* Nominativus ſingularis eſt Elmis, ἕλμις, ινθος. *Lexic.*

¶ Elmos, galea. Anon. L. g. b. ¶

Elŏco, as, are, eſt Pretio aliquid utendum do, loco. ¶ ἐκμισθόω. Gall. *Faire changer de lieu & place, oſter d'un lieu & tranſporter, louer, bailler à loüage.* Ital. *Allogare, affittare.* Germ. Außleichen. Hisp. *Arrendar à otro por alquiler.* Angl. *To give, or to lett out to hire.* ¶ ut, Elocare fundum, eſt Certo pretio ejus uſum alicui concedere Cicer. *5. Verr.* Xenon ad ſe pertinere negabat: fundum elocatum eſſe dicebat. Elocare boves. Col. *lib. 1. cap. 7.* Et maximè vexant ſervi qui boves elocant, eoſdémque & cætera pecora malè paſcunt. Elocare ſeſe curandum. Plin. *lib. 26. cap. 1.* Siquidem certum eſt Manilium Cornutum ex prætoris legatum Aquitaniæ provinciæ. H-s. cc. elocaſſe in eo morbo curandum ſeſe. ¶ Elocare funus. Plin. *lib. 11.* Aſſes ergo contulit populus, & funus elocavit. ¶ Elocare filiam, eſt eam viro tradere, *donner ſa fille en mariage.*

¶ Elocò, adverb. antiquum, pro *illicò.*

¶ lŏcūtio: vide *Eloquor.*

Elogium. ¶ ערות *kedhúth.* ἐπιγραφὴ, μαρτύριον. Gall. *Témoignage & rapport qu'on fait de quelqu'un: Inſcription de monument.* Ital. *Teſtimonio, teſtimonianza.* Germ. Ein ſtim oder zeugnuſs ein hertzliche vnd löbliche zeugnuſs. Hisp. *Teſtimonio à teſtificacion que ſe da en honra à vituperio de alguno.* Angl. *A report to the praiſe or diſpraiſe of a thing.* ¶ Teſtificatio de aliquo honoris, vel vituperationis cauſa. Vituperationis, Quintil. Non eſt, judices, quod putetis ideo nullum adjectum ad exhæredationem juvenis elogium, quia de ſcelere conſtaret. Idem, Exhæredati filii elogium, quòd meretricem amarit. Spartian. Sub elogio præconis cædere fuſtibus aliquem. Lamprid. *in Severo*, Donavit eunuchos amicis, addito elogio, ut ſi non redidiſſent ad bonos mores, liceret occidi. Sueton. *in Calig. cap 27.* Elogium addebatur cuſtodiis (id eſt, reis.) Honoris. Cicero *in Catone*, Quanta de Attilio Calatino, in quem illud elogium unicum complurimæ conſentiunt gentes, populi primarium fuiſſe virum. Seneca, Deceſſit negotiator, teſtamento omnium bonorum ſuorum reliquit formoſam uxorem hæredem, & adjecit elogium, Quia pudicam compert. Cicer. *1. Tuſcul.* Quid ipſa ſepulchrorum monumenta, quid elogia ſignificant, niſi nos futura etiam cogitare? Calpurn. *declamat. 18.* Inſeram majorum ſepulchris, & elogio nomen inſcribam. ¶ Aliquando accipitur pro ſimplici teſtificatione ſententiæ. Cic. *in Cat.* Solonis quidem ſapientis elogium eſt, quo ſe negat velle ſuam mortem dolore amicorum & lachrymis vacare.

¶ Elohim, Deus, plurale à ſingulari *Eloáh.*

Eloi, ἐλωὶ *Marci 15. 34.* אלוהי *elohái.* Hebraïcè eſſet Deus, per omnes ſcilicet caſus ſingulares. ¶

Elŏné, ἐλώνη, urbs Perrhebica, quæ & Limone à Preto dicitur. Steph.

Elŏngo, as: Protraho, differo. ¶ תאריך *heerich*, רכך *richék.* ἐπιμηκύνω. Gall. *Alonger, faire plus long.* Ital. *Differire, prolungare.* Germ. Verlengen. Hisp. *Alongar.* Angl. *To mak longer.* ¶ Plin. Quo maximè tempore dies elongantur.

Elŏps, ἔλοψ. Piſcis apud antiquos nobiliſſimus habitos, unus omnium ſquamis ad os verſis, contra aquam nando meat: à nonnullis Acipenſer dictus. Plin. *lib. 9. cap. 17.* Et Gell. *lib. 7. cap. 16.* Elops Rhodius optimus. ¶ Eſt & Centauri nomen proprium, apud Ovid. *12. Metam.*

Elŏquĕn

Elŏquŏr: Clarè & apertè propriisque verbis animi sensa explico. { דבר *dibbér*, חלין *helin*. λέγω, λαλῶ. Gall. *Dire, parler clairement & donner à entendre, declarer son sentiment proprement.* Ital. *Parlare apertamente.* Germ. Aussprechen/ heiter ausstehen was einem umb das hertz ist. Hisp. *Hablar esparzidamente y bien.* Angl. *To speak out, to utter eloquentlie.*} Quintil. Eloquor, quum omnia quæ mente conceperim promo, atque ad audientes profero. Virg. 3. *Æneid.*

*Eloquar, an sileam?*

Plaut. *in Amph.* Rémque, ut facta est, eloquar. Ter. *Phorm.* Atque id, si potes, verbo expedi. G. Faciam. A. Eloquere. G. Modò apud portum, &c. Qui sum, paucis eloquar. Plaut. *Aul. prol.* Eloquar nomen meum. Idem *Amph. prolog.* Item, Quam rem oratum huc veni, primùm eloquar: &, Post hujus argumentum eloquar tragœdiæ. *Ibid.* Audita eloquar. *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. S. Quid Amphitruoni datum est? M. Patera aurea. S. Eloquutus est. Rem ut est, eloquamur. Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 3. Eloquere obsecro ubi sunt spes meæ? Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Eloquere ut quod nescio, tecum sciam. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Non me istuc cutàre oportet. Quem igitur? Eloquar. Idem *Mest. sc.* 3. *a.* 1. Dulcia & amara apud te elocutus eram. Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Cur hæc celata me sunt? Ps. Eloquar. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Nihil habeo certi quod eloquar (i. affirmem.) Idem *Milit. sc.* 4. *a.* 2. Necesse est mihi rem omnem eloqui, quicquid ago. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 1. Eloquuta sum convivæ. *Ibid. sc.* 4. *a.* 1. Eloquar uxori rem omnem uti gesta. *Ibid. sc.* 4. *a.* 3. ¶ Aliquando eloqui, est dicere: quod proprium est Oratoris. { φράζω. Gall. *Raisonner, discourir.* Ital. *Raggionare.* Hisp. *Razonar.* } Cic. 1. *de Orat.* Oratoris est compositè, ornatè, copiosè eloqui. Idem 1. *Offic.* Copiosè eloqui, modò prudenter, melius est quàm vel acutissimè, sed sine eloquentia cogitare.

Elŏquēns, dicitur qui in dicendi ratione perfectus est, copiosè sapienterque dicens, in dicendo suavis, ornatus & gravis. { מדבר צחורית *medabbér tsahórith*, מליץ *melits*. λόγιος, εὔγλωσσος, δεινὸς ῥήτωρ. Gall. *Eloquent, beau parleur.* Ital. *Eloquente, ben parlante.* Germ. Wolberedt. Hisp. *Eloquente, el que habla copiosamente y esparzidamente.* Angl. *Eloquent, à faire utterer.*} Unde Anton. apud Cicer. dicit se disertos vidisse plurimos, eloquentem neminem: quasi dicat, se plurimos eximios Oratores vidisse, perfectum autem Oratorem, in quo nihil desideraretur, neminem. Cic. 1. *de Orat.* Quamobrem mirari desinamus quæ causa sit eloquentium paucitatis, quum iis rebus universis eloquentia constet, quibus in singulis elaborare permagnum est. Idem *in Orat. ad Brutum*, Is erit igitur eloquens qui poterit parva summissè, modica temperatè, magna graviter dicere.

Elŏquēntĭa, dictio ex omni parte perfecta, perfecta dicendi vis & copia. { מליצות *melitsáh.* λεκτικὸν. Gall. *Eloquence, beau parler.* Ital. *Eloquenza, bel parlare.* Germ. Wolredenheit. Hisp. *Eloquencia, elegante y fecunda habla.* Angl. *Eloquence, a grace in readie speaking.*} Cic. *in Partit.* Nihil aliud est eloquentia, quàm copiosè loquens sapientia. Ter. *in Eunuch.* Dixine ego in hoc esse vobis Atticam Eloquentiam? Suet. *in Cæs. cap.* 55. Eloquentia militaris. Vellejus, Eloquentia, prosa. Quint. Eloquentia (id est, eloquutio) pars Rhetoricæ. Cic. *de optimo genere.* Eloquentia constat ex verbis & sententiis: ideo perficiendum est, ut purè & emendatè loquentes, quod est Latinè, verborum præterea propriorum & translatorum elegantiam persequamur. Idem 1. *de Orat.* Quinque faciunt Græci quasi membra eloquentiæ: invenire quid dicas, inventa disponere, deinde ornare verbis, pòst memoriæ mandare, tum ad extremum agere ac pronuntiare. Idem *ibid.* In dicendo facultatis tres sunt rationes: una conciliandorum hominum, altera docendorum, tertia movendorum: harum trium partium prima lenitatem orationis, secunda ac tertia vim desiderant. Vide *Dicere, ibid.* Is erit ergo eloquens, qui ad id, quodcunque docebit, poterit accommodare orationem, & in foro causisque civilibus ita decet, ut probet, ut delectet, ut flectat: probare necessitatis est, delectare suavitatis, flectere victoriæ. *Paulò pòst.* Is erit igitur eloquens (ut illud iteremus) qui poterit parva summissè, modica temperatè, magna graviter dicere. *Ibid.* Esse igitur perfectè eloquentis puto, non eam solùm facultatem habere, quæ sit ejus propria, fusè latèque dicendi: sed etiam vicinam ejus atque finitimam Dialecticorum scientiam sumere.

Elŏquēntĭssĭmè, Adverb. Plin. *Epist. lib.* 2. Attiano respondet Cornel. Tacit. eloquentissimè.

‖ Eloqueret, pro Eloqueretur. Enn. antiq. ‖

Elŏquĭum, sermo, oratio. { דבורית *debberáh.* λόγος. Gall. *Eloquence à parler.* Ital. *Raggionamento, parlamento.* Germ. Die red/ sprach oder wolberedte. Hisp. *Habla facunda.* Angl. *Eloquent speaki or speach.*} Plaut. Dulci ac blando eloquio amicam solatus. Apul. Platonis eloquio monitus, non nobis solis nos natos esse. Ovid. 2. *de Ponto, eleg.* 2.

*Nunc tibi & eloquii victor ille domesticus adsit.*

Idem *Eleg.* 8. *lib.* 1. *Trist.*

*Qualibet eloquio sit bona causa tuo.*

Idem 13. *Metam.*

*Quæ licèt eloquio fidum quoque Nestora vincat.*

Ibidem,

*Eloquiique virum florentem mollit.*

Elŏquūtĭo, { מליצות *melitsáh.* } Pars est Rhetoricæ, quæ à Cic. *de Invent.* definitur esse idoneorum verborum ac sententiarum ad inventionem accommodatio, ἐφήνεια.

Elŏquūtrix, icis, quæ eloquitur. Quint. *lib.* 2. *cap.* 15. Nam oratoria sic efferetur, ut eloquutoria: oratrix, ut eloquutrix. De Rhetorica loquitur.

Elōrus, ὁ Ἕλωρος. Vulgò *Labiso.* Siciliæ urbs est, Pachyno promontorio proxima: ita dicta ab Eloro amne, qui adjacentibus campis superfunditur, sicut Nilus, in quo pisces cibum è manu capiunt. Plin. *lib.* 32. *cap.* 2. De hoc Silius Sidonius: Drepane, atque unda clarnosus Elorus. Virg. *lib.* 3.

*Exsupero præpingue solum stagnantis Eloræ*

Elŏtæ, ἕλωτες, seu Elotia, ἑλωτεία, publica appellant mancipia Lacedæmonii, id est, publicos ministros, ut sunt apparitores, lictores, qui apud Thessalos dicuntur Penestæ.

‖ Elocona, vel Eliocrota. V. olim sub A. Toletano: à Gothis, aut aliis eversa; hodie *Lorca* dicitur: estque sedes ejus Episcopalis cum Carthaginensi unita. ‖

Elpēnŏr, ἐλπήνωρ. Nomen comitis Ulyssis, qui à Circe cum aliis sociis in porcum conversus fuit: & deinde pristinæ formæ restitutus, delapsus de scalis, cervicem fregit. Author Homerus 10. *Odyss.* Juvenalis *Satyr.* 15.

*Et cum remigibus graviſſe Elpenora poteris.*

Elpia, ἐλπία, urbs in Daunia, à Rhodiis condita. Steph.

Elpis, ἐλπὶς, nomen proprium Boëthii uxoris.

‖ Elua, insula, vide *Ilua.*

Elūcĕo, es: Lucidus sum, appareo, exto, emineo, eniteo. { נגה *naghah.* ἐκφαίνομαι. Gall. *Reluire, estre apparent & manifeste.* Ital. *Rilucere, essere lucido, manifesto, apparente.* Germ. Scheinen/ kundbar und offenbar sein. Hisp. *Mucho luzir.* Angl. *To be bright to shyne, to be apparant.*} Virg. 2. *Georg.*

——— *elucent alia, & fulgere coruscant.*

Cic. 1. *de divinat.* Ut illa tertia pars rationis & mentis eluceat. Eluceat animi excellentia in despiciendis opibus: idem 1. *Offic.* Idem *pro Rosc. Amer.* Eo magis eluceat, quo magis occultatur. Tibull. *lib.* 4.

*Latior eluxit flexilis super ignis acervos.*

¶ Eluxit (id est, apparuit.) Suet. *in Tib. cap.* 57.

Elūcēscĕ, significat magis lucidum fieri. { נגה *naghah.* ἐκφαίνομαι. Gall. *Devenir luisant, estre clair.* Ital. *Essere chiaro.* Germ. Hällen/ oder scheinbaren werden. Hisp. *Ser claro.* Angl. *To waxe bright and apparant.*} Hieron. Quod ut clarius elucescat, sumamus exemplum ab his corporalibus sensibus.

Elūcĭfĭco, as: Luce privo. { ζωπέω. Gall. *Priver de lumiere.* Ital. *Privar de luce.* Germ. Des liechts berauben. Hisp. *Privar de la luz.* Angl. *To spoile of light.*} Quamvis Nonius interpretatur Lucidare. Laberius *apud Gell. lib.* 10. *cap.* 17. Volo elucificare exitum ætatis meæ: aliàs legitur, *volo lucificare exitium ætati meæ.* Inducitur enim dives avarus propinationem (aliàs, popinationem) filii deplorans, qui ait velle se Democriti exemplo luminibus oculorum privare, ne videat filium luxu patrimonium prodigentem. Verbum est à Laberio confictum, aliisque omnibus scriptoribus insuetatum, ut pleraque alia ejusdem authoris. Nonius tamen legit elucifacere.

Elūctŏr, aris: Luctando vinco, supero, vel evado. { נשתחח *nishtháh.* ἐκπαλαίω, ἐκφεύγω. Gall. *Taſcher à vaincre en luitant, vaincre, dechapper & sortir de force.* Ital. *Vincere à la lotta.* Germ. Mit ringen obercrinden/ oberringen: Item/ herfürringen. Hisp. *Luchar y vencer luchando.* Angl. *To vanquish by strunging, to eschape by force.*} Plin. *lib.* 34. *cap.* 10. Tenuissima est in ipso ore fotacium, quâ flammæ eluctantur: hoc est, vi & quodammodo luctando exeunt. Liv. 4. *bell. Pun.* Tenentibúsque, quum tot ac tam validæ eluctandæ manus essent, sese eripuerunt. Virg. 1. *Georg.*

——— *aqua eluctabitur omnis.*

Locorum difficultates eluctatus. Tacit. *in vita Agricolæ.* Nives eluctari. Idem *lib.* 3. Lucan. *lib.* 2.

*Tandem Tyrrhenum vix eluctatus in undas.*

Elucubro, as, & Elucubror, depono: est Lucubrationibus, hoc est, vigiliis conficio. { נשבץ. Gall. *Faire quelque chose soigneusement & en veillant la nuict.* Ital. *Vegliare per operar qualche cosa.* Germ. Zu nacht etwas arbeiten. Hisp. *Velar trabajando à la candela.* Angl. *To doe a thing by candle.*} Cic. *ad Att. lib.* 7. Nihil habeo quod ad te scribam: quinetiam eam epistolam quam eram elucubratus, ad te non dedi. Col. *lib.* 10. *cap.* 1. Quare quicquid est istud quod elucubravimus. Cic. *de clar. Orat.* Deinceps inde multa, quæ non minùs diligenter elaborata etiam, quàm elucubrata afferebamus.

Elūcum. Veteres languidum, vel hallucinatorem, aut nugarum amatorem, sive halocem, hoc est, hesterno vino languentem, vocaverunt. Author Festus. Vide *Helucus*, & Gell. *cap.* 12. *lib.* 16. Ibi apud Gellium Elucus, authore Cloatio Vero, est tarditas animi, & stupor qui hallucinantibus plerumque usurenit.

Elūdo, is: Derideo, decipio, fallo. { צחק *tsachak.* התל *hethél.* פתה *pithah.* ἀλαζονίζω. Gall. *Abuser quelqu'un, & se mocquer de luy.* Ital. *Beffare, ingannare.* Germ. Verspotten/ fratzweren treiben. Hisp. *Burlar y escarnecer.* Angl. *To mocke, to shif to of.*} Plaut. *Amph.* Quando imago est in me, certum est hominem eludere. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Eludi militem (inquam) in alea (de annulo surrepto.) *Ibid.* Unde habeas anulum, quem hic te eludit. Liv. *lib.* 7. *bell. Punic.* Eluditur pugna missilibus. Quintilian. Qui cursu parùm valent, flexu eludunt. Item, Eludere vim legis. Suet. *in Aug. cap.* 33. Cicer. 4. *Academ.* Sed vos ab illo irridemini, & ipsi illum vicissim eluditis. Terent. *in Eunuch.* Eludet, ubi te victum senserit. Cic. *in Catilin.* Quamdiu nos etiam furor iste tuus eludet? Idem *pro Rosc. Amer.* Nosque ab isto nebulone facetiùs eludemur. Quint. Menander elusit fidem Atticæ terræ (id est, elevat.) Et Livius *lib.* 8. *bell. Pun.* Eludere gloriam alicujus, id est, elevare. Senec. Eum non pacisci, sed eludere. Cæsar *lib.* 1. *de bell. civil.* Eludebant nostros celeritate navium.

Eludens, entis, Particip. act. qui eludit. φενακίζων. Cic. 2. *de Divin.* Quæ est ars conjectoris, eludentis ingenio.

Elūsus, partic. { נשתחח *hushtháh*, נפתה *niphtháh.* ἐκπεπτωκὼς. Gall. *Abusé & mocqué.* Ital. *Schernito, beffato.* Germ. Verspott/ betrogen. Hisp. *Burlado y escarnecido.* Angl. *Mocked.*} Ovid. 6. *Met.*

*Maonis elusam designat imagine tauri*
*Europam.*

Liv. *lib.* 5. *ab Urb.* His artibus elusa lex. Idem *ibid. lib.* 6. His miraculis nunquam ab ipso elusa fides est.

‖ Eluvaca, vitis inter generosas. Colum. *lib.* 5. *cap.* 5.

Eluvies, vel Elluvies, in Gallia, Eauze, sub A. Narbonensi. ‖

ELŪO, is: Lugere desino, luctum depono, tempore justi luctus expleto. { παύω τὸ πενθεῖν. GALL. *Cesser de pleurer, laisser ou quitter le deuil.* ITAL. *Lasciare il pianto, deponer le lagrime.* GERM. Vertrauren. HISP. *Quitar luto.* ANGL. *To cease from mourning.* } Tempus justi luctus erat apud Romanos totius anni. Unde matrona apud illos erat infamis, quæ secundas habebat nuptias priusquum vitum eluxisset, hoc est, quæ ante expletum annum luctûs secundò nubebat. Liv. 4. *bell. Maced.* Quid aliud in luctu quàm purpuram, atque aurum deponunt? Quid aliud quum eluxerunt, sumunt? Elugere luctum. Gell. *cap.* 5. *lib.* 7. ¶ Accipitur etiam pro simplici verbo Lugeo. Cicer. *ad Papyrium*, Patriam eluxi jam & gravius, & diutius, quàm mater unicum filium.

‖ Elvicorum civitas, id est, Aventicum, *Avanches*. V. olim E. sub M. Vesontionensi. ‖

ELVĪNA, dicta est Ceres ab Elvio oppido, vel ab Elvide fluvio, in quo colebatur. Juvenal. *Satyr.* 5.

*Me quoque ad Elvinam Cererem, vestramque Dianam.*

‖ Elul, אלול, est nomen ultimi mensis Hebræorum in anno civili, quem annum à novilunio Septembris inchoabant: itaque Elul respondet nostro Augusto. *Elil* est Hebræis nihilum. Inde fortè mensis ille dictus, quòd eo terræ nitor in nihilum abire incipiat. ‖

ELŪMBIS, & Elumbis, qui evulsum habet lumbum, vel qui præ lumbi debilitate se erigere non potest. { ὁ μὴ ὀρθοῦσθαι δυνάμενος. GALL. *Erené, qui a les reins rompus.* ITAL. *Dilumbato.* GERM. Dem die lenden ab ist/Schwach. HISP. *Flaco.* ANGL. *He that hath feble loynes.* } Per translationem accipitur pro molli & effœminato.

ELŪO, ui, utum, significat lavo, seu lavando purgo, diluo, deleo, abstergeo. { רָחַץ *rachàts*, שָׁטַף *chibbès*. πλύνω. GALL. *Laver, rincer, nettoyer.* ITAL. *Lavare, purgare lavando.* GERM. Außwäschen. HISP. *Lavar, deslavar.* ANGL. *To rinse, to wash cleane.* } Col. *lib.* 1. Quod etiam venenati liquoris eluit perniciem. Idem, Villica debet curam adhibere, ut si quæ fæces, aut amurca in fundis vasorum subsederint, statim emundentur, & non calidissima lixivia, ne vasa ceram remittant, semel atque iterum eluantur. Ovid. 11. *Metam.*

*Subde caput, corpúsque simul, simul elue crimen.*

Cicer. *Verr.* Errabas, Verres, & vehementer errabas, quum te maculas furtorum, & flagitiorum tuorum, sociorum innocentium sanguine eluere arbitrabare. Plaut. *Aul. sc.* 5. *a.* 2. Vascula intus purè propèta, atque elue. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 4. Jubes astrui aulas, patinas eluì? Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Tu argentum eluito: idem extritito.

ELŪTŪS, participium, vel ex participio nomen. { רָחוּץ *rachàts*, מְכֻבָּס *mechubbàs*. λελουμένος. GALL. *Lavé & nettoyé d'eau ou d'autre liqueur.* ITAL. *Lavato, mondato con aqua* GERM. Außgewäschen/außgeschwencket. HISP. *Lavado.* ANGL. *Rinsed, washed cleane.* } ut, Eluta, & liccata vinaria vasa, apud Colum. *lib.* 9. *cap.* 14. Horat. 2. *serm. Satyr.* 4.

——— *irriguo nihil est elutius horto.*

‖ Eluſa, *Euse*. V. olim E. Valconiæ, in qua hodiéque ædes Episcopales habet Archiepiscopus Ausciorum.

Eluria, orum. Plin. *lib.* 34. *cap.* 16. *de plumbo*, Invenitur & in aurariis metallis (quæ eluria vocant) aqua immissa eluente calculos nigros, paulùm candore variatos. Ego *eluvia*, quòd eluì soleant per aquas, ut sordibus diluendo discussis, metallum ostendatur. ‖

ELŪVIES, ei, vel Eluvio, nis, est vorago, vel terra aquarum impetu hausta. { βάραθρον, λιμνάζουσα. GALL. *Lavage, l'eau dequoy on nettoye quelque vrdure, égouſt d'immondices.* ITAL. *Voragine, inghiottimento, cava di aqua fangosa.* GERM. Wassergusst/so allen vberschweme. HISP. *Elvahar adonde acudenlas privadas.* ANGL. *A breating and washing away of the earth by a great flude.* } Curt. *lib.* 6. Tortentéque atque eluvies iter minabantur. Idem *lib.* 8. *cap.* 11. Ab altera parte voragines eluviésque præruptæ sunt: nec alia pugnandi patebat via, quàm ut replerentur. Cicer. *somn. Scip.* Propter eluviones exustionésque certarum, quas accidere tempore certo necesse est. ¶ Ponitur etiam eluvies pro macula & contagione. { ANGL. *A contagious mischiefe.* } Cicer. *pro domo sua.* Idcirco tu ad illam labem atque eluviem civitatis sine summa vi pervenire potuisti? Eluviem Plinius accipit pro egestione sordium ex urbe, qualis est quæ fit per cloacas publicas, *lib.* 2. *cap.* 84. Quod in certis notatur oppidis, quæ minùs quatiuntur crebris ad eluviem cuniculis cavata.

Eluri, ἔλυγοι. Populi Scythici. Steph.

‖ Elus, eleta, pro olus, oleta, veteres dicebant. ‖

Eluſa, ἔλουσα, urbs nunc quidem Palæstinæ tertiæ, olim verò Arabiæ. Stephan.

ELŪSCARĬ, est luscum facere, hoc est, alterius oculi lumine spoliare. { ἐκκοπὴν τοῦ ὄμματος. GALL. *Faire borgne, crever ou gaster un oeil à quelqu'un.* ITAL. *Far lesco.* GERM. Einäugig machen. HISP. *Hazer menguado de un ojo.* ANGL. *To mak glied.* } Apud Jureconsultos *ad legem Aquil.* scribitur, Aquilia eum teneri qui eluscaverit discipulum in disciplina. Hinc, Eluscatio, actio ipsa privandi altero oculo. Ulpian. *de adil. edict. l. idem Ofilius.* Eluscatique eum quidam putant, ubi homo lumine adhibito nihil videt. Qui id dixerunt, non sunt audiendi, quia nulla freti authoritate id dicunt.

ELŪTRIO, as, de vase in vas transfero. { μεταχύζω. GALL. *Verser d'un vaisseau dans autre, transverser.* ITAL. *Trasmutare di uno in un' altro vaso.* GERM. Ablassen/auß einem geschir in den ander schütten. HISP. *Echar de un vaso en otro.* ANGL. *To powre out of one vessell in to an other.* } ‖ ab *eluendo*, i. e. exhauriendo. ‖ Plin. *lib.* 14. *cap.* 17. Sufficit vasis decies, mox elutriatis, atque ita inveteratis. ¶ Elutriare lintea, dictum à Laberio, ut author est Gell. *cap.* 7. *lib.* 16. id est, Eluere.

‖ Eluvies, & eluvio, est actio aquæ eluentis terram, & deinde vorago terræ, facta eluendo. Est etiam egestio sordium.

Eluus, niger, candidusque color. Gloss. *A. L.*

Eluxo, est luxando emoveo. ‖

ELŪXĀTUS, idem est quod simplex luxatus. { יָקַע *jekàb*, מוּקָע *mukàb*, ἐξαρθρωθὲν. GALL. *Démis de son lieu, disjoint, d'etors.* ITAL. *Dislocato.* GERM. Verrencket. HISP. *Desencaxado.* ANGL. *Put out of joynt.* } Plin. *lib.* 20. *cap.* 9. Si etiam fistulas eluxatas & tumores revocari,

quæque discuti opus sit.

ELUXURĀRI, Luxuriari. { פָּרַח *farách*, τρυφᾶν, ἱλαρεύεσθαι. GALL. *Abonder outre mesure.* ITAL. *Lussuriare, soprabondare.* GERM. Vberflüssig/oder vber die bdurfft vberfliessen/oder zu viel holtz vberkommen. HISP. *Sobrar.* ANGL. *To be given, to vice, to grow to rankely.* } Ad arbores translatum. Col. *de Arbor. cap.* 3. Quod si pinguis agro validas vites deposueris, pampinis magis eluxoriabuntur, & qualemcunque fructum tulerint, ad maturitatem non perducent.

Elymais, idis. { עֵילָם *belám*. ἐλυμαΐς. } Regio ad sinum Persicum, ab ipsa Perside Orato flumine discreta. Author Plin. *lib.* 6. *cap.* 25.

Elymæ, ἐλυμαῖοι. Regio Assyriorum juxta Persiam propè Susidem. Steph.

‖ Elymas magus vertitur, *Act.* 13. 18. Vox est Arabum, quibus עֵלִים sapiens, ex עָלַם novit, servit. Sic Germanis Weissager/quasi sapienter loquens. ‖

Elymnium, ἐλύμνιον, insula in Eubœa, cum civitate: dicitur etiam ἐλυμνία Steph.

Elymnus, ἐλύμνος, Heros. Elymniæ civitati Macedoniæ nomen dedisse putatur. Steph.

‖ Elymus, ἔλυμος, tibiæ summa pars, aut tibia, semen quoddam (nempe panicum) citharæ, aut cœli theca. ἔλυμα, est involucrum, ab εἴλω, i. e. εἰλέω. ‖

Elyrus, ἔλυρος, urbs Cretæ Steph. qui & alibi Syriam navale ejus appellat.

ELYSIUM, ἠλύσιον, locus ubi piorum animæ habitant: λύσις ἢ ἐλύσεως, à solutione. Nam animæ post solutionem vinculi corporei deveniunt ad Elysios campos. Virg. 5. *Æneid.*

——— *sed amœna piorum*
*Concilia, Elysiúmque colo.*

¶ Sunt & Elysii campi in Bœotia circa Thebas, ut inquit Lycophron, de quibus sentisse videtur Virg. *lib.* 2. *Georg.* quum ait,

*Quamvis Elysios miretur Græcia campos.*

Vide Plutarch. *in Sertor.*

EM

‖ Em, im, id est, eum, ex Is. *Emon*, eundem, quasi eum eum. Hes. ὁ αὐτὸς αὐτός, ex ι, unde à sui. ‖

EMACRO, pro emacio. Senec. *de consol. ad Martiam. cap.* 10. Alios morborum varii generibus emaceratos diu inter vitam mortémque detinebit.

EMACRO, as, are. Macrum, sive aridum reddo. { ἰσχναίνω. GALL. *Amaigrir, faire devenir maigre.* ITAL. *Smagrare, dimagrare.* GERM. Außmagern. HISP. *Emmagrecer à otra cosa.* ANGL. *To make leane.* } Col. *lib.* 2. *cap.* 14. Sed ex omnibus quæ terruli seminibus, idem Salerna putat aliis juvari, & stercorari agros, aliis rursus peruri & emaciari. Idem *lib.* 4. *cap.* 24. Quæ nec ipsum vindemiæ destituit, emacians stirpem suam.

EMĂCLĀTUS, partcip. apud Colum. *lib.* 2. *cap.* 1. Omne emaciatum armentum ex ea pinguescit.

EMĂCLĀS, vide *Emo*.

Emacresco, valde macresco. Cels. *lib.* 3. *cap.* 25. Cutis quasi squamis quibusdam exasperatur, corpus emacrescit. Et *lib.* 2. *cap.* 2. Pejus signum, ubi aliquis contra consuetudinem emacruit, & decorem coloremque amisit.

EMACRO: Extenuari, macrum fieri. { כָּחַשׁ *chachàsch*, רָזַב *razàb*. ἰσχναίνω. GALL. *Devenir maigre, s'amaigrir.* ITAL. *Divenir magro.* GERM. Mager werden. HISP. *Enflaquecer.* ANGL. *To waxe leane, to mak leane.* } Plin. *lib.* 18. *cap.* 19. Terram emacrari hoc satu existimantes.

EMĂCŬLO, as, est maculas aufero. { מָחַק *machàb*. ἐξίημι. GALL. *Oster une tache, nettoyer.* ITAL. *Levar le macchie.* GERM. Masen vertreiben/säubern. HISP. *Quitar las manchas à manzillas.* ANGL. *To tak away spottes.* } Plin. *lib.* 21. *cap.* 19. de Narcisso herba, Nigras vitiligines emaculat. ¶ Excoctum & emaculatum argentum. Gell. *cap.* 5. *lib.* 6.

‖ EMANCIPS, famulus à servitute liberatus. Gl. Isid. ‖

Emancipatio, nis. Gell. *cap.* 27. *lib.* 15. Per familiæ emancipationem, cui æs & libra adhiberetur, facere testamentum. Pomp. *D. lib.* 1. *tit.* 7. *l.* 14. Nepos ex filio apud adoptatum patrem conceptus & natus, per emancipationem jura omnia perdit.

EMĂNCĬPO, as: Est eum quem in potestate habemus, sui juris efficere, quasi extra mancipium, hoc est, extra dominium nostrum ponere. { יָצָא *chippèsch*. ἐκπωλῶ. GALL. *Emanciper, mettre hors de sa puissance.* ITAL. *Emancipare, liberare.* GERM. Freyen/auß seinem gewalt vnd von handen geben. HISP. *Delibrar el padre al hijo de su poder.* ANGL. *To sett at libertie, to enfranchise.* } Unde pater dicitur emancipare filium, quum eum paterno jure liberat, & sui juris efficit. Quod quibus modis fieri soleat, vide primum librum Instit. *tit.* 12. & Caium *lib.* 1. *Instit. tit.* 6. & *l.* 3. §. 1. *D. de cap. dimin.* & *Nov.* 81. Plin. *epist.* 67. Regulus filium amisit, hoc uno malo indignus, quod nescio an malum putet: erat puer acris ingenii, sed ambigui: qui tamen posset recta sectari, si patrem non referret: hunc Regulus emancipavit ut hæres matris existeret. ¶ Liberos propriè emancipari, servos manumitti dicimus. Inde Emancipati, qui ex patris jure exceſſerunt, & sui juris facti sunt, ἀπωλῶν. Qui autem eos ex mancipio suo emittunt, emancipatores dicuntur. Emancipati (inquit Festus) duobus modis intelliguntur, aut ii qui ex patris jure exierunt, aut ii qui aliorum fiunt dominii: quorum utrumque fit mancipatione. Emancipare se alicui, sive (ut veteres loquebantur) emancupare, est se totum alicui tradere, & veluti in mancipium, hoc est, dominium illius transferre. Plaut. *in Rudent.* Nunc mulier tibi me emancupo: tuus sum, tibi do operam. ¶ Hinc emancipatum alicui dicimus, qui alterius dominio imperióque subjectus est, & in jus mancipiúmve ejus est transcriptus: quanquam etiam per transitionem latiùs accipitur pro eo qui quovis modo alteri obnoxius est & addictus. Cic. *in Catone*. Ita senectus nimis honesta est, si sepsam defendit, si jus suum retinet, si nemini emancipata est, si usque ad ultimum spiritum dominatur in suos. Horat. *Epod.*

*Romanus (eheu posteri negabitis!)*
*Emancipatus fœminæ.*

Fort

*Vert vallum & arma milet.*

¶ Emancipatus ad omne facinus. Apul. *lib.* 10. Assumpto statim nequissimo, & ad omne facinus emancipato quodam dotali servulo, perfidiæ suæ communicat. ¶ Emancipare veteres quoque dicebant pro Vendere & alienare. Cic. *Philipp.* 2. Tum iste venditum atque emancipatum tribunatum consiliis veltris opposuit. Plin. 7. *Epist.* Nam quo quingentis millibus numorum, quæ in alimenta ingenuorum ingenuarúmque promiseram, agrum ex meis longè plutis actoti publico emancipavi, eundémque vectigali impolito recepi. Ubi Plin. Emancipare, non pro vendere posuit, sed pro alienare: quum enim vellet vectigal publicè donare in alimenta puerorum (id est, *rentam*, seu redditum annuum constituere, ut verbis vulgi loquar) fundum suum imaginatia vendritione Reipublicæ donavit, & subinde vectigalem recepit. Ex Budæo. Item, Emancipare agrum, dixit Suet. *in Othone, cap.* 4.

**Emãnco**, as, are: Manus præcido, mancum facio. { νὸ χεῖρ πηῶ, χυρτοῶ. Gall. *Faire manchot, couper les mains.* Ital. *Tagliare le mani.* Germ. Die hand abhawen. Hisp. *Cortar las manos.* Angl. *To mayme.* } Labienus apud Senecam *lib. controvers.* 5. Credo lota, gaudeo me non omnes emancasse.

**Emando**: Amando, mitto. { Angl. *To send away.* } Cicer. *ad Attic.* De Ciceronibus nostris dubito quid agam: nam mihi interdum emandandi videntur in Græciam. In nonnullis tamen exemplaribus legitur, *Amandandi.*

**Emãnĕo**, verbum est militare. { ἔξω ἀφιστῆμι, ἔξω ἀφίστημι. Gall. *Demeurer dehors.* Ital. *Stare di fuori.* Germ. Dan ausser seins/zu lang ausbleiben. Hisp. *Tardar quien se fue, estar de fuera.* Angl. *To tary out of a place.* } Propriè enim dicuntur emanere milites, qui diutiùs sine legitimo Imperatoris commeatu absunt à castris. Modest. *l. desertorem, D. de re milit.* Is qui in explotatione emanet hostibus insistentibus, aut qui à fossa tunc recedit, capite puniendus est. Inde Emansor, de quo mox.

**Emānsor.** { ὁ ἀφιστάμενος, ὁ πολὺ χρόνον ἔξω πίστις ἀφιστάμενος, ὁ ἀποστάτης. Gall. *Vn gendarme qui fait la venardiere pour ne se trouver aux coups.* Ital. *Venturiero, vagabondo, che non torna al tempo assegnatoli.* Germ. Ein truegman der länger ausserhalb dem legen ist/dan man im erlaubt hatt. Hisp. *El que se fue, y no bolvio.* Angl. *A man of warre that lurketh in corner, a truand.* } proprie (ut inquit Modest. *l. 1. §. desertorem, ff. de re milit.*) dicitur miles qui ultra tempus commeatus ab Imperatore impetrati, abest à castris: Desertor autem, qui per tempus longum vagatus reducitur: Etroneus, qui non quidem fugit, sed frequenter sine causa vagatur, & temporibus in res nugatorias consumptis, seriùs ad dominum redit.

**Emano**, as: Extra mano, effluo, exeo. { ἀπὸ χείρ. ἀποῤῥέω, ἀπέρχομαι. Gall. *Issir ou s'en aller hors, sortir, s'écouler.* Ital. *Uscire, destillare.* Germ. Außrünnen/ außfliessen. Hisp. *Manar ò proceder de algun lugar.* Angl. *To wande flowe, or to renne out.* } Col. *lib.* 5. Et tale cum adipe defricatur, dum sanies vis emanet. Plin. *lib.* 20. *cap.* 6. Et in angulo oculi perpetuus humor emanans. Quint. Emanat per oculos animus. Item Liv. 7. *ab urb.* Emanatum consilia. ¶ Interdum etiam activè ponitur pro Emitto. Idem *lib.* 2. *cap.* 3. Oculis saniem emanantibus. ¶ Emanare res aliqua dicitur, quum rescitur, & spargitur in vulgus. Liv. *lib.* 9. *bell. Punic.* Periculum erat, ne vera eo ipso quòd celarentur, sua sponte magis emanarent. Cic. *ad Attic. lib.* 3. Scripsi equidem olim ei iratus, quòd ille prior scripserat: sed ita compresseram, ut nunquam emanatura putarem. Idem 2. *Verr.* Quæ fama non ideirco solùm emanat, &c. ¶ Emanare in, vel ad vulgus, ἐκφέρομαι, γίνομαι γνώριμος. Idem *pro Rosc. Amer.* Ego etiamsi omnia quæ dicenda sunt, liberè dixero, nequaquam tamen similiter oratio mea exire atque in vulgus emanare potest. Suet. *in Neron. cap.* 6. Emanare in vulgus. Emanare indiciis. Liv. 3. *ab Urbe.* Multis enim emanabat indiciis, neque fratrem Volscii, ex quo semel fuerit æger, unquam modò visum in publico, sed ne assurrexisse quidem ex morbo.

‖ Emanus, vide *Eminus.* ‖

**Emārcum**, teste Col. *lib.* 3 *cap.* 2. Est genus uvæ à Gallis sic appellatæ.

**Emarginо**, as: Significat, crustas & pulvillos & margines ulcerum adimo. { ἀφαιρέομαι. Gall. *Oster la marge, le bord, la croufle, l'équerre d'une playe.* Ital. *Scrostare, levar la crosta.* Germ. Die rosen von einem geschwär thun. Hisp. *Quitar las margines ò la cerilla.* Angl. *To tak away the borders or margens.* } Plin. *lib.* 28. *cap.* 9. Item equarum, præterquam virginum, erodit, & emarginat ulcera.

**Emāsculo**, as: Castro, & virilitatem aufero. { ἐκτέμνω. Gall. *Chastrer.* Ital. *Castrare.* Germ. München/ die mannheit nemmen. Hisp. *Castrar el animal.* Angl. *To geld.* } Servius ait, apud quosdam populos sacerdotes solitos se quibusdam herbis emasculare, ut venerem arcerent, & coire non possent.

**Emāsculātor**, is, pædico, & draucus. { πυγιστής, & Apostolo ἀρσενοκοίτης. } Apul. *in Apol.* Olim in pueritia priusquam isto calvitio deformaretur, emasculatoribus suis ad omnia infanda morigerus.

**Emath.** { חֲמָת *chamáth.* } Nomen fuit duarum Syriæ urbium, quarum major Antiochia, minor appellatur Epiphania. Unde etiam hodie proficiscentibus in Mesopotamiam prima mansio Emas dicitur, corrupto quidem vocabulo, sed pristini nominis vestigia retinente. Hemath verò in principio aspiratum, regio Allophylorum est.

**Emāthĭa**, ἡ Μακεδονία. Stephano, & Suidæ, Nobilis Europæ regio, Thraciæ finitima, postea Macedonia appellata. { Germ. Die landschafft in Macedonia. } ita dicta (quidam existimant) ab Emathione rege, fratre Memnonis, Tithoni & Auroræ filii. Plin. *lib.* 4. *cap.* 16. Macedonia centum quinquaginta populorum, duobus inclyta regibus, quondámque terrarum imperio, Emathia antè dicta. ¶ Poëtæ Emathiam aliquando usurpant pro Thessalia, suo quodam jure victorum locorum appellationes confundentes. Virg. 1. *Georg.*

*Non fuit indignum superi, his sanguine nostro*
*Emathiam, & latos Hæmi pinguescere campos?*

Lucan. *lib.* 1.

*Bella per Emathios plusquam civilia campos:*

hoc est, per campos Pharsalicos. Campi Pharsalici in Thessalia sunt, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 8. Ovid. *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Trist.*

*Quæ ducis Emathii fuerit clementia* (id est, Alexandri.)

**Emātūrésco**, is, ere: Maturum fieri. { חָנַט *hanáth.* πεπαίνομαι. Gall. *Se meurir, estre meur.* Ital. *Divenir maturo.* Germ. Zeitig werden. Hisp. *Madurar.* Angl. *To waxe ripe.* } Plin. *lib.* 25. *cap.* 4. Nonnunquam ante candidum rubescit, si non ematuruit, improbatúrque. Ovid. 2. *Trist. Eleg. ultima:*

*Atque ea sic lapsa est, ut surgere, si modò lapsa*
*Ematuruerit (asperis ira, quies.*

Gellius *cap.* 19. *lib.* 2. Vides hæc ematuruisse.

‖ Embadium, area, à circumposita terra segregata. Pap.

Embametica. Ita legitur vulgò apud Tull. *lib.* 8. *epist.* 1. exponitur à quibusdam *navicularia.*

Embalcuticum, emphyteuticum. Turn. ‖

**Embāmmā**, aris. { ἐμβάπτω. Gall. *Sauffe. saupiquet.* Ital. *Guazetto, sapore.* Germ. Ein schöckerhafftigs essen oder trā so man vber ein speiß macht/ das sie stelich/ vnd wolgeschmackt werd/ in welche man dunckt. Hisp. *Adobo de manjares.* Angl. *Sauce.* } Condimentum quod ad condienda obsonia fit. Col. *lib.* 12. *cap.* 55. Hoc sinapi ad embammata non solùm idoneo, sed etiam speciosо uteris. ¶ Quidam embammata intelligunt immersiones, quando intingimus vel panem, vel obsonium, in vasculis repletis re liquida: à Græco ἐμβάπτω fieri videtur, quod est immergere, intingere: unde & Latinè *Intinctum* dicuntur. Vulgus Italorum *Sapores* vocat, quibus etiam hodie ad irritandam gulam utimur. Alex. ab Alex. *lib.* 5. *cap.* 9.

‖ Embas, ădis, ἐμβάς, cothurnus.

Embata, calcei, vel cothurni, aliis soccі. Poll. ‖

Embatæ, naves quidam putant appellari, quæ solis vectoribus trajiciendis sunt destinatæ, citantes locum Ulpiani *in l.* 1. *de exercit. act.* ubi sic legunt: Quædam enim naves onerariæ, quædam (ut ipsi dicunt) embatæ sunt. Alii ἐμβάδες, aut certè ἐμβαλίδες, non *embatæ* legendum ostendunt. ¶ Embaterici juris appellatione, ceu generali, cujus meminit Ulpian. *in l.* 3. *§. fin. de rebus eorum qui sub tut.* Alciato tradente, id jus intelligi potest, quod est, quandam detentionem recepit, & rei possidendæ facultatem, tametsi proprietas vera ad alium pertineat. Quale est jus Superficiarii, vel ejus qui fundum vectigalem possideat, vel Perpetuarii, *l. bonorum, de verb. sig. l. fin. de superfic. l.* 1. *si ager vectigalis.* Erunt fortè, quibus magis arridebit jus embateuticon intelligere, quod vulgò *Pedagium*, quod alioqui ad Regalia solet pertinere. Sed Alciat. eam interpretationem magis probat, quæ in Etymologico magno est, ubi ille Grammaticus, ἐμβάτια, inquit, nunc & ἐμβάδια, dicitur id jus, quod creditor in bonis sibi pignoratis retinuit, propria authoritate ea ingrediendi.

‖ Embater, ἐμβατής. Vitr. *lib.* 1. 2. Embatere balistæ formine, quod Græci ἐμβατικὸν vocant, quia scil. in illud aliquid ἐμβαίνει.

Embateria, ἐμβατήρια μέρη, erant ἐπίσημα, ad quæ armati saltabant.

Embatenticum, sive Emphyteuticum, jus superficiarium, ejusve qui fundum vectigalem possidet. Alciat.

Embathmi, ordinarii, & publici judices. Lex. J.C.

Embaticium, Aditiale honorarium, quod Patriarchæ & Sacerdotes, cùm munus suum aggrederentur, pro designatione solvebant. Malax. Lex. gr. b.

Embatus, a, um: Græcè ἐμβατὸς, ἀὸν, quod ingredi possumus: quod potest ascendi: ab eod. verbo, ἐμβατεύω, ingredior, adeo, pedem pono: exquiro, perpendo ‖

Embatum, ἐμβατὸν, locus Erythrææ, id est, matis rubri. Steph.

**Emblēmătă.** { ἐμβλήματα. Gall. *Enrichissemens, entrelassemens, attaches pour enrichir & embellir quelques choses.* Ital. *Opra di musaico, opra intersiata.* Germ. Eingelegte künstliche arbeit. Hisp. *Obra de esmalte ò escultura.* Angl. *Pictures, work of woode stone or metall fynelie set in diverse colouris.* } Dicuntur opera elegantiora ex tessellis, segmentisque ita coagmentatis, ut rei alicujus imaginem tanquam penicillo depictam repræsentent: cujusmodi sunt, quæ in parietibus eamerisque vermiculata, in pavimentis tessellata, in lignis segmenta dicuntur. Dicta emblemata ἀπὸ τοῦ ἐμβάλλω, hoc est, ab inserendo: eo quòd ex tessellis, sive segmentis insititiis constarent. Budæus *in Annot.* Emblemata, inquit, vermiculatum opus significant ex tessellis insititiis apratum atque consertum. Inde illud Ciceronis *in Bruto* de Marci Calidii oratione, Nullum nisi loco positum, & tanquam in vermiculato emblemate (ut ait Lucilius) structum verbum videres. Et *in Oratore perfecto*, de collatione verborum loquens, ex Lucilio,

*Quàm lepidè λίθους compostos, ut tessera omnes*
*Arte, pavimento, atque emblemate vermiculato:*

λίθους, inquit, id est, dictiones in oratione tam lepidè compositæ, quàm in vermiculatis operibus tessellæ, quæ etiam in pavimentis tanta arte coagmentabantur, ut rerum animalíumque effigiem referrent, teste Plin. *lib.* 35. Hujusmodi pavimentum pulcherrimum etiam hodie visitur in æde Senensi. ¶ Emblemata etiam in vasis argenteis, aureisque, & Corinthiis, ornamenta erant apud antiquos exemptilia quum libitum erat: cujusmodi ætas ista non novit, ut arbitror, Id autem ex M. Tullio intelligi facilè potest *in Verr. act.* 5. in qua Verrem Siculæ Prætorem refert, Haluntinos vasa omnia, quæ tum apud Haluntium erant, in unum acervum conferre coëgisse: quo facto, Verrem ex omnibus vasculis emblemata, id est, pretiosissimam partem revulsisse, ita ut Haluntini domum pata nudáque vasa referrent, id est, emblematis absersis; & torcumata, id est, exlatura, & emblemata apud Verrem remanerent, impudentissimo latrocinio: propter quod factum, Verrem per paronomasiam Everriculum appellat. Verba Ciceronis hæc sunt: Vasa autem ad Verrem deferuntur: Cybitatæ fratres vocantur: pauca improbant: quæ probarent, iis crustæ, aut emblemata detrahebantur. Sic Haluntini excussis deliciis cum argento puro domum revertuntur. Quod unquam, judices, hujusmodi everriculum ulla in provincia fuit?

&c

*E: paulò post.* Tum illa ex thuribulis & patellis quæ vellerat, ita scitè in aureis poculis illigabat, ita aptè in scyphis aureis includebat, ut ea ad illam rem nata esse diceres. ¶ Quoniam verò emblema insertum quid, & insitum significat, injunctumque; ideò factum est, ut emblema pro ornatu temporario & exemptili ponatur. Inde illud Fabii *lib.* 2. *Institutionis oratoriæ*, de locis communibus loquentis: Hoc, inquit, adeò manifestum est ad forenses actiones pertinere, ut quidam nec ignobiles in officiis civilibus, scriptos eos, memoriæque diligentissimè mandatos in promptu habuerint, ut quoties esset occasio, extemporales eorum dictiones his velut emblematis exornarentur. Hæc omnia penè ad verbum deserpta sunt ex annotationibus Budæi *in Pandectas.*

Ἔμβολα ἱμάτων, in *l.* 10. *C. de sacrosanct. Eccles.* pro transvectione annonæ sumitur. Jubemus nullam navem ante felicem emblolam, vel publicatum specierum transvectionem, publicis utilitatibus subtractam excusari posse. ¶ Embola, dicteria in media fabula interposita. Embolaria mulier, scenica, quæstuaria, empolaria: vide *Empola.* Salmas. ¶ Embola item, incursio, ingressus itineris, ostium fluminis. Item rostra navium, agri ex lato in acutum desinentes. Rhod.

Embola sacra, certus frumenti modus, quem Ægyptus Romæ necessariò subministrabat. Casaub. *ad Fl. Vopisc.*

Embolaria. Scal. *in Manil.* Dicteria, si ante fabulam erant, dicebantur παράβασα: si in media fabula interponerentur, ἐμβόλα (unde mulier embolaria, Plinio ἐμβολιάς) sin in fine fabulæ, Exodia.

Embŏle, porticus hinc inde plateæ rum, Isid.

Embolicæ, Anabolicæ, species quibus onerariæ naves quotannis Romam mittebantur ex Ægypto, annuo vectigali. Turn.

Embolimus, a, um: ἐμβολιμαῖος, a, ον, inserrus.

Embolimus mensis, in quo fit intercalatio. Februarius.

Embolima carmina, spuria, imperfecta. Rh.

Embolismata, diversi panni hinc inde consuti. Rh.

ĕmbolium, ii. ἐμβόλιον. Gall. *Argument ou entrée de comedie.* Ital. *Argumento, introito della comedia.* Germ. Das argument oder eine gang eines spils. Hisp. *Argumento, y entrada de comedia.* Angl. *The argument or entrie of a comedie.* ἐμβόλιον ἐστὶ τὸ ἐμβαῖνον, quod præter alia significat Ingredior. Hujusmodi fuit illud argumentum de Pasiphaë à tauro compressa, quod Domitiani temporibus in scena repræsentarum fuit, ut testatur Martialis his versibus:

*Iunctam Pasiphaën Dictæ, credite, tauro*
*Vidimus: accepit fabula prisca fidem.*

Cic. *ad Att.* Embolium novum cogito. Idem *pro Sext.* Ex te igitur Sceute potissimùm quæro, qui ludos apparatissimos, magnificentissimósque fecisti, &c. cur ille ipse maximè ludius, non solùm spectator, sed actor & acroama, qui omnia sororis embolia novit: qui in eorum mulierum pro psalteria adduceret, nec tuos ludos aspexit in illo ardenti tribunatu suo, &c. Ergo saltatores & psaltrias, quos introduci solitus in scenam Polybius Athenæúsque testantur, & alia ridiculorum genera, embolia dici possunt: qualia complura in scenam introducta fetantur à L. Anicio ludis illis, quos maximos fecit, capto cum liberis Gentio Illyricorum rege. ¶ Fibula etiam rotarum axibus firmandis immitti solita, quam rustici claviculam appellant, Græcè embolium est.

Embolismus, i, ἐμβολισμός, dicitur intercalatio, quæ fieri solebat ut annorum ratio cum Solis cursu conveniret: ἐμβολισμὸς verò, atque etiam ἐμβολιαῖος, Latinè intercalaris & insitivus dicitur. Intercalare etiam interserere est, teste Macrobio *lib.* 2. *Saturn.* Unde etiam mensis Februarius intercalaris dicitur, quòd ei unus dies interseratur.

Embolus, ἔμβολος, paxillus, cuneus, qui immittitur in aliquid. Rhodig. ¶ Eo nomine quidam Rostrum intelligunt.

Embractum, intriti genus, apud Apicium *lib.* 9. Embractum Baianum. Hesychius, ἔμβροχον τὸ διὰ τοῦ βρόχου, ὃ γαλάσης ἐκβρέχεται φάσι.

Embryo, nis, vel Embryum, ii. חם גלם *gholém.* ἔμβρυον, τὸ ἔμβρυον. Angl. *The childe in the mothers wombe before it have perfecte shape.* Fœtus est in utero conceptus, antequam lineamenta suæ speciei accipiat: quod ferè solet accidere circa quadragesimumsecundum à conceptu diem, quo tempore & anima infundi illi creditur. Hunc enim in procreatione hominis ordinem esse volunt, ut sex primis à conceptu diebus semen in utero conceptum lacti simile existat: novem proximis in sanguinem vertatur, duodecim deinde aliis, in carnem: postremò quindecim aliis, speciei suæ lineamenta omnia acquirat, iisque expletis anima rationali animetur. Itaque usque ad quadragesimumsecundum diem propriè embryo dicitur, παρὰ τὸ ἐμβρύειν: hoc est, ab eo quòd intus in utero alatur non secus ac fructus à sua arbore. ¶ Et imperfectus partus dicitur super genitus infans, vel crudus & indigestus. Sundas. ¶ Est etiam radius qui in jugi foramen immittitur. Rhod. *lib.* 26. *cap.* 5.

Embryorectes (legitur apud Tertull. *lib. de anima*) uncinus educendo mortuo fœtui comparatur: ab ἔμβρυον, & ῥήσσω rumpo.

Embryothlastes, ἐμβρυοθλάστης, vocatur, & simpliciter θλάστης, & θλαστὴς (Cornutio contusorium) à contundendo, quod est θλᾶν.

Emda, sive Embda, *Embden*, emporium celebre ad Amisiæ fl. ostium, caput Emdani comitatus, seu Frisiæ Occidentalis in Germania.

Emedium, vehiculum. Gl. Isid.

ĕmĕdŭllo, as, medullam eximo. ἐξυλοτομέω. Gall. *Esmoëller, oster la moëlle.* Ital. *Levar la midolla.* Germ. Ausmärgeln. Hisp. *Quitar el tuetano.* Angl. *To take away the marrow.* Plin. *de limonio.* Item alarum graveolentiam emendat radicis emedullatæ uncia, in vini falerni heminis tribus decocta. Per translationem accipitur pro Declaro. Plin. Natta jam rem nobis, atque emedulla.

Emelia, Sicinnis, Cordace. Saltatio triplex Bacchica. Cerda.

Emem, Eundem, antiqui dicebant. Fest.

ĕmĕmŏr, oblitus. Cath. quasi immemor.

ĕmendĭco, as: significat more mendicantium aliquid peto. שאל *schaal.* ἐξαιτέω, ἐξαιτίζομαι, ἐπαιτέω. Gall. *Mendier.* Ital. *Mendicare, domandare come fanno i mendici.* Germ. Abbetlen/ erbetteln.

Hisp. *Mendigar.* Angl. *To begge.* Sueton. *in Cæsar.* In Hispania à proconsule, & à sociis pecunias accepit emendicatas in auxilium æris alieni.

ĕmendĭcātus. Angl. *Begged, gotten with much intreatie.* Emendicata suffragia dicuntur, quæ alibi etiam corrogata vocari diximus; quæ scilicet abjectis & humilibus precibus extorquentur, *l. singuli, C. de accus.* Singuli universique judices agnoscant in publicis criminibus non oportere emendicatis suffragiis decretorum, aut relationibus à publicis personis destinandis credere. Honos enim dicatus, *l.* 1. *C. ubi quis decurialis vel cob.* Penitúsque emendicati honoris præscriptione submota à judice, &c. Sueton. *in Cæsar. cap.* 54. Emendicatæ in auxilium æris alieni pecuniæ.

ĕmĕndo, as: Corrigo, quasi à mendis purgo. יסר *jissir.* תקן *tikkén.* ἐπανορθόω. Gall. *Amender, corriger, reparer une faute.* Ital. *Emendare, correggere.* Germ. Bessern. Hisp. *Emendar, corregir.* Angl. *To correct, to make bender, to heale or cure a disease.* Plin. *lib.* 24. *cap.* 10. Succus hederæ tædia narium, graveolentiamque emendat, præcipuè albæ sativæ. Cicer. *Attic. lib.* 2. Ita rursus remittit, ut me roget ut annales suos emendem & edam. Idem 3. *de Leg.* Ut enim cupiditatibus principum & vitiis infici solet tota civitas, sic corrigi & emendari continentiâ. Emendare judicium. Quintil.

*Emendet facta priora novis.*

Ovid. 4. *Fast.* Emendare injuriam, vel redimere. Senec. *cap.* 18. *al.* 37. *de consol. ad Polyb.*

*Emendaturus (exitum) si licuisset erat.*

Ovid. *Eleg.* 6. *lib.* 1. *Trist.*

*Emendaturis ignibus ipse dedi.*

Idem *Eleg. ult. lib.* 4. *Trist.*

ĕmendātus, partic. Castigatus, correctus. מיסר *meiussár,* מתקן *methukkán.* ἐπανορθωτός. Gall. *Corrigé, amendé.* Ital. *Corretto, emendato.* Germ. Gebessert. Hisp. *Emendado, corregido.* Angl. *Amended, made better.* Mores emendati dicuntur à Cic. *de Amic.* His ego finibus utendum arbitror, ut quum emendati mores amicorum sint, tum fiat inter eos omnium rerum, consiliorum, & voluntatum sine ulla exceptione communitas.

ĕmendātè, adverbium: Purè. ἐπανορθωτικῶς. Gall. *Correctement.* Ital. *Correttamente.* Germ. Ordentlich. Hisp. *Corregidamente, emendatamente.* Angl. *Correctly.* Cic. *de opt. genere orat.* Nam quoniam eloquentia constat ex verbis & sententiis, perficiendum est, ut purè & emendatè loquentes, quod est Latinè, verborum præterea & propriorum & translatorum elegantiam persequamur.

ĕmendātor, is. Castigator. מיסר *meiassér,* מתקן *methakkén.* ἐπανορθωτής. Gall. *Correcteur, radoubeur.* Ital. *Correttore, raccomciatore.* Germ. Ein verbesserer. Hisp. *Corrector, emendador.* Angl. *A amender, a corrector.* Cic. *pro Corn. Balb.* O Præclarum interpretem, juris authorem, antiquitatis correctorem, atque emendatorem nostræ civitatis.

ĕmendātrix. מיסרת *meiassérah,* מתקנת *methakkenáh.* ἐπανορθώτρια. Gall. *Celle qui corrige & fait amender.* Ital. *Donna che corregge & raccomcia.* Germ. Welche etwas bessert und zu recht bringt. Hisp. *Correttora.* Angl. *That amendeth.* Cic. 1. *de Leg.* Quoniam vitiorum emendatricem legem esse oportet, commodatricémque virtutum.

ĕmendābilis. Senec. 2. *de Clement. cap. ult.* Aliquem verbis tantùm admonebit: pœna non afficiet ætatem ejus emendabilem intuens.

Emendātio, nis: Correctio. מוסר *mussár.* ἐπανόρθωσις. Gall. *Correction, radoubement, amendement.* Ital. *Correttione, raccomciamento.* Germ. Verbesserung. Hisp. *Correccion, castigamiento.* Angl. *An amending, a making better.* Cic. 4. *de fin.* Hæc videlicet est correctio philosophiæ veteris, & emendatio. Quintilian. Ut malorum causa bellum, emendatio pax.

Emendum, excogitatio: idem quod *Commentum.*

ĕmĕntĭor: Mentior, confingo, comminiscor. כחש *chichésh,* שקר *schikker.* ψεύδομαι, ψεύδω. Gall. *Mentir ouvertement, contrevenir, feindre.* Ital. *Mentir, dir buggie.* Germ. Lügen. Hisp. *Mentir.* Angl. *To lie, to faine, to counterfait.* Cicer. *in Partit.* Alii ementiti sunt in eos quos oderant. Plaut. *in Amphitr.* Quæque dixisti modò omnia ementitus. ¶ Accipitur etiam non inelegantèr pro simulare, vel falsò aliquid exprimere. ἀποπλάττομαι. Plaut. *in Trinum.* Quia ille quem ementitus es, ego sum. Cicer. *pro domo sua.* Quid desperatius, qui ne ementiendo quidem potuerit authorem adumbrare meliorem? Ovidius 5. *Metam.*

*At Nilum qui se genitum septemplice Nilo*
*Ementitus erat.*

¶ Sic dicitur ementiri vocem, vel manum alicujus, pro assimulare & effingere. Ementiri authoritatem. Cic. *pro domo sua.* Satisne tibi videtur à Senatu judicatum, me non modò non ementitum esse authoritatem ejus ordinis, sed etiam, &c.

ĭmēntĭens, partic. Cic. *de Divin.* Videmus hæc signa nunquam ferè ementientia.

ĭmēntītus, aliud participium. ψευσάμενος. Angl. *Falsely fained.* Cic. 2. *Tusc.* Ita fit sensim cogitantibus, ut quantum sit ementita opinio appareat.

Ementum, excogitatio: Eminiscitur, in memoriam reducit. Gloss. Isid. ab e, & meminiscor.

Emercor, aris, atus sum. Tacit. *lib.* 2. Missis corruptionibus exercitum ad fidem hostes emercari.

Emĕrĭto, es, ui. Emereor, & eam in bonam, quàm in malam partem accipitur. μισθοφορέω, μισθοδοσίαν. Gall. *Meriter.* Ital. *Meritare.* Germ. Verdienen. Hisp. *Merecer.* Ang. *To deserve, to earne wages.* Plaut. *Aul.* Quid ego emerui adolescens mali, quamobrem ita faceres? Propert. *lib.* 4. *Eleg.* 11.

*Et tamen emerui generosos vestis honores.*

Emeruerat pecuniam ex eo quæstu (id est, meretricio.) Gell. *cap.* 7. *lib.* 6.

*Dixit & emeritis votis habere fidem.*

Ovid. 4. *Fast.*

*At vos admoniti nostris quoque rebus esse.*

Æquum

*Æquantem superos emeruisse virum.*

(pro demeretur, & vobis conciliare, ne vobis iratscatur, ut mihi.) Idem *Eleg.6. lib.4. Trist.* Anus quæ vos dolo emeruerunt (i. emeritos & fractos reddiderunt.) Sic legit Passerat. & ita apud Tibull. *Eleg.9. lib.1.*

——— *Vel plures emeruisse viros.*

**Emĕrĕor**, eris, itus: Mereor. {ἀποτίνομαι, μισθοφορέω, ἀφίημι, στρατεύομαι. Gall. *Deservir, meriter.* Ital. *Meritare.* Germ. Verdienen. Hisp. *Merecer.* Angl. *To deserve, to earne wages.*} Cic. *Attic. lib.6.* Annuæ enim mihi operæ 111. Calend. Sextil. emerentur. Emereri judicium hominum. Quint. Emereri favorem. Idem.

**Emĕrĭtus**, partic. unde Emeriti milites nominantur, qui militia perfuncti, ab eáque liberati vacationem jam habent. {ὁ τῶν τοῦ πολέμου στρατιωτῶν, στρατιώτης, μισθοφορῶν στρατήγιος, ἀπολελυμένος.} Lucan. *lib.1.*

*Quæ sedes erit emeriti? quæ rura dabuntur,*
*Quæ noster veteranus aret? quæ mœnia fossit*

¶ Emerita arma, id est, victricia, & finem bellis imponentia. Ovid. *Eleg.8. lib.4. Trist.*

*Miles ubi emeriti non est satis utilis armis.*

¶ Emeritum stipendium, passivè dicitur (inquit Budæus) quod peractum est, quum jam milites emissionem ut veterani impetraverunt. Emeritus justissimus triumphus. Velleius. Emeritum stipendium. Plaut. *Most. sc.2. a.1.* Item, Emeritæ militiæ commoda. Suet. *in Calig. cap.44.* ¶ Emeritos boves Virg. per translationem appellat, pro defessis, & opere ac labore solutis. ¶ Emeriti senes vocantur à Val. *lib.5.* qui solent habere alios qui pro se laborent: iique dicuntur pro alio opus agere. ¶ Emeritæ apes. Plin. *lib.11. cap.11.* Sunt autem fuci sine aculeo imperfectæ apes: novissimæque à fessis & jam emeritis inchoatæ. ¶ Emeriti anni, id est, jam effœti. Martial. *lib.7.*

*Emeritos Musis & Phœbo tradidit annos.*

Ovid.3. *Fast.*

*Quominus emeritis exires curribus annus.*

Idem 4. *Fast.*

*Dempserat emeritis jam juga Phœbus equis.*

Nomen emeritum. Claud. *de torpedine,*

*Quis non indomitam mira torpedinis artem*
*Audit, & emerito signatam nomine vires?* id est, merito.

**Emeritum**, Emolumentum & commodum quod veteranis, & emeritis militibus dari solebat. Modest. *l.3. D. de re milit.* Qui militiæ tempus in desertione implevit, emerito privatur. Et *paulò post*, Etsi expleto militiæ tempore redeat, ut veteranus restituetur, & emerita accipiat.

**Emerita Augusta**, ἐμερίτα, vulgò *Merida la grande*, ad Anam fl. Hispaniæ oppidum est ad Lusitaniam spectans. Est hæc urbs cocco celebris, quod est rubrum granum, cujus succo vellera tinguntur, Tyrio splendori neutiquam cedentia, ut Plin. scribit *lib.9. cap.41.*

‖Emerita, in India Occidentali. Vide *Merida.*‖

**Emĕrgo**, Exco (Mergo,) {אצל *tsaph*, יצא *jatsa*. ἀναδύομαι. Gall. *S'apparoir & monstrer, sourdre & se monstrer, sortir hors.* Ital. *Sorgere.* Germ. Herfür kommen / auß der tieffe des wassers empor kommen. Hisp. *Salir debaxo del agua.* Angl. *To swymme out and appeare.*} Proprie enim emergere dicitur qui subter aquam mersus, rursus in lucem redit: quemadmodum urinatores facere consueverunt. Cicer. *de nat. deor.* Legi etiam scriptum esse, avem quandam quæ Platalea nominaretur, eam sibi cibum quærere advolantem ad eas aves, quæ se in mari mergerent: quæ cùm emersissent, piscémque cepissent, usque eo premere earum capita morsicus, &c. Idem *de Arusp. resp.* Iam ista serpens quæ hic delituit, tunc se emergit & ferrut illuc, &c. Terent. *Eunuch.* Quid gestiam, aut quid lætus sim? quò pergam, unde emergam. ¶ Accipitur etiam emergere pro ex occulto loco in lucem prodire, & ad hominum cognitionem venire: ut in trita illa sententia, Veritas ubi diu delituit, tandem emergit. ¶ Sic etiam dicimus emergere ex calamitate, aut morbo, pro Evadere à morbo, aut calamitate. Liv.5. *bell. Pun.* Emersura virtus ex omni sævitia fortunæ. Cicer. *pro Cluent.* Hoc modo, judices, sæpe multorum improbitate depressa veritas emergit: innocentiæ defensio intercluſa respirat. Idem *pro Cælio*, Equidem multos vidi in hac civitate, qui totam adolescentiam voluptatibus dedissent, emersisse aliquando, & se ad frugem bonam, ut dicitur, recepisse, gravésque & illustres fuisse. Corn. Nepos *in vita Attici*, Quibus ex malis ut se emersetat, nihil aliud egit, quàm ut plurimis, quibus rebus posset, esset auxilio. Velleius, In quod emersissent fastigium partes Pompeianæ.

**Emĕrgi**, impersonale. Terent. *Adelph.* Tot res repentè circumvallant, unde emergi non potest.

**Emersus**, a, um: Adject. Cic.2. *de Divinat.* Tibi autem de me cum solicitudine cogitanti subitò sum visus emersus è flumine. Emersus ab admiratione animus, id est, qui se colligit, aut recipit. Liv. *lib.8.* Ovid.3. *Fast.*

*Tertia lux emersa suos ubi moverit ortus.*

**Emētĭor**, iris, emensus sum: Metior. {מדד *madhádh*. ἀμφιστρέφω. Gall. *Mesurer.* Ital. *Misurare.* Germ. Mässen außmässen. Hisp. *Medir.* Angl. *To measure.*} Hinc emetiri iter, per translationem pro Conficere iter, & emetiri labores, quod alio modo dicimus, exantlare, vel devorare labores. Liv. *lib.5. bell. Pun.* Et inde una nocte ignaris hostibus, & ob id quietis, aliquantum emensus est iter. Gell. *cap.16. lib.10.* Emetiri iter pedibus. Cicer. *de claris Orat.* Ego autem voluntatem tibi profectò emetiar, sed tem ipsam nondum posse videor, idque ut ignoscas peto.

**Emēnsus**, passivè. {מדד *madhádh*. ἀμφιστρεπής. Gall. *Mesuré.* Ital. *Misurato.* Germ. Gemässen. Hisp. *Medido.* Angl. *Measured.*} Livius 1. *bell. Pun.* Postquam multò majorem partem itineris emensam cernant. Virg.1. *Georg.*

——— *emenso cùm jam decedet Olympo.*

Livius 5. *dec.5.*

‖Emetica, quæ vomitum provocant: ἐμέω est vomo, ἐμετικὸς est vomitorius.‖

**Emĕto**, is: Meto. {קצר *katsár*. θερίζω, ἀμάω. Gall. *Moissonner. prendre & cueillir le fruict.* Ital. *Mietere.* Germ. Schneiden. Hisp. *Segar.* Angl. *To ripe or mowe.*} Horat. *in Epist.*

——— *Emetit ærum*
*Grandia cum parvis, non exorabilis auro.*

**Emĭco**, as: Effulgeo, resplendeo. {נגה *naghàh*, פרץ *barák*, הפיע *hephiah*. λάμπω. Gall. *Apparoistre, se monstrer, resplendir, reluire.* Ital. *Resplendere, mostrarsi.* Germ. Herfürglantzen. Hisp. *Resplandecer, saltar fuera de algun lugar.* Angl. *To shyne bryghtly.*} Plaut. ex oculis quasi radii emicant solis. ¶ Emicare, extrà salire, exsilire, subitò apparere. Plaut. *Aul. sc.3. a.4.* Cor cepit artem facere ludicram, atque in pectus emicare. Virg.6. *Æneid.*

——— *juvenum manus emicat ardens*
*Littus in Hesperium.*

Plin. *lib.13. cap.37.* Gecinnæ Volaterrano dracones emicuisse de extis, lato prodigio traditur. ¶ Emicare in jugum, pro attollere sese & erigere. Col. *lib.4. cap.20.* Nam quæ vel infirma, vel brevis est, ad duas gemmas recidenda est, quum vehementiorem fundat materiam, quæ protinus emicet in jugum. Liv. Saxa tormento emicantia. ¶ Emicare, pro Excellere, ὑπερέχω. Plin. *lib.35. cap.12.* Post eum emicuit longè ante omnes Euphranor Isthmius.

——— *juvenum manus emicat ardens*
*Littus in Hesperium,*

Virg.6. *Æneid.*

**Emĭcātio**, nis, ἐκπήδησις, ἄλμημα. Apul. *lib. de Mundo.* His oppositi sunt torrentium cursus & humores undarum, emicationésque fylvarum, id est, exortus.

‖Emicantim, emicanter. Tertull.

Emicatim, splendenter. Sidon. *lib.2. ep.13.*

Emigraneus, vermis capitis. Cath.‖

**Emĭgro**, as: Migro, discedo, excedo. {גלה *galáh*, μεθίστημι. Gall. *Se partir d'un lieu, changer de lieu, aller autre part.* Ital. *Andar ad habitar altrove.* Germ. Außwechen / auß einem ort in das ander ziehen. Hisp. *Mudar casa de lugar à lugar.* Angl. *To go frome one place to an other to dwell, to flitte.*} Cic.4. *Verr.* Ex illa domo sic emigrabat, ut, &c. Plaut. *Most. sc.2. a.2.* Pedem intrò tetulit semel ut emigravimus. Idem *Men. sc.2. a.5.* Nisi quò hac nocte emigrasti. *Ibid.* Non hinc emigrasti? ¶ Emigrare è vita, id est, mori: μεθίστημι τοῦ βίου. Cic.3. *de leg.* nulla est enim persona, quæ ad vicem ejus, qui è vita emigravit, propiùs accedat. ¶ Emigrare, pro Ejicere. Tirinius, Quot pestes, senia, & jurgia sesemet diebus emigrarunt.

**ēmĭnĕo**, es, ui, ab è præpositione, & verbo maneo: Exto, excedo, eminco, apparco. {רום *ram*, גבה *ghabáh*, נראה *nirâh*, הפיע *hephiáh*. φαίνομαι, ὑπερέχω, ἐξέχω. Gall. *Saillir dehors & sortir, & surpasser les autres, se monstrer & apparoir.* Ital. *Sopraffare, mostrarsi fuori, passar avanti a gli altri* Germ. Fürnemmen / herrüragen, Hisp. *Estar encima de otras cosas, aparecer.* Angl. *To be apparant, to be higher then others, to sturre it self above others.*} Plin. *lib.16. cap.33.* Esculus quantum corpore eminet, tantum radice descendit. Cæs. *bell. civ. lib.12.* Ita capita tignorum extrema parietum structurâ tegerentur, ne quid emineret ubi ignis hostium adhærescceret. ¶ Interdum adjunctam habet præpositionem è, vel ex. Cicer.1. *Tusc.* Globus terræ eminens è mari. Idem *lib.5.* Ego autem quum omnia collustrarem oculis (est enim ad portas Argiginas magna frequentia sepulchrorum) animadverti columellam non multùm è dumis eminentem, in qua inerat sphæræ figura, & cylindri. Quint. Eminere quædam in pictura, vel recessisse videtur. Velleius, Virtute eminet, patriâ latet. Plaut. *Capt. sc.2. a.3.* Vix è gratulando eminebam (id est, emergebam.) ¶ Nonnunquam præpositionem Extra. Plin. *lib.17. cap.23.* Et in fico quidem dodrantales paxilli solo patefacto seruntur, ut descendat quæ proxima arbori fuerit, duo oculi extra terram emineant. ¶ Interdum præpositionem Per. Livius, Eminet ferrum per costas. ¶ Ponitur frequenter pro Excello, & supero, ὑπερέχω. Cic.3. *Verr.* Toto ex ore crudelitas eminebat. Idem *pro Cluentio*, Illi quorum eminet audacia atque projecta est, à consiliis malitiæ desernntur. Et *Tusc.2.* Amplitudo animi maximè eminet contemnendis dolotibus. Sic eminere aliquis dicitur, qui cæteris antecellit. Idem *in Orat.* In quo tantum abest ut nostra miremur, ut usque eò difficiles ac morosi simus, ut nobis non satisfaciat ipse Demosthenes, qui quanquam unus eminet inter omnes in omni genere dicendi, tamen non semper implet aures meas: ita sunt avidæ, & capaces, & semper aliquid immensum infinitumque desiderant. Liv.1. *ab Vrb.* Necdum à singulis, quia nemo magnoperè eminebat in novo populo, perveneranat factiones. Ex his omnibus satis, opinor, apparet, Eminere, de omnibus sive personis, sive rebus dici, quæ aliquam partem habent cæteris altiorem, aut magis expositam: idque commodè transferri posse ad quascunque res alias excellentiores.

Emin' tu? ‖emines ne tu? Palm.‖

**Eminens**, nomen ex participio: Editus, excellens. {רם *ram*, גבוה *ghabóah*, נראה *nireh*. ἐξέχων. Gall. *Eminent, qui surpasse les autres, apparent par dessus.* Ital. *Apparente, sopraffante.* Germ. Herfür gehend / abentreffend. Hisp. *Eminente, el que parece sobre los otros.* Angl. *High, excellent, that sturreth his self above others.*} Velleius, Eminentia, & Eminentissima ingenia. Item, Eminentia non carent invidiâ. Idem Velleius, & Quintil. Eminentiora alia, alia reductiora (in pictura.) Velleius, Eminentissimi & excellentissimi viri. Idem, Eminentissima Romanarum Livia. Idem, Ingenii eminentissimus fui sæculi. Idem, Eminentissimæ simplicitatis vir. Cæsar *bell. civ.1.* Hæ trabes paulò longiores atque eminentiores quàm extrema paricturn erant, effecerunt. Columell. *lib.3. cap.8.* Sed & Mevaniæ bos humilis, & Liguriæ nonnunquam taurus eminentis staturæ conspicitur. Cic. *Tusc.3.* Eminens effigies virtutis. Suet. *in Calig. cap.50.* Statura fuit eminenti, pallido colore, &c.

**Eminentĭa**: Excellentia. {יתר *jéther*. ἐξοχή. Gall. *Saillie, eminence, élevement en bosse.* Ital. *Il trapassamento, excellenza.* Germ. Fürnemmenheit. Hisp. *Eminencia sobre otras cosas.* Angl. *Excellency, passing above others.*} Cicer.1. *de nat. deorum.* Nam si tantummodò

ad

ad cogitationem valent, nec habeat ullam soliditatem, nec eminentiam: quid interest utrùm de hippocentauro, an de Deo cogitemus? Idem *lib.* 2. *Acad.* Quis est quin cernat quanta vis sit in sensibus? Quàm multa vident pictores in umbris & eminentia, quæ nos non videmus? Velleius, Eminentia cujusque operis. Gell. *cap.* 3. *lib.* 14. Duæ eminentiæ contentionem similem pariunt.

‖ Eminiscitur, in memoriam reducit. Gl. Isid. Pap. ‖

Eminŭlus: Parum eminens. {ὑπερκείμενος. Gall. *Un peu eſleué, un peu plus haut & apparent.* Ital. *Poco eminente, non troppo alto.* Germ. Hochlicht für andere. Hisp. *Cosa que parece un poco sobre las otras.* Angl. *A litle higher, or that sweth it self a litle above others.* } Varr. *lib.* 2. *cap.* 5. Ut habeat inferiorem partem frequentibus pilis subcrispam, compactis cruribus, potiùs brevioribus, quàm longis, reliclis genibus & eminulis, distantibus inter se. Idem *de canibus.* Spina neque eminula, neque curva.

Eminŏr, aris: Minor. {ἀπειλῶ. Gall. *Menacer.* Ital. *Minacciare.* Germ. Trawen. Hisp. *Amenaçar.* Angl. *To threaten.*} Plaut. *Capt. fc.* 1. *a.* 4. Eminor, interminorque ne quis obsliterit obviam.

Eminātio. {ἀπείλημα. Gall. *Menace.* Ital. *Minaccie.* Germ. Trawung. Hisp. *Amenaças, obra de amenaçar.* Angl. *A threatening.*} Plaut. *Capt. fc.* 1. *a.* 4. Dentilegos omnes mortales faciam, quemque offendero, ibo. Quæ illæc eminatio est? nam nequeo minari satis.

Eminŭs, ‖ & Emĭtus, apud Scal. ‖ A longinquo loco. {מרחוק *merachók.* πόῤῥω, μακρὰν. Gall. *De loin.* Ital. *Da longi.* Germ. Von weitem/ von fern. Hisp. *De lexos, à lexos.* Angl. *A farre of.*} Et differt à *longè*, quòd non rectè dixeris, eminùs habito, ut longè habito: sed benè, eminùs jaculor. Importat enim eminùs tacitum quendam motum de loco. Cæs. *lib.* 1. *bell. civ.* Sic quotidie utrinquè eminus fundis, sagittis, reliquisque telis pugnabatur. Ovid. 13. *Metam.*

*Eminus ingenti resupinum pondere fudi.*

¶ Similiter cominus, à loco propinquo, non in loco propinquo: neque propriè, ἐγγύθεν, σύνεδρα, ut Cominus te percutiam, non cominus sedeo. Valla *in Randen.*

Emo, ēmi, emptum, ĕre, olim, demo, decoro: unde *redimio*, compositum volunt. Hoc quidam legi volunt apud Ovid. *lib.* 1. *Heroid.*

*Quod tibi donavi, perfide, litus emi.*

Emōtus, a, um, Valde mitis. Horat. 1. *Carm. Ode* 5.

—— *& æstus*
*Ni fuit aquora ventis*
*Emirabitur insolens.*

Emŏta, ἔμπορα, aliàs, ἐμπόρια, licèt Dionysius corripiat, urbs Phœniciæ Licaoniæ. Gentile, Emŏræus, vel Emesenus. Emŏta fœmininum est, licèt Dionysius declinare videatur, ἔμπορα, τά. Steph.

Emĭtto, is, emīsi, emissum: Foras mitto. {שלח *schillách.* ἀνίημι, ἀποστέλλω, ἐκπέμπω. Gall. *Mettre hors, laiſſer aller, enuoyer.* Ital. *Mandar fuori.* Germ. Außlaſſen/außſchicken. Hisp. *Embiar ò echar fuera.* Angl. *To send or put forth, to let go, to send abroade.*} Cic. 3. *Catil.* Ut abs te non emissus ex urbe, sed in urbem immissus videatur. Idem *Verr.* Quæram, cur hunc eundem repentè è carcere jusserit emitti. Emittere aquam ex piscina, vel lacu. Cicer. *Attic. lib.* 4. Lacus Velinus à M. Curio emissus. ¶ Emittere librum, pro Edere. Suet. *in Claud. cap.* 33. De cujus arte librum emisit. ¶ Varii præterea sunt verbi hujus usus, qui subjectis patebunt exemplis. Plaut. *in Mere.* Gradus grandit, emittit oculos, circumfert se, obstipat verticem. *Author ad Heren.* 4. Quod si nunc hæc urbs invictissima vocem emittat, non hoc pacto loquatur. Idem *de Divin. lib.* 2. Si autem nubium conflictu ardor exp.ssus se emiserit, id esse fulmen. ¶ Sic etiam emittere arcu sagittas, aut tela. Plin. *lib.* 9. *cap.* 8. *de delphinis*: Nam quum fame confecti, fugientem in vada ima persequuti piscem, diutiùs spiritum continuere, ut arcu emissi ad respirandum emicant, tantaque vi exsiliunt, ut plerunque vela navium transvolent. Idem *lib.* 10. *cap.* 33. *de hirundinibus*, Notabili munditia egerunt excrementa pullorum, adultioresque circumagi docent, & foris sacuritatem emittere, id est, ventrem purgare. Idem *lib.* 11. *cap.* 24. *de araneis*, Pariunt autem ova ea in telas expensa, quia saltunt, atque ita emittunt. Et *lib.* 25. *cap.* 5. Quippe alia dare soliti, quæ concitarent vomitiones, ipsúmque elleborum extraherent medicamentis, aut clysteribus, sæpe etiam sanguine venis emisso. ¶ Admittit quoque & præpositiones. Cicer. *pro Planc.* Emissus aliquis è carcere. Et *lib.* 2. *Epist. ad Attic.* Emittat ad me Publius qui obsignent. Cæs. 1. *bell. civ.* Emittunt noctu per vallum. Liv. 4 *bell. Pun.* Primos equites clamore sublato in hostem emisit. Senec. *cap.* 2. *de consol. ad Helv.* Emittere nepotes ex ùnu. Idem *cap.* 11. *al.* 10. *de consol. ad Polyb.* Alium exire (è vita) cupientem vix emittit. ¶ Emittere manu aliquem, pro Manumittere, & libertate donare. ἀφίημι. Terent. *Adelph.* Haud dubium est, quin emitti æquum siet, id est, liberum fieri. Si rectè facias, me emittas manu. Plaut. *Men. fc.* 7. *a.* 5. Quum emisit manu. *Ibid.* Ancilla libera ut sis, quam ego aunquam emisi manu. Idem *Cure fc.* 2. *a.* 5. Nunquam erit tam avarus, quin te gratis emittat manu. Idem *fc.* 3. *a.* 2. Emisti (pro emisisti) ex vinculis herum. Idem *ibid.* Mihi emisisti Philocratem fallacia. *Ibid. fc.* 5. *a.* 3. E nitteres nécne eum manu. Idem *Capt. fc.* 5. *a.* 3. Nunquam ad Prætorem æquè cursim curras, ut emittat manu. Idem *Pseud. fc.* 3. *a.* 1. Quin tu mulierem mihi emittis. *Ibid. fc.* 7. *a.* 4. (id est, tradit ut abducam.) ¶ Ponitur etiam aliquando pro manifestare, edere, ἐκδίδωμι. Cicer. *Volumnio, fam. lib.* 7. Ut etiam si quando aliquid dignum nostro nomine emisimus, ingemiscamus. Senec. *cap.* 4. *de cons. ad Marc.* Quæ emittuntur in publicum, ei nota sunt.

Emissio, ōnis: Jactus, ictus. {משלוחים *misschlóchath.* ἀφεσις, ἐξοστεύσις. Gall. *Enuoy, chaſſe, iettement.* Ital. *Esso mandar fuori.* Germ. Außlaſſung. Hisp. *Obra de embiar ò echar fuera.* Angl. *A sending forth, a shoote.*} Cic. 2. *Tuscul.* Ut enim ballistæ lapidum & reliqua tormenta telorum eò graviores emissiones habent, quò sunt contenta atque adducta vehementiùs.

Emissus, a, um. Plaut. *Men. fc.* 5. *a.* 5. Postquam emissus es (carcere.) carsum virgis sub furca scio. Cicer. 3. *Catil.* Emissus ex urbe. Item, Emissus è carcere. Idem *ad Atticum*: & Plin. *lib.* 4. *cap.* 25. Emisso venis sanguine. Suet. *in Claud. cap.* 32. Penè submersus, cùm emissa impetu aqua redundasset.

Emissārius, ii: Exculsor. {Gall. *Vn meſſager, un emiſſaire, qu'on enuoye çà & là, quand & où on veut eſpier ou écouter.* Ital. *Spia, un meſſaggiero che va quà & là, à la voluntà d'altri.* Germ. Ein botetaufkundter/der sich läßt hin und wider schicken. Hisp. *Mensagero mirador, varon para embiar delante.* Angl. *A messenger, a spie.*} Qui ante ex agmine emittitur, σκοπαγός, vel ad explorandum, ὑποσκοπός, προμάντις, vel ad prælium lacessendum, προκλητής, vel qui dominum circumitat ut ejus jussis obtemperet, & præstò ut emitti possit. ¶ Emissarius etiam à probatissimis authoribus appellatur calumniator submissus & subornatus ab inimicis. Cicer. *Mario, lib.* 7. *epist.* Persuasere itaque nonnullis invidis meis, in me emissarium semper fore. ¶ Item furtorum conciliator (sicut Afranius docet) qui scilicet emittitur ut exploret res furto opportunas. Cic. 5. *Verr.* Turpio quidam illius exactor, & emissarius, homo omnium ex illo conventu quadruplatorum teterrimus. Idem *Verr.* 5. Dubitaturum quenquam existimas, quin illis emissariis hæc tibi omnis pecunia quæsita sit? Velleius, Per emissarios factionis suæ eum interfecit. Sueton. *in Galba, cap.* 15. Emissarii Neronis. ¶ Emissarius autem vocatur equus, aries, & hujusmodi, qui emissus sit in solitudinem: vel qui ad generandam sobolem emittitur. Sed videtur ratio postulare ut dicatur Admissarius, quòd ad sobolem procreandam fœminæ adjungatur. {ἐφέτης. Gall. *Vn eſtalon.* Ital. *Stalone.* Hisp. *El cavallo garañon.* Angl. *A stallion, a horse kept, to horse mares.*} Unde admissura, quando mares brutorum ad fœminas admittuntur, ἐφεδρεία. Plinius, emissarium appellat palmitem, qui emissus ex deputatione infertur imis scamnis, ut per singulos annos ad superiora scandat. Sic enim *lib.* 17. *cap.* 23. scribit, Relicto semper duramento in singulis tabulatis, & emissario uno qui jubeat usquequò placuerit.

Emissārium, locus per quem aqua è lacu, aut stagno emittitur. {ἐκβόλη. Gall. *Vn conduit par où l'eau s'écoule, canal.* Ital. *Condutto da ſcolar acque.* Germ. Ein außlaß eines sees oder wassers. Hisp. *Pagradera para vaziar agua.* Angl. *A sluce or place to let water out of a ponde.*} Suet. *in Claud.* Fecit & emissarium Fucini lacus, portúmque Ostiensem. Et rursus idem *ibidem, cap.* 32. Convivatus & super emissarium Fucini lacus, ac penè sub-nersus, cùm emissa impetu aqua, &c. Cic. *ad Tironem*, Helluo nequissimus hs. M. dabat nullo aprico horto, nullo emissario, nulla macerie, nulla casa.

Emissĭtius, a, um: qui ad explorandum emittitur. {σκοπικός, προμαντικός. Gall. *Eſpie, qu'on expoſe pour épier.* Ital. *Spia, ſpione.* Germ. Ein geschickter/außspäher. Hisp. *Atalaya, espia, saledizo a fuera.* Angl. *An send out to espye.*} Et oculi emissitii extra educti, & foras porrecti. Plaut. *in Aul.* Exeundum hercle tibi hinc foras, conspectatrix cum oculis emissitiis.

‖ Emissa, sive Emesa, Arabibus hodie *Hamza*, Turcis *Hamon*, testa Bellonio: urbs Cœlesyrio, sericeo flamine abundans.

Emlia, *Emmeley*. V. E. Hiberniæ, sub A. Cassiliensi. ‖

Emmanuel. {עמנואל *himmanuél.*} Hebraica dictio, quam si interpreteris, nobis sonat, *Nobiscum Deus*: Græcè, μεθ' ἡμῶν ὁ θεός.

Emmaŭs, mai, Plinio: sive Emmaüs, untis, ἐμμαοῦς, Ptolemæo, Castellum, sive oppidum Palæstinæ, alio nomine Nicopolis appellatum, ubi Christus à duobus discipulis panem frangens fuit agnitus. Plin. *lib.* 5. *cap.* 14. Hierichuntem palmetis consitam, fontibus irriguam Emmaun.

‖ Emmelia, ἐμμέλεια, modulatio, concinnitas, ab ἐμμελὴς concinnus: ab ἐν, in, & μέλος, cantus. ¶ Deinde est saltationis species.

Emmēna, quæ infra mensem fiunt purgationes, menstrua mulierum. Item sacra Græcorum. Stuck.

Emmotos, ἔμμωτος, quæ curationem per concepta linamenta seu linteola requirunt, ut ulcera cava, quæ medicamenta linamentis excepta in sinus recondunt: ἔμμωτα verò dicuntur, qui linamentis indigent. ‖

Ĕmo, is, ēmi, emptum, ĕre, πρίαμαι. Pecuniis aliquid mihi comparo: construiturque cum ablativo, vel genitivo horum nominum, tanti, quanti, pluris, minoris, & hujusmodi. {קנה *kanáh.* ὠνέομαι, ἀγοράζω. Gall. *Acheter.* Ital. *Comprare.* Germ. Kauffen. Hisp. *Comprar.* Angl. *To buie.*} Cic. *lib.* 3. *Offic.* Emit homo cupidus tanti, quanti Pythius voluit. Gellius, Libros plurimos ære pauco emi. Unde emisti? Plaut. *Curc. fc.* 2. *a.* 3. Tibi hunc eme isto argento. Idem *Asin. fc.* 3. *a.* 3. Non emam vitam tuam vitiosa nuce. Idem *Mil. fc.* 3. *a.* 2. Thalem talento non emam Milesium. Idem *Capt. fc.* 2. *a.* 2. Novite hominem molestum, quive emas litigium. Idem *Amphitr.* Beneficiis emere gnatum suum sibi. Idem *in Asin. fc.* 1. *a.* 1. Diem, aquam, noctem argento non emo. *Ibid. fc.* 3. *a.* 1. Herus dicto me emit audiendum, haud Imperatorem sibi. Idem *Men fc.* 4. *a.* 1. H. Agesis roga, (id est stipulare.) Eo emptum nisi quis meliorem afferat conditionem. Idem *Capt. fc.* 2. *a.* 2. Ne quid emas, nisi quod tibi placere intelligas. Idem *Most. fc.* 3. *a.* 1. Emere malo, quàm rogare. Idem *Curc. fc.* 3. *a.* 1. ¶ Emere sibi, pro accipere. Liv. *lib. ult. in fine.* Emere antiqui etiam ac piebant pro sumere, authore Festo. ¶ Emere idem est aliquando, quod conducere, aut redimere. Cic. *Verr.* 5. Emere decumas, vectigalia, id est, conducere & redimere à populo. ¶ Bene emere, i. carè emere. Melius emere: pro Carius emere, ut apud Suet. *in Cæs.* Martialis,

*Adeò bene emit, inquis, imò non soluit.*

¶ Emere & redimere, etiam locare erat. Festus. ¶ Ejus compositæ sunt, Abemo, Ademo, Coëmo, simul emo, vel ex omnibus locis emo: Eximo, Interimo, Perimo, & Redimo, quæ habent penultimam correptam. Item frequentativum Emptitare, de quo mox: & Empsirare, apud Plaut. *in Casina*: Non ego istud verbum titivillitio empsitem: quamquam alii hoc in loco legant *emptitem.*

Emptŭs, participium. {נקנה *mikneh.* ὠνητός. Gall. *Acheté.* Ital. *Comprato.* Germ. Gekaufft. Hisp. *Comprado.* Angl. *Bought.*} Horat. 1. *Epist.*

*Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas.*

Ex empto, id est, ex emptione. Cicer. 3. *de nat. deor.* Reliqua quæ ex empto, aut vendito, aut conducto, aut locato contra fidem fiunt. Plaut. *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Mea quidem hæc habeo ornata meo peculio empta. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Næ emptum tibi dare hoc verbum volo. (Ubi ita legit Passerat, Volo istuc benè emptum tibi dare.)

Ēmpto, nis. { מקנה *miknáh*, ὠνή. Gall. *Achet, achettement.* Ital. *Compra, il comprare.* Germ. Kauff. Hisp. *Compra.* Angl. *A bying.*} Cic. *Attic. lib.* 12. Quid Cæsar? tres habet conditiones, aut emptiones ob hastam, &c. Empto successit permutationi, inventa moneta, *l.* 1. *D. de contrahend. empt.* Emptionis nomine, quamcunque alienationem contineri, Albericus antè monuit, citans *l. si quis liberi, ad fin. ff. de statuliber.* Præterea omnem, quo dominium transfertur, contractum, *l. si cui, §. venditur, quibus modis pignus, vel hypoth. solvitur.* Idem indicavit emptionis & venditionis vocabulis veteres usos indiscriminatim, *l. veteres* 19. *de act. empt. l. cùm apparebit, ff. loc.* Emptio imaginaria dicitur, quæ simulatur, quum in veritate non sit emptio. Zas. *§. item si quis, Instit. de action.*

Emptĭto, as: Frequenter emo, vel frequenter mercandi, seu aquirendi usum habeo. { ὠνοῦμαι. Gall. *Achetter souvent.* Ital. *Comprar spesso.* Germ. Emsig kauffen. Hisp. *Comprar à menudo.* Angl. *To bie of ten, to ufe to bie.*} Plin. *lib.* 35. *cap.* 1. Alios cortis boum, alios ferro, captivisque rebus emptitasse tradit. Colum. *lib.* 8. *cap.* 10. M. Terentius ternis sæpe denariis singulos emptitatos esse significat: pro eodem etiam legunt Empsitare: de quo vide paulò ante in verbo *Emo.*

Emptĭtio: Cupio emere. { ὠνιῶμαι, ἀγοραστέω. Gall. *Desirer d'achetter.* Ital. *Bramar di comprare.* Germ. Lust haben zukauffen oder marcktan. Hisp. *Aver gana de comprar.* Angl. *To desyre to bie.*} Varr. *in Petron. lib.* 2. *de re rust.* Propterea quod te empturientem in campos macros ad mercatum adducunt crebrò pedes.

Empturitio, desiderium sæpe emendi. Digest.

Emptŏr, is, qui emit. { קנה *koneh.* ὠνητής. Gall. *Acheteur.* Ital. *Compratore.* Germ. Ein kauffer. Hisp. *Comprador.* Angl. *A bier.*} Cic. 3. *Offic.* Ne quid omnino quod venditor norit, emptor ignoret. Suet. *in Ner. c.* 4. Emptor familiæ. Plaut. *Men. sc. ult. a.* 5. Venibit uxor quoque si quis emptor veneris. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Si quis emptor venerit, non poterit auferre verbum philippeis aureis.

Emptĭōnālis, e: qui frequens est in emptionibus & proscriptionibus bonorum. ἀνήκης. Cæl. *Ciceroni*, Quod quidem si inter vos senes emptionales venale proscripserit. Quo in loco antiquissima exemplaria habent, *concionales senes.*

Emptĭtĭus, qui est de numero eorum qui empti sunt, sive emi solent. { ὠνητός. Gall. *Qu'on a acheté, qui est acheté, ou pour acheter.* Ital. *Compratticio.* Germ. Gekaufft, oder der kaufft. Hisp. *Cosa comprada.* Angl. *That is boght, or to be boght.*} Varr. *lib.* 3. *de re rust.* His aptum glans quum pascit emptitia facit pinguem, illic gratuita exilem. *Ibid. cap.* 17. Præterea salsamenta in eas piscinas emptitia conjiciebat.

Ēmax, gen. communis, qui facilè inclinatur ad emendum. { ὠνητικός. Gall. *Grand acheteur, qui aime à acheter.* Ital. *Facile à comprare.* Germ. Kauffig / der gern kaufft vnnd trämelt. Hisp. *Quien con mucha gana compra.* Angl. *Given to bie, a great bier.* } Cato *de re rustic. cap.* 3. Partem familias vendacem, non emacem esse oportet. Cicer. *in Parad.* Non esse cupidum pecuniæ, non esse emacem, vectigal est.

Emaculus, aliquantum emax. Cath.

Ēmăcĭtās: Facilitas & inclinatio voluntatis emendi. { τὸ ὠνητικόν. Gall. *Grand desir & faim d'acheter.* Ital. *Desio di comprare.* Germ. Kauffigkeit. Hisp. *Gana y vicio de mucho comprar.* Angl. *A will to bie.*} Col. *lib.* 5. Quosdam emacitas in armentis, quosdam exercet in comparandis mancipiis cura, de tuendis nulla cura tangit. Plin. *epist.* 52. Erat φιλοκτησία usque ad emacitatis reprehensionem.

Ēmŏdŭlor: Modulor. { רנן *zimmer.* μελῳδέω. Gall. *Chanter & composer vers par mesure, melodieusement chanter.* Ital. *Comporre à cantare con misura.* Germ. Im schlag singen / oder ein lied dichten. Hisp. *Cantar suavemente, y con medida derecha.* Angl. *To sing in measure or proportion.*} Ovid. *lib.* 1. *Amorum.*

*Musa per undenos emodulanda pedes.*

Ēmōdŭs, ὄμβρος, mons qui circa finem Indiæ in duos ramos dividitur, alteri Ortorocatas nomen est, alteri Smantinus. Vide Ptolem. *lib.* 6. *cap.* 15.

Emola, vas coquinarium, quasi ænea olla. Vocab. Eccl.

Ēmŏlĭŏr, iris, iri: Ejecio, expello. { פרץ *gereseh.* ἐκβάλλω. Gall. *Mettre hors avec effort.* Ital. *Scacciare.* Germ. Hinauß stossen oder werffen. Hisp. *Empuxar à fuera.* Angl. *To put fort by force.*} Cels. *lib.* 4. *cap.* 6. *de pleuritide*, Interdum sicca tussis est, quæ nihil emolitur. Idem *lib.* 7. *cap.* 26. Res verò interdum cogit emoliri manu urinam, cùm illa non reddatur. Colum. *lib.* 8. *cap.* 5. Dum eos amaritudo cogat per nares emoliri pituitæ nauseam.

Ēmŏlĭo, is: Mollio, molle facio. { רכך *herách.* μαλακίζω, ἀπαλύνω, ἀπαλύνομαι. Gall. *Attendrir, mollifier, effeminer, rendre mol & delicat.* Ital. *Mollificare, intenerire, effeminare, far delicate.* Germ. Erweychen / weych machen. Hisp. *Amollentar otra cosa.* Angl. *To make soft, nice or wanton.* } Liv. 7. *bell. Macedon.* Humor arcus, fundásque, & jaculorum amenta emolliebat. ¶ Unde emollire alvum, est laxare. Plin. *lib.* 10. *c.* 9. Alvum leniter emollit lapsana. *Ibid. cap.* 2. Pepones qui vocantur, refrigerant, maximè in cibo, & emolliunt alvum. ¶ Quando ad hominem transfertur, significat Mollem & effœminatum reddo. Liv. 7. *bell. Pun.* Simul metuens ne suum quoque exercitum, sicut Annibalis, nimia urbis amœnitas emolliret. Idem *lib.* 2. *bell. Macedon.* Degener & emollitus amœnitate Asiæ hostis.

Ēmōllĭtŭs, a, um, adjectivum: Mollis. { רך *rach.* μαλθακός, μαλακός. Gall. *Mol, effemine.* Ital. *Molle.* Germ. Erweycht. Hisp. *Amollentado.* Angl. *Soft nice, wanton.*} Liv. 4. *bell. Macedon.* Labor & æstus emollida & fluida corpora Gallorum reddit. Quamquam sint qui *mollia* hoc loco contendant legendum.

Ēmōlo, is, ere: Perfectè molo, vel molendo consumo. Persius *Sat.* 6.

——— & granaria, *sus est.*

*Emolo: quid metuas? seges altera in herba est.*

Ēmōlŭmentum, i. Utilitas quam ex opera & labore assequimur: nam à molimine descendit. { סחורה *sichron.* κέρδος, ὠφέλεια. Gall. *Vtilité, profit, gain.* Ital. *Vtilità.* Germ. Nutz. Hisp. *Ganancia ò provecho.* Angl. *Gaine, profite.* } Col. *lib.* 3. *Offic.* Si sic eximus affectui ut propter tantum quisque emolumentum spoliet, aut violet alterum, dirumpi necesse est eam, quæ maximè secundùm naturam humani generis est, societatem. Plautus *Trinum.* Etsi sine dote duxeris, tibi fiet emolumentum honoris, mihi quod objectent, fiet. Cic. 1. *de finib.* Plúsque in ipsa injuria detrimenti est, quàm in his rebus emolumenti, quæ parantur injuria. Juven. *Sat.* 6.

*Præmia nunc alia, atque alia emolumenta notemus Sacramentorum.*

Emologare, confirmare, laudare. Lex. J. C. Vide *Homologare.*

Ēmŏnĕo, es: Moneo. { חנוך *hinghhinh.* νουθετέω. Gall. *Advertir, admonester.* Ital. *Avertire.* Germ. Warnen. Hisp. *Amonestar, avisar.* Angl. *To warne, to advertise.*} Plaut. *Asin.* Hunc politare, illam expilare jam emone.

Ēmŏrĭŏr: Morior, obeo. { מות *meth.* ἀποθνήσκω. Gall. *Mourir.* Ital. *Morire.* Germ. Ersterben. Hisp. *Morir.* Angl. *To die.*} Quintil. Evanescunt hæc (dicta) atque emoriuntur. Plaut. *Aul. sc.* 3. *a.* 1. Ita tem meam est ut emoriar priusquam ducam. Et, Emortuum me malim letho malo. *Ibid.* Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Non est ex re tua, ut ego emoriar. *Ibid. sc.* 6. *a.* 4. Hercle haud te sinam emoriri, nisi mihi argentum redditur. Idem *in Menach.* Paucis pòst diebus Tarenti emortuus est. Idem *in Asin.* Emori me malim, quàm hæc non ejus uxori, &c. Quintil. Cùm spes emoritur. ¶ Legitur etiam infinitivus emoriri, per quartam conjugationem. Terent. *in Eunuch.* Risu omnes qui aderant emoriri.

Ēmōrtŭālis dies, quo quis mortuus est. { Γενεθλιακὴ ἡμέρα. Gall. *Mortuaire, le jour que l'on se meurt.* Ital. *Il giorno che alcuno è morto.* Germ. Der tag eines todtlichen abgangs. Hisp. *El dia del morterio.* Angl. *The day when one dieth.*} Sicut Natalis, quo quis natus est. Plaut. *in Pseud.* Certum est mihi hunc emortualem facere ex natali die.

Ēmŏvĕo, es: Loco moveo. { חנוך *henidh*, חניח *heniah.* ἀναίρω, μεταφέρω. Gall. *Mouvoir, émouvoir, remuer, oster d'un lieu.* Ital. *Movere.* Germ. Herauß bewegen / bannen thun / vertreiben. Hisp. *Mover de lugar.* Angl. *To put out of the place or afyde.*} Liv. 6. *ab Vrbe.* Tum percitus ira Camillus, lictorem qui plebem de medio emoveret, mittit. Virg. 2. *Æneid.*

——— *emoti cardine postes.*

Emovere, pro Exterere, seu in apertum producere. Ovid. 3. *Fast.*

*Dum loquitur, tertum jam sol emoverat orbem:*

id est, cum tota sua totunditate apparebat. Gell. *cap.* 4. *lib.* 10. Emovere labia. Liv. *lib.* 2. *bell. Pun.* Emovere semel atque iterum.

Ēmōtŭs, participio. Loco motus. { מנוד *munádh*, מנוע *munáh*, ἐκκινούμενος. Gall. *Remué, osté de son lieu.* Ital. *Remisso, tolto via.* Germ. Verruckt / außbewegt. Hisp. *Movido de lugar.* Angl. *Put out of the place or afyde.*} ut, Axis cardine emotus. Stat. 1. *Thebaid.* Curæ emotæ. Virg. 6. *Æneid.* Emotis deinde curia legatis. Liv. 10. *bell. Punic.* Emota mens (pro planè mota loco:) Senec. *cap.* 2. *al.* 17. *de consol. ad Polyb.*

Empānda, Paganorum Dea fuit, teste Festo: ita dicta quòd patentibus pagis, non clausis urbibus præesset.

Empasma, gradus. Gl. gr. b.

Empēdoclēs, Ἐμπεδοκλῆς. { Germ. Ein Philosophus natürlicher dingen / hoch erfaren. } Nomen est Philosophi Agrigentini, quem nescias utrùmne inter Poëtas, an inter Philosophos annumeres: quippe qui rerum naturam elegantissimo carmine explicuit, ut apud Romanos Lucretius. Hic (ut author est Hieronymus) omne quod vivit & movetur, non putavit edendum, sicut & Pythagoras: & ex concordia amicitiaque elementorum cuncta constare affirmabat, & eorum inimicitiâ & discordiâ aliquando dissolutum iri. Prima item elementorum complexione segregatum æëra contendebat, & post cum ignem erupisse, cùmque cùm alium locum non reperiret, sursum à frigore aëris esse repulsum. Circa terram autem duos circumferi dimidiatos orbes: alterum ex igne totum, alterum ex aëre maximè, ac ex igne admodum exiguo: & illum diem, hunc noctem esse putabat. Solem natura non esse ignem, sed ignis repercussionem, ei similem, quam in aquis fieri cernimus: Lunam ex relicto ab igne aëre congelatam, sicut grando congelatur, & per se factam, lucem à Sole recipere. Mentem non in capite, nec in pectore, sed in sanguine disseminatam esse, ac illis partibus homines magis sentire, quibus plus sanguinis inest. De hujus morte nonnulli memoriæ tradidêrunt, clàm relictis sociis Ætnam Siciliæ montem ascendisse, & in ardentem ejus craterem se conjecisse, eo consilio, ut quum nusquam appareret, crederetur factus esse immortalis: sed ejectis impetu ignis ferreis crepidis, rem fuisse deprehensam. De Empedocle extat honestissimum illud Lucretii elogium.

*Carmina quin etiam divini pectoris ejus*
*Vociferantur, & exponunt præclara reperta,*
*Vt vix humana videatur stirpe creatus.*

¶ Empedoclis simultas, Ἐμπεδοκλείους ἔχθρα, dicebatur pertinax & irreconciliabilis. Empedoclem enim aiunt iis fuisse moribus, ut assiduè simultates cum aliquibus susciperet, cásque pertinacissimè exerceret. Quadrabit etiam ubi quis levi de causa ex amico fit inimicus. Hinc.

Empedocleus, a, um. Adject. Cicer. *Quint. frater. lib.* 3. Quum veteris virum te putabo: si Sallustii Empedoclea legeris, hominem non putabo.

Empĕtrŏn. { Ἐμπετρον. Gall. *Vne herbe appellée percepierre, rompepierre.* Ital. *Herba saxifraga.* Germ. Steinbrech / ein kraut. Hisp. *La saxifraga, hierva consolida.* } A Græcis dicitur herba ea quæ à Latinis calcifraga appellatur, locis maritimis fetè gaudens & haud temerè alibi, quàm nudo saxo nascens: unde & nomen accepit. Plin. *lib.* 27. *cap.* 29. Empetron quam nostri calcifragam appellant,

Emunctio, nis. {ψηφ mitt. ἀπομυξία. GALL. *Mouchement.* ITAL. *Mocamento.* GERM. Die nasen burung. HISP. *Obra de limpiar las narizes.* ANGL. *A wisping of the nose.*} Quint. *lib.* 11. *cap.* 3. de narium gestu loquens: Quum emunctio etiam frequentior non sine causa reprehendatur.

¶ Emunctorium, instrumentum, quo candelam emungimus, forceps.¶

Emūnĭo, nis, ui, itum. Munio. {בצר bitsér. ὀχυρόω, ἐκτείχω. GALL. *Fortifier, remparer.* ITAL. *Fortificare.* GERM. Befestigen/ fest vnnd bonart machen. HISP. *Fortalecer.* ANGL. *To fence to fortifie, to make stronge.*} Ut, Emunitus in modum arcis. Livius 2. *bell. Pun.* Tacit. *in vita Agric.* Corpora ipsa, ac manus, sylvis ac paludibus emuniendis, vertis inter ac contumelias conterunt. Emunire vites ab injuria pecoris. Colum. *lib.* 5. *cap.* 6.

¶ Emunitas, immunitas. Conc. Tican. Cod. Lanciq.

Emuralamii, signiferi Tutelci. L. g. b. ¶

Emūsco, as: Purgo, & muscum adimo. {ἀπομύσσω. GALL. *Emoucher, oster la mousse d'un arbre.* ITAL. *Levar la massa d'un albero.* GERM. Von dem mies seubern. HISP. *Quitar el mohe de los arboles.* ANGL. *To rubbe of mosse.*} Col. *lib.* 11. *cap.* 2. Iisdem diebus, ubi prægelidum & pluvium cœlum est, oleæ purgantur & emuscantur, id est, muscus illis adimitur.

Emūtĭo, is, ui, itum. Mutio. {γρύζω. GALL. *Grouder.* ITAL. *Mutire, mutirsi.* GERM. Gebsen/ ein wenig murren. HISP. *Hablar como entre dientes.* ANGL. *To mutter, or whisper.*} Qua voce utitur Plautus *in Mercatore.* Etiam emutis? omnia commonstrabo.

Emūto, as: Muto, immuto. {חמר hemir. ἐξαμείβω. GALL. *Changer, muer.* ITAL. *Cangiare, mutare.* GERM. Verendern. HISP. *Cambiar, mudar.* ANGL. *To change.*} Quint. *lib.* 8. *cap.* 2. Quidam enarratis in perversum dictis, de figuris, idem vitium consequuntur.

E N

En, ab ἰού. Significat ecce, & tam nominativo, quàm accusativo jungitur: eóque utimur in commonstrando aliquid. {ἰδού, ἰού. GALL. *Voicy, voilà.* ITAL. *Ecco.* GERM. Sihe/ schawe. HISP. *Cata, è mira.* ANGL. *Behold.*} ut, *En Priamus.* Vel exprobrando: ut,

*En agros, & quam bello Troiane petisti*
*Hesperiam metire jacens.*

Oratores per nominativum frequentiùs. Cic. *pro Deiotaro rogo.* En crimen, en causa, cur regem fugitivus, dominum servus accuset. Cedò manum. En tene: (aliàs hem.) Plaut. *Most. sc.* 4. *a.* 1.

*Alloquor, en absens.*

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.* En tectum, en tegulam, en ludificatum herum. Plaut. *Amph.* En tibi amplitet quicum venio. Idem *ibid.* En tibi hominem. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 2. En tibi. Idem *Curc. sc.* 3. *act.* 2.

*En eget auxilio qui non tulit.*

Ovid. 13. *Metam.*

*Pendimus, en profugi (sortis tua pessima) nostræ.*

Idem *Eleg.* 11. *lib.* 5. *Trist.* ¶ En unquam, pro Unquamne, ἔστιν ὅτε Archaismus. Virg. *in Bucol. Ecl.* 1.

*En unquam patrios longo post tempore fines.*

¶ En jam: verba sunt absolventis perficientisque aliquid. Plaut. *in Pœnulo.* Neque unquam lavando, neque fricando scimus facere en jam. Mendosè in impressis *enam.* ¶ ¶ En, ἐν, est præpositio Græca, significans *in.* id quod quietis est Latinis. Ea præpositio *en*, occurrit in multis vocibus, quæ in Latinam civitatem sunt receptæ.

Enacrātum. Vinum merum. L. g. b. fortasse Enocratum.

Enarcōmă, ἐναρκώματα. A medicis vocatur illud, quod in urina cita mediam matulæ partem innatat, quemadmodum quod in summa matulæ parte cernitur, nubes, sive nebula dicitur: quod verò in fundo subsidit, hypostasis. Nomen accepit à verbo ἐναρκῶσαι, quod ad medium matulæ sublatum, ibi quodammodo maneat suspensum.

Enaulus, ἔναυλος. Lesbius adolescens, qui cùm servandæ puellæ cujusdam gratiâ se in mare abjecisset, opera delphinum servatus, una cum illa ad continentem transvectus est. Author Plutarchus *in symposio septem sapientum.*

Enārgīa, æ. Græcè ἐνάργεια. Latinè evidentia, sive repræsentatio, illustratióque, quum res ita describitur, ut cerni videatur. {ראי rai, מראית mareth. GALL. *Evidence, clarté.* ITAL. *Representatione.* GERM. Ein eigentliche anzeygung eines dings/ als wan man es für augen bildete. HISP. *Manifestacion y representacion.* ANGL. *Clearenesse, perspicuitie, evidentie.*} Quintil. *lib.* 4. *cap.* 2. Sunt qui adjiciant his evidentiam, quæ ἐνέργεια Græcè vocatur. ¶ Est & energia, per secundam vocalem in antepenultima, ἐνέργεια, quod nobis efficaciam sonat: de quo infrà suo loco.

Enārro: Perfectè, vel ad finem narro, explano. {ספר sipper. תרגיל highghidh, פרש parásch, אמר hebr. ἐξηγέομαι, διήγημα. GALL. *Raconter, reciter, expliquer, declarer.* ITAL. *Narrare, spianare.* GERM. Erzehlen. HISP. *Declarar, exponer.* ANGL. *To make plane and tell at long.*} Patri enarrabo tua flagitia. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 3. Ea tibi omnia enarravi. Idem *Amph.* Ne operæ quidem pretium te ea enarrare. Idem *Milit. sc.* 2. *a.* 1. Enerrare argumentum. *ibid. sc.* 2. *act.* 2. Ibidem eloquar. Cic. *pro Marcello,* Nulla dicendi, aut scribendi tanta vis, aut copia, quæ non dicam exornare, sed enarrare res tuas gestas possit. Terent. *Adelph. sc.* 3. *a.* 3. Rem omnem modò seni, quo pacto se haberet, enarravimus ordine. Gellius *cap.* 12. *lib.* 13. Cùm hoc in Capitonis epistola sublegissemus, id ipsum in M. Varronis *lib.* 21. *rerum humanarum* enarratiùs scriptum invenimus.

Enārrātio, nis. {מפרש parafshéh. ἐξήγησις. GALL. *Exposition, declaration, interpretation.* ITAL. *Espositione, interpretatione.* GERM. Erzehlung. HISP. *Aquella declaracion ò cuento.* ANGL. *A plane declaration, or telling at length.*} Quint. *lib.* 1. *cap.* 9. Exigitur à Grammaticis Poëtarum enarratio.

Enarrator. Gell. *cap.* 4. *lib.* 18. Enarrator & lector Salustii. Idem *lib.* 13. *cap.* 29. Varronis enarrator.

Enarrābĭlis, e, quod enarrari potest. {ἐξηγητὸς, φατὸς. GALL. *Qui se peut raconter, qu'on peut dire.* ITAL. *Che si può narrare.* GERM. Das leicht zuerzehlen ist. HISP. *Cosa que se puede declarar.* ANGL. *That may be declared.*} Quint. *lib.* 9. *cap.* 4. Motû animi, nescio an enarrabili, indicato.

Enascor, eris: Nascor, sive ex alio nascor. {נולד noládh. φύομαι συμφύομαι. GALL. *Naistre, sortir d'un autre, sustroistre.* ITAL. *Nascere, sorgere.* GERM. Herauß wachsen. HISP. *Nacer* ANGL. *To be borne, or to spring of an other.*} Varro 1. *de re rust. cap.* 41. Simili de causa olivæ semen quum sit nucleus, quòd ex cortice ejus enascebatur colis, quàm ex taleis: ideo, &c. Idem 1. *de re rust. cap.* 9. Enatis duobus dentibus, dextra & sinistra, &c. Cic. *ad Attic.* Ex multis meis miserrimis curis est una enata.

Enāto, as, ate. Natando evado, vel ad destinatum locum natando pervenio. {נגף naph. ἐκνήχομαι. GALL. *Passer en nageant, nager jusques à où on pretend d'aller, échapper en nageant.* ITAL. *Natare sino, fuori.* GERM. Außschwimmen. HISP. *Salir del agua nadando.* ANGL. *To swimme out.*} Hirtius *lib.* 4. Séque per molem in mare præcipitavetunt, & octingentorum passuum spatio ad oppidum enataverunt. Cic. 5. *Tusc.* Reliqui habere se videntur angustius: enatant tamen Epicurus, Hieronymus, &c. hoc est, evadunt.

Enāvīgo, as, are, ad finem usque navigare, vel navigando evadere. {ἐκπλέω. GALL. *Passer en bateau en navire, aller par eau & parvenir jusques où on veut aller.* ITAL. *Navigare, navigare al luogo destinato.* GERM. Außschiffen/ zuland auß der tieffe schiffen. HISP. *Navegar hasta el cabo.* ANGL. *To sayle out, or to land.*} Plin. *lib.* 6. *cap.* 17. Proditur Alexandrum magnum nullo die minus stadio 90. navigasse in Indo, nec potuisse ante menses quinque enavigare. Cic. 4. *Tusc.* E quibus tanquam è scopulosis cotibus enavigavit oratio. Suet. *in Tib.* Tantùm non adversis tempestatibus Rhodum enavigavit. Plin. *lib.* 9. *cap.* 3. Sinus duodecim dierum & noctium remigio enavigatus Ptolemæo regi.

Enavigandus, a, um, partic. fut. temp. Horat. 2. *Carm. Ode* 14.

*——— qui ter amplum*
*Geryonem, Tityonque tristi*
*Compescit unda, scilicet omnibus*
*Quicunque terrâ munera vescimur,*
*Enavigandâ.*

Enāvo, as: Navo. {ἀκροβολίζομαι. GALL. *Employer sa peine à achever quelque œuvre.* ITAL. *Adoperare ogni sua possanza.* GERM. Sich embsig erzeigen. HISP. *Trabajar para acabar alguna cosa.* ANGL. *To employe with all his power, to endevour with diligence.*} Unde opera enavata. Tacit. *lib.* 19. Et præmia enavatæ operæ petebant.

Encænĭă, cum æ diphthongo: Innovatio. {חנכה chanuchâh. ἐγκαίνια. GALL. *Renouvellement, innovation.* ITAL. *Innovatione.* GERM. Ein newerung/ einweihung. HISP. *Innovacion ò comienço.* ANGL. *An innovation.*} Aug. Encænia, festivitas erat dedicationis templi: Græcè enim καινὸν, dicitur novum. Quandocunque enim novum aliquid fuerit dedicatum, encænia vocatur.

Encānthis, ἐγκανθὶς. Morbus oculorum, quum in majori ipsorum angulo tuberculum enascitur, quòd genas parum patitur diduci. Nomen habet à situ. Nam Græci oculorum angulos κανθοὺς appellant.

Encārdĭă, ἐγκαρδία, gemma est à cordis effigie sic dicta. Ejus tria enumerantur genera: primum, in quo nigra effigies cordis eminet: secundum viridi colore, cordis effigiem repræsentans: tertium, nigrum corostendens, reliqua sui parte candidum. Author Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

¶ Encarpa, ἔγκαρπα, apud Vitruv. *lib.* 4. *cap.* 1. Turneb. *lib.* 11. *cap.* 4. putat esse ornamenta capitalia columnarum palmites aut ramos cum suo fructu habentia, aut etiam arbusculas fructiosas, quæ vocantur *Nidpa ἔγκαρπα* à Græcis, aut frondibus & ramis implexis inexósque fructus.

Encaustes, ἐγκαυστὴς, inustio, pictura, quum aliquid depictum cera, pigmentorum causa inurebatur: ἐγκαυστὸν est inustum. ¶

Encaustĭcē, ἐγκαυστικὴ, genus picturæ, quod adhibito igne fiebat, coloribus scilicet adustis, cera igni resoluta. {ANGL. *Enameling.*} Apul. Encausticen oppidò exercens, se & duos filios sustentabat.

Encaustēs, æ. {ἐγκαυστὴς. ANGL. *An enameler.*} Latinè inustor dici potest, hoc est, pictor qui coloribus adustis, & cera igne resoluta rerum effigies exprimit. A verbo Græco καίω, quod est uro. Vitruv. Quod facere ab encauste didicerat. Plin. *lib.* 35. *cap.* 11. Lysippus quoque Æginæ picturæ suæ inscripsit encausten: quod profectò non fecisset, nisi encaustica inventa.

Encaustĭcē, æ, um: aliud adjectivum: ut, Encaustica pictura. Plin. *lib.* 35. *cap.* 11. Sed aliquanto vetustiores encaustícæ picturæ extitêre.

Encaute, es, apud Plin. *lib.* 35. *cap.* 11. Lysippus quoque Æginæ picturæ suæ inscripsit encausten: quod profectò non fecisset, nisi encaustica inventa. Alia exemplaria habent *encausten.*

Encēlădŭs, ἐγκέλαδος. Gigantum maximus, Titanis & Terræ filius, quem Jupiter fulmine ictum Ætnæ monti supposuit. Virgil. *lib.* 3. *Æneid.*

*Fama est Enceladi semiustum fulmine corpus*
*Vrgeri mole hac.*

Enchēlĕæ, ἐγχελεῖς, Stephano, oppidum in Illyride, juxta quod Cadmus & ejusdem uxor in serpentes versi sunt. Lucan. *lib.* 3.

*——— & nomine prisco*
*Enchelæa versi testantes fumera Cadmi.*

Meminit hujus oppidi & Plin. *lib.* 3. *cap.* 21.

Enchīrĭdĭum. {ἐγχειρίδιον. GALL. *Livre qui se peut tenir en la main, manuel.* ITAL. *Cosa che si può tenere in mano.* GERM. Ein handbüchlein. HISP. *Libro manual, ò que se puede tener en la mano.* ANGL.

*A booke worne to be borne in the hand.* ] Erigaus quivis libellus ita dictus, quòd ad manum semper habere debeat, sive quòd manu nullo negotio possit circumferri. ¶ Sed & gladiolum, seu militarem pugiunculum, & rem partem illam, quam nautæ manu comprehendunt, enchiridion vocari, Julius Pollux tradit.

‖ Enchordus, a, um, ἔγχορδος, ος, ον. Enchorda organa, quæ chordis intenduntur. χορδή, chorda. ‖

Enchōrĭōn, ἐγχώριον, dicunt indigenam, hoc est, in eo ipso loco, in quo agit, genitum: unde Enchoriæ aves dicuntur nostrates: quibus opponuntur exoticæ, seu peregrinæ.

Enchrĭstă, ἔγχριστα. Apud Celsum, Medicamenta sunt liquida, quæ illinunt.

Enchūsă, ἔγχουσα. Herba est similis anchusæ (unde & Pseudanchusa nominatur) sed lanuginosior, & minùs pinguis, tenuioribus foliis, & languidioribus. Radix non fundit oleum, sed rubentem succum: qua nota ab anchusa discernitur. Author Plin. *lib.* 22. *cap.* 10.

‖ Enchytus, a, um. Nomen per se est generale. Infusus, aut qui infundi solet. ἔγχυτος, est infundo. Sed substantivè ἔγχυτον est nomen placentæ, subaudiendo πλακοῦς.

Encliste, dies sepulti Servatoris. L. g. b. ‖

Enclisis, ἔγκλισις. Inclinatio: & unum de accidentibus verbi, quod Latini *modum* dicunt.

Enclitĭcŭs, a, um, ἐγκλιτικός. Inclinativus, ut Enclitice conjunctiones, que, ve, ne, quoniam inclinant ad se accentum.

Encōlpĭæ, ἐγκολπίαι, ut ait Arist. venti sunt qui è mari veniunt per sinus. Nam κόλπον Græci sinum vocant.

Encolpium, ἐγκόλπιον, quod è collo gestatur in pectore, seu in sinu, ὁ κόλπος.

Encomboma, Encombomata & pænacidæ, ex Varronis fragmentis citantur pro generibus vestium puellarum. ‖

Encōmĭum, n. { תהלה *thehillah.* ἐγκώμιον. Gall. *Louange, témoignage d'honneur.* Ital. *Laude.* Germ. Ein herrlich lob. Hisp. *Alabança à loor.* Angl. *Loving, praise.* } Laus, vel præconium alicujus, & propriè, quod ex multis ejus virtutibus compingitur. Nam quæ unam tantùm singularémque spectant virtutem (ut si quis justum Aristidem prædicet) Græci ἔπαινος potiùs appellant. Solebant autem encomia cani, vel dici victoribus (quæ inde etiam epinicia dicebantur) in quibus occasione recentis meriti repeti solebat, quicquid illi in vita laude dignum gessissent. ¶ Encomium ante victorem canis, ἐπὶ νίκαις ἐγκώμια ᾄδειν. In eum qui præpropere è gloriatur, re nondum confecta. Nam apud Græcos qui rem strenuè gessisset in bello, oratione aut carmine laudabantur: quæ laudatio propriè encomium dicitur. Plato *in Lysid.*

Encōmĭāstēs, ἐγκωμιαστής, dicitur laudator, qui alterius celebrat encomium.

‖ Encomiastice, cantilenæ species, qui præstantium virorum præcinebantur laudes. Rh.

Encomiasticum, laudativum, demonstrativum.

Encrasicholi, ἐγκρασίχολοι, aquarum genus.

Encris, idis, ἐγκρίς. libum quod in oleo coquitur, & melle addito fit dulce. ‖

Encryphĭās, ἐγκρυφίας. Dicitur panis subcineritius, ἄρτος ἐγκρυφίζων, quòd dum coquitur, sub cineribus abscondatur.

Encyclĭŭs. { ἐγκύκλιος. Gall. *Circulaire, orbiculaire, rond.* Ital. *Circolare, rotunde.* Germ. Rund. Hisp. *Cosa de cerco, de cerillo, redonda.* Angl. *Rounde.* } Adjectivum est apud Græcos, quod nos *orbiculare* interpretari possumus. Unde ἐγκύκλιος παιδεία, circularis, & ex omnium disciplinarum orbe confecta scientia dicitur: quem etiam Latinorum nonnulli mutuata à Græcis voce Encyclion dixerunt. Vitruv. *lib.* 1. *cap.* 1. Encyclios disciplina, uti corpus unum, ex his membris est composita. Rursus idem *in Præfat. lib.* 6. Gratias agit parentibus, quòd se erudiendum curaverint encyclia doctrinarum omnium disciplina. ¶ Encyclias commentationes, ἐγκυκλίους ἐπιτηδεύσεις. Aristoteles *in Ethicis* eas intelligit, quas Gellius extrarias, hoc est, Exoticas vocat: Martian. cyclicas: cujusmodi & problematum sunt libri, & quæ populares à Cicerone & Themistio quæstiones appellantur, quòd de rebus omnibus tanquam in circulo passim quæreretur.

Enciclycæ, literæ circulares, quæ ad plures iisdem verbis scribuntur.

Encyclopædĭă. { ἐγκυκλοπαιδεία. Gall. *Vn sçavoir profond & intelligence de toutes les sciences.* Ital. *Scienza universale.* Germ. Der gantzen alten guten kunsten/ da eine an der andern hangt. Hisp. *Sciencia universal.* Angl. *A perfect knowledge of all artes and sciences.* } Latinè dici potest circularis, vel orbicularis scientia. Est enim omnium artium & disciplinarum perfecta scientia. Ratio nominis proculdubio tracta est à circularis figuræ perfectione.

Endĕlechiă, vide *Entelechia.*

Endemius, ἐνδήμιος: popularis.

Endĕplōro, as: antiqui dixerunt, teste Festo, pro Imploro, quod est cum questu inclamo, & cum fletu rogo, quod est propriè vapulantis.

Endiădys, ἐνδιάδυς. Figura quum una res merti causa in duas dividitur, ut apud Virg.

——— *molemque & montes insuper altos:* id est, molem montium. Sic alibi,

——— *paterâ libamus & auro,* pro patetis aureis.

Hujus figuræ meminit Servius *in* 1. *Æneid.* ubi tamen omnium pene Doctorum sententiâ corruptè legitur pro ἐν διὰ δυοῖν, hoc est, unum per duo. cui contraria figura legitur apud Donat. *in Andria Terentii,* quam vocat *δὶς δι' ἑνός*: id est, duo per unum.

‖ Endixum, foramen in navi, per quod emittitur sentina. ¶ Item lineum filum, quod medici in extremo clysterii linquunt, per quod clysmus, id est, solium emittitur. Fest. Tum. ‖

Endo, antiquè idem est quod In. Endo procinctu, pro In procinctu. Significat autem quum ex castris in prælium exitum est. Nam veteres togis incincti pugnabant, authore Festo. Gell. *lib.* 1. *cap.* 19. Velitis, jubeatis Quirites, &c. uti ei vitæ necisque eam potestas siet, uti patri endo filio est. Sic enim doctissimus vir Franc. Hotomanus legendum existimat.

‖ Endosesto, infesto. Gloss. *vet.* Endo, est in.

Endotium, inutium.

Endopecisco, id est, impesco, ἐνέχομαι. Gl.

Endoplorato, implorato.

Endorigaus, id est, irrigaus.

Endomatica, ἐνδυματικά. erant quæ, Imperatorum permissione, præter publica vectigalia, sibi privatim publicani exigebant. ‖

Endrómis, idis. { שעיר ארורית *addéreth seâir. cedrepis.* Angl. *An yrish mantle, à course roister gerone.* } Vestis genus hirsutum, longioribusque villi, venti, pluviæ injuriis arcendis in primis accommodatum. Primus earum usus inventus creditur apud Lacedæmonios, quamvis postea etiam in Gallia fieri cœperint. Dicta endromis ab eo quod ἐν δρόμῳ, hoc est in cursu, ea maximè uterentur. Martial. *epigr. lib.* 14. *ep.* 126.

*Pauperis est munus, sed non est pauperis usus:*
*Hanc tibi pro tegula mittimus endromidem.*

Et *l.* 4. *ep.* 16. Endromidis usus elegantissimo Epigrammate exequitur.

*Sordida, sed gelido non aspernanda Decembri*
*Dona, peregrinam mittimus endromidem.*

Juvenalis *Satyr.* 6. mulieres Romanas taxat, quòd endromide purpurea uterentur:

*Endromidem* (inquit) *Tyriam & fumosum cerdma*
*Quis nesciat?*

Endymĭōn, ἐνδυμίων. Nomen proprium ejus, qui primus Lunæ cursum invenit. Apollon. *lib.* 1. *Argon.* Οὐ γὰρ ἐνδυμίωνι γε Λάτμιον ὄφρα σελήνη, Οὐδ' ὅτε κοιμήσαιτο, διδύσκεται. Hinc origo fabulæ quam Cicero tangit 1. *Tusc.* Endymionem à Luna adamatum fuisse, & ab ea in Latmio Cariæ monte fuisse sopitum, non aliam ob causam, quàm ut illum semel exoscularetur. Endymion (inquit) ἓν fabulas audire volumus, nescio quando in Latmio obdormivit: qui est mons Cariæ, nondum (opinor) expergefactus. Num igitur eum curare censes quam Luna laboret, à qua consopitus putatur, ut eum dormientem oscularetur? Hactenus Cic. Plut. *in Num.* Endymionis amatum à diis fabulantur Arcades. ¶ Hinc natum proverbium, Endymionis somnum dormis, Ἐνδυμίωνος ὕπνον κοιμᾶσθαι. In eos quadrabit qui sese immodico somno saginant, aut qui diuturno in otio versantur, nec ullis se negotiis exercent, sed mollem feriatámque agunt vitam.

‖ Endyte, supremum sacræ mensæ instratum. L. g. b.

Enebræ, vide *Inebræ.* ‖

Ĕnĕco, as, enecui, enectum: Neco, interficio, occido. { חמית *hemîth,* קטל *katal,* אבד *ibbâdh.* ἀναιρῶ, ἀποκτείνω. Gall. *Tuer, faire mourir.* Ital. *Occidere.* Germ. Todten/ umbringen. Hisp. *Matar.* Angl. *To kil, to slay.* } Plaut. *in Amph.* Puer ambas angues enecat. Col. *lib.* 11. *cap.* 3. Ne herbis enecetur ruta. Plaut. *Amph.* uxor me dedecore & stupro plena enecat. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 3. Odio me enecavit. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Ut enecem scelestam stimulatricem. Idem *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Ut apud me te in nervo enecem (id est, ad necem usque detinebam.) Idem *ibid. act. ult. vers. ult.* vel hercle enecta, nunquam hinc feres à me. Idem *Mostell. sc.* 3. *act.* 1. Perii ni hanc pessimis exemplis enicasso. *Ibidem.* Ni scapham enicasso. ¶ Aliquando enecare simpliciter accipitur pro Molestum esse: unde frequens est apud Comicos, Enecas me, hoc est, obtundis me, sive gravis & molestus es mihi. ¶ Veteres etiam Enico dicebant. Terent. *in Phorm.* Eho! tu sobrinam tuam non noras? dam. Eo'cas. *Et postea,* Satin' est si te delibutum gaudio reddo? Ant. Enicas, &c.

Enĕctus, participium. { ממות *mumâth,* חלי *chalâl.* Μιφθείς, πεπνιγμένος, ψυχορραγῶν. Gall. *Tué, recreu, gasté & perdu, travaillé jusques à mourir.* Ital. *Ammazzato, travagliato estremamente, quasi morto.* Germ. Todt. Hisp. *Cosa muerta, ò muy trabajada, ò medio muerta.* Angl. *Kylled, slayne.* } Non tam mortuus, quàm propemodum mortuus. Valla *lib.* 6. *cap.* 27. Ut enectus fame. Cic. 2. *de Divin.* Plenus, & enectus contraria. *Ibidem.* Sueton. *in Calig. cap.* 49. Enecti veneno pisces, quos æstus in proxima littora ejecerat. Item, Bos est enectus arando. Enecta fame & siti provincia. Cic. *ad Attic. lib.* 6. Siti enectus Tantalus. Idem 1. *Tusc.* Enecatus, a, um. Plin. *cap.* 23. *lib.* 18. Flaccida & in horreis enecata rapacia.

‖ Enelata, ἐνήλατα, ligna recta, in quæ defiguntur & adiguntur gradus scalæ, aut ipsi gradus: item paxilli, qui infiguntur axi ad retinendas rotas.

Enelysia, orum, ἐνήλυσια, bidental, id est, locus in quem fulmen incubuit, ab ἐν, & ἔλυσεν.

Enema, ἔνεμα, quod immittitur, quod per inferna in alvum infunditur. ‖

Enĕrgĭa. { מה *cheach* ἐνέργεια. Gall. *Energie, efficace.* Ital. & Hisp. *Efficacia.* Germ. Wirckung/ krafft. Angl. *Efficatie force.* } Latinè efficacia, seu operatio. Hieron. Habet nescio quid latentis energiæ, vivæ vocis actus. Fit ab adjectivo Græco ἐνεργὸς, efficax. Unde & verbum ἐνεργάζομαι, quod est Efficio, sive operor. Energia itaque est quædam quasi actio & operatio interior, quæ est veluti via, ac dux ad exteriorem corporis actum.

‖ Energema, ἐνέργημα, est opus operatione productum, ab ἐνεργέω, in opere sum, operor. Est etiam vocatio dæmonum.

Ĕnĕrgūmĕnŭs, a, um. ἐνεργούμενος, η, ον, qui agitur. ‖

Enervo, as: Debilito, quasi nervis & robore spolio. { חלש *chalâsch.* ἐκλύω, ἐκλύζω. Gall. *Oster la force, debiliter.* Ital. *Indebolire, snervare.* Germ. Kraffilos machen. Hisp. *Quitar los nierves y fuerça.* Angl. *To mak weak or feble.* } Cic. *de senect.* Sed tamen ut vos videris, non planè me enervavit, non afflixit senectus. Lactant. *lib.* 5. Hæc præsentia certa bona virtuti contraria sunt, & vigorem mentis enervant.

Ĕnervātŭs, participium. { חלוש *chalâsch.* ἐκνενευρισμένος. Gall. *Debilité, qui a perdu sa force, & comme ses nerfs.* Ital. *Snervato, effeminato, non virile.* Germ. Geschwecht. Hisp. *Cosa flaca, y sin nierves.* Angl. *Made weak.* } ut, Enervati & exsangues homines. Cic. *pro Sest.* Languidus & enervatus Philosophus. Idem 1. *de Orat.*

Enervata

Enervata & mollebris sententia. Idem 2. *Tusc.* Enervatus amore animus. Vellerus.

Ĕnervus, a, um, vel Enervis: Debilis, mollis, effœminatus, quasi sine nervo. {חלש *chalásch.* ἀνεύρος. Gall. *Mol & effeminé, n'ayant aucune virilité.* Ital. *Debole, molle, snervato.* Germ. Schwach/ weibisch. Hisp. *Flaco, sin nervios.* Angl. *Weake, feble.*} Unde enerva saltatio, apud Apuleium, quæ sinuosis flexibus, & corpore plicatili fit, quasi effœminata, mollis. Plin. *in Paneg.* Vitium est spectaculum inde non enerve, nec flexum, nec quod animos virorum molliret, & frangeret. Quint. *lib.9. cap.4.* In universum autem si sit necesse, duram potiùs atque asperam compositionem malim esse, quàm effœminatam & enervem. ¶ Enervati, pro mollibus ac delicatis. Sex. Aurel. Victor *in Tito.* Enervatorum greges abire præcepit.

Ĕnĕti, ἐνετοί, habitabant olim juxta Paphlagoniam: inde Homerus sylvestres mulos educi scribit. Dicuntur & equæ Enetides. Enetus, ἐνετός, etiam possessivum est, & civitas Myrmecis dialectici patria. Steph. Vide *Heneti.*

Engāddum. {גדי עין *hen gedhi.*} In tribu Judæ (ut scribit Hieronymus) vocatur usque hodie vicus prægrandis Judæorum, juxta mare mortuum, ubi opobalsamum provenit, quas vineas Engaddi Salomon *in Cantico* nominat. Idem *alibi.* Engaddum aget est tertæ Judææ, non tam vineis, quàm balsamis floreat.

Engelanes, populi Illyriæ, iidem qui Encheleæ. ἐγχελάνες. Steph.

Ingŏnāsis, ἐγγόνασις. Signum cœleste, quod Latinè ingeniculus vocatur: is Hercules est, qui dextro genu nixus, sinistro pede capitis draconis dextram partem opprimere conatur. Vide Hyginum *lib.2. & 3.* Julium Firm. *lib.7. Mathes.* Oriente ingeniculo (quem *engonasin* Græci appellant) nati cum testimonio Martis & Lunæ, erunt funambuli, orbatæ, & neurobatæ, & qui talia pertractant.

Engyon, ἔγγυον, urbs Siciliæ. Steph.

‖ Engytheca, vide *Entheca.* ‖

Enhydris, {ἔνυδρις. Gall. *Serpent qui habitent en l'eau.* Ital. *Serpente di acqua.* Germ. Ein wasserschlang. Hisp. *La culebra que vive en el agua.* Angl. *A water snake.*} Basiola ex eo nuncupata, quòd in aquis versetur, & maximè in Nilo. Quæ si invenerit dormientem crocodillum, volutat se in lutum primùm, & intrat per os ejus in ventrem, & carpens omnia interanea ejus, exit viva de visceribus crocodilli, ipso mortuo. Plin. *lib.30. cap.3.* Dentium doloribus medetur draconis os è spina: item enhydris. Est autem serpens masculus, & albus. Herodotus *in Melpomene.* pro Lutra accepisse videtur. ἐν δὲ αὐτῷ ἐνύδριας ἀλλοίους, καὶ φώκας. Quo in loco Valla *invidas*, lutras vertit.

Enhydrûs, ἐνύδρος, lapillus absolutæ rotunditatis, & cum candore lævitatem habens, liquorem intus continens ad motum fluctuantem, ut albumen in ovis. Author Plin. *lib.37. cap.11.*

Enica, adultera, mœcha: fortè *Ethnica.* Gl. Isid.

Enim, ab *in.* Conjunctio causam subjungens, & secundum locum ferè in oratione obtinens. Nam, namque. {כי *chi.* γάρ. Gall. *Car, certes.* Ital. *Imperoche.* Germ. Dann. Hisp. *Porque.* Angl. *For.*} ut: Cole pudicitiam, hæc enim hominem vindicat à scelere.

——— *Quid enim nisi vota supersunt.*

Ovid. *Eleg.2 lib.1. Trist.*

——— *Quid enim fuit utile nasci?*

Idem *Eleg.13. lib.3. Trist.* Nunc enim, pro Nunc autem. Gell. *cap.16. lib.6.* S. Nolo faciat. C. At enim ne quicquamne vis? Plaut. *Pseud. sc.5. act.1.* Quid jam? B. Quia enim venalem non habeo. *Ibidem sc.3. a.1.* P. Quid metuis? Sc. Enim ne nos perdiderimus (i. nempe.) Idem *Mil. sc.5. a.2.* L. Quamobrem? C. Quia enim Persas subegit. (bis.) Idem *Curc. sc.1. a.3.* Quid urbes barbaricas juras? Quia enim ita asperæ sunt. Idem *Capt. sc.1. a.4.* S. Quia enim Alcmenam stare ante ædes saturam intelligo. Item, M. Sacrificio ego tibi. A. Quî? M. Quia enim te macto infortunio. Idem *Amph.* Certè enim hîc nescio quis loquitur. *Ibidem.* ¶ Enim pro Certè. Idem *Mil. sc.3. a.1.* Non enim faciam, quin scias (i. certè.) Idem *Aul. sc.5. a.1.* Enim mihi quidem æquum est purpuram atque autum dare (i. certè, vel igitur,) ubi inceptiva particula est, sicut apud Valerium Max. Quid ais? Id enim quod tu vis (i. certè.) Idem *Men. sc.2. a.2. & sc.1. a.2.* ¶ Compositum autem cum Verò, significat certè. Cicer. 5. *Verr.* Enimverò ferendum hoc non est. Plaut. *in Trin.* Eho tu is es? CH. Is enimverò sum. Idem *in Persa.* Ain' verò verbereum caput? P. Aio enimverò. Cicer. 6. *Verr.* Ille enimverò negat. Livius, Tunc enimverò deorum ira admonuit. Ita enimverò. Plaut. *Asin. sc.2. a.2.* Aio enimverò. Idem *Amphitr. sc.1. a.1.* Nunc enimverò occidi. Idem *Capt. sc.4. a.3.* Enimverò Dii nos quasi pilas homines habent. *Ibid. prol.* Imò enimverò. Vide *Imò.* Enimverò nequeo dutâre quin heram accusem. Idem *Curc. sc.3. a.1.* Enimverò irascor. *Ibidem sc.2. a.5.* Enimverò nisi occupo aliquod consilium, me domum ad se auferent. Idem *Menach. sc.2. a.5.* Enimverò illud præcavendum mihi. *Ibid.* Enimverò æquum postulas. *Ibid. sc.9. a.5.* Tûne is es? Ego enimverò (sum.) Idem *Pseud. sc.2. a.4.* ¶ Pro Scilicet. Tu inventus enim qui me superes (i. sc.) Idem *Capt. sc.4. a.3.* Componitur item cum adversativis particulis At, & Sed: ut, Atenim, Sedenim, quæ ipsæ adversandi vim habent. Virg. 1. *Æneid.*

*Progenitum sedenim Trojano à sanguine duci*
*Audierat.*

Terent. *in Adelph.* Atenim non sinam. Plaut. *Capt. sc.4. a.3.* Sed enim nequeo contineri. Idem *Pseud. sc.5. a.1.* Nolo faciat. C. Atenim ne quicquamne vis. ¶ Sedenim, i. autem, vel tamen: irascentis. Ovid. 3. *Met. in fabulâ Semeles.* Nil enim. Plaut. *Mostell.* Quid tu tecum? TR. Nihil enim. Verùm enim. Terent. Verùm enim quando benè promeruit, fiat: suum jus postulat. Idem *in Eunuch.* Verba dum sint: verùm enim si ad rem confitentur, vapulabit. Imò enim. Terent. *in Andr.* Imò nim quàm maximè abs te postulo atque oro Chreme. Imò enimverò, Idem *in Eunuch.* Dum sequor hanc, fit mihi obviam. P. Incommodè hercle. CH. Imò enimverò infeliciter. *sc.3. a.2.*

Enlochi, vide *Heniochi.*

Enlŏpeûs, ἐνλοπεύς. Hectoris auriga fuit, à Diomede lancea confixus.



Author Homer. 8. *Iliad.*

Enlpeûs, ἐνιπεύς, fluvius Thessaliæ campos Pharsalicos irrigans, juxta quem Cæsar vicit Pompeium. Lucan. *lib.7.*

*Sanguine Romano, quàm turbidus ibit Enipeus.*

¶ Est & alter hujus nominis fluvius in Elide, in Alphæum illabens, qui recentiore nomine *Bernichius* dicitur, teste Strab. *lib.8.*

Enispê, ἐνισπή, urbs Arcadiæ, quæ non amplius extat. Quidam Cleonis, alii Phocidi attribuerant.

Enitĕo, es: Valde niteo, clareo, emineo. {אוה *tsach.* פרח *mordt.* ἀγλαόομαι, περιφαίνομαι. Gall. *Estre poly & orné, estre clair & beau.* Ital. *Risplendere.* Germ. Gebrimen/ hefftig glantzen. Hisp. *Resplandecer.* Angl. *To shine clearlie, to waxe famous and renowmed.*} Unde Enitesco, scis, nitidior & clarior fio. Author ad Heren. *lib.1.* Quæ cum summa laude prodita vetustate, summa cum laude enitescit. Salust. Postremò Cæsar bellum exoptabat, ubi virtus ejus enitescere posset. Quint. Enitescit veluti pabulo lætiore fœcundia.

Enītŏr, eris, enisus, vel enixus: Patio. {יגעת *jagâ'ah, hâlal,* מילל *hâlal.* ἀνάλωμα. Gall. *S'efforcer de parfaire avec peine & difficulté, achever quelque chose.* Ital. *Partorire, forzarsi.* Germ. Gebären, Item/ etwas mit sonderbarem fleiß verrichten. Hisp. *Parir la muger, forçarse.* Angl. *To farrow, to enforce ones self to do a thing.*} Plaut. *in Amph.* Geminos Alcmena enititur. Enixa plures partus. Liv. 10. *d.4.* Enitti, de ascensu. Cæs. 3. *de bell. civ.* Enixo studio. Liv. 2. *d.5.* & Suet. in Calig. *cap.25.* Enitî in puerperio. Gell. *cap.23. li.2.* Dum enitor surgere, inquinavi pallium remetæ. Plaut. *Pseud. sc.1. a.5.* Varr. *lib.1. de re rust.* Faciendâque septa secreta ab aliis, quò enitentes secludere possis. Ex quibus intelligitur alienam esse Nonii sententiam, qui enixas mulieres ex eo dictas esse scribit, quòd vinculis quibusdam periculi & nexu solutæ sint. ¶ Interdum idem quod conari, & allaborare, φιλοπονῶ. Salust. *in Jugurth.* Ab adolescentia ita se enixum, ut ab optimo quoque probaretur. ¶ Ponitur etiam passivè. Idem Salust. *Jugurth.71.* Sed ab iisdem illis regis fautoribus summa ope enixum est, ne tale decretum fieret.

Enixus, us, ui, ipse enitendi, seu pariendi actus. Plin. *lib.10. cap.63.* Equæ post unum annum ab enixu utilitet admittuntur. Sic idem *lib. 8. cap.16.*

Enixè, & enixim: Studiosè, & cum magno conatu. {Gall. *En s'efforçant, de tout son pouvoir.* Ital. *Studiosamente.* Germ. Mit allem fleiß/ mercklich. Hisp. *Instantemente, con instancia.* Angl. *With teeth and naile, with all might and power.*} Plaut. *in Trinum.* Tibi relinqui ob eam rem enixè expeto. Cic. *pro Sextio.* Meam causam boni omnes enixè susceperant. Enixim, pro enixè. Sisenna *lib.4. histor.* Ego illos malos & audaces semper enixim contra fortunas atque honores hujus ordinis omnia fecisse sentio. Enixiùs. Suet. *in Liber. cap.50.* Populúmque & milites, quò enixiùs opem ferrent, adhortatam, &c. Enixissimè etiam dixit Scævius, & Sueton. *in Cæsar.* Cujus vim Sylla diminuerat, enixissimè juvit.

Enisus, a, um. Particip. id est, conatus. Cic. *Qu.fr. lib.3.* Angit unus Milo, sed velim finem affectat consulatus: in quo enitar non magis quàm sum enisus in nostro.

Ennâ, æ. Civitas Siciliæ edito in loco & undique præcipiti situ à Syracusanis (Stephano teste) condita, quæ umbilicus Siciliæ dicitur, quòd in medio insulæ constituta sit. {Germ. Ein stat mitten in Sicilia gelägen/ der Enna genant.} Imminet subjacentibus campis, ubertate & florum varietate conspicuis: olim templum Cereris (ut Strabo testatur) habuit vetustissimum, ubi dea præcipuâ veneratione colebatur, ad quam propitiandam quindecim viros legatos misêre Romani. Hinc raptam à Plutone Proserpinam, Cereris filiam, dixit antiquitas. Vulgus hodie *Annam* appellat, ubi qui regis locum tenet, ob loci commoditatem, totius insulæ solet conventum habere. Cicer. *in Verr.* Vetus est (inquit) opinio, judices, quæ constat ex antiquissimis Græcorum literis atque monimentis, insulam Siciliam totam esse Cereri & Liberæ consecratam. Hoc cùm cæteræ gentes sic arbitrantur, tum ipsis Siculis tam persuasum est, ut animis eorum insitum atque innatum esse videatur: nam & natas esse has in iis terris deas, & fruges in ea terra primùm reperitas arbitrantur: & raptam esse Liberam, quam eandem Proserpinam vocant, ex Ennensium nemore, qui locus, quòd in media insula est situs, umbilicus Siciliæ nominatur. Hactenus Cic.

Ennæŭs, ἐννάιος, ut Ennæa Ceres, quæ augustissimo in templo apud Ennam colebatur: cujus simulacrum tanto erat effictum artificio, ut qui illud intuerentur, aut ipsam videre se Ceretem, aut effigiem Cereris non humana manu factam, sed cœlo delapsam arbitrarentur. Author Cic. 7. *Verr.*

Ennam, Antiquis, pro Etiamne, teste Festo. ἔτι γάρ.

Enneacrunos, ἐννεάκρουνος, nomen fontis apud Athenas à Pisistrato condîti: à numero fistularum dictus, quos Græci κρουνοὺς appellant, nostri verò *Salientes.*

‖ Enneadecaëteris, tempus ἐνιαυτῶν ἐννεακαιδεκαέτης, novendecim annorum. ‖

Ennĕaphyllŏn, ἐννεάφυλλον. Herba est quæ longa folia novena habet, causticæ naturæ. Imponitur lanæ circundatæ, ne urat latus: continuò enim pustulas excitat, lumborum doloribus & coxendicum utilissima. Plin. *lib.27. cap.9.*

Ennĕaphthŏngŏs, ἐννεάφθογγος. Quod novem edit voces: ut Enneaphthongos chelys, apud Martialem. Pro eodem etiam ἐννεάφωνον dicunt Græci.

Ennēās, adis, ἐννέας, est numerus novenarius, sicut Decas denarius.

Enniaista: pro eo qui in theatro legebat poëtam Ennium. Gell. *cap.5. lib.18.* Ennius, inquit, auditum nescio quem istum Enniaistam.

Ennĭus, ἔννιος, Poëta antiquissimus apud Romanos. Quint. Valerio, & Manilio coss. natus fertur. {Germ. Ein trefflicher Lateinischer Poet.} Hic Tarentinus (si Eusebio credimus) fuit. At Pompon. Mela scribit, Rudias Apuliæ, seu Calabriæ oppidum, Ennio civi esse nobile. Cui adipulatur Silius:

*Miserunt Calabri, Rudia genuere vetusta.*

Quin ipse etiam Cicero *in Oratione pro Archia Poëta*, Ennium, Rudinum hominem vocat. Eusebius dicit Ennium à Catone Quæstore

Romam translatum, in Aventino habitasse, ac unius ancillæ ministerio contentum fuisse. Scipionis etiam Africani familiaris erat, quem in bellis semper comitabatur: unde & in sepulchro Scipionum putatur esse constitutus. Sequutus est M. Fulvium Nobiliorem ad bellum Ætolicum, cujus filium erudivit. Ab hoc & Cato jam senex dicitur Græcas literas didicisse. Scripsit plurima, inter quæ Annales, bellum Punicum secundum hexametris: quæ omnia penitus interciderunt, exceptis versibus aliquot, quos Macrobius ostendit ab eo desumptisse Virgilium, & paucis immutatis in suos transtulisse. Sententiarum gravitate in primis excellit, sed cui verborum cultus minimè responderet. Unde interrogatus aliquando Virgilius quid ageret? Aurum se ex Ennii stercore colligere, respondit. Perit articulari morbo, quem ex immodico vini usu contraxerat. Horatius,

*Ennium ipse pater nunquam nisi potus ad arma*
*Prosiluit dicenda*, &c.

Ennius tria corda habuisse dicitur, & cur? Vide apud Gell. *lib.* 17. *cap.* 17. Ennius alter fuit Grammaticus, qui duos libros de literis ac syllabis & metris conscripsit. Author est Tranquillus.

‖ Ennianistæ, Ennii imitatores. Casaub.

Ennœa, ἔννοια, cogitatio, quum aliquid ἐν τῇ concipimus: notio, intelligentia, conjectura.

Ennomio, γραμματικὸς ἀλληγόρων. Gloss. videtur dici, quod ἐννόμως scribat, id est, legitima. Vide *Legitima*. ‖

Ennosigæus, ἐννοσίγαιος, dictus est Neptunus, quòd terram quatiat. ‖ Germ. Ein erschütter deß erdbodems / ein junam Neptunum. ‖ Unde etiam Enosichthon, ἐνοσίχθων dicitur. Extra carmen melius unicon scribitur. Dicitur enim ἀπὸ τοῦ σείειν τὴν γῆν, hoc est, à terræ concussione. Juven. Sat. 10. de Xerxe:

*Ipsum compedibus qui vinxerat Ennosigæum.*

Eno, as, are: Natatione evado, vel nando aliquò pervenio, enato. ‖ πλέω *naph.* ἐκπλέω. Gall. *Nager dehors, se sauver en nageant.* Ital. *Nuotare, pervenire à qualche luogo nuotando.* Ger. Außschwimmen. Hisp. *Salir del agua nadando.* Angl. *To swymme out and escape.* ‖ Liv. 3. *bell. Maced.* Multæ naves ejectæ, multæ haustæ mari, ut nemo ad terram enavarit. Virg. 6. *Æneid.*

*Insuetum per iter gelidum enavit ad Arctos.*

Enodia, ἐνοδία: Hecate, quòd in via inventa sit ab Inacho. Steph. *in Troadis.*

Enodo, as: Nodis purgo, nodos reseco. ‖ ἐξαναπλῶ. Gall. *Oster les nœuds, éclaircir, declarer.* Ital. *Snodare.* Germ. Von knopffen seubern / die knorren abhawen. Hisp. *Desatar, desnudar.* Angl. *To expone clearlie, to cut away knottes.* ‖ Col. *lib.* 5. *cap.* 5. Quæ ulmus à positione benè provenerit, ejus summæ virgæ falce debent enodari. ¶ Per metaphoram accipitur pro declarare, sive explicare. Author *ad Heren. lib.* 2. Deinde contrariæ legis enodabimus voluntatem, & eam trahemus ad nostræ causæ commodum. Gell. *cap.* 10. *lib.* 13. Enodare laqueos juris.

Enodatio, nis: Explicatio, expositio. ‖ פרשה *parascháh.* פתרון *pithrón.* פשר *péscher.* ἐξήγησις, ἀναπόδειξις, λύσις. Gall. *Declaration.* Ital. *Dichiaratione.* Germ. Außlösung erklärung. Hisp. *Declaracion de lo escuro.* Angl. *A plane declaring, or expounding.* ‖ Cic. *in topic.* Ea est insita, & antè præcepta cujusque formæ cognitio enodationis indigens. Idem 3. *de nat. deor.* Quid vos delectat illa explicatio fabularum, & enodatio nominum.

Enodatus, partic. ‖ מבאר חושב *meboár hetéb.* ἐξηγημένος, ἐκλελυμένος. Gall. *Declaré.* Ital. *Dichiarato.* Germ. Außgelöst / erklärt. Hisp. *Declarado.* Angl. *Declared, made manifest.* ‖ Cicer. 2. *de Invent.* Præcepta magnâ conquisita curâ, perspicuè conscripsit, atque enodata diligenter exposuit.

Enodatè, adverb. Clarè, perspicuè. ‖ בר חושב *bâr hetéb.* λύσει. Gall. *Clairement, ouvertement, sans nœud.* Ital. *Chiaramente, senza scrupolo.* Germ. Klärlich. Hisp. *Claramente, sin nudo.* Angl. *Clearlie, plainlie.* ‖ Cic. *de finib.* Hæc igitur nobis explicanda sunt: sed si enodatiùs, vos ingnoscetis. Idem 2. *de invent.* Quæ illius erunt, leviter attingendo, sua diligenter & enodatè narrando.

Enodis, e: Planum, sine nodo. ‖ ἀνέμπλοκος, ἄδετος. Gall. *Sans nœuds.* Ital. *Senza nodi.* Germ. Ohne knöpffig sein. Hisp. *Sin nudos, à desatandado.* Angl. *Without knottes.* ‖ Virg. 2. *Georg.*

*Aut rursum enodes trunci resecantur.*

Plin. *lib.* 12. *cap.* 14. Quibus credi potest, matrem quoque teretem & enodi fruticare trunco. ¶ Per metaphoram, Enode etiam dicitur, quod sine difficultate est. Plin. *Epist.* Recitabat ἰαμβοποιόν τινα, eruditam sanè luculentámque materiam (scriptæ legis erat) fluentibus, & teneris, & enodibus, sublimibus etiam, ut poposcit locus.

Enona, æ, oppidum in ora Liburniæ, apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 21.

Enopē, ἐνόπη Steph. Urbs Peloponnesi, in tractu Messeniaco, juxta Pylum, sub ditione Agamemnonis, teste Hom. *lib.* 9. *Iliad.*

Enorchis, ἐνόρχις, gemma est candida, quæ divisa fragmentis, testium effigiem repræsentat. Author Plin. *lib* 37. *cap.* 10.

Enormate, cui addi minus nihil potest. Lege, *Cui addi vel minui nihil potest.*

Eordæa, ἡ Ἐορδαία, duæ regiones Mygdoniæ. Item aliæ duæ, una Iberiæ, altera Thraciæ, ab Eordo quodam. Gentilia Eordæus, Eordus, Eordiæus. Steph.

Eordi, οἱ Ἔορδοι, populi Thessaliæ. Steph. *in Amyro.*

Enormis, e, dicitur magnum, sive mensura, nimium: eo quòd normam & mensuram excedat. ‖ ἄμετρος, ἀσύμμετρος. Gall. *Démesuré, déreglé, sans mesure, déreglé.* Ital. *Enorme, smisurato.* Germ. Unmäßig groß / ungestalt. Hisp. *Muy grande, sin medida.* Angl. *Without measure an order.* ‖ Plin. *in Epist.* Omnia enim advertit quod eminet & extat: sed acri intentione dijudicandum est, immoderatum sit, an grande, altum, an enorme. Idem *lib.* 17. *cap.* 12. Fædæ enormes cerasis, lauris. Suet. *in Calig. cap.* 50. Enormis corpore. Galli dicunt, *Mal basti, mal fait.*

Enormitas, ἀμετρία. Spart. *in Caracall.* Sed enormitate stipendii militibus, ut solet, placatis. Quintil. In satorum studium collocatione, etiam ipsa enormitas invenit cui applicari possit.

Enormiter, adverb. ‖ ἀμέτρως, ἀσύμμετρον. Gall. *Démesurément, sans mesure, déreglément.* Ital. *Fuor di regola, fuor di misura.* Germ. Unmäßlich / über die maß. Hisp. *Sin medida.* Angl. *Out of measure and rule.* ‖ Plin. *lib.* 37. *cap.* 6. Simili modo, si ex alio colore in se admittat aliquid enormiter.

Enotisco, as: Innotesco, notus fio. ‖ נודע *nodhâb.* γνωρίζομαι. Gall. *Venir en connoissance.* Ital. *Farsi noto.* Germ. Bekant werden. Hisp. *Hazerse conocer.* Angl. *To be knowen abroad.* ‖ Plin. *in epist.* Enotuerunt quidam versus tui, & invito te clausulæ refiegerunt. Suet. *in Othon.* Qui tamen sic quoque hoc distichon enotuit.

Enotare, pro scribere. Quint. *lib.* 1. *cap.* 13.

‖ Enoticum, edictum de unione Ecclesiarum. Enosis, unio. L. g. b. ‖

Eos & Entia, à verbo Sum deducta, τὸ ὂν, τὰ ὄντα, voces sunt solis penè Philosophis usurpatæ. Quint. *lib.* 8. *cap.* 3. Multa ex Græco formata nova, ac plurima Sergio Flavio, quorum dura quædam admodum videntur, ut Eos, & Essentia: quæ cui tantoperè aspernemur, nihil video, nisi quòd iniqui judices nos sumus, idcòque paupertate sermonis laboramus.

Ensis, ab ἴσχω: Gladius, mucro. ‖ חרב *chéreb.* ξίφος. Gall. *Espée.* Ital. *Spada.* Germ. Ein schwerdt. Hisp. *Cuchillo, ò espada, ò daga.* Angl. *A sword.* ‖ Cic. 2. *de nat. deor.*

*Ansâque fumosum prima est fabricatus ensem.*

Virgilius,

*Et curva rigidum falces conflantur in ensem.*

Ovid. 3. *Fast.*

*Ensibus exertis bellica lata dea est.*
*Pérque feros enses intrasse moenia Troiæ.*

Idem 13. *Met.*

——— *queras ne de Cæsaris ira,*
*Quòd non offenso vindicet ense suos.*

Idem *Eleg.* 8. *lib.* 3. *Trist.*

——— *Lethalem* (in pectus) *condidit ensem*: mox, *telum.*

Idem 13. *Metam.*

——— *Arripit ensem.*

*Ibidem.* Ab *ensis*, fit diminutivum Ensiculus, ξιφίδιον. Plaut. *in Rud.* In eo ensiculo literarum quis est? ¶ Perque enses, pérque ignem oportet irrumpere, ἀλλ' ἐν ἐκείνῳ τῷ κινδύνῳ ἐστὶν ἡ νίκη, quum significamus quidvis periculi subeundum.

Ensifer. ‖ μαχαιροφόρος, ξιφηφόρος. Gall. *Qui porte épée.* Ital. *Che porta spada.* Germ. Ein schwertträger. Hisp. *I que trae cuchillo ò espada.* Angl. *That beareth a sworde.* ‖ Ovid. 2. *de Arte.*

*Ensifer Orion aspiciendus erit.*

Idem 4. *Fast.*

Entelechia, ἐντελέχεια. Perfectio, vis ex se movens, agitatio, sive energia. Aristoteles animam ita appellavit, *lib.* 2. *de Anima.* Cicero, continuatam quandam & perennem motionem interpretatur 1. *Tusc. quæst.* Quintum genus adhibet vacans nomine, & sic ipsum animum entelechiam appellat novo nomine, quasi quandam continuatam motionem & perennem. Sunt qui *endelechiam* per d scribendum existiment: sed per t, pluribus probatur. Cori. Thius Grammaticus author est, Atticos, ἐντελέχειαν per τ, ἀντὶ τοῦ ἐνδελεχείαν, scribere consuevisse. Idem apud Lucianum in judicio vocalium queritur δ de suis sedibus pulsum à τ, in hac ipsa voce.

Entella, ἡ Ἔντελλα, Siciliæ urbs à Campanis habitata, Carthaginiensium primi belli Punici tempore socia. Stephanus. Vulgò *Castro Vetrano.*

‖ Enterata, ἐξεντερισθέν. Gloss. vide *Exentero.*

Enterocele. ‖ ἐντεροκήλη. Angl. *The disease of bursting when the gutt, te falleth downe in to the coddes.* ‖ Species herniæ, quum intestina decidunt in scrotum: quemadmodum epiplocele, ἐπιπλοκήλη, quum eódem delabitur omentum: hydrocele, ὑδροκήλη, quum in alterum è testibus humor confluit. Omnésque has species, ecstri vocant Hernias, inquit Celsus. Raniceas verò qui sequuntur, Porocele, πηροκήλη, quum ex abscessu aliquo circa scrotum materia subdutuit: Sarcocele, σαρκοκήλη, quum in ipso scroto concrevit caro: Cirsocele, κιρσοκήλη, quum venæ inconvenerunt, runcis testium integris, vel in ipso scroto. Bubonocele, est tumor testiculi ex inflammatione febrem afferens, vel tumor in inguine ex repletione nervi, ex quo testiculus dependet. Est tamen ubi Plin. enterocelam dixerit ramicem, ut in medicinis cupressi.

Enterocelicus, qui enterocela laborat. Plin. *lib.* 26. *cap.* 8. Enterocelicis datur ex aqua, & illinitur vesicæ vitiis.

Enteron, ἔντερον. Latinè intestinum. Hinc quidam exenterare, ἐξεντερίζειν, proviscerare, & intestina detrahere, deduci putant. Vide suo loco.

‖ Entheca, ἐνθήκη, in decretis canonicis eadem penè significatione ponitur quà apotheca, & horreum. ¶ Item enthecæ apud Græcos sunt prædiorum dotes. ¶ Enthecæ appellantur, cùm non instructa leganter, à legatario non præstanda. ¶ Item instrumenta & ferramenta rei agri, quæ tanquam ejus dos sunt. ¶ Entheca etiam est pecunia à mensariis sepositæ, Liboniò: item onus navi impositum. *Lex.* Juridic. ‖

Enthemata, ἐνθέματα, à medicis vocantur quæ vulneribus recentibus imponuntur ad reprimendum sanguinem, & humorum effluxum. ¶ In insitionibus item enthemata vocantur furculi, qui in fissuram trunci inseruntur.

Enthēus, a, um, ἐνθεος, α, ον. Numine divino plenus. Stat. *Syl.* 2.

——— *Hic thyrsos, hinc enthea lauro*
*Tempora Mineæ crinem premit ille corona.*

Enthēātus, a, um: Divino numine afflatus, ut Entheata vatum pectora, apud *Mart. lib.* 6. Entheos & Enthealticos appellat Bud. *in Pandectis.*

Enthūsiāsmus, ἐνθουσιασμός. Est divinus quidam vigor, qualem habent dicta, aut scripta eorum, qui divino numine sunt afflati: ab ἐνθουσιάζω, quod significat Afflor numine.

Enthymēmā, tis, & Enthymematum, i. ἐνθύμημα, ἀπὸ τοῦ ἐνθυμοῦμαι, quod est mente concipere, animadvertere, considerare. Commentum, vel commentationem Quint. interpretatur: quòd mentis actio omnis atque sententia, enthymema nominetur, sicut docet Cic. *in Topic.* inquiens: Ex hoc illa Rhetorum sunt ex contrariis conclusa,

quæ

quæ ipſi enthymemata appellant. Enthymema (inquit Ruſninianus) dicitur quum periodus orationis ex contrariis ſententiis aſtringitur: quale eſt illud Cic. *in Divin.* Tamen his operam tuam pollicere, qui te neque velle ſua cauſa, nec ſi velis, poſſe arbitrantur? Dialecticis enthymema eſt ſyllogiſmus imperfectus, in quo ex unico enuntiato infertur concluſio: ut, Caſtitas virtus eſt, ergo amplectenda. Nam ad perfectionem ſyllogiſmi deeſt prior enuntiatio, quam Majorem vocant, Virtus omnis eſt amplectenda. Juven. *Sat.* 3.

*—— aut curtum ſermone rotato*
*Torqueas enthymema.*

¶ Enthymeſis, cogitatio, commentatio. Tertull.

Entolina, ἐντολίνα, præſcripta, quæ Legati à Principibus ſuis accipiunt, in quibus legationis capita continentur. Gloſſ. Meurſ. ex Luitprando, ab ἐντέλλω mandatum, & ἐντὸν ὄμμα mando.¶

Entŏmă, ὄντμα à Græcis appellantur quæ nos vocamus inſecta, cujuſmodi ſunt muſcæ, crabrones, apes, & ejuſmodi: ratione nominis inde (ut opinor) ducta, quòd pleraque ex iis circa medium ſui inciſa ſunt, adeò ut poſterior pars tenui admodum diſcrimine adhæreat priori.

Entribæ, οἱ Τρίβαλλοι. Populi Thraciæ à Steph. commemorati.

Enŭbo, is. {γαμῶ. Gall. *Eſpouſer un homme, prendre mary.* Ital. *Maritare.* Germ. Mannen / ein man nemmen. Hiſp. *Caſarſe fuera ſu eſtado.* Angl. *To be maried to ſome man.*} à Liv. videtur uſurpatum pro Extra ſuum ordinem nubere: ita enim ait *lib.* 10. *ab Urbe*: Virginiam Auli filiam patritiam plebeio nuptam L. Volumnio cos. matronæ, quòd è patribus enupſiſſet, ſacris arcuerunt. Idem *lib.* 4. *dec.* 1. Nec ducendo è plebe, neque veſtras filias ſororéſque enubere ſinendo è patribus.

Enŭptio. Liv. *lib.* 9. *dec.* 4. ut Hiſpaliæ Fecenniæ datio, diminutio, gratis enuptio, tutoris optio ita eſſet, quaſi ei vir teſtamento dediſſet.

Enŭcleo, as: Aperio & nucleum è calice extraho. Nucleus verò dicitur quod tenerum in nuce includitur. {πυρῆνα ἐκκενῶ ἐξω. Gall. *Eſcorner, mettre hors le noyau, découvrir & mettre en evidence.* Ital. *Aprire, levare il nocciolo della nocce, & l'oſſiga del guſcio.* Germ. Ein nuß euſthun / ein nußkern auß der ſchalen thun. Jtem / erklären. Hiſp. *Abrir ò ſacar el meollo, ò pepita de la fruta.* Angl. *To take the kernell of a nutte out of the ſhell, to declare.*} ¶ Per tranſlationem, enucleare ſignificat declarare, & explanare, σαφηνίζω λόγῳ. Cic. *in Partit.* Nec quicquam in amplificatione nimis enucleandum eſt. Gell. *cap.* 3. *lib.* 7. Tenues & enucleatæ reprehenſiones.

Enūclĕātus, participium. {ἐκκεκενωμένος, διεσαφημένος. Gall. *Eſcorné, & découvert, mis en evidence, declaré.* Ital. *Dichiarato, aperto, manifeſto.* Germ. Erklärt / eröffnet. Hiſp. *Abierto, declarado, manifeſto.* Angl. *Declared, where of the kernell is taken out of the ſhell.*} Cic. *pro Planc.* In quo primum illud debes putare: comitiis, præſertim ædilitiis, ſtudium eſſe populi, non judicium: blanditia illa, non enucleata eſſe ſuffragia. Idem *de Orat.* Genus dicendi acre, acutum, enucleatum.

Enūclĕātè, adverbium, expurgatè, exquiſitè, clarè, ac ſine aſperitate. {διεσαφημένως. Gall. *Clairement, ouvertement.* Ital. *Chiaramente.* Germ. Offentlich / klärlich. Hiſp. *Claramente.* Angl. *Clearlie, openlie.*} Cic. *lib.* 4. *Fuſc.* Habes ea quæ de perturbationibus enucleatè diſputant.

Enūdo, as, are: Nudo. {עָרוֹם *horab.* γυμνόω. Gall. *Dénuer, expoſer.* Ital. *Nudare, ſpogliare.* Germ. Entblössen. Jtem / entklären. Hiſp. *Deſnudar lo veſtido, declarar.* Angl. *To mak naked, to uncover.*} Et per tranſlationem, Exponere, ac veluti intellectui aperire, hoc eſt, interpretari. Cic. 1. *de Leg.* Et rerum plurimarum obſcuras & neceſſarias intelligentias enudavit, quaſi fundamenta quædam ſcientiæ.

Enŭmĕro, as, are: Numero, recenſeo. {סָפַר סִפֵּר תִּסְפֹּר *ſippér, tiſpór, bipkidh.* ἐξαριθμῶ, ψηφίζομαι. Gall. *Dénombrer, nombrer & conter.* Ital. *Numerare.* Germ. Erzehlen. Hiſp. *Contar por numeros.* Angl. *To number, to compte, to reckon.*} Cic. 4. *Verr.* Dixi jam antea, me non omnia iſtius, quæ in hoc genere eſſent, enumeraturum. Colum. *lib.* 8. *cap.* 17. Et ne per ſingulas enumerem ſalſamentorum omnium pargamenta. Propert. *lib.* 2. *Eleg.* 1.

*Enumerat miles vulnera, paſtor oves.*

Terent. *in Adelph.* Jámne enumeraſti quod ad te rediturum putes. Non poteſt peculium enumerari. Plaut. *Aſin. ſc.* 4. *a.* 2.

Enŭmĕrātio, eſt ipſe enumerandi actus. {סְפוֹר *ſephár.* ψηφισμός. Gall. *Dénombrement, nombre & compte.* Ital. *Eſſo annumerare.* Germ. Erzehlung. Hiſp. *Aquella cuenta por numeros.* Angl. *A compting, or reckoning.*} Præterea eſt argumenti genus frequens apud Oratores, quum plurimis rebus expoſitis, & exteris infirmatis, una reliqua neceſſariò confirmatur, hoc pacto: Neceſſe eſt, aut inimicitiarum cauſa ab hoc eſſe occiſum, aut metus, aut ſpei, aut alicujus amici gratia: aut ſi horum nihil eſt, ab hoc non eſſe occiſum. Cic. 1. *de Invent.* Enumeratio eſt per quam res diſperſè & diffuſè dictæ, unum in locum cogantur, & reminiſcendi cauſa unum ſub aſpectum ſubjiciuntur. Idem *pro Cluent.* Verùm quum habeam rem non dubiam, ſed apertam atque manifeſtam, enumeratio ſingulorum argumentorum non eſt neceſſaria. ¶ Eſt etiam enumeratio pars epilogi, quum argumenta aut omnia, aut præcipua per totam orationem ſparſa, in fine reperiuntur, ut altiùs memoriæ inſideant, de qua multa *in Rhetoricis ad Herennium.*

¶ Enundinare, mercari. Tertull.¶

Enūntĭo, as: Eloquor, effero, exprimo, profero, pronuntio, dico, ſignifico. {דָּבַר *dibbér.* הָגָה *higghidh.* הִבִּיעַ *hibbiah.* בָּטָא *bitá.* λέγω φράζω, λαλῶ ἐξαγγέλλω. Gall. *Divulger, reveler, dire, prononcer, proferer.* Ital. *Pronunciare, proferire, parlare, eſprimere.* Germ. Außtrůnden / außſprechen. Hiſp. *Pronunciar, ò declarar.* Angl. *To utter, to pronunce.*} Cic. 1. *de fin.* Graviſſimæ ſunt ad beatè vivendum breviter enuntiatæ ſententiæ. Suetonius *in Tiber. cap.* 71. Enuntiare rem per ambitum verborum. ¶ Ponitur etiam pro ſimplici, Nuntiare, vel è longinquo ſignificare. *Epiſt. ad Atticum, lib.* 1. Coſſinius hic, cui dedi literas, valdè mihi bonus homo, & non levis, & amans cui viſus eſt, & talis qualem eſſe eum tux mihi literæ nuntiarant. ¶ Elegantiſſimus præterea hujus verbi uſus eſt, pro Divulgare, & quod arcanum erat, retegere: ut, Enuntiare adverſariis amicorum conſilia. Idem *pro Roſcio Amerino*, Enuntiare myſteria dicendi. Idem 1. *de Orat.* Enuntiare conſilia quid? Quintilianus *declamat.* 272.

Enūntĭātus, part. {מְפוֹרָשׁ *medhubbár.* מְבֹאָר *meburár.* ἀναγεγραμμένος. Gall. *Proferé, prononcé.* Ital. *Proferito, pronunciato.* Germ. Geſagt / außgeſprochen. Hiſp. *Pronunciado, declarado.* Angl. *Uttered, pronounced.*} Quint. *lib.* 2. *cap.* 5. Sermo rectus, & ſecundùm naturam enuntiatus.

Enūntĭātum, i: Oratio perfecta, verum, aut falſum ſignificans, effatum, pronuntiatum, enunciatio. {אֲרֻשָׁה *arúſcheth.* ἀξίωμα. Gall. *Vne propoſition.* Ital. *Propoſitione.* Germ. Ein vollkommer beherter ſpruch der etwas beſtätigt oder verneint. Hiſp. *Propoſicion.* Angl. *Annunciation.*} Noſtræ ætatis Dialectici propoſitionem vocant. Cicero *de Fato*, Nec ſi omne enuntiatum aut verum eſt, aut falſum, ſequitur illicò cauſas eſſe immutabiles.

Enūntĭātīvus, a, um. {ἀποφαντικός, ἀξιωματικός. Gall. *Declaratif.* Ital. *Dichiarative.* Germ. Das jemandem wob außzulegen iſt. Hiſp. *Coſa que denuncia ò declara.* Angl. *Declarative.*} Senec. *epiſt.* 118. Sequuntur deinde motus animorum, enuntiativi corporum. *Ibid.* Aliquid eſt enuntiativum de corpore, quod alii effatum dicunt, alii enuntiatum, alii edictum.

Enūntĭātivè, vel enarrativè deduci dicitur, quum ſimiliter aliqua res ſine myſterio, ſine momento deducitur, ut quum dico: Peto à Titio, qui eſt hæres Seii. Iſta verba, Qui eſt hæres, enunciativa ſunt. Unde etiamſi non eſt hæres Seii, tamen procedit libellus. Caſus eſt, ut aiunt, in terminis in *l. qua familia*, quem textum ut ſingularem, ſecundùm præceptorem meum D. Zaſium, omnes Doctores exclamant, *ff. famil. erciſcund.* Diſpoſitivè autem narrata, vim habent & obligandi & diſponendi cauſam, adeò ut ea quæ medullas reſpiciunt, mutari emendative nequeant, maximè ſi pro reo faciant. Per text. elegantem *in l. cum precum, C. de lib. cauſ.*

Enūntĭātio, nis. Enuntiatum, effatum, pronuntiatum. {אֲרֻשָׁה *arúſcheth.* ἀξίωμα.} Cic. *de Fato*, Omnis enuntiatio (quod ἀξίωμα Dialectici appellant) aut vera, aut falſa eſt. *Ibid.* Explicanda vis, ratióque enuntiationum, quas Græci ἀξιώματα vocant.

Enūntĭātrix, icis, fœm. gen. {מְפוֹרֶרֶת *medhabberáh.* ἀποφαντικόν, ἀποφαντικὴ.} Quintil. *lib.* 2. *cap.* 15. Ars inventrix, & judicatrix, & enuntiatrix.

Enūtrĭo, is: Nutrio, alo, ſuſtento. {גָּדַל כִּלְכֵּל *ghiddél, chilchél.* τρέφω. Gall. *Nourrir & elever entierement.* Ital. *Nutrire.* Germ. Ernehren / auffziehen. Hiſp. *Criar.* Angl. *To nourish, to bring up.*} Plin. *lib.* 12. *cap.* 1. Tantum poſtea honoris increvit, ut mero infuſo enutriantur. De platano. Col. *lib.* 3. *cap.* 3. Deinde ſata non ita enutriunt, ut antè convaleſcant ac proſiliant, quàm terreſcant.

Enyalius, ἐνυάλιος. Unum eſt ex Martis cognominibus, teſte Macrobio *lib.* 1. *Saturn. cap.* 19. qui Enyalius dicitur, quaſi ἐνὼς ἰών, hoc eſt, Bellonæ filius. Accipitur & pro bellicoſo.

Enyo, ἐνυώ. Bellona dea, bellorum præſes: quanquam etiam figuratè pro ipſo bello, ſive prælio accipitur. Mart. *lib.* 1.

*Nec te decipiat ratibus navalis Enyo:*

hoc eſt, prælium navale.

## EO

Eo is, ivi, itum, notæ ſignificationis eſt. {הָלַךְ *halách.* πορεύομαι, ἔρχομαι. Gall. *Aller.* Ital. *Andare.* Germ. Gehen. Hiſp. *Ir, andar.* Angl. *To go, to walk.*} Ire, redire, contraria. Mart. *lib.* 6.

*Et Capitolinas itque reditque vias.*

Ovid. *epiſt.* 10.

*Anxius huc illuc diſſimulanter eo.*

¶ Interdum ſignificat Venire, ἀφίκνεομαι. Terent. *in Adelph.* Quæſo ut unà mecum ad matrem virginis eas. ¶ Ire pedibus. Plaut. *Stich.* Nam pedibus ire non queo. ¶ Ire in ſententiam pedibus, eſt alterius ſententiæ, non verbo, ſed corpore accedere, ποδηγετεῖν. Liv. *lib.* 7. *ad Urbe*, Qui hoc ſenſeritis, in dexteram partem pedibus tranſite: quæ major pars erit, eo ſtabitur conſilio. Deinde frequentes omnes in dexteram pedibus tranſierunt. Hæc ratio inventa eſt, quòd nonnunquam longum eſſet audire ſingulos, in magno præſertim Senatorum, vel Judicum conſeſſu. Quum igitur dux trevſve ſententiæ dictæ erant ab iis qui primi rogabantur, reliqui in illorum, cum quibus ſentiebant, ſedilia tranſibant, ut res expediciores fierent. Aliquando ne pedibus quidem præ multitudine ad ſententiam ire poterant, ideóque manu ſententiam ſignificabant. Quod Quintil. intelligit, ubi ait, Manibus pedibúſque imus in ſententiam neceſſitatis. ¶ Huic contrarium eſt, Ire in alia omnia, hoc eſt ab authore ſententiæ alicujus diſſentire, & in aliorum ſententiam diſcedere. Cic. *Lentul. lib.* 1. *Epiſt.* Quatenus de religione dicebat, ei rei quia obſiſti non poterat, Bibulo aſſenſum eſt: de tribus legatis frequentes ierunt in alia omnia. ¶ Navibus inſtructis ire. Virg. 2. *Æneid.*

*Et jam Argiva phalanx inſtructis navibus ibat.*

Cic. *Attic. lib.* 10. Navigio iſſe te iterum trans mare, credere non poſſum. ¶ Ire rectis ſenſibus. Idem 13. *Philipp.* Si me rectis ſenſibus euntem dii immortales, ut ſpero, adjuverint. ¶ Ire inficias, negare. Terent. *in Adelph.* Hoc reliquum eſt, ſi inficias ibit, teſtis mecum eſt anulus, quem amiſerat. ¶ Ire in aciem, pro militare. Quintilian. *lib.* 9. *cap.* 2. Qui aliquando fortiter fecerat, & alio bello petierat, ut militia vacaret ex lege, quòd quinquagenarius eſſet, adverſatore filio, ire in aciem coactus, deſeruit. ¶ Ire in articulum dicitur ſeges, quum nodos, veluti articulos quoſdam acquirit. Plin. *lib.* 18. *cap.* 17. Si in articulum ſeges ire cœperit. ¶ It dies, pro præterit, & elabitur. Plaut. *Rud.* Verba facimus, it dies. ¶ Ire res, pro Succedit. Cic. *Attic. lib.* 14. Incipit res melius ire, quàm putaram. Ire in conſilium judices dicuntur, quum aut capita conferunt, aut in interiore conſilio inſtrumenta litis perconſere aggrediuntur, quum proceſſus eſſe ſuper borellum dicitur, id eſt in medium poſitus. Idem *pro Cluent.* Io conſilium ituri judices triginta duo, ſententiis decem & ſex abſolutio confici poterat: Buæus. Ire per. Ovid. 14. *Met.* *—— fatu eſt inamabile regnum*

*Aſperiſſe ſenos, Styga los ſenos iſſe per annos.*

Eunt depressum, pro Deprimunt. Plaut. *Cist.* Frigidam subdolè suffundunt, viris cum suis nos solere prædicant. Suas pellices esse aiunt, eunt depressum, quia nos sumus libertinæ.

*Vastatum fines iverat Assyrios.*

Catull. *de com. Beren.* Quid ego de te merui mali, quamobrem me meósque perditum ires liberos? Plaut. *Aul. sc.10. a.4.* I hac intrò mecum. *Ibid. sc.5. a.4.* I, gladium affer. Idem *Pseud. sc.3. a.1.* Janitorem clamat, si videt quem ire ad se calcitronem: i. venire. Idem *Asin. sc.3. a.1.* In jus te voco. L. Non eo. *Ibid. sc.4. a.2.* Ambula in jus. T. Non eo. Idem *Curc. sc.2. a.3.* Ibat, putatur ratio cum argentario. Idem *Aul. sc.5 a.3.* Eas in maximam malam crucem. C. Ire te melius est intrò. Idem *Men. sc.2. a.2.* Ad fratrem quò ire duxeram, mos ivero. Idem *Capt. sc.2. a.2.* Abduce istum in crucem. P. Iste ibit potiùs (i. abducetur.) Idem *Curc. sc.3. a. 5.* Nemo ire quenquam publica prohibet via. *Ibid. sc.1. a.1.*

*Effare tacitum ne mihi funus eat.*

Ovid. *Eleg.1. lib.5. Trist.* Rogitanti me servo quò eam? Dico me ire quò fatum solent. Plaut. *Curc. sc.3. a.2.*

*Ire foras excubiis, & se committere nulli.*

Ovid. 12. *Metam.* ¶ Ire in amplexus, vide *Amplexus.* Ire in corpus, vide *Corpus,* Ire visere, vide *Viso.* Ire sub amplexus, vide *Amplexus.* Item, mæ noctes, quas instructum ornatumque illi: i. cupivisti, voluisti. Gell. *cap 6. li .14.* (bis, *in fine, & principio dicti cap.*)

*Nec mihi parva fides annos hinc esse priores* (i. cœpisse.)

Ovid. 3. *Fast.*

*Dixit & in litem studio certaminis isset.*

Idem 6. *Fast.*

——— *Furiis incelsus isse pudet.*

*Ibidem.* Ire in tabem, Senec. *cap.12. de consol. ad Marc.* Te in orbem ista tempestas, *ibid. cap.15.* Ire in rixam, Quintil. Nunc abi, i rus. Plaut. *Most. sc. 3. a. 3.* Ire vestigia alicujus, Senec. *de consol. ad Polyb. cap.17.* Ultum ire secleta, Quintil. Nunc ibo domum, & ibo in tabernam, Plaut. *Men. sc....* Ire per plures discipulos unus præceptor potest. Quint. Ire per omnes affectus. Idem. Ire per disciplinas, vel circa eas hærere. Idem *cap.13. lib.1.* Ire per singulas partes. Idem. Ire per singula. Idem. Eat omnis inter luctus dies, Senec. *cap.6. de consol. ad Marc.* Eunt vi sua fata, *ibid. cap.20.* Ire per totas materias, Quint.

——— *Nepotes*

*Per tua pérque tui fata parentis eunt.*

Ovid. *Eleg.1. lib.2. Trist.*

*Nostra per immensum ibunt præconia mensum.*

*Ibid. Eleg. 9. lib. 4.* Ire per omnes species. Quint. *cap. 5. lib.2.* Eat nunc (insultantis & cum contemptu loquentis.) Sueton. *in Neron. cap.35.*

*Nube solet pulsa candidus ire dies* (i. redire.)

Ovid. *Eleg.1. lib.1. Trist.* Ite puræ virgo. Plaut. *Curc. sc.2. a.4.* Cùm i dormitum follem obstringit ob gulam. Idem *Aul. sc.1. a.2.* Si opulentus it pretium pauperioris gratiam. *Ibidem. sc.4. a.1.* Eunt obviam, gratulantur (pro veniunt.) Idem *Capt. sc.2. a.1.* Ite sedatum sitim (i. venit.) Idem *Curc. sc.2. a.1.* Ite, ut decet dominum, ante me ite inanis. Idem *sc.3. a.2.* Eunt ad te hostes (id est, aggrediuntur.) Idem *Capt. sc.4. a.3.* Ubi estis vos? ite actutùm. *Ibidem sc.1. a.3.* Benè ego ab hoc prædatus ibo. Idem *Pseud. sc.7. a.4.* Illa aliò ibit (de scorto.) C. Pacem ab Æsculapio petas. C. Ibo, atque orabo. Idem *Curc. sc.2. a.1.* Ibat in vigiliam miles. Idem *Pseud sc.7. a.4.* Ite hac triumphi ad cantharum rectà via. *Ibidem.* Jam issem ad forum (i. pervenissem.) *Ibid.* Ite licebit tibi tempori, *ibid.* ¶ Ire agere, conjunctim à Jurisconsultis dicitur, pro disjunctim. Aliud enim est ire, aliud agere. Ire hominis est: agere, jumenti. Qui actum habet, iter habet, non contrà. Ergo ire agere semper conjunguntur, ut tres servitutes compendio sermonis comprehendantur. Iter, via, & actus. Nam sub verbo agere, tacitè quoque vehere comprehenditur. Hæc ex Hotomano. ¶ Hoc verbum, præter naturam aliorum verborum quartæ conjugationis, facit futurum in *bo*: ut, Eo, ibo, quemadmodum & queo, quibo. Invenitur tamen etiam nonnunquam Eam, ut apud Terent. *Eunuch.* Quid igitur faciam? non eam ne nunc quidem quum accersor ultrò? ¶ Composita ab Eo, is, quamvis simplex sit neutrum, aliqua tamen sunt activa, ut Adeo, adeor: obeo, obeor, intereo, intereor: subeo, subeor. Juvenal.

——— *quod si subeuntur prospera castra.*

Claud. *Quadrig.* Pugna acriter commissa, ac multis utrinque interitis. Virg. *lib.10.*

*Morte obita, quales fama est volitare figuras.*

¶ Componitur Eo cum ab: ut, abeo: ad, adeo: am, ambio, in quo b interponitur euphoniæ causa, & vertitur in i: ante, anteeo: circum, circumeo: con, coëo, in quo abjicitur o: contrà, contraeo: ex, exeo: in, ineo: inter, intereo: intro, introeo: ob, obeo: per, pereo: pro, prodeo, in quo d, interponitur sonoritatis gratia: præ, præeo, de quo latiùs suo loco: præter, præterco: re, redeo: sub, subeo: super, superbio, ubi interponitur b, & e mutatur in i: trans, transeo: venum, veneo. ¶ A supino itum, itu, fit itus, us, & itio. ‖ הלך *hêlech.* πορεία. Gall. *Allée, voyage.* Ital. *Andamento, gita, camino.* Germ. Das gehen/ gang. Hisp. *Obra de andar, andadura.* Angl. *A going or walking.* ‖ Cic. *Attic, lib.15.* Quis porrò noster itus, reditus, vultus, incessus inter istos? Suet. *in Tib. cap. 38.* Ad extremum vota pro itu & reditu suo suscipi passus, ut vulgò jam per iocum Callipedes vocaretur. Ter. *Phorm.* Hæccine erant itiones crebræ, & mansiones diutinæ. Lemni? Cic. *Attic.* De obviam itione ita faciam ut suades. Itum est ad arma, Velleius.

Ītŭr, impersonale. Terent. *in Andr.* Ea quoniam nemini obtundi potest, itur ad me.

Ītĭo, nis, verbale. Cic. *de Divin.* Sed Rhodiorum classi propinquum reditum, ac domum itionem dari. Idem *ad Attic.* De obviam itione faciam ut suades.

Ĭtŭs, us, idem quod itio. Cic. *ad Attic.* Quis porrò noster itus, reditus, vultus, incessus inter istos? Varr. *ling. Lat.4.* Iter ab itu appellatum est. Item Titinius poëta, apud Nonium *lib.2.*

*Itum, gestum, amictum qui videbant eum.*

Ĭto, as, frequentativum: frequenter eo. ‖ πορεύω, ῶ: πολλὰ πορεύομαι. Gall. *Aller souvent.* Ital. *Andar sovente.* Germ. Offt vnd emhing gehen. Hisp. *Andar muchas vezes.* Angl. *To go often.* ‖ Plaut. *Most. sc.2. a.1.* Ad legionem cum itant. Idem *Men. sc.7. a.5.* Expetit me filia ad lese ut iverim. Sic legit Passer. Itare ad cœnam, Gell. *c.24. lib.2.* Suet. *de clar. Rhet.* Majores nostri quæ liberos suos discere, & quos in ludos itare vellent, instituerunt. Gell. *cap.6. lib.6.* Itare ad Grammaticos. Idem *cap.11. lib.15.*

Eò, pro tantò: sicut & quò, pro quantò ponitur. πόσῳ. ut, Eò magis, quo magis. Salust. *in præmio Catil.* Statuæ res gestas populi Romani carptim, ut quæque memoriæ dignæ videbantur, perscribere, eóque magis, quod mihi a spe, metu, partibus Reip. animus liber erat. Non mihi ipsi credis. R. Eò sit, quia mihi ipse plurimùm credo. Plaut. *Amphitr.* Non eò quin cuptam quæ velis. Idem *Asin. sc.1. a.3.* Id eò dico, ne me thesaurum reperisse censeas. Idem *Aul. sc.4. a.1.* Id eò fit, quia hic leno ægrotus incubat. Idem *Curc. sc.1. a.1.* Eò, interdum pro ad eum locum. Catull. *de com. Beren.*

——— *Eò famulum legarat.*

¶ Quandoque ponitur pro ideò, vel propterea, ἐπὶ τοῦτῳ. Terent. *in Eunuch.* Eone es ferox, quia habes imperium in belluas? *Ibid.* Eò ad eam non admissa sum. ¶ Aliquando significat usque illuc. *Liv.2.* Ipsa vestigia quærentem dominum eò deductura erant. ¶ Aliquando significat ad id, vel usque ad id, ἐπὶ τοσοῦτο: ut apud eundem *in præmio operis.* Quæ ab exiguis profecta initiis, eò crevit, ut jam magnitudine laboret sua. Sed dicimus, Eò magnitudinis, quod est, Ad eam magnitudinem. Eò sapientiæ devenit, id est, ad eam sapientiam. ἐπὶ τοσοῦτον. ¶ Eò, pro ad id, ut hoc eò spectat, eò pertinet. Gell. *lib.8. cap.11.* Multùm autem eò confert & corporis & nervorum habitus. ¶ Eousque, in tantum, ἐπὶ τοσοῦτο. Valer. Max. *lib.1.* Natam vitam eousque crevisse, donec cunctas dominationis suæ partes inumbraret.

Eŏdem. Plaut. *Curc. sc.2. act.4.* Eódem vos pono (i. Ibidem, vel eodem loco & numero.) ¶ Eopte, *ibid. sc.3. a.3.* Eopte illo infortunio (aliàs *Eoppe.*)

‖ Eolus, varius. Gloss. intellige αἰόλος. ‖

Ēōs. ‖ שחר *schâchar.* ἠώς. Gall. *Aurore, le point du jour, l'aube du jour.* Ital. *L'aurora.* Germ. Morgenröte/ der herbrechend tag. Hisp. *Alva.* Angl. *The break of the day.* ‖ Priori longa, à Græcis vocatur, quam nos dicimus Autoram. Ovid. 3. *Fast.*

*Tres ubi lucifero vexerit ales Eos.*

Idem 4. *Fast.*

*Proxima victricem cum Remum inspexeris Eos.*

Ēōus, um. ‖ ἑῷος. Gall. *Oriental, d'Orient.* Ital. *Orientale.* Germ. Das zu dem morgen gehört / morgentlich. Hisp. *De Oriente.* Angl. *East.* ‖ Adjectivum est idem significans quod Orientalis, habetque primam ŏ illabam indifferentem: quanquam sæpiùs producitur. Derivatur enim ab ὠὸς, dictione Græca, quæ illis autoram significat: quæ quamvis frequentiùs per *s* scribatur, inventus tamen quandoque scripta per *t*. Productionis exempla nusquam non occurrunt. Reliquum est ut aliquot exemplis doceamus posse breviari. Lucan. *lib.5.*

*Aut Arabum portus meroës mutasse Eoas.*

Idem,

*Claudimus Hesperiæ gentes, aperimus Eum.*

Propert. *lib.2.*

*Sive illam Hesperius, sive illam ostendat Eous.*

Virg. 2. *Æneid.*

*Conspicuunt Zephyróque, Notóque, & lætus Eois*
*Eurus equis.*

Ovid. 2. *Amorum.*

*Gallus & Hesperiis, & Gallus notus Eois.*

Idem *Eleg.9. lib.4. Trist.*

*Testis & Hesperiæ vocis Eous erit.*

ēōŭs, substantivum, ἑῷος, prima vocali per ŏ, unde primam syllabam corripit. Unus ex equis Solis. Ovid. 2. *Met.* Vide *Æthon.*

ēōŭsquĕ, vide *Eo.*

## E P

Ēpăcrĭă, ἐπάκρια, Attici agri oppidum, unum ex illis quæ à Cecrope in civitatis formam sunt redacta. Author Steph.

‖ Epactæ, ἐπακταί, sc. ἡμέραι, intercalares dies.

Epactra, piscatorum remigia. Rh. Bayf.

Epactres, piscatores. Idem. ‖

Epāgo, nis, ἐπάγω. Artemo navis, five trochlea qua funes ductarii, & cætera navis armamenta explicantur: quâque majora onera ex portu in navem attollantur. Vitruvius Ergatas videtur appellasse.

Epāgōgē, es, ἐπαγωγή. Argumentationis genus ex concessis sensim laqueos tenens ad intercipiendum eum, qui se semel interrogandum præbuit aliis atque aliis percontationibus sese mutuò excipientibus. Vide Commentaria Badæi.

Epagris ἐπαγρίς, insula una ex Cycladibus, quæ notiore nomine Andros appellatur, teste Plin. *lib.4. cap.12.*

‖ Epaïcla, vel epæclia, ἐπαίκλια, vel ἐπικλία, vel ἐπαίκλεια, aut ἐπαίκλιον, bellaria, quæ à cœna apponuntur, ab ἐπὶ post, & κλίνη, quod est Ἀρχαϊκῶς vox Dorica.

Epāmĭnōndas, ἐπαμινώνδας. Nobilis Thebanus, Polymni filius, singulari modestia, prudentia, & gravitate præditus, rei militaris peritus, manu strenuus, animo maximus: adeò autem amans veritatis, ut ne ioco quidem mentiretur. Adhæc, multiplici artium cognitione eximius fuit. Nam & fidibus novit, & ad earum sonum accinere: qua in re præceptorem habuit Dionysium. Tibiarum autem artem ab Olympiodoro hausit, quemadmodum saltationem à Calliphrone. In Philosophia verò Lysin Pythagoræo operam dedit. Hic quum apud Leuctram Lacedæmonios plaga pestifera adeò affecisset, ut ex eo tempore Lacedæmoniorum opes corruerint, & principatum Græciæ amissum ultra reparare nequiverint, dicere solebat, orbum se, non tamen sine liberis mori, & ex se natam relinquere pugnam Leuctricam. Hic post clarissima facinora edita, extremo tempore apud Mantineam, cùm acie instructa, & ducis optimi, & militis fortissimi officio

officio fungitur, ſpato, agreſti telo, percuſſus ictu mortifero, relatúſque in caſtra ſemianimis, requiſivit à circunſtantibus, ſalvúſne eſſet clypeus: quum ſalvum eſſe fientes ſui reſpondiſſent, allatum, veluti ſocium laborum gloriæque oſculatus eſt. Iterum quæſivit, eſſéntne fuſi hoſtes? quum id quoque, ut cupiebat, audiviſſet, evelli tum denique ſpiculum juſſit: atque ita multo ſanguine profuſo, in lætitia & in victoria mortuus eſt. Cujus morte Thebanorum vires ita hebetatæ ſunt, ut non tam illum amiſiſſe, quàm cum illo interiiſſe omnes viderentur. Nam ante Epaminoondam Thebani alieno imperio paruerunt, & poſt interitum ejuſdem in ſervitutem priſtinam revolvi ſunt: ut manifeſtum ſit, gloriam Thebanam cum illo natam, & cum illo extinctam fuiſſe. Vide Xenophontem *lib. ult. rerum Græcarum.*

Epănădiplōsis, ἐπαναδίπλωσις. Figura eſt, quæ fit quum eadem dictione verſus clauditur à qua exordium ſumpſit. Virg. 1. *Æneid.*

*Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa.*

Epănălēpsis, ἐπανάληψις, eſt repititio ſententiæ, ut iterum audita alciùs inſideat auditoribus. Cic. *pro Rab.* Libenter ſi eſſet integrum, profiterer idem, Saturninum C. Rabirii manu interfectum. Nihil me iſte clamor commovet. Et deinde ſubdit: Libenter, inquam, profiterer, &c.

Epănăphŏrā, ἐπαναφορὰ. Latinè, repetitio: figura eſt, quum ab eadem dictione plures ſententiæ inchoantur: qualis eſt apud Virgilium *in Gallo*,

*Hic gelidi fontes, hic molle prata Lycori.*
*Hic nemus, hic ipſo tecum conſumerer ævo.*

‖ Epanaſtrophe, ἐπαναστροφὴ, reverſio eſt, quum recto ordine reſtituimus ſententiam.

Epancōnſmos, ἐπανακοίμησις, q.d. incubitatio. ‖

Epănŏdŏs, ἐπάνοδος. Schema eſt λέξεως: quum ad id regredimur, unde ſemel diſceſſimus: ut Principatus bonus, non autem qui in tyrannidem commutatur.

‖ Epaonum, *Beſme*, ſive *Peſme*, in Comitatu Burgundiæ, ubi Concilium eſt celebratum ſub Sigiſmundo Burgundiæ Rege. ‖

Epăphrŏdītŏs, ἐπαφρόδιτος, Grammaticus, patria Chæroneus, Archiæ Grammatici alumnus, & diſcipulus, quem Modeſtus Ægypti Præfes ſibi coëmit, cuique filium Pitelinum idem in diſciplinam tradidit, quem ille Romæ inſtituit ſub Nerone. Mortuus eſt hydropiſi. Reliqua vide apud Suidam.

Epăphŭs, ἔπαφος, Jovis filius ex Io, qui Memphim in Ægypto condidit. Ovid. 1. *Metam.* Poſtquam fabulam Ûs in vaccam converſæ recitavit, ſubdit:

*Hinc Epaphus magni genitus de ſemine tandem*
*Creditur eſſe Jovis.*

‖ Epar, vide *Hepar.* ‖

Epărchīă. { שלטון *ſehilton.* ἐπαρχία. } à Græcis dicitur, quam Latini provinciam, ſive præfecturam appellant: unde,

Eparchus, ἔπαρχος, præſes, præfectus, ab ἄρχω, impero. ¶ Erat Eparchi dignitas apud Græcos Imperatores media inter magnum pappum, & magnum deumgarium biglæ. Gloſſ. Meurſ.

Eparchiotes, ἐπαρχιώτης, provincialis. ‖

Eparitæ, ἐπάρειται, populi Arcadiæ, quorum civitas Eparis dici debebat: non reperitur tamen id nomen. Steph.

Epĕctăsis, ἐπέκτασις, dici poteſt protractio: figura, qua in medio dictionis litera, vel ſyllaba interponitur: ut, Induperator, pro Imperator. A verbo Græco ἐπιτείνω, quod eſt porrigo, vel ulteriùs extendo.

‖ Epenſare, expenſum ferre in rationibus facilitandis. Bud. ‖

Epenthēsis, ἐπένθεσις. Interpoſitio literæ, vel ſyllabæ ad medium dictionis, ut longior fiat numero ſyllabarum, vel temporum. A verbo Græco ἐπιτίθημι, quod eſt interſerere: ut, Relligio, pro religio: alituum pro alitum.

Epēŭs, ἐπειὸς, nomen proprium Endymionis filii, & Pæonis fratris, qui primus in muralibus machinis equum reperit, qui & aries dicitur. Plin. *lib. 7. cap. 56.* quæ res locum fecit fabulæ, Epeum fabricatorem fuiſſe equi lignei quo Troia prodita eſt. Epeo timidior, Ἐπειὸ δειλότερος, de magnoperè pavido dicebatur: ab Epeo quopiam ductum, notæ timiditatis homine.

Epēi, ἔπειοι. Populi in occidentali ora Peloponneſi, alio nomine Eli dicti, teſte Plin. *lib. 4. cap. 5.* Cujus ſententiæ etiam Stephan. ſubſcribit. Homerus tamen in Catalogo navium Epeorum urbem diverſam facit ab Helide, quam videtur Epeorum juri ſubjicere. Vide Strab. *lib. 8.*

‖ Epexegeſis, ἐπεξήγησις, enarratio, quum aliquid brevius, aut obſcuriùs dictum, addita explicatione inſuper dilucidamus.

Epha מדה, menſura quædam.

Epharmoſis, ἐφαρμογὴ, adaptatio, ſpecies computationis. ‖

Ephēbŭs, Pubes. { נער *naar.* עלם *Helem.* ἔφηβος. Gall. *Jeune jouvencau, à qui commence à venir la barbe.* Ital. *Giovanetto di prima barba.* Germ. Ein iungling oder vierzehen iaren / dem der erſte bart / anfacht zuwaſchen. Hisp. *Ioven, moço deſbarbado.* Angl. *A ſtripling of xuyntene.* } ex ἐπὶ, & ἥβη, pubertas. Juven.

*Armenini Zetides emiſſa navigatur ephebus.*

Terent. *in Andr.* Nam is poſtquam exceſſit ex ephebis, Soſia, liberiùs vivendi fuit poteſtas, id eſt, poſtquam exceſſit ex ea ætate, qua pubem primò emiſit. Cicer. 1. *de nat. deor.* Athenis quum eſſem è gregibus epheborum, vix ſinguli reperiebantur. Suet. *in Aug. c. 98.* ſpectavit aſſiduè exercentes Ephebos.

Ephēbīă, Pubertas. { נעורים *neũrim*, עלומים *halumim.* ἐφηβία. Gall. *Adoleſcence.* Ital. *Gioventù che commencia d'anni quindici.* Germ. Das alter der angehenden iugent. Hisp. *Mocedad.* Angl. *Stryplinge age.* } Prima ætas adoleſcentiæ, & extrema pueritiæ, tradit Donatus. Cenſorinus *de die natali, cap. 5.* ita diſtinguit, ut decimo quinto ætatis anno, quam primùm pueritiam egreſſi ſumus, dicamur μειράκιοι, hoc eſt, futuri ephebi: decimoſexto ἔφηβοι: decimoſeptimo ἐξέφηβοι, quaſi ephebiam egreſſi.

Ephēbīum, { ἐφήβειον. Gall. *Le lieu où les adoleſcens s'exerçoient.* Ita. *Luoco deve s'eſſercitauano i giouani.* Ger. Das ort oder der platz an dem ſich die iugent übt. Hisp. *Lugar donde ſe exercitan los moços.*



Anat. *A place to yongemente play or exercise game in.* } Dictus palæſtræ locus, in quo ephebi exercentur: de quo Vitruv. *lib. 8.* ſic inquit, In duplici porticu collocentur hæc membra, ephebium in medio: hoc autem eſt exedra ampliſſima, &c.

‖ Ephectici, Philoſophi qui de rebus dubitant, *Sceptici* dicti, cunctatores, hæſitatores, nil deliberantes. Suid. Bud. ‖

Ephĕdrā, æ, ἐφέδρα, Dioſcoridi. Herba eſt aliis nominibus *cauros*, & *anabaſis* appellata. Naſcitur ventoſo fere tractu, ſcandens arbores, & ex ramis propendens, folio nullo, cirris numeroſis, qui ſunt juncí geniculati. Hæc Plin. *lib. 26. cap. 13.* Hac multerculæ utuntur ad vaſa lignea emundanda, pectinſumque opifices ad buxi ſcabritiem expoliendam, vulgò *Prelam* vocant.

Ephĕgēsis, ἐφήγησις. Cauſæ, vel judicii genus, quum accuſabatur is, cui regione aliqua interdictum erat, ut exuli, aut homicidæ.

Ephēlis, ἐφηλὶς. Tuberculum, ſeu aſpredo cutis in facie, ex ardore Solis prognata.

Ephĕmĕrā, ſive Ephemeros, ἐφήμερος. Febris eſt unius diei, quam & Latini Diariam appellant, eo quòd diei unius (quantum in ipſa eſt) ſpatio terminetur.

Ephēmĕrĭs, idis. Liber, ſeu commentarius in quem quotidiana acta referuntur. { ἐφημερὶς. Gall. *Regiſtre & papier journal.* Ital. *Giornale, regiſtro.* Germ. Ein denckbüchlin in welchen tägliche handlungen verzeichnet werden. Hisp. *Hiſteria que procede de dia en dia.* Angl. *A regiſter, reckening book wherein thinges daylie done be written.* } Liber in quo res geſtæ per ſingulos dies ſcribuntur: Latinè Acta diurna & Diarium dicitur, ab ἡμέρα, & ἔφημι, dies. Mos fuit Romanis ut ſingulis diebus rerum ſuarum tabulam conficerent: unde Juvenalis accipit pro libro in quo diurnales divinationes erant.

*In cujus manibus, cum pinguia ſuccina, tritus*
*Cornis ephemeridas.*

Propertius pro libro fœneratoris ſumpſit, in quo ſummas pecuniæ mutuaticiæ fœneratitiæque perſcribit, rationculam per ſingulos dies expenſi acceptique ſubducit, & luera damnáque comparat.

*Me miſerum, his aliquis rationem ſcribit avari,*
*Et ponit duras inter ephemeridas.*

Cicero *pro Quintio*, Diſcedens in memoriam rediit Quintius, quo die Roma in Galliam profectus ſit: ad ephemeridem revertitur, invenitur dies profectionis. Calendarium à Seneca dicitur: Adverſaria à Cicerone. Vide *Adverſaria.* Ephemeris, quid, & quomodo Latinè? vide apud Gell. *cap. 18. lib. 5.*

‖ Ephemerus, a, um, ἐφήμερος, a, on, diarius, diem durans. Hinc ephemera febris, ἐφήμερος πυρετός. ‖

Ephēmĕrōn, ἐφήμερον. Animal naſcens apud Hypanim fluvium, qui influit in Boſphorum, eodem quo naſcitur die interens. Ariſtot. *lib. 5. hiſt. animal.* ¶ Hinc natum adagium, Ephemeri vita, ἐφημέρου ζωή, de iis qui ſtatim emoriuntur, aut pereunt.

Ephēmĕrōn, ἐφήμερον. Duarum herbarum nomen eſt Dioſcoridi, quarum alteri folia tribuit lilii, ſed tenuiora, caulem parem, florem candidum, amarum, ſenſen molle, radicem unam digitali craſſitudine, odore non injucundo: traditque in locis præcipue opacis naſci. Hæc hodie herba eſſe creditur, quæ floſculos candidos gignit, gratiſſimi odoris, quos vulgus *Lilia convallium* appellat. Dictum autem ephemeron putatur, quòd florem habeat fugaciſſimum, & qui unico die marceſcat. ¶ Alterum ephemeri genus ab eodem Colchicum appellatur, à quibuſdam etiam bulbus agreſtis: ſub Autumni exitum florem fundens croceo ſimilem, folia habens pinguiora quàm bulbus, caulem ſemipedalem, ſemen rufum, radicem ex nigra rufeſcentem, quæ deſquamata intus albicet, ſuccúmque lacteum fundat. Vulgus *Caninecam* vocat, quòd guſtatum canes enecet. Quinetiam homines, bulbi ſimilitudine more fungorum ſtrangulat. Unde etiam ephemeron appellatum exiſtimant, quòd die uno perimat.

Epheſiades, vide *Phaſiades.*

Ephĕstĭi, ἐφέστιοι, à Græcis dii appellantur, qui à nobis Penates, & Lares, quòd aris & focis præſidere putarentur. Appellatione enim ἑστίας, Græci focum, ſeu larem intelligunt.

Ephĕstĭs, idis, ἐφεστὶς, veſtis quæ ſupra aſtus indui ſolet. Bayfius putat eandem fuiſſe, quam Romani paludamentum appellarunt.

Ephĕsŭs, { ἔφεσος vulgò. Germ. Zogſtte o Epheſo. } Urbs Ioniæ, celeberrimo Dianæ templo clara, ab Amazonibus condita. Hoc templum ducentis viginti annis à tota Aſia factum fuit, in ſolo paluſtri, ne tetræ motus ſentiret. Ineo centum viginti ſeptem columnæ fuerunt, ſingulæ à ſingulis regibus factæ, ſexaginta pedum altitudine, inter quas ſtiginta ſex exſtatæ fuerunt mito artificio. Hoc templum impenſa non facilè æſtimanda ab Heroſtrato quodam (qui hac potiſſimùm via ſui nominis immortalitatem venabatur) incenſum totum conflagravit, eadem Olympiade, qua Alexander Magnus natus fuit. Hæc urbs navale & portum habuit, & loci opportunitate multùm crevit, & maximum citeriotis Aſiæ emporium fuit. Ex Epheſo Heraclitus cognomento Scotinus fuit, & Hermodorus, qui propter excellentiam ingenii, & doctrinæ, vitæque probitatem in exilium miſſus fuit. Præterea Hipponax poëta, & Parraſius pictor, & Apelles, & Alexander orator, & Theodotion Judæus, qui ſacram Scripturam interpretatus eſt. ¶ Epheſus, inquit Steph. urbs Ioniæ clariſſima: vel, ut Herodotus, Lydiæ, & portus in ſinu. Dicta olim Trichia, & Onygia, & Prelea (πρέλαι, unde Preleæus, & Preleates) & Sarmona, ab una Amazonum, quam & reginam, & Dianæ ſacerdotem fuiſſe tradunt, & filiam habuiſſe Amazonem, à qua Amazones dictæ ſint. Hæc civitas in loco cavo olim habitata, diluvium paſſa eſt: quo cùm plurimi extincti eſſent, Lyſimachus civitatem in eum locum, ubi nunc eſt, tranſtulit, & ab uxoris nomine Arſinoën vocavit: eo mortuo, priſtinum nomen receptum eſt. In hoc diluvium Duridis elegans tetraſtichon Stephan. recitat. ¶ Eſt & Epheſus inſula Nili, ut etiam Chius, & Leſbus, &c. Stephan. Plaut. *Mil. ſe. 1. a. 2.* Hoc oppidum eſt Epheſus. *Ibidem.* In Epheſum illam huc avehit.

Ephĕsĭnŭs, adject. ut Epheſina Diana. Cic. 5. *Philipp.*

Ephĕsĭăs, ἐφέσιος, adjectivum. Cicer. 1. *de Divin.* Quâ nocte templum

Ēlūŏ, ēs: Lugere desino, luctum depono, tempore justi luctus expleto. {παύω τὸ κλαίειν. Gall. *Cesser de pleurer, laisser ou quitter le deuil.* Ital. *Lasciare il pianto, deponer le lagrime.* Germ. Vertrauren. Hisp. *Quitar luto.* Angl. *To cease from mourning.*} Tempus justi luctus erat apud Romanos totus annus. Unde matrona apud illos erat infamis, quæ secundas habebat nuptias priusquam virum eluxisset, hoc est, quæ ante expletum annum luctûs secundò nubebat. Liv. 4. *bell. Maced.* Quid aliud in luctu quàm purpuram, atque aurum deponunt? Quid aliud quum eluxerunt, sumunt? Elugere luctum. Gell. *cap.* 5. *lib.* 7. ¶ Accipitur etiam pro simplici verbo Lugeo. Cicer. *ad Papyrium.* Patriam eluxi jam & gravius, & diutius, quàm matet unicum filium.

Ēlvicorum civitas, id est, Avernicum, *Avanches.* V. olim E. sub M. Vesontionensi.

Ēlvīnā, dicta est Ceres ab Elvio oppido, vel ab Elvide fluvio, in quo colebatur. Juvenal. *Satyr.* 3.

*Me quoque ad Elvinam Cererem, vestramque Dianam.*

Elul, אלול, est nomen ultimi mensis Hebræorum in anno civili, quem annum à novilunio Septembris inchoabant: itaque Elul respondet nostro Augusto. *Elii* est Hebræis nihilum. Inde fortè mensis ille dictus, quòd eo terræ nitor in nihilum abire incipiat.

Ēlŭmbŭs, & Elumbis, qui evulsum habet lumbum, vel qui præ lumbi debilitate sese erigere non potest. {κάτω ψόαι νενευκότες. Gall. *Evenè, qui a les reins rompus.* Ital. *Dilumbato.* Germ. Dem die lenden ab ist Schwach. Hisp. *Flaco.* Angl. *He that hath feble loynes.*} Per translationem accipitur pro molli & effœminato.

Ēlŭo, ui, utum, significat lavo, seu lavando purgo, diluo, deleo, abstergeo. {רחץ *rachátz.* כבס *chibbés.* ἐκπλύνω. Gall. *Laver, rincer, nettoyer.* Ital. *Lavare, purgare lavando.* Germ. Außwäschen. Hisp. *Lavar, deslavar.* Angl. *To rinse, to wash cleane.*} Col. *lib.* 1. Quod etiam venenati liquoris eluit perniciem. Idem, Villica debet curam adhibere, ut si quæ fæces, aut amurcæ in fundis vasorum subsederint, statim emundentur, & non calidissima lixivia, ne vasa cetam remittant, semel atque iterum eluantur. Ovid. 11. *Metam.*

*Subde caput, corpúsque simul, simul elue crimen.*

Cicer. *Verr.* Errabas, Verres, & vehementer errabas, quum te maculas furtorum, & flagitiorum tuorum, sociorum innocentium sanguine eluere arbitrabare. Plaut. *Aul. sc.* 5. *a.* 1. Vascula intus purè propsta, atque elut. Idem *Capt. sc.* 2 *a.* 4. Jubes astitui aulas, patinas elui? Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Tu argentum eluito: idem extituito.

Ēlūtŭs, participium, vel ex participio nomen. {רחוץ *rachúts*, מכבס *mechubbás.* ἐκλελουμένος. Gall. *Lavé & nettoyé d'eau ou d'autre liqueur.* Ital. *Lavato, mondato con aqua.* Germ. Außgewäschen/ außgeschwencket. Hisp. *Lavado.* Angl. *Rinsed, vashed cleane.*} ut, Eluta, & liccata vinaria vasa, apud Colum. *lib.* 9. *cap.* 34. Horat. 2. *serm. Satyr.* 4.

——— *irriguo nihil est elutius horto.*

Ēlusa, *Euse.* V. olim E. Vasconiæ, in qua hodiéque ædes Episcopales habet Archiepiscopus Auscitorum.

Ēluvia, orum. Plin. *lib.* 34. *cap.* 16. *de plumbo.* Invenitur & in auratiis metallis (quæ eluvia vocant) aqua immissa eluente calculos nigros, paulùm candore variatos. Ego *eluvia*, quòd elui soleant per aquas, ut sordibus diluendo discussis, metallum ostendatur.

Ēlŭvĭes, ei, vel Eluvio, nis, est vorago, vel terra aquarum impetu hausta. {βάραθρον, λαχάραγμα. Gall. *Lavage, l'eau dequoy on nettoye quelque ordure, égoust d'immondices.* Ital. *Voragine, inghiottimento, cava di aqua fangosa.* Germ. Wassergusi/ so alles überschwemt. Hisp. *Alvadar adende acudenta privadas.* Angl. *A breaking and washing away of the earth by a great flude.*} Curt. *lib.* 6. Tottentéque atque eluvies iter morabantur. Idem *lib.* 8. *cap.* 11. Ab altera parte voragines eluviésque præruptæ sunt: nec alia pugnandi patebat via, quàm ut repleretur. Cicer. *Somn. Scip.* Propter eluviones exustionésque terrarum, quas accidere tempore certo necesse est. ¶ Ponitur etiam eluvies pro macula & contagione. {Angl. *A contagious mischiefe.*} Cicer. *pro domo sua.* Idcirco tu ad illam labem atque eluviem civitatis fine summa vi pervenire potuisti? Eluviem Plinius accipit pro egestione sordium ex urbe, qualis est quæ fit per cloacas publicas, *lib.* 2. *cap.* 84. Quod in certis notatur oppidis, quæ minùs quatiuntur crebris ad eluviem cuniculis cavata.

Ēlŭvi, ἰλαῖοι. Populi Scythici. Steph.

Elus, elera, pro olus, olera, veteres dicebant.

Elusa, ἴλουσα, urbs nunc quidem Palæstinæ tertiæ, olim verò Arabiæ. Stephan.

ēlŭscārŏ, est luscum facere, hoc est, alterius oculi lumine spoliare. {πηρόω τὸν ὀφθαλμόν. Gall. *Faire borgne, crever ou gaster un œil à quelqu'un.* Ital. *Far loscco.* Germ. Einäugig machen. Hisp. *Hazer mengnado de un ojo.* Angl. *To mak glied.*} Apud Jureconsultos *ad legem Aquil.* scribitur, Aquilia cum teneri qui eluscaverit discipulum in disciplina. Hinc, Eluscatio, actio ipsa privandi altero oculo. Ulpian. *de adil. edict. l. idem Oslius.* Eluscarique cum quidam putant, ubi homo lumine adhibito nihil videt. Qui id dixerunt, non sunt audiendi, quia nulla freti authoritate id dicunt.

Ēlūtrio, as, de vase in vas transfero. {μεθυγίζω. Gall. *Verser d'un vaisseau dans autre, transverser.* Ital. *Trasmutare di uno in un' altro vaso.* Germ. Abtassen/ auß einem gefchirr in dem ander schütten. Hisp. *Echar de un vaso en otro.* Angl. *To powre out of one vessell in to an other.*} ab *eluendo*, i. e. exhauriendo. Plin. *lib.* 14. *cap.* 17. Sufferve factis decies, mox elutriaris, atque ita inveteratis. ¶ Elutriare linteа, dictum à Laberio, ut author est Gell. *cap.* 7. *lib.* 16. id est, Eluere.

Ēluvies, & eluvio, est actio aquæ eluentis terram, & deinde vorago terræ, facta eluendo. Est etiam egestio sordium.

Eluus, uiger, candidusque color. Gloss. A. L.

Ēluxo, est luxando emoveo.

ēlūxātŭs, idem est quod simplex luxatus. {יקע *jekáb*, מוקע *mukáb.* ἐξαρθρόω. Gall. *Démis de son lieu, disloqué, d'étors.* Ital. *Dislocato.* Germ. Verrencket. Hisp. *Desencaxado.* Angl. *Put out of joynt.*} Plin. *lib.* 20. *cap.* 9. Si etiam fistulas eluxatas & tumores terocati, quæque discuti opus sit.

Ēluxŭrĭāri, Luxuriari. {סרח *sarách.* πλεοναζω. ἐλυσιτελῶν. Gall. *Abonder outre mesure.* Ital. *Lussuriare, soprabondare.* Germ. Vbergelen/ als wan sich die dhum vbertragen/ oder zu viel holtz vbertommen. Hisp. *Sobrar.* Angl. *To be given, to vice, to grow to rankely.*} Ad arbores transfatum. Col. *de Arbor. cap.* 3. Quod si pingui agro validas vites deposueris, pampinis magis eluxuriabuntur, & qualemcunque fructum tulerint, ad maturitatem non perducent.

Elymais, idis. {עילם *helám.* ἐλυμαῖος.} Regio ad sinum Persicum, ab ipsa Perside Orato flumine disterera. Author Plin. *lib.* 6. *cap.* 25.

Elymæ, ἐλύμη. Regio Assyriorum juxta Persam propè Susidem. Steph.

Elymas magus vertitur, *Act.* 13. 18. Vox est Arabum, quibus עלם sapiens, ex עלם novit, scivit. Sic Germanis Weissager/ quasi sapienter loquens.

Elymonium, ἐλύμιον, insula in Eubœa, cum civitate: dicitur etiam ἐλυμνία Steph.

Elymnus, ἐλυμνός, Heros. Elymniæ civitati Macedoniæ nomen dedisse putatur. Steph.

Elymus, ἔλυμος, tibiæ summa pars, aut tibia, semen quoddam (nempe panicum) citharæ, aut teli theca. ἔλυμμα, est involucrum, ab ἐλύω, i. e. εἰλέω.

Elyrus, ἴλυρος, urbs Cretæ Steph. qui & alibi Syriam navale ejus appellat.

Elysium, ἠλύσιον, locus ubi piorum animæ habitant: λύω γὰρ λύσιν, à solutione. Nam animæ post solutionem vinculi corpori deveniunt ad Elysios campos. Virg. 5. *Æneid.*

——— *sed amœna piorum*
*Concilia, Elysiumque colo.*

¶ Sunt & Elysii campi in Bœotia circa Thebas, ut ioquit Lycophron, de quibus sensisse videtur Virg. *lib.* 2. *Georg.* quum ait,

*Quamvis Elysios miretur Græcia campos.*

Vide Plutarch. *in Sertor.*

## E M

Em, im, id est, eum, ex Is. *Emem*, eundem, quasi eum eum. Hes. ὁ αὐτὸς αὐτῶι, ex i, unde ĕ sui.

Ēmăcĕro, pro emacio. Senec. *de consol. ad Martiam, cap.* 10. Alios morborum variis generibus emaceratos diu inter vitam mortémque detinebit.

Ēmăcio, as, are. Macrum, sive aridum reddo. {ἰσχναίνω. Gall. *Amaigrir, faire devenir maigre.* Ital. *Smagrare, dimagrare.* Germ. Außmagern. Hisp. *Emmagrecer à otra cosa.* Angl. *To make leane.*} Col. *lib.* 2. *cap.* 14. Sed ex omnibus quæ terculi seminibus, idem Salerna putat aliis juvari, & stercorari agros, aliis rursus peruri & emaciari. Idem *lib.* 4. *cap.* 24. Quæ nec ipsem vindemiæ destituit, emacians stirpem suam.

Emăcĭātŭs, partcip. apud Colum. *lib.* 2. *cap.* 2. Omne emaciatum armentum ex ea pinguescit.

Emăcĭtās, vide *Emo.*

Emacresco, valde macresco. Cels. *lib.* 3. *cap.* 25. Cutis quasi squamis quibusdam exasperatur, corpus emacrescit. Et *lib.* 2. *cap.* 2. Pejus signum, ubi aliquis contra consuetudinem emacruit, & decorem coloremque amisit.

Ēmăcrŏr: Extenuari, macrum fieri. {כחש *chachásch*, רזה *razáh.* ἰσχνασία. Gall. *Devenir maigre, s'amaigrir.* Ital. *Divenir magro.* Germ. Außmagern. Hisp. *Enflaquecer.* Angl. *To waxe leane, to mak leane.*} Plin. *lib.* 18. *cap.* 19. Tenam emacrari hoc situ existimantes.

Ēmăcŭlo, as, est maculas aufero. {מחה *macháh.* ἐκμάσσω. Gall. *Oster une tache, nettoyer.* Ital. *Levar le macchie.* Germ. Meisn verreiben/ seubern. Hisp. *Quitar las manchas à manzillas.* Angl. *To tak away spottes.*} Plin. *lib.* 21. *cap.* 19. de Narcisso herba, Nigras vitiligines emaculat. ¶ Excoctum & emaculatum argentum. Gell. *cap.* 5. *lib.* 6.

Ēmancĕps, famulus à servitute liberatus. Gl. Isid.

Emancipatio, nis. Gell. *cap.* 27. *lib.* 15. Per familiæ emancipationem, cui æs & libra adhiberetur, facere testamentum. Pomp. *D. lib.* 1. *tit.* 7. *l.* 14. Nepos ex filio apud adoptatum patrem conceptus & natus, per emancipationem jura omnia perdit.

Ēmancĭpo, as: Est eum quem in potestate habemus, sui juris efficere, quasi extra mancipium, hoc est, extra dominium nostrum ponere. {שלח *chippésch.* ἐκπωμῶ. Gall. *Emanciper, mettre hors de sa puissance.* Ital. *Emancipare, liberare.* Germ. Jemen/ auß seinem gewalt von handen gäben. Hisp. *Delibrar el padre al hijo de su poder.* Angl. *To sett at libertie, to enfranchise.*} Unde pater dicitur emancipare filium, quum eum paterno jure liberat, & sui juris efficit. Quod quibus modis fieri soleat, vide primum librum Instit. *tit.* 12. & Caium *lib.* 1. *Instit. tit.* 6. & *l.* 3. §. 1. *D. de cap. dimin. & Nov.* 81. Plin. *epist.* 67. Regulus filium amisit, hoc uno malo indignus, quod nescio an malum patet: erat puer acris ingenii, sed ambigui: qui tamen posset recta sectari, si patrem non referret: hunc Regulus emancipavit ut hæres matris existeret. ¶ Liberos propriè emancipari, servos manumitti dicimus. Inde Emancipati, qui ex patris jure excesserunt, & sui juris facti sunt, ἀπεμπόλημα. Qui autem eos ex mancipio suo emittunt, emancipatores dicuntur. Emancipati (inquit Festus) duobus modis intelliguntur, aut ii qui ex patris jure exierunt, aut ii qui aliorum fiunt dominii: quorum utrumque fit mancipatione. Emancipare se alicui, sive (ut veteres loquebantur) emancupare, est se totum alicui tradere, & veluti in mancipium, hoc est, dominium illius transferre. Plaut. *in Bacch.* Nunc mulier tibi me emancupo: tuus sum, tibi do operam. ¶ Hinc emancipatum alicui dicimus, qui alterius dominio imperióque subjectus est, & in jus mancipiúmve ejus est transcriptus: quanquam etiam per translationem latiùs accipitur pro eo qui quovis modo alteri obnoxius est & addictus. Cic. *in Catone.* Ita senectus nimis honesta est, si sesipsam defendit, si jus suum tetinet, si nemini emancipata est, si usque ad ultimum spiritum dominatur in suos. Horat. *Epod.*

*Romanus (heu posteri negabitis!)*
*Emancipatus fœmina.*

Fere

*Pars vallum & arma miles.*

¶ Emancipatus ad omne facinus. Apul. *lib.* 10. Assumpto statim nequissimo, & ad omne factinus emancipato quodam dotali servulo, perfidiæ suæ communicat. ¶ Emancipare veteres quoque dicebant pro Vendere & alienare. Cic. *Philipp.* 2. Tum iste venditum atque emancipatum tribunatum consilijs vestris opposuit. Plin. 7. *Epist.* Nam quo quingentis millibus nummùm, quæ in alimenta ingenuorum ingenuarúmque promiseram, agrum ex meis longè pluris actori publico emancipavi, eundémque vectigali imposito recepi. Ubi Plin. Emancipare, non pro vendere posuit, sed pro alienare: quum enim vellet vectigal publicè donare in alimenta puerorum (id est, *reditum*, seu redditum annuum constituere, ut verbis vulgi loquar) fundum suum imaginaria venditione Reipublicæ donavit, & subinde vectigalem recepit. Ex Budæo. Item, Emancipare agrum, dixit Suet. *in Othone, cap.* 4.

**Ēmānco**, as, are: Manus præcido, mancum facio. { τὰς χεῖρας περικόπτω, χειροτομῶ. Gall. *Faire manchot, couper les mains.* Ital. *Tagliare le mani.* Germ. Die hand abhauen. Hisp. *Cortar las manos.* Angl. *To mayme.*} Labienus apud Senecam *lib. controvers.* 5. Cedo loca, gaudeo me non omnes emancasse.

**Ēmando**: Amando, mitto. { Angl. *To send away.*} Cicer. *ad Attic.* De Ciceronibus nostris dubito quid agam: nam mihi interdum emandandi videntur in Græciam. In nonnullis tamen exemplaribus legitur, *Amandandi.*

**Ēmĕrĕo**, verbum est militare. {ἐκ ἀγρείου, ἐκ ἀγροῦ. Gall. *Demeurer dehors.* Ital. *Stare di fuori.* Germ. Dan aussen seyn/ zu lang außbleiben. Hisp. *Tardar quien se fue, estar de fuera.* Angl. *To tary out of a place.*} Propriè enim dicuntur emanere milites, qui diutiùs sine legitimo Imperatoris commeatu absunt à castris. Modest. *l. desertorem, D. de re milit.* Is qui in exploratione emanet hostibus insistentibus, aut qui à folsa tunc recedit, capite punietur. Inde Emansor, de quo mox.

**Ēmānsŏr**. { ὁ ἀφιστάμενος, ὁ πολὺν χρόνον ἐκ τοῦ τάγματος ἀπολειπόμενος, ὁ ἀποδρᾶς. Gall. *Vn gendarme qui fait la rematdiere pour ne se trouver aux coups.* Ital. *Venturiere, vagabonde, che non torna al tempo assegnatoli.* Germ. Ein kriegsman der länger ausserhalb dem leger ist/ dan man im erlaubt hatt. Hisp. *El que se fue, y no bolvio.* Angl. *A man of warre that lurketh in corners, a runnagate.*} propriè (ut inquit Modest. *l. 1. §. desertorem. ff. de re milit.*) dicitur miles qui ultra tempus commeatus ab Imperatore impetrati, abest à castris: Desertor autem, qui per tempus longum vagatus reducitur: Erronem, qui non quidem fugit, sed frequenter sine causa vagatur, & temporibus in res nugatorias consumptis, serius ad dominum redit.

**Ēmano**, as: Extra mano, effluo, exeo. { ἐκ τοῦ ἰδίου. λανθάνειν, ἀπέρχεσθαι. Gall. *Iffir ou s'en aller hors, sortir, s'écouler.* Ital. *Uscire, destillare.* Germ. Außrinnen/ außfliessen. Hisp. *Manar ò proceder de algun lugar.* Angl. *To avoide forow, or to renne out.*} Col. *lib.* 5. Et sale cum adipe defricatus, tum saniei vis emanet. Plin. *lib.* 20. *cap.* 6. Et in angulo oculi perpetim humor emanant. Quint. Emanat per oculos animus. Item Liv. 7. *ab urb.* Emanatum consilia. ¶ Interdum etiam activè ponitur pro Emitto. Idem *lib.* 2. *cap.* 3. Oculis saniem emanantibus. ¶ Emanare res aliqua dicitur, quum resciuntur, & spargitur in vulgus. Liv. *lib.* 9. *bell. Punic.* Periculum erat, ne vera eo ipso quòd celarentur, sua sponte magis emanarent. Cic. *ad Attic. lib.* 3. Scripsi equidem olim ei statos, quòd ille prior scripserat: sed ita compresseram, ut nunquam emanatura putarem. Idem 4. *Verr.* Quæ fama non idcirco solùm emanarat, &c. ¶ Emanare in, vel ad vulgus, ἐκφέρεσθαι, ἐκπίπτειν εἰς. Idem *pro Rosc. Amer.* Ego etiamsi omnia quæ dicenda sunt, liberè dixero, nequaquam tamen similiter oratio mea exire atque in vulgus emanare poterit. Suet. *in Neron. cap.* 6. Emanare in vulgus. Emanare indiciis. Liv. 3. *ab Vrbe.* Multis enim emanabat indiciis, neque fratrem Volscii, ex quo semel fuerit ægre, unquam modò visum in publico, sed ne assurrexisse quidem ex morbo.

¶ Emanus, vide *Eminus.*¶

**Ēmārcum**, teste Col. *lib.* 3 *cap.* 2. Est genus uvæ à Gallis sic appellatæ.

**Ēmarŏīno**, as: Significat, crustas & pulvillos & margines ulcerum adimo. { ἀφαιρῶ περιγράφω. Gall. *Oster la marge, le bord, la croufte, l'équierre d'une playe.* Ital. *Scrostare, levar la crosta.* Germ. Die rafen von einem geschwär thun. Hisp. *Quitar las margines à las ertillas.* Angl. *To take away the borders or margens.*} Plin. *lib.* 28. *cap.* 9. Item equarum, præterquam virginum, erodit, & emarginat ulcera.

**Ēmāsculo**, as: Castro, & virilitatem aufero. { ἐκτέμνω. Gall. *Chastrer.* Ital. *Castrare.* Germ. Müncken/ die mannheit nemmen. Hisp. *Castrar el animal.* Angl. *To geld.*} Servius ait, apud quosdam populos sacerdotes solitos se quibusdam herbis emasculare, ut venerem arcerent, & coire non possent.

**Ēmāsculātor**, is, pædico, & draucus. { πρωκτῶν, & Apostolo ἀρσενοκοίτης.} Apul. *in Apol.* Olim in puertitia priusquam isto calvitio deformaretur, emasculatoribus suis ad omnia infanda morigerus.

**Emath.** { חמת *chamáth.*} Nomen fuit duarum Syriæ urbium, quarum major Antiochia, minor appellatur Epiphania. Unde etiam hodie proficiscentibus in Mesopotamiam prima mansio Emas dicitur, corrupto quidem vocabulo, sed pristini nominis vestigia retinente. Hemath verò in principio aspiratum, regio Allophylorum est.

**Ēmathĭa**, ἡ Μακεδονία. Stephano, & Suidæ, Nobilis Europæ regio, Thraciæ finitima, postea Macedonia appellata. { Germ. Die landtschafft in Macedonia.} Ita dicta (quidam existimant) ab Emathione rege, fratre Memnonis, Tithoni & Auroræ filii. Plin. *lib.* 4. *cap.* 16. Macedonia centum quinquaginta populorum, duobus inclyta regibus, quondámque terrarum imperio, Emathia antè dicta. ¶ Poëtæ Emathiam aliquando usurpant pro Thessalia, suo quodam jure victorum locorum appellationes confundentes. Virg. 1. *Georg.*

*Non fuit indignum superi, bis sanguine nostro*
*Emathiam, & latos Hæmi pinguescere campos?*

Lucan. *lib.* 1.

*Bella per Emathios plusquam civilia campos?*

hoc est, per campos Pharsalicos. Campi Pharsalici in Thessalia sunt, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 8. Ovid. *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Trist.*

*Quæ ducis Emathii fueris clementia* (id est, Alexandri.)

**Ēmātūrēsco**, is, ere: Matutum fieri. { ὡριμάζω. *buschál.* πεπαίνομαι. Gall. *Se meurir, estre meur.* Ital. *Divenir maturo.* Germ. Zeitig werden. Hisp. *Madurar.* Angl. *To waxe ripe.*} Plin. *lib.* 25. *cap.* 4. Nonnunquam ante candidum rufescit, si non emaruit, improbatúrque. Ovid. 2. *Trist. Eleg. unica:*

*Atque ea sic lapsa est, ut surgere, si modò lapsa*
*Ematuruerit (asperis ira, queat.*

Gellius *cap.* 19. *lib.* 2. Vides hæc ematuruisse.

¶ Embadium, area, à circumposita terra segregata. Pap.

Embametica. Ira legitur vulgò apud Tull. *lib.* 3. *epist.* 2. exponitur à quibusdam *navicularia.*

Embaleuticum, emphyteuticum. Turn.¶

Embămmă, atis. {ἰμβάμμα. Gall. *Sauce, saupiquet.* Ital. *Guazetto, sapore.* Germ. Ein ſchlecker haſſtige eſſen oder brü ſo man vber ein ſpeiß macht/ dan ſie lieblich/ vnd wolgeſchmackt werd/ in welche man dunckt. Hisp. *Adobo de manjares.* Angl. *Sauce.*} Condimentum quod ad condienda obsonia fit. Col. *lib.* 12. *cap.* 55. Hoc sinapi ad embammata non solùm idoneo, sed etiam speciosо uteris. ¶ Quidam embammata intelligunt immersiones, quando intinguimus vel panem, vel obsonium, in vasculis repletis re liquida: à Græco ἐμβάπτω fieri videtur, quod est immergete, intingere: unde & Latinè *Intinctus* dicuntur. Vulgus Italorum *Sapores* vocat, quibus etiam hodie ad irritandam gulam utimur. Alex. ab Alex. *lib.* 5. *cap.* 9.

¶ Embas, ădis, ἐμβάς, cothurnus.

Embata, calcei, vel cothurni, aliis locei. Poll.¶

Embatas, naves quidam putant appellari, quæ solis vectoribus trajiciendis sunt destinatæ, citantes locum Ulpiani *in l.* 1. *de exercit. act.* ubi sic legunt: Quædam enim naves onerariæ, quædam (ut ipsi dicunt) embatæ sunt. Alii ἐμβάδες, aut certè ἐμβαθεῖς, non *embatas*, legendum ostendunt. ¶ Embateutici juris appellatione, ceu generali, cujus meminit Ulpian. *in l.* 3. *§. fin. de rebus eorum qui sub tut.* Alciato tradente, id jus intelligi potest, quod est, quandam detentionem recepit, & rei possidendæ facultatem, tametsi proprietas vera ad alium pertineat. Quale est jus Superficiarii, vel ejus qui fundum vectigalem possideat, vel Perpetuarii, *l. bonorum, de verb. sig. l. fin. de superfic. l.* 1. *fi ager vectigalis.* Erunt fortè, quibus magis arridebit jus embateuticon intelligere, quod vulgò *Pedaginm*, quod alioqui ad Regalia solet pertinere. Sed Alciat. eam interpretationem magis probat, quæ in Etymologico magno est, ubi ille Grammaticus, ἐμβάτευα, inquit, nunc & ἐμβάδια, dicitur id jus, quod creditor in bonis sibi pignoratis retinuit, propria authoritate ea ingrediendi.

¶ Embater, ἐμβατής. Virg. *lib.* 1. 2. Embatere balistæ foramine, quod Græci περιτρῆτα vocant, quia scil. in illud aliquid ἐμβαίνει.

Embateria, ἐμβατήρια μέλη, erant ὠδαὶ πολεμικαὶ, ad quæ armati saltabant.

Embateuticum, sive Emphyteuticum, jus superficiarium, ejusve qui fundum vectigalem possidet. Alciat.

Embathmi, ordinarii, & publici iudices. Lex. J.C.

Embaticium, Aditiale honorarium, quod Patriarchæ & Sacerdotes, cùm munus suum aggrederentur, pro designatione solvebant. Malax. Lex. gr. b.

Embarus, a, um: Græcè ἐμβατὸς, ἡ, ὸν, quod ingredi possumus: quod potest ascendi: ab eod. verbo, ἐμβατεύω, ingredior, adeo, pedem pono: exquiro, perpendo ¶

Embatum, ἔμβατος, locus Erythrææ, id est, maris rubri. Steph.

Emblēmătă. { ἐμβλήματα. Gall. *Enrichissemens, entrelaçemens, attaches pour enrichir & embellir quelques choses.* Ital. *Opra di musaico, opra intersiata.* Germ. Eingelegte künſtliche arbeit. Hisp. *Obra de esmalte ò escultura.* Angl. *Pictures, work of woode stone or metall fynelie set in divers colowrs.*} Dicuntur opera elegantiora ex tesselis, segmentisque ita coagmentatis, ut rei alicujus imaginem tanquam penicillo depictam repræsentent: cujusmodi sunt, quæ in parietibus cameisque vermiculata, in pavimentis tessellata, in lignis segmenta dicuntur. Dicta emblemata ἀπὸ τοῦ ἐμβάλλειν, hoc est, ab inferendo: eo quòd ex tesselis, sive segmentis insititiis constarent. Budæus *in Annot.* Emblemata, inquit, vermiculatum opus significant ex tesselis insititiis aptatum atque conserrum. Inde illud Ciceronis *in Bruto* de Marci Calidii oratione, Nullum nisi loco positum, & tanquam in vermiculato emblemate (ut ait Lucilius) structum verbum videres. Et *in Oratore perfecto*, de collatione verborum loquens, ex Lucilio,

*Quàm lepidè λίξας compostas, ut tessellula omnes*
*Arte, pavimento, atque emblemate vermiculato:*

λίξας, inquit, id est, dictiones in oratione tam lepidè compositæ, quàm in vermiculatis operibus tesellæ, quæ etiam in pavimentis tanta arte coagmentabantur, ut rerum animaliúmque effigiem referrent, teste Plin. *lib.* 35. Hujusmodi pavimentum pulcherrimum etiam hodie visitur in æde Senensi. ¶ Emblemata etiam in vasis argenteis, aureisque, & Corinthiis, ornamenta erant apud antiquos exemplaria quum libitum erat: cujusmodi ætas ista non novit, ut arbitror. Id autem ex M. Tullio intelligi facilè potest *in Verr. act.* 5. in qua Verrem Siciliæ Prætorem refert, Haluntinos vasa omnia, quæ tum apud Haluntium erant, in unum acervum conferre coëgisse: quo facto, Verrem ex omnibus vasculis emblemata, id est, pretiosissimam partem revulsisse, ita ut Haluntini domum puta nudaque vasa referrent, id est, emblematis absterſis; & toreumata, id est, exlaturæ, & emblemata apud Verrem remanerent, impudentissimo latrocinio: propter quod factum, Verrem per paronomasiam Everticulum appellat. Verba Ciceronis hæc sunt: Vasa autem ad Verrem deferuntur: Cybiratæ fratres vocantur: pauca improbant: quæ probarent, iis crustæ, aut emblemata detrahebantur. Sic Haluntini excussis deliciis cum argento puro domum revertuntur. Quod unquam, judices, hujusmodi everticulum ulla in provincia fuit?

E: *paulò post*. Tum illa ex thuribulis & patellis quæ vellerat, ita scitè in aureis poculis illigabat, ita aptè in scyphis aureis includebat, ut ea ad illam rem nata esse diceres. ¶ Quoniam verò emblema insertum quid, & inditum significat, injunctumque : ideò factum est, ut emblema pro ornatu temporario & exemptili ponatur. Inde illud Fabii *lib.* 2. *Institutionis oratoriæ*, de locis communibus loquentis : Hoc, inquit, adeò manifestum est ad forenses actiones pertinere, ut quidam nec ingenuis in officiis civilibus, scriptos eos memoriæque diligentissimè mandatos in promptu habuerint, ut quoties esset occasio, extemporales eorum dictiones his velut emblematis exornarentur. Hæc omnia penè ad verbum descripta sunt ex annotationibus Budæi *in Pandectas*.

Embŏla ἐμβολή, in *l.* 10. *C. de sacrosanct. Eccles.* pro transvectione annonæ sumitur. Jubemus nullam navem ante felicem embolam, vel publicarum specierum transvectionem, publicis utilitatibus subtractam excusari posse. ‖ ¶ Embola, dicteria in media fabula interposita. Embolaria mulier, scenica, quæstuaria, empolaria : vide *Empola*. Salmas. ¶ Embola item, incursio, ingressus itineris, ostium fluminis. Item rostra navium, acti ex lato in acutum desinentes. Rhod.

Embola sacra, certus frumenti modus, quem Ægyptus Romæ necessariò submini strabat. Casaub. *ad Fl. Vopisc.*

Embolaria. Scal. *in Manil.* Dicteria, si ante fabulam erant, dicebantur *προϐόλια* : si in media fabula interponerentur, *ἐμϐόλια* (unde mulier embolaria, Plinio ἐμϐολιαία) sin in fine fabulæ, Exodia.

Embŏle, porticus hinc inde plantarum. Isid.

Embolicæ, Anabolicæ, species quibus onustæ naves quotannis Romam mittebantur ex Ægypto, annuo vectigali. Turn.

Embolimus, a, um : ἐμβολιμαῖος, m. insertus.

Embolimus mensis, in quo fit intercalatio. Februarius.

Embolima carmina, spuria, imperfecta. Rh.

Embolismata, diversi panni hinc inde consuti. Rh. ‖

ēmbŏlium, ii. { ἐμβόλιον. Gall. *Argument ou entrée de comedie*, Ital. *Argumento, introito della comedia*. Germ. Das argument oder eine gang eines spils. Hisp. *Argumento, y entrada de comedia*. Angl. *The argument or entrie of a comedie*. } à veteribus dicebatur argumentum & ingressus scenicus, ἀπὸ τῆ ἐμϐάλλειν, quod præter alia significat Ingredior. Hujusmodi fuit illud argumentum de Pasiphaë à tauro compressa, quod Domitiani temporibus in scena repræsentatum fuit, ut testatur Martialis his versibus :

*Junctam Pasiphaën Dictæo, credite, tauro*
*Vidimus : accessit fabula prisca fidem.*

Cic. *ad Att.* Embolium novum cogito. Idem *pro Sext.* Ex te igitur Scaure potissimùm quæro, qui ludos apparatissimos, magnificentissimósque fecisti, &c. cur ille ipse maximè lodius, non solùm spectator, sed actor & acroama, qui omnia fororis embolia novit : qui in eorum mulierum pro psalteria adducitur, nec tuos ludos aspexit in illo ardenti tribunatu suo, &c. Ergo saltatores & psaltrias, quos introduci solitus in scenam Polybius Athenæúsque testantur, & alia ridiculorum genera, embolia dici possunt : qualia complura in scenam introducta fetuntur à L. Anicio ludis illis, quos maximos fecit, capto cum liberis Gemio Illyriorum rege. ¶ Fibula etiam rotatum axibus firmandis immitti solita, quam rustici claviculam appellant, Græcè embolium est.

Embolismus, i, ἐμϐολισμός, dicitur intercalatio, quæ fieri solebat ut annorum ratio cum Solis cursu conveniret : *ἐμϐολισμός* verò, atque etiam ἐμϐολιμαῖος, Latinè intercalaris & insitivus dicitur. Intercalare etiam interserere est, teste Macrobio *lib.* 1. *Saturn.* Unde etiam mensis Februarius intercalaris dicitur, quòd ei unus dies interseratur.

‖ Embolos, ἔμϐολος, paxillus, cuneus, qui immittitur in aliquid. Rhodig. ‖ Eo nomine quidam Rostrum intelligunt.

Embractum, intriti genus, apud Apitium *lib.* 9. Embractum Baianum. Hesychius, ἔμϐρακτον τὸ λεπτὸν βρῶμα καὶ γαλάτου ἐφεκτικὸν φάσι.

ēmbryo, nis, vel Embryum, ii. { כרם *gholém*. ἔμϐρυον, ὁ ἔμϐρυος. Angl. *The childe in the mothers wombe before it have perfecte shape*. } Fœtus est in utero conceptus, antequam lineamenta suæ speciei accipiat : quod ferè solet accidere circa quadragesimumsecundum à conceptu diem, quo tempore & anima infundi illi creditur. Hunc enim in procreatione hominis ordinem esse volunt, ut sex primis à conceptu diebus semen in utero conceptum lacti simile existat : novem proximis in sanguinem vertatur, duodecim deinde aliis, in carnem : postremò quindecim aliis, speciei suæ lineamenta omnia acquirat, iisque expletis anima rationali animetur. Itaque usque ad quadragesimumsecundum diem propriè embryo dicitur, παρὰ τὸ ἐν βρύειν : hoc est, ab eo quòd intus in utero alatur non secus ac fructus à sua arbore. ¶ Et imperfectus partus dicitur nuper genitus infans, vel crudus & indigestus. Suidas. ¶ Est etiam radius qui in jugi foramen immittitur. Rhod. *lib.* 26. *cap.* 5.

‖ Embryorectes (legitur apud Tertull. *lib. de anima*) uncinus educendo mortuo fœtui comparatus : ab ἔμϐρυον, & ῥήσσω rumpo.

Embryothlastes, ἐμϐρυοθλάστης, vocatur, & simpliciter θλάστης, & θλάσης (Cornario contusorium) à contundendo, quod est θλᾶν.

Emda, sive Embda, *Emden*, emporium celebre ad Amisiæ fl. ostium, caput Emdani comitatus, seu Frisiæ Occidentalis in Germania.

Emedium, vehiculum. Gl. Isid. ‖

ēmĕdŭllo, as, medullam eximo. { ἐξυλοκοπῶ. Gall. *Esmoëller, oster la moëlle*. Ital. *Levar la midolla*. Germ. Ausmärgeln. Hisp. *Quitar el tuetano*. Angl. *To tak away the marrow*. } Plin. *de limonio*. Item alatum graveolentiam emendat radicis emedullatæ uncia, in vini falerni heminis tribus decocta. Per translationem accipitur pro Declaro. Plin. Narra jam tem nobis, atque emedulla.

‖ Emelia, Sicinnis, Cordace. Saltatio triplex Bacchica. Cerda.

Emem, Eundem, antiqui dicebant. Fest.

ēmĕmŏr, oblitus. Cath. ‖ quasi immemor.

ēmendīco, as : significat more mendicantium aliquid peto. { שאל *schaal*. ἐπαιτῶ, ἐπαιτίζω, ἐπαιτέω. Gall. *Mendier*. Ital. *Mendicare, domandare come fanno i mendici*. Germ. Erbetteln, erbetteln. ‖

Hisp. *Mendigar*. Angl. *To begge*. } Sueton. *in Cæsar*. In Hispania à proconsule, & à sociis pecunias accepit emendicatas in auxilium æris alieni.

ēmendīcātus. { Angl. *Begged, gotten with much intreatie*. } Emendicata suffragia dicuntur, quæ alibi etiam corrogata vocari diximus quæ scilicet abjectis & humilibus precibus extorquentur, *l. singuli, C. de accus.* Singuli universique judices agnoscant in publicis criminibus non oportere emendicatis suffragiis decretorum, aut relationibus à publicis personis destinandis credere. Honos enim dicatus, *l.* 1. *C. ubi quis decurialis vel ch.* Penitúsque emendicati honoris præscriptione submota à judice, &c. Sueton. *in Cæsar. cap.* 54. Emendicatæ in auxilium æris alieni pecuniæ.

ēmendo, as : Corrigo, quasi à mendis purgo. { יסר *jissér*. תקן *tikkén*. ἐπανορθῶ. Gall. *Amender, corriger, reparer une faute*. Ital. *Emendare, correggere*. Germ. Bessern. Hisp. *Emendar, corregir*. Angl. *To correct, to make a hendes, to heale or cure a disease*. } Plin. *lib.* 24. *cap.* 10. Succus hederæ ædia narium, gravedinemque emendat, præcipuè albæ sativæ. Cicer. *Attic. lib.* 2. Ita rursus temeritè, ut me roget ut annales suos emendem & edam. Idem 3. *de Leg.* Ut enim cupiditatibus principum & vitiis insici solet tota civitas, sic corrigi & emendari continentiâ. Emendare judicium. Quintil.

——— *Emendet facta priora novis.*

Ovid. 4. *Fast.* Emendare injuriam, vel redimere. Senec. *cap.* 18. *al.* 37. *de consol. ad Polyb.*

*Emendaturus* (carmen) *si licuisset erat.*

Ovid. *Eleg.* 6. *lib.* 1. *Trist.*

*Emendaturis ignibus ipse dedi.*

Idem *Eleg. ult. lib.* 4. *Trist.*

ēmendātus, partic. Castigatus, correctus. { מיסר *meissár*, מתקן *methukkán*. ἐπανορθωτός. Gall. *Corrigé, amendé*. Ital. *Corretto, emendato*. Germ. Gebessert. Hisp. *Emendado, corregido*. Angl. *Amended, made better*. } Mores emendati dicuntur à Cic. *de Amic.* His ego finibus utendum arbitror, ut quum emendari mores amicorum sint, tum sit inter eos omnium rerum, consiliorum, & voluntatum sine ulla exceptione communitas.

ēmendātè, adverbium : Purè. { ἐπανορθωτικῶς. Gall. *Correctement*. Ital. *Correttamente*. Germ. Ordentlich. Hisp. *Corregidamente, emendadamente*. Angl. *Correctly*. } Cic. *de opt. genere orat.* Nam quoniam eloquentia constat ex verbis & sententiis, perficiendum est, ut purè & emendatè loquentes, quod est Latinè, verborum præterea & propriorum & translatorum elegantiam persequamur.

ēmendātor, is. Castigator. { מיסר *meissér*, מתקן *methakkén*. ἐπανορθωτής. Gall. *Correcteur, radoubeur*. Ital. *Correttore, raccomodatore*. Germ. Ein verbesserer. Hisp. *Corrector, emendador*. Angl. *A amender, a corrector*. } Cic. *pro Corn. Balb.* O Præclarum interpretem, juris authorem, antiquitatis correctorem, atque emendatorem nostræ civitatis.

ēmendātrix. { מיסרת *meissérét*, מתקנת *methakkenét*. ἐπανορθωτικόν. Gall. *Celle qui corrige & fait amender*. Ital. *Donna che corregge & raconcia*. Germ. Welche etwas bessert und zu rechte bringt. Hisp. *Correctora*. Angl. *That amenderh*. } Cic. 1. *de Leg.* Quoniam vitiorum emendatricem legem esse oportet, commodatricémque virtutum.

ēmendābilis. Senec. 2. *de Clement. cap. ult.* Aliquem verbis tantùm admonebit : pœna non afficiet ætatem ejus emendabilem inveniens.

Emendātio, nis : Correctio. { מוסר *mussár*. ἐπανόρθωσις. Gall. *Correction, radoubement, amendement*. Ital. *Correttione, accomciamento*. Germ. Verbesserung. Hisp. *Correcion, castigamiento*. Angl. *An amending, a making better*. } Cic. 4. *de fin.* Hæc videlicet est correctio philosophiæ veteris, & emendatio. Quintilian. Ut malorum caussa bellum, emendatio pax.

Emendum, excogitatio : idem quod *Commentum*.

ēmentĭor : Mentior, confingo, comminiscor. { כחש *chichésch*, שקר *schikker*. ψεύδομαι, ψεύδω. Gall. *Mentir ou verte ment, controuver, feindre*. Ital. *Mentir, dir buggie*. Germ. Erlügen. Hisp. *Mentir*. Angl. *To lie, to faine, to counterfait*. } Cicer. *in Partit.* Alii ementiti sunt in eos quos oderant. Plaut. *in Amphitr.* Quæque dixisti modò omnia ementitus. ¶ Accipitur etiam non inelegantèr pro simulare, vel falsò aliquid exprimere. ψευσιάζομαι. Plaut. *in Trinum.* Quia ille quem ementitus es, ego sum. Cicer. *pro domo sua*. Quid desperatius, qui ne ementiendo quidem poterit authorem adumbrare meliorem ? Ovidius 5. *Metam.*

*At Nilum qui se genitum septemplice Nilo*
*Ementitus erat.*

¶ Sic dicitur ementiri vocem, vel manum alicujus, pro assimulare & effingere. Ementiri authoritatem. Cic. *pro domo sua*. Satisne tibi videtur à Senatu judicatum, me non modò non ementitum esse authoritatem ejus ordinis, sed etiam, &c.

ēmentĭens, partic. Cic. *de Divin.* Videmus hæc signa nunquam ferè ementientia.

ēmentītus, aliud participium. { ψευσάμενος. Angl. *Falsely fained*. } Cic. 2. *Tusc.* Ita sit sensim cogitantibus, ut quantum sit ementito opimo appareat.

‖ Excentum, excogitatio : Eminiscitur, in memoriam redacit. Gloss. Isid. ab e, & meniscor.

Emercor, aris, atus sum. Tacit. *lib.* 2. Missis corruptionibus exercitum ad fidem hostes emeretri.

Emĕrĕo, es, ui. Emercor, & tam in bonam, quàm in malam partem accipitur. { μισθοφορέω, μισθόομαι. Gall. *Meriter*. Ital. *Meritare*. Germ. Verdienen. Hisp. *Merecer*. Ang. *To deserve, to earne wages*. } Plaut. *Aul.* Quid ego emerui adolescens mali, quamobrem ita faceres ? Propert. *lib.* 4. *Eleg.* 12.

*Et tamen emerui genetrices vestis honores,*

Emeruerat pecuniam ex eo quæstu (id est, meretricio.) Gell. *cap.* 7. *lib.* 6.

*Dixit & emeruit vacui habere fidem.*

Ovid. 4. *Fast.*

*At vos admoniti nostris quoque sacrum este,*

Æquum

*Æquantem superos emeruisse virum,*

(pro demeretur, & vobis conciliare, ne vobis iratsetur, ut mihi.) Idem *Eleg.8. lib.4. Trist.* Anus quæ vos dolo emeruerunt (i. emeritos & fractos reddiderunt.) Sic legit Passerat. & ita apud Tibull. *Eleg.9. lib.1.*

——— *Vel plures emeruisse viros.*

Emĕrĕor, eris, itus: Mereor. {ἀπολαύω, μισθοφορέω, ὠφελοῦμαι, ὠφελοῦμαι, ἀπολαύω. Gall. *Deservir, meriter.* Ital. *Meritare.* Germ. Verdienen. Hisp. *Merecer.* Angl. *To deserve, to earne wages.*} Cic. *Attic. lib.6.* Annuæ enim mihi operæ 111. Calend. Sextil. emerentur. Emereti judicium hominum. Quint. Emereti favorem. Idem.

Emĕrĭtus, participp. unde Emeriti milites nominantur, qui militia perfuncti, ab eâque liberati vacationem jam habent. {οἱ πάλαι τῶν στρατιωτῶν ἀπολελυμένοι, στρατιῶται, μισθοφόροι στρατιῶται, ἀπολελυμένοι.} Lucan. *lib.1.*

*Quæ sedes erit emeriti? quæ vota dabuntur,*
*Quæ noster veteranus arat? quæ mœnia fossis?*

¶ Emerita arma, id est, victricia, & finem bellis imponentia. Ovid. *Eleg.8. lib.4. Trist.*

*Miles ubi emeritis non est satis utile armis.*

¶ Emeritum stipendium, passivè dicitur (inquit Budæus) quod peractum est, quum jam milites emissionem ut veterani impetraverunt. Emeritus justissimus triumphus. Velleius. Emeritum stipendium. Plaut. *Most. sc.2. a.1.* Item, Emeritæ militiæ commoda. Suet. *in Calig. cap.44.* ¶ Emeritos boves Virg. per translationem appellat, pro defessis, & opere ac labore solutis. ¶ Emeriti senes vocantur à Val. *lib.5.* qui solent habere alios qui pro se laborent: itque dicuntur pro alio opus agere. ¶ Emeritæ apes. Plin. *lib.11. cap.11.* Sunt autem fuci sine aculeo imperfectæ apes: novissimæque à sessis & jam emeritis inchoatæ. ¶ Emeriti anni, id est, jam effœti. Martial. *lib.7.*

*Emeritos Musis & Phœbo tradidit annos.*

Ovid. 3. *Fast.*

*Quemnam emeritis exiret cursibus annus.*

Idem 4. *Fast.*

*Dempserat emeritis jam juga Phœbus equis.*

Nomen emeritum. Claud. *de torpedine.*

*Quis non indomitam mira torpedinis artem*
*Audit, & emerito signatam nomine vires?* id est, merito.

Emeritum, Emolumentum & commodum quod veteranis, & emeritis militibus dari solebat. Modest. *l.3. D. de re milit.* Qui militiæ tempus in desertione implevit, emerito privatur. Et *paulò post.* Etsi expleto militiæ tempore redeat, ut veteranus restituetur, & emerita accipiat.

Emerita Augusta, ἐμερίτα, vulgò *Merida la grande*, ad Anam fl. Hispaniæ oppidum est ad Lusitaniam spectans. Est hæc urbs cocco celebris, quod est rubrum granum, cujus succo vellera tinguntur, Tyrio splendori neutiquam cedentia, ut Plin. scribit *lib.9. cap.41.*

‖ Emerita, in India Occidentali. Vide *Merida.*‖

Emergo, Exco ✕ Mergo, {יצא *iatsá.* ἐκβαίνω. Gall. *S'apparoir & monstrer, sourdre & se monstrer, sortir hors.* Ital. *Sorgere.* Germ. Herfür kommen / auß der tieffe des wassers empor kommen. Hisp. *Salir debaxo del agua.* Angl. *To swymme out and appeare.*} Propriè enim emergere dicitur qui subter aquam mersus, rursus in lucem redit: quemadmodum urinatores facere consuevêrunt. Cicer. *de nat. deor.* Legi etiam scriptum esse, avem quandam quæ Platalea nominaretur, eam sibi cibum quærere advolantem ad eas aves, quæ se in mari mergerent: quæ cùm emersissent, piscémque cepissent, usque eo premere earum capita morsicus, &c. Idem *de Arusp. resp.* Iam ista serpens quæ hic delituit, tunc se emergit & fertur illuc, &c. Terent. *Eunuch.* Quid gestiam, aut quid lætus sim? quò pergam, unde emergam. ¶ Accipitur etiam emergere pro ex occulto loco in lucem prodire, & ad hominum cognitionem venire: ut in trita illa sententia, Veritas ubi diu delituit, tandem emergit. ¶ Sic etiam dicimus emergere ex calamitate, aut morbo, pro Evadere à morbo, aut calamitate. Liv.5. *bell. Pun.* Emersura virtus ex omni sævitia fortunæ. Cicer. *pro Cluent.* Hoc modo, judices, sæpe multorum improbitate depressa veritas emergit: innocentiæ defensio intercluſa respirat. Idem *pro Cælio*, Equidem multos vidi in hac civitate, qui totam adolescentiam voluptatibus dedissent, emersisse aliquando, & se ad frugem bonam, ut dicitur, recepisse, gravésque & illustres fuisse. Corn. Nepos *in vita Attici.* Quibus ex malis ut se emersetat, nihil aliud egit, quàm ut plurimis, quibus rebus posset, esset auxilio. Velleius, In quod emersissent fastigium partes Pompeianæ.

Emĕrgi, impersonale. Terent. *Adelph.* Tot res repentè circumvallant, unde emergi non potest.

Emersus, a, um: Adject. Cic.2. *de Divinat.* Tibi autem de me cum solicitudine cogitanti subitò fam visus emersus è flumine. Emersus ab admiratione animus, id est, qui se colligit, aut recipit. Liv. *lib.8.* Ovid.3. *Fast.*

*Tertia lux emersa suos ubi moverit ortus.*

Emĕtĭor, iris, emensus sum: Metior. {מדד *madhádh.* ἀμφιμετρῶ. Gall. *Mesurer.* Ital. *Misurare.* Germ. Mässen außmässen. Hisp. *Medir.* Angl. *To measure.*} Hinc emetiri iter, per translationem pro Conficere iter, & emetiri labores, quod alio modo dicimus, exantlare, vel devorare labores. Liv. *lib.5. bell. Pun.* Et inde una nocte ignaris hostibus, & ob id quietis, aliquantum emensus est iter. Gell. *cap.16. lib.10.* Emetiri iter pedibus. Cicer. *de claris Orat.* Ego autem voluntatem tibi profectò emetiar, sed tem ipsam nondum posse videor, idque ut ignoscas peto.

Emēnsus, passivè. {מדד *madhádh.* ἀμφιμετρῶμαι. Gall. *Mesuré.* Ital. *Misurato.* Germ. Gemässen. Hisp. *Medido.* Angl. *Measured.*} Livius 1. *bell. Pun.* Postquam multò majorem partem itineris emensam cernam. Virg.1. *Georg.*

——— *emenso cùm jam decedet Olympo.*

Livius 5. *dec.5.*

‖ Emetica, quæ vomitum provocant: ἐμετικὸν est vomo, ἐμετικὸς est vomitorius.‖

Emĕto, is: Meto. {קצר *katsár.* θερίζω, ἀμάω. Gall. *Moissonner, prendre & cueillir le fruict.* Ital. *Mietere.* Germ. Schneiden. Hisp. *Segar.* Angl. *To ripe or mowe.*} Horat. *in Epist.*

——— *Emetit ærum*
*Grandia cum parvis, non exorabilis auro.*

Emĭco, as: Effulgeo, resplendeo. {נגה *naghàh*, בהק *bárak*, הפיע *hophiah.* ἀφίημι. Gall. *Apparoistre, se monstrer, resplendir, reluire.* Ital. *Resplendere, mostrarsi.* Germ. Hervürglantzen. Hisp. *Resplandecer, saltar fuera de algun lugar.* Angl. *To shyne bryghtly.*} Plaut. ex oculis quasi radii emicant Solis. ¶ Emicare, extrà salire, exsilire, subitò apparere. Plaut. *Aul. sc.3. a.4.* Cor cepit artem facere ludificam, atque in pectus emicare. Virg.6. *Æneid.*

——— *juvenum manus emicat ardens*
*Littus in Hesperium.*

Plin. *lib.13. cap.37.* Decimæ Volatterano dracones emicuisse de extis, læto prodigio traditur. ¶ Emicare in jugum, pro attollere sese & erigere. Col. *lib.4. cap.20.* Nam quæ vel infirma, vel brevis est, ad duas gemmas recidenda est, quum vehementiorem fundat materiam, quæ protinus emicet in jugum. Liv. Saxa tormento emicantia. ¶ Emicare, pro Excellere, ὑπερέχω. Plin. *lib.35. cap.11.* Post eum emicant longè ante omnes Euphranor Isthmius.

——— *juvenum manus emicat ardens*
*Littus in Hesperium.*

Virg.6. *Æneid.*

Emicātio, nis, ἔκλαμψις, ἔκφασις. Apul. *lib. de Mundo.* His oppositi sunt torrentium cursus & humores undarum, emicationésque sylvarum, id est, exortus.

‖ Emicantim, emicanter. Tertull.

Emicatim, splendenter. Sidon. *lib.2. ep.13.*

Emigraneus, vermis capitis. Cath.‖

Emĭgro, as: Migro, discedo, excedo. {גלה *galáh.* μεθίστημι. Gall. *Se partir d'un lieu, changer de lieu, aller autre part.* Ital. *Andar ad habitar altrove.* Germ. Außweichen / auß einem ort in das ander ziehen. Hisp. *Mudar casa de lugar à lugar.* Angl. *To go freme one place to an other to avoyd, to flitte.*} Cic.4. *Verr.* Ex illa domo sic emigrabat, ut, &c. Plaut. *Most. sc.2. a.2.* Pedem intrò retulit semel ut emigravimus. Idem *Men. sc.2. a.5.* Nisi quò hac nocte emigratili. *Ibid.* Non hinc emigrasti? ¶ Emigrare è vita, id est, mori: μεθίστημι τοῦ βίου. Cic.3. *de leg.* nulla est enim persona, quæ ad vicem ejus, qui è vita emigravit, propiùs accedat. ¶ Emigrare, pro Efficere. Titinnius, Quot pestes, senia, & jurgia sesemet diebus emigrarunt.

ĕmĭnĕo, es, ui, ab è præpositione, & verbo maneo: Exto, excedo, eniteo, appareo. {רום *ram.* גבה *ghabáh.* נראה *niráh*, הפיע *hephiáh.* ὑπερέχω, ὑπερέχω, ἐξέχω. Gall. *Saillir dehors & sortir, & surpasser les autres, se monstrer & apparoir.* Ital. *Soprastare, mostrarsi fuori, passar avanti à gli altri* Germ. Jährauß gehn / vberträffen. Hisp. *Estar encima de otras cosas, aparecer.* Angl. *To be apparant, to be higher then others, to shewe it self above others.*} Plin. *lib.16. cap.31.* Esculus quantum corpore eminet, tantum radice descendit. Cæs. *bell. civ. lib.12.* Ita capita tignorum extrema parietum structurâ tegerentur, ne quid emineret ubi ignis hostium adhæresceret. ¶ Interdum adjunctam habet præpositionem è, vel ex. Cicer.1. *Tusc.* Globus terræ eminens è mari. Idem *lib.5.* Ego autem quum omnia collustrarem oculis (est enim ad portas Argiginas magna frequentia sepulchrorum) animadverti columellam non multum è dumis eminentem, in qua inerat sphæræ figura, & cylindri. Quint. Eminere quædam in pictura, vel recessisse videtur. Velleius, Virtute eminet, patriâ latet. Plaut. *Capt. sc.2. a.3.* Vix è gratulando eminebam (id est, emergebam.) ¶ Nonnunquam præpositionem Extra. Plin. *lib.17. cap.23.* Et in fico quidem dodrantales pazilli solo patefacto seruntur, ut descendat quæ proxima arbori fuerit, duo oculi extra terram emineant. ¶ Interdum præpositionem Per. Livius, Eminet ferrum per costas. ¶ Ponitur frequenter pro Excello, & supero, ὑπερέχω. Cic. 3. *Verr.* Toto ex ore crudelitas eminebat. Idem *pro Cluentio*, Illi quorum eminet audacia atque projecta est, à consiliis malitiæ deserentur. Et *Tusc.2.* Amplitudo animi maximè eminet contemnendis dolotibus. Sic eminere aliquis dicitur, qui cæteris antecellit. Idem *in Orat.* In quo tantum abest ut nostra miremur, ut usque eò difficiles ac morosi simus, ut nobis non satisfaciat ipse Demosthenes, qui quanquam unus eminet inter omnes in omni genere dicendi, tamen non semper implet aures meas: ita sunt avidæ, & capaces, & semper aliquid immensum infinitúmque desiderant. Liv. 1. *ab Vrb.* Necdum à singulis, quia nemo magnoperè eminebat in novo populo, pervenerant factiones. Ex his omnibus satis, opinor, apparet, Eminere, de omnibus sive personis, sive rebus dici, quæ aliquam partem habent cæteris altiorem, aut magis expositam: idque commodè transferri posse ad quascunque res alias excellentiores.

Emin' tu? ‖emines ne tu? Palm.‖

Emĭnĕns, nomen ex participio: Editus, excellens. {רם *ram*, גבוה *ghabóah*, נראה *niréh.* ὑπερέχων. Gall. *Eminent, qui surpasse les autres, apparent par dessus.* Ital. *Apparente, soprastante.* Germ. Hoch für gehend / vbertreffend. Hisp. *Eminente, el que parece sobre los otros.* Angl. *High, excellent, that showeth the self above others.*} Velleius, Eminentia, & Eminentissima ingenia. Item, Eminentia non carent invidiâ. Idem Velleius, & Quintil. Eminentiora alia, alia reductiora (in pictura.) Velleius, Eminentissimi & excellentissimi viri. Idem, Eminentissima Romanarum Livia. Idem, Ingenii eminentissimus fuit sæculi. Idem, Eminentissimæ simplicitatis vir. Cæsar *bell. civ.1.* Has trabes paulò longiores atque eminentiores quàm extrema patietum erant, effecerunt. Columell. *lib.3. cap.8.* Sed & Mevaniæ bos humilis, & Ligusticæ nonnunquam taurus eminentis staturæ conspicitur. Cic. *Tusc.3.* Eminens effigies virtutis. Suet. *in Calig. cap.50.* Statura fuit eminenti, pallido colore, &c.

Emĭnentĭa: Excellentia. {יתר *jithar.* ἐξοχή. Gall. *Saillie, eminence, elevement en bosse.* Ital. *Il trapassamento, excellenza.* Germ. Fürtrefflichkeit. Hisp. *Eminencia sobre otras cosas.* Angl. *Excellency, passing above others.*} Cicer.1. *de nat. deorum.* Nam si tantummodò

ad

ad cogitationem valent, nec habeat ullam soliditatem, nec eminentiam: quid interest utrùm de hippocentauro, an de Deo cogitemus? Idem *lib.* 1. *Acad.* Quis est quin cernat quanta vis sit in sensibus? Quàm multa vident pictores in umbris & eminentiis, quæ nos non videmus? Velleius, Eminentia cujusque operis. Gell. *cap.* 3. *lib.* 14. Duæ eminentiæ contentionem similem patiuntur.

‖ Eminiscitur, in memoriam reducit. Gl. Isid. Pap. ‖

Eminûtiùs: Parum eminens. {ὀλιγόμικρος. Gall. *Un peu esleué, un peu plus haut & apparent.* Ital. *Poco eminente, non troppo alto.* Germ. Hochlecht für andere. Hisp. *Cosa que parece un poco sobre las otras.* Angl. *A litle higher, or that sweth it self a litle above others.* } Varr. *lib.* 1. *cap.* 5. Ut habeat inferiorem partem frequentibus pilis subérispam, compactis cruribus, potiùs brevioribus, quàm longis, relictis genibus & eminulis, distantibus inter se. Idem *de canibus.* Spina neque eminula, neque curva.

Eminor, aris: Minor. {ἀπειλῶ. Gall. *Menasser.* Ital. *Minacciare.* Germ. Trowen. Hisp. *Amenaçar.* Angl. *To threaten.* } Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Eminor, interminórque ne quis obsliterit obviam.

Eminātio. {ἀπείλημα. Gall. *Menace.* Ital. *Minaccie.* Germ. Trawung. Hisp. *Amenaça, obra de amenaçar.* Angl. *A threatening.* Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Dentilegos omnes mortales faciam, quemque offendero. Hic. Quæ illæc eminatio est? nam nequeo minari satis.

Eminùs, ‖ & Emĭnus, apud Scal. ‖ A longinquo loco. { מרחוק *merachòk.* πόῤῥωθεν, ἀφεστῶς. Gall. *De loin.* Ital. *Da longi.* Germ. Von weitem/ von ferne. Hisp. *De lexos, à lexos.* Angl. *A farre of.* } Et differt à *longè*, quòd non rectè dixeris, eminùs habito, ut longè habito: sed benè, eminùs peculor. Importat enim eminùs tactum quendam motum de loco. Cæs. *lib.* 1. *bell. civ.* Sic quotidie utrinquè eminus fundis, sagittis, reliquisque telis pugnabatur. Ovid. 13. *Metam.*

*Eminus ingenti resupinum pondere fudi.*

¶ Similiter cominus, à loco propinquo, non in loco propinquo: neque propriè, ἐγγύθεν, κοντόθεν, ut Cominus te percutiam, non cominus sedeo. Valla *in Rauden.*

Emĭo, orno, decoro: unde *redimio*, compositum volunt. Hoc quidam legi volunt apud Ovid. *lib.* 1. *Heroid.*

*Quod tibi donavi, perfide, litus emi.*

Emĭtis, aris, atus sum. Valde mitor. Horat. 1. *Carm. Ode* 5.

—— *& asperа*
*Ni ris aquora ventis*
*Emirabitur insolens.*

Emīsa, Ἔμισα, aliàs, Ἔμεσα, licèt Dionysius corripiat, urbs Phœniciæ Licaoniæ. Gentile, Emisæus, vel Emesenus. Emisa fœminino est, licèt Dionysius declinare videatur, Ἔμισα, σα. Steph.

Emĭtto, is, emīsi, emissum: Foras mitto. {שלח *schillèach.* ἀπολύω, ἀποπέμπω, ἐκβάλλω. Gall. *Mettre hors, laisser aller, envoyer.* Ital. *Mandar fuori.* Germ. Außlassen/außschicken. Hisp. *Embiar ò echar fuera.* Angl. *To send or put forth, to let go, to send abroade.* } Cic. 3. *Catil.* Ut abs te non emissus ex urbe, sed in urbem immissus videatur. Idem *Verr.* Quæram, cur hunc eundem repentè è carcere jusserit emitti. Emittere aquam ex piscina, vel lacu. Cicer. *Attic. lib.* 4. Lacus Velinus à M. Curio emissus. ¶ Emittere librum, pro Edere. Suet. *in Claud. cap.* 35. De cujus arte librum emisit. ¶ Varii præterea sunt verbi hujus usus, qui subjectis patebunt exemplis. Plaut. *in Merc.* Gradus grandit, emittit oculos, circumfert se, obstipat verticem. *Author ad Heren.* 4. Quod si nunc hæc urbs invictissima vocem emittat, non hoc pacto loquatur. Idem *de Divin. lib.* 2. Si autem nubium conflictu ardor exprimitur, id esse fulmen. ¶ Sic etiam emittere arcu sagittas, aut tela. Plin. *lib.* 9. *cap.* 8. *de Delphinis*: Nam quum fame confecti, fugientem in vada ima persequuti piscem, diutiùs spiritum continuere, ut arcu emissi ad respirandum emicant, tantaque vi exsiliunt, ut plerunque vela navium transvolent. Idem *lib.* 10. *cap.* 33. *de hirundinibus.* Notabili munditia egerunt excrementa pullorum, adultioresque circumagi docent, & foris saturitatem emittere, id est, ventrem purgare. Idem *lib.* 11. *cap.* 14. *de araneis.* Pariunt autem ova ea in telas expensa, quia saliunt, atque ita emittunt. Et *lib.* 15. *cap.* 5. Quippe alia dare soliti, quæ concitarent vomitiones, ipsúmque elleborum extraherent medicamentis, aut clysteribus, sæpe etiam sanguine venis emisso. ¶ Admittit quoque & præpositiones. Cicer. *pro Planc.* Emissus aliquis è carcere. Et *lib.* 2. *Epist. ad Attic.* Emittat ad me Publius qui obsignent. Cæs. 1. *bell. civ.* Emittunt noctu per vallum. Liv. 4 *bell. Pun.* Primos equites clamore sublato in hostem emisit. Senec. *cap.* 2. *de consol. ad Helv.* Emittere nepotes ex sinu. Idem *cap.* 11. *ad.* 10. *de consol. ad Polyb.* Alium exire (è vita) cupientem vix emittit. ¶ Emittere manu aliquem, pro Manumittere, & libertate donare. Ἀφιέναι. Terent. *Adelph.* Haud dubium est, quin emitti æquum fuerit, id est, liberum fieri. Si rectè facias, me emittas manu. Plaut. *Men. sc.* 7. *a.* 5. Quum emisit manu. *Ibid.* Ancilla libera ut sit, quam ego nunquam emisi manu. Idem *Cure. sc.* 2. *a.* 5. Nunquam erit tam avarus, quin te gratis emittat manu. Idem *sc.* 3. *a.* 2. Emisti (pro emisisti) ex vinculis herum. Idem *ibid.* Mihi emisisti Philocratem fallaciis. *Ibid. sc.* 5. *a.* 3. E nitentes nécne eum manu. Idem *Capt. sc.* 5. *a.* 3. Nunquam ad Prætorem æquè cursim curras, ut emittat manu. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Quin tu mulierem mihi emittis. *Ibid. sc.* 7. *a.* 4. (id est, tradis ut abducam.) ¶ Ponitur etiam aliquando pro manifestare, edere, ἐκδίδωμι. Cicer. *Volumnio, fam. lib.* 7. Ut etiam si quando aliquid dignum nostro nomine emisimus, ingemiscamus. Senec. *cap.* 4. *de const. ad Marc.* Quæ emittuntur in publicum, ei notæ sunt.

Emissĭo, nis: Jactus, ictus. {משלוחים *mischlòchath.* ἀποστολή, ἐξοστεία. Gall. *Enbloy, chasse, jettement.* Ital. *Esso mandar fuori.* Germ. Außlassung. Hisp. *Obra de embiar ò echar fuera.* Angl. *A sending forth, a shoote.* } Cic. 2. *Tusc.* Ut enim ballistæ lapidum & reliqua tormenta telorum eò graviores emissiones habent, quò sunt contenta atque adducta vehementiùs.

Emissus, a, um. Plaut. *Men. sc.* 5. *a.* 5. Postquam emissus es (carcere,) ex vinculis virgis sub furca scio. Cicer. 3. *Catil.* Emissus ex urbe. Item, Emissus è carcere. Idem *ad Atticum*: & Plin. *lib.* 4. *cap.* 25. Emisso venis sanguine. Suet. *in Claud. cap.* 32. Pene submersus, cum emissa impetu aqua reduudasset.

Emissārĭus, ii: Excursor. {Gall. *Un messagier, un emissaire, qu'on envoye çà & là, quand & où on veut sçavoir en sçavoir.* Ital. *Spia, un messaggiero che va quà & là, à la volontà d'altri.* Germ. Ein bote/ein laufferder sich läßt hin und wider schicken. Hisp. *Mensagero mirador, varon para embiar delante.* Angl. *A messinger, a post.*} Qui ante exercitum emittitur, πρόδρομος, vel ad explorandum, κατάσκοπος, κατάσκοπος, vel ad prælium lacessendum, ad provocandum, vel qui dominum circumstat ut ejus jussis obtemperet, & præstò ut emitti possit. ¶ Emissarius etiam à probatissimis authoribus appellatur calumniator submissus & subornatus ab inimicis. Cicer. *Mario, lib.* 7. *epist.* Persuaderi atque nonnullis invidis meis, in me emissarium semper fore. ¶ Item furtorum conciliator (sicut Asconius docet) qui scilicet emittitur ut exploret res furto opportunas. Cic. 3. *Verr.* Turpio quidam illius excursor, & emissarius, homo omnium ex illo conventu quadruplatorum teterrimus. Idem *Verr.* 5. Dubiturum quenquam existimas, quin illis emissariis hæc tibi omnis pecunia quæsita sit? Velleius, Per emissarios factionis suæ eum interfecit. Suetor. *in Galba, cap.* 15. Emissarii Neronis. ¶ Emissarius autem vocatur equus, aries, & hujusmodi, qui emissus sit in solitudinem: vel qui ad generandam sobolem emittitur. Sed videtur ratio postulare ut dicatur Admissarius, quòd ad sobolem procreandam fœminæ adjungatur. {ἀναβάτης. Gall. *Prestalon.* Ital. *Stalone.* Hisp. *El cavallo garañon.* Angl. *A stalion, a horse keepe, to horse mares.*} Unde admissura, quando mares brutorum ad fœminas admittuntur, ἔφοδος. Plinius, emissarium appellat palum item, qui emissus ex deputatione infertur imis seamnis, ut per singulos annos ad superiora scandat. Sic enim *lib.* 17. *cap.* 23. scribit, Relicto semper dutamento in singulis tabulatis, & emissario uno qui subeat usquequò placuerit.

Emissārium, locus per quem aqua è lacu, aut stagno emittitur. {ὑδρεκ. Gall. *Un conduit par où l'eau s'écoule, canal.* Ital. *Conduito da scolar acque.* Germ. Ein außlaß eines sees oder wassers. Hisp. *Pagradera para vaziar agua.* Angl. *A sinck or plate to let water out of a ponde.* } Suet. *in Claud.* Fecit & emissarium Fucini lacus, portúmque Ostiensem. Et rursus idem *ibidem, cap.* 32. Convivatus & super emissarium Fucini lacus, ac pene sub versus, cùm emissa impetu aqua, &c. Cic. *ad Tironem*, Helluo nequissimus mensam, dabat nullo spreto horto, nullo emissario, nulla maceria, nulla casa.

Emissĭtĭus, a, um: qui ad explorandum emittitur. {ἔξω πομπὸς, κατάσκοπος. Gall. *Espie, qu'on expose pour épier.* Ital. *Spia, spione.* Germ. Ein geschickter/ außspäher. Hisp. *Atalaya, espia, saladizo a fuera.* Angl. *An send out to espye.* } Et oculi emissitii extra educti, & foras porrecti. Plaut. *in Aul.* Excundum hercle tibi hinc foras, conspectatrix cum oculis emissitiis.

‖ Emissa, sive Emessa, Arabibus hodie *Hamza*, Turcis *Hamon*, teste Bellonio: urbs Cœlesyrio, sericeo stamine abundans.

Emlia, *Emmeley*. V. E. Hiberniæ, sub A. Cassilienti. ‖

Emmanuel. {עמנואל *himmanuèl.* } Hebraica dictio, quam si interpreteris, nobis sonat, *Nobiscum Deus*: Græcè, μεθ' ἡμῶν ὁ θεός.

Emmaüs, mai, Plinio: sive Emmaüs, untis, Ἐμμαοῦς, Ptolemæo, Castellum, sive oppidum Palæstinæ, alio nomine Nicopolis appellatum, ubi Christus à duobus discipulis panem frangens fuit agnitus. Plin. *lib.* 5. *cap.* 14. Hierichuntem palmetis consitam, fontibus irriguam Emmaun.

‖ Emmelia, ἐμμέλεια, modulatio, concinnitas, ab ἐμμελὴς concinnus: ab ἐν, in, & μέλος, cantus. ¶ Deinde est saltationis species.

Emmēna, quæ infra mensem fiunt purgationes, menstrua mulierum. Item sacra Græcorum. Stuck.

Emmoron, ἔμμορον, quæ curationem per concepta linamenta seu linteola requirunt, ut ulcera cava, quæ medicamenta linamentis excepta in sinus recondunt: ἔμμορα verò dicuntur, qui linamentis indigent. ‖

Ĕmo, is, ēmi, emptum, à ὠνέομαι. Pecuniis aliquid mihi comparo: construitúrque cum ablativo, vel genitivo horum nominum, tanti, quanti, pluris, minoris, & hujusmodi. {קנה *canàh.* κτάομαι, ἀγοράζω. Gall. *Acheter.* Ital. *Comprare.* Germ. Kauffen. Hisp. *Comprar.* Angl. *To buie.*} Cic. *lib.* 3. *Offic.* Emit homo cupidus tanti, quanti Pythius voluit. Gellius, Libros plurimos ære pauco emi. Unde emisti? Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Tibi hunc eme isto argento. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Non emam vitam tuam vitiosa nuce. Idem *Mil. sc.* 3. *a.* 2. Thalem talento non emam Milesium. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Novite hominem molestum, quive emas litigium. Idem *Amphitr.* Beneficiis emere gnarum suum sibi. Idem *in Asin. sc.* 1. *a.* 1. Diem, aquam, noctem argento non emo. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Herus dicto me emit audiendum, haud Imperatorem sibi. Idem *Men sc.* 4. *a.* 1. H. Agelis roga. (id est stipulare.) Eo emptum nisi quis meliorem afferat conditionem. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 1. Ne quid emas, nisi quod tibi placere intelligas. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Emere malo, quàm rogare. Idem *Cure. sc.* 3. *a.* 1. ¶ Emere sibi, pro accipere. Liv. *lib. ult. in fine.* Emere antiqui etiam accipiebant pro sumere, authore Festo. ¶ Emere idem est aliquando, quod conducere, aut redimere. Cic. *Verr.* 5. Emere decumas, vectigalia, id est, conducere & redimere à populo. ¶ Bene emere, i. carè emere. Melùs emere: pro Carùs emere, ut apud Suet. *in Cæs.* Martialis.

*Adeò bene emit, inquis, imò non solvit.*

¶ Emere & redimere, etiam locare erat. Festus. ¶ Ejus composita sunt, Abemo, Ademo, Coëmo, simul emo, vel ex omnibus locis emo: Eximo, Interimo, Perimo, & Redimo, quæ habent penultimam correptam. Item frequentativum Emptitare, de quo mox: & Emsitare, apud Plaut. *in Casina*: Non ego illud verbum titivillitio empsitem: quanquam alii hoc in loco legant *emptitem.*

Emptūs, participium. {πραθεὶς *mikneèch.* ἠγορασμένος. Gall. *Acheté.* Ital. *Comprato.* Germ. Gekaufft. Hisp. *Comprado.* Angl. *Boght.*} Horat. 1. *Epist.*

*Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas.*

Ex empto, id est, ex emptione. Cicer. 3. *de nat. deor.* Reliqua quæ ex empto, aut vendito, aut conducto, aut locato contra fidem fiunt. Plaut. *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Mea quidem hæc habeo omnia meo peculio empta. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Næ emptum tibi dare hoc verbum volo. (Ubi ita legit Passerat. Volo istuc benè emptum tibi dare.)

Emptio, nis. { מקנה *mikneh.* ὠνή. Gall. *Achet, achettement.* Ital. *Compra, il comprare.* Germ. Kauff. Hisp. *Compra.* Angl. *A bying.* } Cic. *Attic. lib.* 12. Quid Cæsar? tres habet conditiones, aut emptiones ob hastam, &c. Emptio successit permutationi, inventa moneta, *l.* 1. *D. de contrahend. empt.* Emptionis nomine, quamcunque alienationem contineri, Albericus antè monuit, citans *l. si tabulariis, ad fin. ff. de tabulariis.* Præterea omnem, quo dominium transfertur, contractum, *l. sicut, §. venditur, quibus modis pignus, vel hypoth. solvitur.* Idem indicavit emptionis & venditionis vocabulis veteres usos indiscriminatim, *l. veteres* 19. *de act. empt. l. cùm apparebit. ff. loc.* Emptio imaginaria dicitur, quæ simulatur, quum in veritate non sit emptio. Zas. *§. item si quis, Instit. de action.*

Emptito, as: Frequenter emo, vel frequenter mercandi, seu aquirendi usum habeo. { ὠνοῦμαι. Gall. *Acheter souvent.* Ital. *Comprar spesso.* Germ. Emsig kauffen. Hisp. *Comprar à menudo.* Angl. *To bie of ten, to use to bie.* } Plin. *lib.* 35. *cap.* 1. Alios cornu boum alios ferro, captivisque rebus emptitasse tradit. Colum. *lib.* 8. *cap.* 10. M. Terentius ternis sæpe denariis singulos empticatos esse significat: pro eodem etiam legitur Empsitare: de quo vide paulò ante in verbo *Emo.*

Emptūrio: Capio emere. { ὠνοῦμαι, ἀγοράζω. Gall. *Desirer d'acheter.* Ital. *Bramar di comprare.* Germ. Lust haben zukauffen oder marcten. Hisp. *Aver ganâ de comprar.* Angl. *To desyre to bie.* } Varr. *in Prorem. lib.* 2. *de rust.* Propterea quod te emturientem in campos macros ad mercatum adducunt crebrò pedes.

‖ Emturitio, desiderium sæpe emendi. Digest. ‖

Emptor, ōris, qui emit. { קנה *koneh.* ὠνητής. Gall. *Acheteur.* Ital. *Compratore.* Germ. Ein kauffer. Hisp. *Comprador.* Angl. *A bier.* } Cic. 3. *Offic.* Ne quid omnino quod venditor norit, emptor ignoret. Suet. *in Ner. c.* 4. Emptor familiæ. Plaut. *Men. sc. ult. a.* 5. Venibit uxor quoque si quis emptor venerit. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Si quis emptor venerit, non potest auferre verbum philippeis aureis.

Emptiōnālis, e: qui frequens est in emptionibus & proscriptionibus bonorum. ἀνητικός. Cæl. *Ciceroni.* Quod quidem si inter vos senes emptionales venale proscripserit. Quo in loco antiquissima exemplaria habent, *concionales senes.*

Emptitĭus, qui est de numero eorum qui empti sunt, sive emi solent. ὠνητός. Gall. *Qu'on a acheté, qui est acheté, ou pour acheter.* Ital. *Compratticio.* Germ. Gekaufft oder der kaufft. Hisp. *Cosa comprada.* Angl. *That is boght, or to be boght.* } Varr. *lib.* 3. *de re rust.* His aprum glans quum pascit emptitia facit pinguem, illic graduta exilem. *Ibid. cap.* 17. Præterea salsamenta in eas piscinas emptitia conjiciebat.

Emax, gen. communis, qui facilè inclinatur ad emendum. { ἀγοραστικός. Gall. *Grand acheteur, qui aime à acheter.* Ital. *Facile à comprare.* Germ. Kauffig / der gern kaufft vnnd trâmelt. Hisp. *Quien con mucha gana compra.* Angl. *Given to bie, a great bier.* } Cato *de re rustic. cap.* 3. Paterfamilias vendacem, non emacem esse oportet. Cicer. *in Parad.* Non esse cupidum pecuniæ, non esse emacem, rectigal est.

‖ Emaculus, aliquantum emax. Cath. ‖

Emācitās: Facilitas & inclinatio voluntaria emendi. {τὸ ἀγοραστικόν. Gall. *Grand desir & faim d'acheter.* Ital. *Desio di comprare.* Germ. Kauffigkeit. Hisp. *Gana y vicio de mucho comprar.* Angl. *A will to bie.* } Col. *lib.* 5. Quosdam emacitas in armentis, quosdam exercet in comparandis mancipiis cura, de tuendis nulla cura tangit. Plin. *epist.* 11. Erat φιλοκτημοσύνη usque ad emacitatis reprehensionem.

Emŏdŭlor: Modulor. { שור *shiur.* μελῳδέω. Gall. *Chanter & composer vers par mesure, melodieusement chanter.* Ital. *Componere & cantare con misura.* Germ. Im schlag singen / oder ein lied dichten. Hisp. *Cantar suavemente, y con medida derecha.* Angl. *To sing in measure or proportion.* } Ovid. *lib.* 1. *Amorum.*

*Musa per undenos emodulanda pedes.*

Emōdus, ὄρος, mons qui circa finem Indiæ in duos ramos dividitur, alteri Ortotocaras nomen est, altera Smandinus. Vide Ptolem. *lib.* 6. *cap.* 15.

‖ Emola, vas coquinarium, quasi ἐμοῖα olla. Vocab. Eccl. ‖

Emŏlĭor, iris, iri: Ejicio, expello. { גרש *gereseh.* ἐκβάλλω. Gall. *Mettre hors avec effort.* Ital. *Scacciare.* Germ. Hinauß stossen oder werffen. Hisp. *Empuxar à fuera.* Angl. *To put fort by force.* } Cels. *lib.* 4. *cap.* 6. *de pleuritide.* Interdum sicca tussis est, quæ nihil emolitur. Idem *lib.* 7. *cap.* 26. Res verò interdum cogit emoliri manu urinam, cùm illa non redditur. Colum. *lib.* 8. *cap.* 5. Dum eos amaritudo cogat per nares emoliri pituitam nauseam.

Emŏlĭo, is: Mollio, molle facio. { הרך *herâch.* μαλακύνω, ἐμμαλάσσω, ἐμμαλάττω. Gall. *Attendrir, mollifier, effeminer, rendre mol & delicat.* Ital. *Mollificare, intenerire, effeminare, far delicato.* Germ. Erweychen / weych machen. Hisp. *Amollentar una cosa.* Angl. *To mak soft, nice or wanton.* } Liv. 7. *bell. Maced.* Humor arcus, fundâsque, & jaculorum amenta emollierat. ¶ Unde emollire alvum, est laxare. Plin. *lib.* 10. *c.* 9. Alvum leniter emollit lapsana. *Ibid. cap.* 2. Pepones qui vocantur, refrigerant, maximè in cibo, & emolliunt alvum. ¶ Quando ad hominem tranfertur, significat Mollem & effœminatum reddo. Liv. 7. *bell. Pun.* Simul metuens ne suum quoque exercitum, sicut Annibalis, nimia urbis amœnitas emolliret. Idem *lib.* 2. *bell. Maced.* Degener & emollitus amœnitate Asiæ hostis.

Emōllĭdus, a, um, adjectivum: Mollis. { רך *rach.* μαλθακός, μαλακός. Gall. *Mol, effeminé.* Ital. *Molle.* Germ. Erweycht. Hisp. *Amollentado.* Angl. *Soft nice, wanton.* } Liv. 4. *bell. Maced.* Labor & æstus emollida & fluida corpora Gallorum reddit. Quamquam sint qui *mollia* hoc loco contendant legendum.

Emolo, is, ere: Perfectè molo, vel molendo consumo. Persius *Sat.* 6.

——— *& granaria, fas est,*

*Emolo: quid metuas? tecta, & seges altera in herba est.*

Emolŭmentum, i. Utilitas quam ex opera & labore alicui quæritur: nam à molimine defenditur. { סתרון *sithron.* ὄφελος, κέρδος. Gall. *Utilité, profit, gain.* Ital. *Utilità.* Germ. Nutz. Hisp. *Ganancia à provecho.* Angl. *Gaine, profite.* } Col. *lib.* 3. *Offic.* Si sic animus affectus ut propter suum quisque emolumentum spoliet, aut violet alterum, dirumpi necesse est eam, quæ maximè secundùm naturam humani generis est, societatem. Plautus *Trinum.* Etsi sine dote duxeris, tibi dicit emolumentum honoris, mihi quod objectent, fiet. Cic. 1. *de finib.* Plúsque in ipsa injuria detrimenti est, quàm in his rebus emolumenti, quæ parantur injuria. Juven. *Sat.* 6.

*Præmia nunc alia, atque alia emolumenta notemus Sacramentorum.*

‖ Emologare, confitemare, laudare. Lex. J. C. Vide *Homologare.* ‖

Emŏnĕo, es: Moneo. { תנוחה *highhiah.* νουθετέω, ὑπομιμνήσκω. Gall. *Advertir, admonester.* Ital. *Advertire.* Germ. Warnen. Hisp. *Amonestar, avisar.* Angl. *To warne, to advertish.* } Plaut. *Asin.* Hunc politate, illam expilare jam emone.

Emŏrĭor: Morior, obeo. { מות *moth.* ἀποθνήσκω. Gall. *Mourir.* Ital. *Morire.* Germ. Erstärben. Hisp. *Morir.* Angl. *To die.* } Quintil. Evanescunt hæc (docta) atque emoriuntur. Plaut. *Aul. sc.* 3. *a.* 1. In rem meam est ut emoriar priusquam ducam. Et, Emortuum me mavelim letho malo. *Ibid.* Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Non est ex re tua, ut ego emoriar. *Ibid. sc.* 6. *a.* 4. Hercle haud te sinam emoriri, nisi mihi argentum redditur. Idem *in Menach.* Paucis pòst diebus Tarenti emortuus est. Idem *in Asin.* Emori me malim, quàm hæc non ejus uxori, &c. Quintil. Cùm spes emoritur. ¶ Legitur etiam infinitivus emoriri, per quartam conjugationem. Terent. *in Eunuch.* Risu omnes qui aderant emoriri.

Emortŭālis dies, quo quis mortuus est. { θανατήσιμος. Gall. *Mortuaire. le jour que l'on se meurt.* Ital. *Il giorno che alcuno è morto.* Germ. Der tag eines tödtlichen abgangs. Hisp. *El dia del mortorio.* Angl. *The day when one dieth.* } Sicut Natalis, quo quis natus est. Plaut. *in Pseud.* Certum est mihi hunc emortualem facere ex natali die.

Emŏvĕo, es: Loco moveo. { חנוך *henidh*, חנוך *henioh.* ἐκκίνησις, μετάθεσις. Gall. *Mouvoir, émouvoir, remuer, oster d'un lieu.* Ital. *Movere.* Germ. Herauß bewegen / dannen thün / verrucken. Hisp. *Mover de lugar.* Angl. *To put out of the place or syde.* } Liv. 6. *ab Urbe.* Tum peritus ira Camillus, lictorem qui plebem de medio emoveret, misit. Virg. 2. *Æneid.*

——— *emoti cardine postes.*

Emovēre, pro Exterere, seu in apertum producere. Ovid. 3. *Fast.*

*Dum loquitur, totum jam sol emoverat orbem:*

id est, cum tota sua totunditate apparebat. Gell. *cap.* 4. *lib.* 10. Emovere labia. Liv. *lib.* 2. *bell. Pun.* Emovere semel atque iterum.

Emōtus, participium. Loco motus. { מוגד *mugâdh*, מוגח *mugâh.* ἐκκινητός, μεταθετός, ἀπαναστάσεως. Gall. *Remué, osté de son lieu.* Ital. *Remisso, tolto via.* Germ. Verruckt / auffgewegt. Hisp. *Movido de lugar.* Angl. *Put out of the place or syde.* } ut, Axis cardine emotus. Stat. 1. *Thebaid.* Curæ emotæ. Virg. 6. *Æneid.* Emotis deinde curis legatis. Liv. 10. *bell. Punic.* Emota mens (pro planè mota loco.) Senec. *cap.* 8. *al.* 17. *de consol. ad Polyb.*

Empănda, Paganorum Dea fuit, teste Festo: ita dicta quòd patentibus pagis, non clausis urbibus præesset.

‖ Empasma, gradus. Gl. gr. b. ‖

Empĕdŏclēs, ἐμπεδοκλῆς. { Germ. Ein Philosophus natürlicher dinge / hoch erfaren. } Nomen est Philosophi Agrigentini, quem nescias utrúmne inter Poëtas, an inter Philosophos annumeres: quippe qui rerum naturam elegantissimo carmine explicuit, ut apud Romanos Lucretius. Hic (ut author est Hieronymus) omne quod vivit & movetur, non putavit edendum, sicut & Pythagoras: & ex concordia amicitiaque elementorum cuncta constare affirmabat, & eorum inimicitiâ & discordiâ aliquando dissolutum iri. Prima item elementorum complexione segregatum æëra contendebat, & post cum igem erupisse, cúmque cùm alium locum non reperiret, sursum à frigore ætris esse repulsum. Circa terram autem duos circumferri dimidiatos orbes: alterum ex igne totum, alterum ex aëre maximè, ac ex igne admodum exiguo: & illum diem, hunc noctem esse putabat. Solem natura non esse ignem, sed ignis tempercussionem, ei similem, quam in aquis fieri cernimus: Lunam ex relicto ab igne aëre congelatam, sicut grando congelatur, & per se factam, lucem à Sole recipere. Mentem non in capite, nec in pectore, sed in sanguine dissemnatam esse, ac illis partibus homines magis sentire, quibus plus sanguinis inest. De hujus morte nonnulli memoriæ tradiderunt, clàm relictis sociis, Ætnam Siciliæ montem ascendisse, & in ardentem ejus craterem se conjecisse, eo consilio, ut quum nusquam appareret, crederetur factus esse immortalis: sed ejectis impetu ignis ferreis crepidis, rem fuisse deprehensam. De Empedocle extat honestissimum illud Lucretii elogium.

*Carmina quis etiam divini pectoris ejus*
*Vociferantur, & exponunt præclara reperta,*
*Vt vix humana videatur stirpe creatus.*

¶ Empedoclis simultas, Ἐμπεδοκλέους ἔχθρα, dicebatur pertinax & irreconciliabilis. Empedoclem enim aiunt fuisse moribus, ut assiduè simultates cum aliquibus susceperet, easque pertinacissimè exerceret. Quadrabit etiam ubi quis levi de causa ex amico fit inimicus. Hinc.

Empedocleus, a, um. Adject. Cicer. *Quint. fratr. lib.* 13. Quum veneris virum te putabo: si Sallustii Empedoclea legeris, hominem non putabo.

Empĕtrōn. { Ἐμπετρον. Gall. *Vne herbe appellée pertepierre, tompopierre.* Ital. *Herba saffifraga.* Germ. Steinbrech / ein kraut. Hisp. *La saxifraga, hierva cenecida.* } A Græcis dicitur herba ea quæ à Latinis calcifraga appellatur, locis maritimis ferè gaudens, & haud temerè alibi, quàm nudo saxo nascens: unde & nomen accepit. Plin. *lib.* 27. *cap.* 13. Empetron quam nostri calcifragam appellant,

pellant : nascitur in montibus marinis, ferè in saxo : quò propiùs fuerit, minus salsi est. Vulgus *Saxifragam* appellat.

‖ Emphanistica, ἐμφανιστικὰ, quæ Clerici solvebant in clerum illecti: eadem ἐμφανισμὸς. Olim omnibus Ecclesiis ea præstabant, postea non nisi in magna Constantinopolitana. ‖

Emphăsis, ἔμφασις. Expressio, significatio, demonstratio. Figura est, cùm tacita verbis subest significantia, quæ pronunciatione indicatur. Ejus duo sunt genera : alterum, quo plus significatur quam dicitur : ut, Cantando tu illum ? quasi dicat, indoctus pernissimum ? Item, Itáne Cretensi fidem habes ? ubi non simpliciter in Creta natum significamus, sed hominem pro gentis ingenio perfidum. Alterum, quo etiam illud significatur, quod non dicitur : ut apud Virg. *lib.* 1. *Georg.*

——— *Quum jam glandes atque arbuta sacra*
*Deficerent sylvæ.*

Hoc est, non solùm aliis sylvis, sed etiam sacris.

‖ Emphotum, intervallum, distantia. L. g. b. ‖

ἘΜΦΥΤΕΎΣΙΣ. ἡ ψυὸ *mattáh.* ἐμφύτευσις. Gall. *Enteement, enteure, meilleurement.* Ital. *Piantagione, miglioramento.* Germ. *Pimpfung/ pflantzung.* Hisp. *Plantacion, mejoramento.* Angl. *A grefting, a imping.* } Latinè insitionem significat, sive plantationem : à verbo Græco ἐμφυτεύω, quod est insero, vel consero. Unde fundum in emphyteusim dare, frequens est apud Jurisconsultos, pro eo quod est, ea conditione alicui tradere, ut accipiens eum colat, eóque utatur, fruatur, quandiu mercedem solverit. Hic autem contractus, ut ex verbi origine apparet, tum esse cœpit, quum agri deserti, atque inculti non facilè colonum reperiebant. Hinc

Emphyteutes, sive Emphyteuta, ἐμφυτευτὴς, dicitur, qui fundum agrumve ea lege à domino accipit, ut eum conserat, melioremque efficiat.

‖ Emphyteuticarius, idem quod emphyteuticus. Substantivè, Is qui habet tus emphyteuticum.

Emphyteuticus, a, um : ad emphyteutam, vel emphyteusim pertinens. ‖

Emphăctæ, orum. Nonnulli dici putaverunt naves tectas, citantes illud Ulpiani *ex l.* 1. *D. de exercit. act.* Quædam enim naves onerariæ, quædam (ut ipsi dicunt) emphractæ sunt. Quo tamen in loco castigatiora exemplaria ἐμβάλλει, autcertè ἐμβαλλὶς, non *emphractæ*, legendum docent. Naves autem tectas, sive constratas, Græco vocabulo κατάφρακτοι vocati, suo loco ostendimus.

‖ Emphractus, a, um, ἐμφρακτος, η, ον : tectus, ἐμφράσσω, obstruo, tego.

Empiria, experientia, peritia : ἐμπειρία, qui habet πεῖρα, usum qui per multa transivit. πεῖρα est transire. ‖

Empiricè, ἐμπειρικὴ, dicta est medicinæ pars, quæ solâ experientiâ curat. Tres enim fuerunt præcipuæ medicorum sectæ : Rationalium, quorum princeps extitit Hippocrates : Methodicorum, quorum primus fuit Themison Laodicenus, quem postea secutus Thessalus Trallianus, sectam eam absolvit : & Empiricorum, qui Philinum Coum sequuntur, qui primus eam partem à rationali separavit. Plin. *lib.* 29. *cap.* 1 Alia factio ab experimentis se cognominans Empiricen, cœpit in Sicilia.

Empiricus. ἐμπειρικὸς. Gall. *Celuy qui fait medecine, ou autre science par experience, & long usage.* Ital. *Sperimentatore, che medica solamente con la sperienza.* Germ. Ein arzt so sein kunst allein auß der erfarung hatt. Hisp. *Experimentador.* Angl. *He that maketh a thing by experience, or long use.* } Medicus qui sola experientia medicinam tractat, neque hominum naturam cognitam habens, neque morborum causas investigans. ἀπὸ τῆς ἐμπειρίας : hoc est, ab experientia dictus. Celsus *lib.* 1. *in præfat.* Ex ipsa professione se Empiricos nominaverunt.

ἘΜΠΛΆΣΤΡΟΝ. } מרח *morèr.* ἔμπλαστρον, ἡ ἐμπλαστρος. Gall. *Emplastre.* Ital. *Empiastro.* Germ. Ein pflaster. Hisp. *Emplastro.* Angl. *A plaister.* } Medicamentum ex variis rebus, præsertim metallicis constans, accuratè tritis, quod liquore aliquo præmollitum vulneri imponi solet. Dictum à verbo ἐμπλάσσω, quod est fabrico, & versando mollio. Hodie vulgò *Unguentum* dicitur. Id verò quod vulgò *Emplastrum* dicitur, à doctis vocatur cataplasma. Plin. *lib.* 1. *cap.* 24. Imponuntur emplastra vulneribus, malagmata super integram cutem injiciuntur : pastilli autem illinuntur, aut alicui mollioni cerato miscentur. Sunt & alia horum inter se discrimina. Vide Celsum *lib.* 5. *cap.* 17. Laberius apud Gell. *cap.* 7. *lib.* 16. Quid est jusjurandum ? Emplastrum æris alieni.

Emplăstro, as. } חבש *chibbésch.* ἐμπλαστρίζω, ἐμφυτεύω. Gall. *Enter un arbre, y appliquer une greffe en ente.* Ital. *Figgia d'innestare.* Germ. Verpflastern / wie man den schossen thut so man pfropfet. Hisp. *Emplastrar ò enxerir.* Angl. *To greffe.* } Col. *lib.* 11. *cap.* 2. Possunt, inquit, si jam librum remittunt, inseri oleæ, vel emplastrari, cæteræque pomiferæ arbores eodem emplastrationis genere inseri.

Emplăstrătio, nis, in arboribus dicitur, quum cortex eximitur inoculationis gratiâ, ut aptari queat cortex par ex altera arbore. } ἐμφύτευσις. Gall. *Enterement ou enture.* Ital. *Innestamento.* Germ. Zweig gung/ ein einbindung eines zweigs. Hisp. *Obra de emplastrar ò enxerir.* Angl. *A greffing.* } Colum. *lib.* 6. *de arbor. c.* 16. Tertium genus, quum gemma cum exiguo cortice in partem sui delibratam recipit, quam vocant agricolæ emplastrationem, vel (ut quidam) inoculationem.

Emplăstrātūrus, part. quo Col. usus est *lib.* 5. *cap.* 11. Delibrato (inquit) item alteram arborem, quam emplastraturus es.

‖ Empola, captura, quæstus. Unde Empolaria mulier, scenica, quæstuaria. Salmas.

Emponēma, ἐμπόνημα, labor rei alicui impensus : item expensæ utiles & necessariæ bona fide factæ : & jus, quod emphyteuta acquirit per culturam agri : ab ἐμπονέω, illaboro, quo Tacitus utitur, laborem impendo.

Emporiæ, apud Plinium, sive Emporiæ, *Ampuries.* V. E. maritima olim ante Mauretum in Hispaniam irruptiones, & nunc sub A. Tarraconensi. ¶ Est item V. E. Sardiniæ insulæ, sub A. Turritano. ‖

ἘΜΠΌΡΙΟΝ : Mercatus, vel locus ubi mercatus fit. } ἐμπόριον. Gall. *Le marché, le lieu où on vient une foire.* Ital. *Mercato, fiera.* Germ. Ein gemein statt/ da man kauffet und verkaufft. Hisp. *Lugar de feria ò trato de mercaduria.* Angl. *The place where a faire is kept, a mercat towne.* } Plaut. *in Amph.* Apud emporium, atque in macello, in palæstra, atque in foro. Cic. *Attic. lib.* 1. Quum per emporium Puteolanorum iter facerem. Dictum emporium ἀπὸ τῆς ἐμπορίας, hoc est, à negotiando, sive mercando : unde & ἔμπορος Græci mercatorem vocant, & ἐμπορία ipsam negotiationem.

Emporĕticus, a, um : Mercatorius, ἐμπορικὸς : ut, Emporetica charta. } ἐμπορικὸς χάρτης. Gall. *Papier brouillard, dequoy on enveloppe les autres marchandises.* Ital. *Carta da involgere mercantie.* Germ. Krämer papeir in welchen sie ihre waren einwickeln. Hisp. *Papel de fraga.* Angl. *Papier wherein merchandes do put their wares, as brown or waste paper.* } Dicta est, qua merces involvuntur à mercatoribus, inutilis ad scribendum. Plin. *lib.* 13. *cap.* 12. Nam emporetica inutilis scribendo, involucris chartarum segestrimque in mercibus usum præbet.

Emporiæ, urbs Hispaniæ Tarraconensis, Ptolemæo. Vulgò *Castellum d'Ampurias.* Phocaicæ Emporiæ. Silius *lib.* 3.

*Dat Carthago, vires Teucro fundata vetusto,*
*Phocaica dant Emporia, dat Tarraco pubem.*

Emporium, ἐμπόριον, oppidum, quod alias Tanais, juxta Tanaidis fluvii ostia in Mœotim. Steph.

Empotium, ἐμπότιον, urbs Celtica, à Massiliensibus condita : altera est Macedoniæ, tertia Siciliæ, quarta Campaniæ. Steph.

‖ Empos, impos. Cath. ‖

Empotion, quod hic pro herbæ nomine corruptè legebatur, vide *Impetron.*

Emprosthŏtŏnus, ἔμπροσθότονος. Affectus est spinæ, quum scilicet illa obriguit, & inflexibilis facta est, atque ita in anteriorem partem incurvatur, ut omnino erigi non possit. Hujus affectus similes sunt tetanus & opisthotonus : in hoc tamen differunt, quòd emprosthotonus dicitur, quum in anteriorem partem spina sit inflexa : opisthotonus, quum ea in partem posteriorem est incurvata : tetanus autem quum recta obriguit, ita ut neque in anteriorem, neque in posteriorem partem flecti queat.

‖ Emprosthocurbion, anterior sellæ crepido. Anon. L. g. b. ‖

Empŭlĕus, Emptito : vide *Emo.*

Empūsa, ἔμπουσα, genus larvæ & terriculamenti, dictum Hecatæ, uno pede incedens : unde & nomen. Author Eustathius. Vide Cælium Rhodig. *lib.* 5. *cap.* 3. *lect. antiq.* & Erasmum in proverbio, *Prothoo mutabilior.*

Empyi, ἔμπυοι, à medicis dicuntur qui abscessu thoracis laborantes, pus exsereant, quorum affectus etiam empyema, ἐμπύημα, appellatur : nos purulentam exscreationem dicere possumus. Qui verò hunc morbum patitur, empycus, ἐμπυικὸς, dicitur.

Empyrĕus, a, um, vel Empyrius, ignitus.

Empyrium cœlum, ἐμπύριος οὐρανὸς. Appellatur à Theologis (nam philosophi cœli hujus nusquam meminerunt) undecimum cœlum, primum mobile ambitu suo complectens, Dei & Beatorum sedes : ita dictum, quasi ignitum : non quòd revera tale sit, sed quòd purissima sua reliquis cœlis, ut ignis cæteris elementis, antecellat.

‖ Empyus, ἔμπυος, in quo pus est : suppuratus. ‖

Emūcĭdus, adject. } עכש *hobeseh.* ὁ καὶ ἀμυξώδης, ὁ καὶ ὁ ῥέων, ὁ καὶ ὁ ῥεύματος. Gall. *Moisi & rouit humide.* Ital. *Musso, mussolento.* Germ. Schimlig. Hisp. *Cosa mucho mohosa.* Angl. *Very filthie, muche ryuered the ryuered.* } ut, Vitis emucida. Plin. *lib.* 17. *cap.* 22. Simili modo & secundo anno reciditur, vitésque concipit. & intra se pascit, suffectoras oneri, quum aliàs festinatione pariendi gracilescat, ac emucida (ni cohibeatur castigatione tali) in fœtum excrescat.

Emūgio, is : Cum mugitu profero. } נעיר *gehéh.* ἐμυκάομαι. Gall. *Mugir comme un taureau, parler gros.* Ital. *Mugire de buoi.* Germ. Jauchzen/ schreyen wie stier. Hisp. *Mucho bramar, ò dar bozes.* Angl. *To bellowe out.* } Quint. *lib.* 2. *cap.* 12 Nam & clamant ubique, & omnia se vacca (ut ipsi vocant) manu emugiunt.

Emulgĕo, es, emulsi, vel emulxi, emulsum, vel emulctum : Mulgeo, mulgendo tollo. } מצה *matsach.* ἐμυέλιζω. Gall. *Traire le laict d'une mammelle.* Ital. *Mungere il latte.* Germ. Außmelcken. Hisp. *Ordeñar, ò chupar.* Angl. *To milke or stroke.* Col. *lib.* 7. *cap.* 3. Sed priusquam hoc fiat, exiguum emulgendum est, quod pallores coalstram vocant.

Emūndāre : Mundare. Col. *lib.* 5. *cap.* 15. } טהר *tihhér.* נקה *pinnéh.* ἐκκαθαίρω. Gall. *Oster les immondices, nettoyer.* Ital. *Nettare.* Germ. Außsäuberen. Hisp. *Mucho limpiar.* Angl. *To wipe, to make cleane.* } Seritur ergo priùs in emundata pastinatione. Idem Colum. *lib.* 2.

Emūngo, is, unxi, unctum : Nates purgo. } מרט *matsáts.* מרר *matsah.* ἐκμυσσάω. Gall. *Moucher son nez.* Ital. *Nettarsi il naso, soffiarsi il naso, mocchar.* Germ. Die nasen butzen. Hisp. *Limpiar las narizes.* Angl. *To wipe the nose, to snuffe a candell.* } Mucus verò est cerebri excrementum ex naribus profluens. Emungere lucernam, vel candelam, est extremam ellychnii partem, quæ jam exusta lumini officit, instrumento auferre. Instrumentum quoque, quo ad eam rem utimur, emunctorium vocari potest. ¶ Per translationem sæpe ponitur emungere pro spoliare, seu fraude extorquere. Terent. *in Phorm.* Emunxi argento senes. ¶ Cubito se emungere : proverbium, quod in eos dici consuevit, qui artem aliquam immundam exercent : illi enim quum manus semper habeant unguinatas, cubito digitorum loco utuntur. Author ad Heren. *lib.* 4. Tota res relinquitur in suspicione : ut si falsamentarii filio dicas, Quiesce tu, cujus pater cubito se emungere solebat.

Emūnctus, participium : Exhaustus, & pecuniâ denudatus. } מוצה *mimtsah.* ἀπομυξάω. } Plaut. *in Bacch.* Miserum me aut esse emunctum. ¶ Emunctæ naris homo (ut docet Erasmus *in Adagiis*) dicitur is qui acri exactóque est judicio, qui nare habet perspicaces, mucóque emunctas. Horat. 1. *Serm. sat.* 4.

*Emunctæ naris, durus componere versus.*

Emūnctio,

Emúnctio, nis. {נקי *mitt.* ἀπομυξία. GALL. *Mouchement.* ITAL. *Moccimento.* GERM. Die naſen buttung. HISP. *Obra de limpiar las narizes.* ANGL. *A wiſping of the noſe.* } Quint. *lib.* 11. *cap.* 3. de narium geſtu loquens: Quam emunctio etiam ſequentior non ſine cauſa reprehendatur.

Emunctorium, inſtrumentum, quo candelam emungimus, forceps.

Mūnĭo, ĭs, ĭi, ītum. Munio. {בצר *bitſer.* ὀχυρόω, κατασκευάζω. GALL. *Fortifier, remparer.* ITAL. *Fortificare.* GERM. Befeſtigen/ feſt vnnd bewart machen. HISP. *Fortalecer.* ANGL. *To fence to fortifie, to make ſtronge.* } Ut, Emunitus in modum arcis. Livius 2. *bell. Pun.* Tacit. *in vita Agric.* Corpora ipſa, ac manus, ſylvis ac paludibus emuniendis, verbis inter ſe contumelias conterunt. Emunire vites ab injuria pecoris. Colum. *lib.* 3. *cap.* 6.

Emunitas, immunitas. Conc. Ticin. Cod. Hantiq.

Emuralamti, ſignifert Turcici. L. g. b.

Emūſco, as: Purgo, & muſcum adimo. { ἀφαιρῶ. GALL. *Emouſſer, oſter la mouſſe d'un arbre.* ITAL. *Levar la muſſa d'un albero.* GERM. Von dem mieſ ſnibern. HISP. *Quitar el moho de los arboles.* ANGL. *To rubbe of moſſe.* } Col. *lib.* 11. *cap.* 2. Iiſdem diebus, ubi prægelidum & pluvium cœlum eſt, oleæ purantur & emuſcantur, id eſt, muſcus illis adimitur.

Emūtĭo, is, ĭui, ītum. Mutio. {χίζω. GALL. *Grouder.* ITAL. *Mutire, mutirſi.* GERM. Gybſen/ etc wenig murren. HISP. *Hablar como entre dientes.* ANGL. *To mutter, or whiſper.* } Qua voce utitur Plautus *in Mercatore.* Etiam emutis? omnia commonſtrabo.

Emūto, as: Muto, immuto. {חסר *hemir.* ἐξαλλάττω. GALL. *Changer, muer.* ITAL. *Cangiare, mutare.* GERM. Verendern. HISP. *Cambiar, mudar.* ANGL. *To change.* } Quint. *lib.* 8. *cap.* 2. Quidam emutatis in perverſum dictis, de figuris, idem vitium conſequuntur.

EN

En, ab ἰδού. Significat ecce, & tam nominativo, quàm accuſativo jungitur: cóque utimur in commonſtrando aliquid. { ἰδού, ἰού. GALL. *Voicy, voilà.* ITAL. *Ecco.* GERM. Sihe/ ſihe. HISP. *Cata, è mira.* ANGL. *Behold.* } ut, *En Priamus.* Vel exprobrando: ut,

*En agros, & quam bello Troiane petiſti*
*Heſperiam metire jacens.*

Oratores per nonnativum frequentiùs. Cic. *pro Deiotaro rege,* En crimen, en cauſa, cur regem fugitivus, dominum ſervus accuſet. Cedò manum. En tene: (aliàs hem.) Plaut. *Moſt. ſc.* 4. *a.* 1.

*Alloquor, en abſens.*

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Triſt.* En tectum, en regulam, en ludificatorem herum. Plaut. *Amph.* En teſtis amplitex, quicum venio. Idem *ibid.* En tibi hominem. Idem *Capt. ſc.* 3. *a.* 2. En tibi. Idem *Curc. ſc.* 3. *act.* 2.

*En eget auxilio qui non tulit.*

Ovid. 13. *Metam.*

*Pendimus, en profugi (ſatis tua pectora) pœnæ.*

Idem *Eleg.* 11. *lib.* 3. *Triſt.* ¶ En unquam, pro Unquamne, eſtque Archaiſmus. Virg. *in Bucol. Ecl.* 1.

*En unquam patrios longo poſt tempore fines.*

¶ En jam: verbis ſunt abſolventis perficientiſque aliquid. Plaut. *in Pœnulo.* Neque unquam lavando, neque fricando ſcimus facere en jam. Mendosè in impreſſis *enam.* ¶ ¶ En, ἐν, eſt præpoſitio Græca, ſignificans *in,* id quod quietis eſt Latinis. Ea præpoſitio *en,* occurrit in multis vocibus, quæ in Latinam civitatem ſunt receptæ.

Enacrātum. Vinum merum. L. g. b. fortaſſe Œnocratum.

Enaeōrēmă, ἐναιώρημα. A medicis vocatur illud, quod in urina circa mediam matulæ partem innatat, quemadmodum quod in ſumma matulæ parte cernitur, nubes, ſive nebula dicitur: quod verò in fundo ſubſidit, hypoſtaſis. Nomen accepit à verbo ἐναιωρῶμαι, quod ad medium matulæ ſublatum, ibi quodammodo maneat ſuſpenſum.

Enalus, ἔναλος. Lesbius adoleſcens, qui cùm ſervandæ puellæ ejuſdem gratiâ ſe in mare abjeciſſet, operâ delphinum ſervatus, unà cum illa ad continentem tranſvectus eſt. Author Plutarchus *in ſympoſio ſeptem ſapientum.*

Enargīă, æ. Græcè ἐνάργεια. Latinè evidentia, ſive repræſentatio, illuſtratióque, quum res ita deſcribitur, ut cerni videatur. { ראי *roi,* מראית *mareth.* GALL. *Evidence, clarté.* ITAL. *Repreſentatione.* GERM. Ein eigentliche anzeygung eines dings/ als wan mans für augen bildet. HISP. *Manifeſtacion y repreſentacion.* ANGL. *Clearenesſe, perſpicuitie, evidentie.* } Quintil. *lib.* 4. *cap.* 2. Sunt qui adjiciant his evidentiam, quæ ἐνάργεια Græcè vocatur. ¶ Eſt & energia, per ſecundam vocalem in antepenultima, ἐνέργεια, quod nobis efficaciam ſonat: de quo infrà ſuo loco.

Enārro: Perfectè, vel ad finem narro, explano. {ספר *ſipper,* תגיד *higghidh,* פרש *paraſeh,* כתר *bedrikeyēn,* διήγημα. GALL. *Raconter, reciter, expliquer, declarer.* ITAL. *Narrare, ſpianare.* GERM. Erzehlen. HISP. *Declarar, exponer.* ANGL. *To make plane and tell aſong.* } Patri enarrabo tua flagitia. Plaut. *Men. ſc.* 1. *a.* 4. Ea tibi omnia enarravi. Idem *Amph.* Ne operæ quidem pretium te ea enarrare. Idem *Milit. ſc.* 1. *a.* 1. Enarrare argumentum. *Ibid. ſc.* 2. *act.* 2. Ibidem eloquar. Cic. *pro Marcello,* Nulla dicendi, aut ſcribendi tanta vis, aut copia, quæ non dicam exornare, ſed enarrare res tuas geſtas poſſit. Terent. *Adelph. ſc.* 3. *a.* 3. Rem omnem modò ſeni, quo pacto ſe haberet, enarravimus ordine. Gellius *cap.* 12. *lib.* 13. Cùm hoc in Capitonis epiſtola ſublegiſſemus, id ipſum in M. Varronis *lib.* 21. *rerum humanarum,* enarratius ſcriptum invenimus.

Enārrātio, nis. { פרשה *paraſehāh,* ἐξήγησις. GALL. *Expoſition, declaration, interpretation.* ITAL. *Expoſitione, interpretatione.* GERM. Erzehlung. HISP. *Aquella declaracion è cuenta.* ANGL. *A plane declaration, or telling at lengh.* } Quint. *lib.* 1. *cap.* 9. Exigitur à Grammaticis Poëtarum enarratio.

Enarrator. Gell. *cap.* 4. *lib.* 18. Enarrator & lector Saluſtii. Idem *lib.* 13. *cap.* 29. Varronis enarrator.

Enarrābilis, e, quod enarrari poteſt. { ἐξηγητὸς, φανερὸς. GALL. *Qui ſe peut raconter, qu'on peut dire.* ITAL. *Che ſi può narrare.* GERM. Das leicht zuerzehlen iſt. HISP. *Coſa que ſe puede declarar.* ANGL. *That may be declared.* } Quint. *lib.* 9. *cap.* 4. Motū animi quodam neſcio an enarrabili, indicatu.

Enascŏr, eris: Naſcor, ſive ex alio naſcor. { נולד *neläddh.* ἐκφύομαι. GALL. *Naiſtre, ſortir d'un autre, ſurcreiſtre.* ITAL. *Naſcere, ſorgere.* GERM. Herauß wachſen. HISP. *Nacer.* ANGL. *To be borne, or to ſpring of another.* } Varro 1. *de re ruſt. cap.* 41. Simili de cauſa oleæ ſemen quum ſit nucleus, quòd ex cortice ejus enaſcerbatur colis, quam exteriores: ideo, &c. Idem 2. *de re ruſt. cap.* 9. Equarii duobus dentibus, dextra & ſiniſtra, &c. Cic. *ad Attic.* Ex multis meis miſeriis cura eſt una enata.

Enāto, as, are. Natando evado, vel ad deſtinatum locum natando pervenio. { שח *naph.* ἐκνήχομαι. GALL. *Paſſer en nageant, nager juſques à un pretend d'aller, échapper en nageant.* ITAL. *Natare vitro, ſuori.* GERM. Außſchwimmen. HISP. *Salir del agua nadando.* ANGL. *To ſwomme out.* } Hirtius *lib.* 4. Séque per molem in mare præcipitaverunt, & octingentorum paſſuum ſpatio ad oppidum enataverunt. Cic. 5. *Inſt.* Reliqui habere ſe viderentur angustius: enatant tamen Epicurus, Hieronymus, &c. hoc eſt, evadunt.

Enāvīgo, as, are, ad finem uſque navigare, vel navigando evadere. { ἐκπλέω. GALL. *Paſſer en bateau ou navire, aller par eau & parvenir juſques où on veut aller.* ITAL. *Navigare, navigare al luogo deſtinato.* GERM. Außſchiffen/ zuland auß der ſtetſt ſchiffen. HISP. *Navegar haſta el cabo.* ANGL. *To ſayle out, or to land.* } Plin. *lib.* 6. *cap.* 17. Proditur Alexandrum magnum nullo die minus ſtadio DC. navigaſſe in Indo, nec potuiſſe ante menſes quinque enavigare. Cic. 4. *Tuſc.* E quibus tanquam è ſcopulis cortibus enavigavit oratio. Suet. *in Tib.* Tantùm non adverſis tempeſtatibus Rhodum enavigavit. Plin. *lib.* 9. *cap.* 5. Sinus duodecim dierum & noctium temigio enavigatus Ptolemæo regi.

Enavigandus, a, um, partic. fut. temp. Horat. 2. *Carm. Ode* 14.

*——— qui ter amplum*
*Geryonem, Tityonque triſti*
*Compeſcit unda, ſcilicet omnibus*
*Quicunque terra munere veſcimur,*
*Enavigandа.*

Ināvo, as: Navo. { ἐκπράττω. GALL. *Employer ſa peine à achever quelque œuvre.* ITAL. *Adoperare ogni ſua poſſanza.* GERM. Fleiß anwenden. HISP. *Trabajar para acabar alguna coſa.* ANGL. *To employe with all his power, to endevour with diligence.* } Unde opera enavata. Tacit. *lib.* 19. Et præmia enavatæ operæ petebant.

Incænĭă, cum æ diphthongo: Innovatio. { חנכה *chanuchāh.* ἐγκαίνια. GALL. *Renouvellement, innovation.* ITAL. *Innovatione.* GERM. Ein newerung/ einweihung. HISP. *Innovacion ò renuevo.* ANGL. *An innovation.* } Aug. Encænia, Feſtivitas erat dedicationis templi: Græcè enim καινὸν, dicitur novum. Quandocunque enim novum aliquid fuerit dedicatum, encænia vocantur.

Encānthis, ἐγκανθὶς. Morbus oculorum, quum in majori ipſorum angulo tuberculum enaſcitur, quòd genas parum patitur diduci. Nomen habet à ſitu. Nam Græci oculorum angulos κανθοὺς appellant.

Encārdĭă, ἐγκαρδία, gemma eſt à cordis effigie ſic dicta. Ejus tria enumerantur genera: primum, in quo nigra effigies cordis eminet: ſecundum viridi colore, cordis effigiem repræſentans: tertium, nigrum cor oſtendens, reliqua ſui parte candidum. Author Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Encarpa, ἐγκάρπια, apud Vitruv. *lib.* 4. *cap.* 1. Terreb. *lib.* 11. *cap.* 4. putat eſſe ornamenta capitalia columnarum galmites aut ramos cum ſuo fructu habentia, aut etiam arbuſculas fructuoſas, quæ vocantur *Δένδρα ἐγκάρπια* à Græcis, aut frondibus & ramis implexos innexóſque fructus.

Encauſis, ἐγκαυσις, inuſtio, pictura, quum aliquid depictum cera, plumbi cauteriis inurebatur: ἐγκαίω eſt inuro.

Encauſtĭcē, ἐγκαυστικὴ, genus picturæ, quod adhibito igne fiebat, coloribus ſcilicet aduſtis, cera igni reſoluta. {ANGL. *Enameling.*} Apul. Encauſticen oppidò exercens, ſe & duos filios ſuſtentabat.

Encaūstēs, æ. {ἐγκαυστὴς. ANGL. *An enameler.*} Latinè inuſtor dici poteſt, hoc eſt, pictor qui coloribus aduſtis, & cera igne reſoluta rerum effigies exprimit. A verbo Græco καίω, quod eſt uro. Vitruv. Quod facere ab encauſte didiceras. Plin. *lib.* 35. *cap.* 11. Lyſippus quoque Æginæ picturæ ſuæ inſcripſit encauſten: quod profectò non feciſſet, niſi encauſtica inventa.

Encaūstĭcus, a, um: aliud adjectivum: ut, Encauſtica pictura. Plin. *lib.* 35. *cap.* 11. Sed aliquanto veruſtiores encauſticæ picturæ extitêre.

Encauſte, es, apud Plin. *lib.* 35. *cap.* 11. Lyſippus quoque Æginæ picturæ ſuæ inſcripſit encauſten: quod profectò non feciſſet, niſi encauſtica inventa. Alia exemplaria habent *encauſten.*

Encēlădus, ἐγκέλαδος. Gigas unus maximus, Titanis & Terræ filius, quem Jupiter fulmine ictum Ætnæ monti ſuppoſuit. Virgil. *lib.* 3. *Æneid.*

*Fama eſt Enceladi ſemuſtum fulmine corpus*
*Urgeri mole hac.*

Enchēlĕæ, ἐγχελίαι Stephano, oppidum in Illyride, juxta quod Cadmus & ejuſdem uxor in ſerpentes verſi ſunt. Lucan. *lib.* 3.

*——— & nomine priſco*
*Enchelaæ verſi teſtantes funera Cadmi.*

Meminit hujus oppidi & Plin. *lib.* 3. *cap.* 21.

Enchīrĭdĭum. { ἐγχειρίδιον. GALL. *Livre qui ſe peut tenir en la main, manuel.* ITAL. *Coſa che ſi può tenere in mano.* GERM. Ein handbüchle lein. HISP. *Libro manual, y que ſe puede tener en la mano.* ANGL.

*A booke meete to be borne in the hand.* ] Exiguus quivis libellus, ita dictus, quòd ad manum semper haberi debeat, sive quòd manu nullo negotio possit circumferri. ¶ Sed & gladiolum, seu militarem pugiunculum, & rem partem illam, quam tantæ manu comprehendunt, enchiridion vocari, Julius Pollux tradit.

[ Enchordus, a, um, ἐγχορδος, ος, ον. Enchorda organa, quæ chordis intenduntur, χορδή, chorda. ]

Enchōrĭŏn, ἐγχώριον. dicunt indigenam, hoc est, in eo ipso loco, in quo agit, genitum: unde Enchoriæ aves dicuntur nostrates: quibus opponuntur exoticæ, seu peregrinæ.

Enchrīstă, ἔγχρισμα. Apud Celsum, Medicamenta sunt liquida, quæ illinunt.

Enchūsă, ἔγχυσον. Herba est similis anchusæ (unde & Pseudanchusa nominatur) sed lanuginosior, & minùs pinguis, tenuioribus foliis, & languidioribus. Radix non fundit oleum, sed rubentem succumque nota ab anchusa discernitur. Author Plin. *lib.* 22. *cap.* 20.

[ Enchytus, a, um. Nomen per se est generale. Infusus, aut qui infundi solet. ἐγχέω, est infundo. Sed substantivè ἔγχυτος est nomen placentæ, subaudiendo πλακοῦς.

Enclīste, dies sepulti Servatoris. L. g. b. ]

Enclīsis, ἔγκλισις. Inclinatio: & unum de accidentibus verbi, quod Latini *modum* dicunt.

Enclĭtĭcŭs, a, um, ἐγκλιτικός. Inclinativus, ut Encliticæ conjunctiones, que, ve, ne, quoniam inclinant ad se accentum.

Ecōlpiæ, ἐγκολπίαι, ut ait Arist. venti sunt qui è mari veniunt per sinus. Nam κόλπους Græci sinum vocant.

Encolpium, ἐγκόλπιον, quod è collo gestatur in pectore, seu in sinu, ἐν κόλπῳ.

Encomboma, Encombomata & parnacidæ, ex Varronis fragmentis citantur pro generibus vestium puellarum. ]

Encōmĭum, ii. { תהלה *tkehillâh.* ἐγκώμιον. Gall. *Loüange, témoignage d'honneur.* Ital. *Laude.* Germ. Ein herrlich lob. Hisp. *Alabança ò loor.* Angl. *Loving, praise.* } Laus, vel præconium alicujus, & propriè, quod ex multis ejus virtutibus compingitur. Nam quæ unam tantùm singulatémque spectant virtutem (ut si quis justum Aristidem prædicet) Græci ἔπαινος potiùs appellant. Solebant autem encomia cani, vel dici victoribus (quæ inde etiam epinicia dicebantur) in quibus occasione recentis meriti repeti solebat, quicquid illi in vita laude dignum gessissent. ¶ Encomium ante victoriam canis, πρὸ τοῦ νίκαν ἐγκωμιάζεις. In eum qui præpropere gloriatur, re nondum confecta. Nam apud Græcos qui rem strenuè gessisset in bello, oratione aut carmine laudabantur: quæ laudatio propriè encomium dicitur. Plato *in Lyside.*

Encōmĭāstēs, ἐγκωμιαστής, dicitur laudator, qui alterius celebrat encomium.

[ Encomiastice, cantilenæ species, quâ præstantium virorum præcinebantur laudes. Rh.

Encomiasticum, laudativum, demonstrativum.

Encraficholi, ἐγκρατίχολοι, aquarum genus.

Encris, idis, ἐγκρὶς, libum quod in oleo coquitur, & melle addito fit dulce. ]

Encryphĭās, ἐγκρυφίας. Dicitur panis subcinericius, ἀπὸ τοῦ ἐγκρυφάζω, quòd dum coquitur, sub cineribus absconditur.

Encyclŭs. { ἐγκύκλιος. Gall. *Circulaire, orbiculaire, rond.* Ital. *Circolare, rotunda.* Germ. Rund. Hisp. *Cosa de cerco, de corillo, redonda.* Angl. *Rounde.* } Adjectivum est apud Græcos, quod nos *orbiculare* interpretari possumus. Unde ἐγκυκλία παιδεία, circularis, & ex omnium disciplinarum orbe confecta scientia dicitur: quem etiam Latinorum nonnulli mutuata à Græcis voce Encyclion dixerunt. Vitruv. *lib.* 1. *cap.* 1. Encyclios disciplina, uti corpus unum, ex his membris est composita. Rursus idem *in Præfat. lib.* 6. Gratias agit parentibus, quòd se erudiendum curaverint encyclia doctrinarum omnium disciplina. ¶ Encyclias commentationes, ἐγκυκλίους ἐπιτηδεύσεις. Aristoteles *in Ethicis* eas intelligit, quas Gellius extrarias, hoc est, Exoticas vocat: Martian. cyclicas: cujusmodi & problematum sunt libri, & quæ populares à Cicerone & Themistio quæstiones appellantur, quòd de rebus omnibus tanquam in circulo passim quæreretur.

Encicly cæ, literæ circulares, quæ ad plures iisdem verbis scribuntur.

Encyclŏpædĭă. { ἐγκυκλοπαιδεία. Gall. *Vn sçavoir profond & intelligence de toutes les sciences.* Ital. *Scienza universale.* Germ. Der gantzen alten guten kunsten/ die eine an der andern hangt. Hisp. *Scienza universal.* Angl. *A perfect knowledge of all artes and sciences.* } Latinè dici potest circularis, vel orbicularis scientia. Est enim omnium artium & disciplinarum perfecta scientia. Ratio nominis proculdubio tracta est à circularis figuræ perfectione.

Endĕlĕchĭă, vide *Entelechia.*

Endemius, ἐνδήμιος: populatis.

Endĕplōro, as: antiqui dixerunt, teste Festo, pro Imploro, quod est cum questu inclamo, & cum fletu rogo, quod est propriè vapulantis.

Endĭădys, ἐνδιάδυς. Figura quum una res metri causa in duas dividitur, ut apud Virg.

——— *molemque & montes insuper altos:* id est, molem montium. Sic alibi,

——— *pateris libamus & auro,* pro pateris auteis.

Hujus figuræ meminit Servius *in* 1. *Æneid.* ubi tamen omnium penè Doctorum sententiâ corruptè legitur pro οὐ διὰ δυοῖν, hoc est, unum per duo, cui contraria figura legitur apud Donat. *in Andria Terentii,* quam vocat δὶς δι' ἑνὸς: id est, duo per unum.

[ Endixum, foramen in navi, per quod emittitur sentina. ¶ Item linteum filum, quod medici in extremo clysterii linquunt, per quod clysmus, id est, lolium emittitur. Fest. Turn. ]

Endo, antiquè idem est quod In. Endo procincta, pro In procincta. Significat autem quum ex castris in prælium exitum est. Nam veteres togis incincti pugnabant, authore Festo. Gell. *lib.* 1. *cap.* 19. Vellitis, jubeatis Quirites, &c. uti ei vitæ necisque in eum potestas sit, uti patri endo filio est. Sic enim doctissimus vir Franc. Hotomanus legendum existimat.

[ Endoscēsto, Infesto. Gloss. *alias.* Endo, est in.

Endotium, initium.

Endopercīco, id est, impesco, ἐνέρχομαι. Gl.

Endoplorato, implorato.

Endorsgous, id est, irriguus.

Endomatica, ἐνδυματικὰ. erant quæ, Imperatorum permissione, pendebant publica vectigalia, sibi privatim publicani exigebant. ]

Endrŏmis, idis. { אדרת שער *addereth sehâr.* ἐνδρομὶς. Angl. *A grisle mantle, à course winter gowne.* } Vestis genus hirsutum, longioresque villi, venti, pluviæ injuriis arcendis in primis accommodatum. Primus earum usus inventus creditur apud Lacedæmonios, quamvis postea etiam in Gallia fieri cœperint. Dicta endromis ab eo quod ἐν δρόμῳ, hoc est in cursu, ea maximè uterentur. Martial. *epigr. lib.* 14. *ep.* 126.

*Pauperis est munus, sed non est pauperis usus:*
*Hanc tibi pro tegula mittimus endromidem.*

Et *l.* 4. *ep.* 16. Endromidis usus elegantissimo Epigrammate exequitur.

*Sordida, sed gelido non aspernanda Decembri*
*Dona, peregrinam mittimus endromidem.*

Juvenalis *Satyr.* 6. mulieres Romanas taxat, quòd endromide purpurea uterentur:

*Endromidem* (inquit) *Tyriæ & fœminarum cerasmo*
*Quis nescit?*

Endymĭōn, ἐνδυμίων. Nomen proprium ejus, qui primus Lunæ cursum invenit, Apollon. *lib.* 1. *Argon.* Οἷα δὲ ἰδύμωνα καὶ Λάτμιον ἄγχι ἀΐσσας, Οἷά τε νειὸν ἐπ' ἀλλοίην, ἐνδυμίων. Hinc origo fabulæ quam Cicero tangit 1. *Tusc.* Endymionem à Luna adamatum fuisse, & ab ea in Latmio Cariæ monte fuisse sopitum, non aliam ob causam, quàm ut illum semel exoscularetur. Endymion (inquit) si fabulas audire volumus, nescio quando in Latmio obdormivit: qui est mons Cariæ, nondum (opinor) expertectus. Num igitur eum cœtate censes quum Luna laboret, à qua consopitus putatur, ut eum dormientem oscularetur? Hactenus Cic. Plut. *in Num.* Endymionem amatum à diis fabulantur Arcades. ¶ Hinc natum proverbium, Endymionis somnum dormis, Ἐνδυμίωνος ὕπνον καθεύδεις. In eos quadrabit qui sese immodico somno saginant, aut qui diuturno in otio versantur, nec ullis se negotiis exerent, sed mollem fetistámque agunt vitam.

[ Endyte, supremum sacræ mensæ instratum. L. g. b.

Enebræ, vide *Inebra.* ]

ĕnĕco, as, enecui, enectum: Neco, interficio, occido. { חמית *hemîth,* קשרי *katal,* אבד *ibbâdh.* ἀπόλλυμι, ἀναιρέω. Gall. *Tuer, faire mourir.* Ital. *Occidere.* Germ. Todten/ umbringen. Hisp. *Matar.* Angl. *To kill, to slay.* } Plaut. *in Amph.* Puer ambas angues enecat. Col. *lib.* 11. *cap.* 3. Ne herbis enecetur ruta. Plaut. *Amph.* ux or me dedecore & stupro plena enecat. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 3. Odio me enecavit. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Ut enecem scelestam stimulatricem. Idem *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Ut apud me te in nervo enecem (id est, ad necem usque dejiciam.) Idem *ibid. act. uit. vers. uit.* vel hercle eneca, nunquam hinc feres à me. Idem *Mostell. sc.* 3. *act.* 1. Perii ni hanc pessimis exemplis enicasso. *Ibidem,* Ni scapharn enicasso. ¶ Aliquando enecare simpliciter accipitur pro Molestum esse: unde frequens est apud Comicos, Enecas me, hoc est, obtundis me, sive gravis & molestus es mihi. ¶ Veteres etiam Enico dicebant. Terent. *in Phorm.* Eho! tu sobrinum tuum non notas? dem. Enicas. *Et postea,* Satin' est si te delibutam gaudio reddo? ant. Enicas, &c.

Enĕctŭs, participium. { מתים *mumâth,* חלל *chalâl.* διόλλυμι, πεπτακώς, ἀπεξεσμένος. Gall. *Tué, reveru, gasté & perdu, travaillé jusques à mourir.* Ital. *Ammazzato, travagliato estremamente, morto morte.* Germ. Todt. Hisp. *Cosa muerta, ò muy trabajada, ò medio muerta.* Angl. *Killed, slayne.* } Non tam mortuus, quàm propemodum mortuus. Valla *lib.* 6. *cap.* 27. Ut enectus fame. Cic. 2. *de Divin.* Plenus, & enectus contraria. *Ibidem.* Sueton. *in Calig. cap.* 49. Enecti veneno pisces, quos æstus in proximum littora ejecerat. Item, Bos est enectus arando. Enecta fame & siti provincia. Cic. *ad Attic. lib.* 6. Siti enectus Tantalus. Idem 1. *Tusc.* Enecatus, a, um. Plin. *cap.* 23. *lib.* 18. Flaccida & in horreis enecata rapacia.

[ Enelata, ἐνήλατα, ligna recta, in quæ defiguntur & adigunturve gradus scalæ, aut ipsi gradus: item paxilli, qui infiguntur axi ad retinendas rotas.

Enelysia, orum, ἐνήλυσια, bidental, id est, locus in quem fulmen incubuit, ab ἐν, & ἦλυσις.

Enema, ἔνεμα, quod immittitur, quod per inferna in alvum infunditur. ]

Enĕrgīă. { כוח *choach.* ἐνέργεια. Gall. *Energie, efficace.* Ital. & Hisp. *Efficacia.* Germ. Wurckung/ krafft. Angl. *Efficacie, force.* } Latinè efficacia, seu operatio. Hieron. Habet nescio quid latentis energiæ, vivæ vocis actus. Fit ab adjectivo Græco ἐνεργὸς, efficax. Unde & verbum ἐνεργάζομαι, quod est Efficio, sive operor. Energia itaque est quædam quasi actio & operatio interior, quæ est veluti via, ac dux ad exteriorem corporis actum.

[ Energema, ἐνέργημα, est opus operatione productum, ab ἐνεργέω, in operè sum, operor. Est etiam vocatio dæmonum.

ĕnĕrgūmĕnŭs, a, um. ἐνεργούμενος, η, ον, qui agitur. ]

Enervo, as: Debilito, quasi nervis & robore spolio. { חלש *chalâsh.* ἐκλύω. Gall. *Oster la force, debiliter.* Ital. *Indebolire, snervare.* Germ. Krafftloß machen. Hisp. *Quitar los nierves y fuerça.* Angl. *To make weak or feble.* } Cic. *de senect.* Sed tamen ut vos videris, non planè me enervavit, non afflixit senectus. Lactant. *lib.* 5. Hæc præsentia certæ bona virtuti contraria sunt, & vigorem mentis enervant.

ĕnervātŭs, participium. { חלוש *chalâsh.* ἐκλυόμενος. Gall. *Debilité, qui a perdu sa force, & comme ses nerfs.* Ital. *Snervato, effeminato, non virile.* Germ. Geschwecht. Hisp. *Cosa flaca y sin nierves.* Angl. *Made weak.* } ut, Enervati & exsangues homines. Cic. *pro Sest.* Languidus & enervatus Philosophus. Idem 1. *de Orat.*

Enervata

Enervate & mollebeis sententia. Idem 2. *Tusc.* Enervatus amore animus. Velleius.

Enervus, a, um, vel Enervis: Debilis, mollis, effœminatus, quasi sine nervo. { חלש *chalásch.* ἀνάλκης. GALL. *Mol & effeminé, n'ayant aucune virilité.* ITAL. *Debole, molle, snervato.* GERM. Schwäch/weibisch. HISP. *Flaco, sin nervus.* ANGL. *Vnable, feble.* } Unde enervia saltatio, apud Apuleium, quæ sinuosis flexibus, & corpore plicatili fit, quasi effœminata, mollis. Plin. *in Paneg.* Visum est spectaculum inde non enerve, nec flexum, nec quod animos virorum molliret, & frangeret. Quint. *lib.9. cap.4.* In universum autem si sit necesse, duram potius atque asperam compositionem malim esse, quàm effœminatam & enervem. ¶ Enervati, pro mollibus ac delicatis. Sex. Aurel. Victor *in Tito.* Enervatorum greges abire præcepit.

Enēti, ἐνετοί, habitabant olim juxta Paphlagoniam: inde Homerus sylvestres mulos educi scribit. Dicuntur & equæ Enetides. Enetus, ἐνετός, etiam possessivum est, & civitas Mysmecis dialecticè patria. Steph. Vide *Heneti.*

Engăddum. { גדי עין *hen gedhi.* } In tribu Judæ (ut scribit Hieronymus) vocatur usque hodie vicus prægrandis Judæorum, juxta mare mortuum, ubi opobalsamum provenit, quas vineas Engaddi Salomon *in Cantico* nominat. Idem *alibi,* Engaddum ager est tertæ Judææ, non tam vineis, quàm balsamis florens.

Engelanes, populi Illyriæ, iidem qui Enchelæ. ἐγχελάνες. Steph.

Ingĕnĭcŭlus, ἐγγόνασις. Signum cœleste, quod Latinè ingeniculus vocatur: is Hercules est, qui dextro genu nixus, sinistro pede capitis draconis dextram partem opprimere conatur. Vide Hygin. *lib.2. & 3.* Julium Firm. *lib.7. Mathes.* Oriente ingeniculo (quem *engonasin* Græci appellant) nati cum testimonio Martis & Lunæ, erunt funambuli, oribatæ, & neurobatæ, & qui talia pertractant.

Engyon, ἔγγυον, urbs Siciliæ. Steph.

] Engythĕca, vide *Enthĕca.* [

Enhydris, { ἔνυδρις. GALL. *Serpent en couleuvre vivant en l'eau.* ITAL. *Serpente di acqua.* GERM. Ein wasserschlang. HISP. *La culebra que vive en el agua.* ANGL. *A water snake.* } Bestiola ex eo nuncupata, quòd in aquis versetur, & maximè in Nilo. Quæ si invenerit dormientem crocodillum, volutat se in lutum primùm, & intrat per os ejus in ventrem, & carpens omnia interanea ejus, exit viva de visceribus crocodilli, ipso mortuo. Plin. *lib.30. cap.3.* Dentium doloribus medetur draconis os è spina: item enhydris. Est autem serpens masculus, & albus. Herodotus *in Melpomene,* pro Lutra accepisse videtur. ἢν δ' ἐγὼ ἐνύδριδα ἀλίσκωσι, ἢ φώκην. Quo in loco Valla *invidiam,* lutras vertit.

Enhydrus, ἔνυδρος, lapillus absolutæ rotunditatis, & cum candore lætitiam habens, liquorem intus continens ad motum fluctuantem, ut albumen in ovis. Author Plin. *lib.37. cap.11.*

Enica, adultera, mœcha: fortè *Ethnica.* Gl. Isid.

Enim, ab ἐν. Conjunctio causam subjungens, & secundum locum ferè in oratione obtinens. Nam, namque. { τὸ *chi, γὰρ.* GALL. *Car, certes.* ITAL. *Imperochè.* GERM. Denn. HISP. *Porque.* ANGL. *For.* } ut: Cole pudicitiam, hæc enim hominem vindicat à scelere.

——*Quid enim nisi vota supersunt.*

Ovid. *Eleg.2.lib.1. Trist.*

——*Quid enim fuit utile nasci?*

Idem *Eleg.13.lib.5. Trist.* Nunc enim, pro Nunc autem. Gell. *cap.16. lib.6.* S. Nolo faciat. C. At enim ne quicquamne vis? Plaut. *Pseud. sc.5. act.1.* Quid jam? B. Quia enim venalem non habeo. *Ibidem sc.5.a.1.* P. Quid metuis? Sc. Enim ne nos perdidermus (i. nempe.) Idem *Mil. sc.5.a.2.* L. Quamobrem? C. Quia enim Persas subegit. (bis.) Idem *Curc. sc.1.a.3.* Quid urbes barbaricas juras? Quia enim ita asperæ sunt. Idem *Capt. sc.1.a.4.* S. Quia enim Alcmenam stare ante ædes saturam intelligo. Item, M. Sacrificio ego tibi. A. Quî? M. Quia enim te macto infortunio. Idem *Amph.* Certè enim hic nescio quis loquitur. *Ibidem.* ¶ Enim pro Certè. Idem *Mil. sc.3. a.2.* Non enim faciam, quin scias (i. certè.) Idem *Aul. sc.5. a.1.* Enim mihi quidem æquum est purpuram atque aurum dare (i. certè, vel igitur,) ubi inceptiva particula est, sicut apud Valerium Max. Quid ais? Id enim quod tu vis (i. certè.) Idem *Men. sc.2. a.1. & sc.1.a.2.* ¶ Compositum autem cum Verò, significat certè. Cicer. 5. *Verr.* Enimverò ferendum hoc non est. Plaut. *in Trin.* Eho tu is es? Cit. Is enimverò sum. Idem *in Persa,* Aio' verò verbercum caput? P. Aio enimverò. Cicer. 6. *Verr.* Illi enimverò negat. Livius, Tunc enimverò deorum ira admonuit. Ita enimverò. Plaut. *Asin. sc.2. a.2.* Aio enimverò. Idem *Amphitr. sc.1.a.1.* Nunc enimverò occidi. Idem *Capt. sc.4.a.3.* Enimverò Dii nos quasi pilas homines habent. *Ibid. prol.* Imò enimverò. Vide *Imò.* Enimverò nequeo diutare quin hetam accusem. Idem *Curc. sc.3. a.1.* Enimverò miror. *Ibidem sc.2. a.5.* Enimverò nisi occupo aliquod consilium, me domum ad se auferent. Idem *Menæch. sc.2. a.5.* Enimverò illud præcavendum mihi. *Ibid.* Enimverò æquum postulas. *Ibid. sc.9. a.5.* Túne is es? Ego enimverò (sum.) Idem *Pseud. sc.2.a.4.* ¶ Pro Scilicet. Tu inventus enim qui me superes (i. sc.) Idem *Capt. sc.4.a.3.* Componitur item cum adversativis particulis At, & Sed: ut, Atenim, Sedenim, quæ & ipsæ adversandi vim habent. Virg. 1. *Æneid.*

*Progenies sedenim Troianо à sanguine duci*
*Audierat.*

Terent. *in Adelph.* Atenim non finam. Plaut. *Capt. sc.4. a.3.* Sed enim nequeo contineri. Idem *Pseud. sc.5. a.1.* Nolo faciat. C. Atenim ne quicquamne vis. ¶ Sedenim, i. autem, vel tamen: irascentis. Ovid. 3. *Met. in fabula Semeles.* Nil enim. Plaut. *Mostell.* Quid tu tecum? Tr. Nihil enim. Verùm enim. Terent. Verùm enim quando benè promeruit, fiat: suum jus postulat. Idem *in Eunuch.* Verba dum sine: verùm enim si ad rem conferentur, vapulabit. Imò enim. Terent. *in Andr.* Imò nimis quàm maximè abs te postulo atque oro Chreme. Imò enimverò. Item *in Eunuch.* Dum sequor hanc, fit mihi obviam. P. Incommodè hercle. CH. Imò enimverò infeliciter. *sc.5. a.2.*

Enĭochi, vide *Heniochi.*

Enĭopeus, ἡνίοχεύς. Hectoris auriga fuit, à Diomede lancea confixus.



Author Homer. 8. *Iliad.*

Enipeus, ἐνιπεύς, fluvius Thessaliæ campos Pharsalicos irrigans, juxta quem Cæsar vicit Pompeium. Lucan. *lib.7.*

*Sanguine Romano, quàm turbidus ille Enipeus.*

¶ Est & alter hujus nominis fluvius in Elide, in Alphæum illabens, qui recentiore nomine *Beniechius* dicitur, teste Strab. *lib.8.*

Enispe, ἐνισπή, urbs Arcadiæ, quæ non amplius extat. Quidam Cleotriam, alii Phocidi adnumerant.

Enitĕo, es: Valde niteo, clareo, emineo. { אור *ofach.* נהר *nahar.* λάμπω, φαιδρύνομαι. GALL. *Estre poly & orné, estre clair & beau.* ITAL. *Risplendere.* GERM. Schinen/hefftig glantzen. HISP. *Resplendecer.* ANGL. *To shine clearlie, to waxe famous and renowned.* } Unde Enitesco, scis, nitidior, & clarior fio. Author ad Heren. *lib.1.* Quæ cum summa laude prodita vetustate, summa cum laude enitescit. Sallust. Postremò Cæsar bellum exoptabat, ubi virtus ejus enitescere posset. Quint. Enitescit veluti pabulo lactiore facundia.

Enītŏr, eris, enisus, vel enixus: Patio. { יגר *jagár.* עיל *hêlel.* ἀναλίσκω. GALL. *S'efforcer de parfaire avec peine & difficulté, achever quelque chose.* ITAL. *Partorire, forzarsi.* GERM. Gebähren. Item etwas mit sonderbarem fleiß understehn. HISP. *Parir la muger, forçarse.* ANGL. *To farrowe, to enforce ones self to do a thing.* } Plaut. *in Amph.* Geminos Alcmena enititur. Enixa plures partus. Liv. 10. *d.4.* Eniti, de ascensu. Cæs. 3. *de bell. civ.* Enixo studio. Liv. 2. *d.5.* & Suet. in Calig. *cap.25.* Eniti in puerperio. Gell. *cap.23. lib.2.* Dum enitor surgere, inquinavi pallium temeto. Plaut. *Pseud. sc.2.a.5.* Varr. *lib.2. de re rust.* Faciendâque sepia secretâ ab aliis, quò enitentes secludere possis. Ex quibus intelligitur alienam esse Nonii sententiam, qui enixas mulieres ex eo dictas esse scribit, quòd vinculis quibusdam periculi & nexu solutæ sint. ¶ Interdum idem quod conari, & allaborare, φιλοπονῶ. Salust. *in Jugurth.* Ab adolescentia ita se enixum, ut ab optimo quoque probaretur. ¶ Ponitur etiam passivè. Idem Salust. *Jugurth.71.* Sed ab iisdem illis regis fautoribus summa ope enixum est, ne tale decretum fieret.

Enixus, us, ui, ipse enitendi, seu pariendi actus. Plin. *lib.10. cap.63.* Equæ post unum annum ab enixu utilitet admittuntur. Sic idem *lib. 8. cap.16.*

Enixè, & enixim: Studiosè, & cum magno conatu. { GALL. *En s'efforçant, de tout son pouvoir.* ITAL. *Studiosamente.* GERM. Mit allem fleiß / ernstlich. HISP. *Instantemente, con instancia.* ANGL. *With teeth and naile, with all might and power.* } Plaut. *in Trinum.* Tibi te linqui ob eam rem enixè experto. Cic. *pro Sextio.* Meam causam boni omnes enixè susceperant. Enixim, pro enixè. Sisenna *lib.4. histor.* Ego illos malos & audaces semper enixim contra fortunas atque honores hujus ordinis omnia fecisse sentio. Enixius. Suet. *in Iber. cap.50.* Populúmque & milites, quò enixiùs opem ferrent, adhortatam, &c. Enixissimè etiam dixit Servius, & Sueton. *in Cæsar.* Cujus vim Sylla diminuerat, enixissimè juvit.

Enisus, a, um. Particip. id est, conatus. Cic. *Qu.fr. lib.3.* Angit unus Milo, sed velim finem affectat consulatus: in quo enitar non minùs quàm sum enisus in nostro.

Ennà, ἔννα. Civitas Siciliæ edito in loco & undique præcipiti sita à Syracusanis (Stephano teste) condita, quæ umbilicus Siciliæ dicitur, quòd in medio insulæ constituta sit. { GERM. Ein stat mitten in Sicilia gelégen/sie Anna genant. } Imminet subjacentibus campis, abertate & florum varietate conspicuis: olim templum Cereris (ut Strabo testatur) habuit vetustissimum, ubi dea præcipuâ veneratione colebatur, ad quam propitiandam quindecim viros legatos misère Romani. Hinc raptam à Plutone Proserpinam, Cereris filiam, dixit antiquitas. Vulgus hodie *Annam* appellat, ubi qui regis locum tenet, ob loci commoditatem, totius insulæ solet conventum habere. Cicer. *in Verr.* Verus est (inquit) opinio, judices, quæ constat ex antiquissimis Græcorum literis atque monimentis, insulam Siciliam totam esse Cereri & Liberæ consecratam. Hoc cùm cæteræ gentes sic arbitrantur, tum ipsis Siculis tam persuasum est, ut animis eorum insitum atque innatum esse videatur: nam & natas esse has in iis terris deas, & fruges in eas terras primùm reperras arbitrantur: & raptam esse Liberam, quam eandem Proserpinam vocant, ex Ennensium nemore, qui locus, quòd in media insula est situs, umbilicus Siciliæ nominatur. Hactenus Cic.

Ennæus, ἐννάιος, ut Ennæa Ceres, quæ augustissimo in templo apud Ennam colebatur: cujus simulacrum tanto erat effictum artificio, ut qui illud intuerentur, aut ipsam videre se Ceretem, aut effigiem Cereris non humana manu factam, sed cœlo delapsam arbitrarentur. Author Cic. 7. *Verr.*

Ennam, Antiquis, pro Etiamne, teste Festo. ἔτι γάρ.

Enneactunos, ἐννεάκτυνος, nomen fontis apud Athenas à Pisistrato conditi: à numero fistularum dictus, quos Græci κρουνοὺς appellant, nostri verò *Salientes.*

] Enneadecaëteris, tempus ἐνιαυτῶν ἐννεακαιδεκαέτης, novendecim annorum. [

Enneaphyllon, ἐννεάφυλλον. Herba est quæ longa folia novena habet, causticæ naturæ. Imponitur lanæ circundatæ, ne urat latus: continuò enim pustulas excitat, lumborum doloribus & coxendicum utilissima. Plin. *lib.27. cap.9.*

Enneăphthŏngŏs, ἐννεάφθογγος. Quod novem edit voces: ut Enneaphthongos chelys, apud Martialem. Pro eodem etiam ἐννεάφωνον dicunt Græci.

Ennĕăs, ădos, ἐννὰς, est numerus novenarius, sicut Decas denarius.

Enniānista: pro eo qui in theatro legebat poëtam Ennium. Gell. *cap.5. lib.18.* Eamus, inquit, auditum nescio quem illum Enniānistam.

Ennĭus, ἔννιος, Poëta antiquissimus apud Romanos. Quint. Valerio, & Manilio coss. natus fertur. { GERM. Ein weiser Lateinischer Poet. } Hic Tarentinus (si Eusebio credimus) fuit. At Pompon. Mela scribit, Rudias Apuliæ, seu Calabriæ oppidum, Ennio civi esse nobile. Cui astipulatur Silius:

*Miserunt Calabri, Rudiæ genuere vetustæ.*

Quin ipse etiam Cicero *in Oratione pro Archia Poëta,* Ennium, Rudinum hominem vocat. Eusebius dicit Ennium à Catone Quæstore Romam

Romam translatum, in Aventino habitasse, ac unius ancillæ ministerio contentum fuisse. Scipionis etiam Africani familiaris erat, quem in bellis semper comitabatur: unde & in sepulchro Scipionum putatur esse constitutus. Sequutus est M. Fulvium Nobiliorem ad bellum Ætolicum, cujus filium erudivit. Ab hoc & Cato jam senex dicitur Græcas literas didicisse. Scripsit plurima, inter quæ Annales, bellum Punicum secundum hexametris: quæ omnia penitus interciderunt, exceptis versibus aliquot, quos Macrobius ostendit ab eo desumpsisse Virgilium, & paucis immutatis in suos transtulisse. Sententiarum gravitate in primis excelluit, sed cui verborum cultus minimè respondet. Unde interrogatus aliquando Virgilius quid ageret? Aurum se ex Ennii stercore colligere, respondit. Periit articulari morbo, quem ex immodico vini usu contraxerat. Horatius,

*Ennius ipse pater nunquam nisi potus ad arma*
*Prosiluit dicenda, &c.*

Ennius tria corda habuisse dicitur, & cur? Vide apud Gell. *lib.* 17. *cap.* 17. Ennius alter fuit Grammaticus, qui duos libros de literis ac syllabis & metris conscripsit. Author est Tranquillus.

¶ Enniani, Ennii imitatores. Casaub.

Ennœa, ἔννοια, cogitatio, quam aliquid ἐν ἡμῖν concipimus: notio, intelligentia, conjectura.

Ennomio, γνησία ἐπιγράμματα. Gloss. videntur dici, quod ἔννομα scribat, idest, legitima. Vide *Legitima.* ¶

Enosigæus, ἐνοσίγαιος, dictus est Neptunus, quòd terram quatiat. § Germ. Ein erschütter deß erdbodems / ein zunam Neptuni. § Unde etiam Enosichthon, εἰνοσίχθων dicitur. Extra carmen melius unico n scribitur. Dicitur enim ἐνὶ τὸ σείσῃ τὴν γῆν, hoc est, à terræ concussione. Juven. *Sat.* 10. de Xerxe:

*Ipsum compedibus qui vinxerat Enosigæum.*

Eno, as, are: Natatione evado, vel nando aliquò pervenio, enato. § ἠϊθέω *naph.* ἐπίχνομαι. Gall. *Nager debors, se sauver en nageant.* Ital. *Nuotare, pervenire à qualche luogo nuotando.* Germ. Außschwimmen. Hisp. *Salir del agua nadando.* Angl. *To swymme out and escape.* § Liv. 3. *bell. Maced.* Multæ naves ejectæ, multæ hauctæ mari, ut nemo ad terram enaverit. Virg. 6. *Æneid.*

*Insuetum per iter gelidas enavit ad Arctos.*

Enodia, ἐνοδία: Hecate, quòd in via inventa sit ab Inacho. Steph. *in Troadi.*

Enodo, as: Nodis purgo, nodos reseco. § ἐξομαλίζω. Gall. *Oster les nœuds, éclaircir, declarer.* Ital. *Snodare.* Germ. Von knopffen seuberen / die knorren abhawen. Hisp. *Desatar, desañudar.* Angl. *To expone clearlie, to take away knottes.* § Col. *lib.* 5. *cap.* 5. Quæ ulmus à positione benè provenerit, ejus summæ virgæ falce debent enodari. ¶ Per metaphoram accipitur pro declarare, sive explicare. Author *ad Heren. lib.* 2. Deinde contrariæ legis enodabimus voluntatem, & eam trahemus ad nostræ causæ commodum. Gell. *cap.* 10. *lib.* 13. Enodare laqueos juris.

Enodatio, nis: Explicatio, expositio. § פתרון *parascháh*, פתרון *pithrón*, פשר *pischer*. ἐξομάλισις, ἀναπτύξις, λύσις. Gall. *Declaration.* Ita. *Dichiaratione.* Germ. Außlösung erklärung. Hisp. *Declaracion de lo escuro.* Angl. *A plane declaring, or expounding.* § Cic. *in topic.* Ea est insita, & ante præcepta cujusque formæ cognitio enodationis indigens. Idem 3. *de nat. deor.* Quid vos delectat illa explicatio fabularum, & enodatio nominum.

Enodatus, partic. § מבאר מפשר *mebaér hetéb.* ἐξηγημένος, ἐξηλωτός. Gall. *Declaré.* Ital. *Dichiarato.* Germ. Außgelöst / erklärt. Hisp. *Declarado.* Angl. *Declared, made manifest.* § Cicer. 2. *de Invent.* Præcepta magnâ conquisita curâ, perspicuè conscripsit, atque enodata diligenter exposuit.

Enodate, adverb. Clarè, perspicuè. § באר היטב *baér hetéb.* δήλως. Gall. *Clairement, ouvertement, sans nœud.* Ital. *Chiaramente, senza scrupolo.* Germ. Klärlich. Hisp. *Claramente, sin nudo.* Angl. *Clearlie, plainelie.* § Cic. *de finib.* Hæc igitur nobis explicanda sunt: sed si enodatiùs, vos inquisceris. Idem 2. *de invent.* Quæ illius erunt, leviter attingendo, sua diligenter & enodatè narrando.

Enodis, e: Planum, sine nodo. § ἀνόμαλος, ἄλεπτος. Gall. *Sans nœuds.* Ital. *Senza nodi.* Germ. Ohne knöpff / glat. Hisp. *Sin nudos, ò desañudado.* Angl. *Without knottes.* § Virg. 2. *Georg.*

*Aut rursum enodes trunci resecantur.*

Plin. *lib.* 12. *cap.* 14. Quibus credi potest, martem quoque teretem & enodi fruticare trunco. ¶ Per metaphoram, Enode etiam dicitur, quod sine difficultate est. Plin. *Epist.* Recitabat ἰαμβοποιητὴν, eruditam sanè loculentámque materiam (scriptæ legis erat) fluentibus, & teneris, & enodibus, sublimibus etiam, ut poposcit locus.

Enona, æ, oppidum in ora Liburniæ, apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 21.

Enope, οἰνόπη Steph. Urbs Peloponnesi, in tractu Messenaico, juxta Pylum, subditione Agamemnonis, teste Hom. *lib.* 9. *Iliad.*

Enorchis, οἰόρχης, gemma est candida, quæ divisa fragmentis, testium effigiem repræsentat. Author Plin. *lib* 37. *cap.* 10.

Enormate, cui addi minus nihil potest. Lege, *Cui addi vel minui nihil potest.*

Eordææ, ἠόρδαιαι, duæ regiones Mygdoniæ. Item aliæ duæ, una Iberiæ, altera Thraciæ, ab Eordo quodam. Gentilia Eordæus, Eordus, Eordides. Steph.

Eordi, ἠόρδοι, populi Thessaliæ. Steph. *in Amyro.*

Enormis, e, dicitur magnum, sine mensura, nimium: eo quòd normam & mensuram excedat. § ἄμετρος, ἀνώμαλος. Gall. *Démesuré, déreglé, sans mesure, déreglé.* Ital. *Enorme, smisurato.* Germ. Vnermäßig groß / vngestalt. Hisp. *Muy grande, sin medida.* Angl. *Vnlikely measure and order.* § Plin. *in Epist.* Omnia enim advertit quod emmet & exeat: sed actu intentione dijudicandum est, immodicum sit, an grande, altum, an enorme. Idem *lib.* 17. *cap.* 12. Eædem enormes cerasis, lauris. Suet. *in Calig. cap.* 50. Enormis corpore. Galli dicunt, *Mal basti, mal fait.*

Enormitas, ἀνωμαλία. Spart. *in Caracall.* Sed enormitate stipendii militibus, ut solet, placatis. Quintil. In fatorum studium collocatione, etiam ipsa enormitas invenit cui applicari possit.

Enormiter, adverb. § ἀνόμως, ἀνώμως. Gall. *Dimesurément, sans mesure, déreglément.* Ital. *Fuor di regola, fuor di misura.* Germ. Vnmäßiglich / vber die maß. Hisp. *Sin medida.* Angl. *Out of measure and rule.* § Plin. *lib.* 37. *cap.* 6. Simili modo, si ex alio colore in se admittat aliquid enormiter.

Enotesco, is: Innotesco, notus fio. § נודע *nodhâh.* γνωρίζομαι. Gall. *Estre en connoissance.* Ital. *Farsi noto.* Germ. Bekant werden. Hisp. *Hazerse conocer.* Angl. *To be knowen abroad.* § Plin. *in epist.* Enotuerunt quidam versus tui, & invito te claustra restegerunt. Suet. *in Othon.* Qui tamen sic quoque hoc distichо enotuit.

Enotare, pro scribere. Quint. *lib.* 1. *cap.* 13.

¶ Enoticum, edictum de unione Ecclesiarum. Enosis, unio. L. g. b. ¶

Ens & Entia, à verbo Sum deducta, τὸ ὂν, τὰ ὄντα, voces sunt solis penè Philosophis usurpatæ. Quint. *lib.* 8. *cap.* 3. Multa ex Græco formata nova, ac plurima Sergio Flavio, quorum dura quædam admodum videntur, ut Ens, & Essentia: quæ cui tantoperè aspernemur, nihil video, nisi quòd inqui judices nos sumus, id. oque paupertate sermonis laboramus.

Ensis, ab ἴσχω: Gladius, mucro. § חרב *chérb.* ξίφος. Gall. *Espée.* Ital. *Spada.* Germ. Ein schwerdt. Hisp. *Cuchillo, ò espada, ò daga.* Angl. *A sword.* § Cic. 1. *de nat. deor.*

*Ansâque funestum prima est fabricatus ensem.*

Virgilius,

*Et curva rigidum falces conflantur in ensem.*

Ovid. 3. *Fast.*

*Ensibus exertis bellica lata dea est.*
*Pérque feros enses intrasse moenia Troia.*

Idem 13. *Met.*

——— *quærat ut de Cæsaris ira,*
*Quòd non offensa vindicet ense suos.*

Idem *Eleg.* 8. *lib.* 3. *Trist.*

——— *Lethalem* (in pectus) *condidit ensem: mox, telum.*

Idem 13. *Metam.*

——— *Arripit ensem.*

*Ibidem.* Ab *ensis*, fit diminutivum Ensiculus, ξιφίδιον. Plaut. *in Rud.* In eo ensiculo literarum quid est? ¶ Perque enses, pérque ignem oportet irrumpere, διὰ πυρὸς καὶ ξιφῶν καὶ νεκρῶν ἱερὸν δεῖ, quum significamus quidvis periculi subeundum.

Ensifer. § παχυμάχαιρος, ξιφίας. Gall. *Qui porte épée.* Ital. *Che porta spada.* Germ. Ein schwertträger. Hisp. *Que trae cuchillo ò espada.* Angl. *That beareth a sworde.* § Ovid. 2. *de Arte.*

*Ensifer Orion aspiciendus erit.*

Idem 4. *Fast.*

Entelechia, ἐντελέχεια. Perfectio, vis ex se movens, agitatio, sive energia. Aristoteles animam ita appellavit, *lib.* 2. *de Anima.* Cicero, continuatam quandam & perennem motionem interpretatur 1. *Tusc. quæst.* Quintum genus adhibet vacans nomine, & sic ipsum animum entelechiam appellat novo nomine, quasi quandam continuatam motionem & perennem. Sunt qui *endelechiam* per d scribendum existiment: sed per t, pluribus probatur. Corinthius Grammaticus author est, Atticos, ἐνδελίχεια per ν, ἀντὶ τοῦ ἐνδελεχείας, scribere consuevisse. Idem apud Lucianum in judicio vocalium queritur & de suis sedibus pulsum à ν, in hac ipsa voce.

Entella, ἔντελλα, Siciliæ urbs à Campanis habitata, Carthaginiensium primi belli Punici tempore socia. Stephanus. Vulgò *Castro Vetrano.*

¶ Entetata, ἐξηντλημένος. Gloss. vide *Exentero.*

Entērocēlē. § ἐντεροκήλη. Angl. *The disease of bursting when the gutt, te falleth downe in to the coddes.* § Species hernix, quum intestina decidunt in scrotum: quemadmodum epiplocele, ἐπιπλοκήλη, quum eódem delabitur omentum: hydrocele, ὑδροκήλη, quum in alterum è testibus humor confluit. Omnésque has species, nostri vocant Hernias, inquit Celsus. Ramices verò qui sequuntur, Forocele, φορικήλη, quum ex abscessu aliquo circa scrotum materia subduruit: Sarcocele, σαρκοκήλη, quum in ipso scroto concrevit caro: Cirsocele, κιρσοκήλη, quum venæ intumuerunt, tunicis testium integris, vel in ipso scroto. Bubonocele, est tumor testiculi ex inflammatione febrem afferens, vel tumor in inguine ex repletione nervi, ex quo testiculus dependet. Est tamen ubi Plin. enterocelam dixerit tamicem, ut in medicinis cupressi.

Entērocēlicus, qui enterocela laborat. Plin. *lib.* 26. *cap.* 8. Enterocelicis datur ex aqua, & illinitur vesicæ vitiis.

Entĕrŏn, ἔντερον. Latinè intestinum. Hinc quidam exenterare, ἐξεντερίζω, pro viscerare, & intestina detrahere, deduci putant. Vide suo loco.

¶ Entheca, ἐνθήκη, in decretis canonicis eadem penè significatione ponitur quâ apotheca, & horreum. ¶ Item entheca apud Græcos sunt prædiorum dotes. ¶ Entheca appellantur, cùm non instructa legantur, à legatario non præstanda. ¶ Item instrumenta & ferramenta rei, agri, quæ tanquam ejus dos sunt. ¶ Entheca etiam est pecunia à mensariis sepulta, Libonio: item onus navi impositum. Lex. Juridic. ¶

Enthēmăta, ἐνθέματα, à medicis vocantur quæ vulneribus recentibus imponuntur ad reprimendum sanguinem, & humorum influxum. ¶ In insitionibus item enthemata vocantur surculi, qui in fissuram trunci inseruntur.

Enthĕus, a, um, ἐνθεος, α, ον. Numine divino plenus. Stat. *Syl.* 2.

——— *Hic thyrsos, hinc enthea lauro*
*Tempora Minoa crinem premit ille corona.*

Enthēātus, a, um: Divino numine afflatus, ut Entheata vatum pectora, apud *Mart. lib.* 6. Entheos & Enthealticos appellat Bud. *in Pandectis.*

Enthūsiāsmus, ἐνθουσιασμός. Est divinus quidam vigor, qualem habent dicta, aut scripta eorum, qui divino numine sunt afflati: ab ἐνθουσιάζω, quod significat Afflor numine.

Enthymēmă, tis, & Enthymematum, i. ἐνθύμημα, ἀπὸ τοῦ ἐνθυμοῦμαι, quod est mente concipere, animadvertere, considerare. Commentum, vel commentationem Quint. interpretatur: quòd mentis actio omnis atque sententia, enthymema nominetur, sicut docet Cic. in *Topic.* inquiens: Ex hoc illa Rhetorum sunt ex contrariis conclusa

quæ

quæ ipſi enthymemata appellant. Enthymema (inquit Ruſinianus) dicitur quum periodus orationis ex contrariis ſententiis aſtringitur: quale eſt illud Cic. *in Divin.* Tamen his operam tuam pollicere, qui te neque velle ſua cauſa, nec ſi velis, poſſe arbitrantur? Dialecticis enthymema eſt ſyllogiſmus imperfectus, in quo ex unico enuntiato infertur concluſio: ut, Caſtitas virtus eſt, ergo amplectenda. Nam ad perfectionem ſyllogiſmi deeſt prior enuntiatio, quam Majorem vocant, Virtus omnis eſt amplectenda. Juven. *Sat.* 3.

——— *aut curtum ſermone rotato*
*Torqueat enthymema.*

¶ Enthymeſis, cogitatio, commentatio. Tertull.

Enxolina, ἐνξόλινα, præſcripta, quæ Legati à Principibus ſuis accipiunt, in quibus legationis capita continentur. Gloſſ. Meurſ. ex Luitprando, ab ἐνξὰι mandatum, & ἐντέλλομαι mando.

Enxomă, ἴνσεκτα à Græcis appellantur quæ nos vocamus inſecta, cujuſmodi ſunt muſcæ, crabrones, apes, & ejuſmodi: ratione nominis inde (ut opinor) ducta, quòd pleraque ex iis circa medium ſui inciſa ſunt, adeò ut poſterior pars tenui admodum diſcrimine adhæreat priori.

Enxribæ, ἐνξυβαὶ. Populi Thraciæ à Steph. commemorati.

Enūbo, is. {ἐνγαμέω. Gall. *Eſpouſer un homme, prendre mary.* Ital. *Maritare.* Germ. Mannen / ein man nemmen. Hisp. *Caſarſe fuera ſu eſtado.* Angl. *To be maried to ſome man.*} à Liv. videtur uſurpaturo pro Extra ſuum ordinem nubere: ita enim ait *lib.* 10. *ab Urbe:* Virginiam Auli filiam patritiam plebeio nupeam L. Volumnio cos. matronæ, quòd è patribus enupſiſſet, ſacris arcuerunt. Idem *lib.* 4. *dec.* 1. Nec ducendo è plebe, neque veſtras filias ſororéſque enubere ſinendo è patribus.

Enūptio. Liv. *lib.* 9. *dec.* 4. ut Hiſpalæ Fecenniæ dazio, diminutio, gentis enuptio, tutoris optio ita eſſet, quaſi ei vir teſtamento dediſſet.

Enūcleo, as: Aperio & nucleum è calice extraho. Nucleus verò dicitur quod tenerum in nuce includitur. {κυρίως ἐκκενῶ ἐκκενίζω. Gall. *Eſcerner, mettre hors le noyau, découvrir & mettre en evidence.* Ital. *Aprire, levare il nocciolo della noce, & l'oſſriga del guſcio.* Germ. Ein nuß außthun / ein nußkern auß der ſchalen thun. Item / erklären. Hisp. *Abrir ò ſacar el meollo, ò pepita de la fruta.* Angl. *To take the kernell of a nutte out of the ſhell, to declare.*} ¶ Per tranſlationem, enucleare ſignificat declarare, & explanare, σαφηνίζω διασαφῶ. Cic. *in Partit.* Nec quicquam in amplificatione nimis enucleandum eſt. Gell. *cap.* 3. *lib.* 7. Tenues & enucleatæ reprehenſiones.

Enūcleātus, participium. {ἐκκεκενωμένος, διασαφηνισμένος. Gall. *Eſcerné, & découvert, mis en evidence, declaré.* Ital. *Dichiarato, aperto, manifeſto.* Germ. Erklärt / offnet. Hisp. *Abierto, declarado, manifeſto.* Angl. *Declared, where of the kernell is taken out of the ſhell.*} Cic. *pro Planc.* In quo primum illud debes putare: comitiis, præſertim ædilitiis, ſtudium eſſe populi, non judicium: blandita illa, non enucleata eſſe ſuffragia. Idem *de Orat.* Genus dicendi acre, acutum, enucleatum.

Enūcleātè, adverbium, expurgatè, exquiſitè, clarè, ac ſine aſperitate. {διασαφηνισμένως. Gall. *Clairement, ouvertement.* Ital. *Chiaramente.* Germ. Offentlich / klärlich. Hisp. *Claramente.* Angl. *Clearlie, panylie.*} Cic. *lib.* 4. *Inſc.* Habes ea quæ de perturbationibus enucleatè diſputant.

Enūdo, are: Nudo. {ערה *harah.* γυμνόω. Gall. *Dénuer, expoſer.* Ital. *Nudare, ſponere.* Germ. Entblössen. Item / erklären. Hisp. *Deſnudar lo veſtido, declarar.* Angl. *To mak naked, to uncover.*} Et per tranſlationem, Exponere, ac veluti intellectui aperire, hoc eſt, interpretari. Cic. 1. *de Leg.* Et rerum plurimarum obſcuras & neceſſarias intelligentias enudavit, quaſi fundamenta quædam ſcientiæ.

Enūmĕro, as, are: Numero, recenſeo. {ספר ספיר *ſippér,* תפקיד *hipkkidh,* ἐξαριθμῶ, ψηφίζομαι. Gall. *Dénombrer, nombrer & conter.* Ital. *Numerare.* Germ. Erzehlen. Hisp. *Contar por numeros.* Angl. *To nomber, to compte, to reckon.*} Cic. 4. *Verr.* Dixi jam antea, me non omnia iſtius, quæ in hoc genere eſſent, enumeraturum. Colum. *lib.* 1. *cap.* 17. Et ne per ſingulas enumerem ſaſſamentorum omnium purgamenta. Propert. *lib.* 2. *Eleg.* 1.

*Enumerat miles vulnera, paſtor oves.*

Terent. *in Adelph.* Jámne enumeraſti quod ad te rediturum putes. Non poteſt peculium enumerari. Plaut. *Aſin. ſc.* 4. *a.* 2.

Enūmĕrātio, eſt ipſe enumerandi actus. {ספר *ſephár.* ψηφισμός. Gall. *Dénombrement, nombre & compte.* Ital. *Eſſo annumerare.* Germ. Erzehlung. Hisp. *Aquella cuenta por numeros.* Angl. *A compting, or rechening.*} Præterea eſt argumenti genus frequens apud Oratores, quum plurimis rebus expoſitis, & cæteris infirmatis, una reliqua neceſſariò confirmatur, hoc pacto: Neceſſe eſt, aut inimicitiarum cauſa ab hoc eſſe occiſum, aut rectus, aut ſpei, aut alicujus amici gratia: aut ſi horum nihil eſt, ab hoc non eſſe occiſum. Cic. 1. *de Invent.* Enumeratio eſt per quam res diſperſè & diffusè dictæ, unum in locum coguntur, & reminiſcendi cauſa unum ſub aſpectum ſubjiciuntur. Idem *pro Cluent.* Verùm quum habeam rem non dubiam, ſed apertam atque manifeſtam, enumeratio ſingulorum argumentorum non eſt neceſſaria. ¶ Eſt etiam enumeratio pars epilogi, quum argumenta aut omnia, aut præcipua per totam orationem ſparſa, in fine repetuntur, ut altiùs memoriæ inſideant, de qua multa *in Rhetoricis ad Herennium.*

¶ Enundinare, mercari. Tertull. ¶

Enūntio, as: Eloquor, effero, exprimo, profero, pronuncio, dico, ſignifico. {דבר *dibbér,* הגיון *higgyónh,* חבוץ *hibbiah,* בטא *bittá.* ἐκφώνησις, ἀπόφασις. Gall. *Divulguer, reveler, dire, prononcer, proferer.* Ital. *Pronunciare, proferire, parlare, eſprimere.* Germ. Außkünden / außſprechen. Hisp. *Pronunciar, ò declarar.* Angl. *To utter, to pronunce.*} Cic. 1. *de fin.* Graviſſimæ ſunt ad beatè vivendum breviter enuntiatæ ſententiæ. Suetonius *in Tiber. cap.* 71. Enuntiare rem per ambitum verborum. ¶ Ponitur etiam pro ſimplici, Nuntiare, vel è longinquo ſignificare. *Epiſt. ad Atticum. lib.* 1. Coſſinius hic, cui dedi literas, valdè mihi bonus homo, & non levis, & amans tui viſus eſt, & talis qualem eſſe eum tuæ mihi literæ enuntiarant. ¶ Elegantiſſimus præterea hujus verbi uſus eſt, pro Divulgare, & quod arcanum erat, retegere: ut, Enuntiare adverſariis amicorum conſilia. Idem *pro Roſcio Amerino,* Enuntiare myſteria dicendi. Idem 1. *de Orat.* Enuntiare conſilia quid? Quintilianus *declamat.* 272.

Enūntiātus, part. {מדובר *medhubbár,* מבוצע *mebuzá.* ἀπόφανσις. Gall. *Proferé, prononcé.* Ital. *Proferito, pronunciato.* Germ. Geſagt / außgeſprochen. Hisp. *Pronunciado, declarado.* Angl. *Uttered, pronounced.*} Quint. *lib.* 2. *cap.* 5. Sermo rectus, & ſecundùm naturam enuntiatus.

Enūntiātum, i: Oratio perfecta, verum, aut falſum ſignificans, effatum, pronuntiatum, enunciatio. {ארשרית *aréſcheth.* ἀξίωμα. Gall. *Une propoſition.* Ital. *Propoſitione.* Germ. Ein vollkommer bericht ſpruch der etwas beſtätigt oder verneint. Hisp. *Propoſicion.* Angl. *Annunciation.*} Noſtræ ætatis Dialectici propoſitionem vocant. Cicero *de Fato,* Nec ſi omne enuntiatum aut verum eſt, aut falſum, ſequitur illicò cauſas eſſe immutabiles.

Enūntiātīvus, a, um. {ἀποφαντικός, ἀξιωματικός. Gall. *Declaratif.* Ital. *Dichiarativo.* Germ. Das zuerklären und außzulegen ſt. Hisp. *Coſa que denuncia ò declara.* Angl. *Declarative.*} Senec. *epiſt.* 118. Sequuntur deinde motus animorum, enuntiativi corporum. *Ibid.* Aliquid eſt enuntiativum de corpore, quod alii effatum dicunt, alii enuntiatum, alii edictum.

Enūntiātivè, vel enarrativè deduci dicitur, quum ſimiliter aliqua res ſine myſterio, ſine momento deducitur, ut quum dico: Peto à Titio, qui eſt hæres Seii. Iſta verba, Qui eſt hæres, enuntiativa ſunt. Unde etiamſi non eſt hæres Seii, tamen procedit libellus. Caſus eſt, ut aiunt, in terminis in *l. quæ familiæ,* quem textum ut ſingularem, ſecundùm præceptorem meum D. Zaſium, omnes Doctores exclamant, *ff. famil. erciſcund.* Diſpoſitivè autem narrata, vim habent & obligandi & diſponendi cauſam, adeò ut ea quæ medullas reſpiciunt, mutari emendative nequeant, maximè ſi pro reo faciant. Per text. elegantem *in l. cùm precum, C. de lib. cauſ.*

Enūntiātio, nis. Enuntiatum, effatum, pronuntiatum. {ארשרית *aréſcheth.* ἀξίωμα.} Cic. *de Fato,* Omnis enuntiatio (quod ἀξίωμα Dialectici appellant) aut vera, aut falſa eſt. *Ibid.* Explicanda via, ratióque enuntiationum, quas Græci ἀξιώματα vocant.

Enūntiātrix, icis, fœm. gen. {מרעברת *medhabberáh.* ἀποφαίνουσα, ἀποφαντική.} Quintil. *lib.* 2. *cap.* 15. Acta inventrix, & judicatrix, & enuntiatrix.

Enūtrĭo, is: Nutrio, alo, ſuſtento. {גדל *ghiddél,* כלכל *chilchél.* ἐκτρέφω. Gall. *Nourrir & élever entierement.* Ital. *Nutrire.* Germ. Ernehren / auffziehen. Hisp. *Criar.* Angl. *To nouriſh, to bring up.*} Plin. *lib.* 12. *cap.* 1. Tantum poſtea honoris increvit, ut mero infuſo enutriantur. De platano. Col. *lib.* 3. *cap.* 3. Deinde ſata non ita enutriant, ut amè convaleſcant ac proſiliant, quàm retorreſcant.

Enyalius, ἐνυάλιος. Unum eſt ex Martis cognominibus, teſte Macrobio *lib.* 1. *Saturn. cap.* 19. qui Enyalius dicitur, quaſi ἐνὸς ἰὼν, hoc eſt, Bellonæ filius. Accipitur & pro bellicoſo.

Enyo, ἐνυὼ. Bellona dea, bellorum præſes: quanquam etiam figuratè pro ipſo bello, ſive prælio accipitur. Mart. *lib.* 1.

*Nec te decipiat ratibus navalis Enyo:*
hoc eſt, prælium navale.

## EO

Eo is, ĭi, itum, nonæ ſignificationis eſt. {חלך *halách.* πορεύομαι, ἔρχομαι. Gall. *Aller.* Ital. *Andare.* Germ. Gehen. Hisp. *Ir, andar.* Angl. *To go, to walk.*} Ire, tedire, contraria. Matt. *lib.* 6.

*Et Capitolinas itque redique vias.*

Ovid. *epiſt.* 10.

*Anxius huc illuc diſſimulanter eo.*

¶ Interdum ſignificat Venire, ἔρχομαι. Terent. *in Adelph.* Quæſo ut unà mecum ad matrem virginis eas. ¶ Ire pedibus. Plaut. *Stich.* Nam pedibus ire non queo. ¶ Ire in ſententiam pedibus, eſt alterius ſententiæ, non verbo, ſed corpore accedere, προσίημι. Liv. *lib.* 7. *ad Vrbe,* Qui hoc ſentitis, in dexteram partem pedibus tranſite: quæ major pars erit, eo ſtabitur conſilio. Deinde frequentes omnes in dexteram pedibus tranſierunt. Hæc ratio inventa eſt, quòd nonnunquam longum eſſet audire ſingulos, in magno præſertim Senatorum, vel Judicum conſeſſu. Quum igitur duæ treſve ſententiæ dictæ erant ab iis qui primi rogabantur, reliqui in illorum, eam quibus ſentiebant, ſedilia tranſibant, ut res expediriores fierent. Aliquando ne pedibus quidem præ multitudine ad ſententiam ire poterant, ideóque manu ſententiam ſignificabant. Quod Quintil. intelligit, ubi ait, Manibus pedibúſque imus in ſententiam neceſſitatis. ¶ Huic contrarium eſt, Ire in alia omnia, hoc eſt ab authore ſententiæ alicujus diſſentire, & in aliorum ſententiam diſcedere. Cic. *Lentul. lib.* 1. *Epiſt.* Quatenus de religione dicebat, ei reliquia obſiſti non poterat, Bibulo aſſenſum eſt: de tribus legatis frequentes ierunt in alia omnia. ¶ Navibus inſtructis ire. Virg. 2. *Æneid.*

*Et jam Argiva phalanx inſtructis navibus ibat.*

Cic. *Attic. lib.* 10. Navigio iſſe te iterum trans mare, credere non poſſum. ¶ Ire rectis ſenſibus. Idem 13. *Philipp.* Si me rectis ſenſibus cuarem dii immortales, ut ſpero, adjuverint. ¶ Ire inficias, negare. Terent. *in Adelph.* Hoc reliquum eſt, ſi inficias ibit, teſtis mecum eſt anulus, quem amiſerat. ¶ Ire in aciem, pro militare. Quintilian. *lib.* 9. *cap.* 2. Qui aliquando fortiter fecerat, & alio bello petierat, ut militia vacaret ex lege, quòd quinquagenarius eſſet, adverſante filio, ire in aciem coactus, deſeruit. ¶ Ire in articulum dicitur ſeges, quum nodos, veluti articulos quoſdam acquirit. Plin. *lib.* 18. *cap.* 17. Si in articulum ſeges ire cœperit. ¶ It dies, pro præterit, & elabitur. Plaut. *Rud.* Verba facimus, it dies. ¶ It res, pro Succedit. Cic. *Attic. lib.* 14. Incipit res melius ire, quàm putaram. Ire in conſilium judices dicuntur, quum aut capita conferunt, aut in interiore conſilio inſtrumenta litis pereuntes aggrediuntur, quum proceſſus eſſe ſuper bucellum dicitur, id eſt in medium poſitus. Idem *pro Cluent.* In conſilium ituri judices triginta duo, ſententiis decem & ſex abſolutio confici poterat: Budæus. Ire per. Ovid. 14. *Met.* ——— *ſatis eſt inamabile regnum*
*Aſperiſſe ſemel, Styges ſemel iſſe per umbras.*

Eum depressum, pro Deprimunt. Plaut. *Cist.* Frigidam subdolè suffundunt, viris cum suis nos solere prædicant. Suas pellices esse aiunt, eum deprimum, quia nos sumus libertinæ.

*Vastatum fines iverat Assyrios.*

Catull. *de com. Beren.* Quid ego de te merui mali, quamobrem me meósque perditum ires liberos? Plaut. *Aul. sc.10. a.4.* I hac intrò mecum. *Ibid. sc.5. a 4.* I, gladium affer. Idem *Pseud. sc.3. a.1.* Jam totem clamat, si videat quem ire ad se cælestionem: i, venire. Idem *Asin. sc.3. a.1.* In jus te voco. L. Non eo. *Ibid. sc.4. a.2.* Ambula in jus. T. Non eo. Idem *Curc. sc.2. a.3.* Itur, putatur ratio cum argentario. Idem *Aul. sc.5 a.3.* Eas in maximam malam crucem. C. Ire te melius est intrò. Idem *Men. sc.2. a.2.* Ad fratrem quò ire ducetam, mox vero. Idem *Capt. sc.2. a.3.* Abduce istum in crucem. P. Ille ibit potiùs (i. abducetur.) Idem *Curc. sc.3. a. 5.* Nemo ire quenquam publica prohibet via. *Ibid. sc.1. a.1.*

*Effecto tacitum ne mihi funus eat.*

Ovid. *Eleg. 1. lib. 5. Trist.* Rogitanti me servo quò eam? Dico me ire quò fatum solent. Plaut. *Curc. sc.3. a.2.*

*Ire per excubias, & se committere nulli.*

Ovid. 12. *Metam.* ¶ Ire in amplexus, vide *Amplexus.* Ire in corpus, vide *Corpus.* Ire visere, vide *Viso.* Ire sub amplexus, vide *Amplexus.* Item, meæ noctes, quas instructum ornatúmque isti: i. cupivisti, voluisti. Gell. *cap.6. lib.14.* (bis, *in fine, & principio dicti cap.*)

*Nec mihi parva fides animos hinc esse priores* (i. cœpisse.)

Ovid. 3. *Fast.*

*Dixit & in litem studio certaminis isset.*

Idem 6. *Fast.*

——— *Furiis iusceleratus iste pudet.*

*Ibidem.* Ire in tabem, Senec. *cap.12. de consol. ad Marc.* It in orbem ista tempestas, *ibid. cap.15.* Ire in rixam, Quintil. Nunc abi, i tus. Plaut. *Amph. sc. 3. a. 3.* Ire vestigia alicujus, Senec. *de consol. ad Polyb. cap.17.* Ultum ire scelera, Quintil. Nunc ibo domum, & ibo in tabernam, Plaut. *Men. sc....* Ire per plures discipulos unus præceptor potest. Quint. Ire per omnes affectus. Idem. Ire per disciplinas, vel circa eas hærere. Idem *cap.13. lib.1.* Ire per singulas partes. Idem. Ire per singula. Idem. Ear omnis inter luctus dies, Senec. *cap.6. de consol. ad Marc.* Eunt vi sua fata, *ibid. cap.10.* Ire per totas materias, Quint.

——— ——— *Nepotes*

*Per tua pérque tui fata parentis eunt.*

Ovid. *Eleg.1. lib.2. Trist.*

*Nostra per immensum ibunt præconia mensus,*

*Ibid. Eleg. 9. lib. 4.* Ire per omnes species. Quint. *cap.5. lib.2.* Ear nunc (insultantis & cum contemptu loquentis.) Sueton. *in Neron. cap.35.*

*Nube solet pulsa candidus ire dies* (i. redire.)

Ovid. *Eleg.1. lib.2. Trist.* I tu piæ virgo. Plaut. *Curc. sc.2. a.4.* Cùm i dotmitum follem obstringit ob gulam. Idem *Aul. sc.1. a.2.* Si opulentus it peritum pauperioris gratiam. *Ibidem, sc.4. a.1.* Eunt obviam, gratulantur (pro veniunt.) Idem *Capt. sc.2. a.1.* It sedatum ficus (i. venit.) Idem *Curc. sc.2. a.1.* Itn, ut decet dominum, ante me ito inanis. Idem *sc.3. a.2.* Eunt ad te hostes (id est, aggrediuntur.) Idem *Capt. sc.4. a.3.* Ubi estis vos? ite actutùm. *Ibidem sc.1. a.5.* Benè ergo ab hoc prædatus ibo. Idem *Pseud. sc.7. a.4.* Illa alió ibit (de scorto.) C. Pacem ab Æsculapio petas. C. Ibo, atque orabo. Idem *Curc. sc.2. a.1.* Ibat in vigiliam miles. Idem *Pseud sc.7. a.4.* Ite hac triumphi ad cantharum recta via. *Ibidem.* Jam illes ad forum (i. pervenisses.) *Ibid.* Ire licebit tibi tempori, *ibid.* ¶ Ire agere, conjunctim à Jurisconsultis dicitur, pro disjunctim. Aliud enim est ire, aliud agere. Ire hominis est: agere, jumenti. Qui actum habet, iter habet, non contrà. Ergo ire agere semper conjunguntur, ut tres servitutes compendio sermonis comprehendantur. Iter, via, & actus. Nam sub verbo agere, tacitè quoque vehere comprehenditur. Hæc ex Hotomano. ¶ Hoc verbum, præter naturam aliorum verborum quartæ conjugationis, facit futurum in *bo*: ut, Eo, ibo, quemadmodum & queo, quibo. Invenitur tamen etiam nonnunquam Eam, ut apud Terent. *Eunuch.* Quid igitur faciam? non eam ne nunc quidem quum accersor ultrò? ¶ Composita ab Eo, is, quamvis simplex sit neutrum, aliqua tamen sunt activa, ut Adeo, adeor: obeo, obeor, intereo, interor: subeo, subeor. Juvenal.

——— *quod si subeuntur profectæ castra.*

Claud. *Quadrig.* Pugna actuet commissa, ac multis ultrinque interitis. Virg. *lib.10.*

*Morte obita, quales fama est volitare figuras.*

¶ Componitur Eo cum ab: ut, abeotad, adeo: am, ambio, in quo b interponitur euphoniæ causa, & vertitur in i: ante, anteeo: circum, circumeo: con, coëo, in quo abjicitur n: contrà, contreo: ex, exeotum, ineo: inter, intereo: intro, introeo: ob, obeo: per, pereo: pro, prodeo, in quo d, interponitur sonoritatis gratia: præ, præeo, de quo latiùs suo loco: præter, prætereo: re, redeo: sub, subeo: super, superbio, ubi interponitur b, & e mutatur in i: trans, transeo: venum, veneo. ¶ A supino itum, itu, fit itus, us, & itio. { הלך *hélech.* מהלך. Gall. *Allée, voyage.* Ital. *Andamento, gita, camino.* Germ. Das gehen/ gang. Hisp. *Obra de andar, andadura.* Angl. *A going or walking.* } Cic. *Attic. lib.15.* Quis portò noster itus, reditus, vultus, incessus inter istos? Suet. *in Tib. cap.* 38. Ad extremum vota pro itu & reditu suo suscipi passus, ut vulgò jam per iocum Callipedes vocaretur. Ter. *Phorm.* Hæccine erant itiones crebræ, & mansiones diutinæ, Lemni? Cic. *Attic.* De obviam itione ita faciam ut suades. Itum est ad arma, Velleius.

Ītŭr, impersonale. Terent. *in Andr.* Ea quoniam nemini obtrudi potest, itur ad me.

Ītĭo, nis, verbale. Cic. *de Divin.* Sed Rhodiorum classi propinquum reditum, ac domum itionem dari. Idem *ad Attic.* De obviam itione faciam ut suades.

Ītŭs, us, idem quod itio. Cic. *ad Attic.* Quis portò noster itus, reditus, vultus, incessus inter istos? Varr. *ling. Lat.4.* Iter ab itu appellatum est. Item Tuinius poëta, apud Nonium *lib.2.*

*Itum, gestum, amictum qui videbant eum.*

Ĭtro, as, frequentativum: frequenter eo. { *Courir, ō*: πολὺ ἔρχομαι. Gall. *Aller souvent.* Ital. *Andar sovente.* Germ. Oft vnd embsig gehen. Hisp. *Andar muchas vezes.* Angl. *To go often.* } Plaut. *Most. sc.2. a.1.* Ad legionem cum itant. Idem *Men. sc.7. a.5.* Experiar me filium ad te sic ut item. Sic legit Passer. Itare ad cœnam, Gell. *c.14. lib.2.* Suet. *de clar. Rhet.* Majores nostri quæ liberos suos discere, & quos in ludos itare vellent, instituerunt. Gell. *cap.6. lib.6.* Itare ad Grammaticos. Idem *cap.11. lib.15.*

Eò, pro tantò: sicut & quò, pro quantò ponitur. *Varro.* ut, Eò magis, quo magis. Salust. *in præmio Catil.* Statui res gestas populi Romani carptim, ut quæque memoriæ dignæ videbantur, perscribere, eóque magis, quòd mihi à spe, metu, partibus Reip. animus liber erat. Non mihi ipsi credis, R. Eò sit, quia mihi ipse plurimùm credo. Plaut. *Amphitr.* Non eò quin cupiam quæ velis. Idem *Asin. sc.1. a.3.* Id eò dico, ne me ch. fautum repetisse censeas. Idem *Aul. sc.4. a.1.* Id eò fit, quia hic senex ægrotus incubat. Idem *Curc. sc.1. a.1.* Eò, interdum pro ad eum locum. Catull. *de com. Beren.*

——— *Eò famulum legarat.*

¶ Quandoque ponitur pro ideò, vel propterea, ἐπὶ τοῦτο. Terent. *in Eunuch.* Eone es ferox, quia habes imperium in belluas? *ibid.* Eò ad eam non admissa sum. ¶ Aliquando significat usque illuc. *Virg.2.* Ipsa vestigia quæ tenerem dominum eò deductura erant. ¶ Aliquando significat ad id, vel usque ad id, εἰς τοῦτο: ut apud eundem *in præmio operis.* Quæ ab exiguis profecta initiis, eò crevit, ut jam magnitudine laboret sua. Sed dicimus, Eò magnitudinis, quod est, Ad eam magnitudinem. Eò sapientiæ devenit, id est, ad eam sapientiam. εἰς τοῦτο τοῦτο. ¶ Eò, pro ad id, ut hoc eò spectat, eò pertinet. Gell. *lib.8. cap.11.* Multùm autem eò confert & corporis & nervorum habitus. ¶ Eousque, in tantum, ἐπὶ τοσοῦτο. Valer. Max. *lib.1.* Natam vitam eousque crevisse, donec cunctas dominationis suæ partes inumbraret.

Eŏdem. Plaut. *Curc. sc.2. act.4.* Eódem vos pono (i. Ibidem, vel eodem loco & numero.) ¶ Eopte, *ibid. sc.3. a.3.* Eopte illo infortunio (aliàs *Eo sse.*)

‖ Eolus, varius. Gloss. intellige αἰόλος. ‖

Ēōs. { שחר *schachar. ióv.* Gall. *Aurore, le point du jour, l'aube du jour.* Ital. *L'aurora.* Germ. Morgenröte/ der herbrechend tag. Hisp. *Alva.* Angl. *The break of the day.* } Priori lucca, à Græcis vocatur, quam nos dicimus Auroram. Ovid. 3. *Fast.*

*Tres ubi luciferos veniens præmiserat Eos.*

Idem 4. *Fast.*

*Proxima victricem quum Romam inspexerit Eos.*

Ēōus, um. { ἑῷος. Gall. *Oriental, d Orient.* Ital. *Orientale.* Germ. Das zu dem morgen gehört/ morgentlich. Hisp. *De Oriente.* Anut. *Fast.* } Adjectivum est idem significans quod Orientalis, habetque primam syllabam indifferentem: quanquam sæpiùs producit ut Derivatur enim ab ἠώς, dictione Græca, quæ illis auroram significat: quæ quanvis frequentiùs per *a* scribatur, inventur tamen quandoque scripta per *e*. Productionis exempla nusquam non occurrunt. Reliquum est ut aliquot exemplis doceamus posse brevari. Lucan. *lib.5.*

*Aut Arabum portu mercis mutator Eoæ.*

Idem,

*Claudimus Hesperiis gentes, aperimus Eoas.*

Propert. *lib.2.*

*Sive illam Hesperius, sive illam ostendat Eous.*

Virg.2. *Æneid.*

*Confligunt Zephyrúsque, Notúsque, & latus Eois*
*Eurus equis.*

Ovid.2. *Amorum.*

*Gallus & Hesperiis, & Gallus notus Eois.*

Idem *Eleg.9. lib.4. Trist.*

*Testi. & Hesperia vocis Eous erit.*

Ēōus, substantivum, ἑῷος, prima vocali per *e*, unde primam syllabam corripit. Unus ex equis Solis. Ovid.2. *Met.* Vide *Æthon.*

Ēōūsquĕ, vide *Eo.*

## E P

Ĕpăcrĭa, ἐπακρία, Attici agri oppidum, unum ex iis quæ à Cecrope in civitatis formam sunt redacta. Author Steph.

‖ Epactæ, ἐπακταί, sc. ἡμέραι, intercalares dies.

Epactra, piscatorum temigia. Rh. Bayf.

Epactres, piscatores. Idem. ‖

Epăgo, nis, ἐπάγω. Attemo navis, sive trochlea qua funes ducuntur, & cætera navis armamenta explicantur: quâque majora onera ex portu in navem attolluntur. Vitruvius Erigatas videtur appellare.

Epăgōgē, es, ἐπαγωγή. Argumentationis genus ex concessis sensim laqueos tenens ad irretiendum eum, qui se semel interrogandum præbuit aliis atque aliis percontationibus sese mutuò excipientibus. Vide Commentaria Budæi.

Epagris ἔπαγρις, insula una ex Cycladibus, quæ notiore nomine Andros appellatur, teste Plin. *lib.4. cap.12.*

‖ Epaïcla, vel epæclia, ἐπαικλα, vel ἐπαίκλια, vel ἐπαικλία, aut ἐπαικλα, bellaria, quæ à cœna apponuntur, ab ἐπὶ post, & αἴκλον, quod est βρῶμα, vox Dorica.

Epāminōndas, ἐπαμινώνδας. Nobilis Thebanus, Polymni filius, singulari modestia, prudentia, & gravitate præditus, rei militaris peritus, manu strenuus, animo maximus: adeò autem amans veritatis, ut ne ioco quidem mentiretur. Adhæc, multiplici artium cognitione eximius fuit. Nam & fidibus novit, & ad earum sonum accinere: quas in re præceptorem habuit Dionysium. Tibiarum autem artem ab Olympiodoro hausit, quemadmodum saltationem à Callisphrone. In Philosophia verò Lysin Pythagoræo operam dedit. Hic quum apud Leuctram Lacedæmoniorum plaga pestifera adeò affecisset, ut ex eo tempore Lacedæmoniorum opes corruerint, & principatum Græciæ amissum ultra repetare nequiverint, dicere solebat, orbum se, non tamen sine liberis mori, & ex se natam relinquere pugnam Leuctricam. Hic post clarissima facinora edita, extremo tempore apud Mantineam, cùm acie instructa, & ducis optimi, & militis fortissimi officio

officio fungitur, ſparo, agreſti telo, percuſſus ictu mortifero, relatúſque in caſtra ſemianimis, requiſiviſ à circunſtantibus, ſalvúſne eſſet clypeus: quum ſalvum eſſe ſtantes ſui reſpondiſſent, allatum, veluti ſocium laborum gloriæque oſculatus eſt. Iterum quæſivit, eſſéntne fuſi hoſtes? quum id quoque, ut cupiebat, audiviſſet, evelli tum denique ſpiculum juſſit: atque ita multo ſanguine profuſo, in lætitia & in victoria mortuus eſt. Cujus morte Thebanorum vires ita hebetatæ ſunt, ut non tam illum amiſiſſe, quàm cum illo interiiſſe omnes viderentur. Nam ante Epaminondam Thebani alieno imperio paruerunt, & poſt interitum ejuſdem in ſervitutem priſtinam revoluti ſunt: ut manifeſtum ſit, gloriam Thebanam cum illo natam, & cum illo extinctam fuiſſe. Vide Xenophontem *lib. ult. rerum Græcarum.*

Epănădiplōsis, ἐπαναδίπλωσις. Figura eſt, quæ ſit quum eadem dictione verſus claudítur à qua exordium ſumpſit. Virg. 1. *Æneid.*

*Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa.*

Epănălēpsis, ἐπανάληψις, eſt repititio ſententiæ, ut iterum audita alicùs infideat auditoribus. Cic. *pro Rab.* Libenter ſi eſſet integrum, profiterer idem, Saturninum C. Rabirii manu interfectum. Nihil me iſte clamor commovet. Et deinde ſubdit: Libenter, inquam, profiterer, &c.

Epănălĕphŏă, ἐπαναφορὰ. Latinè, repetitio: figura eſt, quum ab eadem dictione plures ſententiæ inchoantur: qualis eſt apud Virgilium *in Galle.*

*Hic gelidi fontes, hic mollia prata Lycori.*
*Hic nemus, hic ipſo tecum conſumerer ævo.*

Epanaſtrophe, ἐπαναστροφὴ, reverſio eſt, quum recto ordine reſtituimus ſententiam.

Epanconiſmos, ἐπανακονισμὸς, q.d. incubitatio.

Epănŏdŏs, ἐπάνοδος. Schema eſt λόγιον: quum ad id regredimur, unde ſemel diſceſſimus: ut Principatus bonus, non autem qui in tyrannidem commutatur.

Epaonum, *Beſme*, ſive *Peſme*, in Comitatu Burgundiæ, ubi Concilium eſt celebratum ſub Sigiſmundo Burgundiæ Rege.

Epaphrŏdītŭs, ἐπαφρόδιτος, Grammaticus, patria Chæronenſis, Archiæ Grammatici alumnus, & diſcipulus, quem Modeſtus Ægypti Præſes ſibi coëmit, cuique filium Pitolaum idem in diſciplinam tradidit, quem ille Romæ inſtituit ſub Nerone. Mortuus eſt hydropiſi. Reliqua vide apud Suidam.

Epaphŭs, ἔπαφος, Jovis filius ex Io, qui Memphim in Ægypto condidit. Ovid. 1. *Metam.* Poſtquam fabulam Ius in vaccam converſæ recitavit, ſubdit:

*Hinc Epaphum magni genitum de ſemine tandem*
*Creditur eſſe Jovis.*

Epar, vide *Hepar.*

Eparchīa, ἐπαρχία, à Græcis dicitur, quam Latini provinciam, ſive præfecturam appellant: unde,

Eparchus, ἔπαρχος, præſes, præfectus, ab ἄρχω, impero. Erat Eparchi dignitas apud Græcos Imperatores media inter magnum pappiam, & magnum drungarium bigiæ. Gloſſ. Meurſ.

Eparchiotes, ἐπαρχιώτης, provincialis.

Eparīæ, ἔπαρις, populi Arcadiæ, quorum civitas Eparis dici debebat: non reperitur tamen id nomen. Steph.

Epēctāsis, ἐπέκτασις, dici poteſt porrectio: figura, qua in medio dictionis litera, vel ſyllaba interponitur: ut, Induperator, pro Imperator. A verbo Græco ἐπείνω, quod eſt porrigo, vel ulteriùs extendo.

Epenſare, expenſum ferre in rationibus faciendis. Bud.

Epenthēſis, ἐπένθεσις. Interpoſitio literæ, vel ſyllabæ ad medium dictionis, ut longior fiat numero ſyllabarum, vel temporum. A verbo Græco ἐπιτίθημι, quod eſt interferere: ut, Relligio, pro religio: alituum pro alitum.

Epēus, ἐπεὺς, nomen proprium Endymionis filii, & Paonis fratris, qui primus in muralibus machinis equum reperit, qui & aries dicitur. Plin. *lib. 7. cap. 56.* quæ res locum fecit fabulæ, Epeum fabricatorem fuiſſe equi lignei quo Troia prodita eſt. Epeo timidior, Ἐπεῦ δειλότερος, de magnoperè pavido dicebatur: ab Epeo quopiam ducum, notæ timiditatis homine.

Epĭi, ἔπειοι. Populi in occidentali ora Peloponneſi, alio nomine Eli dicti, teſte Plin. *lib. 4. cap. 5.* Cujus ſententiæ etiam Stephan. ſubſcribit. Homerus tamen in Catalogo navium Epeorum urbem diverſam facit ab Helide, quam videtur Epeorum juri ſubjecere. Vide Strab. *lib. 8.*

Eperegeſis, ἐπεξήγησις, enarratio, quum aliquid breviùs, aut obſcuriùs dictum, addita explicatione inſuper dilucidamus.

Epha מדה, menſura quædam.

Epharmoſis, ἐφάρμοσις, adaptatio, ſpecies computationis.

Ephēbŭs, Pubes. חור נער *naar.* בחור *bâlem.* ἔφηβος. Gall. *Ieune jouvenceau, à qui commence à venir la barbe.* Ital. *Giovanetto di prima barba.* Germ. Ein jungling oder verjehen jahren / dem der erſte bart / aufgehet. Hiſp. *Ioven, moço deſbarbado.* Angl. *A ſtripling of xuyeares.* ex ἐπὶ, & ἥβη, pubertas. Juven.

*Armenius Zelotes cunctis narratur ephebis.*

Terent. *in Andr.* Nam is poſtquam exceſſit ex ephebis, Soſia, liberiùs vivendi fuit poteſtas, id eſt, poſtquam exceſſit ex ea ætate, qua pubem primò emiſit. Cicer. 1. *de nat. deor.* Athenis quum eſſem è gregibus epheborum, vix ſinguli reperiebantur. Suet. *in Aug. c. 98.* ſpectavit aſſiduè exercentes Ephebos.

Ephēbīa, Pubertas. נעורים *neûrim.* עלומים *hâlumim.* ἐφηβία. Gall. *Adoleſcence.* Ital. *Gioventù che commencia d'anni quindici.* Germ. Das alter der angehenden jugent. Hiſp. *Mocedad.* Angl. *Stryplinge age.* Prima ætas adoleſcentiæ, & extrema pueritiæ, tradit Donatus. Cenſorinus *de die natali, cap. 5.* ita diſtinguit, ut decimo quinto ætatis anno, quum primùm pueritiam egreſſi ſumus, dicamur μειράκια, hoc eſt, futuri ephebi: decimoſexto ἐφηβοι: decimoſeptimo ἐξήφηβοι, quaſi ephebiam egreſſi.

Ephēbium, τὸ ἐφήβειον. Gall. *Le lieu où les adoleſcens s'exerſoient.* Ita. *Luogo dove s'eſſercitauano i giouani.* Ger. Dan ort oder der platz an dem ſich die jugent übt. Hiſp. *Lugar donde ſe exercitan los moços.*

Angl. *A place to youngemento play or exerciſe yame in.* Dictus palæſtræ locus, in quo ephebi exercentur: de quo Vitruv. *lib. 8.* ſic inquit, In duplici porrico collocentur hæc membra, ephebium in medio: hoc autem eſt exedra ampliſſima, &c.

Ephectici, Philoſophi qui de rebus dubitant, *Scepici* dicti, cunctatores, hæſitatores, nil deliberantes. Suid. Bud.

Ephēdrā, æ, ἐφέδρα, Dioſcoridi. Herba eſt aliis nominibus *cauem.* & *anabaſis* appellata. Naſcitur ventoſo ferè tractu, ſcandens arbores, & ex ramis propendens, folio nullo, citris numeroſis, qui ſunt juncei geniculati. Hæc Plin. *lib. 26. cap. 13.* Hac mulierculæ uruntur ad vaſa lignea emundanda, pectinúmque opifices ad buxi ſcabritiem expoliendam, vulgò *Prelam* vocant.

Ephēgēsis, ἐφήγησις. Cauſæ, vel judicii genus, quum accuſabatur is, cui regione aliqua interdictum erat, ut exuli, aut homicidæ.

Ephēlis, ἐφηλὶς. Tuberculum, ſeu aſpredo cutis in facie, ex ardore Solis prognata.

Ephēmĕrā, ſive Ephemeros, ἐφήμερος. Febris eſt unius diei, quam & Latini Diariam appellant, eo quòd diei unius (quantum in ipſa eſt) ſpatio terminetur.

Ephēmĕrĭs, idis. Liber, ſeu commentarius in quem quotidiana acta referuntur. ἐφημερὶς. Gall. *Regiſtre & papier journal.* Ital. *Giornale, regiſtro.* Germ. Ein denckbüchlin in welches tägliche handlungen verzeichnet werden. Hiſp. *Hiſtoria que procede de dia en dia.* Angl. *A regiſter, reckening book wherein thinges daylie doone be written.* Liber in quo res geſtæ per ſingulos dies ſcribuntur: Latinè Acta diurna & Diarium dicitur, ab ἡμέρα, & ἐφήμερος, dies. Mos fuit Romanis ut ſinguli diebus rerum ſuarum tabulam conficerent: unde Juvenalis accipit pro libro in quo diurnales divinationes erant.

*In cujus manibus, compingua ſuctima, tritus*
*Cernis ephemeridas.*

Propertius pro libro fœneratoris ſumpſit, in quo ſummas pecuniæ mutuatitiæ fœneratitiæque perſcribit, rationiculam per ſingulos dies expenſi acceptique ſubducit, & lucra damnáque computat.

*Me miſerum, his aliquis rationem ſcribit avari,*
*Et ponit duram inter ephemeridas.*

Cicero *pro Quintio.* Diſcedens in memoriam rediit Quintius, quo die Roma in Galliam profectus ſit: ad ephemeridem reverritur, invenitur dies profectionis. Calendarium à Seneca dicitur: Adverſaria à Cicerone. Vide *Adverſaria.* Ephemeris, quid, & quomodo Latinè? vide apud Gell. *cap. 18. lib. 5.*

Ephemerus, a, um, ἐφήμερος, a, on, diarius, diem durans. Hinc ephemera febris, ἐφήμερος πυρετὸς.

Ephēmĕrŏn, ἐφήμερον. Animal naſcens apud Hypanim fluvium, qui influit in Boſphorum, eodem quo naſcitur die interiens. Ariſtot. *lib. 5. hiſt. animal.* ¶ Hinc natum adagium, Ephemeri vita, Ἐφήμερος ζωὴ, de iis qui ſtatim emoriuntur, aut pereunt.

Ephēmĕrŏn, ἐφήμερον. Duarum herbarum nomen eſt Dioſcoridi, quarum alteri folia tribuit lilii, ſed tenuiora, caulem parem, florem candidum, amarum, ſemen molle, radicem unam digitali craſſitudine, odore non injucundo: traditque in locis præcipuè opacis naſci. Hæc hodie herba eſſe creditur, quæ floſculos candidos gignit, gratiſſimi odoris, quos vulgus *Lilia convallium* appellat. Dictum autem ephemeron putatur, quòd florem habeat fugaciſſimum, & qui unico die marceſcat. ¶ Alterum ephemeri genus ab eodem Colchicum appellatur, à quibuſdam etiam bulbus agreſtis: ſub Autumni exitum florem fundens croceo ſimilem, folia habens pinguiora quàm bulbus, caulem ſemipedalem, ſemen rufum, radicem ex nigra rufeſcentem, quæ deſquamata intus albicet, ſuccúmque lacteum fundat. Vulgus *Caninecam* vocat, quòd guſtatum canes enecet. Quinetiam homines, bulbi ſimilitudine more fungorum ſtrangulat. Unde etiam ephemeron appellatum exiſtimant, quòd die uno pereant.

Epheſtiades, vide *Haſtiades.*

Ephĕstĭi, ἐφέστιοι, à Græcis dii appellantur, qui à nobis Penates, & Lares, quòd aris & focis præſidere putarentur. Appellatione enim ἑστία, Græci focum, ſeu larem intelligunt.

Ephĕstris, idis, ἐφεστρὶς, veſtis quæ ſupra arma indui ſolet. Baſſus putat eandem fuiſſe, quam Romani paludamentum appellarunt.

Ephĕsŭs, ἔφεσος. vulgò. Germ. Zeglit o Epheſo. Urbs Ioniæ, celeberrimo Dianæ templo clara, ab Amazonibus condita. Hoc templum ducentis viginti annis à tota Aſia factum fuit, in ſolo paluſtri, ne tertæ motus ſentiret. In eo centum viginti ſeptem columnæ fuerunt, ſingulæ à ſingulis regibus factæ, ſexaginta pedum altitudine, inter quas triginta ſex cælatæ fuerunt mire artificio. Hoc templum impenſa non facilè æſtimanda ab Heroſtrato quodam (qui hac potiſſimùm via ſui nominis immortalitatem venabatur) incenſum totum conflagravit, eadem Olympiade, qua Alexander Magnus natus fuit. Hæc urbs navale & portum habuit, & loci opportunitate multùm crevit, & maximum citeriotis Aſiæ emporium fuit. Ex Epheſo Heraclitus cognomento Scotinus fuit, & Hermodorus, qui propter excellentiam ingenii, & doctrinæ, virtúque probitatem in exilium miſſus fuit. Præterea Hipponax poëta, & Parraſius pictor, & Apelles, & Alexander orator, & Theodotion Judæus, qui ſacram Scripturam interpretatus eſt. ¶ Epheſus, inquit Steph. urbs Ioniæ clariſſima: vel, ut Herodotus, Lydiæ, & portus in ſinu. Dicta olim Trichia, & Onygia, & Peleia (ἀπὸ, unde Peleæus, & Peleates) & Sarmona, ab una Amazonum, quam & reginam, & Dianæ ſacerdotem fuiſſe tradunt, & filiam habuiſſe Amazonem, à qua Amazones dictæ ſint. Hæc civitas in loco cavo olim habitata, diluvium paſſa eſt: quo cùm plurimi extincti eſſent, Lyſimachus civitatem in eum locum, ubi nunc eſt, tranſtulit, & ab uxoris nomine Arſinoën vocavit: eo mortuo, priſtinum nomen receptum eſt. In hoc diluvium Duridis elegans tetraſtichon Stephan. recitat. ¶ Eſt & Epheſus inſula Nili, ut etiam Chius, & Leſbus, &c. Stephan. Plin. *Mil. ſc. 1. c. 2.* Hoc oppidum eſt Epheſus. *Ibidem.* In Epheſum illam huc avehit.

Ephĕsĭnŏs, adject. ut Epheſina Diana. Cic. 3. *Philipp.*

Ephĕsĭŭs, ἐφέσιος, adjectivum. Cicer. 1. *de Divin.* Qua nocte templum

Ephesiæ Dianæ deflagravit. Plaut. *Mil. sc.* 5. *a.* 1. Ephesia Diana. Vide *Diana.* ¶ Ephesiæ literæ, Ἐφέσια γράμματα. Dictum videtur de iis, qui mira felicitate, tanquam divina virgula, quicquid optarent, assequerentur. Aiunt enim, Ephesiis notatas quasdam & voces magicas fuisse, quibus utentes in omni negotio victores evaderent.

Ephetæ. Plut. *in Solon.* Ephetæ, judices Athenis.

‖ Ephetinda, ἐφετίνδα, ludus, quando pila alio protenditur, aliorsum autem jacitur: ab ἐφίημι mitto. ‖

Ephialtes, ἐφιάλτης, à nostris dicitur incubus. Est autem morbus quiescentes in lecto plurimùm infestans, quum veluti ingens pondere nobis superincumbente premi videmur. Dictus ἀπὸ τοῦ ἐφέλκεσθαι, hoc est, à conscendendo sive insiliendo. Generatur autem, ut nonnulli medicorum tradiderunt, ex voracitate & eruditate, evaporatione scilicet in caput redundante. ¶ Dictus est etiam hoc nomine quidam ex Neptuni filiis, qui quum singulis mensibus novem digitos excresceret, in tantam altitudinem evalit, ut statura sua fretus unà cum fratre Oto superis bellum inferret: quapropter à Jove fulmine ictus ad inferos est detrusus. Virg. *in Culice.*

*Nam victum fedes immanis serpentibus Otus*
*Devinctus, maximum procul aspicions Ephialtem.*

‖ Ephialtia, vel Ephialtion, præsens, quod adversùs ephialten sit remedio. ‖

Ephippia, orum, propriè tegmina, seu stragula, quibus equi sternuntur, vel sellæ equis ad insidendum impositæ. ¶ Χαρτὶ ἐφίππια, ἀπὸ τοῦ ἐφέζεσθαι ἐφ' ἵππου. Gall. *Selles, ou autres couvertures de chevaux, comme housses & autres choses, harnois.* Ital. *Selle di cavalli, à similitudine ornamenti.* Germ. Sattel. Hisp. *Silleria à cubiertas de cavallos.* Angl. *Horse harneis.* ¶ Cato, sive Varro, sive alius quisquis is est, qui de liberis educandis librum conscripsit: Mihi puero modica fuit una tunica, & toga sine fascis calceamenti, equus sine ephippio. Horat. *in Epist.*

*Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.*

Vide Mart. *Epigr.* 86. *cap.* 14.

Ephippiati equites, qui ephippia habent in equis. Cæsar 4. *bell. Gall.* Non eorum moribus turpius, aut inertius habetur, quàm ephippiis uti: itaque ad quemvis numerum ephippiatorum, quamvis pauci, adire audeo.

Ephippiarii equi, quibus sellæ imponuntur propter molliorem vecturam. Vide in dictione *Strata.*

‖ Ephod, amiculum quod supra aliam vestem induebatur, sacerdotibus in V. T. usitatum, leve & tenue ex lino pro vulgaribus, sed pro summo Sacerdote ex aureo filo. ‖

Ephorus, ἔφορος. Historicus fuit Cumæus, Isocratis auditor, & condiscipulus Theopompi: cujus vitam & scripta vide apud Suid. ¶ Ephori item apud Lacedæmonios, magistratus ejusmodi fuerunt, quales apud Romanos Tribuni plebis, qui à Theopompo sic oppositi Regibus sunt, ut apud Romanos Consulibus Tribuni. Ut enim à Consulibus ad Tribunos provocare quisque poterat, sic Lacedæmonii à Regibus ad Ephoros. Satis constat ab Ephoris Reges alios ejectos fuisse, alios interemptos. De iis Plutarch. *in Lycurgo, & in Aristide, & in Agide.* Olim pro ministris Regum fuerunt: paulatim deinde omnem potentiam in se transferentes, ad id licentiæ pervenerunt, ut sensim à Rege magistratum proprium constituerent, nomine Ephoriam. Ita dicti ἀπὸ τοῦ ἐφορᾶν, quod est intueri, quòd ad civitatis salutem oculos intentos haberent.

‖ Ephphēta, *Marc.* 7. 34. Dominus noster surdum & mutum curaturus dixit ἐφφαθὰ, quod exponitur διανοίχθητι, adaperire. ‖

Ephydrōn, ἐφύδριον. Herba, quæ & *equisetum*, & *hippuris*, & *anabasis* appellatur. Vulgus *Prelam* vocat. Vide *Hippuris.*

Ephyra, vulgò *Corante*, urbs Peloponnesi, in ipso sita Isthmo, quæ alio nomine Corinthus dicta est. Ephyræ autem nomen accepisse volunt ab Ephyra nympha, Oceani & Tethyos filia: cujus meminit Virg. 4. *Georg.* & Lucan. *lib.* 9.

*Aut Pelopis latis Ephyren erumpere regnis.*

Ephyræus, a, um, ἐφυραῖος, hoc est, Corinthius. Propertius.

*Non ita complebant Ephyræ Laidos ædes.*

Lucan. *lib.* 6.

*Insedit castris, Ephyræque mænia servat.*

Virg. 2. *Georg.* Ephyræius per quinque syllabas extulit,

*Illuvies auro vestes, Ephyreiaque æra.*

¶ Fuit & alia ejusdem nominis urbs in Epiro, aliàque rursus in finibus Thessaliæ: item aliæ nonnullæ, quas vide apud Steph.

Ephyrēias, adis, quæ ex Ephyra. Claud. *de bello Getico.*

*Scilicet Argolicas, Ephyreiadesque puellas*
*Cœperat & pulchram jam fastidire Lacænas.*

‖ Epi, ἐπὶ, est præpositio Græca, quæ significat cum genitivo *in, supra, apud*: cum accusativo *ad, versus*: denique cum ablativo *in, penes, sub*, &c. Est frequens in compositione, & in multis vocabulis, quæ Latinus sermo admisit. Sequente vocali, solet abjici, & si ea vocalis sit aspirata, etiam in φ mutari. ‖

Epilōs, ἐπίλως, genus febris est ex pituita frigida, vel vitrea, purtefactáque. Nomen dedit ei placidi pellacia Ponti subdola, quam Græci ἀπὸ τοῦ ἐπιπολῆς, quoniam agitatum ex tranquillo difficillimum efficitur, vel ἀπὸ τοῦ ἐπὶ ὀλίγον θάλπειν, quòd blandè, ac modicè calefaciat.

Epibădes. Naves vectoribus solùm transvehendis accommodatæ. Ulpian. *l.* 1. §. *igitur propositis. ff. de exerc. act.* Quædam enim naves onerariæ, quædam (ut ipsi dicunt) ἐπιβάδες sunt. Et plerosque mandare scio ne vectores recipiant: & sic ut certa regione, & certo mari negotientur. Bayfius: Epibades, inquit, dictæ, ut opinor, quasi epibatides, ad epibatas solùm, id est, vectores trajiciendos. Et fortasse legendum apud Jureconsultum, *epibatides.*

‖ Epibaterium. Scal. *lib.* 3. *poët. cap.* 106. Quum quis longam post peregrinationem, aut diuturno postliminio in patriam revertisset, errâ die civibus convocatis aut habebat orationem, aut canebat carmen. Id poëmatis genus ἐπιβατήριον dicebatur.

Epibătæ, ἐπιβάται. Sunt bellatores in re navali. Hirtius *de bello Alex.* Capta est una hostium quadriremis, depressa est altera: alteráque perturbata: deinde omnes epibatis nudatæ. Idem *lib. de bell. Afric.* ibique Gerulis remigibus, epibatisque complet. Dicti epibatæ ἀπὸ τοῦ ἐπιβαίνειν, hoc est, à conscendendo: unde etiam generalitèr eo nomine omnes intelliguntur, qui navim conscendunt, ut aliquò ea vehantur.

Epibāthra, æ, ἐπιβάθρα. Scalæ nauticæ, quibus in navim conscenditur.

‖ Epicamīson, tunica. L. g. b. ‖

Epicaūma, atis, ἐπίκαυμα. Oculi oleus crustosum, sordidum & impurum, humore fœdo jugiter effluente. Ita dictum à quadam adustionis similitudine.

Epicēdium, ἐπικήδιον. Gall. *Chant de deuil.* Ital. *Verso funebre.* Germ. Ein Lied das man bey einer Leich zu ehren dem abgestorbnen singt. Hisp. *Versos funebres.* Angl. *A verse of dolour.* ¶ Carmen est, quod in laudem defuncti, corpore nondum humato, cani solet: aliter natum, vel monodia dictum. Quod verò corpore jam sepulto, tumulo inscribitur, dicitur epitaphium.

Epicerides, ἐπικήριδες, vir Cyrenensis, qui ob singularem suam in populum Athenienseм liberalitatem, ampliſsimis vicissim ab isto honoribus est affectus. Vide Demosthenem *in Oratione adversùs Leptinem.*

Epicharmus, ἐπίχαρμος, Philosophus Syracusanus, Pythagoræ auditor, Tityri (ut Suidas scribit,) vel Chimari filius, vir multa eruditione clarus, comœdiæ author. Horat. *lib.* 2. *Epist.* 1.

*Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi.*

Scripsit de natura rerum & medicina commentationes. Hujus mentionem facit Cic. *lib.* 1. *Tusc. quæst.*

Epichērēmăta, ἐπιχειρήματα, quæ dicantur, ostendit Quint. *lib.* 5. *cap.* 10. his verbis: Epicherema Valgius aggressionem vocat: Cellus autem indicat non nostram administrationem, sed ipsam rem, quam aggredimur, id est, argumentum quo aliquid probaturi sumus, etiamsi nondum verbis explanatum, jam tamen mente conceptum, epicherema dici. Quidam epicherema rationem vocant. Cic. melius ratiocinationem. Item *c.* 14. *eiusdem libri*, Epicherema autem nullo differt à syllogismis, nisi quòd illi & plures habent species, & vera colligunt ex veris: Epicherematis verò frequentior circa credibilia est usus.

Epichrīsta, ἐπίχριστα, apud Galenum in eundem fere usum accipiuntur, quo circumlitiones, quas Dioscorides ἐπίχρισιν, & ἐπιχριστὰ appellat, à circumlinire, quod est expolire. Nam & in pictura circumlitionem vocant, quum operibus jam perfectis, manus admovetur ultima, quæ illa ipsa properantes, lambentéque penicillo circumlegat, atque revisitet.

Epichysis, ἐπίχυσις, vasis genus, teste Varr. *lib.* 4. *de ling. Lat.* è Græcia primùm advectum, nomen habens ἀπὸ τοῦ ἐπιχεῖν, ab infundendo. Unde nonnulli etiam infundibulum hoc nomine appellant.

Epici, ἐπικοὶ, Italiæ populi. Steph. in Ἄνκωνα.

Epicithărismă, tis, pars etiam fabulæ postrema. Quum enim olim fabulæ recensebantur publicè, ad demulcendos spectatorum animos, quum tædio longæ narrationis jam langucbant, in fine priusquam dimitterentur, citharœdus aliquis prodibat, & quod auditoribus præludebat, epicitharisma vocabatur. Hinc apud Tertull. *lib. adversus Valent.* proverbii loco ponitur Epicitharisma post fabulam. Dictum ἀπὸ τοῦ ἐπικιθαρίζειν, sicut ἐπιμύθιον, aut ἐπιφώνημα.

Epicnemidii, ἐπικνημίδιοι, pars Locrorum. Vide *Ozola.*

Epicœnum, ἐπίκοινον. Gall. *Meslé.* Ital. *Mescolato.* Germ. Vermischt. Hisp. *Mesclado.* Angl. *Mixed, or mingled.* ¶ Græcis idem est quod promiscuum. Unde epicœnum genus à Grammaticis appellatur, quod sub uno articulo promiscuè utrumque significat sexum. Interest autem inter genus commune, & epicœnum, quòd in genere communi & homines sunt, & pecora; in epicœno pecora tantùm. Quis autem hujus generis sit usus, intelligi potest hoc modo: Nomina enim brutorum animalium, quæ sub una terminatione & materni significant, & fœminam, aut facilè sexum discernunt, aut difficilè: si facilè marem à fœmina distinguas, erunt communis generis, duobúsque declinabuntur articulis, ut hic & hæc bos. Sin difficilè, erunt epicœna, unóque erunt contenta articulo, quem ex terminatione deprehendimus: ut passer, epicœni generis est sub articulo *hic*, quia terminationem sortitur masculinam: aquila item epicœni generis est sub articulo *hæc*, quia terminationem habet fœminam. Quint. *lib.* 1. *c.* 4. Nec illatim diligentem putabo, qui promiscua, quæ & epicœna dicuntur, ostenderit, in quibus sexus uterque per alterum appareat.

‖ Epicombia, ἐπικώμια dicebantur, quæ Imperator festo coronationis, vel nuptiarum die spargebat in populum.

Epicormion, mensa coquinaria. Eust. Lex. gr. b. ‖

Epicrasis, ἐπικρασις, temperantia humorum.

Epicrocum, Genus vestimenti croceo colore infectum, tenue & pellucidum. Author Festus.

Epictētus, ἐπίκτητος. Nomen Philosophi Stoici, qui ex Hierapoli Phrygiæ urbe originem ducens, Romæ Epaphrodito cuidam Neronis familiari servivit, atque ad Marci usque Antonini tempora pervenit. Domitiano autem imperante, ejus dominatu offensus, Româ Hierapolim migravit, ratus verum esse quod est apud Tragicum, patriam esse cujusque ubi quis rectè ageret. Tanta verò apud omnes homines ejus vitæ admiratio exitit, ut Lucianus Syrus Epicteti lucernam fictilem tribus drachmarum millibus, ob ejus authoritatem vænisse tradat. Scripsit Enchiridion, opus utile, quod Angelus Politianus Latinum fecit.

Epicūrus, ἐπίκουρος, ejus sectæ author fuit, quæ ab eo Epicurea dicta est. Summum bonum in voluptate ponebat, non tamen in voluptate corporis, quemadmodum Aristippus, sed in voluptate animi, hoc est, in absentia dolorum omnium. Dialecticam damnabat, quòd Philosophiam simplicibus verbis affirmaret posse comprehendi. Deorum providentiam è rebus humanis tollebat. Huic Lucretius tantum tribuit, ut non dubitet affirmare, Epicurum reliquorum omnium Philosophorum lumen obscuraſse, quemadmodum Sol suo splendore aliorum cœlestium corporum claritatem obtenebrat. Traditur fuisse continentissimæ vitæ: nomen tamen illud voluptatis, in

in quo summum bonum ponebat, effecit, ut ab eo homines volaptarii, Epicurei dicantur.

‖ Epicstreus, a, um, ad Epicurum pertinens. Epicuri sectator. ‖

ĕpĭcūrĭŭs, aliud adject. pro Epicureus. Author Priap.

*Vt eredam Epicurios citari.*

Phaeacium est.

Epicus, a, um, ἐπικὸς, adjectivum est, deductum à Græco nomine ἔπος, quod carmen significat, & propriè Hexametron: unde Epicus poëta, ἐπικὸς, dicitur carminis heroici scriptor. Cic. *de opt. gen. Orat.* Itaque licet dicere & Ennium summum epicum poëtam, si cui ita videtur, & Pacuvium tragicum, & Cæcilium fortasse comicum. Epicum poëma. Cicer. *de opt. gen. Orat.* Poematis enim tragici, comici, epici, melici etiam, ac dithyrambici, quod magis est, trochaicum nomen à Latinis, suum quodvis est diversum à reliquis. Vide Cœl. Rhodig. *lib.* 17. *cap.* 20.

Epidamnus, sive Epidamnum, ἐπίδαμνος, vulgò Durazzo. Oppidum in ea parte Macedoniæ quæ Adriatico mari incumbit, tritissimo è Græcia in Italiam trajecto nulli non cognitum. Epidamnum dictum ab Epidamno rege Barbarorum. Sed Romani eò coloniam deducentes (inquit Plin. *lib.* 2. *cap.* 27.) Dyrrachium dicere maluerunt propter inauspicatum nomen Epidamni, tanquam à damno dicatur Epidamnum. Ad quod alludens Plaut. *in Men. sc.* 1. *a.* 2. inquit, Ne mihi damnum in Epidamno duas: tanquam nomen indicum sit Epidamno, quòd illuc nemo sine damno divertat. Legit ibi Passerat. *Diverritur.* Idem Plaut. *ibid.* Quamobrem Epidamnum venimus. De hoc Lucanus *lib.* 10.

*Ad campos Epidamne tuos.*

Appianus sic habet, Epidamnus rex urbem condidit, quæ ab ipso nomen assumpsit. Hujus ex filia nepos Dyrrachus postrum urbi adjecit, quod Dyrrachium appellatur.

Epidamnus, a, um. Plaut. *Men. sc.* 6. *a.* 5. Epidamni cives. *Ibid. sc.* 1. *a.* 2. Epidamnia, sive Epidamnea natio hominum, potatores, palpatores. Idem *sc.* 6. *a.* 5. Epidamnienses subvenite cives.

Epidaphne, ἐπίδαφνα, urbs insignis Syriæ, ad Orontem fluvium, una earum, quæ Tetrapolim efficiunt: alio nomine Antiochia appellata, ab Antiocho Seleuci Nicanoris patre. Epidaphne verò dicta à Daphne vicino suburbano, quod lucum habebat amœnissimum octoginta stadiorum, & fanum Apollinis, cum Dianæ delubro. Julius Cap. Verùm postea quam in Syriam venit, in deliciis apud Antiochiam & Daphnem vixit. Ammianus, apud Daphnem amœnum illud & ambitiosum Antiochiæ suburbanum.

Epidaurus, ἐπίδαυρος, sive Epidaurum. Urbs in Peloponneso, Æsculapii templo celeberrima: de qua Plin. *lib.* 4. *cap.* 5. in Saronico (inquit) Epidaurum oppidum, Æsculapii delubro celebre. Fuit hic Podalirii & Machaonis parens, medicus maximus & doctissimus, obque artis præstantiam in deorum numerum relatus, quum Apollinis filius existimatus esset. Verustas ei dicavit anguem, quòd multa huic animali remedia insint, ut scribit Plin. *lib.* 29. *cap.* 4. Inde fertur, Romanos, quum gravi pestilentia laborarent, consultóque oraculo juberentur Æsculapium Romam advehere, triremen cum Legatis ea de causa Epidaurum misisse. Verùm quum Epidauri deum opiferum à se inviti dimitterent, ferunt illis cunctantibus ingentem anguem ad Romanorum triremem adnavisse, seseque in puppi in gyrum complicuisse: quem illi Æsculapium arbitrati, magna cum veneratione Romam advexerunt. ¶ In Epidauro, pro Epidauri. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 2. & *sc.* 1. *a.* 3. & *sc.* 4. *a.* 4. *Ibidem*, Salvus cum advenis & Epidaurum, &c. In illa fabula frequens Epidauri mentio est. ¶ Hoc etiam nomine dicta fuit urbs Dalmatiæ, ad Illyricum mare sita, de qua Lucanus *lib.* 2.

*Illyris Ionium urgens Epidaurus in undas.*

Pausaniæ & Straboni Lymira cognominata, quòd sit porrosa: diruta à Gothis, è cujus ruinis Ragusia juxtà ædificata. Raph. Volaterranus.

Epidemia, est accessus ad civitatem aliquam observari plerunque solitus. Hæc Budæus *in Pandect.* Epidemiam vocant medici morbum populariter vagantem, sive populariter sparsum.

Epidemetici, de quibus titulus est apud Justinianum, sunt hospitiorum metatores in urbe, hoc est, qui in valvis januarum faciunt inscriptiones, quibus significatur quis in ea domo sit hospitaturus; nam ἐπιδημία, idem valet, quod ad civitatem in rem præsentem venio. Hæc Alciat. *in* 3. *poster. lib. Codicis.* Meminit & Cœlius *lib.* 7. *cap.* 24.

Epidermis, is, ἐπιδερμὶς. Cuticula est exterior in animantis corpore è vera cute veluti efflorescens, adeò tenuis, ut vel attrendo, vel scalpendo facilè possit lacerari. Nomen inde habet, quòd ἐπὶ τῷ δέρματι, hoc est, super veram cutem sita sit.

Epidictico, ἐπιδεικτικὸν. Crusæ genus est apud Rhetores, à Latinis laudativum dictum, quòd præcipuè in laudando & vituperando versetur. Ad verbum transfertur Demonstrativum. Ἐπιδείκνυμι enim Latinè est demonstrare. Cicer. *de Orat.* Dulce igitur orationis genus, & solutum, & effluens, sententiis argutum, verbis sonans est in illo epidictico genere.

Epidipnides, ἐπιδορπίδες ἢ ἐπίδειπνα. Sunt epulæ quæ in extrema cœna, vel prandio adferuntur: unde etiam propriè quodam epitheto, feræ epidipnides vocantur. Mart. *lib.* 11.

*Hinc ferus epidipnidas parabit.*

Epidromides, ἐπιδρομίδες. Plagarum funiculi sunt, teste Pollucc, quibus retia panduntur contracta, & retrahuntur expansa: ita dicti quòd retium plagæ per ea discurrant. Plin. *lib.* 19. *cap.* 1. usus est ablativo epidromis, velut à nominativo epidromos, vel epidrome. Vidimus (inquit) plagas tantæ tenuitatis, ut annulum hominis cum epidromis transirent. In quibusdam tamen exemplaribus vetustioribus legitur, *epidromibus.*

Epidromus, ἐπίδρομος. Veli genus quod in puppi panditur. Nautæ *Mezanam* vocant. Sunt enim tria velorum genera: Aeation, quod maximum præcipuúmque navis velum est: Dolon, quod supra aetion attollitur, quum maxima celeritate opus est: & Epidromos, quod circa puppim tenditur. Author est Julius Pollux.

ἐπιγαμία, æ, ἐπιγαμία, connubium, affinitas cum aliis gentibus.

Epigenes, ἐπιγένης, nomen Philosophi Byzantini. Item Poëtæ cujusdam Comici, cujus fabulæ recensentur à Suida.

ἐπιγαστρὶς, ἐπιγάστριον. A rei anatomicæ peritis vocatur extima totius ventris pars, totúmque illud quod intestina tegit, ex cute, adipe, musculis octo, & peritonæo compactum, totum illud spatium comprehendens, quod est à cartilagine mucronata, naribúsque costis, usque ad ilia, atque ad ipsum usque os pubis. Cels. *lib.* 4. *cap.* 1. Abdomen appellat.

‖ Epigeum, ἐπίγειον, ad verbum, quod est supra terram: ut apogeum, ἀπόγειον, remotum à terra. ‖

ĕpĭglŏttis, seu Epiglottis. Lingula est quæ asperæ arteriæ mestum obtitat, ne cibus, aut potus per œsophagum ad pulmonem descendat. {ἐπιγλωττὶς. Gall. *Languette ou petite langue, comme celle qui garde que ce qu'on boit & mange ne tombe és poulmons.* Ital. *La linguetta che cuopre il collo à la bocca del polmone.* Germ. Das zäpflin im halse/so die lufftröhren beschleußt. Hisp. *El gatillo.* Angl. *A litle tongue or that which keepeth meate to pas in to the wide pipe.*} Plin. *lib.* 11. *cap.* 36. Tonsillæ in homine, in suc glandulæ. Quod inter eas uvæ nomine ultimo dependet palato, homini tantùm est. Sub ea minor lingua epiglottis appellata, nulli ova generantium: Opera ejus gemina, duabus interposita fistulis: interior earum appellatur arteria, ad pulmonem atque cor pertinens. Hanc operit in epulando epiglottis, ne spiritu ac voce illac meante, si potus cibúsve in alienum deerraverit tramitem, torqueat. Altera exterior est, appellatur sanè gula, qua cibus atque potus devoratur. Tendit hæc ad stomachum, inde ad ventrem. Hanc per vices operit, quum spiritus tantùm, aut vox commeat: ne restagnatio intempestiva alvi obstrepat.

‖ Epigonatium, genuale. L. g. b. ‖

ĕpĭgŏni, ἐπίγονοι, dicti sunt authores secundi belli Thebani, quasi fœtus illorum, qui primum confecerant bellum. {Germ. *Die nachfolger deß andern Thebanischen kriegs.*} Græcè enim ἐπίγονοι, posteri appellantur. Inde Euripides tragicus fabulam hoc argumento compositam, Epigonos inscripsit, quæ agi exposcebat voce magna scenicorum, & sonora. Ob hoc dixit Cic. *lib.* 1. *Offic.* quòd histriones voce freti, agunt Epigonos, Medeámque. Errant qui existimant Epigones apud Strabonem esse populos, à quibus fabulæ nomen inditum sit; quum Epigoni dicti sint generali vocabulo omnes illi, qui ex diversis populis constati, secundum bellum Thebanum, duce Alcmæone confecerunt: quasi pòst geniti, & filii eorum, qui in primo bello ad Thebas mortem oppetierant. Nam ex Statii lectione constant nomina ducum, qui in eo loco occubuerunt: quorum filii ut mortem parentum ulciscerentur, communi consilio contra Thebanos iterum arma moverunt. Acceperant enim responsum ab Apolline, eam se civitatem expugnaturos, si Alcmæonem Amphiarei filium Imperatorem rei bellicæ fecissent. Igitur Alcmæon exercitu ex Græcis collecto, contra Thebas duxit copias, acerrimèque commissâ pugnâ potitus est victoria, & Thebæ captæ ac diruræ sunt. ¶ Epigoni etiam dicti sunt successores Macedonum veteranorum, qui sub Alexandro Magno ex Asiaticis fœminis sobolem susceperant: quæ soboles (ut historici memorant, nomen habuit Epigonorum, qui in castris nati, in armis educati, à parvula ætate periculis exercitati, laboribus durati, prorsus invicti extiterunt.

ἐπίγραμμα, tis: Ἐπιγράμματα, seu Epigrammatum, i, dicitur inscriptio, vel superscriptio: ἀπὸ τοῦ ἐπιγράφειν, quod est superscribere. Cicer. *pro Archia poëta*: Quòd epigramma in eum fecisset, tantummodò alternis versibus longiusculis. Idem *Att. lib.* 1. *Epist.* 13. Epigrammatis tuis quæ in Amaltheo posuisti, contenti erimus.

ĕpĭgrammătographŭs, Epigrammatum scriptor.

ĕpĭgrăphē. {ἐπιγραφὴ. Angl. *A title or inscription.*} Titulus, inscriptio: item census, id est, dinumeratio civium: & lustrum.

‖ Epigrus. Gloss. Isid. Epigri, clavi ligneæ sunt, quibus ligorum ligna adhærent.

Epiicia, epiiceia, epiaia, æquitas, summi juris moderatio. Bud. ‖

Epiicidæ, Ἐπιικίδαι, vicus in tribu Cecropide. Steph.

‖ Epilema, emplastrum, quod super lema, id est, voraginem vulneris imponitur. Cath. ‖

ĕpĭlēpsĭa. {Ἐπιληψία. Gall. *Mal caduc, le mal saint Iean, epilepsie.* Ital. *Male caduco.* Germ. Die fallende sucht oder siechtág. Hisp. *Gota coral.* Angl. *The falling sickneſſe.*} Morbus est, quem Latini comitialem appellant, propterea quòd comitia dirimeret, si quis eo, in campo fuisset correptus. Epilepsiæ autem nomen à Græco ἐπιλαμβάνειν, deductum est, quòd in eo capiantur, & vinciantur sensus, adeò ut à mortuis nihil absint. Nam unà cum convulsione totius corporis Principes cerebri operationes auferuntur, toto videlicet cerebro, vel duobus ejus præcipuis ventribus affecto. Hinc etiam ἱερὰν νόσον, hoc est, sacrum morbum quidam ex Græcis appellarunt, quòd cerebrum sanctissimam nostri portionem, quoddámque mentis veluti sacellum, peculiariter infestet. Quidam etiam Herculeum, ab Hercule, quem morbo huic obnoxium fuisse tradunt. ¶ Qui hunc morbum patiuntur, epileptici, ἐπιληπτικοὶ, dicuntur.

Epilencadii, ἐπιλευκάδιοι, urbs post Acarnaniam. Steph.

ĕpĭlŏgĭsmŭs, ἐπιλογισμὸς. Cogitatio, comparatio: à verbo Græco ἐπιλογίζομαι, quod est excogito, & rationem subduco.

ĕpĭlŏgŭs: Peroratio, conclusio, postrema orationis pars. {ἐπίλογος. Gall. *Concluſion.* Ital. *Concluſione.* Germ. Die beſchluſsred. Hisp. *Concluſion.* Angl. *A concluſion.*} Cicer. 4. *Tusc.* Num etiam Rhetorum epilogum desideramus? Rhetores tripartitum epilogum faciunt, constantem enumeratione, amplificatione, & commiseratione. Per enumerationem fit rerum repetitio, quæ Græcè dicitur ἀνακεφαλαίωσις, id est, recapitulatio: per amplificationem concitantur animi auditorum: per commiserationem flectuntur ad misericordiam.

Epimachus, ἐπίμαχος, nomen propriùm viri: & Latinè, facilis expugnatu dicitur.

‖ Epimanicion, supermanicale, ornatus manicæ sacerdotis, in dextro brachio, cui intexta effigies Servatoris. L. g. b.‖

Ἐπιμέδιον, ἐπιμήδιον. Caulis est non magnus, hederæ foliis denis duodenisve, neque florem, neque fructum ferens, radice tenui, nigra, gravi odore. Romani *Tiadiliam* appellant.

Epimelas, gemma candida est, nigricante superné colore. Plin. *lib.* 37. *cap.* 9.

‖ Epimelia: Agrypnia, cura, vigilia. Capella. ‖

Ἐπιμήλις, ιδος, ἐπιμηλίς. Mespili genus est, mali magnitudine, folio tanquàm morore, pomum ferens rotundum, esculentúmque, fundo in latitudinem retuso, astringentis naturæ, & tardè matureſcentis. Galenus τρίκοκκον vocari testatur, à tribus granis, sive ossibus quæ in se continet.

‖ Epimenia, xenia, dona data per singulos menses post novilunium. Cath. ‖

Ἐπιμηνίδιον (ut Plin. *lib.* 27. *cap.* 9. scribit) est tertium bulbi genus, cibis gratum, angustius folio, minúsque aspero quàm cæteræ scillæ species.

Ἐπιμενίδης, ἐπιμενίδης. Poëta Epicus fuit, patriâ Cretensis, teste Apul. *lib.* 2. *Florid.* qui à patre Agiasarcho in agrum ad custodiendum pecus missus, in quodam antro obdormivit annos LXXV. Unde emanavit proverbium, ultra Epimenidis somnum dormisti, ἐπὶ τῶν ἐπιμενίδου μακρότερον. In eos dictum, qui perpetuum agunt otium. Lucianus *in Timone.* ¶ Epimenidium eorum. Ἐπιμενίδειον ἄξιον. De te reposita, miraculique loco servata. Hic idem Athenienſibus pestilentia laborantibus dixit, civitatem purgari expiarique oportere. Itaque quum rogatus eò venisset, jussit oves albas atque nigras apud Areopagum immolari: Revertens deinde domum, oblatam ab eis pecuniam retinuit. Meminit hujus Plato *in* 1. & 3. *de Legibus*, & Plut. *in Solone.*

Ἐπιμηθεύς, per quatuor syllabas, ἐπιμηθέα. à poëtis Japeti filius fuisse fertur, & frater Promethei, qui ingenio valens, hominis staturam primus ex luto finxit: qua re indignatus Jupiter, eum vertit in simiam, atque in insulas Pitheculas relegavit. Hic pater fuit Pyrrhæ uxoris Deucalionis, quæ ab illo Epimethis dicitur. Ovid.

*Inde Promethides placidis Epimethida dictis*
*Mulcent*, &c.

Vide infrà de Prometheo, Pandora, & Pitheculis insulis.

Ἐπιμονή, Græca vox: Latinè, perseverantia. ‖ ἐπιμονή. Gall. *Perseverance.* Ital. *Perseveranza.* Germ. Dirzug oder Beharrung. Hisp. *Continuacion, perseverancia.* Angl. *Perseverance, stedfastnesse.* ‖ Figura, quando ad majorem affectum denotandum in eadem dictione perseveratur, ut Virg.

——*sic sic juvat ire sub umbras.*

Hæc etiam Epizeuxis, ἐπιζευξις vocatur.

Ἐπιμυθίον, ἐπιμύθιον. Fabulæ est expositio, ejusque utilitas, ut quum apologi rationem & sententiam authores mythologici attexunt: ut sunt apud Æsopum appendices fabularum, quasi affabulationes. Budæus.

Epinicia, orum. ‖ ἐπινίκια. Gall. *Vers, louanges, feste & celebrité qu'on dit, chante, ou fait pour la victoire gaignée, comme les feux de joye.* Ital. *Fuochi & feste per le vittorie.* Germ. Ein lied oder gesang so man auß frewden eines erlangten sigs hält. Hisp. *Cantos à fuegos publicos hechos por alguna victoria, como fuegos de alegria.* Angl. *Verses or songes of triumphe.* ‖ Græci vocant celebritates pro parta victoria, ab ἐπὶ & νίκη: cujusmodi sunt ignes nocturni, præque quæ ad primum statim victoriæ nuntium in testimonium publicæ lætitiæ accenduntur: solennes præterea supplicationes, & aliæ id genus solennitates, quibus partæ victoriæ gaudium solemus testari. Sueton. accipit pro carminibus in laudem victoris compositis, *in Nerone.* Sequenti, inquit, die lætum inter lætos cantaturum epinicia, quæ jam nunc sibi componi oporteret.

Ἐπινυκτίδες, ἐπινυκτίδες. Pustulæ minutæ, seu varii, dicti à nocte, in qua maximè proveniant. Julius Pollux: Epinyctis, pustula sublivida, modicè tumescens, & plena sanguinis in tibiis, & pedibus. Accipitur etiam pro oculorum morbo. Plin. *lib.* 20. *cap.* 6. Illitis foliis sanantur & ambusta, & epinyctides: ita vocatur ulcus acrem visus hebetans, & in angulo oculi perpetuo humore manans. Ubi veteor ne ἐπινυσταζίδι, dicere hic debuerit. Quidam eodem nomine appellant pustulas livientes, ac noctibus inquietantes, Gallicè, *fistule lacrymale.*

‖ Epipedon, superficies, ἐπίπεδον, qui est super solo, planus, à πέδον, solum. ‖

Ἐπιφάνης, ἐπιφανής. Cognomen Antiochi regis, qui Antiochiam Syriæ urbem condidit, quæ etiam à cognomine ejus Epiphania appellata est. Dictus Epiphanes, quasi illustris, à rerum gestarum claritate.

Ἐπιφάνεια, ας, ἐπιφάνεια. Apparitio, seu manifestatio dicitur, ἀπὸ τοῦ ἐπιφαίνω, hoc est, ab apparendo. Inde Ἐπιφάνια, orum, à Christianis dicuntur festa, quæ nos Apparitionem Domini vocare possumus. Hieron. Dies epiphaniorum Græco sermone sic vocatur. Quod enim apud nos apparitionem, vel ostensionem dicimus, Græci epiphaniam vocant. Hoc autem ideo, quia Dominus noster eo die Servator apparuit è tenebris. Licèt enim olim natus esset ex Maria, & triginta annorum explesset ætatem, tamen ignorabatur à mundo. Epiphania quoque vocatur, quum latitudo mensuratur cum longitudine. Videm dictione *Gramme.*

Epiphania, ἐπιφάνεια, urbs Syriæ juxta Raphaneas, in confinio Aradi, ubi natus est Euphrates Stoicus: altera Ciliciæ: tertia Bithyniæ: quarta juxta Tigrim. Vocata est etiam Arcesicerta, utpote ab Arcesilao condita. Stephan. Epiphanias, non solùm Epiphaniam, usurpat Cæsarius *lib.* 1. *cap.* 7.

Ἐπιφώνημα, ἐπιφώνημα. rei narratæ, vel probatæ summa acclamatio. Epiphonematis post rem narratam exemplum est apud Virg. *lib.* 1. *Æneid.*

*Tanta molis erat Romanam condere gentem.*

Post rem autem probatam, apud Cic. *pro Lig.* Quorum igitur, Cæsar, impunitas tuæ clementiæ laus est, eorum te ipsorum ac crudelitatem acuet oratio. ¶ Dicitur etiam epiphonema, clausula arguta, quæ in fine posita aurem ferit, quales plerumque solent esse clausulæ quæ epigrammata claudunt.

Epiphorá, ἐπιφορά, morbus oculorum, quem vulgò *lacbrymam* vocant, quum descensus humoris cujusdam mordacis oculos angit; ἀπὸ τοῦ ἐπιφέρω, hoc est, ab inferendo. Plin. *lib.* 20. *cap.* 8. Caro peponum epiphoris oculorum, & dolonibus imponitur. Colum. *lib.* 6. *cap.* 16. de magudati: Eadem radix contusa, & cum oleo lentisci inuncta, vitium colorum expurgat, epiphoram supprimit, polenta conspersa multa aqua. Dicitur & de aliis membris. Plin. *lib.* 20. *cap.* 13. Testium verò epiphoris cum ramis lauteæ teneris adeò peculiaris est, &c.

‖ Epiphyllis. Gl. ἐπιφυλλὶς, racemus. ‖

Epiploöcélē, ἐπιπλοοκήλη. Herniæ species, quum omentum descendit in scrotum. Vide *Enterocele.*

Epipolæ, ἐπιπολαὶ, regiuncula præruptа, juxta Syracusas. Steph. Vide *Euryalus*, & *Labdalum.*

Epipoli, ἐπιπολαὶ, vide *Euryalus.*

Epithēdium, vehiculi genus non dissimile benæ: compositum nomen ex ἐπὶ, & theda. Juven. *Sat.* 8.

——*tritóque trahunt epirhedia collo.*

Epīrus, ἤπειρος. Regio est Græciæ, in qua olim Pyrrhus regnavit: hæc primùm Molossia dicta est, & à Chaone Heleni fratre Chaonia, nunc verò Albania vocatur. Quondam urbibus populisque fuit frequentissima, sed à Romanis subacta, quum Lepidus deficeret, penè in solitudinem redacta est. De ea multa Strab. *lib.* 8. Ovid. 8. *Metam.*

*Misit aves, quanto majores horrida tauros*
*Non habet Epirus*, &c.

Terminatus Epirus à Septentrione, Macedonia: ab Oriente, Achaia: ab Occidente, Ionio mari. In ea sunt civitates Nicopolis, & Ambracia.

Ἠπειρώτης, ἠπειρώτης, qui est ex Epiro. Liv. *lib.* 2. *decad.* 5. Martius & Attilius ad Gitanes Epiri oppidum decem millia ab hostibus quum ascenderent, consilio Epirotarum habito, cum magno omnium assensu auditi sunt.

Epirōticūs, a, um, ἠπειρωτικός. Cicer. *Attic. lib.* 12. Hodie tuas litteras expectabamus maturiùs: erunt fortasse alteræ pomeridianæ, nisi te Epiroticæ litteræ impediant, quas ego non interpello. Epiroticei boves, qui ex Epiro sunt. Varr. 2. *de re rust. cap.* 1. Terminatini Epirotici non solùm meliores totius Græciæ, sed etiam Italiæ. Epirotica mala, ἠπειρωτικὰ μῆλα, dicuntur quæ in Epiro Græciæ regione nascuntur: à nostris dicuntur orbiculata, à figura orbis in rotunditatem circumacti. Plaut. *Amph.* Tellus Epirotica vidit Cadmum, &c.

Epischidion. ‖ ἐπισχίδιον. Gall. *Coin pour fendre le bois.* Ital. *Cuneo da fender legni.* Germ. Ein wegg mit dem man das holtz spalt. Hisp. *Cuña ò cuño para hender.* Angl. *A wedge to cleave wood.* ‖ Apud Vitruv. accipitur pro cuneo quo ligna finduntur. Nam σχίζω Græcis est findere.

‖ Epischinium: Supercilium, Tertull. Turn.

Episcopatus, ἐπισκοπή. Episcopi munus & dignitas. ‖

Episcopus. ‖ פקיד *tsophéh.* ἐπίσκοπος. Gall. *Evêque, Prelat qui a la surintendance en quelque lieu.* Ital. *Vescovo.* Germ. Ein Bischoff oder aufsaher. Hisp. *Obispo, Prelado de Yglesia.* Angl. *A bishope.* ‖ Magistratus nomen fuit apud veteres, cujus officium erat panis & cæterarum rerum quæ ad cibum pertinent, curam habere, ut colligi potest ex verbis Arcadii, *ff. de muner. & honorib.* Latinè interpretatur Speculator, ab ἐπισκέπτομαι, quod speculor significat, vel considero. Unde etiam hodie ad Antistites translatum est: quòd illorum præcipuè munus sit, gregis sibi commissi vitam explorare. Hac voce usus est Cicer. *lib.* 7. *Epist. ad Attic.* Vult enim (inquit) Pompeius, me esse, quem tota hæc Campania, & maritima ora habeat Episcopum, ad quem delectus & negotii summa referatur.

Episcōpium. ‖ ἐπισκοπεῖον. Gall. *Maison Episcopale, Evêché.* Ital. *Vescovato.* Germ. Einen Bischoffshoff/die wohnung eines auffsehers oder rechters. Hisp. *Obispado, morada del Obispo.* Angl. *A bishopes house or mansion place.* ‖ Episcopi habitatio dicitur: sicut Prætorium appellatur, ubi Prætor jus reddit.

Episcopīus, a, um: Exploratorius, speculatorius. ‖ ἐπισκεπτικός. Gall. *Brigantin.* Ital. *Brigantino.* Germ. Ein zu dem auffsehen oder wachen gehört. Hisp. *Barca para espias, bergantin.* Angl. *Belonging to an espiall, a brigantine.* ‖ Cic. *ad Attic.* Quinto Non. considens ab hortis Clunianis in phaselum episcopium, id est, navim exploratoriam.

Episcopor. Alanus: Evangelizare misit me Dominus, non Episcopari.

Epispāstica, ἐπισπαστικά, medicamenta quæ pertinent ad ulcus purgandum, púsque extrahendum: dicta à verbo Græco ἐπισπάω, quod idem est quod attraho.

Epistātes. ‖ פקיד בן *ben méfsheh.* ἐπιστάτης. Gall. *Grangier, procureur de maison, homme d'affaires.* Ital. *Castaldo, procuratore.* Germ. Ein schaffner. Hisp. *Mayordomo, procurador.* Angl. *A steward, a baily.* ‖ Græcè dicitur qui à nobis villicus, procuratórque, ac præpositus rei faciendæ vocatur. In fœminino genere, Epistata, villica dicitur, quæ præest diligenter familiæ rusticanæ: qua voce utitur Cato *de re rust. cap.* 56.

‖ Epistemonarches, doctrinæ Ecclesiasticæ Præsul. L. g. b. ‖

Ἐπιστολή, ἡ. ‖ ספר *sépher.* ἐπιστολή. Gall. *Epistre, missives, lettres.* Ital. *Epistola.* Germ. Ein sendbrieff. Hisp. *Carta mensajera.* Angl. *A missive, a writing.* ‖ Litteræ: ἀπὸ τοῦ ἐπιστέλλω, quod est mittere, quia ad absentes mittitur. Plaut. *in Epid.* Quia quotidie ipse ad me è legione epistolas mittebat. Idem *in Pseud.* Herus me tibi salutem multam voluit dicere: Hanc epistolam accipe à me, hanc me tibi jussit dare. Miles lenoni epistolam confectam mittit. *Ibidem sc.* 2. *a.* 4. Ne epistola ulla usquam sit in ædibus. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 4. Libri de rebus per epistolam quæsiti s. Gellius, *lib.* 12. Vide quid hæc epistola narret. Plaut. *Pseud sc.* 2. *a.* 4. Peregre allata epistola. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 4. Epistola olim non nisi transversa charta scribebatur, sed Cæsar primus formam mutavit. Vide Suet.

*in Cæſ. cap.* 10. Cic. *Quinto fratri, lib.* 2. Illud quod eſt epiſtolæ proprium, ut is ad quem ſcribitur, de his rebus quas ignorat, certior fiat, prætermittendum eſſe non puto.

‖ Epiſtoleus, epiſtolarum ſcriptor, & magiſter. Item Optio Protocarabi, qui ſecundas tenet. L. g. b. ‖

Ἐπιστόλιον. { ἐπιστολάριον. GALL. *Petites lettres, petites miſſives.* ITAL. *Epiſtoletta.* GERM. Ein ſendbriefflein. HISP. *Pequeña carta menſagera.* ANGL. *A litle lettre.* } Parva epiſtola. Catullus,

*Conſcriptum hoc lachrymis mittit epiſtolium.*

Ἐπιστολικός, ε, quod ad epiſtolam pertinet. { ἐπιστολικῶς. GALL. *Des appartenantes, ou ſeruant aux miſſives.* ITAL. *Coſa pertinente à lettere miſſive.* GERM. Dasju einem ſendbrieff gehört. HISP. *Coſa pertenesciente à carta menſagera.* ANGL. *That belongeth to wrytynges.* } ut Epiſtolaris charta. Martialis *lib.* 14. Hieronymus, Neque enim epiſtolaris anguſtia evagari longiùs patiebatur.

Ἐπιστόμιον, ἐπιστόμιος, dicitur inſtrumentum illud æneum, quo in fontibus ora ſalientium obturantur, vertibulum in medio pertuſum habens, quod admittit, vel arcet aquam. Galli ſua lingua *Robinet* vocant. Hoc etiam inſtrumento utimur ad vinum ex dolio hauriendum. Seneca *ad Lucil. Epiſt.* 87. *al.* 86. Niſi aquam argentea epiſtomia effuderint, & adhuc plebeias fiſtulas eloquor. Varro *lib.* 3. *de re ruſt.* Quum & aqua calida & frigida ex orbe ligneo, mentaque quam diu in primis radiis eſſe, epiſtomiis verſis ad unumquenque actum, ſic ut influat in conavium. Vitruv. *lib.* 10. de hydraulicis organis loquens: Accepit epiſtomium pro eo obturaculo, quod in muſicis organis ſpiritum continet, & laxat ut opus eſt. Motione, inquit, veſtium vehementiore ſpiritus vehemens compreſſus, epiſtomiorum aperturis influit, & replet anima canales.

‖ Epiſtomizo, contineo, ſuffræno. Bud. ‖

Ἐπιστροφεῦς, ἐπιστροφεύς, à rei anatomicæ peritis dicitur prima ex ſeptem colli vertebris, omnium ut latiſſima, ita & tenuiſſima, duplicem habens concavitatem, capitis convexitatem, ſive proceſſus recipientem: cujus articulationis beneficio caput ad latera circumagitur. A quo uſu vertebra hæc epiſtropheus appellatur, à verbo Græco ἐπιστρέφω, quod inter cætera ſignificat Converto, circumago.

Ἐπιστρόφιος, ἐπιστρόφιος, Nobilis fuit Phocenſis, Iphiti Naubolidæ filius, qui unà cum fratre Schedio Phocenſibus præfuit in bello Troiano. Author Homer. *in Catalog. navium.*

Ἐπιστροφή, ἐπιστροφή. Ruſinjano figura eſt ἀλλοίωσις, quum eadem in verba plures deſinunt ſententiæ. Rutilius tamen Lupus hanc inter ſchemata ſententiarum refert, epiphoramque appellat.

Ἐπιστύλιον, ϟ כותרת *chothéret.* ἐπικράνιον. GALL. *Le chapiteau d'une colomne ou pilier.* ITAL. *Capitello.* GERM. Ein beckel oder knopff ſo man oben auff ein ſeul ſetzt. HISP. *Chapitel.* ANGL. *The chapter of a piller, à litle piller ſet upon a greater.* } Capitellum quod ſuper columnam ponitur. Corpus enim columnæ, ſcapum vocant: fundamentum, baſim: illud verò quod columnæ ſuperponitur, epiſtylium appellant. Vide multa de epiſtyliis apud Vitruvium.

Ἐπιστυναλοιφή, ἐπιστυναλοιφή, figura eſt dictionis eadem cum ſynæreſi, quâ duæ ſyllabæ, iiſdem litteris remanentibus, in unam conglutinantur: ut Æripidem cervam, apud Virgilium, pro Æripedem. Huic opponitur diæreſis, qua una ſyllaba in duas reſolvitur: ut Sylüæ, triſſyllabum, apud Horatium, pro diſſyllabo Sylvæ. Inter epiſynalœphen & ſynalœphen hoc intereſt, quòd ſynalœphe propriè fiat in diverſis dictionibus, prima ſequentis dictionis vocali ultimam præcedentis abſumente: ut, Carthagh' Italiam. Epiſynalœphe verò non niſi in eadem fit dictione: nulla litera pereunte, ſed duabus tantùm in unam coaleſcentibus.

Epitalium, ἐπίταλον, urbs Tryphaliæ. Steph.

Ἐπιτάφιον, i. { ἐπιτάφιον. GALL. *Epitaphe, l'eſcriture qu'on met ſur une tombe.* ITAL. *Epitafio di ſepultura.* GARM. Ein grabſchrifft. HISP. *Epitaphio.* ANGL. *An epitaphio, or ſcripture ingraved.* } Dicitur inſcriptio quam ſepulchris incidi videmus in laudem defunctorum: quale eſt illud apud Virg. *in Daphnide.*

*Daphnin ego in ſylvis, hinc uſque ad ſydera notum,*
*Formoſi pecoris cuſtos, formoſior ipſe.*

Item illud apud Ovid. *in Epiſt. Phyllidis,*

*Phyllida Demophoon leto dedit, hoſpes amantem:*
*Ille necis cauſam præbuit, illa manum.*

Dictum epitaphium, quòd humato jam corpore, ἐπὶ τῷ τάφῳ, hoc eſt, in ſepulchro ſolleat inſcribi. Namquod cadavere nondum humato in defuncti laudem accinebatur, Epicedium dici conſuevit.

Epitaſis, ἐπίτασις, in Comœdia vehementiſſimus actus, qui cataſtrophen præcedit, in quo omnia quaſi ferveat & æſtuant inter ſpem & metum. Apud Grammaticos etiam pro exaggeratione ſumitur.

Ἐπιθαλάμιον, ἐπιθαλάμιον. Sacer hymnus, qui in nuptiis canitur. Nam ἐπιθαλάμιος, Græcis idem eſt quod conjugalis. ¶ Epithalamium propriè canebatur à virginibus, cum jam nova nupta in lecto viri collocata eſſet.

‖ Epitheca, ἐπίθημα, eſt additio, impoſitio. ‖

Ἐπιθέματα, ἐπιθέματα. Medicamenta ſunt, quæ parti affectæ adhibentur, panniculo, aut linteo illita: ita dicta à verbo Græco ἐπιτίθημι, quod eſt imponere.

Epitherapeuſis, ubi non emendatio dicti atrociſſimi, ſed confirmatio ponitur, rectè dixiſſe, cauſſa ſubjecta cum quadam acrimonia. Aſconius.

Ἐπιθέτης, is, ἐπίθετος, præter vulgatas illas apud Græcos ſignificationes, quibus pro impenſione, ſive aggreſſione ſumitur, apud Juriſconſultos etiam uſurpatur pro inſcriptione quadam appoſititia, in contumeliam fraudémve alicujus facta. Ulp. *l. lex Cornelia* 5. §. 10. *ff. de injur. & famoſis libellis.* Eadem pœna ex Senatuſconſulto tenetur is qui epitheſin, aliúdve quid, ſive ſcripturam in alterius nocam produxerit.

Ἐπιθετόν, ἐπίθετον. A Quintiliano dicitur Appoſitum, ab aliis Adjectivum, παρὰ τὸ ἐπιτίθεσθαι τῷ ὀνόματι, hoc eſt, ab eo quod ſubſtantivo apponatur. Epitheta tribus de cauſis nominibus adduntur: Diſcretionis, ut:

*——Phrygia mollimur mauribus Ida.*

Eſt enim & Ida Cretæ mons. Proprietatis, ut:

*Terribili implexum ſerâque & dentibus atris.*

Ornatus, ut:

*——Alma Venus.*

Differt autem epitheton ab antonomaſia, quòd illud nunquam ſolum ponitur, ſed nomini proprio alicujus adjicitur: antonomaſia autem per ſe proprii nominis vice ponitur.

Epithymia, æ. { ἐπιθυμία. GALL. *Concupiſcence, deſir.* ITAL. *Concupiſcenza, voglia ardente, brama.* GERM. Begird. HISP. *Codicia.* ANGL. *Concupiſcence.* } Latinè dicitur concupiſcentia, deſiderium à verbo ἐπιθυμέω, quod eſt concupiſco.

Ἐπιθυμία, ἐπιθυμία. Fama uniuſcujuſque integra, nullâ infamiæ notâ labefactata. Utitur hac voce Modeſt. *in l. ſcire, D. de tut. & cur.* Si quis (inquit) à parentibus prohibitus fuerit tutor eſſe, neque creari hunc oportet, & ſi creatus fuerit, nec recuſaverit, prohiberi eum eſſe tutorem, manente epithimia, hoc eſt, famæ integritate. Huic opponitur ἀτιμία, hoc eſt, infamia, vel ignominia.

Ἐπιτογλώσιον, genus pallii quod ſupra togam ferebatur. { GALL. *Manteau, caſaque.* ANGL. *An hoode, that covereth the ſholders.* } ab ἐπὶ, & toga. Quint. *lib.* 11. *cap.* 3.

Epitŏmē, es & Epitoma, æ. { ἐπιτόμη. GALL. *Abbregé.* ANGL. *An extract or ſhort draught.* } Breviarium, abbreviatio, abbreviatio, à verbo Græco ἐπιτέμνω, quod eſt abbrevio. Cicer. *ad Attic. lib.* 13. Epitomen Bruti Catilinarorum velim mihi mittas. *Eidem lib.* 12. In Bruti epitoma Fannianos ſcripſi quod erat in extremo.

Ἐπιτόνια, orum, ἐπιτόνια, ab ἐπιτείνω, ſunt inſtrumenta, quibus funes intenduntur, rotâ inſtructa & puteis adplumbata, eo ordine, ut terni & quaterni ſimul aquam eodem ex puteo haurire poſſint, funiculo per totam dimiſſo. Ulpian. *l.* 17. §. 5. *D. de act. empt.* Caſtella plumbea putei, opercula puteorum, epitonia fiſtulis adplumbata, aut quæ terra continentur, quamvis non ſint affixa, ædium eſſe conſtat. Hotomanus *in Lexico.*

Epitoxis, apud Vitruvium in catapultæ deſcriptione, i. cavus qui ſagittam recipit.

‖ Epitrachelium, collarium Patriarchæ, & Archidiaconi. Codin. Lex. gr. b. ‖

Ἐπιτράγιας, ἐπιτράγιας, piſcis genus, à fœdo hirci odore ita dictum.

Epitrăgi, ἐπίτραγοι, vermes vitibus infeſti: ita dicti quòd hircorum more vitium frondes prærodant.

Ἐπιτραπέζια, ἐπιτραπέζια, dicuntur generaliter menſis apta, quæ ſunt vaſcula & potoria & eſcaria: vel, ut loquitur Gell. *cap.* 1. *lib.* 4. Vaſcula poculenta, & eſculenta: ab ἐπὶ, & τράπεζα.

Ἐπίτριτος, ἐπίτριτος. Pes ex quatuor ſyllabis conſtans, quarum una ſemper ab iis tribus diſcrepat. Eſt autem in quadruplici differentia. Primus conſtat ex iambo & ſpondæo: id eſt, ex prima brevi & tribus longis: ut Sācērdōtēs. Secundus ex trochæo & ſpondæo: id eſt, ſecunda brevi, aliis longis: ut, cōndĭtōrēs. Tertius ex ſpondæo & iambo: id eſt, tertia brevi, aliis longis: ut, hærēdĭtās. Quartus ex ſpondæo & trochæo, id eſt, ex quarta brevi, cæteris longis: ut, Prænēſtinūs. ¶ Epitritus etiam, proportio dicitur, continens aliquem numerum, & ejus partem tertiam: ut quatuor epitriti proportionem habent ad tria: duodecim ad novem: quadragiata ad triginta. Gell. *cap.* 14. *lib.* 18.

Ἐπιτροχάσμιος, ἐπιτροχάσμιος. Figura eſt ſententiarum, teſte Aquila, qua plura inter ſe diſtantia velocitet percurrimus, eo conſilio ut adverſarium perturbemus. A verbo ἐπιτροχάζω, quod eſt velocitet percutro.

Ἐπιτρόπη, es, ἐπιτροπή. Schema eſt ἀλληγορία, teſte Rutilio, quum rei alioqui vehementer confidentes, judici permittimus, ut quemadmodum illi viſum fuerit, conſtituat: eique nos paritutos polliceamur. Ruſinianus epitropen eſſe ait, quum alicui figuratè permittimus, ut faciat quod velit, quum tamen id minimè ſentiamus: proferque exemplum ex 4. *Æneid.*

*I, ſequere Italiam ventis, pete regna per undas.*

Ibi enim Dido, quamvis liberum abitum Æneæ permittere videatur, te tamen ipſa maximè dehortatur, difficultatem ei & pericula ob oculos ponens: dicta epitrope, à verbo Græco ἐπιτρέπω, quod eſt rem alicujus arbitrio permitto: Latinè, conceſſionem vocare poſſumus.

Ἐπίτυρον, ἐπίτυρον, genus eſt edulii, Siciliæ frequentius, quàm Italiæ, teſte Varr. *lib.* 4. *de Ling. Lat.* Plaut. *in Militè*, Si unum epityrum edam apud illum, eſuriens inſanè. Quidam exiſtimarunt cibi caſtrati genus eſſe, ab eo quòd Græci τυρὸν, caſeum appellant. Quibus apertè refragatur Columellæ authoritas *lib.* 12. *cap.* 4. qui epityrum in olivis condituræ genus eſſe docet, in Græcis civitatibus potiſſimum uſurpatum, docétque rationem qua id fieri ſoleat. Idem ſentit & & Cato, qui *lib. de re ruſt. cap.* 119. ejus confectionem præſcribit his verbis Epityrum: album, nigrum, varium que ſic facito. Ex oleis albis, nigris, variſque nucleos eximito, ſic coquito: concidito ipſas: addito oleum, acetum, coriandrum, cyminum, fœniculum, rutam, mentham. In ferculam condito: oleum ſupra ſict: ita utitor. Sunt qui hoc condituræ genus pityrum vocare malint, hâque tam apud Catonem, quàm Columellam legendum cenſeant: vocis originem repetentes à Pityri olivæ genere, condituræ hujuſmodi aptiſſimo. Verùm hi parum diligenter Catonis verba videntur expendiſſe, qui non ex certo quopiam olivæ genere, cui pyriris nomen fuerit, epityrum, ſive pityrum fieri docuit: ſed ex quavis oliva, tam alba, quàm nigra, aut varia. Columella quoque ex paſſia, vel orchite ante maturitatem decerpta conficiendum præcipit, nulla pityris facta mentione. Potiùs itaque iis aſſentiendum putaverim, qui genus hoc condituræ ἀπὸ τῆς πίτυος, hoc eſt, à furfure dictum exiſtimant: cujus ſimilitudinem quandam referre videntur tum cymini, coriandri, fœniculi, & lentiſci ſemina, tum rutæ mentheque folia minutim concisa.

Epiurus, ſubſcus eſt, & tabella annectens duo ligna.

Ἐπιζεφύριοι, ἐπιζεφύριοι, populi in extrema ora Italiæ, quæ olim magna Græcia dicta eſt: à Locris, qui Criſſeum accolunt ſinum, originem trahentes.

tabentes. Dicti Epizephyrii, quòd supra Zephyrium promontorium inhabitarent. Vide Strab. *lib.* 6.

Epizeuxis, ἐπιζεῦξις. Combinatio, figura, quum dictio in versu absque medio aliarum combinatur. Virg. 9. *Æneid.*

*Me me adsum qui feci:*

& apud Terent. *in Andr.* O Mysis Mysis.

Epizygis, apud Vitruv. *in ballista descriptione*, ὁ ἐπίζυγος, axiculus, vel cuneolus qui tendit.

‖ Epobelia, sexta pars mulctæ, quam accusator dabat, reo non convicto. Budæus.

Epocha, ἐποχαὶ, intervalla dicuntur, quòd in illis sistantur & terminentur mensuræ temporum. ‖

Epodus, vide *Epos*.

Epona, Dea equorum. Juvenal. *Satyr.* 8.

Epŏps, ἔποψ, avicula sordidissima est, eáque cristata, unde & ἀλεκτρυὼν ἄγριος à Græcis appellatur. { Angl. *A lapwinke, a bastard or blak plouer.* } Latini à sono quem edit, conficto nomine, Upupam vocant.

Epŏptæ, ἐπόπται, in sacris dicebantur mystæ qui totum jam annum initiati, ad spectanda sacra admittebantur. A verbo ἐποπτεύω, quod est spectare, sive inspicere. Unde & sacrorum inspectionem ἐποπτείαν Græci appellant.

Epŏpe, es, ἐπωπὴ. Stephanus, Corinthiorum arx, quæ & Acrocorinthus dicitur. Epope dicta, à verbo Græco ἐποπτεύω, quod est inspicere. Illinc enim fertur Sisyphus Jovem conspexisse Æginam rapientem.

Epŏrĕdĭa, ἐπορηδία Ptolemæo, Ivrea, Salassiorum oppidum in Gallia transpadana, olim ex Sibyllinorum librorũ oraculo à Romanis conditum, & ab Eporediciis (eo nomine Galli præstantes equorum domitores sua lingua appellabant, *Esquyers,*) nominatum, ut non obscurè innuit Plin. *lib.* 3. *cap.* 16.

Epŏs, ἔπος, quamvis Græcis generale sit nomen, modò verbum significans, modò versum, πρ' ἐξοχὴν tamen pro carmine heroico accipitur, quod & Longum Ennius appellavit. Diomedes, Epos (inquit) est carmen hexametron, divinarum rerum & heroicarum humanarumque comprehensio. Martialis,

*Scribebamus epos, cupisti scribere, cessi:*
*Æmula ne fierent carmina nostra tuis.*

Horat. 1. *Serm. satyr.* 10.

——— *ferit epos acer*
*Ut nemo, Varium ducit male aut facetum.*

Epŏdŭs, i, ἐποδὸς. Est genus carminis, in quo singulis versibus singulæ clausulæ subjiciuntur, & veluti accinuntur: idque ferè alio genere carminis, & plerunque breviori, cujusmodi sunt pleraque apud Horat. Iambico dimetro post heroïcum, aut trimetrum Iambicum statim succedente. Quint. *lib.* 10. *cap.* 1. Iambus non sanè à Romanis celebratus est, ut proprium opus: à quibusdam interpositus, cujus acerbitas in Catullo, Bibaculo, Horatio: quanquam illic epodon intervenire non reperiatur.

‖ Epostracismus, Iudus quo testulam aut lamellam, sive lapillum distringunt super aqua æquoris, numerúmque saltuum, quos facit, priusquàm defidat, ineunt, victor à pene illum relictâ, qui saltuum multitudine superet. ἐποστρακισμὸς. Hadr. Jun.

Epotica, primaria quæstio. Pap. ‖

Epŏto, as, are: Potando exhaurio. { *Ameiro.* Gall. *Boire tout, ne rien laisser.* Ital. *Trar bevendo, bever tutto.* Germ. Außtrincken/ außsauffen. Hisp. *Vaziar beviendo, beber todo.* Angl. *To drink out all at ones.* } Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 3. Vino epoto, parasito exclusо fores. Martial. *lib.* 2.

*Quaque Tyron tetris epotavere lacernis.*

Plaut. *Menæch.* Confecto prandio, vinóque epoto. Cicer. *pro Cluent.* Quem statim epoto poculo mortuum esse dixistis. Liv. 8. *ab Urbe,* Epoto medicamento suamet ipsi fraude perierunt. Venenum epotum. Cic. *pro Cluent.* Epotus equus, pro sanguine equi epoto. Mart. *lib.* 1.

*Venit & epotus Sarmata pastus equo.*

Vide Plin. *lib.* 18. *cap.* 10.

Epuia, ἐπυία. Urbs quæ nunc Ambracis dicitur, prius Paralia. Steph.

‖ Epula, pro *Epula.* id vide. ‖

Epŭlæ, arum, quasi edipulæ. Sunt cibi in quotidianum hominum usum comparati. { מאכלים *maccammim. cõa.* Gall. *Viandes.* Ital. *Vivande.* Germ. Spiß. Hisp. *Manjar, à comida.* Angl. *Daylie meate, or foode.* } Cicer. 3. *Philipp.* Vino & epulis retentus & alcà est: si epulæ potiùs quàm popinæ nominandæ sunt. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

*Hic epulis leges hospitióque dedit.*

Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 3. Quibus solebam menstruales epulas adipisci. *Ibid. sc.* 2. *a.* 4. Lætidemque atque epulas foveri jube. Idem *Amph.* Sacrificia quæ volebat ad epulum conducit (i. te divina facta, vult prædere.) Senec. *Epist.* 74. Epulum capitur manu. ¶ Epulæ etiam bestiarum cibus quotidianus dicitur. Virg. 4. *Æneid.*

——— *epulásque draconi*
*Quæ dabat.*

Horat. 2. *Serm. satyr.* 3.

——— *cui stragula vestis,*
*Blatterarum ac tinearum epula, putrescat in arca.*

¶ Epulum verò propriè, publicum convivium significat, quale exhiberi solebat aliquando civibus vel à triumphantibus, vel in honorem magni alicujus civis mortui, vel in dedicatione templi. { משתה *mischteh.* ירושה. εὐωχία. Gall. *Banquet, festin.* Ital. *Convito solenne.* Germ. Ein bancket / ein henlliche offne malzeit. Hisp. *El combite publico.* Angl. *A banket, or deintie fare.* } Juven. *Satyr.* 5.

*Unde epulum possis centum dare Pythagoræis.*

Cic. *pro Muren.* Is quum epulum Q. Maximus Africani patrui sui nomine populo Romano daret, rogatus est. Sed confunduntur quandoque: nam epulum pro privato convivio invenitur, & epulæ pro convivio publico & communi. Cicer. *pro Cn. Plancio,* sepulcrum L. Cæciliæ floribus ornatum, hominum audacissimorum ac domestic orum hostium conventu epulisque celebratum est. Idem *de clar. Orat.* Carmina in epulis cantata à singulis convivis de clarorum virorum laudibus. ¶ Epulam quoque in singulari numero veteres dixere, teste Festo Pompeio.

Epŭlŏnes, dicti sunt apud antiquos, teste Livio *lib.* 5. *bell. Macedon.* Triumviri, quorum munus erat Jovi, cæterisque diis epulas instruere, ἐπιμελητὰς: Romæ (inquit) eo anno primùm Triumviri epulones facti: hi epulas Jovi cæterisque diis instruendi potestatem habebant. Cic. *de Aruspic. resp.* Patres conscripti, vosque Pontifices, ad quos epulones Jovis opt. max. si quid est prætermissum, aut commissum, afferunt: quorum sententia, illa eadem renovata atque instaurata celebratur. Aug. *lib. de civit.* asseruit, epulones perpetuos fuisse, qui ad aureum Jovis mensam statuæ oppositam perpetui erant convivæ, ut mimorum potiùs & parasitorum contubernia, quàm Dei sacra celebrarentur. ¶ Dicuntur etiam epulones qualescunque convivæ, qui epulis intersunt, quos etiam veteres Epulonos dixerunt, per secundam inflexionem. { Angl. *Gullygutes, glutons.* } Inde Coëpulonus dicitur convictor, & isdem epulis vescens. Plaut. *Persa*: O mi Jupiter terrestris & coëpulonus.

Epŭlāri, est in convivio esse, seu convivari. { Συμποσιάζειν, συνδειπνεῖν. Gall. *Banqueter, manger en banquet.* Ital. *Mangiar in convito.* Germ. Zächen. Hisp. *Comer en combite.* Angl. *To eat at feastes to bankett.* } Liv. *lib.* 25. Vulgò apertis januis in propatulis epulari sunt. Cic. 2. *de fin.* Quum in voluptate sint qui epulentur. Idem *de senect.* Epulabatur igitur cum sodalibus omninò modicè, sed erat tamen quidam servor ætatis.

Epŭlātŭs, particip. { Δεῖπνος. *Qui a fait bonne chere, qui a mangé & pris son repas.* Ital. *Chi a mangiato.* Germ. Der gezächt hatt. Hisp. *El que a comido.* Angl. *That hath made good chere.* } Cic. 2. *Tusc.* Post epulatos cum matre adolescentes somno se dedisse. Liv. *lib.* 5. *bell. Pun.* Epulatis vinóque satiatis.

Epŭlātio, nis: Convivium, victus. { Ἑστίασις. Gall. *Banquetement.* Ital. *Il far de convito.* Germ. Zächung/ gastbatung. Hisp. *Aquella obra de comer à hazer combite.* Angl. *A banketting, a feasting.* } Col. *lib.* 12. *cap.* 3. Quæ ad mensam quotidianam atque epulationem pertinerent. Et Suet. *in Calig. cap* 18. Qua epulatione Equiti Romano contra se hilariùs avidiúsque vescenti, partes suas misit.

Epŭlāris, e, quod ad epulas pertinet. { Δαιτάλεος. Gall. *De banquet, appartenant à festin ou banquet.* Ital. *Chi è che à vivande convienne.* Germ. Das zu einer zächt/ oder gastmal gehört. Hisp. *Cosa que se come à pertenece à ella.* Angl. *That belongeth to bankett.* } ut, Epulare sacrificium: epularis sermo, qui in convivio fit. Cic. 3. *de Orat.* Quum essent ipsi à Numa, ut etiam illud ludorum epulare sacrificium facerent, instituti. Apul. Jam illatis luminibus epularis sermo percrebuit. ¶ Epulares etiam vocabantur, qui in sacris epulabantur, ἐπάνγες. Varr. Dum epulares nocte epularentur.

Epŭlātōrĭus, a, um, quod aptum est, ut in epulis comedatur. { Δαιτάλεος. Gall. *Ce qu'on peut manger.* Ital. *Cosa mangiativa.* Germ. Das zuspeiß tüglich ist. Hisp. *Cosa que se puede comer.* Angl. *That serveth for banketting.* }

Epŭlis, inis. Dicitur quoties juxta dentes in gingivis caro excrevit, Paulus Ægineta parvum abscessum esse aut circa gingivas, qui nisi discutiatur, suppuratur.

Epŭlo, Virg. 12. *Æneid.*

*Archetium Mnesthæa. Epulonem obruncat Achates.*

Epulŏtica medicamenta, ἐπουλωτικὰ φάρμακα, à medicis appellantur quæ cicatricem obducunt. Nam ἐπουλὴ, Græcis est, ad cicatricem perducere. Dioscor.

Epytus, Albæ filius, Rex Albanorum. Ovid. 4. *Fast.*

Epy, nomen urbis. Scribendum est Æpy, ut suprà.

Ĕpylus. Ovid. 4. *Fast.*

*Propior est titulis Epylus alba tuis.*

E Q

Ĕquā, æ. Equarius, Eques, Equester, &c. Vide *Equus.*

‖ Equæ, puellæ deformes. Novat. ‖

Equapium, nonnulli appellarunt herbam, quam Latini olus atrum nominant, existimantes ita transferri posse Græcam vocem, ἵππειον. Quum nomenclaturam apud idoneum scriptorem non facilè reperias. Neque ἵππειλινον, tam equinum, quàm magnum, aut præstans de apium sonat. Nam ἵππος, & ἴσος, in compositione sæpe vocabulorum significata intendunt, amplitudinémque & magnitudinem important.

Ĕquēster: vide *Equus.*

Equestris Colonia, Galliæ Belgicæ oppidum est, apud Plin. *lib.* 4. *cap.* 17.

‖ Equestrium civitas, id est, Nevidunum, Nion, inter Genevam & Lausanam. ‖

Ĕquĭcĕrvus, animal in Oriente habens cornua & jubas post collum descendentes usque ad scapulas, & barbam sub mento, ungulas, & corpus ad cervi quantitatem, ἱππέλαφος. Utitur hac voce Aristotelis interpres *in lib. de Animalibus.*

Equidem, affirmativa conjunctio est. Certè. { אך אכן. אמנם. Gall. *Quant à moy, certes, certainement.* Ital. *Da vero, certamente.* Germ. Jwar/ fürwar/ warlich. Hisp. *Cierto, ciertamente, en verdad.* Angl. *Surelie, trwelie.* } Cic. *de Amic.* Equidem ex omnibus rebus quas mihi aut fortuna, aut natura tribuit, nihil habeo, quod cum amicitia Scipionis possit comparari. Imò equidem non postulo tibi occupare patrem. Plaut. *Men. sc. ult. a.* 5. Nusquam equidem deliqui. *Ibid. sc.* 2. *a.* 3. Equidem pol te mitor. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Equidem Ecastor. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 3. Credo ædepol equidem dormire Solem. Idem *Amphit.* Certè equidem nostet tum. Idem *Milit. sc.* 5. *a.* 2. Credo equidem te potelle ebibere. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 5.

*Nunc equidem fatear.*

Ovid. 13. *Metam.* Sunt qui existiment compositum esse ab *ego* & *quidem*, quòd frequentissimè inveniatur junctum cum verbis primæ personæ, ut apud Virg. 13. *Æneid.*

*equidem*

——*equidem mori, nec deprecor, inquit.*

Quo in loco *equidem* idem videtur significare, quod *ego quidem*. Hoc tamen nihil urget, quum semper in verbo primæ personæ singularis numeri, intelligatur nominativus *ego*. Præterea quum inveniatur conjunctum cum verbis cujusvis personæ in utroque numero, constat certe ubique non posse exponi per *ego*. Persius *Sat.* 5.

*Non equidem hoc dubites amborum fœdere certo*
*Consentire dies.*

Ubi cum secunda persona conjunctum est. Idem etiam cum verbo tertiæ personæ posuit *Sat.* 1.

——*per me equidem sint omnia protinus alba.*

Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 3. Quicum hæc mulier loquitur? R. Equidem tecum (sup. loquitur.) Cicer. *ad Attic.* Sic agas igitur: equidem id erit proximum Clodiæ. Hoc accedit quod interdum inventur simul positum in oratione cum *ego*, ut apud *Salust.* Ego equidem sic extimo. Quo in loco si velis equidem explicare per *ego* & *quidem*, ineptissimam confeceris perissologiam. Sæpe itaque erit dicere *equidem* nihil aliud significare quàm *quidem*.

Equus, ab ἵππος. Latini mutabant *o* in q, aut c. Animal nemini non notum. {DID *sur.* ἵππος. GALL. *Cheval.* ITAL. & HISP. *Cavallo.* GERM. Ein roß oder pferd. ANGL. *An horse.*} Sunt qui ab æqualitate dictum putent, quasi æquum, detracta prima litera, quæ diphthongum efficiebat: quòd equi pares eligi solerent, qui bigis, quadrigisque jungerentur. Sed hæc etymologia, ut pleræque aliæ, admodum videtur frivola.

*Hostis equo pollens.*

Ovid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

*Vulnere tardus equi Nestor.*

Idem 13. *Metam.*

——*Equum rigidos percurrere campos*
*Doctum.*

Tibul. *lib.* 4.

*Cleridos alces equus.*

Catull. *de com. Beren.* Exercerei disco, pila, hastis, cursu, armis, equo. Plaut. *Mostel. sc.* 2. *a.* 1.

*Hoc urinam nitidi solis prænuntius ortus*
*Afferat admisso Lucifer albus equo.*

Ovid. *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Trist.*

——*equis aiatis æthera carpet.*

Idem 3. *Fast.* Agite equi, facite sonitus ungularum appareant. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Neque te equo equus est ullus magis sapiens. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Multi pretio qui superant equos. Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 5. Equum traducere. Quint. ¶ Ad equum tesseribere legionem. Cæs. 1. *de bell. Gal.* Equo descendere dubio marte. Velleius.

——*legitimo quique merebat equo.*

Ovid. 3. *Fast.* Equus tuus speciosiùs instratus erit, quàm uxor tua vestita? Liv. *lib.* 34. Me equos junctos jubere capere indomitos. Et, Equis junctis minari. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5.

*Et quis equum, celerémve rotæ cursumve rotarum*
*Pessit, & effusas tardo permittere habenas.*

Tibul. *lib.* 4. ¶ Equo descendebant honoris caussa. Senec. *Epist.* 65. Cic. *de amic.* Nemo est qui non equo, quo consuevit, libentiùs utatur, quàm intractato & novo. Idem *in Verr.* Eum nemo unquam sedentem in equo vidit. Virg. 1. *Æneid.*

——*& equorum agitator Achilles.*

Ovid. 3. *Metam.*

*Ut fremit acer equus, cùm bellicus ære cruento*
*Signa dedit tubicen.*

¶ Equorum alii gradarii, qui molli gradu, & sine succussura incedunt: contrà, succussores sessorem frequenter inquietant. Alii dicuntur veredi, in cursu velocissimi, quibus majores usi sunt in venatione. ¶ Equus Trojanus, proverbium de occultis latebris, conspirationibusque ad perniciem alicujus tendentibus. Cic. *pro Muren.* Intus, intus, inquam, est equus Trojanus, à quo nunquam me consule dormientes opprimemini. ¶ Equis & quadrigis, id est, omni conatu. Cicer. *ad Quint. fratr. lib.* 2. Sic ego qui in isto homine colendo tam indormivi diu, te mehercule sæpe excitante, cursu cottigam tarditatem, cùm equis, tum verò (quoniam scribis poëma ab eo nostrum probari) quadrigis poëticis. ¶ Velis, equisque. Cicer. 2. *Offic.* Cum his velis equisque (ut dicitur) si honestatem tueri ac retinere sententia est, decertandum est. Quo tamen in loco nonnulli malunt legere, Viris equisque. ¶ In planitiem equum, εἰς πεδίον ἵππον. Quoties quis ad id provocatur, in quo plurimùm valet, quóque vel maximè gaudet. Equus in campo, tanquam in sua est arena. Lucian. *in Cupr.* & Plat. *in Theæt.* Translatum videtur à militia. Nam quoties res est pediti cum equite, pedes fugit campestria, sectatúrque loca impeditiora. ¶ Equi senectus, ἵππου γῆρας. Proverbium in eos dici solitum, qui præclarè rebus gestis in juventa, posteaquam consenuerint, ad sordidas curas semet abjiciunt. Sumptum à generosis equis, qui senio fracti, in pristinum aut currum, aut aliud id genus opus detruduntur, olim in pretio habiti, dum integris viribus essent. Plutarch. *lib. Qui sacri, verb. Sacer.* ¶ Equus stella: de qua Cicer. 1. *de nat. deor.*

*Huic equus ille jubam quatiens fulgere micanti*
*Summum contigit caput alvo, stellaque jungent*
*Una.*

Ex Arato. Equus, machina bellica. Plin. *lib.* 7. *cap.* 56. Equum, qui nunc aries appellatur, in muralibus machinis Eqeum ad Troiam: subaudi, invenisse dicunt. ¶ Equus emissarius, adagium est, quo significamus hominem libidini deditum.

Equâ, in dativo & ablativo pluralibus equabus: Equini generis femina. {סוסה *susáh.* ἵππος. GALL. *Jument.* ITAL. *Cavalla.* GERM. Ein stute. HISP. *Yegua.* ANGL. *A mare.*} Ovid. 2. *Metam.*

*Nobiliúmque greges centum servabat equarum.*

Ibid. *lib.* 9.

*Nec vaccam vacca, nec equus amat ire equarum.*

Equês, gen. com. Insidens equo. {פרש *parásh.* ἱππεύς. GALL. *Chevaucheur, qui est à cheval, chevalier, homme d'armes.* ITAL. *Cavalliere, cavalcatore che è a cavallo, cavalliere, huome d'arme.* GERM. Ein reuter. HISP. *Varon à muger à cavallo, cavallero.* ANGL. *A man of armes, an horse man, a knight.*}

——*in neutrum conspiciendus eques.*

Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 2. *Trist.*

——*hoc dedimus nos tibi nomen equo.*

Idem 2. *Fast.*

——*Fiscus vinctus oliva*
*Abstulerat decies pramia victor equi.*

Idem *Eleg. ult. lib.* 4. *Trist.* Plaut. *Mil. sc.* 5. *a.* 2. Neque eques, neque pedes præfectus quisquam tanta audacia est, qui æquè faciat confidenter, quàm mulieres faciunt. Virg. 8. *Æneid.*

*Interea præmissi equites ex urbe Latina.*

¶ Sumitur quandoque pro equo. Virg. 3. *Georg.*

*Impositi dorso atque equitem docuere sub armis*
*Insultare solo, & gressus glomerare superbos.*

Vide Gell. *cap.* 5. *lib.* 18. & apud Cæsarem *lib.* 1. *de bell. civ.* Nuntii per dispositos equites allati. Dixerat enim *eodem lib.* Mutatis ad celeritatem jumentis. Item, Eques quadrupes, pro equo quadrupede. Ennius apud Gell. *loco citato.* ¶ Equites pedarii, qui? Idem Gell. *cap.* 18. *lib.* 3. ¶ Equites etiam dicebantur à Romanis qui Equestrem dignitatem erant adepti, aut ex equestri ordine prognati: quorum ordo, quamvis dignitate Senatoria aliquanto erat inferior, proximam tamen ab illa obtinebat dignitatem. Neque solùm dignitate, verùm etiam censu distinguebantur equites à senatoribus. Census enim Senatorius duplo major erat censu Equestri. Nam ante Augusti tempora census Senatorius erat octingentorum millium, hoc est, coronatorum CC. M. Census autem Equestris quadringentorum millium, hoc est, coronatorum X. M. quanquam postea pro arbitrio Principum sæpiùs auctus fuit census, & immutatus. Matt. *lib.* 8.

*Vescitur omnis Eques secum populúsque Patrésque.*

¶ Eques. Tria genera loquendi Latini scriptores usurpant, eques, equestris ordinis, equestri loco natus, quæ utrùm idem significent, an verò differant, & quatenus differant, considerandum. Eques, & equestris ordinis, idem sunt: nam & eques quicunque est, & dicitur, idem equestris ordinis est, & dicitur, & contrà. Quod si eques patre natus est equite, qui nunquam senator fuerit, is equestri loco natus dicitur: sin patre natus est senatore, eques quidem, sed non equestri loco natus: qui postrò, quum eques fuisset, in senatum est allectus, eques non amplius dicitur, sed assumpto nobilioris ordinis nomine, senator: ornamenta tamen retinet equestria, annulum aureum, & equum publicum. Itaque M. Cicero quum equite Romano natus esset, nunquam postea quàm in senatum pervenit, eques appellatur, sed senator, atque ipse suis in scriptis, quum de ordine senatorio loquitur, nostrum appellat: quum de equestri, non item: is igitur non eques, neque equestris, sed senator, & senatorii ordinis jure dicebatur. Ac mihi venit in memem, quod in quadam epistola scripsit M. Cæl. ad Cicer. Nostri, inquit, equites nisi acutiùs vidissent. *Nostri*, ob eam causam dixit, quia utérque pater equite Romano natus erat. Potest igitur esse eques equestri loco natus, & eques non equestri loco natus. Itémque potest esse senator equestri loco natus, & senator non equestri loco natus. Cujus verò pater eques fuit, is si senator factus est, desinit appellari eques, & equestris ordinis: eadem tamen retinet insignia, nisi ea ignominiæ causa notatus à Censoribus, amisit. Ex Aldi observationibus. ¶ Eques, pro ordine equestri. Mart. *Epigr.* 17. *lib.* 5.

*Noster eques* (i. ordo equestes.)

Et Suet. *in August. cap.* 18. & Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

——*Plebe Senatus,*
*Parvaque cujus eram pars ego nuper eques.*

Ibid. *Eleg. ult.*

——*usque à proavis vetus ordinis heres,*
*Non modò fortuna munere factus eques.*

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

——*Cum te delicta notantem*
*Præterii teties irrequietus eques.*

Equestĕr, Equestris, & hic & hæc Equestris, & hoc Equestre: ab *equus* fit: Quod pertinet ad equitem. {ἱππικός. GALL. *De cheval, ou chevalier, des appartenances d'hommes d'armes, ou de gens à cheval.* ITAL. *Equestre, cio che à cavalleria si conviene.* GERM. Reuterisch/ das zu den rossen vnd der reuterey gehört. HISP. *Cosa de cavalleria.* ANGL. *Of an horse, that belongeth the knightes or horsemen.*} Hinc, Equestres copiæ. Cic. 2. *de fin.* Equestris disciplina, 6. *Verr.* Equestris ordo, *ad Brutum.* Equestris ordinis princeps. Equestrem verò ordinem ἱππικὸν τάγμα, medium fuisse constat inter patritios & plebem: hi olim sub Romulo regibúsque Celeres dicebantur, teste Plin. *lib.* 33. *cap.* 2. à Celere (ut quidam putant) Remi interfectore: deinde à flectendis equis, Flexumines vocitati: postea Trossuli, à Trossulo oppido Tusciæ, quòd id fine ullo peditum adjumento equites cepissent. ¶ Hujus ordinis ornamenta & insignia fuerunt, equus publicè datus, & annulus aureus. Census item ad hunc ordinem obtinendum requirebatur 400000. nummùm: quæ omnia dignitas, splendor & ornamentum equestris ordinis dicebantur. Unde illud Cic. *in Sextiana de quodam Gellio*, Ornamenta confecit equestris ordinis, nomen retinet. Equestri statua donata Lælia (mox equo.) Senec. 15. *de const. ad Marc.* Item Caius Cæsar juvenis. Velleius. Equestrium statuarum turma Romæ, ubi Velleius. ¶ Qui census & index illius ordinis, vide apud Suet. *in Cæs. cap.* 33.

Equestrĭa, ium, erant quatuor decim ordines graduum in Orchestra, in quibus sedebant equites, ἱππικὸν. Senec. *lib.* 7. *de benef.* Equestria omnia Equitum Romanorum sunt. Et iterum, Sed quum in theatrum veni, si plena sunt equestria, &c. Sic popularia dicebantur, ubi plebs ipsa in theatro sedebat. Suet. *in Domit.* Et quia pars major intra popularia decideret, quinquagenas tesseras in singulos cuneos Equestris ac Senatorii ordinis pronuntiavit.

Equito, as: Equo iter facio. {רכב *rachàb.* ἱππεύω, ἱππάζομαι. GALL. *Chevaucher, aller à cheval.* ITAL. *Cavalcare.* GERM. Reiten. HISP.

Hisp. *Cavalgar.* Angl. *To be on horseback, to ride.* } Horat. *Serm. sat.* 3.

*Ludere par impar, equitare in arundine longa.*

Cic. *pro domo sua*, Quum is in illo nostro exercitu equitaret cum suis delectis equitibus. Idem 2. *Tusc.* Apud quos autem venandi & equitandi laus viget. Macrob. *Satur. lib. 6. cap. 9.* author est, itémque Gell. *cap. 5. lib. 18.* veteres etiam equitare, de ipso equo dixisse, & equitem pro equo nonnunquam acceptum inveniri. Lucil.

*Nempe hunc currere equum nos, atque equitare videmus.*

Quanquam alii distinctionem post dictionem *equum*, faciant, ut *nos.* sit accusativus, ad hunc modum:

*Nempe hunc currere equum, nos atque equitare videmus:*

ut sit sensus, videmus equum currere, & nos equitare. ¶ Equitare in equo, apud Cicer. & Javol. *D. lib. 9. tit. 2. l. ult.* Equum tibi commodavi: in eo cùm tu equitares, & unà cùm plures equitarent. ¶ Hujus composita sunt, Adequito, Obequito, & Perequito, de quibus vide suis locis. ¶ Equitandi peritus ne cantet, *invenis in Horat. ars poet.* Sumptum à poëta quopiam, in eum qui professus ses scitas versatos in augis. Greg. Thol. *in Epist. ad Eudoxium Rhetorem.*

Equitātĭ, passivè. Plin. *lib. 8. cap. 18.* Omnes autem in iis terris jumentorum dorso fungantur, atque etiam equitantur in præliis. De camelis loquens.

Equitātĭo, nis. } *ἱππασία, ἱππεία, ἵππευσις.* Gall. *Chevauchement.* Ital. *Esso cavalcare.* Germ. Reitung/ritt. Hisp. *Obra de cavalgar.* Angl. *A riding.* } Plin. *lib. 28. cap. 4.* Equitatio stomacho & coxis utilissima.

Equitātŭs, us. Equitum manus & turma, ✠ Peditatus, copiæ. { *τὸ ἱππικὸν.* Gall. *Chevalerie, gendarmerie, gens à cheval.* Ital. *Cavalleria.* Germ. Ein reisiger zeug/oder reitung. Hisp. *Caballeria, ò gente de caballo.* Angl. *A companie of horseman.* } Tacit. *lib. 19.* Nutantem exercitum victor equitatus incursat. Idem *lib. 35.* Quin etiam ipsum equitum nomen sæpe variatum est, in eis quoque qui ad equitandum trahebantur. ¶ Ponitur aliquando pro equitatione, sive equitandi actu. Plin. *lib. 33.* Fœmina equitatu atteri & aduri solet.

Equārĭus, a, um, quod ad equum pertinet, ut Equarius medicus, qui equis medetur. { *ἱππιάτρος.* Gall. *De chevaux, servant à chevaux.* Ital. *Qualunque cosa che serve à cavalli.* Germ. Das zu dem roß gehört. Hisp. *Cosa que sierve à pertenece à cavallos.* Angl. *That serveth for an horse.* } Valer. Maxim. *lib. ult.* Herophilus equarius medicus, C. Marium septies consulem avum sibi vendicando, se extulit.

Equārĭa, & Equaritia: Magnus equorum grex est. { *τὸ ἱππικὸν πλῆθος, τὸ ἱππικόν.* Gall. *Vn harm, vn troupeau de chevaux ou jumens.* Ital. *Gregge de cavalli ò cavalle.* Germ. Ein hauffen roß. Hisp. *El hato de cavallos ò yeguas.* Angl. *A great flock of horses or mares.* } Varro *in Præom. 2. de re rust.* Quod & ipse pecuarias habui grandes, in Apulia ovarias, in Reatino equarias.

Equĭfĕrus, a. Equus ferus, id est, non mansuetus. { *ἵππος ἄγριος.* Gall. *Cheval sauvage.* Ital. *Cavallo selvatico.* Germ. Ein wild roß. Hisp. *Caballo brauo, fiero, ỳ sylvestre.* Angl. *A wyld horse.* } Cujusmodi in Septentrionalibus regionibus nasci, author est Plin. *lib. 8. cap. 15.* Idem *lib. 16. cap. 6.* In primis efficax equiferorum sanguis. Ex *ibid. cap. 10.* De equiseris non scripserunt Græci.

Equĭmĕntum, merces quæ datur pro admissura equi. { *ὁ μισθὸς ἵππου ἀναβάσεως.* Gall. *Le salaire d'un estallon qui a saillit une jument.* Ital. *Prezzo del stallone, che cuopre una cavalla.* Germ. Der lohn so man gibt/wann man den hengst zu der stůte gelassen hatt. Hisp. *Iornal de garañon cavallo.* Angl. *The reward of a stalion that hes leppen a mare.* } Varr. An si equam emisses quadrupedem, ut meo asino Reatino admitteres, quantum popposcisses, dedissem equimenti?

Equīlĕ, Stabulum equorum. { *ἱππόστασις, ἱππωνία.* Gall. *Estable à chevaux, écurie.* Ital. *Stalla de cavalli.* Germ. Ein roß stall. Hisp. *Cavallerizza ò estable de cavallos.* Angl. *An horse stable.* } Sicut ab ove, ovile. Varr. *de re rust. lib. 2. cap. 7.* suadet frænos in equili suspendere, ut oculi equulorum consuescant videre eorum faciem, & è motu crepitus audire. Suet. *in Calig. cap. 56.*

Equīnus, a, um, possessivum, quod est equi, quod pertinet ad equum. { *ἱππικὸν.* Gall. *De cheval, qui est d'un cheval.* Ital. *Di cavallo, cavallino.* Germ. Rossin/oder des rosse ist. Hisp. *Cosa de cauallos.* Angl. *Of an horse.* } Horat. *in principio de Arte poët.*

*Humano capiti cervicem pictor equinam*
*Jungere si velit.*

Idem 2. *Epist.*

*Vter permisso, cauda quæ pilos ut equina*
*Pautatim vello.*

Virg. 10. *Æneid.*

*Ære caput fulgens, crista quæ hirsuta equina.*

Equĭsēsŏr, is. } *ἱππεύς.* Gall. *Cavallier, homme à cheval.* Angl. *A rider.* } qui ambulat pedibus equinis, id est, qui equitat: sicut qui in lectica gestatus, ambulat pedibus lecticariorum. Hunc melius simplici voce Sessorem vocamus.

Equĭsētum, i, herba est à caudæ equinæ similitudine nomen habens, aliis nominibus ephedra, & anabasis appellata. { *ἵππουρις.* Gall. *Queuë de cheval, asprele, ou prele.* Ital. *Coda di cavallo, asprella.* Germ. Schaftheew. Hisp. *Cola de mula, rabo de mula.* } Vulgus *Frelam* appellat, pectinum opificibus in primis cognitam, qui ea buxum expoliunt: & mulierculis, quæ vasa lignea eâ extergunt. Vide Plin. *lib. 26. cap. 13.*

Equīso, nis, qui equorum curam gerit, eósque instituit. { *ἱππομάστιξ.* Gall. *Dompteur & piqueur de chevaux, écuyer.* Ital. *Corsiere de cavalli.* Germ. Ein roß zämer/der dieselb mit bereiten anfürt/marschaller. Hisp. *Cauallerizo de cauallos.* Angl. *An horse breaker or keeper.* } Varr. Nam ut equus qui ad vehendum est natus, tamen traditur magistro, ut equiso docear solutim incedere. Veteres autem (ut Nonius annotarit) non modò equorum magistrum, sed aliarum etiam rerum gubernatorem, Equisonem vocabant. Ut equisones nautici dicebantur, qui navim ducebant.

Equitabĭlis, e: Equiti pervius. { *ἱππήλατος.* Gall. *Chevauchable, où aisément on peut chevaucher.* Ital. *Luogo dove si può cavalcare.* Germ. Da man wol reiten mag. Hisp. *Lugar donde se puede cavalgar.* Angl. *Easie to ride.* } Ut locus equitabilis, in quo equi facile inambulare possunt. Livius, Opportuna explicandis copiis regio erat equitabilis, & vasta planities. Hujus contrarium est Inequitabilis. Item, Imber violentiùs quàm aliàs fusus, campos lubricos inequitabilésque fecerat.

Equistrium, ii: Equorum armentum. { *ἱππηδίαιον.* Gall. *Vne troupe de chevaux, vn haras.* Ital. *Mandra de cavalli.* Germ. Ein schaar roß/ein hauffen pferd. Hisp. *Manada de cavallos ò yeguas.* Angl. *An heard or race of horses.* } Ulpian. *l. plenum, §. equitii. ff. de usu & habit.* Equitii usu legato, videndum an & donare possit, & advehendum sub jugo uti. Tacit. *de Germania*, Mos est civitatibus ultrò equitium conferre principibus.

Equŭlĕus, i: Pullus equinus. { *ἱππάριον.* Gall. *Chevalet, poulain.* Ital. *Puledro, puledrino.* Germ. Ein fuly. Hisp. *Pequeño cavallo, potro.* Angl. *A colte or yon horse.* } Cic. *in Orat.* Ut agitur domitores equorum non verbera solùm adhibent ad domandum, sed cibum etiam sæpè subtrahunt, ut fame debilitetur equuleorum nimis effrænata vis. Idem *in Verr.* Equuleos argenteos nobilis, qui Q. Maximi fuerunt, aufert. Gellius *cap. 13. lib. 19.* Equulei humiliores, qui, & nani. ¶ Equuleus, *ξύλον βασανιστήριον* Sozomeno, machina lignea equo similis, cui imponebantur qui torquebantur: ejus frequens mentio apud Senecam, & Marcellinum. Cic. *pro Deiotaro:* Facti enim in equuleo quæstio, juris in judicio. Idem 7. *Philipp.* Ponite ante oculos vincula, verbera, equuleum, carnificem, tortorémque. Senec. *lib. 2. Epist.* Sævitia commenta est equuleos, cruces, uncum, & tunicam illam alimentis ignium illitam, & intextam. Cic. 5. *Tusc.* Hæc etiam in equuleum injiciuntur, quò vita non aspirat beata. Idem *lib. 4. de finib.* Nec si ille sapiens ad tortoris equuleum à tyranno ire cogatur, similem habeat vultum, ac si ampullam perdidisset. Dicitur etiam noxialis stipes. Prudentius,

*Jubet amoveri noxialémque stipitem.*

Antè dixerat:

*——— Infferat*
*Evisceratum corpus equuleo eminus*
*Pendere, & uncis vincliisque eraserare.*

Sed in hac significatione alii malunt scribere *eculeus*, per c.

Equulus, diminutivum ab Equus. { *ἱππάριον.* Gall. *Cavalet, poulain.* Ital. *Cavallino.* Germ. Rößlin/klein roß. Hisp. *Pequeño cavallo, potro.* Angl. *A litle horse, a nage.* } Cic. *lib. 2. de nat. deor.* Omnia in perfectis & maturis docet esse meliora: ut in equo, quàm in equulo: in cane, quàm in catulo: in viro, quàm in puero. Varr. *de re rust. cap. 7.* scribit equulum post annum & sex menses domari posse.

Equula, æ, parvam equam significat, sicut equulus parvum equum. { *τὸ ἱππάριον, ἡ πῶλος.* Gall. *Pesite, vn jeune jument.* Ital. *Cavallina.* Germ. Ein junge oder kleine stůt. Hisp. *Pequeña yegua.* Angl. *A litle mare.* } Varr. Nemo est tam negligens, quin summa diligentia eligat asinum qui salitat equulam.

Equĭno, is, de equis dicitur quum coitum apperunt, sicut curulio de canibus, & suio de suibus. { *ἱππεραστῶ.* Gall. *Quant la jument demande le cheval, quand elle est chaude.* Ital. *Quando i cavalli vanno in salto.* Germ. Wan die rosse teussig oder reitig sind. Hisp. *Quando las cavallos y las yeguas son enamores.* Angl. *To do the act of generation betweene horses and mares.* } Col. *lib. 7.* Equienti mulæ cruda brassica datur. Plin. *lib. 8. cap. 63.* Equas domitas sexagesimo diebus equire.

Equĭtius, nomen viri proprium, & cognomen familiæ Romanæ, ab equo deductum.

Equĭrĭa, *πολιτικὰ ἀγῶνα* Aristophani: Ludi curules, à Romulo in honorem Martis instituti. Hi in campo Martio celebrabantur tertio Calend. Martias. Ovid. 2. *Fast.*

*Jámque duæ restant noctes de mense secundo,*
*Marsque citos junctis curribus urget equos:*
*Ex vero positum permansit Equiria nomen.*

Idem 3. *Fast.*

*Altera gramineo spectabis Equiria campo.*

‖ Equirinè, jusjurandum per Quirinum. Fest.

Equoreus, a, um, navigo. Gl. A. L.

Equorus, vita privatus. Gl. Isid. ‖

## E R

‖ Era, terra antiquis. Cerda.

Era, vel Æra, singulorum annorum nota ab Augusto constituta, quando primùm exegit. Vide *Æra.* ‖

Ērādĭco, as: Propriè significat unà cum radice evello. { *שרש shakar, שרש schereseh. ἐκριζόω, ῶ.* Gall. *Arracher, oster.* Ital. *Stirpare, cavar fuori, insieme con la radice.* Germ. Außwurtzeln/mit der wurtzel außzihen. Hisp. *Quitar ò arrancar hasta la rayz.* Angl. *To pluck up by the rootes.* } ¶ Per translationem, pro Radicitùs, & omnibus modis perdo. Terent. *in Andr.* Dii te eradicent, ita me miseram territas. Plaut. *Asi. sc. 1. a. 2.* Suam rem periisse, séque eradicari clamat.

Ērādo, is, ere: Expungere. { *מחה hikkiah. ἀπαλείφω, ἐξαλείφω.* Gall. *Racler, oster en raclant.* Ital. *Radere, levar via, cancellare.* Germ. Außtratzen. Hisp. *Raer ò borrar.* Angl. *To scrape out or away.* } Col. *lib. 3.* Postea sulculos quos inserere voles, eradito tantùm alvo quàm cuneum immittis, sed ita ne medullam, neve alterius partis corticem lædas. ¶ Unde eradere aliquem ex albo Senatorum, est ex Senatorum numero expungere. Tacit. *lib. 4.* Apidium Merulam, quòd in Acta Divi Augusti non juraverat, Senatorio albo eraſit.

*——— cupidísque vrudere vitæ*
*Tempora si fatis nimpheuea tua.*

Ovid. *Elog. 9. lib. 4. Trist.*

Erāsus, particip. { ערה *erah*. ἐκκενωθείς. Gall. *Raclé*. Ital. *Radere*. Germ. Außgetretzt/abgeschabt. Hisp. *Raido*. Angl. *Scraped out or away*. } Plin. in *Paneg.* Datum est iis qui post edictum tuum in locum erasorum subditi fuerant, æquatique sunt cæteris illi etiam, quibus erat non promissum. Erasorum, id est, deletorum è numero eorum, qui accipiebant congiarium. Budæus.

Eranarches, is: Collector & exactor tributorum. ἐρανάρχης, ὁ ἐράνου, id est, à contributione. Alciat. *Parerg. lib.* 11.

Erania pecunia, quid, & corruptè hactenus *herofa*, apud Jurisconsultum *in l. creditor, de solut.* lectum esse Alciat. ostendit eleganti c. 25. *lib. Disjunct.* 2. Caranæus apud Plinium Jun. vocem Eranos interpretatur Exactores per collationem, dicens sic Pollucem, Athenæum, & alios secundùm Ammon. interpretari.

¶ Eranus, ἔρανος, cœna collatitia, stips, quæ confertur ad amicos pauperes sublevandos: in genere contributio. Habebant olim in Græcia hoc institutum, ut si quis in paupertatem delaberetur, ἔρανος ab amicis posset suo jure exigere, sublevandæ inopiæ suæ. Vide Casaub. *in Ath. lib.* 7. *cap.* 5. Germ. Stewr/steweren/ contribuere. ¶

Eraphlōtēs, ἐραφλώτης, Bacchus dictus est, ab inducenda contentione, quoniam vinum iram, seu rixam, atque certamen inducit, ἔρις enim contentio, φλύειν ostendere.

Erasīnus, ἐρασῖνος. Fluvius est ex Stymphalide Arcadiæ lacu profluens, qui deinde terra occultatus, in agro Argivo denuò erumpit, & in sinum Argolicum illabitur. ¶ Est & alius ejusdem nominis, juxta Bubæ ruinas, in sinum Corinthium illabens. ¶ Item alius in Eubœa insula, juxta Eretriam urbem. ¶ Rursus alius in Attica juxta Eubronem. Author Strab. *lib.* 8.

Erasistratus, ἐρασίστρατος. Nomen medici eximii, ex Aristotelis familia nati: in quem non raro invehitur Galenus. Hujus etiam frequens est mentio apud Plinium.

Erātē, tes, ἐρατή. Nympha Oceani & Tethyos filia: ἀπὸ τοῦ ἔρως, hoc est, ab amore nomen habens.

Erathemis, anthyllis. Dioscor. *lib.* 1. *cap.* 114.

Erātō, ἐρατώ, una Musarum ab amore dicta, quòd præsit his qui amoris face rapiuntur. Virg. *lib.* 7.

*Nunc age, qui reges Erato, quæ tempora rerum,*
*Quis Latio antiquo fuerit status.*

Ovid. 4. *Fast.*

*Sic ego, sit Erato, mensis*, &c.

Eratosthenes, ἐρατοσθένης, Cyrenæus, Aristonis Chii & Callimachi poëtæ discipulus: Plato minor à quibusdam ob doctrinam vocitatus: præfuit bibliothecæ regiæ, cosmographus insignis, qui primus universum totius orbis circulum ducentorum quinquaginta duorum millium stadiorum esse prodidit, unde & orbis terrarum mensor appellatus est. Scripsit præter Philosophicas historias, astronomica, de sectis dialogos, & poëmata quædam, authore Suida. Obiit anno ætatis octogesimo primo, quem annum maximum climactera, & humanæ vitæ periculosissimum veteres crediderunt: est enim numerus quadratus constans ex novem novenariis. Eodem etiam ætatis anno decessit Plato, & Diogenes Cynicus, & Xenocrates Platonicus.

Erbessus, ἔρβησσος. urbs. Steph.

¶ Ercco, videtur nonnullis in usu fuisse ex eo quod *coërceo* & *exerceo* dicitur. Sed illa ad *arceo* referuntur ab aliis. Vide *Erctum*. ¶

Hercīnia, vide *Hercinia*.

Erciscĕre, prisca lingua significat dividere. { חלק *chalák*. Gall. *Diviser, partir*. Ital. *Dividere, partire*. Germ. Theilen/abtheilen. Hisp. *Partir*. Angl. *To devyde*. } Apud Cic. 1. *de Orator.* Ercisceri, in secunda conjugatione legitur: Nec si parvi navigii & magni eadem est in gubernando scientia, ideirco qui quibus verbis ercisceri oporteat, nescirat, idem ercisciundæ familiæ causam agere non potest. ¶ Inde judicium familiæ ercisciundæ, id est, rei familiaris dividendæ. Idem *pro Cœcina*, in possessione bonorum quum esset, & quum ipse sextulam suum nimium exaggeraret, nomine heredis arbitrum familiæ ercisciundæ postulavit. ¶ Sunt qui hercisco, per aspirationem scribant, ejus originem reducentes ad verbum Græcum ἐρείζω, quod significat interscpire. ¶ Hinc.

Erctum patrimonium, divisum, apud Festum: Erctum citúmque sit inter consortes, ut in libris legum Romanarum legitur. Erctum à coërcendo, Citum à ciendo. Hæc Festus. In quibusdam tamen exemplaribus legitur *Erctum*, malè. Nam Erctum dicitur, quòd quum hæreditas divisa est, alter ab alterius parte ercetur.

Erctus Jupiter: vide *Hercius*.

¶ Erctum citum sit inter consortes, ait Festus, i. e. cohæredes, ad quos eadem sors pertinet. *Erctum*, à coërcendo dictum vult: citum, à ciendo. *In Lex. Iurid.* habetur: Dicitur ab ercendo. Erctum citum, est hæreditas divisa. Scal. ¶

Erebidæ, ἐρεβίδαι, pars Lotophagorum. Steph.

Erĕbus, ἔρεβος. Fluvius inferorum. Virg. 6. *Æneid.*

*——magnos Erebi transavimus amnes.*

¶ Quandoque pro obscurissima inferorum parte, ut:

*——imus Erebi descendit ad umbras.*

Varro, ex Erebo natam Noctem ait. Unde & illud, Erebo creata fuscis crinibus, Nox te invoco. Hæc Festus. ¶ Alii malunt Noctem Erebi uxorem fuisse: ex quibus est Cicer. *de natura deorum*. Amor, (inquit) dolus, metus, senectus, labor, invidentia, fatum, mors, tenebræ, miseria, querela, gratia, fraus, pertinacia, parcæ, hesperides, somnia, quos omnes Erebo & Nocte natos ferunt. ¶ Frequentissimè autem Erebus pro ipsa inferorum sede accipitur. Unde etiam Proserpina ab Ovid. *lib.* 5. *Metam.* Regina Erebi vocatur. Hinc Adject.

Erĕbēus, a, um. ἐρεβῶδης. Ovid. *in Ibin.*

*Posteráque nuxerunt Erebea falle colubra.*

Erechites, Senecio, apud Dioscor. *lib.* 4. *cap.* 92.

Erechthēus, ἐρεχθεύς, Atheniensium rex fuit, cujus filiæ mortem pro patria contempserunt. Cicer. *pro Sestio*: Mortem, quam etiam virgines Athenis, regis (opinor) Erechthei filiæ, pro patria contempsisse dicuntur, ego vir Consularis tantis rebus gestis timerem?

Erechthĭdæ, ἐρεχθίδαι, vicus Atticæ in Ægide tribu, ab Erechthèo, qui Cererem hospitio susceperit.

Erĕgiōne: Ex adverso. { נגד *négued*, נכח *nécheh*. ἐναντίον, ἐξ ἐναντίου. Gall. *Vis à vis, tout devant*. Ital. *All' incontro*. Germ. Stracks vor über. Hisp. *Enfrente de algun lugar*. Angl. *Right against*. } Cic. 2. *de Divin.* Videt è constantissimo motu lunæ, quando illa è regione Solis facta incurrat in umbram terræ, quæ est meta noctis, ut eam obscurari necesse sit. Budæus.

Erēnātā, significat, ex occasione rei præsentis capto consilium, αἰτίας ἀφορμὴν, παρεμπτώματος, ἐξ ἀπροόπτου ἐφευρεθέν. Et aliquando dicitur absolutè, erenata: & aliquando cum conjuncto, ut Erenatum exordium, dixit Quintilianus, hoc est, subitò inventum. Apul. Erenata fallacia: significatur enim muliebris dolus ad fallendum subitò excogitatus, non domi antè compositus, sed ex ipsa re & negotio expromptus.

Erēmbi, ἐρεμβοί. Populi in Arabia, qui præruptæ saxa nudi inhabitant. Author Strab. *lib.* 16.

Erēmē, σὸν ἐμοὶ in ἐμοί. E re tua. Vide suprà in E & Er: meliùs separatim, E re mea.

Erēmĭgo, as, are. Enavigo, emetior. { διανηχόμαι, διανήχομαι. Gall. *Naviger tout outre, passer tout à travers une mer ou un fleuve*. Ital. *Remigare, navigar con i remi*. Germ. Durchrudern/ durchschiffen. Hisp. *Navegar remando*. Angl. *To rowe, rower*. } Plin. *lib.* 2. *cap.* 67. Circa Caspium quoque multa Oceani littora explorata, parvóque brevius quàm totus hinc, aut illinc Septentrio eremigatus.

Erēmŏdictum, ἐρημοδίκιον. Apud Jureconsultos *de minoribus*, *l. ait Prætor*, dicitur, quasi desolatum ac desertum judicium, seu desertio causæ: quum vel actor, vel reus in judicio abest, quasi ἐρῆμον δίκης, id est, causa deserta, vel vadimonium desertum. In vulgatis editionibus corruptè legitur *hermodicium*.

Erēmus, i, gen. fœm. Solitudo. { שממה *schemamáh*, מדבר *midhbár*. ἔρημος. Gall. *Desert, lieu solitaire*. Ital. *Eremo, luogo solitario*. Germ. Ein Oede. Hisp. *Yermo, desierto*. Angl. *Desert, wildernesse*. }

¶ Eremicola, qui colit eremum. Pap.

Eremipeta, qui petit eremum. Idem.

Eremia, deserta. Idem.

Eremita, solitarius ob vitæ sanctitatem. Sidon.

Eruo, is, ere, ex loco abdito in lucem repo. { צפן *tsaphán*, שרץ *scharatz*, רמש *ramasch*. ἐξερπύζω. Gall. *Sortir en grimpant & gravissant, grimper hors, gravir hors*. Ital. *Arrapare, salir cosa alta e difficile*. Germ. Außhinkriechen/ herfürkriechen. Hisp. *Cavar sobre algun lugar*. Angl. *To creepe out*. } Plaut. *Aulul.* Foras lumbrice, qui sub terras erepsisti modò. ¶ Interdum idem est quod ad loca alta & prærupta evado, ubi non modò pedibus, verumetiam manibus ad ascendendum opus sit. Suetou. *in Tiberio*, Tertius quòd is à tergo insulæ erepsisset ad se.

Erepto, ab Erepo frequent. Senec. *epist.* 101. Pecunia quoque citiùs paupertatem plurimùm moræ habet dum ex illa ereptat.

Erescheton: vide *Erisichton*.

Erĕtrĭa, æ, ἐρετρία, oppidum est Eubœæ insulæ, circa quod effoditur terra in medicinæ usu præstantissima, quam ab ea Eretriam vocant. Ejus Dioscorides duas facit species: unam vehementer albam: alteram ad cineris colorem vergentem. Plin. etiam Eretriam terram inter pictorum colores enumerat, *lib.* 35. *cap.* 6. Hujus urbis meminit & Homer. 2. *Iliad. in Catal. navium*.

Erētum, ἔρετον, oppidulum est Sabinorum, non procul à Tiberi, in colle situm, quem etiam veteres montem Eretrum vocaverunt: hodie Italorum vulgus corrupto vocabulo *Monsem rotundum* vocat. Ejus meminit Virg. *lib.* 7. *Æneid.*

*Ereti manus omnis, oliviferæque Mutuscæ.*

Erevatis, ἐρεβάτις, urbs Libyæ, à Revaste & Eleutheta. Steph.

Ereuthălīon, ἐρεύθαλίων, viri proprium, quem Nestor interemit, dixitque cùm miraculo corporis, tum excellentia armorum præcipuum in bello Pyliorum & Arcadum fuisse.

¶ Erfurdia, vel Erfurtum, Erdfurt/Thuringiæ urbs primaria totius Germaniæ maxima, ad Geram fl. ¶

Ergā, præpositio, licèt eandem vim habere videatur quam contra, benevolentiæ tamen est. { לעמת *laamóth*. Gall. *Envers*. Ital. *Inverso*. Germ. Gegen. Hisp. *Cerca en amor y voluntad*. Angl. *To wardes*. } ut, Pro meo summo erga te amore onus subeo. Cic. *ad Lent. Epist.* 1. Ego omni officio, ac potiùs pietate erga te cæteris satisfacio omnibus. Terent. *in Heaut. sc.* 2. *a.* 1. Timet omnia, patris iram, & animum amicæ se erga ut sit sux. Ut ut erga me mœsta est (i. de me.) Plaut. *Amph. sc.* 1. *a.* 5. Erga hunc rem geras fideliter. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 2. Si quid erga te imprudens peccavi. Idem *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Si quid med erga dixeris (i. mihi.) Idem *Asinar. sc.* 1. *a.* 2. Metuo ne malus erga me sit. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 4.

Ergasylus, nomen proprium viri, Tortelio.

Ergastēria, orum, ἐργαστήρια. Vicus insignis inter Pergamum & Cyzicum, quadringentis & quadraginta stadiis à Pergamo distans, metallorum fodinis nobilis, à quibus & nomen accepit. Celebratur hic vicus à Galeno *lib. 9. simpl. medicam.*

¶ Ergastes, ἐργαστής, operarius, opifex: ab ἐργάζομαι, operor, fabricor. ¶

Ergastērium, ii. { תנור *chánuth*. ἐργαστήριον. Gall. *Boutique*. Ital. *Bottega*. Germ. Werckstatt. Hisp. *Tienda de oficiales*. Angl. *A shoppe*. } Officinæ fabrorum atque opificum, itémque tabernæ in quibus merces venduntur, *l.* 22. *Cod. de cohæred. lib.* 12. *& in Decretis, dist.* 44.

¶ Ergasteriarcha, ἐργαστηριάρχης, manceps officinæ, qui ei præest: quod est ἄρχων. ¶

Ergasteriacum, ἐργαστηριακὸν, tributum, quod pro officinis suis solvebant officinatores. Gl. Meurs. ¶

Ergāstŭlum, i. { תנור *chánuth*. ἐργαστήριον. Gall. *Le lieu où on enferroit & enchainoit anciennement les serfs & esclaves, & les faisoit-on travailler, une prison*. Ital. *Bottega dove si rinchiudevano*

*devenue i ſervi incatenati à lavorare : prigionia.* GERM. Ein ort da man die knecht gebunden zu ſchwärer arbeit beuchtzeuls in einem ſteine bruch oder ertzgrůben. HISP. *Carcel de ſiervos en el campo.* ANGL. *A place where ſlaves were bound to work, a gaill or priſon.* } Taberna, vel officina ubi lapides metallâve fodiuntur, vel aliud quippiam operis à vinctis ſervisfit : dictum ab ἐργάζεσθαι, operor. Liv. 2. *ab Vrbe*, ductum ſe à creditore non in ſervitium, ſed in ergaſtulum & carnificinam eſſe. Juven. *Satyr.* 8.

*Quid facias talem ſortitus Pontice ſervum ?*
*Nempe in Lucanos, aut Thuſcæ ergaſtula mittas.*

Sueton. *in Auguſt. cap.* 32. Servi ergaſtulis poſſeſſorum ſupprimebantur { inabripiebantur à graſſatoribus. } *ibid.* Ergaſtula recognovit. Et *in Tib. cap.* 8. Ergaſtula totâ Italiâ repurgavit. ¶ Accipitur etiam nonnunquam ergaſtulum pro illis qui ergaſtulis ſunt inclusi. Varro, Miſitque mox eò virum, qui tota ergaſtula libertate donaret.

Ergāstŭlārĭŭs, ii, dicitur ſervus qui ergaſtulo inclusus, vel ex vinculis, aut compedibus opus facit. { ἐργαστηριακὸς δοῦλος. GALL. *Un ſerf ainſi enferré & enchainé.* ITAL. *Servo rinchiuſo à lavorare.* GERM. Ein knecht der gebunden arbeiten muß. HISP. *Sierva encerrado en la tal carcel.* ANGL. *A ſervand put in priſon or bound to work.* } Plin. Coli rura ergaſtulis peſſimum eſt, ut quicquid agitur à deſperantibus.

Ergāstŭlārĭus, ii, qui præeſt ergaſtulo. { ὁ ἐπὶ ἐργαστηρίου ἐπιστάτης. GALL. *Celuy qui a la garde des ſerfs ou eſclaves empriſonnez, ou enchainez, geolier.* ITAL. *Guardiano di prigioni.* GERM. Ein verwalter der vber ſolche arbeitſame knecht geſetzt iſt. HISP. *El tal carcelero.* ANG. *A gaillour or keeper of the priſoners.* } Columell. *lib.* 1. *cap.* 8. docet ἐργαστήριον ἐργάταις ὑγιεινὸν εἶναι.

‖ Ergata, machina tractoria axe recto, quæ obnitentibus & in orbem eunti bus vectiariis verſatur : qualis eſt, quâ in emolienda anchora utuntur in onerariis navibus. Junius *in Nomencl.* GERM. Wendebäum, Weltbaum : quaſi dicas, arbor, ſeu lignum factum ad vertendum, vel volvendum.

Ergates, ἐργάτης, operarius, qui aliquod opus facit : fœm. eſt, ἐργάτις, operaria.

Ergaticus, ἐργατικὸς, operarius, adjectivè. ‖

Ergavica, ἐργαβικὴ, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in tractu Vaſconum, teſte Ptolem. *lib.* 2. *cap.* 6. Plin. quoque *lib.* 3. *cap.* 3. Ergavicenſes populos enumerat in eodem Hiſpaniæ tractu.

Ergĕtium, ἐργέτιον, oppidum Siciliæ, cujus incolæ dicuntur Ergetini, ἐργετῖνοι, quorum meminit & Plin. *lib.* 3. *cap.* 8.

Erginus, ἐργῖνος. Tyrannus fuit qui ab Hercule & Minyis Orchomeni urbe expulſus, & poſtea extinctus eſt. ¶ Erginus Thraciæ fluvius, authoribus Plin. *lib.* 4. *cap.* 11. & Pompon. Mela *lib.* 2. *in deſcriptione Thraciæ.*

Ergo, illativa, ſive completiva conjunctio eſt, quæ minoribus adhibetur clauſulis, ſicut Igitur. { לכן *Lachen.* ἄρα, νῦν. GALL. *Donques, donc.* ITAL. *Dunque, adunque.* GERM. Derhalben, darumb. HISP. *Aſſique, pues, luego.* ANGL. *Then, therefore.* } Aliquando inceptiva eſt, conveniens maximè indignationi : ut in carmine illo Auguſti Cæſaris, quo Virgilii poëmata vetat aboleri,

*Ergò ſupremum potuit vox improba verbum,*
*Tam dirum mandare nefas ? Item :*
*Ergo operum quoniam nudum certamen habetur.*

Ovid. 13. *Metam.*

*Ergo opera illius mea ſunt ?*

Ibid. Ergo ædepol, ſi recte dicas, me emittas manu. Plaut. *Men. ſc.* 7. *a.* 5.

*Ergo aut exilio vires ſubduxit Achivis.*

Ovid. 13. *Metam.*

*Ergo ubi deſinit.* pro autem.

Idem *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Triſt.* Ergo mirabar quod ſcapulæ geſtibant : id eſt, ideo.) Plaut. *Aſin. ſc.* 2. *a.* 2.

*Ergo ubi præclaros poſcent tua facta triumphos.*

Tibull. *lib.* 4. Ergo ſunt quæ exoptas. Plaut. *Aſin. ſc.* 1. *a.* 5. Ergo pulcher eſt, inquit ( i. ſanè. ) Idem *Mil. ſc.* 1. *a.* 1. Ergo ob hoc verbum donabo profectò alicui. Idem *Moſt. ſc.* 3. *a.* 1. ( pro Atqui. ) ¶ Quid ergo eſt Senec. *cap.* 11. *de tranq.* Ecaſtor ergo haud falſum ſomnium. Plaut. *Mil. ſc.* 4. *a.* 2. Nulla ergo dicat, dorem attuli : i. tum, igitur. Idem *Aul. ſc.* 5. *a.* 3. Ergo quin legis ? Idem *Pſeud. ſc.* 2. *a.* 1.

*Non ergo preſſo tellus conſurgit aratro :* i. autem.

Tibul. *lib.* 4. Jam ergo hæc madebunt ( i. verò, vel autem. ) Plaut. *Men. ſc.* 2. *a.* 2. Itaque ergo. Liv. *lib.* 9. *d.* 4.

*Ergo age tam longum, ſed ſupprime Muſa querelam.*

( Mutantis ſermonem. ) Ovid. *lib.* 4. *Faſt.* ¶ Aliquando hortativa, εἰσὶ δ' ἄγε. Virg. 2. *Æneid.*

*Ergo agè chare pater, cervici impone noſtræ.*

¶ Aliquando vim nominis habet, accipitúrque pro ablativo, causâ, ſive gratiâ, ἕνεκα, in qua ſignificatione circumflectit poſteriorem, perpetuóque eam producit : quam aliàs habet indifferentem. Virg. 6. *Æneid.*

——— *illius ergò*
*Venimus, & magnos Erebi tranavimus amnes.*

Siſenna *lib.* 3. Milites ut lex Calphurnia conceſſerat, virtutis ergò civitate donari.

‖ Ergolabus, ἐργολάβος, qui opus faciendum ſuſcipit, ſeu conducit, redemptor. ἐργολαβῶν, eſt redempturam facere. ‖

Erĭbœa, ἐρίβοια. Dicta ab Homero Juno, quaſi buculæ moleſtia, quòd Jo in bovem verſam multis affecerit moleſtiis. Nam ἔρις contentionem, litem, ſive moleſtiam ſignificat : βοῦς, bovem. ¶ Eſt etiam hoc nomine urbs Macedoniæ, teſte Ptolemæo *lib.* 3. *cap.* 13. Vulgò *Preſſa.*

‖ Erica, frutex ejus nominis, qui bis in anno floret. ‖

Ericæus, a, um. Mel ericæum ( ἐρικαῖον ) quod ex erica colligitur. ‖

Ericātēs : Viri cujuſdam Lycaonii nomen, à Mezentio Turni comite interfecti, ut Virgilio placet 10. *Æneid.*

*Cadibus Alrathoum obtruncat, Sacrator Hydaſpem ?*
*Meſſapum Clonĭúmque, Lycaoniúmque Ericatem.*

Interpretari poteſt, ita confractus. ἐρίκω, ἴξω, ἔρειγμαι, infringo.

Ericea, ἐρίκινα. Vicus Athenis in tribu Ægide. Steph.

Ĕrĭcē, es, vel Erica, æ. { ἐρείκη. ANGL. *Heath to make broomes on.* } Frutex eſt non multùm à myrice differens, colore rotismarini, & folio non admodum diſſimili. Flores emittit Autumni tempore, quum reliquæ omnes herbæ, & virgulta deflorverunt, quare ab apibus præ florum aliorum inopia, maximè appetuntur : fitque ex iis mel, quod ericæum vocatur, ſylveſtrem, & minimè probatum ſaporem referens. Author Plin. *lib.* 24. *cap.* 9. & *lib.* 11. *cap.* 16.

Erichthēūs, ἐρεχθεύς, nomen proprium fuit Athenarum regis, quem Minerva è ſure ubi natus erat, ſuſcepit, educavit, & Athenienſi populo pro rege tradidit. Ab eo Athenæ Erichthææ dictæ ſunt. Virg. in *Ciri.*

*Qualis Erichthein olim portarat Athenis.*

Erichthŏnĭus, ἐριχθόνιος, qui etiam Erichthеus dictus eſt. Athenienſium Rex fuit ex ſemine Vulcani interram projecto editus. Unde & nomen habet, ἔρις & χθών, ονος, id eſt, ex certamine, atque humo. Nam quum Vulcanus diis atma feciſſet, eique Jupiter optionem dediſſet præmii quod vellet poſtulandi, juraſſétque per inferna paludem ſe nihil negaturum : tum ille Minervæ nuptias poſtulavit, quas quum Jupiter juramento obſtrictus ei negare non poſſet, Minervam tamen monuit repugnare, pudicitiámque defendere. Tum in illa colluctatione Vulcanum in terram profudiſſe aiunt ſemen, atque inde editum fuiſſe puerum draconum pedibus, nomine Erichthonium : qui quum adoleviſſet, ut pedum deformitatem tegeret, primus currus uſum adinvenit. Ovid. *Eleg.* 1 *lib.* 2. *Triſt.*

——— *natum de crimine virgo*
*Suſtulerit, quare moveat Erichthonium.*

Hunc fabulam refert Servius in illud Virg. 1. *Georg.*

*Primus Erichthonius currus, & quatuor auſus*
*Jungere equos, rapidiſque rotis inſiſtere victor.*

Ab eo populus Athenienſis Erichthonius dictus eſt. ¶ Erichthonius Dardani filius, patet Troïs. Ovid. 4. *Faſt.*

Erichthō, ἐριχθώ, mulieris Theſſalæ nomen eſt apud Lucanum *lib.* 6. multitudine veneficiorum famoſæ. Eo nomine uſus eſt Ovid. in *Epiſt. Sapphûs*, pro furiæ cujuſdam infernalis nomine.

*Illinc* ( inquit Sappho ) *memtis inops, ut quà furialis Erichtho*
*Impulit, incolle crine jacente ferar.*

Ericis portus, Ptolem. Ligurix oppidum, Plinio Delphini portus.

Ericius : vide *Eriſtius.*

‖ Ericuſa, Ptolemæo inſula Æonii maris, non procul à Corcyra, hodie *Paxo*, juxta Bellonium *lib.* 2. *Obſerv. cap.* 10. ‖

Eridănus, ἠριδανὸς. Vulgò *Po.* Italiæ fluvius in Veſulo monte naſcens, & per agrum Gallicum in mare Adriaticum influens. Hodie potiore nomine Padus appellatur. Eridanum autem dictum volunt ab Eridano Apollinis & Clymenes filio, qui à luce illius incendii quo bonam terrarum partem exuſſit Phaëthon, cognominatus eſt. Hunc poëtæ fabulantur quum paternum currum regendum ſuſcepiſſet, ſurgandique imperitia orbem terrarum in diſcrimen adduceret, à Jove fulmine ictum in Padum fluvium decidiſſe, eique Eridani nomen feciſſe. Virg. quòd Italicorum omnium maximus ſit, regem fluviorum appellat. ¶ Eſt item Eridanus cœleſte ſignum Arieti proximum. Cicer. ex Arato :

*Namque etiam Eridanus cornes in parte locatus*
*Cæli.*

Erigēŏn. { ἐριγέρων. GALL. *Senecon.* ITAL. *Cardencello, ſpolicciſa.* GERM. Greuenwurtz oder grindtwurtz. HISP. *Buen varon.* ANGL. *Groundſell.* } Herba eſt cauliculis ſubtuberoſis, ſpecie & mollitia erithaginem referens : ita dicta quòd Vere canefcat, & quàm citiſſimè in album quandam lanuginem abeat. Sonat enim Erigeron Latinè Vernum ſenem. Unde etiam hodie nonnulli *ſenecionem* vocant.

Erigŏnē, ἠριγόνη. Icari filia fuit, teſte Hygino, quæ ex dolore paternæ necis, quem ruſtici temulenti occiderant, ſe ipſam ſuſpendit, deorúmque miſeratione in cœlum tranſlata, Virginis nomen obtinuit. Virg. 1. *Georg.*

*Qua locus Erigonen inter, Chelaſque ſequentes*
*Pandĭtur.*

Erigŏnēĭus, adjectivum, ἠριγονεῖος, ut : Canis Erigoneius, apud Ovid. *lib.* 5. *Faſt.*

*Nocte ſequente diem Canis Erigoneius exit :*

id eſt, oritur Canis ſydus cœleſte. Vide Hyginum. Et canis Erigones vocabatur chimæra. Procrin quum ejus umbra regionem illam infeſtaret, ad eam mitigandam imagunculas ex cera confectas arboribus appenderunt, quod in Bacchi ſacrificiis fieri conſuetum eſt. Unde Virg. *lib.* 2. *Georg.*

——— *tibique*
*Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia pinu.*

Erĭgo, is, exi, erectum, ere, ab ē & rego compoſitum. Elevo, attollo, extollo, excito. { ὀρθοῦν *Hebrim.* ἀείρειν, ἀναστῆσαι, ἀνορθοῦν. GALL. *Elever, hauſſer, dreſſer.* ITAL. *Drizzare, inalzare.* GERM. Aufrichten. HISP. *Alçar.* ANGL. *To raiſe up, to advance.* } Cicer. *pro Roſc. Amer.* Quem ſimul atque attigi, ſtatim homo ſe erexit. Idem 1. *de Legibus.* Nam quum cæteras animantes abjeciſſet ad paſtum, ſolum hominem erexit, & ad cœli quaſi cognitionis, domeſticique ejus ſpectum excitavit. ¶ Erigere manum, pro pugnare. Quint. ¶ Item, Erigor, paſſivum. Ovid. 13. *Metam.*

*Erigor* ( animo ) *& trepidos cives exhortor in hoſtes.*

¶ Per tranſlationem accipitur pro conſolari & ſublevare. Cic. *pro lege Manil.* Diffidentémque rebus ſuis confirmavit, afflictum erexit, perditúmque recreavit. ¶ Erigere ad ſpem, & in ſpem. Idem *pro domo ſua.* Civitatémque fractam malis, mutam, de libertate, abjectam metu, ad aliquam ſpem libertatis & priſtinæ dignitatis erexit. Cic. 3. *Philipp.* Liv. 29. *bell. Pun.* Iis honoribus monitus regis animus, erectúſque in ſpem propioquam, ſublato Syphace. Idem 3. *ab Vrbe*, Agrigentini ſe in ſpem libertatis erexerant. ¶ Aliquem erigere,

gere : Ad divitias & honores extollere. Ovid. *ad Pisonem.*

*Attonaque tragico quatientem pulpita cæstu*
*Erexit Varum.*

¶ Patriam erigere, id est, celebrem reddere. Claud. 8. *Paneg.*

*Scilicet illa tui patriam præcepta Platonis*
*Erexêre magis, quàm, &c.*

¶ In digitos erigi. Quint. *lib.* 11. *cap.* 3. Ut staturâ breves in digitos eriguntur, & plura infirmi minantur.

Erectus, part. { מרם *marám.* ἀνεσταλμένος, ἀνορθωθείς. Gall. *Eſlevé, dreſſé.* Ital. *Erto, diritto.* Germ. Aufgericht. Hisp. *Levantado, inhestado.* Angl. *Raiſeid up, lifted up righ.* } Cicer. Ego vos ardentes & erectos ad libertatem recuperandam adhortabor. Idem *ad Brut.* Erectior Senatus erat non sententiis solùm nostris, sed cohortationibus excitatus.

¶ Erim. Fest. *Neverim*, pro nec eum. Ego *Erim*, pro eum : ut Nocerem, pro nocem, antiquo declinatu.¶

Erimanthus, qui lites disseminando divinat : ἔρις, lis, μάντις, divinus. Juven.

——*aut Disphylus, aut Erimanthus.*

Erimum, ἔρημον. Urbs Œnotrorum, in mediterraneis. Steph.

Erinæos, ἐρινεός. Locus asper sub Ilii mœnibus, à caprificorum, quos Græci ἐρινοὺς appellant, multitudine dictus. Meminit hujus loci Andromache, apud Hom. *Iliad.*

Erineum, ἐρινεὸν. Urbs in Doride, à caprifico dicta, ut author est Strab. ἐρινεὸς Steph. Urbs Doriensium sub Parnasso. Dicitur etiam, ἐρινεόν. Est & alia Italiæ, & alia Achaiæ.

Erinna, ἔρινα, nomen poëtrix, ex Teno urbe Laconica, quæ floruit circa Olympiadem centesimam septimam.

Erinnys, ἐρινύς, una Furiarum : ita dicta, λὰπὸ τῦ ἔριδος ϗ νοῦ, hoc est, à corrumpenda mente. Virg. 2. *Æneid.*

——*quò tristis Erinnys,*
*Quò fremitus vocat.*

¶ Erinnys ex tragœdia, Εὐριπίδου ἐν τραγῳδίαις : de fœdis aviculis, quales exibant è scena, repræsentantes Erinnyn. Ex Aristoph. Plut.

Erionia, ἐριωνία. Regio circa Sardes, quæ & Asia. Steph.

¶ Eriophorus, laniger.

Eriopolium, ἐριοπώλιον, emporium lanæ : forum ubi lana venditur.¶

Eriöxylön, ἐριόξυλον, lana est quæ ab arboribus producitur. Ulp. *l. si cui lana 70. ff. de leg.* 3. Lanâ (inquit) legatâ, etiam leporinam lanam, & anserinam, & caprinam credo contineri : & de ligno, quam Græci ἐριόξυλον, hoc est, ligneam lanam appellant.

Eriphia, veneficæ & fascinatricis cujusdam nomen fuit, de qua vide Erasmum in *Adagiis.*

Eriphia, ἐριφία, herba est septem lanuginosis ramulis apii modo foliata, purpureo flore, & eo quidem perenni, semine fabaceo, totidem radiculis, quot ramis. Hanc multi prodidêre in avena scarabeum habere, sursum deorsúmque decurrentem cum sono hœdi : unde & nomen accepit. Vide Plin. *lib.* 24. *cap.* 18.

Eriphylē, es, vel Eriphyla, æ. ἐριφύλη. Nomen uxoris Amphiarai, & sororis Adrasti : quæ accepto à Polynice aureo monili, maritum latentem, ne ad bellum Thebanum, ubi se moriturum sciebat, proficisci cogeretur, Polynici prodidit. Virg. 6. *Æneid.*

*His Phædram, Procrinque locis, mœstámque Eriphylen.*

Cicer. 6. *Verr.* Eriphylam accepimus in fabulis ea fuisse cupiditate, ut quum vidisset monile ex auro, ut opinor, & gemmis, pulchritudine ejus incensa, salutem viri prodiret. Juven. *Satyr.* 6.

*Occurrunt multæ tibi Belides, atque Eriphylæ.*

Eriphysa, ἐριφύσα, insula una ex Æoliis. Strab. *lib.* 6.

Eripio, is : Vitollo, & ut ait Pomponius Jurisconsultus, aufero, adimo, extorqueo. { מלט *millit*, ויצא *hitsil.* ἐξαιρέω, ἐξαρπάζω. Gall. *Ravir, oſter par force.* Ital. *Rapire, torre per forza.* Germ. Herauß reiſſen, mit gewalt auß den händen zucken. Hisp. *Arrebatar.* Angl. *To snatch and pluck away bi force.* } Terent. *in Heaut.* Crucior bolum tantum mihi ereptum, tam subitò de faucibus. Duplicem omninò habet constructionem. Interdum enim cum accusativo habet dativum : & tunc ferè in malam partem accipitur, ut Vallæ placet. Eripere se contumeliis. Suet. *in Neron. cap.* 48.

*Eripere ade Deam, raptámque auferre per hostes.*

Ovid. 13. *Metam.* Eripiat me vobis supremus dies. Suet. *in Tib. c.* 67.

*At posquam eripui, cui standi vulnera vires*
*Non dederant, multo cardatus vulnere fugit.*

Ovid. 13. *Metam.* Eripe oculum illi, ab humero qui te tenet. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Libertatem hostilis eripuit mànus. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 3. Pulmentum ei pridem eripuit milvus. Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 2. Eripui homines qui te ferebant sublimem (i. Eripui te hominibus, qui homines te ferebant sublimem.) Ita Lambin. & Passerat. explicant hunc locum Plauti *in Men. sc.* 8. *a.* 5. Accurro, tèque eripio vi pugnando, ingratis. *Ibid.* Legibus eripere reum (è reorum numero.) Sueton. *in Neron.* Eripiet me vobis summus dies. Idem *in Tib. cap.* 67. ¶ Aliquando verò cum accusativo habet ablativum, præcedente aliqua præpositione : & tunc sæpiùs in bonam partem accipitur, nunnunquam tamen etiam in malam. Sed hæc Vallæ differentia non est omninò vera. Nihil enim usitatius est his loquutionibus, Eripere aliquem morti, periculo, damno, dolis, & similibus : ubi certè quamvis accusativum habeat cum dativo : in bonam tamen partem accipitur. Virg. 12. *Æneid.*

*Accelera, & fratrem, si quis modus, eripe morti.*

Plin. *in Epist.* Eripe me huic tormento. Eripere simpliciter usurpatum, pro De periculis eripere. Virg. 3. *Æneid.*

*Hos Helenus scopulos, hæc saxa horrenda canebat,*
*Eripite è socii, portúsque insurgite remis.*

Ereptus, a, um, Part. ἐξαρπασθείς. Cic. *pro Rosc. Amer.* Ipse assiduitate, consilio, authoritate, diligentia perfecit, ut S. Roscii vita erepta de manibus sectorum, sententiis judicum permitteretur. Ereptus mortuus. Ovid. *ad Liviam :*

*Obvia turba ruit, lachrymisque rigantibus ora,*
*Consulis erepti publica damna refert.*

Sil. *lib.* 1.

*Erepto trepidus duttore exercitus.*

Ereptus filius (matri, exilio.) Senec. *cap.* 14. *de consol. ad Helv.* Ereptorum desiderio sumus iniquiores adversùs relicta. Idem *cap.* 16. *de consol. ad Marc.*

*Erepti nobis jus habet ille loci.* (Illa sup. mens.)

Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

*Troia Rhœteo quam subtur littore tellus*
*Ereptum nostris obterit ex oculis* (de mortuo.)

Catullus *ad Ortalum.*

¶ Ereptum ire, pro eripere. Salust. *Jugurth.* 123.

Eris, ἔρις, lis : item Dea contentionis, quam fingunt.¶

Erisichthön, ἐρισίχθων, vir impius fuit in Thessalia, qui quum Cereri nemus consecratum, præcipuè verò quercum, in qua Nympha quædam, succidisset, irata Ceres famem ad eum misit, quæ toto exhausto patrimonio, eò coëgit etiam ut propria membra ipse absumeret. Hui erat filia puella præstanti forma, nomine Metra, quam ubi prostituisset, adolescentes qui commeabant ad illam, varia munera deferebant : alius equos, alius boves, alius verveces : namid tempotis nondum auri, argenti, gemmarumve erat usus. Porrò Thessali per jocum dicebant Metram Erisichthonis vertì in ea omnia, quæ illi ab amatoribus filiæ donabantur. Atque hinc proverbium, Mirabilior Metra Erisichthonis, παροιμιακῶς μᾶλλον ἢ Ἐρυσίχθονος. In eum congruit, qui secum non constat, sed subinde aliam atque aliam personam sumit. Fabulam Erisichthonis tractat Ovid. *lib. Metam.* 6.

¶ Erisma, tis, ἔρισμα, falcrum obnitens : ab ἐρείδω, fulcio.

Erithace, id quo apes obturant alvei rimas contra ventum : seu quo favos extremos inter se conglutinant. Varro *lib.* 3. *de R. R. cap.* 16.¶

Erithācus, i. { ἐριθακος. Angl. *Roben redbreſt.* } Avis est solitaria, formam & colorem mutans cum nomine. Nam hyeme tantùm erithacus, æstate phœnicurus appellatur à puniceo caudæ colore. Author Plin. *lib.* 10. *cap.* 20. Theodorus ex Arist. *Rubeculam* vertit.

Erithālēs, ἐρίθαλὲς, herba est semper virens, quæ alio nomine sedum, sive sempervivum minus appellatur. Vide Plin. *lib.* 25. *cap.* 13.

Eritius, sive Ericius, vel potius Heritius, ἀπὸ τῦ ἔρειν, i. arcendo, id est, ὑπερασπιστὴ, portæ pendulæ, Livio : unde vulgò *une herce, en porte coulisse.* Cæsar *de bell. civ. lib.* 3. Erat objectus portis Eritius. Salust. Saxaque ingentia & axe vincti orbes per pronum incitabantur, axibúsque eminebant in modum eritii militaris veruta binûm pedum. Ubi à Grammaticis tamen exponitur machina militaris, infestis undique horrens telis, ut aculeis echinus.

Erithroctaones. Suet. *in calig. cap.* 22. (aliàs Tetraones.)

Eritius, apud Cæsarem *lib.* 3. *de bell. civ.* cujus verba sunt apud Nod. videtur fuisse munitionis genus, quum aut humi, aut aliqua in materia tela palive defigebantur non valdè remota à terra.

Erīvo, as : Rivis fractis educo, evacuo. { ἐξαγγάλλω. Gall. *Evacuer & faire écouler par ruiſſeaux.* Ital. *Scolare per condutti, vuotare.* Germ. Das waſſer in gräblin hinauß richten. Hisp. *Vaziar l'agua.* Angl. *To mak emptie and voyd by a river.* } Plin. *lib.* 17. *cap.* 20. Cæterùm majore in parte orbis etiam pluviæ Autumni aquas erivari convenit.

Erō, ἠρὼ, puella formosissima, ex Sesto Thraciæ urbe, ad Hellespontum sita, & Veneris sacerdos : cujus mutuo amore correptus Leander Abydenus adolescens, noctu ejus causa Hellespontum solebat trajicere. Verùm quum aliquando nimio amoris desiderio, maris tempestatibus agitato se commisisset, viribus destitutus, submersus est. Cujus cadaver quum fluctuum impulsu Sestum esset delatum, Ero doloris impatientia ex editissima sese specula in mare præcipitavit. Musæus horum amores elegantissimo carmine exequitur.

Erōdius, ἐρωδιὸς. Homero avis est quæ in coitu sanguinem exudat : unde nomen impositum creditur. Quænam tamen avis sit, non satis convenit inter scriptores. Suidas enim eiconiam putat esse, aut aliquam eiconiæ similem : putátque erodion dictam, quasi elodion, quòd scilicet in paludibus versetur. August. fuisse credit, Theodorus ardeolam.

Erōdo, is, ere : Rodo. { κατατρώγω, κατεσθίω. Gall. *Ronger autour.* Ital. *Rodere.* Germ. Benagen. Hisp. *Roer.* Angl. *To gnaw of.* } Plin. *lib.* 11. *cap.* 29. Omnia verò morsu erodentes. Col. *lib.* 10.

*Nec solum teneros audens erodere frondes.*

Erosus sale. Plin. *lib.* 32. *cap.* 9.

Erœriadæ, ἐρωιάδαι, vicus in tribu Hippothoontide. Steph.

Erōgēnēton, ἐρωγένητον, herba est sic dicta, quòd amatoriis conveniat : ἔρως enim, & γένω, gigno : & ἔρως amor dicitur.

Erogito, as, are. Vehementer rogito. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 3. Volo erogitare ex hoc quid factum filio.

Erōgo : Distribuo, & expendo. { חלק *chalák.* διανέμω. Gall. *Eſtargir, diſtribuer, donner à celuy qui demande.* Ital. *Diſtribuire, ſpendere.* Germ. Außgeben, außſpenden. Hisp. *Diſtribuir y dar al que ruega.* Angl. *To give or beſtow, to ſpend, to laye out.* } Plin. *Epist.* 240. Deinde quam ipsi erogare in oleum solisti, parati sunt in operibus balinei conferre. Erogare pecuniæ ex ærario. Cic. *in Verrinium* : Unde in eos sumptus pecunia erogaretur. Liv. 1. *ab Urbe.* ¶ Invenitur etiam Exrogare, quod est (ut Festus inquit) ex lege vetere per novam legem eximere.

Erōgātus, particip. { פלח *nechélak.* διαδοθείς. Gall. *Diſtribué* Ital. *Diſtribuito.* Germ. Außgegeben, außgetheilt. Hisp. *Diſtribuido.* Angl. *Spended, beſtowed.* } Ut pecunia publica ex ærario erogata. Cic. *Verr.* 5.

Erōgito, as. { חתר *hathár.* προθύμως, σπουδαίως. Gall. *Fort prier & ſouvent.* Ital. *Pregare inſtantemente.* Germ. Hefftig und trungenlich bitten. Hisp. *Con inſtancia y muchas veces rogar.* Angl. *To pray or requeſte much or often.* } Vehementer rogo. Plaut. *Capt.* Interibi ego ex hac statua vetvecea volo erogitare meo animo quid sit factum filio.

Erōgātio, verbale : Distributio. { מחלקת *machaloketh.* διάδοσις, ἀναλωσις. Gall. *Diſtribution, dépenſe, largeſſe.* Ital. *Diſtributione, deſpenſo.*

*deffensa.* GERM. Außgebung/außsteurung/außspendung. HISP. *Aquella distribucion al que ruega.* ANGL. *A geving or bestowing.* } Ut erogatio pecuniæ. Cicer. *ad Attic. lib.* 15. Plin. *in Paneg.* Ut tot impendiis, tot erogationibus sola sufficiat. Atque hic in malam partem sumitur, quemadmodum apud Sueton. plerisque in locis, nempe pro largitionibus & profusionibus pecuniarum.

‖ Eroina, A. XXXI. sub P. Constantinopolitano. ‖

Eropia, insula una ex Cycladibus, aliter Acis: & postea Syphnus appellata.

Eropolistides, nomen apud Plautum, quo significatur ob amorem vendita, ἐρως amor, πωλεω vendo.

Erōs. { עגבה *hagabah.* ἐρως. GALL. *Amour.* ITAL. *Amore.* GERM. Liebe. HISP. *Amor.* ANGL. *Love.* } Amor Latinè: unde erotica carmina, id est amatoria. ¶ Fuit etiam nomen Comœdi, cujus meminit Cicero *in Oratione pro Roscio Comœdo.*

Erōtēmă, atis: Græca dictio, Latinè interrogatio. { ἐρώτημα. GALL. *Interrogation.* ITAL. *Interrogatione.* GERM. Ein frag. HISP. *Pregunta de respuesta.* ANGL. *An interrogation.* } Est item Erotema Aquilæ figura quædam, quam Cicer. Interrogatum vertit: qua utimur, ubi exacerbando aliquid interrogamus, ut exaugeamus rei invidiam. Differtque à pysmate, hoc est, à quæsito, quòd ad erotema una voce responderi possit negando, vel confitendo: ad pysma verò nonnisi pluribus.

Erōtium, ii, ἐρώτιον, mulierculæ nomen est apud Plautum per diminutionem: ἀπὸ τοῦ ἔρωτος, hoc est, ab amore detortum. ¶ Erotium item Græcis, Cupidinis imaguncula significat.

Erōtylus, ἐρώτυλος, gemma eadem quæ mepicoros, & hieromnemon dicitur, à Democrito præcipuè laudata in argumentis divinationum. Author Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

‖ Errhinum, ἴρρινον, quod naribus inditur. ‖

Erro, as, are, ab ἴρρω. ἔρρω, est ægrè eo. Vagor, labor, errore ducor, pecco, offendo. { תעה *taabh*, נדד *nadhadh*, נוד *nudh*, שגה *schaghah.* πλανάω. πλανῶμαι. GALL. *Aller çà & là, s'égarer, se fourvoyer.* ITAL. *Errare, fallire.* GERM. Irren/irr gehn. HISP. *Errar.* ANGL. *To stray abrode or erre, to wander, to be deceived.* } Virg. 1. *Æneid.*

——— *Heus* (inquit) *juvenes, monstrate mearum*
*Vidistis si quam hic errantem fortè sororum.*

Cic. 3. *Tusc.* ex Homero,

*Qui miser in campis mœrens errabat Alæis.*
*At non per dubias errans mea carmina landes.*

Tibull. *lib.* 4.

*Ille per ignotas audax erraverit urbes.*

Ibid. Ecastor erras, quæ illum expectes vitam. Plaut. *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Erraverunt sæpe circa nos pericula. Senec. *cap.* 11. *de tranquill.* Ne erres, non rupturus sum. Plaut. *Capt. prolog.* Ne tu erres, præter hanc mihi non facies moram. Idem *Mostell. sc.* 1. *a.* 1. Ne erretis, hæc duarum feret imaginem. Idem *Milit. sc.* 1. *a.* 2. Adulescens, errat. Quid erro? Idem *Men. sc.* 7. *a.* 5. Eam senio errare. *Ibid. sc.* 2. *a.* 3.

——— *Errantes fértque refértque pedes.*

Ovid. 6. *Fast.*

*Sed tamen errabit etiam tunc tempora* (de ordinatione anni.)

Idem 5. *Fast.*

*Pretium erratis tuti vescuntur in agris.*

Ibidem.

*Quòd ferar? Immensum est errata dicere terræ.*

Idem 4. *Fast.* ¶ Erraturi postero die per eadem vestigia (discurrando.) Senec. *cap.* 12. *de Tranquill.* ¶ Sed quoniam pecudes errando, id est, vagando pascuntur, errare ponitur pro pascere. Virg. 3. *Eclog.*

*Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ.*

Erroris ego illos & dementiæ complebo. Plaut. *Amph.* Reduxit me ex errore in viam (suo viatico. Metaph.) Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1.

——— *Qui me decepit error,*
*Dicite.*

Ovid. *Eleg.* 7. *lib.* 1. *Trist.*

*Principiumque mei criminis error habet.*

Idem *Eleg.* 6.

*Nec tamen erroris vita negata mei est.*

Idem *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.*

——— *mihi tandem longi erroribus actis.*

Idem *Eleg. ult. lib.* 4. *Trist.* ¶ Errare aliquando est putare, vel approbare verum esse quod falsum est, vel falsum esse quod verum est, vel certum pro incerto, sive falsum, sive verum sit, ψεύδεσθαι, παραλογίζεσθαι. Unde sciendum, quod licèt quis absque ignorantia errare nequeat, non continuò qui aliquid nescit, errare: sed qui se existimat scire quod nescit, & falsum pro vero, sive incertum pro certo approbat. Quæ tamen significatio metaphorica est. Cicer. 12. *Philip.* Cujusvis est hominis errare, nullius nisi insipientis perseverare in errore. Idem 5. *Verr.* Erravit, an potiùs insanivit Apronius? Ter. *Andr.* Huic, non tibi habeo, ne erres. Idem *in Eunuch.* Quid tu his rebus credis fieri? tota erras via. ¶ Erratur, pass. Cic. 4. *de fin.* Si aut res ignoratur, aut erratur in nomine. Hinc Erratus, a, um. Particip. pass. Virg. 5. *Æneid.*

*Talia monstrabat relegens errata retrorsum*
*Littera Achamenides.*

Ovid. 3. *Fast.*

*Pretium erratis tuti vescuntur in arvis.*

Id est, quos errando lustraverant. ¶ Compositæ sunt Aberro, Detro, Obetro, Peretro, Exetro: quorum significata vide suis locis.

Error, is, ut scribit D. Augustinus *in Ench.* est existimatio, vel approbatio veri pro falso, & certe pro incerto, vel è converso. { נדוד *nedhúd*, שגיון *schgiún*, משגה *mischghéeh.* πλάνη. GALL. *Erreur, égarement, fourvoyement, faute faite par ignorance.* ITAL. *Errore, fallo.* GERM. Irthumb/fehl. HISP. *Error.* ANGL. *An errour, a straying abrode.* } Cicer. 1. *Acad.* Omnes enim qui ad illa arma fato sumus nescio quo Reipub. misero, funestóque compulsi, etsi aliqua culpa tenemur erroris humani, à scelere certè liberati sumus. Horat. *in Art.*

*Quid deterat, quid non? quò virtus, quò ferat error.*

¶ Proprie autem error est à vero, quum scilicet viæ ignarus, extra iter multitudini deflectimus. ¶ Inter errorem & errationem hoc interesse Donatus existimat, quòd error animi sit: erratio, pedum. Terent. *in Adelph.* Sanè hàc multò propiùs ibit, & minor est erratio, id est, minus est spatii quo erres. Cicer. *de Univers.* Itaque eum ab omni erratione liberavit.

Errabundus, a: Affatim, vel valdè errans, vagabundus, { נדד *nedhédh.* נד *nadh.* πλανώμενος, ἀλήτης. GALL. *Vagabond, qui va errant çà & là.* ITAL. *Errabundo, vagabondo.* GERM. Irrend/umbschweyfend. HISP. *Vagamundo, erradizo.* ANGL. *That wandreth much, a vagabond.* } Liv. 1. *ab Urbe.* Quum nunc in liminibus starent, nunc errabundi domos suas, ultimùm illas visuri perusgerentur. Virg. 6. *Eclog.*

*Si quæ fortè ferant oculis sese obvia nostris*
*Errabunda bovis vestigia.*

Vide Gellium *cap.* 15. *lib.* 11.

Erraticus, a, um: Vagabundus, qui scilicet certa sede caret, erratve & vagatur. { נדד *nedhédh*, נד *nadh.* πλανητὸς. GALL. *Errant, vagant çà & là.* ITAL. *Erratico, errante.* GERM. Umbschweyfig. HISP. *Erradizo.* ANGL. *That wandreth or strayeth much.* } Gell. *lib.* 2. *cap.* 1. Interim aliquot ex iis qui adsunt, erraticum esse hominem dixere, & nullius rei, incolâsque sordentium ganeatum. Hinc etiam herbæ erraticæ, & frutices erratici dicuntur, qui non sunt sativi, sed ubique sua sponte latè serpunt. Plin. *lib.* 19. *cap.* 8. Est & erraticum imbrium quod in Ægypto eichorium vocant. Sic Erraticæ brassicæ, apud Colum. Erraticæ ficilæ. Gell. *cap.* 10. *lib.* 3. & *cap.* 1. *lib.* 14.

‖ Erratica febris, quæ extra horas consuetas invadit. ‖

Erratum, i. Peccatum. { שלו *schalu.* משם *aschám.* πάθημα, ἁμάρτημα. GALL. *Faute promptement provenue par ignorance.* ITAL. *Errore, peccato.* GERM. Ein sünd/fehl. HISP. *Yerro y error.* ANGL. *A fault comming of ignorance.* } Cic. *Tironi*, Tantum mihi dolorem cruciatúmque attulerunt errata meæ ætatis, ut non solùm animus à factis, sed aures quoque à commemoratione abhorreant. Idem 2. *de lege Agrar.* Cui errato nulla venia, recèdè facto exigua laus.

Erratio, verb. Error. { מנוד *menódh.* נדוד *nedúdh.* πλάνη, ἀλάτημα. GALL. *Fourvoyement, égarement.* ITAL. *Esser errare.* GERM. Irthumm/irrsaal. HISP. *Obra de errar.* ANGL. *A wandring, a straying abrode.* } Terent. *Adelph.* Sanè hàc multò propiùs ibis, & minor est erratio. Cic. 2. *de nat. deor.* Nulla igitur in cœlo nec fortuna, nec temeritas, nec erratio, nec vanitas inest: contràque omnis ordo, veritas, ratio, constantia. Idem *de Univers.*

Erratrix, icis, idem. Accius *Neoptolemo*, Satis jam dictum est, neque ego erratrici animi pravè morigerabor. Nonius. Antiquum.

Errōnēs, qui incertis sedibus vagantur, נדים *nadhim.* πλανήται, ἀλήται. GALL. *Vagabonds, errans.* ITAL. *Vagabondi, vaghi, erranti.* GERM. Umbschweyffer/vagantes. HISP. *Vagamundos, erradizos.* ANGL. *Vagabondes.* } Tibullus,

*Atque iterum erronem sub tua signa voca.*

Sappho apud Ovid. *in Epist.*

*Nec vos erronem tellure admittite nostrum.*

Ulpiano Erones appellantur servi, qui non quidem fugiunt, sed frequenter sine causa vagantur, & tempore in res nugatorias consumpto, serùs ad dominum redeunt. ¶ Erones, sicilæ erraticæ dicuntur. Gell. *cap.* 10. *lib.* 3. & *cap.* 1. *lib.* 14. ex Nigidio.

Errōnĕus, qui vagatur, erro. { נדד *nedhédh.* נד *nadh.* πλανώμενος, πλάνης. GALL. *Vagabond.* ITAL. *Vagabondo.* GERM. Umbschweyffig. HISP. *Vagamundo.* ANGL. *A vagarond.* } Col. *lib.* 7. *cap.* 12. Maritè autem debent in custodia vigilaces conspici, nec erronei, sed assidui & circumspecti magis, quàm temerarii. De canibus loquitur. Ulpian. *inf. ædiles, de ædilit. edict.* Si aleator, erroneus, vel vinarius sit factus.

Erŭbĕsco, is, propriè significat Rubore suffundor, rubeo. { בוש *bosch.* חפר *chaphár.* ἐρυθριάω. GALL. *Rougir, avoir honte & vergogne.* ITAL. *Arrossire.* GERM. Schom roht werden. HISP. *Vergonçarse.* ANGL. *To blushe or be ashamed.* Ovid. 2. *Amor. Eleg.* 6.

*Sensi te totis erubuisse genis.*

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Trist.*

*Erubui domino cultior esse meo.*

¶ Et quia quos alicujus rei pudet, ferè rubore suffunduntur, factum est ut erubescere accipiatur pro pudore suffundi. Cicer. 1. *de legib.* Erubescunt pudici etiam loqui de pudicitia.

Erŭcă, æ, ab erodendo, vel ab ēsu, vel ab eruendo, vel ab hærendo. Genus vermis qui in oleum folia sepit, abroditque, præsertim brassicas. { גזם *ghazám.* κάμπη. GALL. *Chenille, chatepeleuse.* ITAL. *Ruga, verme.* GERM. Ein raup/graßwurm. HISP. *La oruga, gusano.* ANGL. *A canker a worme that commonly eat eth colewortes.* } Unde etiam ab erodendo Eruca appellata est. Colum. *lib.* 11. Ubi verò apricis regionibus, post pluvias noxia incessêre animalia, quæ à nobis appellantur Erucæ, Græcè autem κάμπαι nominantur, vel manu colligi debent, vel matutinis temporibus frutices olerum concuti. Sic enim adhuc torpent nocturno frigore, ut si decidérint, non amplius in superiorem partem protepant. ¶ Est etiam herba quædam virentis calidæ, quæ Venerem excitat. { ἔρυσιμον. GALL. *Herbe nommée Roquette.* ITAL. *Ruchetta.* HISP. *Oruga yerva.* }

Ovid. *de remediis amor.*

*Nec minùs erucas jubeo vitare salaces.*

Colum. *lib.* 10.

*Excitet ut veneri tardos eruca maritos.*

Ērŭcto, as, est frequentativum verbi erugo, is. { חגיץ *hibbiah.* ἐρεύγομαι. GALL. *Roter, jetter & mettre hors.* ITAL. *Ructare, vutte fuore.* GERM. Herauß gebsen. HISP. *Echar de si dando.* ANGL. *To breathe or breake wynde out of the stomache, to cast out.* } Erugere enim (ut Festus docet) semel factum significat: Eructare, sæpius. Est autem eructare, ructando aliquid ejicere. Horum omnium primitivum est vetus verbum rugo, is, ruxi, ructum. Unde fit ructus, us, quod crudi

stomachi

stomachi sonitum significat, quem edere solent qui plus æquo onerarunt ventriculum. ἐρεύγω. Lucr. Ructo, as: quod est sonitum ejusmodi edere. ἐρεύγω. Juvenal.

*Si benè ructavit, & rectè miscuit amicum.*

¶ Pro eodem etiam nonnunquam inveniemus Ructor, deponens. Horat.

*Hic dum sublimes versûs ructatur.*

¶ Hinc rursus fit secundum frequentativum Ructito. Col. *lib.* 7. Gemitus exprimit, locóque stare non patitur: sæpe decumbere & ructitare cœpit, caudámque crebriùs agere. ¶ Eructare autem propriè (ut jam diximus) significat ructando aliquid emittere, vel ejicere. Virg. 5. *Æneid.* de Polyphemo,

*——— saniem eructans, ac fusta cruento*
*Per somnum commixta mero.*

¶ Per translationem tamen accipitur pro quovis modo ejicere. Virg. 6. *Æneid.* de Acheronte,

*——— vastaque voragine gurges*
*Æstuat, atque omnem Cocyto eructat arenam.*

¶ A ructo fit etiam alterum compositum Ructo.

Erūctātio, ἐρεύγομαι, vel ἐρυγμός. Julius Firmicus *lib.* 4. *Mathes.* Quos intrinsecus dolor collectus assidua eructatione discruciat.

Eructus, a, um. Gell. *cap.* 7. *lib.* 17. Furfurem panem eructare, vinum eructum & fœtidum potare, id est, fœcem vini. Gall. *Les lies ou bassieres du vin.*

Rŭdĕro, as: Ruderibus expurgo. {חרס *sibbél.* ἐξερείπιον. Gall. *Nettoyer de toutes pierres, plastres & autres matieres de vieux edifices.* Ital. *Purgare, nettare un campo di pietre & altre lordure.* Germ. Seubern vom unrath vnnd gemäuer so ein alt zerbrochen gemeur gibt/als stein kalch/ &c. Hisp. *Limpiar la vassura à poco, despedrar.* Angol. *To rak away rubbell or rubbish of old houses.* } Sunt autem rudera, purgamenta: putà cæmentum, lapides confracti, arena, calx, & hujusmodi ex ruinis congesta. Hinc ruderatus ager, qui veterum ædificiorum materiâ scatet. Eruderare itaque est purgare, & rudera ejicere. 1. *de re rust. cap.* 12. Solum oportet esse eruderatum, & proclivum, ut everti facilè possit.

Rŭdio, is: Ex rudi doctum facio, doceo, instituo, expolio, imbuo. {לאר *limmádh.* אלף *illéph.* חשכיל *hischíl.* יסר *yasar.* παιδεύω, παιδεύω. Gall. *Enseigner, endoctriner, instruire.* Ital. *Ammaestrare, instruire.* Germ. Vnderweisen/ lehren. Hisp. *Enseñar doctrina.* Angol. *To teach, to instruct.* } Cic. 1. *Tusc.* Philosophia verò omnium mater artium quid est aliud nisi, ut Plato ait, donum: ut ego, inventum deorum? Hæc nos primùm ad illorum cultum, deinde ad jus hominum, quod situm est in generis humani societate, tum ad modestiam, magnitudinémque animi erudivit. Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 2. *Trist.*

*——— Romanam eruditúsque utrumque* (i. amare docent.)

Idem 3. *Fast.*

*Illa etiam stantes radio percurrere telas*
*Erudit* (i. docet.)

Rŭdĭtio: Doctrina, institutio. {תלח *belácḥ.* παίδευσις, παιδεία. Gall. *Erudition, sçavoir, instruction, enseignement.* Ital. *Dottrina, scienza.* Germ. Verständigkeit/kunst/recht lehr. Hisp. *Enseñança de doctrina.* Angol. *Erudition, cunning.* } Cicer. 1. *de finib.* Nullam eruditionem esse duxit, nisi quæ beatæ vitæ disciplinam juvaret. Idem 1. *Academ.* Sine eruditione Græca intelligi non possunt. Idem 2. *de Orat.* Omnis eruditionis expers, atque ignarus.

Rŭdītus, particip. Edoctus, institutus. {מלמד *melammédh.* μαθητὴς, μαθητεύω. Gall. *Appris, sçavant, endoctriné, instruit.* Ital. *Ammaestrato.* Germ. Gelehrt. Hisp. *Enseñado en doctrina.* Angol. *Instructed, taught.* } Cic. *Qu. Fratri, lib.* 1. Sic verò fallaces sunt permulti, & leves, & diuturna servitute ad nimiam assentationem eruditi. Idem 3. *de Orat.* Nunne Socraticis erant disputationibus eruditi? Gell. *cap.* 21. *lib.* 2. Græcas res eruditi.

Rŭdītus, nomen: Doctus, sciens, literatus. {לאר *limmúdh.* σοφὸς, σοφία. Angol. *Learned cunning.* } ut, Erudita operatio, id est, scitè facta, Plin. *lib.* 11. *cap.* 24. Tertium aranearum genus erudita operatione conspicuum. Eruditus pulvis, pro Mathematicis disciplinis. Disciplinâ juris civilis eruditissimus. Cic. 1. *de Orat.* Colum. *lib.* 8. *cap.* 16. Doctáque & erudita palata fastidire docuit fluvialem lupum. Quintil. *lib.* 1. *cap.* 5. Hoc eruditiùs quæritur. Vide *Doctus*, in *Docco.*

Rŭdītè, & Eruditiùs, adverbia. { Gall. *Doctement.* Angol. *Learnedly, cunningly.* } Columell. *Agricultura lib.* 1. *cap.* 1. Duo volumina similium præceptorum de vineis Julius Græcinus conscripta facetiùs & eruditiùs politurati tradenda curavit.

Rŭdītŭlus, i, diminutivum. { Gall. *Demy sçavant.* Angol. *Some what learned, a litle smat versed in learning.* } Catull. *in Mamurra, & Cas.*

*Morbosi pariter, gemelli utrique*
*Vno in lectulo, erudituli ambo.*

Rūgo, as, are: Cutem extendo, & rugas tollo. {ἀναρυτὶς, ῥυτίς. Gall. *Oster & effacer les plis & rides.* Ital. *Distendere, levar via le grinze.* Germ. Die runtzlen vertreiben. Hisp. *Desarrugar, quitar arrugas.* Angol. *To rak away wrinckles.* } Plin. *lib.* 22. *cap.* 19. Lichenas, & lepras, & furfures in facie emendant: erugant corpora. ¶ Erugo, is: vide *Eruco.*

Rūgātio, verbale, quo usus est Plin. *lib.* 28. *cap.* 11. { ἀναρυτὶς. Gall. *Déridement, effacement de rides.* Ital. *Esso cacciare la ruggine.* Germ. Vertreibung der runtzlen oder rumpfen. Hisp. *Obra de desarrugar y quitar las arrugas, desarrugamiento.* Angol. *A taking away of wrinkles.* }

Rŭĭlus, a, genus est leguminis, follo quàm faba longiore, flore apibus gratissimo: ideo rei rusticæ scriptores circa alvearia seri præcipiunt, ἐρέβινθος. Colum. *lib.* 1. Saserna putat agros stercorari lupino, faba, vicia, eruilia.

Rŭmpo, is, cum imperu egredior, eruptionem facio. {בלץ *bilétz*, פרץ *parátz.* ἐξορμῶ. Gall. *Saillir, & sortir avec violence & impetuosité, faire une saillie, un irruption.* Ital. *Uscire fuori con impeto.* Germ. Außbrechen/ vnnauß fallen. Hisp. *Salir con impetu.* Angol. *To brusting out or to break out with force.* } Cæsar. *bell. civ.* Quo paratiores essent ad istæ quendum omnes, sive noctu, sive interdiu erumpendi. Cæs. 2. *de bell. civil.* Si foras erumpunt. In eas (naves) doloris iracundia. Idem 3. *de bell. civil.* Per obtusa ira erumpit lumen dicendi. Quint. Cic. 1. *in Catilinam.* Sed nescio quo pacto omnium scelerum, ac veteris furoris, & audaciæ maturitas in nostri consulatus tempus erupit. Erumpere ad pugnam. Col. *lib.* 9. *cap.* 4. *de apibus.* Erumpere ab aliquo. Ovid. *in Ibin.*

*——— Stygiis erumpere nitar ab oris.*

¶ Erumpere ex: Cic. *pro Sestio.* Conjuratio ex latebris atque ex tenebris erupit. ¶ Erumpet in nervum istæc fortitudo. Terent. *Phorm.* O vir fortis atque amicus: verùm hoc sæpe Phormio vereor, ne istæc fortitudo in nervum erumpat. Ubi Donatus, Ex consuetudine Romana dixit, quia sæpe in nervum conjiciebantur ex aliquo maleficio in carcerem missi. An proverbium à sagittariis natum est, quòd immoderatæ plerumque vires adducendo arcum non telum inciterent, sed nervum rumperent? an ex eo quod sæpè fortiùs ferientes nervum sibi aliquem lædant? Ergo fortitudo ne nimia sæpe vinci, sæpe decipi contingit. Invenitur interdum activè positum cum accusativo à tergo. Terent. *in Eunucho*, Jámne erumpere hoc licet mihi gaudium?

Rŭpĭo, verbale, quæ propriè dicitur cùm milites ex urbe, vel ex castris imperum in hostes faciunt. {פרץ *peritz.* ἐφοδος, ἐφοδία. Gall. *Saillie ou sortie avec impetuosité, irruption.* Ital. *Lo assalire con impeto.* Germ. Ein außbruch/das außbrin fallen. Hisp. *Aquella obra de salir con impetu.* Angol. *A brusting or breaking out.* } Cæsar 2. *bell. civil.* Non solùm ab eruptionibus cavent, sed etiam singulorum hominum occultos exitus observent. Quintil. Velut eruptione pugnare.

Rŭnco, as: Herbas noxias & spinas, fruteta que evello. { ἐκβοτάνιζω. Gall. *Sarcler, arracher les herbes inutiles qui croissent en quelque champ parmi les bonnes.* Ital. *Purgare, è tirar via l'erbe.* Germ. Außreuten. Hisp. *Rozar ò arrancar las yervas.* Angol. *To weede or plok up weedes.* } Isidoro *lib.* 20. *c.* 14. runcones dicebantur, qui vepres secant. Colum. *lib.* 2. *cap.* 11. Omnes alterius generis herbas eruncato. Simplex dicitur Runcare, & Runcinare. Varr. *de re rust.* Segetes runcati, herbam è segetibus expurgari. Ex compositum Eruncare.

Rŭo, is: Ejicio, extrabo. {תזר *hitsíl*, חלץ *chillétz.* ἐξείρω, ἐξαιρέω. Gall. *Tirer hors, arracher de parmi, demolir.* Ital. *Cavare, tirare.* Germ. Außreissen/ außziehen/ herfürziehen. Hisp. *Sacar à fuera lo escondido.* Angol. *To drive out with force by the roots.* } Col. *lib.* 7. *cap.* 5. Subluvies & intertrigo pice per se liquida, vel alumine & sulphure atque aceto mistis ritè eruentur. Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Certè nulli sine redundantia ejus eruitur oculus. Senec. Eruentur tibi oculi. ¶ Eruere aliquem in eloquentiam & libertatem (si ejus scripta edere.) Idem *cap.* 2. *de const. ad Marc.* & Suet. *in Galb. c.* 9. Eadem illa carmina sacerdos Jovis Cluviæ ex penetrali somnio monitus eruerat. ¶ Interdum est in totum destruere, *imaginem.* Lact. *lib.* 7. Eruuntur funditùs civitates. Virg. 2. *Æneid.*

*Troianas ut opes, & lamentabile regnum*
*Eruerint Danai.*

¶ Est etiam eruere, perscrutando invenire, & veluti ex abditissimis latebris in lucem proferre. Cic. *pro Sthenna*, Ex annalium vetustate eruenda est memoria nobilitatis tuæ. Sic idem 2. *de Orat.* dixit, Cura & cogitatione aliquid eruere, hoc est, investigare & invenire. Idem 2. *Tusc.* Si verò scrutari vetera, & ex iis, quæ scriptores Græciæ prodiderunt, eruere conor, &c.

| Erus, servus, ab antiquo Græco ἔρος. |

Eruum, ab ἔρυος, authore Festo. { Gall. *Ers.* Ital. *Mocho.* Germ. Roßwicke. Hisp. *Ervos, biergol, cizyllon, avillaga.* } Genus leguminis, siliqua cylindracea, fructu lignoso, acc lenticulæ dissimili: cujus duo sunt genera, alterum candidum, alterum rufum. Candidum dulcedine præstat. Utrumque in siliquis grana sine lepra habet, quæ se invicem ipsa tangant. Siliquæ forma teres, & ad rationem grani cylindraceæ. Patientissimum vetustatis est: in eo tamen phalangium innascitur. Col. Eruum lætatur loco macro, nec humido, quia plerunque corrumpitur. Virg. 1. *Eclog.*

*Eben quàm pingui mater est mihi taurus in erno.*

Plaut. *Most. sc.* 1. *a.* 1. Eruum datur in' estis bubus, quod fetam. *Ibid.* Eruum tibi eras aliquis ferat. Dictum eruum ab eruendo: capitur enim & manu vellitur. Hoc semen à Delphinatibus, apud quos abundat, illorum lingua vocatur *Des ers.*

Eryca, ἔρυξ à Cic. 4. *Verrina*, appellatur Siciliæ mons, quem Strabo & alii Erycem vocant. Non enim (inquit) Quæstor petit (ut est consuetudo) is qui Erycum montem obtinebat. Et *paulò post in eadem actione*, Hoc de homine, ac de hujus bonis etiam in Eryca monte monumentum posuisti. Vide plura in dictione *Eryx.*

Erycīna, æ. Ἐρυκίνη. Veneris cognomentum est ab Eryco Siciliæ monte, in quo religiosissimè colebatur. Ovid. 2. *Amorum.*

*Quid geminas Erycina meas fine fine dolores?*

Vide Cic. *in Divin. in Verrem.*

Erygion, Aloë. Dioscor. *lib.* 3. *cap.* 4.

Erymanthus, Ἐρύμανθος, mons Arcadiæ, in quo aprum agrorum vastatorem Hercules domuit, vivúmque in humeris ad Eurystheum detulit: quo conspecto, Eurystheus in æreo se vase abscondit. Virg. *lib.* 8. *Æneid.*

*Fixerit aripedem cervam licet, aut Erymanthi*
*Pulsarit nemora, & Lernam tremefecerit arcu.*

¶ Est & fluvius hoc nomine in Alpheum defluens, ut ostendit Plin. *lib.* 4. *cap.* 5.

Erymanthēus, a, um: ut Monstrum Erymantheum. Valer. *in* 1. *Arg.*

*Quique Erymanthei custodem pondere mensi*
*Amphitryoniadem*, &c.

Erymanthus, a, um: ut, Aper Erymanthius. Cic. 4. *Verr.* Alebant intestinos labores Herculis non minùs hunc immanissimum Verrem, quàm illum aprum Erymanthium, retegi oportere.

Erymanthis, idos, aliquando legitur pro ipsa Arcadia. Ovid. 2. *Metam.*

*Nexilibusque plagis sylvas Erymanthidos ambit.*

¶ Erymanthis ursa, dicta est Callisto Lycaonis filia, quæ versa est in ursam, ut docet Ovid. *lib.* 2. *Metam.* ¶ Custos Erymanthidos ursæ. Idem 1. *Trist. eleg.* 3.

*Tingitur Oceano custos Erymanthidos ursa,*
*Æquoreásque suo fidere turbat aquas.*

Idem *Eleg.* 10. *lib.* 1. *Trist.*

*Fusceabásque diem custos Erymanthidos ursa.*

Idem *Eleg.* 4 *lib.* 3. *Trist.*

*Proxima sideribus tollus Erymanthidos ursa.*

Idem *ibidem Eleg.* 3. *lib.* 5.

——*suppositum stellis Erymanthidos ursa.*

Erymna, ἐρύμνα, urbs Lydiæ, Trallis postea dicta. Steph.

Erymnæ, ἐρύμναι, urbs Lyciæ. Steph.

Eryngium, sive Eryngo. { ἐρύγγιον. Gall. *Panicaut ou chardon roulin.* Ital. *Centocapi.* Germ. *Manstreu oder brachendistel / ein kraut.* Hisp. *Cardo corredor.* } Herba ex genere aculeatarum, passim in campestribus nascens, quam alio nomine capitulorum multitudine Centum capita appellant. Vide Plin. *lib.* 22. *cap.* 7. & *lib.* 21. *cap.* 15. & 16.

Erysimon, ἐρύσιμον, semen est non dissimile sesamo, teste Galeno *lib.* 1. *de aliment. facult.* sed deteriùs, parciúsque nutriens. Romani Irionem vocant, teste Plin. *lib.* 22. *cap. ult.* ¶ Alii genus herbæ esse volunt, ut Dioscor. *lib.* 2. Alii agreste nasturcium. Alii cum frugibus annumerant: alii cum oleribus.

Erysipelas, atis, neutri generis, ἐρυσίπελας, à Celso, ulceris genus, quum supra inflammationem rubor ulcus ambit, ifque cum dolore procedit. Nascitur ex intemperie composita primarum qualitatum cum affluxu flavæ bilis, teste Galeno *lib.* 1. *de different. morbor.*

Erythea, ἐρυθεία, urbs Cypri, in qua Apollo Hylates colitur. Steph.

Erythee, ἐρυθεῖς, vide Œniadæ, urbs Acarnaniæ, quæ postea Œniadæ nominata est: aliqui totam Œniadarum regionem Erythecm nominarunt, ab Acheloi filia. Gentile Erythicus. Steph.

Erythacē, ἐρυθάκη, herba quam alii sandaracham, alii cerinthum nominant. Hic est apum, dum operantur, cibus, qui sæpe in favorum inanitatibus invenitur sepositus, saporis amari, sed plenus humoris. Varr. 3. *de re rust. cap.* 16. Erythacen vocant, quâ favos extremos inter se conglutinant: Erythace à colotis rubedine dicitur. Græcè enim ἐρυθρανεῖν, rubor appellatur.

Erythacus: vide *Erithacus.*

Erytheus, ἐρυθεύς: Rex fuit Athenarum, Orithyiæ pater, quam Boreas rapuit, & in Thraciam deduxit.

Erythia, ἐρύθεια. { Die Insel Calitz. } Insula est in Oceano, proxima Gadibus, in qua olim Geryones regnasse creduntur. In ea tanta æris benignitas esse fertur, ut homines pariat penè immortales. Strab. *lib.* 3. & Plin. *lib.* 4. *cap. ult.*

Erythini, ἐρυθῖνοι, urbs Paphlagoniæ, ἀπὸ τὸ ἐρυθρόν. Apollonius ἐρυθίνας dixit. Steph.

Erythinus, sive Erythrinus, ἐρυθῖνος, vel ἐρυθρῖνος Oppiano. Piscis est Phagio similimus, rubescentis coloris, excepto ventre candido, cujus oculi guttis aureis distinguntur. De eo Arist. *hist. lib.* 2. *cap.* 13. Oppianus 1. *Halieut.* Plin. *lib.* 32. *cap. ult.* & *lib.* 8. *cap.* 16. In quodam genere omnino non sunt mares, sicuti in erythrinis, & channis: omnes enim oves gravidæ capiuntur. Quod est desumptum ex Arist. *hist. lib.* 4. & 6.

Erythra, ἐρυθρά, urbs Ionum, quæ & Cnopapolis, κνοπόπολις, à Cnopo vocabatur. Alia est Libyæ, & alia Locridis, alia Bœotiæ, & alia Cypri, quæ nunc Paphas. Steph.

Erythra acra, ἐρυθρὰ ἄκρα, Promontorium est Libyæ, Stephano ἐρυθρὰ λίμνη, quasi dicas glebam rubram: urbs Ægypti.

Erythea, Melissophyllon. Dioscor. *lib.* 2. *cap.* 117.

Erythræ, ἐρυθραί, vulgò *Cabo blanco*, civitas Asiæ, non longè à Chio, ex qua Sibylla fuit, quam à patria Erythræam nominaverunt: antiqua sanè mulier, & divinatrix, tempore Alexandri.

¶ Erythræus, lapillus, margarita: quòd ab Erythræo mari peteretur. ¶

Erythranon, à colore acinorum. Hederæ genus, de quo vide Bar. *in Cornll.*

Erythranum, Syrium. Dioscor. *lib.* 5. *cap.* 146.

Erythræum mare, pars Oceani, Arabiam à Meridie alluens: ad Occidentem Arabico: ad Ortum Persico sinu terminata. { ἐρυθρὰ θάλασσα. } Ratio nominis variè traditur à scriptoribus. Proximè tamen ad veritatem videntur accessisse, qui ab Erythra rege, Persei & Andromedes filio, dictum putant: cui etiam opinioni subscribit Arrianus *gestorum Alexandri lib.* 8. Reliquas opiniones hic brevitatis causa omisimus. Strab. *lib.* 16. A Latinis autem per errorem videtur appellatum Mare rubrum. Nam quum audirent à Græcis Erythreum vocari, existimantes à rubedine aquarum ita dictum, ipsi quoque Mare rubrum dixerunt.

¶ Erythrinus, piscis, qui Latinè rubellio, à rubro colore, qui Græcis ἐρυθρῖνος. ¶

Erythrodanum. { ἐρυθρόδανον. Gall. *Garance.* Ital. *Robbia da tingere.* Germ. *Färberröte ein kraut.* Hisp. *La rubia.* Angl. *Madder herbe to die or colour with.* } Herba est rubram habens radicem, qua tinguntur lanæ. Latini rubiam tinctoriam appellant. Vide Plin. *lib.* 24. *c.* 12.

Erythros. { ἐρυθρὸς Gall. & Ital. *Sumach.* Germ. *Ein hartes roth saamen in den Apoteck.* Hisp. *Sumayre. sumach.* } Frutex, alio nomine Thus appellatus, cujus folio coriarii in condensandis pellibus utuntur. Unde & exoticarium fruticem quidam appellarunt. Vide Plin. *lib.* 24. *cap.* 11. Galli *Vinaux* vocant.

Erythrotaones, ἐρυθροτάονες. Ex anserum genere volucres, in quibus nitor eximius, absolutáque nigritia, & in supercilio cocci rubor: ita dicti, quasi ἐρυθροὶ τόνοι, hoc est, rubri pavones.

Eryx. { Ein berg in Sicilien / etz Monte di S. Giuliano genant. } Nomen montis in Sicilia ab Eryce ibi sepulto. Nomen civitatis in eo sita, in qua templum Veneri construxit Eryx ejus filius. Ovid. 2. *de Arte,*

*Sed dea nec patitur se ad sua munera cogi.*
*Colle sub umbroso quem tenet alta Eryx.*

Pomp. Montium Eryx maximè memoratur ob delubrum Veneris. Unde Venus Erycina dicta est. ἐρυκίνη. Ovid. 2. *Amor.*

*Quid geminas Erycina meas fine fine dolores?*

Sueton. *in Claud. cap.* 25. Templum quoque in Sicilia Veneris Erycinæ, vetustate collapsum, ut ex manio Populi Rom. reficeretur, author fuit.

## E S

Es, pro ede. Virg. Bibe, ĕs, fuge. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. & *in milit. sc.* 2. *a.* 3. Es, bibè, animo obsequere.

Es, pro esto. Plaut. *Rud. sc.* 3. *a.* 2. Liquido es animo. *Ibid.* Animo bono es.

Esalon: vide *Æsalon.*

Esaü, { עשו *hesáv. icem.* } Nomen filii Isaac, qui Edom, hoc est, rufus: & Seir, quod pilosum significat, appellatus est.

Esca, ab edendo dicta. Cibus non solùm hominum, verùm etiam omnium animalium. { מטעם *machál. βρῶσις.* Gall. *Viande, mangeaille, amorse, pasture.* Ital. *Esca, cibo.* Germ. *Speiß oder eß.* Hisp. *Manjar à yesca, seruo del yugo.* Angl. *A bayte sayde.* } Ovid. 2. *Amor. Eleg.* 6.

*Nux erat esca tibi, cunctique papaver somni.*

Cic. 2. *de nat. deorum*, Sus verò quid habet præter escam? Esca est meretrix, amatores aves. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Nunquam hodie ex ista nassa escam petam. Idem *Milit. sc.* 6. *a.* 2. Qui eas efflabunt escas, quas condivero. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Esca & potione vinciri decet fugitivos. Idem *Menæch. sc.* 1. *a.* 2. Adolescens est escæ maximæ (id est, cibi multi.) *Ibid.* Affatim est hominum qui singulas escas edunt. *Ibid. sc.* 1. *a.* 3. ¶ Accipitur præterea pro eo quod datur avibus, piscibúsve decipiendi gratiâ. Cic. *de senect.* Divinè enim Plato escam malorum, voluptatem appellat, quòd ea videlicet homines capiantur, ut harno pisces. ¶ Unde mesco, as, est pertecta esca decipere aves, vel pisces: & per translationem, homines aliqua illecebra in perniciem abducere. Terent. *in Adelph.* Nunquam tem facies, abi, nescis inescare homines, Sannio.

Escārius, a, um, quod ad escam pertinet: ut, escaria vasa. { σκευὴ. Gall. *Appartenant à viandes.* Ital. *Cio che à vivande appartiene.* Germ. *Das zur speiß gehört.* Hisp. *Cosa de comer.* Angl. *That belongeth to feede.* } Plin. *lib.* 6. *cap.* 36. Ad escaria vasa totum rubens vitrum, non translucens. Escaria mensa, teste Festo, dicitur quadrata, in qua homines epulantur. Vincula escaria. Plaut. *Menæch.* Facilè asservabis dum illo vinclo vincies. Ita hæc nimis lenta vincla sunt escaria.

Escălis, e, σκαλὶς. Paul. *in l. quum quidem, ff. de supell. leg.* Escale autem, vel potorium argentum non debeti.

¶ Escarilis, inflar escæ. Tertull. ¶

Escŭlentus, a, um: Quod esui aptum est. { φάγιμος, βρώσιμος. Gall. *Bon à manger.* Ital. *Mangiativo.* Germ. *Kegtig/das gut zu essen ist.* Hisp. *Cosa de comer.* Angl. *Anything to be eaten.* } Plin. *lib.* 10. *cap.* 10. Notatum milvos nihil esculenti rapere unquam ex funestum ferculis. Cicer. 2. *de nat. deor.* Atque ita eligere ex iis quæ sunt esculenta. *Ibid.* Jam gustatus, qui sentire eorum quibus vescimur, genera deberet, habitat in ea parte oris, qua esculentis & poculentis iter natura patefecit. ¶ Omnia esculenta obsessis, ἄσιτα καὶ πρὸς πολιορκίαν χρήσιμα. Quum urget necessitas nihil non facimus: & vehementer famelicis nullus non suavis est cibus. Gell. *cap.* 1. *lib.* 4. Esculenta & poculenta.

Esco, as, are: Solinus utuntur *cap.* 53. *adjectivum*, Noceri eis omnibus quidem locis nefas ducunt, sed in Thessalia vel maximè, ubi serpentum immanis copia est, quosdam escandi gratiâ infectantur, regionibus Thessalicis plurimùm nuli detrahunt. De ciconiis.

Escendo, is. Senec. *cap.* 22. *de consol. ad Marc.* In humeros non imponi, sed escendere. Pacuv. *apud Non.* Putans escendere verticem in summum.

Eschăra, ἐσχάρα, Græcis dicitur crusta, sive durities illa, quæ vulneribus per cauteria quædam induci solet, quum sanguis aliter sisti non potest.

Escharotica medicamenta, ἐσχαρωτικὰ φάρμακα, dicuntur causticа, quæ vim habent escharam, hoc est, crustam inducendi.

¶ Escit, pro erit, antiq. ¶

Escŭlentia, pinguedo. Gl. Isid.

Escŭlus, arbor ex genere glandiferarum, eadem cum illa (ut nonnulli existimant) quam Theophrastus βαλανίδα, id est, latifoliam appellat. Est autem fago magnitudine, & glande inferior, duplicem ferens gallam, alteram quernæ non dissimilem, sed nulli rei utilem: alteram nigram, tingendis lanis utiliorem. Dicta esculus, teste Servio *in* 2. *Georg.* quòd primi mortales, nondum inventis frugibus, glande ejus pro esca uterentur. Idem tamen Servius author est, principium hujus vocis diphthongo scribi consuevisse: cui tamen consuetudini hodie doctiores non obtemperant, plus originis rationi, quàm Servii authoritati tribuentes. Virg. 2. *Georg.*

*Altius ac penitus terræ defixa trahitur arbos,*
*Esculus in primis, quæ quantum vertice ad auras*
*Æthereas, tantum radice ad tartara tendit.*

De hac arbore vide plura apud Plin. *lib.* 12. *cap.* 1. & *lib.* 16. *cap.* 4. & *lib.* 17. *cap.* 20.

Esculĕus, a, um, κλανφόρος, quod est ex esculo. Pallad. *lib.* 1. *cap.* 9. Deinde ut axes quernæ cum esculeis non misceantur. Ovid. 1. *Met.*

Esculētum, i, κλανφόρον. Locus esculis consitus. Horat. 1. *Carm. Od.* 22.

*Quale portentum, neque militaris*
*Daunia in latis alit esculetis.*

Fuit autem locus in Urbe qui nomen accepit ab esculis quæ ibi excisæ sunt, quemadmodum Fagutal à fagis, Lauretum à lauris, Cornetа à cornis. Varro.

¶ Esopia, Meursius in Plaut. *Thes.* 1. 8. legit: Quo pacto excludis quenso esopiis plenius? & exponit: Quo pacto me planius sedibus ejiciet, & sedes mutare, id est, migrare coges? Veteres autem, inquit, Esopia appellabant sedes, quæ in augurali & saliari carmine Sesopia sunt, de quibus Festus.

Esopon, lactucæ genus.

Esox, piscis magnus, quem in Rheno esse annotat Plin. *lib.* 9. *cap.* 15. Alter legitur Exos, & melius, quod ossibus careat. Germ. *Lachs.* Angl. *Luce.* Belg. *Lasi.*

Esis, pro fluvii nomine. Vide *Æsis.*

Esito: vide *Edo*, es.

Esida, compositio valens adversùs ægritudinem cerebri.

Esquiliæ, vide *Exquiliæ*. Legitur tamen Esquiliæ, apud Juvenal. *satyr.* 3.

——*gelidasque cacumen*
*Esquiliæ.*

Nempe collem Romæ ventis expositum.

Essedum, (κάρρον, ἅρμα γαλατικόν. Angl. *A chariot or wagon.*) Vehiculum Gallorum, Britannorumque, apud Belgas primò repertum. Cicer. *ad Attic. lib.* 6. Hic Vedius venit mihi obviam cum duobus essedis, & rheda equis juncta, & lectica, & familia magna. Virg. 3. *Georg.*

*Belgica vel molli melius feret ossa petallo.*

Sueton. *in Claud. cap.* 16. Essedum argenteum lampreosè fabricatum ac venale ad sigillaria, redimi concidique coram imperavit. Idem *in August. cap.* 76. Nos in essedo panem & palmulas gustavimus. Et *in Calig. cap.* 26. Quosdam summis honoribus functos ad essedum sibi occurrere rogatos per aliquot passuum millia, & passus est. *Ibid. cap.* 19. Et in essedis cohorte amicorum. (sup comitantes.) ¶ Legitur etiam Essęda, genere fœminino. Sen. *Epist.* 57. In iis quæ me sine evocatione circumstrepunt, essędas transcurrentes pono. ¶ Hinc dicti essędarii, qui essęda, regunt, aut qui ex essędis pugnant. Cic. *Trebatio.* Tu qui cæteris cavere didiceris, in Britannia ne ab essędariis decipiaris, caveto. Cæs. *lib.* 5. *bell. Gall.* Equites hostium, essędarium que acriter prælio cum equitatu nostro in itinere conflixerunt. Essędarii item gladiatores. Suet. *in Calig. cap.* 35. Idem *in Claud. cap.* 21. & Senec. *epist.* 29.

Esse, infinitivus: vide *Sum*, infrà. Item *Est*, ibidem.

Essedones, ἱππάδες, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 10. populi sunt Asiæ, uteramque Scythiam incolentes, super Mæotim lacum non procul à Riphæis montibus, quibus (teste Herod. *lib.* 4. *hist.*) mos fuit parentum funera cantu prosequi, & congregatis proximis, cadavera ipsa pecudum admistis carnibus comedere: os autem capitis, quod cranium vocamus, auro cingere, & ad poculi usum asservare.

Essæi, ἐσσαῖοι, una ex tribus religiosioribus Judæorum sectis: quæ omninò tres erant, teste Josepho, Pharisæorum, Essæorum, & Sadducæorum. Ex his Essæi uxoribus & vino, & carnibus abstinebant, quotidianúmque jejunium vertebant in naturam.

Esperinus, hymnus in Ecclesia cani solitus hora decima. L. g. b.

Essentiæ. (οὐσία. Gall. *Essence.* Ital. *Essenza.* Germ. *Wäsenheit.* Hisp. *Essencia.* Angl. *Essence, the being of any thing.*) Vocabulum est religiosis quidem Latinæ linguæ observatoribus non usitatum, à Philosophis tamen meliotis inopiâ in usum receptum pro ipso esse cujusvis rei, quam οὐσίαν Græci appellant. Augustinus *lib.* 12. *de Civitate Dei*, Sicut ab eo quod est sapere, vocatur sapientia: sic ab eo quod est esse, vocatur essentia, novo quidem nomine, quo usi veteres non sunt Latini sermonis authores, sed jam nostris temporibus usitato, ne deesset etiam linguæ nostræ quod Græci appellant οὐσίαν; hoc enim verbum è verbo expressum est, ut diceretur essentia. Quint. *lib.* 8. *cap.* 3. Quorum dura quædam admodum; ut ens, & essentia, quæ cur tantoperè aspernemur, non video, nisi quòd iniqui judices adversùs nos sumus, ideóque pauperrate sermonis laboramus. Hinc essentiale, οὐσιῶδες, quod est essentiæ, & Essentialiter, οὐσιωδῶς, secundùm essentiam. Vocabula sunt solis Philosophis, & Theologis usurpata.

Essentiale, οὐσιῶδες, quod ad essentiam pertinet.

Essus, ἔσσος, urbs Locridis. Steph.

Esto: vide *Sum.*

Esturix, Esurio, Esuritio, Esutitor: vide *Edo*, *es.*

Esula, æ. Hujus varia genera à perito rei herbariæ distinguenda erunt. Evonymus, vulgò apud Barbaros, item Gallos & Italos, Fusaria vel Fusanus appellatur ab usu fusorum, propter materiæ soliditatem: à nonnullis Scrota Sacerdotum, à figura structus. Tragus *tomo* 3. fusariam nulla ratione evonymum esse negans, captionem facit. Gesnerus *in Capra, lit.* C. Coqui etiam verucula transfigendis lardo carnibus ex ea conficiunt.

## E T

Et. (καί. Gall. *Et, mêmes.* Ital. *Et, e.* Germ. *Und.* Hisp. *Y.* Angl. *And.*) Conjunctio est Græca π, quam Latini conversione literarum suam effecerunt. Ovid. 13. *Metam.*

*Desine Tydiden vultique & murmure nobis*
*Ostentare meum.*

Suet. *in Cæs. cap.* 7. Et eripuit occultè virque.

——*Et se mihi comparat Ajax?*

Ovid. 13. *Metam.* Plaut. *Capt. sc.* 3. *a.* 2. Et tua ornatus reveniam ex sententia. Idem *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Potare tecum mihi collibitum est, lubet & ædepol mihi tecum. Idem *Men. sc.* 7. *a.* 5. Tibi suppetias adveni. M. Et tibi adolescens dii semper faciant benè (pro quoque, vel vicissim.) Ovid. 5. *Fasti.*

*Jamque decem menses, & puer ortus erat.*

Plaut. *Menæch. sc.* 3. *a.* 3. Et istud, & aliud (i. quod volet) curabo. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 4. Et nunc idem dico (i. etiam nunc.) Idem *Milit. sc.* 5. *a.* 2. Certè noster sum. P. Et pol ego (i. etiam.) Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Deus omnia & videt. Vel Ieius, Credere & avunculo & Cæsari. Est autem copulativa: ut, Cicero eloquens fuit, & Philosophus. Duplicatúrque interdum, ac completiva est in diversis rebus: ut, Te ad mittantur & cives & hospites. Virg. 1. *Æneid.*

——*nec littora tantùm*
*Et terris jactatus & alto.*

¶ Modò accipitur pro Etiam. Idem 2. *Æneid.*

——*quorum Iphitus æquo*
*Jam gravior, Pelias & vulnere tardus Ulysses.*

Modò inter rogativa, seu expletiva. Idem 1. *Eclog.*

*Et quæ tanta fuit Romam tibi causa videndi?*

Modò indignativa. Idem 1. *Æneid.*

*Calepini Pars I.*

——*& quisquam numen Junonis adorat?*

Cicer. *pro Milone.* Et sunt qui de Appia loquantur, taceane de Curi.? Virg. 6. *Æneid.*

*Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?*

Ponitur interdum ἐξηγητικῶς, pro hoc est, sive id est. Plaut. Annos natus jam sexaginta, & senex. ¶ Interdum pro Nam, vel Quia. Virg. *in Buc.*

*Audierat, & fama fuit.*

Quint. *lib.* 1. *cap.* 1. Has primùm audiet puer, harum verba effingere imitando conabitur: & natura tenacissimi sumus eorum, quæ mollibus animis percipimus: ex Valla *lib.* 2. Plerunque sententiarum initiis comperit, quemadmodum & Græcis ἐπεί. Quint. Et finitæ quidem sunt partes duæ, quas hæc professio, &c. ¶ Interdum ponitur pro adverbio ornandi. Virg.

——*corpúsque lavant frigentis, & ungunt*: id est, deindè ungunt.

¶ Item pro Quamvis, sive Tamen. Cic. *de senect.* Defendi legem Voconiam magna voce, bonisque lateribus, & videtis annos meos: id est, tamen videtis quàm sim jam senex. ¶ Item interdum pro Quod, si sequatur Si. Cic. *Catilin.* 3. Et si non minùs nobis jucundi atque illustres sunt ii dies, quibus conservamur, quàm ii quibus nascimur profectò apud vos in honore debebit esse is, qui eandem hanc urbem conditam amplificatámque servavit. Terent. *in Pherm.* Et si tibi res sit cum eo tenone. Ubi Donat. Et, inquit, non connexiva, sed inceptiva particula est. ¶ Et, non semper similes orationis partes conjungit, sed aliquando dissimiles. Cels. *lib.* 3. *cap.* 15. cibum & validum & fortiter assumere. Ulp. *D. lib.* 9. *tit.* 1. *l.* 1. Cum arietes, vel boves commisissent, & alter alterum occidit: Qu. Mutius distinxit, pro *occidisset.* Hujus compositæ sunt, εἰ καί, ἐὰν καί, & tametsi.

Etaxi, ἴταξις, urbs est Laconica. Steph.

Etæriarches, capitaneus. Buleng.

Etăxălus, ἰταξαλος, insula est juxta sinum Persicum, cujus meminit Plin. *lib.* 6. *cap.* 28.

Ĭtĕarchus, i. ἰτεαρχος, Oari civitatis Cretensis rex fuit, qui amissâ uxore, filiæ suæ Phronimæ novercam superinduxit, quæ domum ingressa, ut erat, ita re ipsa se novercam præstitit, cùm lædendo, atque omne injuriarum genus excogitando, tum ad extremam impudicitiam impingendo. Eteocrus criminationibus uxoris fidem habens, Themisonem quendam Thetæum jurejurando astringit, ut acceptam Phronimam in mari demergeret. Qui quum se neque Eteocri crudelitatis ministrum præbere vellet, neque rursus jusjurandum violare, revinctam funibus puellam demisit in pelagus, eâque subitò retracta, Thetam pervenit: ubi Polymestus vir inter Thetæos spectatus, in concubinatum Phronimam accepit: qui ex ea Battum genuit Cyrenarum in Africa conditorem. Author Herodotus.

Ĭtĕnim: Nam, enim, quia: & ferè primam sibi in oratione locum vendicat. (γάρ. ἐπεί, ὅτι. Gall. *Pource, car.* It. al. *Certo, perche, perche.* Germ. *Denn.* Hisp. *Porque, ciertamente.* Angl. *For, because.*) Cic. 4. *Verr.* Etenim quoniam numerum injuriarum vobis non possum exponere, singillatim autem de uniuscujusque incommodo dicere infinitum est, genera ipsa injuriarum quæso cognoscite. Idem 2. *de Divin.* Etenim ex divisione hoc secundum est. Plin. Etenim multa de hac Magi prodiderunt, quæ non sunt nobis commemoranda. Invenitur tamen & secundo loco. Seneca, Quis etenim inter tot corporis cruciatus felicem quenquam esse posse existimat? ¶ Accipitur aliquando pro Quippe. Cic. *pro Flacco.* Neque in toto Æmonensium testimonio commorebor: etenim quibus ego istam laudationem remittam, id est, quippe quibus, &c. ¶ Nonnunquam divisa compositione per duas dictiones effertur, vocula aliqua in medio interjecta. Idem *de clar. Orat.* Et dicere enim benè nemo potuit hoc est, etenim dicere benè.

Eteŏcles, ἐτεοκλῆς, Œdippi filius, ex nefando Jocastæ matris concubitu editus: cui cum fratre Polynice ita convenerat, ut alternis annis regnarent. Exacto deinde primo anno, quum Eteocles, qui quòd major natu esset, primo anno regnarat, renueret fratri regno cedere: Polynices adjutus à Tydeo Adrasto socero, fratri bellum intulit, in quo ambo mutuis vulneribus occiderunt. Impositis deinde cadavèribus eidem rogo, flamma se divisisse traditur, tanquam odium illud quod inter vivos fuerat, ne morte quidem finiri potuerit. Interpretatur autem Eteocles, vera gloria, ab ἐτὸς, quod verum significat, & κλέος gloria. Unde etiam sine aspiratione scribendum est.

Eteoneus, ἰτεωνεύς, urbs Euboeæ, ἰτεώνιος, ab Eteoneo quodam: nunc Scarphen vocant, in colle sita, κόλπος enim lego, non κόλπος. Steph.

Etesiæ, ἐτησίαι. Venti qui certo anni tempore flant. Hos Strab. *lib.* 5. Subsolanos vocat, hoc est, Eoros. Hi quotannis in vigore æstatis persiant XL. diebus post canicularis exortum. (Gram. Wind so jährlich in den Hundstagen wähet.) Dicti Etesiæ, id est, annui: (ἔτος enim annus, ἐτήσιος annuus) quòd ex omnibus ventis maximè stati sint, & singulis annis eodem tempore redeant. De his Plin. *lib* 37. *cap.* 5. & Gellius *lib.* 2. *cap.* 28. Liv. *lib.* 7. *d.* 4. Etesiæ idem cum favonio.

Ethalia, αἰθαλία, insula in Ligustico mari, Populoniæ urbi opposita, ab Ethalio, quirei præfuit, sic dicta. Quidam hoc nomen cum diphthongo scribunt. Vide *Æthalia.*

Ethanion, ἤθανον, vasis ænei genus est, quo Ægyptii uti consueverunt. Nam (teste Athenæo) in Ægyptiorum omnibus penè domibus tria erant vasa ænea, cyathus, phiala, & ethanium.

Ethecusa, insula est in ora Cariæ, non procul ab Argis insulis. Plin. *lib.* 5. *cap.* 31.

Etheleum, fluvius minoris Asiæ, olim Troadis & Mysiæ terminus, cujus meminit Plin. *lib.* 5. *cap. ult.*

Ethemon, nomen viri proprium, de quo Virg. *lib.* 10. *Æneid.* mentionem quum ait:

*Et clarus Ethemon Lycia comitatur ab alta.*

Ethesios, teste Plin. *lib.* 36. *cap.* 22. lapis est, ex quo confici solent mortaria.

Ethicē, es, vel Ethica, æ, pars philosophiæ ad mores pertinens. De moribus, moralis. (ἠθική. Gall. *Philosophie morale.* Ital. *Filosofia morale.*

*morale*. GERM. Der theil der philosophy von den sitten. HISP. *Philosophia moral*. ANGL. *Morall philosophie*. } Cic. *de Fato*, Quia pertinet ad mores, quos ἠθικὰς Græci vocant, nos eam partem Philosophiæ de moribus appellare solemus: sed decet augentem linguam Latinam, nominare moralem.

Ethicus, Moralis. GALL. *Moral*. ITAL. *Morale*. GERM. Sittlich/das zu den sitten gehört. HISP. *Moral, y perteneciente à costumbres*. ANGL. *Morale*. Cic. *in Orat.* Duo sunt etiam quæ benè tractata ab Oratore, admirabilem eloquentiam faciant: quorum alterum est quod Græci ἠθικὸν vocant, ad naturam, & ad mores, & ad omnem vitæ consuetudinem accommodatum.

Ethica, orum, ἠθικά, τά, opus moralem tractans Philosophiam: quo nomine Arist. libros de moribus inscripsit.

Ethici, Africæ populi, apud Plin. *lib.* 5. *cap.* 4.

Ethmoides, id est, cola: vocantur narium meatus, quibus olfactus percipitur. Gal. *lib.* 2. *de olfactus sensorio*.

ETHNEARCHES, æ, ἐθνάρχης. Gentis princeps.

Ethnearchia, Principatus, vel Præfectura gentium.

Ethnesiæ, ἔθνησιαι, populi Thessaliæ, ab Ethnesto Neoptolemi filio. Stephanus.

Ethnicus. { πάγοι. ἐθνικός. ANGL. *An ethnik*. } Gentilis, ab ἔθνος, quod gentem significat. Hieronymus *contra Iovinianum*, Et si ducendæ essent uxores, Christianas tantùm accipi jubetes, an & Ethnicas?

ETHOLOÙS, Histrio. ἠθολόγος. GALL. *Bouffon, farceur, badin, comedien*. ITAL. *Histrione, buffone*. GERM. Der die sitten eines andern nachmachet/vnd an sich nemmen kan/mit worten vnd gebärden. HISP. *Representador ò fingidor de persona agena, como quien representa comedias y tragedias*. ANGL. *A fawcie steffer, à flatteringiester*. } Morum expressor, qui gestu ipso corporis, & sono vocis ita exprimit mores hominum, ut gestibus loqui videatur. Cic. 2. *de Orat.* Mimorum est enim & ethologorum, si mimia est imitatio, sicut obscœnitas, &c. Quibus verbis Cic. mimiam in Oratore imitationem reprehendit, quasi mimicam, non oratoriam. Budæus.

Ethologia, æ, ἠθολογία, est effectuum, morúmque personæ alicujus effictio. Quint. *lib.* 1. *cap.* 9. Ethologia personis continetur. ¶ Ethologia Rutilio Lupo figura est sententiarum, quam verbis sonóque vocis exprimitur, ac describitur hominis consuetudo & mos.

ETHOPŒI, ἠθοποιοί, dicantur histriones qui mores & gestus imitantur ejus personæ quam sustinent.

Ethopœia. { ἠθοποιία. GALL. *Representation des façons & manieres d'autruy*. ITAL. *Imitatione delle maniere d'altri*. GERM. Zusammenfassung eines andern weise vnd gebärden. HISP. *Representation de maneras y costumbres de alguno*. ANGL. *A representation of an others maneris*. } Est morum, effectuúmque alicujus expressio, quæ ethologia à nonnullis appellatur. Differt à prosopopœia, teste Aquila, quòd in hac personas fingimus quæ non sunt: in Ethopœia verò certis quibusdam personis vel ad improbitatem, vel ad dignitatem, sermonem accommodatè effinginus.

Ethos (ut inquit Quintilianus) uno verbo Latinè dici non potest, hoc enim omnes mentis habitus continentur, à quo pictores quidam, & statuarii Ethici dicti sunt. Budæus.

Ethusa, olim insula fuit in mari Myrtoo, quæ deinde continenti apud Myndum accrevit. Plin. *lib.* 26. *cap.* 89.

Etica, propria: Eticon, proprium: aliàs *Ethica*, & *Ethicum*.

Etlà, ἔτνα, vicus Laconicæ, aut Cretæ civitas, patria Mysonis, unius ex septem Sapientibus, unde Etius nominatus. Steph.

Etiam, Conjunctio est, idem significans quod Quoque. Plautus, Túne etiam id rescisti miser? Nunc etiam volo dicere. Idem *Most. sc.* 2. *a.* 1. ¶ Etiam vigilas (pro quin vigilas.) *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. Vix cavet cùm etiam cavet. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Non juvat quod edo domi, foris aliquantulum etiam quod gusto, beat. Idem, Quid nunc etiam mihi dei, undes filiam? Idem *Aulul. sc.* 4. *a.* 2. Etiam audes reverti. Idem *Menæch. sc.* 3. *a.* 4. Etiam parasitum mandas? *Ibid. sc.* 3. *a.* 2. ¶ Etiámne astas? *Ibid. sc.* 3. *a.* 4. Dic mihi hoc etiam. *Ibid. sc.* 5. *a.* 5. Quid tibi nostra actio est? E. Etiam rogitas? Idem *Aulul. sc.* 2. *a.* 3. ¶ Etiam tu taces? (i. non adhuc taces.) Etiam. Idem *Amphitr.* Neque meum pedem huc intuli etiam in ædes (i. adhuc.) *Ibid.* Nemo etiam tetigit (i. adhuc.) ¶ Vel etiam matrem quoque (tangas.) Idem *Pœnul. sc.* 1. *a.* 1. & *sc.* 4. *a.* 1. Etiam illa quoque iterari multa possunt. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 3. Atque ego quoque etiam qui Jovis sum filius. Idem *in prolog. Amphitr.* Cœcede huc à foribus hat. Etiam huc. Etiam nunc. Et matrem vendidisse etiam scio. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Etiam adhuc. Idem *Amphitr sc.* 1. *a.* 1. Etiam tu quoque assentaris huic. *Ibid. sc.* 2. *a.* 2. Etiam quoque lubet. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Etiam derides? Idem *Menæch. sc.* 1. *a.* 3. ¶ Etiámne ambulas? Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 2. Audin' etiam. D. Ecce. *Ibid.* ¶ Etiam tu harum illum abs te amoves (pro nónne, vel ne non?) *Ibid. sc.* 3. *a.* 3. ¶ Et etiam dispertimini? (pro nondúmne.) Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Abscede etiam nunc, etiam nunc, cur non? Etiam. Ohe nunc. Idem *sc.* 1. *a.* 1. Hoc etiam est, quamobrem cupiam vivere. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Utere vel tu, vel uxor tua, vel etiam in oculos (compingite.) Idem *Menæch. sc.* 3. *a.* 4. Ob istanc industriam amabit etiam amplius. *Ibid. sc.* 2. *a.* 1. ¶ Redde etiam argentum, aut virginem (i. statim.) Idem *Menæch. sc.* 2. *a.* 5. Quin etiam nunc habet pallam. *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. ¶ Aliquando significat Adhuc. { גם *gham*. Hn. GALL. *Aussi, d'avantage, encor*. ITAL. *Ancho, anchora, etiandio*. GERM. Auch/noch. HISP. *Tambien*. ANGL. *Also, moreover*. } Terent. *in Andr.* Nihil suspicant etiam mali. *Ibid.* Non satis me pernosti etiam qualis sim, Simo. ¶ Aliquando Præterea. Idem *in Andr.* Etiam puerum inde abiens convenî Chremis. *Ibid.* Imò etiam, quo tu minùs scis ærumnas meas, hæ nuptiæ non apparabantur mihi. Etiam, responsio est affirmativa, quemadmodum & Ita. Plin. Tacito: Studes, inquam? Respondit, Etiam. Ubi? Mediolani. ¶ Aliquando & affirmandi vim habet, nulla tamen præsente interrogatione, ut idem sit quod Sic. Cicer. *pro Rosc. Comœd.* Si non, quomodo tabulas confeci? Si etiam, quamobrem quum cætera nomina in ordinem referebas, hoc nomen triennio amplius, quod erat in primis magnum, in adversâriis reliquebas? ¶ Accipitur & pro Quin potius. Plin. *in Panegyr.* Nullius ab eo magistratus jus, nullius authoritas immunita est, aucta etiam. ¶ Ponitur quoque interdum ita, ut ab eo intelligitur Non solùm. Cic. *ad Lent.* Quúmque ea contentio mihi magnam etiam fortè fructum tulisset: hoc est, non solùm domi, & in urbe, sed foris etiam & extra urbem. Idem *Att. lib.* 9. Etiam hæc me solicitant: quasi dicat, non solùm maxima ista, sed etiam minima. ¶ Etiam atque etiam, pro valdè, summopetè. Cicer. 5. *de finib.* Atqui iste locus est Piso tibi etiam atque etiam confirmandus. ¶ Etiamdum, pro adhuc. Terent. Hoc ego mali non prudens inveni, atque etiamdum scit Pater. Plaut. *Pœnul. sc.* 1. *a.* 4. Nihil etiamdum harpagavit. *Ibid. sc.* 3. *a.* 4. Metuo ne redeat herus etiamdum à foro nunc. Etiamne. Idem *in Asin. sc.* 1. *a.* 1. & *sc.* 3. *a.* 2. Téque obsecro hercle, ut quæ loquutus, despuas. D. Fiat, geratur mos tibi. L. Age, exercs. D. Etiámne? L. Age quæso hercle usque ex penitis faucibus: D. Etiam. L. Amplius. D. Nam quousque? L. usque ad mortem volo. Cic. *Attic. lib.* 10. Etiámne Balbus in Senatum venire cogitet? Plaut. *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Etiámne unguentis ungendam centes. Idem *Pœnul. sc.* 3. *a.* 1. Qui viginti minas etiamnon dedit (i. nondum adhuc.) Quin etiam illi hoc dicto facturum me, ut ne etiam aspicere ædes audeat. Idem *Mostl. sc.* 1. *a.* 2. ¶ Etiámnum, idem quod Adhuc, vel Ad hoc usque tempus. Idem *Trucul.* Mihi etiamnum quid sit negotii, falsus, incertúsque sum, nisi quia timeo tamen. ¶ Pro eodem etiam legimus Etiamnunc, id est, etiamnum. Idem *in Ampho.* Lassus sum hercle è navi, & vectus hoc sum, etiamnunc nauseo. ¶ Ponitur & pro statim, illico, vel extempiò. Idem *in Aulul.* Abscede hinc etiamnunc. Ovid. 3. *Fast.*

*Plebs venit, & nullis etiamnunc tuta tribunis* (pro etiamnum.)

Et Suet. *in Othon. cap.* 9. Ovid. 13. *Metam.*

*Nec Tydamoniades etiamnunc hisisse quisquam*
*Audet?*

¶ Etiam tum, pro usque tunc, vel usque ad id tempus, vel tunc adhuc. Terent. *in Hecyr.* Me eduxit fotas, natrátque ut virgo ab se integra etiam tum siet. Cicer. *de Orat.* Omnes etiam tum retinebant illum Pericles sæcum. Adrian. Cardin. Quod multi, inquit, insciè quidem & minus Latinè dicunt, usque nunc, usque tunc, usque ad id tempus, perfecti illi Romani sermonis parentes, etiamnunc, etiamnunc, vel etiamnum, etiamtum dicebant.

Etsi. { אבל *ebl*. GALL. *Combien que, jaçoit que, toutesfois que*. ITAL. *Benche, tantoche, ancoreche*. GERM. Wiewol/ob schon. HISP. *Aunque*. ANGL. *Albeit, suppose*. } Conjunctio adversativa est, indicativum exigens, quemadmodum & *quanquam*: quum tamen *quamvis*, & *licèt*, magis subjunctivo gaudeant. Plaut. *in Trinum.* Ibo huc, quò mihi imperatum est, etsi odi hanc domum. Terent. *in Andr.* Ibi, etsi hercle sæpe jam me spes hæc frustrata est. Cicer. *pro Milone*, Etsi vereor, Judices, &c. Plaut. *Milit. sc.* 4. *a.* 2. Non vidi eam, etsi vidi (pro quanvis viderim.) *Ibid. sc.* 6. *a.* 2. Etsi ea est, non ea. Catull. *ad Ortal.*

*Etsi me assiduo*, &c.

(Initium Elegiæ.) ¶ Interdum etiam cum subjunctivo invenitur. Cicer. *de Amic.* Etsi illis planè orbatus essem. ¶ Nonnunquam etiam interrogativè profertur. Idem *Attic.* Do, do pœnas temeritatis meæ, etsi quæ fuit illa temeritas? ¶ Interdum Etsi invenitur junctum cum Quanvis. Idem *ad Attic. lib.* 16. Etsi quanvis non fueris suasor & impulsor profectionis meæ, approbator certè fuisti. Etsi nihilominus. Cels. *lib.* 4. *cap.* 4. Sanguis mittendus est, etsi nihilominus ex ore processit.

‖ Etruria, sive Tuscia, *Toscana*, ferè tota paret magno Etruriæ Duci, sunteque in ea tres urbes Archiepiscopales, Florentia, Sena, & Pisa. ‖

ETYMOLOGIA, ἐτυμολογία. Latinè veriloquium sonat, ab ἔτυμος vetus, & λόγος sermo, vel loquutio. Cicer. 1. *Acad.* Verborum etiam explicatio probatur, id est, qua de causa quæque essent ita nominata, quam Etymologiam appellant: Sed quia veriloquium (ut inquit Boëthius *in Topica Ciceronis*,) minùs in usu Latini sermonis habetur, Cicero etymologiam vocat notationem, quia notam facit rem de qua prædicatur, Aristoteles symbolum nominat: quidam etiam originationem, teste Fabio.

Etymon, ἔτυμον, verum, idem quod etymologia. Varro *de re rust. c.* 48. de gluma loquens: Videtur vocabulum etymon habere à glubendo, quòd eo folliculo deglubatur granum.

ETYMOLOGUS, ἐτυμολόγος, qui rationem verborum indagare solitus est.

ETYMOLOGICUS, ἐτυμολογικός, ut Etymologica ratio. Gell. *lib.* 1. *cap.* 28. Resolvit in voces Latinas ratione etymologica falsa.

## E V

Eu: Interjectio exultantis. Plaut. *Most. sc.* 4. *a.* 1. Eu Philolaches, salve. Idem *in Persa*, Omnem rem, eu probè.

Eva, uxor Adami, prima omnium hominum parens. *Gen.* 3. 2. & 4.

Eva, εὖα, urbs Arcadiæ: gentile Evæus. Steph.

EVACUARE: Exinanire. { ערה *berâh*, חוץ *hetz*, פנה *pinnâh*, מוט. GAL. *Vuider hors, evacuer*. ITAL. *Evacuare, votare*. GERM. Ausleren. HISP. *Vaziar, evacuar*. ANGL. *To emptie, to mak voyde*. } Unde evacuare alvum. Plin. *lib.* 20. *cap.* 6. Dioclen hydropicis cum centaurea, aut in fico duplici, ad evacuandam alvum.

EVADO, is, si, sum: Effugio, exeo, erumpo. { נמלט *nimlat*, נס *nus*. Ἀλεξέναι, ἐκφεύγω. GALL. *Passer outre, parvenir, venir au dessus, échapper*. ITAL. *Scampare, fuggire*. GERM. Entgehen/entrinnen. HISP. *Escapar de peligro, salir herha alguna cosa*. ANGL. *To escape, to passe without danger*. } Virg. *Æneid.* 9.

——*nostrâne evadere demens*
*Speravisti posse manus?*

Plaut. *Ampho.* Si molestus sis, evades nunquam quin te sacrificem. *Ibid. sc.* 3. *a.* 4. Ne te sacrificem, nusquam evades. Cic. *pro Cælio*, Potestne tempore meliori prosilire, quàm cùm Licinius venisset, quum in manu teneret veneni pyxidem? quæ quum jam erat tradita servis, si evasissent subitò ex balneis mulieris amici, Licinium que comprehendissent, &c. id est, si è balneis erupissent. Cæsar, Reliquos equites confectati, paucos, qui fuga evaserant, reliquerunt. Sic. Evadere è manibus hostium, apud Livium: &, Evadere ex judicio aliquo,

apud

apud Ciceronem, liberationem quandam præ se ferre videatur, quemadmodum & Salustius dixit. At ni Marcus signa inferre, atque evadere oppidò properavisset, profectò cuncti, aut magna pars fidem mutavissent. ἐξαίφνης, ἐξαπίνης Χ. Cicer. 1. *Tusc.* Accedit, ut eo facilius animus evadat ex hoc ære. Idem *de senect.* Mihi quidem nunquam persuaderi potuit, animos dum in corporibus essent mortalibus, vivere; quum exissent ex iis, emori: nec verò non animum esse insipienté, quum ex insipienti corpore evasisset. ¶ Ponitur etiam hoc verbũ pro eo quod est, ad finem perduci, vel exitũ habere. Ter. *in Andr.* Quàm timeo quorsum evadas, id est, ad quem finem perveniat oratio tua. *Ibid.* Et heri semper lenitas verebar quorsum evaderet. Cic. *Att. lib.* 16. Tu quidem & prudenter, & amicè suades, ut in his locis sim potissimùm, quoad audiamus hæc, quæ commota sunt, quorsum evadant. Plaut. *in Asin.* Demitor quid sit, & quò evadat, sum in metu. ¶ Item pro fieri, γίνεσθαι. Cicer. *in Verr.* Tu ejusmodi evasisti, in furis ac divertoris disciplina educatus. Idem *in Brut.* In dicendo pauci digni nomine evadunt. Liv. *lib.* 1. *ab Urbe*, Juvenis evasit vetè indolis regiæ. ¶ Evadere in muros, vel in cacumen montis, est ascendere, sive potiùs scandendo pervenire, ἀναβαίνειν, ἀναβῆναι. Virg. 2. *Æneid.*

*Evado ad summi fastigia culminis.*

¶ Evadere ardua, apud Livium. ¶ Evadere ante oculos, pro apparere. Virg. 2. *Æneid.*

*Vt tandem ante oculos evasit, & ora parentis.*

¶ Evadere ad conjecturam, id est consequi conjectura. Plaut. Nunquam hodie quivi ad conjecturam evadere in malum. Terent. *in Adelph.* verùm nimia illæc licentia Profectò evadet in aliquod malum.

**Evădnē**, per d, ante n, *Εὐάδνη*, Marris filia ex Thebe uxore Asopi, & & conjunx Capanei, quæ illum incredibili amore dilexit. Itaque quum audisset illum apud Thebas cecidisse, ferè in mortis stuporem diriguit: deinde quum celebraretur funus, se in rogum projecit. Ejus meminit Virg. 6. *Æneid.*

*Evadnenque, & Pasiphaën, &c.*

**Evæmŏn**, *Εὐαίμων*, pater fuit Euripili, qui cum Græcis ad Troiam profectus cum quadraginta navibus, præfuit Ormeniis. Author Hom. *in Catalogo navium.*

**Evanĕtŭs**, *Εὐανέτου*, nomen regis Lacedæmoniorum, qui ad custodiendum introitum Thessaliæ contra Xerxem, unà cum Themistocle Athenienſium duce, à Græcis constitutus fertur.

**Evăgor**, aris: Latiùs vagor, exspatior. { נוד *nadhádh*, שעה *schahh*. περιπλανᾶσθαι, ἀποδιδράσκειν. Gall. *Sortir de son lieu, errer en place, courir çà & là, sortir de propos.* Ital. *Vagare, andare vagabondo.* Germ. Zuſchweiffen. Hisp. *Andar fuera vagando.* Angl. *To wander abroade.* } Liv. 2. *bell. Pun.* Frontibus enim adversis concurrendum erat; quippe nullo circà ad evagandum relicto spatio. ¶ Per metaphoram, evagari est aliquid extra propositum dicere, & veluti à via instituta digredi. Quint. *lib.* 2. Verùm hactenus evagari satis fuerit.

**Evăgātio**, verbale. { נוד *nadhudh*. περιπλάνησις. Angl. *A roving or wandering abroade.* } Plin. *lib.* 2. *cap.* 17. Ac spatia longitudinis, latitudinum evagatione pensat.

**Evāgīno**, as: Vagina ditipio atque educo. { Angl. *To draw a weapon out of the sheath or scarbord.* } Justinus *histor. lib.* 1. Gladio sua sponte evaginato in femore gravitet vulneratus occubuit.

**Evagoras**, ad quem Isocrates scripsit.

**Evaleni**, Ἐυαλεῖοι, populi quorum meminit Glaucus *lib.* 2. *de Arabia.*

**Evălĕo**, es: Validior, & potentior fio. { גבר *ghabár*, חזק *chazák*, אמץ *amáts*. ἐνισχύειν, ἰσχύειν. Gall. *Pouvoir.* Ital. *Ingagliardirsi.* Germ. Vermöglich ſein. Hisp. *Mucho poder.* Angl. *To waxe more strong and heall.* } Stat. 5. *Syl.*

——*tibine illa nefanda*
*Pocula Lethæosque manu compenere sucos*
*Evaluit?*

Lucan. *lib.* 1. Ovid. *Epist.* 14. ¶ Evaluit hoc feliciter. Quint. { i. usu receptum est. } ¶ Evalere dicitur de pretio, & significat ut Valere simplex. Macrob. *lib.* 3. *Saturn. cap.* 17. Cùm ipsa margarita centies sestertiũm sine contentione evaluisset. { Gall. *Evaluer, apprecier, estimer.* } ¶ Evaleo, idem quod *Evalesco*, ut mox.

**Evălesco**: Robur & vires acquiro. { גבר *ghabár*, חזק *chazák*, אמץ *amáts*. ἀναπτύεσθαι. Gall. *Retourner en vigueur, rentrer en convalescence.* Ital. *Ristorarsi, ripigliar forza & vigore.* Germ. Stärck werden. Hisp. *Tornar en fuerça.* Angl. *To recouver health or strength.* } Plin. *lib.* 55. Quæ postquam evaluit, flaccescente patritia Marsico bello, languida authoritas Patrum facta est, ac paulatim in sterilitatem emarcuit majestas. Quint. *lib.* 2. *cap.* 9. Adjuta curâ natura magis evalescit.

**Evăllo**, as: Excludo, & quasi extra vallum ejicio. { גרש *gherésch*. ἐκβάλλω, ἐξελαύνω & φυγαδεύω. Gall. *Chasser dehors.* Ital. *Cacciar fuori.* Germ. Außthun ſtoſſen oder werffen. Hisp. *Echar à fuera.* Angl. *To exclude or shute out.* } Verbum est obsoletum. Titin. *Prælio*, Quia ego hodie extorrem hanc domo faciam, pilatricem pulli evallavit: ô pulchrè. Varro *apud Nonium*, Donec foras nos intus evallaverunt.

**Evăllo**, is, est purgare frumentum. { חניף *heniph*, זרה *zeráh*. πτύειν. Gall. *Vanner, cribler.* Ital. *Vagliare, crivellare.* Germ. Das korn wannen oder ſeubern. Hisp. *Crivar, acrivar.* Angl. *To cleanse wheat, or to winnow.* } Plin. *lib.* 18. *cap.* 10. Et ipsa quæ evalluntur, variam pisturarum rationem habent. *Ibid.* Triticum autem perfundi aqua multa jubet, postea evalli, deinde Sole siccatum pilo terpeti.

**Evān**, unum est ex Bacchi cognominibus. Ovid. *lib.* 4. *Metam.*

*Nyseïáſque, Elaleïsque, parens, & Iacchus, & Evan.*

¶ Inde Evantes, dictæ sunt Bacchæ, quæ Liberi patris Orgia celebrantes, Evantis nomen identidem acclamabant. Virg. 5. *Æneid.*

——*Evantes Orgia circum*
*Ducebat Phrygias.*

**Evāndĕr**, Εὐάνδρης, proprium nomen Mercurii & Nicostratæ, seu Carmentæ Pars I.

nentis filii, qui quum patrem imprudens occidisset, relicta Arcadia in Latium sese contulit, atque pulsis Aboriginibus, in Palatino monte consedit, ubi oppidum Pallanteum fundavit, à nomine Pallantis (ut Virgilio placet) proavi sui. Idem 8. *Æneid.*

*Arcades hu oris, genus à Pallante profectum,*
*Qui regem Evandrum comites, qui signa sequuntur*
*Delegêre locum, & posuêre in montibus urbem,*
*Pallantis proavi de nomine Pallanteum.*

Gell. *cap.* 10. *lib.* 1. Quasi cum matre Evandri loqui. ¶ Legitur & nominativus Evandrus, Virg. 8. *Æneid.* & ibid. sæpiùs.

*Postquam exempta fames, & amor compressus edendi*
*Rex Evandrus ait.*

¶ Fuit etiam ejusdem nominis plastes ac cælator egregius Athenæus, à M. Antonio Alexandriam perductus, eóque victo, inter captivos Romam advectus, authore Acrone in illud Hor. 2. *Serm. satyr.* 18.

——*mensáve catillum*
*Evandri manibus tritum dejecit*: i. calicem nobilitet cælatum.

**Evāndrĭus**, a, um, adjectivum, ut Evandria regna. Sil. *lib.* 7.

*Qui Carmentis opes, & regna Evandria servas.*

Virg. *lib.* 2. *Æneid.*

*Nam tibi Tymbræ caput Evandrius abstulit ensis.*

**Evānĕo**, es, à quo Evanesco, quod est pereo. E conspecta abeo. { הבל *habál*, הלך *haláh*. ἀφανίζεσθαι. Gall. *Devenir à neant, se perdre, s'évanouir.* Ital. *Svanire, farsi vano, sparire.* Germ. Vergehen/ verſchwinden. Hisp. *Desvanecerse, desaparecer.* Angl. *To come to nothing, to vanis away.* } Plin. *lib.* 9. *cap.* 51. Vere pectines, limaces, hirundines eodem tempore evanescunt. Cicer. *de clar. Orat.* Isque & orationes reliquit quæ jam evanuerunt. Idem *ad Attic. lib.* 5. Postquam extenuati & evanescere spem nostram vidi, mutavi consilium.

‖ Evanesco, admodum vanesco, vanus fio, inanis pereo: sicut fumus, quum disparet. ‖

**Evānĭdus**, a, um: Inanis, caducus, & citò periturus. { הבל *hebel*. ἐφήμερος. Gall. *Qui n'a point de vigueur, qui soudain s'évanouit.* Ital. *Caduco, smarito.* Germ. Hinfellig/zergenglich. Hisp. *Desvanecido.* Angl. *Vaine, frayle, that willi soone perish.* } Colum. *lib. de Arbor. cap.* 17. Nam quæ in procerratem extenduntur, evanidæ fiunt, parum fructus ferunt. Plin. *lib.* 37. *cap.* 5. Quædam ex iis senescunt, paulatim vitiditate evanida. Ovid. *fi Metam.*

*Pectoráque in tenues abeunt evanida rivos.*

Senec. *epist.* 34. Gaudium leve & evanidum.

**Evāngĕlĭum**. { בשורה *besoráh*. εὐαγγέλιον. Gall. *Evangile, bonne nouvelle.* Ital. *Evangelio, buona nova.* Germ. Ein gute botſchafft. Hisp. *Evangelio, à buena mensage.* Angl. *To gospell.* } Lætus nuntius, unde non immeritò à Christianis Evangelium appellatum est, salutiferum illud nuntium, à Christo veracissimo Patris nuntio nobis allatum.

**Evāngĕlĭa**, orum, pluraliter, & neutro genere, dicuntur sacrificia & supplicationes quæ pro jucundo nuntio decerni consueverunt: vel etiam merces allati jucundi nuntii. Cicer. *Att. lib.* 2. O suaves duas epistolas, quibus evangelia deberi fateor. Idem *ad eundem*, Itáne nuntiat Brutus, illum ad bonos viros evangelia? sed ubi eos? nisi fortè se suspendit. Ulp. *in l. falsus, ff. de furt.* Ego si ea quæ dicunt Græci evangelia petant, id est, mercedem pro rei inventæ vel repertæ nuntio. Usurpatur etiam ea vox apud Homer. Odiss. ξ. pro nuntio fausto, & apud Isocr. pro sacrificio quod fiebat ob rem feliciter gestam.

‖ Evangelismus, εὐαγγελισμὸς, ad verbum, est læta annunciatio: ab εὐαγγελίζομαι, quod est, lætа nuncio. In historia Ecclesiæ Evangelismus est festus dies, in quo recolitur memoria lætæ annunciationis.

**Evangelista**, εὐαγγελιστὴς, qui lætа annuntiat, quasi Latinè formá dicatur *Evangelizater.*

**Evangelizo**, evangelium defero, lætа nuncio.

**Evangelicus**, a, um, pertinens ad Evangelium. ‖

**Evangelus**, bonus nuntians. Vitruv. *lib.* 10. Honores ei decreverunt, & nomen mutaverunt, ut Evangelus nominaretur.

**Evānno**, as, ate, vel is, ere: Vanni motu eventilo. { חניף *heniph*. זרה *zeráh*. λικμάω. Gall. *Vanner, & jetter hors en vannant.* Ital. *Sventolare.* Germ. Außwannen. Hisp. *Hazer ayre ò aventar.* Angl. *To fanne or winnow.* } Varro. 1. *de re rust. cap.* 52. Ita fit, ut quod levissimum est in eo, atque appellatur acus, evannetur foras extra aream. ¶ Per translationem sumitur pro amovere. Pompon. *ex Panuceatis*, Dixi ego illud futurum: in prima valva etiam vix lætæret misera, evannetur, & mea opera opera ut fiat fecero. ¶ Apud Nonium legitur, Evannetur, ut ventiletur: tanquam esset ordinis primi, quemadmodum etiam usque adhuc creditum fuit. Sed si quis simplex Vanno consideret, de quo infrà exempla posuimus, videbit pro *evannetur*, apud eundem legendum esse, *evanniatur.*

**Evăpŏrātio**, nis: Vaporis expiratio. { אוד *edh*, קישור *kitór*. ἐξάτμισις. Gall. *Evaporation.* Ital. *Vapore.* Germ. Ein außdempfung/ verrichtung. Hisp. *Obra de abahar.* Angl. *A steeming, a breathing or evaperation.* } Senec. *lib.* 1. *nat. quæst.* Nec mirum, si teretis omnis generis & varia evaporatio est. Idem *lib.* 3. Nec trahit saporem evaporatio, quia clausa perhibitur.

**Evarchus**, fluvius est Scythiæ Europææ. Valer. 6. *Argon.*

——*nivemque ferax Evarchus alebat.*

**Evāsto**, as, are: Vasto. { נתץ *nathátz*, נתץ *nathátz*, נתש *nathásch*, שדד *schadádh*, חשם *heschém*. ἐκπορθεῖν. Gall. *Détruire, gâter.* Ital. *Guastare, dare il guasto.* Germ. Verwüſten/zerſtören. Hisp. *Desolar, ò mucho destruir.* Angl. *To destroye, to waste.* Liv. 10. *ab Urbe*, Ibi duo Consulares exercitus diversis vagati partibus, omnia quoque mensium spatio evastaverunt.

‖ Evat, provocat. Pap. Evare, bacchati. Cerda. ‖

**Evāx**, ἰού. Interjectio exultantis. Diomedes *lib.* 1. & Plaut. *Cure. fr.* 2. *a.* 1. Idem *in Menæc. fr.* 2. *a.* 1. Evax, jurgio uxorem tandem abegi.

¶ Fuit etiam nomen regis Indiæ, qui de virtutibus gemmarum scripsit ad Neronem.

Eubius. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

*Eubius impura conditor historia.*

‖ Eube, oleo. Gloss. Isid. ‖

Eubœa, Εὔβοια. Nomen insulæ est in mari Ægæo, tam angusto euripo à Bœotia divisa, ut ponte illi conjungatur, cui urbs primaria Chalcis olim dicta, hodie *Negroponte* vocatur, ut & insula tota. Turcæ eam Venetis eripuerunt circa annum 1471. ‖ insignis tribus promontoriis, Geresto scilicet ad Atticam vergente: ad Hellespontum Caphareo, exitio Græcæ classis notissimo: ad Septentrionalem Cæneo, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.

Eubœus, a, um, adjectivum: ut, Plebs Eubœa. Stat. *lib.* 1. *Sylv.*

——*stupuit primæva ad carmina plebs*
*Eubœa.*

Eubœicus, a, um: ut, carmen Eubœicum. Ovid. 4. *Fast.*

*Carminis Eubœici fatalia verba sacerdos*
*Insficit.*

Sibylla Euboica, id est, Cumana. Stat. 1. *Sylv.*

——*Euboica carmen legit ille Sibylla.*

Ovid. 13. *Metam.*

*Aulidáque Eubœicum complerunt mille carinæ.*

¶ Hinc Eubœicum mare, Εὐβοϊκὸν πέλαγος, quod duplex esse dicitur, alterum in Ægæo, mari, alterum in Campano, seu Tusco: quod in Ægæo, Eubœæ adjacet insulæ, à qua denominatum est: quod autem in Tusco, Cumarum, Baiarumque alluit oram, ab Eubœicis advenis & Cumarum conditoribus nuncupatum.

‖ Eubolus, Εὔβολος, qui felix est in jactu telorum, ab Εὖ benè, & βάλλω, jacio. ‖

Eubulus, Εὔβουλος. Athenienſis civis fuit, contrarius ferè Demosthenis in Reipubl. administratione partes fovens. ¶ Fuit & Eubulus mediæ comœdiæ poëta, ut scribit Suidas. ¶ Eubulus præterea nomen fuit historici, qui Historiam Michtæ multis voluminibus explicuit.

Eucærîa, Græca dictio: Latinè opportunitas. ‖ Εὐκαιρία. Gall. *Opportunité, occasion.* Ital. *Opportunità, occasione.* Germ. Gelägenheit/ bequemligkeit/ guter anlaß. Hisp. *Sazon, ocasion.* Angl. *Occasion, opportunitie.* ‖ Cic. 2. *de finibus.* Et quemadmodum opportunitas (hic enim appellamus Εὐκαιρίαν, ) non sit major productione temporis. Idem 1. *Offic.* occasionem interpretatur.

Eucarpia, Εὐκαρπία, urbs Phrygiæ, in qua racemi feracitate ac magnitudine spectabiles sunt: unde & nomen, quasi uber fructuum proventus. Meminit hujus oppidi Strab. *lib.* 12. Eucarpia Stephano, vicus est minoris Phrygiæ, in qua, Metrophane teste, racemus tantus provenit, ut currus medius præ onere aliquando rumpatur. Hanc regionem Barbari Jovem Cereri & Baccho fœcunditatis gratiâ donasse fabulantur. ¶ Est etiam Eucarpia castellum Siciliæ, inter Tyndaros.

‖ Eucharis, gratiosus. Pap. ‖

Eucharistîa: ‖ תודות *thodhâth.* Εὐχαριστία. ‖ Vox est Græca, quam nos Gratiarum actionem vertere possumus: unde & Εὐχαριστεῖν Græci dicunt, pro gratias agere.

‖ Eucharisticus, a, um, id est, quo gratiæ aguntur: item ad Eucharistiam pertinens.

Eucharisto, granulor. Cath. ‖

Euchydæ, prodigiosa celeritas. Plut. *in Arist.*

Euchylă, Εὔχυλα, dicuntur quæ sunt boni succi: ut carnes avicularum montanarum, & piscium saxatilium. His opponuntur κακόχυλα, quæ malum generant succum, ut caseus vetus & sallamenta. χυλὸς Græcis succus est, sive liquor.

Euchymà, Εὔχυμα. Græcâ appellatione dicuntur quæ boni sunt succi, sive præstantis saporis. Nam χυμὸς Græcis modò succum significat, modò saporem.

Euclidēs, Εὐκλείδης, Philosophus fuit Megarensis, Socratis auditor, ad quem belli tempore assumpta muliebri veste sæpiùs commeasse traditur. Defuncto verò Socrate in patriam sese contulit, ibique celebri auditorio (in quo etiam Plato fuisse perhibetur) Philosophiam professus est. Scripsit dialogos quamplurimos, quorum nomina recensent Suidas & Diogenes Laërtius. ¶ Fuit & alter ejusdem nominis Platonicus Philosophus, & geometra insignis, tempore primi Ptolemæi, posterior aliquanto his qui Platonis temporibus vixerunt: antiquior verò Eratosthene, & Archimede. Hic multa de Geometria & Musica conscripsit, quæ etiam hodie omnium manibus teruntur.

Eucratida, urbs Bactrorum (Stephan. ex Strab.) ab imperante cognominata.

Eucteria, orum, sunt loci, in quibus orationes actáque provinciarum continentur. Alc. *in l. immunitatis, C. de Agricolis & censitis, lib.* 11.

Eudæmon, ônis. Εὐδαίμων. Ægyptius Grammaticus, teste Suida, patriâ Pelusiotes, Libanii Sophistæ contemporaneus. Scripsit varia poëmata, item artem Grammaticam, & de recta scribendi ratione. Ad verbum dicitur, *bonus Genius.*

‖ Eudæmonia, Εὐδαιμονία, felicitas. ‖

Eudēmus, Εὔδημος. Orator fuit Megalopolitanus, Philopœmenis præceptor. Author est Plutarchus *in vita Philopœmenis.*

Eudamidēs, Εὐδαμίδας, nomen filii Archidami, & fratris Agidis Lacedæmoniorum regis.

Eudixon, lineum filum, quod medici extremo in clisterio relinquunt, per quod clysmos emittitur. Festus Pompeius: Græci sic navis foramen vocant per quod sentina egeritur. Inde translatio.

Eudēpnē, Εὐδήνη, insula Libyæ Phœnicum. Steph.

Eudōrā, Εὐδώρα. Nympha Oceani & Tethyos filia, ut placet Hesiodo *in Theogonia.* ¶ Item una ex Atlantibus, quæ septem numero esse perhibentur, Ambrosia, Eudora, Pasithoë, Coronis, Plexora, Pitho, Tyche.

Eudōrus, Εὔδωρος. Mercurii filius fuit ex Polymela Phylantis filia, qui Achillem ad bellum Troianum sequutus est, ut est videre apud Hom. 2. *Iliad.*

Eudōxus, Εὔδοξος, peritissimus Astrologus fuit & Geometra, filius Æschinis, patria Gnidius, qui primus apud Græcos annum ad Lunæ cursum ordinavit. Lucan. *lib.* 10.

*Nec meus Eudoxi consurget fastibus annus.*

Scripsit leges, & de Geometria atque Astrologia libros edidit. Cicer. 2. *de Divinat.* Ad Chaldæorum, inquit, monstra veniamus, de quibus Eudoxus, Platonis auditor, in Astrologia, judicio doctissimorum hominum facilè Princeps, sic opinatur (id quod scriptum reliquit) Chaldæis in prædictione & notatione cujusque vitæ ex natali die, minimè esse credendum. ¶ Fuit & alius Eudoxus Rhodius historicus: alius Siculus, filius Agathoclis, poëta comicus.

‖ Eudoxus, Εὔδοξος, est celebris: cujus δόξα, i. e. gloria, fama, εὐ ἔχει, bene habet. ‖

Eudoxiă. ‖ שם טוב *schem tob.* Εὐδοξία. Gall. *Bonne renommée.* Ital. *Buona fama.* Germ. Ein gut lob/ ein guter leumůd. Hisp. *Buena fama.* Angl. *Good renowme.* ‖ Claritas nominis, laus, existimatio, & bona fama. Cicer. 3. *de fin.* De bona autem fama, quam appellant Εὐδοξίαν: aptius enim est hoc loco bonam famam appellare, quàm gloriam.

Evĕho, is: Extra veho, asporto, aufero. ‖ נשא *nasá*, עטם *kamás.* αἴρω. Gall. *Enlever, porter hors.* Ital. *Condur fuori, portar fuori.* Germ. Außführen. Hisp. *Elevar à fuera.* Angl. *To carry out.* ‖ Varro *lib.* 1. *de re rust.* Quarto eundem fructuosiorem faciunt vecturæ, si vix sunt quâ plaustra agi facilè possint, aut flumina propinqua quæ navigari possint, quibus utrisque evehi atque invehi multa ad prædia scimus. Liv. 5. *bell. Pun.* Ubi primùm tranquillitas maris in altum evexisset. Et *lib.* 1. *ab Urbe*, Ut in collem Exquiliarum evheretur. Evictis tempestatibus, naufraga corpora sui viri evexit. Senec. *cap.* 17. *de consol. ad Helv.* In id evectus Pompeius supra quod ascendi non potest. Vellcius. ¶ Per translationem significat Extollo. ‖ נשא *nasá*, αἴρω. Gall. *Hausser, élever.* Ital. *inalzare.* Germ. Erheben/ führen/ ziehen und hoch daran bringen. Hisp. *Alçar arriba.* Angl. *To lifte up.* ‖ Vug. 6. *Æneid.*

——*pauci quos æquus amavit*
*Iuppiter, aut ardens evexit ad æthera virtus,*
*Dis geniti potuêre.*

Evectio, Evehendi actus. ‖ משא *massâ*, תרומת *terumáh.* αἴρω. Gall. *Portement dehors, transport.* Ital. *Portamento di fuori.* Germ. Hinaus führung. Hisp. *Obra de llevar à fuera.* Angl. *A carrying out.* Evectiones etiam, teste Budæo, dicuntur diplomata, sive Chartulæ signo principiis obsignatæ, quibus potestas permittitur aliquid evehendi. Unde *C. de cursu public.* cavetur, ut evectiones ab omnibus postulentur. ‖ ¶ Evectiones, litteræ, & diplomata, quibus adlecti, vel legati ad cursum publicum utuntur.

Evectus, us: Evectio & portatio, quæ fit vel navibus, vel curribus in aliquem locum. ‖ Angl. *A carying away to any place.* ‖ Plin. *lib.* 18. *cap.* 1. Malus est ager cum quo dominus luctatur. Cato inter prima spectari jubet, num solum sua virtute valeat qua dictum est positione, ut operariorum copia propè sit, oppidúmque validum, ut navigiorum evectus, vel itinerum.

Evĕlātum, veteres dixere pro eventilato. ‖ מוזרה *mezaráh.* Gall. *Eventé.* Ital. *Sventolato.* Germ. Erůfft/ Erfeubert. Hisp. *Aventado.* Angl. *winnowed.* Unde velabra dicuntur quibus frumenta eventilantur. Author Festus.

Evello, is, evelli, & evulsi, evulsum. Extraho, exstirpo. ‖ נתש *nathâsch*, נתק *nathák.* ἀναιρέω, ἀναιρῶ. Gall. *Arracher.* Ital. *Stirpare, svellere.* Germ. Außrupffen/ außreissen. Hisp. *Arrancar alg.o de lugar.* Angl. *To pluck up or away.* ‖ ut Evellere sibi capillum præ luctu, apud Cic. 3. *Tusc.* Idem *ad Attic.* Excisa enim est arbor, non evulsa: itaque quàm fruticetur, vides. Sic, evellere se ex complexu, apud eundem: & Evellere sese ex cœno, apud Plin. *lib.* 8. *cap.* 42. ¶ Per translationem, Evellere sibi scrupulum ex animo. Cicer. *pro Rosc. & pro Cluentio*: Evellere opinionem aliquam ex animis hominum.

Evulsio, verbale. ‖ נתק *nasiách.* ἀναιρῶ, ἀναίρεσις. Gall. *Arrachement.* Ital. *Esse svellere.* Germ. Außrupffung/ außreissung. Hisp. *Obra de arrancar algo de lugar.* Angl. *A plucking up, a pulling away.* ‖ Cicer. *de nat. deor.* Qui primus purgationes alvi, dentisque evulsionem invenit.

Evēmĕrus, Εὐήμερος. Nomen historici, de quo Lactantius: Evemerus, inquit, antiquus author fuit è civitate Messana. Res gestas Jovis, & cæterorum, qui dii putantur, collegit, historiámque contexuit è titulis, & inscriptionibus sacris, quæ in antiquissimis templis habebantur. Hanc historiam interpretatus est Ennius, & sequutus.

Evenetus, Lacedæmoniorum dux fuit, qui ad arcendum Thessaliæ finibus Xerxem, Themistocli adjutor fertur. Author Herod. *lib.* 7.

Evĕnio, is, eveni, eventum. Venire, accedere. ‖ קרה *karáh.* ἀπαντῶ, ἐπιβαίνω. Gall. *Advenir.* Ital. *Venire, accostarsi, accadere, avenire.* Germ. Begegnen/ widerfahren. Hisp. *Acontecer.* Angl. *To happen by chaunce, to come to passe.* Plaut. *Casina*: Sine modò rus eveniat, remittam ad te virum. ¶ Nonnunquam etiam significat Evadere, hoc est, per quamcunque difficultatem ad aliquid pervenire, exitum habere. Idem *in Aulul.* sc. 1. a. 2. & sc. 2. a. 1. Heu mihi, commista hæc blanda dicta quò eveniant, madeo metu. Idem *in Epid.* Ipsecundo exedor miser, atque exenteror, quò mihi Epidici blanda edicta eveniant. nimis diu maceror. ¶ Sæpiùs tamen ponitur pro Contingere, accidere, συμβαίνειν, ἀπαντᾶν, & tam in malam, quàm in bonam partem accipi solet. Idem *in Asin.* Opta id quod ut contingat tibi, vis. AR. Quid si optaro? LI. Eveniet. Idem *in Persa*, Quid agitur? T. Vivitur. S. Satin' ergo ex sententia? V. Si eveniunt quæ opto, satis. Idem *in Mercat.* Omnia mihi hodie eveniunt præter sententiam: non vivam vesperi, nisi illanc à me selectam abigam. Cic. 3. *Offic.* Quod autem in poëmatibus, & in picturis usu evenit, in aliisque compluribus, ut delectentur imperiti. Idem *fam.* 2. Ex quo vereor, ne idem eveniat in meas litteras. Virtute factum id evenit, ut deceret quicquid habeat. Plaut. *Most.* sc. 1. a. 1. Hæc evenerunt nobis ex sententia. Idem *Menæch.* sc. ult. Gaudeo si quid

propere

propter me tibi evenit boni. *Ibid. fc. alt. a.* 5. Hæc mihi evenit servitus. Idem *Pseud. fc.* 1. *a.* 2. Haud falsum mihi evenit somnium. Idem *Milit. fc.* 4. *a.* 2. Servitus si evenit, ei morigerari decet. Idem *Capt. fc.* 2. *a.* 1. Quod mihi ne eveniat periculum est. *Ibid. fc.* 1. *a.* 2. Meritò tibi ea evenerunt à me (id est, collata sunt inte.) *Ibid. fc.* 3. *a.* 2. Infecta dicta te eveniant tua. Idem *Amphitr.* Mihi haud sæpe evenium tales hæreditates. Idem *Curc. fc.* 1. *a.* 1. Ubi evenit hinc occasio. Idem *Milit. fc.* 1. *a.* 2. ¶ Quandoque est obvenire, & sorte alicui obtingere. Sallust. in *Jugurth.* Metellus & Syllanus coss. designati provinciam inter se partiverant, Metellóque Numidia evenit.

Evēnit, impersonaliter, pro ita accidit. Ter. *in Andr. fc.* 4. *a.* 5. Quid tu Athenas insolens? Ch. Evēnit.

Evēntum, neutro genere, quod in plurali eventa facit. {מקרה *mikréh.* ἀπάντησις, συμβαίνειν. Gall. *Evenement, la fin & issuë de quelque chose.* Ital. *Riuscimento de qualche cosa.* Germ. Zutragung eines dings/ eine beschaffung eines handels. Hisp. *Acontecimiento, ò la salida de lo que acontece.* Angl. *The end event, that followeth of.*} Lucr. *lib.* 1.

*Eventum dici poterit quodcunque erit astum.*

Cicer. *in Partition.* Si cujusque facti, & eventi causa ponetur. Idem *in Div.* Si eventa quærimus, quæ exquiruntur avibus. Idem *ad Atticum.* Semper causæ eventorum magis movent, quàm ipsa eventa. ¶ Eventum præstare, est periculum alicujus rei in se recipere, ἐγγυᾶσθαι τὸ μέλλον ἔσεσθαι.

Evēntūs, gen. masc. & quarti ordinis, raro in plurali numero, quàm in singulari, dicitur quod casu, aut fortuna nobis evenit, tam in bonum, quam in malum. {מקרה *mikréh.* σύμπτωμα, κατάστασις. Gall. *Evenement.* Ital. *Evento, accidente, caso.* Germ. Der ausgang/oder ausgang. Hisp. *Acontecimiento.* Angl. *Happe, chaunce, successe, that followeth of any thing.*} Cic. *lib.* 1. *de Orat.* Ut enim quisque optimè dicit, ita maximè dicendi difficultatem, variósque eventus orationis, expectatione éroque hominum pertimescit. Virg. 6. *Æneid.*

——— *cæcisque volutat*
*Eventus animo secum.*

Ovid. 2. *de Ponto.*

*Nam timor eventus deteriùs abest.*

Idem *in Epist. Phillidis.*

——— *careat successibus opto*
*Quisquis ab eventu facta notanda putat.*

Eventus rebus in omnibus, velut hora messis, magni fit. Plaut. *Mostel. fc.* 3. *a.* 1.

*Cujus in eventu pœna clementia tanta.*

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Eventus in manu fortunæ. Suet. *in Nerone. cap.* 23.

Ventĭlo, as: Ventilatione purgo. {זרה *zarâh.* λικμάω. Gall. *Esventer.* Ital. *Crivellare, sventolare.* Germ. Mit worffen oder wannen erschaben. Hisp. *Menear alguna cosa con el algre, aventar.* Angl. *To cleanse by winnowing, to fanne corne.*} Col. *lib.* 1. Et celeriter frumenta deteruntur, non cedente solo pulsibus ungularum, tribularúmque: & eadem eventilata mundiora sunt.

Evēnus. {Αἰτωλός. Germ. Ein fluss in Aetolia.} Fluvius est Ætoliæ in Callidromo monte nascens, & juxta Calydonem in mare Ionium influens: ita dictus ab Eveno Martis filio, & Marpessæ patre, qui se in hunc fluvium præcipitavit. Ovid. *lib.* 9. *Metam.*

*Namque nova repetens patries cum conjuge mœnia,*
*Venerat Eveni rapidas lave natus ad undas.*

Lucan.

*Et Meleagreum maculatus sanguine Nessi,*
*Evenus Calydona fecat, &c.*

Evēnus, Philosophus qui famem optimum ciborum condimentum esse dicere solebat, ut refert Plutarch. ¶ Fuerunt item Eveni duo Parii, Elegiarum scriptores: quorum meminit Suidas.

Ĕverbĕro, Verbero. {הכה *hichekâh.* τύπτω, μαστίζω. Gall. *Battre.* Ital. *Battere, percuotere.* Germ. Schlagen/schwingen. Hisp. *Herir, ò apotar.* Angl. *To scourge, to whippe.*} Quintil. *lib.* 2. *cap.* 2. An credibile sit, super caput Valerii pugnantis sedisse cornum, qui os oculósque hostis Galli rostro atque alis everberaret? Ovid. 14. *Metam.*

——— *& cineres planctu everberat alis.*

Gell. *cap.* 23. *lib.* 1. Everberare animum alicujus ad inquirendum.

¶ Everganeus. Hadr. Iun. in Nomencl. Trabes everganeæ affabrè factæ, ἀκρὶ, ἀκροκέλευθοι, from häpfich gearbeitete balcken.

Everge, tudicula. Poll.¶

Evĕrgĕtēs, Εὐεργέτης, cognomen Ptolemæi Ægyptiorum regis, qui Philadelpho successit, à maximis ejus in Græcas civitates meritis impositum. Nam Εὐεργέτης, à Græcis dicitur, quem nos beneficum, vel benè meritum appellamus. ¶ Evergetæ item dicti sunt populi Scythiæ, qui & Arimaspi, quòd benefici fuerint in Argonautas maris tempestate ad eorum littora delatos. Steph.

Ēvĕrgo, is: Emitto. {נתר *shillách.* ἀποστέλλω. Gall. *Envoyer dehors.* Ital. *Mandar fuori.* Germ. Hynfürgeben. Hisp. *Embiar à fuera.* Angl. *To send forth.*} Liv. *lib.* 45. Montes ingentis altitudinis spem faciebant, eo magis quòd nullos apertos evergerent rivos, occultos continerent latices, quorum venæ in mare permanantes, undæ miscerentur.

Ēvĕrro, is, everri, eversum: Scopis expurgo. {נקה *tsrd*, בער *bâar*, σαίρειν, ἐκσαίρειν. Gall. *Balier & nettoyer* Ital. *Spazzare.* Germ. Außwäschen. Hisp. *Barrer.* Angl. *To sweepe cleane away.*} Col. *lib.* 8. Stabula frequenter everrenda & purganda, humórque omnis urinæ deverrendus est. ¶ Per translationem accipitur pro Spolio, expilo. Cic. 3. *Verr.* O Verres præclara, quonam non accessisti, quò non attuleris istum diem? Etenim quam tu domum, quam tu urbem adisti, quod sanum denique, quod non eversum atque extersum reliqueris? Everrere sermones, pro curiosè excutere. Senec. 3. *de Ira.* Qui malignos sermones, etiamsi secretò habiti sint, everrit, se ipse inquietat.

Ēvĕrsātŏr dicitur is, cui jure accepta hæreditate, justa facere defuncto debet: quæ si non fecerit, seu quid in ea re turbaverit, suo capite sunt. Id nomen ductum à verrendo: nam Everræ, sunt purgationes quædam domus, ex qua mortuus ad sepulturam ferendus est, quæ per everriatorem, certo genere scoparum adhibito, ab extra verrendo dicitur.

¶ Everriculo, as: Verriculo, idest corradere, compilare. Bud.¶

Evĕrriculum, i, rete est piscatorium, à Græcis dictum, & à verrendis aquis sic appellatum. {חרם *chérem.* σαγήνη. Gall. *Filé, verveil, seine.* Ital. *Rete da pescare.* Germ. Ein zuggarn der fischer. Hisp. *La red barredera de pescadores.* Angl. *A dragnet.*} Varro 3. *de re rust. cap.* 17. Quum neque everriculo illi in litus educere possent vivam saginam plebeiæ cenæ pisces. Cicer. 6. *Verr.* expilatorem Siciliæ Verrem, Everriculum appellat. Quod unquam (inquit) judices, hujusce modi everriculum in illa provincia fuit? Idem *lib.* 3. *de nat. deor.* Doli mali actionem, everriculum appellat omnium malitiarum: quòd scilicet ea evertantur omnes fraudes è vita hominum civili. Est enim ea actio prodita ad terrorem hominum subdolorum, qui ignominiam ejus judicii reformidant. Verba Ciceronis sunt hæc: Inde everriculum malitiarum omnium, judicium de dolo malo, quod C. Aquilius familiaris noster protulit: quem dolum idem Aquilius tum teneri putat, quum aliud sit simulatum, aliud sit actum. Hæc Budæus.

Everro, is, everri, eversum: Exscindo, diruo, demolior. {הרס *hasás.* καθαιρέω, ἀναστρέφω. Gall. *Renverser ce qui est dessus dessous, abolir, détruire.* Ital. *Rovinare, volgere sotto sopra.* Germ. Umbkehren. Hisp. *Rebolver ò trasternar, subvertir, destruyr.* Angl. *To turne up syde downe, to overthrowe.*} Cic. *lib.* 1. *Offic.* De evertendis dispiciendúsque urbibus valde illud considerandum est.

Virg. 3. *Æneid.*

——— *Priamique evertere gentem*
*Immeritam visum superis.*

Idem 1. *Æneid.*

*Dispersasque rates, everrisque æquora ventis.*

Cic. 3. *Verr.* Nec per summam injuriam pupillum Junium fortunis patris conetur evertere. Idem 1. *de Orat.* Qui duorum scalmorum naviculam in portu everterit. Catull. *de com. Berec.*

*Ille quoque eversus mons est.*

Ovid. *lib.* 13. *Metam.*

——— *Quid dubitas ingentem evertere Troiam.*

Evĕrsio, verb. Ruina, casus, pernicies. {מהפכה *mahpechâh.* ἀναστροφή, καταστροφή, ἀναίνωσις, καθαίρεσις. Gall. *Renversement, destruction.* Ital. *Abbattimento, distruttione.* Germ. Umbkerung / umbrechtung. Hisp. *Obra de trasternar alguna cosa.* Angl. *An overthrowing, a turning up side downe.*} Plin. *lib.* 11. *cap.* 17. Eversiones vehiculorum. Cic. *de senect.* Hinc Resump, eversiones. Eversio vitæ. Idem 4. *Acad.* ¶ Eversionem patrimonii facere: Jul. Firmicus *Mathes. lib.* 3. alibi, Patrimonii labem facere.

Evĕrsus, a, um: Dirutus, destructus. {נהפך *nehphách.* ἀναστροφή, ἀναστρεπτός, καταστρεπτός. Gall. *Renversé, jetté par terre, détruit.* Ital. *Atterato, distrutto.* Germ. Umbkert. Hisp. *Trasternado, destruydo.* Angl. *Overthrowen, turned up side downe.*} Ut, eversa urbs. Plin. *lib.* 15. *cap.* 18. Eversus fortunis. Cic. *pro Flacco.* Eversæ cervices dicuntur, cujus cervices non amplius erectæ sunt, sed depressæ. Terent. *Heaut.* Ego te autem novi quàm esse soleas impotens, inversa verba, eversas cervices tuas, Fasces eversi, Consulatus fato amissus. Ovid. *ad Liv.*

*Quos primùm vidi fasces, in funere vidi,*
*Et vidi versos, indiciúmque mali.*

Evērsŏr, is. {הפך *hephich.* הרס *nethes.* ἀναστροφεύς. Gall. *Renverseur, destructeur.* Ital. *Destruttore.* Germ. Ein umbkerer/ oder zerstörer. Hisp. *Trasternador, destruydor.* Angl. *A destroyer, an overthrower.*} Cic. *pro domo sua.* Eversor hujus imperii. Virg. 12. *Æneid.*

——— *Priami regnorum eversor Achilles.*

¶ Eversor item pro prodigo & dissoluto ponitur, qui patrimonium suum profundit. Caius *lib. Instit.* 1. Sub curatore sunt minores ætate, majores eversores insani: qui versores, aut insani sunt, omni vitæ tempore sub curatore sunt.

Evestigo, as: Investigo. Inde, Evestigatus, a, um. Senec. *controv. lib.* 2. Tu Cæsse post evestigata illa fugitivorum arma urbis Romanæ ditissimus.

Evestĭcŏ, adverbium: Confestim, properanter: unica dictio est composita, aut certè duæ dictiones per subtractionem conjunctæ. {מהר *pitheom.* παραχρῆμα, αὐτίκα. Gall. *Tout incontinent, tout soudain, aussitost.* Ital. *Incontinente, subito.* Germ. Eingedenck/ von stund an/ auff den fuß mach. Hisp. *Luego, sin algun medio.* Angl. *Forthwith, by and by, quicke lie.*} Cicer. *fam. lib.* 4. Postea se à Marcello ad me missum esse, qui hæc nuntiaret, & rogaret uti cogerem medicos: coëgi, & evestigiò eò sum profectus prima luce. Plin. *in Epist.* Nunquam fum magis de occupationibus meis questus, quæ me non sunt passæ, aut proficiscentem ex valetudinis causa in Campaniam prosequi, aut profectum evestigiò subsequi.

¶ Eugalacton. Plin. *lib.* 27. *cap.* 9. Glaux antiquitus eugalacton vocabatur, cyatho & lenticulæ foliis simulis.¶

Eugānĕi, Εὐγάνειοι, populi fuerunt ad intimum maris Adriatici sinum, Alpes versùs: qui deinde à Troianis & Henetis, qui Antenore duce in eam Italiæ partem venerant, sedibus suis pulsi, Alpes Graias tenuerunt. Liv. *lib.* 1. *ab Urbe*, Casibus deinde variis Antenorem cum multitudine Henetûm, qui seditione ex Paphlagonia pulsi, & sedes, & ducem, rege Pylemene ad Trojam amisso, quærebant, venisse in intimum maris Adriatici sinum, Euganéisque qui inter Alpes mariéque incolebant, pulsis, Henetos, Trojanóique ea tenuisse terras, & in quem primum ingressi sunt locum. Troja vocatur, pagóque inde Trojano nomen est. Gens universa Veneti appellati. Hæc ille. Dicti autem sunt Euganei, ἀπὸ τῆς εὐγενείας, hoc est, à generis nobilitate, teste Plin. *lib.* 3. *cap.* 20. Hinc Euganeus, a, um. Juvenalis,

——— *Euganea quantumvis mollior agna.*

Lucanus,

*Euganeo (si vera fides memorantibus) angue*
*Colla sedens, Apennas ubi torris fumifer exit,*

*Atque Antenori diſperzitur unda Timavi.*

Euge. חברי *kahâh*, חח *hoách*. Ἐυγε. } Interjectio aſſentientis, laudantis & gratulantis. Plaut. *in Epid.* Euge, corpulentior videre atque agilior. Idem *in Mercatore*, Euge mi Demipho, ſalve. Euge homo lepidiſſime. Idem *Pſeud. ſc.* 3. *a.* 1. Lepidè dictum: Euge, plaudo Scaphæ. Idem *Moſt. ſc.* 3. *a.* 1. Euge oculus meus (exultantis.) Euge, euge, lepidè laudo commentum tuum. Idem *Milit. ſc.* 1. *a.* 1. Euge ædilitias ædictiones habet. Idem *Capt. ſc.* 1. *a.* 4. Euge, Thalem non emam talento. *Ibid. ſc.* 2. *a.* 2. Eas legiones copiáſque ſumas, euge, poſſiti. Idem *Aſin. ſc.* 2. *a.* 3. 5. Euge optume, nunc exquire (hortantis.) Idem *Amphitr. ſc.* 3. *a.* 2. Euge, euge: Dii me ſervatum volunt. Idem *Aul. ſc.* 3. *a.* 4. Sed ædes occluſerunt eugepè! Idem *ſc.* 2. *a.* 4.

Eugeniæ, Uvæ quædam ſunt à generoſitate ſic dictæ. Nam εὐγένεια à Græcis dicitur nobilitas. Col. *lib.* 3. *cap.* 2. Frigidum ſolum ac roſcidum cœlum commodiſſimè ſuſtinent, ſicut eugeniæ dum ſunt in Albano colle. Nam mutato loco, vix nomini ſuo reſpondent.

‖ Eugepè, interjectio geſtientis lætitiâ, ab Euge. ‖

Euglì, *Εὔγλη*, regiuncula Arcadiæ. Steph.

Eugium, pellicula quædam in pudendo muliebri, quam primo coitu rumpi nonnulli ex antiquis putaverunt, *ἀγὰν*. Quamvis reverà conſtet inter Anatomicæ rei peritos, pelliculam ejuſmodi commentitiam eſſe, & in virginum diſſectionibus non inveniri. Nonius: Eugium, inquit, pars media inter naturalia muliebria. Lucil. apud Non. Sine eugio puellam invenit. Laberius, Quare tam arduum aſcendis? an concupiſcis eugium ſcindere? Idem, Quznam mala mens, quæ delicitas vos ſuppilatores facit, cum cano eugio puellitari. Ubi ſic vetulæ naturam appellavit. ‖ ¶ Eſt etiam nota ſilentii in Muſicis.

Eugubium, *Vgubbio*, V.E. Umbriæ, lanificio & corpore S. Ubaldi clara, ſub A. & Ducatu Utbinate. ‖

Euhoë, *ἐυοῖ*, vox bacchantis. Plaut. *Menach. ſc.* 2. *a.* 5. Euhoë atque eheu Bromie, quò me in ſylvam venatum vocas? Fortaſſe rectiùs ſcriberetur *evohe*. Acron. in Horat. 2. *Carm. Ode* 11. Apud Plaut. *ibidem*, alii ita legunt: Evoë, evie, Bromie, &c. Vide infrà in *Evoë*.

Euhyûs, *Εὔιος*. Unum ex Bacchi cognominibus, à Iove illi inditum eo in bello quod Gygantes cum diis geſſerunt. Fabulantur enim Poëtæ, cæteris diis perterritis, Liberum patrem ſe in leonem convertiſſe, unúmque ex Gigantibus interfeciſſe, & ob rem tam ſtrenuè geſtam Euyon, hoc eſt, bonum filium, à Iove fuiſſe ſalutatum. Stat. *lib.* 2.

*Et tunc fortè dies notæ ſignata tenaxis*
*Fulmine, præcepti cùm te tenet Euhyus partus.*

¶ Inde fit fœmininum Euhyas, Bacchi ſacerdos. Horat. *lib.* 3. *Carm. Od.* 25.

——— *non focus in jugis*
*Ex ſomniis ſtupet Euhyas*
*Hebrum proſpiciens, & nive candidam*
*Thracen.*

Evibro, as, are, *ἐκτινάσσω*. Gell. *lib.* 1. *cap.* 11. Excitarentur, atque evibrarentur animi.

Evĭdens, Clarus, apertus, perſpicuus. ‖ ראה נראה *neráeh*, ברר *barár*, צח *ſach*, צחה *tſchiách*. φῶς, ἐναργὴς. Gall. *Evident, clair, manifeſte*. Ital. *Evidente*. Germ. Scheinbar/klar und heyter. Hisp. *Viſible, claro y manifieſto*. Angl. *Plane, manifeſt*. } Cic. *de Univerſ.* At ut eſſet menſura quædam evidens, quæ in iſtis octo curſibus celeritates, tarditatéſque declarares. Sic evidens ratio, evidens argumentum. Gell. *cap.* 6. *lib.* 17. Ea ſunt evidentia.

Evidentia, Perſpicuitas. ‖ ראיה נראה *mareéh*. Gall. *Evidence*. Ital. *Evidenza*. Germ. Klarheit/ heytere eines dings. Hisp. *Aquella claridad, manifeſtacion*. Angl. *Plainneſſe, clearneſſe*. } Claritas, perſpicuitas, quo nomine figura quædam ſententiarum à Rhetoribus dicitur, quæ & ἐνάργεια à Græcis appellatur, quum ſcilicet res ita oculis ſubjicitur, ut coràm geri, non commemorari videatur. Cic. 4. *Acad.* Propterea quod nihil clarius ἐναργείᾳ, ut Græci, perſpicuitatem, aut evidentiam nos, ſi placet, nominemus, fabricemúſque, ſi opus erit, verba.

Evidenter, adverbium: Clarè, perſpicuè. ‖ ἐναργῶς. Gall. *Evidemment, clairement*. Ital. *Evidentemente, chiaramente, manifeſtamente*. Germ Klarlich/ augenſcheinlich. Hisp. *Claramente y manifeſtamente*. Angl. *Plainly, clearly*. } Liv. 6. *ab Urbe*. Vel fateri nobis ea, quum tam evidenter pœnituerit, rutum cenſemus.

Evidentiſſimè, Adverb. Paulus D. *lib.* 30. *ſit.* 1. *l.* 33. Siquidem evidentiſſimè apparuerit.

Evigilo, as: Expergiſcor, excitor. ‖ עיר *har*. ἐγείρομαι. Gall. *Veiller, ne dormir plus*. Item, *eſtre éveillé, ſe réveiller*. Ital. *Deſtarſi, ſvegliarſi*. Germ. Auffwachen/ erwachen. Hisp. *Velar deſpues del ſueño*. Angl. *To wake to tak paine or be diligent*. } Suet. *in Galba, cap.* 2. Somniavit fortunam dicentem, &c. uſque evigilavit, &c. Plin. *Ep.* 5. Evigilaveram: nuntius à Sputina, &c. Stat. 5. *Sylvar.*

——— *Gravius qua puppe magiſter*
*Excidit, & medio miſer evigilavit in undâ.*

¶ Nonnunquam ſignificat elucubro, & elaboro, ſive vigiliis conficio. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Triſt. ad librum.*

*Aſpicies illic poſitos ex ordine fratres,*
*Quos ſtudium cunctos evigilavit idem.*

Cicer. *ad Attic. lib.* 9. At quàm honeſta, at quàm expedita tua conſilia, quàm evigilata tuis cogitationibus. Quintil. Pythagoreorum more cùm evigilaſſent. Gell. *cap.* 7. *lib.* 1. Pietaque literatum meditata evigilatáque erant.

Evii, populi Liguriæ. Steph.

Evila. ‖ חוילה *chavilâh*. } Regio ad Orientem vergens, ſacris literis celebrata, quam circuit de Paradiſo Phiſon egrediens, quem noſtri mutato nomine Gangem vocant. In ea aurum puriſſimum, quod Hebraicè *Zaab*, & gemmæ pretioſiſſimæ, carbunculus, ſmaragdúſque naſcuntur.

Evilesco: Vileſco, vilis fio, & in contemptum abeo. ‖ נבזה *nabâl*. φαυλίζομαι. Gall. *Avilir, devenir vil*. Ital. *Devenir vile, avilire*. Germ. Verächt werden. Hisp. *Valer poco, ir à menoſprecio*. Angl. *To become vyle*. } Suet. *in Claud. Cæſ. cap.* 15. Propter quæ uſque eò eviluit, ut paſſim ac propalàm contemptui eſſet.

Evincio, is, ire: Vincio, ligo, circuligo, cotono. ‖ אסר *aſár*. ἐναδέω, ἐναδέω. Gall. *Lier & ſerrer*. Ital. *Ligare*. Germ. Binden/ zuſammen binden. Hisp. *Atar*. Angl. *To bind, to knit hard*. } Virgil. 8. *Æneid.*

——— *Evincti tempora ramis.*

Tacit. *lib.* 5. Sutena patrio more Tiridatem inſigni regio evinxit.

Evinctus, participium. ‖ אסור *aſur*. ἐναδούμενος. Gall. *A qui on a lié & accomplé quelque choſe, lié*. Ital. *Ligato, cinto*. Germ. Gebunden. Hisp. *Atado*. Angl. *Bound hard*. } Virg. 5. *Æneid.*

*Ipſe caput tonſæ foliis evinctus olivæ.*

Ibidem,

*Puniceis ibant evincti tempora taniis.*

Idem 7. *Eclog.*

——— *lævi de marmore tota*
*Puniceo ſtabis ſuræ evincta cothurno.*

Ovid. *Eleg.* 4. *lib.* 4.

*Victima evincti triſtem ducuntur ad aram.*

Gell. *cap.* 1. *lib.* 14. Omnia quaſi fideribus evincta duci & regi.

Evinco: Vinco, convinco, vel vincendo extorqueo. ‖ נצח *nitſedeh*, הכחיח *hochiach*. νικῶ. Gall. *Convaincre, ſurmonter, vaincre*. Ital. *Vincere*. Germ. Oberwinden. Hisp. *Vencer*. Angl. *To overcome, to vanquiſhe*. } Liv. 2. *ab Urbe*. Omne id tempus cum conjuratis conſultando abſumunt, evincúntque inſtando, ut literæ ſibi ad Tarquinios darentur. Horat. 2. *Serm. Satyr.* 3.

*Sic puerilibus his ratio eſſe evincet amare.*

Col. *lib.* 6. *cap.* 5. Evincendi ſunt autem, quamvis peſtiferi morbi, & exquiſitis remediis propulſandi. ¶ Evincere item apud Juriſconſultos, eſt eandem rem quam adverſarius jure legitimo acquiſierat, per judicem recuperare. Hinc Evictio, talis recuperatio. Itaque propter periculum evictionis motis fuit olim, ut ſi res non Quiritum, ſed Gentium jure abalienaretur, is qui eam acquirebat, duplam, aut ſimplam ſtipularetur ſibi ab authore dari, ſi ea ſibi judicio adimeretur: quemadmodum ex Varr. *lib.* 10. *de re ruſt.* intelligitur.

Evictus, participium: Victus, convictus. ‖ כתוש *nechâch*. νικηθείς. Gall. *Convaincu, vaincu*. Ital. *Convinto*. Germ. Oberwunden/ überzeugt. Hisp. *Vencido*. Angl. *Vanquiſhed*. } Cic. 2. *Verr.* Qui tam nefariis criminibus, tam multis teſtibus evictus, ora judicum aſpicere, atque os ſuum populo Romano oſtendere auderet. Virgil. 4. *Æneid.*

*Tu lachrymis evictæ meis, tu prima furentem*
*His germana malis oneras, atque obvia hoſtes.*

Suet. *in Tib. cap.* 37. Evictus precibus: Evictis tempeſtatibus naufraga evexit corpus viri. Senec. *cap.* 17. *de conſol. ad Helv.*

*Evictum longo tempore Cæſar evit.*

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Triſt.*

Evippe, *ἴδιον*. Vicus Cariæ. Steph.

Evirco, as: Caſtro, virilitatem exſeco. ‖ נתח *nathâh*. ἐνευνίζω. Gall. *Chaſtrer, effeminer, oſter la virilité*. Ital. *Caſtrare, tagliare i genitali*. Germ. Außhauwen/ männlichen. Hisp. *Capar ò caſtrar*. Angl. *To geld*. } Et per tranſlationem, mollem & effœminatum reddo. Νευνίζω. Varr. *Marcipore*, ut citat Nonius, Eviravit omnes Venerivagæ pueros.

Evirātus: Caſtratus, quaſi virilibus ſpoliatus. ‖ נתוח *nathâh*. ἐξευνισθείς. Gall. *Chaſtré, effeminé*. Ital. *Caſtrato, privato de i genitali*. Germ. Dem außgehauwen iſt. Hisp. *Capado ò caſtrado*. Angl. *Gelded*. } Per metaphoram accipitur pro molli & effœminato. Plaut. Adoleſcens evitatus ac mollis. Martial. *lib.* 5.

*Spadone quum ſis eviratior fluxo.*

Evirātio, nis: Virilium exſectio: & per tranſlationem, effœminatio. ‖ ἐναδρυσμὸς, εὐνιχισμὸς. Gall. *Chaſtrement*. Ital. *Il caſtrare*. Germ. Münchung/ außhauwung. Hisp. *Aquella cosa de caſtrar, ò capar*. Angl. *A gelding*. } ¶ Evirationem pilorum, dixit Plin. *lib.* 19. *cap.* 1. pro depilatione, qua corpus glabrum & molle redditur more fœminarum. Nam viros hirſuta decent corpora, it enim robuſtiores ſunt, & naturæ calidioris. Senec. *cap.* 16. *de Vita beata*, Evitatio bonæ ſpei eſt lacerſere virtutem.

Evirēſco, is. ‖ ירק *ratâh*. χλωρίζω, ἀνθηρίζω, ἀνθέω. Gall. *Devenir verd, verdoyer*. Ital. *Divenir verde, è verdeggiare*. Germ. Grünen/ grün werden. Hisp. *Reverdecer*. Angl. *To waxe grene*. } Viride fieri. Varro *Prometheo, lib.* 15.

*Et exſangui talore evireſcat colos.*

Eviscero, as: Viſceribus ſpolio. ‖ ἐκκαλύζω. Gall. *Eventrer, oſter les entrailles & le dedans*. Ital. *Sviſcerare, ſventrare*. Germ. Eine weyden/ das eingeweyd außnemmen. Hisp. *Quitar las entrañas*. Angl. *To pull out the garbiſhe orgutes, to bowell*. } Virgil. 11. *Æneid.*

*Compreſſámque tenet, pedibúſque eviſcerat uncis.*

Cicer. 1. *Tuſcul.* Ex Ennio, Ipſe ſummis faxis fixus aſperis, eviſceratus latere pendet.

Evito, as, compoſitum à vito: Effugio, vito, devito. ‖ ברח *barách*, נשמר *niſchmar*. ἀλεύομαι, φεύγω. Gall. *Fuir, éviter*. Ital. *Schifare*. Germ. Vermeiden. Hisp. *Eſquivar*. Angl. *To eſchew, to avoyde*. } Cic. *de Amic.* Eſt enim varius & multiplex uſus amicitiæ, multæque cautæ ſuſpicionum, offenſionúmque damnantur, quas tum evitare, tum levare, tum ferre ſapientis eſt. Horat. *lib.* 1. *Carm.*

——— *metáque fervidis*
*Evitata rotis.*

Cælius *Ciceroni*, Periculoſam, & gravem illam dimicationem evitaret. ¶ Legitur & Evito apud antiquos, pro vitam eripio, occido, ἐκφεύγω. Cic. 3. *Tuſcul.* ex veteſto quopiam Poëta,

*Hæc omnia vidi inflammari,*
*Priamo vi vitam evitari.*

Evitēlo, nis. ‖ משמר *miſchmâr*. τήρησις, ἐκφυλακὴ. Gall. *Evitement, échevement, fuite*. Ital. *Schifamento*. Germ. Vermeidung/ fliehung. Hisp. *Eſquivamiento*. Angl. *An eſchewing*. } Quintil. Malorum evitationem, & liberationem, &c.

Evītābilis,

Evitábilis, e. { Δυνατὸς φυγεῖν. Gall. *Evitable, qu'on peut éviter.* Ital. *Che si può schivare.* Germ. Das zu vermeiden ist. Hisp. *Cosa que se puede esquivar.* Angl. *Easie to be eschew.* } apud Ovid. 6. *Metam.*

——— *nec evitabile telum.*

‖ Evitabes, negotiorum susceptor. ‖

Eulogia. { ברכה *berachâh.* εὐλογία. Gall. *Benediction, loüange.* Ital. *Benedittione.* Germ. Ein segen/ bedeuung. Hisp. *Bendicion, alabamiento, obra de alabar.* Angl. *A blissing, a loving.* } Benedictio, munificentia, beneficentia, vel etiam rationabilitas : λόγος ἐυλογία, quod significat Rationabile. Cic. *ad Attic. lib.* 13. Locum non sanè probo, quòd est hominibus desertior, sed habet εὐλογίαν. ‖ ¶ Eulogia sunt etiam breves chartulæ eorum, qui dabant militibus stellaturam, seu tesseram annonariam, loco stipendii. Scriban. ‖

Eumæus, εὔμαιος. Subuculus fuit Ulyssis, qui dominum à bello Trojano reducem opera sua adjuvit contra procos uxoris. Homer. *lib.* 22. *Odyss.*

Eumēcēs, Balsami genus lævi cortice : ita dictum quòd cæteris sit procerius. εὐμήκης enim Græcè, procerus & prolixus dicitur. Plin. *lib.* 12. *cap.* 25.

Eumēlus, εὔμηλος. Admeti regis Thessaliæ ex Alceste uxore filius.

Eumēnēs, εὐμενὴς, vir Cardianus, ex intimis Philippi & Alexandri familiaribus : qui cura, diligentia, patria calliditate, & celeritate omnes Macedones superavit : de quo multa à Græcis historicis traduntur. ¶ Fuit præterea hoc nomine Pergami rex, qui Antiochum apud Sardeis ingenti prælio superavit : de quo vide Strab. *lib.* 13. & *infrà* in dictione *Pergamus.*

Eumēnīa, εὐμένεια, urbs Phrygiæ, quam Attalus ab Eumene Philadelpho sic vocavit : aut Hylas, quod benè in ea mansisset, sic eam appellavit. Alia est Cariæ, tertia in Hyrcania.

Eumēnīdēs, εὐμενίδες. Furiæ, κατ' ἀντίφρασιν dictæ, quòd minimè benevolæ sint, εὐμενὲς enim benevolum significat. { Germ. Wütende und ungetrige hellische weiber. } Has autem tres ferunt fuisse Achetontis & Noctis filias, uno partu editas. Et apud inferos vocantur Canes : unde Lucanus,

——— *jam vos ego nomine vero*
*Eliciam, Stygiásque canes in luce superna*
*Destituam.*

Apud mortales, Furiæ, ab effectu. Cic. 2. *de legib.* Agitant & insectantur impios Furiæ non ardentibus tædis (sicut est in fabulis,) sed angore conscientiæ, & fraudis cruciatu. Apud Superos dicuntur Ditis. Virg. *lib.* 12. *Æneid.*

*At procul ut Diræ stridorem agnovit & alas,*
*Infelix crines scindit Iuturna solutos.*

Vocantur & Volucres, ut apud eundem,

*Iamiam linquo acies, ne me terrere timentem*
*Obscœna volucres, alarum verbera nosco.*

Eumetris, gemma est apud Bactros nascens, silici similis, quæ capiti supposita nocturna visa ad oraculi similitudinem reddit. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Eumōlpus, εὔμολπος. Nomen viri Athenientis, quem Suidas Musæi poëtæ filium fuisse scribit, & Pithiorum victorem. Alii Orphei vatis filium fuisse credunt, qui Poëta fuit, ipso etiam Homero antiquior. Ab hoc Eumolpidas, sacrorum quorundam præsides dictos volunt, quorum meminit Æschines in oratione contra Ctesiphontem.

Eumōlpidæ, εὐμολπίδαι. Dicti sunt sacerdotes, seu magistratus Atheniis, in memoriam & honorem Eumolpi regis, quem Ægyptii genere fuisse Diodorus refert.

Eumōnīdēs, εὐμονίδης. Nomen proprium viri Thebani, cujus meminit Plutarchus.

Eunæ, εὐναί, urbs Cariæ, in qua fluvius est Eunæus. Est etiam Eunæ urbs Argûs, quam habitabant Cyrenæi : Steph.

Eunēus, εὐνεὼς, Jasonis filius ex Hypsipyle filia Thoantis regis Lemni, teste Homero *lib.* 7. *Iliad.*

Eunomīa, εὐνομία. Est recta juris legúmque constitutio, quo nomine Dea illa vocatur, quam Demosthenes alteram judiciorum præsidem facit : duplex est Eunomia : una quidem recta juris constitutio : altera verò rectè constituto juri obtemperatio : & εὔνομοι, eunomi populi dicuntur, qui recta legum institutorumque ratione utuntur. Budæus.

Eunonymitæ, εὐνωνυμῖται, populi Ægyptii juxta Æthiopiam. Steph.

Eunūchus. { סריס *sacit.* εὐνοῦχος, εὐνοῦχος. Gall. *Eunuque, chastré dés son jeune age.* Ital. *Eunucho, castrato, senza genitale.* Germ. Ein verschnittner. Hisp. *Capado, ò castrado.* Angl. *A gelded man.* } Castratus : ab εὐνὴ, quod est cubile, & ἔχω, custodio : quia id hominum genus adhibebatur servandis cubilibus regum, quasi Eunochus, & per syncresin Eunuchus. Cic. *in Orat.* Eunuchi in Syria Ægyptóque, &c. Juvenal. *Satyr.* 12.

——— *decidere jactu*
*Cæpit cum vomit, imitatus castora, qui se*
*Eunuchum ipse facit, cupiens evadere damno*
*Testiculorum.*

Gell. *cap.* 2. *lib.* 4. Eunuchus morbosúsve.

‖ Eunuchias, εὐνουχίας, est sicyopedon, ad differentiam spermatiæ. Hi erant compacti & breviores : illi flaxa carne & in longum producta figura, quales fuit cucumeris scytalici.

Eunuchium, εὐνοῦχον. Lactucæ genus, quòd maximè refrigerat Veneri. Gorth.

Eunuchinus, a, um. Hieron. *de custod. virg. ad Eustoch.* Aliæ, inquit, virili habitu, veste mutatâ, erubescunt esse quod natæ sunt : crinem amputant, & impudenter erigunt facies eunuchinas. ‖

Eunūchizo, as. { סרס *sarhâh.* εὐνουχίζω. Gall. *Chastrer.* Ital. *Castrare, Cavare i genitali.* Germ. München / verschneiden / ausshauren. Hisp. *Castrar, Capar.* Angl. *To geld.* } Castro. Hieronymus *contra Iovin.* Sunt Eunuchi qui de utero matris ita nati sunt, & sunt eunuchi qui ab hominibus eunuchizati sunt, & sunt eunuchi qui se castraverunt propter regnum cœlorum.

Eunucho, as, ejusdem significationis. { סרס *sarhâh.* εὐνουχίζω. Angl. *To geld.* } Varro *in lege Mamia*, apud Nonium : Si qui patriam majorem patentem extinguit, in eo est culpa, quòd facit pro sua parte is, qui se eunuchat, aut aliquâ liberos producit.

Evŏco, as : Extra voco. { קרא *carâ*, קצף *cahak.* καλέω, παρακαλέω. Gall. *Appeller pour venir dehors.* Ital. *Chiamar fuori.* Germ. Hinauss berüffen. Hisp. *Atraer y llamar à fuera.* Angl. *To call forth.* } Plaut. *in Amphitr.* Evocate huc Sosiam. Terent. *in Eunuch.* Num quem evocari hinc vis foras? Plaut. *in Amphitr.* Tu gubernatorem è navi huc evoca meis verbis Blepharonè, ut te divina facta mecũ prandeat. Pectus digitis pultat. Cor credo evocaturus est foras. Idem *Atilit. fr.* 2. *a.* 2. Ostiũ pultabo, & intus aliquem evocabo foras. Idem *Pf. fr.* 2. *a.* 2. & *fr.* 7. *a.* 4. ¶ Sic evocare ad cœnam, evocare ad colloquium, evocare ad pugnam, &c. Cic. *Attic. lib.* 2. Tuas Nemesio litteras dedi, sic te his evocabam, ut nihil actius, neque incitatius fieri posset. Evocare aliquem Romam, aut aliam ad urbem accersere. Sic qui in provinciis erant, sæpe ad dicendam causam Romam evocabantur. Cicer. 3. *Ver.* Pericles Ephesius, homo nobilissimus Romam evocatus est, quòd author injuriæ illius fuisse argueretur. Evocare spiritum, id est aërem, flatumque conceptum cucurbitulis educere. Cels. *lib.* 4. *cap.* 13. Ex cæteris spiritum evocare abundè est. ¶ Evocare item est ad subitam tumultuariámque militiam vocare. Cæsar 1. *bell. civil.* Magnus numerus Equitum Romanorum & Decurionum, quos ex municipiis Domitius evocaverat. ¶ Evocare deos, sive sacra, veteres dicebant, pro Precibus elicere Numina illa, in quorum tutela urbs obsessa putabatur, ut eâ relictâ, in eorum, qui obsidebant, urbem transirent. Nefas enim ducebant urbem aliquam, nisi prius evocatis diis tutelaribus, oppugnare : ne aut adversùs deos pugnare, aut capta urbe ipsos etiam deos captivos habere viderentur. Hujusmodi autem evocationes fiebant conceptis verbis, & carmine quodam in eum usum compositio, cujus formulam describit Macrobius *Satur. lib.* 3. *cap.* 9. ¶ Per translationem ponitur pro Averto, ἀπάγειν. Cic. 1. *Tuscul.* Nam quid aliud agimus, quum à voluptate, id est, à corpore, quum à re familiari, quæ est ministra & famula corporis, quum à Republica, quum à negotio omni evocamus animum? Quo tamen in loco potiùs legendum videtur *avocamus.*

Evŏcātŭr verbale. Cic. *in Catil.* Principem conjurationis, evocatorem & servorum & civium perditorum exire patieris?

Evŏcāti, dicuntur non qui justi milites sunt, sed qui repentina aliqua necessitate ex agris in bellum tumultuariè vocantur. { קרואים *keruim*, נבון עקיבים *nic hakim.* ἐπίκλητοι. Gall. *Appellez à la guerre par necessité, Soldats de milice.* Ital. *Chiamati à bisogni per soldati.* Germ. Kriegsleut die man ellenda in der not von heimet in das feld hinauss berüfft. Hisp. *Llamados todos à la guerra.* Angl. *Souldiers chosen & called to warre of necessitie.* } Hi pro militibus ducebantur. Suet. *in Galb.* Delegit & equestris ordinis juvenes, quì manente annulorum aureorum usu, evocati appellarentur, excubiásque circa cubiculum suum vice militum agerent. Idem *in Aug. cap.* 56. Affuit clientibus : sicut sectatio cuidam evocato quondam suo, qui postulabatur injuriarum. Cicer. *ad Appium*, Antronium præfectum evocatorum misi ad te, cui si videbitur, cohortes trade. ¶ Immò Evocati sunt ἀπόλεκτοι (ut scribit Dio) i. revocati, nempe homines militia perfuncti & emeritis stipendiis, qui tamen rursus militatum evocantur. Eorum honestus erat ordo in re militari, ut ex inscriptionibus constat. Nam Evocatum Cæsaris, aut Augusti fuisse ambitiosè incisum conspicimus. Salust. *in Catilin.* Reliqua signa in subsidiis arctiùs collocat, ab his centuriones omnes lectos & evocatos. Cæsar *lib.* 1. *bell. civ.* Pollicetur quadraginta in singulos jugera, & pro rata parte centurionibus, evocatisque. Rursus *lib.* 3. Ex Pompeianis concidisse reperiebamus, evocatosque, & centuriones complures.

Evocati, acciti, accersiti : item exciti, evocati. Cassiodorus epist. 14. lib. 7. *Quapropter ad Comitatum nostrum tu sis te præsentibus evocamus.* Symmach. epist. 52. lib. 3. *Ad obsequia auspicii Consularis D. Valentiniani evocatus.*

Evŏcātio. Hirtius *de bello Alexandrino*, Edictum tota provincia proposuerat, ut quibus pecunias imperasset, neque contulissent, his adirent : quæ evocatio vehementer omnes turbavit.

Euœ. per duas syllabas, εὐοῖ. Interjectio bacchantis est, quam in Liberi patris Orgiis identidem inculcabant Bacchæ. Ovid. 6. *Met.*

*Exululant, euœque sonant.*

Dicitur & Euohe, tertiâ syl. Virg. 7. *Æneid.*

*Euohe Bacche fremens.*

Ovid. 4. *Metam.*

*Tèque ferens parvum nudis Meliceria lacertis*
*Euohe Bacche sonat.*

Et sine aspiratione, apud Plaut. *Men. fr.* 1. *a.* 1. Euoë, atque Euie strenue, quò me in sylvam venatum vocas? Vide supra *in Euhoë.*

Evŏlo, as, are : Extra, vel in altum volo, devolo, avolo. { עף *haph*, נדד *nadhâdh.* ἀφίπταμαι. Gall. *S'envoler, voler hors.* Ital. *Volar fuori, volar in alto.* Germ. Ausfliegen/ daroon fliegen. Hisp. *Volar de un lugar à otro.* Angl. *To flee out or away, to escape.* } Plin. *lib.* 10. Vultur, & aliæ aves graviores, nisi ex procursu, aut altiore tumulo immissæ non evolant. Cicer. *de clar. Orat.* Itaque tantos processus efficiebat, ut evolare, non excurrere videretur. Idem 1. *de Legibus*, Quare glandifera illa quercus, ex qua olim evolavit

*Nuntia fulva Iovis mirandæ visa figuræ,*

nunc sit hæc. ¶ Et per translationem ponitur pro Effingere. Cicer. 3. *Verr.* Ille qui sua cupiditate tantos tumultus concitatos videret, cuperet aliquò evolare, si posset. ¶ Evolare pœnam. Cicer. *de provinc. Consul.* Quam pœnam hi tum aliorum opibus, tum suis inutilissimis vobis evolarent : at aliam multò majorem gravioremque subirent.

Evŏlĭto, as, are, frequentativum. ἐκπέτομαι, πτάομαι ἀφίπταμαι. Gall. *S'envoler souvent.* Ital. *Spesso volare.* Germ. Offt ausfliegen. Hisp. *Volar muchas vezes de un lugar à otro.* Angl. *To flee out or away often.* } Colum. *lib.* 6. *cap.* 8. Patentibus fenestris, per quas ad requirendos cibos evolitat.

Evŏlūtio

Evŏlāticŭs, a, um. {ἁρπαγικός. Gall. *Volage, qui vole.* Ital. *Volatile.* Germ. Außfliegig. Hisp. *Cosa que buela.* Angl. *That fleeth away.*} ut Evolatici homines. Plaut. *Pœnulo, sc.1.a.2.* Ita ut occepi dicere Lenulle de illac pugna pentethronica, qua sexaginta millia hominum uno die evolaticorum manibus occidi meis, &c. aliàs legitur, *Volaticorum.*

Evŏlo, as, are, à vola, æ: Furari, rapere, quasi in volam recipere. {גנב *ghanáb*, נשׁל *pischschét.* κλέπτω. Gall. *Dérober, voler.* Ital. *Rubbare, involare.* Germ. Rauben/ſtälen/ mit frummen händen ein ding angreiffen. Hisp. *Robar, arrebatar.* Angl. *To steall, to take away by stealth.*} Plaut. *Cistell.* Quid quæritas? G. Cistellam adolescens hic mihi evolavit.

Evŏlvo, is, ere: De loco volvo. {גלל *ghalál.* κυκλόω, ἐξελίττω. Gall. *Dérouler, déplier, rouler.* Ital. *Voltare.* Germ. Außwelltzen oder trolen. Hisp. *Sacar volviendo.* Angl. *To tremble or roll out of place.*} Lucret. *lib.* 3.

——— *nudis evolvunt saxa lacertis.*

Ovid. 12. *Metam.*

——— *medò se supra aëra frustrà*
*Tollere conatur, jactáque evolvere sylvam.*

Plin. *lib.* 4. *cap.* 13. Evolvitur in Pontum sex fluminibus Danubius. Terent. *Eunuch.* Hæc te & omni te turba evolves, & illi gratum feceris. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Aut terra, aut mari evolvam tibi argentum. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

*Nec tamen est facinus versûs evolvere molles.*

Ibidem,

——— ——— *Miror*
*Unquam te nostros evoluisse ioces.*

Quint. Evolvere rem aliquam (pro absolvere, expedire.) ¶ Ponitur etiam pro Explico, & expono. Cic. *ad Att.* Evolvi velamen epistolarum tuarum. Idem *in Offic.* Si quis voluerit animi sui complicatam rationem evolvere. Et translatè pro perlego, & diligenter perpendo. Cicer. 1. *Tuscul.* Evolve diligenter eum librum qui est de animo. Virg. 4. *Georg.*

*Flevisse, & gelidis hæc evolvisse sub antris.*

Evŏlūtŭs, participium. {גגלל *naghál.* ἀναγεγλυμμένος. Gall. *Développé, déployé.* Ital. *Dispiegato, svelupato.* Germ. Außgewelt/ außgewickelt. Hisp. *Desembuelto, desplegado.* Angl. *Rolled out.*} Liv. *lib.* 26. de angue, Interventuque hominum evolutam repentè, atque ex oculis elapsam. Evoluta testudo rebus omnibus. Item, Evoluti bonis homines. Senec. *epist.* 75.

Evŏlūtio, nis: Lectio. {ἐξελιγμὸς. Gall. *Déployement, explication.* Ital. *Dispiegamento, svelgimento.* Germ. Außwickelung. Hisp. *Obra de sacar volviendo.* Angl. *Rolling out or unfolding.*} Cic. *lib.* 1. *de fin.* Quid historiæ cognitióque rerum? quid Poëtarum evolutio? quid tanta tot verborum memoria voluptatis affert.

Evŏmo, is, ere. Vomendo ejicio. {קאה *kaáh*, הקי *heki.* ἐξεμέω, ἀναβλύζω. Gall. *Vomir & jetter dehors, dégorger, rendre par la gorge.* Ital. *Vomitare.* Germ. Außsperren. Hisp. *Vomitando rendir.* Angl. *To vomite, to cast out his gorge, to pare-brake.*} Cic. 2. *de nat. deor.* Eademque hæc avis scribitur conchis se solere implere, eásque quum stomacho concoxerit, evomere, atque ita eligere ex his quæ sunt esculenta. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 4. Animo malè est ædibus. SY. Quid jam? PS. Quia ipsum lenonem evomunt. Terent. *in Adelph.* Ut iram hanc in eos evomam omnem, dum ægritudo hæc est recens. Cic. *de Amicit.* Apud quem evomat virus acerbitatis suæ.

Evŏnymŭs, εὔονυμος. Vulgò *Lusiega*, insula est una ex Vulcaniis, ita dicta quòd è Lipara in Siciliam navigantibus sinistra offeratur. Nam εὔονυμα Græci, τὰ εὐφημούμενα, vocant sinistra. Author Strab. *lib.* 6. ¶ Est item Evonymos Theophrasto, arbor infelix, malo Punicæ similis, in Lesbo insula potissimùm proveniens, pecori gustatu lethalis. Vide Plin. *lib.* 13. *cap.* 22.

Eupalia, εὐπάλια, nomen urbis in Locride, apud Plin. *Lib.* 4. *cap.* 3.

Eupatŏrium, εὐπατόριον, sive Eupatoria. Herba est ab officinis *Agrimonia* appellata: cujus descriptionem vide apud Plin. *lib.* 25. *cap.* 6. ¶ Eupatorium aquaticum, quidam trifolium cervinum cognominant. Gesnerus *in Cervo.* Dicta est autem Eupatoria, ab Eupatore rege ejus invento, ex quo eam regiam habere dignitatem scribit Plin. *lib.* 25. *cap.* 6. Vide quoque Dioscor. *lib.* 4. *cap.* 38.

Eupatria, εὐπατρία, urbs Lydorum. Steph.

Eupĕlætŭs, εὐπελαῖος, gemma est, quatuor habens colores, igneum, cæruleum, minii, & mali. Author Plin. *lib.* 37. *cap.* 12. Sed ibi legitur, *Eupetalos.*

‖ Eupetalos, lauri genus. Plin. *lib.* 5. *cap.* 10. εὐπέταλος est pulchra folia habens. πέταλον folium. ‖ εὐπέταλον, frutex, qui & ἀνδρώνιτις Dioscor.

Euphēmē, εὐφήμη, mulieris nomen, nutricis Musarum, & Croci matris.

Euphēmĭa, εὐφημία, uxor Justini Imperatoris, cujus meminit Suidas. ¶ Græcis item Euphemia, faustam acclamationem significat, qualis fieri solet principibus recèns inauguratis.

‖ Euphemismus, εὐφημισμὸς dicitur, quum vox vel oratio odiosa, quæ offendere possit, mutatur in eam, quæ non offendat: breviter, bona dictionis mutatio: favorabilis loquutio.‖

Euphōnĭa, æ. {εὐφωνία. Gall. *Bon accord, harmonie.* Ital. *Buona consonanza.* Germ. Wollautung/ gute thönne. Hisp. *Canto, accorde.* Angl. *A good agreing or tune.*} Vocalitas, sive sonoritas vocis, jucunda verborum prolatio: quæ quibus adest, εὔφωνοι à Græcis dicuntur.

Euphōrbĭum, ii, εὐφόρβιον Dioscoridi, sive, ut apud Plinium legitur, Euphorbia, æ. Arbor est in Mauritania nascens, non procul ab Atlante monte, ferulæ speciem referens, succum verò habens tantæ acrimoniæ, ut accolæ eam expavescentes, ovillos utres elutos arbori circumligent, & eminùs caulem contis incidant. Quo facto, statim è plaga copiosus humor profluit, lacti similis, qui & ipse euphorbium dicitur. Quidam eum imposuisse putatur Juba Mauritaniæ rex, à nomine Euphorbi medici sui, qui frater fuit Antonii Musæ, cujus ope Augustum servatum fuisse tradit Plin. *lib.* 35. *cap.* 8.

Euphorbŭs, εὔφορβος, viri Troiani nomen est, à Menelao occisi. Ovid. *lib. xii. Metam.*

*Ipse ego (nam memini) Troiani tempore belli*
*Panthoides Euphorbus eram, cui pectore quondam*
*Hasta fuit adverso gravis hæsa minoris Atrida.*

Sunt verba Pythagoræ, qui suo exemplo nititur probare, animas à corporibus separatas in alia atque alia corpora commigrare, quòd tempore belli Trojani ipse fuerit Euphorbus à Menelao interfectus, hunc que clypeum agnovit à Menelao in templo Dianæ suspensum.

Euphorĭon, εὐφορίων, nomen Poëtæ Chalcidensis, quem translulit Cornelius Gallus. Meminit Cic. 2. *de nat. deor.* Quid (inquit) poëta nemo? nemo physicus obscurus? ille verò nimis etiam obscurus Euphorion? at non Homerus.

Euphranōr, εὐφράνωρ, nomen statuarii laudatissimi Isthmii, qui de symmetria & coloribus aliquot volumina conscripsit. Floruit centesima quarta Olympiade, plurimáque signa nobilissima ex ære confecit, quæ enumerantur à Plinio *lib.* 34. *cap.* 8. {Germ. Ein kunſtreicher bildhawer vnd maler.} Idem & pictor, & marmorarius fuit in unoquoque genere excellens, sibique æqualis, teste Plin. *lib.* 35. *cap.* 12. Hujus meminit & Quintilianus *Institt. Orat. lib.* 12. Item Juven. *Satyr.* 13.

*Hic aliquid præclarum Euphranoris & Polycleti, &c.*

Euphranta, εὐφράντη, urbs Libyæ. Steph.

Euphrantis, ἡ εὐφρῆτις, regio eadem quæ Syria, à vicino fluvio Euphrate, qui cum Araxe fluvio ex Niphate monte Armeniæ profluit. Steph.

‖ Euphrasia, herba, quinquefolium album. ‖

Euphrātēs, is. {פרת *perath.* εὐφράτης, hodie *Phorat.*} Fluvius Mesopotamiæ, quem Strabo scribit ex Niphate monte Armeniæ, magnum, profundum, & celerem nasci: influere autem in mare rubrum, priùs tamen Babyloniam per medium dividere, & Tigri conjunctum Mesopotamiam facere. Salustius quoque certissimus author asserit, tam Tigris, quàm Euphrates in Armenia fontes demonstrati. Cui etiam astipulatur Plin. *lib.* 6. *cap.* 24. ubi Euphratem in Carantide, Armeniæ majoris præfecturâ, nasci tradit. Quorum testimoniorum consensu adductus Hieronymus, locum Geneseos de Paradiso, quatuorque fluminibus cum irrigantibus (inter quos enumeratur & Euphrates) secus intelligendum esse existimat quàm verba ipsa videantur sonare. Dictus autem putatur Euphrates (quod & Ambrosius annotavit) ἀπὸ τοῦ εὐφραίνειν, hoc est, à lætificando: quòd circumjacentem agrum restagnationibus suis adeò lætum fœcundúmque reddat, ut sequente anno sponte restibilis fiat seges, impressis tantùm vestigio seminibus. Quæ de re vide Plin. *lib.* 18. *cap.* 25. & 26. ¶ Fuit etiam hoc nomine Philosophus Adriani temporibus, qui tædio senectutis & perpetui morbi, impetrata priùs ab Adriano venia, ne sibi ignominiæ esset, cicutam bibit, sibique voluntariam mortem attulit.

Euphrŏsynē, æ, & Euphrosyne, es, εὐφροσύνη, una ex tribus Gratiis, ab hilaritate, seu lætitia (id enim Græcis sonat εὐφροσύνη,) nomen habent.

Euphrŏsynum. {εὐφρόσυνον. Angl. *Bourage, or bugloſſe.*} Herba est, quam notiori nomine buglossam vocamus: ita dicta ἀπὸ τοῦ εὐφραίνειν, quod est lætificare, quòd scilicet in vinum dejecta, animi curas pellat, hilaritatémque inducat. Author Plin. *lib.* 25. *cap.* 2.

Eupilis, lacus Cisalpinæ Galliæ, per quem Lambrus in Padum defluit. Author Plin. *lib.* 3. *cap.* 19. Vulgò *Lago di Pusiano.*

Eupŏlis, εὔπολις, priscæ comœdiæ scriptor, reprehendendis hominum vitiis libertimus. Unde etiam Persius iratum Eupolidem vocat, quasi hominum vitiis vehementer infensum. Scripsit Comœdias septemdecim, ex quibus novem victoriam meruerunt. Periit in prælio navali inter Lacedæmonios & Athenienses, juxta Hellespontum commisso. Cujus mors quantum civitati luctum attulerit, vel illud unum abundè magno documento esse potest, quòd publico edicto cautum est, ne Poëtæ in posterum militare liceret.

Eupŏmpus, εὔπομπος. Pictor nobilis, patria Sicyonius, Parrhasii & Zeuxidis æqualis, tantæ inter ætatis suæ artifices authoritatis, ut genus quoddam picturæ, ab eo Sicyonium fuerit appellatum. Hujus discipulus fuit Pamphilus Macedo, qui Apellem instruxit.

Eupŏrĭa, εὐπορία, urbs Macedoniæ ab Alexandro Magno condita, & à soli fertilitate nomen sortita. Author Steph.

Eupŏrus, Εὔπορος. C. Gracchi servus fuit, qui dominum ex Aventino fugientem, quamdiu potuit tutatus est: occiso deinde domino, super ejus cadaver prostratus sibi quoque mortem conscivit. Author Valer. *lib.* 6. *cap.* 8.

Euprosŏpon, εὐπρόσωπον, promontorium est Phœnices ad Byblon oppidum: ita dictum ab aspectus jucunditate. Nam εὐπρόσωπον interpretatur *jucundus aspectus.*

Euranium, ii, εὐράνιον. Cariæ oppidum est, Halicarnasseorum jurisdictioni ab Alexandro magno attributum. Plin. *lib.* 5. *cap.* 29.

Eureos, gemma est nucleo olivæ similis, striatáque modo coccharum, minùs tamen habens candoris. Author Plin. *lib.* 37. *cap.* 12.

‖ Eurhythmia, decens corporis motus. Quintil. *lib.* 1. *cap.* 30. εὐρυθμία, rhythmus.‖ aliàs allegatur *lib.* 18. *cap.* 1. apud Scap. verb. Εὐρυθμία.

Eurĭpĭdes, {εὐριπίδης. Germ. Ein fürtrefflicher Griechiſcher tragedi ſchreiber von Athen gebürtig.} Insignis poëta tragicus fuit, natus eo die quo numerosus ille Xerxis exercitus ab Atheniensibus fusus est. Floruit tempore Archelai Macedonum regis, à quo etiam summo in honore est habitus. Scripsit fabulas LXXV. ex quibus quinque tantùm victoriam meruerunt. Cæsitate autem vitæ tanta fuit, ut vulgò, μισογύνης, hoc est, mulierum osor fuerit cognominatus. Periit noctu, ab Archelai canibus, ut fertur, discerptus. Ossa ejus Regis jussu Pellam sunt translata, repulsis Atheniensium precibus, qui sæpe per legatos tentaverant, ut civis sui reliquias sibi in patriam referre liceret. De Euripide, & genere ejus, vide Gellium *cap.* 20. *lib.* 15.

‖ Euripidium, metrum ex trochaicis: ut, Χαῖρε νύμφη παστὸν εἰσβᾶσ'. Focardus & tollit datum.‖

Euripĭdĭus, εὐριπίδιος, numerus in talis quadragenarius, ab Euripide inventus, eo tempore quo exactis triginta tyrannis, quadraginta principes Atheniensium Reip. administrabant. Legitur & Euripides in eadem significatione. Vide Cælium Rhodig. *lib.* 10. *cap.* 27.

Eurĭpŭs,

Euripus, ὕριπος. Dicitur fretum, id est, mare angustum, inter Aulidem Boeotiæ portum, & Euboeam insulam, quod unius diei & noctis spatio septies recurrit eo impetu, ut navigia repugnantibus ventis plena secum rapiat. Author Mela. Sen. *epist.* 84. In Euripum saltare. Inde locus factus proverbio. Homo Euripus, ἄνθρωπος εὔριπος. In inconstantibus ac moribus inæqualibus homines dicitur. Quadrat & in fortunæ vices, quæ res mortalium, velut æstu quodam sursum ac deorsum jactat. ¶ Sunt item Euripi, canales, seu ductus aquarum aliunde deductarum in sublime salientium, & paulò minationes sint: quos intra domos Romani per pratum ducebant: si autem majusculi sint, Nili dicuntur. Cic. *lib.* 2. *de Legibus*: Ductus aquarum, quos isti nilos, euripósque vocant, quis quum viderit, non irriserit? Euripi quoque sunt fossæ in ludis circumdatæ pro sepes, quorum loco tempotacia priùs claustra fuerunt. Author Plinio.

Euroaquilo, ventus. *Act.* 27. 14. ventus typhonius, qui vocatur euroaquilo. In Græco est εὐρακύλων.

Euroclydon, εὐροκλύδων, ventus: cursus tempestuosus, procellosus, qui mare turbat fluctibus. κλύδων est æstus, gurges, unda.

Eurōmē, es. Oppidum est Cariæ, apud Plin. *lib.* 5. *cap.* 29. Stephan. εὔρωμος appellatur.

Eurōtias, æ, εὐρωτίας, gemma est quæ situ videtur operire nigriticm, ita dicta à Græco verbo εὐρωτᾶν, quod est situm trahere. De hac Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Euronotus, εὐρόνοτος, ventus inter Eurum & Notum flans. A Latinis vocatus Vulturnus, ut author est Gell. *cap.* 22. *lib.* 2. Ejus quoque venti meminit Plin. *lib.* 2. *cap.* 47. ¶ GALL. *Suſveſt.* ITAL. *Xaleque medio giorno.* GERM. Der wind ſo zwiſchen Mittag vnd des winters aufgang herwehet.

Eurōpē, ὐρώπη, tertia pars orbis, ab Asia Tanaide fluvio: ab Africa Mediterraneo mari discreta. Ita dicta ab Europa, Agenoris Phœnicum regis filia, quam Jupiter (ut poëtæ fabulantur) in bovem transformatus, raptam abduxit in Cretam. Habet quatuor sinus magnos: quorum primus est à Gaditano freto ad Lacinium usque promontorium Italiæ in Locris. Secundus à Lacinio ad ipsa Epiri actoceraunia. Tertius inde ad Hellespontum. Quarto ab Hellesponto ad Mœotidis ostia. Plaut. *Amph. ſc.* 3. *a.* 4. Magnus Europæ quæstor. ¶ Est item Europa, nymphæ nomen, Oceani & Tethyos filia: cujus meminit Hesiodus *in Theogenia.*

Europus, i, εὔρωπος, oppidum Macedoniæ ad Axium amnem, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 10. ita dictum (si Stephano credimus) ab Europo Macedonis & Orithyæ filio.

Europum, Δῆμος, Syriæ urbs, olim Thapsicum, postea Amphipolis appellata. Author Plin. *lib.* 5. *cap.* 24. ¶ Est item ejusdem nominis oppidum apud Parthos, cognomento Nomades, cujus meminit idem Plin. *lib.* 6. *cap.* 25.

Eurōtas, ὐρώτας, fluvius Laconiæ, Spartam alluens, qui abundat lauris. Nomen sumpsit à quodam Eurota, Myletis filio, qui stagnantes per eam regionem aquas fossa perduxit in mare. Liv. *lib.* 34. *bell. Maced.* Ripasque habens frequentibus lauris consitas. De hoc Virg. *in Silene.*

*Omnia quæ Phœbo quondam meditante beatus*
*Audiit Eurotæ, jussitque ediſcere lauros.*

Eurus, ὖρος. Ventus spirans ab ortu brumali, quem Latini Vulturnum appellant. Imò à Romanis nautis Subsolanus cognominatur, ut testatur Gellius *cap.* 22. *lib.* 2. Porrò unde oriatur, unde dicatur Eurus, & de ejus variis appellationibus, vide apud Gell. *loco citato.* ¶ ITAL. *Xaloque levante.* ANGL. *The north east wing.* Plin. *lib.* 2. *cap.* 47. Ab Oriente æquinoctiali Subsolanus: ab oriente brumali Vulturnus: illum Apeliotem, hunc Græci Eurum appellant. Colum. *lib.* 1. *cap.* 5. Quum plerunque sidente Caniculæ tempore quædam partes ejus regionis sic infestantur Euro (quem incolæ Vulturnum appellant) ut nisi teguminibus vites opacentur, velut habitu flammeo fructus uranter. Ovid. 1. *Metamorph.*

*Eurus ad Auroram, Nabathæaque regna recessit,*
*Perſidaque & radiis juga ſubdita matutinis.*

Eurus, pro parte Orientali. Valer. 1. *Argonaut.*

*Iampridem regio, quæ virginis æquor ad Hellen:*
*Et Tanaim tenus immenſo deſcendit ab Euro,*
*Vndatisque, florētque viris*: intelligit Asiam.

Eurinus, a, um: Adject. apud Col. *lib.* 11. *cap.* 2. Ventus Eurinus, & interdum Auster cum grandine est.

Eurydīcē, ὐρυδίκη, fuit regis Minois filia, quæ Neptuno Orionem peperit. ¶ Alia fuit Prœti Argivorum regis filia. Tertia ex Gorgonibus una: quæ tres fuerunt in extrema Africa circa Atlantem montem: quæ omnes unum oculum habebant, quo utentes quoscunque aspiciebant, convertebant in saxa. Harum nomina Meduſa, Stheno, & Euryale. Servius eximia pariter pulchritudine virgines fuisse tradit, quarum solo aspectu adolescentes obstupescebant, quam rem fabulæ occasionem subministrasse existimat, ut dicerentur quoscunque aspexissent, in saxa transmutare. Hæc ille, enarrans illud Virgilii *lib.* 6. *Æneid.*

*Gorgones, Harpyiasque, & formā corporis umbra.*

Eurylŏchus, ὐρύλοχος, unus ex principibus Peloponnesiacis, qui Argos & propinquas urbes incolebant, & ad Trojam cum octoginta navibus venerunt, ut tradit Homerus *in Catal.* ¶ Fuit etiam hoc nomine Trojanus, arctissimo amicitiæ vinculo cum Niso conjunctus, Virgilioque carmine notissimus. ¶ Fuit & nomen histrionis: Juvenal.

*Nobilis Eurycles, aut Stirmillionem exprimat infans.*

Eurylus, Εὔρυλος, vocabatur metropolis Epipolorum. Est autem oppidum Syracusanum in loco prærupto. Steph. Vide *Epipolæ.*

Euryampus, i, εὐρύαμπος. Oppidum Magnesiæ, apud Steph.

Euryanassa, æ, Εὐρυάνασσα, insula est maris Ægæi, è regione Ioniæ, non procul ab Arginusa. Author Plin. *lib.* 5. *cap.* 31.

Eurybates, Εὐρυβάτης, nomen viri Ithaci, Ulyssis præco, ab Agamemnone missus, ut ab Achille auferret Briseidem. Ovid. *in Epist. Briſeidis ad Achillem.*

*Nam simul Eurybates me Talthybiúsque vocarunt*
*Eurybati dapsa, Talthybiúsque sumo.*

Eurybatus, Εὐρύβατος. GER. Ein geſchwinder vnd geſchickter hauſſ Dieb. Fur insignis astutiæ, qui aliquando à custodibus in furto deprehensus, quum illi videre cuperent quo ingenio domos conscenderet, stimulis quibusdam ferreis, & funibus irrepsit in parietem, illisque intuentibus, expeditámque hominis agilitatem admirantibus, per tegulas aufugiens, periculum evasit. Unde proverbialiter Eurybatissare, Εὐρυβατίζειν, dicitur aliquis, qui in re manifesta deprehensus aliquâ tamen arte elabitur.

Eurybiades, æ, Εὐρυβιάδης, Lacedæmonius quidam nobilis fuit, Euryclidæ filius, universæ Græcorum classis dux à Lacedæmoniis constitutus adversùs Xerxem. Vide Herod. *lib.* 8.

Eurycleā, Εὐρύκλεια. Opus Pisenoridæ filia pulcherrima, quam Laërtes in prima existens pubertate viginti boum pretio emit, ac honore parem uxori domi habuit, Ulyssemque nutriendum dedit, quem & primam in patriam redeuntem agnovit. Vide Homer. *lib.* 1. & 19. *Odyss.*

Eurycles, Εὐρυκλῆς, vatis nomen, qui de suis incommodis semper aliquid divinabat. Hinc factum est ut proverbiali quadam figura omnes divinatores Eurycleæ dicerentur, ut refert Cælius *antiq. lect. lib.* 5. *cap.* 10.

Eurycratidas, Εὐρυκρατίδας, vir Lacedæmonius, de quo Plutarchus.

Eurydāmas, antis, Εὐρυδάμας, vir fuit Trojanus, somniorum interpres. {GERM. Ein Troianiſcher traumauſſleger.} Ovid. *in Ibin.*

*Vtque vel Eurydamas ter circum buſta Troſylli,*
*Et Lariſſæis tractum ab hoſte potis.*

Ubi per Eurydamanta intelligunt Hectorem qui virtute cuncta domitabat: δὴν enim Græcis late significat: & δαμάζω, domo.

Eurydame, es, Εὐρυδάμη, Dictatoris Lacedæmonii filia fuit, & soror Menii, uxor autem Leotychidæ Lacedæmoniorum regis, ex qua ille Lampito filiam suscepit, quam Archidamo Zeuxidami filio in matrimonium tradidit. Author Herod. *lib.* 6.

Eurydice, Εὐρυδίκη, uxor Orphæi, cujus amore captus Aristæus, quum vim inferre pararet, illa per avia fugiens, incidit in colubrum in herba delitescentem, cujus morsu interiit. Orpheus autem uxoris mortem ægerrimè ferens, accepta cithara inferos adiit, ubi Plutonem Proserpinamque tam suavi carmine demulsit, ut si uxorem ab inferis reducendam permitterent: ea tamen conditione, ne priùs eam quàm ad superos rediisset, intueretur. Quam legem cùm ille amoris impatientiâ esset prævaricatus, Eurydice denuò ad inferos est retracta. Virg. *lib.* 4. *Georg.*

*Reſtitit, Eurydicémque ſuam jam luce ſub ipſa*
*Immemor, heu! victúſque animi reſſexit, &c.*

¶ Alia item fuit Eurydice, Clymeni filia, uxor Nestoris, ex qua ille septem filios, & unicam filiam suscepit. Author Homer. *Odyss. lib.* 3.

Eurydomene, Εὐρυδόμη. Nympha mazina, ἀπὸ τοῦ εὖρύ καὶ δόμος, hoc est, abundanter do. Perhibent hanc matrem Gratiarum fuisse, quam alii Eurymedusam, à verbo Græco μέδω, quod Rego significat, vocant.

Eurylŏchus, Εὐρύλοχος, Phlegiarum rex, & conditor Thebarum, quas postea Cadmus instauravit. ¶ Fuit etiam hoc nomine unus sociorum Ulyssis, qui solus Circes pocula non gustavit, neque in suis figuram transmutatus est. Ovid. 14. *Metamorphoseon.*

*——— ſuis ſolùm carniſſe figurā*
*Vidimus Eurylochum: ſolus data pocula fugit.*

Eurymēdon, ontis, Εὐρυμέδων, pater Periborææ, ex qua Neptunus Nausithoum suscepit, regem Phæacum & Alcinoi patrem. Author Homer. *lib.* 7. *Odyss.* ¶ Est item Eurymedon, Pamphiliæ fluvius, juxta quem Athenienses Cimone duce Medos profligarunt. Author Thucyd. *lib.* 1.

Eurymachus, Εὐρύμαχος, Thebanorum potentissimus fuit: qui cùm Plateas noctu per proditionem cepisset, rebellantibus deinde civibus vivus in hostium potestatem pervenit, unáque cum suis omnibus supplicio affectus est. Author Thucid. *lib.* 2.

Eurymides, Εὐρυμίδης, Telemus Eurymi filius, inter Cyclopas vates fuit egregius, qui Polyphemo prædixerat omnia quæcunque ab Ulysse passus est. Ovid. 13. *Metam.*

*Telemus Eurymides, quem nulla fefellerat ales,*
*Terribilem Polyphemon adit, luminéque quid unum*
*Fronte geris media, capiet tibi (dixit) Vlyſſes.*
*Riſit, & ô vatum ſtolidiſſime, falleris, inquit.*

Eurynome, Εὐρυνόμη. Nympha, Oceani & Tethyos filia, mater Leucothoës, quam Apollo assumpta matris illius effigie compressit. ¶ Alia fuit Apollinis filia, quæ Adrastum Argivorum regem, & Eurnphylen Amphiarai conjugem peperit.

Euryone, Amyntæ Macedonum regis filia, quæ patrem à matris insidiis liberavit.

Eurypylus, Εὐρύπυλος, Herculis filius, qui regnavit in Coo insula, & cunctorum Græcorum augur peritissimus est habitus. Virgil. *lib.* 2. *Æneid.*

*Suſpenſi Eurypylum ſcitatum oracula Phœbi*
*Mittimus.*

Eurysaces, filius Ajacis. Plut. *initio Alcibiadis, & in Solon.*

Eurystheus: εὐρυσθεύς Suidæ, fuit Sthenelı Mycenarum regis filius, qui Junonis instinctu imperabat Herculi, ut varia monstra superaret, quò posset perire. Unde durus Eurystheus vocatur à Virg. *lib.* 3. *Georg.* quòd nullis Herculis laboribus potuerit mitigari.

*——— quis* (inquit) *aut Euryſtheus durum,*
*Aut illaudati neſcit buſiridis aras?*

Eurytion, is, εὐρυτίων, faber insignis fuit, qui Pallanti Evandri filio arma fabricavit. Virg. 10. *Æneid.*

*Quæ bonus Eurytion multo cælaverat auro.*

Eurytus, unus fuit ex Centauris, qui quum Hippodamiam vi rapere vellet, à Theseo est occisus. {GERM. Einer aus den Centauren/welcher vom Theſeo vmbgebracht worden.} ¶ Alius fuit Eurytus, Oechaliæ rex, qui soles filiæ suæ nuptias polliceabatur cuicunque sagittandi arte se, vel, ut alii tradunt, filios suos vicisset; nam ab Apolline hanc artem dono acceperat. Ab Hercule igitur victus, filiam illi negavit: quapropter Hercules iratus Eurysi urbem diripuit, Iolénque occiso patre abduxit. Hunc Eurytis, patronymicum fecit, Ovid.

Eurytidæ

*Eurytidos Iolæ,*
*Insani Accida.*

Vide *Eurythus*. Stephan. *in Feretrio*, Melanecum Euryti patrem nominat.

**Eurythmia**, εὐρυθμία, decens & aptus corporis motus. Quintil. *lib.*1. *cap.*30. Corporis quoque decens & aptus motus, qui dicitur εὐρυθμία, est necessarius.

**Euschemè**. Plaut. *Milit. sc.*2.*a.*2. Euge euge, euschemè mehercule astitit. εὐσχημῶς.

**Eusebes**, gemma ex qua Tyri in Herculis templo facta sedes, ex qua facilè dii surgebant. Plin. *lib.*37. *cap.*11.

**Eusebia**, εὐσέβεια, civitas Cappadociæ, Cæsarea pòst dicta.

**Eusebius**, εὐσέβιος, Episcopus Cæsareensis, firmissimo amicitiæ fœdere cum Pamphilo martyre conjunctus: à quo & Pamphili cognomen mutuatus est. Floruit temporibus Constantii & Constantini Cæsarum. Scripta multa reliquit, quorum catalogum vide apud Suidam.

**Eustathius**, εὐστάθιος, nomen fuit Grammatici Constantinopolitani, cujus extant Commentaria in Homerum, quemadmodum Servii in Virg. ¶ Eustathius alius fuit Epiphanæus, qui temporum Epitomen, ab Æneâ Trojano usque ad Anastasium principem, sub quo vixit, septem voluminibus conscripsit. Author Suidas. ¶ Eustathius alius genere Pamphilus, Præsul Antiochenus, adversùs dogma multa composuit sub Constant. principe, pulsus demùm est in exilium Trajanopolim Thraciæ civitatem, ubi & sepultus est. Sunt quoque ipsius volumina de anima, epistolæque complures. Hieron. ¶ Præter hos fuit Eustathius martyr inter aulicos Trajani principis, Placidus antea vocatus: qui quum in venatione cervum sectaretur, conspecto inter ejus cornua crucis simulachro, & voce feræ ejusdem audita, Cur me persequeris? Domi uxori Theophyræ & filiis rem manifestavit: qui verbis ejus fidem adhibentes, Christo nomen dederunt: martyrii palmam accepit sub Adriano unà cum uxore, æneo in tauro exustus. Volaterranus *lib.*15.

**Eustephius**, εὐστέφιος, Aphrodiseus sophista: scripsit declamationes. Suidas.

**Eustochius**, εὐστόχιος, Cappador sophista: scripsit ad Constantem principem de Cappadociæ aliarúmque gentium antiquitate. Volat. *lib.*15.

**Eustratius**, εὐστράτιος, nomen philosophi, qui in Ethica Aristotelis commentarios scripsit.

**Eutæa**, εὐταία, urbs Arcadiæ. Steph.

**Euterpè**, εὐτέρπη. Una ex novem Musis, quæ mathemata, vel ut aliis placet, tibias invênit, à concentus suavitate nomen trahens: est enim εὖ bene, & τέρπειν delectare. Virgil. *in Epigram.* de Musarum inventis,

*Dulciloquùm calamos Euterpe flatibus implet.*

**Euthenæ**, εὐθῆναι, urbs Cariæ. Steph.

**Euthydemus**, εὐθύδημος, Philosophus fuit Tarsensis, Apollonii Tyanei præceptor: de quo vide plura apud Suid.

**Euthymus**, εὔθυμος, pugil insignis, in Locris Italiæ, qui Epizephyrii cognominantur, ortus Astyceo patre, vel (ut indigenis persuasum est) Cæcina amne genitus, qui Locros à Rheginis dividit. Hunc tradit Pausanias perpetuum fuisse Olympiorum victorem: semélque tantùm fuisse superatum à Theagene Thasio, non justo quidem certamine, sed circumventum dolo, unde nec Theageni decretus honor: insuper damnatus ut mulctæ nomine talentum Euthymo repræsentaret. Rursus inde in Italia cum Temesæo heroë congressus (cui oppidani quotannis eximia forma virginem tributi loco pendebant) victoria potitus est, Temesæósque servitute liberavit, virgineméque illi destinatam uxorem duxit: quo nomine divinos honores etiam vivus meruit. Vide hæc latiùs apud Suidam. Meminit hujus & Ælianus *varia hist. lib.*8. Euthymus (inquit) Locrus ex Italia, pyctes inclytus, & robore insigni fuit: lapidem gestabat ingenti magnitudine, qui Locris ostenditur: & Temesæum heroa, quod cuique per vim abstulerat, reddere coëgit etiam cum fœnore: unde natum sit adagium iis qui sordidos & injustos quæstus faciunt, assore Temesæum genium. Post hæc Euthymus ad amoem Cæcinam oculis hominum apparere desiit. Meminit ejus etiam Plinius *lib.*7. *cap.*47.

**Euthymiâ**. {εὐθυμία. Gall. *Tranquillité d'esprit.* Ital. *Tranquillità d'animo.* Germ. *Ein gûter mut / rûwigkeit des gemûts.* Hisp. *Sossiego de animo.* Angl. *Quietnesse of mind.*} Animi tranquillitas. Laërtius *in vita Democriti*, definit Euthymiam esse, rectum quietúmque animi statum, dum nullo metu, nulla superstitione, aut aliqua quavis perturbatione agitatur. Cic. *lib.*5. *de finibus*: Democriti autem securitas, quæ est animi tanquam tranquillitas, quam appellant εὐθυμίαν, eò separanda fuit ab hac disputatione, quia ista animi tranquillitas est ipsa vita beata.

**Euthyôria**, εὐθυωρία. Rectæ lineæ porrectio & mensura non per diverticula itinerum (quæ objectu montium, & intervenatu convallium, aut fluminum flexu plerunque necessaria sunt,) sed in directum acta.

**Eutocus**, authore Bocacio *lib.*5. Apollinis & Cyrenes filius, qui fratribus ex Africa redeuntibus, Cyrenis dicitur remansisse, & iis imperasse, qui unà secum ibidem remanserè.

**Eutrapelus**, εὐτράπελος, apud Hor. *lib.*1. *Epist.* 18. viri cujusdam nomen est in circumveniendis hominibus callidissimi.

——— *Eutrapelus*, inquit, *cuicunque nocere volebat,*
*Vestimenta dabat pretiosa.*

Vox est Græca idem significans, quod urbanus, salsus & facetus.

**Eutrapelia**, ἡ, εὐτραπελία. Dictio est Græca, idem ferè significans, quod apud nos urbanitas, lepor, festivitas. {Gall. *Gentillesse, bonne grace.* Angl. *Gentleness in speach and behaviour, pleasant iesting.*} Aristoteles *in Rhetoricis* εὐτραπελίαν interpretatur παιδολοιδορίαν ὕβρεως: hoc est, eruditum convicium.

**Eutresiam**, εὐτρησίαν, urbs Arcadiæ. Steph.

**Eutresis**, εὐτρησις. Pagus inter Thespias & Platæas situs, quem Zethus & Amphisus muris cinxerunt: sic dictus, quòd multis ὀπαῖς, hoc est, viis, seu vicis priùs usus, quasi perforatus fuerit. Hinc Eutresites Apollo, cujus templum & oraculum ibi celeberrimum fuit. Steph.

**Eutychiâ**, εὐτυχία, insula est Thessaliæ adjacens, ante sinum Pagasicum. Author Plin. *lib.*4. *cap.*12.

**Eutychè**, es, εὐτυχὴς, mulier Tralliana, triginta partus enixa, & à vigesimi loetu togo ulata. Author Plin. *lib.*7. *cap.*3.

**Eutychès**, Constantinopolitanus Abbas tertius post Maretem & Apollinarem, aliud affirmabat esse Christum, aliud verbum Dei. Negabatque Christi carnem nostræ similem, nec duas in eodem suppolito naturas esse: Sed de cœlo corpus descendisse dictitabat, ac in Virginis uterum tanquam Solis radios penetrasse, ut vitum sit sanè ex muliere generatum, quamvis verè generatum non sit. Author Suidas. Eutychetis prophana perversitas, funesta dogmata, immanissima sacrilegia Chalcedonensi Synodo damnata, *cauſ. & q. dist.* 25. & *l. quicunque* 8. *C. de hæretic. & Nov.*131.

**Eutychidès**, εὐτυχίδης, insignis fuit statuarius, qui Olympiade centesima vigesima floruit, teste Plin. *lib.*34. *cap.*8.

**Evulgo**, as, are: In vulgus edo, occulta omnibus prodo. {ἐξαγορεύω. Gall. *Divulguer, publier.* Angl. *To publish, or make knowen abroade.*} Liv. *lib.*9. *ab Urbe*, Civile jus repositum in penetralibus Pontificum evulgavit.

**Euxinus pontus**, εὔξεινος πόντος: Mare illud est, quod incipiens à Bosphoro Thracio, vergit in Orientem & Septentrionem, priùs Pontus Axenus dictus, ἄξενος, hoc est, inhospitalis, propter immanitatem eorum, qui ejus maris littora incolebant. Illi enim & hospites immolare solebant (ut author est Strabo *lib.*7. & carnibus petesit, ex calvis eorum sibi pocula conficere. Postea verò quum in locis maritimis Iones aliquot oppida condidissent, cohibito Scytharum affluxu introcuntio, receptóque Græcorum hominum commercio, pro Axeno, Euxinus, hoc est, hospitalis appellatus est. Idem penè de hujus nominis origine tradit Ovid. *de Ponto.*

*Frigida* (inquit) *me cohibent Euxini littora Ponti,*
*Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.*

Idem *Eleg.*8. *lib.*4. *Trist.*

*Quà maris Euxini terra sinistra jacet.*

Ibid. *Eleg.*2. *lib.*5. *Trist.*

*Iussus ad Euxini deformia littora veni*
*Æquoris.*

**Euxômôs**, sive Euxômon, εὔξομος, à εὔξομος. Eruca, herba ita dicta, quòd juris saporem commendet: ξόμος enim Jus appellant Græci. Plin. *lib.*20. *cap.*15. In condiendis obsoniis tanta etiam est suavitas, ut Græci Euxomon appellaverint.

## E X

**Ex**. {ἐκ *min. cùm*, ἐξ. Gall. *De, par, depuis, selon.* Ital. *Da, de, di.* Germ. *Aus, von.* Hisp. *De.* Angl. *Of frome, according.*} Præpositio: ut aliis atque aliis verbis jungitur, ita aliam atque aliam sortitur significationem. ¶ Interdum enim significat locum: ut, Ex cœlo, apud Catullum,

*Spectatum ex cœlo Mars pater ipse veni.*

¶ Interdum tempus, ut idem sit quod Post. Cic.1. *Philipp.* Ex eo die, quo in ædem Telluris convocati sumus. Sic etiam dicimus, Ex illo, hoc est, post illud tempus. Virg.2. *Æneid.*

*Ex illo fluere, & retro sublapsa referri*
*Spes Danaûm.*

¶ Nonnunquam etiam personam: ut quum dicimus, Audivi ex patre meo. ¶ Aliquando causam, ut ferè idem sit quod Propter. Senec. *de benefic.* Si quis patriæ meæ pecuniam credidit, non dicam me illius debitorem, nec ex hoc æs alienum profitebor, id est, non propterea profitebor æs alienum. ¶ Nonnunquam etiam accipitur pro Cum. Plaut. *in Mercat.* Refinam ex melle Ægyptium votato, salvum feceris. Quod loquutionis genus frequens est apud Medicos. Emortualem facere ex natali die. Plaut. *Pseud. sc.*7. *a.*4. Medea fecit rursùm ex sene adolescentulum. *Ibid. sc.*2. *a.*3. Furtum facere ex hostibus. Idem *Men. sc.*1. *a.*1. Ex disciplina Ionica perdidici (saltare.) Idem *Pseud. sc.*1. *a.*5. Hostes vivos soleo rapere ex acie: ex hoc mihi nomen est. *Ibidem sc.*2. *a.*2. Ex te faciam pilum catapultarium. Idem *Curc. sc.*3. *a.*3. Satis dolui ex animo. Idem *Capt. sc.*1. *a.*5. Vix ex gratulando eminebam. *Ibid. sc.*2. *a.*3. Clamare hinc ex crumenâ. Item *Asin. sc.*3. *a.*3. Non est ex te tua, ut emoriar. Idem *Pseud. sc.*3. *a.*1. Ex proximo, vide *Proximus*. Ex bonis sunt pessimi (id est, existunt.) Idem *Capt. sc.*1. *a.*2. Illic qui ex ædibus herus est (exit.) Idem *Amph sc.*4. *a.*4. Ex amore hujus corruptus oppidò. Idem *Asin. sc.*2. *a.*5. Ex amore tantum est homini incendium. *Ibidem.* Ex pauperrate nemo est pareior illo. Idem *Aul. sc.*4. *a.*1. Jámne abierunt ex conspectu meo? Idem *Menæch. sc.*2. *a.*5. Neque adæquè parcius juventute ex omni Attica. Idem *Mostell. sc.*1. *a.*1. Vin' te faciam ex lætante lætantem magis. Idem *Pseud. sc.*3. *a.*1. Ex transverso incedit quasi cancer. Idem *ibid. sc.*1. *a.*4. Herilem filium video corruptum ex adolescente optimo. Idem *Mostell. sc.*1. *a.*1. Ex periculo petita verba. Quint. Ex supervacuo laborare. Senec. *cap.*11. *de tranquill.* Ex æquo dividere. Idem *cap.*15. *de consol. ad Marc.* Is ex se hunc reliquit, qui hîc habitat, filium. Plaut. *Aulul. prolog.* Filiam ex te tu habes. *Ibid. sc.*6. *a.*4. Ex me hanc rem audiet. Idem *Capt. sc.*1. *a.*4. Unum ex omnibus magnificat. Idem *Menæch. sc.*4. *a.*2. Expressam in cera ex anulo suam imaginem. Idem *Pseud. sc.*5. 4. Opsonavi ex mea sententia. Idem *Menæch. sc.*2. *a.*2. Ex alto reddere judicium (id est, tribunali.) Vellcius. Ex alto nautæ rectam conspiciunt. Plaut. *Menæch. sc.*1. *a.*2. Apollo mihi ex oraculo imperat, ut ei oculos eruam. *Ibid. sc.*2. *a.*5. Ex oculis abscedat in crucem. Idem *Men. sc.*4. *a.*5. Illi ex omnibus optimè volo. Idem *Most. sc.*4. *a.*2. Ex provocatione hostem occidit. Vellcius. ¶ Ex magnis rupibus nactus planiciem (i. post magnas rupes.) Cæs. *lib.*1. *de bell. civili.* Ex animo, vel è fato miser. Gell. *cap.*1. *lib.*14. Ex lingua ejus capti, ubi (ex) vacat. Idem *cap.*3. *lib.*16. Ex literis refert, pro de literis. Cæsar *initio lib.*1. *de bell. civ.* Aliud ex alio (bis.) Senec. *cap.*28. *de vita beata.* Ex duritia alvi cubatè. Suet. *in Neron. cap.*34. Ex situ squalere. Gell. *cap.*4. *lib.*9. Ex ære signa dimittere (i. propter æremum.) Cæs. *lib.*3. *de bell. civil.* ¶ Senatores ex Equitibus Rom. creavit (hoc est, pro Equitibus.) Sueton. *in Aug. c.*40. Ex summa ope nixi (ubi ex, vacat.) Gell. *cap.*3. *lib.*7.

¶ Ex

¶ Ex contrariâ ſpecie (pro ex contrario.) Idem *cap.*2. *lib.*9. Cum duo ex parte vitia ſapiens (i. ex æquo.) Senec. *Epiſt.*60.

*Ex vero peſſimum permanſit Equitia nomen.*

Ovid.2. *Faſt.*

*Non ex difficili cognita cauſſa fuit.*

Idem 5. *Faſt.*

¶ Ex toto projice dolorem. Senec *cap.*5. *al.*24. *de conſ. ad Polyb.* Ex toto mœrere. *Ibid. cap.* 18. Ex toto auferte. Idem *cap.*16. *de conſ. ad Marc.* Ex toto includi. Idem *cap.*10. *de conſol. ad Marc.* Ex inopinato ferimur. Idem *cap.*9. *de conſol. ad Marc.* ¶ Ex conſuetudine magis, quàm ex deſiderio fluentes oculi. Idem *cap.*1. *de conſ. ad Marc.* Ex diſpoſito lucet (nundus.) *Ibid. cap.ult.* Ex facili mobilia. Idem *cap.*25. *de conſ. ad Marc.* Ex tordido lucens ignis vivacior. Idem *cap* 25. *de conſ. ad Marc.* Omnium ex veto peritus. *Ibid. cap.*25. Brutus ex obvio victus. Quint. ex ruto audere, i. non temerè. Sueton. *in Tib. cap.*73. C. Cato tepefactum ex Macedonia damoratus, &c. ¶ Alias præterea infinitas habet ſignificationes pro ratione adjuncti: ut Ex abundanti, idem eſt quod præter neceſſitatem, vel plus quàm neceſſe erat. Quintil. *lib.*1. *cap.*6. Adjecit ex abundanti hanc quoque fiduciam. ¶ Ex æquo, idem eſt quod æqualites. Tacit. *lib.*18. Diſcrimen ac periculum ex æquo partiemur. Vel ex æquitate. Liv. *lib.*2. *quinta decad.* Et ſi in animum inducerent, ut ex æquo fœdus fieret, & ſe viſurum quid ſibi faciendum eſſet. ¶ Ex animo, hoc eſt, non ſimulatè. Terent. *in Eunuch.* Utinam iſtuc verbum ex animo, ac verè dicerēs. ¶ Ex animi ſententia, idem eſt quod Pro voto. ¶ Ex animo, vel ex animi ſententia jurare, pro Sincerè, liquidò, & ex animo, ac ſine dolo malo. Liv. *lib.*22. Ex animi mei ſententia juro, ut ego Remp. non deſeram, neque alium civem deſerere patiar. Cicer. *Academ.*11. Majores primum jurare ex animi ſententia quemque voluerunt, deinde ita teneri, ſi ſciens falleret. Hotomanus. ¶ Ex ante diem Nonarum, hoc eſt, ante diem Nonarum finitum. Cic. *Attic. lib.*3. De Quinto fratre nunciì nobis triſtes nec varii venerant ex ante diem Nonarum Junianum uſque ad pridie Kalend. Septembres. ¶ Ex compoſito, hoc eſt, ut compoſitum erat, vel ut convenerat, vel dedita opera. Livius *lib.*1. *ab Vrbe.* Tum ex compoſito orta vis, ſignóque dato, juventus Romana ad rapiendas virgines diſcurrit. ¶ Ex commodo, ubi commodum, ex opportunitate. Senec. *epiſt.*46. Librum tuum, quem mihi promiſeras, accepi? & tanquam lecturus ex commodo adaperui, ac tantùm deguſtare volui. ¶ Ex conſuetudine, hoc eſt, ſecundùm conſuetudinem. Plin. *Epiſt. lib.*2. Hunc oro ex conſuetudine tua & legas, & relegas. ¶ Ex continenti, idem eſt quod ſtatim. Juſtinus *lib.*1. Septem tantum hujus conjurationis conſcii fuerunt, quæ ex continenti, nec dato in pœnitentiam ſpatio, res per quoquam enarraretur, &c. ¶ Ex dignitate, hoc eſt, pro dignitate, vel ut dignitas poſtulat. Cicer. *Licinis lib.*5. *Epiſt.* Quamobrem tu, quantum tuo judicio nobis tribuendum eſſe putes, ſtatues ipſe: & ut ſpero, ſtatues ex noſtra dignitate. ¶ Ex facili, idem eſt quod facilè. Plin. *lib.*22. *cap.* 15. Hippocrates tantùm ſorbitionis gratiâ laudavit, quoniam lubrica ex facili hauriretur. ¶ Ex fide, hoc eſt, fideliter. Suet. *in Galb. cap.*9. Numularios non ex fide verſanti pecunias manus amputavit. ¶ Ex induſtria, hoc eſt, dedita opera. Liv.1. *ab Vrbe.* Ego ex induſtria factus ad imitationem ſtultitiæ, quam ſe ſuâque prædæ eſſe tegi ſineret. ¶ Ex inſperato, id eſt, præter ſpem & opinionem. Idem *lib.*8. *bell. Pun.* Quem ex inſperato repentè miſiſtis nobis huc P. Scipionem. ¶ Ex integro, vel De integro, quod barbari dicunt *De novo.* Plinius *in Epiſt.* Ego quia ſciebam acta Baſſi reſciſſa, datúmque à Senatu jus omnibus, de quibus ille aliquid conſtituiſſet, ex integro agendi. ¶ Ex profeſſo, id eſt, ſcriò, conſultò, non diſſimulatè, & quaſi ex profeſſione. Quintil. *lib.*12. *cap.*1. Ex profeſſo Philoſophiam oſtentantibus parum decori ſunt plerique orationis ortus. ¶ Ex præſcripto, hoc eſt, ſecundùm id quod nobis præſcriptum eſt. Col. *lib.*1. *cap.*1. Neque enim ſemper eundem velut ex præſcripto habitum gerunt. ¶ Ex quo, id eſt, poſtquam, vel poſt quod tempus. Livius *lib.*1. *ab Vrbe.* Duodequadrageſimo fermè anno ex quo regnare cœperat. ¶ Ex tempore aliud agere, vel dicere. hoc eſt, abſque ulla præcedente præmeditatione. Plin. *in Epiſt.* Dicit ſemper ex tempore, ſed tanquam diu ſcripſerit. ¶ Ex vicini, pro ex fundo vicini. Ulpian. *l.*1. *de aquæd.* Aquam ſuperficientem in ſuum ex vicini deriware. ¶ Ex jure manu conſertum vocare, id eſt, ad conſerendum. Verbum eſt antiqui juris. Varr.2. *de ling. Lat.* Conſerere manu dicimus cum hoſte: inde ex jure manu conſertum vocant. Quid autem ſit manu conſertum, Gellius docet *lib.*10. *cap.*9. Ex hoc ſolicita, id eſt, propterea. Terentius *Andr.* Laborat è dolore, atque ex hoc miſera ſolicita eſt. ¶ Ex pedibus laborare, pro laborare podagra. Cic. *Papyrii Pœto. lib.*9. Etſi M. Cepatius, quum mihi in ſylva Gallinaria obviam veniſſet, quæſiſſemque quid ageres, dixit te in lecto eſſe, quòd ex pedibus laborares. ¶ Unus ex omnibus civibus probus: hoc eſt, inter omnes. Plin. *epiſt.*1 *f6.* Librum quem noviſſimè tibi miſi, ex omnibus meis vel maximè placere ſignificas. ¶ Aliquando inter Ex, & ejus caſum, aliquid interponitur: ut, Exque eo. Celſ. *lib.*5. *cap. de fiſtul.* Exque eo collyrium fieri debet.

**ExXcerbo**, as, are: Irrito, & ad iracundiam provoco. {חסר *hemár.* παροξύνω. Gall. *Irriter, faire courroucer, & aigrir.* Ital. *Acerbare, provocare ad ira.* Germ. Verbittern / erzürnen. Hisp. *Moleſtar, exaſperar.* Angl. *To mak angrie, to kendle wrath.* } Livius 8. *ab Vrbe,* Quum omnes affirmarent infeſtiùs Papyrium exarſurum, agitatum contentione ipſa, exacerbatúmque, clam ex caſtris Romam profugit. Suetonius *in Galba, cap.*16. Atque eo quidem nomine omnes, qui ubique erant, exacerbavit.

**Exacerbātus**, irritatus, παροξυνόμενος. Suetonius *in Tiber. cap.*60. Auxit, intenditque ſævitiam, exacerbatus judicio de morte filii ſui Drusi.

**Exacerbēſco**, is: Valde acerbus, id eſt, aſper fio. {מר *mar.* παροξύνομαι, παροξύνουμαι. Gall. *Devenir aſpre, s'enaigrir.* Ital. *Inacerbire, farſi aſpero.* Germ. Häſtig verbittert / oder erzürnt machen. Hisp. *Exaſperarſe, hazerſe aſpero.* Angl. *To waxe angrie or ſower.* } Quod ab exacerbo, es, fieri conſtat, licet ἀξερίβω tamen inveniatur. Apul. *in Apol.* Quis eſt tam miſer, quin exacerbeſcat?

**Exacēſco**, is, ere: Acidum fieri. {חמץ *far.* ἐξοξύνομαι. Gall. *Devenir aigre, s'enaigrir.* Ital. *Inacetire.* Germ. Saur werden / zu eſſig werden. Hisp. *Hazerſe agrio.* Angl. *To waxe ſowr, eger or tarte.* } Col. *lib.*12. *cap.*17. In dolium, vel in amphoras conditur: deinde quum exacuit, & remiſit liquorem, quicquid eſt aceti, diligenter colatur, &c.

Exacon, ſecunda centaurii ſpecies à Gallis appellata eſt, quòd omnia mala medicamenta exigat per alvum, παρὰ τὸ ἐξάγειν. Dicitur & fel terræ, ob inſignem amaritudinem. Author Plin. *lib.*25. *cap.*6.

**Exactor**, Exactio, Exactus, vide *Exigo.*

**Exacūo**: Acuo, acutum facio. {לטש *latáſch*, שן *ſchan.* ἐξαιῶ. Gall. *Aiguiſer, faire aigu ou pointu.* Ital. *Aguzzare.* Germ. Außwetzen / außſpitzen. Hisp. *Aguzar.* Angl. *To whette, to mak ſharpe.* } Virg. 3. *Georg.*

*Ipſe ruit, dentéſque Sabellicum exacuit ſus.*

¶ Ad hominem tranſlatum, idem ferè eſt quod Incitare, vel inflammare. Claudian. *de bell. Getico.*

*At juvenem ſtimulis immanibus æmula virtus*
*Exacuit.*

*Primum ego me illorum dederim quibus eſſe Poëtæ*
*Excerpam numero.*

Senec. de Caligula, *cap.* 17. *al.* 36. *de conſol. ad Polyb.* Excerptus è numero Cæſarum. Liv. *lib.* 4. *bell. Pun.* Excerpere ex tabulis nomina. Sic excerpere ſe hominum conſuetudine, dixit Seneca *in Epiſt.* pro ſecedere ab hominum congreſſu. Excerpere ſe vulgo. Idem *de tranq. vitæ,* Excerpere ſe vulgo Pauline, &c.

Excērptio, nis. { Gall. *Recueil, rapſodie, choſes recueillies des livres, & hiſtoires.* } Gell. *cap.* 21. *lib.* 17. Excerpebamus ex libris, qui Chronici appellantur, &c. Eáſque nunc excerptiones noſtras varias diverſiſque in locis factas digeſſimus, &c.

Excēſsūs, vide *Exceſſo.*

Excētra, æ. Dicta eſt hydra Lernæa, quòd uno cæſo capite tria excreſcebant. ἔχιδνα. Plaut. *in Perſa,* Nam cum leone, & cum excetra, cum cervo, & cum apro Ætolico, cum avibus Stymphalicis, cum Anteo delectari malim, quàm cum amore. Ovidius.

*Pars quota Lernæa ſerpens eris una echidna?*

Scribit Diodorus, Herculem debellaſſe hydram non ſolùm ferro, ſed etiam flammis, adhibito ſolio, qui incitam cervicem ardente face vestigio iniret. Conſtat (ſecundùm hiſtoricos) hydram in Lerna Argivorum regione paludem exciſſe, aquas evomentem quæ vaſtabant vicinas civitates, in qua uno meatu clauſo, multi erumpebant. Quod Hercules videns, loca ipſa exuſſit, & ſic aquæ meatus clauſit. Nam hydra, ἀπὸ τοῦ ὕδατος, id eſt, ab aqua, nomen accepit. Plato aſſerit *in Euthydemo*, hydram fuiſſe callidiſſimum ſophiſtam, cui præter ſapientiam, pro uno ſermonis capite amputato, multa repullulabant.

Excetra, nomen meretriculæ. Plaut. *Pſeud. ſc.* 2. *a.* 1. En Excetra tu, quæ tibi amicos tot habes, tam probè oleo onuſtos. (Ubi quidam libri habent, Exergato.) Idem etiam nomen uſurpavit pro meretrice Livius *lib.* 9. *dec.* 4.

Exchalceo, as, are. Verbum à dictione Græca χαλκὸς formatum, ſignificat ære ſpoliare, & auferre nummos. Unde Porphyrio in Horatium *lib.* 1. *Serm. ſatyr.* 8. Varanus, inquit, Q. Luctatii Caruli libertus omni loco, omni tempore futaciſſimus fuiſſe dicitur. De quo etiam illud traditur, quum deprehenſus à numulario eſſet, de cujus menſa nummos ſubtractos in calceos ſibi infarciebat, quidam jocans: Bellè, inquit, te nummularius ille exchalciavit, cum aſpiratione ſcilicet ſecundæ ſyllabæ a ſignul ut chalcon, id eſt, æs, ablatum ex calceamento objiceret. Vide etiam Cælium Rhodig. *antiq. lect. lib.* 19. *cap.* 9.

Excīdo, is, abex, & cædo, a, la i, mutata, præteritum excidi, ſupinum excæſum facit: E loco, vel re aliqua ſublimiori cædo: Elabor, fluo, deſtuo. { נפל *naphál*. ἐκπίπτειν. Gall. *Cheoir de quelque lieu.* Ital. *Cadere.* Germ. Außfallen. Hisp. *Caer.* Angl. *To fall out of any place.* } Virg. 2. *Georg.*

*Nam ſæpe incautis paſtoribus excidit ignis.*

Plaut. *Men. ſc.* 2. *a.* 4. Me planè excidiſſe ex hac familia intelligo. Catull. *de com. Lesb.*

——— *Vt tibi tunc toto pectore ſolliciæ*
*Senſibus ereptis mens excidit.*

Ovid. 5. *Faſt.*

*Dum ſenior fatis excidit arce Deus* (pulſus Olympo Saturnus.)

Ibidem,

*Excidit aſpicium triſti mihi,* &c.

¶ Excidere in riſum & lachrymas. Senec. *cap.* 15. *de tranquill.* ¶ Unde per tranſlationem Excidere animo, id eſt, oblivisci. Virg. 2. *Æneid.*

*Necdum etiam causa irarum, savique dolores*
*Exciderant animo.*

Cic. *de provinc. Consul.* Nónne nobis videtur, & ultimi temporis recordatione, & proximi memoria, medium illud tristissimum tempus debere, si ex rerum natura non posse evellere, ex animo quidem certè excidere? Et Quintil. Excidentes (memoria) unius admonitione verbi in memoriam reponuntur. ¶ Interdum Dissentire. Lucil. *lib.* 27. Ego ab Archiloco excido. ¶ Excidit nobis aliquod verbum, quum quod alioqui dicturi non eramus, imprudentes proferimus. Cic. *pro Sylla.* Verbum ecquod unquam ex hujus ore excidit, unde quisquam posset offendi? Sunt & aliæ non invenustæ hujus verbi translationes: ut quum nobis victoriam, aut spem aliquam è manibus excidisse dicimus: quum significare volumus nos amisisse quod propemodum tenebamus. Cic. *in Brutum.* Deinde ita multa peccata, ut quodammodo victoria excideret è manibus. Ovid. *El.* 5. *l.* 4. *Trist.*

*Excidit heu nomen quàm mihi pene tuum!*

¶ Excidere uxore, est ambitæ uxoris spem amittere. Terent. *Andr.* Herus, quantum intelligo, uxore excidit. Quintil. Excidere fine suo. Suet. *in Claud. cap.* 14.

**Excído**, is, excidi, excísum. Compositum à cædo: Exscindo, emo. { סרת *charáth*, קרץ *karéts*. ἐκτμῆσαι, ἐκκοπεῖν. GALL. *Couper & oster quelque chose.* ITAL. *Tagliare, fendere, destruire.* GERM. Außhauen. HISP. *Cortar, tajar, romper, destruir.* ANGL. *To cuit downe to destroy, to cuts of.* } Cic. *lib.* 2. *Offic.* Nec lapides ex terra exciderentur ad usum nostrum necessarii. ¶ Item penitus destruo. Idem *in Catone.* Quomodo Carthagini malè jamdiu cogitanti bellum inferatur, multo tempore antè denuntio: de qua veteri non ante desinam, quàm illam excisam cognovero. ¶ Pro Occidere. Cæs. *lib.* 3. *bell. civil.* Excisо Eritio (i. occiso.) Item Ovid. 4. *Fast.*

*Cur igitur Gallos, qui se excidêre, vocamus?*

¶ Quintilian. Excidere virilitatem (pro virilia amputare.)

**Excidio**, nis. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 4. Excidionem facere oppidis. Ubi alii libri habent exscidionem, ab exscindo, brevi secundâ syllabâ, ut constet versus. Excidio enim ab excido (quod fit ab ex & cædo) secundam producit. Oppido autem excidionem facere, est oppidum exscindere, funditus evertere, delere.

**Excídium**, ii. Ab excido deduci manifestum est, pro eversione & ruina urbis, vel provinciæ. { קרץ *karéts*, ἀνάστασις, ἄλωσις. GALL. *Destruction, ruine.* ITAL. *Estermino, rovina.* GERM. Ein zerstöhrung/zerstörung. HISP. *Cayda, ò destruycion.* ANGL. *The sacking, raising or destroying of a citie.* } Livius 7. *bell. Punic.* Magnum se excidio ejus urbis terrorem cæteris injecturum. Plin. *lib.* 19. *cap.* 39. Fuitque arbor fatalis excidio urbis.

**Excíso**, as: Lanio, vulnero. { פרץ *parâh*, שרט *sarâ*, קרץ *karâ*. λυμαίνω. GALL. *Couper, déchirer & désoupper.* ITAL. *Stracciare, ferire.* GERM. Außhauen / verwunden. HISP. *Despedaçar, herir.* ANGL. *To teare and cuts of.* } Nonius, Excisatum, laniatum, vulneratum. Plaut. *Cistell.* Capillo scisso, atque excisatis auribus.

**Excísio**, nis, verbale: Actus ipse excidendi, ut Excisio tectorum. Cicer. *pro domo sua.*

**Excído**, is: Excido, Everto, diruo, deleo. { פרת *charáth*, קרץ *karâts*. GALL. *Couper & gaster, détruire & ruiner.* ITAL. *Distruggere, rovinare.* GERM. Zerstöhren/außreuten. HISP. *Destruir, cortar.* ANGL. *To sack de stroy, or over throw.* } Cic. *pro Planc.* Urbem unam mihi amicissimam declinavi, quæ se vel potiùs exscindi, quàm è suo complexu ut eriperet, facilè patereturr.

**Excísórius**, a, um. { פרת *charáth.* ὀξυτενὴς. } ut, Excisorius scalper, quo cariosa excidiuntur caro, apud Celsum *lib.* 8. *cap.* 3.

**Excíto**, is, ivi, itum, vel Excieo, es, ivi, itum: Evoco, excito, incito, allicio, concito, stimulo, commoveo, elicio. { קרא *karâ*, עיר *zâhar.* ἐγείρειν. GALL. *Esmouvoir, faire lever & sortir, hucher.* ITAL. *Chiamare, svegliare, incitare.* GERM. Ermuntern beruffen. HISP. *Llamar, mover à despertar à otro.* ANGL. *To provok, to call out, to waken.* } Plaut. *in Epid.* Quid pater, quòd me excivisti ante ædes? P. Ut matrem tuam videas: id est, evocasti. Livius *lib.* 1. Hercules ad primam auroram somno excitus. Idem *lib.* 4. *ab Urbe.* Sed dictatorem quoque ex somno excivit. Sic excire cubilibus. Idem *lib.* 5. *ab Urbe.* Extremus tamen pavor cubilibus suis excitos, quosdam unde vis esset ignaros, in fugam, & quosdam in hostem ipsum provisos intulit. Excire animas sepulchris. Virg. 4. *Æneid.* Plaut. *in Cist.* Ex mihi excivisti lacrymas? Ita excite tumultum, excite aliquem ad cupiditatem discendi. Liv. 1. *ab Urbe.* Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Vox viri pessimi me excitet.

**Excíto**, as, frequentativum, eadem significatione est cum verbo Excio, nam aliquando significat commovere ad virtutem. { עור *helôr.* ἐγείρειν, παρορμᾶν, παροξύνειν. GALL. *Esmouvoir, exciter, inciter.* ITAL. *Excitare, commovere, stimolare.* GERM. Erregen/ erwecken. HISP. *Mover, despertar.* ANGL. *To waken, to stirre up, to raise.* } Cæsar 7. *bell. Gall.* Excitare ad arma civitatem. Cic. 1. *de Divinat.* Terent. *in Heaut.* Non vides quantum mali ex ea re excites? ¶ Aliquando expergefacere, ἐξεγείρειν. Livius 5. *bell. Punic.* Scipionem me ambo dies noctésque curis insomnisque agitant, & excitant sæpe somno. Cic. *pro Sylla.* Excurrent tibi istam verborum jactationem, & te ex somno sæpe excitabunt. Plaut. *Amph.* Hoc noctis me à portu ingratis excitavit. ¶ Mortuos ab inferis excitare. Cicer. *in Orat. & in Topicis.* ¶ Excitare ædificium, pro erigere. Senec. *epist.* 35. Puta duo ædificia excitata esse: ambo paria, atque excelsa, ac magnifica. Suet. *in Claud. cap.* 1. Exercitus honorarium ei tumulum excitavit. Cæs. *lib.* 1. *de bell. civ.* Turres binorum tabulatorum excitare. Excitare templum, Sueton. *in Augus. cap.* 29. & *in Calig. cap.* 45. ¶ Excitare aliquem de spectaculis, & aliquem ludos spectantem loco depellere: quod decoctoribus accidere solebat, qui quòd Equestrem censum habere desiissent, à quatuordecim gradibus arcebantur. Quint. *lib.* 3. *cap.* 6. Si excitatus fuerit de spectaculis, & injuriarum agat, depulsio actoris erit. Suet. *In Cæs. cap.* 77. Excitare sedentem in 14. gradibus. Item Quint. Excitati (è 14. gradibus) theatrali lege.

**Excitári**, passivè. Cicer. 5. *de finib.* Excitantur spe gloriæ quam habes formam honestatis & similitudinem. Miles excitatur classico. Horat. *Epod.* 2.

*Nec excitatus classico miles truci.*

**Excitátus**, nomen ex participio. { עור *muhár*, עיר *nehár.* ἐξεγερμένος. GALL. *Esmeu, incité.* ITAL. *Smosso, incitato.* GERM. Beweget/ erweckt. HISP. *Movido.* ANGL. *Stirred or moved up.* } Plin. *lib.* 20. *cap.* 17. Optimum quàm excitatissimi odoris, & quàm nigerrimum, hoc est, odoris vehementissimi. ¶ Excitatus humo. Cicer 2. *de nat. deor.* Quæ primùm eos humo excitatos, celsos, & erectos constituit, ut deorum cognitionem, cœlum intuentes, capere possent. Quintilian. Excitatiora lumina dicendi. ¶ Excitatum caput: mentum excitatum, i. elevatum, sublatum, apud Cels. *lib.* 8. *cap.* 12. Cujus motus causa externa, ab alteróque fit.

**Ex.** Icitè, adverb. Hoc est, vehementer, & incidè. { ἐξεγερτικῶς, σφόδρα. GALL. *Fort impetueusement.* ITAL. *Con vehementia grandemente.* GERM. Häfftig/geytet. HISP. *Grande ò fuertemente.* ANGL. *Strongly.* } Plin. *lib.* 37. *cap.* 7. Et in his autem mares excitatiùs fulgent: fœminæ pinguiores sunt, & crassiùs nitent: hoc est, majorem fulgoris vim habent, & quodammodo excitationem alius. ¶ Excitatiùs. Quintilian.

**Excípio**, is: Accipio, recipio. { קבל *kibbél.* ἐκδέχομαι. GALL. *Recevoir, extraire, recueillir.* ITAL. *Ricettare, ricevere.* GERM. Eine pfahen/ aufnemmen/ &c. HISP. *Sacar de regla, recebir con buena ò buena voluntad.* ANGL. *To take out, to receive, to entretaine, to welcome.* } Plaut. *Rud.* Sumne ego sceleslus, qui illuc hodie excepi vidulum? aut quem excepi, qui non alicubi in solo abstrusi loco? Senec. *cap.* 19. *de consol. ad Marc.* Excepit illum (mortuum) pax æterna. Velleius, Superbè excipit Antonius Octavium. Plaut. *Milit. sc.* 2. *a.* 2. Hic senex calor elidi jussit conservis meis. Sed me excepit. ¶ Pro Suscipere. Suet. *in Cæs. cap.* 73. Simultates nullas tam graves excepit unquam, ut non occasione oblata libens deponeret. Hinc sensu usus est Propertius. ¶ Aliquando significat idem quod demo, eximo, numero. ἐξαιρῶ. Cic. 4. *Acad.* Nihil excepit de quo non profiteatur. Idem *lib.* 1. *Inst.* Nam si solùm eos diceres miseros, quibus moriendum esset, neminem quidem eorum qui viverent, exciperes. ¶ Aliquando idem est quod Recipio, præcipuè affectos. ἀναλαμβάνω. Virg. 3. *Æneid.*

*Hen quis te casus deportam conjuge tanto*
*Excipit?*

¶ Aliquando inquirere. Cic. *de Orat.* Quædam dari ex hac vita ad pertrahendos animos hominum, & ad excipiendas eorum voluntates. ¶ Aliquando Separare. Virg. *lib.* 9.

*——— i, sum illum clypeum, crisláque rubentes*
*Excipiam jussi.*

¶ Aliquando Per dolum capere, opprimere, intercipere, comprehendere incautum. Cic. *Attic. lib.* 8. Admoniti sumus ut caveremus, ne exciperemur à Cæsare, quòd is in eadem loca quæ nos petebamus, celeriùs etiam quàm nos possemus, eò quò intenderat, venturus esset. Cæs. 6. *bell. Gall.* Multos ex fuga dispersos excipiunt. (Apertè idem Cæs. *lib.* 3. *de bell. civ.*) Curt. *lib.* 7. Sagittandi peritus, adeo certo ictu destinata ferebat, ut aves quoque exciperet. Virgil. 1. *Æneid.*

*Excipit incautum, patriásque obtruncat ad aras.*

¶ Aliquando Colligere, συλλέγειν. Martialis.

*Ventrú unus misero (nec te pudet) excipis auro.*

Suet. *in Neron. cap.* 34. Excipere lanuginem. Item, Naves deprehendunt, deprehensáque excipiunt. Cæs. *lib.* 1. *de bell. civ.* ¶ Aliquando abscondere. Plaut. *in Aul. sc.* 6. *a.* 4. Nec partem tibi ab eo indipiscere, neque furem excipies. ¶ Aliquando compositè & sine tumultu obsistere: ἀγκάζειν, ἐνδέχεσθαι. ¶ Aliquando educo, ἐκδέχεσθαι, ἀναδέχεσθαι, ὑπολαμβάνω. ¶ Excipere brachiis. Col. *lib.* 9. *cap.* 15. Excipere clamoribus, pro Applaudere. Plin. *Epist.* 38. Pudet referre quæ quàm fracta pronuntiatione dicantur, quibus quàm teneris clamoribus excipiantur. Gremio alicujus excipi. Claudianus *Paneg.* 6.

*——— quum genitoris amico*
*Exceptus gremio mediam vehitêre per urbem.*

¶ Excipere osculo. Plinius *in Paneg.* Gratum erat omnibus quod Senatum osculo exciperet. ¶ Excipere, pro Audire. Plautus *Amphitr.* Quid memorem, hinc exciptam, (i. audiam.) ¶ Excipere avidis auribus. Plin. *epist.* 84. ¶ Subire & excipere tela. Cic. *de provinc. Consul.* Excipere cicatrices adverso corpore. Idem 7. *Verr.* Excipere gladio. Qu. Curt. *lib.* 9. E quibus duos gladio ita excepit, ut ante ipsum exanimes procumberent. ¶ Excipere ictus, pro infringere, five avertere. Cæsar *lib.* 1. *bell. civ.* & Liv. *lib.* 6. *d.* 4. Exceptos declinabant ictus. Idem Liv. *lib.* 1. *dec.* 5. Exceptum amnem multorum dierum opere novo alveo avertit. Cæsar *lib.* 1. *de bell. civ.* Superant montes quos aperta difficilia excipiebant. ¶ Exceptus, &c. Senec. *cap.* 2. *de cons. ad Marc.* Excepto eo quod. Ovid. *Eleg.* 6. *lib.* 3. *Trist.* Suet. *in Cæs. cap.* 80. Utrúmne Cæsarem è ponte dejicerent, & exceptum trucidarent, &c. Idem *in Tiber.* Quasi exceptos supprimerent. Et *cap.* 11. Id à proximis aliter exceptum est (i. auditum.) Idem *cap.* 21. Vox Augusti per cubicularios excepta (i. audita.) Gell. *cap.* 7 *lib.* 11. Exceptum insidiis occidere (veneno.) Idem *cap.* 9. *lib.* 17. Excepta ab hostibus literæ. ¶ Excipere item dicuntur, qui alio dictante aliquid describunt. Suet. *de Tito.* E pluribus compertum notis quæque excipere velocissimè solitum: & cum amanuensibus suis per ludum, jocumque certantem, imitari chirographa quæcunque vidisset. ¶ Excipere se in genua, pro Erigere. Senec. *Epist.* 67. Qui successu poplitibus in genua se excepit. ¶ Excipere se in pedes, & excipere se pedibus: illud apud Livium, hoc apud Curt. Livius 4. *ab Urbe.* Consultum & ipse hasta innixus, se in pedes excipit. Curt. *lib.* 9. Sed fortè ita librraverat corpus, ut se pedibus exciperet. ¶ Excipere item est opponere aliquid actori, quo minùs id quod petit auferat. *Instit. de exceptionib.* Comparatæ sunt exceptiones defendendorum eorum gratiâ cum quibus agitur.

‖ Exceptáculum, quo aliquid excipimus. Tertull. ‖

**Exceptio**, nis: Exemptio. { παραγραφή. GALL. *Exception, clause qui restraint une generalité.* ITAL. *Eccettione, clausula che restringe una*

ma generalitèr. Germ. Außnemmung/vorbehaltung. Hisp. *Excepcion de la regla.* Angl. *An exception.* } Cicer. *de Amicit.* Tum sit inter eos omnium rerum, consiliorum, & voluntatum, sine ulla exceptione communitas. ¶ Exceptio jam dicitur quæ à reo opponitur adversùs petitionem actoris. Idem 2. *de Invent.* Nam & prætoris exceptionibus multæ excluduntur actiones. Ulpian. *l.* 2. *ff. de except.* Exceptio dicta est quasi quædam exclusio, quæ interponitur actioni cujuslibet rei, ad excludendum id quod in intentionem, condemnationémve deductum est. Senec. *epist.* 49. Exceptiones & præscriptiones Jurisconsultorum & Philosophorum.

**Exceptiuncula**, diminut. Senec. *epist.* 1. *lib.* 3. Licèt illam exceptiunculam non adjiciam, ut rectum sit quod velis.

**Excĕptor**, Amanuensis, ὑπογραφεύς, qui dictata excipit. Julius Firmicus *Mathes. lib.* 3. Si Mercurius cum Saturno fuerit inventus, sole cum iis in eodem loco constituto, malitiosos facit, malevolos, pessimos in omnibus actibus, & aut Advocatos, aut Jurisperitos, aut scribas, aut exceptores.

**Excĕpto**, as: Identidem eximo, & ad me traho. { ἐξαιρέω, ἐπαναμβάνω. Gall. *Prendre souvent, recueillir, tirer à soy.* Ital. *Eccettuare, trar à se, trar fuori.* Germ. Außnemmen/zu sich nemmen. Hisp. *Sacar fuera de numero, traher hazi a si.* Angl. *To tak to me often.* } Cic. *in Paradox.* Et videat aliquem summis populi beneficiis usum, barbatulos mululos exceptantem de piscina, & petrectantem. Virgil. *Ab.* 3. *Georg.*

*Ore omnes versa in Zephyrum stant rupibus altis,*
*Exceptántque leves auras, & sæpe sine ullis*
*Conjugiis ventò gravida, mirabile dictu.*

Cæsar 7. *bell. Gall.* Eos ipsos rursùs singulos exceptans in agmen extulit.

**Excĕptōrĭus**, a, um: Adject. Ulp. *in l. in instrumento. ff. de instructo vel instrumento leg.* Quali vindemiatorii, exceptoriique, in quibus uvæ comportantur.

**Excĕptĭtius**, a, um. {ἐξαιρετός, ἐπιλογικός. Gall. *D'élite, de reserve.* Ital. *Cosa eletta, & da raccogliere.* Germ. Das man außnimpt oder zu sich nimpt/und empfacht. Hisp. *Cosa digna de ser recebida.* Angl. *Excepted, and sett a part.*} Qui excipitur. Plin. *lib.* 18. *cap.* 10. Adjiciuntur his genera, bromos, siligo exceptitia, & tragos. Vocat autem siliginem exceptitiam Laconicam, quæ ab alia siligine excipitur, eo quòd sine arista crescit.

**Excĭpŭlum**, i, ab excipio: Instrumentum quo aliquid excipitur, hoc est, intercipitur, & incautum comprehenditur, ut est septum ex viminibus aliàve materia contextum ad capiendos pisces. { σαῦλος. Gall. *Un vaisseau ou autre chose pour recevoir une autre chose, un receptacle.* Ital. *Cosa che serve à ricevere un' altra.* Germ. Ein instrument oder geschirr mit dem man etwas empfacht oder auffacht. Hisp. *Cosa que recibe ò acoge una otra.* Angl. *An engyne to tak any thing withall.*} Plinius *lib.* 9. *cap.* 22. Hyemato lacu fluctibus glomeratæ volvuntur anguillæ, in tantum mirabili multitudine, ut in excipulis ejus fluminis ob hoc ipsum fabricatis, singulorum millium globi reperiantur. Idem *lib.* 25. *cap.* 7. Videtur accipere pro genere vasis, quo succus ex arboribus defluens excipitur. Vix (inquit) tabea est, ut è longinquo succus excipiatur. Lacteæ conto subditur excipulus ventriculo hœdino: humor lactis videtur effluere. Loquitur de Euphorbia herba, à Juba inventa.

‖ **Excipŭlum**, promptuarium, vocabulum. Gloss. A. L. Item ad excipiendam sanguinem è vena. Jun. ‖

**Excĭpŭus**, a, um, quod excipitur: sicut præcipuum, quod antè capitur. Festus.

**Excīso**, as, vide *Excido.*

**Excĭto**, vide *Excio.*

**Exclāmātĭo**, Vociferati, & quasi è medio pectore vocem maximè emittere: quod aut indignationis, aut doloris causa fieri solet. { קול *kôl.* ἀναβόησις, ἀνάκλησις. Gall. *Crier, s'écrier.* Ital. *Gridare, chiamare ad alta voce.* Germ. Außschreyen/lautschreyen. Hisp. *Llamar dando vozes, grittar.* Angl. *To crie out alowde.* } Terent. *in Eunuch.* Itaque plenè herele exclamavi gaudio. Cic. 2. *de Orat.* Non enim possum quin exclamem, ut ait ille *in Trinummo.* Plaut. *Mostel. fc.* 2. *a.* 2. Atque ille exclamat derepente maximum. Idem *Amph. fc.* 1. *a.* 5. Dum hæc aguntur voce clara exclamat uxorem suam (i. inclamat, appellat.) *Ibidem fc.* 1. *a.* 5. Idem *Capt. fc.* 2. *a.* 3. Te exclamat suum sodalem. Et Quint. Verba quæ optimè exclamant. Idem *de declamationibus.* Multa illi exclamaverunt, &c.

**Exclāmātĭo**, pro actu exclamandi. { זעקה *zeâkah.* ἀφώνησις. Gall. *Cry, exclamation.* Ital. *Grido.* Germ. Außschreyung. Hisp. *Grito, obra de llamar assi.* Angl. *A crying out.*} Author ad Heren. *lib.* 3. Acutas vocis exclamationes vitare debemus: ictus enim fit, & vulneratur arteriæ acuta atque attenuata nimis acclamatione. ¶ Est & Exclamatio, σχῆμα rhetoricum. Idem *lib.* 4. Exclamatio est quæ conficit significationem doloris, aut indignationis alicujus per hominis, aut urbis, aut loci, aut rei cujuspiam compellationem, hoc modo: Te nunc alloquor Africane, cujus mortui quoque nomen decori est, & splendori civitati.

**Exclūdo**, is, exclusi, sum: Extra claudo, prohibeo, portas alicui claudo. { חוצה *hotsi.* דחה *dachah,* גרש *gerésch.* ἐκκλείω. Gall. *Exclurre, mettre dehors, forclorre.* Ital. *Escluso, serrar fuori.* Germ. Außschliessen/ außstossen. Hisp. *Echar à fuera.* Angl. *To debarre or shut out.* } Plaut. *Men. fc.* 7. *a.* 5. Alii me excludunt foras. *Ibid. fc.* 1. *a.* 4. Uxor me excludit foras. Et, Excludit à se uxor me. Cæs. 2. *de bell. civ.* Excludere ab acie milites. Plaut. *Asin. fc.* 1. *a.* 3. Homo exclusus est foras. *Ibid. fc.* 2. *a.* 2. Homo herele hic exclusus est foras. Idem *Menach.* Alii me pernegant eum esse qui sum, atque excludunt foras. ¶ Per translationem ponitur pro Liberare. Accius *apud Nonium.* Quia virtute hic se servitute exclusit? Plaut. *Pseud. fc.* 2. *a.* 1. Excludito herelè oculum, si dedero (i. oculum extra ædes suas, & locum ejecito, eruito, exsculpito.) ¶ Item pro incubando pullum emittere. Columell. *lib.* 9. Veteranas aves ad rem eligi oportebit, quæ jam sæpiùs id fecerint, moréque earum maximè prænosci, quoniam aliæ melius excludant, alia celeres pullos commodiùs educent. Idem. Columbæ excludunt vigesimo die. ¶ Excludi tempore, aut temporis spatiis, est impediri ne quis quid possit agere propter temporis angustias. Cicero in *Verrem*, Angustiis temporis excluduntur omnes. Idem 7. *Verr.* Hi postquam temporibus Pop. Rom. exclusi, per Senatum agere quæ voluerant; non potuerunt. ¶ Excludere, pro Repudiare, non admittere quod postulatur, aut petitur, sed rejicere. Cicer. *de Aruspic. respons.* Quod anno antè statuer Metellus & concors etiam tum Senatus Principi Cn. Pompeio sententiam dicenti exclusérat, acerrimèque unà voce ac mente restiterat.

**Exclūsus**, participium. { אטום *mutsâ.* ἀποκεκλεισμένος, ἀπεκλείσθη. Gall. *Forclos, jetté hors, exclus.* Ital. *Gittato fuori, escluso.* Germ. Außgeschlossen/ außgestossen. Hisp. *Echado fuera.* Angl. *Shut out, debarred.* } Cic. *pro Cluent.* Quam vagus & exul erraret, atque undique exclusus, &c. Idem 2. *Philipp.* Itaque exclusis tuis vocibus, & ad te, & ad prædas militès misit. Plaut. *Men. fc.* 2. *a.* 3. Vino epoto, parasito exclusо foras. Idem *Asin. fc.* 2. *a.* 2. Si ille prius argentum affert, nos exclusi sumus. Senec. *cap.* 10. *de tranq. ad Mare.* Exclusorum clientium turba.

**Exclūsŏr**, ἀποκλειστής. Ulp. *D. lib.* 44. *tit.* 1. *l.* 2. Exceptio dicta est quasi quædam exclusio.

**Exclūsissĭmus**, nomen ex participio. Plaut. *Men. fc.* 2. *a.* 4. Abiit intro ocyùs in ædes, nunc ego sum exclusissimus: neque domi, neque apud amicam mihi jam quicquam creditur.

**Excluſorius**, a, um. Adject. Ulp. *in l. exceptis. ff. de except.* Illud tenendum est, omnem exceptionem, vel replicationem excluſoriam esse.

**Excodicarx**, apud Festum in voce *Repastinari*, est arbores & virgulta effodere. At in cæteris rei rusticæ scriptoribus, circum codices & stipites arborum ablaqueare, ut apud Palladium. Vulgò id vocamus *essarter*, i. excodicare, caudicibus locum liberare & repurgare.

**Excōgĭto**, as: Cogitando invenio, machinor, fingo, meditor. { מחשבת *chaschâbâth.* מזמה *mezimâh.* ἐπινοία, ἐφεύρεσις. Gall. *Songer, s'aviser, penser, inventer en songeant.* Ital. *Imaginare, ritrovar pensando.* Germ. Erdencken. Hisp. *Hallar algo pensando.* Angl. *To devise.*} Cic. 6. *Verr.* Novum ac singulare supplicii genus excogitavit. Idem 2. *in Catil.* Quid enim mali, aut sceleris fingi, aut excogitari potest, quod non ille conceperit? ¶ Excogito, pro Vehementer cogito. Idem *Attic. lib.* 9. Ad hæc igitur cogita mi Attice, vel potiùs excogita: quemvis eventum fortiùs feram, quàm hunc dolorem.

**Excōgĭtātus**, participium: Inventus, confictus. { מחשבת *mechschâbh.* ἔννοια, ἐπίνοια. Gall. *Inventé, pensé, imaginé.* Ital. *Imaginato, ritrovato pensando.* Germ. Bedacht/erdacht. Hisp. *Hallado pensando.* Angl. *Devised, studed upon.*} Cic. *pro Cluent.* Ratio excogitata Latini est, res translata Romani. ¶ Excogitatus, nomen pro Exquisito. Suetonius *in Calig.* Templum etiam numini suo propitium, & sacerdotes & excogitatissimas hostias instituit.

**Excōgĭtātĭo**, nis. { מחשבת *machaschâbeth.* ἔννοια, ἐπίνοια. Gall. *Pourpensement, pensée soigneuse, invention.* Ital. *Inventione fatta con gran pensiero.* Germ. Erdenckung/ersindung. Hisp. *Aquella obra de hallar pensando.* Angl. *A devysing.*} Cicer. 2. *de Orat.* Quæ ab oratore pariuntur, excogitationem non habent difficilem, explicationem magis illustrem perspicuámque desiderant.

**Excōgĭtātŏr**, is. { חשב *chaschab.* ἐφευρετής, ἐπινοητής. Gall. *Ingenieur, inventeur.* Ital. *Inventore.* Germ. Ein erdencker/oder erdichter. Hisp. *Hallador pensando.* Angl. *A deviser.* } Quintilian. *declamat.* 16. Sic magnum protinus, nescio marte, excogitatos hic mortis alterius advocat.

**Excōlo**, is, excolui, excultum: Orno, polio, exorno, expolio. { עבד *habâdh.* ἐπιμελοῦμαι, ἐξεργάζομαι. Gall. *Exerner, cultiver, reparer, orner.* Ital. *Ornare, polire, abellire.* Germ. Wol bawen/ inhren haben. Hisp. *Compener, dolar, ornar.* Angl. *To garnish drike or trimme up.*} Plin. *in Epist.* Emas marmora, quibus solum, quibus parietes excolantur. Cic. *in Orat.* An victus hominum Athenensium beneficio excoli potuit, oratio non potuit? Idem *in Parad.* Nihil est tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile: nihil tam horridum, tam incultum, quod non splendescat oratione, & tanquam excolatur. Senec. *cap.* 16. *de consol. ad Helv.* Excolere dignitatem (i. servire honoribus.) Ovid. *Eleg. ult. lib.* 4. *Trist.*

**Excŭltus**, participium. { מעבד *mehabâdh.* ἐπιμεμελημένος. Gall. *Cultivé, reparé, orné.* Ital. *Cultivato, ornato.* Germ. Wol gezogen/ abgebawet. Hisp. *Ornado, compuesto, labrado.* Angl. *Garnished, trimmed, dressed.*} Cic. 2. *de Legib.* Tum nihil melius illis mysteriis, quibus ex agrestibus, immanique vita, excoluit ad humanitatem & mitigati sumus. Idem *in Orat.* Nihil enim est feracius ingeniis, iis præsertim quæ disciplinis exculta sunt.

**Excōmmūnĭcātio**. { חרם *cherêm.* Gall. *Excommunicement.* Ital. *Scommunica.* Germ. Außsünderung/ verbanning. Hisp. *Descomunion.* Angl. *Excommunication.*} (ut in *Decret.* 3. *quæst.* 4.) distinguitur ab anathemate, tanquam excommunicatio sit minor, anathema majus. Unde Anathematizati, ab Ecclesia omninò separantur: cum talibus neque sermone congressus, neque cibus communicatur. Hos Cyprianus *Abstentos* vocat eleganti vocabulo.

**Excondĭco**, purgare se & excusare. Hinemarus *in epist. ad Nepotem*: Quòd Hadulpho missaticum tuum commiseras, de quo missaticus non se excondixit, id est, non purgavit se.

**Excōnsŭl**, & Exquestor in Codice Justiniani leguntur pro Consulari & Quæstorio, qui scil. aliquando Consulatus, aut Quæsturæ honore functus est. Ita enim habet *l.* 2. *C. de veteri jure enucleando.* Omne studium Triboniano viro excelso, Magistro officiorum, Exquæstori sacri nostri palatii, & Exconsuli credidimus.

**Excōnsŭlātus**, quo usus est compilator Codicis, *l.* 3. *de prox. sacrorum scriniorum.* Consulari, inquit, honore functi inter electos habeantur, hùncque honorem dignitatis teneant, qui Exconsulatibus defertè consuevit.

**Excŏquo**, is, ere: Valde coquo. { ἐφθύω, ἐφθύω. Gall. *Cuire parfaitement.* Ital. *Cuocere molto.* Germ. Außkochen/ wol kochen. Hisp. *Mucho cozer.* Angl. *To boyle fully.* } Terent. *in Adelph.* Tam ex-

coctam reddam atque atram, quàm carbo eſt. Colum. Vis frigoris excoquit terram. Idem, Succus excocti lupini. Virg. 1. *Georg.*

——— *ſive illis omne per ignem*
*Excoquitur vitium, atque exſudat inutilis humor.*

Ovid. 4. *Faſt.*

*Omnia purgat edax ignis, vitiumque metalli*
*Excoquit.*

Gell. *cap.* 5. *lib.* 6. Expuratum & excoctum argentum. Plaut. *Capt. ſc.* 2. *a.* 2. Divitiæ ſúntne opimæ? Ph. Unde excoquat ſebum ſenex. Idem *Perſa.* Uſquedum domi ero, dum excoxero leoni malum: id eſt, excogitavero, & ad tempus præparavero.

**Excōrs**, dis: Inſipiens, ſtultus, ament: quaſi ſine corde. { חסר לב *chaſar leb.* ἀφρων. GALL. *Qui n'a ni ſens, ni entendement, une beſte.* ITAL. *Stolto, pazzo, ſciocco.* GERM. Thorechtig/ narr/ töpel. HISP. *Deſcorazonado, loco ſin ſeſo, ajeno de coraçon.* ANGL. *A harteleſſe dolte.* } Non defuerunt enim qui cor in homine, mentis domicilium eſſe putaverint: quanquam verior eſt opinio eorum, qui eam in cerebro collocaverunt. Cicero *de Amicit.* Apertè adulantem nemo non videt, niſi qui admodum eſt excors. Idem 5. *Philipp.* Hoc qui non videt, excors: qui quum videt, non decernit, impius. Idem *pro domo ſua*, Neque tu eras tam excors, támque demens, ut neſcires hunc Clodium eſſe, qui contra leges faceret. Me fuiſſe arbitror excordem cæcum, incogitabilem. Plaut. *Milit. ſc.* 6. *a.* 2.

**Excrēmēntum**, vide *Excerno.*

**Excrĕo**, as, eſt quadam vi exſpuo. { רק *rak.* ἀποπτύω, χεῖμαῤῥος. GALL. *Cracher.* ITAL. *Sputare, ſpurgare.* GERM. Außſpeyen/ mit dem ſpeychel außwerffen. HISP. *Eſcupir ò gargajear.* ANGL. *To ſpette out with reching.* } Plaut. *in Amph.* Si minuſculo digito increpuerint fores, hac regula tuum diminuam caput, ut cum dentibus linguam excreet. Cell. Et interdum aliquid purulenti excreat. Age, age, uſque excrea (paulò antè, deſpuas.) Plaut. *Aſin. ſc.* 1. *a.* 1. Excreare non uſus inter agendum. Suet. *in Nerone. cap.* 14.

**Excrĕātio**. { χεῖμα, ἔκπτυσμα. GALL. *Crachement.* ITAL. *Sputamento.* GERM. Außſpeyung. HISP. *Aquella obra de eſcupir ò gargajear.* ANGL. *A ſpetting out with reching.* } ut, Sanguinis excreationes. Plin. *lib.* 24. *cap.* 14. Excreationes faciles facit in cibo ſumptum ſinapi. Idem *lib.* 2. *cap.* 22.

**Excrĕābĭlis**, e, adjectivum, quod excreari poteſt. { πτύσιμος, ἐκπτυστός. GALL. *Qu'on peut facilement cracher.* ITAL. *Coſa que ſi ſputa facilmente.* GERM. Das man außſpeyen mag. HISP. *Coſa que aſſi ſe puede eſcupir.* ANGL. *That may be eaſilie ſpetted out.* } Plin. *lib.* 20. *cap.* 14. Pulmonum vitia excreabilia facit.

**Excrēſco**, is, re. Valde, ſive in altum creſcere. { גדל *gadhál.* ἀφίεσις, ἐκπτωσις. GALL. *Croiſtre par deſſus, paroiſtre.* ITAL. *Creſcere in alto.* GERM. Hefftig wachſen/ in die höhe wachſen. HISP. *Creſcer mucho.* ANGL. *To growe up and waxe more.* } Col. *lib.* 5. Si ſatis excreverint, jugo ſupponantur. Lucan. *lib.* 4.

*Colle tument medio, lenique excrevit in altum*
*Pingue ſolum tumulo.*

Quint. *lib.* 1. *cap.* 4. Nec minùs evitanda eſt immodica ejus longitudo, ne in caput excreviſſe videatur (oratio ſup.)

**Excrētus**, a, um: ab excreſco, nomen adjectivum, vel participium abſque verbi origine. { מגדל *maghuddál.* ἐκπτωτός. GALL. *Parvenu, déja grand.* ITAL. *Creſciuto.* GERM. Erwachſen. HISP. *Creſcido.* ANGL. *Growen up, growen to full age.* } Nam excreſcor, à quo deduci poſſet, Latinum non eſt. Idem autem penè eſt excretus, quod adultus, aut qui multùm crevit. Virg. *lib.* 1. *Georg.*

*Multi jam excretos prohibent à matribus hædos.*

**Excrētum**, vide *Excerno.*

**Excrŭcio**, as, are: Cruciatu enecо, crucio, conficio, interimo. { עצב *hatſab*, חרשב *hidheib.* βασανίζω, φιλέω, ὦ. GALL. *Fort tourmenter, vexer & affliger grièvement.* ITAL. *Cruciare molto.* GERM. Übel peinigen/ martern. HISP. *Affligir ò atormentar.* ANGL. *To torment, to grieve much.* } Cicer. 3. *Verr.* Socium atque amicum fumo excruciatum ſemivirum reliquit. Idem *pro lege Manil.* Omni ſupplicio necatum excruciavit. Terentius *Heaut.* Proin tu ſolicitudinem iſtam falſam, quæ te excruciat omittas. Excruciare animi. Idem *Phorm.* Eheu me miſerum, cùm mihi paveo, tum me Antipho excruciat animi. Plaut. *Mil.* Vide ne ſis in expectatione, ne animi illam excrucies. Qui ſeſe excruciari meam vicem poſſit. Idem *Moſtell. ſc.* 1. *a.* 2. Hunc ego cupio excruciari. Idem *Pſeud. ſc.* 5. *a.* 1. Ne hunc excruciatum miſerum facias. Idem *Amphitr.* Quando te exemplis peſſimis excruciaveto. Idem *Capt. ſc.* 5. *a.* 3. Dato me excruciatum, ſi mutivero. Idem *Mil. ſc.* 6. *a.* 2. Leno me excruciat. Idem *Cure. ſc.* 1. *a.* 1. Ipſus ſe excruciat. *Ibid. ſc.* 3. *a.* 1.

**Excrŭciābĭlis**, e: Dignus qui excrucietur. { ἀποπτυστός, πτυελώδης. GALL. *Digne d'eſtre tourmenté.* ITAL. *Degno da eſſere cruciato.* GERM. Martermürdig. HISP. *Digno de ſer atormentado.* ANGL. *Worthie of torment.* } Plaut. *Ciſt.* Nullam ego me vidiſſe credo magis anum excruciabilem, quàm illæc eſt.

**Excŭbo**, as, excubui, tum: Vigilo, vigilias ago, vigilans ſum. { שקד *ſchahádh*, שמר *ſchamár.* φυλακίζω, ὀφυείω, φυλάττομαι. GALL. *Faire le guet, eſtre au guet.* ITAL. *Vegghiare. far guardia.* GERM. Wachen/ hüten. HISP. *Velar, eſcuchar de noche en el campo.* ANGL. *To watch as it warre to a princes garde.* } Salluſt. *in Iugurth.* Neque ſecus quàm ſi iter facerent, caſtra munire, excubitum in porta, cohortes ex legionibus, pro caſtris equites auxiliarios mittere. Livius, Ptolemæum ac Leonatum excubantes ad cubiculi limen excitaverunt. Cic. *de Divinatione.* Ab Anaximandro Phyſico moniti Lacedæmonii ſunt, ut urbem & tecta linquerent, armatíque in agro excubarent, quòd terræ motus inſtaret. ¶ Excubare animo, pro vigilare. Cic. 4. *Tuſc.* Qui ſemper animo ſic excubat, ut ei nihil improviſum accidere poſſit, nihil inopinatum, nihil omninò novum. Idem 6. *Philipp.* Quamobrem Quirites, conſilio quantum potero, labore plus penè, quàm potero, excubabo, vigilabóque pro vobis. Suetoo. *in Claud. cap.* 37. Excubat dormiens. Idem *in Nerone. cap.* 21. Excubare die.

**Excŭbātio**, nis. { משמרת *aſchmurâth.* παῤῥουλία, φυλακή. GALL. *Guet, veille pour garder quelqu'un.* ITAL. *Vigilia, guardia.* GERM. Wacht/ wachthaltung. HISP. *Velada de noche, como en el campo aſcucha.* ANGL. *A watching.* } Valer. Maxim. *lib.* 4. *de Amicitia*, Pro dignitate, & ſalute amicorum perpetuam excubationem.

**Excubiculārius**, qui cubicularii munere functus eſt. Impp. *l.* 12. *de excuſat. mun. lib.* 10. *Cod.* Maximarum culmina dignitatum, conſiſtoriani quoque comites, notarii etiam noſtri & cubiculorii omnes, atque excubiculatii, ab omnibus ſordidis muneribus vindicentur.

**Excŭbitor**, qui excubat, vigil. { שמר *ſchamár.* φυλακίτης, φρουρός. GALL. *Qui fait le guet, ſentinelle.* ITAL. *Sveglatore.* GERM. Ein wachter. HISP. *Eſcuchador ò velador.* ANGL. *He that keepeth watch or warde.* } Unde gallus dicitur excubitor, qui pervigil cantu horas indicat. Cæſ. 7. *bell. Gall.* Hæc eadem nocte excubitoribus ac firmis præſidiis tenebantur. Col. *lib.* 7. *cap.* 12. de canibus loquens: Quis (inquit) cuſtos incorruptior, quis excubitor inveniri poteſt vigilantior?

**Excŭbiæ**, arum: Vigiliæ. { משמרת *aſchmóreth.* φρουρὰ. GALL. *Le guet de nuict.* ITAL. *Vigilie, veghie.* GERM. Die wachten. HISP. *Aquellas eſcuchas, velas de noche.* ANGL. *Watche by day or night.* } Licèt vigiliæ tamùm nocturnæ dicantur: excubiæ, & diurnæ, & nocturnæ. Plin. *lib.* 10. *cap.* 23. Excubias habent nocturnis temporibus, lapillum pede ſuſtinentes, qui laſſatis ſomno decidens, indigenetiam ſopo coarguat: de quibus loquens Cicero *Mart.* Non modo (inquit) excubias & cuſtodias, ſed etiam laterum noſtrorum oppoſitus & corporum pollicemur. Ovid. *Eleg.* 8. *lib.* 1. *Triſt.*

*tre per excubias, & ſe committere noctì.*

Suet. *in Auguſt. cap.* 23. Excubias per urbem indixit, ne tumultus fieret. ¶ Excubias agere, aut ditari, φρουρὰν ἢ μαλῶν. De iis dicebatur qui ampliter facerent ſumptus de alieno. Tractum ab Athenienſibus, qui excubiis agendis inſulares magno ſtipendio conducere ſolebant. ¶ Excubiarum cauſa canens, φρουρᾶς ἄδων. Dicebatur olim in hominem vigilantem ac diligentem: inde ductum quòd qui excubias agunt, canere conſueverunt, vel ut vigiliarum tædium cantu ſolentur, vel ne interim obdormiſcant. ¶ Nudo mandas excubias, γυμνῇ φυλακὴν ἐπιτάττεις. Quoties negotii quippiam mandatur ei, cui deeſt præſtandi facultas, obeundæque provinciæ propter inopiam neutiquam idoneus eſt.

**Excŭbitus**, us, ui, pro excubiis. { משמרת *aſchmurâth.* παῤῥουλία.} Oppius *de bell. Hiſp.* Partim ut pedeſtres copiæ in ſtatione & excubitu caſtris præſidio eſſent.

**Excūdo**, is, excudi, excuſum: Cudendo elicio. { צף *ſaf.* ἐλαύνω, ἐλατεύω. GALL. *Faire en forgeant en frappant, forger.* ITAL. *Percuotendo trar fuori.* GERM. Außſchmiden/ herauß ſchlagen. HISP. *Herir cendo ſacar a fuera, hallar trabajando.* ANGL. *To beat out, to forge with an hammer.* } Virg. *lib.* 1. *Æneid.*

*Ac primùm ſilicis ſcintillam excudit Achates.*

Idem 1. *Georg.*

*Et ſilicis venis abſtruſum excuderet ignem.*

¶ Accipitur etiam excudo, pro cudendo conficio. Idem 1. *Æneid.*

*Excudent alii ſpirantia mollìus æra.*

¶ Hinc per tranſlationem, excudere opus, accipitur pro ſcribere, vel potiùs ſcriptum abſolvere. Cic. *Attic. lib.* 15. Librum tibi celeriter mittam, de gloria excudam aliquid, ἐξαπαιδεύσω, quod lateat in theſauris tuis. Virg. 1. *Georg.*

*Vt varios uſus meditando excuderet artes.*

Ubi Servius: Excuderet, inquit, hoc eſt, ſtudiosè inveniret. ¶ Ponitur etiam excudere, pro vi, vel precibus aliquid extorquere. Col. *lib.* 11. *cap.* 1. Excudit mihi cultus horrorum proſa ut oratione conſcribetem; id eſt, vehementi flagitatione à me impetravit. ¶ Excudere etiam dicuntur gallinæ ova, quando ex illis pulli naſcuntur, quod & excludere dicimus. Idem *lib.* 9. Negatur anſer aliena excudere ova, niſi ſubjecta ſua quoque habuerit. Varro *de re ruſtic. lib.* 3. *cap.* 9. *de gallinis loquens*, Incubare oportet incipere ſecundùm lunam novam. Diebus ferè viginti excudunt. Et *paulò antè*, De his qui ornithoboſcion inſtituere volunt, hæc quinque animadvertant oportet: de emptione, cujuſmodi, & quammultas parent: de ſoetura, quemadmodum incubent, & pariant: de ovis, quemadmodum incubent, & excudant.

**Excūsor**, qui aliquid excudit. { צף *ſaf.* χαλκεὺς, χαλκοτύπος. GALL. *Forgeur, forgeron.* ITAL. *Fabricatore.* GERM. Schmid/ der ein ding ſtlich recht ſchmidt. HISP. *Impreſſor.* ANGL. *A beater out of any worke.* } Quintilian. pro vaſculario videtur poſuiſſe, qui ex metallo aliquo vaſcula excudit, *lib.* 2. *cap.* 21. Nam ſi quæram quæ ſit materia ſtatuarii, dicetur æs: ſi quæram quæ ſit excuſoris, id eſt ejus fabricæ quam Græci χαλκευτικὴν vocant, ſimiliter æs reſpondeatur. ¶ Excuſores etiam vocare poſſumus quos Græcè vocamus πυροτύπους, quòd miro quodam ingenio omne genus librorum typis excudant. { GALL. *Imprimeurs.* ITAL. *Stampatori.* GERM. Buchtrucker/ truckerherren. HISP. *Impreſſores de libros.*

**Excūlco**, as, ate: Calcando exprimo. { דרך *darách.* πατέω, ἐκπίζω. GALL. *Jetter du pié, chaſſer avec le pié, fouler aux pieds.* ITAL. *Calpeſtare, far uſcir fuori calcando.* GERM. Zertretten/ außtretten mit den füſſen. HISP. *Acocear ò hollar.* ANGL. *To treade or trample out, to wring out.* } Plautus *in Captivis. ſc.* 2. *a.* 4 Eorum ſi cujuſquam ſcitum in publico conſpexero, ex ipſis dominis meis pugnis exculcabo furfures. ¶ Accipitur interdum pro Explodo, hinc pedum plauſu ejicio. ¶ Exculcatus, participium, quod pro obſoleto uſurpavit Gellius *lib.* 11. *cap.* 7. Verbis, inquit, obſoletis, exculcatiſque. Idem alibi invulgata, ſordentiáque vocat.

‖ Exculcatores, ii qui miſſilia, & lapides, & glandes exculcant & ejiciunt. In *Rem. Imperii comment.* Exculcatores ſeniores appellantur, ut refert Turn. *adverſ. lib.* 14. *cap.* 11.

Exculcatus, calcando expreſſus, uſu prostitus, ſordidus, obſoletus, Turn.

Exculens, importunus. G. A. L. ‖

**Excūlpo**, is, vel (ut alii legunt) Excalpo: Perfectè ſcalpo, vel ſcalpendo conficio. { מחה *pittéarh*, פתח *chat.* ἀγλύφω. GALL. *Entailler & graver, tirer ſur une choſe dure.* ITAL. *Scalpire, ſcalpellare.* GERM. Außgraben/ außſtächen. HISP. *Eſculpir ò dolar.* ANGL. *To grave and carve, to entaille.* } Cicer. *Attic. lib.* 13. Tamen neſcio quid è

quercu

queten exculpferam quod videretur simile simulachri. Quint. *lib.* 2. *cap.* 19. Etsi Praxiteles signum aliquod ex molari lapide conatus esset exculpere. ¶ Exculpere alicui oculum, est alicui oculum eruere. Terent. *in Phorm.* Vel oculum exculpe: est ubi vos ulciscar locus. ¶ Nonnunquam accipitur pro Extorquere. { ANGL. *To wreſt from me one.* } Idem *in Eunuch.* Possúmne hodie ex te excúlpere verum? Plaut. *Cist.* Quot amovit fabricas, & quot fallacias. In quæstione vix exculpsi, ut diceret? Exculpere prædam. Lucil. Uti esuriemi leoni ex ore exculperet prædam: apud Nonium. Quintil. Sit unde exculpi (in stylo) possit.

¶ Excuneati, Apuleio, quibus sedendi locus non fuit in cuneis cõfertis. ¶

**Excūrĭātŭs**, a, um, participium ab inusitato verbo Excuro: Exquisitus, quasi cum cura paratus. { ἐπιμεμελημένος, ἐξησκημένος. GALL. *Diligemment accoustré, fait soigneusement, exquis.* ITAL. *Exquisito, sciolto.* GERM. Wol versorgt/wol zubereyt. HISP. *Aparejado con diligencia.* ANGL. *Dressed diligently, made fine.* } Unde victus excuratus, *in Pseud.* Ita excurato victu, ita magnis deliciis. Excuratus homo. Idem *Cas.* Lepidè incessit excuratus.

**Excūrĭo**, as: verbum à curia, quasi extra curiam ejicio. Varro, Apollonium ideo excuriant, quia nihil habebat. Nonius.

¶ Excuriati, exterminatique, apud Varronem & Tullium leguntur, vocabulis sanè probis, proiis, qui curia & terminis exacti sunt. Spieg. ¶

**Excūrro**, is, excurri, vel interdum etiam apud antiquos excucurri: Extra curro, vel præcurro. { יָרַץ *rats.* ἐκτρέχω. GALL. *Faire une saillie, saillir, & courir hors.* ITAL. *Scorrere, transcorrere.* GERM. Hinauß laufen. HISP. *Correr a fuera.* ANGL. *To renne out to lye out in lenght.* } Plaut. *in Mostell. sc.* 1. *a.* 2. Ego dabo ei talentum qui primus excurrerit. Liv. 2. *ab Urbe.* Qui plures igni, quàm ferro armati excucurrissent. Quintilian. Cicero quoque in hos studiorum secessus excurrit. Suet. *in Galba, cap.* 18. Cùm Tusculum excurrisset (id est, raptim ivisset.) ¶ Per translationem etiam excurrere dicitur, quicquid ordinem, aut modum, i. mensuram, numerúmve egreditur. Unde Summa aliqua dicitur excurrere, quando ad majorem summam accedit parvula quædam summa: ut si dicamus, centum aureos, & quindecim solidos, vel decem talenta, & aliquot drachmas. Paul. *l. Publia Mævia* 28. §. 2. *D. depos. vel contrà.* Debetis mihi decem, quos apud Titium deposuistis: item quo Trophimati decem: item ex ratione patris vestri decem, & quod excurrit. Summa autem in qua nihil excurrit, quadrans vocatur, & verbum Quadrare, contrarium est verbo Excurrere, quo verbo semel atque iterum utitur Cic. 3. *Verr.* ¶ Sic etiam excurrere dicitur littus, vel peninsula, quum aliqua sui parte in mare protenditur. Liv. 6. *bell. Pun.* Ab intimo sinu peninsula excurrit. ¶ Oratio etiam dicitur excurrere, quando clausulæ legitimis rhythmis sunt productiores. Cic. *in Orat.* Mutila sentit quædam, & quædam decurtata, quibus tanquam debito fraudetur, offenditur: productiora alia, & quasi immoderatiùs excurrentia, quæ magis etiam aspernantur aures. ¶ Excurrere etiam dicuntur milites, quando non justo prælio, sed latrocinantium more agrum hostium populantur. Liv. 1. *ab Urbe.* In fines Romanos excurrerunt populabundi magis, quàm justi more belli. Hinc subitæ irruptiones, excursiones dicuntur. Cicer. *pro lege Manilia.* Quum una excursio equitatus perbrevi tempore totius anni vectigal auferre posset. Idem *ad Attic. lib.* 1. Helvetii sine dubio sunt in armis, excursionesque in provinciam faciunt. ¶ Mercatores etiam aliquando excurrere dicuntur per contumeliam, aliquando non. Idem 4. *Verr.* Excursio item, ipse excurrendi actus. Idem *de senect.* Nec enim excursione, nec saltu uteretur. ¶ Excursio orationis. Idem 2. *de Divin.* Sed hæc fuerit nobis tanquam levis armaturæ prima orationis excursio, nunc cominus agamus, experiamúrque si possumus cornua commovere disputationis tuæ.

**Excūrsŭs**, participium. { מְרוּצִים *merutsím.* ἐκτρεχόντων. GALL. *Courus.* ITAL. *Corso.* GERM. Außgelauffen/ oder durchgelauffen. HISP. *Corrido.* ANGL. *Runne out, passed over.* } Terent. *Adelph.* Propè jam excurso spatio, mitto: id quamobrem, ipsa reperi.

**Excūrsŭs**, us, ui: Excursio, incursio. { מְרוּצָה *merutsáh.* ἐκτροχασμὸς. GALL. *Course.* ITAL. *Corseria.* GERM. Ein außlauffung. HISP. *Aquella obra de correr assi corrida.* ANGL. *A running or lying out in lenght.* } Plin. *ep.* 101. Vides ut Aratus minutissima etiam sidera consectetur & colligat: modum tamen servat: non enim excursus hic ejus, sed opus ipsum est. Virg. 4. *Georg.*

*Excursúsque breves tentant.*

**Excūrsŏr**, is, qui excurrit. { רָץ *rátz.* ἐκτροχαστὴς, ἐκτρέχων. GALL. *Coureur.* ITAL. *Corritore.* GERM. Ein läuffer/ der etwan hinauß lauffe. HISP. *Corriente assi.* ANGL. *He that runneth out, a skirmisher.* } Cic. 4. *Philipp.* Est igitur, Quirites, populo Romano victori omnium gentium omne certamen cum excursore, cum latrone, cum Spartaco. Idem 4. *Verr.* Petit Nævius Turpio quidam istius excursor & emissarius.

**Excūso**, as, ab ex & causa. Objectum crimen purgo, & à me repello: Purgo, excusatione utor, excusationem affero, satisfacio. { חִלְצָה *hitsáal.* ἀπολογοῦμαι, ἀποίχομαι. GALL. *Excuser, alleguer pour excuse.* ITAL. *Escusare, purgare l'errore.* GERM. Entschuldigen. HISP. *Escusa trayendo causas.* ANGL. *To excuse, to excuse.* } Cicer. *Bruto*, Collegæ mandasti ut te mihi per literas excusaret. Ovid. *Eleg. ult. lib.* 3. *Trist.*

——— ——— *Libellum*
*Sortis, & excusa conditione meæ.*

Idem *Eleg.* 7. *lib.* 4. *Trist.*

*Excusent ne te semper amice mihi.*

Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 4. Uxori excuses te, & dicas senem. Idem *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Excusamus ebrios nos fecisse. *Ibid.* Si istuc excusare sic possis. ¶ Excusari. Ovid. *Eleg.* 8. *lib.* 1. *Trist.*

*Ergo ut defendi nullo mea posse colore,*
*Sic excusari crimina posse puto.*

¶ Quandoque idem est, quod afferre id, quod peccandi excusam præbuit, ἀποδιοπομπεῖται, quod potiùs per Accusto dici debere videtur: veluti si latrones, aut flumina impedimento fuerunt ne ad diem adesse possem. Quint. Tu tamen si interpellatus tempestatibus setiùs venisses, excusaret mare & ambiguos flatus, id est, mare in excusationem adduceres. Liv. *de Torquato.* Oculorum valetudinem excusavit. Suet. *in Calig. cap.* 17. Excusare valetudinem.

**Excusātus**, a, um, Particip. Martial.

*Excusatum habeas me rogo, esse domi.*

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

*Excusata (scripta) fuo tempore Lesbia habe.*

**Excūsātĭo**, nis: Purgatio, satisfactio, causa. { ἀπολόγημα. GALL. *Excuse, apologie.* ITAL. *Scusa.* GERM. Entschuldigung. HISP. *Excusa.* ANGL. *An excuse.* } Cic. *de Amic.* Nulla est igitur excusatio peccati, si amici causa peccaveris. Idem *Cornific. lib.* 12. Quòd te mihi de Sempronio purgas, accipio excusationem. Suet. *in Othon. cap.* 6. Alicui excusationem mandare. { GALL. *Donner charge à quelqu'un de nous excuser.* } Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 3. Dies summus apud me inopiæ excusatio.

**Excūsātissĭmŭs**, superlat. Seneca *de vita beata, cap.* 19. Et tamen excusatissimus essem, etiamsi non præcepta illorum sequerer, sed exempla.

**Excūsātè**, adverb. { ἀποδόντως bene, ἀποφυγόντως. GALL. *Avec bonne excuse.* ITAL. *Senza riprensione à biasmo.* GERM. Mit entschuldigung/ ohne schuld. HISP. *Con buena excusa.* ANGL. *With an goode excuse.* } Quint. *cap.* 2. *lib.* 2. Et fieri id videtur excusate, id est, citra culpam, ait Budæus. Plin. *epist.* 198. Licebit cursus iratsci, si meuerit quod exoratus excusatiùs facies. Senec. *epist.* 96. Excusatius est in illis peccare.

**Excūsābĭlĕ**, quod excusatione dignum est. { συγγνώστον. GALL. *Excusable, qu'on peut excuser.* ITAL. *Scusabile, degno di scusa.* GERM. Eine schuldigung wärt. HISP. *Cosa que buenamente se puede escusar.* ANGL. *That may be excused excusable.* } Ovid. 1. *de Pont. Eleg.* 8.

*Quod nisi delicti pars excusabilis esset, &c.*

Idem 4. *de Pont. Eleg.* 11.

*Gallice crimen erit vix excusabile nobis,*
*Carmine te nomen non habuisse meo.*

**Excūsātōrĭus**, a, um, quod ad excusationem pertinet. { ἀπολογητικὸς. GALL. *Chose qui appartient à excuse.* ITAL. *Cosa pertinente à scusa.* GERM. Dus zu der entschuldigung gehört. HISP. *Cosa perteneciente à escusa.* ANGL. *That perteineth to an excuse.* } ut, Excusatoria epistola.

**Excūtĭo**, is, excussi, ssum, ab ex & quatio, significat propriè quatiendo ejicio, vel elicio, dejicio, prosterno. { נָעַר *nahár.* תִּנְעַר *thaánar.* σείω. GALL. *Secoüer & faire choir.* ITAL. *Scotere.* GERM. Außschütten/ außschlagen. HISP. *Sacudir.* ANGL. *To shake of or out.* } Persius *Satyr.* 6.

——— *calidámque trientem*
*Excutit à manibus.*

Ovid. *de Nuce,*

*Atque utinam subita raperent mea poma procella!*
*Aut possem fructus excutere ipsa meos.*

Cic. 2. *de nat. deor.* Hoc qui existimat fieri potuisse, non intelligo cur non idem putet, si innumerabiles unius viginti formæ literarum vel aureæ, vel quales libet aliquò conjiciantur, posse ex his in terram excussis, Annales Ennii, ut deinceps legi possint, effici. Plinius *lib.* 6. *cap.* 140. Quoniam ad excutiendum ignem non semper lapidis occasio est. Ovid. 5. *Fast.*

*Ipse genu nixus, flammam excussit ab aura.*

Senec. *cap.* 18. *al.* 37. *de const. ad Polyb.* Excussisset illis fortuna sapientiam. ¶ Excutere oculos, apud Plautum, pro Eruere. Et Sueton. *in Cæs. c.* 68. *& in Tiber. cap.* 53. Et, Excutere clavum lapide, apud eundem *Menæch. sc.* 1. *a.* 1. pro expellere. Idem *in Aulul.* Quia mihi misero cerebrum excutiunt tua dicta soror, lapides loqueris: id est, concutiunt, feriunt, quatiunt, commovent. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Lapidem habeto, ut cerebrum illi excutiam. Idem *ibid. Capt. sc.* 3. *a.* 2. Ut lacrymas excutiunt mihi. Idem dixit, Navem malleo excussam, id est, percussam. Terent. *in Heaut.* Lacrymas excussit miser, id est, elicuit, fecitque ut subitæ exciderent. Cic. *pro Syl.* Noli aculeos orationis meæ, qui reconditi sunt, excussos arbitrari, id est, ejectos, evulsos. Excutere metum, pro deponere. Excutere mœrem, pro abjicere. Excutere jugum, pro nolle obedire. Plin. Excussa Circensibus auriga, hoc est, de curru dejecto, & in terram prostrato. Virg. 7. *Æneid.*

*Quinetiam patria excussos infesta per undas*
*Ausa sequi.*

Ubi excussos dixit, pro expulsis. Ovid. 4. *Fast.*

——— *Optime regum*
*A nato sceptris excutiere tuis.*

¶ Excutere aliquem, pro spoliare, & in alicujus facultates inquirere. Cic. *de Arusp. resp.* Non ignovit, mihi crede, non: nisi fortè ignoratam putas, quòd te judices dimiserunt excussum & exhaustum, id est, spoliatum pecuniis, quibus eos corrupisti: & (ut vulgò dicitur) deplumem te reliquerunt, nihil tibi reliqui fecerunt. Paulus Jurisconsult. Non prius pupillus ad magistratus reverti potest, quàm omnes tutores excussi fuerint, id est, quam actione tutelæ expertus sit an ab eis suum jus servare possit. Plinius *Epist.* Tusci grandine excussi, in regione Transpadana summa abundantia, sed par utilitas nuntiatur. ¶ Aliquando inest in hoc verbo diligens quædam inquisitio, & scrutatio. Suet. *in Claud.* Neque ædium quemquam visitavit, nisi exploratoprius cubiculo, culcitrisque & stragulis prætentatis & excussis, id est, diligenter contrectatis & divertatis, ut si in eis gladius tegeretur, excuteret. Plautus *in Aul. sc.* 3. *a.* 4. Quid abstulisti hinc? ST. Di me perdant, si ego quicquam abstuli, nève adeò abstulisse vellem. EV. Agedum, excutiendum pallium. Quintilianus *lib.* 7. *cap.* 2. Excusserunt illi partem, & aurum in sinu ejus invenerunt. Cicer. *pro Roscio Amer.* Nihil est Glaucia quod metuas: non excutio te, id est, non tam ita ea diligentia qua possem. Ulpian. *l. si mandavero, ff. mandati.* Si tibi mandavero ut vires excutiendas hæreditatis, id est, diligentiùs æstimandas, exactiùs expendendas, Cic. 2. *Offic.* Explica atque excute intelligentiam tuam, id est, ingenium tuum, scrutúsque omnes ad intelligentiam collige, & excita.

¶ Excutere debitorem, frequens est apud Jurisconsultos, pro eo quod est auctionem bonorum ejus facere, & experiri an sit solvendo. Unde jure novissimo sanctum est, ne fidejussori molestus fiscus, nisi prius excusso debitore. *Novell. Justiani* 4.

Excussio: Diligens inquisitio est, ac detentio rerum bonorúmque principalis debitoris per judicem usque ad penam (ut vocant) & sæculum, id est, novissimum quadrantem effecta. { Gall. *Discussion.* Angl. *A diligent searching or trying.*}

Excussus, participium. { נער *nabár.* נתש *neetsbat.* ἐκπλαγήσεσθε, ὁ ἐξεμέσει. Gall. *Secoué, chassé hors.* Ital. *Spinto, lacciato fuori.* Germ. Außgeschlagen. Hisp. *Sacudido, echado fuera.* Angl. *Shaken of or out.*} ut, Excussus pectore nostro, ás dicuntur cujus obliti sumus. Virg. 5. *Æneid.*

——— *jiget incepti lucisque, suosque*
*Mutata agnoscunt, excussaque pectore Iuno est.*

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Trist.*

——— ——— *Si qua*
*Excussa est avidi dentibus agna lupi.*

Plaut. *Men. sc.* 4. *a.* 2. Navem sæpè tritam, sæpè fixam, sæpè excussam malleo.

Excussè, Adverbium. { ἐκπληκτικῶς. Gall. *Avec force & violence.* Ital. *Con forza.* Germ. Außschüttlung/ außschlagung. Hisp. *Con fuerza.* Angl. *With force.*} Senec. *de benef. lib.* 2. *cap.* 17. Si cum tyrone & indocto, non tam rigidè, nec tam excussè, sed languidiùs, & in ipsam ejus dirigentes manum remissè occurremus.

Excussòrius, a, um: quod ad excutiendum pertinet. { ἐκπληκτικός. Gall. *De quoy on se secoue & fait chasser.* Ital. *Instrumento da scuotere, scottitoio.* Germ. Das zu dem außschwingen oder außschlagen gehört. Hisp. *Cosa para sacudir.* Angl. *That wherewith, any thing is shaken out.*} ut, Excussorium cribrum, quod excutit, & transmittit farinam ignobiliorem, ex qua fit panis secundarius. Pollinarium verò tenuius est, floti farinæ accommodum: nam farinam in pollinem, & secundariam, & furfures partitur Plin. *lib.* 18. *cap.* 11. Cribrorum genera Galli ex seriis equorum invenêre: Hispani è lino excussoria & pollinaria: Ægyptus è papyro atque junco.

Excutia. Limbin. *in Curc. sc.* 4. *a.* 4. ubi alii legunt *axicia*, legit excutia, & interpretatur parvas scopas, quibus excutitur pulvis è vestibus.

Exdecimo, as, ἐκδεκατεύω. Decimum quemque eligo, interprete Festo: à verbo Decimo, quod est decimam partem detrabo.

Exdorsuo, as: Dorsum confringo, exosso. Verba Plautina. { ἀποκνιζῶ. Gall. *Rompre le dos, les espaules.* Ital. *Romperesi il dosso, spallare.* Germ. Den rucken brechen oder öffnen. Hisp. *Quebrar el espinazo, ó huesso.* Angl. *To breake the backe.*} Plaut. *in Aul.* Tu Macinatio, congrum, muræmam exdorsua quantum potes. Hæc duo præter regulam componuntur cum Ex. Alioqui enim non ex, sed e, componitur cum d, ut Educo.

Exsĕco, as, ab ex, & seco, unde melius Exseco. Seco, resecco. { ברת *caráth.* חשב *chatá.* גזר *gazár.* ἀποτέμνω. Gall. *Couper, fendre, inciser, regner.* Ital. *Tagliar via.* Germ. Außschneiden/ außhauen. Hisp. *Cortar.* Angl. *To cuit of.*} Colum. *lib.* 3. Arborem quam inserere voles, diligenter exsecato ea parte quæ maximè nitida, & sine cicatrice est, dabísque operam ne librum lædas. ¶ Sic exsecare linguam, idem est quod exscindere. Cic. *pro Cluent.* Nam Stratonem quidem, judices, in crucem actum esse exsecta scitote lingua. ¶ Exsecare testes, est vitilia amputare. Unde exsecti dicuntur, quibus detracti sunt testes. Idem *de nat. deor.* Nam vetus hæc opinio Græciam opplevit, scilicet exsectum Cœlum à filio Saturno. ¶ Exsecti etiam dicuntur quos veteres Cæsares, aut exsones vocavêrunt, qui scilicet ex matris mortuæ secto utero sunt extracti. Paulus *in l. anniculum, ff. de verborum & rerum signif.* ¶ Exsectus honore. Plin. *epist.* 36. Quid enim miserius, quàm exsectum exemptúmque bonoribus senatoris, laboribus & molestia non carere?

Exsectio, verbale. { גזר *gezer.* ἀπότμησις, ἐκτόμωσις. Gall. *Coupeure, incision, section.* Ital. *Essetagliare, taglio.* Germ. Außschneidung. Hisp. *Cortadura.* Angl. *A cutting of.*} Cic. *pro Cluent.* Quum exsectio illa fundi in armatio animadverteretur, &c.

Exsecror, aris, deponens, significat Detestor, imprecor, malè precor. { ארר *aláh.* אר *or.* ἀποτύμπανον, φθορεῦσι, ἐναράσθαι τὸν παλαμναῖον ἀγρὸν. Gall. *Maudire, avoir en horreur, & execration.* Ital. *Maledire, bestemiare, augurare male.* Germ. Verfluchen. Hisp. *Allomar y maldezir.* Angl. *To curse, to make an execrable othe.*} Virg. 3. *Æneid.*

*Et terram altricem sævi execramur Ulyssis.*

Cic. 3. *Offic.* Itaque accepimus Socratem execrari solitum eos, qui primùm hæc naturâ cohærentia distraxissent. Liv. *lib.* 9. *dec.* 4. Execratus Annibal in caput regnúmque Prusiæ. Et Senec. *cap.* 16. *de consol. ad Helv.* Execrati factum alicujus. Ovid. 13. *Metam.*

——— *licèt execrere, meumque*
*Devoveas sine fine caput.*

Exsecratio: Imprecatio, malæ preces. { ארר *aláh.* מארר *merár.* κατάρα, ἀπόνυμα. Gall. *Malediction, execration, serment & jurement execrable.* Ital. *Maledittione, sacramento execrabile.* Germ. Verfluchung/ fluch. Hisp. *Aquella maldicion.* Angl. *A cursing, an execrable othe.*} Salustius *in Catil.* Fuere ea tempestate qui Catilinam oratione habita dicerent, quum ad jusjurandum populares sceleris sui adigeret, humani corporis sanguinem vino permistum in pateris circumtulisse: inde quum post execrationem omnes degustavissent (sicut in solennibus sactis fieri consuevit) aperuisse consilium suum, atque eò dictam rem fecisse, quo inter se magis fidi forent alius alii. Ubi significat Salustius, Catilinam cum suis dira quædam verba & imprecatoria protulisse, quibus caput suum devoverent: hoc est (ut vulgus loquitur) maledictionem quandam execrabilem fecisse, cui esset obnoxius, si quis in ea conjuratione fidem falleret, proditorque esset.

Exsecrabilis, & Execrandus: Detestandus, detestabilis. { ארור *neelár.* ἐπάρατος. Alitvvrric. Gall. *Horrible, execrable, detestable.* Ital. *Horribile, esecrabile, detestabile.* Germ. Verfluchs/ greulich. Hisp. *Cosa abominable y maldita.* Angl. *Execrable.*} Cicer. 2. *Philipp.* Deinde quam pompam fecisti, non te exsecrandam populo Romano, non detestabilem, non omnes tibi deos, omnes homines tibi inimicos esse & futuros sentiebas? Liv. 6. *bell. Pun.* Vetus atque usitata res est in oppugnanda hostium urbe, labores & pericula pati: illud item atque odii execrabilis indicium est. Liv. *lib.* 10. *dec.* 4. Execrabilis atque invisus. Execrabilis pro Duro. Plin. *lib.* 9. *cap.* 48. Sed nullum usquam execrabilius quàm radius super caudam eminens trigonis.

Exsecrabilitas. Apuleius *lib. de Philosophia*, Quapropter pessimo deterrimóque, non ea tantùm vitia, quæ secundùm naturam sunt, pariunt execrabilitatem, ut est invidia.

Exsecratus, participium, aut nomen ex participio. { ארור *neelár.* βδελυκτός. Gall. *Maudit, qui est en execration.* Ital. *Maledetto.* Germ. Verflucht. Hisp. *Cosa maldita.* Angl. *Cursed.*} Horat. *Epod.* 16.

*Nulla fit hac potior sententia: Phœacorum*
*Velut profugit execrata civitas.*

Plin. *lib.* 8. *cap.* 2. Et sunt condita augurii, quid loquenti, cogitantive id accident, inter execratissima.

Exsĕdo, is, exedit, vel exes, exest, pro Erodo. Consumo, conficio, corrodo. { אכל *achál.* φάγω, φαγεῖν. Gall. *Manger tout, ronger, consumer.* Ital. *Mangiare, rodere, consumare.* Germ. Außfressen/ zernagen. Hisp. *Gastar comiendo.* Angl. *To eat up, to waste.*} Plin. *lib.* 16. Nascuntur quoque in sanguine ipso hominis animalia exesura corpus. Cic. 2. *Tusc.* Ægritudo lacerat, exest animam, planèque conficit. Idem 1. *de finib.* Animi autem morbi sunt cupiditates immensæ & immanes divitiarum, gloriæ, dominationis, libidinosarum etiam voluptatum, accedunt ægritudines, molestiæ, mœrores qui animos exedunt, conficiúntque curis. Lucret. *lib.* 3.

*Sed Tityum nabis hic est, in amore jacentem*
*Quem volucres lacerant, atque exest anxius angor.*

¶ Aliquando exedere accipitur pro Peredere, & rerum absumere. ἐσθίειν. Terent. *in Phorm.* Tu tibi hoc initivisti, tibi omne est exedendum.

Exesus, participium. { אכול *neechál.* ἐφαγώθη, βεβρώθη. Gall. *Mangé, rongé.* Ital. *Mangiato, roso.* Germ. Außgefressen/ zernagt. Hisp. *Gastado comiendo.* Angl. *Eaten up.*} Cicer. 5. *Tusc.* Apparebat epigramma, exesis posterioribus partibus versiculorum dimidiatis fetè. Idem *in Topic.* Si ædes exesæ corruerunt, vitiúmve fecerunt, quarum ususfructus legatus est, bases restituere non debet.

Exĕsor, is. { אכל *achél.* φαγοπότης, φαγέδαινα. Gall. *Mangeur, rongeur.* Ital. *Mangiatore, roditore.* Germ. Verfresser. Hisp. *Comedor, gastador comiendo.* Angl. *A great eater.*} Lucret. *lib.* 4.

——— *æstus ab undis*
*Æqueris exesor murorum littora circum.*

Exĕdra, æ, ἐξέδρα, apud veteres locus erat in porticibus patens, & Soli pervius, plurimas habens sedes, in quibus Philosophi, Rhetores & reliqui, qui studiis delectabantur, solebant disputare. Vitruvius *lib.* 5. Constituantur autem in tribus porticibus exedræ spatiosæ. Budæus *in annot. in Pand.* ostendit, exedram hodie non inepte dici posse loca illa in monachorum aut canonicorum peristyliis, quæ illi barbarè *Capitula* vocant. Dicta est autem exedra à tedium frequentia, & sedendi commoditate, quòd hujusmodi loca circumquaque suas habeant sedes. Cic. *lib.* 3. *de Orat.* tunc dedita opera quiescentibus aliis, quum in eam jam exedram venissem, in qua Crassus posito lectulo recubuisset. Vide Alex. ab Alexand. *genial. dier. lib.* 5. *cap.* 11.

Exedra. Plin. *lib.* 24. *cap.* 19. de herba, quæ Venetis pecten dicitur: Veternosa, inquit, curat, quæ Exedra vocatur. Ubi *in annot.* 1. Exedra aeris herba videtur fuisse, ab exedendo dicta.

Exegematicus character, ἐξηγηματικὸς χαρακτὴρ. Latinè narrativus, vel expositivus dici potest, quum scilicet narrationis series nullius personæ interpellatione interrumpitur. Cujusmodi est apud Virgilium *in tribus primis libris Georg.* & *in duabus Eglogis*, quarum initia sunt,

*Sicelides Musæ, paulò majora canamus:*
*Prima Syracusio dignata est ludere versu.*

Dictus ἐξηγηματικὸς, ἀπὸ τῆς ἐξηγήσεως, quod intet cætera significat Narrare, sive exponere.

Exegesis, enarratio, explicatio.

Exegetes, sacerdos, sacrorum interpres in Ægypto. Bud.

Exegetica, orum, libri Pontificales de jure Pontificum.

Exegeticum, narrativum.

Exegus, qui pubertatem transiit, anno scil. XVI.

Exemplum, ab ex, & amplus, vel ab ex, & emendo, id est, sumendo, quod ab aliquo sumitur ad imitandum, vel fugiendum. { דמות *dimióth.* משל *maschál.* παράδειγμα, ὑπόμνημα. Gall. *Exemple, patron, monstre, tableau, tiltre.* Ital. *Essempio, mostra di qualche saggio à mercantia.* Germ. Ein exempel oder beyspil. Hisp. *Exemplo que se toma de otra cosa.* Angl. *An exemple, patern.*} ut Valla docet *lib.* 6. Est virtus, vel vitium, vel aliud quidvis quod in alio nobis imitandum, vel vitandum proponitur. Ille autem in quo sunt hujusmodi virtutes, vel vitia, dicitur Exemplar. Cic. 7. *Verr.* Vetus est quod dicam, & propter severitatem exempli nemini fortasse vestrûm inauditum. Idem *pro Flacco*, In hoc ego, ne quod perniciosum exemplum prodatur pertimescam? Idem *pro Cœlina*, Falcula exempla antiquæ regionis. *In Sallustium.* Ejus enim patris exemplar erat Sallustius. Nonnunquam tamen confunduntur. Ovidius *ad Liviam.*

*Occidit exemplum juvenis veneranda merum.*

Quo in loco Drusum ipsum vocat Exemplum morum. Terentius in *Adelphis*, Exemplum omnibus curatem ut esses. Exempla feminarum (de moribus.) Sueton. *in Tib. cap.* 2. In exemplum sibi aliquem proponere. Quintilian. Vir exempli recti domi militiæque. Liv. *lib.* 3. *ab Urbe*, Exempli mali res. Idem *lib.* 4. *d.* 4. Pleraque pessimi exempli correxit. Suet. *in Aug. c.* 42. Exempli nullius non boni fautor. Idem *in Calig. cap.* 16. Sic etiam Cicero *pro Murena*, pro eodem dixit Exemplum & exemplar. Nam quum antea dixisset,

Domesticum

Domeſticum te exemplum habere dixi ad imitandum, ſubdit paulò poſt, Ad imitandum verò tam mihi propoſitum eſt exemplar illud, quàm tibi. Feſtus ita diſtinxit exemplar ab exemplo, ut Exemplum ſit illud quod nobis proponimus, ut ſequamur, aut vitemus, παράδειγμα: Exemplar, ex quo ſimile faciamus, ὑπόδειγμα. Plin. *lib.* 35. Sant qui Venerem Anadiomenem illo pictam exemplari putant. Sed ſæpe confunduntur, ut Exemplum ſit ex quo ſimile faciamus. Plaut. *Moſt. ſc.* 2. *a.* 1. Sibi quiſque exemplum experunt (id eſt, exemplar faciendis ædibus.) ſequitur ſibi quiſque ſimile. Quinctil. *lib.* 10. Sic litterarum ductus, ut ſcribendi fiat uſus, pueri ſequuntur: ſic Muſici vocem dicentium, pictores opera priorum, ruſtici probatam experimento culturam in exemplum mutuentur.

*Me quoque ſi fas eſt exemplis ire Deorum.*

Ovid. *Eleg.* 4. *lib.* 5. *Triſt.*

*Pluribus exemplis ſcripta fuiſſe vetus* (ea carmina.)

Idem *Eleg.* 6. *lib.* 1. *Triſt.* Exemplum facit, quod in ſe recidat. Quinctilian. Ad id exemplum quàm ſimile ſomnium ſomniavit. Plaut. *Mil. ſc.* 4. *a.* 2. Ingenium ſine exemplo maximum. Velleius, Hic quoque exemplum ejus (ſymboli) reliqui, ſup. ſimile ſymbolum. Plaut. *Pſeud. ſc.* 2. *a.* 2.

*Exemplúmque mihi conjugis eſto bona.*

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Triſt.* Ducam te per innumerabilia exempla. Senec. *cap.* 14. *de conſol. ad Marciam.* Proſcriptionis exemplum primus invenit Sylla. Velleius. Si hoc exemplo omnibus reſpondebis. Plaut. *Aſin. ſc.* 3. *a.* 2. (i. more & modo.) ¶ Exemplis non purgari peccata, docet Gell. *cap.* 16. *lib.* 10. ¶ Ad hoc exemplum, i. hujuſmodi. Idem *cap.* 13. *lib.* 18. Erant autem captiones ad hoc ferè exemplum. Velleius. Exemplo inutili, facto ſalutari exſus Clodius. Cæſar *lib.* 1. *de bell. civil.* ¶ Exemplum transferre. Celſ. *lib.* 7. *c.* 21. Neque verò ſi diſceſſio (ſic legendum pro *diſcuſſo* corruptè in impreſſis) ventre id prolapſum forfice præciditur, cùm & enormium ſit, & aliter tutiùs avelli non poſſit, inde huc exemplum transferendum eſt. ¶ Ponitur etiam aliquando Exemplum pro Exſcriptione, quam barbari *Copiam* vocant. Saluſtius *in Catil.* Litteras quas ſibi domine Catilinæ redditas dicebat, exemplum earum infrà ſcriptum eſt. Cicer. *Appio*, Ex litteris, quarum ad me exemplum miſiſti. Ovid. *de Triſt.*

*Pluribus exemplis ſcripta fuiſſe vetus.*

Gell. *cap.* 6. *lib.* 4. Senatuſconſultum factum eſt, ejuſque exemplum hoc eſt. ¶ Quandoque pro gravi pœna, quæ poteſt cæteris documento eſſe. Terentius *in Eunuch.* Quæ futura eſſe debent exempla in eum indigna. Idem, utrique in'te exempla edent. Ubi Donatus, nova ac mira tormenta, quæ pro exemplis narrantur, aut quæ documenta ſint cæteris ne delinquant, exempla dicuntur. Cic. *ad Quintum fratrem, lib.* 1. Simile in ſuperiore parte provinciæ edere exemplum ſeveritatis tuæ voluiſſe. Plaut. *Capt. ſc.* 5. *a.* 3. Quando ego te exemplis peſſimis excruciavero. Item Gell. *cap.* 4. *lib.* 6. Novem exemplorum modis excruciari. Cæſar *bell. Gall. lib.* 1. Obſidis nobiliſſimi cujuſque liberos poſcere, & in eos omnia exemplia cruciatus edere, ſi qua res non ad nutum, aut voluntatem ejus facta ſit. Vide Gell. *cap.* 14. *lib.* 6. ubi ejus rei ratio redditur. ¶ Rurſus dicitur illud quod adhibetur rei aut probandæ, aut ornandæ cauſa. Unde pars probationis vocatur ab exemplis: & in eloquutione, Exemplum inter ornamenta numeratur, pro quo Exemplar dici non poteſt. Quint. *lib.* 10. *cap.* 2. Iis quæ in exemplum aſſumimus ſubeſt natura & vera vis. ¶ Similiter exemplum dicimus, ſpecimen alicujus rei, quam venalem habemus: ut quum ex acervo frumenti aliquantulum in vaſculo aliquo afferimus, ex quo reliquum emptor poſſit æſtimare. δεῖγμα, δεῖγις. Gall. *Monſtre.* Author ad Herennium *lib.* 1. Si quis purpuram, aut aliud quippiam vendens dicat, Sume à me: ſed hujus exemplum aliunde rogabo, tibi quod oſtendam, aut ſi acervos dicant ſe tritici habere, & eorum exemplum pugno non habent quod oſtendant. ¶ Exempli cauſa, & exempli gratiâ. Cicer. *in Officiis.* Exempli cauſa ponatur aliquid quod pateat latiùs. Idem, Exempli cauſa paucos nominavi. Plin. *lib.* 2. *cap.* 17. Multa promi amplius circa hæc poſſunt, ſecreta naturæ, legéſque quibus ipſa ſervîat: exempli gratiâ, in Martis ſydere, cujus, &c. ¶ Exemplum continentiæ, diſciplinæ, innocentiæ, apud Terentium & Ciceronem, ſingularis exempli mulier, Ratiſſimi uxor exempli, Singularis exempli juvenis, &c. ¶ Exemplum id quod aliquando fuit. Tacitus, Omnia quæ nunc vetuſtiſſima creduntur, nova fuere: inveteraſcet hoc quoque, & quod hodie exemplis ſuemus, inter exempla erit. Plin. *lib.* 28. *cap.* 9. Sunt inter exempla, qui aſininam lac bibêdo liberati ſunt podagra, chiragráve, id eſt, ſcriptum legimus aliquos fuiſſe. Si meum exemplum eſſet: id eſt, Si primus illud excogitaſſem. Martialis *lib.* 1. Laſcivam verborum licentiam, id eſt, epigrammatón linguam excuſarem, ſi meum eſſet exemplum: ſic ſcripſit Catullus, ſic Marſus, ſic Pedo, ſic Getulicus, ſic quicumque perlegitur. ¶ Exemplar, pro eo quod ex aliquo ſcripto tranſcribitur. { משתכתו *miſchtebaṯ.* ἀπόγραφον. Gall. *Le double, ou copie de quelque choſe.* Ital. *Copia.* Germ. Ein abſchrifft oder copey. Hiſp. *La copia, y lo que ſe ſaca del original.* } Plin. *Epiſt.* 291. Exemplar teſtamenti, quanquam mendoſum, miſit tibi. Aſin. Pollio *Ciceroni*, Ex litteris, quas Panſæ miſi, cognoſces omnia: nam tibi earum exemplar miſi. Senec. *cap.* 1. *de conſol. ad Marc.* Exemplar motum. Quint. Vox, motus index, & velut exemplar.

Exĕmplāré, is, pro Exemplar. Lucret. *lib.* 2.

*Dum tuaxat rerum magnarum parva poteſt res*
*Exemplare dare, & veſtigia notitiæ.*

¶ Exemplare, deſcribere, & traducere, ludibrio expoſuere. Item Exemplatum, exemplabile. S. Aug. ¶

Exĕmplārium, ii, pro exemplo reperitur. Valla *lib.* 6.

Exĕmptŭs: Exemptilis, vide *Eximo.*

Exenterāo, as: Interiora aufero, quod propriè de piſcibus dicitur quum apparantur. { ἐξευισκάω. Gall. *Oſter le dedans, comme les entrailles d'une beſte, éventrer.* Ital. *Sventrare, tor via l'interiora.* Germ. Das eingeweyd außnemmen. Hiſp. *Sacar las tripas.* Anglo. *To take out the gutter of a beaſt, to bowell.* } Sic per tranſlationem dixit Plaut. *in Epidem.* Acutum cultrum habeo, qui ſeni exenteret marſupium. ¶ Exenteror, pro Angor, & crucior. *Ibidem*, Expectando exenteror miſer, atque exenteror.

Exĕo, is: Exitra eo, egredior, prodeo, progredior, pedem effero. { יצא *jatsâ.* ἐξέρχομαι, ἐξέρχεσθαι. Gall. *Sortir hors, iſſir.* Ital. *Uſcire fuori.* Germ. Außgehen. Hiſp. *Salir à fuera.* Anglo. *To ſmither abroade.* } Terent. *Adelph.* Fieri potis eſt ut ne qua exeat. Idem *in Eunuch.* Exi foras ſceleſte. Plaut. *Moſtell. ſc.* 1. *a.* 1. Exi è culina, ſis foras, maſtigia, egredere: Exi, inquam, nidor è culina. Idem *initio ſcenæ* 2. *a.* 1. *Pſeud.* Exite, ite, agite. Et conſtruitur tam cum accuſativo, quàm cum ablativo, ut: Exeo domum, & Exeo domo. ¶ Per tranſlationem eſt liberari. Cic. ut tandem ex tot ærumnis atque miſeriis exeamus. ¶ Item Vitare. Virg. 5. *Æneid.*

*Corpore tela modò, atque oculis vigilantibus exit.*

¶ Item, erumpere, ἐξέρχεσθαι, ut apud eundem 2. *Æneid.*

*Non ſic aggeribus ruptis quum fluctuat amnis*
*Exit.*

Dicitur etiam, Exit in laudem, exit in vituperationem, exit in fabulas, & ſimilia, id eſt, fit, vel efficitur. Plin. *lib.* 7. Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam, torvitatémque naturæ duram & inflexibilem. ¶ Exire in tertium diem. Plinius junior dixit, pro differri. Hujus (inquit) actionem veſpera incluſit: non tamen ſic, ut abrumperet. Itaque in tertium diem probationes exierunt. Ovid. 5. *Faſtor.*

*Cirrus in hunc (menſem) exit, clamatáque palma theatris,*

Ibid. *lib.* 4. *Faſt.*

*Exit & in Maias feſtum florale Kalendas.*

¶ Annum exire. Idem 3. *Faſt.*

*Quominus emeritis exiret curſibus annus.*

Senec. *cap.* 21. *de conſol. ad Marc.* Non durat, nec ad ultimum exit, niſi lenta felicitas. ¶ Exire de poteſtate, ſignificat mentis impotem fieri. ἐξιστάναι. Cicer. *lib.* 4. *Tuſc.* Itaque iratos propriè dicimus exiſſe de poteſtate, id eſt, de conſilio, de ratione, de mente. ¶ Exire in altitudinem dicitur arbor. Plin. *lib.* 13. *cap.* 4. Religant comas, ut in altitudinem exeant. Virg. 2. *Georg.*

*Exiit ad cælum ramis felicibus arbos.*

¶ Exiit dies, pro prætertit. Liv. *lib.* 5. Induciæ inde, non pax facta, quarum & dies exierat, & ante diem rebellaverant. ¶ Exeunt libri. Cicer. *ad Attic. lib.* 13. Libri quidem ita exierunt (niſi fortè me communis φιλαυτία decipit) ut in tali genere ne apud Græcos quidem ſimile quiddam: id eſt, editi ſunt, & in lucem emiſſi. Exire è vita, pro mori. Cicer. 1. *de finit.* Æquo animo è vita, quum ea non placeat, tanquam è theatro exeamus. Senec. *cap.* 21. *al.* 30. *de conſol. ad Polyb.* Exire cupientem (ſenem) vix emittit fatum. ¶ Studium ad res exit (i. ars mercenaria. Sen.) *Epiſt.* 89. Item,

*Spiritus hic per te patrias exiſſet in auras.*

Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Triſt.* De ſuo cingillo fumus ſi quà exit foras. Plaut. *Aul. ſc.* 2. *a.* 2. Inde huc exii (i. è convivio.) Idem *Pſeud. ſc.* 1. *a.* 5. ¶ Exire hominem (pro obire.) Solinus apud Priſcian. *lib.* 1. Ne exire aſinum (pro exuere ejus formam.) Apuleius. ¶ Exit opinio (i. vulgata.) Suet. *in Neron. cap.* 55. Exire in eaſdem litteras, id eſt, terminari. Quint. *lib.* 1. *cap.* 5. Quia hoc noſtris nominibus accedebat, quorum prima poſitio in eaſdem, quas Caſtor, litteras exit. ¶ Sors exit. Cicer. *Attic. lib.* 1. Quum de Conſularibus mea prima ſors exiſſet, una voce Senatus frequens retinendum me in Urbe cenſuit. ¶ Exire de Patritiis, eſt ex patritio plebeium fieri: cujus exemplum habes apud Cic. *in Orat. pro domo ſua.* ¶ Exire telum, i. vitare, effugere. Virg. *in Æneid. lib.* 5.

*Corpore tela modò, atque oculis vigilantibus exit.*

ut apud Cic. pro Corpore effugere. Exitur, impersonale. Plaut. *Caſin.* Crepuit oſtium, exitur foras. Poſtquam utrinque exitum eſt magna copia. Idem *Amph.*

Exĕūs, euntis, participium. { נצא *jotsé.* ἐξερχόμενος. } Cicer. 1. *de Divin.* Quinto autem anno exeunte, quum eſſet ex illo ſomno, &c.

Exĭtĕus, aliud participium apud antiquos: unde apud Feſtum, Ad exitam ætatem, ad ultimam ætatem. ‖ Gothofr. legit, *ad extimam*, ſed & illud rectum. ‖

Exĭtŭs, us, ui: Egreſſio, eventus, caſus. { מוצא *motsâ.* Ἔξοδος, ἔκβασις. Gall. *Iſſuë, ſortie, la fin, le ſuccés.* Ital. *Uſcita, ſucceſſo, riuſcimento, fine.* Germ. Außgang. Hiſp. *El fin ò ſalida de lo incierto.* Anglo. *A going forth, an iſſuë or end.* } Cic. Sulpit. *lib.* 4. Neque ſolùm ea perſpicis quæ geruntur, quæque jam geſta ſunt: ſed etiam qui curſus rerum, qui exitus futurus ſit. Idem *Tuſcul.* 1. Quomodo initium nobis rerum omnium ortus noſter afferat, ſic exitum mors. Idem *pro lege Manil.* Hujus autem orationis difficilius eſt exitum, quàm principium invenire. ¶ Felix exitus. Idem *Calio lib.* 1. Hæc ætas habuit hunc exitum ſatis felicem: ea quæ ſequitur magno eſt in timore. Suet. *in Tiber. cap.* 4. Cùm exitio anni diſcordia inter Triumviros exortaſſet. Et Livius *lib.* 4. *dec.* 4. Exitu hujus anni. Idem *lib.* 5. *bell. Pun.* In exitu annus erat. ¶ Incertus exitus, & anceps fortuna belli. Cicer. *pro Marcello.* Horat. 4. *Carm. Ode* 14.

*Fortuna luſtro prospera tertio*
*Belli ſecundos reddidit exitus.*

¶ Exitus pro morte. Tacit. *lib.* 4. Atrociore ſemper fama ergà dominantium exitus. Idem *lib* 15. Quod clam ad omen ac dolum ſui exitus verteret. Et *lib.* 13. Exitu demùm Neronis poſitis odiis in medium conſulcere. Velleius: Hunc habuere vitæ mortiſque exitum. Plaut. *Pſ. ſc.* 1. *a* 1. ubi ponitur pro Exitio: Prope adeſt exitium mihi, atque herili filiæ. Idem *Capt. ſc.* 3. *a.* 3. Neque exilium exitio eſt (i. bono.) Exitium legum, Dionyſius Tyrannus. Exitus alveorum. Plin. *lib.* 21. *cap.* 14. Alveorum, quum mel exemantur, illini oportet exitus.

Exĭtĭum, ii: Calamitas, pernicies, clades, mors, ab exeundo, ut Feſtus innuit. { חרב *ḥereb*, שבר *ſchober*, ὄλεθρος. Gall. *Malepeſanteur, pi-*

*tenſe & mauvaiſe ſa, & iſſuë de quelque choſe.* Ital. *Calamità, rovina, morte.* Germ. Verderbnuß. Hisp. *Adverſidad, tormento, ò muerte.* Angl. *Vtter decay, ruine.* } Antiqui enim exitium pro exitu ponebant: nunc exitium, peſſimum exitum dicimus. Terent. *Phorm.* Quod ego nunc ſubitò huic exitio remedium inveniam miſer? Colum. *lib.* 1. Sic emunita ſola, & latera horreorum prohibent curculionem; quod genus exitii prius quàm incidit, multi opinantur arceri poſſe, ſi exeſæ fruges in horreo ventilentur, & quaſi refrigerentur. Cicer. *in Catil.* Qui de noſtro omnium interitu, qui de hujus urbis, atque adeò orbis terrarum exitio cogitent.

**Exitiālis**, is: Mortiferum, calamitoſum, damnoſum. { θανάσιμος. Gall. *Mortel, pernicieux, qui tuë & fait mourir.* Ital. *Mortifero, dannoſo, calamitoſo.* Germ. Verderblich/tödtlich. Hisp. *Coſa aſſi deſaſtrada.* Angl. *That cauſeth death or deſtruction, deadlie.* } Plin. *lib.* 8. Ille contrà urinam ſpargit prudens, hanc quoque leoni exitialem. Virg. *lib.* 6. *Æneid.*

*Sed me fata mea, & ſcelus exitiale Lacænæ,*
*His merſere malis.*

Idem 2. *Æneid.*

*Pars ſtupet innuptæ donum exitiale Minervæ.*

Exitialis tempeſtas. Velleius.

**Exitiābilis**, e: Exitialis. { ὀλέθριος, ἰόλεθρος. Angl. *That cauſeth death or deſtruction.* } Liv. 7. *bell. Pun.* Exitiabilis prodigiorum eventus venit. Plaut. *Epid.* Si inveniam, exitiabilem ego illi faciam ut hunc ſciat diem. Ovid. *lib.* 6. *Metam.*

*Dúmque manu tentat trahere exitiabile ferrum.*

Suet. *in Aug. cap.* 23. Exitiabile bellum.

**Exitiōſus**, a, um, aliud Adject. idem Cicer. *in Catil.* Exitioſa conjuratio. Et *ad Attic. lib.* 16. Exitioſum bellum.

Exophēbus, qui pubertatem exivit.

**Exĕquō**: Perficio. { נתן *pahál*, עשה *haſáh*. ἐκτελέω, ἀποτελέσω, διεξαγαγεῖν, ἀπαρτίσαι. Gall. *Executer, mettre en execution, parachever.* Ital. *Eſequire, finire, compire, mandare ad eſecutione.* Germ. Vollſtrecken/ausrichten/vollführen. Hisp. *Acabar, poner en execution.* Angl. *To execute, to put execution, to end.* } Plaut. *in Truc.* Nullâ rem oportet aggredi dolosè, niſi aſtutè, accuratéque exequare. Si quid opus eſt, impera, imperium exequar. Idem *Amphit.* Pergam heri imperium exequi. *Ibid.* Jam illud non placet principium de oſculo, pergam exequi (i. interrogare & continuare ſermonem.) *Ibid. ſc.* 3. *a.* 2. Te ut merita es, tractare exequar. Idem *in Aſin. ſc.* 3. *a.* 2. Dii immortales id voluerunt, vos hanc æternam exequi. Idem *Capt. ſc.* 1. *a.* 2. Neceſſe eſt eras mortem exequi. Idem *Pſend. ſc* 1. *a.* 4. (i. obire.) ¶ Scribendum exequor. Priſcian. *lib.* 1. Apuleius, Neque in tenebris, ſed in proparulo juſſa domini exequebar. ¶ Accipitur etiam nonnunquam pro Perſequi: unde Exequor injurias, idem eſt quod perſequor, vel ulciſcor. Plin. *lib.* 3. *Epiſt.* Veniebat in mentem, priores noſtros eſſe ſingulorum hoſpitum injurias accuſationibus variis exequutos. ¶ Sic exequi verbis, idem eſt quod exprimere. διεξελθεῖν. Cicer. *Verr.* Habeo multò occultiora quæ vix verbis exequi poſſum. ¶ Exequi delicta, pro Ulciſci. Sueton. *in Cæſar. cap.* 67. Liv. 3. *ab Vrb.* Deorum hominúmque ſimul violata jura exequuntur. Item, Nec ſibi rem tam atrocem per Conſules ſuperiorum annorum exequi licuiſſe. Idem *lib.* 3. *ab Vrb.* ¶ Exequi officium, i. fungi officio. Saluſt. *in Catil.* Strenuis militis, & boni Imperatoris officia ſimul exequebatur. Aliqui retinent ſ, & dicunt Exſequor.

**Exĕquēns**, nomen ex particip. διεξεργάζων. Gell. *lib.* 10. *cap.* 12. Philoſophus memoriarum veterum exequentiſſimus. Et *cap.* 24. *ejuſdem lib.* 10.

**Exĕquūtio**, id eſt, actio judicati, quam tertius, quod mirari poſſis, impedire poteſt ratione intereſſe quod prætendit. Et dicitur vulgò iſte caſus Contradictionis, qui & cauſa emergens appellatur, ut Zaſius indicavit. Exequutio ſententiæ, nunc officio judicis, nunc actione in factum fieri dicitur, *l. intra, ff. de re judic.* Ubi Bart. quandoque & utili actione, *l. fin. eodem.*

**Exĕquūtio**, nis, perfectio, confectio. { מעשׂה *pohál*, עשׂוּת *heſáh*. ἐκτέλεσις, πλήρωσις. Gall. *Execution, pourſuite & achevement de quelque entrepriſe.* Ital. *Eſecutione.* Germ. Vollſtreckung/ausrichtung. Hisp. *Aquella obra de executar, de executcion.* Angl. *Execution, an achieving of any thing.* } Tacit. *lib.* 3. Exequutionem ejus negotii lubens ſuſcepit.

**Exĕquūtor**, is. { ἐκτελεστής, διοικητής. Gall. *Executeur.* Ital. *Eſecutore.* Germ. Ein Vollſtrecker der einem ding nachgeth/vnd lugt daß es geſchähe. Hisp. *El executor.* Angl. *An executeur.* } Sueton. *in Veſp.* Inimicitiarum & offenſarum minimè memor, exequutórve. ¶ Exequutor item dicitur, qui poſt ſententiam prolatam rei judicatæ vigorem ad effectum perducit, *l. penult. C. de exeeut. l.* 3. *D. de negot. geſt.* ¶ Exequutores negotiorum in jure dicuntur victores, qui quæ ad judicium conſtituendum, exercendum & exequendum pertinebant, agere ſolebant, *l. ult. D. de teſtib.* & multis aliis in locis qui recenſentur *in Commentario de verbis Iuris Hotomani.*

**Exĕquiæ**, arum: Funebre officium, quod ſcilicet in funere exequimur: ab eo dictæ, quòd homines pompam poſtſequuntur. { קבוּרה *keburáh*. ἐνταφιασμός. Gall. *Funerailles, obſeques.* Ital. *Eſequie, pompe funerali.* Germ. Geſegnet/leichbeſtattung. Hisp. *Exequias, honra de los muertos.* Angl. *Funerailles at buriailes, offices done to the dead, dergo.* } Cicer. 2. *de Legib.* Sepulturâ, ac juſtis exequiarum caruerunt. Terent. *in Pherm.* Exequias Chremeti, quibus eſt commodum ire, jam tempus eſt. Carere exequiis. Ovidius *ad Liv.*

*Exequiis caruit Livia pœne ſuis.*

Exequias celebrare, apud Livium 2. *ab Vrbe.* Cohonestare exequias. Cic. *pro Quintio.* Si funus id habendum ſit, quò non amici conveniunt ad exequias cohonestandas, ſed honorum emptores, ut cataſtices ad reliquias vitæ lacerandas & diſtrahendas. Ducere exequias. Plin. *lib.* 8 *cap.* 52. Proſequi exequias funeris. Cic. *pro Cluent.* Exequias immaturas fax & cereus præcedebant. Senec. *cap.* 11. *de tranq.*

*Nuper ab exequiis carmina rapta meis.*

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Triſt.*

——*neque exequias proſequerere meas.*

Idem *Eleg.* 7. *lib.* 1. *Triſt.*

*Fertur in exequias animi matrona virilis.*

Idem 2. *Faſt.* Exequiæ tot ducuntur præter dominam. Senec. *cap.* 9. *de conſ. ad Marc.*

**Exĕquiālis**, adjectivum. { ἐνταφιαστικός. Gall. *Des appartenances de funerailles.* Ital. *Funerale di mortorio.* Germ. Das zu der leychpolge gehört. Hisp. *Coſa de exequias.* Angl. *That perteineth to funerals.* } ut, Carmen exequiale. Ovid. 14. *Metam.*

*Carmina jam moriens canit exequialia cygnus.*

**Exĕquōr**, quod eſt exequias facio. { ἐνταφιάζω. Gall. *Faire funerailles.* Ital. *Far eſequie.* Germ. Seelgrät oder leychpolge halten/beſtatten. Hisp. *Hazer exequias ò comer en aquellas.* Angl. *To make funerales.* } Var. Ipſum propter jus liberti ſemiamicti exequiantur. Hæc etiam Parentalia, & Juſta dicebantur.

**Exarcĕo**, es, ui, itum, ab ex & arceo, quaſi ex me arceo ignaviam, vecordiam. Item, premo, fatigo. { יגע *jigbgbeáb*, יגעת *bo:biáb*, טרח *birghil*, לאה *limmádh*. κοπιάω. Gall. *Exercer, tourmenter, travailler.* Ital. *Eſercitare, tormentare, travagliare.* Germ. Üben treyben / mäd machen. Hisp. *Exercitar ò fatigar.* Angl. *To exerciſe, or do a thing often.* } Terent. *in Adelph.* I tanè, ego te exercebo hodie, ut dignus es, illicernum. Hæc nox ſcita eſt exercendo ſcorto conducto malè. Plaut. *Amph.* Si in me exerciturus (pugnos) quæſo in parietem ut primùm domes. Idem *ibid.*

*Debita Trojanus exercet ſpicula fatis.*

Ovid. 13. *Metam.*

——*Nulla exercente refugit* (ingenii vena.)

Idem *Eleg. ult. lib.* 3. *Triſt.* ¶ Exercere legem. Gall. *Faire garder ou obſerver la loy.* ¶ Exercere ſumptum, dixit Ambroſius pro eo, quod Græci ducunt βίον ἐγγυμάζειν, exercere vitam. ¶ Quandoque eſt In opus cogere: quod vulgò dicitur *facere laborare.* { πονεῖν. Germ. Etwas thun/arbeiten. Virg. *lib.* 3. *Georg.*

*Exercete viri tauros.*

¶ Quandoque tractare, πονεῖν. Columell. *lib.* 4. Qui urbanas & delicatas artes exercuerit. ¶ Quandoque habere. Saluſt. *in Præmio Jugurthæ*, Jurgia, diſcordias, ſimultates cum hoſtibus exercebat. ¶ Quandoque luctari. Terent. *in Heaut.* Ancillas, ſervos, niſi eos qui opere ruſtico faciundo facilè ſumptum exercent ſuum, omnes produxi, ac vendidi. ¶ Quandoque probè terram colere, ἐργάζεσθαι. Virg. *lib.* 2. *Georg.*

*Exercétque frequens tellurem, atque imperat arvis.*

¶ Quandoque inſequi, διώκειν. Idem *lib.* 4. *Æneid.*

*Tum vos, ô Tyrii, ſtirpem & genus omne futurum*
*Exercete odiis.*

¶ Exercere per manus. Celſ. *lib.* 3. *cap.* 22. Solæ vitare per manus quoque exercent.

**Exercĭtus**, a, um, participium: ut, Homo exercitus, qui multis negotiis aſſuetus ſit, & experientia doctus, & detritus. { יגע *jaghéb*, טרח *limmádh*. πολυπράγμων, πολυπράγμων. Gall. *Exercé, uſité, rompu, façonné aux affaires, & duit, uſé, travaillé.* Ital. *Eſercitato.* Germ. Geübt/vngebraucht. Hisp. *Exercitado.* Angl. *Exerciſed, practiſed.* } Plin. *in Epiſt.* Videſtine unquam quemquam tam laboriosum, tam exercitum, quàm Varenum meum? Cicer. *lib.* 5. *Tuſc.* uſus eſt, Inexercitus, ἀγύμναστος, pro non exercitato, quum ait, Aſclepiadem ferunt non ignobilem, nec exercitum Philoſophum. ¶ Aliquando ſumitur pro fatigato, indurato, & in laboribus perferendis aſſueto, petito denique, & experto. Virg. *lib.* 3. *Æneid.*

——*nate Iliacis exercite fatis.*

Cicer. *pro Planc.* Quo quidem etiam magis ſum non dicam miſer, ſed certè exercitus. Exercitus in re aliqua. Idem *pro Fonteio.* Poſtremò ipſe, cùm in omnibus vitæ partibus honeſtus atque integer, tum in re militari cùm ſummi conſilii & maximi animi, tum verò uſu quoque bellorum gerendorum, in primis eorum hominum, qui nunc ſunt, exercitus. Gell. *cap. ult. lib.* 10. In veterum litterarum tractatione exercitis nota res. Idem *cap.* 7. *lib.* 1. Exercitus multâ lectione.

**Exercĭtor**, qui alterum in re aliqua exercet. { מרגיל *marghil*, מלמד *melammédh*. γυμναστής, ἀσκητής. Gall. *Qui exerce, qui conduit & uſite à quelque choſe.* Ital. *Chi eſercita ò avezza uno à qualche coſa.* Germ. Der einem übt vnd braucht. Hisp. *El que exercita.* Angl. *An exerciſer, an practiſer.* } Plaut. *in Trin.* Hic quiſquis eſt, Cureylio eſt exercitor: is hunc hominem curſuram docet. ¶ Eſt etiam exercitor, teſte Ulp. *l.* 1. *ff. de exercit. actione*, ad quem redditus & obventiones navis perveniunt, ſive is ſit dominus navis, ſive à domino navem per averſionem conduxit, vel ad tempus, vel in perpetuum.

**Exercitōrius**, adjectivum eſt formatum à nomine exercitor, quo ſignificatur quicquid ad exercitorem attinet. { ναυκληρικός, ναυκληρία. Gall. *D'exercice.* Ital. *Coſa ch' appartiene à eſercitatione & uſo.* Germ. Dem zu einem gutherrigen gehört. Hisp. *Coſa de exercitio.* Angl. *That perteineth to an exerciſer.* } Navis exercitoria. Actio exercitoria. Afric. *in l.* 1. §. *exercitorem, ff. de exercit. act.* Quæſitum eſt annon aliter L. Titius exercitoria teneretur.

**Exercĭtium**: Exercitatio, actio. { γύμνασις, ἄσκησις, ἐπιτήδευμα. Gall. *Exercice, travail.* Ital. *Eſercitio.* Germ. Ein übung. Hisp. *Aquella obra de exercitar.* Angl. *Exerciſe, uſe, cuſtome.* } Gell. *lib.* 17. *cap.* 2. Erat hoc ſanè quàm utile exercitium ad conciliandas nobis, ubi veniſſet uſus, verborum, ſententiarúmque elegantium recordationes.

**Exercĭtio**, verbale. ἄσκησις, ἐπιτήδευσις. Idem quod exercitium. { Angl. *Exerciſe, uſe, cuſtome.* } Ulp. *in l. ſi tamen, de exercitoria actione.* Si tamen plures per ſe navem exerceant, pro portionibus exercitioris conveniuntur. Cato apud Gell. *lib.* 11. *cap.* 2. Inertia atque torpedo plus detrimenti facit quàm exercitio.

**Exercĭtus**, us, nomen: Magna, copiæ multum; ab exercendo, quia

(ut

(ut inquit Varro,) exercendo fit melior. { אבא *esuka.* φαῦλος, φαύλη. Gall. *Troupes de gens de guerre, Armée, Milice.* Ital. *Esercito da guerra.* Ger. Kriegsheer. Hisp. *La hueſta, exercito.* Angl. *An armie, an hoſte.* } Veget. *lib.* 2. Numerus militum exercitatur, unde & re ipſa atque opere Exercitus nomen accepit, ut ei nunquam liceret obliviſci quod vocabatur. Solebant enim Romani milites, tam veterani, quam tyrones exerceri ad omne genus armorum. Ut autem exercitus dicatur, teſt: Ulpiano, opus eſt magno militum numero. Neque enim una, aut altera cohors, ſed plurimæ conjunctæ exercitum conficiunt. Virg. 9. *Æneid.*

*Idmque omnis campis exercitus ibat apertis.*

Cic. *de provinc. conſul.* Jam verò exercitus noſter ille ſuperbiſſimo delectu, & duriſſima conquiſitione delectus omnis interiit. Exercitu magno, pro præſidio. Cæſ. *lib.* 3. *de bell. civ.* Circumduci exercitum. Plaut. *Mil. ſc.* 2. *a.* 2. Metaphoricè. De finibus ſuis exercitus deducerent (i. exercitum.) Idem *Amph.* Eas legiones, copias, exercitúſque eorum vi pugnando corpimus. Idem *Aſin. ſc.* 2. *a.* 3. Meum exercitum ad oppidum obducam. Metaphoricè. Plaut. *Pſeud. ſc.* 2. *a.* 2. Effuſo exercitu prædari. Salluſt. *Iugurth.* 97.

Exĕrcĭto, as, frequentativum. { ירגיל *hirghil,* לסר *limmádh.* γυμνάζω. Gall. *Exercer, accoûtumer.* Ital. *Eſercitare, avezzare, accoſtumare.* Germ. Hefftig oder ſtreng üben. Hisp. *Exercitar.* Angl. *To exerciſe often.* } Cic. *pro Cluent.* Homo in primis ingenioſus, & in dicendo exercitatus. Terent. *in Hecyr.* O fortuna, ut nunquam perpetuò es bona: ſed jam prior amor me ad hanc rem exercitatum reddidit. Liv. 5. *ab Vrbe*, Is tum jam non promptus ingenio tantùm, ſed uſu etiam exercitatus talem orationem habuit. ¶ Exercitatus, pro exercitus & laborioſus. Sueton. *in Tib. cap.* 6. Habuit infamiam & puritiam luxurioſam (*al.* laborioſam) & exercitam.

Exercitātĭſſĭmè: Exercitatiſſimus. { מרגיל *marghil,* מלמד *melammédh,* לסדר *limmádh.* Angl. *Of better practiſe, more exerciſed.* } Cic. 1. *Offic.* Deinde conſuetudine beneficentiæ paratiores erant, & tanquam exercitationes ad benè de multis promerendum. Idem *pro lege Manil.* Omnibus navalibus pugnis Carthaginenſes, homines in maritimis rebus exercitatiſſimos vicerunt.

Exercitātŏr, is. { מרגיל *marghil,* מלמד *melammédh.* ἀσκητής, γυμναστής. Gall. *Qui exerce, conduit & inſite quelqu'un à faire quelque choſe, le maitre de quelque exercice & art.* Ital. *Chi uſa di fare qualche coſa.* Germ. Ein über/der einem übe und braucht. Hisp. *El que exercita.* Angl. *The maiſter of any exerciſe.* } Plin. *lib.* 35. *c.* 11. Lecythion agilitatis exercitator.

Exercitātrix, icis. { מרגלת *marghelith,* מלמדת *melammédheth.* γυμνάς, ἀσκοῦσα, ἀσκοῦσ, ἀσκοῦ. } Quint. *lib.* 2. *cap.* 15. Quòd duas partes civitas corpori affigaret, medicinam, & quam interpretantur exercitatricem. Bis *ibidem.*

Exercitātio: Uſus, tractatio, actio, meditatio, commentatio, conſuetudo quotidiana. { התגנן *hithghanén,* γυμνασία μελέτη. Gall. *Exercitation, uſage, exercice.* Ital. *Exercitatione, uſo.* Germ. Ein übung. Hisp. *Obra de exercitar.* Angl. *Exerciſe, uſe, cuſtome.* } Cic. 2. *de nat. deor.* Motu & exercitatione recalefcunt corpora noſtra. Quint. *lib.* 1. *cap.* 2. Nam & maximè neceſſaria eſt oratori memoria, & ea præcipuè firmatur atque alitur exercitatione.

¶ Exercipes, πεζοὶ ἐπιβάται. Gloſſ. vet. qui exercet pedes.

Exercirent, apud Feſt. exponitur, *Sarcirent.* Quaſi ſit ab ex, & ſarcio.

Exermis, exermus, exarmatus. Cath. ¶

Exĕro, is, exerui, exertum: ab ex, & ſero. Emitto, produco. { הוציא *hotſi.* ἐξάγω, ἐξάγω. Gall. *Tirer hors, mettre hors.* Ital. *Cavar fuori.* Germ. Außziehen/herfürſtrecken. Hisp. *Sacar fuera.* Angl. *To draw or pull out.* } Statius,

——*fulgentémque exerit enſem.*

Ovid. *lib.* 1. *Faſt.*

*Credibile eſt illos pariter vitiſque jocisque*
*Altius humanis exercuiſſe caput.*

Plin. *lib.* 10. *cap.* 23. Glottis prælongam exerit linguam, unde ei nomen. Ovid. 2. *Faſtor.*

——*Cuſtodem protinus uſus*
*Aſpicies geminos exeruiſſe pedes.*

Item,

*Exerit è tepida molle cacumen humo* (herba.)

Idem *Eleg.* 12. *lib.* 3. *Triſt.* ¶ Digitum exerere, ἢ δάκτυλον ἐκθλίβειν, i. Digitum extendere. Perſius *ſatyr.* 5.

*Nil tibi cenæ ſit ratio, digitum exere, pecem.*

Exĕrtus, a, um, particip. { מוצא *motſá.* ἀφαιρεθεὶς. Gall. *Sorti & mis dehors, ſortant & apparoiſſant dehors.* Ital. *Spinto in fuori.* Germ. Außgezogen/herfürgeſtrecket. Hisp. *Coſa ſalida a fuera.* Angl. *Put forth, ſhewed.* } unde Exerti dentes dicuntur extra os producti, ut apro: ἀφαιρεμένοι. Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Dentes exerti ſunt apro, hippopotamo, elephanto. Quintilian. Exerti brachii geſtus. Ovid. 3. *Faſt.*

*Enſibus exertis bellica laſa Dea eſt.*

Exĕrtiſſimè, id eſt, gnaviter, aut admodum. Spart. *in Severo*, Tribunatum ſeverissimè, exertiſſiméque egit. Legendum fortè *expertiſſimè.*

Exĕrto, as, frequentativum. { הוצאה *hotſi,* והראה *hereáh.* ἀφαίρω, ἀφαιρέω. Gall. *Tirer & mettre hors, montrer & faire apparoir dehors.* Ital. *Scaprire, monſtrare, cavar ſpeſſo fuori.* Germ. Stehts oder offt herfürſtrecken. Hisp. *Sacar a fuera muchas vezes, hazer, apparecer a fuera.* Angl. *To put forth and ſhew often.* } Virg. 3. *Æneid.*

*At Scyllam cæcis cohibet ſpelunca latebris*
*Ora exertantem, & navès in ſaxa trahentem.*

Stat. 1. *Theb.*

*Exertare humeros, nudámque laceſſere pugnam.*

Exertare linguam. Gell. *cap.* 13. *lib.* 9.

¶ Exeſto, extra eſto. Sic enim lictor in quibuſdam ſacris clamitabat: Hoſtis, vinctus, mulier, virgo exeſto. Scilicet intereſſe prohibebantur. Feſt.

Exeurēma, ſoleri inventum. ¶

Exĭlo: Purgo. { נקה *nikáh,* נקי *ikkéh.* καθαρίζω. Gall. *Purger, purifier.* Ital. *Purgare, profumare.* Germ. Außfahren. Hisp. *Purgar.* Angl. *To purge.* } A quo fit exilium, ut, pro purgatione. Veteres quoque Exſit, pro purgamento poſuêre, teſte Feſto.

¶ Exſit, purgamentum. ¶

Exſociunt, exfugiunt, antiq. Lipſ. ¶

Exŏdĭo, is: Fodiendo etuo. { חרש *charáh,* חתר *chathár.* ἐξορύσσω. Gall. *Tirer hors en fouyſſant, déterrer.* Ital. *Cavare la terra.* Germ. Außgraben/fürhingraben. Hisp. *Cavar para ſacar algo.* Angl. *To delve up, to digge out.* } Plaut. *Aul.* Exfodio aulam auri plenam.

¶ Exfrĕnat, ultrà navigat. Gl. Iſid. ¶

Exrumpo, is, ere: A fundo evertere. Cælius Antipater *lib.* 7. Reſpub. amiſſa, exfundato pulcherrimo oppido. Non. *cap.* 2. Ubi tamen legitur *Exfundere.*

¶ Exfuti, pro exfuſi: ut *merſos*, pro merſat. ¶ Feſt.

Exgrŭmo, as, are, dicuntur cochleæ grumos eruentes, & ex grumis exſilientes, ἐκπροβάσκω. Grumus enim, terræ collectio eſt, à congerie dicta. Varr. 3. *de re ruſt. cap.* 14. Denique ipſæ exgrumantes ad propalam vitam diu producunt, quum ad eam rem pauca laurea folia interjiciant, & aſpergant furfures non multos.

Exgurgĭtāre. { חקיא *heki.* Gall. *Vomir, regorger.* Ital. *Vomitare, rutare.* Germ. Außtorzen. Hisp. *Vomitar, regoldar.* Angl. *To barbreake, to vomite.* } Per metaphoram Plaut. *in Epidico* dicit, Exgurgitare pecuniam domo. Proh deûm atque hominum fidem, quid ego lenocinium facio, qui quidem habeam alienos domi, atque argentum exgurgitem domo prorſum?

Exgўius, ἐξγύιος. Urbs Siciliæ, dicta ἀπὸ τὸ ἐξ ὀγκίου ἴχθι. Steph. Etymon videtur corruptum.

Exhærēdo, as, are: Exhæredem aliquem ſcribo, hæreditate aliquem privo, ad quem ab inteſtato ea ventura erat. { ἀποκηρύσσω. Gall. *Deshériter, priver d'heritage & ſucceſſion.* Ital. *Diſredare, privare della heredità.* Germ. Enterben. Hisp. *Desheredar.* Angl. *To diſherite.* } Cicer. *pro Cluent.* Ille quum filium exhæredaret quem oderat, ei filio homines alieniſſimos cohæredes conjunxit. Mart. *lib.* 3.

*Exhæredavit te Philomuſe pater.*

Cic. 2. *Philip.* Igitur fratrem exhæredans, te faciebat hæredem. Ad Herenn. *lib.* 4. Sed à neceſſariis omnibus exhæredatus eſt. Quint. *lib.* 7. *cap.* 2. Tu impiè feciſti, quum exhæredationem meruiſti.

Exhærēs, is, com. gen. Qui privatus eſt hæreditate, quæ ad eum pertinebat. { ἀποκηρυσσόμενος. Gall. *Deſheriti, privé de ſucceſſion.* Ital. *Privato della heredità.* Germ. Enterbt. Hisp. *Desheredado.* Angl. *One that is diſherited.* } Cic. 1. *de Orat.* Nempe in ea cauſa quæſitum eſt de jure civili, poſsétne paternorum bonorum exhæres eſſe filius, quem pater teſtamento neque hæredem, neque exhæredem ſcripſiſſet nominatim. Plaut. *Moſt.* Utinam nunc meus mortuus pater nuncietur, ut ego exhæredem meis me bonis faciam, atque hæc ſit hæres. ¶ Exhæredem vitæ ſuæ facére aliquem: per tranſlationem dictum à Plaut. *Bacchid.* pro Occidere.

Exhærēdātio, legis implet voluntatem, præteritio ſecus. Illa ſolidat teſtamentum, iſta infirmat: illa lege permittitur, iſta prohibetur. Salom. *in l. Gallus, ff. de lib. & poſthum.* { Angl. *A diſheriting.* }

Exhærēſimus dies dicitur, ἐξαιρέσιμος ἡμέρα, id eſt, exemptibilis, propterea ſic dictus, quòd ex menſe eximi ſolebat, ut annus cum Solis ac Lunæ ratione congrueret. Cic. 4. *Verr.* Conſuetudo Siculorum eſt cæterorúmque Græcorum, quod ſuos dies menſéſque congruere volunt cum Solis Lunæque ratione, ut nonnunquam ſi quid diſcrepet, eximant unum aliquem diem, aut ſummùm biduum ex menſe, quos illi exhæreſimos dies nominant. Bud. *in Annotat.*

Exhālo, as: Expiro, & veluti per halitum aërem emitto. { חפח *hippiach,* נפש *haſchán.* ἐκπνέω, ἐκψύχω. Gall. *Halener, jetter hors un vent, eſprit, fumée, ou vapeur.* Ital. *Eſalare, ſpirare.* Germ. Außdempfen/heraus athmen/außblaſen. Hisp. *Echar de ſi vapor ò habe.* Angl. *To caſt puffe or breath out.* } Virg. 7. *Æneid.*

——*ſævámque exhalat opaca Mephitin.*

Plin. *lib.* 17. *cap.* 4. Quæ tenues exhalat nebulas. Cic. 5. *Verr.* Veniendum erat ad eos contra Aproniam, qui nondum etiam Aproniani convivii crapulam exhalaſſent. Idem 2. *Philipp.* Quæſquam tu quidem (ut tui familiariſſimi dictitant) vini exhalandi, non acuendi ingenii declamitas. ¶ Exhalare animam, eſt mori. Ovid. 6. *Metam.*

——*ſimul ſuprema latentes*
*Lumina verſarunt, animam ſimul exhalarunt.*

Idem. 13. *Metam.*

——*in ventos anima exhalata recceſſit.*

Pro Exhalare vitam. Virg. 2. *Æneid.*

*Vt regem aquavum crudeli vulnere vidi*
*Vitam exhalantem.*

Exhālātio: Expiratio. { נפח *nuppách,* רוח *rúdh.* ἀναφορὰ, ἀναφὴ. Gall. *Vapeur & exhalation.* Ital. *Vapore, eſalatione.* Germ. Ein dampf. Hisp. *Aquella obra de echar habe.* Angl. *An exhalation or fume riſen up.* } Plin. *lib.* 31. *cap.* 3. Certior multò nebuloſa exhalatio eſt. Exhalationes terræ, ſunt tenues ſpiritus, qui per æſtum maximum terra diffuſa exhalantur, & ſurſum in aëra feruntur. Cicer. 1. *Tuſc.* Quod & humidum & caliginoſum eſt propter exhalationem terræ.

Exhāūrĭo, is, exhauſi, exhauſtum: Humorem evacuo, ebibo, exinanio, exſicco. { שאב *ſcahább,* דלה *daláh,* דלי *dalái.* ἐξαντλέω. Gall. *Epuiſer, vuider.* Ital. *Vacuare, trar fuora, cavare.* Germ. Erſchöpfen/auſzidren/auſzſchöpffen. Hisp. *Sacar ò vaciar.* Angl. *To draw out, to emptie.* } Dicturque exhauriri tam ipſe humor, quàm id quo humor continetur. Æquè enim uſitatè dicimus, Exhaurire vinum, & exhaurire dolium. Cicer. 1. *Philipp.* To illis faucibus, iſtis lacertibus, iſtis gladiatoria totius corporis firmitate tantum vini in Hippiæ nuptiis exhauſeras, ut tibi neceſſe eſſet in populi Rom. conſpectu vomere poſtridie. Exhaurire poculum. Livius. ¶ Exhaurire ægrum, i. exinanire, mirisque vacuare. Cæl. *lib.* 7. *c.* 2. Cubantémque ægrum fluens alvus exhauſit, neque per alimenta quicquam corpori accedit. Habet hoc verbum multas elegantes tranſlationes.

translationes. Cicer. *pro Sext.* M. Crassus eadem sibi manu vitam exhausit, qua mortem sæpe obtulit hostibus. Idem *in Varin.* Ærarium exhaurire, Rempublicam compilare. Et *in Pisonem*, Civitates omnibus rebus exhaustæ. *Ad Attic. lib.* 1. Tantus fuit amor, ut exhauriri nulla posset injuria, id est, deleri. *Ad Qu. fratr.* 1. Exhaustus enim est sermo nomjstum: id est, de ea re jam loqui est desitum. Et *ad Attic. lib.* 1. Multa enim sunt quæ me sollicitant, angúntque, quæ mihi videor, aures nactus tuas, unius ambulationis sermone exhaurire posse, id est, deponere. *Ad eundem* 5. Reliquum est, ut antequam proficiscare, mandata nostra exhaurias: id est, exequaris. Virg. 4. *Æneid.*

——*heu quibus ille*
*Jactatus fatis, quæ bella exhausta canebat?*

Id est, finita, & quasi exantlata. Senec. *cap.* 5. *al.* 24. *de consol. ad Polyb.* & c. 10. *de consol. ad Marc.* Conturbat tibi & oculos. Idem *cap.* 15. *de consol. ad Marc.* Exhausta Cæsarum cuiba (morte.) Sueton. *in Cæs. cap.* 42. Exhausta urbs (i. ubi tatiores sunt cives.) Idem *in Calig. cap.* 38. Exhaustus atque egens ad rapinas. Liv. 7. *ab Urbe*, Exhausta vis ingens æris alieni convertit animum. Idem *lib.* 5. *ab Urbe*, Tantum laboris exhaustum. Ovid. 5. *Fast.*

*Venerat Alcides exhausta parte laborum.*

Liv. 1. *d.* 3. Quies inter labores aut jam exhaustos, aut mox exhauriendos renovant corpora. Exhaurite vitam. Cic. *pro Sestio.* Ne videret victorem virus inimicum, eadem sibi manu vitam exhausisse, qua mortem sæpe hostibus obtulisset.

‖ Exhausto, as, ere. Fest. ‖

**Exhaustum**, i, substantivum. {נרלח *nidléch*, דרל *dal*.} Virg. 2. *Georg.*

*Est etiam ille labor, curandis viribus alter,*
*Cui nunquam exhausti satis est.*

Exhausti, id est (inquit Servius) exhaustionis, finitionis: quod quia asperum visum est, se ad figuram transtulit: ait, Exausti, ut Servantissimus æqui, pro æquitatis. Inexhaustus, ἀνεξάντλητος, pro infinito: quasi (ut ita dicam) inexhauribilis.

**Exhēnūs**, i. ἐξώνυμον, gemma speciosa, & candida, qua artifices aurum poliunt, ut ex Zoroastratis sententia tradit Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

**Exherbāre**, est herbas extirpare. {ἐκβοτανίζω. Gall. *Arracher & oster les herbes de quelque lieu.* Ita. *Stirpare l'herbe, sueglier, sarbare.* Germ. Kraut ausjetten. Hisp. *Arrancar, quitar las yervas.* Angl. *To plucke up the grasse by the rootes.* } Col. *lib.* 5. Et quum germinavit ad unam perticam summittitur, crebróque foditur, atque exherbatur, nec minus quàm vinea pampinatur. Et *alibi*, Exherbandus est locus.

**Exhibēo**, es: Profero, in publicum deduco, ostendo. {הוציא *hotsí*, הראה *hereáh*. ἐκφέρω, παρέχω, ἐπιδείκνυμι. Gall. *Exhiber, bailler, representer, montrer, presenter.* Ital. *Dare in publico, rappresentare, mostrare.* Germ. Aufgeben, dargeben, erzeygen. Hisp. *Dar, traer publicamente.* Angl. *To give, to shewe, to offer, to represent.* Senec. *cap.* 7. *de consol. ad Marc.* Ferrum in omni corpore exhibet secandi potentiam. Exhibere (se) virum civilem. Quint.

*Exhibuit gemines ere gemente sonos* (i. edidit, præstitit.)

Ovid. *Eleg.* 11. *lib.* 3. *Trist.* ¶ Exhibere negotium, molestiam. Plaut. *Men. sc.* 9. *a.* 5. Huic exhibui negotium (id est, molestus fui.) Idem *Amphitr.* Illi dudum meus amor negotium insonti exhibuit. Item *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Ut sciat alieno naso quam exhibeat molestiam. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 1. Quæ mihi inter patinas exhibes argutias. Paulus I. C. Exhibere est facere in publicum potestate, ut ei qui agit, experiundi sit copia. Cic. 7. *Ver.* Is omnino servus in familia non erat, cum statim exhiberi jubet. Exhibere reum, loquutio est Jurisconsultis familiaris, pro Sistere. Si quis (inquit Jurisconsultus *l. si quis, de exhib. reor.*) reum criminis de quo satisdedit, non exhibuerit, pœna pecuniaria plectitur: puto tamen si dolo malo non exhibeat, etiam extra ordinem esse damnandum. Plaut. *Mil. sc.* 6. *a.* 2. Horum exhibeas volo (i. sistas.) Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Da mihi periculo, rem salvam exhibebo. ¶ Item, Exhibere ad ferrum (de gladiatoribus & ludis. Suet. *in Neron. cap.* 12. Exhibere se adorandum. Idem *in Calig. cap.* 22. Exibere liberam concionem. Liv. *lib.* 4. *dec.* 4. Exhibere ludos alicui. Senec. *epist.* 42. ¶ Utuntur etiam Jurisconsulti hoc verbo in alia significatione, pro vitæ necessaria suppeditare. Paul. *in l. Nesennius. ff. de negot. gest.* Pone, peregrè patrem ejus abiisse, & matrem, dum in patriam reverteretur, tam filium, quàm filiam ejus exhibuisse. Ulp. *in l.* 1. D. *de offic. præfect. urb.* Sed & patronos egentes de suis libertis querentes audiet, maximè si ægros se esse dicant, desiderántque à libertis exhiberi. ¶ Exhibere negotium, est labore, vel molestia afficere. πράγματα παρέχειν. Cic. *lib.* 3 *Offic.* Quod quum audivisset adulescens negotium exhiberi patri. Sic exhibere laborem: Exhibere molestiam, &c. Vide paulò ante.

**Exhibitūs**, a, um: Participium, ut Tori exhibiti. Ovid. *Epist.* 16.

*Hypsiphile testis, testis Minoia virgo,*
*In non exhibitis utraque juncta toris.*

**Exhibitio**, nis. {מוצאת *motsá*. παράστασις. Gall. *Representation, exhibition.* Ital. *Rappresentatione.* Germ. Darstellung, fürhaltung, darstellung. Hisp. *Presentation como persona.* Angl. *A representing or offering.*} Gellius *cap.* 2. *lib.* 14. Probari apud me debere pecuniam datam consuetis modis, expensi latione, mensæ rationibus, chirographi exhibitione, tabularum obsignatione, testium interceptione.

**Exhilārō**, as: Lætum & hilarem reddo, idem quod simplex Hilaro. {שמח *schimmeách*. εὐφραίνω. Gall. *Esjouir, resjouir.* Ital. *Rallegrare, far allegro.* Germ. Frölich machen. Hisp. *Alegrar à otra persona.* Angl. *To delight, to make merrie.* Columell. *lib.* 6. *cap.* 24. Quoniam nimietate veris pabuli pecudes exhilaratæ lasciviunt. Plin. *lib.* 17. *cap.* 25. Nam neque ilex, picea, larix, pinus uno flore exhilarantur, natalitive pomorum recutsus annuos versicolori nuntio promittunt. ¶ Exhilaratus, participium. Cicero *Pro Sest. lib.* 1. Minatis tam exhilaratam esse fœcundatem nostram.

‖ Exholcismus, ossis translatio à superficie in profundum. ‖

**Exhorrēsco**, es, à quo Exhorresco, pro Expavesco, per timore hor-

reo, & contremisco. {רגז *ragbaz*, חרד *chardáh*. φρίσσω. Gall. *Avoir grand frayeur & frisson, craindre fort, se herisser.* Ital. *Tremare di paura.* Germ. Ergrausen, vor forcht erzittern. Hisp. *Temer algun mal.* Angl. *To quake for dreade and feare so that ones heare, stare withall.* } Plancus *Ciceroni*, Sed non possum non exhorrescere, si quid intra cutem subest vulneris, quod primò nocere potest, quàm sciri curarique possit. Sueton. *in Augus. cap.* 51. Exhorrere appellationem Domini. ¶ Nonnunquam etiam ponitur activè cum accusativo à tergo. Virg. 7. *Æneid.*

*Advenias, vultus nè exhorrescat amictos,*

Exhorrescere, pro fremere. Ovid. 4. *Metam.*

——*exhorruit æquora instar,*
*Quod fremit, exigua quum summum stringitur aura.*

**Exhŏrtŏr**, aris: Vehementer hortor. {בעיר *bebir*, הזהיר *hizhir*, חטיח *hetsich*, פתח *pitsách*. παρακελεύω, παραινέω. Gall. *Exhorter, persuader.* Ital. *Esortare.* Germ. Vermanen, anhalten. Hisp. *Induzir con razones.* Angl. *To exhorte, to encourage, to cherishe, to cheere.* } Cicer. 1. *Academ.* Omnis ejus oratio tum in virtute laudanda, & in hominibus omnibus ad virtutis studium exhortandis consumebatur. Ovid. 3. & 13. *Metam.*

*Erige, & trepidos cives exhorter in hostem.*

**Exhortans**, antis, participium act. Stat. 8. *Thebaid.*

*Ipsum exhortantem cunei, capitisque superbi*
*Insignem fulgere jubet.*

Gellius *cap.* 25. *lib.* 12. Ad exhortandam parsimoniam id valet.

**Exhortātūs**, participium, {מוסרת *musárh*. παρακελευσάμενος. Gall. *Qui exhorte.* Ital. *Chi esorta.* Germ. Der vermant. Hisp. *El que induze por razones.* Angl. *That exhorteth or encourageth.* } Virg. 12. *Æneid.*

——*sic exhortata reliquit*
*Incertam, & tristi turbatam vulnere mentis.*

{ἐκκλησιάσας. Gall. *Exhorté, admonesté.* Ital. *Esortato.* Germ. Der vermant hat. Hisp. *Induzido por razones.* } Cicer. *in Catone*, Ille enim quum esset Consul in Gallia, exhortatus est in convivio à Icerto, ut securi feriret aliquem eorum.

**Exhortātio**, verbale. {παράκλησις, παραίνεσις. Gall. *Exhortement, admonestement, inducion.* Ital. *Esortatione.* Germ. Vermanung. Hisp. *Aquel induzimiento con razones.* Angl. *An encouraging or exhortation.* } Quint. *lib.* 1. *cap.* 3. Exhortatio docentium.

**Exhŭbĕro**, as: Abundo. {תותיר *hothir*, רבה *rabáh*, רב *rab*. ἐξυβρίζω. Gall. *Abonder.* Ital. *Abundare.* Germ. Überflüssig sein. Hisp. *Abundar, inchar.* Angl. *To abunde.* } Col. *in Præfat lib.* 1. In Asia Mysiáque densa & glutinosa terra maximè exhuberat. ¶ Nonnunquam etiam accipitur activè. Col. *lib.* 9. *cap.* 4. Quæ favorum ceras exhuberant, hoc est, huberes reddunt.

Exhuberantia, æ. Gell. *cap.* 7. *lib.* 8. Alia quædam de exhuberantia, aut interitu (memoriæ) lecta auditáque.

‖ Exhydatōsis, corruptio sanguinis in substantiam aqueam. L. M.

Exhydriæ, venti æquatores, cum pluviis multis gestantes. Onom. ‖

**Exibus**, pinguedo: aliàs Exubus. Vide *Escalentia, Ingredo.* Gl. Isid.

**Exībĭlo**, as: Significat cum sono vocis tumultuariáque sibilatione expello, derideo, explodo. {ἐκσυρίζω. Gall. *Chasser & repetter en sifflant, siffler contre quelqu'un.* Ital. *Sibilare, fischiare beffando.* Germ. Auspfeifen, mit pfeifen ausstreichen, verlachen. Hisp. *Silvar, escarnecer vegando.* Angl. *To drive out by hissing.* } Cic. *in Parad.* Histrio si paulùm se moveat extra numerum, aut si versus pronunciatus est una syllaba brevior, aut longior, exibilatur atque explodatur. Suet. *in Aug. cap.* 45. Pylades, quòd spectatorem, à quo exibilabatur, demonstrasset digito, Italia submovit. Melius tamen cum eruditioribus scripseris Exsibilo.

**Exĭccō**, as: Exhaurio. {חרב *hecheríb*, יבש, *ibbesch*. ἰβιάω, ἀφαυαίνω, ξηραίνω. Gall. *Secher, desechier, oster l'humeur.* Ital. *Seccare, è molto seccare.* Germ. Austrucknen. Hisp. *Secar è mucho secar.* Angl. *To be madedrie.* Cicer. 2. *de Divin.* Arboréque ut hyemali tempore cum luna simul senescentes, quia tum exiccatæ sunt, tempestivè cædi putentur. Plin. *lib.* 8. *cap.* 26. Quintius, Cicer. *Tironi. lib.* 16. *Epist. famil.* Te quidem exicco scribens. Melius tamen Exsicco.

**Exĭccātūs**, particip. {חרב *cheráb*, מיבש *mejubbásch*. αὐαλέος, ξηρός. Gall. *Sechè.* Ital. *Seccato.* Germ. Ausgetrucknet. Hisp. *Secado.* Angl. *Withoute juyce, dryed up.* } Cic. *de clar. Orat.* Siccatum genus orationis. Stat. 5. *Silvar.*

**Exĭgo**, is, ēgi, actum: Excludo, ejicio, expello, quasi extra ago. {גרש *gerésch*, הדיח *hiddiách*. ἐξελαύνω, ἐξωθέω. Gall. *Chasser hors, dehasser.* Ital. *Escludere, serrar fuori.* Germ. Austreiben. Hisp. *Echar de fuera.* Angl. *To dryve or chase away.* } Plaut. *in Aul. sc.* 4. *a.* 1. Omnes exegit foras onustos fustibus. ¶ Eil præterea exigo, tem aliquam jure mihi debitam peto. {נגש *nagbás*. ἀπαιτέω. Gall. *Exiger, demander ce qui est deu.* Angl. *To require.* } Cicer. *Cæsio*, Longiores expectabo, vel potiùs exigam. Hinc exigere pecuniam dicimus quæ nobis debetur. Plaut. *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Quam credidi (pecuniam) vix anno pòst exegi. ¶ Item, Exigere sibi vias veri à plebe. Sueton. *in Galb. cap.* 43. ¶ Exigere opus. De Ædilibus dictum apud Liv. *lib.* 6. *ab urb.* Exegit etiam, ut quotiès Consulatus sibi daretur, binos pro singulis collegas haberet, nec obtinuit, &c. (i. petiit, vel voluit fieri.) Suet. *in Augus. cap* 37 Idem *in Claud. cap.* 14. Exegit precatiò, ut id sibi liceret. Et *in Augus. cap.* 66. Exegit & ipse ab amicis benevolentiam mutuam. Et, Exigere disciplinam. Idem *in Tib. cap.* 18. aliàs 19. initio. Exigere Consulatum. Idem *in Calig. cap* 8 Exacto Consulatu. Gall. *Le temps du Consulat achevé, fini, &c.* Exigere ad omnem legem innocentiam, vide *Exigo.* ¶ Exigere aliquem jure, vide *Exactus* infrà. ¶ Interdum est convenienter postulare. {שאל *schaal*. αἰτέω. Angl. *To require, to demand.* } Interdum agere, seu traducere. {חשלים *hischlim*, החתם *hethám*. ἀγάγω. ¶ Terent. *in Hecyr.* Illique exopto ut reliquum exigat vitam. Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.*

*Tempus & à nostris exige triste malis* (i. traducas.)

Plane,

Plaut. *Aulul. fc.*1. *a.*1. Ut te dignam mala malam ætatem exigas. Idem *Capt. fc.*3. *act.*3. Quicum ùnà puer ætatem exegeram. Ovid. *Eleg.*4. *lib.*3. *Triſt.*

——*deſſque inglorius annos*
*Exige.*

¶ Interdum Perdiſcere, inquirere. ἀναμάθειν, ἐξετάζειν. Virg.1. *Æneid.*

*Quarere conſtituit, ſociiſque exacta referre.*

Suet. *in Caſ.* Britanniam petiiſſe ſpe margaritarum, quarum amplitudinem conferentem, interdum ſua manu exegiſſe pondus. ¶ Interdum facere. Virg. 6. *Æneid.*

——*quos improba ventris*
*Exegit cæcos rabies.*

¶ Interdum Definire, conſtituere. Idem 4. *Æneid.*

*Decreverique mori, tempus ſecum ipſa, modumque*
*Exegit.*

¶ Interdum Complere. πλήρ. Plaut. *in Amph. fc.*2. *a.*1. Menſes jam tibi exactos eſſe vides. ¶ Aliquando Extorquere. Cic. *pro Fonteio.* Itaque Tiburtum Toloſæ quaternos denarios in ſingulas vini amphoras portorii nomine exegiſſe. ¶ Interdum expellere. Plaut. *in Aul.* Is uxorem ſuam ſuas ſibi res habere juſſit, & exegit. ¶ Exigere pœnam, eſt ſumere pœnam. Ovid. 4. *Metam.*

*Exigit indicii memorem Cytherea penam.*

Idem *Epiſt.* 8.

*Perfidiæ pœnas exigit ille locus.*

Exigere à ſe pœnas. Senec. *cap.* 3. *de conſol. ad Marc.* ¶ Exigere aliquem ad ſuam formulam. Idem *cap.* 24. *de vita beata.* Suet. *in Auguſt. cap.* 45. Certationes & gladiatorias pugnas ſeverißimè ſemper exegit. ¶ Exigere viam, dicuntur magiſtratus, cùm vicinam cogunt munire quàm diligentißimè ſumptu facto. Aſcon. Ped. 3. *Verr.* exponens illud Cicer. Quam ea viam Theſarum & pompæ ejuſmodi exegiſti. ¶ Exigor portorium, pro exigitur de me portorium, dixit Cæcilius apud Gell. *cap.* 14. *lib.*15. Item, Exactus eſt aliquis pecuniam, pro exacta eſt ab aliquo pecunia, dici poſſe Latinè, idem *ibid.* probat ex oratione Q. Metelli Numidici adverſus Meſſalam, ita loquentis: Socios ad Senatum queſtum ſtentes venißſe, ſeſe maximas pecunias exactos eſſe (ſup. à Val. Meſſala) pro de ſeſe pecunias exactas eſſe. Et Plaut. *Trinum. fc.*4. *a.*2. Quas (drachmas) ſponſione tu nuper exactas es? (id eſt, quæ abs te nuper exactæ ſunt.)

**Exactus**, participium: Præteritus, confectus, expulſus. {מגרד *middáh*, נגרש *nigrásch*, משלח *muſchlách*, תם *tám*. πεπερασμένος, ὅρος, ἐξηγορευμένος. Gall. *Paſſé, parfait, achevé.* Ital. *Finito, paſſato.* Germ. Verſchloſſen, vergangen, ausgetrieben. Hisp. *Perfecto à paſſado.* Angl. *Paſſed over demanded, perfitely done and finiſhed.* } Liv. 2. *bell. Pun.* Exacta erat media æſtas. Terent. *in Adelph. fc.* 4. *a.*5. Nunc exacta ætate hoc fructi pro labore ab his fero odium. Cic. 7. *Verr.* Hoc tantùm, exacta ætate, laboris, itineriſque ſuſceperit. Virg. 3. *Georg.*

*At tribus exactis, ubi quarta acceſſerit æſtas.*

Exacti reges, expulſi. Cic. 1. *de Or.* Exactum tempus, menſis, ætas, anni, vita, &c. i. elapſum, finitum, tradactum tempus, &c. Vide *Exigo.* Plaut. *Amph. fc.*3. *a.*1. Menſes tibi exactos vides (de gravida, i. completos.) Suet. *in Calig. cap.*8. Exacto Conſulatu. ¶ Exacta ad omnem legem innocentia (i. redacta, effecta, ſive examinata.) Senec. *cap.*3. *al.*22. *de conſ. ad Polyb.* ¶ Exactus furiis ſuis Oreſtes? Ovid. *Eleg.*4. *lib.*4. *Triſt.* ¶ Exactus pecuniam. Vide *Exigo.*

**Exactus**, exactior, exactiſſimus: Diligens, abſolutus, ad unguem factus. ἀκριβὴς, ἐξηκριβωμένος. Mart. *lib.*4.

*Exhorter, mendaque te libella,*
*Vt docta placeam Apollinari:*
*Nil exactius, eruditiúſque.*

Plin. *Epiſt.* 17. Quod ille obſequium Serviano exactiſſimo viro præſtiterit?

**Exactus**, pro venditione: quia merx dum venditur, exigitur à nobis, id eſt, emittitur. { ἐξαγορά, ἐξαγορεία. Angl. *A ſale or utterance of ware.*} Quinct. *declam.*19. Sacroſanctus mercator opportunum mercis exactum putò invenit: ſi eam benè vendideras, miror cur pecuniam non reddideris.

**Exactor**, is: Qui pecunias publicas exigit. { מדיח *maddiach*, מגרש *magharéſch*, נוגש *nogés*, πραγματευτής, ἐξαγοραστής. Gall. *Exacteur.* Ital. *Riſcottitore.* Germ. Ein ſchuldforderer, ein zieher. Hisp. *Cobrador de las rentas y pedidos.* Angl. *A gatherer of taxes.* } Cæſ. 3. *bell. civ.* Erat plena lictorum, & Imperatorum provincia, confecta præfectis & exactoribus. Exactores Regum, id eſt, expulſores. Liv. 9. *ab Urbe*, Ita reges geſſerant bella, ita deinde exactores Regum Junii, Valeriique. ¶ Exactor ſupplicii. Idem *lib.* 9. *dec.*4. Exactor diſciplinæ. Suet. *in Caſ.* ... *Qui fait garder & obſerver les loix militaires, & punit les tranſgreſſeurs d'icelles.*

**Exacto**, nis, ἀπαίτησις, ἐξάλλαγμα. Gall. *Exaction, remme levement & recouvrement de deniers.* Ital. *Riſcottimento.* Germ. Zuſammenbringung. Hisp. *Aquella obra de cobrar las rentas, cogimiento.* Angl. *A pilling, a ſacking.* } Col. *lib.*1. *cap.* 8. Nulla eſt autem major vel nequiſſimi hominis cuſtodia, quàm operis exactio. Cicer. 2. *de legib.* Eáque pecunia non minor eſſet facta cum ſuperiore exactione.

**Exiguus**, a, um: Parvus, modicus. Fortaſſe ab exigendo, quia quæ opera locata exigimus, in iis minima quæque præſtari volumus. קטן *katón*, מעט *mehat*, דק *dak*. ὀλίγος. Gall. *Petit.* Ital. *Poco, picciolo.* Germ. Klein. Hisp. *Pequeño.* Angl. *Small, litle.*} Cicer. *pro Dejot.* Antea quidem majores copias alere poterat, nunc exiguas vix tueri poteſt. Virg. 4. *Georg.*

*Pulveris exigui jactu compreſſa quieſcent.*

Plin. *in Epiſt.* Qui nunc exiguiſſima legata, theatralis operæ corollarium, accipient ab hærede. Horat. 1. *Carm. Ode* 18.

*Quum fas atque nefas exiguo fine libidinum.*
*Diſcernunt avidi.*

¶ Exiguus animi. Claud. *in Eutrop.*

*Acer in abſentes linguæ jactator: abundans*
*Corporis, exiguíque animi.*

¶ Exiguum, ſubſtantivum.

*Exiguum pleno de mare dumat aquæ.*

Id eſt, particulam malorum. Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 5. *Triſt.* ¶ Exiguùm aliquando pro Exiguè, adverbium. Plin. *Epiſt.* 50. Quantum ego ſapio, qui fortaſſe in omni re, in hac certè perquam exiguùm ſapio. ¶ Exiguum, pro Parum. Ovid. *Eleg.*11. *lib.*3. *Triſt.*

*Vtque ſit exiguum pœne.*

¶ Exiguum temporis. Liv. *lib.*10. *dec.*4.

*Scilicet exigui prodeſt amœna vetuſtas:*
*Grandibus accedunt tempore damna malis,*

Ovid. *Eleg.*2. *lib.*5. *Triſt.*

*Par fuit exigui ſimiliſque licentia Calvi.*

Idem *ibid. Eleg.*1. *lib.*2.

Exiguo pòſt, id eſt, paulo poſt. Plin. *lib.*31. *cap.*2. Exiguo poſt cibum ipſius: de Cicerone. Exiguiſſimus, Superlat. Ovid. *epiſt.*14.

*De fratrum turba pars exiguiſſima reſtat.*

**Exiguè**, adverbium, parcè, tenuiter, exiliter. { מעט *mehat*. μικρὸν ὅσον. Gall. *Petitement.* Ital. *Picciolmente.* Germ. Wenig/ſpitzfindig. Hisp. *Pequeña y eſcaſſamente.* Angl. *Smally.* Terent. *Heaut.* Pœnè exiguè ſumptum: & ea ſunt tamen ad virtutem omnia. Cic. 3. *de Orat.* Celeriter exiguéque dixiſſes, duas tibi reliquas feceras. Cic. *ad Attic. lib.*11. A te enim eſt peccatum, ut me iſta epiſtola nihil conſoletur; nam & exiguè ſcripta hæc eſt, & ſuſpiciones magnas habet.

**Exiguitas**, atis. { מעט *mehat*, דלדות *dalláth*. λεπτότης, τὸ ὀλίγον, μικρότης. Gall. *Petiteſſe.* Ital. *Picciolezza, poco.* Germ. Wenigkeit/Spitzfindigkeit. Hisp. *Pequeñeza, eſcaſſeza.* Angl. *Smalneſſe, Litleneſſe.*} ut Exiguitas copiarum. Cælius Cicer. *lib.* 8. Nunc hæc exiguitas copiarum receſſum, non dimicationem mihi tuam præſagiebat. Exiguitas lactis. Varr. Exiguitas cibi. Col. Exiguitas temporis. Liv. Exiguitas corporis. Cæſ. Exiguitas fiſci. Suet. *in Claud. cap.*28.

**Exilio**, is: Ab ex, & ſalio, ſignificat ſaltando egredior, vel erumpo. { רקד *rakadh*, נתר *nitsér*. σκιρτάω. Gall. *Sauter hors, ſortir, treſſaillir.* Ital. *Saltar fuori.* Germ. Herausſpringen. Hisp. *Saltar ò deſuera.* Angl. *To out.* } Lucan. *lib.*5.

——*ſic fata reliſtis*
*Exilire ſtratis.*

Ovid. 9. *Metam.*

*Exiluit, jamdéſque manus patefacta remiſit.*

Cic. 4. *Verr.* Ita properans de ſella exiluit. Plaut. *Amph.* Citus è cœnis exiluit. Ovid. *lib.* 5. *Faſt.*

*Et vos lunares exiluiſtis equi.*

Accipitur etiam pro vehementer gaudere, & pro gaudio ſaltre, ἐκπηδάω, ἐκθορυβέω, ἀγάλλομαι. Cic. *Tironi*, Mihi crede, tuis & illius literis perlectis exilui gaudio. Terent. *in Heaut.* non advorti primò; ſed poſtquam aſpexi, illicò cognovi, ad te exiluì: hoc eſt, veluti ſaliendo & geſticulando cucurri. Hujus frequentativum eſt Exulto, ἀγαλλιάζομαι.

**Exilis**, e: Tenuis. { דל *dal*, דק *dak*. λεπτός. Gall. *Menu, greſle.* Ital. *Tenue, ſottile.* Germ. Klein, dun. Hisp. *Sotil, y delgado.* Angl. *Small, leane, bare, ſlender.* } ut, Exilis vox. Plin. *lib.*11. *cap.* 51. Bubus tantùm fœminis vox gravior, omni in alio genere exilior quàm maribus. Varro 3. *de re ruſt. cap.*2. Et hic aprum glans quum paſcet emptitia, facit pinguem: illic gratuita, exilem, hoc eſt, gracilem & malè ſaginatum. Cicer. 4. *de fin.* Illorum verò iſta ipſa quàm exilia; de virtutis vi, &c. Gell. *cap.*2. *lib.*14. Exilia argumenta. ¶ Exiles, & Ilia, inquit Feſtus Pompeius, à tenuitate viarum { ponendum ex MS. codice *inarum*, i. *Iuas*, quas Græci in chartis ita appellant, } videntur eſſe dicta. Alibi dicit, Ilia dicta ab ἰνάδες (immutata tamen ſignificatione) deductum eſſe? Et exilem ob id tenuem dici, quòd in equis ſtrigoſis atque emaciatis ilia ſubſidant, ut abſque ilibus eſſe videantur, cùm in obeſis protuberent & maximè compareant?

**Exilitas**: tenuitas, jejunitas. { דלדות *dallath*. λεπτότης, ἰσχνότης. Gall. *Menueſſe, petiteſſe, foibleſſe, tenuité.* Ital. *La minutezza, la ſottigliezza.* Germ. Kleine/dünne. Hisp. *Sotileza y deigadeza.* Angl. *Slenderneſſe, ſmalleneſſe.*} ut, Foliorum exilitas. Plin. *lib.*21. *cap.*6. Foliorum exilitate uſque in fila extenuata. Col. *lib.*5. *cap.*5. Ne oneretur exilitas vitis.

**Exiliter**, adverbium: Tenuiter, jejunè. { λεπτῶς, ἰσχνῶς. Gall. *Petitement, ſubtilement.* Ital. *Sottilmente, picciolmente.* Germ. Kleinfügig/oder ſchlechtlich. Hisp. *Delgadamente.* Angl. *Slenderlye, thynnely.* } Cicer. 1. *de Orat.* Etenim videmus iiſdem de rebus jejunè quoſdam & exiliter, ut eum, quem acutiſſimum ferunt Chryſippum, diſputaviſſe.

**Exilium**: vide Exul.

Exilia, Etronum marinus. Lege *Erionum manus.* Gl. Iſid.

¶ Eximequi, proxeneræ. Gl. Iſid.

**Eximo**, is: Ab ex & emo, ſignificat excipio, ſeu aufero. { נשא *naſa*, חסר *heſir*, אצל *atſál*. ἐξαιρέω, ὑπεξαιρέομαι, ἀφαιρέω, ἀναιρέω. Gall. *Oſter, délivrer, retirer.* Ital. *Cavar fuori, eccettuare.* Germ. Außnemmen/hinnemmen. Hisp. *Sacar fuera de numero.* Angl. *To diſcharge, to except or tak away.* } Plaut. *Amphitr.* Pateram to exemiſti (i. deprompſiſti è ciſtula.) Cato *cap.* 112. Ubi triduum prætermiſerit, eximito de dolio. Plaut. Nunquam ædepol omnes balneæ mihi hanc laſſitudinem eximent. Credidi ex ſervitute me eximiſſe filium. Idem *Capt. fc.*5. *a.*3. Hæc ſunt quæ nos eximant opinionibus vulgi. Quintilian. Me è vinclis eximis. Plaut. *Capt. fc.*1. *a.*2. Pigeat herum ſi vos eximat vinclis. *Ibid. fc.*1. *a.*2. Eximi è manu manubrium. Proverb. Idem *Aul. fc.*4. *a.*3. Subtexta lapides eximet (paulò antè, effodiet.) Idem *Capt. fc.*5. *a.*3. Tam ſe è cœnis eximunt aliquo modo. Idem *Men. fc.*1. *a.*1. E miſeriis plutunis me exemerant. Idem *Capt. fc.*1. *a.*5. Eximet tibi ætas triſtitiam. Senec. *cap.*3. *de conſol. ad Marc.* Eximere reum, eſt quovis modo auferre & impedire ne in judicio ſe ſiſtat. Pomponius Jurisc. Eripere, eſt de manibus auferre per raptum: eximere verò, quoquo modo

auferre;

auferre: utputa si quis non raperet aliquem, sed moram faceret quo minùs in judicium veniret, ut actionis dies exiret, vel res tempore amitteretur, videtur eximisse, quamvis corpus non exemerit. ¶ Eximi de reis dicitur, cujus nomen, quum ipse in reos relatus esset, delerum est. Quod cùm aliis causis, tum præcipuè propter accusatoris absentiam fieri solebat. Cicer. 4. *Verr.* Quo tempore omnis ista mea festinatio fuit cum periculo capitis, ob eam causam ne tu ex reis eximerere, si ego ad diem non affuissem. Et Pædian. *in Corn.* Postero die quum P. Cassius assedisset, & citati accusatores non adessent, exemptum nomen est de reis Cornelii. ¶ Eximere diem, est extrahere. Cicer. *ad Quint. fratr.* Cùm Clodius rogatus, diem dicendo eximere cœpit. Capito apud Gellium *cap.* 10. *lib.* 14. Catonem, quam consulebatur, quoniam non è Republica videbatur, perfici nolebat: ejus rei gratiâ ducendæ, longa oratione utebatur, eximebátque dicendo diem. Erat enim jus Senatori ut sententiam rogatus, diceret antè quicquid vellet alterius rei, & quoad vellet. Sic Eximere horam. Cicer. 5. *Philipp.* Horam eximere nullam in tali cive liberando, sine scelere non possumus. Et eximere tempus. Sueton. *in Othon. cap.* 6. Medium quoque tempus religio & Seleucus exemit. ¶ Aliquando cum dativo construitur: ut eximere noxæ, est pro absoluto habere, vel pœnam remittere, aut gratiam criminis facere: hoc est, *remissionem* (ut vocant) *dare*. Livius 5. *ab Vrbe*, Benè habet, inquit Dictator, Quirites: vicit disciplina militaris, vicit populi majestas: non noxæ eximitur Fabius qui contra edictum Imperatoris pugnavit. Eximere noxæ, remittere infamiam. Gell. *lib.* 4. *cap.* 10. Sed cùm ille dejerasset, invitissimum sese ofcitatione victum, tenetique eo vitio, quod *ofcedo* dicitur, noxæ jam destinatæ exemptus est à Censoribus. Eximere honoribus, id est, privare. Plin. *in Epist.* Quid enim miserius quàm exactum, & exemptum honoribus Senatoriis, laboribus & molestia non carere? ¶ Eximere numero, quod est rejicere, & tanquam indignum ab aliorum numero excludere. Quint. *lib.* 1. Authores alios in ordinem redegerint, alios omninò exemerint numero. Senec. *cap.* 3. *de cons. ad Marc.* Eximere se numero vivorum. Liv. *lib.* 6. *ab Vrbe*. Eximere se arbitrio populi. Idem *lib.* 1. *bell. Maced.* Eximere obsidione, & passim ubique, ut *lib.* 6. & 7. *dec.* 4. ¶ Memoriæ eximere. Suet. *in Claud. cap.* 11. ¶ Eximere metu, i. metu liberare. Plaut. *in Rudent.* Exime hoc miseram metu.

**Exēmptŭs**, participium: Consumptus, liberatus. { נשוא *nisá*, נושא *nusár*, מאכל *meetsál*, גרוע *garuóa*. ἐξαιρετός. Gall. *Osté, excepté, & retiré*. Ital. *Tratto fuori del generale, eccettuato*. Germ. Ausgenommen oder hingenommen. Hisp. *Sacado à fuera*. Angl. *Excepted, taken away*. } Cicer. *ad Quint. fratr. lib.* 10. Cato concionatus est comitia haberi non futurum, si sibi cum populo dies agendi essent exempti. ¶ Exempeus apud Jurisconsultos dicitur, qui à suo judice, sive à jurisdictione Ordinarii subductus est. { Gall. *Exempt*. Angl. *Enfranchised*. } Exemptus est rebus humanis, id est, mortuus est. Exempta actio, quæ perempta est, quum desiit quis agere posse, *l.* 1. & *l.* 26. *D. quibus ex causis maior*. Senec. *cap.* 3. *de consol. ad Marc.* Exemptus est (i. mortuus, ademptus.) Idem *de consol. ad Marc. cap.* 17. Exempto discrimine.

**Exemptus**, us, ui. Nomen, id est, detractio. ἀφαίρεσις. cui adjectus, sive adjectio opponitur. Vitruv. *lib.* 9 *cap.* 9. Quarum brevitates, aut crescentias eurcorum adjectus, aut exemptus in singulis diebus & mensibus perficere cogit.

**Exēmptĭlis**, quod auferri & eximi potest. { ἐξαιρετός. Gall. *Facile à oster*. Ital. *Facile da levar via*. Germ. Das man auffnemmen oder hinnemmen kan. Hisp. *Cosa que se puede sacar a fuera*. Angl. *That u easily exemed or taken away*. } Colum. *lib.* 9. Quadratæ perticæ paxillis sunt exemptiles, ut quum res exigit, à paxillis deductæ, liberum aditum convertentibus stabulum præbeant.

**Exēmptĭo**, nis. { מגרחת *migrachah*. ἐξαίρεσις, ἔλεγχος. Gall. *Exemption, retranchement de parmy autre*. Ital. *Il levar via*. Germ. Auffnemmung. Hisp. *Quitamiento, obra de sacar a fuera*. Angl. *A taking away, exception or exempting*. } Col. *lib.* 3. *cap.* 18. Quum enim per exemptionem imæ partes eorum perfractæ sunt, aperiæ medullæ deponuntur.

**Exēmptŏr**, is. { נושא *nosé*, מסיר *mesir*. ארזי *erzir*. ἐξαίρων, ἐξαιρέτης. Gall. *Celuy qui oste, comme un carrier qui oste les pierres de la carriere*. Ital. *Chi leva & toglie*. Germ. Ein auffnemmer, ein stembrecher, so die stein aus der gruben nimpt, oder zeücht. Hisp. *El que saca a fuera, como el cantero*. Angl. *A taker away*. } Plin. *lib.* 36. *cap.* 15. Et inter plurima alia Italiæ miracula, ipsa marmora in lapidicinis crescere author est Papyrius Fabianus, naturæ rerum peritissimus. Exemptores quoque affirmant, compleri sponte illa montium ulcera. Ubi, Exemptores vocat qui eximunt lapides sub terra.

**Exilica causa**, quæ adversus exulem agitur. Festus.

**Exĭmĭus**, a, um: Excellens, egregius, præstans: ab eximendo. { מובחר *adhir*, נבחר *nichbadh*. ἐξαίρετος, ἀπόκριτος, ἐκλεκτός. Gall. *Excellent, singulier, choisi*. Ital. *Excellente, egregio, eccetuato de gli altri*. Germ. Fürträffentlich / fürnäm / auffsündig. Hisp. *Notable, reputado grande, escogido*. Angl. *Singular, passing goode*. } Eximii olei dicebantur majores, qui ad sacrificium electi erant, signati macula, aut nota, sicut egregiæ oves è grege electæ. Festus. Et quia id quod à cæteris eligitur & eximitur, non vulgare esse solet, factum est, ut eximium ponatur pro insigni. Virg. *lib.* 4. *Georg.*

*Quatuor eximios præstanti corpore tauros.*

¶ Eximius videtur dici Livio *lib.* 9. Appius, qui unus non teneretur lege: ut à Cicer. *in Divin.* Te unum eximium fuisse. ¶ Sumitur & in malam partem. Cicer. *in Verr.* Sin hanc vos in rege tam eximiam injuriam, tam acerbam neglexisse. Idem *ad Lentulum, lib.* 1. Lentulum eximia spe, summæ virtutis adolescentem, cum cæteris artibus quibus studuisti semper ipse, tum in primis imitatione tui fac erudias.

**Eximiè**, adverbium: Excellenter, egregiè. { ἐξαιρέτως. Gall. *Par excellence, excellemment*. Ital. *Eccellentemente*. Germ. Für-

trefflich / herrlich. Hisp. *Notable y señaladamente*. Angl. *Excellently, passing well*. Plin. *lib.* 22. *cap.* 22. Pieris ab insigni amaritudine cognominatur, ut diximus: rotundo folio tollit eximiè verrucas. Eximiè ornatum templum. Liv. Exilium diligere. Cic.

¶ Eximietas, præstantia, sublimitas. Gloss. Isid. ¶ Symmach. *lib.* 3. *epist.* 3.

**Exin**, per apocopen, sive Exinde, adverbia sunt ordinis, idem significantia quod Deinde. { מאחרכן *acharechen*. ἐπειτα. Gall. *En après*. Ital. *Dopo, dapoi*. Germ. Darnach / dannenhin. Hisp. *Desde à despues*. Angl. *Since that tyme, afterwardes, fromb thence forth*. } Liv. *lib.* 1. Utigitur paulò antè animum inter Fidenatem Romanámque rem accipitrem gessisti, ita jam corpus passim distrahendum dabis. Exin duabus admotis quadrigis, in curru earum distentum illigat Metium. Exin, metri causa dicitur, pro Exinde. Festus. Virg. 12. *Æneid.*

*Exin, qua in mediis ingens adnixa columna.*

**Exinde**, Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 2. Exinde sapere (id est, ex eo, ob eam rem.) Gell. *cap.* 4. *lib.* 9. Exinde quædam carpsi (i. ex iis libris.) Plaut. *Most. sc.* 3. *a.* 1. Ut fama est hominì, exinde solet pecuniam invenire. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Ostium ubi conspexi, exinde (i. ex ostio,) me illicò protinam dedi. Suet. *in Nerone. cap.* 7. Scutum sua manu prætulit; exinde patri gratias in Senatu egit.

**Exĭnānĭo**, is, ab ex & inano: Evacuo, exhaurio, exonero. { ריק *berik*, ערה *pinnah*. κενόω. Gall. *Vuider, évacuer, épuiser*. Ital. *Vacuare, menorare, attenuare, ridurre à niente*. Germ. Ausleeren. Hisp. *Vaziar ò menguar*. Angl. *To emptie or make voyde*. } Plin. *lib.* 10. *cap.* 60. Ova sale exinaniti creduntur. Cicer. 7. *Verr.* Nox illa tota exinanienda navi consumitur. Ventrem exinanire. Cels. *lib.* 4. *c.* 12. ¶ Hinc Exinanitio, κένωσις. Gall. *Inanition, évacuation*. Plin. *lib.* 13. *cap.* 22. Succurrit aliquando præceps alvi exinanitio.

**Exīnānītus**, a, um: Particip. *exinanibit*. Cic. 2. *prolege Agrar.* Vectigalibus abalienatis, sociis vexatis, regibus atque omnibus gentibus exinanitis, illi pecunias habebunt, vos agros non habebitis. Cæs. *lib.* 1. *de bell. civ.* Exinanitæ civitates frumentis.

¶ Exinfulabat, exinfibulabat, exercebat. Insulas enim Sacerdotum filamenta vocabant. Fest. ¶

**Exīnspērātò**, adverbium, præter spem. { παρ' ἐλπίδα, ἐξ ἀπροσδοκήτου. Gall. *Hors d'esperance*. Ital. *Fuor di speranza*. Germ. Unverhofft / unversehenlich. Hisp. *Fuera de esperança*. Angl. *Vnlooked for, be syde all hope or expectation*. } Liv. *lib.* 1. Tum clamore, qualis exinsperatò faventium solet, Romani adjuvare militem suum. ¶ Exintegro, denuo. ¶

**Exīstīmo**, as, ab ex & æstimo, hoc autem est ab æs, quasi æs quid. Puto, judico, & quasi ex æstimatione statuo, atque decerno. { חשב *chaschab*, שקר *schakér*. ἀναλαμβάνω, λογίζομαι, οἴομαι. Gall. *Estimer, & penser, porter jugement de quelque chose*. Ital. *Estimare, pensare, giudicare*. Germ. Meynen, achten, schetzen. Hisp. *Imaginar ò pensar estimando*. Angl. *To suppose or think*. } Quint. Ex præteritis existimari solent præsentia. Cicer. 4. *Verr.* Certissimum accipite argumentum, quo facilius de singulari ejus impudentia existimare possitis. Plaut. *Aul. sc.* 1, *a.* 2. Ain' tu ita esse? Tu te existima (i. hinc hæc conjecturam.)

**Exīstĭmātĭo**, quæ ferè semper passivæ significationis est, & pro reputatione ac bona fama capitur: ut, Homo magnæ existimationis, id est, de quo omnes benè opinantur. { יקר *jekar*. δόξα, ἀξίωσις. Gall. *Reputation, renommée, honneur*. Ital. *Riputatione, fama*. Germ. Achtbarkeit / ein güten leumbd. Hisp. *Buena fama, la estima que en alguno es tenida*. Angl. *A supposall, reputation*. } Paulus Jurecons. Existimatio est dignitatis illæsæ status legibus ac moribus comprobatus: quæ ex delicto nostro authoritate legum aut minuitur, aut consumitur. Minuitur quoties manente libertate circa statum dignitatis pœna plectimur: ficut quum relegatur quis, vel quum ordine movetur, vel quum prohibetur honoribus publicis fungi, vel quum plebeius fustibus cæditur, vel in opus publicum datur, vel quum in eam causam quis incidit, quæ edicto perpetuo infamiæ causa memoratur. Consumitur verò quoties magna capitis diminutio intervenit, id est, quum libertas amittitur, veluti quum aqua & igni interdicitur. Albinus Consul apud Gell. *cap.* 8. *lib.* 11. ita loquitur: Sum homo Romanus, natus in Lacio: Græca oratio à nobis alienissima est. Ideóque veniam gratiámque malæ existimationis, si quid esset erratum, postulavit. ¶ Accipitur etiam nonnunquam æstimatio pro opinione hominum, quam de nobis conceperunt. { מחשבת *machschabath*. ἐπίνοια, ἔννοια. Gall. *Pensement ou jugement qu'on fait de quelque ch'se, estime*. Ital. *Pensamento, giudicio, stima*. Germ. Achtung / ein urtheil so man von einem ding helt. Hisp. *Aquella obra de juzgar ò pensar, pensamiento*. Angl. *An opinion or iudgement thatione conceiveth*. } Cicer. *pro Cælio*: Nam quod de pietate dixistis, est ita quidem nostra existimatio, sed judicium certè patentis.

**Exīstĭmātŏr**, is: Judex, opinator. { חשבן *chosché*, שקר *schokér*, מוקיר *mokir*. δόκιμος. Gall. *Priseur & estimateur de quelque chose, expert*. Ital. *Giudice, stimatore di qualche cosa*. Germ. Einschätzer / schätzer. Hisp. *Estimador, tassador*. Angl. *That speaketh and supposeth ofter he hath thought hath upon it*. } Cic. *in Orat.* Meminerimus nihil nos præcipiendi causa esse dicturos: atque ita potiùs acturos, ut æstimatores videamur loqui, non magistri.

**Exīstō**, is: Appareo, emineo, prodeo, exurgo, exorior. { יצא *jatsá*, נראה *niradh*. קום *kum*. ἀναφαίνω, ἀναβαίνω, ἐξανατέλλω. Gall. *Estre evident & se montrer, apparoir, sortir, être en veuë*. Ital. *Essere, apparire*. Germ. Entspringen / entspringen / herfürkommen. Hisp. *Salirse, aparecer*. Angl. *To be, to appeare, to be advanced*

*advanced to feet ap.* } Valla *lib.* 5. Exiſtit, atque extat, quorum verbotum unam atque idem præteritum eſt, ſimile quiddam ſignificans, quod Eſt, emicat, & ſupereſt. Sed primum cum motu, alterum ſine motu: ut illud ſit, prodit, vel exurgit: hoc verò ſuperſtat. Cic. 2. *de nat. deor.* Quicquid enim oritur, qualecunque eſt, cauſam habeat à natura neceſſe eſt: ut etiamſi præter conſuetudinem exiterit, præter naturam tamen non poſſit exiſtere. Idem 1. *de Divinat.* Submerſus equus voraginibus non exiſtit. Et iterum, Exiſtit hoc loco quæſtio ſubdifficilis. Et *lib.* 2. *Offic.* Atqui eo tempore tantæ diſcordiæ ſequutæ ſunt, ut & tyranni exiſterent, & optimates exterminarentur, id eſt, exurgerent, vel emergerent. ¶ Exiſtiſſe Arionem cum ſidibus (pro repente apparuiſſe) dixit Gellius *ſub finem lib.* 16.

‖ Exiteria, evangelia: dies quâ quis magiſtratum deponebat Athenis. ‖

Exjūro, as: Jutamento aſſero, & affirmo. { נשבע *niſchbaʿ*. ὀμνύω, συνόμνυμι. Gall. *Affeurer avec ſerment.* Ital. *Affermare con giuramento.* Germ. *Mit ſchwehren beſtätigen* Hiſp. *Aſſeuhe jurar y con juramento.* Angl. *To ſweare with an othe.* } Plaut. *Amph.* Quando exjuraſti te mihi dixiſſe per jocum.

Exlex: Expers legis, qui ſine legr. vel extra legem vivit, qui non tenetur lege. { בלי־תורה *beliahal.* ἀνομία. Gall. *Qui n'a point de loy, qui vit ſans loy, déreglé.* Ital. *Senza legge.* Germ. Der ohn ein geſatz iſt. Hiſp. *Coſa que eſta fuera de ley.* Angl. *He that liveth with out anylaw an out lave.* } Lucilius *Satyr.* 2.

*Non dico, virtus licèt, & vagus exulet, erret*
*Exlex.*

Varr. Poſtremò quæro, parebis legibus, an non? An non exlex ſolus vivis? Cic. *pro Cluent.* Non quo illi exlegem aut eſſe Syllam, aut cauſam pecuniæ publicæ contemptam atque objectam putarem; ſed, &c. Horat. *in Arte*,

——*& pœna & exlex.*

Exlŏquŏr, verus eſt verbum, pro Eloquor. { דבר *dibber.* λαλέω. Gall. *Parler bien & eloquemment.* Ital. *Parlar bene.* Germ. Zuſprechen/zuſprechen. Hiſp. *Hablar bien, hablar eloquentemente.* Angl. *To ſpeak out, to utter eloquentlie.* } Plaut. *in Stillie.* Nempe ludificari militem tuum herum vis? pa. Exloquuta es.

‖ Exmarces, caſtrati. Ainob. ‖

Exobigia, extremæ excubiæ, & remotiùs poſitæ. L. g. b.

Exŏbsĕcro, as, are, pro Valde obſecro, uſurpavit Plaut. *in Aſin.* Supplicabo, exobſecrabo, ut quemque amicum videro. { בקש *bikkeſch.* αἰτέω, ἀξιόω. Gall. *Fort prier & requerir, ſupplier affectueuſement.* Ital. *Pregare con inſtantia.* Germ. Trungenlich bitten. Hiſp. *Rogar mucho.* Angl. *To requeſt much.* }

‖ Exocataceeli, ſecterorum Eccleſiaſticorum præfecti. ‖

Exocha, es. { מעולים *maʿalâh.* נפלא *nifla.* ἐξοχή. Gall. *Excellence, grandeur.* Ital. *Excellenza, grandezza.* Germ. Fürtrefflichkeit. Hiſp. *Excelencia, eminencia ſobre otra coſa.* Angl. *Excellencie.* } Eminentia, vel excellentia. Unde κατ' ἐξοχήν aliquid nominati dicitur, quod præſtantiæ, ſive excellentiæ cauſa nominatur. Serv. in illud Virg. 1. *Georg.*

*Nec Peluſiaca turpem aſſernaberis herba.*

Peluſium, inquit, unum eſt de ſeptem oſtiis Nili, ubi optima ſens naſcitur, unde κατ' ἐξοχὴν loquutus eſt.

Exocætus, piſcis eſt qui & Adonis: ſimilis mœnis jam fœtis, aut gobionibus: cui ſemipedalis magnitudo, forma teres, color ſubfulvus, de quo Plin. *lib.* 9. *cap.* 19.

Exŏcŭlo, as, are: Oculum eruo, effodio. { נקר *Nivvâr.* ἐξοφθαλμίζω. Gall. *Oſter les yeux.* Ital. *Cacciare, cavar gl' occhi.* Germ. Die augen außſtechen. Hiſp. *Quebrar ò cegar à otro los ojos.* Angl. *To tak or pike out the ayes.* } Apuleius, Cæcam & proſtus exoculatam eſſe fortunam.

Exŏcŭlisso, is, ere, idem quod Exoculare. Plaut. *Rud.* Vos adeò, ubi ego invenero, ſi non ei caput exoculaſſitis, quaſi myrteta juncis, iterum ego vos virgis circumvinciam.

Exŏdĭum, ii, ἐξόδιον. Carmen erat ridiculum, quod in exitu chori cantabatur à juventute in fine fabularum Atellanarum. Suet. *in Tib. cap.* 45. Unde nota (i. dictum acte) in Atellanico exodio, proximis ludis, aſſenſu maximo, excepta peterebuit, &c. Vide & Adr. Turnæb. *cap.* 17. *lib.* 3. *Adverſar.* Tractum eſt vocabulum ἀπὸ τῆς ἐξόδου, hoc eſt, ab exitu, quòd in fine fabulæ ab exeunte juvenum choro jactabatur. Unde etiam veteres exodium pro exitu & fine uniuſcujuſque rei acceperunt. Varr. Quum in vinculis publicis eſſet, & jam bibiſſet κύαθον in exodium vitæ. Idem, Vitæ curſum ut cognoſcere poſſem, & quæ ſervitutis & libertatis ab origine ad exodium ducta. Apul. Nullum ego ejus rei exodium inveniebam. ¶ Sunt qui exodium arbitrabantur dici ab ἐξω exeo, & ᾠδὴ cantus, quòd hoc cantu ſoleat jactari: quorum tamen opinio refellitur teſtimonio poetarum, qui antepenultimam ſemper corripiunt: quæ proculdubiò ſi λέγειν deduceretur, ratione ŏ deberet produci. Juvenal. *Satyr.* 6.

*Vehiem exodio riſum movet Atellana*
*Geſtibus Antonoë.*

Idem,

——*tandémque redit ad pulpita notum*
*Exodium.*

Exodiarius, actor exodii. Ammianus Marcellin. Ut in omni ſpectaculo, exodiario, venatori, aurigæ, & hiſtrionum generi omni.

‖ Exodiaſtes, diſpenſator rituum exequiarum. Euchol.

Exodoratum, odore deſtitutum. Tertull.

Exodus, ἔξοδος, via qua alicunde exitur, exitus. Sic vocatur libet ſecundus Moſis, ubi ab initio deſcribitur exitus Iſraëlitarum ex Ægypto. ‖

Exŏlĕſco, is, ui, evi, etum: Exteſco, ad finem incrementi pertingo, eo quo & Exoleo antiqui dixerunt. { Gall. *Avoir atteint ſa conſiſtance, ſon croiſſement, ne croiſtre plus en hauteur, comme ceux qui ont atteint 25. ans ou environ.* Sic Exolera virgo dicitur à Plauto quæ adulta, & exoleſcendi, i. exteſcendi modum ſeu tempus exceſſit. Vide Exoleſcere infrà. { גבה *gabâh*, גבה *galâh*, רום *rhaſſer.*

ἀναπέζω, ἀναπέζομαι, ναπεζόω. Gall. *Se paſſer, défaillir n'eſtre plus en uſage.* Ital. *Ceſſare di creſcere, invecchiare.* Germ. Zuſammthſen/zuſtehen machen/veralten. Hiſp. *Dexar de creſcer, deſacoſtumbrarſe, hazerſe viejo.* Angl. *To paſſe growing, to waxe out of uſe.* } ¶ Aliquando exoleſcere, eſt invetcrateſcere, ſive obſoleſcere, in uſu eſſe deſinere, temporis progreſſu deterioris conditionis fieri, ſive deficere, ἀναπεζόομαι. Cicer. *in Salluſt.* Poſteaquam ætas tua jam ad ea patienda quæ alteri collibuiſſent, exoleverat. Agretius, Adoleſcere augmenti eſt, moleſcere coagmenti, exoleſcere evaneſcentis. Plin. *lib.* 37. Chalcedonii neſcio an in totum exoleverint, poſtquam metalla ætis defecerunt. Colum. *lib.* 1. Nam multa ſunt (ut dixi) quæ negligentia exoleſcant, & fiant ſterilia. Livius *lib.* 1. *ab Urb.* Haud exoleverat favor.

Exolētus, a, um, id eſt, adultus, juſtæque ſtaturæ altitudinem jam adeptus. { עתיק *ſattik*, עתק *ſatteh.* Plaut. *Trinummo*, Reliqui domi exoletam virginem.

Exŏlētus: Vetuſtus, & ab uſu remotus. { נשחן *noſchân*, עתיק *ſattik*, ἀπεχρησμένος, παρεγκεκμηκώς, ἐξίτηλος, ἀπαρχαιούμενος. Gall. *Vieil & ancien & tout paſſé, qui n'eſt plus en uſage, aboli.* Ital. *Invecchiato, non più in uſo.* Germ. Veralt/das nit mehr im brauch iſt. Hiſp. *Coſa deſacoſtumbrada.* Angl. *Paſt growing, out of uſe.* } Quint. *lib.* 8. Obſcuritas fit in verbis etiam ab uſu remotis, ut ſi commentarios quis Pontificum, & vetuſtiſſima fœdera, & exoletos ſcrutatus authores, id ipſum petat. Liv. Ante agendum, exoleto jam vetuſtate odio. Idem *lib.* 7. *bell. Pun.* Exoleta vetuſtate τὰ ἐξέπιτα.

Exŏlēti, dicuntur ſcorta maſcula, quæ jam provectioris ſunt ætatis quàm ut amari ſint idonea. { קדשים *kadheſchim.* ἑταῖροι. } quod genus non paucos circum ſe habuiſſe Heliogabalum ferunt: quos deinde Alexander Severus rerum potitus partim in inſulas deportandos, partim naufragio mergendos curavit. Sueton. *in Caſ. cap.* 76. Exoleto ſuo id demandavit. Cicero *pro Milone*, Clodius ſemper ſecum ſcorta, ſemper exoletos, ſemper lupas ducebat. Dicuntur & Exoleta ſcorta. Plaut. *in Cure. ſc.* 1. *a.* 4. Ibidem apud Cloacinæ ſacrum, ibidem erunt ſcorta exoleta, quique ſtipulari ſolent.

Exŏlvo, is: Quod ligatum erat ſolvo, expedio, libero. { פתח *patâch*, שקר *ſchakâl.* λύω. Gall. *Délier, délivrer.* Ital. *Sciorre, ſlegare.* Germ. Außlöſen. Hiſp. *Deſatar, à pagar.* Angl. *To unbind, to peye all clerelye.* } Conſtruitúrque aliquando cum accuſativo ſolo. Plaut. *in Amph.* Agedum eam ſolve cillulam. 2. Quid? ego iſtam exſolvam? obſignata eſt rectè. Aliquando præter accuſativum habet & ablativum. Cicer. *lib.* 3. *Epiſt.* Si me occupationibus relaxaro: nam ut iis me planè exſolvam, non poſſulo, &c. Ter. *in Hecyr.* Illas errore, & re ſimul ſuſpicione exſolvas, i. liberes, explices. Plaut. *Amph.* Quæ vota vovi, ea exſolvam omnia. Idem *Men. ſc.* 6. *a.* 5. Quod ſtrenuè faciam, herus prorſum exſolvetur. Idem *Capt. ſc.* 2. *a.* 3. Juſſi hunc exſolvi (vinclis.) ¶ Item, Exſolvit pœnas malè conſultorum. Velleius. Accipitur pro ſatisfacio, τίνω. Cic. *in Verr.* Ille tantum decumanis, quantum iſte imperavit, exſolvit. Plin. *in Epiſt.* Pecuniam etiam, qua illi tunc ampliore opus erat ut æs alienum exſolveret contractum, ex pulcherrimis cauſis mutuatus, ipſe gratuitam dedit. ¶ Exſoluere aliquem religione, eſt illi religionis ſcrupulum adimere, & omni prorſus religione liberare. Liv. 1. *ab Urbe, lib.* 9. Dedamur per Fetiales nudi, vinctique exſolvamus religione populum Romanum, ſi qua obligavimus. Sueton. *in Tib. cap.* 35. Exſolvere jure ac dignitate matronali. Sed melioris notæ authores ſetinent ſ, ſcribuntque Exſolvo. Exſolui, tertia ſyllaba. Ovid. 4. *Faſt.*

*Longámque imprudens exſoluiſſe fidem,*

fertur, ſup. hîc autem puto legendum *famem.*

Exſolutus, a, um: Participium, ut Compede exſoluta. Stat. 1. *Sylv.*

*Saturnus mihi compede exſoluta,*
*Et multo gravidus mero Decembet*
*Adfuit*, &c.

Exſolutio: Integra, & plena ſolutio. Scævola *D. lib.* 20. *tit.* 1. *l.* 31. Si cùm in exſolutione vectigalis tam debitor quàm creditor ceſſaſſent.

‖ Exomantium, exterius mantellum, ſive pallium. Gloſſ. gr. b.

Exomeralis, actio poſcendi obſides. ‖

Exŏmides. { ἐξωμίδιον. Gall. *Robbes ſans manches.* Ital. *Veſte ſenza maniche.* Germ. Ein rock oder ander kleid ohn ermel/da man zu den löchern die arm hinauß ſtoſſen muß. Hiſp. *Veſtidura ſin mangas.* Angl. *Jackets or coſes without ſleaves.* } Appellantur veſtes ſubſtrictæ & breves (teſte Gell. *cap.* 12. *lib.* 7. *noct. Attic.*) ſine manicis, & circa humerum deſinentes. Talibus uſi ſunt monachi, qui hodiéque pinguntur exertis extra veſtem brachiis. Quod genus veſtium & colobia nuncupant, quaſi truncata, & mutilata ſine manicis. Meminit hujus veſtis & Plutarchus *in Catone.* Ἐνταῦθα (inquit) οἱ τὸ χειμῶνα, καὶ μὴ ἔχοντες ἐξωμίδα πρόβατα νέμουσι, γυμνοὶ ἐξερχόμενοι μετὰ τῶν οἰκετῶν: hoc eſt, Reverſus autem in agrum, ſi quidem hyems erat, exomida ſumebat: ſin autem æſtas, nudus cum ſervis operabatur. Dictæ exomides, ſive quòd expeditæ eſſent (id enim ἐξωμὸν dicunt Græci,) ſive quòd circa humeros (quos iidem ὦμους appellant) deſinerent.

‖ Exomidium, ſuperhumerale, ex humeris dependens.

Exomis, ἐξωμὶς, brevis ſubſtricta tunica, circa humerum deſinens: ab ἐξ, & ὦμος humerus. ‖

Exŏmnis: Sine ſomno. ἄυπνος. Velleius Paterculus *hiſtor.* 2. C. Mæcenas vir, ubi res vigiliam exigeret, ſanè exomnis, providens, atque agendi ſciens. Melius *Exſomnis.*

Exomologeſis, ἐξομολόγησις, confeſſio: confeſſio religionis: prædicatio, confeſſio Sacramentalis. ἐξομολογία, confiteor.

‖ Exomonites, preſbyter ſorenſis. L. g. b. ‖

Exŏmphălon, ἐξόμφαλος. Umbilici vitium, quum plus æquo extat. Celſus Umbilicum prominentem, Plinius procidnum appellat.

‖ Exonaba, fortè Offonaba. V. olim E. Luſitaniæ, ſub M. Emerita. ‖

Exonĕro, as, are: Onere levo, onus detrabo. { חבל *chebâl.* ἀποφορτίζω. Gall. *Décharger.* Ital. *Scaricare.* Germ. Entladen/den laſt abthun/thun. Hiſp. *Deſcargar.* Angl. *To unlode.* } Terent.

*Hecyr*

*Hesyr.* Ego non mihi cesso, quin hunc humerum exonerem pallio? ¶ Item, Exonerare colos. { Gall. *Vuider les quenoüilles chargées de lin ou filace.* } Ovid *lib.* 3. *Fast.*

——— *& plenos exonerare colos.*

¶ Exonerare fidem. Liv. *lib.* 2. *d.* 5. ¶ Exoneravit urbes (de colonis.) Senec. *cap.* 6. *de cons. ad Helv.* ¶ Per translationem accipitur pro eo quod est molestia quapiam aliquem liberare. *Ibid.* Nos quoque amicos ejus exoneratis metu. Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Trist.*

*Attamen hanc odiis exonerate fugam.*

¶ Exonerare item sese in mare amnes dicuntur, quum aquas alioqui ripas expressuras paulatim in mare emittunt. ¶ Exonerare ventrem. Mart. *lib.* 10.

*Exoneraturus ventrem mihi villica molum*
*Attulit, & varias, quas habet hortus, opes.*

Exonerari, pro Deponi. Tacit. *lib.* 8. Exundantem per Egitum multitudinem ductibus Ierosolymo ac Judæ proximas in terras exoneraram.

‖ Exonia, *Exeter.* V. E. Angliæ, sub A. Cantuariensi.

Exophthalmus, qui oculis est prominentibus.

Exopiastus, qui pullos non alit. Orneus. L. g. b. ‖

Exopinatò, adverbium. { Gall. *A l'improveu, inopinément.* Angl. *Unlooked for, beside all hode and expectation.* } Hoc est, insperatò, & præter spem. Liv. 4. *ab Vrbe*, Ipse parte copiarum, parvo circuitu, locum maximè secretum ab tumultu petit, unde nec exopinatò adversum hostem invadit.

‖ Exoporton, porta exterior. L. g. b.

Exoprosia, tributum pro iis quæ exportantur. Buleng. ‖

Exŏpto, as, are: Valde expeto, valde desidero. { חסר *chamádh*, אוה *iváth*, חפץ *chapháts*. Ἐπιθυμῶ. Gall. *Souhaiter*, *desirer*. Ital. *Desiderare grandemente*, *bramare*. Germ. Erwünschen. Hisp. *Mucho dessear ò elegir*. Angl. *To wishe*, *to desire fervently*. } Terent. *in Andr.* Sed quem ego potissimùm exoptem nunc mihi, cui hæc nattem, dari? Cic. 2. *Offic.* Quæque majori parti pulcherrima videntur, ea maximè exoptant. Si exoptem tibi quantum dignus. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 4. Exopta id quod vis maximè tibi evenire. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Ergo finit quæ exoptas, mihi quæ exoptem volo. *Ibid. sc.* 1. *a.* 3. Sanène es, qui illuc exoptes. Idem *Mens. sc.* 2. *a.* 3.

Exŏptātŭs, participium & nomen: Expectatus, desideratus. { נאוה *naavéh*, מחמד *mechmádh*. ἐπιθυμητός. Gall. *Souhaité*, *desiré*. Ital. *Desiderato*. Germ. Erwünscht. Hisp. *Codiciado*, *mucho desseado*. Angl. *Wished*, *desyred earnestly*. } Cicer. *pro Rosc. Amer.* Non modò ut exoptatum inimico nuntium primum afferret, sed etiam cruorem inimici, &c. Virg. 2. *Æneid.*

*Nec mihi jam patriam antiquam spes ulla videndi:*
*Nec dulces natos, exoptatúmque parentem.*

EXTŌRQUĔO, es, torsi, tum. Est tormentis (vel alia quavis vi aliquid aufero, eripio, {ἁρπάζω, βιάζομαι, ἀναγκάζω. GALL. *Oster par force, tirer ou avoir par force*. ITAL. *Rapire per forza*. GERM. Mit gewalt herauß bringen/ abtringen. HISP. *Sacar atormentando*. ANGL. *To wrest or take away by force, to constreine, to confesse*.} Unde extorquere veritatem, est adhibitis tormentis veram confessionem exprimere. Donatus, Torquemus homines, extorquemus veritatem. Velleius, Extorquere confessionem parendi (à victis.) Idem, Extorserat ei legiones. Et Sueton. *in August.* Extorquere possessionibus domos. Ad hunc etiam modum dicimus extorquere errorem ex animo, extorquere regnum, vel pecuniam. Cicer. *in Cat.* Nec mihi hunc errorem, dum vivo, extorqueri volo. Liv. *lib.2.* Neque ambigitur quin Brutus, qui tantùm gloriæ superbo exacto rege meruit, pessimo publico id facturus fuerit, si libertatis immaturæ cupidine, priorum regum alicui regnum extorsisset. ¶ Extorquere pro Luxare. Senec. *epist.18.* Fregit aliquis crus, aut extorsit articulum: non navem conscendit, sed medicum advocat, ut fracta pars jungatur, ut luxata in locum reponatur. Sic, Extorsisse talum dicimus. {GAL. *L'avoir demis, l'avoir deboité*.} Senec. *epist.* 34. Cæsar dicit, Intorquere.

EXTŌRTUS, participium. {ἁρπασθεὶς, GALL. *Osté par force, de violence arraché, tiré, ravi*. ITAL. *Tolto à forza*. GERM. Mit gewalt genommen. HISP. *Sacado per fuerza*. ANGL. *Constreined by tormentis, wrasted by violence*.} Cic. *pro Milone*, Extorta est confitenti ista de manibus. ¶ Extortus pro Excruciato. Senec. *epist.67.* His suppone ferro transfossos, aut examinatos serpentum morsu, aut tractos ruina, aut per longam nervorum contractionem extortos minutatim. Juvenal. *Sat.8.*

——— *Pravam extortámque puellam.*

EXTORTŌR, is. {ἁρπαστὴς. GALL. *Qui oste par force*. ITAL. *Chi toglie à forza*. GERM. Ein abtringer/ der mit gewalt etwas auß einem bringt/ oder sunst nimpt. HISP. *El que saca algo per tormento*. ANGL. *He that constraineth by tormentis, or taketh by force*.} Qui vi rapit, & aufert. Tert. *Pborm.* Bonorum extortor, legum contemptor.

EXTŌRRIS, is, qui est extra terram, id est patriam, exul. {נדח *nadh*, זרח *zoheh*. ἄπολις, ἐξόριστος. GALL. *Banni, hors du pays*. ITAL. *Scacciato della sua patria, fuor' uscito*. GERM. Ein vertriebener auß landts/ ein bandit. HISP. *Desterrado, fuera de su tierra*. ANGL. *An out lawer he that is banished*.} Cic.4. *Verr.* Hinc centum patresfamilias extorres profugerunt. Gell. Exul, extorrisque esto. Liv. Extorrem urbe, domo, penatibus, foro, congressu æqualium. Idem *lib.2. ab urbe*, Ne se ortum ejusdem sanguinis extorrem, egentem ex tanto modò regno cum liberis adolescentibus ante oculos suos perire sinerent.

EXTRA, ab ex, hinc exterus, externus. Præpositio separata serviens casui accusativo. {חוץ *chutz*. ἔξω, ἐκτὸς, cui contraria est Intra. GALL. *Hors*. ITAL. *Fuori*. GERM. Ausserhalb/ draussen. HISP. *Defuera*. ANGL. *Without, forth*.} Cic.2. *de finib.* Et in corpore, & extra esse quædam bona. Idem *de Univers.* Sic in omni mundo partes omnes collocatæ sunt, ut nulla pars hujusce generis excederet extra. Idem 1. *Offic.* Cavendum autem, præsertim si ipse ædifices, ne extra domum sumptu & magnificentia prodeas. Extra portam curreudum, inda

inde lanios arcessam. Plaut. *Pseud. sc.3.a.1.& sc.2.a.2.& Milit.sc.4. a.2.* Extra portam, &c. Item *Menæch. sc.2. a.1.* Quid ego? Extra numerum es mihi. Idem *Aul. sc.5. a.4.* Declinavi me paululum extra viam. Idem *Capt. proleg.* Foris extra scenam fient prælia. *Ibidem sc.1.a.2.* Extra portam ire. ¶ Extra, pro Præter, exceptionis gratiâ elegantissimè ponitur. Idem *Amph.* Ut mihi extra unum te, mortalis nemo corpore contigit, qui me impudicam faceret. Idem *Milit. sc.2. a.2.* Edico quemque videritis, extra unum Palæstrionem, perturbatore in via. Mox, Sed me excepit. Terent. *Phorm.* Neque cognatus, extra unam aniculam, quisquam aderat. ¶ Extra locum, dicebant antiqui, quum quid serò, non loco dicere sese velle significabant. Cicer. *Trebatio*, Sed mehercule extra locum homo bellus es. ¶ Extra quàm, pro nisi, in exceptionibus concipiendis ponebatur. Idem 2. *de Invent.* Agit is, cui manus præcisa est, injuriarum: postulat is, quicum agitur, à Prætore exceptionem, extra quàm in rem capitis præjudicium fiat. Ubi. *Si*, particula deesse videtur. Extra quàm sis, ut Ulpianus *in l.1. §. Labeo scribit, ff. de flumin.* Sed ita excipiendum ait extra quàm si quid ita factum sit, uti de lege fieri licuit. Hæc Bud. Liv.3. *decad. lib.4.* Campanos omnes, Atellanos, Calatinos, Sabatinos, extra quàm qui eorum aut ipsi, aut parentes eorum apud hostes essent, liberos esse jusserunt. ¶ Abextra deducuntur exter, exterus, extraneus, extrarius, extrinsecus, extrorsum, ἔσχατος, extremus, extimus, & Extrare verbum obsoletum, quo antiqui utebantur, pro Egredi: de quibus mox.

‖ Extrabunt, exibunt. Aftan.

Extrabundus, extra focum, & Sacramenta. ‖

‖ Extraclūsūs ager dicebatur, qui intra finitimam lineam & centurias interjacebat: ideóque extraclusus, quia ultra limites finitima linea clauderetur, & extraclusa loca sunt æquè juris subcesivorum, ultra limites, & ultra finitimam lineam. Quod genus agrorum si Reipubl. populi Romani, aut ipsius coloniæ, cujus hinc circumdatur, sive peregrinæ urbi, aut locis sacris, aut religiosis, æquè ad populum Romanum pertinentibus datum non est, jure subcesivorum in ejus, qui assignare potuerit, remanet potestate. Ex Frontino *de agrorum qualitate.*

‖ Extraculus, foras versus. Gloss. Isid.

Extracautus, idem ibid.

Extrafilatus, exerto humero (quasi extra filum manus exerens. Pap. ‖

Extro, as. Vide infrà.

ĒXTRĂHO, is, extraxi, extractum, extrahere: Extra trahere, elicere, ‖ משך *maschath*, דלה *dalàh*, נח *gàch*. ἑλκύειν. Gall. *Tirer hors.* Ital. *Trar fuori.* Germ. Außziehen. Hisp. *Sacar à fuera.* Angl. *To draw out.* ‖ ut, Extrahere serpentes cantu: extrahere venena corporis, apud Plinium, Cicer. *pro Cluent.* Extrahitur domo Oppianicus à Manilio. Livius *lib.6. bell. Punic.* Ni venirent in Senatum circa domos eorum ituros se, & in publicum omnes vi extracturos esse. ¶ Extrahere diem, est diem consumere, quod & eximere diem dicimus. Cæs. *lib.1. bell. civil.* Catone verò acerrimè repugnante, & pristina consuetudine dicendi mora dies extrahente, ut sui ratio absentis haberetur, &c. Et *paulò post.* Sic triduum disputationibus, excusationibúsque extrahitur. Livius *lib.7. d.4.* Extrahere tempus. Suet. *in Tib. cap.37.* Extrahere aliquem, pro evocare è regno. Et Senec. *cap.3. de tranquill.* Qui candidatos extrahit. ¶ Extrahere judicium, producere est, prorogare, proferre. Paulus *lib.10. D. ad exhibend.* Si optione intra certum tempus data judicium id in tempus extractum est, quo frustrà exhiberetur, &c. ¶ Extrahere aliquem, pro inducere, & vehementer solicitare ut aliquid faciat. Liv. *lib.1. bell. Pun.* Vulgus etiam extrahere ad Consulatum nitebatur. ¶ Extrahere se ex aliquo negotio. Terent. *Pherm. sc.4. a.1.* Ita nunc imparatum subitò tanta te impendent mala, quæ neque uti devitem scio, neque quo modo me inde extraham. ¶ Extrahere scelus aliquod in lucem ex occultis tenebris, id est, prodere, & manifestare. Liv. *9. bell. Maced.* Omnia diis propitiis, volentibúsque ea faciemus, qui quia suum nomen sceleribus, libidinibúsque contaminari indignè ferebant, ex occultis ea tenebris in lucem extraxerunt. Senec. *cap.ult. de tranq.* Extrahendus animus in libertatem.

Extrāctŭs, participium: Productus, prorogatus. ‖ נמשך *nimschach.* Δυσανάβατος, ἀφιλονείκητος. Gall. *Tiré hors, differé, prolongé.* Ital. *Tirato fuori, differito, prolongato.* Germ. Außgezogen. Hisp. *Sacado à fuera, dilatado en tiempo, alongado.* Angl. *Drawen out, differred.* ‖ Cic. *Qu. fr. lib.2.* Sed per obtrectatores Lentuli res calumniâ extracta est.

Extrāctōrĭus, a, um: ἀφελκτήριος. Plin. *lib.24. cap.11.* Vulgaris arundo extractoriam vim habet: hoc est, vacuatoriam & eductoriam.

Extrāmūrānŭs, qui opponitur Intramurano. Lamprid. *in Heliogab.* Jusserat & lenonem P.R. unius anni meretricibus, lenonibus exoletis intramuranis dari, & extramuranis alia.

Extrāōrdĭnārĭŭs, a, um: quod extra ordinem fit. ‖ ἔκτακτος, παράτακτος. Gall. *Extraordinaire, hors la façon accoustumée.* Ital. *Straordinario.* Germ. Außer der ordnung oder gewonheit. Hisp. *Cosa fuera de orden.* Angl. *Extraordinaire, beyde use and custome.* ‖ Brutus *Cic.* Quare tum & facilitatem & providentiam laudabo tuam, quum exploratum habere cœpero, Cæsarem honoribus, quos acceperit, extraordinariis fore contentum. Idem 7. *Verr.* Ut omnia semper quæ jucunda videntur esse, non modò his extraordinariis cupiditatibus, sed etiam ipsi naturæ ac necessitati denegatem. Sic apud eundem, Præsidium extraordinarium, potestas extraordinaria, reus extraordinarius, milites extraordinarii, ἐπίκτητοι. Vide Livium. Velleius, Extraordinaria Imperia Pompeii. Extraordinaria bella. Suet. *in Tib. cap.30.* Extraordinarium munus. Livius *lib.7. dec.4.* Extraordinarium Imperium. Suet. *in Cæs. cap.11.*

ĒXTRĂNĔŬS, a, um: Alienus, aut alienigena, hoc est, qui ex ea, in qua agimus, civitate oriundus non est, aut etiam qui ex nostra familia non est. ‖ נכרי *nechri*, נכר *nèchàr*. ἀλλογενής. Gall. *Estranger, de dehors.* Ital. *Straniere, alieno, forastiere.* Germ. Außländisch. Hisp. *Cosa estraña y de fuera.* Angl. *Strange, foreyne.* ‖ Pomponius, Præterea minabatur si extraneo nupsisset, sibi se filiis ejus ex paternis eorum bonis testamento relicturum. Quintil. *Declam.325.* Hæredem sctipsit extrarium. ¶ Canis extrarius, pro non domestico, apud Sueton. *in Vespas.* Extrarta lux. Lucret. *lib.4.* τὸ ἔξω φῶς. Atque ut penitus hujus nominis vis intelligatur, idem est quod exterus, externus, & extraneus, sive alienus; hæc enim omnia unum ferè idémque significant: quanquam Corn. Fronto originem magis quàm authorum consuetudinem sequutus hæc ita distinguit: Extraneus, inquit, est qui extra eandem januam est. Extrarius, qui extra eandem aream est. Exterus, & externus, qui extra illam terram alterius cujusdam gentis est. Alienus autem nullo loco, sed re differt.

Extrārĭum, dicitur quicquid est extra rem, de qua agitur. Quint. *lib.7. cap.2.* Quum in personam certam transfertur accusatio, aut in extrarium, &c.

Extrānĕŭs. Alienus, nullo propinquitatis gradu nobis conjunctus: quasi exteraneus. ‖ נכרי *nechri*, נכר *nechàr*. ἀλλογενής, ξένος. Gall. *Estranger.* Ital. *Straniere, alieno, forastiere.* Germ. Außländiger/ frembder. Hisp. *Estrangero, forastero.* Angl. *A Stranger, of an other countrei.* ‖ Unde extraneus hæres, apud Suetoo. *in Claudio Cæsare cap.4.* Nec dubium est quid posthæc Augustus constituerit, & reliquerit eum nullo præter augurale sacerdotii honore impertitum: ac ne hæredem quidem, nisi inter tertios, ac pene extraneos, ex parte sexta nuncupavit. ¶ Extraneus, & Domesticus, contraria. Cic. *antequam iret in exil.* Pax & concordia extraneis gignetur, quum jam domesticis non insideat, sed publicè providenti eripiatur. ¶ Bona extranea, id est, externa, neque animæ, neque corpori propria, quæ & bona fortunæ dicuntur. Author ad Heren. *lib.4.* Hoc pacto non inordinatè potentiam & in laudando, & in lædendo, aut in corpore, aut in animo, aut in extraneis.

Extĕrĭŏr, comparativum, sicut ab Infernus, inferior, infimus. ‖ חיצון *chitsòn.* ἐξώτερος. Gall. *Qui est plus dehors, exterieur.* Ital. *Piu di fuori, esteriore.* Germ. Der ausserthalb ist. Hisp. *Mas adefuera.* Angl. *That is further out.* ‖ Cicer. *de Univers.* Atque ita quum alterum esset exteriorem amplexus orbem, &c. Plaut. *Milit. sc.2.a.2.* Exterior sis (i. claude mihi latus lævum.) Idem *Menæch.* Exterior sis, observato modo. ¶ Comes exterior, id est, inferiore indignioréque loco incedens. Horat. 2. *Serm.*

‖ Extravagantes, sunt aliquot sanctiones Principum, ita dictæ quòd extra librorum juris civilis contextum frequentatæ sint. Lex. J.C.

Extrēmŭs, a, um: Ultimus, postremus. ‖ אחרון *acharòn.* ἔσχατος. Gall. *Tout le dernier.* Ital. & Hisp. *Extremo, ultimo.* Germ. Der letst/hindertst. Angl. *The furthest, the last.* ‖ Cicer. *de Amic.* Cujus disputationis fuit extremum ferè de immortalitate animorum. Virg. 10. *Eclog.*

*Extremum hunc Arethusa mihi concede laborem.*
——— *Extremum pœnas in orbem.*

Ovid. *Eleg.9. lib.4. Trist.*

*Sæpe per extremas profugus pater exulat oras.*

Idem *Eleg.ult. lib.3. Trist.* Gratum extremum sermonem otis hausite. Senec. *cap.3. de conf. ad Marc.* Tibull. *lib.4.*

*Qua maris extremis tellus includitur undis.*

¶ Extremo ejus anni. Liv. *lib.5. dec.2.* Et, Extremo hiemis. *Ibid.* Idem *9. dec.4.* ¶ Extremi ingenii homo. Idem 2. *bell. Pun.* Extremi homines, id est, infimi, humillimi. Idem 6. *bell. Pun.* ¶ Extremum jus retinere. Cæs. *lib.1. bell. civ.* ¶ Extrema metuentes (i. mortem.) Suet. *in Calig. cap.54.* Item, Extremis suis rebus frustrà requirere. Idem *in Neron. cap.6.* ¶ Ponitur nonnunquam pro perditissimo ac nequissimo, quasi à consortio humanitatis remoto. Virg. 4. *Æneid.*

*Illam terra parens, ira irritata deorum*
*Extremam (ut perhibent) Cœo, Enceladóque sororem*
*Progenuit:*

hoc est, pessimam. Senec. In hoc summa bonitas, in illo extrema malitia, id est, maxima, & ultra quam nulla sit malitia major. Quod non sine ratione esse videtur, quandoquidem Medici affirmant, deteriores cæteris esse, qui ultimi nascuntur. Apul. *lib.3.* Faceor, Quirites, extremos latrones fugare atque proterere aggressus sum. ¶ Extremum etiam aliquando initium alicujus rei significat. Plaur. Ab extremo narrare incipiam, hoc est, à principio. ¶ Ad extremum, pro In extrema parte. Liv. *lib.1. decad.* Missile telum hastili oblongo, & cætera tereti, præterquam ad extremum, unde ferrum extabat. ¶ Extremus dies, vide *Dies.* ¶ In extremo situs, i. in summa rerum inopia constitutus. Salust. Ubi intelligit omnes suas fortunas in extremo sitas, *in Iugurth. 70.*

Extĭmŭs, i. Vicinus. ‖ ἔσχατος. Gall. *Tout le dernier, & le plus reculé ou éloigné de tout.* Ital. *Piu ultimo, piu indietro.* Germ. Der dusserst/forist/ nechst. Hisp. *Ultimo, à cabera.* Angl. *The last of all, the furthest.* ‖ Plin. *lib.2. cap.78.* Iisdem imperia quæ nunquam extimis gentibus fuerint. Extimum promontorium, apud eundem *lib.6. cap.28.* Gell. *cap.10. lib.3.* Extimum axem tangere. Cicer. *in Som. Scip.* Orbis, vel potiùs globus cœlestis extimus, qui reliquos omnes complectitur. Varro, Vix extimæ.

Extrēmò, adverbium. ‖ באחרונה *baacharonàh.* ἔσχατον, πλάγιον. Gall. *Au dernier, à la parfin.* Ital. & Hisp. *Ultimamente, finalmente.* Germ. Letstlichen/ zum hindersten. Angl. *Last of all.* ‖ Cic. *ad Attic. lib.12.* Quod enim scribis extremò, vide ne is ipse locus sit, cujus causa, &c.

Extremùm, idem quod extremò. Ovid. *Eleg.3. lib.1. Trist.*

*Alloquor extremùm mœstos abiturus amicos.*

‖ Extremiùs, magis extremùm. ‖

Extrēmĭtās, atis, est id quod in quaquere extremum est, ora. ‖ קצוה *katsàh.* ἔσχατον, ἐσχατιὰ, τὸ ἄκρον. Gall. *La fin, le bout, le bord, le coing, l'extremité.* Ital. *La fine, l'estremo, l'ultimo di qualche cosa.* Germ. Das end vnd ausserste theil eines dings yeden dings. Hisp. *El fin y cabo de alguna cosa.* Angl. *The extremitie, end or bordeur.* ‖ ut, Extremitas lintei, sudarii, strophioli, mappæ, sudarioli. ‖ Gall. *Le coing d'un drap ou linceul, d'un mouchoir, d'une nappe, d'une serviette.* ‖ D. Erasmus Roter. *in interpretatione cap.10. Apoc. v.11.* Et videt (Petrus) cœlum apertum, ac descendens ad se vas quoddam, velut linteum magnum, quatuor extremitatibus alligatum. ‖ Gall. *Comme un grand linceul lié par les quatres coings.* ‖ Extremitas

circuli,

circuli. Plin. *lib.* 2. *cap.* 17. Cœli extremitas. Cic. *de Universit.* Idem 2. *de finibus.* Hæc non erunt ejus, qui innumerabiles mundos, infinitasque regiones, quarum nulla esset ora, nulla extremitas, mente peragravit. 1. Quæstl. Inter has extremitates (grandis vocis & exigux) mediæ sunt species. ¶ Extremitas, in agro ita definitur ab Aggeno: Extremitas finitima linea est, quæ intervenit aut per iter publicum, quod transeundi non potest, secundùm legem colonicam: quia omnis limes itineri publico servire debet: aut per limites, sive terminos, aliáque signa quibus territoria finiuntur: aut ubi insolita loca rentinsernnt: hæc autem sunt loca quæ insolita dicuntur, quæ aut in saxosis, aut sterilibus locis sunt, aut in paludibus, ubi nulla potuit exercere cultura: quia dum non esset quod excoli potuisset, nullis necesse fuit limitum regulis obligari. Ex Aggeno *de limitibus.*

‖ Extreus, abortivus. Pap. ‖

Extrinsĕcŭs, adverbium: Externè, foris, aliunde, ab vel in exteriori parte. Respondet quæstioni Unde, & Ubi. { מחוץ *michúts.* ἔξωθεν. Gall. *D'ailleurs, d'autre part, de dehors,* Ital. *Di fuori.* Germ. Ausserhalb/ von ausseh. Hisp. *De fuera ò hazia fuera.* Angl. *On the other side, outwardly, from without.*} Cic. 1. *de Orat.* Adhibita est igitur quædam extrinsecus ex alio genere quodam. Varr. *lib.* 2. *de re rust. cap.* 41. Ut non denudes medullam, ne extrinsecus imbres noceant. Cicer. 4. *Acad.* Irrumpunt extrinsecus in animos nostros per corpus imagines, nobis dormientibus. Senec. *cap.* 10. *de tranq.* Extrinsecus diversas facies habentia introrsus vana.

Extro, as: verbum obsoletum est, quo antiqui utebantur pro exeo, ✠ Intro. { ἐξιέναι. Gall. *Sortir.* Ital. *Uscire.* Germ. Ausgehen. Hisp. *Salir à fuera.* Angl. *To go forth.* } Afranius apud Nonium. Simul limen intrabo, illi extrabunt illicò.

Extrorsum. Versus exteriorem partem. { חוצה *hachutsáh.* εἰς τὰ ἔξω. Gall. *Vers la dehors.* Ital. *Verso la parte di fuori.* Germ. Auswerts. Hisp. *Hazia fuera.* Angl. *Towardes the outward part.*} Sicut Introrsum, versùs interiorem.

Extrĭco, as: Verbum est à tricis deductum. Explico, expedio, libero. { ἐκλύω, ἀπολύω. Gall. *Desempestrer, démester, développer.* Ital. *Distrigare, disviluppare.* Germ. Entwirren/ auffl ösen. Hisp. *Desembolver, ò desenredar.* Angl. *To unfetter, to ridde.* } Sunt autem trices capilli, vel alix quævis res tenues, quæ gallinatum pedibus nonnunquam adhærent, earúmque gressum impediunt: quamvis etiam pro quibusvis rebus minutissimis accipiantur. Plaut. *in Epid.* Aliqua ope exsoluam, extricabor aliqua. ¶ Extricare locum aliquem, pro Purgare, & mundare. Col. *lib.* 4. Sylvestris ager præcipuè est eligendus, qui etsi fruteris, aut arboribus obsessus est, facilè extricatur.

Extrĭcābĭlĕ, à quo quis se facilè potest extricare, hoc est, eximere, vel expedire. { Angl. *Of the which any may ridde him self.* } Cujus contrarium est Inextricabile, ex quo se quis extricare non queat. Plin. *lib.* 36. *cap.* 16. Intus labyrinthum inextricabilem, quò si quis improperet fine glomere lini, exitum invenire nequeat.

Extrĭlĭdŭs, idem est quod exalbidus. Gell. *lib.* 19. *cap.* 1. Atque ibi hominem conspicimus impavidum, & extrilidum, ploratus quidem nullos, sicut exteri omnes, nec ullas ejusmodi voces cientem: sed coloris vultus turbatione non multùm à cæteris differentem.

Extrĭngo, is, inxi, ictum: Stringo. { σφίγγω. Gall. *Estreindre.* Ital. *Stringere.* Germ. Zusammen trucken. Hisp. *Apretar.* Angl. *To straine, to wring.*} Cic. 6. *Acad.* Deinde quum paulùm digitos extrinxerat, assensus hujusmodi. Quo in loco ex vetustis exemplaribus legitur *contraxerat,* non autem *extrinxerat.*

Extrinsĕcŭs, Extro, Extrorsum: vide *Extra.*

‖ Extro, exeo, ab extra. Afran.

Extronius, extroneus, extremus. Gloss. Isid.

Extrorsum, versùs exteriorem partem.

Extructio, exornatio, expictio. Terrull. ‖

Extrūdo, is: Extra trudo, per vim expello. { הדיח *hiddiách.* ἐξωθέω. Gall. *Pousser hors, chasser.* Ital. *Scacciar fuori.* Germ. Außtrucken/ außstossen. Hisp. *Echar fuera forçejando.* Angl. *To thrust or drive out violently.* } Plaut. *Casin.* Illæ autem senem incœnem extrudere cupiunt ex ædibus, ut ipsæ solæ ventres distendant suos. Terent. *in Heaut.* Eò amantem invitum Pamphilum extrudit. Plaut. *Aulul. prolog.* Anum foras extrudit, ne sit conscia. *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. Nam qua nunc me causa extrusisti ex his ædibus? Accipitur nonnunquam pro Vendere, vel alienare. Horat. 2. *Epist.*

*Laudat venales qui vult extrudere merces.*

Galli dicunt, *qui s'en veut défaire, débarasser.* ¶ Extrudere tabellarios, pro Accelerare ad iter. Cicer. *ad Brut.* Ego autem quum ad me de Ciceronis abs te discessu scripsisses, statim extrusi tabellarios, literásque ad Ciceronem. Idem *Terentia lib.* 14. Pollicem, si adhuc non est profectus, quamprimùm fac extrudas.

‖ Extruncis, arbor truncata. Gl. Isid. ‖

Extrŭo, is: Ædifico, construo. { בנה *banáh.* οἰκοδομέω. Gall. *Edifier, élever un monceau de quelque chose, edifier.* Ital. *Edificare, fabricare.* Germ. Außbawen. Hisp. *Edificar, ò componer.* Angl. *To build up.* } Cæs. 3. *belli Gall.* Omnem eam materiam quæ erat cæsa, conversam ad hostem collocabat, & pro vallo ad utrumque latus extruebat. Extruere ædificium in alieno, apud Ciceronem *pro Mil.* Extruere stramenta in acervum, apud Colum. *lib.* 6. *cap.* 3. Extruere mensas epulis, & poculis. Cic. 2. *Tusc.* Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 1. Cerealem cœnas dat, ita mensas extruit. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Tu argentum eluito atque extruito. Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Trist.*

*Contigit extructos ore tremente focos.*

Extrŭctŭs, participium. { בנוי *banúi.* οἰκοδομημένος, κατασκευασθείς. Gall. *Edifié, basti.* Ital. *Edificato.* Germ. Außgebawen/ zugerüstet. Hisp. *Edificado.* Angl. *Builded up.* } Cicer. *in Pisonem.* Extructa mensa conchylis, aut piscibus, sed multa carne subrancida.

Extructissĭmŭs, superlat. Apul. *de Deo Socratis,* Villæ extructissimæ.

Extructio, nis. { בנין *binján.* מבנה *mibnéh.* οἰκοδόμημα, οἰκοδόμησις. Gall. *Bastiment, edifice.* Ital. *Edificio.* Germ. Außbawung. Hisp. *Aquella obra de edificar.* Angl. *Building up.* } Cic. 14. *Philip.* Eáque extructione quæ sit ad memoriam æternitatis.

Extŭbĕro, as: Intumesco, excresco. { צמח *tsamách.* ἐξανθέω, ἐξοιδέω. Gall. *S'enfler, & élever en façon de vessie.* Ital. *Confiare, enfiare.* Germ. Ein knorren herfür gerünnen/ auffgeschwellen/ auffblasen oder sich erheben wie ein beulen. Hisp. *Hincharse.* Angl. *To swel, to rise up lik a botche.*} Plin. *lib.* 25. *cap.* 13. Neque in omnibus testis est, radice foliosa, ex qua media veluti extuberat. Item *lib.* 37. Cavæ aut extuberantes videntur viliores æqualibus: loquitur de gemmis. ¶ Nonnunquam etiam activè ponitur pro tuberibus æquale aliquid reddere. Senec. *lib.* 6. *nat. quæst.* Defert montes, subigit plana, valles extuberat, novas in profundo insulas erigit.

Extŭbĕrātio. Tumor. { שאת *séeth.* ἔπαρσις, ἐπήρεισμος. Gall. *Eslevement, ou enflure ou façon de bosse, ou de vessie.* Ital. *Confiatura, enfiatura.* Germ. Auffgeschwellung/ auffbertzung. Hisp. *Hinchazon.* Angl. *A swelling lik a botch.*} Plin. *lib.* 31. *cap.* 9. Luxatis imponitur cum farina & melle, item extuberationibus, hoc est, per corpus consecentibus.

‖ Extulo veteres in præsenti dicebant: unde extuli. Vide *Tulo.* ‖

Extŭmĕo, & extumesco. Tumesco, in tumorem redigor. { צמח *tsamách.* ἐξοιδέω. Gall. *S'enfler.* Ital. *Confiare.* Germ. Geschwellen/ auffgeblasen werden. Hisp. *Hincharse.* Angl. *To swel.* } Plin. *lib.* 37. *cap.* 5. Democritus in hoc genere posuit Armenios, & Persicos illos extumescentes pinguiter.

Extŭmĭdus, a, um. { צמח *tsamách.* οἰδαίνω, οἰδηματίας. Gall. *Enflé,* Ital. *Confiato, infiato.* Germ. Auffgeblasen/ buchlächtig. Hisp. *Hinchado.* Angl. *Swelled.* } Varr. 2. *de re rustic. cap.* 51. Hanc esse modicam pro magnitudine segetis potissimùm totundam, & mediam paulò extumidam.

‖ Extunc, ex illa hora. ‖

Extŭndo, is, tudi, tusum. Vi, vel blanditiis aliquid extorqueo. { ἁρπάζω, ἐκβιάζομαι. Gall. *Faire sortir quelque chose à force de coups, obtenir par force ou par amour.* Ital. *Cacciar per forza ò vero per prieghi.* Germ. Außstossen/ auspoldern/ mit mäh herfürbringen. Hisp. *Empuxar por fuerça ò por amor.* Angl. *To beate out, to finde out with labour and paine.* } Suet. Nec ut appeteret, compelli, nisi à matre potuit: ea demùm extudit magis convitio, quàm precibus. Plaut. *Mostel. sc.* 3. *a.* 1. Eundem animum gratum mihi esse oportet, ut impetravi, atque olim fui. Senec. *cap.* 18. *al.* 37. *de const. ad Polyb.* Extudisset illis fortuna sapientiam (aliàs *excussisset.*) ¶ Extundere, studiosè facere. Virg. 8. *Æneid.*

*Lanigerósque apices, & lapsa ancilia cælo*
*Extuderat.*

Idem 1. *Georg.*

*Ut varios usus meditando extunderet arte.*

Ita enim legit Nonius, licèt ibi nonnulli legant *exuderet.*

Extŭrbo, as: Eloco, dejicio, extra turbo, expello, disjicio, vi ejicio. { הדיח *hippil,* תשפיל *hischpil.* καταπίπτω. Gall. *Oster de violence quelqu'un de sa place.* Ital. *Scacciare, precipitare, disturbare.* Germ. Hinauß stürtzen/ ungestümiglich hinauß stossen. Hisp. *Arrojar ò echar confundiendo.* Angl. *To put out or frome by violence.* } Cic. *pro Cluent.* Lectum illum genialem, quem biennio antè filiæ suæ nubenti straverat, in eadem domo sibi ornati & sterni, expulsa atque extorbata filia, jubet. Plaut. *in Curc.* Si rectè facias Phædrone, auscultes mihi, atque illam extorbes ex animo argutudinem. Colum. *lib.* 18. *cap.* 17. Et in tranquillo consistens piscis, sedibus suis non extorbatur. ¶ Extorbare calculos, pro Ejicere, expellere. Plin. *lib.* 20. *cap.* 20. de aspatago loquens: Radix quoque plurimorum prædictione trita, & in vino albo pota, calculos quoque extorbat. Extorbare oculos alicui, pro Exculpere, sive effodere. Plaut. *Pœnulo,* Non ego homo trioboli sum, nisi ego illi mastigiæ extorbo oculos atque dentes.

Extŭrbātus, participium. { מסגר *mupghál,* מטשפל *muschpal.* ἐκπεπτωκώς, ἐκβεβλημένος. Gall. *Jetté par force, chassé.* Ital. *Spinto à forza.* Germ. Außgestossen oder gerissen. Hisp. *Arrojado ò echado por fuerça.* Angl. *Put out by force.*} Catull. *Argonaut.*

*Ernit, illa procul radicibus extorbata*
*Prona cadit.*

Extŭssĭo, is, ire: Tussiendo aliquid ejicio. { ἐκβήσσω. Gall. *Cracher & jetter hors en toussant.* Ital. *Tossire, gettar fuori qualche cosa con tosse.* Germ. Außhusten oder kodern/ außwerffen. Hisp. *Echar alguna cosa tossiendo, tossir.* Angl. *To cough out.*} Plin. *lib.* 35. *cap.* 15. Purulenta quoque extussientibus prodest, & contra scorpionum ictus. Idem *lib.* 23. *cap.* 3. Et radicè olex quàm tenerrimè cortex derasus, in melle crebro gustatu medetur sanguinem rejicientibus, & suppurata extussientibus.

Extŭbĕro, as. Affluo, abundo: ab adjectivo Uber, quod plenum, fœcundum, & fertile significat. { הותר *hothir.* ἐπλεόνασε. Gall. *Abonder, estre abondant & fertile.* Ital. *Abundare, soprabundare.* Germ. Überflüssig sein voll sein. Hisp. *Mucho abundar.* Angl. *To be wealthie and fertile, to abund.* } Col. *in Præfat.* in Asia Mysiáque densa & glutinosa terra maximè exuberat. Virg. 8. *Georg.*

——— *pomisque exuberat arbor.*

Suet. *in Calig. cap.* 40. Vectigalia nova atque inaudita, primùm per publicanos, deinde quia exuberabat, per Centuriones Tribunósque prætorianos exercuit. Aliqui per h. scribunt Exhubero.

Exuberans, antis. Quintilian. Exuberantis hoc est operis.

Exŭbĕrantissĭmus, Superlativus. Gell. *lib.* 3. *cap.* 1. Hunc equum C. Bassus vidisse se Argis refert, haud credibili pulchritudine vigoreque, ac colore exuberantissimo.

‖ Exuberes, infantes ablactati. Fest. ‖

Exūccus, a, um: quod est sine succo. { ἄχυμος, ἄτμητος. Gall. *Sec, sans sue, sans humeur.* Ital. *Secco, senza succo & humore.* Germ. Ohne safft oder feuchtigkeit/ dürr. Hisp. *Seco, sin jumo.* Angl. *Without sap or humour.* } Senec. *in Epist.* Scis illùm infimi semper & exucci corporis fuisse. Quintil. *lib.* 11. *cap.* 10. Unde nunc quoque aridi, & exucci, & exungues. Melius *Exsuccus.*

Exūdo, as: Veluti per sudorem emitto. { ἀφιδρόω, ἱδρόω. Gall. *Dégoutter de sueur, rendre sueur.* Ital. *Sudar, mandar fuori con sudore.*

*dore.* Germ. *Außschweißen/ außlauffen.* Hisp. *Sudar, echar alguna cosa sudando.* Angl. *To send out licour, to sweat out.*} Melius *Exsudo.* Plin. *lib.14. cap.9.* Est autem trium generum: unum arbor ipsa exudat gummi modo: alterum manat in plaga quum floret. Virgil. *lib.1. Georg.*

——— *omne per ignem*
*Excoquitur vitium, atque exudat inutilis humor:*

dixit absolute, pro Sudando essluit, novo loquutionis genere: nam ipse humor proprie non dicitur sudare, vel exudare, sed id quod humorem emittit. Col. *lib.12. cap.48.* Quum oliva quicquid habuit amurcæ exudavit. Eodem modo usus est Persius *Satyr.3.*

——— ——— *& ægrû*
*Faucibus exudat gravis halitus.*

¶ Exudare causas, pro magno labore agere. Horat. 1. *Serm. Sat.10.* Livius *lib.4. ab urb.* Ingens exudandum præmium. *Ibid. lib.5.* Novus exuderur labor.

Exuĕho, is: Exporto. *D. lib.10. tit.4. l.5.* Celsus scribit, si quis merces quas exvehendas conduxit, in horreo posuit, cum conductore ad exhibendum agi potest.

Exvĕrtæ: Purgatio quædam domus ex qua mortuus ad sepulturam ferebatur, quæ purgatio siebat per everriatorem, certo genere scopatum adhibito: ab extra vertendo dictæ. Author Festus. Ἀπεκαθάρσεις.

Exvĕrto, is, ĕi, ersum, ere: Prævenire, præoccupare. {קדם *kiddem.* φθάνειν. Gall. *Prevenir, anticiper.* Ital. *Prevenire.* Germ. Zůkommen. Hisp. *Ir delante à anticipar.* Angl. *To prevein.*} Plaut. *Pœn.* I in malam rem. M. Tu, & herus tuus. S. Verùm enim qui benè eum norit, citò homo exverti potest.

Exŭgo, is, xi, ctum, quod & Exugeo, es: Sugendo elicio. {מצה *matsáh.* ינק *janák.* ἐκμυζᾶν, ἐκμυζίζειν. Gall. *Essucer, sucer tout l'humeur.* Ital. *Succiare.* Germ. Außsaugen. Hisp. *Chupar à mamar.* Angl. *To sucke up or out.*} Plaut. *in Epid.* Jam ego me convertam in hirundinem, atque eorum exugebo sanguinem. Idem *in Rud.* Ni hunc amittis, exugebo quicquid humoris tibi est. Idem *in Pœnulo,* Jam nunc ego illi egredienti sanguinem exugam procul. Colum. *lib.4. cap.24.* Sed ab uno latere exugitur.

Exŭctus, particip. {נמצה *nimtsáh.* ἐκμυζηθείς, ἐκμυζώμενος. Gall. *Tout essucé, sans suc & humeur.* Ital. *Senza sugo, succiato.* Germ. Außgesogen. Hisp. *Chupado del todo, sin çumo.* Angl. *All sucked out.*} Gell. *cap.8. lib.20.* Exucta ostrea. {Gall. *Huistres sans eau, sans humeur.*}

¶ Exvicarius, vicariatu perfunctus.

Exvito, as: evito, depello. Gloss. Isid.¶

Exŭl, is: si Nonio Marcel. credimus, dicitur quasi extra solum ejectus, quasi solo patrio expulsus. Quintil. *declamat.* 366. {צמה *tsoháh.* נד *nádh.* Φυγὰς, ἄπολις. Gall. *Banni, envoyé en exil.* Ital. *Bandito, esule, fuor' uscito.* Germ. Ein vertriebner auß seinem vatterland. Hisp. *Desterrado y fuera de su tierra.* Angl. *A banished man.*} Cicer. *pro Aul. Cecin.* Exilium non est supplicium, sed profugium, portúsque supplicii. Nam qui volunt pœnam aliquam subterfugere, aut calamitatem, solum vertunt: hoc est, sedem & locum mutant. Itaque in nulla nostra lege reperietur, ut apud cæteras civitates, maleficum ullum exilio esse multatum: sed quum omnes vincula, neces, ignominiásque vitant quæ sunt legibus constitutæ, confugiunt quasi ad arma in exilium: qui si in civitate legis vim subire vellent, non priùs civitatem quàm vitam amitterent. Hæc Cic. Solum (inquit Festus) quin significet locum, quis dubitet, quum exules quoque dicantur loco patriæ suæ pulsi? Cic. *pro domo sua.* Hunc tu etiam portentosa pestis, exulem appellare ausus es, quum tantis sceleribus esses & factis notatus? Et iterum, Quid enim exul? Ipsum per se nomen calamitatis, non turpitudinis. Apud Jureconsultum, Exules hi proprie sunt, quibus aqua & igni interdictum est: cætera non exilia, sed relegationes sunt. Ovid. *Eleg.1. lib.2. Trist.*

*Quippe relegatus, non exul dicor in illo* (edicto.)

Idem *Eleg.3. lib.5.*

——— ——— *Nec exul*
*Edicti verbis nomine ipse tui.*

Idem *Eleg.3. lib.3. Trist.*

*Sic ego non etiam mortuus exul ero.*

Idem 13. *Metam.*

——— *nec in his* (majoribus) *quisquam damnatus & exul.*

Idem *Eleg.3. lib.4. Trist.*

——— *cùm dicaris exulis uxor,*
*Avertis vultus.*

Vide sequentia.

Exĭlium, ii: patriæ privatio, & natalis soli mutatio. {גלות *ghalúth,* גולה *gholáh.* φυγὴ, φυγαδία. Gall. *Exil, bannissement.* Ital. *Essilio, lando.* Germ. Verstossung/ oder verwerffung in den elend. Hisp. *El desterro, fuera de su tierra.* Angl. *Banishment.*} Senec. *in lib. de consolatione ad Helviam, cap.6.* Exilium nempe, loci commutatio est. Hanc commutationem loci aliquando sequuntur incommoda, paupertas, ignominia, contemptus: quibus detractis, nihil est quod magnopere exilium sit pertimescendum, nec commutatio loci onerosa. Assiduus enim est humani generis discursus, & naturalis quædam irritatio animis mortalium inesse creditur commutandi sedes, & transferendi domicilia. Cic. 5. *Tusc.* Exilium credo, quod in maximis malis ducitur. Et *paulò post.* Jam verò exilium si rerum naturam, non ignominiam nominis quærimus, quantum demùm à perpetua peregrinatione differt? Triplex autem numeratur exilii genus. Nam aut certorum locorum interdictio est, aut lata fuga, ut omnium præter certum locum: aut relegatio in insulam. Erat autem exilium pœna capitalis: & exilio mulctatus, capite damnatus dicebatur. Exulis enim caput de civitate eximi dicitur. Quoties autem civitas retinetur, relegatio proprie, non exilium dicitur. Senec. *cap.6. de cons. ad Helv.* docet quid sit Exilium. Idem *ibidem,* Exilia publica sunt populorum transportationes. Plaut. *Capt. sc.3. a.3.* Neque exilium exitio est. Obscure. ¶ Exilium æternum, pro morte. Horat. *Ode 3. lib.2.*

¶ Exilica causa, quæ advenùs exulem agitur. Fest.¶

Exŭlo, as: Patria privatus sum, exul sum. {גלה *ghaláh.* φεύγω, ἀπόδημῶ. Gall. *Estre banni, estre en exil.* Ital. *Essere in essilio, essere in bando.* Germ. Im elend seyn/ ein vertribner seyn. Hisp. *Estar desterrado ò fuera de su tierra.* Angl. *To be banished.*} Et duobus modis dicitur, scilicet de loco in quo exul est, & de quo ejectus est. Terent. *in Eunuch.* Petii, nam domo exulo. Plaut. *in Mostell.* An id mavis, ut habeat fortas urbem, exulétque à patria sua, exsulá tui? Idem *Pseud. sc.3. a.4.* Ut exulatum ex pectore (cor) effugiat meo. Idem *Curc. sc.4. a.4.* Ne trapezita exulatum abierit. Ovid. *Eleg.4. lib.3. Trist.*

*Nasonisque tui, quod adhuc non exulat, unum*
*Nomen ama.*

Idem *Eleg. ult. lib.3. Trist.*

*Sæpè per externas profugus pater exulat oras:*
*Vobe tamen natis exulis esse licet.*

Liv. *lib.9. ab urb.* Exulat ignominia animi. Exulat avaritia ex urbe, per translationem. Plaut. *Persa,* Pulchrè munit, arbitror, perfidis & peculatus ex urbe, & avaritia si exulant.

Exŭlans, exulantis, participium. {צרר *tsherár,* גלה *ghalâh.* φεύγων.} Cic. 2. *de Divin.* Rex Prusias quum Annibali apud eum exulanti depugnare placeret, negabat se audere, quòd exta prohiberent.

Exŭlcĕro, as: sive Ethulcero. Ulcus facio. {מחץ *machátz.* ἑλκόω. Gall. *Exulcerer, blesser, entamer la peau.* Ital. *Impiagare, tagliare la pelle.* Germ. Die haut verletzen oder schwärend machen. Hisp. *Llagar ò entamar la llagà tratandola.* Angl. *To mak sore, to break the skinne.*} Plin. *lib.20. cap.6.* Leptas, lichenas, lentigines exulcerat. Varr. *lib.2. de re rust. cap.9.* de canibus loquens: Quidam nucibus Græcis in aqua tritis perungunt aures, & inter digitos, quò muscæ, ricini, & pulices soleant (si hoc unguine non sis usus) ea exulcerare. Senec. *cap.15. de tranquill.* Exulcerat quod percuratum non est. ¶ Per translationem accipitur pro exasperare, vel exacerbare. Cic. 2. *de Orat.* Aut ea quæ sanare nequeunt exulcerant. Idem *pro Dejot.* Fore putabant, ut in exulcerato animo facilè ficticium crimen resideret.

Exŭlcĕrātĭo, nis. {מחץ *machátz.* ἕλκωσις. Gall. *Playe, blessure, entameure de peau.* Ital. *Esoferire, impiagare.* Germ. Verletzung der haut. Hisp. *Llaga, ò obra de encomar la assi.* Angl. *A making of à borche.*} Plin. *lib.20. cap.3.* Sed omnium consensu, stomacho utilissimæ judicantur, & interaneorum vesicarúmque exulcerationibus. Senec. *cap.2. de cons. ad Marc.* Non consolatio, sed exulceratio. Cels. *lib.2. cap.2.* Dentium & gingivarum exulcerationes.

Exŭlcĕrātōrĭus, a, um: Exulcerandi vim habens. {ἑλκωτικὸς. Gall. *Qui navre, ou a vertu d'entamer la peau.* Ital. *Che a virtu d'impiagare.* Germ. Das die haut verletzt vnd schwärend macht. Hisp. *Lo que llaga ò puede encomar la llaga.* Angl. *That hath power to mak a borche.*} ut, Exulceratorium medicamentum. Plinius *lib.32. cap.7.*

Exŭlcĕrātrix, icis. {מחצת *mechótseth.* ἑλκώτριον. Gall. *Celle qui entame & navre.* Ital. *Donna che impiaga.* Germ. Ein geschwärmachende. Hisp. *La que llaga, ò encema la llaga.* Angl. *That hath power to make sore and frete.*} Plin. *lib.27. cap.12.* Vis ei stipticæ, & exulceratrix.

Exŭlto, as, ate, ab ex, & salto, a, in u, mutata: Immoderatè jacto, voluptate & lætitia animi gestio. {עלץ *halátz,* גהל *ghal.* ἀγάλλομαι, γαυριᾶν, καυχᾶσθαι, σκιρτᾶν, ὑπερηφανεύεσθαι. Gall. *Sauter & treffaillir de joye, s'exalter & glorifier.* Ital. *Allegrarsi grandemente, gioire.* Germ. Außspringen vor freuden. Hisp. *Saltar de alegria ò plazer, alegrarse.* Angl. *To leap for joye, to glorifie and beast foulishly.*} Cic. *lib. de Repub.* Est igitur quiddam turbulentum in hominibus singulis, quod vel exultat voluptate, aut molestia frangitur. Idem *in Catone.* Annibalem juveniliter exultantem patientia sua molliebat: hoc est, jactantia juvenili gloriantem. Virg. *lib.5.*

——— *exultanti aque haurit*
*Corda pavor.*

Cicer. *lib.4. de Repub.* Quæ sanguine alitur, quæ omni crudelitate sic exultat, ut vix hominum acerbis vulneribus satietur. Quo in loco (ut Nonius interpretatur) accipitur pro sævire, quamvis alii malint ibi pro Gaudere & delectari accipi. *Exsulto* scribendum, & cætera ab eodem deducta. Illud esset exultantissimum. (in oratione.) Quintilian.

Exŭltātĭo, nis. {עליצות *halitsúth.* ἀγαλλίασις, σκίρτημα. Gall. *Mouvement de joye, ou autrement.* Ital. *Gioia, piacere.* Germ. Grosse freud/ freudsprung/ frolocken. Hisp. *Aquella alegria.* Angl. *A leaping through joye, a triumphing.*} Plin. *lib.8. cap.54.* Cornelius luna cava tristes esse, quibus in eo genere cauda sit, novam exultationem adorare. al. nova exultatione adoriri. Indecora exultatio, Quint. *lib.2. cap.2.* Senec. *cap. ult. de tranq.* In libertatem exultationémque extrahendus animus.

Exŭltātĭo, æ, Exultatio. Gell. *lib.12. cap.5.* Cum petulantia morbi, doloríque exultantia colluctantem Philosophum vidistis.

Exŭltānter, adverbium. {σκιρτητικῶς, ἀγαλλιάσεως. Gall. *En sautant de joye.* Ital. *Saltando di contento & gioia.* Germ. Mit sonderbarer freudigkeit. Hisp. *Saltando por alegria, alegremente.* Angl. *Braggingly, as it were leaping for joye, ioyously.*} Plin. *epist.62.* Quum ea potiùs quæ pressiùs & astrictiùs, quàm illa quæ hilariùs, & quasi exultantiùs scripta, possint videri accersita, & inducta.

Exŭltim, adverbium, id est, exultando. {σκιρτητικῶς, γαυριαστῶς. Gall. *En sautant, en treffaillant.* Ital. *Saltando di gioia.* Germ. Mit ausspringen. Hisp. *Alegrandose saltando.* Angl. *By reioysing and leaping.*} Horat. 3. *Carm. Ode 11.*

*Quæ velut latis equa trima campis,*
*Ludit exultim, metuitque tangi,*
*Nuptiarum expers, & adhuc protervo*
*Cruda marito.*

Exŭlŭlo, as: Valde ululo. {ἀλολύζω. Gall. *Vrler & crier comme un loup, ou telles bestes.* Ital. *Vrlare, gridar forte.* Germ. Ohn bescheiden. Hisp. *Aullar.* Angl. *To howlish a doggor wolf.*} Ovid. *lib.1. Metam.*

*Territus*

*Territus ipse fugit, nullúsque silentia rumor*
*Exululat.*

Idem 4. *Fastor.*
*Exululant comites, furiesque tibia flatur.* al. Exultant.

Exūlŭlātŭs, particip. voce passiva activè significans. Ovid. *Eleg.*1. *lib.*4. *Trist.*

*Vique fuum Bacche non sentit sancia vulnus,*
*Dum stupet Idais exululata pgn.*

Ibidem,

——— *feretur*
*Verbis per medios exululata vias.*

Exum : Extra ium. { ἔκτοσι. Gall. *Estre dehors.* Ital. *Esser fuori.* Germ. Auſſen ſein. Hisp. *Estar y ser de fuera.* Angl. *To be forth.*} Sic enim lictor in quibuſdam ſacris clamitare ſolebat: Hoſtis victus, mulier, virgo exeſto : hoc eſt, non introito, quia ſcilicet ingredi ea ſacra prohibebantur.

‖Exumpnavit, pnuperavit. Gloſſ. Iſid.‖

Exūndo, as: Alveum exeo, ſive extra alveum undas effundo, inundo. {ἐκπιδίζω, ἐκβαίνω. Gall. *Se déborder, s'écouler par deſſus.* Ital. *Inondare, uſcire delle rive.* Germ. Vberlauffen/ vberflieſſen. Hisp. *Manar à reboſſar lo liquido.* Angl. *To overflow, to ſurrounde.* } Plin. *lib.*2. *cap.*103. In Tenedo inſula fons ſemper à tertia noctis hora in ſextam ab æſtivo ſolſtitio exundat. Col. *lib.* 8. *cap.*16. Verùm meminiſſe oportebit, ut rivis per quos exundat piſcina, præfigantur arcti foraminibus exiguis cancelli, quibus impediatur piſcium fuga. Transfertur etiam ad alia. Tacitus *in Dialogo de oratoribus:* Exundat, atque exuberat admirabilis illa eloquentia : hoc eſt, abundanter effluit.

Exūndātio, onis : Inundatio, eluvio. { נוד *ſebóphah.* κατακλυσμός. Gal. *Débordement d'eaues.* Ital. *Spargimento, inondatione.* Germ. Außgieſſung/ außflieſſung. Hisp. *Aquella obra de manar à reboſſar.* Angl. *A ſurrounding, an overflowing.* } Plin. *lib.*19. *cap.*3: Negant naſci, niſi exundatione fluminum invecto ſemine ab Ttatis.

Exūngo, is, ere: Ungo, inungo. { נוד *maſchách.* χρίω. Gall. *Oindre.* Ital. *Ungere.* Germ. Wol ſalben. Hisp. *Untar.* Angl. *To beſmere or anoynt.* } Plaut. *in Rud.* Antè pœnitet in mari quod delavi, nè hîc in terra quoque eluam ? s. Eluas tu, an exungere ſiccus ?

‖Exunguare, penitatè & ad unguem examinare : item exangulare.
¶ Exunguare vinum, vim per colationem frangere, Jun.

Exunguis, exedentula, excornis mulæna, ſine unguibus, dentibus & cornibus. Tertull.‖

Exūnguĭculo, as, are : Ungues aufero. { ἐκονυχίζω. Gall. *Couper ou oſter les ongles.* Ital. *Tagliar l'unghie.* Germ. Die Nageln oder negel von dannen thun. Hisp. *Cortar las unas.* Angl. *To tak away the nayles or hoofes.* } Plaut. *in Trucul.* Hem, tuos exungula, malè vivitis.

Exŭo, is, exui, exutum, propriè eſt indumenta detrahо. { נוד *paſchát.* ἀπδύω. Gall. *Dévestir, dépouiller.* Ital. *Spogliare.* Germ. Außzieen. Hisp. *Desnudar el veſtido, despojar.* Angl. *To vncloth, to diſploye.* } Lactant. *lib.*1. Exuuntur etiam veſtibus fugitante populo. Exuere ſe fortunis paternis, idem eſt quod ſpoliare. Liv. *lib.* 1. Primò ſe agro paterno, avitóque exuiſſe, deinde reliquis fortunis. ¶ Sæpe etiam accipitur pro Solvo, *v. in.* Virg.2. *Æneid.*

*Suſtulit exutos vinclis ad ſidera palmas.*

¶ Quandoque etiam accipitur pro Denudo, *ſpolio.* Idem 5. *Æneid.*

——— *magna oſſa, lacertóſque*
*Exuit.*

¶ Exuere caſtris hoſtem, pro Expellere. Liv. 9. *bell. Pun.* Nec ante abſceſſum eſt, quàm caſtris quoque exuerunt hoſtem. ¶ Exuere ſe ex laqueis, pro Liberare. Cic. 7. *Verr.* Si mehercule (id quod fieri intelligo non poſſe) ex his laqueis te exueris, ac te aliqua vi ac ratione explicaris, in illas tibi majores plagas incidendum eſt. Exuere caſtris, Vell. Exuere mentitum colorem, Quintil. Exuere Conſulem exercitu, Vell. Exutus navibus fugit Pompeius. Idem. Exuitur feritas, &c. Ovid. 3. *Faſt.* Nunquam ſalvis ſuis exuitur ſervitus muliebris, Liv. *lib.* 34.

——— *Exuta ſenectam*
*Roma.*

Mart. *Epigr.* 7. *lib.* 5. Timore vano quietem exuere. Livius *lib.* 8. *dec.* 4. Item ſi non ſaltas, exue igitur (*ſup.* pallam.) Plaut. *Men. ſc.* 3. *a.* 1. Exuere virtutes. Tacit. *lib.* 1.

Exŭpĕro, as, ab ex, & ſupero : Supero, excello. { תשתרץ *biſchtarrách*, נצח *nitſſách*, תותיר *hothir.* ὑπερνικάω, ὑπερβαίνω. Gall. *Surpaſſer, ſurmonter, outrepaſſer.* Ital. *Superare, avanzare.* Germ. Vberwinden. Hisp. *Sobrar. vencer. ſobrepujar à otro.* Angl. *To paſſe, to exceede, to ſurmount.* } Plaut. *in Milit.* Metuo ne prædicatio tua nunc meam formam exuperet. Cicer. 4. *Tuſc.* Quis homo te exuperavit unquam gentium impudentiâ ? Ovid. 6. *Faſt.*

*Et ſi non poterunt exſuperare, cadent* (pro ſuperare.)

Idem *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.*

*Exſuperem morum nobilitate genus.*

Gell. *cap.* 3. *lib.* 14. Uter eſſet exupertantior (i. præſtantior.) Idem *cap.* 2. *lib.* 6. Exuperanti forma virgo. } Gall. *Qui eſt des belles l'entrepaſſe, de beauté non pareille.* } ¶ Exuperare animam, cui Mortuum eſſe opponitur. Cic. *poſt red. in Sen.* Quapropter memoriam veſtri beneficii eolam benevolentia ſempiterna ; non ſolùm dum anima exuperabo mea, ſed etiam cùm mortuo monimenta veſtri in me beneficii permanebunt, id eſt, quandiu vivam. Ubi ex vetuſto codice legitur *ſuperero.*

Exŭpĕrantĕr, pro eminentia, { נשא *ſchéphih*, יתרון *jithrón.* ὑπερβολή, ὑπεροχή. Gall. *Excellence par deſſus tout.* Ital. *Trapaſſamento, avenzamento.* Germ. Vbertreffenheit. Hisp. *Sobrepujança, excelencia.* Angl. *Surmounting, a paſſing.* } Cicer. 5. *Tuſc.* Nonne omnem exuperantiam virtutis oderunt ? Gell. *cap.* 1. *lib.* 14. Exuperantia ſplendoris. Sed cum doctioribus meliùs Exſupero, & Exſuperantia dicitur.

Exŭpĕrātĭo, nis : Superlatio. { מותר *mothár*, יתרון *jithrón.* ὑπερβολή, ὑπεροχή. } Ad Herenn. *lib.* 4. Significatio eſt, quæ plus in ſuſpicione reliquit, quàm poſitum eſt in oratione : ea fit per exuperationem.

Et *paulò poſt*, Per exuperationem quum plus dictum eſt, quàm patitur veritas, augendæ ſuſpicionis cauſa.

Exŭpĕrābĭlis, e, qui poteſt ſuperari. { ὑπερβλητός, ὑπερβατός. Gall. *Qui peut eſtre ſurmonté.* Ital. *Coſa che ſi può vincere.* Germ. Das vberwoffen werden mag. Hisp. *Coſa que ſe puede ſobrepujar.* Angl. *That may be ſurmounted and paſſed.*} Statius 1. *Thebaid.*

——— *nec exuperabile divis*
*Ingenium mortale queror.*

Vallum non exuperabile, Claudianus. ¶ Pro Inſuperabili. Gell. *cap.* 2. *lib.* 17. Cujus (Manlii) operam apud Gallos fortem atque non exuperabilem Reſpub. ſenſit, &c. (ubi Apud, pro adversùs, notabis: loquitur enim de M. Manlio qui Capitolium ſervavit a Gallis.) ¶ Exuperabile, ſignificatione activa, quod poteſt ſuperare. Virg. *Georg.*

——— *torŏſque Ixionis unguei,*
*Immanémque rotam, & non exuperabile ſaxum.*

Exŭpĕrātŭs, particip. Superatus, victus. { נשבר *menuſſách.* ὑπερβεβλημένος. Gall. *Outrepaſſé, vaincu, ſurmonté.* Ital. *Trapaſſato, vinto.* Germ. Vbertroffen. Hisp. *Sobrepujado, vencido.* Angl. *Surmounted, overcomed.*} Lucil. *lib.* 2.

*Sed citius cadum gravioribus exuperata.*

Exŭpĕrantĭſſimus, Superlat. ὑπερβαλλότατος. Apuleius *in Hermetis Aſclepio, ad fin.* Gratias tibi agimus ſumme & exſuperantiſſime.

‖Exupetatorius, menſis Decembris à Commodo dictus.‖

Exūrdo, as, activum : Surdum reddo. { κωφόω. Gall. *Aſſourdir, faire ſourd.* Ital. *Aſſordare.* Germ. Dumm machen. Hisp. *Enſordar à otro.* Angl. *To mak de aſſe.* } cujus paſſivum poſuit Valerius Max. *lib.* 2. Græcis actionibus aures curiæ exurdantur, id eſt, obtundantur. Plin. *lib.* 32. *cap.* 10. Paniculæ flos, ſi aures intraverit, exurdat. ¶ Exurdare palatum, dixit Horatius, pro ſenſu guſtûs ſpoliare, & ſtupefacere. Serm. *lib.* 2. *Satyr.* 8.

*Fervida quòd ſubtile exurdant vina palatum.*

Exūrgo, exsurgo, erigo, premo. ἀνατίζω.

‖Exurgito, exhaurio. Iſid.‖

Exūrgo, is : Surgo. { קם *kam.* ἀνίστημι. Gall. *Se lever, ſaillir.* Ital. *Levarſi.* Germ. Außſtehn. Hisp. *Levantarſe.* Angl. *To ariſe out of ſome place.*} Plaut. *Moſtell. ſc.* 1. *a.* 2. de dormiente : Quæſo exurge, pater advenit. Idem *Epid.* Lumbos extollite, atque exurgite. Cic. *pro Cluent.* Paulliſper exurge, & perfer hunc dolorem commentationis non neceſſariæ. Per tranſlationem ponitur pro Erigere ſe, & recreare ex divina afflictione. ἀναφρίζω. Cic. *pro lege Agrar.* Hæc quæ procul erant à conſpectu imperii, non ſolùm afflixerunt, ſed etiam nequando recreata exurgere, atque erigere ſe poſſent, ſuſtulerunt. Idem *ad Attic.* Nos autem ubi exurgere poterimus, aut quando? Idem *ad Caſſium.* Authoritate veſtra Reſpublica exurget, & in aliquo tolerabili ſtatu conſiſtet. Exſurgo ſcribendum. Tibull. *lib.* 4.

*Quinetiam ſtructis exurgunt oppida muris.*

Plaut. *Mil. ſc.* 1. *a.* 2. Qui auſcultare noller, exurgat foras. Idem *ibid. ſc.* 1. *a.* 5. Poſtquam exſurrexi (ſup. è convivio.) Idem *Moſt. ſc.* 1. *a.* 2. Exurgete (ex marcore.) Senec. *cap.* 16. *de conſ. ad Helv.*

Exūro, is, exuſſi, exuſtum : Igne prorſus conſumo, comburo. { שרף *ſaráph.* καίω, κατακαίω. Gall. *Bruſler.* Ital. *Abbruggiare.* Germ. Verbrennen außbrennen. Hisp. *Abraſar. Abuchо quemar.* Angl. *To burne out.*} Cic. *in Piſon.* Epirus exciſa, Locri, Phocii, Boeotii exuſti. Ex animo exuri. Idem 3. *de nat. deor.* Mihi quidem ex animo exuri non poteſt, eſſe deos. Sed fortè legendum *exui*, aut *erui.* Ignі exuritur ſcelus. Virg. 6. *Æneid.*

——— *alii ſub gurgite vaſto*
*Infectum eluitur ſcelus, aut exuritur igni.*

Plaut. *Men. ſc.* 2. *a.* 3. Ut ego illi oculos exuram lampadibus ardentibus. Perii, minatur mihi oculos exutere. *Ibid.*

Exūſtus, particip. : Combuſtus, igne planè conſumptus. { שרוף *ſeráph.* κατακεκαυμένος, κατακαυθείς. Gall. *Bruſlé.* Ital. *Abbruggiato, arſo.* Germ. Gar verbrennen. Hisp. *Quemado mucho.* Angl. *Burned, parched, dried.* } Plin. *lib.* 2. *cap.* 68. Medis verò terrarum, quà Solis orbita eſt, exuſta flammis, & cremata. Tibul. *lib.* 4.

*Nulla nec exuſtis habitant animalia partes.*

Virus exuſtus eſt. Cic. 3. *Verr.*

*Et cùm exuſtus ager morientibus æſtuat herbis.*

Virg. 1. *Georg.* Exuſtus Sole caſeus. Col. *lib.* 7. *cap.* 8. Quorum vitiorum primum ſolet accidere ſi parum preſſus : ſecundum, ſi nimio ſale ſit imbutus : tertium, ſi Sole exuſtus eſt.

Exūſtĭo, nis. { שרפות *ſerephóth*, חרך *hekir*, שרף *hordo.* καῦσις, κάυσιμον. Gall. *Bruſlement, incendie.* Ital. *Eſſo ardere, abbruggiamento.* Germ. Brunſt/ außbrennung. Hisp. *Aquella obra de muchо quemar, quemadura.* Angl. *A burning out.*} Cic. *in ſom. Scip.* Propter eluviones exuſtionesque terrarum, quas accidere tempore certo neceſſe eſt, &c. Exuſtio Solis. Plin. *lib.* 14 *cap.* 24.

Exŭſcĭto, as : Suſcito. { הקים *hekim.* ἐγείρω. Gall. *Faire dreſſer, faire lever, éveiller.* Ital. *Suſcitare, far levare, drizzare, deſtare.* Germ. Außwecken. Hisp. *Deſpertar.* Angl. *To mak to ariſe, to mak from ſleepe.* } Cic. *pro Muren.* Te gallorum illum buccinarum cantus exuſcitat. Idem *lib.* 1. *Offic.* Quæ cura exuſcitat etiam animos, & majores ad rem gerendam facit. Plaut. *Curc. ſc.* 1. *a.* 1. Exuſcitare veſtram hanc cuſtodem mihi. ¶ Exuſcitare ſe. Brut. *ad Cic.* Quare non Octavius eſt rogandus ut velit nos ſalvos eſſe, magis ut te exuſcita, ut eam civitatem, in qua maximè geſſiſti, liberam, atque honeſtam fore putes.

‖Exuthenſimus, figura, cùm rem aliquam exercemus, & contemtam facimus.‖

Exŭviæ, arum : Spolia haſti detracta : ita dicta, ab exuendo. { שלל *ſchalál.* ἔναρα, λάφυρα. Gall. *Dépoüilles de l'ennemi, la peau & dépoüille d'une beſte.* Ital. *Spolie nimiche, & la pelle di una beſtia.* Germ. Die außgezogen Kleider der feinde. Hisp. *Los deſpojos, ropa de enemigos y de beſtias.* Angl. *Spoile taken from ſome enemeis, beaſtie, or bid of a beaſt.*} ſicut induviæ, ab induendo. Cicer. *pro lege Manil.* Quum eam vobis majores veſtri exuviis nauticis, & claſſium ſpoliis

spoliis ornatum reliquissent. Virg. 2. *Æneid.*

——— *qui redit exuvias indutus Achillis.*

Plaut. *Men. sc.* 3. *a.* 1. Quid hoc est? M. Induviæ tuæ, & uxoris exuviæ. (De palla surrepta.) Idem *ibid.* Exuviæ facere quas vos volo. (i. Exuere pallam, & eam induere amicam, & tanquam opima spolia ei dicare.) Catull. *de com. Beren.*

*Dulcia nocturna portans vestigia rivæ,*
*Quam de virgineis gesseras exuvias.* (i. pudicitia.)

Suet. *in Aug. cap.* 94. Exuviæ Jovis, pro ornatu. ¶ Et non solùm hominum tegmina, aut vestes dicuntur, sed etiam exterorum animalium. Virg. *lib.* 2. *de serpente.*

*Quam positis novam exuviis, nitidâque juventa*
*Volvitur.*

Plaut. *in Mostell.* Manè castigabit eos exuviis bubulis.

‖ Exuviæ, protogat. Gloss. Isid.

Exypnistæ, qui fratres dormientes in Ecclesia excitabant. Lugd. ‖

## NOTÆ ANTIQUORUM.

E. Est, ens, ejus.
E. Æ. ejus ætas.
E.B. ejus bona.
E.C. è comitio, è Capitolio. E. CONV. è convivio, E.C.S. AB. ejus causa senatus abdicavit.
ED ABSC.P. edidit absconditam pecuniam. E.D. ejus dotis nus.
EE. N.P. esse non potest. E.E. ex edicto. E.E. I.P. esse in potestate, vel in posterum. EE.MG.P. esse magnus potest, esse magister potest. EE. M.F.I. esse magis fieri justit. E.ERG.R. ejus ergo rex.
E.F. ejus filius.
E.H. ejus hæres.
EIMO. ejusmodi. E.I.M.C.V. ex jure manu consertum vocavit.
E.L. edita lex. ELG.B.EI. elanguit bonitas ejus.
EM. vel EIM. ejusmodi. E.M. ex more. E.M.D. ejus memoria dicta.
EMP. emptor.
E.N. etiam nunc.
EOR. eorum.
E.P. edendum parcè. EPM. epitaphium. EP. epulatio. E.P. è publico. EP. epistola. EP.M. epitoiam mittit. E.PR. & præparat. EPS. Episcopus.
EQ. C. equestris cohors. EQ.M.SP.POM. Equitum magister Sp. Pompeianus. EQ.P. equus publicus. EQ.R. eques Romanus. EQ. COH. equestris cohortis.
ER. erunt. erit. ERG. ergo. ERP. eripiet. ER.P. erit pater. E.R.B. ejus regit bona. E.R.A. ea res agitur.
E.S. è Senatu. E.S.Æ.MR. è sacra æde Martis. ESS. VDD.MM.R. esse videndum monumentum regis.
ET. etiam. ET NC. & nunc.
EV. ejus. E.U.V.N.V.U.E. ede ut vivas, ne vive ut edas.
EX. exigitur, exactus. EX C. ex consuetudine, ex concione, ex condicione. EXCUR. excursus. EX D.A. vel EX D.AUG. ex domo Augusti. EX M. ex militiâ. EX. RR. exactis regibus.

# F

Litera à PriscIano inter mutas numeratur, ab aliis inter semivocales, eo quòd à vocali incipiat & in seipsam terminetur. Hæc alio nomine dicta Digamma Æolicum, quòd duplex gamma imagine referat. F. digamma, cur reperta, docet Gell. *cap.* 5. *lib.* 14. Eundem sonum habet quem apud Græcos φ. Unde etiam dictiones aliquot Græcæ, in Latinorum usum receptæ, quæ apud illos per φ, scribuntur apud Latinos per f: ut, Fama, Fanum, & similia. Vetustissimi hac litera loco aspirationis uti solebant. Dicebant enim Fordeum, trafo, vefo, pro hordeum, traho, veho. Confirmat id Terent. Scaurus *de Orthogr.* his verbis: F, olim erat in multis nominibus, quibus h successit, ut fordeum, fœdus, fariolus, &c. quod nunc hordeum, hœdus, hariolus, &c. Unde fircus, qui postea hircus. Idem *ibid.* Quod etiam recentior dialectus Hispana recepit: ut quod olim *Fazer*, nunc *Hazer* dicatur, & in sexcentis aliis. ¶ Fuerunt præterea apud antiquissimos, qui loco literæ f, utebantur b, Bruges dicentes, pro quo posteri Fruges dicere maluerunt. Hanc Claudius Cæsar inversam, consonantis vicem voluit præstare, quod etiam hodie in plerisque vetustis monumentis conspicitur: nunquam tamen efficere potuit, ut omnium consensu reciperetur. Sonat aliquando asperius quàm U, consonans: auget sonum & minuit pro qualitate loci, & alterius literæ subsequentis. ‖ Vulgò Germani F, V, & PH, confundunt. Differentia verò quæ sit inter F, & φ, seu PH, sentietur, si separatim sonus animadvertatur. Diomedes aliam inter F. & PH, differentiam facere non videtur, nisi quòd Fin Latina voce, PH in Græca adhibeatur. ‖ FA

FABX, æ, quasi faga, à φάγω. Genus leguminis, potius quàm ut egeat descriptione. { τὸ πολὺ φάκος. Gall. *Une fève.* Ital. *Fava.* Germ. Ein bon. Hisp. *La hava.* Angl. *A beane.* } A Falisci hoc vocabulum Latini sumpserunt, una immutata litera. Dicebant enim illi Habam, quam Latini Fabam, propter cognationem literarum F, & H. Qu. Ter. Scaur. *de Orthograph.* Terent. *Eunuch.* Atenim istæc in me cudetur faba. ¶ Faba Græca, λαθὺρι dicitur. Plin. *lib.* 16. *cap.* 30. Faba Græca, quam Romæ à suavitate fructus sylvestris quidam, sed cerasorum penè natura, loton appellant. ¶ Faba porcina, herba quam vulgus vocabulo depravato vocat Jusquiamum, ὑοσκύαμος. Vide latiùs in dictione *Hyoscyamus.* ¶ Fabarum arrosor, παροψὶς, proverbio dicebatur, qui in creandis magistratibus vendebat sua suffragia, ejúsque quæstus gratiâ sedulò versabatur in Comitiis. ¶ Faba nigra signum damnationis: alba absolutionis. Plutarch. *in Alcibiad.* Faba pertusa signum damnationis. Plutarch. *in Lys.* ¶ De fabarum suffragiis Plutarch. *in Arist.* Fabam tangere, nec nominare, Flamini Diali nefas erat, ex lege Flaminica. Laurenbergius. Vide Plin. *lib.* 18. *cap.* 12. ¶ Item Plaut. *Aul. sc.* 1. *a.* 5. Reperi non quod pueri clamitant se in faba reperisse. Qui circa fabam & salem, περὶ ἅλα καὶ φάκον: in eos dicebatur, qui se simulatent scire quod nesciunt. ¶ In me hæc cudetur faba. Terent. *in Eunuch.* Donato interprete, hoc est, in me hæc vindicabitur culpa. in me malum hoc recidet. Faba nummus. Dictum est olim fabis ferri solita suffragia: quod innotuisse Pythagoram existimant, quum vetaret edere fabas. Corrupta itaque suffragia hoc lepidissimo tropo significavit M. Tull. *lib.* 6. *epist.* 1. ‖ ¶ Est etiam faba inscriptio mimi. Turneb. ‖

FABÉLLA, diminut. {τὸ μικρὸν φάκος. Gall. *Petite fève.* Ital. *Picciola fava.* Germ. Ein böne. Hisp. *Pequeña hava.* Angl. *A litle beane.*} Plaut. *in Stich.* Pro opibus nostris satis commodè, nucibus, fabulis, ficubus, &c.

‖ Faba Ægyptia, colocasia. Rondel. ‖

Fabulum, pro faba vertit Gell. *lib.* 4. *cap.* 11. Opinio vetus falsa occupavit, & convaluit, Pythagoram philosophum non esitavisse ex animalibus, item abstinuisse fabulo, quem κύαμον Græci appellant. Cic. 1. *de Divin.* Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne faba vescerentur, quòd habeat inflationem magnam, tranquillitati mentis quærenti vera contrariam. Item fabulum pro fabalibus. Lucil. *apud* Non.

*Hic in fœtore humi fabulisque fimo, atque sacerdis.*

Fabāginŭs, a, um: adject. quod est ex fabis. { κυαμικὸς. Gall. *De fèves.* Ital. *Di fava.* Germ. Davon bonen ist. Hisp. *Cosa de materia de havas.* Angl. *Of beanes.* } ut, Fabaginum acus, apud Catonem *de re rust. cap.* 54.

Fābārĭus, a, um: adject. quod ad fabam pertinet. { κυαμικὸς. Gall. *Propre & convenable à fèves.* Ital. *Ciò che à fava si conviene.* Germ. Das zu den bonen gehört. Hisp. *Cosa perteneciente à las havas.* Angl. *That belongeth to a beane.* } ut, Fabariæ calendæ, hoc est, Calendæ Juniæ, quia hoc mense adultæ fabæ divinis rebus adhibebantur, teste Macrob. *in Saturn.* Pilum fabatium, apud Catonem *cap.* 12. Insulæ fabariæ, *Iles où il croist force fèves.*

‖ Fabaria pila, vas concavum, ad fabam fresam pinsendam. ‖

Fabarii dicti sunt apud Gentiles cantores. Vetus Dict. Unde Isid. *lib.* 2. *de divin. Offic.* Psallentes hoc legumine causâ vocis assiduè utebantur. Itaque Fortunatiani admonitio est, Firmam efficit vocem & suavem observantia cibi, & potus, & ventris continentia.

Fabălia, ium, sunt stipulæ fabarum, hoc est, culmi illi ex quibus siliquæ fabaceæ dependent. { κυαμόστραβα καὶ κυαμῶν. Gall. *Une gousse de fèves.* Ital. *Stoppie de fave.* Germ. Bonenstraw. Hisp. *Las cañas de havas.* Angl. *The stalkes of beanes.* } Plin. *lib.* 18. *cap.* 12. Sed major pars malunt fabalia maturæ sationis, quàm trimestrem fructum ejus: nam siliquæ, caulésque gratissimo sunt pabulo pecori. Col. *lib.* 2. Veteres rusticos plerumque dicentes audio, malle se maturæ fabalia, quàm fructum trimestrem.

Făbālis, e, adject. { κυαμικὸς. Gall. *De fèves.* Ital. *Favole.* Germ. Das von bonen ist. Hisp. *De havas.* Angl. *Of beanes.* } ut, Stipula fabalis. Ovid. *lib.* 4. *Fast.*

*Certè ego de vitulo cinerem, stipulâmque fabalem*
*Sæpè tuli plena rebrua tosta manu.*

Ac paulò post declarat quid sit stipula fabalis.

*Sanguis equi suffimen erit, vitulique favilla,*
*Tertiaret dura culmen inane faba.*

Culmen verò pro stipula usurpavit. Sicut autem cinis vituli, & vituli favilla, res est eadem: sic culmen fabæ, & stipula fabalis: quæ & fabalia substantivè dicuntur. Plin. *lib.* 22. *cap.* 25. Fabalium etiam siliquarum cinis ad coxendices & nervorum veteres dolores cum adipis suilli vetustate prodest.

‖ Fabale absolutè, plurali ferè fabalia, stipula fabæ: quæ quia valde cava est, potest & faba duci à חבר, id est cavitas. ‖

Fabăcĕa, æ, à veteribus dicebatur genus libi ex fabis. { κυαμίτης. Gall. *Une sorte de gasteau ou tortean fait de fèves.* Ital. *Favata, focaccia, torta di fava.* Germ. Ein gattung kuchen von bonen gemacht. Hisp. *Manjar à potaje de havas.* Angl. *A king of bread made of beanes.* } Plin. *lib.* 18. *cap.* 12. Quin & prisco ritu fabacia suæ religionis diis in sacro est.

‖ Fabana, vox barbara, pro fabaro, id est pulte ex fabis. ‖

Fabaria, insula est in mari Germanico, non procul à Cimbrica Chersoneso: alio nomine Burchana dicta. Fabaria à Romanis dicta, propter multitudinem frugis sponte ibi provenientis. Author Plin.

Fabaris, Fluvius in Sabinis, cujus meminit. Virg. 7. *Æneid.*

*Qui Tyberim Fabarimque bibunt.*

Alio nomine vocatur Farfarum, authore Servio. Plautus, Diffipabo te tanquam folia farfari, Ovid.

——— *& amœna Farfara unda.*

Fabararium, ii: vas, vel patella, in qua puls fabata ponitur. Lampridius, Ut pro naſcentis apiaſtri faſce Laribus & foeno Græco exhiberet plenis fabatariis & diſcis.

‖Fabatum, puls fabata. Græci poſteriores etiam ſuum fecerunt φαβάνον.‖

Fabĕr, à facio: ut à fine, fiber. {חרש *chereſch.* δημιεργὸς, τεχνίτης, τέκτων. Gall. *Tout ouvrier travaillant en dure matiere, comme en bois, fer, pierre, & ſemblables choſes.* Ital. *Fabro, artefice di coſa dure, come legno, ferro, pietre.* Germ. Ein werckman in harter materey/ als da iſt eiſen/ ſtein/ holtzwie da ſind/ ſchmid/ ſteinmetz/ zimmerman. Hisp. *Oficial de qualquier arte.* Angl. *All creafties man that worketh in hard ſtuffe, as yron, woode, ſtone.*} Generale eſt nomen, communeque iis omnibus qui circa duram verſantur materiam, in opificióque ſuo malleo utuntur: quæ tamen ſignificationis amplitudo reſtringitur ex ſignificatione adjectivi adjuncti. Eſt enim faber ferrarius, qui aliquid ex ferro conficit, σιδηρεὺς: faber tignarius, qui tigna ad ædificia exaptat, ξυλοδόμος τεκτονικὸς: faber aurarius, qui ex auro aliquid excudit, χρυσοχόος, χρυσοτέχνης, χρυσοκόλλης, & ſic de cæteris. Qui verò ex gypſo, argilla, cera, aliáve molli materia aliquid confiſtunt, Plaſtæ dicuntur. Plaut. *Moſt. ſc.* 2. *a.* 2. Venit imber, lavat parietes, perpluunt tigna, putrefacitque operam fabri: nequiquam jam factus eſt uſus ædium, atque fabri culpâ. Idem *in Rud.* ut fortunati ſint fabri ferrarii: Qui apud carbones aſſident, ſemper calent. Idem *Moſt.* Taceſis faber, qui cudere ſolos noſtri plumbeos nummos. *Ibid. ſc.* 2. *a.* 4. Laudant fabrum, qui fecit ædes. Idem *Capt. ſc.* 5. *a.* 5. Abducite iſtum ad Hippolytum fabrum: Jubete huic craſſas compedes impingier. De ea re idem *Menæch. ſc.* 1. *a.* 1. Item *ibid. ſc.* 5. *a.* 5. Cogito utrum me dicam docere Medicum, an fabrum: qui obligaſſe ait crus fractum Æſculapio, & Apollini brachium. Idem *Capt. ſc.* 4. *a.* 5. Accerſatur faber, qui iſtas compedes tibi adimat. ¶ Fabri pro genitoribus, ſive parentibus. Idem *Moſtell. ſc.* 2. *a.* 1. In fabrorum poteſtate dum fui (i. parentum.) Abeunt à fabris (i. à parentibus.) *ibidem.* Parentes fabri ſunt liberûm, & quomodo, vide *ibid.* Hoc. 2. *ep.* 2.

*Marmoris, aut eboris fabros, aut aris amavit.*

Cicer. *de clar. Orat.* Ego me Phidiam eſſe malim, quàm vel optimum fabrum tignarium. ¶ Faber quum ſis, opera haud facis fabrilia, τέκτων γὰρ ὢν, ἔργα ἐργάζῃ ξυλουργικά. Congruet in eum, qui tentat ad quæ non eſt idoneus, vel ob imperitiam, vel ob naturam alienam. ¶ faber etiam piſcis eſt, qui & ζεὺς, ζανεὺς Athenæo *lib.* 2. Eſt planus, cui pinnæ nigricant, latera aurea, in medio corpore utrinque fuſca macula nummuli inſtar, lineáque obliquè à capite ad caudam protenta eſt. Colum. *lib.* 8. Faber qui in noſtro Gadium municipio generoſiſſimis piſcibus annumeratur, cúmque priſca conſuetudine zeum appellamus. Dalmatæ Fabrum vocant, quia in eo omnia fabrilia inſtrumenta reperiantur.

Faber, a, um: i. fabrilis. Adjectivum priſcis uſitatum, & quo etiam uſus eſt Ovid. *lib.* 8. *Metam.*

*Dædalus ingenio fabra celeberrimus artis.*

Idem 3. *Faſtor.*

*Marmoribus mavis, fabrane exaſtlior artis,*
*Difficile eſt ulli dicere, clauſit opus.*

Apuleius *Apol.* 1. Lævitas fabra ſpeculi. Hinc fabertimus, ſuperlat. Idem 2. *Florid.* Ec amilum in læva aureum fabertimo ſignaculo.

Fabûm in genitivo plurali, uſitatius erat Ciceronis ætate, quàm fabrorum. Cicer. *in Orat.* Fabûm & procûm audeo dicere, non fabrorum & procorum. Idem *ad Attic. lib.* 5. Jam duo præfecti fabûm Pompeii in meam poteſtatem venerunt.

Fabrè, adverbium, idem quod artificioſè, affabrè, ſcitè. {σοφῶς. Gall. *Artificieuſement, ingenieuſement, de main de maiſtre.* Ital. & Hisp. *Artificioſamente.* Germ. Werckli ch/ meiſterlich/ künſtlich. Angl. *Cuningly, craftily, workmanly.*} Plaut. *in Pœnul.* Baſilicè exornatus incedit, & fabrè ad fallacias. Idem *in Menæch. ſc.* 1. *a.* 1. Hoc facinus pulchrum eſt, hoc probum eſt, hoc lepidum eſt, hoc factum eſt fabrè. Hodie uſitatius eſt compoſitum ejus Affabrè, quod ejuſdem eſt ſignificationis )( Infabrè. Pacuvius: Barbaricam, inquit, poſtem noſtris manibus obtulit, nova figura factam, commiſtam infabrè, hoc eſt, fœdè & turpiter, ut interpretatur Nonius. ¶ Omnia hæc originem ducunt ab antiquo adject. Faber, ra, rum, pro Fabrilis, & hoc fabrile, de quo paulò antè.

Fabrĕfăcio, is: Ædifico, artificioſè compono. {οἰκοδομῶ, τεκταίνομαι, κατασκευάζω. Gall. *Faire artificieuſement, travailler en maiſtre & ingenieuſement.* Ital. *Fabricare, edificare, comporre, lavorare con arte.* Germ. Werckli ch machen/ künſtlich bawen. Hisp. *Edificar, obrar por artificio, componer.* Angl. *To builde and worker mak a thing cuningly or workmanly.*} Plaut. *in Capt.* Nec fallaciam aſtutiorem ullus fecit poëta, atque ut hæc eſt fabrefactâ à nobis. Plin. *de viris illuſtr.* Quum videret eos multùm mari poſſe, claſſem magis validam quàm decoram fabrefecit, hoc eſt, ædificavit. Unde fabrefactum opus, id eſt, artificioſè factum, κατασκευασμένον, ἐξειργασμένον.

Fabrĭco, as: & fabricor, aris, deponens, fabrili arte aliquid confício, architecto. {בנה *banah.* κατασκευάζω, οἰκοδομῶ, τεκταίνομαι. Gall. *Forger, faire, baſtir.* Ital. *Fabricare, edificare.* Germ. Schmidem/ zimmern machen. Hisp. *Fabricar, obrar por artificio.* Angl. *To forge or frame.*} Ovid. *lib.* 13. *Metam.*

*Craterem Æneæ quem jam fabricaverat Alcon.*

Cicer. 3. *de Orat.* Capitolii faſtigium illud & cæteratum ædium non venuſtas, ſed neceſſitas ipſa fabricata eſt. Quinc. *lib.* 3. *cap.* 2. Niſi quis dicit, etiam gladium fabricatum ab eo, priùs qui ferrum in tutelam ſui, quàm in perniciem alterius comparavit. ¶ Transfertur etiam ad animum. Curtius, Multa interea fabricatus ingenio, quomodo avertere inde hoſtem poſſet. Plaut. *Aſin. ſc.* 1. *a.* 1. Fabricare quidvis, quidvis comminiſcere.

Fabrĭcātus, particip. {עשוי *haſuí.* κατασκευασμένος. Gall. *Fait, forgé, edifié.* Ital. *Edificato, fabricato.* Germ. Geſchmidet/ gezimmert/ gemacht. Hisp. *Obrado por artificio, edificado.* Angl. *Forged, framed, wroght.*} Cicer. 1. *de Univerſ.* Et globoſus eſt fabricatus, quod σφαιροειδὴς Græci vocant.

‖Fabricateria, ornatus, aut locus fabrorum. Cath.‖

Fabrĭcātor, is: Ædificator, architectus, artifex. {עשיר *hoſeb.* פעל *pohél.* τεχνίτης, ἀνὴρ. Gall. *Forgeur, ouvrier.* Ital. *Fabricatore, operario.* Germ. Ein ſchmid der etwas auß harter materey macht. Hisp. *El que artificioſamente obra.* Angl. *A forger, a framer.*} Quint. *lib.* 2. *cap.* 16. Et hercle Deus ille princeps, parens rerum, fabricatórque mundi, nullo magis hominem ſeparavit à cæteris, quæ quidem mortalia eſſent, animalibus, quàm dicendi facultate.

Fabrĭcātio, nis: Fabrica. {מעשה *maaſeh.* מפעל *mipʿál.* δημιουργία, τέχνη, τέκτων. Gall. *Forgement, façon, edifice.* Ital. *Fabrica, edificio.* Germ. Schmidung/ machung. Hisp. *Aquella obra de fabricar.* Angl. *A framing or making.*} Cic. 2. *de nat. Deorum*, Si erit tota hominis fabricatio perſpecta.

‖Fabricatura, fabrica. Cod. Il. antiq.‖

Fabrĭcā, propriè fabri lignarii officina, quamvis & de aliis officinis dicatur. {ἐργαστήριον, τεκτονεῖον. Gall. *Baſtiment, ouvrage, boutique, une forge.* Ital. *Bottega del lignaiuolo, fabrica.* Germ. Ein werckſtatt. Hisp. *Botica, à tienda de carpintero, fabrica.* Angl. *A forge or ſhope whe rein any thing is forge dar framed.*} Nam fabricam ferream dixit Plin. *lib.* 7. *cap.* 56. Fabricam ferream invenere Cyclopes. Plaut. *Mil. ſc.* 1. *a.* 2. Facetis fabricis & doctis dolis. Item Quint. *cap.* 18. *lib.* 2. Nec fabrica ſit ars: Caſas enim priùs illi ſine arte fecerunt. ¶ Ponitur pro ipſa fabricatione, ſive arte fabrili. {μηχανή. Angl. *A working in hard ſtuffe.*} Unde & ædificium fabricam dicimus & machinationem. Plaut. *in Pœn.* Nunc hoc conſilium capio, & hanc fabricam apparo, ut filias ducas tuas. Cic. 2. *Offic.* pro coagmentatione, ſive compactione ſumpſit. Hanc (inquit) tam diligentem naturæ fabricam imitata eſt hominum verecundia.

Fabricus, a, um: Adjectivum, quo uſus eſt Paulus JC. *in l. ſi mancipia. ff. de inſtructo vel inſtrumento legato*, quum ait: Servum verò arte fabrica peritum.

‖Fabricenſis, qui in publicis fabricis bellica arma fabricat, ὁπλοποιὸς.‖

Fabricium, idem quod fabricatura.‖

Fabrĭlis, e: quod eſt fabri, ſive quod ad fabrum pertinet. {τεκτονικὸς. Gall. *Appartenant à un forgeur.* Ital. *Fabrile, pertinente à magnano.* Germ. Das zu einem ſchmid oder andern dergleichen werckmann gehört/ ſchmid zeug. Hisp. *Coſa pertenesciente à tal obra.* Angl. *Belonging to a ſmith or carpenter.*} Horat. *lib.* 2. *Epiſt.*

——— *quod medicorum eſt*
*Promittunt medici, tractant fabrilia fabri.*

Fabrile ſcalprum. Liv. 8. *bell. Pun.* Fabrile ærarium. Cicer. *ad Attic. lib.* 6. Fabrile glutinum. Plin. *lib.* 28. *cap.* 11. & Celſ. *lib.* 8. *cap.* 3. id eſt, μαγειρικὸν Dioſcoridi. Fabrilis manus. Matt. *lib.* 12.

*Factaque fabrili dedolat oſſa manu.*

‖Fabriliter, more fabri. Prud.‖

Fabianus, φαβιανὸς, Martyris nomen, qui unà cum Sebaſtiano, quòd Chriſtum profiteretur, ſupplicio affectus eſt.

Fabiorum familia Romæ nobiliſſima fuit, cognomen hoc ſortita ab eo tempore, quo Romani penè omnes nobiliſſimi agriculturam exercebant: quòd primus qui hoc nomen adeptus eſt, in faba ſerenda excelleret: ſicut etiam Ciceriones, Piſones, & Lentuli dicti ſunt à lente, cicere, & piſis benè ſerendis. Horum tanta Romæ potentia fuit, ut bellum adversùs Vejentes ſoli cum ſuis clientibus & ſervis ſuſceperint: quúmque ex levibus aliquot præliis ſæpiùs victoriam reportaſſent, tandem ad Alliam fluvium inſidiis circumventi, ad unum omnes cæſi ſunt. Ovid. *lib.* 2. *Faſt.*

*Una dies Fabios ad bellum miſerat omnes:*
*Ad bellum miſſos abſtulit una dies.*

Ex tanta Fabiorum clade unus tantùm ſuperfuit, qui nondum armis per ætatem idoneus, in urbe relictus erat: ex cujus ſanguine per longam nepotum ſeriem natus Fabius ille Maximus eſt, qui Dictator adversùs Annibalem creatus, cunctabunda quadam prudentia rem Rom. aliorum Imperatorum temeritate labefactatam, primus reſtituit. Fabii dicti olim Fodii, à fodiendo: & cur? vide apud Plutarch. *in Fabio.* ¶ Fuit & Fabius Rullus, *ibid.* ¶ Fuit & alius Fabius, Allobrox cognominatus, à rege Allobrogum ad Iſaram flumen interempto. ¶ Fabius Pictor, homo nobiliſſimus, juris & literarum antiquitatis benè peritus, ut author eſt Cic. *in Brut.*

Fabianus, a, um: denominat. Arcus Fabianus, Romæ erat juxta regiam, in via ſacra. Suet. *in Aug. cap.* 40. Fabiani tribules.

Fabius, a, um: aliud adjectivum: ut gens Fabia. Ovid. 3. *de Ponto.*

Fabrateria, φαβρατερία. Oppidum Campaniæ ad Terum fluvium. Juvenal. *Satyr.* 3.

——— *optima Sora,*
*Aut Fabrateria domus, aut Fruſinone paratur.*

Meminit hujus oppidi Silius *lib.* 8. Hinc deducitur denominativum, Fabraternus, a, um.

Fabrè, Fabricatio: Fabrica, vide *Faber.*

Fabricius, ii, φαβρίκιος. Nomen Romani civis frugaliſſimi, qui in tenuiſſimo cenſu, Samnitum munera forti animo ſprevit. Vide Plut. *in Pyrrho.* Hic unicum frugalitatis exemplar fuit apud Romanos: patellam & ſalinum ex argento tantùm colendorum deorum cauſa domi habuit, ita tamen ut patella corneo pediculo ſuſtineretur. Hujus filiæ ob paupertatem ex publico dotatæ, ad maritos ierant portantes gloriam domeſticam, pecuniam publicam. Hic adversùs Pyrrhum Epirotarum regem & Samnites graviſſima bella geſſit: adversùs quos, ut bello invictum, ita muneribus ſe præſtitit incorruptum. Regis etiam medicum, domini ſui mortem per venenum poliicentem, vinctum ad regem remiſit.

Fabricianus, φαβρικιανὸς, Fabriciani filius, qui matrem Fabiam interfecit, quòd illa maritum ſuum occidiſſet, ut liberiùs adulterium cum Petronio adoleſcente committeret. Author Dositheus apud Plut.

Fabrĭco, Fabrile: vide *Faber.*

Fābŭlæ, propriè eſt ſermo & rumor populi, & res paſſim divulgata, à fando dicta. {משל *maſchál,* שטנה *ſchemináh.* Gall. *Fable,*

*Fable, conte, devis, bruit, rumeur, discours, farce, comedie, tragedie.* Ital. *Favola, novella.* Germ. Ein fabel/ein gemeine gesserede/ein erdichte ding. Hisp. *Ficion, ò novela fingida.* Angl. *A tale, a fable.* ] Pro sermonibus & colloquiis. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Nolo bis iterare: sat sic sunt longæ fabulæ (i. sermones, colloquia.) ¶ In fabulis esse, id est, in ore, sive sermone populi. Suet. *in Augus. cap.* 70. Cœna secretior ejus in fabulis fuit. Juvenal.

*Ite nova, nec tristis per cuncta fabula cenas.*

Martial. *lib.* 1.

*Quòd nunquam maribus junctam te Bassa videbam,*
*Quódque tibi machum fabula nulla dabat,*
*Esse videbaris, fateor, Lucretia nobis.*

Terent. *Heaut.* odiosa hæc est ætas adolescentulis: E medio æquum est excedere: postremò jam nos fabulæ sumus, Pamphile, senex atque anus. ¶ Hem tibi omnem fabulam (i. rem, commentum, dolum.) Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Ne temerè hanc tollas fabulam (i. ne differas & vulges, quod te vidisse dicis & fingis.) Idem *Mil. sc.* 3. *a.* 2. Aliam accipis fabulam. Idem *Men. sc.* 5. *a.* 5. ¶ Pro Comœdia, Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Si vultis approbare hunc gregem & fabulam. Idem *Menach. sc.* 5. *a.* 5. Aliam accipis fabulam. Idem *Capt. prolog.* Expediet fabulæ huic operam dare. Idem *Men. sc. ult. a.* 5. Quæ hæc est fabula? Ovid. *Eleg. ult. lib.* 4. *Trist.*

*Nomine sub nostro fabula nulla fuit.*

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Trist.*

*Sic ego delicias & mollia carmina feci,*
*Strinxerit ut nomen fabula nulla meum.*

Plaut. *Capt. prolog.* Hæc res agetur nobis, vobis fabula. Et Gell. *cap.* 11. *lib.* 17. Fabulas apud populum dare, & fabulas docere. *Ibidem.* & Tibull. *lib.* 4.

*Atque hæc seu nostras interfusa cognita terras,*
*Fabula sive novum dedit his erroribus orbem.*

¶ Dicitur etiam fabula, ‖ pactum conditionis. ¶ Item ‖ narratio ad delectationem inventa, rerum nec veratum, nec verisimilium: ut quod Daphne versa sit in laurum, & Tantalus apud inferos fugientia captet flumina. Horat. *in Serm. satyr.* 1.

——— *Quid rides? mutato nomine de te*
*Fabula narratur.*

Cicer. 3. *de nat. deor.* Jam verò quid vos illa delectat explicatio fabularum, & enodatio nominum: exsectum à filio Cœlum, vinctum item à filio Saturnum? ¶ Apologus autem differt à fabula, ut species à genere. Dicuntur enim apologi fabulæ, quæ sub tectorio ridiculæ alicujus narrationis, & inter bruta animantia colloquii recondunt aliquid, quod ad vitam & mores pertineat, quales sunt fabellæ illæ quæ Æsopi nomine circumferuntur, quamvis ab Hesiodo primùm profecta constet. Comœdiæ & Tragœdiæ fabulæ sunt, non apologi. Hujusmodi autem fabulæ diversa sortiuntur nomina pro habitu & qualitate personarum. Aliæ enim togatæ dicebantur, quarum personæ togis & Romanorum cultu erant ornatæ. Aliæ palliatæ, cùm personæ Græco more pallis indutæ, in scenam prodibant. Erat enim pallium Græcis peculiare, quemadmodum Romanis toga. Togatarum genera quatuor. Sunt enim togatæ, quæ prætextatæ dicuntur, in quibus reges Romani, vel Duces inducuntur, personarum dignitate & sublimitate Tragœdiis similes. Prætextatæ autem dicuntur, quia ferè regum, vel magistratuum prætexta utentium in hujusmodi fabulis personæ introducebantur. Secundum genus togatarum, Tabernariæ dicuntur, humilitate personarum & argumentorum similitudine Comœdiis pares: in quibus non magistratus, sed humiles & privatæ personæ induci solebant, quales ferè sunt Mercatores, aut institores, qui in tabernis merces suas vendere consueverunt. Erant præterea fabulæ Atellanæ, jocis & salibus quàm proximè ad satyram accedentes: ab Atellis Campaniæ oppido, in qua plurimùm actitatæ sunt, nomen sortitæ. Aliæ erant Planipediæ, à planis actorum pedibus dictæ, qui ob humilitatem argumenti, & vilitatem personarum, neque cothurnis utebantur, neque soccis. ¶ Sine capite fabula, ἀκέφαλος μῦθος, dicitur imperfectus ac mutilus sermo. Zenodotus ex Platone & Plutarcho. Fabulæ, verbum in responsione poni solitum, quum negamus verum esse quod quis dicit, veluti per tædium. Terentius *Heaut.* Si tibi narrem quamobrem id faciam, vera causa est. Ct. Fabulæ.

Fābellā, diminutivum est à fabula. ] τὸ μυθάριον. Gall. *Petite fable, petite farce.* Ital. *Favoletta, favoluccia, novelletta.* Germ. Ein mårle. Hisp. *Pequeña ficion, ò novela fingida.* Angl. *A litle fable.* ] Cic. *pro Cælio*, Verùm hæc tota vetus, & plurimarum fabellarum poëtria. Idem 5. *de finib.* & 2. *de Divin.* Nihil debet esse in Philosophia commentitiis fabellis loci.

‖ Fabello, as: Fabulor. Petr. Gell. ‖

Fābŭlŏr, aris, à fando derivatur, & significat Loqui. ] שיח *sichahh.* תשחרה *hischtahah.* סבר *sippér.* μυθολογέω, ἀμιλέω. Gall. *Conter des fables, deviser, caqueter, babiller.* Ital. *Ragionare, favellare, favolegiare.* Germ. Schwetzen/ reden. Hisp. *Dezir ò contar novelas.* Angl. *To bable, to prate or chatter.* ] Plaut. *in Capt.* Quid fabulabor? quid negabo? aut quid fatebor? Idem *in Cistell.* Hæc nostram rem fabulatur, hanc scire oportet, filia tua ubi sit: id est, de re nostra loquitur. Idem *in Aster.* Quid illud quod solus secum fabulatur filius? Idem, Satin' hoc rectè fabulor. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 5. Expeditè fabulatus. *Ibid. sc.* 2. *a.* 1. Nunc quomodo, & verbis quibus me deceat fabulari, priùs ipse mecum etiam volo hîc meditari: sic hoc proloquar. Idem *Amph.* Clarè adversùm fabulabor. *Ibid.* Vigilans video, vigilans fabulor. Idem *ibidem*: Vigilo, & vigilans id quod factum est fabulor. *Ibidem.* Videor cum illa fabulari. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. ¶ De fabula poëtica loquens, idem *Amph. sc.* 4. *a.* 4. Verùm quod olim auditum est fabulari. ¶ Fabulari, pro ineptè garrire. Liv. *lib* 5. *dec.* 5. Et tu centurio, miles, quid de Imperatore Paulo Senatus decrevit, potius quàm quid Sergios Galba fabuletur, audi. Plaut. *Capt. sc.* 3. *a.* 3. Nec tu quod fabuletur in aures immittas tuas. (Mox, garrivit.) ¶ Invenitur & fabulo, as, etc. Idem *Mil. sc.* 4. *a.* 1. Nimis stulta sum & mora, quæ cum insano fabulem. ¶ Ejus compositum est Confabulor. ¶ Item pro confabulari interdum usurpatur. Gellius *cap.* 13. *lib.* 19. Stabant fortè unà in vestibulo palatii fabulantes Fronto Cornelius, & Festus Posthumius.

Fābŭlo, in activa voce, pro eodem. Plaut. *in Milite.* Malæs. P. Imò æquitor stulta multum, quæ vobiscum confabulem.

Fābŭlātor, is. ] שיחר *schehch.* משחית *mischtahhéh.* מספר *mesappér.* μυθολόγος, λογοποιός. Gall. *Un faiseur de contes, raconteur de fables.* Ital. *Narratore di favole.* Germ. Ein schwetzer/ tandler/ mårlesager. Hisp. *El dezidor y contador de novelas, hablador.* Angl. *A babler or prater.* ] Facetus colloquutor. Sueton. *in Aug.* Si interruptum somnum recuperare, ut evenit, non posset, lectoribus, aut fabulatoribus accersitis resumebat, producebátque ultra primam sæpè lucem. Gell. *lib.* 3. *cap.* 19. Æsopus ille Phrygius fabulator. Cato *in lib. originum.* Ut fabulator Tuscus existimavit.

Fābŭlāris, are, adjectivum: Fabulosus, μυθώδης: ut, Historia fabularis, in qua multa falsa, & minimè vera scribuntur. Sueton. *in Tiberio.* Maximè tamen curavit historiæ fabularis notitiam usque ad ineptias & derisum.

Fābŭlōsŭs, a, um: dicitur quod commentitium est, quod fabulis & figmentis celebratur, vel de quo multa finguntur. ] μυθώδης. Gall. *Fabuleux.* Ital. *Fabuloso.* Germ. Erdicht/ dasson man vil sagt/ vnd aber erdicht fabelwerck ist. Hisp. *Fingido.* Angl. *Full of fables or inventions, fayned.* ] Horat. *lib.* 1. *Carm. Od.* 22.

*Vel qua loca fabulosus*
*Lambit Hydaspes.*

Plin. *lib.* 10. *cap.* 49. Pegasos equino capite volucres, & gryphas auritos aduncitati rostri, fabulosos reor. ¶ Fabulosior. Idem *lib.* 33. *cap.* 1. Midæ quidem annulum, quo circumacto habentem nemo cerneret, quis non etiam fabulosiorem fateatur?

Fābŭlōsè, adverbium: Falsò, vel per fabulas. ] μυθωδῶς, ψευδῶς. Gall. *Par mensonge, fabuleusement.* Ital. *Favolosamente.* Germ. Falschlich/ lugenhafftiglich. Hisp. *Fingidamente.* Angl. *Feynedlie.* ] Plin. *lib.* 32. *cap.* 11. Accedat his, Taprobane, insulæque aliæ Oceani fabulosè narratæ. Idem *lib.* 5. *cap.* 1. Colonia à Claudio Cæsare facta Lixos, vel fabulosissimè ab antiquis narrata.

Fābŭlōsĭtās, atis: hoc est, fabulantium vanitas. ] τὸ μυθῶδες. Gall. *Conte, menterie, fables.* Ital. *Il contar favole, menzogne.* Germ. Ein erdichtung/ fabelwerck. Hisp. *Aquella obra de fingir.* Angl. *A tellingung of fables or lies.* ] Plin. *lib.* 36. *c.* 13. Sed quum excedat omnia fabulositas, utemur ipsius M. Varronis in expositione ejus verbis. Idem *lib.* 7. *cap.* 32. Repetimus inter exempla, Aristæi etiam visam evolantem ex ore animam in Proconneso corvi effigie, magna quidem fabulositate.

Fābŭlīnŭs, Deus, qui pueris primò fari incipientibus præesse putabatur: cui etiam Romani sacrificabant, quum primùm liberi eorum fari incipiebant. ] Germ. Der spruch hergot bey den Römern/ welchem sie opfferten als bald ire kinder anfiengen reden. ] Author Nonius, citans testimonium Varronis de liberis educandis.

Fabulo, fabulas componens. Item Fabulones, fabularum inventores. Macrob. *lib.* 2. *Hæc nobis sit litterata latitia & docta cavillatio, vicem planipedis & fabulonis impudica & prætexta verba jacientis, ad pudorem modestiam versus imitata.* Aliqui legunt *fabulonis*, & fingunt instrumentum musicum verè *fabulonis.*

*Et ecrophallica attulit psalteria,*
*Quibus sonant in Græcia diteria,*
*Qui fabularum colligant exordia,*
*Ut comici, cinædici, scenatici.*

Fabulum: vide *Faba.*

‖ Faccio, adulando impedio.

Facĕlla, facela, acetarium. Salmas. ¶ Item faculæ in actis. Thrac. Mart.

Facellarium, vas in quo reponitur acetarium. ‖

Făcĕsso, vide *Facio.*

Făcētŭs, i. dicitur qui salibus & sermonis urbanitate, citra scurrilitatem tamen, abundat. Salsus, urbanus, venustus, scitus, concinnus, festivus, argutus, dicax. ] ἀστεῖος, χαρίεις. Gall. *Facetieux, plaisant, railleur, recreatif en parolet.* Ital. *Facetto, piacevole, che ragiona piacevolmente per ridere.* Germ. Schimpflich/ höfflich vnd bosserig mit reden. Hisp. *Donoso.* Angl. *That speaketh or doeth to make men langhe, merie, pleasant.* ] Cic. *ad Quint. fratrem*, Eam neque parum facetus scurra Sextus Nonius. Plaut. *Mil.* Cavillator facetus, vel commodus conviva item ero. *Ibid. sc.* 1. *a.* 2. Facetis fabricis, & doctis dolis. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 2. Facio me facetum magnificum virum. Cic. *lib.* 2. *de legib.* Facetissimus Poëta veteris comœdiæ Aristophanes. Quidam à faciendo derivant, ut is sit, qui gestibus, aut verbis ita alium imitatur, ut se illum faciat. Alii à fando deducunt. Cic. *de clar. Orat.* Acuti, elegantes, faceti, breves homines. ¶ Veteres facetum dixerunt quicquid venustum esset, & elegans. Horatius facetum dicendi genus Catoni, Virgilio decens tribuit.

Făcētè, adverbium: Elegantèr, urbanè. ] χαριέντως, χαριτίως. Gall. *Plaisamment, par raillerie.* Ital. *Piacevolmente.* Germ. Schimpflich/ mit höfflichen worten. Hisp. *Donosa y graciosamente.* Angl. *Pleasantly, merely.* ] Sic decet facetè verba dari custodi catè. Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 1. Non vidi magis facetè ludificari. Idem *Mil. sc.* 6. *a.* 1. H. Te ad cœnam vocari volo. E. Facetè dictum. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Ut facetè orationem ad servitutem convertit! *ibid.* Facetè advortis animum tuum ad animum meum. Idem *Mil sc.* 1. *a.* 1. Cic. 6. *Verr.* Nunquam tantum mali est Siculis, quin aliquid facetè & commodè dicant. Idem *pro Rosc. Amer.* Nólque ab isto nebulone facetiis eludimur.

Făcētiæ, arum, sunt quasi deliciæ quædam sermonis, & dicta urbana sine scurrilitate: locus, sal, lepos, urbanitas, festivitas, argutiæ. ] χαριτολογία, τὸ χαρίεν. Gall. *Plaisanteries, gayetez de paroles, railleries.* Ital. *Facetie, burle, piacevole.* Germ. Schimpfreden/ höfliche fein mit reden. Hisp. *Los donayres de palabras.* Angl. *Merie gestes or conceites.* ] Plautus *in Milite*, Nam tu quemvis potis es facere ut float facetiis. Catullus. *epigr.* 12.

——— *Est enim leporum*
*Disertus puer & facetiarum.*

Cic.1.*Offic.* Sale verò & facetiis Cæsar Catulli patris fratet vicit omnes. Idem 2. *de Orat.* Etenim quum duo genera sint facetiarum, alterum æquabiliter in omni sermone fusum, alterum peracutum, & breve: illa à veteribus superior cavillatio, hæc altera dicacitas nominata est, Gell. *cap.6. lib.6.* Facetias nebulonis nisi (1. inepcias.) Idem *cap.8. lib.15.* Facetiæ (cœnæ.) Velleius, Lepotis Latiot facetic. ¶ Reperitur & in singulari *facetia*, apud Apulcium *in Apologia.* Atque ego scio nonnullos, & cum primis Æmilianum illum facetiæ sibi facere res divinas deridere.

Făcētōsŭs, a, um: Jucundus, facetiis abundans. { *Διχρηστικὸς, ἀστεῖος.* GALL. *Facetieux, plein de plaisanteries & railleries.* ITAL. *Pieno di piacevolezza.* GERM. Voll schimpflicher und kurtzweiliger reden. HISP. *Lleno de gracias y donayres.* ANGL. *Full of merie conceites.*} Cic.1. *de fin.* Quos quidem dies quemadmodum agatis, & in quantam hominum facetorum urbanitatem incurratis, non dico. Quanquam alii hunc lectionem apud Ciceronem suspectam habent, & pro ea *facetorum urbanitatem* legendum censent.

¶ Facialis, linteum, quo facies sudore tergitur. Gloss. Isid.¶

Fă-cĭes, ei, à faciendo: quia est omnis forma totius corporis. Species oris. { פנים *panim.* GALL. *La face, le visage.* ITAL. *Faccia.* GERM. Das angesicht. HISP. *La cara ò frente.* ANGL. *The face, the visage.*} ὄψις, & vultus, ὄψωπον. Differunt, quòd vultus voluntatis indicium sit, quod pro motu animi in facie ostenditur. Unde Servius, Vultus est voluntatis indicium, qui pro voluntatis varietate mutatur. Virg. 4. *Æneid.*

*Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.*

Facies est pars anterior capitis humani, constans ex fronte, oculis, naso, malis, ore, & mento. Salust. *in Catil.* Prorsus in facie vultúque vecordia inerat. ¶ Sumitur tamen facies pro totius corporis forma. Terent. *in Eunuch.* O faciem pulchram! Ut enim ab aspectu species, à fingendo figuratita à faciendo, vel à factura corporis dicitur facies. Est enim facere, propriè in opere esse, id est, rei alicui faciem inducere: ut qui facit vas, vasi illi faciem imponit: qui gladium, gladii, &c. id est, formam, sive figuram. Plaut. *in Pœnulo*, Sed earum nutrix qua sit facie, mihi expedi. M. Statura non magna, corpore aquilino. P. Atque ipsa est. M. Specie venusta, ore parvo, atque oculis peregris. Salust. *in Iugurth.* Pexelara facies, i. venusta forma. ¶ Neque solùm de hominibus dicitur, sed etiam de rebus inanimatis. Idem *lib.2. histor.* Sardinia in Africo mari, facie vestigii humani, in Orientem, quàm in Occidentem latior prominet. Idem, Quibus rebus permota civitas, atque immutata urbis facies erat. Faciem illam rerum ultimam promis (i. funeris imaginem.) Senec. *cap.15. de consol. ad Marc.* Item, In faciem pulveris (i. formam & modum.) Gell. *cap.18. lib.10.* { GALL. *En façon, forme & maniere de poudre.*) Item

*Urbis aberat facies.*

Ovid. *Eleg.6. lib.3 Trist.*

*Hæc facies Troiæ, cùm caperetur, erat.*

Idem *Eleg.5. lib.1.* Nomen quod appellationis Græcæ vim habeat, non faciem. Senec. *cap.2. de tranq.* Ista facie ingenii blandiuntur. Quinc. In eadem facie (orationis) quasi vultus mutandus. Idem. Facies plures eloquentiæ & genera dicendi. Idem. Belli facies. Salust. *Iugurth.90.* ¶ Accipitur tamen nonnunquam vultus pro facie, præsertim apud Poëtas, qui pro eodem dicunt, Fœdato vultu, & fœdata facie. ¶ Quandoque etiam facies pro specie dicitur: εἶδος. Virg. *lib.6. Æneid.*

*Qua scelerum facies, ô virgo effare!*

Idem *lib.1. Georg.*

——— *tot bella per orbem,*
*Tam multa scelerum facies.*

¶ Facies etiam pro corporis longitudine ponitur. Pacuvius *in Niptra*, Ætate integra, feroci ingenio, facie procera. Vide Gell. *lib.15. cap.18.* ¶ Antiqui declinabant, hæc facies, hujus facies, vel facii, pro facici, ut testimoniis aliquot docet Gell. *lib.9. cap.13. & 14.* ¶ Facies quid propriè, & unde? Idem *cap.28. lib.13.* Est totius corporis forma, non vultus tantùm. ¶ Facies pro statura, totiúsque corporis figura: & apud Plaut. & Quadrigarium *ibidem, & cap.13. lib.9.* ¶ Peregrina facies hominis. Plaut. *Pseud. sc.2. a.4.* Qua facie vis hominem? Malum, callidum? *Ibid. sc.4. a.2.* Qua facie est? macilento ore. Idem *Capt. sc.4. a.1.* Faciem cùm aspicias, haud videntur mali. Idem *Pseud. sc 2. a.1.* Ego Sauream non novi, neque qua facie sit, scio. Idem *Asin. sc.2. & 3. a.2.* Qua facie est? Subniger, rufus, ventrosus, acuto capite, magnis podibus. Idem *Pseud. sc.7. a.4.* ¶ Vertere se in omnes facies, id est, experiri omnia consilia, aut vires. Virg. *lib.11. Æneid.*

*Verte omnes tete in facies, & contrahe quicquid*
*Sive animis, sive arte vales.*

¶ Faciem alicujus ignorare. Salust. *Iugurth.*104. ¶ De facie nosse, est leviter cognitum habere, quasi quem semel atque iterum videris duntaxat: non quicum sis familiariter versatus. Id si transferatur ad res animi, fiet venustius. Cic. *in Pis.* Habet hoc ipsa virtus, quam ne facie quidem nosti, id est, ne tenuiter quidem. ¶ Simile huic est, Prima facie, pro primo aspectu, & priusquàm prolixiùs ac diligentiùs consideres. ¶ Faciem provetbio perfricuisse dicuntur, qui pudorem omnem dedidicerunt, velut abstersa manu à vultu pudore. Plin.

¶ Faciecula, parva facies. Cath.¶

Facitergium, pro faciali.

Făcĭlis, Făcĭlĭtās, Făcĭlnus: vide *Facio.*

Făcio, is, feci, factum, cujus passivum est Fio. à φάω. Præficio, præfectus, & præficus, Fecialis, apud quem belli & pacis faciendæ jus erat, { πράττω *πράσσω, ποιῶ, τεύχω.* GALL. *Faire.* ITAL. *Fare.* GERM. Machen/thun. HISP. *Hazer.* ANGL. *To mak any thing, to do.*} Apud antiquissimos in usu fuit *facior*, quod adhuc remansit in verbis iis quæ ex præpositionibus fiunt: ut Afficio, passivum fecit Afficior: Conficio, conficior, & sic de reliquis. Quæ verò ex aliis partibus componuntur, passiva faciunt per verbum Fio: ut Fabrefacio, fabrefio: Malefacio, madefio. Sic etiam pinguefacio, ssuefacio, calefacio, candefacio, excandefacio, condocefacio, commonefacio, frigefacio, fervefacio, confuefacio, tepefacio, dissuefacio, mansuefacio, stupefacio, satisfacio, vacuefacio, patefacio, putrefacio, putefacio, labefacio, expergefacio, tortefacio, & si qua alia reperiantur. Ubi illud obiter notandum est, composita à facio, habentia e, ante f, quæ fiunt ex verbis secundæ conjugationis, habere quartam à fine indifferentem. Horat. *lib.2. Serm.*

*In matrum jugulo ferrum tepefecit acutum.*

Catullus,

*Alta tepefaciet permissa flumina cede.*

Est autem facere proprièe, in opere esse, id est, rei alicui faciem quandam inducere. Unde etiam facies dicitur. Qui enim facit vas, vasi faciem illi imponit: qui vestimentum, vestimenti faciem. ¶ Interdum sumitur pro scribere, id est, componere. ποιῶ. Donatus *in Terentium*, Facit qui materiam componit, ut Menander. Hinc litteras facere super re aliqua (i. scribere.) Gell. *cap.15. lib.6.* & Plaut. *Asin. sc.1. a.4.* Ne sit illi cera, ubi facere possit litteras. ¶ Facere etiam verbum est censere (unde factiones 4. & in lusu pilæ factores dixit Plaut.) ut apud Cic. *in Bruto*, Aut si auditor omninò tanquam equus non facit. Equus verò non facit, qui segnis & ignavus est, qui non in partem ad victoriam adjuvat, nec in curriculo corripit spatium, neque auriga audit. ¶ Pro æstimare, τιμάω. Plaut. *in Cure.* Migrare certum jam nunc è fano foras, quando Æsculapii ita sentio sententiam, ut me nihil faciat, nec salvum velit. Sic magni facio, οὐ πολλοῦ ποιοῦμαι. Parvi facio, οὐδενὸς ποιοῦμαι, παρὰ μικρὸν ἡγοῦμαι. Idem *Asin. sc.1. a.1.* Te ipsum haud facio magni. Tanti facio, magno pretio æstimo, nullius æstimo, tanti æstimo. Nec composita sunt hæc, quam manifestè divisa inveniantur. Idem *in Cur.* Respicio vos nihil meam gratiam facere. Idem *in Rud.* Minacias ego istas flocci non facio tuas. Cic. *Cæcin.* Utebar familiarissimè Cæsare, Pompeium faciebam plurimi. ¶ Jungitur & cum genitivis lucri, & sumpti: ut Lucrifacio idem sit, quod facio lucrum, ἰχρηστέομαι: & sumptifacere, idem quod facere sumptum, ἀναλίσκω. Plaut. *in Persa*, Non ædepol trecentis cara est, fecisti lucri. Idem *in Casin.* Si nunc me suspendo, meam operam luserim, & præter operam restim sumptifecerim. ¶ Transfertur porrò verbum *facio* ad innumeros propemodum usus. Nam & facere verba dicimus, id est, loqui: ῥήματα λέγειν. Facere iter, est ire, ὁδοιπορῶ. Facere aliquem certiorem, est significare alicui rem aliquã. Facere gratum, χάριν φέρειν. Facere ludos, exhibere. Facere lucrum, lucrari. ¶ Facere etiam, pati est: ut Facere jacturam, damnum, naufragium: ζημίαν ἔχειν. Non facit ad aulam contumacia. Senec. *c.4. de tranquill.* Non benè facit ad forensem pulverem vestis versicolor. Quintil. Faciunt hæc ad inclinationem causæ (i. prosunt.) Idem.

*Non facit ad stomachum nostra lagena tuum.*

Mart. *Epigr.45. lib.10.*

*Non facit ad sanos servire nisi prima leones.*

Idem *Epigr.19. lib.1.* Mirè hoc facit ad pullatum circulum. Quintil. *cap.13. lib.2.* Nihil æquè facit ad viperæ morsum (id est, prodest.) Suet. *in Claudio, cap.16.* { GALL. *Il n'y a rien de si bon, & de si souverain pour la morsure d'un serpent.*} Quintilianus. Alii (canes) ad aprum, alii ad cervum faciunt (id est, apti sunt.) ¶ Mixtus loquendi modus diligenter notandus. Plaut. *Aul. sc.6.* (alias 10.) *act.4.* Quem ego avum feci ut esses hodie. Idem *in Pseud. sc.6. a.4.* Quid cessо Pseudolum facere, ut det nomen ad molas. Idem *Amphitr.* Me meus herus fecit ut vigilarem. Idem *Most. sc.1. a.1.* Advenienti patrem faciam ne introeat. Idem *Pseud. sc.1. a.1.* Pernam, callum facito in aqua jaceant. Ita etiam Gellius *cap.12. lib.14.* Faceret me ut essem prudentior. Et *cap.13. lib.19.* Fac me ut sim certus. In quibus loquutionibus. Accusativi illi, avum, Pseudolum, pernam, me, &c. per suos nominativos avus, perna, &c. resolvuntur. ¶ Item facere pro sacrificare: ἱερεύω, ἱερουργῶ. Virg. 4. *Eclog.*

*Quam faciam vitula pro frugibus, ipse venito:*

id est, quum sacrificabo. Cic. *pro Muren.* Nolite à sacris patriis Junonis Sospitæ, cui omnes Consules facere necesse est, domesticum & suum Consulem potissimùm avellere. Plaut. Plenam faciam tibi fidelium, id est, implebo. ¶ Item rem obscœnam facere. Idem, Mavult ancillæ facere, quàm liberæ. Idem *Most. sc.4. act.1.* Si tibi cordi est facere (i. amplecti amicam,) licet. Facere consuetudinem stupri cum aliqua. Suet. *in Calig. cap.24.* Complectere. Ph. Facio lubens. Plaut. *Asin. sc.3. a.3.* Et factum flagitium, vide infrà in *Factum.* Gell. *cap.12. lib.7.* Fecit quod Cinœdi facere solent. ¶ Facere matres, vide *Mater.* Facere avum, vide *Avus.* Hic senex clàm uxore animo suo fecit volupe. Plaut. *Asin.* Item Ovid. *Eleg.1. lib.2. Trist.*

*Detexit varius qui sua facta modo* (i. adultera.)

¶ Pertinet & ad pecuniam, quæ fieri dicitur, quum cogitur, seu colligitur. Salust. *Iugurth.* Quæ pecunia ad Hispaniense bellum Metello facta erat. ¶ Denique facere (ut Papinianus inquit) omnem omninò faciendi causam complectitur, dandi, solvendi, auferendi, judicandi, ambulandi, reddendi. Unde qui otiosus sedet, si rogetur quid faciat? rectè respondere poterit, se nihil facere, quandoquidem otiosus est. Rectè etiam se sedere: quoniam & sedere ipsum aliquid facere est, ut jacere, navigare, quiescere. ¶ Faciam te ut plurimùm amem, id est, plurimùm amabo. Faciam ut tibi prosim, id est, tibi prodero. ¶ Plaut. *Mil. sc.6. a.2.* Arbitramini quidvis licere facere vobis? Idem *Aul. sc.6. a.2.* Dedecoris plenum faciam horum illum. ¶ Facere delicias, vide *Delicia.* Tu facito ut venias advorsum. Idem *Men. sc 4. a.2.* Hoc servi facimus frugi, quod facere persequor. Idem *Aul. sc.2. a.4.* Faciam vestra lætera lotea. Idem *Mil. sc.2. a.2.* Facere fermentem, vide *Sementis.* ¶ Fac te esse qui sum, id est, finge te esse me, vel pone te cum esse qui sum, ὑπόθου. ¶ Facto opus est, fieri opus est. πρᾶξαι δεῖ, πρακτέον. Quod etiam dicimus Opus est facto. ¶ Contumeliam facere alicui. Idem *Asin. sc.4. a.2.* Tu contumeliam alteri facias, tibi non dicatur. ¶ Factum iri audio illi injuriam, hoc est, audio futurum ut illi fiat injuria. Factum iri mihi contumeliæ. Cicer. Cato pro te contra Cassium, apud Gell. *cap.14. lib.10.* Atque evenit ita Quintes, ut in hac contumelia, quæ mihi propter hujusmodi petulantiam factum iri, Rei quoque publicæ medius fidius metuerem Quintes. ¶ A facio item fiunt verba primæ conjugationis in eo terminata, quæ propè infinita sunt: Sacrifico, magnifico, deifi-

co,

co, clarifico, ædifico, vivifico, mortifico, justifico, & falsificó, & hujusmodi. ¶ Facere ære, apud Lucretium *lib.6.* pro Arefacere, ξηραίνειν.

*Principio terram sol exsuquit, & facit are.*

¶ Factum, in responsione affirmativa, pro Ita, sive etiam. Terent. *in Eunuch.* Chærean tuam vestem detraxit tibi? Do. Factum. PH. Et ea est indutus? Do. Factum, *ibidem*, Die mihi, aufugistin' CH. Hera factum. Plaut. *Pseud. sc.*3. *a.* 1. Fureifer: B. Factum optumè: (assentientis.) Sic idem *Cure. sc.*1. *a.*5. Benè facis. Mox, lepidè facis (quia annuit petenti.) Vide *Benignè.*

——— *da facto gaudia lucro.*

Ovid.5. *Fast.* Ut de Claudio factum palam est (i. de morte.) Suet. *in Neron. cap.* 8. Factis vicibus. Vide *Vicem.* ¶ Facere ægrè alicui, hoc est, facere alicui rem molestam. Terent. *in Eunuch.* Miles verò sibi putare adductum ante oculos æmulum, voluit facere contra huic ægrè. ¶ Facere animum alicui, est incitare, & animum alicui augere. Liv. 5. *bell. Pun.* Missum à Metaponto præsidium Romanis fecit animum, ut nocte ex improviso opera hostium invaderent. Ovid.5. *Trist.*

*Quæ tibi res animos in me facit improbe?*

¶ Facere argentariam, est facere quæstum argentarii, hoc est, trapezitæ, sive mensarii. Cic.7. *Verr.* Is quem ille argentariam Lepti fecisse dicit. Facere auspicium dicitur avis, è qua auspicium capitur. Liv.1. *ab Urbe*, Eam alitem ea regione cœli, & ejus diei nuntiam venisse, circa summum culmen hominis auspicium fecisse. Item, Facere pecuniam. Suet. *in Cæs. cap.*41. & Plaut. *Aul. sc.*3. *a.*4. Cor cœpit artem ludicram facere. Idem *Amph. prol.* Jovem facere histrionem. Facere medicinam, pro mederi. Vide *Medicina.* Facere scripeum, pro scribam esse. Gell. *cap.*9. *lib.*6. ¶ Facere cadaver, occidere. Apul. *lib.*8. Cadaver quod ipse fecerat, avidè complexus est. Gell. *cap.* 23. *lib.* 13. ex oratione M. Catonis: Succidias humanas facere, funera (i. occidere.) ¶ Facere vulnera, Ovid.4. *Fast.* Velleius, Quin tu hoc facis? (de eo qui invitat ad mortem exemplo suo.) Facere paucos dies cum aliquo. Senec. *epist.* 67. ¶ Facere damnum & flagitium. Plaut. *Pseud. sc.*5. *a.*1. Facere orbum. Idem *Asin. sc.*3. *a.*3. Acerbum funus filiæ faciet, si te carendum est (id est, immaturæ morti dabit filiam, &c.) & *Men. sc.*2. *a.*3. Fecisti funus, absente me prandio (i. sepelivisti prandium.) *Vous avez enseveli, devoré le dîner.* Metaphor. ¶ Haud caussa est, quod nunc voluisti facere, quin facias mihi (i. occidere, mergere.) Idem *Most. sc.*2. *a.*2. Facere facinus. Idem *Cure. sc.*2. *a.*1. ¶ Facere copiam & potestatem alicui. Idem *Capt.* Gratiam habeo tibi, quum copiam istam mihi, & potestatem facis, ut ego ad parentes hunc remittam nuntium. ¶ Facere cum aliquo, est partes illius fovere, aut sequi. Gellius *lib.*15. *cap.*22. Ex eis nationibus quæ cum Sertorio faciebant, quum multis præliis superatus esset, neminem unquam ab eo defeciviſſe. Cicer. *pro Quint.* Quum veritas cum hoc faciat, &c. Ovid. *Eleg.*2. *lib.*4. *Trist.*

——— ——— *Deorum*

*Cæsare cum magno cætera turba facit* (i. consentit.)

¶ Minus quàm æquum erat feci. Plaut. *Aul. sc.*2. *a.*3. Facere compendium putandi. Idem *Pseud. sc.*2. *a.*2. Facere obsequelam liberis. (i. obsequi.) Idem *Asin. sc.*2. *a.*1. Dii tibi faciant benè. Idem *Mil. sc.*6. *a.*2. ¶ Sermoni finem face tuo. Idem *Asin. sc.*3. *a.*3. ¶ Facere exuvias (i. exuere.) Vide *Exuvia.* ¶ Quid me facturum putatis? (pro facturum.) *Ibidem*, Aliquid facere certum alicui (pro reddere.) Idem *Men. sc.*1. *a.*2. ¶ Fac esse: permittentis & concedentis est loquutio, ac si dicas, Esto, vel pone ita esse. Cic. *in Verr.* Fac ita esse, tamen hoc ferendum nullo modo est. ¶ Facere fidem, est facere ut quis credat, persuadere: πίστιν ποιεῖν, vel πείθειν. Cic. *in Catil.* Ut quoniam auribus vestris propter incredibilem magnitudinem sceleris minorem fidem faceret oratio mea. ¶ Facere gradum, est ambulare. Idem *de Orat.* Quin prodis mi Spuri, ut quotiescunque gradum facias, toties tibi tuarum virtutum memoria veniat in mentem? Plaut. *in Cure.* Sed grandiorem gradum ergo fac ad me obsecro, id est, propera ad me accedere. Gradum ad aliquid facere, est per quasdam veluti gradus ab una re paulatim ad aliam transitum facere. Quint. *lib.*3. *cap.*6. Namque & illud frequens est, ut ea quibus manus confidimus, quum tractara sint, omittamus: interim ponere nostra veluti donantes, & ad ea quæ sunt potentiora, gradum ex his faciſſe contenti. ¶ Facere gradum, pro Promovere. Liv.6. *ab Urbe.* Accingendum ad eam cogitationem esse, conando, agendóque, jam eo gradum fecisse plebeio: unde si portò annitantur pervenire ad summa, & patribus æquari tam honore, quàm virtute possent. ¶ Facere gratiam jurisjurandi, id est solvere vinculo jurisjurandi. Plaut. *Rud.* Nihil hercle hic tibi est, ne tu speres: jurisjurandi volo gratiam facias. ¶ Facere gratiam, pro onus quod subire quis teneatur, ei remittere, privilegióque ab eo eximere. Suet. *in Aug. cap.* 38. Mox reddendi equi gratiam fecit eis, qui majores annorum quinque triginta retinere eum nollent. ¶ Facere gratiam delicti, pro ignoscere. Salust. *in Jugurtha*, Cæterùm Bacchо, quoniam pœnitet delicti, gratiam facit. id est, ignoscit. ¶ Facere gratum, pro gratificari. Ter. *in Eunuch.* Hac re, & omni te turba evolves, & illi gratum feceris. ¶ Facere injuriam, est verbo factóve aliquem injustè lædere. ἀδικεῖν. Plaut. *Mercat.* Filio suo innocenti qui fecit tantam injuriam. ¶ Facere initium, incipere, ἄρχειν ποιεῖσθαι, ἄρχεσθαι. Cic. *ad Attic. lib.*9. Si hic qua ratione initium fecit, eadem cætera aget synceriè, temperatè, prudenter, valde videro. ¶ Facere largitionem, seu largitiones, est largiri, & profundere, ac dissipare. Idem 3. *Tusc.* Et quidem C. Gracchus quum largitiones maximas fecisset, & effudisset ærarium, verbis tamen defendebat ærarium. ¶ Facere literas, i. scribere. Plaut. *in Asin.* Ne ulla sit cera, ubi facere possit literas. Idem *in Rud.* aliter dixit. Neque quicquam melius est mihi, ut opinor, quàm ex me ut una te faciam literam longam, laqueo collum quando obstrinxero. Hic translatè pro se suspendere. ¶ Ne longum faciam, id est, ut breviter dicam: apud Horat. 1. *Serm. sat.* 3. ¶ Facere ludos, irridere. παίζειν. Plaut. *in Aul.* Quem tu senecta ætate ludos facias. ¶ Experior te quanti facias uxorem tuam. Idem *Amph.* ¶ Facere magni, est magni æstimare. μέγα ποιεῖσθαι. Idem *in Asin.* Nunc neque quid velim facitis magni. ¶ Facere maximi. Terent. *in Phorm.* Meritò te semper maximi feci Chreme. ¶ Nihili facere, est nihilo æstimare, οὐδενὸς ποιεῖσθαι. ¶ Facere parvi. Plaut. *Rudente*: Illos scelestos, qui tuum fecerunt fanum parvi, & ausi sunt violare nos. Idem *Pers. sc.*1. *a.*4. Pauci istuc faciunt. Item, Facito ut memineris, & facito uti pretio pervineas. Idem *Cure. sc.*3. *a.*1. Et, Equi facite ut in flexu sit pedum pernicitas. Idem *Men. sc.*2. *a.*5. ¶ Facere verba, vide *Verba.* Idem *ibidem sc.*5. *a.*5. Properè, quicquid sis facturus, face. Idem *Asin. sc.*2. *a.*2. Facito me facetum, magnificum virum. Idem *Capt. prolog.* Reducem faciet liberum in patriam. Idem *Men. sc.*2. *a.*1. Nunc adeò ut facturus dicam. Idem *Pseud. sc.*2. *a.*3. Boves convivas faciunt. ¶ Ne pili quidem facere, Catullus *epigr.*17. *ad Colonium.*

*Ludere hanc sinit ut lubet, nec pili facit uni.*

¶ Plutis facere. Cic. *Attic. lib.*8. Ego pro Pompeio libenter emori possum: facio plutis omnium hominum neminem. Totum insanum amare, hoc est, quod herus facit. Plaut. *Capt. sc.*3. *a.*1. Facere turbas, vide *Turba.* Facere moram, vide *Mora.* ¶ Facere manum, pro colligere milites. Cic. *in Verr.* Illi nocte, facta manu armatàque veniunt. Idem *pro Carinna*, Quum manum fecerit, copias parârit, &c. Facere bellum. Liv. *lib.*3. *d.*4. Facere terrorem. Idem 8. *d.*4. ¶ Facere silentium. Plaut. *Prol. Amph.* Ita huic facietis fabulæ silentium. Facit sensum adjectio syllabæ. Facere viam. Liv. *lib.*6. *d.*4. Facere semitam per fundum. Plaut. *Cure. sc.*1. *a.*1. Facere opus, vide *Opus.* Facere reducem, vide *Redux.* ¶ Facere somnum. Ovid.4. *Fast.*

——— *vino somnum facientes jacebant.*

Et 3. *Fast.*

——— ——— *volucresque canora*
*Fecerunt somnos.*

Celsus *cap.*19. *lib.*3. Quæ quia levat morbum, potest etiam facere somnum. ¶ Facere negotium alicui. Gell. *cap.*16. *lib.*3. Item, Face id, ut jam paratum sit. Plaut. *Asin. sc.*1. *a.*1. ¶ Facit mecum, hoc est, sentit mecum, ac mea est opinionis. Ovid.

*Ut fatear, mecum sola Corinna facit.*

Horatius,

*Et facit, & mecum facit, & Jove judicat æquo.*

Ad eum etiam modum dicimus, tecum, secum, nobiscum, aut vobiscum facere. Cic. *pro Sylla*, Quid tum? Crassus si respondisset idem sentire, & secum facere Syllam. Idem *pro A. Cæcin.* Videatis authoritatem sapientissimorum hominum facere nobiscum. Facere mentionem, commemorare. Idem *de senect.* Lysandrum Lacedæmonium (cujus modò mentionem feci) dicere hoc solitum, Lacedæmone esse honestissimum domicilium senectutis. ¶ Facere missum, idem quod dimittere. Idem 3. *Offic.* Juravitque se illum statim interfecturum, nisi jusjurandum dedisset se patrem missum esse facturum. Missiones facere veteranorum. ¶ Facere intercessiones. Gell. *cap.*12. *lib.*13. ¶ Facere testes. Ovid.5. *Fast.*

*Sive ego te feci testem, falsóve citavi.*

Facere testationes. Quintil.

——— *Facit omnia festa* (laurus.)

Ovid. *Eleg.*1. *lib.*3. *Trist.* ¶ Facere judicium, pro judicare: vide *Judicium.* ¶ Fecit hominem frugi, ut facere oportuit. Plaut. *Capt. sc.*2. *a.*2. ¶ Facere modum alicujus rei, est sibi temperare, & modum non egredi. Cic. *de legib.* Ipsisque magnoperè authorem fuisse, ut aliquando controversiarum aliquem facerent modum. ¶ Facere modos, est inter actus fabularum intercinere. Terent. *in prolog. Andr.* Fiaccus Claudii filius modos fecit tibiis paribus, dextris & sinistris. Cic. *de Orat.* Neque id actores prius viderunt, quàm ipsi poëtæ, quàm denique illi etiam qui fecerunt modos. ¶ Facere mutuum & proprium cum aliquo. Plaut. *Trin.* Benè vult tibi, si ædepol mutuum mecum facit. Idem *Cure. sc.*1. *a.*1. Ea me deperit. Ego autem eum illa nolo facere mutuum: id est, nolo eam deperire, ut me deperit. ¶ Naufragium facere. Cicer. *ad Tironem*, Qui cupidè profecti sunt, multi naufragia fecerunt. ¶ Facere nomen, est nominare. Liv. 8. *ab Urbe.* Scelerato campo, cæde ab incesto id ei loco nomen factum. Ovid.6. *Fast.*

*Tum sibi Gallicо Brutus cognomen ab hoste Fecit.*

Plaut. *Men. sc. ult. a.*5. Quomodo nomen factum Menæchmo tibi. *Ibid.* Fecit mihi nomen quod tibi est. Et *alibi*, Juventus fecit mihi nomen Pœniculo. ¶ Facere scriptum, pro scribam esse. Gell. *cap.*9. *lib.*6. Neque sibi placere, qui scriptum faceret, eum Ædilem fieri. Paulò antè, Qui Æ filii appararet. Idem. ¶ Facere, pro aptum esse. Quint. Alii canes ad aprum, alii ad cervum faciunt (i. apri sunt.) Item, Nupsisti ejus patri? Dii meliùs faciant. Plaut. *Pseud. sc.*3. *a.*1. Facite, coquite, festinate. Idem *Aul. sc.*3. *a.*3. ¶ Pro ostentare. Idem *Milit. sc.*4. *a.*2. Dum te fidelem facere hero voluisti. ¶ Faciebam me gloriosum (i. jactabam.) Idem *Pseud. sc.*4. *a.*2. Facere nomen alicujus amplum, est concilitare famam & celebritatem. Liv. 8. *bell. Pun.* Ubi per aliquot annos maximis rebus gerendis amplissimum nomen apud exteras gentes, popul. Rom. familiæque vestræ fecerant. ¶ Facere nomina, idem quod debitorem se constituere. Senec. *cap.*1. *lib.*1. *de benef. & c.*14. *de vita beata.* Cic. 3. *Offic.* Emit homo cupidus & locuples, tanti quanti Pythius voluit, & emit instructos: nomina facit, negotium conficit. ¶ Accipitur etiam pro pecuniam mutuam dare, aut aliàs debitorem sibi aliquem facere. Idem *Gallo, lib.*7. Accepi Aviani literas, in quibus hoc inerat liberalissimum, nomina se facturum qua ego vellem die, id est, pecuniam creditурum, in eam diem solvendam quam ego postulassem. ¶ Facere nomen cum vineis, hoc est, facere supputationem redditus vincarum. Col. *lib.*3. *cap.*3. Quod quasi nomen si ut fœnerator cum debitore, ita rusticus cum vineis suis fecerit, ejus summæ, ut in perpetuum, &c. ¶ Facere otium, id est, dare. Virg. 1. *Eclog.*

*O Meliboe, Deus nobis hæc otia fecit.*

Facere spem. Suetoo. *in Tib. cap.*24. Item, Facere multa judicia violenti amotis (de Attem sia.) Gell. *cap.*18. *lib.*10. ¶ Facere, pro fore. Ovid. *Eleg.*5. *lib.*3. *Trist.*

*Spes igitur superest facturum ut mollior ipse*
*Mutari pœnam conditione loci* (i. fore, vel futurum esse.)

¶ Facere ova, pro parere. Varr. 3. *de re ruſt. cap.* 9. Neque ferè in villis ova ac pullos faciunt, ſed in ſylvis. ¶ Facere par. Plaut. *Trinum.* Feceris par tuis cæteris factis patrem tuum ſi pergoles. ¶ Facere periculum, eſt tentare, & experiri. Terent. *Andr.* Qui ſcis ergo illuc, niſi periculum feceris? ¶ Facere poteſtatem, permittere, concedere. Cic. *in Catil.* Si quid de his rebus dicere vellet, fecit poteſtatem. Facere poteſtatem, ſive copiam ſui, eſt aditum ad ſe præbere, & permittere ut ſecum agatur: ut, Facere omnibus ſui conveniendi poteſtatem. Idem 8. *Philipp.* ¶ Facere impetum in aliquem. Plaut. *Amphitr.* Facit tectè in angues impetum. ¶ Facere auctionem, ¶ GALL. *Faire un encan, ou vente en public, au plus offrant & dernier encheriſſeur.* ¶ Idem *Men. ſc. ult.* Facere compendi: vide *Compendium.* ¶ Facere fortunatum. Idem *Aul. ſc.* 5. *a.* 2. Ut Fortunatis faciat (lat) gnatæ nuptias. ¶ Facere recognitionem mutuam, *Faire reconnoiſſance mutuelle, s'entre-reconnoiſtre l'un l'autre.* Gell. *cap.* 14. *lib.* 5. de leone cauda & lingua Androdo benefactori ſuo blandiente: Tum (inquit) quaſi mutua recognitione facta, &c. ¶ Facere progreſſum in ſtudiis. Cic. 4. *Tuſc.* Philoſophiæ denique ipſius principes nunquam in ſuis ſtudiis tantos progreſſus ſine flagranti cupiditate facere potuiſſent. ¶ Facere proventum majorem, hoc eſt, uberiores fructus dare. Col. *lib.* 2. *cap.* 15. Nec ſolùm ea res majorem facit proventum, ſed etiam ſaporem & odorem vini, pomorúmque reddit meliorem. ¶ Facere pulverem. Celſ. *lib.* 5. *cap.* 28. Pulveris paulùm, quem ex lapide molari contrito fecit. ¶ Facere quæſtum, lucrari. Plaut. *Capt.* Ægrè eſt mihi hunc facere quæſtum cæterarium propter tui gnati miſeriam. Quæſtum ſuo corpore facere, id quod meretricis eſt. Liv. 6. *bell. Pun.* Quid tu huic homini facias? Idem *pro Cetin.* ¶ Facere ratione, hoc eſt ob aliquam certam cauſam. Cic. *ad Attic. lib.* 12. Quòd domi te incluſiſti, ratione feciſti. ¶ Ratum facere, eſt confirmare. Liv. 8. *bell. Pun.* Quæ nobis imperatores veſtri commoda tribuerunt, ea rata atque perpetua veſtrâ authoritate facietis. ¶ Facere rem, eſt opes quærere & parare. Terent. *in Adelph.* Nunquam rem facies: abi, neſcis inſecare homines Sannio. Plaut. *Pſeud. ſc.* 1. *a.* 2. Hanc ego rem meis civibus faciam. ¶ Mei tergi facto hoc, non tui fiduciâ. Idem *Moſt. ſc.* 1. *a.* 1. ¶ Facere rem divinam, ſacrificare. Idem *in Amph.* Ego rem divinam iratus faciam, vota quæ ſunt. ¶ Facere reum, hoc eſt, accuſare, ſive reum agere. Tacit. *lib.* 1. Violatorem fœderis veſtri Arminium, apud Varum qui tum exercitui præſidebat, reum feci. ¶ Facere ſacrificium, & ſacra. Cic. *de clar. Orat.* Licet aliquid etiam de M. Popilii ingenio ſuſpicari, qui quum Conſul eſſet, eodémque tempore ſacrificium publicum cum læna faceret. Liv. 1. *ab Urbe.* Qui ſacra publica pop. Rom. facetet. ¶ Facere ſanguinem, pro effundere. Idem 5. *bell. Maced.* Nondum indicto bello, aut ita commiſſo, ut ſtrictos gladios aut ſanguinem uſquam factum audiſſent. ¶ Facere ſatis, eſt debitum perſolvere. Plaut. *Aſin.* Sed vina quæ vindidi heri vinario Exærambo, jam pro his ſatisfecit Stichus? Li. Feciſſe ſatis opinor, id eſt, ſoluiſſe. ¶ Facere ſatis alicui, pro ejus voluntati obtemperare. Cic. 1. *de clar. Orat.* Ego verò, inquam, ſi poteto, faciam vobis ſatis. ¶ Facere ſomnum, i. ſomnum conciliare. Celſ. *lib.* 3. *cap.* 18. Quæ quia levat morbum, poteſt etiam ſomnum facere. ¶ Facere ſtipendia ſub aliquo, idem quod militare. Plin. *de viris illuſtr.* Sub Oreſte in Sardinia ſtipendia fecit. Facere ſtipendiarios, eſt cogere ad ſolvendum tributum. Cæſ. 1. *bell. Gall.* Heduos quoniam belli fortunam tentaſſent, & armis congreſſi & ſuperati eſſent, ſtipendiarios ſibi factos. ¶ Facere excidionem oppidis, pro oppida excidere. Plaut. *Curc. ſc.* 2. *a.* 4. ¶ Facere interceſſiones. Gell. *cap* 12. *lib.* 13. Interceſſionibus faciundis, &c. Facere amolitionem, pro amoliri. Idem *cap.* 1. *lib.* 12. Ubi facta infantis amolitio eſt. ¶ GALL. *Quand on a envoyé l'enfant en nourrice.* ¶ Facere teſtes. Ov. 5. *Faſt.*

*Sive ego te feci teſtem, falſóve citavi.*

Facere conjecturam, vide *Conjecturæ.* Facere capital, vide *Capital.* Item, Fac oriantur ædes: propera, habes quod facias. Plaut. *Pſeud. ſc.* 1. *a.* 1. ¶ Item, Jamdudum factum eſt, cùm primùm bibi. Idem *Aſin. ſc.* 2. *a.* 5. Jamdiu factum eſt, cùm diſceſſiſti ab hero. *Ibid. ſc.* 1. *a.* 2. Jampridem videtur factum, quòd. Idem *Amphitr.* Quamdudum factum eſt iſtuc? &, Nunquam factum eſt. *Ibidem ſc.* 2. *a.* 2. Factum eſt illud, ut ego vini hirneam ebibetim nieti. *Ibidem.* ¶ Facere ſtomachum alicui, eſt commovere aliquem, & bilem excitare. Cicer. *Lent. lib.* 1. *epiſt.* Non illi quidem, ut mihi ſtomachum facerent. ¶ Facere ſumptum, quod aliàs facere expenſas, vel expendere dicitur. Plaut. *Capt.* Quin ita faciam, ut te cupias facere ſumptum, etſi ego vetem. ¶ Facere vadimonium, pro promittere. Idem *Epid.* Ilicet, ut vadimonium mihi hic ultrò facit. ¶ Facere vela, id eſt, velificare. Virg. 5. *Æneid.*

*Vela facit tamen, & plenis ſubit oſtia velis.*

¶ Facere veſtigium, ambulare, progredi. Cic. *pro Rab. Poſthum.* Hic vos aliud nihil orat, niſi ut rectis oculis hanc urbem ſibi intueri, atque in hoc foro veſtigium facere liceat. ¶ Facere vitium, eſt corrumpere, vel vitiari, & aliqua parte labefactari: & propriè de ædificiis dicitur. Idem *in Topic.* Si ædes exeſæ corruerunt, vitiúmve fecerunt. Facere vitium, pro vitiare & corrumpere. Vitruvius. Si venti frigidi ſunt, lædunt: ſi calidi, vitiant: ſi humidi, nocent: idem faciunt vitia pavimentis. ¶ Facere volupe animo ſuo. Plaut. *Aſin. ſc.* 2. *a.* 1. & *Moſt. ſc.* 4. *a.* 1. Hic ſenex ſi quid clam uxore ſuo animo fecit volupe, neque novum, neque mirum fecit, nec ſecus quàm alii ſolent. ¶ Facere vota, eſt ſupplicare. Plin. *lib.* 17. *cap.* 2. Ergo qui dixit hyemes ſerenas optandas, pro arboribus vota fecit. ¶ Facere urinam, eſt meiere. Colum. *lib.* 6. *cap.* 30. Plerunque jumenta morbos concipiunt laſſitudine & æſtu: nonnunquam & frigore, & quum ſuo tempore urinam non fecerint. Quid faciemus hoc homine? hoc puero? pecunia? Loquendi mos eſt perelegans, & veteribus ſolùm uſitatus, in quo ellipſis eſſe videtur præpoſitionis Cum. Plaut. *Moſt. ſc.* 4. *a.* 1. Quid hoc nomine faciam poſtea? Idem *Mil. ſc* 5. *a.* 5. Quid facies ea machæra? Idem *Capt. ſc.* 1. *a.* 5. Quid meo tumore factum ſit filio. Terent. *in Andr.* Quid me faciam? neſcio. Cicer. *lib* 6. *ad Attic.* Quid iis fiet, ſi hoc Paulus venerit? ¶ Interdum tamen præpoſitio De, exprimitur, ut apud Plaut. *Pſeud. ſc.* 1. *a.* 1. Quid de drachma facere vis? Et Cic. *lib.* 6. *ad Attic.* Quid de P. Clodio fiat, reſcribe. Terent. Neutra in re vobis à me difficultas erit. Sed quid faciemus pueto? Cic. Quid factum eſt Strabone & Nicoſtrato? quid te futurum putas? ¶ Facere unguentariam, pro Illinere oleo & unguentis: quod balneatores vel ante balneum, vel poſt balneum facere ſolebant. Unguenta autem vocabant antiqui omnia olea compoſita. Plaut. *Pœn.* Ibi te replebo uſque unguentorum è zeugmatia. Quid multa verba faciam? ubi tu laveris, ibi ut balneator faciat unguentariam. ¶ Faciundus, a, um. Idem *Curc. ſc.* 1. *a.* 2. Dare faciundam ſtatuam. Et Gell. *cap.* 11. *lib.* 15. Viſum eſt faciundum, ut offerederemus. Faciundum fuit: hoc eſt, factum oportuit. Terent. *Eunucho ſc.* 2. *a.* 1. Non pol quo quenquam plus amem, aut plus diligam, eo feci: ſed ita erat res, faciundum fuit. ¶ Factu id optimum. Plaut. *Aul. ſc.* 5. *a.* 3.

¶ Face, fac. Enn.

Faciem, faciam antiquè. Lipſ.

Facitur, fit. Titin. Non.

Factio, ipſa *mittere*, ejus motus, qui eſt in opere. ¶ Factio item aſtronomicum vocabulum, de quo Scaliger in Manilianum illud *lib.* 2.

——— *mittunt in tempora ſignum.*

Tralatio, inquit, à præcone, qui Circenſibus ſignum mittendi curſus dat, præeunte lunâ albâ à carceribus ad metam.

Factionarius, qui ex factione aurigaria erat: item dominus factionum.

Factus, a, um: Facta ad pudicos mores fabula. Plaut. *Capt. ſc. ult. a.* 5. Facta patens, vide *Patens.* Facta ruina, vide *Ruina.* Ego tum in ea factus nimio nequior. Idem *Moſt. ſc.* 2. *act.* 1. Factus nequior uſus ædium. *Ibid.*

*Nec quæ non tardè facta Thaleia mea eſt.*

Ovid. *Eleg. ult. lib.* 4. *Triſt.* Virtute id factum tua. Plaut. *Moſt. ſc.* 1. *a.* 1.

*Fert benè præcipites navis modò facta procellas.*

Ovid. *Eleg. 6. lib.* 4. Moribus præfectum mulierum hunc factum velim. Plaut. *Aul. ſc.* 5. *a.* 3. Ædes factæ probè examuſſim. Idem *Moſt. ſc.* 2. *a.* 1. Facta eſt pugna in gallo gallinaceo. Idem *Aul. ſc.* 4. *a.* 3.

Factum, i: ſubſtantivum. Res geſta. { מעשה *maaſéh*, מעשה *meſhal. vel* ג. GALL. *Un fait, une choſe faite.* ITAL. *Fatto.* GERM. Ein that. HISP. *El hecho.* ANGL. *A thing done, a deed.* } Virg. *lib.* 1. *Æneid.*

*Fortia facta patrum.*

Terent. *in Andr.* Dictum ac factum invenerit aliquam cauſam, quamobrem ejiciat oppido. Utinam dictis facta ſuppetant. Plaut. *ſc.* 1. *a.* 1. Dicto non audebat, facto nunc lædat, licet. Idem *Capt. ſc.* 2. *a.* 2. pro claris factis diris aguntur malis. Idem *Amph.* Uxor me infanum facit fœdis ſuis factis. *Iſidem.* Eorum alter ſuis factis immortalitate afficitur gloria. *Ibid. ſc.* 1. *a.* 5. Magis percipimus linguâ dicta, quàm factis fore. Idem *Aſin. ſc.* 3. *a.* 1. Matronarum hic facta permovit probè. Item, Hoc factum eſt optimum. Idem *Pſeud. ſc.* 2. *a.* 2. Tibull. *lib.* 4.

*Ergo ubi præclaros poſcent tua facta triumphos.*

¶ Factum pro beneficio. Plaut. *Aſin. ſc.* 1. *a.* 5. Illo me facto devinxiſti. Idem *Milit. ſc.* 3. *a.* 3. Neque ſcis herum tuis factis ſoſpitare, (id eſt, beneficiis.) Catull. *de com. Beren.*

*Queis ego pro factis* (i. meritis, vel eventis.)

¶ Factum pro flagitio. Plaut. *Aſin. ſc.* 2. *a.* 5. Hoc facto ſeſe oſtendit. Idem *Aul.* Dabo illi ſpatium exquirendi meum factum. ¶ Factum mutare, pro ſententiam mutare. Terent. *in Andr.* Haud muto factum. ¶ Bonum factum. Veteres hoc in edictis præfari ſolebant, boni omnis cauſa. Suet. *in Cæſ.* Bonum factum, ne quis Senatori novo carnam monſtrare velit. Plaut. *in Pœn.* Bonum factum eſt, edicta ut ſervetis mea. Tertull. O edictum, cui adſcribi non poterit Bonum factum.

Fāctus, us: Conſ. ctio. { מעלית *pehulláh*. מעשה *maaſéh*. *mikneh*. GALL. *Une choſe faite.* ITAL. *Fatto.* GERM. Ein gemächt. HISP. *El hecho.* ANGL. *A doing or making.* } Unde factus olei dicitur, quantum una vice conficitur. Cato *de re ruſt. cap.* 67. Factoribus det in ſingulos factus olei ſextarios, & in lucernam quod opus ſiet: hoc eſt, in ſingulas olei confectiones, vel quoties oleum conficitur. Varro *de re ruſt. lib.* 1. *cap.* 14. Hoſtum vocant, quod ex uno facto olei reficitur: Factum dicunt quod uno tempore conficitur. ¶ Factus villæ, pro ſtructura, opere, & ædificatione. Varro *lib.* 3. *de re ruſtic. cap.* 1. Ego quoque quò exornatior villa eſſe poſſet fructu, quàm factu, hæc ad te miſi.

Făcēſſo, is, facēſſi, ſupinum in uſu non eſt: legitur tamen participium faceſſitus, tanquam ſupinum eſſet faceſſitum. Cic. *in Verr.* Quum audiſſet ſibi negotium faceſſitum. Significat autem propriè, ad faciendum eo, ut Viſo, ad videndum eo. { עשה *haſáh.* GALL. *Faire aller, aller faire.* ITAL. *Andar à fare.* GERM. Thun machen/ hingehn zuthun. HISP. *Andar para hazer.* ANGL. *To go about to doe.* } Virg. 4. *Georg.*

*Haud mora, continuò matris præcepta faceſſit.*

¶ Interdum eſt diſcedere. { חלך *halách*. ἀπέρχομαι. } Terent. in *Phorm.* Dic quid velis dari tibi in manum, ut herus his deſiſtat litibus. Hæc hinc faceſſat, id eſt, ſua curatum abeat. Donatus: Faceſſat, pro Hinc ſe faciat, id eſt, abeat. Cic. *in Hortenſ.* Faceſſant igitur qui docere nihil poſſunt quo melius ſapientiúſque vivamus. ¶ Negotium faceſſere, eſt cuipiam moleſtum eſſe. { יגע *kebib*, יגר *tſarár.* πόνους παρέχω. GALL. *Moleſter, faſcher, ennuyer, bailler des affaires à quelqu'un.* ITAL. *Eſſere moleſto, moleſtare.* GERM. Zuſchaffen machen / zuthun geben. HISP. *Moleſtar à enojar à alguno.* ANGL. *To vexe with buſineſſe.* } Cic. *Appio Pulchr.* Quum eſt nobis allatum de temeritate eorum, qui tibi negotium faceſſerent. ¶ Et periculum alicui faceſſere, id eſt, creare, parare. Cic. *in Verr.* Profectò metuere incipies ne innocenti periculum faceſſeris. ¶ Hujus paſſivum extulit Cic. *pro Cluent.* Sed hoc polliceor omnibus, ſicuti fortè hac lege negotium faceſſetur: qui lege non teneatur, ſi is uti me defenſore voluerit, me ejus cauſam legis præſidio defenſurum. Plaut. *Men. ſc.* 1. *a.* 2. Dictum faceſſas doctum, & diſcedas malo.

¶ Facillo, Gloſſ. Facillare, φαγέδαινα, id eſt, ſtrangulare: ergo quaſi *fauſillare*, à fauce.

Factito, as: Sæpè facio. ¶ ἐσίγγω. Gall. *Faire souvent.* Ital. *Fare spesse.* Germ. Offt machen. Hisp. *Hazer a menudo.* Angl. *To make or do often.* } Cicer. *lib.*2. *Offic.* Hæc apud majores noſtros factitata. Terent. *in Eunuch.* Idem hoc Pythus factitavit. Horat. *in Arte,*

*Nec ſatis apparet cur verſus factitet.*

Quint. Factitare medicinam. Gell. *cap.* 3. *lib.* 5. Factitare corpore vecturas onerum (id eſt, bajulum eſſe.)

Factitātŏr, is, apud Tertull. *adversùs Valent.* ſignificat conditorem creatorémque. Ergo & factum intelligebat, & factitatorem facti eſſe quemcunque. *Ibidem mox*, Saltem ſuſpectus de aliquo factitatore.

Factitātio, nis, apud eundem Tertull. *adversùs Hermog.* creatio, conditio. An & hæc in nominis factitatione cenſentur?

Factŏr, oris, nomen à verbo facio: Qui aliquid facit. ¶ עושה *boſéh*, פעל *pohel.* ποιητής. Gall. *Faiſeur, manœuvre.* Ital. *Fattore.* Germ. Ein macher. Hisp. *Hazedor.* Angl. *A doer or maker.*} Cato *de re ruſt. cap.* 13. Lectum ſtratum, ubi duo cuſtodes liberè cubent, & tertius ſervus unà cum factoribus ubi cubet. Idem *cap.* 64. Leguli volunt uti olea caduca quàm plurima ſit, quo plus legatur: factores, ut in tabulatu diu ſit, ut fracida ſit, quò faciliùs oleum efficiant. Plaut. *Curc. ſc.* 3. *a.* 2. Ex datores, & factores ſubdam ſub ſolum (de luſu pilæ.) ¶ Factores item pro criminum authoribus ponuntur. Macer *l.* 7. *D. de cuſtod. & exhib. reor.* Solent præſides provinciarum, in quibus delictum eſt, ſcribere ad collegas ſuos, ubi factores agere dicuntur.

Factĭlĭus, a, um: quod arte aliqua effectum eſt, hoc eſt, quod naturale non eſt. ¶ עשוי *baſúi.* πλαστός, πεποιημένος, πεπλασμένος. Gall. *Fait par artifice, qui eſt fait de main, non de nature.* Ital. *Fatto à mano, non da natura.* Germ. Gemacht mit händen. Hisp. *Coſa hecha à hechiſa.* Angl. *Made to the likeneſſe of another thing.*} ut, Vinum factitium, Color factitius, Sol factitius. Plin. *lib.* 12. *cap.* 17. Ergo in utraque gente bina laudavi genera, terrenum & factitium. Plaut. *Milit. ſc.* 1. *a.* 2. Factitiis fabricis (aliàs facetis.) ¶ Factitia verba dicuntur quæ & fictitia appellantur, quæ ad ſoni alicujus ſimilitudinem efficta ſunt: ut Crocire, Hinnire, Claſſis, Tintinnibulum, & ſimilia.

Factio, nis, ab initio (ut author eſt Feſtus) honeſtum vocabulum fuit. *Aliqui.* unde factiones hiſtrionum, & quadrigariorum dicebantur. Nunc verò (inquit) nomine factionis, ſeditio, & arma dicuntur. ¶ קשר *keſcher*, חבר *chebér. vinc.* Gall. *Une bande & ligue, une faction, une ſecte.* Ital. *Fattioni, parti, congiura, ſetta.* Germ. Ein rott/ aufrur/ Meuterey. Hisp. *Vando en la ciudad.* Angl. *A bande or faction of one opinion.* } Nam eſt diviſio civium in diverſa ſtudia, quum aliqui ſe principes in civitate efficere conantur, inter quos eſt æmulatio, utroque quam maximam corrâdere poteſt, civium trahente multitudinem, quos clientes vocant, Suet. *in Tib. cap.* 3 *in fine.* Reliquit filium, quem diverſa factio per fraudem interemit (i. diverſæ partes.) Idem *in Claud. cap.* 13. Per factionem, & civili denique bello infeſtatus. Nonius, Factio dicitur malorum conſenſus, & conſpiratio. Saluſt. *de bell. Iug.* Inter bonos amicitia, inter malos factio. Qui autem hujuſmodi factiones exercent, factioſi appellantur. ¶ Factio interdum etiam in bonam partem ſumitur, ut apud Livium *lib.* 4. *d.* 4. ¶ Factio pro eo quod eſt conſenſio quædam & amicitia. Cato, Utrinde iram, utrinde factiones tibi pares. ¶ Interdum factio eſt potentia, & authoritas alicujus in civitate: quod & Nonius annotavit, Titinnii loco: Sed jam hercle metuo ne nimis ſtultè fecerim, qui ex tanta factione atque opibus ea auſus ſum aggredi. Plaut. *in Aul.* Iſtas magnas factiones, dotes dapſiles nihil moror. Idem *in Ciſtell.* Neque nos tanta factione ſumus, neque opes noſtræ tam ſunt validæ. ¶ Quatuor apud antiquos ferunt aurigantium factiones, Venera, Praſina, Alba, Roſea, à coloribus nominatæ. Caſſiodorus quatuor colores harum factionum, cum partibus anni quaternis aſſimilat. Praſinus virenti veri dicatur erat: Roſeus, flammæ æſtati: Venetus, nubilæ hyemi: Albus pruinoſo autumno. Sueton. *in Domitian. cap.* 7. ſcribit his addidiſſe Domitianum duas, alteram Aurati, alteram Purpurei panni. Hæ certamine curuli & permicitate curſus inter ſe decertabant, favoréque populari, ſive Imperatorio, victoriæ præmia adjudicabantur his qui viciſſent. Sueton. *in Calig. cap.* 55. Praſinæ factionis meminit: Praſinæ, inquit, factioni ita addictus & deditus, ut cœnaret in ſtabulo, & maneret. ¶ Factiones Pantomimorum cum ipſis relegatæ. Suet. *in Neron. cap.* 16. ¶ Domini factionum (i. Aurigantes.) *ibid. cap.* 5. & 22. ¶ Factio interdum eſt jus faciendi: unde factionem teſtamenti dicimus, pro jure ſeu poteſtate conficiendi teſtamenti. Cic. *Topic.* Quos is inſtituiſſet, cui teſtamenti factio nulla eſſet: hoc eſt, qui conficiendi teſtamenti non haberet poteſtatem. ¶ Teſtamenti autem factio non modò teſtamenti faciendi, ſed etiam capiendi ex teſtamento facultatem ſignificat, quam Juriſconſulti teſtamenti factionem paſſivam vocant: priorem verò activam.

Factiōsus, i, appellatur, qui proclivis eſt ad factionem, id eſt, diſcordiam & ſeditionem. ¶ משתדרדם *iſtsleggednahim.* ταραχώδης, φιλονεικίας, μαθησις. Gall. *Sedicieux, factieux, faiſeur de menées.* Ital. *Seditioſo.* Germ. Zuſtörriſch. Hisp. *Alborotador.* Angl. *Geuen to ſedition, ſeditious.*} Saluſt. *in Catil.* Cn. Piſo adoleſcens nobilis ſummæ audaciæ, egens, factioſus: quem ad perturbandam Rempub. inopia, atque mali mores ſtimulabant. ¶ Factioſus, dives & potens. Plaut. *in Aul.* Venit hoc mihi in mentem Megadore, te eſſe hominem divitem, factioſum: me item eſſe hominem pauperem, pauperrimum. ¶ Factioſus, ad faciendum paratus, actuoſus. Plaut. *in Bacch.* Linguâ factioſi, inertes operâ: i. lingua prompti ad promittendum ſe aliorum cauſa quicquam lubentiſſimè facturos eſſe, qui tamen cùm ad rem ventum eſt, opera inertes ſunt, nec fidem & diligentiam amico promiſſam præſtant.

Factiōsiſsimus, ſuperlativus. Plin. *Ep. lib.* 4. *Verſo*: Diceremus cauſas, quibus factioſiſſimũ quemque, & illum ipſum Theophanem offendiſſet.

Factūra, æ: Compoſitio rei quam facimus. ¶ מעשה *maaſéh.* πλασμα *mipléal.* ποίημα. Gall. *Facture, façon, ouvrage.* Ital. *Opera fatta per beſogno.* Germ. Ein gemächt/ machung. Hisp. *Hechura.* Angl. *The making of any thing.*} Plin. *lib.* 34. *cap.* 14. Alibi vena bonitatem hanc præſtat, alibi factura, ut Sulmone aqua, uti diximus. Gell. *cap.* 28. *lib.* 13. Faciet, eſt forma omnis, & modus, & factura totius corporis, à faciendo dicta, &c. ¶ Faxim, & faciam, pro Fiet, eveniet. Plaut. *in Aul.* Ego faxim multi pretio qui ſupetant equos, ſint viliores gallicis canteriis. Et *in Perſa*, Si id fiat, næ iſti faxint nuſquam appareant. Et *alibi*: Si erit, ego faciam ut pugnam inſpectet non bonam.

Factūrio, is, *intr.* Facere deſidero, quod nonnulli ad rem veneream transferunt. Plautus, Facturit poſtquam ancillam aſpexerit; hoc eſt, coire cupit.

Faxo, is, pro faciam, *mdm.* Virg. 12. *Æneid.*

——— *Ego ſudera faxo*

*Firma manu.*

Verbum eſt defectivum, quod tantùm habet futurum Indicativi, nec id omninò integrum. Faxo, is, it: & in futuro Optativi, & præſenti Subjunctivi, Faxim, is, it, faximus, itis, faxint. Terent. *Heaut.* Utinam dii faxint. Ennius *apud Cic. de ſen.*

*Nemo me lacrymis decoret, nec funera faxit.*

Plaut. *Amphitr.* Familiaris faxo acciplare haud familiariter. Idem *Aſin. ſc.* 2. *act.* 2. Ibo ad tres viros, ibique veſtra nomina faxo erunt. Idem *Amph.* Ego faxim te Amphitruonem eſſe malis, quàm Jovem.

Facĭlis, e: Quod expeditum eſt, & nullius negotii, proclivis, expeditus. ¶ נקל *nakal.* ἄχθος, ἄγαλμα, ῥᾴθυμος. Gall. *Facile, aiſé à faire.* Ital. *Facile, agevole.* Germ. Leicht/ gering zuthun. Hisp. *Coſa que legeramente ſe puede hazer, facil, tratable.* Angl. *That may be doone eaſily, or lightly.* } Terent. *in Heaut.* Faciet omnia. 2. Hæc dum incipias gravia ſunt, dùmque ignores: ubi cognoris, facilia. *Ibidem.* Bonam atque juſtam rem oppidò numeras, & factu facilem. Ovid. *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Triſt.*

*Et faciles motus mens generoſa capit.*

Plaut. *Curc. ſc.* 1. *a.* 2. Facile eſt miſerum irridere. ¶ Facilìs legi epiſtola (i. lectu.) Gell. *cap.* 9. *lib.* 17.

*Ut faciliſque tuis aditus ſit, & aequus hoſti.*

Tibull. *lib.* 4. Hujus contrarium eſt Difficilis, hoc eſt, multùm habens negotii & moleſtiæ πολυπράγμων. Unde difficiles terræ dicuntur, quæ non ſine labore fructum producunt. Virg. 1. *Georg.*

*Difficiles primùm terras, collèſque maligni,*

¶ Facilis uterus. Qui facilè exerit quicquid continet. Plin. *lib.* 8. *cap.* 51. Fœminæ autem ante partum purgantur herba quadam, quæ Seſelis dicitur, faciliore ea utentes utero. ¶ Facilis ad. Cic. *Tuſcul.* Quod non modò facile ad credendum eſt, &c. ¶ Aliquando facilis ponitur pro exorabilis, lenis, & placabilis. Virg. 4. *Georg.*

——— *faciles venerare Napæas.*

Terent. *in Heaut.* Mihi ſi unquam filius erit, næ ille facili me uretur patre. Plin. *lib.* 7. *cap.* 6. Melior color matrem ferenti, & facilior partus. *Ibidem cap.* 16. Incipiente autem hoc ſtatu, aut deſinente, conceptus facillimi traduntur. ¶ Ex facili, pro facilè. ἑαδίως. Senec. *cap.* 1. *de tranquil.* Colum. *lib.* 6. *cap.* 1. Quæ vitanda non ex facili dixerim. Plinius *lib.* 30. Eorundem cinis, exeſis dentibus conjectus, ex facili eos cadere cogit. ¶ In facili. Livius *lib.* 3. *ab Vrbe.* Cùm exitus haud in facili eſſet.

Facilè, adverbium: Nullo negotio, nullo labore. ¶ ῥᾳδίως, ἀχθέως. Gall. *Facilement, aiſément.* Ital. *Facilmente, agevolmente.* Germ. Leicht. Hisp. *Ligeramente, facilmente.* Angl. *Eaſily, lightly.*} Cic. *lib.* 1. *Epiſt.* Cæteris injuriis quæ propoſitæ ſunt à Catone, facilè, ſpero, reſiſtemus. Facile eſt cuivis facere nequiter. Plaut. *Moſt. ſc.* 1. *a.* 2. Facilin' tu dormis cutans? pro facilène.) Idem *Men. ſc.* 5. *a.* 5. Facilè fungitur munus octo hominum parаſitus. *Ibid. ſc.* 4. *act.* 1. ¶ Gall. *Vn écornifleur qui mange pour huit.* } Tam facilè novi, quàm me. Idem *Curc. ſc.* 2. *a.* 5. (i. benè.) *Ibid. ſc.* 1. *a.* 1. Facilè aſſervabis. Supta, Rectè dum illo vinclo vincies. *Ibidem.* ¶ Haud ſum falſus, quàm facile ſit properare (ſup. parum, vel non.) Idem *Men. ſc.* 2. *a.* 5. ¶ Comparativus eſt Facilius. Idem *Moſt. ſc.* 6. *a.* 5. Magis multò faciliùs patior verba, verbera ego odi. Idem *Pſeud. ſc.* 3. *a.* 1. Nimio faciliùs fertur quod pudet, quàm quod piget. ¶ Eſt etiam confirmantis adverbium, ſignificans Haud dubiè, liquidò, certò, nullo adverſante, ἀναμφιλόγως. Iungiturque eleganter cum nomine Princeps. Cic. *lib.* 3. *epiſt.* Tu qui eſſes ordinis tui facilè princeps. ¶ Admittit & ſuperlativum: ut, Facilè doctiſſimus, facilè primus. Item adjectiva diverſitatem importantia: ut, Facilè diſſimilis. ¶ Aliquando & verba cum præpoſitione Præ, compoſita: ut facilè præſtat æqualibus. ¶ Nonnunquam accipitur pro libenter. Cic. 4. *Tuſc.* Sed te aberrare propoſito facilè patiebar, id eſt, non invitus. ¶ Antiqui pro facilè, facul & faculter dixerunt, ut ſuprà oſtendimus in dictione *Difficilis.*

Facilĭtās, atis: eſt inclinatio quædam & propenſio ad aliquid promptè dicendum faciendúmve, ſæpéque in meliorem partem accipitur: nam propenſio in deteriorem partem uſitatiùs Proclivitas dicitur. ¶ *ἰσοτὴς.* Gall. *Facilité, aiſance.* Ital. *Facilità, agevolezza.* Germ. Leichtigigkeit. Hisp. *Facilidad, aquella ligereza de hazer algo.* Angl. *Gentleneſſe, eaſineſſe, readineſſe.*} Cicer. 4. *Tuſc.* Proclivitas ad ægrotandum: ſed hæc in bonis rebus, quòd alii ad alia bona ſunt aptiores, facilitas nominetur: in malis proclivitas, ut ſignificet lapſionem. Sic facilitatem ingenii dicimus, qua aliquid facilè apprehendimus. ¶ Facilitas carminis, vel orationis, eſt perſpicuitas quædam & claritas, qua mentem ſcribentis facilè aſſequimur. ¶ Accipitur etiam pro lenitate & humanitate. Terent. *in Hecyr.* Etſi ego meis me omnibus ſcio etiam adprimè obſequentem, ſed non adeò (ut facilitas mea illorum corrumpat animos.

Facul, adverb. antiquitate obſoletum. Lucil.

——— *Poteare impunè vati ſunt*

*Poſſe, & nobilitate facul propellere iniquos.*

Afranius, Haud facul fœminæ invenietur bona. Huic contrarium eſt Difficul.

Facultas, atis, propriè facilitas agendi. ¶ כוח *choah*, ישרים *riſchim. fortunæ.* Gall. *Faculté, pouvoir & puiſſance, aiſance.* Ita. *Facultà, arbitrio, poteſtà.* Ger. Vermögenheit oder leichte etwas zuthun. Hisp. *La hazienda ò poſſibilidad.* Angl. *Faculties, habilitie power.* } Terent. *Andr.*

Dii date facultatem obsecro huic pariendi, atque illi in aliis potiùs peccandi locum. Cujus contrarium est Difficultas. ¶ Aliquando pro potestate, seu commoditate, ἐξουσία. Plin. Si mihi facultas daretur utrum mallem eligendi. Ovid. *Eleg.* 9. *lib.* 4. *Trist.*

*Denique vindicta si sit mihi nulla facultas,*

Velleius, Facultatibus & licentia victa aluntur. (Aliàs, facilitatibus.) Cæs. *lib.* 3. *de bell. civ.* Si qua facultas daretur, ad se veniret. ¶ Præterea facultas est vis quædam quæ facit, ut id facilius fieri possit, quod de unaquaque arte præcipitur. *Iuvenc.* Est enim genus omnium artium, quo in omnium artium definitione uti possumus: ut quum dicimus, Dialectica est facultas disserendi: Rhetorica est facultas dicendi, & sic de aliis. ¶ Facultates quoque in plurali tantùm numero dicuntur opes: quoniam quum dives quis existit, facilè quod vult agit. Cic. *ad Attic. lib.* 12. Si quas habuimus facultates, eas tum Pompeio, quum id videbamur sapienter facere, detulimus. Itaque tum à tuo villico sumpsimus, & aliunde mutuati sumus, &c. Cæsar 6. *bell. Gall.* Tantas videri Italiæ facultates, ut si quid esset in bello detrimenti acceptum, non modò, &c. ¶ Quare non absque ratione facultates à nonnullis ita dictæ putantur, quòd rerum omnium facultatem ac veluti quandam facilitatem præbeant, Græcorum imitatione, qui facultatem & opulentiam uno verbo significant. Hinc ait Horat. *lib.* 2. *Serm. satyr.* 2.

——— *omnis enim res*
*Divitiis paret, quas qui construxerit, ille*
*Clarus erit, fortis, justus, sapiens, etiam rex.*

¶ Facultatem à facilitate distinguit Plin. illam vocans vim & energiam eloquentiæ: hanc promptitudinem duntaxat. Sic enim *ep.* 13. inquit, Quia scilicet nimia assiduitate facilitas magis, quàm facultas: nec fiducia, sed temeritas paratur. ¶ Omnem facultatem indutus est, ἅπαντα τὰ ἀνίνα ἐμπέπωκεν. De paupere qui præter vestitum nihil præterea rerum possidet: alioqui ἀσιτῶν καὶ ἀνιάτων.

Făcĭnŭs, ŏris: à facio est deductum. Vocabulum est medium, quo tam in bonam, quàm malam partem uti possumus. Gell. *cap.* 9. *lib.* 12. Est enim facinus insigne aliquod factum, sive bonum, sive malum. ‖ מעשה *mahaséh.* פעל *pohál.* Gall. *Une entreprise notable, un haut faict, une belle ou mauvaise action* Ital. *Fatto rilevato, cosi in buona come in mala parte.* Germ. Ein namhafftige that/sie sey gut oder böß. Hisp. *La hazana en buena y en mala parte.* Angl. *A fact or deed.* ‖ In bonam partem accipitur apud Sallustium, pro virili & strenuo facto, quod Græci ἀνδρηΐην ἔργον appellant. Et apud Catull.

*Anne bonum oblita es facinus?*

Et Gell. *cap.* 2. *lib.* 5. Facinora facere fortia. Et Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 1. Vin' eu facinus luculentum inspicere. Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 4. Hoc est servi facinus frugi. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 2. Stultitia est facinus magnum timido cordi credere. Qui aliquo negotio intenti, præclari facinoris, aut bonæ artis famam quærunt. ¶ Sæpiùs in malam, κακεργασία. Cic. *lib.* 3. *Offic.* Ab hoc nulla fraus, nullum facinus abest. Terent. *in Adelph.* Proh dii immortales, facinus indignum. Idem *in Heaut.* Is mihi ubi adbibit plus paulò, sua quæ narrat facinora? O facinus indignum! Plaut. *Men. sc.* 6. *a.* 5. Proh facinus indignum! Senec. Facinus fecit audax (mulier.) Plaut. *Mil. sc.* 3. *a.* 2. Qui facinus tantum, támque indignum feceris. *Ibid. sc.* 6. *a.* 2. Facinus audax incipit, qui cum opulento pauper cœpit habere negotium. Idem *Aul. sc.* 4. *a.* 1. Facinus apud nos natum novum. (De stupro.) Idem *Mil. sc.* 3. *a.* 1. Sequitur, Impudicum. Item, Haud decorum facinus tuis factis facis. Idem *Aul. sc.* 4. *a.* 1. Me insimulat falsum facinus. Idem *Amphitr.* Si abstuleris (à me argentum) mirum & magnum feceris facinus. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Nam tu (quod genere indignum sit tuo) facis, aut inceptas facere facinus? Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Me hæc tanta facinora promittere. (De dolis.) Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Nunquam facinus feci pejus, nec scelestum. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 3. Ecquid argutus es? Malorum facinorum sæpissimè. Idem *Men. sc.* 4. *a.* 2. Facinus istud non est mihi conducibile: id est, non profuerit mihi si istud egero. Idem *Bacch.*

Făcĭnŏrōsŭs, a, um: Scelestus & flagitiosus. ‖ רשע *rasháh.* πανοῦργος. Gall. *Plein de toute méchanceté, méchant.* Ital. *Scelerato, malvagio, sedizioso.* Germ. Ein lasterhafftiger schalck. Hisp. *Hazañoso en mala parte, lleno de pecado y destruycion para otros.* Angl. *Pwicked, naughtie, mischievous.* ‖ Cicer. *in Catilin.* Quintum genus est parricidarum, sicariorum, denique ornatum facinorosorum. Vita facinorosa. Idem 1. *de Legibus.*

Facula, Facularii: vide *Fax.*

‖ Faculentus, lucidus, clarus. ‖

Făcūnd̄us, i: Disertus. A fando, quòd ea quæ mente conceperit, ad audientes facilè & ornatè fatur, effatur, edisserit, ac profert. ‖ מליץ *melits.* λογίου, ἀῤῥητῶρ. Gall. *Facond, eloquent, qui parle bien.* Ital. *Facundo, eloquente.* Germ. Wolberedt. Hisp. *Elegante.* Angl. *Eloquent, well spoken.* ‖ Ovid. *de Arte.*

*Non formosus erat, sed erat facundus Ulysses.*

Quintilian. *lib.* 12. In omnibus generibus alius alio facundior habetur, & in eloquendo dulcis magis. Velleius, Facundus malo publico Curio.

Făcūndĭa, Eloquentia, orationis elegantia. ‖ מליצה *melitsáh.* λογίου. Gall. *Grace à bien parler, eloquence.* Ital. *Gratia di ben dire.* Germ. Wolredenheit/ geschicklichkeit zu reden. Hisp. *Elegancia en las palabras.* Angl. *Eloquence, a good grace in speaking.* ‖ Plin. *lib.* 7. *cap.* 30. Facundiæ, Latinarúmque literarum parens Cicero. Gell. *cap.* 7. *lib.* 3. Facundiarum Græcarum magniloquentia. Sallust. *in Jugurth.* de Memmio: Cujus facundia clara pollensque fuit.

Făcūndè, adverb. Disertè. ‖ ἀῤῥητῶρ, λογίως. Gall. *Eloquemment, de bonne grace.* Ital. *Con eloquenza.* Germ. Mit zierlicher feiner red. Hisp. *Elocuentemente.* Angl. *Eloquently, with a good grace and delivery readely.* ‖ Liv. 8 *bell. Pun.* Tanta autem inerat comitas Scipioni, atque ad omnia naturalis ingenii dexteritas, ut non Syphacem modò barbarum, insuetúmque moribus Romanis, sed hostem etiam infestissimum facundè alloquendo sibi conciliaret.

Făcūndissĭmè, adverb. Gell. *lib.* 13. *cap.* 8. Nihil enim fieri posse in-

dignius, neque intolerantius dicebat, quàm quod homines ignavi ac desides, operti barba & pallio, mores & emolumenta philosophiæ in linguæ verborúmque artes converterent, & vitia facundissimè acculatent, intercutibus vitiis ipsi madentes.

Făcūndŏsŭs, adject. Sempron. Asel. referente Gellio *lib.* 4. *cap.* 9. Facta sua spectari oportere, dicta non, si minùs facundiosa essent.

‖ Fadersium, dos. Cod. Il. antiq. ‖

Fadius, Pompeianus miles, cujus meminit Asinius Pollio apud Cicer. *lib.* 10. *Epist.*

Fax, fæcis, per æ diphth. ut Apul. docet, ut differat in dativo à præt. verbi facio: & est excrementum cujuscunque rei: cujus diminutivum est fæcula, deducturque à facio. ‖ שמר *shemér.* τρύξ, τρυγία, τρυξία. Gall. *Lie, fondrille, bourbe ou limon.* Ital. *Feccia, l'ordura di qualche cosa.* Germ. Truseh/bersen. Hisp. *La hez.* Angl. *The dregges, lies or grounde.* ‖ Horat. 1. *Carm. Ode* 35.

——— *Diffugient cadis*
*Cum face sitientis amici.*

Fax unguenti, est materia crassior, ex qua expressum est unguentum: magmata Græco vocabulo appellantur, teste Plin. *lib.* 13. *c.* 2. Fæcem civitatis (τὴν σεσηθὼς) homines viles & abjectos, quòd vitam agant sordidam & abjectam, vocamus. Cic. *pro Flac.* Opifices & tabernarios, atque illam omnem fæcem civitatum, quid est negotii concitare? Sordes & fax urbis. Cic. *Attic. lib.* 1. Fax Romuli, pro plebe Romana, quam ideò fæcem vocat Cicer. quòd collecta esset ex confusa & turbulenta multitudine, *Attic. lib.* 2. *Epist.* 1. Loquitur enim illic de Catone, quem reprehendit, quòd ita se gereret quasi esset in Republ. Platonis, & non in fæce, hoc est, Romuli fæculenta plebe. ¶ Mali bibunt improbitatis fæcem, οἱ κακοὶ πίνουσι τὴν τοῦ κακοῦ ὑποχόην. Dici solitum ubi pœna maleficis digna meritis contigisset. Translatum apparet ab iis, qui vino limpido epoto, tandem ad fæcem usque perveniunt. ¶ De fæce haurire, figura minimum proverbialis, Cicer. *in Catalog. illustrium erator.* dixit pro eo quod est, sordida quæque ac plebeia, nimisque humilia persequi.

Fæcariæ sportæ, apud Catonem *de re rust.* quibus inclusa fax prelo supponitur, ut vinum fæcarem exprimatur: quod Catonis *cap.* 133. declaratur.

‖ Fæcula, condimentum à fæce vini factum acidum. Turn. ¶ Item parva fax. ¶ Item uva pinguis decocta usque ad crassitudinem mellis. ‖

Fæcŭlēntus, a, um: quod est fæcis plenum. ‖ τρυγώδης. Gall. *Plein de lie, de fondrilles, bourbe ou limon.* Ital. *Feccioso, pieno di faccia.* Germ. Voll trusen/ befechtig. Hisp. *Lleno de hezes ò borras.* Angl. *Full of lies or dregges.* ‖ Ut fæculenta aqua, apud Plin. *lib.* 31.

Fæcarum vinum, quod è fæcibus est expressum. ‖ τρυγίτης οἶνος. Gall. *Du vinot, vin de dépense, vin de pressoir.* Ital. *Vino mal purgado.* Germ. Truschtiger trüber wein. Hisp. *Vino no purgado.* Angl. *Wine unfetled or not fined.* ‖ Cato *de re rustica, cap.* 154. Vinum fæcarum sic facito. Fiscinas olearias Campanicas duas illi rei habeto: eas fæcibus impleto, sub prælúmque subdito, exprimitóque. Plinius *lib.* 14. *cap.* 10. de vini operarii generibus agens: Tertium, inquit, est fæcibus vini pressum, quod fæcarum Cato appellat.

Fæcŭtŭlus, Fæcatus. Fortasse est substantivum. ‖ τρυγία. Gall. *Plein de lie.* Ital. *Pieno di feccia, non purgato dalla feccia.* Germ. Voll lauter von trusen. Hisp. *Cosa llena de hezes ò borras.* Angl. *Full of lies or dregges.* ‖ Gell. *lib.* 13. *cap.* 19. Non eas finitiones prærancidas, neque fæcutinas grammaticas spectaveris: sed autem tuam interroga, quo quid loco conveniat dicere.

Fæciniæ uvæ, dictæ sunt, quæ plus quàm cæteræ fæcis afferunt, τρυγηρὰ σταφυλή. Alio nomine à colore Rubellanæ vocantur: & à loco Nomentanæ. Author Col. *lib.* 3. *cap.* 2.

‖ Fagra, glandis genus. Plin. Pabuli genus instar glandis faginæ. Jun. ‖

Făgus, i. ‖ φηγός. Gall. *Un arbre qu'aucuns appellent fau, les autres fousteau, & les autres hestre.* Ital. *Faggio.* Germ. Ein buchbaum. Hisp. *La haya, arbol conocido.* Angl. *A beeche tree.* ‖ Arbor est glandifera, quam rustici in Gallia vocant, un fau. ita dicta ἀπὸ τοῦ φάγειν, hoc est, à comedendo, quòd ante inventas fruges (ut fabulantur poëtæ) homines ejus arboris glandibus solerent victitare. ¶ Sunt qui scribant *Phagus*, ad Græcam originem spectantes: id tamen magis superstitiosum est, quàm necessarium: est enim hæc dictio ita jam apud Latinos recepta, ut meritò Latinorum more scribi possit.

Făgĭnĕus, Faginus, & Fageus: qui ex fago est. ‖ Gall. *Qui est de fau, de fousteau, ou de hestre.* Ital. *Di faggio.* Germ. Buchin/ von buchbaum. Hisp. *Cosa de haya.* Angl. *Of the beeche tree.* ‖ Ovid. 4. *Fast.*

*Bis sua faginea tempora fronde tegit.*

Sic faginus axis, apud Virg. 3. *Georg.*

*Pòst valido nitens sub pondere faginus axis.*

Et pocula fagina, apud eundem 3. *Eclog.* Glans fagea, apud Plin. *lib.* 16. *cap.* 5. Alia fageæ glandis figura, alia quernæ.

‖ Fagopyrum, frumenti species, tanquam Latinè dicas fagotriticum, quod vocant frumentum Saracenicum. ‖

Fagutal, fuit Romæ sacellum Jovis, in quo erat fagus arbor, quæ Jovi sacra habebatur. Plin. *lib.* 16. *cap.* 10. A Plinio videtur dissentire Varro, qui *lib.* 4. *de ling. Lat.* Fagutal locum fuisse scribit urbis in regione Esquilina, cui nomen à fagis, ut de laureto à lauris, esculeto ab esculis. In hoc tamen loco templum est Jovis Faguralis.

‖ Fais, glans. Cod. Il. antiq. ‖

Faïda, gravis & aperta inimicitia ob cædem ferè aliquam suscepta, unde & vindictam mortis interpretantur.

Falactium, φαλάκριον, Ptol. *c.* 7. Europæ tabula, promontorium est Siciliæ, quod nonnulli idem esse credunt quod vulgò hodie appellatur *Melazzo*, vel *Rasecalmo.*

Fălæ, Turres ligneæ, ob latitudinem dictæ, quibus in oppidorum oppugnationibus, & in spectaculis utebantur, à falando: Tuscis enim falandum, cœlum vocabant.

Falanga

Falangarius, bajulus.

‖ Falantum, vel falandum, molliore pronunciatu, cœlum erat Hetrusceis. Græcum est φαλάντιον, quod jugum & celsitatem significat, à φάλος. ‖

Falatica: vide *Phalarica*.

‖ Falaris, quæ & Faleria veteribus, hodie Falare. V. olim E. Faliscorum, à paucis hodie rusticis incolitur. ‖

Falcarius, Falcatus, Falcata: vide *Falx*.

Falcidia lex, φαλκιδίειος, quæ amputat legata, quando ad minimum quarta pars bonorum non superest hæredibus.

‖ Falcito, à falce. Gloss. Isid. Falcitat, putat, secat, æstimat. ‖

Falco, nis, à falce, quam imitatur illius ungues. ‡ Græcè ἱέραξ. Gall. *Un faucon*. Ital. *Falcone*. Germ. Ein falck. Hisp. *Falcon*. Angl. *A falcon*. ‡ Avis est ex accipitrum genere: ita dicta (ut Festus inquit) quòd ungues more falcis habeat introrsum flexos. Avis volatus à veteribus in auguriis maximè observabatur. Felicissimum siquidem omen ad res agendas putabant, si falco è sinistra volasset: unde & à Græcis ἱέραξ, quasi sacra avis vocata. Campani *capyn* olim vocabant: à qua etiam nonnulli volunt Capuæ nomen esse impositum, quòd ex volatu falconis, de ea ædificanda sumptum fuerit augurium. Sunt autem falcones omnes (ut hodie à Principum aucupibus observatum est) fœminæ: mares verò sunt quos vulgus hodie vocat *Mascardines*.

Falcones, qui pollices pedis intra curvos habent, introflexos: *Falcones dicuntur, quorum digiti pollices in pedibus intra ipsas curvaturas, à similitudine falcis*. Glossarium: Falcones, δάκτυλοι ἐν τοῖς ποσὶν τῶν ἱεράκων.

‖ Falda, bellum, in ll. Longobard. Est & *fal* Belgis nota vocis, fel: crudelis, truculentus, immisericors: & Gallis *folle*, iracundus, bilioſus, impotens. ‖

Fălĕre, neutri generis. Varr. *de re rust. cap.* 5. Intra rete aves sunt omne genus, maximè cantrices, ut luscinioläe ac merulæ, quibus aqua ministratur per canaliculum, cibus objicitur sub rete. Subter columnarum stylobaten est lapis à falere, pedem & dodrantem altus, ipsum falere ad duos pedes altum à stagno, latum ad quinque, &c. Falere erat lapideus margo piscinæ, seu crepido & moles saxea in orbem ducta, & oppositа stagno, à Græco φάλος, id est caput, quia prominet in altum illa moles, & quasi caput sit aquis.

‖ Faleræ, *ornamenta*. Glossæ. i. e. equorum ornamenta. Idem phaleræ, φάλαρα.

Falerii, orum, φαλέριοι, oppidum fuit Faliscorum in Tusciæ mediterraneis. Author Ptol. *lib.* 3. *cap.* 1.

Falernum, vinum nobile, dicitur à Falerno agro, qui teste Plin. *lib.* 14. *cap.* 6. Campaniæ tractus est. A ponte Campano incipiebat lævâ petentibus urbanam coloniam Syllanam. Totus hic tractus vitiferos habet colles, generosissimo vino nobiles, quod à regionis nomine etiam Falernum est appellatum. Huic inter generosa Italiæ vina secunda nobilitas tribuebatur. Prima enim laus dabatur Pucino, quod à Græcis Pictanum appellabatur. Nequaquam verò mirum videri debet, si hoc vini genus hodie aut prorsus ignotum sit, aut minùs celebre, quam etiam Plinii seculo (ut ipse testatur) exolefceret, culpâ agricolarum, copiæ magis studentium, quàm bonitati. Pro vino frequentissimè neutr. generis est. Tibullus tamen in masculino genere usurpavit.

*Nunc*, inquit, *mihi famosos veteres proferte falernos*.

Falisci, φαλίσκοι, populi Hetruriæ fuerunt, quorum oppidum Falerii, φαλέριον, Stephan. vocabatur. Ovid.

*Adde senem Tatium, Junonicoláque Falisci*.

Vulgò *Monte Fiasco*. Terent. Scaurus *de Orthograph.* eorum meminit Falisci, inquit, Habam dixerunt, quam nos Pabam.

Falisca, æ, vulgò *rastelier*, in qua ponitur pabulum gramineum & herbaceum, ut fœnum, farrago, siliqua. Cato *de R. R.* Bonas præsepeis, falisceas clatratas. *Præsepeu* vocat, quas vulgò *les mangeoires*, vel *auges*, quibus pabula minuta, ut avena, hordeum, & id genus jumentis objiciuntur.

Faliscus venter, non dissimilis Lucanicis, inventus primò à Faliscis. Papinius *lib.* 4. *Sylvarum*,

*Non Lucanica, non graves Falisci*.

Martial. *lib.* 1.

*Et Lucanica ventre cum Faliſco*.

‖ Falisia, stabuli locus, ubi fœnum, & pabulum ponitur: præsepe, ubi hordeum. Turn.

Falla, fallacia. Nævius Decumis: Me non vocavit, ob eam rem hanc feci fallam. ‖

Fallo, is, fefelli: Decipio, induco, fraudo. ‡ מרה *pirtáh*, בגד *baghádh*, חתל *bathél*. ἐξαπατάω, παραγω. Gall. *Decevoir, abuser & tromper*. Ital. *Ingannare, gabbare*. Germ. Betriegen. Hisp. *Engañar*. Angl. *To abuse a man, to deceive, to begnile*. ‡ A fando deductum verbum, ut inquit Varro, quum contra quàm diximus, facimus: nam si quis te decipit, impropriè fallere dicitur. Terent. *in Heaut.* Per alium quemvis ut des, falli te sinas technis per servulum. Idem *in Andr.* Quidvis cupio, dum ne ab hoc me falli competiat. Cicer. *pro Rosc. Amer.* Perditissimi est igitur hominis, simul & amicitiam dissoluere, & fallere eum, quo tutus non esset, nisi credidisset. ¶ Fallere tempus. Gall. *Passer le temps*. Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.*

——— *Non qui labentia tardè*
*Tempora narrando fallat amicus adest*.

Idem *ibid. Eleg.* 1. *lib.* 4.

*Cantantis pariter, pariter data pensa trahentis*
*Fallitur ancilla, decipiturque labor*.

Ibid. *Eleg.* 2. *lib.* 3.

*Fallebat curas ægráque corda labor*.

¶ Pro Fugere, vel latère. Idem *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

*Nos procul expulsos communia gaudia fallunt* (i. fugiunt, & latent.)

¶ Pro Decipere, & illudere. Plaut. *Amphitr. sc.* 3. *a.* 4. Ostendam quid sit mulierem fallere minis, & dolis incessere. (Dixerat antè, tertitant minis, i. illudere.) Ovid. 5. *Fast.*

*Sive Deum prudens alium, divúmve fefellit*.

Plaut. *Amph. sc.* 2. *a.* 3. Id ego si fallo, tum me summe Jupiter, &c. *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. S. Quid si fallas? M. Tum Mercurius Sosiæ iratus siet. Et *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Quid si fallis? L. Tum me, quod vult, faciat Jupiter, &c. Senec. *cap.* 14. *al.* 33. *ad Polyb.* Aut me omnia fallunt, ait.

*Fallor? an hi first ingentia mania montes*.

Ovid. 2. *Fast.*

*Fallimur? an veris prænuncia venit hirundo?*

Idem 2. *Fast.*

*Fallor? an arma sonant? Non fallimur, arma sonabant*.

Ponitur & pro Laceo, λανθάνω. Liv. Speculator Carthaginensis, qui per biennium fefellerat, Romæ deprehensus, præcisis manibus dimittitur. ¶ Fallit me, id est ignoro. Cicer. *de Orat.* Neque hoc te Crasse fallit. Et *in Orat.* Quem quæso nostrùm fefellit, ita vos esse dicturos? Idem *Attic. lib.* 2. Tamen in lege nulla esse hujusmodi capita, te non fallit. Tacit. *lib.* 12. Quæ mutatio neque Neronem fefellit. ¶ Fallere spem, fallere opinionem, est secùs facere quàm quis opinatus fuerit. Cicer. *in Catil.* Si vis improborum spem meam fefellerit. Idem *Lentulo lib.* 2. *Epist.* Non fallam opinionem tuam. ¶ Fallere promissum, pro non implere. Fallere aliquem omnia, pro Fallere in omnibus. Senec. *epist.* 96. Amici omnia me fallunt. Fallunt opera. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. At faciem quum aspicias eorum, haud videntur malis, opera fallunt, id est, ipsorum operibus apparet eos esse deceptores. Fallens, entis: Particip. act. ✳ Constans. Cicer. *de finib.* His initiis inducti, omnia vera diligimus: id est, fidelia, simplicia, constantia: tum vana, falsa, fallentia odimus, ut fraudem, &c.

Fālsŭs sum: Deceptus sum, lapsus sum. ‡ Angl. *Begnyled, deceived*. ‡ Terentius *Andr.* Heu me miserum, qui tuum animum ex animo spectavi meo. P. Falsus es, id est erras, aliter est atque tu putas. Plautus *in Trucul.* Mihi etiamnum quid sit negotii, falsus incertúsque sum: nisi quia timeo tamen. Hujus compositum est Refello. ¶ Falsus eris. Ovid. 5. *Fast.* à Passeratio exponitur *falleris*. Item, Haud falsus quàm mihi hoc facile. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 3. Item, Haud falsa sum nos odiosas haberi. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 1. (non me fugit, haud me latet, sive fallit. Lambin. in eum locum.)

Fālsŭs, a, um, nomen activè accipitur: quod fallit, adulterinus, inanis, mendax, vanus. ‡ מרה *chechaſch*. בזב *chezéb*, חתל *kathál*. ψεῦδος. Gall. *Faux*. Ital. *Falso*. Germ. Falſch. Hisp. *Engañoso*. Angl. *Falſe*. ‡ Terent. *Eunuch.* Quæ vera audivi taceo, & contineo optimè: sin falsum, aut vanum, aut fictum est, continuò palam est. Catullus *de com. Beren.*

——— *Anne parentum*
*Frustrantur falsis gaudia lacrymulis*.

Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Si quid ergo me falsum dixeris. ¶ Gell. *cap.* 3. *lib.* 1. Falsum dejerare. ¶ Falsi furius animus. Plaut. *Milit. sc.* 2. *a.* 2. Item, Vera illi prosunt, falsa obsunt. Idem. *Capt. sc.* 5. *a.* 3. Illic (i. ille) observavi meæ falsæ fallacias. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 2. Qui sæpe falso testimonio perdidit civem innocentem. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 5. Siccine insimulare falsum facinus tam malum. Idem *Amph.* Injuria est. Falsum nomen possidere postulas. Idem *Mil. sc.* 5. *a.* 2. Ovid. 13. *Metam.*

——— *An falso Palamedem crimine tuspe est*
*Accusasse mihi, vobis damnasse decorum*.

Idem *Eleg.* 15. *lib.* 3. *Trist.*

*Dum me terrarum pars penè novissima ponti*
*Exulem falso nomine dictus habet*.

Et *Eleg.* 1. *lib.* 2.

*Fœmina cui falsum Lesbia nomen erat*.

Idem *Eleg.* 11. *lib.* 3. *Trist.*

*Qui falsum lente terruit igne bovem*.

¶ Falsus, pro impudico, sive adultero. Plaut. *Amph.* Vir ego tuus sum? Ne me appella falsa, falso nomine (i. impudica.) Omne enim falsum, inquit Tertull. adulterium est. Plaut. *in Milit.* Æcastor ergo mihi haud falsum evenit somnium. Sic falsus tutor dicitur, qui se pro tutore gerit, quum verus tutor non sit. Falsum testamentum, quod suppositititium est, vel corruptum. Sic Falsum judicium, Falsam sententiam, Falsum nomen dicimus, pro eo quod verum non est: non quòd fallendi gratiâ aut dictum, aut factum sit: sed quòd hominum opinionem fallat. Quando verò participium est, passivè accipitur pro Deceptus. Terent. *in Andr.* Falsus es, hoc est, deciperis, ut interpretatur Donatus. Salust. *Jugurth.* 120. Næ illi falsi sunt. Falsus animi dicitur is, cui longè aliter cecidit atque opinabatur. Terent. *in Eunuch. sc.* 2. *a.* 2. Sed quid videtur hoc tibi mancipium? P. Non malum hercle. A. Uto hominem, ut falsus animi est.

Falsum habere, est fallere. παραγράφειν. Salust. *in Jugurtha*, Neque ea res me falsum habuit.

Fālsò, adverbium; Falsè, fallaciter. ‡ ψεύδως. Gall. *Faussement, à tort*. Ital. *A torto, falsamente*. Germ. Fälſchlich. Hisp. *Falsamente, engañosamente*. Angl. *Falsely*. ‡ Salust. *in Proœmio Jugurth.* Falsò queritur de natura sua genus humanum. Plaut. *in Bacchid.* Non manco, neque tu me habebis falsò suspectum. Falsò insimulatam probri. Idem *Amph. sc.* 2. *a.* 3. Si falsò eam insimulas, hoc perieris. Idem *Milit. sc.* 3. *a.* 2. Sequitur, Si id verum est, & innocentem falsò insimulavit. *Ibidem sc.* 4. *a.* 1. Item, Perperam falsò insimulata. *Ibidem.* Et *Men. sc.* 4. *a.* 2. Haud falsò prædicas. Et *Mostell. sc.* 1. *a.* 1. Falsò vituperare, & verò laudare. Ovid. 5. *Fast.*

*Sive ego te feci testem, falsóve citavi*
*Non audituri numina vana Jovis*.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

*Et falsò movi pectus amore meum*.

Fālsè, aliud adverbium. Plaut. *in Capt.* Tace modò, ego Philocratem falsè faciam, ut verus hodie reperiatur Tyndarus.

Fālsĭdĭcŭs, i: Falsiloquus. Qui falsa loqui consuevit ✳ Veridicus. ‡ מרה *chechaſch*, בזב *chezéb*. חתל *kathál*. ψεύδομαι, ψεῦδος, ψευ-

λόγος. GALL. *Qui dit & raconte choſes fauſſes.* ITAL. *Huomo che dice il falſo.* GERM. Ein lugner/der falſche ding ſagt. HISP. *El que dize falſedad.* ANGL. *A falſe ſayer, a lier.* } Plaut. *in Capt.* Me meámque rem, quod in re uno fuit, tuis ſceleſtis falſidicis fallaciis dilaceraviſti. Idem, Quarum rerum te falſiloquum mihi eſſe nolo.

**Fălsĭfĭcŭs**, qui facit fallacias. { חותם *huthám*, עקבה *hakéb*. ψεῦσαι. GALL. *Qui fait fauſſeté, fauſſaire.* ITAL. *Falſario.* GERM. Ein falſchmacher/der mit betrug vmbgeht. HISP. *El que haze la falſedad.* ANGL. *That worketh deceat and guile.* } Plaut. *in Milite*, Domi habet animum falſificum, falſijurium.

**Fălsĭjūrĭus**, a, um. { ἐπίορκος, ψευδόρκος. GALL. *Parjure.* ITAL. *Spergiuro.* GERM. Meineydiger. HISP. *El que jura falſedad.* ANGL. *That forſweareth.* } Plaut. *Mil. ſc.* 2. *a.* 2. Falſijurius animus.

**Fălsĭlŏquŭs**, a, um. { ψευδολόγος. GALL. *Qui dit fauſſeté.* ITAL. *Chi parla il falſo.* GERM. Der falſchheit ſürgibt. HISP. *El que habla falſedad.* ANGL. *A falſe ſpeaker, a lier.* } Plaut. *Milit.* Idem *Capt.* Quarum rerum te falſiloquum mihi eſſe nolo. Et *Milit. ſc.* 2. *a.* 2. Falſiloquus animus.

**Fălsĭmōnĭum**, ii: Fraus, fallacia. { מרמה *mirmáh*, תך *toch*. ἐπαίνιον. GALL. *Fraude, dol, tromperie.* ITAL. *Fraude, fallacia.* GERM. Falſchheit/betrug. HISP. *Engaño.* ANGL. *Fraude, guile.* } Plaut. *in Bacchid.* Multi more iſto atque exemplo vivunt, quos quum cenſeas tibi amicos, reperiantur falſimonii.

**Fălsĭpărēns**, entis, qui falſum habet parentem: hoc eſt, cujus pater is eſſe creditur, qui minimè tamen eſt. ψευδοπάτωρ, τὸν γνήσιον ψευδόμενος. Sic Catullus vocat Herculem, quem ex Jove & Alcmena natum plurimi credebant, Amphitryonis eſſe filium, qui verus erat Alcmenæ maritus. Catull. *ad Mallium*, *epigram.* 63.

*Quod quondam caſis mentis fodiſſe medullas*
*Aut ſe falſiparens Amphitryoniades.*

**Fălsĭtās**, atis: Vanitas, mendacium. ✠ Veritas. { שקר *ſchéker*. ψεῦδος. GALL. *Fauſſeté.* ITAL. *Falſità.* GERM. Falſchluge. HISP. *Falſedad.* ANGL. *Falſehode, falneſſe.* Cui contraria eſt Veritas, quæ oſtendit id quod eſt. Cicero *pro Cluent.* Etenim ſicut alus in locis parum firmamenti, & parum virium falſitas habet: ſic in hoc loco falſa invidia imbecilla eſſe debet.

**Fălax**, acis: Fraudulentus, mendax. { δόλιος. GALL. *Trompeur, deceveur, faux.* ITAL. *Fallace, ingannatore, gabbatore.* GERM. Betrüglich. HISP. *Engañoſo.* ANGL. *Deceat full, beguiling.* } ut, Fallax interpres, apud Cicer. *ad Brutum.* Plin. *lib.* 22. *cap.* 23. Quoniam in his naturam eſſe apparet, in illis conjecturam ſæpius fallacem. Mart. *lib.* 1.

*Sic avidis fallax indulget piſcibus hamus.*

Cicer. *de Amic.* Novitates autem ſi ſpem afferunt, ut tanquam in herbis non fallacibus fructus appareat, non ſunt illæ quidem repudiandæ. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Triſt.*

*Quum lethe fallax hoſtia ſæpe dedit.*

Tibull. *lib.* 4.

*Teſtis quoque fallax Pamenius.*

**Fallacia**, æ: Fraus, præſtigiæ, dolus malus, laqueus. { מרמה *mirmáh*. תך *toch*. מחלוי *mahatallíth*. עקבה *kakbáh*. ψεῦσμα, ἐπαίνιον. GALL. *Fallaces, tromperies.* ITAL. *Fallacie, inganni.* GERM. Betrug/beſchiß. HISP. *Engaños.* ANGL. *Deceat, guile.* } Ovid. 13. *Metam.*

*Sumpta fallacia veſtis deceperat omnes.*

Abduxit nauclerio ornatu per fallaciam. Plaut. *Aſin. ſc.* 1. *a.* 1. Idem *Ibid. ſc.* 1. *a.* 1. Argento comparando fingere fallaciam. Idem *Capt. prolog* Expediet hanc doctè fallaciam. *Ibidem*, Sua ſibi fallacia fixerant dolum. Idem *Pſeud. ſc.* 4. *a.* 1. Doctè ferat hanc fallaciam. Idem *Aſin. ſc.* 1. *a.* 1. *verſ. ult.* Obſervavit meæ fallaciæ, id eſt, malum omen obtulit: Sæva enim omen eſt ſive bonum, ſive malum. Et Suet. *in Tib. cap.* 62. Larga meri potione aliquem per fallaciam onerare. (Quæſtionis, ſive cruciatus.) Plaut. *Pſeud. ſc.* 7. *a.* 4. Te fallaciam docuit, ut fallaciis à me mulierem abduceres. Cicer. *de Divin.* Tota res eſt inventa fallaciis, aut ad quæſtum, aut ad ſuperſtitionem, aut ad errorem. Terent. *in Andr.* Fallacia alia aliam trudit. Col. *lib.* 11. *cap.* 2. Sed hæc ipſa res habet aliquam fallaciam.

**Fallācĭtĕr**: Fraudulenter, malitioſè. { δόλιος. GALL. *Fauſſement, par deception & tromperie.* ITAL. *Fallacemente, fraudolentemente.* GERM. Betrüglicher weyß. HISP. *Engañoſamente.* ANGL. *Deceat fullye, falſly.* } Cicer. 1. *de Divin.* Fallaciter portenta interpretari. Idem 3. *Offic.* Ratio igitur hoc poſtulat, ne quid inſidioſè, ne quid ſimulatè, ne quid fallaciter. Vindicare ſe alicui fallaciſſimè. Cic. *de Amiſ. reſp.*

**Fallācĭōsŭs**, a, um: Fallaciis plenus. { חותם *huthát*, עקב *kakáb*. δόλιος. GALL. *Plein de fallaces, ruſé, trompeur, fourbe.* ITAL. *Pieno d'inganni.* GERM. Voll liſt vnd betrug. HISP. *Lleno de engaños.* ANGL. *Full of falſneſſe.* } Gell. Veterum teſtimonia quibus hujuſmodi ambages fallacioſæ confutantur. Et *lib.* 14. *cap.* 1. & *lib.* 7. *c.* 3. Fallaciis Sophiſtarum ſolertiis.

**Fallācĭlŏquentĭă**, æ: Cicero *de finib. lib.* 2. Quæ diligentiſſimè contra Ariſtonem dicuntur à Chryſippo ex ea difficultate illa (ut ait Accius) fallaciloquentiæ.

**Fălso**, as: falſum facio. { μαχαιρῶ, μαχαίρα. GALL. *Fauſſer, faire faux.* ITAL. *Falſare.* GERM. Falſch machen/ fälſchen. HISP. *Falſar.* ANGL. *To mak falſe.* } Modeſt. *l. pen. ff. ad l. Corn. de falſ.* Decretóque divi Adriani præceptum eſt in inſulam eos relegari, qui ponderа, aut menſuras falſent.

**Fălsārĭus**, qui falſa in ſcripta publica, & inſtrumenta refert. { μαχαιρᾶς, ψευδόγραφος. GALL. *Fauſſaire.* ITAL. *Falſario.* GERM. Ein falſcher. HISP. *El que enla eſcritura haze falſedad.* ANGL. *A forger of wrytinges.* } Sueton. *in Neron. cap.* 19. Adversùs falſarios tum primùm repertum, ne tabulæ, niſi pertusæ, ac ter lino per foramina trajecto obligarentur. Suet. *in Claud. c.* 15. Falſario præcidendæ manus.

Falſones, deceptores. Gloſſ. Iſid.

Falſoſus, circumventoſus; deceptoſus. Gloſſ. A. L.

Falſum habuit, fefellit. Salluſt. *Jugurth.*

Falvus, fulvus, flavus color. Pap.

**Fălx**, à Syriaco Falca: Ferramentum aduncum quo ſepes & herbæ ſecantur: item illud quo vites & arbores putantur. { מגל *maghgal*, חרמש *chermésch*. δρέπανον, ἄρπη. GALL. *Vne faucille, une ſerpe.* ITAL. *Falci.* GERM. Ein ſichel/ rebmeſſer/ oder ein ander krumb ſchneidmeſſer. HISP. *Hoz.* ANGL. *A ſickle, an hoe.* } Varro *lib.* 1. *de re ruſtic. cap.* 50. In Umbria falce ſecundùm ſtramentum ſuccidunt ſtramentum. Virg. *Eclog.*

*Tum credo, quum me arbuſtum vidére Mycenis,*
*Atque malas vites incidere falce ſubellas.*

Quintilian. Falcem reformidant frondes terrenæ. Plin. *lib.* 18. *cap.* 28. Falcium duo genera: Italicum brevius ac inter vepres quoque tractabile: Gallicarum latifundia majeſtatis compendii, quippe medias cædunt herbas, brevioreſque prætexunt. Cicer. 5. *Tuſcul.* Immiſſi cum falcibus multi purgarunt, ſæpe verterunt locum. Falces in Campania, Seculæ dicuntur à ſecando. ¶ Falcium varia enumeratur genera à Catone, *cap.* 10. & 11. Sunt enim falces quædam ſemariæ, quædam ſtramentariæ, quædam arboratiæ, aliæ vineaticæ, ſylvaticæ, & ruſcaticæ. ¶ Falx etiam appellabatur bellica machina, quæ adunco præfigebatur ferro: ſic dicta quòd incurvata eſſet ad ſimilitudinem falcis, ut ex muris lapides extraherentur. Cæſar 5. *bell. Gall.* Una erat magno uſui res præparata à noſtris, falces præacutæ, inſertæ, ſtipitibusque longuriis, non abſimili forma muralium falcium. ſ Falces poſtulabam, ἄρπας ἀνείρων. In eos qui reſpondent id quod ad rem nihil attinet. Videtur hinc natum, quòd agricolæ cuipiam à vicino falcem commodatò petenti, negaverit illi ſibi ligonem eſſe domi. Plutarch. Zenodotus, & Suidas referunt.

**Fălcŭlă**, æ diminutivum: Parva falx. { δρεπανίσκος, δρεπανίς. GALL. *Vne faucille, ſerpe, ſerpillon, un crochet.* ITAL. *Falcetta, ſega, coltellaccio in bonſcare.* GERM. Ein kleine ſichel/ oder rebmeſſerlin. HISP. *Peſuña hoz, hocezilla.* ANGL. *A litle ſickle or hooke.* } Col. *lib.* 12. *cap.* 18. Nec minus falculæ, & ungues ferri quamplurimi parandi. Cato *cap.* 54. Quòd falcula ſecueris, non renaſcetur. ¶ Falculæ vineaticæ, apud Caton. *de R. R.* & falculæ ruſcaticæ, apud Varron, quibus ruſcus, rubi, ſentéſque ſecantur. ¶ Dicuntur etiam falculæ pardorũ & pantherarum extremitates unguium in formam falcis incurvatæ, quibus dum appetunt, integra corpora dilaniant: à quibus falculis falcones dictos putat Feſtus. Plin. *lib.* 8. *cap.* 15. Mirum pardos, pantheráſque, leones, & ſimilia, condito in corporis vaginis unguium mucrone, ne refringantur, hebetentúrque, ingredi, averſiſque falculis currere, nec niſi appetendo protendere.

**Fălcārĭŭs**, a, um, quod ad falcem pertinet. { δρεπανικός. GALL. *Appartenant à une faulx.* ITAL. *Pertinente à falce.* GERM. Dasz zu den ſichelin oder rebmeſſern gehört. HISP. *Coſa pertenecionte à hoz.* ANGL. *That perteineth to a ſickle.* } ut Cotes falcariæ, quibus falces acuuntur.

**Fălcārĭi**: Homines falcibus armati: quemadmodum à ſica dicuntur Sicarii: δρεπανηφόροι. Cic. 1. *Catil.* Dico te prima nocte veniſſe inter falcarios.

**Falcātŭs**, a, um, quod formam falcis habet. { δρεπανοειδὲς. GALL. *Courbé comme une faulx ou faucille.* ITAL. *Che a forma di falce.* GERM. Krumb wie ein ſichel. HISP. *Coſa enſervada en manera de hoz.* ANGL. *Hoked, or croked like a ſickle.* } Plin. *lib.* 10. *cap.* 21. de gallo loquens: Sola, inquit, volucrum in cœlum aſpicit crebrò, in ſublime volucrum caudam quoque falcatam erigens. Amygdalæ falcatæ, apud Plin. *lib.* 17. *cap.* 10. ¶ Rurſus falcatum dicitur falcibus inſtructum: unde falcati currus dicti ſunt, quos Macrob. per circumloquutionem, Currus cum falcibus appellat, quum ait: Inducebat etiam currus cum falcibus, & elephantos cum turribus. Curt. *lib.* 4. Hos centum falcati currus ſequebantur. Stat. *lib.* 10. *Thebaid.*

*Antea falcato inſtrantem mœnia curru*
*Deſuper Ogygia populit gravis impetus haſta.*

Et Livius *lib.* 8. *dec.* 4. De aſſeribus falcatis pinnas detergere.

**Falcĭfĕr**: Falcem ferens. { δρεπανηφόρος. GALL. *Qui porte une faux ou faucille.* ITAL. *Che porta la falce.* GERM. Ein ſichelträger. HISP. *Coſa que trae hoz.* ANGL. *That beareth a ſickle.* } Unde perpetuo epitheto Saturnus falcifer à poëtis appellatur: cui ideirco falx tribuitur, quòd primus in Italia agriculturæ uſum credatur indicaſſe: author Macrob. *lib.* 1. *Satur.* Matt. *lib.* 5.

*Nam ſi falciferi defendere templa Tonantis.*

**Fāmă**, à fando, dictio media. { φήμη *ſchemah*. φάτις. GALL. *Renommée, bruit, renom.* ITAL. & HISP. *Fama.* GERM. Ein geſchrey/ein red ſo von einem ding außgeht. ANGL. *Fame, brute.* } Eſt enim quicquid de aliquo divulgatur, ſive in bonum, ſive malum. Virg. *lib.* 4.

——*neque enim ſpes ulla famáve movetur*: id eſt infamia, ut exponit Non. Idem 4. *Æneid.*

*Fama malum, qua non aliud velocius ullum,*
*Mobilitate viget, viréſque acquirit eundo.*

Terent. *in Andr.* Omnes uno ore omnia bona dicere, & laudare fortunas meas, qui gnatum haberem tali ingenio præditum. Quid verbis opus eſt? Hæc fama impulſus Chremes ultrò ad me venit. Cicer. 14. *Philipp.* Hoc triduo, vel quatriduo triſtis à Mutina fama manarat. Si bonam famam mihi ſervaſſo, ſat ero dives. Plaut. *Moſtell. ſc.* 3. *a.* 1. Ut fama eſt homini, exinde ſolet pecuniam invenire. *Ibidem.* Hæc famam ingenii faciunt. Quintil.

*Sive favore tuli, ſive hanc ego carmine famam.*

Ovid. *Eleg. ult. lib.* 4. *Triſt.* Famam in turo collocare. Quintil.

——*Requiſque mihi, non fama petita eſt.*

Ovid, *Eleg.* 12. *lib.* 3. *Triſt.*

*Et ſieri fama párſque gradúſque poteſt.*

Idem *Eleg.* 12. *lib.* 3. *Triſt.*

*Famáque tam longè non niſi parva venit.*

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Triſt.*

*Non fuit ingenio fama maligna meo* (ſup. livor.)

Idem *Eleg. ult. lib.* 4. *Triſt.*

*Ingenio ſtimulos ſubdere fama ſolet.*

Idem

Idem *Elog.* 1. *lib.* 5. Cæs. *lib.* 3. *de bell. civ.* Fama plerumque in novitate antecedit. ¶ De fama victoriarum. Plutarch. *in Paulo Æmilio.* ¶ Idem autem sunt rumor & fama, præterquam quod alterum Latinum est, alterum verò è Græco, testatur Valla. ¶ Et fama fuit, & eras. ἔφη καὶ ἐρεῖ ἔοικε: id est, & diceberis, crásque. Hemistichion proverbiale, quoties facta respondent opinioni. Suidas è poëta quopiam. ¶ Fama obtinet. Liv. *lib.* 1. Salust. *Jugurth.* 65. Quanquam ab ea fama quæ plerosque (al. *apud plerosque*) obtinet, diversum est. ¶ Fama etiam aiunt de te invetetata, fimutáque in hominum opinione, quamvis incerta. Mart. *lib.* 1.

*Quicquid fama canit, donat arena tibi.*

Quintilianus: Fama est, olim Jovem in imbrem aureum conversum, puellæ in gremium descendisse. Plin. junior *in Epist.* Huc cum liberalitatis tuæ fama perduxerat. Sic fama Scipionum, fama Camilli, id est laus, celebritas. Virg. 1. *Æneid.*

*Sum pius Æneas, famâ super æthera notus.*

Famæ, in plurali: Plaut. *Trinum.* Hem mea malefacta, hem meam Avaritiam tibi: hascine me propter res maledictas famas ferunt? ¶ A fama, diffamo, & infamo deducuntur, de quibus alibi. ¶ Humo fama æquabili atque inviolato. Salust. *Jugurth.* 87.

‖ Famella, diminut. parva fama. Fest.

Famæ gerulus, nuncians. Pap.

Famen, φάτις, φάτις. Onomast. id est, sermo, id quod famur. ‖

Fāmōsĭtās, ātis, in bonam partem, pro Celebritas. Apul. *lib.* 9. Hic uxorem generosam, & eximia famositate præditam. Vide tamen, ne *formositate* legendum sit, vel reclamantibus codicibus.

Fāmōsŭs, a, um. Frequentiùs in deteriorem partem accipitur pro infami. {δύσφημος. Gall. *Fameux, fort renommé, soit en bien ou mal.* Ital. *Famoso, di gran fama.* Germ. Berümpt/oder verschreyt vnd verruffet. Hisp. *Famoso en buena y mala parte.* Angl. *Much spoken of either forgoode or evill.* } Salust. Largitionem famosam, impudentémque. Inde famosa mulier, quæ est famæ parum integræ, hoc est, quæ impudicitiæ nomine malè audivit. Cicer. 2. *de Orat. ex Poëta.* Quid tu Ægilia mea quando ad me venis cum tua colu lana? Non pol, inquit, audeo: Nam me ad famosas vetuit mater accedere. Quem locum in id expendit Nonius Marcell. Ita Sueton. *in Tiber. cap.* 35. Fœminæ famosæ, ut ad evitandas legum pœnas, jure ac dignitate matronali exsoluerentur, lenocinium profiteri cœperunt. Et famosus adulteriis. Sueton. *in Claud. cap.* 16. Et famosa epigrammata. Idem *in Cæs. cap.* 73. &c. Mart. *lib.* 2. *Epigr.* 39.

*Cocina famosa domus, & ianthina mactha.*

Et rursus *Epig.* 47.

*Subdola famosa (munus) fuge retia mactha.*

¶ Interdum in activa significatione accipitur pro eo quod vulgò dicunt *Diffamatorium.* Unde famosi libelli apud Jurisconsultos, qui alicujus famam lædunt. ¶ Et famosa judicia, quæ turpia dicuntur, quòd turpitudinem damnatis adferant, ut judicium tutelæ, fiduciæ, societatis, &c. ¶ Sueton. *in Tib. cap.* 35. Famosi judicii notam spoute subibat. Et famosa causa, *in l. sed si hæc, §. prætor ait, ff. de del. mal.* Et famosum interdictum, *in l. neque, ff. de vi armat.* Sic famosum carmen dicitur apud Horat. *lib.* 1. *epist.* 20. *ad Mecœnatem.*

*Nec sponsa laqueum famoso carmine nectit.*

Et Sueton. *in Tib. cap.* 28. Famosa carmina dixit. Eadem ratione famosi versus apud Horat. *lib.* 2. *Serm. satyr.* 1.

*Famosisque lupo cooperto versibus.*

Et famosa Epigrammata, apud Sueton. *in Cæs. cap.* 73. Famosa scripta, apud eundem *in Domitiano.* Famosi libelli, apud eundem *in August. cap.* 54. Famosi gladiatores, apud Apul. *lib.* 10. *Metam.* ¶ Invenitur interdum in bonam partem acceptum, præsertim apud Plinium juniorem, & ejus seculi scriptores. Nam Ciceronis seculo vix quisquam aliter, quàm in malam partem usus est. Plin. *lib.* 6. *epist.* Impensè peto ut causam tuam pertinentem ad rutam tuam, pulchram alioqui & famosam faciam. Tacit. *lib.* 11. Sed quia famosæ urbis (de Hierosolyma loquitur turpi & vili) supremam diem traditurí sumus, congruum videtur primordia ejus aperire. Sueton. *in Calig. cap.* 19. Famosi equi, id est, nobiles victoria.

Fāmōsĭssĭmŭs, in superlativo. Lactant. *lib.* 13. *cap.* 15. ubi de Aristippo loquens: Quid ergo interfuit, quo animo Philosophus ad meretricem famosissimam conveniret? Gell. *cap.* 3. *lib.* 7. Superbia Rhodiensium famosissima. { Gall. *tres famense, tres renommee, comunē & divulguée par tout le monde.*

Fāmĭgĕrō, as: Divulgo. { משמיע *hischmiáh.* λαλοῦω. Gall. *Divulguer.* Ital. *Divulgare.* Germ. Ein geschrey außbringen. Hisp. *Derramar, ò divulgar fama.* Angl. *To make or forge newes.* } Famigeratus, divulgatus, fama celebratus. λαλούμενος.

Fāmĭgĕrātŏr, qui rei alicujus famam spargit. } משמיע *meschmiaß.* λαλητής. Gall. *Semeur ou porteur de bruit.* Ital. *Quelle che divulga la fama di qualche cosa.* Germ. Einer der ein newe geschrey außbringt. Hisp. *Aquel divulgador de fama.* Angl. *A forger of newes.* } Plaut. *in Trinum.* Ego de verbis eorum famigeratorum insciis profilui.

Fāmĭgĕrātĭo, onis: Famæ dissemination. { משמעות *haschmahúth.* λαλιὰ. Gall. *Bruit fame ou portée & là.* Ital. *Divulgatione di fama.* Germ. Außpreitung einer sag oder leumbdens. Hisp. *Aquella obra de derramar ò divulgar fama.* Angl. *A forging of newes.* } Plaut. *in Trin.* Hæc famigeratio te honestat, me cùm conlutulet.

Fāmĭgĕrābĭlĭs, e: Celebris, clarus, famâ notus. { משמעם *ischhaschem.* λαλούμενος. Gall. *Bien celebre, renommé.* Ital. *Celebre, illustre, conosciuto per fama.* Germ. Berümpt. Hisp. *Bien enfamado, famoso, famose.* Angl. *Famous, renowned.* } Apul. *de Asin. auro*, Satis famigerabilis consector.

Fāmĭgĕrātŭs, fama celebratus. λαλούμενος. Apul. *Florid. lib.* 2. Fanum Junonis antiquitùs famigeratum.

‖ Famagusta, *Famagosta.* V. E. insulæ Cypri, sub A. Nicosien olim Tamassus dicta, à Turcis anno 1570. obsessa, & vi expugnata cum universa insula. ‖

Fāmēs, is, & olim famis. Gell. *cap.* 14. *lib.* 9. edendi cupiditas. { רעב *rabáb.* λιμὸς, ἔφοδος. Gall. *Faim, famine.* Ital. *Fame.* Germ. Hunger. Hisp. *Hambre.* Angl. *Famine, hunger.* } à φάγω, edo: & differt ab inedia, quòd fames est semper cum cupiditate edendi, inedia etiam sine appetitu, ut in ægrotis. Est enim proprié inedia, abstinentia à cibo, ab edendo dicta. Unde fumimus aliquot vitos legimus aliquot dierum inedia se enecuisse. Cicer. *pro Aul. Cluent.* Jam hoc ignoratis, judices, ut etiam besti[illegible], fame dominâte, plerumque ad eum locum ubi pabulum aliquando fuit, revertantur. ¶ Accipitur interdum fames, pro caritate ex annonæ penuria, quum scilicet plerique aliquo in loco alimento deficiente de vita periclitantur. Idem Cic. *pro Flacc.* In fame frumentum erat exportare ausus. Multa docet fames, πολλῶν ἀμὴ χέτερα δέδαεν.

——*fratus morbóque famêque* (Philoctetes.)

Ovid. 13. *Metam.* Periculum ne nos moriamur fame. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 3. Nisi hanc anum interfecero fame & olgu. Idem *Mostel. sc.* 3. *a.* 1. Item, Verbera, compedes, molæ, fames, frigúsque durum. Idem *Men. sc.* 6. *a.* 5. Hunc leonem fames jam occiderit. Idem *Pers. sc.* 3. *a.* 1. Hic dies mihi famem & paupertem obtulit. Idem *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Reddam te ex fera fame mansuetam. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 1. Fames & mora bilem in nasum concunt. Idem *Amph.* Famem expectat obambulans. Idem *ibid.* Item Fame lippiunt fauces. Et de fame plura apud eundem *in Curc. sc.* 3. *a.* 2. ¶ Fames Melia, λιμὸς μελιαῖος. De fame extrema, déque rebus difficillimis. Est enim Melus oppidum Thessaliæ quod Nicias Athenienium dux obsedit expugnavitque, non tam machinis bellicis, quàm fame. Suidas ex Aristoph. Famis, & fames. Varro *lib.* 2. *cap.* 5. Varras algor & famis metuescere cogit.

Fāmēlĭcŭs, a, um. qui fame laborat. { רעב *rabéb.* λιμώδης, λιμώττων. Gall. *Affamé, qui a faim.* Ital. *Famelico, affamato.* Germ. Hungerig/oder hungerstottig. Hisp. *Hambriento.* Angl. *Hungrie, hunger starven.* } Plaut. *in Casin.* Post id quum lassus fuetis & famelicus, noctu ut condignè recubes, cubabitur. Terent. *Eunuch.* Ille ubi miser famelicus videt me esse in tantum honorem, & tam facilè victum quærere, ibi homo, &c. Plaut. *Pseud.* Dúmque ridebunt saturi, mordebunt famelici.

Fāmēlĭcōsŭs, a, um, qui frequenter fame conflictatur. { λιμώδης. Angl. *That is very or often hungrie.* } Unde famelicosam etiam palustrem veteres vocabant, teste Festo.

‖ Famelia: vide *Familia.* ‖

Familia, æ, vel familias. Vocabulum Oscum.

Fămĭlĭa appellatione comprehenduntur tam liberi, quàm servi utriusque sexus, unius, quem patremfamilias vocamus, juri subjecti. { משפחת *mischpachâh*, בית *bajith.* οἰκία. Gall. *Famille.* Ital. *Famiglia.* Germ. Hausigesind. Hisp. *La familia, casa y persona de casa.* Angl. *A familie, a kinred.* } Apud antiquissimos *familia* scribebatur per e literam, tantúmque de servis dicebatur: Osca dictione *Famel*, qua illi servum appellabant, ut author est Festus: postea commutata e, in i, familia appellata est. Quo vocabulo, Varronis etiam seculo, servi significabantur. Ita enim ait *lib.* 1. *cap.* 16. Si ab fundo longiùs absunt oppida, aut vici, fabros parent quos habeant in villa: hic cæteros necessarios artifices: ne de fundo familia ab opere discedat, ac profestis diebus ambulet, feriata potiùs, quàm opere faciundo agrum fructuosiorem reddat. Hinc emptor familiæ, apud Suet. *in Claud. cap.* 4. Et familiæ emancipatio: vide *Emancipatio.* Deinde tamen paulatim invaluit usus, ut etiam liberi familiæ nomine, & quicunque sub unius patrisfamilias jure viverent, comprehendentur. Plaut. *in Trin.* Hæc una opera circumit per familias, puerum vestigat homo indigens cum pigra familia. Idem *Most. sc.* 2. *a.* 1. Fut imperator familiæ (i. paterfamilias.) Idem *Capt sc.* 2. *a.* 2. Ego Lar sum familiaris, ex hac familia, unde me exeuntem aspexisti (i. domo.) Idem *Aul.* Ex hac familia me planè excidisse intelligo. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 4. Filisfamilias, mater Senecæ, *c.* 14. *de cons. ad Helv.* Familia alienari (i. abdicari.) Quint. In familiam redire. Idem ¶ Post hæc ad eos quoque translatum est, qui ex eadem sunt cognatione: ut, Cæsarum familia, Scipionum familia. Suet. *in Nerone*, Ex gente Domitia duæ familiæ claruerunt, Corvinorum, & Ænobarborum. Velleius. Familia Porcia (i. gens.) Idem. Item, Juliorum familia. Idem. ¶ Familia pro secta, *ἀιρέσει.* Cicer. 1. *de Divin.* Magnus locus, philosophiæque proprius à Platone, Aristotele, Theophrasto, totáque Peripateticorum familia tractatus ubertimé. ¶ Unicus verò servus familiæ nomine non contentetur, nec duo faciunt familiam. Est enim collectivum nomen, pluralitatem in se continens. Vide latiùs nominis hujus significationem apud Paulum Jurisconsultum *l. pronunciatio, ff. de verb. sign.*

Fămĭlĭārĭs, quando adjectivum est, significat quod ad familiam pertinet, quod est familiæ. } οἰκιακὸς, οἰκεῖος. Gall. *Familier, domestique, de la maison.* Ital. *Famigliare, di casa.* Germ. Das zu dem hausgesind gehört. Hisp. *Familiar.* Angl. *That belongeth to the familie, familier household.* } Unde familiaria negotia, res familiares, epistolæ familiares, res domestica. Author ad Heren. *in operis præfatione.* Credo expectatus veniam familiaribus. Plaut. *Mostel. sc.* 2. *a.* 1. Ut se domi videant familiares. Idem *Milit. sc.* 2. *a.* 2. Familiaris fabo accipiare haud familiariter. Idem *Amphitr.* Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 2. Subvenne familiari filio. Idem *ibid.* Item, Minùs familiari vultu respicere aliquem. Sueton. *in Cæsar. cap.* 78. Familiaris epistola. Quintil. & Macrob. *cap.* 4 *lib.* 2. *Saturn.* Familiaribus literis aliquem evocare. Sueton. *in Tiber. cap.* 62. ¶ Flatu non familiaris autæ morbidus homo. Senec. *cap.* 11. *de consol. ad Marc.* ¶ Etsi negotiis familiaribus impediti, vix tamen otii studium suppeditare possumus. Gell. *lib.* 3. *cap.* 17. Memoriæ mandatum est, Platonem Philosophum tenuiadmodum pecunia familiari fuisse. Idem *cap.* 1. *lib.* 18. Livius *lib.* 8. *ab urb.* Caput jecinoris à familiari parte cæsum. ¶ Familiaris focus. Columell. *lib.* 11. *cap.* 1. Consuescat rusticus circa larem domini focúmque familiarem semper epulari. ¶ Sepulchra familiaria, quæ quis sibi ac familiæ suæ constituit: quemadmodum hæreditaria dicuntur quæ quis sibi & hæredibus exstruxit.

exſtruit. Author Caius Juriſconſultus, *l. familiaria, de relig. & ſumpt. funerum.* ¶ Interdum idem eſt quod neceſſarius, amicus, intimus, arctáque familiaritate conjunctus. { רעה *rehéh.* πολίτης, ὁμότιμος, ἑταῖρος, συνήθης. GALL. *Familier, amy & privé, qui hante ſouvent avec.* ITAL. *Famigliare, amico.* GERM. Ein geheimer vnd guter freund auß beywohnung bdr. HISP. *Familiar, ò amigo de caſa.* ANGL. *A freind, one with up twe another hanntheth.* } Cicer. *Att.* Homo familiariſſimus mihi, & omnibus in rebus conjunctus. Idem *de Amic.* Vidimus P. Æmilium C. Luſcinio familiarem fuiſſe. Idem *pro Cæl.* Mulier illa quadrataria permutatione familiaris facta erat balneatori. ¶ Familiares etiam olim dicebantur, qui ſervi erant. Poſtea dicti mimi. Senec. *Epiſt.* 47. Me arguere familiaris meus viſus eſt (i. ſervus ex noſtra familia.) Plaut. *Milit. ſc.* 4. *a.* 2. Inſpectavit neſcio quis familiarium (mox, conſervus.) *ibid. ſc.* 1. *a.* 2. Ne qui eſſem, familiares quærerent (mox, conſervi.) Idem *Amphitr. proleg.* Item, Hæc ſola ſanè meretur geſtari eorum familiarium (i. ſervorum.) Quantum hic familiarium eſt (i. omnes conſervi.) *Milit. ſc.* 3. *a.* 2. ¶ Item, Lar familiaris ſum ex hac familia. Idem *proleg. Aulul.* ¶ Adveniſſe familiares dicito (i. concives.) Idem *Amphitr.* Macrob. *lib.* 1. *cap.* 2. Nam & noſtri majores omnem dominis invidiam, omnem contumeliam ſervis detrahentes, Dominum patremfamilias, Servos familiares vocabant. Idem ſcribit Senec. *lib. Epiſt.* 6. *epiſt.* 47. ¶ Arbor familiaris Italiæ, id eſt, prærita, & paſſim naſcens: apud Plin. *lib.* 23. *cap.* 5. ¶ Quandoque hoc nomine intelliguntur domeſtici, quive ſunt ex familia. Plautus *in Amphitr. prolog.* Ne qui eſſem, familiares quærerent, verſari crebrò hic quum viderent me domi. ¶ Familiaris ſella, à veteribus appellata fuit ſella perforata, ejiciendis alvi excrementis accommodata. ὀρθοκόν. Varro 1. *de re ruſtic. cap.* 13. Itaque periti, ut eò aqua influat, eo nomine faciunt: quidam & ſellas familiares ponunt. Familiaris filius, pro familia. Plaut. *Capt. ſc.* 2. *a.* 2. quanquam non multùm fuit moleſta ſervitus: nec mihi ſecus erat, quàm ſi eſſem familiaris filius. Idem *Aſin. ſc.* 2. *a.* 2. *verſ.* Ubi ego nunc Libanum requiram, aut familiarem filium (i. herum minorem.) Paſſer. interprete.

‖ Familiaricus, a, um, ad familiam pertinens. ‖

Fămĭlĭārĭtās, ātis: Conſuetudo ipſa, quæ eſt inter familiares & amicos. συνήθεια. GALL. *Accointance, familiarité, amitié familiere & privée, privauté.* ITAL. *Famigliarità, domeſtichezza.* GERM. Freundtſchafft/Beywohnung/geheime. HISP. *Familiaridad.* ANGL. *Familiaritie, acquaintance.* } Quid ſit propriè familiaritas, Cicero docet *in Orat. pro Milon.* Terent. *in Heaut.* Mihi magna cum eo jam inde uſque à pueritia ſemper fuit familiaritas. Cicer. *de Amic.* Sic quum accepiſſemus à patribus, maximè memorabilem C. Lælii, & P. Scipionis familiaritatem.

Fămĭlĭārĭtĕr, adverbium: Liberè, amicè. {συνήθως. GALL. *Familierement, privément.* ITAL. *Famigliarmente, domeſticamente.* GERM. Freundtlich/heimlich. HISP. *Amigable y familiarmente.* ANGL. *Familiarlye, by acquaintance.* } Plaut. *Men. ſc.* 3. *a.* 1. Quæ hominem ignotum compellet tam familiariter. Idem *in Rud.* Ah nimium familiariter me arrectas. Terent. *in Heaut.* Tamen vel virtus tua me, vel vicinitas (quod ego in propinqua parte amicitiæ puto,) facit ut te audacter moneam, & familiariter. Cic. 6. *Verr.* Præſertim quum is L. Siſenna defenſore tuo tam familiariter uteretur. Familiariter ferre mœſtem alicujus, id eſt, graviter & moleſtè: nam quæ ſunt nobis familiaria, ea animo noſtro ſunt chata, inquit Donatus. Terent. *in Andr.* Hujus mœrem tam fert familiariter. Senec. *cap.* 3. *de conſ. ad Marc.* Familiariter eam coluiſti.

Familiarica, φαμιλιαρικὴ, dicuntur ea, quæ militibus dantur ad familiam alendam, quæ familiarici titulo dantur cuique militi. Mauritius *lib.* 2. *ſtrateg.* Inde familiaricè, φαμιλιαρικῶς. Cedrenus & Georgius Codinus.

‖ Familiarium, quod ſervo competit: ut ſagum, gladius. Corn. Fronto *de differ. verb.*

Famino, ā ĕlito. Feſt.

Famis, contuſio faucis: fortè *Ramex.* Gl. Iſid.

Famōtus: vide *Fama.*

FĂMŬLŬS, i, originem habet ab Oſcis Italiæ populis, apud quos ſervus *famul* dicebatur. { עבד *hébedh*, משרת *meſcharéth.* ὑπηρέτης. GALL. *Serviteur, valet.* ITAL. *Famiglio, ſervitore, famigliare.* GERM. Ein knecht oder diener. HISP. *Servidor.* ANGL. *A ſervande, a houſhold ſervand that attendeth on his maiſtres buſineſſe.* } Martial.

*Argolico famulum non te ſervire tyranno*
*Vidiſſent gentes, ſævaque regna pati.*

Luer. *lib.* 3.

*Oſſa dedit terra, proinde ac famul infimus eſſet.*

Item uſus eſt Ennius *famul* pro famulo, ut author eſt Nonius.

——*mortalem ſummum fortuna repentè*
*Reddidit, ut ſummo regno famul optimus eſſet.*

Ovid. *Epiſt. ult. lib.* 4. *Triſt.*

*Quid referam comitúmque neſas, famulóſque nocentes.*

Catul. *de com. Beren.*

*Ipſa ſuum Zephyritis eò famulum legarat* (i. equum ſuum.)

Fămŭlĭus, a, um, adjectivum. Idem quod famularis. { δουλικός. GALL. *Appartenant à un ſerviteur ou ſervante.* ITAL. *Pertinente à ſervitore.* GERM. Das zu einen dienſtknecht oder dienſte magt gehört. HISP. *Perteneciente à ſervidor.* ANGL. *That belongeth to a manſervand or maidſervand.* } Ovid. 3. *de Pont.*

*Nec dedignata eſt abjectis Illyris armis*
*Cæſarum famulo vertice ferre ſedem.*

Idem 1. *Faſt.*

*Tradiderat famulas jam tibi Rhenus aquas.*

Fămŭlă, æ: Ancilla. { שפחה *ſchiphchâh*, אמה *amáh.* ὑπηρέτις. GALL. *Chambriere, ſervante.* ITAL. *Serva, fantesca.* GERM. Ein diemerin/dienſtmagt. HISP. *Sierva.* ANGL. *A maid ſervand that attendeth on hir maiſtreſſe.* } Cicer. 5. *Tuſc.* Sin autem virtus ſubjecta ſub varios incertóſque caſus, famula fortunæ eſt. Virg. 8. *Æneid.*

*Noctem addens operi, famuláſque ad lumina longo*
*Exercet penſo.*

Fămŭlŏr, āris: Famuli officio fungor, ſervio. { עבד *habádh.* ὑπηρετέω. GALL. *Servir.* ITAL. *Servire.* GERM. Dienen. HISP. *Servir el que es libre.* ANGL. *To ſerve.* } Plin. *lib.* 1. *cap.* 61. Ut alimentis noſtris famuletur. *Ibid. cap.* 7. Famulantur æternis ſactis. Fortuna famulante aliquid agere, id eſt, adjuvante fortuna. Claud. *de bell. Get.*

*A magno Stilicone cave, qui ſemper iniquæ*
*Fortuna famulante premit.*

Fămŭlārĕ, in activa ſignificatione. Papinius *in ſua Hercule Surrentina,*

*Pacatum mitiſque veni, nec turbidus ira,*
*Nec famulare timens.*

¶ Et Terr. *adverſùs gentes,* Elementa ipſa famulare.

Fămŭlantĕr, adverbium: Suppliciter, & in modum famuli. ὑποκλινῶς, ὑπηρετικῶς. GALL. *Servilement, humblement.* ITAL. *Supplichevolmente, humilmente.* GERM. Dienſtiglich/vnderthänigklich. HISP. *Servilmente, humilmente.* ANGL. *Efter the maner of a houſhold ſervand.* } Nonius, Famulantèr, ſuppliciter. Accius *Terreo*, Semelnarum affare, & famulantèr pete.

Fămŭlārĭs, e, quod pertinet ad famulum, ſive famulam, ſervilis. {δουλικός. GALL. *Appartenant à ſerviteur, ou ſervante.* ITAL. *Pertinente à ſervitore.* GERM. Das zu einen dienſtknecht oder dienſte magt gehört. HISP. *Perteneciente à ſervidor.* ANGL. *That belongeth to a manſervand or maidſervand.* } Cicer. 1. *Tuſc.* Qui ſe in medios immiſit hoſtes famulari veſte, ne poſſet agnoſci, ſi eſſet ornatu regio. ¶ Jura famularia dare, pro imperare populo regia poteſtate. Ovid. 13. *Metam.*

*Si Remam intrarit, famularia jura daturum.*

Manus famularis. Senec. *Herc. OEtæo.*

*Turba famularis menſam inſtruit.*

Stat. 2. *Achil.*

Fămŭlārĭum, ii: Cornelius Fronto *lib. de nominum verborúmque differ.* Familiarium eſt quod ſervo competit, ut ſagum, gladius, &c.

Fămŭlātĕ, neutrum, pro adverbio Serviliter. Stat. 3. *Syl.*

——*nec turbidus ira,*
*Nec famulare timens:*

id eſt, more famuli.

Fămŭlātŭs, us: & Famulitium, ſervitus. { עבדות *habudhâh.* δουλεία. GALL. *Servitude, ſervage.* ITAL. *Servitù.* GERM. Dienſt oder dienſte barkeit. HISP. *Servidumbre.* ANGL. *The ſervice of hem hold ſervandes.* } Cicer. *de Amic.* Qui aliquandiu propter ignorantiam ſtirpis & generis in famulatu fuerint. Idem 3. *Offic.* Quàm miſet virtutis famulatus ſervientis voluptati. Varro, apud ignavum dominum duto famulitio adſtrictus. ¶ Dicitur etiam famulitium, ſervorum copia. { עבדות *habudhâh.* θεραπεία, ὑπηρεσία. GALL. *Compagnie de ſerviteurs.* ITAL. *Multitudine de ſervi.* GERM. Die der knecht. HISP. *Aquellos miſmos ſervidores.* ANGL. *The whole companie of houſholdh ſervandes.* } Macrobius: Unus è famulitio, cui provincia erat admittere volentes dominum convenire. ¶ Item familitas, pro ſerviture antiqui dixerunt. Accius in *Andromeda*, Nam poſtquam patva vos oppreſſit famulitas, vis atque egeſtas, fama, formido, pudor. Pacuvius, Quæ famulitas.

Fămŭlĭtĭo: Famulorum, famularúmque multitudo. { עבדות *habudhâh.* δουλεία. GALL. *Compagnie de ſerviteurs.* ITAL. *Multitudine di ſervi* GERM. Ein hauffen knecht. HISP. *Los ſervidores.* ANGL. *The whole companie of houſholdh ſervandes.* } Apul. *lib.* 2. Et ecce mulierem quampiam frequenti famulatione.

‖ Famulosus, ſerviens. Gloſſ. Iſid. obſequioſus, ſervilis. Gell. ‖

Fanaticus: vide *Fanum.*

Fandus: vide *Fari.*

Faneſii, populi in Oceano Septentrionali, qui (ut ait Plin. *lib.* 4. *cap.* 13.) tales habent aures, ut eorum nuda corpora his tegantur.

Fanēſtris, colonia: Pomponio Umbriæ, ſive agri Gallici oppidum eſt, non procul à Piſauro urbe, & Metauro amne, quod à Plin. *lib.* 3. *cap.* 14. Fanum fortunæ appellatur. Id vide: vulgò *Fano.*

Fannĭā lex, φάννιος νόμος, à Macrob. *lib.* 2. *cap.* 24. numeratur inter leges ſumptuarias, quæ ad nimium conviviorum luxum compeſcendum à Fannio conſule lata fuit, anno poſt Urbem conditam quingenteſimo octavo. Hæc ludis Romanis, item ludis plebeis, Saturnalibus, & aliis quibuſdam diebus ſingulos centenos æris inſumi conceſſit, decémque aliis diebus in ſingulis menſibus tricenos: cæteris autem omnibus diebus denos. Vide & Gell. *lib.* 2. *cap.* 24.

Fannĭānă pyra: vide *Favoniana.*

Fannius, duorum oratorum nomen, quorum meminit Cicer. *in Brut.* Horum (inquit) ætatibus adjuncti ſunt duo C. Fannii, Marci filii; quorum C. Fannius, qui Conſul cum Domitio fuit, unam orationem de ſocris & nomine Latino contra Gracchum reliquit, ſanè & bonam, & nobilem. Alter autem C. Fannius, M. F. C. Lælii gener, & moribus, & ipſo dicendi genere dulcior. Hæc ille.

Fanum Fortunæ, φάνα Steph. Agri Gallici urbs eſt, teſte Plin. *lib.* 3. *cap.* 14. in littore Adriatico, inter Piſaurum & Senogalliam, non longè à Metauro amne ſita: ſic dicta, quòd in ea pulcherrimum Fortunæ templum fuerit. Hujus urbis incolæ, Fanenſes, & colonia ipſa, Faneſtris à Pomponio appellatur. Vide *Faneſtris colonia*, & verb. *Panetii.*

FĀNUM, i: Templum. { בית *bamáh*, σηκός, νάος. GALL. *Temple.* ITAL. *Tempio, chieſa.* GERM. Ein tempel/ein kirch. HISP. *Templo donde ſe davan reſpueſtas.* ANGL. *A temple, a church.* } à Fauno Latinorum diis, qui in dormientibus reſponſa dare ſolebant, ut ait Marcianus Capella, vel à Fauno, qui (authore Probo Grammatico) primus oraculi conditor fuit. Feſtus, Fanum à Fauno, vel à fando, quòd Pontifex in dedicatione templi certa verba præfari ſolebat. Fanum religioſiſſimum templum, unde fara petuntur. Aſcon. 3. *Verrin.* Liv. *lib.* 10. *ab Urb.* Fanum (i. locus templo effatus.) Plaut. *Aulul. ſc.* 3. *a.* 3. Te auferam (aula) in fidei fanum. *Ibid. ſc.* 2. *a.* 4. In luco fanóque

nóque fidei sirum. Idem *Cure. fe.* 1. *a.* 1. In fano Æsculapii ægrotus incubat. Cicer. 2. *de Legibus*, Illud vitandum Athenis, quòd Cylonio scelere expiato, Epimenide Crete suadente, fecerunt Contumeliæ fanum, & Impudentiæ. Sunt tamen qui hoc nomen per ph, scribant ἀπὸ τοῦ φαίνειν, quod significat manifestum, quòd è phano aperta respondsa dabantur. Differunt autem fanum, templum, sacellum, delubrum, & lucus: quòd fanum sit locus Fauno consecratus: Templum in loco augurato: Sacellum parvulum ædificium diis consecratum: Delubrum, in quo homines piacula sua dilauunt: Lucus locus fulmine ictus & arboribus tectus. Coro. Fronto *de differ. vocab.* ¶ Ab hoc nomine adjectivum deducitur profanus, sive prophanus, a, um, id est nulla religione obstrictus, tanquam porrò fanum, id est, procul è fano.

Fānāticŭs, a, um, adjectivum à fano deductum. { משוגע *meschugháh.* Angl. *Mad or possed with a prophesie or some evill spirite.* } Dicuntur autem fanatici, quos Græci vocat ἐνθέους, ἐνθουσιῶντας, quòd non sua sponte, sed divino numine ferri credantur. Fanatici autem dicti sunt ideireo quòd in fanis, hoc est, in templis sacerdotes oraculum ederuni, hujusmodi furore corripiebantur. Virg. 6. *Æneid.* & Lucan. *Pharf. lib.* 5. Liv. *lib.* 8. *bell. Maced.* Galli Matri magnæ à Pessinunte occurrêre cum insignibus suis, vaticinantes fanatico carmine, deam Romanis viam belli & victoriam dare. Quint. *lib.* 11. Frequens etiam capitis nutus non caret vitio: adeò caput jactare, & comas excutientem totare fanaticum est. Juven. *sat.* 2.

——— *& crine senex fanaticus albo,*
*Sacrorum antistes.*

Cicer. *pro domo sua*, Quid tibi necesse fuit anili superstitione, homo fanatice, sacrificium, &c.

Fānŭs, Deus qui cunctibus præerat, vel Deus anni: cujus imaginem quum Phœnices vellent exprimere, draconem finxerunt in orbem reductum, caudámque suam devorantem, ut appareat mundum in se revolvi. Macrob.

FĂR, farris, olim generale nomen fuit ad omnia genera frumenti: ita dictum à ferendo, quòd à terra proferatur: sive (ut Varr. placet) à faciendo, quòd in pistrino fieret, id est, præpararetur & confunderetur. Hinc triticeum far, pro tritico, veteres dixerunt, & hordeaceum far pro hordeo: & far adoreum pro certo frumenti genere, quod alio nomine *ador* appellabatur. Col. *lib.* 2. *cap.* 3. Post hæc, cavea cum matre claudendi sunt, & farre hordeaceo cum aqua incocto, vel adoreo farre vino respersò modicè alendi. Et *paulò post*, Uva labrusca de vepribus immaturè lecta cum farre triticeo minuto cocta objicitur esurientibus. ¶ Propriè autem farris nomine certum quoddam frumenti genus intelligimus, quod primùm ab edendo *edor*, deinde litteræ primæ immutatione *ador*, appellatum fuit, quódque paulò antè etiam far adoreum dici indicavimus. { חטה *chittáh.* Gall. *Toute sorte de blé, mais principalement froment.* Ital. *Farro.* Germ. Dinckelkorn/atum. Hisp. *Farro, ò escandia.* Angl. *All maner of corne properly meale of wheathe and barley.* Plin. *lib.* 18. *cap.* 8. Vulgatissima frumenti genera, far quod adoreum veteres appellavêre, siligo & triticum. Et *paulò post*, Qui zea utuntur, non habent far. Et rursum, Et omni genere duritissimum far, & contra hyemes firmissimum: primus antiquo Latio cibus. Et iterum *lib. eodem, cap.* 7. Populum Romanum farre tantùm è frumento cec. annis usum, Verrius tradidit. Far etiam pium dicimus, quod adhibebatur in sacrificiis.

*Farre pio, saliente mica.* Horat.

Vide in dictione *Nefarium.* ¶ Farris quatuor genera, clusinum, vermiculum duplex, & trimestre, quòd & alicastrum vocatur. Vide Colum. *lib.* 2. *cap.* 6. Far vernaculum. Idem *lib.* 11. *cap.* 2. Eodémque mense ante Calendas Februar. farriendæ segetes autumnales, sive illæ seminis adorei sint (quod quidem Far vernaculum vocant,) seu tritici. ¶ Far, pro farina, & Farreus, pro farinaceus. Serenus Sammonicus *de prurigine*,

*Aut acido Baccho miscebis farra lupini.*

Et *cap. de perrigine*,

*Desinet interea glomerari farrea nubes.*

Farraria pila, apud Cat. *de re rust.* pila ad pinsendum far, ut fabaria ad fabam frangendam.

Fārrĕŭs, a, um, quicquid ex farre confectum est. { πυρῶδες, ὁ ἐκ ζειᾶς, ζειώδης. Gall. *De froment.* Ital. *Di formento.* Germ. Kern/auß kernen oder dincket gemacht. Hisp. *Cosa de farro ò escandia.* Angl. *Meade of wheate or corne.* } ut, Panis farreus. Col. *lib.* 7. *cap.* 12. Farreo, vel triticeo pane fariandi sunt. ¶ Farreus, pro farinaceus: vide *Far.*

Farraceus, a, um. ζειώδης. Idem quod farreus, ut farraceum pollen. Plin. *lib.* 24. *cap.* 7.

Farreum, i: genus libi ex farre factum. { τὸ πλακοῦς, τὸ ἐκ τῆς ζειᾶς. Gall. *Gâteau de froment.* Ital. *Focaccia di formento.* Germ. Ein kuchen auß kern gemacht. Hisp. *La hogaza ò torta de farro ò trigo.* Angl. *A wheaten cake.* } Plin. *lib.* 18. *cap.* 3. Novæ nuptæ farreum præferebant. ¶ Farreum quoque veteres vocabant horreum à farre: sicut granarium à grano, & hordeum ab hordeo.

Fārrĕātio, genus sacrificii erat, quo sacerdotum nuptiæ confirmabantur. Nam (ut author est Boëthius *in Topica Ciceronis*) tres erant genera uxorum: Unum quum uxor tantùm in lecti partem veniebat, quam matronam vocabant: Alterum quum in manum mancipiúmque viri conveniebat, omniúmque ejus fortunarum fiebat particeps, & marito suo intestato ut hæres succedebat, & maritus vicissim illi: cujusmodi uxores, Matres familias vocabantur: Tertium quum adhibito libo farreo, certa sacrificii solennitate nuptiæ contrahebantur. Sed ejusmodi solennitate in contrahendis nuptiis soli sacerdotes utebantur. Potrò matrimonium per farreationem contractum, nonnisi per diffarreationem poterat dissolvi. Erat autem diffarreatio aliud sacrificii genus, quo nuptiæ per confarreationem contractæ, contrario ritu dissolvebantur.

FĂRRĀGO, inis, quod ex multis satis, ut hordeo, vicia, & leguminibus fit, pabuli causâ. { מספוא *mispó*, בלוריט *belil.* χόρτος, ἄχυρα. Gall. *Mélange, dragée pour les bestes.* Ital. *Commistione de diverse biada.* Germ. Ein gemüsche futter dem vieh/als auß kern/haber/ wicken/etc. Hisp. *Herren de centeno y otras cosas.* Angl. *A fodder for beastes mingled an made of diverses sortes of corne.* } Varro, Inde quod far ferro cæsum, farrago dictum, aut quòd primum in farracea legete seri cœptum sit. ¶ Diversarum quoque rerum commistio farrago dici potest. Juven. *Satyr.* 19.

*Quicquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas,*
*Gaudia, discursus, nostri est farrago libelli.*

Pers. autem *Sat.* 9. Farraginem pro farre, vel frumento posuit.

*Vappa & lippus & in tenui farragine mendax.*

Farraginaria, plurales. Col. 11. *cap.* 2. Nam & naprum, ténique rapinæ, siccaneis locis per hos dies siunt. Farraginaria quoque pecori futura per hyemem præsidio.

Fārīnă, æ: frumentum mola comminutum, & in pulverem redactum. { קמח *kemach.* ἄλευρον, ἄλφιτα. Gall. *Farine.* Ital. *Farina.* Germ. Mdl. Hisp. *Harina.* Angl. *Meale.* } Quod nomen à farre deductum tradit Plin. *lib.* 18. *cap.* 9. Nam (inquit) quæ ficca moluntur, plus farinæ reddunt: quæ salsâ aquâ sparsâ, candidiorem medullam: verùm plus retinent in furfure. Farinam à farre dictam, ex nomine ipso apparet. Hæc ille. Scribitur tamen unico r, quamvis far in obliquis & geminet. Corripit enim primam syllabam. Martial. *lib.* 13.

*Pascitur & dulci facilis gallina farina.*

Ovid. *de Med. faciei.*

*Nam quæ pulvereæ fuerint confusa farina.*

Pers. *Satyr.* 3.

——— *cribro decussa farina.*

¶ Quid ad farinas? τί πρὸς τὰ ἄλφιτα: id est, quid attinet ad parandas facultates? Concupivit assam farinam, ἐφ' ὅλον ἄλευρον. In eum dicebatur, qui domesticam tenuitatem per luxus, apud alios lautiorem vitam quæsisset. Theocritus *in Cynisci*, farinam assam, novam & lautiorem victus rationem vocat, propterea quòd priscos illos pulte duntaxat victitasse legimus, videlicet cibano coquendi panis usu nondum reperto. Mart. *Epigr.* 16. *lib.* 13.

*Et panem facis, & facis farinam:*

ambiguè. Et Persius *Satyr.* 5.

——— *nostra paulò ante farina.*

¶ Exigit è statuis farinas, αἰτῶ γε, ἐξ τὰς ἀνδριάντας ἄλφιτα. In eum dicebatur, qui nullius misertus, undecunque quod potest avellit, vel ab ipsis mortuorum statuis. ¶ Nostræ farinæ dicuntur, inter quos est indiscreta similitudo. Persius *in* 5. *Satyr.* ¶ Ne verba pro farina, μὴ λόγους ἀντ' ἀλφίτου: id est, ne verba pro farinis. Adversùs eos jaciebatur, qui beneficium verbis, non re dabant. Qui ferè Magnatum mos est, ut suos splendidis promissis alant.

¶ Farinula, exigua farina. Cath. ¶

Fārīnācĕŭs, a, um, quod factum est ex farina. { ἀλφιτώδης. Gall. *De farine.* Ital. *Di farina.* Germ. Auß mdl gemacht. Hisp. *Cosa de materia de harina.* Angl. *Of meale.* }

Fārīnārium, locus ubi servatur farina. { ἀλφιτών. Gall. *Lieu pour garder la farine.* Ital. *Luogo da tener farina.* Germ. Ein mallost/ ein ort da man das mdl behalt. Hisp. *Lugar donde se guarda la harina.* Angl. *A place wherein meale may be kept, a boulting house.* }

Fārīnārius, a, um, quod ad farinam pertinet. { ὁ ἐπὶ ἀλφίτοις, ἀλφιτοπώλης & ἀλφίτου. Gall. *Servant à farine.* Ital. *Che serve à farina.* Germ. Das zu dem mdl gehört. Hisp. *Cosa perteneciente à harina.* Angl. *That belongeth to meale.* } Plin. *lib.* 18. Farinario cribro succernunt.

¶ Farinulentus, farinæ plenus. Apul. ¶

Faran. { פארן *parán.* φαράν. } Oppidum trans Arabiam, Sarracenis junctum, qui in solitudine vagi errant. Pharan (inquit Steph.) oppidum est inter Ægyptum & Arabiam: à quo sit gentile Pharanites, φαρανίτης, & possessivum Pharaniticus, φαρανιτικός.

FĂRCIO, is, farsi, fartum, à far: quasi farre impleo. Sagino, pinguefacio, saturo. { חשבץ *hubiaß*, הברא *biri*, מלא *mille.* ἐμπιπλάω, ἐνδίω. Gall. *Farcir, remplir.* Ital. *Ingrassare, impire.* Germ. Füllen/mesten. Hisp. *Embutir ò recalcar.* Angl. *To fill, to stuff, to fatt, or cramme.* } Col. *lib.* 8. *c.* 7. Hæc enim ferè communis est cura farcientium: nam illi qui volunt non solùm opimas, sed etiam teneras aves facere, mulsa recente aqua prædicti generis farinam conspergunt, & ita farciunt. ¶ Significat & quovis modo implere, idque per metaphoram. Plin. *in epist.* Præterea architectus sanè æmulus ejus, à quo opus inchoatum est, affirmat parietes (quanquam viginti & duos pedes latos) imposita onera sustinere non posse: quia sint cæmento medii farti, nec testaceo opere præcincti. ¶ Farcire alicui centones. Plaut. *Epid.* Hic non est locus, quin tu alium quæras cui centones farcias, id est, quem tu gloriosis mendaciis, & confarcinatis fabulamentis expleas. Farcire pannum in os, pro Insercre. Senec. 5. *de Ira*, Dum spongiæ non reperiuntur, scindi vestimenta miserorum, & in os farcire imperavit. ¶ Hujus verbi composita sunt Confercio, Effercio, Infercio, Offercio, Refercio, quorum significata vide suis locis.

¶ Farsum, pro fartum, antiquis: ut Farsura, pro farrura. ¶

Fartus, seu Fīrtus, participium. { מלא *malé.* ἐμπεπλησμένος, ἐνδεδυκὼς πολλά. Gall. *Farci, rempli* Ital. *Guarnito, riempito.* Germ. Gefult/volgeschopt. Hisp. *Embutido ò recalcado.* Angl. *Stuffed, crammed.* } Cicer. 7. *Verr.* Lectica octophoro ferebatur, in qua pulvinus erat pellucidus, Melitensi rosa fartus. Martial. *lib.* 5.

*Hic farta premitur angulo Cares omni.*

Plin. *lib.* 29. *cap.* 5. Fartus venticulus coriandro.

Farcimĕn, inis: Intestinum variè ac minutim concisa carne refertum. { ἀλλᾶς. Gall. *Saucisse, andouille, ou boudin. farcy.* Ital. *Salciccia, luganica.* Germ. Ein wurst. Hisp. *Longaniza, salcicia, ò relleno.* Angl. *A sawsidge, a pudding.* } Varr. *lib.* 6. *de ling. Lat.* Ab eadem fartura farcimina extis appellata.

¶ Farctum, scorum pulpa. Rh.

Farctura, materia lapidea, vel cæmentitia farcienda. ¶

Fartōres, qui farcimina faciunt ex insecta carne & adipe & hujusmodi. { ἀλλαντοπῶλαι. Gall. *Patissiers, faiseurs de saucisse, ou farcy.* Ital. *Salsicciari,*

*salsicivitari*, *the fame of salsicciо*. GERM. *Wurſtmacher*. HISP. *Les que hazen salcicias*. ANGL. *Pudding makers*, *crammers of geese or capons*.} Aut certè aves macras ab aucupibus emptas, lucri gratiâ farciunt, hoc eſt, ſaginant, *οἴσω*. Terent. *in Eunuch*. Cupedinarii omnes, cetarii, lanii, coqui, farſores, aucupes. Col. *lib*. 8. *cap*. 7. Pinguem quoque facere gallinam, quamvis farſoris, non ruſtici ſit officium. ¶ Hoc etiam vocabulo, authore Feſto, appellati ſunt nomenclatores, quòd obviorum nomina candidatis in aurem infarcirent.

Fārtĭlis, e: Farſus. {*basi*, *or Δενὸς*. GALL. *Engraiſſé*, *farci*. ITAL. *Ingraſſato*. GERM. *Beſchütt/gemeſt*. HISP. *Embutido*, *relleno*, *recalcado*. ANGL. *Made fatt*, *franched or crammed*.} Plin. *lib*. 10. *cap*. 22. de anſeribus & eorum jecore loquens: Noſtri ſapientiores, qui eos jecoris bonitate novêre, farſilibus in magnam amplitudinem creſcit. Ubi farſiles anſeres vocat farſos & ſaginatos.

Farrago, *φάγος*. Lege *χάγος*. Gloſſ. Iſid.

Fārtum, i: genus libi, à farciendo dictum: quòd multis variis rebus farciretur. Perſ. *Sat*. 2.

*Attamen hic extis & opimo vincere farto*
*Contendit*.

Veteres enim (ut Cato *de re ruſt*. ſcribit) ſtruem farris, tritici, hordei, fabæ, ſeminis rapacii, thure ac vino additis, ante meſſem parabant in porcæ præcidaneæ immolatione, Janóque & Jovi ac Junoni ſacrificabant: quæ diverſarum rerum congeries fartum appellabatur. Scribitur etiam fertum, & Cornutus dici putat à ferendo: quòd genus hoc libi diis infertur à Pontificibus: quanquam nonnulli (ut inquit idem) vas putant eſſe, quod ornatum certis ſpeciebus & refertum ſacris diis inferatur. ¶ Eſt & fartum, quo quid farcitur, vel fartum eſt. {*τὸ ἐμφερόμενον*, *τὸ ἐντετυλιγμένον*, *τὸ ἐσθόμενον*. ANGL. *Suffe roberewith any thing is ſtuffed*.} Columell. *lib*. 3. Semper proderit, ſimul ac folia agere cœperit ficus, rubricam amurca diluere, & cum ſtercore humano ad radicem infundere: ea res efficit uberiorem fructum, & fartum fici ſpecioſius & plenius. Plaut. *Amphitr*. Quin jubes illam pro Cerrita circumferri? A. Quin facto opus eſt. Idem *Milit*. *ſc*. 1. *a*. 1. Quæ (machera) geſtit fartum facere ex hoſtibus. ¶ Fartum veſtis, pro ipſo corpore poſuit idem *Meſtell*. *ſc*. 3. *a*. 1. Non veſtem amatores mulieris amant, ſed veſtis fartum, i. corpus quod veſtem farcit implétque, h. e. mulierem ipſam.

‖ Farticula, parva farta, ſeu farcimina. Turn. ‖

Fārtūra, æ, dicitur actus modúſve farciendi alicui. {*ἐμφόρησις*, *ὕφασμα*, *ἐνδυσις*. GALL. *Engraiſſement*, *farci*. ITAL. *Ingraſſamento di beſtie*. GERM. *Füllung/meſtung*. HISP. *Aquello obra de embutir*, *relleno*. ANGL. *A cramming or making fatt*.} Col. *lib*. 9. Sed ſi faſtidiet cibum, totidem diebus minuere oportebit, quot jam farturæ præceſſerunt. Varro 4. *de ling*. *Lat*.

Fārtim, adverbium, penè idem quod acervatim, accumulatim. {חמרים חמרים *chomarim chomarim*. *συμπεφορημένως*. GALL. *A monceaux*. ITAL. *A mucchi*, *à montoni*. GERM. *Hauffechtig/ſchollechtig*. HISP. *A montones*. ANGL. *By heapes*.} Apul. Parabat ficum fartim conciſum.

Farĭolus, i. GALL. *Un Devin*. Terent. Scaurus *de Orthograph*. Fariolus pro hariolo apud veteres, ut fordeum, & fœdus, pro hordeo & hœdo.

‖ Farfara, tuſſilago, herba: Jun. ‖

Farfarus, ſive Farfar, Syriæ fluvius, qui ex radicibus Libani montis emittitur, & per Antiochiam fluens Syriaco miſcetur mari. Farfarus etiam dictus eſt fluvius pet Sabinos fluens, de quo Ovid.

——*& amœna Farfarus unda*.

Alio nomine dicitur Fabaris. Virg. *lib*. 7.

*Qui Tybrim Fabarimque bibunt*.

¶ Farfarum vocat Plaut. *in Fœnule*, arborem Populum. Proſternebam, inquit, eos ut folia farfari, quæ levi pulſu venti alicujus, Autumno univerſa aliquando cadunt.

Farſenum, virgulti genus eſt, inquit Feſtus.

Fārfŭgium, ii, herba eſt nymphææ non abſimilis, circa fluvios naſcens, populi folio, ſed ampliore, *πεταλώδεια*: alio nomine ſarranum dicitur. Vide Plin. *lib*. 4. *cap*. 15.

¶ Fario, piſcis eſt in Auſonii Moſella. Trutta aliter dicitur. Scribit:

*Qui nec dum ſalmo, nec jam ſalar, ambiguuſque*
*Amborum, medio fario intercepte ſub ævo*.

Fariot, *in l*. 12. *tab*. ubi verbum *fariari*, pro *fari* ponitur: Antiquis enim fuiſſe morem teſtatur Diomedes, ut in quibuſdam dictionibus ſyllabas interdum adderent; quæ tamen additio nihil illis conferret: ut aggredirі, pro aggredi, & in pleriſque aliis. Hujus legis meminit Gellius *lib*. 15. *cap*. 13. Eam Jacobus Rævardus *lib*. *ſing*. *ad ll*. *XII*. *tabularum*, *cap*. 10. ſic legit: Qui ſe ſciens teſtari, libripenſve fuerit, ni teſtimonium fariatur, improbus inteſtabiliſque eſto. Sic autem explicat: Qui ſe vocari in teſtem paſſus eſt, libripenſve fuit: ſi de perhibito teſtimonio rogatus, illud fari, ejuſque approbare fidem non voluerit, improbus inteſtabiliſque eſto.

Farlegani. In antiquis Friſiorum legibus eſt titulus *de Farleganis*. Cl. Siccama legendum putat, *de Horleganis*, tanquam ſit, hoorleggers/ id eſt, de concubinis, ſeu cubantibus cum ſcortis.

Faria, verba multa. Iſid. Gloſſ. A. L.

Farnus, arbor è genere quercuum. ‖

Fārrāgo, Farreatio, Farreum, Farina, Farinaceus, Farinarius: vide *Far*.

Fārtĭlis, Fartim, Farſores, Farſum, Farſura: vide *Farcio*.

Fās, nomen eſt defectivum, tres tantùm caſus habens, eóſque ſingulari numero, nominativum videlicet: accuſativum & vocativum. Eſt autem Fas, idem quod jus, quod pium, & fando dignum: & putant referri ad deos, quemadmodum juſtum ad homines. {*θέμις*, *ὅσιον*. GALL. *Ce qui eſt loiſible*, *licite & permis*. ITAL. *Ciò che è giuſto*, *lecito & honeſto*. GERM. *Göttlich/billich vnnd recht*. HISP. *Lo que es licito por religion*. ANGL. *Lawfull*, *ſtanding with te lawe*.}

*Fas prohibet quemquam Latio de ſanguine natum*
*Vincla pati*.

Ovid. *Eleg*. 1. *lib*. 2. *Triſt*.

*Si fas eſt homini cum Jove poſſe loqui*.

Ibid. *Eleg*. 3. *lib*. 5. ¶ Pro Poteſt. Idem *Eleg*. 5. *lib*. 3. *Triſt*.

——*ſive hoc contingere fas eſt*.

Idem *Eleg*. 3. *lib*. 5. *Triſt*.

*Fas etiam fieri ſolitis ætate priorum*
*Nomina*, &c. (i. fieri poteſt, ut, &c.)

Idem *Eleg*. 2. *lib*. 1. *Triſt*.

——*nec quæ damnaveris ille*
*Crimina*, *defendi ſæpe piumve puto*.

(i. juſtum, honeſtum.)

——*Nec vos mihi fallere fas eſt*, *ô Manes* (i. pium.)

Virg. 1. *Georg*.

*Fas & jura ſinunt*, id eſt, divina & humana jura permittunt. Et paulò poſt,

*Quippe ubi fas verſum*, *atque nefas tot bella per orbem*,
*Tam multa ſcelerum facies*.

¶ Fas eſt, id eſt, licitum, ſive pium. Plaut. *in Aſin*. *ſc*. 2. *a*. 3. Neque pol te accuſo, neque id me facere fas, id eſt pium, exiſtimo. Cicer. *pro Mil*. Clodium nihil delectat quod aut per naturam fas ſit, aut per leges liceat. Tacit. *lib*. 14. Ex hominum fibris conſulere deos fas habebam. Quint. *lib*. 3. *cap*. 8. In judiciis enim vulgò fas habetur indulgere aliquid ſtudio ſuo. Hujus contrarium eſt Nefas, quod eſt impium & execrabile, *ἀθέμιτον*.

Faſceatim. Quintilian. *lib*. 1. *cap*. 4. Per faſces, ut opinor.

Fāſcēlis, idis: dicta eſt Diana, à faſce lignorum, in quo abſconditum ejus ſimulachrum Oreſtes & Iphigenia ex Taurica regione Ariciam attulerunt.

Faſcemina, clauſibilis vallatio circa caſtra. Lege *Faſcina*. Gloſſ. Iſid.

Fāscĭa, æ: à *φάσκελος*, genus linteoli, quo pueri, vel aliud quid ligari ſolet. {חתלות *chathullâh*, חיתול *chittûl*. *ἐπίδεσις*, *σπάργανον*. GALL. *Vne bande*, *ou autre piece de linge*, *comme pour emmailloter les petits enfans*, *ou un gorgias ou bavette*, *ou un brayer*, *ou des gueſtres*. ITAL. *Faſcia*. GERM. *Ein wiegenband/windel*. HISP. *Faxa*. ANGL. *A bande lykunto that where with le babes arbound in thair ſwathling clothes*.} Cicer. 2. *de Divin*. Defert ad conjectorem quidam, ſomniaſſe ſe ovum prendere ex faſcia lecti ſui cubicularis. ¶ Et propriè pro tegumento crurum pedúmque faſciæ poni conſueverunt: ideóque crurales, pedaléſque dicuntur. Ulpianus: Faſciæ crurales, pedaléſque veſtis loco ſunt, quia partem corporis veſtiunt. Scribit Plin. *lib*. 8. Mures portendiſſe exitium Carboni Imperatori, arroſis faſciis quibus in calceatu utebatur. Columell. *lib*. 7. Rectè genibus applicantur, ac faſciis circumdantur. ¶ Faſcia pectoralis, qua mulieres mammas tegunt. Martialis *lib*. 14. ¶ Idem faſciæ dicuntur ſectiones quædam orbis, quæ ab Aſtrologis zonæ, ſive plagæ appellantur. Idem, Orbis terræ in quinque

zonas,

zonas, sive meliùs, fascias discernitur. ¶ Est quoque fascia insigne regum. Senec. *epist.* 81. & Sueton. *in Cas. cap.* 79. Cùm quidam, inquit, è turba statuæ ejus (Cæsaris) coronam lauream candida fascia prætigatam imposuisset. Et *paulò infrà*, Ex eo insaniam affectati regni discutere voluit, &c. Idem *in Calig. cap.* 17. Viris, pueris, ac fœminis fascias purpuræ ac conchylii distribuit. ¶ Item Quintilian. Fasciæ sunt quibus crura vestiuntur ægrorum. Item Sueton. *in Galb. cap.* 21. Fascia carnem quæ exterevit, substringere. ¶ Ponitur pro nube in modum fasciæ cœlum percurrente. Juvent. *Sat.* 14.

*Nil oriter hic cœli, nil fascia nigra minatur.*

Fāscĭŏla, diminut. Parva fascia. {*Bandelette. Gall. Bandelette, petit gorgin, drappeau.* Ital. *Piccola fascia.* Germ. Ein bindle. Hisp. *Pequeña faxa.* Angl. *A litle bande, a garter.*} Cic. *de Arusp. resp.* P. Clodius à crocata, à mitra, à muliebribus soleis, purpureisque fasciolis, à strophio, à psalterio, à flagitio, à stupro est factus repentè popularis. Horatius *lib.* 2. *Serm. satyr.* 3.

——*penus insignia morbi,*
*Fasciolæ, cubital, fascalia.*

Fāscio, as, are: est fascia ligare. {חתחר *hechothil*, חבש *chabasch. σφιγγειν. Gall. Bander, emmailloter. Lier de bandes, envelopper.* Ital. *Fasciare, bendare.* Germ. Binden, einbinden. Hisp. *Faxar à embolver al cuerpo la faxa.* Angl. *The knitt or binde with a bande, to swadle.*} Spartianus *de Antonio Pio*: Sed quum esset longus & senex, incurvatúsque, tiliaciis tabulis in pectore positis fasciabatur, ut rectiùs incederet. *Mart. lib.* 12.

*Nec fasciato naufragum loquax trunco.*

Fāscĭcŭlus: vide *Fascis.*

Fāscĭnum: Quoddam incantationis genus, quo homines ita liganter, ut liberi non sint, nec mentis compotes, sæpéque ad extremam maciem deveniant. Unde dictum, docet Gellius *cap.* 12. *lib.* 16. {כשף *chaschâph. βασκανια, γοητεια.* Gall. *Sorcelerie, enchanterie, enchantement.* Ital. *Malia, incantamento.* Germ. Verzauberung. Hisp. *Ojo, encantacion, ojadura, hechizo.* Angl. *An inchantement, hewitching.*} Horat. pro virili membro posuit *in Epod. Ode* 8.

*Illiterati num minùs nervi rigent,*
*Minúsve langues fascinum?*

Fāscĭno, as: Fascino noceo. Unde dicantur, vide apud Gell. *cap.* 12. *lib.* 16. {כשף *chischêph. γοητευω.* Gall. *Ensorceler, enchanter.* Ital. *Amaliare, strigare.* Germ. Verzaubern. Hisp. *Aojar con mal ojo.* Angl. *To bewitch, to forespeak.*} Virg. 3. *Eclog.*

*Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.*

Lingua mala fascinare aliquid. Catull. *ad Lesb.* Fit autem à verbo Græco βασκαινω, quod significat Invideo, Indigneor, Irascor, Accuso. Hujus compositum est Effascino.

Fāscĭnāns, tis. particip. {כשף *mechaschêph. βασκαινων.* Gall. *Ensorcelant, sorcier.* Ital. *Strigante, ammaliante.* Germ. Verzaubern. Hisp. *El que aoja, ò hechizante.* Angl. *One that bewitcheth or forespeaketh.*} Plin. *lib.* 13. *cap.* 4. Dente contra fascinantes religione posito.

Fāscĭnātio, nis. {כשף *chaschêph. βασκανια, γοητεια.* Gall. *Ensorcellement, sorcellerie.* Ital. *Lo strigare & ammaliare, ammaliamento.* Germ. Verzaubering. Hisp. *Aquella obra de aojar con mal ojo, aojadura, hechizo.* Angl. *A bewitching, a forespeaking.*} Plin. *lib.* 28. *cap.* 2. Cur & fascinationibus adoratione peculiari occurrimus? Idem *lib.* 19. *cap.* 4. Hortólque & fores tantùm contra invidentium fascinationes dicam videmus Gell. *cap.* 4. *lib.* 9. Fascinationes fieri oculis.

Fascinus, i: Dei nomen apud veteres. Plin. *lib.* 28. *cap.* 4. Religione mutatur & fascinus, Imperatorum quoque, non solùm infantium custos: qui deus inter sacra Romana à Vestalibus colitur, & currus triumphantium sub his pendens defendit medicus invidiæ, jubétque eosdem recipere.

Fāscis, is, masculini generis: Lignorum aliarúmve rerum colligaturam congeries. {אגרת *aghuddâh. δεσμη.* Gall. *Un faisseau de quelque chose que ce soit, un paquet, fardeau ou botte, un fagot.* Ital. *Fascio, fardello.* Germ. Ein buschel, es sey holtz oder ein ander ding. Hisp. *Haz, embolterio, ò carga como de lena.* Angl. *A fagot, a shaffe of arrowes.* Unde fascem coculatium vocare possumus, id quod Parisienses vocant, *Bourrée.* Nam cocula (ut Festus ait) sunt ligna minuta, quibus facilè coquuntur obsonia. Cæsar 8. *bell. Gall.* Fasces stramentorum, ac virgultorum. Sic fasces calamorum, apud Martialem *lib.* 13. ¶ Per translationem quandoque ponitur pro onere, ἀχθος. Nam fasces lignorum, seu aliarum rerum, graves sunt portantibus. Virg. *in Bucol.*

——*ego hoc te fasce levabo.*

Idem 3. *Georg.*

*Non secus, ac patriis acer Romanus in armis*
*Injusto sub fasce viam dum carpit.*

¶ Uno fasce complecti, legitur apud Plinium *in Epist.* pro eadem opera & conjunctim agere, non separatim. Id Græcè dicunt συνιβαλλειν, id est, comprehensum. ¶ Erant præterea fasces, apud Romanos magistratuum insignia, quæ illis à lictoribus præferebantur: Consulibus quidem duodeni, proconsulibus autem & Prætoribus seni. {ῥάβδοι συνδεδεμέναι ἀσκεπέσιν τῇ πλείστῃ. Gall. *Petit trousseaux de verges à l'entour des haches d'armes, qu'an temps passé on portoit devant les magistrats Romains.* Ital. *Insegne portate anticamente avanti y magistrati Romani.* Germ. Buschel ruten vmb ein axt gebunden, so man vor zeiten zu Rom den Burgermeistern vorgetragen hat. Hisp. *Las insignias del consul Romano.* Angl. *Signes or tokens of honour borne in oldes tymes before the magistrats of Rome.*} Fiebant autem ex betula arbore in eum usum ex Gallia in Italiam translata. Figura fascium erat hujusmodi: Detractis ex betula arbore virgis, ita includebatur securis, ut acies ferri in summitate emineret, reliqua pars circumducto loro tegeretur. Quod eo consilio à majoribus fuit excogitatum (ut docet Plutarchus *in Problematibus*,) ut ostenderent magistratuum iram in sumendo supplicio non debere esse præcipitem, cósque fasces habere, sed tamen ligatos: quique hinc justa causa non deberet dissolvi. Præterea si subitò in aliquem magistratus exarduisset, ut ea mora, dum virgæ, aut securis expediretur, furor ille aliqua in parte subsideret. Duo autem videbant esse facinorosorum genera, quorum alterum sperabatur posse emendari, alterum planè erat deploratum. Qui igitur corrigi poterant, virgis castigabantur: malitia verò deplorata secuti amputabatur. ¶ Quoniam verò fasces erant magistratuum insignia, factum est ut pro ipsis etiam magistratibus ponantur. Virg. *lib.* 1. *Georg.*

*Non illum populi fasces, non purpura regum*
*Flexit.*

Hinc Summittere fasces, est authoritatem vimque imperii majori atque augustiori imperio submittere. ὑφιεναι τὰς ῥάβδους καὶ πειθεσθαι τῇ ἀρχῇ. Sic Publicola, authore Plutarch. *in Valer.* & Liv. *lib.* 2. *ab Urb.* Cum populo Romano acturus, ejus majestati fasces submisit, hoc est, lictores, cæteráque magistratus insignia à se recedere jussit, ut veluti privatus populi judicium subiret. Vocato, inquit, ad concilium populo, summissis fascibus in concionem ascendit. Ad hunc etiam modum intelligendum est illud Plin. *lib.* 7. *cap.* 30. Cneus Pompeius confecto Mithridatico bello, intraturus Possidonii sapientiæ professione clari domum, fores percuti de more à lictore vetuit: & fasces lictorios januæ submisit is, cui se Oriens, Occidénsque submiserat: hoc est lictores suos ad januam substitere jussit, ut veluti privatus familiariter cum Possidonio colloqueretur.

Fāscĭcŭlus, & Fāscĕŭlus, i: diminutivum: Parvus fascis. {אגרת *aghuddâh. δεσμη.* Gall. *Un petit faisseau ou fardeau, paquet.* Ital. *Piccolo fascio, fardello.* Germ. Ein burdelen / büschelein. Hisp. *Pequeño haz, embolterio.* Angl. *A litle fagot, or fardell.*} ut, Fasciculus litterarum. Cicer. *ad Quintum fratr. lib.* 2. Idem *ad Tironem*, Quod fasciculus alter ad me jam tuis litteris perlatus est. ¶ Accipitur & pro olfactoriolo. ἀρωματιον. Cicer. *lib.* 3. *Tusc.* Fasciculum ad nares admovebis, incendes odores, & sertis redimiri jubebis, & rosas.

Fāscĕātim. Quint. *lib.* 1. *cap.* 4. Adjiciebant & asseverationem, ut hem! & attractionem, ut fasceatim: quæ mihi non approbantur.

Fāsĕlus: vide *Phaselus.*

Fāsĕŏlus, i. {*Haricot. Gall. Des faseoles, une espece de pois.* Ital. *Fagiuolo.* Germ. Ein hülsen frucht / Fäselen. Hisp. *Faseoles, legumbre.* Angl. *A king of pulse.*} Genus leguminis siliquam fetens longiorem quàm fœnogræcum, quæ unà cum semine manditur viridis ex oleo & garo. Colum. *lib.* 2. *cap.* 15. Faseoli modii quatuor obtuuntur totidem opetis. ¶ Legitur & Fasselus, i, per tres syllabas. Virg. 1. *Georg.*

*Si verò victumque feres, vilémque faselum.*

Galen. *lib. de aliment. facult.* faseolos distinguit à faselis: vúltque faseolum plantam hortensem esse eandem cum smilace, cujus fructus lobi dicuntur, & dolichi Theophrasto: Faselum autem eundem esse cum cicercula, aut certè ejus speciem, quæ etiam hodie *Fasillorum* nomen apud vulgus retinet.

Fāsti dies. Dicti sunt quibus Prætoribus licebat tria verba fari, do, dico, addico. {αι ἑορταὶ, ἡμέραι δικάσιμοι. Gall. *Iours plaidoyables.* Ital. *Giorni da litigare & lavorare.* Germ. Gerichts tag an denen man gericht halten darff. Hisp. *Dias en los quales se puede pleytear.* Angl. *Dayes of assise, or pleadible dayes in the which judges did sitte.*} & Nefasti, quibus non licebat fari. Ovid. *lib.* 1. *Fast.*

*Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur:*
*Fastus erit per quem lege licebit agi.*

¶ Fasti etiam libri omnium dierum totius anni rationem, & numerum continentes. {ἐφημερὶς, ἡμερολόγιον. Gall. *Calendrier, par lequel on pouvoit connoitre les jours feriez, plaidoyables & non plaidoyables.* Ital. *Calendario da cognoscer i giorni festivi da gli altri, & quando si litiga è no.* Germ. Kalender oder büchet auß welchen man die feyrtag oder andere gebottene oder verbottene tag erlernt. Hisp. *Libro de los annales, el calendario para conocer los fiestas.* Angl. *An almanach to knowe holy or pleadible dayes.*} Pro eodem etiam legimus Fastus, hujus Fastus, per quartam declinationem. Lucan. *lib.* 10.

*Nec meus Eudoxi vincetur Fastibus annus.*

Et, ut author est Priscianus, eadem forma dicitur fastus, vel fasti, qua senatus, vel senati, ornatus, vel ornati, apparatus, vel apparati. Ante tempora Appii Cæci, Romani fastos non habebant, pauciique sciebant, possetne lege agi, néne; donec Cn. Flavius Appii scriba, compilatis patroni scriniis, fastos populo publicè legendos proposuit: quod adeò gratum populo Romano extitit, ut illum primùm Tribunum plebis, deinde etiam Ædilem curulem designarint. Senec. *cap.* 14. *al.* 33. *de consol. ad Polyb.* Ad fastos & annales te perducam publicos. Et Suet. *in Tib. cap.* 5. In fastos actáque publica relatum.

Fāstĭdĭo, Fastidium: vide *Fastus*, pro superbia.

Fāstīgĭum, ii, à fastus: ut à lis, litigium. Altitudo, & summitas operis, quæ latitudine surgere incipiens, paulatim tollitur in acumen. {גג *rosch.* κεφαλη. Gall. *Le comble ou sommet, le comble ou cime.* Ital. *Fastigio, sommità, acutezza.* Germ. Ein spitz / gipfel oder gibel, ein first. Hisp. *Cumbre ò altura de alguna cosa.* Angl. *The ridge of an house, the toppe or higt of a thing.*} Hinc illam formam in quacunque re fastigium dixêre, κῖονος. Virg. 1. *Æneid.*

——*& fastigia suffixit urbis.*

Cæsar 7. *bell. Gall.* Mediocri interjecto spatio, pari altitudinis fastigio. Plin. *in Paneg.* Excelsorúmque temporum fastigium titulos. ¶ Quandoque est quod vulgus *statum* vocat: unde apud Livium, Cives ejusdem fastigii, hoc est, ejusdem status, sortis, conditionis, aut dignitatis, ἰσοι καὶ ὁμοιοι. Curtius, humanum fastigium excedentis: id est, humanæ conditionis modum, μεζονες, ἢ ἐξ ἀνθρώπου, γενόμενοι. Hinc attollere fastigium, id est, augere nomen, existimationémque. Sueton. *in Calig. cap.* 22. Fastigium principum & regum. Et *in Cæs. c.* 76. Ampliores humano fastigio. Item Cæs. *lib.* 2. *de bell. civ.* Fastigio leviore, & molliore fastigio. Et Senec. *cap.* 4. *de cons. ad*

*ad stare.* In fastigio collocatis (i. principibus.) Et Velleius, Principale fastigium (de Metello.) Idem, In quod fastigium emersissent partes Pompeianæ. Quintilian. In fastigio eloquentiæ stetit Cicero. Idem, Quantum fastigium accepit eloquentia à Demosthene, & Cicerone. ¶ Usurpavit pro ima altitudine Virg. *lib.* 2. *Georg.*

*Forsitan & scrobibus quæ sint fastigia, quærat.*

Varro *lib.* 1. *de re rust.* Fossæ fastigium. ¶ Per translationem etiam pro cujuslibet rei fine & extrema manu quæ operi imponitur. Cic. *lib.* 3. *Offic.* Sed quoniam operi inchoato, propè tamen absoluto, tanquam fastigium imponimus. Tracta est metaphora à ratione ædificiorum, quibus acumini eorum illud tectum, quod propriè fastigium vocatur, ultimo loco imponitur. ¶ Fastigia Dionysii Grammat. *lib.* 2. sunt accentus, qui capitibus litterarum apponuntur. Accentus, inquit, quidam fastigia vocaverunt, quòd capitibus litterarum apponerentur. ¶ Fastigium, idem quod genus. Varro *de re rust. lib.* 1. *cap.* 6. Igitur quum tria genera sint à specie simplicia agrorum, campestre, collinum, & montanum: est & ex iis tribus quartum, ut in eo fundo, in quo hæc duo, vel tria sunt, ut multis locis licet videre. E quibus tribus fastigiis simplicibus, sine dubio infimis alia cultora aptior quàm summis, quòd hæc candidiora, quàm summa: sic collinis, quòd ea tepidiora, quàm infima, aut summa. *Paulò post.* Propter hæc tria fastigia formæ, diserimina quædam fiunt sationum. *Ibid. ad finem capitis.* Hæc atque hujusmodi tria fastigia agri ad colendum dispariliter habent momentum.

Fastīgio, as: Acumino, & quasi in fastigium erigo. { ἐξυνῶ. Gall. *Faire en pointe, aiguiser par le haut.* Ital. *Aguzzare, tirare in punta.* Germ. Spitzen/in die höhe wie ein gibel aufrichten. Hisp. *Enhestar à encumbrar à empinar.* Angl. *To make a thing sharpe to wardes the toppe.* } Plin. *lib.* 18. *cap.* 7. Frumenta hyeme in herba sunt, verno tempore fastigiantur in stipulam, quæ sunt hyberni temporis. Sic dicimus fastigiatum in meram, quòd summa sui parte acutius quàm ima, meræ habet similitudinem: & fastigiatum in mucronem, quod summa sui parte cuspidatum mucronem refert. Usus est & Cæsar *lib.* 2. *de bell. civil.* Liv. 7. *bell. Maced.* Ipse collis est in modum meræ in acutum cacumen fundo satis lato fastigiatus.

Fastīgo, as: Silius *lib.* 5.

——*mediamque per alvum*
*Sensum fastigans, compressa cacumina nexit.*

Fastigiātio, verbale. { ἐπιτόρθωσις. Gall. *Agnisement & amenuisement en pointe.* Ital. *Sommita, aguzzamento.* Germ. Spitz. Hisp. *Aquella obra de encumbrar à empinar, encumbramiento.* Angl. *A making sharpe in the toppe.* } Plin. *lib.* 17. *cap.* 14. Calami exacutio medullam ne nudet: tenui tamen fistula detegat, ut fastigiatio lævi descendat cuneo, tribus non amplior digitis.

Fastŭs, us, masc. gen. à φάσις, *pacis.* Superbia, & elatio quædam cum jactantia verborum. { גאות *gaavá*. גאון *geúth*, זדון *zadhón*. ὑβρις. Gall. *Arrogance, hauteur, orgueil, fierté,* Ital. *L'arroganza, l'orgoglio, la propria presuntione.* Germ. Pracht/ stolz/ hochmut. Hisp. *Fasto, sobervia, altivez.* Angl. *Pryde, lastinesse, haveinesse.* } Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Hæc maximè indicant fastus. Idem *lib.* 9. *cap.* 35. Superbo simul ac procaci fastu, ut regina meretrix. Ovid. 1. *Fast.*

*Fastum inest pulchris.*

Fastōsus, a, um, qui magno fastu alterum contemnit. { זד *zedh.* ὑπερφρων. ὑπερόπτης. Gall. *Arrogant, dédaigneux, hautain, fier, orgueilleux* Ital. *Arrogante, altiero, sdegnoso.* Germ. Prächtig/ stolz/ hochtragend. Hisp. *Sobervio à altivo.* Angl. *Haveiie, that proudly disdayneth other.* } Mart. *epig.* 13. *lib.* 10.

*Ad nocturna jacet fastosa limina mycha.*

¶ Fastosus Maximus, ὑπερφρων μέγιστος. In eum dicebatur qui sibi plus satis arrogasset in sapientia. Sumptum à moribus Maximi cujuspiam arrogantis, & sibi immodicè placentis. Diogen. Collect.

Fastīdio, is, ivi, itum, à fastus & odium. Nam propriè fastidio, est cum fastu quodam contemno, fastidio afficio, fastidium ad rem habeo, ὑπερφρονῶ, cum accusativo. { זע *hats*, מאס *mahs*. בעל *bahál*. ἀηδιάω, ὑπερφρονῶ, δυσχεραίνω. Gall. *Rejetter avec dédain, ne tenir conte, mépriser, dédaigner.* Ital. *Haver in fastidio, fastidire.* Germ. Ein unwillen haben/ verachten. Hisp. *Enfadar, hazer hastio.* Angl. *To contemne with disdaine, to lothe.* } Virg. 3. *Eclog.*

*Invenies alium, si te hic fastidit Alexis.*

Fastidire preces alicujus. Liv. *lib.* 34. Et, Fastidire gloriosos. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 3. Ut fastidit gloriosas! Idem *Men. sc.* 2. *a.* 1. Olfacta Penicule lepidè ut fastidis. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 4. Nescio quem ad portum nactus es ubi cœnes, eò fastidis (i. non vis apud me cœnare.) Dicitur etiam de stomacho, quum cibum aliquem respuit: construitúrque sæpissimè cum accusativo, interdum etiam cum genitivo. Horatius. *in Serm.* Num esuriens fastidis omnia, præter pavonem, rhombúmque? Plaut. *in Aul.* Abiit, neque me certiorem fecit, fastidit mei. Lucilius *lib.* 7. Difficiles sumus, fastidimus bonorum. Fastidiendo, Quintilianus. Quasi fastidiendo calcare quæ refutare non possis. Fastidire, cum infinitivo, pro Recusare. Quint. *lib.* 5. *cap.* 11. Philosophi quanquam inferiora omnia præceptis suis ac literis credunt, repetere tamen authoritatem à plurimis literis non fastidiunt. Idem, idque fieri, quia fastidiant præstare hanc inferioribus curam.

‖ Fastidibile, fastidium gerens. Tertull. ‖

Fastīditus: Fastidio habitus. { נבזה *nibdál*. περιφρόνητος, ὑπερφρονητός. Gall. *Mépriséé, delaissé par dédain.* Ital. *Fastidito.* Germ. Verachet/ ab dem man ein unwillen getraggen. Hisp. *Enfadado, à menospreciado.* Angl. *Hatbed, lothed, disdained.* } Lucan.

——*pars magna Senatus*
*Fastidita patet.*

Plin. *in Præfat.* Res ardua vetustis novitatem dare, novis authoritatem, obsoletis nitorem, obscuris lucem, fastiditis gratiam, dubiis fidem. Verba fastidita repellere, Ovid. 2. *de Ponto.* Domus fastidita. Idem 2. *de remed. amor.* Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

——*& audet (me)*
*Non fastiditis annumerare viris.*

Ibid. *Eleg.* 6. *lib.* 1.

*Non fastidiret si tibi lector ero.*

Fastidium, ii: Contemptus, tædium. { מאס *mahs*. βδελυγμία. Gall. *Déprisement, mépris, dédain, dégoûtement.* Ital. *Fastidio, tedio, sprezzamento.* Germ. Mastedigkeit/ verdruß/ verachtung. Hisp. *Hastio à aborrecimiento, enfado.* Angl. *Disdaine, loth somnesse.* } Cicer. 12. *Philip.* Si essent arrogantes, non possem ferre fastidium. Quint. *lib.* 2. *cap.* 4. Fastidium movent ut frigidi & repositi cibi. Suet. *in Tib. cap.* 49. Ad fastidium vitæ adigere. Idem *in August. cap.* 86. Pari fastidio sprevit cacozelos. Idem *in Tib. cap.* 10. An uxoris tædio, an assiduitatis fastidio vitato, &c. Idem *in Neron. cap.* 44. Ingenti fastidio exigere tributum. Quint. *lib.* 9. *cap.* 3. Quotidianum, & semper eodem modo formati sermonis fastidium levat. ¶ Fastidium meum, quo scilicet ego alios fastidio: fastidium mei, quo ab aliis fastidior. Idem, Ceu mulier omnibus exposita mortalibus, vanitatem fastidio mei, despectúque captavit. Ad hunc etiam modum Fastidium stomachi dicimus, quum nos ciborum nausea capit & tædet. Plin. *lib.* 7. *cap.* 6. Fastidium in cibis, redundatio stomachi, indicia sunt hominis inchoati.

Fastidiōsus, qui omnia fastidit, ambitiosus, superbus. { זד *zedh*. δύσκολος. ὑπερφρων. Gall. *Qui est tout degoûté, difficile, & dédaigneux, qui méprise tout.* Ital. *Fastidioso.* Germ. Mastedig/ verdrüßig/ verdechtig. Hisp. *Cosa que haze, à da hastio, à enfade.* Angl. *Disdaine full.* } Cic. *de clar. Orat.* Propterea quòd Antonius, qui maximè expetebatur, facilis in causis recipiendis erat, fastidiosior Crassus, sed tamen recipiebat. Cum genitivo. Idem *ibid.* C. Memmius, L. filius perfectus litteris, sed Græcis, fastidiosus sanè Latinorum, argutus orator, &c.

Fastidiōsè, adverbium: Ambitiosè. { זדון *bezadhon*. ὑπερφρονητικῶς, ὑπερηφάνως. Gall. *Arrogamment, par dédain, dédaigneusement.* Ital. *Arroganmente, con sdegno, sieramente.* Germ. Verächtlich/ stolzlich/ verdrüßlich. Hisp. *Hastiosamente, y con hastio.* Angl. *Proudely, disdaine fully.* } Cic. 1. *de Orat.* Quàm diligenter, quàm sæpè fastidiosè judicamus? Idem *de Orat.* Nolo enim dicere de tam suavi homine fastidiosius.

Fastidiliter quoque veteres dixerunt, pro fastidiosè. Varro Satyr.

*Cras credo, hodie nihil.*

Quibus instabilis animus ardens, mutabiliter non habere fastidiliter inconstanti pectore. Non.

‖ Fatæ, fatuæ, Dryades: mulieres divinatrices. Salmas. ‖

Fātalis: vide *Fatum.*

Fātĕor, eris, fassus, à for, faris: Confiteor, verum esse concedo. { הודה *hodhá*. ὁμολογῶ, ἐξομολογοῦμαι. Gall. *Confesser, accorder, consentir au dire de quelqu'un.* Ital. *Confessare, affermare.* Germ. Bekennen/ verjehen. Hisp. *Confessar por su voluntad.* Angl. *To confesse, to acknowledge.* } Terent. *in Andr.* Ego me amare hanc fateor: si id peccare est, fateor id quoque. Martialis *lib.* 5.

*Ingenium studiumque tibi, mores que, genusque*
*Sunt Equitis, fateor; cætera plebis habes.*

Virg. 4. *Æneid.*

*Anna (fatebor enim) miseri post fata Sichæi, &c.*

Donatus item, Fateri non testis est, sed rei. Terent. *in Eunuch.* Vidulin' fratrem Charream? Non potest sine malo fateri, video. Cicer. 3. *Tusc.* Ut victum se quando esse fateatur. Pro ostendere. Juvenal. *Satyr.* 10.

——*Meri sola fatetur*
*Quantula sint hominum corpuscula.* (id est, ostendit, arguit.)

Ovid. 5. *Fast.*

*Horrueram, tacitóque animum pallore fatebar.* (id est, ostendebam.) Idem:

*Pramia magna peti fateor.*

Ovid. 13. *Metam.* & Plaut. *Men. sc. ult. a.* 5. Est tibi Menæchmus nomen. M. Fateor. Idem *Mil. sc.* 6. *a.* 2. S. Fateor. P. Quidni fatear ego quod viderim. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Hic fassus est mihi. Et Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

——*sæpe legenti*
*Delicias versu fassus es ipse tuas.*

Ibidem *Eleg.* 1. *lib.* 2.

*Dique mea fassa est pars quoque villa fide.*

*Vique fodet vultu fassus Telamonius iram* (id est, ostendens, arguens.)

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* ¶ Hujus composita sunt, Confiteor, Diffiteor, Infiteor, Profiteor: vide suis locis.

Fassŭs, participium. { סודר *medhéh*. ὁμολογούμενος, ὁμολογήσας, ὁμολογηθείς. Gall. *Qui a confessé.* Ital. *Chi a confessato.* Germ. Bekennt. Hisp. *El que a confessado.* Angl. *That hath confessed.* } ut

——*Ignoscere fasso.*

Ovid. 13. *Metam.*

*Da veniam fasso, tu mihi Cæsar eris.*

Idem *de Ponto, eleg.* 8. *lib.* 1.

Faticanus, Fatidicus, Fatifer, Fatiloquus: vide *Fatum.*

Fătīgo, as, quasi farim ago. Lasso, sive ad lassitudinem perduco. { תשושה *hitiiach*. תאלה *heleách*. κοπόω, κοπιάω. Gall. *Lasser, travailler, fatiguer.* Ital. *Faticare.* Germ. Bemühen/ müd machen. Hisp. *Acessar, cansar à fatigar à otro.* Angl. *To weary or tire.* } Est autem *farim* adverbium ejusdem significationis cum suo composito affatim, hoc est valde, seu vehementer. Virg. 5. *Æneid.*

*Veloces jaculo fervos, cursúsque fatigat.*

Liv. 8. *ab Urbe*, Qui aliquandiu pugna atroci quum & semet ipsi fatigassent, & hastas aut præfregissent, aut hebetassent. Gell. *cap.* 1. *lib.* 14. Expectatio spectæ suspensum fatigabit. Liv. *lib.* 6. *ab Urb.* Fatigare interrogando. Idem *lib.* 7. *bell. Pun.* Matronas supplices votique fatigavere Deos. Idem *lib.* 5. *dec.* 4. Fatigare aliquem precibus. Item, Fatigare rogando & allegando. Idem *lib.* 6. *dec.* 4.

¶ Pro

¶ Pro arare, colere, fodere, exercere. Arnob. *lib.* 1. Cuja ſit iſta, quam fatigatis, terra. ¶ Aliquando Percutio. Virg. 9. *Æneid.*

——— *verſáque invrucùm*
*Tergа fatigamus haſta.*

¶ Aliquando Perturbo, commoveo, ἐνοχλέω. Idem 1. *Æneid.*

*Quæ mare nunc, terrásque metu, cælúmque fatigat.*

¶ Aliquando Excito, inſtigo. *Æneid.* 4.

——— *ſociíſque fatigat:*
*Præcipites vigilate viri.*

¶ Aliquando Cohibeo. ἀέχω. Cic. *lib.* 3. *Offic.* Qui non verbis ſunt & diſputatione Philoſophorum, ſed vinculis & carcere fatigandi. ¶ Hujus compoſitum eſt Defatigo, valdè fatigo. Terent. *in Adelph.* Utinam quidem (quod cum ſalute ejus fiat) ita ſe defatigaret velim, ut triduo hoc perpetuo proſtus lecto nequeat ſurgere.

Fătigātŭs, participium. { עלאה *melodh.* κεκοπωμένος, ἐνοχλούμενος, πεπονημένος. Gall. *Laſſé, travaillé, fatigué.* Ital. *Stancato, travagliato.* Germ. Müd gemacht. Hisp. *Acoſſado, canſado.* Angl. *Wearied, tyred.* } Ut ſomno fatigatus. Horat. 3. *Carm. Ode* 4. Fatigatum corpore dicimus, animo verò feſſum. Servius. Seneca *cap.* 1. *de conſol. ad Marc.* Fatigatæ alloquutiones amicorum.

Fătigātio. { עלאה *melodh.* κόπος, κόπωσις. Gall. *Laſſitude, travail, fatigue.* Ital. *Stanchezza, travaglio.* Germ. Müdigkeit, müdmachung. Hisp. *Aquella obra de canſar à otre, canſamiento.* Angl. *Wearineſſe.* } Colum. *lib.* 4. *cap.* 18. Quinetiam ipſa hortorum defetiptio, quanto eſt minoribus modulis conſita, fatigationem velati minuit, &c. Quint. *lib.* 1. *cap.* 12. Minùs afficit ſenſus fatigatio, quàm cogitatio.

Fătim, adverbium eſt antiquum, idem ſignificans quod abundè, copioſè, à fando, ſeu multiloquentia. { ברוב *berob.* ἀφθόνως, εὐπόρως. Gall. *Abondamment, copieuſement.* Ital. *Abondevolmente, copioſamente.* Germ. Gnugſamlich, überflüßiglich. Hisp. *Abundamente, copioſamente.* Angl. *Abundantly.* } A quo affatim, medià correptâ, ut tradit Agellius, compoſitum ejuſdem ſignificationis; & verba fatiſco, & fatigo: quæ vide ſuo loco.

FĂtĭſco, is, ere, eſt abundanter aperior, quaſi fatim hiſco. { נתפ *niphtáh.* χάινω. Gall. *Baailler, s'ouvrir.* Ital. *Aprirſi grandemente.* Germ. Häffig aufſtlectent aufſſpalten. Hisp. *Henderſe ò abrirſe mucho.* Angl. *To gape, to chinke.* } Virg. 1. *Æneid.*

*Accipiunt inimicum imbrem, rimíſque fatiſcunt.*

Fatim enim, abundanter veteres dixerunt: unde & affatim: hiſcere autem aperiri. ¶ Fatiſco à Fateor deduci notavit Aulus Gell. *lib.* 17. *cap.* 2. ex Qu. Claudii *Annalium lib.* 1. Fatiſcere etiam ſæpe accipitur pro deficere. λιποψυχέω, ἀπογγύω, ἀθυμέω. Colum. *lib.* 2. *cap.* 14. Sed omni ſolo quod prædictorum leguminum ſegetibus faciſcit, una præſens medicina eſt, ut ſtercore adjuves, & abſumptas vires hoc velut pabulo refoveas. Virg. 1. *Georg.*

——— *nec pulvere vitia fatiſcat.*

Tacit. *lib.* 14. Ipſe exercitúſque ejus per inopiam & labores fatiſcebant, carne pecudum propulſare famem adacti.

Fătŏr, aris: Multum loquor. { πολλαγορέω. Gall. *Parler beaucoup.* Ital. *Parlar molto.* Germ. Viel reden. Hisp. *Hablar mucho.* Angl. *To ſpeak much.* } Eſt enim frequentativum à verbo fari. Feſtus, Facantur, id eſt, multa fantur.

FĂtŭă, Deæ nomen erat, cui à Romanis matronis in operto ſacra fiebant nocturno tempore. Viri autem tanta cura ab ejus ſacris arcebantur, ut vel in ædem ejus inſpexiſſe, capitale haberetur. Rationem hujus affert Macrob. *lib.* 1. *Saturn. cap.* 12. Fatuam dum inter homines ageret, Fauni uxorem fuiſſe tanta pudicitia, ut perpetuo gynæcio, hoc eſt, mulierum conclavi incluſa, nullum unquam virum præter maritum aſpexerit. Varro eandem eſſe exiſtimat quæ & Telluris ſeu terræ nomine à Romanis colebatur. ¶ Fatuæ autem nomen à fando deductum volunt, quòd infantes partu editi, non priùs vocem edunt quàm terram attigerint. Eadem & bona dea vocata eſt, quòd omnium nobis ad victum bonorum cauſa eſt: & Faunia, quòd omni uſui animantium favet: & Ops, quòd ipſius ope vita conſtat.

Fătŭĭtās, vide *Fatuus.*

Fătŭm, i, à participio fatus (teſte Priſciano) deducitur, quòd fatum nihil aliud ſit quàm dictum & juſſum divinum. { ἀνάγκη, τὸ πεπρωμένον. Gall. *Deſtinée, ordonnance divine, à laquelle on ne peut contrevenir.* Ital. *Fato, deſtino, ordine divino infallibile.* Germ. Ein ſchickung oder ordnung Gottes, verhengnuß Gottes. Hisp. *Hado que es la voluntad de Dios.* Angl. *Deſtenie, goddes providence, a perpetuall order of thinges following one upon another.* } Cic. *lib.* 1. *de Divinat.* Fieri igitur omnia à fato, ratio cogit fateri. Fatum autem id appello, quod Græci εἱμαρμένην, id eſt, ordinem, ſeriémque cauſarum, cùm cauſæ cauſa nexa rem ex ſe gignit. Ea eſt ex omni æternitate fluens veritas ſempiterna. Quod quum ita ſit, nihil eſt factum quod non futurum fuerit: eodémque modo nihil eſt futurum, cujus non cauſas id ipſum efficientes natura contineat. Ex quo intelligitur, ut fatum ſit non id quod ſuperſtitionè, ſed id quod phyſicè Cauſa æterna rerum appellatur, cur & ea quæ præterierunt facta ſint: & quæ inſtant, fiant: & quæ ſequuntur, futura ſint. Chryſippus, referente Gellio *cap.* 2. *lib.* 6. definit fatum eſſe ſempiternam quandam, & indeclinabilem rerum ſeriem. Senec. *in quæſt. natur.* Quid intelligis fatum? Exiſtimo neceſſitates rerum omnium, actionúmque, quas nulla vis rumpat. Quam tamen ſententiam reſellit Euſeb. 6. *de præparat. Evang.* ¶ Apud Poëtas fatum quandoque capitur pro natura, ut docet Aulus Gellius *lib.* 13. *cap.* 1. exponens hunc locum Ciceronis ex 1. *Philip.* Multa autem impendere videntur præter naturam etiam, præterque fatum. Et *pro Cælio*: Nolite, Judices, aut hunc jam natura ipſa occidentem, velle maturiùs extingui vulnere veſtro, quàm ſuo fato. Ubi morti naturali & fatali violenta opponitur. Sic ἀναγκαῖος accipitur ab Aphrodiſæo. Unde Virgil. 4. *Æneid.*

*Num quia nec fato, meritâ nec morte peribat,*
Tibull. *lib.* 4.
*Sed natura dies fato properat mihi mortem.*



Catull. *de rem. Beren.*

*Abſumpta paulò antè coma mea fata ſorores*
*Lugebant.*

Tibull. *lib.* 4.

——— *nulla mihi ſtatuent te fata carendi.*

Ovid. *Eleg.* 4. *lib.* 5.

——— *dum mea fata ſinebant.*

Gell. *cap.* 9. *lib.* 3. Et fato, ſive fortuna fuit ille equus. Senec. *cap.* 10. *de conſ. ad Marc.* Hoc fatum ab utero cum prolequebatur. Idem *cap.* 15. & 16. *de conſ. ad Helv.* Crudele fatum, ſupra fortunam. Plaut. *Amphitr.* Sic ſtatuit Jupiter, ſic fatum habet. *Ibid.* Fata iſtæc me premunt. Ovid. *Eleg.* 4. *lib.* 3.

*Dignus es & fato candidiore frui.*

Senec. *cap.* 14. *de conſol. ad Marc.* Fata publica ſecum duxit Julia Cæſaris filia. Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 3. *Triſt.*

*Exſtimulate preter ceſſantia fata.*

Idem *Eleg. ult. lib.* 4. *Triſt.*

*Cùm cecidit fato conſul uterque pari.*

Ibidem.

*Et jam complerat genitor ſua fata.*

¶ Pro fortuna. Idem *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Triſt.*

*Nec mea ſunt, fati verba ſed iſta mei.*

Idem *ibid.*

*Triſtia, quo poſſum carmine, fata levo.*

Idem *Eleg.* 4. *lib.* 3.

——— *mea fata gementem.*

¶ Quandoque pro oraculo, quod dii fantur, λέγειν. Virg. *lib.* 3. *Æneid.*

*Oblitus fatorum, Italoſque capeſſeret oras.*

¶ Quandoque pro morte: quippe quum nihil tam neceſſarium impendeat homini, quàm mors: unde fato concedit, qui moritur, pro quo etiam Fungi fato, dicimus. Plin. *in Panegyr.* In principe enim, qui electo ſucceſſore, fato conceſſit, una eademque certiſſima divinitatis fides eſt, bonus ſucceſſor. Quæ hujus verbi ſignificatio inde ſine dubio ducitur, quòd crederent veteres, quo temporis puncto quis naſceretur, eo ipſo fataliter conſtitui de morte atque interitu ipſius, quod indicat verſiculus Manlii,

*Naſcentes morimur, finiſque ab origine pendet.*

Et illud Senecæ, Primus dies dedit extremum. Fato functus. Suet. *in Calig. cap.* 6.

Fătālis, e, quicquid nobis ex fato accidit, ſive bonum ſit, ſive malum. { πεπρωμένος, ἱμαρμένος, αὐτοματόμενος. Gall. *Fatal, choſe qui doit venir par neceſſité ou ordonnance de Dieu.* Ital. *Fatale, che viene per ordine divino.* Germ. Von Gott zugeordnet oder verhengt. Hisp. *Coſa hadada, ò que no puede no ſer.* Angl. *Fatall, that pertaineth to deſtenie.* } Gell. *cap.* 1. *lib.* 14. Fatales rerum omnium ſtellæ. Sueton. *in Neron. cap.* 49. Fatalis hora. Item, Fatalis victoria. Velleius. Et Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Triſt.*

*Eſt aliquid fatale malum per verba levare.*

Idem 15. *Metam.*

——— *& oſtendit ſignum fatale Minerva.*

Item, Fatales libri (qui etiam infrà fatidici dicuntur.) Suet. *in Cæſ. cap.* 79. Cicero 2. *de Divinat.* Si enim provideri nihil poteſt futurum eſſe eorum, quæ caſu fiunt, quia eſſe certa non poſſunt, divinatio nulla eſt. Sin autem ideirco poſſunt provideri, quia certa ſunt & fatalia, rurſus divinatio nulla. Fatale remedium. Valer. *lib.* 1. Eò lelegatis miſſis, unicam fatalis remedii opem impetraturam ſe credit. ¶ Accipitur nonnunquam fatalis pro eo quod fatum, hoc eſt, mortem affert. Inde fatalem enſem dicimus, & fatale cicutæ poculum.

Fătālĭter, adverbium: Neceſſariò. { κατεπείγοντος, ἀναγκαίως, ἐξ ἀνάγκης. Gall. *Par deſtinée, par ordonnance divine.* Ital. *Per fato, per ordinatione divina.* Germ. Durch die ordnung oder verhengnuß Gottes. Hisp. *Por y con hados y voluntad de Dios.* Angl. *By deſtenie.* } Cicer. *de Divin.* Et omnia quæ fiunt, quæque futura ſunt, ex omni æternitate definita dicis eſſe fataliter.

Fătĭlŏquŭs, qui fata canit, id eſt, futura prædicit. { χρησμολόγος. Gall. *Qui chante & qui dit les deſtinées & fortunes qui adviendront.* Ital. *Che predice le coſe future.* Germ. Ein weiſſager zukunfftiger dingen. Hisp. *El que canta los hados.* Angl. *That ſore ſheweth deſtenie.* } Ovid. *lib.* 9. *Metam.*

*Hæc ubi fatidicus venturi præſcia dixit*
*Ore Themis, &c.*

Fătĭlŏquŭs, i, ejuſdem ſignificationis. Ovid. 5. *Metam.*

——— *ſic dicere vates*
*Fatidícique ſolent ſortes.*

Fătĭdĭcŭs, i, qui nobis fata, id eſt, decreta Deorum exponit. { ἱερόμαντις, λόγιος, χρησμολόγος. Gall. *Devin, qui predit les deſtinées.* Ital. *Che dice la ventura.* Germ. Ein warſager, erdiner der ordnung Gottes. Hisp. *El que dice los hados de lo venidero.* Angl. *A ſore ſhewer of thinges to come.* } Unde fatidici libri, qui continent fata populorum, quales erant Romæ Sibyllini libri, qui & ab hiſtoricis fatales appellantur. ¶ Fatidici vates, & fatidica Manto nominatur, quoniam erat fatiloqua, hoc eſt, futurorum præſcia, & vaticinatrix. Virg. 3. *Æneid.*

*Quam memorant nympha priſcum Carmentis honorem,*
*Fatis fatidica, canebat quæ prima futuris,*
*Æneadæ magnis.*

Plin. *in Epiſt.* Præſens numen atque etiam fatidicum indicant ſortes. ¶ Fatidici libri. Sueton. *in Auguſt. cap.* 30. Et, Fatidica puella. Idem *in Galb. cap.* 9.

Fătĭfĕr, a, um: idem quod mortiferum, quaſi fatum, hoc eſt, mortem afferens. { μόρημφορος. Gall. *Qui apporte la deſtinée, qui cauſe la mort.* Ital. *Che apporta la morte.* Germ. Tödtlich, das den tod bringt. Hisp. *Coſa que acarrea la muerte.* Angl. *Deadly, that cauſeth death.* } Virg. 8. *Æneid.*

——— *interque manus & brachia verſat*
*Terribilem criſtis galeam, flammáſque vomentem,*
*Fatiferumque enſem.*

Fătĭlŏquŭs, a, um, adjectivum: idem quod fatidicus. { χρησμολόγος.

GALL. *Devin, qui predit les destinées & aventures.* ITAL. *Che dice le cose che hanno da venire.* GERM. Warsager/ der da anzeigt was vber einem kommen soll. HISP. *El que habla lo venidero, ò hados.* ANGL. *A fore shewer of thinges to come.*} Liv. 5. *ab Vrbe*, Venerabilior divinitate credita Carmentæ matris, quam fatiloquam ante Sybillæ in Italiam adventum miratæ hæ gentes fuerant.

**Fătŭus**, adjectivum: Insipidus, & propriè de cibis dicitur, qui quum non sapiunt, fatui dicuntur. { פתי *pethi*. סכל *sachál*. ἄνοστος. GALL. *Fade. fat en parolles & faits, niais.* ITAL. *Senza sapore, sciocco.* GERM. Ungeschmacket/ ein speis hinder welcher kein kraft ist. HISP. *Loco, soso, desabrido.* ANGL. *That is unsaverie.*} Martial. *in Dipsichio.*

*Vt sapiant fatua fabrorum prandia beta,*
*O quam sæpe petet vina piperque coquus!*

¶ Quoties autem ad homines transfertur, significat stultum, amentem & stolidum. { ἀνόητος, ἀδιανόητος. GERM. Ein thor/ narr/ dölpel. ANGL. *Foolishe, unwise.*} Plaut. *Amph.* Penè effregisti, fatue, cardines. Senec. *epist.* 51. Harpaste fatua uxoris meæ. Item, Fatuis delectari. *Ibid.* Terent. *in Eunuch.* Fatuus est, insulsus, tardus. Ubi Donatus, Fatuus, inepta loquens: à fando fatuus dicitur. Inde Fauni Fatui, & Nymphæ Fatuæ dictæ sunt. Et iterum, Fatui sunt qui verbis & dictis stulti sunt: insulsi verò, corde & animo. Fatuus à Fando, inquit Varro, qui fatur quod puer primò fatus, hoc est, qui inepta loquitur. Cicer. 2. *de Orat.* Hoc præceptum est, magisque monitoris non fatui, quàm eruditi magistri.

**Fătŭĭtās**, ātis, à φάτνη, vates: Insipientia, stultitia, ineptia, stoliditas. { פתיות *pethayúth*. סכלות *sichluth*. ἀβέλτερος, ἀνοησία. GALL. *Sottise, niaiserie, folie.* ITAL. *Sciocchezza.* GERM. Thorheit/ narrheit. HISP. *Locura, ò desabrimiento.* ANGL. *Foolishnesse, follie.*} Cic. *ad Attic. lib.* 11. Ego hujus miserrimæ fatuitate conflictor, Idem 1. *de Invent.* Non hanc imprudentiam, aut necessitudinem, sed inertiam, negligentiam, fatuitatem nominari oportere.

**Fătŭŏr**, aris: Ineptio, nugor. { פתה *pathá*. סכל *sachál*. ἠλιθιολογέομαι. GALL. *Faire le fol, folastrer.* ITAL. *Dir sciocchezze.* GERM. Den narren treiben/ mit narren worte vmbgehn. HISP. *Enloquecerse, hazer vilerias.* ANGL. *To playe the foole or idiote.*} Seneca *de morte Claudii*, Audi me, & desine fatuari. ¶ Nonnunquam idem est quod divino furore corripi, quemadmodum fanatici solent. Justin. *lib.* 43. Fauno fuit uxor nomine Fatua, quæ assiduè divino spiritu impleta, velut per furorem futura præmonebat: unde adhuc qui inspirari solent, fatuari dicuntur.

**Fătŭĕlus**, qui & Faunus dictus est, Pici Latinorum regis filius, cujus uxor Fatua, vel Fauna dicta fuit. Vide Serv. in illud Virgil. *lib.* 7. *Æneid.*

*Hunc Fauno & Nymphâ genitum Laurente Marica*
*Accipimus: Fauno Picus pater.*

**Fĭdĕntĭa**, Cæsarius Stephano, civitas in octava regione Italiæ, quam hodie Itali suâ lingua vocant *Faventia*. Ejus incolæ vocantur Faventini, Fidentinis finitimi, teste Plin. *lib.* 3. *cap.* 14.

**Făvĕo**, es, favi, fautum, à φαίω, πιφαύσκω. Hinc Favonius, nomen venti. Alicui benè cupio. { רצה *ratsáh*. σπουδάζω, συμφέρομαι, συνδάζω. GALL. *Favoriser, supporter, porter faveur.* ITAL. *Favoreggiare.* GERM. Gönnen/ günstig sein. HISP. *Favorecer.* ANGL. *To favour, to beare good will.*} Terent. *in Eunuch.* Benè xdepol narras; nam illi faveo virgini. ¶ Favere etiam tacere est, ut docet Donatus. Terent. *in Andr.* Favete, adiste æquo animo. Favere faucibus antiqui dixerunt pro silere. Cic. 2. *de Divin.* Qui quidem silentio noctis (ut ait Ennius) favent faucibus: rursus cantu, plausúque premunt alas. Loquitur de gallis. Alii legunt, *favent faucibus russis canum*, &c. exponúntque hîc pro canere. ¶ Favere linguis, id est, fausta loqui. εὐφημεῖν, aut tacere, quod & olim pascere linguam dicebatur. Cic. 3. *de Divin.* Ideirco omnibus rebus agendis, quod bonum, faustum, felix, fortunatúmque esset, præfabantur, rebúsque divinis quæ publicè fierent, ut faverent linguis imperabatur, inque feriis imperandis, ut litibus & jurgiis se abstinerent. Ovid. 15. *Metam.*

——— *animo linguâque favete.*

Tibullus,

*Vos itidem & linguis quisque favete suis.*

Ad eundem modum dixit Virg. 5. *Æneid.*

*Ore favete omnes.*

Ubi Servius, Favet ore quis per taciturnitatem. Seneca *epist.* 53. Tacere, favete, præbete vos curationi. Quintil. Favet ingenio suo auditor. ¶ Ventis faventibus navigare. Ovid. 15. *Metam.*

——— *Venti eunt, pelagóque favemus.*

Idem *Epist.* 2.

**Favens**, entis. Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 4.

*Addebat veris multa faventis amor.*

Idem *Eleg.* 13. *lib.* 3. *Trist.*

*Concipiámque bonum, ore favente, preces.*

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

*Inde petes arcem, & delubra faventia votis.*

**Fĭvĕtur**, impersonaliter. { ANGL. *Men favour.*} Cui contrarium est Invidetur. Cicer. 2. *de Orat.* Invidetur enim commodis hominum ipsorum: studiis autem eorum cæteris commodandis favetur. Idem *lib.* 2. *Offic.* Quod eo firmiore animo facient, quia non modò non invidetur illi ætati, verùm etiam favetur.

**Fautūrus**, a, um: Patricip. futuri temporis. Cic. *pro Cn. Plancio*, Quum autem adirem meos partim inimicos, partim invidos, huic accusationi esse fauturos, eandémque rem adversariam esse in judicio Cn. Plancio, quæ in petitione fuisset adjutrix.

**Fĭvŏr**, oris, voluntas, studium. { רצון *ratsón*. εὐδοκία. GALL. *Faveur, support.* ITAL. *Favore.* GERM. Gunst. HISP. *Favor, alabanza.* ANGL. *Favour, goodwill.*} Vox Ciceronis tempore nova, id quod ex Sextiana intelligitur. Ei, inquit, qui pendet à rebus levissimis, qui rumore, & (ut ipsi loquuntur) favore populi tenetur & ducitur, plausum, immortalitatem, sibilum, mortem videri necesse est. { Vide Quint. *lib.* 8. *cap.* 3.} Sed tamen ab ipso Cicerone & optimis quibusque & poëtis & oratoribus recepta. Ovid. *in Ibin.*

*Sit quoque (quod varium est) fulvo defecta favore*
*Fortuna faciem invidiosa tuæ.*

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 1.

*Non sunt, ut quondam plena favoris erant* (carmina.)

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

*Plauditur, & magno palma favore datur.*

Idem *Eleg. ult. lib.* 4. *Trist.*

*Sive favore tuli, sive hanc ego carmine famam.*

¶ Favor etiam dicitur de amplexu & osculis in abeuntem. Idem *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Trist.*

——— *mani festi signa favoris.*

Plin. *lib.* 14. *cap.* 4. Majórque etiam favore hominum fama. Cicer. *pro Rosc. Comœd.* Quam expectationem, quod studium, quem favorem secum in scenam attulit Panurgus.

**Fĭvōrābĭlis**, dicitur qui gratiosus, ac favoris plenus est apud omnes. { רצוי *ratsúi*. ἀρεσκός. GALL. *Favorable, favorisé, faveri.* ITAL. *Favorevole, gratioso.* GERM. Gunstreich/ angenam. HISP. *Favorable, ò digno de favor.* ANGL. *In great favour.*} Sueton. in *Calig.* Sic vulgo favorabilis, ut plurimi tradant, quoties aliquò advenret, vel secundè discederet, præ turba occurrentium prosequentiúmve nonnunquam eum discrimen vitæ adisse. Quintil. *lib.* 11. *cap.* 1. Aliter enim pro alio sæpe dicendum est, ut quisque honestus, invidiosus, favorabilis erit. Idem, Favorabilia in causis. Velleius, Favorabilis reditus Pompeii. ¶ Dicitur etiam favorabilis activè pro eo qui favet. Livius 1. *bell. rom.* Jam ad consulatus spem quum attolleret animos, haud parum callidè auram favorabilis populi ex dictatoria invidia petit. ¶ Favorabilior, apud Quintilian.

**Fĭvōrābĭlĭtĕr**, adverbium: Plautinè. { εὐδοκίμως, φιλικῶς. GALL. *Favorablement.* ITAL. *Favorabilmente.* GERM. Günstiglich/ mit gunst. HISP. *Favorablemente.* ANGL. *Favorablye, freindly.* Quint. *lib.* 4. *de egressione*, Plerisque mortis est, prolato eorum ordine protinus utique in aliquem luctum atque plausibilem locum, quammaximè possint favorabiliter excurrere. Suet. *in Neron. cap.* 7. Circensibus ludis Troiam constantissimè favorabiliterque lusit.

**Fautŏr**, is: Studiosus, qui alteri benè cupit. { רצה *ratsáh*. συνδίκος. GALL. *Fauteur, qui porte faveur.* ITAL. *Fautore.* GERM. Ein gönner. HISP. *El que favorece.* ANGL. *A favourer, a supporter.*} Cicer. *pro Planc.* Multi sunt cupidi tui, multi fautores laudis tuæ. Idem *lib.* 1. *Epist.* Cujus ego ab adolescentia adjutor atque fautor exiti. Suet. *in Calig. cap.* 16. Fautor exempli boni. Idem *in Aug. cap.* 42. fautor affinitatis.

**Fĭvītōrem**, Antiqui dicebant pro fautore. συνδικητὴν: quod & Nonius annotavit, citans locum Lucilii ex *lib.* 19. Favitorem me tibi, amicum, amatorem putes. Plaut. *in Amph. prolog.* Si qui favitores viderint. Idem *ibid.* Sat habet favitorum semper qui rectè facit. *Ibidem*, Virtute ambire decet, non favitoribus.

**Favitor**, fautor. Plautus Amphitr. *Sat habet favitorum semper, qui rectè facit.* Ibidem: *Si cui favitores delegatos viderit, ut ab his in causa pignus capiantur sua.* Inde Charisii errorem advertes, qui sic ait: *Favior antiqui dixerunt, at favitor nos auctoritate, nec ratione dicitur.*

‖ Fautorius, favorabilis, qui favet. Cath. ‖

**Faūtrix**, amica. { רצה *ratsáh*. συνδικὴ, συνδικὰς. GALL. *Celle qui supporte & favorise.* ITAL. *Donna che favorisce, & instruisce.* GERM. Ein gönnerin. HISP. *La que favorece.* ANGL. *She that favoureth or mainteineth.*} Terent. *in Eunuch.* Nihil est Thaide tua dignius, quod ametur, ita nostræ est omnis fautrix familiæ. Fautrix luorum regio. Cic. *pro Planc.* Idem 1. *de finib.* Amicitiæ non modò fautrices fidelissimæ, sed etiam effectrices sunt voluptatum, tam amicis, quàm sibi.

**Fāvĭi**, antè Fovii, à familiæ authore dicti, qui ex ea natus fuit cum qua Hercules in fovea concubuit. Quamvis alii putent ita vocitatum, quòd primus eos stenderit quemadmodum ursi & lupi foveis caperentur. Utcunque sit, constat à fovea dictos fuisse. Unde Fovii, non Favii primùm appellati sunt.

**Fāvĭlla**, æ, à foco, quasi focilla. Propriè est scintilla igne destincta, cujusmodi flammæ impetu solent egeri: quanquam etiam indifferenter pro quovis cinere accipitur. { חית *piach*. ἀνθρακιὰ, σποδιά. GALL. *Cendre chaude, brasier esteint.* ITAL. *Favilla, cenere calde senza fuoco.* GERM. Ein glöschete gestr/ feule. HISP. *La morcella de centella muerta.* ANGL. *The white ashes remaining upon the quicke coles.*} Plin. *lib.* 36. *cap.* 25. Dein spissè calcatis carbonibus inducitur fabulo, calce ac favilla mistis. Idem *lib.* 18. *cap.* 35. Quum correctus ignis à se favillam discutit. Scintilla verò propriè est quæ è silice, cùm is cæditur, exilire solet. σπινθὴρ. Virgil. *lib.* 1. *Æneid.*

*Ac primùm silicis scintillam excudit Achates.*

**Fāvillāceus**, a, um. { σποδώδης, ἀνθρακώδης. GALL. *Cendreux, de cendre.* ITAL. *Di cenere, cenerofo.* GERM. Aschechtig. HISP. *Cosa de morcella de centella muerta.* ANGL. *Of ashe.*} Solin. *cap.* 48. Nam fuliginem extrinsecus favillacem ambitio tantùm eximæ cutis cohibet, quæ vel levi tactu pressa fumum exhalat.

**Fāvīssæ**. Cellæ quædam & cisternæ in arce Capitolina, ubi reponi solebant signa, & thesauri, & alia quædam religiosa donariis consecrata: author Gell. *lib.* 2. *cap.* 10. Ἀνάκτορα. Dictæ favissæ quòd in eis non rude æs, argentúmque, sed flata signatáque pecunia condetetur. Unde & à priscis Latinis flavissas dictas fuisse comperitur, quas Græci thesauros appellant. Vide *Flavissa*, in *Flo.*

**Faūnă**, vide *Fatuelus.*

**Faūnī**, agrorum & sylvarum putati sunt dii, qui post prolixum tempus moriantur, quòd è terra geniti sint. { Feldgötter/ oder waldgötter.} Ovid. 1. *Metam.*

*Sunt mihi semidei, sunt rustica numina Fauni,*
*Et Nymphæ, Satyrique, & monticolæ Sylvani.*

Qui Pan Græcis, Faunus est Latinis. ¶ Faunorum ludibria, ἐφιάλτου incubus. Plin. Hæc medetur & Faunorum in quietè ludibriis, quod dixit Dioscorides, ἐν ὕπνοις ὑπ' ἐφιαλτῶν πνιγμοὺς. Credebant illa ludibria à Faunis immitti.

Faūnus,

Faũnus, φαῦνος, filius Pici & pater Latini, antiquissimus Aborigínum rex, Deus post mortem habitus, qui regnavit in Latio. Is genuisse etiam fertur Faunos, Satyros, Panes, & Sylvanos rusticorum numina, quos Poëtæ fingunt & cornigeros, & caprinis pedibus. Picus & Faunus vincti à Numa, &c. qui. Plut. *in Numa.* ¶ Faunus ficarius, incubus, Faunorum io quiete ludibrium.

Fāvōnĭus, ventus ab Occasu æquinoctiali spirans, contra Subsolanum, teste Plin. *lib.*2. *cap.*47. } Der westwind. } A fovendo dictus, quòd cuncta foveat. ζέφυρος. Est enim genitalis spiritus mundi, quo plantæ hyberno frigore enectæ reviviscunt. Unde etiam à Græcis Zephyrus dicitur, quasi ζωὴν φέρων, hoc est, vitam afferens. Vide Gellium *cap.*22. *lib.*2. ¶ Favonios appellabant spiritus, quia quædam animalia, favonio spiritu haustò, concipere existimantur. Isid. *lib.*9. *cap.*5. ¶ Favonia odia, quæ Græcè ἐπίκλημα dicuntur, ex sunt, quæ sine initu maris concepta sunt. Favonii igitur, quasi sine patre. Scal. *ad Fest.* ¶ Favonium odium, leve & sine causa, velut à vento collectum. Gloss. Isid. ¶ Favoniana pira. Plin. *lib.*15. *cap.*15. Dicta putant, quòd Favonio flante, statim formentur. Alii à Favonio quodam colono, seu institore.

Fāvōtābĭlis, vide *Favus.*

Fāvōrīnus, φαβωρῖνος. Nomen Philosophi, de quo fit frequens mentio apud Gelliam. Orundus fuit Arelate celebri Galliæ Narbonensis oppido. Inde in Græciam profectus, sub Dione philosophiæ operam dedit. Hic tria præcipuè in se solebat admirari, quòd Gallus quum esset, Græcissaret: quúmque eunuchus esset, in adulterii tamen suspicionem aliquibus veniret: & quum Imperatorem inimicum haberet, adhuc tamen viveret. Erat enim Adriano Cæsari infensissimus. Hunc Herodes Atticus patrem solebat appellare, hæréque librorum ab eo factus est. Hæc ex Philostrato. Ælianus *de varia historia*, dicit hunc quandoque in disputatione quadam Adriano cessisse, admirantibúsque proximis: Nónne cedam, inquit, ei qui viginti habeat legiones?

¶ Fausina, vide *Faustina.*

Faustĭānum vinum, dicebatur quod in mediis collibus Faleroi agri gignebatur. Nam quod in summis jugis nascebatur, Gauranum vocabant: quod in mediis collibus, Faustianum: quodque in ima radice gignebatur, Falernum appellabant. Author Plin. *lib.*14. *cap.*6.

Faustŭlus, Pastor Remi & Romuli nutritor. Vide Liv. *lib.*1. *ab Vrb.*

Faustus, L. Syllæ Dictatoris cognomen fuit, quod sibi ille ob perpetuam in rebus gerendis felicitatem arrogavit. ¶ Faustus Quintilianus Senator sub Juliano principe fuit. Fuerunt & alii hoc nomine, quorum catalogum vide apud Volaterranum.

Favstŭs, a, um, à favore: Prosper, felix, fortunatus. } משרי *esher.* אושר. Gall. *Heureux.* Ital. *Fausto, prospero, felice.* Germ. Glücke sälig, oder glückhafftig. Hisp. *Dichoso, ò de buena ventura.* Angl. *Happie or luckie.* } Terent. *in Andr.* O faustum & felicem hunc diem. Cic. 1. *Tusc.* Eodem tamen simus animo, ut horribilem illum diem aliis, nobis faustum putemus. O nox illa fausta huic urbi. Idem *pro Flacco.* Faustum omen. Livius 7. *ab Vrbe.* Hujus contrarium est infaustum & horribile. Ovid. *Eleg.*1. *lib.*2. *Trist.*

*Omine non fausto.*

Et Senec. *cap.*13. *de cons. ad Marc.* Fausta nuncupans (dicantis,) Faustum vocant Romani quod prosperè succedit, unde Faustus. Plut. *in Sylla.* Suet. *in Aug. cap.*58. Faustis ominibus, &c.

Faustŭlus, porcellorum furcata, porcorum. Fest.

Faustĕ, adverbium: Fortunatè, felicitèr. } εὐτυχῶς, εὐτυχῶς. Gall. *Heureusement.* Ital. *Felicemente.* Germ. Glückseliglich/glücklich. Hisp. *Dichosamente y bien aventuradamente.* Angl. *Happelie, luckelie.* } Cic. *pro Mur.* Idem ego sum precatus, ut his quoque hominibus, quibus hic consulatus me rogante datus esset, ea res faustè, feliciter, prosperéque eveniret. Huic contrarium est Infaustè.

Faustĭtās, atis: Felicitas. } אשר *esher, Heb. in.* Gall. *Bonne aventure, bonne fortune, bonheur.* Ital. *Felicità.* Germ. Glückseligkeit. Hisp. *Aquella dicha ò bien aventuranza.* Angl. *Good happe and loocke.* } Horat. 4. *Carm. Ode* 5.

*Nutrit rura Ceres, almaque Faustitas.*

Favus, à faveo. Apum domus & cellulæ: à fovendo, quòd in his sobolem foveant. } צוף *tsuph.* נפת *nópheth. Heb.* Gall. *Un rayon de miel, un couteau de cire ayant des trous, dans lesquels les mouches font le miel.* Ital. *Cera piena di mele, favo di mele.* Germ. Ein waben der ymm/ Ein honig tosi. Hisp. *Panal de la miel.* Angl. *A henie combe.* } Plin. *lib.*11. *cap.*5. Primùm itaque favos constituunt, ceram fingunt. Virg 4. *Georg.*

*Prima favis ponunt fundamina, deinde tenaces*
*Suffodunt ceras.*

Cic. 1. *Offic.* Apum examina non fingendorum favorum causa congregantur: sed quum congregabilia naturâ sint, fingunt favos. Hujus diminutivum est Favulus. Plaut. Meus dulciculus favulus. ¶ Est etiam Favus tumor quidam in cute consistens, eamque majoribus foraminibus perrodens, ex quibus humor melli similis excernitur. ¶ Estque favus hexagona regula in sex angulos excurrens.

Faux, cis, vel potiùs in plurali numero Fauces (nam singularis numerus rarò est in usu.) à φάω, inferto u, quasi φαύω. Hinc Suffocatio. Superior pars gulæ meato propinqua, sed interior ubi os angustatur. חרך *chéech. Heb.* Gall. *La gorge.* Ital. *Parte superiore della gola.* Germ. Schlund/rachen. Hisp. *La garganta, tragadero del animal.* Angl. *The chawes or iawes.* } Plin. *lib.*11. Summum gulæ, fauces vocantur: postremum, stomachus. Cic. 1. *Tusc.* Has tamen imagines loqui volunt: quod fieri nec sine lingua, nec sine palato, nec sine faucium laterúmve & pulmonum vi & figura potest. Plaut. *Mest. sc.*3. *a.*1. Velim in anginam verti, ut illi venenatæ fauces prehendam. Idem *ibid. sc.*1. *a.*2. Miserum est opus fodere puteum ubi sitis fauces tenet. Idem *Curc. sc.*2. *a.*1. Ingurgitat in se merum plenis faucibus. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Exeres usque ex penitis faucibus. Idem *Curc. sc.*3 *a.*2. Lupiunt fauces fame. ¶ Fauces per translationem dicuntur stricti ingressus vallium, seu alterius loci: ut, Fauces Oreï. Virg. 6. *Æneid.*

*Vestibulum ante ipsum, primisque in faucibus Orci.*

Calepini Pars I.

Florus *de bello Ligustico*, De sub Alpibus, hoc est, de sub ipsis Italiæ faucibus. Fauces, ora, sive ostia fluviorum, quibus in mare se exonerant. Plin. de Nilo verba faciens *lib.*5. *cap.*9. Multis quamvis faucibus in Ægyptium mare se evomit. Fauces portus. Cæs. 3. *de bell. civ.* ¶ Hinc deducuntur Suffoco, Præfoco, & Obfoco, diphthongo au, in o longum mutata, de quibus suis locis. ¶ Bolus è faucibus eripi dicitur, quoties commoditas aliqua, quæ jam propemodum tenebatur, præter expectationem subitò præripitur. Ter. *in Heaut.* ¶ Statuam faucibus colas, ἀδολέσχῃ γαργαρεῶνι. De re majorem in modum absurda, quæque fieri nullo modo possit. Velut si quis hominem præpotentem & invictum frustrà conetur opprimere, nec enim liquescit statua.

Fax, acis, à φάω, luceo. Fustis incisus, & cera, vel oleo inunctus, ad lumen faciendum, tæda. } לפיד *lappidh. Heb.* Gall. *Vn flambeau, une torche, un fallot.* Ital. *Face, torchio.* Germ. Ein fackel/ totschyn. Hisp. *La hacha de cera, ò tea encendida.* Angl. *A torche, a fier brande.* } Fiunque præcipuè ex arundinibus aridis, & picei generis arboribus: cujusmodi sunt tæda, & larix. Varro *de vita pop. Rom. lib.*2. Quum à nova nupta ignis in face afferretur, de foco ejus sumptus, fax ex pinu ablata esset, ut eam puer ingenuus afferret. Senec. *cap.*11. *de tranq.* Fax cereúsque præcedebat exequias immaturas. ¶ Per translationem accipitur pro Incitatore, & authore alicujus facinoris. Plin. *in Epist.* Rufo successit Theophanes, unus ex legatis princeps, fax accusationis, & origo, id est, author & incitamentum, sive (ut Nonius inquit) suscitabulum. Velleius, facem flagrantissimam bello subjecit Curio. Cic. *pro domo sua.* Nónne primùm providendum fuit, si in hanc tantam materiam seditionis ista funesta fax seditionis adhæresceret? ¶ Addere faces alicui, est eum incitare, incendere, inflammare ad aliquid agendum. Tacit. *lib.*17. Flagrantibus jam militum animis veluti faces addiderat Mævius, &c. ¶ Primam facem veteres noctis principium vocitabant, quòd tum primùm uti face incipiamus. Gell. *cap.*2. *lib.*3. Sed quum jam prima fax noctis, & densiores esse tenebræ cœpissent, discessimus. ¶ Facem in nuptiis præferre solebant, sive ad observandam antiquam consuetudinem, quòd non nisi nocte duci novas nuptas à sponsis mos erat: sive in honorem Cereris, quæ facem in quærenda Proserpina gestaverat: sive ut nova nupta ignem & aquam, quæ duo sunt in vita maximè necessaria, cum viro communicato videretur. Etenim aquâ quoque aspergi solebat, ut casta purúque ad sponsum duceretur. ¶ Fax genus teli. Gell. *cap.*25. *lib.*10. Hinc Trifax, & Bifax apud Festum.

Făcŭla, diminutivum: Parva fax, hoc est, tæda ex arboribus pinei generis sæpiùs dissecta, ut facilius ardeat: quanquam & ex cera, & ex pice fieri posset. } δαδίον, λαμπάδιον. Gall. *Petit flambeau, petite torche.* Ital. *Facella.* Germ. Ein liecht. Hisp. *La vela.* Angl. *A litle fier brand.* } Propert. *lib.*2. *Eleg.*20.

*Quorum alii faculas, alii vertere sagittas, &c.*

Făcŭlārĭi, dicuntur qui faculas gestant. } δαδοῦχοι. Gall. *Portent des torches.* Ital. *Quelli che portano le facelle, tersie.* Germ. Facklentrager/oder torschen träger. Hisp. *Los que llevan antorchas.* }

Faxo. Plaut. *Curc. sc.*4. *a.* 4. Quingentos pro uno faxo reperias. Jam faxo hic erit. Idem *Mil. sc.*5. *a.*2. Ex tabellis faxo scias. Idem *Pseud. sc.*2. *a.*1. Hæc jam madebunt faxo. Idem *Men. sc.*2. *a.*2. Obsitane, industriam faxo amabit amplius. *Ibid. sc.*2. *a.*5. Faxo referetur palla. *Ibid. sc.*2. *a.*4. Hæc palla & spinther faxo referantur simul. *Ibid. sc.*3. *a.* 3. Faxo scias quid tristis sit. *Ibid. sc.*2. *a.*4. Faxo haud inultum prandium comederis. *Ibid. sc.*2. *a.*3. Si ullum verbum faxo, nisi quod jusseris. *Ibid. sc.*2. *a.*2. Helleborum potabis faxo aliquos viginti dies. *Ibid. sc.*5. *a.*5. Jam faxo manifestò hominem opprimas. Idem *Asin. sc.*2. *a.*5. Si quid tale post hæc faxis, faxo ut vidua visas patrem. Idem *Men sc.*2. *a.*1. ¶ Faxim, faxis, faxit, faxint. Idem *in Aul.* Ego faxim nulli pretio qui supetant equos, sint viliores gallicis cantetus. Idem *Asin. sc.*1. *a.*2. Cave tu idem faxis, alii quod servi solent. *Ibid. sc.*3. *a.*3. Cave verbum faxis verbero. *Ibid.* Si istuc quod dicis faxis, certum est in me efficere omnia, quæ tu in te faxis. Idem *Aul. sc.*3. *a.*1. Quod tibi salutare sit. M. Ita Dii faxint. *Ibid. sc.*4. *a.*5. Dii istuc bene vertant. M. Ita faxint. *Ibid. sc.*5. *a.*3. Ita dii deæque faxint. Idem *Capt. sc.*2. *a.*1. Item, Ne tuum animum avaritiem faxint divitiæ meæ *Ibid. sc.*1. *a.*2. ¶ Faxem, pro faciam. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Pistrinum in mundo fuerim, si id faxem mihi, &c.

F E

Febrĭs, is, à ferirate morbi, vel (sicuti Servius dotet,) à fervore: vel à φεῖδω, quasi φειδέρις: ut à φέρω, φόρος. Est (ut medici docent) intemperies calida totius corporis. } קדחת *kadhachath.* πυρετός. Gall. *Fiévre.* Ital. *Febre.* Germ. Das sieber oder faltwee. Hisp. *Fiebre, calentura.* Angl. *An ague or fever.* } Cic. *ad Tironem.* Is etsi mihi nuntiavit te planè febri carere, & bellè habere, &c. Plaut. *Curc. sc.*1. *a.*1. Carulne febrit te hodie? Idem *in Pseud. sc.* 2. *a.*2. Scio hoc tibi febrim esse, quia non licet huc injicere ungulas. Febris quartana, vide *Quartana.* Cels. *lib.*2. *cap.* 8. Febris assidua, quæ & cibi tempora eripit, & siti affligit. Plin. *lib.*23. *cap.*1. Febres frigidas leviores facit agaricum potum in calida aqua. Idem *lib.*7. *c.*51. Antipater Sidonius poëta, omnibus annis uno die tantùm natali corripiebatur febre, & ea consumptus est, satis longa senecta. Febres periodicæ, quæ statis temporis periodo accedunt & recedunt, cujusmodi sunt quotidianæ, tertianæ, & quartanæ. Plin. *lib.*20. *cap.*3. Semina ejus si fuerint pari numero adalligata febribus, sanare dicuntur, quas Græci periodicas vocant. Sunt & alia febrium genera, quæ quoniam ad nostrum institutum nihil conducunt, rei medicæ studiosis ex libro Galeni, quo ex professo febrium differentias tractat, petenda relinquimus. Valetudo febrium. Idem *lib.*23. *cap.*1. Quod ad febrium valetudines attinet, certum est non dandum in febre, nisi vetustis ægris vinum, nec nisi declinante morbo. Celsus *lib.*3. *cap.*5. Quum verò febris instet, incipiat, augeatur, consistat, decedat: deinde in decessione consistat, aut finiatur: scire licet, optimum cibo tempus esse febre finita: deinde quum decessio ejus consistit: tertium, si necesse est, quandocunque decedit: cætera omnia periculosa esse. Si tamen propter infirmitatem necessitas urget, satius esse consistente

jam incremento febris aliquid offerre, quàm increscente. Satius esse initiante, quàm incipiente. ‖ ¶ Febris Querquera, dura, gravis, seu frigida, aut tremens. Scal. ‖

Febrĭcŭlă, æ, diminutivum: Parva febris. {πυρέτιον. GALL. *Petite fiévre.* ITAL. *Febricella.* GERM. Ein klein fieber. HISP. *Pequeña fiebre.* ANGL. *A litle fever.*} Plancus *Cic.* Qui ex labore in febriculam incidit assiduam, & satis molestam. Celsus *lib.*3. *cap.*22. Ex phthisi febricula levis fit, quæ etiam cùm quievit, tamen & repetit.

Febrĭcŭlōsŭs: Febri subjectus, qui febrem sæpe habet. {πυρέτιος. GALL. *Fiévreux, qui a grande fiévre.* ITAL. *Chi è molto febre, febricitante.* GERM. Voll fieber oder kaltmee. HISP. *Calenturoso, che tiene mucha fiebre.* ANGL. *Subject to the fever.*} Gell. Non morbus hic febriculosus, aut nimium gravis.

Febrĭlis, e: Quasi ad febrem pertinens. {πυρετῶδης. GALL. *De fiévre.* ITAL. *Di febre.* GERM. Das des fiebers ist. HISP. *De fiebre.* ANGL. *Of the fever.*} Apuleius, Ardore æstuans febrili.

Febrĭlo, is, ivi, itum: Febrem patior. {πυρέτω. GALL. *Avoir la fiévre.* ITAL. *Haver la febre.* GERM. Das fieber oder kaltmee haben. HISP. *Tener fiebre.* ANGL. *To have the fever.*} Macer, Hæc nondum tremulo potanda dabis febrienti. Cels. *lib.*6. *cap.* 11. Potiones, si febriat puer, aquæ: si sine febre est, vini diluti. Colum. *lib.*6. *cap. ult.* Mulæ febrienti cruda brassica datur.

Febrĭcĭto, as: Febre laboro. {πυρέτω. GALL. *Estre en fiévre, avoir la fiévre.* ITAL. *Haver febre.* GERM. Das kaltmee haben. HISP. *Tener fiebre.* ANGL. *To be sick of the fever vrague.*} Col. *lib.*2. *cap.*7. Febricitanti bovi convenit abstinere cibo uno die. Cels. *lib.*2. *cap.*7. Febricitavit aliquis, aut inhorruit.

‖ Febricitas, febris. Tertull. ‖

Febriculosus, febri subjectus. ‖

Febrĭfŭga, Matricaria, & Centaurea minor. Dioscor. *lib.*3. *cap.*3. & Conyza apud eundem *lib.*3. *cap.*23. & 35.

Februo, as: Lustro, purgo, à ferveo: hoc enim adolendo, & flammis ferventibus fieri solebat. {טהר *tihár*, נקה *nikkáh.* καθαίρω, ἁγνίζω. GALL. *Purger par sacrifices.* ITAL. *Lustrare, purgare.* GERM. Reyn machen. HISP. *Purgar, limpiar.* ANGL. *To purge by sacrifice.*} Vel à Sabinorum lingua, qui februum, purgamentum dicunt. Varro *de vita pop. Rom.* In eorum enim sacris liba quum sint facta, inceni solent farris semine, ac dicere se ea februare, id est, pura facere. Hinc

Februarius mensis dictus est, quòd tum, id est, extremo anni mense, populus februaretur, id est, purgaretur. Per duodecim enim dies continuos Februarii celebrabantur februa: hisque diebus pro impetranda mortuorum manibus quiete, omnis populus piaculis, sacrificisque, circa sepulchra accensis facibus cereisque intentus erat. {אדר *adhár.* φεβρουάριος. GALL. *Le mois de Février.* ITAL. *Febraro mese.* GERM. Hornung. HISP. *El mes de Febrero.* ANGL. *The moneth Februare.*} Et Juno Februata, sive Februalis, quòd ei hoc mense sacra fiebant: ejúsque feriæ erant Lupercalia.

Februă, orum, dicebantur quæcunque purgamenti causa in quibuscunque sacrificiis adhibebantur. καθάρσια. Plin. Vulgata prisci temporibus opinio obtinuit, februa esse omnia, quibus malefactorum conscientiæ purgarentur, delerentúrque peccata, aut Manes defunctorum placidi redderentur. Ovid. 2 *Fast.*

*Februa Romani dixere piamina patres:*
*Nunc quoque dant verbo plurima signa fidem.*

Et paulò post,

*Denique quodcunque est quo corpora nostra piantur,*
*Hoc apud intonsos nomen habebat aves.*

Februus, dictus est Pluto, vel Dis pater, inferorum Deus, quòd ei mense Februario sacrificaretur. ἅιδης. Vide Macrob. *lib.*1. *Saturn.*

Fĕcĭālis, dicti a faciendo (ut author est Festus) quòd belli pacisque faciendæ penes eos ius erat, φετιάλεις. Neque enim licebat bellum inferre nisi hi ex justa causa susceptum declaravissent, & priùs indixissent. Varro, Et priusquam indiceretur bellum iis à quibus injurias factas sciebant, Feciales legatos res repetitum mittebant quatuor, quos Oratores vocabant. Cic. 7. *Verr.* Habemus hominem in fecialium manibus educatum: unum præter cæteros in publicis religionibus fœderum sanctum ac diligentem.

Fecialium Collegium à Numa Pompilio institutum, qui de belli, pacisque jure consulerentur. ¶ Fecialium verba in bello indicendo, vide apud Gell. *cap.*4. *lib.*16. De eorum munere Plutarch. *in Num. & in Camil.*

Fĕcĭālis, e, adjectivum. Quod ad feciales pertinet. Cicer. 1. *Offic.* Belli quidem æquitas sanctissimè feciali populo Romano jure perscripta est.

Fecurinus, a, um. Gell. *cap.*19. *lib.*13. Finitiones illæ, præcidæ & fecurinæ, &c.

Fedus, pro pacto, vide *Fœdus.*

Feida, vel faida, est aperta inimicitia in legibus Longobardicis. Vide *Feudum.* ‖

Fel, fellis. {מרורת *merorâh.* χολή. GALL. *Fiel.* ITAL. *Fele.* GERM. Die gall. HISP. *Hiel.* ANGL. *The gall.*} Humor est flavus in corpore, in ima hepatis parte, in vesicula quadam contentus, quam appellant χολοδόχον. Humor autem ipse à medicis flava bilis appellatur. Bilis autem atra est, quam Græci melancholiam vocant, insaniam generans. Plaut. *in Amph.* Delirat uxor, atra bili percita est. Dicitur in plurali Fella. Q. Serenus *cap. de felle.*

——— *ab tali auxilio fella horrida purgas.*

¶ Aliquando fel, quòd sit amarissimus humor, pro animi amaritudine ponitur. Plaut. *in Truculent.* In melle sunt linguæ sitæ vestræ atque orationes: corda in felle sunt sita, atque acerbo aceto. Linguis dicta dulcia datis, corde amarè facitis amantes, si quid non damnas. Ovid. *Eleg.*2. *lib.*2. *Trist.*

*Candidum à salibus suffusis felle refugi.*

¶ Fel terræ, genus herbæ, quæ & centaurion, teste Plin. *lib.*25. *cap.*6. propter amaritudinem summam appellatur.

Fellĕus, a, um. {χολώδης. GALL. *De fiel.* ITAL. *Di felle.* GERM. Gallecht oder von der gall. HISP. *De hiel.* ANGL. *Of gall.*} Plin. *lib.*26. *cap.*12. Sudores enim felleos movent. ἱδρῶτες χολώδεις.

‖ Fellatum, curvatum. Gloss. Isid. ‖

Fēlīx, is, masculi gen. à fel, aut à fallendo murem. Animal quadrupes, quod domi alimus ad murium venatum: vulgò *Catus* dicitur ab insigni astutia. {αἴλουρος, γαλῆ. GALL. *Un chat.* ITAL. *Gatto.* GERM. Ein katz. HISP. *Gato.* ANGL. *A cat.*} Veteres enim catos dicebant eos, qui cauti & astuti erant: unde etiam Catones primò voluti appellatos. Quod etiamnum apud Germanos in usu est. Sic enim de astuto homine verba facientes dicunt, Er ist ein listige katz. Plin. *lib.*10. *cap.*37. Feles quo silentio, quàm levibus vestigiis, quam multo speculatu in musculos exsiliunt: excrementa sua obruunt terra, intelligentes odorem illum indicem sui esse. Varr. *lib.*3. Omnes parietes tectorio lævigantur, ne felis aliàve bestia introire ad nocendum possit. Senec. *lib.*10. *epist.* Quid est quare tam pavonem, quàm anserem gallina non fugiat? ac tantò minorem eis metuat accipitrem? quare felem pulli timeant, canem non timeant? De animalis hujus natura sic scribit Ælian. *lib.*7. *cap.*40. Quemadmodum ex felibus mas est libidinosissimus, sic amantissima catulorum fœmina: quæ veneream ideirco maris consuetudinem refugit, quòd is calidissimum, igníque simile semen emittat genitale ut fœmineum adurat. Ejusce rei mas non ignarus, communes catulos interimit. Hæc autem novorum catulorum desiderio permota, ejus libidini motem gerit. Quod autem ab omni tetro odore feles abhorreant, eo excrementa sua fossa priùs facta in terra occultant. Hæc ille. ¶ Felis virginalis à Plauto dicitur virginum raptor. Felis pullaria, raptor pullorum & corruptor. Auson.

*Quis Martem felis nuper pullaria dixit.*

¶ Sunt & feles feræ, domesticis aliquanto majores, pelle nigris maculis variegata, ex quibus domesticum nostrum animal videtur propagatum. ¶ Feli crocoton, γαλῇ κροκωτὸς, subaudiendum das, aut addis. Dici solitum quoties honos additur indigno, & quos haud quaquam decet: aut quum datur quippiam iis, qui munere non norunt uti. Veluti si quis à Musis alienissimo bellissimum donaret librum. Crocoton vestis genus est rotundæ ac fimbriatæ, qua divites utebantur Matronæ. ¶ Minervæ felem, ἀθηνᾷ γαλῆν, subaudiendum comparas. Quum multò inferiora cum præstantioribus comparantur, quòd levicula quædam in re conveniant. Quid enim habet Minerva dea cum fele, præter glaucoma oculorum? Referet à Zenodoto & Suida.

Felinus, Adject. à Felis. Cels. *lib.* 5. in malagmate ad strumas, felini fletcotis meminit, si mendosus non est codex.

Fēlīx, icis, ab ἅλις, ἱκανός: aliis à fœtu. Prosper, beatus, fortunatus. {אשרי *ashré.* εὐδαίμων, ὄλβιος, μακάριος. GALL. *Heureux.* ITAL. *Felice, fortunato.* GERM. Sälig, glückselig. HISP. *Bienaventurado, dichoso.* ANGL. *Happe bleffed, luctie.*} Virg. 3. *Æneid.*

*Vivite felices, quibus est fortuna peracta*
*Jam sua.*

¶ Interdum propitium significat, qui scilicet alios felices reddit. Idem 1. *Æneid.*

*Sis felix, nostrúmque leves quæcunque laborem.*

Ubi Servius, Felix, propitia. Felix enim dicitur & qui habet felicitatem, & qui facit esse felicem. Unde & deos felices, vel infelices dicimus ex rebus quas præstant. Idem *in Daphnide,*

*Sis bonus ô, felixque tuis: en quatuor aras.*

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.*

*Felix qui patitur quæ numerare potest.*

Senec. *cap.* 15. *de tranq.* Circumcurrit tot scelerum felicium turba.

Ovid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

*Hen loca felici non adeunda viro.*

Ibid. *Eleg. ult. lib.* 4.

*Felices ambo, tempestivóque sepulti.*

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.*

*Hectora qui nosset, felix si Troia fuisset*

¶ Aliquando idem est quod utilis, sive commodus. εὐφορος. Martial.

*Illa manus quondam studiorum fida meorum,*
*Et felix domino, nunc age Cæsaribus.*

¶ Aliquando pinguis, fœcundus, ferax, fertilis. ὄλβιος, ἄρουρα. Virg. 2. *Georg.*

*Exiit ad cœlum ramis felicibus arbos.*

Martial. *lib.* 13.

*Hos Amiternus ager felicibus educat hortis.*

¶ Felix arbor, quæ fert fructum. Liv. *lib.* 6. *ab Vrb.* Nulla felix arbor, nihil frugiferum in agro relictum. Et Gell. *cap.* 12. *lib.* 19. Vitgulta felicia pomis gignendis. ¶ Hujus contrarium est Infelix, infortunatus, δύσκλης. Cic. 4. *Philipp.* Si quis Reipublicæ sit infelix, is felix esse non potest. Accipitur pro adversario. Virg. 7. *Æneid.*

*Aft ego magna Iovis conjunx nil linquere inausum*
*Quæ potui infelix.*

Ubi Servius: Infelix, id est, adversa Troianis. Aliquando pro sterili & infœcundo. Virg.

*Infelix lolium & steriles dominantur avenæ.*

Fēlīcĭtās, atis: Prosperitas, beatitudo. {אשר *esher.* εὐδαιμονία. GALL. *Bonheur, prosperité.* ITAL. *Felicità, prosperità.* GERM. Glückseligkeit, wolstand. HISP. *Bienaventuranza, felicidad.* ANGL. *Happinesse, prosperitie.*} Cic. *pro Fonteio.* Videor hoc levitet vobis pro mea authoritate præcipere posse, ut ex eo genere homines, quorum industria, virtus, felicitas cognita in re militari sit, diligenter vobis retinendos existimetis. ¶ Felicitas terræ, fœcunditas, apud Plin. *in Epist.* εὐφορία. ¶ Erat & Dea apud Romanos hoc nomine, cui ad impetrandum prosperos rerum institutarum successus sacra fiebant. August. 4. *de civit.* Quid felicitas? Dea est, ædem accepit, aram meruit, sacra ei congrua instituta sunt. Hujus contrarium est infelicitas. ¶ A Deo felicitas, Θεὸς δὲ δώρεις ἐν δίκῃ βρύει: id est, felicitas datur Deûm homini munere. Ut res nostræ benè cedant, id in nobis situm non est, sed à superûm arbitrio pendet. Hominum est conatus, Dei est eventus. ¶ Felicitas multos habet amicos, δίκῃ πολέμιος. Finitimum est illi, τὸ δίκαιον

cubare ἀνὰ σωμάτων: id est, felicibus cognatus est vel quilibet. Notior est sententia quàm ut requirat interpretem. ¶ Felicitas tardò invidiam effugit. Senec. *cap.* 2. *al.* 11. *de consol. ad Polyb.* Felicitatem suam non continuit Oceano Jul. Cæsar. Idem *cap.* 14. *de consol. ad Marc.* Felicitatis simulachrum. Suet. *in Tib. cap.* 4.

Felicitèr, adverbium: Prosperè, beatè, fortunatè. { Εὐτυχῶς, εὐδαιμόνως. Gall. *Heureusement.* Ital. *Felicemente.* Germ. Glücklich/oder glückseliglich. Hisp. *Bienaventuradamente y fortilmente.* Angl. *Prosperously, happily, with good lucke.* } Cic. 3. *de finibus.* Necessariò sequitur omnes sapientes semper feliciter, absolutè, fortunatè vivere, nulla re impediri, nulla re prohiberi, nulla egere. Plaut. *Mercat.* Feliciter is sapit, qui alieno periculo sapit. Virg. 1. *Georg.*

*Hic segetes, illic veniunt feliciùs uvæ.*

Suet. *in Claud. cap.* 7. Acclamante populo Feliciter. Plaut. *Aulul. sc.* 6. *a.* 4. Quæ res tibi benè felicitèque vertat.

Felicito, as: Felicem ac beatum facio. { ὠνῶ ἰσχύσαι. Εὐδαιμονίζω. Gall. *Rendre heureux, faire heureux.* Ital. *Felicitare, far felice.* Germ. Glücklich machen. Hisp. *Hazer bienaventurado.* Angl. *To make happie.* } ✠ Infelicito, hoc est, bonis omnibus spolio, infelicem reddo, de quo suo loco.

‖ Felico, as, felicem facio. Cath. ‖

Fellebre, à fellando, i. sugendo deductum. Solinus de Boa. Longo sæculo ita fellebri fœtietate ultimò ecruberatur, ut obsistere magnitudini ejus nulla vis queat: i. fellando ac sugendo uberè emulgendóque quæsita sagina & mole.

Fellicare, *fugere.* Legitur *Fellare*, apud Nonium *cap.* 2. *n.* 344.

Fellĕco, as: Lac exsugo. { ρᾳ γαλακτ. γαλάζω. Gall. *Tetter.* Ital. *Tettare, poppare.* Germ. Zußsaugen/oder außmelcken. Hisp. *Mamar leche.* Angl. *To suche milke out of a dugge.* } Solinus *in Collect.* Nequaquam mater pullo præbet ubera fellicanda. Alii legunt *fellitanda.* Nam fellare primùm fuit honestum verbum. Apud Nonium est *fellare* pro exsugere. Varro, Tum eum ad quem veniunt in hospitium lac humanum fellasse.

‖ Felonia, perfidia, ingratitudo, improbitas vassalli. ‖

Felsĭnā, vulgò *Bologna.* Urbs Italiæ, postea Bononia appellata, ut scribit Plin. *lib.* 3. *cap.* 15. in descriptione octavæ regionis Italiæ: Intus (inquit) colonia Bononia, Felsina vocitata, quum princeps Hetruriæ esset.

‖ Feltrum, filtrum, quia ex pilis & filis animalium fit, *feltro*: unde *feltratus.* Cod. Il. antiquarum, feltriæ vestes. Caleag.

Feltria, *Feltre.* V. E. ditionis Venetæ, sub P. Aquileiensi. Antonino est urbs Rhætiæ. ‖

Femĕn, inis, sumitur in eadem significatione qua femur. { ירך *yarech. pagia.* Gall. *La dedans de la cuisse.* Ital. *La parte dentro della coscia che si tocca con l'altra.* Germ. Das innet theil am schenckel bey der scham. Hisp. *El muslo por la parte de dentro.* Angl. *The inne parte of the thigh.* } Propriè tamen femina, teste Valla *lib.* 4 sunt interiores partes, remota exteriores: femina posteriores, remota anteriores. Plin. *lib.* 11. sic de apibus scribit: Prioribus pedibus feminas onerant propter matura scabra. Et *lib.* 28. Femina, inquit, atteri adurique equitatu notum est. Femina enim interiora equitando atteruntur, non exteriora. Hæc duo tamen interdum confunduntur femen & femur. Plaut. *Milit. sc.* 2. *a.* 2. In femine habet lævam manum. Mox, Feriens femur dextrum. Lucret. *lib.* 4.

——*ideo fastigia posse*
*Suorum ac feminum pedibus fundata plicari.*

Varro *lib.* 2. *cap.* 9. A feminibus summis corpore suppresso. ¶ Hinc Apuleius finxit vocabulum, Interfemineum, pro pudendis muliebribus, veluti positis inter femina. Col. *lib.* 7. Utile quoque & sub femina manum subjicere, ne ad hujusmodi tactum posthàc pavescant. ¶ Existimat Servius femen in nominativo non reperiri. Priscianus docet in raro usu. ¶ Femina etiam inferiores partes significant: nam à flexu dicta videntur. Ubi igitur junctura cum flexu pedis est, femina dicuntur. Plaut. *in Asin.* Sed tamen tu nempe eos asinos prædicas, vetulos, claudos, quibus obtritæ ad femina erant ungulæ. Colum. *lib.* 6. Femina secari, & interdum inuri solent.

Femellarius, feminis deditus, quem antiqui Mulierarium vocabant. Ita Hispani hodie *Mugeriego.*

Fēmĭnālĭa: Tegumenta feminum, & subligacula. { περιζώματα. Gall. *Le dedans de la cuisse, culotte.* Ital. *Le brache.* Germ. Badehr/schurtzfuch mit welchem die weiber ihr scham bedecken. Hisp. *Las bragas.* Angl. *Breeches or ores flockes.* } Suet. *in August.* Vide dictionem sequentem.

Fēmŏr, oris, quod & Femot dicitur, secundùm Phocam à ferendo, quòd his præcipuè partibus sustineatur animal, atque feratur. { ירך *merech. μηρός.* Gall. *La cuisse, ou le debors de la cuisse.* Ital. *Il difuor de la coscia.* Germ. Die außwendige dicke den schenckel/von oben herab bis auff die knie. Hisp. *El muslo por la parte de fuera.* Angl. *The out warde part of the right the hamme.* } Vide latiùs in dictione *Femen.* Plaut. *in Milit. sc.* 2. *a.* 2. Ecce autem advortit, nimirum lævæ, in femore habet manum: dextera digitis rationem computat, feriens femur dexterum. Livius 4. *bell. Pun.* Scipionis femur tragula confixum. Velleius, Ad femur alligare pugionem. Plaut. *Mil. sc.* 1. *a.* 1. Elephanto perfregisti brachium. P. Quid brachium? Illud volui dicere femur.

Fēmorālĭa, femorum tegmina, subligaculum. { מכנסים *michnesajim.* περιζώματα. Gall. *Des brayes, haut de chausses, culotte.* Ital. *Brache.* Germ. Ein bruch/niderkleid. Hisp. *Las bragas, muslos de calças.* Angl. *Slopes or ouer flockes, breeches.* } Suet. *in Augusto,* Quare quassato corpore neque frigora, neque æstus facilè tolerabat: hyeme quaternis cum pingui toga tunicis, & subucula, & thorace laneo & femoralibus, & tibialibus muniebatur. Legitur & feminalibus.

‖ Fen, ῆ. vox Arabica, est doctrina.

Fenna, ר. articulus, particula.

Fendo. Hoc simplex ponitur, quia sunt compositæ, defendo, offendo, infensus. ‖

Fēnestrā, à φαίνω, antiquè dicebatur *festra.* Locus apertus ad lumen accipiendum. { חלון *chalon.* חוּר *chor.* φαῦσις, lucere. Gall. *Fenestre.* Ital. *Finestra.* Germ. Ein fenster/tagloch. Hisp. *La ventana.* Angl. *A windowe.* } Ovid.

*Quà lumen thalamis parva fenestra dabat.*

¶ Interdum ponitur pro aditu, & via, & occasione. Terent. *in Heaut.* Huic quantam fenestram ad nequitiam patefeceris. Plaut. *Milit. sc.* 4. *a.* 1. Neque solatium, neque fenestra quasi clathrata. Ovid. 6. *Fast.* Per fenestram ire.

Fenestrŭla: Parva fenestra. Hieron. Sic autem una, vel plures fenestrulæ, juxta dispositionem Episcopi. Et per detractionem mediæ syllabæ, Festra, quod est ostium parvum in sacrario, ut ait Macrob. vide infra *festro.* ¶ Fenestram aperire, metaphor. Sueton. *in Tib. cap.* 28.

Fenestellā. & Fenestricula, & Fenestrula, diminutiva sunt à fenestra. { θυρίδιον. Gall. *Petite fenestre.* Ital. *Finestretta.* Germ. Ein fenstern. Hisp. *Ventanilla.* Angl. *A litle windowe.* } Col. *lib.* 1. *capit.* Granaria modicis fenestellis Aquilonibus inspicientur. Apul. *de Asino*: per quandam fenestrulam, quidnam ibi vellet tumultus, prospicere gesho. Laurenbergius. ¶ Est etiam *Fenestella*, nomen proprium historici, sæpiùs à Plinio citati, qui novissimo tempore Tiberii Cæsaris claruit: de hoc nomine ita Alciat. *in lib.* 11. *parergon*, Latini (inquit) veteres calvos in medio capitis fenestellas vocabant, quòd ea calvities fenestræ similitudinem præ se ferret: hunc que historici Fenestellæ nomen apud Plinium, quòd ea corporis parte glaber, author ejus familiæ fuisset. ¶ Fenestella item alius fuit, cujus de magistratibus Romanorum liber extat.

Fenestro, as: { θυρίδια, θυρίδας ποιῶ. Gall. *Faire fenestres & ouvrir quelque chose.* Ital. *Aprire qualche cosa, far una finestra.* Germ. Ein fenster machen/ein tagloch machen. Hisp. *Abrir alcuna cosa, hazer ventanas.* Angl. *To make windowes.* } Plin. *lib.* 11. *cap.* 36. Media oculorum cornea fenestravit pupilla.

Fenestrātŭs, a, um: Fenestris ornatus & abundans, perforatus. { πολύθυρος, διαφανὴς. Gall. *Percé, & fenestré.* Ital. *Aperto, fatto à finestre.* Germ. Durchfenstert/oder dan fenster hatt. Hisp. *Cosa con ventanas.* Angl. *That hath windowes, bored through.* } Plaut. Nulla est fenestratior domus.

Fenestrālis, adjectivum. { θυρίδος, ἡ θυρίς. Gall. *De fenestre.* Ital. *Cosa de finestra.* Germ. Das zu den fenstern gehört/oder von fenstern den nahmen hatt. Hisp. *Cosa de ventana.* Angl. *Of windowes.* } Ut, porta fenestralis. Ovid. 6. *Fast.*

Fērābĭtis, dicitur agrestis. Sisenna apud Nonium, partim ferabitis, partim lauro ac pinu abundant. Legendum *fera vite*, i. labrusca, quæ ἄμπελος ἀγρία.

Fĕræ, arum, à ferendo dictæ sunt, quòd cum impetu, & sine ratione ferantur: aut quòd naturali utantur libertate, & pro desiderio ferantur. { חית *chajáh.* θῆρες. Gall. *Bestes sauvages.* Ital. *Fiere, bestie salvatiche.* Germ. Wilde thier. Hisp. *Las bestias bravas y feras.* Angl. *wylde beastes.* } Propriè autem feræ dicuntur quæ ferocitatem habent, ut leones, pardi, lupi, quæ ubi mansuefactæ sunt, cicures appellantur. Ovid. *in Epistol. Ariad.*

*Mitius inveni quàm te genus omne ferarum.*

Idem 2. *Metam.*

*Vastarúmque videt trepidus simulachra ferarum.*

Quint. *lib.* 1. *cap.* 10. Non feras modò, sed saxa etiam, sylvásque duxisse, memoriæ proditum. ¶ Feræ bestiæ. Liv. 6. *bell. Pun.* & *lib.* 1. *d.* 4. *lib.* 6. *d.* 5. ¶ Fera tellus. Tibull. *lib.* 4.

*Nec fera Tereo tellus possessa colono.*

Et fera bestia, luxuria. Liv. *lib.* 34.

*Magna, minárque, fera.* (id est, ursæ.)

Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.* ¶ Interdum feræ significatio latiùs extenditur, ut omnia ferè bruta terrestria complectatur. Cicer. 1. *Offic.* Expertes rationis & orationis feræ. ¶ De fera comœdiâ, ἀχρὶς βίωσιμον. Dicebatur olim officiantì. Nam vulgò creditum, carnem ferinam comesam crebras osficiationes excitare. Venustius erit, si commodè transferatur ad supinos, officiabundos, & negligenter.

Fĕrīnus, a, um: Feralis, quod est ferarum. { θηρῶδες, θηριῶδες. Gall. *De beste sauvage, comme beste sauvage.* Ital. *Ferino.* Germ. Thierisch/das von wilden thieren ist/oder ihnen gleich ist. Hisp. *Cosa pertenuciente à fiera.* Angl. *Of a wilde beaste, resembling à wilde beast.* } Apuleius, Ferino, ac beluino ritu. Salust. *in Jugurth.* Getulis cibus erat caro ferina. *Ibidem*, Numidæ plerumque lacte & ferina carne vescebantur. Colum. *lib.* 10. *in Proœm.* Largior tamen pauperibus fuit usus, lactis copia, ferinâque, ac domesticarum pecudum carne. Cicer. 2. *de invent.* Nam fuit quoddam tempus quum in agris homines passim bestiarum more vagabantur, & sibi victu ferino vitam propagabant. Ovid. *Eleg.* 11. *lib.* 3. *Trist.*

*Natus es è scopulis, nutritus lacte ferino.*

Idem 5. *Fast.*

*Uberáque expositis illa ferina dedit.* { Lupa. }

¶ Ferina, absolutè aliquandò usurpatum: & subintelligitur caro. Virg. 1. *Æneid.*

*Implentur veteris Bacchi, pinguisque ferina.*

Fĕrus, a, um, à φέρω. Agrestis, & indomitus. { פרא *pere.* סרר *sorer.* ἄγριος. Gall. *Sauvage, farouche, cruel.* Ital. *Fiero, salvatico, indomito.* Germ. Grimm/wild/grausam. Hisp. *Fiero, brave y cruel.* Angl. *wyld, cruell, fierce.* } Cui opponitur cicur, & per translationem atrox, sævus, qui ferinum animum habet, vel qui duritiæ est vitæ, & animi crudelioris. Virg. 1. *Æneid.*

——*ferùm omnia Jupiter Argos*
*Transtulit.*

Cic. *ad Attic. lib.* 12. O fera tempora, quum dubitet Curtius consulatum petere. Ovid. 13. *Metam.*

*Pèque feros sensi.*

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.* Feri Manes: & umbræ Sarmaticæ. Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

*Ab ferus, & nobis nimium crudeliter hostis!*

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 1.

*Me fera jactatas hiemis.*

Et *Eleg.* 1. *lib.* 2.

*Parce, precor, fulmenque tuum, fera tela recunde.*

Idem 3. *Fastor.*

*Nec vos turba fori confu fraudate magistri* (id est, Lanistæ.)

Ibidem,

*Qui fera bella canunt.*

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.* Fera Germania. *Ibid.* Fera cædis plena. ¶ Fera flumina. Tibull. *lib.* 4.

*Et fera diffundes tecta ruentis aquæ.*

¶ Ferus, absque adjuncto, pro equo. Virg. *lib.* 1. *Æneid.* & pro cervo. Idem *lib.* 7. ¶ A ferus, componitur Semiferus. Unde semifera dicuntur animalia, quæ ex fero placidóque nascuntur, ut ex apto & suc: aut certè quæ nec placida, nec fera sunt, sed mediæ inter utrumque oriuntur, ut in volucribus hirundines: in campo lepores, cuniculi: in mari, delphini. Perferus, valde ferus. μισάνθρωπος. Varro *lib.* 1. *de re rust.* Boves perferi etiam nunc multi sunt in Dardania, & Media, & Thracia. ¶ Et per translationem, fera ulcera, fera scabies, feræ papulæ, quæ manu chirurgica non possunt perdomari.

Fĕrĭtās, ātis: Immanitas, naturæ asperitas. ✠ Manfuetudo. {ἀγριότης. Gall. *Fierete & sauvage maniere, brutalité, & cruauté sauvage.* Ital. *Fierezza, crudeltà.* Germ. Wilder grimmigkeit / grausamkeit. Hisp. *Fiereza, braveza, ò crueldad.* Angl. *Wyldnesse, cruelte, fiercenesse.*} Cæsar 3. *bell. Gall.* Cultu & feritate non multum à Germanis differebant. Martial. *lib.* 1.

*Postquam inter nos est, plus feritatis inest.*

Livius 4. *bell. Maced.* Lacetanos, deviam, & sylvestrium gentem, cùm insita feritas continebat in armis, tum, &c. Ovid. 4. *Fast.*

*Depositâ sequitur taurus feritate juvencam,*
*Quem toti saltus, quem nemus omne tremit.*

Idem *Eleg.* 6. *lib.* 4. *Trist.*

*Nec feritas animo* (leonum) *quæ fuit antè manet.*

Fĕrĭālĭă, ōrum, Feriæ erant Romanis, diis Manibus sacratæ: ita dictæ à ferendis ad tumulum epulis. {Νέκυια, ἐναγίσματα. Gall. *Iene dedié & consacré aux morts.* Ital. *Giorno dedicato ad offerii mortorii.* Germ. Ein feyrung oder opffertag den Todtischen Göttern oder Gaistern. Hisp. *Dia consegrado à los muertos.* Angl. *All soules day, a day dedicated to godde for the dead.*} Ovid. 2. *Fast.*

*Mane quia justa jacent, dixere Feralia luctum,*
*Victima placandis Manibusilla suis.*

Cicer. *Attic. lib.* 7. Eodem enim die video Cæsarem à Consilio post meridiem profectum esse, id est feralibus, quo Canusio mane Pompeium.

Fĕrālis, e, adj. Divum: Funestus, diræ, exitialis: à feralibus diebus, quibus epulæ in mortuorum sepulchra asserebantur. {Χοάνη, νεκρώσιμος, ἐνάγισμος. Gall. *Mortel, pestifere, pernicieux.* Ital. *Mortale, crudele.* Germ. Dan zu der todten feyrung gehörig / todtlich / klaglich / grausam. Hisp. *Mortal, cruel.* Angl. *Deadlie, mortall.*} Virg. 4. *Æneid.*

*Solâque culminibus ferali carmine bubo*
*Visa queri.*

Ovid. *Eleg.* 13. *lib.* 3. *Trist.*

*Funeris ara mihi ferali cincta cupresso*
*Convenit.*

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.*

*Tu tamen extincto feralia munera semper*
*Deque tuis lacrymis humida serta dato.*

Idem *lib.* 5. *Fast.*

*Et nunc feralis tempore aperta vides* (templa.)

Generaliter dicitur de omnibus ad defunctos pertinente. Unde Feales vittæ, quæ sunt funeri accommodatæ. Feralia amicula, sunt vestimenta quibus cadavera defunctorum vestita sepulchro conduntur. Feralia fœdera, tedæ ferales, & arma feralia, hoc est, mortifera. feralis officia, quæ inferis & defunctis exhibentur. Feralis cultus, pro funebri & lugubri. Feralis item arbor. Plin. *lib.* 16. *cap.* 10. Picea mortuis amat, atque frigora, feralis arbor, & funebri indicio ad fores posita. ¶ ferales præcones, quos antecambulones atratos, Latinè appellare possumus, ex quorum grege sunt funerum indictores. Budæus.

Fĕrax. Ferculum: vide *Fero.*

Fĕrĕbo, es, ui: Bullio. {Ζέω. Angl. *To bubble as water in seething.*} Horat.

*Volatúmque flola mea cùm deferbuit ira.*

Unde & Ferbesco, scis. Hujus composita sunt Defervbeo, quod est, à bulliendo cesso. Gell. propriè: Puer interea venerat, & olla deferbuerat, tempúsque esse coperat edendi. Efferbeo, ἀναζέω. Extra & valdè bullio. Vide *Fervo.*

¶ Ferdaria: vide *Fridaria.*¶

Fĕrē, adverbium, à fero, quia quod fertur, ferè adest. Fermè, propè, propemodum, penè, quasi. {ὡσεὶ *chimbat.* ὡσεὶ μικρὸν, σχεδόν. Gall. *Presque, il ne s'en faut guieres.* Ital. *Quasi.* Germ. Schier / darnach. Hisp. *Quasi, à poco mas à menos.* Angl. *Almost.*} ut, Ferè hominem occidisti: id est, parum abfuit, quin hominem occideris. ¶ Ferè, pro plerumque. Terent. *Phorm.* Quippe homo jam grandior, pauper, cui opera vita erat, ruri ferè sese continebat: id est, non semper, sed plerumque. Quinc. *lib.* 2. *cap.* 5. Nam in omnibus ferè minùs valent præcepta, quàm experimenta. Naut. *Cure. sc.* 2. *a.* 2. Nam ferè maxima pars morem hunc homines habent. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

*Sentit amans sua damna, ferè tamen hæret in illis.*

¶ Interdum in oratione ita construitur, ut intelligatur quædam universitas. πᾶς. Quinctil. Hæc ferè sunt emendatæ loquendi scribendique partes, id est, ferè omnes. Cic. *de Amic.* Meminit in eum sermonem incidere, qui tum ferè multis erat in ore, id est, ferè semper, vel ferè omnibus. Ferè (inquit Valla *lib.* 2.) de loco, de tempore, similibusque dicitur, ut utor ferè hac veste in faciendis sacris, id est omni ferè tempore. Ferè Romani orbem subegerunt, id est, ferètotum orbem. Fere fit ut juvenes ament, id est, ferè ubique. Liv. 1. *ab Urbe*, Contrahit celeritet similitudo eos (ut fere fit) malum malo aptissimum.

Fĕrentārii: vide *Fero.*

Fĕrentīnum, Φερεντῖνα Ptolemæo, *Viterbino*, oppidum est Tuscorum, juxta Fesulas, non procul ab Arno fluvio. Cujus oppidi incolæ dicuntur Ferentini Φερεντῖνοι. Author Plin. *lib.* 3. *cap.* 5. & Pomp. Mela *lib.* 2. ¶ Ferentinates autem, Latii populi sunt, apud eundem Plin. *loco jam citato*, quorum oppidum Ferentinum commemorat & Strab. *lib.* 4. Ferentina porta Romæ. Plutarch. *in Romul.*

¶ Ferentum, quod & Ferentinum & Ferentia, *Ferento*, patria Othonis Imperatoris. Volim E. Etruriæ, inter Falerium, & Viterbium: ob hæresim à Viterbiensibus solo æquata fuit. Ejus ruinæ inter Vicorchium & montem Flasconium spectantur, & vulgò *Ferento*, nuncupantur.¶

Fercula, æ, vitis cujusdam genus est, apud Columell. *lib.* 3. *cap.* 2. Irriolam (inquit) ferculáque non facilè asseveres quo gradu habenda sint.

Fĕrĕtrĭus, Φερέτριος, dictus est Jupiter non à pace ferenda (ut quibusdam visum est,) sed à ferendis spoliis. Nam Romulus devicto Cæninensibus, hostium spolia ferculo ad id facto, in Capitolium detulit, ibique ex quercu suspensa, Jovi consecravit, eodémque in loco Jovi Feretrio templum condidit, authórque fuit posteris, ut eò capta ex hostibus spolia deferrent. Vide Plut. *in Romul. & in Marc.* Liv. *lib.* 1. *ab urbe*, Iisdo exercitu victore reducto, ipse cùm factis vir magnificus, tum factorum ostentator haud minor, spolia ducis hostium cæsi suspensa, fabricato ad id ferculo gerens, in Capitolium ascendit: ibique ea quum ad quercum pastoribus sacram deposuisset, simul cum domo designavit Jovis templo fines, cognomenque addidit Deo: Jupiter Feretri, inquit, hæc tibi victor Romulus Rex regia arma fero: templúmque his regionibus, quas modò animo metatus sum, dedico: sedem opimis spoliis, quæ regibus, ducibúsque hostium cæsis me auctorem sequentes posteri ferent. Hæc templi est origo, quod primum omnium Romæ sacratum est. Ita deinde dis visum, nec irritam conditoris vocem esse, qui laturos eò spolia postetos nuncupavit: nec multitudine competum ejus doni vulgatam laudem. Bina postea inter tot annos, tot bella, opima parta sunt spolia: adeò rara ejus fortuna decoris fuit. ¶¶ Est præterea Feretrius, vel Feretranus Mons, *Monte Feltro*, provinciæ dictionis hodie Urbinensis, cujus caput est S. Leonis oppidum munitissimum, quod habet Episcopum Urbinensi A. Suffraganeum. Vide *Leopolis.* Episcopus vulgò dicitur Montis Feltri.¶

Feretrum: vide *Fero.*

Fēstus, a, um, quasi fessus, à fessis. Dies cessationem ab opere: ita dicti vel à fatiscendo stichnis, vel ab epulis ferendis: in his enim epulæ fiebant ex pecorum frugúmque proventibus. {חַג *haiśreth,* שַׁבָּת *schabbáth,* יוֹם *chagh, ἑορτή, πανήγυρις.* Gall. *Feries, festes, jours de fêtes.* Ital. *Feria, giorni quieti.* Germ. Feyertag / festtag. Hisp. *Los festas, dias de guardar.* Angl. *Holy dayes, dayes vacant from labour.*} Cic. *de legibus*, Feriis jurgia amovento. Festus, Ferias antiqui festa vocabant: & alix erant hoc die festo, ut nundinæ: alix cum festo, ut Saturnalia: quibus adjungebantur epulationes ex proventu fœtus, pecorum, frugúmque. ¶ Feriæ præcidaneæ quid, docet Gell. *cap.* 6. *lib.* 4. Ferias servare. Idem *cap.* 28. *lib.* 2. Idem *Cæs. sc.* 1. *a.* 4. Lucrum, ludum, iocum, festivitatem, feriæ. ¶ Esuriales feriæ, vide *Esuriales.* ¶ Feriæ vindemiales exercent militem. Gell. *cap.* 4. *lib.* 16. Feriarum æstivarum tempus. Idem *cap.* 15. *lib.* 9. ¶ Feriarum autem apud antiquos multa erant genera, quæ polluì dicebantur, si in his aliquod opus fieret. Erant enim inter feriis aliæ publicæ, aliæ familiis quibusdam proprix. Feriarum publicarum quatuor erant genera, ut docet Macrobius *lib.* 1. *Saturn. cap.* 16. Stativæ, universo populo communes, quæ certis & constitutis diebus fiebant, in quibus præcipuè servabantur Agonalia, Carmentaria, Lupercalia. Conceptivæ, quæ quotannis à magistratibus, vel sacerdotibus concipiebantur in certos, sive incertos dies, ut Latinæ, Sementinæ, Paganalia, Compitalia. Cic. 1. *de nat. deor.* Nam quum feriis Latinis ad eum ipsius rogatu accessissémque venissem. Ferias autem Compitalia, quemodò prætor concipiebat, vide apud Gell. *cap* 24. *lib.* 10. Imperativæ, quas Consules, vel prætores pro arbitrio indicebant extra ordinem pro salute Reipublicæ, aut Principis, aut ob rem feliciter gestam. Nundinæ paganorum erant ac rusticorum, quibus ad negotia & merces conveniebant. Erant præterea proprix familiarum feriæ, quas quæque familia ex usu domesticæ celebritatis observabat, ut Claudiæ feriæ, & Æmiliæ. Item singulorum, ut natalium dierum, quæ Natalitia dicuntur, & fulgurum & funerum expiationis. ¶ A feriis festi dies dicti sunt Feriati, hoc est, in quibus feriæ celebrabantur. ¶ Ignaris semper feriæ sunt, ἀεργῶν πάντα ἑορτή. Aptè accommodabitur in eos, qui nunquam non causantur aliquid, quòd sint in otio, quique optant dies festos, quò liceat otiari, venerique & voluptatibus indulgere.

Fēstō, & Feriōr, āris: deponens. Vaco ab opere, cesso, quiesco. {שָׁבַת *schabath.* חָגַג *chagh.* σχολάζω, σχολὴν ἄγω. Gall. *Cesser, se reposer, fester, ne faire rien.* Ital. *Far feria, far vacanza.* Germ. Feyren. Hisp. *Guardar fin obra la fiesta.* Angl. *To keepe holy day to be unoccupied.*} Vacare ab aliquo opere, vel studio. Ut feriari ab studiis. Tribon. ad Cic. *lib. Epist.* 12.

Fēstātus, a, um: Quietus, otiosus, nihil agens. {שָׁבוּת *schebúth.* חָגַג *chagh.* σχολάζων. Gall. *Qui fait la fête, qui ne fait rien, qui est oisif.* Ital. *Otioso, che non fa nulla.* Germ. Gefeyrter / müssig. Hisp. *El que es de fiesta, ocioso y sin obra.* Angl. *That keepeth holy day, idle.*} Trebonius *Ciceroni*, Illud quoque nobis erit curæ, ut Cratippus unà cum eo sit, ne putes in Asia feriatum illum ab iis studiis, in quæ tua cohortatione incitatur, fuisse. Plaut. *in milite.* Tibi ego dico, feriatus ne sis. Martial.

*Nec feriatus ibat ante carruscam.*

Cicer. 1. *de natura deorum*, Deum sic feriatum volumus cessatione torpere. ¶ Feriatos dies, in quibus feriæ aguntur. ἐορταί. Gell. *cap.* 10. *lib.* 15.

*lib.* 19. Die feriato, &c. Plin. *in Epistol.* Nam & menstruum meum calendis Septembris finitur, & sequens mensis completur dies feriatos habet. Idem *lib.* 18. *cap.* 6. Malum paterfamilias, quisquis interdiu faceret quod noctu posset, nisi tempestate coëli: pejorem, qui professus diebus ageret quod feriatis deberet: pessimum, qui sereno die, sub tecto potiùs operaretur, quàm in agro. Contrà, Profesti dicuntur, qui feriati non sunt. Feriata machæra, qua quis non utitur. Plaut. *Milit. sc.* 3. *act.* 1. Hanc machæram mihi consolati volo: Ne lamentetur, neve animum deiponderet, quia se jampridem feriatam gestirem: Quæ misera gestit fractum facere ex hostibus. Malè feriatus, id est, Ignavus, inutili otio vacans, ait Budæus. Et, malè feriati homines dicti sunt à Gellio *cap.* 22. *lib.* 10. ii pseudophilosophi, qui abutentes bono otio, in tricis & futili argutiarum puerilium meditatione, nihil ad vitam vel ruendam, vel ordinandam promoventium consenescunt. Malè feriati Troes. Horat. 4. *Carm. Ode* 6.

Fĕrĭātĭcŭs, idem quod feriatus, vel festus, ut dies feriatici, pro feriati. Ulpian. *lib.* 2. *de feriis*: Divus Marcus effecit de aliis speciebus Prætorem adiri, etiam feriaticis.

Fĕrĭo, is, ire, sine præterito & supino, idem quod percutio, à φίρω. { מכה *hicheáh*, מרה *charáh*. πάιω, τύπτω. Gall. *Ferir, frapper.* Ital. *Ferentare, ferire.* Germ. Schlagen. Hisp. *Herir.* Angl. *To strike or smite.* } Virg. 9. *Eclog.*

*Occurrere capro, cornu ferit ille, caveto.*

Plautus *in Amphitryone*, Non tu sos, Bacchæ bacchanti si vis advorsarier, ex insana insaniorem facies, feries sæpiùs. Idem *Menæch. sc.* 1. *a.* 1. Fores ferio! feri, placidè pulta. Idem *Prolog. Amphitr.* Adest, ferit (id est, pulsat ostium.) Idem *Milit. sc.* 2. *a.* 1. ferienti femur dextrum. Senec. *epist.* 89. Ea, quæ oculos ferunt maximè movent. Quintil. ferri simili ictu (de repentino vulnere orbitatis.) Idem, Ferunt animum sententiæ. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Quos dum ferias tibi plus noceas. Senec. *cap.* 9. *de consol. ad Marc.* Ferimur à fortuna ex inopinato. Ovid. *Eleg. ult. lib.* 4. *Trist.*

*Dum ferit Ausoniâ carmina culta lyrâ.*

¶ Ferire item, est sancire, firmare. Unde ferire fœdus dicimus. Virg. 10. *Æneid.*

——*haud mora, Turnus*
*Immisit sese, fœdúsque ferit.*

Cicer. *pro domo sua*, Sed uno tempore cautiones fiebant pecuniarum, fœdera feriebantur provinciarum. Origo harum loquutionum inde tracta est, quòd antiqui fœdus & pacem solenni pompa cum hostibus ineuntes, porcam saxo silice feriebant. Id constat ex *lib.* 1. Livii, ubi vetustissimi fœderis tenus describit. ¶ Ferire item pulsare est, κρούειν. Plautus *in Amphitr. sc.* 1. *a.* 4. Feriam fores, aperite. Ferire jugulum, est inferre mortem, jugulare. ¶ Ferire munere, est mulctare munere, seu munera emungere. Terentius *Pherm.* Porrò autem Geta ferietur alio munere, ubi hera peperierit: porrò autem alio, ubi erit puero natalis dies. ¶ Spectris feriuntur oculi. Cicer. *Cassio lib.* 11. *epist.* Ferite aures, pro excitate. Quint. *lib.* 9. *cap.* 3. Quæ etiam si fuerint crebriores, aures consuetas minùs ferient. ¶ Hujus compositum est Referio, quod est Repercutio, ἀνταίρω. Plaut. *in Asin.* Patitor tu idem quum ego te referiam.

Fĕrĭo, as: vide *Feria.*

Fĕrĭtās: vide *Ferus.*

Fĕrmè, & fermi, à ferè: ut à gero germen, vel ab ἀγχοῦ. Ferè, penè, propè, propemodum. { כמעיר *chimkáth*. χαδόν. Gall. *Presque, peu s'en faut, à peu prés.* Ital. *Quasi, poco meno.* Germ. Schier, gar nach. Hisp. *Quasi, à poco mas à menos.* Angl. *Almost.* } Terent. *in Andr.* Jam fermè moriens me vocat, id est, quum parum abesset, quin moreretur. ¶ Ponitur quandoque pro facilè, ῥᾳδίως. Terent. *in Andria*, Fidelem haud fermè mulieri invenias virum. Ubi Donatus, *fermè* pro facilè posuit: Fermè facilitatem significat, quia sunt adverbia extenuationis. Plaut. *Pœnul.* Facio quod manifestè deprehensi mœchi haud fermè solent.

Fermentum, i, à ferveo. Farina quæ subigitur priusquam addatur sal, ad pultis modum decocta, & relicta donec acescat. { שאר *seor.* ζύμη, ζύμωμα. Gall. *Levain.* Ital. *Lievito.* Germ. Heidl Sauerteig. Hisp. *La levadura.* Angl. *Leaven or sower dough.* } Dictum quasi fervamentum, quòd fervendo crescat. Plin. *lib.* 18. *cap.* 7. Spuma ita concreta pro fermento utuntur. Jacere in fermento, ἐν τῇ ζύμῃ κεῖσθαι, per translationem dicebantur qui animo essent ægro, quique iracundia turgerent. Plaut. *in Most.* Nam mea uxor propter illum tota in fermento jacet: id est, inflata est & irata. Idem *in Cas.* Dii te servassint mihi. Nunc in fermento tota est, ita turget mihi. Ædepol ego illam mediam diruptam velim. ¶ Fermentum translatum ad terram, id significat quod glebas resolvit, tumidámque terram ac raram reddit: quemadmodum conspersionem rarefacit fermentum. Col. *lib.* 3. *cap.* 11. parum quod superest inferioris soli, castris licet effodere, & in fermentum congerere atque componere. Idem *lib.* 4. *cap.* 1. Repastinata humus, dum est recens, soluta, laxatáque, velut fermento quodam intumescit.

Fermĕnto, as: Fermento misceo, seu crescere facio. { חמן *chamátz.* ζυμόω. Gall. *Mettre du levain, faire lever ou enfler la paste, affaisonner de levain.* Ital. *Far lievitar la pasta.* Germ. Heffen oder sawren teigen. Hisp. *Levadar.* Angl. *To leaven, to mixte leaven with dowe.* } Plin. Quum fieret panis hordeaceus, cicerculæ farinæ admistione fermentabatur. ¶ Transfertur etiam hoc verbum ad terræ culturam, quæ tunc fermentari dicitur, quum rarefit, & spissæ illæ glebæ resolvuntur & augentur, & veluti inflantur: quemadmodum conspersio, hoc est, farina illa subacta, & in massam redacta, intumescit, addito fermento. Varro *lib.* 1. *de re rustic. cap.* 38. Stercus optimum scribit esse Cassius volucrum, præter palustrium, ac nauticum. De hisce præstare columbinum, quòd calidissimum sit, & fermentare possit terram. Colum. *lib.* 2. *cap.* 15. Maximè tamen columbinum probamus, quod modicè sparsum, terram fermentare comperimus. Quo in loco nonnulli exposuerunt fermentare pro stercorare, & pinguefacere, quòd viderent Columellam de stercore columbino loqui, quo agrum pinguiorem reddi credunt. Sed eam non esse mentem Authoris, ex diversis ejus locis facilè potest deprehendi. Ita enim habet *lib.* 4. *cap.* 1. Quid quòd repastinata humus, dum est recens, soluta, laxatáque, velut fermento quodam intumescit: quum deinde non longissimam cepit vetustatem, condensata subsidit! Quo in loco vocat terram fermento intumescentem, quam alibi vocat fermentatam. Pro eodem etiam dixit Humum resolutam, eique opposuit densam *lib.* 2. *cap.* 2. Sed ex his nihil non melius resoluta humo, quàm densa provenit. Quod noster quoque Virgilius, quum & alias fœcundi arvi laudes retulisset, adjecit:

*Et cui putre solum, namque hoc imitabere arando.*

Neque enim aliud est colere, quàm resolvere & fermentare. Ex quibus Columellæ verbis clarissimum est, fermentare terram, nihil aliud esse, quàm diligenti cultura, pastinatione, sive etiam calidis stercoribus, quale est columbinum, terram putrefacere, resolvere, & rariorem reddere.

Fermentéscere, est crescere, & rarescere, addito fermento: & propriè de pane dicitur. { עגת *basiéh.* ζυμῶσις. Gall. *Estre levé ou enflé de levain, s'enfler ou lever comme la paste.* Ital. *Lievitarsi, enfiare.* Germ. Aufgehn, oder geschwellen von dem sawrteig. Hisp. *Levadar.* Angl. *To swell by leaven.* } Quamvis etiam ad terram transferatur, quæ tunc fermentescere dicitur, quum densitas illa glebarum rarefit, & resolvitur. Plin. *lib.* 18. *cap.* 8. Quum teratur inter digitos fermentescens. Idem *lib.* 17. *cap.* 2. Tellus quoque illo modo fermentescit, & succi plena, ac lactescentibus saris non effœta, quum tempus aperit, tepidis arridet horis.

¶ Ferna, *Fern.* V. E. Hiberniæ, sub A. Cassiliensi. ¶

Fĕro, fers, tuli, latum. à φίρω. Propriè significat porto. { נשא *nasa*, סבל *sabál.* φίρω. Gall. *Porter.* Ital. *Portare.* Germ. Tragen. Hisp. *Llevar à traer.* Angl. *To carie, to beare.* } Virg. *lib.* 5. *Æneid.*

*Vix illam famuli Phlegeton Sagarisque ferebant.*

¶ Facit etiam præteritum, tetuli, ut apud Terent. teste Diomede *lib.* 1. *Grammat.* Huc tetulissem pedem. ¶ Ferre annos dicitur vinum. Quintilian. *cap.* 4. *lib.* 2. Item, Ferre ætatem. Plinius Cæcil. *de rem. Baren.*

*Digna ferat, quod si quis inaniter adjuraverit.*

Ovid. *Eleg.* 8. *lib.* 1. *Trist.*

*Augurium ratio est, & conjectura futuri:*
*Hæc divinavi, notitiámque tuli* (i. adeptus sum.)

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Trist.*

*Ingeniique mihi laude ferêre mei* (i. dicêris.)

¶ Ferri ordine (id est, ordinem sequi.) Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Disp.* ¶ Pro Accipere. Plaut. Hinc dimidium, aut plus feres.

——*Lares delubra tulerunt.*

Ovid. 6. *Fast.* ¶ Pro ire. Suet. *in August. cap.* 31. sese ferebant succincti ferro. Pro adferre. Gell. *cap.* 1. *lib.* 5. Ferre medicinas. Et Plaut. *Aulul. sc.* 5. *a.* 3. Mores pro dote ferant. Et *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Feras argentum, id est, auferas, accipias. Ovid. 13. *Metam.*

*Quidve domum fertis decimo, nisi dedecus, anno.*

Tibull. 4.

(Sol) ——*æstivum fertur in orbem.*

¶ Ferri, pro funere efferri. Plaut. *Aulul. sc.* 3. *a.* 1. Cras veniat, petendie feratur foràs. Et Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Trist.* sine funere ferri (id est, auferri.) ¶ Pro Digoari. Idem *in Epist.*

*Servus erus, servo nubere Nympha tuli.*

¶ Aliquando pro Inferre. Livius *lib.* 4. *bell. Pun.* Vitandæ, non inferendæ fraudis causa, hoc consilii capimus. ¶ Pro Auferre, sive accipere. Ovid. 13. *Metam.*

*Ipse tulit pretium jam nunc certaminis hujus.*

Item Sueton. *in Tiber. cap.* 16. Ferre pretium perseverantiæ. ¶ Aliquando Tolero, patior. Terentius *in Heautont.* Nam quem ferret, si parentem non ferret suum? Aliquando duco, dirigo, ἄγω. Livius *lib.* 1. Pergit ad proximam speluncam, si forte eò vestigia ferrent. Virg. 6. *Æneid.*

*Hinc via tartarei quæ fert Acheruntis ad undam.*

Cels. *lib.* 7. *cap.* 4. si intus fistula fert, i. tendit, fertur. ¶ Sæpe etiam accipitur pro dicere, præsertim in tertiis personis. Λέγεται. ut, Sic ferunt homines, hoc est, sic loquuntur, aut dicunt. Tacit. *lib.* 1. Ex Caio Cæsare se genitum ferebat. Liv. *lib.* 1. *ab Urbe*, Faullulo fuisse nomen fertur. Cicer. *de Amic.* Quod Tarquinium dixisse fertur tum quum esset exul. Virg. 1. *Æneid.*

*Quam Juno fertur terris magis omnibus unam*
*Post habita coluisse Samo.*

¶ Aliquando Exhibeo. Idem 3. *Æneid.*

*Sacra Dionææ matri, divisque ferebam.*

¶ Aliquando Concupisco, ὀρέγομαι, ἐπιθυμῶ. Salust. *in Catil.* Tum Catilina polliceri tabulas novas, proscriptiones locupletum, magistratus, sacerdotia, rapinas, atque alia omnia quæ bellum, & libido victorum fert. Lucan. *lib.* 1.

*Fert animus causas tantarum exponere rerum.*

Ovid. 1. *Metam.*

*In nova fert animus mutatas dicere formas*
*Corpora.*

¶ Aliquando Extollo. αἴρω. Salust. Consulares omnes, itémque Senatus magna pars sententiam ejus laudant, virtutem animi ad cœlum ferunt. ¶ Aliquando Gigno, produco. γεννάω. Virg. 11. *Æneid.*

*Si dnæ præterea tales Idæa tulisset*
*Terra viros.*

Suet. *in Aug. cap.* 63. Ex Livia nihil liberorum tulit. Idem *in Tib. cap.* 47. & *in Calig. cap.* 7. ¶ Aliquando Habeo. Virg. 5. *Æneid.*

*Ferre sui decorat monumentum & pignus amoris.*

¶ Aliquando Affero. Idem 11. *Æneid.*

*Legati responsa ferunt.*

¶ Aliquando Confero. συμφίρω. Idem 3. *Æneid.*

——*quibus acer Eryx in prælia fratrem*
*Ferre manum.*

¶ Aliquando Disturbo. ἀλλοφίρω. Idem *lib.* 1. *Æneid.*

*Quippe ferant rapidi secum, verstátque per auras.*

¶ Aliquando Offero. ἐνδείκνυμι. Idem 11. *Æneid.*

——*captivo fove ut se ferret in auro*
*Venatrix.*

¶ Aliquando Consulo, χειροτονέω: ut, Pompeius tulit ad populum. Sic ferre ad Senatum, est Senatum aliqua de re consulere, ἀναφέρειν τινὰ εἰς τὴν σύγκλητον. ¶ Aliquando Aufero, ἁρπάζω. Virg. *in Daphnide*,

——*postquam te fata tulerunt.*

Idem 9. *Eclog.*

*Omnia fert ætas*: id est, aufert.

¶ Aliquando Refero, seu recipio. Terent. *in Adelph.* Pro labore ab his fero odium: id est, φέρω, ἢ φέρομαι φθόνον. ¶ Aliquando Assequor. Terent. *se.* 9. *a.* 5. *in Eunucho*. Hoc si effeceris, quod vis donum & præmium à me optato, id optatum feres. Et *in Adelphis*, Ni faciant quod illos æquum est, haud sic ferent, id est, obtinebunt. ¶ Quòd si cum his verbis, præ me, præ te, vel præ se, additur, significat dicto, vel facto, vel gestu aliquid ostendo, confiteor. δηλόω, ἐνδείκνυμι. ut, Præ se fert iram. Quintil. Fiduciam igitur præ se ferat orator, sempérque ita dicat tanquam de causa optimè sentiat: id est, ex ipso aspectu oratoris, ex ipsa voce, ex ipsa oratione eluceat fiducia: quemadmodum qui pugnaturi sunt, in vultu & gestu indicant tacitam vel formidinem, vel fiduciam, hoc est, præ se ferunt fiduciam, formidinémve. Cicero, Nam ille qui accepit injuriam, meminit, & præ se fert: id est, se mentem persequendæ injuriæ habere ostendit. ¶ Ferre ærem, est assuescere æris varietati, quæ obest. Virg. *lib.* 2. *Georg.*

*Quam semel hauserunt arvis, aurásque tulerunt.*

¶ Ferre tribum, ferre centuriam dicitur is qui tribum, vel centuriam habuit sibi suffragantem. Cic. *pro Plancio*, An tandem unius centuriæ prærogativa tantum habet authoritatis, ut nemo unquam prior eam tulerit, quin renunciatus sit? Idem 4. *Philipp.* An tum quum ea factus, unam tribum sine Curione ferre potuisses? Ferre suffragium, est suffragari, judicare, sententiam ferre. Cicer. *Attic. lib.* 1. Idémque refert ut universus populus in campo Martio suffragium de cæde P. Clodii ferat. ¶ Ferre sententiam, est pronuntiare. Idem *pro Cluentio*, Vos autem Judices de hominum fortunis sententiam fertis. ¶ Ferre fortunam, pro uti. χρῆσθαι τῇ τύχῃ. ¶ Ferre expensum, est id quod alicui dederis, in rationes referre. Cui opponitur referre acceptum, quod est, Id quod acceperis ab aliquo, in rationes referre inter accepta. Qui plura ea de re nosse cupit, videat Adrian. Cardinalem, qui diligentissimè hæc explicuit. ¶ Ferre judicem alicui, pro judicio aliquem lacessere, & judicem offerre. Cicer. *pro Q. Roscio*, Quem ego si ferrem judicem, refugere non deberet; quum testem producam, reprehendere audebit? ¶ Ferre conditionem, pro offerre & præscribere. Idem *pro Quintio*, Conditionem tuli, si vellet pecuniam petere, Quintium judicatum solvi, satis daturum. Idem *pro S. R.* Hanc conditionem misero ferunt. Ferre annos & vetustatem, sive perferre, dicuntur vina propriè: quod ad alia quoque transfertur, & significat, Vetustate non exolescere. Quintil. *lib.* 2. *cap.* 4. Quare mihi ne maturitas quidem festinet, ac multa in lacum statim austera sint: sic & annos ferent, & vetustate proficient. Idem *lib.* 10. *cap.* 1. Paucos enim, vel potiùs vix ullum ex iis qui vetustatem pertulerint, existimo posse reperiri, qui judicium adhibentibus non allaturus sit utilitatis aliquid. Sumpta à vinis metaphora, quæ non fugiunt. ¶ Fert natura, id est, Per naturam licet. Cæsar 3. *belli civil.* ¶ Natura fert ut extrema ex altera parte graviter, ex altera autem acutè sonent: id est, naturâ comparatum. Cicer. *in somnio Scip.* Quintil. Si res in contrarium tulit. Ovid. 5. *Fast.*

——*Si quid fert impetus, opto:*
*Omne feres.*

Senec. *lib.* 16. *de consol. ad Marc. cap.* 16. Si benè fers (amissum filium) magna solatia (relicti nepotes:) si malè, magna onera. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

*Et tuleris quòd me casus, & unda subit.*

¶ Ferre se pro cive. Liv. *lib.* 4. *d.* 4. ¶ Composita sunt, Affero, aufero, antefero, confero, circumfero, superfero, transfero, quæ habent penultimam correptam. Tetuli: Plaut. *Amph.* Et manum prehendi, & osculum tetuli tibi. ¶ Ferens, entis. Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 1. *Trist.*

*Ut mare subsidat, ventíque ferentibus utar.*

¶ Latus, a, um. Plaut. *Amph.* Divinitus non metuo, quin uxori latæ suppetiæ sint. ¶ Lātor, is, verbale. {נשא *nasa*. נבל *sabal*. φορέω, κομιστής. Gall. *Porteur.* Ital. *Latore, portatore.* Germ. Ein träger. Hisp. *El portador.* Angl. *A carryer, or bearer.*} ut, Lator legis, qui & legislator uno verbo dicitur, ille est qui promulgavit, vel instituit, vel tulit legem, νομοθέτης. Cicer. 1. *de natura deorum.* Ferrémne civitas ulla latorem istiusmodi legis, ut condemnaretur filius, &c. Aliquando ponitur pro Tabellario, χαρτοφόρος. Suet. *in Caligula*, Quasi universa tradita insula magnificas Romam litteras mitat, monitus sæpe latoribus, vehiculo ad forum usque & curiam pertenderent. Latorius, adject. ut, Latoria lex. Cicer. 3. *Offic.* Atque ille dolus malus etiam legibus erat vindicatus, ut tutela 12. Tab. & circumscriptio adolescentium, lege Latoria. Quo in loco antiquissimi codices scriptum habent, lege Pletoria, à Pletoro lata. Sed legendum, *Lateria*. Latio, onis. Liv. *lib.* 8. *dec.* 4. Latio suffragii.

¶ Feraculum, feraculum, instrumentum ferendo aptum. Ulp.

Fērāx, ācis: Fertilis, fœcundus. {פרה *parâh*. ἔκφορος. Gall. *Qui porte & rapporte beaucoup, fertile, de grand rapport.* Ital. *Fertile, fecundo, abundante.* Germ. Fruchtbar. Hisp. *Cosa fertil.* Angl. *Fertile, fruit full, rancke.*} Plaut. *in Epidic.* Nullum esse agrum opinor in agro Attico æquè feracem, quàm hic noster Periphanes. Colum. *lib.* 1. *cap.* 3. Nullus feracior, & uberior locus, &c. Plin. Utram fetax bonarum artium seculum videremus.

Fērācissĭmus, superlativus: Fertilissimus: ἀφορώτατος. Plin. *in Panegyrico*, Tantis segetibus induebatur, ut cum feracissimis terris quasi nunquam cessura certaret.

¶ Feraculus, aliquantum ferax. Cath.

Fērācĭtās, ātis: Fertilitas, fœcunditas, {פרי *perî*. ἔκφορος. Gall. *Fertilité, abondance, fecondité.* Ital. *Fertilità, abondanza.* Germ. Fruchtbarkeit. Hisp. *Fertilidad.* Angl. *Fertilitie or fruitfulnesse.*} Colum. *lib.* 3. *cap.* 2. Ubi nihil erit, aut non multum, quod promittet feracitatem, potiùs sequemur, &c.

¶ Feritas, fertilitas, à ferendo dicta. Tertull.¶

Fertĭlis, e, adjectivum: Ferax. {פרה *parâh*. ἔκφορος. Gall. *Fertile, abondant, de grand rapport.* Ital. *Fertile, abondante, grasso, fruttuoso.* Germ. Fruchtbar, baar vel tregl. Hisp. *Fertile, abondante, fructuoso.* Angl. *Fertile or fruitfull, rancke.*} Col. *lib.* 4. Ut ex his partibus trunci sumantur, quæ & genitales sunt, & maximè fertiles. Ubertimos, maximéque fertiles agros incolere. Cic. *de Div.* Virg. 2. *Georg.*

——*hic fertilis uva,*
*Hic latick, qualem pateris libamus & auro.*

Plin. *lib.* 14. *in Proœm.* Tanto priscorum cura fertilior, aut industria felicior fuit. Ovid. 4. *de Pont.*

*Fertile pectus habet, instrúxque Helicona colonus*
*Uberibus nulli provenit ista seges.*

Tibull. *lib.* 4.

——*Dum terna per orbem*
*Sæcula fertilibus Titan decurrerit horis.*

Plin. Capratio in quæstu fertilissimo. Ovid. 1. *de arte*,

*Fertilior segeti est alienis semper in agris.* Hinc

Fertĭlĭtās, sicut à ferax feracitas: Ubertas agrorum, bonitas agrorum. {שבע *sabâh*, מושׂ *mosh*. δίωμος, εὐθηνία, εὐφορία. Gall. *Fertilité, abondance.* Ital. *Fertilità, abondanza.* Germ. Fruchtbarkeit. Hisp. *Fertilidad.* Angl. *Fertilitie, plentie, abundance.*} Columell. Id enim non accidit palmitis fertilitate, Fertilitas loci. Cæsar 2. *bell. Gall.* Cic. 2. *de divinat.* Quæ sit vel sterilitas agrorum, vel fertilitas futura. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

——*magnæ fertilitatis opus* {i. res Augusti.}

Fĕrentārii, orum: Levis armaturæ milites, auxiliatores, à ferendo auxilio, ut quicquid opus esset, auxilio ferrem, ex cursu leves, armis gravibus non impediti, sed enses & telis tantùm instructi. Hæc Nonius. ἀκροβολισταί. Varro autem ferentarios vocat milites, qui fundis, lapibúsque pugnabant: quæ tela ferentur, non tenentur. Sallust. *in Catil.* Postquam eò ventum est, unde à ferentariis prælium committi posset. Hi & Velati vocabantur, ut inquit Festus, quòd vestiti inermes sequerentur exercitum. Tacit. *lib.* 11. Sed eò quoque irrupêre ferentarius, gravisque miles, illi telis assultantes, hi confecto gradu. *Ibid.* Ferentarios vocat Auxiliares, Graves autem Legionarios.

Fĕrcŭlum, teste Nonio, Missus cibi, ita dictus, quòd ad mensam inferatur. {παρατιθέμενον, παραφερόμενον, παράθεσις. Gall. *Un mets de viande, qu'on porte & met sur la table, un service de table.* Ital. *Vivanda, che si porta in tavola.* Germ. Ein tracht. Hisp. *Manjar ò cosa que se lleva en plato.* Angl. *A messe or dish of meate borne to the table.*} Juven. *Satyr.* 1.

——*quis fercula septem*
*Secretò cenavit avus.*

Horat. 1. *Sermon. Satyr.* 6.

*Multáque de magna superessent fercula cœna.*

¶ Aliquando sumitur pro gestamine, quo pompa deferri solet. Φορεῖον. Suet. *in Cæsare*, Pontico triumpho, inter pompæ fercula trium verborum prætulit titulum, *Veni, Vidi, Vici.* Hoc est, inter pompæ triumphalis gestamina. Quo nomine continentur simulachra oppidorum, spolia hostium, coronæ, machinæ, & id genus alia quæ ferri solent in pompa triumphali: sicut fercula ludorum, quæ in ludis: sacrorum, quæ in sacris. Acron etiam docet, fercula esse pulpita, in quibus Deorum simulachra reponebantur: quia in pompa Circensi (hoc est, celebritate ludorum Circensium) hujusmodi simulachra deorum ferebantur. Cic. *lib.* 1. *Offic.* Cavendum est, ne tardidatibus utamur in egressu mollioribus, ac similes pomparum fercula esse videamur. Liv. *lib.* 1. *ab Vrb.* Ferculum fabricatum ad ferenda spolia. Senec. *cap.* 15. *de vita beat.* In ferculum alienum imponi (sup. captivum.) Item Sueton. *in Cæs. cap.* 76. Thensam & ferculum Circensi pompa (sup. decerni sibi passus est.) Et Senec. *cap.* 5. *de Tranquill.* Fercula illi pro congiariis numerant. Item, fercula de funere. Suet. *in Calig. cap.* 15.

Fĕrcŭlum, i, à fero: Lectus, vel quid aliud quo mortuus efferri solet: capulus. {φορεῖον. Gall. *Un cercueil, ou biere à porter les morts, littiere.* Ital. *Feretro, barca, cataletto.* Germ. Ein todtenbahr. Hisp. *Las andas para llevar muertos.* Angl. *A bier or cophin where in to lead mennes carion.*} Plin. *lib.* 7. *cap.* 52. Varro quoque author est xx. vitis agros dividentibus Capux, quendam qui efferretur feretro, domum remeasse pedibus. ¶ Feretra item dicebantur, quibus fercula spoliáve in pompis gestabantur. Liv. 1. *ab Vrbe.* Spolia ducis suspensa, fabricato ad id aptè feretro, gerens in Capitolium descendit.

Fĕrōnĭa, æ: φερωνία. Nemorum dea, à ferendis arboribus. {Ein waldgöttin.} Virg. 7. *Æneid.*

——*& viridi gaudens Feronia luco.*

Traduat enim cùm lucus ejus fortuito arsisset incendio, & ob id transferre inde deæ simulachrum incolæ vellent, nemus subitò evituisse. ¶ Fuit & Feronia civitas sub monte Soracte, in qua ejusdem nominis dea erat, quam finitimi mira religione venerebantur.

Fĕrōx, ōcis, à Ferus: Elatus, fervus, crudelis, vehemens, immanis. {פרא *pére*, אכזר *achzâr*, זד *zedh*, פורר *forér*. ἄγριος, θηριώδης, αὐθάδης. Gall. *Fier, courageux, orgueilleux, farouche.* Ital. *Feroce, fero, coraggioso.* Germ. Frech, stolz, grimm. Hisp. *Bravo y fiero.* Angl. *Fierce, cruell, outragious.*} Horatius,

*Urbes gentésque & Latium ferox.*

Salustius, Ille animo feroci negat se fusum toties Numidam pertimescere. Virg. 4. *Æneid.*

*Stat sonipes, & frena ferox spumantia mandit.*

φρονήματος, Ferox animo. Plaut. *in Mil.* Et quia tecum eram, propterea

prœtes animo etiam ferocior. Suet. *in August. cap.* 65. Ingenium sordidum ac ferox. Plaut. *Menæch. sc.* 2. *a.* 5. Iunctos equos capere, indomitos, feroces. Ovid. 13. *Metam.*

——— *Ego marte ferocí*
*In acie valeo.*

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

*Ille ferox, & adhuc sœvis hostilibus ardens.*

Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 4. Nec te mihi facias ferocem. Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Ferox est viginti minas tractare se.

**Fĕrōcŭlus**, adjectivum. ‖ ὑπάγγελος. Gall. *Fa pen trop fier & orgueilleux.* Ital. *Alquanto feroce.* Germ. Etwas fräch/etwas trutzig. Hisp. *Bravo un poco.* Angl. *Somewhat fierce.* ‖ Hinc ius *de bell. Afric.* Quid tu, inquit, miles tyro tam ferocules es. Turpil. Ita, quàm ferocula est.

**Fĕrōcĭa**: Ferocitas. ‖ אכזריות *achzeriúth.* ὑβρις. Gall. *Fierté & orgueil.* Ital. *Ferocità, crudeltà.* Germ. Grimme / stolze. Hisp. *Braveza, fiereza.* Angl. *Fiercenesse, cruelties.* } Cicer. *lib.* 6. *de Repub.* Qui comprimit ejus vim, & efferatam illam ferocitatem. Idem *de Arusp. resp.* Duobus inceptis verbis omnem impetum gladiatoriæ, ferociámque compressi. Tacit. *lib.* 2. Per communes liberos oravit, exueret ferociam. Senec. *cap.* 8. *de consol. ad Marc.* Ferociæ castigandæ tempus efficacissimum (i. doloti insano.)

**Fĕrōcĭtās**, atis: Superbia, clatio animi, crudelitas, sævitia, & (ut inquit Speusippus) excessus audaciæ, haud metuens quæ metuenda sunt. ‖ אכזריות *achzeriúth.* ὑβρις. Gall. *Fierté, orgueil.* Ital. *Ferocità, fierezza, orgoglio.* Germ. Hochmuth / frächheit / grimmigkeit. Hisp. *Braveza con desatino.* Angl. *Fiercenesse, arrogancie in showing, cruelties.* } Cic. 1. *Offic.* Sicut equos, propter crebras contentiones, prœliorum ferocitate exultantes domitoribus tradere solent, ut his facilioribus possint uti, &c. Idem *in Vatin.* Ferocitatem tuam istam comprimerem, & audaciam frangerem. Et *de sen.* Infirmitas puerorum, ferocitas juvenum, & gravitas jam constantis ætatis.

**Fĕrōcĭter**: Superbè, elatè, immaniter. ‖ ὑβριστικῶς, θρασέως. Angl. *Fiercenelie, cruellie.* ‖ Plaut. *in Amphitr.* Superbi nimis ferociter legatos nostros increpant. Livius 3. *ab Urbe*, Legatique caput ferociter ostentantes. Idem 3. *bell. Punic.* Cum quo ferocissimè pro Romana societate adversùs Punicum fœdus steterat. Multò ferocius. Cicer. *Quint. Fratr. lib.* 2.

**Fĕrōclo**, is, ĭi, vel ferocii, itum: Ferox fio, vel ferociam exerceo. ‖ חזיר *sorer.* ἀγριαίνομαι, ἀγριαίνομαι. Gall. *Estre fier & farouche.* Ital. *Farsi feroce, inorgoglire.* Germ. Frächheit treiben / grimm und ungestüm seyn. Hisp. *Embravecer.* Angl. *To waxe fierce, cruell or hastie.* } Gell. *lib.* 1. Nihil adeò in congrediendis hostibus, atque in principiis prœliorum ad salutem, virtutémque aptius rati, quàm si permulcti somni mitioribus, non immodicè ferocirent. Ovid.

*Disce bonas artes, nullis assuete juventus*
*Mox intractati more ferocit equi.*

**Fĕrōnĭa**, æ, vulgò *Ferrara.* ‖ Ferraria. } Nomen urbis celebertimæ in Italia Circumpadana. Item promontorium in Hispania non procul à Carthagine nova: ita nominatum quòd habeat ferri fodinas feracissimas. Vide Melam *lib.* 2.

**Fĕrōnĭum**, i, vel à ferendo, quòd in agro colendi gratiâ feratur: vel à feriendo, quòd cætera eo feriantur, hoc est, domentur. Sua enim sævitia feriendo domat reliqua metalla, attenuat, & exercet. ‖ ברזל *barzel.* σίδηρος. Gall. *Fer, ferrement, ferraille.* Ital. *Ferro.* Germ. Eisen. Hisp. *Hierro.* Angl. *Yron.* } Plin. *lib.* 12. *c.* 25. Ferro lædi vitalia odit. Cic. *de nat. Deor.* Nos ex terræ cavernis ferrum eliciemus, tum ad colendos agros necessarium. Quint. *lib.* 2. *cap.* 4. Quod etiam rusticis notum est, qui frondibus teneris non putant adhibendam esse falcem, quia reformidare ferrum videntur, & nondum cicatricem pati posse. ¶ Ferrum aliquando pro gladio accipitur. Cicer. 1. *Tusc.* In servorum ferrum & manus incidisset. Idem *pro Rosc. Amer.* Vulnerarus ferro Phrygio. Ovid. 13. *Metam.* Ferro devastare. Senec. *cap.* 11. *de Tranq.* Ad se ferrum recipere. Apud Gell. *cap.* 2. *lib.* 11. Ferro similem esse vitam docet Cato. Catull. *de com. Berer.*

*Quid facient crines, cùm ferro talia cedant?*

*Ibidem.* Ferri frangere duritiem. ¶ In ferrum atque in vincula conjecti. Cic. 7. *Verr.* Ubi ferrum videtur posuisse pro compedibus ferreis. ¶ Ferro & flamma rem geri, quadam proverbii specie dicimus, quum exitiale bellum significamus. Idem *pro Luc. Flac.* O dii immortales! quid hoc miserius. Nos qui P. Lentulo ferrum & flammam de manibus extorsimus, imperitæ multitudinis judicio confidimus. Sic *pro Sylla.* ¶ Ferrum natare doces, *ἀδύνατα πράττειν λέγεις*: de iis qui rem conantur, quæ repugnante natura nequaquam fieri possit. ¶ Ferro damnati, & ad ferrum, dicuntur non qui ad bestias damnantur, sed qui damnantur ut cum gladiatoribus pugnent. Itaque Sueton. de munere gladiatorio loquens, *in Neron. cap.* 12. Exhibuit (inquit) ad ferrum etiam quadringentos Senatores.

**Fĕrrĕus**, a, um: quod ex ferro est. ‖ σιδηρος. Gall. *De fer.* Ital. *Di ferro.* Germ. Eisin. Hisp. *Cosa de materia de hierro.* Angl. *Of yron.* } ut, Massa ferrea, Annulus ferreus. Plin. *lib.* 10. *cap.* 42. Hæc quum loqui desiit, ferreo verberatur radio: non sentit aliter ictus. Ferream fabricam invenere Cyclopes. Plin. *lib.* 7. *cap.* 56. Virg. 3. *Æneid.*

——— *confixum ferreo texit*
*Telorum seges.*

Idem *lib.* 12.

——— *it toto turbida rulo*
*Tempestas telorum ac ferreus ingruit imber.*

¶ Ferreus per translationem, pro duro, & inexorabili. Cic. *ad Treb.* Ferreus essem si te non amarem. Idem *ad Attic. lib.* 13. O te ferreum! qui illius periculis non moveris. Liv. *lib.* 9. *dec.* 4. Ferrei corporis & animi M. Cato. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 5. Delicatum te faciam cum catello ut accubes ferreo. Ovid. *Eleg.* 4. *lib.* 1. *Trist.*

*Ferrea sors vitæ difficilisque premit.*

**Fĕrrārĭus**, a, um: quod ad ferrum pertinet. ‖ σιδηρικός. Gall. *Des appartenances de fer.* Ital. *Cio che à ferro si appartiene.* Germ. Das zu dem eisen gehört. Hisp. *Cosa perteneciente à hierro.* Angl. *That belongeth to yron.* } ut, Faber ferrarius, fodina ferraria, officinæ ferrariæ, metalla ferraria. Plin. *lib.* 34. *cap.* 14. Quum ferraria metalla in his locis non sint. ¶ Ferraria aqua, qua utuntur fabri ferrarii ad extinguendum candens ferrum. Idem *lib.* 28. *cap.* 16. Quidam utuntur aqua ferrariæ ex officinis manent.

**Fĕrrārĭa**, æ, substantivum. Locus in quo ferrum foditur. ‖ σιδηρεία. Gall. *Une mine de fer, une forge.* Ital. *Miniera del ferro.* Germ. Ein eisengrub. Hisp. *Herreria, lugar donde se hace y labra el hierro.* Angl. *An yron mine.* } sicut auraria, argentaria, ærataria, in quibus aurum, argentum & æs effodiunt. Cæsar *lib.* 7. *bell. Gall.* Apud eos magnæ sunt ferrariæ. Liv. 4. *bell. Maced.* Parata provincia, vectigalia instituit ex ferrariis, argentariisque.

**Ferrarĭus**, a, um. Plaut. *Mostell. sc.* 1. *a.* 1. Augebis ruri numerum, genus ferrarile.

**Fĕrrātus**, a, um: nomen est, non participium, quam verbi originem non habeat, sicut pileatus, manicatus, & similia: significátque id cui ferrum inductum est. ‖ σιδηρόφλοξ. Gall. *Ferré.* Ital. *Ferrato.* Germ. Mit eisen beschlagen. Hisp. *Cosa herrada por defuera.* Angl. *Having yron uponit.* } Unde ferrata spicula, & ferratas lanceas dicimus. Virg. *lib.* 3. *Georg.*

*Undique jam torge ferratos sustinet orbes.*

Juvenal. *Satyr.* 1.

——— *quantum ferrata distet ab arca*
*Sæculum.*

Tacit. In fronte aciei statuerat ferratos, in cornibus cohortes, à tergo lemermos. Ferratos intelligit crupellarios. Vide *Crupellarius.*

¶ Hujus compositum est, Præferratus, de quo suo loco.

**Fĕrrāmĕntum**, i: Instrumentum ex ferro. ‖ σίδηρος. Gall. *Instrument de fer, ferraille, ferrement.* Ital. *Ferramento, instrumento fatto di ferro.* Germ. Eisen werk / eisen werckzug. Hisp. *Herramiento, ò instrumento de hierro.* Angl. *An instrument or toole of yron.* } Unde ferramenta fabrilia, & ferramenta tonsoria. Cic. 1. *de natur.* Quæ mollitio, quæ ferramenta, qui vectes, quæ machinæ, qui ministri tanti muneris fuerint? Col. *lib.* 3. Nonnunquam etiam quum frondere cœperint arbores, cacumina hâc acutissimo ferramento summa amputare prodest. Hinc Ferramentarius faber, ferramentorum confector.

‖ Ferraria, *Ferrara.* Academia, & urbs Episcopali, & Ducali titulo illustris, quam Principes Atestini diu tenuerunt, nunc ditionis est Pontificiæ, nimirum ab anno Christi 1597. quo Alphonsus II. Estensis, Dux Ferrariæ obiit, filio legitimo non relicto. ‖ Vide septâ.

**Ferricrepidinæ** Insulæ. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 1.

‖ **Ferriterium**, ubi ferrum teritur; ut in carcere & catenis. Vox ficta à Plauto *Mostell.* 3. *a.* Alii legunt *ferriteritium.* Sic &

**Ferritribax**, qui ferrum τρίβων, i, terit: ferreis vinculis compeditus. Plaut. *Mostell.* 2. 1. ‖

**Ferrūgo**, inis: Rubigo ferri. ‖ ἰὸς σιδήρου. Gall. *Rouillure de fer.* Ital. *Ruggine del ferro.* Germ. Eisen rost. Hisp. *Orin, color morado, oscuro, ò de hierro.* Angl. *The rouſt of yron.* } sicut æruginis æris. Plin. *lib.* 23. *cap.* 8. Sudor virgæ cornì arboris, lamina candente ferrea exceptus, non contingente ligno, illitâque inde ferrugo, incipientes lichenas sanat. ¶ Per translationem ferrugo color rufus dicitur nigrioris rubedinis, similitudine coloris ferri rubiginè exesi. Virg. *lib.* 9.

*Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Iberâ.*

**Ferrūgĭnĕus**, a, um: quod refert colorem ferruginis. ‖ σιδηροειδής. Gall. *Ressemblant le fer enrouillé, soit en couleur ou autrement, par umé.* Ital. *Di color di ruggine, ferrigno.* Germ. Roßfärbig / eisenfärbig. Hisp. *Cosa de aquel color morado, negro.* Angl. *Rouſtie coloure.* } Talis est color quem Galli suæ linguæ *Perfumatum*, veteres (ut opinor) *Implavitum* dixerunt: aut certè is est quem hodie colorem regium vocamus, qui à superiori non ita multùm distat. Quid quod Ovid. 13. *Metam.* dixit,

——— *viridem ferrugine barbam.*

Sunt qui vellint ferrugineum colorem eum esse, quem alio nomine vocamus cæruleum: adducti, opinor, authoritate Plaut. *in Milit.* qui eundem colorem thalassicum vocat & ferrugineum. Sed non ideirco Plaut. vocat colorem ferrugineum thalassicum, quòd maris colorem referat, sed quòd nautæ ejusmodi colore soleant uti in mari. Jubet enim ibi Palæstrio Pleusidem, qui meretricem abduxerat, ferruginea veste exornatum venire, ut facilius persuadeat militi se esse nauclerum. Verba ejus, ut res facilius intelligi possit, adscribemus. Facito (inquit Palæstrio) ut venias ornatu huc nauclerico, cauſam habeas ferrugineam, culturam ad oculos laneam, palliolum habeas ferrugineum; nam is color est thalassicus, hoc est, mari, & nautis qui in mari versantur, idoneus. Non absimilis error est eorum, qui ferrugineum colorem arbitrantur esse colorem hyacinthi, eo quòd Virg. 4. *Georg.* hyacinthos vocat ferrugineos. Constat enim vel Ovidii testimonio, florem hyacinthum purpurei coloris esse, utpote qui Hyacinthi pueri sanguinem, ex quo enatus fertur, dignè referre. Certum est itaque Virgilium hyacinthum non dixisse ferrugineum, quòd ferrugineum colorem imiterur: sed eadem ratione qua 6. *Æneid.* cymbam Charontis dicit esse ferrugineam, quòd scilicet funesta putabatur & luctuosa. Solent enim lugentes vestibus ferruginei coloris uti, quòd is color fuscus sit, & subobscurus. Sic etiam Virg. hyacinthum florem vocat ferrugineum, hoc est, lugubrem & funestum, alludens nimirum ad fabulam illam, qua fertur hunc florem ex sanguine Hyacinthi pueri ab Apolline jactu disci occisi, primùm fuisse enatum. Hæc paulò verbosiùs visum est disceptare, quòd videamus eruditos nostri seculi tam discrepantia de hoc colore tradidisse, ut quid de eo sentire debeamus, non facile fuerit constituere. Sed certè verisimile est hunc colorem eum esse, quem suprà diximus, qui scilicet ferruginis (à qua nomen habet) colorem imitatur: hùncque eundem esse quem veteres appellaverunt Baricum, seu Hispanum. Quod etiam non obscurè ostendit Virg. *lib.* 9. *Æneid.* quum vocat ferrugineam Iberam, hoc est, Hispanicam. Quo coloris genere etiam hodie nautæ Hispani, atque adeò omnes meniores utuntur: ut non imeritò Plautus colorem hunc videatur appellasse thalassicum, hoc est, mari maximè convenientem. Nam quum hic color sit austerus, & pœnè terræ similis, neque facilè mutat

colorem, neque maculæ in eo apparent. Constat autem hunc colorem fuisse vilissimum, vel eo argumento, quòd Plautus in loco jam citato ferrugineas vestes piscatoribus tribuit. Nam quum jubsilet Pleusidem advenire exornatum causia & palliolo ferrugineo, ut probè nauclerum ementiretur, subdit: Atque apud hunc senem omnia hæc sunt, nam is piscatores habet. Huc accedit, quod Plin. *lib.* 29. *cap.* 6. scribit lacertas virides ferruginis maculis esse distinctas. Lacertæ autem maculas ejus esse coloris, quem jam indicavimus, nemo adhuc dubitat qui vel semel lacertam viderit. Non tamen inficetas invenimus, pro ea verborum inopia, quæ est apud Latinos in distinguendis coloribus, vel ipso Plinio teste, colores aliquos ex parte ad hunc accedentes, etiam ferruginis nomine fuisse appellatos. Hinc etiam apud Claudianum *lib.* 1. *de raptu Proserpinæ*, violas etiam ferrugineas invenimus appellari, & à magnæ authoritatis scriptoribus colorem ferrugineum inter gratissimos colores numerari. Quamobrem ut non magnopere repugnaverim iis, qui hunc colorem Gallorum lingua *Tannum*, aut *Castaneum* interpretantur, pro intensione, aut dilutione obscuræ rubedinis, aliis atque aliis appellantes nominibus: ita plurimùm ab iis dissentio, qui hunc eundem faciunt cum colore cæruleo, quem alio nomine Venetum appellant. Quorum errorem manasse arbitror ex loco Vegetii *lib.* 5. *cap.* 37. malè intellecto, quòd ibi Vegetius nautis videatur tribuere colorem cæruleum, sive Venetum, quibus (ut suprà ostendimus) Plautus assignat vestes ferrugineas. Arbitrati sunt itaque eundem esse colorem quem Plautus ferrugineum, & Vegetius cæruleum, sive Venetum vocat. Sed hoc argumentum quàm falsis innitatur fundamentis, facilè dijudicabit, qui citatum Vegetii locum non ofcitanter excusserit. Neque enim ibi cæruleum colorem nautis omnibus attribuit, sed iis tantùm, qui bello navali scaphis quibusdam exploratoriis hostium consilia investigant, quibus etiam velum navis, atque ipsos adeò rudentes cæruleo colore tinctos esse jubet, ut aquæ marinæ similitudine hostium oculos facilius fallant. Imò hic error natus ex Nonio *cap.* 16. ubi clarè loquitur.

Fĕrrūmĕn, inis, quoddam quasi gluten, junctura, seu ligatura, qua metalla, sive etiam aliæ res consolidari solent. { פֶּבֶק *débek*, κόλλα, συναφή. Gall. *Soudure, liaison de metaux ensemble.* Ital. *Saldatura, colla, ligamento de metalli.* Germ. Löthmetall. Hisp. *Soldadura.* Angl. *Solder, glue, or any such thing where with mettalle or other thing is fastened together.* } Plin. *lib.* 36. *cap.* 23. Ruinarum urbis ea maxima causa, quòd furto calcis sine ferrumine suo cæmenta componuntur. Calcem vocat ferrumen cæmentorum, id est, lapidum, quòd illâ consolidentur & conglutinentur cæmenta. Ferrumen auri (ut suo loco diximus) vocatur chrysocolla. Gell. *cap.* 25. *lib.* 13. Tanquam ferrumine immisso fucatior versus. Cels. *lib.* 7. *cap.* 7. de pilis palpebr. Et imponendum medicamentum, quo ferrumen quoque (mendosè *foramen*, in impressis) glutinetur: infrà vocat gluten quo pilus vinctus est.

Fĕrrūmĭno, as: Jungo, consolido: proprièe de metallis dicitur, quamvis & ad alia transferatur. { חדבק *hidhbik*. συνάπτω, κολλῶ. Gall. *Souder, & joindre ou coller ensemble.* Ital. *Saldare, congiungere.* Germ. Löthen, zusammen löthen. Hisp. *Soldar la mesma materia, como hierro.* Angl. *To gluer or solder.* } Pompon. Juriconsultus, si tuum scyphum alieno plumbo plumbaveris, argento ferruminaveris, non dubitatur tuum scyphum esse. Plinius pro glutinare posuit *lib.* 36. Vitrum sulphuri incoctum ferruminatur in lapides, hoc est, glutinatur in formam lapidis. Et *lib.* 35. Calcis quoque usum bitumen præbuit, ita ferruminatis Babylonis muris.

Fĕrrūmĭnātĭo. { דבק *debik*. σύγκρισις, κόλλησις, συναφή. Gall. *Soudure ou collure de metaux.* Ital. *Saldamento, saldatura, incollatura.* Germ. Zusammen löthung. Hisp. *Soldadura.* Angl. *A soulding,* } Paul. *l. in rem actio.* §. *item quæcunque, ff. de rei vend.* Ferruminatio per eandem materiam facit confusionem, plumbatura verò non idem efficit.

Fĕrtĭlis, vide *Fero.*

Fertotes, ferto libantes. Festus: *Fertum, genus libi dictum, quòd cribris ad sacra ferebatur, nec sine strue, altero genere libi: quæ qui adferebant, strufertarii appellabantur.*

‖ Fertor. Glos. Isid. Fertotes, ferto libantes. ‖

Fertum, i. pro libi genere, vide *Fartum.*

Fĕrvĕo, vel ferbeo, es, fervi, vel ferbui, à φλέγω. ‖ quod & antiquis *ferve*, item *ferbeo.* ‖ Igne suppositò calore, ebullio. { רתח *rathach*. ζέω. Gall. *Bouillir.* Ital. *Bollire.* Germ. Hitzig seyn. Hisp. *Hervir, bullir.* Angl. *To seeth, to be chaufed.* } Inde aqua propriè fervere dicitur, quum vi ignis commovetur & agitatur: quod etiam bullire dicimus. ¶ Transfertur tamen ad ea, quæ quovis modò calefiunt, sive aliquo æstu agitantur. Sic vinum fervere dicimus, quod ex musto transit in vinum. Plin. *lib.* 14. *cap.* 9. Medium inter dulcia vinum est, quod Græci ἀνάλεκτον vocant, hoc est, semper mustum. Id evenit cuta, quoniam fervere prohibetur: sic enim vocant multi in vina transitum. Sic etiam mare fervere dicitur, quum æstu & fluctibus agitatur: unde & fretum appellatum volunt. Ovid. 11. *Metam.*

——— *pontus vertigine fervet.*

¶ Fervere opus dicimus, dum studio & diligentiâ elaboratur. Hominem quoque ira, odio, aut calore fervere dicimus, dum ira, aut odio, aut calore incensus est. Cic. *pro Quintio.* Usque eò fervet fertúrque avaritia, ut de suis commodis velit aliquam partem admittere, ne quam partem huic propinquo suo illius ornamenti relinquat. Horat. 1. *Epist.* 1.

*Pestis avaritiâ miserâque cupidine fervet.*

Ovid. 2. *Metam.*

——— *usque animus tumida fervebat ab ira,*
*Arma assueta capit.*

Martialis.

——— *fera litibus omnia fervent.*

¶ Hujus contrarium est D. fervere, quod est mitescere & placidum fieri, seu à calore deficere. Composita à ferveo sunt Defervео, Effervео, Referveo. A quibus Defervesco, & Refervesco. Vide suis locis.

Fĕrvens, participium, quod bullit, aut calidum est. { רותח *rotheách*. ζέων, ζεστὸς, βράζον. Gall. *Bouillant, fort chaud, fervent.* Ital. *Bogliente, caldissimo.* Germ. Siedend. Hisp. *Cosa hirviente ò que hierve.* Angl. *That seethed, very hoat.* } Plin. *lib.* 7. *cap.* 1. Ferunque ictas saliva, ut ferventis aquæ contactum fugere. Plaut. *Cure. fc.* 1. *a.* 4. Quasi aquam frigidam ferventem ita esse putaris legere. Idem *in Amph.* Facete aliquem ferventem flagrit. Idem *Capt. fc.* 2. *a.* 4. Epulas fovere foculis ferventibus. ¶ Migrat interdum in nomen, admittitque comparationem. Horat. 1. *Serm. satyr.* 10.

*Quale fuit Crassi rapido ferventis ammi*
*Ingenium.*

Columella *lib.* 12. *cap.* 59. Ad præsidium aquæ calidæ cuttitur, sed id non ferventissima fieri oportet. Cicer. 1. *Officiorum*, Nam fortis animus & magnus in homine non perfecto, nec sapiente ferventior plerumque est.

Fĕrvĕntĕr, adverbium, vehementer. { θερμοτέρως, θερμῶς. Gall. *Fervemment, ardemment.* Ital. *Ardentemente.* Germ. Hitziglich. Hisp. *Hervientemente.* Angl. *Hastely, earnestly, hastelf.* } Cælius *Ciceroni*, Quòd Pilius necessarius Attici nostri de repetundis cum postulavit, magna illicò fama fuerit, & de damnatione ferventer loqui est cœptum.

Fĕrvĕsco, is: Ferveo. { Gall. *S'échauffer, devenir chaud, commencer à bouillir.* רתח *rathách*. Angl. *To boyle over.* } ut, Terræ ferveſcunt soles. Lucret. *lib.* 6. Ventus mobilitate sua ferveſcit. Apud eundem. Plaut. *Capt. fc.* 2. *a.* 4. Possémne ferias ferveſcere?

Fĕrvo, is, ui, ejusdem significationis est cum ferveo. { רתח *rathách*. θερμαίνω, βράζω. Gall. *Bouillir.* Ital. *Bollire.* Germ. Hitzig (machen) Hisp. *Hervir.* Angl. *To seeth, to be chaufed.* } Propert.

*Incipit & sicco fervere terra cane.*

Gellius *lib.* 1. *cap.* 29. Dominus quos rogaverat operiunt, sol fervit, & fit nihil. Terentius *in Adelph.* Ego illius sensum pulchrè calleo, quum fervit maximè, tam placidum, quàm ovem reddo. Virg. 3. *Georg.*

*Omnia tunc pariter vento, nimbisque videbis*
*Fervere.*

Fĕrvĕfăcio, is: ut ferveat efficio. { רתח *rittéach*. θερμαίνω. Gall. *Faire bouillir.* Ital. *Far bollire.* Germ. Sieden machen. Hisp. *Hazer hervir ò bullir.* Angl. *To cause to seeth, to make scaldinth heate.* } Cato *de re rust.* Et potioncm polentæ eidem addito, & oleum fervefacito. Idem *cap.* 123. Eam fervefacito cum congio vini veteris. ¶ Fervefacio, pro calefacio. Plaut. *Pseud.* Ex ipsâ se patinæ fervefaciunt illicò. Fervefacta jacula. Cæsar 5. *bell. Gall.* ¶ Hinc componitur infervefacio, quod est, in re aliqua operam do, ut quid ferveat. Cato, Sumito brassicam, conjicito in aquam ferventem, coquito paulisper, uti suberuda sit: postea aquam defundito, non omnem: eò addito oleum benè, & salem, & cumini paululum, infervefacito paulisper.

Fĕrvĭdus, a, um: Fervens, maximè calidus, ardens. { רותח *rotheách*. θερμός. Gall. *Fort ardent, & brûlant, bouillant.* Ital. *Bolliente.* Germ. Heißsiedendig. Hisp. *Cosa hirviente ò que hierve.* Angl. *Scalding hoat.* } Plin. *lib.* 13. *cap.* 4. Nulla est in Italia sponte genita, nec in alia parte terrarum, nisi in calida: frugifera verò nusquam nisi in fervida. Cicer. *de nat. deor.* Jam verò reliqua quarta pars mundi, ea & ipsa tota naturâ fervida est, hoc est, ardens maximè. Ovid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

*Nec cumulant altos fervida musta lacus.*

¶ Ponitur & translatè pro vehementi, feroci, diligenti. Liv. 7. *bell. Pun.* Quum toto eo bello damnosa, præpropera, ac fervida ingenia Imperatorum fuissent. Et Cicer. *de clar. Orat.* Appii Claudii volubilis, sed paulò fervidior erat oratio. Hinc fermentum dictum est, quòd fervendo crescat.

Fĕrvĭdè, Adverbium. { ζεστῶς, θερμῶς. Gall. *Fervemment, ardemment.* Ital. *Ferventemente, ardentemente.* Germ. Hitziglich. Hisp. *Hervientemente.* Angl. *Hastily, ardently.* } Plaut. *Trucul.* Fervidè ut tota floreat, ut oleum nitidè nitet.

Fĕrvŏr, is: Calor vehemens, qualis est ignis, vel Solis æstus. { חֹם *chom*. ζέσις. Gall. *Ardeur, ferveur, grande chaleur.* Ital. *Bollire, ardore, fervore.* Germ. Hitz. Hisp. *Hervor, obra de hervir.* Angl. *A burning heat or vehemencie.* } Plin. *lib.* 11. *cap.* 31. Inde foramur æstivo fervore aurum erutum à formicis tempore hyberno. Horat. 1. *Carm. Ode* 16.

——— *me quoque pectoris*
*Tentavit in dulci juventa*
*Fervor, & in celeres iambos*
*Misit furentem.*

Lucret. *lib.* 5.

——— *nimiis torrent fervoribus æstivis sol.*

Matis fervor. Cic. *de Prov. Consul.*

——— *sicut aër fervoribus ustus.*

Ovid. 1. *Metam.* ¶ Fervor, ut ardor pro æthere, vide *in Ardor.*

Fĕrŭla, æ, à feriendo. Baculus, sive virga quâ puerorum manus feriuntur, unde & nomen habet: quanquam sint qui à ferendo malint deducere, quòd propter levitatem senes ferula pro scipione soleant uti. { שבט *schebéth*. ῥάβδος. Gall. *Baguette, verge.* Ital. *Bacchetta, sferza.* Germ. Ein stab/ruthe oder rugt. Hisp. *Cayado ò palmatoria.* Angl. *A rodde to strike children on the palme of their handes.* } Suet. *in Calig. cap.* 20. Objurgare scripta mala ferulis. Juven. *Satyr.* 1.

*Et nos ergo manum ferula subduximus.*

Martial. *lib.* 10.

*Ferulæque tristes sceptra pædagogorum*
*Cessent.*

Columell.

*Nec manibus miles ferulæ.*

Item,

——— *ferulæque minaces*
*Plantantur.*

Græcè νάρθηξ: & per diminutionem ναρθήκιον dicitur. Inde apud Platonem *in Phædone*, ναρθηκοφόροι, ministri Bacchi, quasi feruligeri nominantur. Baccho enim ferulæ assignantur, quæ asinis gratæ sunt in pabulo. Ideo asinus grata hostia Baccho cadit. Seneca in Apoto-

locynthosi.

locyatheo, Et proximo munere inter novos auctionatos ferulis vapulare placet. Martial.

*Denique videmus ante delectos comitum verberari ferula.*

Ferula annumerata est inter externos frutices à Plinio: lignum corticis loco habet, ligni autem loco fungosam intus medullam, quemadmodum caulis fœniculi, quamvis in multò majorem altitudinem, & crassitudinem excrescat. Nascitur in locis calidissimis, & vix alibi quàm in Africa. Nulli fruticum levitas major, ob id gestata: facilius baculorum usum senectuti præbet. Col. *lib.* 4. In quo scrobe destinaveris nucem serere, rectam mittam in modum sempedis ponito, ibique semen ferulæ jacito: quum ferula fuerit enata, eam findito, & in medulla ejus nucem Græcam, vel avellanam abscondito. Frangere ferulæ dicitur is in quo ferulæ franguntur. Juvenal. *Satyr.* 6.

——— *hic frangit ferulas, ruber ille flagellis.*

Férŭlăcĕus, a, um: καρδιακός. Plin. *lib.* 18. At initium & paniculam in culmen geniculorum & concavum: arundo verò in ferulaceum scilicet fastigiatur.

Férŭlă, sylvestris rapha. Dioscor. *lib.* 4. *cap.* 159. Ferulæ descriptionem lege apud Dioscor. *lib.* 3. *cap.* 75. Plin. *lib.* 13. *cap.* 22. *lib.* 20. *cap.* 22. & *lib.* 24. *cap.* 2.

Férŭlāgo, rapha Dioscoridis. *lib.* 4. *cap.* 152.

Férŭs: vide *Fera*.

Fescēnninī versus, aut author est Festus, qui canebantur in nuptiis. Carminis genus erat omni obscœnitate & flagitio plenum, ita dictum quòd ex Fescennia urbe primùm fuerit allatum, sive quòd fascinum arcere putarabant, quasi fascininum. Macrob. *lib.* 2. *Sat.* Temporibus Triumviralibus Pollio, quum fescenninos in eum Augustus scripsisset, ait: At ego taceo, non est enim facile in eum scribere, qui potest proscribere.

Fĕscēnnĭă, teste Plin. *lib.* 3. *cap.* 5. Hetruriæ civitas est, cujus populi originem trahunt ab Atheniensibus. {Ein Statt in Hetruria jetz Castellano genannt.}

Fescēnnĭnŭs, a, um. Virg. 7. *Æneid.*

*Hi Fescennini aciem, equisque ferocem.*

Fescennina clausibilis vallatio circa castra. Gloss. Isid. Vulcanius legit *fascina*, tanquam à fasce dicatur.

Fescum, seu Viscum, *Visco*. V. E. Lusitaniæ, olim & nunc sub A. Bracarensi.

Fesnoæ vocabantur, qui depellere fascinum credebantur. Fest. Scaliger legit, fascinoë, i. e, fascini, ut olim oë erat pro i, populoë, pro populi.

Fĕssŭs, a, um, à fatisco. Fatigatus: & tam ad animum, quàm ad corpus refertur, author est Valla *lib.* 4. *Elegant.* de quo in dictione *Defetiscor.* { עלאה *nilehh*, יעף *jahéph*. κεκμηκώς, ἐκκμηκώς. Gall. *Lassé, travaillé, qui n'en peut plus.* Ital. *Stanco, lasso, stracco.* Germ. Ermüdet. Hisp. *Cansado.* Angl. *wearied, tyred.* } Virg. 1. *Æneid.*

*Tum (curarum corruptam undis, Cerealiaque arma*
*Expedimus) fessi rerum.*

Ubi Servius, fessi rerum, hoc est, penuria fatigati. Idem 2. *Eclog.*

*Thestylis & rapido fessis messoribus æstu*
*Allia, serpyllumque herbas contundit olentes.*

Plin. *lib.* 7. *cap.* 52. Puerum æstu & itinere fessum. Ovid. 13. *Metam.*

——— *fessis similibus annis.*

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 3. *Trist.*

*Da placidam fessis, Lector amice, manum.*

Festĭno, as, à Festum: quia celeritas hîc requirebatur. Hinc Confestim. Propero, maturo, celero, accelero. { מהר *mihér*. חפז *chaphéz*. σπεύδω. Gall. *Se hâter, s'avancer, diligenter.* Ital. *Affrettare, affrettarsi.* Germ. Eilen. Hisp. *Apressurarse, darse priessa.* Angl. *To mak haste, to speede.* } Quid sit, & unde, & quid differat festinare à properare, docet Gellius *cap.* 14. *lib.* 16. Plaut. *Aul. sc.* 3. *a.* 3. Coquite, facite, festinate. Idem *Asin. sc.* 3. *act.* 3. Qui nunc festinat, atque ab ea minatur abire. Virg. 2. *Æneid.*

*Festinate viri: nam quæ tam sera moratur*
*Segnities!*

Plin. *de viris illustr.* Sed quum ad Camerinam ab hostibus obsessam festinaret, à Pœnis in angustiis clausus est. Plaut. *in Asin.* Remigio, velóque quantum poteris, festina, & fuge. ¶ Item pro Festinanter conficere. Ovid. 11. *Metam.*

——— *& tam quam induat illa*
*Festinat vestes.*

Sic Virg. 4. *Æneid.* dixit festinare fugam. ¶ Cum infinitivo. Plin. *lib.* 9. *cap.* 8. Solúmque locum pandendis retibus habilem effugere festinant. Quint. *lib.* 9. *cap.* 4. Finem imponere aggresso destinatum modum volumini festino. ¶ Interdum festinare est trepidare, & turbari. Salust. Festinantibus in summa inopia patribus. Ter. *in Adelph.* Quid festinas, mi Gera? animum recipe. Idem *in Eunuch.* Quid istuc? quid festinas? aut quem quæris Pythia?

Festĭnŏr, aris, passivum. Tacit. *de moribus Germ.* Nec virgines festinantur, id est, citò ad conjugium arripiuntur.

Festĭnātŭs, participium. { רהב *rachâz*. מהר *mehâhl*. ἐπειγόμενος, ἀφορμῶν. Gall. *Hâté & avancé, fait en hâte.* Ital. *Affrettato.* Germ. Geeilt. Hisp. *Apressurado, aquexado.* Angl. *That is done in haste, hasted.* } Plin. *in Paneg.* Quinimò festinatis honoribus amplificat, atque auget, & majoribus suis reddit. Tacit. *in vita Agricolæ*, Ita festinatæ mortis grande solatium tulit.

Festinatio, Properatio. { חפזון *chippazôn*. *mudè*. Gall. *Hâte, empressement, diligence, promptitude.* Ital. *Velocità, fretta.* Germ. Eilungen. Hisp. *Priessa ò quexura.* Angl. *Hastinesse, speedinesse.* } Cicer. *pro Milone*. Quæ causa, cur Romam properaret? cur in noctem se conjiceret? quid afferebat festinationem. Col. *lib.* 11. *cap.* 2. Quò cautior villicus vel abstinere possit operibus, vel festinationem adhibere.

Festĭnāntĕr, adverbium à festinans: Celeriter, & citò. { מהרה *meherâh*. *mudè*. Gall. *Hastivement, en diligence, soudainement.* Ital. *Frettolosamente.* Germ. Eilends/ schnell. Hisp. *Apressuradamente.* Angl. *with speede, hastelie, quicklie.* } Cic. 5. *de finib.* Illud mihi à te nimium festinanter dictum videtur, Sapientes omnes esse beatos. ¶ Festinantiùs. Suet. *in Aug. cap.* 29. Festinantiùs publicatum cautumque est. Plin. *lib.* 17. *cap.* 11. Quis festinantiùs gratificatus. Tacit. *lib.* 15. *in principio*. Occulto præcepto compositius cuncta, quàm festinantius agerent, quippe bellum habere, quàm agere malebant.

Fĕstĭnātĕ, adverbium à festinatus. { מהרה *meherâh*. σπουδῇ. Gall. *Hastivement.* Ital. *Frettolosamente.* Germ. Jmgleichen. Hisp. *Apressuradamente.* Angl. *Hastelie, with speede.* } Plin. *lib.* 18. *cap.* 20. Quod nisi festinatò peragatur, lutulo colore nucescere. Quint. *lib.* 4. *cap.* 2. Quàm nihil properatò, nihil festinatò fecisse videtur Milo. Sueton. *in Cæs. cap.* 16. Festinatò coactus senatus. Col. *lib.* 12. *cap.* 6. Ubi ligna cæsa festinatò siccantur.

Fĕstĭnŭs: Celer, properans. { מהיר *mahir*. ταχύς. Gall. *Hâtif, soudain, prompt, diligent.* Ital. *Veloce.* Germ. Eilend. Hisp. *Presto y pressuroso.* Angl. *Hastie, quicke or speedie.* } Cic. *Attic. lib.* 19. Festino enim similimus decurio, atque in decursu spatium meas commentari non desino. Ovid. 11. *Metamorph.*

——— *cursu festinus anhelo*
*Advolat amenti cursus Phaetontis Auctor.*

Fĕstĭnĕ, adverb. { מהרה *meherâh*. σπουδαίως, ταχέως, ὁπωσδήποτε. Gall. *En hâte, promptement.* Ital. *Frettolosamente.* Germ. Eilendes/ schnell. Hisp. *Apressuradamente.* Angl. *Hastelie, quickelie.* } Cicer. *Attic. lib.* 4. Si quid forte de Republica (soles enim tu hæc festinè odorari) scribas ad me.

Fĕstĭvĭtās, festivitatis: vide *Festus*.

Fĕstrĭ: Ostium minusculum in sacrario, ab senestra per detractionem mediæ syllabæ. Festus.

Fĕstūcă, æ, à festino. Minima quæque res, & levissima. { מוט *mot*. σκάφος. Gall. *Vn festu, un fetsen & scion d'arbre.* Ital. *Ramuscello, festuca.* Germ. Ein Ästel/ stupfel. Hisp. *La paja ò palillo ò cosa semejante.* Angl. *A festu, a greasse or yonge sette of a tree.* } Col. *lib.* 8. *cap.* 15. Per quos festucæ, sutculique in aviariis passim spargendi sunt. Plin. *lib.* 19. *cap.* 10. Fœminam coitum fugere, donec mas festucam aliquam imponat averſæ. ¶ Festuca, virga Prætoria quæ imponebatur servo, quem dominus apud Prætorem manumittebat: unde & vindicta dicebatur, quòd eâ in libertatem vindicaretur, ut colligi potest ex Plutarchi libello, quem de Sera numinis vindicta inscripsit. Plaut. *in Milit.* Quid ea? ingenua, aut festuca facta? serva, an libera est? Pers. *Sat.* 5.

*Non in festuca lictor quam jactet inepta.*

¶ Ne move festucam, μὴ σκάφος κίνει. Proverbium, ubi quis omnia strepitu impatiens est.

Fĕstūcārĭŭs, adjectivum. { καρφαλέος, καρφίνος. Gall. *De festu, de fetson.* Ital. *Di ramuscello, di festuca.* Germ. Von von der Ägel ist. Hisp. *Cosa de paja ò palillo.* Angl. *Of a festu or younge seete.* } Gell. *cap.* 9. *lib.* 30. Idcirco Ennius significare volens bellum, non ut ad Prætorem solitum est, legitimis actionibus, neque ex jure manu consertum, sed bello, ferróque, & vera vi, atque solida: quod videtur dixisse, conferens vim illam civilem, & festucariam: quæ verbo diceretur, non quæ manu fieret, cum vi bellica, & cruenta.

Fēstŭs, ab ἑστία, dea quæ ab Hebræo Esch dicta: vel ab ἑστιάω. Domitiani amicus, qui dum mendacia usque ad desperationem laboraret, gladio se trajecit: priùs tamen amicos consolatus. Ejus mortem Martial. *lib.* 11. describit.

Fēstŭs, a, um: Dies festus, feriatus, feriæ. { ἑορτώδης, ἱερός. Gall. *Festé, celebré, solennel.* Ital. *Festa, di festivo, di festa.* Germ. Feyertäglich/ zu einem fest gehörend. Hisp. *Cosa de fiesta que es de guardar.* Angl. *A festivall day when one maketh good cheere.* } Unde festi dies, in quibus vel sacrificia diis offerebantur, vel epulationes celebrabantur, vel ludi in honorem deorum agebantur, vel feriæ observabantur. ἑορταί. Plaut. *in Aul. sc.* 5. *a.* 2. Festo die si quid prodegeris, profesto egere liceat, nisi pepercetis. Virg. 1. *Georg.*

*Quippe etiam festis quædam exercere diebus*
*Fas & jura sinunt.*

Idem *lib.* 6. *Æneid.*

——— *festosque dies de nomine Phœbi*
*Instituam.*

Senec. *cap.* 15. *lib.* 5. *de tranq.* Per ludos & festa tempora tripudiare. Ovid. *Ex leg. ult. lib.* 4. *Trist.*

*Hæc* (dies) *est armigeræ festis de quinque Minervæ.*

¶ Festum solenne. Idem 2. *Fast.*

*Forte Jovi Phœbus festum solenne parabat.* (Mox, pia sacra.)

Idem 3. *Fast.*

*Idibus est Annæ festum geniale, &c.*

¶ Hujus compositum & contrarium est Profestus: ut, Profesti dies, qui hominibus ad rem vel privatam, vel publicam administrandam concessi erant. Quandoque festus dicitur, ad festum diem pertinens: ut, Festæ frondes, quæ festis adhibentur.

Festatus est semper Dialis. Gell. *cap.* 15. *lib.* 10.

Fēstīvŭs, a, um, à fando: Lepidus, urbanus, facetus. { חן *ghên*. ἁβρός, ἀστεῖος. Gall. *Plaisant, joly, recreatif.* Ital. *Piacevole, faceto.* Germ. Lustig/ lieblich. Hisp. *Cosa bien criada y donosa.* Angl. *Pleasant in talk mirie, pretie.* } ut, Festiva oratio, dictum festivum. Cic. *lib.* 1. *Offic.* De Græcis dulcem & facetum, festivique sermonis. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. In festivo loco festivè accepti sumus. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Festiva fores, supra bellissimum ostium. *Ibid.* Aperiuntur ædes festivissimæ. Plaut. *in Milit. sc.* 6. *a.* 2. Nimium festiva mulier operam præbuit. Terent. *in Adelph.* O mi pater festivissime. Quidam etiam festivum pro festo accipiunt, sive ad festum pertinente: ut, Festiva gaudia. In hac tamen significatione apud veteres non invenies. Festiva vestis induvia. Interpres Juvenal.

Fēstīvè, adverbium: Bellè, facetè. { ἀστείως, ἱλαρῶς. Gall. *Plaisamment, joyeusement, jolyment.* Ital. *Piacevolmente, allegramente.* Germ. Lublich/ holdseliglich. Hisp. *Con buena crianza y donayre.* Angl. *Joyfully merely.* } Cic. *ad Quint. fratr. lib.* 2. Quanquam à te etiam fabellam video esse festivè, nullo modo probavi.

Idem

Idem *ad Att. lib.* 4. Soles enim in hæc festivè odocuit.

Fēstivitĕr, adverb. *περιῶς*. Festivè. Gell. *lib.* 1. *cap.* 2. Severè simul ac festiviter sepsuit. Item Naevius apud *Nonium*, Domus parata festiviter.

Fēstivissimè, *περιττότατα*. Gell. *lib.* 8. *cap.* 5. Atque ibi Julianus festivissimè, nolite quærere, inquit, quid sentiam.

Fēstivĭtās, atis: Lepor, & urbanitas sermonis. { חיך *ghil.* *ἁβρότης*, *εὐτραπελία*. Gall. *Plaisante*, *joyeuseté*, *jolyveté*, *recreation*. Ital. *Piacevolezza*, *gentilezza*. Germ. Lieblichkeit / höfflichkeit. Hisp. *Gracia*, *quella buena crianza y donayre*. Angl. *Mirth* joy *fulnesse*, *joylytie*. } Sueton. *in Calig. cap.* 7. Insigni festivitate puer. Author ad Herenn. *lib.* 1. Illud genus narrationis quod in personis positum est, debet habere festivitatem. Cicer. *de Clar. orat.* Festivitate igitur & facetiis, inquam, C. Julius, L. F. & superioribus & æqualibus suis omnibus præstitit. Plaut. *Capt.* Lucrum, ludum, jocum, festivitatem, ferias, &c. Terent. *Eunuch.* An fortunam collaudem, quæ gubernatrix fuit? An mei patris festivitatem, & facilitatem? ¶ Festivitates vocem. Gell. *cap.* 1. *lib.* 5.

Fĕsŭlæ, arum. Olim Hetruriæ insignis civitas fuit: hodie modicus vicus non procul à Florentia: conditam autem volunt ab Atlante Mauritaniæ rege.

‖ Fetialis: vide *Fecialis*.

Fetutina. Non. *cap.* 1. Molettina à molendo, quod pistrinum dicimus: ut seratrina, fetutina, videtur esse locus fœtidus. ‖ Vide *Facutinus*. Alii legunt *Feratrina*: alii *Scatrina*, quæ omnia ignota sunt.

Feudum, feodum, à fide, seu fidelitate, aut fœdere dictum: sive, ut alii, à Longobardico & Italico *fede*, vel *faide*, aut *pheden*, seu Germanico Fehd / & Vogtey, præfectura. Barbarum vocabulum à Gothis ortum, quo significatur genus clientelæ, quo vel dignitas, vel vectigal, vel prædium aliquod ea lege alicui datur, ut ipse, & ipsius posteri atque hæredes beneficii authorem perpetuò agnoscant, & quasi pro patrono colant: ejusque caput, existimationem, & fortunas tueantur.

F I

Fi, imperativus ex *fio*: sed rarus. Plaut. *Curc.* 1. 1. Fi mihi obsequens.

Fite mihi volentes propitiæ. Horat. 2. *Sat.* 5.

——— *si cognitor ipse.*

Fi fi, vocula, quâ fœtidos abigimus: vide *Fu*.

Fiatola, piscis marinus. Rondel.

Fibebella, lumina, Solis ortus, vel Lunæ. Pap.

Fiber. Varro *lib.* 4. *de L. L.* Fiber, ab extrema ora fluminis dextra & sinistra, maximè quod solet videri, & antiqui fibrum dicebant extremum; unde & in sagis extrema fimbriæ, & in jecore extremum fibra. Hinc fiber dictus. Ergo

Fiber, a, um: est adjectivum, i. e. extremus. ¶ Et fiber, substant. animal alias castor. { Germ. Biber, sicut aliæ gentes hanc vocem fere retinent, levi tantùm mutatione: ut Ital. *Bivaro*. Hisp. *Biverio*. Gall. *Bièvre*. } Ratio nominis est, quia fibra, id est, extremitates amnium colit. Vide paulò antè *Fiber*. ¶ Est & fiber, genus vespæ quadrupes incitatissimum, teste Festo. Plaut. Sic me subis quotidie, quasi fiber salicem.

Fibrīnŭs, a, um: Plin. *lib.* 17. *cap.* 18. Fibrina pelle detergunt.

Fibræ, arum: Fibra, æ, à fine. Nam in sagis, & extis, extrema dicuntur fibræ. Omnium extremitates rerum. Ab antiquo adjectivo Fiber, a, um, quod idem erat quod extremum, Varr. teste 4. *de ling. Lat.* factum, ut arbitror, à verbo finio, eodem modo quo a tumco, tuber, à fuo, suber, à craceo, craber. { חוט, νεῦρα. Gall. *Fetites veines & menues comme cheveux, petits filets, extremitez de toutes choses*. Ital. *L'estremità di tutte le cose*. Germ. Der dusserste theil eines jeden dings als an den leber die gässle / an blettern die äderlin so dadurch gehen / an den wurtzeln / die kleinen wurtzeln wie haar &c. Hisp. *La parte cabera de todas cousas*. Angl. *Small veines like heares, or the berdes of any thing*. } Unde & jecoris, & cordis, & cujuscunque visceris extremæ partes, fibræ dicuntur. Suet. *in August. cap.* 95. Ab ima fibra replicata jecinora patuerunt. Virg. *lib.* 6.

——— *nec fibris requies datur ulla renatis.*

Et Celsus pulmonis fibras nominat, *lib.* 4. *cap.* 1. Pulmo spongiosus, ideóque spiritus capax, & à tergo spinæ ipsi junctus, in duas fibras ungulæ bubulæ modo dividitur. Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Murium jecusculis fibræ, ad numerum Lunæ dierum in mense congruere dicuntur, totidémque inveniri. Quin & minuta radicum in arboribus herbisque capillamenta, hoc nomine appellantur, ἶνες. Idem *lib.* 17. *cap.* 10. de arborum sationibus ait, solum eligi oportere quam maximè rimosum, ne penetrans sol exurat fibras. Virg. 1. *Georg.*

——— *& amaris intuba fibris.*

Columella *de allio*. Quum ternas, inquit, fibras emiserint spicæ, sarriantur. Idem *lib. ult. de rapis*, Post tertiam diem mediam fibram rapi gustato, si receperit salem. Cicer. 1. *de Divinat.* Similiter quid fissum in extis, quid fibra valeat, accipio: quæ causa sit nescio. Persius: *satyr.* 1.

——— *nec enim mihi cornea fibra est:*

id est, non sunt ita dura præcordia, ut laudis amore non capiar, inquit Budæus. Idem *Satyr.* 5.

*Quod latet arcana non enarrabile fibra.*

‖ Fibella, parva fibra. ‖

Fibrātŭs, a, um: adjectivum. { *ἰνώδης*. Angl. *That hath small thinges lik heare, or in wyers*. } ut, Fibrata radix cepatum modo. Plinius *lib.* 25. *cap.* 5.

Fĭbŭla, æ, à figo, fixum, ut à fatum fabula. Proprie ornamentum cingulli ad vestem subligandam. { חות *chóach*. *πόρπη*, *περόνη*. Gall. *Une boucle, ou agrafe*. Ital. *Fibia*. Germ. Ein hafft / dan bestehlech an einem gurtel. Hisp. *La hevilla de la cinta ò vestidura*. Angl. *A buckle or claspe*. } Virg. 1. *Æneid.*

*Aurea purpuream subnectit fibula vestem.*

¶ Ponitur quandoque pro circulo æreo quo adolescentulorum virilia solent coërceri, conservandæ vocis gratia, quæ ex veneris usu debilior reddi solet, & asperior. Solet etiam hujusmodi fibula Comœdorum, Histrionúmque pudendis adhiberi, quòd illi potissimùm hominum generi vocalitas sit necessaria. Mart. *lib.* 7.

*Menophili penem tam grandi fibula vestit,*
*Vt fiat Comœdis omnibus una satis.*
*Dic mihi simpliciter, Comœdis & Citharœdis*
*Fibula quid præstet?*

Hinc deducitur verbum Fibulo, & ejus compositum Infibulo, hoc est, circulum æreum penì induco. Item, Refibulare, hoc est, fibulam hujusmodi solvere. Vide plura de fibula apud Corn. Celsum. *lib.* 7. *cap.* 25. Col. *lib.* 6. *cap.* 5. de bobus sic habet: Ænea fibula pars auriculæ latissima circumscribitur: ita ut manante sanguine, tanquam o literæ ductus appareat orbiculus. In emendatioribus exemplaribus subula legitur, non *fibula*. Aurea fibula donabantur antiquitus milites. Liv. 17. Tum puero annulum aureum, tunicam lato clavo, cum Hispano sagulo & aurea fibula, equóque ornatum donat. Idem 9. *bell. Maced.* Quintius alter Prætor suos equites catellis, ac fibulis donavit. ¶ Fibulæ item in ædificiis dicuntur ferramenta, quibus tigna conjunguntur. Cæs. 4. *bell. Gall.* Hæc utraque insuper bipedalibus trabibus immissit, quantum eorum tignorum junctum distabat, binis utrinque fibulis ab extrema parte distinebantur. Ab hoc nomine dicitur Suffibulum, vestimentum album, prætextum, quadrangulum, oblongum, quod in capite Vestales sacrificantes habebant, idque fibula comprehendebatur.

Fĭbŭlo, ās, are: Fulcire, conjungere. { חבר *chibbér*, חבריך *kibbbik*, *ἁρμογεῖν*. Gall. *Boucler, agrafer, emploindre avec une boucle ou agrafe*. Ital. *Affibiare*. Germ. Zusammen hafften / den ring einbeissen. Hisp. *Fener hevilla, ayuntar*. Angl. *To buckle or fasten together*. } Colum. *lib.* 1. Omoésque partietum & soli junctura testaceis pulvinis fibulantur: quoniam ferè his partibus ædificia rimas egerunt, cava præbent, ac latebras subterraneis animalibus. ¶ Hujus compositæ sunt, Confibulo, diffibulo, refibulo, & infibulo. Est autem infibulare, super glandem penis fibulam, hoc est, circulum æreum inducere: quod fiebat duabus de causis, vel vocis servandæ gratiâ, vel valetudinis, id quod jam dictum est. Vide de hoc Corn. Celsum. *lib.* 7. *cap.* 25. Refibulare, est fibulam tollere, sive solvere. Mart. *lib.* 7.

*Et cujus refibulavit turgidum, aber penem.*

Idem significat Diffibulare. Papinius,

*Emicat & torto chlamydem diffibulat amne.*

Fīcălŭs, vide *Ficus*.

Ficēdŭla, { *συκαλίς*, Hesychio *avis*. Gal. *Rousserte, Bec-fueligue*. Ital. *Becfigo, Piccafico*. Germ. Ein schnepf. Hisp. *El tordo, ò ave comedora de higos*. Angl. *A nightingale, a birde that eateth figes*. } Avis est, luscinix colore ac magnitudine similis. Ficedula autem & Atricapilla vicibus commutantur. Fit enim incunte autumno ficedula: ab autumno protinus atricapilla, nec inter eas discrimen, nisi coloris ac vocis. Plin. *lib.* 10. *cap.* 29. Alia ratio ficedulis. Nam formam simul colorémque mutant. Hoc nomen nonnisi autumno habent, postea Melancoryphi vocantur. Atricapilla, melancoryphus. { *μελαγκόρυφος*. Gall. *Pivoine*. Ital. *Capenero*. } Capitis fusca: in Creta *Melanocephalo*. Festus, Melancoryphi, genus avium, quæ Latinè vocantur Atricapillæ, eo quòd summa earum capita nigra sint. Est & ficedulæ sylvestris species, *μυσπίκαλος*. Aristophani: Lotharingis vulgò *Tarier*. Rursus ex ficedulis ficedula torquata, *μιγκλος* Aristophani.

Ficedulenses. Plaut. *Capt. fr.* 3. *a.* 2. Ficedulensibus opus militibus.

Fictura, fictura. Fortè *fissura*.

Fīcus, à *σῦκον*. { תאנה *teánh*. Gall. *Figue*. Ital. *Fico*. Germ. Ein feige. Hisp. *Higo, fruta*. Angl. *A figge*. } Tria omninò significat, fructum scilicet notissimum, quem Græci σῦκον vocant: deinde arborem ipsam quæ hunc fructum profert, quam illi συκῆν appellant: tertiò ulceris genus in locis pilosis nascens, à similitudine ficûs fructus ita appellatum. Pro hac significationum varietate diversa habet genera & declinationes. Nam quum pro fructu accipitur, tam secundæ declinationis est, quàm quartæ. In secunda tamen declinatione tam masculini generis est, quàm fœminini, in quarta verò solùm fœminini generis. De secunda declinatione hæc erunt exempla. Suet. *in August. cap.* 7. Ficos virides biferas maximè appetebat, vescebatúrque & ante cœnam. Plin. *lib.* 16. *cap.* 26. Fici mirabiles sunt, & abortivi, qui nunquam matureſcunt. Macrob. *lib.* 3. *cap.* 10. Grossi appellantur fici qui non matureſcunt. Quanquam Plinii lectio hodie sic habet: In ficis mirabiles sunt & abortus qui nunquam matureſcunt, Item apud Macrobium hodie sic legitur, Grossi appellantur fici quæ non matureſcunt. Et (ut ingenuè quod sentio, proferam) nulla, aut certè paucissima de genere masculino possunt adduci testimonia: hisce præsertim duobus locis immutatis, quibus maximè innitebantur qui in masculino inveniri asserunt. Valla tamen in secunda declinatione tam masculinum, quàm fœmininum esse credit: quod etiam ex hoc apparet, quòd hoc nomine pro morbo, qui à fructus similitudine dictus est, in masculino genere utamur. Huc accedit diminutivum, Ficulus, quod quum sit masculini generis, videtur ipsum etiam primitivum ejusdem esse generis. Solent enim ferè semper diminutiva ejus esse generis, cujus sunt primitiva: quanquam hoc nonnunquam fallat. Quicquid id est, frequentiùs certè fœmininum est, ut apud Varr. *lib.* 1. *de re rust. cap.* 41. Fici (inquit) semen naturale intus in ea fico quam edimus. Et *paulò post*, Tum enim resticulas per ficos quas edimus, maturas perserunt, & eas quum maruerint, complicant. Plin. *lib.* 15. *cap.* 18. E reliquo genere pomorum ficus amplissima est. De quarta declinatione etiam frequentia occurrunt exempla. Juven. *Satyr.* 14.

——— *si vis aliam decerpere ficum.*

Martial.

*Res mira est; ficus non habet unus ager.*

¶ Ficus pro arbore, gen. fœm. est, & secundæ, vel quartæ declinationis. { συκῆ. Gall. *Figuier*. Ital. *Fico*. Germ. Ein feigenbaum. Hisp. *La higuera, arbol*. } Plin. *lib.* 16. Quidam brevitate radicum senescere celeriùs arbores putant: quod contingunt ficui, quarum radices longissimæ sunt, & senectus ocyssima. Juven.

——— ——— *ad quæ*
*Diffundenda valent sterilis mala rivus ficî.*

Cic.

Cic. *de Orator.* per quartam declinationem inflexit. Cui quum familiaris quidam quereretur, quòd diceret uxorem suam suspendisse se de ficu: Amabo te, inquit, da mihi ex ista arbore quos feram surculos. ¶ Ficus pro morbo masculini generis, & secundæ declinationis, σῦκον, aliter mariscæ, Germanis Feigwartz, quasi verruca fici: est tuberculum in ano ad fici similitudinem. Martial. *lib.* 1.

*Dicemus ficos Catiliane tuos.*

Sunt qui hoc loco ficus, quarta declinatione legant. Nascitur hoc vitium ferè in capite, tum in capillo, tum in barba, & locis obscœnis, quæ pilis integuntur. Celsus *lib.* 6. *cap.* 5. Est etiam ulcus, quod à fici similitudine σύκωσις à Græcis nominatur. Caro exarescit: & id quidem generale est. Sub eo verò duæ species sunt: nam alterum ulcus durum & rotundum: alterum humidum & inæquale. Ex duro exiguum quiddam & glutinosum exit: ex humido, pus malo odoris, sitque in his partibus quæ pilis conteguntur: sed id quod humidum, præcipuè est in capillo, atque ano ex attritu quem cinædi patiuntur. In hocrum genere sunt Chalcidicæ, Chiæ, purpureæ, chelidonæ, mariscæ, callistruthiæ, Liviæ, Libyssæ, Flaviæ, & reliquæ. ¶ Ficus duplex, vide *Duplex*. ¶ Ficum petit, σῦκα αἰτεῖ. In eum dicebatur qui commoditatis alicujus gratiâ blandiebatur. Inde natum tradunt, quòd olim Atheniensis agricolis blandiri solerent, ut ab illis ficos præcoquos acciperent. Aristophan. *in Vespis*. ¶ Ficos dividere, σῦκα μερίζειν, proverbialiter dicuntur, qui impendiò parci ac sordidi sunt, etiamsi ditissimi. Mart. Ficus ficus, ligonem ligonem vocat, καὶ σῦκα σῦκα, καὶ σκάφην σκάφην λέγει. Quadrat in eum qui simplici & rusticana utens veritate, rem ut est, narrat, nullis verborum ambagibus ac phaleris obvolvens. Ficum Mercurio, σῦκα τῷ Ἑρμῇ. De prompto & quibuslibet exposito beneficio dicebatur. Nam antiquis mos erat, ficubi ficus repertus fuisset, eum veluti Mercurio sacrum suspendere. ¶ Ut fici oculis incumbat, ὅστις τοῦ ἐπὶ τὸν ὀφθαλμὸν ἴκτου. De iis dicebatur qui pertinaciter urgerent premerétque negotium aliquod. Sumpta similitudine à fici, hoc est, à vitio quod oculis inuascitur, nec facilè potest evelli oculo incolumi. Aristoph. *in Ranis*. ¶ Similior ficu, ὁμοιότερος συκῇ, per jocum dicebatur de vehementer inter se similibus. Ducta metaphora à ficorum inter ipsas similitudine. Plutarchus.

**Ficŭlus**, diminutivum est. {*couler.* Angl. *A little figge.*} Plaut. *in Stichо.* Nucibus, fabulis, ficulis.

**Ficetum**, i. Locus ubi ficus consitæ sunt. } συκέ. Gall. *Figueraye, lieu parsemé de figuiers.* Ital. *Ficareto, loco piantato di fichi.* Germ. Ein feigengarten. Hisp. *Figueral, arboleda de higueras.* Angl. *A figge yard, a place where figge trees growe.* } Varr. Ficúsque densa materia non est, ideo sequitur calorem: quo fit ut in locis frigidis ficeta fieri non possint. Mart. iocum captans ex ambiguo, ficetum posse pro obscœnis partibus ficosis, hoc est, multis ulceribus, quæ ficos vocant, obsitis. Sic enim habet *lib.* 12.

*Vepreres emeret Lælianus, vendidit hortum:*
*Nil nisi ficetum nunc Lælianus habet.*

**Ficārĭus**, a, um: quod ex ficu est, aut ad ficum attinet. {σύκινος. Gall. *De figuier ou figue.* Ital. *De fico.* Germ. Von ju dem feigen gehört. Hisp. *Cosa perteneciente a higuera.* Angl. *Of a figge, or figge tree.*} Plin. *lib.* 11. *cap.* 35. Ficarios culices caprificus generat. Cato *cap.* 48. Eò sarmenta, aut ficarias crates imponito, quæ frigus arceant & solem. Vide Ἡλεμὸ ἄλσος, in Lexico Constantini.

**Ficārĭa**, æ. Locus est ficis arboribus consitus. { συκών. Gall. *Lieu parsemé de figuiers.* Ital. *Luogo dove sono molti fichi.* Germ. Ein ort da viel feigenbäum gepflantzt sind. Hisp. *Higueral ò arboleda de higueras.* Angl. *A place planted with figge trees.* } Pallad. *lib.* 4. Aliqui inter ficarias caprificî arborem serunt.

**Ficārium** ieeur, fullum maximè, quod Græci συκῆν appellant, à suo fico pasta.

¶ Ficitas, fructus fici. ¶ vel ficorum collectio. V. *Ficitor.*

**Ficitŏr**: Ficorum amator, seu ficorum collector. { συκολόγος. Gall. *Qui aime les figues, ou les amasse.* Ital. *Chi ama ò raccoglie fichi.* Ger. Der gern feigen hat, oder feigen brechet. Hisp. *El que ama ò coge los higos.* Angl. *A licherous eater of figges.*} Nævius apud Non. Ficitores omnes cupiunt ficitatem.

¶ Ficode, hodie Cervia. *Cervia*, V. E. Æmiliæ, seu Galliæ Togatæ, salis copiâ nobilis, sub A. Ravennate.

**Ficoia**, palus ficulneus. Fest.

**Ficosus**, ficis plenus: συκώδης. Ooom. intellige de vitiis corporis.¶

**Ficŭlnĕus**, a, um: sive Ficulnus. { σύκινος. Gall. *De figue, en figuier.* Ital. *Di fica.* Germ. Feigenbäumen. Hisp. *Cosa de higuera.* Angl. *Of or belonging to a figge tree.* } Quod est ex ficu arbore. Plinius *lib.* 15. *cap.* 18. Sunt & ficulnei caules. Horat. 1. *Serm. sat.* 8.

*Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum.*

Eadem autem forma ficulnus & ficuleus dicimus, qua saligneus, & saligneus, iligneus & iligneus. Caro, Fibulæ unde fiant aridæ, ligneæ, ulmeæ, naceæ, ficulneæ, face ut in stercus, aut in aquam conjiciantur. Ficulnea arbor. Colum. *lib.* 5. *cap.* 11. Ad eras arboris ficuleæ religa.

**Fictĭlis**, Fictitius, Fictor, Fictus: vide *Fingo.*

**Fidēicōmissum**, Fidejubeo, Fidejussio, Fidejussor: vide *Fides.*

**Fidēlĭa**, æ, à fideliter continendo. Genus vasis Samii, teste Nonio, ad usus plurimos accommodati. { חרס *chemeth.* στράμνιον. Gall. *Vaisseau de terre.* Ital. *Vaso di terra.* Germ. Ein gattung eines ubermen geschirr, ein hafen oder trog. Hisp. *Vaso de barro.* Angl. *A vessel of earth.* } Persius *Satyr.* 5.

*Discе, nec invidem, quòd multa fidelia patet*
*In locupletе penu.*

Plaut. *in Aul.* Mulsi congialem plenam faciam tibi fideliam. Colum. *lib.* 12. *cap.* 38. In fictili fidelia facto loco reponuntur. Pers. *Sat.* 5.

——— *tumet alba fidelia vino.*

¶ De eadem fidelia duos dealbare parietes, est eadem opera duos velle demereri. Currius *Ciceroni*, Sed oro te, amice magne, noli hanc epistolam Attico ostendere: sine eum me virum bonum esse putare, nec solere duos parietes eadem dealbare fidelia. Metaphora tracta videlicet ab iis qui parietibus albarium inducturi colores habent in fictilibus præparatos. Vide Erasm. Adagia.

**Fidelis**, vide *Fides*, ei.

**Fidēna**, æ, ὁ, ἡ Φιδήνη, Φιδήνα Stephano, & Fidenæ, arum, Φιδῆναι Strabоni. Urbs Latinorum mediterranea. Virg. 6. *Æneid.*

*Hi tibi Nomentum, & Gabios, urbémque Fidenam.*

Juven. *Satyr.* 6.

*Vivat Fidenis, & agello cedat paterno.*

**Fidēnātes**, Φιδηνάται, Φιδηνάτης Stephano. Dicti sunt Fidenarum incolæ, quorum meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 5.

**Fidentĭa**, æ, εὐδαιμονία. Vulgò *Fiorenzola.* Oppidum est in octava regione Italiæ, cujus incolæ dicuntur Fidentini, quorum meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 15. ¶ Est Fidentia, Hispaniæ Bæticæ urbs, inter Bætin amnem & Oceanum sita, alio nomine Julia appellata, authore eodem Plin. *lib.* 3. *cap.* 1.

**Fīdes**, ei, à πείθω, πίστις, πεῖσις. Nisi malis cum Cicerone à fio: quia fit quod dicitur.} אמונה *emunáh.* ni. f. Gall. *Foy, loyauté* Ital. *Fede.* Germ. Glaub, warheit, treue. Hisp. *La fé.* Angl. *beleife, truth, faith.* } Dictorum est & conventorum constantia & veritas, quia hæc quod dictum est, sic appellata. Cicer. 1. *Offic.* Fundamentum autem justitiæ est fides, id est, dictorum, conventorúmque constantia & veritas: ex quo (quanquam hoc viderint fortasse cuipiam durius, tamen ut videamur imitari Stoïcos, qui studiosè exquirunt unde verba sint ducta) credamus, quia fiat quod dictum est, appellatam fidem. Terent. *Heaut. sc.* 3. *a.* 1. Sed video, eccos quos volebam. O Jupiter, ubinam est fides! ¶ Fides est quod vulgò conscientiam dicimus. Cicer. *pro Cælio.* Sed vestræ sapientiæ tamen est, Judices, non si causa justa est vitis fortibus oppugnandi M. Cœlium, ideo vobis quoque vos causam putare esse justam alieno dolori potiùs quàm vestræ fidei consulendi. Idem *pro Archia poeta.* Adest vir summa authoritate, & religione, & fide L. Lucullus, qui se non opinari, sed scire: non audivisse, sed vidisse: non interfuisse, sed egisse dicit. Hæc Budæus. ¶ Obstinatio fidei in bonam partem, pro confirmatione & constantia. Tacit. *lib.* 19. Bleso super claritatem natalium, & elegantia morum, & fidei obstinatio fuit. Idem *lib.* 22. vocat fidem obstinatam, pro obstirmata & constante. ¶ Fide Græca, pro bona fide, dicebant Græci, de sua gente benè existimantes, quòd decoris gratiâ servavit Plaut. in palliata Comœdia: sic enim *in Asin.* At, Græca mercamor fide, i. optima, repræsentata pecunia. ¶ Constans fides. Tacit. *lib.* 10. Neque fidei constans, neque strenuus in perfidia. Fidei plenus. Cic. *de senect.* Licèt enim vestibus iisdem mihi affari te Attice, quibus affatur Flamininum ille vir haud magna cum re, sed fidei plenus. ¶ Fides tabularum, id est, authoritas. Cic. *pro Archia.* Quum Appii tabulæ negligentiùs asservatæ dicerentur, Gabinii quandiu incolumis fuit, levitas, post damnationem calamitas omnem tabularum fidem resignasset. Bonæ fidei possessor, qui ignoravit rem quam emit, alienam esse, aut putavit eum, qui vendidit, jus vendendi habere. Budæus. Bona fide, id est, seriò. Plaut. *Aul. sc.* 10. *a.* 4. Die bona fide, tu id aurum non surripuisti? ¶ Date fidem, idem est quod sanctè promittere. ἐγγυᾶν. Cicer. 2. *de finib.* Nec dubitat illi vestro beato M. Regulum anteponere: quem quidem quum sua voluntate, nulla vi coactus, propter fidem quam dederat hosti, ex patria Carthaginem revertisset: tum ipsum, quum vigiliis & fame cruciaretur, clamat virtus beatiorem fuisse, quàm porantem in rosa Thorium. Fides muliebris, id est, inconstans, dubia, sive mala. Plaut. *Milit. sc.* 5. *a.* 2. Muliebri fecisti fide. ¶ Fides pro fiducia. Idem *Aulul. sc.* 2. *a.* 4. Fides, Tuæ fidei concredidi aurum. *Ibid.* ¶ Pro periculo. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Mittam hunc æstimatum tua fide (paulò antè dixerat, tuo periculo.) ¶ In fide alicujus esse (i. in tutela.) Cæsar *lib* 1. *de bell. civili.* ¶ Accipere fidem & dare, πίστιν ἔχειν καὶ δίδοναι. Virg. 8. *Æneid.*

*Accipe, dánque fidem, sunt nobis fortia bello*
*Pectora.*

¶ Dare fidem publicam, est publico nomine securitatem, vel impunitatem promittere. Cicer. 3. *in Catil.* Introduxi Vulturium sine Gallis, fidem ei publicam jussu Senatus dedi: hortatus sum ut ea quæ sciret, sine metu indicaret. Accipere fidem publicam, est id quod dicunt, Impetrare salvumconductum. } πεὶ ἐγγύης. Seu ἀσφαλείας. Gall. *Impetrer saufconduit & seureté publique.* Ital. *Ottenere salvo condutto y sicurtà publica.* Germ. Ein sichre frey geleyt erlangen. Hisp. *Alcanzar salvo conducto y seguridad del principe.* } Sic interponere fidem publicam, est alicui fidem publicam dare. Salust. *in Jugurtha.* C. Memmius Pop. Rom. persuadet, uti L. Cassius, qui tum Prætor erat, ad Jugurtham mitteretur, eúmque interposita fide publica Romam duceret. Venire fide publica. Salustius *ibidem*, Comes ejus qui Romam fide publica venerat. ¶ Fides penes. Idem *Jugurth.* 65. Cæterùm fides ejus rei penes auctores erit. ¶ Affecta fides. Tacit. *lib.* 19. Et credebatur affectam ejus fidem præjuvisse, id est, fidem læsam, fienti Livius dicit res affectas *lib.* 6. *decad.* 1. Quorum legati opem rebus affectis orantes. Hanc eandem *lib.* 10. appellat afflictam fidem. ¶ Non ex fide versate pecunias. Suet. *in Galba*, *cap.* 9. ¶ Fidei templum struxit Numa, sanctissimúmque esse voluit Jusjurandum per fidem. ¶ Fidem lædere. Cæsar *lib.* 1. *bell. civ.* ¶ Fideicommissum accipere exercitum. ¶ Fidem autem apud antiquos in utramque partem appellatam esse, videre est apud Cic. *lib.* 3. *Offic.* ¶ Habere fidem alicui, est credere. Plaut. *Pseud.* Ut mihi caverem à Pseudolo servo suo, neu fidem ei haberem. Terent. *Andr.* Propemodum habeo jam tibi fidem. ¶ Implorare fidem alicujus, id est, auxilium. Terent. *in Adelph.* Illa fidem nunc vestram implorat Demea. ¶ Ciere fidem, idem quod implorare. Juven. *Sat.* 5.

*Nos hominum divúmque fidem clamore ciemus.*

¶ Interponere fidem. Cic. *de clar. Orat.* Quæ quidem vis tum maximè cognita est, Lusitanis à Ser. Galba Prætore, contra interpositam, ut existimabatur, fidem interfectis. ¶ Fidem liberare, est promissis stare, hoc est, præstare quod quis pollicitus est: & propriè dicitur de fidejussore, quum creditoribus satisfacit. Idem *pro Flacco.* Pecunia petitur ab Hermippo, Hermippus ab Heraclita petit: ipse tamen Fufiis satisfacit absentibus, & fidem suam liberat. ¶ Mutare fidem,

fidem, est pactum rescindere, & violare promissum. Salustius *in Iugurth.* Profectò cuncti, aut magna pars Cirtensium iidem mutavissent, tanta mobilitate sese Numidæ gerunt. ¶ Fallere fidem, est quod quis sua fide promisit, non servare. Cic. 1. *Offic.* Ad supplicium tradere maluit, quàm fidem hosti datam fallere. ¶ Præstare fidem. Idem *ad Attic. lib.* 9. Itaque nunc Romæ omnia negotia Lentulo procuro, sustineo, meúmque officium, fidem, pietatem iis præsto. Ovid. 3. *Fastorum*,

*Bacche fidem præsta, nec prodest amplius ullam*
*Conjugio.*

¶ Fidem exonerare. Livius *lib.* 2. *dec.* 5. ¶ Fidem decipere. Seneca. ¶ Fidem abrogare. { Gall. *Perdre le credit.* } Liv. *lib.* 6. *ab Urb.* ¶ Item bona fides homo vocatur, cui res tutò creditur, vel qui rem sibi creditam fideliter servat, aut etiam qui fideliter præstat quod promisit. Succ. *in August. cap.* 42. Populo promissum congiarium reponi, bonæ se fidei esse respondit. { Gall. *Qu'il estoit homme de promesse.* } Cic. *Lent. lib.* 1. fidem pro promissione, & quasi sponsione potuit. Pompeii fides, quam de me Cæsari dederat. ¶ Fide alicujus sumere: sub. argentum, id est, non sua, sed aliena cautione. Cicer. *pro Flacco.* Nam hunc Hermippum hominem eruditum, civem suum, cui debeat esse notissimus, percussit: ejus enim fide sumpsit à Fusiis. Securus Hermippus, Tennum proficiscitur, quum iste sese pecuniam, quam hujus fide sumpserat à discipulis suis, diceret Fusiis persoluturum. Budæus. ¶ Dubia fides Rhodiorum. Velleius. Plancus, dubia, id est, sua fide. Item Ovid. *Eleg.* 7. *lib.* 1. *Trist.*

*Et nihil est de quo non sit habenda fides.* (i. quod non credi possit.)

Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 4. Rem fidemque perdere eos aiunt, qui consistunt cum lenonibus. ¶ Facere fidem, est rem per argumenta, tabulas, aut testes probare: *mihi credimus, meis rebus.* Cic. 2. *de lege Agr.* Fac fidem, te nihil nisi populi utilitatem quærere. ¶ In alicujus fide esse, pro in tutela & protectione alicujus esse, dixit Cæs. *lib.* 1. *de bell. civil.* Et aliquem soli dominum agnoscere, ac patronum. Cic. *pro Plancio.* Eorúmque preces & vota de meo reditu exaudiens, Dyrrachium, quod erat in fide mea, petere contendi. Budæus. ¶ Ubi ejus rei fides est, id est ubi fides constitit, ut loquitur Columella, ubi certum atque exploratum: ubi fides facta est lenssuum experientia, apud Cels. *lib.* 7. *cap.* 26. ubi de calculo. Quod an inciderit, digitis quoque, sicut in curatione docebo, demissis cognoscitur. Ubi ejus rei fides est, pridie, &c. ¶ Fidei causa, id est, fidei faciendæ gratia. Salust. *Iugurth.* 121. Non possum fidei causas, imagines, atque triumphos, aut consulatus majorum meorum ostentare. ¶ Accipitur interdum fides pro fiducia. Terent. *in Andr.* Tristis severitas inest in vultu, atque in verbis fides. ¶ Est item fides vocabulum negotiatoribus proprium, pro constantia illa promissorum, qua debitores suo loco & tempore præstant quod promiserunt. Cic. *pro Fonteio.* Scimus Romæ solutione impedita fidem concidisse. Idem *Att. lib.* 11. Hujus pecuniæ permutatione fidem nostram facilè tuebere. Cæsar 3. *bell. Gall.* Quum fides tota Italia esset angustior, neque creditæ pecuniæ solverentur. ¶ Fidei, pen. prod. apud Lucretium *lib.* 5.

——*via quà munita fidei*, &c.

¶ Fide, pro fidei, apud Horat. 3. *Carm. Ode* 7.

*Thyna merce beatum,*
*Constantis juvenem fide*
*Gygen?*

Idem 1. *Serm. satyr.* 9.

Fidēi. Multi versum Paulini hunc,

*Quod sic maluerit trepida cautela fidei,*

qui habetur *lib.* 1. in vita S. Martini, emendant & corrigunt, cùm certum sit, non emendandum. Nam quanvis in nomine *fides*, penultimam sæpe in genitivo corripiat, tamen sæpe producit, nec est cur mendum aliquis suspicetur in co versu, neque in aliis, quos pro arbitrio mutant: id sensit optimus Juretus ita *lib.* 1.

——*non immemor ille fidei.*

Et *lib.* 2. ——*simul & virtute fidei.*
Et ——*tanto terrore fidei.*
Et ——*signacula certa fidei.*
Et in Panegyrico de Celsi obitu,
*Præscribens veteri legemque modumque fidei.*
Et in natali Felicis *lib.* 8.
*Nuda fides armata Deo est, virtute fidei*
*Fortior Exechiæ.*

Quibus locis, & aliis infinitis, fidei penultimam producit, nec est cur temerè corrigatur.

Fīdējŭ-nĕo, es, ere. Pro aliquo promitto, fidem meam pro alio interpono, promitto. { עֵרֶב *harâb.* ἐγγύᾶν. Gall. *Pleiger ou répondre, cautionner.* Ital. *Far sicurtà.* Germ. Verheyssen / für ein andern verbürgen / sich versprechen. Hisp. *Fiar por alguno.* Angl. *To be suretie for, to undertak.* } Ulpianus *l. si dn. itet.* §. *filiusfamil. ff. de fidejuss.* Filiusfamilias pro patre poterit fidejubere, nec erit sine effectu hæc fidejussio. ¶ Fide mea jubeo. Scævola *D. lib.* 17. *tit. mandati, l.* 60. Quare scias quodcunque ab ea ex hac causa stipulatus fueris, id me mea fide esse jussisse salvum te habiturum.

Fīdējūssio, nis: Sponsio pro alio facta. { עֲרֻבָּה *harrubâh.* ἐγγύη, ἐγγύησις. Gall. *Pleigement, réponse, caution.* Ital. *Sicurtà.* Germ. Verbeyssung / verbürgung. Hisp. *Fianza por alguno.* Angl. *Suretiship, undertakind.* } Juvol. *l. sed etsi, ff. de fidejuss.* Quum servos fidejussionis nomine obligari non prodest.

Fīdējūsŏr: Sponsor, qui pro alio fidejubet, & fidem suam interponit. { עֵרֵב *horêb.* μεσέγγυος, ἐγγυητής. Gall. *Pleige ou répondant.* Ital. *Mallevadore, chirestpende & promette per altri.* Ger. Ein verheysser / bürg. Hisp. *Fiador por alguna persona.* Angl. *A suertie or borow.* } Donatus, fidejussor est author credendi alium aliquid daturum facturúmve, sua fide subque periculo promittens. Ulpianus *in l.* 8. §. 8. *D. de fidejussor.* Si quis Stichum stipulatus fuerit, & fidejussorem ita acceperit: Stichum, aut decem fide tua esse jubes. Ubi illud obiter animadvertendum est, pro eodem dici, Fidejubeo: & divisis dictionibus, Fide mea esse jubeo. Paulus *l. ubi autem, ff. de verb. obligat.* Si filiusfamilias ita stipulatus fuerit, Quantam pecuniam Titio credidero, fide tua esse jubes?

Fīdējŭssōrius, adjectivum. *D. de minoribus, l.* 7. Utpotà si fidejussorio nomine se, vel rem suam obligavit.

Fīdēĭcŏmmĭssum, i, n. { Gall. *Ce dont nous avons charge, & qui nous est baillé en garde de bonne foy.* Ital. *Fideicommisso.* Germ. Das einem andern treu vnnd glauben zuhalten oder außzurichten vbergeben vnd befohlen ist. Hisp. *Cosa que se comete à la fe de otro.* Angl. *A feoffement of trust, a putting of a thing in mr hands to dispose upon te only credite of his honestie.* } Est species dispositionis ultimæ voluntatis, quum testator alicujus fidei aliquid committit quod alteri sit traditurus: quod ideireo Fideicommissum dictum est, quòd ex fide ejus, cui committebatur, pendebat. Postea tamen Fideicommissi, ut omnis fraudi humanæ occasio amputaretur, à divo Augusto ad necessitatem Juris sunt tractata, jussúque legatis exæquata. ¶ Jurisdictio de fideicommissis etiam potestatibus, id est, præsidibus provinciarum, à Claudio demandata.

Fīdēĭcŏmmissārius, ii: habet passivam significationem; nam is dicitur qui Fideicommissum, seu rem fideicommisso subjectam accepit. { πιστικὸς κληρονόμος. Angl. *A feoffees of trust, one put in trust to dispose a thinge.* } Ulp. *l. fideicommissa* 11. §. 13. *de leg.* 3. Paulatim igitur admittemus, etsi ex parte pecuniæ rem comparavit, quam non hoc animo exegit, ut fideicommissarium privaret fideicommisso, posse adhuc fideicommissi petitionem superesse.

Fīdo, is, fīsus. Fidem habeo, credo, spem fiduciámque in aliquo repositam habeo: & tam cum ablativo, quàm cum dativo construitur. { בטח *batách.* האמין *hemin.* πείθω, πίστευω. Gall. *Se fier & croire à quelqu'un.* Ital. *Confidarsi, fidarsi.* Germ. Trawen / glauben. Hisp. *Confiarse de alguno.* Angl. *To trust, or beleve.* } Juven.

*Fidimus eloquio Ciceronis.*

Virg. 6. *Æneid.*

——*& fidere nulli.*

Plin. *in Epist.* Liber fuit & opusculis variis & metris: ita solemnis qui ingenio parum fidimus, satietatis periculum fugere. ¶ Hujus compositæ sunt, Confido, & Diffido, pen. prod. quæ suot contraria. Nam confidere, idem est quod fidere. Cicer. *ad Attic.* Itaque accusabar ab eo, quòd parum constantiæ suæ confiderem. Contrà, diffidere, est fidem non habere, ἀπιστεῖν. Sen. Nec secundis rebus nimis fidendum, nec adversis diffidendum est.

Fidens, entis. Succ. *in August. cap.* 65. Lætum cum atque fidentem sobole fortuna destituit. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 3. Ubi fidentem fraudaveris. Mox, fideli infidus fueris.

Fīdēnter, adverb. intrepidè & cum fiducia, confidenter, audacter. { לבטח *labetách.* πεποιθότως. Gall. *Asseurément, hardiment.* Ital. *Fidatamente, con fidanza.* Germ. Dermassen / sicherlich. Hisp. *Confiando, con buena fé.* Angl. *Boldie, with trust and assurance.* } Cic. 2. *de Orat.* Tum ille fidenter huic perutilissimo confirmare, ita se rem habere ut respondissem. Idem 2. *de Div.* Timide fortasse fingisset evellebat quod fidenter insisteret. Fidentius scribere alicui. Idem *ad Attic. lib.* 6.

Fīdentĭa, æ: Firma animi confisio, & fortitudinis pars, per quam animus multum in se fiduciæ cum certa spe collocavit. { מבטח *mibtách.* πεποίθησις. Gall. *Fiance, confiance.* Ital. *Fidanza.* Germ. Trawung / gewisse zuversicht. Hisp. *Confianza.* Angl. *Boldenesse, trust, confidence.* } Ponitur autem in laude, quemadmodum & fidens, unde deducitur. πεποίθησις. Confidens autem & confidentia plerunque in malam partem. Cic. 3. *Tusc.* Qui fortis, est fidens, quoniam confidens mala loquendi consuetudine in vitio ponitur: dictum verbum à confidendo, quod laudis est: qui autem est fidens, is profectò non extimescet. Idem 2. *de invent.* at, fiducia tam pars est fortitudinis, per quam magnis & honestis in rebus multum ipse animus in se fiduciæ cum certa spe collocavit. Idem 4. *Tusc.* Et si fidentia, id est, firma animi confisio, scientia quædam est & opinio gravis, non temerè assentiens; metus quoque est diffidentia exspectati & impendentis mali.

Finītĭmus, a, um: Vicinus, seu propinquus, hoc est, fines nostros attingens. { סמוך *mighbál*, שכן *schachén.* πλησίος. Gall. *Voisin, prochain.* Ital. *Vicino, finitimo.* Germ. Ein anstosser / nahgeldgner. Hisp. *Cosa cercana à comarcana.* Angl. *Neighbour, or bordering upon.* } Liv. *lib.* 1. Jam res Romana adeò erat valida, ut cuilibet finitimarum civitatum bello par esset. Mari finitimus est æther. Cic. 2. *de nat. Deor.* Falsa veris finitima sunt. Idem 4. *Acad.* Inferte bellum finitimis. Idem *pro lege Manilia.* Ovid. *Eleg. ult. lib.* 4.

——— *finitimis circumsonat arma.*

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 5. *Trist.*

——— *finitimo cinctum premor undique Marte.*

Fĭo, fis, factus sum, à φύω. Significationem passivam habet, quamvis vocem habeat verbi neutri: unde etiam inter neutra passiva à Grammaticis numeratur. { נעשה *neheſáh*, חוה *hajáh.* γίνομαι. Gall. *Estre fait, devenir.* Ital. *Essere fatto, divenire.* Germ. Werden. Hisp. *Ser hecho.* Angl. *To be made.* } Veteres Facior, dicebant voce passiva. Unde apud Catonem legitur, Græco ritu faciebantur Saturnalia. Hinc manſit præteritum Factus sum. In præsenti optativi, & præterito imperfecto subjunctivi. Contra morem verborum quartæ conjugationis assumit literam inter i, & r, ut fierem dicimus, pro fitem: & fieri, pro firi: in reliquis temporibus à præsenti formatis sequitur inflexionem verborum quartæ conjugationis. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Nunquam ratus sum fore, ut tibi fierem supplex. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 1. Quid vis fieri? Non omnes possunt olere unguenta exotica. Idem *Men. sc. ult. a.* 5. Manè auctio fit. Item, Solémne oculi tibi duri fieri. *Ibid sc.* 5. *a.* 5. Item *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Jam bibes. A. Dia fit. Et *in Aulul. sc.* 1. *a.* 4. Ut quæ fierent, fieret particeps. Idem *Amph. sc.* 4. *a.* 4. Amphitruones firote gemini. Et *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Liv. Andron. *apud Non. c.* 7. Fitum est. Cato *apud Priscian. lib.* 8. More Græco fiebantur Saturnalia. Fores site mihi volentes propitiæ. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Fite causſa mea Lydii barbati(i. Italici. Idem *in Amph.* Patet curavit uno ut fœtu fierent. (Fieret prima longa.) Et *in Pseud. sc.* 5. *a.* 1 Fiat, geratur mos tibi. Idem *Aul. sc.* 4. *a.* 1. M. Desponde (mihi filiam.) E. Fiat. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 5. Da hanc huic uxorem. T. Fiat. Idem *Men. sc.* 2. Quis hic est, qui adversùm sic mihi? Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Ut vis, fiat. Horat. *lib.* 1. *Epist.* 1.

*Nunc agilis fio.*

Idem 4. *Carm. Ode* 13.

*Fit anus, & tamen*
*Vis formosa videri*
*Ludisque & bibi impudens.*

Terent. *in Eunuch.* Biduum saltem ut concedas solùm. Ph. Siquidem biduum. Verùm ne fiant isti viginti dies. Cicer. *pro Domo sua.* Quid te aut fieri, aut fingi dementius potest! Compositum ejus est Confio. Item, Infit, & Defit, quæ vix aliter quàm in tertia persona leguntur. Componitur præterea fio, penè cum omnibus dictionibus, cum quibus componitur facio, exceptis præpositionibus, cum quibus tamen componitur: ut, Calefacio, calefio: Tepefacio, tepefio. &c. ¶ Ponitur quandoque fio pro æstimari, πράσσω. Cic. *in Lælio.* Tertius verò ille finis reterrimus, ut quanti quisque ipse se faciat, tanti fiat ab amicis. ¶ In tertia persona quandoque pro Evenit, contigit. συμβαίνει. Cicer. *lib.* 1. *Offic.* Fit autem interdum ut nonnulli omissa imitatione majorum, suum quoddam instituendum consequantur. ¶ Fiet tibi acceptum, pro referetur. Plin. *epist.* 110. Sed licèt cessaverint illæ tempestate detentæ: tu tamen meruisti ut acceptum tibi fieret: quod quominùs non exhiberes, non per te stetit. ¶ Fient in illum exempla. Terent. *in Eunuch.* Quid ais? in quem exempla fient? ¶ Fieri obviam. Cicer. *Attic. lib.* 6. Obviam mihi fit tabellarius. ¶ Fiat, particula est permittentis ac concedentis, aut annuentis aliquid. Plaut. *Pseud.* Agite, amovemini hinc vos intrò nunc jam, ut meis vicissim date locum fallaciis. S. Fiat, geratur mos tibi. ¶ Fieri potest, ἐνδέχεται. Cic. *de Amic.* Neque fieri possit ut non illatim alienatio, disjunctióque facienda sit. ¶ Fieti, pro sacrificari. Liv. *lib.* 7. *dec.* 4. Decemviri ut fieret ediderunt (i. ut sacrificaretur.) Ideò Facere, pro sacrificare, suprà in *Facio.* ¶ Fiere, pro fieri, vide apud Gell. *cap.* 7. *lib.* 19.

Fircus olim dicebatur, qui postea Hircus dictus est. Terent. Scaur. *de Orthogr.*

Firmŭs, adjectivum: Stabilis, constans: à ferendo, quòd constanter omnia ferat. { נאמן *naamán*, נכון *nathón*, חזק *cazák.* ἰσχυρός, βέβαιος, ἀσφαλής. Gall. *Ferme, stable, assuré.* Ital. *Fermo, stabile.*



Germ. Steiff/ vest/ bestendig. Hisp. *Cosa firme y fuerte.* Angl. *Sure, stable.* } Plaut. *in fine Asin.* Nemo est ingenio tam duro, neque firmo pectore, quin sibi benefaciat. Terent. *in Heaut.* Adeon' pervicaci esse animo, ut puerum præoptarit perire. Ex quo firmiorem inter nos fore amicitiam posthac scires? ¶ Firma fides. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 5. Hæc reperta fides firma nobis. ¶ Uxor firma, cujus pudicitia in tuto est. Ovid. *Eleg. ult. lib.* 4. *Trist.*

——— ——— *Vxor*
*Non tamen in nostro firma futura toro.*

Item, firmus proposito, Velleius, & Ovid. *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.*

*Nihil adeò validum est, adamas licèt alliget illud,*
*Vt maneat rapido firmius igne Iovis.*

Suet. *in Tib. cap.* 8. Firmus & partiens. ¶ Firmus cibus dicitur qui validus est, & ut Varro *de re rust. lib.* 2. *cap.* 12. loquitur, alibilis. Firma potio, id est, multi nutrimenti. Cellus *lib.* 2. *cap.* 18. Firmior ex frumento potio est, quo firmus fuit ipsum frumentum: firmior ex eo vino quod bono solo, quàm quod tenui natum est. Firma valetudo, dicitur integra, valida & robusta. Et qui robusta est corporis habitudine, firmus dicitur. Cic. *Tironi.* Te penitus rogo, ne te tam longæ navigationi & viæ per hyemem, nisi bene firmum, commitas. ¶ Item Firmus dicitur munitus, instructus, paratus, ἱκανός. Plancus *Ciceroni*, Me ut ventrem, copiásque conjungerem rogavit, eóque magis, quòd & Antonius ab equitatu firmus esse dicebatur, & Lepidus non mediocrem quidem equitatum habebat. Cæsar *lib.* 2. *de bell. civ.* Firmissima totius Provinciæ civitas. Sueton. *in Calig. cap.* 5. Firmiora de aliquo judicia, & majora. Fumum vinum dicitur quod durabile & firmum est. Virg. 2. *Georg.*

*Sunt etiam Ammineæ vites, firmissima vina.*

Gell. *cap.* 5. *lib.* 13. Firmum herele vinum & jucundum (Rhodium, sup.) Hinc firmitas vini dicitur, quam vulgus *potentiam & durabilitatem* vocat. Plin. *lib.* 14. *cap.* 2. Principatus datur Ammineis propter firmitatem, senióque proficientem vini ejus ubique naturam. ¶ Alioqui firmitas idem est quod stabilitas, aut constantia. { אמונה *amanáh*, חזקה *chezkáh.* βεβαίωσις, ἀσφάλεια. Gall. *Fermeté, constance.* Ital. *Fermezza.* Germ. Standhafftigkeit/ bestendigkeit. Hisp. *Firmeza.* } Cicer. 1. *de finib.* Firmitatem tamen & constantiam, si modò fuit aliquando in nobis, eandem cognosces quam reliquisti. ¶ Firmitas, soliditas. Cic. 2. *Philip.* Gladiatoriâ corporis firmitas, (de Anton.) Plaut. *in Most.* Age, specta postes cujusmodi, quanta firmitate facti, & quanta crassitudine. *Ibid. sc.* 2. *a.* 1. Parant sedulò in firmitatem (sup. ædes & liberos,) &c. Huic opponitur Infirmitas hoc est, imbecillitas, ab *Infirmus*, quod imbecillum significat.

Firmitas, atis, quid sit, vide in dictione præcedenti.

Firmĭtūdo, inis: firmitas. { אמונה *amanáh*, חזקה *chezkáh.* πεποίθησις, βεβαίωσις. Gall. *Fermeté, constance.* Ital. *Firmezza.* Germ. Steiffe/ bestendigkeit. Hisp. *Firmeza.* Angl. *Sureness, stableness.* } Plaut. *Asin.* Si istam animi firmitudinem obtines, salvi sumus. Cic. *ad Attic. lib.* 10. Per enim magni æstimo tibi firmitudinem animi nostri, & factum nostrum probari. Voeis firmitudo, ad Heren. *lib.* 3. Minùs firmitudinis habere. Cic. 1. *de Invent.*

Firmĭtĕr, aliud adverbium, firmè. { בחזקה *bechezkáh.* βεβαίως, σφοδρῶς. } Gell. *lib.* 2. *cap.* 13. Firmiter meminisse. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Eum promisisse firmiter dixit mihi. Varr. 3. *de re rust. cap* 9. Circum omnia posita sunt cubilia gallinarum, aut exsculpta, aut afficta firmiter.

Firmo, as, à fero: vel ab ἔρομαι, fulcrum: Stabilio, munio, firmum facio, sancio. { חבק *hechin*, קים *kijám* הקים *hekim.* στηρίζω, κρατύνω, ἀσφαλίζω. Gall. *Affirmer, fortifier, asseurer, confirmer.* Ital. *Fermare, stabilire.* Germ. Steiffen/ vest machen / bevestigen. Hisp. *Firmar, fundar, ò establecer.* Angl. *To make sure, to establish.* } Cæsar *lib.* 3. *de bell. civ.* Firmavit nostros milites: & Plin. Firmare fidem. Liv. Firmabárque cum Afticis maximè præsidiis. Lactant. *lib.* 4. Superest ut verbis facta firmentur. Plin. *lib.* 14. *cap.* 18. Est contra in Lycia quæ solutam alvum firmat. Cæsar, His rebus pace firmata. Terent. *Heaut.* Aliud si scirem, qui firmare meam apud vos possem fidem sanctiùs, quàm jusjurandum, id polliceret tibi Lachet. Tacit. *lib.* 4. Vetustum asylum ut firmaretur perentibus, id est, confirmaretur. ¶ Firmare, pro Asseverare. Tacit. *lib.* 1. Vix quicquam firmare ausim. Idem *lib.* 4. Lacedæmonii firmabant annalium memoriâ. Hujus composita sunt, Affirmo, Confirmo, Infirmo, Refirmo, & Obfirmo: quorum significationes vide suis locis.

Firmātŭs, part. { נאמן *neemán*, מכון *muchán*, חוכן *huchán.* βεβαιωθείς, διβεβαιωμένος. Gall. *Confirmé.* Ital. *Confermato.* Germ. Bevestiget/ gestercht. Hisp. *Confirmado.* Angl. *Made sure or stedfast.* } Cic. *pro Cluent.* Consilio, & ratione nondum firmatus adolescentis animus. Virg. 4. *Eclog.*

*Hinc ubi jam firmata virum te fecerit ætas.*

¶ Firmata fides. Plaut. *Milit. sc.* 5. *a.* 2. Nisi das firmatam fidem te introiturum.

Firmātor. { מקים *mekim*, מכין *mechin.* βεβαιωτής. Gall. *Confirmateur.* Ital. *Confermatore.* Germ. Ein bevestiger oder bestäter. Hisp. *Confirmador.* Angl. *He yat establisheth and maketh sure.* } Tacit. *lib.* 2. Missus tamen Drusus, ut retulimus, pacis firmator.

Firmāmĕn, inis: firmamentum. { אמנה *amanáh*, חזקה *chezkáh*, כח *chóach.* στήριγμα. Gall. *Fermeté, appuy, force.* Ital. *Fermezza.* Germ. Veste/ stercke. Hisp. *Firmeza.* Angl. *Stablishment.* } Ovid. 10. *Metam.*

——— *tepidæque obliqua per umbras*
*Porrigitur radix longi firmamina trunci.*

Firmāmentum: Soliditas, stabilimentum, robur, vires. { אמנה *amanáh*, חזקה *chezkáh*, כח *chóach.* στήριγμα, κῦρος. Gall. *Fermeté, appuy,*

*appuy. forte.* Ital. *Firmamento, fermezza.* Germ. Bevestigung. Hisp. *Firmeza.* Angl. *Establishement, strenth.*} Cic. *de Amic.* Stabilitatis, constantiæque ejus, quam in amicitia quæritamus, firmamentum est fides. Unde etiam Gell. *lib.* 13. *cap.* 12. nervos vocat firmamenta membrorum, quòd in illis constat totius corporis robur & soliditas. Idem *cap.* 1. *lib.* 2. Ad patientiæ vices firmamentum facere (i. dare, Passer. interpreto.) Rhetores Firmamentum appellant, quod à Quint. vocatur continens causæ, à Græcis κεφάλαιον, hoc est, cardinem illum, circa quem totius causæ decisio versatur. Nostri Jurisconsulti vocant Punctum decisorium litis. Author ad Heren. *lib.* 1. Nam in ea nec ratio, quare fecerit, quæritur, nec firmamentum quæritur, quoniam non subest ratio.

Firmum castellum, Pomponio & Straboni: Firmum, Ptolemæo: Firmanorum castellum, Plinio. Est urbs Italiæ in Piceno, vulgò *Ferino.*

Fiscus, i. masc. gen. Ascon. Fisci, fiscinæ, fiscellæ, sportea sunt utensilia, ad majoris summæ pecunias capiendas. { תיר כוס *sal chori.* σπυρίς, σπυρίον. Gall. *Un panier d'osier, ou une corbeille.* Ital. *Paniere, cesto.* Germ. Ein gelt korb. Hisp. *Espuerta texida de esparto, La canasta, un vaso de vimbres.* Angl. *A basket of twigges.* } Unde quia major summa est pecuniæ publicæ, quàm privatæ, factum est ut fiscus pro pecunia publica dicatur. Hæc Asconius. { φίσκος, σπυρίον. Gall. *Le revenu, ou le demaine d'un prince, ou d'une republique. le fisc.* Ital. *Entrata di principe.* Germ. Den gemeinen gutt fiscal/ der schatz einer oberkeit/ oder eines Fürsten. Hisp. *La hazienda publica, ò perteneciente al Rey.* Angl. *The eschecher or exchequer, a kinges treasure.*} Alii malunt fiscum principis dici, ærarium verò publicum. Plin. *ad Traianum*, At fortasse non eadem severitate fiscum, qua ærarium cohibes? imò tantò majore, quantò plus tibi licere de tuo, quàm de publico credit. Cicer. 2. *Verr.* Ei quoque negotio fisci Siculienses minabantur. Corn. Tacit. *lib.* 1. Primam ac vicesimam legiones Cecinna legatus in civitatem Ubiorum reduxit turpi agmine, quum fisci de Imperatore capti inter signa, interque aquilas veherentur. Inde Confiscare, pro in ærarium redigere. Suet. *in Augusto.* Devictis his & confiscatis, promissa veteranis præmia solverentur. ¶ Fiscus item, pro qualo oleario, qui cervici torcularis supponitur, ne fæces in lacum cum oleo defluant: vel etiam in quo olivæ ponuntur, quum subjiciuntur prælo, ut amurca, id est, olei fæx, aliquantisper exinaniatur, id est, exsudet, & per vimina persluat. Colum. *lib.* 12. *cap.* 47. Postero die cribratur, & novo fisco inclusa, prælo supponitur, vehementérque premitur, ut exsudet quantulumcunque habet amurcæ. *Eodem lib. cap.* 49. Deinde intrita oliva novo fisco includitur, & prælo subjicitur, ut tota nocte exprimatur. Idem *cap.* 50. Sereno cœlo manu distringi olivam oportet, & substratis tegetibus, aut cannis, cribari & purgari: tum diligenter mundatam protinus in torcular deferri, & integram in fiscis novis includi, prælisque subjici, ut quantum possit paulisper exprimatur.

Fiscālis, e: quod ad fiscum pertinet. { ὁ ἐπὶ φίσκου, ἴδιον δημοσίου πράγματος. Gall. *Fiscal, des appartenances du fisc.* Ital. *Pertinente al fisco.* Germ. Das zu dem gemeinen seckel oder eines Fürsten schatz gehört. Hisp. *Cosa perteneciente à la hazienda del Rey.* Angl. *Belonging to the kinges treasure.* } ut, Jus fiscale, fiscalis causa. Fiscales calumniæ dicebantur delatorum, quòd qui alios accusabant, nonnunquam ex fisco eis addicebatur pars multæ, qua accusati multabantur.

¶ Fiscarius, qui fisci curam habet, exactor publicarum pecuniarum, qui annuas præstationes repetit.

Fiscīnă, æ, à φάσκω, etsi diminutivum esse videtur à Fiscus, ejusdem tamen est significationis. { תיר כוס *sal chori.* τάλαθος. Gall. *Un petit panier ou corbeille faite de jonc, d'osier, ou autre semblable matiere.* Angl. *A basket, or such like thing of twigges.* } Varr. *de re rust. lib.* 1. *cap.* 22. Ista sunt fere quæ ex viminibus materiâque rustica fiunt, ut corbes, fiscinæ, tribuna, mallei, & rastelli. Erebant etiam fiscellæ ex spatto, quod junci genus est apud Hispanos frequentissimum circa Carthaginem novam. Col. *lib.* 12. *cap.* 2. Sive regio ferularum, vel corticis ferax est, apibus alvearia fieri debent: sive palmæ spartive ut fœcunda est, fiscinæ, sportæve, seu virgultorum corbes ex vimine. ¶ Denique fiscinæ nomine comprehenditur omne vasis genus quod ex vimine, aut junco, aut simili materia contextum est. Cic. *in Oratione pro Flacco*, posuit pro calathis illis junceis, in quibus ficus inclusæ in alias regiones transvehuntur. Homini (inquit) Phrygi, qui arborem fici nunquam vidisset, fiscinam ficorum objecisti Ovid. *lib.* 4. *Fast.*

*Seu mea falx ramo luxum spoliavit opaco,*
*Unde data est agrę fiscina frondis ovi.*

Fiscellă, æ, diminut. Vas vimineum, aut ex juncis, in quo lac coagulatur dum caseus exprimitur, vel in quo casei feruntur. { πλαθός. Gall. *Petit panier d'osier.* Ital. *Cestello, paniere.* Germ. Ein körblein oder trülein. Hisp. *El capacho.* Angl. *A litle basket of twigges, a chefet.* } Tibull. *lib.* 2.

*Tunc fiscella levi detexta est vimine junci,*
*Raraque per nexus est via facta fero.*

¶ Item fiscella dicitur qua boum ora, faucésque juventorum capiuntur. Ὀφλός. { Gall. *Une museliere faite ou de cuir, ou de corde, ou d'osier, que l'on pend au museau des mulets, chevaux, &c. de peur qu'ils ne fassent mal.* } Plin. *lib.* 18. *cap.* 19. Fiscellis capistrari boves oportet, ne germinum tenera decerpant. Cato *de re rust. c.* 54. Boves nisi per hyemem, quum non arabunt, pasci non oportet: nam viride quum edunt, semper id expectant: & fiscellas habere oportet, ne herbas sectentur quum arabunt.

Fiscellus, pro eodem. Col. *lib.* 12. *cap* 38. Mox fiscello ligneo inclusas exprimito. ¶ Fiscellus, casei mollis appetitor: ut casillones, casillorum liguritores. Dici ita videtur, quòd ex ipsa fiscella caseum recentem appetat.

Fiscŭlum, quasi fisculum, à colando oleum dictum, vel quasi fiscella olei. Isid. *lib.* 20. *cap.* 14.

Fisiculo, as. Apul. *de Deo Socratis.* de Platonicis dæmonibus loquens: Horum de numero penditi curant singula eorum, proinde ut est enique tributa provincia, vel somniis conformandis, vel extis fisiculandis, vel præpetibus gubernandis. Fisiculare igitur est aperte viscera, timari extra find. ndo.

Fissĭlis, vide *Findo.*

Fistūcă, æ. Machina est qua pavitores utuntur, utrinque ansata, qua pali magna vi in terram adigantur. { σωλῆνες ὑγροῦ φέροντες. Gall. *Vne machine dequoy on enfonce les pilotis en terre, on pour affermir & applanir le pavé.* Ital. *Machina da fustare i pali nel fiume, & quelle instrumento da battere sopra i fossi quando s'acconciano le strade per sargli passi. berche, machina.* Germ. Ein jochschlägel/ mit welchem man die pfeiler in die tieffe eines wassers hinab treibt. Hisp. *Mazo grande, ingenio para hincar vigas, ò ingenio de dos anstas para magonnar.* Angl. *An instrumente to drive piles of woode in to the ground, a rammer.*} Vitr. *lib.* 7. Si plano pede erit ruderandum, quæratur solum si sit perpetuò solidum, & ita exæquetur, & inducatur cum statumine tudes: sin autem omnis, aut ex parte congestitius locus fuerit, fistucationibus cum magna cura solidetur. Utitur & hac voce Plin. *lib.* 13. ¶ Fistuca alia est magnæ molis, qua trabalis materies in terram pangitur, qui in alveum fluminis, quæ fundibus tollitur, & pondere suo remissa illiditur: cujusmodi Parisiis sæpe visitur. Cujus generis intelligendum est fuisse illud Cæsaris 3. *de bell. Gall.* Hæc cum machinationibus immissa in flumen defixerat, fistucisque adegerat, non sublicæ modo direxerat, &c.

Fistūcātum, dicitur fistucâ exæquatum: unde & Fistucatio apud Vitruv. *loco jam citato*, pro ea exæquatione arcæ accipitur, quam supra descripsimus. Plin. *lib.* 17. *cap.* 12. Sicuti terram circa radices fistucato spissandam. Vide Budæum *in annotationibus in Pandect. pagina* 572.

Fistŭlă, æ, propriè dicitur, ut Pomponius ait, per quam aqua educitur fusa: à fundendo, sive ferendo: sicut tubi à tumore, & canales à canna, quòd ad earum similitudinem facti sint. { חליל *chalil.* אבוב *tsinnór.* σῦριγξ. Gall. *Tuyau. flute. fistule.* Ital. *Fistola.* Germ. Ein teuchel. Hisp. *Flauta ò cano para tener.* Angl. *A pipe to conveigh water, also a pipe.* } Sunt tamen qui Græcum esse putent, credâuntque deduci à verbo φύσσω, hoc est, insto, vel inspuo. Cic. *pro Rabir.* Et si C. Marius, quòd fistulas quibus aqua suppeditabatur Jovis Optimi Maximi templis, è sedibus præcidi imperarat, &c. Ita apud Varr. *lib.* 3. *de re rust. cap.* 5. Suet. *in Ner. cap* 31. Ex fistulis flores spargere. ¶ Ab hujus similitudine dictum est instrumentum musicum, quo flatu canitur, cujus Pan dicitur inventor fuisse, ut refert. Plin. *lib.* 7. *cap.* 56. { Ein Pfeiff. } Virg. 2. *Eclog.*

*Est mihi dispari septem compacta cicuta*
*Fistula.*

Pastoritia fistula, apud Cic. *de Orat.* id est, rustica & sylvestris Manilio. ¶ Fistula etiam οὐρήθρα, iter urinæ, sive canalis, quo mingendo meat lotium. Cels. *lib.* 7 *cap.* 30. Nam qui meatum fistulæ, quam illo loco οὐρήθρα Græci vocant, parum parefaciunt, cum majore periculo eódem revolvuntur. Vide *Iter.* ¶ Fistulæ item à medicis appellantur ulcera manantia, angusta, callosa, & sinuosa, ex abscessibus frè male curatis ortum trahentia. Plin. *lib.* 20. *cap.* 9. Extrahit fistulis vitia cum sulphure & resina, etiam arundines cum pice. *Ibid. cap.* 9. Si etiam fistulas eluxatas, & tumores revocati, quæque discuti opus sit. ¶ Est etiam fistula in homine per quam spiratur, seu cibus dejicitur. Nam duas esse fistulas constat, spiritalem scilicet, & cibalem: illa spiritum meare, hac cibum potumque descendere. Spiritalem Celsus asperam arteriam nominat, Græci vocant τραχεῖαν. Interior vocatur gula, φάρυγξ. Plin. *lib.* 9. *cap.* 7. Branchiæ non sunt balenis, nec delphinis: hæc duo genera fistulis spirant, quæ ad pulmonem pertinent. Gell. *cap. ult. lib.* 17. scribit Erasistratum medicum dicere duas esse quasi canaliculas quasdam, vel fistulas, easque ab oris faucibus proficisci deorsum, &c. Adi ipsum Gellium.

Fistŭlātor, is. Accipitur pro tibicine, ut est apud Gellium *cap.* 22. *lib.* 2. & Cic. *de Orat.* Sed fistulatorem domi relinquetis. { חליל *chalil.* σαλπιστής. Gall. *Fluteur. joüeur de flutes.* Ital. *Trombetta.* Germ. Ein pfeiffer. Hisp. *Aquel que taña flauta, como de cañas.* Angl. *A piper or fluter.*}

Fistŭlo, as: Fistulam ago, & in modum spongiæ cavernulas habeo. { Δαπανῶμαι, τραγῳδῶ, γυμνῶ. Gall. *Se trouër & devenir plein de trous.* Ital. *Farsi caverne, divenir cavernoso come le spongie.* Germ. Durchboren/ oder voll löcher sein wie ein schwamm. Hisp. *Hazer fistulas, ser afistolado.* Angl. *To pippe.*} Plin. *lib.* 18. *cap.* 11. Gratia terræ ejus pulverea summa, inferior bibula, & pumicis fistulans vice.

¶ Fistulor, aris, fibilo. Gloss. A.L. ¶

Fistulor, fibilo. Sibilare hoc loco est fistulare. Lamprid. de Heliogabalo: *Ipse cantavit, saltavit, ad tibiam dixit, tuba cecinit, pandurizavit.* Pandurizare enim est fistula canere. *Sibilus* autem dicitur proprié contrus quem emittit fistula. Ovidius:

——— *Et norunt pastoria sibila montes.*

Unde & *pastoritia fistula*, pro fibilo, Ciceroni.

Fistulōsus, a, um: quod est spongiæ instar factum, hoc est, foraminibus plenum. { ἀνάπλεως. Gall. *Plein de trous comme l'éponge.* Ital. *Cavernoso come la spongia.* Germ. Lucherecht als ein schwam. Hisp. *Cosa afistolada.* Angl. *Full of holes lyk a spunge.* } Unde caseus fistulosus apud Colum. *lib.* 7. *cap.* 8. quum est parum pressus. Fistulosa terra. Plin. *lib.* 17. *cap.* 5. Fistulosus cancer, morbus. Cato *cap.* 157.

Fite, fitote: vide *Fio*, supra.

¶ Fitialis, facetus, eloquens, urbanus. Gloss. Arabicol. à fando, ut creditur.

Fitilla, vide *Fritilla.*

Fitus, pro fit. Cato.

Fivere, frigere, antiq. Fest.

Fivit, fugit. Fest. ¶

Fixulam, à figendo, pro Fibula veteres usurparunt. ¶ estus.

Fixus, a, um: participium, vide *Figo.*

F L

Flaballum, Flabelliser, Flabilis, Flabrum: vide *Flo.*

Flăccĕo,

Flabri, fabulosi, ventosi. Lege *Fabulosi*. Perfecti. Juven. *Sat.* 8.

*Inter carnifices & flabros Sandapilarum.*

Perfecti verò non sunt Flabri, sed *Fabri*.

Flăccĕo, es, ui: Languco. { נבל *nabál.* χαλάω. GALL. *Se flétrir, se faner, devenir flétri & fané.* ITAL. *Divenir languido, fiacco.* GERM. Wöllet sein / ludenlächt oder lampecht sein. HISP. *Marcitarse, enflaquecerse.* ANGL. *To be withered, to fadde, to fayle.* } a quo Flaccesco, Languidus fio. χαλάω. Columell. *lib.* 13. Paucisque horis dum flaccescat, in sole habeto: deinde in umbra afficcato, & ita condito. ¶ Flaccescit oratio, per translationem, quæ nullas habet diecndi vires. Cicer. *de clar. Orat. Servio Galba*. Dein quum otiosus stylum prehenderat, morúsque omnis animi, tanquam ventus hominem defecerat, flaccescebat oratio. ¶ Compositum est, Conflaccesco, quo usus est Gell. *lib.* 1. pro detumesco. Nam fluctus qui stante Aquilone maximi & crebertimi excitantur, simul ac ventus se posuit, sternuntur & conflaccescunt, & mox fluctus esse desinunt.

Flăccĭdŭs, a, um: Languidus. { נבל *nabél.* χαλαρός. GALL. *Flétri, fané.* ITAL. *Languido, fiacco.* GERM. Wölck / lampecht / ludenlächig. HISP. *Marchito, flaco.* ANGL. *Lolling, flagging.* { Plin. *lib.* 14 *cap.* 19. Hinc esse folio maximo, flaccidóque, & albicante. Unde flaccidi, sive flacci dicuntur, quorum aures pendulæ & non arrectæ. Idem *lib.* 8. *cap.* 51. Colum. *lib.* 8. Caper flaccidis & prægravantibus auribus exiguo capite habetur optimus. Hinc cognomen familiæ Romanæ deductum est, quòd primus in ea gente aures haberet deorsum pendentes.

Flacci dicebantur, qui aures latas haberent, & ob magnitudinem deorsum reflexas. Cic. *lib.* 1. *de natur. deor.* Rideo ad deos: ecquos non insigni nota Strabones, aut pætulos esse abitramus? ecquos nævum habere, ecquos silos, flaccos, frontones, capitones, quæ sunt in nobis? Flacco habere, inquit Siponlinus, pro Ad terendum habere. Plaut. Perii: flacco habebit jam illic homo lumbos meos. Flacex aures. Varro *cap.* 2. *lib.* 9. de canibus auriculis magnis ac flaccis.

Flaccs, vide *Fraces*.

Flăcĕllă, orum, parvum flagrum. { ינקות *jenekóth.* βλαστοί. GALL. *Les verges & scions ou bouts menus & déliez des branches d'arbres.* ITAL. *Tralci, capi di viti.* GERM. Die kleinen zweiglein an den edlen / die zarten schößlein so von den gästen oder alten stöcken herfür wachsen. HISP. *Ramos altos de la vid.* ANGL. *The small and long twiges of a tree.* } In vitibus dicuntur teneriores palmites, ex amiculis sarmentis enati: priùs flabella (ut quibusdam placet) à ventorum flatu & agitatione dicta: quanquam alii à flagris potiùs deduci malunt, quæ longitudine & flexibilitate referre videntur. Colum. *lib.* 5. At certè in ordinariis vitibus utique obtinendum est, ne pluribus flagellis emacientur, nisi propagínibus futuris prospiciemus. Virg. 2. *Georg.*

*Névi inter vlnos corylum sere, névе flagella*
*Summa pete, aut summam defringe ex arbore planctum.*

¶ Frequentissimè accipitur pro loco, sive alio quovis verbere, quibus servos nudatos cædere solebant. { שוט *schot.* μάστιξ. GALL. *Fleau, fouët.* ITAL. *Verga da battere o tristi.* GERM. Ein geisel. HISP. *Azote.* ANGL. *A scourge, a whippe.* } quod pœnæ genus gravius erat, quàm fustibus cædi. Marcell. *l. in servorum. ff. de pœnis*, Ex quibus causis liber fustibus cæditur, ex his servus flagellis cædi, & domino reddi jubetur. Cic. *pro Rab.* Porcia lex virgas ab omnium civium Romanorum corpore amovit: hic misericors flagella retulit. ¶ Flagella præterea sunt quibus aurigæ utuntur, quæ excussa clarum reddunt sonum. Mart. *lib.* 4.

*Frustra vibrabat, hoc cadax licèt usque flagello.*

Virg. 5. *Æneid.*

——— *signum clamore paratis*
*Epirides longè dedit, insonuitque flagello.*

Flăgello, as, are: Flagello cædo, sicut verbero à verbere, & fustigo à fuste. { תכרת *hichcháb*, יסר *jisér.* μαστίω. GALL. *Fouetter, flageller, battre.* ITAL. *Flagellare, battere, sferzare.* GERM. Geisslen/ mit geißlen schlagen. HISP. *Azotar, ò herir, ò hostigar.* ANG. *To scourge, to whippe.* } Mart. *lib.* 1.

*Lumina sydoribus certent, molléque flagellent*
*Colla coma.*

Plin. *lib.* 18. *cap.* 30. Messis ita alibi tribulis in area, alibi equotum gressibus exteritur, alibi pertícis flagellatur. Suet. *in Calig. cap.* 26. Flagellavit quæstorem veste detracta. ¶ In regum flagellatæ, de vitioso gestu manus dixit Quintilian. ¶ Item increpare atque personare. Et Martialis, Epigr. 13. *lib.* 5.

*Area flagellat opes.*

¶ Flagellare annonam, est annonam duriorem facere, ut Hermolaus scribit: & ob id à Græcis πριαπίζειν appellati, quasi pretio non parcentes, propter quod annona ingravescere solet. Plin. *lib.* 33. *cap.* 12. Aut aliquis prævalens manceps annonam flagellet.

Flăgĭtĭum, ii, à flagito: vitium flagitatione dignum. Crimen gravius cum turpitudine & dedecore conjunctum: à flagitando (ut putatur) dictum, sive à flagris: quod vel flagitatione, hoc est, expostulatione, vel flagris dignum sit. { שערורה *schaarurá*, רשעה *rischá.* ἄθεσις, ἀσέλγεια, πλεῖστα. GALL. *Méchanceté, comme paillardise & tels vices.* ITAL. *Scelleraggine, ribalderia.* GERM. Ein groß laster/ ein schwere missethat die straff würdig ist. HISP. *Pecado como la luxuria.* ANGL. *A mischeuous deed, a misshappe.* } Cic. *in Catone*, Suptà verò & adulteria, & omne tale flagitium, nullis aliis illecebris excitari, nisi voluptatis. Idem, Tantámne oblivionem in scripto præsertim, ut ne legens quidem senserit quantum flagitii admisisset? ¶ Pro lenocinio. Plaut. *Mil. sc.* 6. *a.* 2. Insimulare me ausus es summi flagitii (i. lenocinii.) Gellius *cap.* 1. *lib.* 1. Vitia flagitiis leviora sunt. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 1. Filio sciente id facere flagitium patrem (de adulterio, seu stupro.) Idem *Cure. sc.* 3. *a.* 1. Magnum flagitium probrúmque expergefactis, bene monstrantem pugnis cædis. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 4. Clanculum hæc flagitia facere te censebas posse. *Ibid. sc.* 1. *a.* 5. Istháec flagitia non possum perpeti. Mox. Tua flagitia pati? & *in Pseud. sc.* 5. *a.* 3. Quod damni feci sti & flagitii in adolescentia. ¶ Pro formidine. Idem *Men. sc.* 5. *a.* 5. Qui me commonevit formidinis (i. flagitii.) ¶ Pro culpa. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. *vers.* 3. Nam si cecidero, vestrum erit flagitium (ô pedes) i. vestra erit culpa, vobis erit turpe. Ibi enim servus: bria tuos alloquitur pedes. ¶ Flagitium pro errore. Cicer. *de natur. deor.* Ista enim flagitia Democriti, sive etiam antè Leucippi, esse corpuscula quædam levia, alia aspera, rotunda alia, partim autem angulata, curvata quædam, & quasi aduncа: ex his effectum esse cœlum atque terram, nulla cogente natura, sed concursu quodam fortuito. Salust. *Jugurth.* 96. Id neque flagitium militiæ duxerunt: ita se mores habent. ¶ Flagitium aliquando periculum significat, ut vult Nonius. Lucil. *lib.* 29. Quiete poscente minùs, & præsente rectiùs multò, & sine flagitio. Plaut. *in Epid.* Abiero: flagitio cum majore pòst reddes tamen. Hinc apud Plaut. damnum, sive dispendium videtur significare.

Flăgĭtĭōsŭs, a, um: Sceleratus, flagitiis contaminatus, fœdus, turpis. { רשע *raschák.* ἄθεσος, ἀσελγής, πλεῖστος. GALL. *Méchant, plein de toutes paillardises & autres méchancetez.* ITAL. *Scelerato, malvagio.* GERM. Lastenhafftig. HISP. *Vicioso, luxurioso, criminoso.* ANGL. *Vengeable full of naughtinesse.* } Sallust. *in Catil.* In tanta, támque corrupta civitate, id quod facillimum erat, omnium flagitiosorum atque facinorosorum circum se, tanquam stipatorum catervas habebat. Cic. *de Amic.* Itaque videas rebus injustis, injustos maximè dolere, imbecillibus fortes, flagitiosis modestos. Flagitiosa vita. Cic. 5. *de finib.* Flagitiosæ libidines. Idem 4. *Verr.*

Flăgĭtĭōsè, adverb. iniquè, sceleratè. { ἀπλήστως, ἐβρίστως, ἀσώτως. GALL. *Méchamment, malitieusement, lascbement.* ITAL. *Scelleratamente, malvagiamente.* GERM. Lasterlich/ schandtlich. HISP. *Luxuriosa, y viciosamente.* ANGL. *Mischeuously, wickedlie.* } Cic. 2. *Verr.* Patres conscriptos judicia & malè & flagitiosè cuerit. Idem 5. *de finib.* Flagitiosè defecit à Stoïcis propter oculorum dolorem. Imputè ac flagitiosè vivere. Idem 3. *de finib.* Flagitiosissimè inservire alienis amori. Idem *in Catil.*

Flăgĭto, as: à flagro, as, lascivienter peto, exigo, requiro, & quasi jure quodam meo depoſco: habétque in se majorem vim quàm Postulo: & quandoque accusativo tantùm jungitur. { בקש *bikésch* שאל *schaál.* בקר *parsár.* ἐπιζητέω, αἰτέω. GALL. *Demander quelque chose affectueusement, ou importunément.* ITAL. *Dimandare con instanza.* GERM. Mit anhalten ersuchen / ernstlich begehren. HISP. *Demandar con importunidad.* ANGL. *To ask importunatlie or without ceasse.* } Cic. *pro Quint.* Tametsi causa postulat, tamen quia postulat, non flagitat, præteribo. Quandoque habet accusativum cum ablativo, mediante præpositione. Cæs. 1. *bell. Gall.* Interim quotidie Cæsar ab Heduis frumentum quod esset polliciti, flagitat. Quandoque etiam construitur cum duobus accusativis, ut apud Sueton. *in Vitell.* Tum fœneratorum & stipulatorum, publicanorúmque, qui unquam aut Romæ debitum, aut in via portorium flagitassent, vix ulli peperit. ¶ Flagitare, pro accusare. Tacit. *lib.* 17. Mox compertum pecuniam publicam avertisse, ut peculatorem flagitari jussit. Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Si non dabis, clamore magno & multùm flagitabere. Idem *ibid. sc.* 7. *a.* 4. Flagitare sæpè clamore in foro cum libella nusquam est. Item, Flagitare & sectari, dixit de creditore. Gell. *cap.* 6. *lib.* 17. ¶ Pro infamare, Cato: Intercutibus stupris flagitatus, h. e. ut Scaliger in Fest. ad *eccentare* exponit, intestinis probris infamatus. ¶ Hujus composita sunt, Conflagito. Plin. *lib.* 34. Tanta populi Romani contumacia fuit, ut magnis theatri clámoribus reponi apoxyomenon conflagitaverit. Efflagito, de quo suprà.

Flagitans, Particip. Cic. *de Arusp. resp.* Ecce iisdem authoribus, Pompeio principe, qui cupientem Italiam, flagitantes vos, Populum Romanum desiderantem, non authoritate suâ solùm, sed etiam precibus ad meam salutem excitavit, restituti sumus.

Flăgĭtātor, verbale, qui assidnè petit. { מבקש *mebakkesch*, שואל *schoél*, מצר *posér.* ἐρωτῶν, ἐπιζητῶν. GALL. *Demandeur importun, qui demande sans cesse.* ITAL. *Chi dimanda con importunita.* GERM. Ein ernstiger begärer / ein gutzler / ein übertäglicher heischer. HISP. *Demandador con importunidad.* ANGL. *He that asketh importunatlie.* } Plaut. *in Most.* Sol semper hic est usque à mane ad vesperum, quasi flagitator astat usque ad ostium. ¶ Accipitur etiam pro creditore repetente pecuniam sibi debitam. Plaut. *in Casin.* Date ex animo curam, æque alienum est, ne quis formidet flagitatorem suum. Gell. *cap.* 6. *lib.* 17. Flagitatorem apponere (qui repetat creditum.)

Flagratores, Flagriones. Vide *Flagro*.

Flăgro, as: Ardeo: à flamma, vel à flatu quo alitur incendium, quando flatu excitatur ignis. { דלק *dalák*, בער *bahár.* φλέγομαι. GALL. *Ardre, brûler, estre embrasé.* ITAL. *Ardere.* GERM. Brünnen. HISP. *Arder ò ser encendido.* ANGL. *To burne withi a flamme of fier.* } Virg. 1. *Æneid.*

*Flagrantisque Dei vultus:*

Plin. *lib.* 14. *cap.* 19. Ex vini siccatarecipit ignes, ac sine alimento per se flagrat. Ovid. 6. *Fast.*

*Flagrabant sanctí scelerati ignibus ignes.*

¶ Transferuntur quandoque ad desiderium amoris, odii, iræ, virtutis, aut vitii. Lactantius *lib.* 1. Quid Apollo pater ejus, nó ne ob amorem quo flagrabat, turpissimè gregem pavit alienum? Et *lib.* 7. Qui avaritiâ ipsum inexplebili quadam siti flagrant. Livius *lib.* 2. Secum ipsi discors, intestino inter patres plebémque flagrabat odio. Ovid. *Eleg.* 9. *lib.* 4. *Trist.*

——— *Flagrant odio tua pectora nostro.*

Flăgrans, participium, sive nomen ex participio. { בער דלק *dolék, bo-ber.* φλεγόμενος, καιόμενος. GALL. *Ardent, brûlant.* ITAL. *Ardente.* GERM. Brünnend. HISP. *Encendido.* ANGL. *Burning, in a flamme of fier.* } ut Flagrans pinus. Virg. *lib.* 9. *Æneid.* Flagrans cupiditas. Cicero 4. *Tusc.* Extimo litterarum amore flagrans. Quint. *in proœm. lib.* 2. Flagrantissimus homo. Cic. *de Fato.* Suet. *in Claud. cap.* 36. Flagrantissimum amorem Messalinæ abjecit. Et Velleius, Nemo flagrantiorem facem subjecit bello.

Flăgrānter, adverbium. { ἀλογίστως. GALL. *Ardemment, instamment.*

*d'un grand desir.* Ital. *Molto ardentemente.* Germ. Einbrünſtiglich. Hisp. *Encendidamente.* Angl. *Exceading, earnestly.*} Tacit. *lib.* 1. Destinare Consules specie recusantis flagrantissimè capiverat.

Flāgrāntĭă, æ: Ardor. { בערה *beherah*, תבערה *ta berah*, φλογμός. Gall. *Ardeur, brûlement.* Ital. *Ardore.* Germ. Brunſt. Hisp. *Ardor ò encendimiento.* Angl. *Burning, bright, ardent desire.*} Gell. *lib.* 19. *cap.* 10. propriè est ulus: Quod de natura atque flagrantia montis ejus compositum est. Propriè enim dicitur de rebus, quæ per se ardent, flagrant: itaque propriè dicitur, flagrantia fœcis vini naturalis est, quia fœx vini exhausta, recipit ignes, & sine alimento per se, suâque natura flagrat, ut author est Plinius *lib.* 20. *cap.* 14. Flagrantia oculorum, pro ardore. Translatè. Cic. *pro Cælio.* Si deum quis ita se gereret, non incessu solùm, ornatu, atque comitatu, flagrantia oculorum, libertate sermonis, sed etiam, &c. Idem Gell. *cap.* 1. *lib.* 12. Vigor maternæ flagrantiæ.

Flăgrum, i, à flagro, are, quo cædi consueverunt servi. { שוט *schot.* μάστιξ. Gall. *Fouët, verges.* Ital. *Flagello.* Germ. Ein geiſſel oder ruten. Hisp. *Açote cruel para açotar.* Angl. *A scourge, a whippe.*} Plaut. *in Amphitr.* Inde eras è promptuaria cella depromar ad flagrum. Idem *Asin.* 1. 1. *a.* 1. Gymnasium flagri salveto. Idem *in Amphitr.* Quem ego ob isthæc dicta faciam ferventem flagri. Idem *Pseud. sc.* 8 *a.* 4. Stimulis, aut flagris insidiantur servis. Senec. Flagra jussit adferri, (in convivio.) Juven. *Sat.* 5.

——— *nec duratimebit*
*Flagra pati.*

Liv. 8. *bell. Pun.* Ob quam causam cæsa flagro est Vestalis. Hinc Flagellum, diminutivum.

Flăgrātōrēs, dicebantur illi, qui mercede flagris cædi se permittebant. Author Festus.

Flăgrīōnēs, dicti sunt servi, quòd flagris subjecti sent. { μαστιγίαι. Angl. *Knaves worthie to be scourged.*} ut, Verberones à verbere. Nonius. Vide *Mastigia.*

Flagritribæ. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Eo ingenio sunt isti flagritribæ.

Flāmĕo, neutri generis; vide *Flo.*

Flāmĭn, inis, masculino genere, sacerdotem significat. { Germ. Ein pfaff oder priester. Angl. *A preist.*} Dicti sunt flamines, quasi Filamines, quia Græcis φίλαμα, Petasi genus est. Plutarch. *in Num.* & Persicum capitis ornamentum. Xenophon. Lucian. Sumebant autem Flamines ab eo Deo cognomen, cui sacra faciebant: ut, Flamen Dialis, Διὸς, hoc est, à Jove, quasi Jovialis: Martialis à Marte: & Quirinalis à Quirino, hoc est, à Romulo. Ratio autem nominis tracta est à filo, quo caput cinctum habebant, ut docet Servius his verbis: Flamines in capite habebant pileum: quod quum per æstus ferre non possent, filo tantùm capita religare cœperunt: nam nudis penitus capitibus incedere nefas erat: unde à filo quo utebantur, Flamines dicti sunt, quasi filamines. Plin. *lib.* 18. *cap.* 11. Varro Flaminem fabam non vesci tradit. Cic. 2. *de Legibus.* Divisique aliis aliis Sacerdotes, omnibus Pontifices, singulis Flamines sunto.

Flāmĭnĭă, Flaminis domus, vel Flaminis uxoris: vide Lipsium *in lib.* 4. *Taciti.* Gell. *lib.* 10. *cap.* 15. Ignem è flaminia, id est, Flaminis Dialis domo, nisi sacrum, efferri jus non est. Ovid. 2. *Fast.*

*Ipse ego flaminiam pestemem februa vidi.*

Flāmĭnĭcă, Flaminis uxor erat. Gell. *lib.* 10. *cap.* 15. Eadem fermè ceremoniæ sunt, quas Flaminicas sacerdotissas Diales seorsum aiunt observitare. Hoc etiam nomine appellabantur virgines Flaminicæ Dialis præministræ. Author Festus.

Flāmĭnĭus, a, um: ad Flaminem pertinens. Flaminium φλαμίνιον. Videtur legendum *flammeum.* Tamen & *flamineum* esse potest, quòd Flaminia perpetuò uteretur flammeo vestimento, ut est apud Fest.

Flāmĭnĭātum, ii, est Flaminis dignitas, sive sacerdotium. Liv. 6. *bell. Pun.* C. Claudius Flamen Dialis, quòd extra perpetuam dederat, Flaminio abiit. Gell. *lib* 10. *cap.* 15. Uxorem si amisit, Flaminio decedit. Hic nota, Abire, & decedere Flaminio, eo modo dictum, quo abire magistratu, officio, &c.

Flāmĭnĭŭs lictor (inquit Festus,) dicitur qui Flamini Diali sacrorum causâ præsto erat. ¶ Flaminii Camillus, puer patrimus & matrimus, qui Flamini Diali in sacrificiis præministrabat. Antiqui enim ministros Camillos dicebant. Author Festus.

Flāmĭnĭōrum, nobilis fuit Romæ familia: ex qua fuit T. Flaminius, qui ad Thrasimenum lacum ab Annibale cum universis penè copiis deletus est. Hic viam Flaminiam strauit à Roma Ariminum usque. ¶ Fuit præterea T. Quintius Flamininus, superioris filius, cujus vitam latè exquirit Plutarchus. Hic in suo consulatu Macedonum Regem Philippum acie victum eò necessitatis compulit, ut Demetrium filium obsidem daret, Græciæque civitatibus, quæ illius jugo parebant, abstinere cogeretur. Huic frater fuit L. Flaminius, fratri dissimillimus, qui à Catone cum Censore per ignominiam Senatu fuit ejectus, quòd quum Galliæ provinciæ præesset, in gratiam pueri, quem turpiter à se amatum per omnem provinciam circumvexerat, Gallum quendam in convivio suis manibus interemisset. Author Livius.

Flāmĭnĭă via, quæ per portam Flaminiam ad Tyberim fluvium Ariminum usque ducit. Sueton. *in August. cap.* 30. Nomen habet à Flaminio consule qui eam strauit: à quo & Circus Flaminius, & Forum Flaminium nomen acceperunt. Cic. 12. *Philip.* Tres ergo, ut dixi, vix: à supero mari, Flaminia: ab infero Aurelia: media Cassia. Ovid. 1. *de Ponto. Eleg.* 9.

*Spectat Flaminia Claudia juncta via.*

Flāmmă, æ, aliter flama, est fumus accensus, à Græco φλέγω, ardeo. {להט *lahat.* φλὸξ. Gall. *Flambe, flame.* Ital. *Fiamma.* Germ. Ein feurflamm. Hisp. *Llama del fuego.* Angl. *A flamme of fyre.*} Virg. 8. *Eclog.*

*Aspice, corripuit tremulis altaria flammis*
*Sponte sua.*

Tibull. *lib.* 4.

*Vel parvum Ætnea corpus committere flamma.*

Item, Sudare ad flammam. Suet. *in Aug. cap.* 82. ¶ Ponitur interdum metaphoricè flamma pro periculo. Cic. 2. *Tusc.* Quid de cupiditate honorum loquar? flamma est, per quam non concurrerint hi, qui hæc olim puniti si gulis colligebant? Idem *in Bruto* dixit, Cæsarem eripuisse sese de flamma judicii, quum significare vellet cum liberatum esse à periculo judiciali damnationis. Terent. *in Eunuch.* Ea flamma te potest cibum posse arbitror. Quod ad dapes referendum, quæ pro inferis in togum mittebantur: unde Catullus scripsit.

*Vidistis ipso carpere à rogo cenam.*

Et hæc est cœna funeris. Persius,

——— *sed cenam funeris hæres*
*Negliget iratum.*

¶ Præcipitare se ex fumo in flammam, est ita se expedire minore periculo, ut in maximum discrimen se quis conjiciat. Flamma fumo est proxima. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Commonet adagium, periculum maturè fugiendum esse, quique malum evitare cupiat, ei vitandam priùs occationem.

Flammea, lancea. Aurelius victor *in Nerone, sub finem veteris libri* impressus, *lancea* legit, ubi veteres libri habent *taurea.* Lancea enim flagravit ardenter Caio Mario & Lucio Valerio Consulibus, quibus natus est Julius. Julius Obsequens cap. 105. *Fax ardens Tarquinii latè visa, sua ita lapsu cadens.* Salisberiensis Polit. lib. 1. cap. ult. *Alexandria Macedonis & Octaviani Augusti sub ipso eorum ortu claritas ignis miraculo declarata est.* Lancea enim pro face & flamma usurpatur.

Flāmmĕă viola, Flos coronarii generis, odoris prorsus expers, colore tantùm flammeo in coronamenta expetitus. φλὸξ, φλόγιον. Vide Ruell. *lib.* 2. *cap.* 137.

Flāmmŭlă, æ, diminutivum est à flamma. { φλόγιον. Gall. *Petite flambe.* Ital. *Fiammella.* Germ. Ein feuſſämlin. Hisp. *Pequeña llama.* Angl. *A litle flamme.*} Col. *lib.* 4. *cap.* 14. Undique papiliones coeuntur, dumque circa flammulam volitant, adurantur. ¶ Flammula, vela, signa rubra imposita hastis, ut milites discernantur. Buleng. ¶ Flammula aquatica, herba palustris. H. P.

Flāmmĕus, a. um, ignitus, accensus, flammæ colorem referens. {φλογώδης, φλογίνος. Gall. *De flambe, en couleur de flame.* Ital. *Di fiamma, fiammeggiante.* Germ. Flammächtig / feurig. Hisp. *Cosa toda de llama.* Angl. *Burning, yat is of the couleur of a flamme of fyre.*} Cicer. 1. *de Divin.* ex Accio poëta, Dextrorsum orbem flammeum radiatum Solis liquiet cursu novo. Col. *lib.* 5. *cap.* 5. Quædam partes ejus regionis sic infestantur Euro, quem incolæ Volturnum appellant, ut nisi vites tegminibus opacentur, velut halitu flammeo fructus urantur. Cic. 1. *de nat. deor.* Sunt autem stellæ natura flammeæ. Catull. *de com. Beren.*

*Flammeum ut rapidi Solis nitor obscuretur.*

¶ Interdum & flammeum dicimus, quod flammæ colorem refert, hoc est, ardens & lucidum: unde flammearii dicti sunt, qui flammeum colorem tingebant, ut violarii, qui violaceum.

Flammĕum, i. Hermolao genus est veli lutei, seu crocei, quod à novis nuptis gestabatur. { κροκωτὸν, κρόκος. Gall. *Voile jaune, que portoient les nouvelles épouses.* Ital. *Velo portato dalle spose.* Germ. Ein gattung eines gälben schleiers so vor zeiten die braut entweder nach der hochzeit trugen. Hisp. *El antifaz amarillo de la novia.* Angl. *A tippit.*} Sic dictum, quòd eo assiduè utebatur Flaminica, id est, flaminis uxor. Et quia Flamini non erat permissum cum uxore divortium facere, institutum est, ut etiam novæ nuptæ hoc amiculi genere uterentur bono ominis causâ, & in signum indissolubilis conjugii. Lucanus de Maria iterum nubente Catoni,

*Lutea demissos velarunt flammea vultus.*

Plin. *lib.* 21. *cap.* 8 Lutei vidi honorem antiquissimum in nuptialibus flammeis torum fœminis concessum. ¶ Hujus diminutivum est Flammeolum. Juven. *Sat.* 10.

——— *sedet illa parato*
*Flammeolo.*

Flammĕārĭus, ii: Infector flammei coloris, qui flammeum colorem facit. { Gall. *Teinturier d'escarlatte.* Ital. *Tintore di colore di grana di scarlatto.* Germ. Ein färber scharlacht schleiern. Hisp. *Tintorero di grana.* Angl. *A dier of scarlett.*} sicut violarius, coloris violacei tinctor, aut certè flammeorum confector, aut venditor: quo amiculi genere novæ nuptæ utebantur: στεφανοπώλης. Plaut. *in Aulul.* Cinistones, pataguarii, indusiarii, flammearii, violarii, &c.

Flammĕŏlus, quod flammæ colorem habet, dilutiorem tamen, φλογώδης. Col. *lib.* 10.

*Pressâque flammeola rumpatur fiscina caltha.*

Flammo, as, Incendo, inflammo: & per metaphoram, incito, exacuo. { להט *lahat*, תבעיר *bibhir*, חרליק *hidhlik*, הציתו *hetsith.* φλογίζω, πυρόω. Gall. *Jetter flamme, flambeyer.* Ital. *Inflammare, gittar fiame lampeggiare.* Germ. Flammen gäben. Item, Entzünden brünſtig machen. Hisp. *Encender en llamas.* Angl. *To kendle, to baſt flammes or fier.*} Tacit. *lib.* 18. Nanique omnes exercitus flammaverat arrogantia victorum à Vitellio militum, quòd truces corpore, horridi sermone, cæteros ut impares irridebant. Idem *lib.* 16. His inter se vocibus insistentes flammavere insuper allatæ à Vespasiano literæ. ¶ Interdum flammare, absolutè legitur pro exardere. Unde flammaria lumina dicuntur, è quibus quidam quasi flammæ color emicat, quod iratis accidere solet. Virg. 3. *Georg.*

*Exsilit in ficcum, & flammaria lumina torquens.*
*Sævit agro.*

¶ Hinc componitur Inflammo, quod est incendo. Cic. *Curt.* Non feci inflammandi tui causâ, sed testificandi amoris mei.

Flammandus, flammâ utendus. Tacitus *lib.* 15. Aut crucibus affixi, aut flammandi.

Flammātus, a, um: Incensus, incitatus. { להט *lohet*, דלק *doleh*, φλογούμενος, φλογώδης. Gall. *Rouge comme feu, enflammé.* Ital. *Infiammato.* Germ. Entzündt. Hisp. *Encendido en llamas.* Angl. *Glowing redde, inflammed.*} Virg. 1. *Æneid.*

*Talia flammato secum dea corde volutans.*

Flammātus Jupiter, id est, flammam dextra manu tenens pro sceptro: ita enim apud antiquos pingebatur. Cic. 1. *de Divin.*

Principio

*Principio æthereo flammatus Iuppiter igni*
*Vertitur*, &c.

Flammēscĕrĕ, ĕre, incendi, & flamma corripi. { לחט *lachát.* דלק *dalák.* φλογίζω. GALL. *S'enflamber.* ITAL. *Infiammarsi.* GERM. Flammend oder feurig werden. HISP. *Encenderse en llama.* ANGL. *To waxe to a flamme.*}

Flammĭfĕr, a, um: Flammam afferens, exurens, plus æquo calefaciens, inflammans. { מלהט *melahét.* φλογοφόρος. GALL. *Portant flammes, flamboyant.* ITAL. *Che abbruscia, che apporta fiamma.* GERM. Flammengebend/ das feurig vnd flammend macht. HISP. *Cosa q̃ trahe llama.* ANGL. *That bringeth a flamme.* } Cicer. 4. *Acad.* Fer mihi auxilium, pestem abige a me, flammiferam hanc vim quæ me exercuerat.

Flammĭgĕr, a, um: ut, Sol flammiger. Valer. 5. *Argon.*

Flammĭgĕrātĭō, Flammas emittere. Gell. *lib.* 17. *cap.* 10. Interdiu fumare Ætnam, noctu flammigerare: aliàs legitur, *Flammigare*, & correctiùs.

Flammĭgĕnă, æ: E flamma genitus. φλογογενὴς.

Flammĭvŏmŭs, a, um: quod flammas vomit. πυριβόλος.

Flamonium, flamonius, honor qui datur Pontifici, flaminium. Gloss. Isid.

Flandria, æ. Regio est in finibus Belgarum, ad littora Oceani Septentrionalis posita: in qua sunt urbes insignes Gandavum & Brugæ. *Flandres.*

Flasco. Isid. *lib.* 20. *cap.* 6. Flasci à Græco vocabulo dicti. Hi provehendis ac recondendis phialis primùm facti sunt, inde & nunc usurpati sunt. Postea in usum vini transierunt, manente Græco vocabulo, unde & sumpserunt initium. Dicitur &

Flasco, nis, masc. g. { GERM. Flasche. GALL. *Flacon.* HISP. *Flasco.*}

Flātŏr, Flātŭs: vide *Flo*, as.

Flāvĕo, vide *Flavus.*

Flāvĭă familia, à flavedine capillorum dicta, quæ tres continuos Romano populo Imperatores dedit, Vespasianum, Titum, & Domitianum.

Flāvĭă colonia, Palæstinæ urbs, primùm ab Herode condita, & in gratiam Tiberii Cæsaris, Cæsarea appellata. Postea deducta eò à Flavio Vespasiano colonia, Flavia appellata est. Author Plin. *lib.* 5. *cap.* 13. { Die statt Cesarea in Palæstina. }

Flāvĭălis, ut Flavialium collegium, apud Suet. *in Domitiano*, assidentibus Diali sacerdote, & collegio Flavialium pari habitu.

Flaviobriga, φλαβιόβριγα. Oppidum Vardulorum in Hispania citeriori: cujus meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 20.

Flavĭopŏlis, φλαβιόπολις. Thraciæ oppidum, in eo loco conditum, ubi antea Zela fuerat. Author Plin. *lib.* 4. *cap.* 11.

Flāvĭssæ, vide *Flo.*

Flavium, φλάβιον. Norici oppidum est, apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 24.

Flāvĭnĭum, locus Italiæ in Sabinis sub Soracte monte. Vide Serv. in illud Virg. 7. *Æneid.*

*Hi Soracte habent arces, Flaviniáque arva.*

Flavissæ, priscis Latinis sunt thesauri. M. Varro apud Gell. *cap.* 10. *lib.* 2. ait, quos Thesauros Græco nomine appellaremus, priscos Latinos flavissas dixisse, quòd in eos non rude æs, sed flata, signatáque pecunia conderetur. Non. *cap.* 2.

Flavŏna, φλανόνα Ptolemæo. Oppidum est Illyrici, apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 21.

Flāvŭs, a, um: à flammâ. Color ex viridi & rufo & albo concretus: hoc est, fulvo clarior, qualis est color auri, & mellis, & aristarum, quum jam maturuerunt. { ורוק *adhám.* ξανθός. GALL. *Jaune.* ITAL. *Biondo, di color d'oro.* GERM. Gälb. HISP. *Ruvio ò roxo.* ANGL. *Brigt yealow lik a roomani beare.* } Flava mella. Martial. *lib.* 1.

*Flavúque de rubro premere mella cado.*

Flavus crinis. Virg. 5. *Æneid.*

*Nondum illi flavum Proserpina vertice crinem*
*Abstulerat.*

Flavi capilli. Ovid. *lib.* 2. *Fast.*

*Forma placet niveúsque color, flavique capilli.*

Virg. *lib.* 1. *Georg.*

——— *neque illum*
*Flava Ceres alto nequicquam spectat Olympo.*

Ubi Servius, Flava Ceres dicitur propter aristarum maturitatem.

Flavus, genus vestis. Lege *Latus clavus.*

*Ne sua fluminea corpora mergat aqua.*

Idem 2. *Metam.*

*Fluminea volucres medio celebre Caystro.*

Flūmĭnōsus, a, um, quod fluminibus abundat. { ποταμώδης. Gall. *Plein de rivieres.* Ital. *Pieno di fiumi.* Germ. Das viel fluss hatt. Hisp. *Lleno de rios.* Angl. *Full of riviers.* } ut, Regio fluminosa, id est, fluminibus multis irrigua.

Fluvius, quòd fluat semper: Flumen. { נהר *nahár,* יאור *jeór.* ποτάμιος. Gall. *Vn fleuve, une riviere.* Ital. *Fiume.* Germ. Ein fluss. Hisp. *El rio.* Angl. *A fludde, a river.* } Plaut. *in Cure. sc.* 1. *a.* 1. Quisnam hic fluvius est, quem non recipiat mare? Virg. 3. *Georg.*

——— ——*& agri*
*Carpere prata fugâ, fluviosque innare rapaces.*

Horat. 4. *Carm. Ode* 12.

——*Nec fluvii strepunt*
*Hyberna nive turgidi.*

¶ Fluvius cum mari certus: ποταμὸς τῇ θαλάσσῃ ἐρίζων. Ubi minimi cum maximis certamen susciptunt. Suidas. ¶ Fluvius non semper fert secures. οὐκ ἀεὶ ποταμὸς ἄξινον φέρει. Non protinus tibi speres idem quod aliis feliciter cessit. Natum ab Apologo Æsopico: Custodem sylvam cædenti securis è manibus excidit: Mercurius invocatus restituit argenteam. ¶ Juxta fluvium puteum fodit, μετὰ ποταμοῦ φρέαρ ὀρύσσει. De illusam & inanem sumente operam. Putei enim fodiuntur ob aquarum inopiam. ¶ Fluvius quæ procul absunt irrigat. ποταμὸς τὰ πόρρω πότιζει, τὰ δ' ἐγγὺς ἐφλόησε: id est, Fluvius quæ longè dissita irrigat, quæ proxima sunt prætervit. De iis dici convenit qui benè merentur de exteremis, & nihil ad se pertinentibus: suos negligunt. Apparet inde ductum, quòd ubi fluvius ortus, minor esse solet, minúsque argillæ secum trahens: & quò longius recessit à fonte, eo est copiosior, uberiórque. Diogenianus. ¶ Per fluvium traducere, διαβιβάζειν τὸν ποταμὸν, dicebantur qui difficultatem explicabant rei, quam inexplicabiliores, aut invalidiores explicare non poterant. Translatum à torrentibus, aut fluviis profundioribus, quàm ut citrà eorum sit trajicere. Plato *lib. de leg.* 10.

Fluvĭālis, e, quod ex fluvio est, fluviatilis. { ποτάμιος. Gall. *De fleuve, de riviere.* Ital. *Fluviale, di fiume.* Germ. Das auss dem fluss ist. Hisp. *Cosa de rio.* Angl. *Of a fludde or river.* } ut, Aqua fluvialis, & flŭvialis lupus, hoc est, fluviatilis, qui in fluvio vivit. Columel. *lib.* 8. *cap.* 16. Virg. 4. *Æneid.*

*Die corpus properet fluvialí spargere lympha.*

Idem 2. *Georg.*

*Vimina per sylvam, ripis fluvialis arundo*
*Caditur.*

Fluvĭātĭlis, e: Fluvialis, quod in fluvio vivit. ποτάμιος: ut, Pisces fluviatiles, fluviatilis avis, fluviatilis arena, quæ in fluviis est. Plin. *lib.* 36. *cap.* 23. Arenæ tria sunt genera, fossitia, cui quarta pars calcis addi debet; fluviatilis, ac marina.

Fluvĭātĭcus, Fluviatilis. Colum. *lib.* 8. *cap.* 15. Ubi deliteascentibus fluviaticis animalibus insidentur.

Fluvĭātus, a, um: In flumine maceratus. { ὁ ἐν ποταμῷ βεβαπτισμένος. Gall. *Trempé dans un fleuve.* Ital. *Bagnato nel fiume.* Germ. Im fluss gemeyt oder gemeicht/getödtet. Hisp. *Metido en el rio.* Angl. *Soked in water, and made leane.* Plin. *lib.* 16. *cap.* 39. Abietis quæ pars à terra fuit, enodis est: hâcque quam diximus ratione decorticatur. Sic dicere possumus cannabem fluviatam.

Flŭōvĭa, æ: Juno, quam mulieres colebant, quòd sanguinis fluorem in conceptu retinere putabatur. Boccatius *in Genealogia deorum.*

Flūstrum, i, שבע *sabiét.* Gall. *Bonace, calme.* Ital. *Bonaccia.* Germ. Stille des meers. Hisp. *Bonaça, calma.* Angl. *Calmenesse of the sea.* Status & tranquillitas maris, quum fluctibus non agitatur: hanc Græci γαλήνην vocant. Author Festus.

Flŭens,

Flŭtæ, arum: Anguillæ, sive murænæ dicebantur in freto Siculo, propterea quòd solæ torrefactæ, quum se curvare, aut mergere non possint, aquis supernatant, μύραιναι. Macrob. *lib.* 3. *cap.* 15. Accersebantur murænæ ad piscinas nostræ urbis ab usque freto Siculo, quod Rhegium à Messana despicit, Græcè μύραιναι vocantur: Latinè flutæ, quòd in summo supernantes, solæ torrefactæ, curvare se possè, & in aquam mergere desinunt. Col. *lib.* 8. *cap.* 17. Item flutas, quæ maximè probantur, murænas, & si quæ sunt saciales notæ, quarum pretia vigent.

‖ Fluto, pro fluito. Vide *Fluta*. ‖

Flŭvĭālis, Fluvius, Fluxio, Fluxus: vide *Fluo*.

F O

‖ Foca, zythus, vox Arab.

Focalbus, marinus piscis. Pap. ‖

Fŏcāle, is: Genus est ligaminis, ▪ fascia quædam collum ambiens, fauces à frigore defendens, & pronunciationi conducens. φάσγανον, λάρυγξ, ἐπιμάσσειν. Gall. *Vn linge dequoy on enveloppe la gorge*. Ital. *Fascia da inviluppare la gola*. Germ. Ein binden in welche man den halß verwicklet. Hisp. *La beca que rodea el cuello*. Angl. *A tippit defending the thankes frome cauld, a muffer*. Dictum focale à faucibus, au, in o mutata: quod etiam contingit in verbis suffoco, & præfoco. Senec. *lib.* 3. *natur. quæst.* Videbis quosdam graciles, & palliolo, focalique circundatos, pallentes & ægros. Quint. *lib.* 11. Palliolum, sicut fascias, quibus crura vestiuntur, & focalia, & ligamina aurium, sola excusare potest valetudo. Horat. 2. *Serm. sat.* 3.

——— *ponam insignia morbi*
*Fascielus, cubital, focalia.*

Vide Plutarchum *in Demosthene*.

Fŏcānĭcŭs palmes dicitur, qui ex fauce vitis, hoc est bifurco medius crumpit. Colum. *lib.* 4. *cap.* 14. Vocatur et Focaneus. Focaneus palmes, qui solet in bifurco medius prorepere: & idcirco eum prædicto vocabulo rustici appellant, quòd inter duo brachia, quà se dividit vitis, enatus, velut fauces obsidet, ac utriusque ductamenti alimenta præcipit. Idem *lib.* 5. *cap.* 6. Focaneus est, qui inter duo brachia velut in furca, de medio nascitur: cum culem deterrimum esse competi, quòd neque fructum ferat, & utraque brachia, inter quæ natus est, attenuet: ita tollendus est.

Fŏcīllo, as, significat calefacio, recreo, instauro, reficio, confirmo. { רוח *ravách*, חרגיע *hirghiah*, נפש *nipháfch*. ἀναψύχω. Gall. *Eschauffer, refaire, recreer, conforter*. Ital. *Riscaldare, ristorare*. Germ. Erwärmen, erquicken. Hisp. *Recrear, calentar*. Angl. *To keep warme, to cherish, to conforte*. Plin. *lib.* 3. *epist.* 16. Focillata dixeram, inquit, vobis invenustam me quamlibet duram ad mortem viam, quando vos facilem negasseris. Suet. *in August. cap.* 16. Antonii societatem semper dubiam & incertam, variisque reconciliationibus malè focillatam abrupit. ¶ Pro eodem etiam quandoque legitur Focillor deponens, quod & Nonius annotavit Varronis testimonio *de vita populi Romani*, Propter secundas res sublato metu, non in communi spectant, ▪ suum quisque diversi commodum focillatur, id est, fovet. Focilo, ablato uno l. apud Ovid. *ad Pisonem*.

*Sed miserum parva stipe fecilat, ut pudibundos*
*Exercere sales inter convivia possit.*

¶ Hinc componitur Refocillo, recreo. Focillationes, inquit Festus, à fovendo dicuntur, hoc est, à calefaciendo.

Focula, Foculus: vide *Focus*.

Focunates, Plin. Populi sunt in Alpibus, *lib.* 3. *cap.* 20.

Fŏcŭs, i, à fovendo dicitur: id in quo ignis servatur. { אח *ách*, מוקיד *mokedh*, יקוד *jakidh*. ἑστία. Gall. *Le foyer où l'on garde le feu*. Ital. *Focolare, guarda fuoco*. Germ. Ein herdstatt oder feurstatt. Hisp. *El hogar, donde se haze fuego*. Angl. *An hearth*. } Plaut. *Prolog. Aulul.* In medio foco aurum defodit. *Ibid. sc.* 5. *a.* 1. Hæc imponentur in foco nostro Lari. *Ibid sc.* 2. *a.* 3. Erat tibi negotium ad focum (de coquo.) Senec. *epist.* 79. Cum opsonii focos ipsos coqui non transferunt. Mox culina dicitur. Ovid. *lib.* 6. *Fast.*

*At focus à flammis, & quòd fovet omnia dictus.*

Idem,

*Thure vacent aræ, fœnusque sine igne foci.*

Tibullus,

*Dum meus assiduo luceat igne focus.*

Cato *de re rust.* Folia subdito in loco calido, sub testa coquito leviter. Ponitur etiam quandoque pro privatis domibus, sicut ara pro templo. Plaut. *in Amph.* Convenit, victi uti vivi sint eo pretio, urbem, agrum, aras, focos, sequè uti dederent.

Fŏcŭlus, i, diminut. { ἑστίδιον. Gall. *Petit foyer, rechaut*. Ital. *Focarello*. Germ. Ein kleine feurstatt. Hisp. *Pequeño hogar*. Angl. *A litle hearth*. } Plaut. *Capt. sc* 1. *a.* 4. Jube epulas foveri foculis ardentibus. Gell. *lib.* 1. *cap.* 19. Tum illa foculum coram rege cum igne apposuit, & tres libros ex novem deuris. Valer. *lib.* 1. Quum carbasum, quem optimum habebat, foculo imposuisset, subitò ignis emicuit.

Fŏcŭlă, orum: Nutrimenta. { מזון *mazón*, τροφαί. Gall. *Nourriture*. Ital. *Nodrimenti*. Germ. Nahrung. Hisp. *Mantenemientos*. Angl. *Nurishmentes*. } Plaut. *in Persa*, Nam jam intus ventris fumant foculæ. Ex Nonio.

‖ Foculare, est locus ubi focus statuitur. Germ. Herdstatt. ‖

Focārĭus panis, qui in foco coquitur. { ἐγκρυφίας ἄρτος. Gall. *Pain cuit sous les cendres & au foyer*. Ital. *Pane cotto sotto il cenere*. Germ. Kuchen. Hisp. *Pan cozido en padilla ò al hogar*. Angl. *Bread baken on the heareth*. } qui & subcinericius appellatur, ὑπογκρύφιος.

Focaria, æ, à veteribus dicebatur concubina, quam domi habebant ad curam rei domesticæ. { פלחנ *pilechgesch*. παλλακή. quasi πρὸς ἑστίαν κοιμωμένη. Gall. *Concubine ordinaire à pot & à feu*. Ital. *Concubina*. Germ. Ein hüchin, ein magd. Hisp. *Manceba abarraganada*. Angl. *A concubine for the pott and fyre*. } *Io. Le.*

*C. de donat. inter virum & uxorem.* Si ancillam nummis tuis coëmptam esse, præsidi provinciæ probaveris, donationisque causa focariæ tuæ nomine instrumentum emptionis esse conceptum, eam tibi restitui jubebit. Nam licèt cessante jure matrimonii, donatio perfici potuerit, milites tamen meos à focariis suis hac ratione, fictisque adulationibus spoliari nolo.

Focarii servi, qui focum curant, dicuntur in *l.* 1. §. 5. *D. navt. caup. stabul.*

‖ Foculo, foveo, à *Focula*. ‖

Fŏdātē, pro fodere, dixerunt veteres, teste Festo.

Fŏdĭo, is, fodi, fossum, à βόθρος, βόθυνος. Hinc fovea. Pala aliòve ferramento terram aliudve quid eruo. { חפר *chaphár*, חרר *charár*, חתר *chathar* ὀρύσσω. Gall. *Fouir & creuser la terre, percer*. Ital. *Cavare, fossare*. Germ. Graben. Hisp. *Cavar, ahoradar*. Angl. *To digge or dicke*. } Plaut. *Most. sc.* 1. *a.* 1. Miserum est opus fodere puteum, ubi fauces sitis tenet. Gellius *cap.* 6. *lib.* 6. Fodere puteum strenuè in militia. Ovid. *Eleg.* 12. *lib.* 3. *Trist.*

*Quaque loca dura non fodiantur aqua.*

Plaut. *in Rudent.* Nostro illum puteum periculo & ferramentis fodimus. Liv. 28. *bell. Pun.* In Meleisum finibus est sita Hispaniæ gentis ager frugifer: argentum etiam incolæ fodiunt. Sic fodere metallum. Plin. *lib.* 2. *cap.* 63. Fodere ense jugulum, hoc est, percutere, seu ferire. Mart. *lib.* 1. Fodere stimulis, est pungere. Cicer. 2. *Philipp.* & Plaut. *Men. sc.* 5. *a.* 5. Te pendentem stimulis fodiam jodies. Idem *Cure. sc.* 2. *a.* 1. Stimulo fodere lubet te. Idem *Milit. sc.* 4. *a.* 1. Non possunt mihi tuis minaciis oculi foditi Idem *Amphitr.* Agrum sterilem fodiendum locare. Idem *Aulul. sc.* 2. *a.* 3. Malè factum arbitror, quia non latus fodi. Ovid. *lib.* 1. *Fast.*

*Cum levis Aonius ungula (Pegasi) fodit aquas.*

Fodere calcaribus. Virg. 6. *Æneid.*

*Seu spumantis equi foderet calcaribus armos.*

¶ Dicitur etiam *fodire*, per quartam verborum conjugationem. Colum. *lib.* 11. *cap.* 2. Ruberi, & adhuc fodire possunt. Idem de arboribus. Sed omnibus annis anteeal. Mart. foditi & interputari oportet. Hinc *fovea*, de quo infrà. Hujus composita sunt Affodio, vide suo loco: Confodio, quod est cavo, sive in totum fodio, ἀνορύσσω. Plaut. *in Aul.* Hic apud me confodere hortum jussi. Interdum transverbero, occido. Salust. *in Catil.* Inter confertissimos occurrit, ibique pugnando confodirur. διαπείρω. ¶ Circumfodio, terram circumquaque fodio, περιορύσσω. Colum. *lib.* 1. Arborem quam deposueris, sæpius circumfodito. Defodio, κατορύσσω, vide suo loco. ¶ Effodio, extra fodio, vel fodiendo ejicio, ἐξορύσσω. Plaut. *in Aulul.* Oculos hercle istos improbe effodiam tibi, ne me observare possis, si quid rerum geram. ¶ Infodio, intus plano, seu defodiendo sepelio, ἐνορύσσω. Col. *lib.* 4. Campestris locus altè duos pedes infodiendus est. Virg. *lib.* 2. *Georg.*

*Antè supinatas Aquiloni offendere glebas,*
*Quàm tectum infodias vitis genus*: id est, obruas.

¶ Perfodio, rumpo, ferio, perforo, διορύσσω. Plaut. *in Asin.* Ubi primetes perfuderis. Colum. *lib.* 11.

*Tu gravium rastris cunctantia perfode terga.*

Lactant. *lib.* 4. Sed tantummodo latus ejus perfoderunt. Gell. *lib.* 2. Quadringenti omnes ad unum perfossi gladiis, aut missilibus operti cadunt. ¶ Præfodio, antè fodio. Plin. *lib.* 17. *cap.* 11. Præfodere scrobes antè, si fieri posset, tanto donec pingui cespite obducantur. ¶ Refodio, rursus fodio, ἀνορύσσω. Plin. Mus marinus in terra, scrobe effossa, parit ova, & rursus obruit terra, tricesima die refossa parit, fœtumque in aquam ducit. ¶ Suffodio, subtercavo, ὑπορύσσω. Colum. *lib.* 2. Neque suem velimus impascis; quoniam rostro suffodiat, & cespites excitet. ¶ Transfodio, transverbero, ab uno latere ad alterum fodio, διαπείρω, διορύσσω. Ovidius,

——— *gemino fodit ulcere pectus.*

Et omnia habent, fo, syllabam correptam in omnibus temporibus à præsenti manantibus. Nam quæ à præterito fiunt, eandem producunt.

Fŏdĭco, as: Stimulare, pungere, vellere, sive fodere. { חמד *chimédh*, מחץ *machátz*. σύρω. Gall. *Piquer, percer*. Ital. *Stimulare, pungere, cavare*. Germ. Stubeln. Hisp. *Punjar, pecilgar, ò estavar*. Angl. *To pricke, to pearse*. } Horatius.

——— *evamum*
*Qui fodicet latus.*

¶ Per translationem accipitur pro angere, sive dolore afficere. Cic. 3. *Tusc.* Non est enim in nostra potestate, fodicantibus his rebus, quas malas esse opinamur, dissimulatio, vel oblivio. ¶ Fodicare animum. Plautus *Bacch.* Quia isthæc lepida sunt memoratu, eadem in usu, atque ubi periculum faciar, aculeata sunt, animum fodicant, bona dissimulant facta, & famam sauciant.

Fŏdīnă: Locus ubi quid effoditur. { מכרה *mikedh*. μέταλλον. Gall. *Une mine, une carriere, d'où on tire quelque metal, ou autre chose*. Ital. *Miniera*. Germ. Ein grub in deren man erzen graben, als ein erzgrub. Hisp. *Lugar donde algo se saca y se cava*. Angl. *A mine*. } Ut, Auri fodina, ubi foditur aurum: argenti fodina, ubi effodnus argentum. Plin. *lib.* 33. *cap.* 6. Odor exargenti fodinis inimicus omnibus animalibus, sed maximè canibus.

Fŏsă, æ, locus est unde effossa est terra. { בור *pachárh*, בור *bór*. φάραγξ, βόθρος. Gall. *Fosse, ou fossé*. Ital. *Fossa*. Germ. Ein graben oder ein grub. Hisp. *Cava ò hoya*. Angl. *A dicke, licke, or meare*. } Columel. *de arbor.* Priusquam pomarium constituas, quàm magnum habere voles, circummunito macerià, aut fossa. Cic. 5. *Tusc.* Transitum fossæ ponticulo ligneo conjungere. Ulpianus scribit, fossam esse receptaculum aquæ manufactum, ad castra, seu urbes, oppidave, aut alia hujusmodi munienda. Cic. *ad Attic. lib.* 2. Pop. Rom. exercitus Cn. Pompeium circus, fidet, fossa & vallo septuaginet. Cæsar 2. *bell. Gall.* Castra in altitudinem pedum duodecim vallo, fossaque duodeviginti muniri jubet. Tibull. *lib.* 4. Quæ decent tutam castris perducere fossam. Ovid. 13. *Metam.*

——— *fossa maximus cingo.*

¶ Fossæ Marianæ locus, ubi, & unde. Plin. *in Mario.*

Fŏssĭlĭs,

Fŏssŭlă, diminut. parva fossa. ἐρυγμάτιον. Gall. *Fossette, petite fosse.* Ital. *Fossitella, fossetta.* Germ. Ein gröblein. Hisp. *Pequeña cava. à hoyo.* Angl. *A litle diche.* } Cato *de re ruſtic. cap.* 161. Deinde foſſulas facito, quà radices aſparagi demittas. Columell. *lib.* 11. *cap.* 3. Stegulis foſſulis diſponas.

Foſſātum, i, idem quod foſſa. Plin. *lib.* 17. *cap.* 21. Foſſatum purgari, & extendi ne crudum relinquatur. Vegetius *cap.* 16. *lib.* 4.

Fŏssŏr, qui fodit. { חפר *chophér*, קרת *corèh*. ὀρύσσων, μακελλάς, ἐργάτης. Gall. *Foüiſſeur, foſſoyeur, pionnier.* Ital. *Zappatore, cavatore.* Germ. Ein graber, ein grieß. Hisp. *Cavadôr.* Angl. *A diche.* } Virg. 2. *Georg.*

*Et labefacta movens robuſtus ingera foſſor.*

Rigidus foſſor. Mart. *lib.* 7. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Triſt.*

*Hoc eſt cur cantet vinctus quoque compede foſſor.*

Fŏssūra, ipſa fodiendi actio. { ὄρυξις. Gall. *Foüiſſement.* Ital. *Cavamento.* Germ. Grabung. Hisp. *Cavazon, ò la obra de cavar.* Angl. *A diching.* } Col. *lib.* 5. Deinde malleolo inter ordines poſito, crebris foſſionibus paſſinatum reſoluere.

Fŏssūra, æ: Foſſio. { ὄρυγμα, διῶρυξ. Gall. *Fouyſſure, fouyſſement.* Ital. *Cavatura.* Germ. Grabung. Hisp. *Cavazon, cavadura.* Angl. *A diching.* } Columell. *lib.* 5. Hanc palmam foſſuram maximè nos probavimus. Numerus autem foſſionis, aut idem debet eſſe qui primi anni, aut unâ minus. Sueronius *in Calig. cap.* 37. Complanata foſſuris montium juga incredibili celeritate, cùm mortæ culpa capite lueretur.

Fŏssĭlis, e, quod foditur, ſive quod fodi poteſt. { ὀρυκτός. Gall. *Qu'on foüit, & tire, ou qu'on peut foüir & tirer de terre.* Ital. *Che ſi puo cavare.* Germ. Das gut zugraben iſt. Hisp. *Coſa cavadiza.* Angl. *That u or may be digged out of the earth.* } Plin. *lib.* 36. *cap.* 18. Theophraſtus author eſt & ebur foſſile candido & nigro colore inveniri, & oſſa è terra naſci. Idem *lib.* 33. *cap.* 6. Tum ſaltem foſſilem adjiciunt, id eſt, qui foditur? Varr. 2. *de re ruſt.* Melior foſſilis ſal, quàm marinus.

Fŏssĭlĭtĭus, a, um: Foſſilis, quod ſcilicet è terra effoditur. { ὀρυκτός. Angl. *Digged out of the earth.* } Plin. *lib.* 36. *cap.* 23. Atenæ tria genera: foſſititia, cui quarta pars calcis addi debet: fluviatili, aut marinæ tertia.

Fodo, is. Feſt. fodire, fodere.

Fodrum, vel foderum, vox Longobardica, ſignificat animam.

Fœclĭālis: vide *Fecialis.*

Fœcundŭs, a, um, ex facio & unda: vel à copia fœtus. Ferax, fertilis. { פרות *porôth.* εὔφορος. Gall. *Fecond, fertile.* Ital. *Fecundo, fertile, abundante.* Germ. Fruchtbar. Hisp. *Coſa fertil, ò copioſa.* Angl. *Fruitfull, fertile, ranche.* Ovid. *lib.* 4. *Faſt.*

*Forda ferens bos eſt fœcunda aque, dicta ferendo.*

Colum. *lib.* 3. *cap.* 14. Id neque æquè fœcundum eſt, nec tam pretioſum. Plaut. *in Ciſtell.* Namque æraitor amor & melle & felle eſt fœcundiſſimus. Ovid. *lib.* 5. *Faſt.*

*Eſt mihi fœcundus decalibus hortus in agris.*

Tibul. *lib.* 4.

*Horrea fœcundis indoſciemia menſis.*

Ibidem

*Centum fœcundos Titan renovaverit annos.*

¶ Fœcunda negotia. Senec. *cap.* 5. *de tranquill.* Non tam magna, quàm fœcunda negotia. ¶ Fœcunda aqua, pro fœcundo ingenio. Ovid. *Eleg.* 7. *lib.* 3.

*Ne malè fœcunda vena periret aqua.*

¶ Cum genitivo ſæpiùs jungitur. Annonæ fœcunda provincia. Tacit. *lib.* 17. Fœcunda metallorum terra. Plin. *lib.* 33. *cap.* 4. Italiæ pareitum eſt vetere interdicto Patrum, ut diximus: alioquin nulla fœcundior metallorum quoque erat tellus. Fœcundam eſſe, de muliere quoque dicitur, quæ fert uterum. Ovid. 2. *Metam.*

*Vt fœcunda foret, ſterilique injuria partu*
*Nota.*

Interdum ſumitur pro abundanti & pleno. Horat.

*Fœcundi calices quem non fecere diſertum?*

℔ Infœcundus, id eſt, non fecax: inde infœcunditas.

Fœcūndĭtās: Abundantia, ubertas, feracitas. { שבע *ſobâh.* πλησμονή, ἀφθονία, εὐθηνία. Gall. *Fecondité, fertilité, abondance.* Ital. *Fertilità, abondanza.* Germ. Fruchtbarkeit, völle. Hisp. *Fertilidad, ò copia.* Angl. *Fruitfulneſſe, fertilitie.* } Plin. *lib.* 20. *cap.* 6. Fœcunditatem fœminarum hoc cibo augeri. Cic. 1. *de nat. deor.* Aquarum inductionibus terris fœcunditatem damus. Fœcunditas animi. Plin. *in præf. lib.* 3.

Fœcundē, adverb. { ἀφθόνως, γονίμως, εὐθήνως. Gall. *Fertilement, copieuſement, abondamment.* Ital. & Hisp. *Fertilmente, abondantemente.* Angl. *Fertily, abundantly.* } Plin. *lib.* 6. *cap.* 36. Atque etiam ſecta fœcundius reſurgit.

Fœcundi ſpices, fertiles Deæ. Gloſſ. Iſid.

Fœcūndo, as: Abundantem, ſeu fructiferum facio. { תפריה *hiphrâh.* γονίμους ποιῶ. Gall. *Rendre fertile.* Ital. *Far fertile, abondante.* Germ. Fruchtbar machen. Hisp. *Hazer fertile y copioſo.* Angl. *To mak fruitfull.* } Virg. *lib.* 4. *Georg.*

*Et viridem Ægyptum nigra fœcundat arena.*

Fœlīx, icis, ut quibuldam placet, cum œ diphthongo, ut e longa ſit, quoniam ferio, e breve habeat. { ברית *berith.* συνθήκη ἐπιτηδεία, τὸ ἐπιτήδειον. Gall. *Alliance, confederation, appointement, traité de paix.* Ital. *Lega, confederatione.* Germ. Ein bund/ bundnuß. Hisp. *Confederacion ò liga.* Angl. *A leagne, covenant, or bande of peace.* } Fœdus pro hœdo, veteres dicebant, ut fordeum, pro hordeo, &c. Ter. Scaur. *de Orthograph.* Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Triſt.*

*Quàm non legitimo fœdere junctus amor.*

Plaut. *Pſeud. ſc.* 1. *a.* 5. Ab hero ad herum meum majorem venio fœdus commemoratum (i. pactum.) ¶ Reddere fœdus, pro ferire & contrahere. Liv. *lib.* 8. *ab urb.* Propriè enim fœdus pacem ſignificat, quæ fertur inter dimicantes. Hinc Plaut. *Amphitr. ſc.* 1. *a.* 1. Pacem feci, fœdus feci, vera dico. Quidam hujus nominis etymologiam manaſſe putant à Fecialibus, per quos fiebant fœdera. Alii à fide, quia in fœdere interponebatur fides. Itaque Ennius, ut eſt apud Varronem, fidus dixit pro fœdus. Alii à fœdere cædendo, nam ad fœdera ſancienda utrinque Fecialis adhibebantur, qui ſiomato fœdere porcam cædebant illicæ, ejuſmodi exitium imprecantes capiti illius qui prior fœdus violaſſet: de quare vide Liv. *lib.* 1. ubi ritum & formulam antiquiſſimi fœderis inter Pop. Rom. Regem & Albanorum Dictatorem ictî, latiſſimè exequitur. Tangit etiam Suet. *in Claud. cap.* 25. cùm ait: Cum regibus fœdus in foro icit, porca cæſa, ac vetere Fecialium præfatione adhibita. Tria autem (ut idem Livius oſtendit *lib.* 34.) erant fœderum genera, quibus populi & reges mutuas amicitias inibant. Unum, quum bello victis dicebantur leges. Ubi enim omnia ei, qui armis plus poſſet, dedita eſſent, quæ ex iis habere victos, quibus mulctari eos vellet, victoris arbitrium erat. Alterum, quum pares bello, æquo fœdere in pacem atque amicitiam veniebant, redditis per conventionem iis rebus quarum bello turbata erat poſſeſſio. Tertium, quum qui hoſtes nunquam fuiſſent; ad amicitiam ſociali fœdere jungendam coibant. ¶ Accipitur etiam fœdus pro neceſſitudinis alicujus vinculo: ut fœdera amicitiæ dicimus pro neceſſitudine illa quæ eſt inter amicos. Ovid. 3. *Triſt. Eleg.* 6.

*Fœdus amicitiæ nemo mihi chariſſime noſtræ:*
*Nec ſi fortè velis, diſſimulare potes.*

¶ Fœdera lecti, pro conjugali vinculo. Lucan. *lib.* 2.

——*da fœdera peiſci*
*Illibata tori, da tantùm nomen inane*
*Connubii.*

Fœdus conjugale. Ovid. 11. *Metam.* ¶ Accipitur etiam quandoque pro lege, ut apud Virg. 1. *Æneid.*

——*Regémque dedit qui fœdere certos*
*Et premere, & laxas ſciret dare juſſus habenas.*

¶ Facere fœdus cum aliquo. Cic. *de ſenect.* Quam ſententia Senatus inclinaret ad pacem & fœdus faciendum cum Pyrrho, non dubitavit, &c. ¶ Ferire fœdera. Cic. *pro Cælio.* Idcône ego pacem Pyrhi diremi, ut tu amorum turpiſſimorum quotidie fœdera ferires? Firmare fœdera. Virg. *lib.* 11. *Æneid.*

——*firmabant fœdera dictis.*

¶ Fœdus, pro fœditate legitur apud Paulum *in leg. ſenatoris* 47. *D. de ritu nupt.* Nec enim honos ei ſervatur, quæ ſe in tantum fœdus deduxit. Niſi rectiùs ibi legatur, *Scelus*, quemadmodum vulgati codices habent.

Fœdĕrāticum, φοιδηρατικόν, ſtipendium fœderatorum. Novell. Juſt. 147. & Juſtini 1.

Fœdĭfrăgus: Qui fœdera fregit. { παραβάτης ὅρκων. Gall. *Qui rompt l'alliance ou appointement.* Ital. *Che rompe patti.* Germ. Bundes brüchig. Hisp. *Quebrantador de pazes.* Angl. *A breaker of leagues.* } Cic. 1. *Offic.* Pœni fœdifragi, crudelis Annibal.

Fœdĕrātus, a, um. Gall. *Confederé, allié.* Unde Fœderatæ civitates, & Fœderati dicuntur populi, qui fœdere & amicitia ſunt conjuncti. { ברית אנשי *auſche berith.* ὁμοσπόνδοι, εἰρηνικοί. Gall. *Confederez, alliez.* Ital. *Confederati, uniti.* Germ. Bundtsgenoſſen/ eydtgenoſſen. Hisp. *Confederados ò aliados.* Angl. *Thay hath made aleagne together.* } Namque inter civitates provinciarum, aliæ civium Romanorum, aliæ Latinorum veterum, aliæ ſtipendiariæ dicebantur, συμμαχίδες πόλεις. Suet. *in Calig.* Domi, foriſque civilis, libera ac fœderata oppida ſine lictoribus adibat. Cic. 1. *de Orat.* Si quis apud nos ſerviſſet ex populo fœderato, ſeſéque liberaſſet. Idem. 5. *Verr.* Fœderatæ civitates duæ ſunt, Mamertina, & Tauromitana. Idem *pro Archia*, Si qui fœderatis civitatibus adſcripti eſſent. ¶ Quaſdam fœderatas urbes, ad exitium licentiâ præcipites (Auguſtus) libertate privavit. Suet. *in Auguſt. cap.* 47.

Fœdĕro, fœdere facto concilio. Cornel. Tacit. *lib.* 20. Donec egregia erga populum Romanum merita mox rebelles fœderant. Reviſor Calepini reperit hunc locum: ſed ibi legitur, *fœdarent*: longè optimo ſenſu, qui in verbo *fœderant*, nullus eſſet.

Fœdŏ, as, um: quod eſt deforme. { שרי *ſchehar*, מטמא *tamê*, איוב *iſſôb.* αἰσχρός, δεινός. Gall. *Laid, ord, infect, vilain.* Ital. *Sozzo, laido, brutto.* Germ. Häßlich/unflätig. Hisp. *Coſa fea, ò feada.* Angl. *Loſiled, joyed, deformed.* } Terent. *in Eunucho*, Nunc eò tibi videtur fœdus, quia illam non habet. Cicer. *ad Attic. lib.* 15. Parúmque fœda perſona eſt ſenectutis. Plin. *lib.* 11. *cap.* 29. Odere fœdos odores, proculque fugiunt. ¶ Ponitur quandoque pro execrando. Virg. *lib.* 8. *Æneid.*

——*averſúſque refugit*
*Fœda miniſteria.*

¶ Quandoque pro crudeli. Terent. *in Eunuch.* O facinus fœdum! Donatus, Fœdum crudele. Ea enim quæ crudelia ſunt & nefaria, ipſa crudelitate fœda & maculoſa dici poſſunt. Sic dicimus fœdum exemplum, quod crudelitatis, & turpitudinis plenum eſt. Liv. 7. *bell. Pun.* Qui neque magiſtratum continuari ſatis civile aiebant, & multò fœdioris exempli cum ipſum creari, qui comitia haberet. Apud Livium nihil frequentius quàm fœda clades, peſtilentia, ſtrages.

Fœdo, as, ate: Polluere, inquinare. { חנף *timmê.* μολύνειν, μιαίνειν. Gall. *Salir, ſlétrir, honnir, enlaidir, maculer, ſoüiller, deshonorer.* Ital. *Bruttare, imbrattare.* Germ. Verunſtalten/häßlich machen. Hisp. *Enfuziar, ò fuziar lo hermoſo.* Angl. *To defyle, to deforme, to work villanie.* Virg. 2. *Æneid.*

——*qua cauſa indigna ſerenus*
*Fœdavit vultus?*

Per tranſlationem accipitur pro dehoneſtare. Cato apud Plinium *lib.* 29. *cap.* 1. Nos quoque dictitant Barbaros: & ſpurciùs nos, quàm alios Opicos appellatione fœdant: hoc eſt, conſpurcant, & dehoneſtant. ¶ Accipitur etiam pro dilacerare, frangere, vel corrumpere. Virg. 1. *Æneid.*

*Impulerat ferro Argolicam fœdare latebram.*

Lit,

Liv. *lib.* 3. *ab Vrb.* Vis Sabinorum ingens propè ad mœnia urbis infestâ populatione venit : fœdari agri, terror injectus urbi est. Plaut. *Amph.* Fœdans & proterunt hostium copias. Tibull. *lib.* 4.

*Victa Maronæa fœdatus lumina Baccho,*

Fœdè, adverb. Turpiter. { αἰσχρῶς. Gall. *Vilainement, cruellement, d'une maniere sale & honteuse.* Ital. *Brutamente, crudelmente.* Germ. Unflätiglichen. Hisp. *Fealmente y deshonestamente, ò cruelmente.* Angl. *Filthelie.* } Liv. 2. *ab Vrbe,* Non minore motu animorum Sicca cædis memoria renovata, quàm quod nova fama Virginia adrò fœdè ad libidinem petita accendebat. Fœdè divexari. Cic. 1. *Tusc.* Fœdè interemptus. Liv. 5. *bell. Pun.*

*——admissum fœdè, dictúmque superbè.*

Lucr. *lib.* 1. Fœdissimè causam agere. Cic. *Attic. lib.* 9.

Fœditās, atis : Turpitudo. { שערורית *schaharuth.* תועבה *tsoebah.* αἰσχος. Gall. *Saleté, laidure, vilenie, ordure.* Ital. *Bruttezza.* Germ. Heßligkeit, unflät. Hisp. *Suziedad, fealdad.* Angl. *Filthinesse, dishonestie, ill favouredness.* } Liv. *lib.* 15. Divisa à corpore capita, patentiáque viscera, & fœditatem aliam vulnerum viderent. Cicer. *lib.* 3. *de finib.* Nisi eos per se fœditate sua turpitudo ipsa deterreat. Liv. *ab Vrb.* Averterè omnes à tanta fœditate spectaculi oculos. Quintilian. Inenarrabilis fœditate paliescet (Luna.)

Fœlix, cum suis derivatis, vide suprà in dictione *felix.*

Fœmen : vide *femen.*

Fœmina, æ : Latioris significationis est quàm mulier. Nam non solùm de hominum genere, verumetiam de brutis & plantis dicitur, defenditque à fœtu. { נקבה *nekebáh.* γυνὴ, θῆλυς. Gall. *femelle, femme.* Ital. *Femmina.* Germ. Ein weibßbild / ein frau. Hisp. *Hembra en todo genero de animales.* Angl. *The female.* } Velleius, Mollitiis fluens. Plaut. *Mil. sc.* 6. *a.* 2. Da mihi optima fœmina manum. Liv. *lib.* 34. Fœminæ magistratus, & sacerdotia, & triumphos non contingunt. Tamen Cic. apud Gell. *c.* 19. *lib.* 13. Sacerdotes quoque fœminas fuisse scribit, eásque Antistitas appellatas. ¶ Fœminæ uni Tarratiæ datum jus dicendi testimonii. Gell. *cap.* 7. *lib.* 6. ¶ Fœminæ non possunt arrogari. Gell. *cap.* 19. *lib.* 5. Item nulla comitiorum communio est cum fœminis. Item, fœminæ sunt in parentum potestate. Idem *ibid.* Plaut. *in Persa,* Qui Atticam hodie civitatem majorem feci, atque auxi civi fœmina. Plin. *in Epist.* Habet illa pantomimos, fovebátque effusiùs, quàm principi fœminæ convenit. ¶ De brutis. Gell. *cap.* 2. *lib.* 2. Fœminæ sues. Idem *cap.* 3. *lib.* 4. Agnum fœminam cædito. Plin. *lib.* 9. *cap.* 50. Fœmina piscis coitus tempore marem sequitur. Idem *lib.* 2. *cap.* 28. de chamæleonte herba, Ex nigris aliqui marem dixere, cui flos purpureus esset : & fœminam, cui violaceus. ‖ ¶ Fœmina mas, aris : Virago. Tertull.

Fœmilla, & fœminula, parva fœmina.

Fœmellarius, mulierosus, fœminis deditus. Gloss. A. L. ‖

Fœminal, is, pudendum muliebre, interfœmineum. γυναῖον. Apuleius *in Apologia,* Sed enim fœminal nullo pacto repetens mundities dicere, ad mea scripta confugit.

Fœminĕus, a, um : & Fœmininus a, um. { γυναικεῖος. Gall. *De femelle, en de femme.* Ital. *Cosa de femmina.* Germ. Weibisch. Hisp. *Cosa de hembra.* Angl. *Of the female kinde.* } Virg. 11. *Æneid.*

Ubi Servius Fœmineo, id est, impatienti, irrationabili. *Ibid.*

*Fœmineum cæli clamorem ad sydera tollunt.*

Ovid. 13. *Metam.*

*Arma ego fœmineis, &c.*
*Mercibus inferni.*

Plin. *lib.* 2. *cap.* 101. Fœmineum Lunæ, ac molle sidus. Quint. *lib.* 1. *cap.* 14. Quæ aut fœminina positione mares, aut neutrali fœminas significant. ¶ Diminutiva, Fœmella, & Fœminula γυναικίον, γυναικάριον. A Fœmina etiam fit Effœmino, ἐκθηλύνω, de quo suo loco.

Fœnātĭlis : vide *Fœnum.*

Fœnĕbris, Fœnerarius, fœnero : vide *Fœnus.*

Fœnĭcŭlum, i, quasi φοινικόλαχανον, à fœnum. Aliis quasi phœnoculum, ex φοίνιξ, & oculus dictum, quòd acuat visum. Herba est nota, à fœnore, ut quidam existimant, dicta, quòd semen hoc terræ mandatum magno fœnore reddat fructum. { μάραθον. Gall. *Fenoüil.* Ital. *Finocchio.* Germ. Fenchel. Hisp. *Hinojo.* Angl. *Fenell.* } Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Indunt Coriandrum, fœniculum, allium. Plin. *lib.* 20. *cap.* 23. Fœniculum mobilitavere serpentes, gustatu senectam exuendo, oculorúmque aciem succo ejus reficiendo. Unde intellectum est, hominum quoque caliginem præcipuè eo levari. Ejus juvamenta lege apud Dioscor. *lib.* 3. *cap.* 179.

Fœnum, i, quasi boënum, à bove. Herba in pabulum resecta : ita dicta à fœnore, quòd sine cura fœnus præbeat : vel à fœtu, quòd herbæ eædem manentes quotannis novas pariant. { חציר *hatsir.* χόρτος. Gall. *Du foin, herbe fechée & mangeaille pour les bestes.* Ital. *Fieno.* Germ. Heu. Hisp. *El heno.* Angl. *Haye.* } Columell. *lib.* 2. *cap.* 19. Sic enim commodissimè fœnum defenditur à pluviis. Ovid. 3. *Fast.* De fœno signa & manipuli. Vide & Martial. *epigr.* 162. Fœnum esse, proverbiali figura dixit Cic. *lib.* 2. *de Orat.* in indoctos ac brutos homines, qui scilicet pecudibus sunt æquandi : nam fœno victitant boves. ¶ Fœnum habet in cornu. In homines maledicos ac feroces dicitur. Horat. *Satyr.* 4. *lib.* 1. *Serm.*

*Fœnum habet in cornu, longè fuge.*

Unde id proverbium ortum sit, docet Plutarch. *in Crasso.* Inde translatum, ut Acroni placet, quòd antiquitus bubus cornipetis fœnum pro signo in cornu appenderetur, quo sibi caverent qui fortè occurrissent.

‖ Fœnea possessio, χώρα νὴ νᾶμα, à fœno, *l. privilegia* 17. §. 1. *C. de sacrosanct. Eccl.*

Fœnea, eorum : Simulachra ex fœno, quæ fiebant ad irritandos in spectaculis tauros. Ascon. *in orat. pro Cornelio, de Majestate.* Budæus.

Fœnĕlis, a, um, ὁ ἢ χόρτος : quod ad fœnum pertinet, ut Falces fœnariæ, quibus fœnum secamus. { χορτοκόπος, ἡ χορτοκόπη. Gall. *Faux à faucher le foin.* Ital. *Falci da fieno.* Germ. Das zu dem heu gehört. Hisp. *Lo guadañar.* Angl. *A sieth to mowe haye with.* }

Fœniculātium, ii (ut quidam interpretantur,) est ipsa fœni sectio, vel tempus illud quo fœnum secatur. { Angl. *To mowing, or moweing tyme of haye.* } Cicer. *lib.* 12. *ad Attic.* Scribe, quæso, quid referat Celer egisse Cæsarem cum candidatis : utrùm ipse in fœniculatium, an in campum Martium cogitet. Quem locum sic exponit interpres, In fœniculatium, id est, in aciem ac exercitum, quando fœnum succiditur à militibus falculariam facientibus.

Fœnile, locus est in quo asservatur fœnum. { χερών. Gall. *Fenil, fenniere, ou engarde le foin.* Ital. *Fienile, dove si tiene il fieno.* Germ. Ein scheuren / ein stadel oder heuhauß. Hisp. *El lugar donde se guarda el heno.* Angl. *An haye house or loft, an hay mowe or riche.* } Ovid. 6. *Metam.*

*Non secus exarsit confossâ virgine Teucri,*
*Quàm si quis canis ignem supponat aristis,*
*Aut frondem, positásque cremet familibus herbas.*

Virg. 3. *Georg.*

*——nec tecta claudas fœnilia bruma.*

Columell. *lib.* 1. *cap.* 6. Pars autem fructuaria dividitur in cellam olearium, torcularium, cellam vinariam, defrutariam, fœnilia, paleariáque.

Fœnisex, fœnisecis, qui fœnum secat. { χορτοκόπος. Gall. *Fauchemr de pres.* Ital. *Segatore de fieno, fenaiuolo.* Germ. Ein mäyer. Hisp. *El que siega ò corta el heno.* Angl. *A mower of haye.* } Plin. *lib.* 18. *cap.* 29. Igitur cornu propter oleum ad cras ligato, fœnisex incedebat. Varro *de rust. lib.* 1. *cap.* 49. Sicilienda prata, id est, falcibus consectanda, quæ fœniseces prætermiserunt.

Fœnisĕcă, æ, idem. { Angl. *A mower of haye.* } Persius *Satyr.* 6.

*Fœniseca trasso vitiarunt unguine pultes.*

Colum. *lib.* 2. *cap.* 18. Ita necubi fertamentum fœnisecæ possit offendere.

Fœnisĕctum, ii, ipsa fœni sectio, & veluti messis fœni. { χορτοκοπία. Gall. *Fauchement de pres, ou la saison de les faucher.* Ital. *Raccolta del fieno.* Germ. Der heuwen oder mäyen. Hisp. *Segazon del heno con guadaña.* Angl. *The haye harvest, or haye tyme.* } Varr. *de re rust.* Nec primo anno tigari, nec pasci ante secunda fœnisecia, ne herbæ vellantur, obtritúque heberentur. Et fœnisicium, ii. Col. *lib.* 2. *cap.* 18. Altero tamen anno minora pecora pòst fœnisicia permittemus admitti.

Fœnisicĭă æ : Fœnisecium. { Angl. *The haye harvest.* } Varro *de re rustic. lib.* 1. *cap.* 49. Primùm de pratis summissis herba quum crescere desiit, & æstibus aresci, subsecari falcibus debet, & quoad perarescat, furcillis versari : quum perarsit, de ea manipulos fieri ac vehi ad illam. Tum de pratis stipulam rastellis eradi, atque addere fœnisiciæ cumulum.

‖ Fœnitium : vide *Phœnicium.* ‖

Fœnumgræcum. { τῆλις. Gall. *Vne herbe nommée Senegré.* Ital. *Fienogreco.* Germ. Griechisch heu oder bokshorn. Hisp. *Las alholvas.* } Genus herbæ est (ut inquit Plin. *lib.* 24. *cap. ult.*) quam alii Telin vocant, alii Carphos, aliqui Bucetas, alii Ægrocetos, quoniam siliquas habet corniculis similes : unde & siliquam vocat Colum. *lib.* 12. *cap.* 2.

Fœnŭs, oris (ut ostendit Gellius *cap.* 12. *lib.* 16. ex *lib.* 4. Varr. *de lingua Latina*) idem est quod usura, ita dictum à fœtu : quòd sit fœtura pecuniæ. { נשך *neshech,* תרבית *tarbith.* τόκος. Gall. *Vsure.* Ital. *Vsura.* Germ. Wucher. Hisp. *El logro, ò renuevo, ò usura.* Angl. *Gaine by money lent, usurie.* } Nihil enim aliud est fœnus, quàm fœtus, hoc est, partus pecuniæ. Quidam tamen à fundo, quod cum o, non cum u, apud antiquos scribebatur, quòd proventus propriè esset ex naturali terræ fructu : postea verò ad usuram est translatum, quasi pecunia per se fructum producat, sicut terra. Plaut. *in Asin.* Nam si mutuò non potero, certum sumam fœnore. Cicer. *pro Cæcilio,* Parcat juventus pudicitiæ suæ, ne spoliet alienam, ne effundat patrimonium, ne fœnore trucidetur, ne incurrat in alterius domum atque famam. Propert. *lib.* 1. *Elegia* 7.

*Sæpe venit magno fœnore tardus amor.*

Ovid. 1. *Fastor.*

*Herdeáque ingenti fœnore reddat ager.*

Quærere argentum in fœnus. Plaut. *in Asin. sc.* 4. *a.* 2. Dum reperiam, qui quærit argentum in fœnus. Idem *Cure. sc.* 2. *a.* 4. Vos fœnore, hi (lenones) malè suadendo, & lustris laceram homines. *Ibid. sc.* 1. Sub veteribus (tabernis) ibi sunt, qui dant, quique accipiunt fœnore. Idem Plaut. *sc.* 2. *a.* 4. Qui fœnore & perjuriis habent rem partam, &c. ¶ Reddere cum fœnore quinquagesimo. Plin. *lib.* 17. *cap.* 18. Sic quoque cum quinquagesimo fœnore messes reddit felicitas soli. ‖ Nummi positi in fœnore. Horat. *de arte poët.*

Fœnŭscŭlum, i, diminutivum. { τοκάριον, τοκίδιον. Gall. *Petite usure.* Ital. *Picciola usura.* Germ. Ein kleine wucher. Hisp. *Pequeño logro, ò renuevo, ò usura.* Angl. *Small usurie or gaine.* } Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Ad danistam devenisses, adderes fœnusculum.

Fœnĕro, as, & Fœnerot, aris, deponens, quo usus est Gell. *cap.* 12. *lib.* 18. Fœnori do, in fœnore colloco, vulgò ad usuram do. { נשך *nashákh,* לוה *lavâh. δανίζω.* Gall. *Bailler à usure.* Ital. *Dare & prestare ad usura.* Germ. Wuchern / auff wucher ausleihen. Hisp. *Dar à logro, à usura, à renuevo.* Angl. *To lende out to usurie.* } & modò dativo junguntur, modò accusativo. Plin. *lib.* 2. *cap.* 6. Fœnerat Sol lumen suum cæteris sideribus, id est, mutuat. Cicer. *de Amic.* Ut enim benefici liberalesque simus, non ut exigamus gratiam : neque enim beneficium fœneramus, sed naturâ propensi ad liberalitatem sumus, id est, fœnori damus. Seneca, Jubæ, & Petreius mutuis vulneribus concurrerunt, & morte fœnerati sunt. Martialis,

*Hæc ſepſit, hæc omnes fœnerat una dees.*

¶ Fœnero, cum ablativo, ſignifi. ut fœnori accipio. { δανείζομαι. GALL. *Prendre à uſure.* ITAL. *Pigliar ad uſura.* GERM. Auff wucher nemmen. HISP. *Tomar à logro, à uſura.* ANGL. *To borowe or take money lent to uſuri.* } Sic Iureconſulti *lib. Dig.* 31. Si autem aliquis eorum voluerit vendere partem ſuam, vel fœnerare ſuper eam, poteſtatem habeat vendere coheredi ſuo, & fœnerare ab eo. ¶ Beneficium fœneratum dicitur quod cum fœnore redditur. Terent. *in Phorm.* Fœneratum illuc beneficium tibi pulchrè dices. Et *paulò pòſt*, hoc ipſum exponens: Idem hoc tibi quod benè promeritus fueris, conduplicaverit. Ubi Donatus: Fœneratum, hoc eſt, cum fœnore redditum, & multiplicatum. ¶ Interdum fœnerare eſt cum fœnore reddere, vel refundere. Terentius *Adelph.* Metuiſti, ſi nunc de jure tuo conceſſiſſes paululum, atque adoleſcenti eſſes morigeratus, hominum homo ſtultiſſime, ne non tibi illuc fœneraret?

Fœnĕrātor, is, qui fœnus exercet. { נושה *noſcheh. Danoris.* GALL. *Vſurier.* ITAL. *Vſuraio.* GERM. Ein wucherer. HISP. *Logrero*, à *uſurero.* ANGL. *An uſurer, or lender for gaine.* } Veterius apud Gell. *cap.* 12. *lib.* 16. Fœnerator (inquit) appellatus eſt, quaſi φαινεγήτωρ, ἀπὸ τῦ φαίνειν ἴνα τὸ χρεωγήτωρ: quoniam id genus hominum oſtentant ſpeciem humanitatis, ut commodi eſſe videantur inopibus nummos deſiderantibus. Hæc Veterius. Puto autem ibi legendum φαινεγήτωρ, pro φαινεγήτης. Varro contrà ait fœneratorem dictum eſſe à fœnore. Quæ ſententia Gellio probatur, alia rejicitur. Cic. 2. *Offic.* Primùm improbantur hi quæſtus, qui in odia hominum incurrunt, ut portitorum, ut fœneratorum. Idem Seſtio *famil. lib.* 5. Nec putant ei nummos deeſſe poſſe, qui fœneratores ex obſidione exemerit.

Fœnĕrātio, nis: Fœnoris exercitatio, pecuniæ nundinatio. { δανειστής. GALL. *Vſure.* ITAL. *Vſura.* GERM. Das wuchern/wucher. HISP. *Logro ò ebra de dar ò tomar à uſura.* ANGL. *Vſurie, the practiſe or feate of uſurie.* } Colum. *in præfat.* An fœneratio probabilior ſit etiam iis inviſa quibus ſuccurrere videtur. Cic. *pro Flac.* Hæc pecunia ab honoribus tranſlata in quæſtum & fœnerationem, recuperata eſt multis pòſt annis.

Fœnĕrātŭs, us: Fœneratio, id eſt, mutuatio ad uſuram; δανειστής.

Fœnĕratò, adverbium, cum fœnore. { GALL. *Avec uſure, à profit.* ITAL. *Con uſura.* GERM. Mit wucher. HISP. *Con logro.* ANGL. *With uſurie and gaine.* } Fœneratò reddere, τινὶ ἐπιτοκίσαι ἀργύριον. Plaut. *in Aten. ſc.* 2. *a.* 4. Næ illam mecaſtor fœneratò abſtuliſti, hoc eſt, gravi uſura, velut à fœneratore; quam multo cum fœnore reſtituas. Idem *Aſin. ſc.* 2. *a.* 5. Equidem fœneratò fundidi.

Fœnĕrātĭcĭus, a, um: quod datum eſt fœnori, vel quod ad fœnus pertinet. { δανειστής. GALL. *Donné ou pris à uſure.* ITAL. *Dato ò tolto ad uſura.* GERM. Auff wucher gëben oder genommen / das zu dem wucher gehört. HISP. *Perteneciente à logro, à uſura, tomado ò preſtado à uſura.* ANGL. *That is given or taken to uſurie.* } ut, Fœneraticia pecunia, quæ ex uſuris collecta eſt.

Fœnĕrātĭī, orum: Tempus quo fœnus ceſſabat, & finiebatur, reddebanturque pecuniæ. Liv. 35. Ita libero verò fœnore obtuebantur debitores: cujus coërcendi quum ratio quæreretur, diem finiti placuit fœneratis quæ proxima fuiſſent, ut qui eam diem ſocii civibus Romanis credidiſſent pecunias, profiterentur, & ex ea die pecuniæ crederet, quibus debitor vellet legibus creditori jus redderetur.

Fœnebris, e, penultima indifferenti: quod ad fœnus pertinet. { δανειστής. GALL. *D'uſure, des appartenantes d'uſure.* ITAL. *Pertinente ad uſura.* GERM. Dem wucher zugehörig. HISP. *Coſa perteneciente à logro.* ANGL. *That belongeth, to uſurie.* } ut, Lex fœnebris, qua fœneratorum avaritiâ coërcetur. Liv. 15. Inſtabat enim alia quòd civitas fœnore laborabat, & quum multis fœnebribus legibus conſtricta avaritia eſſet, via fraudis inita erat, ut in ſocios, qui non tenerentur iis legibus, nomina tranſcriberent. Fœnebris tes. Liv. 7. *ab urbe*, Inclinatis ſemel in concordiam animis, novi Conſules fœnebrem quoque rem, quæ diſſimere unanimes videbatur, levare aggreſſi, ſolutionem alieni æris in publicam curam verterunt. Malum fœnebre. Tacitus *lib.* 5. Sanè vetus Urbi fœnebre malum. Item, Fœnebris pecunia, apud Sueton. *in Calig. cap.* 41.

Fœtĕo, es, à fœtus, a, um: Malè oleo. { באש *baâſch*, נאלח *neelâch*, δυσώδω, δυσωδίαν. GALL. *Puir, ſentir mauvais.* ITAL. *Putire, puzzare.* GERM. Stincken. HISP. *Heder.* ANGL. *To ſtinck, to give an ill ſavour.* } Plaut. *in Aſin. ſc.* 2. *a.* 5. Dic amabò, an fœtet anima uxori tuæ? Martialis *lib.* 5.

*Fœtere multo Mytale ſolet vino.*

Fœtĭdŭs, a, um: Malè olens. { באש *nibéâſch*, נאלח *neelâch. Deodâc.* GALL. *Puant.* ITAL. *Fetido, puzzolente.* GERM. Stinckend. HISP. *Coſa hedionda.* ANGL. *That ſtincketh, or ſavoureth ill.* } Plaut. *in Mere.* Tanto minus, quum ſis jam ætatis plenus, anima fœtida, ſenex hircoſus. Idem *in Capt. ſc.* 2. *a.* 4. Tum piſcatores, qui præbent populo piſces fœtidos. Cic. *in Piſonem*, Et cum iſto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalaſſes. ¶ Fœtidum vinum. Gellius *cap.* 7. *lib.* 11.

Fœtŭlēntŭs, idem quod fœtidus. Δυώδης. Apul. *in Apolog.* Quid in crimen haud contemnendum Philoſopho, nihil in ſe ſordidum ſinere, nihil uſpiam corporis apertum, immundum pati, ac fœtulentum.

Fœtŏr, is: Malus odor. { בס *mak*, באש *béeſch. Nemâla.* GALL. *Puanteur.* ITAL. *Fetore, puzza, lezzo.* GERM. Geſtanck. HISP. *Heder ò mal olor.* ANGL. *Stinck an evill ſavour.* } Colum. *lib.* 12. *cap.* 18. Cella quoque vinaria omni ſtercore liberanda, & bonis odoribus ſuffienda, ne quem redoleat fœtorem, acorémve. Suet. *in Auguſt. cap.* 86. Fœtores reconditorum verborum.

Fœtĭdĭcus: Fœtor. { באש *béeſch. Nemâla.* GALL. *Puanteur, mauvaiſe odeur.* ITAL. *Fetore, puzza, lezzo.* GERM. Geſtanck. HISP. *Heder, ò mal olor.* ANGL. *A ſtink.* } Senec. *Epiſt.* 111. At mehercule iſta ſollicitè ſervata, variéque condita, quum ventrem ſubjectum una atque eadem fœditas occupavit.

Fœtŭtīna, & olentiorcta. Apul. *Apolog.* 2.

Fœtŭs, us, à fovendo, quoniam & dum in utero eſt, & poſtquam editus fœtus eſt, à matre fovetur, vel נפש *nefeſch*. Frischlinus ſcribit fœtus, & deducit ab inuſitato fëo, ut factus a facio: quo verbo veteres rem veneream ſignificarunt pudentes, vel à ſorda pecude. Ovid. 4. *Faſt.* Vide in *Forda*, & *Horda*, infrà. { גלם *golém*, אמנם *ſfoeſfá*. עבר *hal.* GALL. *Le fruict ou portée des beſtes, ou plantes.* ITAL. *Il parto, il frutto che le beſtie partoriſcono.* GERM. Die frucht einer den thieren oder ſonſt andern dings. HISP. *El fruto, ò lo que la hembra pare.* ANGL. *The yong or fruite of everie creature thatlyveth.* } Est autem fœtus generale nomen ad omnia pene quæ naſcuntur. Sunt enim fœtus omnium quadrupedum, ſive feræ ſint, ſive pecudes: prætereà etiam avium & piſcium, atque adeò ipſorum etiam hominum. ¶ Pro partu. Plaut. *Amph. ſc.* 1. *a.* 1. & *ſc.* 2. *a.* 3. Pater cutarvit uno ut fœtu fierent: (i. ut uno partu duos enixerentur.) Item, Fœtus pro ſexu: Quod ejus virile fœtus futurum eſt (id eſt, ſexus.) Plinius, Leginus mulierem Ægyptiam binos fœtus quater enixam. Idem *lib.* 8. *cap.* 28. Totus rigidis fœtus, qui ſemper numeroſus eſt, ab inſidiatore rapitur, eoque quam maximè pernici. Cicer. 3. *de finib.* Atque etiam in beſtiis vis naturæ inſpici poteſt, quarum in fœtu & educatione laborem quum cernimus, naturæ ipſius vocem videmur audire. ¶ Facere fœtos. Plin. *lib.* 10. *cap.* 31. Oſcines, præter exceptas, non temerè fœtus faciunt ante æquinoctium vernum, aut poſt autumnale: ante ſolſtitium autem dubios: poſt ſolſtitium, vitales. ¶ Procreare multiplices fœtus. Cic. 2. *de nat. deor.* ¶ Neque animalium tantùm fœtus dicuntur, verùm etiam inanimatorum. Nam & arborum fœtus paſſim legimus: & fœtum, terræ fœtum vocamus. Cicer. 2. *de Orat.* Edit fœtus meliores & grandiores aget non ſemel aratus, ſed novatus & iteratus, Virg. 1. *Georg.*

*Hic ſegetes, illic veniunt felicius uvæ:*
*Arborei fœtus alibi*: id eſt, fructus, ut pomi:

Idem 2. *Georg.*

*Nec minùs interea fœtu nemus omne graveſcit.*

Ubi Servius: Fœtu, id eſt, utilitate: nam omnis utilitas fœtus eſt: ¶ Fœtus animi, per tranſlationem. Cic. 5. *Tuſcul.* Ex quo triplex illé animi fœtus exiſtet: unus in cognitione rerum poſitus, & in explicatione naturæ: alter in deſcriptione expetendarum, fugiendarumve rerum: tertius in judicando, quid cuique rei ſit conſequens, quid repugnans.

Fœtŭs, a, um, propriè de minore pecore dicitur. { חרה *horéh*, עבר *bal:* ἔγκυος. GALL. *Qui a le ventre plein de petits: pleine.* ITAL. *Pieno, gravido, pregno.* GERM. Voll jungen tragend. HISP. *Coſa de hembra preñada.* ANGL. *That hat the wom be full of young ones.* } ut, Ovis fœta, id eſt, gravida, & in utero ferens. Virg. 2. *Eclog.*

*Non inſuta graves tentabunt pabula fœtus.*

Col. *lib.* 8. Huic pecudi nocet æſtus, & præcipuè fœtæ, quæ gelicidio hyemis conceptum fecit. ¶ Dicitur & partu libera, hoc eſt, quæ peperit. Virg. 9. *Æneid.*

*Fecerat & viridi fœtam Mavortis in antro.*

Enixam autem fuiſſe, lac quod pueris præbebatur, oſtendit. ¶ Transfertur & ad alia: ut,

——*Loca fœta furentibus auſtris,*

apud eundem 1. *Æneid*, id eſt, plena. ¶ Hujus compoſita ſunt, Confœtus. Feſtus. Confœtus, ſus dicebatur, quæ cum omni fœtu adhibebatur ad ſacrificium. Defœtus, de quibus alibi.

Fœtōſus, a, um: quod eſt plenum fœtu, ἔγκυος. Hieronymus contra Jovin. Lippientem jam deformem, atque fœtoſum ſynagogæ typum præcuriſſe. Retinet hoc nomen o, quoniam fœtus eſt quartæ declinationis. Sic ſumptuoſus, fructuoſus, luctuoſus, actuoſus, quæſtuoſus: quæ autem veniunt ab aliis declinationibus, non habent u, ante o: ut, Fabuloſus, Doloſus, Vitioſus, Portentoſus, & hujuſmodi.

Fœtūrā, æ: Pecoris proventus, à fœtando dictus. { משכב *ſfoeſfa.* ῥίσις. GALL. *La portée, ou poſture des beſtes ou plantes.* ITAL. *Il tempo dal partorire.* GERM. Die gebärung/die zeit deß gebärens. HISP. *Parizon, ò tiempo de parir.* ANGL. *Hatching or bring forth of younge.* } Virg. *Eclog.* 7.

*Si fœtura gregem ſuppleverit, aurea eſto.*

Varro *lib.* 2. *de re ruſt. cap.* 1. Accipit pro ipſa gravitate, ſive pro illo toto tempore ab admiſſione uſque ad partum. Secunda (inquit) pars eſt de fœtura. Nunc appello fœturam à conceptu ad partum. Hi enim prægnationis primi & extremi fines. ¶ Fœtura pro infante in utero (interprete Paſſer.) inventur apud Gell. *cap.* 16. *lib.* 3. ubi ita ſcribit: Quod ſi ita eſt, neque ultra decimum menſem, fœtura mulierum protoſi poteſt, &c. ¶ Transfertur etiam ad inanimata: ut, Fœtura pratorum. Plin. *in præfat. totius op. de partu ingenii.* Opus natum apud me proxima fœtura, licentiore epiſtolæ nartare conſtitui.

Fœtĭfĭco, as: Fœtum facio, pario. { הוליד *holidh.* γεννάω. GALL. *Faire ſes petits, fermer.* ITAL. *Partorire, far figlivoli.* GERM. Gebären/zeugen machen. HISP. *Empreñar o parir.* ANGL. *To bring forth litle ones.* Plin. *lib.* 10. *cap.* 8. Accipitres totius Maſſiliæ humi fœtificant. Idem *lib.* 9. *cap.* 38. Qui quum fœtificaverit, ſuos habent ſuccos. *Ibid. cap.* 15. Intrant è magno mari in Pontum verno tempore gregatim, nec alibi fœtificant.

Fœtĭfĭcus, a, um. { הוליד *holidh.* γόνιμος. GALL. *Generatif.* ITAL. *Generativo.* GERM. Gebärig oder fruchtbar. HISP. *Coſa que empreña.* ANGL. *That maketh fruitfull.* } Plin. *lib.* 9. *cap.* 11. Nuper compertum in oſtreatis, humorem infœtificum lactis modo effluere.

Fœtĭfĕr, Adjectivum. { הוליד *holidh.* ὁ ἐξ ἀνατολῆς, ἀνατολικός, γόνιμος. GALL. *Qui porte fruit, qui donne fecondité.* ITAL. *Che fa generare.* GERM. Das da macht frucht zubringen. HISP. *Coſa que haze engendrar.* ANGL. *Fruitfull.* } Plin. *lib.* 7. *cap.* 31. Ubi fœtifer potu Nilus.

Fœto, as: Fœtum emitto. { הוליד *holidh.* γεννάω. GALL. *Faire ſes petits.*

ITAL.

Ital. *Partorire*. Germ. Gebären. Hisp. *Parir*. Angl. *To bring out little ones*. } Colum. *lib*. 8. Circa paludes, in quibus plerunque fœtant. *Ibidem cap*. 1. Minùs enim suas impares diligunt, & ideò nec multùm incunt, nec sæpiùs fœtant.

‖ Folis, minuta pecunia, quadrans. Buleng. ‖

Fŏlĭum, ii. { עלה *Aalth*. Gall. *Feuille*. Ital. *Foglia*. Germ. Ein blatt. Hisp. *Hoja*. Angl. *A leaf of a tree*. } Authore Festo, à Græca dictione φύλλον: sed ideo per simplex l scribitur, quia antiqui non geminabant consonantes. Est autem folium, teste Valla, & arborum, & herbarum, & florum: quum frondes arborum tantùm dicantur. Cic. 3. *de Orat*. Quid in arboribus, in quibus non truncus, non rami, non folia sunt denique, nisi ad suam retinendam, conservandámque naturam? Plin. *lib*. 22. *cap*. 17. Jasiones (al. Lassiur) unum folium habent, sed ita implicatum, ut plura videantur. Virg. 2. *Georg*.

——*folia haud ullis labentia ventis.*

Plaut. *Menæch. sc*. 4. *a*. 2. Folia nunc cadunt, pòst arbores in te cadent. Idem *Milit. sc*. 1. *a*. 1. Cujus tu legiones diffavisti spiritu, quasi ventus folia. Ovid. *Eleg*. 8. *lib*. 3.

*Est color in foliis quæ nova læsit hyems.*

Ibid. *Eleg*. 3. *lib*. 3.

*Atque ea* { ossa } *cum foliis & amomi pulvere misce.*

¶ Folia etiam appellantur chartæ librorum quas revolvimus: à palmarum foliis, in quibus olim scribi solebat, quæ Græca voce φύλλα, appellantur: quarum extremitas margo dicitur, & pagina, utraque pars folii: nam folium duas paginas habet, *mihi*. ¶ ‖ Folium item herba dicitur, ex qua conficitur pretiosum unguentum, quod vocatur foliatum. Vet. Dict. ‖ ¶ Hinc componuntur Trifolium, τριφύλλον. Quinquefolium, πεντάφυλλον. Lazifolium, quod habet lata folia, πλατύφυλλον. Millefolium, μυριόφυλλον, herba, & hujusmodi multa.

Fŏlĭācĕus, a, um: Quod ex foliis factum est, vel foliis simile est. { φύλλινος. Gall. *Semblable à feüilles*. Ital. *Simile à foglie*. Germ. Auß blätter gemacht oder den blättern gleich. Hisp. *Cosa de materia de hojas, ò semejante à las hojas*. Angl. *Resembling leaves*. } Plin. *lib*. 19. *cap*. 7. Paucis sunt semina foliacea & lata, ut striplici sunt: semina.

Fŏlĭōsus, a, um: Foliis plenus. { φυλλώδης. Gall. *Plein de feüilles, feüillu*. Ital. *Pieno de foglie, fogliuto*. Germ. Voll blätter. Hisp. *Lleno de hojas*. Angl. *Full of leaves*. } Plin. *lib*. 24. *cap*. 15. Chamæcissos spicata est ceresci modo, ramulis quinis ferè foliosa.

Fŏlĭātum: Unguenti genus, quod & nardinum vocat Plin. à nardi folio, quo confectum est: μυροβάτιον. Mart. *lib*. 11.

*At mea me libram foliati poscat amica.*

Idem *epigr*. 11. *lib*. 14. Foliata sitis. Hoc Plin. scribit constare omphacio, balanino, junco, nardo, amomo, myrrha, balsamo. Plaut. *in Curc*. Græca voce vocat petalion: πέταλον enim Græci vocant folium.

Fŏllĭco, as: vide *Follis*.

‖ Follco, instor follis instar.

Follĕralis, numi genus.

Folletco, stultus, vel vanus filo. Vet. Dict. à Gallico *fol*, id est, stultus, vanus, ut follis vani ærtis plenus est. Lex. Gall. derivat à φυλλῶδης, vitiosus. Additur verò: Stultus etiam levis est, ut follis.

Follex, βάλανος, μυρίου ἀπὸς, i. e. camini uter. ‖

Fōllis, is, masculini gen. à φαλλὸς. Instrumentum quo attrahitur ventus, atque emittitur ad ignem excitandum. { נפח *mappuach*. φῦσα. Gall. *Soufflet, sac, ou sachet de cuir, bourse, baton à fouer, grosse pelotte enflée de vent*. Ital. *Mantice, folle, soffietto, borsa, sacco, ò altra simili cosa fatta di cuero*. Germ. Blaßbalg. Hisp. *La borsa, ò correa para llevar dinero, ò bola de viento para jugar*. Angl. *A bellowes*. } Plaut. *Aul. sc*. 1. *a*. 2 Quando it dormitum, follem obstringit ob gulam, ne quid animæ amittat dormiens. Virg. 8. *Æneid*.

——*alij ventosi follibus auras*
*Accipiunt, reddúntque.*

His utuntur ferrariæ, argentariæque officinæ. Utuntur & coqui, sed parvulis, ne opus sit ignem insufflare buccis, quod qui faciunt, sufflatores vocantur. Primus Anacharsis Philosophus follem ignis excitatorem invenit, ut refert Strab. *lib*. 7. ¶ Est item follis, pilæ genus omnium maximum, constans ex aluta vento inflata: quod etiam hodie Italis plurimo est in usu: puerorum præcipuè & senum lusibus conveniens, utpote quo minùs fatigentur ludentes, quàm harpasto. Nam & lentiùs fertur follis, magisque resilit, tardiúsque descendit, veluti ex industria percussorem expectans. Mart. *epigr*. 47. *lib*. 4.

*Ite procul lenes, mollis mihi convenit æstus:*
*Folle decet pueros ludere, folle senes.*

Quoniam verò hoc pilæ genus pugno excutitur, pugillatorius follis quandoque vocatur. Plaut. *in Rud*. extemplò hercle ego te follem pugillatorium faciam. Fit autem follis à φαλλὸς (quòd ex aluta verectrum,) ut à πόλος (sic etiam Priapus coriaceus dictus est) pola, i. pila ex aluta. ¶ Quandoque accipitur pro marsupio, receptaculóque numorum, ex pelle, aut corio confecto. Juven.

——*& tenso folle reverti.*

Nam sicut folles pilæ vento intumescunt, ita crumenæ pecunia turgent: à qua similitudine inditum nomen. Vegetius author est, disciplinæ militaris consuetudine decem folles, hoc est, decem saccos, per singulas cohortes solere disponi, in quibus militum pecunia condebatur.

Fŏllĭcŭlus, parvus follis: & folliculum, i: & quodcunque turgidum est, & laxum in morem follis. { βαλάντιον. Gall. *Sachet, bourselte, petite peau ou bourse, ou étuy qui couvre le grain des fromens, ou autres fruits*. Ital. *Sachetto, borsetta, piccola guscia che cuopre il grano del fromento, & altri grani*. Germ. Ein jeden außgeblasen ding, als die bällen seind an dem getraid. Item, die ballen mit welchen man spilt/ &c. Hisp. *El fardel, ò talega, ò mochilla del bollejo de panes y legumbres*. Angl. *A satchell or purse, che smalle bowke that covereth the corne of wheate and other graynes*. } Unde frequentissimè accipitur pro theca, seu siliqua leguminum, frumenti, vel lini, vel cujuslibet alterius rei quæ granum continet involutum: λοβὸς. Col. *lib*. 2. *cap*. 8. Quoniam folliculum quo continetur, firmum & durabilem adversùs longioris temporis humorem habet. ¶ Accipitur item folliculus pro majori pilæ genere, quod ex aluta conficiebatur, folióque implebatur vento: quod & follem frequentiùs invenimus appellari. Sueton. *in August*. Post bella civilia ad pilam primò, folliculúmque transiit. ¶ Quandoque pro pelle, seu sacculo: ut *lib*. 1. *Rhet. ad Heren*. Malleolus judicatus est matrem necasse: eo damnato, statim folliculo lupino os obvolutum est, soleæ ligneæ pedibus indutæ. Liv. 9. *ab Urbe*, Eques in castra folliculis frumentum veheret. ¶ Non invenuste aliquando transfertur ad corpus humanum, sive quòd ad follis similitudinem semper attrahat, & emittat spiritum: sive quòd ad sacci corticis similitudinem pelle sit circundatum. Veteres enim saccos ex corio factos folles appellabant. Lucil. *lib*. 16. ut erat Nonius: Ego, quis sum, & quo folliculo nunc sum indutus, non quæro.

Follŭus, a, um: φυσητὸς. Obvolutus corio.

Fōllĭco. { נפח *nephách*. Gall. *Souffler*. Ital. *Soffiare col naso*. Germ. Durch die nasen schnauffen. Hisp. *Soplar*. Angl. *To snuffe, to fetche the breat lowde at the nose*. } Follium more reciproco spiritu nares agito. Apul. *lib*. 9. *Metam*. Nares follicantes, languidas. ¶ Est item follium lassitatem & cavitatem imitari. Unde Hieron. caligas pseudomonachorum follicantes dixit, quales hypocritas gestare ait, ut humani cultus contemptores videantur.

Fōllĭcŭlārĕ, pars remi, quæ folliculo tecta est. A quo vita folliculatis dicta est. Author Festus.

‖ Follitim. Plaut. *Epid. sc*. 3. *a*. 2. Peratim ductitare: at ego follitim ductitabo.

Folmen, fulmen. Inscr. antiq.

Foloniris vanitas. Gloss. Isid. à folle venti pleno. Vet. Dict. Follitis, vel follentia: vanitas, superbia, stultitia, Italis *follia*, Gallis *folie*: fortè φλυαρία.

Fomahant, stella. Arabica vox est. ‖

Fomes, Fomentum: vide *Foves*.

Fōns, fontis, à fundendo, quòd fundat aquam, tantùm masc. gen. { עין *Ain*. מעין *maáyán*. πηγὴ. πρὸ. Gall. *Une fontaine*. Ital. *Fonte, fontana*. Germ. Ein brunn. Hisp. *Fuente*. Angl. *A spring, a fontaine*. } ¶ Fontes unde procreentur, & quomodo. Plut. *in Paulo Æmilio*. Plaut. *Aul. sc*. 5. *a*. 3. Quæ interbibere Corinthiensem Fontem & Pirenem potest. Ovid. *Eleg. mis. lib*. 3. *Trist*. Cujus { ingenii }

*Fons infœcundus parvúsque vena fuit.*

Idem *Eleg*. 8. *lib*. 4.

*Nec siccam Getico fonte levasse sitim.*

Idem *Eleg*. 1. *lib*. 5. *Trist*.

——*illa mihi pleno de fonte ministrat.*

Non desunt qui olim etiam fœmininum fuisse velint: cujus rei nullum proferunt testimonium. Plin. *lib*. 12. *cap*. 1. Nunc est arbor clara in Lycia, socia gelidi fontis amœnitate. Hirtius 8. *bell. Gall*. Sub ipsius enim oppidi murum magnus fons prorumpebat. ¶ Fons per translationem accipitur pro origine & causa. Cicer. 3. *Tusc*. Non rem ipsam causam atque fontem esse mœrotis. Idem *ad Brutum*. Nec in Senatu sceleratissimorum consiliorum fontes aperire dubitavi. ¶ Fontem pro aqua fontana posuit Virg. 2. *Æneid*. pro parte totum usurpans,

——*alii fontémque ignémque ferebant.*

¶ Fontes ipsi sitiant: proverbium in eos qui petunt ab aliis quod ipsis affatim abundet domi. Cic. *ad Quint. frat*. ¶ Ipse sibi malo fontem reperit, αὐτὸς ἑαυτῷ πηγὴν εὗρε. In eos dicitur, qui sibi ipsis ministraverint exitii causam. ¶ Omissis fontibus consectari rivulos, non sine proverbii specie dixit Cic. 2. *de Orat*. pro minùs ad rem pertinentia dicere, omisso eo quod est negotii caput.

Fōntĭcŭlus, i, diminutivum: Parvus fons, à quo fonticellus. { πηγάδιον. Gall. *Petite fontaine*. Ital. *Fonticello*. Germ. Ein brunlein. Hisp. *La fuente pequeña*. Angl. *A litle springe*. } Plin. Ubicunque moveris humum, fonticuli scatent. Idem *lib*. 31. *cap*. 50. Lacus est nitrosus, exsilientè medio dulci fonticulo.

¶ Fontana, idem quod font. Dict. Vet. nempe ex Italica. Sic Gallis *Fontaine*, quasi fontana aqua. ‖

Fōntānus, a, um, quod ex fonte est. { πηγαῖος. Gall. *De fontaine*. Ital. *Fontano, di fonte*. Germ. Von vom brunnen ist. Hisp. *Cosa de fuente*. Angl. *Of a fontaine*. } Plin. Fontanæ aquæ cyathos duos. Sic Columell. *lib*. 12. *cap*. 9. Sed extrinsecus vasa peregere, & aqua fontana quàm recentissima refrigerare. Ovid. 4. *Fast*.

*Tu Deus pro nobis fontes, fontánque placa*
*Numina.*

Fōntālis, e: Fontanus, quod scilicet ex fonte est. { πηγαῖος. Angl. *Of a spring or fontaine*. } Plaut. *in Stichо*: Vide, utram tibi lubet etiam nunc capere, cape provinciam. S. Quid istuc est provinciæ? T. Utrùm fontali, an Libero imperium te inhibere mavis? Ubi interpres, id est, num velis imperium habere, aut præesse aquæ, an vino præbendo? Fontalem aquam dixit è fonte scaturientem.

Fōntānālĭa, Varroni: Fontinalia, Festo. Feriæ erant fontibus dicatæ, quibus & coronæ in fontes conjici, & putei coronari solebant.

Fōns Sōlis, in desertis Libyæ est, ultra Cyrenaicam regionem, juxta Jovis Ammonis oraculum, cujus aqua manè & vespere tepida est, meridiano tempore gelidissima, sub mediam noctem fervidissima. { ἐλίου πηγὴ. Germ. Der Sonnen brunnen in der wüsten Libye. } Fontem autem Solis appellarunt, quòd à Sole regi videatur, & pro ratione diversorum cardinum quos ille perlabitur, calorem tepore, teporémque frigore permutet. Apud Ammonios (inquit Herodotus *lib*. 4.) aqua fontana est, quæ sub matutinum quidem tepet: sub horam, qua forum frequentissimum est, frigescit: sub meridiem multò frigidior est, eáque hora horrot irrigant. Declinante jam die remittitur frigus, donec Sol occidit: tunc tepescere, magisque magis

magis calescens usque ad mediam noctem, quo tempore fervens exæstuat: prætenta nocte media, ad auroram usque refrigescit. Cognominatus autem Fons Solis. Hæc ille. Meminit hujus fontis & Ovid. *lib.* 15. *Metamorph.* quanvis Ammonis, non Solis fontem appellet:

——*medio* (inquit) *tua torniger Ammon*
*Unda die gelida est, ortúque calescit.*

Silius quoque *lib.* 3. Ammonis oraculum describens,

*Stat* (inquit) *fons vicina novum & memorabile, lympha*
*Qua nascente die, qua deficiente tepescit:*
*Quæque riget medium quum Sol ascendit Olympum.*

Plin. *lib.* 2. *cap.* 106. duos hujus naturæ fontes commemorat, quorum alterum à vicino oraculo, Ammonis fontem appellat: alterum apud Troglodytas collocat, Æthiopiæ populos, cúmque Solis fontem nominat. Verba ejus sunt hæc, Jovis Ammonis fons, interdiu frigidus, noctibus fervet. Deinde subdit: In Troglodytis fons Solis appellatur, dulcis, & circa meridiem maximè frigidus: mox paulatim tepescens, ad noctis media fervore & amaritudine infestatur.

Fōntēiā: Virgo Vestalis, Fonteii soror, cujus meminit Cicer. *in Orat. pro Fonteio.*

Fōntĭnālis, porta dicta est Romæ, quæ alio nomine Capena dicitur ob propinquitatem scaturientium fontium. Juven. *Sat.* 3.

*Subsistit ad veteres arcus, madidámque Capenam.*

Liv. Ædiles alteram porticum ad portam Fontinalem, ad Martis aram, quà in campos iter esset, perduxere.

Fota, vasa, quibus antiquitùs utebantur in torculatibus. Col. *lib.* 12. *c.* 18. Tum lacus vivarii, & torculatri, fota, omniáque vasa, si vicinum est mare, aqua marina: sin minùs, dulci eluenda sunt, & commundanda, & diligenter asiccanda, ne humorem habeant.

‖ Fotaculum, perfotaculum *ὑπόκαυστον*. Gloss. id quo aliquid foratur, fodetur. ‖

Fōtrāgo: Filum est, {ANGL. *A slippe or hyarne*} authore Festo, quo textrices opus diutinum distinguunt, à forando dictum.

Forago, textrices diversi coloris: fortè *Farrago, materies diversi coloris.*

Fōrāmĕn: vide *Fora*, as.

Forās: Extrà. {חוץ *chuts*. חוצה *chutsáh*. ἔξω: & Foris, ἔξωθεν. GALL. *Hors, dehors.* ITAL. *Fuore, fuori.* GERM. Hinauß/außhin. HISP. *A fuera, de fuera.* ANGL. *Forth abrode, out of the doores.*} Adverbia loci sunt à *foris*, hoc est, spectaculis derivata, ut Servio videtur: sive (quod verisimilius est) à foro, quòd domo exeuntes ferè ad interiorem partem urbis, in qua forum est, soleamus accedere: in qua etiam sententia est Festus. Differunt autem inter se hæc duo adverbia, ut *foras* motum importet ad locum. Plaut. *Mostell. sc.* 4. *a.* 1. Illinc ubi fui, inde effugi foras. *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. Exi è culina, sis foras mastigia. Idem *Cape. sc.* 1. *a.* 5. Vix foras me abripui. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 1. Siccine hoc fit? Foras ædibus me ejici? *Ibid. sc.* 3. *a.* 3. Exclusus est foras. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 1. Cras venisti: perendie foras ferretur (id est, efferretur mortua.) *Ibidem sc.* 1. *a.* 2. De suo tigillo fumus, si quà exit foras. Idem *Milit. sc.* 1. *a.* 2. Ex hospitio eduxit se foras. Evocare foras: vide *Evoco.* Dare foras utendam chlamydem, aut pallium (bis,) apud eundem *Men. sc.* 2. *a.* 4. (id est, commendare vicinis.) Item, Proficisci foras. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. & migrare foras. *Ibid. sc.* 1. *a.* 2. Et procedere foras. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Patronus foribus processit foras. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Mittite istanc foras. Extergat foras, qui nolet auscultare. Idem *Milit. sc.* 1. *a.* 2. Idem *in Casi.* Foras exitus exeo cum ornatu quo vides. Idem *in Amphitr.* Sed quid tu foras egressa es? ¶ Foris, motum in loco & de loco significat. Domi foriscque omnia curare. Salust. *Jugurth.* 119. Terent. *in Eunuch.* Quæ dum foris sunt, nihil videtur mundius, nec magis compositum quicquam. Plaut. *in Asin.* Ille opere foris faciundo lassus domum noctu advenit. Idem *Aul. sc.* 2. *a.* 2. Ligna ne quæras foris. Idem *Capt. prolog.* Foris illic, extra scenam fient prælia. Idem *Milit. sc.* 3. *a.* 2. Oculos non togo utendos foris: & *Mostell. sc.* 1. *a.* 2. Ædes occludam hinc foris clavi Laconica. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Foris quod gutto, id beat. *Ibidem sc.* 2. *a.* 1. Simito ambulare, si foris, si intus volent. ¶ Nonnunquam etiam jungitur verbis motum ad locum significantibus. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 1. Paxo foris vidua visas patrem. Plin. *lib.* 9. *cap.* 33. Margine in mucronem emisso, foris effuso, intus replicato. Cic. *in partit.* Illa verò indigent, & nec eò dicuntur sine arte, quòd ita sunt, sed quòd ea non parit Oratoris ars, sed foris ad se delata, tamen arte tractat.

‖ Foratica, tributum, quod transitorium, vel tractorium dicitur. Cod. ll. antiq. ‖

Foris, quandoque pro passim usurpatur. Cic. *ad Quint. fratr.* Foris valde plauditur: id est, non solùm in senatu, sed apud cæteros etiam: & *in epistola longa ad Lentul.* Quum ea contentio mihi magnum etiam foris fructum tulisset. In vulgus idem alibi dixit, eadem sententia. Ex Aldi commentario ad Quint. fratr.

Fōrīnsĕcŭs: Foris, ab exteriori parte. ✕ intrinsecus. {לחיצון *lachitsón*. מחוץ *machúts*. ἔκτοθεν, ἔξωθεν. GALL. *Par dehors.* ITAL. *Estrinseco, cio che è di fuora.* ANGL. *Without.*} Plin. *lib.* 13. *cap.* 21. Lignum omne corticis loco habent, hoc est, forinsecus. Columell. *lib.* 8. *cap.* 3. Sed ab hac cohorte forinsecus prædictis fenestellis scandulæ similiter jungantur.

‖ Forātos, foratus. Inscr. antiq. ‖

Foratus, nomen: vide *Fora*, as.

‖ Forbannum, proscriptio, *in l. Ripuariâ*, vox est Germanica verbûmen, proscribere, à *ver.* quod est *aper*, vel à foras. ‖

Fōrbĕā, genus cibi à veteribus dicebatur, quo calido vesci solebant. Græci φορβὰν. Fest.

Forcill-re. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 2. Væ tibi: Tu inventus verò meam qui forcilles fidem. ¶ Quasi mihi non sexcenta talia soleant credier. Est autem *forcillare fidem*, eam elevare, aut tollere: efficere velle, ut non credatur alii. ‖

Forceps, fabricæ corruptæ fornices dicuntur. \Lege, *Fornix Fabrica, Fornices dicuntur.*

Fōtĕlpēs, quasi fornicipes dictæ sunt, quòd iis fornix, id est, calida ca-



plantur. {מלכחים *melkachaim*. μαχαῖραι. GALL. *Tenailles, pincettes.* ITAL. *Tanaglie, molle da fuoco.* GERM. Zang. HISP. *Las tenazas à instrumento para asir.* ANGL. *A paire of tonges or pincers.*} Virg. 8. *Æneid.*

*Illi inter sese magna vi brachia tollunt*
*In numerum, versósque tenaci forcipe massam.*

Et tam masculini, quàm fœminini generis, secundum Priscian. Ovid. 12. *Metam.*

*Terribilem stridore sonum dedit, ut dare ferrum*
*Igne rubens, sternunque solet, quòd forcipe curva*
*Quum faber eduxit, lacubus demisit.*

Colum. *lib.* 12. *cap.* 56. Deinde priusquam ferrum admoveas, duabus angustis ligneis regulis, veluti forcipibus apprehendere tellurem nervos. Plin. *lib.* 7. *cap.* 56. Authorem & inventorem forcipis fuisse tradit Cinyram Cypriorum Agriopæ filium.

Forcus, φόρκυς, nomen viri proprium, qui tres filias habuit Gorgonas, Sthenio scilicet, Euryale & Medusam, quæ nimis locupletes fuerunt, & Gorgones dicuntur, id est, tectæ cutices.

Fōrdă, æ: Bos prægnans, à ferendo: vel ab horrendo, pro quo posteriores fordus dixerunt. Hordus autem est gravidus. {פרה *Pará*. βοῦς ἐγκύμων, ἢ ἐγκύμονες. GALL. *Vne vache qui est pleine, qui porte veau en son ventre.* ITAL. *Vacca pregna.* GERM. Ein tragende kuh. HISP. *Vaca preñada.* ANGL. *A cowe with calfe.*} Ovid. 4. *Fast.*

*Forda ferens bos est, fœcundaque dicta ferendo.*

Colum. *lib.* 6. *cap.* 4. Post unum coitum forda non admittit tauros. ¶ Quæ forda ab Ovidio appellatur, Latini veteres vocabant Hordam, ut testatur Varro *cap.* 5. *lib.* 2. *de re rust.* his verbis: Quæ sterilis est vacca, tauta appellatur: quæ prægnans, Horda. Vide infrà in *Horda.*

Fordeum, pro hordeo veteres dixisse, ut fœdum & fatiolum, pro hœdo, & hatiolo, scribit Terent. Scaurus *de Orthogr.*

Fordicidia, Dies festus à fordis bubus, hoc est, prægnantibus: quòd eo die immolarentur boves prægnantes in curiis: à fordis cædendis fordicidia dicta.

Fōrem, fores, forer, & in tertia persona pluralis numeri, forent, & in futuro Infinitivi fore, pro futurum esse, Forem autem idem omninò significat quod essem. {אהיה *ehjéh*. ἔσομαι.} Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. & *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Hoc ego nunquam ratus sum fore. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 1. Pol istuc tibi credo nomen actutum fore. Idem *Men. sc. ult. a.* 5. Vis conclamari actionem? Fore quidem die septimi. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 4. In pistrinum credo ut convenit fore (id jam esse, vel mox futurum esse.) Ovid. 13. *Metam.*

*Pallentémque metu, & trepidantem morte futura.*

Ibidem,

——*Mihi cura futuri est.*

Plaut. *Most. sc.* 3. *a.* 1. Quid cæteris tuis amatoribus futurum est? Catull. *de com. Beren.*

——*in limite tali*
*Fixa coronа foret.*

Sallust. *in Jugurth.* Nam ego quidem vellem, ut & hæc quæ scribo, & ea quæ antè in Senatu questus sum, vana forent. Fore verò habet significationem participii futuri, unà cum infinitivo Esse, ἔσεσθαι. Idem enim est fore, quod futurum esse. Ideo jungitur cum nomine, vel interdum cum participio, quod in nomen transmigravit: ut spero te amicum fore: non, amatum fore. Cicer. *Trebatio*, scribit ad me Cæsar, se tibi nondum familiarem esse satis propter occupationes suas, sed citò fore. Cæsar *de bell. Gall.* Nonnulli etiam Cæsari nuntiabant, quum castra moveri, aut signa ferri jussissent, non fore dicto audientes milites. ¶ Composita ejus sunt Abfore, Adfore, Confore, Defore, & Profore, quæ sæpiùs sola ponuntur, hoc est, sine nomine, aut particip. à tergo. ¶ Abfore quid significet, quemque in oratione usum habeat, explicuimus suprà. ¶ Adfore idem est quod adfuturum esse. Ovid. 14. *Metam.*

*Esse quoque in fatis reminiscitur adfore tempus.*

Adforem, adessem, Virg. 1. *Æneid.*

*Atque utinam rex ipse Noto compulsus eodem*
*Adforet Ænem,*

¶ Confore, conventurum esse, συνελεύσεσθαι. Terent. *in Andr.* Restat Chremes, qui mihi exorandus est, & spero confore, id est, conventuros esse. ¶ Defore, defuturum esse, ὑστερήσειν. Cic. *contra Rull.* Verùm arbitrantur non defore qui illam restituerent. ¶ Profore, profuturum esse, ὠφελήσειν. Horat. *in epist.*

*Quæ nocuere sequar, fugiam quæ profore credam.*

Forensis, Forensis: vide *Forum.*

Fōrĭs: Propriè (inquit Servius) quæ foris aperiuntur. {דלתות *delathoth*. θύραι. GALL. *Huis, porte.* ITAL. *Porta.* GERM. Thüren. HISP. *Las puertas con que cerramos la casa.* ANGL. *The gates, the doores.*} Unde Plutarchus memorat, primùm Valerio Publicolæ fratri, quum de Sabinis triumphasset, domum publicè ædificatam, cujus fores extra aperirentur: quum antea cæterarum intrò retexendo impellerentur: ut ex hac concessione honoris appareret, quotidie eum domum aliquid admissurum. Plaut. *Most. sc.* 2. *a.* 2. Ecquis istas aperit fores? Idem *Men. sc.* 3. *a.* 1. Fores aperiri nolo. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Quid si adeam ad fores, atque occentem. *Ibid.* Prohibe sonitum foribus. *Ibidem*, Foribus da aquam quam bibant. Idem *Amph. sc.* 2. *a.* 4. Quis ad fores est? *Ibid.* Penè effregisti fatue foribus cardines. *Ibid.* Hasce (fores) toto demoliar cardine. Idem *Men. sc.* 4. *a.* 3. Foribus bullas in splendorem dare. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Foribus exitium affero. Seneca *epist.* 68. Foribus ornatis excipere tot lætas. Idem *cap. ult. de tranq.* Fores poëticas nemo sui compos pepulit. Ovid. 4. *Fast.*

*Et tegat ornatam longa corona fores.*

Idem *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.*

*Circumdante fores gemmis.*

Terent. *in Adelph.* Fores effregit? restituentur. Cic. *ad Brut.* In omnibus novis conjunctionibus interest qualis primus aditus fit, & qua commendatione quasi amicitia fores aperiantur. Idem 2. *de nat. deor.* Foréisque in liminibus prophanarum ædium, januæ nominantur,

minantur. Valvæ autem dicuntur quæ intus revolventur : quanquam usus hodie obtinuit, ut omnia ostia fores appellentur. ¶ Hoc nomen etiam singulariter, hæc foris, hujus foris, declinatur. Ovid. 1. *Amor.*

*Difficilem moto cardine pande forem.*

Cic. *pro Cornel.* Aperuit foris scalarum. Terent. *in Adelph.* Sed quidnam foris crepuit? Ubi Donatus, foris singularis numeri, nominativi casus. Plaut. *Amph.* Orationem comprimam, crepuit foris. Idem *Bacchid.* Hanc forem pauxillulùm aperi placidè, ne crepet. Idem *Milit. sc.* 1. *a.* 2. & *sc.* 3. *a.* 2. Sed foris concrepuit. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 4. Hinc à vicino sene: At ut foris crepuit. ¶ Fores portarum. Liv. *lib.* 1. *ab Vrb.* Et fores portæ. Idem 5. *bell. Pun.* Horat. *lib.* 1. *Serm. satyr.* 2.

*Excluſus fore, quum Longavenus foret intus.*

Fores aperire, ἀνοίγειν τὰς θύρας, proverbio dicebatur qui rei cujuspiam ingreſſum initiumque patefaceret. Plin. *lib.* 2. *cap.* 8. ¶ In foribus adeſſe, πρὸ τῶν θυρῶν, dicitur allegoria proverbiali, quod inſtar, jamque in proximo eſt. Plutarchus, μεταξὺ πρὸ θύρας ἐστὶν: id eſt, Quum febris in foribus adeſt.

Fŏrĭcŭlæ, arum, diminutivum. ‖ θύραι. Gall. *Petite porte, guichet, petit huis.* Ital. *Porticelle.* Germ. Thürlein. Hisp. *Pequeñas puertas.* Angl. *A little wicket or doors.* ‖ Varro *lib.* 1. *de re ruſtic. c.* 59. Et ideò oporotheccas qui faciunt ad Aquilonem, ut feneſtras habeant, ut æstate perflentur, curant: neque tamen ſine foriculis, ne quum humorem amiſerint, pertinaci vento victa fiant.

‖ Foriculus, Deus forium, quem foribus præeſſe gentilitas vana in multiplicandis diis fingebat. ‖

Forefacio, vel forisfacio, pecco, delinquo: unde foris factum, aliter forfactum. Vox eſt Gallis uſitata *forfaire*: *faire* eſt facere, *for* extra. Gall. D. S. Nicol. *Forfait*, ſive *forfaiture*, delictum, & ducit à foris, i. extra. *Forfaire*, peccare, delinquere. Vet. Dict. Lat. Forisfacio, id eſt, offendere, nocere, quaſi facere foris, id eſt, extra rationem.

Forjudico, Gallis *forjuger*, eſt quaſi foras judicare. Germ. Verurtheilen. Eſt & malè judicare. ‖

Fŏrfĭcĭs, quibus telam, ſeu fila incidimus. ‖ מלקחים *melkachajim.* ψαλίδες. Gall. *Ciſeaux, forces.* Ital. *Forbice, forfice, ceſoie.* Germ. Scher. Hisp. *Las tixeras.* Angl. *Sheares.* ‖ Servius, forfices ſunt quibus incidimus: forcipes, quibus aliquid forvum tenemus, quaſi forvicapes: nam forvum eſt calidum. Col. *lib.* 12. *cap.* 43. Alii quum legerunt uvam, ſi qua ſunt in ea grana vitioſa, forficibus amputant. ¶ Forfices etiam vocabulum militare de inſtructa acie forficum inſtar. Gell. *lib.* 10. *cap.* 9. Vocabula ſunt militaria, quibus inſtructa certo modo acies appellari ſolet: Frons, ſubſidia, cunei, orbis, forfices, ſerta, alæ, turres.

Fŏrfĭcŭlæ, arum, diminutivum. ‖ ψαλίδες. Gall. *Forcettes, ciſeletes.* Ital. *Forficette.* Germ. Ein ſchärlein. Hisp. *Pequeñas tixeras.* Angl. *Litle ſheares or ciſers.* ‖ Plin. *lib.* 25. *cap.* 5. *de helleboro*: Præterea nitrum inventum eſt, quòd inciſum forficulis (ut diximus) ſcribrant: cortex remanet, hoc inanito, medulla cadit. ¶ Ab hujus inſtrumenti ſimilitudine, etiam forficulæ dicuntur extremitates brachiorum, & veluti manus cancrorum, ſcorpionum, & quarundam locuſtarum. Idem *lib.* 32. *cap.* 11. Elephanti locuſtarum generis, nigri pedibus quaternis biſculis: præterea brachia duo, binis articulis: ſingulisque forficulis denticulatis. Hæc ab eodem Plin. *lib.* 9. *cap.* 31. Forcipes vocantur. Fœminæ, inquit, primus pes duplex, mari ſimplex: præterea bina brachia denticulatis forficibus.

Fŏri, orum, num. plural. à φέρω, vel à πόρος: ſunt tabulata navium, vel locus in navi aptior, qui iter navem perambulantibus præbet: ita dicti (ut Servio placet & Feſto,) quòd per eos ferantur inceſſus. ‖ τὰ ἐπὶ τῆς πρύμνης ξύλα. Gall. *Le tillac ou baiſſe d'un navire.* Ital. *Tavolati de navi, la corſia, luogo da mirare gli ſpettacoli.* Germ. Beugen in einem ſchiff, auff welcher man hin und her gehn kan. Hisp. *La tilla de la nave.* Angl. *The hatches of a ſhippe to walk upon.* ‖ Fori quid, Diomedes *lib.* 1. Cicer. *in Catil.* Quum alii malos ſcandant, alii per foros curſitent, alii ſentinam exhauriant. Virg. 4. *Æneid.*

*——faces in caſtra tuliſſem,*
*Implevíſſémque foros flammis.*

Idem 6. *Æneid.*

*——laxáſque foros, ſimul accipit alvus*
*Ingentem Æneam.*

¶ Item fori dicuntur Circenſia ſpectacula, id eſt, loca tecta, ut ex his ſpectetur. Livius *lib.* 1. Tum primum Circo, qui maximus dicitur, deſignatus eſt locus, diviſa loca patribus, equitibúſque, ubi ſpectacula quiſque facere, fori appellati. ¶ Fori etiam in hortis, ſunt anguſtiores quidam ſulci & oblongi, iter præbentes citra porcas (ita enim vocant terram editiorem inter duos ſulcos) quemadmodum fori in navibus facultatem præbent nautis ultro citróque diſcurrendi. Colum. *lib.* 10.

*Anguſtóſque foros adverſo limite ducens,*
*Rurſus in obliquum diſtinguat tramite parvo.*

¶ Legitur etiam forus in ſingulari numero pro via illa in navibus. Ennius,

*Multa foro penens, agéáque longa repletur.*

Gellius *lib.* 17. *cap.* 10. Stánſque in ſummæ puppis foro, carmen quod Orchium dicitur, voce ſubtiliſſima cantavit. ¶ De Foro judiciali: vide *Forum, i.*

Fŏrŭli, orum, diminut. Armariola, ſive capſula, ſive capſulæ in quibus aliquid reponimus. ‖ τὰ βιβλία. Gall. *Coffres à livres, ou autres choſes, armoires.* Ital. *Armari da libri.* Germ. Buchkeſtlein. Hisp. *Caxa, ò fundas de libros.* Angl. *Caſes for bookes.* ‖ Sueton. *in Auguſt. cap.* 31. Quicquid fatidicorum librorum Græci Latinique generis, nullis vel, ac ſolos retinuit Sibyllinos: hos quoque delectu habito, condiditque duobus forulis auratis ſub palatini Apollinis baſi. Beroaldus quoque, apud Sueton. *in Calig. cap.* 15. legit, duobus forulis intulit, ubi alii libri habent, duobus ferculis.

‖ Foria, latrina, ſeceſſus. ‖

Fŏrĭa, æ, ſtercora liquidiora, quòd facilè ferantur foras. ‖ ἔκκριμα ποιότητος ὑγρᾶς ἀφόδευμα. Gall. *Foire excrement de ventre humides, diarrhée.* Ital. *Sterco liquido.* Germ. Dünn dreck. Hisp. *Eſtiercol liquido y malo.* Angl. *Thin ne excrements.* ‖ Inde conforire verbum, quod eſt ſtercore liquido fœdare. Author Nonius ex Pomponio *in Marco.* Conforiſti me. Diomedes.

‖ Forio, is, ἀποκενῶ. Onom. hoc Græcum propriè eſt, vaſa aufero: deinde abjicio, exonero, nominatim onus ventris depono. ‖

Fŏrĭŏlus, i, cum accentu in antepenult. Qui ventrem ſolutum habet, & foria facilè emittit. ‖ ὑγροκοιλιῶν, ὑγροκοιλιῶδης. Gall. *Foireux.* Ital. *Di ventre ſciolto, lubrice, che facilmente lo ſcarica.* Germ. Schleſſig, blütig. Hisp. *El que haze eſtiercol liquido.* Angl. *Loſe the wombe.* ‖ Laberius, Fortiolus eſſe videris, in coleos calcas. Nonius.

Fŏrĭca: Locus in quem alvi ſtercora dejicimus. ‖ ἀφεδρών. Gall. *Vn retrait public.* Ital. *Condotto, cbi aviggia.* Germ. Ein offen ſtheisshaus. Hisp. *La privada ò albañar publico.* Angl. *A common draught.* Juvenal. *Satyr.* 3.

*——inde reverſi*
*Conducunt foricas.*

Et propriè de publicis dicitur: latrina de privatis, à latendo.

Fŏrĭcārĭus, qui foricas eluit. *D. Lib.* 22. *tit.* 1. *l.* 17. §. 5. Fiſcus ex ſuis contractibus uſuras non dat, ſed ipſe accipit, ut ſolet à foricariis qui tardiùs pecuniam inferunt. Budæus tamen legit *fornicariis.*

Fŏrĭcŭlæ: vide *Fores.*

Foriculus, Deus putatur forium præſes. ‖ θεὸς θυρῶν. Germ. Der thürhüter gott. ‖ Sicut Cardinea dea, quæ cardinibus præerat: & Limentinus deus, qui præerat limini.

Fŏrĭnĕcŭs, Foris: vide *Foris* adverbium, in *Fora.*

Foris, is: vide *Fores.*

Forisfacio, offendo, noceo. Hinc fortè *Forfaire* Gallorum. Vide ſupra, *Forefacio.*

Fŏrmă: Figura, ſive facies uniuſcujuſque rei. ‖ תאר *toar.* χρῶμα, σχῆμα, εἶδος. Gall. *Forme, pourtrait, patron, beauté.* Ital. *Forma, bellezza, faccia, apparenza.* Germ. Ein geſtalt, form. Hisp. *La forma de la coſa, la hermoſura.* Angl. *A ſhape, a forme, beautie.* ‖ Intereſt tamen, authore Cornelio Frontone, inter figuram & formam, quòd figura artis eſt opus, forma naturæ bonum: unde etiam formoſus dicitur. Cic. 1. *de nat. Deor.* Omnium animantium formam vincit hominum figura. Idem 1. *de Divinat.* In nubibus nunquam animadverteriſti leonis formam, aut hippocentauri? Idem 1. *de nat. deor.* Rotundâ formâ ullam negat eſſe pulchriorem Plato. Quintil. *lib.* 1. *cap.* 10. Quicquid formæ quadrati detraxeris, amplitudini quoque peribit. Idem *lib.* 1. *cap.* 1. Neque enim mihi illud ſaltem placet, quod fieri in plurimis video, ut literarum nomina & contextum priuſquam formas parvuli diſcant. Eſt autem hoc vocabulum medium, quod modò cum laude, modò cum vituperio dicitur ratione adjuncti. Terent. *Andr.* Et quia erat formâ præter cæteras honeſtâ & liberali, &c. Puer egregiâ formâ. Cic. 4. *Tuſcul.* Sic etiam è contrario infelicem, vitioſam & illaudatam formam dicimus pro deformitate. ¶ Forma pro rei alicujus imagine, deformatione & pictura. Frontinus, formas quoque ductuum facere curavimus. ¶ Interdum tamen forma abſolutè ponitur pro pulchritudine. Horat. 2. *Carm.*

*Movit Aiacem Telamone natum*
*Forma captivæ dominum Tecmeſſæ.*

Virgil. 9. *Æneid.*

*Senſit læta dolis, forma ſibi conſcia conjux.*

Plaut. *Meſtell. ſc.* 3. *a.* 1. Virtute formæ id evenit, ut te deceat quicquid habeas. Idem *Menæch. ſc.* 1. *a.* 1. Virum fortem, & forma regia. *Ibidem ſc.* 4. *a.* 5. Meam formam noſcito. Velleius, Forma ſua reddatur operi noſtro. ¶ Interdum forma ſumitur pro exemplari. Suet. *in Caſ. c.* 30. Formam quâ ædificaturus erat ludum gladiatorium conſideravit. Senec. *epiſt.* 34. Ut omnia tua facta & dicta una forma percuſſa ſint. Plaut. *Curc ſc.* 1. *a.* 2. De forma novi, de colore non quo noviſſe. Virtute, forma & factis invictiſſimis. Plaut. *Milit. ſc.* 1. *a.* 1. ¶ Item Forma, pro formula. Quintilian. Judex qui nulla certa pronuntiandi forma tenetur (id eſt, legum formula.) ¶ Stata forma, quæ eadem & uxoria dicitur, eſt mediocris pulchritudo, & media inter extremam deformitatem, & ſummam pulchritudinem. Gell. *lib.* 5. *cap.* 11. Inter enim pulcherrimam fœminam, & deformiſſimam, media quædam forma eſt, quæ à nimiæ pulchritudinis periculo, à ſummo deformitatis odio vacat. Qualis à Qu. Ennio *in Menalippa*, perquàm elegans vocabulo, ſtata dicitur, quæ neque πρὸ τοῦ futura ſit, neque ὕστερον: quam formam modicam & modeſtam Favorinus non mehercle inſcitè appellat uxoriam. Ennius autem in iſta, quam dixit, tragœdia, eas ferè fœminas ait incolumi pudicitia eſſe, quæ ſtata forma forent. ¶ Forma Regia, apud Plaut. *in Milit.* eſt corporis dignitas egregia atque auguſta, qualem in Agamemnone miratur Priamus apud Homer. ¶ Forma transfertur ad incorporea pro effigie & ſpectro quodam, ſeu idea quam de re quaque mente concipimus. Cicer. *lib.* 1. *Offic.* Formam quidem ipſam, Marce fili, & tanquam faciem honeſti vides. Idem *de finibus*, Habes undique expletam, perfectam, Torquate, formam honeſtatis, quæ tota ex his quatuor virtutibus, quæ à te quoque commemoratæ ſunt, continetur. Tranquillus *in Caſ.* Formam qua ludum gladiatorium erat ædificaturus cõſideravit: i. ſimulachrum adumbratum, & effictam ſpeciem: ichonographiam vocat Vitruvius, & orthographiam, vulgò *le modelle*, ἢ τύπους. ¶ Forma etiam dicitur ſutorum inſtrumentum, ad quod calceos conficiunt, vulgò *une forme de ſoulliers.* Horat. *in Epiſt.*

*Si ſcalpra & formas non ſutor.*

¶ Forma item Colum. *lib.* 7. *cap.* 8. dicitur inſtrumentum in quo exprimitur caſeus. Liquor, inquit, in ſiſcellas, aut in calathos, vel in formas transferendus eſt. *Ibidem*, Deinde ubi formis, aut calathis exemptus eſt. ¶ Forma pro ſpecie frequenter accipitur apud Rhetores. Quintilian. *lib.* 7. *cap.* 5. Abdicationum formæ ſunt duæ: altera criminis perfecti, altera imperfecti, &c. ¶ Forma pro regula. Virg. 6. *Æneid.*

Quam

*Quam patriam aut quæ forma viros, fortunáve mersit.*

Ubi Servius: Forma, i. regula. Singulis enim sceleribus statuta sunt supplicia ex more Romano, quem sequitur. ¶ Forma etiam de fistulis dicitur & cuniculis, per quos unda adducitur, aut derivatur. ‖ ¶ Accipere formam, id est, modum. Quint. *lib.* 2. *cap.* 4. Ita quum jam formam rectæ, atque emendatæ orationis accipient. Virg. 1. *Georg.*

*Continuò in sylvis magna vi flexa domatur*
*In burim, & curvi formam accipit ulmus aratri.*

¶ Provinciæ forma, significat fines & contributa loca. Ulpian. *in l. relegaterum. ff. de interdictis & relegatis*, In insulam relegare Præsides provinciarum possunt: sic tamen, ut si quidem insulam sub se habeant, id est, ad ejus provinciæ formam pertinentem, quam administrant, etiam specialiter insulam adsignate possunt, in eámque relegare. ¶ Ad formam. Plin. *lib.* 4. *cap.* 12. Peninsula ad formam gladii in transversum porrecta. ¶ Forma, delineatio futuri ædificii. Cicer. *pro Cælio, lib.* 2. Ego nec præterita, nec præsentia abs te, sed ut ab homine longè in posterum prospiciente, futura expecto: ut ex tuis litteris, quum formam Reipublicæ viderim, quale ædificium futurum sit, scire possim. Budæus. ‖ ¶ Formæ, aquæductus, & concepta cula, quibus aquæductus distinguuntur. Buleng. ‖ ¶ Hinc compositæ fiunt Conformis, *ἰσομορφος*. Deformis, Informis, Uniformis, Multiformis, Semiformis, & hujusmodi adjectiva: de quibus vide suis locis.

Fŏrmŭla, æ, diminutivum. ξ *χημάτιον, χαρακτῆρ, χαρακτηρίδιον.* Gall. *Maniere, façon, formule.* Ital. *Maniera, ò fazzone.* Germ. Ein gestaltlein. Hisp. *La forma de cada cosa.* Angl. *The fashion and forme of a thing.* ξ Aliquando pulchritudinem significat, cum quadam diminutione, sive blandimento. Plaut. *in Persa*, Tempori hanc vigilare oportet formulam atque æraculam, ne ubi capillus versipellis fuat, fœdè semper servias. Ad formulam suam exigere aliquem. Senec. *cap.* 3. *de vita beata.* Et, Vivere ad formulam. Idem *cap.* 11. *de tranquill.* Item, Ad certam stipendiorum formulam astringere milites (i. formam.) Sueton. *in August. cap.* 49. Ex formula dare milites. Livius 5. *lib.* 3. *bell. Punic.* ¶ Aliquando notam. Cicer. 1. *de Orator.* Sequitur ut cujusque rei nota quæratur & formula. Velleius, Natio redacta in formulam provinciæ. ¶ Sueton. *in Tiber. cap.* 17. Ad certam formulam adstrictus commeatus. Quintilian. Colaphum tibi ducam, & formulam feribam, quòd caput durum habeas. Idem, Judex unus multis & diversis formulis. ¶ Aliquando genus & rationem. Cicer. *de opt. orat.* Genus & formula dicendi. ¶ Sæpissimè verò ponitur pro certis & solemnibus conceptionibus verborum, quales in judiciis, & omnibus publicis actionibus esse solebant. ¶ Etiam formulæ dicuntur quæ nos instrumenta vocamus: ut testamentorum formulæ, apud eundem 2. *de Orator.* Hinc formulam intendere, apud Sueton. *in Vitel.* Quum libertino cuidam acerbiùs debitum reposcenti injuriarum formulam, quasi calce ab eo percussus intendisset. Cadere formula, vel Excidere formula, est aliquid de conceptis formulæ verbis immutare. Erant enim juris formulæ certis quibusdam verbis conceptæ, à quibus si quis vel minimum recessisset, cadebat causa, id est, amittebat causam. Quint. *lib.* 5. Neque ignoro multa transferri, quum in omnibus fere causis, in quibus cecidisse quis formula dicitur, hæ sint quæstiones, &c. Sunt qui pro eodem accipiant, Cadere formula, & Cadere causa: quibus facilè assentior: unum enim sequi solet ex altero. Nam qui formula cadebat, idem etiam cadebat causa. Hinc Sueton. *cap.* 14. *in Claud.* Plus petendo excidere formula, pro causa cadere. Senec. *epist.* 49. Formula cadere. Et Livius *lib.* 5. *dec.* 5. Dicere formulam. Idem *lib.* 9. *dec.* 4. Formulam dixit pro jure. ¶ Errare formulâ, pro malè agere, dixit Quintilianus *declam.* 260. Quod & ipsum non obscurè ostendit idem *lib.* 7. quum ait, Est enim certa servitus ad certa se verba adstringendi, idque ne fiat, in libris Cicer. *de Orator.* vetat M. Antonius. Nam est etiam periculosum, quum si uno verbo hic erratum, tota causa cecidisse videamur.

Fŏrmŭlārĭus, ii, dicebatur causidicus, qui ex formula juris agere consuevit. ξ *δικηγόρος, δικηλόγος, δικηπόλος.* Gall. *Un practicien en procés.* Ital. *Pratico, procuratore, avocato.* Germ. Ein redner so nach form deß rechten handelt. Hisp. *Abogado de pleitos.* Ang. *A practiser in the law to draw er writtes.* ξ Quint. *lib.* 12. Quorum alii ad rubricas, vel ad album se transtulerunt & formularii, vel (ut ait Cicero) leguleii esse maluerunt. Qui formularii essent, vide *Rubrica.*

Fōrmōsŭs, a, um: Pulcher, speciosus, bona forma præditus. ξ יפה *japhéh. Δυτὸς, ὡραῖος.* Gall. *Beau.* Ital. *Bello di forma.* Germ. Wolgestalt/hüpsch. Hisp. *Hermoso.* Ang. *Beautifull faire, well favoured.* ξ Semper enim cum laude dicitur: quamvis forma, unde origine ducit, medium sit vocabulum. Cicer. 1. *de nat. deor.* Est causa vis naturæ, ut homo nemo velit nisi hominis similis esse: sed tamen cujus hominis? quorus enim quisque formosus est? Virg. 2. *Eclog.*

*Formosam pastor Coryden ardebat Alexin.*

Cic. 6. *Verr.* Mulierum nobilium & formosarum gratia. ¶ Seipso formosior: *κάλλιον ἑαυτῆ*, & *κάλλιος ἑαυτῆ*, Græci dicunt, cùm aliquem esse in flore ætatis significare, ita ut secum collatus nunquam æquè formosus aut fuerit, aut futurus sit. Ovid. 10. *Metam.*

*Jam juvenis, jam vir, jam se formosior ipso.*

Fōrmōsĭtās, atis. ξ יפי *jóphi. Δυτὸς, ὡραιότης.* Gall. *Beauté.* Ital. *Bolta.* Germ. Wolgestaltung/schöne/hüpsche. Hisp. *Hermosura.* Angl. *Full favouredneſſe.* ξ Cic. 1. *Offic.* Idque positum est in tribus rebus, formositate, ordine, ornatu ad actionem apto.

Fōrmālis, *ἀνδρεῖος.* Suet. *in Domit. cap.* 13. Pari arrogantia, quum procuratorum suorum nomine formalem dictaret epistolam, sic cœpit: *Dominus & Deus noster sic fieri jubet.* Epistolam formalem accipit pro ea quæ certa forma qua dictabatur, excipiebatur à scribis. Pro quo prioris seculi homines dixissent, *Consipere epistolam.* Alii exponunt formatam epistolam, qua Imperator aliquid edicebat & publicè imperabat, aut publicè ad aliquos scribebat: ut ex ejus stylo, forma & exemplari, similes scriberentur. Nam cùm habent eam formam, quam instrumenta publica & edicta, formales epistolæ dicuntur. Plin. *lib.* 34. *cap.* 9. Appellatur etiamnum & formalis temperatura æris tenerrimi: quoniam nigri plumbi decimæ portio additur, & argentarii vicesima, maximéque ita colorem bibit, quem Græcanicum vocant.

‖ Formale Philosophi vatiè usurpant. Est enim ipsa forma, habens formam, constituens rem: & inde constitutivum, & interdum etiam est proprium, unde *formaliter, & modificatè*, opponuntur; quippe quod propriè dicitur, id dicitur secundùm formam, seu naturæ convenientiam & veritatem definitionis.

Formalitas, differentia, *χαρακτὴρ*, notio: quia formis res differe noscuntur.

Formaster, formam aut decorem ostentans.

Formastrum, opus pictorium. ‖

Formatia, est illa quæ Hispanis *Maestra de Novicias*, magistra novitiarum, vel ea, quæ reliquis informandis præest.

‖ Formiæ, *Mela.* V. olim E. Campaniæ maritima: cujus loci Episcopatus Cajetam urbem vicinam translatus est. ‖

Fōrmĭtĕr juratur, quando cum causa adjecta, vel cum expressione contractus juratur. Informiter verò, quum causa juramenti non exprimitur. Zasius *de act. §. item si quis postulante, Instit. de act.*

Fōrmo, as: Formam alicui induco, figuro, fingo, effingo. ξ יצר *jatsár*, תאר *teár. γλυφίζω, φαντάζω, σχηματίζω.* Gall. *Former. façonner.* Ital. *Formare.* Germ. Formieren/ein gestalt machen. Hisp. *Formar, ò dar figura à la cosa.* Angl. *To forme, to fashion.* ξ Cic. 4. *Acad.* Parmenides ignem qui moveat terram, quæ ab eo formetur. Plin. *lib.* 10. *cap.* 93. Quo majus est animal, tanto diutiùs formatur in utero. Virg. 9. *Æneid.*

*Tempore quo primùm Phrygia formabat in Ida*
*Æneas classem.*

Suet. *in Domit. cap.* 20. Epistolas, orationésque, & edicta alieno formabat ingenio: id est, in iis componendis alterius opera utebatur, sive per alium componebat. Horat. 3. *Carm. Od.* 24.

*Eradenda Cupidinis*
*Pravi sunt elementa: & tenera nimis*
*Mentes asperioribus*
*Formanda studiis.*

Seneca *cap.* 6. *de consol. ad Helv.* Formetur ad tuum exemplum. Idem *cap.* 7. *al.* 26. *de consolat. ad Polyb.* Quintilianus, Formant oculos supercilia. Suet. *in Calig. cap.* 56. Formata commotaque in obscœnum modum. Quintilianus, Sic formata manus (gestu.) ¶ Formare & condere res alicujus. Senec. *cap.* 7. *de consol. ad Polyb. al* 26. Item, Formatus sermo de hac re in Senatu inventus. Suet. *in Ner. c.* 7. Item, Formata in gradus coma. Idem *ibidem, cap.* 51. ¶ Formare juventutem, est instituere, & veluti à rudiore ingenio ad meliorem quandam formam traducere. Plinius *in Panegyr.* Quid vitam? quid mores juventutis quam principaliter formas? Quintilianus. Quæ judicem duci formarique convenit. Suet. *in August. cap.* 89. Nam si quid res exigeret, Latinè formabat, verrendúmque alii dabat. Formare studia. Senec. *cap.* 24. *de consol. ad Marc.* Item Livius *lib.* 4. *d.* 5. Ab effusa licencia ad militarem disciplinam formato milite. Senec. *cap.* 26. *de consol. ad Marc.* Formati ad ictum militaris gladii duces. ¶ Hujus compositæ sunt, Conformo, Deformo, Informo, Reformo, Transformo: quorum significata vide suis locis.

Fōrmātŭs, participium. ξ יצור *nesár*, מתאר *methár. μορφωτὸς, πλασθείς.* Gall. *Fait, formé.* Ital. *Formato, fatto.* Germ. Gestalt/formiert. Hisp. *Hecho, formado.* Angl. *Formed, fashioned.* ξ Cic. 3. *de nat. Deor.* Nam Cleanthes, ut dicebat, quatuor modis formatas in animis hominum putat deorum esse notiones. Ovid. 3. *Metam.*

*——vultúque immotus eodem*
*Hæret, ut à Pario formatum marmore signum.*

‖ Formatæ, seu formales literæ, vel Pacificæ, vel Commendatitiæ, vel Dimissoriæ, ita dictæ quòd certa in illis forma servatur. Cod. ll. antiq. Formatum, formacium, parietes è terra dicti. Gloss. A. L. ‖

Fōrmātŏr, qui instruit & format. ξ יצר *nósser*, מתאר *methár. πλάστης, πλάσσων.* Gall. *Formateur, precepteur, qui instruit.* Ital. *Chi forma & instituisce.* Germ. Ein gestalter. Hisp. *El que forma ò da figura à la cosa.* Angl. *A shaper or fashioner.* ξ ut, Formator animi, formator morum. Colum. *in præfat. lib.* 1. Denique animi sibi quisque formatorem præceptorémque accersat. Plinius *in Epist.* Latum clavum in domo mea induerat, suffragio meo adjutus in petendis honoribus fuerat, ad hoc ita me dilexerat, ita verebatur, ut me formatore morum, me quasi magistro uteretur. Sen. *c.* 8. *de consolat. ad Helviam*, Formator universi (Deus.) Et Quintilian. Formator alienorum ingeniorum.

Fōrmātūra, æ: Conformatio, sive forma uniuscujusque rei. ξ יצור *tsór. μορφώματος, μορφὴ.* Gall. *Façon, façonnement.* Ital. *Forma, fazzone.* Germ. Gestaltung. Hisp. *Forma, ò figura.* Angl. *A fashioning of a thing.* ξ Lucr. *lib.* 4.

*Formaturaque laborum pro parte figurat.*

Et paulo pòst,

*Servat enim formaturam, formásque figurum.*

Fōrmīæ, arum, *φορμίαι.* Vulgò *Mola*: alias, *Formiæ.* Urbs est Campaniæ maritima juxta Cajetam. Læstrigonem quondam sedes, à Lacombus (ut Strabo autor est) condita: à quibus primùm Hormiæ dictæ fuere, sive à frequentia bonitatéque portûs, id est, stationum, ut Festo placet: sive ἀπὸ τῆς ὁρμῆς, id est, ab imperu Læstrigonum (ut Servio placet) qui anthropophagi fuisse perhibentur. Quicquid id est, primùm Hormiæ dictæ putantur: & deinde aspiratione in F, commutata, Formiæ. Verisimile est, illud esse oppidum quod quinto à Caieta lapide situm, vulgò *Molam* vocant. Formiæ, sive Hormiæ, sunt rursus navium stationes. Laurenberg.

FŌRMĪCA, à ferendis micis dicitur. ξ נמלה *nemaláh. μύρμηξ.* Gall. *Fourmi. ou fourmis.* Ital. *Formica.* Germ. Ein omeyß. Hisp. *Hormiga.* Angl. *An ant, emote, or pismire.* ξ Mica verò propriè est pulviculus ille, qui in arena quasi argentum fulget, à quo & panis, & omnium rerum minimæ partes, micæ dicuntur, quasi minutim cadentes. Vel simpliciter à ferendo, quòd nullum animal frequentiùs ponderi convehat, neque si mensuram corporis respicias major. Cicer. 3. *de natura Deorum.* Num idcirco existimas formicam anteponendam esse huic pulcherrimæ Urbi, quòd

in Urbe sensus sit nullus, in formica non modò sensus, sed etiam mens, ratio, memoria? Plaut. *Trinum. sc.* 4. *a.* 2. Quid factum est eo? s. Comesum, expotum, exutum, elotum in balneis: Piscator, pistor abstulit, lanius, coqui, olitores, myropolæ, aucupes, confit citò, quàm si tu objicias formi. is papaverem. Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 1. *Trist.*

*Herrea formica rendunt ad inania nunquam.*

Plaut. *Curc. sc.* 4. *a.* 4. Faciam ut te formicæ scatebrilatim differant. Senec. *cap.* 12. *de tranquill.* Inconsultus illis, vanúsque cursus est, qualis formicis, quæ manes per arbusta vagantur. ¶ Inde fit diminutivum Formicula, *μυρμήκιον*. ¶ Formicæ Indicæ, *μύρμηκες ἰνδικοὶ*, animalia sunt Ægypti lupi magnitudine, & felium colore, sed cornuta, aurum ex terræ cavernis eruentia, in regione Septentrionalium Indorum, qui Dardæ vocantur, eruúmque summa cura asservantia. Accolæ æstivos fervores maximæ observant, illisque præsitu in cuniculis lætantibus, aurum rapiunt. Sæpe tamen odore admonitæ formicæ, è cavernis provolant, crebróque lacerant, quarum præ velocibus camelis fugientes. Tanta pernicies feritasque est cum amore auri. Hæc Plin. *lib.* 11. *cap.* 31. ¶ Formica camelus, *μύρμηξ ὁ σύμμαχος*. De vehementer inæqualibus, & modò minimis, modò maximis, quòd petinde sit, quasi repentè camelus in formicam vertatur. Lucian. ¶ Incst & formicæ & serpho bilis & ira, *ἔστιν ὀφθῆναι μύρμηκα, καὶ σίφρα χολὴ*. Admonet proverbium non esse contemnendum inimicum quempiam, nec ullum temerè lacessendum: quandoquidem nullum animal est tam minutum, aut imbecillum, quod irritatum non excandescat ira. Quadrabit & in homunculos, nullis præditos viribus, tamen vindictam molientes: ita, ut solet, animos suppeditante. Serphus minutulum animal, non dissimile formicæ.

Fōrmĭcīnŭs, a, um: quod ad formicam pertinet. { *μυρμήκινος*. Gall. *De fourmi, en fourmi.* Ita. *Cio che a formica s'appartiene.* Germ. Den omeyssen zugehörend. Hisp. *Cosa perteneciente à la hormiga.* Angl. *Of an emote or ant.* } Plaut. *in Men. sc.* 3. *a.* 3. Nunc cogito utrum medicam ducere medicum, an febrim: Atque eccum incedit, movet formicinum gradum; hoc est, incedit more formicæ.

Fōrmĭcōsus, a, um: Plenum formicis. { *μυρμηκώδης*. Gall. *Plein de fourmis, fourmillant.* Ital. *Pieno di formiche.* Germ. Voll omeyssen. Hisp. *Lleno de hormigas.* Angl. *Full of emotes or ants.* } Plin. *lib.* 10. *cap.* 74. Dulcident thoës & leones, & minima æquè ac maxima: formicosam arborem sorices evant.

Fōrmĭcātĭo, nis. { *μυρμήκιασις*. Gall. *Certaines verrues és parties du corps, qui fourmillent & demangent, fourmilliere.* Ital. *Mal delle formiche.* Germ. Die beissige raud. Hisp. *Aquella obra de hormigar el cuerpo.* Angl. *Certaine roasters the in be die which it cheese the bying of antes.* } Extuberatio quædam est parva & callosa, in summa cute lætissimis radicibus inhærens, supernè angustior, quæ inter scalpendum mordentis formicæ sensum præbet: unde etiam ex Græcis nonnulli hoc mali genus *μυρμήκιον*, hoc est, formiculas appellarunt. Plin. *lib.* 8. *cap.* 7. Crinis mulierbrium crinium, quum fuerint combusti, addito melle sanguineo sistit illicò, & formicationem corporum. Inde *lib.* 30. *cap.* 8. Verendorum formicationibus, verrucisque medetur auctini pulmonis insuffati sanies.

Fōrmĭcāns pulsus, exiguus est, debilis, & frequens, omnísque maxima è lethalis, *σφυγμὸς μυρμηκίζων*. Ita dictus quòd veluti formicas per arteriam discurrentes tactui repræsentet. Plin. *lib.* 7. *c.* 51. Venarum inæquali, aut formicante percussu.

Formicoleon, ob hoc vocatus, quia est vel formicarum leo, vel certè formica pariter & leo. Græcum est *μυρμηκολέων*. Ad Latinam analogiam rectiùs diceretur *Formicoleo*. ]

Fōrmĭdo, ĭnis, secundâ syllabâ productâ, à formis, i. spectris: sive ab antiquo, formis, i. calidus: sicut à gravis sit gravidus. Metus vehementior, pavor. { ירא *jireáh*, פחד *páchad*, *δέος*, *φόβος*. Gall. *Crainte, peur.* Ital. *Paura, tema.* Germ. Forcht, schröcken. Hisp. *Miedo ò temor demasiado.* Angl. *Feare, dreade.* Cicer. 4. *Tusc.* Formidinem metum permanentem definiunt. Horat.

*Oderunt peccare mali formidine pœnæ.*

Plaut. *in Amphitr.* Neque miser me commovere possum præ formidine. Cic. *Attic. lib.* 8. Omninò intelligo, nullum fuisse tempus post has fugas & formidines, quod magis debuerit mutum esse literis. Virg. 3. *Æneid.*

*Tum verò ancipiti mentem formidine pressus*
*Obstupui.*

Ovid. 5. *Fast.*

*Dum nova lanugo est, pavidos formidine cervos*
*Terret.*

Plaut. *Amphitr.* Eadem nos formido terrore timidas impulit. Item *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Vix astò præ formidine. Idem *Men. sc.* 5. *a.* 5. Me implevit fugitivi & formidinis. ¶ Formidinem ostentare. Salust. *Jugurth.* 70. ¶ Formido in venatione, pro linea, quæ vario plumarum nexu discolor, qua terrentur apri, vulpes, lupi, ursi, in primisque cervi. Virg. *in Georg.* 3.

*Puniceave agitant timidos formidine pennæ.*

Dicitur & linea. Nemesianus,

*Linea quinetiam magnos circumdare saltus*
*Quæ possit, volucresque metu concludere prædæ,*
*Digerat inexsuti non unâ ex aliite pinnas.*

Oppianus dicit *δῖμα πολύχροον*: & alibi, *δειμάλεα μέλαινα*, i. formidinem multicolorem, & lineam formidolosam.

Fōrmīdo, as: Metuo, timeo. { ירא *jaré*, פחד *pachad*, חרד *charad*. *εὐλαβοῦμαι, φοβοῦμαι*. Gall. *Craindre, redouter.* Ital. *Haver grand paura, temer forte.* Germ. Förchten. Hisp. *Temer demasiadamente.* Angl. *To be affraye, to habe a feare and dread.* } Plaut. *in Capt.* Nunquæ hercle illum malè formidabunt. Idem *in Cistel.* Nam & intus paveo, & formido. Idem *prolog. Amphitr.* Formidare malum. Idem *in Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Fac mea fide, si isti formidas credere. Formido ne. Idem *in Asin. a.* 1. Formido miser, ne hic me tibi arbitretur Suasile, sibi ne crederes. ¶ Hujus compositæ sunt, Afformido, Diformido, & Reformido, quæ vide suis locis.

Fōrmĭdāns, participium. { ירא *jaré*, מפחד *mephachédh*. *φοβούμενος*, *φοβούμενον*. Gall. *Craignant.* Ital. *Temente.* Germ. Förchtende. Hisp. *Temeroso, medroso.* Angl. *Fearing.* } Plaut. *Amph.* Ego meas recessim rus cum prorsum trahere & ducere, metuens porrò, mihi formidans.

Fōrmĭdātŭs, participium: Formidabilis. { נורא *norá*. *φοβερὸς*. Gall. *Redouté.* Ital. *Temuto* Germ. Gefürchtet. Hisp. *Temido.* Angl. *Dread, feared.* } Horat. 3. *Carm. Ode* 6.

*Pœnè recumbatam seditionibus*
*Delevit urbem Dacus & Æthiops:*
*Hic clade formidatus, ille*
*Missilibus melior sagittis.*

Fōrmĭdātĭo. { ירא *jireáh*, חרדה *charadhdh*. *δέος*, *τὸ φοβεῖσθαι*. Gall. *Crainte.* Ital. *Esser temerose.* Germ. Forcht. Hisp. *Aquel temor.* Angl. *Feare, dread.* } Cic. *in Partition.* In suspitione autem aut ipsam, aut formidationem deliberantis. Quædam exemplaria *reformidationem*, alia habent *reformationem*.

Fōrmĭdŏlōsus, a, um, modò activè sumitur pro eo qui timet. { יר *charódh*, ירא *jaré*. *φοβούμενος*. Gall. *Un homme qui s'effraye, qui craint, craintif.* Ital. *Timoroso, che e temuto.* Germ. Forchtsam. Hisp. *Temeroso ò medroso.* Angl. *That feareth or dreadeth much.* } Terent. *Eunuch.* num formidolosus obsecro est mi homo. C. Apiger ô, egóne formidolosus? id est, timidus, vel meticulosus. Modo passivè, pro eo qui formidatur. *φοβητὸς*. Gall. *Celuy qui est craint, qui effraye, qui fait peur.* Vide Gell. *cap.* 11. *lib.* 9. Salustius, Regibus bonis quam malis suspectiores sunt, semperque his aliena virtus formidolosa est, id est, quæ formidatur. Cic. 4. *Tusc.* Conservatio habilis judicii in iis rebus, quæ formidolosæ videntur. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. (Herbas) formidolosas dictu, non esu modò. Idem *Amph.* Mira mi memoras, nimis formidolosum facinus prædicas. ¶ Comparat. Formidolosior. Superlat. Formidolosissimus. Tacit. *lib.* 1 Formidolosior hostium miles. Cic. *pro lege Manil.* Ad bellum maximum formidolosissimúmque pro Consule mitteretur. Sueton. *in August. cap.* 91. Plurima & formidolosissima somnia & vana, & irrita videbat.

Fōrmĭdŏlōsē, adverb. { *φοβερῶς*. Gall. *Avec crainte, en craignant.* Ital. *Con timore* Germ. Forchtsamlich. Hisp. *Con miedo y temor.* Angl. *Fearfully, dreadfully.* } Cic. *pro Sestio.* Ferunt qui plurimum possent opponi omnibus concionibus falsò, sed formidolosè tamen authores ad pernitiem meam. Item Cato *apud eund. Sestio.* 7. Censores qui posthac fient, formidolosiùs atque timidiùs pro republica nitentur.

Fōrmĭdābĭlis, e, quod est formidandum. { נורא *norâh*. *φοβερὸς*. Gall. *Qu'on doit craindre, qui est à craindre & redouter.* Ital. *Formidabile, del quale si teme.* Germ. Das zuförchten ist. Hisp. *Cosa que se puede ò deue temer.* Angl. *That is to be feared.* } Ovid. 2. *Metam.*

*Nulla in fronte mina, nec formidabile tumen.*

Fōrmĭdāmĭnă, ab Apuleio vocantur spectra, *φάσματα*. Apulcius *in Apolog.* Omnia bustorum formidamina.

[ Formis, e, formosus. Sic legunt apud Plaut. *Bacch.* 2. 2. & *Milit.* 3. Aliter *fortis*, quod ideo exponunt formosa. ]

Formio. Vide *Phormio* infrà.

Formio: Ptolem. Ilirix fluvius: hodie Cisanus.

Formo, as: Formosus, Formula: vide *Forma*.

Fōrnācŭlōnēs, *φορμοὶ*, sive *φίσκοι*. Ulpian. *D. lib.* 33. *tit.* 7. *l.* 12. §. 18. Formiones, & spongias, & hamas, & scopas contineri, plerique & Pepsus aiunt.

[ Formucapes, forcipes dictæ, quòd forma capiant, id est, fervoris. Fest. Formus, a, um: Calidus, fervidus. ]

Fōrnāx, acis, à formi. { כבשן *chibsehan*, תנור *tanúr*. *κάμινος*. Gall. *Fournaise.* Ital. *Fornace.* Germ. Ein ofen. Hisp. *Horno ò hornaza.* Angl. *An oven furnaise, orchimney.* } Quæ rei alicujus coquendæ, aut calefaciendæ gratiâ ignis succenditur: cujusmodi sunt, quibus calx, aut lateres coquuntur, quibusque hypocausta calefiunt. Cic. *de nat. deor.* Sunt quædam etiam, quæ igne nisi putentur, apparentque in ardentibus fornacibus sæpe volitantes. Plin. *lib.* 9. *cap.* 8. Longuque fornacis cuniculo.

Fōrnăcŭla, diminut. Juven. *Satyr.* 10. Magna est fornacula. *μικρὰ κάμινος*. Gall. *Petite fournaise.* Ital. *Fornace picciola.* Hisp. *Pequeño horno, ò hornaza.* Angl. *A little fournaise or oven.* ¶ Fornacula, translatè, Apuleius *in Apologia*, Hic advocatorum conductor, hic testium exemptor, hic totius calumniæ fornacula.

Fōrnācĕus, a, um: Factum in modum fornacis. { *καμινοειδὴς*. Gall. *Fait en façon de fournaise.* Ital. *A foggia di fornace.* Germ. Gemacht wie ein ofen. Hisp. *Hecho en guisa de hornaza.* Angl. *Made like an oven or fournaise.* } Plin. *lib.* 35. *cap.* 14. Quid non in Africa, Hispaniaque ex terra parietes, quos appellant fornaceos (quorum fornacum modo circundati utrinque duabus tabulis, inseruntur veriùs, quàm instruuntur) ævis durant, incorrupti imbribus, ventis, ignibus, omnique cæmento firmiores! Item Fornaceus, ad fornacem pertinens: apud Non. *cap.* 10. *in fulgit.* Lucil. *lib.* 7. Primùm fugit ni calidum & fornaceum ferrum.

Fōrnācārĭus, ii, cui accendendæ fornacis, coquendique panis cura incumbit. { *καμινεύς*, *πλακοῦς*. Gall. *Fenerier, Boulanger.* Ital. *Fornaio.* Germ. Ein ofen hitzer, oder beck. Hisp. *Hornero.* Angl. *A baker or bread.* } Ulpian. *l. si servus. ff. ad l. Aquil.* Si fornacarius servus colono ad fornacem obdormiisset, & villa fuisset exusta.

Fornācālĭă, orum: Festa fatris torrendi gratiâ instituta, qui ad fornacem quæ in pistrinis erat, sacrificium fieri solebat. Ovid. *lib.* 2. *Fast.*

*Festa dea est fornax, Lari fornace colenda.*

Et paulò post:

*Curio legitimis tunc fornacalia verbis*
*Maximus indicit, nec sacra sacra facit.*

Bud. post F. stum.

[ Fornacator, idem qui fornacarius. ]

Fōrnix, icis, pen. genitivi corr. & generis masculini: Arcus in modum fornicis, & quodcunque opus concameratum. { אולם *olám*, היכל *hêkal*. *καμάρα*. Gall. *Voute, arc en arche, la ployc en arc d'une voute.* Ital. *Volto, arco.* Germ. Ein schwibogen oder gewölb. Hisp. *Arco ò bouedo*

*bouéda, à cosa semejante.* Angl. *An arche or vault.*} A furvo, structura loca in arcum ædificata, subobscura sunt. Cic. *in Topic.* Non debebit præstare quòd fornix vitium fecerit. Virg. 6. *Æneid.*

*Mœnia conspicio, atque adverso fornice portas.*

Idem 10. *Æneid.*

*Aut amnis ripæ, aut alti fornices saxi.*

Plin. *lib.* 33. *cap.* 4. Relinquuntur itaque fornices crebri montibus sustinendis. ¶ Quoniam verò meretrices in hujusmodi locis, id est, sub fornicibus habitare consueverunt, ponitur fornix pro lupanari, seu meretricia cella. Senec. *lib.* 1. *controvers.* Redolet adhuc fuliginem fornicis. Et *in Priapeia*, Nigri fornicis obsitus favilla. Juvenal. *Satyr.* 3.

*Lenonum pueri quocunque in fornice nati.*

Horat. 1. *Serm. satyr.* 2.

——— *sunt qui nolunt tetigisse, nisi illam,*
*Quarum subsuta talos tegat instita veste:*
*Contrà, alius nullam nisi stantem in fornice stantem.*

¶ Item pro ipso scorto, sive meretrice. Suet. *in Cæs. cap.* 49. Stabulum Nicomedis, & Bithynicum fornicem, Cæsarem Curio vocat. ¶ Erant etiam fornices, arcus in memoriam retum à triumphalibus viris gestarum exstructi, quasi monumenta victoriarũ. Cic. 2. *de Orat.* Etiam illa tidentur, quæ minuendi, aut agendi causa ad incredibilem admirationem efferuntur: velut ru Crassi in concione, ita sibi ipsi magnum videri Memmium, ut in forum descendens caput ad fornicem Fabii demitteret. Idem 4. *Verr.* Hujus fornix in foro Syracusis est, in quo nudus filius stat. Hujusmodi fornices etiam hodie Romæ extant, quos *Arcus triumphales* vulgò vocant, quorum antiquissimus est D. Vespasiani nomine erectus in triumpho Judaico. Alii autem duo maximè insignes, quorum alter Septimii Severi, alter Constantini memoriæ erectus est.

Fornico, as: Fornices exstruo, vel fornicis figuram rei alicui induco. { καμαρόω. Gall. *Voûter, faire en maniere d'arche.* Ital. *Fabricare in volto.* Germ. Gewölben, ein schwibogen oder gewölb machen. Hisp. *Hazer arco ò boveda.* Angl. *To build an vault, or vault, or archeresse.* } Plin. *lib.* 11. *cap.* 10. Ruentes ceras fulciunt pilarum instar integerrimis à solo fornicatis, ne desit aditus ad farciendum. Idem *lib.* 16. *cap.* 42. Populus contra omnia inferiora panditur, palma econtrario fornicatur, hoc est, sursum incurvatur, quum fornicis cornua deorsum soleant inclinari.

Fornicātus, participium, quod ad fornicis modum ædificatum est, quod & concameratum opus, & arcuatum vocamus. { καμαρωτὸς, καμαρωτὸν. Gall. *Fait en voute.* Ital. *Fatto in volto.* Germ. Gewölbet, zusammen geschlossen als ein schwibogen. Hisp. *Hecho en arco ò boveda.* Angl. *That is builded lyk an vault.* } Cic. *in Topic.* Omnibus jus est, parietem directum ad parietem communem adjungere, vel solidum, vel fornicatum.

Fornicōr, aris: Meretricor, hoc est, cum meretricibus rem habeo. { זנה *zanáh.* πορνεύω. Gall. *Paillarder.* Ital. *Haver à fare con meretrice.* Germ. Hurerey treiben. Hisp. *Fornicar ò andar en putevias.* Angl. *To play the harlotte.* } Dictum fornicari à fornicibus, in quibus meretrices prostare consueverunt. Hujusque verbi exemplum nullum invenimus in eo significatu apud idoneos Latinæ linguæ authores, & tantùm apud Ecclesiasticos invenitur.

Fornicārius, ii, substantivè, ὁ τῶν τοῖς πορνείοις, ἢ τοῖς ἀγορείοις. Propriè dicitur opifex, aut propola, sive institor, qui tabernas à fisco conduxit sub fornicibus, ut ibi merces suas venales habeat: cujusmodi esse solent in porticibus fori venalium, id est, macelli, quas halas appellant. *In Pandectis*, *l. quum quidam, de usuris*: Fiscus ex suis contractibus usuras non dat, sed ipse accipit, ut solet à fornicariis, qui tardiùs pecuniam inferunt. Bud. *in Annotationibus.*

Fornicātio, nis: Fornicis structura. { συνοικησις. Gall. *Voutement, vouture.* Ital. *Edificio in volto.* Germ. Gewölbung, zusammen schliessung wie ein schwibogen. Hisp. *Edificio à boveda.* Angl. *A vaulting or making an archeresse.* } Seneca, Societas nostra lapidum fornicationi similis est, quæ casura, nisi invicem obstarent, hoc ipso sustinetur.

Foro, as, à πείρω, τόρω. Penetro, sive pertundo. { נקב *nakáb.* τορόω, τρύω. Gall. *Percer, forer, trouër.* Ital. *Forare, pertugiare.* Germ. Boren. Hisp. *Horadar.* Angl. *To pearse, to mak an hole trough.* } Col. *lib.* 5. *cap.* 9. Amygdala si patum ferax erit, forata arboris lapidem adigito, & libum arboris inolescere finito. Plaut. *Mostell.* O carnificinum cribrum quod credo fore, ita te forabunt patibulatum per vias. Colum. *lib.* 8. *cap.* 3. Foratis duobus adversis parietibus. ¶ Hinc Inforo, & Perforo, quod est perterebro, & ab uno latere ad alterum foro. τρυπῶ, διατρύω, διατιτράω. Colum. Sed aliud ferramentum, quo priores vitem perforabant. Liv. Una tamen perforata navi.

Forābilis, e, quod perforari potest. { τρυτὸς, διατρυτὸς. Gall. *Percable, qu'on peut trouër & percer.* Ital. *Che si può forare.* Germ. Gut zuboren. Hisp. *Cosa que se puede ligeramente horadar.* Angl. *That may be pearced.* } Ovid. 13. *Metam.*

*Contempter ferri, nullôque forabilis ictu.*

Fōrāmen, inis, quidquid perforatum est. { חר *chor.* πόρος, τρῆμα. Gall. *Vn trou, ou pertuis.* Ital. *Forame, buco.* Germ. Ein loch das gebort ist. Hisp. *Horado ò agujero.* Angl. *A hole.* } Columell. *de arb. cap.* 8. Itaque cavarum foramen quum purgavimus, undique adstatos surculos inferimus. Cic. 1. *Tusc.* Nam nunc quanquam foramina illa quæ patent ad animum à corpore, callidissimo artificio naturæ fabricata est; tamen terrenis, concretisque corporibus sunt intercepta quodammodo. Plin. *lib.* 10. *cap.* 70. Pisces quidem, auditus nec membra habent, nec foramina. Foramen ad excrementa corporis, apud eundem *lib.* 11. *cap.* 12.

Fōrāminōsus, a, um: quod foraminibus abundat. { τρυπητὸς. Angl. *Full o' holes.* }

Fōrātus, us, ui, foramen, vel potiùs ipsa perforatio. { נקוב *nakúb.* πόρος, τρῆμα. Gall. *Trou ou pertuis.* Ital. *Forame, buco.* Germ. Boring, das boren. Hisp. *Horado.* Angl. *An hole.* } Lactant. *lib. de Opif.* Oculorum orbes concavis foraminibus concluſit: à quo foratu ſtonem nominatam Varro existimavit.

Fōrpex, forpices, in plur. quibus pili incidantur. Forfices enim sarcinatorum, forcipes fabrorum quibus ferrum ẽalidum capiunt, & forpices tonsorum. Sosip. *lib.* 1. *suæ Grammat.* Suet. *in Aug. cap.* 75. Nihil præter cilicia, & spongias, & rutabula, & forpices, atque alia id genus.

Fōrs, ŏ fors, à fortè, fœm. gen. Fortuna, casus. { גד *gadi.* מזל *mazl.* ὁ τύχη, ἡ τύχη. Gall. *Fortune, cas, avanture.* Ital. *Fortuna, caso.* Germ. Ein glückfal, zufal. Hisp. *Fortuna, aventura.* Angl. *Fortune, chaunce.* } Casus est extemporalis: Fortuna autem ipsa dea: ut annotavit Nonius, citans locum Accii ex Andromeda: Multi quibus natura prava magis, quàm fors, aut fortuna obfuit. Cicer. *ad Attic. lib.* 14. Fors in aliquibus rebus plus quàm ratio potest. Ovid. 4. *Fast.*

*Fors sua cuique loco est.*

Et Gell. *cap.* 8. *lib.* 12. Fors fuit ut, &c. Plaut. *Mil. sc.* 3. *a.* 2. Forte fortuna per impluvium huc despexi. Quintil. Forte quadam. Ovid. *Ileg.* 7. *lib.* 3. *Trist.*

——— *si forsan nostrum delevit amorem* (tempus.)

¶ Interdum tamen pro Fortuna ponitur. Cic. 4. *ad Attic.* Sed de illa ambulatione fors viderit: aut si quis est qui curet Deus. Terent. *in Hecyr.* Fors sint pol, Fortuna foveat, vel bona eveniat. Idem *Phorm.* Di vestram fidem, quàm forte temerè evenunt, quæ non audeas optare.

Fors, fortuna: vide *Fortuna.*

Fōrsān, dubitandi adverbium est. { אולי *uldi. Imo.* Gall. *Par avanture, de fortune.* Ital. *Forse.* Germ. Villeicht. Hisp. *Por aventura.* Angl. *Peradventure, perchaunce.* } Virg. 1. *Æneid.*

*Forsan & hæc olim meminisse juvabit.*

Terent. *in Andr.* Aliquis forsan me putet non putare hoc verum.

Fōrsitān, dubitandi adverbium: Fortè, forsan, & fortassè. { אולי *uldi. Imo.* Gall. *Par avanture.* Ital. *Forse.* Germ. Villeicht. Hisp. *Por aventura.* Angl. *Peradventure.* } Cicer. *de Orat.* Majorats aliqua forsitan esset requirenda.

*Accipe supremo dictum tibi forsitan ore* (vale.)

Ovid. *Ileg.* 4. *lib.* 4. *Trist.*

Fortāssis, sive fortasse, dubitandi adverbium. { אולי *uldi. Imo.* Gall. *Par avanture.* Ital. *Forse.* Germ. Villeicht. Hisp. *Por aventura.* Angl. *Perchaunce.* } Cic. *Cat. lib.* 2. *Epist.* Sed ego fortassis varicinor, & hæc omnia meliores habebunt exitus. Terent. *Eunuch.* Tu fortasse quæ facta hîc sunt, nescis. Cic. *Mario.* Habes epistolam verbosiorem fortasse quàm velles. ¶ Fortassè, pro nisi fallor. Plaut. *Mil. sc.* 3. *a.* 1. Noster est? fortasse circiter circa triennium. Et fortassean, uti Gell. *lib.* 11. *cap.* 9. Fortassean auxilii petendi gratiâ. Ita sæpè aliàs.

Fortè, adverb. Fortuitò, casu. { אולי *uldi.* τυχόν. Gall. *Par avanture, de cas fortuit.* Ital. *Per aventura.* Germ. Ungefehrd. Hisp. *Por aventura.* Angl. *Peradventure, by chaunce.* } Virg. *Eclog.* 7.

*Fortè sub arguta consederat ilice Daphnis.*

¶ Aliquando autem dubitandi adverb. est. Cicer. 2. *Orat.* Nec fortè hoc magnum ac memorabile videatur. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Fortè aspicio militem. Idem *Mostell. sc.* 2. *a.* 2. Lucernam fortè oblitus fueram extinguere.

Fortis, e, à φέρω, tam de corpore, quàm de animo dicitur. Nam & eum significat, qui validis viribus est præditus, & qui infractum in adversis habet animum. { גבור *gibbór.* אדיר *addir.* עז *baz.* חזק *chazak.* איתן *ethán.* אבּיר *abbir.* ἀνδρεῖος. Gall. *Fort, robuste, vigoureux, vaillant, genereux.* Ital. *Forte, gagliardo.* Germ. Starck, mannlich, dapffer. Hisp. *Fuerte.* Angl. *Strong in bodie, valyand of courage.* } Cic. *pro Milone.* Vir fortis & animosus, & acriter morti se offerens. Idem 2. *Tusc.* Fortes fortuna adjuvat, ut est in proverbio. Idem *de senect.* Senectus animosior est, quàm adolescentia, & fortior. Idem *pro Sext. Roscio*, Vir contra audaciam fortissimus. Idem *de Orat.* Inflexio laterum fortis & virilis. Plaut. *in Asin. sc.* 2. *a.* 3. Qui me vir est fortior ad sufferendas plagas? Virg. 1. *Æneid.*

——— *fortémque Gyam, fortémque Cloanthum.*

Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Quid agit is? Quòd homo fortis & bellator probus. Senec. *cap.* 18. *de const. ad Polyb.* Dura magis, quàm fortis prudentia. Ovid. 13. *Metam.*

——— *Non in tantum terreris Ilysse,*
*Sed fortes etiam.* Ibidem,
*Arma viri fortis medios mittuntur in hostes* (i. Achillis.)

Gell. *cap.* 2. *lib.* 5. Fortia facinora facere (in pugna.) Ovid. 3. *Fast.*

*Consilium vobis forte piámque dabo.*

Quintil. Fortibus armis & fulgentibus præliari. ¶ Item fortior alis, sive avis. Catull. *de com. Beren.* Ovid. 13. *Met.* Eventus vestræ fortissimæ pugnæ quis fuit? ἀριστεῖα. ¶ Quandoque celer. Virg. 11. *Æneid.*

——— *Quid tam egregium, si fœmina forti*
*Fidis æquo?*

¶ Quandoque formosus. Plaut. *in Milite*, Equid fortis visa est? ¶ Quandoque dives. Idem *Trinumm.* Eum fororem spopondisse suam in tam fortem familiam. ¶ Fortis in alium fortiorem incidit, ἰσχὺς ἰσχὺν ἄνω κρείττονος ἀντίσχει. Dici solitum, vbi quis nimium fretus suis viribus, aliquando nanciscitur à quo vincatur. Zenodotus.

Fortĭcŭlus, i, diminutivum. { ἰσχυρὸς. Gall. *Forteler, un peu fort.* Ital. *Alquanto forte.* Germ. Stattlechtig, etwas dapfer. Hisp. — *Fuerte un poco.* Angl. *A litle strong, somewhat hardie.* } Cicer. 2. *Tusc.* Quamvis idem Epicurus forticulum se in torminibus, in strangoria sua præbeat.

Fortĭfico, as: Munio, roboro, fortem facio, confirmo. { חזק *chazák.* ἰσχυρίζω. Gall. *Fortifier.* Ital. *Fortificare.* Germ. Stercken, starck machen. Hisp. *Fortalecer.* Angl. *To strenthen or mak strenge.* } Plaut. Fortifica animum.

Fortĭsco, scis: Fortis fio. { חזק *chazák.* κραταιῶμαι. Gall. *Devenir fort, s'enforcir.* Ital. *Divenir forte.* Germ. Starck oder dapfer werden, erstarcken. Hisp. *Fortalecerse.* Angl. *To waxe stronge.* } Nævius, Crescit annis, & fortescunt vires. Hoc verbum à Gell. *lib.* 19. *cap.* 7. refertur inter ea quibus licet uti etiam in prosa oratione.

Fŏrtĭtūdo, inis: Magnitudo animi, robur, animi excelsitas, præsentia animi. { פחז *chozék*, חוזק *chozék*, עוז *boz*, גבורה *geburáh*. ἰσχὺς ἀνδρεία. GALL. *Force, bon courage, vaillantise*. ITAL. *Fortezza*. GERM. Mannheit / tapfferkeit / stercke. HISP. *Fortaleza, virtud del animal*. ANGL. *Strenth, courage, manhoode*. } Cic. *de Invent.* Fortitudo est, consideratæ periculorum susceptio, & labotum perpessio; Vel (ut idem 4. *Tusc.* definit) est scientia rerum perferendarum, vel affectio animi in patiendo ac perferendo, summæ legi parens sine timore. Macrob. Fortitudinis est, animum supra periculi metum agere, nihilque nisi turpia timere, tolerare fortiter vel adversa, vel prospera. Fortitudo præstat magnanimitatem, fiduciam, securitatem, magnificentiam, comitatem, tolerantiam, firmitatem. Cicer. 13. *Philipp.* Est omninò fortium virorum, quales vos esse debetis, virtute præstare tantum, ut possint fortunæ culpam non extimescere. Sed quoniam ab hoc ordine non fortitudo solùm, verùm etiam sapientia postulatur, quanquam videntur hæc non posse disjungi, &c. Idem 1. *Offic.* Sunt ergo domesticæ fortitudines non inferiores militaribus.

Fŏrtĭtĕr, adverbium: Animosè, infracto animo. { בחוזק קשה *bechoz kash*. ἀνδρικῶς. GALL. *Fortement, vaillamment, puissamment, courageusement*. ITAL. *Fortemente, animosamente*. GERM. Mannlich / dapfferlich. HISP. *Fuerte y esforçadamente*. ANGL. *Manly, stoutlie*. } Cic. *de senect.* Quem ego meum casum fortiter ferre visus sum. Idem 4. *Philipp.* Nec solùm id animosè, & fortiter, sed consideratè etiam sapienterque fecerunt. Ovid. 13. *Metam.*

——— *quodcunque potest fecisse videri*
*Fortiter iste, meum est.*

Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 1. Idem *Amphitr.* Regem Pterelam nostris occisum manibus fortiter. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Fortiter malum qui potuit. Idem *pœn.* potitur bonum. Idem *Mere.* Non abstulit modò, sed in amorem conjecit fortiùs. Plin. *lib.* 16. *cap.* 40. Fortissimè almus servat rigorem. Fortiter cibum assumere, i. liberaliter & copiosè. Cels. *lib.* 3. *cap.* 15. Deinde post febrem oportebit vagi, & vehementer perfricari, cibum & validum, & fortiter assumere.

Fŏrtŭlè, adverb. Vide *Fortuna*.

FŎRTŪNA, æ, est accidentium rerum subitus atque inopinatus eventus. Sors, fors, casus, temeritas. { גד *gadh*, פור *pur*. τύχη. GALL. *Fortune, avanture*. ITAL. & HISP. *Fortuna*. GERM. Glück / ein zufal er sey gůt oder bőß. ANGL. *Fortune, chance*. } Cic. 2. *de Divin.* Quid est enim aliud fors, quid fortuna, quid eventus, quid casus, nisi quum sic aliquid cecidit, sic evenit, ut vel non cadere, atque evenire, vel aliter cadere atque evenire potuerit? Est autem fortunæ vocabulum medium: sed quum fortunam solam dicimus, intelligimus felicitatem. Ovid. 19. *Metam.*

——— *si quæritis hujus*
*Fortunam pugnæ: non sum superatus ab illo.*

Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 2. Fortuna humana fingit artárque ut lubet. Velleius, Fortunam hominis egressus Pompeius. Plaut. *Capt. sc.* 3. *a.* 2. Per fortunam incertam te oro. Vell. Fortunam in sua potestate habuit Cato. Senec. *cap.* 16. *de consol. ad Marc.* Cum fortuna in gratiam reverti. Velleius, Quos fortuna præsenti periculo subduxerat. Ovid. *Eleg.* 7. *lib.* 3. *Trist.* Fortuna dat & rapit quidlibet.

*Nempe dat, & quodcunque libet fortuna rapitque.*

Velleius. A se discordavit fortuna in Pompeio. Idem, Ancipitis fortunæ temporis (de tempestate) virtute correcta. Idem, In quem tantum pervenerit fortuna publica. Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 5. *Trist.*

*Hic quoque* (libet) *talis erit qualis fortuna poëtæ.*

Senec. *cap.* 8. *de tranquill.* Quos fortuna nunquam respexit. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 2. Sola fortuna centum doctorum hominum consilia devincit. Ovid. *Eleg.* 4. *lib.* 1. *Trist.*

*Dum juvat & vultu ridet fortuna sereno*
*Inclinare cuncta sequuntur opes.*
*At simul intonuit, fugiunt, &c.*

Dum videt fortuna: at simul intonuit. Livius *lib.* 5. *bell. Punic.* Pro fortuna, qui erat natus. Cæs. *lib.* 2. *de bell. civ.* Eadem esse belli fortuna patienda. ¶ *Fortuna* dea credita est antiquis, quæ apud Præneslinos & Anciates præcipuè colebatur. Juven. *Satyr.* 10.

*Nullum numen abest, si sit prudentia: sed te*
*Nos facimus, Fortuna, deam, cœlóque locamus.*

Terent. *Phorm.* O fortuna, ò fors fortuna, quantis commoditatibus, quàm subitò hero meo Antiphoni ope vestra hunc onerastis diem. Donatus, Aliud fortuna, aliud fors fortuna. Fortuna dicta est incerta res: fors fortuna, eventus fortunæ bonus, ἀγαθὴ τύχη. Nam Fors fortuna Dea trans Tyberim ædem habebat, cujus festum colebant, qui sine arte aliqua vivebant. Cic. *de Amic.* Non enim solùm ipsa Fortuna cæca est, sed eos etiam plerunque efficit cæcos, quos complexa est. ¶ Fortunæ muliebris templum cur exstructum. Plutarch. *in Coriol.* Templum fortunæ hujus dici vivit. Catullus. Idem *in Mario.* Item Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Quem te nominem Deum? Fortunam atque obsequelam. Cæsar *lib.* 3. *de bell. civ.* Fortuna quantum in bello possit. Ovid. *Eleg. ult. lib.* 4.

*Non modò fortuna munere factus eques.*

¶ Accipitur etiam Fortuna in utroque numero pro divitiis, copiis, opibus. Cic. *de Divin. in Verrem.* Cur, de quibus in provincia non optimè es meritus, eos nunc planè fortunis omnibus conaris evertere? Tacit. *lib.* 13. Nec si Iturius & Calvisius adesis omnibus fortunis, &c. Cic. *de Amic.* Sæpè enim quibusdam aut animus abjectior est, aut spes amplificandæ fortunæ fractior. Horat. 1. *epist.* 5.

*Quò mihi fortuna, si non conceditur uti*

Ovid. *Eleg* 5. *lib.* 4. *Trist.*

*Unica fortunis ara reperta meis.*

Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 3. Ubi loci tuæ fortunæ sunt, intelligis. ¶ Fortunæ, arum, pluraliter pro felicitate. Terent. *in Andr.* Cùm id mihi placebat, tum uno ore omnes omnia bona dicere, & laudare fortunas meas, qui gnatum haberem tali ingenio præditum. Cicer. *pro Sylla*: Hic vos oro, Judices, parvus, ut se aliquando, si non integra fortuna, at afflicto patri suo gratulari sinatis. ¶ Fortuna æstuaria: νῆσος ἐναγὴς, quòd vicissim huic favere soleat, nunc illi. ¶ Manum admoventi fortuna est implorando, τὴν χεῖρα πολλοῦ δεῖ τῆς τύχης προσφέρειν. Admonet adagium ita fidendum esse divino numini, ut etiam hilo segnius, quantum in nobis est, etiam ipsi nostra adjutamus industria: aliquot non audituros Superos inertium ac desidiosorum vota. Plutarch. ¶ Sui cuique mores fingunt fortunam. Hinc medio vulgo videtur sumpta sententia, apud Cornelium Nepotem *in vita Pomp. Attici.* Nam plerunque videmus mala malis evenire, digna dignis, idque vulgò dictitant, Malus malum reperit. Attestatur & versiculus proverbialis, ἐσθλῷ γὰρ ἐσθλὰ ξυμφορὰ ἐξεύρηκε. Vito bono fortuna suppeditat bona. Senec. *cap.* 17. *de consol. ad Marc.* Si fortuna cuique pro moribus esset, nunquam mala bonos sequerentur. Et Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 2. Ut quisque fortuna utitur, ita sapiens, vel stultus habetur. Et Liv. 6. *dec.* 4. Fortunam in consilio habere. ¶ Cujusmodi portento me involvit fortuna! οἷόν μ' ὁ δαίμων νῦν ἐνέβαλε πάθος! Dici conveniet, ubi negotium incidit cum homine moroso difficilique, cum quo non queas vivere, nec à quo te possis extricare. Zenodotus. ¶ Præsertim fortuna boni consule, τὸ μὴ δαιμόνιον. Quo admonemur, ne nos alienarum rerum cupiditate maceremus, sed quæcunque contigit sors, eam velut optimam amplectamur. Plato *in Gorgia.*

Fŏrtūno, as: Prospero, secundo, servo, augeo. { הצליח *hitsliach*. εὐημερίζω. GALL. *Conduire à bonne fin, donner bonne issue, bien fortuner ou prosperer*. ITAL. *Felicitare, prosperare*. GERM. Glücken / glücklich machen. HISP. *Hacer bien aventurado*. ANGL. *To prosper, or to give prosperitie*. } Cicer. *Curioni.* Tibi patrimonium dii fortunent. Idem *M. Marcello*, Maxima sum lætitia affectus, quum audivi te Consulem factum esse, eúmque honorem deos tibi fortunare volo.

Fŏrtūnātus, a, um: Prosper, felix. { מצלח *mutslách*, מאשר *meashshér*, אשרי *ashrei*. εὐδαίμων, εὐτυχὴς. GALL. *Heureux, fortuné*. ITAL. *Prospero, aventuroso, felice*. GERM. Glücksaffig / glücksellig. HISP. *Dichoso y bienaventurado*. ANGL. *Prosperous, that lucketh well*. } Terent. *in Adelph.* Detides fortunatus qui istoc animo sies. Virg. *in Daphnide.*

*Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo.*

Idem 1. *Eclog.*

*Fortunate senex, ergo tua rura manebunt.*

Ovid. 3. *Fast.*

*Et fortunatos obvia turba vocat* (id est, ebrios.)

Plaut. *Mostell. sc.* 1. *a.* 1. Tu fortunatus, ego miser, patiunda sunt. ¶ Aliquando idem est quod propitius. Afranius. Deos ego omnes, ut fortunati sint, precor. ¶ Inter felix & fortunatus hæc tamen differentia traditur à Corn. Front. Felix, inquit, est qui ita est natus. Fortunatus cum opibus nomen accepit: ita felix natura bono, fortunatus temporis commodo fruitur.

Fŏrtūnātè, adverbium: Feliciter, prosperè. { εὐτυχῶς. GALL. *Heureusement*. ITAL. *Felicemente, prosperamente*. GERM. Glücklich / glückseliglich. HISP. *Bien aventuradamente*. ANGL. *Prosperously, with good lucke*. } Cic. 3. *de finib.* Necessariò sequitur, omnes sapientes semper feliciter, absolutè, fortunatè vivere.

Fŏrtūnātim, adverbium: Idem quod fortunatè. εὐδαιμόνως. Plaut. Si dederit Jupiter ut fortunatim omnia succedant. Ita Ennius apud Nonium.

Fŏrtŭītus, a, um: quod casu accidit. { τυχηρός. GALL. *Fortuit, casuel, advenu d'adventure*. ITAL. *Ciò che avviene altrui per caso o per sorte*. GERM. Zufellig. HISP. *Cosa que viene à caso y fortuna*. ANGL. *That cometh by chance*. } ut, Fortuitus concursus. Cic. 1. *Tusc.* Democritum enim illum, magnum quidem virum, sed levibus, & rotundis corpusculis efficientem animum concursu quodam fortuito, omittamus. Quintil. *lib.* 6. *cap.* 6. Insidiarum invidiam in Clodium vertit, quanquam revera fuerat pugna fortuita. Idem *lib.* 10. *cap.* 7. Nec tumultuarii, nec fortuiti sermonis contextum imitabor. ¶ Fortuita potentia (id est, fortuna.) Senec. *cap. ult. de cons. ad Marc.*

Fortuitò: Casu, temerè, fortè, fortunâ. Diomedes *lib.* 1. { τυχὸν *tetheri*, τυχὸν, & τύχῃ. GALL. *D'avanture, par fortune*. ITAL. *A caso, per sorte*. GERM. Ongefehr. HISP. *A cosa, ò per aventura*. ANGL. *By chance*. } Cic. *de leg. Agrar. contra Rullum*, Paucas tribus non certa conditione juris, sed fortuitò, fortisque beneficio, ad usurpandam libertatem vocat. Idem 5. *de finib.* Sive hæc ita sunt fortuitò. Pro eodem legitur & fortuitu. Idem 6. *Philipp.* Quod verbum tibi non excidit (ut sæpe fit) fortuitu, sed scriptum, meditatum, cogitatum attulisti.

Fortunatæ insulæ, à fructuum ubertate, aëris que temperie dictæ sunt. μακάρων νῆσοι. Strabo *lib.* 3. Fortunatæ insulæ contra extremam Mauritaniam ad Occidentem sunt, quam quidem ad partem & Hispaniæ terminus occiduus concurrit. Sunt autem sex numero, ut ex Juba sententia tradit Plin. *lib.* 6. *cap.* 32. quarum primam Ombrion appellari ait: secundam, Junoniam: tertiam, eodem nomine: quartam, Capratiam: quintam, Nivariam, perpetua nive nebulosam: sextam, Canariam, plenam ingentibus canibus. Fortunatæ insulæ (inquit Mela *lib.* 3.) abundant suâ ponte genitis, & subinde aliis super alios nascentibus, nihil solicitos alunt beatiùs quàm ullæ urbes excultæ: una singulari duorum fontium ingenio maximè insignis: alterum qui gustavere, risu soluuntur in mortem: ita affectis remedium est ex altero bibere. Solinus magna ex parte fabulosa esse scribit, quæ de fortunatis insulis traduntur: unamque-tantùm esse, quæ nonnihil habeat fertilitatis, nimio tamen calore infestam. Hodie omnes uno nomine Canariæ vocantur, à fertilitate canarum, in quibus nascitur sacchatum.

‖ Forulus, vas ubi codices ponuntur. Glos. A. L. à foris, i.e. tabularium. ‖

Foruli, orum, oppidum Sabinorum, saxoso in loco situm. Strabo *lib.* 5. Petram vocat ad rebellandum, quàm ad habitandum aptiorem. {Ein Statt in Italien / jetzt Forola genant. } Virg. 7. *Æneid.*

*Qui tetricæ horrentes rupes, montémque severum,*
*Casperiámque colunt, Foruloſque & flumen Himellæ.*

¶ Foruli pro capsulis, sive armariolis, vide *supra*.

Fŏrum,

Fōrum, i, propriè dicitur locus, quò res vænales afferantur, à ferendo nomen habens, vel a Σωρὸς: & à foris, ἔξω, ut à ἔξω, fera. { שוק *schuk*, שׁבר *schabar*. ἀγορά. Gall. *Halles, lieu public ou on vend & achete*. Ital. *Fore, piazza*. Germ. Ein marckt. Hisp. *Mercado, lugar donde compran y venden*. Angl. *The merkat place*. ] Unde forum suarium, Romæ dictum in quo sues vendebantur: boarium, in quo boves: piscarium, in quo pisces, ἰχθυοπώλιον: olitorium, λαχανοπώλιον, in quo olera: cupedinis forum, in quo cupediæ, hoc est, lautiores cibi vendebantur. Quæ omnia, teste Varrone *lib.* 5. *de L.L.* postea in unum locum sunt contracta, quem macellum appellaverunt. ¶ Forum aleatorium calefecimus. Suet. *in Aug. cap.* 71. ¶ In foro puppis stare. Gell. *cap.* 19. *lib.* 16. ¶ Forum Appii. Suet. *in Tib. cap.* 2. Et Livius 5. *bell. Pun.* In plateis, foris, & conciliabulis. Et *eod. lib.* Per fora & conciliabula. Idem *lib.* 10. *dec.* 4. In foris publicis. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Trist.* Hæc sunt tria fora Cæsaris, inquit. ¶ In foro veritas, ἐν ἀγορᾷ ἀλήθεια, id est, in foro abstinendum est à mendacio. Lex erat apud Athenienses, ut in foro rerum venalium vanitas omnis abesset. ¶ Est præterea forum, quod Græco vocabulo vocamus emporium, hoc est, oppidum, vel alius quivis locus, quò undique mercatores convenire solent ad emendum, aut vendendum. Salust. *in Jugurth.* Erat haud longè ab eo itinere quo Metellus pergebat, oppidum Numidarum, nomine Vacca, forum rerum venalium totius regni maximè celebratum, ubi & incolere & mercari consueverant Italici generis multi mortales. Hinc plerisque etiam oppidis nomen à foro etiam mansisse videmus, ut forum Cornelii, dicta est Æmiliæ urbs, quam nunc Imolam vulgò vocant, à nomine ejus, qui eo in loco primus nundinas instituit. Ad hunc etiam modum forum Livium, forum Julium, forum Aurelium, forum Sempronii, inde sua nomina acceperunt, quòd à Livio, Julio, Aurelio, vel Sempronio in his locis institutæ sunt nundinæ, ad quas totius provinciæ mercatores merces suas afferebant. Cicer. *in Catil.* Quanquam ego te invitem, à quo jam scitum esse præmissos qui te ad forum Aurelium præstolarentur armati. ¶ Foro cedere, id est, æris alieni causa in forum non venitare, & creditoribus non solvere, quod genus cessionis erat. Seneca, Et appellare debitorem ad diem possum, & si foro cesserit, portionem feram. ¶ Fora, vasa quibus antiqui utebantur in torcularibus. Col. *lib.* 12. *cap.* 18. Tum lacus vinarii & torcularii, & fora omniâve vasa, si vicinum est mare, aqua marina: sin minus, dulci eluenda sunt, & commutanda & diligenter asiccanda, ne humorem habeant. ¶ Dicitur etiam forum, locus in quo judicia exercentur. { שער *schaar*, דין *din*. δικαστήριον. Gall. *La cour, l'audience*. Ital. *Foro judiciale, palazzo, corte*. Germ. Ein ort an dem man gericht helt. Hisp. *Lugar donde se responde de derecho*. Angl. *The courte where maters ad pleaded for*. } Cic. *ad Attic.* Quòd me in forum vocas, eò vocas unde etiam in bonis meis rebus fugiebam. Quinc. *lib.* 3. Ratum est autem ut in foro judicia propter id solùm constituantur, sicut divinationes quæ fiunt de accusatore constituendo. Fora tria judiciaria antiquitus Romæ fuisse manifestum est: Forum Latium, sive Romanum, antiquissimum: Forum Cæsaris Dictatoris, in quo loricatam sibi fieri statuam passus est: & forum Augusti, quod cum æde Martis Ultoris exstruxit. Ovid. *Eleg.* 12. *lib.* 3. *Trist.*

*Cùmque tribus resonant terna theatra foris.*

¶ Cedere foro. Juvenal. *Satyr.* 12. ¶ Foro uti est præsentem rerum statum boni consulere, & utcunque ipse obtulerit fortuna, ita animum applicare. Terent. *in Phorm.* Cœpi his omnia facere, obsequi quæ vellent. D. Scisti uti foro. Donatus, vulgare proverbium admonet esse: ductâque metaphoram à mercatoribus, qui non ante locum commercii præscribunt quanti vendant quæ advehunt: sed secundùm annonam fori quam deprehendunt, consilium de non vendendis, aut emendis mercibus sumunt. Seneca, Utamur foro, & quod fors ferat, æquo feramus animo. Ex Erasmo. ¶ Agere forum dicitur, qui provinciæ præest, quum civitates vocat, & de controversiis earum cognoscit. Cicer. *Appio. lib.* 3. Qui te forum Tarsi agere, statuere, multa decernere, judicare dicerent. ¶ Forum à subselliis & judiciis distinguit Cicer. 1. *de Orat.* Age verò ne semper forum, subsellia, rostra, curiámque mediteris, &c. Id est, causas civiles, publica judicia, & conciones & sententias in Senatu dicendas. ¶ Forum triplex, sive trinum, Cùm fuerint fora multa Romæ, tamen hoc loquendi genere intelligitur de tribus, in quibus causas orabant: quorum primum Romanum nuncupatur: secundum Cæsaris: tertium Augusti. Martial.

*Atque erit in triplici par mihi nemo foro.*

Fōrensis, e, adjectivum est à foro derivatum, quo significatur omne illud, quod ad forum judiciale pertinet. { δικανικός. Gall. *Servant aux plaids & procez, ou des appartenances*. Ital. *Cio che al foro judiciale s'appartiene*. Germ. Das zu dem gerichts gehört. Hisp. *Cosa perteneciente al consistorio ò derecho*. Angl. *A perteining to the commone place of judgement*. } Unde forenses causæ dicuntur, quæ in foro judiciali agitantur. Cic. 1. *de nat. deor.* Nec si id facerem in causis forensibus, idem facerem in hac subtilitate sermonis. Forensis homo, qui in foro versari, & causas agere consuevit. Forensis Rhetorica, quæ foro judiciisque est accommodata. Cicer. 2. *de finib.* Sed hæc Rhetorica philosophorum, non nostra illa forensis, quam necesse est quum populariter loquitur, esse interdum paulò hebetiorem. ¶ Forenses operæ, de vilibus advocatis. Quintilian. Lucilius masculino genere dixit, Forus olim ornatus lucernis, authore Sosipatro *lib.* 1. ¶ Item Forensia, Vestes erant quibus in foro utebantur, sicuti cænatoria quibus domi utebantur in cœna. δειπνητικά. Sueton. *de August. cap.* 73. Forensia autem & calceos nunquam non intra cubiculum habuit, ad subitos repentinósque casus parata. Idem *in Calig. c.* 17. Forensia utris dedit in congiario. Alio nomine dicuntur togæ forenses, vel vestimenta forensia. Colum. *lib.* 12. *cap.* 45. Arcula faginea, vel etiam tiliacea, quales sunt in quibus Vestimenta forensia conduntur. Et Livius *lib.* 3. *dec.* 4. Vestitus forensis. ¶ Forensis etiam est extraneus. Et hoc est à *foris*, id est, extra. Ita presbyteri forenses dicuntur, qui non sunt ex eadem diœcesi, vel presbyterio.

Foretstum, in ll. Longob. & historiis posterioris ævi, ponitur pro sylva, quia foris est. Dicitur & *foreſta*. & *foreſtus*. Vet. Gl. Foresta est locus ubi feræ inhabitant, vel includuntur, & ubi quis habet alteri venandi. Vox est Germanis nota: forst i. e. saltus. Gall. *forest*. Ital. *foresta*. Angl. *Forrest*. Inde etiam

Foreſtarius, qui foresto præest, custos nemoris, salvarius, hylocus. Gall. *Gruyer, forestier*. Germ. Förster: jesmeister. ]

Forum Bibalorum, vulgò *Fomilla*, Hispaniæ Tarraconensis oppidum est, non procul à Vaccæis, cujus meminit Ptolem. *lib.* 2. *cap.* 6. Sunt nonnulli qui putent idem esse cum eo quod hodie *Fomillam* appellant.

Forum Claudii, oppidum Alpinum, Centronum metropolis, apud Ptolem. *lib.* 3. *cap.* 1. Sunt qui existiment idem esse cum eo quod hodie *Taremasiam* vocant.

Forum Clodii, vulgò *Forconuovo*. Oppidum Hetruriæ, cujus incolæ Foroclodii nominantur à Plin. *lib.* 3. *cap.* 5. Fuit præterea ejusdem nominis oppidum in octava regione Italiæ, cujus meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 15.

Forum Cornelii, vulgò *Imola*. Oppidum est in via Æmilia, quod & forum Syllæ appellatur: utroque nomine deducto à Cornelio Sylla Dictatore, qui ibi primus forum instituit. Forocornelienſis agri meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 16. Hodie *Imolam* vocant, quasi Æmiliam, à nomine viæ, in qua sita est.

Forum Julii, sive Forum Julium. Oppidum est Narbonensis provinciæ, Octavianorum colonia, teste Plin. *lib.* 3. *cap.* 4. hodie servatis non obscuris prisci nominis vestigiis *Frejulum* vulgò appellatur. ¶ Fuit & Carnorum sive Japidum oppidum ejusdem nominis, teste Ptolem. *lib.* 3. *cap.* 1. à quo tota regio hodie corrupto nomine, *Frejulum* appellatur.

Forum Segusianorum, sive Sebusianorum, Galliæ Lugdunensis oppidum est apud Ptolem. *lib.* 2. *cap.* 9. idem cum eo (ut putatur) quod hodie *Burgum Bressiæ* appellant, *Bourg en Bresse*.

Forum Livii, vulgò *Forli*. Oppidum Æmiliæ in octava regione Italiæ, Cornelii Galli poëtæ natalibus nobilitatum. Meminit hujus oppidi Plin. *lib.* 3. *cap.* 15.

Forum Gigurrorum, sive Egurorum, à Ptolem. *lib.* 2. *cap.* 6. appellatur urbs quædam Hispaniæ in tractu Tarraconensi, quæ à nonnullis eadem esse creditur, quam Hispani sua lingua vocant *Medina de Rio seco*.

‖ Forum Popilii, *Forlimpopoli*. V. olim E. Æmiliæ, cujus sedes Episcopalis Britinorum, *Brentinoro*, urbem proximam est translata anno 1358. quòd Foropopilienses Legato Pontificio se opposuissent.

Forum Sempronii, *Fossambrone*, *Fossombrone*. V. E. Italiæ sub A. Ducæ Urbinate.

Forus, est locus, ubi uva calcatur, quòd ibi feriatur uva, vel quòd ibi feratur pedibus: unde calcatorium dicitur.

Forvus. Serv. *in* 4. *Æneid.* Forvum veteres calidum dicebant. ‖

Fossi, Fossio, Fossor, Fossura: vide *Fodio*.

‖ Fossanova, *Fossanova*, Monasterium Ordinis Cistercienſis in Latio, quinquaginta millibus passuum ab urbe Roma distans, nunc penè collapsum jacet. Obiit in eo S. Thomas Aquinas. ‖

Fossæ Marianæ. { Ein statt im Delphinat ien Aigumortes genant. } apud Ptolem. *lib.* 2. *cap.* 99. Galliæ Narbonensis oppidum est, ad alterum ex Rhodani ostiis situm, ita dictum à propinqua fossa, quam Marius ex Rhodano duxit in vicinum lacum, ut scribit Strab. *lib.* 4. ostreis abundantem. Vulgò, *Aigemortes, ou les Maries*.

Fossæ Papyrianæ, Tuscorum civitas Ptol. hodie *Fossonovum*.

‖ Fossanum, in Taurinis, *Fossano*, urbs ditionis Pedemontanæ.

Fŏvĕa, à fodiendo: Fossa. { גומא *ber. βόθυνος, βόθρος*. Gall. *Fosse, ou fossé*. Ital. *Fo'a, caverna*. Germ. Gruben. Hisp. *Hoyo ò cava*. Angl. *A pitte denne, or cave*. } Cic. 1. *Philipp.* Bellua, quæ quoniam in foveam incidit, obruatur. Plautus *in Pœnulo*. Ita decipiemur foveâ fenoncm Lycum. Plin. *lib.* 18. *cap.* 38. Itaque anates in foveas quibus feras venamur, delapsæ solæ evadunt.

Fŏvĕo, es, vi, tum, à fovea: propriè est, calidum reneo, aut calefacio. { חם *jecham*, חם *climmém*. θάλπω, θέρμη, θάλπος. Gall. *Eschauffer & entretenir en chaleur, conver, e nver*. Ital. *Tenir caldo, covare*. Germ. Warm halten / enthalten. Hisp. *Calentar*. Angl. *To cherishe, to keep in te armes and besome*. } Plaut. *in Capt.* Juben' an non jubes astitui aulas, patinas elui. Laridum atque epulas foveri foculis ferventibus? Plin. *lib.* 8. *cap.* 36. Fœtus rigentes apprimendo pectori fovent, non alio incubitu, quam ova volucres. ¶ Fovere voluntatem alicujus. Liv. *lib.* 3. *ab Vrb.* ¶ Aliquando ponitur pro Nutrio, alo. Plaut. *in Merc.* Alios enecat & extinguit, alios suo lacte fovet & erigit. Virg. *lib.* 3. *Georg.*

——— *Progeniem, nidósque fovent.*

Ovid. *Eleg. ult. lib.* 4. *Trist.*

*Temporis illius colui, fovique poëtam.*

¶ Est etiam fovere medicorum vocabulum, pro partem læsam, vel morbosam tepefacere humidis calidísve fomentis foris applicatis, humectare & dolorem lenire, καταπλάσσειν, πυριᾶν. Virg. 12. *Æneid.*

*Fovit ea vulnus limpha longævus Iapix.*

¶ Interdum pro Constituo. Idem *lib.* 4. *Georg.*

*Sæpe etiam effossis (si vera est fama) latebris,*
*Sub terra fovêre larem.*

Sic enim legit Nonius: quanquam in vulgatis exemplaribus quibusdam legatur *fodêre*. ¶ Interdum pro Tueor, ut apud eundem *lib.* 9.

——— *non obvia ferre*
*Arma viros sed castra fovere.*

Ovid. *Eleg.* 4. *lib.* 1. *Trist.*

——— *Quid non contraria fovi*
*Arma.*

¶ Interdum pro Amplector, seu in deliciis habeo. Virg. 3. *Eclog.*

*Infelix ò semper ovis pecus, ipse Neæram*
*Dum fovet, ac ne me sibi præferat, illa veretur.*

¶ Hujus composita sunt Confoveo, Circumfoveo, Refoveo, *fo* syllaba correpta: quorum significata vide suis locis.

Fōtŭs, a, um: participium. { מיחם *mesuchăm.* ἠσυχασθὼν, ἡσυχασθεὶς. GALL. *Eschauffé, couvé, eſtuvé, fomenté.* ITAL. *Scaldato, fomentato, covato, ſtuffato.* GERM. Gewermt/warm gehalten/gebähret. HISP. *Calentado, covado.* ANGL. *Cherished, nuriſhed, kept warme.* } Cic. 2. *de natura deorum*, Quantum animum ova gallinis ſæpè ſupponimus, ex quibus pulli ocyùs primùm aluntur ab iis, ut à matribus, à quibus exclusi ſoricque ſunt.

Fōtŭs, us, nomen ſubſtantivum: Fomentum, ipſa forendi actio. { חמים, חמום. GALL. *Eſchauvement, fomentation, compement, échauffement.* ITAL. *Eſſo ſcaldare, fomentare, covare, ſtuffare.* GERM. Warmhaltung/ brütung. HISP. *Obra de calentar ò covar.* ANGL. *A cheriſhing or keeping warme.* } Plin. *lib.* 14. *cap.* 1. De coctura eorum vertes ad ſtomachicos & coliacos juvat & potioni ſe ſotu.

Fōmĭtes, itis, à fovendo, hoc eſt, nutriendo igne dicitur. Eſt enim aſſula ex arbore excuſſa dum cæditur. ¶ Ponitur & pro omni materia ſicca, quæ facilè ignem inflammatur. { σπόγγος, ζωπύρα. GALL. *Allumette, ce qui ſait allumer, ce qui entretient le feu.* ITAL. *Eſca, ogni coſa per accendere & lumare il fuoco, come ſcheggie & ſimili.* GERM. Zunder/ alle materyen die gern feur empfacht. HISP. *Yeſca ò aſtillas para encender fuego.* ANGL. *Any thing that nouriſheth the fyre or inflammeth, as matches, cloutes in a tinder boxe.* } Virgil. 1. *Æneid.*

*Ac primùm ſilicis ſcintillam excudit Achates:*
*Suſcepitque ignem foliis atque arida circum*
*Nutrimenta dedit, rapuitque in fomite flammam.*

Plin. *lib.* 6. *cap.* 40. Excipiente materia aridi fomitis. ¶ Per tranſlationem fomes dicitur quicquid excitat nos & accendit ad aliquid agendum. Gell. *lib.* 13. *cap.* 1. Fomitem eſſe quendam dicens & incitabulum ingenii virtutisque, ſi mens & corpus hominis vino flagraret.

Fōmĕntum, i, à fovendo, id eſt, calefaciendo, vel nutriendo. { ארכות *arachăth.* מזור *mazór.* ἔμπλαστρον, ἐπίθεμα. GALL. *Ce qui eſt propre à appaiſer douleur, addeuciſſement, reclauſement, fomentation, remede anodin.* ITAL. *Coſa per levare il dolore, coſa che acchetta & tranquilla.* GERM. Ein warme oder feuchte artzney/ ſo man vber ein ding ſchlecht zu mitderung des ſchmertzens. HISP. *Emplaſtro para mitigar dolor, emplaſtradura.* ANGL. *Fomentation, any thinghe layde to the bodie plaiſter wiſe, to mitigate dolour.* } Unde fomenta dicuntur applicationes rerum calidarum & humidarum ad partes corporis læſas, medendi gratiâ. Plin. junior. Cujus graviſſimo vulneri magno aliquo fomento medendum fuit. Colum. *lib.* 6. *cap.* 30. Frigori fomenta adhibentur, capútque & ſpina tepenti adipe, vel vino illinuntur. Gellius *cap.* 4, *lib.* 12. fomenta, levamenta, ſolatia. ¶ Fomenta, pro deliciis. Senec. *cap.* 52. Fomenta Campaniæ enervarunt Annibalem. ¶ Hinc ponitur tranſlatè, pro remedio & mitigatione. Cicer. 2. *Tuſcul.* Hæc ſunt ſolatia, hæc fomenta ſummorum dolorum. Idem 2. *fin.* Fortitudinis fomentis dolor mitigari ſolet. Quint. His veluti fomentis præmolliemus ſi quid erit aſperum.

‖ Fomento, as, per fomentum curo, θάλπω. ‖

Fomentatio, nis. Idem quod fomentum. Ulpian. *in l. ſi eni* 70. §. *luna appellatione* 5. *ff. de leg.* 3. Nec ea quidem, quæ fomentationis gratiâ parata ſunt, vel medicinæ, lanarum appellatione continentur.

F R

Frăcĕo, es, ere, à quo Fraceſco, corrumpor, & quaſi vetuſtate putreſio. { נסרח *niſrách.* באש *baáſch.* σήπομαι, σαπρόομαι, ἰξίνομαι. GALL. *Se meiſir, ſe rancir, ſe fleſtrir.* ITAL. *Corrompersi, marcire.* GERM. Faul vnd mürb werden von kelte. HISP. *Corrumperſe, podrirſe.* ANGL. *To putrefie, to waxe mouldie.* } Colum. *lib.* 12. Oleum quod minus proverit, ſi congelatum, fraceſcet, id eſt, putreſcet. Varro *lib.* 1. *de re ruſt.* *cap.* 55. Hæc de qua fit oleum, congeri ſolet acervatim per dies ſingulos in tabulata, ut ibi mediocriter fraceſcat.

Frăcĭdŭs, a, um, à fracco: Pluſquam maturum & jam putreſcens. { נסרח *niſráh.* *rancio.* GALL. *Fleſtri, moiſi & rance.* ITAL. *Che già ſi comincia à corrumper, la maturità.* GERM. Halb faul/ teig/ matt. HISP. *Rancioſo.* ANGL. *Mouldy, hoary.* } Cato *de re ruſt.* *cap.* 64. Factores volunt ut oliva in tabulato diu ſit, ut fracida ſit, quò facilius efficiant.

Frăcēs olei. { פשולת *peſoleth,* שמרים *ſchemarim.* τὰ ἐκ τῶν ἐλαίων ἐμπυρεύματα. GALL. *Le marc des olives après qu'elles ſont preſſurées, en la lie qui en ſort.* ITAL. *Feſpa d'oliva, fece d'oglio.* GERM. Oel trûb ſen. HISP. *Los borras del azeyte.* ANGL. *Theires of olives.* } Dicuntur carnes, & fæces olivarum, quæ in oleo ſubſidunt. Plin. *lib.* 15. *cap.* 6. Oleum in tabulatu minui, deterióſque fieri: item in amurca & fracibus: ex ſunt carnes, & inde fæces: quare ſæpiùs die decapulandum. Colum. *lib.* 6. *cap.* 13. Quidam feaces vino & adipe commiſcent, cóque medicamento poſt fomenta prædicta utuntur. Vide Gell. *cap.* 7. *lib.* 11.

Frăctŭs, vide *Frango.*

Frānum, i, cum æ diphthongo: in plurali numero, tam maſculini, quàm neutrius generis. Inſtrumentum quo equus cœrcetur, ita dictum à frangendo, quòd equorum ora frangat. Vel potiùs à frendendo, i. mandendo, quia id fruſtrà frendere tentant mandentes. Virg.

——— *ac frena ferox ſpumantia mandit.*

{ מתג *méthegh,* רסן *réſen.* χαλινός. GALL. *Frein, bride, mors.* ITAL. *Freno, morſo.* GERM. Ein zaum/ oder das gebiſs am zaum. HISP. *El freno de cavallo ò mula.* ANGL. *A bridle or bitte of a bridle.* } Tib. *lib.* 4.

*Aut qui equum celeremve rotis compeſcere frano*
*Poſſit.*

Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Triſt.*

*Cervici rigida frena remittit equo.*

Idem *Eleg.* 6. *lib.* 4. *Triſt.*

*Et domitum frano ſæpe repugnat equum.*

Senec.

*Hippolytos arctis continet frenis equos.*

Ovid. 3. *de Arte,*

*Tempore lenta pati frena docentur equi.*

Virg. 3. *Georg.*

——— *& ſtabulò frenos audire ſonantes.*

Ovid. 2. *Metam.*

*Quadrupedes dentur, addantque ſonantia frena.*

¶ Fræna Perſici mirabile, qui & ſtrati equorum primi mortuaverunt. Plin. *lib.* 6. *cap.* 56. ¶ Hinc componuntur Defrēno, are, & effrēno, & hoc effrēnor, idem quod indomitus, quaſi hinc frano. ἀχαλίνωτος. Virg. *lib.* 3. *Georg.*

*Gens effrena virum Riphæa tunditur Eure.*

Ubi Servius, Gens effrena, id eſt, lava, rectorem recuſans. Infrenus, ſive infrenis, ejuſdem ſignificationis. Virg. 4. *Æneid.*

*Hinc Numida infreni cingunt.*

Quo in loco Numidæ vocantur infreni, quòd illorum equi nullis frenis coercentur. ¶ Fræna mordere, ſignificat obſtringi, & offendere nos graviter aliquid fecte, quod tamen ferendum eſt. τὰ ἴσα μὲν χαλᾷ, τὸ χαλινὸν δάκνει. Tranſlatio ſumpta eſt ab equis, qui quum fræna excutere non poſſunt, perpetuò tamen mordent & arrodunt, offendúnque coactos & invitos fræna ore recipere. D. Brutus *ad Cicer.* Si fræna momorderis, precam, ſi te omnes quotquot ſunt, conantem loqui fecte poterunt. Senec. *cap. ult. de tranquill.* Efferatur (mens) & mordeat fræna. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Triſt.*

——— *nec te quiſquam moderatius unquam*
*Imperii potuit fræna tenere ſui.*

¶ Dare fræna, pro vincere, ſive tibi ſubjicere. Livius *lib.* 7. *dec.* 4. Contrà, accipere fræna & jugum (de victis.) Id. *lib.* 4. *dec.* 4. Accipere enim fræna, per tranſlationem, eſt dedere ſe alicui. Virg. 12. *Æneid.*

*Ni fræna accipere & victi parere ſatentur.*

Fræna, apud Cell. *lib.* 7. *cap.* 15. eſt morbi genus, quod Græci ἵππους vocant. Eſt autem quum glans penis ita contracta eſt, ut nudari non poſſit.

Frēno, as: Equo fræna injicio. { חסם *chéſam.* בלם *bâlam.* χαλινόω. GALL. *Freiner.* ITAL. *Frenare.* GERM. Zeumen/ binden/ ſich halten. HISP. *Enfrenar.* ANGL. *To bridle.* } Cæſar 5 *bell. Gall.* Equites fræna tis equis in ſtationibus diſponit. Liv. 1. *bell. Pun.* Inſtructus fræna tisque equis. Ovid. *Eleg.* 8. *lib.* 3. *Triſt.*

*Nunc ego Medea vellem frenare dracones.*

¶ Per tranſlationem accipitur pro Cohibere, continere. Cicer. 5. *Verr.* Quum ejus animum ad perſequendum non negligentia tardaret, ſed conſcientia ſceleris, avaritiæque ſuæ fræna. Virgil. 1. *Æneid.*

*Luctantes ventos, tempeſtatéſque ſonoras*
*Imperio premit, ac vinclis, & carcere frenat.*

Liv. 10. *bell. Pun.* Qui eas voluptates ſua temperantia fræna vit, ac domuit, multò majus decus, majoremque victoriam ſibi peperit, quàm nos Syphace victo habemus. Idem 7. *bell. Maced.* Ubi detectis navibus fræna ſſet clauſtra matis. Virg. *lib.* 3. *Georg.*

——— *& glacie curſus frenaret aquarum.*

¶ Hinc compoſita, Defrēno, & Effrēno, quod eſt fræna detracho, ſive abſque fræno rectóve duco, ἀχαλίνωτος. ¶ Hinc Defrēnatus, & Effrēnatus, participia, ſive nomina ex participio, quæ de iis dicuntur, qui veluti fræno excuſſo reginon poſſunt. Ovid. *lib.* 1. *Metam.*

*Et defrenato volvuntur in æquora curſu.*

Cicer. 4. *Tuſc.* Ut ægritudo quaſi morſum aliquem doloris efficiat, metus receſſum quendam animi atque fugam, lætitia perfuſa hilaritatem, libido effrænatam appetentiam. ¶ Refrēno, cohibeo, & quaſi fræno retineo. Lactan. *lib.* 6. Virtus eſt, iram cohibere, cupiditatem compeſcere, libidinem refrænare. ¶ Suffrēno, arcto conſtringo. Unde verbale ſuffrēnatio. Vide ſuo loco.

‖ Frænatii, chalinopœi, frænorum factores. Cod. Antiq. ‖

Frænator, is, χαλινοχαΐτης, qui refrænat. { ANGL. *A bridler or refrainer.* } Plin. *in Panegyrico*, Infinitis poteſtatis domitor & frænator animus ipſa vetuſtate floreſcit.

Frænigĕrus, Adjectivum, χαλινοφόρος. Stat. 5. *Sylvarum,*

*Quiſnam frænigera ſignum dare dignior ala?* hoc eſt, equitibus.

Frāgĭ, orum: Mora quæ in herbis humi repentibus naſcuntur. { τὰ ἐπὶ χαμαὶ φυόμενα. GALL. *Freſes.* ITAL. *Fragole.* GERM. Erdbeer. HISP. *Miergade, mayneta* } Virg. 3. *Eclog.*

*Qui teſtis flores, & humi naſcentia fraga.*

Ovid. 13. *Metam.*

*Mollia fraga leges.*

Frăgĭlis, Fragmen, Fragor, Fragoſus: vide *Frango.*

Fragiroſa Conyza, apud Dioſc. *lib.* 3. *cap.* 135.

Frăgro, as, ate: à φέρω. Redoleo, oleo, odorem emitto frangendo, quiares fractæ vehementius olent. { נתן ריעה *nathán reáchh.* GALL. *Rendre grande odeur, flairer fort, ſentir bon.* ITAL. *Rendere odore.* GERM. Einen gůten geruch oder geſchmack gäben. HISP. *Oler echando de ſi oler.* ANGL. *To ſavour ſweetely as flowres doe.* } Virg. 2. *Æneid.*

——— *redolémque thymo fragrantia mella.*

Martial. *lib* 2.

*Ne gravis hoſterno fragret Falernia vino.*

Frăgrans, tis. { ריח *réach.* εὐώδης. GALL. *Bonne odeur.* ITAL. *Buon odore.* GERM. Ein gůter geruch oder geſchmack. HISP. *Buen olor.* ANGL. *A ſweet ſavour of ſmell.* } Valer. Maxim.

Frāmĕa, æ: Germanicum verbum eſt, quo illi haſtam ſignificabant. { רמח *remach.* δόρυ. GALL. *Un dard ou javeline.* ITAL. *Haſta, giavarina.* GERM. Ein ſpieß geworffen aſa ein gſtõ oder ſcheichen. HISP. *El vito ò eſpada.* ANGL. *A gleave, javelin, or ſpeare.* } Tacitus *de mor. Germ.* Ne ferrum quidem ſupereſt, ſicut ex genere telorum colligitur. Rari gladiis, aut majoribus lanceis utuntur: haſtas, vel ſpiculum vocabulo framcas, gerunt angulto & brevi ferro, ſed ita acri, & ad uſum habili, ut eodem telo, prout ratio poſcit, vel comminus, vel eminus pugnent: & equet quidem ſcuto framcâque contentus eſt. Juvenal. *Satyr.* 13.

*Et Martis frameam, & Cyrrhæi ſpicula vatis.*

Vide

Vide Gell. *cap.*25. *lib.*10.

¶ Frana, judex, in veteri jure Frisico *art.*40. de uxore alterius rapta.

Franc Armeni, populi Christiani, ritus Latini, in Asia.¶

Francofurtum, ad Mœnum fluvium, urbs Imperialis, nundinis annuis, vernalibus, & autumnalibus, totâ Europâ notissima. Vulgò Francfort am Mayn. ¶ Est & alia in Germania ejusdem nominis ad Viadrum, sive Oderam sita, vulgò Francfurt an der Oder.

Frāncōnēs, Germaniæ populi sunt, quos nonnulli Francos Orientales vocant. { Die Francken: } à Septentrione Chattis, & Cheruscis: à Meridie Noricis finitimi: ad Occasum Rhenum fluvium: ad Ortum Hercyniæ sylvæ partem, quâ Boemiam attingit, habentes. Hi olim bonam Galliarum partem occupavunt, ubi hodie Lutetia Parisiorum sita est, quæ etiam Galliæ pars ab illis Francia dicta putatur. Francorum meminit Cic. *in Epist. ad Att. lib.*14.

¶ Francus, liber: in L. & constitutionibus posterioris ævi. Vox est Germanica, hodie tamen Gallis tritior, *franc*, liber. Italis & Hisp. *franco*. Angl. *franche*.

Francomastix, Francorum obtrectator. Bod.

Francia, vide *Gallia*.

Francquera, vide *Tristia Occidentalis*.¶

Frāngo, is, fregi, fractum, à φράσσω. Antiqui enim dicebant frago, ut tago, pago. Rumpo, infringo, confringo. { שבר *schabár*. ῥήγνυμι, κατάγνυμι, κατάσσω, τρύω. Gall. *Rompre*, *froisser*, *briser*. Ital. *Spezzare*, *rompere*. Germ. Brüchen. Hisp. *Quebrar* ò *quebrantar*. Angl. *To break*. } Plaut. *in Asin. sc.*3. *act.* 2. Quis nostras sic frangit fores? Catull. *de com. Beren.* Ferri frangere fortitiem. Plaut. *Curc. sc.*1. *a.*1. Frangit nucem, qui vult esse nucleum. Quint. Frangas potius, quàm obliges. Plaut. *Capt. sc.*1. *a.*1. Frangit aulas in caput parasiti. Cic. 7. *Verr.* Prætotem tu accusas? frange cervicem. Ubi illud obiter notandum est, Frangere cervicem, eam de eo dici, qui alteri per vim cervicem rumpit, quàm de eo, qui patitur. Sic dicitur etiam, Frangit navim, κατάγνυται. Fregit brachium, ἐπέκλασε τὸ βραχίονα, quasi ipse fregerit, non potiùs passus sit. Terent. *in Andr.* Is fregit navem apud Andrum. Cic. 2. *de Orat.* Græcaléque cum, in campum cur non venisset, requirerent: excusavit Vespa Terentius, quòd eum brachium fregisse diceret: hoc est, quòd ei brachium esset fractum. Plin. *in Epist.* Fregit coxam. Plaut. *Menech. sc.*3. *a.*3. Ait se obligasse crus fractum Æsculapio: Apollini autem brachium. ¶ Transfertur & ad incorporea: ut, Frangere animum, pro Compescere, vel etiam imminuere. { Angl. *To discourage*, *tame*, *and keep under*. } Plaut. *in Cistell.* Ita meam frangit amantem animum. Cic. 1. *Offic.* Qua quidem re audita, fractum animum Annibalis scribit. Frangere audaciam hostis. Livius 5. *bell. Pun.* Frangere consilia perditorum. Cicer. *ad Lentulum*. Nec mihi aliter potuisse videor hominum perditorum de me consilia frangere. Frangere diem, pro terere, dixit Horat. *Ode* 7. *lib.*2. Frangi, debilitari, succumbere. Cic. 2. *de finibus*. Potiùs ergo illa dicantur, Turpe esse vito debilitari, dolere, frangi, succumbere. Frangi dolore. Idem 2. *Tusc.* Frangi metu. Idem 1. *Offic.* Frangi pudore. Idem 2. *Tusc.* Minis frangi. Stat. 9. *Thebaid.* Senec. *cap.*2. *de consol. ad Marc.* Frangendus est dolor. Idem *cap.*7. *de consol. ad Marc.* Frangi luctibus. Idem *cap. ult. de tranquill.* Frangit animos labor assiduus. Ovid. *Eleg.*2. *lib.*1.

——— *si vires fregerit ira suas.*

Ibidem *Eleg.*2. *lib.*1.

*Villâque mutati frangitur ira maris.*

Idem *Eleg. ult. lib.*3. *Trist.*

*Ingenium fregêre meum mala.*

Quint. *cap.*2. *lib.*1. Frangere comam in gradus. Martial. *Epig.*8. *lib.*4.

*Imperat exstinctis frangere nona toris.* (De convivio.)

¶ Frangere & dividere, de draucis: vide *Fragilis*. ¶ Frangere pro Interimere. Solinus, Apud hos populos (Albanos) nati canes omnibus feris anteponuntur, frangunt tauros, leones perimunt. Quo significatu etiam Rumpere dicitur. ¶ Composita sunt, Affringo, confringo, defringo, diffringo, effringo, infringo, offringo, perfringo, refringo, & suffringo: quorum omnium significata vide suis locis.

Frāctūs, participium, seu nomen ex participio: Debilitatus, afflictus. { שבור *schabúr*. κεκλασμένος, ῥαγείς. Gall. *Rompu*, *brisé*, *froissé*. Ital. *Rotto*. Germ. Gebrochen. Hisp. *Quebrado* ò *quebrantado*. Angl. *Broken*, *burst*. } Cicer. *ad Attic. lib.*2. Defotmatus corpore, fractus animo, quò se conferat nescit. Calamitate fractus, & afflictus. Idem *proSylla*. Spes fractior. Idem *de Amic.* Sæpe enim in quibusdam aut animus abjectior est, aut spes amplificandæ fortunæ fractior. Ovid. *Eleg.*2. *lib.*4. *Trist.*

*Cornelium his fractis, fractum morbóque, senéque.*

Idem 13. *Metam.*

¶ Fractillum, ad frangendum piper, Gl. Isid.

Fratilli, villi sordidi in tapetis. Fest.¶

Frāgmĕn, inis, & fragmentum, i, accipi solent pro parte rei fractæ. { פלח *pélach*. κλάσμα. Gall. *Eclat*, *une piece d'une chose rompuë*. Ital. *Parte d'una cosa rotta*. Germ. Ein stuck von einem zubrochnen ding. Hisp. *El pedaço*. Angl. *The partiat is broken of an thing*. } Virg. 11. *Æneid.*

*Mortalis mucro, glacies ceu fusilis ictu*
*Dissiluit, fulvâ resplendent fragmina arena.*

Col. *lib.*9. *cap.*15. Mox deinde fragmina favorum quæ in sacco remanserunt, tenactata exprimuntur. Martial. *lib.*8.

*Colligitque sinu fragmenta novissima fratri*
*Oris, & aggesta cenumulavit humo.*

Velleius, fragmine subtellii ictus.

Frāctūra, æ. { שבר *schéber*. κλάσις, τὸ κλάσμα, τὸ ἄγμα. Gall. *Rompure*, *brisure*, *fraction*. Ital. *Rottura*. Germ. Ein brechung oder bruch. Hisp. *Quebradura*. Angl. *A breaking*, *a bursting*. } Plin. *lib.*29. *cap.*6. Item minutæ & latæ fracturis autium illinuntur cum melle. Idem *lib.*22. *cap.*28. Fractura calculi. Cels. *lib.*7. *cap.*26.

Frāgor, is: Sonitus qui ex arbore, aut alia re inter frangendum editur, strepitus. { קול *kol*, רעם *raßam*, המיה *hemiáh*. κτύπος. Gall. *Vn son éclattant*. Ital. *Strepito*, *il romore che fa alcuna cosa che si frange*. Germ. Ein tnall/ das tnaschen von man etwas bricht. Hisp. *Ruydo de las cosas que se quebran*. Angl. *A noise of wind among trees*. } Accipitur tamen pro quovis magno sonitu. } Angl. *A crack*, *the noise of a thing that is broken*. } Virg. 1. *Georg.*

——— *& horridus altis*
*Montibus audiri fragor.*

Servius: Horridus fragor, fonitus qualis fieri solet ex aridis, quum franguntur, arboribus. Liv. *lib.*1. *ab Urbe*. Jam fragor tectorum quæ diruebantur, ultimis urbis partibus audiebatur. Senec. *cap.*11. *de tranq.* Fragor tuentis alicujus audiri sonuit. ¶ Fragor etiam de acclamatione & plausu usurpatur à Seneca & Quintil.

Frāgōsŭs, a, um, à frango: Aspet atque præruptus. { חזק *ethán*, חומרי *homeh*. διερρωγώς, διερρηγμένος, τραχύλος. Gall. *Qui rend un son éclattant*, *aspre & rude*. Ital. *Aspero*, *duro*. Germ. Rauch/ schroffecht ing. Hisp. *Cosa que hace aquel estruendo y ruydo aspero*. Angl. *Rough*, *that giveth a noise*, *brovken and unevven*. } Unde compositum Confragosus. Colum. *lib.* 1. Incultum igitur locum consideremus, siccut, an humidus: nemorosus arboribus, an lapidibus confragosus. Fragosa oratio, cui contraria est lenis. Quint. *lib.*9. *cap.*4. Quæ connexa, & totis viribus fluit, fragosâ atque interruptâ melior oratio. *Ibid.* Aures fragosis offenduntur, & lenibus mulcentur. Ovid. 4. *Metam.*

——— *sylvis horrentia saxa fragosis.*

Frāgōsè, adverbium. { Βαρυκτύπως, βαρυκτύπως, τραχυδῶς, τραχύτερον. Gall. *Avec bruit éclattant & violent*. Ital. *Con strepito violente*. Germ. Mit knaschen oder krachen. Hisp. *Con estruendo y ruydo*. Angl. *With a sodaine and great noise*. } Plin. *lib.*16. *cap.* 10. Quippe respuuntur, & fragosiùs fidunt, ægriùs revelluntur.

Frāgĕsco, is, ab antiquo verbo frageo, es: Frangor, languesco. { נשבר *nischbar*. κλάσις, κλάζομαι. Angl. *To waxe brickle or frayle*. } Accius *Ægisthe*, ut citat Nonius, Neque fera hominum pectora fragescunt, donec vim persenserint imperii. Idem *Eurysace*. Nunquam erit tam immanis, quum mea opera extinctum sciet, quin fragescat.

Frāgĭlis, e, quod facilè frangi potest, caducus. { Stabilis, firmus. } נשבר *nischbár*, חלש *challásch*. אמלל *amlál*. ῥαγδός, εὔθραυστος. Gall. *Fragile*, *freste*, *cassant*, *aisé à rompre ou casser*. Ital. *Frale*, *che facilmente si può frangere*. Germ. Zerbrechlich / das man leichtlich zerbrechen kan. Hisp. *Cosa que se puede quebrar*. Angl. *Easie to break*. } Plin. *lib.*12. *cap.*8. Saccharum est mel in arundinibus collectum, gummium modo candidum, dentibus fragile. Idem *lib.*12. *cap.*7. Est etiamnum in India piperis grani simile, quod vocatur caryophylloo, grandius, fragilitásque. Per translationem accipitur pro debili, fluxo, seu caduco. Cicer. *de Amic.* Sed quoniam res humanæ fragiles, caducæque sunt, semper aliqui acquirendi sunt quos diligamus, & à quibus diligamur. Ovid. *Eleg.*10. *lib.*3. *Trist.*

*Déque lacu fragiles effodiantur aqua.*

Ibidem *Eleg.*8. *lib.*4.

*Iam subeunt anni fragiles, &c.*

¶ Fragilis, fragorem edens & crepitum, nempe frangendo, urendo, aliove modo. Lucret.

*Et fragiles sonitus chartarum commeditatur.*

Virg. *in Culex.*

*Sparge molam, & fragiles incende bitumine lauros.*

Nam laurus dum crematur crepitat, & ut dixit Theocritus / quem sequitur Maro, χ' ὡς σείλανος μέγα φρυαγμήσει. ¶ Fragilis, i. mollis, pathicus, qui muliebria patitur. In quo significatu frangere & dividere, frangi atque dividi. Horat.

*Inlim, & fragilis Pediacia, furque Veranus.*

Frāgĭlĭtās, atis: Facilitas frangendi, quâ aliquid faciliùs frangitur quàm flectitur. { חלושה *chalusháh*. εὐθραυστότης, ψαθυρότης. Gall. *Fragilité*, *facilité de se casser ou rompre*. Ital. *Fragilità*. Germ. Zerbrächligkeit/ schwäche. Hisp. *Aquella facilidad de quebrarse*. Angl. *Fraytlye*, *brickleneſſe*. } Plin. *lib.*14. *cap.*14. Tenuiora ferramenta oleo restingui mos est, ne aquæ in fragilitatem durentur. ¶ Per translationem pro debilitate, sive imbecillitate accipitur. Plin. *in Epist.* Illud etiam notabile, ultimus ex Neronianis Consularibus obiit, quo Consule Nero periit: quod me recordantem, fragilitatis humanæ miseratio subit. Cicer. 5. *Tusc.* Equidem eos casus, in quibus me fortuna vehementer exercuit, mecum ipse considerans, huic incipio sententiæ diffidere: interdum etiam humani generis imbecillitatem, fragilitatémque extimescere.

Frātĕr, tris. Isidem parentibus genitus: ita dictus quasi ferè alter, ut post Nigidium docet Gell. *lib.*13. *c.*10. { אח *ach*. ἀδελφός. Gall. *Frere*. Ital. *Fratello*. Germ. Ein bruder. Hisp. *Hermano*. Angl. *A brother*. } Nisi malimus à Græco deducere. Illi enim φρατέρας conjunctos appellant, & φρατρίαν contubernium. Catull. *ad Ortal.*

*Non ego te, vitâ frater amabilior, aspiciam posthac.*

Idem *de com. Beren.*

*Sed fratris cari flebile dissidium.*

Plin. *epist.*164. Quumaffectum tuum erga fratris filiam cogito, etiam materna indulgentia molliorem, intelligo prius tibi, quod est posterius, nuntiandum. Plaut. *Pœn.* Quid est fratris mei gnate? quid vis? expedi. Frater germanus. Cicer. 3. *Verr.* Dixit C. Fannius eques Romanus, frater germanus Q. Titinnii judicis tui, tibi se pecuniam dedisse. Fratres gemini, ἄδελφοι, duo eodem partu editi: quos minùs rectè geminos fratres, converso ordine appelles, ut docet Quintil. *lib.*9. *cap* 4. Cicer. *pro Cluent.* C. & L. Fabricii fratres gemini fuerunt ex municipio Aletrinate, homines inter se cùm forma, tum moribus similes, municipum autem suorum dissimillimi. Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 2. Fratres germanos duos geminos. *Ibid. sc. ult. a.*5. Aut sycophanta, aut geminus frater tuus est. *Ibid.* Mi gemine germane frater, salve. ¶ Pro eo qui similis est alteri virtute, forma, fortitudine. Idem *Milit. sc.* 1. *a.*1. Hiccine est Achilles? Imò ejus frater (id est, simillimus.) ¶ Pro libris ejusdem authoris. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.*1. & *Eleg.*1. *lib.*3. *Trist.*

*Aspicies illic positos ex ordine fratres.*

Fratres patrueles, ἀνεψιοὶ, τὸ δ' ἀδελφοὶ ἁπλῶς: sororésque patrueles,

ἀνεψιοί, dicuntur qui quæve duobus ex fratribus progenerantur, ut docet Justinianus *lib.* 3. *Instit. Succ. in Cæsare*. Qui fratri patrueli suo Marcoin consulatu successerat. Ovid. 13. *Metam.*

*Frater erat, fraterna peto* (de patruelibus.)

¶ Frater viro adhibetur, ἀδελφὸς ἀνδρὶ πιστὸς, de fido auxilio dici solitum, propterea quod in rebus periculosis vix unquam frater solet fratri deesse. Plato *lib.* 2. *de Repub.*

Fratellus, à frater, per diminutionem. Terent. Scaur. *de Orthogr.*

Frātercŭlus, i, diminutivum: Parvus frater. ¶ ἀδελφίδιον. Gall. *Frerot, petit frere.* Ital. *Fratellino, fraticello.* Germ. Brüderlein. Hisp. *Pequeño hermano.* Angl. *A litle or yonge brother.* } Juven. *Sat.* 4.

*Unde fit ut malim fraterculus esse gigantum.*

Fraterculus gigantum dicitur homo obscurus, cujus majores sunt incogniti, tanquam à terra subitò sit enatus, quemadmodum de gigantibus Poëtæ fabulantur. Cicer. 5. *Verr.* Volo mihi fraterculo tuo credas.

Frātrĭă, æ, uxor fratris, ut Festus docet. } יבמה *jebamáh.* ἀνάνυμος. Gal. *Femme du frere.* Ital. *Moglie del fratello.* Germ. Des bruders frawe. Hisp. *La cuñada, muger de hermano.* Angl. *The brothers wyfe.* } Contrà Nonius fratrias dici vult fratrum inter se uxores. ¶ Fratria, φρατρία, multitudo. Scholiastes Callimachi in Lavacra Palladis, συμφῶν φρατρίη ἠδ' ἄγυιαι. Vetus Gloss. φρατρία, contubernium. ¶ Item Fratria, factio, conjuratio, & φρατριάζοντες, μιλτάρχαι, qui multitudinem ad tumultum & seditionem concitant.

‖ Frattilla. Isid. *lib.* 10. *cap.* 8. Fratris uxor frattilla vocatur. ‖

Frātro, as, are, ἀναμίζω: de puerorum mammis dicitur, quòd velut fratres pares oriantur: quod etiam in frumento spica facere videtur. Pro eodem veteres dixerunt Fraterculare. Festus, Sororiare mammæ dicuntur puellarum, quum primùm tumescunt, ut fraterculare puerorum. Plaut. Tunc mammulæ primùm sororiabant: illud volui dicere, fraterculabant.

Frātĕrnŭs, a, um: possessivum. } ἀδελφικὸς. Gall. *Fraternel, de frere, ou freres.* Ital. *Fraterno, fraternale.* Germ. Brüderlich. Hisp. *Cosa perteneciente à hermano.* Angl. *Of brethen.* } Ut, Fraternus amor. φιλαδελφία. Fraterna invitatio. Cicer. Fraterna mors. Virg. Sic fraternæ acies, apud Statium. Fraternum participium, apud Cic. *pro Cluentio.* Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Trist.*

*Quósque ego dilexi fraterno more sodales.*

Idem 13. *Metam.*

*Frater erat, fraterna peto.*

Ibidem,

——— *Pater est fraterni sanguinis index.*

Frātĕrnè, adverbium, pro amore fraterno. } φιλαδέλφως. Gall. *Fraternellement.* Ital. *Fraternalmente.* Germ. Brüderlich. Hisp. *Con amor de hermanos, con hermandad.* Angl. *Brotherly.* } Cicer. *ad Quint. Frat. lib.* 2. Quare facis tu quidem fraternè, quòd me hortaris: sed mehercule currentem nunc quidem, ut omnia mea studia in istum unum conferam. *Ibid. lib.* 1. Huic tu epistolæ non fraternè scriptæ, fraternè debes ignoscere.

Frātĕrnĭtās, ātis: Fraterni amoris conjunctio, necessitudo inter duos fratres } ἀδελφότης, φιλαδελφία. Gall. *Fraternité.* Ital. *Fraternità.* Germ. Brüderschafft. Hisp. *Aquella hermandad de hermanos.* Angl. *Brotherhood.* } Quintil. *decl.* 16. A primis statim ætatibus in eandem coire vitam habet aliquem fraternitatis affectum.

Frātrĭcīdă, æ, qui fratrem occidit. } ἀδελφοκτόνος. Gall. *Homicide de son frere, qui a tué son frere.* Ital. *Occiditor di fratello* Germ. Ein brüdermörder. Hisp. *Matador de su mismo hermano.* Angl. *That murthereth a brother.* } Cic. *pro domo.* Extra ordinem ferri nihil placet Clodio: quid de me quod tulisse te dicis, patricida, fratricida, sororicida, non extra ordinem tulisti?

‖ Frattrimonium, fraterna bona: sicut patrimonium, bonum paternum. L. I. (.) ‖

Frātŭlli, villi sordidi in tapetis, quòd per terram feruntur. Author Festus. *egregius.*

Fraus, audis, à fraxo, obeo vigilias, κατ' ἀντίφρασιν. Dolus, malitia, fallacia, machina. } מרמה *mirmáh.* נבלה *nechél.* φενδάκισμα, ἀπάτη. Gall. *Fraude, tromperie, deception.* Ital. *Fraude, inganno.* Germ. Betrug, betrug. Hisp. *El engaño, ò mengua, ò falta.* Angl. *Guile, deceit.* } Cic. 1. *Offic.* Vi, aut fraude fit injuria: fraus quasi vulpeculæ, vis leonis videtur: utrumque ab homine alienissimum: sed fraus odio digna majore. Plaut. *in Milit. sc.* 2. *a.* 2. Atque adeò, ut ne legi fraudem faciam talariæ, accuratote, ut sine talis domi agitent convivium. Velleius, Fraude deceptum vinxit eum. ¶ Usurpatur etiam veteres non ratò fraudem pro crimine. Unde, Capitalem fraudem admittere, teste Ulp. *de ædil. edict.* est tale aliquid delinquere, propter quod capite puniendus sit qui deliquit. Liv. 3 *bell. Pun.* Qui capitalem fraudem ausi, quique pecuniæ judicatæ in vinculis essent. Ovid. *Eleg.* 9. *lib.* 3. *Trist.*

*Et pater est aliqua fraude moratus, ait* (i. scelere atroci afflictos.)

Idem *lib.* 13. *Metam.*

——— *furtisque & fraude simillimus illi* (Sisypho.)

¶ Fraus populi. Convitium in lenonem. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *act.* 1.

¶ Accipitur etiam quandoque pro periculo & damno. Virg. *lib.* 5.

*Quo dem in fraudem quæ dura potentia nostra*
*Egit?*

Tereot. *in Heaut.* In eandem fraudem ex hac re atque illa incides. Cicer. *ad Attic.* Quod multò rectius fuit, id mihi fraudem attulit: & *ad eundem*, Pacis ego spe in hanc fraudem incidi. Inde fraudi esse, veteres dixerunt, pro Damnum & incommodum afferre. Cicer. 5. *Philipp.* Censeóque ut iis, qui in exercitu Antonii sunt, ne sit ea res fraudi, si ante Kalend. Febr. ab eo discesserint. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

*Nec fuit hoc illi fraudi. Suprà, Nec obfuit illi.*

Idem 6. *Fast.*

*Piscis adhuc illis populis sine fraude natabat.*

Plaut. *Milit. sc.* 3. *a.* 2. Tuis cruribus & capiti fraudem creas capitalem. Et Sueton. *in Aug. cap.* 14. Nec libertas, aut contumacia fraudi cuiquam fuit (id est, obfuit, vel pœnæ, sive exitio fuit.) Veteres enim, ut scribit Ulp. fraudem pro pœna ponere solebant. Liv. *lib.* 1. *ab Urbe*, Fecialis regem interrogavit, Rex facisne me tu regium nuntium Populique Romani Quiritium: vasa, comitesque meos? Rex respondit, Quod sine fraude mea, populique Quiritium fiat, Facito: hoc est, quæ res tibi meo damno, periculo, aut injussu mihi fiat.

Fraudŭlēntŭs, a, um: Dolosus, fallax. } עכשי *nechél.* ἀπατεών, ἀπατηλός. Gall. *Grand trompeur, cauteleux, plein de tromperie.* Ital. *Fraudolente, pieno d'inganni.* Germ. Betschisser, trughafft, tückisch. Hisp. *Engañoso, lleno de engaños.* Angl. *Deceitfull, crafty, subtyle.* } Cic. 2. *Offic.* Nam quos improbos, maledicos, fraudulentos putant. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Fraudulente, impune, leno. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Ex bonis pessimi & fraudulentissimi fuat, &c. Columel. *lib.* 9. *cap.* 5. Neque ea curatorem fraudulentum tantùm, sed etiam immundæ segnitiæ perosa est: æquè enim dedignatur si minùs putè habita est, ac si tractetur fraudulenter.

Fraudulentia, æ. Plaut. *Milit. sc.* 1. *a.* 1. Confidentiam, confirmitatem, fraudulentiam.

Fraudŭlēntĕr: Dolosè, malitiosè. } בערמה *bemirmah.* δολίως. Gall. *Cautelensement, par tromperie.* Ital. *Con fraude.* Germ. Trughlich, mit beschiß. Hisp. *Engañosamente.* Angl. *Deceitfullie, by tromperie.* } Col. *lib.* 1. *cap.* 8. Sæpe enim quærendi potestatem faciat delictis, qui aut crudeliter eos, aut fraudulenter infestent. Plin. *lib.* 30. *cap.* 10. Quoniam nullum animal fraudulentius invidere homini traditur.

Fraudo, as: Decipio, fallo, destituo, lod fico. } עשק *hasekáh.* קבע *kebáh.* ἀπατεῶνα, ἀπατηλὸν, μεμφόμενον. Gall. *Frauder, priver de quelque chose, tricher, frustrer, tromper.* Ital. *Frandare, ingannare.* Germ. Betriegen / mit listen hindergehn. Hisp. *Engañar.* Angl. *To deceive, to beguyle, to disapoynte.* } Habet utplurimùm post se accusativum personæ cum ablativo rei. Virg. 4. *Æneid.*

*Quem regno Italiæ fraude, & fatalibus armis.*

Liv. *ab Urbe*, In magna inopia pro domesticis copiis unusquisque ei aliquid fraudans se ipse victu suo contulit. Velleius, Fraudare cum vero testimonio noluit. Aliquando autem solo accusativo contentum est, omissa re qua quis fraudatus dicitur. Cicer. *pro Rosc. Com.* Æquè enim perfidiosum & nefarium est fidem frangere quæ contineat vitam: & pupillum fraudare qui in tutelam pervenit: & socium fallere, qui se negotio conjunxit. ¶ Interdum etiam invenitur cum accusativo rei. Cæsar 3. *bell. civil.* Fraudare stipendium militum, & prædam omnem domum avertere. ¶ Fraudare genium, est non satisfacere appetitui & voluptati. Nam Genius apud veteres habebatur naturæ & voluptatis deus: unde Geniales homines dicti sunt, qui dapsiles essent, & ad excipiendos convivas liberales. Plaut. *in Aulul.* Perditissimus ego sum omnium in terra. Nam quid mihi opus vita est, qui tantum auri perdidi, quod custodivi sedulò, egomet me fraudavi, animúmque meum, genióque meum. Hujus contrarium est, Curare genium, id est, lautè vivere.

Frāudātŏr, ōris: Inficiator. } עשק *hoschék.* מעשקרת *maáschakáh.* ἀπατεών, ἀπατηλός. Gall. *Trompeur, fourbe.* Ital. *Ingannatore.* Germ. Ein betriegar / betrüger. Hisp. *Engañador.* Angl. *A deceiver, a disapoynter.* } Cicer. *pro Flacco*, Nolite existimare, judices, non unam & eandem omnibus in locis esse fraudatorum & inficiatorum impudentiam. Fraudator, & interceptor prædæ. Liv. 4. *ab Urbe*, Item Quintil. *cap.* 8 *lib.* 1.

Fraudātōrĭus, fraudulentus. } ἀπατηλὸς, δόλιος. Angl. *Deceitfull, full of guyle.* } Valens D. *lib.* 36. *tit.* 1. *l.* 67. §. 1. Vix fraudatorio interdicto locus erit.

Fraudātĭo, ōnis: Fraudandi actio. } עשק *hoschék.* מעשקרת *maáschakáh.* ἀπάτη, ἀπατεώνησις. Gall. *Tromperie, fraude, fourberie.* Ital. *Inganno, esser ingannare.* Germ. Betrug. Hisp. *Engaño, obra de engañar.* Angl. *A deceiving, a beguyling, a disapoynting.* } Cicer. 3. *Offic.* Inter bonos bene agier oportet, & sine fraudatione. Idem *in Catil.* Ex hac enim parte pudor pugnat, illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc stuprum: hinc fides, illinc fraudatio. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Qui ad heri fraudationem callidum ingenium gerunt.

Fraudŭs, antiquum est participium, activæ significationis, quo significator is qui fraudem commisit, ut Festus & Nonius notarunt. Plaut. *in Asinar.* Metuo in commune, ne quam fraudem fraudem fecit.

‖ Fraxinella, herba: polygonarum. ‖

Fraxĭnŭs, i, à frango, fragor. } ברוש *berósch.* μελία. Gall. *Frene.* Ital. *Frassino.* Germ. Ein eschen / oder eschenbaum. Hisp. *Fresno, arbol conocido.* Angl. *An asshe tree.* } Genus arboris est nobilissimæ, cujus umbra, teste Plin. *lib.* 16. *cap.* 13. usque adeò invisa est serpentibus, ut ejus in iguem confugiant, quàm ad fraxini umbram. *Fraxinus in sylvis pulcherrima.* Virg. 7. *Eclog.*

Frāxĭnĕŭs, a, um: quod est ex fraxino. } μελίνεος, μελίινος. Gall. *De frene.* Ital. *Di frassino.* Germ. Eschin / von eschinem holtz gemacht. Hisp. *Cosa de fresno.* Angl. *A shen or of asshe.* } ut, Frondes fraxineæ. Col. *lib.* 11. *cap.* 1. Iisdem temporibus si fit, fraxineam sic minus, omnem: si nec hæc sit, iligneam frondem rectè præbebimus.

Frāxĭnŭs, a, um: per tres syllabas, aliud adjectivum: ut Virga fraxina. Ovid. *epist.* 11.

*Vt quatitur tepido fraxina virga noto.*

Frāxo, as: Vitias circumeo, quòd eo labore homo frangatur, authore Festo.

‖ Frea, æ, vel mundiua de parente suo relicta. Vox est Germanica, femina libera, quæ parente orba, sub tutoris potestate est, qui mundvvaldus. Fredum, vox frequens in veteribus legibus Longobardorum, & Gloss. ver. II. Longob. Freda bannum. Fredum regalis compositio pacis. ‖

Frĕgellæ, arum, Στεφανος Stephan. Vulgò *Ponte corvo*, olim civitas fuit clarissima inter Formias & Sinuessam sita, non procul à Liri amne, quem nunc Garilianum vocamus. Cujus etiam hodie non obscura extant vestigia, ex quibus facilè potest æstimari, quanta olim fuerit ejus urbis amplitudo. Hæc quum à Romanis deficisset, diruta fuit, & ad vicum jam usque à Strabonis tempore redacta. Sil. *lib.* 8.

——— *obsessa campo squalente Fregellæ.*

Idem *alio loco*,

*Et qua fumantem texêre gigantа Tregella.*

Inde Tregellani populi dicti, quorum meminit Plin. *lib.3. cap.5.*

Trĕgĕllānŭs, adjectivum: ut Tregellana vitis. Col. *lib.3. cap.2.*

Tregellanus, nomen proditoris, cujus memin. Cic.5. *de finib.* Quis Tregellanum proditorem, quanquam Reipub. nostræ profuit, non odit.

‖ Tremium, herba de genere ἀνεμώνης. ‖

Frĕmo,is,ui, itum: Sonitum edo, qualis fit à fluctibus maris, murmuro, indignationem voce ostendo. {רגש *ragásch*, המה *hamáh*, רעש *rabásch*. βρέμω, φυσῶ, βρυχάομαι. Gall. *Fremir, murmurer, faire bruit.* Ital. *Fremere, fare strepito.* Germ. Tönen wie gedöß machen. Item, Mit grimmen murren. Hisp. *Bramar, hazer ruydo hasta prorumpir en bozes.* Angl. *To murmure, to mak a noise or tere lik a lyon.* } Virg.1. *Æneid.* de ventis.

*Circum claustra fremunt.*

Cic. *ad Attic.* Fremit sibi ereptum consulatum. Suet. *in Galba.* Præcipuè Germanicæ gentes fremebant, se fraudari stipendio. Idem Sueton. *in Tiber. cap.* 73. pro contempto se habitum fremens, &c. Quint. Cùm omnia clamoribus fremerent. Tibul. *lib.4.*

*Nam sæva diversi fremas inconstantia vulgi.*

Lactant. *lib.7.* Fremunt ubique bella: omnes gentes in armis erunt. Hujus compositi sunt, Adfremo & Infremo: quorum significata vide suis locis.

Frĕmĭtŭs, us: Sonus fluctuum, & in populo indignante murmur & strepitus. {רעש *rabásch*, המיה *hamith*. φλοιβός, βρόμος. Gall. *Grand bruit, fremissement, murmure.* Ital. *Strepito, rumore.* Germ. Ein getöß. Item/ das murren oder brummen. Hisp. *Bramido, y ruydo.* Angl. *A murmuring, a noise as of waters or of a lyon.* } Virg.1. *Georg.*

*Fluctibus & fremitu assurgens Benace marino.*

Cicer. *ad Attic.* Qui fremitus hominum! quàm irati animi? Idem 5. *de finib.* Quo in loco ad fluctum aiunt declamare solitum Demosthenem, ut fremitum assuesceret voce vincere. Gell. *cap.14. lib.5.* Terrifico fremitu leo. Liv. *lib.10. dec.4.* Fremitus ortus cum assensu. Plaut. *Amph. sc.1. a.1.* Post cœlum fremitu virûm.

Frĕmĕbŭndŭs,i: Valdè fremens, indignatione plenus, furens. {המיה *heméh*, רגש *regbésch*. φλοιβῶν. Gall. *Qui fremit, qui fait grand bruit.* Ital. *Strepitoso.* Germ. Sornig/ brummend. Hisp. *Cosa que mucho brama.* Angl. *That roreth much.* } Cicer.2. *de nat. deor.* ex Accio Poëta, Tanta moles labitur Fremebunda ex alto ingenti sonitu & strepitu. Ovid.12. *Metam.*

*Tum verò præceps curru fremebundus ab alto.*

‖ Fremmus μύσις. lege *fremitus.* ‖

Frendo, & Frendĕo, es, ui, in supino fressum, à βρύχω, vel βύκω, vel frango dente, authore Festo, significat frango. {שבר *schabár*. θλάω. Gall. *Rompre, briser.* Ital. *Frangere.* Germ. Brechen. Hisp. *Fresar.* Angl. *To break or bruise.* } Unde faba fresa dicitur quæ mola levitèr fracta est, ἀλφιτοβρῶς θλασθείς. Col. *lib.2. cap.* 11. Cicera bubus erui loco fresa datur in Hispania Bætica. Varro 2. *de re rust. cap.* 4. Amisso nomine lactentis, dicuntur nefrendes, ab eo quod nondum fabam frendere possint, id est, frangere. ¶ Frendeo item est præ iracundia simul concussis, & strictis dentibus vocem emittere, fremere, sævire. {חרק *charák*. βρύχειν. Gall. *Grincer les dents, rugir.* Ital. *Battere i denti, fremere con denti.* Germ. Mit den zänen knirren vor zorn. Hisp. *Regañar.* Angl. *To gnasshe or grind the theeth.* } Plaut. *in Captivis*, Nimisque hercle ego illum malè formidabam: ita frendebat dentibus. ¶ Hinc Infrendeo, id est, valdè frendeo. Virg. *lib.3. Æneid.*

*Dentibus infrendens gemitu, graditurque per æquor*
*Jam medium.*

Legitur & Frendo, is, tertiæ conjugationis. Plaut. *in True.* Traxit ex intimo ventre suspirium: hoc vide, dentibus frendit, icit femur.

Frĕndens, particip. {חרק *charák*. βρύχων, βρυχώμενος. Gall. *Grinçant les dents, rugissant, fremissant.* Ital. *Cosa che rugge.* Germ. Brummend/ und vor zorn die zän auß ein ander bissend. Hisp. *Cosa che regañe.* Angl. *Grinding or gnasshing.*} ut, Frendens leo, Frendens aper, hoc est, ex ira dentes concutiens. Ovid.3. *de Arte.*

Frĕntāni, populi sunt Italiæ, non procul à Daunis & Picentinis, diversi ab iis, quos alibi Ferentinos, & ab iis, quos Ferentinates dicimus appellari. Horum regionem Plin. *lib.3. cap.11.* Frentanam vocat, à Frentone vicino fluvio deducto nomine.

‖ Frenum, vide *Franum.* ‖

Frĕquens, tis, omnis generis, Varroni à ferendo: Scaligero filio à fraxo, id est, obeo vigilias, à frago: frequens enim dicebatur, qui sæpiùs fraxabat vigilias. Creber, multus, plenus, celeber. {מרד *torédh*, תמיד *tamidh*. רב *rab*. σύχνος, πυκνός. Gall. *Frequent, assidu, continuel, fort hanté.* Ital. *Frequente, spesso.* Germ. Embsig. Dick/ in grosser zal. Hisp. *Lo que mucho vezes se haze, muy frequentado.* Angl. *Often, resorted much, hanted.* } Valla *lib.4. cap.96.* Frequentem locum dicimus, quem frequentare multi solent: ut, Urbs frequens, Oppidum frequens, Platea frequens, ubi multi homines aut habitant, aut diversantur. Quando autem de persona, aut de re animata loquimur, duobus modis dicitur: vel de sola, sic: Sit miles frequens spectator præliorum: id est, creber & assiduus. Gell. *cap.15. lib.6.* Homo frequens in opere bonarum disciplinarum. Varro *lib.6. de L.L.* Vel de turba, sic: Frequens populus, Frequens Senatus: id est, copiosus, & multus. Et id quidem cum nomine collectivo in singulari, cum cæteris verò in plurali: ut, Frequentes cives, frequentes Senatores: hoc est, multi, & numerosi. Verumtamen quum dico, Sis frequens, imo actionem: quum dico, Frequens locus, positionem: ille frequentat, iste frequentatur. Hæc ille. Cic. *ad Lent.* Causam enim frequenti Senatu obtinebamus. Plin. *in epist.* Proximè frequenti auditorio inter se coràm multi ordinis nostri clarè jocabantur: intravi, conticuerunt. Cic. *de sen.* At caret epulis, exstructisque & frequentibus poculis, id est, non versatus inter pocula. Plaut. *Mil. sc.6. a.2.* Frequens senatus poterit nunc haberier. Convivia frequens, id est, multi convivæ. Ovid.2. *Amor. Eleg.5.*

*Lumque frequens iterat mensa convivia relictâ.*

Quibuscum si frequentes [illegible] opinionem afferunt populo, eorum se fore similes, quos sibi delegerunt ad imitandum, apud Cicer. 2. *Offic.* id est, si sæpe versantur. Frequentes fuimus ad ducentos. Cic. *ad Quint. Fratr. lib.2.* Frequentissimi venerunt mercatores, id est, plurimi. Idem 7. *Verr.*

Frĕquentĭa, æ, qualiscunque hominum multitudo, crebritas, multitudo, copia. {רב *rób*, מהמון *mehámon*. Gall. *Frequence, hantise continuelle, grande assemblée, concours de peuple.* Ital. *Frequentia, concorso, moltitudine.* Germ. Ein menge oder vile. Hisp. *Muchedumbre, quando se ayunta y concurre mucha gente.* Angl. *A great assemblie or very many, a companie assolke.* } Cic. *de Amic.* Atque hoc maximè judicaretur, si quid tale posset contingere, ut aliquis nos Deus ex hac hominum frequentia tolleret, & in solitudinem uspiam collocaret. Idem *initio Philipp.4.* Frequentia vestrûm incredibilis, concioque tanta, quantam meminisse me videor. Salust. *in Catil.* Reliquos cum custodibus in ædem Concordiæ venire jubet: eò Senatum advocat: magna frequentia ejus ordinis erat. Frequentia autem differt à turba, quòd angustus locus facit turbam, frequentiam multitudo.

Frĕquĕntĕr, adverb. sæpè, crebrò. {תמיד *tamédh*. συχνῶς, πυκνάκις. Gall. *Souvent.* Ital. *Frequentadamente.* Germ. Embsiglich/ offt und dick. Hisp. *Frequentadamente.* Angl. *Oftentymes.*} ad Heren. *lib.4.* Ut frequenter & assiduè consequamur artis rationem studio, & exercitatione. Cic. *in Orat.* Translatione forsasse crebriùs, quàm frequentissimè sermo omnis utitur non modò urbanorum, sed etiam rusticorum. Gell. *lib.11. cap.12.* Frequenter ventitare. ¶ Frequentiùs, Liv. *lib.9. dec....* Frequentiùs arx, quàm urbs habitabatur.

Frĕquĕnto, as: Frequenter adeo. {מחלך *hitalléch*. φοιτάω, ἐπιχωμάζω. Gall. *Frequenter, hanter.* Ital. *Frequentare, continuare.* Germ. Embsig an ein ort kommen/ vil mahl oder fleissig an einem ort sein. Hisp. *Continuar alguna cosa, y hazerla muchas vezes.* Angl. *To haunt, to resorte and goo fro unto.*} Salust. *in Catil.* Juventutem quæ domum Catilinæ frequentabat. Sueton. *in August.* Officia cum multis mutuò exercuit, nec prius dies cujusque solennes frequentare desiit, quàm grandior jam natu, & in turba quodam sponsaliorum die vexatus. Frequentari domus dicitur, quæ à multis aditur, vel cum multis. Cic.1. *Offic.* & Liv.2. *ab Urbe.* Suet. *in Tib. cap.*32. Frequentare exequias usque ad rogum. Idem *in Aug. cap.*31. Frequentare spectaculum nocturnum prohibuit. Idem *in Cæs. cap.* 84. frequentare bustum. Idem *in August. cap.*72. Frequentatus discessus. ¶ Frequentari, pro visitari, dixit Sueton. *in Tib. cap.*32. Vitánsque prætervectantium officia, quibus frequentabatur assiduè. Item Quintil. frequentabant ejus domum Juvenes: & Senec. *cap.3. de consol. ad Marc.* Frequentare memoriam alicujus (i, crebra mentione facta de aliquo, celebrem eam reddere.) Livius 6. *dec.4.* Ad frequentandum triumphum milites adiscere. ¶ Frequentare, {שנן *schinnén*,} pro geminare, vel frequenter repetere, apud Gell. *lib.13. cap.23.* Quæ à Poëtis, vel Oratoribus celebrandæ & ornandæ rei gratiâ in duobus eadem pluribúsve nominibus frequentantur. ¶ Nonnunquam etiam frequentare idem est, quod frequens reddere, congregare, convocare. {אסף. קבץ *kabáts*.} Cicer. *in Catil.4.* Convenisse video Tribunos ærarios, fortissimos viros, Scribas item universos, quos quum casu hic dies ad ærarium frequentasset, video ab expectatione sortis ad communem salutem esse conversos. Quum (inquit) hic dies frequentasset Tribunos, i. frequentes reddidisset & coacervasset. Idem *in Orat. pro domo sua*, Quem ex populum nisi tabernis clausis frequentare non poterat. Idem 2. *Offic.* Urbes sine cœtu hominum non potuisset nec ædificari, nec frequentari, hoc est, frequentes & populosæ reddi. Sueton. *in Aug. cap.46.* Italiam de triginta colonіarum numero deductarum à se, frequentavit. Gell. *cap.*10. *lib.16.* Sobolis tamen gignendæ copia civitatem frequentarent (id est, frequentem redderent, & copiosam: hoc est, populosam, hominibus abundantem, affluentémque. Galli dicunt *peupler.*)

Frĕquentātus, participium. {Gall. *Frequenté.* Angl. *Much hanted and resorted.*} Cic. *de clar. Orat.* Alterum genus est non tam sententiis frequentatum.

Frĕquentātĭo, nis: Crebritas, multitudo, coacervatio. {רב *rób*. אסיפה *isíphah*. πύκνωσις, συναγωγή. Gall. *Frequentation, hantise, action fesuent reiterée.* Ital. *Frequentatione, continuatione.* Germ. Ein embsige übung/ ein flisiger brauch. Hisp. *Obra de hazer muchas vezes, continuacion.* Angl. *Hanting or assembling.*} Cic. *in Partit.* Frequentatio argumentorum, & coacervatio universa. Author *ad Heren. lib.4.* Densa & continens frequentatio verborum. Et *paulò pòst*, Frequentatio est, quum res in tota causa dispersæ coguntur in unum locum, quò gravior, aut acrior, aut criminosior oratio sit.

Frequentativus, a, um. Gell. *cap.6. lib.9.* Verba sunt, quæ appellant Grammatici frequentativa, ut Actito, as.

Frĕquentāmĕntum, i. {מזמרת *zemirâh*. πύκνωμα.} Genus est modulationis musicæ. Gell. *lib.1. cap.11.* Si numeros, & modos, & frequentamenta quædam varia tibicen incinetet. Idem *lib.5. cap.1.* Si quibusdam quasi frequentamentis orationis moventur, exagitantur, & gestiunt.

Frĕquentārĭus, a, um, veteres dixerunt pro frequente, Festo authore.

‖ Frequentum, *fricenti.* V. E. regni Neapolitani, sub A. Beneventano: cujus loci Episcopatus cum Abellinate est conjunctus. ‖

Frĕsa faba, vide *frendeo.*

Frĕtum, i, quasi fervetum, à fervendo dictum, ut Varro inquit, à similitudine ferventis aquæ, quòd in fretum sæpe concurrat æstus, atque fervescat. {ים *jam.* πέλαγος. Gall. *Un detroit de mer, un petit bras de mer.* Ital. *Mare.* Germ. Das meer/ eigentlich heißt es ein enge deß meers. Hisp. *Estrecho del mar entre dos tierras.* Angl. *The sea, the narrow sea, an arme of the sea.*} Propriè enim significat loca maris angustiora, quæ quòd aquis minùs liberum habeat fluxum, vehementius solent concitari. Unde angustias illas, quibus Atlanticum mare irrumpit terras, latini Fretum appellant. Ad eundem etiam modum

modum, angustum illud mare quod Siciliam ab Italia dirimit, Fretum appellatur. Cic. 7. *Verr.* Hi autem freto ante sua tecta, & domos navigarent. *Ibidem*, Te jubere in ea parte figere, quæ ad fretum spectaret. Loquitur de C. Verre, qui in Sicilia jussit cruces figi in ea insulæ parte, quæ fretum spectabat, ut qui te cives Romanos esse dicerent, ex cruce Italiam possent aspicere. Plaut. *Amphitr. sc.* 4. *a.* 4. Per freta Ionium, Ægeum, Creticum. Tibull. *lib.* 4.

*Adversis hyberna licet tumeant freta ventis.*

Gell. *cap.* 3. *lib.* 10. Quod, & quale invidiæ atque acerbitatis fretum effervesceret? (in oratione Ciceronis, sup.) Ovid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

*Si tibi tale fretum quondam Leandre fuisset,*
*Non foret angusta mors tua crimen aqua.*

¶ Apud Veteres legitur & *fretus*, genere masculino, quartæ declinat. Ennius, Crassa pulvis oritur, omnem pervolat cœli fretum. Lucret. *lib.* 6.

*Nam fretus ipse anni permiscet frigus & æstum.*

Cic. *in Verrem. act.* 7. Ut ille in dolore cruciatúque moriens, perangusto fretu divisa servitutis ac libertatis jura cognosceret. Sic enim Gellius legit *cap.* 19. *lib.* 13. ¶ Fretum etiam latius patet, dicúntque de mari intetno, id est, magno, vel secundo, vel mediterraneo, cæteríque fretis & sinibus, etiam de Oceano. Salust. *Jugurth.* 65. Ea fines habet ab Occidente, fretum maris nostri, & Oceani. Isidor. *lib.* 13. *cap.* 18. Æstus ad Oceanum pertinet, fretum ad utrumque mare. ¶ Hinc transfreto, de quo suo loco.

Frĕtŭs, a, um: vide *Frutor.*

Frĭăbĭlis, vide *Fric*, 22.

‖ Friburgum Brisgoiæ, provinciæ Metropolis, *Freiburg*, urbs & Academia Catholica, gentis Austriæ, apud Helvetios.

Friburgum in Misnia, oppidum argenti metallis fœcundum. ‖

Fribusculum, dissentiuncula conjugum non diuturna. Ulp. *l.* 32. *D. de donat. int. vir. & uxor.* Quod si divortium non intercesserit, sed fribusculum, profectò valebit donatio, si fribusculum quierit.

Frĭco, as: Notæ significationis est. { גרד *garadh.* ψήχω, ψώχω. Gall. *Frotter.* Ital. *Fregare.* Germ. Stetten/ reiben/ reiben/ jucken/ tragen. Hisp. *Fregar ò tratar una cosa con otra.* Angl. *To rubbe or frette together.* } Virg. *lib.* 3. *Georg.*

——— *fricat arbore costas.*

Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Quid vis? egestas imperat, fricentur. Idem *ibidem paulò infrà*, Nunquam hercle faxerem, genua ut tam nequiter fricares. Plin. *in Epist.* Quinetiam (fœdum, miserandúmque dictu) dentes lavandos fricandósque præbebat. Præteritum facit fricui, & supinum frictum. Hinc manserunt verbalia Frictio, & Fictus. Olim fricavi, & fricatum. Unde adhuc in usu sunt Fricatio, & Fricatus. Sic etiam duo manserunt participia præteriti temporis, Frictus & Fricatus. Juvenal.

——— *si prurit frictum ocelli Anguium.*

Macer,

*Vesica felli revocatur vulva fricata.*

Sed hoc in simplici tatum, frequens in compositis. Cic. *lib.* 12. *epist. ad Attic.* Quæ res sorsitan sit refricatura vulnus meum. Plin. *lib.* 8. Pantheras per carnes affricatas aconito venantur Barbari. ¶ Hujus composita sunt Affrico, ad aliquid frico, προσψήχω, προσψάω. Col. *lib.* 8. Pecudes aut morsu scalpunt, aut cornu, aut ungula radunt, aut arbori affricant, parietibúsque detergunt. Plin. Marathro herbæ sese affricat. ¶ Confrico, simul frico, συμψήχω. Plaut. *in Asin.* Atqui pol hodie non feres, ni genua confricentur. Colum. *lib.* 2. Boves quum ab opere dimiserit inhibitos, confricet, manibúsque comprimat dorsum, & pellem revellat. ¶ Defrico, fricando purgo, ἀπψήχω. Author ad Heren. Nam ut fortè hic in balneas venit, cœpit postquam desusus est, deficati. Columell. *lib.* 2. Solida in Sole siccetur, & radice silphii trita cum aceto aspergatur, defricetúrque. Infrico, intus frico. Idem *lib.* 6. Maximè proderit fuligo ex alieno ulcere infricata. ¶ Perfrico, περιψήχω. Idem *ibidem*, Deinde nares perfricato, ut homines discant odorari. Plin. *in Proleg.* Perfricui faciem, nec tamen profeci. Non est enim eorum qui cum pudore aliquid agunt, ut faciem perfricent, natura ipsa ad id impellente, quasi ad abigendum sanguinem, qui ex præcordiis ad facies superficiem confluit. Propter quod quærit Aristoteles, cur pudore facies hominis rubescat, metu pallescat, quum pudor nihil aliud sit, quàm timor futuræ reprehensionis. Hinc ergo ortum est proverbium, ut quoties dicere volumus nos pudorem deposuisse, dicamus, Perfricui faciem: hoc est, Pudorem expuli. ¶ Refrico, fricando aperio, ἀναψήχω. Perfricare vulnus, vel cicatricem. Cic. *contra Rull.* Ne refricare jam obductam Reipubl. cicatricem videret. Idem *pro Flacc.* Quum illud vulnus dicendo refricuisset. Per translationem item dicimus, Refricare dolorem, refricare desiderium, pro eo quod est renovare, sive revocare. Cicer. *lib.* 2. *Epist.* Vetebar ne refricarem meis literis desiderium ac dolorem tuum. Habent autem hæc omnia penultimam correptam.

Frictŭs, us, est ipse fricandi actus. { τρῖψις, ἔντριψις Gall. *Frottement.* Ital. *Fregamento.* Germ. Reibung/ fictung. Hisp. *Fregadura.* Angl. *Rubbing, fretting.* }

Frigere, & Frictum, à Græco venit φρίκω. Fest.

Fricātio, nis, idem. τρῖψις. Celsus *lib* 1. In ipso quoque itinere frequens fricatio. Plin. *lib.* 23. Frictiones inhibeat oculorum.

Fricātio, idem. Col. *lib.* 6. *cap.* 12. Sed si sanguis adhuc supra ungulas in cruribus est, fricatione assidua discutitur.

Fricātŭs, us, idem. ψηλάφησις, τρῖψις. Plin. *lib.* 23. *cap.* 7. Lusciosos ex oleo illitus emendat, dentiúmque vitia crebro fricatu.

‖ Fridaria, Albhazen Haly *de judiciis astrorum, part.* 6. *cap.* 4. agit de judiciis super fridariis. Vox est ex Arabum astrologorum ἀστρονομίᾳ. Est autem Fridaria, seu χρονοκράτωρ, certus quidam annorum terminus & notus, in quo planeta gubernans vitam nati, dat & infert ei bonum vel malum, pro sui natura. ‖

Frīgillā, æ, avis sic dicta, quòd frigore cantet & vigeat. { σίζα. Ital. *Frenguelo.* } Martial. *lib.* 9.

*Nunc flumen inopes, frigillarumque querelas*
*Audit, & argutæ passere vernat ager.*

Vide *Fringilla.*

Frīgo, is, xi, xum, & frictum, significat Torreo. Diomedes *lib.* 1. { קלה *kalah.* רבך *rabach.* ὀπτῶ, ῥοστίζω. Gall. *Frire, fricasser.* Ital. *Frigere.* Germ. Rösten/ braten. Hisp. *Freir.* Angl. *To fry.* } Festus, Frigere: & Accius, Frigit æstas rubore ex oculis fulgens flammeo. Et Frictum à Græco. Inde frictorium, & Frixorium, in quo quid frigitur. { מרחשת *marchéfeheth.* מחבת *machabáth.* τήγανον. Gall. *Une poille à frire.* Ital. *Padella.* Germ. Ein bratpfanne. Hisp. *La sarten para freir.* } Plaut. *in Bacch.* Tam frictum ego illum reddam, quàm frictus est cicer. Idem *in Pœn.* Nil nisi lardeculos, sesamum, piperúmque tritcum, & frictas nuces. Plin. *lib.* 18. *cap.* 7. Postero die frigunt, deinde molis frangunt. Colum. Celsus, Tum res eadem magis alit jurulenta, quàm assa: magis assa, quàm frixa.

‖ Frixorium, vas in quo aliquid frigitur. ‖

Frīgŏŭs, oris: Vis frigoris )( Calor. { קר *kor*, קרח *kardh*, תנה *nah.* ψῦχος, ἴνεμος. Gall. *Froid, froidure.* Ital. *Freddo.* Germ. Kelte. Hisp. *Frio o frescura.* Angl. *Colde.* } Vug. *lib.* 1. *Georg.*

——— *Frigúsque, calorémque*
*Inter.*

Idem,

——— *aut Boreæ penetrabile frigus adurat.*

Plaut. *Men. sc.* 6. *a.* 5. Lassitudo, fames, frigúsque duruin. Ovid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.* Et percussa frigore folia. *Ibid. eleg.* 8.

——— *percussit frigore primo*
*Est color in foliis.*

Apud Probum *lib.* 2. reperitur etiam frigor, frigŏris: secundâ productâ. ¶ Frigus, cùm minùs amatur quis, quem ante alius ardebat. Vide Lipsium *in Vell. pag.* 72. & 73. ¶ Aliquando sumitur pro motu, ab eo quod præcedit, ad id quod sequitur. Virg. 1. *Æneid.*

*Extemplò Æneæ solvuntur frigore membra.*

Serv. Frigore, id est, timore. Reciproca transitione, & timor pro frigore, & frigus pro timore ponitur: ut apud Terentium. Uxorem tuam pavitare aiunt, hoc est, non timere, sed laborare frigoribus. Rursus frigus dicitur ipsa aëris natura. Virg. *lib.* 2. *Georg.*

——— *at sceleratum exquirere frigus*
*Difficile est.*

¶ Frigus id etiam appellatur, quum pro risu, & gratia, vel favore spetato, res in diversum exit. Cicer. *ad Quint. frat. lib.* 2. Pridie idus quum Appius Senatum infrequentem coëgisset, tantùm fuit frigus, ut populi convivio nos coactus sit dimittere. Quintil. *lib.* 6. Nam & imperitia, & rusticitas, & rigor, & deformitas affectus interim frigus, diligentérque actori hæc sunt providenda. Frigus hîc in locis (ut Budæus docet) absurdam rei speciem significat, quam incommodus eventus consequitur. ¶ Frigus argumentorum, Quintil. *cap.* 12. *lib.* 2. Item frigus non leve interrogantis tes.em. Idem. ¶ Frigus etiam ponitur pro ipsa morte, ut Horat. *Serm. lib.* 2. *sat.* 1.

——— ——— *ô puer ut sis*
*Vitalis metuo, & majorum ne quis amicus*
*Frigore te feriat*, i. morte te afficiat, ut interpretatur Acron.

Frīgĕo, es, frigui, frīgĭtum, à Græco φρίγω. Frigidus sum, algeo )( Caleo. { ψύχομαι, ψυχόομαι. Gall. *Avoir froid.* Ital. *Raffredarsi.* Germ. Frieren/ kalt seyn. Hisp. *Enfriarse.* Angl. *To be colde.* } Virg. *lib.* 11. *Æneid.*

——— *corpúsque lavant frigentis, & ungunt.*

Fit autem frigeo (ut quibusdam placet) ἀπὸ τοῦ φρίττω, horreo. Unde φρίκη, horror, seu frigus dicitur. Sive (ut alii malunt) παρὰ τὸ τρίγω. Sic enim Græci frigus & rigorem vocant. ¶ Frigere etiam dicuntur qui segnes sunt, languidi & remissi. Terent. *in Eunuch.* Hîce homines frigent, id est, languidi sunt, & nequaquam fervidi. quales esse solent quibus res parum succedunt ex sententia. Cicer. 4. *Verr.* Quum omnia judicia frigerent admonito iftius. Terent. *in Eunuch.* Sine Cerere & Baccho friget Venus, hoc est, languida est, & remissa. Cic. *ad Attic. lib.* 1. Quum Romæ à judiciis forum frixerit. ¶ Hujus compositum est Refrigeo, quod est calorem amittere, & ex calido frigidum fieri. Vide infrà suo loco.

Frigēsco, cis: frigidus fio. { ἀποψύχομαι. Gall. *Devenir froid, se refroidir.* Ital. *Divenir freddo.* Germ. Erkalten/ anfahen kalt zu werden. Hisp. *Enfriarse.* Angl. *To waxe colde.* } Cato *de re rust. cap.* 65. Ubi erit tam crassum quàm visum, finito frigescat. Cælius *ad Cic.* Si Parthi nihil vos calefaciunt, nos hîc frigore frigescimus. Ubi metaphoricè accipitur frigescere, pro otiosum esse, & languescere. Quint. Non debet frigescere hoc opus (i. movendi sunt affectus.) Lactant. *lib.* 7. Quos autem morbus interimit, spiritum diutiùs exhalant, ut paulatim frigescentibus membris anima effletur.

Frīgĕfăcio. { ψύχω. Gall. *Refroidir.* Ital. *Far freddo, freddare.* Germ. Erkälten/ kalt machen. Hisp. *Enfriar otra cosa, resfriar.* Angl. *To make colde.* } A quo Frigefio notæ significationes, & Frigefio, as, are, frequentativum. Plaut. *in Pœn.* Calidum prandisti prandium hodie? die mihi. A. Quid jam? L. Quia hoc nunc frigefactas, quam rogas.

Frigĕro, as: Frigefacio, ψύχω. Composita ejus magis sunt in usu, ut Refrigero, quod est rem aliquam calidam, frigidam facio. Perfrigero, vehementer frigefacio, ἀψύχω. Plinius, Omnium earum vis eadem perfrigetare est, & astringere.

Frigens, frigentis, participium à frigeo, apud Virg. *lib.* 6. *Æneid.* ponitur pro mortuo:

——— *Corpúsque lavant frigentis, & ungunt.*

Frigĭdŭs, a, um: quod habet frigus: gelidus, algidus. { קר *kar.* ψυχρός. Gall. *Froid.* Ital. *Freddo, qualunque cosa che ha freddo.* Germ. Kalt. Hisp. *Cosa fria ò fresca.* Angl. *That is colde.* } Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 4. Quasi aquam fervente frigidam sic ita putatis legere. Quintil. *cap.* 4. *lib.* 2. Frigidi & repositi cibi fastidium movent. Ovid.

*Frigidius glacie pectus amantis erat.*

¶ Quandoque dicitur segnis, languidus, & remissus. Virgil. 11. *Æneid.*

*Largus opum, & lingua melior, sed frigida bello*
*Dextera.*

Sic frigidum hominem dicimus, qui omnia nimis remissè agit: cui

opponi

opponitur fervidus & vehemens. Cic. 3. *de Orat.* Alii etiam frigidiores: sed quia stomachabantur, ridiculi videbantur esse. Ad hunc etiam modum joci dicuntur frigidi, qui parum habent salis ad excitandum risum. Quint. Frigidus in salibus Cic. Gell. *cap.* 15. *lib.* 6. Frigidæ rationes, frigidi versus. Idem *cap.* 16. *lib.* 6. Item Quintil. Frigida affectio. Item, frigidi joci. Suet. *in Claud. cap.* 21. Idem *in Calig. cap.* 26. Leve ac frigidum sit, his addere, quo propinquos amicósque pacto tractaverit. ¶ Gall. *Ce ſeroit peu de faict & autrement peu de grace*, &c. ¶ Frigidus, perniciosus, inquit Serv. in hunc Virg. locum,

*Frigidus, ô pueri, fugite hinc, latet anguis in herba.*

¶ Frigidus quandoque pro mortuo à bonis authoribus ponitur, ut Virg. 9. *Æneid.*

*Volvitur ille vomens calidum de pectore flumen*
*Frigidum.*

Quem locum in hac significatione expendit Nonius Marcellus. Vide Quint. *in præmio lib.* 6. Tuum corpus frigidum ex sanguine aspexi, &c. ¶ Frigida, vocabulum per se positum, accipitur pro aqua quæ calida non est, aut tepida. Plaut. *in Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Jampridem mecastor frigida non lavi magis libenter. Plin. *in Epist.* Per solem plerumque frigida lavabatur. ¶ Unde, Frigidam suffundere, proverbio dicimus, pro rem aliquam inflammare. Tractum est proverbium à fabris ferrariis, qui ignem frigidam aspergunt, quo vehementius ardeat. Plaut. *in Cist. sc.* 1. *a.* 1. Eas si adeas, abitum quàm aditum malis, ita nostro ordini palàm blandiuntur: clàm si occasio usquam est, aquam frigidam subdole suffundunt: id est, instigant clanculum. Conqueritur enim in ea fabula meretrix de matronis maritos suos in meretricum odium quoad possunt inflammantibus. Tractum apparet ab iis, qui certaminibus equestribus aquam equis aspergebant, quo ferocillati currerent acriùs, atque hoc pacto ad cursum instigabant. Ex Erasmo.

Frīgidè, adverb. {ψυχρῶς. Gall. *Froidement, avec peu de grace.* Ital. *Freddamente, senza gratia.* Germ. Gantz/ vnd/ ohne gnad vnd billicheit. Hisp. *Fria y frescamente, sin donaire.* Angl. *Barely, he onely, coldlye.*} Quint. *lib.* 6. *cap.* 1. Tumille, alioqui vir facundus, inopinatæ rei casu obmutuit, & infantem suum frigidissimè reportavit. Et alibi idem Quint. Frigidissimè id fecit. Gell. *lib.* 13. *cap.* 23. Ineptè & frigidè.

Frigidŭlus, diminutivum, ψυχρός. Gell. *lib.* 3. *cap.* 10. Sed alia quoque ibidem congerit frigidiuscula.

Frīgidŭlus, diminutivum: Subfrigidus, aliquantulum frigidus. {ψυχρός. Gall. *Froidelet, frilleux.* Ital. *Freddarello.* Germ. Kaltlecht. Hisp. *Cosa un poquillo fria, ò fresca.* Angl. *Somewhat colde.*} Catull. *Argon.*

*Frigidulos ude singultus ora cientem.*

Frīgĕdo, inis, antiqui dicebant pro frigore. {קרח *kardh.* ψύχος, ψυχέμα. Gall. *Froid, froidure.* Ital. *Freddo.* Germ. Kelte. Hisp. *Frio, ò frescura.* Angl. *Coldenesse.*} Varro, Atque in igne fervido, medullitus Aquilonium servat frigedinem. Ex Nonio.

Frigidārium, ii. Ahenum in balneis, quo frigida aqua continebatur. Ἀγγεῖον ψυχρόν: sicut caldarium, quo calida: & tepidarium, quo tepida. Frigidaria cella, locus erat in balneis, in quo frigidâ lavabantur. Plin. *lib.* 5. *Epist.* Frigidariæ cellæ connectitur media, cui Sol benignissimè præbet est: caldariæ magis, prominet enim.

¶ Frigium, mitra. ¶

Frīgŏrĭfĭcus, a, um: quod frigus inducit. {ψυχρωτικός. Gall. *Refrigeratif.* Ital. *Che induce freddo.* Germ. Das kalt/ das kelte bringt. Hisp. *Cosa que haze frio, ò fresco.* Angl. *That causeth or maketh colde.*} Sicut à calore, Calorificus. Gell. *lib.* 17. *cap.* 8. Aceruum autem omnium maximè frigorificum est, atque id tamen nunquam concrescit.

Frīgūrio, is, ivi, frigurire: Minutim subsilire: quod verbum à frigilla avicula putatur deductum. {χρίω, γῶ, θρίττω. Gall. *Frissonner, trembler de froid.* Ital. *Tremere di freddo.* Germ. Zittern/ oder schawren vor frost. Hisp. *Temblar de frio.* Angl. *To quake or shever for colde.*} Plaut. *in Cas.* Nam quid frigutis, quid istuc tam tepidè cupis?

¶ Frilingi. Nithard. *histor. Francor. lib. de Saxonibus:* Genì omnis in tribus ordinibus divisa consistit. Sunt enim inter illos, qui *Adhlingi*, sunt qui *Frilingi*, sunt qui *Lazzi* illorum lingua dicuntur. Latina verò lingua hoc sunt, nobiles, ingenui, atque serviles. ¶

Fringilla, sive frigilla, σπίζ. Avis est passeris magnitudine, albo, viridi, russóque colore distincta. Maris pectus rubescit, fœminæ pallidius ac dilutius. Vermiculis victitat, æstate tepidis locis degit, hieme frigidis. Avienus,

*Si matutino fringilla resultat ab ore.*

¶ Est & fringilla montana, cui collum cæruleum, Aristoteli ἀγριζα, *hist. lib.* 8. *cap.* 3. cujus sunt plures species.

Fringultio, fortè idem quod frigurtio: Subtiliter garrio. Apuleius *in Apologia*, Ac ego illi contrà justius exprobaverim, quod qui eloquentiæ patrocinium vulgò profitearur, etiam honesta dictu sordidè blateret, & sæpè in rebus nequaquam difficillibus fringultiat, vel omninò obmutescat. Idem *Flor. lib.* 3. Merulæ in remotis telquis fringultiunt.

Frĭo, as: à φρίγω, terendo comminuo. {פרך *schachàk.* Ματτύειν. Gall. *Froisser, frier, émier, briser & mettre en poudre en frottant.* Ital. *Triture.* Germ. Reiben/ zerreiben. Hisp. *Quebrar ò desmenuzar entre los dedos.* Angl. *To crumme smal to, break in smal pieces.*} Plin. *lib.* 13. *cap.* 4. In ipsa quidem Æthiopia friatur hæc (tanta est ficcitas) & farinæ modo spissatur in panem. Varro 1. *de re rust. cap.* 9. Si sit terra alba, si nigra, si levis, quæ quum fodiatur, facilè frietur. Hujus composita sunt Affrio, quod est, terendo aliquid digitis leviter inspergo, ἐπιρράω. Suffrio, paululùm contero.

Frĭābĭlis, e, quod facilè friatur, & digitis minutim teri potest. {ψωμωδής, ψαθυρός, εὔθρυπτος, εὐθρύπτικος. Gall. *Aisé à émier, facile à mettre en poudre.* Ital. *Friabile, che facilmente si può fregare.* Germ. Das leicht zu zerreiben ist. Hisp. *Cosa que se puede desmenuzar.* Angl. *That may be easlie broken in pieces.*} Plin. *lib.* 18. Optimáque est, quæ candidissima, & friabilis, minimèque ponderosa, quum teratur inter digitos.

Frĭtĭtus, est Fremitus, strepitus. Cic. *de nat. deor.* ex Accio, Tanta moles labitur fremebunda ex alto ingenti sonitu & frititu. Sic enim in quibusdam libris legitur, & in nonnullis *fremitu.*

¶ Frĭsĭnga, frisinga, vel *frisgung*, in historiis barbari sæculi est teneri (edilis tamen) fœtus porci, aut ovis, &c.

Frisĭa Occidentalis, West/ Friesland/ una ex XVII. provinciis Germaniæ inferioris: cujus Metropolis est Leovardia, *Leeuwarden*, Episcopali dignitate anno 1559. à Paulo IV. aucta, sub A. Ultrajectino. Est in eadem provincia & Francquera/ Franecker/ oppidum Academiâ celebre.

Frisĭa Orientalis, Ost/ Friesland/ cujus caput est Embda, emporium nobile, ad Amisiæ ft. ¶

Frīsĭi, populi sunt ad Oceanum Septentrionalem siti, Batavis & Sicambris finitimi, etiam hodie nomen retinentes. {Freesland.}

¶ Frĭsĭnga, *Frising ben.* V. E. Bavariæ, sub A. Salisburgensi, medio ferè itinere inter Monachium & Landishuetam sita. ¶

Frīt, dicitur illud in summa spica jam matura, quod est minus quàm granum. Varro *lib.* 1. *de re rust. cap.* 48.

¶ Frĭtillus, e, olla in qua sal torretur.

Frĭtillus, pultis genus.

Frĭtillum, stillicidium stercoris in sterquilinium. ¶

Frĭtillus, i. Tabula lusoria, in quam tesseræ conjectæ, agitatæque mittuntur, inquit Porphyrio. {πύργος. Gall. *Tablier à jouer aux dez.* Ital. *Tavogliere per giocare à dadi.* Germ. Ein brettspiel. Hisp. *La salferera a donde se echan los dados.* Angl. *A payre of tables to playe at the dice.*} Solent enim tesseræ conjici in fritillum, tanquam vasculum, quo agitatæ deinde mittuntur in alveolum. Juvenal. *Satyr.* 14.

——— *parvóque eadem movet arma fritillo.*

Dictus fritillus (ut quidam putant) à crepitu ipso tesserarum, vel quòd super eo tesseræ ferantur. Martial. *lib.* 4.

*Dum blanda vagus alea December*
*Interstinat hinc & hinc fritillis.*

Frītinnio, is, ire: Hirundinum proprium est, quemadmodum annotavit Scaliger *in Varronem*, cujus ego versus ex Nonio collectos adscribam.

*Et pullos peperit fritinnientes.*
*Quos non tulle nove levare pascat:*
*Sed pansarpynes cibo coacto,*
*Libamenta legens caduca verùs:*
*Ad quos tum volucres venit pusillos,*
*Vsque ad limina nidica esca vitis.*

Item apud Varr. *lib.* 6. *de L. L.* Fritinnit suavitèr.

Frīvĭcŭlum, i, (ut quibusdam placet) est levis offensiuncula inter virum & uxorem, quam sequitur secessio. Ulp. *l. quum hic, de donat. inter vir. & uxor.* Quod si divortium non intercesserit, sed friviculum intervenerit: donatio profectò valebit, si friviculum quievit. Quo tamen in loco malim legere *fribusculum*: ut fribusculum intelligas, quando ex conjugali more dissidio enato, aliquid remittitur, vehemensque ille ardor refrigescit. Sunt etiam qui *frigusculum* legant, quod tamen vocabulum nusquam credo repertiri.

Frīvŏlæ, authore Festo, sunt vasa fictilia cassa. Unde dicta verba frivola, quæ minùs sunt fide subnixa. *In Pandect. in l. solutum, de pign. action.* Non enim credibile est hoc convenisse, ut ad universam pensionem insulæ frivola mea teneantur. Ubi frivola, pro supellectili tenui, & vili accipiuntur: qualis eorum esse solet, qui in cœnaculis habitant: quo modo & Satyricus usus est *Satyr.* 5.

*Et ne te teneam, Romanorum omnia regum*
*Frivola.*

Quibus verbis paupertatem Regum Romanorum significavit: quos etiam Samiolis vasis usos esse constat. Idem *in* 3.

*Vivendum est illic ubi nulla incendia, nulli*
*Nocte meum: jam poscit aquam, jam frivola transfert*
*Vealegon, tabulata tibi jam tertia fumant.*

Senec. *e.* 1. *de tranquil.* Frivola mea, dixit pro vasis non magni pretii. Suet. *in Calig. cap.* 39. Nescio quid frivoli emere. A Græcis χυμία dicuntur, id est, τὰ εἰς ἐδωδὴν εὐθέως λυόμενα. Unde & grytopolæ ab eis dicuntur, qui hujusmodi supellectilia venditant, quos Latinè vocamus Frivolarios. Budæus *in Annotat.*

Frīvŏlus, a, um, quasi fribolus: quæ vox usurpatur de vasis fictilibus: dicitur quod est inane, leve, nulliúsve momenti, quasi friabile. {πρὸς ψυχρολόγους, φλυάρους. Gall. *Frivole, de petite valeur & estime.* Ital. *Leggiero, vano, de niun momento, frivolo.* Germ. Nichtes sollend/ liederlich/ vnnutz. Hisp. *Cosa vana y de poco precio.* Angl. *Vaine, trifling, of no value.*} Plin. *lib.* 7. *cap.* 7. de generatione hominis loquens, Miseret atque etiam pudet æstimantem, quàm sit frivola animalium superbissimi origo, quum plerunque abortus causa fiat odor à lucernarum extinctu. Frivolam originem pro fragili, & infirma dixit, & veluti friabili. Gell. *lib.* 15. *cap.* 30. Oppidò quàm sunt in litterarum ostentatione inepti & frivoli. Idem *lib.* 16. *cap.* 12. Quædam futilia & frivola. Quint. *lib.* 7. *cap.* 3. Eóque satius est omni se antè actæ vitæ abstinere convitio, quàm levibus, aut frivolis, aut manifestò falsis reum incessere. Senec. *cap.* 12. *de const. ad Marc.* Frivola oblectamenta animorum.

Frōndātor, Frondes, Frondosus: vide *Frons*, dis.

Frōns, tis, à ferendo, ut quibusdam placet, quòd indicia animi præ se ferat. {פנים *pénéi sach.* μέτωπον. Gall. *Le front.* Ital. *Fronte.* Germ. Die stirn. Hisp. *Frente.* Angl. *The forehead.*} A dextera & sinistra temporibus, à superiori capillorum radice: ab inferiori verò parte superciliis terminata: corrugatur in tristitia, & in lætitia dilatatur. Hinc factum est, ut frons accipiatur pro vultu, & pro animi nostri affectu, quem ex fronte perspicimus. Martialis,

*Sed matutinâ si mihi fronte venis.*

Idem *lib.* 1.

*Illa fronte precor carmina nostra legat.*

Cic. *ad Atticum lib.* 4. Pompeius fremit, quæritur, dolet suâ culpâ

rum fronte, an mente, dubitatur: id est, vultu, an animo. Senec. *cap.* 15. *de tranquill.* Flere, & frontem suam fingere. Idem *cap.* 1. *de consol. ad Marc.* Fronte hilari rigere gemitus. Idem *cap.* 8. *al.* 17. *de consol. ad Polyb.* Fronte remissa aliquid facete. Plaut. *Aul. fc.* 1. *a.* 4. Herile imperium edictat, ut quod frons velit, oculi sciant. Idem *Asin. fc.* 3. *a.* 2. Truculentis oculis, tristi fronte. Gell. *cap.* 1. *lib.* 19. Fronte explicata retinere (i. specie inani.) Plaut. *Menach fc.* 2. *a.* 5. Ex temporibus & fronte viridis exoritur color. Quint. Frons imbecilla sustineret magna conscientia (i. nimia verecundia.) Idem, Pius habet in recessu, quàm in fronte. ¶ Frontem explicare, vel exporrigere dicimur, quum hilarescimus: contrahere, quum ringimur, hoc est, ubi quid molestum est. Plaut. *in Prolog. Amphitr.* Quid contraxisti frontem? Frons enim (inquit Plin. *lib.* 11.) homini tristitiæ, hilaritatis, clementiæ, severitatis index est. Terent *in Adelph.* Exporrige frontem (hoc est, vive hilarius.) Horat. *lib.* 3. *Carminum.*

*Sollicitam explicuêre frontem.*

Plaut. *in Cas.* Porrectiore fronte mecum loquatis oportet. Sic etiam dicimus, Frontem exporrectam, vel explicatam, pro hilari vultu. Contrà, Obductam frontem, corrugatam frontem, contractam frontem, captatam frontem, pro nubilo & mœsto vultu. Idem, Capetata frons severitudine. Nubil. frons, serena frons, explicata frons. Sic, Adducta frons, mollis, asperior, confracta. Quintil. Frontis adductæ: & alio loco, Animi jacentes tes, & mollis frontis: & alibi, Frontis asperioris. ¶ Frons severa. Plaut. *Milit. fc.* 2. *a.* 2. Vide ut alti tic severa fronte, cotas cogitans. ¶ Frontem perficere, pro deponere pulmonem. Plin. Perficui frontem, & nihil profeci. Calvus apud Quintil. *lib.* 9. *cap.* 2. Perfrica frontem, & dic te digniorem, qui Prætor fieres, quam Catonem. Persius, Exclamet Melicerta perisse frontem de rebus. ¶ Dicitur frons etiam de rebus inanimatis pro principio, vel anteriore parte cujusque rei. Virg.

*Frontem sub adversa scopulis pendentibus antrum.*

Ovid. *Eleg* 2. *lib* 1 *Trist.*

*Nunc notum adversa prælia fronte gerit.*

¶ Et licèt frequentissimè generis fœminini proferatur, à Cæcilio tamen masculino genere ponitur. Hi sunt, inquit, inimici pessimi, fronte hilaro, tristi corde. De quo Gell. *lib.* 15. *cap.* 9. ¶ A fronte atque a tergo, πρόσθεν & ὄπιθεν. Proverbii vice receptum, pro eo quod est diligenter inspicere, & præterita cum præsentibus & futuris conferre. Ex Homero. ¶ Interdum metaphoricè usurpatur. Senec. *cap.* 9. *de tranquil.* Frontes rerumque voluminum Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 1.

*Cætera turba (i. librorum) falsum titulos ostendit apertos:*
*Et sua detecta nomina fronte gerit.*

Idem 1. *Eleg* 6. *lib.* 1. *Trist.*

——— *In prima fronte libelli*
*Sex versus.*

Quint. prima fronte non dijudicandum. Idem Frons causæ, ubi non est. Idem, Fronte detecta (alias directa.) pugnare. Senec. *cap.* 5. *de consol. ad Helv.* Ea nihil habent intra se frontis simile. (Loquitur de bonis fortunæ.) ¶ Item, Frontem dirigere & cornua promovere. Quint. Frons castrorum. Cæs. 3. *de bell civ.* In frontem naves instruere. Livius *lib.* 7. *dec.* 4. Recta fronte acies. Idem *lib.* 6. *dec.* 4. Item, Frons in acie cornua utrimque promoveat. Et Liv. *lib.* 6. *dec.* 4. Fronte pugnam accedere. Tibull. *lib.* 4.

*Rectus ut aquatis decurrat frontibus ordo.*

Sueton. *in Claud. cap.* 4. Expositus in prima fronte spectaculorum conspiceretur. ¶ A fronte præcipitium, a tergo lupi, ἀμφοτέρωθεν ἀγκυρόβολον ἔν τε πρόσθεν. Quum aliquis hinc atque hinc duobus maximis premitur malis, ut in utrum incideris, perundum sit. ¶ Frontem ferire dicuntur, qui supra modum & impotenter indignantur. Cic. *ad Attic* Puto te in hoc aut risisse, aut ingemuisse, ut frontem ferias: sunt qui etiam Cæsonium putant, &c. ¶ Frons occipitio prior. Quo significavit antiquitas, rectùs geri negotium, ubi præsens ac testis adest is, cujus agitur negotium. *Prior* dictum est pro *melior.* Cat. *de re rust. cap.* 4. ¶ Vera fronte fieri dicuntur quæ ex animo citràque fucum dicuntur geruntúrve.

**Frons** masc. gen. apud Non. *cap.* 3. Tilinus fimbriatum frontem gestat. Cato, Fronte longo, quadrato exercitu. Catel. Fronte hilaro. Plaut. Coloratum frontem.

**Frontāle**, is. Est ornamentum frontis, præcipuè in equis & elephantis. { צִיץ *tsits.* κεφαλόδεσμος. Gall. *Fronteau, frontiere de bride.* Ital. *Frontale.* Germ. Ein stirnzierd/ stirnengerädt. Hisp. *El frontal, ornamiento de la frente.* Angl. *A forehande clothe.* } Plin. *lib.* 47. *c.* 12. Quandoque tantæ magnitudinis fecêre, ut equis regum in Oriente frontalia, atque pro phaleris pensilia facerent. Liv. 37. Ingentes ipsi erant, addebant speciem frontalia & crista, & tergo impositæ turres.

‖ Frontaria, barbara vox, nempe quod Gallis *frontiere.* Germ. Frontier/ tanquam frontes regionum, ubi primùm aspiciuntur limites, termini. Et adsonat grentze.‖

**Frontātus**, a, um: quod frontem habet, vel quod in fronte positum est. { μετώπιος, ἐπίσημος. Gall. *Qui a front.* Ital. *Che ha la fronte.* Germ. Das ein stirnen hatt. Hisp. *Lo que tiene frente.* Angl. *That hath an forehand.* } Frontati lapides, à Vitruvio dicuntur, quos Græci ἀφόρους appellant, quia per latitudinem totam porrecti, utramque parietis frontem conficiant. Plin. *lib.* 35. *cap.* 12. Vel tecta coctilibus lateculis, frontatisque, hoc est, ab ea parte continuatis, qua opus latericium conspici debebat. Budæus *in Annot.*

‖ Frontispicium, inspectio frontis: unde & anterior pars Ecclesiæ frontispicium dicitur.‖

**Frōnto**, nis, qui latam habet frontem. { μετωπίας. Gall. *Qui a grand front.* Ital. *Che ha gran fronte.* Germ. Der ein breite stirn hat. Hisp. *Hom re de grande frente.* Angl. *That hath a brode forehead.* } Cic. 1. *de nat. deor.* Ecquos naxum habere, ecquos silos, flaccos, frontones, capitones, quæ sunt in nobis?

¶ Frontosus, ὀμφάκιος.‖

**Frōns**, dis, generis fœminini, à fero, quòd frondes arborum hinc atque illinc à vento ferantur. { עֳלֶה *haléh.* נוֹף *hoph.* פֹּארָה *parâh.* φύλλον, πέταλον. Gall. *Feuilles d'arbre, rameaux.* Ital. *Fronda, foglia.* Germ. Ein laub/ ein grüner zweig. Hisp. *La hoja del arbol.* Angl. *The leave of a tree.* } Propriè autem foliorum dicuntur, teste Varrone, folia verò tam arborum, quàm herbarum, & florum. Ovid. 15. *Metam.*

——— *& sine frondibus idem* (stabit.)

Varro 1. *de re rust.* Quod Cato ait circa fundum ulmos & populos, unde frons ovibus & bubus fit. Interdum metaphoricè, frondem immaturam distringere. ¶ Antiqui *fron*, sine n, quàm frons dicere maluerunt, ne faceret, ut inquit Plin. frontis. Varro *rei rustic. lib.* 1. Ulmos & populos unde est fron. Item *Antiquit. Rom. lib.* 14. Fron, fœnum, missis. Ennius *lib.* 7. Frondes, pro frondes dixit, tanquam à nominativo fius. Rutescant frundes.

**Frōndēus**, a, um: quod totum ex frondibus est. { φύλλινος. Gall. *De feuilles ou rameaux d'arbres.* Ital. *Di frondi.* Germ. Aus laub gemacht. Hisp. *Cosa de materia de hojas.* Angl. *Of leaves or branches.* } ut, Torus frondeus, Frondea corona. Plin. *lib.* 6. *cap.* 4. Ovid. 3. *Fast.*

*Sunt quibus à ramis frondea facta casa est.*

**Frōndōsus**, a, um: quod frondibus abundat. { עָנָף *rahanân.* πολυφυλλος, φυλλάδης. Gall. *Feüillu, branchu* Ital. *Frondoso, che abunda di frondi.* Germ. Zästechtig/ das vil grüner ästen hatt. Hisp. *Cosa llena de hojas.* Angl. *Full of leaves.* } ut, Locus frondosus. Frondosus ramus. Livius 10. *ab Urbe*, Et frondosi montes. Varro 2. *de re rust. cap.* 5. Virg. 4. *Georg.*

*Corporaque ipsa boum frondoso desere lecto.*

Idem 3. *Georg.*

——— *dum mox frondosa reducitur æstas.*

**Frondārius**, a, um: quod ad frondes pertinet, sive quod ex frondibus est. { φύλλινος. Gall. *Servant, ou appartenant aux feüilles des arbres.* Ital. *Ciò che si fa di frondi.* Germ. Das zu den zweigen/ oder laub ästen gehört. Hisp. *Cosa pertenesciente à las hojas.* Angl. *Of or belonging to leaves of trees.* } ut, Frondaria falcastra. Plin. *lib.* 18. *cap.* 31. Unus frondator quatuor frondarias falcastras complere in diem justum habet.

**Frondēo**, es, ui: Frondes habeo. { עָנָה *rahanân.* φυλλοφορῶ. Gall. *Avoir emporter feüilles, produire feuilles.* Ital. *Far foglie, divenir frunzuto.* Germ. Grüne blätter haben. Hisp. *Echar hojas el arbol.* Angl. *To have leaves, to bring forth leaves.* } Virg. 3. *Eclog.*

*Nunc frondent sylvæ, nunc formosissimus annus.*

Idem 2. *Georg.*

——— *nemorumque novi quæ maxima frondet.*

*Æsculus.*

Sic frondens virtus. Colum. *lib.* 3. *cap.* 2.

**Frondēsco**, cis, cere, est frondes emittere. { φυλλάζω. Gall. *Produire feüilles.* Ital. *Produrre le frondi.* Germ. Grünen/ grün laub ebas kommen. Hisp. *Echar hojas el arbol.* Angl. *To spring, to bring forth leaves.* } Colum. *lib.* 5. Nihilominus enim paucis frondescet pampinis. Idem *lib.* 4. *cap.* 9. Namque defluens humor carat oculum, nec patitur frondescere.

**Frondo**, as: fronder amputo. { עָנַף *fahéph.* φυλλοφορέω. Gall. *Couper & oster les feüilles.* Ital. *Sfrondare, sfogliare.* Germ. Die äst etwas rein. Hisp. *Quitar las hojas del arbol.* Angl. *To lappe or shred boughes of trees.* } à quo Frondator, Frondatio: & Defrondo, quod est frondes dejicio.

**Frondātor**, is. { עָנַף *mefahéph.* κλαδοκόπος, φυλλοτόμος. Gall. *Esmondeur, & qui coupe le bout des branches des arbres, poueur.* Ital. *Potatore, che taglia i rami de gli alberi.* Germ. Der die äst etwas rein oder laub abstreifft. Hisp. *El que quita las hojas del arbol.* Angl. *A lopper, that cutteth of superfluous boughes.* } qui arborum ramos supervacuos amputat: & qui e frondibus manipulos facit hyemis tempore animalibus ad pastum offerendos: & qui manibus folia virium vellit, quo ardor Solis uvam maturiorem reddat: aut avis quæ in frondibus habitat, & his vescatur: vel etiam palumbes quæ in frondibus nidificant. Hæc Servius. Plin. *lib.* 18. *cap.* 31. Unus frondator quatuor frondarias falcastras complere in diem justum habet. Virg. *Eclog.* 1.

*Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras.*

Catullus,

*Non fax attenuat frondatorem arboris umbram.*

**Frondātio**: Frondium & ramorum redundantium resectio. { φυλλοτόμια. Gall. *Coupe des bouts des branches, amas de feüilles des arbres.* Ital. *Il tagliare le foglie, il raccogliere le foglie d'alberi* Germ. Etharung des ästen Hisp. *Aquella obra de despojar.* Angl. *A shredding of boughes of trees.* } Colum. *lib.* 5. *cap.* 6. Atque in frondatione cavendum, ne aut prolixiores pollices fiant, qui ex amputatis vitis relinquuntur.

**Frondifĕr**, a, um: Frondes ferens. { עָנָף *rahanân.* φυλλοφόρος. Gall. *Portant feüilles.* Ital. *Che produce frondi.* Germ. Das blätter oder laub trägt. Hisp. *Cosa que trahe hojas.* Angl. *That beareth leaves, or branches.* } Lucret. *lib.* 1.

*Frondiferásque domos avium.*

Ibidem,

*Frondiferásque novis avibus canere undique sylvas.*

Nemus frondiferum, apud eundem *lib.* 2.

**Fronto**, nis: vide *Frons*, frontis.

**Fronto**, Philosophiæ simul, & dicendi præceptor M. Antonini principis adeò ab illo dilectus, ut ille statuam ei à Senatu statui decernendam curavit. Author Capitolinus. ¶ Frontonis alterius sub Nerone eminere Tacitus, Juvenalis, & Martialis.

*Clarum militia Frontonem, togaque decus.*

**Frūctus**, vide pòst *Frugi.*

**Frugālis**, Frugalitas, Frugiperda: vide in *Fruges.*

**Frūges**, is, vel hæc Fux, fugis, secundùm Priscianum, dicitur generaliter quicquid ex fructu terræ in alimoniam vertimus, neque solùm quod ex frumentis & leguminibus, verumetiam quod ex vino, vel ex sylvis exciditur, erue fodimus, lapicidinis capitur. { שֶׁבֶר *sebér.* יְבוּל *yebûl.* בַּר *bar.* καρπός. Gall. *Toute or e de fruit propre à se nourrir, soit de grains, ou autrement.* Ital. *Il frutto della terra*

*terre che conuertiamo in nostro nutrimento.* Germ. Allerley frucht der erdtrichs zu unser aufenthalt dienstlich. Hisp. *El fruto de la tierra.* Angl. *All kinde of fruite that the earth bringeth forth.* } Fest. Servius, & Donatus, frugis verbum à stamine eminente sub mento gutturis, seu curculionis parte, qua cibus in alvum demittitur, à ferendo cibo appellatum dicunt. Varro *lib.4. de Lingua Latina*, à fruendo. Errant igitur qui discernunt legumina à frugibus. Nam Cicero ait, Olei & frugum minutarum; quum de leguminibus diceret, ut ostenderet, etiam legumina, fruges vocari. Livius *lib. 5. ab Vrbe*, Eam gentem traditur fama, dulcedine frugum, maximè vini, nova tum voluptate captam. Virg. 3. *Eclog.*

*Quum faciam vitulâ pro frugibus ipse venire.*

Ibidem,

*Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres,*
*Arboribus venti, nobis Amaryllidis ira.*

Tibull. *lib.4.*

*Nec frugem segetes probent, nec pabula terra.*

Ovid. *Eleg.6. lib.4. Trist.*

——— *Bis frugibus area trita est.*

Quintilian. doctrina & usus id generare, & ad frugem perducere potest. Recipere se ad frugem bonam. Cicer. *pro Cælio*, Corrigere aliquem ad frugem, hoc est, ita emendare, ut frugi homo evadat. Plaut. *Trinum.* Quin eum restituis? quin ad frugem corrigis? Evadere ad frugem bonam, de eo dicitur qui antè nequam fuerat. Redire ad frugem bonam. Lamprid. *in Heliogab.* Milites se parsuros dixerunt, si ad frugem bonam rediret. ¶ Nominativo singulari frux, usus est Ausonius *in monosyllabis.*

*Antè equidem campis quàm spicea supporet frux.*

‖ Frugamenta à frugibus appellata. Fest. ‖

Frūgi, nomen à fruge denominatum, omnis generis, & indeclinabile est. Moderatus, prudens, sobrius, modestus, abstinens, temperans, innocens. { טוב *tób*, חכם *chachám*, ענוי *tsanúah.* χρηστὸς. Gall. *Bon ménager, qui se gouverne bien, qui ne dépense que par raison, épargnant, sans excés, homme de bien.* Ital. *Buono, necessario, virtuoso, moderato, modesto.* Germ. Nutzlich/ gut/gemäß. Hisp. *Bueno y de provecho, templado, moderado, virtuoso.* Angl. *wyse, sober, modest, a good man, thriftie.* } Quint. taxat eos à quibus dicitur frugalis, & non frugi, tanquam frugalis sit dictio parum proba: quum tamen (quod mirum videri potest) frugalior, & frugalissimus à Terentio & Cicerone religiosissimis linguæ Latinæ custodibus usurpentur. Donatus *in illud Ennuchi*, Frugi es: Frugi, inquit, id est, utilis, & necessarius: à frugibus, quæ quòd his fruamur, dictæ sunt. Unde antiqui servum laudare volentes, frugi dicebant, tanquam sobrium, utilem & necessarium. Plaut. *in Amph.* Ita servum par videtur frugi esse instituere. Pro eodem etiam apud veteres legimus, Bonæ frugi servus, quæ quidem compositio etiamsi duriuscula videtur, frequentiùs tamen occurrit, quàm ut mendum videri queat. Ulpian. *l. Neratius, ad legem Aquil.* Sed si frugi bonæ servus intra annum, mutatis moribus, occisus sit. Cicer. *Attic. lib.4.* Permodestus ac bonæ frugi homo. Plaut. *in Trinum.* Is probus est, quem non pœnitet quàm probus sit, & frugi bonæ. Apud Gellium, frugis bonæ legitur. Hujus autem vocis significationem latiùs exprimit Cic. *lib. 3. Tusc.* Sed quia, inquit, nec qui propter metum præsidium reliquit, quod est ignaviæ, nec qui propter avaritiam clàm depositum non reddit, quod est injustitiæ, nec qui propter temeritatem malè rem gessit, quod est stultitiæ, frugi appellari solet, eo tres virtutes, fortitudinem, justitiam, & prudentiam frugalitas complexa est. Ergo frugi hominem bonum, & virtute præditum intelligimus. Plaut. *Mostell. sc.2. a.5.* Ad id usque frugi & probus fui. Idem *Pf. sc.3. a.1.* Dum vivam, nunquam eris frugi bonæ. *Ibid. sc.5. a.2.* Cupis me esse nequam, tamen ero frugi bonæ. Idem *Asin. sc.3. a.3.* Nunquam bonæ frugi fient, noctes diesque potent. Idem *Curc. sc.2. a.4.* Nec quisquam frugi vobiscum (id est, cum lenonibus) consistere audet. Idem *Aul. sc.6. a.4.* Qui vestitu & ærta occultant sese quasi frugi sient. Idem *Asin. sc.2. a.5.* Siccum, frugi, continentem, mox madidum, nihili, incontinentem. Idem *Capt. sc.2. a.2.* Fecit hominem frugi. Idem *sc.4. act.2.* Frugi sum, nec potest peculium enumerari. ¶ Ante fruges novas fieri cœptas porca mactabatur. Gell. *cap.6. lib.4.* ¶ Frugi & Nequam opponuntur. Cicer. *pro M. Fronteio.* Qui tanta virtute atque integritate fuit, ut etiam illis optimis temporibus, quum hominem invenire nequam neminem posses, solus tamen frugi nominaretur. ¶ Accipitur etiam frugi pro eo, qui in victu, vestitu, similibúsque temperans est, ὁ ἐν σιτισμοῖς καὶ ἐσθῆσι, σώφρων, σωφρονικός. Sic contrà luxuriosus, nequam, ἄπολος. Horat.

*Parcùs hic vivit, frugi dicatur.*

Frūgĭfĕr, a, um: Fructus ferens. { פרי *perí.* καρποφόρος. Gall. *Portant fruict, fertile, profitable.* Ital. *Che produce frutti.* Germ. Fruchtbar/ das frucht tregt. Hisp. *Cosa que trahe fruto.* Angl. *Fruteful, that beareth fruit.* } ut, Arbores frugiferæ quæcunque fructum ferunt, quæ & fructiferæ dicuntur. Lucan. *lib.3.*

*Vtraque frugiferis est insula nobilis arvis.*

Ovid. *5. Metam.*

*Frugifera messes alimentáque mitia reddat.*

Plin. *lib.15. cap.2.* Vicina bonitas provinciis, excepto Africæ frugifero solo. Frugifera quercus. Sueton. *in Galba, cap.4.* dicitur, quasi fruges sint glandes. ¶ Per translationem usus est pro eo quod utilitatem affert. Cic. 3. *Offic.* Sed quum tota philosophia, mi Cicero, frugifera & fructuosa, nec ulla pars inculta ac deserta sit, &c. Livius *in præfat. ab urbe*, Hoc illud est præcipuè in cognitione rerum salubre ac frugiferum, exempli documenta in illustri posita monumento intueri.

Frūgĭfĕrens, tis, poëticum epitheton, pro frugifero, καρποφόρος. Lucret. *lib.1.*

*Qua mare navigerum, quæ terras frugiferentes*
*Concelebras.*

Frūgĭlĕgus, a, um: Formicarum epitheton est, à granorum colligendorum consuetudine tractum. { συλλέγων. Gall. *Qui amasse & recueille les fruicts.* Ital. *Che raccoglie il grano.* Germ. Zusammen/ die korn zusammen tragen. Hisp. *Cosa que coge fruto y delle vivo.* Angl. *That gathereth fruit.* } Ovid. 7. *Metam.*

*Hic nec frugilegæ adsieximus agmine longo,*
*Grande onus exiguo formicæ ore legentes.*

Frūgĭpĕrdă salix, ἀλίτιμος. Plin. *lib.19. cap.26.* Ocyssimè autem salix amittit semen, antequam omninò maturitatem sentiat: ob id dicta ab Homero frugiperda. Non invenustè etiam hoc nomine appellari possunt homines nullius pretii, neque alii rei, quàm consumendis frugibus nati.

Frūgālis, e, moderatus, prudens, frugi, abstinens, temperans. { טוב *tob*, חכם *chacham*, ענוי *tsanúah.* χρηστὸς, σώφρων, ἐγκρατὴς, ἀγχίνους. Gall. *Bien & sagement vivant, & sans reprocher.* Ital. *Temperato, moderato, sobrio.* Germ. Mäßig/ züchtig. Hisp. *Templado, util.* Angl. *Sobre, trifty.* } Frugalior, pro temperantior. Terent. *in Heaut.* Dedo me patri nunc jam, ut frugalior sim, quàm volt. Varro 3. *de re rust. cap.1.* Sed non hæc, inquit, villa, quanquam ad ficaverint majores nostri, frugalior & melior est, quàm tua illa perpolita in Reatino. Et frugalissimus, quasi experientissimus & prudentissimus. Columella *lib.1. cap.9.* Magistros pecoribus oportet præponere sedulos ac frugalissimos. Cic. 4. *Verr.* Nihil aliud in eo quod reprehendi possit, invenio, nisi quod homo frugalissimus atque integerrimus, te hominem plenum stupri, flagitii, sceleris, domum suam invitavit.

Frūgālĭtās, modestia, temperantia, abstinentia. { חכמה *chachmáh*, σωφροσύνη. Gall. *Sobrieté, contentement de peu.* Ital. *Temperanza, frugalità.* Germ. Mäßigkeit/ abbruch deß überflus und wollusts. Hisp. *Aquella utilidad, modestia y templanza.* Angl. *Thriftinesse husbonderye.* } Senec. Luxuriosa frugalitas pœna est. Cicer. *pro Dejot.* Hæ sunt regiæ laudes, illa privata est: ut velet quisque accipiat: ego tamen frugalitatem, id est, modestiam & temperantiam, virtutem esse maximam judico. Idem 5. *Tusc.* Verisimile etiam illud est, quod sit temperans, quem Græci σώφρονα appellant, eámque virtutem σωφροσύνην vocant, quam soleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare, nonnunquam etiam modestiam: sed haud scio an rectè ea virtus frugalitas appellari possit. Et *paulò post*, Frugalitas (ut opinor) à fruge, qua nihil melius è terra oritur. Quintilian. Frugalitas quædam Eloquentiæ in Atticis Oratoribus.

Frūgālĭtĕr, adverb. Sobriè & modestè. { σωφρόνως. Gall. *Sobrement, en bon ménager.* Ital. *Frugalmente, temperatamente.* Germ. Mäßiglich/ gezimlich. Hisp. *Vtilmente y modestamente.* Angl. *Huswifely, thriftelie.)* Plaut. *in Epid.* Ille eam rem adeò sobriè & frugaliter accuravit, ut alias res: est impensè improbus. Cicer. *pro domo sua*, Itaque omnia signa, tabulas, ornamentum quod superfuit in fanis & communibus locis, tota è Græcia atque insulis omnibus honoris populi Romani causa sanè frugaliter domum suam deportavit.

Frugonia, vestimenta sunt ea, quæ *Ricamata* vocant Itali, dictione Syriaca: in quibus tramæ diversis modis retortæ, & perplexi meandri sunt. Meminit Varro *lib.4. de L.L.* Trama, quòd trameat frugionis vestimentum. Ita enim legendum esse doctissimè ostendit Scaliger.

‖ Frugo, esse puto, frugem carpo, καρπίζω: unde *frugamentum*, supra ‖

Frūĭscŏr, vide *Frunor.*

Frūmĕn, inis: Summa pars gulæ interior, per quam cibum lingua demittit in ventrem, λάρυγξ. Servius *in 1. Æneid.* Frumen eminens sub mento gutturis pars, *larynges* Græci vocant: Latini, & Celsus, fauces.

Frūmēntum, i, dictum est à fruendo, quasi fruentum, aliis quasi frugamentum, à fruges. { שבר *shéber*, עבור *habúr*, תבואות *tebuáh*, בר *bar.* σῖτος. Gall. *Toute sorte de grain, soit blé, froment, seigle, orge, avoine, mil, ou autre.* Ital. *Ogni sorte di biada, frumento, orzo, avena, miglio, & altri.* Germ. Allerley korn. Hisp. *Los panes, trigo, cevada, &c.* Angl. *All corne beit wheat, rye, barley or other.* } Horatius 2. *Serm. Satyr.* 3.

*Si quis ad ingentem frumenti semper acervum*
*Porrectus vigilet.*

Idem 1. *Epist.* 15.

*Major utrum populum frumenti copia pascat.*

Frumenti genera (ut scribit Plin. *lib.18. cap.7.*) hæc vulgatissima sunt, far, quod adoreum dixerunt, siligo, triticum, hordeum. Frumenta dici putat Servius quæcunque emittunt aristas. Varro 1. *de re rustic. cap.48.* In segetibus autem frumentum quod culmus extulit. Frumenti montes, & frumentum deferre. Plaut. *Pseud. sc.2. a.1.* ¶ In ficis item frumenta dicuntur grana illa exigua, quibus sunt refertæ. Plin. *lib.15. cap.19.* Ficis mollis omnibus tactus: maturis frumenta intus: succus maturescentibus lactis, percoctis mellis.

Frūmēntācĕus, a, um: quod ex frumento est. { σιτικός. Gall. *De froment.* Ital. *Di frumento.* Germ. Auß korn gemacht. Hisp. *Cosa de materia de aquellos panes.* Angl. *Of corne.* } Hieronym. Major turba hordeaceis panibus, minor frumentaceis pascitur.

Frūmēntārĭus, a, um: quod ad frumentum pertinet. { σιτικός. Gall. *Appartenant au fait de blé.* Ital. *Ciò che à frumento si conviene.* Germ. Das zu dem korn gehört. Hisp. *Cosa que pertenece à aquellos panes.* Angl. *That belongeth to corne.* } Frumentarius ager, frumentarius negotiator, frumentaria lex, quæ tractat de frumentis. Cic. 5. *Verr.* Neminem vestrûm prætereat, judices, omnem utilitatem opportunitatémque provinciæ Siciliæ quæ ad commoda pop. Rom. adjuncta sit, consistere in re frumentaria maximè: in cæteris rebus adjuvamur ex illa provincia, hac verò alimur, ac sustinemur. Plin. *lib.18. cap.6.* Sylvestris pyrus, malúsque, frumentarii soli notæ. Sic *lib.17. cap.5.*

Frūmēntārĭus mercator. { σιτοπώλης, σιτοκάπηλος, σιτέμπορος. Gall. *Marchand de blé.* Ital. *Mercante de biada.* Germ. Ein fürkäuffer des korns. Hisp. *Mercador de aquellos panes.* Angl. *A merchant of corne.* } Qui frumenta comparat, ut inde lucrum faciat. Plaut. *in Pseud. sc.2. a.1.* Quæ amica ex frumentariis, quibus cunctis montes, maximi acervi frumenti sunt domi. Cic. 3. *Offic.* Non igitur videtur nec frumentarius ille Rhodius, nec hic æduus venditor celare emptores debuisse.

Frūmentārĭus,

Frūmēntŏr, ris : Frumentum colligo. { שבר *shabár.* σιτολογέω. Gall. *Aller au fourrage de blé, faire provision de blé.* Ital. *Raccogliere frumento.* Germ. Korn samlen / korn sugen. Hisp. *Ir à buscar aquellos panes, coger trigo.* Angl. *To provyde or gather corne.* } Cicer. *ad Atticum lib.* 8. Neque tolus cum illa copia tantam multitudinem sustinere poterit, ut frumentatum eas. Liv. 1. *belli Macedonici,* Quum in propinquo agro frumentarentur Romani.

Frūmēntātĭo, verbum est castrense, quo significatur egressio militum ad frumentum in castra congerendum. { σιτολογία. Gall. *Fourragement de blé.* Ital. *Raccolta di frumento, distribuzione di frumento.* Germ. Kornsamlung. Hisp. *Obra de ir à buscar aquellos panes, cogimiento de trigo.* Angl. *A eating in of corne, a foraging.* } Cæsar 7. *bell. Gall.* Omnes nostras pabulationes, frumentationesque observabat. Liv. 1. *bell. Maced.* Quia ex tam propinquis stativis parum tuta frumentatio erat. ¶ Frumentatio etiam dicebatur distributio frumenti, quæ Romæ fiebat, ubi principes receperant curam publicæ annonæ. σιτωνία. Sueton. *in Aug.* Impetum se cepisse scribit, frumentationes publicas in perpetuum abolendi. Idem *cap.* 40. Ac ne plebs frumentationum caussa frequentius à negotiis avocaretur, &c.

Frūmēntātŏr, qui frumentatum profectus est. { σιτολόγος. Gall. *Celuy qui va au fourrage de blé, qui fait provision de blé pour une commune, fourrageur.* Ital. *Raccoglitore di frumento.* Germ. Einer der korn zusamlen ausgangen oder ausgesatzen ist. Hisp. *El que va buscar aquellos panes.* Angl. *A fourrageour or purveyour of corne.* } Liv. 1. *bell. Macedon.* Improviso impetu Gallotum, cum frumentatoribus est circumventus.

‖ Frundes, frondes. ‖

Frūnīscŏr, vide *Fruor.*

Frŭŏr, eris, fructum in supino secundùm Priscianum, sicut in struo, structum, à feror. Cic. *in Hortens.* Et amœnitate summa fructus est. Nonnunquam etiam fruitum. Unde fruitus est. Nævius apud Gell. *capit. lib.* 17. Quod magnopere quæsierunt, id fruisci non queunt. Qui non par sit, apud se fruitos est. Et Ulpian. *l. Pomponius. D. de usufruct. ear. rer. quæ usu consum.* Licet proprietarius mihi pensionem solverit, tamen usumfructum admittit, quia non meo nomine, sed suo fructus est emptor. Est autem fruor, potior fructu, voluptateque capio. { תוען *bahil.* ἀπολαύω, καρπῶμαι, ἀπογεύω. Gall. *Jouyr.* Ital. *Godere, fruire, usare.* Germ. Nutzen / niessen / brauchen. Hisp. *Alcançar lo desseado, gozar del fructo.* Angl. *To inioye, to take the profite or pleasure of a thing.* } Terent. *in Adelph.* Agelli hic sub urbe est paululum, quod locitas foras: huic demus, qui fruatur: id est, unde fructum capiat, & alatur, non proprietate potiatur, inquit Donatus. Virg. 7. *Æneid.*

*Et varias audit voces, fruiturque Deorum*
*Colloquio.*

Ubi Servius, Fruitur, pascitur: quod de rebus tantùm bonis dicitur. Ovid. *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.*

*Nunc hominum visu rursus & urbe frui.*

Idem *Eleg.* 7. *lib.* 4. *Trist.*

*Ingenio tamen ipse meo comitèrque fruórque.*

Idem *Eleg.* 6. *lib.* 3. *Trist.*

——— *salvo fruerere sodali.*

¶ Cum accusativo, apud Plaut. *in Asin. sc.* 2. *a.* 3. Atgyrippus exorari spero poterit, ut sinat sese alternas cum illo noctes hanc frui. ¶ Composita hujus verbi sunt, Defruor, & Perfruor, quæ significant in totum fruor, seu omnem fructum percipio.

Frŭĭturŭs, participium, Cic. *lib.* 3. *Tusc.* Zeno Stoicorum acutissimus contendere, & magna voce dicere solebat, eum esse beatum, qui præsentibus voluptatibus frueretur, considerétque sese fruiturum.

Frŭendus, a, um. Cic. *de senect.* Agro bene culto nihil potest esse nec usu uberius, nec spe ornatius: ad quem fruendum non modò non retardat, verùm etiam invitat atque allectat senectus. Senec. *cap.* 10. *de consol. ad Marc.* Fruendos vos liberis date, & rapite ex iis voluptates. Idem Livius *lib.* 2. *dec.* 5. Fruendum agrum locare.

Frĕtus, confisus, nixus, fultus. { מבטח *batuách.* πεποιθώς, πεπεισμένος, πεποιθώς. Gall. *Se confiant, asseuré, appuyé.* Ital. *Confidato.* Germ. Vertrawend / sich verlassend. Hisp. *El que tiene confiança.* Angl. *That trusteth, that hath confidence.* } Nomen participium, quum verbi originem non habeat. Nam à fruor non derivari, diversitas significationis ostendit. Cic. *de nat. deor.* Fretus intelligentia vestra, differo breviùs, quàm causa desiderat. Idem *Appio,* Fretus conscientia officii mei, benevolentiæque, hæc ad te scripsi liberiùs. Idem 1. *de invent.* Tum ingenio freta malitia pervertere urbes, & vitas labefactare assuevit. Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.*

*Vere temporibus, quorum nunc munere freta es.*

Et Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Dote fretæ, feroces. Idem *Amph. sc.* 1. *a.* 1. Freti virtute & viribus, superbi. Idem *in Asin.* Virtute ulmorum freti. Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 3. fretus tuâ fide, fiducia. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 2. Majorum meorum fretus virtute dicam.

Frŭīscŏr, eris, à fruor deducitur, ejusdémque significationis est. { תהנה *tehbil,* ἀπόλαυσις, καρπῶσις. Gall. *Joüyr, paisiblement, avoir à commandement.* Ital. *Godere, fruire, usare.* Germ. Nutzen / ein gemüs haben. Hisp. *Aver lo desseado, gozar del fructo.* Angl. *To inioye, to take pleasure of a thing.* } Metellus *ad Domitios.* Illi verò omni jure & honestate interdicti, ego neque aqua, neque igni careo, sed summa gloria fruiscor. Plaut. *in Rud.* accus. junxit. Hinc tu nisi malum, fruisci nihil potes. Vide Gell. *lib.* 17. *cap.* 1.

Frūnīscŏr, eris, pro fruor, Cato posuit, authore Festo: & frunitum dixit prudentem, hoc est, cum quo perfrui liceret: sicut è contrario, infrunitum, ἀνεπιτήδειον, ἀπερίσκεπτον: Hermolaus insipientem, ac stolidum, qui nulli usui esset. Quanvis alii fronitum, per o, legendum putent. Nam Græci φρόνιμον, prudentem dicunt: ἄφρονα verò dementem. Lucil. *lib.* 18. Æquè fruniscor ego, ac tu. Cælius *lib.* 2. Domus suas quosque ire jubet, & sua omnia frunisci. Nonius *in Par.* Eo quòd magnopere quæsierunt, id frunisci non quærunt. Gellius citans hoc exemplum, fruisci legit. Quicquid id est, frunisci, nisi forte apud obsoletos illos, non legitur.

‖ Frunitus. Frunitum dixit Cato prudentem, h. e. cum quo perfrui liceret: sicut è contra, infrunitum, insipientem ac stolidum, qui nulli usui esset. ‖

Frŭctus, us, apud antiquos fructi, & fructais: fruges, fœtus, partus: & translatè, commodum, utilitas. { פרי *peri.* תבואה *tebuah.* φύτευμα. Gall. *Fruit.* Ital. *Frutto.* Germ. Frucht. Hisp. *Fruto à fructo.* Angl. *Fruite.* } A fruendo, teste Varrone, quia fructibus fruimur. Cic *cent. Rull.* Ut esset locus comparandis condendisque fructibus. Varro, Quæro an fructus, an delectationis caussa vendatis. Cic. *de Amic.* Et amicos tanquam pecudes, eos potissimùm diligunt, ex quibus sperant se maximum fructum esse capturos. Idem *pro Sext.* Præsentes fructus negligamus: posteritati & gloriæ serviamus. Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

*At mihi fingenti tantum longèque venturo*
*Auribus hic fructus percipiendus erit* (id est, voluptas.)

Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 3. Cras mihi potandus est fructus fullonius. Quintil. Fructum studiorum viridem & adhuc dulcem promi decet. Idem, Non flos oculos, sed fructus deformatos ostendebat. Item Cæs. *lib.* 3. *de bell. civili.* Fructus vocat, quæ paulò antè vocarat solia. ¶ Fructus etiam non ratò ponitur pro usufructu, & præsertim apud Jurisconsultos, quanquam & Cicer. in hac significatione posuerit, *De legibus:* Pecudes partim sunt ad usum, partim ad fructum procreatæ.

Frŭctĭfĕr, a, um: quod fert fructum, hoc est, fœcundum & fertile. { פרית *porèh.* φερέσιτος. Gall. *Qui porte fruit.* Ital. *Fruttifero, che produce frutti.* Germ. Frucht tragend / fruchtbar. Hisp. *Cosa fructuosa.* Angl. *That beareth fruite, fruite full.* } Plin. *lib.* 11. *cap.* 3. Quæ ex his incolarum numero esse cœpere, dicentur inter fructiferas.

Frŭctĭfĭcus, a, um: idem quod fructuosus, qui facit fructum: hoc est, utilitatem præstat. φέρων καρπόν. γονιμος.

Frŭctŭārius, dicitur cujus est fructus, vel qui fructum alicujus rei percipit. { פרית *porèh.* καρπώσιμος. Gall. *Fruitier, qui joüit du fruit.* Ital. *Fruttuario, chi gode il frutto, usufruttuario.* Germ. Der die frucht vnd nutzbarkeit einnimpt / nutzet. Hisp. *Aquel à quien pertenece aquel fructo.* Angl. *He that inioyeth the fruite, or taketh the profite of.* }

Frŭctŭārius, a, um: quod fert fructum, seu quod ad fructum pertinet. { פרית *porèh.* φερέσπορος, καρποφόρος. Gall. *Fruitier, reservé pour porter fruit.* Ital. *Fruttuario.* Germ. Fruchtbar / oder das zu der frucht dient. Hisp. *Cosa que trahe fructo.* Angl. *That belongeth to fruit.* } Colum. *lib.* 1. Pars autem fructuaria dividitur in cellam olearium, & cellam vinariam. Palladius, Decisis malè natis omnibus, & veteribus, novellos, & fructuarios serves. Varr. 1. *de re rust. cap.* 14. Parere tot oportet porcos, quot mammas habeat: & minus pariat, fructuariam idoneam non esse. Agri fructuarii. Cælius *Cic. lib.* 8.

Frŭctŭōsus, a, um: Fœcundus, utilis, frugifer. { פרית *porèh.* καρποφόρος. Gall. *Fructueux, qui rend beaucoup de fruict.* Ital. *Fruttuoso.* Germ. Fruchtbar / das vil frucht bringt. Hisp. *Cosa que trahe fructo.* Angl. *Very fruitefull, profitable.* } Cicer. 2. *Tusc.* Ager quamvis fertilis, sine cultura fructuosus esse non potest. Idem 1. *de fin.* Eas ergo artes persequeretur, vivendi artem tantam, rámque operosam, & perinde fructuosam relinqueret? Fructuosissima ars medicina, hoc est, utilissima, haud parum fructus atque utilitatis afferens. Plin. *lib.* 29. *cap.* 1. Cic. 2. *Offic.* Est enim non modò liberale, paulùm nonnunquam de jure suo decedere, sed interdum etiam fructuosum.

Frusĭno, as: civitas Campaniæ, à qua Frusinates populi ad Falernum, quorum meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 5. Juvenal. *Sat.* 3.

——— *optima Sera.*
*Aut Fabrateria domus, aut Frusinone paratur.*

Silius *lib.* 12. Bellator Frusino. Sed hic populum significat. Ptolemæus Frusinum inter Latii oppida enumerat *lib.* 3. *cap.* 1.

Frūstrā, adverb. incassum, nequidquam. { תהו *chinnám.* ἐλαφρῶς, μάτην. Gall. *En vain, pour neant.* Ital. *In vano.* Germ. Dem jnsgemein vergäbenlich. Hisp. *En vano.* Angl. *In vaine, to no effect or purpose.* } Cic. *de senect.* Nec me vixisse pœnitet, quando ita vixi, ut non frustrà me natum existimem. Terent. *in Adelph.* Nemo dabit, frustrà egomet mecum has rationes deputo. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Sine argento frustrà est quod poltulas. Idem *Curc. sc* 3. *a.* 2. Mœstum me illò frustrà devenisse. Apuleius *Apolog.* 1. Ætas, & hujus animi frustrà es. Plaut. *Aul. sc.* 4. *a.* 1. Præsagibat animus frustrà me ire cum exibam domo. Idem *Men. sc.* 3 *a.* 4. Frustrà me ductare non potes (id est, sine mercede.) Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Nihil hic edes, ne frustrà sis. (i. ne fortè frustretis.) Idem *Men. sc.* 5. *a.* 4. Hoc pedem non feres, ne frustrà sis (id est, ne te frustrete, vel ne erres.) Idem *Pseud sc.* 3 *a.* 2. Stulti haud scimus, ut frustrà simus: i. nescimus ut fallamur, ut decipiamur. Vide dictionem sequentem, ubi eo verbo Ennius ludit. Frustrà esse dicitur, quod exitum speratum non habet, quódque non ex sententia evenit. Salust. Cujus neque consilium ullum, neque incœptum frustrà erat. Idem, Ea res frustrà erat, id est, expectationem frustrata est: ut interpretatus est doctiss. Bud. Plaut. *in Amphit.* Hi jam ambo, & servus & hera frustrà sunt duo, hoc est, uterque fallitur. ¶ Frustrà habere aliquem, pro decipere & circumvenire. *Ibid.* Is advenientis servum & dominum frustrà habet.

Frūstro, as: Decipio, fallo. { כזב *chizzéb.* פתה *pitáh.* רמה *rimmáh.* ψεύδομαι, ἐξαπατάω. Gall. *Frustrer, abuser & decevoir, tromper.* Ital. *Ingannare, defraudare.* Germ. Betriegen. Hisp. *Faltar en lo prometido, engañar.* Angl. *To deceive, to dive in vaine.* } Cæsar, Non frustrabo vos milites. Inveniar etiam in eadem significatione Frustror, verbum commune, secundum Priscianum. Plaut. *in Amph.* Nescio quis præstigiator hanc frustratur mulierem. Idem *Asin sc.* 4. *a.* 3. Ut consuevere, homines salus frustratur & fortuna: (id est, fallit, destituit homines.) Constructio enim talis est, ut consueverit, (sup. facere salus & fortuna) homines salus frustratur, & fortuna quoque. Passivo usus est Plin. *de vir. illustr.* Et quum ad tertium ab urbe lapidem castra posuisset, tempestatibus repulsus, primùm à Fabio

bio Maximo frustratus, deinde à Valerio Flacco repulsus, &c. Plaut. *Curc. sc.3.a.2.* Noluit frustrarier, id est, negavit ingenuè sibi esse argentum. Gell. *cap.10. lib.5.* Sic à discipulo magister captionis verè excogitatæ frustratus fuit. Velleius, Frustratus ejus visus (i. oculi decepti.) Item, frustratis custodibus: idem Velleius. Sic etiam *Festus*, Frustratus igitur, à spe dejectus, in castra se recepit. ¶ Frustrari, frustrà esse, frustrà sentire, concinnitèr multifariámque implicavit Ennius his è satyra quadam versibus:

*Nam qui lepidè postulat alterum frustrari,*
*Quem frustratur, frustrà eum dicit, frustrà esse.*
*Nam qui sese frustrari, quam frustrà sentit,*
*Qui frustratur, is frustrà est: si non, ille est frustrà.*

Refert Gell. *cap.2. lib.18.* ¶ Frustrari item est frustrà facere. Βλαπτειν, κωλύειν. Colum. *lib.1. cap.1.* Sæpè magnam dominis afferunt jacturam, quum imprudenter facta opera frustrantur expensas. Idem *in præfat. lib.1.* Siderum ortus & occasus memoria repetat, ne imbribus ventísque imminentibus opera inchoet, laboremque frustretur, id est, frustrà faciat laborem, operámque omnem ludat.

Frustrātio, nis: Deceptio. {אפוב *achzáb*, רמיה *ramijáh*. ἀπάτη. Gall. *Abus, surprise, tromperie, imposture.* Ital. *Defraudare, inganno.* Germ. Betrugung. Hisp. *Engaño, obra de engañar.* Angl. *A beguiling, a deceiving.*} Plaut. *Amph. sc.3.a.1.* In ejus familiam frustrationem injiciam. Suprà dixerat, Erroris & dementiæ complebo. Plane. *ad Cic. lib.10.* Tanto majorem his frustratio dolorem attulit. Columell. *lib.11. cap.1.* Nec supplicium grandius, quàm frustrationem cupiditatis existimat.

Frustratus, us, ui. Plaut. *Men. sc.3.a.4.* Nisi fetes argentum, frustrà me ductare non potes. Aliam posthac invenito, quàm tu habeas frustratui (id est, quam tu frustreris, decipias, fallas.)

Frustrātor, ἀπατεὼν, deceptor, impostor, fraudulentus. D. *de negot. gest. l.31.* Litem in judicium deductam, & à reo desertam frustratoris amicus ultrò egit.

Frūstrum, i, rei cujusque particula: sic dictum (ut quibusdam placet) à frangendo. {פרס *path*, נתח *nétach*. κλάσμα, ἔγκοπος, κατάκοπος. Gall. *Une piece, morceau, lopin.* Ital. *Pezzo, particella.* Germ. Ein stuck. Hisp. *El pedaço, parte de lo entero.* Angl. *A peece or morsell, a gobbet.*} Virg.1. *Æneid.* Pars in frusta secant. Cato, Frusto panis conduci potest vel uti taceat, vel uti loquatur. Suet. *in Aug. cap.77.* Pro potione sumebat perfusum aqua frigida panem, aut cucumeris frustum, &c. Ovid. *Eleg.10. lib.3. Trist.*

——— *nec hausta meri, sed data frusta bibunt.*

Senec. *cap.11. de trang.* In frusta divisus Sejanus. Senec. *epist.90.* Philosophum in partes, non in frusta dividam. Et Quintilian. Non jam membra, sed frusta.

Frustulum, i, diminutivum, apud Plautum, à frustum: à quo frustillum. {κρεμμύιον. Gall. *Petite piece, morceler, lopinet.* Ital. *Un pezzetto.* Germ. Ein stucklin. Hisp. *Pedaçuelo.* Angl. *A little peece.*}

Frustātim, adverb. Per frusta. {μελιδὸν, ψιχηδὸν, τμηδὸν. Gall. *Par pieces & morceaux, par lopins.* Ital. *In pezzi.* Germ. Stucktweis, ein stuck nach dem andern. Hisp. *Pedaço à pedaço, à pedaços.* Angl. *By peeces.*} Plin. *lib.20. cap.9.* Coquitur plurimis modis in olla, quæ conjiciatur in clibanum, aut furnum, vel adipe, aut luto illita, aut frustatim in patina.

Frūstillātim, per frustilla. {κατὰ λεπτὸν, ψιχηδὸν. Gall. *Par morceletz, par petites pieces.* Ital. *In pezzi picioli.* Germ. Stucklechtig. Hisp. *Pedaçuelo à pedaçuelo.* Angl. *By litle pieces or morselles.*} Plaut. *Curc. sc.4.a.4.* Jam ego faciã, ut hic formicæ te frustillatim differant.

Frūstulēntus, a, um: Plenus frustis. {ψιμυθίου, ψιμυθώδης, τμηδὸν. Gall. *Plein & farci de morceaux.* Ital. *Pieno di pezzi.* Germ. Voll stuck. Hisp. *Cosa llena de partes à pedaços.* Angl. *Full or peeces or gobettes.*} Plaut. *in Curc. sc.3.a.2.* Vin' aquam? c. Si frustulenta est, da obsecro, hercle absorbeam.

Frŭtex, icis, teste Varia *lib.4.* dicitur qui ad justam magnitudinem arboris non assurgit, & statura similis est multis herbis, sed non demorizat, neque arescit ut herba, sed perennis est. {שיח *seiach*. θάμνος. Gall. *Arbre nain, arbrisseau.* Ital. *Arbuscello.* Germ. Ein staud. Hisp. *La mata, arbol baxo.* Angl. *A shrubbe.*} Plin. *lib.16. cap.36.* Inter ea quæ frigidis gaudent, & aquaticos frutices dicere convenit: principatum in his tenebunt arundines. Idem *lib.14. cap.16.* Ex fruticum vero genere cedri utriusque, cupressi, laurus, juniperi, pini, pyri, terebinthi, calami, lentisci. Dictus frutex, ut quibusdam videtur, à frutificando, hoc est, pullulando, quòd successus semper suppulluler. Quanquam verisimilius est Frutico verbum à frutice derivari. ¶ Aliquando ponitur pro stirpe. Suet. *in Vesp.* Singulos repentè ramos à frutice dedit.

Frūtētum, i, seu fruticetum, etiam fructetum, ut in vetustis quibusdam codicibus legitur. Locus fruticibus abundans. {θαμνὼν, θαμνόεις, νέμος, λοχμάλη. Gall. *Lieu où il croist force arbrisseaux.* Ital. *Luogo piantato di pin arbuscelli.* Germ. Ein gestend, wo da vil stauden wachsen. Hisp. *La brena y malezas.* Angl. *A place where many shrubbes grow.*} Plin. *lib.8.* Frutecta igni optimè tolluntur. Col. *lib.6. cap.12.* Nam melius nemoribus herbidis, & frunetis, & carectis, quàm lapidosis locis durantur ungulæ. Horat. 3. *Carm. Ode 12.*

*Celer alto latitantem fruticeto excipere aprum.*

Item Gell. *cap.12. lib.19.*

Frutĕtōsus, sive fructetosus, locus fruticibus abundans. {θαμνώδης. Gall. *Plein d'arbrisseaux.* Ital. *Pieno d'arbuscelli.* Germ. Staudechtig/ voll gestend. Hisp. *Cosa llena de matas.* Angl. *Full of shrubbes.*} Plin. *lib.19. c.1.* Siccis hæc & fabulosis locis, fruteto usque nascuntur. Col. *lib.1. cap.1.* Nemorosi, fruteto si que tractus duplex cura est.

Frutĭco, as: Pullulo, & quasi frutices emitto. {נסך *tsamách*. θαμνίζω. Gall. *Jetter, ou produire rejettons & petites branches.* Ital. *Germogliare, pullulare.* Germ. Herfür sprossen mit vil schossen als ein stand. Hisp. *Brotar el pimpollo.* Angl. *To bring forth shootes or shrubbes.*} Plin. *lib.17.* Quod supra terram est, è matre radi jubemus ne fruticet. Col. *lib.5.* Potest annicula præcidi ad semissem super duos pedes, ut è trunco fruticet. Juvenal. *Satyr.9.* Fruticante pilo.

Frutĭcōsus, in arboribus dicitur, quum multos ramos fruticantes produ-



cunt. {θάμνωδης, θαμνώδης, θάμνινος. Gall. *Production de rejettons & petites branches ou brins.* Ital. *Il pullulare à germogliare.* Germ. Voller sprossung der bäum in wil schoss/ oder äst. Hisp. *Obra de brotar el pimpollo.* Angl. *A bringing forth of shrubbes, a springing in stalkes.*} Plin. *lib.17. cap.1.* Ita enim appellatur in ipsis arboribus fruticatio inutilis.

Frūtĭcor, aris, depon. ſurculos emitto, revirésco. {נסך *tsamách*. Angl. *To spring in stalkes.* Gall. *Pousser des rejettons d'arbres.*} Cic. *ad Att.* Excisa est enim arbor, non evulsa: itaque quàm fruticetur, vides.

Frūtĭcēscĕre, est frutices emittere. {נסך *tsamách*. βλαστάνω. Gall. *Jetter & produire force rejettons & arbrisseaux.* Ital. *Pullulare è germogliare.* Germ. Zu gestend werden. Hisp. *Brotar el pimpollo.* Angl. *To grind and waxe to a stalke.*} Plin. *lib.17. cap.17.* Variis tantum tonsuram annuam quærit: alternam myrtus, punicæ, oleæ, quia celeriter fruticescunt.

Frūtĭcōsus, a, um: quod longè latéque fruticat, & multos habet fruticantes ramos. נסך *tsomeach*. βλαστώδης. Gall. *Qui s'étend en plusieurs petits rameaux. & produit force rejettons & surgeons.* Ital. *Che germoglia verghe & ramicelli.* Germ. Staudechtig. Hisp. *Que echa matas, y que brota mucho.* Angl. *That waxeth greatly to a stalk and bringeth forth shootes or shrubbes.*} Plin. *lib.12. cap.4.* Duo genera ejus: tarum id quod melius, arborcum: alterum fruticosum. Idem *lib.20. cap.13.* Latiora sativæ folia, rami fruticosiores, hoc est, foliis ac surculis abundantiores.

] Frutilia, quia Veneri dicata est.[

Frūtĭnāl, dictum est templum Veneris Frutæ. Festus, vel Frutis potiùs.

Frutis, Venus. Solinus. Ubi dum simulachrum, quod ex Sicilia adveherat, dedicat Veneri matri, quæ Frutis dicitur, à Diomede palladium susceptum. A fruendo dicta Frutis, vel Fruta.

Frūx, nominativus est antiquus, à quo in usu manserunt obliqui frugis, frugi, frugem, &c. φρυγὼν. Ausonius *in Monosyllabis*,

*Ante equidem campis, quàm spicea supperat frux.*

Vide *Fruges.*

Fruxinum, Fryſinga: urbs Bavariæ.

## FU

]Fu. Herba nascitur in Ponto, foliis oleastro similibus. Isid. *lib.17. c.9.*[

Fu, fu, cùm aliquid putoris perhorrescimus.

Fuam, fuas. ]Fuāt,[ dixerunt antiqui pro sim, sis, sit, vel fuerit, ab antiquo verbo fuo, quo utebantur loco verbi substantivi sum. Unde adhuc remansit præterita fui. Virg.10. *Æneid.*

*Troes Rutulúsve fuat, nullo discrimine habebo.*

Plaut. *in Amph.* Nec quisquam tam audax fuat homo, qui obviam obsistat mihi. *Ibid. sc.4.a.4.* Istic si fuat (Amphitruo) alium non esse oportuit. Idem *Aul. sc.4. a.1.* Si quid fuat divortii. Idem *Capt. sc.1. a.2.* Abeamus hinc, si fuat occasio. Idem *Asil. sc.3.a.2.* Quid fuat me nescio: suprà peticris. *Ibid. sc.6.a.2.* Meruo ne ea res mihi magno malo fuat.

Fūcīnus, Lacus in quarta regione Italiæ, prope Albenses Marsorum populos. Mar. *lib.1.*

*Fucinus & pigri taceantur stagna Neronis.*

Virg.7. *Æneid.*

*Te nemus Angitiæ, vitrea te Fucinus unda,*
*Te liquidi flevere lacus.*

Suet. *in Claud. cap.20.* Emissarium Fucini lacus portúmque Ostiensem perfecit.

Fūcus, i. à φῦκος. Fuco, φυκόω. A fucus, sunt officiæ. Genus est insecti, apis similitudine, sed majori corpore, quod non mellificat, neque operam aliquam præbet in faciundo opere, nisi quòd fovendos fœtus concalefaciendo adjuvat & consumit alimenta quæ apes congesserunt. {κηφὴν Gall. *Une sorte de mouche apellée Bourdon.* Ital. *Ape che non fa mele.* Germ. Ein hummel oder trän. Hisp. *El zangano de la colmena.* Angl. *A derre or drone bee.*} Unde etiam non invenustè transfertur ad homines ignavos, qui quum nihil egregium per se præstare possint, alienis tamen laboribus insidiantur, fœcémque in messem injiciunt, cujus ipsi sementem non fecerunt. Eorum naturam eleganter exprimit Plin. *lib.11. cap.11.* Fuci, inquit, sunt sine aculeo, imperfectæ apes, novissimæque, à fessis & jam emeritis inchoatæ, serotinus fœtus, & quasi servitia verarum apum: quamobrem imperant iis, primósque in opera expellunt, tardantes sine clementia puniunt. Dictus fucus, ut nonnulli putant, quasi fur, quòd furtim mella devoret: quanquam verisimilius est fucum dictum, quòd apibus fucum faciat, & præterea calefaciendi alvei, illarum mellificia absumat. Sunt qui à verbo Græco φυσᾶσθαι deduci putent, quòd apum mellificia absumat. ¶ Fucus marinus, herba est quæ & alga marina dicitur. Plin. *lib.26. cap.10.* Præcipuè verò liberat eo malo φῦκος θαλάσσιον, id est, fucus marinus, lactucæ similis, qui conchyliis substernitur, id est, marina alga. Tria autem ejus sunt genera: unum latum, & alterum longius, quadantenus rubens: tertium crispis foliis, quo in Creta vestes inguntur, omnia ejusdem usus. ¶ Accipitur etiam fucus pro pigmento, & ornatu peregrino, quem fœminæ adhibere solent, ut candidæ videantur. Plaut. *in Capt.* Vetulæ, edentulæ, quæ vitia corporis fuco occultant. Ubi sese sudor cum unguentis consociavit, illicò isidem olent, quasi quum unà multa jura confundit coquus. Idē *Mest. sc.3.a.1.* Vitia corporis fuco occulunt. Tibull. *l.1. el.9.*

*Quid fuco splendente comas ornare, quid ungues*
*Artificûm docta subsecuisse manu?*

¶ Per translationem sumitur pro fraude, astutia, sive insidiis in quibus veritas occultatur. {פוך *puch*. φυκοπραγία. Gall. *Fard, tromperie couverte.* Ital. *Inganno, fraude coperta.* Germ. Ein heimlicher betrug. Hisp. *El aleyte enganoso para el engaño, engaño.* Angl. *A lie or false coloured tale peyting that women use.*} Unde facere fucum, idem est quod decipere. Quint. Cic. *de petit. consul.* Jam illud teneto diligenter, si eum qui tibi promiserit, fucum, ut dicitur, facere velle senseris, ut te id audisse, aut scire dissimules. Terent. *in Eunuch.* Deum sese in hominem convertisse, atque per alienas tegulas venisse clanculum per impluvium, fucum facturum mulieri. Plaut. *Capt. sc.3.a.3.* Nec mendaciis, nec sycophantiis, nec fucis mancellum est. ¶ Item, Fuco circumlita bona. Senec. *cap.15. de tranq. ad Helv.*

¶ Sine fuco, idem est quod simpliciter, & sine fraude. Cic. *de clar. Orat.* In his omnibus inest quidam sine fuco ullo veritatis color. Idem *lib.2. de Orat.* Sententiæ veræ sine pigmentis, fucóque puerili. ¶ Fucus pro medicamine, sive sanie purpuræ. Plin. *lib.9.cap.38.* Buccinum per se damnatur, quoniam fucum temuit. Quint. Ut lana tincta fuco citra purpuram placet.

Fucōsus, a, um: Fucatus, fucosa dicta, quasi fucata. Fest. nempe à fuco, ut ab herba herbalis. Scal.

Fūco, as: Fuco depingo, fucum rei alicui induco. { כחל *chachal.* φυκόω, φαρμάσσω, ἀλοιφίζω. Gall. *Farder, teindre de couleur, couvrir la couleur naifve d'un autre.* Ital. *Colorare, imbellettare.* Germ. Färben/ein farb anstreichen. Hisp. *Afeytar para engañar.* Angl. *To laye on a coulour, to counterfait.* } Unde fucatæ mulieres dicuntur, quæ medicamentis quibusdam colorantur, & vitia corporis indoctis coloribus tegunt. Virg. *lib.2. Georg.*

*Alba neque Assyrio fucatur lana veneno.*

Cicer.1. *de nat. deor.* Quæ etiamsi essent, quæ nulla sunt, pellere se ipsa & agitari inter se, concursu fortasse possent: formare, fucare, colorare, animare non possent. Idem *de clar. Orat.* In qua naturalis inesset, non fucatus nitor. Hinc fucatior versus, tanquam ferrumine immisso, apud Gellium *cap.25. lib.13.* ¶ Per translationem accipitur pro ficto & simulato. Cic. *in Lælio*, Secerni autem blandus amicus à vero, & internosci tam potest, adhibita diligentia, quàm omnia fucata & simulata à synceris atque veris.

Fūcōsus, adjectivum: Fucatus, fuco tectus. { כחול *chachul.* φυκώδης, ἀπατηλός. Gall. *Fardé, feint, déguisé.* Ital. *Dipinto.* Germ. Gefälscht/mit einer farb angestrichen. Hisp. *Cosa llena de afeytes engañosos, colorado.* Angl. *Coloured, peinted, disguised.* } Cic. *pro Rabir. Post.* Auditæ, visæque merces, fallaces quidem & fucosæ, chartis & linteis & vitro delatæ. ¶ Fucosæ amicitiæ, ambitiosæ, ac specie splendidæ. Idem *ad Attic. lib.1.* Nam illæ ambitiosæ nostræ fucosæque amicitiæ sunt in quodam splendore forensi, fructum domesticum non habent.

Fuctet, esset. Lucret.

Fufidius, Oratoris nomen, cujus meminit Cic. *in Bruto*, Fufidius, inquit, in aliquo patronorum numero fuit.

Fūgæ, æ, vide *Fugio.*

Fūgālia, festa fuerunt Romæ in memoriam exactorum Regum, liberataque Reipublicæ institutæ. Censorinus *de Die genitali*, festum hoc, Regifugium vocat, quòd eo die Tarquinius ab exercitu ad Portsenam Hetruscorum regem fugisset. Celebrabantur autem Fugalia mense Februario post exactas Terminalia. August. *lib.2. de civit. Dei*, Sed demonstrentur loca talibus aliquando conventiculis consecrata, non ubi ludi agerentur obscœni, vocibus & motibus histrionum: nec ubi Fugalia celebrarentur, effusa omnium licentia turpitudinum, & verè fugalia, sed pudoris & honestatis.

Fūgax, vide *Fugio.*

Fūgio, is, fugi, fugitum, à φέβω, φύζω. Cum cursu & celeritate discedo, in fugam me do, in fugam me conjicio, vito, declino. { נס *nas*, ברח *barach.* φέβω. Gall. *Fuir.* Ital. *Fuggire.* Germ. Fliehen. Hisp. *Huir.* Angl. *To flie, to runne away.* } Et modò absolutè ponitur. Plaut. *in Amph.* Nam quum pugnabant illi maximè, ego fugiebam maximè. Idem *Curc. sc.3. a.2.* Fugite omnes, abite, & de via decedite. Ovid. *Eleg. ult. lib.4. Trist.*

*Tunc quoque cùm fugerem, quadam placitura cremavi.*

Virg.3. *Æneid.*

*Tendunt vela Noti, fugimus spumantibus undis.*

Plaut. Remigio, velóque quantum potes festina & fuge (i. naviga.) Nonius. Modò transitivè cum accusativo. Virg.1. *Eclog.*

*Nos patriam fugimus.*

Cic. *pro lege Agrar.* Ne quorum oculos offendebat, eorum ipsorum conspectum fugere ausus est. Idem *de Amicit.* Quinetiam si quis asperitate ea est, & immanitate naturæ, ut congressus & societatem hominum fugiat, atque oderit. Plaut. *Men. sc.2. a.5.* Fuge damnū quantū potes. ¶ Fuge suspicari, pro ne suspiceris. Horat. *Od.4. lib.2.* Item, fugere ab oculis. Plaut. *Aul. sc.3. a.4.* Fugin' ab oculis? & Ovid.5. *Fast.*

——— *à fratris cana pruina fugit.*

Idem *Eleg.1. lib.2. Trist.*

*Non adeò nostro fugit ab ore pudor.*

¶ Ponitur aliquando pro abire, in tertia tantummodò persona. Ἀποδύσομαι καὶ ἀλλοφύλου τόπου μ' ἔμολε. Cic. *lib.1. Tusc.* Nisi quæ nec fortè fugiunt, hæ sunt ferè omninò de animo sententiæ. Plaut. *Amphitr. sc.1. a.1.* Fugit te ratio. ¶ Aliquando pro cedere. Plin. *lib.37.* Factitiæ gemmæ sexsificationis candicantiam fugiunt: hoc est, factitiæ gemmæ ad impressionem sexsificantis cedunt: quod gemmarii etiam hodie appellant, fugere. Hinc ortum ut vinum quod annis cedit, hoc est, ætatem ferre non potest, fugere dicatur: & vinum fugiens, quod jam ætati cedit, neque diutiùs servari potest. ἐξιὼν οἶνος, & ἐξιόντες. Fugientes etiam literæ dicuntur exolescentes, quæ vetustati cedunt, quasi diffluentes, dilabentésque, ἐξιόντες καὶ χέουσαι. Quod fit etiam quum membranæ præpingues literas non retinent. Budæus, Fugiens laboris. Cæsar *lib.1. bell. Civ.* Nemo erat adeò tardus, aut fugiens laboris, quin, &c. Ita fugias ne prætereas casam. Terent. id est, ita fugias ne nimium longè à præsidio, nam domus tutissima. Nam, ut dixit Varro apud Nonium, longè fugit qui suos fugit. ¶ Hujus composita sunt Aufugio, aliò fugio: quòd ex ab, & fugio componitur, b in u mutata, ut fiere: vox pronuntiatu, auditúque lenior. ἀποφέβω, ἀποδιδράσκω. ¶ Confugio, simul fugio, συμφέβω. ¶ Disfugio, Diffugio, de quibus alibi. ¶ Effugio, extra fugio, discedo, devito, ἐκφέβω. ¶ Effugium, & Effugia, æ, sicut lana & lanitium. ¶ Perfugio, quod est auxilii gratiâ ad aliquem fugio, καταφέβω: unde perfugium: καταφυγή Perfuga, qui ad hostes transit & perfugit. ¶ Refugio, retro fugio, ἀναφέβω. Accipitur etiam refugere, pro confugere: unde refugium. ¶ Per translationem ponitur pro devitare, recusare, & odio habere, ἀποστυγέω. Lactant. *lib.6.* Illos qui aut voluptates, aut divitias non refugiunt, ab hac publica & celebri via modicè segregat. Columell. *lib.4.* Idque adeò plurimi dubitant, ut multi refugiant & reformident talem positionem ruris. ¶ Profugio, longè fugio, ἀποφέβω, à quo profugus. ¶ Subterfugio, ferme fugio, vel evito. ὑποφεύγω. Cicer. *pro Lælio.* Qui volunt putare aliquam subterfugere, aut calamitatem, eò solum vertunt. ¶ Suffugio, latenter fugio, ὑποφέβω. Suet. verò pro terrofugio, in Tiberio posuit, dicens: Adulationes adeò aversatus est, ut neminem Senatorum ad osculum suum admiserit: consulatum verò infitiantem sibi, ac per genua orare conantem ita suffugerit, ut caderet supinus. ¶ Transfugio, transeundo fugio ab uno ad alium locum, ἀποστατέω. Unde transfuga, qui ad hostes fugit. Liv. *lib.1.* Servius filius, qui minimus ex tribus erat, transfugit ex composito ad Gabios. Sallust. *in Cic.* Modò harum, modò illarum partium levissimè transfuga. Habent autem hæc omnia, fu, syllabam in præsenti correptam.

Fūgĭtēns, pro reo, in libris Jurisconsultorum ponitur. Græca consuetudine, qui in φυγὴν vocant ἐκ δικαστηρίου, accusatum & reum. Just. *in l.2. C. de jurisdict. propt. cal.* Non aliter neque actorem, neque fugientem in primo exordio litis exercere certamina. Item *Sanctiss.* Minimè pati tale sacramentum remitti, sed omnimodò hoc & ab actore, & à fugiente exigi. Hotomanus.

Fugĭto, as: Fugio, vito, declino. { נס *nas*, ברח *barach.* φεύγω, φυγάδω. Gall. *Fuir souvent, refuir, refuser.* Ital. *Schiffare, fuggire in diverse parti.* Germ. Embsig fliehen. Hisp. *Huyr en diverſas partes, esquivar.* Angl. *To use to flie or runne away.* } Plaut. *in Asin. sc.2. a.2.* Herum nolimet fugitare censes? Ter. *in Eunuch.* Fugitando fugi, ne quis cognosceret. Apul. Huc atque illuc fugitando, ad fabulum tandem perveni. Plaut. *Capt. sc.2. a.1.* Fugitant omnes hanc provinciam. *Ibid. sc.4. a.3.* Fugitant oculos meos.

Fugitāns, participio. studiosè fugiens, quo usus est Terent. *in Phorm.* Herus meus (inquit ibi Geta) liberalis est, & fugitans litium. κἀπὸ φόβων.

Fugitŏr, verbale, pro eo qui fugit. { נס *nas*, ברח *berecheth*, ברוח *baruach*, φεύκτης, φυγάς. Gall. *Fuyart, coureur, qui s'enfuit.* Ital. *Che fugge è corre.* Germ. Ein flüchter. Hisp. *El que huye è corre.* Angl. *He that runneth away.* } Plaut. *in Trinummo*, Credo actem fugitorem fore.

Fugĭtŏr, x: Ipse fugiendi actus. { מנוס *manós*, מנרוסה *mrusfsh hádar*, ἀποφυγή. Gall. *Fuite, exil, bannissement, déroute.* Ital. *Fuga.* Germ. Ein flucht. Hisp. *La huida, è corrida ligera.* Angl. *Flight, a running away.* } Plaut. *Amphitr.* Ut si nostri fugam facerent, ego meillos reciperem. Idem *Capt. sc.3. a.3.* Neque deprecatio est perfidis, neo malefactis fuga. Idem *Pseud. sc.1. a.2.* Metum atque fugam meis perduellibus injiciam. Ovid.13. *Metam.*

——— *trepidéque fugam exprobravit amico.*

Senec. *cap.10. de consol. ad Marc.* Rapina rerum omnium est virens. Ovid. *Eleg.2. lib.3. Trist.*

*Et patimur nati* (libri) *quam tulit ipse fugam.*

Liv. *dec. lib.3.* Fugam accipere, arripere. Ovid. *Eleg.2. lib.4. Trist.*

*In cœlum celeri pervenit illa* (mens) *fugâ.*

Virg.3. *Æneid.*

——— *longámque fuga ne linque laborem.*

Idem 4. *Æneid.*

*Frondentésque feram ramos, & robora sylvis*
*Infabricata fuga studio.*

¶ Aliquando celeritas. Virg.11. *Æneid.*

——— *dimitte fugam, & te committe equo*
*Mecum cre de solo.*

Quo in loco Servius fugam pro celeritate interpretatur. Idem fugam pro cursu posuit.

——— *vel qualis equos Threissa fatigat*
*Harpalice, volucrémque fuga prævertitur Hebrum.*

Et Quintilianus navigationem dixit fugam: & naves fugientes, quæ velocem faciunt cursum. ¶ Aliquando fuga dicitur impetus. Author est Nonius, citans illud Virgilii,

*Ille volat, simul arva fuga, simul æquora verrit.*

¶ A fuga, sive à fugiendo, fiunt composita, Perfuga, transfuga, lucifuga, nocturnifuga, solifuga, lucrifuga: quæ omnia exponuntur per participium fugiens: ut, Perfugiens, transfugiens, lucem fugiens, & sic de cæteris. ¶ Fugam facere. Sallust. *Jugurth.95.*

Fugālĭa, August. *lib.2. de civitate Dei, cap.6.* Nec ubi fugalia celebrarentur, effusa omnium licentia turpitudinum, & verè fugalia, sed pudoris & honestatis. Vives *ibidem.* Fugalia, vel fugialia, à Fugia dea Romana, quæ sit lætitiæ dea, à fugatis hostibus nuncupata: de qua Varro *in 5. de lingua Latina.*

Fugāx, acis, qui facilè fugit. { מריח *bariach.* φεύγων. Gall. *Fuyant, qui s'enfuit volontiers.* Ital. *Fugace, leggiero.* Germ. Flüchtig/ein gern fleucht. Hisp. *Lo que mucho huye, è corre.* Angl. *That flieth lightly, ready to flie for feare.* } Hujusmodi enim verbalia in ax, habitum importare actus per verbum significati: ut edax & bibax. Virg.12. *Æneid.*

——— *si fortè furacem* *Conspexit capream.*

Plin. *lib.10. cap.52.* Tribuit hoc avium generi natura, ut fœcundiores essent fugaces earum quàm fortes. Ovid. *Eleg.2. lib.3. Trist.*

*Quisque fugax rerum securáque in otia natus.*

Idem *Eleg. ult. lib.4. Trist.*

*Sollicitaque fugax ambitionis eram.*

Invenitur tamen aliquando positum pro Fugiens. Virg. *lib.12.*

——— *convertiturque fugax auferturque habenis.*

¶ Apud eundem *lib.10.* etiam legitur pro veloci.

——— *prælem Delicanus Hebrum*
*Sternit humi, cum quo Latagum, Falmúmque fugacem.*

Quo in loco Servius interpretatur fugacem pro celeri, & veloci. ¶ Accipitur etiam fugax pro non durabili, aut quod citò præterit. Sic Horatius *lib.1. Carm.* vocat annos fugaces, quòd citò elabantur. Sic etiam Plin. mala Perfica vocat fugacia, quòd durabilia non sint, decerptáque facillimè corrumpantur. Sic enim ait *lib.15. cap.14.* Pretiúmque singulis jam tricenti numi fuerunt, nullius majore: quod miretur, quia non aliud fugacius. Longissima namque decerpto bidui mora est, cogitque se venundari.

Fugācissĭmus, Superlativus, Senec. *epist.75.* Ipsa enim facillimus se nil tempestat

tempestas premit, si fugacissimis bonis credidit.

Fugācitas, atis, quod modò significat inclinationem ad fugam, modò instabilitatem & brevitatem alicujus rei: ut, Fugacitas temporis, fugacitas ætatis.

¶ Fugia, dea lætitiæ, à fugatis hostibus. Perost. Alites ea dea Vitula dicebatur.

Fugillus, ferrum quo extrahitur ignis è petra: & videtur dici à phos, quod est ignis, & gero. GALL. *Fusil* Hinc,

Fugillo, as, ignem de fugillo extrahere. Inde,

Fugillator, & hinc fugillatores dicuntur umbræ dæmonum, qui ignem ferunt.¶

Fŭgĭtīvus, a, um: qui aufugit. {בריח *bariach*, נס *nus*, *fugiens*. GALL. *Fugitif, qui se passe legerement*. ITAL. *Fuggitivo*. GERM. Flüchtig/ der entlauffet oder feldflüchtig wird. HISP. *Cosa que tiene costumbre de huyr*. ANGL. *Fugitive, not abyding, glandly running away*. } Unde fugitivus servus dicitur, qui à domino ea mente recedit ne ad eum redeat, etiamsi mutato consilio ad eum revertatur: quive extra domini domum fugæ causa, ut se à domino celaret, mansit. Item qui eò se confert, unde eum dominus recuperare non possit, aut abducere. Qui autem incendium, ruinam, hostem, aut præceptorem, cui in disciplinam traditus erat, quia immoderatè eo utebatur, aufugit, non fugitivus dicendus est. Plaut. *in Menæch. sc.* 1. *a.* 1. Homines captivos qui catenis vinciunt, & qui fugitivis servis induunt compedes. Idem *in Capt. sc.* 1. *a.* 2. Apage, haud nos deceat fugitivos imitari. *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Et fugi, & surripui filium (id est, & fur, & fugitivus fui.) Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Alligare canem fugitivam agnis lactibus, &c. Fugitivum argentum. Terentius *in Heautont.* Fugitivus lapis. Plin. *lib.* 36. *cap.* 15. Fugitiva gaudia, hoc est, fugacia, quæque citò evanescunt & abeunt, ac parum durant. Martial. *lib.* 7.

*Vive velut rapto, fugitivaque gaudia carpe.*

Idem *lib.* 1.

*Gaudia non remeant, sed fugitiva volant.*

Fŭgĭtīvārius, apud antiquos fugitivorum servorum reductor: qui eam operam profitebatur, ut fugitivos investigatos reduceret. {ανδραποδιστης. GALL. *Qui faisoit jadis mestier de chercher les serfs fugitifs, & les ramenois à leurs maistres*. ITAL. *Chi và cercando i servi fugitivi, & gli riconduce à i padroni*. GERM. Der die flüchtigen oder entloffne knecht sucht/ und sie den herren wider bringt. HISP. *El que busca los siervos huydizos*. ANGL. *That bringeth againe fugitive servandes*. } In *Pandectis in l. si apud te. de præscript. verb.* Non enim ambo pecuniam, ego & fugitivarius deposuimus. Varro hoc verbo metaphoricè quodammodo usus est, quum inquit *lib.* 3. *cap.* 14. Idoneus sub dio sumendus est locus cochlearius, quem totum circum aquâ claudas, ne quas ubi posueris ad partum, non libetos earum, sed ipsas quæras: aqua, inquam, cludenda, ne fugitivarius sit parandus: id est, ne si locus fugæ pateat cochleis, cogaris postea tanquam fugitivos servos, sic cochleas fugitivas persequi, & ut ministerio reptehensorum. Budeus *in Annotationibus, l. indagatum*.

Fugo, as, in fugam converto, pello, propulso. {חברית *hibriach*, הכים *hanis*. φευγω. GALL. *Chasser, mettre en suite*. ITAL. *Fugare, mettere en fuga*. GERM. Flüchtig machen/ in die flucht bringen. HISP. *Ahuyentar, à hazer huyr*. ANGL. *To chase away, to put to flight*.} Plaut. *in Amph.* Ibi nunc meus pater memorat, legionem hostium se fugavisse. Plin. *lib.* 11. *cap.* 33. Vultures unguento qui fugantur, alios appetunt odores. Lactant. *lib.* 1. Saturnus quum fugatus esset à filio. Ovid. 13. *Met.*am.

——— *quas hac à classe fugavi* (pro repuli, sup. flammas.)

Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. Hostibus fugatis. Metaphoricè. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

*Cumque alii tibi sint causse graviore fugati* (i. missi in exilium.)

Fugaturus, a, um. Partic. fut. temp. Ovid. *epist.* 17.

*Iámque fugaturus Titheni conjuge nollem,*
*Pravius Aurora lucifer ortus erat.*

¶ Fuit, ἐπῆν, id est, mortuus est: subaudi, & non est amplius. Ita *vixit*, præteritum affirmatur, at præsens negari intelligitur.

Fulboran. In ll. Long. *lib.* 2. *tit.* 14. *l.* 2. Si quis reliquerit filium legitimum unum, quod est fulboran, & filios naturales, unum vel plures: filius legitimus tollat duas portiones de patris substantia, naturalis verò tertiam.¶

Fulcio, is, si, tum, ab Hebraico Bul. Munio, sustento, fortifico. {סמך *samach*, סעד *sahàb*. ἐρείδω, στηρίζω. GALL. *Appuyer, estayer, soûtenir*. ITAL. *sostentare, fortificare*. GERM. Understützen/ underseyen/ bevestigen. HISP. *sostentar, sostener, fortificar*. ANGL. *To proppe, to underfotte and mak sure*.} Juven. *Satyr.* 3.

*Nos urbem colimus tenui tibicine fultam.*

Martial. *lib.* 1.

*Fulcitur testa fagina mensa mihi.*

Cic. 4. *Acad.* Sed quid eos colligam, quum habeam Chrysippum qui fulcire putatur porticum Stoicorum? Idem *post red. in Senatum*. Horum consulum ruinas, vos Consules vestra virtute fulsistis. Sence. *cap.* 15. *de consol. ad Marc.* Fulcire domum adoptione. Et Ovid. *Eleg.* 5. *lib.* 1. *Trist.*

——— *ut vix fulta ruina est.*

¶ Hujus compositum est Suffulcio. ὑποστήριγμα. Varro, Ut majoribus portionis suffultæ vites auras non permittant.

Fŭlcīmentum, i. quod aliquid fulcit & sustinet. {משען *mischàd*, משען *mischàn*. ἔρεισμα, ὑπόστημα. GALL. *Appuy, étaye, soûtenement*. ITAL. *Sostegno, sostenimento*. GERM. Ein underfang/ auffenthalt. HISP. *Sustentamiento*. ANGL. *A proppe, a shore*. } Plaut. *in Trinum.* Quid ego nunc agam, nisi ut sarcinam constringam, & clypeum ad dorsum accommodem, fulcimenta, jubeam suppingi soccos.

Fulmentum etiam dicitur pro fulcimento & fulcro. Nonius, Fulmentum neutro, ut est in proverbio veteri, quo Varro utitur sæpiùs, fulmento lectum scandunt, h. e. quod subesse debet, præesse vult.

Fŭltūra, æ: Sustentatio. } משען *mischàdh*, משען *mischàn*. ἔρεισμα, ἐπίστημα. GALL. *Soustien, appuy, étayement*. ITAL. *Sostentatrice, sostegno*. GERM. Understützung/ auffenthaltung. HISP. *Sustentamiento*. ANGL. *A holding up, a propping*.} Plin. *lib.* 63, *cap.* 15. Cyrica & Calepini Pars I.

buleuterion vocant ædificium amplum sine ferreo clavo, ita dispositâ contignatione, ut exeminentur trabes sine fulturis, ac reponantur. Idem *in Epist.* Nam fulturæ ad subditructiones, quibus subiade subjiciuntur, non tam firmæ mihi, quàm sunt pinnæ videntur. Col. *lib.* 1. *c.* 1. Sed & pro fultura & subditructione fungentur adversùs ea, &c.

Fŭlclo, nis. Cornelius Fronto *de nominum verborumque differ.* Fulcio dum fit, fultura cum facta est,

¶ Fulcraria, lecti ornamenta.

Fulcrarius, qui spondas, & fulcra lectorum fabricat.¶

Fŭlcrum, i, quo lectus sustinetur, à fulciendo dictum. {משען *mischàdh*, משען *mischàn*. ἔρεισμα. GALL. *soustenement, le bout d'un lit, le chalit*. ITAL. *sostentamento, piedi che sostentano le lettiere*. GERM. Ein stütz/ ein bettstell. HISP. *El pie de la cama*. ANGL. *A proppe or shore, a sedstadde*. } Virg. 6. *Æneid.*

——— *fulgent genialibus alis*
*Aurea fulcra toris.*

Gell. *lib.* 10. *cap.* 25. Neque apud ejus lecti fulcrum capsam esse cum strue, aut ferro oportet. Suet. *in Claudio*. Adhibebat omni cœnæ & liberos suos cum pueris, puellisque nobilibus, qui more veteri ad fulcra lectorum sedentes vescerentur. ¶ Fulcralia, lecti ornamenta. Gloss. Isid.

Fulco, Andegavensium princeps fuit, quintus Rex Hierosolymorum, qui equo in caput verso occubuit, quum regnasset annis undecim. Volaterranus.

¶ Fulda, *Fuld*, urbs Germaniæ, in qua est nobilissima Abbatia Ordinis S. Benedicti, à S. Bonifacio Archiepiscopo Moguntino fundata.

Fulfrea, ingenua, sive liberta, vel ipsa plene libera. Legitur *Fulfreal* in ll. Longob. *lib.* 1. *l.* 25. *tit.* 6.¶

Fŭlgĕo, ēre, si, sum, à φλέγω deducitur, quod apud Græcos flammam significat. Splendeo, fulguro. {נגה *nagàh*, הבהל *habàl*. στίλβω, στράπτω. GALL. *Reluire, resplendir*. ITAL. *Risplendere*. GERM. Scheinen/ gleissen. HISP. *Resplandecer*. ANGL. *To glitter or shyne*. Lucan. *lib.* 10.

*Fulget gemma toris, & jaspide fulva superbit.*

Cicer. *in Catil.* Qui nitent unguentis, qui fulgent purpura. Liv. 2. *ab Urbe*. Ut primo statim concussu intrepidè arma, micantésque fulsêre gladii, horror ingens spectantes perstrigit. Senec. *cap.* 10. *de consol. ad Marc.* Quod circa nos ex adventitio fulget, ut opes. Catull. Ut nos quoque fulgeremus (coronæ inter alias.) ¶ Accipitur etiam fulgere pro fulgurare. Cic. 2. *de natur. deor.* Hunc etiam augures nostri, quum dicunt, Jove fulgente, tonante: dicunt etiam Cœlo fulgente, tonante. Idem *in Patin.* Jove fulgente, cum populo agi nefas esse. ¶ Fulgere, pro Ferire, prisci dicebant, authore Festo Pompeio: unde fulgur dictum est. ¶ Hujus composita sunt Affulgeo, alluceo, ἐπιλάμπω. Liv. Et navium speciem de cœlo affulsisse. ¶ Confulgeo, simul cotos fulgeo. Plaut. *in Amph.* Ardete censui, ædes ita tum confulgebant. ¶ Effulgeo splendorem emitto, λάμπω. Præfulgeo, vide suo loco. ¶ Refulgeo, splendorem reddo. Persius *in præfat. sui poëm.*

*Quod si dolosi spes refulserit nummi*
*Corvos Poëtas*, &c.

Fulgĕtrum, i, fulgur, hoc est, lux illa, seu vibratio luminis, quæ antè cernitur, quàm tonitru audiatur, quum simul fieri certum sit. Fulgentissimus, a, um. Vell. Fulgentissimum opus victæ Galliæ. Idem, fulgentissimos Massilia. Idem, fulgentissimo & cœlesti ore. Cicer. & Catull. *de coma Beren.* Cæsarem fulgentem clarè. {ברק *barak*, ἀστραπὴ, στεροπή. GALL. *L'éclair que fait le tonnerre*. ITAL. *Lampo, baleno*. GERM. Ein blitz/ wetterleych. HISP. *Resplandor del relampago*. ANGL. *The lightning that the thunder maker*. } Plin. *lib.* 2. *cap.* 43. Hinc nasci procellas, & si in nube luctetur flatus, aut vapor, tonitrua edere si erumpat ardens, fulmina: si longiore tractu nitatur, fulgetra: his findi nubem, illis perrumpi. *Ibid. cap.* 54. Fulgetrum prius cerni quàm tonitruum audiri, quum simul fiant, certum est: nec mirum, quando lux sonitu velocior.

Fulgĕtra, æ, fœminini gen. Idem Plin. *lib.* 2. *cap.* 2. Fulgetras poppysmis adorare consensus Gentium est.

¶ Fulginium, quod & Fullinium, *Foligno*. V. S. Umbriæ, in provincia Romana.¶

Fulgo, is, si, sum, tertiæ conjugationis. Fulgeo. {נגה *nagàh*, הבהל *habàl*. στίλβω. GALL. *Resplendir, reluire*. ITAL. *Risplendere*. GERM. Scheinen/ gleissen. HISP. *Resplandecer*. ANGL. *To glitter or shyne*.} Virg. *lib.* 6.

*Illa autem, paribus quæ fulgere cernis in armis,*
*Concordes animæ*, &c.

Ad eundem etiam modum Effulgo dicebant, pro Effulgeo. Idem,

——— *auróque effulgere fluctus.*

Fulgŏr, is: Splendor. {נגה *nogàh*, ברק *barák*. στίλβος. GALL. *Splendeur, lueur, clarté*. ITAL. *Splendore*. GERM. Scheinglantz. HISP. *Resplandor*. ANGL. *A glistering, brightnesse*. } Plin. *lib.* 7. *cap.* 25. Speculorum fulgor aspectu ipso hebetatur. Virg. 5. *Æneid.*

——— *mucronibus ære*
*Squamam incendebat fulgor.*

Cic. 6. *Verr.* Cujus fulgore collucere atque illustrari Jovis Opt. Maxim. templum oportebat. Vell. Fulgor carminum Homeri. ¶ Accipitur etiam fulgor pro fulgure. Cic. 2. *de Divin.* Quum autem se in nubem induerint, ejusque tenuissimam quamque partem corripuerint dividere, ac distrumpere, idque crebrius facere & vehementius, tum & fulgores, & tonitrua existere: si autem nubium conflictu ardor expressus se emiserit, id esse fulmen.

Fulgur, is, Fulgetrum, fulgor. } ברק *barák*, ἀστραπὴ. GALL. *Eſclair*. ITAL. *Lampo, baleno*. GERM. Ein blitz. HISP. *El relampago*. ANGL. *The lightning that the thunder maketh*.} Differt autem à fulmine, teste Sence. *lib.* 2. *natur. quæst.* quòd fulmen dicatur, quum ignis emittitur, fulgur autem quum ignis tantùm ostenditur. Unde: domum fulmine accensam dicimus, non fulgure. Est enim fulgur nihil aliud quàm splendor ipsius fulminis: fulmen autem, ipsum telum. Utrumque tamen ignem esse constat. Illud tamen interest, quòd fulgur tantum virium non habet, ut ad terram possit deferri. Plin. *lib.* 2. *cap.* 49. Quod si simul rupit nubem, exarsitque, & ignem habuit, aut p[illegible]a

concepis, fulmen eſt. Hinc aiunt naturalium cauſarum ſcrutatores, fulgura ex nubium colliſione gigni in morem ſilicum duriorum, quos quum complóſeris, medius ex his ignis exterus elabitur, atque ita cum fulgure patiter & contrua mugite, tonitruum ſcilicet ſonitu indicante, & fulgura excuſſi luminis claritate. ¶ Fulgur ex pelvi. ἀφανὲς ἐκ νιτρου. De minis inanibus eorum qui lædere non queant. Fulgor enim, qui fulguris quadam è vaſculorum nitentium vibratione, aut ex aquis redditur, nocendi vim nullam habet, pueros modò territat. Diogenianus. Gell. *cap.5. lib.* 4. Fulgur pinculis luere, (de ſtatua cœlo tacta.) Suet. *in Aug. cap.* 29. Quum fulgur ſervum exanimaſſet. *Ibid. cap.*90. Tonitrua & fulgura expaveſcebat. Et *paulò pòſt.* Conſternatus tranſcurſu fulguris. Idem *in Galba, cap.*4. Procantare fulgur.

Fulgurālis, e, ad fulgura pertinens. ἀφανιζῶν. Gall. *D'éclair, des appartenances d'éclair.* Ital. *Pertinente à lampo.* Germ. Das zu dem blitz gehört. Hisp. *Coſa perteneciente al relampago.* Angl. *Perteining to lightning.* } Cicer. 1. *de Divin.* Quod Hetruſcorum declarant & haruſpicini, & fulgurales, & rituales libri, noſtri etiam angurales: hoc eſt, libri qui de fulgurum inſpectionibus tractant.

Fulgūrĭtus, tis. { ברק *barák.* } Afflatus fulminis. Lucil. Satyr. *lib.*26. *apud Nonium cap.*2. Luporum aciem claram, & fulguritatem arborum. Alii legunt, *fulgoritarum.*

Fulgūro, as: Fulgur emitto, fulgeo, coruſco. { ברק *barák.* ἀφανίζω. Gall. *Eſclairer, faire éclair.* Ital. *Folgorare, balenare.* Germ. Wetterleychen. Hisp. *Relampagar.* Angl. *To ſend forth lightning.* } Plin. *lib.*18. *cap.*35. Quum ex omnibus quatuor partibus cœli fulgurabit. Idem *lib.*9. *cap.*35. Si fulguret, comprimi conchas. Idem *in præfat.* Fulgurat vis eloquentiæ.

Fulgūrātio, fulgurandi actio. { ברק *barák,* חזון *chazíz.* ἀφανισμὸς ἢ δὴ τὸ παρὰ τεχνίτων, ἃ φωσφόρους Ῥωμαῖοι καλοῦσι. Gall. *Fulguration, quand il éclaire par tonnerre.* Ital. *Il lampeggiare.* Germ. Blitzung. Hisp. *Obra de relampagar.* Angl. *The lightning of thunder.* } Senec. 2. *nat. quæſt.* Fulguratio oſtendit ignem, fulminatio emittit.

Fulgūrātor, fulgurum inſpector, interpres, teſte Nonio, ἀφανιστής. Cato *de moribus Claudii Neronis*, Aruſpicem fulguratorem ſi quis adducat. Cic. 2. *de Div.* Nónne intelligis eadem uti poſſe & aruſpices, & fulguratores, & interpretes oſtentorum?

Fulgūrio, is: Fulgur jacio. { ברק *barák.* ἀφανίζω. Gall. *Faire éclairer, frapper d'éclairs.* Ital. *Folgorare, balenare.* Germ. Blitzen. Hisp. *Relampagar.* Angl. *To ſend forth lightning.* } Nævius apud Nonium, Sanè ſuo ſonitu claro fulgurivit Iupiter.

Fulgūritŭs locus, id eſt, fulmine ictus, qui ſtatim fieri religioſus putabatur, quòd eam Deus ſibi dicaſſe videretur. Author Feſtus. κεραυνοβόλος. ¶ Senec. *quæſt. natur.* 2. *cap.*1. Quid quod omnibus fulguritis odor ſulphureus eſt.

Fulgūritāssunt, pro fulgure percutiuntur, dixit Plaut. *Trin.* nam fulguritaſſunt Alternæ arbores, ſues moriuntur angina acerrimè.

‖ Fulgora, dea fulguris. Aug. *lib.*6. *de C.D. cap.*10.

Fulica, avis aquatica, nigra.‖

Fūlmĕn, inis: Ignis è nubibus erumpens, de quo vide latiùs paulò antè in dictione *Fulgur.* { ברק *barák.* κεραυνὸς, σπινθὴρ. Gall. *Foudre.* Ital. *Fulmine, ſaetta.* Germ. Straal. Hisp. *Rayo que cayo del cielo.* Angl. *Lightning, a thunder bolte.* } Liv. 1. *ab Vrbe*, Aventino fulmine ipſe ictus, regnum per manus tradidit. Ovid. *Eleg.*1. *lib.*2. *Triſt.*

*Si quotiès peccant homines ſua fulmina mittat*
*Iuppiter.*

Idem *ibidem.*

*Parce precor fulmenque tuum, ſeva tela reconde.*

Idem *Eleg.*4. *lib.*3. *Triſt.*

*Sævum præluſtri fulmen ab arce venit.*

Ibid. *Eleg.*4. *lib.*5.

*Percuſſum fulmine vatem* (à Cæſare.)

¶ ‖ Fulmen, pro fulcimento, à fulcio. Manil. *lib.*1.

*Huic in perverſum ſimilis dejecta ſub orbe,*
*Imáque ſubmerſi contingens fulmina mundi.*

Ubi Scal. Fulmina, τὰ ἐρείσματα. Quo modo eam ſæpe *momen* dixit Manilius pro *momento*: ſic fulmen pro fulmento. ‖ ¶ Duo fulmina allegoriæ pro funeribus, quibus domus percuſſa, Liv. *dec.*3. *lib.*4. ¶ Fulmen etiam apro tribuitur. Vide *Fulminem.* ¶ Ponitur aliquando pro vi & impetu. Cicer. *ad Papyr.* Inſanire tibi videris, quòd immitere verborum meorum, ut ſcribis, fulmina? Idem 2. *Tuſc.* Nam ſi omnia fugiendæ turpitudinis, adipiſcendæque honeſtatis cauſa faciamus, non modò ſtimulos doloris, ſed etiam fulmina fortunæ contemnamus, licebit.

‖ Fulmenta, æ, ſolea qua calceus ſubtus fulcitur.

Fulmentum, in lecto eſt, quod ὕλλιγγον Græci vocant, nempe quod lectis ſubjicitur.‖

Fūlmĭnĕus, a, um. { κεραύνιος, ὑπερκεραύνιος. Gall. *De foudre, foudroyant.* Ital. *Di fulmine, di ſaetta.* Germ. Das zu dem straal gehört. Hisp. *Coſa del rayo del cielo.* Angl. *Belonging to lightning, of lightning.* } Ovid. 2. *de Pont.*

*Et qui fulmineo ſæpè ſine igne tonat.*

Fulmineum os apri, hoc eſt, violentum, & fulminis modo obvia quæque proſternens. Idem 4. *Faſt.*

*Sicut aper longè ſylvis lætantibus altus,*
*Fulmineos celeres diſſipat ore canes.*

Idem apris fulmen tribuit, quod aduncis exertiſque dentibus repræſentant: ſic enim ille,

*Fulmen habent acres in aduncis dentibus apri.*

Rurſus,

——— *denſes aquantur dentibus Indis*
*Fulmen ab ore venit, ſpondes afflantibus ardens.*

Aut quia ſic is, velut fulmen omnia conſumit.

Fūlmĭno, as, ate, eſt fulmen jacere, vel fulmine afflare. { ברק *barák.* κεραυνοβολῶ, κεραυνῶ. Gall. *Fulminer, foudroyer.* Ital. *Fulminare, ſaettare.* Germ. Straal ſchieſſen. Hisp. *Herir con rayo del cielo.* Angl. *To lighten, to ſtrike with lightning.* } Senec. Minore igne ad fulgurandum, quàm ad fulminandum opus eſt. Plin. *lib.*2. *cap.*7. Fulminantem pejerant Jovem. Fulminant Mars, per tranſlationem. Plin. *lib.*30. *cap.*1. Trojanis itaque temporibus (quum Chronis medicinis contenta eſſet) ſolo Marte fulminante, mirror equidem illis populis famam ejus in tantum adhæſiſſe, ut, &c.

Fūlmĭnor, aris, paſſivum: Fulmine percutior. Corn. *in Perſ. Satyr.*2. Citiùs fulminentur arbores, quàm ruet domus tua.

Fulmĭnātus, a, um: Fulmine ictus. { κεραυνοβλὴτ. Gall. *Foudroyé, frappé du tonnerre.* Ital. *Percoſſato del cielo.* Germ. Mit dem strael geſchoſſen oder geſchlagen. Hisp. *Herido con rayo del cielo.* Angl. *Striken with lightning.* } Plin. *lib.*2. *cap.*54. Vulnera fulminatorum frigidiora.

Fuliginates, populi ſunt Umbriæ in Italia, ut ſcribit Plin. *lib.*3. *cap.*14.

Fūlĭca, æ. { ἀλεκτρὼν nonnullis, aliis λάρος. Gall. *Vn oiſeau de riviere qu'on appelle Foulque.* Ital. *Folica.* Germ. Ein taucher / oder hagelgantz. Hisp. *La corcova, ave nora.* Angl. *A coote.* } Avis eſt aquatica, magnitudinem columbæ non multùm excedens: à furvo, id eſt, nigro, aut certè à fuliginis colore dicta. Gaudet præcipuè mari, ſtagniſque ampliioribus. In ſiccum ſe recipiens, clamoreque voce clangens, nautas imminentis tempeſtatis admonet. Virg. *lib.*1. *Georg.*

*In ſicco ludunt fulicæ.*

Plin. *lib.*18. *cap.*35. Longo volitans, conchæ adhærentes, echini affigentes ſeſe, aut arena ſaburrantes, tempeſtatis ſigna ſunt: Ranæ quoque ultra ſolitum vocales, & fulicæ matutino clangore. ¶ Legitur & fulix in eadem ſignificatione: ut rauca fulix, apud Cic. *lib.*2. *de Divin.*

Fūlīgo, inis: Nigrum ſeu fulvum illud excrementum, quod ex fumo caminis, aut furnis adhæret, à furvo, id eſt, nigro colore nomen habens. { αἰθάλη, λιγνὺς. Gall. *Suye.* Ital. *Fuliggine, negrura cauſata del fumo.* Germ. Ruß. Hisp. *Ollin del hogar.* Angl. *The ſoote of a chymney.* } Plin. *lib.*35. *cap.*6. Adulteratur fornacum, balneumque fuligine. Col. *lib.*1. *cap.*6. Quoniam fumo & fuligine ſapor olei corrumpitur. Cic. 2. *Philipp.* Idem tamen quaſi fuligine abſterſa, reliquis diebus in Capitolio præclara Senatuſconſulta feciſti. Fuligo lucubrationum oratori bibenda. Quint. Et Gell. *cap.*2. *lib.*1. Verborum fuligine jacta ob oculos.

‖ Fulina, coquina: Fulinare, coquinare. Gloſſ. Iſid. Fulinarius coquus.‖

Fulix, vide *Fulica.*

Fullo, nis, qui purganda, poliendáve veſtimenta accipit: ita dictus à fovendis aqua calida veſtibus. { כבס *chabés.* γναφεύς. Gall. *Foulon.* Ital. *Purgatore, tintore.* Germ. Ein walcker. Hisp. *El que lava ò adoba los paños, lavandero de paños.* Angl. *A fuller.* } Plaut. in *Aul.* ſtat fullo, phrygio, antifex, lanarius. Plin. *lib.*28. *cap.*6. Utina vitilis podagris medetur, argumento fullonum, quos ideò tentati eo morbo negant. Fullonis periphraſis, apud Ovid. 3. *Faſt.*

*Hanc cole qui maculas læſis de veſtibus aufers.*

Plaut. *Aul. ſc.*5. *a.*3. Petunt fullones, petunt Sarcinatores. ¶ ‖ Et item piſcis cinca, ein ſchleye.

Fullonicum, γναφεῖον. Gloſſ. aliter *fullonicum*, & *fullonica*, officina fullonis.‖

Fullōnĭus, a, um: quod ad fullonem pertinet. { γναφεῖκὸς. Gall. *De foulon.* Ital. *Coſa de tintore.* Germ. Das zu dem walcker gehört. Hisp. *Coſa perteneciente à lavandero de paños.* Angl. *Of a fuller.* } Plaut. *in Pſ. ſc.*1. *a.*3. Cras mihi potandus fructus eſt fullonius (obſcœnè.) Plin. *lib.*16. *cap.*44. Quod notatur & in ſpina fullonia hippophaëo.

Fullōnĭcæ, æ, ſubſtantivè acceptum, modò ſignificat officinam fullonis. { γναφεῖον. Gall. *Boutique de foulon.* Ital. *Bottega di tintore.* Germ. Ein walcke. Hisp. *La tienda de lavandero de panos.* Angl. *A fullers work houſe.* } Ulp. *Lapud Trebatium, ff. de aqua pluv. arcend.* Apud Trebatium relatum eſt, quum in fundo aqua oriretur, eum qui fullonicas circa fontem inſtituiſſet, & ex his aquam in fundum vicini immittere cœpiſſet. ¶ Modò etiam ipſam fullonis artem. { γναφικὴ. Gall. *L'art de foulon.* Ital. *Arte de tintore.* Germ. Die kunſt deß walckens. Hisp. *Aquella arte de lavandero de paños.* Angl. *The fullers craft.* } Plaut. *in Aſin. ſc.*2. *a.*3. A. non quæro dicere. P. ſi non didiciſti fullonicam, non mirandum eſt. Plin. *lib.*7. *cap.*56. Fullonicam artem Nicias Megarenſis invenit. ¶ Legitur & fullonica neutro genere & plurali numero, pro fullonum officinis, à nominativo ſingulari fullonicum. Ulp. *l. ſi cujus, §. ait. ff. de uſuf.* Quod (inquit) dicitur meritoria non facturum, accipe quæ diverſoria, vel fullonica vulgò appellantur.

Fulmĕn, Fulminare: vide *Fulgeo.*

Fulſinates, populi ſunt inſulani, juxta oram Illyrici: quorum meminit Plin. *lib.*4. *cap.*21.

‖ Fultrum. Habent hanc vocem ſemibarbara Dictionaria. Gemma genu. Fultrare ſchragen vnder beth machen. Fultrum ein bethſtey. Eſt etiam ornamentum, quod ſupponitur lecto, vel pes lecti, vel ejus ſpondæ. Etiam ponitur pro lecto.‖

Fulūra, vide *Fulcio.*

Fulvĭānā, herba quædam, urinæ ciendæ utilis, à Fulvio inventore nomen habens. Plin. *lib.*26. *cap.*8. Et herba fulviana trita ex vino, & hæc nomen inventoris habet, nota tractantibus: urinas ciet.

Fulvius Flaccus Cenſor tectum marmoreum Junonis Lacinæ ſpoliavit, ut eadem quam dedicaverat Equeſtri Fortunæ, tegeret. Author Livius *lib.*42.

Fulvus, i, à φλέγω, φλέξω: vel à furvus. Color dicitur qui ex rufo & viridi videtur eſſe miſtus, in aliis plus viridis, in aliis plus rufi habens. { צהב *tſahób,* ירקרק *yrakrák.* πυῤῥὸς. Gall. *Fauve, de telle couleur qu'eſt un lyon.* Ital. *Color di leone, roſſo, ò giallo.* Germ. Gelbgrün. Hisp. *Color leonado, roxo.* Angl. *A diepe yalow lyk gold or copper.* } Nam & aquilam fulvam dicunt Poëtæ, & fulvum aurum, & arenam fulvam, & leonem fulvum: quæ tamen res colore nonnihil differunt. Quinetiam jaſpidem fulvam vocant: quam tamen conſtat eſſe viridis coloris. Virg. 4. *Æneid.*

——— *atque illi ſtellatus jaſpide fulva*
*Enſis erat.*

Ubi Servius, Jaſpide fulva, pro viridi: ut,

——— *fulvâ*

——— *fulvéque capus nutantur oliva.*

Ovid. *Eleg.6. lib.4.Triſt.*

*Portier in fulva nervus eſt jactator arena.*

Idem 5. *Faſt.*

*Grata levi fulva veſtra videbis avi.*

Item fulva ſæx dicatur ab Ennio apud Gell. *cap.19. lib.13.*

‖ Fumabatur, idem quod *Fomabatur*: id vide.‖

Fūmĭfer,a,um: quod fumum emittit. ‖ רשׁע *haſchán.* καπνίζων. Gall. *Fumeux, enfumé.* Ital. *Affumato.* Germ. Rauchig / das vil rauch gibt. Hisp. *Coſa mucho ahumada.* Angl. *smoke, brake with smoke.*‖ Cato *de re ruſt. cap.130.* Codicillos oleagineos, & cætera ligna amurca cruda perſpergito, & in Sole ponito, ut perbibant benè: ita neque fumoſa erunt, & bene ardebunt. Idem *cap.37.* Item infimi lapides cocti cadent, & minùs flamma fumoſa exibit. ¶ Interdum etiam fumoſum dicitur quod fumo tinctum eſt. Unde tecta fumoſa dicuntur à Virgilio,

*Colaque præterea fumoſis deripe teſtis.*

Et fumoſæ imagines, à Cicerone *in Piſonem*, quæ à nobilioribus domi aſſervabantur, jam ob veluſtatem fumo denigratæ. Sed (inquit) de totum quidem factum aut militiæ, aut domi: obrepſiſti ad honores errore hominum, commendatione fumoſarum imaginum, quarum ſimile habes nihil præter colorem. Ad hoc etiam alludit Juvenalis, quum ait *Satyr.8.*

*Fumoſos Equitum cum Dictatore magiſtros.*

Quanquam in quibuſdam exemplaribus corruptè legatur *famoſos*, Ovid. *Eleg.1. lib.2. Triſt.*

*Talia ludentur fumoſo menſe Decembri.*

¶ Apud Græcos καπνίδων ἀγορὰ, id eſt, fumoſæ imagines, vice proverbii dicebatur in eos qui jactabant veluſtam generis nobilitatem. Infumibulum, per quod fumus erumpit, καπνοδόχη.

Fūmōſŭs,a,um. ‖ רשׁע *haſchán.* καπνώδης. Gall. *Plein de fumée, fumeux.* Ital. *Pieno di fumo è che getta fumo.* Germ. Rauchechtig. Hisp. *Coſa que mucho humea è que echa de ſi humo.* Angl. *Smokie.*‖ ut, Vinum fumoſum, hoc eſt, fumo conditum. Matt. *lib.13.*

*Fumoſa Maſſilia ponere vina parat.*

Fūrŏr, aris: Furtum facio, clàm alienum aufero, compilo, expilo, clàm eripio. { גנב *ganáb*. κλέπτω. Gall. *Dérober, faire larrecin.* Ital. *Furare, rubbare.* Germ. Stälen. Hisp. *Hurtar de escondidas.* Angl. *To steale.* } Cic. 6. *Verr.* Tum primùm intellexi ad eam rem istos fratres Cyribaras fuisse, ut iste in furando manibus suis, oculis illorum uteretur. Plin. *lib.* 12. *c.* 12. Nemo furatur alteri. Cic. 3. *Verr.* Verres solet hæc quæ rapuit, & furatus est, dicere se emisse. Plaut. *Pseud.* 2. *a.* 3. Ad furandum conductus coquus. Item, Furari otium, *cap. ult. lib.* 20. ¶ Furari, pro furtim assequi, & furtim obrepere ad aliquid. Cicer. *pro Cornelio Balb.* Non enim furatus esse civitatem, genus suum ementitus, non in aliquo impudenti mendacio delituisse, non irrepsisse in censum dicitur.

Fūrcă, à furcudo. Instrumentum quo stramenta feruntur. { קלשון *killeschón*. σκαλίς, σίφαγξ. Gall. *Fourche.* Ital. *Forcella, forcina.* Germ. Ein gabel. Hisp. *Horca de dos gajos, ò puntas.* Angl. *A gibbet or gallows.* } Virg. *lib.* 1. *Georg.*

*Exacuunt alii vallos, furcasque bicornes.*

¶ Dicitur etiam furca id quo quid sustentatur in modum furcæ factum. Plin. *lib.* 1. *cap.* 2. Furcas subdere his necessarium. Idem *lib.* 9. *cap.* 8. Tunc piscatores circundant retia, furcisque sublevant. Furca, teste Plutarcho, Lignum plaustri, quod temoni subjiciebant, ὑπόζυγιον, & σύζυγον. Hanc malefici (ut infrà dicetur) gerebant servi. In furca etiam, sed alia suspendebantur. ¶ Furca etiam ad ignis supplicium trudebantur. Prudentius, Etiam retortis brachiis eminus, Romanus actus ingerebatur togo. ¶ Unde bifurcus, Bifurcatus, & Bifurcarim. ¶ Furca quoque crucem significat aliquando. Sub furca vinctum esse. Liv. *lib.* 1. Figebantur furcæ grassatores. Callistratus *in l. capitalium*, §. *famoses*, *ff. de pœnis.* Furcam ferebant deprehensi in aliquo maleficio servi. Cic. *de Divin.* Quùmque jam populus consedisset, servus per circum quum virgis cæderetur, furcam ferens ductus est. Hinc apparet furcam fuisse lignum oblongum in modum furcæ: duas autem hinc & hinc positas superjecta una pertica, sub qua vincti verberabantur, aut quam ferebant qui cædebantur, sive servi, sive alii qui aliquid peccassent. Plaut. *Men. se.* 1. *a.* 1. Cæsum virgis sub furca scio. ¶ Furca quid docet Plutarch. *in Coriolano.* ¶ Furcæ imponebatur cervix more majorum. Suet. *in Neron. cap.* 49. ¶ Furca expellere, i. vi maxima ejicere, atque exturbare. Horat. *in Epist.*

*Naturam expellas furcâ, tamen usque recurret.*

Cic. *ad Attic. lib.* 16. *Epist.* Sed quoniam furcilla extrudimur, Brundusium cogito. Catull.

*Mentula conatur Pimpleum ascendere collem:*
*Musæ furcillis præcipitem ejiciunt.*

Hoc Græcè est ἀπὸ ξύλου ἀναγκάζειν: i. *devin.*

Fūrcillis: Instrumentum bidentatum, tridentatúmve, quo utimur ad extrahendum fimum.

Fūrcŭlă, diminutivum. { τὸ μικρὸν δίκρανον ξύλον. Gall. *Fourchette, petite fourche.* Ital. *Forcella.* Germ. Ein gäbelin. Hisp. *Pequeña horca.* Angl. *A litle gibbet.* } Livius *lib.* 37. Momento enim ad inane suspenso furculis ab hostibus muto pervenerunt.

Fūrcilla, æ, aliud diminutivum à furcula, & significat instrumentum quo frumenta cillentur, hoc est, moventur: { nam cillere, movere est, & quo fœnum, stramenta & id genus reliqua jumentis ministrantur. } Angl. *A coene or hay forke.* } Hoc rustici in fœno colligendo utuntur. Varro *lib.* 1. *de re rust.* Herba quum exsiccare desiit, & exilibus steterit, subsecari debet, & quoad pererescat, furcillis versari. Colum. *lib.* 2. *cap.* 10. Baculis, furcillisve contundant. Vide *Furca.*

‖ Furcilles sunt furcillæ, quibus homines suspendebant. Fest.

Furcillo suspendere, vel concutere. Vet. Dict. Monest. habet & Affurcillo, i. juxta vel valde ad aliquid suspendere, vel concutere. Vide Gloss. Græcob. Meurs.

Fūrcĭfĕr, dicebatur servus qui ob leve delictum cogebatur à domino ignominiæ magis, quàm supplicii causa in vicinia furcam in collo ferre, subligatis ad eam manibus, & prædicare peccatum suum, similesque monere cæteros, ne quid simile admitterent. { ὁ διὰ τὸ ξύλον

ξύλον αἰσχύνης, ὁ σταυρὸς αἰσχύνης, ὕβρεως. GALL. *Qui porte une fourche.* ITAL. *Portante la forca.* GERM. Ein galgenbub / galgenstrickwenger / ein knecht der von wegen seiner missethat zu schand ein gabel rote ein galgen tragen muß. HISP. *El que trae horca à cuesta* ANGL. *A slave for punishment, bearing a gallowes through the citie or forke with his handes tied unwith.* } Unde Plutarchus *in vita Coriolani*, Furcifer huic nomen est, quod maxima pœna apud antiquos servo peccanti erat, ut is plaustri ligneum, cui temo affigitur, spectante vicinia ferens circumageretur: quod ubi factum erat, infidus à domesticis, & vicinis existimatus, furcifer appellabatur. Nam Latini lignum illud furcam appellant, Plaut. *in Amph.* Ego pol te istis tuis pro dictis & malefactis furcifer accipiam. Idem *ibid.* Pergin'? Non ego possum furcifer te perdere? Idem *Most. sc.* 1. *a.* 1. Quid me nunc obtuere furcifer? Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Ain' tu furcifer? Idem *Milit. sc.* 6. *a.* 2. Quid nunc furcifer, vidistin' ambas? Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Audin' furcifer quæ loquitur. Cic. *in Vatin.* Quod in illo viro & tum ferendum esset, & maximis rebus quas postea gessit, obliterandum, id tu tibi furcifer sumes? Terent. *in Andr.* Oh, tibi ego ut credam furcifer? Hinc Trifurcifer, insignis furcifer dicitur, sicut trivenefica, insignis venefica.

‖ Furconium, *Forcone.* V. olim E. Aprutii: cujus rudera adhuc monstrantur ex adverso Amiterni, urbis quoque diruræ.‖

FŪRFŬR, uris, à far: reduplicatâ primâ, vel à φύρω. Purgamentum farinæ. { מפל *mappál. σίνηψ.* GALL. *Du son, le bran de la farine.* ITAL. *Semola, crusca.* GERM. Kleyen/träsch. HISP. *El salvado.* ANGL. *Branne skeurfe.* } Plaut. *in Captivis*, Tum pistores scrophi pasci, qui alunt furfure sues. *Ibid. sc.* 1. *a.* 4. Qui alunt furfure sues, ex ipsis dominis exculcabo furfures. ¶ Furfures item Latini appellant vitium capitis, quod & Græci σίνηψ, sive σπυρίασις vocant, quum scilicet quædam quasi furfuraceæ squamulæ absque ulceratione à cute resolvuntur, præsertim in capillo, sive barba, nonnunquam etiam in superciliis. Celsus & Serenus porriginem nominant, Plin. *lib.* 20. *cap.* 9. de scilla herba: Discutit & foliis strumas, quadrinis diebus soluta. Furfures capitis & ulcera manantia illita ex oleo cocto.

‖ Furfuraculum, tenebræ. Gl. Isid.‖

FŪRFURĔUS, a, um, quod ex furfure constat: ut panis furfureus. { σπυρίας, σπυρίας ἄρτος. GALL. *Pain de son, ou de cruche.* ANGL. *Of branne.* } Gell. *cap.* 7. *lib.* 11. Furfureum panem edisare.

FŪRFURŌSŬS, a, um, quod furfures habet admistos, aut quandam furfurum similitudinem referre videtur. { σπυρώδης. GALL. *Plein de son, ou de telles petites ordures blanches.* ITAL. *Pieno di semola, ò de pigliuole.* GERM. Voll kleyen oder träsch. HISP. *Cosa llena de salvado.* ANGL. *Full of branne or skeurfe.* } Plin. *lib.* 22. *cap.* 25. Color in quacunque natione præfertur rufus, & pinguiter lentus: deterior furfurosus.

Furfuraculum, tenebræ. Lege, *Foraculum, terebra*, vel *furfuraculum, terebra*, quia scilicet terebrâ furfures extrahuntur.

Furix, Furialis, Furiosus, Furibundus, Furio, Furo: vide *Furor*, is.

FŪRNĀLĬĀNŬS, a, um, adject. ut Furniana vasa, à Furnio inventore fortassis dicta. Plin. *lib.* 33. *cap.* 11. Vasa ex argento mira inconstantia humani ingenii variat, nullum genus officinæ diu probando nunc Furniana, nunc Clodiana, nunc Gratiana, nunc anaglypta, &c.

FŪRNŬS, i: In quo panis coquitur: ita dictus à furvo, id est, nigro colore, propter fuliginem, vel propter obscuritatem quam intus habet, ut inquit Porphyrio. { תנור *tannúr. ἰπνὸς, κλίβανος, πυρεῖον.* GALL. *Four.* ITAL. *Forno.* GERM. Ein ofen/oder backofen. HISP. *Horno para cozer pan.* ANGL. *An oven.* } Differtque à clibano, quòd clibanus mobilis est, & quasi parvus furnus, testâque aliquando tegitur, sed ferè è metallo fit. Interdum etiam ex lapide constat, non tam pani, quàm aliis dapibus coquendis serviens. Furnus verò ex cæmentis, seu lateribus & calce constat, magnúsque & immobilis est. Plin. *lib.* 19. *cap.* 1. Cortices quoque deculli ligni clibanis & furnis præbent usum. Plaut. *Casin.* Una ædepol opera in furnum calidum condito. Ovid. *6. Fast.*

*Sola prius furnis torrebant farra colonæ.*

Os furni, Præfurnium dicitur. Sipont. In frigidum furnum panes immittere, ἐπὶ ψυχρὸν ἰπνὸν τοὺς ἄρτους ἐπιβάλλειν, dicuntur & hodie qui docent indocilem, qui monent aversum, aut qui alio qui inanem sumunt operam. Refertur apud Herodotum *in Terpsichore.*

FŪRNĀCĔUS, a, um, quod in furno coctum est: ut panis furnaceus. { κλιβανίτης ἄρτος. *De four, cuit au four.* ITAL. *Cio che è cotto in forno.* GERM. Das im ofen gebacken ist. HISP. *Cosa cozida en horno.* ANGL. *Of an oven or baken in the oven.* } Plin. *lib.* 19. *cap.* 9. Nam furnaceis panibus binas adjiciunt libras.

FŪRNĀRĬA, æ, absolutè dicitur. { ἀρτοκοπική. GALL. *Boulengerie, l'art de faire du pain.* ITAL. *L'arte del fornacio.* GERM. Das brodbecken handwerck. HISP. *Arte del horno.* ANGL. *The craste of baking breade in an oven.* } Sicut cœniculatia, & sagaria. Dicitur autem quis furnariam exercere, qui ex furno, panisque coctura quæstum facit, vel qui furnos locat conductoribus. Suet. *de Vitellio*, Cujus filius sectionibus & cognituris uberius compendium nactus, ex muliere vulgari Antiochi cujusdam furnariam exercentis filia, equitem Romanum genuerit. *cap.* 2.

FŪRNĀRĬŬS, qui furnariam exercet, sive qui furno exercendo & coquendo operam dat. { ANGL. *A baker of breade.* } Ulp. *l.* 24. *D. de damn. infect.* Si furti nomine damni infecti fuerit cautum, deinde furnarii culpa damnum datum fuerit.

‖ Furnicum, φαγινὸν, furni instar habens, laqueatum, camerarum.‖

FŪRŌR, eris: vide *Furor*, is.

FŪRŌR, aris: vide *Fur.*

FŪRINĀLĬA: Sacra sunt Furinæ deæ, cujus etiam festa Furinales feriæ vocabantur; & Sacerdos, qui hæc sacra peragebat, flamen Furinalis dictus est. Authores Varro & Festus: quanquam apud Festum corruptè, ut arbitror, legamus *furnalia.* Vide Varronem *de L. L. lib.* 4. *cap.* 6. Ipsa verò Furinalis diva, est Furia, sive Erinnys. Plin. *de viris Illustr.* In locum Furinæ pervenit, de Graccho: quod Plutarch. extulit, φόβος ἐκ τῆς ἀλάστορος φυλῆς.

FŪRŌR, is: Gravior, diuturniórque mentis alienatio, ex vitiato principis animæ facultatis instrumento originem habens. חמת *chémath*, עברה *hebráh*, חרון *charón*, שבעון *schibhgháhón* עגמת *megnegh.* GALL. *Fureur, rage, frenesie, folie furieuse.* ITAL. *Furore, impeto, pazzia.* GERM. Wütigkeit/unsinnigkeit. HISP. *Furia, locura.* ANGL. *Madnesse, rage, furie.* } Senec. *cap.* 4. *de consol. ad Marc.* In primo furore cùm maximè impatientes & feroces sunt miseriæ. (De luctu.) Idem *cap.* 8. *al.* 17. *de consol. ad Polyb.* Quis est iste furor nunquam dolere finere. Ovid. 13. *Metam.*

——*detestatusque furore*
*Militiam fidei.*

Quomodo autem differat ab insania, docet Cic. *lib.* 3. *Tusc.* his verbis: Itaque non est scriptum, si insanus, sed si furiosus esse incipit. Insanum enim esse censuerunt inconstantiam sanitate vacantem, quæ tamen posset tueri officium, & vitæ communem cultum, atque usitatum: furorem autem rari sunt mentis ad omnia excitatem. Quod quum majus esse videatur quàm insania, tamen ejusmodi est, ut furor in sapientem cadere possit, non possit insania. Virg. 2. *Æneid.*

*Instamus tamen immemores, cæcique furore,*
*Et monstrum infelix sacrata sistimus arce.*

Cicer. *de Aruspic. resp.* A dis quidem immortalibus quæ potest hominis major esse pœna furore, atque dementia? ¶ Pro mente vi quadam divina concitata, qualis est furor Poetarum: Poetam magnum esse non posse sine furore. Idem *paulò antè.* Inest igitur animis præsagitio extrinsecus injecta atque inclusa divinitus: ea si exsiliet actiùs, furor appellatur, quum à corpore animus abstractus divino instinctu concitatur. Ovid. *Ele.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

*Forsitan hoc studium possit furor esse videri.*
*Sed quiddam furor his (Musarum) militaris habet.*

¶ Item de sumptu profusissimo. Suet. *in Neron. cap.* 31. Ad hunc impendiorum furorem, &c. Dictus furor, quòd eo correptus, huc atque illuc temerè feratur.

FŪRIÆ, arum. { ἐρινύες, ἀλάστορες, δίκηδικαί. GALL. *Furies.* ITAL. *Furie.* GER. Die göttinen der wütigkeit von welchen die heiden dichten das drey weren/so die obelthäter in der hell peinigten. HISP. *Las furias del infierno.* ANGL. *Furies, gaoles of furie.* } Deæ furoris, Noctis, Acherontisque filiæ, quæ tres esse putabantur, Alecto, Tisiphone, & Megæra. Virg. 12. *Æneid.*

*Dicuntur gemina pestes cognomine Diræ,*
*Quas & Tartarea Nox intempesta Megæram*
*Uno eodemque tulit partu.*

Servius inquit, in cœlo, Furiæ in terris, Eumenides apud inferos. Tres & tres esse dicuntur. Vocantur etiam Canes, ut est apud Virg *lib.* 6. *Æneid.*

——*visæque canes ululare per umbram*
*Adventante dea.*

Lucanus 6. *Pharsal.*

——*Stygidæque canes in luce superna*
*Destituam.*

Hactenus Servius. Furiæ ab Athenienfibus, ὑπὸ Εὐμενίδων. Eumenides dicebantur, quasi placabiles, & benignæ: apud quos & fanum habebant solennibus sacrificiis celebratum, quemadmodum & lucum in Latio, qui Furinæ dicebatur. Numen autem earum præcipuè in scelerum cognitione & vindicta, & in animorum maximè ibi conscientorum exagitatione versari putabatur. Id quod potest intelligi apud Euripidem *in Oreste.* Cic. 3. *de nat. deor.* Sin hæc dea est, cur non Eumenides? quæ si deæ sunt, quarum & Athenis forum est, & apud nos (ut ego interpretor) lucus Furinæ, Furiæ deæ sunt speculatrices, credo, & vindices facinorum & sceleris. Virg 3. *Æneid.*

——*& scelerum furiis agitatus Orestes*
*Excipit incantum, patriasque obtruncat ad aras,*

Idem *lib.* 4. *Æneid.*

*Hen furiis incensa feror.*

Cicer. *pro Roscio Amerino*, Furiarum nomine à Poëtis nihil aliud significari ait, quàm animum sibi malè conscium, & scelerum quibusdam quasi stimulis assiduè exagitatum. Nolite (inquit) putare, quemadmodum in fabulis sæpenumero videtis, eos qui aliquid impiè sceleratéque commiserunt, agitari & perterreri furiarum tædis ardentibus. Sua quemque fraus & suus terror maximè vexat: suum quemque scelus exagitat, amentiáque afficit: suæ malæ cogitationes, conscientiæque animi terrent. Hæ sunt impiis assiduæ domesticæque furiæ, quæ dies noctésque parentum pœnas à sceleratissimis filiis reperant. Trium autem Furiarum numerus triplicem animi denotat affectum, iram, cupiditatem, & libidinem, quibus mortales in omnia facinora præcipites rapiuntur. Ira ultionem desiderat, cupiditas opes, libido voluptates: quod Furiarum proprium est, aut eorum qui furiis exagitantur. Hinc Ovid. *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.*

——*Orestes*
*Exactus furiis venerat ipse suis.*

¶ Semper virgines furiæ, ἀεὶ παρθένοι ἐρινύες. Proverbium obscuriùs deterret à peccando. Eryones enim malefactorum ultrices cottumpi non queunt, quominus pœnas sumant de iis, qui commeruerunt, atque hac gratia dictæ virgines. Suidas è Sophocle.

‖ Furia. Cicer. *pro domo sua*: Disrumpatur licèt ista furia, atque audiat hæc ex me, quia lacessivit. Ista fax ac furia patriæ. Vet. Dict. Furia insania.‖

FŪRĬĀLĬS, e. { פגעים *meschughghábh.* κατάδηλος, ἔκφρων. GALL. *Furieux, forcené.* ITAL. *Furioso, cosa furiosa* GERM. Wütig. HISP. *Furioso.* ANGL. *Furious, mad.* } Liv. 7. *ab Urbe*, Inde terror maximus fuit, quòd sacerdotes eorum sacrificiis ardentibus augurio ibique prælatis, incessu furiali militem Romanum insuetum tum videre ut species. Idem *lib.* 10. Et dira execratio ac funale carmen de cestanda familia

familiæ, stirpisque compositum. Cic. 2. *Tusc.* Hæc me intelvit veste furiali inictum.

Fŭrĭālĭtĕr, adverbium. Ovid. 3. *Fast.*

*Non habet exactum quid agas, furialiter edit.*

¶ Furina dea, cujus sacra *Furnalia* dicit Festus. Sed legendum *Furinalia*. ¶

Fŭrĭōsŭs, a, um: Furens, furibundus, vesanus. { משוגע *meschughegháh.* Gall. *Furieux, forcené, enragé.* Ital. *Furioso.* Germ. Wütig/unsinnig. Hisp. *Loco furioso.* Angl. *Furious, mad, wood.* } Differt autem furiosus ab insano magnitudine: insanus enim is dicitur, cui mentis sanitas non satis constat, ita tamen ut officium tueri possit, & communem vitæ cultum: furiosus autem qui omnino mente alienatus est. Serv. in illud Virg. *lib.* 2. *Æneid.*

*Non talis hanc speciem furiata mente Cerebus.*

Furiatus (inquit) dicitur qui ex causa furit: furiosus, à quo furor nunquam recedit. Quod tamen omnino verum non est: sunt enim furiosi qui intermissionem habent: morbique & sanitatis intervalla. Ulpian. *l. qui testamento, D. qui testamenta facere possunt.* Nec furiosus adhiberi testis potest, quum compos mentis non sit: sed si habet intermissionem, adhiberi potest. In hoc autem furiosus differt à mente capto, quod furiosus rabie quadam animi agitur: is verò qui mente captus est, in quiete agit, nullâque furoris ostendit indicia. Unde mente captus videtur dici, qui eo morbo laborat, quem Græci vocant μόρωσιν, quum scilicet λογισμὸς, hoc est, pars rationalis animæ vitiata est.

Fŭrĭōsē, adverbium: Demenret, insanè, furenter. { μανικῶς, μανιωδῶς. Gall. *Furieusement.* Ital. *Furiosamente.* Germ. Wütiglich/unsinniglich. Hisp. *Furiosamente, y locamente.* Angl. *Ragingly, like a mad body.* } Cic. *ad Attic.* Etsi debet cum, quum aliquid furiosè fecit, pœnitere.

¶ Furo, nis, quoddam animal: & dicitur à furnus (leg. *furnus.*) Tenebrosos enim & occultos cuniculos effodit, & ejicit prædam, quam invenit. Ita vet. Dict.

Fŭro, is, ere, à φορέω, φορέομαι, φοιτῶ. Furiosus sum, furore exagitor, insanio, bacchor. { משתגע *hischtaggehéh.* μαίνομαι. Gall. *Forcener, enrager, estre insensé, & hors du sens.* Ital. *Furiare, essere furioso.* Germ. Wütten/toben. Hisp. *Enloquecer.* Angl. *To be mad or out of his witte.* } Cic. 2. *de Divinat.* Qui valetudinis vitio furunt, & melancholici dicuntur. Idem *lib.* 3. *Tusc.* Quo genere Athamantem, Alcmæonem, Aiacem, Orestem furere dicimus. Idem *lib.* 1. *Offic.* Versutum & callidum factum Solonis, qui quo tutior vita ejus esset, & plus aliquando Reip. prodesset, furere se simulavit. Idem *de clar. Orat.* Eos furere, & bacchari arbitrabatur. ¶ Aliquando idem quod vehementer irasci, & præ iræ magnitudine furioso similem fieri. Idem *Quint. fratr.* Clodius furebat, à Racilio se contumaciter, urbanéque vexatum. Idem *in Epist.* Nunc furit Domitius, tam gaviſos homines suum dolorem. Senec. *cap.* 2. *de consol. ad Marc.* Furebat in Livium Octavia. Velleius, Furere in gladios ambitu. Ovid. 15. *Met.*

——*Virum morbi iráque furentem*
*Molliet.*

¶ Transfertur etiam ad alia, ut quum dicimus quempiam furere audacia, scelere, aut libidine: hoc est, præ audacia, scelere, aut libidine præcipitem ferri, & à furioso non admodum differre. Cicer. *in Catil.* Furens audacia, scelus anhelans Catilina. Idem 4. *Tusc.* Inflammatus & furens libidinibus.

Fŭrĕntĕr, adverbium, insanè, morte furiosi. { μανικῶς. Gall. *A la façon d'un insensé, & enragé, furieusement.* Ital. *Furiosamente.* Germ. Wütiglich / mit wüten. Hisp. *Locamente, furiosamente.* Angl. *Ragingly, like a mad body.* } Cic. *Attic. lib.* 6. Dionysius mihi quidem in amœnitatibus est: pueri autem aiunt eum furenter irasci.

Fŭrlo, as: Furore concito, in furorem ago. { משגע *schigéah.* ἐκμαίνω. Gall. *Faire devenir furieux, faire forcener, & enrager.* Ital. *Infuriare.* Germ. Wütig oder unsinnig machen. Hisp. *Hazer à otro loco.* Angl. *To mak one mad.* } Horat. *lib.* 1. *Carm.*

*Quum tibi flagrans amor, & libido,*
*Quæ solet matres furiare equorum.*

Fŭrĭātŭs, a, um: Furore concitatus. { משוגע *meschugheghéh.* ἐκμαινόμενος &c. Gall. *Forcené, enragé.* Ital. *Infuriato.* Germ. Zu grimm und wütige teu bewegt/motzt. Hisp. *Enloquecido.* Angl. *Made mad.* } Virg. 2. *Æneid.*

*Non tulit hanc speciem furiata mente Cerabus.*

Ubi Servius: Furiatus dicitur, qui ex causa furit: furiosus, à quo furor nunquam recedit.

Fŭrĭbŭndŭs, furens. { משוגע *meschugheghéh.* μανικὸς, μαινόμενος, μανιώδης. Gall. *Forcené, plein de rage, enragé.* Ital. *Infuriato grandemente, furibondo.* Germ. Häffig wütend. Hisp. *Mucho enloquecido.* Angl. *Mad or raging woode.* } Salust. *in Catil.* Tum ille furibundus, quandoquidem circumventus, inquit, agor, incendium meum ruina extinguam. Cicer. *pro Sestio:* At quum ille furibundus incitata illa sua vecordi mente veniſset, &c. Idem 13. *Philipp.* Cæsaris enim incredibilis ac divina virtus, latronis impetus crudeles ac furibundos retardavit.

Fūrtim, Furtivus, Furtum, Furunculus: vide *Fur.*

Fŭrvŭs, a, um: Niger, ater, obscurus. { חום *chum,* שחור *schachor.* μέλας, ἀμυδρὸς, σκοτεινός. Gall. *Noir, tenebreux.* Ital. *Oscuro, moro, bruno.* Germ. Schwartz. Hisp. *Negro, escuro.* Angl. *Blak, darke.* } Terent. Scaurus *de Orthogr.* Furvos dicimus, quos antiqui fuscos. Ovid. *lib.* 5. *Metam.*

*Æsculaphus vidit quem quondam dicitur Orpne,*
*Inter Avernales haud ignotissima nymphas,*
*Ex Acheronte suo furvis peperisse sub antris.*

Hostiæ furvæ dicebantur, quæ nigri erant coloris: quod hostiarum genus diis inferis gratissimum putabatur. Varro apud Gell. *lib.* 13. Romani furvum, atrum appellarunt.

Fūscĭnă, æ, quasi fustina. Telum tridens, sive trifulcum, aut bifulcum, quo piscatores figunt anguillas, & ea quæ in imo aquæ fundo natant. { שלש קלשון *schelóschkillesthón.* δίκρανον, τρίαινα. Gall. *Une fourche, ſere à trois pointes.* Ital. *Tridente, forcina.* Germ. Ein fischgam. Hisp. *El arpon que de tres puntas de hierro.* Angl. *A forke or prong ſpear with three pointes.* } Erat autem hoc insigne & velut sceptrum Neptuni, ut in *Frixæa.*

——*Neptuni fuscina telum.*

Cic. 1. *de natura Deor.* Dant etiam Deo arcum, hastam, clypeum, fuscinam, fulmen. ¶ Hoc etiam tertiarii in gladiatoriis ludis utebantur. Juven. *Satyr.* 2.

*Vicerat hoc monstrum tunicati fuscina Gracchi.*

Mart. *lib.* 1.

*Fuscina dente minax.*

Vide & Suet. *in Calig. cap.* 30.

Fūscellă, diminutivum: Parva fuscina. { λογχίδιον, ἰχθυόκεντρον. Angl. *A fleshe hooke or litle prouts ſpeare.* }

Fŭscŭs, a, um, à φάσκω: vel quod φῶς σκότος. Color subniger, id est, non planè niger: qualis est Indorum Meridionalium, & Æthiopum color. { שחרחר *schechrachór.* φαιός. Gall. *Brun, obscur, tenebreux.* Ital. *Fosco, bruno, oscuro.* Germ. Braunschwarz. Hisp. *Baço ò pardo en color.* Angl. *Dunne or darke colour.* } Terent. Scaurus *de Orthogr.* Furvos dicimus quos antiqui fuscos. Fuscus pilus. Plin. *lib.* 8. *cap.* 21. Fuscum Falernum: Martialis. Fuscus equus. Ovid. 2. *Fast.*

*Hesperus & fusco vesciduſ ibat equo.*

Fusca vox, est ea quæ clara, aut canora non est. Quintilian. Candida & fusca vox. Suet. *in Neron. cap.* 20. Exiguæ vocis ac fuscæ. Cicer. 2. *de natura Deor.* Et vocis genera permulta, canorum, fuscum: lene, asperum: grave, acutum: flexibile, durum. Fusca lacerna. Martialis *lib.* 14.

*Cernea si non sum, nunquid sum fuscior?*

Fŭsco, as, est fuscum, hoc est, subnigrum facio. { σκιαλοιῶ. Gall. *Offuſquer, rendre noir & tenebreux.* Ital. *Infoscare, far fosco, ò bruno.* Germ. Schwarmlecht/oder braun farb machen. Hisp. *Embaçar y descolorar à otra cosa.* Angl. *To mak dunne, or duskie.* } Ovid. 1. *de arte amandi,*

——*Fuscantur corpora campo.*

Idem *Eleg.* 10. *lib.* 1. *Trist.*

*Fuscabátque diem custos Erymanthidos ursæ.*

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

*Composita est aliis fuscandi cura coloris.*

Fŭscātŏr, is. { σκιαλοιῶν. Gall. *Celuy qui offuſque, qui rend tenebreux.* Ital. *Chi fa bruno, à fosco.* Germ. Der da dunckelfarb oder schwartzlecht macht. Hisp. *Aquella obra de embaçar y descolorar.* Angl. *That maketh dunne or duskie.* } Lucan. 4.

——*quicquid coli fuscator Eoi*
*Intulerat corpus.*

Fūsĭ, Fusilis, Fusim: vide *Fundo*, is.

Fūsĭdĭus: Fœneratoris nomen, apud Horat. 1. *Serm. sat.* 2.

*Fusidium vappa famam timet, at nebulonis,*
*Dives agris, dives positis in fœnore nummis.*

Fūslus, pro Furius, Antiqui dixerunt: ut Valesius, pro Valerius. Author Festus. Ut lex Fusia Caninia, apud Justinianum *lib.* 1. *Iustit.* quam Ulpianus *in fragmentis tit.* 1. §. 19. Furiam appellat.

Fusius: Oratoris nomen cujus meminit Cicer. *lib.* 2. *de Orat.* Fusius (inquit) nervos in dicendo C. Fimbriæ, quos tamen habuit ille, non adsequitur: oris pravitatem, & verborum latitudinem imitatur, &c.

Fusio, Fusor, is: vide *Fundo*, is.

¶ Fustanum, vel fustagnum, usurpant interdum pro gossipio. ¶

Fūstēmă, æ: Pars abietis superior, durior, & nodosior. Nam inferior, minúsque nodosa, Sapinus dicitur. Plin. *lib.* 16. *cap.* 30. Abietis quæ à terra fuit, enodis est, hâcque, quam diximus, ratione fluviata decorticatur, atque ita Sapinus vocatur: superior pars nodosa durióque, Fustema. Non desunt qui malint legere *Sasterna.* Vide *Abies.*

¶ Fustigo, fuste pulso, quasi fuste ago, κυνηγέω. Onom. ¶

Fustigatus βακτιδώτος. Gloss. ¶

Fūstis, is, masculi gen. à φωτὸς, fustis. Baculus, stipes. { שבט *schébet,* מקל *makkél.* βάκτρον. βακτηρία. Gall. *Un baston.* Ital. *Bastone.* Germ. Ein tolb/stäck. Hisp. *Palo ò vara como para hostigar.* Angl. *A cudgell.* } Plaut. *in Amph.* Auferêre, non ablues, si ego fustem sumpsero. Idem *Aul. sc.* 4. *a.* 3. Capio fustem, obtrunco Gallum. *Ibid. sc.* 1. *a.* 3. Me & meos contuderunt fustibus. Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Tanquam si claudes sum cum fusti est ambulandum. Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 1. Si fustem cepero, aut stimulum in manu. *Ibid. sc.* 2. *a.* 3. Fustibus sum mollior quàm ullus cinædus. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Si manticulatus hæc fecero, fusti plectito. Spartianus *in Severo*, Fustibus cæsi sub elogio præconis. Velleius, Fuste percussus Centurio primipili ob fugam. Quintilian. Fustibus vapulasse. Plaut. *Aul. sc.* 3. *a.* 5. Implevisti fustibus istorum caput. Plin. *lib.* 14. *c.* 13. Invenimus inter exempla, Egnatii Mecennii uxorem, quòd vinum bibisset è dolio, interemptam fuisse à marito. Cic. *pro Cæcina.* Quid igitur si glebis, aut saxis, aut fustibus aliquem de fundo præcipitem egeris? ¶ Fustis etiam pœnæ genus erat. *D.* 48. *l.* 19. *lib.* 10. ¶

Fustitudinæ insulæ. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 1.

Fūstŭārium, ii: Pœna quæ fuste infligitur, verberatio & castigatio quæ fit fustibus. { βακτηρία. Gall. *Bastonnade, coup de baston.* Ital. *Bastonata, colpo de baſtone.* Germ. Die straff mit tolben oder stecken zuschlagen. Hisp. *Hostigamiento con vara.* Angl. *A beating with a staffe or cudgell.* } Cic. 3. *Philipp.* Nam si ille Consul, fustuarium meruerunt legiones, quæ Consulem reliquerunt.

Fūsūra, Fusus: vide *Fundo*, is.

Fūsŭs, i, instrumentum quod mulieres nendo digitis volvunt: à fundendo dictum, quòd dum trahitur, volvendo quasi liquefieri videtur. { פלך *pélech.* ἄτρακτος. Gall. *Un fuſeau.* Ital. *Fuſo.* Germ. Ein spindel. Hisp. *El huso para hilar.* Angl. *A ſpindell.* } Plin. *lib.* 11. *cap.* 25. Lanificia mox in fila tenuantur junceo fuso. Idem *lib.* 18. *cap.* 2. Pagana lege in plerisque Italiæ prædiis cavetur, ne mulieres per itinera ambulantes torqueant fusos, aut omnino deferant. Ovid. *lib.* 4. *Metam.*

*versato*

——*versato ducentem stamina fuso.*
Virg. 4. *Georg.*
——*dum fusis mollia pensa*
*Devolvunt.*

Fūtilis, e, à fundendo, ut Festo videtur: aut certè, quod Vallæ placet, ab antiquo verbo, futio: à quo & Effutire, propriè dicitur, quod liquorem tibi commissum non satis fideliter continet, sed protinus effundit. χέω ϛ. Futile, vasis genus dicebatur, authore Donato, latissimi oris, ex altera parte arctum, quod statim positum effundebatur. Urebantur eo in sacrificiis Vestæ, quia aqua ad sacta hausta in terra non ponitur: quod si fiat, piaculum est. Unde excogitatum vas est, quod stare non posset, sed positum statim effunderetur. ¶ A quo futilis homo dicitur, qui continere tacenda non potest, sed ea effundit. ‖ רק *rek.* χάνδρ, φλύαρος. GALL. *Qui ne peut contenir ce qu'il tient en ſoy, languard, babillard, inutile, vain, de nulle importance, leger.* ITAL. *Che no può tener secreto, inutile, leggiero.* GERM. Ein klaffer/oder klapperman/schwätzmaul. HISP. *Vano, loco sin provecho.* ANGL. *A babler or lying teltayle.*‖ Terentius *in Andr.* Tam ineris, tam nulli consilii sum: servon' fortunas meas tam commisisse futili? Idem *in Adelph.* Tu quantus quantus es, nihil nisi sapientia es: Ille futilis, somnium. ¶ Accipitur etiam futilis pro vano, levi, & inutili. Cic. 1. *de nat. Deor.* Futiles, commentitiæque sententiæ. Sic Plin. *lib.* 33. *cap.* 2. causam futilem vocat, quæ levis est, & nullius momenti. Gellius *cap.* 8. *lib.* 4. Imbelles & futiles competitores.

Fūtilitas, atis: Vanitas, levitas. ‖ ריק *rik*, חבל *hebel.* φλυαρία, κενολογία. GALL. *Legereté, vanité en parolles.* ITAL. *Leggierezza, vanità.* GERM. Leichtfertigkeit/unnutz reden. HISP. *Locura, vanidad en palabras.* ANGL. *Lightnesse, foolish babling.* ‖ Cic. 2. *de nat. Deor.* Hæc & dicuntur, & creduntur stultissimè, & plena sunt futilitatis, summæque levitatis.

Fūtilè, adverbium, pro futiliter. ‖ ריק *rik.* ψυχρῶς. GALL. *En vain, inutilement.* ITAL. *In vano, inutilmente.* GERM. Leichtfertigklich/unnutzlich HISP. *Loca, y vanamente.* ANGL. *Vainely, bablinglye.* ‖ Ennius *in Phœnice*: Ut erat Nonius, ut quod factum est futile, amici nos feramus fortiter.

Fūtĭo, is: Effundo. ‖ שפך *schaphách.* ἐκχέω. GALL. *Espandre dehors.* ITAL. *Mandar fuori.* GERM. Außgiessen. HISP. *Echar de fuera.* ANGL. *To bable foolishlye.* ‖ A quo componitur Effutio, de quo paulò ante in dictione *Futilis*.

Fūtis: Vas aquarium, quo aqua in triclinium infundebatur. Siponius.

Fūto, as: Redarguo: à quo Confuto, & Refuto. ‖ תוכיח *hochiach.* ἐλέγχω. ‖ Vide in dictione *Refuto*. Cato *futavit*, usus est, pro Saepiùs fuit.

Fūtŭrum, adverbium antiquum, idem est quod profusim. Plaut. *in True.* Futuri nomen meum commemoravi tibi.

Futuo, is, ere, obscœnum verbum, significat rem cum muliere habere: a Græco φύω vel φυλδίω: id est, sero, planto, semen ejicio, genero.

Futurus, a, um: Vas aquarium, quo in triclinio aquam infundebant, à fundendo dictum. Varr. *de L. L.* Alii legunt, *Futis*, is.

Fūtūrus, a, um: Consequens, insequens, posterus, reliquus, impendens. ‖ עת *bathidh.* ‖ Cic. *Att.* 93. Sed illum eum futurum puto qui esse debet. Ovid. 15. *Metam.*

*Et fuga, qua sola cunctos timidissima vicit,*
*Tarda futura sibi est, gestamina tanta trahenti.*

Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Atque id unde futurum nescio, nisi quia futurum est. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 2. Nam quid modi futurum est illum quærere. Ovid. *Eleg.* 8. *lib.* 1. *Trist.*

*Augurium vatis est & conjectura futuri.*

Plaut. *sc.* 1. *a.* 4. Quid mihi futurum est, qui tibi hanc operam dedi? Idem *Mostell. sc.* 3. *a.* 1.

‖ Fuvi, fui, apud comicos, Plaut. &c.
Fuvit, pro fuit, antiq. Turn. ‖
Fyterenus, Prol. Terentianorum flavius: Typernus aliis.

# NOTÆ ANTIQUORUM.

F. Fecit, felix, familia, fuit, fit, figura, fides, filius, Februarius, fluvius, fustum. F. pro, V. ut SERFS. servus. FIXIT, vixit.
FAB. Fabius, faber, fabrum. FAU. F. fautum factum.
F.C. fideicommissum, fiduciæ causa, fraude creditoris, faciendum curavit. F.CD. Fraude credentes. F.C.L. Fraudatoris causa Latina. F. CL. Fraude clientis.
F.D. fides data. fecit dives, Deus. FDC. fideicommissum. FD.M. fides mundi. FD. AG. fundum agri.
FE. fecerunt, fortem. F.E. filius ejus. FEA. fœmina. FEB. Februarius. F.E.D. factum esse dicetur. F. ED. factum edicto. F.E.D. Factum esse dicebatur. FEM. fœmina. FER. fecerunt.
F.F. fando feriendo, fabrè factum, fidem facit. filiusfamilias, fratris filius. F.F.F. ferro, flamma, fame: fortior, fortuna, fato. F.F. fecerunt, fabricaverunt, fefellerunt, fabrefactum.
F.H. filius hæres. F.H.IV. fortunam hic invenies.
F.I. fieri jussit. FI. B. fide bona. FIC. fiscus, vel fideicommissum. FIC. RP. C. fiscum Reipublicæ causa. FID. D. fide dignus. FID. F. fide factum. FID. IMP. fides Imperatoria. FID. INTER. fides interposita. FID. P. C. fides patrum conscriptorum. FID. P. R. fides populi Romani. FID. R. fides regia. FID. RP. fides Reipublicæ. FID.S. fides Senatus. FID. SER. fidelis servus. FIL. filius. FIR. fidejussores.
FL. filius, Flavius, Flamen. FL.F. Flavii filius. FLA. R. filia Regis. FLB. flabrum. FL. flavus. F. M. fati munus, fieri mandavit, fecit memoriam, factum monumentum.
F. M. I. fati munus implevit.
F. N. fides nostra. FN. AGR. fines agrorum. F. N. C. fidei nostræ commissum.
FO. forum. FOR. fortè, fortis, foras, fortuna. FOR. R. ED. fortunæ reduci. FO. S. V. P. XX. INV. MM. LDBL. fode sub via pedes viginti, invenies monumentum laudabile.
F.P. forma publica. F.PP.R. forum populi Romani.
FR. fratres, fronte, forum. F. R. forum Romanum, regum: finium regundorum. FRA, C. fraude creditoris. FR. COR. forum Cornelii. FRES. AR. fornaces aurificum. FR. F. fratris filius. FR. I. forum Julii. FR. L. forum Livii. FRMS. firmissimus, fortissimus. FR. POM. forum Pompeii, vel Pomponii. FR. S. forum Sempronii. FR. T. fortican.
FS. fratres. FS. E. factus est. F.S.E. factum fic est. F.S.S. fraude hoc fac.
F. T. C. familia, vel famula testis causa.
FV C. fraudisve causa. FVNC. functus.

# G

LITTERA muta est, quæ in verborum præteritis mutatus in c: ut, Legor, lectus: Agor, actus. Aliquando in ſ, ut Spargo, sparsi: Mergo, mersi. Aliquando in x, ut Rego, rexi: Pingo, Pinxi. In Græcis quibusdam dictionibus nos G, pro K, subtituimus: nam quod illi κάνθαρος, nos cygnos: quod illi κώβιος, nos gobios, vel gobio scribimus. Confirmat id Terent. Scaurus *de Orthogr.* C, inquit, cognationem habet cum G: ideo alii dicunt Caunaceo, alii Gaunacen: alii Camelum, alii Gamelum. ‖ G, ponebatur pro N. apud antiquos, sequente videlicet alio g, aut c, aut n, de quo Varro *lib.* 1. *Analog.* Aggulus, aggens, agguilla, iggerunt: in ejusmodi Græci & Attius noster binum g scribunt, alii n, & g, quòd in hoc veritatem facile videre non est. Similiter agceps, & agcora. Prisc. *lib.* 1. Ita stagneum, pro stanneum. Plaut. Muriatreamam autem video in vasis stagnea. Est. Scribonius Largus, Pyxide stagneâ, vase stagneo. Glossarium: stagneum, κασσιτερινόν. ‖

G A

Gaba, per simplex b. ‖ גבא *gebhah.* γάβα. ‖ teste Josepho *lib.* 5. *antiq. Judaic.* Galilææ oppidum est.
Gabale, es. ‖ גבל *ghebhál.* γαβάλα. ‖ Promontorium est in ora Syriæ, in quo sita est Laodicæa libera civitas. Author Plin. *lib.* 5. *cap.* 20. Hodie *Gibel.*
Gabales, apud Plin. *lib.* 4. *cap.* 18. Aquitaniæ populi sunt.
‖ Gabalium. Serichatum & Gabalium cum cinnamo casiaque nasci in in Arabia, tradit Plin. *lib.* 2. *cap.* 21.

Gabalus, Romanorum Imperator fuit omni genere luxus effeminatissimus: qui quum & solem appellari vellet, quem Græci ἥλιον vocant, composita dictione vocatus est Heliogabalus. Author Ictavius.
Gabalum, γάβαλον, oppidum Arvernorum, in ea parte Galliæ Aquitaniæ situm, quæ Narbonensem provinciam spectat. Hinc Gabales, γαβάλοι, populi apud quos olim fiebat optimus caseus.
Gābălus, apud veteres crux, sive patibulum dicebatur. σταυρός. Varro, Nos barbari, quòd innocentes in gabalum suffiginus: homines nos, non barbari, quòd noxios absolvimus? Nonius.
Gĕbāon. ‖ גבעון *ghibhôn.* γαβαών. ‖ Olim metropolis & regalis civitas Hevæorum, & nunc (ut refert Hieronymus) ostenditur villa eodem nomine ad quartum milliarium à Bethele contra Occidentalem plagam juxtà Rhama, ubi Salomon oblatis victimis divinum meruit oraculum.
Gĕbiōnitæ. ‖ גבעונים *ghibhônim.* γαβαωνῖται. ‖ Populi in Gabaon habitantes.
‖ Gabarus, insanus, barbarus: unde Gabarei mortuorum. Vide Gl. Isid.
Găbăta, æ. ‖ קערה *kehereh.* τὸ κυλικίον, λέβης, τρύβλιον, πίναξ ἢ μείζων ἢ μικρόν. GALL. *Un plat ou assiette creuse à mettre viande, une gatte ou jatte.* ITAL. *Vaso concavo da vivande, piatto.* GERM. Ein schüssel oder blatt. HISP. *Azafate ò escudilla de faldas.* ANGL. *A platter, or a brode dishe lik a charger.* ‖ Vas concavum, adulus, pulmentarusque aptissimum. Martial. *lib.* 7.

*Transeuntur gabata, volántque lauces.*

Et alibi:

*Sic implet gabatam, parcpsidésque.*

Gabatha. ‖ גבעת *ghibhâth.* γαβάθ. ‖ Urbs Galilææ, teste Josepho *lib.* 6. *Antiquitatum.* ¶ Gabatha item via est lapidibus strata, & calcata quodammodo.

Gabaupolis,

Gabaupolis, γαβαύπολις, oppidum Galilææ. Stephan. ex Iosepho *Antiquit. lib.* 4.

Gabbā, per duplex bb. { גבבא *ghibbáh.* γάββα. } sive (ut alii scribunt) Gabaa, Syriæ urbs.

Gabienus, fortissimus dux classium Cæsaris, à Sext. Pompeio captus, ejusdem jussu incisa cervice jacuit in littore tota die. Deinde quum advesperascceret, petiit ut Pompeius ad se veniret, testatus se ab inferis remissum, habere quod nuntiaret. Ex Plin. *lib.* 7. *cap.* 32.

Gabii, orum, γάβιοι, Volcorum urbs fuit LXX. millibus passuum ab urbe distans, à Galacto & Bio fratribus Siculis condita, sicut scribit Solinus, fraude Sexti Tarquinii superbi filii in Romanorum ditionem redacta, ut tradit Livius *lib.* 3. *ab Vrbe*, Gabiorum meminit & Virg. *lib.* 6. *Æneid.*

*Hi tibi Nomentum, & Gabios, urbemque Fidenam,*
*Hi Collatinas imponent montibus arces.*

Gabiēnsis, e, adjectivum. Plin. *lib.* 2. *cap.* 94. Quædam verò terræ ad ingressus tremunt, sicut in Gabiensi agro non procul ab urbe Roma.

Gabīnus, a, um: ut, Gabina Juno. Virg. 6. *Æneid.* Urbe Gabina. Ovid. 2. *Fast.* Robore freta Gabino. Claud. 2. *Paneg.*

Gabīnius: Romanus, qui Ptolemæum Auletem Ægypto pulsum in regnum reduxit, præsidiúmque illi, quo adversus suorum insidias tutior esset, ex suis copiis reliquit. Author Plutarchus *in vita Pompeii.*

Gabīnus cinctus, toga erat (sicut docet Servius) sic in tergum rejecta, ut una ejus lacinia revocata hominem cingeret: quo vestimenti genere utebatur Consul bella indicturus. Virg. 7. *Æneid.*

*Ipse Quirinali trabea cinctúque Gabino*
*Insignis refert fridentia limina Consul.*

Eodem etiam Decios indutos fuisse legimus, quum se pro Republica devoverent.

Gabinus, Presbyter, civis Romanus, jussu Diocletiani Imperatoris in carcerem conjectus est, ibique fame extinctus, quòd Christianam profiteretur religionem. Fuerat fuit Cali Pontificis, pater Susannæ virginis & martyris, quæ nuptias filii Diocletiani recusavit. Volaterranus.

Gabriel. { גבריאל *ghabridl.* γαβριήλ. } Vox Hebræa, quam Latinè Dei fortitudinem interpretari possumus. Isidor. *lib.* 7. *Orig. c.* 5. { Starcke Gottes. }

‖ Gabula, *Gebule*, Leonardo Sidoniensi. A. sub P. Anthiochæno. ‖

Gadareus, γαδαρεύς, Sophista, qui priùs more mendicorum peregrinabatur, Maximiani beneficio Consulatum adeptus est.

Gadara. { גדרה *ghedheráh.* γάδαρα. Civitas est in Decapoli Syriæ, non longè Ascalone: ex qua ortus est Theodorus Rhetoricæ professor, quem Strabo suæ ætate floruisse testatur. Meminit hujus oppidi & Plin. *lib.* 5. *cap.* 18.

Gades, ium. γάδειρα, τὰ. Vulgò *Galiæ* à *Caliz.* Duæ insulæ sunt, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 21 ultra finem Bæticæ provinciæ, & in extremo nostri orbis versù Occidentem, ubi Europa ab Africa dirimitur. Harum major, Erythria dicta est à Tyriis ab Erythræo mari oriundis, qui in hac insula urbem condiderunt. Distat à Calpe, teste Strabone, septingentorum quinquaginta stad. intervallo: parva quidem insula, sed virorum dignitate excellens. In qua Equestris ordinis Gaditanos (γαδιτανούς, γαδειρίτας, γαδειρανούς, γαδιτάνους.) quingentos in uno censu numerasse aliquando fuisse compertum est. Insula hæc ubi continenti est proxima, interluitur freto DCC. non amplius pedum. ¶ Huic adjacet altera insula minor, & ipsa Gadis appellata, unius tantùm stadii Euripo interlabente ab altera diremta, in qua tanta est pabuli lætitia, ut pecudum ibi pascentium lac serum non efficiat, neque ex eo caseus fieri possit, nisi multa admista aqua. Quin illud etiam traditur, pascentes in hac insula pecudes, nisi subinde sanguinem exhaurias, intra triginta dies pinguedine suffocari. Quæ res Poëtis occasionem videtur ministrasse eorum quæ de Geryonis armentis fabulati sunt. Author est Strabo *lib.* 3. Plin. tamen vult Geryones in majori insula habitasse. ¶ Declinatur autem hoc nomen in utroque numero, dicimus enim Gadis in numero singulari pro alterutra harum insularum: vel in plurali numero Gades. Plin. *lib.* 4. *cap.* 22. Gadis longa est XI. lata III. M. passuum.

Gāditānus, a, um, γαδειτανός, ut mare Gaditanum, vulgò *Estrecho di Gibraltar:* & Gaditanæ puellæ, quæ agilitatis lasciviæque nomine olim in pretio fuerunt.

Gāditāni, oriundi à Tyriis. Lucanus,

——*Tyriíque à Gadibus hostes.*

Gādir, unico d, scribendum, quemadmodum & Gades, quum utriusque eadem sit origo. Est autem Gadir urbs opulenta in Gadibus, quæ antea Tartessos dicebatur. ταρτησσὸς, vulgò *Calix.* Rufus Avienus in descriptione orbis,

*Gadir prima fretum solida supereminet arce,*
*Attollítque caput geminis inserta columnis:*
*Hæc Cotinusa prius fuerat sub nomine prisco,*
*Tartessúmque dehinc Tyrii dixere coloni:*
*Barbara quin etiam Gades hanc lingua frequentat,*
*Pœnus quippe locum Gadir vocat undique septum.*

Quibus in versibus Avieni hoc animadvertendum est, quod primò Gadir dixerit, fœmineo genere usus. Salust. tamen *lib.* 3. *hist.* retinente Priscianо, usus est in neutro genere. Tartessum (inquit) Hispaniæ civitatem, quam nunc Tyrii mutato nomine *Gadir* habent.

Gadira: Punicum vocabulum est, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 22. quo illi septum significant. Unde insulæ duæ non procul ab ostio maris Mediterranei, Gades appellatæ sunt: & insigne in illis insulis oppidum, *Gadir* est appellatum.

Gaeon, à Iosepho dicitur esse Nilus. Rectiùs scripserit *Cribo.*

Gætūlia, γαιτουλία Stephano, Africæ interioris regio est, Garamantibus proxima. { Ein landschafft deß innern Africa. } cujus incolæ Gætuli appellantur, qui primi omnium Africam tenuisse dicuntur, nullius imperio subjecti, nullasque habentes domos: sed ubi eos nox deprehenderat, pernoctantes, carneque ferina, & terræ pabulo victitantes. Author Salustius *in Iugurtha.* Habet autem hæc dictio duas primas syllabas productas, quum diphthongo scribatur apud Græcos. Virg. 4. *Æneid.*

——*aut captam ducat Gætulus barbam?*

Juvenal.

*Quum Gætula ducem portarent bellua luscum.*

Gagæ, γάγαι. Lyciæ oppidum ad Gagem amnem: à quo & nomen accepit. Author est Steph.

Gagates. { γαγάτης. GALL. *Agathe, certaine pierre precieuse.* ITAL. *Pietra pretiosa.* GERM. Ein edelgestein, etliche wöllen es sey ein schwartzer agstein. HISP. *Elazavaje.* ANGL. *A pret stone.* } Nomen lapidis in Gage Lyciæ fluvio primùm reperti: quamvis etiam in Anglia abundet. Hic lapis, quamvis rudis & rusticus videatur, divini tamen nescio quid in se habet. Ignem enim alit in lucernis, solo oleo extinguibilem. Plin. *lib.* 36. *cap.* 19. Gagates lapis, nomen loci & amnis habet Gagis Lyciæ. Niger est, planus, pumicosus, non multum à ligno differens, levis, fragilis: odore, si teratur, gravis. Fictilia ex eo insculpta non delentur. Quum uritur, odorem sulphureum reddit: mirumque, accenditur aquâ, oleo restinguitur. Fugat serpentes, recreatque vulvæ strangulationes. Deprehendit somnicum morbum, & virginitatem suffitus. Hæc Plin. qui per omnia ferè convenit cum Dioscoride, eo tamen excepto, quod gagatem aqua accendi tradit, & oleo restingui: quod à Dioscoride & Nicandro Thræcio lapidi vertiùs tribuitur, cujus naturam Plinius cum gagate videtur confudisse.

Gages, γάγης. Lyciæ fluvius est, Phlagyopolin civitatem præterfluens: in quo gagates lapis primùm inventus est. Author Dioscor. *lib.* 5.

Gajacum, quod Guajacum & Guajacanum, lignum Indicum, cujus usus celebris est adversus luem Gallicam.

Gaildorphium: Franciæ Orientalis oppidum, Curia Illustrissimorum DD. de Limpurg, & Cocherò illic præterlabente amœnissimum.

Galum, sylva densissima. Cod. Ilsaeiq.

Galaad. { גלעד *ghilhádh.* γαλαάδ. Mons est, à quo civitas in eo condita fortita est vocabulum, quam & accepit de Amorrhæorum manu Galaad filius Machir filii Manasse.

Galacion, idem quod Galion, apud Dioscor. *lib.* 4. *cap.* 95.

Galactis, Tithymallus apud Dioscor. *lib.* 4. *cap.* 168.

Galactites, γαλακτίτης, gemmæ genus lactei coloris, teste Plin. *lib.* 37. *cap.* 10. Est præterea galactites lapis cinctim coloris, qui cori madefactæ attritus, liquorem reddit colore & sapore lacti non dissimilem. Hic meliniti per omnia similis est: hoc uno differt, quod succus in quem dissoluitur, remissiorem habeat dulcedinem. Vide Galen. *lib.* 9 *simpl.* & Dioscor. *lib.* 5.

Galactobadalon, apud Plin. *lib.* 26. *cap.* 9. idem quod Galeobdolon, & Galiopsis, apud Dioscor. *lib.* 4. *cap.* 95.

Galactophāgi, γαλακτοφάγοι, cognominati sunt Mysiæ & Thraciæ populi, quòd lacte alerentur. { Milchtrincker, oder volcker in dem nähern vnd Europischen Scythia. } quos Hom. 13. *Iliad.* hominum justissimos appellat, propterea quòd tenui victu contenti, ab omni injuria esse continerent.

‖ Galactopola, γαλακτοπώλης, lactarius. Glossi. id est, qui vendit lac. ‖

Galactopotæ, arum, γαλακτοπόται, lactis potu utentes. Quo cognomine dicti sunt populi aliquot in Scythia Europæa ex Nomadum Getarúmque genere. { Milchtrincker, oder volcker in dem nähern vnd Europischen Scythia. } Colum. *lib.* 7. *cap.* 2. Quibusdam nationibus frumenti expertibus victum commodat, ex quo Nomadum, Getarúmque plurimi, γαλακτοπόται dicuntur.

Galada, vel Galadene, vel Galaditis, regio Arabiæ. Author Steph.

Galadræ, γαλάδραι. urbs Macedoniæ in Pieria. Author Steph.

Galadrus, γάλαδρος, mons quidam à Galadeo Emathi filio dictus. Stephanus.

Galanthis, γαλανθὶς, ut est in fabulis, Alcmenæ ancilla fuit, quæ quum domina sua partus dolóribus laboraret, à Junone ne pareret impediretur, mira astutia dicitur deam elusisse. Læto enim vultu egressa cubiculum, in quo illa parturiebat, pepercisse jam heram simulat, eóque nomine palàm dis gratias agit. Cujus verbis fidem adhibens Juno, resolutis quas pectinatim junctas habebat manibus, surrexit, pellicisque pariendi tempus concessit. Verùm quum Galanthis ob eam rem tam prosperè gestam nimium sibi placeret, deámque etiam risu & insultatione prosequeretur, illa ancillæ procacitatem ægrè ferens, in γαλῆ, hoc est, mustelam eam dicitur transformasse, hac addita pœna, ut ore, quo præcipuè peccaverat, pareret. Latè exequitur hanc fabulam Ovid. 9. *Metam.*

Galarina, γαλάρινα. Urbs Siciliæ à Margo Siculo condita. Dicitur & regio Galaria. Steph.

Galatēa, γαλάτεια. Theocrito Nympha marina, Nerei & Doridos filia, à lactis candore sic dicta: γάλα enim lac significat. Virg. 7. *Eclog.*

*Nerine Galatea, thymo mihi dulcior Hybla.*

Gallātii, γαλάται, Regio minoris Asiæ, ab Oriente Cappadociam & Halym fluvium, ab occidente Bithyniam & Asiam, à Meridie Pamphyliam, à Septentrione Pontum Euxinum habens. A qua Galatæ populi. Lucanus *lib.* 7.

*Ibis parce precor, vivam Galataque, Syrique.*

Hos & Gallogræcia dicitur: populique ipsi, Gallog reci. Nam quum à Rege Bithyniæ Galli simul & Græci in auxilium vocati venissent, partem regni tenuerunt, & ab utrusque populi Gallogræci sunt dicti.

Galata, à Pomponio & Mela numeratur inter insulas Siciliæ adjacentes, non procul à Melita.

Galaxaurā, Nympha marina à lactis candore sic dicta.

Galaxias, γαλαξίας, gemma est lactei coloris, incurrentibus sanguineis venis distincta. Plin. *lib.* 37. *cap.* 6.

Galba Sergius, ut author est Sueton. *in Galba*, Nobilis Romanus, orator insignis, qui quum Hispaniam provinciam Prætor obtineret, convocato populo, tanquam de commodis ipsorum acturus, XXX. Lusitanorum millia trucidavit. Ejus frequens est mentio apud Cicer.

in

*in Brut.* Valerius autem dicit, cum trium Lusitaniæ civitatum convocato populo, tanquam de commodis ejus acturum, novem millia hominum trucidasse. Pædianus ait, cum pro direptis Lusitanis accusatum à Catone, duósque amplexum filios præcxtatos, ablolutum propterea misericordiâ fuisse.

Gălba, æ: Vermiculus miræ exilitatis, qui nascitur in esculis, à quo qui primus Sulpitiorum cognomen Galbæ tulit, ab exilitate ita vocitatus est: quem alii è contrario, quòd præpinguis fuerit, ita nominatum scribunt. Talem enim Galli vacant Galbam. Alii quòd oppidum Hispaniæ frustrà diu oppugnatum, illius demùm galbano factibus succenderit. Nonnulli qui in diuturna valetudine galbeo, hoc est, remediis lana involutis assiduè uteretur.

Gălbănum, i. { חלבנה *chelbenáh.* } Succus est, sive lacryma ferulæ in Syria nascentis, quam meropium vocant, teste Dioscoride, *lib.* 3. Græci χαλβάνην dicunt per χ, nostri mutata aspiratione in suam mediam, Galbanum vocant. { Gall. *Une espece de gomme appellée galbanon.* Ital. *Galbano, gomma.* Germ. Ein gummi disen namens. Hisp. *El galbano.* Angl. *A kind of gumme called galbanum.* } Lucan. *lib.* 9.

*Hic ebulum stridet, peregrinâque galbana sudant.*

Plin. *lib.* 12. *cap.* 25. Dat & galbanum Syria, in eodem Amano monte è ferula, quam ejusdem nominis cessinæ modò stagonitim appellant. ¶ Est etiam hoc nomine genus vestimenti deliciatorum, à colore albo, ac subfucido, quod nullos habet pilos. { Gall. *Une sorte de vestement blanc, duquel usoient les delicats.* Ital. *Habito bianco da gente delicata.* Hisp. *Vestidura de color blanco.* Angl. *A kinde of garment which delicate folkes did use.* } Juven. *Satyr.* 2.

*Cærulea indutus fœmurata & galbana rasa.*

Gălbănātus. { γαλβανιάτης. Gall. *Vestu d'un tel habit.* Ital. *Vestido con tale habito.* Germ. Mit einem solchen weissen kleid angethon. Hisp. *Vestido de aquel color.* Angl. *Clothed with such a garment.* } Nomen simile participio formavit Martialis, quod est Galbano indutum: accipiturque pro homine molli & effœminato:

*Licet* (inquit) *occupato galbanatus in lecto.*

Gălbănĕus, a, um, adjectivum. { γαλβανώδης. Gall. *De galbanon.* Ital. *Di galbano.* Germ. Von dem gummi ist galbanum genant. Hisp. *Cosa de galbano.* Angl. *Of the gumme galbanon.* } Virg. 3. *Georg.*

*Galbaneique agitare graves nidore chelydros.*

Idem 4. *Georg.*

*Hinc jam galbaneos suadebo incedere odores.*

Galbăres, mortuorum conducta corpora. Suprà Gabares & calvares. Lege *Gabbara.*

Gălbĭnus, a, um. Mollis & lascivus. { פרוי *farvách.* Gall. *Mol, delicat, lascif.* Ital. *Molle, lascivo, lussurioso.* Germ. Weichgemeyt. Hisp. *Enfaquescido, luxurioso.* Angl. *Delicat.* } Martialis,

*Galbinus habes meros.*

Tunica quoque galbina à colore dicta est. Fl. Vopiscus *in Aurel.* Inter hæc fuit tertricus chlamyde coccea tunica galbina. Quanquam in hoc Vopisci loco malim legere *Tunica gabina.*

Galbĭneus, χλωρὸς, viridis, pallidus, flavus. Vegetius in veterinaria Eryngii florem (qui cæruleus) esse tradit galbinei colotis.

Galbeum, ornamentum muliebris generis. Festus.

Gălbŭlă, avicula quæ uvis maturescentibus, calamis & cetibus capitur. Mart. *lib.* 13.

*Galbula decipitur calamis & cetibus ales,*
*Turget adhuc viridi quum rudis uva mero.*

Quidam eandem esse existimant cum ea quam Græci ἰουγὼ appellant. Quod an verum sit, ipsi viderint. Plin. certè *lib.* 33. *cap.* 11. author est, quem Græci ἰυγγὼ vocant, à Latinis galgulum appellari.

Gălbŭlus, pilula cupressi arboris, in qua semen recondítur. { κωνεῖδιον ἀκροκύπαριον. Gall. *Noix de cyprés.* Ital. *Noce di cypresso.* Germ. Cypressennuss. Hisp. *El agalla de cypres.* } Varro *lib.* 1. *de re rustic. cap.* 40. Non enim galbuli qui nascuntur, id est, tanquam pilæ parvæ corticiæ, id semen, sed in his intus primigenia semina dedit natura. Legendum potiùs *globuli*, quia apud Theophrast. *in hist. plant.* σφαῖρα vocantur.

¶ Galbus. Gloss. Galvus χλωρὸς, id est, viridis, sed in flavum transiens. Est Germanis gälb, vel gälw, id est flavus. ‖

Gălē, ēs. { γαλῆ. Gall. *Une belette.* Ital. *Donnola.* Germ. Ein wisselin. Hisp. *Comadreja.* Angl. *A weesel.* A Græcis appellatur animal illud notum, quod Latini mustelam nominant: ut multis argumentis docet Sipontinus, recentiorum omnium Græcorum errorem redarguens, qui felem γαλῆν nominant. Nam quæ de Gale tradit Arist. eadem omnia mustelæ assignat Plinius, neque ad felis naturam possunt accommodari.

GĂLĔA, æ, instrumentum est ferreum ad capitis munitionem inventum. { כובע *chobá'h.* κόρυς, κυνῆ, περικεφαλαία. Gall. *Heaume, armet, une salade, bonnet de fer, casque.* Ital. *Celata, elmo.* Germ. Ein helm / beckelhaub. Hisp. *El capacete, yelmo, armadura de cabeça.* Angl. *An helmet or sallet.* } Plaut. *Amphitr.* Erates trudebat fratrem hasta & galea. Ovid. 13. *Metam.*

*Ipse niter galea clare radiantis ab auro*
*Insidias prædet.*

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

*Canitiem galea fabricioque meam.*

Livius, Galeæ cornua. Est autem galea, teste Diodoro, crista capitis de corio, quam sit callis de lamina. Dictaque Galea Varroni à Gilero, quo multi antiquorum usi sunt. Conum, curvaturam galeæ, quæ in ea præeminet, dicimus, super quam cristæ sunt. Lego apud Alexand. Neapolitanum *lib.* 1. quo loco refert insignia Galearum apud diversas gentes. Cymbris nostris, atque Teutonibus in in usu fuisse, ut galeas contegerent horrentium hiatibus animalium, quo in aciem delati visu essent truculentiores. Plin. *lib.* 7. *cap.* 56. Galeam, gladium, hastam Lacedæmonii invenêre. Varro à galero deduxit, quanquam videtur potius, ἀπὸ τῆς γαλῆς, à fele. Olim enim ex diversorum animalium pellibus conficiebantur. Quod patet ex ipsis nominibus apud poëtas. Sunt enim apud illos multi Aconiæ. Sic etiam quod ex felina pelle fiant, γαλέαι dicta. γαλῆ enim felis est, vel simile animal est, quod vocant mustelam. Quare & Homerus quoque κυνῆν, galeam vocat. Hæc ex Scaligero *in Varr.* ‖

¶ Galea genus navigii, unde:

*Arma caput galeæ, pelagus percurrere galeâ.*

Sic Vet. Dict. Sed vox Latina non est. Italis *galea*, & *galeria.* Hisp. *galera.* Gall. *galie*, & *galere*, & Germ. Galeie: est navis longa, aduarta navis, quæ ramis agitur. ‖

Galeŏla, æ, diminutivum, id est, parva galea. Diomedes *lib.* 1. ‖ ¶ Est quoque linum, & galeola vasa sinuosa. Varro *de vita pop. Roman. lib.* 1. Ubi erat vinum in mensa positum, aut galeola, aut lixam: à figura galeæ ‖ Non. Marcell. *cap.* 15.

Gălĕo, as: Galeam induere. { κορύσσω, κορυθάϊκω. Gall. *S'armer d'un armet, se couvrir d'un heaume.* Ital. *Vestire celata, armarsi di elmo.* Germ. Ein helme aufsetzen. Hisp. *Armar con yelmo à capacete.* Angl. *To put on an helmet.* } Hirtius 5 *de bell. Afric.* Milites in campo jubet galeari, & ad pugnam parari. Cuma apud Non. *in clypeat.*

——*miserum audet galeare puellam.*

Gălĕātus: Galea indutus. { ὁ κορύσσων ἐσθιόμενος, ὁ κορυθάϊκος, & ὁ κορυθαικός. Gall. *Armé d'un heaume, qui a armet en teste.* Ital. *Chi ha celata è elmo in testa.* Germ. Der ein helm auff hat. Hisp. *Armado de capacete è yelmo.* Angl. *That hath an helmet.* } ut, Galeati, galeis tecti milites sunt. Galeata Minerva, apud Cicer. 2. *de nat. deor.* Et barbati quidem Jovis, galeatæ Minervæ. ¶ Galeatum exordium, vel principium, i. commune proœmium, quòd et galea omnibus conveniat. Sulpitius Victor. Vulgare (de exordiis loquitur) si tale sit, quale esse possit in omnibus causis, nihil proprium aut personarum, aut rerum, de quibus agitur, habens. Quod idem & galeatum à quibusdam vocatur, quoniam commune ita esse possit, ut in omnibus causis, quemadmodum galea, seu galeatum, omnibus indigis possit esse commune. Hieronymus, Hic prologus Scripturarum, quasi galeatum principium, omnibus libris, quos de Hebræo vertimus in Latinum, convenire potest.

Gălēna, dicitur plumbi & argenti vena communis, quæ & μολίβδαινα vocatur, Plin. *lib.* 34. *cap.* 18. Est & molybdæna, quam alibi galenam vocavimus, plumbi & argenti vena communis. Quo pacto autem conficiatur galena, docet idem Plin. *eodem lib. cap.* 19. Plumbi (inquit) nigri origo duplex est. Aut enim sua provenit vena, aut quicquam aliud ex se parit: aut cum argento nascitur, missisque venis conflatur. Ejus qui primus fluit in fornacibus liquor, stannum appellatur: qui secundus, argentum: qui remansit in fornacibus, Galena: quæ portio est tertia addita venæ.

‖ Galenum, vas vinarium. Romani antiqui dixerunt, Galenum vinum. Gl. Isid. est proprium, à Galeno Campaniæ oppido. ‖

Gălēnus, γαληνός. Nomen medici excellentissimi, ex Pergamo Asiæ urbe. { Ein außbündiger arzt auß Asia bürtig. } Floruit temporibus Trajani adusque Antonini Pii tempora. Plurima reliquit de re medica conscripta volumina, quæ hodie omnium ferantur manibus. Scripsit & dictionarium in omnia Hippocratis opera ordine litterarum. Fama est 140. annos vixisse.

Gălĕōtæ, γαλεῶται. Etant vates quidam in Sicilia & Attica: à Galeote Apollinis filio, qui frater Telmessi ejus fuisse traditur, qui Telmessum urbem in Caria condidit, oraculo ex Dodona accepto. Ælianus scribit, Dionysium tyrannum Galeotas solitum consulere in Sicilia. Memini horum Cic. *lib.* 1. *de Divinat.* quam ait: Huiusinterpretes portentorum, qui Galeotæ tum in Sicilia nominabantur, responderunt, &c.

Gălĕos, γαλεὸς. Piscis est à Rhodiis olim maximo in pretio habitus, qui à nostris etiam mustela dicitur. Plin. *lib.* 32. *cap.* 2. Quod ad propagandum rerum attinet, quam Græci antipathiam vocant, nihil est venenatius usquam, quàm in mari pastinaca, utpote quum radius ejus arbores necari diximus. Hanc tamen persequitur galeos.

Gălĕŏtæ, æ, γαλεόται, species est stellionis, Plinii temporibus Italiæ incognita. Hic & colotes & ascalaboten appellatur. Plin. *lib.* 29. *cap.* 4. Scorpionibus maximè contrarius invicem stellio traditur, ut visus quoque pavorem his afferat, & torpotem frigidi sudoris. Hanc Græci colotem vocant, & ascalaboten, & galeoten. In Italia non nascitur. Est enim hic plenus lentigine, sitidoris acerbi, & reficitur: quæ omnia à nostris stellionibus aliena sunt.

Galepsus, γαλεψὸς, urbs Thraciæ & Paonum, author Steph.

Gălĕrĭtă: Avis quæ nunc alauda dicitur. Varro galleritam appellat, quia plumam elatam in capite habet galeri similitudine. { κορυδός. Gall. *Alouette.* Ital. *Lodola.* Germ. Ein lerch. Hisp. *Cogujada.* Angl. *A larke.* } Plin. *lib.* 10. *cap.* 49. Quæque de una ave galeritam privatim commemorat.

Gălĕrĭta, æ, idem quod Galerus. Usus est C. Gracchus apud Censores, ut author est Sosipater. ¶ Inde Galericula, parva Galera. Invenitur et tam Galeria, quo usus est Varro *Atticus fenicea* 2. authore Sosipatro. Ieaque non leviter emendandum est id quod legitur apud Festum. Galearia à Galeatum similitudine dicta.

Galeros, Galemancos. Lege, *Camelaucos*, vel *Calamaucos.* Rod. de Tabernac. lib. 3. cap. 1. *Super caput autem gestat pileum in modum parvuli calamaucæ, sive cassidis, quod extenditur supra summitatem capitis.* Legendum, *calamauci.*

Gălĕrŏs, i, sive galerum, i, neutr. sive Galerium. Isid. *lib.* 19. *Orig. cap.* 30. Pileus rotundus à galeæ similitudine dictus, ut inquit Varro. { מגבעת *migbaʕáh.* καυσία, πῖλος. Gal. *Un petit chappeau.* Ital. *Capello.* Germ. Ein hut. Hisp. *El bonete è sombrero.* Angl. *An hat.* } Stat. *lib.* 1. *Thebaid.*

——*& temperat æstra galero.*

Juvenal. *Satyr.* 6.

——*flavo crinem abscondente galero.*

Gell. *cap.* 15 *lib.* 10. Is solus (flamen Dialis) albeum habet galerum, &c. Apuleius *Apolog.* 1. Pontificum Galerus, lituus Augurum. Suet. in

in *Neron. cap.* 16. Cum pileo, aut galero (noctu ire.) Galerus non tantùm Mercurii erat, sed & Pontificum. Apuleius, Quod Imperatoribus paludamentum, quod Pontificibus galerus, quod Imus auguribus. Accipitur interdum pro coma alicna, quam ad galeri effigiem formatam capiti ita aptare solemus, ut internosci non queat. φαλάκρωμα. Hoc apud Suet. *in Calig.* capillamentum nominatur.

Gălĕrĭcŭlus, sive galericulum, diminutivum. { πιλίδιον, mützlein. Gall. *Petit chapeau.* Ital. *Picciolo capello.* Germ. Ein hutlein / kappen. Hisp. *Pequeño bonete ò sombrero.* Angl. *A litle hat.* } Suet. *in Othone, cap.* 12. Galericulo capiti propter raritatem capillorum adaptato, & annexo, ut nemo dignosceret. Item Martial. *Epig.* 50. *lib.* 14.

Gălēsus, i, γαλησός. Fluvius juxta Tarentum. Virg. *lib.* 4. *Georg.*

*Qua niger humectat flaventia culta Galesus.*

Horat. 2. *Carm. Ode* 6.

*Dulce pellitis ovibus Galesi*
*Flumen.*

Gălgŭlus, i, γαργάρα. Avis est, quæ si spectetur à quopiam morbo regio laborante, sanatur æger, & avis emoritur. Plin. *lib.* 3. *cap.* 11. Avis ictcrus vocatur à colore, quæ si spectetur, sanari id malum tradunt, & avem mori. Hanc puto Latinè vocari *galgulum.*

Gălīlæa, æ. { גליל *galil.* γαλιλαία. } Nomen duarum regionum, ex quibus una Galilæa Gentium vocatur, vicina Tyriorum finibus, ubi & Salomon viginti civitates donavit Hiram Regi Tyri in sorte tribus Nephthali. Altera Galilæa dicitur regio sita ad Tyberiadem, & stagnum Genezaret in tribu Zabulon. Plin. *lib.* 5. *c.* 14. Pars Judææ Syriæ contermina, Galilæa vocatur. ‖ ¶ Alio sensu est tempus illud, quod Servator noster in Galilæa exegit à resurrectione usque ad ascensionem: tanquam dicatur Galilæa commemoratio. Vide Glossar. Græcob. Meursii.

Galium, vel Gallium, herba, quæ vim coaguli habet in cogendo lacte, Iraque γάλιον à γάλα. Dioscor. *lib.* 4. *cap.* 91. ‖

Gălla, à γάλα, quòd lacteum succum contineat. Fructus quercuum. { πομὶς, Gall. *Noix de Galle.* Ital. *Galla.* Germ. Eychapfel / oder gallapfel. Hisp. *Galla para tintar.* Angl. *A gall nutte.* } Plin. *lib.* 20. *cap.* 20. Cervicis dolores cum galla & lini semine pati mensura sedat. Virg. 4. *Georg.*

*Proderit & tosum galla admiscere saporem.*
*——Gallam bibere ac rugam conducere ventri*

quam ait Lucilius, præmonet parsimonia esse utendum, neque gulæ indulgendum, ventrémque coarctandum. Festus. ¶ Galla etiam instrumentum est sutorium, ἰνίον, subula. Macrob. *Saturn. lib.* 2. *c.* 2. Plancus in judicio fortè amici cùm molestum restem destruere vellet, interrogavit (quia sutorem sciebat) quo artificio se ruerctur. Ille urbanè respondit, Gallam subigo. Sutorium hoc habetur instrumentum, quod non infacetè in adulterii explorationem ambiguitate convertit. Nam Plancus in Mœvia Galla nupta malè audiebat.

Gallæci, sive Gallæci, γαλλαῖοι. Vulgò *Galleghi.* Hispaniæ populi sunt Gallis finitimi. Mart. *lib.* 1.

*Nec qua Gallaico linuntur auro.*

Sunt tamen qui hoc loco apud Martial. legunt *Callaico*, per secundam consonantem.

Gallæcĭa, vulgò *Gallizia.* Regio est citerioris Hispaniæ, cujus descriptionem vide apud Plin. *lib.* 4. *cap.* 20. { Ein Landschafft in Hispanien / jen Gallitia genant. }

Gallare, baccharl. Lauræbergius.

‖ Gallesco, χαίρω, γάννυμαι. Gloss. à Gallis sacerdotibus.

Gallētium, *Galesi.* V. olim Falisscorum, Comitatus titulo olim nobilis, quo gaudet familia Comitum Altæmpsiorum. ‖

Gallĭa. { ארצות *tsarphath.* γαλία. Steph. ἀπὸ γαλάτου. Ptolemæo. Angl. *France.* } Vulgò *France.* Europæ pars, sic à candore populi dicta. Gala enim lac latinè dicitur: nam montes & rigor cœli ab ea parte Solis ardorem excludunt & temperant. Vide *infr. Gallus.* Est autem triplex, Togata, Comata, & Braccata. Gallia Togata dicitur Cisalpina, quæ scilicet inter Alpes est & Rubiconem fluvium antiquum Italiæ limitem: ita dicta, quòd populi illi Romanorum more toga uterentur. { Lombardey / wie sie Italien zugerechnet. } Braccata autem Gallia, dicta est Gallia Narbonensis, Romanorum provincia: à braccis villosæ vestis genere appellata, quibus peculiariter ejus provinciæ homines utebantur. { Die Provintz oder Delphinat. } Comata cognominatur omnis transalpina Gallia, à comæ nutriendæ studio. { Das gantze land so zwischen dem Meer/den Rorcenall vnd Alpeburg/auch dem Rhein begriffen welches gröſter theil ins Franckreich gehöret. } Hæc rursus in tres partes dividitur, Belgicam, Celticam, & Aquitanicam, quæ Aremorica antè dicta est. Nam à Scalde ad Sequanam, Belgica: ab eo ad Garumnam, Celtica, eadémque Lugdunensis: inde ad Pyrenæi montis excursum, Aquitanica. Vide suprà in Celtæ & Celtica. ¶ Gallia Togata non est, ut quidam credunt, ipsa planè Cisalpina, sed Cisalpinæ pars, togata enim incipit à Rubicone flumine, & Placentia terminatur: Cisalpina verò initium quidem ipsa quoque capit ab eodem flumine, sed terminum habet alpes. Erant autem in Togata multa municipia, multæ coloniæ Romanæ. Præterea dixit Cic. *in Epist.* 1. *ad Attic.* Videtur in suffragiis multùm posse Gallia: jus enim ferendi Romæ suffragii habebant omnia municipia, æque omnes coloniæ, ideò Romanæ dicebantur, quia jura possiderent civium Romanorum. Nam Latinæ suffragium non habebant, sed tantùm jus Latii: unde appellatæ. Ex Aldi commentario *in Epist. ad Attic.*

‖ Galliambicus versus facetissimus ac venustatis sliplenmus, à Gallo & iambo. Vide *Galliambus.* ‖

Gallĭcus, a, um, quod est ex Gallia: ut Gallica terebra, apud Col. *lib. de arborib. cap.* 8. Gallicum acer, in Transpadana Italia, transque Alpes nascens, præcipui candoris. Plin. *lib.* 16. *c.* 25. Plaut. *Aul. sc.* 5. *a.* 3. Muli viliores Gallicis cantheriis.

‖ Gallica palla Martiali, Testatur enim Cicero, viros etiam in Gallia usos fuisse palla. ‖

Gallĭcānus, a, um: Gallicus: ut, Gallicanæ res. Cicer. *pro Quint.* Quum & de societate multa inter se communicarent, & de tota illa ratione atque re Gallicana, &c. Varro *lib.* 1. *de re rust. cap.* 31. Cæteráque quæ alii legumina: alii (ut Gallicani) legumia appellant. Gallicana catella. Mart. *Epigram.* 198. *lib.* 14.

Gallĭcus, a, um. Sicut Gallicus, & Gallicanus, quod originem habet ex Gallia. Salust *lib.* 14. *hist.* Dux Gallæ mulieres convenarum vivantes, ad menstrua solvenda montem ascendunt. Catul. *de Berecynthia,*

*Agite, ite ad alta Galla*
*Cibeles nemora simul.*

Galli Rom. formidolosi & Tumultus Gallicus. Plutarch. *in Marcell. & in Cam.*

Gallĭcæ, arum. { ἀναβάται. Gall. *Galloches.* Ital. *Zoccoli, galloze.* Germ. Bundschuch so die Frantzosen tragen wann es kotet oder nast ist. Hisp. *Gallochas.* Angl. *A kinde of shoes for raynie weather.* } Genus calceamenti, quo utuntur Galli pluvioso tempore. Vulgus (inquit Bayfius) vocat *Galloses.* Cicer. 2. *Philipp.* Nam quod quærebas quomodo rediissem: primùm luce, non tenebris: deinde cum calceis & toga, nullis nec gallicis, nec lacerna. Gell. *noct. Attic. lib.* 13. *cap.* 20. refert T. Caltritium discipulis suis probro vertisse, quòd feriato die conspicerentur lacernis indusi & gallicis calceati.

Gallĭnārĭa, æ, γαλλινάρια. Insula est in mari Tusco secundùm Italiam, contra montes Ligusticos, à gallinarum egrestium copia, ut inquit Varro *lib.* 3. *de re rust.* appellata. ¶ Est & sylva gallinaria, γαλλινάρια ὕλη. Cumis vicina, de qua Cicero *ad Patum*, Qu. Capratius obviam mihi fuit in sylva Gallinaria. De hac Strabo ita scribit: Hoc quoque in sinu fructuosis virgultis frequens, & arboribus, sylva est multis porrecta stadiis, aquarum indiga.

Gallŏgræcĭa, γαλατία. Regio Asiæ minoris, Cappadociæ, Bithyniæ, & Pamphyliæ finitima, quæ alio nomine Galatia dicitur: cujus incolæ Galatæ dicuntur, & Gallogræci. { Ein landtschafft im mitlern Asia/so sonst Galatia heist. } Nam quum Galli, multitudine abundante, relicto natali soto Italiam invasissent, Græciam implevcrunt, Macedoniam occuparunt, in Asiam transierunt duce Leonnorio, qui Gallogræciam misto ex Gallis Græcisque vocabulo cognominaverunt.

Gallŏgræci, idem sunt qui Galatæ, ad quos Pauli epistola extat. Eorum regio est Galatia, quam Gallorum aliquot populos insedisse, Plin. *lib.* 5. *cap.* 32. testatur, & Ptolemæus *lib.* 5. *tabula Asiæ prima.* Strabo quoque *lib.* 4. Tectosages è Narbonensi, Tœlistobogios & Trocinos è Celticis Galliæ profectos, Phrygiam Cappadociæ & Paphlagoniæ vicinam occupasse scribit: tanto olim hominum robore Galli valuerunt. Meminit & Livius pluribus *lib.* 8.

‖ Galliambus, versus à Gallis Cybeles sacerdotibus dictus, quia in hujus deæ sacris ea plurimùm utebantur. Ergo nomen est à *Gallus* & *iambus.*

Gallo, as, βακχεύω. Bacchor, insanio, Gallos Cybeles sacerdotes imitor. Varro *Eudamenibus*, Et deam gallantes vario retinebant studio. Nonius.

Gallonius, vir sumptuosus, de quo Cicer. *pro Quint.* Non usque eò tamen ut in capite fortunisque hominum honestissimorum dominentur ii, qui relicta bonorum virorum disciplina, & quæstum, & sumptum Gallonii sequi maluerunt. Idem 2. *de finib.* Sed qui ad voluptatem omnia referens, vivit ut Gallonius, loquitur ut frugi ille Piso.

‖ Gallus multa significat. Verus versus est,

*Gallus avis, populus, fluvius, Bacchique sacerdos.*

Dicendum, *Cybelesque sacerdos.* ‖

Gallus, nota avis, nocturnus vigil, quem excitandis in opera mortalibus, rumpendóque somno genuisse Providentia divina videtur. { שכוי *sechechvi.* ἀλεκτρυών. Gall. *Coq.* Ital. & Hisp. *Gallo.* Germ. Ein han. Angl. *A cocke.* } Cicer. 2. *de Divin.* Democritus quidem optimis verbis causam explicat cur ante lucem galli canant: depulso enim de pectore, & in omne corpus diviso, & modificato cibo, cantus edere, quiete satiatos: qui quidem silentio noctis (ut ait Ennius) faveur faucibus tussis, cantu plausúque premunt alas. Et *paulò antè*: Quia galli victi silere solent, canere victores. Unde joco proverbiali dicimus, Superatus es à gallo quopiam, ἡττήθη ὑπὸ ἀλεκτρυόνος, in servos qui dominos à tergo sequúntur, supplices videlicet & abjecti, cujusmodi solent esse galli superati in pugna. ¶ Domi pugnas more galli, οἰκουρικὸς ἀνὴρ ἀλέκτωρ. In eum qui semper domi desidens, non audet vel in bellum, vel in certamina proficisci foras. Nam hoc pugnacissimum quidem est, sed domi. ¶ Huic finitimum est, Gallus in suo sterquilinio plurimùm potest. ¶ Gallus insilit, ἀλεκτρυὼν ἐπιπηδᾷ. Ubi quis semel victus, redintegrat certamen. ¶ Gallorum incusare ventrem, ἀλεκτρυόνος μίμησαι γαστέρα. De edacibus ac luxu multùm absumentibus facultatem. Huic enim animanti venter mirificè calidus, ita ut omnia statim concoquat. Aristoph. *in Vespis.*

‖ Gallus, qui est è Gallia. Isid. *lib.* 9. *c.* 2. Galli candore corporis nuncupati sunt. γάλα enim lac dicitur. Et *lib.* 14. *cap.* 4. causam addit: Montes enim, inquit, & rigor cœli ab ea parte Solis ardorem excludunt: quo fit ut candor corporum non coloretur. Sed videntur potiùs dici à wallen / peregrinari, quòd peregrinationibus delectentur. Germani Gallos Belgas vocant welsen. Strabo *lib.* 4. Sunt qui Gallos trifariam dividunt, in Aquitanos, Belgas, & Celtas. Sic & Cæsar *lib.* 1. *de bello Gallico.*

Gallus fluvius Phrygiæ ortus apud Modra, qui auctus & navigabilis factus, qui olim naves non veheret, Bithyniam ostiis suis desinit.

Gallŭs, γάλλος. Cybeles sacerdos. { Ein pfaff der göttin Cybeles. } à Gallo Phrygiæ fluvio, cujus aquam qui gustassent, reddebantur insani. Lucan. *lib.* 1.

*——crinémque rotantes*
*Sanguineum populis miserorum triste Gallæ.*

Ovid. 4. *Fast.*

*Amnis is injecto nomine Gallus erat.*

¶ Gallus

¶ Gallus Asinius scripsit libros adversùs Ciceronem. Sueton. *in Claud. cap.* 41. ¶ Fuerunt quoque duo Galli præstantissimi Jurisconsulti, quorum alter Ælius Gallus, qui librum edidit *de verborum significatu quæ ad jus civile spectant*; cujus meminit Festus *verb. Postliminium*, & Gellius *lib.* 16. *cap.* 5. ubi malè legitur *Cæcilius Gallus*, pro *Ælius*, ut rectè advertit D. Bertrandus Prætes Tolosanus *lib.* 1. *de Iurisper.* Alter est Gallus Aquilius, de quo plurima fit *in Iure* mentio, & *in Indiciis. Iac. Labbii, Autor. Augustini, & alior.* & apud Bertrand. *loc. cit. lib.* 2. quem valdè commendat Cicero pluribus locis à præfatis Authoribus laudatis. ¶ Fuit item hoc cognomen Cornelii præstantissimi poëtæ, cujus etiam hodie aliquot extant fragmenta. Hic Cornelius Gallus Ægypti præfectus, Augusto Cæsari familiarissimus fuit; cujus tamen jussu, quum in proditionis suspicionem venisset, fuit interfectus. Non obscurè indicat Sueton. *in August. cap.* 66. Vide plura de hoc suprà in dictione *Cornelius*.

Gallina, æ, avis nota. ¶ ὄρνις, ἀλεκτρυών. Gall. *Geline ou poulle.* Ital. *Gallina.* Germ. Ein henn. Hisp. *Gallina ò polla.* Angl. *An henne.* ¶ Terentius *in Heaut.* Aquis per impluvium decidit de tegulis, gallina cecinit. Plaut. *Milit. sc.* 2. *a.* 2. Quòd Gallinam, aut columbam se dicat sectari. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Dic me cum passerculum, gallinam, coturnicem. Juvenal. *Satyr.* 13.

——— *Gallina filius alba.*

¶ Villa ad Gallinas unde dicta, vide apud Suet. *in Galba, cap.* 1. Plaut. *in Pseud. sc.* 1. *a.* 1. An obsecro hercle habent quoque gallinæ manus? Nam has quidem gallina scripsit. ¶ Tria autem gallinarum genera enumerantur à Varrone *de re rustica lib.* 3. *cap.* 9. villaticæ, rusticæ, sive agrestes, & Africanæ. Villaticæ dicuntur vulgatissimæ illæ quas in villis, & nonnunquam etiam in urbe alì videmus. Rusticæ, sive agrestes, nec dii cujusdam generis sunt inter villaticas & Africanas: quæ Varronis tempore raræ erant in Urbe, & in ornatibus publicis poni solebant cum pittacis, & metulis albis, aliisque rebus inusitatis. Ideo autem dictæ sunt agrestes, quòd non in villis, sed ferè in sylvis ova facerent. Hæ primùm allatæ sunt è Gallinaria insula maris Ligustici: ubi hoc gallinarum genus agreste est, & ferum. Paulatim deinde circures factæ, omnem Italiam impleverunt, & ex Italia in Galliam & Germaniam translatæ sunt, à quibus ea de causa Longobardicæ gallinæ vocantur. Tertium gallinarum genus est quas, quòd primùm ex Africa in Italiam sunt translatæ, Africanas vocavère. Hæ (ut loco jam citato ait Varro) grandes sunt, varix, gibberæ, & à Græcis Meleagrides appellantur. Vulgus hodie vocat *gallinas Indicas.*

Gallinăceus, a, um, quod ex gallinis est. ¶ ἀλεκτρυών. Gall. *De poulle, ou geline.* Ital. *De gallina.* Germ. Von hennen. Hisp. *Cosa de gallo, ò gallina.* Angl. *Of an henne.* ¶ ut, Pullus gallinaceus. Varro 3. *de re rustica, cap.* 9. Gallinaceis enim pullis bis deni dies opus sunt, pavonis ter novem. Gallinaceum fel. Cic. 2. *de Divinat.* Gallinacea ova. Varro 3. *de re rust. cap.* 9. Si ova gallinis pavonina subjicies, quum jam decem dies pavonina fovere cœpit, tum denique gallinacea subjice, ut unà excludant. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Agninam & pullos gallinaceos.

Gallinăceus, i, substantivum. Ipse gallus. ¶ ἀλεκτρυών. Gall. *Coq.* Ital. & Hisp. *Gallo.* Germ. Ein han. Angl. *A cocke.* ¶ Pescennius Niger, ob unius gallinacei direptionem decem commanipulares qui captum ab uno comederant, fecuri percuti jussit. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10. Alectorias vocant gemmas in ventriculis gallinaceorum inventas crystallina specie. Idem *lib.* 8. *c.* 27. Gallinaceorum cristæ.

Gallinārius, ii, & Gallinaria, æ, qui gallinas curat. ¶ ὀρνιθοτρόφος. Gall. *Nourrisseur de poulles, poullallier.* Ital. *Gallinaio, à gallinaia.* Germ. Ein man oder frow so die hennen versorgt. Hisp. *Gallinero à gallinera, que cria las gallinas.* Angl. *An henne heard.* ¶ Plin. *lib.* 10. *cap.* 53. Traditur quædam ars gallinarii cujusdam dicentis quid ex quoque esset. Varro *de re rust. lib.* 3. *c.* 9. Inter duas ostium sit, qua gallinarius curator ire possit.

Gallinārium, ii, locus in quo aluntur gallinæ. ¶ ὀρνιθών. Gall. *Vne geliniere, le lieu où les poulles se pothent, un poullier, ou paillier.* Ital. *Pollaio, luogo da galline.* Germ. Ein hünerhauß oder hünerstall. Hisp. *El gallinero donde duermen las gallinas.* Angl. *A coope where poultrie is keept.* ¶ Columel. *lib.* 9. *cap.* 3. Gallinaria construi debent in parte villæ quæ hyberum spectat Orientem. Græci, authore Polluce, νοσσεῖον: vulgus à pullis gallinaceis, *Pullarium* appellat.

Gallicinium. ¶ ἀλεκτροφωνία. Gall. *Le temps de la nuit que les coqs chantent.* Ital. *Quella parte della notte, quando cantano gli galli.* Germ. Die zeit der nacht wenn die hanen freyen. Hisp. *La media noche.* Angl. *The tyme of the night when the cockes crameth.* ¶ Pars noctis appellata est, qua galli cantant, quæ est quarta castrensis vigilia. Apul. *lib.* 2. *de asino aureo*, Noctis gallicinio venit quidam juvenis è proxima civitate.

‖ Gallipolis, *Gallipoli.* V. E. regni Neapolitani, ad mare Adriaticum, sub A. Hydruntino, aliàs *Callipolis.* ‖

Gallŭlascо, cis, pubescere est. Nonius *in epodis*, puerum mulieri præstare nemo scit, quanto melior sit, cujus vox Gallulascit, cujus jam ramus robotascit. Ex Nonio. At potiùs est grave quiddam & raucum sono, more gallinaceorum: quod in adolescentibus jam pubem emittentibus solet accidere: quod alio nomine *hirquitallire* dicimus. Nonius etiam dicit, Gallulo, as.

‖ Galvus: vide *Galbus.* ‖

Gammacta, est flagellum, quo quis disrumpitur, non arbitrio carnificis, sed sententiâ judicis, per plures pauciores ve percussiones, & ictus condemnatis inflictor.

Gămăle, γάμαλα, urbs in Judæa, sive in Syria Judææ finitima. Josephus, Syriæ habitatio quædam Gamale. Sueton. *in Tito*, Tarachiam & Gamalem urbes validissimas Judææ in potestatem redegit.

‖ Gamalis. In ll. Longob. 2. *tit.* 5. *l.* 7. Si aliquis de sacramentalibus mortuus fuerit, potestatem habeat ille, qui pulsat, in loco mortui similem alium nominare de proximis legitimis, aut de naturalibus, aut de gamalibus, id est, contabulatis. Intelliguntur legitimo matrimonio nati.

Gamelius, a, um: nuptialis, γαμήλιος, à γάμος, nuptiæ. ‖

Gamelus olim dicebatur, qui nunc Camelus. Terent. Scaurus *de Orthograph.*

Gambrium, γαμβρεῖον, urbs Ioniæ. Steph.

‖ Gamma, nomen literæ, indeclinabile. Ausonius tamen flectit *gamma, æ.*

Gamma, æ, trigonum, ad formam literæ *gamma.* Rei agrimensoriæ Authores lapidem finalem, seu limitem vocant, ad figuram literæ Γ exstructum, ut ex Frontino & aliis notat Lautenbergius.

Gammadium, ii, & gammadia, æ. γαμμάδιον, parvum gamma. ‖

Gammărus, i, aquaticum animal, Gmile cancro: vel (ut quidam putant) ipse cancer, cui bina brachia denticulatis forcipibus ad caput porriguntur. ¶ ἀκτάριον. Gall. *Escrevisse, & langouste à Marseille.* Ital. *Gambaro.* Germ. Ein krebs, oder ein thier das im wasser ist den einem krebs gleich. Hisp. *Cangrejo ò Camaro.* Angl. *A fysshe lyke the crable.* ¶ Color ejus est glaucus & subviridis, sed inter coquendum rubescit. Martialis *lib.* 2.

*Conteler in nostra gammaro lance rubet.*

Juven. *Satyr.* 5.

*Sed tibi dimidio conspirillus gammarus ovo*
*Pexime.*

Veneti adhuc hodie nomen retinent. Plin. autem *lib.* 9. *cap.* 31. Leonem appellat: quod nomen Massilienses etiam habent.

Gammoïdes, γαμμοειδής, ferrum quo utuntur chirurgi ad extrahendum pus: ita dictum à similitudine Græcæ literæ γ.

Gămos. ¶ חתנה *chatunnah.* γάμος. Gall. *Nopces, mariage.* Ital. *Nozze.* Germ. Hochzeit. Hisp. *Bodas.* Angl. *Mariage.* ¶ Latinè nuptiæ. Hinc composita fiunt, agamus, monogamus, bigamus, digamus, trigamus, polygamus, quæ omnia penultimam corripiunt. Hieronymus contra Jovinianum: Non damno digamos, imò nec trigamos, & si dici potest, octogamos.

Gamphasantes, populi Libycæ Æthiopiæ, sine ullis vestibus viventes, qui (sicut scribit Pomponius) à prælus abstinent, quum nec tela jacere, aut vitare noscant, ideoque obvios fugiunt. ¶ Nackende leut so in dem innersten Libya wohnen. ¶ Plin. *lib.* 5. *cap.* 8. Gamphasantes nudi, præliorumque expertes, nulli externo congregantur.

Gandavum, urbs Flandriæ, vulgò *Gant.*

‖ Gandia, *Gandia*, urbs regni Valentini in Hispania, Ducatus titulo clara, gentis Borgiæ. ‖

Gandri, populi sunt interioris Asiæ Pomponio, quos Plinius trans Margianem in Ortum ponit. ¶ Sunt & Gandaræ populi quos Ptolem. *lib.* 7. in India, ad ipsum Indum sitos esse ait.

Gănĕum, i, & ganeum, à γάνος. Lupanar meretricum, quæstuosum diversorium, & popina: quòd scilicet sit in terra, non ut ornacula, superius. ¶ χαμαιτυπεῖον, πορνεῖον, ἑταιρεῖον. Gall. *Bordel, ou taverne bordeliere.* Ital. *Bordello.* Germ. Ein hurenhauß. Hisp. *El burdel.* Angl. *A brothell house, a taverne of banderie.* ¶ Est enim locus abditus, & velut subterraneus, vinolentiæ & libidini aptus. Cic. *in Pisonem*, Paulisper stetimus in illo genearum earum nidore atque fumo: unde tu nos cùm improbissimè respondendo, tum turpissimè eructando ejecisti. Terent. *in Adelph.* Ubi ego illum quæram? Credo abductum in ganeum. Plautus *Menæch. sc.* 1. *a.* 3. Immersit aliquò sese in ganeum. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 3. Censeo illum nunc primùm ire assuetum in Ganeam. Tacit. *lib.* 6. Illustribus viris perniciem inter ganeum & stupra meditabatur. Colum. *in præfat.* Mox deinde ut apti veniamus ad ganeas, quotidianam Laconicis eruditatem excoquimus. Plin. tamen accepisse videtur propsa ingluvie, cibariisque: ait enim de porco *lib.* 8. Neque alio ex animali numerosior materia ganeæ. ¶ Ganeas popinásque usque eò inhibuit Tiberius, ut ne operæ quidem pistoria proponi venalia sinerent. Vide Sueton. *in Tiber. cap.* 34. Varro *lib.* 3. *cap.* 9. Triclinium ganeaticum. Sed veteres codices habent genianium, vel potius geniaonum, id est genitale.

Gănĕones. ¶ ἑταῖροι. Gall. *Bordelieres, hanteurs de taverne & bordels.* Ital. *bordellieri.* Germ. Ein hurenfürer, ein vnnützer zůtreiber in hurenkasern. Hisp. *Los que andan al burdel.* Angl. *Haunters of banderie, ruffianes.* ¶ Dicti à ganeis, teste Nonio, quemadmodum Popinones à popinis, qui ganeas frequentant. Varr. *in Medio*, Et hoc interest inter Epicurum & ganeones nostros, quibus modulus est vitæ culina. Cicero *in Catil.* Quis ganeo? quis adulter? quæ mulier infamis? quis corruptor juventutis? Terent. *in Heaut.* Si scire vis, ego dicam: gerro, ineptus, fraus, helluo, ganeo, damnosus.

Ganganorum, promontorium Hyberniæ. Ptol. *lib.* 2. *cap.* 1.

Gangăridæ, γαγγαρίδαι, ut inquit Curtius, populi inter Assyrios & Indos, juxta Gangen. Virg. 3. *Georg.*

*In foribus pugnam ex auro solidoque elephanto*
*Gangaridum faciam, victorisque arma Quirini.*

Gangæ, urbs Indiæ regia.

Gănges, is, & Ganga, æ, γάγγης. Indiæ fluvius maximus. ¶ Ein grosser fluß in Judia. ¶ Qui universam secat Indiam, secum aureas arenas trahens, alio nomine Physon à Græcis dictus: quem sacræ literæ inter eos annumerant, qui de paradiso profluunt. Fontes ejus alii incertos esse tradunt, vicinaque omnia rigare, quemadmodum & Nilum. Alii in Scythicis nasci, ipsamque Indiam secare dixerunt, fluereque in eum triginta amnes. Minima Gangis latitudo per octo millia passuum, maxima per viginti patet. Altitudo, ubi vadosissima est, mensuram centum pedum implet. Ovid. *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.*

——— *Late spatiantem flumine Gangen.*

Dictus Ganges à Gange Æthiopum Rege, ut ait Suidas. Ovid. *lib.* 4. *Metam.*

*Decolor extremo qua cingitur India Gange.*

Gangĕticus, a, um, γαγγητικός, Denominativum. Col. *lib.* 8. *cap.* 8. Jam nunc Gangeticas & Ægyptias aves temulenter eructat.

Ganglium, γάγγλιον, tumor in capite, vel collo utplurimùm proveniens, interdum flatu tantùm, interdum tenuissimo humore plenus, quæ

duo

duo genera facillima sunt curatu. Nonnunquam etiam contingit humores esse crassissimos, nullis cedentes medicamentis: quod genus non nisi arctis ligationibus, aut sectionibus potest curari. De his Cels. *lib.* 7. Est & Ganglion Paulo, nervi alicujus vel ex ictu, vel ex lassitudine contorsio, in multis quidem omnino partibus corporis, sed præcipuè mollibus, ut in extremitate manuum atque pedum.

Gangrā, γάγγρα, i, vel æ, urbs Paphlagoniæ. Causam nominis Steph. explicat. Vide *Candare*. Alia est in Arabia felici.

Gangræna, æ. ‖ γάγγραινα. Gall. *Chair morte par ulcere & inflammation.* Ital. *Carne morta di una piaga.* Germ. Der todte oder das faule fleisch von dem todte här. Hisp. *Carne muerta de llaga.* Angl. *Dead flesh in the body of a botche.* ‖ Cum æ diphtongo: caro est emortua ex ulcere, vel inflammatione: cui nisi opportuno remedio occurratur ad vicina proserpit. Dicta Gangræna, παρὰ τὸ γαίνω, τὸ ἐσθίω, hoc est, à comedendo, seu depascendo. Subalbescit autem primò, demùm atra fit sensu amisso in prominentibus membris, id est, inter ungues, & alas, & inguina: & in senibus ferè, atque his quorum corpus mali habitus est. Luc. *lib.* 1. *Sat.*

*Serpere uti gangræna malo, ad quem herpetica posset.*

Varr. Non vituperamus, quum sciamus digitum præcidi oportere: si ob eam rem gangræna non sit ad brachium ventura. Vide de hoc Cornelium Celsum *lib.* 5.

Gangrena, est turpe lucrum.

Gānnĭo, is, ivi, vel gannii, itum, à γάνναξ. Propriè vulpium est: teste Donato. ‖ κινζάομαι. Gall. *Glappir ou japper à la façon d'un renard, ou d'un chien, grouder.* Ital. *Far voce di volpe, grunire.* Germ. Bällen oder schreyen wie ein fuchs. Hisp. *Gañir el can*, ò *raposa.* Angl. *To yanlpe or bark lyk a dogge or foxe.* ‖ Dicitur tamen & de canibus, quum claro ululatu dolorem quendam gaudiumve testati videntur. Inde ad homines translatum. Terent. *in Adelph.* Quid ille gannit? quid vult? Persius *Satyr.* 5.

*Stat contrà vatis, & secretam gannit in aurem.*

Hujus compositum est Oggannio, de quo suo loco. Plaut. Oggannis? S. Nec gannio, nec latro.

Gānnītŭs, & Gannitus. ‖ κινζήσις. Gall. *Glappissement, jappement, grondement, grommellement.* Ital. *il grunire.* Germ. Das bällen. Hisp. *El gañido.* Angl. *Barking, yanlping.* ‖ Lucretius,

*Longè alio pacto gannitu vocis adulant:*
*Aut quum diserti bambantur in ædibus: aut quum*
*Plorantes fugiunt submisso corpore plagas.*

¶ Gannitus Nereidum. Plin. *lib.* 9. *cap.* 5. Namque hæc in eodem spectata litore est, cujus morientis etiam gannitum tristem accolæ audivere longè. ¶ Gannitus est propriè velut ploratus vapulantium. Donatus.

Ganuodurum, γανιόδουρον, vulgò *Constantia*, Helvetiorum oppidum est ad Juram montem, teste Ptolemæo *lib.* 2. *cap.* 9. ‖ Costnitz an Bodensee. ‖

‖ Ganſa, vel ganza, anser. Plin.

Ganta, χηνάριον, avis similis ganſæ, id est, anseri. ‖

Gănymēdēs, γανυμήδης. Trois filius fuit formosissimus puer, quem quum Jupiter deperiret, jussit in cœlum ab aquila portari, & sibi à calculis esse, repudiato ministerio Hebes, quæ ante illius raptum miscendo nectari præerat. Hanc fabulam tangit Virg. *lib.* 1. *Æneid.* quum inter causas odii Junonis in Troianos, recenset rapti Ganymedis honorem. Higinus *in Astronomiam Poët.* tradit Ganymedem inter sidera translatum conficere signum illud quod Aquarium vocamus, quòd ejus stellæ suo seu aquam fundentis imaginem videantur referre.

Gărămāntes, γαραμάντες. Populi interioris Libyæ, Psyllis finitimi, à Garamante Apollinis filio cognominati, qui ibi Garamantum oppidum ex suo nomine condidit. ‖ Völcker im innern Libya. ‖ Fuit etiam Garamantes regis nomen, cujus filium Garamantida Jupiter apud Bagradam fluvium compressit, & ex ea genuit Jarbam.

Gărămāntĭcŭs, adjectivum: ut, Garamantica signa, apud Silium *lib.* 2. Garamantis, idos. Patronymicum fœmininum. Virg. 4. *Æneid.*

——*rapta Garamantide nympha.*

‖ Gardingus, dignitatis nomen. Cod. II. antiq.

Garella, A. XVIII. sub P. Constantinopolitano: in Leonis Imper. dispositione.

Garem, tribunal, subitarium exstructum Imperatoribus. Cerda. ‖

Gărgānŭs, i, γάργανος. Mons in Apulia, cujus accolæ propriè Apuli dicuntur. Hodie vulgò vocant *Montem S. Angeli.* Lucan. *lib.* 4.

*Appulus Adriacum exit Garganus in undas.*

Gargarenses, gens mixta Amazonibus, γαργαρεῖς.

Gargaridio, as. Antiquis idem erat quod gattio. παίζω, φλυαρῶ. Varro *in Epist. ad Pusium*, Poëmata ejus gargaridians dices, O fortuna, ô fors fortuna! Nonius.

Gărgărĭus, i, & in plurali numero Gargara, γάργαρον. Cacumen est montis Idæ, teste Macrobio, in ea parte ubi ad Mytos declinat: tanta frugum ubertate affluens, ut quoties infinitum rei alicujus numerum velimus denotare, à Gargarorum frugibus sumamus similitudinem. Ovid. *lib.* 1. *de arte amandi*, quum vellet Romanarum puellarum numerum immensum ostendere, dixit tantam esse Romæ puellarum copiam, quantam in Gargaris segetum. Hujus autem tantæ ubertatis causa est fontium abundantia, quibus solum irrigatur: adeò ut æstivis caloribus fruges non facilè possint aduri. Nam etsi Ida mons totus ferè plurimis irrigetur fontibus, unde & Homerus πολυπίδακα vocat, præcipuè tamen ea pars hujus montis, quæ ad Orientem Solem Mysiam contigit. ¶ Est etiam oppidum hoc nomine in radice hujus montis situm, ut docet Macrob. *lib.* 1. *cap.* 19.

Gărgărizo, as, are. ‖ γαργαλίζω. Gall. *Gargariser, gargouiller.* Ital. *Gargareggiare.* Ger. Gurgeln in der kelen. His. *Hazer gargarismo.* Angl. *To gargill, to vasb the moisth or throt.* ‖ Est liquorem ore haustum sæpe ad gurgulionem, id est, gutur revocare. Plin. *lib.* 20. *cap.* 17. Sedat anginas cum melle ac hyssopo ex aceto gargarizatum. Idem *lib.* 20. Voci succus sub certamine utilis, & qui gargarizatur ura tumente, adjecta mentha. Corn. Cels. *lib.* 4. *cap.* 12. In vetusto capitis dolore communia sunt sternutamenta excitare, inferiora vehementer, refricare, gargarizare his quæ salivam movent.

Gărgărizātio, & Gargarizatus. γαργαρισμός. Gall. *Gargarization, gargouillement.* Ital. *Gargarizamento.* Germ. Das gurgen. Hisp. *Gargarisme.* Angl. *A gargilling.* ‖ Quibus usus est Plin. *lib.* 21. *cap.* 19. & *lib.* 30. *cap.* 4.

Garge γάργη. Urbs Libyæ. Steph.

Gargettius, γαργήττιος. Oppidum est pars de tribu Ægeïde.

Gărgittĭus, γαργήττιος. Pollux: Canis cujusdam generosi nomen, qui Geryonis boves custodiebat, & leonibus insultabat: quem tunc Hercules interfecit, quum illius armenta abduxit: fuitque Cerberi Epirotici frater. ut scribit Julius Pollux *lib.* 5.

Gărrĭo, is, ivi, vel garrii, à garris, vel à γαρύω, est propriè avium, sed usurpatur pro loqui, idque tinc de lecto & inepte. ‖ שחק *schpheph*, חמה *hamah*, παίζω, ἐλαφρία, ἀδολεσχία. Gall. *Jargonner, jaser, caqueter, babiller.* Ital. *Ciralare, ragionare pazamente, garrire, ciantare.* Germ. Schwetzen, klappern, gatzen, bladern. Hisp. *Parlar vanamente, gorgear las aves.* Angl. *To chat as bird, to bable.* ‖ Cicer. *lib.* 2. *de Orat.* Nam & seculis multis ante Gymnasia inventa sunt, quàm in his Philosophi garrire cœperunt. Martialis,

*Garris in aurem semper omnibus Cinna.*

Idem,

*Meliúsque rana garriant Ravennates.*

¶ Propriè tamen Garrire est avium, à quibus ad homines inepte loquaces transfertur. Plaut. *Curcul.* At pater tuus curtum tibi, pl. Nugas, garris. Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 3. Ita solco garrire nugas.

Gărrŭlĭtās, atis: Loquacitas. ‖ שחוק *hemjáh*, חמיה *hamitf*, ἀδολεσχία. Gall. *Digeissement ou gazouillement d'oiseaux, caquet, jaserie, babil.* Ital. *Gianciume, ragionare alla ciocca.* Germ. Klapperey, das vnnutz schwätzen. Hisp. *Demasiada parleria.* Angl. *Iangling, babling.* ‖ Martial. *lib.* 5.

*Crede mihi, quamvis ingentia Postbume dones,*
*Antheris perenni garrulitate sui.*

Sic Plin. *lib.* 16. *cap.* 2. Extemporalis garrulitas. Quint. *lib.* 2. *cap.* 4. Rauca garrulitas picarum. Ovid. 5. *Metam.* Senec. *e.* 16. *de consolat. ad Helviam*, Garrulitas pueri, argutiæ, lasciviæ.

Gărrŭlŭs, a, um: Inepte loquax. ‖ שחקן *metsaphtsóph*, חמיה *homéh*. ἀδολέσχης. Gall. *Babillard, caquetant, jaseur.* Ital. *Chiacchierone, ciarlone.* Germ. Schwetzer, klapperer. Hisp. *El que vanamente parla, demasiado parlador.* Angl. *That chatterith, and speaketh many vaine wordes.* ‖ Plaut. *in Mere.* Verùm si non amant, oderunt, molesti itidem, atque difficiles: Garruli, osores, insensi, iracundi, sibi, suisque invidi. Terent. *in Adelph.* Sensi illico ad illas suspicari: sed me reprehendi tamen, ne quid de fratre garrulæ illi dicerem, ac fieret palam. Sed hæc significatio est metaphorica. Propriè enim aves garrulæ dicuntur, maximeque illæ quæ canoræ sunt, & egregiè vocales. Virg. 1. *Georg.*

*Garrula quum tigni nidum suspendit hirundo.*

¶ Garrulus camus. Plin. *lib.* 10. *cap.* 29. Lusciniis diebus ac noctibus continuis quindecim garrulis sine intermisso cantu. Garrula festa. Martial. *lib.* 14.

*Hæc quatiat teneræ garrula festa manu.*

Ovid. *Eleg.* 12. *lib.* 3. *Trist.*

——*Verbosa garrula vetula fori.*

Idem 2. *Fast.*

*Garrulus in primo limine ripæ erat.*

¶ Garrulus, inquit Nonius, dicitur cordatus. Varro *Peripl. lib.* 4. In hac civitate cum regnabat Dionysius homo garrulus & acer.

Garritĭdo, as, ate, idem quod garrio. Varro, Quidnam garritidatis, dicentes, O fortuna! Sunt qui scribant *garriditatus.*

Gārum. ‖ τὸ γάρον. Gall. *Sausse qu'on faisoit de la lie où le poisson salé avoit esté longuement, saumure ou saumure.* Ital. *Salmora che si fa à pesci per conservarli.* Germ. Ein fischbrüy. Hisp. *Salsa, à salmuera de los salados pesces.* Angl. *Sauce made of salted fishes.* ‖ Liquamen est ex intestinis piscium sale maceratis: ita dictum quòd primùm ex garo pisce confici soleret. Plin. *lib.* 31. *cap.* 8. Aliud etiamnum liquoris exquisiti genus, quod garum vocavêre, intestinis piscium, cæterisque quæ abjicienda essent, sale maceratis: ut sit illâ putrescentium sanies. Martial. *lib.* 13.

*Nobile nunc sitis luxuriosa garum.*

Idem *Epigr.* 102. *lib.* 13.

‖ Garopola, qui garum vendit. ‖

Gărus, i. γάρος. Piscis est ex genere locustarum, ex cujus intestinis primùm garum confici cœpit. Vide Plin. *lib.* 31. *cap.* 8. & *lib.* 32. *cap.* 11.

Gărūmnā, æ, *Garonne.* Aquitaniæ fluvius, Celtas ab Aquitanis dividens. oritur octingentesimo à Narbone stadio in montibus Pyrenæis. Vide Pomponium Melam.

Gărўŏphyllum, i, seu potiùs Caryophyllum. ‖ καρύφυλλον. Gall. *Clou de girofle.* Ital. *Garofolo.* Germ. Negelin. Hisp. *El clavo de girofle oloroso.* Angl. *A gilofer.* ‖ Fructus est, teste Ruellio, in Oriente nascens, sambuci forma, semine grano piperis grandiori, fragiliorique, ex arbore tuberescente, in clavi modum capitato, exertis in adversum quatuor denticulis sese stellatim decussantibus, prominulo apice, quadrati alveoli sinu medio orbiculatim prodeunte. Hoc semen, quoniam clavatam habet speciem, clavi nomine à populis Occidentalibus appellatur. Omnino autem scribi debet per secundam consonantem in capite, non per quintam, ut vulgus scribere consuevit. Dicitur enim Caryophyllon παρὰ τὸ καρύον καὶ φύλλον, quasi nucis folium.

‖ Garzala. *Garzala.* V. E. Illyrici sub A. Ragusino.

Garzonostasium, γαρζονοστάσιον, Locus Constantinopoli in media aula magni templi, ubi pueri stabant.

Gasachius, in II. Salic. advertarius, cui est causa mobilium, i. e. lis. ‖

Gasidanes, γασίδανες. Gemma est quæ in Media invenitur, coloris olivini, veluti floribus sparsa. Author Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

‖ Gastaldus, custos. Gastaldia, custodia. Lex. I C. Unde Feudum gastaldiæ, & guardiæ, *in libris feudor. lib.1.tit.2.* Vetus vox Germanica: Gallicè *Chastelain*, & *Chastelenie*, ut exponit Petr. Greg. *in syntag. lib.6.cap.1. n.10. & 11.*
Gastaldius, Comes. Gastaldii, curtes regias providentes. Cod. Il. antiq. ‖
Gastēr, seu Gasterium. γάστρα Dioscoridi: genus vasis ventricosum, ut ex etymologia apparet.
‖ Gastræ, vasa urinatia. ‖
Gāstrŏchīres, γαστρόχειρες. Dicebantur quasi ventrimanus, qui manuum artificio victum quærebant.
Gāstrimārgĭa. { γαστριμαργία. Angl. *Gluttonie, ravining.* } Nimia ingluvies, ut apud Arist. *in Ethicis.* Gastrimargus, gulosus.
Gastromantia. Fons in Achaia, apud Athenienses, teste Pausania *lib.7.*
Gastronia, regio Macedonica. Steph. γαστρωνία. Vide *Castronia.*
‖ Gastrum, vas æneum cum fundo angusto. Gl. A. L. ‖
Gathæ, γαθαι, urbs Arcadiæ. Steph.
Gaudara, γαύδαρα, vicus Macedoniæ. Steph. *in Gaudara.*
‖ Gau. Auson. *eid.12. in Monosyll.*

*Ennius ut memorat, replet te lætificum Gau:*

id est, gaudium. Turn. *lib.* 23. *cap.*28. Vide Laurenberg.
Gavata, vas ejcarium, quasi cavata, g, posita pro c. ‖
Gaudium, ii, est affectio animi, alicujus præsentis boni opinione concepta, lætitia, voluptas. { שמחה *simchâh*, ששון *sason.* χαρά, χάρημα. Gall. *Ioye, réjouissance.* Ital. *Allegrezza, gaudio.* Germ. Frewd. Hisp. *Gozo, alegria.* Angl. *Ioye, gladenesse.* } Et propriè quum exhilaratur animus aliqua re, nequetamen ita ad exteriora diffunditur, ut facilè appareat. Lætitia verò dicitur, quum ita movetur animus, ut etiam ad exteriora egrediatur, & maximè in vultu conspiciatur. Hinc dicunt Stoici gaudium in sapientem cadere posse, Lætitiam non posse. Cic. 4. *Tusc.* Nam quum ratione animus movetur placidè atque constanter, tum illud gaudium dicitur: quum autem & inaniter & effusè animus exultat, tum illa lætitia gestiens, vel vimia dici potest, quam ita definiunt, Sine ratione animi elationem. Senec. *Epist.* 60. Gaudium sapientis est, non voluptas. Catull. *de com. Beren.*

——*Anne parentum*
*Frustrantur falsis gaudia lacrymulis.*

Ovid. *Eleg.*2. *lib.*4. *Trist.*

*Nos procul expulsos communia gaudia (triumphi) fallunt.*

Plaut. *Curc. sc.*2. *a.*1. Da vicissim gutturi gaudium. Idem *Aul. sc.*1. *a.*3. Dii quibus & quantis me donatis gaudiis (de auro.) ¶ Gaudiis deditus, i, cupidinibus. Salust. *in Iugurth.* Qui dediti corporis gaudiis, per luxum atque iguaviam ætatem agunt. ¶ Hujus diminutivum, Gaudiolum, χαρίδιον, & compositum Gaudiloquus, qui cum gaudio loquitur, ut apud Plautum. ¶ Dictum gaudium, quasi Gaurium. Græci enim γαυρὸς, lætum, superbum, gloriosum dicunt.
‖ Gaudimonium, pro gaudio.
Gaudibundus, apud Apul. & apud eundem
Gaudialis, sæpiùs leges. ‖
Gaudĕo, es, gavisus sum: Lætor, exulto, triumpho, gaudio afficior: à Græco γαυρόω, e in d mutata. { שמח *samêach*, שוש *sas*, χαίρω. Gall. *S'éjouir, estre joyeux & bien aise.* Ital. *Allegrarsi, dilettarsi.* Germ. Sich freweu, frölich sein. Hisp. *Allegrarse.* Angl. *To be glad or joyful.* } Gaudere cum dativo. Catullus,

*Salve à venusta Sirmio: atque hero gaude.*

Cic. *Calio.* Mihi gaudeo, tibi gratulor. Terent. *in Heaut.* Gaudere adeò occepit, qualiqui cupiunt nuptias. ¶ Differunt autem gaudeo, & lætor: nam tunc gaudere dicimur, quum re aliqua exhilaratur animus, nullum tamen ejus foris apparet indicium: Contrà lætari, quum ita movetur animus, ut in vultu & gestibus lætitiæ signa prodantur. Ovid. *Eleg.*5. *lib.*4.

*Quod licet, & tutum est, intra tua pectora gaude.*

Cic. 4. *Tusc.* Atque ut considere decet, timere non decet: sic quidem gaudere decet, lætari non decet. ¶ Gaudere re aliqua, pro delectari. Virg. *in Bucol.*

——*Numero Deus impare gaudet.*

Ovid. *Eleg.*4. *lib.*4. *Trist.*

*Illi quos audit hominum gaudere cruore.*

Cicer. *de Senect.* Quàm gaudebat bello Punico suo Nævius! quàm Truculento Plautus! quam Pseudolo! Gaudere gaudium: quemadmodum vivere vitam, somniare somnia, currere cursum, dicitur. Gaudere geminum gaudium. Gell. *cap.9. lib.9.* Terent. *in Adelph.* Hunc scio mea solide solum gavisurum gaudia. Cælius *Ciceroni*, In theatrum Curionis Hortensius introiit, ut suum gaudium gauderemus. Gaudeo voti, significat ex animo gaudeo te voti compotem factum esse. Apuleius *lib.*1. Sed quid istud? voti gaudeo. Loquutio est nova & inusitata, ut plerasque apud Apuleium. Gaudere in sinu, proverbialis loquutio, quam & Poetæ usurpant, significat secum, & cum suis lætari. Cicer. *lib.*5. *Tusc.* Quoniam plausibilia non hæc sunt, ut in sinu gaudeant, gloriosè loqui desinant. Tibull.

*Qui sapit, in tacito gaudeat ille sinu.*

Propert. *lib.*2.

*In tacito cohibe gaudia clausa sinu.*

Hujus verbi composita sunt, Congaudeo, simul gaudeo, συγχαίρω. Adgaudeo, gratulor, ἐπιχαίρω. Lactantius *lib.*4. Ego eram cui adgaudebat, hoc est, quasi applaudebat, & gratulabatur. Plaut. *Mostell. sc.*3. *a.*1. Gaudeam tuo semper perpetuo bono. Item *Men. sc. ult. a.*5. Quem (fratrem) esse inventum gaudeo. Idem *Most. sc.*2. *a.*2. Salve, salvum te advenisse gaudeo. Idem, E. Gaude. H. Quid ego gaudeam, E. Quia impero. Item, Gaudeo, etsi nihil scio, quòd gaudeam. Idem *Capt. sc.*2. *a.*2. *Ibidem sc.*5. *a.*3. Herum servavi, quem servatum gaudeo. Idem *Men. sc. ult. a.*5. Gaudeo, si quid propter me tibi evenit boni. Senec. *epist.*46. Non delectatus modò, sed & gavisus sum. Gaudeo ventum, pro venisse. Plaut. *Cistell.* Quod ille dixit, qui secundo vectus est mari, ventum gaudeo ad te ecattor: ita hodie hic accepit sumus suavibus modis. ¶ Cùm tu es liber, gaudeo (formula est.) Idem *Men. sc.*7. & *sc. ult. a.*5.

‖ Gavescite, χαίρειν. Gavisо χαίρειν. ‖
Gaugamela, vel Gingamela potiùs, γαυγάμηλα, locus Persidis. Steph. Vide Strab. *in initio lib.*6.
Gavia, avis est aquatica in petris nidificans. Plin. *lib.*10. *cap.*32. Gaviæ in petris nidificant, mergi in arboribus. Pariunt plurimum terna, sed gaviæ zibate, mergi incipiente vere. Idem *cap.* 74. *ejusdem libri.* Aquaticæ anates & gaviæ.
Gaulĕōn, γαυλὼν, teste Solino, insula est Libyæ adjacens, in qua serpens neque nascitur, neque invectus vivit: pulvisque ejus quocunque gentium tactus, angues & scorpiones perimit.
Gaulus, γαῦλος. Navis genus parvæ & rotundæ. Festus. Item Gell. *cap.*25. *lib.*10. Est item *Gaules*, insula Siciliæ adjacens, ab ea parte, qua Africam spectat. Author Plin. *lib.* 3. *cap.*8.
Gaunace. Terent. Scaur. *de Orthogr.* Alii Gaunacen dicunt: alii Camacen.
Gaunatrices, duorum fratrum uxores.
Gaunacum, i, vestimentum crassum. Varro *lib.*4. *de Lingua Latina.* Meminit Aristophanes, *ai ῥῆν κακὸν περιεῖ, αι ζ ναυάκιον.* Item Athenæus *lib.*4. Καὶ ναυάκῳ ἀμφιβεβλημένοι: perperam legitur ψευδοναυάκῳ, ut Scaliger *in Varronem* observat.
Gaūrus, γαῦρος. Mons Campaniæ, Massicis & Surrentinis propinquus, in quo nascitur vinum præcipuæ bonitatis. Stat. *lib.*3. *Sylv.*

*Seu tibi Bacchai vineta madentia Gauri.*

¶ Hinc Gauranus, a, um, ut Gaurani montes, apud Plin. *lib.*3. *cap.*5. Gauranum vinum, quod in summis agri Falerni jugis nascebatur. Nam quod in mediis gignebatur montibus, Faustianum: quod in imis, Falernum dicebatur, teste Plin. *lib.*14. *cap.*5.
Gausăpē, Gausapa, æ: Gausapum, i, & Gausapes, is. { ערדר *adhæreth.* τὸ ἀκτίμανον, τὸ ἀμφίμαλλον, ὁ ἀμφιτάπης. Gall. *Manteau velue.* Ital. *Schiavina.* Germ. Ein gefotzt kleid, oder ein winterdecke. Hisp. *Vestidura velluda.* Angl. *A carpet to laye on a table, a frize garment.* } Vestis militaris, seu stragulí genus, quod olim ex stramento confici solebat, quanquam postea etiam ex lana fieri cœpit majoribus villis: quo etiam in urbe utebantur, hyberno potissimùm tempore, adversùs frigoris tempestatúmque injurias. Plin. *lib.*8. *cap.*48. Antiquis totus e stramento erat, qualiter nunc etiam in castris gausapæ. Patris mei memoria cœpêre amphimalla nostra, sicut villosa etiam ventralia. Nam tunica laticlavis in modum gausapæ texi tunc primùm incœpit. Quo in loco Gausapæ genitivi casus est. Est enim hoc nomen indeclinabile, quanquã apud antiquissimos inveniatur gausapes, is. & gausapa, gausapæ, & gausapum, gausapi. Adhuc apud probatos authores nonnunquam occurrit in numero plurali gausapæ. Apud Charis. *lib.*1. Varro, Hæc Gausapa. Et Augustus in testamento, Gausapes & lodices meas. Cassius ad Mecœnatem apud Prisc. *lib.*7. Gausapo purpureo salutatus. Ovid. *lib.*2. *de arte amandi.*

*Gausapa si sumpsit, gausapa sumpta proba.*

Persius *Satyr.*6.

*Iam chlamydem regum, jam lutea gausapa captis,*
*Esseda quæ ingentesque lacat Casenia Rhenos.*

Idem *Satyr.*4. pro barba hirsuta & prolixa. Sic enim solet interpretari versus ille:

*Tu cum maxillis balanatum gausape pectus.*

Vide Martial. *epigr.*49. *lib.*14. & *epigr.*138. & 152. ejusdem libri. Gausape quadratum. ¶ Gausape, sive Gausapum, tapetia villosa (ut nunc Turcica) quibus mensa tegebantur. Martial.

*Nobilium villosa legant tibi Gausapa citrum.*

Varro 4. *de L. L.* Si aliquid item in convivatis, ut gausapia.
Gausăpīnă penula, villosæ vestis genus, quo hyberno tempore, & frigido utebantur. { ἐφεστρὶς δασεῖα, ἀμφίμαλλος. Gall. *Manteau ou habit velu dehors & dedans.* Ital. *Schiavina.* Germ. Ein gefotzter kleid. Hisp. *Vestidura vellosa d'entro y fuera.* Angl. *A rough winter gowne.* } Hanc sic describit Martialis *in Distichis, epigr.*145. *lib.*14.

*Is mihi candor inest, villorum gratia tanta,*
*Ut me vel media sumere messe velis.*

Pro eodem dicitur & gausapina, absolutè. Idem,

*Mense vel Augusto sumere gausapinam.*

Idem Mart. *Epigr.*147. *lib.*14. Gausapina cubicularia.
Gausapatus, a, um: Seneca *epist.*54. Gausapatus me in mare infecto.
Gausăpātŭs, Gausapinâ indutus. { ἐφεστριδωτὸς, ἐφεστριδοφόρος. Gall. *Vestu d'une robbe ou manteau velue dehors & dedans.* Ital. *Vestito di manto peloso.* Germ. Mit einem gefotzten kleid angethon. Hisp. *Vestido di vestidura vellosa d'entro y fuera.* Angl. *Clodde with a rough gowne.* } Senec. *epist.* 54. Mitto me in mare quomodopsychrolutam decet gausapatus.
Gāzā, æ. { יר *ganáz*, אוצר *rechûse.* γάζα. Gall. *Grande chevance, finance, ou richesse.* Ital. *Massaritia, richezza.* Germ. Ein schatz, reichtumb, hab vnd guth. Hisp. *Grandes riquezas.* Angl. *Riches, the store or stuffe of any man.* } Dictio Persica, significans opes, supellectilem, & omne quod possidemus. Pompon. Mela, Gazam Persæ ærarium vocant. Curt. *lib.* 3. Igitur quasi parum munimentis oppidi fidens, ante Solis ortum pecuniam regiam (gazam Persæ vocant) cum pretiosissimis rerum efferri jubet, simulans fugam. Virg. 5. *Æneid.*

——*& gaza latus agresti.*

Idem,

——*tabulaque & Troia gaza per undas.*

Cicer. 2. *Offic.* Omni Macedonum gaza, quæ fuit maxima, potitus est Paulus. Sueton. *in Nerone. cap.*32. Gazæ antiquissimæ, thesauri. ¶ Arabum gazas dixit Horatius, pro cumulatissimis opibus, non sine specie proverbiali. ¶ Est etiam *Gaza* nomen civitatis in Perside, ita dictæ quòd Cambyses eò velut in munitissimam totius regni arcem omnes opes pecuniámque congesserit.
Gāzēnus, a, um, γαζαῖος, & Gazæus, a, um, quod est ex Gaza urbe Persica, circa quam nobilissima vina nascebantur, teste Pomponio Mela. Sueton. *in Fausto.*

*Vina mihi non sunt Gazaica, Chia, Falerna.*

‖ Gazara, V. Terræ tractus, muris non est cinctus, sed habet veterum

arcem

trem, cui Sangiocus Turcicus præest : ut tradit Bellonius *lib.* 2. *Observat. cap.* 79.

Gazophylăcium, ñ. { גנוך *ganzách.* לשכתי *liſchchâh.* γαζοφυλάκιον, Gall. *Threſorerie, le lieu où on met le threſor.* Ital. *Luogo dove ſi conſervano le coſe pretioſe.* Germ. Ein ſchatzkammer / ein ort dahin man gelt vnd gut leget. Hisp. *El theſoro, lugar donde ſe guardan las riquezas.* Angl. *A cheſt where treaſure is kept, a forrell houſe.* } Nomen compoſitum ex Gaza dictione Perſica, & Græco verbo φυλάττω, quod eſt cuſtodio. Eſt enim locus, in quo gazam, hoc eſt, theſaurum, opes, aut pretioſiorem ſupellectilem conſervamus.

Gazaca, γάζακα, ἡ γάζακος, ἡ. Urbs, aut vicus maximus in Media. Stephan.

Gazeræ, γαζῆραι, populi Galatiæ aurum gerentes. Author Steph.

Gazorus, γάζωρος, urbs Macedoniæ. Steph.

Gazus, γάζος, urbs Indica longè maxima. Steph.

G E

‖ Ge, terra. Tertull. ‖

Gĕa, γέα, oppidum eſt Arabiæ Petreæ, non procul à Petra regionis totius Metropoli. Author Steph.

Gĕbăli. { גבל *gebâl.* γάβαλα. } Tertia Paleſtinæ portio, à qua deducitur gentile Gebalenus. Quin ipſa etiam Idumæorum regio, Gebalene, γαβαλήνη, cognominatur. Author Steph.

Gebalena, γαβαλήνη, regio in finibus Eleutheropoleos.

Gebanitæ, populi ſunt maris Rubri accolæ, in Arabia deſerta, quorum præcipua oppida ſunt Nagia, & Tamna, teſte Plin. *lib.* 6. *cap.* 28. Hinc genus myrrhæ Gebaniticum appellatur.

Gebeleizes, Dæmon : Idem Zamolxidi putatur. Vide Herodotum *lib.* 4.

Gebĕnni ‖ multi ſcribunt, ſed malè. Scribendum Gebenna per C, *les Cebenes ou Cevenes* : ut monet Scalig. *in Notitia Galliæ.* ‖ mons eſt in Gallia, Arvernos ab Helviis dividens, ab ea parte, qua Cadureci & Rutreni Arvernos ſpectant. {Ein gebirg in Francreich.} Cæſar *lib.* 7. *bell. Gall.* Partem copiarum ex provincia, ſupplementúmque quod ex Italia adduxerat, in Helvios, qui fines Arvernorum contingunt, convenire jubet. His rebus comparatis, repreſſo jam Lucterio, & remoto, quòd intrare intra præſidia periculoſum putabat, in Helvios proficiſcitur : etſi mons Gebenna, qui Arvernos ab Helviis diſcludit, duriſſimo tempore anni, altiſſima nive iter impediebat, &c. Ex quo loco Cæſaris facilè deprehendi poteſt error eorum, qui extremum Allobrogum oppidum ad Lemanum lacum ſitum in confinio Helvetiorum, vocant Gebennam, quum omninò conſtet ex *primo Comm. Cæſaris*, Genevam appellari. Lucan. *lib.* 1. in plurali numero uſus eſt pro oppido in Gebenna monte ſito.

——*Cana*, inquiens, *pendentes rupe Gebennæ.*

Gedanum, vulgò *Danzig.* Urbs eſt totius Boruſſiæ emporio celeberrima, ad oſtium Viſtulæ, fluminis Poloniæ, in mare Balticum ſeſe exonerantis ſita. Hæc omnis generis merces copioſas ſecundo Viſtula ex regno Poloniæ acceptas, maritimis regnis & urbibus multis, ſine vanitate impertit. Paret verò Regi Poloniæ, & ad omnia quæ ad jus & perſonam Majeſtatis regiæ pertinent juramento obligatur. Lib. *lib.* 5. *ſtatut. Polon. cap.* 3. Vide *Dantiſcum.*

Gĕdeon. { גדעון *gidhón.* } Nomen proprium judicis Iſraël, qui occidit Oreb, Zeb, Zebee, & Salmana.

Gedrosia, γεδρωσία. Regio majoris Aſiæ. Hodie Tarſa regnum vocari, author eſt Sabellicus.

Gegania, mulier Rom. Plutarch. *in Num. & Lyc.*

Gĕhĕnnă, æ. { גי חנם *go hinóm.* γέεννα. } Quid ſignificet, explicat Hieronymus hiſce verbis : Erat (inquit) idolum Baal juxta Hieruſalem ad radices montis Moria, in quibus Siloa fluit. Hæc vallis & parva campi planities, irrigua erat, & nemoroſa, plenaque deliciis, & lucus in ea idolo conſecratus. In tantam autem populus Iſraël venerat dementiam, ut deſerta templi vicinia, ibi hoſtias immolaret, & rigorem religionis deliciæ vincerent, filioſque ſuos incenderent dæmonibus, vel initiaret : Et appellabatur locus ipſe Gehennon, id eſt, vallis filiorum Hennon. Hoc Regum volumen, & Paralipomenon, & Jeremias plenſſimè ſcribunt. Et comminatur Deus ſe locum ipſum impleturum cadaveribus mortuorum, ut nequaquam Theopheth & Baal, ſed vocaretur Polyandtium, id eſt, tumulus mortuorum. Futura ergo ſupplicia & pœnæ perpetuæ quibus peccatores cruciandi ſunt, hujus loci vocabulo denotantur. Duplicem autem eſſe gehennam, nimii ignis & frigoris, in Job plenſſimè legitur.

Gĕla, γέλα Steph. Vulgò *Cherta.* Fluvii nomen eſt in Sicilia, & urbis, à pruina, quam multam gignit (Siculi enim γέλαν, pruinam vocant) deducto nomine. Virg. 3. *Æneid.*

*Immaniſque Gela fluvii cognomine dicta.*

¶ Inde Gelous, a, um, denominativum. *ibid.*

*Apparet Camerina procul, campique Geloi.*

Gĕlăbĭlis, Gelaſco : vide *Gelu.*

‖ Gelaſimus, γελάσιμος, eſt ridiculus, riſu dignus. ‖

Gĕlăsīni, dentes anteriores, quos ridendo oſtendimus. Cicero adverſos acutos vocat. { γελάσινοι. Gall. *Dents de devant, qui apparoiſſent quand on rit.* Ital. *Denti dinnanzi.* Germ. Die vorderſten groſſen zän im mund / ſo man entdeckt im lachen. Hisp. *Dientes de delante.* Angl. *The fore teeth which appeareth in laughing.* } ἀπὸ τοῦ γελᾶν, hoc eſt, à ridendo. ¶ Gelaſini item lineæ ſunt, ſive rugæ, quæ in ridentis facie appatent. Martial. *lib.* 7.

*Nec grata eſt facies, cui gelaſinus abeſt.*

¶ Item mimi, qui geſticulatione facetâ populum oblectant. Unde Gelaſinus ille Plautinus, ſalſis dicteriis populum delectat, & dum riſum captat, irridetur. Unde eſt illud, Cave ex Gelaſino fias cataGelaſinus : hoc eſt, deridiculus.

Gĕlbŏe. { הרי גלבוע *har-gilbóaʃ.* } Mons Syriæ ad ſextum lapidem à Scythopoli, in quibus etiam eſt vicus grandis, qui vocatur Gelbos.

‖ Geldria, *Gueldre*, una ex VIII. Germaniæ inferioris provinciis, Duca-



tûs titulo clara, Rheno, Vahali, & Mosâ fluminibus irrigua : cujus urbes primariæ ſunt Arnhemium, Noviomagum, & Ruremunda, V. E. ad Moſam. ‖

Gĕlĕidium, Gelidus, Gelu : vide *Gelu.*

Gellius, viri proprium, ἀπὸ τοῦ γελᾶν, id eſt, tidere : cujus extant Atticæ noctes. Prænomen habet Aulus, quanquam non deſint qui conjunctim legendo, Agellium dici putent.

Gellonem, baucalem. *Gello*, ſeu *gillo.* Ruffinus lib. 3. num. 14. *Gello cum aqua, quam ad potum ſibi præparaverat, vertebat ſe.* Mox eodem numero dicitur *gellunculus*, pro quo in Pelagio num. 14. *ſuriſcula.* Gloſſarium Latino-Græcum : *Gillo*, γαυλίον. Item *mulctra*, γάυλος, *aquale gillo.* Gloſſarium Cantabrigienſe manuſcriptum : *Gillo vas fictile, id eſt, baucalis.* Papias : *Gelonis, baucalis, vas.* Inter catalectica veterum Poëtarum lib. 2. eſt carmen de menſium pluviâ hujuſmodi :

*Anguſtum penitus torret Phaëtontius ardor,*
*Quem retinent feſſum gillo, ſacella, mola.*

Vide inſuper cap. 30. Hæc enim rem tantùm egi Iſidori.

Gĕlŏni campi, γελῶνοι πεδία, in Sicilia ſunt ad Gelam fluvium. Virg. 3. *Æneid.*

*Apparet Camarina procul, campique Geloi.*

Gĕlŏni, γελωνοί, populi inferioris Scythiæ, Agathyrſis proximi : qui faciem pingunt, ut viriliores in prælio videantur. Patientiſſimi ſunt inediæ, ſanéque urgente, equo vehuntur, ſanguinis nonnihil detrahunt, cóque cum lacte commiſto inediam levant. Hodie Tanari appellantur. Virg. 2. *Georg.*

——*picíſque Gelonos.*

Lucan. *lib.* 4.

*Meſſagetes quo fugit equo, torſoſque Geloni.*

Virg. 3. *Georg.*

*Biſaltæ quo more ſolent, aut ferus Gelonus,*
*Quum fugit in Rhodopen, atque in deſerta Getarum,*
*Et lac concretum cum ſanguine potat equino.*

Gĕrŏs, Cariæ portus eſt, juxta Halicarnaſſeum, ut ſcribit Pomp. *lib.* 1. in deſcriptione Cariæ.

Gĕlŏum : Stagnum eſt Siciliæ, quod appropinquantes tetro odore abigit. {Ein ſtinckender ſee oder wüſte pfützen in Sicilia.} à quo non procul duo fontes ſunt, ex quorum altero ſi ſterilis bibit, concipit : ex altero autem ſi fœcunda, ſterilis fit. Hinc campi Geloi, ſtagno illi adjacentes. Sunt tamen qui ab Gela fluvio dictos volunt.

Gĕlu : Aquæ concretio ex frigore. { קרח *kírach.* κρυός, κρυμός, πάγος. Gall. *Gelée, glace.* Ital. *Gelo, ghiaccio.* Germ. Eiß / geſo fürſte. Hisp. *Yelo ò elada.* Angl. *Yce, froſt.* } Ovid. *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Triſt.*

——*aſtrictæ terra feruſta gelu.*

Ibidem *Eleg.* 10.

*Terraque marmoreo eſt candida facta gelu.*

Item,

*Et niger inducto candida barba gelu.*

Aliquando tamen ponitur pro frigore, κρύος. Unde gelidum, frigidum dicimus. Antiqui etiam *gelus* dixerunt, teſte Nonio : & timidum *gelum, geli.* Lucret. *lib.* 5.

*Aſſiduoſque geli caſus mortalibus aufert.*

Et *lib.* 6.

*Demittit quòd ſæpe gelum quod continet in ſe.*

Cato *apud Non.* Securi gelum craſſum excidunt, & id loro alligato auferunt. Item Gelus, i. Accius *apud Priſcian. lib.* 6. Profuſus flamine hiberno gelus. Afran. *apud Non.* Silices cùm findat gelus.

Gĕlicidium, ii, ipſum gelu, & concretio aquæ. { קרח *kérach.* κρυστάλλωσις. Gall. *Gelée.* Ital. *Gielo.* Germ. Gefrierung. Hisp. *La cayda del yelo, ò elada.* Angl. *A freezing or congealing together.* Colum. *lib.* 2. *cap.* 8. Ut priùs convalescant radices frumentorum, quàm hybernis imbribus, aut gelicidiis, penitùs infestentur. Idem *lib.* 11. *cap.* 2. Hyemat cum frigore & gelicidiis.

‖ Gelina, garba, vel coma ſegetis. ‖

Gĕlo, as, are, activum verbum, idem quod frigore aſtringo. { κρυόω, πήγνυμι. Gall. *Geler, glacer.* Ital. *Congelare, agghiacciare.* Germ. Gefroren machen. Hisp. *Elar.* Angl. *To freeze.* } ejus paſſivum gelor legitur apud Juvenalem *Satyr.* 6.

——*pavidæque gelantur*

*Pectore.*

Sic gelatum lac. Colum. *lib.* 10. *cap.* 38. Gelatus caſeus. Idem *lib.* 7. *cap.* 8. Sæpe etiam neutrum eſt, ſed vix aliter, quàm in tertiis perſonis. Polyb. *lib.* 14. *cap.* 3. Non ante demetuntur, quàm gelaverit. Idem *lib.* 15. *cap.* 6. Si gelant frigora, quarto die premendum. ¶ Hinc etiam componunt Congelo, Regelo, de quibus ſuis locis.

Gĕlăſco, is, ere, eſt gelu aſtringi. { κρυόομαι. Gall. *Se geler ou glacer.* Ital. *Congelarſi, agghiacciarſi.* Germ. Gefrieren. Hisp. *Elarſe.* Angl. *To congeall, to freeze.* } Gell. *lib.* 17. *c.* 7. Vina tarentet congelaſcunt. Plin. *lib.* 14. *cap.* 21. Vini natura non gelaſcit.

Gĕlātio, verbale : Congelatio. { πῆξις, ἴαμψις. Gall. *Gelée, grande froidure, glacement.* Ital. *Agghiacciamento.* Germ. Gefrierung / oder gefürſte. Hisp. *Elamento, elada.* Angl. *A freezing.* } Plin. *lib.* 17. *cap.* 14. Si protinus editis fructibus gelatio magna conſecuta eſt, etiam paucis diebus necat.

Gĕlābĭlis, e, quod gelu durari poteſt, à quo fit compoſitum Ingelabilis, vel potiùs incongelabilis, de quo ſuo loco.

Gĕlĭdus, a, um : Frigidus, congelatus, frigore concretus. { קר *kar.* κρυερός. Gall. *Fort froid, gelé, glacé.* Ital. *Gelido, freddo, gelato.* Germ. Eiſtalt. Hisp. *Coſa fria, ò elada.* Angl. *Very cold, froſen.* } Virg. *lib.* 3. *Æneid.*

——*mihi frigidus horror*

*Membra quatit, gelidúſque coit formidine ſanguis.*

Gelidus æther. Idem 8. *Æneid.* Gelidus amnis, gelida rupes, geſtidum flumen, apud eundem. Gelidæ naturæ ſydus. Plin. *lib.* 2. *cap.* 86. Gelida, abſolutè, ſubaudi aqua. Horat. 2. *Serm. ſat.* 7.

*Pefcit te mulier, vexat : feribúſque repulſum*
*Perfundit gelida : rurſus vocat.*

Tibul. *lib.* 4.

*Nobilis Atracia gelidos (Læſtrigonas) quæ ſtrigat unda.*

Ibidem,

——*Gelidas dijectus in Alpes*
*Paunonias.*

Item,

*Atque duæ (zonæ) gelido vaſtantur frigore ſemper.*

¶ Hinc componitur Egelidus, a, um, quod ſignificat id, quod non eſt calidum, neque frigidum (nam e, quandoque privationem denotat) quamvis Serv. pro valde frigido expoſuerit. Vide ſuo loco.

Gĕlĭdē, adverb. frigidè, timidè. {ψυχρῶς, κάτω ψυχῶς. GALL. *Fort froidement.* ITAL. *Gelatamente, da agghiacciato, freddamente.* GERM. Gantzkaltzone eiſer vnnd ernſt. HISP. *Friamente y freſcamente.* ANGL. *Coldelie, as it were froſen.* } Horat. *de Arte.*

*Vel quod res omneis timidè, gelidéque miniſtrat.*

Gemea, nomen alæ militum Macedonenſium. Liv. 7. *bell. Maced.* Addita his ala mille fermè equitum, Gemeam vocabant.

Gĕmĕllăr, is, neutri gen. Vaſis genus, cui forteſſis ex eo inditum nomen, quòd geminas menſuras contineat. Colum. *lib.* 2 *cap.* 50. Quod deinde primùm defluxerit, in rotundum labrum (nam id melius eſt, quàm plumbeum quadratum, aut gemellar) protinus capulator depleat. Gemellaria, æ, fœmin. gen. dixit Auguſtin. *in Pſalm.* 136. Ut amarcam per plateas fluentem cernens, oleum in gemellaria non videas.

Gĕmĕbĭndŭs: vide *Gemo.*

Gĕmĭnŭs, a, um, ab γείνομαι. Duo, bini. { תאום *teóm*, vel תאומים *teomim.* διδυμος. GALL. *Gemeau, double.* ITAL. *Gemino, doppio.* GERM. Zweyfach/zweyfaltig. HISP. *El mellizo con otro, entre ſi muy ſemejantes.* ANGL. *Twoo, double.* } Virg. *lib.* 6.

*Sunt gemina ſomni porta.*

Terent. *in Andr.* Nam ſatis credo, ſi advigilaveris, ex unis geminas tibi conficies nuptias. Unde etiam gemini dicuntur, duo uno partu edita. Virg. *lib.* 8. *Æneid.*

——*Geminos huic ubera circum*
*Ludere pendentes pueros.*

Plaut. *Amphitr.* Hodie illa pariet filios geminos duos. *Ibid. ſc.* 1. *a.* 5. Illam filios pueros geminos peperiſſe conſpicor. Ovid. *Eleg.* 11. *lib.* 3. *Triſt.*

*Exhibuit geminos ore gemente ſonos.*

Idem *ibid.*

*Unus olim, nunc verò partus eſt geminus.*

Senec. *cap.* 14 *de conſol. ad Marc.* Geminum ſuum renunciarum (id eſt, mors duorum liberorum.) Plaut. *Milit. ſc.* 4. *a.* 2. Mea ſoror gemina germana. Idem *Men. ſc.* 1. *a.* 2. Geminum germanum fratrem meum. Idem *Curc. ſc.* 1. *a.* 2. Geminos in ventre videor habere filios. Si autem tres fuerint, trigemini dicuntur: ſi quatuor, quatergemini. Columell. *lib.* 4. Albanas equitiæ familiæ trigeminorum matres. ¶ Ygandoque pro ſimili ponitur. Pacuv. Par fortitudo, gemina confidentia. Cic. *pro Roſc. Amer.* Par eſt avaritia, ſimilis improbitas, eadem imprudentia, gemini audacia. Idem *pro Roſc. Comœd.* Similima, & maxime genuina ſocietas hereditatis eſt. Plaut. *Men. ſc. ult. a.* 5. Gemini ambo eramus. Supra, duo & pares. *Ibid.* Spes eſt vos inventuros fratres germanos duos geminos, una matre, uno patre, uno die natos. *Ibidem,* Ii ſunt gemini germani duo. Idem *Amph. ſc.* 1. *a.* 5. Geminus Soſia hic factus eſt tibi (id eſt, duos ſimillimos pro uno habes.) ¶ Eſt etiam cœleſte ſignum, quod Aſtrologi vocant Geminos, Caſtorem & Polluccm intelligentes, qui à matre Leda uno partu creduntur editi, de quibus Senec. In magna tempeſtate apparent quaſi ſtellæ cœlo inſidentes, adjuvatique ſe tunc periclitantes exiſtimant Pollucis & Caſtoris numine. A Columella dicitur Geminum aſtrum, quod XIIII. Calendas Junii Sol ingreditur. ¶ Geminus etiam Jani epitherum eſt, quòd gemina facie pingi ſoleat: cujus rationem hanc affert Macrob. quòd Janus omnium ſui ſeculi fuerit prudentiſſimus: neque ſolùm ea viderit quæ ante ſe erant, hoc eſt præterita, verumetiam ea quæ poſt ſe erant, hoc eſt, futura proſpexerit. Suet. *in Neron. cap.* 13.

Gĕmellŭs, a, um, dimin. { תאום *téom*, vel potiùs תאומים *teomim*, διδυμος, διδυμίων. GALL. *Gemeau, double.* ITAL. *Gemello, doppio.* GERM. Zweyfach/zwilling. HISP. *El mellizo con otro, doblado.* ANGL. *Double, twoo.* } Virg. *eclog.* 1.

——*modò namque gemellas*
*Spem gregis, ah! ſilice in nuda connixa reliquit.*

Ovid. 5. *Faſt.*

*Bina gemellorum quærebam ſigna Deorum* (Latium.)

Gemella legio, quæ de duabus facta eſt. Cæſ. *lib.* 3. *de bell. civ.* Gemellæ vites, à Col. *lib.* 3. *cap.* 17. dictæ ſunt ab uvis ſemper geminis: nam duplices uvas (ut inquit idem) exigunt. Plin. *lib.* 14. *cap.* 2. Gemellarum, quibus hoc nomen uvæ ſemper geminæ dedêre.

Gemini, plur. Æquigeni. *Gl. Iſid.*

Gĕmellĭpărĭ: Latonæ epitheton eſt, quæ Apollinem & Dianam uno partu edidit. λητοΐδης. Ovid. 5. *Faſt.*

——*fuit impetus illi*
*Curva gemellipara ſpicula ferre dea.*

Geminitudo, inis, verbum antiquitate obſoletum. Pacuv. *in Atlanta*, Habeo ego iſtam, qui diſtinguam inter vos, geminitudinem. Ex Nonio.

Gĕmĭno, as: Duplico. { חפל *chaphál.* διπλασιάζω, διπλόω. GALL. *Doubler.* ITAL. *Doppiare, radoppiare.* GERM. Zweyfach machen/zweyfaltigen. HISP. *Doblar ò repetir alguna coſa.* ANGL. *To double.* } Terent. *in Adelph.* Geminabit, niſi caves. Varro 3. *de re ruſt. cap.* 16. Eximendorum favorum ſignum ſumunt ex ipſis, quum plenas alvos habent, & quum illas geminaverint. Ovid. *Eleg. ult. lib.* 4. *Triſt.*

*Idmque decem vitæ frater geminaverat annos.*

Geminatus Sol. Cic. *de nat. Deor.* Geminatæ, Plin. *lib.* 10. *cap.* 1. Gemina victoria. Liv. 1. *ab Vrbe.* Geminatus honor. Idem *lib.* 9. *bell. Maced.* ¶ Hujus compoſita ſunt, Congemino. Plaut. *in Amph.* Nunc ſi patera pateram peperit, omnes congeminavimus. Ingemino, repeto, duplico. Virg. *lib.* 1. *Georg.*

*Tum liquidas cervi preſſo ter gutture voces,*
*Aut quater ingeminant.* ἀνακλῶσιν.

Gĕmĭnātio, verbale: Duplicatio. { חפל *chéphel.* διπλασιασμός, διπλάσιος. GALL. *Doublement.* ITAL. *Doppiamento.* GERM. Widerholung/doppelung. HISP. *Aquella obra de doblar ò repetir.* ANGL. *Doublin or repeating.* } Cicer. *lib.* 3. *de Orat.* Nam & geminatio verborum habet interdum vim, ſæpe non alias, paulùm mutatum verbum, atque deflexum.

Gĕmĭnātim, adverbium, teſte Diomede Grammat. *lib.* 1. *Adjunct.*

Gĕmĭtes, gemma, quæ veluti candidas manus inter ſe complexas habet, de qua Plin. *lib.* 37. *cap.* 11.

GEMMÆ, quaſi gummi, à gummi. Oculus vitis quem primò emittit. { נצרים *nitſab*, פרח *pérach.* ἐξανθήματα. GALL. *Le bourgeon ou bouton de la vigne.* ITAL. *L'occhio della vite.* GERM. Ein rebaug. HISP. *Yema del ſarmiento, que es capullito de ſale, la flor de la uva ò del fruto.* ANGL. *A young budde of a vyne.* } Virg.

——*turgent in palmite gemmæ.*

Cic. *de ſenect.* Itaque meunte vere in his quæ relicta ſunt, exiſtit tanquam ad articulos ſarmentorum ea quæ gemma dicitur, à qua oriens uva ſeſe oſtendit. Ovid. *Eleg.* 12. *lib.* 3. *Triſt.*

*Quóque loco eſt vitis de palmite gemma movetur.*

¶ Ab hujus ſimilitudine, gemma vocatur omnis lapis pretioſus, & ve pellucidus ſit, ſive non. { נקדה אבן *eben jekaráh.* λίθος τίμιος. GALL. *Pierre polie ou pretieuſe.* ITAL. *Gemma, pietra pretioſa.* GERM. Ein edelgſtein. HISP. *Piedra pretioſa.* ANGL. *A pearle, a margarite.* } Virg. 1. *Æneid.*

——*& tereti ſubnexit fibula gemma.*

Idem 7. *Æneid.*

*Regaléſque accenſa tomas, accenſa ceremam*
*Inſignem gemmis.*

Plin. *de viris illuſtr.* Unde Romam legatione repetens, hauſto quod ſub anuli gemma habebat, veneno abſumptus eſt. Plaut. *Curc. ſc.* 2. *a* 5. Sub gemmam tuos parentes abſtruſos habeo? (de gemma annuli.)

Gĕmmŭlă, diminutivum. { ἐξανθήματίδιον, κλάδιον. GALL. *Petit bouton de vigne, petite pierre precieuſe.* ITAL. *Picciolo botton della vite, picciola gemma.* GERM. Ein rebduglin/ein gar herfürwachſende blům/oder ein edelgſteinlin. HISP. *Pequeña yema del ſarmiento, ò otro arbol, pequeña piedra preciosa.* ANGL. *A litle budde of a vyne, a litle pearli.* } Quo etiam flores ſignificantur, quibus tanquam gemmis verno tempore cuncta pinguntur, & prata veſtiuntur. Apul. *lib.* 10. Planè tenui ſpecula ſolabor clades ultimas, quòd ver in ipſo ortu gemmulis floridis cuncta depingeret.

Gĕmmĕus, a, um, quod ex gemma eſt, quod in formam gemmæ factum eſt. { λιθοειδής, λιθώδης. GALL. *De pierres precieuſes.* ITAL. *Di gemma.* GERM. Edelgſteinin/von edelgſtein. HISP. *Coſa de piedras preciosas.* ANGL. *Of pretious ſtones.* Cic. 6. *Verr.* Mittit etiam trullam gemmeam rogatum, &c. Radix gemmeæ rotunditatis, id eſt, rotunda in modum gemmæ. Plin. *lib.* 18. *cap.* 7.

Gĕmmo, as, eſt gemmas in vitibus, & arboribus emittere. { פרח *benits*, פרח *parách.* ἐξανθεμίζω. GALL. *Produire, ou auoir pierres precieuſes, bourgeons, ou boutons, bourgeonner, boutonner.* ITAL. *Pullulare, gemmare.* GERM. Trucken/zugen fürhin laſſen/beſſen herfür bringen. HISP. *Hincharſe las yemas en el arbol.* ANGL. *To budde or ſpring.* } Colum. Quum primùm vites incipiunt gemmare. Cicer. 3. *de Orat.* Nam gemmare vites, luxuriem eſſe in herbis, lætas ſegetes etiam ruſtici dicunt. Sic Colum. *lib.* 4. *cap.* 24.

Gĕmmĕus, a, um, ſit gemmas in viribus, & arboribus emittere. { פרח *benits*, פרח *parách.* ἐξανθεμίζω. GALL. *Produire, ou auoir pierres precieuſes, bourgeons, ou boutons, bourgeonner, boutonner.* ITAL. *Pullulare, gemmare.* GERM. Trucken/zugen fürhin laſſen/beſſen herfür bringen. HISP. *Hincharſe las yemas en el arbol.* ANGL. *To beginne, to budde.* } Plin. *lib.* 17. *cap.* 14. Atque ut gemmaſcere incipient, ligetur calamus. Col. *lib.* 5. *cap.* 10. Nucem Græcam ferito circa Calend. Januarias, quæ prima gemmaſcit. ¶ Accipitur gemmaſcere, pro gemmæ duritiem & formam acquirere. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10. Draconites, ſive draconitis, è cerebro ſit draconum, ſed niſi viventibus abſciſſo nunquam gemmaſcit. In aliquibus tamen codicibus legitur *gemmeſcit.*

Gĕmmĭfĕr, a, um: ut, Gemmiferi amnes. {λιθοφόρος, πολύλιθος λίθοις φέρων. GALL. *Qui porte pierres precieuſes.* ITAL. *Chi porta pietre preciose.* GERM. Das edelgſtein hatt oder tregt. HISP. *Coſa que trahe ò tiene piedras preciosas.* ANGL. *That beareth or hath pretious ſtones.* } Plin. *lib.* 37. *cap.* 13. Gemmiferi amnes ſunt Acesinus & Ganges, &c. Corona Gemmifera. Valer. Flacc. *Argon.* 5. Mare gemmiferum. Propert. *lib.* 3. *Eleg.* 4.

Gĕmmōsŭs, a, um, quod multis gemmis eſt ornatum, quod gemmis abundat. { ANGL. *Exit with many pretious ſtones.* } Apul. *lib.* 1.

ANGL

Auro facto, gemmoſiſque monilibus onuſtas eas tradit reportandas.

‖ Gemmades, mulieres. Gloſſ. Iſid.‖

Gĕmo, ĭs, ŭi, itum, γέμω. Plenus ſum. Eſt præ animi angustia in ſonum erumpo, lugeo, doleo, luctum & dolorem voce oſtendo. { נאנח neenach, נאק anák. στένω, στάζω, rivo, στάζω ὕδατι. Gall. Gemir. Ital. Gemere. Germ. Seufftzen. Hisp. Gemir como doliente. Angol. To ſobbe, or grone to ſighe. } Unde Gemitus, στεναγμός. Plaut. *Amph.* Dum hæc aguntur, interea uxorem tuam neque gementem, neque plorantem noſtrûm quiſquam audivimus. Matt. *lib.* 9.

*Quæ mala ſunt domini, quæ ſervi commoda, neſcit*
*Condyle, qui ſervum te gemit eſſe diu.*

Cicer. *ad Attic.* Eandem vitrtutem illam veniet tempus quum graviter gemes. ¶ Per metaphoram etiam de jumentis & rebus inanimatis dicitur, quum nimio pondere preſſa ſonum edunt. Virg. 6. *Æneid.*

*——gemuit ſub pondere cymba.*

Plin. *in Epiſt.* Ideo nequaquam par gubernatoris eſt virtus, quum placido, & quum turbato mari vehitur: tunc admirante nullo illaudatus, inglorius ſubit portum. At quum ſtridunt funes, curvatur arbor, gubernacula gemunt: tunc ille clarus, & diis maris proximus. ¶ Legitur etiam Gemor paſſivum, pro deploror. Cicer. *ad Attic. lib.* 2. Atque hic ſtatus una voce omnium gemitur, neque verbo cujuſquam ſublevatur. ¶ Quandoque gemere ponitur pro flere, & quandoque pro canere, de iis ſolùm avibus, quæ flebilem cantum habent, ut turtur, & columba. Virg. 1. *Eclog.*

*Nec gemere æria ceſſabit turtur ab ulmo.*

Hinc fit Ingemo, de quo infrà.

Gĕmĭſco, is, ĕre, gemo. { נאנח neenach, נאק anák. στένω. } ut, Ferale gemiſcunt, Claudianus 3. *de rapt. Proſerp.*

Gĕmĭtŭs, us, ſuſpirium. { אנחה anachá, אנקה anaká. στεναγμός. Gall. *Gemiſſement, ſouſpir.* Ital. *Gemito, ſoſpiro.* Germ. Ein ſeufftz. Hisp. *Gemido.* Angol. *A ſobling, a pitieſull grone or ſighe.* } Cicer. 6. *Verr.* Quod poſteaquam dixi, tantus eſt gemitus factus aſpectu ſtatuæ, & commemoratione, &c. Idem 5. *Verr.* Quum totius Siciliæ quotidie gemitus, querimoniáſque audiret. Gemitus delphini eſt ſimilis humano. Plin. *lib.* 10. *cap.* 16. Plaut. *Pſeud. ſc.* 2. *a.* 3. Aiunt illud magno cum gemitu fieri (obſcœnè.) Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Triſt.*

*Exigùt ut nulli gemitus tormenta ſequantur.*

Idem *Eleg.* 9. *lib.* 4. *Triſt.*

*Et gemitus vox eſt magna futura mei* (id eſt, querelæ & maledictorum.)

Idem 13. *Metam.*

*Saxa movet gemitu.*

¶ Legitur & Gemiti, antiqua declinatione in genitivo. Plaut. *in Aul. ſc.* 9. *a.* 4. Tantum gemitûque mali, moleſtiæque hic dies mihi obtulit.

Gĕmĕbŭndŭs: Abundè gemens. { נאנח neenách, נאנק neenák. στένων. Gall. *Gemiſſant & ſouſpirant aſprement.* Ital. *Che geme aſtramente.* Germ. Hefftig vnd ernſtlich ſeüfftzend. Hisp. *Coſa que mucho geme.* Angol. *That wayleth or ſobbeth greatly.* } Ovid. 13. *Metam.*

*Ille quidem tetam gemebundus ebambulat Ætnam.*

Gĕmōnĭæ: Scalæ dicebantur Romæ, ad quas corpora damnatorum abjiciebantur, & impacto unco trahebantur. Cornel. Tacitus, Tunc conſoſſum collaceratúmque, & abſciſſo capite truncum corpus Sabini in Gemonias trahunt. Plin. *lib.* 8. *cap.* 40. ſcribit canem à corpore ſervi non receſſiſſe, abjecto in gradibus Gemoniis. Sueton. *in Aug. cap.* 53. Imputavit etiam, quòd non laqueo ſtrangulatam in Gemonias abjecerit. Et *cap.* 61. In Gemonias abjectus, uncóque tractus. ¶ Alludens ad has ſcalas Tertull. *adverſus Valent.* ait, Aliud ex alio per gradus veteris Gemonios ſtructum. Erant in Aventino in decima tertia regione urbis.

Gemonides, gemmæ quas quidam præſentidas vocant. Prægnantes fieri & parere dicuntur, mederique parturientibus: nam tales in Macedonia juxta monumentum Tireſiæ inveniuntur, ſpeciéſque eſt eis aquæ glaciæ. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Gĕmūrsa. { Angl. *A corne in the toes, an agnaill.* } Tuberculum ſub pedum digitis naſcens: ita dictum quòd gemere faciat eum qui id gerit, inquit Feſtus. Plin. *lib.* 26. *cap.* 1. Et hic quidem morbus in Italia celeriter reſtinctus eſt, ſicut & ille quem gemurſam appellavêre priſci, inter digitos pedum naſcentem, etiam nomine obliterato.

Gĕnă, ab Hebræo Ginah. Eſt membrana tam ſuperior, quàm inferior, quæ tegit oculum. { לחי lechi. βλέφαρον, ἐπικάρθιον. Gall. *La peau tant de deſſus que de deſſous, qui couure l'œil quand on le cline.* Galli communiùs Latinorum nomen exprimentes vocant *la paupiere de l'œil.* Illi enim pellem, qua tegitur oculus, Palpebram nominant, ſed impropriè, ut mox dicetur. Ital. *Guancia, gota.* Germ. Ein augdeckel / oder augklid. Hisp. *Mexilla à el carillo, parpado de ojo.* Angol. *The eye lidde, the ball of the cheeke.* } Terent. hodie non compteſti genam genæ. Plinius, Aquatilia dormire exiſtimant, non oculorum argumento, quia non habent genas, ſed ipſa quiete placida, ſeu ſoporata. Idem *lib.* 11. *cap.* 37. Omnia talia, & piſces, & inſecta non habent genas, nec integunt oculos. Ex his Terentii & Plinii locis luce clariùs oſtenditur, genas eſſe duo illa oculorum operecula, quibus coëuntibus, pupilla obtegitur, quas Cic. *in Piſon.* & 2. *de nat. Deor.* vocat palpebras. ¶ Genæ etiam dicuntur partes illæ ab oculis ad mentum, quæ barba veſtiuntur, quas radi in fœminis, XII. Tabularum interdicto antiqui vetuerunt, pudoris ſedes eſſe arbitrati, quòd ibi maximè oſtendatur rubor. { Die backen oder wangen das vnder den augen iſt biß auff das kyn. } Dictæ genæ, quòd in his pili gignantur. Virg. 8. *Æneid.*

*Tum mihi prima genas veſtibat flore juventus.*

Apul. *in Magia*, Purpuris infectas genas, & oculos illæſos illices. Hæ quoniam in mali ſpeciem factæ ſunt rotundæ, dictæ ſunt etiam malæ. Vide plura apud Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Umbratus genas, id eſt, barbam gerens circa genas. Stat. 3. *Sylvarum.*

‖ Genabum Aurelianorum, *Orleans*, V. E. & Academia ſub A. Senonenſi, ad Ligerim fluvium.‖

Genavius, a, um, idem quod guloſus, a, um. Varro. Hæc noviſſimè in triclinium genavium introierunt è culina, propter faſtidium. Sed vide *Geniacus.*

Genea. æ: Ala eſt mille equitum, eſtque cujuſdam tempotis ſpatium, authore Heracleto.

Gĕnĕārchă, æ. γενεάρχης, genetis princeps.

Gĕnĕă { γένη, alias νῆσος. } vicus Corinthi: unde proverbium, Εἰς Γενέαν ἀπὸ κρήνης, ἐγὼ δ' οὐδὲ ἐκεῖσε. Aliqui tamen incolas γενεάτας vocant. Steph in.

Gĕnĕăthlŏgĭă, æ, oratio generis originem oſtendens. { יחוס yichus, γενεαλογία. Gall. *Genealogie, dénombrement des anceſtres.* Ital. *Genealogia, deſcendimento di parentato.* Germ. Ein geburts regiſter / geſchlächts regiſter / vnderzehlung. Hisp. *Deſcripcion ò lignea del linage, ò generacion: que tambien en Caſtellano ſe dize genealogia ò linea.* Angl. *A pedigre, a reckening of forebeares.* } Cic. 3. *de nat. deor.* Quod ſi ita eſt, Cœli quoque patentes dii habendi ſunt, Æther & Dies: eorumque fratres & ſorores, qui genealogiis antiquis ſic nominantur, Amor, Dolus, Metus, &c.

‖ Genealogicus, a, um: ad genealogiam ſpectans.‖

Genearcha, princeps, vel caput generis.

Genearchicum prædium, γενεαρχικὸ καὶ γενεαρχικὸν κτῆμα, progenitoriale prædium, vetus Novellarum interpres vertit: quod ſcilicet author generis ſuæ familiæ reliquit eâ lege, ut in ea perpetuò maneret.‖

Geneſara, Galilææ lacus circumſeptus urbibus plurimis, & celebris. Author Solin. *cap.* 48.

Gener, Generalis, Generatim, Generoſus: vide *Genus.*

Gĕnesārēth. { תנרות chinnereth. γεννησαρὲτ λίμνη. } Strabo. Stagni nomen proprium: ab eo (ut quibuſdam videtur) ſic dictum, quòd flantibus ventis, criſpantibus undis, autumet ſe generare videatur. Sed hoc profectò ridiculum videtur in voce Hebraïca Græcam quærere etymologiam. Idem dicitur mare Tiberiadis, à Tiberiade civitate: & mare Galilææ, ab adjacente Galilæa provincia. Habet hoc mare, ſive ſtagnum cxt. ſtadia in longitudine: xl. verò latitudine. Non tamen ideirco mare vocatur, quòd ejus aquæ ſint amaræ; ſed Hebraïæ linguæ conſuetudo eſt omnes congregationes aquarum, ſive ſalſæ ſint, ſive dulces, vocare Maria, ſicut in Geneſi ſcriptum eſt, Congregationes aquarum vocavit maria.

Gĕnesē, γένεια, urbs Laconiæ. Steph.

Geneſis, geneſcor: Generatio, nativitas. { תולדות toledhâh. γένεσις. Gall. *Generation.* Ital. *Generatione.* Germ. Ein geburt / ankunfft. Hisp. *Generacion.* Angol. *Generation, birth.* } ¶ Accipitur etiam pro fidere natalitio, quod converſione cœli oritur eo momento quo quis naſcitur. Juven. *Sat.* 14.

*Nota mathematicis geneſis tua.*

Idem *Sat.* 6.

*——ſi pervenit frictus ocelli*
*Angulus, inſpecta geneſi, collyria poſcit.*

Suet. *in Veſp.* Monentibus amicis carendum eſſe Metium, quòd vulgò crederetur geneſim habere imperatoriam, inſuper Conſulem fecit, id eſt, quòd opinio eſſet, à mathematicis prædictum eſſe, fore ut imperaret. Budæus.

Genēsus, γένεσος. Promontorium Themiſcyræ regionis, inter Amiſum & Phaſin amnes, templo Jovis, quem ξένιον, id eſt, hoſpitalem vocabant, nobilitatum. Vide Strab. *lib.* 10.

Gĕnĕthlĕ, genethles, fœmini generis, γενέθλη. Venus.

Genēthlĭăci, orum, qui ex die & hora nativitatis fortunam hominis oſtendunt. { תרשמים charsummim. γενθλιακοί. Gall. *Dreſſeurs de nativitez, aſtrologues qui conſiderent les nativitez & les conſtellations, faiſeurs d'horoſcope.* Ital. *Coloro che prenoſticano della natività.* Germ. Ein warſager von dem tag vnd ſtund der geburt ldt. Hisp. *Los aſtrologos de los nacimientos.* Angol. *Fortune ſhewers by the day and houre of nativitie.* } Gell. *lib.* 14. *cap.* 1. Adversùm iſtos qui ſe Chaldæos, ſeu genethliacos appellant, ac de motu, déque poſitu ſtellarum dicere poſſe, quæ futura ſunt, profitentur, audivimus quondam Favorinum philoſophum Romæ Græcè differentem egregiâ oratione.

Genēthlĭăcŭs, a, um. γενθλιακός, natalitius.

Genēthlĭă, orum. γενέθλια. Dicuntur celebritates, quæ fiunt natali die.

‖ Genethlialogia, prædictio ex natali die, notatio ſeu obſervatio ex ſideribus natalitiis.‖

Genēthlĭus. γενθλιος. Latinè natalis dicitur: unde Genethliaci dicti ſunt: de quibus ſuprà jam diximus. ¶ Erat etiam Genethlius, Jovis cognomen, quòd ei incumberet cura omnia propagandi. ¶ Fuit præterea, teſte Suida, hoc nomine Palæſtinus quidam Sophiſta, diſcipulus Minuciani & Agaperi: qui quanvis in ipſo ætatis flore occiderit, plurima tamen ſcripta reliquit: ex quibus Suidas recenſet λυκίας & ἀλεξάνδρου & μιλήτου, & multa alia, ut mirabile ſit dictu, tam paucis annis vitæ tanta ſcripſiſſe.

Genēvă. { Gall. *Geneve.* Germ. Genff. } Oppidum eſt Allobrogum ad Lemanum lacum, proximum Helvetiis, quod etiam hodie nomen retinet. Cæſar *bell. Gall. lib.* 1. Extremum oppidum Allobrogum eſt, proximúmque Helvetiorum finibus Geneva. Ex eo oppido pons ad Helvetios pertinet. Ex quo loco Cæſaris facilè deprehendi poteſt error eorum, qui hoc oppidum Gebennam appellant: quum Gebenna, eodem Cæſare teſte, ſit mons ille qui Arvernos ab Helviis dividit. De quo vide plura ſuo loco. Glareanus *in Ann. in eum Cæſaris locum*, ſic inquit: Quatuor hæc nomina, Genua, Geneva, Genabum, & Gebenna, multùm obſcuritatis lectori ingerunt, ac non attentum ſæpè feſellerunt: quæ ipſa longè diverſa ſunt. Genua enim Ligurum caput in Italia ad mare eſt noſtrum: Geneva verò Allobrogum, ad oſtia Lemani lacus, ubi Rhodanus exit: Genabum, Carnutum oppidum ad Ligerim amnem, hodie (ut quidam putant) Aurelia, vulgò *Orleans*: denique Gebenna, mons eſt, qui Helvios ab Arvernis ſeparat: ut libro ſeptimo poſtea, dicet Cæſar. Hæc Glareanus.

‖ Gengibix, ὑπὸ ἰδίοις. Gloſſ. id eſt, Gingivæ.‖

Genĭālis, & Genius: vide *Gigno.*

Genianes, gemmæ quam Magorum vanitas hæmicorum pœnas efficere promittit. Author Plin. *lib.*37.*cap.*10.

Gĕnĭcŭlum, Geniculatus: vide *Genu.*

Gĕnĭsta, æ, arbuscula quædam humilis est, fronde minuta, flore luteo, apibúsque gratissimo, semine lenticulis haud absimili, quod phaseolorum modo siliquis innascitur: ita dicta, quòd in modum genu flexilis sit ad nexus, idcircóque vitibus ligandis idonea: vel quia genibus medeatur dolentibus. { רתם *réthem. μάϑος.* Gall. *Du genest.* Ital. *Ginestra.* Hisp. *Hiniesta, ò retama.* } Vide Ruell. *lib.*1. *cap.*84 *& lib.*3. *cap.*142. Plin. *lib.*21.*cap.*9. Florem esse dixerim genistas, namque ex iis decerpitur luteus. Idem.

*Non pyra qua lentâ pendent vestigata genistâ.*

Virg. 2. *Georg.*

*——molle filer, lentæque genistæ.*

Humiles genistæ, *ibidem.*

Gĕnĭtālis, Genitor, Genitura, Genitivus, Genius, Genitus: vide *Gigno.*

Gĭgno, is, ui, tum, ere, antiquis in usu erat pro gignere, generare. { הוליד *holidh. γενάω.* Gall. *Engendrer.* Ital. *Generare.* Germ. Gebären. Hisp. *Engendrar.* Angl. *To begette.* } Priscian. *lib.*10. Gigno, genui: pro quo Geno vetustissimi protulisse inveniuntur. Varro *in Andabat.* Sed quòd hæc loca aliquid genunt. Idem 1. *de re rust. cap.* 40. Quædam enim ad genendum, &c. Ex vetusto codice. Infinitum passivum Lucret. protulit *lib.*3.

*——tantò magis insciandum,*
*Totum posse extra corpus durare genique.*

Item, Genitur aliquoties apud Jurisc. *l.*17. *D. de leg.*1. Si qua filia mihi genitur, ei hæres meus centum dato: & *leg.*13. *D. de reb. dub.* Si quis mihi filius, aut filia genitur, hæres mihi esto.

Γενάται, populi Molossiæ, à Genoo duce ipsorum. Steph.

Gens, gentis: vide *Genus.*

Gĕntă, γένη, urbs Indiæ extra Gangem. Steph.

Gĕntĭānă, æ, γεντιανή. Dioscoridi herba est forio fraxini, magnitudine lactucæ, caule tenero, pollicis crassitudine, cavo & inani, ex intervallo foliato, trium aliquando cubitorum, radice lenta, subnigra, aquosa, & sine odore. Nascitur ubique, copiosissimè tamen in Illyrico, ubi à Gentio rege nomen accepit, qui primus eam invenisse dicitur, ut tradit Dioscor. *lib. Sylva medicinalis* 3. *c.*3. & Plin. *lib.*25. *cap.*7. quod etiam hodie servat in officinis.

Gentiana pumila, flosculo cæruleo instar calathi, in pratis humidis, radiculis albis, caule puniceo, foliis tenuibus vestito, florens in Octobri.

Gĕntĭlis, Gentilitas, Gentilia: vide *Genus.*

Gentinus, γεντῖνος, urbs Troadis, ab uno filiorum Æneæ condita. Stephan.

Gĕntĭus, Illyrici rex, qui gentianæ herbæ à se inventæ nomen fecit: teste Plin. *lib.*25. *cap.*7.

Gĕnŭ. { ברך *bérch.* γόνυ. Gall. *Genoüil.* Ital. *Ginochio.* Germ. Das knie. Hisp. *Rodilla.* Angl. *The knee.* } Neutri generis, & indeclinabile in numero singulari, & in plurali genua. Sunt curvaturæ illæ, quibus crura & femora committuntur. Dicta genua, quòd hæc dum infans est in utero matris, genis opposita sunt, Isidor. *lib.*11. *Orig. cap.*1. sive à genetando, quòd in genibus est vitalitas. Plin. *lib.*11. *cap.*45. Hominis genibus religio quædam inest, observatione gentium: hæc supplices attingunt, ad hæc manus tendunt: hæc, ut aras, adorant, forsitan quia inest iis vitalitas. Namque in ipsa genu utriusque commissura, dextra lævâque à priori parte gemina quædam buccarum insanitas inest, qua perfossa, ceu jugulo spiritus fugit. Hæc Plin. Plaut. *Curc. sc.*3. *a.*1. Genua inedià succidunt. Idem *Asin. sc.*3. *a.*3. Non feres ni genua confricentur. Mox, genua ni tam nequiter fricares. Ovid. 5. *Fast.*

*Ipse genu nixus flammas excussit ab auro.*

Plaut. *Capt. sc.*1. *a.*4. Genu ut quemque icero ad terram dabo. Idem *Curc. sc.*2. *a.*3. *& Mil. sc.*6. *a.*2. Per tua genua te obsecro. Ovid. *Eleg.*2. *lib.*4. *Trist.*

*Iam fera Cæsaribus Germania, totus ut orbis,*
*Victa potest flexo succubuisse genu.*

Per genua orare. Suet. *in Tib. cap.*27. *ibid. cap.*14. Ad genua procumbere. *Ibid. cap.*20. Ad genua submittere se. ¶ Genu nixus: vide *Nixus.* Virg. 5. *Æneid.*

*Genua labant, vastos quatit æger anhelitus artus.*

Ovid. 2. *Metam.*

*Et genibus pronis supplex, similisque roganti.*

¶ Genua submittere, pro flectere. Plin. *lib.* 8. *cap.*1. Regem adorant, genua submittunt, coronas porrigunt. ¶ A genu fit nomen adjectivum Geniculatus, a, um, de quo infrà. ¶ Veteres dixerunt genus, masculino genere. Lucil. *lib.*4. *Satyr.* ut citat Nonius,

*Hæret verticulis adfixum in posteriori*
*Parte, atque articulis, ut nobis talus' genúsque.*

Legitur etiam genus, neutri generis, in eadem significatione. Cicero *in Orat.*

*At propter lævum genus omni ex parte locatus*
*Parvus Vergilius tenui cum luce videbis.*

Et paulò post:

*Atque inter flexum genus & caput alitis hæsit.*

Livius 4. *d.* 5. Genus tenue. Ne genu quidem flexo, οὐδὲ γόνυ κάμψαντα. Dictum est ἐκ βολῆς, pro Ne tantulum quidem. Philostratus.

Gĕnŭĭllă: Indumenta genuum. { τὰ ἐπιγόνατα. Gall. *Genoüillieres.* Ital. *Intermedi, ligame de calze, à ginochi.* Germ. Hosenbendel. Hisp. *Las medias, ò fenegiles para calzas.* Angl. *The clothing of the knees.* } Ovid. 10. *Metam.*

*——quæque*
*Poplitibus suberant picto genualia limbo.*

Genuarius, γονυκλίτης. Gloss. qui ad genua alicujus accidit.

Gĕnŭcŭlum, i, diminutivum. { γόνυ. Gall. *Genoüillet, le nœud d'un chaume, ou roseau, ou herbe.* Ital. *Piccolo ginochio, nodo de canna ò herba.* Germ. Ein gleychle oder knöble an einem halm oder stengel. Hisp. *Pequeña rodilla, el ñudo de la caña ò otra cosa.* Angl. *The knott of a straw.* } Genicula dicuntur stipulæ, vel caulis herbacei internodia, & veluti articuli ac nodi quidam. Plin. *lib.*8. *cap.*19. Arundini in geniculo. Idem *lib.*18. *cap.*7. Genicula autem tritico sunt quaterna, hordeo octona. Quandoque Geniculum accipitur pro germine, βλαστός.

| Geniculo: Geniculare dicitur seges, quum ad articulum pervenit, quum genicula accipit. |

Gĕnĭcŭlātus, a, um, dicitur quod frequentibus geniculis constat, ut heliotropium, quod ob id geniculatis herba vocatur. { πολύγονος. Gall. *Qui a nœuds, noué.* Ital. *Chi a molti nodi.* Germ. Voll gleych/ oder knöble. Hisp. *Cosa che tiene ñudos como caña.* Angl. *Full of knottes or joynte.* } Cicer. *de senect.* Deinde tepefactum vapore & compressu suo diffundit, & elicit herbescentem ex eo viriditatem, quæ nixa fibris stirpium, sensim adolescit, culmoque erecta geniculato, vaginis jam quasi pulvescens includitur.

Gĕnĭcŭlātim, adverbium significat per genicula. { κατὰ γόνυ. Gall. *De nœud en nœud.* Ital. *Di nodo in nodo.* Germ. Von gleych zu gleych. Hisp. *De ñudo en ñudo.* Angl. *From joynt to joynt, or by knottes.* } Plin. *lib.*21. *cap.*11. Folia geniculatim circumdata.

| Gĕnĭsta, fruticosa quædam stirps. |

Gĕnŭă. { γόνυ. Gall. *Gennes* Ital. & Hisp. *Genoua.* Germ. Die swart Genua in Ligurien am meer gelegen. } Liguriæ caput, emporium nobilissimum ad mare Mediterraneum, Reipublica præpotens, aliquando ad Tanaim usque imperii sui fines produxit. Nam olim Theodosiam, vulgò *Caffam*, Cyprum, Lesbum & Chium insulas, itemque Petam urbem Thraciæ ex opposito Constantinopolcos sitam possedit. Hodie toti ferè Liguriæ & Corsicæ insulæ imperat. Dicta Genua à genu, quia habet tanquam genu recurvum à latere maris. Vel à Genuo Saturni filio, qui ferunt eam condidisse. Vel (ut quidam aiunt) à Genuino Phaëtontis socio. Hanc Annibal penitus delevit, sed Cn. Servilius Consul instauravit, sicut Liv. refert. Hinc Genuensis, Γενούησις. Quidam Januam hanc urbem appellant, quòd à Jano conditam dicant.

Gĕnŭīnŭs: vide *Gigno.*

Gĕnŭs, à Græco γένος. { יחס *jachas.* מין *min.* Gall. *Genre, race, lignée.* Ital. *Genere, generatione.* Germ. Ein geschlecht/ der stamm und anfang einer geburt. Hisp. *Genero ò linage.* Angl. *A stock linage, a kinred sort, kynd or manner.* } Propriè principium est unuscujusque generationis, vel ab eo qui genuit, vel à loco in quo quis genitus est, ut Orestes à Tantalo ducit genus, & Plato genere Atheniensis est: patria enim generationis unuscujusque principium est, quemadmodum & parentes. Plaut. *in Capt. sc.*2. *a.*1. Nam eccum hic captivum adolescentulum alium, prognatum genere summo, & summis divitiis. Tibull. *lib.*4.

*Sed generis prisci Messalæ vincere honores.*

Ovid. 13. *Metam.*

*Nam genus & proavos, & quæ non fecimus ipsi,*
*Vix ea nostra voco.*

Plaut. *Proleg. Capt.* De summo loco summóque genere eques. Idem *Aulul. sc.*4. *a.*1. Quali me arbitraris genere prognatum bono. Idem *Pseud. sc.*3. *a.*1. Tu isthoc genere natus nummum non habes. Idem *Curc. sc.*1. *a.*1. Quod te aut genere indignum sit facis. *Ibid. sc.*2. *a.*4. Genus lenonum inter homines est ut musex. Idem *Pseud. sc.*1. *a.*1. Genus nostrum semper siccoculum fuit (servus loquitur.) Ovid. *Eleg.*1. *lib.*2. *Trist.*

*Pársque tui generis (prolis) pars tua facta canit.*

Idem *Eleg.*3. *ibid. metaphor.*

*In genus authoris miseri fortuna redundat.*

Id est, libros tanquam prolem meam. ¶ Genus pro filia. Tibull. *lib.*4.

*Quamvis illa fores Solis genus (id est, filia.)*

Plinius *de viris illustr.* Pyrrhus rex Epirotarum, materno genere ab Achille, paterno ab Hercule oriundus. Terentius *in Adelphis.* Hæccine flagitia facere te? hæc te admittere indigna genere nostro? ¶ Præterea etiam Genus vocamus multitudinem aliquorum ad unum aliquod, & ad se invicem quodammodo se habentium, ut Romanorum genus dicimus, quod ad Romulum refertur, & cognationem in se habet, per quam à cæteris distinguitur. In hac significatione accipimus genus, quum genus humanum, vel genus hominum dicimus: quandoquidem omnes homines ad unum principium referuntur, ad omnium rerum conditorem Deum: & inter se habent quandam cognationem quâ à reliquis animantibus distinguuntur. ¶ Rursus appellatur genus, cui subjicitur species, & quod convenit pluribus differentibus specie. Quæ significatio tracta videtur à prima significatione. Est enim genus hoc modo acceptum, principium omnium, quæ sub ipso sunt, specierum: ut putà animal genus est, quod de homine, elephanto, equo, avibus, piscibus, reptilibus, aliisque specie differentibus prædicatur: homo species, quoniam de Socrate, Platone, Aristotele, Fabio, Catone, Ciceronc, aliisque non specie, sed numero differentibus dicitur. ¶ Item genus dicitur quicquid per quod alicujus rei qualitas indicatur, ὡδὶ ϑ. Unde genus mortis, genus vitæ, genus pœnæ, genus marmoris, genus coloris, & hujusmodi. Sen. Summum genus infelicitatis miseri est, fuisse aliquando felicem. Terent. *in Eunuch.* Est genus hominum qui se primos esse omnium rerum volunt. Virg. 1. *Æneid.*

*Quod genus hoc hominum? quæve hunc tam barbara morem*
*Permittit patria?*

¶ Nonnunquam sumitur pro accidente partium orationis, ut quum dicimus, animal est generis neutri. Composita vide suis locis. Genus pro specie, seu parte, seu membro. Cicer. 1. *Offic.* Omnis de officio duplex est quæstio: unum genus est, quod pertinet ad finem bonorum; alterum quod positum est in præceptis. Generis ejus est, ut Plin. *epist.*181. Vereter ne immodicam orationem putares, quam eum hac epistola accepisses, nisi esset generis ejus, ut sæpe incipere, sæpe desinere videatur, id est, sic composita. Quint. *declam.* 347. Natrimonium duobus generibus solvitur (id est, duobus modis.) ¶ Hominum genus (pro ipsis mortalibus) dixit Suet. *in Calig. cap.*13. & generis humani odium nos occupat. Senec. *e.*25. *de tranq.*

Item,

Item, Romani generis doctissimi, (id est, generis.) Gell. *cap.16. lib.4.* Idem de Delphinis amasiis loquens, *cap.8. lib.7.* Nec qui amaverunt, quod sunt ipsi genus (id est, Delphini Delphinos.) ¶ Optimi generis homines (id est, fortissimi milites.) Cæs. *lib.1. de bell. civ.*

Gĕnĕrōsŭs, a, um, ex nobili, & præclaro genere ortum. { בן חורים *ben chorim.* γενναῖος, *διγενὴς.* Gall. *Genereux, noble, de noble race, vaillant.* Ital. *Generoso, nobile.* Germ. Edelmütig geboren. Item, Dapfermannlich. Hisp. *De buen linage, noble.* Angl. *Of a noble linage or steke.* } Papyr. 5. Syl.

——*titulis generosum avitis.*

Sueton. *in Tib.* Condemnatam & generosissimam fœminam Lepidam in gratiam Quirini consularis prædivitis, & orbi. Differt igitur generosus & nobilis, quòd generosus ex genere & cognatione est: nobilis ex nobilitate rerum. Sic enim Cornelius Fronto distinguit. ¶ Latiùs itaque patet nomen nobilitatis quàm generositatis: nobilitatem enim dicimus & eam quæ ex genere est, & propriè quæ ad reliquas res pertinet. Quæ distinctio deprehendi potest etiam ex Ovid. *lib.4. Trist. Eleg.3.*

*O qui nominibus quum sis generosus avorum,*
*Exuperas morum nobilitate genus.*

Sed tamen hæc differentia non adeò religiosè observatur. Est enim nobilitas ex genere quoque & cognatione. ¶ Generosus quis verè dicatur, docet Seneca *Epistola* 44. Item, Generosissimum pomum, generosissimus equus, homo, quis sit, docet quoque Quintilian. Per translationem accipitur pro magnanimo. Cicer. *lib.3. Offic.* Quumque de imperio certarum esset cum rege generoso, atque potenti. Ovid. *Eleg.5. lib.3. Trist.*

*Et facilis motus mens generosa capit.*

Idem 13. *Metam.*

*Sed neque materno quòd sum generosior ortu.*

Transfertur etiam ad inanimata, ut quum dicimus arbores generosas & vitem generosam, & ipsum etiam vinum generosum. Horatius *lib.1. Epist.*

*Ad mare quum veni, generosum & lene requiro,*
*Quod curas abigat.*

Virg. *lib.3. Georg.*

*Continuo pecoris generosi pullus in arvis*
*Audet & ignoto se committere ponto.*

Col. *lib.4.* Atque ubi multa invitabunt regionis commoda, ut nobilem vitem conseramus, generosam requiremus. Idem *lib.3.* Vitem maximè populus alit, & postea ulmus: quam Ariniam vocant rustici, generosissima est. Sic florem generosum vocat Ovid. *lib.5. Fast.*

*Hunc meus implevit generoso flore maritus.*

Ita uvam generosam vocat *lib.2. de remed. amoris.*

*Est tibi rure bona generosa fertilis uva*
*Vinea.*

Sic quoque prunа generosa apud eundem *lib.13. Metam.*

*Prunáque non solùm nigro liventia succo,*
*Verùm etiam generosa.*

Gĕnĕrōsissĭmŭs, a, um, superlat. γενναιότατος. Sueton. *in Tib. cap.49.* Condemnatam & generosissimam fœminam Lepidam: id est, nobilissimam.

Gĕnĕrōsè, adverb. Fortiter. { *Noblement, genereusement, vaillamment.* Ital. *Virtuosamente, nobilmente, valorosamente.* Germ. Adelich, mannlich, dapferlich. Hisp. *Noblemente, virtuosamente.* Angl. *Noblie, corageously.* } ut Petite generosiùs. Horat. 1. *Carm. Ode* 36.

Gĕnĕrōsĭtās, ātis: Nobilitas. { *Noblesse, vaillance, bonté & vertu naturelle.* Ital. *Generosità, nobilità.* Germ. Ein gut herkommen, Adelichkeit, edle art. Hisp. *Aquella hidalguya de linage.* Angl. *Nobilitie, gentlemanlinesse, kindlinesse.* } Colum. *lib.1.* Qui vincam, vel arbustum constituere volet, seminaria priùs facere debet: sic enim sciet cujus generis vitem positurus sit. Nam quæ pretio parata disponitur, certam generositatis fidem non habet: quum dubium est an is qui vendidit, legendis seminibus adhibuerit diligentiam. ¶ Interdum idem est quod magnanimitas. Generositas tauris est in aspectu. Plin. *lib.4. cap.45.*

Gĕnĕrālis, e, universalis, ad omnes pertinens. { *Général, universel.* Ital. *Generale, universale.* Germ. Allgemein. Hisp. *Cosa general.* Angl. *Generall, universall.* } Quint. *lib.9. cap.1.* Quædam ex iis species planè distant, manente tamen illa generali societate. Cic. 1. *de Invent.* Quum de genere negotii controversia est, constitutio generalis vocatur. Idem 1. *Offic.* Generale quoddam decorum intelligimus, quod in omni honestate versatur, & aliud huic subjectum, quod pertinet ad singulas partes honestatis.

‖ Generalitas, communitas. ‖

Gĕnĕrāliter, adverbium: Universè, indefinitè. { *Généralement, universellement.* Ital. & Hisp. *Generalmente, universalmente.* Germ. Allgemeinlich. Angl. *Generallie.* } Cic. *de Invent.* Nam ipsum quidem generaliter definire difficile est. Plin. *in Epist.* Memini quidem te jam quædam notasse, sed generaliter.

Gĕnĕrātim, per singula genera, seu per singulas species. { κατὰ γένη. Gall. *En general, chascune genre en sorte à part.* Ital. *In ciascun genere per se.* Germ. Durch alle geschlächt oder gattung überal. Hisp. *En partes.* Angl. *In generall, by everie kinde.* } Virg. *lib.2. Georg.*

*Quare agite, ô proprios generatim discite cultus*
*Agricolæ.*

Varr. Non in volucribus generatim servatur analogia. Cicer. 4. *Acad.* Igitur exponam generatim argumenta eorum, quoniam ipsi etiam illa solent non confusè loqui. Generatim distriburi in civitates. Cæsar 7. *bell. Gall.* ¶ Aliquando generatim ponitur pro generaliter, confusè & indeterminatè, ἀσαφῶς. Cicer. *lib.2. de Orat.* Infinitum mihi videtur id dicere, in quo aliquid generatim quæreretur hoc modo, Expetendáne esset eloquentia, expetendique honores.

Gĕnĕro, as, are: Gigno, fœtum procreo, & propriè de maribus dicitur. { יהולד *holidh.* γεννῶ. Gall. *Engendrer.* Ital. *Generare.* Germ. Gebären. Hisp. *Engendrar.* Angl. *To begette, to engender.* } Virg. 8. *Æneid.*

*At Maiam (auditis si quicquam credimus) Atlas*
*Idem Atlas generat, cæli qui sydera sustet.*

Cic. *in Partit.* Quemadmodum quisque generatus, quemadmodum educatus, invenitur tamen etiam de fœminis dici. Plin. *lib.8. cap.44.* Et quæ non primo mense generare cœperit. *Ibidem.* Contáque mulos quos asini & equæ generarent. Et de herbis. Gell. *lib. 5. cap.6.* Observari solitum, ut haberet è gramine quod in olea generatum esset. ¶ Per translationem accipitur pro invenire, & excogitare. Quint. *lib.10. cap.2.* Illi rudes sola mentis natura docti fuisse tam multa generarent. Sic generare carmina. Sueton. *in Neron. cap.52.* ¶ Hujus composita sunt Congenero, pro Adjungo, allocio. συγγενὴς. Ennius, Quem mihi congenerat affinitas. ¶ Degenero, de quo dictione Degener. ¶ Ingenero, quod modò significat genero, modò gigno, vel insero, ἐμφύω, ἐμποιῶ. Lactant. *lib.6.* Deus itaque quum hominem primùm fingeret, mirabili providentia ingeneravit ei prius istas animi commotiones, ut posset capere virtutem. Progenero, generationem prorogo. Columell. Nam humidæ res & siccæ, quas terra progenerat, facilè vitiantur. Hinc progenies pro genere & familia. ¶ Regenero, rursus genero, ἀναγεννῶ. Lactant. *lib.4.* Ex eorum semine regenerari cùm jubet.

Gĕnĕrāsco, is, ere: Nascor. { יליד *jalúdh.* γίγνομαι. Gall. *Naître.* Ital. *Nascere.* Germ. Geboren werden. Hisp. *Nacer.* Angl. *To beborne.* } Lucret. *lib.5.*

——*cur omnia membris*
*Ex æquo anno generascunt, ingeniéque.*

Generātĭo, nis, quæ est (ut Speusippus ait) motus ad essentiam, acceptio essentiæ, processus in esse. { לידה *ledáh*, תולדה *toledáh.* γένεσις. Gall. *Generation.* Ital. *Generatione.* Germ. Gebärung. Hisp. *Generacion, obra de engendrar.* Angl. *Generation, engendring.* } Plin. *lib.10. cap.51.* Avium generatio simplex videtur esse.

Generātor, is: Genitor, procreator, patens, fator. { מוליד *molidh*, יורה *horeh.* γεννήτης. Gall. *Progeniteur, qui engendre.* Ital. *Generatore, genitore.* Germ. Ein gebärer. Hisp. *Engendrador.* Angl. *A begetter or engender.* } Cicer. *de Fato.* Nosse autem generatores suos optimè poterant.

‖ Generatorium. Ambrosius *lib. de Noë & arca*: Non est dubium, quin rationabile animæ nostræ in quinque sensus dividatur, & vocem & generatorium intelligit facultatem generandi. ‖

Generābĭlis, quod facilè generatur. { *Qui s'engendre facilement.* Ital. *Che si genera facilmente.* Germ. Das leichtlich geboren wirth oder entstehn. Hisp. *Cosa que facilmente se engendra.* Angl. *That is lightly ingendred.* Plin. *lib.2. cap.43.* Hic est ille generabilis rerum naturæ spiritus.

Gener, i: Filiæ meæ vir, quasi generis propagator: adhibetur enim ad genus augendum. { חתן *chathan.* γαμβρός. Gall. *Gendre, le mari de ma fille.* Ital. *Genero.* Germ. Tochtermann. Hisp. *Yerno, marido de hija ó nieta.* Angl. *A sonne in law.* } Plaut. *in Cistell.* Ithic quidem ædepol mei viri habitat gener. Cic. 1. *Offic.* Cum soceris generi non lavantur. Pers. *Satyr.* 2.

*Hunc optent generum rex & regina.*

Tacit. *lib.1.* Mox defuncto Marcello generum sumpsit. ¶ A qua Progener: ita appellat avus neptis suæ virum.

Geniātus, genialis, gnatus. A voce *genius*, verbum geniare pro decorare, unde *degeniare*, apud Cassiodorum pro dedecorare, & devenustare, lib. 5. *Præterea commonemus ut præpositorum commoda non præsumas, nec quidquid eos potestatis habere reverenda fanxit antiquitas, aliqua usurpatione degenies.* Ita enim legunt libri scripti, cùm vulgati habeant, *deneges* & *degeneres.* Julius Capitolinus in Verum: *Fuit deformi corpore, vultu geniatus.* Quam lectionem adversùs viros doctos tuetur Salmasius.

Genium, est vigor, potentia, opinio, honor, vel ordinarius. Sidonius lib.1. epist.9. *Et genii potiùs quàm ingenii similitudo.* Et in carminibus

*Qui non ingenio, sors placuit genio.* Rutilius itiner. 1.

*Hæc propriis nuper tutata est insula fatus,*
*Sive loci ingenio, seu domini genio.*

Genius, ii, quid sit: vide infrà post *Gigno.*

Gens, gentis, à genus deducitur, u littera detracta, idem fere quod natio, quanquam gentis appellatio generatior esse videtur, multásque sub se comprehendere nationes. { עם גוי, ἔθνος. Gall. *Une gent, nation.* Ital. *Gente, natione.* Germ. Ein volck oder geschlecht. Hisp. *Toda la gente de una nacion.* Angl. *A nation, a people.* } Gens enim Itala Latinos habet, Etruscos, Campanos, Umbros, Picentes, & hujusmodi. Cic. *de nat. deor.* Deum non curare singulos homines, nec civitates, nec nationes, nec gentes. Idem 1. *Offic.* Propior est ejusdem gentis, nationis, linguæ conjunctio. Virgil. 1. *Æneid.*

*Gens inimica mihi Thyrrenum navigat æquor.*

Ovid. 13. *Metam.*

*Inferu Æacidis aliena nomina gentis.*

Idem 5. *Fast.*

*Falcifero libata seni duo corpora gentes*
*Stirpis.*

Plin. *de viris illustr.* Mithridates rex Ponti oriundus à septem Persis, magni vir animi & corporis, ut sex juges equos regeret, duarum & viginti gentium ore loqueretur, bello socialis, difficultibus Romanis, Nicomedem Bithynia, Ariobarzanem Cappadocia expulit. ¶ Interdum pro familia & domo ponitur, φύλον, ut gens Ælia, gens Valeria, pro Æliorum & Valeriorum familia. Inde gentiles dicti, ex eadem gente, id est, familia oriundi. Quanquam accuratiùs cogitans videbit hoc interesse inter gentem & familiam, quod interest inter totum & partem: gens enim multas familias comprehendere potest, ut in gente Cornelia, familia est Syllarum, Scipionum, Dolabellarum, Cinnarum, &c. quæ quidem omnes inter se sunt gentiles, non autem agnati. Scipiones enim tantùm Scipionibus, Syllæ Syllis agnati sunt. Itaque quod interest inter totum & partem, quod inter agnatos & gentiles, hoc interest inter gentem & familiam. ¶ Sine gente, hoc est, ignobilis. Horat. 2. *Serm. satyr.* 5.

*Qui quandò perjurus erit, sine gente, cruentus*
*Sanguine fraterno, &c.*

¶ Gens per translationem de apibus dicitur. Col. *lib. 9. cap. 9.* Intestino bello totæ gentes contamuntur. ¶ Et de piscibus. Virg. 4. *Georg.*

*Quum Proteus consueta petens è fluctibus antra*
*Ibat: cum vasti circum gens humida ponti*
*Exultans, &c.*

¶ Ubicumque terrarum & gentium. Cicer. 7. *Verr.* Idem *in Catil.* O Dii immortales, ubinam gentium sumus? quam Rempublicam habemus? in qua urbe vivimus? Nusquam gentium, id est, nusquam omnino. Terent. *in Adelph.* Næ ego homo tum infelix, primum fratrem nusquam invenio gentium. Plaut. *Asin. sc. 1. a. 1.* Viginti minus filio argenti mihi: face id jam paratum sit. L. Unde gentium? Idem *Pseud. sc. 2. a. 4.* Unde hunc hominem dicam esse gentium? Idem *Aulul. sc. 1. a. 3.* Nusquam gentium ligna vidi præbent pulchrius. Idem *Amphitr.* Num obdormivisti dudum? Nusquam gentium. *Ibidem*, Mihi ti ad me Sosiam? A. Nusquam factum gentium (id est, nunquam.) Idem *Pseud. sc. 2. a. 2* Ubi nic vidisti gentium? Idem *ibidem*, Quando gentium. So. Jamdudum modò. Idem *Men. sc. 1. a. 1.* Nusquam gentium blandiores meretrices.

Gentĭcus, gentilitius. { *πατρῷος*. Gall. *De meſme gent, ou nation, de meſme famille.* Ital. *Di quella iſteſſe gente.* Germ. Von einer volcks art iſt. Hisp. *Del meſmo nombre, linage y parentesco.* Angl. *Of the ſame nation.* } Unde gentĭcus mos, id est, gentis, vel patriæ consuetudo. Cors. Tacit. *lib.* 3. Adduntur è servitiis gladiaturæ destinati, quibus more gentico continuum ferri tegimen (*crupellarios* vocant) inferendis ictibus inhabiles.

Gentĭlĭs, qui ex eadem gente sunt, quique idem nomen habent, etiamsi cognomina habeant diversa. { מוֹדָע *moddâth.* *ὁ ἐκ τῆ ἀρχαίας συγγενείας γνώριμος.* Gall. *De meſme race ou maiſon.* Ital. *Della medeſima famiglia.* Ger. Die eines geschlechts vnnd nahmens sind. Hisp. *De la meſma familia y nombre.* Angl. *To one ſtocke or kinred.* } Unde Cincius, Gentiles mihi sunt, qui meo nomine appellantur. Cicer. *lib.* 1. *Inſc.* Pherecydes Syrus primùm dixit animos hominum esse sempiternos, antiquus sanè fuit enim meo regnante gentili, hoc est, Servio Tullo, quia ejusdem nominis erat. ¶ Idem Cicer. *in Topicis ad Trebatium*, authoritate Scævolæ Pontificis gentiles esse ait, qui inter se eodem nomine sunt, qui ab ingenuis oriundi sunt, quorum majorum nemo servitutem servivit, qui capite non fuerit diminuti. Et cum Ionum enarrans Brutus: Gentiles, inquit, sunt qui eodem nomine inter se sunt, ut Scipiones, Bruti, & cæteri. Quid si servi sunt? Num nulla gentilitas esse potest? Minimè. Quid si libertinis civium Romanorum eodem nomine nuncupentur? Num gentilitas ulla est? Ne id quidem: quoniam ab antiquitate ingenuorum gentilitas dicitur. Et hanc alludit illud Ovidii de Fabiis loquentis *lib.* 2. *Fast.*

*Vna domus vires & cunas ſuſceperat urbis,*
*Sumunt gentiles arma profeſſa manus.*
*Egreditur caſtra miles generoſus ab iiſdem,*
*Et quelis dux fieri quilibet aptus erat.*

Author ad Heren. *lib.* 1. Si paterfamilias intestatus moritur, familia pecuniáque ejus agnatorum, gentiliúmque esto. ¶ A gentili deducitur nomen Gentilitas, quod accipitur pro origine hominum ingenuorum, qui sunt ejusdem nominis: servorum autem, aut libertinorum nulla est gentilitas. Interdum etiam Gentiles dicuntur qui sunt ejusdem nominis tantùm, etiamsi ex eadem gente non sint. Unde etiam servi dicebantur gentiles dominorum, quoniam dominorum nomine vocabantur. Plin. *lib.* 33. *cap.* 1. Singuli Matricipores, Lucipórésve dominorum gentiles omnes victum in promiscuo habebant: nec ulla domi custodia à domesticis opus erat. ¶ Gentilis ejus (id est, ejusdem nationis) apud Gellium *lib.* 17. *cap.* 17. ¶ Item Gentile dicitur, quod est gentis alicujus peculiare, & proprium: ut Juvenalis *gentilia tympana* dixit, id est, gentis propria. Sueton. *in Tiberio, cap.* 48. Capillo ponè occipitium submissiore, ut cervicem etiam obtegeret, quod gentile in ea videbatur. Tacit. *lib.* 12. Abbarus exuit fidem, levitate gentili: id est, more suæ gentis Parthicæ. ¶ Scriptores rerum sacrarum Gentiles vocant idolorum cultores, qui aliter quàm Christiani de Deo sentiunt, quos nonnulli voce Græca malunt Ethnicos appellare. Qui loquendi ritus à Judæis manavit, qui nationes omnes, præter suam, Gentes, seu Gentiles vocitabant. גּוֹיִם *goîim.* Vide *Gens.*

Gentilĭtĭus, a, um. { *ἰδιάζων, ἰδιάζουσα.* Gall. *Qui appartient à une meſme race, commun, ou propre à la race.* Ital. *Cio che è di quella ſteſſa gente ò vero famiglia.* Germ. Von eines geschlechts art oder eigen ist/das von einem geschlecht oder volck herkompt. Hisp. *Coſa del meſmo nombre y familia.* Angl. *Of the ſame nation or kinred.* } Quod est ex gente, aut familia: ut Gentilitia nomina dicuntur, quæ originem gentis declarant, ut Porcius, Cornelius. Gentilitia sacra, quæ genti alicui sunt peculiaria. Cicer. *de Arusp.* Multi sunt etiam in hoc ordine, qui gentilitia sacrificia, illo ipso in sacello statuto loco anniversaria facitarint. Gentilitium sacerdotium, quod ad jus familiæ pertinet, & nunc vulgò *ius patronatus* dicitur. ¶ Gentilitium hoc illi, id est, hoc illi à gente sua proprium est. Galli dicunt, *Il ne tient cela que de race*: vel, *Il eſt cela de race.* Plin. *in epiſt.* Passenius Paulus, splendidus eques Romanus, & in primis eruditus scribit elegos. Gentilitium hoc illi: est enim municeps Propertii, atque etiam inter majores suos Propertiũ numerat. Idem Plin. *lib.* 19. *cap.* 1. In Serranorum familia gentilitium esse, fœminas linea veste non uti. ¶ Interdum etiam gentilitium id vocamus, non quod familiæ alicui, sed populo, aut nationi cuipiam est peculiare: ut, Gentilitium nomen, hoc est, nationis, vel populi nomen. Suet. *in Claud. cap.* 25. Peregrinæ conditionis homines venit usurpare Romana nomina, sed duntaxat gentilitia. Gellius *lib.* 14. *cap.* 1. Vulgus autem quos gentilitio nomine Chaldæos dicere oportet, Mathematicos nominat.

Gentilĭtās, Gentilium conjunctio, & necessitudo. { חֶבֶר *châber*, עֶרֶב *erêb*, מוֹדָעַת *moddâath.* *ὁ ἐκ τῆ ἀρχαίας συγγενείας γνώριμος, ὁμογνωμία, ἰδιάζουσα.* Gall. *Parenté en race, affinité, communication de meſme nom & armes.* Ital. *Multitudine di gente, ò di famiglia, ò di natione.* Germ. Verwandtſchafft des geschlechts / eine art geschlechts. Hisp. *Gentilidad, comunidad de la gente.* Angl. *Affinitie and communication of one name.* } Cic. *de Arusp.* In ea causa fuit oratoribus de toto stirpis & gentilitatis jure dicendum. ¶ Interdum accipitur pro ipsis gentilibus, hoc est, pro multitudine ipsa vel familiæ, vel gentis, sive nationis alicujus. Plin. *de vir. illuſtrib.* Gentilitas ejus Manlii cognomen ejuravit, ne quis posthæc Capitolinus vocaretur. Idem *in Paneg.* Ex quo intelligi potest, quantæ benignitatis, quanti spiritus fuerit, sparsas, atque (ut ita dicam) laceras gentilitates colligere, atque connectere.

‖ Gentilitus, gentiliter. Tertull.

Genŭbium, idem ac *Geminum*, *intimum.*

Genua, *Genoa*, *Gennes.* V. A. Ligurię caput, emporium nobilissimum ad mare Mediterraneum, Reipublicæ præpotens, aliquando ad Tanaim usque imperii sui fines produxit. ‖

Gĕnŭsus, flavius quem Dyrrachio euntes in Thessaliam invenimus. Lucan. *lib.* 5.

——— *Quàm velocer Genuſus, quàm mollior Apſus*
*Circumnenit ripâ, &c.*

Gĕōdæsĭă, *γεωδαισία.* Terræ dimensio, & scientia earum quæ in sensibilibus sunt corpotibus magnitudinum & figurarum, circa divisionem & compositionem versans.

Gĕōdætēs, *γεωδαίτης*, qui geodesiam novit, terræ divisor, & agrimensor, inquit Badæus.

Gĕōdēs, *γεώδης.* Lapis in concavitate sua terram habens, quemadmodum cretes lapidem: unde & auribus admotus sonitum edit, sed diluriorem quàm cretes. Facultatem habet astringendi & siccandi: unde & ea, quæ claritati oculorum officiunt, purgat. Ex aqua quoque intinctus, mammarum genitalíumque inflationes sedat. Author Dioſc. *lib.* 5.

Gĕōgrăphĭă. { *γεωγραφία.* Gall. *Deſcription de la terre, geographie.* Ital. *Deſcrittione della terra.* Germ. Beschreibung deß erdtreichs. Hisp. *Geografia, traço è dibuxo de la tierra.* Angl. *The deſcription of the earth.* } Dicitur terræ deseriptio. *γῆ* enim, sive *γαῖα*, sive etiam *γᾶ* terram, & *γράφω* scribo significat. Cic. *Attic. lib.* 2. D. geographia dabo operam, ut tibi satisfaciam, sed nihil certi polliceor: magnum opus est, sed tamen ut jubes, conabo ut hujus peregrinationis tibi opus extet.

‖ Geographus, *γεωγράφος*, qui terram describit. ‖

Gĕōmantĭa, *γεωμαντία.* Divinatio ex terra. Inde geomantes, *γεωμάντεις*, qui ex terra divinat.

Gĕōmĕtrēs, & Geometra, terræ mensor, sive divisor. { *γεωμέτρης.* Gall. *Geometre, arpenteur, meſureur de la terre.* Ital. *Miſuratore, ò diviſore della terra.* Germ. Ein mässer vnd außtheiler der erdtreichs. Hisp. *Medidor de la tierra.* Angl. *A meaſurer of landes.* } Cic. 4. *Acad.* Quomodo aut geometres ea cernere potest, quæ aut nulla sunt, aut internosci à falsis non possunt. Idem 4. *Acad.* Geometræ provideant, qui se profitentur non perfundere, sed cogere.

Gĕōmĕtrĭă, æ, terræ dimensio. { *γεωμετρία.* Gall. *Geometrie, l'art de meſurer la terre.* Ital. *Geometria, ſcientia da miſurare la terra.* Germ. Mässung des erdtreichs. Hisp. *Geometria, la arte de medir la tierra.* Angl. *The meaſuring of the land, geometrie.* } Est autem mathematicæ pars, quemadmodum Astrologia, Musica, & Arithmetica, circa formas præcipuè, seu figuras versans. Cicer. 3. *de finib.* Quanquam ea verba, quibus ex instituto veterum utimur pro Latinis, ut ipsa Philosophia, ut Rhetorica, Dialectica, Grammatica, Geometria, Musica: quanquam ea Latinè dici poterant, tamen quoniam usu percepta sunt, nostra ducamus.

Gĕōmĕtrĭcus, a, um, adjectivum: quod ad geometriam spectat. { *γεωμετρικός.* Gall. *Servant à meſurer & arpenter la terre, appartenant à geometrie.* Ital. *Coſa che ſerve à miſurar la tierra.* Germ. Dan zu der mässung deß erdtreichs gehört. Hisp. *Coſa della arte de medir la tierra.* Angl. *That perteineth to the meaſuring of landes.* } Cicer. 2. *Tuſc.* Socrates interrogat quædam geometrica de dimensione quadrati. Idem 2. *de Divin.* Si velim geometricum quiddam, aut physicum, aut dialecticum explicare. Idem 4. *Acad.* Quid si geometricis rationibus non est crediturus, quæ vim afferunt in dicendo, næ ille longè aberit, ut rationibus credat Philosophorum.

Gĕōmĕtrĭcē, orum, *γεωμετρικά, τὰ.* Sunt ipsa de geometria præcepta. Cic. 1. *Tuſc.* Ita faciles interrogationes sunt, ut gradatim respondens eò perveniat, quasi geometrica didicisset.

Gĕōmĕtrĭcē, *γεωμετρικῶς.* Ars tertana, aliúdve quid dimetiendi, quæ & Geometrica dicitur. Plin. *lib.* 35. *cap.* 10. Sed primus in pictura omnibus litteris eruditus, præcipuè Arithmeticè & Geometricè: sine quibus negabat artem percipi posse.

Gēon. { גִּיחוֹן *gîchôn.* *γιών.* } Unus ex quatuor fluminibus, quæ sacra Scriptura ex Paradiso profluere testatur. Josephus eundem esse Nilum credit.

Gĕōrgi, *γεωργοί.* Populi Scythici ab agricultura, cui uni maximè student, nomen sortiti: quibus vicinos Corsitas, Phthirophagos & Kiphaces Mela facit. Constat etiam Tauricam Chersonesum Georgium cognominatam, propter memorabilem in ea frumenti copiam, ut notat Vadianus. Græci enim agriculturam *γεωργίαν*, & agricolas ipsos *γεωργοὺς* appellant.

‖ Georgiani, veteribus Iberi Asiatici, homines Christiani. ‖

Gĕōrgĭcă, orum, *γεωργικά, τὰ*, dicuntur libri tractantes ea, quæ ad agrorum cultum pertinent.

Gĕōrgĭcus, a, um, *γεωργικός.* Quod ad agriculturam spectat: ut Carmen georgicum. Colum. *lib.* 6. *cap.* 5. Sed georgicum carmen affirmat, nullam esse præstantiorem medicinam,

*Quàm ſi quo ferus potuit reſtindere ſummum*
*Vlcera os, &c.*

‖ Georgiopolis, sive Lidda. V. E. sub P. Jerosolymitano. ‖

Gĕōrgonyĭă, *γεωργονία.* Oppidum in altissimo monte in regione Arvernorum: cujus meminit Suet. *in Cæſare.*

Gephyra,

Gephyra, γέφυρα, urbs Bœotiæ. Eosdem & Tanagræos esse aiunt. Steph.
Gephyrote, urbs Libyæ, γεφυρώτη. Steph.
Gĕræă, γεραία. Oppidum mediterraneum Lusitaniæ, apud Ptolem. *lib.* 2. *cap.* 5.
Gĕræstus, γεραιστός. Promontorium Euboeæ insulæ, Atticam spectans, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 12. Ptol. *lib.* 3. *cap.* 15. portum esse ait in Euboea.
Gĕrānēă, γερανία. Laconici agri locus est, teste Plin. *lib.* 5. *c.* 5. Est item Geranea alterius loci nomen inter Megara & Corinthum, teste eodem Plin. *lib.* 4. *cap.* 7. ¶ Fuit præterea ejusdem nominis oppidum in ea parte Traciæ, quam Pygmæorum gens olim creditur tenuisse. Author idem Plin. *lib.* 4. *cap.* 11.
Gĕrānĭŏn. { γεράνιον, Gall. *Esguille à berger, pied de colomb, herbe robert.* Ital. *Rostro di gru.* Germ. Storckenschnabel, tranchenhalß, taubenfuß. Hisp. *Pico de cigueña, pampilles.* } Herbarum duarum nomen est: quarum altera foliis est anemones, divisuris longioribus, radice subrotunda, quum estur, dulci. Hanc officinæ, *Acum Pastoris* appellant. Altera caules habet sesquipedales, tenues & pilosos, folia malvæ, in summis autem alis sursum spectantia gruum capitula cum suis rostris: à quibus etiam nomen accepit. Nam γέρανον Græci gruem appellant. Hanc nostræ ætatis herbarii *Pedem columbinum* nominant.
‖ Geranites, gemma, à collo γερανίου, id est, gruis. Plin. *lib.* 34. *cap.* 11.
Geranium, γεράνιον, herba ita dicta, quòd in summis ejus alis sursum spectantia gruum capitula insunt, cum suis rostris, aut canini dentes. ‖
Gĕrānthæ, arum, γερανθαι. Oppidum Laconicæ regionis: à quo fit gentile Geranthotes, γερανθώτης, ut ex Pausaniæ sententia docet Steph.
Gerasa, γέρασα. Oppidum est in ea parte Syriæ-Cœles, quæ à numero quatuordecim civitatum, πενταπολιτικὴ appellatur. Gentile est Gerasinus, γερασηνός. Steph.
‖ Gerdica, M. sub P. Constantinopolitano. ‖
Gĕrēnĭă, γερήνια. Oppidum agri Messenaici, in quo Nestor Pylius educatus fuit: unde ab Hesiodo Gerenius cognominatur. Hæc Stephanus. Ptolemæo verò Geresiam Laconico agro attribuit.
Gĕrēŏ, os, γήρεω. Vicus est in Lesbo insula, ita dictus à Gerene Neptuni filio. Strab. *lib.* 8. ejusdem nominis oppidum in agro Messenaico collocat: quod idem esse opinamur cum eo, quod alia inflexione Gerenia appellatur.
‖ Gerentium, V. olim E. Calabriæ, teste Barrio. ‖
Gĕrgis, ithos: vel Gergithos, ithi, γέργις, ὁ γέργιθος, Stephan. Oppidum Troadis, sive (ut Plin. placet) Æolidis, à quo Sibyllarum una Gergithia cognominata est.
Gergovia, sive Gergobia. { Gall. *Clermont, ville capitale de l' Auvergne, province de France.* } Cæsar *lib.* 3. *de bell. civ.* Et Sueton. *in Cæs. cap.* 28. Et in Gallia, inquit, ad Gergoviam legione fusa.
Germa, A. xxviii. sub P. Constantinopolitano: in Leonis Imp. dispositione. ‖
Germalum, locus Romæ fuit, cui nomen à Germanis fratribus Romulo & Remo inditum, quòd hic ad ficum ruminalem, ad quam hyberna aqua Tiberis eos in alveo expositos detulerat, inventi dicuntur. Hic postea palatio conjunctus nomen amisisse videtur. Varro *lib.* 4. *de ling. Lat.*
Gĕrmānĭcēă, γερμανίκεια. Oppidum Euphratesiæ, quod à Quadrato *lib.* 3 Rerum Parthicarum in Parthis numeratur.
Gĕrmānĭă, æ. { γερμανία, Ital. *Alemagna.* Hisp. *Germania, tierra Todesca.* Germ. Das Teutschland. } Regio quæ à Gallis, Rhætis, ac Pannonia, Rheno & Danubio fluminibus à Sarmatis, Dacisque metu mutuo ac montibus separatur: cætera ambit Oceanus, latos sinus, & insularum immensa spatia complectens. Rhenus, Rhætiarum Alpium inaccesso & præcipiti vertice ortus, modico flexu in Occidentem versùs Septentrionali Oceano miscetur. Danubius molli & clementer edito montis Arnobæ jugo effusus, plures populos adit, tandémque in Ponticum mare sex meatibus erumpit, septimum os paludibus hauriens. Germani ipsi indigenæ existimantur: quoniam non est verisimile aliquos Asia, aut Africa, aut Italia relicta, Germaniam petiisse antiquis temporibus infotmem tectis, asperam cœlo, tristem cultu, aspectúque, neque cuiquam, nisi cui patria erat, magnopere expetendam. Hinc Cæsar *lib.* 8. *de bell. Gall.* Cultu & feritate non multùm à Germanis differebant, inquit. Idem Cæs. *de iisdem.* Gens cui insita feritas. Et Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

*Iam fera Cæsaribus Germania, totus ut orbis,*
*Victa potest flexo succubuisse genu.*

Hi antea Teutones appellabantur à Teutono deo eorum, quem terrâ ortum exitimabant: sive à Teutono oppido, cujus adhuc tenues supersunt reliquiæ, etiam hodie nomen servantes. Germaniæ vocabulum, ut author Strab. *lib.* 7. à Romanis primùm inventum est: quoniam quum primùm Rhenum devictis Gallis transgressi fuissent, videntes eos & feritate animorum, & proceritate corporum, & colore flavo, forma præterea, & moribus, & vivendi ritu Gallis simillimos, Germanos eos, hoc est, fratres Gallorum existimaverunt. Sunt qui Germanos inde dictos putent, quòd peculiari ejus regionis ritu, se mutuò sua lingua germanos, hoc est, fratres consaluteat. Studiti tamen inter Germanos hujus vocis etymologiam ex sua lingua petunt. Illi enim Gar, sive Ger, totum dicunt, & Man virum, quasi planè virum. Quibus ut facilius accedam, facit Alemani vocabulum, quod apud inferiores Germanos idem sonat, quod Germanus apud superiores. Illi enim pro eo quod est totum, dicunt Al, quod in superiori Germania Gar, vel Ger, dici ostendimus. ¶ Germani custodes corporum Imperat. Suet. *in Galb. cap.* 12.
Gĕrmānĭcŭs, adject. sicut ab Hispano Hispanicus, ab Italo Italicus. Unde Germanici dicti Imperatores aliquot à devictis Germanis.
Germanicus, C. Cæsaris Caligulæ pater. Drusi & junioris Antoniæ filius, à Tiberio patruo adoptatus, missus ad exercitum in Germaniam, excessu Augusti nuntiato, legiones universas Imperatorem Tiberium pertinacissimè recusantes, & sibi summam Reip. deferentes, incertum constantiâ, an pietate majore compescuit: atque hoste mox devicto triumphavit. Suet. *in Calig. cap.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.
Gĕrmānĭcēlănus, aliud adjectivum, quo aliquoties usus est Sueton. ut *in Vespasiano*: Neque enim, inquit, deteriores esse, aut Hispanicos exercitus qui Galbam, aut Germaniciano qui Vitellium Imperatorem fecissent. Idem *in Tiber.* Flagitabant ambo exercitus multa extra ordinem, ante omnia, ut æquarentur stipendio Prætoriani Germanicianis. Quibus in locis Germaniciani dicuntur, non qui ex Germania erant oriundi, sed qui in Germania militabant, seu quibus præerat Germanicus.
Gĕrmānus. Vide *Germen.*
‖ Germanicea, sive Germanicia, aliàs Carmania. M. sub P. Constantinopolitano.
Germanicea, *Mercex* Leonardo E. Sidoniensi. A. sub P. Antiocheno.
Germanicopolis, V. E. sub M. Seleuciensi, Turno & Leoni Imp. nota. ‖
Germata, γέρματα, populi Celticæ, qui diem non vident. Steph.
Gĕrmē, γέρμη. Oppidum est ad Hellespontum, non procul à Cyzico. Steph.
Gĕrmĕn, ĭnis, à geno, antiquo, i. genero. Dicitur quod ex arborum oculis nascitur: surculus scil. pragnans, à generando dictus, quòd sit generationis principium. { נסך *tsemách.* βλάστη. Gall. *Germe & semence des arbres, bouton, surgeon, scion.* Ital. *Germe.* Germ. Ein zweig, ein schoß. Hisp. *Renuevo de la planta.* Angl. *A branche or young spring of a tree or herbe.* } Plin. *lib.* 10. *cap.* 29. Dentatæ sic frondium germine. Idem *lib.* 7. *cap.* 15. Sed nihil facilè reperitur mulierum prosluvio magis monstrificum: accescunt superventu musta, sterilescunt tectæ fruges, moriuntur insita, exuruntur hortorum germina: & fructus arborum, quibus insidere, decidunt: speculorum fulgor aspectu ipso hebetatur, &c. Virg. 2. *Georg.*

——— *huc aliena ex arbore germen*
*Includunt.*

Gĕrmĭno, āre: Pullulo, & germen emitto. { צמח *tsamách,* נצן *benits,* פרח *parách.* βλαστάνω, βλάστω. Gall. *Germer, jetter, ou leurgetter.* Ital. *Germogliare, pullulare.* Germ. Herfürsprossen/ wachsen. Hisp. *Brotar y echar renuevos los arboles.* Angl. *To spring, to branch out, to burgen.* } Plin. *lib.* 13. *cap.* 4. Fœmina citra florem germinat tantùm spinæ modo. Quintil. Omnia velut germinant initio adolescentiæ. ¶ Hujus composita sunt, Congermino, quod est coagmento, consocio, conjungo. Varr. *lib.* 3. *rerum human.* Postea cum his unam Remp. conjuncti ac congerminati tenere. Egermino ἐκβλαστάνω, germen foras emitto. Col. *lib.* 5. Nam plurimùm interest, non esse longum sarmentum quod inseratur, & rursus plures oculos, quibus egerminet inesse. Progermino, in germina excresco. Idem *i. idem.* Ut & radices deorsum agat, nec ex propinquo negligenter in summa terra resecta progerminet.
Gĕrmĭnātĭo: Pullulatio. { נצוץ *nitsáh.* βλάστησις. Gall. *Germement, quand les arbres, ou herbes jettent leur germe.* Ital. *Germinatione, quando germinan li alberi.* Germ. Ein sprossung/ ein herfürschiessung. Hisp. *Obra de brotar ò echar renuevos los arboles.* Angl. *A springing or shoothing of branches.* } Plin. *lib.* 16. *cap.* 25. Alia protinus, ut animalia: tardiùs aliqua & diutiùs gravida partus gerunt: quod germinatio ideò vocatur. Colum. *lib.* 4. *cap.* 24. Propter quod palmes, quem mox in germinatione citaverit, imbecillis ac minùs fructuosus erit.
Gĕrmĭnātus, us. { Angl. *A shoothing out of branches.* } Plin. *lib.* 15. *cap.* 8. Oleam si capta depaverit, primo germinatu stetile fecere, author est Varro.
Gĕrmĭnasco, is, germen emitto. { פרח *parách.* βλαστάνω. Gall. *Germer, bourjonner.* Ital. *Germogliare.* Germ. Herfürsprossen/ wachsen. Hisp. *Brotar y echar renuevos los arboles.* Angl. *To spring or shoote out branches.* } à quo fit compositum Congermino, simul pullulo, συμβλαστάνω, & per translationem coalesco, conjungor. Quadrigarius: Facite exempla rerum, ut eum illis congerminascere sciatur.
‖ Germanus, gentile nomen, qui est è Germania. ‖
Gĕrmānŭs, a, um. { πκ *ach. ἰσογάστριος, ὁμογάστωρ, ὁμογάστριος.* Gall. *Frere germain, engendré de mesme germe.* Ital. *Fratello germano, generato del medesimo germe.* Germ. Von einen eltern/ oder eines geschlechts. Hisp. *Hermano de padre y de madre, engendrado de misma simiente.* Angl. *Come of the same stock.* } Iisdem parentibus natus: quod nomen à germine deductum putat Festus. Germen (inquit) est quod ex arborum surculis nascitur: unde & Germani, quasi eadem stirpe nati. Hinc Germani fratres, αὐτογενεῖς, dicuntur qui patre eodem eadémque matre editi sunt. Ita Plutarch. *in Romulo*, quemadmodum Uterini dicuntur qui ex eodem utero prodierunt, qui scilicet matre eadem, diversis autem patribus sunt procreati. Terentius *in Andr.* Si te in germani fratris dilexi loco. Aliquando sine fratre ponitur. Idem *in Adelphis*, O mi Æschine, ô mi germane ah vereor coràm in ore te laudare amplius. *Ibid.* Nunc tu mihi es germanus paritèr corpore & animo. Cic. 2. *de finib.* Et L. Cicero frater noster cognatione patruelis, amore germanus. ¶ Ponitur aliquando pro Similis. Idem 4. *Acad.* Erat quidem, si perpauca mutavisset, germanissimus Stoïcis, id est, similimus. Idem *in Oratore*, Quum mutila quædam & hiantia loquuti sunt, vel quæ sine magistro facere potuerunt, germanos se putant esse Thucydidis. Plaut. *Men. act.* 4. *s.* 5. Mi gemine germane frater, salve. *Ibid.* Spes mihi est vos inventutos fratres germanos duos geminos, una matre, uno patre, uno die natos. *Ibid. sc.* 1. *a.* 4. Fratrem geminum germanum quæsitum venimus. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 5. Intus eccum fratrem germanum tuum. ¶ Accipitur item germanus, pro vero, & sincero, hoc est, non furato, & non adulterato: quod Græci γνήσιον dicunt. { Angl. *Right and very true, not counterfayte.* } ut, Germana justitia. Cicer. 3. *Offic.* Sed nos veri juris, germanæque justitiæ solidam & expressam effigiem nullam tenemus. ¶ Germana patria. Idem 2. *de Legibus*, Quia si verum dicimus, hæc est mea & hujus fratris mei germana patria: hic enim orti stirpe antiquissima sumus. Germanum nomen. Plaut. *in Capt. sc.* 2. *a.* 2. Nam ille Theodromedes fuit germano nomine. Germanæ gentes. Idem *in Pœn.* Nam tuæ blanditiæ mihi sunt, quod dici solet, Gentes germanæ, atque ædepol, γένη αἰχμητικά. ¶ Fœminino hujus nominis est germana, αὐτογενεῖα. Virg. *lib.* 4. *Æneid.*

*Invenî germana viam, gratare fateri.*

Germana soror. Cicer. 1. *de Div.* Clodius cum sorore germana nefa-

tium stuprum fecit. Plaut. *Milit. sc.2. a.2.& sc.4. a.2.* Sororem germinam germanam alteram adveniſſe Philocomaſio. Idem *Moſt. sc.1. a.1.* Germana illuvies, rus, pecus, hara ſuis.

Gĕrmānè, adverb. hoc eſt, ſyncerè, & in modum germani fratris. {בְּאַחִים *beemith.* ἀδελφικῶς, *ἀδελφικῶς, ἀμφίλως, ἀμφίλως.* GALL. *Fraternellement, en frere germain.* ITAL. *Sinceramente, da fratello.* GERM. Brüderlich / freundlich. HISP. *Muy limpia y enteramente.* ANGL. *Brotherlie, upryghtlie.*} Cic. *ad Quint. frat. lib.2.* De quo petis, ut ad te nihil occultans, nihil diſſimulans, nihil indulgens, germanè, franěque referibam, &c.

Gĕrmānĭtās, atis. Eſt conjunctio, & vinculum quoddam neceſſitudinis, quale ſolet eſſe inter fratres. { אַחְוָה *achavâh.* ἀδελφότης, φιλαδελφία. GALL. *Parenté entre freres germains, fraternité.* ITAL. *Fratellanza, parentato.* GERM. Ein rechter freundſchafft / als zwiſchen natürlichen brüdern. HISP. *Hermandad.* ANGL. *Brotherhood by the ſame father and mother.* } Cicero *pro Ligario.* Si fraternè, ſi piè, ſi cum dolore faciunt, move-at te horum lacrymæ, moveat pietas, moveat germanitas, valeat illa vox quæ vicit. Liv.37. Argis & illos, ſicut ſeſe, otiundos eſſe, ab ea germanitate fraternam ſibi cum iis charitatem eſſe. Plin. *lib.6.cap.1.* Unde nomen ambobus, & tanquam in diſſociatione germanitas concors.

Gĕrmānĭtŭs, adverb. hoc eſt, germanè, fideliter: dictum à germanitate. { ANGL. *As a verie brother.* } Pompon. Ut ſi quis eſt amico amicus, gaudet ſi quid evenit boni, cui amicus eſt germanitùs.

‖ Germania, orum. A. ſub P. Conſtantinopolitano. ‖

Gĕro, is, geſſi, geſtum, à *αἴρω.* Hinc geſto. Propriè ſignificat porto. { נָשָׂא *naſa.* αἴρω. GALL. *Porter.* ITAL. *Portare.* GERM. Tragen. HISP. *Traer.* ANGL. *To do or exercise, to beare or behave.* } Virg.7. *Æneid.*

*Bella manu lethúmque gero.*

Plaut. *Pſeud. ſc.7. a.4.* Scias poſſe cum gerere craſſas compedes. ¶ Interdum eſt habere. { ἔχω. GALL. *Avoir.* ITAL. *Havere.* GERM. Haben. HISP. *Aver.* } Virg. *lib.1.*

——— *Et nos aliquod nomenque decúſque*
*Geſſimus.*

Nihil muliebre præter corpus gerens Fulvia. Velleius. Ovid.13. *Metam.*

*Tu vires fruc mente gerú.*

¶ Item gerere animos. Liv. *lib.3. dec.4.* Et Plaut. *Pſeud. ſc.5. a.1.* Inſipientia eſt iram in promptu gerere. Idem *Aſin. ſc.1. a.2.* Qui ad heri fraudationem callidum ingenium gerunt. ¶ Rem gerere, pro dimicare. Idem *Amphitr.* Nec decedit loco, quin ſtatim rem gerat. Idem *Capt. ſc.3.a.1.* Cave fidem fluxam geras. ¶ Interdum facere. { עָשָׂה *aſáh.* ποιῶ. GALL. *Faire.* ITAL. *Fare.* GERM. Thun / verrichten. HISP. *Hazer.* } Virg. *lib.9.*

——— *nec tecum talia geſſi,*
*Magnanimum Æneam. & fata extrema ſequuntur.*

Plaut. *Pſeud. ſc.1.a.1.* Tace, atque hanc rem gere (id eſt, hoc age.) Idem *Menach. ſc.4.a.5.* Obſervatum quam rem geras. *Ibid. ſc.2.a.5.* Quid ille faciat, quò eat, quid rerum gerat. Idem *Milit. ſc.6. a.2.* Scio quam rem gerat (i. quid in me moliatur.) Idem *Pſeud. ſc.1.a.1. & ſc.2.a.4.& ſc.6.a.4.* Videſis quam tu rem geras (id eſt, facias.) Idem *Aul. ſc.1. a.5.* Scio quam rem geras. Et, quam rem geram. *Ibidem* (id eſt, quid agam.) Idem *ſc.4. a.2.* Timeo quid rerum geſſerim. Idem *Aſin. ſc.2. a.5.* Occupemus ex inſidiis quam rem gerant: id eſt, quid agant. Idem *Aul. ſc.1. a.1.* Ne me obſervare poſſis quid rerum geram. Iterum *ibid. ſc.2. a.1.* Rogitant me ut valeam, quid rerum geram (id eſt, quid agam.) Idem *Capt. ſc.2. a.2.* Eſt Deus, qui omnia quæ gerimus vid.t (i. facimus.) ¶ Pauper per me tam rem malè gerit (id eſt, ſuis commodis malè conſulit.) Idem *Aul. ſc.4.a.1.* Item *Capt. ſc.1. a.3.* Quid eſt ſuavius quàm benè rem gerere bono publico (id eſt, ſuo commodo & publico ſervire.) ¶ Sciviextemplò rem de compacto geri. Mox, Compacto rem agunt. Idem *ibid. ſc.1. a.4.* ¶ Quibus res publica & privata geritur, iis non crederem? (de Tabellis.) Idem *Curc. ſc.3 a.4.* ¶ Metaphor. Rem gerere & operibus & cuniculis. Quintil. Plaut. *Amphitr.* ut ſcires rem ut geſtiſſem publicam. ¶ Interdum adminiſtro. λειτουργῶ, λειτουργίαν, λειτουργίζω. Cic. *in Catone.* Qui amplißimum magiſtratum gerunt. Plaut. *Capt. ſc.3. a.2.* Erga hunc rem geras fideliter. Item Cæſ. *lib.1. de bell. civ.* Gerere Reipub. felicißimè. Hinc dicuntur geſta, & geſtæ res, πράξεις. ¶ Cum accuſativo reciproco ſignificat vivere, aut hoc, aut illo modo ſe habere: ut, Moderatè ſe gerere. μετρίως ἑαυτὸν φέρειν. Cicer. *de Amic.* Qui ita ſe gerunt, ita vivunt, ut eorum probetur fides, integritas, æqualitas, liberalitas. ¶ Gerere cenſuram, id eſt, fungi cenſura. Plin. *lib.17.cap.1.* Conſulem gerere. Saluſt. *in Iugurtha*, Formam alterius gerere. Plaut. *in Prol. Amphitr.* Honores gerere. Plin. *in Epiſt.* Ingenium callidum gerere. Plaut. *in Aſin.* Gerere inimicitias. Livius 10. *bell. Maced.* Iras gerere. Plaut. *in Pœn. &c.* ¶ Morem gerere, id eſt, obedire, obtemperare. Cicer.1.*Tuſc.* Geram tibi morem, & ea quæ vis, ut potero explicabo. Morem gerere animo. Plaut. *Amphitr.* Paret nunc mius ſuo morem animo gerit. Partum gerere, idem quod Uterum gerere, & gravinam eſſe. Plin. *lib.7.cap.5.* Cæteris animantibus ſtatum & pariendi & partus gerendi tempus eſt. ¶ Res alias gerere, pro non attendere ad ea quæ dicuntur. Plaut. *Giſtell.* Mi homo obſecro alias res geris. ¶ Rempub. gerere, id eſt, adminiſtrare & præeſſe Reipub. gerendæ. Idem *in Amph.* & Cicer. *pro Roſc.* ¶ Saluſt. *Iugurth.* 3. Me, vóſque in omnibus rebus juxtà gerun. ¶ Hujus compoſita ſunt, Aggero, congero, digero, de quibus locis ſuis. ¶ Egero, effero, ἐκφέρω. Lact. *lib.1.* Qui ſimum ſtabulo, quàm qui vitia de corde egerit. Colum. *lib.2.* Avium primum habetur ſtercus, quod ex columbariis egeritur. ¶ Quandoque pro evomo, vel ventrem exonero, ponitur, ἀφοδεύω, ἐκκενόω. ¶ Ingero, vide alibi. ¶ Oggero, intendo, ſeu adjicio: ut, Oggerere oculum, alicui rei adjicere, ſeu intentum habere, ἐπέχω. Plaut. *in Trucul.* Quando intrò advenient, unus eorum aliquis oculum amicè oggerit, dum illi agant. Progero, ultra, ſeu foras gero: προφέρω. Col. *lib.1.* Ideóque periti ruſtici, quicquid ovilibus, ſtabuliſque converſum progeſſerunt, ſuperpoſitis virgis tegunt, nec treſcere Solis incurſu patiuntur. Regero, ſcripris mandato, quod legendo, aut audiendo didicerim, ἀναγράφω. Quint. *lib.2. cap.8.* Sunt enim velut res regeſtæ in hos commentarios, quos puer deduxerat ſchola. Unde regeſta dicuntur, quæ jam in tabulas, aut etiam in libros tedacta ſunt, τὰ ἀπομνημονευόμενα, τὰ ὑπομνήματα. Non inc, rè etiam, teſte Budæo, Regeſta dici poſſunt, quæ vulgò *Regiſtra* dicuntur. ¶ Aliquando Regero idem eſt, quod refero, reddo, rejicio, ἀναδίδωμι. Plin. *lib.2, cap.9.* In coitu quidem non cerni: quoniam hauſtum omnem lucis averſa illò regerat, unde acceperit. Sic regerere crapulam, dixit Apuleius, pro evomere. Regeſta (inquit) crapula veſtem inquinaverat. Inde regeſtus participium: ut, Terra regeſta, hoc eſt, eódem relata unde fuerat egeſta. Ovid. 12.*Metam.*

——— *foſſa recondit, hominumque*
*Effodit, & domini quales contexerat aures.*
*Voce refert parva, terræque immurmurat hauſtæ.*
*Iudicium quæque ſua vocis tellure reclaſa*
*Obvenit, & ſeroum tacitis diſcedit operiis.*

¶ Suggero, & Suggeſtus, vide ſuis locis. Sunt & alia compoſita, ut armiger, belliger, manuger, & multa hujuſmodi, quæ omnia habent penultimam ſyllabam correptam.

Gĕrens, participium, conjungitur à Cicerone eleganter cum genitivo Negotii, *pro Quint.* Aliquis locuples & ſui negotii bene gerens. *Pro Sext.* Sunt ruſtici, municipalésque Romani ſui negotii gerentes.

Gĕſtus, a, um: participium à gero. { נָשָׂא *naſaſeh.* πραγματευόμενος. GALL. *Fait, porté.* ITAL. *Fatto, portato.* GERM. Getragen / gehandelt / getragen. HISP. *Hecho, traido.* ANGL. *Done, borne.* } Plaut. *in Trin.* Nihil evenit, ne time, re bene geſta ſalvus redeo. Idem *Pſeud. ſc.7. a.4.* Ita res geſta eſt (i. ita malè rem geſſi.) Idem *Men. ſc.2. a.3.* Omnem rem uxori, ut geſta, eloquar. Et Ovid. *lib.13. Metam.*

——— *Nil geſtum ab Ulyſſe.*

Gell. *cap.27. lib.5.* proximo prælio rem malè geſtam eſſe. *Ibid. c.18.* Per ſingulos dies res geſtæ ſcribuntur. Valer. *in prolog.* Omnia rerum geſta comprehendere. Cic. *pro Murena.* Geſtus eſt mos & voluntas & dignitas tua. Idem *ad Attic.* Geſtus mos uticque.

Gĕſtŭs, us: eſt compoſitio corporis & habitus quem in pronunciando & dicendo obſervamus. { מַחֲוֶה *minhagh.* σχῆμα, κίνημα. GALL. *Geſte, contenance, maintien, mine.* ITAL. *Geſto, atto, fatto.* GERM. Weis vnnd gebärd die einer fürt. HISP. *Geſto ò viſage de la cara.* ANGL. *Demeanure, behavior.* } Geſtio verò eſt adminiſtratio & actio, quamvis parum in uſu ſit, inquit Valla *lib.4.* Cicer.1. *de nat. deor.* In corporum etiam motione atque geſtu multa cernunt ſubtiliùs. Idem 4. *Acad.* Et hoc quidem Zeno geſtu conficiebat. Geſtum facere: bis apud Quintil.

Gĕſtŭlo, pro Geſtio. Ulp. *l.14. ff. de relig.* Licèt ex hoc ipſo neque pro hærede geritio, neque adtio præſumitur.

Geſſix, divitiæ. Lege Gala. Gloſſ. Iſid.

Gĕſtŭōsŭs, a, um: qui multùm geſtit. { πολυκίνητος, πολυκινησίας. GALL. *Qui fait beaucoup de geſtes ou de mines.* ITAL. *Geſtuoſo, che ha gran gratia ne geſti.* GERM. Zierliche geberd ſürend oder treibend. HISP. *El que haze veſtos y viſajes con gratia.* ANGL. *That hath deme many thinges.* } Gell. *lib.1. cap.5.* Geſtuoſas Hortenſii manus, & argutas.

Gĕſtio, nis, Cutatio & adminiſtratio. { διοίκησις. GALL. *Adminiſtration.* ITAL. *Adminiſtratione.* GERM. Ein handlung / verwaltung. HISP. *Adminiſtracion.* ANGL. *The doing of anything.* } Cic.2. *de invent.* Negotiis autem quæ ſunt attributa, partim ſunt continentia cum ipſo negotio, partim in negotii geſtione conſiderantur, partim adjuncta negotio ſunt, partim geſtum negotium conſequuntur.

Gĕrŭlus, ii, puer, fortaſſis à gerendo dictus, quòd gereret. Lucil.

——— *Curate domi ſint.*
*Gerdum, ancillæ, pueri, ξυναρίν', textor.*

Ex Nonio.

Gĕſtio, is, ivi, & ii. Propriè eſt lætitiam animi, aut alium affectum geſtibus corporis exprimo. { עָלַז *halâz*, עָלִיז *haliz*, עָלַס *halás*, γαυριάω. GALL. *Sauter de joye, & ſe réjoüir, faire feſte.* ITAL. *Godere, allegrarſi, farſeſta.* GERM. Vor freuden außfrendige geberd oder werck treiben. HISP. *Alegrarſe, hazer geſtos cobdiciando à alcançando alguna coſa.* ANGL. *To ſhew glaydneſſe by outward ſignes.* } Cicer. *lib.2. de finibus.* Quorum alter lætitia geſtit, alter dolore cruciatur. Idem *lib.1. Offic.* Aut voluptate nimia geſtiunt: quorum omnium vultus, voces, motus, ſtatúſque mutantur. Plaut. *Men. ſc.1.a.1.* Quæ miſera (machæra) geſtit factum facere ex hoſtibus. ¶ Interdum etiam geſtire, eſt vehementer cupere, & geſtibus cupiditatem præ ſe ferre: ἐρῶ, σπουδάζω. Terent. *in Phormione*, Egóne illi non ſuccenſeam? ipſum geſtio dari mihi in conſpectum, nunc ſua ut ſciat culpa lenem patrem illum, factum me eſſe acerrimum. Sic Plaut. *in Amphitr.* Geſtiunt pugni, hoc eſt, cupiunt verberare. Perſius *Satyr.1.*

*Non hic qui in crepida Graiorum ludere geſtit.*

Plaut. *Aſin. ſc.1. a.4. & Pſeud. ſc.1. a.1. & ſc.6.a.4.* Illam moveri geſtio (id eſt, percupio.) Cic. *pro Marcell.* Parietes, medius fidius (ut mihi videtur) hujus curiæ gratias agere geſtiunt. ¶ Pro prurire. Plaut. *Aſin. ſc.2.a.2.* Mirabar quod ſcapula geſtiebant mihi (id eſt, pruriebant.) ¶ Pro geſticulari. Gell. *cap.13. lib.11.* Ad facienda ridicula hiſtriones imitantur & geſtiunt (ſup. homines.) Hujus compoſitum eſt Præ-geſtio, de quo ſuo loco.

Gĕſtiens, participium, exultans, lætans. { עָלַז *halâz*, עָלִיז *haliz*, γαυριάων, ἱσταμένη. GALL. *Sautant & declarant par geſtes & mines l'affection qu'il a, ſautant de joye.* ITAL. *Chi ſalta di allegrezza.* GERM. Sich fremend / vor freuden etwas gebärd treibend. HISP. *El que ſalta de alegria haziendo geſtos.* ANGL. *A reyoyſing, declaring by geſtes hiſmeaning.* } Cicer. 5. *Tuſcul.* Elatus animi lætitia, exultans & temerè geſtiens. Idem 1. *de nat. deor.* Deinde hæc cohortamur, hac conſolamur afflictos, hac deducimus perterritos à timore, hac geſtientes comprimimus: de eloquentia loquitur.

Gĕſticŭlor, aris: geſtum ago. { ἐκφέρω, χειρονομέω. GALL. *Faire contenance*

*Contenance, faire mines, faire mensque, gesticuler.* ITAL. *Attegiare, giocolare.* GERM. Etwas bossen oder gebärd treiben. HISP. *Hazer gestos.* ANGL. *To mak gestu.* } Unde Gesticulari carmina, dixit Suet. *in Nerone*, pro ad numeros carminis saltare, & modulis corpus adaptare. Super abundantissimam (inquit) cœnam jocularis in defectionis duces carmina, lasciviéque modulata, quæ vulgò innotuerunt, etiam gesticulatus est.

Gēsticŭlātŏr, is, verbale, qui corporis gestu populum oblectat. { μίμος, ὀρχηστής. GALL. *Jeuneur de mensque ou de farces, faiseur ou representateur de contenances & mines.* ITAL. *Chi giuoca di mano, ò vero di persona.* GERM. Ein bossenreisser / gaukler. HISP. *Hazedor de aquellos gestos.* ANGL. *A poppet player.* { Columell. *in Præfat. lib.* 1. Nec minus corporis gesticulatorem scrupulosissimæ requirant saltationis, ac muliebris artis studiosi.

Gēsticŭlātio, is. Est ipsa saltatio, seu gesticulandi actus. { ὀρχηστική, μίμησις. GALL. *Jeu de soupplesse, representation de contenances & mines.* ITAL. *D'attegiare, giocolare.* GERM. Bossenräbung, von gauklern. HISP. *Aquella obra de hazer gestos.* ANGL. *Poppet, playing gesting.* } Valerius Maximus, & Suet. *in Tiber. cap.* 68. Mollis gesticulatio digitorum.

Gēsticŭlātrix, icis: mima, gesticulatrix, quæ scilicet corporis gesticulatione populum oblectat. { ὀρχήστρια, χαριεστική, ἡ. GALL. *Jeuneuse de mensque.* ITAL. *Donna che giuoca di mano ò vero di persona* GERM. Ein bossenräberin / ein frawe die ein gauckelspiel hat. HISP. *Hazedora de aquellos gestos.* ANGL. *She that playeth the poppet.* } Gell. *lib.* 1. *cap.* 5. Non jam histrionem eum esse diceret, sed gesticulatiam, Dionysiámque eum notissimæ saltatriculæ nomine appellarit.

‖ Gesticuli, digitorum gestus in supputandis more prisco. Tertull.

Gestiuncula, res minuta. Gl. Isid. parva gestio.‖

Gĕrŭlus, i, qui fert aliquod onus: & pro bajulo accipitur. { סבל *sabbâl.* ὑποζύγιον. GALL. *Portenr, portefaix, gagnedenier.* ITAL. *Facchino, portatore.* GERM. Ein träger. HISP. *El ganapan que lleva cargas.* ANGL. *A bearer of any mater or thing, a portar.* } Bajulum autem dicimus, qui mercedis gratiâ onera ferre consuevit. Suet. *in Calig.* Ex gerulorum diurnis quæstibus pars octava exigebatur. Hinc Nugigerulus, nugarum apportator. Et Munigerulus, Damnigerulus, Plagigerulus, Salutigerulus, apud Plautum *Mostell.* & ubique. Idem *in Bacchid.* Non dabis, si sapies: verùm si das maximè, nx ille alium gerulum quærat, si sapiet, sibi: Nam ego non laturus sum.

‖ Gerula, nutrix, portatrix. Tertull.‖

Gĕstŏr, is, verbale: qui gerit, sive portat. { נשא *nosé*, נשיא *netiil.* φορεύς. GALL. *Portenr, rapporteur.* ITAL. *Chi porta, portatore.* GERM. Ein träger. HISP. *Llevador.* ANGL. *He that beareth.* } Plaut. *Pfond.* Homines qui gestant, quique auscultant crimina, si meo arbitratu liceat, omnes pendeant. Gestores linguis, auditores auribus. Plin. *epist. lib.* 8. *Caninis*, Delphinus gestor, collusórque puerorum.

Gĕrundium, sine verbum sit (ut quibusdam videtur,) sive participium, sive (ut alii malunt,) nomen ex participio, caret numeris & personis, & sub una voce activam & passivam significationem gerit. Unde à gerenda duplici significatione, quidam gerundia dicta esse existimant. Gerundia ante se nullum habent casum, post se casum habent verbi activi: nam in passiva significatione nullum habent. ¶ Habet autem gerundium quatuor omnino casus, nominativum, genitivum, accusativum, & ablativum. De Nominativo exemplum est apud Virg. 12. *Æneid.*

——— *Pacem Trojano à rege petendum.*

Genitivus jungitur nominibus substantivis in utraque significatione. Virg. *Eclog.*

*Et qua tanta fuit Romam tibi causa videndi?*

In passiva significatione Gerundium nullum habet post se casum: ut non dicimus, Urbs est in periculo capiendi ab hostibus. ¶ Inveniuntur aliquando gerundia genitivi casus passivè accepta, sed absque casu, ut apud Justinum Trogi abbreviatorem, *lib.* 17. Athenis eruditendi gratia missus, quantò doctior majoribus suis, tantò & gratior populo fuit. ¶ Dativi casus gerundia nulla sunt, nisi fortassis solvendo & inficiando, quæ aliqui volunt esse nominativa adjectiva indeclinabilia, alii gerundia dativi casus. Cicer. *in Orat.* Quum est inficiando reus, duo prima sunt. Solvendo exigit dativum, licèt non semper apponatur. Quintil. Pauperi solvendo non sumus. Cic. *Lentulo.* Civitatum principes ad me detulerunt sumptus decerni legatis nimis magnos, solvendo civitates non esse. Interdum etiam habet adjunctum genitivum. Quint. Maximi tamen vitiorum, & quibus artis suæ solvendo non sit humanitas. ¶ Accusativus gerundii jungitur verbis significantibus motum ad locum; & hoc cum præpositione Ad, aut etiam aliis verbis cum præpositione Inter, & aliquando etiam cum præpositione Ante. Virg. *in Bucolicis,*

——— *inter eundum*
*Occurrere capro (cornu ferit ille) cavetto.*

Idem 3. *Georg.*

——— *ante domandum*
*Ingentes tollens animos.*

¶ Ablativus tribus modis accipitur. Primò sine regimine: ut, Legendo disco: Currendo cecidi. Et ponitur activè & passivè. Activè. Virg. 3. *Æneid.*

*Cantando tu illum?*

Passivè: idem,

*Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.*

Idem,

——— *Alitur vitium, vivitque tegendo:* i. dum cantatur, & dum tegitur.

Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Vapulando & somno pereo. Secundò cum præpositione de, ex, à, ab, cum, vel in. Cicero, Ex quo ardescit sive amor, sive amicitia: utrumque enim dictum ab amando. Idem, In defendendo major labor est, quàm in accusando. Quintil. Quum præcipere de aptè loquendo cœperimus. Tertiò, cum verbis significantibus motum de loco: ut, Venio ab arando, Redeo à spectando: licèt magis usurpemus ab aratione & à spectaculo. Sed hæc non magnopere pertinent ad præsens argumentum: quandoquidem dictionum significationes, non syntaxin, docendas suscepimus.

Gerundia à Grammaticis appellantur nomina adjectiva, quæ fiunt à gerundiis, ut à legendi, o, um, fit legendus, a, um.

Gĕsto, as: Sæpè, vel quasi perpetuò gero. { נשא *nasá*, נטיל *natál*, משא *samás.* αἴρειν, φέρειν. GALL. *Porter.* ITAL. *Portar.* GERM. Offt oder stätz tragen. HISP. *Traer, llevar.* ANGL. *To beare of ten.* } Plaut. *in Curcul.* Rogita istum unde habeat annulum. P. Pater istum meus gestavit. Idem *in Sticho.* Nam me illa alvo menses gestavit decem. Plin. *lib.* 28. *cap.* 10. *de elephantis*, Decem annis gestare in utero vulgus existimat. Terent. *in Adelph.* Quem ego modò puerum tantillum in manibus gestavi meis. Ovid. 15. *Metam.*

——— *frustrà Telamone creatus,*
*Gestasset lava taurorum tergora septem.*

Plaut. *Amph.* Hæc sola sanam mentem gestat meorum familiarium. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Pater istum (anulum) gestavit. Idem *Pfond. sc.* 1. *a.* 1. Gestat tabellas tecum, eas lacrymis lavet. *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. Homines qui gestant, quique auscultant crimina (i. qui deferunt & spargunt, sive annunciant.) Suet. *in Galba, cap.* 8. Ad gestandum iter ingredi (i. delectationis causa.)

Gĕstātus, participi. { משא *samas.* ἀναχθείς, φερόμενος. GALL. *Porté.* ITAL. *Portato.* GERM. Getragen. HISP. *Traido, llevado.* ANGL. *Borne, caryed.* } Martial. *lib.* 1.

*Gestatus binis regulus esset equis.*

Gĕstīto, as, frequentativum à Gesto, as. { φορέω. GALL. *Porter souvent.* ITAL. *Portar spesso.* GERM. Tragen offt tragen. HISP. *Llevar à menudo, ò muchas veces.* ANGL. *To beare of ten.* } Plaut. *in Cistell.* Eloquere, unde sunt tibi hæc citò crepundia? L. Mea hæc hetilis gestitavit, non tua. Idem *in Amph.* Nx ego homo infelix sui, qui non alas intervelli: voluerem vocem gestito.

Gĕstātio, nis: Vectio, portatio. { משא *mahamasáh*, נשא *netél*, משא *massá.* φορά. GALL. *Portement.* ITAL. *Portamento.* GERM. Tragung. HISP. *Llevamento, traimiento.* ANGL. *A bearing or catying.* } Cels. *lib.* 2. *cap.* 14. Gestatio etiam longis & jam inclinatis morbis aptissima est. Idem, Gestationum levissima est navis in portu. ¶ Gestatio item ὀχεών, locus erat, in quo gestabantur homines sanitatis, vel voluptatis gratiâ: ea forma, qua cœnatio ambulatióque dicitur. Plin. *in Epist.* Ab his gestatio in modum circi, quæ buxum multiformem, humilésque ac tetentas manu arbusculas circumit.

Gĕstātŭs, us: Gestatio, portatio. { משא *mahamasáh*, נשא *netél*, משא *massá.* φορά. } Plin. *lib.* 15. *cap.* 25. Julianis gratus sapor, sed penè tantùm sub arbore sua, adeò teneris, ut gestatum non tolerent, id est, gestari non possint.

Gĕstāmĕn, inis: Quicquid geritur, ut vestes, arma, sceptrum. { משא *mahamasáh*, נשא *nétel*, משא *massá.* ἐσθής, φόρημα. GALL. *Ce qu'on porte, faix, portée.* ITAL. *Cosa che si porta.* GERM. Die man tregt eine bürde / ein bündel. HISP. *Cosa que se trae ò lleva.* ANGL. *A mace or any thing that is borne.* } Virg. *lib.* 3. *Æneid.*

*Ære cavo clypeum magni gestamen Abantis,*
*Postibus adversis figo:* i. quod geri solebat à magno Abante. Juvenal. *Satyr.* 2.

*Ille gerit speculum pathici gestamen Othonis.*

Item ponitur pro onere. Plin. *lib.* 37. *cap.* 2. Hoc vectigal, hócque gestamen diviles in cervice gratissimum norunt. Ovid. 13. *Metam.*

*Et fuga, quæ sola cunctos timidissime vincis,*
*Tarda futura tibi est, gestamina tanta trahenti:*

Clypeum, & hastam, & galeam.

Gĕstātōrĭus, a, um: Quod ad gestandum & gerendum pertinet. { φορευτής. GALL. *Servant à porter.* ITAL. *Che serve à portare.* GERM. Das zu dem tragen gehört. HISP. *Cosa para traer, ò perteneciente à traer.* ANGL. *That serveth for bearing.* } ut, Sella gestatoria, in qua aliquis gestatur. Suet. *in Neron.* Interdiu quoque clarè gestatoria sella delatus in theatrum.

Gĕstātōrium, ii, appellatur lectica, sella, sive carruca, & omne id in quo gestamur. { φορεῖον. GALL. *Litiere, carroce.* ITAL. *Lettica ò sedia ò altro in che si porti alcuno.* GERM. Ein roßbaar / ein tragsessel / sänfte oder etwas anders darinn man einem tregt. HISP. *Andas ò litera para traer.* ANGL. *An horse letter.* } Suet. *in Claudio*, Solitus etiam in gestatorio ludere.

Gerontia, γερουσία: Insula ante sinum Pegasicum, teste Plinio *lib.* 4. *cap.* 12.

Gerontocomium, γηροκομεῖον, ubi alimentæ subministrantur senibus emeritis. Utitur hac voce Imperator C. *de sacros. Eccles.*

‖ Gerontodidascalus, qui senes (γέροντας) docet, à διδάσκω.‖

Gerontopogon, γεροντοπώγων. Herba est foliis hirci barbulæ, tenuioribus longioribúsque, in modum capillorum, caule parvo, super quem calyx est longus, & barbula quæ summo vertice in cana fundituv. Florem habet luteum qui in volucres barbulas evanescit. Dictum Gerontopogon, quasi senilis barba. Vulgus *Barbam Sacerdotum* appellat.

Gerra, γέρρα. Arabiæ felicis oppidum, turres habens ex salis quadratis molibus. A quo sinus propinquus Gerræicus cognominatus est. Author Plin. *lib.* 6. *cap.* 28.

Gĕrræ, arum, à gero. { γέρρα. GALL. *Bourdes, choses de neant.* ITAL. *Ciancie, parole, chiachiare.* GERM. Geflochten körb / band. Item Narren werck / vnnutz / nichts sollend ding. HISP. *Desvarios de vanas palabras.* ANGL. *Bourdes, thinges of no effect.* } Crates viminææ primùm appellabantur: quæ vox postea vulgò pro nugamentis rebúsque frivolis usurpata est, authore Festo Pompeio, & id quidem hac occasione: Athenienses cùm Syracusas obsiderent, & crebrò gerras poscerent, irridentes Siculi gerras clamitare cœperunt. Hinc in proverbium cessit. Plaut. *in Asin. sc.* 3. *a.* 3. Videlicet Solon est, Leges ut conscribat quibus se populus teneat: gerræ. Idem *in Pœn.* Nam tuæ blanditiæ mihi sunt quod dici solet, gerræ germanæ, atque adepol λῆροι λήρου. Alii legunt, lyræ lyræ, ex MSS. codicibus. Ausonius *Sym.* Mihi iraque frivola gerris Siculis vaniora.

Gĕrrōnes, Nugatores, à gerendis nugis. { φλύαροι, ἀδόλεσχοι. GALL. *Conteurs de bourdes, rafeurs.* ITAL. *Ciancistatori, chi narrano favole, mentl.* GER. Ein Zeitman / klapperer / der nur vnnutze dinge vmbgeht.

Hisp.

Hisp. *Vanes, locos, mentirosos, que dessuarian en vanas palabras.* Angl. *A talker of trifles and light maters.* ¶ Festus, Gerrones, leves & inepti, à cratibus prostratis dicti, quòd Siculi adversùs Athenienses cratibus usi sunt, quas Græci gerras appellant. Hinc fit Congerro, pro conniuatore. Vide suo loco.

Gerres, Piscis vilis, & halecuarii genus. {Angl. *A pilchard.*} De quo Plin. *lib.* 32. *cap.* 11. Martial. *lib.*....

*Téque juvant gerres, & pelle melandria cana.*

Idem *lib.* 12. *in Vacerram.*

*Fuisse gerres, aut inutiles manus*
*Odor impudicus nasci fatebatur.*

Gertus, γέρτος, fluvius Scythiæ, septimus ab Istro, memoriâ dignus: meminit ejus Herod. *lib.* 4.

Gĕrŭlus, Gerundium, vide *Gero.*

Gesunda, γεσούνδα. Oppidum Autheranorum in Hispania citeriore, juxta montes Pyrenæos. Author Ptol. *lib.* 2. *cap.* 6.

Gerusa, Sarmatiæ urbs in Asia. Ptol. hodie S. Georgius.

Gĕrūsĭa, γερουσία, in Græcis urbibus vocabatur Conventus senum, quem & nos Senatum, ab ætatis vocabulo dicimus. Plin. *lib.* 36. Sic exstruxere domum regiam Attali Trallibus, item Sardibus Crœsi, quam Gerusiam fecere. Vitruvius, Crœsi domus, quam Sardiani civibus ad requiescendum ætatis otio Seniorum collegio dedicarunt. Hoc nomine dicebatur summus Lacedæmoniorum Senatus, in quem nemo nisi gravi ætate venerandus, probisque moribus spectatus admittebatur. Erat enim illic summus Spartæ honos, vitæque integrè actæ amplissimum præmium, quo illis majus contingere nullum poterat. Siquidem (ut est apud Demosthenem *in oratione adversùs Leptinem*) summa penes hunc Senatum Lacedæmone erat potestas, adeò ut quisquis in gerusiam legeretur, statim cum sui ordinis sociis dominos efficeretur suæ civitatis. ¶ Gerusiæ etiam appellatione locus, in quo seniores convocantur, appellatur, quem Latinè dicimus Senaculum. Varro, Senaculum vocatum, ubi senatus, aut ubi seniores consisterent, dictum Gerusia.

Geryon, γηρυών. Nomen regis Hispani, quem Hercules interfecit, ejúsque boves abstulit. { Ein König in Hispanien / welchen Hercules umbgebracht / und seine rinder hinweg getriben. } Hunc tricorporem fuisse fabulantur ob triplex regnum: præfuit enim tribus insulis, quæ adjacent Hispaniæ, Balearicæ majori, minori, & Ebusæ. Fingitur etiam bicipitem habuisse canem, quia & terrestri & navali certamine plurimùm potuit. Declinatur etiam Geryones, æ: & Geryoneus, secundùm Priscianum. Virg. 8. *Æneid.*

*Tergemini nece Geryonæ.*

Sic enim habent emendatiora exemplaria. Lucret. *lib.* 5.

*Quidve tripellera tergemini vis Geryonai.*

Quo in loco Geryonaï antiquus est genitivus primæ declinationis per divisionem diphthongi factus, quales crebri occurrunt apud Lucretium. ¶ Geryonis oraculum in Italia. Suet. *in Tib. cap.* 14. ¶ De Geryone, & cur tergeminus fictus sit, vide Justin. *lib. ult.*

Geryonaceus, a, um, γηρυόνειος. Plaut. *in Aulul.* Qui mihi intromisisti in ædibus quingentos coquos, cum senis manibus, genere Geryonaceo. Aristophanes Geryonem τερατόλεκτρον nominavit, hoc est, ut Suidas ait, τερατώδη γάμον.

Gesoreta. Navigii speculatorii genus, à Brutiis inventum: idem, ut quidam volunt, quod Plautus prosumiam appellat. Sipontinus. ¶ Gesoreta Gellio dicitur *cap.* 25. *lib.* 10. Forte idem quod Scapha, Gall. *Esquif.* Isid. *lib.* 19. *Orig. cap.* 1.

Gesodunum, γησόδουνον. Notici oppidum sub Danubio, teste Ptolem. *lib.* 2. *cap.* 14. Quanquam in nonnullis exemplaribus Gebodunum legitur, non Gesodunum. Vulgò Ypo.

Gesoriacum, γησοριακόν, Morinorum navale fuit, teste Ptolem. *lib.* 2. *cap.* 9. Unde nonnulli conjiciunt oppidum illud esse unde brevissimus est in Angliam trajectus, quod vulgò *Caletam* vocant. {Callen.}

Gessen, γεσσὰμ *gósiken.* Locus Ægypti in quo habitavit Jacob.

Gestos, γήστος, fluvius apud Ionas in regione Trogilia, quæ & Panionia dicitur. Plin. *lib.* 3. *cap.* 29.

Gesta, orum: vide *Acta.*

Gestāmĕn, Gestatorium, Gesticulor, Gestio, Gesto, Gestus, vide *Gero.*

Gesum, i. Telum Gallicum. Liv. *ab Urbe*, Leves autem qui hastam cantùm gesáque gerebant, vocabantur. Idem 6. *belli Punici*, Sub lævo humero summum pectus gesо ictum est. Sunt qui gæsum scribant.

Getæ, γέται. Populi sunt in Scythia Europæa. Appianus Dacos appellat. Strabo *lib.* 7. Getas à Dacis ita distinguit, ut Getæ sint qui ad Pontum in Orientem vergunt: Daci qui in oppositum versùs Germaniam, & ad Istri fontes, quos olim Davos vocatos nonnulli volunt: ex quo apud Athenienses Davorum & Getarum servorum nomina in usu maximè fuissent. Getas à Lucullo victos Salustius scribit. Ælius Spartianus scribit Getas dictos fuisse qui postea Gothi appellati sunt. Ovid. *de Ponto.*

*Nulla Getis toto gens est truculentior orbe.*

Hujus nominativus singularis est Geta, vel Getes. Getarum deserta, Virg. 3. *Georg.* Pharetrati Getæ. Ovid. 4. *Trist. Eleg.* 9. ¶ Getarum leges & ritus, vide apud Steph.

Geticus, a, um, γέτικος, quod est ex Getarum regione, ut Humus Getica. Ovid. 3. *de Ponto,*

*Quid Getica longè non ita dista humo.*

Littus Geticum. Idem 3. *Trist. Eleg.* 12.

*Nam procul à Getico litore victa abest.*

Plectrum Geticum. Statius 2. *Sylv.*

——— *& Getici cedat tibi gloria plectri.*

Ovid. *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.*

*Nec siccam Getico fonte levare sitim.*

Geth, γὴθ *gath.* Allophylorum civitas fuit, hæc nunc appellatur Zaph. ¶ Gethsemane, locus in quo ante passionem Christus oravit: situs est autem ad montem olivarum, in quo etiamnum preces peregere studenti.

Gethusia, γηθουσία, urbs Libyæ. Steph.

Getis, γετὶς, Regio Getarum in Thracia: gentile γέτης, & fœminimum γέτις, quo nomine etiam Philippi Amynthæ uxor vocatur, possessionem Getarum γήθεσις. Artemon γηθαὶ vocat.

Gethyum, γήθυον. Cepæ genus condimentarium, nullo penè capite, sed radice tantùm oblonga. Latini pallacanam vocant, teste Plin. *lib.* 19. *cap.* 6.

Getulia, vide *Gætulia.*

¶ Gezira Ben-Ghamar, urbs Mesopotamiæ, ad Tigrim fl. sita, quatuor fere millibus distans à loco, in quo Arca Noe quievit: testè Benjamino in Itinerario. ¶

## GI

Gĭăbus, vide *Gyarus.*

Gĭbbus, i, à κύφος, κύβις: ὑπὸ τὸ νῶτον. Propriè est tumor dorsi, aut etiam pectoris, ex spinæ flexu enatus. { רכשת *dabbesheth.* ὕπτιος, κύφωσις, κύφωμα. Gall. *Une bosse en quelque partie du corps.* Ital. *Gobba.* Germ. Ein hoser. Hisp. *La corcoba ò cemba.* Angl. *A knobbe or knurr in mannes bodie.* } Martialis,

*Non aliter videretur Atlas cum compare gibbo.*

Quo in loco aliqui legunt, *cum compare mulo.* Nonnunquam accipitur pro quovis alio corporis tumore. Juven. *Satyr.* 6.

——— *medisque in naribus ingens*
*Gibbus & acre malum semper stillantis acelli.*

¶ Sueton. in fœminino genere dixit gibbam, *in Domitiano cap.* 23. Ipsum etiam Domitianum ferunt somniasse gibbam sibi ponè cervicem auream enatam.

Gibber, eris. Idem quod Gibbus. Plin. *lib.* 8. *cap.* 45. Syriacis bobus non sunt paleatæ, sed gibber in dorso. Lucil. *apud Charis. lib.* 1. Gibbere magno.

Gibbus, a, um: Convexus. { גבן *gibben.* κυρτὸς, κυφὸς. Gall. *Bossu.* Ital. *Gobbo.* Germ. Gebogen / hoserechtig. Hisp. *Corcovado.* Angl. *That hath a crooked backe or bunche in his body.* } Cels. *lib.* 8. *c.* 1. Igitur calvaria incipit ex interiore parte concava, extrinsecus gibbas utrinque lenis.

Gibbĕr, a, um: Gibbo deformatus, & propriè is cui spina extrorsum flexa, tumorem in dorso crevit. {גבן *gibben.* גב κυρτὸς, κυφὸς. Gall. *Bossu.* Ital. *Gobbo.* Germ. Hoserechtig / das ein hosen hatt. Hisp. *Corcovado.* Angl. *That hath a bunche in his backe.* } Nam quibus illa introrsum flectitur tumorem efficiens in pectore, regibberi, κυφοὶ, potiùs dicuntur. Sueton. *in Galba, cap.* 3. Brevi corpore, atque etiam gibber, modicæque in dicendo facultatis, causas industriè actitavit. Plin. *lib.* 10. *cap.* 26. *de gallinis Africanis.* Hoc est gallinarum genus gibberum, variis sparsum plumis. Varro *lib.* 2. *de re rust. cap.* 9. Gallinæ Africanæ sunt grandes, variæ, gibberæ.

Gibbĕrōsus, i, um: adject. Gibber, hoc est, gibbo deformatus. { גבן *gibben.* κυφὸς, κυφώδης. Angl. *That hath a bunche in his backe.* }

¶ Gieminarium, lavacrum. Gl. Isid.

Giennium, *Daem.* olim Aurigis. V. E. Hispaniæ, sub A. Toletano. ¶

Gigantis, vetus nomen Arcadiæ. Steph.

Gigās, antis. { נפלים *naphil.* רפא *rapha.* γίγας. Gall. *Geant.* Ital. *Gigante.* Germ. Ein rys oder held. Hisp. *Gigante o hijo de la tierra.* Angl. *A gyant.* } Dicto composita creditur à verbo Græco γίνομαι, quod est nascor, & γαῖα, Doricè γᾶ, quod terram significat, quasi ex terra genitus. Credidit enim vetustas Gigantes homines fuisse excelsissimæ staturæ, & draconum pedibus ab imâ tellure procreatos in deorum perniciem, ut scilicet superis bellum inferrent, Jovémque de cœli possessione dejicerent. Quo commento quid significare voluerint poëtæ, explicat Macrob. *lib.* 1. *Saturn. cap.* 20. his verbis. Gigantes quid aliud fuisse credendum est, quàm hominum quandam impiam gentem deos negantem, & ideò existimatam deos pellere de cœlesti sede voluisse? Horum pedes in draconum volumina delinebant: quod satis significat eos nihil rectum cogitasse, totius vitæ eorum gressu, atque processu in inferna vergente. Physici interpretantur Gigantes spiritus esse terræ inclusos, qui dum exitum non inveniunt, fractis interdum altissimis montibus vi erumpunt, & frusta ipsa quasi in cœlum ejaculantur. Cicer. 2. *de nat. Deor.* Nec verò, ut fabulæ ferunt, Dii bellis, prælisque caruerunt: nec solùm, ut apud Homerum, quum duos exercitus contrarios alii dii ex alia parte defenderent: sed etiam cum Titanis, cum gigantibus propria bella gesserunt. Hæc & dicuntur, & creduntur stultissimè. Idem *de senect.* Nam quid est aliud gigantum more bellare cum diis, nisi naturæ repugnare? Ovid.

*Affectasse ferunt regnum cœleste gigantes.*

Juven. *Satyr.* 4.

*Unde fit ut malim fraterculus esse gigantum:*

i. obscuro & ignoto genere natus, quemadmodum gigantes, quâ nullo parente è terra prognati creduntur. ¶ Gigantum arrogantia, γιγάντιος ὕβρις: dicebatur ubi quis viribus suis fretus, temerè nullóque consilio res non tentandas molitur: proverbium admonet inauspicatò cedere quæcunque citra consilium adversùs deos, adversùs pietatem, adversùs jus & æquum per vim instituuntur.

Gigantēus, a, um: quod est gigantis. { γιγάντειος. Gall. *De geant.* Ital. *Di gigante.* Germ. Des rysen. Hisp. *Cosa di gigante.* Angl. *Of a gyant.* } Ovid. 1. *Trist. Eleg.* 1.

*Quumque gigantei memorantur prælia belli.*

Furiæ giganteæ. Claud. 4. *Paneg.*

Gigantŏmăchĭa, æ: Gigantum pugna. {γιγαντομαχία. Gall. *Guerre de geans.* Ital. *Fugna di giganti.* Germ. Der rysen streit oder streit. Hisp. *Pelea ò batalla de gigantes.* Angl. *A batell of gyantes.* } Gigantum pugnam Poëtæ in campis Phlegræis inter deos & Gigantes gestam fabulantur, quum illi Jovem de cœli possessione dejicere conarentur.

Gigĕrĭa, orum, teste Nonio, intestina sunt gallinarum, & quæ cum his coquuntur. Lucil. *lib.* 8. Gigeria sunt sine allio: his vescamur alacriter. ¶ Gigeria, ex multis opsoniis decerpta. Festus. Alii legunt *ăbĭd.* Giberia, Gallicè, *Gibier.* Carnes ferinæ. Gigeria etiam Gallicâ linguâ vocantur ventriculi avium.

¶ Gigeetus, delirus. Gl. A. L. ¶

Gīgno, is, ui, tum, olim geno: à Græco γένομαι, γίνεσθαι, γίγνεσθαι, hinc genus, genius, gens, degener. Item ingens, ingenuus, ingenium. Ge-

nero

nero, procreo. { תוליד *holidh.* γενάω. GALL. *Engendrer.* ITAL. *Generare.* GERM. Gebären. HISP. *Engendrar.* ANGL. *To begette, to engender.* } Cicer. 1. *de finib.* Ad majora enim quædam nos natura genuit & conformavit, ut mihi quidem videtur. Ovid. 13. *Metamorph.*

*Purpureum viridi gennit de cespite florem.*

Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Te mihi adjutorem Dii genuere. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Trist.*

*Quos* (liberos) *sum optarem non genuisse parens.*

Plin. *lib.* 7. *cap.* 51. Hæc est conditio mortalium: ad has, & hujusmodi occasiones fortunæ gignimur. Idem *lib.* 14. *cap.* 6. Fastidium gignit aras appetendi. Quintil. *lib.* 1. Ac sicut aves ad volatum, equi ad cursum, ad sævitiam feræ gignuntur: ita nobis propria est mentis agitatio. Gigni pedibus. Plin. *lib.* 7. *cap.* 8. Neronem quoque paulò ante principem, & toto principatu suo hostem generis humani, pedibus genitum pater ejus scribit Agrippina. ¶ Hujus compositum est, Ingigno, ingenero, gignendo insero, ἐγγένω. Cic. *de finib.* Sive, ut doctissimus viris visum est, major aliqua atque divinior hanc vim ingenuit: sive hoc sit ita fortuitò. Colum. *lib.* 4. Tanquam naturali & ingenita sterilitate laborantibus. ¶ Antiqui pro eodem dixerunt Geno, de quo suprà: unde adhuc manserunt genui præteritum: & supinum genitum. Lucan. *lib.* 3.

*Totum posse extra corpus durare genique.*

¶ Gignentia, quæ gignunt & generant. ¶ Gignentia passivè, τὰ γενόμενα, quæ generantur atque oriuntur. Sallustius *in Iugurth.* Est forte in eo loco grandis ilex, coluerat inter saxa, paulum modò prona, deinde insolera atque aucta in altitudinem, quò cuncta gignentium natura fert. Rursus, Nam ubi per loca æqualia & nuda gignentium, stirpes & arbores intelligit. Apuleius *in lib. de dogmate Platonis.* Gignentiúmque omnium instar certæ, formas & significationes ex illa exemplorum figuratione signari.

Gĕnĭtŭs, participium, natus. { נולד *noládh.* γενητὸς. GALL. *Engendré.* ITAL. *Generato, nato.* GERM. Geboren. HISP. *Engendrado, hijo.* ANG. *Begotten, engendred.* } Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Septimo mense genitis sæpe numero foramina aurium, & narium defuere. Geniti dentes in palato, genitus annos novem, genitus ad perdenda vina, genitus ad superbiam, genitus in servitio, pro eo qui servus natus est, multáque id genus alia passim occurrunt apud eundem Plinium. Ovid. *Eleg. ult. lib.* 4. *Trist.*

*Nec stirpi prima fui genito: sum fratre creatus.*

Sueton. *in Tib. cap.* 7. Genitus Marco Agrippa. Hinc componuntur Unigenus, primogenitus, & progenitus: de quibus suis locis.

Gĕnĭtūs, us, γένεσις. Generatio. Plin. Apuleius *in Apologia*, Aristoteles & Theophrastus qui plurimos libros de genitu animalium reliquerunt.

Gĕnĭtŏr, is: Pater dicitur, qui scilicet genuit. { תורה *horéh*, מולידה *molédheth.* γεννήτης, ὁ γεννήσας. GALL. *Qui engendre, pere.* ITAL. *Genitore.* GERM. Ein gebärer / vater. HISP. *Engendrador, padre.* ANGL. *He that begetteth, a father.* } Cicer. *de univers.* Quo nihil ab optimo & præstantissimo genitore melius procreatum. Genitores omnium vitiorum Græci. Plin. *lib.* 15. *cap.* 4. Genitor dubius, id est, pater incertus. Ovid. 5. *Metam.*

——— *occidit Astræus*
*Matre Palæstina, dubio genitore creatus.*

Genitor deorum, id est, Jupiter. Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

*Iure igitur genitórque deum, rectórque vocatur.*

Gĕnĭtrix, Mater dicitur, quæ scilicet genuit. { תורדת *horáh*, מולידת *moléddheth.* γεννήτρια, ἡ γεννήσασα. GALL. *Mere.* ITAL. *Madre.* GERM. Ein gebärerin / mutter. HISP. *Madre.* ANGL. *A mother.* } Virgil. 1. *Æneid.*

——— *namque ipsa decorum*
*Cæsariem nate genitrix, lumenque juventæ*
*Purpureum, & lætos oculis adflarat honores.*

Genitrix frugum Ceres, id est, inventrix. Ovid. 5. *Metam.*

*Et frugum genitrix immensos sisse labores.*

Idem 13. *Metam.* Genitrix Nereia.

Gĕnĭtūrā, æ, generatio, procreatio. { תורת *horáh.* תולדת *toledhâh.* γένεσις. GALL. *Engendrement ou conception, naissance.* ITAL. *Generatione, atto generare.* GERM. Gebärung. HISP. *Generacion, obra de engendrar.* ANGL. *Begetting, ingendring.* } Plin. *lib.* 19. *cap.* 24. Inter diligentissimos convenit, ut in alitum quadrupedúmque genitura, esse quosdam ad conceptum impetus tertæ. Idem *lib.* 9. *cap.* 51. Origo atque genitura conchæ est haud multùm ostreatum conchis differens. ¶ Accipitur etiam pro semine humano, quod Græco vocabulo γέρμα vocamus. Idem *lib.* 2. *cap.* 22. Datur & contra profluvio genituræ viris. Idem *lib.* 20. *cap.* 7. Semen ejus extinguere genituram virorum dicitur. ¶ Genituram horoscopum vocavit Sueton. *in Augusto, cap.* 94. id est, constitutionem cœli, qua quis natus est, unde de felicitate ejus, qui natus est, genethliaci prædicunt. Verùm genitura sua vix & cunctanter edita, exsiluit Diogenes, adjecitque eum. Tantam autem mox fiduciam fati Augustus habuit, ut thema suum vulgaverit, numúmque argenteum, nota syderis Capricorni, quo natus est, percusserit. Idem *in Calig. cap.* 57. Consulenti quoque de genitura sua, Sulla Mathematicus certissimam necem appropinquare affirmavit. Et Gell. *cap.* 1. *lib.* 14. Ex eorum genitura debuisse jam tum prospici, quinam olim futuri essent, &c. Jul. Firmicus *lib.* 3. Secundùm hanc genituram, & secundùm has conditiones stellarum, & secundùm testimonia, quæ huic genituræ perhibentur, etiam hominum volunt fata disponi. Budæus *in Annot.*

Gĕnĭtālis, e, natalis. { γενεθλιακὸς. GALL. *Où on est engendré, servant à engendrer.* ITAL. *Genitale, nascio, che serve à generare.* GERM. Geburtig/das zu der gebärung gehört. HISP. *Cosa para generacion.* ANGL. *Belonging, to engendring.* } Unde genitale solum, patria in qua nati sumus, quod & natale solum appellatur. Et genitalis dies, quo scilicet in lucem editi sumus. Genitalia semina quibus aliquid procreatur & gignitur. Ovid. *Eleg.* 13. *lib.* 3. *Trist.*

*Libáque dem pro te* (ô natalis) *genitale notantia tempus.*

Gell. *cap.* 2. *lib.* 4. Paulò antè, nativa. Idem *cap.* 10. *lib.* 5. Genitale semen. Velleius, Genitali solo potentior colonia. Virg. *lib.* 1. *Georg.*

*Vere tumescit terra, & genitalia semina poscunt.*

Col. *lib.* 3. *cap.* 6. Adhibenda tamen est subtilior, ut ex his patribus trunci sumantur, qui & genitales sunt, & maximè fœtiles. Idem *lib.* 7. *cap.* 9. Fœminis quoque vulvæ ferro exulceratur, & cicatricibus clauduntur, ne sint genitales, id est, ne possint generare. ¶ Genitales Dii (nisi, ut apud Festum, legendum Genales Dii) hoc est, parentes & auctores & procreatores rerum omnium animantium. Græci ob id vocant ἀγεννήτους, propter perpetuam creationem non minùs quàm ob immortalitatem. Apud Cicer. *Tusc.* 1. & Nervium versus Ennii,

*Romulum in cœlo cum dis genitalibus ævum*
*Degit.*

Ausonius *in periocha. lib.* 4. *Iliad.*

*Iuppiter interea cum dis genitalibus unà*
*Concilium cogit superûm de rebus Achivis.*

Vide *Genius.* ¶ Genitalia membra, sive genitales partes dicuntur pudenda, tam in viro, quàm in fœmina, τὰ αἰδοῖα. Col. *lib.* 7. Et ipsos nervos, quos Græci cremasteras appellant, quòd ex illis genitales partes dependent comprehensæ.

Gĕnĭtālĭs, membrum genitale masculi, & tam de cæteris animantibus, quàm de homine dicitur. { בשר *basár.* τὸ γεννητικὸν μόριον, τὸ αἰδοῖον. GALL. *Le membre d'un masle, genitoire.* ITAL. *Membro di maschio da generare.* GERM. Das gebärende glid. HISP. *La cola ò vaso ò cosa de animal para engendrar.* ANGL. *The secret membres of a male.* } Plin. *lib.* 10. *cap.* 63. Coitus aversus elephantis, camelis, tigribus, lincibus, thinoceroti, leoni, dasypodi, cuniculis, quibus aversa genitalia. Idem *lib.* 11. *cap.*.... Ac præter genitale tantùm, & hoc in maribus, viscera etiam interiora omnia ad exemplar. Col. *lib.* 7. Elicitur cupiditas odore genitalium admoto naribus.

Gĕnĭtālĭtĕr, adverbium, γενικῶς, γεννητικῶς. Lucr. *lib.* 4.

——— *ut femina possint*
*Seminibus commisceri genitaliter apta.*

Gĕnĭtīvŭs, a, um: quod ad generationem pertinet, quod vim habet generandi. { γεννητικὸς. GALL. *Qui a force d'engendrer.* ITAL. *Chi a forza da generare.* GERM. Kräfftig zu gebären. HISP. *Cosa ordenada para engendrar.* ANGL. *That hath force to engender.* } Unde genitivus humor, & genitivus casus, Grammaticorum vox, γενικὴ. Gell. *lib. ult. cap.* 3. Mei oblitus est. Mei, casus interrogandi est, quem genitivum Grammatici vocant: & ab eo declinatus, quod est Ego. Idem reperit Gell. *cap.* 24. *lib.* 13. Interdum idem est quod naturâ ingenitus: ut, Genitivæ notæ, quæ sunt maculæ à natura ingenitæ. Sueton. *de August.* Corpore traditur maculoso, dispersis per pectus, atque alvum genitivis notis, in modum & ordinem & numerum stellarum cœlestis Ursæ. ¶ Interdum pro gentilitio. Ovid. 3. *de Ponto, Eleg.* 2.

*Adjectique probent genitiva agnomina Cotta.*

Gĕnĭtŏrĭus puer, patens, γεννητικὸς. ut, Apollo genitivus. Varro *in Catone, de liberis educandis.* Nutrix hæc omnia faciebat in verbenis, ac tubis, sive hostiis, ut Deli ad Apollinis genitivi aram. Ovid. 3. *Metamorph.*

*Forma prior rediit, genitivóque venit imago.*

id est, naturalis quam prius congenitam habuerat.

Gĕnĭus, ii, veterum sententiâ dicitur uniuscujusque anima rationalis, ideóque esse singulos singulorum. { δαίμων. GALL. *The spiritie of man, the grace and pleasantnesse of thing.* } Fuêre etiam qui dicerent genios deos, aquam, terram, ignem, & æthera, quæ rerum semina sunt, elementáque appellata. Duodecim quoque signa, Lunámque & Solem inter hos deos putabant: & à gerendo, quòd multa gerere possent, gerulos, deinde genios vocitarunt. Censorinus scribit genios dictos, quia ut gignamur, curant, sive quòd unà gignantur nobiscum, vel etiam quia nos genitos suscipiunt; ac tuentur. γενέσιος, ἢ γενεθλίους. Cetè à gignendo Genii appellantur. Terent. *in And.* Quod ego per hanc te dexteram oro, & genium tuum. Per tuam fidem, &c. Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Genio quando sacrificat, Samiis vasis utitur, ne Genius ipse furtipiat. *Ibid. sc.* 1. *a.* 4. Tuum gnatum & Genium meum. Idem *sc.* 2. *a.* 5. *Ibid.* Per tuum Genium obsecro, exi. Idem. Per Genium principis dejerare. Suet. *in Calig. cap.* 27. Et, Genio Augusti dicare ædes. Idem *in Aug. cap.* 60. Plaut. *Menæch. sc.* 2. *a.* 1. Quid agis? P. Tenco dextera Genium meum. ¶ Eundem esse genium & larem, multi veterum memoriæ prodiderunt. Euclides Socraticus duplicem omnibus nobis genium dicit appositum, hoc est, duos lares. Hi etiam Penates dici solent. ¶ Aliquibus genius dicitur hospitalitatis, voluptatis, & naturæ Deus. Hinc, indulgere genio, est operam dare voluptati, & quò quemque natura trahat, subsequi. Persius *Satyr.* 5.

*Indulge genio, carpamus dulcia.*

Defraudare genium, negare naturæ quod appetit. Ter. *in Phorm.* Quod ille uncìatim vix de demenso suo, suum defraudans genium, comparsit miser, id illa universum abripiet. Belligerare cum geniis, idem quod defraudare genium. Plaut. *in Trac.* Non illhæc mea benignitas docuit te fabulari. A. Sed istos, qui cum geniis suis belligerant parcipromi. Plaut. *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Me defraudavi animúmque meum, geniúmque meum. ¶ Interdum etiam Genius accipitur pro energia quadam, vel potiùs gratia, lepore, venustate alicujus rei. Mart. *lib.* 6.

*Victurus genium debet habere liber.*

Boni genii, ἀγαθοῦ δαίμονος, subaudi nomine. Sermo est benè ominantis in re quapiam aggredienda.

Gĕnĭālĭs, e. γενεθλιακὸς, γεννητικὸς. Quod ad genium, naturæ & voluptatis deum pertinet: ut, Genialis dies, lectus & voluptarius. Juvenalis.

——— *genialis agatur*
*Iste dies.*

Genialis totus, sive lectus, qui in nuptiis sternitur in honorem Genii. θάλαμος γαμικὸς. Virg. 6. *Æneid.*

——— *lucent genialibus altis*
*Aurea fulcra toris.*

Cicer. *pro Cluent.* Lectum illum genialem, quem biennio filiæ suæ nubenti straverat, in eadem domo, &c. Virg. 1. *Georg.*

*Invitat genialis hyems.*

Ovid.

Ovid. 3. *Amorum.*

*Elegi molles genialis Musa, valete.*

Et 14. *Metam.*

*Non data sunt capiti genialia festa.*

Genialis homo, hoc est, nepotalis & dapsilis. Genialis copia pecudum, id est, fœcunda. Plin. *lib.* 17. *cap.* 7. Rus geniale, amœnum, & voluptatis plenum. Ovid. *Epist.* 18. Idem 3. *Fast.*

*Idibus est Annæ festum geniale Perennæ.*

‖ Geniales deos dixerunt aquam, terram, ignem, æthem. Duodecimum quoque signa: lunámque & solem inter hos deos computabant.

Genialis lectus, qui nuptiis sternitur in honorem geniti: unde & appellatur. ‖

Gĕnĭāliter, adverbium: Opiparè & lautè. { πολυτελῶς, ἱλαρῶς. Gall. *Joyeusement, avec bonne chere.* Ital. *Con piacere & solennità.* Germ. Jœlich/ mit sonderbarer zurüstung/ mit wollust. Hisp. *Deleytosamente.* Angl. *Joyously, with good cheere.* } Ovid, 11. *Metam.*

*Hospitis adventum festum genialiter egit.*

‖ Geniane, gemma, de qua Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Genianus, luxuriosus, pertinens ad genium. ‖ Gell. *lib.* 19. *cap.* 13.

Gĕnŭīnus, a, um, nativus ac peculiaris. { ἰδιος καὶ κατὰ φύσιν. Gall. *Naïf, propre & naturel.* Ital. *Native, domestico.* Germ. Natürlich/ angeboren. Hisp. *Natural.* Angl. *That is naturally given or ingendred in a thing naturall.* { Apul. Genuino sermone nomen Augusti Cæsaris invocare tentavi. Gell. *lib.* 2. *cap.* 2. Quum extra rem publicam in domestica re atque vita sedeatur, ambuletur, in convivio quoque familiari discumbatur, tum inter filium magistratum, & patrem privatum publicos honores cessare, genuinos ac naturales exoriri. Idem Gell. *cap.* 9. *lib.* 9. Gaudium gaudeat genuinum. ¶ Genuini, dentes posteriores, qui in extrema gingiva in homine gignuntur novissimi. { שׁנּים *schanóth*, מתלעות *mathallebóth*, מלתעות *malteboth.* σωφρονιστῆρες, κραυπῆρες. Gall. *Dents masselieres.* Ital. *Denti masellari.* Germ. Die stock zähn/ sind die hindere stehend die zu dem letsten wachsen. Hisp. *Las muelas gerdales.* Angl. *The kinder teeth whereby we chewe.* } Gignuntur enim, teste Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. circiter vigesimum annum. multis etiam circiter octogesimum. Dicti genuini, quòd à genis dependeant. Cic. 2. *de natur. Deor.* Dentibus in ore constructis manditur, atque ab his extenuatur, atque molitur cibus. Eorum adversarii acuti, morsu dividunt escas, interni autem conficiunt, qui genuini dicuntur. Quoniam autem hi dentes in postrema mandibulæ parte veluti occultati sunt, neque ita facilè patent aspectui, quemadmodum primores, aut canini, factum est, ut Rodere dente genuino, & Frangere genuinum, accipiatur pro Alicui detrahere. Persius *Satyr.*

——— *fecit Lucilius urbem,*

*Te Lupe, te Muri, & genuinum fregit in illis.*

Quanquam & alio modo hoc Persii interpretatur Coronus: Ita enim, inquit, invectus est Lucilius in vitia, nimio furore iracundiæ elatus, ut frangeret genuinum illorum. Genuinus autem proprièdens qui sub genis est, qui simul cum homine nascitur, & una cum eo interit, qui dens à Græcis προγομφίος vocatur.

Gĕnĭmĕn, inis, à gigno, generatio dicitur. { κτῆσις ἔφεσις. γέννημα. Gall. *Generation, race.* Ital. *Generatione.* Germ. Ein gebärung oder geburt. Hisp. *Generacion.* Angl. *Generation.* } Utitur semel atque iterum hac voce interpres vulgatus Novi testamenti: ut, Genimina viperarum, & Genimen vitis. Apud bonos authores vix reperies.

Gigonus, ὁ γιγωνος. Oppidum est ad sinum Thermaicum, non procul à Pallene. cujus meminit Herod. *lib.* 7.

Gilda, γίλδα, urbs Libyæ. Steph.

Gilgambæ, γιλγάμβαι, populi Libyæ. Steph.

Gilo, nomen notissimi adulteri tempore Juvenalis.

‖ Gillo, nis, gello, nis: ampulla vitrea. Item rusticus ineptus. Cath. ‖

Gillus, Exul. Tarentinus, qui quum Persarum exploratores à piratis captos pecunia sua redemisset, & ad Darium reduxisset, jussus eo nomine petere quicquid vellet, hoc unum petiit, ut regis opera in patriam reduceretur. Vide Herod. *lib.* 3.

Gilo, nomen civitatis, à qua Gilonitæ, homines in ea habitantes dicuntur. Est & nomen viri, γίλων. Juvenal.

*Vaticinatorem Proculeium habet, sed Gilo dementem.*

Gilvus, à γίλβω. { ירקרק *jerakrák.* Gall. *Fauve de couleur de miel, jaunastre entre blanc & rouge.* Ital. *Biancastrino.* Germ. Falb oder wachsgälb/ bleych gälb. Hisp. *Color vayo ò ruvio.* Angl. *Yalow lyk honie.* } Color medius inter album & rufum, qui à Græcis, teste Gell. *lib.* 13. *cap. ult.* appellatur ξιφίδιον. Hic à nonnullis vocatur melinus, quasi mellinus, quòd mel ejusmodi colorem habeat. Virg. 3. *Georg.*

*Luxuriâtque toris animosum pectus, honesti*
*Spadices, glaucique color deterrimus albis,*
*Et gilvo.*

Ubi Servius. Aliud est candidum esse, id est, quadam nitenti luce perfusum: aliud album, quod pallori conjunctum esse vicinum. Gilvus autem melinus est color. Alii autem ita legunt, albis & gilvo: ut non album & gilvum, sed albogilvum vituperet. Quod si singuli colores vituperandi sunt, quanto magis mistus uterque, id est, albogilvus?

Gimanti: capras in Gimanti natas Alexander Myndius scribit sex menses non bibere. Ælianus.

Gindānes: γινδάνες, Libyæ populi, Lotophagis conterminі, quorum uxores multis pelliceis limbis adornantur. Nam quum pulcherrimum ducunt à plurimis adamati, à singulis quibus sui copiam faciunt, limbriam unam exorare, eóque argumento ostendunt quot habuerint amatores. Author Herodot *lib.* 4.

Gindara, æ, γίνδαρα. Oppidum Syriæ Cœles, cujus incolæ dicuntur Gindareni, γινδαρηνοί, quorum meminit Plin. *lib.* 5. *cap.* 22.

Gindes, flavius qui per Dardanos fluens ingreditur Tygrin.

Gingiber, vel Zingiber, vide *Zingiber.*

Gingidium, vulgò cerefolium, herba est quæ ex Syria afferetur. Vitis alba, vel Bafinaga nomine, ex cujus umbellis usus ad dentifricia. Plin. *lib.* 20. *cap.* 5. Syria similliman Staphylino herbam ferat, quam alii gingidion vocant, tenuias tantùm & amaricas, &c.

Gingiva, æ, quasi gigniva: à gignendis dentibus. { Gall. *Gengive.* Ital. *Gengiva.* Germ. Das zanfleisch. Hisp. *La encia.* Angl. *The gummes or iawes where in the teeth be sette.* } Pars est oris, cui dentes inhærent, cujus exterior pars à Græcis λάρυξ, interior ἰσθμὸς vocatur. Plinius *lib.* 24. *cap.* 6. Ex his dulcia, quæ apyrina alio nomine appellavimus, stomacho inutilia habentur, inflationes patiunt: dentes gingivásque lædunt. Lactant. *lib. de Opif.* Dentes autem ipsos, ne magis horrori quàm ornamento essent, gingivis mollibus (quæ à gignendis dentibus nominantur) ac deinde labiorum tegumentis munivit. Juven. *Satyr.* 10.

*Frangendus misero gingiva panis inerti.*

¶ Hujus diminutivum est Gingivola, ἰάλη. Apul. *in Apol. Magico.* Complanatorem tumidæ gingivulæ.

Gingla, γίγλα. Oppidum Comagenes, non procul ab Euphrate fluvio. Author Plin. *lib.* 5. *cap.* 24.

Gingrio, is, ii, itum: Asserum vocis proprium. { κλαγγάζω. Gall. *Faire la voix de l'oye.* Ital. *Fare la voce de l'oca.* Germ. Gägen wenn schreyen wie ein gans. Hisp. *Hazer la voz del pato ò ganso.* Angl. *To gogle or creaklyk as a goose.* } Unde genus quoddam tibiarum exiguarum, Gingrinæ dicuntur: & tibicen ipse, gingritor. Alii *Gingogiator*, alii *gingrinator*, legunt. Author Festus.

Giōn, vide *Geon.*

‖ Graecum, *Gieraci.* V. E. Calabriæ, sub A. Rhegiensi. Vide *Locri.* ‖

Girgillus, quòd in girum vertatur. Instrumentum quo fila revolvuntur. { γύρδων. Galli sua lingua vocant, *Vn devidoir.* Germ. Ein haspel oder garnwind. }

Girim, mons apud Garamantas, in quo nasci gemmas vetustas testata est.

‖ Gillium, labrum, terminus. Gloss. A. L. ‖

Gittā, γίττα, urbs Palæstinæ. Steph.

Gith, genus seminis, Officinis Nigella Romana. { ρητ *kétsarh.* μελάνθιον. Gall. *Poyvrette, nielle.* Ital. *Nigella, erisolana.* Germ. Schwartz Coriander. Hisp. *Al pinre axenuz.* } Col. *lib.* 7. Interdum fastidio erborum languescit pecus: ejus remedium genus seminis quod Guh appellatur. Plin. *lib.* 20. *cap.* 17. Guh ex Græcis alii melanthion, alii melas-spermon vocant. Plaut. *in Rud.* Ot caleat tibi: eum guh fugefactas? Ruellius credit esse semen illud quod rusticè in Gallia suâ linguâ vocant *Poyvreton*, quasi minutum piper, eo quòd tenuiores hoc seminе cibos condire soleant vice piperis.

## G L

Glăber, bra, brum, à glubo: Quod est lævе & sine pilis. { חלק *chelak.* ψιλὸς, ὀλόλειος, φαλακρός. Gall. *Pelé, qui n'a point de poil.* Ital. *Polato, pelito, senza peli.* Germ. Kaal/ one haar/ glatt. Hisp. *Cosa lampiña, y sin pelos.* Angl. *Bare without heare, pilde.* } Plaut. *in Trin.* Oves scabræ sunt tam glabræ hem, quàm hæc est manus. Idem *in Aul.* Tu istum gallum, si sapis, glabriorem reddes mihi, quam Volsus Ludias. Quem locum explicans Nonius de Doctorum indagine: Legitur (inquis) quod Ludii præsulis pueri essent glabri ac depiles propter æstatem, quos antiqui Ludios appellabant. Varro *de re rust. cap.* 1. Si quem glabrum facere velis. Sic glabræ sues, apud Col. *in præfat. lib.* 1.

Glăbellum, diminutivum. Glabra etiam, sive glabella, vocatur interstitium supercilia supra nasum disterminans, quia sine pilis esse consuevit. { μεσόφρυον. Gall. *Espace entre les sourcils.* Ital. *Spatio tra le ciglie.* Germ. Das theil der stirnen so zwischen den augbrawen oben auff der nasen ohne haar ist. Hisp. *Espacio que ay entre ceja y ceja.* Angl. *The space betweene the browes.* } Capella *lib.* 1. *Nupt. Philologiæ.* Quarum una deosculata Philologiæ frontem illic, ubi pubem ciliorum disterminat glabellæ medietas.

‖ Glabra, glabellus, glabella, interstitium quod supercilia super nasum disterminat, eo quòd sine pilis. ‖

Glăbrētă, orum. Loca salsa, stirpibúsque nuda: quæ & Calveta à nonnullis appellantur: in quibus scilicet propter noxiam aliquem humorem nihil gignitur. { φαλάκρωσις. Gall. *Terre où il ne croist rien.* Ital. *Terreno ove non nasce biada ne altro.* Germ. Dürr vnnd vnfruchtbare orther an welchen nichts wachst. Hisp. *Terreno donde no nasce nada.* Angl. *Bare places without corne or grasse.* } Colum. *lib.* 2. *cap.* 9. Solet autem saltuosa nonnunquam, & amaram uliginem vomere terra, quæ quamvis matura jam sata, manente nocio humore corrumpit, & locis glabrentibus sine ulla stirpe seminum aream reddit: ea glabrera ligonis adhibitis notari convenit, ut suo tempore vitiis ejusmodi medeamur.

Glăbro, as, are: Pilos auferre. { קרח *karách.* φαλακρῶ, ψιλόω. Gall. *Peler, ou oster le poil.* Ital. *Pelare, spelare.* Germ. Das haar ausrauffen oder abschaben/ glatt machen. Hisp. *Pelar y hazer lampiño.* Angl. *To make bare, or pilde.* } Col. *lib.* 12. *cap.* 53. Quum ab aqua pridie sues prohibiti sunt, postero die mactantur: & vel aqua candente, vel ex tenuibus lignis flammula factis glabrantur.

Glăbrĕo, es, glăbui sum & depilis: quamquam etiam ad terram transfertur, quæ etiam glabrere dicitur, ubi satis stirpibúsque nuda est, nihilque gignit. { חלק *chalák.* ψιλὸν, φαλακροῦμαι. Gall. *Se peler, perdre son poil, estre sans poil.* Ital. *Essere senza peli.* Germ. Glatt vnnd one haar sein/ kal sein. Hisp. *Ser sin pelos.* Angl. *To be pilde or wit hout heare.* } Unde loca glabentia, apud Col. *lib.* 2. *cap.* 9.

Glăbrĕsco, scis, glăbui, pilos, aut capillos, sive plantas amitto: quod evenit nonnunquam morbo aliquo. { חלק *chalák.* ψιλὸν, ὀλόλειον. Gall. *Devenir pelé, perdre son poil.* Ital. *Divenir senza peli.* Germ. Kal werden. Hisp. *Pelarse, y hazerse lampiño.* Angl. *To waxe pilde.* } Transfertur quandoque ad alia: ut Glabrescere dicatur area, quum herbis aceritis, vel evulsis complanatur, & quasi glabra redditur. Colum. *lib.* 2. *cap.* 20. Nam dum à pecudibus legumina proculcentur, herbæ etiam ungulis atterantur, atque ita glabrescit, & sic idonea terminibus area, id est, sit glabra, munduque.

Glăbrō, as, avi, atum sunt qui corpus glabrum, & pilis nudum habent. { ψιλόω. Gall. *Peler, qui sont sans poil.* Ital. *Colore che no hanno peli su la persona.* Germ. Die ein glatten leib haben/ ohne haar. Hisp. *Varones lampiños, y sin pelos.* Angl. *They that hath no heare*

*ex thero bodyes.* } Unde Glabrionum non ignobilis Romæ familia nomen accepit, ex qua fuit M. Glabrio, M. Scauri ex sorore nepos: cujus meminit Asconius *in orationem Ciceronis pro M. Scauro.* Ejusdem familiæ M. Attilius Glabrio fuit.

GLăcĭēs, ēi. Aqua concreta gelu, quasi gelacies, à gelu. { קרח *kerach.* κρύσταλλος. GALL. *Glace, glaçon.* ITAL. *Ghiaccio.* GERM. Eiß. HISP. *Yelo ò la elada.* ANGL. *Yce.* } Plin. *lib.* 5. *cap.* 28. Aute ad glaciem opposita. Virg. 10. *Eclog.*

*Ah tibi ne teneræ glacies secet aspera plantas.*

Idem 1. *Georg.*

——— *silicémque maniplù*
*Sternere subter humum, glacies ne frigida laedat*
*Molle pecus, scabiémque ferat, turpesque podagras.*

Ovid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

*Sæpè sonant moti glacie pendente capilli.*

Tibull. *lib.* 4.

*Sed durata riget* (unda) *densam in glaciémque nivémque.*

¶ De glacie in vino. Senec. *epist.* 89. ¶ Glacies de re dura atque concreta ac solida, ut πάγος apud Græcos: ut glacies ætis. Lucret. *lib.* 1.

*Tum glacies æris flammâ devicta liquefit.*

GLăcio, ās, verbum est activum: Frigore astringo, in glaciem converto. { πυκνόω. GALL. *Glacer.* ITAL. *Agghiacciare, ghiacciare.* GERM. Zu eiß machen. HISP. *Elar à otra cosa.* ANGL. *To mak any thing freeze and congeale.* } Horat. *Carm. lib.* 3. *Ode* 10.

*Audù quo strepitu janua, quo nemus*
*Inter pulchra situm tecta remugiat*
*Ventis & positas ut glacies nives*
*Puro numine Juppiter.*

¶ Glaciare, pro glaciari. Plin. *lib.* 29. *cap.* 3. *ad finem.* Fit autem hyeme, quoniam æstate non glaciat, nisi accepta cera. Id est, non glaciatur, non coit, non coagulatur. ¶ Inde passivum Glacior, in glaciem convertor. κρυσταλλόομαι. Plin. *lib.* 14. *cap.* 13. Flore ejus aquam glacisti Pythagoras tradit. Idem *lib.* 4. *cap.* 11. Glaciatæ moles prodigii modo. Caseus glaciatus, id est, coagulatus, & concretus. Col. *lib.* 7. *cap.* 8. Nec dubium quin fici ramulis glaciatus caseus jucundissimè sapiat.

GLăcĭālis, e. A glacie deducitur, id quod congelatur, & in glaciem convertitur. { κρυσταλλώδης, κρυσταλλοειδής. GALL. *Gelé, glacé.* ITAL. *Di ghiaccio.* GERM. Eisfechtig. HISP. *Cosa que se yela ò puede elar.* ANGL. *where yce is, that may or is wont to be frosen.* } Juvenal. *Satyr.* 2.

*Vitrea Sauromatas fugere hinc libet, & glacialem*
*Oceanum.*

Colum. *lib.* 3. *cap.* 1. Per quam omni penè regione, & omni declinatione mundi, nisi tamen glaciali, vel præferenda, cutæ mortalium respondet. Ferum glaciale. Claud. *in Pasiph.* Frigus glaciale. Ovid. 6. *Metam.*

GLăcĭtātŭs. Proprium est vocis anserum. { κλαγγάζω. GALL. *Vn mot propre pour exprimer quand les oyes crient.* ITAL. *Far voce d'oca.* GERM. Gagen oder schnattern wie die gäns. HISP. *Hazer la voz del pato.* ANGL. *To gagle or creake lik a goose.* } In carmine de Philomela, quod Ovidii nomine circumfertur.

*Cacabat hinc perdix, hinc glacitat improbus anser.*

Alii legunt *glocitat*, alii *Gratitat.*

GLădĭus, ii: Ensis, à clade dici videtur, c in g mutata, ut scribit Varro, quòd ad cladem sit inventus. Idem *lib.* 8. *de L. L.* Dicitur hic gladius, & hoc gladium. { חרב *cherab*, שלח *schelach.* ξιφος, μαχαιρα. GALL. *Pugnaive, ou coustean, une espée.* ITAL. *Spada, coltello, pugnale.* GERM. Ein schwert. HISP. *Cuchillo, ò espada.* ANGL. *A sword.* } Plaut. *in Trin.* Dedistine hoc pacto ei gladium, qui se occideret? Id est, ministrasti materiam ad perniciem. Cæsar 7. *bell. Gall.* Gladiis districtis portas occuparerunt. Senec. *cap.* 26. *de consol. ad Marc.* Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

——— *gladiúque latus, sentíque sinistram*
*Subjicio.*

Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 3. Gladium adfer. P. Quid opus gladio? Qui me & hunc occidam. ¶ Gladius & Ensis, Idem *apud Quint.* ¶ Terent. *in Adelphis.* Suo hunc gladio jugulo. Erasmus, Suo gladio, suóve telo jugulari dicitur, qui suis ipsius dictis revincitur, aut qui suopte invento, dolóve capitur: denique, in quem quocunque modo seu dictum, seu factum retorquetur, quod ab ipso profectum sit. Translata metaphora ab iis qui in pugna suis ipsorum telis aliquoties confodiuntur. ¶ Gladio plumbeo jugulare, est levi argumento, nulloque negotio convincere quempiam. Cic. *ad Attic.* Quum illum plumbeo gladio, jugulatum tamen iri diceret. ¶ Gladii potestas dicitur à Jurisconsl. pro jure in facinorosos animadvertendi. Ad gladium damnari, idem est, quod ad ferrum, ad ludum gladiatorium. ¶ Antiqui gladium dixerunt in neutro genere, ut probat Varro hoc Lucilii authoritate,

*Hærebat gladium mucrone in pectore totum.*

Et *in lib.* 1. *de re rust. cap.* 46. Ubi latet conditum gladium. ¶ Est & gladius, genus piscis marini rostro mucronato, quo naves perfodit, & demergit in Atlantico Oceano. ξιφίας. Plin. *lib.* 32. *cap.* 2. & 11. ¶ Gladium acutum avertas, ξιφος μάχαιραν λαμπρόν. Opinor innui, à periculosis negotiis abstinendum. ¶ Hunc finitimum est, Ne puero gladium, μὴ παιδὶ μάχαιραν, subaudiendum commiseris. Allegoria proverbialis, admonens non esse mandandam potestatem vel adolescentibus, vel imperitis ac stultis, qui tum in suam, tum aliorum perniciem sunt abusuri. Ficulnus gladius, συκίνη μάχαιρα. De frivola causa dici potest, quæque minimo negotio queat refelli. Dictus est autem ficulnus gladius sycophanta, quòd idem & mollis sit, & calumniator. Hesychius. ¶ Ne gladium tollas mulier, μὴ μάχαιραν αἶρε γύναι, hoc est, ne suscipias negotii molem, quum nequeas auxiliari.

GLădĭŏlŭs, i: Parvus gladius. { ξιφίδιον. GALL. *Coutelas, petite espée.* ITAL. *Coltellino.* GERM. Ein schwertlin / dägdin. HISP. *Espadilla.* ANGL. *A litle sword, a knyfe.* } Gell. *lib.* 10. *cap.* 25. Lingulam, gladiolum longum vocant in speciem linguæ factum. Quo etiam nomine à Romanis dicta est herba quædam, quam & Græci ξίφιον appellant, propterea quòd folium habeat gladii figuram referens. Iridi persimili. est, nisi quòd folio minore sit, angustiore, & gladii modo mucronato, nervosumque in caulem exeunte, in quo pauci flores in ordinem digesti. De hoc Plin. *lib.* 21. *cap.* 11.

GLădĭātōrēs, fervi erant, quos lanistæ armorum artem edocebant, ut postea & pugnandi, & in ludis populi delectandi causa in arena depugnarent. { μονομάχοι. GALL. *Jouteurs d'épée, escrimeurs.* ITAL. *Schermitori, coltellatori.* GERM. Ein fechter mit dem schwert besonder. HISP. *Esgremidores de espada.* ANGL. *Fensers, swoorde players.* } Quintilian. *declam.* 305. docet, quis Gladiator dicatur, & plura de iis, *ibid.* Item, quàm vilis eorum conditio, Calp. Flaccus *decl.* 50. Ovid. *Eleg.* 6. *lib.* 4. *Trist.*

*Integer est melior nitidis gladiator arenis* (quàm lanius.)

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

*Scilicet ut victus reposit gladiator arenam.*

Cic. 3. *Philipp.* Quod si jam (quod dii omen avertant) fatum extremum Reipubl. venit, quod gladiatores nobiles faciunt, ut honestè decumbant, faciamus nos principes orbis terrarum, gentiumque omnium, &c. Quoniam autem gladiatores neque suam, neque eorum cum quibus pugnabant vitam curabant, factum est, ut sanguinolenti & interfectores civium, gladiatores quoque odioso vocabulo appellarentur. Cicer. 7. *Philipp.* Gracchorum potentiam majorem fuisse arbitraminí, quàm hujus gladiatoris futura sit? quem gladiatorem non ita appellari, ut interdum etiam M. Antonius gladiator appellari solet: sed ut appellant ii, qui planè & Latinè loquuntur. Idem *ad Cassium.* Eadem enim gladiator quærit. ¶ Inter gladiatores erant retiarii, qui adversùs mirmillones pugnabant: de quibus suo loco. De gladiatorum origine ac causa, Julius Capitolinus habet hoc pacto: Multi dicunt, apud veteres hanc devotionem contra hostes factam, ut civium sanguine lirato, specie pugnarum fortunam satiarent. Alii hoc literis tradunt, quod verisimilius credo, ituros ad bellum Romanos, debuisse pugnas videre, & vulnera, & ferrum, & nudos inter se coeuntes, ne in bello armati, hostes timerent, aut vulnera & sanguinem perhorrescerent. Hinc mos tractus videtur, ut Imperatores ad bellum proficiscentes, munus darent gladiatorium.

GLădĭātōrĭē, adverb. Lamprid. *in Commodo.* Habuit præterea morem, ut omnia quæ turpiter, quæ impudè, quæ crudeliter, quæ gladiatoriè, quæ lenonicè faceret, actis verbis indi juberet.

Gnāthōs. ¶ לחי *lechi.* γνάθος. Gall. *Joué, bouche.* Ital. *Guancia, gota, maſcella.* Germ. Ein backe oder wang. Hisp. *Baca, maxilla de la cara.* Angl. *The cheeke.* ¶ Latinè gena, maxillâve dicitur, aut bucca. Inde apud Terentium, Gnatho parasitus. Usurpatur etiam Gnatho pro homine impuro & nihili. Cic. 2. *Philip.* Hodie non descendit Antonius. Cur? neminem nominabo. Putaretne cum Phormioni alicui, cum Gnathoni, cum Ballioni. O fœditatem hominis flagitiosam! Hinc componitur Tetragnathius, τετραγνάθος, genus araneorum, ita dictum à discursu linearum, quarum maxillarum speciem referentium. Author Plin. *lib.*29. *cap.*4.

Gnātus, i: Filius. ¶ בן *ben.* υἱός. Gall. *Fils, enfant.* Ital. *Figliuolo.* Germ. Ein sohn. Hisp. *El hijo.* Angl. *A ſonne.* ¶ cui eadem ratione præponitur g, qua & gnaro. Plaut. *Pſeud. ſc.*2. *a.*1. Duo gnati Jovis. (sup. Zetus & Amphion.) Cicer. *pro Planco*, Quanquam ad præcepta ætas non est gnati, ex poëta. Idem 1. *de divin.* O gnata, &c. Dulces gnati. Lucr. *lib.*4.

Gnatus, participium: vide *Natus.*

Gnāvŭs, i, à γνάφω, γνάπτω, κνάπτω, carmino, γναφεύς, seu κναφεύς, fullo. Hinc nempe Ex gnavus fit Navus, quam vocem vulgò à nave deducunt. Celer, strenuus. ¶ אביר *abir*, גבור *ghibbór*, שקדת *ſchoketh.* ἐργάτης, φιλόπονος. Gall. *Diligent, habile.* Ital. *Preſto, dili-*

*gente.* GERM. *Fertig/geflissen/hurtig.* HISP. *Prompto, vigilante, presto.* ANGL. *Valiant, lustie, active and quicke.* } A navium celeritate, ut quibusdam placet, Grammatici protesin figurarum appellant, quando apponitur littera principio dictionis: ut, Gnatus, pro natus: gnotus, pro notus. Plautus *Mostell.* Simul autem gnavos esse ad hanc rem mecum vos omnes volo. Horat. 2. *Epist.* 6.

*Gnavus manè forum, & vespertinus pete tectum.*

Ovid. 1. *de Ponto, Eleg.* 11.

*Nectar, & ambrosiam, latices, epulásque Deorum*
*Det mihi formosa gnava juventa manu.*

Gnāvitĕr, adverbium, diligenter, accuratè, studiosè. ἐμπόνως, ἐπιμελῶς. GALL. *Diligemment, habilement.* ITAL. & HISP. *Diligentemente, valerosamente.* GERM. Fleißiglich/frembdiglich. ANGL. *Valiantlye, lustelye.* } Liv. 10. *ab Vrbe*, Ibi aliquandiu nec cessatum ab armis, nec gnaviter pugnatum. Plaut. *Cistell.* Ut me, quem ego amarem gnaviter, sineret cum eo vivere.

Gnēsiōn, γνήσιον. Aquilæ genus, à Latinis syncerum interpretatur, velut verum solùm neque incorruptæ originis: media magnitudine, colore subrutilo, rarò visum. Plin. *lib.* 10. *cap.* 3.

‖ Gnesna. V. A. & caput regni Poloniæ, sedesque regia, in cujus Basilica Cathedrali quiescit corpus S. Adalbati Episcopi Pragensis. ‖

Gnēus, corporis insigne, & prænomen, à generando dictum: ut ex Græco γνῆσιος apparet. Festus.

Gnide, sive potiùs Cnide, κνίδη. Piscis genus, quod Latini Urticam appellant. Nomen accepit ἀπὸ τοῦ κνίδω, hoc est, à mordendo.

Gnīdŭs, γνίδος, vulgò *Cabo crio.* Urbs insignis in extremo cornu peninsulæ Cariæ adhærentis Asiæ, Veneris templo & signo Praxitelis in primis nobilis. Horat. *in Carm. Ode* 30. *lib.* 1.

*O Venus regina Gnidi, Paphique.*

E Gnido viri memorabiles fuerunt, Eudoxus mathematicus Platonis sodalis: Agathartides Peripateticus, historiæ conditor: Theopompus, Julio Cæsari familiaris, Artemidotus ejus filius: & his Antiquior Ctesias, qui Xerxem meditatus est, & res Syriacas Persicásque conscripsit.

Gnīdĭus, a, um, ut Gnidia Venus. Cic. *de Divin.*

Gnōmă, inquit Festus, Genus est machinæ, qua regiones agrorum dignoscuntur: quod Græci dicunt γνώμονα. { ANGL. *An instrument or rule or measure land.* } ¶ Gnomæ item, משלים *meschalim*, γνῶμαι, dicuntur memorabiles sententiæ, omnium judicio & assensu comprobatæ. Vide Quint. *lib.* 8. *cap.* 5.

Gnōmōn, is. {γνώμων. ANG. *That which sheweth the houres in a dyall.*} Est stylus in medio horologii solaris, umbra sua horas indicans, quem Plin. Umbilicum Solis vocat, ita enim ait *lib.* 2. *cap.* 74. Solis itaque umbilici, quem gnomonem appellant, umbra in Ægypto, meridiano tempore, æquinoctii die, paulò plus, quàm dimidiam gnomonis mensuram efficit. In urbe Roma, nona pars gnomonis deest umbræ. In oppido Ancona, supereſt quinta trigesima, &c. Gnomon & regula. ὁ γνώμων καὶ κανών, proverbio vocatur, quod in re quapiam est præcipuum, & ad quod unum reliqua omnia tanquam ad regulam referuntur. ¶ Gnomones, γνώμονες, etiam dicuntur dentes jumentorum, quibus ætas illorum dignoscitur. { ANGL. *The teethe wherby the age of beastes in knowen.* } Unde agnomones, ἀγνώμονες dicuntur, quorum ætas dentibus perspici non potest.

Gnōsco, pro nosco. Diomedes *Grammaticæ lib.* 1. Gnoscit, ait, Cæcilius: quoniam cum præpositione, agnosco & cognosco dicimus. Item eodem modo novi: nam *gnovi* veteres formabant.

Gnōsĭdĭcŭs, γνωσίδικος. Clarissimus Asclepiadarum, Nebri, filius, pater Hippocratis, Æsculapii & Podalirii: avus autem Heraclitæ, qui pater fuit Hippocratis medicorum omnium doctissimi. Author Steph. *in dictione*, Cos.

Gnōsĭŏs, κνωσία, vulgò *Candia.* Urbs Cretæ fuit Minois regia, quæ alio nomine Cerathus, ut scribit Strabo, appellata fuit à fluvio ejus nomine.

Gnōsĭus, a, um, quod est ex Gnosso urbe: ut Gnossius civis, Gnossia littora, Gnossia regna. Ovid. *in Epist. Parid.*

*Non habuit tempus, quo Gnossia regna videret,* *Aptius.*

¶ Pro eodem etiam dicitur Gnossiacus, a, um: ut, Corona Gnossiaca, apud Stat. *lib.* 1. *Syl.*

Gnōsĭus, a, um, idem quod Gnossius. Lucan. *lib.* 3.

*Creta vetus populis, Gnosiáque agitare pharetra*
*Docta.*

Gnōsĭus, idis: Patronymicum fœmininum. Ovid. *Epist.* 21.

*Et Phœbus Daphnen, & Gnosiida Bacchus amavit.*

Gnōstĭci, γνωστικοί. Hæretici quidam erant, de quibus frequens est mentio *in Epistolis D. Hieronymi.*

G O

Gŏărēnē, es, γωρήνη. Regio Arabiæ non procul à Damasco, quæ & Gorea, & γώρηνα dicitur. Author Steph.

Gobæum, γωβαῖον, Promontorium Galliæ Lugdunensis, apud Ptolem. *lib.* 2 *cap.* 8. In plerisque exemplaribus Gabeum legitur, non Gobæum.

Gōbĭus, i, vel gobio. {κωβίος. GALL. *Vn poisson nommé gouion.* ITAL. *Gobio pesce, ghiozo.* GERM. Ein göbi/ist ein meerfisch. HISP. *Gobi pescado.* ANGL. *A gugion.* } Piscis exiguus, qui & gobio dicitur. Juven. *Satyr.* 11.

*Nec mullum cupias, quum sit tibi gobio tantùm*
*In loculo.*

Martial. *lib.* 13.

*Principium cunæ gobius esse solet.*

Gōbryās, γωβρύας. Nobilis Persarum Satrapes fuit, unus ex iis qui cum Dario conjurarunt adversùs Magos. Nam erat Darii socer, antequam regnum Darius ipse adipisceretur, ut ostendit Herodotus *initio lib.* 7.

Gōētīă. { כשף *chascháph.* γοητία. } Incantatio, impostura, præstigiatura. Quomodo autem differat à pharmacia, vide apud Cæl. Rhodig. *lib.* 1. *cap.* 61.

Gog. גוג *ghogh.* & *Magog*, מגוג *maghógh.* Voces sunt in sacris litteris aliquoties repetitæ, quibus sunt qui putent gentes Scythicas significari. Hieronymus tamen *in Ezechielem* mavult allegoricum sensum subesse, nullósque iis nominibus populos significari.

Golgi, orum, γόλγοι Stephano. Locus est in Cypro insula Veneri & Cupidini sacer. Catullus *in nupt. Pelei.*

*Sancte pater, cura hominum qui gaudia miscet,*
*Quique regis Golgos, quique Idalium frondosum.*

Quo in loco in omnibus fere exemplaribus hactenus corruptè lectum est *Colchos*: Aldi vetus editio tamen *Golgos* habet.

‖ Golgotha, גלגלת. Calvariæ locus, ubi Christus crucifixus est.

Golora, testudo: Gloss. A. L. ‖

Gomolitæ, γωμολίται, populi Idumææ, Gomphi. Vide Philippi, & Gomorrhum, utroque modo oppida. Solin.

Gomŏrrhă, æ, vel Gomorrhum, rhi (utroque enim modo dicitur.) עמרה *homorâh.* Oppidum Judææ, ab Asphaltite lacu haustum, quemadmodum & Sodoma, & alia nonnulla. Vide Solinum.

Gŏmphi, γόμφοι, urbs Thessaliæ. Steph.

Gomphōsis, γόμφωσις, coagmentatio: apud medicos est, cùm os ossi inseritur, ad instar clavi.

Gondiæ, γονδίαι. Populi Thraciæ apud Herod. Cindræ, & Rhoodæ legitur. Steph.

Goneī, γονεῖς, urbs Thraciæ, cujus incolas aliqui vocant Adrianopolitas. Steph.

Gŏnni, γόννοι, vel γόννος. & γόννη, urbs Perrhœbiæ, à Conno quodam Cyphi nepote dicta. Regia Connia. Steph. vide *Connus.*

Gŏnnŭs, urbs est in superiori parte Thessaliæ, unde ad Thessaliam introitus comperitur.

Gŏnŏrrhœă, { גיב מקרדת *mikkereth láiebáh.* γονόῤῥοια. } Vitium est membrorum genitalium, quum præter voluntatem sperma collaboranti effluit: quod genus vitii provenire solet ex retentricis facultatis imbecillitate. Qui verò hoc vitii patiuntur, Gonorrhœi, γονόῤῥοιοι, appellantur: γονὴ namque semen significat, ῥέω, fluo. Vide Galenum *de locis affectis lib.* 6.

Gŏnŏs, γωνός. Thraciæ oppidum est, non procul à Philippis & Ergino fluvio. Author Plin. *lib.* 4. *cap.* 11.

Gonussa, Perrhœbiæ urbs. Steph.

Gorama: Regio Arabum Scenitarum, cujus incolæ Gorameni.

Gŏrdiāni, tres fuerunt Romanorum Imperatores, pater, filius, & nepos. Vide Herodianum *lib.* 6.

Gŏrdĭus, γόρδιος. Phrygiæ rex fuit, rusticus alioquin & ignobilis. Quòd enim Phrygibus oraculum de rege creando consulentibus, responsum esset, ut eum in regem deligerent, qui primus templum ingrederetur, evenit ut Gordius summo mane ad agrum properans, loráque plaustri gestans, primus templum introiret. Quare ab omnibus rex consalutatus, lora ad rei memoriam in templo suspendit, in quibus erat nodus adeò perplexus, ut indissolubilis putaretur, circumferebatúrque oraculum, ut regno potiretur qui lora dissolveret. Hunc nodum Alexander quum dissolvere non posset, ense dissecuit. Hinc factum est, ut Nodus Gordius notissimo proverbio dicatur de rebus indissolubilibus.

Gordium, γόρδιον. Urbs magna Phrygiæ juxta Cappadociam, à Gordio patre Midæ.

Gordii murus, γορδιοῦ τεῖχος, urbs Midæ, à Gordio filio condita.

Gordiæa, γορδιαία, regio Persica, à Gordia Tripolemi filio, &c. Steph. vocat Gordos & Gordochos hos populos, & montes Gordæos.

Gordynia, γορδυνία, urbs Macedoniæ. Steph.

‖ Goreo, ἀναμφίβολον. Gorgi ἀναμφιβόλως. Gloss. ‖

Gŏrgĭās, γοργίας. Leontinus fuit Rhetor, Empedoclis discipulus, & Isocratis præceptor, ut scribit Quint. *lib.* 3. *cap.* 1. cui tanta fuit artis fiducia, ut de omni re, quæcunque in disceptationem quæstionemque vocaretur, se copiosissimè dicturum esse profiteretur. Meminit ejus Cic. *in Bruto*, & *libris de Oratore.* Hic arte sua tantum pecuniæ corrasit, ut auream illarum primus omnium ponere in templo Apollinis Delphici.

GŌRGŎNES, γοργόνες. Dictæ sunt Phorci filiæ, Medusa, Stheno, & Euryale, quæ Gorgadas insulas in Oceano Æthiopico ultra habitasse dicuntur, contra Hesperidum hortos. Nomen habent à truculentia, quam Græci γοργότητα appellant. Scribit Diodorus fœminas fuisse in Africa bellicosas, adversùs quas Perseus bellum gesserit, & eratum reginam Medusam debellaverit, ac interfecerit. Vide *Medusa*, & *Pegasus.*

Gorgŏnĕŭs, a, um, γοργόνειος, nomen possessivum. Ovid. 2. *Metam.*

*Gorgoneum tetigisse domo.*

Gorgophone, Amphitruonis amita. Plaut. *Amphitr. scen.* 4. *act.* 4. Ego idem ille sum Amphitruo, Gorgophones nepos, Imperator Thebanorum, &c.

Gŏrgophŏnŏs, γοργοφόνος. Palladis epitheton est, quasi Gorgonem secans, in ejus enim scuto pictum est Medusæ Gorgonis caput. Cic. *antequam iret in exilium*, Teque Tritonia armipotens, Gorgophona Pallas, Minerva, cæterique dii, deæque immortales, &c.

Gorgŏnĭa, γοργόνιον, teste Plin. *lib.* 39. *cap.* 10. nihil aliud est, quàm corallium: ita dictum, quòd ex aquis exemptum, protinus in duriorem lapidis concretatur, quemadmodum illi, qui Gorgonas aspexerant.

Gorgythiōn, γοργυθίων. Priami filius ex Castiania Thressa susceptus, qui postea in bello Troiano à Teucro Telamonis filio confossus occubuit. Author Homer. *Iliad.* 8.

Gorgŭlus, viri proprium malè olentis. Horat. 1. *Serm.*

*Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum.*

Gorriones, cum r literæ sonantes. Hispani Gorriones vocant *Passeres*, quibus gregatim volantibus aptissima est hæc explicatio: forte *Garrones*, à *Garritu.*

Gortyn, sive Gortys, ynis, sive Gortyna, æ. γόρτυν, ὁ γόρτυς. Steph. Oppidum mediterraneum Cretæ insulæ, ad Lethæum fluvium, cujus meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.

Gortynius, a, um, γορτύνιος, ut Gorthynia spicula, apud Stat. *lib.* 5. *Thebaidos.*

Gortynis, idis, patronymicum fœmininum, γορτυνίς. Lucan. *lib.* 6.

*Dicta procul cerne manu Gortynia arundo.*
*Tenditur in scopulum.*

Gossipium. {ANGL. *The tree that beareth cotton, also cotton.*} Fustet

ck

est ex superiori parte Ægypti, quæ in Arabiam vergit, primùm allatus, nunc etiam in quibusdam Italiæ locis nascens: ex quo lina fiunt quæ gossipina dicuntur. Alio nomine dicitur xylon, ξύλον, & lina ex eo confecta, xylina. Plin. *lib.*19 *cap.* 1. Superior pars Ægypti in Arabiam vergens gignit fruticem, quem aliqui gossipion vocant, plures xylon: & ideo lina inde facta, xylina. Parvulus est, simulémque barbaræ nuces defert fructum, cujus ex interiore bombyce lanugo netur. Nec sunt ulla eis in candore, mollitiéve præferenda. Ex quibus Plinii verbis satis constat, gossipion fruticem esse, qui lanam illam mollissimam profert, quam vulgò vocant *Cotonium*, quod & ipsum Latinè vocare possumus linum gossipinum, vel xylinum. Hunc fruticem nos aliquando in Italia vidimus, pomúmque ejus mali cotonei similitudine, quod maturescens, lanæ quam includit, copiâ dirumpitur, lanúmque inclusum detegit.

Gothiã, Regio Europæ, contermina Danix & Norvegiæ. {Gotland.} Ex qua Gothi immanes populi, qui olim Italiam armis subegerunt, Romámque ipsam solo æquarunt, suámque in totum orbem invexerunt barbariem. Hæc dictio potiùs vidi tur unitonæ, sertbenda, quum à Latinis poëtis prima syllaba ferè semper corripiatur. Ausonius,

*Hinc pessem vitios inde referre Gothos.*

Et sæpius apud Claudianum. Non multùm tamen peccaverit qui consonantem geminabit: quod & in Græcis aliquot codicibus factitatum animadvertimus. ¶ ‖ Gothia item A.xxxi v. sub P. Constantinopolitano.‖

GR

Grab, Fistula, oculi morbus.

‖ Grabatarius. κλινοπαλής. Vet. Lex. qui grabatos facit.‖

Grăbātŭs, i. { ערש *hèrès.* κραβάτος Suidæ. GALL. *Vn petit lit sur quoy on se repose sur le jour.* ITAL. *Letticella.* GERM. Ein gantsch/ oder sotterbet. HISP. *Lecho pobre.* ANGL. *A litle bedde or couche.* } Lectus exiguus, in quo meridiati solent: dictus quasi carabatus, quòd in eo capite recumbamus; κάρη enim caput, βατὸς pervium Græci dicunt. Alii κραβάττης, παρὰ τὸ κρέμασθαι τὰς βάσεις, hoc est, à suspendendis pedibus dictum malunt. Unde & pro lectis pauperum & mendicantium grabati accipi solent. Cic. *lib.*1. *de div.* diversa facit lectos, & grabatos, quum ait: Venit enim jam in contentionem, utrum sit probabilius, Deósne immortales, rerum omnium præstantia excellentes circumsurfare omnium mortalium, qui ubique sunt, non modò lectos, verùm etiam grabatos: & quum sterrentes aliquos viderint, objicere iis visa quædam tortuosa, & obscura. Apud Latinos primam corripit, sed apud Græcos eandem producit, & duplici *β* scribitur. Virg. *in Moret.*

*Membra levat sensim vili demissa grabato.*

Matt. *lib.*6.

*Sed si nec forum est, mundi nec strata grabati.*

‖ Grabium, γράβιον, genus *baculi.* Existimo sanè, inquit Casaubonus, grabia factitata de ligno alicujus arborum earum, quæ picem ferunt, cujusmodi sunt in Europa pinus, pinaster, picea, abies, larix, & quæ propriè dicitur ærda.‖

Grăcchŭris, urbs Iberiæ, ita nominata à Sempronio Graccho, qui acceptis in deditionem Celtiberis, hanc urbem, quæ antea Illurcia dicebatur, splendidiùs restitutam, ut superesset rerum à se gestarum monimentum, à suo nomine appellavit Gracchurim.

Grăcchŭs, Sempronix familiæ cognomen fuit, ex qua fuit Tib. Gracchus Caii & Tiberii pater, qui in Hispaniam proconsul missus, Celtiberos in deditionem accepit, Illurciámque eorum oppidum splendidius à se restitutum, ut gestarum à se rerum memoria superesset, de suo nomine Gracchurim appellavit. Hinc uxor fuit Cornelia ex Scipionum familia, insigni pudicitia, & eruditione mulier, ex qua Tyberium & Caium Gracchos suscepit, generosissimæ quidem indolis juvenes, eloquentiáque imprimis admirabiles, cæterùm popularis auræ plus satis avidos. Quæ res fecit, ut relictis optimatibus ad plebem se contulerint, legésque Agrarias perpetuos seditionum fomites in lucem reduxerint: neque antea quieverint, donec Senatum in suam necem armarent. Tiberius priùs occisus est in concione à Publio Nasica. Caius autem biennio pòst, quum montem Capitolinum occupasset, à consule Opimio. Vide plura apud Plutarchum *in vita Gracchorum.*

Grăcĭlis, e, adject. gracilentus, ab antiquo gracere. Tenuis, macilentus. {דק *dak,* דל *dal,* כחוש *chachúsch.* ἰσχνὸς, λεπτός. GALL. *Gresle, maigre, mince, menu, delié.* ITAL. *Sottile, magro, scarno, tenue.* GERM. Nan/ klein/ mager. HISP. *Magro, sutil, delgado, flaco.* ANGL. *Slender, thinne, leane, small.* } Terent. *in Eunucho*, Haud similis virgo est virginum nostrarum, quas matres student demissis humeris esse, vincto pectore, ut graciles fiant. Turpilius, Nosti quàm sit gracilis corpore. Gracilis lapis, Gracile marmor. Gracili nucleo glans. Graciles vindemiæ, apud Plin. leguntur. Gracilis liber. Mart. *lib.*8.

*Si quid forsè petam timido gracilique libello.*

Ovid. *Eleg. ult. lib.*4. *Trist.*

*Et gracilis sentes effugit umbra reges.*

¶ Gracilis ponitur pro molli, ἁπαλός. Horat. *lib.*1. *Carm. Od.*5.

*Quæ multa gracilis te puer in rosa.*

Grăcĭlĭtās, atis: Corporis habitus tenuior. {דלות *dallúth,* כחש *chachasch.* ἰσχνότης. GALL. *Greslete, maigreur.* ITAL. *Sottilezza, magrezza, tenuità.* GERM. Nanheit/ dünne. HISP. *Magrura, sutileza, delgadez.* ANGL. *Leanesse, slendernesse.* } Cicer. 2. *de claris Oratoribus*, Habet enim certos sui studiosos, qui non tam habitus corporis optimos, quàm gracilitates consectantur. *Ibidem*, Etæreo tempore in nobis summa gracilitas, & infirmitas corporis. Gell. *cap.*19. *lib.*13, loquens de pronunciatione vocis *turrim*: Quæ sunt, inquit, jucundioris gracilitatis, &c.

Grăcĭlĭtūdo, inis, gracilitas. Accius *in Amph.* Ista tua gracilitudo, & propemodum luctus facit ne dubitem. Nonius.

Grăcĭlĕns, tis, omnis generis. Antiquis idem erat quod gracilis. Nævius. *in Protesilao*, Demam gracilentis colorem, dum ex hoc gracilens fit. Nonius.

Grăcĭlĕntŭs, a, um, gracilis, ὁ ἢ ἡ λεπτόγειος, ἰσχνός. Ennius *apud Non. Calepini Pars I.*

Plin. *lib.*7. Deducam habiles gladios filo gracilento. Gell. *cap.*12. *lib* 4 Gracilentus equus: ex Catone.

Grăcĭlesco, ĕre, gracilis & tenuis fio. {רזה *chachasch.* ἰσχναίνομαι. GALL. *Devenir gresle & menu, amaigrir.* ITAL. *Dimagrare, divenir magro, scarno.* GERM. Nan vnnd klein werden/ mager werden. HISP. *Enflaquecer.* ANGL. *To waxe leane or slender.* } Plin. *lib.*17. *cap.*23. Quum aliàs festinatione pariendi gracilescat.

Grăcŭla, sive quod usitatius est, Graculus, nomen avis, cornici simillis, nisi quod minor est, à voce quam edit, vel à gerendo dicta, quòd jacta fegetum semina gerat: vel quia ex olivetis cubitum se recipiens, duas pedibus baccas, tertiam ore ferat, seu etiam quòd gregatim volitet: sive à gracilitate corporis. { κόλοιὸς, ὁ κορακίας. GALL. *Vn geay ou gay, corneille.* ITAL. *Cornacchia.* GERM. Ein dyel oder dull. HISP. *El grajo.* ANGL. *A dawe cenghe, or cadesse.* } Est huic furandi natura, ex quo nonnulli monedulam eam appellavère, à furandis monetis. Exprimit sermonem humanum, & cavea emissus revertitur. Harum avium tria sunt genera. Majusculæ similiores sunt cornicibus, nisi quòd nigriores: minimæ, & inter eas mediæ, quibus rostra & pedes rubent. Plin. *lib.*10. *cap.*29. Transpadana Italia juxta Alpes, Latium lacum appellant, amœnum arbusto: rum, ad quem ciconiæ non transmeant, sicuti nec octavum citra lapidem ab eo, immensa alioqui finitimo Insubrium tractu examina graculorum monedularum: cui soli avi furacitas auti, argentique præcipuè mira est. Quo ex loco facilè apparet monedulam esse speciem graculi. ¶ Æsopicus graculus, Αἰσώπειος κολοιὸς, dicitur qui aliena sibi usurpat, aliorúmque bonis sese venditat. Lucanus & Horat. Tractum ab Æsopi apologo. Semper graculus allidet graculo, ἀεὶ κολοιὸς κολοιῷ ἰζάνει: huc, est, Simile gaudet simili. Refertur à Diogeniano, notatúrque ab Aristotele. ¶ Sumitur etiam Græculus pro pisce genere, qui & monedula dicitur à Plinio. Græcè κολιὰς.

Grădātim, Gradatio, Gradior, Gradivus: vide *Gradus.*

Grădŭs, us, ui, masc. gen. à gradiendo, id est, eundo. { מדרגה *madhreghàh,* מעלה *maalàh,* כבש *chebesch.* κλῖμαξ. GALL. *Degré, pas, marche.* ITAL. *Scaglione, grado.* GERM. Ein tritt, Item/ Ein staffel/ stegel. HISP. *Escalon, grada.* ANGL. *A degre, or steppe.* } Sunt etiam gradus ex quibus scalæ constant, & quibus ad ædificiorum altiora conscenditur. Cicer. *ad Attic.* Gradus templorum ab infima plebe completi erant. Idem *pro Sestio*, Gradus ejusdem templi tollebantur. Virg. 1. *Æneid.*

*Æreæ qui gradibus surgebant limina.*

¶ Gradus etiam idem interdum est quod gressus, βῆμα: hoc est, gradientium pedum vicissitudo, ut apud Virgilium 3. *Georg.*

*Carpere mox gyrum incipias gradibúsque sonare*
*Compositis.*

Addere gradum, pro accelerare. Livius *lib.*26. Alacrésque milites alius alium ut adderet gradum, memor ad defendendum ire patriam, hortabantur. Plaut. *Pseud. sc.*4. *a.*2. Confer gradum contrà pariter. Idem *Aul. sc.*1. *a.* 5. E. Congrediar. L. Contollam gradum. Idem *Menæch. sc.*2. *a.*3. Gradum proferam (id est, progredi properabo.) Idem *Aul. sc.*1. *a.*1. Testudineum hunc ego tibi grandibo gradum. Vide *Testudineum*, & *Grandio. Ibidem sc.*3. *a.*3. Propera Menæchme, fer pedem, confer gradum. Senec. *cap.* 11. *de cons. ad Marc.* Non dispari gradu-vadit huc (ad mortem) omnis turba. Idem *ibid. c.*10. Licet uno gradu (mortis) ad libertatem transire. Quinc. Si quid titubaverint (cœtus) velut in gradum reponantur. Senec *cap.*1. *de tranquill.* Gradu relato cedendum & salutis signis. *Ibid. cap.*13. In ultimo gradu positus (id est, mortis tempore.) Ovid. *Eleg.*1. *lib.*3. *Trist.*

——— *Gradibus sublimia celsis*
*Templa.*

Et *Eleg.*11.

*Quis gradus ulterior quò se tua porrigat ira*

Idem *Eleg.*12.

*Et fieri fama párque gradúsque potest.*

¶ In gradus comam frangere, Quintil. *cap.*12. *lib.*1. formare. Suet. *in Neron. cap.*51. Formata in gradus coma. Item in gradus atque annulos comptum caput. ¶ Pleno gradu. Veget. *lib.*1. *cap.* 9. Militari ergo gradu viginti millia passuum, horis quinque duntaxat æstivis conficienda sunt. Pleno autem gradu, qui citatior est, totidem horis viginti quatuor millia gerogenda sunt. Salust. *Jugurth.*134. Dein cunctos pleno gradu in collem subducit. Et pleno gradu, quadam proverbii specie, dicuntur ingressi qui aliquid magno studio instituerunt: contrà, qui leviter rem quampiam attigerunt, ingressi summo pede. Tribonius *lib.* 22. & Liv. *lib.*9. ¶ Gradum facere dicimus, ut si in arborem rectúmve scandere velim, ex saxo, aut scamno, aliquáve alia re gradum facio, ἐπὶ βάθρου ποιῶ πόδα. Valla *lib.*5. *cap.*26. Gradum facere, non est transitum facere, sed aliquam rem, gradum & quasi scalam ad alia facere. Ovidius 4. *Metamorph.*

*Novitiam primíque gradu vitiata fecit.*

Imò de transituad alium, usurpavit Plaut. *in Cure. sc.*2. *a.*1. Fac grandiorem gradum ad me: & Quintil. facere gradum ad alia, & Livius 6. *ab urb.* Jam eò gradum fecisse plebeios, unde pervenire ad summa possent. ¶ Gradum facere ad aliquam rem, metaphoricè, quod vulgò *Facere ingressum* dicunt. Cicer. *contra Rullum*, Hunc quasi gradum quendam, atque aditum ad cætera jactum intelligeris. ¶ Gradum inferre. Livius, Tandem gradum Romani acriùs intulerunt, cessitque Lusitanus. Tacitus *lib.*19. Gradum inferunt quasi recentibus auxiliis aucti. ¶ Gradu movere, est retro agere, propellere terrorsum. Livius, Primùm gradu moverunt hostem, deinde pepulerunt, postremò haud dubiè avertunt. ¶ Dejici de gradu, est amittere constantiam, & animi magnitudinem, ἀπὸ τῆς σεμνοπρεποῦς φύσεως. Cicer. 1. *Offic.* Fortis enim animi est, non perturbari in rebus asperis, nec tumultuantem de gradu dejici, uti dicitur: sed præsentis animi uti consilio. Sic etiam Gradu dimoveri, est ab existimatione pristina dejici, & deturbari. Cic. 2. *Tusc.* Non sentiunt viri fortes in acie vulnera: vel si sentiunt, se mori malunt, quàm tantummodò de dignitatis gradu dimoveri, id est, quàm indignum sese aliquid admittere. ¶ Venire gradibus. Cicer. 1. *de nat. deor.* Nam à beatis ad virtutem, à virtute ad rationem video te venisse gradibus. ¶ Interdum,

dum etiam Gradus accipitur pro existimatione, & loco honoris. Cicer. 1. *Philipp.* Est enim querela mihi necessaria pro hoc gradu, in quo me S.P.Q.R. collocavit. Suet. *in August. cap.* 49. Debitis pro gradu cujúsque (militiis præmiis, stipendiisque sup.) id est, pro ordine, sive dignitate. ¶ Gradus quoque cognationis dicti sunt ad similitudinem scalarum, locorúmque declivium, quos ita ingredimur, ut à proximo in proximum, id est, in illum, qui quasi ex illo nascitur, veniamus. Quapropter graduum hujusmodi alios superioris ordinis esse Caius scribit, ut sunt pater & mater, qui sunt in proximo gradu: in secundo, avus & avia: in tertio, proavus & proavia. Alios inferioris, ut liberi. Alios ex transverso, sive latere, ut fratres & sorores, libertique eorum. Ovid. 13. *Metam.*

——— *Nostri quoque sanguinis auctor*
*Iuppiter est, totidémque gradu distamus ab illo.*

Sueton. *in Tiber. cap.* 10. Usurpate secundum gradum, dixit de hæredibus loquens. ¶ Gradus ætatis. Sueton. *In Aug. cap.* 79. Gradus pro occasione, & facultate, & præparatione. Cicer. *Att. lib.* 7. Mihi venit in mentem multum fore sermonem, me judicium jam de causa publica fecisse, qua desperata, quasi hunc gradum mei reditus esse, quod mulieres reverentissent. ¶ A gradus sunt Tardigradus, a, um, qui tardè graditur, βραδύπους. Unde testudinem tardigradam dicimus. Spissigradus, pro frequenti graduum motu incedente. Plaut. *Pœn.* Spissigradissimos, tardiores multò, quàm corbitæ sint in tranquillo mari. ¶ Sedato gradu. Liv. *lib.* 3. *bell. Pun.*

Grădior, eris, gressus sum, à κραδάω, κραδαίνω. Vado, incedo, ambulo, eo, progredior. {חלך *halách*. צעד *tsahádh*. βαίνω. Gall. *Marcher.* Ital. *Andare, passeggiare.* Germ. Gehen/ trätten. Hisp. *Andar passo à passo.* Angl. *To go or walk.*} Virg. 1. *Æneid.*

——— *ipse uno graditur comitatus Achate.*

Cic. 2. *de nat. deor.* Jam verò alia animalia gradiendo, alia serpendo ad pastum accedunt. Idem 1. *Tusc.* Fidenti animo, si ita res fert, gradietur ad mortem. Plaut. *Amphitr.* Oppessulatas aliè fores graditur. Sequitur, obambulat. Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Si graderere tantum, quantum loquere, jam usses in forum. ¶ Vox, sive clamor granditer foras. Lucretius apud Gell. *cap.* 26. *lib.* 10. ubi plura de hoc verbo, & illius compositis. ¶ Hujus composita sunt Aggredior, antegredior, congredior, digredior, egredior: de quibus alibi. Ingredior, introgredior, prætergredior, progredior, regredior, subtergredior, supergredior, & transgredior: quorum significata vide suis locis.

Grĕssŭs, a, um: participium à gradior. {חלך *halech*. צעד *tsahedh*. βαίνω.} Virg. 6. *Æneid.*

——— *& pariter gressi per spacia vicinum.*

Grĕssŭs, us: Progressus, incessus, ambulatio. {צעד *tsahadh*. βάσις. Gal. *Marche, démarche, pas, alleure.* Ital. *L'andare, passo.* Germ. Ein gang / tritt. Hisp. *El passo ò la obra de andar.* Angl. *A steppe or going.*} Cic. 1. *Offic.* Cavendum est autem ne aut tarditatibus utamur in gressu mollioribus, &c. Virg. 3. *Georg.*

*Insultare solo & gressu glomerare superbos.*

Gressus orationis. Gell. *cap.* 13. *lib.* 11.

Grădātŭs, a, um: In modum graduum factum. {κλιμακωτός. Gall. *Fait en degrez.* Ital. *Fatto in gradi.* Germ. Wie die staffeln gemacht. Hisp. *Echo en escalones.* Angl. *Made by de grees and steppes.*} Plin. *lib.* 13. *cap.* 4. Densis, gradatisque corticum pollicibus. Idem *in epist.* Omnia macerià muniuntur, hanc gradata buxus operit & subtrahit.

Grădātĭo, apud Rhetores dicitur quum ex prima sententia oritur secunda, & ex secunda tertia, atque ita deinceps, κλῖμαξ. Cicer. 3. *de Orat.* Est etiam Gradatio quædam & conversio, & verborum concinna transgressio. Author ad Herennium *lib.* 4. Gradatio est in qua non ante ad consequens verbum descenditur, quàm ad superius consensum est, hoc modo. Nam quæ reliqua spes libertatis manet, si illis & quod libet, licet: & quod licet, possunt: & quod possunt, audent: & quod audent, faciunt; & quod faciunt, vobis molestum non est.

Grădārĭi equi, qui sine succussatione molliter incedunt. {ἰσοπερῆ. Gall. *Chevaux qui vont d'un bon pas, qui vont à l'amble.* Ital. *Cavalli che vanno di portante.* Germ. Zeltroß. Hisp. *Cavallos ambladores.* Angl. *Ambling horses.*} Lucil. *lib.* 14. Ipse equus non formosus, gradatius optimus.

‖Gradaria, vel gradalis pugna, quæ gradiendo peragitur. Huic opponitur natatoria pugna.‖

Grădātim, adverbium, per gradus, ordine. {κλιμακηδόν. Gall. *Par degrez, de degrés en degré, petit à petit, pas à pas.* Ital. *Passo passo, à passo à passo.* Germ. Den einem staffel oder staffel zu dem andern / fein für für / gemächlich. Hisp. *De passo en passo.* Angl. *By degrees, in order by litle and litle.*} Varr. *lib.* 1. *de re rust.* Cato quidem (inquit) gradatim alium præponens alii, agrum meliorem dicit esse in novem distiminibus. Plin. *lib.* 33. *cap.* 4. Fossæ in quas perfluat, cavantur: agogas vocant: ex iisdemque gradatim. ¶ Gradatim, pro sensim, paulatim, ordinatè, & lentè. βάδην. Cicer. *Delabella*, Ita pedetentim & gradatim tum accessus à te ad causam facti, tum recessus. Idem 1. *Tusc.* Tamen ita faciles interrogationes sunt, ut gradatim respondens eò perveniat quasi geometrica didicisset.

‖Gradatio, κλῖμαξ, figura, quum gradatim ab una sententia ad aliam proceditur.

Gradilis. Romæ erant gradus ad pistrina, è quibus dabantur panes populo.‖

Grădīvŭs, Martis cognomen, à gradiendo (ut Festus ait.) {Ἐνυάλιος Mars} quia gradatim, & per ordines in bellum itur, ἄγει. Sive à vibratione hastæ, quod Græci vocant κραδάνον. Sunt tamen qui à gramine dictum putent, quia ex gramine sit ortus. Unde & gramineæ corona in re militari maximæ est honorationis. Hæc ille. ¶ Alii Gradivum, non Latinum, neq; Græcum, sed Thracium vocabulum esse, & significare bellicosum ac fortem, dicunt. Virg. 3. *Æneid.*

*Gradivúmque patrem Geticis qui præsidet arvis.*

Gradivus Mars dicitur, quum sævit, inquit Servius: quum tranquillus, Quirinus. Denique in Urbe duo ejus templa sunt: unum Quiriai intra Urbem, quasi custodis & tranquilli. Alterum in Appia via, extra Urbem prope portam, quasi bellatoris, vel gradivi. Hæc Servius.

Grădīvĭcŏlă, æ, qui colit Martem. Silius *lib.* 4.

——— *jaculatoremque Sabellum,*
*Et Gradivicolam celso de colle Tudertem.*

‖Graduale, & gradale, quod gradatim cantur post responsorium. Vet. Dict. ex Hug.‖

Græ, græum. Tres fuerunt sorores, Phorci filiæ, unicum tantùm habentes oculum & dentem, quibus vicissim inter se tres utebantur. Harum ope Perseus ad Gorgonas pervenit. Vide proverbium apud Erasmum, Orci galea, ubi hæc omnia copiosiùs.

Græcĭa. {יון *javán*. ἰσόκωλος.} Europæ regio est, olim omni disciplinarum genere exculta, hodie, non sine ignominia nominis Christiani, Turcarum imperio subjecta. {Griechenland.} Hæc à Ptolemæo Achaia nominatur. Principium sumit ad Meridiem ab Istmi Corinthiaci angustiis, indéque ad Septentrionem in Thessaliam usque & partem Ægei maris extenditur. Ad Occasum Acheloo fluvio ab Epiro dirimitur. Aborta rursus habet mare Ægæum, qua parte Sunium eo ablatum. Scinditur in multas regiones, quarum præcipuæ sunt Attica, Bœotia, Phocis & Locris. Dicta est Græcia, à Græco primo ejus provinciæ rege, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 7. Cicer. *pro Flacco.* Hæc cuncta Græcia, quæ fama, quæ gloria, quæ doctrina, quæ plurimis artibus, quæ etiam imperio & bellica laude floruit, parvum quendam locum Europæ tenet, sempérque tenuit: Italiæ maritimam oram bello superatam cinxit urbibus. Idem 1. *de lege Agraria.* In angustiis & faucibus Græciæ posita erat Corinthus. ¶ Magna Græcia dicta est extrema Italiæ ora, à Locris Italiæ fronte initium sumens, in tres recedens maris Ausonii sinus, patens in longitudinem CXXXIII. M. pass. ut ex sententia Varronis tradit Plin. *lib.* 3. *cap.* 10. Hanc Græci subactam maximis, potentissimisque urbibus frequentarunt: in quibus numerantur Croton, Atri, Thurium, Tarentum, aliæque complures. Cic. 2. *de Oratore*, Nam & referta quondam Italia Pythagoreorum fuit, tum quum erat in hac gente magna illa Græcia, &c. Idem 4. *Tusc.* Quum floreret in Italia Græcia potentissimis & maximis urbibus, ea quæ magna nunc est dicta, &c. Plaut. *Menæch. sc.* 1. *a.* 2. mare superum, Græciámque exoticam. Ovid. 13. *Met.*

——— *egi*
*Quam mihi mandarat communis Græcia causam.*

‖Græcium, Stiriæ metropolis, insignem habet Academiam, ac Societatis Jesu Collegium. Germ. Grätz.

Græcolonus, Græcæ linguæ peritus, quo exteri utebantur Constantinopolim venientes, ad rem domesticam procurandam, necessariáque coëmenda. Meurs. *in Glass. Græcob.* Ergo à Græculus, & κόλωνος emo.‖

Græcŭs, qui est ex Græcia. {יון *javán*. ἰσόκωλος. Germ. Ein Griech.} Cic. *pro Flacco*, Quanquam quis ignorat, qui modò unquam mediocriter res istas scire curavit, quin tria Græcorum genera sint verè? quorum uni sunt Athenienses, quæ gens Ionum habebatur: Æoles, alteri: Dores, tertii nominabantur. Idem *Qu. fratri. lib.* 1. Familiaritates Græcorum neque tam fideles sunt, invident non nostris solùm verumetiam suis. Idem *de Aruspicum responsis*, Attibus Græcis Galli robore, Hispani numero, Pœni calliditate valent. Sueton. *in August.* 45. Græcum certamen, & Græci Latinique pugiles. Plaut. *Curc. sc.* 3 *a.* 2. Tum illi Græci palliati, capite operto qui ambulant, suffarcinati cum libris. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 2. Græca mercamur fide.

Græcŭs, a, um, adjectivum. {יון *javán*. ἰσόκωλος.} ut, Literæ Græcæ. Cic. *de claris Orat.* Gallus qui maximè omnium nobilium Græcis litteris studuit. Exemplaria Græca. Horat. *in Arte.*

——— *vos exemplaria Græca*
*Nocturna versate manu, versate diurna.*

Græco more bibere. Cicer. 3. *Verr.* Fit sermo inter eos, & invitatio, ut Græco more biberent. ¶ Græcus ignis, est genus quoddam picis, quæ pix Græca nuncupatur. Ex hac fieri solent instrumenta, seu globi picei, quos succensos militres in hostes jaculantur. ¶ Græca rosa, ῥόδον τριφυλλοῦν Dioscoridi, violæ magnitudine est, non nisi in locis humidis proveniens, quinque folia non excedens: omnis odoris expers, coloris tantùm gratiâ expetita ad coronamenta: unde & lychnis coronaria appellatur: vide Plin. *lib.* 21. *cap.* 4. ¶ Græca salix, dicitur salix rubra.

Græcè, adverbium, ἑλληνικῶς. Cicer. 1. *de Orat.* Quum ea quæ legerem Græcè, Latinè redderem. Idem 1. *Tusc.* Scis enim me Græcè loqui in Latino sermone non plus solere, quàm in Græco Latinè.

Græcānĭcus, a, um. Plin. *lib.* 14. *cap.* 9. Maximéque ita colorem bibit, quem Græcanicum vocant.

Græcēnsis, e: Græcus, a, um. Gell. *lib.* 19. *cap.* 10. Offendimus eum cubantem in sympodio Græcensi. Sic apud Plin. Græcense melinum, *lib.* 35. *cap.* 6.

Græcŭlus, diminutivum, ἑλλήνιον. Juvenal. *Satyr.* 3.

*Græculus esuriens in cœlum, jusseris, ibit.*

Assentator Græculus. Cic. *pro Milone.* Idem 2. *de Oratore*, Homines Græculos controversia verbis tandiu torquet. ¶ Græcula rosa, diversum omnino genus est ab eo quod paulò suprà Rosam Græcam appellavimus. Folia habet latissima, sed panniculos ita convolutos, ut nunquam nisi manu coacta dehiscat, sempetque nascenti similis sit. Author Plin. *lib.* 21. *cap.* 4. ¶ Græcula mala, à patria sic dicta. Plin. *lib.* 15. *cap.* 4. Patrias nobilitavêre Camerina & Græcula.

Græcāri: Est convivii & compotationibus operam dare. {ἑλληνίζειν, κωμάζειν. Germ. Schlemmen/ in luder ligen. Angl. *To bankette and make riotous cheere.*} ab eo quòd Græci genio plurimùm indulgerent, & intemperantiùs in conviviis se gererent. Nam quandoque verba trahuntur à moribus nationum. Horat. 2. *lib. Serm. Satyr.* 3.

——— *vel si Romana fatigat*
*Militia assuetum græcari.*

Ubi Græcari, est Græcos mores imitari, nempe in exercitationibus disci & pilæ; subjunxit enim:

——— *seu pila velox*
*Molliter austerum studio fallente laborem,*
*Seu te disens agit.*

Græcīllo, Græcos imitor, ἑλληνίζω.

Græcōstă-

Græcōstăsis, γραικόστασις. Quasi Græcorum statio, locus Romæ celebris, de quo Varro *de L. L. lib.* 5. sic habet: Ante curiam Hostiliam rostra, cujus id vocabulum ex hostibus capta fixa sunt rostra. Dextra è comitio locus substructus, ubi nationum subsisterent legati, qui ad Senatum essent missi: is Græcostasis appellatur. Cicer. *ad Quintum Fratrem lib.* 2. Deinde ejus operâ repentè à Græcostasi, & gradibus clamorem satis magnum sustulerunt.

Grægus, vide *Cragus*.

Grāius, idem quod Græcus. {יון *javán*. ἰάων, γραικός. GERM. Ein Griech. } Quint. *lib.* 8. *cap.* 4. Non putent indignum Troiani principes, Graios, Troianósque propter speciem Helenæ tot mala tanto temporis spatio sustinere. Virg. *lib.* 4. *Æneid.*

——— *Grainumque idem hunc vindicat armis.*

Plaut. *Menæch. fc.* 1. *a.* 5. Græi prædicabant Hecubam esse canem. Ovid. 13. *Metam.*

——— *de tot Graiorum millibus unum*
*A Diomede legi.*

Grāius, a, um: Græcus, a, um. {יון *javán*. ἰάων. } Virg. 3. *Æneid.*

*Priamidem Helenum Graiis regnare per urbes.*

Grāiŭgĕna, æ, um: Græci dicti sunt. {יון *javanim*. ἰάων.} Cicer. 2. *de nat. Deor.* Graiugena de isto aperte ipsa oratio. Ex *Pacuvio.* Virg. 3. *Æneid.*

*Graiugenúmque domos, suspectáque linquimus arva.*

Grăllæ, rum. { τὰ καλαβάτρα ἄσκα, ἃ τὰ καλαύζια τὰ ἐξογκωμένα. GALL. *Eſchaſſes.* ITAL. *Trampali.* GERM. Stälzen. HISP. *Zancos.* ANGL. *Crutches or ſtilles.* } Fustes furculas habentes sunt, quibus nituntur qui super iis ambulant.

Grallātŏr, qui grallis graditur, ac passus ingentes facit. {καλαβάτης, καλαβατίζων. GALL. *Qui va ſur des échaſſes.* ITAL. *Chi camina con trampali.* GERM. Der auff Stälzen geht. HISP. *El que anda en zancos.* ANGL. *He that goeth on ſtilles.* } Plaut. *in Pœn.* At si ad ptandium in ædem vos dixissem ducere, vinceretis cervum cursu, & grallatorem gradu. Grallatores (inquit Festus) appellantur pantomimi, qui ut in saltatione imitarentur Ægipanas, adjectis perticis furculas habentibus, atque in his superstantes similitudinem crurum ejus generis gradiebantur, utique propter difficultatem consistendi.

Grallātōrĭus, a, um, ὁ ἢ καλαβάτης. ut, Grallatorius gradus, id est, magnus, quales solent esse grallatorum. {ANGL. *A great long ſtride as if one were with ſtilles.*} ✠ Testudineus gradus, hoc est, lentus, quali incedunt testudines. Plaut. *in Amph.* Absiine, quæso, non potuimus nostros grandiùs grandire gradus. A. Sive grallatorius, sive testudineus fuerit, certum est mihi hunc scelestum perdere.

Grāmĕn, ĭnis, à genero, generatum: nisi malis à γράω, comedo. Herba vulgatissima, sic dicta à gradiendo, hoc est, progrediendo, sive serpendo, quòd geniculatis internodiis mirificè serpat, erebróque novas spargat radices. {עשרת *heſét*. דשא *deſché*. אחו *achu*. ἄγρωστις. GALL. *Dent de chien.* ITAL. *Gramigna.* GERM. Graß. HISP. *La yerva que dizen grama.* ANGL. *Graſſe.*} Hæc herba (ut author est Plin. *lib.* 24. *cap.* 19.) jumentis est gratissima, sive viridis sit, sive in fœno siccata. Virg. *in Buc.*

——— *nulla neque amnem*
*Libavit quadrupes, nec graminis attigit herbam.*

Ovid. *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Triſt.*

*Languidum in pratis gramina carpit equum.*

*Ibid. Eleg.* 1. *lib.* 5.

*Mollia quæ Martis gramina campus habet.*

Cicero 2. *de finibus*, Tua fine puteolis gramina. Liv. 1. *ab Urbe*, Fecialis ex arce graminis herbam puram attulit. Gramea florum. Martialis *lib.* 9.

*Sit in gramine flores reclivis.*

Grāmĭnĕus, a, um: quod ex gramine est factum. {ὁ ἀπὸ χόρτου, χλοώδης. GALL. *D'herbes, de verdure, herbu.* ITAL. *Graminoſo, di gramigna.* GERM. Von graß oder kraut gemacht. HISP. *Coſa de grama.* ANGL. *Of graſſe.*} ut, Graminea corona. Gell *lib.* 5. *cap.* 6. Obsidionalis corona est, quam ii, qui lib. tati sunt obsidione, dant ei duci qui liberavit: ea corona graminea est, observatique solitum, ut fieret è gramine quod in eo loco generatum esset, intra quem clausi erant qui obsidebantur. Sic Plin. *lib.* 22. *cap.* 3. & Liv. 7. *ab Urbe.* Cespes gramineus. Ovid. 2. *Amor. Eleg.* 15. Campus gramineus. Idem 3. *Faſt.*

Grāmĭnōsus, a, um: Plenus gramine, gramine abundans. {χορτώδης. GALL. *Herbu. plein d'herbes.* ITAL. *Graminoſo, pieno di gramigna.* GERM. Graßechtig/voll graß. HISP. *Lleno de grama.* ANGL. *Full of graſſe.*} Col. *in præfat. lib.* 1. Quid sylvester ager, quid humidus & graminosus, quid siccus, & spurcus recusaret? Sic *lib.* 7. *cap.* 9.

Grāmĭæ, sive Gramæ, sunt oculorum pituitæ, κόμμι, γλάμμι. Festus, Gramiæ vitia sunt oculorum, quas alii gramas vocant. Nonius, Gramiæ sunt oculorum pituitæ. Unde Gramiosi oculi: à quo qui crassiores sunt, in hodiernum quoque diem gramiosi vulgò nominantur.

Grāmĭōsus, a, um: sive Gramiosus, id est, lippus. Cæcilius *apud Nonium.* Gramosis oculis ipsa, atratis dentibus.

Grāmmă, tis, neut. gener. {אות *oth*.} Latinè litera dicitur.

Grammătĭca, æ, vel Grammatice, es. {דיקדוק *dikdúk*. γραμματική.} Est rectè loquendi scribendique scientia, quæ usu, ratione, auctoritatéque constat. Latini numero plurali Literas vocant. Cic. 3. *de fin.* Quamquam ea verba, quibus ex instituto veterum utimur pro Latinis, ut ipsa Philosophia, ut Rhetorica, Dialectica, Grammatica, Geometriea, Musica, quanquam Latinè ea dici poterant, tamen quoniam usu recepta sunt, nostra ducamus. Quint. *lib.* 2. *cap.* 14. Grammatice, literatura est, non literatrix. Et *cap.* 1. Et Grammatice, quam in Latinum transferentes, Literaturam vocaverunt, finem suum norit.

Grammătĭcē, adverbium, γραμματικῶς, ut Grammaticè loqui, est in loquendo Grammaticorum observare regulas. Latinè loqui, est pura & Latinis auribus usitata oratione uti. Quint. *lib.* 1. *c.* 6. Quare mihi non invenustè dici videtur, aliud est Latinè, aliud grammaticè loqui.

Grammătĭcus, a, um, γραμματικός: Quod ad Grammaticam pertinet, ut Figuræ grammaticæ, grammaticus stylus, grammatica oratio. Ars grammatica. Ad Heren. *lib.* 4. Hæc qua ratione vitare possimus, in arte Grammatica diligentè discemus. ¶ Grammaticus substantivum, qui grammaticam docet: Latinè dici potest Literatus. Suet. *de clar. Gramm.* Appellatio Grammaticorum Græca consuetudine invaluit: sed initio Literati vocabantur. Corn. quoque Nepos *in eo libello, quo distinguit literatos ab eruditis*: Literatos quidem vulgò appellari ait eos, qui aliquid diligenter, & acutè, scientérque possint aut dicere, aut scribere. Cæterùm propriè sic appellandos Poëtarum interpretes, qui à Græcis Grammatici nominantur, eosdem Literatos vocitatos. Hactenus Suet. Grammaticus quis sit, & ejus Officium, docet Seneca *epist.* 89. Gell. *cap.* 9. *lib.* 20. Rem grammaticam docere (id est, artem.) Cicer. 2. *Tusc.* Ut enim si grammaticum se professus quispiam, barbarè loquatur: aut si absurdè canat is, qui se velit haberi Musicum, hoc turpior sit, quòd in eo ipso peccet, cujus profitetur scientiam: sic philosophus in ratione vitæ peccans hoc turpior est, quòd in officio, cujus magister esse vult, labitur: artémque vitæ professus, delinquit in vita. Horat. *in Arte*,

*Grammatici certant, & adhuc sub judice lis est.*

¶ Grammatici à veteribus etiam Critici dicti sunt, eo quòd sibi de genere scriptorum dijudicandi sumebant potestatem. Eosdem Literatores vocitatos, Messala Corvinus author est. Sunt tamen qui Grammaticum à Grammatista distinguunt, ut Literatum à literatore, tanquam Grammaticus sit absolutè & perfectè doctus: sicut Literatus: Grammatista, sicut Literator, tenuiter eruditus, in malam enim partem accipitur. Quorum opinionem Orbilius etiam exemplis confirmat. Nam apud Majores (ait) quum familia alicujus vernalis produceretur, non temerè quem literatum in titulo, sed literatorem inscribi solitum esse, quasi non perfectum in literis, sed imbutum.

Grammătĭcē, adverbium, Spartianus *in Pescilliano.* Tum is qui aderat scholasticis, cœpit quasi grammaticaliter declinare, & dicere Rex regis, regio regionis.

Grammătĕus: Scriba publicus, qui publicas tabulas scribit, & custodit. {ספר *ſephér*. γραμματεύς. GALL. *Eſcrivain, Notaire, Greffier, Tabellion.* ITAL. *Scrivano.* GERM. Schreiber. HISP. *Eſcrivano.* ANGL. *A ſcrivener or notarie making commune writinges.*} Apul. *lib.* 11. Quum ex his unus, quem cuncti Grammatea dicebant. Suidas ait Grammatea esse notarium, & ὑπομνηματογράφον, id est, actuarium participem. Hinc Archigrammateus, princeps scribarum, quem hodie vocamus Cancellarium. Bud. ¶ Hoc nomen non semper fuisse honorificum apud Græcos ex eo apparet, quòd eo velut contumelioso Demosthenes subinde vocat Æschinem.

Grammătŏphylăcium, ii. {בית הספרים *beth haſſepharim*. γραμματοφυλάκιον. GALL. *Le threſor des chartres, le lieu où on garde les lettres & regiſtres publics.* ITAL. *Luogo dove ſi conſervano gl' atti publici, cancellaria.* GERM. Ein Canzley/ein ort da man gemeine bücher/schrifften oder brieff behalt. HISP. *Lugar donde ſe guardan las letras publicas.* ANGL. *A place where commune writinges vekept.*} Locus ubi tabulæ & instrumenta publica, monumentáque rerum gestarum, actorúmque asservantur: quod tabularium Latinè appellatur. Jurisconsultus in tractatu de pœnis: γραμματοφύλακα fortasse, vel grammatophylacio, *l. meris* 9. §. 6. *D. de pœnis.* Vide Budæum.

Grammătĭas: Gemma est ex jaspidum genere, similis smaragdo, per transversum lineâ albâ præcincta: quæ ab Orientalibus populis pro amuleto gestari solet. Hæc & polygrammos (πολύγραμμος) dicitur. Plin. *lib.* 37. *cap.* 9.

Grammē Græci dicunt, quam Latini lineam. {קו *kav*. γραμμή. GALL. *Une ligne.* ITAL. & HISP. *Linea.* GERM. Ein linien. ANGL. *A line.*} γραμμὴ (inquit Euclides) μῆκος ἀπλατές: hoc est, gramme, sive linea longitudo est sine latitudine. Emensa verò cum longitudine latitudo, ἐπίπεδον, id est, superficies dicitur. *Augustin.* Si omissa latitudine, solùm quis longitudinem voluerit emetiri, longitudo sine latitudine mensuræ subjecta, gramme dicitur. Non quòd sit longitudo aliqua quæ careat latitudine, sed quòd solam quis metiens longitudinem, grammen metiri dicitur.

| Grammĭcus, a, um. Vitruvius *lib.* 5. *præm.* Veni qui sint, & è quibus regionibus singuli spirent, deformationibus grammicis ostendi. Quasi dicat lineatibus, i. per lineat factis.

Grammĭsmus, γραμμισμός, lusus dictus à lineis. |

Grammĭum, urbs in Græcia, γράμμιον: cives Grammitæ & Grammitii. Sunt & Grammitæ populi juxta Celticam. Steph.

Granātum, Granatus, vide *Granum.*

| Granata. Gloss. Isid. Paropsis granata. Legendum, *gravata*, vel *Granatea*, ut infrà. Γρανάτα, vestis Imperatoris prælongis manicis, & ad talos usque dependentibus, quæ non cingebatur, translata ex Assyria. Meurs. *in gl. g. b.*

Granata, *Granada.* V. A. Hispaniæ, anno 1492. Mauris erepta: habet Academiam insignem.

Granarza, vestis Constantinop. Imperatoris: Lapaza reliquorum Principum. Bulenq.

Grandebalæ, pili subalares.

Grandi-Mons, *Grandmont.* Abbatia D. Lemovicensis in Gallia, & caput ordinis Grandimontensis fundati à S. Stephano Demuret Abbate anno 107. |

Grāndis, e, quasi gerandis: quando multa aggerantur. Propriè ætatis magnitudinem denotat. {גדול *ghadól*. μέγας. GALL. *Grand.* ITAL. *Grande.* GERM. Groß/erwachsen. HISP. *Coſa grande en quantidad, ò en dignidad.* ANGL. *Bigge great.*} Ter. *in Adelph.* An sedere oportuit domi virginem tam grandem? Cic. *pro Cluent.* Reliquit hunc annos XV, natum: grandem autem & nubilem filiam. Plaut. *Aul. fc.* 4. *a.* 1. Virginem habeo grandem, dote caſſam. *Ibid.* Ætatem meam scis? E. Scio esse grandem: idem ut pecuniam. Quod si NATU addatur, provectiorem ætatem significat, & jam senem, vel certè mediæ ætatis: ita enim exponit Plaut. *Aul. fc.* 1. *a.* 1. cùm ait: Sed est grandior natu: media est mulieris ætas. Et Ovid. *Eleg. ult. lib.* 4. Grandior ævo

Plin. jun. Mulier natu grandior, & toc liberorum parent. Cicer. *pro Rosc. Com.* Quid expectas quàm mox ego Lucium & Manlium dicam ordine esse Senatores: ætate grandes natu: natura sanctos. ¶ Dicitur & de quavis alia magnitudine: neque de solo homine grandis dicitur, verùm etiam ad inanimata refertur: ut, Grande æs alienum. Plin. *lib.*7. *cap.*38. Grandi Gnidiorum æte alieno permotare eam conati. Grande pondus argenti. Cic. *pro Cecinna*, Grande gaudium. Plaut. *in Sticho*. Tantùm à portu apporto bonum, tam gaudium affero grande. Suet. *in Aug. cap.*44. Grandia corollaria de suo offerre. Idem *in Tiber. cap.*16. Grande pretium tulit perseverantiæ. Gell. *cap.*11. *lib.*9. Grandia ingredi. Idem *cap.*5. *lib.*16. Grandis locus & grandia spatia. Ovid. *Eleg.*5. *lib.*1. *Trist.*

*Grandia sic parvis assimilare licet.*

*Ibid. Eleg.*3. *lib.*1.

*Si licet exemplis in parvis grandibus uti.*

Idem 4. *Fast.*

——— *Non grandia divide mecum Præmia.*

Idem *Eleg.*1. *lib.*2. *Trist.*

*Grande tamen toto nomen ab orbe fero.*

*Ibid. Eleg.*2. *lib.*5.

*Grandibus accedunt tempore damna malis.*

Senec. *cap.*ult. *de tranq.* Canere aliquid grandius ore mortali. In grandibus cœnis grata varietas. Plaut. *Capt. sc.*2. *a.*2. Grandi mercatus præsenti pecunia. Idem *Curc. sc.*2. *a.*1. Grandiorem gradum fac ad me obsecro: Senec. *cap.*11. *al.*30. *de consol. ad Polyb.* Grandia & solida concipere.

‖ Grandiscapix, arbores sunt, quæ grandi capite, h. e. radice. Scalig. ‖

Grandiúsculus, a, um, diminutivum. ζ . GALL. *Grandelet, un peu grandet.* ITAL. *Grandetto, grandicello.* GERM. Großlicht. HISP. *Pequillo grande.* ANGL. *Somewhat bigge.* ζ Terent. *in And.* Nam ferè grandiuscula profecta est illinc.

Grandítas, atis: Propriè ætatis magnitudo. ζ גדל *ghadhél.* μεγεθος. GALL. *Grandeur.* ITAL. *Grandezza.* GERM. Gröſſe/dicke. HISP. *Grandeza como quiera.* ANGL. *Biggenesse, greatnesse.* ¦ Sisenna *lib.*4 *Hist.* Neque ætatis granditatem, neque ea merita, neque ordinis honestatem aut dignitatem sibi esse excusationi. ¶ Ad orationem Cic. transtulit *de claris Orat.* Idque apparet ex genere, & granditate verborum. Plin. *in Epistol.* Non illi vis, non granditas, non subtilitas, non amaritudo, non dulcedo, non lepos defuit. Quibus in locis Granditas accipitur pro subtilitate, vel grandiloquentia verborum, vel orationis.

Gŭlæ, vel guinæ, vas vitreum, vel cucurbita, quod ventosa dicitur.

GY

Gyārus, ri, fœm. gen. γύαρος. Steph. vel Gyara, æ. ¶ Ein insel im Egeischen meer gelegen / eine aus den Sporadibus / in welche die Römer ire übeltheter verschickten. ¶ Insula est mari Ægæo, una ex Sporadibus in quam Romani noxios deportabant. Senec. *cap.* 6. *de consolat. ad Helv.* Plin. *lib.* 3. *cap.* 29. Ex Gyaro insula incolas à moribus fugatos. Juvenal. *Satyr.* 10.

*Ut Gyara vinctus secedit, parvâque Seripho.*

Idem *Satyr.* 1. ubi est numero plurali.

*Aude (inquit) aliquid brevibus Gyaris, & carcere dignum, Si vis esse aliquid.*

Gȳās, æ, vir Troianus nomen est apud Virg. 5. *Æneid.*

*Ingentémque Gyan ingenti nece Chimæram*, &c.

Gygæus lacus, γύγαιος λίμνη. Lydiæ lacus est, stadiis quadraginta à Sardibus distans: qui postea Colous dictus est. Propertius,

*Lydia Gygæo vincta puella lacu.*

Meminit hujus lacus Hom. *in hoc Catalogi*. Plin. *lib.* 5. *cap.* 29. Gygæum stagnum appellat.

Gygarthus, i, masc. secund. Lectus est in quo paralytici, mentéque capti, quique vocantur dæmoniaci, vincti tactant sese. Unde proverbium, γυγάρθου φλυαρία, id est, Gygarthum spinas, in insana frustraneáque vociferatione. Paul. *lib.* 3. *cap.* 14.

Gygemorus, Thraciæ mons est, apud Plin. *lib.* 4. *cap.* 11.

Gygēs, γύγης, nomen viri proprium, qui Cœli & Terræ filius fingitur, gigas maximus, & centimanus, frater Briarei. ¶ Ein grosser risc. ¶ Sunt tamen qui Briareum, Gygen, & Ægeona eosdem putant. Ovid. 4. *Trist.*

*Centimanúmque Gygen, semiberúmque virum.*

¶ Est & nomen viri proprium, apud Maronem *lib.* 9.

*Principio Phalarim, & succiso poplite Gygen Excipit.*

¶ Item formosi pueri, apud Horat. 2. *Carm.*

*Luna mari; Gnidiúsve Gyges.*

¶ Alius fuit Gyges quidam Lydus, cui quum Candaules rex uxorem suam nudam ostendisset, illa marito tradigressa, Gygen ad eædem ejus impulit, seque cum regno Lydiæ illi tradidit. Historiam hanc vide latiùs apud Herod. *lib.* 1. Cicer. *lib.* 3. *de Offic.* Hinc ille Gyges (inquit) inducitur à Platone, qui quum terra discessisset magis quibusdam imbribus, in illum hiatum descendit, æneumque equum (ut ferunt fabulæ) animadvertit, cujus in lateribus fores essent: quibus apertis, hominis mortui corpus vidit magnitudine insolita, anulúmque aureum in digito: quem ut detraxit, ipse, inquit (erat autem Gyges regius pastor) tum in concilium pastorum se recepit. Ibi quum palamejus anuli ad palmam convertersat, à nullo videbatur: ipse autem omnia videbat: idem rursus videbatur, quum in lucem anulum inverterat. Itaque opportunitate anuli usus, reginæ thalamum intulit, eáque adiutrice regem dominum interemit, sustulit quos obstare arbitrabatur, nec in his facinoribus eum quisquam videre potuit. Sic repentè anuli beneficio rex exortus est Lydiæ. Hactenus Cicero. ¶ Hinc locus proverbio, Gygis anulus, γύγου δακτύλιος. Quadrat vel in homines inconstantibus moribus, vel in fortunatos, qui veluti virgula divina, quicquid optant, id suo arbitrio consequuntur. ¶ Eodem nomine dictus est Lydiæ fluvius.

Gylippus. Tibull. *lib.* 4.

*——— non magni patior sit fama Gylippi.*

Gymnăs, adis, gen. fœm. ¶ γυμνάς. Gall. *Exercice*. Ital. *Esercito*. Germ. Ein übung. Hisp. *Exercicio*. Angl. *Exercise*. ¶ Stat. 4. *Sylv.*

*——— sic lubrica ponit*
*Membra Therapnæa restitutus gymnade Pollux.*

Idem 1. *Achill.*

*——— exercere priorum*
*Gymnadas.*

Gymnăsium, ii: Locus in quo fit exercitium. ¶ γυμνάσιον. Gall. *Lieu d'exercice*. Ital. *Luogo da esserciteresi*. Germ. Ein ort an welchem man sich exercirn übt. Hisp. *Lugar donde se exercitan*. Angl. *The place of exercise*. ¶ ἀπὸ τοῦ γυμνάζειν, hoc est, ab exercendo. Unde apud veteres, loca illa in quibus palæstritæ nudi exercebantur, peculiari nomine Gymnasia vocata sunt. Plaut. *in Amph.* Nam omnes plateas perrepetavi, gymnasia, myropolia, apud emporium, atque in macello, in palæstra, atque in foro. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Gymnasium flagri salveto. Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 5. Iste me habuit senex Gymnasium. ¶ Verùm postea Gymnasium pro ludo literario, & omni loco in quo fiat aliquod genus exercitationis, sumi cœpit, quum Philosophi gymnasia tenuerint, & in illis disputaverint, quæ & scholæ, & diatribæ vocitatæ sunt. Cicer. 1. *de Orat.* Clamabunt credo omnia gymnasia, atque omnes Philosophorum scholæ, sua hæc esse omnia propria. Plin. *in Ep. ad.* Gymnasiis indulgent Græculi. Unde apud Rhetores progymnasmata, præexercitamenta dicuntur: id est, exercitationes quædam in dicendo, antequam ad veras actiones descendant.

¶ Gymnasiarchæ, qui præsunt exercitio palæstrico cum sumptu aliquo.¶

Gymnasiārchēs. ¶ γυμνασίαρχος. Gall. *Qui a la principale charge du lieu de l'exercice*. Ital. *Chi ha carico & la cura del gymnasio, è della scholà*. Ger. Ein schulmeister / der über ein übung zu einem meister gesetzt ist. Hisp. *Maestro del exercicio*. Angl. *That hath the charge of the place of exercise*. ¶ Præceptor exercitiorum, atletas, vel pueros exercens, ἀπὸ τοῦ γυμνάζω, quod est exercere.

Gymnastică, æ, γυμναστική. Ars, seu doctrina, qua pueri exercerentur, disciplina exercitationis. Aristoteles præcipit *lib.* 8. *Polit.* Adolescentes gymnasticæ & pædotribicæ vacare debere, ut ita fiant exercitationes, firmioréque. Hinc *lib.* 7. *de Leg.* gymnasticæ nomine exercitationes omnes bellicas contineri docet: eámque dividit in saltationem & luctationem Plaut. *Most. sc.* 1. *a.* 1. Quo neque industriot arte gymnastica, disco, hasta, pila, &c.

Gymnastĭcus, a, um, quod pertinet ad exercitationem. ¶ γυμναστικός. Gall. *Appartenant à exercice*. Ital. *Pertinente ad esserciti*. Germ. Das zu der übung gehört. Hisp. *Perteneciente al exercicio*.

Angl.

Angl. *Thath belongeth to exercise.* } Plaut. *in Rud.* Ex urbe ad mare huc prodimus pabulatum pro exercitio gymnastico, & palæstrico.

‖ Gymnicus, a, um, γυμνικός, ἡ, όν, pertinens ad oudorum exercitium. ‖

Gymnici ludi, dicti sunt in quibus se nudi atque unĉti exercebant palæstritæ. ἀγῶνες γυμνικοί, à Lycaone in Arcadia primùm inventi, ut Author est Plin. *lib.* 7. *cap.* 56. Gymnicos ludos Romæ editos fuisse à Nerone testatur Suet. *in vita ejus, cap.* 12. ¶ Gymnicum, equestre, musicum certamen quinquennale.

Gymnăsiarchia: Gymnasiorum præfectura. Modestinus *sub tit. de excus. tutor.*

Gymnăsiarchus, vel gymnasiarcha. { γυμνασίαρχος. Angl. *The head maister of a schoole or exercise.* } Præses gymnasii, id est, loci in quo Athletæ nudi exercebantur. Cicer. 6. *Verr.* Demoliendum curavit Demetrius gymnasiarchus, quòd is ei loco præerat. ¶ Accipitur & pro ludi literarii præfecto. Nam, ut dictum est suprà in primitivo, gymnasium generaliter dicitur quivis locus exercitio alicui destinatus.

Gymnăsiæ Plinio, sive Gymnesiæ, γυμνησίαι Straboni, & Steph. insulæ duæ ante Hispaniam, quæ à Latinis Baleares appellantur, eo quòd incolæ harum insularum præcipuè se funda exercebant. Authores Strab. *lib.* 14. & Plin. *lib.* 3. *cap.* 5.

Gymnētes. γυμνῆται. Æthiopum populi, Nigritis & Pharusis vicini. Plin. *lib.* 5. *cap.* 8.

Gymnosŏphistæ, γυμνοσοφισταί. Philosophi Indorum: sic dicti quòd nudi in sylvis agerent, voluptatum omnium expertes, quibus mortalium vita corrumpitur. { Die weysen vnnd gelehrten Philosophi bey den Indianern / so ein gestreng abgesöndert läben füren. } Plin. *lib.* 7. *cap.* 2. Philosophos eorum, quos Gymnosophistas vocant, ab Exortu ad Occasum perstare; contuentes solem immobilibus oculis, ferventibus arenis toto die alternis pedibus insistere. August. *lib.* 15. *de Civit.* Indorum Gymnosophistæ, nudi perhibentur philosophari in solitudinibus Indiæ, à generando se cohibẽtes. Hi ab Exortu ad Occasum perstare dicuntur solem contuentes immobilibus oculis, ferventibus arenis toto die alternis pedibus insistentes. Hi frigora nivium, & æstus flammæ citra dolorem perferunt. Ferunt Alexandrum Magnum, quum in Indiæ expeditione ad Gymnosophistas penetrasset, gravissimè ab illis fuisse increpatum, quòd mortalis quum esset, mortali tamen sorte non contentus, totum Orientem latrociniis infestaret. De his Cicer. *Tusc. qq. lib.* 5. Quæ barbaria (inquit) Indiâ vastior, aut agrestior? in ea tamen gente primùm hi, qui sapientes habentur, nudi ætatem agunt, Caucasi nives, hycmalémque vim perferunt sine dolore: quumque ad flammam se applicaverint, sine gemitu aduruntur.

‖ Gyna, æ, mulier, uxor. ‖

Gynæcēum, ei: Locus secretior in ædibus, ubi solæ mulieres degebant. { γυναικωνῖτις. Gall. *Vn lieu reculé à part en la maison où les femmes seules hantent, vn cabinet, l'appartement des femmes.* Ital. *Luogo apparato in casa dove se retirauno le done.* Germ. Ein hauß oder gemach in dem das frawen-zimmer ist. Hisp. *El retraymiento de mugeres.* Angl. *A nourcery or place where only women abyde.* } Plaut. *in Mostell.* Dare volt uxorem filio, quantum potest: ad eam rem facere volt novum gynæceum. Cic. 2. *Philipp.* Syngrapha sesterti centies facta est in gynæceo. ¶ Pro eodem etiam dicitur gynæconitis, γυναικωνῖτις, ιδος, Matres familias, quæ apud Romanos primum locum tenet ædium, atque in celebritate versatur, quod multò aliter fit in Græcia. Nam neque in convivium adhibetur, nisi propinquiorum: nec sedet, nisi in interiore parte ædium, quæ gynæconitis appellatur.

‖ Gynæciarius, ad Gynæceum pertinens. In II. Alm. Gynæciaria ancilla, quæ servit in genere. ‖

Gynæclārii, orum, inter viles artifices numerantur. Qui autem hi sint, videbis apud Aleistum & Pyrthum *in rub. C. de murileg. & gynec. lib.* 11.

Gynæcŏpŏlis, Ægypti oppidum, à quo propinqua præfectura, Gynæcopolitis appellatur: cujus meminit Plin. *lib.* 5. *cap.* 6. γυναικόπολις.

Gynæcocratia, γυναικοκρατία: muliebre imperium. Arist. *lib.* 2. *polit.*

Gyndes, γύνδης. Fluvius est Assyriorum maximus secundùm Euphratem, in Mantienis nascens montibus, & per Dardanxos in Tigrim influens. { Ein grosser fluß der Assyrier / so in den Tigrim fleußt. } Hunc Cyrus Persarum Rex, quum equitem quendam sibi in primis dilectum absumpsisset, totum in varios alveos derivavit. Author Herod. *lib.* 1. & Senec. *lib.* 3. *de ira.* Tibull. *lib.* 4.

——*Rapidus Cyri dementia Gyndes.*

Gypsēis, γυψηίς. Æthiopiæ insula, apud Martianum *lib.* 3. A qua fit gentile Gypseites, γυψείτης.

Gypsus, vel Gypsum, i. { γύψος. Gall. *Du plastre.* Ital. *Gesso.* Germ. Gipß. Hisp. *Yesso.* Angl. *Pargette, plaister.* } Materia est calci similis, ex lapidibus exustis utplurimùm confecta, quæ tectoria parietibus inducuntur, & signa arte plastica conficiuntur. Plin. *lib.* 36. *cap.* 24. Cognata calci res gypsum est. Juvenalis *Satyr.* 1.

——*quanquam plena omnia gypso*
*Chrysippi invenias.*

Plura ejus genera. Nam è lapide coquitur, ut in Syria, & Thuriis: & è terra foditur, ut in Cypro & Perrhæbis: è summa tellure, & Tymphaicum est.

Gypsātus, a, um: Gypso illitus. { γυψωτός. Gall. *Plastré.* Ital. *Ingessato, imbiancato.* Germ. Gegipßt. Hisp. *Cosa enyessada, cubierta de yesso.* Angl. *Plaistred, pargetted.* } Tibul. *lib.* 3. *Eleg.*

*Nota loquor, regnum ipse tenet, quem sæpe coëgit,*
*Barbara gypsatos ferre catasta pedes.*

Col. *lib.* 12. *cap.* 10. Vasa cùm confestim gypsata sunt. *Ibid.* Quum deinde modicè aruerunt in vasa nova sine pice opercula ex gypsata, sicco loco reponito. Ovid. 1. *Amor. Eleg.* 8.

*Despice gypsati crimen inane pedis.*

Cicer. *in Epist. ad Trebat.* Hoc tibi tam ignoscemus nos amici, quàm ignoverunt Medeæ matronæ optimatæ optimates, quibus illa manibus gypsatis persuasit, ne sibi illæ vitio verterent, quòd abesset à patria. Ubi gypsatas manus dixit Cicer. pro manibus medicamentis & venesicis infectis.

‖ Gytgathus, locus aut cubile, in quo mente emoti vincti, aut inclusi tenentur.

Gyrinus, informis ranarum partus. ‖

Gyrus, i, vel girus: à γῦρος, γυρόω, gyrò. Circumvolutio in orbem, ambitus, circuitus, circulus. { גלגל *mesab, rygel.* Gall. *Vn tour, vn tournoyement, & entortillement, rondeur.* Ital. *Giro, circuito.* Germ. Ein ring-treyß / vmbrendung. Hisp. *Buelta en derredor.* Angl. *A tourning about in maner of a circle.* } Cicer. *ad Attic. lib.* 2. Eenestrarum angustias quòd reprehendis, scito te λόγῳ γυρέλαιον reprehendere: nam quum ego illuc idem dicerem, gyrus agebatur. Virg. *lib.* 3. *Æneid.*

*Dixerat hæc, adytis quum lubricus anguis ab imis*
*Septem ingens gyros, septena volumina traxit.*

Ovid. 2. *Amor. Eleg.* 6.

*Vivit edax vultur, duleisque per æra gyros*
*Mittvnt: & pluvia gracilem author aqua.*

Tibull. *lib.* 4.

——*librat curvo brevium contendere gyro* (de flexu equi.)

Catul. *de com. Beren.*

*Vt triviam furtim sub Latmia saxa relegans*
*Dulcis amor gyro devocet aerio.*

¶ Ducere, seu compellere in gyrum, est angustis quibusdam limitibus coërctare, & non sinere latiùs evagari. Quæ translatio tracta est ab equis, qui quum fræno discunt parere, non in liberum ducentur campum, sed in spatium aliquod angustius, ubi sæpiùs sit flectendum, quod & ipsum gyrus appellatur. Cicer. 3. *de Orat.* Sed si his contenti estis, atque ut etiam, quæ dici voluistis à me, ex ingenti quodam oratorem, immensóque campo in exiguum sanè gyrum compellitis. Idem 1. *Offic.* Homines secundis rebus efferuntur, sibique præsidentes, tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportet. Gell. *cap.* 8. *lib.* 16. In Dialecticæ gyris atque mæandris tanquam apud Sicenios scopulos consenescere.

Gyro, as: Gyrum facio. { סבב *sabab*, פתל *bikiph.* γυρόω. Gall. *Tourner en rond, entortiller rondement.* Ital. *Girare, circondare.* Germ. Ringerweiß vmbtreiben / in einem treyß vmbrenden. Hisp. *Hazer buelta en derredor.* Angl. *To tourne about in maner of a circle.* } Unde regyro, quod est in gyrum reflecti, de quo suo loco.

Gyrātus, adject. { סובב *musab.* γυρωτός, γυροειδής. Gall. *Tourné en rond, entortillé rondement.* Ital. *Circondato, torcito.* Germ. Vmbgetrieben / ringerweiß vmbgetrehet. Hisp. *Buelto en derredor.* Angl. *Tourned about.* } Plin. *lib.* 5. *cap.* 10. Ad effigiem Macedonicæ clamydis orbe gyrato laciniosam. De Alexandria urbe Ægypti.

‖ Gyrovagus, erroneus, instabilis, circumcirca vagans. Vet. Dict. nempe in gyrum vagans. ‖

Gyrtōn, ōnis, sive Gyrtona, æ. γυρτών Ptolemæo, γυρτῶν Stephano. Perrhæbiæ oppidum, ut Stephano placet, ita dictum à Gyrtone Phlegiæ fratre. Ptolemæus Gyrtonam in Stymphalia Macedoniæ regione, Plin. in Magnesia collocat.

Gythēum, γύθειον. Oppidum est Achaiæ ad Malenum promontorium, quod Hercules & Apollo depositis eò loci simultatibus communi opera condiderunt. { Ein statt in Achaia welche Hercules vnd Apollo miteinander gebauet. } Livius *in Maced. bell.* Gytheum (inquit) omnium nobilitatarum rerum Lacedæmoniis receptaculum. Hinc Gytheates sinus, ad Malcum promontorium, cujus meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 5.

Gyzantes, populi Africæ: vide Byzantes, apud Steph. apud quem etiam Gygantes reperitur.

# NOTÆ ANTIQUORUM.

G Gaudium, Gens, Gaius, Genius, Gellius.
G. AUG. Genio Augusti. GR. V. gravitas vera, vel vestra.
G. B. gens bona.
GD. gaudium. G. D. gens dolosa.
GEN. CORN. gens Corneliorum. GENS. gentes. GERM. vel GER. Germanicus.
G. F. gula filiorum.
GG. vel GS. gesserunt. G. GEN. GER. gaudium gerens Germanicus.
GL. gloria. GL. S. H. INT. E. gloria sua hic intus est. GL. E. R. gloria exercitus Romani. GL. N. L. gloria nominis Latini. GL. P. gloria parentum, vel patriæ, vel populi. GL. P. R. gloria populi Romani. GL. R. gloria Romanorum. GL. S. Gallus Sempronius.
G. M. gens mala. GM. F. Germanus frater, Germana filia, Germani filius.
GN. N. genus nostrum. GN. R. S. genus Romani Senatus.
GOTHI. Gothicus.
G. P. gula parentum.
G. R. genus regium, vel rerum. GR. gerens, gerit. GRA. Græcchus. GR. AT. RS. B. genitor autem referi vator bonus, vel gerit rem Senatus bene. GRC. Græcus. GR. D. gratis dedit, vel datum. GR. E. gratia ejus. GRT. gerit. G. RM. HI. RQ. genus regium hic requiescit.
GS gesserunt, genus, gessit. G. S. genio sanctum.
GT. gentem, gentes.
GU. genus. G. V. gratis Valerius.
GX. grex.

# H

HEEMIHTON hoc à Latinis dicitur aspirato, sitque ex utraque aspiratione Græca, quarum altera sic scribitur ', altera verò sic ': ex quarum conjunctione fit Latina aspiratio, figura talis H. nomen priorum temporum me latet, nostra ætate profertur *hacca*: ejus potestas nulla, nisi quòd sonum auget illius, seu vocalis, seu consonantis, cui adhæret. Nonnunquam reperitur pro consonante, ut apud Catul. *de com. Beren.*

*Qua vox tempestate nova cultus hymenæo.*

Ineptè, meo judicio, nos Itali proferimus has duas dictiones *mihi*, & *nihil*, quasi h, in his duabus vocibus locum obtineat ch. Si qui sunt qui asseverent esse hanc nostri temporis pronunciationem eandem, qua olim loquebantur majores, omni ratione penitus carere videntur, & neotericorum consensu, & candidioris ætatis testimonio, cùm cæteris, tum vel maximè in hoc elemento. Cicero apertissima oratione id comprobat: clariùs explicari non potest, quàm ex Catull. epigrammate:

*Chommoda dicebat, si quando commoda vellet*
*Dicere, & hinsidias Arrius insidias.*

O nostra misera tempora! ô felicissimum illud seculum! Tantam calamitatem deplorarunt complures doctissimi viri: sed alibi diffusiùs disseremus. ¶ H, finalis in syllaba esse non potest, præterquam in *Ah*, & *Vah*, interjectionibus, quæ vel per apocopen dictæ sunt, quum completæ sint, *Aha*, & *Vaha*: vel quia abscondita voce solent proferri interjectiones. Jungitur autem vocalibus omnibus, & quatuor consonantibus, scilicet c, ut Chremes: p, ut Philippus: r, ut, Pyrrhus: t, ut Thrasо: & hoc ut valentiùs sonet dictio. Ante Cic. tempora, ut ipse in Oratore testatur, solis vocalibus addebatur aspiratio, non autem consonantibus, quorum etiam pronunciationem ipse aliquandiu se fuisse secutum fatetur. Quid ego ipse (inquit) quum scirem ita majores loquutos esse, ut nusquam nisi in vocali, aspiratione uterentur, loquebar sic, ut *Pulcres & Cetegos*, *Triumpos*, & *Cartaginem* dicerem: aliquando, idque serò, convitio auctum, quum mihi extorta veritas esset, usum loquendi populo concessi, scientiam mihi reservavi. Gell. etiam *lib.* 2. *cap.* 13. Author est, in plerisque Latinis dictionibus præter etymologiæ rationem, addi aspirationem, quòd crederent sonum firmiorem reddi & vegetiorem: idque exemplo Atticorum, qui citra morem cæterarum Græciæ civitatum multas dictiones aspirarent. Aspiratio autem (ut idem Gell. Author est) non solet literis interseri, sed more Græcorum supra literas annotari: quod & ipsum se vidisse affirmat in quodam vetustissimo codice, quem Virgilii autographon fuisse putat. ¶ H, in multis succesit literæ F. Nam veteres quod *fordeum*, *fœdus*, *farioli* dicebant; recentiores, hordeum, hœdus, hariolus, pronunciarunt: ut author est nobilissimus Grammaticus Scaur. *lib. de Orthogr.* Ubi *Haba* antiquis nostris faba dicta.

H A

**Ha**, interjectio est corripientis, sive admonentis ne quid fiat, nève quis in te cœpta progrediatur, ă, ă. Plaut. *in Mostell.* Ha cave ne illi objectes nunc in ægritudine te has emisse.

**Ha ha he.** { ΟΝΑ *kaach.* } Interjectio ridentis est. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 4. Terent. *in Eunuch.* Ha ha he. THR. quid rides? ONA. istuc quod dixti modò.

**Haba**, olim pro faba. Terent. Scaur. *de Orthogr.* Haba falisci, nostris faba dicta.

¶ Habe, have, pro Ave frequentissimum verbum in inscriptionibus constitutionum C. Theod. & Justiniani: salutandi, Habe Marcelline. ¶

**HĂBĒNĂ**, æ: Retinaculum & lorum illud quo equi reguntur, & inhibentur. { ΑΠΟ *méthegh. λαῖτν, ἐφιππὸν, ἐνβρυχιὸν.* GALL. *La rêne d'une bride.* ITAL. *Le redine della brigliа.* GERM. Ein zaum oder der zügel am zaum. HISP. *La rienda para templar el freno.* ANGL. *A bridle or bitte.* } Ovid. *Eleg. 6. lib. 4. Trist.*

*Tempore paret equus lentu animosus habenis.*

Tibull. *lib.* 4.

*Validisque sedet moderator habenis.*

Et, ——— *Effusa tardo permittere habenas.*

Virg. *lib.* 9. *Æneid.*

*Ipse ter adducta circùm caput egit habena.*

Idem 3. *Georg.*

——— *ac per aperta volans, cum liber habenis*
*Æquora.*

Ovid. 1. *Fast.*

*Vincitur ars vento, nec jam moderator habenis*
*Utitur.*

¶ Teretibus habenis junctæ solent. (GALL. *De cordes.*) Gell. *cap.* 10. *lib.* 13. Item, Habenæ simplices funda. Liv. *lib.* 9. *dec.* 4. Idem. Effusissimis habenis. Liv. 7. *dec.* 4. Habena, item Scutica. Horat. 2. *epist.* 2.

——— *semel hic cessavit, & ut fit.*
*Infelix latuit metuens pendentis habenæ.*

Habena, vel ferula cædi. Ulp. *in l. cùm aliter, § impuberi, ff. de S C. Syllaniano.* ¶ Pro potestate, & facultate agendi. Virg. 12. *Æneid.*

*Terribilis sevam nullo discrimine cædem*
*Suscitat, irarumque omnes ostendit habenas.*

Cic. 1. *de Orat.* Senatum servire populo, cui populus ipse moderandi & regendi sui potestatem, quasi quasdam habenas tradidisset. Rectum habenæ traduntur Asdrubali. Silius *lib.* 1.

**Hăbēnŭlă**, diminut. { *ἱμαντὶς τῶν ἀνιόχων ἵππων, τὸ ἡνιοχεῖον.* GALL. *Petite rêne de bride.* ITAL. *Picciola redina di briglia.* GERM. Ein reime lein am zaum / oder ein binden wie es die roszbarte brauchen. HISP. *Pequeña rienda para templar el freno.* ANGL. *A litle raine, bridle or leash.* } Celsus *lib.* 7. *cap.* 20. Ab ora quoque ejus vulneris quod in inguine est, demenda habenula paulò latior est, quo major plaga fit. Idem *lib.* 7. *cap.* 7. de palpebris loquens, rursus tenuis habenula ab ulteriore ora excidenda. Ubi sic vocat translatè cutis segmentum oblongum excisum instar habenulæ.

**Hăbĕntĭă**, æ, ab antiquis usurpatum est pro divitiis, ab habeo. { רְכוּשׁ *rechúsch.* יִתְרוֹן *hon. ונה.* GALL. *L'avoir.* ITAL. *Lavere.* GERM. Hab und gut. HISP. *Las riquezas.* ANGL. *The having or possessing of a thing.* } sicut à Sapio, Sapientia. Claud. 7. *Annal.* apud Non. Animos eorum inflatet habentia.

**HĂBĔO**, es, ui, itum, ab ἀφὶ, ἕξω. Obtineo, teneo, possideo. { יָכֹל *bahal.* אָחַז *achâz.* יָרַשׁ *jarásch.* יָשַׁב. GALL. . . . *r, tenir.* ITAL. *Havere.* GERM. Haben Aesinen. HISP. *Aver è tener.* ANGL. *To have.* } Sallust. *in Jugurt.* Animus incorruptus, æternus, rector humani generis agit atque habet cuncta, neque ipse habetur. Virg. 1. *Æneid.*

*Hostia habet muros.*

Plaut. *in Aul.* Virginem habeo grandem, dote cassam, atque illocabilem. Idem *Rud.* Papæ! divitias tu quidem habuisti lueulentas. 1. Miserum illuc verbum & pessimum est, habuisse, & nihil habere. ¶ Basilicas ædificationes ille habet. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Vobis hanc habeo ædificationem. Senec. *ep.* 5. *de tranq. ad Marc.* Habebis lucem invisam. ¶ Per translationem ponitur pro tenere, κρατῶ. Sallust. *in Jugurth.* Tale periculum Reipublicæ haud occultum habuit. ¶ Pro agere. Idem *in Catil.* Igitur comitiis habitis, Consules declarantur M. Tullius, & C. Antonius. Plaut. *in prolog. Amph.* Servus hic quoque partes habet. ¶ Pro ferre. Sallust. Neque cuiquam mortalium injuriæ suæ parvæ videntur, multi eas gravius æquo habuêre. ¶ Habere concionem est, ut ait Gell. *lib.* 13. *cap.* 14. verba facere ad populum sine ulla rogatione. Plaut. *Menæch.* Ut illum dii omnes perduint, qui primus commentus est concionem habere, quæ homines occupatos occupat. Quintil. Habere actiones, orationes. Suet. *in August. cap.* 8. Habere sermones cum aliquo. Item, Habere mentionem alicujus. Quintil. Et, Habere honores alicujus memoriæ. Suet. *in Neron. cap.* 9. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 4. Perfidiæ laudes grandesque habemus. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 3. Habui expurgationem (inquit expurgavi.) Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.* Habere excusata. ¶ Habere consilia. (GALL. *Tenir conseil.*) Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. ¶ Pecuniam dedisse, ut haberent (i. habendam.) Gell. *cap.* 19. *lib.* 16. Item Plaut. *Milit. sc.* 2. *a.* 1. Me sibi habeto. Gell. *c.* 9. *lib.* 17. Servo oculos ægros habeat. ¶ Pro detinere, & occupare. Sallust. Neque flumen, neque mons erat, qui fines eorum discerneret, quæ res eos magno diuturnóque bello inter se habuit. ¶ Pro credere & existimare, ὑπείληφα. Terent. *in Andr.* Semper ejus dicta, atque facta ita fore, hoc est, existimata & credita. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 4. Pauper haud malus, nequam habetur. ¶ Pro habitare. Idem *in Truculent.* Nam mihi hæc meretrix, quæ hic habet, Phronesium suum nomen omne ex pectore evomit meo Phronesium. Idem *Aulul. prolog.* Sallust. *apud Priscian.* Tartessum Hispaniæ urbem, quam nunc Tyri mutato nomine Gadir habent. Idem *in Catil.* Credo, falsa existimans ea, quæ de inferis memorantur, diverso itinere malos à bonis loca tetra, occulta, fœda atque formidolosa habere. ¶ Pro intelligere: nam quod intelligimus, animo quodammodo tenere & possidere videmur. Terent. *in Heaut.* Habet omnem rem: pergam quò cœpi, hoc iter. ¶ Habere frustrà, idem est quod decipere, & deludere. Plaut. *in Amph.* Is advenientis servum, ac dominum frustrà habet. ¶ Nihil pensi habere, hoc est, nihil pendere, non curare, οὐδὲν ἀξιοῖ ποιεῖν. Habere honorem, idem est quod honore afficere. Terent. *in Eunuch.* Hic tibi pro eo munere honos est habitus ab eo. Cicer. *in Lælio*, Hæc habui, de amicitia quæ dicerem. ¶ Accipitur etiam pro tractare. Terent. *in Heaut.* Nunquam secus habui illam, ac si ex me nata esset. Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Uti tu me hic habueris, perinde illum illic custaverit. Idem *Asinar. sc.* 1. *a.* 1. Mater habet illum arctè & contentè. *Ibidem*, Illum miserum habebo (id est, malè accipiam.) *Ibid. sc.* 1. *a.* 3. Ita me iste habuit senex gymnasiis. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Ignavi malè habiti, & malè conciliati. *Ibid. sc.* 1. *a.* 5. Mundiciis dignè habiti (id est, tractati.) Liv. 4. *d.* 4. Habere comiter aliquem. Et *lib.* 6. *d.* 4. indulgèret. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 3. Teauratam & vestitam benè habet. Malè habere, i. malè tractare, vexare. Celsus. *lib.* 4. *cap. de tussi.* Solet tamen interdum per se quoque malè habere, & vix cùm vetus facta est, eliditur. ¶ Benè habere, idem est quod benè valere, & incolumem esse: sicut malè habere, infirmum & ægrotum esse. Benè habet, vel malè habet: vel etiam sic, Res benè, vel malè habet, hoc est, feliciter, vel infeliciter cedit. Liv. *lib.* 7. *ab Urbe*, Benè habet, jacta sint fundamenta. Idem *lib.* 8. Benè habet (inquit) Quirites: vicit disciplina militaris. Bellè habeo, idem est quod benè valeo, vel incolumis.

lomis fum. Cic. *in Epist.* Tullia noſtra valet, Terentia minùs bellè habuit, id eſt, minùs benè valuit. ¶ Item, habet, per ſe poſitum, ſignificat percuſſus eſt, ut Donatus inquit: & propriè de gladiatoribus dicitur, quod priùs alii ſanguinem videant, quàm illi ſentiant ſe percuſſos eſſe. Terent. *in Andr.* Certè captus eſt, habet. Liv. *lib.* 10. *ab Vrb.* Habet pœnam noxium caput. ¶ Dicitur etiam, hoc habet: loquendique genus eſt è vulgo petitum. Virg. *in Æneid.*

*Hoc habet, hoc melior magnis data victima divis.*

Prudentius,

*Hoc habet, exclamat villix regina,*

Volunt approbantis dictum eſſe, pro Hoc rectè habet, vel benè ſe res habet. ¶ Sat habeo, id eſt, ἀρκεῖ μοι. Cæſar *lib.* 3. *bell. civil.* Noſtri verò qui ſatis habebant ſine detrimento diſcedere. ¶ Quandoque habere, eſt ſervare, detinere: ut eſt illud Saluſt. *in Catil.* In cuſtodiis habebantur. Gell. *cap.* 12. *lib.* 15. Habere ſe caſtè à ſervis. Plaut. *Curc. ſc.* 3. *a.* 5. Benè ac pudicè me habuit. ¶ Habere Senatum. Gall. *Tenir le Cour.* Idem *Milit. ſc.* 6. *a.* 2. Frequens ſenatus poterit nunc haberier. Item, Modus haberi non poteſt. Idem *Curc. ſc.* 3. *a.* 2. ¶ Quandoque præbere, exhibere. Saluſt. *in declam. in Ciceronem.* Ita largitionibus corruptus eſt, ut ſeſe ad fortunas ſuas venales habeat. ¶ Habere gratiam, vel gratias in animo, eſt quum memorem accepti beneficii mentem, animúmque habemus, & invicem gratificandi voluntatem. Cicero. Nec enim mihi gratiam modò habuiſti, verùm etiam cumulatiſſimè retuliſti. Idem, Maximas tibi Panſa gratias & habemus, & agere debemus. Terent. *in Andr.* Diis pol habeo gratias quam in pariundo aliquot aſſuerunt libenter. ¶ Habere iter, eſt proficiſci. Habere verba, λόγον ἔχειν, eſt loqui. Plaut. *Milit. ſc.* 6. *a.* 2. Hic ad me rectà habet rectum viam. ¶ Habere fidem verbis, eſt credere. *πιστεύειν.* Terent. *in Andr.* Nam propemodum habeo tibi jàm fidem. Et *in Heaut.* Sem noſtro fidei nihil habeo. ¶ Habere rationem ſalutis, honoris, rei familiaris, id eſt, curam, & ut vulgus loquitur, reſpectum. λόγον, ἢ πρόνοιαν ποιεῖσθαι. Sed ſi cum ablativo cõſtruatur mediante Cum, ut Habere rationem cum re aliqua, idem eſt, quod habere negotium & commercium. ἔχειν πρᾶγμα πρός τι. Cic. *in Catil.* Rem habuit cum terra quæ nunquam recuſat impetum. Idem *in Tuſc.* Quis eſt hominum qui modò cum Muſis, id eſt, cum humanitate & doctrina, habeat aliquod commercium, qui ſe non hunc Mathematicum malit, quàm illum tyrannum? Et *ad Attic.* Cum omnibus Muſis rationem habere cogito. Habere rem, de meretricis cum amatore conſuetudine. Terent. *Eunuch.* Ego cum illo quocum uno rem habebam, tum hoſpite abii huc. συνῆν. Habere rem cum adverſario, eſt litigare, δικάζεσθαι. ¶ Habeo convenire, habeo polliceri, habeo audire, idem valet quod poſſum. Cic. *Lentulo,* Tantum habeo polliceri. Idem *in Catone.* Neque eos ſolùm convenire habeo quos vidi, ſed etiam quos audivi & legi. Idem *in Orat.* Audire habeo quid hic ſentiat. Vide Vall. *lib.* 5. ¶ Morem habere. Plaut. *Capt. ſc.* 1. *a.* 2. Morem hunc homines habent. Idem *Curc. ſc.* 1. *a.* 3. Habent hunc morem plerique argentarii. ¶ Habere invidiam, vide *Invidia.* Habere patibulum. Idem *Mil. ſc.* 4. *a.* 2. Diſpeſſis manibus patibulum cùm habebis. ¶ Tibi iſtos habeas rutrures (vulgò accipe pro te.) Idem *Moſt. ſc.* 1. *a.* 1. ¶ Habere, pro decere, ſive convenire. Hic ornatus ſatiſne me condecet? Optimè habet (id eſt, benè tibi convenit.) Gall. *il vous vient bien.* ¶ Súſque déque habere, vel Súſque déque ferre (utroque enim modo dicimus) eſt æquo animo ferre, & non magni pendere, & penè idem quod Græci dicunt ἀδιαφορεῖν. Idem *in Amph.* Ea quæ ſunt facta, infecta eſſe accelamitat: quæ neque ſunt facta, neque ego in me admiſi, arguit. Atque id me ſuſque déque eſſe habituram putat. ¶ Hujus verbi compoſita ſunt Adhibeo, Cohibeo, Exhibeo, Inhibeo, Præhabeo, Polthabeo, Perhibeo, Prohibeo, & Redhibeo, de quibus ſuis locis. ¶ Ægrè habere, idem quod ægrè ferre. δυσχερῶς. Liv. 7. *ab Vrb.* Ita ægrè habuit, filium id pro parente auſum. Plaut. *Aſin. ſc.* 1. *a.* 3. Ea res malè habet (ſup. me.) Idem *Men. ſc.* 2. *a.* 4. Sollicitum nimis me habuit cliens. ¶ Habes dicere. Gell. *cap.* 20. *lib.* 17. & *cap.* 1. *lib.* 14. Et apud Suet. *in Auguſt. cap.* 18. Habeo aliud precari. ¶ Sicuti pleræque mortalium habentur: hoc eſt, ut ſoler accidere rebus hominum. Saluſt. *in Catil.* ¶ Habere profligatum bellum. Liv. *lib.* 5. *d.* 4. Quin profligatum bellum haberet. Item, habebant emeritas ſtipendia. Idem 7. *d.* 4. Cunctatio Fabii habebat ſollicitum Annibalem. Liv. 2. *bell. Pun.* ¶ Habere delectum, id eſt, deligere. Cic. 3. *de finib.* Quum enim virtutis hoc proprium ſit, earum rerum quæ ſecundùm naturam ſint, habere delectum. ¶ Delectum militum habere, eſt cogere milites, & ex illis aptiores deligere. Cæſ. 1. *bell. civ.* Tota Italia delectus habentur, arma imperantur, &c. Habebat Annibal Tarentorum (id eſt, poſſidebat.) Liv. 4. *d.* 4. ¶ Habui numerum ſedulò. Plaut. *Pſeud. ſc.* 2. *a.* 4. ¶ Habere in deliciis, voluntatis cauſa habere, vehementer amare. Cic. 1. *de divin.* Simia, quam rex Moloſſorum in deliciis habebat, & ſortes ipſas, & cætera quæ erant ad ſortem parata, diſturbavit. ¶ Habere derelictui, id eſt, relinquere incultum. Gell. *lib.* 4. *cap.* 12. Si quis arborem ſuam vineamque habuerit derelictui. Habere pro derelicto aliquid, eſt curam ejus nullam ſuſcipere. Cic. *ad Attic. lib.* 8. Id ego in eam partem accepi, hæc oppida, atque oram maritimam illum pro derelicto habere: nec ſum miratus, cum qui caput ipſum reliquiſſet, reliquis membris non parcere. Apud Juriſconſultos, eſt aliquid ea mente abjicere, ut in numero rerum noſtrarum eſſe nolimus: ideóque ſtatim domini ejus eſſe deſinimus. §. *qua ratione* 47. *Inſtit. de rer. divis.* ſitque primi occupantis. *l.* 1. & 2. *D. pro derelicto.* Sic Suetonius *in Tib. cap.* 73. Habeti pro contempto, & habere contemptui, apud eundem *in Auguſt. c.* 83. ¶ Habere deſpicatum, pro ſpernere, & contemptui habere. Terent. *in Eunuch.* An id flagitium eſt, ſi in domum meretricium deducat, & illis cruciatibus quæ nos noſtráſque adoleſcentiam habent deſpicatam, & quæ nos ſemper omnibus cruciant modis, nunc referam gratiam? Sic Plaut. *Menach. ſc.* 2. *a.* 1. Nimium te habui delicatum. ¶ Habere deſpicatui, pro deſpectui. Idem *in Menach.* Tu hunc poſt hunc diem pedem intrò non feres, ne fruſtrà ſis, quando tu me bene merentem tibi habes deſpicatui. ¶ Habeo dictum, pro dixi. Idem *Perſa,* Satis jam habeo dictum. Habeo dicere, id eſt, habeo quod dicam. Cic. 1 *de nat. deor.* Hæc ferè dicere habui de natura deorum. Idem *de partit.* Quid habes igitur de cauſa dicere? ¶ Habere dignitatem alicui: hoc eſt, alicujus dignitatem plurimi facere. Plin. *in Panegyr.* ¶ Ita ſe habet. Cic. *de ſenect.* Quod quidem, ne ita ſe haberet, ut animi immortales eſſent, haud optimi cujuſque animus maximè ad immortalem gloriam niteretur. ¶ Habere intactum, i. non tangere, vel attingere. Cæſ. *lib.* 1. *cap.* 9. Altera pars incidenda, altera intacta habenda eſt. ¶ Habere bonum animum. Saluſt. *Jugurth.* 123. De Numidia bonum habetote animum Quirites. ¶ Habere penſi. Idem *in Catil.* Protſus neque dicere, neque facere quicquam penſi habebat. Eos in armis Galli accolæ ſemper habebant (id eſt, cogebant in armis ſemper eſſe.) Liv. *lib.* 10. *ab urb.* Item, Habuerunt Parthi bibulum in obſidione. Cæſ. *lib.* 3. *de bell. civ.* ¶ Periculũ habere, eſſe in periculo. Colum. *lib.* 12. *cap.* 11. Sed periculum habet ne vitietur vinum, ſi malè cocta ſit aqua. ¶ Potius habere, pro præferre. Cæſar 1. *bell. civ.* Semper ſe Reip. commoda privatis neceſſitudinibus habuiſſe potiora. ¶ Neceſſe habere, id eſt, neceſſitate cogi. Idem. ¶ Habeo in promptu, hoc eſt, prompta eſt mihi de hac re memoria. Cic. 4. *Acad.* Oportet igitur & ea, quæ pro perſpicuitate reſponderi poſſunt, in promptu habere. ¶ Sic habeto: id eſt, ita tibi perſuadeto, vel pro comperto teneto. Cic. *ad Tironem,* Sic habeto, mi Tiro, neminem eſſe qui me amet, quin idem te amet. ¶ Habere ſtativa, id eſt, in æſtivis agere. Liv. 2. *bell. Macedon.* Ibi ſtativis tex per aliquot dies habitis, ducluatus animo eſt. ¶ Habere ſuſpectum. Liv. 4. *bell. Pun.* Quia & ipſum ut ambiguæ fidei virum, ſuſpectum jamprídem habebat. ¶ Habere ſibi res ſuas, jubebatur uxor quæ à viro repudiabatur. Cic. 6. *Philipp.* Illam ſuas ſibi res habere juſſit. ¶ Sic habendum eſt: hoc eſt, ita intelligendum. Idem *de Amic.* Sic habendum eſt, nullam in amicitia peſtem eſſe majorem, quàm adulationem, blanditias, aſſentationem.

Hăbĕāſlt, pro habeat, antiquè dictum. Cic. 2 *de Legib,* Separatim nemo habeſſit deos, neve novos: ſed ne advenas, niſi publicè aſcitos privatim colunto.

Hăbĭtĭo, ōnis, habendi actio. Gell. *lib.* 1. *cap.* 4. Debitio enim gratiæ, non habitio cum pecunia confertur.

Hăbĭtŭs, a, um. {πτπ *activ.* ἐχόμενος. Gall. *Enfant qu'on a eu.* Ital. *Havuto.* Germ. Gehabt/gehalten. Hisp. *Tenido.* Angl. *Hadde, enjoyed, eſteemed.*} Participium à paſſivo habeo, quod varias habet ſignificationes, quemadmodum & verbum à quo deſcendit. Plin. *lib.* 16. *cap.* 34. Ut mirum ſit, ullum honorem habitum ei. ¶ Interdum idem eſt quod affectus. Terent. *in Heaut.* Imò, ut patrem tuum vidi eſſe habitum, diu etiam duras dabit. ¶ Aliquando idem quod exiſtimatus, reputátus. Cæſar 7. *belli Gall.* Hic ſummo in Arvernis natus loco, & magnæ habitus authoritatis. Plaut. *Moſt. ſc.* 1. *a.* 1. Quo nemo antehac magis eſt habitus parcus, &c. ¶ A participio nomen Habitus atque habitior comparativus, id eſt, repletior, vel obeſior. Gall. *Plus gras, ou mieux en point.* Plaut. *in Epid.* Corpulentior hercle atque habitior, id eſt, pinguior. Terent. *in Eunuch.* Si qua habitior paulò, pugilem eſſe aiunt, deducunt cibum. Gell. *cap.* 1. *lib.* 3. Quiſquis eſt corpore benè habito ac ſtrenuo.

Hăbĭtĭſſĭmŭs, pinguiſſimus. Gell. *lib.* 4. *cap. ult.* Equum nimis ſtrigoſum, & malè habitum, ſed equitem ejus uberrimum & habitiſſimum viderunt. Citat Gell. verba Sabini Maſſurii.

Hăbĭtŭs, us: Qualitas, & forma eſt corporis, & cujuſque rei. {מכונה *machchéneth,* משכב *miſchpát.* χῦμα. Gall. *Contenance port. eſtat, diſpoſition, qualité, habitude.* Ital. *Habito, qualita, forma.* Germ. Ein weiſe geſtalt/gattung. Item, Ein bekleidung. Hisp. *Habito, qualidad.* Angl. *Behaviour, qualitie, diſpoſition.*} Plaut. Qualis habitus oris. Col. *lib.* 1. Vinex non ſic altos & lacertoſos exigunt: nam ſo habitus ſolluris magis aptus. Virg. 1. *Georg.*

——— *cultúſque habitúſque locorum.*

Gell. *c.* 1. *lib.* 17. Ut ipſe æquitatis habitus demonſtrat. Ovid. 1. *Faſt.*

*Vtque videns habitum*

(ſcentis paſſis crinibus.) ¶ Accipitur etiam pro cultu corporis, veſtitúmque ornatu. Unde habitus ſcenicus, habitus militaris dicitur. Plaut. Quis habitus iſte tam prolixus? Plin. Qui ad nos lugubri habitu venerat, & capillatior ſolito. Suet. *in Claud. c.* 15. Mutare habitum (id eſt, pallium & togam.) Idem *in Auguſt. cap.* 40. Habitus veſtitúſque. ¶ Habitus, ἕξις, hoc eſt, promptitudo frequentibus actibus agendi comparata. A Philoſophis definitur, alicujus rei, ſive in animo, ſive in corpore, natura conceptam, ſed uſu corroboratam & & plenam perfectionem eſſe. ¶ Habitum item vocant medici conſtantem corporis conſtitutionem, & ſolutu difficilem, ex probáve ſimilarium particularum temperatione, inſtrumentalíúmque conformatione naſcentem. Unde bonum corporis habitum (εὐξίαν,) firmam ſanitatem appellant, omnibus corporis particulis probè actiones ſuas obeuntibus. Rurſus malum corporis habitum (κακοξίαν,) appellant conſtitutionem corporis in morbos proclivioren, valetudinéque infirmam, ex ſimilarium partium intemperie, vel improba inſtrumentalium provenientem coagmentatione. ¶ Habere habitum temporis, id eſt, Ornatum eſſe pro ratione temporis. Ovid. 1. *Triſt. Eleg.* 1.

*Vade, ſed incultus, qualem decet exulis eſſe*
*Infelix habitum temporis hujus habe.*

Hăbĭtūdo, inis: Corporis habitus, corporis conſtitutio, quam vulgò vocant *Complexionem.* {ἕξις. Gall. *Habitude, eſtat, diſpoſition, complexion, temperament.* Ital. *Habitudine, complessione.* Germ. Die atgemeſſene ord. natur des leibs. Hisp. *Diſpoſition de cuerpo, habilidad.* Angl. *The ſtate, plight, or ying of the body.*} *Lib.* 4. *ad Nevem.* Nam ut corporis bonam habitudinem tumor imitatur ſæpe, ita gravis oratio ſæpe imperitis videtur ea quæ turget & inflata eſt. Terent. *in Eunuch.* Qui color, nitor, veſtitus? quæ habitudo eſt corporis?

Hăbĭlis, e, quod eſt aptum, conveniens, accommodatum. {יאות *raúi,* נכון *nachón,* מוכן *muchón.* ἁρμόττων, ἁρμόδιος. Gall. *Habile, ſeant, propre & bien convenant.* Ital. *Habile, atto, accontio, conveniente.* Germ. Gelegen/füglich/bequem. Hisp. *Coſa habil para tener à mano.* Angl. *Fitte, hand ſome, able.*} Virg. 6. *Æneid,*

*Ramque humeris de more habilem suspenderat arcum Venatrix.*

Mart. *lib.* 13.

*Non habilis cyathis, & inutilis uva Lyæo.*

Suet. *in August. cap.* 13. Ut feracitatem, habilitatémque annonæ redderet (i. aptiorem.) Quint. Acutior & habilior ad inveniendum. Senec. *cap.* 8. *de brevit.* Habiliora corpora pusilla. Suet. *in Claud. cap.* 2. Nulli muneri habilis. Cicer. 1. *de Orat.* Si mihi calceos Sicyonios attulisses, non utérer, quamvis essent habiles, & apti ad pedem, quia non essent viriles )( Inhabilis, inepeus, indecens, quasi parum habilis, hoc est, minùs aptus. ἀνάρμοστος.

Hăbilĭtĕr, adverb. aptè, commodè. { ἐπιδέξιως, ἁρμοδίως, εὐαρμόστως. Gall. *Habilement, proprement, commodement.* Ital. *Commodamente.* Germ. Behendiglich / füglich / geschicklich. Hisp. *Habilmente, aptamente.* Angl. *Fittelie, hand somelie.* } Paul. *in l. si ut, ff. de aur. & arg. leg.* Si ut habiliter gemmæ geri possint, inclusæ auro fuerint. Horus *in Epit. Livian.* 57. Alii scutum parvum habiliter gerenti, scutum justo amplius ferre jussit.

Hăbĭlĭtās: Convenientia, aptitudo. { מתכונת *matchóneth*, משכם *mischpát.* ἁρμονία. Gall. *Habilité, proprieté, jeance & convenance.* Ital. *Habilità, proprietà, convenienza.* Germ. Bequemmung / geschicklichkeit. Hisp. *Habilidad, conveniencia.* Angl. *Fitnesse, hand somenesse.* } Cic. *de leg.* 3. Omitto opportunitates, habilitatésque reliqui corporis, moderationem vocis, orationis vim, &c.

Hăbĭto, as, frequentativum est ab Habeo. { ישב *jaschâb. οἰκέω.* Gall. *Habiter, demeurer pour quelque temps en un lieu.* Ital. *Habitare, dimorare.* Germ. Inhaben / wohnen. Hisp. *Morar.* Angl. *To dwell or tarie in a place, to inhabite.* } Aliquando, ut verbum Habeo, adjungitur accusativo. Virg. *Eclog.* 2.

*Atque humiles habitare casas.*

Tibull. *lib.* 4.

*Nulla nec exustas habitant animalia partes.*

Plaut. *Amphitr. & Asin. sc.* 3. *a.* 1. In ædibus ubi tu habitas nimia mira vidi. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 2. Habitant in hac urbe palpatores. Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 5. *Trist.*

*Sic habitum terram, sic te desideret arbor.*

Plaut. *Men. sc.* 7. *a.* 5. apud te habitabo (patronum.) *ibid. sc.* 2. *a.* 5. Si intra ædes hujus, ubi habitas, penetravi pedem. Terent. *in Andr.* in hac habitasse platea dictum est Chrysidem. Hujus passivum in tertia persona protulit Virg. *lib.* 3.

*Effuge, cuncta malis habitantur mœnia Graiis.*

¶ Inter habitare autem & commorari hoc interest, quòd hoc sit ad exiguum tempus: illud verò ad longius temporis spatium, quanquam hæc differentia sæpe confunditur. ¶ Habitare etiam antiqui acceperunt pro frequenter, vel passim habere. Varro *lib.* 16. *rerum divin.* ut erat Nonius, Hoc modo antiquos secundis rebus comas habitasse. ¶ Tecum habita, proverbii speciem habet, pro Domi tuæ habita, & tuo te pede metire. Persius *Satyr.* 4.

*Tecum habita, ut noris quàm sit tibi curta supellex.*

Hoc est, domi tuæ vivito, ut intelligas quàm tenuis sit tua fortuna. Tractum videtur ab auleis, quibus quum alienis opibus, ut suis intumescant, domi nihil est miserius. ¶ Habitare triginta millibus, est triginta millia pro habitatione dare. Cicer. *pro Cælio*, Sumptus unius generis objectus est habitationis: triginta millibus dixistis eum habitare. Plin. *lib.* 17. *cap.* 1. Graviter increpuit tanti Censorem habitare, id est, in ædibus tanti sumptus. Idem Velleius, Si quis tanti habitet (i. sex millibus tantum ædes conducat.)

Habitatio, pro domo, & loco quem habitamus. { מעון *maôn*, מושב *môschâb. οἴκησις, οἴκημα.* Gall. *Habitation, demeurance, maison à demeurer.* Ital. *Stanza, il luogo da habitare.* Germ. Wohnung / behausung. Hisp. *Morada.* Angl. *A dwelling place.* } Cic. *Mammiæ*, Peto à te, ut ei de habitatione accommodes. Sueton. *in Cæs. cap.* 38. Annuam etiam Romæ habitationem usque ad bina millia nummûm remisit. Plaut. *Mostell. sc.* 1 *a.* 3, Hæc mihi (mortuo) dedita est habitatio. Col. *lib.* 2. Villico juxta januam fiat habitatio.

Hăbĭtācŭlum, idem quod habitatio. Usurpatur etiam de specu, sive antro, domicilio leonis. Gell. *lib.* 5. *cap.* 14. Introgressus leo in habitaculum illud suum, &c.

Hăbĭtābĭlis, quod habitari potest. { מושב *môschâb. οἰκήσιμος.* Gall. *Habitable, qu'on peut habiter.* Ital. *Che si può habitare.* Germ. Wonhafft / das man einwohnen kan. Hisp. *Lo que se puede honestamente morar.* Angl. *That may be dwell in.* } Cicer. 1. *Fusc.* Tum & habitabiles regiones, & rursum omni, &c. Ovid. 4. *Fast.*

——*nec nobis cœlum est habitabile, dixit.*

Idem *Eleg.* 4. *lib.* 3.

*Ulteriùs nihil est nisi non habitabile frigus.*

Hăbĭtātŏr, pro incola. { ישב *jaschâb. οἰκήτωρ.* Gall. *Habitant.* Ital. *Habitatore.* Germ. Ein einwohner. Hisp. *Morador.* Angl. *The which dwelleth in a place.* } Cic. *ad Qu. frat. lib.* 2. Tum domum in Carinis mundi habitatores Lamiæ conduxerunt. Lucan. *lib.* 2.

*Rarus & antiquis habitator in urbibus error Hesperiis.*

Habessus, authore Plin. *lib.* 5. *cap.* 27. Lyciæ urbs est, postea Antiphellus dicta.

Habronicas, nomen viri proprium.

Habus, tenuis, splendidus. Plaut. *Plotino*: Nam coloratum frontem habet, pertilus, habus. Glossar. Habus, φαλός.

Hăc, adverbium motus per locum. { πάρ, τῆδε. Gall. *Par ici.* Ital. *Per quà, di quà.* Germ. Hierdurch / des wegs. Hisp. *A qui donde yo estoy.* Angl. *By this place or way.* } Terent. *Eunuch.* Ite hàc vos omnes, Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 2. & *Men. sc.* 1. *a.* 4. Sequere me hàc intrò. Idem *Men. sc.* 3. *a.* 3. & *sc.* 1. *a.* 4. Hàc abiit. Idem *in Pseud. sc.* 3. *a.* 4. *Capt. sc.* 2. *a.* 2. *Curc. sc.* 1. *a.* 1. *Amph. sc.* 1. *a.* 2. & alibi sæpiùs. Sequere me hàc ad forum. Idem *Amph. sc.* 4. *a.* 4. Obstricto collo hàc arripiam. Idem *Aulul. sc.* 5. *a.* 3. Hàc intrò mecum ad patrem. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 1 Hàc abiit, hàc persequar. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Accedamus (sive Occedamus) hàc obviam. Idem *ibid.* Verte hàc te *pucte*, &c.

Hæceldama. *Act.* 1. id est, ager sanguinis. ¶

Hāctĕnŭs, ex hac, & tenus compositum, idem quod ad hunc usque locum, ad hanc usque rem; non enim de tempore dicitur unquam: qua in re etiam doctos video errasse. } עדין *hadên*, עדמאה *hademáh.* μέχρι τοῦδε, μέχρι τούτου. Gall. *Jusques ici.* Ital. *Fin qui, fino a qui.* Germ. Bisher, bisshieher. Hisp. *Hasta aqui.* Angl. *Hitherto.* } Cic. *de Amic.* Hactenus mihi videor de amicitia quod sentirem, potissimùm dixisse. ¶ Aliquando ponitur pro ita, adeo, sive in tantum, augendi particula. Suet. *in Neron.* Cænæ quoque tempore interpellatus, tumultuosioribus literis hactenus exarsit: ut malum iis, qui deficissent, minaretur. ¶ Hactenus, quatenus. Ulp. *de in rem verso. l. si pro parte*, Si domini debitor sit factus, & ab alio mutuatus ei solverit, hactenus, non vertit quatenus domino debet.

Hadranitani: Siciliæ populi. Plin. *lib.* 3. *cap.* 8.

Hădria, sive potius Adria. ἄδρια Suidæ & Stephano: secundus Europæ sinus inter Lacinium Italiæ & Acroceraunium Epiri promontorium, irrumpens dextrâ Macedoniæ partem, Dalmatiam, Illyricum & Istriam, sinistrâ Apuliam, Frentanos, Picentes, & Venetos alluens. { Das Deutsch meer. } Lucan. *lib.* 5.

——*sonat Ionio vagus Hadria ponto.*

Videtur hoc nomen rectiùs sine aspiratione scribi. Accepit enim nomen ab Atria nobili Circumpadanæ regionis oppido (ut docet Cato *in Originibus*, & Plin. *lib.* 3. *cap.* 16.) quod insignem circa Padi ostia habebat portum, à quo quidem oppido vicinum mare primùm Atriaticum dictum fuit, & deinde literæ unius immutatione Adriaticum est. ¶ Fuit item Hadria, sive Adria, oppidum in finibus Piceni, Romanorum colonia, VIII. M. passuum à Mari distans, à qua vicinus ager, Ager Hadrianus, sive Adrianus dictus est.

‖ Hadria, sive Adria, *Atri.* V. E. Aprutii, Ducatus titulo illustris, sub A. Theatino, in regno Neapolitano. ¶ Hadria item, à qua dictum volunt mare Hadriaticum, V. E. Venetiæ antiquissima, sub A. Ravennate, à paucis nunc piscatoribus incolitur.

Hadrianopolis, nostris *Adrianopoli*, Turcis *Endrem*, urbs Thraciæ, sita ad confluentes Maritzæ, seu Hebri, & fluviolorum Timsæ & Hardæ: qui simul deinde suum cursum in mare Ægæum dessectunt. ‖

Hădrobŏlum, i. ἁβρόβολον. Bdellii genus est nigrum, & in offas convolutum, nascens in Arabia, India, Media, & Babylone, quod in sacris vino perfundi solebat, ut esset odoratius. Dictum hadrobolum, à glebarum crassitudine. Nam ἁβρὸν Græci crassum & plenum appellant. Vide Plin. *lib.* 12. *cap.* 7. & Dioscor. *lib.* 1.

Hadrŏsphærum, ἁβρόσφαιρον. Nardi genus, à folii amplitudine ita dictum, quemadmodum aliud genus minimo folio microsphærum, & rursus aliud quod mediocri est folio, Mesosphærum est appellatum. Author Plin. *lib.* 12. *cap.* 12.

Hæbudes, αἰβουδαι. Insulæ sunt numero quinque inter Caledonium, quæ hodie Scotia dicitur, & Thulen insulam. { Jünff inseln zwischen Schottland vnnd der insel Thule gelegen. } Solinus. A Caledoniæ promontorio Thulen petentibus, bidui navigatio: inde excipiunt Hæbudes quinque numero. Et *paulò post*, Secundam à continenti stationem Orcades præbent, quæ ab Hæbudibus porrò sunt septem dierum, noctiúmque totidem cursu.

Hæc, fœmininum. Vide *Hic, hæc, hoc.*

Hædŭs, i, sive, ut alii scribunt, hœdus, est fœtus capræ. { ילד *jeledh.* ἔριφος. Gall. *Un chevreau.* Ital. *Capretto.* Germ. Ein geißlein gitz. Hisp. *Cabrito, hijo de cabra à cabron.* Angl. *A kidde.* } Qui per æ diphthongum scribunt, videri volunt dictum esse hædum ἀπὸ τοῦ αἵδεσθαι, hoc est, à testiculis. Alii verò qui per œ scribunt, à lingua Sabina ejus originem petunt. Illi enim hœdum dicebant, quod Romani dicunt fœdum. Virg. 1. *Eclog.*

*Sic canibus catulos similes, sic matribus hœdos.*

Ovid. 15. *Metam.*

——*teneros lasciviet hœdos.*

¶ Hœdus ex Ambracia optimus. Gell. *cap.* 16. *lib.* 7.

Hædĭcŭlus, Hædillus, & Hædĭcŭlus, diminutiva. { ἐριφίον. Gall. *Petit chevreau.* Ital. *Picciolo capretto.* Germ. Ein gitzlin. Hisp. *Pequeño cabrito.* Angl. *A litle kidde.* } Plaut. *in Asin.* Dic igitur me tuum passerculum, gallinam, coturnicem, agnellum, hædillum. Juven. *Satyr.* 11.

*E Liburnino veniet pinguissimus agro Hædulus.*

Hædĭnŭs, a, um, quod est ab hædis. { ἐριφικός. Gall. *De chevreau.* Ital. *Cosa de capretto.* Germ. Geißlin-gum. Hisp. *Cosa de cabrito.* Angl. *Of a kidde.* } ut, Caro hædina, quæ est ex hædo. Et hædinæ pelliculæ. Cicer. *pro Murena*, Atque ille homo eruditissimus, ac Stoicus, stravit pelliculis hædinis lectulos Punicanos.

Hædīlĭă, sunt hædorum stabula. { ἐριφοστάσιον. Gall. *Estable à chevraux.* Ital. *Lo stalle de capretti.* Germ. Ein geiß oder geißstal. Hisp. *Donde se acogen los cabritos.* Angl. *Stalles for kidden.* } Qua ratione etiam dicuntur Ovilia, quòd in his ea animalia contineantur. Horat. 1. *Carm. Ode* 17.

*Nec virides metuunt colubres,*
*Nec Martialem hædilia lupum.*

Ubi Acron. hædilia, septa hædorum: per continens, id quod continetur, σωτηδέχμενα.

‖ Hæma, αἷμα, ἀτος, sanguis: unde sunt quædam voces etiam Latinis scriptoribus usitatæ; ex quibus seqq. ‖

Hæmăchātēs, αἱμαχάτης. Gemma ex achatæ generibus, sanguinei coloris. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

‖ Hæmagogus, αἱμαγωγός, sanguinem ducens. ‖

Hæmătītēs, αἱματίτης. Vitri genus totum rubens, non pellucidum, ex quo escaria vasa veteres conficiebant. Dictum hæmatinum, quasi sanguineum, quòd sanguinis colorem referret. Plin. *lib.* 36. *c.* 26. Fit & tincturæ genere obliquanum, ad escaria vasa, & totum rubens vitrum, atque non translucens. hæmatinon appellatum.

Hæmătītēs, αἱματίτης. Lapis est durissimus, tuoore adeo fuxo, ut niger videatur: cæli tamen attritus, rubedinem manifestam ostendit sanguinis colori similliman. Quatuor ferè enumeravimus hæmatitæ differentias, duabus tantùm dubitatis, & colore magis, minùs sive

augescentes

nigricante. Optimus tamen est, teste Dioscoride, qui friabilis est, & in quædam quasi fila potest secari. Nomen habet ἀπὸ τοῦ αἵματος, hoc est, à sanguine, vel quòd totus concreto sanguini similis sit, vel quòd coti madefactæ asperitas, facultatem habeat sistendi sanguinis. Vide Galen. *lib. 9 simp. medic.* Dioscor. *de materia medic. lib. 5.* & Plin. *lib. 36. cap. 16.*

Hæmatópŏdes, αἱματόποδες. Aves Ægypto peculiares, muscis præcipuè vescentes, tenuisque insistentes digitis. Hæmatopodes dictæ à sanguineo earum colore. Habent enim crura prælonga, eáque rubentia, teste Plin. *lib. 10. cap. 46. & 47.* Quanquam ibi in omnibus ferè exemplaribus, corruptè, ut arbitror, pro hæmatopode, *himantopodem* legimus, quod Latinè loripedem interpretari possumus, quo nomine quidam Æthiopiæ populi commemorantur à Plin. *lib. 5. c. 8.*

Hæmodes, teste Pompon. *lib. 1.* Mons est Lyciæ.

Hæmōn, αἵμων, Thebanus juvenis, qui quum amore incredibili Antigonem Œdipi & Iocastæ filiam deperiret, ad ejus tumulum mortem ubi conscivit. Fuerat autem Antigone jussu Creontis (qui vetuerat cadavera Græcorum inhumari) jugulata, quòd Polynicem fratrem mortuum noctu sepelire voluisset. De hujus adolescentis morte, vide Statium *in Thebaid.* & Propert. *lib. 2.*

*Quid non Antigones tumulo Bœotius Hæmon? &c.*

Hæmonia: vide *Æmonia.*

‖ Hæmoptoïcus, αἱμοπτοϊκός, qui sanguinem spuit, per gutturam reddit. ‖

Hæmŏrrhăgĭa, est copiosus immoderatusque sanguinis effluxus. {αἱμορραγία. Gal. *Flux de sang.* Ital. *Flusso de sangue.* Germ. Außbluttung/außfluß deß bluts. Hisp. *Camara de sangre.* Angl. *A fluxe of budde.*} Fit autem (teste Galen. *lib. de symps. differ.* tribus ferè modis, ex vasorum videlicet ruptura, vel ex erosione eorundem, vel ex nimia apertione orificiorum in venis. Nonnunquam ex nimia sanguinis tenuitate, quum videlicet sanguis magnam copiam serosi humoris habet admistam.

‖ Hæmorrhœa, αἱμορροΐα, sanguinis profluvium: αἱμορρόϊκος, sanguinis profluvio laborans. ‖

Hæmŏrrhŏis. {αἱμορροΐς. Angl. *A kind of pestiferous serpent.*} Serpentis pestiferi genus est, cujus morsu sanguis omnis effluit è corpore, unde & nomen habet: αἷμα enim sanguinem significat, ῥέω fluxus. Lucan. *lib. 9.*

*Impressit dentes hæmorrhois aspera Tullo.*

Dicitur etiam Hæmorrhoia. Plin. *lib. 32. cap. 117.* Mustum serpentibus adversatur maximè hæmorrhois & salamandræ. ¶ Est etiam hæmorrhois {עלוקים *haphelim*, טחורים *techorim.* Gall. *Hemorrhoïdes, flux de sang, saignesangue.* Ital. *Il male chiamato morice, quando si va sangue.* Blutfluß so da kompt auß den adern hinden am after. Hisp. *Fluxo del sangre, almorranas de sangre.* Angl. *A disease in the fundament called hemerrhoydes or pyles.*} Genus morbi, quod inter sedem nascitur, immaturi mori specie, quum ora venarum juxta anum, tanquam ex quibusdam capitulis turgent, & sanguinem fundant: quod & in ore vulvæ fœminarum incidere consuevit. Vide plura apud Aëtium. *lib. 6. cap. de Hæmorr.*

Hæmŭs, sive Æmus, αἷμος, rex Thraciæ potentissimus, qui Rhodopen Strymonis fluvii filiam duxit uxorem. Hi in tantam arrogantiam elati sunt, ut Hæmus se esse Jovem, Rhodope Junonem prædicarent, seque ut deos adorari juberent. Qua insolentia Jupiter indignatus, eos in montes commutavit. Ovid. *6. Metam.* ¶ Est item Suidæ, sive ut aliis videtur, Æmus mons Thraciæ vasto jugo procumbens in Pontum: cujus excelsitas sex millibus passuum subitur. Oppidum habuit in vertice Aristæum. Plin. *lib. 4. cap. 11.* In Pontum quidem vergit mons Hæmus, exteros ejus spatii magnitudine ac sublimitate superans, mediámque Thraciam dividens. Strabo *lib. 7* Existimat Polybius ex ejus vertice utrumque mare cerni, Ægæum & Adriaticum. Id quod Strabo, ob ingens intervallum, falsum probat. Sententiam tamen Polybii sequitur Mela. Nomen ei inditum ab Æmo Boreæ & Orithyiæ filio. Author Steph. *de urbib.* Servius *in illud Georg.*

*Æmathiam & latos Hæmi pinguescere campos,*

tradit montem esse Thessaliæ. Sed hoc dixisse putatur, quia Thessaliam à Thracia Hæmus dividit. In eadem est sententia idem Servius *in illud 2. Georg.*

*——O qui me gelidis in vallibus Hæmi*
*Sistat.*

Liv. 4. *decad. lib. 10.* montem describit. Vide *Hemus.*

Hærēdĭtās: vide *Hæres.*

Hærĕo, es, si, sum, ab αἴρω. Adhæreo, tel alicui infideo & conjunctus sum. {דבק *dabák*, נאחז *neechác.* ἀντέχομαι, συνέχομαι. Gall. *Tenir contre, estre joint à quelque chose, & y tenir.* Ital. *Essere strettamente congiunto & unito.* Germ. Hangen/kleben. Hisp. *Llegarse à alguna cosa.* Angl. *To cleave or stick.*} Virg. 2. *Æneid.*

*Hærent parietibus scalæ.*

¶ Et quoniam qui in aliqua re dubitant, non moventur, ideóque hærere, ac suspensi esse videntur: factum est ut hærere aliquando ponatur pro dubitare, & ancipitem esse. {תקע *tháca*, תלה *talah.* ἀπορέω, διαλογίζομαι, ἀμφιβάλλω. Gall. *Douter.* Ital. *Dubitare.* Germ. In zweiffel hangen. Hisp. *Dudar.*} Terent. *in Eunuch.* Hæreo, quid faciam. Cic. *in Antonium*, Hærebat nebulo, quò se verteret non habebat. ¶ Quandoque simpliciter est manere, vel insidere. Terent. *in Hecyr.* In re hæret omnis culpa. Virg *lib. 4.*

*Multa viri virtus animo, multúsque recursat*
*Gentis honos: hærent infixi pectore vultus.*

Ovid. *Eleg. 4. lib. 2. Trist.*

*Vos quoque pectoribus nostris hæretis amici.*

Idem *Eleg. 8. lib. 3. Trist.*

*Hæret, & ante oculos forma.*

Idem *Eleg. 3. lib. 4. Trist.*

*Vultibus illa illis tanquam præsentibus hæret*

Idem *Eleg. 10. lib. 3. Trist.*

*Vidimus in glacie pisces hærere ligatos.*

¶ Circa aliquid hærere. Quintil. *lib. 2. cap. 7.* Non obstant hæ disciplinæ per eas euntibus, sed circa illas hærentibus. Plaut. *Capt. sc. 3. a. 5.* Maximas nugas incepi, hæreo. Idem *Men. sc. 2. a. 3.* Immersit me in concionem, ubi dum ego hæreo, &c. Idem *Pseud. sc. 5. a. 2.* Omnia hæc res est, hærēt hoc negotium. Hærere apud meretricem, pro eam perditissimè amare, non posse abea disjungi. Idem *in Epid.* Ovid. *Eleg. 2. lib. 4. Trist.*

*Sentit amans sua damna furens, tamen hæret in illis.*

Item Suet. *in Aug. cap. 71.* Citra libidines hæsit (à quibus purgare se non potuit.) ¶ Aqua hæret. Proverb. Cic. *3. Offic.* Dicit ille quidem multa multis locis, aqua hæret, ut aiunt. Significat Cicero Epicurum parum secum in disputando constare, seque ipsum involvere, dum ea quæ dicit hic, pugnant cum iis quæ dixit alibi, atque ita quasi fluctuare, neque in solido consistere. Translatum ab oratorum clepsydra: ut eum in aqua hærere dicamus, qui se, distillata jam aqua, tamen è causa non potest expedire. ¶ Hujus verbi composita sunt Adhæreo, Cohæreo, Inhæreo, de quibus suis locis.

Hærens, entis, particip. Suet. *in Galba. cap. 4.* Hærens mox in domo. ¶ Hæsurus, a, um. Ovid. *Eleg. 4 lib. 3. Trist.*

*——pietate (id) mereri,*
*Hæsuráque mihi tempus in omne fide.*

¶ Hæsus in præterito perfecto, patiēdi significatione. Diomedes *lib. 1.*

Hæsĭto, as, frequentativum: Idemtidem & multùm hæreo, & progredi non possum. {דבק *dabák*, נאחז *neechác.* ἐπέχομαι. Gall. *S'accoster, s'attacher, s'arrester.* Ital. *Accostarsi.* Germ. Bestricken/bestanden sein. Hisp. *Mucho allegarse.* Angl. *To stinc, to doute.*} Terent. *in Phorm.* In eodem luto hæsitas. Ubi hæsitare in eodem luto, proverbialiter dictum est, pro ita implicitum esse alicui negotio, ut te commodè explicare non possis. Tractum à viatoribus, qui si in luto atque in lutum inciderint, quum alterum conantur educere, alterò altiùs immerguntur. Aptissimè autem competit in eos qui versuram faciunt. Nam ibi mutare quidem creditorem, aere tamen alieno se non liberant. ¶ Accipitur etiam hæsitare pro dubitare, & sese explicare non posse. {תקע *pun*, תלה *talah.* Gall. *Hesiter, douter.* Ital. *Dubitare.* Germ. Zweiffeln etwas zweiffelns. Hisp. *Dudar.* Angl. *To doubte, to staggerin speaking.*} Cic. *2. de fin.* Aperiendum est igitur quid sit voluptas: quam si explicuisset, non tam hæsitaret. Idem *2. de Orat.* Carbo hæsitans in majorum institutis, rudis in jure civili. Idem. *4. Acad.* Dubitant, hæsitant. Idem *in Catil.* Quum hæsitaret, quum cunctaretur, quæsivi quid dubitaret proficisci eò, quò jampridem pararat. Hæsitare lingua, est titubare. Idem *2. de Orat.* Idem lingua hæsitans, & voce absonus. Hæsitantia verba, apud eundem *pro domo sua.*

Hæsĭtātĭo, nis: Dubitatio, cunctatio, & perplexitas. {ἀπορία. Gall. *Irresolution, perplexité, & doute.* Ital. *Dubitatione, dubbio.* Germ. Zweiffelung. Hisp. *Duda.* Angl. *Doubt, a doubting.*} Cic. *Appio Pulchro*, Noli ignoscere hæsitationi meæ. ¶ Accipitur & pro titubatione, & linguæ hæsitantia, ἰσχνοφωνία. Gall. *Difficulté de s'enoncer.* Idem *lib. 2. de Orat.* Quid timor? quæ dubitatio? quanta hæsitatio, tractúsque verborum?

Hæsĭtātŏr, is: Cunctator & dubitator. {תלוי *taldi*, מתמה. Gall. *Qui doute & est suspens, arresté, irresolu.* Ital. *Dubitatore, dimoratore.* Germ. Ein Zweiffelerder so einer sach bestanden ist vnd nit weisst wo auß. Hisp. *El que mucho duda.* Angl. *That doubteth.*} Plin. *in Epist.* Sum ipse in edendo hæsitator, tu tamen eam quoque cunctationem, caritatémque vicisti.

Hæsĭtāntĭa: Hæsitatio, titubatio, balbuties, & difficultas explicandi quod sentias. {ἰσχνοφωνία. Gall. *Doute, arresté qu'on ne peut passer, peine à trouver des termes propres pour dire sa pensée.* Ital. *Esso dubitare.* Germ. Zweiffelhafftigkeit/stamlung. Hisp. *Obra de dudar.* Angl. *A doubting, staggering in utterance.*} Cicer. *3. Philipp.* Qui propter hæsitantiam linguæ, stupōréque cordis, cognomen ex contumelia traxerit.

Hæres, edis, generis communis, qui defuncto succedit in jus universum quod habebat tempore mortis. Ab hæreo, quòd qui hæres est, hæret, hoc est proximus est illi, cujus est hæres, vel quia fictione juris cœlestis eadem persona cum defuncto. {ירש *yresch.* κληρονόμος. Gal. *Heritier, succesſeur.* Ital. *Herede, successore.* Germ. Erb. Hisp. *Heredero.* Angl. *An heire.*} Quidam hoc nomen ab herus derivant, & per simplex e scribendum putant, quòd dominus fiat bonorum quæ ad eum perveniunt. Hæres enim apud veteres (authore Festo) dominus dicebatur. Id quod Justinianus comprobat *in tit. de hæred. qualit. & differ.* Pro hærede, inquit, gerere est, pro domino gerere. Veteres enim hæredes dominos appellabant. Exemplum extat apud Plautum *in Men. sc. 2. a. 3.* ubi Menæchmum peregrinum de palla loquentem facit: Prandi, potavi, abstuli hanc, cujus hæres nunquam ecis post hunc diem. Horat. *lib. 2 Serm. satyr. 3.*

*——ut hæres*
*Iam circum loculos, vel clavum, fatus, ovánsque*
*Curreret.*

Ovid. *6. Metam.*

*——& aviti nominis hæres*
*Tantalus.*

Cic. *pro Quintio*, Hæredem testamento reliquit hunc P. Quintium. Idem *pro Cluentio*, Aviam suam Dineam, cujus ex hæres. Plaut. *Aul. sc. 2. a. 5.* Me fecit hæredem (pater.) Gell. *cap. 7. lib. 6.* Hæredem bonis facere. Plaut. *Most. sc. 3. a. 1.* Utinam pater meus ad me nuncietur mortuus, ut ego me exhæredem bonis faciam, atque hæc sit hæres. Ovid. *Eleg. ult. lib. 4. Trist.* Usque à proavis vetus ordinis hæres non modò factus eques fortunæ munere. Idem *13. Metam.*

*——usque à proavis vetus Ordinis hæres,*
*Non modò fortuna munere factus eques*
*Aut si proximitas, primúsque requiritur hæres,*
*Est genitor Poleus, est Pyrrhus filius illi.*

¶ Secundus hæres dicitur qui hæredi instituto substituitur, ut inquit Boërius *in Comment. in Top. Ciceronis*, ea lege, ut si prior hæreditatem non adeat, devolvatur ad secundum. Cicer. *pro Cluent.* Memoria teneo, Milesiam quandam mulierem, quum essem in Asia quòd ab hæredibus secundis accepta pecunia partem sibi medicamentis abegisset, rei capitalis esse damnatam. Idem *2. de inv. Qui*

patris pupilli hæredes secundi sunt. ¶ Hæredes arboris, pro furculis & ramis. Plin. *lib.* 16. *cap.* 37. Crescque densius innumero hærede prosint. ¶ Hæres, pro hæredem. Naevius *Gymnastico*. Atque meis omnibus bonis ego te hæredem facio. ¶ Hinc composita, Cohæres & Exhæres, de quibus suprà.

Hærēdĭtās, ātis: Successio est in universum jus quod defunctus habebat tempore mortis. ירשה *jerushchâh*. מורש *morâsch*. κληρονομία. Gall. *Heritage, heirie, succession aux biens du trépassé*. Ital. *Heredità, successione*. Germ. Ein erbschafft. Hisp. *Heredad, ò la herencia*. Angl. *Heritage, a succeeding in lands or other goodes*. } ut apud antiquos dividebatur in duodecim uncias, quæ assis nomine continentur. Plaut. *Trut.* Verùm nunc si qua mihi obtigerit hæreditas magna atque opulenta. Cic. *Offic.* Optima autem hæreditas à patribus traditur liberis omnibus patrimonio præstantior, gloria virtutis, rerúmque gestarum. Velleius, Hæreditate relicta Asia populo Romano. Plaut. *in Capt. sc.* 1. *a.* 4. Sine sacris hæreditatem sum adeptus. Idem *Cure. sc.* 2. *a.* 1. Mihi haud sæpè eveniant tales hæreditates.

Hærēdium, ii: Patrium prædium, quod nobis hæreditate venit. { ירשה *jerushchâh*. מורש *morâsch* χωρίον πατρικόν. Gall. *Vn heritage*. Ital. *Heredità*. Germ. Ein erbgut. Hisp. *La heredad ò possession de tierra*. Angl. *A piece of ground fallen by heritage*. } Varro *de re rust. lib.* 1. *cap.* 10. Quantum attinet ad antiquos nostros, ante bellum Punicum pendebant bina jugera, quot à Romulo primùm divisi serebantur vicatim: quæ quòd hæredem sequerentur, hæredium appellarunt. Plin. *lib.* 19. *cap.* 4. In duodecim tabulis legum nostrarum nusquam nominatur villa, semper in significatione ea hortus: in hortis verò, hæredium.

Hærēdiŏlum, i, cum accentu in antep. significat parvum hæredium, hoc est, parvum prædium, quod nobis hæreditate venit. { κτημάτιον, χωρίον πατρικόν. Gall. *Vn petit heritage*. Ital. *Picciola heredità*. Germ. Ein erbgütle. Hisp. *Pequeña heredad*. Angl. *A litle piece heritage*. } Colum. *in præf. lib.* 1. Ex qua Cincinnatus obsessi Consulis & exercitus liberator, ab aratro vocatus ad Dictaturam venerit, rursus fascibus depositis, quos festinantiùs victor reddiderat, quàm sumpserat Imperator, ad eosdem juvencos, & quatuor jugerum hæredíolum redierit. Quo in loco hæredíolum avitum vocat parvum prædium à majoribus relictum, & velut per manus traditum.

Hærēdĭpĕtă, æ: Qui blanditiis, muneribus, & aliis hujusmodi artibus captat gratiam senum & viduarum, ut ab illis hæres instituatur. κληρονομίδης, κληροφάγος.

Hærēdĭtārĭus, a, um, quod ad hæreditatem pertinet. { κληρονομικός, ἢ κληρονομίαν ἐχόντι. Gall. *Venant par succession d'heritage*. Ital. *Pertinente à successione*. Germ. Erbtich, das zu der erbschafft gehört. Hisp. *Pertenecciente à la herencia*. Angl. *That cometh by heritage*. } Cic. 6. *Verr.* Simul cum cæteris Chelidonis hæreditariis ponentur. Hinc bona hæreditaria, & successio hæreditaria. Senec. *Epist.* 51. Hæreditarium onus in domo remansit. Quintilian. Hæreditariæ lites. Morbos etiam hæreditarios vocamus, qui parentum vitio nobis obtingunt. Vide *Haereditas*.

Hærem, pro *hæredem*. Lautenbergius ex *Nævio*, & *Accio*.

Hærēs Mārtĭă, nomen deæ, quæ una ex Matris comitibus esse putabatur, cui veteres post acceptam hæreditatem rem divinam faciebant. Author Festus.

Hærĕsĭs, is. { αἵρεσις. Gall. *Opinion confirmée soit en bien, ou en mal, secte, heresie*. Ital. *Opinione ferma in bene, ò in male: setta*. Germ. Ein meinung/sie sey gut oder böß/die jhm einer ertödtet/und derselbigen steiff anhangt/ein secte. Hisp. *Opinion confirmada en buena ò en mala parte, seta, heregia*. Angl. *Heresie, a sect*. } Græca dictio est, qua optio, vel electio, & secta significatur: ab αἱρῶμαι, quod significat eligo, volo, expeto. Unde sumitur pro opinione tenaci & confirmata de aliquo dogmate, & sententia, in qua persistimus, electa. Cicer. *in Paradoxis*, Cato autem perfectus { mea sententia } Stoïcus, & ea sentit, quæ non sanè probantur in vulgus, & in ea est hæresi, quæ nullum sequitur florem orationis, neque dilatat argumentum, sed minutis interrogatiunculis, & quasi punctis quod propositum efficit. ¶ Hinc Diæresis, διαίρεσις, divisio: Aphæresis, ἀφαίρεσις, ablatio: Synæresis, συναίρεσις, conjunctio.

Hærĕsiārchă: Hereticorum princeps.

Hæretĭcŭs, propriè dicitur qui est alicujus opinionis, vel *sectæ*. Unde à Theologis, hæretici dicuntur, qui sectam aliquam diversam à vera religione, aut instituunt, aut sectantur.

Hæsĭto, as: vide *Haereo*.

‖ Hafnia, vulgò *Coppenhaga, Coppenhagen*, regni Daniæ metropolis, Regia & Academia.

Hagiographus, a, um, ἁγιόγραφος, sanctè scriptus. ‖

Hāgĭŏgrăphă. { כתובים *chetubîm*. ἁγιόγραφα. } scripta sacra, orthodoxorum omnium consensu in sacræ Scripturæ canonem recepta. Quomodo autem differant ab Apocryphis: vide *in Decreto, dist.* 15. *cap. Sancta Romana Ecclesia*.

Hāgnŭs: vide *Agnus*.

Hāgnēs, etis, ἁγνής, mulieris proprium, διὰ τὸ ἁγιάζω, id est, à castitate impositum.

Hahæ, interjectio, apud Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 4.

Hala, ἅλη. Gloss. Vide *Ala*.

Hala Servilius: de quo Plutarchus *in Bruto*.

Hala Suevorum, urbs Imperialis, ad Cocherum amnem sita, salis copiâ nobilis.

Halla, *vulgò Hall in Saxonia*: elegans urbs, salis coctione maximè celebris. ‖

Hălŏbārchēs, ἁλοβάρχης. Latinè salis præfectum sonat. Erat autem is præcipuus honos apud Ægyptios, teste Iosepho *antiq. lib. ult.*

Hālæ, ἅλαι. Bœotiæ oppidulum, ut ex Pausaniæ sententia tradit Steph. Sunt & alia ejusdem nominis loca, quæ ab eodem commemorantur.

Halalcomene, & Halalcomenæ: vide *Alalcomene*.

‖ Halates, ἁλάτης. Gloss. lege *Alarei*. ‖

Halarodii, populi citra Pontum. Steph.

‖ Halberstadium, *Halberstatt*. V.E. Germaniæ, sub A. Moguntino. ‖

Halcyon, ἀλκυών. Avis est maritima, hyberno tempore in mari ova pariens, pullósque suos educens quo tempore summa est in mari tranquillitas, quam Alcedonia Plautus appellavit. Fabulantur poëtæ, Halcyonen Æoli filiam, & Ceycis uxorem in hanc avem mutatam fuisse: Æolúmque hoc filiæ suæ posteritati tribuere, ut quandiu illa pullis procreandis vacet, tandiu summa in mari sit tranquillitas. Servius Ceycen Luciferi filium fuisse tradit, & Halcyonen maritum: à quo quum prohibitus illet ad consulendum Apollinem de statu regni, naufragio periit. Cujus cum corpus ad uxorem delatũ fuisset, illa se præcipitavit in pelagum. Postea miseratione Tethyos & Luciferi, conversi sunt ambo in aves marinas, quæ halcyones vocantur. Illud serendum est, quum de muliere dicimus, hæc Halcyone, in recto efferri, quum de avibus, hic & hæc halcyon, & hæ halcyones. Illæ autem aves nidos faciunt in mari media hieme: quibus diebus tanta est tranquillitas, ut nihil penitus in mari possit moveri. Inde etiam dies ipsi, Halcyonia nominantur. Hæc Servius. Dictæ autem sunt halcyones, παρὰ τὸ ἐν ἁλὶ κύειν, quòd in mari ova pariant. Quò fit, ut prima vocalis, si originem spectemus, aspiranda videatur. Eustathius tamen contra etymi rationem, tenui spiritu notandam præcipit, adjecto etiam generali canone, quo negat vocabulum ullum esse aspirandum, quod initium sumat ab α, subsequente ι.

Hălcyŏnē, es, ἁλκυόνη, Æoli ventorum Regis filia, uxor Ceycis, quæ præ dolore, quem ex naufragio & morte mariti susceperat, mutata est in avem halcyonem. Vide *Alcedo*.

Hălex, ecis, vel, ut alii scribunt, halex, fœm. gen. ab ἅλς, mare, sal. Piscis sola aqua victitans, quem Arist. κυνίδιον appellat, si Theodori versioni credimus. ¶ Est item halec, sive halex, liquaminis genus, quod ex piscium intestinis confici solet. Mart. *lib.* 13.

*Cui portat gaudens ancilla parapside rubra*
*Halecem, sed quam protinus illa vorat.*

Plin. *lib.* 31. *cap.* 8. Halec imperfecta, necdum colata. Legitur & in neutro genere. Horat. 2. *Serm. Sat.* 4.

*——ego fatem primum & halec,*
*Primus & inveni piper album.*

Plaut. *in Aulul.* Qui mihi olera crudа ponunt, halec demunt. Ubi tamen tanto earminis clamat legendum esse *halecem*, alioqui versui deerit syllaba.

Hălēcŭlă, diminut. { Angl. *A pilchard or litle hering*. } Col. *lib.* 8. *cap.* 17. Itaque præberi convenit tabentes haleculas, & salibus exesam chalcidem.

Hălæsă, ἅλαισα. Siciliæ oppidum inter Agathyrsum & Cephaledium situm, triginta pass. M. ab utroque, teste Strab. *lib.* 6. ¶ Hinc deducitur adjectivum Halesinus, a, um, ut Halæsina civitas. Cicer. 5. *Verr.* Siciliæ civitates multæ sunt, Judices, ornatæ atque honestæ, ex quibus in primis numeranda est civitas Halæsina. Nullam enim reperieris, aut officiis fideliorem, aut copiis locupletiorem, aut authoritate graviorem. Halæsini, urbis hujus incolæ, quorum meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 8.

Hălæsŭs, ἅλαισος. Fluvius & mons non longè ab Ætna. Colum. *lib.* 10.

*Et quos Sicanii flores legistis Halæsi.*

¶ Est & in Ionia Asiæ regione ejusdem nominis fluvius Colophonem præterfluens. Author Plin. *lib.* 5. *cap.* 29.

Hălæsŭs, ἅλαιος, Agamemnonis fuit filius ex Briseide, ut quidam volunt: vel ex Clytemnestra, ut alii. Dicunt enim hunc cum matre sensisse contra patrem, & postea patrem pulsum in Italiam venisse, atque apud Massicum Campaniæ montem consedisse, & tanquam Troiani nominis hostem Turno adversùs Æneam favisse. Virg.

*Hinc Agamemnonius Troiani nominis hostis*
*Iungit Halæsus equos, &c.*

Ovid. quoque *lib.* 4. *Fast.* Author est, ab hoc Halæso Faliscos nomen accepisse.

Hălæi, ἅλαι, maritima urbs Laconiæ. Steph. Vide *Tyrus*.

‖ Haleo, alere, or, redoleo. Gloss. A, L. pro *Halo*. Id vide.

Halepum, sive Alepum, *Aleppo*, totius Orientis maximum emporium. ‖

Halia, æ: Nympha marina, Nerei, & Doridis filia: ἀπὸ τοῦ ἁλός, hoc est, à mari dicta.

Hălĭas, ădos, ἁλιάς. Genus scaphæ, vel parvæ naviculæ, ut ex Appiano docet Bayfius.

Hălĭæētŏs, i. { ἁλιάετος. Angl. *A gose hawke or falcon*. } Genus est aquilæ: falco à nonnullis dicitur, ab aliis accipiter, ab aliis nisus. Ovid. *Metam. lib.* 8.

*Et modò factus erat fulvis haliaetus alis.*

Plin. *lib.* 10. *cap.* 3. Haliæetus tantùm implumes etiamnum pullos suos percutiens subinde cogit adversos intueri Solis radios, & si connitentem, humectantémque animadvertit, præcipitat è nido, velut adulterinum, & degenerem: illum, cujus acies firma contrà steterit, educat. Haliæeti suum genus non habent, sed ex diverso aquilarum coitu nascuntur.

Haliacmon, sive Haliagmon, ἁλιάκμων. Fluvius est Macedoniæ. Plin. *lib.* 31. *cap.* 2. Item in Macedonia qui velint sibi candida nasci, ad Haliacmona ducere: qui nigra, aut fusca, ad Axium.

Hălĭārtŭs, ἁλιάρτης. Nomen urbis Bœotiæ, quam Haliartus condidit Terprandi filius: de qua vide Strab. *lib.* 9.

Halica, nomen mulieris.

Halicacabus, ἁλικάκαβος. Alterum solani genus, semen in folliculis rotundis habens, ad speciem vesicarum orbiculatum, rubens, & leve. Latini vesicariam vocant, teste Plin. *lib.* 21. *cap.* 31. Officinæ Mauritanos sequuntur, vocant *Alcaquengi*.

Halicarna, ἁλίκαρνα. Oppidum mediterraneum Ætoliæ, apud Plinium *lib.* 4. *cap.* 2.

Halicarnassŭs, ἁλικαρνασσός. Urbs Cariæ, principum regia, circa initium Tauri sita, ad mare, in minori Asia, Argivorum colonia, in qua Mausoleum quondam nobilissimum opus extabat, & Salmacis fons. Hæc priùs Zephyria dicebatur. Ex Halicarnasso fuit Herodotus historicus, item Heraclitus Poëta, & Dionysius scriptor antiquitatum

antiquitatum Romanarum, qui ab ea Halicarnassens dictus est.
Halicyæ, urbs Siciliæ. Steph.
Halicyræa, vicus Acarnaniæ.
‖ Halieuticus, a, um, piscatorius. ‖
Hălieūtĭcă, ἁλιεύτικα. Volumina, in quibus tractatur de piscibus. Plin. *lib.* 32. *cap.* 1. Mihi videntur mira, & quæ Ovid. prodidit piscium ingenia, in eo volumine, quod Halieuticòn inscribitur. Fuerunt & alii qui alieutica scripserunt: ut Olympius Nemesianus, quem Vopiscus tradit scripsisse Cynegetica & Halieutica: & Oppianus qui opus de piscibus Antonio dicavit. Scripsit & Apicius, sed halieusin appellavit.
Halimeda, Nympha. Vide in *Damasco.*
Halimus, ἄλιμος. Frutex sepimento vallari idoneus, similis rhamno, sine spinis, foliis oleæ, sed latioribus. Nascitur in sepibus & marinis, locisque salsis, salsilaginémque refert. Unde & nomen videtur accepisse. Alii sine aspiratione scribunt: indéque Alimum dictum putant, quòd famem arceat. Tradit enim Solinus fruticem hunc in Creta nasci, mirabili effectu, quòd eo admorso, fames aliquandiu nulla sentiatur. Vide Dioscor. *lib.* 1. Theophrast. *lib.* 4. *cap.* 5.
Hălĭphœus, ἁλίφοινος. Græcis arbor est glandiferarum omnium deterrima, quæ à nostris salsi cortex appellari potest, cui glans tam amara, ut eam præter sues, nullum animal attingat.
Hălĭpleūmōn, ἁλιπλεύμων. Marinus pulmo, genus piscis, apud Plin. *lib.* 32. *cap.* 11.
Halito, Halitus: vide *Halo, as.*
Hălizon, ἁλίζων, fluvius.
Hălizōnēs, ἁλιζῶνες. Populi Asiæ maritimi, Mysis, Caribus, & Lydis finitimi: ita dicti, παρὸ τὸ τῇ ἁλὶ ἐπιζώννυσθαι, hoc est, ab eo quòd mari præcingantur, ut indicat Plin. *lib.* 5. *cap.* 31. Stephanus Halizones dictos putat, quasi ἁλιζόνους, quòd ob divitias superbi essent & præferoces.
‖ Halleluia: vide *Alleluia.* ‖
Hallucinor, aris: vide *Allucinor.* Unde dictum sit, docet Gell. *cap.* 12. *lib.* 16. Idem *cap.* 17. *lib.* 7. Oscitans & hallucinanti similis.
Hăllūx, ucis, vel Hallus, i: Pollex, ex eo dictus, quòd super proximum digitum saliat. { גדל *bóhen.* ἀλλὰς. Gall. *Le poulce.* Ital. *Dito grosso.* Germ. Der daum an der hand/oder der zehen am fuß. Hisp. *Dedo pulgar.* Angl. *The great toe or thumbe.* Nam constricta manu solus proximum digitum scandit. Unde quidam à Græco ἅλλεσθαι trahunt, quod Latinè scandere, seu salire significat.
‖ Hallus. Gloss. vet. Hallis siccis ramis. { Gall. *halé*, vel *hasté.* } est adustus sole. Vide & *Hasta.*
Halma, ἅλμα, saltus. ‖
Hălmādes. { ἁλμάδες. Gall. *Olives confites en saumure.* Ital. *Olive di salamoia.* Germ. Ein gemachte oliue/oder salzwürgen. Hisp. *Olevas de salmuera.* Angl. *Olives confected in a certaine pickle.* } teste Ruellio, Olivæ dicuntur, quæ condiuntur muriâ. Nam ἅλμη, muriam, vel salsuginem significat.
Halmydis, ἁλμυδὶς. Lacus ambitu LXIII. M. pass. ex Danubio natus supra Istropolin: de quo Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.
‖ Halmyrodes, ἁλμυρώδης, salsuginosus, ab ἅλμυρος salsus. ‖
Hălo, as: Spiro, vel odorem emitto. { נפח *naphách*, הפיח *hippiach.* ἀναπίζω, ἀναπίω. Gall. *Halener, flairer, & rendre odeur.* Ital. *Spirare, mandar fuori odore.* Germ. Riechen/ein geschmack geben/athmen. Hisp. *Echar de si bahe.* Angl. *To breath, to savour.* } Virg. *lib.* 4. *Georg.*

*Invitent croceis halantes floribus horti.*

¶ Hujus composita sunt, Adhalo, Exhalo, & Inhalo: de quibus vide suis locis.
Hălĭto, as: Exspiro, halitum emitto. { נפח *naphách*, הפיח *hippiach.* ἀναπίζω, ἀναπίω. Gall. *Souvent halener, haleter.* Ital. *Halinare, spirare, respirare.* Germ. Hefftig athmen. Hisp. *Soplar, echar amenudo de si bahe.* Angl. *To breath often.* } Ennius, Sublime iter quadrupedantes, flammam halitantes.
Hălĭtŭs, us, Spiritum significat: & est nomen ab halo, sicut Spiritus à spiro. { נשמה *neschamáh*, נפח *mappách*, קטר *kitór.* ἀναπνοὴ. Gall. *Halaine.* Ital. *Halito, spirito, vento, fiato.* Germ. Der athmen. Hisp. *Huelgo ò aliento, ò aliento.* Angl. *The breath.* } Plin. *lib.* 9. *cap.* 7. In aquas quidam penetrare hunc vitalem halitum quis miretur! Efflare extremum halitum. Cicer. 2. *Tuscul.* Halitus Solis, id est, vapor & calor. Colum. Dejectum deinde protinus finium inarari & obrui convenit, ne Solis halitu vires amittat. Halitus terræ, pro vapore qui per terræ rimulas sursum ascendit, ἀναθυμίασις. Plin. *lib.* 11. *c.* 12. Obvio terræ halitu infectus.
‖ Halo, nis, ἅλων, est area. ‖
Hălōs. { ἁλώς. Gall. *Couronne, cercle ou rondeur, aire.* Ital. & Hisp. *Corona.* Germ. Ein ring vmb dem Mon/ein hoff deß Mons. Angl. *A circle a bout the moone.* } Aristoteli *in Meteoris* dicitur, quam Latini modò coronam, modò aream circa lunam dicunt. Senec. *lib.* 9. *quæstion.* Hunc Græci halon vocant, quem nos dicere coronam aptissimè possumus.
Hălōnē, ἁλώνη. Insula Propontidis ante Cyzicum, oppidum habens ejusdem nominis. Author Plin. *lib.* 5. *cap. ult.*
Hălōnēsus, ἁλόνησος. Insula Ægæi maris. Strab. *lib.* 14.
Hălŏphantă, æ: Hominum genus æquam (ut ait Nonius) quod ob fuenda mendacia miserrimâ mercéde conducitur. Plaut. *in Cure.* Ædepol augatorem lepidum lepidè hunc nactus est Phædromus: Halophantem, an sycophantem hunc magis dicam, nescio. Quo in loco legendum videtur, *halophantam.*
‖ Halosachne, duæ voces sunt, ἁλὸς ἀχνὴ, lanugo maris, arida maris spuma. ‖
Hălōsis, fœm. gen. { לכד *lécheds*, מלכדת *malchédeth.* ἅλωσις. Gall. *Prinse d'assaut.* Ital. *Presa, espugnatione.* Germ. Ein innemung/oder ein eroberung/ein gewünung. Hisp. *Tomamiento por combate.* Angl. *A taking and overcoming by battell.* } Latinè captio, vel expugnatio dicitur. Sueton. *in Neron.* Hoc incendium è turre Mecœnatiana prospectans, lætúsque flammæ pulchritudine, halosin Ilii decantavit.



Hălŭlæ, campus Troiæ.
Hălŭtēr, eris, ἀπὸ τοῦ ἅλλεσθαι, hoc est, à saliendo dictus est: sunt enim halteres, ἁλτῆρες, pilæ plumbeæ, massulæve, quibus utraque manu sese librabant qui saltu certabãt, ut certius assilirent. Martialis *in Apoph.*

*Qui pereunt stulto fortes haltere lacerti?*
*Exercet melius vinea fossa vires.*

Halus, ἅλος, ὁ vel ἡ. Civitas Achaiæ & Phthiotidis, &c. Parmeniscus aliam facit Malliacam Achilli subditam, aliam Protesilao. Steph. Incolæ Halei, Halusii, vel Halæi dicuntur.
Halus, i, à Gallis vocatur herba, quam Veneti cotoneam dicunt, similis cumiæ bubulæ; cacuminibus thymo, duleis & sitim sedans. Vide Plin. *lib.* 26. *cap.* 7.
Hălyāttes, ἁλυάττης. Lydiæ rex, patet Crœsi. Author Herodot. *lib.* 1.
Hălyāttēĭus, a, um. Horat. *lib.* 3. *Carm. Od.* 16.

*Quàm si Mygdonis regnum Halyattici*
*Campis continuem.*

Regnum, inquit, Halyattici, hoc est, Crœsi, Halyattæ filii.
Hălys, ἅλυς. Fluvius ex Tauri montis radicibus profluens per Cappadociam, & à Meridie Syros ac Paphlagones interfluens: contra Aquilonem in Euxinum mare evolvitur. Meminit ejus Cic. 2. *de div.* Crœso fatalis Halys. Lucan. *lib.* 3.

*——crebro vortice tortus Halys.*

Ovid. 4. *de Ponto.*
Hămă, æ, instrumentum ad incendium compescendum. { חבית *chachbith.* ἡ ἁμάη. Gall. *Tuerre.* Ital. *Instromento da spegner fuoco.* Germ. Ein feuthact. Hisp. *Instrumento para apagar el incendio.* Angl. *An instrument to quench fire.* } Alii exponunt vas aquarium rotunditatis formæ, & ventris globosioris, cujus usus in extinguendo incendio. Plin. *in Epist. lib.* 10. *epist.* 42. Et alioqui nullus usquam in publico siphus, nulla hama, nullum denique instrumentum ad incendia compescenda. Et Cato *de re rust. cap.* 135. Juvenal. *satyr.* 14.

*Dispositis prædives hamis.*

Et *in tit. præfecti vigil.* in lib. Jurisc. Sciendum est autem præfectum vigilum per totam noctem vigilare debere, & cohortare calcearum cum hamis & dolabris. Inde,
Hamula, æ, diminut. ab hama. Columell. *de cucurbita.*

*Aut hastilem lymphis hamulam.*

ubi tradit ex cucurbita hamulam parari.
Hămādryădes, ἁμαδρυάδες. Nymphæ sylvarum, quas vetustas credidit simul cum arboribus nasci & interire. Vide *Dryades.* Virg. 10. *Eclog.*

*Jam neque Hamadryades rursus, nec carmina nobis*
*Ipsa placent.*

‖ Hamallus, qui mallatus est in judicium. Cod. 11. antiq. ‖
Hămātilis, Hamatus: vide *Hamus.*
Hămăxă. { עגלה *Bagalàh.* ἅμαξα. Gall. *Charriet.* Ital. *Carro.* Germ. Ein wagen/ein karren. Hisp. *Carro ò carreta para cargar.* Angl. *A charriote.* } à Græcis dicitur, quod à nobis plaustrum. Unde etiam sydus illud, quod Septentriones dicimus, à figura, polituráque ipsa, quia simile plaustri videtur, simulatæ hamaxa appellatur. Vide Gell. *lib.* 2. *cap.* 22.
Hămăxĭcī, orum. Suet. *in Neron. cap.* 30. Armillata & phaleratæ cum hamaxicorum turba atque cuctorum.
Hămăxŏbĭi, Regio Bithyniæ. Steph.
Hamaxantia, pars Hippocratidis. Steph.
Hamaxia, civitas Atticæ Ciliciæ. Steph. ex Strab.
Hămăxŏbĭi Ptolemæo, Hamaxobiæ Pomponio, ἁμαξόβιοι, ἁμαξοβίται. Populi sunt Sarmatiæ Europæ, ita dicti quòd plaustris utantur vice domorum. { Weliche Sarmatiæ in Europa welche an stat der heuser wagen brauchen/als jetz sind die Reussen/Moscoviter/Pleiscowiter/ &c. } Vadianus Pomponii interpres eos esse putat, quos non procul à Polonis sitos, vulgus corrupta voce vocat *Moscovitas.* Hinc proverbium apud Tertull. *lib.* 1. *contra Marcion.* Hamaxobio instabilior, de Marcione homine inconstantissimo.
Hamaxampeus, pars est fluminis Hypanis, qui cum fonte Xampeo amaro commixtus est. Tortellius.
‖ Hamburgum, *Hamburg.* V. olim A. Germaniæ, emporium hodieque celeberrimum. ‖
Hamiotæ: vide *Hamus.*
‖ Hammaria: *Hammar.* V. E. Norvegiæ, sub A. Nidrosiensi. ‖
Hămmītēs, gemma quæ ovis piscium inuitis est. Vide Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.
Hammodara, oppidum inter Ægyptum & Æthiopiam, juxta se habens bituminis fontem. Author Plin. *lib.* 6. *cap.* 29.
Hammon, cognominatus est Jupiter, quia in arena putatur inventus. Nam Græcè ἄμμος (quod quidam ἄμμος scribunt) dicitur arena. Festus. Vide *Ammon.*
Hămmōnĭăcum, ἀμμωνιακὸν. Resinæ species ex arbore, quam metopium vocant, stillans in arenis, juxta Hammonis templum: unde & nomen sortitum est. Vide *Ammoniacum.*
Hămmōnis cornu. Inter sacratissimas Æthiopiæ gemmas habetur nucleo colore. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10. *al.* 13.
Hămmōnĭum, coloris genus vergentis in rufum. Varr. *de re rust. lib.* 3. *cap.* 2. Nunc ubi vides hic cinnum, aut autuminum minium, aut hammonium? num aliquod emblema, aut lithostrotum? illic omnia contrà. Sunt tamen qui in hoc loco malint legere *Armenium.*
Hămōtrăhōnēs, dicti sunt vel piscatores, vel qui cadavera traherent hamo. Nam, ut est apud Suetonium, eorum qui supplicio afficiebantur, cadavera, jussu principum unco sæpe trahebantur in locum, quem tum Gemonias scalas dicebant. Vide *Gemonia.*
Hāmŭs, i, ab ἅμμα. Significat non catenam, ut hic antè scriptum erat, sed exiguos annulos, ex quibus loricas & hujusmodi alia confecta videmus. { חברה *chachchabh.* ἅμματα. Gall. *Fin haim, an hameçon, croc en crochet.* Ital. *Catena, hamo.* Germ. Ein letten/ring. Item, Ein ieden krumb eisen/hacken/ring wie ein angel. Hisp. *Anzuelo para pescar,* ò *cosa semejante.* Ang. *An hooke, à crooke, a caltrope.* } Virg. 3. *Æneid.*

*Loricam consertam hamis, auroque trilicem:*

hoc eſt, hamis arceis. ¶ Accipitur etiam hamus pro unco, quo piſcatores eſcam ſuſpendunt ad capiendos piſces. Plaut. *Stiche*, Arundinem fert, ſportulámque & hamum piſcarium. Idem *Curc. ſc.* 1. *a.* 3. Meus hic eſt, hamum vorat. Ovid. 6. *Faſt.*

*Canities pennis, unguibus hamus ineſt.*

Idem *de arte amandi*,

*Carus ubique valet: ſemper tibi pendeat hamus.*
*Quo minimè credas gurgite, piſcis erit.*

Idem *in Epiſt.* 18.

*Hanc volucrem laqueo, nunc piſcem ducitis hamo.*

¶ Præterea ab hujus unci ſimilitudine hamus accipitur pro inſtrumento ferreo, quo divitum arcæ nummatiæ obſeipiuntur. Juvenal. *Satyr.* 14.

*Diſperiit pradives hamis vigilare cohortem.*

Quo in loco hamus priorem corripit, quam poëtæ omnes producũt: aut certè dicendum erit ſ, literam in dictione *pradives*, cum præcedente vocali abſumi, in qua ſententia eſt Mancinellus? Reviſor Calepini exiſtimat in illo verſu, dictionem *hamis*, non ab *hamo*, ſed ab *hama* deduci, quæ ſyllabam primam corripit, ut conſtat etiam authoritate Colum. *de cultu hortorum lib.* 17. adducta *ſuprà*, verbo *Hama*. ¶ Hamus etiam aliud inſtrumentum ferreum ſignificat, quo linum pectitur. Plin. *lib.* 19. *cap.* 1. Et ipſa tamen pectitur ferreis hamis, donec omnis membrana decorticetur. ¶ Aureo piſcari hamo dicuntur qui mediocris commodi cupiditate ita grave ſæpe periculum adeunt, ut maximarum rerum faciant jacturam. Commemoratur inter facetè dicta Octavii Cæſaris à Suetonio *cap.* 25. *in Auguſt.* Fit enim nonnunquam ut piſcis hamum ipſum ſecum auferat.

Hāmŭlŭs, i, dimin. ¶ τὸ ἀγκίσιον. Gall. *Petit hameçon.* Ital. *Picciolo hamo.* Germ. Ein häcklin. Hisp. *Pequeño anzuelo para peſcar.* Angl. *A litle hooke.* } Hamulum Celſ. vocat uncinum, quo chirurgi pterygion ex oculo eximunt. Idem *lib.* 5. Specillo auriculario protrahendum eſt, aut hamulo retuſo.

Hāmātŭs, a, um: Hamo inſtructum & munitum ſignificat. ¶ ἀγκιστρεύειν. Gall. *Faiten maniere d'ameçon, garny d'ameçons.* Ital. *Hamato, pieno di hami.* Germ. Mit hacken bewont, oder getrumbt wie ein hacken oder an angel. Hisp. *Coſa con anzuelos.* Angl. *Hooked or crooked.* } Cicer. 4. *Academ.* Hamatis, uncinatiſque corpuſculis. Hamata munera, quæ ita dantur, ut alia ſubinde dona ad ſe alliciant. Plin. *in Epiſt.* Volo enim eum, qui ſit verè liberalis, tribuere patriæ, propinquis, affinibus, amicis: ſed amicis dico pauperibus, non ut iſti qui iis potiſſimùm donant, qui donare maxin è poſſunt. Hos ego viſcatis hamatiſque muneribus non ſua promere puto, ſed aliena corripere. Sagittæ hamatæ. Ovid. 3. *Triſt. Eleg.* 10.

*Pars cadis hamatis miſerè confixa ſagittis.*

Ungues humati. Idem 12. *Metam.*

*Hamatiſque viri laniarunt unguibus ora.*

Hāmātĭlis, e, quod ad hamum pertinet, ut piſcis hamatilis, id eſt, hamo captus. ¶ ἁλιευτικὸς. Gall. *D'hameçon, qu'on prend avec un hameçon.* Ital. *Pertinente ad hamo, che ſi peſca con hamo.* Germ. Das mit dem Angel gehört. Hisp. *Coſa perteneciente à tal anzuelo, à que ſe toma con ello.* Angl. *Of an hooke, taken with a caltrope.* } Plaut. *in Rud.* Poſt id hamatilem piſcem, ſaxatilemque aggredimur, captamus cibum in mari, id eſt, hamo piſcamur.

‖ Hamatores, piſcatores. Gloſſ. Iſid. quia hamis piſces captant. ‖

Hamaxa, ἅμαξα, plauſtrum.

Hamaxagoga, apud Plaut. *in Rud. a.* 6. *Bonorum hamaxagoga*, exponuntur, qui vehiculis bona amicorum exportant. Sed alii legunt *exagoga.*

Hamaxarius, pro carrucario, uſurpant Græci poſteriores, ἁμαξάριος, ἁμαξάρης, pro ζευγηλάτης. Sic hamaxarium errorum vocamus, qui quaſi plauſtris errores importat.

Hamāxĭcus, a, um, ἁμαξικὸς, ad plauſtrum pertinens: plauſtrarius, carpentarius.

Hamaxor. Plaut. *Truc. a.* 2. *Hamaxavi*, eſt ἥμαξον, h. e. plauſtrum trahere, ἁμάξειν.

Hāmĭōtæ, qui hamo ad piſcandum utuntur. ¶ γρυπεῖς. Gall. *Peſcheurs avec hameçons, peſcheurs à la ligne.* Ital. *Colui che pigliano i peſci con gli hami.* Germ. Die fiſcher mit den angeln. Hisp. *Peſcadores con los anzuelos.* Angl. *An angler, a fiſher with the angle.* } Plaut. *in Rud.* Salvete fures maritimi, conchitæ atque hamiotæ, famelica hominum natio. Varro, Cohortis coquorum atque hamiotarum, aucupúmque. Sunt qui hic legendum putent amiotarum: & ita etiam videtur exigere ratio carminis apud Plaut.

Hāmo, as: Curvo. ¶ חפף *chaphaph*, ἁλιεύειν. Gall. *Courber, replier, faire crochu en façon d'hameçon.* Ital. *Piegare, torcere à guiſa di hamo.* Germ. Krümmen wie ein angel. Hisp. *Plegar, corvar.* Angl. *To bowe lyk a hooke.* } à quo Hamarus, curvatus, de quo ſuprà. Hinc Adhamo, as, de quo ſuo loco.

‖ Hamotraho. Feſt. Hamotrahones, alii piſcatores, alii qui unco cadavera trahunt.

Hamula, vel amula, 1. *Reg.* 7. 40. & 45. erat quo aſperſiones fiebant. ‖

Hanapis, fluvius eſt Scythiæ, Herod. teſte.

Hannibal: vide *Annibal.*

Hānno, punicum nomen eſt, quo plerique non ignobiles Carthaginienſium duces ſunt appellati: tres tamen inter cæteros maximè illuſtres extitere. Primus fuit Philippi Macedonis temporibus, qui quum tyrannidis cupiditate accenſus, omnes civitatis Principes in filiæ ſuæ nuptiis veneno necare conſtituiſſet, prodito à miniſtris conſilio, fruſtrà concitatis ſervitiis, Maurorúmque rege in patriæ exitiũ ſollicitato, vivus in Carthaginienſiũ manus pervenit, à quibus & ipſe virgis cæſus, & manibus cruribúſque fractis in crucem actus eſt, & in cognatos omnes ſæviſſimè animadverſum. ¶ Fuit alter Hanno temporibus Agathoclis Siculorum tyranni, à quo cum XXX. Pœnorum millibus conſerta pugna eſt interfectus. ¶ Tertius fuit tempore ſecundi belli Punici, Barchinæ factionis princeps, contrarias Hannibali in Republica partes fovens. De hoc multa apud Liv. Aliorum meminit Juſtinus *lib.* 22. *cap.* 22.

Hānum veteres pro fano uſurparunt, & hanulum, pro parvo fano.

Hāphē, ἁφὴ. Inſperſio pulveris quo inſpergebantur luctantes, ubi certamine illiti fuiſſent, ut mutuas prehenſiones admitterent. Mart. *lib.* 7.

——— *& flaveſcit haphe.*

Nam pulvere perfuſa luctantium corpora quodammodo flaveſcebant, leptam patientibus ſimilia. Plin. *lib.* 36. *cap.* 13. refert arenam tenuiſſimam è Nilo peti ſolitam ad debellanda corpora palæſtræ ſtadii. Haphe enim Græcè & tactum ſignificat, & unctionem, & contrectationem in palæſtra, & notas quibus lepra corpus maculat. Julius Pollux haphem accipit primam infecturam, quoties veſtes imbuuntur coloribus.

Hapſelum, *Hapſal.* V. olim E. Livoniæ, ſub A. Rigenſi. ‖

Hapſus, i, maſc. gen. Celſ. *lib.* 4. *cap.* 6. Præter hæc circundare primùm oportet latus ipſum hapſo lanæ ſulphuratæ. Sic *in MS. codice.* Rurſus *lib.* 7. *cap.* 26. Inducendúſque lapſus lanæ mollis. Hapſus autem non eſt νάπαιον (lanas coactas Latini dicunt, & coactilia:) ineptè enim dixiſſet hapſum lanæ mollis, quòd coactum molle non eſt, ſed durum. Eſt verò hapſus (παρὰ τὸ ἅπτεσθαι, ἅψασθαι) quantum lanæ uno uncinarum contactu & factu carminatores diſcerpunt. Vulgò vocant hapſos, *panmées*, à palma. Ego lanæ ἅψασθαι, & quantum vola capere poſſit, per hapſum intelligo. Conſtantinus.

Hārā, à χάειν, polluo: Porcorum ſtabulum. ¶ σφηδὸν, συὸς δόμος. Gall. *Eſtable à porceaux.* Ital. *Stalla de porci.* Germ. Schweinſtall, Schweinſtal. Hisp. *Apoſentamiento de puercos.* Angl. *Hogſtie.* } Donatus, Hara in qua pecora includuntur. Plaut. *Aſin. ſc.* 1. *a.* 1. Vos Dormitis interea domi, at herus in hara, haud ædibus habitat. Cicer. *in Piſon.* Ex hara producte, non ex ſchola. Ovid. 1. *Faſt.*

*Tertius immunda cura fidelis hara.*

Colum. *lib.* 7. Diligens autem porcilator frequenter ſaile convertat, & ſæpiùs haras. Plaut. *Moſtell. ſc.* 1. *a.* 1. Germana illuviei, pecus, hircus, hara ſuis. ¶ Hara, ſtabulum anſerum. Varro *de re ruſt. lib.* 3. *cap.* 10. Singulis ubi pariant faciendum haras quadratas circùm binos pedes & ſemipedem. Sic apud Col. *lib.* 8. *cap.* 14.

Hārēnā, Harenarius, Harcola: vide *Arena.*

‖ Harengus, piſcis marinus. Rondel. ‖

Haringus, apud priſcos ſignificat hoſtiam: quæ inde dicta erat, quòd ejus adhærentia inſpicerentur. Author Feſtus. A Donato autem haruga vocatur hoſtia, ab hara cui includitur.

HĂRĬŎLŬS, i: Futurorum divinator. ¶ חפס *koſem. μαντεύομαι, χρησμῳδός.* Gall. *Devin, devineur.* Ital. *Profeta, indovino.* Germ. Ein warſager, weiſſager. Hisp. *Adevino.* Ang. *A ſoothſayer.* } Dictus hariolus, quaſi fariolus, à fatis, vel à fando, ſicut hanula, quaſi fanula, hoc eſt, parva fana: aſpiratione (ut plerunque fieri ſolet) pro f, littera poſita. Plaut. *Amph.* Aruſpices, hariolos mitte omnes. Terent. *in Phorm.* Interdixit hariolus. Cic. 1. *de divin.* Sibyllinorum verſuum decem interpretes diſſertos ex civitate eſſe voluerunt: ex quo genere ſæpe hariolorum etiam & vatum furibundæ prædictiones. Plautus *in Trucul.* Nam obſecro num Hariolus eſt, qui ipſum ſe verberat? Quia divini furioſi ſunt, & per furorem ſeſe malè mulctare atque accipere ſolent. ¶ Hariolus, olim fariolus: ut fordeum, fœdus, pro hordeo, & hœdo. Terent. Scaur. *de Orthograph.*

Hārĭōlā, æ. ¶ חפסמת *koſémeth. μαντεύομαι, χρησμῳδέω.* Gall. *Devineresſe.* Ital. *Donna che indovina.* Germ. Ein warſagerin. Hisp. *La adevina.* Angl. *She that ſooth ſayeth.* } Plaut. *Ciſt.* Hariola es.

Hārĭōlŏr, aris, ari: vaticinor. ¶ חפס *kaſám. μαντεύομαι, χρησμῳδέω.* Gall. *Deviner.* Ital. *Profetare, indovinare.* Germ. Warſagen. Hisp. *Adevinar.* Angl. *To geſſe or tell thinges to come.* } Plaut. *Aſin. ſc.* 2. *a.* 3. Argenti viginti minas habêne? L. Hariolare. Idem *Amph.* Quid tibi pariundum ſit hariolor. Idem *Aſin. ſc.* 1. *a.* 3. Væ mihi. A. Vera hariolaris. Item, Hariolari occœperunt ſibi eſſe in mundo malum. Cic. *de div.* Nec eos qui quæſtus cauſa hariolantur, agnoſco. Idem *Attic. lib.* 8. μαντεύεσθαι igitur noſter Attice, non hariolans ut illa, cui nemo credidit, ſed conjectura proſpiciens, &c.

Hārĭōlātĭo, Actus ipſe hariolandi. ¶ חפס *kéſem. μαντεία.* Gall. *Devinement.* Ital. *Indovinamento.* Germ. Warſagung. Hisp. *Diviſacion per ſuperſticion.* Angl. *Sooth ſaying.* } Cic. 1. *de divinat.* Superſtitioſæ hariolationes.

‖ Harlemum, *Harlem.* V. B. Hollandiæ, ſub A. Ultrajectino. ‖

Harmā, urbs Bœotiæ Tanagricæ: eſt etiam tribûs Att. pars. Steph.

‖ Harmula, rutæ ſemen. ‖

Hārmāſĭtæ, tis, Ἁρμασῖται. Iberiæ oppidum, ad Neorim amnem, ex adverſo portarum Caucaſi. Author Plin. *lib.* 6. *cap.* 4. 10. & 11.

Hārmātā, Ἅρμαται, urbs Indica. Steph.

Hārmātītēs, ἁρματῖται, civitas quædam. Steph.

Harmathus, untis, civitas, ſeu promontorium è regione urbis Methymnæ, à qua Harmatopolitæ dicti ſunt.

‖ Harmation, lex quædam tibiæ: ut ἁρμάτιον ῥῖμος, ἁρμάτιον μέλος, quaſi cutuledicos, aut velox. ‖

Hārmātŏpōlītæ, ἁρματοπῶλαι. Populi ſunt Aſiæ in ſinu Elaitico, ita dicti ab Harmathunte vicino promontorio. Meminit eorum Plin. *lib.* 5. *cap.* 30. Apud Strab. tamen hoc promontorium vocatur Hermarchus, per e literam in prima ſyllaba.

Hārmŏdĭus, & Ariſtogiton, cives Athenienſes fuerunt, quibus quòd Rempublicam tyrannide liberaſſent, hoc honoris à civibus ſuis tributum eſt, ut nemo unquam ipſorum nomine vocaretur. Hinc natum Adagium, Harmodii cantilena, ἁρμοδίου μέλος, quæ de lugubribus dicebatur. Ariſtoph. Ἀλλ' οὐκ ἐγὼ, οὐδ' ἂν ἐμοὶ πόποτε ἔτι † Ἁρμόδιον ἄσεται, id eſt: Nec unquam apud me carmen Harmodium canet. Genus erat cantilenæ, quod in compitis cani conſueverat in Harmodium & Ariſtogitonem, quòd hi Piſiſtratidarum tyrannidem ſuſtulerunt. Ejus carminis hoc erat initium, φίλτατε Ἁρμόδιε οὔπω τι τέθνηκας, hoc eſt, clariſſime Armodi haudquaquam mortuus es. Refertur à Suida & Diogeniano.

Harmodotus, poëtæ nomen eſt apud Plutarchum.

‖ Harmoge. Gloſſ. ἁρμογὴ, junctura, compages, commiſſura, compagination, aptatio. ‖

Hārmŏnĭa: Concentus, convenientia, concordia, compoſitio. ¶ ἁρμονία. Gall. *Harmonie, accords de ſons differens.* Ital. *Armonia, concordanza,*

*dance, concent.* GERM. Ein zuſammen ſtimmung/ zuſammen richtung/ wolklautung. HISP. *Conſonancia en la muſica.* ANGL. *Melodie, harmonie, ſweetneſſe of muſick.* } Ἁπὸ τοῦ ἁρμόζω, quod eſt congruere. ¶ Harmoniæ periphraſis, eſt Veneris filia. Muſicæ harmoniam vocant intenſionem, concentúmque nervorum in integros modos ſine ulla offenſione conſonantium. Cic. 1. *Tuſc.* Harmoniam autem ex intervallis ſonorum noſſe poſſumus, quorum varia compoſitio etiam harmonias efficit plures. Quinct. *lib.* 1. *cap.* 10. Nec illa modò contenti diſſimilium concordia, quam vocant harmoniam: ſonum quoque his motibus dederunt. Hæc etiam alio nomine dicitur ſymphonia. ¶ Eſt etiam *Harmonia*, mulieris proprium nomen, quo nomine Geloois filia, Themiſtii uxor appellata eſt, ab ἁρμόζω, coapto. ¶ Eſt præterea Harmonia, Martis & Veneris filia, Cadmi uxor, cui Vulcanus pulchrum, ſed exitiale monile dedit, eo quòd ex conjugis adulterio fuiſſet progenata. Reliqua vide ſuprà in dictione *Cadmus*, & apud Ovid. *lib.* 4. *Metam.* ¶ Harmonia autem cur fingatur Martis & Veneris filia, & patrona Thebanorum, docet Plutarch. *in Pelopida.*

**Hărmŏnĭcŭs**, a, um: quod ad harmoniam attinet. } ἁρμονικός. GALL. *Harmonieux. d'accord.* ITAL. *Tutto cio che appartiene à muſica.* GERM. Das zu der zuſammen ſtimmung oder dem wolklauten gehörig iſt. HISP. *Coſa de aquella conſonancia.* ANGL. *That agreeth well in tune.* } Plin. *lib.* 2. *cap.* 10. Harmonica ratio quæ cogit terum naturam ſibi ipſam congruere, addit huic menſuræ ſtadia ſeptem millia.

**Hărmŏnĭdēs**, ἁρμονίδης, civis Troianus, architecturæ peritiſſimus, quem Homerus fabulatur à Minerva fuiſſe adamatum. Hic inter cæteras naves, illas ferrur ædificaſſe, quibus Alexander Helenam raptam Troiam tranſvexit.

‖ Harmoſta. Gloſſ. ἁρμοστὴς, aptator, ἁρμοστὴς γάμου, ſponſus.‖

**Hărpa**, æ, ἅρπη, avis eſt lati minoris ſpecie. Plin. *lib.* 10. *epiſt.* 74. Diſſident aquaticæ anates & gaviæ, Harpæ & Trioches accipitres. Ruſſus ibidem, Harpæ & milvus contra Triochin. Ex mari victitat, cui inimica piſces, latus, & brentus. ¶ Eſt & vulturis ſpecies. Vide *Vultur.*

**Hărpăcĭbŏa**, ſive (ut aliqua exemplaria habent) harpacticon, apud Plin. *lib.* 35. *cap.* 16. genus eſt gummi, ita dictum à celeritate avellendi. ἁρπαγιβόα.

**Harpagia**, pluralis tantùm numeri, ἁρπάγια, ων. Locus eſt in Phrygia, in confinio agri Cyzicæni, unde Ganymedem raptum fuiſſe ab aquila fabulata eſt antiquitas. Author Strab. *lib.* 13.

‖ Harpagium, ἁρπάγιον Aphrodiſæo, vas aquale foraminoſum, quo horrorum herbas & pulvillos perpluimus. GALL. *Vne chauſepleure, vaiſſeau pour arrouſer le jardin.*‖

**Hărpăgo**, onis. } ἁρπάγη, ἁρπάγων. GALL. *Croc, havet.* ITAL. *Uncino con che ſi legano le navi inſieme nella guerra.* GERM. Ein ſchiffhaet. HISP. *El cloque de la nave.* ANGL. *The grapple of a ſhipe halfe à dragge to draw tinges out of a well or ſuch lyck place.* } Inſtrumentum eſt ferreum in fine aduncum, quo navalibus præliis naves apprehendantur, & tanquam in continenti cogantur dimicare: ita dictum à verbo ἁρπάζω, quod eſt apprehendo, corripio, rapio. ¶ Eſt & aliud inſtrumentum hoc nomine, quo ea quæ in puteum, vel fluvium deciderint, exerahuntur. Cujus inventor traditur fuiſſe Anacharſis Philoſophus, teſte Plin. *lib.* 7. *cap.* 56. ¶ Eſt etiam harpago inſtrumentum ferreum, quod à nonnullis canis vocatur, quo vaſa vinaria conterminantur, ut commodiùs induantur circi. Liv. *lib.* 10. uſus eſt accuſativo Græco harpagonas. Aſſeres (inquit) ferreo unco præfixi (harpagonas vocant milites) ex Punicis navibus injici in Romanas cœpti.

**Hărpăgo**, as: Rapio, & tanquam harpagone ſubtraho. } שרף *taráph.* ἁρπάζω. GALL. *Arracher, tirer & oſter avec un croc ou havet* ITAL. *Rapire, rampinare.* GERM. Zuhinpacken/ zuhinziehen/ grappen. HISP. *Arrebatar.* ANGL. *To drow with a grapple or dragge.* } Plaut. *in Aulularia.* Heu miſero mihi, aurum mihi intus harpagatum eſt. Idem *Bacch.* Nullus frugi eſſe poteſt homo, niſi qui benè & malè facere tenet: improbus cum improbis ſit, harpaget, funibus futetur quod queat. Plaut. *Pſeud. ſc.* 2. *a.* 4. Nihil etiam dum harpagavit. Idem *Pſeud. ſc.* 2. *a.* 1. Rape, clepe, tene, harpaga, &c.

**Harpagus.** Plaut. *Pſeud. ſc.* 2. *a.* 2. Audin' harpage.

**Hărpălĕ**, ἁρπάλη, Nomen mulieris, Harpali Thracum Regis filiæ, quæ patrem à Getis captum liberavit. Author Serv. *in illud* 1. *Æneid.*

——— *vel qualis equos Threiſſa fatigat*
*Harpalice, velocémque fuga præverritur Hebrum.*

‖ Harpalus, nomen canis apud Ovidium.‖

**Hărpăsŭs**, nomen eſt prædonis, apud Cic. *lib.* 1. *de nat. deor.*

**Hărpăſĭcē**, ἁρπασίκη, civitas Phrygiæ à Gordiotichitis condita. Stephan.

**Hărpăsă**, orum, ἅρπασα: Oppidum Aſiæ, oppoſitum fluvio Harpaſo. Plin. *lib.* 2. *cap.* 96. Juxta Harpaſa oppidum Aſiæ cautes ſtat horrenda, uno digito mobilis, eadem, ſi toto corpore impellatur, reſiſtens.

**Harpaſtum.** { ἁρπαστόν. GALL. *Vne balle, une groſſe pelotte à jouer.* ITAL. *Palla del calzo.* GERM. Ein groſſe ballen mit deren man kurtzweil treibt. HISP. *Inſtrumento para arrebatar.* } Genus eſt pilæ grandioris pila paganica, minoris tamen quàm follis: ita dictum ab ἁρπάζω, verbo Græco, quod eſt rapio, eo quòd plures projectum harpaſtum conentur arripere, & extra ludi limites ejicere. Nam hoc pilæ genus non repercutitur, ſed quum multi ludentes in duas partes diviſi ſunt, quiſque annititur pilam arripere, & ad ſuos, qui poſt ſe ſunt viciniores limitibus, tranſmittere: ejúſque partis victoria eſt quæ pilam extra limites ejecerit. Laboriоſum ludi genus eſt, grandioribúſque tantùm conveniens. Quam enim multi ſimul pilam arripere conantur, in terram ſe invicem proſternunt, pulvereque & ſudore infecti ſæveſcunt. Martial. *lib.* 14. *cap.* 48.

*Seu lentum ceroma teri, tepidúmque trigona,*
*Sive harpaſta manus pulverulenta rapit.*

‖ Harparor, qui harpâ muſico inſtrumento ludit. Cod. II. antiq.‖

**Hărpăx**, agis, vel agos, ἅρπαξ. A Sytis vocatur electrum, eo quòd feſtucas & palcas ad ſe rapiat: apud quos etiam mulieres verticillos ex electro conficere ſolent. Plin. *lib.* 37. *cap.* 2. Syria quoque verticillos inde facere, & vocare harpaga: quia ſolia & palcas, vellúmque fimbrias rapiat. Plaut. *Pſeud. ſc.* 2. *a.* 4. Nunquam erit ille potentior harpax, quàm ego. Idem *ibid. ſc.* 2. *a.* 2. bis.

**Hărpē**, es, enſis eſt in ſummitate falcatus. } ἅρπη. GALL. *Une fimeterre, un ſabre.* ITAL. *Scimitarra.* GERM. Ein ſchelcken trumb ſchwert. HISP. *Cuchillo de Mercurio con guadaña.* ANGL. *A ſwerde crooked at the poynt.* } Tali enſe Mercurius uſus fertur in occidendo Argo illo centoculo, & Perſeus in amputando Meduſæ capite. Ovid. 5. *Met.*

*Vertit in hunc Harpen madefactam cæde Meduſæ.*

Lucan. *lib.* 9.

*Et ſubitum præpes Cyllenida ſuſtulit harpen.*

‖ Haſſa, ramus. In II. Ripuar. *tit.* 67. §. 5. nempe ramus aridus, *haſſé* Gallis. Vide *Hallus.*

**Harpedone**, ἁρπεδόνη, propriè laqueus, quo aliquid artipitur.‖

**Hărpŏcrătēs**, ἁρποκράτης. Simulachrum in ſacris Iſidis & Serapidis erat, quod digito labris impreſſo, admonere videbatur ut ſilentium fieret. Hic dicebatur ſilentii Deus. Revera autem Græcus philoſophus fuit Harpocrates, cujus eruditio ac præcepta in id maximè tendebant, ut ſilentium præciperet, & omnibus rebus anteponeret. Catullus in Gellium *epigramm.* 59.

*Gellius audierat patrium obſtrigare ſolere,*
*Si quis delicias diceret, aut faceret.*
*Hoc ne ipſi acciderez, patrui perdeſpuit ipſam*
*Uxorem, & patruum reddidit Harpocratem.*

Ubi reddere Harpocratem (ut monet Eraſmus *in Adagiis*) proverbialiter dictum eſt, pro ſilentium imponere.

**Hărpyiæ**, ἅρπυιαι, monſtra deſcribit Virg. *lib.* 3. *Æneid.*

*Triſtius haud illis monſtrum, nec ſævior ulla*
*Peſtis & ira Deûm Stygiis ſe extulit undis:*
*Virginei volucrum vultus, fœdiſſima ventris*
*Proluvies, uncæque manus, & pallida ſemper*
*Ora fame.*

Dictæ ab ἁρπάζω. A Suida vocantur ἁρπυιάδες, ἀνέμων θύελλαι, hoc eſt, tempeſtates dæmones. Dicuntur fuiſſe Ponti & Terræ filiæ, ut ait Servius: unde in inſulis habitant, partem terrarum, partem maris tenentes, dictæ ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν, id eſt, à rapiendo. Volatiles, vultu virgineo, manibus uncis. Alii Neptuni filias faciunt, qui ferè prodigiorum omnium pater eſt, nec immeritò: nam ſecundùm Miletium Thaletem, omnia ex humore procreantur: unde eſt,

*Oceanumque patrem rerum.*

Sic & peregrinos, Neptuni filios dicimus, quorum ignoramus parentes. Alii autem dicunt Harpyias, filias Thaumantis & Electræ fuiſſe. Has Virgilius tres eſſe dicit, Aëllo, Ocypeten, Celæno: quarum poſtremam Homerus Podargen vocat, & ex ea Zephyrum ventum, Achillis equos, Balium videlicet, & Xanthum genuiſſe dicit. Heſiodus tantùm duas nominat, Aëllo videlicet, & Ocypeten. De Harpyiis ſuprà nonnulla dicta ſunt in dictione *Calais*: nonnulla etiam infrà dicentur in dictionibus *Phineus* & *Zethes.* Virg. *lib.* 3. *Æneid.*

——— *Strophades Graio ſtant nomine dictæ*
*Inſulæ Ionio in magno, quas dira Celæno,*
*Harpyiaque colunt alia, &c.*

**Hărūndo**, & harundinetum. Vide *Arundo.*

**Hărŭſpex**, icis. } חבר *hoſem, ingenitor.* GALL. *Devin.* ITAL. *Indovino, profeta.* GERM. Ein warſager auß den eingeweiden der geopferten thieren. HISP. *Adevino.* ANGL. *Divinour, a conſetteur of thinges to come.* } Qui harugis, id eſt, hoſtiis inſpectis futura prædicit. *Varro. Terent. in Pherm.* Haruſpex vetuit ante hiumam aliquid novi negotii incipere. Hunc locum exponens Donatus: Haruſpex, inquit, ab haruga derivatur, quæ eſt hoſtia, ab hara, in qua concluditur & ſervatur. Melius cum aſpiratione ſcribitur. Plaut. *Cure. ſc.* 1. *a.* 4. Lanium, vel haruſpicem in velabro repetias.

**Hărŭſpĭcă**, Divinatrix. } חבר *hoſemeth.* ἡ μαντικὴ γυνή. GALL. *Devinereſſe.* ITAL. *Indovinatrice* GERM. Ein warſagerin auß den eingeweyden der geopferten thieren. HISP. *Adevinadera.* ANGL. *She that conſetteth thinges to come.* } Plaut. *in Milite.* Da qui faciat, qui condiat: da quod dem Quinquatribus, Percantatrici, collecticiæ, haruſpicæ.

**Hărŭſpĭcīnus**, a, um: quod ad haruſpicinam pertinet. } ἱερομαντικός. GALL. *Servant à deviner.* ITAL. *Pertinente ad indovinare.* GERM. Dan zu diſer kunſt deſt warſagens gehöret. HISP. *Coſa pertenecciente à devinar.* ANGL. *That belongeth to divination.* : Unde libri haruſpicini dicuntur qui de haruſpicina, hoc eſt, haruſpicum arte præcepta tradunt. Cicero *de divin.* Quod H. truſcorum declarant & haruſpicini, & fulgurales, & rituales libri: noſtri etiam augurales.

**Hărŭſpĭcīnă**, æ: Eſt ars divinandi ex exſis hoſtiarum extis. { חבר *hoſem. ingenium.* GALL. *L'art & ſcience pour deviner par la conſideration des entrailles des beſtes.* ITAL. *L'arte d'indovinare.* GERM. Die kunſt des warſagens auß der geſchlachteten thieren eingeweyde. HISP. *El arte de aquella devinacion.* ANGL. *The art of ſoeth ſaying by beholding the entrailles of beaſtes.* } Cic. *de divin.* Ut ordiar ab haruſpicina, quam ego Reipublicæ cauſa communi ſique religionis colendam cenſeo. Haruſpicinam facere. Cic. *ad Leptam.* Quare bono animo ſint & mei & tui familiares: neque enim erat ferendum, quum qui hodie haruſpicinam facerent, in Senatu Romæ legerentur, &c.

**Hărŭſpĭcĭum**, ii, haruſpicina, ars divinandi ex inſpectione extorum. μαντικὴ ἱερομαντική. Catull.

*Naſcatur magnus ex Gelli, matriſque nefando*
*Conjugio, & diſcat Perſicum haruſpicium.*

**Hăſbytæ**, ἀσβύται, Africæ interiotis populi, poſt Naſamones, Macis finitimi. Author Plin. *lib.* 5. *cap.* 5.

**Hăſdrŭbăl**, vide *Aſdrubal.*

‖ Haſla, ramus. In II. Ripuar. *tit.* 67. §. 5. nempe ramus aridus, *haſté* Gallis, vide *Hallus.*‖

Hāstă, æ, ab *ἅπτω*. Est instrumentum ex ligno tereti, cuspide præferrata, qua milites in bello utuntur: hasta dicta, ut inquit Varro, quòd stirps ferri solet. Antiquitus enim Asta sine aspiratione scribebatur. { חנית *chanith*, רמח *rómach*, קין *kon.* λόγχη, *dicu.* Gall. *Lance, pique, javeline.* Ital. *Asta, lancia.* Germ. Ein spieß. Hisp. *Lança.* Angl. *A pike or speare.* } Cic. 2. *de finib.* Excelli jussit eam, qua transfixus erat, hastam. Plaut. *Bacch.* Ibi cursu, luctando, hasta, disco, pugillato, pila, saliendo se exercebant. Idem *Mostel. fc.* 2. *a.* 1. Disco, hastis, pila, cursu exerceri. *Ibid. fc.* 1. *a.* 2. Ubi aliqui quindenis hastis corpus transfigi solent. Ovid. 13. *Metamorph.*

——— *parmam hastámque tenenti.*

¶ Gell. *cap.* 6. *lib.* 4. Hastas Martias movisse in sacrario. Ad hastam accedere. Liv. *lib.* 3. *dec.* 5. ¶ Hasta pura. Suet. *cap.* 28. *in Claudio.* ¶ Hastam centumviralem cogebant Centumviri. Idem *in Augusto. cap.* 28. & Quintilian. In duas partes centumvitalium. ¶ Hastam abjicere, est causæ diffidere, & contentionem relinquere. Cic. *pro Murena.* Vidésne tu illum tristem, demissum? Jacet, diffidit, abjecit hastas. Erasmus *in chiliadibus.* Hastæ subjicere bona alicujus, est ea publicâ auctione vendere, eique, qui plurimùm obtulerit, addicere. Solet enim hasta figi in auctionibus publicis: unde factum est ut hasta nonnunquam pro ipsa auctione ponatur. Cicer. *Philipp.* 3. Itaque hastam semper videre cupiunt ii, qui nostris hostibus imminent. Idem *lib.* 15. *Epist. ad Cassium.* Cæsarem putabant molestè latutum, verentem ne hasta refrixisset. ¶ Sub hasta subire, est vendi. Plaut. *in Mostell.* Vel itti qui trium numorum causa subeunt sub hasta. ¶ Primas jactare hastas dixit Cic. 2. *de Orat.* pro velitari, quod ad oratorem transfert, cujus dictio initio debet esse levis & sedata, ut paulatim incandescat oratio. ¶ Ab hasta fit diminutivum Hastula, quod parvam hastam significat.

‖ Hastarius, a, um: ad hastam pertinens. ‖

Hāstātum, ii. Venditio auctionaria. { πραθησομένα. Gall. *Vente à l'encant.* Ital. *Vendita à l'incanto.* Germ. Vergandtung oder verkauffung. Hisp. *Almoneda.* Angl. *Open sale or porte sale.* } Unde Tertull. *in Apol.* In hastario vectigales sumus.

Hasta centumviralis ideirco dicta, quòd centumviri hasta in foro posita judicabant. Bud. *in Annot. prior.*

Hastati dicti sunt, qui primi in acie cum hastis constitui solebant. { αἰχμοφόροι. Gall. *Piquiers.* Ital. *Con lancia à javelina.* Germ. Spießer mit spießen bewaffnet. Hisp. *Armados de lança.* Angl. *Piquemen.* } Hastatus verò primus dicebatur, qui duas centurias, id est, ducentos milites ducebat in acie secunda, quem nunc Ducenarium vocant, ut Vegetius adnotat *cap.* 3. *lib.* 2. Varro *de ling. Latin. lib.* 4. Hastati milites dicebantur, qui primi hastis pugnabant. Vide in dictione *Antepilanus.*

Hasticus, a, um. Suet. *in Calig. cap.* 20. Edidit in Sicilia Syracusis hasticos ludos.

Hāstīlē, is, dicitur quod ad hastæ formam factum est, hoc est, lignum teres, oblongum, cujusmodi est hasta. { λόγχη, τὸ ἀγχιτὺ ξύλον, τόρνωμα. Gall. *Fait en forme de javeline, pique ou lance.* Ital. *Fatto à guisa d'asta.* Germ. Das wie ein spieß gemacht ist oder ein spießstang. Hisp. *Hastel ò hasta pequeña.* Angl. *A pole or long staffe called a speare staffe.* } Cic. *pro Rab.* Quum denique Quint. Scævola consectus senectute, præditus morbo, mancus & membris omnibus captus ac debilis, hastili innixus, &c. Virg. 5. *Æneid.*

——— *fraxina hastilia ferro.*

Hasta, oppidum in extremis Italiæ finibus, circa Japygium promontorium: cujus meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 1.

‖ Hasta Pompeia, alias Asta, *Asti.* V. E. sub A. Mediolanensi, in Principatu Pedemontano. ‖

Hastula regia. { ἀσφόδελος. Gall. *Affrodille.* Ital. *Asfodella.* Germ. Affodel wurtz. Hisp. *Gamonitos.* } Herbæ genus est, quæ & albucum & asphodelus vocatur. Plin. *lib.* 21. *cap* 10. & *lib.* 26. *cap.* 11.

Hau, interjectio est mentis perturbatæ, φεῦ, ἒ. Terent. *in Eunuch.* Hau obsecro mea Pythias, quid istuenam monstri sunt? Interdum invenitur geminatum. Idem *in Adelph.* Hau hau mi homo sanúne es?

‖ Havana, V. *Cuba*, insula. ‖

Haud, à Græco οὐδ. Unde Scaliger mavult scribere *haut*, quàm *haud.* { לא *lo.* οὐκ. Gall. *Non, ne pas.* Ital. *Non.* Germ. Nicht. Hisp. & Angl. *No.* } adverbium negandi, significat non. Terent. *in Andr.* Haud muto factum. Haudquaquam, οὐδαμῶς: hoc est, nullo pacto, vel nullo modo. Liv. *lib.* 30. Asdrubalem propediem affore cum manu haudquaquam contemnenda. Ovid. 13. *Metam.*

*Haud timeo si jam nequeam defendere crimen.*

Plaut. *Men. fc.* 6. *a.* 5. Metuam ego haud multùm. *Ibid. fc.* 2. *a.* 5. Haud sum falsus, quàm facilè est. *Ibidem.* Haud abstinent culpa. *Ibid. fc.* 5. *a.* 5. Haud pro insano istud respondit. *Ibid. fc.* 2. *a.* 4. Si pauper est atque haud malus, nequam habetur. Idem *Pseud. fc.* 2. *a.* 5. Haud malè mones. Idem *Cure. fc.* 3. *a.* 1. Hoc haud multò post luce lucebit (id est, mox.) Et *Pseud. fc.* 4. *a.* 4. Haud multò post scibis (id est, mox.) *Ibidem.* Haud multò priùs (id est, paulò antè.) Idem *Aul. fc.* 3. *a.* 1. Novi hominem haud malum. *Ibid. fc.* 1. *a.* 5. Ipsus est, haud alius est. Idem *Men. fc.* 4. *a.* 2. Haud invita fecero. Haud aliter, vide *Aliter.* Hausci, pro nesci veteres dixisse tradit Phocas Grammaticus.

‖ Have, vide *Ave.*

Havelburgum, *Havelburg.* V. E. sub A. Magdeburgensi, ad Havelum fl. in Marchionatu Brandeburgensi sita.

Haugustaldemium, *Haugustaldem.* V. olim E. sub A. Ebocacensi in Anglia. ‖

Hāurio, is, hausi, haustum, & hauritum, apud Apul. ab ἀείρω, significat propriè extraho humorem, & educo ex aliquo profundo loco. { שאב *schaáb*, דלה *daláh.* ἀντλῶ, ἀντλέω, ἀναιρῶμαι. Gall. *Puiser & tirer.* Ital. *Tirar fuori, attingere.* Germ. Schöpffen. Hisp. *Sacar fuera lo liquido.* Angl. *To draw water or other licour out of a deepe place.* } Cic. 1. *de div.* Qui quum vidisset haustam aquam de jugi puteo, terræ motus dixit instare. Idem *de Clar. Or.* Si is potare velit, de dolio sibi hauriendum putet. Idem 3. *Acad.* Ut ex fontibus potiùs hauriant, quàm rivulos consectentur. Idem *de divinat.* Aqua è puteo hausta. Ovid. 3. *Fast.*

——— *cana alveum haurit aquas.* (naufragus.)

Idem *Eleg.* 10. *lib.* 1. *Trist.*

*Aut Hyadas savus hauserat Auster aquis.*

Hausit mare quatdam gentes. Senec. *c.* 6. *de consol. ad Helv.* ¶ Hauritre pro absorbere atque devorare, ut apud Plin. *lib.* 7. *cap.* 13. porionem mulsi hautire. Colum. *lib.* 7. *cap.* 17. Nam qui dentibus carent, aut lambunt cibos, aut integros hauriunt: mandere quidem non possunt. ¶ Haurire interdum solùm est ore attrahere, nec verò devorare. Cels. *lib.* 6. *cap.* 9. Sed in hiærtibus vitandum est, ne quod hausturn erit, devoretur. ¶ Haurire auribus, est audire. Virg. *lib.* 4. *Æneid.*

——— *verémque his auribus hausi.*

Haurire oculis est aspicere, pro quo poetæ etiam interdum dicunt Haurire, omisso ablativo oculis. Idem 10. *Æneid.*

*Suffitiens hausit cœlum, mentémque recepit.*

¶ Accipitur etiam pro confodere, seu vulnerare. *Ibidem.*

*Pertunicam squalentem auro latus hausit apertum.*

¶ Item conficere, absolvere. Idem *lib.* 4. *Georg.*

——— *& medium sol igneus orbem*
*Hauserat.*

¶ Item defatigare. Idem,

——— *exultantiáque haurit*
*Corda pavor pulsans.*

¶ Item exequi, implere, ἀναπλῶ, ἐκτελῶ. Lucil. *lib.* 30.

*Quando haurire animus Musarum, & fortia gestit.*

¶ Haurire oscula & sermonem. Senec. *cap.* 3. *de consol. ad Marc.* ¶ Haurire opes urbium. (*Espuiser les richesses des villes.*) Liv. *lib.* 4. *d.* 4. ¶ Haurire pectus gladio. Gell. *cap.* 13. *lib.* 9. Ovid. 13. *Metamorph.* dixit,

——— *nostrumque haurire cruorem.*

¶ Item luere pœnam, & supplicium sustinere. Virg. 4. *Æneid.*

*Spero equidem mediis, si quid pia numina possunt,*
*Supplicia haustrum scopulis.*

Quo in loco Virgilii observato *haustrum* dici absque e, pro *haustrum.* ¶ Item consumo, ἀναλῶ. Livius 5. Tam longi temporis opus incendium hausit. Haurire calamitatem, Haurire dolorem, Haurire gaudium. Idem *lib.* 7. *bell. Pun.* Haurire oculis, & auribus gaudium. Vide Bud. *in Annot. & in epist.* Hujus compositum est Exhaurio, ἐξαναλῶ. Legitur nonnunquam præteritum hautivi, & supinum hauritum. Varro *ad Cicer.* Quum idem quoque hautierit. Apul. *lib.* 2. *de asin.* Lagena facilis hauritu.

‖ Hauritorium, ἀντλητήριον. Onom. Gloss. ἀντλητήριον, hautitorium, ex eo, quod hautio supinum quoque format *hauritum*, exhauriri, sed inusitatum. Vide & *haustrum.* ‖

Hausto, as, frequentativum, à quo fit compositum Exhausto. Festus, Exhaustant, effetunt.

Haustûs, us. Sorbitio, eductio liquoris ex aliquo loco. { שאוב *maschebáh.* ἄντλημα. Gall. *Puisement ou trait à boire.* Ital. *Sorbimento, il trarre.* Germ. Schöpfung. Hisp. *Potaje, ò bevida, ò cosa que se beve, sacamiento ò fuera de liquido.* Angl. *A draught in drinking, a draught of water.* } Col. *lib.* 1. Si deerit destillens undæ putealis, quæratur in vicinio aqua, quæ non sit haustus profundi, id est, quæ non è profundo puteo hauriatur, & extrahatur. Ovid. 6. *Metam.*

*Haustus aquæ mihi nullus erit.*

Quintilian. Hoc ille Justitiæ haustus bibet.

Haustûs, a, um: Absumptus, devoratus, absorptus, demersus. { שאוב *schaúb.* ὡς πλησθείς. Gall. *Puisé, tiré, englouti.* Ital. *Consumato, devorato, bevuto, inghiottito.* Germ. Verschlucht verschlucht/ vndergangen. Hisp. *Cosa bevida, gustada y tragada.* Angl. *Drawen or drunken up gredely.* } Liv. *lib.* 1. Nec ferro tantùm periere, sed in paludes quidam conjecti, profundo limo cum ipsis equis hausti sunt. Idem *lib.* 33. Multæ naves ejectæ, multæ ita hauſtæ mari, ut nemo in terram enavem. Ovid 1. *Fast.*

*Puppis & absumptis omnibus hausta perit.*

¶ Haustæ in profundum arbores. Liv. 10. *bell. Pun.* Ut in Veliterno agro terra ingentibus cavernis consedit, arboréque in profundum haustæ, id est, absorptæ.

Haustrum, i, teste Budæo, est machinæ genus rotam habens, qua calcata, aquam è puteis, vel fluminibus haurimus: quod tympanum vocatur. { ἄντλημα. Gall. *Vn seau, ou autre vaisseau à puiser, ou la roue à puiser.* Ital. *Rota à altro ingenio da cavar aqua.* Germ. Ein rad mit welchem man wasser auffzeuchet/ ein schöpffrad. Hisp. *El arcaduz, de noria para sacar agua.* Angl. *A wheele to draw up water.* } Lucr. *lib.* 3.

*Et fluvios versare rotas atque haustra videmus.*

Nonius tamen mavult haustra esse ipsos cados, hoc est, situlas in hujusmodi machinis, quibus aqua hauritur.

H E

Heautontimorumenos, ἑαυτὸν τιμωρούμενος. Nomen est fabulæ Terentianæ, quod *seipsum excruciantem* interpretari possumus, τιμωρῶμαι enim idem est, quod sævio, punio, crucio, & ἑαυτὸν, seipsum. Inducitur enim senex Menedemus seipsum excrucians, quòd filium Clitiam duritia sua in militiam proficisci compulerit.

Hebdŏmas, adis. { שבע *schabúah.* ἑβδομάς. Gall. *Vne semaine, un septenaire.* Ital. *Settimana.* Germ. Ein wochen. Hisp. *La semana.* Angl. *A week.* } dicitur numerus septenarius, sicut ogdoas numerus octonarius, & enneas novenarius, decas denarius. Cicer. *Tyroni, lib.* 16. *Epist.* Symphoniam Lysonis velim vitasses, ne in quartam hebdomadem incideres. Ubi per quartam hebdomadem intelligit diem vigesimum octavum: qui numerus constat ex quatuor septenariis. Septimi autem quique dies in febribus criticis sunt & pernicioſi. Neque verò solùm de diebus dicitur, sed etiam de annis & quibuscunque rebus, quæ septenario numero comprehenduntur. Gell. *cap.* 10. *lib.* 13. Tum ibi addit. se quoque jam duodecimam annorum hebdomadem ingressum esse, & ad eum diem septuaginta quinque librorum hebdomadas scripsisse. Idem Gell. *cap.* 2. *lib.* 15. Hebdomadibus Lucæ agitabantur comitia.

‖ Hebdomada, ‖

¶ Hebdomada, idem quod hebdomas, pro septem dierum intervallo. Latini autem inde fecerunt hebdomadam, qua non tantùm Ecclesiastici scriptores, sed etiam exoterici utuntur.

Hebdomadarius, substantivè, id est, cujus monasterii.

Hebdomarius, ἑβδομάριος dicebatur, qui per vices septimanatim cubiculum Imperatoris custodiebat.¶

Hēbē, filia fuit Junonis absque patre, ut Latinorum poëtæ asserunt. Apollo enim cùm Junoni novercæ convivium in patris sui domo parasset, inter alia lactucas agrestes ei appposuit: quas cùm Juno avidè comedisset, illicò usque tunc sterilis, prægnans effecta est, peperitque Hebem, quam postea Jupiter ob formæ elegantiam ad pocula ministranda assumpsit, deámque juventutis effecit. Tandem cùm ipse unà cum cæteris diis apud Æthiopes convivaturus iviſſet, factum est ut administrans ei Hebe pocula, pérque lubricum minus cautè incedens caderet, revolutisque vestibus obscœna Superis monstraret: quam ob rem ab officio est amota, ejúsque loco Ganymedes subrogatus. Postremò Herculi in deos relato, uxor data. Author Servius. Homerus autem ex Jove eam conceptam esse tradit, neque omnino ab officio remotam, sed cæterorum deorum pincernam fuisse, Ganymedem verò solius Jovis. Ovid. *lib.* 9. *Metam.*

*Hoc illi dederat Iunona muneris Hebe*, &c.

Hæc dea juventutis putabatur: ἥβη enim florem ætatis & primam pubem significat.

Hēbēnus, i, gen. fœm. & hoc Hebenum, i. { תבנת *hebnin.* ἴβενος Dioscoridi. } Cujus descriptionem vide suprà in dictione *Ebenus*.

Hebes, etis, ab ἥβη. Obtusus, piger, acumine carens. { סקהה *mekaheh*, נרפה *nirpéh.* ἀμβλὺς. Gall. *Qui a la pointe ou le tranchant rebouché, refoulé, rebatu, lourd, grossier, beleté.* Ital. *Spuntato, ribattuto, rinzuzzato, grossolano, sardo, non acuto.* Germ. Stumpff. Item stoltz eines langsamen verstandes. Hisp. *Roto, contrario de agudo, perezoso, rudo de ingenio.* Angl. *Blunt, dull, slow.*} Cic. *lib.* 2. *Acad.* Quid? Lunæ quæ lineamenta sunt, potéstne dicere hujus & nascentis alias hebetiora, alias acutiora videantur cornua? Ovid. 3. *de arte amandi*,

*Ponite iam gladios hebetes, pugnetur acutis.*

Atque in hac significatione proprium est. Plaut. *Milit. fa.* 1. *a.* 1. uti hebes machæra foret. ¶ Translatè autem ponitur etiam pro tardo & stupido. Cic. 10. *Philipp.* Scilicet hæc Pansa aut non videt (hebeti enim ingenio est,) aut negligit? id est, ingenio non acuto, sed tardo. Idem 2. *de Divin.* Videlne Epicurum, quem hebetem & rudem dicere solent Stoici, quemadmodum, &c. Ovid. 5. *Fast.*

*Vel quia nec flos est, hebeti nec flamma colore.*

Idem 15. *Metam.*

——— *ut est hebes esse videtur.*

¶ Hebes ad. Cælius *Ciceroni lib.* 8. Neque hebes ad id quod melius sit intelligendum. ¶ Hebes in, Cic. *de Orat.* Aliud enim est esse artificem ejusdem generis, atque artis, aliud in communi vita & vulgari hominum consuetudine non hebetem, nec rudem. ¶ Hebes gestu. Colum. *lib.* 3. *cap.* 2.

Hēbĕo, es: Hebes sum. { קהה *kehéh.* ἀμβλύνομαι. Gall. *Estre rebouché, refoulé, rebatu & émoucé.* Ital. *Essere ottuso, rinzuzzato, ribattuto, spuntato.* Germ. Stumpff sein/ toll sein. Hisp. *Ser boto, embotecerse, ser perezoso.* Angl. *To be dull.* } Liv. *lib.* 23. Num fertum hebet? an dextetæ torpent? Verba sunt Annibalis suos increpantis. Virg. 5. *Æneid.*

——— *sed enim gelidum tardante senecta*
*Sanguis hebet, frigéntque effœta in corpore vires.*

Hēbĕsco, scis, Hebetior fio. { קהה *kehéh.* ἀμβλύνομαι. Gall. *Se rebouscher, devenir stupide.* Ital. *Divenir pin ottuso, balordo, stupido.* Germ. Stumpff oder toll werden. Hisp. *Embotarse, empezerarse.* Angl. *To waxe dull or slowe.*} Cic. 1. *Tusc.* Sic mentis acies seipsam intuens, nonnunquam hebescit, id est, obtusior, desidiosior & remissior fit. Sallustius, Postquam divitiæ honori esse cœpêre, & eas gloria, imperium, potentia sequebatur, hebescere virtus cœpit.

Hēbĕro, as: Obtundo, obscuro. { הרפה *hirpéh.* ἀμβλύνω, ἀμβλύσκω. Gall. *Rebouscher, rebatre, refouler, faire émoucé.* Ital. *Obscurare, far divenir stupido, rinzuzzare.* Germ. Stumpff machen/ toll machen/ verdunckeln. Hisp. *Embotare, escurecer.* Angl. *To mak dull or blunt.*} Plin. *in Paneg.* Eodem ergo tempore nec amicos modò, sed & corpora ipsa languescere, gladios etiam in curia hebetari, retundique gaudebant. Plin. *lib.* 7. *cap.* 15. Speculorum fulgor aspectu ipso hebetatur, acies ferri perstringitur.

Hebetatus, a, um. Suet. *in Claud. cap.* 2. Animo simul & corpore hebetato, nulli muneri habilis.

Hēbĕtātio: Obtusio, corruptio, & obscuratio. { מרפה *marpé.* ἀμβλυσμός. Gall. *Rebouchement, refoulure, rebloussement, stupidité.* Ital. *Lo stupire & rinzuzzare.* Germ. Stumpffe/ verscharpffung/ dunckelheit. Hisp. *Aquella obra de embotar.* Angl. *A dulling.*} Plin. *lib.* 8. *cap.* 5. Medetur & lumborum doloti, oculorum hebetationi, mente captis & melancholicis. Senec. *cap.* 15. *de tranquill.* Hebetatio & languor animorum ex assiduo labore.

Hēbĕtūdo, Hebetatio. { ἀμβλυσις. Angl. *Dulnesse, dullnesse.*} Macrob. *comm. lib.* 1. *cap.* 14. Memoria non illa ratione mista, ut quæ hebetudinem sensuum quinque comitatur.

Hēbētēsco, scis, scere. { קלה *kelah.* ἀμβλύνομαι. Gall. *Devenir stupide.* Germ. Stumpff vond vnscheidig werden. Hisp. *Embotarse.* Ang. *To waxe stupide or dull.*} Plin. *lib.* 28. *cap.* 7. Sed præter alia certum est aciem in cultris tonsorum hebetescere. Cornel. Fronto *de differ. verbor.* Hebescit quod naturâ obstupescit: hebetescit, quod amittit aciem.

Hēbētātrix. { סקהה *mekahéh.* ἀμβλυντικὴ. Gall. *Celle qui fait ébloüir & obscurcir.* Ital. *Che obscura.* Germ. Ein verdünckletin. Hisp. *La que haze escure.* Angl. *That dulleth and maketh stupide.*} ut, Hebetatrix umbra. Plin. *lib.* 2. *cap.* 13.

Hebræi. { עבריים *bibrim.* Ἑβραῖοι. Germ. Die Jraeliten.} dicti sunt Judæi, ab Heber, qui fuit abnepos Sem filii Noë, priùs Hebræi cognominati, ac deinde una detracta litera, Hebræi: sicut docet Aug. *lib.* 10. *de civit. Dei.* Et quia in ejus familia remansit lingua, quæ priùs humano generi creditur fuisse communis, quam gentes linguarum diversitate sint diversæ, deinde Hebræa est nuncupata. ¶ Ab Hebræus fit Hebræicus, Hebraica, Hebraicum, ut lingua Hebraica.

¶ Helcia, lorica. Gloss. vet.

Hebrides, *Idis*, insulæ versùs Scotiam adjacentes.

Hebron, vide *Ebron.*¶

Hebrus, ἵβρος, fluvius in Thracia: nascitur juxta Hadrianopolim, in monte Rhodope, labiturque in Ægæum mare, è regione Samothraciæ insulæ. Celebratur propter aurum quod ex arena ejus colligitur. Tibull. *lib.* 4.

*Quæque Hebrum Tanaisque Getas rigat.*

Poëtæ fabulantur in hunc Orphei caput, quum Cicones eum confecissent, projectum esse, unde & Œagrius dicitur, ab Œagro Orphei patre. Virg. *lib.* 4. *Georg.*

*Tum quoque marmorea caput à cervice revulsum*
*Gurgite quum medio portans Œagrius Hebrus,*
*Volveret*, &c.

Ovid. *lib.* 11. *Metam.*

*Membra iacent diversa loco, caput Hebre lyramque*
*Excipit, & mirum*, &c.

Martial. *lib.* 6. Hebrum (inquit) Odrisiæ nives complent, qui inter diversos barbaros fluens, etiam Ciconas perluit. Hebrus hodie *Maritza* dicitur.

Hecale, ἑκάλη. Nomen anus pauperculæ, quæ Thesei adhuc adolescentem hospitio suscepit. Plutarch. *in Thesei.* Hujus paupertatem Callimachus justo volumine celebravit. Hinc natum proverbium, Nunquam Hecale fies, hoc est, nunquam te inopia opprimet. Ovid. *de Amor.*

*Cur nemo est Hecalen, nulla est, quæ noverit Iunet*
*Nempe quòd alter egens, altera pauperat.*

Plaut. *in Cist.* Siquidem eris ut volo, nunquam Hecales fies.

Hecamede, ἑκαμήδη. Arsinoi filia, quæ direpta Tenedo, Nestori in prædam cessit, teste Hom. *lib.* 11. *Iliad.*

Hecătē, ἑκάτη: Jovis & Latonæ filia, & soror Apollinis, quæ & Diana dicitur. Huic triplex nomen attribuitur: unde à Virgilio Tergemina vocatur: nam in cœlo creditur esse Luna, in terris Diana, & apud inferos Proserpina. ¶ Dicta Hecate, teste Servio, quòd centum victimis placetur, aut quòd centum annos errare jubeat insepultos. Verisimilius videtur, Hecates nomen factum esse à masculino ἑκατὸς, quo nomine Græci vocant Apollinem: sicut à Cynthio Cynthia, à Delio Delia, à Phœbo Phœbe. Dictus autem Sol est Hecatos, ab ἑκὰς longè, quòd eminus radios suos ad nos mittat, & quodammodo jaculetur. Hæc & τριμορφὼ, quia (ut inquit Orpheus *in Argon.*) tria habuit capita, dextrum equinum, sinistrum canninum, medium suis agrestis. Ovid. 9. *Metam.*

*Tuque triceps Hecate.*

¶ Alia fuit Hecate herbarum, veneficiorúmque peritissima, quæ in Taurica Chersonesо regnavit, teste Dionysio Milesio. Vide 1. *Argonauticôn*, & Diodor. Sicul. *lib.* 5. *cap.* 4. item Apollon. Rhod. *lib.* 3. *Argonauticôn.* Filia fuit Persæ, filii Solis, & fratris Æetæ: à quo & Persеis, sive Persеa cognominatur. Ovid. 7. *Metam.*

*Ibat ad antiquam Hecates Persеidos aram.*

Valerius Flaccus *lib.* 6.

*Hanc residens altis Hecate Persеique lucis Flebat.*

¶ Veteres cœnam perpaucam & impendiò frugalem, Hecatæ cœnam appellabant, quòd apud inferos tenuissimo victu, minimóque cibo, eoque vilissimo vivitur, juxta Poëtarum theologiam.

Hecatebeletes: Græcè ἑκατοβλήτης. Suet. *in Neron. cap.* 39. ex quodam poëta.

*Dum tendit citharam nostеr, dum cornua Parthus,*
*Nostеr erit Paan, ille Hecatebeletes.*

Hēcătæus, ἑκαταῖος, Historicus Milesius, Protagoræ auditor, qui primus solutа oratione historiam condidit. Floruit temporibus Darii, qui Cambysæ successit. Author Suidas. ¶ Fuit præterea eodem nomine Grammaticus quidam Abderita, cujus meminit idem Suidas.

Hēcătombē, ἑκατόμβη. Sacrificii genus, in quo totus hic servabatur, ut centenæ unius generis mactarentur victimæ: ut centum sues, centum hædi, &c. Jul. Capitolinus, Tantum sanè latronis in Balbino, qui plus timebat ut hecatombem faceret: quod tale sacrificium est, Centum aræ uno loco constituuntur ex celsiore: ad eas centum sues, vel centum oves mactantur. Jam si Imperatoris sacrificium sit, centum leones, centum aquilæ, &c. Hujusmodi animalia feriuntur: quod quidem Græci quondam fecisse dicuntur, quum pestilentia laborarent. Dicta Hecatombe à numero victimarum: vel à numero sacrificantium, quia centum Peloponnesi urbes id faciebant. Juven. *Sat.* 12.

——— *existunt qui promittant hecatomben.*

Hēcătŏmpŏlis, ἑκατόμπολις. Creta insulæ epitheton est, à numero civitatum impositum, quæ centum in hac insula fuisse perhibentur, vel Virgilio teste *lib.* 3. *Æneid.*

*Creta Iovis magni medio iacet insula ponto,*
*Mons Idæus, ubi & gentis cunabula nostra,*
*Centum urbes habitant magnas, uberrima regna.*

Hēcătŏmpēdŏn, ἑκατόμπεδον. Templum erat apud Athenienses Minervæ dicatum, patens omni à latere pedes centum: unde & nomen accepisse existimant. Alio nomine Parthenon dicebatur. Meminit hujus templi Plutarch. *in Pericle.*

Hēcătŏmphŏnĭa, ἑκατομφονία. Sacra erant apud Messenios celebrari solita, à centum hostium cæde originem habentia. Meminit hujus sacri Plutarch. *in convivio septem Sapientum.*

Hēcătŏmpūs, odis, ἑκατόμπους, nomen piscis, qui hamo devorato omnia intestina evomit, donec hamum quoque egerat. Dictus Hecatompus à centum pedum numero: unde & centipes à Latinis appellatur. Dicitur & scolopendra, à terrestris scolopendræ similitudine.

Hēcătŏmpylŏs, ἑκατόμπυλος. Thebæ Ægyptiacæ epitheton est, à portarum numero, quæ centum in hac urbe fuisse dicuntur. Juvenalis.

*Atque vetus Thebe centum iacet obruta portis.*

¶ Est item ejusdem nominis urbs in Parthia, teste Stephano.

Hēcătŏnchīrēs, ἑκατόγχειρος, Briarei, sive Ægæonis epitheton, quod nobis Centimanum sonat. Fingunt enim Poëtæ, Briareum centum manus,

mamus, & quinquaginta ventres habuisse: ut tradit Plutarch. *eo in opusculo*, quod ἐπὶ τοῖς ἀδικήμασι inscripsit.

Hĕcătŏnēsi, ἑκατόνησοι. Insulæ exiguæ viginti circa Lesbum: ab Hecato, id est, Apolline dictæ, qui in illis plurimùm colebatur.

Hĕcătŏntārchŭs, ἑκατοντάρχης, centum militibus præfectus, quem Latini Centurionem vocant.

Hĕctĭ (inquit Sipontinus) accipitur pro re minimi pretii, quasi hicce, ab hic verbo: quasi hiatus & oscitatio. Alii pustulam dicunt, quæ in coquendo pane solet assurgere. Pomponius, Hic homo hectæ me facit, & multibibam vocat, id est, parvi me facit.

‖ Hecteca. Vide *Ethera*. ‖

Hĭcĕrŏn, ἱκέτης. Priami Regis filius, Trojanorum omnium fortissimus, ab Achille interfectus, dictus (ut scribit Plato) ab ἰκω, defendo, quòd urbem contra hostium impetum tenuerit, patriámque servavit: eo namque sospite Troja nunquam potuit expugnari. Uxorem habuit Andromachen, ex qua Astyanactem suscepit, quem Ulysses capta Troja è fastigio turris præcipitavit. Solus Græcos, quemadmodum Achilles solus Trojanos fugabat: ex quibus Protesilaum, & Patroclum, aliósque permultos interfecit. Tandem ab Achille interemptus est, à quo etiam bigis alligatus, circum Patrocli sepulchrum, Troiæque muros tractus est. Virg. *lib.* 1. *Æneid.*

*Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros.*

Tandem ejus corpus per duodecim dies insepultum ab Achille servatum, Priamus auro redemit, idque veteri more honorificentissimè cremavit. Vide Hom. *lib.* 13. *Iliad.* Ovid. 13. *Met.*

*Hectora qui solus qui ferrum, ignémque, jovémque*
*Sustinuit.*

Item,

——— *facet inclytus Hector.*

Item,

*Hector erat, per quos decimum data Troja in annum.*

Item,

*Hector adest, secumque deos in prælia ducit.*

Hĕctŏrĕŭs, a, um, adjectivum est possessivum: ut, Gens Hectorea, quæ ab Hectore originem duxit: & Nomen Hectoreum. Ovid. *in Heroid. Epist.*

*Nomine in Hectoreo pallida semper eram.*

Idem 13. *Metam.*

*Ausim etiam Hectoreâ solus concurrere telâ.*

Hĕctĭcă, æ, vel Hectice, es. } ἑκτική. Gall. *Fièvre etique.* Ital. *Hettica febre.* Germ. Ein kalt fieber. Hisp. *Calentura etica.* Angl. *An ague for fever whereby the bodie is pyned little and little.* } Febris genus curatu difficile, nisi adhuc nascenti occurratur, non in spiritibus, ut diaria: non in humoribus, ut periodica: sed in partibus solidis insidens, corpúsque paulatim consumens. Dicta hectica, ἀπὸ τῆς ἕξεως, hoc est, ab habitu, unde & febrem habitualem nonnulli appellarunt. Duæ autem sunt hecticæ differentiæ, quas vide apud Galenum *lib.* 1. *de different. feb. cap.* 10.

‖ Hecticus, ἑκτικός, febri hectica laborans. ‖

Hĕcŭbă, ἑκάβη, Priami Trojanorum Regis uxor, filia Dymantis, teste Homero: aut (ut Virg. Euripidem secutus sensit) Cissei filia, capta Troja (ut poëtæ fabulantur) in canem versa. Quam fabulam inde ortam putat Servius, quòd quum à Græcis captiva abduceretur, & filii sui Polydori corpus in mare abjectum agnovisset, quoniam aliter injuriam ulcisci non posset, Græcos inimicos lacessiverit convitiis. Plaut. *Menech. sc.* 1. *a.* 2. Non ideo quaptopter Hecubam canem prædicabant: & cur?

Hĕcyrā. { חמות *chamóth.* ἑκυρά. } Latinis socrus, quemadmodum ἑκυρός, socer: quo etiam nomine dicta est Terentii Comœdia. Mihi tamen videtur scribi cum aspiratione, quam ἑκυρὰ notetur spiritu leni.

Hĕdĕră, ab ἑδράω, insideo: vel ab edo, quòd petat edita, seu alta, sive quòd edat, id est, consumat ea, quibus inhæserit. Quidam ab hærendo ducunt. Herba est perpetuò virens, quæ quum per se stare non possit, arboribus & muris adhæret. } κισσός. Gall. *Hierre, ou lierre.* Ital. *Hedera, hellera.* Germ. Ebhew. Hisp. *Ia yedra* Angl. *Ivie.* Hujus tria præcipua sunt genera. Quædam enim à baccarum albedine, candida dicitur. Altera nigra, quòd baccas ferat subnigras, aut certè croceas, quæ & dionysia appellatur. Tertia elix dicitur, fructum nullum gignens, sed albas habens viticulas, & folia parva, angulosa, & reliquis generibus multò concinniora. Virg. 7. *Eclog.*

*Candidior cygnis, hedera formosior alba.*

Ubi Servius, Alba hedera: quia sunt & nigræ hederæ: ut,

——— *aut hedera pandunt vestigia nigra.*

Dicta hedera ab hærendo, quòd hæreat semper, & sequatur quicquid proximum est: quamvis per diphthongum non scribatur, corripit enim primam syllabam. Virg. *in Pharmac.*

——— *atque hanc sine tempora circum*
*Inter victrices hederam tibi serpere lauros.*

Quidam ab edo deducunt, quòd parietes edat atque consumat. Festus: Hedera dicta, quòd hæreat, vel quòd edita petat, vel quia id, cui adhæserit, edat: quæ in tutela Liberi patris putabatur esse, quia ut ille semper est juvenis, ita hæc semper viret.

Hĕdĕrăcĕŭs, a, um, quod ex hedera est. { κισσῖνος. Gall. *De hierre, ou fait d'hierre.* Ital. *Di hellera.* Germ. Ebhew / auß ebhew gemacht. Hisp. *Cosa de materia de yedra.* Angl. *That is made of ivie.* } ut, Corona hederacea: Materia hederacea. Cato *cap.* 3. Si voles scire, in vinum aqua addita sit, néne, vasculum facito de materia hederacea, &c. Hederaceæ baccæ. Colum. *lib.* 8. *cap.* 10. Item oleastri, & hederaceæ baccæ, nec minùs arburi.

Hederōsus, a, um, qui abundat hedera. Propert. *lib* 4. *Eleg.* 4.

*Lucus erat felix hederoso condidit antro.*

Hĕdĕrĭgĕrā, κισσοφόρος. Catull. *de Peleo, et Th.*

*Vbi rapita Menades vi patrium hederigera.*

‖ Hedone, voluptas. Tertull. ‖

Hĕdŭi, Galliæ populi, Sequanis finitimi, olim Romanorum fratres dicti, quorum hodie loca Burgundiones tenent. Caput eorum est Augustodunum, vulgò *Augium*, vel *Autun*, de quo Tacitus *lib.* 3.

‖ Hedybia, placentarum genera jucunda. Athen. ‖

Hedychrum, ἡδύχρων. Odoramenti genus est. Cic. 3. *Tusc.* Colloccémus in culcita plumea, psaltriam adducamus, hedychrum incendamus, demus scutellam dulciculæ potionis. Victorinus tamen *in suis in Ciceronem annotationibus* indicat, hedychrum à medicis inter unguenta potiùs numerari, quàm inter odores: putárque dictum à suavitate coloris, quem faciei illitum inducit. Sed in hoc loco ex Ciceronе adducto videbitur potiùs accipi pro aromatis genere, quod igni accensum suavem reddit odorem.

Hedylium, nomen meretriculæ. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1.

Hĕdyŏsmŏs. { ἡδύοσμον. Angl. *Mynte.* } Herba notissima ab odoris suavitate ita dicta, quam Latini mentam vocant. Galen. *lib.* 6. *simplic.* duplicem facit mentam, hedyosmum, quam & mentam odoratam appellat: alteram inodoratam, quam vocat calaminetham. Meminit hujus herbæ & Plin. *lib.* 35. *cap.* 15.

Hĕdypnŏis, idis, ἡδύπνοις. Inzubi sylvestris genus est, latioribus foliis: non crudum quidem alvum sistit: coctum verò venticulum dissolutum astringit.

Hĕdypnŭs, ἡδύπνους. Susianæ fluvius, qui Persarum Asylum præterfluens, Eulæum illabitur. Author Plin. *lib.* 6. *cap.* 27.

Hĕdysmătă, ἡδύσματα. Græcè condimenta, sed propriè quæ dulcoris constant: qualia sunt quæ τερψίματα Græci vocant.

Hegalcos (quod ut depravatè scriptum, ita perperam huc relatum erat) vide *Ægaleos.*

Hēgēmōn, ἡγήμων. Poëta fuit ex Charace Phrygiæ oppido, qui bellum Leuctricum, hoc est, pugnam illam, quâ ad Leuctram Lacedæmoniorum opes à Thebanis fractæ fuerant, carmine heroico descripsit.

‖ Hegemosyna, sacrificia alicui Deo persoluta pro felici ductu itineris. Cerda. ‖

Hēgēsĭās, ἡγησίας. Cyrenaicus philosophus fuit, qui tanta fuit eloquentia (sicut Valerius Maximus *lib.* 8. *cap.* 9. scribit) ut tot mala vitæ repræsentaret, ut eorum miseranda imagine audientium pectoribus inserta, multis voluntariæ mortis oppetendæ cupiditatem ingeneraret, ideóque à Rege Ptolemæo ulteriùs hac de re disserere prohiberetur. Hujus meminit Cic. *in Orat.* & *lib.* 1. *Tusc. quæst.* ¶ Alter fuit Magnesius orator ejusdem nominis, cujus meminit Strabo.

Hēgēsĭppus, ἡγήσιππος. Nomen historici, qui historiam Ecclesiasticam quinque voluminibus complexus est, à Christo passo ad sua tempora. ¶ Hegesippus alter fuit Poëta Comicus, cognomento Crobylus, inter cujus fabulas commemoratur Philetæros, ut ex Athenæi sententia tradit Suidas.

Hēgēsĭpyle, ἡγησιπύλη. Holori Thracum regis filia, quam Miltiades Athenienſium dux accepit in uxorem.

Hēgēsĭstrătus, ἡγησίστρατος. Civis Ephesius, conditor Elææ urbis, non procul à Delphis. Nam quum ob necem tribuli suo illatam exulans pervenisset Delphos, oraculo monitus est, ut ibi sedem figeret, ubi rusticos cum cotonis oleaginis videret saltantes.

Hēgētērĭă, ἡγητηρία. Ab Athenienſibus appellatus est fructus ficus, quòd inter fructus omnes antiquitatis principatum obtineret. Dicuntur enim Athenienses ante fruges inventas ficis victitasse, quemadmodum Arcades glandibus. Cæl. Rhodig. *antiq. lect. lib.* 18. *cap.* 3.

Hegio, nomen proprium *in Capt.* Plaut.

‖ Hegira, dicitur epocha Mahumedis. ‖

Hegitinacia, Ptolem. *lib.* 2. *cap.* 12. Germaniæ urbs, vulgò *Liguitz.*

Hei. { הוי *oi,* הוי *oiáh. ii.* Gall. *Ah, helas.* Ital. *Oime.* Germ. Ach owe. Hisp. *Ay de mi.* Angl. *Ah, alace.* } Interjectio timentis est. Diomedes *lib.* 1. Plaut. *Aul. sc.* 3. *a.* 1. Hei occidi, lapides loqueris. Et *Amph. sc.* 1. *a.* 3. A. Hei mihi. B. Ne pave. ¶ Item dolentis & ingemiscentis. Idem *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. He misero mihi. *Et Men. sc.* 2. *a.* 2. Hei mihi, cùm nihil est, qui illi diminuam caput. Idem *Amph.* Hei non placet convivium. Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 1. *Trist.*

*Hei mihi! quàm celeri micuerunt nubila flamma.*

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 1. *Trist.* Et Plaut. *Aul. sc.* 4. *a.* 1. Hei Medagon haud decorum facinus tuis factis facis. Virg. 2. *Æneid.*

*Hei mihi qualis erat.*

Cicero, Hei mihi, non possum hoc sine lachrymis commemorare. Aspiratur naturâ, quòd is animi affectus aspiratione melius declaretur. Hei, vocativo etiam jungitur, quum exclamatio est hortantis cum approbatione. Terent. *in Eunuch. sc.* 2. *a.* 1. Hei noster, laudo, tandem perdoluit: vix es.

He-heu. Vide *Heu.*

Heidelberga, urbs Germaniæ ad Neccarum celebris, & Ducum Palatinorum regia.

Hela, ἕλη, regiuncula Asiæ. Attali regis emporium. Steph.

Hĕlcysma, ἕλκυσμα. Plin. *lib.* 33. *cap.* 6. Scoriam in argento Græci vocant helcysma.

Hĕlcŭlum, i. { ἕλκω. Angl. *The hame or collar of an horse.* } Dicitur instrumentum ante pectus equorum, & id genus animalium, ab armis id est, humeris pendens, quo & molæ per machinulam inuctæ versantur, & curricula per temonem trahuntur: unde & nomen accepit. Ἕλκω enim Græcè, traho Latinè dicitur. Apul. *lib.* 9. *Metamorph.* Defectum alioqui me, helcio sparteo dimoto, nexu machinæ liberum applicat præsepio. Et *paulò post*, Helcio tandem ablolutus, refectulque securè redditus.

Hălcĭārĭi, qui in navi onera funibus moliuntur, vel qui naves deducunt, subducúntve, ad officia invicem adhortantes, ut uno conatu pariter conspirantes, admoliri universis viribus possint, quod singuli nequeunt. Hæc Budæus *in priorem annot. in Pandect.* Martialis *lib.* 1.

*Qui nec rumpere nauticum celeusma,*
*Nec clamor valet helciariorum.*

Heles, ἴλαι Aristoteli: Gazæ Velia: Avicula est canora, cujus multæ species.

Hĕlĕi. Populi in Peloponneso clarissimi, propter delubrum Jovis Olympii, ludósque Olympiacos, quorum præfecturam Helei habuerunt. Unde Helei equi, & carcer Heleus, sæpe legunter. Lucanus *lib.* 1.

——— *Quantum clamore juvatus*
*Heleus fenipes.*

Hĕlĭăs

Rectiùs scripseris Elei, sine aspiratione. Nam apud Græcos ἥλιος, & ἠλεῖος tenui spiritu scribuntur.

Hĕlĕnă, æ, Helene, es, ἑλένη. Filia fuit Jovis ex Leda, Castoris & Pollucis sotor: vel, ut alii, Tyndari regis Laconiæ, & Ledæ. Hæc ob formæ elegantiam, quæ cæteris præstabat, à multis amata est: & primùm à Theseo adhuc virguncula rapta, sed postea absente Theseo, à Castore & Pollute repetentibus citra injuriam restituta: mox adulta Menelao Lacedæmoniorum regi nupsit. Paris autem Priami filius, nemini quoque formâ cedens, illius pulchritudine illectus, Spartam navigavit, ibique Helenam absente Menelao, à quo primùm benignè fuerat exceptus, rapuit. Alii tamen dicunt, quum postulata Hesiona negaretur, Paridem illam regionem bello vastasse, & expugnata Sparta, Helenam captivam adduxisse. Hac injuria universi Græcorum principes commoti, primùm omnes in Aulide conjurarunt de repetenda Helena, & evertendo Ilio. Quo in bello occiso Paride, Deiphobo ejusdem fratri nupsit. Quumque Græci armis diffidentes, ad proditionem conversi, discessum ex composito simulassent, illa ex arce accensa face ad occupandam urbem Græcos revocavit. Capta autem urbe, Menelaum in cubiculum, ubi Deiphobus dormiebat, vocavit: quo interfecto, cum viro in gratiam rediisse, Virg. author est. Hoc igitur modo Menelao restituta, cum eodem navem ascendens, tempestatibus in Ægyptum delata est, unde rursus navigans, cum marito incolumis Lacedæmona pervenit. Virg. 7. *Æneid.*

*Ledæámque Helenam Troianis vexit ad Vrbes.*

Ovid. 13. *Aletam.*

——— *Priámique Helenámque repoſco.*

Scribit Demetrius Moschus tanta Helenam venustate fuisse, ut mirificæ admirationis, & ferè stupori fuerit ipsis diis: quippe cujus curam, Venere tradente, Gratiæ susceperint. Illas verò his verbis est affata:

*Δεῦτε φίλαι τιθήνας ἐμὲ πάντων ὀπὶ ἐπίσσω,*
*Ὅσσι ἐμοὶ πολέμοιο ἰήϊον, ἀμφιγύηεν ἄρη.*

Hĕlĕnă, ἑλένη. Alio nomine Cranæ. Insula est una ex Sporadibus, quæ adjacet Sunio promontorio terræ Atticæ. Inde dicta, quòd Paris raptæ Helenæ primum in ea stuprum intulerit.

Hĕlĕnĭum. ἑλένιον. GALL. *Enula campana, aulnée.* ITAL. *Lella, enula, enea.* GERM. *Alantwurt.* HISP. *Raiz de ella.* ANGL. *Elecampane.* Herba quæ ex Helenæ lachrymis fingitur nata in Helene insula, in qua Paris illi primum obtulit stuprum. Favere creditur formæ, & cutem nutrire incorruptam, Venerem conciliare, & hilaritatem inducere in vino pota. Vide Plin. *lib.* 21. *cap.* 10. Officinis *Enula campana.*

Helenopolis, urbs Bithyniæ, ab Helena, Constantini M. Imper. matre sic dicta.

Hellenoponius, ab Helena Constantini matre sic nuncupatus.

Hĕlĕnŭs, ἕλενος. Virg. Troianus filius Priami ex Hecuba, vaticinio clarus, quem quidam ob id à Græcis servatum dicunt, quòd loca opportuna ad capiendam patriam ipsis indicasset. Quinetiam evertso Ilio Pyrrhum à navigatione prohibuit, cæteris abeuntibus naufragium prædixit. Quamobrem non solùm à Pyrrho servatus, verumetiam liberaliter ab eo habitus est: quumque ille Oresti Hermionem eripuisset, Andromachen, quam antea justæ uxoris loco habuerat, Heleno concessit: adjecta etiam regni parte, quam Helenus de fratris sui nomine Chaoniam appellavit: in qua & urbem ad similitudinem Troiæ condidit, in qua & profugum Æneam hospitio suscepit. Virg. *lib.* 3. *Æneid.*

——— *quum ſeſe à mœnibus heros*
*Priamides multis Helenum comitantibus offert.*

Helepolis, ἑλέπολις, machina quædam obsidionalis.

Helio, stagnantium insularum maxima, ab anguillarum copia sic dicta.

Hĕlĭădes, ἡλιάδες, fuerunt filiæ Solis & Clymenes, sorores Phaëthontis, quarum nomina sunt Phaëtusa, Lampetusa, & Lampetia. Hæ juxta Padum mortem Phaëthontis fulmine dejecti flentes, in arbores, quas alnos vocant, versæ sunt, electrum lachrymantes. Vocantur autem Heliades à patre Sole, qui Græcis ἥλιος dicitur. Ovid. *lib.* 2. *Metam.*

*Nec minus Heliades lugent*, &c.

Eædem & Phaëthontiades appellantur à fratre Phaëthonte. Virg. *Eclog.* 6.

*Cùm Phaëthontiades muſco circundat amara*
*Corticis, atque ſolo proceras erigit alnos.*

Hĕlĭæa, ἡλιαία. Maximum erat Athenis judicium, cujus judices heliastæ, ἡλιασταί dicebantur, παρὰ τὸ ἁθροίζεσθαι ἅμα, ἢ τὴν ἥλιον βάπτειν: hoc est, ab eo quòd sub dio esset, & Solis radiis verberaretur. Vide plura de hac voce apud Pollucem & Aristophanis interpretem.

Hĕlĭcē, es, ἑλίκη, Græco nomine dicitur quæ à nobis Ursa major: ἀπὸ τοῦ ἕλκειν, hoc est, à circumvolutione dicta, quòd dies noctisque spacio circùm Polum Arcticum volvatur. Ovid. 1. *Triſtium*,

*Eſſe duæ Arctos quarum Cynoſura notetur*
*Sidoniis, Helicen Graia carina notet.*

Fuit item Helice, oppidum Achaiæ propriè dictæ, ad sinum Ceyssæum, maris impetu haustum. Plin. *lib.* 2. *cap.* 92. Pyrrham, & Antissam circa Maeotim Pontus absulit: Helicem & Butam in sinu Corinthio: quarum in alto vestigia apparent. Ovid. 15. *Metam.*

*Si quarum Helicen & Buran Acheides urbes,*
*Inveniet ſub aquis: & adhuc oſtendere nauta*
*Inclinata ſolent cum mœnibus oppida merſis.*

Hĕlĭochrysŏs, sive heliochrysum. ἡλιόχρυσος. Herba est, quam alio nomine Chrysanthemon appellant, ramulis candidis, foliis subalbidis, abrotono similibus, corymbos habens nunquam marcescentes, in orbem dependentes, qui ad Solis repercussum autei apparent. Plinius *lib.* 21. *cap.* 15.

Hĕlĭcōn, ἑλικών. Mons Bœotiæ juxta Thebas, atque (ut Strab. *lib.* 9. scribit) Phocidi vicinus, non procul à Parnasso, eique æmulus & altitudine & circuitu: qui & ipse Apollini sacer est & Musis. Unde Heliconides, ἑλικωνίδες, & per epenthesin Heliconiades. Musæ sunt appellatæ. Dictus Helicon ab Helicone, qui cum Cithærone fratre singulari certamine pugnasse fertur. Ovid. *Eleg. ult. lib.* 4. *Triſt.*

*In medióque mihi das Helicone locum* (ô Musa.)

Ibidem,

——— *Torôque Helicone velitis* (à me.)

Hĕlĭcēs, ἑλικῆρες, Inanes sunt, sicut docet Julius Pollux, quæ & helicæ dicuntur, à claviculis vitium, quas helicas vocant.

Hĕlĭocămĭnus, i. ἡλιοκάμινος: Vaporarium quoddam solare in aprico loco situm, ad calorem Solis excipiendum. Ulpianus *l. ſi arborem, ff. de ſervit. urban. prad.* Si arbor, inquit, in heliocamino, vel solario Solem adimat, dicendum erit, quia umbram fecit in loco cui Sol fuit necessarius, contra servitutem impositam fieri. Heliocaminum, inquit Budæus *in pandectis amnot. in Pandect.* ad verbum, solarium formæ dici potest. Est autem solare vaporarium, in aprico situm, ad calorem Solis excipiendum, quo antiqui utebantur. Plin. *in Epiſt. lib.* 2. de dicta quadam loquens, In qua heliocaminus quidam, aliàs xystum, aliàs mare, utraque Solem: cubiculum autem valvis, cryptoporticum fenestris prospicit.

Heliochrysos, herba (ab ἥλιος Sol, & χρυσὸς aurum.)

Hĕlĭodōrus, ἡλιόδωρος. Nomen proprium Rhetoris Græci, cujus meminit Horat. *lib.* 1. *ſerm. Satyr.* 5. Fuit & alter Heliodorus Rhetor Adriani Cæsaris temporibus, Imperatori charissimus, & ab eodem magister epistolarum effectus: in quem extat illud Dionysii Sophistæ lecomma, Pecuniam & honores dare Cæsar potest, Rhetorem efficere non potest.

Heliogabalus, ἡλιογάβαλος. Antonini Caracallæ filius, furtim susceptus ex Scenide Phœnissa filia Mesæ, quæ soror erat Juliæ uxoris Severi. Mesæ enim filiæ duæ erant, Scenis & Mamæa: quarum utramque Antoninus creditur polluisse, atque ex illa quidem Bassianum, qui postea dictus est Heliogabalus, ex hac verò Alexianum suscepisse, qui deinde dictus est Alexander. Mortua deinde Julia, Antoninoque ipso Macrini dolo interfecto, permissum est Mesæ, ut se cum filiabus & nepotibus, rebúsque omnibus suis in patriam reciperet. Polleus itaque opibus mulier, quum Antiochiæ sibi domicilium delegisset, facilè perfecit, ut Bassianus nepos Heliogabali, Dei (eo nomine Syri Solem appellabant) sacris præficeretur, ex cujus sacerdotii munere & ipse Heliogabali nomen invenit. Æstu deinde ætatis ad imperium provectus, virum egit omni mollitiæ, luxuriæque genere effœminatissimum. Postremò quum Alexandrum consobrinum, Cæsarem consortémque imperii declarasset, & mox facti pœnitens eidem insidiaretur, à militibus prævertus, unà cum matre est interfectus. Corpus utriusque per urbis vicos uncо tractum, ludibrióque habitum, tandem in Tyberim est conjectum. Ex Herodiano *lib.* 5.

Heliopolis, ἡλιούπολις. Civitas Ægypti, inter Alexandriam, & Coptum, Solis numini sacra: unde & nomen accepit. Distat à Thebis navigatione dierum novem, ut *lib.* 2. testatur Herod. Hujus incolæ dicuntur Heliopolitæ, quos idem Herodotus Ægyptiorum omnium solertissimos esse tradit. Altera est in Cilicia, Chrysippi Stoici patria, ut author est Solinus.

Heliopus, ἡλίωψ. Nomen herbæ ejusdem cum heliotropio majori, inde dictæ, quòd Solem inspiciat. Vide Marcell. Virg. in Dioscor. *lib.* 4.

Hĕlĭōscŏplon, ἡλιοσκόπιον. Quartum thymali genus est, foliis portulacæ, ramulis stantibus à radice quatuor, aut quinque rubentibus, semipedali altitudine, succi plenis. Nascitur circa oppida, semine albo, columbis gratissimo, quod colligitur incipiente uva. Nomen accepit παρὰ τὸ σκοπεῖν τὸν ἥλιον, hoc est, ab aspiciendo Solem; capita enim cum Sole circumagit. Ex Plin. *lib.* 26. *cap.* 8.

Heliosselinon (quod hic pro apii genere corruptè legebatur) rectiùs scripseris heleoselinon. Est autem heleoselinon apii genus, sativo majus, in paludibus, locisque humidis sponte provenicns: unde & nomen accepit. Nam ἕλος Græcis paludem significat.

Hĕlĭōstrŏphŏn, ἡλιόστροφον. Nomen herbæ quæ alio nomine heliotropium majus appellatur, teste Plin. *lib.* 22. *cap.* 21. Dictum heliostrophon, διὰ τὸ συστρέφειν πρὸς ἥλιον, hoc est, ab eo quod cum sole convertatur.

Hĕlĭocrŏpium, ii. ἡλιοκρόμιον. GALL. *Tornesol, herbe au chanvre.* ITAL. *Girasole.* GERM. *Sonnenwirbel.* HISP. *Tornasol.* Herba solaris: dicta quòd se cum sole circumagat, etiam nubilo die, ac nocte. Varro, Nec minùs admirandum quod fit in floribus, quos vocant heliotropia, ab eo quod Solis ortum manè spectant, & ejus iter ita sequuntur ad occasum, ut ad eum semper spectent. Plin. *lib.* 22. *cap.* 21. duo facit heliotropii genera. Majus in pinguibus tantùm locis cultóque solo nascens, quod & heliostrophon nominat, vulgò, ut creditur, *Caneri flos* appellatus. Et Minus ubique provenicns, quod & tiriticon, & scorpiurum appellat, quòd semen habeat caudam referens scorpionis. Est etiam heliotropium, gemmæ nomen, viridis quidem, sed sanguineis venis distinctæ. Causa nominis est, authore Plin. *lib.* 37. *c.* 10. quòd in vas aquæ dejecta, radios solares accedentes in sanguinis colorem mutare videatur. Extra aquam speculi modo Solis imaginem reddit, ejusque eclipsin prodit, lunam prodeuntem ostendens.

Helis, vide *Elis.*

Helisas (quod hic pro Atticæ fluvio malè legebatur,) vide *Hilissus.*

Hĕlītis, ἑλῖτις, Dioscoridi, squama æris decussatæ ex clavis ex Cyprio ære confectis: quæ subtilissimæ est substantiæ, summámque exiccandi vim habet. Vide Galen. *lib.* 9. *ſimplicium.*

Helius Cæsatius, Neronis adulatione potentissimus fuit, qui Sulpitium Camerinum virum primarium, ejusdemque filium è medio sustulit, crimini dans, quòd quum cognomine hæreditario Pythici dicerentur, in Pythicas Neronis victorias, οἷς ἐφθόνησεν, impii viderentur. Ex Dione Cassio.

Hĕlix, icis, ἕλιξ. Tertium hederæ genus nunquam fructum ferens, folia habens exigua, anguloſa & concinniora, quàm reliqua duo hederarum genera. Vide Plin. *lib.* 16. *cap.* 34. Dicta helix quòd teneribus sarmentis, veluti claviculis quibusdam arbotibus fruticibúsque circumvolvatur. ἕλικας enim Græci claviculas appellant.

Hĕlĭxi, ἑλίκη. Insula Hyperboreorum, non minor Sicilià, sub fluvio Cerambico. Insulani Cerambicæ, κεραμβίδες, dicuntur. Steph.

Hĕlĭrus, ἕλιρος, Cei insulæ fluvius juxta Coessum: cujus meminit Strabo *lib.* 10.

Hĕlĭs,

Hellas, adis. { יון *Javán.* ἰωάν. } Latissima Europæ regio, olim disciplinarum nutrix, quæ alio nomine Græcia dicitur. Initium sumit ad Meridiem ab Isthmi Corinthiaci angustiis, ad Septentrionem in Thessaliam utque protensa: ad Occasum Acheloo fluvio ab Epiro dirimitur: ad Ortum Ægæo mari alluitur. Ptolemæus Achaiam appellat. Dicta Hellas ab eti Hellene Deucalionis filio ut, scribit Thucyd. *lib.* 1.

Hellē, es, ἡ. Filia Athamantis regis Thebarum, quæ una cum Phryxo fratre, novercales insidias metuens, quum accepto à patre aricte Pontum vellet trajicere, magnitudine periculi conterrita, in mare decidit, unique nomen fecit: quod etiam hodie ab ejus nomine Hellespontum vocant eruditi.

Hellĕbŏrus, sive Helleborum, ἐλλέβορος, παρὰ τὸ ἐλᾶν τὰς βορᾶς, quòd esu perimat. Herba est insignem purgandi vim habens, quam Latini Veratrum appellant. Ejus duo sunt genera, album, quod vomitione causas morborum extrahit: & nigrum, per alvum quicquid nocivum est dejiciens: alio nomine Melampodium dictum à Melampode quodam (sive medicus, sive pastor fuerit) qui eo Prœti filias in furorem actas, traditur persanasse. Præcipuus hujus usus est in educendis noxiis humoribus, principis animæ facultatis sedem infestantibus: unde melancholicis & furiosis dari solet, & comitiali morbo laborantibus. Hinc factum est, ut quos cerebro minùs sano esse velimus significare, Helleboro opus esse dicimus, aut Helleborum edere jubeamus. Plin. *lib.* 25. Efficacius helleborum ad vomitiones, & ad bilem nigram extrahendam. Plaut. *in Pseud.* Helleborum hisce hominibus opus est. Masculino genere usus est Virg. 3. *Georg.*

——— *Helleborúmque grave, nigrumque bitumen.*

Colum. *lib.* 10.

*Sed negat helleboros, & noxia galbana succo.*

Apuleius nominis hujus primam vocalem aspirandam putat, etymon credo spectans. Apud Dioscor. tamen cæterósque Græcos, tenui spiritu constanter scribitur. Vide *Elleborus.*

Hellĕbŏrōsus, ἐλλεβορῶν. Dicitur qui plus hellebori sumpsit, quàm par fuit. Plaut. *in Rud.* Helleborosus sum. T. At ego certus. Helleborum enim, si plus æquo sumatur, non mediocre periculum creat: sin minus sumator, magnam ægritudinem levare non potest. Unde stomachatur Persius in imperitos medicos, qui quum modum mistionis ignorarent, non dubitabant tamen rem tam ancipitem, & periculosæ aleæ plenam, non sine gravi sumentium discrimine aggredi.

*Dilue* (inquit) *helleborum certo compescere puncto,*
*Nescius examen: vetat hoc natura medendi.*

{ Angl. *Bearesfoote, an herbe so called.* Gall. *Ellebore.* }

Hellēn. { יון *Javán.* ἰωάν. } Deucalionis filius, à quo Græcos Hellenes nonnulli credunt fuisse nominatos. Author Thucyd. *belli Peloponnesiaci lib.* 1.

Hellēnicum, & Caricum, ἐλληνικὸν καὶ καρικὸν, loci in Memphide, à quibus Hellememphitæ & Caricomemphitæ. Steph.

‖ Hellenismus, Græcismus.

Hellenista, ἑλληνιστής. Græca lingua utens. ‖

Hellenŏpŏlis, Ἑλληνόπολις. Urbs Bithyniæ, post instaurationem Bithabes dicta. Steph.

Hellespōntus, ἑλλήσποντος, vulgò *Stretto di Gallipoli.* Fretum angustum inter Ægæum mare & Propontidem, septem tantùm stadiorum spatio Asiam ab Europa dividens. Nomen habens ab Helle Athamantis filia ibi submersa. Vide *Helle.*

Hellespōntĭcus, ἑλλησποντιακὸς, & Hellespontiacus, a, um, denominativa. Virg. 1. *Georg.*

*Hellespontiaci servet tutela Priapi.*

‖ Helmestadium, *Helmstadt*, urbs Germaniæ, & Academia in Ducatu Brunsvicensi.

Helminthoboranum, ἑλμινθοβόρανον, herbæ genus, cujus usus adversùs lumbricos. ‖

Hēlops, ἕλοψ, piscis delicatissimi saporis, quem Theodorus à Latinis accipenseremappellati putavit. Cui tamen refragatur Ovidii authoritas, qui helopem Italiæ incognitum esse scribit, referente Plin. *lib* 32. *cap.* ult.

Hēlorus, ἑλώρος, & ἑλωρεύς, à longitudine nasi, id est, rostri. Avis est cujus rostrum incurvum, longum, nigri coloris, ungues nigerrimi, pennæ fuscæ, variæ ac maculosæ.

Hēlōrus, Ἕλωρος. Siciliæ fluvius. Virg. 3. *Æneid.*

——— *prapingue solum stagnantis Helori.*

¶ Fuit etiam hoc nomine Iphi filius, qui ab Aiace occisus est in ea pugna, quam Græci cum Telepho Rege Mysorum habuerunt.

Hēlos, ἕλος. Vitium est oleæ peculiare, & quædam quasi Solis inustio, quam Latini nonnulli clavum, alii fungum, quidam etiam pacellam appellant.

Hēlos, Ἕλος urbs Laconiæ, quæ Preleon, & Dorion dicta, quòd in palude sita sit, cujus cives Ἕλειοι, Heluæ, Ἕλιοι, & Eleatæ: & regio ἑλεᾶτις. Est etiam Helos Ægypti.

Helos, locus Atticæ, vide in *Echelidæ.*

Hēlvĕcæ, genus ornamenti Lydii, dictum à colore boum, qui est heluus, hoc est, inter rufum & album. Author Festus.

Hēlvĕcæ, arum. Sunt olera minuta (ut inquit Festus) quoniam helus & heluſa veteres dicebant, pro holus & holera. { ירק *yérák.* λαχανάρια. Gall. *Menues herbes.* Ital. *Herbette.* Germ. Schlechte Kreuter. Hisp. *Menudas yervas.* Angl. *Small colworts.* } Cic. *ad Callum lib.* 7. Fungos, helecias, herbas omnes ita condiunt, ut nihil possit esse suavius.

Hēlvētii, Ἑλουήτιοι, Ptolem. { Gall. *Suisses* Ital. *Suizzari.* Hisp. *Tedescos.* Germ. Die eydgnossen oder Schweitzer. } Fortissimi Galloium populi, inter Rhenum, & Rhodanum fluvios, Juram montem, & Alpes siti: in quatuor olim pagos divisi, quorum eo tempore quo adversùs Cæsarem bellum gerebant, caput erat Aventicum, ut author est Tacitus. Ptolemæus *lib.* 2. *cap.* 9. inter Helvetiorum civitates annumerat & Gannodurum, & Iovum Tiberii. Hodie in tredecim distincti sunt, sive civitates, sive pagi. { Gall. *Cantons.* } quorum nomina sunt, Tigurum, Berna, Lucerna, Uria, Suecia, Sylvania, Togium, Clarona, Basilea, Friburgum, Solodurum, Abbatiscella & Scaphusia. Statum habent populicum, æqua virentes libertate, concordi inter se fœdere adversùs vim omnem externam muniti: unde & Confœderati à quibusdam appellantur: à nonnullis etiam Suicceti: nimirum à Suicia pago, qui primus omnium Austriæ Ducum jugum excussit.

Helvii, populi inter Celtas, monte Gebenna ab Arvernis diviſi, &c. Vide Indicem Martiani in Cæsarem.

Hĕlŭo, ōnis, homo immoderatæ voracitatis, prodigus, gulæ ventrique deditus. { ערל *zalál.* καὶ *sabé.* λαφύσσω, ἀναλίσκω. Gall. *Gourmand, qui devore tout, prodigue.* Ital. *Mangiatore, divoratore, ingordo.* Germ. Ein fraß/ ein schlemmer. Hisp. *Comilon, tragador.* Angl. *A glutton, a ravenour or devourer.* } Heluo (inquit Festus) qui immoderatè bona sua consumit. Ab eluendo. Aspiratur autem, ut aviditas magis exprobretur: sic enim fit vox incitatior. Alii ab *helua*, pro quo antiqui *helue* dixerunt, deducunt: alii ab ἑλίσσω, ut sit idem quod Græcari. Terent. *in Heaut.* At ego (si me metuis) mores cave in te esse istos sentiam. Cl. Quos? C. Si scire vis, ego tibi dicam: Gerro, fraus, heluo, ineptus, ganeo, damnosus. ¶ Cic. per translationem heluonem librorum dixit, pro nimis avido lectore, & qui legendo satiari nequit. Heluo patriæ, per translationem, pro eo qui turpissimo scelerum genere patriam prodit, perdit & infamat, vel patriæ bona prodigit ac devorat. Cic. *pro Sex.* Gurges atque heluo. Idem *in Pisonem.* Heluo impurus. Idem 1. *de lege Agrar.* Heluo immanis, spurcissimus, nequissimus, *pro domo sua, & post reditum in Senatu.*

Hĕlŭāri: Luxuriari, luxuriæ & gulæ operam dare. Cur aspiretur, vide Gell. *cap.* 3. *lib.* 2. { נבל *salah.* λαφύσσειν, ἀναλίσκειν. Gall. *Gourmander, devorer, prodiguer, dissiper tous ses biens en débauches.* Ital. *Divorare, consumare.* Germ. Fräſſen / jächen / schlemmen / prassen. Hisp. *Tragar, gastar.* Angl. *To devour, to ravine lik a glutton.* } Cic. *pro domo sua.* Cur ille gurges, heluatus tecum simul Reipub. sanguinem, ad cœnum tamen extruxit villam in Tusculano viscetibus extarit? Idem *pro Sextio.* Quid? tu meo periculo gurges ac vorago patrimonii heluabere?

Hĕlŭātio, nis, prodigalitas, voracitas, dilapidatio. { λαφυγμὸς, ἀναλίσκησις. Gall. *Gourmandise, prodigalité, débauche.* Ital. *Il divorare, & trangugiare.* Germ. Fräſſerey / schlemmerey. Hisp. *Trago y gasto.* Angl. *Gluttoni, ravening.* } Cic. *post reditum in Senatu.* Cur in lustris & heluationibus hujus calamitosa saltatoris tam eximia virtus tandiu cessavit.

Hĕlŭcŭs, i, significat languidum & semisomnum, & hesterno vino languentem, Author Festus. Sic dicitur ab otii hastu & oscitatione: quanquam Tertullianus *in lib. de corona militis*, pro ipsa potiùs affectione capitis videtur usurpare, qua proclives in somnum reddimur, quam Græci κῶμα appellant. Ejus verba sunt: Liberum eundem apud Ægyptios Osirin, Harpocration industria hederarum argumentatur, quòd hederæ natura sit cerebrum ab heluco defensare.

‖ Hemisextus, sextariolus. Bud. ‖

Heluri, ἕλωροι, à paludibus dicti, ut meminit Dioxippus *lib.* 12. *Chronicorum.* Varinus.

‖ Helus & heluſa, antiqui dicebant, quod nunc holus & holera. ‖

Hĕlŭus: Color medius inter rufum & album. { κιρρόμελας, πολιόχρως. Angl. *Horse flesshe colour.* } Varro *lib.* 2. *de re rustic. cap.* 5. de cotio boum loquens, Cotium, inquit, tractu non asperum ac durum, colore potissimùm nigro, deinde rubro, tertiò heluo, quartò albo.

Hĕlŭŏlus, a, um. { ὑπόκιρρος. Angl. *Horse flesshe colour.* } Quod accedit ad heluum colorem, sed tamen dilutiorem, ut plus ex albo participet quàm ex rufo. Unde heluolæ uvæ dicuntur, quæ ejus sunt coloris. Colum. *lib* 3. *cap.* 2. Sunt & heluolæ quas nonnulli varias vocant, neque purpureæ, neque nigræ: ab heluo (ni fallor) colore vocitatæ.

Hĕlxinē, es. { ἑλξίνη. Gall. *Paritoire, ou Pariétaire, herbe.* Ital. & Hisp. *Parietaria, vitrecla.* Germ. Tag vnd nacht/ein kraut/ S. Peters kraut/ glaßkraut. } Herba est mercurialis foliis habens, eâque hirsuta, cauliculos subtrahentes, & circa eos semina aspera vestibus adhærentia, unde & nomen accepisse volunt. Alio nomine *perdicium* dicitur, quòd perdices ea unicè delectentur. A Romanis urticolatis appellatur, quòd urceis detergendis asperitate sua in primis sit idonea. Nascitur in parietinis sepibus & macriis. Unde & *Parietaria* vulgò appellatur.

Helymus, & Panopes, Aceſtæ regis Siciliæ comites venatores fuerunt. Virg. *lib.* 5. *Æneid.*

*Tum duo Trinacrii juvenes, Helymus Panopésque*
*Assueti sylvis comites senioris Acesta.*

Hem, ab ἔμαν. { חם *hei.* φεῦ. } Interjectio corripientis seipsum, vel indignantis, vel admirantis. Servius Sulpitius *Ciceroni. Epist. lib.* 4. Hem nos homunculi indignamur si quis nostrùm interiit, aut occisus est, quorum, &c. Apul. Hem hominis audaciam. ¶ Quandoque demonstrantis est. Terent. *in Andr.* Hem puer, hercle puer est. ¶ Hem commiserescentis. Idem *in Andr.* estne hic Crito febrinus Chrysidis? Is est. C. ô Mysis salve. M. salvus sis Crito. C. Itane Chrysis? hem. M. nos quidem pol miseras perdidit. Ubi Donatus, Non nunc interrogat, sed commiseratur, & ita sequebatur, ut diceret, perit. ¶ Hem lætitiæ. Ter. *Heaut.* Dic convenisse, & egisse de nuptiis. M. Dicam: quid deinde? C. me facturum esse omnia. Genetum placere, postremò etiam 6 voles. Despondi quoque esse dicito. M. hem istuc volueram. ¶ Demonstrantis. Plaut. *Aul. sc.* 3. *a.* 2. Ostende manus. Hem tibi ecce. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Hem illic habito, *Ibidem sc.* 4. *a.* 2. Hem tibi ecce. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Hem tibi omnem fabulam. *Et Capt. sc.* 1. *a.* 4. Cedo manum. H. Hem manum (id est, ecce, sive en.) *Ibid. sc.* 4. *a.* 3. Aspice ad me T. Hem. *Ibid. & Asin. sc.* 2. *a.* 5. Hem tibi hominem (pro ecce.) Idem *Curc. sc* 2 *a.* 1. Hem tibi anus lepida (id est, ecce, tene.) *Et Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Quam pugnam dabis? P. Hem (id est, ecce docce.) Idem *Amph.* Hem tibi pateram eccam. Idem *Asin sc.* 2. *a.* 2. Quid tum postea? L. Hem ego (id est, ecce tibi dico.) ¶ Fetentis. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 3. Hem ut scias me liberum esse. Hem tibi. *Et Asin. sc.* 4. *a.* 2.

Hem

Hem ergo hoc tibi. Idem *Pseud. sc.2. a.1.* Hem, sic datur. ¶ Item irascentis. Idem *Capt. sc 4. a.3.* Hem rursum tibi. ¶ Idem *Aul. sc.4. a.5.* Hem mater mea, tibi rem potiorem videri. *Ibid. sc.4. a.4.* Hem quid agis. ¶ Hem, ironica interjectio. Terent. *Pherm.* Hem, si quid velis, huic mandes, quod quidem rectè curatum velis. ¶ Hem, respondentis. Terent. *Adelph.* Heus Syre. S. hem quid est?

‖ Hemera, ἡμέρα, dies. ‖

Hēmĕrĕsĭos, } ἡμερήσιος. Gall. *D'un jour.* Ital. *Diurno.* Germ. *Ein tags.* Hisp. *Cosa de un dia.* Angl. *Of a day.* } Adjectivum significans idem quod diurnus: unde tabella quæ uno die picta est à Pamphilo Apellis præceptore, hoc nomine vocata est, cujus meminit Plin. *lib.35. cap.11.* Absolvit uno die, inquit, tabellam, quæ vocata est Hemeresios, puero picto.

Hēmĕrĭs, ἡμερίς. Genus est arboris glandem ferentis, teste Theophrasto, trunco neque erecto, neque lævi, neque excelso, sed exadice in orbem comoso, contorto, sinuoséque, ramorum alis multis, concavo, glande maxima, & post fagum dulcissima. Meminit hujus arboris & Plin. *lib.16. cap.6.* Theodorus Græci vocabuli vim exprimens, Placidam vertit.

‖ Hemero, ἥμερος. Gloss. lege Hemerocœtus, ἡμεροκοίτης, id est, fur nocturnus, qui interdiu dormit. ‖

Hēmĕrŏbĭus, ἡμερόβιος. Vermiculus est ad Hypanim Ponti fluvium, ultra diem unum non vivens. Plin. *lib.11. cap.26.* Hypanis fluvius in Ponto, circa solstitium defert acinorum effigie tenues membranas, quibus erumpit volucre quadrupes suprà dicto modo, nec ultra diem vivit: unde Hemerobion vocatur. ¶ Hemerobii præterea dicuntur homines in diem viventes, quibus crastini nulla est cura, qualis fuisse traditur Diogenes Cynicus, qui præcipuè ideirco hoc nomine fuit appellatus.

Hēmĕrŏcăllĭs, ἡμερόκαλλις. Dioscor. herba est folio & caule lilio simillima, herbacei coloris, ut porrum, flores habens ternos, quaternósve, in singulis scapis erumpentes, lilii modo striatos: qui quum dehiscere cœperunt, in colorem vehementer pallidum immutantur. Nomen accepisse putatur à floris fugacitate, quòd uno tantùm die pulchritudinem suam tueatur. Meminit hujus herbæ & Plin. *lib.21. cap.21.*

Hēmĕrŏdrŏmī. } ἡμεροδρόμοι. Gall. *Courriers, postes.* Ital. *Corrieri.* Germ. *Eilende läuffer, so ein tag weit lauffen, posten.* Hisp. *Correos à correderes.* Angl. *Runners, postes.* } Dicuntur cursores, qui die uno ingens spatium cursu emetiuntur. Liv. *lib.31.* Nisi speculator (hemerodromos vocant Græci) ingens die uno cursu emetiens spatium, contemplatus regium agmen è specula quadam, prægressus nocte media Athenas perveniset. Inter hujusmodi hemerodromos clarissimus fuit Philonides Alexandri Magni cursor.

Hemeroscopium, ἡμεροσκοπεῖον, urbs Celtiberorum, Phocensium colonia. Steph.

‖ Hemi, ἡμι, vocula, sed extra compositionem sic non est usitata. ‖

Hēmĭcrānĭcī. } ἡμικρανικοί. Angl. *Sik of the megrim.* } Sunt qui dimidia parte capitis labotant, qui morbus Græco nomine ἡμικρανία, sive ἡμικρανία appellatur: quemadmodum cephalea, quo totum caput infestatur. Gignitur uterque à sonitu clamoréque vehementiore, aut etiam ab immodico splendore, vel odore, aliisve hujusmodi prævalidis objectis sensum lædentibus.

Hēmĭcyclŭs. } ἡμικύκλιον. Gall. *Demy cercle.* Ital. *Mezzo circhio.* Germ. *Ein halber umbkreiß oder circkel.* Hisp. *La mitad del circulo.* Angl. *Half a circle.* } Latinè semicirculus. Qua voce Mathematici frequenter utuntur. Accipitur etiam pro cathedra semirotunda, facta in medii circuli formam. Cicer. *in Lælio.* Tum memini domi in hemicyclo sedentem.

Hemicynes, ἡμίκυνες, quasi semicanes, Populi non procul à Massagetis, & Hyperboreis, quos Apollonius *in Argonautico* canum ioliar latrare scribit. Steph.

‖ Hemimaris, ἡμιμαρές, *lib.* semipes inversus. ‖

Hēmĭnă, æ, ἡμίνα. Genus est mensuræ, dimidium continens sextarii: à Græco ἥμισυ, quod dimidium significat. Gell. *lib.3. cap.13.* Si ex sextario hemina fusa sit, non dimidium sextarium fusum dicendum est. Plaut. *in Milit.* Neque equidem heminas octo extempsi in urceum. Senec. *cap.14. de tranquill.* Habes, inquis, cur tibi placeas: hemina sanguinis est in tua potestate.

Hēmĭnārĭus, quod heminæ mensuram habet. ἡμινάριος, per translationem accipitur pro exiguo. Quint. *lib.6. cap.5.* Fabius Maximus incusans Augusti congiariorum quæ amicis dabantur exiguitatem, heminaria esse dixit, id est, tenuia & exigua.

Hēmĭŏlĭŏn. ἡμίολιον. Navigii genus, quod à puppi ad malum usque binis remis, à malo ad proram unico tantùm agitatur: cujusmodi sunt, inquit Baysius, quas hodie *Fustas* vocamus.

Hēmĭŏlĭus, ἡμιόλιος. Quædam arithmetica proportio, continens aliquem totum numerum, atque ejus dimidium: ut se habent tres ad duo, & quindecim ad decem. Gell. *lib.18. cap.14.*

Hēmĭŏnĭum, sive hemionitis, ἡμίονον, ἡ ἡμιονῖτις. Herba est dracunculi folio, lunato, radicibus cohærens multis, iisque tenuibus, nunquam flores, neque semen, neque caulem gignens, in petrosis locis nascens, austero sapore. Alio nomine splenium, σπλήνιον, dicitur. Herbariorum plerique *Linguam cervinam* appellant. Officinæ etiam *Scolopendriam.* Omnino tamen alia est à scolopendrio Dioscoridis.

‖ Hemiopus, ἡμίοπος αὐλός, hemiopæ tibiæ, sunt minores iis, quas perfectas dicunt puerilis. ‖

Hēmĭplēxĭă, ἡμιπληξία. Paralysis, semiapoplexia, quum in alteram tantùm partem corporis malum id incubuit: nam quum totum afficitur, apoplexia nominatur.

Hēmĭsphærĭum: Dimidia sphæra, cœli dimidium, quod semper nobis apparet. } ἡμισφαίριον. Gall. *Une demy sphere.* Ital. *Mezza sfera.* Germ. *Ein halbe rugel.* Hisp. *La mitad de la esfera.* Angl. *Half a sphere, or half heaven.* } Varro *de re rust. lib.3. cap.5.* Intrinsecus sub tholo, stella Lucifer interdiu, noctu Hesperus, ita circumeunt ad hemisphærium ac moventur, ut indicent quot sint horæ.

Hēmĭstĭchĭum, versus dimidiatus. } ἡμιστίχιον. Gall. *Demy vers.* Ital. *Mezzo verso.* Germ. *Ein halber vers.* Hisp. *La mitad del verso.* Angl. *Half a verse.* } quasi ἥμισυ στίχου, cujusmodi apud Virgilium aliquot leguntur imperfecta.

} Hemitogium, dimidium togæ, ex Græco *hemi*, & Latino *toga.*

Hemitonium, ἡμιτόνιον, dimidius tonus. ‖

Hēmĭtrĭtæus, ἡμιτριταῖος, semitertiana febris, sic dicta quòd parte aliqua tertianam repræsentet, tertio die, ut illa repetens; non tamen ut illa diem unum perstat integrum, sed inter hostas XXXVI. plus, vel minùs porrigitur. Mart. *lib.12.*

*Cui gravis & fervens hemitritæa erat.*

Morbi ejus naturam & differentias videto apud Galenum *lib.2. de differens. feb. c.8. & 10.*

Hemodes, Insulæ 7. in Oceano Germanico. Hæmodes per æ, mo. is est Liciæ.

Hemosus, odium. Fortè *Helosus*, odiosus. Vide an inde Gallicum *Haineux.*

Hemus, seu potiùs Hæmus, αἷμος, mons in Thracia excelsitate conspicuus, ex cujus vertice vulgata olim opinio fuit, Ponticum simul & Adriaticum mare, & Istrum amnem & Alpes conspici posse: nam excelsitate sua sex millia passuum contmet. Dictus Hæmus, à nomine regis Hæmi, à cujus sorore alter quoque mons Thraciæ, Rhodope nominatur: in quos transfiguratos esse Rhodopen & Hæmum fabulæ canunt. Ovid. *lib.6. Metamorph.*

*Threiciam Rhodopen habet angulus unus, & Hamum,*
*Nunc gelidos montes, mortalia pectora quondam.*

Alii dictum volunt Hæmum ab Hæmo Borea & Orythyiæ filio. Vide *Hamus.* ¶ Est & Hæmus nomen Græculi histrionis, cujus meminit Juven. *Satyr.6.*

——— *Dicas hæc mollius Hamo,*
*Quanquam & Carpophoro, facies tua temptat annos.*

Hendecasyllabus, ἑνδεκασύλλαβος, versus undecim syllabarum: qui & Phalæcius dicitur ab inventore: qualis ille Catullinus,

*Passer deliciæ meæ puellæ.*

Hendiadys, si recentioribus Grammaticis credimus, figura est, quâ unum in duo dividitur: ut apud Virg. 1. *Æneid.*

——— *Molémque & montes insuper altos Imposuit*, id est, moles altorum montium. Sic alibi,

——— *pateris libamus & auro*: id est, pateris aureis

Meminit hujus figuræ Serv. *in 1. lib. Æneid.* Ubi tamen in exemplaribus manuscriptis non hendiadyn legimus, sed ἓν διὰ δυοῖν, hoc est, unum per duo: cui figuræ contraria legitur apud Donat. *in And. Terentii.* quam appellat δύο δι' ἑνός, id est, duo per unum.

Heneti ἐνετοί, Paphlagoniæ populi fuerunt, qui Antenore duce, quum in intimum maris Adriatici sinum venissent, permixti Troianis, omnes uno nomine Heneti appellati sunt. Liv. *lib.1. ab Urbe.* Casibus deinde variis constat Antenorem cum multitudine Henetûm, qui seditione è Paphlagonia pulsi, & sedes & ducem, rege Pylæmene ad Troiam amisso, quærebant, venisse in intimum maris Adriatici sinum, Euganeisque, qui inter mare, Alpésque incolebant, pulsis, Henetos, Troianósque eas tenuisse terras: & in quem primùm egressi sunt locum, Troia vocatur, pagóque inde Troiano nomen: gens universa Heneti, & postea Venetti appellati, aspiratione in V. consonantem immutata.

Heniochi, ἡνίοχοι. Populi Ponticí, Achæis finitimi, latrociniis ac piraticâ victitantes. Originem ac nomen traxisse putantur ab Amphito & Telchio Castoris & Pollucis auriga, teste Plin. *lib.6. cap.5.* Nam ἡνίοχοι Græci aurigas vocant: quasi τὰ ἡνία ἴσχοντες. Vide plura de his apud Strab. *lib.11.*

‖ Henotes, unitas. Tertull.

Henoticum, ἑνωτικόν, edictum de unione Ecclesiarum. Vide Gloss. g.b. Meursii. ‖

Hēpăr, atis. Primum est sanguinis generandi instrumentum, venasque omnium principium: quod Latinè jecur appellatur. } כבד *chabedh.* ἧπαρ. Gall. *Le foye.* Ital. *Fegato.* Germ. *Die läber.* Hisp. *El higado.* Angl. *The liver.* } ¶ Est item hepar nomen piscis ex genere locustarum, cujus meminit Plin. *lib.32. cap.11.* Hepar etiam inter marina ejectamenta hepatis cocti lobum referens, rubrum, porosum, fragile, putidum, quod per mare vagatur, in fundóque cum algis implicitum sæpe piscatorum retibus ac sagenis extrahitur. Est & aliud hepatis longè diversum genus sanguine præditum, de quo Bellon. *in lib. de piscatoribus.*

Hēpătārĭus, a, um: Ad hepar pertinens. } ἡπατικός. Gall. *Appartenant au foye.* Ital. *Cio che a fegato s'appartiene.* Germ. *Das zu der läber gehört.* Hisp. *Cosa perteneciente à higado.* Angl. *That belongeth to the liver.* } Ut, Morbus hepatarius. Plaut. *in Curcul.* Tum te agitat morbus agitat hepatarius.

Hēpătĭcŭs, a, um, ἡπατικός, quod ad hepar pertinet. A Celso *lib.4. cap.9.* hepaticus morbus dicitur, qui à Plauto appellatur hepatarius.

Hēpătĭcī. } ἡπατικοί. Gall. *Hepatiques.* Ital. *Fegatosi.* Germ. *Läbersiechs.* Hisp. *Higadosos.* Angl. *That hath a disease in the liver.* } Qui ex hepate laborant: & propriè ii quibus imbecillum est jecur, sine tumore tamen & dolore. Plin. *lib. 26. cap. 6.* Datur hepaticis in farta cocta.

Hepatites, ἡπατίτης. Gemma est quæ à jecoris figura nomen sortita est. Plin. *lib.37. cap.11.*

Hepatorium, ἡπατόριον. A quibusdam vocatur Eupatorium herba, eo quòd jecori affecto auxilietur. Author Dioscorides *lib.3.* Quanquam non desunt qui hanc nomenclaturam inter eas rejiciendam putent, quæ à doctioribus inter authoris ejus notha meritò annumerantur.

Hepatitis, ἡπατῖτις. Vena ampla, ex cava sive sima hepatis parte emergens, omnes mesaraï venas excipiens. Vulgus *Hepatis portas* appellat.

Hepatizon, ἡπατίζον. Ætis temperamentum, jecinoris colorem referens, magno olim in pretio habitum. Plin. *lib.14. cap.2.* Præter hæc est, cujus ratio non potest reddi, quanquam hominis manu facta dederit fortuna temperamentum simulachro signisque, illud suo colore pretiosum ad jecinoris imaginem vergens, quod ideò hepatizon appellant, procul à Corinthio, longè tamen ante Ægineticum atque Deliacum, quæ diu obtinuêre principatum.

‖ Hepato

¶ Heuparotium, vide *Eupatorium.*¶

Hephæstias, dis, ἡφαιστιάς, Urbs Lemni insulæ, in Orientali tractu sita, nonnihil tamen distans à mari. Ita dicta à Vulcano, quem Græci ἥφαιστον appellant, cujus in hac urbe insigne olim fuit templum, quod ἡφαιστεῖον etiam vocabant. Juxta hanc quoque urbem collis ostenditur, Vulcani (ut credi volunt) casu nobilitatus. Ferunt enim Vulcanum à Junone ob insignem deformitatem è cœlo præcipitatum, in collem illum decidisse. Cujus fabulæ occasio inde sumpta est, quòd totus hic collis combusto similimus videatur, neque planta ulla in eo germinet. Ex hoc colle effodiebatur Lemnia terra, Dioscoridis & Galeni scriptis magnopere celebrata. Urbis hujus meminit Ptolemæus *Geographiæ suæ lib.* 3. & Galen. *lib. 9. simplic. medicament.*

Hephæstiõn, is, ἡφαιστίων. Unus ex Alexandri Magni ducibus mitum in modum ab eo amatus, quem ille ita cum Cratero conferebat, ut hunc quidem φιλαλέξανδρον, Hephæstionem verò φιλοίφαιστον appellaret. Hunc postea apud Babylonem vita functum tanta funeris magnificentia prosequutus est, ut facilè omnes, quæ toto terrarum orbe editæ sunt, pompas superaret. Fertur siquidem in funus hoc impensa supra duodecim talentorum millia. Vide Qu. Curt. & Plut. *in vita Alexandri.*

Hephæsition, locus Lyciæ mirabilis. Senec. *epist.* 80.

Hephæstitēs, ἡφαιστίτης. Gemma est rutili coloris, naturam speculi habens in reddendis imaginibus: dicta ἀπὸ τοῦ ἥφαιστου, hoc est, à Vulcano, sive quòd ignei sit coloris, sive quòd materiam aridam in Sole accendat. Vide Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Hephæstiones, id est, Vulcani insulæ, regioni Adiabenæ adnumerantur. Steph.

Hephæstus, ἥφαιστος. Proprium viri, & nomen Vulcani.

Hēpĭālūs, ἑπίαλος. GALL. *Vn papillon.* ITAL. *Farfalla.* GERM. *Ein mucke oder pfeiffholter so vmb die liechter fliegen.* HISP. *Mariposa.* ANGL. *A flie which flieth in the flamme of the candell.* ¶ Papilio qui in luceinarum luminibus advolat. Epialus autem spiritu tenui, genus est febris: de quo vide suprà suo loco.

Hē, lum, ἑπτη, orbs Thryphillix (Steph.) ab Elcis acquisita.

Hēpsēmă, ἑψημα. Mustum ad tertiam partem decoctum, quod & sapam appellant. Plin. *lib.* 14. *cap.* 9.

¶ Hepta, ἑπτὰ, septem numeri pluralis, generis omnis.¶

Hĕptācōmētæ, ἑπτακωμῆται. Populi supra Colchidem, Moschicorum montium summa incolentes: ita dicti à septem vicis, quos inhabitant. Author Strab. *lib.* 12.

¶ Heptachordus, septem chordas habens.¶

Hĕptăgōnæ, ἑπτάγωνον. Nomen loci apud Liv. *lib.* 34. quod roboris in exercitu erat, trifariam divisum, parte una à Phœnice, altera à Dictynneo, tertia ab eo loco, quem Hepragonias appellant, aggredi jubet.

Hĕptăphōnŏs, substantivum, ἑπτάφωνος, porticus est Olympiæ, ea arte confecta, ut eadem vox in ea septies reddatur. Plin. *lib.* 36. *cap.* 15. Olympiæ autem arte mirabili modo in porticu, quam appellant Heptaphonon vocant, quæ iisdem septies vox redditur.

Hĕptăpleūrŏs, ἑπταπλεύρος: Plantaginis species est, foliis septem lateribus modo inclusa: unde & nomen habet. Author Plin. *lib.* 23. *cap.* 8.

Hĕptăporŭs, ἑπτάπορος. Rhesi Troadis fluvii epitheton est apud Homerum *lib.* 12. *Iliad.* à natura ejus fluvii tractum, quòd septies eadem via vado trajici posset. Vide Strab. *lib.* 13.

Hĕptăpylos, ἑπτάπυλος. Thebarum Bœoticarum epitheton, à septem portarum numero dictum: idque ad discrimen Thebarum Ægyptiarum, quæ à numero centum portarum ἑκατόμπυλοι dicebantur.

¶ Heptateuchus, ἑπτάτευχος, septem τεύχη habens, id est, volumina.

Heptapharmacum, ἑπτάφαρμακον, medicamentum laxans, suppurans, carnemque gignens.

Heptaphyllum, ἑπτάφυλλον, herba dicta à septem φύλλοις, id est, foliis: bis terna.

Heptaplearum, ἑπτάπλευρον, plantago.

Heptapylus, ἑπτάπυλος, septem πύλας, i.e. portas habens.

Heptazonus, a, um, ἑπτάζωνος, ον, septem zonas habens.¶

Hĕphthĕmīmĕrĭs, ἑφθημιμερὶς. Est cæsuræ genus, quam post tres pedes supereft syllaba terminans partem orationis: quæ interdum etiamsi naturâ brevis sit, licentiâ tamen poëticâ invenitur producta. Virg. 3. *Æneid.*

*Dona dehinc auro gravia, sectôque elephanto*
*Imperat ad naves ferri.*

Idem 12. *Æneid.*

*Congredior, fer sacra pater, & concipe fœdus.*

¶ Componitur autem hephthemimeris ab ἑπτὰ septem, ἥμισυ semis, & μερὶς divisio, vel pars, quasi dicas septimam dimidiam divisionem, vel dimidium septem pedum.

Hĕptērēs, ἑπτήρης. GALL. *Vn navire ayant sept tireurs en rameurs en chasque bane.* ITAL. *Nave de sette rami per banco.* GERM. *Ein schiff so an einer seitten ordnung siben ruder haben.* HISP. *Nave de siete ordenes.* ANGL. *A shipe with seven rank of rollers.* ¶ Navis est septem habens remorum ordines. Liv. 37. Regia classis septem & triginta majoris formæ navium erat: in quibus tres hepteres, & quatuor hexeres habebat, præter has, decem triremes erant: & it adesse hostes ex specula quadam cognovêre. *Ibid.* Maximè exterruit hepteres regia, à minore Rhodia navi uno ictu demersa.

Hērā, ἥρα, Junonis nomen apud Græcos. Unde Heræa, ἡραῖα, ipsius festa: & Heræum, ἡραῖον, templum ejus appellant. Sed in hac significatione producit penultimam, quum apud Græcos scribatur per η vocalem longam. Unde ἀδμήτου ἥρη, apud Homerum aliquoties legitur in fine versus.

Hērā, vide *Herus.*

Hēraclēa, ἡράκλεια. Multæ fuerunt hoc nomine urbes: inter quas maximè insignis fuit ea quæ Ponticæ cognominata fuit, ad Pontum Euxinum sita, juxta Mariandinos: à qua Dionysius philosophus, Zenonis discipulus, Heracleotes à Cicer. *in Tusc.* appellatus est. ¶ Heraclea item magnæ Græciæ civitas, in finibus Italiæ, inter Siris & Acinum amnes, non procul à Crotone, aliquando Siris appellata, teste Plin. *lib.* 3. *cap.* 11. Fuit præterea aliud ejusdem nominis oppidum, citra Caspios montes, non procul ab Oxo amne, qui Margianam Sogdianamque irrigat, ab Alexandro Magno primùm conditum: quod deinde eversum Antiochus restituit, & Achaïda appellavit, ut refert idem Plin. *lib.* 6. *cap.* 16. ¶ Est & Heraclea in Caria, apud eundem *lib.* 5. *cap.* 25. ¶ Item alia in Sicilia, medio ferè spatio sita inter Lilybæum, & Pachinum promontoria: cujus meminit Pomponius Mela *lib.* 2. *in descriptione Siciliæ.* ¶ Est & Heraclea Cretæ, apud Plin. *lib.* 4. *cap.* 12. ¶ Item alia in Narbonensi Gallia, ad ostium Rhodani, apud eundem Plin. *lib.* 3. *cap.* 4. ¶ Fuerunt & aliquot alia ejusdem nominis oppida, quæ commemorantur à Steph.

Hēraclēōtēs, sive Heracleota, ἡρακλεώτης, Gentile ab Heraclea urbe deductum nomen. Cic. 2. *Tusc. quæst.*

Hēraclēōtĭcēus, a, um, ἡρακλεωτικὸς, denominativum, ut Heracleotici cancri, apud Plin. *lib.* 9. *cap.* 31. Heracleoticum origanum, apud eundem *lib.* 15, *cap.* 4. Heracleoticum ostium Nili, quod alio nomine Nauctaticon appellatur, apud eundem *lib.* 5. *cap.* 10. Heracleotica nux, quæ est avellana. Vide in dictione *Juglans.*

Hēraclēōbūcŏli, ἡρακλεοβουκόλοι, vicus *mentitus*, in Ægypto.

Hēraclēon, nis, ἡρακλέων, Grammaticus Ægyptius, qui scripsit commentarios in Homerum, & Lyricos quosdam Poëtas: item alia quædam quæ enumerantur à Suida.

Hēraclēōpŏlis, ἡρακλεόπολις Stephano. Oppidum est in insula quadam Nili, longa 12. M. pass. quod à Plin. *lib.* 5. *cap.* 9. Herculis oppidum appellatur. Hinc Heracleopolites præfectura, apud eundem Plinium *loco jam citato*, Stephanus duo alia enumerat ejusdem nominis oppida, quorum alterum juxta Pelusium, alterum juxta Canopicum Nili ostia collocat. Est & alia in Ægypto civitas, ex qua fuit Theophanes Physicus. Vide & infrà.

Hēraclēon, sive Heraclēon, ἡράκλειον. Panacis species est, ab Hercule inventa, quamalii origanum Heracleoticum sylvestre dicunt: quoniam est origano simile, ut testatur Plin. *lib.* 25. *cap.* 4. Est & alia herba Heracleon fidetion, caule tenui, digitorum quatuor altitudine, flore puniceo, foliis coriandri, juxta amnes & lacus nascens, & omnia vulnera ferro illata efficacissimè sanans. Author Plin. *lib.* 25. *cap.* 5.

Hēraclēōpŏlis, ἡρακλεόπολις. Nomen trium urbium. Una est in Ægypto, ex qua fuit Theophanes physicus: altera non longè à Pelusio: tertia secundùm Nili ostium, quod Canopicum appellatur.

Hēraclīdēs, ἡρακλείδης. Insignis Philosophus fuit ex Heraclea Ponti civitate, Platonis & Aristotelis auditor, vir insigni ingenio, sed habitu adeò molli ut pro Pontico Pompeius diceretur. Author Laërtius. Reliquit ingenii sui monumenta non pauca, quæ non extant. Hujus meminit & Cicer. 5. *Tusc.* ¶ Fuit præterea hoc nomine Lyciæ quidam Sophista non ignobilis, qui quum aliquandiu Smyrnæ docuisset, Severi principatu se Romam contulit: coram quo ex tempore dicturus, perturbatus nobilitate auditorum, sermone excidit. Solus sophistarum ad hanc artem industria & labore, natura minimè juvante contendit. Hæc ex Philostrato. Heraclides alius fuit è Mopso, civitate Ciliciæ, Grammaticus nobilis, ut scribit Stephanus. ¶ Alius præterea pictor nobilis Macedo, qui initio haves pinxit: captóque Perseo à Paulo Æmilio Athenas commigravit, eodem tempore quo & Metrodorus Philosophus & pictor. Plin. *lib.* 35. *cap.* 11. ¶ Fuerunt & multi alii Heraclidæ ingenio & doctrina insignes.

Hēraclītus, ἡράκλειτος. Nomen proprium Philosophi Ephesii, qui ut tradit Suidas, nullum invenitur habuisse præceptorem: tantùm natura & diligentia sola profecit. Quidam tamen audivisse Xenocratem & Hippasum Pythagoricum volunt. Floruit temporibus ultimi Darii. Scripsit perobscurè multa quæ ab Aristotele sæpe pro testimoniis citantur. De hoc sic scribit Cic. *lib.* 4. *Tusc. quæst.* Et apud Heraclitum physicum de principe Ephesiorum Hermodoro, Universos ait Ephesios esse multandos, quòd quum civitate expellerent Hermodorum, ita locuti sunt, Nemo de nobis unus excellat: sin quis extiterit, alio in loco, & apud alios sit. Hæc ille. Hunc, aiunt, cùm hydropicus esset, spretis mediciis, oblitum bubulo sevo soli siccandum se præbuisse, dormientémque à canibus dilaceratum esse. Suidas. Hic quoties domo egrediebatur, flebat, sicut Democritus ridebat: quòd alteri omnia quæ agimus, digna fletu: alteri inepta viderentur. Horum meminit Cicer. *lib.* 4. *Acad.* Cognominatus est σκοτεινὸς, quasi tenebricosus. De industria enim adeò obscurabat stylum, ut ejus volumina philosophi sudantes vix intelligant. Hujus dictionis penultima syllaba perperam corripitur, quum scribatur per η diphthongum. Lucret. *lib.* 1.

*Heraclitus init quorum dux agmina primus.*

¶ Fuerunt alii quatuor Heracliti: primus, poëta Lyricus: secundus, Halicarnassæus, summæ elegantiæ: tertius Lesbius, qui Macedonum scripsit historiam: quartus, vir ridiculus.

Hēraclĭus, lapis, sive Heracleus. ¶ ἡράκλεια λίθος, εἶδος μαγνήτιδος Suidæ. GALL. *Aimant, ou pierre de touche.* ITAL. *Calamita, pietra da provar l'oro.* GERM. *Ein magnet oder ein goldstein probierstein.* HISP. *Piedra iman, ò el toque de oro.* ANGL. *The lodestone that hath propertie to draw yron to it.* ¶ Lapis occulta quadam naturæ vi ferrum ad se trahens, qui & magnes dicitur. Plin. *lib.* 36. *cap.* 36. Quid ferri duritia pugnacius? sed cedit & patitur moras. Trahitur namque à magnete lapide: domitrix illa rerum materia ad inane nescio quid currit: ut propiùs venit, ecce tur, assilitque, & complexu hæret: Sideritin ob hoc alio nomine appellant, quidam Heraclion, hæc ille. Rationem autem nominis hanc afferunt, quòd primùm inventus sit circa Heracleam Magnesiæ civitatem. Meminit hujus lapidis & Galenus *lib.* 9 *simplic.* Est & ad quem auri bonitatem exploramus, quem & Lydium, & Coticulam appellamus. Plin. *cap.* 33. *cap.* 8. Auri, argentique mentionem comitatur lapis, quem coticulam appellant, quondam non solitus inveniri, nisi in flumine Tmolo (ut author est Theophr.) nunc verò passim: quem alii Heraclium, alii Lydium vocant. Sunt autem modici, quaternas uncias longitudinis, binásque latitudinis non excedentes. His coticulis periti, quum è vena limâ rapuerint

rapuerint experimentum, protinus dicunt quantum auri sit in ea, quantum argenti, vel æris, scrupulari differentia mirabili ratione non fallente. ¶ Hinc Heraclius sapit, πρὸς ἡγεμονίαν, proverbium est in eos qui vehementes acri, exactóque judicio essent. Refertur à Theophr.

Hĕrăclĭus, ἡγεμὼν. Imperatoris proprium. Phocæ successoris, sub cujus imperio Saraceni Mahumete duce caput attollere cœperunt.

Hĕræa, ἡραία. Arcadiæ oppidum, apud Plin. *lib.4.cap.6.*

Hĕræum, vel Hereus murus, ἡραῖον, ἡραῖον τεῖχος. Thraciæ oppidum, apud Stephanum. Heræum item Græci vocant templum Junonis quam ἥρην appellant.

Hĕrbă, æ, quibusdam ab herendo dicitur. { עשב *hésheb*, דשא *deshé*, ירק *jarák*, χόρτος, πόα. GALL. *Herbe.* ITAL. *Herba.* GERM. *Kraut.* HISP. *Yerva.* ANGL. *An hearbe grasse, or wede.*} Herba solemus appellare, quòd ab radice foliacum sine caudice proveniat, sæpiúsque semen sine caule ferat, ut frumenta & olera. Ovid.1. *Metam.*

——— *inque sole, quod texerat herba, jacebat.*

Virg.9. *Eclog.*

*Quis caneret nymphas? quis humum florentibus herbis*
*Spargeret? aut viridi fontes induceret umbra?*

Plaut. *Pœnul.sc.2. a.3.* Quas herbas pecudes non edunt. Idem *sc.1. a.1.* Quasi solitarias herbas, paulisper fui. Idem *sc.2.a.3.* Boves convivas faciunt, herbasque oggerunt. Eas herbas postò aliis herbis condiunt. Tibull. *lib.4.*

——— ——— *Apta vel herbis.*

*Aptaque vel cantu veteres mutare figuras.*

¶ Herbam porrigere. Sive Dare herbam, ritum est proverbium, pro eo quod est, se victum fateri, & adversarium suum victorem agnoscere. Tractum (ut indicat Festus) ab eo, quod olim pastores curiùs certantes, quum superati essent, herbam ex eodem loco statim decerptam adversario porrigebant, victoriæ agnitæ symbolum. Nonius, Herbam veteres palmam, vel victoriam dici voluerunt. Virg. 3. *Georg.*

——— *atque immemor herbæ*
*Victus equus.*

Accius *Meleagro.* Gaudent, currum, celebrant, herbam conferunt, donant, tenent pro se quisque. Hæc ille. ¶ In herbis esse, proverbii quadam specie dicuntur, quæ nondum maturuerunt, sed spem modò bonam de se præbent. Cic.

Hĕrbŭlă, æ, diminutivum. {τὸ ποάριον, τὸ πόριον. GALL. *Herbette, petite herbe.* ITAL. *Herbetta.* GERM. Ein treutlin. HISP. *Pequeña yerva.* ANGL. *A litle hearbe or wede.*} Cic.2. *de nat. deor.* Cervæque ante partum perpurgant se quadam herbula quæ Selelis dicitur.

Hĕrbăcĕŭs, a, um: quod est ex herba. { ποώδης, πόϊνος. GALL. *Fait d'herbes, ou resemblant à l'herbe.* ITAL. *Di herba.* GERM. Dim von treutern ist. HISP. *Cosa de materia de yerva.* ANGL. *Made of herbes.*} ut, Corona herbacea: aut quod in herbam excrescit & assurgit. Plin. *lib* 12. *cap.*13. Herbaceum amomum perit.

Hĕrbĕŭs, a, um. Viridis, vel herbæ colorem habens. { ירק *jarák*. πόϊνος, χορταῖος. GALL. *Resemblant à l'herbe verde, verd comme pré.* ITAL. *Verde, di color d'herba.* GERM. Kreutergrün/ grasigrun. HISP. *Cosa de color de yerva, cosa verde de color.* ANG. *Grene lik an hearbe.*} Plaut. *in Curc.sc.1.a.2.* Quis hic est homo, cum collativo ventre, atque oculis herbeis.

Hĕrbārĭŭs, a, um: quod ad herbas pertinet. { βοτανικὸς. GALL. *Appartenant aux herbes.* ITAL. *Cio ch' all' herbe s'appartiene.* GERM. Daß zu dem kraut gehört. HISP. *Cosa pertenesciente à las yervas.* ANGL. *That belongeth to hearbes.*} Inde Herbaria ars dicitur, quia herbarum vires dignoscimus. Herbariam substantivè dixit Plin. *lib.7.c.56.* Herbariam, & medicamentariam à Chirone Saturni & Phyllyræ filio, &c.

Hĕrbārĭŭs, substantivum, qui herbas, earúmque vires cognoscit, & ex iis medicamenta efficit. Item dicitur qui herbas vendit. GALL. *Vendeur d'herbes.* { βοτανοπώλης. GALL. *Un herbier, expert aux simples à les emillir.* ITAL. *Herbolaio, herbolivolo.* GERM. Ein krutler/ der sich auff die kreuter versteht. HISP. *El herbolario.* ANGL. *That hath skill of the hearbes.*} Plin. *lib.* 2. *cap.*37. Dalion herbarius partu-rientibus ex eo cataplasma imposuit cum opio.

‖ Herbasco, est herbâ vestior, herbâ ornor, in herbam vertor, herbas genero.

Herbaticus, βοτανικός. Gloss. ad herbas pertinens. ‖

Hĕrbĭfĕr, a, um: Herbas efferens. { βοτανοφόρος. GALL. *Qui porte force herbe & force verdure, herbu.* ITAL. *Herboso, che produce herbe.* GERM. Das kraut tregt. HISP. *Lo que trae ò cria ò tiene yervas.* ANGL. *That bringeth or beareth hearbes.*} Plin. *lib.* 25. *cap.*8. Alioqui herbiferum esse & Pelium montem in Thessalia. Ovid. 4. *Fast.*

*Præterit & ripas herbifer Atci suas.*

Hĕrbĭlis, e, quod herba pastum est, ut Anseres herbiles, quos Festus majores esse asserit, quàm qui frugibus alti sunt.

‖ Herbeo, esse, vel fieri herbosum, vel viridem. ‖

Hĕrbĕsco, is, ere. Diomedes *lib.*1. Est herbam efferre, vel in herbam converti. { βοτανίζω. GALL. *Devenir en herbe, se convertir en verdure.* ITAL. *Produrre herba, herbeggiare, convertirsi in herba.* GERM. Jn ein kraut wachsen / zu kraut wachsen. HISP. *Hervescer.* ANGL. *To waxe grene lyk the graße or to waxe to an hearbe.*} Cicer. *de senect.* Terra semen tepefactum complexu suo diffundit, & elicit herbescentem ex eo viriditatem, quæ mira fibris stirpium sensim adolescit. Pro eodem etiam apud Plin. legitur *Herbascere.* Ita enim ait *lib.*18. *cap.*8. Quin & ovillo simo nominatim uti: quoniam aliud herbascere, hoc est, herbas emittere.

Hĕrbōsŭs, a, um: Herbis abundans. { βοτανώδης. GALL. *Herbu, abondant en herbes.* ITAL. & HISP. *Herboso.* GERM. Grasächtig / voll kraut. ANGL. *Full of hearbes or wedes.*} Plin. *lib.*35. *cap.* 4. Ulex siccatus uritur, & cinis ejus lavatur, substrato cæspite herboso, ut fidat aurum. Ovid.4. *Metam.*

*Solvitur herboso religatus ab aggere funis.*

Idem 4. *Fast.*

*Non pudet herbosum, dixit, posuisse Moretum.*



Hĕrbĭgrădŭs, cochlea quæ super herbam graditur. Cic.1. *de divin.*

Hĕrbĭdus, a, um: Herbosus, plenus herbis, χορτώδης. ANGL. *Grene, full of hearbes or grasse.*} Plin. *in Epist.* Nulla in hoc navis (facer enim est) sed innatant insulæ herbidæ, omnes arundine & junco vectæ. Herbidus color, est qui herbam refert, hoc est, viridis, apud Plin. *lib.*12. *cap.*14. Herbidæ segetes. Colum. *lib.*2. *cap.*6. Herbidus locus, vel campus. Liv.1. *ab Urbe. cap.*9.

‖ Herbĭtum, locus in quo herbæ nascuntur. ‖

Herbanum, Tusciæ oppidum, apud Plin. *lib.*3. *cap.*5.

Herbipolis, urbs Franconiæ Episcopalis, vulgò Wirtzburg. Habet Academiam nostrâ ætate Julio Episc. excitatam. Herbipolensis E. gaudet titulo Ducis Franconiæ Orientalis.

Hĕrbĭtă, ἡρβίτα Ptolemæo. Siciliæ urbs est, à qua Herbitenses populi, quorum meminit Plin. *lib.*3. *cap.*8. hodie S. Nicolaum vocant.

Hĕrcēĭus, ἡρκεῖος, dictus est Jupiter, quem etiam Penetralem vocabant, quòd tecta conseptum domus cujusque colebatur. Græcè enim ἕρκος septum, claustrúmque nominatur. Ovid. *in Ibin,*

*Cui nil Herceii profuit ara Jovis.*

Hercilia. Plutarch. *in Rom.*

Hĕrcīscĕrĕ, vide *Ercisceres.*

Hĕrcius, ἕρκιος, vel ἕρκειος. Septum quod portis objicitur, ut porta cataracta, sive pendula ac recidens Livio. Cæs. *bell. civil. lib.*3. Etsi objectus portis Eritius. Et infrà, Exitiosóque Eritio: ubi legendum, Hercius & Hercio.

Hĕrculānum, ἡρκλάνον, fuit Campaniæ oppidum juxta Pompeios, apud Plin. *lib.*3. *cap.*5.

Hĕrculēĭus, ἡρκλεῖος. Vir Romanus, qui Marianas partes fovit cum Sertorio.

Hercŭlē, & Hercle, Hercules, Mehercules, & Mehercule, adverbia sunt jurandi, ab Hercule deducta: quasi dicas per Herculem, νὴ τὸν ἡρακλέα. Ter. *in Eunuch.* Hercle hoc factum est. Cælius *Cic. lib.* 8. Et hercule confecta omnia fœdè & inhonestè sunt. Idem *de clar. Orat.* Et Hercules hæ quidem extant. Idem *pro Plancio*, Verè mehercules dicam. Idem *Cælio, lib.*2. Mehercule magex cura est Ædilitas tua. Idem *de Oratore*, Libentiùs dixerim Mehercule, quàm Mehercules. Plaut. *Most. sc.*3. *a.*1. Benè hercle factum. *Ibid. sc.*1. *a.*1. Cis hercle paucas tempestates. Idem *Men. sc.*2. *a.*2. & *sc.*4. *a.*3. Mones quidem hercle rectè. *Ibid. sc.*2. *a.*3. Hercle tandem uxorem abigi. *Ibid. sc.*1. *a.*1. Nunquam hercle aufugiet. *Ibid. sc.*2. *a.*5. Heu hercle morbum acrem & durum! *Ibid. sc.*5. *a.* 5. Obtecto hercle quicquid factutus face. Idem *Sten. sc.*7. *a.*5. Credo hercle vobis. *Ibid. sc.*2. *a.*3. Ego hercle verò. ¶ Item initio scenæ apud Plaut. *Asin. sc.*2. *a.*2. Hercle verò Litane. ¶ Næ hercle, vide *Næ.* Idem *Stilit. sc.* 5. *a.*2. Hercle, opinor, ea videtur. Idem *Milit. sc.*3. *a.*2. Quid domi? P. Domi hercle verò. ¶ Verùm hercle verò, tùm recogito (i. vetùm enim verò.) Idem *Curc. sc.*2. *a* 3.

Hercules, ἡρακλῆς. Jovis & Alcmenæ filius, qui ob fortitudinem & gloriam creditus est inter deos relatus. Ovid. 13. *Metam.*

*Mœnia qui serti Troiana sub Hercule cepit.*

Plaut. *Menæch. sc.*3. *a.*1. Hercules ab Hippolyta rapuit succingulum. Idem *Curc. sc* 3. *a.*2. Jovemo meam almum nutricem, Herculem jacto basilicum. ¶ Herculem non jurabant mulieres, & cur, docet Gell. *cap.*6. *lib.*11. Item, Herculano sacrificio abstinebant. Idem *ibidem.* Cic. *lib.*3. *de natur. Deor.* Sex hoc nomine fuisse appellatos commemorat: primus fuit, qui certavit cum Apolline de tripode. Alter, Nilo natus, Ægyptius, quem aiunt Phrygias literas conscripsisse. Tertius, ex Idæis Dactylis, cui inferias afferunt. Quartus, Jovis filius, ex Asteria Latonæ sorore, qui Tyri colitur, filiamque habuit Carthaginem. Quintus, in India, qui & Belus dicitur. Sextus, Thebanus, ex Alcmena & Jove tertio genitus, cui aliorum res præclarè gestas assignant. Herodotus scribit, Herculem unum esse ex duodecim diis Ægyptiorum, Græcósque ab Ægyptiis hoc nomen mutuatos, indidisse filio Amphitryonis. Varr. XLIV. Hercules nominat. Verumtamen omnes, qui robore præstiterunt, hoc nomine ab Hercule Alcmenæ filio appellatos fuisse affirmat. Macrob. *lib.*1. *Sat. c.*20. asserit Herculem esse Solem. Et revera, inquit, Herculem Solem esse, vel ex nomine claret. Ἡρακλῆς enim quid aliud est nisi ἄρης, id est, æris, & κλέος, gloria? Quæ porrò alia ærtis gloria, nisi Solis illuminatio est, cujus recessu, profunditate spiritus occultitur tenebrarum? Duodecim autem illi labores, quos Hercules creditur confeciss̄e, nihil aliud significant quàm XII. signa Zodiaci, quæ Sol singulis annis conficit. Sed de hoc vide plura apud Macrobium. Herculem autem Alcmenes filium maximè nobilitavit implacabile Junonis odium, quæ quòd ex pellice natus esset, perdere illum cupiens, novis semper monstris objecit: quæ res expectationem ejus maximè fefellit. Ille enim semper victoriam referens, immortale sibi decus peperit, adeò ut illa priùs jubendo, quàm hic laborando defatigaretur. Quo factum, est ut licèt multi fuerint Hercules, qui variis temporibus floruerint, omnes heroïca virtute, rerúmque gestarum magnitudine insignes, tamen huic uni reliquorum omnium labores tribuantur: quotum quando nusquâ non mentio occurrit, visum est celebertimos aliquot subjicere. Primò itaque quum adhuc in cunabulis jaceret, geminos angues à Junone immissos elisit. II. Thespitii filias numero quinquaginta adhuc puer, sed corporis robore præstans, una nocte compressit, susceptique quinquaginta filios quos Thespiadas vocaverunt. III. Jam adultus hydram colubris & capitibus pullulantem, face & ferro in Lernæa palude oppressit. IV. Cervam æripedem, aureáque habentem cornua, in Menelao monte cursu comprehendit, atque interfecit. V. In Nemea sylva juxta Cleonas insitatæ magnitudinis leonem jugulavit, & detractam pellem pro insigni gestavit. VI. Diomedem Thraciæ regem, qui equos suos hospitum carnibus & sanguine pascebat, devicit: victúmque ipsius equis in pabulum dedit. VII. in Erymantho Arcadiæ monte terribilem aprum, & omnia circa illum locum devastantem cepit, eúmque vivum ad Eurystheum attulit. VIII. Stymphalides aves sagittis, ut quidam volunt, interfecit; ut alii, sonitu æhenei crepitaculi usque ad insulam Aretiada fugavit. IX. Taurum (cui Neptunus furorem immiserat, eo quòd Minos Neptuno sacrificaturus, optasset victimam majestate illius dignam: cui quum pulchertimus,

cherrimus taurus ab eodem deo fuisset oblatus, ipsum Minos servare voluisset) insulam Cretam fere totam devastantem domuit, cúmque vectum ad Eurystheum attulit: qui postea cum Atticæ regione finitimis, cui plurimum damni intulit: sed à Theseo interfectus fuit apud Marathonem, ut canit Ovid. *lib. Metam.* 7. x. Achelouum superavit, ut suprà dictum est. xi. Busiridem Ægypti regem hospites suos macrantem occidit. xii. Antæum gigantem in Libya luctando victum suffocavit. xiii. Calpen & Abylam montes antea conjunctos divisit. xiv. Autæ mala in Hesperidum hortis, interempto prius dracone pervigili, quæ ea custodiebat, sustulit. xv. Cælum jam fesso & succumbente pondere Atlante, humeris tulit. xvi. Geryonem Hispaniæ regem tricorporem bello superavit, ejúsque armenta abduxit. xvii. Cacum latronem, Vulcani filium, semihominem, & flammivomum oppressit. xviii. Lacinum latronem, extremam Italiæ oram infestantem sustulit, ibique Junoni templum constituit, quod Junonis Laciniæ appellavit. xix. Albionem & Bergionem iter ipsius impedientes, haud longè ab ostio Rhodani, à Jove patre lapidum imbre adjutus devicit. xx. Pyrechmum Euboicæ regem Bœotiis bellum inferentem profligavit, cumque pullis equinis alligatum in diversas partes discerpsit. xxi. Centauros domuit. xxii. Augiæ stabulum repurgavit, vide suprà. xxiii. Hesionem Laomedontis filiam monstro marino expositam liberavit, occiso prius cete. Sed cum Laomedon equos præstantissimos in præmium isti pollicitus denegaret, Hercules indignatus, Troiam evertit: & occiso rege, Hesionem Telamoni, qui primus murum conscenderat, in prædæ partem concessit. xxiv. Diripuit insulam Cón, regémque Eurypilum cum uxore & liberis trucidavit. Vide suprà in dictione Cós. xxv. Amazones debellavit, earúmque reginam Hippolytem cepit, cui baltheum abstulit, Eurystheóque regi tradidit: captam verò Amazonem Theseo bellorum socio dedit. xxvi. Ad inferos descendit, & Cerberum iter prohibentem, triplici catena vinctum ad superos traxit. Sunt qui dicant Herculem etiam adjuvasse Theseum in rapienda Proserpina. Alii solum Theseum eam eduxisse ad superos, Ditémque vulnerasse. xxvii. Alcestim Admeti regis conjugem ab inferis ad vitam reduxit. xxviii. Ab inferis revertus, Lycum Thebarum regem, eo quòd Megaræ conjugi vim voluisset inferre, interemit. xxix. Aquilam quæ Promethei in Caucaso religati perpetuò renascens jecur exedebat, sagittis trajecit. xxx. Cygnum Martis filium equestri certamine vicit. xxxi. Occidit Theodamantem, quòd ei cibum denegasset: illiúsque filium Hylam sibi charissimum secum abduxit. xxxii. Ceretopas vicit, dum Omphalæ Lydorum reginæ serviret. xxxiii. Pylum diripuit, ejusque regem, & Neleum cum tota domo, præter Nestorem trucidavit: insuper Junonem Meleo opem ferentem telo trisulco vulneravit. xxxiv. Eurythum Œchaliæ regem occidit, ipsámque Œchaliam urbem delevit, & tolem Eurythi filiam sibi in uxorem denegatam (quam tamen parens antea ei desponderat) vi obtinuit, eámque secum in Euboeam abduxit. Quod quum Dejanira conjux resciviſſet, maritum suum soles amore detineri, per Lycham servum vestem illi misit Nessi Centauri sanguine infectam, futurum rata, ut ea ratione languentem viri amorem excitaret, cumque ab aliis avulsum, ad se unam revocaret, quemadmodum Centaurus ipsi persuaserat. Quum itaque Hercules vestem sacrificaturus induisset, in tantam rabiem versus est, ut constructa pyra se ipsum combusserit. Post mortem verò in deorum numerum relatus est. Habentur & aliæ res ab eo gestæ apud Diodorum Siculum: quas si quis volet, inde petat. ¶ Herculis cothurnos aptare infanti, à Quintiliano *lib. 6. de perorat.* dicuntur qui minimis applicant maxima, quæ nequaquam vel congruant, vel deceant: veluti si quis rem humilem oratione tragica prosequatur. ¶ Hercules & simia, ἡρακλῆς καὶ πίθηκος, de minimè congruentibus. Simia dolis valet: Hercules viribus antecellit. ¶ Frustra Herculi, Εἰκῆ πρὸς ἡρακλέα, subaudi calumniam struxeris. De iis dici consuevit, qui sic omnia suâ negotia gerunt, ut nemo queat, aut audeat calumniari. Convenit aut in vehementer laudatum probatúmque, aut in præpotentem, quem insimulare tutum non sit. ¶ Hercules hospitatur, ἡρακλῆς ξενίζεται. Dictitatum ubi quis diutiùs in convivio commorari videretur: propterea quòd qui recepissent Herculem hospitio convivióque, his multum temporis erat opperiendum, donec ille satur esset. ¶ Dives amico Hercule. Horat. 2. *Serm. Satyr.* 6. Ideo quia thesauris præcelt. Ideo quia thesauris præest. Et sunt qui eundem Incubonem quoque esse velint. Unde putant & quod res rustica in tutela ejus sit: nam illi sacrificia reddunt rustici, quum juvencos domuerint. Præterea etiam traditur fabulâ, fuisse quendam mercenarium, qui semper Herculem deprecatus sit, ut sibi boni aliquid præstaret: quem Hercules ad Mercurium duxit, & obseratum thesaurum fecit ostendi: quo effosso, ille eundem agrum, in quo operam mercenariam faciebat, comparavit, & labori solito operam dedit. Sicque probavit mercenarius quod Deus prædixerat Herculi, nullare ullum posse beatum vivere, quum in eadem opera etiam post inventionem thesauri perseveraverit. Persius *Satyr.* 2.

——— *si*
*Sub vestro crepet argenti mihi seria dextro*
*Hercule: pupillúmve manum quem proximus hæres*
*Impello, expurgem.*

Quia Deus lucri & thesauri dicitur. Hactenus Porphyrio.

Hērculis portus, ἡρακλείων λιμήν, vulgò *Porthercule*. Oppidum est in ora Ligustica, cum portu, apud Ptolemæum *lib.* 3. *cap.* 1. & apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 1. ¶ Est & Herculis portus in littore Brutio, non procul à Metauro fluvio: cujus meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 5.

Hērculēus, a, um: quanquam Græcè ἡρακλεῖος, cum ει diphthongo in penult. efferatur. Est autem propriè nomen possessivum, significans id quod ad Herculem pertinet: ut, Clava Herculea. Labor Herculeus. Horat. *lib.* 1. *Carm. Od.* 3.

——— *Perrupit Acheronta Herculeus labor*

id est, labor ipsius Herculis. Nonnunquam Herculeos laboret, ἡρακλείους πόνους, partim proverbiali hyperbole pro immensis & pene insuperabilibus laboribus accipimus, quique vitea desideremus Herculeos, quemadmodum usurpavit Catull.

*Sed te, inquit, quærere, iam Herculis labor est.*

Item Propert.

*Deinde ubi pestulerit, quos dixit fama labores*
*Herculis.*

Item Herculei labores dicuntur, qui sunt ejusmodi, ut aliis quidem maximas adferant commoditates, exterùm authori suo nihil fermè fructus adducant, præter aliquantulum famæ, plurimum invidiæ. ¶ Herculeus nodus, ἡρακλεωτικὸς κόμβος, proverbii item species habet pro nodo indissolubili. ¶ Herculeus morbus, ἡρακλεωτικὸς νόσος, dicitur, quem comitialem alio nomine vocamus, quod Hercules morbum hunc aliquando passus credatur.

Hērculĕ, ἡρακλέους, pro fortasse dixit Cic. *lib.* 8. *ad Attic.* Nunc fere etiam hercule: sed *Mehercule* est legendum. Senec. *epist.* 88. Herculaneus nodus.

Hērculānus, a, um: Nomen possessivum, ἡρακλεωτικός. Gell. *lib.* 1. *cap.* 1. Comprehensa, inquit, mensura Herculani pedis secundum debitam membrorum omnium inter se competentiam modificatus est. Herculaneæ formicæ. Plin. *lib.* 30. *cap.* 34. Herculaneæ artifex genus, nodum fundens. Plin. *lib.* 21. *cap.* 15. Herculani fecti, ἡρακλεωτικὰ σκύμματα, dicebantur mollesac delicati. Athen. *lib.* 12. ¶ Herculana pars, quam Plautus dicit *in Trucul.* 3. 7. est pars decima. Herculanus morbus, comitialis. Herculanus nodus, qui in congressu serpentum spectatur, ex matris magnæ (quæ & Rhea dicta) mysteriis celebris, & sacer est habitus. ¶ Herculano sacrificio abstinent mulieres. Gell. *cap.* 6. *lib.* 11.

Hērculēum, ἡράκλειον. Promontorium est, non longè à Leucopetra distitum. Author Strabo *lib.* 16.

Hercynia sylva, ἑρκυνία Straboni. Vulgò in nonnullis locis vocatur Schwartzwald: in nonnullis nomen sanè qui vestigium retinent, Hartzwald. Est omnium Germaniæ sylvarum longè maxima, quam Cæs. *lib.* 6. *comment.* delectibit his verbis: Hujus Hercyniæ sylvæ, quæ suprà demonstrata est, latitudo novem dierum iter expedito patet. Non enim aliter finiri potest, neque mensuras itinerum noverunt. Oritur ab Helvetiorum & Nemetum & Rauracorum finibus, rectáque fluminis Danubii regione pertinet ad fines Dacorum, & Anartium. Hinc se flectit sinistrorsus diversis à flumine regionibus, multarúmque gentium fines propter magnitudinem attingit. Neque quisquam est hujus Germaniæ, qui se aut audisse, aut adisse ad initium ejus sylvæ dicat, quum dierum iter 60. processerit, aut quo loco oriatur acceperit. Plura de Hercynia sylva vide eodem loco apud Cæsarem.

Hērĕbūs, ἔρεβος, profunditas inferorum dicitur. Vide in dictione *Erebus*.

‖ Herefordia, *Hereforde*: V. E. Angliæ trans Sabrinam, in confinio Wallensium, sub A. Cantuariensi. ‖

Hereditas, antiquitas.

Hĕrī, olim heri: quod à χθές, χθεσί, id est, hesterno die. {הַיּוֹם *ethmól.* χθές, ἐχθές. Gall. *Hier.* Ital. *Hieri.* Germ. *Gestern.* Hisp. *Ayer.* Angl. *Yesterday.*} Cicer. *ad Attic.* Lepidus ad me herì vesperi literas misit Antio. ¶ Dicitur etiam Here, propter cognationem literarum i, & e: ut vespere & vesperi. Terent. *in Eunuch.* Inhonestum hominem quem mercatus est herè? Plaut. *Amph.* Herè venisti media nocte, nunc abis. Idem *Capt. fr.* 2. *a.* 1. Herè quos emi de præda (i. heri.) Idem *Pseud fr.* 1. *a.* 1. Here antè dixeram omnibus. Idem *Curc. fr.* 2. *a.* 1. Catúlne febris te herè, vel nudiustertius. ¶ Heri & nudiustertius, χθὲς, καὶ πρῴην. Proverbialis hyperbole, tempus admodum nuper actum significans. Plutarch. & Plaro. ¶ Heri servus, hodie liber, speciem proverbii habet in eo liberto, qui adversus patronum insolentiùs sese gerit. Ulp. *lib.* 7. *de injur.* Nec enim ferre prætor debet heri servum, hodie liberum conquerentem, quòd dominus ei convitium dixerit, vel quòd levitet pulsaverit. Ex Horomano.

Hĕstĕrnus, a, um. } χθιζός, χθιναῖος. Gall. *D'hier.* Ital. *De hieri.* Germ. *Gestrig.* Hisp. *Cosa de ayer.* Angl. *Of yester day.* } sicut à Cras, crastinus: sic Dies hesternus, nox hesterna. Ovid. *Epist.* 18.

*Est mare (confiteor) nondum tractabile nauti:*
*Nolle sed hesterna lenior aura fuit.*

¶ Accipitur nonnunquam pro Pridianus. Terent. *in Eunuch.* Quo pacto ex jure hesterno panem atrum voterit.

Herībanus, vox est sacrorum canonum, quâ significantur mulctæ.

‖ Heribergium, hospitium paratum. Cod. ll. antiq. ‖

Hērĭnācius, ii. Animal est spinis horridum, sese, dum metuit, in globum convolvens. {ἐχῖνος, χερσαῖος. Gall. *Un heriſſon.* Ital. *Riccio.* Germ. *Igel.* Hisp. *Erizo.* Angl. *An hedghod, an irchin.*} Aliis nominibus herinacius, & echinus terrestris dicitur. In sepibus dumosis & vineis per Autumnum præcipuè versatur. Conditur in arboribus hyeme, & cibis per æstatem paratis vescitur. Ubi senserit venatores, contractis ore & pedibus convolvitur in formam pilæ, ne quid comprehendi possit præter aculeos. Sunt è genere eorum majores histrices, quibus longiores aculei, de quibus infrà.

Hĕrĭlĭcā, Herilis, vide *Herus*.

Herinaceus, echinus terrestris, melius dictus, quàm herinacius, & hericius. {ἐχῖνος, χερσαῖος. Angl. *A hedghod or irchin.*} Plin. *lib.* 8. *cap.* 37. præparant hyemi herinacei cibos. Vide supra in dictione *Hericius*.

Hĕrillus, ἔριλλος. Chalcedonius Philosophus, Zenonis discipulus fuit, qui quum audisset scientiam laudatam esse ab Aristotele & Theophrasto, summum bonum in ea posuit. Meminit ejus Cic. *lib.* 2. *Acad.* & 2. *de finibus*.

‖ Heristalli, locus castrorum. Cod. ll. antiq. ‖

Hĕrma, ἕρμαι. Statuæ erant, sive signa, & præcipuè trunci, quorum capita permutari poterant: hujusmodi Athenis plurimi erant, Mercurii imaginem referentes, à quo & nomen acceperunt. Nam Mercurius Græcis dicitur ἑρμῆς. Cicer. *ad Attic. lib.* 1. Hermiæ illi tui Pentelici cum capitibus meis, de quibus ad me scripsisti, nane admodum me delectant. Probus Æmilius *in Alcibiade*. Id quum appareret,

apparetet, priusquam classis exiret, accidit ut una nocte omnes Hermæ, qui in oppido erant, Athenis dejicerentur, præter unum qui ante januam erat. Suidas dicit Hermas, statuas dictas, quòd plurimum Mercurii statuæ delineatentur. Unde videtur profectum esse vulgatum illud proverbium: Non ex quovis ligno fit Mercurius. ¶ Solebant autem Hermæ præcipuè circum sepulchra erigi, ad propagandam defunctorum memoriam. Solebant præterea Romani, Mercurii, ac Minervæ statuas conjungere in gymnasiis, dicatéque: quas Hermathenas Cicero nominat *lib.1. ad Attic. epist.* 1 Quod ad me, inquit, de Hermathena scribis, per mihi gratum est ornamentum Academiæ proprium meæ, quòd & Hermes commune omnium, & Minerva, singulare est insigne ejus gymnasii.

‖Hermula: diminutivum ex Herma, id est, statua Mercurii, sigillariolum.‖

Hermæa, ἑρμαία, Promontorium Africæ propriè dictæ, apud Ptolem. *lib.4. cap.4.*

Herisitium, pœna desertæ, sive detrectatæ militiæ.

Hermathenæ, ἑρμαθῆναι. Mercurii ac Minervæ statua conjuncta, vide *Herma.*

Hermagoras, ἑρμαγόρας. Carion cognominatus, rhetor egregius ex Temno Æolidis civitate. Scripsit autem Rhetoricam libris tex, de cultu Oratoris, de decoro, de eloquutione, de figuris. Docuit Romæ Augusti temporibus, decessitque senex. ¶ Fuit item Hermagoras alter Amphipolitanus philosophus, discipulus Persei, qui plures scripsit dialogos. Author Suidas. Hermagoras philosophus & orator, apud Cic. *de clar. Orat.*

Hermanduri, sive Hermunduri, Germaniæ populi, Cheruscis finitimi, eo tractu quem hodie Misniam vocant. Meminit horum Plin. *lib.4. cap.41.*

‖Hermannopolis, aliàs Cibinium, *Hermanstatt.* V. E. Transilvaniæ.‖

Hermaphroditus, ἑρμαφρόδιτος. Mercurii & Veneris filius, ut ex ipsa statim vocis compositione apparet. Nam Mercurius, ἑρμῆς: Venus ἀφροδίτη à Græcis dicitur. Hic quum errabundus in Cariam ad limpidissimum fontem, quem Salmacis nympha incolebat, perveniisset, illa subitò ejus amore correpta (erat enim adolescens formosissimus) quum neque blanditiis, neque precibus ad concubitum flecti posset, simulato recessu post vepres latuit. Is autem nympham abiisse ratus, fontem nudus ingressus, quod videns Salmacis, subitò accurrit, & abiectis vestibus arctissimè eum complexa est. Sed cùm ne tunc quidem obstinatum exorare posset, à diis petiit ut duo corpora illorum in unum corpus redigerentur. Cujus precibus exauditis, ambo in unum corpus coaluerunt, in quo sexus uterque remanebat integer. Quod quum vidisset Hermaphroditus, à superis petisse dicitur, ut ea fonte natura maneret, ut qui vir eum intraret, ἀνδρόγυνος, id est, utrumque sexum adeptus, exiret. Hinc omnes Androgyni vocari Hermaphroditi.

Hermenia, Græca dictio: Latinè interpretatio. ‹ מליצות *melitsâh.* ἑρμηνεία. GALL. *Interpretation.* ITAL. *Interpretatione.* GERM. Ein auslegung. HISP. *Interpretatione.* ANGL. *An interpretation.*› Ἀπὸ τοῦ ἑρμηνεύειν, quod est interpretari. Unde libros illos dialecticos, quos περὶ ἑρμηνείας inscripsit Aristoteles: nos de interpretatione dicere possumus.

Hermeas, ἑρμείας. Insignis belli dux fuit, teste Polybio, cujus strenua opera ad res maximas ultus est Antiochus, à quo tamen postea ob suspicionem affectati regni, cum uxore & liberis est occisus.

Hermeni, populi Moschorum sunt propè Colchos. Perottus.

Hermes Trismegistus, ἑρμῆς ὁ τρισμέγιστος. Philosophus in Ægypto post Mosen claruit, eo tempore quo philosophiæ studia in Ægypto cœperunt florescere: quum antea tantùm circa Astronomiam & Mathematicas disciplinas versarentur, quæ ad exercendum ingenium magis quàm ad illustrandum animum valent. Scripsit lingua patria dialogum, in Latinum sermonem postea conversum, ubi Asclepius introducitur. Deum omninò unum opinatur omnium conditorem, errorémque fatetur patrocinari, qui superstitiones idolorum invenerunt. De hoc plura apud Suidam, & August. *de civitate Dei.* ¶ Hermes alter item philosophus Ægyptius, auditor Syriani sophistæ, condiscipulus Procli sub Adriano principe, ut non minore justitia quàm doctrina præditus. Moriens juravit & immortalem se esse, & incorruptibilem animum habere. Hæc Suidas. ¶ Hermes præterea à Græcis dicitur quem nos Mercurium vocamus, ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας, hoc est, ab interpretatione, quòd nuntius & interpres deorum habitus [illegible]. Servius in illud Virg.4. *Æneid.*

*Nunc etiam interpres Divûm, Jove missus ab ipso.*

Hermes, inquit, Mercurius dictus est ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας, id est, à sermone. Præstabat enim eloquentia: quem effingebant alas in capite & pedibus habentem, quòd sermo hominum per aëra volitet. Vide infrà in dictione *Mercurius.*

Hermesion, gemma igneo colore radians, auro portante secum in extremitatibus candidam lucem. Plin. *lib.37. cap.13.*

Hermionâ, ἑρμιόνη. Oppidum Peloponnesi maritimum, ad sinum Argolicum situm, non procul à Philunte, Junonis templo nobile. Virg. *in Ciri,*

*Hinc sinus, hinc portis contra patet Hermiona.*

Versus est spondaicus.

Hermionê, ἑρμιόνη. Filia Menelai ex Helena, admodum formosa, militante patre apud Troiam, Oresti Agamemnonis filio desponsata fuit: sed hanc Menelaus hujus rei insciis apud Troiam promisit Pyrrho Achillis filio. Qui domum reversus quum Ægisthus regnum, occiso Agamemnone, occupasset, atque Orestes ad Strophium Phocensium regem Electræ sororis auxilio clam ablegatus esset, Hermionem reluctantem vi rapuit, tradita Andromacha Hectoris conjuge, quæ illi in sortem cesserat, quámque pro uxore habuerat, Heleno vati, filio Priami. At Orestes posito furore, quo ob interfectam à se matrem cruciabatur, ex Taurica regione rediens, Pyrrhum in templo Apollinis Delphici trucidavit, suámque sponsam recepit. Virg.3. *Æneid.*

——— *qui deinde secutus*
*Ledæam Hermionem Lacedæmoniísque hymenæis,* &c.

Hermiones, populi sunt in finibus Germaniæ. Author Pomponius *lib.3.* Vadianus arbitratur eos esse, quos hodie Pomeranos vocant Germani.

Hermippus, ἑρμιππος. Athenienſis poëta fuit, antiquæ comœdiæ scriptor, altero captus oculo, frater Myrtili Comici. Scripsit fabulas xx. ¶ Fuit item alter Hermippus Berytius, discipulus Philonis Biblii, qui multa composuit sub Adriano principe. Vide Suidam.

Hermocrates, ἑρμοκράτης. Nobilis sophista tempore Severi principis, à quo coactus, filiam Antipatri magistri epistolarum, infelici forma puellam duxit uxorem, quam postea repudiavit.

Hermias, ἑρμίας: Eunuchus, Trapezitæ cujusdam famulus. Athenas profectus Platonem, Aristotelemque audivit: & domi reversus cum domino suo Atarneñes & Assenes aggressus, subegit, & illis simul cum domino imperavit. Ex Suida.

Herminius, Germanorum dux fuit, qui Varum Augusti legatum cum tribus legionibus ad internecionem occidit. Cujus cladis meminerunt Suetonius *in Augusto,* & Tacitus *de rebus Germanicis.* ¶ Fuit etiam hoc nomine Romanus quidam fortissimus, unus ex iis qui unà cum Cocle Horatiis in Sublicio restiterunt, donec à tergo pons solveretur. Livius *lib.1. ab Urbe condita.* ¶ Est præterea nobilis cujusdam Hetrusci nomen, apud Virg.11. *Æneid.*

——— *Ingentem corpore & armis*
*Dejecit Herminium.*

‖Hermodactylus, herbæ genus.‖

Hermodorus, ἑρμόδωρος. Fuit Philosophus Eusebius, quem in Italia exulantem Pomponius Jurisconsultus tradit authorem fuisse Decemvitis ferendarum legum XII. Tabul. Plin. *cap.5. lib.34.* dicit hunc fuisse interpretem legum decemvitalium, eique ob id statuam publicam dicatam. Cic. *lib.5. Tusc. quæst.* Est illud scitum apud Heraclitum Physicum de principe Ephesiorum Hermodoro. Universos, ait, Ephesios morte esse multandos, quòd quum civitate expellerent Hermodorum, ita loquuti sunt: Nemo de nobis unus excellat: si quis extiterit, alio in loco, & apud alios sit. Eadem ferè refert & Strabo *lib.14.* ¶ Fuit & alter Hermodorus Siculus, auditor Platonis: cui vitio datum est, quæstui philosophiam habuisse, dictata quæ sub præceptore audiverat colligendo, ac deinde in Sicilia venditando. ¶ Hinc locus factus proverbio, Verba importat Hermodorus, λόγους γὰρ ἑρμόδωρος ἐμπορεύεται. In eum dicebatur, qui præter verba nihil afferret. Aut in eos qui verba vendunt pecuniâ, quod in poëtas, advocatos, fumi venditores, atque in id genus homines recte dici poterit.

Hermodotus, ἑρμόδοτος, Poëtæ nomen, cujus aliquoties meminit Plutarchus.

Hermogenes, ἑρμογένης. Tarsensis sophista fuit, in puritia tanto differendi acumine, ut natus annos non amplius quindecim, fama sui nominis Marcum Antonium principem ad auditorium excivierit, ab eóque non pœnitenda ruleris munera. Accedente verò ætate, tanta illi obortа est stupiditas, ut omnibus esset ludibrio. Nam Catullus ad nomen ejus alludens, dicebat eum à patre degenerare, quòd quum Hermogenes esset, hoc est, Mercurio genitus, nullam tamen paternæ eloquentiæ haberet micam. Antiochus autem sophista cavillabatur, eum in pueritia fuisse senem, in senectute puerum.

Hermolaus, ἑρμόλαος. Byzantius Grammaticus fuit, qui in librum Stephani de Urbibus in Iustinianum Cæsarem scripsit epitomen. Suidas. ¶ Memoratur & ante hunc alius, qui contra Alexandrum conjuravit. ¶ Alius item apud Plin. *lib.36. cap.5.* statuarius, inter eos qui ædes principum signis nobilibus ornavérunt.

Hermoglyphus. ‹ מחתה *mephattêach.* ἑρμόγλυφος. GALL. *Tailleur d'images.* ITAL. *Scultore, statuario.* GERM. Ein bildhawer. HISP. *Escalpidor ò entallador.* ANGL. *A carver of images.*› Statuarius: nam ut suo loco diximus, Græci signa & statuas Hermas vocant, γλύφειν autem est sculpere.

Hermon, nomen est Hebraicum, quod interpretatur lignum exaltatum, mons longè disjunctus ab Jerusalem, trans Jordanem. Hermonii ἑρμώνιοι etiam dicitur piscatorium in Peloponneso.

Hermonasse, ἑρμώνασσα. Insula parva in Cimmerio Bosphoro, urbem habens Ionum coloniam. Stephanus ἑρμώνιον vocat: Strabo, Hermonactis vicum: Menippus regiunculam. Trapezuntius, Hecatæus & Theopompus civitatem esse dicunt. Steph. Adjacet Tauricæ. Plin. *lib.6. cap.6.*

Hermonthis, ἑρμωνθὶς. Urbs Ægypti. Stephanus, ubi Jupiter, Apollo, & Isis colantur.

Hermopolis, ἑρμούπολις Stephano, Latinè Mercurii civitatem sonat: urbs est Ægypti in præfectura Sebenitica, ubi Pan colitur & hircus. Author Strabo *lib.17.* Vide Volaterranum *lib.12.* Herodianus duas esse scribit, magnam & parvam, & tertiam in Ægypto, & quartam, ἐν ἰωνίᾳ, & quintam in fluvio, & sextam in Co insula, septimam in Arcadia. Stephan.

Hermopõlium, ἑρμοπώλιον. Officina est, vel quivis alius locus, in quo hermæ, hoc est, statuæ, vel signa vendebantur.

Hermos, ἑρμὸς, vicus in tribu Acamantide. Steph.

Hermotymbies, ἑρμοτυμβίης, pars bellicosorum in Ægypto. Dicuntur & Labatei. Steph.

Hermundulus populus, & ejus bellum cum populo Romano. Gell. *cap.4. lib.19.*

Hermopedion, ἑρμοπέδιον, locus apud Comum. Steph.

Hermupõlis, ἑρμοῦπολις. Herba vulgò in vineis nascens, quam Græci Limozostin vocant, Latini verò Mercurialem, quasi Mercurii herbam. Plin. *lib.21. cap.5.*

Hermus, ἕρμος, fluvius minoris Asiæ, aureas arenas trahens. Oritur juxta Dorylæum Phrygiæ civitatem, auctóque Pactolo Smyrnæ campos irrigat, tandémque in Phocaicum finum illabitur. Vide Plin. *lib.5. cap.29.* & Strab. *lib.13.* Virg.2. *Georg.*

*Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus.*

Hernia, æ. Morbus est scroti intumescentis: & propriè quum rupto peritonæo, corpus aliquod seu viscus in scrotum decidit. ‹ בדלא. GAL. *Hernie, rompure, descente des boyaux.* ITAL. *Hernia, rottura.*

*crepatura.* GERM. Ein bruch der gemächten. HISP. *La potra.* ANGL. *A bursting when ther cordes, fall into the coddes.*} Ejus multæ sunt species: Enterocele, ἐντεροκήλη, cum dicitur, quum intestina dilabuntur in scrotum, hoc est, in sacculum illum qui ambit testiculos, quem Græci vocant ἄγγος. Epiplocele, ἐπιπλοκήλη, quum omentum: Epiplenterocele, ἐπιπλεντεροκήλη, quum intestina simul cum omento eódem fuerint delapsa. Hydrocele, ὑδροκήλη, quum in alterum è testibus humor confluit. Has species nostri vocant hernias (ut inquit Celsus) à duritie pellis quæ fit post intestinorum descensum. Herniam enim durum & asperum dicitur. Tractum à Sabinorum lingua, qui herniam saxum vocant. Martialis,

*Desiit Fabianus herniarum,*
*Omnes quem modò colei timebant*
*Dicentem tumidas in hydrocelas.*

Ramices verò vocant, quum integro peritonæo scrotum aliqua ex causa intumescit, quorum etiam aliquot faciunt species. Porocelam enim πορκήλην vocant, quum ex abscessu aliquo circa scrotum materia subdurauit: Sarcocelam, σαρκοκήλην, quum in ipso scroto concrevit caro. Cirsocelam, κιρσοκήλην, quum tumescentes venæ scrotum replent. Bubonocelam, quum illæso peritonæo, aliquid superiorum corporum non in scrotum, sed in inguen tantùm delenderit. Hæc tamen differentia inter ramices & hernias ne ab ipsis quidem medicis semper observatur. De bronchocela antè diximus. Neque enim illa inter species heroiæ est connumeranda, utpote quæ non pudendas partes, sed collum infestat. Est enim bronchocele, tumor magnus & rotundus inter cutem & asperam arteriam, quo modò caro hebet, modò humor aliquis includitur. Interdum etiam minutis ossibus pili immisti. Sunt etiam qui herniam interpretentur testium theeam, in illo versu Martialis,

*Ingens iratis apparuit hernia sacris.*

Hernica, castratio. Gl. Isid.

Hērnīōsŭs, qui herniam patitur. {חוֹתֵר *chothuth.* ἀνωμάλως. GALL. *Hernieux, crevé & rompu.* ITAL. *Rotto, crepato.* GERM. Gebrochen/der ein bruch der gemächten hat. HISP. *El potroso.* ANGL. *That hath his bowel or fallen into his coddes.*}

Hernici, ἕρνικες, populi in Campania saxa incolentes: unde & nomen acceperunt. Nam hernias Sabini saxa vocant. Hos tamen Hernicos appellatos voluit Macrobius, ab Hereo quodam Pelasgo ipsorum duce. Horum metropolis est Anagania. Virg. 9. *Æneid.*

——— *& roscida rivis*
*Hernica saxa colunt, quos Anagnia pascit.*

Hero, herûs, in genitivo, vide *Ero.*

Hērōdes, ἡρῴδης. Antipatri Idumæi filius, anno decimo Augusti rex Judæorum à Romanis declaratus est, regnavitque annis triginta septem. Hic vir strenuus Samariam olim in cineres redactam à fundamentis erexit, eámque in honorem Augusti σεβάστην, hoc est, Augustam appellavit. Crudelissimus tamen fuit, quippe qui multos injustè occiderit. Nam omnes legis interpretes, & parvulos Bethlehemitas gladiis interemit. ¶ Huic filius fuit eodem nomine, de quo refert Lucas *in Actis Apostolorum*, quum ad populum concionem haberet, acclamante concione, Vocem Dei esse illam, non hominis: ab irato Deo, cujus honores sibi vendicabat, percussus, scatentibus toto corpore vermibus, miserando genere lecti mortuus est. ¶ Fuit alius Herodes Antipas, hujus filius, præfectus Galilææ, post Archelaum, qui impiissimus etiam fuit. Nam in cives sicarius, in nobiles latro, in socios populator habitus est, uxorem Philippi fratris duxit, Joannem Baptistam occidit, & Dominum nostrum illusum Pilato remisit: tandem Lugdunum à Caio Cæsare relegatus, ibi vitam finivit. ¶ Quartus Herodes Agrippa, Aristobuli filius, qui Jacobum occidit. ¶ Alius Herodes fuit Atticus, qui Græca oratione, inquit Gell. ferè universos gravitate, atque copia, elegantiáque verborum longè præstitit. Is Athenis natus, nobilitate generis, potentia simul & sophistica facultate clarus, genus ex Æacidarum sanguine ducebat, patre Attico, cui divitiarum initium ex thesauro prope domum repetto fuit. Hujus Herodis vitam vide apud *Philostratum.* Vide & Josephum *in Antiq.*

Herodianus, ἡρῳδιανός. Alexandrinus Grammaticus, Apollonii etiam Grammatici filius, & discipulus: floruit sub Marco Antonino Imperat. Scripsit de arte grammatica: præterea Cæsarum historiam à Commodo M. filio usque ad Gordianum, ejus Gordiani nepotem, qui Maximino successit. Author Suidas.

Herodius, vide *Erodius.*

Herodōtus, ἡρόδοτος. Historiographus Græcus, quem Cic. *lib. 2. de Leg.* patrem historiæ appellat. Hunc Halicarnassæum fuisse author est Suidas, clarúsque apud suos genere ortum. Floruit tempore Cyri Persarum regis, tyrannis omnibus infensissimus. Quare quum patriam à Lygdamo tyranno quodam videret occupatam, secessit in Samum eóque extincto, quum ad suos rediisset, invidiæ obnoxius factus, sponte Thurium Athenienſium coloniam in exilium profectus est: ubi etiam mortuus esse dicitur, & sepultus. Scripsit historiarum libros novem, quorum singulos singulari Musarum nomine inscripsit.

Hērōn, ἥρων. Athenienſis orator, scripsit commentarios in Herodotum, Xenophontem, & Thucydidem. Author Suidas.

Hērōphĭla, ἡροφίλη. Propetium nomen fuit Sibyllæ Erythræ, quæ Tarquinii Superbi tempore Romam venit, trésque secum libros attulit, heroico carmine conscriptos: quorum nomine quum magnam pecuniæ summam à rege petiisset, nec obtinuisset, duos exussit: uniúsque qui reliquus erat, nomine tantumdem obtinuit, quantum pauló antè pro tribus popoſcerat. Author Suidas.

Hĕrōs, hērōis. {גִּבּוֹר *gibbór.* ἥρως. GALL. *Demy dieu, homme noble & vertueux par excellence, heros.* ITAL. *Barone & signore, heroe, huomo illustre.* GERM. Ein herrlicher dapfferer vnd fürtrefflicher mann/ein held. HISP. *Señor que tiene excelente virtud.* ANGL. *A passing excellent man in vertue and nobleneſſe, half a god.*} Dicti autem sunt à veteribus heroës, viri nobiles & illustres, qui mortales quum essent, rerum tamen à se gestarum magnitudine, quàm proximè ad deos immortales accesserunt, eámque apud vulgus opinionem meruerunt, ut post mortem in deorum numerum etiam relati: quales ii fuerunt, de quibus fabulatur antiquitas, altero parente Deo, altero mortali prognatos esse. Quanquam est verisimilius hoc commentum à mulieribus excogitatum ad prætexendam adulteriorum turpitudinem. Lucian. *in 3. Dialog. mort.* definit Heroës hunc in modum, ἥρως ἐστὶν οὔτε ἄνθρωπος, οὔτε θεὸς, ἀμφότερος δὲ: hoc est, Heros qui neque homo est, neque deus, & simul utrumque est. ¶ Quod ad hujus vocis originem attinet, variæ sunt opiniones. Sunt enim qui heroëm dictum putent ἀπὸ τῆς ἐρωτὸς ἥρως, hoc est, ab amore virtutis, prima vocali tenui mutata in aspiratam. Augustinus *lib. 10. de civit. Dei,* ἀπὸ τῆς ἥρας, hoc est, à Junone, primúmque, delicto quem ejus filium, Heroëm appellatum. Hoc videlicet mysticum significante fabula, quòd aër Junoni deputetur, ubi vòluunt eum dæmonibus Heroas habitare. Quo nomine appellant alicujus meriti animas defunctorum. Idem *lib. 7.* author est, inter Lunæ gyrum & nimborum ac ventorum cacumina, aëtias esse animas: sed eas animo, non oculis videri, & vocari heroas, & lares, & genios. Martianus Capella *in nuptiis Philologiæ,* dicit Heroas ab Hera, quæ terra dicitur, nuncupatos. Horat. *in Arte poët.*

*Interdum tamen & vocem Comœdia tollit, iratus Chremes.*

Cic. *ad Att. lib. 1.* Heros ille noster Cato. Et *lib. 14.* Illi non heroës, sed dii futuri quidem, in gloria sempiterna sunt. Virg. 6. *Æneid.*

——— *tum maximus heros*
*Maternas agnoscit aves.*

Ovid. 13. *Metam.*

——— *donec Lærtius heros*
*Adstitit.*

Hērōĭcŭs, a, um: Illustris, nobilis, egregius, eximius. {ἡρωϊκὸς. GALL. *Heroique, appartenant aux gens de vertu tres excellente.* ITAL. *Pertinente ad huomo per virtù excellentiſſima.* GERM. Dem zu solchem fürtrefflichen vnd herrlichen manne gehört. HISP. *Cosa pertenesciente à señor que tiene excelente virtud.* ANGL. *Noble, excellent.*} ut Heroica ætas, in qua heroës floruerunt. Et Heroicus versus, quòd eo genere carminis heroum gesta describantur. Cic. *de Legib. lib. 2.* Ne plus quatuor heroicis versibus, quos longos appellat.

Hērōĭdēs. {גִּבּוֹרוֹת *gebiróth.* ἡρωΐδες, ἡρωΐναι. GALL. *Femmes par excellence nobles & vertueuſes, heroines.* ITAL. *Femine per virtù eccellente.* GERM. Fürtreffliche vnd vornehme frawen. HISP. *Señoras que tienen excelente virtud.* ANGL. *Noble women or ladyes of the courte.*} A veteribus dictæ sunt fœminæ illustriores, quales sunt heroum uxores & filiæ. Papin. *lib. 3. Sylv.*

*Quas veteres Latias, Græiásque heroidas æquas.*

Martial.

*Mutatæ formæ heroidas insuper iisdem*
*Addidit.*

Hērōĭnă, ἡρωΐνη, dicta fuit ab antiquis quælibet fœmina illustris, ut sunt heroum filiæ, & uxores. {ANGL. *A ladie of the courtes.*} Propert. *lib. 1. Eleg.*

*Illa sit Inachiis & blandior heroinis.*

[ Heroum, ἡρῷον, templum heroum, quod cum silentio & veneratione transibant. ]

Hērōus, a, um, ἡρῷος. Herojcus: Heroi pedes dicuntur, quibus in carmine heroico utimur. Cic. 3. *de Orat.* Quare primùm ad heroicum nos dactyli, & anapesti, & spondæi pedem invitat. Heroi carminis opus. Propert. *lib. 3. Eleg. 3.* Ovid. 2. *Fast.*

——— *Heroi res erat ista pedis.*

Hērōstrătŭs, ἡρόστρατος. Ephesius homo ignavus fuit. & sceleſtus, qui celeberrimum illud Dianæ Ephesiæ templum suis manibus incendit, ut ex re omnibus notus immortalitatem sibi compararet: Ephesii autem ne speratum ex scelere fructum consequeretur, severissimis edictis caverunt ne quis eum unquam nominaret: non tamen efficere potuerunt, ut nomen illius ad nos non perveniret, ut scribit Strab. *lib. 14.*

Hĕrpēs, ἕρπης. Tumor contra naturam, sive ulcus, ab intemperie partis proficiscens cum effluxu flavæ bilis, ἀπὸ τῆς ἕρπω, id est, à serpendo nomen habens, propterea quod ad vicinas partes proserpat, carnémque sæpenumero usque ad ossa devoret: quod quum fit, ἕρπης ἐσθίει, à Græcis dicitur. ¶ Est item herpes, animalis nomen, sic dicti, quòd ulcera proserpentia eo persanentur. Plin. *lib. 14. cap. 13.*

[ Herpex, vide *Irpex.* ]

Hĕrsĭlĭă, ἕρσιλα, nomen uxoris Romuli, quam Ovid. 14. *Metam.* fabulatur, post mariti apotheosin, in ipsam deam factam, communis cum Quirino templa habere, mutatóque nomine dictam esse Oram.

[ Herthus, Tacitus *de moribus Germ.* In commune Hertham, id est, terram matrem colunt, eamque intervenire rebus hominum, & invehi populis arbitrantur. ]

Hĕrus, i, ab ἕρνος. Hinc heres: quam vocem alii ducunt ab hæreo, & scribunt hæres. Dominus. Unde Dii Heri, & Hera Fortuna. {אָדוֹן *adhón,* בַּעַל *báhal. dominus.* GALL. *Maiſtre, ſire, ſeigneur.* ITAL. *Padrone, ſignore.* GERM. Ein herr. HISP. *El ſeñor.* ANGL. *A maiſtre or lord.*} Plaut. *Capt. ſc. 1. a. 1.* Ind gna digna habenda herus quæ facit. Idem *Milit. ſc. 3. a. 2.* Athenis domus est atque herus. Idem *Men. ſc 4. a. 2.* Sed ego insciius qui me postulem hero moderatiei. *Ibid. ſc. ult. a 3.* Tu mihi herus es, quæte servum. Terent. *in Andr.* Herus est, neque prævideram. Cic. 2. *Offic.* Sed iis qui vi oppressos imperio coercent, fic sanè adhibenda sævitia, ut heris in famulos, & aliter teneri non possint. Virg. 3. *Æneid.*

*Nec visseris heri tetigit captiva cubile.*

¶ Herus interdum heri filium significat, propterea quòd illi etiam vivo patre quodammodo heri sint & domini, δεσπόται. Terent. *in Andr.* Quæ si non aliu provideretur, me aut herum perfundabunt. Verba sunt Davi de Pamphilio heri sui filio. Plaut. *Asin. ſc. 1. a. 1.* Serva herum (sup. minorem.) Idem *Pseud. ſc. 1. a. 1.* Here (sup. minor.) Idem *ibid. ſc. 1. a. 3.* Ab hero (minore sub.) ad herum majorem venio. Et: Ego & herus minor. *ibid. ſc. 2. a. 1.* Herum (minorem) ut ego servos estimaret apud herum (majorem.) Idem *Capt. ſc. 5. a. 3.* Servavi herum, cui me custodem addiderat herus major meus. Idem *Capt. ſc. 2. a. 2.* vult te novus herus vereri domino dare operam,

tam, &c. Idem alibi, Major (herus) apud forum : Minor hîc intus eſt.

**Hĕrĭ**, x, priore correpta, fœminarum ab herus : Domina. { גברת *gebereth*, בעלה *babalah*. *Domina*. GALL. *Dame, maiſtreſſe*. ITAL. *Padrona, ſignora*. GERM. Ein herrin/ ſtarr im hauß. HISP. *Señora*. ANGL. *A lady, a maiſtreſſe*. } Ovid. *Epiſt.* 9.

*Æquaque formoſa penſa rependit hera.*

Terent. *in Andr.* Quod ſi omnes omnia conſilia ſua conferant, atque huic malo ſalutem quærant, auxilii nihil afferant, quod mihique, heræque, filiæque heriti eſt. Ennius apud Cic. *lib.* 1. *Offic.*

*Vîſne velit, an ne regnare hera, quidve ferat ſors,*
*Virtute experiamur :*

id eſt, fortuna. Plaut. *in Mercat.* Divûm atque hominum quæ ſpectatrix, neque hera eadem eſt hominibus. ¶ Qualis hera, tales ancillæ. ὁ οἰκέτης ὁ δεσπότου, οἷος ἂν ᾖ ὁ δεσπότης. Cicer. *ad Att. lib.* 5. ¶ Hera etiam de matre dicitur. Plaut. *Aſin. ſc.* 2. *a.* 1. Mater tu, eadem hera es. Item etiam appellabatur fortuna Hera.

**Hĕrĭfŭgĭ**, æ : Fugiens herum. { δεσποτῶν φυγάς, ὁ δεσπότου φεύγων. GALL. *Qui fuit ſon maiſtre, fugitif de ſon maiſtre*. ITAL. *Che fuge il padrone*. GERM. Der vom herren fleücht. HISP. *El que huye ſu ſeñor*. ANGL. *That fleeth from his maiſter*. } ut, Famuli herifugæ. Catullus.

*Patria ô mea creatrix, patria ô mea genitrix,*
*Ego quàm miſer relinquens dominos, ut herifugæ*
*Famuli ſolent, ad Ida retuli meorum pedem.*

**Hĕrīlis**, e, poſſeſſivum eſt ab hero deductum, quod eſt heri, quódque ad herum pertinet. { δεσποτικός. GALL. *Du maiſtre, appartenant au maiſtre*. ITAL. *Del padrone*. GERM. Deß herren im hauß/dem herren zugehörig. HISP. *Del ſeñor*. ANGL. *That belongeth to the lord or maiſter*. } Plaut. *Mil. ſc.* 6. *a.* 2. Herile negotium non curat. Idem *Moſt. ſc.* 1. *a.* 2. Ne periiſſe cupit Jupiter & herilem filium. Idem *Milit. ſc.* 6. *a.* 2 Herile negotium non cura. Idem *Amph. ſc.* 1. *a.* 5. Herilis pervertit metus. Idem *Aſin. ſc.* 3. *a.* 3. Cuſtos herilis decus populi. Idem *Mil. ſc.* 3. *a.* 3. Cuſtos herilis concubina. Et *Aul. ſc.* 1. *a.* 1. Quo pacto eelem herilis filiæ probrum. *Ibid. ſc.* 2. *a.* 4. Herile imperium ediſcat ſervus. Idem *Pſeud. ſc.* 4. *a.* 1. Quas (minas) dem herili filio, &c. Herilis filius, herilia imperia. Idem *in Amph.* Non ſoleo ego ſomniculoſe herilia imperia perſequi. Terent. *in Andr.* Herum fefelli : in nuptias conjeci herilem filium.

‖ Herthamon, præcordia. Cod. ll. antiq. ‖

Hervitium, locus ubi herbæ naſcuntur. Gl. Iſid. ‖

**Hĕlĕnŭs**, ὄρος. Mons qui Pannoniam & Mœſiam diſtinguit, in quo feram Meropem reperiri aiunt. Ariſtoteles *ab initio mirabilium narrationum*. Alibi tamen *lib.* 6. *hiſtoria*, Meſappus legitur montis illius nomen.

**Heſaïas**, ὁ Ἡσαΐας. Nomen Prophetæ proprium, qui nobili genere ortus in Jeruſalem prophetavit, nihil tuſticitatis in ſermone habens, qui non tam Propheta, quàm Evangeliſta fuit. Univerſa enim Chriſti Eccleſiæque myſteria ad liquidum proſequutus eſt, ut non putes eum de futuro, ſed de præterito hiſtoriam texere. Tandem ſub Manaſſe rege ſectus in duas partes occubuit. Vide Heſychium.

**Hĕſĭŏdŭs**, ὁ Ἡσίοδος. Poëta vetus, ex Aſera vico Bœotiæ : unde Aſereus dictus eſt, Homeri (ut creditur) coætaneus. Hic primus de agricultura verſus ſcripſit, quem Virgilius imitatus eſt. De morte ejus ſcribit Plutarchus *in convivio ſeptem Sapientium*, apud Nemeum Locritum occiſum fuiſſe à Locrenſibus quibuſdam adoleſcentibus, cum quorum ſorore clàm tem habebat hoſpet quidam Mileſius, quo Heſiodus familiariſſimè utebatur. Suſpicati itaque fratres puellæ, Heſiodum ab initio rei totius conſciium fuiſſe, diſpoſitis inſidiis eum trucidarunt, & in mare conjecerunt. Corpus autem à delphinis proximus acceptum, ad Rhium Molytricum eſt advectum. ¶ Heſiodi ſenecta, γηρὰς Ἡσιόδου : Longæva vivâxque ſic appellabatur. Fertur etiam ab Heſiodi longævitate Pindari epigramma ejuſmodi :

Χαῖρε δὶς ἑξήκοντα τρὶς ἐννεακαιδεκάκρανε
Ἡσίοδ', ἀθρήσας μίκρον ἐλαν τεθνίκης.

**Hĕſĭŏdĭŭs**, a, um : quicquid Heſiodi eſt. Cic. *in Bruto*, Iſtud Heſiodium laudatur à doctis, quod, &c.

**Hĕſĭŏnē**, ἡ Ἡσιόνη. Laomedontis regis Troiæ filia, & Priami ſoror, quam Hercules à Piſtricis monſtri periculo liberatam, uxorem dedit Telamoni.

**Hĕſpĕrĭæ**, αἱ Ἑσπερίαι, duæ ſunt, una quæ Hiſpania dicitur, altera Italia : quæ ſic diſcernuntur, aut enim Heſperiam ſolam dicimus. Virgil. *Æneid.*

*Eſt locus, Heſperiam Graii cognomine dicunt.*

Aut addimus extremam, vel ultimam, & ſignificat Hiſpaniam, quæ in Occidentis eſt fine. Horat. *lib.* 1. *Carm.*

*Qui nunc Heſperia vîctor ab ultima.*

Et hæc ab Heſpero occidentali ſtella dicta eſt. Italia verò ab Heſpero Atlantis fratre, qui à germano pulſus, Italiam tenuit, & ei nomen vel ſuum, vel ſuæ priſtinæ regionis impoſuit. Macrobius tamen voluit Heſperiam dictam eſſe Italiam, quòd Occaſui ſubjecta ſit.

**Hĕſpĕrĭdĕs**, αἱ Ἑσπερίδες. Appellatæ ſunt Heſperi fratris Atlantis filiæ, Ægle, Aretuſa, & Heſperetuſa, quas Poëtæ fabulantur habuiſſe hortos nemore aurifero pretioſos : ubi erat draco cuſtos pervigil, mala aurea vigilanter obſervans, quem interfecit Hercules, pomaque aurea retulit ad verticem Euryſtheum. Plinius & Solinus interpretantur fuiſſe æſtuarium maris meatu flexuoſo inſtar draconis, quod hortos Heſperidum amplectebatur, ubi præter oleaſtrum, aliud nihil ex celebri illo aurifero nemore extate prodiderunt. Varro per mala aurea, oves ſignificari dicit, quales Hercules ex Africa in Græciam exportaverit : nam μῆλα, apud Græcos ſignificat ovem & pomum. Hinc Meloteæ, μηλωταί, dictæ veſtes ex pellibus ovium confectæ. Aliter tradit Diodorus *lib.* 5. *Bibliotheca*, quem videre potes. ¶ Heſperidum mala largiri, μῆλα ἑσπερίδων δωρεῖσθαι, dicuntur qui magna, ſplendidáque largiuntur.

**Hĕſpĕrĭs**, ĭdis, ἑσπερίς, teſte Plin. *lib.* 21. *cap.* 7. betha eſt, quæ noctu magis olet : unde & nomen invenit.

**Hĕſpĕrum**, τὸ Ἕσπερον, Promontorium in Africa eſt, navigatione decem dierum à noctium diſtans à monte, quem ὄρος ἔσχατον vocant Græci. Vide Plin. *lib.* 5. *cap.* 1.

**Hĕſpĕrŭs**, ὁ Ἕσπερος, Atlantis frater : unde Heſperia, Scribit Diodorus hunc Heſperum conſcendiſſe cacumen montis Atlantis, ad curſus aſtrorum obſervandos, & nunquam deinde compariſſe : cui vulgus honores divinos exhibuit, aſtrúmque luciditſimum ejus nomine appellavit. Virg. *Eclog.* 7.

*Ite domum ſatura, venit Heſperus, ite capellæ.*

Hæc etiam Serotina ſtella, & Veſper dicitur, & Veſpertugo, & Lucifer, & Venus, de quibus ſuo loco. { ANGL. *The evening ſtarre the evening, or eventide*. } Hujus meminit Cic. *lib.* 2. *de nat. Deorum*. Infima eſt (inquit) quinque errantium, terræque proxima ſtella Veneris, quæ φωσφόρος, Latinè Lucifer dicitur, quum antegreditur ſolem : quum ſubſequitur autem Heſperus. ¶ Dicitur & Heſperugo. Senec. *Medea*.

*Mergit diem timendum*
*Dux noſter Heſperugo.*

**Hĕsĕnī**, Populi Paleſtinæ ſine ulla fœmina viventes, & omni venere abdicati. Author Plin. *lib.* 5. *cap.* 17. Apud hos capitale erat columbas interficere. Quare tam circumſeptæ traduntur, ut etiam ad ignotiſſimum quemque advenarum advolantes, ova roſtro velut exoculatentur. Ad hoc alludit Tibull. *lib.* 1. *Eleg.* 7. *al.* 8.

*Quid referam, ut velites crebrum intacta per urbes*
*Alba Paleſtini ſancta columba viri ?*

**Hĕstĕrnŭs**, a, um : quod heri fuit. { χθιναῖος, χθιζός. ANGL. *Of yeſterday*. } Plaut. *Pſeud. ſc.* 4. *a.* 2. Neque venit Athenas ante heſternum diem. Vide *in Heri*.

**Hĕsternō**, Adverbium. Auſon. *Epiſt.* 73.

**Hĕstĭæa**, ἡ Ἱστιαία. Eubœæ oppidum, quod Plin. ab uvarum copia εὐστάφυλον cognominat. ¶ Eſt ejuſdem nominis oppidum in Acarnania, teſte Stephano. ¶ Pars item quædam Theſſaliæ à Strabone *lib.* 13. Heſtiæa appellatur.

**Hĕſychĭŭs**, ὁ Ἡσύχιος. Mileſius hiſtoricus tempore Anaſtaſii principis. Scripſit hiſtoriarum libros ſex de Romanorum, aliarúmque gentium principibus : item Dictionarium, quo ſe uſum fatetur Suidas.

‖ Hetæria, ἑταιρία, ſodalitas, collegium, ſocietas.

Hetæriarcha, ἑταιρειάρχης, qui præeſt ἑταιρίᾳ. ‖

**Hĕtĕrŏclītŏn**, ἑτερόκλιτον. Quod à communi vulgatâque declinandi ratione deflectit, quaſi alieno, & novo quodam modo declinatum.

**Hĕtĕrŏcrānĭă**, ἑτερομιγία. Morbus eſt capitis, quum caput inæqualiter dolet, tumétque, & inter pilos rotunda, & humida ulcuſcula ſurgunt, & pus mali odoris. Plin. *lib.* 31. *cap.* 9. Ad heterocraniæ, capitiſque ulcera & puſtulas, papulâſve, &c.

**Hĕtĕrŏgĕnĕŭs**, a, um, ἑτερογενής. Quod eſt alterius generis : cui opponitur homogeneus, quod eſt ejuſdem generis, ὁμογενής.

**Hĕtĕrŏmăſchălă**. { ἑτερομάσχαλα. ANGL. *Petergamentes friſed onlie on the one ſide*. } Veſtimenta, quæ ex altera tantùm parte villoſa ſunt, & ſervis apta. Contra, amphimaſchala, & amphimalla, quæ ab utraque parte villoſa, & ingenuis dedicata ſunt. Vide Bayſium *de re veſtiaria*.

**Hĕtrūrĭa**, Regio eſt Italiæ ad primam uſque Tyberis ripam protenſa, Macra fluvio à Liguria diſcreta, πόλις Steph. cujus hodie præcipua metropolis eſt Florentia. Dicta eſt autem Hetruria, quaſi ἑτεροχθονία, διὰ τὸ ἑτέρους, καὶ ἔξω ἰέναι, eo quòd extenderetur ad alteram ripam Tyberis, qui eſt terminus inter Latium & Hetruriam. ¶ Alii dictam Hetruriam autumant ab ejuſdem regionis oppido Attia, quam Diomedes condidit, & Æthrian primò nominatam ſcribit Steph. Vel διὰ τὸ αἰθρίους ἀεὶ εἶναι, propter auguriorum peritiam, quia de cœlo ſervantes exercent æthera Pallas. Clarúit olim maximè haruſpicina, quam Tages ex hac regione oriundus primus invenerat.

**Hĕtrūſci**, regionis ejus incolæ, πίθηκοι. Martialis,

*Quantum ſolicito ſortuna parentis Hetruſco.*

Hetta, res minimi pretii, quaſi hicta, id eſt, hiatus hominis atque oſcitatio. Alii puſillam dixerunt eſſe, quæ in coquendo pane ſolet aſſurgere, à qua accipimus rem nullius pretii, quam dicimus, non hettæ facio. Feſtus. ‖

**Heû** ! à θεῦ. Interjectio eſt dolentis, interdum exprobrantis. { אוי *oi*. איה *eiah*. ἰοῦ, οἴμοι. GALL. *Helas*. ITAL. *Oime, hai*. GERM. Ey/ach/ oweé. HISP. *Hay*. ANGL. *Alace, ach*. } Jungitur nominativo, accuſativo, & vocativo : de quibus ubique occurrunt exempla. Invenitur etiam apud Plautum ſæpiuſculè cum dativo, niſi exemplaria ſint vitioſa. Ita enim legitur *in Milite*, Heu mihi ! nequeo quin ream. Idem *in Mercat.* Heu miſeræ mihi. *Ibid.* Heu miſero mihi : Si illic abierit, mea omnes dicent eſſe ignavia. Sunt tamen qui his omnibus in locis legant hei. Sed nimis audacter. Ita enim etiam Ovid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Triſt.*

*Heu loca felici non adeunda viro.*

Pro eodem etiam dicimus Eheu ! de quo ſuo loco diximus. Interdum geminatur, & tunc ferè abſolutè pronunciatur. Plaut. *Pſeud. ſc.* 3. *a.* 1. Heu heu, quàm ego malis modis perdidi quod tibi deruſi. Idem *Men. ſc.* 5. *a.* 5. Heu hercle mulier multùm & audax & mala. Idem *Aul. ſc.* 3. *a.* 3. Heu ſenex, &c. Idem *Men. ſc.* 2. *a.* 3. Heu hercle morbum acrem & durum ! *Ibid. ſc.* 2. *a.* 2. Heu hercle hominem moleſtum & odioſum. Idem *Men. ſc.* 2. *a.* 1. Heu ædepol nè tu eſſes agitator probus. Nonnunquam ter repetitur : ut idem *Pſeud. ſc.* 2. *a.* 3. Heu, heu, heu, doleo. Interdum tantùm geminatur, ut apud Ovid. 4. *Faſt.*

*Heu bona perpetuò debuit illa regi.*

Et apud Plaut. *ſc.* 3. *a.* 1.

**Hĕus**, abî & *he*, adverbium vocantis. { הוי *hoi*. *ô*. GALL. *Hé vien, ou venez*. ITAL. *Oli, o*. GERM. *Holla/ loſ/ oſcha*. HISP. *He*. ANGL. *Holah*. } Plaut. *Moſt. ſc.* 2. *a.* 2. Heus, ecquis iſtas aperit fores ? Idem *Aul. ſc* 4. *a.* 2. Heu Staphyla. Idem *Curc. ſc.* 2. *a.* 4. Heus, tibi ego dico. Idem *Pſeud. ſc.* 3. *a.* 1. Heus tu ? Iſti poſtquam à menſa ſurgunt, alienum reddunt nato nemini. Idem *ſc.* 7. *a.* 4. Heus ubi eſtis vos. *Ibid.* Heus memento mihi dimidium dare. Idem *Curc. ſc.* 2. *act.* 1.

Pessuli, heus pessuli! vos saluto lubens. *Ibid. sc.* 2. *a.* 2. Heus exi, exi. *Ibid. sc.* 1. *a.* 3. Heus tu te volo. Virg. 1. *Æneid.*

*At prior, heus! inquit, juvenes monstrate mearum*
*Vidistis si quam hic errantem forte sororem.*

Terent. *in Andr.* Heus, evocate huc Davum. Heus heus, geminatum. Idem *Heaut.* Verùm hercle istuc est. Syre, Syre, inquam, heus heus Syre. Sed heus tu! R. vocantis particula. Cic. *ad Qu. fr. lib.* 1. Sed heus tu, celari videor à te! Quòniam modo mi frater de nostris rebus Cæsar? Terent. *Eunuch.* S. d heus tu, pargon' ego me de istac Thaidi, quòd eam me amare suspicatur? ¶ Nonnunquam interjectio doloris est: ut,

*Heu etiam mensis consumpsimus, inquit Iulus.*

Aspiraturque magis usu, quam ratione originis, quum & Festus à Græco αὖ trahere videatur, quæ vox doloris est, unde & ægritudinem deductam esse tradit.

‖ Heuretes, ἀνευρετὴς, inventor. Plaut. ‖

Hexaclinon, ἑξάκλινον. Vocatur stabadium, hoc est, cœnatio sex lectos cœnatorios capiens. Martial.

*Et testudineum mensis quater hexaclinon*
*Impulit.*

‖ Hex. ἕξ, sex, in quibusdam vocibus sequentibus: in compositione *Hexa.* ‖

Hexæmeron, ἑξαήμερον, spatium sex dierum, tempus quo conditus est mundus: item liber de operibus sex dierum.

Hexagium, ἑξάγιον, sextula, quæ pendit quatuor scrupula: sexta unciæ pars.

Hexagon, teste Plin. *lib.* 28. *cap.* 3. Legatus Oblogenum (qui populi sunt in Cypro) à Consulibus Romæ in dolium serpentium conjectus experimenti causa, circum mulcentibus linguis miraculum præbuit.

Hexăgōnum, ἑξάγωνον. Sex angulorum. Col. *lib.* 5. *cap.* 2. Si fuerat sex angulorum, ad quadratos pedes sic redigitur. Esto hexagonum quoquoversus lineis pedum triginta, &c.

Hexămetrum, ἑξάμετρον. Quod est sex mensurarum, sive pedum: unde versus hexametri dicuntur, qui sex constant pedibus. Cicer. 3. *de Orat.* Solitus est versus hexametros, aliósque variis modis atque numeris fundere ex tempore. Vide Gell. *cap. ult. lib.* 18.

Hexăphōrum, ἑξαφόρον. Lecticam significat, quæ à sex servis lecticariis ferri solebat. Martial. *lib.* 2. *in Zoilum.*

*Laxior hexaphoro tua sit lectica licebit.*

Vide *Lectica.*

‖ Hexaplum, ἑξαπλοῦν, sexcuplex.

Hexapsalmus, vel hexapsalmum, ἑξάψαλμος, vel ον, senio psalmorum, quos canebant in matutinis. Gloss. gr. b.

Hexaptotus, a, um, ἑξάπτωτος, ον, sex casus habens. ‖

Hexăstichum, ἑξάστιχον. Hordeum dicitur, cujus spicæ sex ordines habent: sicut distichum, cujus spicæ duos tantùm habent ordines. Col. *lib.* 2. *cap.* 9. Proximus est his frumentis usus hordei: quod rustici hexastichum, quidam etiam cantherinum appellant.

Hexechontalithos, ἑξηκοντάλιθος. Gemma, quæ tametsi virear, in parva tamen magnitudine multicolor est: ea dicta, quòd sexaginta colores habeat: ἑξήκοντα enim sexaginta, λίθος lapis. Vide Plin. *lib.* 7. *cap.* 10.

Hexēres, ἑξήρης. Naves dicuntur, quæ sex ordines remorum habent. Liv. 7. *bell. Maced.* Regia classis septem & triginta majoris formæ navium erat, in quibus tres hepteres, & quatuor hexeres habebat: præter has decem triremes erant. Idem *lib.* 9 *bell. Pun.*

H I

Hiarbas, *Ἰάρβας*. Jovis filius ex Garamantida nympha, & Getulorum rex, qui quum ab Elisa, quam in matrimonium petierat, repulsam tulisset, ira commotus, nascenti adhuc Carthagini bellum intulit. Cujus belli metu, quum illa à civibus suis cogeretur Hiarbæ nubere, impetrata mora, ut Sichæi prioris mariti manes placaret, seipsam in pyram, quam tanquam sacrificatura exstruxerat, conjecit, maluitque se comburere, quàm secundas nuptas experiri. Docti scribunt Iarbas, sine aspiratione.

Hiasco, Hiato, Hiatus, vide *Hio, as.*

Hibēris, idis, *ἴβηρις*. Herba est folia habens nasturtii, vete viridiora, caulem cubitalem, aut minorem, florem autem lacteum. Nascitur in ingultis. Ruellius eam esse credit quam Latini Lepidium sylvestre, herbarii *Valerianam pratensem* appellant.

‖ Hiberna, orum, ubi milites hiberno tempore stationem faciunt.

Hibernus, a, um: idem quod hiemalis. ‖

Hibernia: Insula in mari Atlantico. Cæsar *lib.* 5. *bell. Gallici*, Hibernia (inquit) dimidiâ minor, ut æstimator, quam Britannia. Hujus incolæ longè magis, quàm Britanni sylvestres sunt, ut scribit Strabo *lib.* 4.

‖ Hiberus, vide *Iberus.* ‖

Hibiscus, sive hibiscum. Herba non dissimilis malvæ (inquit Theophrast.) folio majori, quàm malvæ, pilosioribusque caule. ‖ ἀλθαία, ὀλόκα. Gall. *Mauves, ou menue paretz, guimauves.* Ital. & Hisp. *Malvavisco.* Germ. Eibischkraut. ‖ Alio nomine althæa dicitur, & à vulgo sepiariorum *Bismalva.* Usus ad rupta & tussis. Plin. *lib.* 18. *cap.* 5. Hibiscum à pastinaca gracilitate distat, damnatum in cibis, sed medicinæ utile. Virgil. accipit pro junci, sive vimims genere, *Eclog.* 2.

*Hædorúmque gregem viridi compellere hibisco.*

‖ Hibrida, vide *Ibrida.* ‖

Hic, ab ὅδε hujusce hisce, ab ἵημι. Iste & Ille. ‖ זֶה זֹאת. Gall. *Celui-ci.* Ital. *Questo, costui, quello.* Germ. Dieser, der. Hisp. *Aquesto, esse, aquel.* Angl. *This, he.* ‖ Plaut. *sc.* 5. *a.* 1. Hic dux, sic ille est pædagogus. Idem *Men. sc. ult. a.* 5. Hic tui, túque hujus similis. Idem *Capt. prolog.* Hos quos videtis stare hic captivos duos, illi qui astant, ii stant. *Ibid.* Hic illius, ille hujus fert imaginem. *Ibid. sc.* 3. *a.* 3. Hic ille est dies, cui nulla salus. Ovid. 2. *Metam.*

*His humeris, his, inquam, humeris.*

Plaut. *Milit. sc.* 3. *a.* 2. Vidi his duobus oculis. ¶ Hic pro is. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Hic est hujus cliens. ¶ Pro ego, idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Solus hic homo est, qui sciat divinitus (id est, ego.) Idem *Milit. sc.* 3. *act.* 2. Tollat has ædes, atque hunc in crucem (id est, me.) Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 2. Jubetes hunc in pistrinum trahi (id est, me.) Idem *Aul. prologo*, Hic qui petcet sibi uxorem (supra, est arunculus.) Ovid. *Eleg. ult. lib.* 4. *Trist.*

*Cum tamen hic essem* (i. ejusmodi tam mollis.) &c.

Hic dextra, vide *Dextra.* Differunt in hunc modum, ut Hic cum suis derivatis & compositis dicatur de persona, aut te loquentis, aut certè de re, aut persona illi proxima. Ille spectet personam audientis, quam nos vocamus secundam personam, hoc est, personam, vel rem ei cui loquimur proximam. Ille verò ad tertiam personam refertur, quæ remota est tam à loquente, quàm ab audiente. Cic. *Curioni.* Putasne unquam accidere posse, ut mihi verba deessent, neque solùm ista vestra oratoria, sed etiam hæc levia nostratia? Eadem quoque ratio est eorum adverbiorum, quæ localia nominata, ab iisdem pronominibus formantur: ut hîc denotet locum primum, in quo est is qui loquitur, aut scribit: isthic, secundum locum ubi est cui loquimur, aut scribimus: illic tertium & remotum quendam locum, in quo neque ego sum qui loquor, aut scribo, neque tu, sed tertius quidam locus remotus ab utroque nostrûm. Quare sic optè loquemur. Hic novi habemus nihil, quod si quid isthic vobis acciderit, scire cupio. Item sic, Regis Hispanorum oratores, qui diebus superioribus hac iter habuerunt, ad quod tempus illhuc pervenerint facies me certiorem. Cic. *Valerio*, Ibi malis esse, ubi aliquo numero sis, quàm isthic ubi solus sapere videare. Ille verò, ἐκεῖσε, cum adverbiis ab eo formatis (quemadmodum jam diximus) significat rem, seu locum ab utroque remotum. Plaut. Quis est, quem videmus venientem, pannosum ac squalidum. Illéne est noster Syrus? Plin. Hæc omnia ad nos ex illa provincia comportantur. Illinc succi, illinc odores, illinc extremo orbe quæsitæ luxuriæ, opes. ¶ Duobus autem modis construuntur, demonstrativè & relativè. Terent. *in Eunuch.* Viden' tu illum Thais? Seneca, Et qui hoc facit, sanè prudens appellandus est. Et tunc Hic eandem significationem habet, quamvis à quo in nominativo pluralis numeri utriusque generis scripturâ distinguitur. Hi enim, & hæ, cum aspiratione & una vocali, ab eo quod est hic, & hæc, descendunt. Ii verò & eæ, cum duabus vocalibus sine aspiratione fiunt ab is, ea, id. ¶ Sciendum quoque est, hic, quum pronomen est, indifferenter produci, aut corripi. Virg. 4. *Æneid.*

*Hæc finis Priami fatorum, hic exitus illum*
*Sorte tulit.*

Quando verò adverbium est, producitur, ut

*Potibabita celuisse Samo, hic hic illius arma.*

¶ Hic interdum accipitur pro Talis, ut apud Virgil. *lib.* 2. *Æneid.*

*Hunc ego te Euryale aspicio.*

¶ Præterea quemadmodum *hic* pronomen accipitur pro *talis*, ita *hic* adverbium, pro in tali loco. ¶ Accipitur quandoque *iste*, pro *hic.* Cic. Quum isto tempore stent cum gladiis armati. ¶ Hic, & is, alio modo usurpari solent ab authoribus: ut, Alexander parvis copiis fretus superavit Darium cum infinito exercitu, & id (ὅ τι) vel in adolescentia. ¶ Ab Hic, tam pronomine, quàm adverbio, fiunt hicce & hiccine, ὅδε: illud ejusdem significationis cum hic, hoc semper interrogativè ponitur, quasi hicne? Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 5. Hoccine pacto me condemnatum abripi! Idem *Mil. sc.* 1 *a.* 1. Hiccine est Achilles tibi? *Ibid. sc.* 2. *a.* 2. Philocomatum hiccine etiam nunc est? (sup. apud vos.) Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Hunccine hominem! Idem *Milit. sc.* 2. *a.* 2. Non possunt mihi minacis hicce oculi fodiri, &c. Dicitur & hicce, hæcce, & hocce, vari. Unde apud Terent. Hicce, plurali numero dicitur hi: Hicce arbitrantur, nunc hoc mancre suum esse Thaidem. Plaut. *in Capt.* Hicce autem inter se confinxerunt dolum. Idem *Menæch. sc.* 2. *a.* 1. Post huncce diem. *Ibid. sc.* 2. *a.* 1. Idem *Amph. sc.* 1. *a.* 1. Ea signa nemo hominum familiarium videre poterit. ¶ Hæc, pro hæ, apud Plaut. & Terent.

Hic adverbium: In loco, in hoc loco. ‖ פֹּה *pôh.* ἐνθάδε, ἐνθάδι, ἐνθάδι. Gall. *Ici, en ce lieu.* Ital. *Qua, in questo luoco, qui.* Germ. Hie an diesem ortte da. Hisp. *Aqui donde yo estoy.* Angl. *In this place, here.* ‖ Plaut. *Men. sc.* 6. *a.* 5. Hic parato oppido. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Hic doli, hic fallaciæ, hic sycophantiæ. *Ibid. sc.* 2. *a.* 3. Hic homines tam brevem vitam colunt (id est, in terris.) Idem *Ps.* Hic (id est, in cœnacula) sunt quinque minæ. Terent. *in Eunuch.* Jam fratet ipse hic aderit virginis. *Ibid.* Thais, ego jamdudum hic adsum. ¶ Huc pro huc. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Exit hic ante ostium. ¶ Hic intus, vide *Intus.* ¶ Hic pro tum, adverbium temporis. Ter. *Hecyr.* Hic animus partim uxoris misericordia devictus, &c. Cic. 5. *Verr.* Hic illi flentes rogare atque orare cœperunt, ut, &c. Virg. *lib.* 2. *Æneid.*

*Hic regina gravem gemmis, auróque popposcit,*
*Implevitque mero pateram.*

¶ Hic, pro tunc temporis. Plaut. *Mostell. sc.* 2. *a.* 2. Hic vitium ædibus additur.

Hinc, adverb. de loco. ‖ מִזֶּה *mizzéh.* ἐντεῦθεν, ἐνθένδε, ἐντεῦθι. Gall. *D'ici çà je suis, de ceci, de ce lieu.* Ital. *Di qua, da questo luogo.* Germ. Von hinnen von dannen. Hisp. *De aqui.* Angl. *From hence, from this place.* ‖ Plaut. *Amph.* Atque is repentè abiit ex me hinc ante lucem. Terent. *in Adelph.* Nam ut hinc fortè ea obstetrix erat missura, ubi eam vidi, illico accedo. Tibull. *lib.* 4.

*Nec tamen hinc aut hinc, tibi laus, mavórve minórve.*

Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Hinc stas, illinc caussam dicis. Idem *Amph.* Hinc atque illinc vota suscipere. Idem *Milit. sc.* 3. *a.* 2. Nihil est quæ hinc huc transire possit (id est, domo foras.) Idem *ibid.* Faciam ut hinc exire videat domo foras. Idem *Menæch. sc.* 1. *a.* 4. Pallam hinc ad Phrygionem scelsit, quam surripuit domo. *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Amat meretricem hinc è proximo. Item, Quis me capillo hinc de curru detrait? Idem *Milit. sc.* 1. *a.* 2. Foris concrepuit hinc à vicino sæpe. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 2. Hinc postò quid agas, consulas (pro dehinc.) Tibull. *lib.* 4.

*Hinc*

*Hinc placidam nobis per tempora labitur annus.*

(id est, ex ea temperie zonarum.) ¶ Hòc, pro Ideò, & hoc pronomen, vide infrà post *Hearne*.

**Hāc**, adverbium per locum. { *ταύτη, τῇδε, τῇδι ταυτῇ.* GALL. *Par icy.* ITAL. *Per quà.* GERM. Hiedurch/ disen wèg. HISP. *Por aqui donde yo eſtoy.* ANGL. *By this place or way.* } Terent. *in Eunuch.* Ite hac omnes vos: valete, & plaudite.

*Hâc iter eſt.*

Virg. 9. *Æneid.*

**Hūc**, adverbium ad locum. { רם *poh, δεῦρο, à vien, hùc, ἔνθα, ἐνθάδε.* GALL. *Ici, encea lieu.* ITAL. *Quà, à queſto luoco.* GERM. Hieher. HISP. *Aca donde yo eſtoy.* ANGL. *To this place.* } Virg. 2. *Eclog.* Huc adeas. Huc abi cum illo, Terent. *Eunuch.* Cic. 2. *Tuſc.* Huc arripe me ad tu. manibus abſtractam pria.

**Hiempſal**, Rex Numidiæ. Plut. *in Num.* & Saluſt. *in Jugurth.*

¶ **Hiems**, vide *Hyems.*

**Hiera**, *ἱερὰ*, vulgò *Suda.* Inſula inter Siciliam & Liparam, Vulcano ſacra, una ex Æolis. In hac veteſtas Vulcani officinam fuiſſe credidit, quòd nocte cernerentur ignis plurimùm, interdiu fumum copioſiſſimum emittere. Senec. *epiſt.* 84. Ut curſores ſolent, Hieram fecimus. Vide Thucyd. *lib.* 3. ¶ Fuit & via ſic dicta in agro Attico, quòd ea irent ſacerdotes ad Eleuſinam Cererem. ¶ Hoc nomine appellata eſt uxor Telephi regis Myſorum, quæ à Nereo interfecta dicitur, quùm marito ferret opem, qui ab Achille vulneratus fuerat. Ea (ut fabulæ tradunt) tantæ fuit pulchritudinis, ut etiam Helenam ſuperaret.

¶ **Hiera**, ſacra, *ἱερά, ὰ*: Sacer, a, um: de qua voce Græca ſemel monendum, propter nonnullas ſequentes, quæ ab *hiera* incipiunt, cum illa compoſitæ.

**Hiera**, *ἱερὰ*, medicis eſt medicamenti compoſitio, ſic appellati *κατ' ἐξοχὴν*, i.e. magna.¶

**Hierax**, *ἱέραξ.* Exigua regio Libyæ in Cyrene. Steph.

**Hieracome**, vide *Hierocomita.*

**Hieracites**, *ἱερακίτης.* Gemma eſt à colore accipitris ſic dicta, quem Græci *ἱέρακα* appellant. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10. & 11.

**Hiēracium**, *ἱεράκιον.* Herba eſt duorum generum. Hieracium majus caulem emittit aſperum, ſubrubrum, ſpinoſum, cavum: folia ex intervallis rariuſculè diviſa, ſimilia ſoncho per ambitum, flores autem luteos in capitulis. Hieracium minus, folia ex intervallis habet diviſa in ambitu, calliculos teneros, virentes, in quibus lutei flores in orbem circinati emicant. ¶ Hieracia à Plin. inter agreſtis lactucæ genera numerantur, dictámque exiſtimat ab eo quòd accipiter ejus ſucco oculorum caliginem diſcutiat. Vide locum ipſum *lib.* 20. *cap.* 7.

**Hierana**, *ἱερὰ*, in mari Cretico eſt, & alia Ægypti. Steph.

**Hieraphe**, *ἱεράφη*, inſula Libyæ. Steph.

**Hierapytna**, *ἱερὰπυτνα*, urbs Cretæ, quæ priùs Cyrba, deinde Pytna nominabatur, poſtea Camyros, poſtremò Hiera-Pytna, inde Hierapytnius.

**Hiērāthēmis**, vide *Erathemis.*

¶ **Hierapetra**, *Hierapetra.* V.E. vetus Cretæ inſulæ, ſub A. Cretenſi.¶

**Hiērāpierā**, *ἱερὰ πικρὰ.* Confectionis genus eſt, à Galeno inventum, ita dictum ab amaritudine aloës, quam recipit.

**Hierapŏlis**, *ἱεράπολις*, civitas Aſiæ, contra Laodiceam, ubi aquæ calidæ ſcaturiebant, quæ in lapidem admodum facilè durabantur. ¶ Eſt præterea Hierapolis aliis miraculis inſignis. Præcipuè verò admiratione dignum videri poteſt, quod de Plutonio ore tradit Strab. *lib.* 13. in collis Hierapoli imminentis faſtigio, puteum eſſe ſemijugeri magnitudine, eam peſtilentes exhalantem nebulas, ut omnia animalia ſeptum ingreſſa extinguat, quum tamen vicinus aër ſit innoxius. Strabo ipſe ſe aliquando paſſeres intra ſeptum hoc immiſiſſere ſtatur, qui ſtatim mortui conciderunt. Author eſt præterea idem Strabo circa Hierapolim aquam eſſe adeò tingendis lanis idoneam, ut ex radicibus tinctæ cum iis decerterent, quæ ex purpura tingebantur. ¶ Dicta eſt autem Hierapolis, teſte Stephan. à multitudine ſacrorum ſive templorum, quæ Græci *ἱερὰ* vocant. Hujus oppidi incolæ, Hierapolitæ, *ἱεραπολίται* dicuntur. ¶ Secunda eſt Cretæ, tertia Syriæ, quarta Cariæ.

¶ **Hierarcha**, *ἱεράρχης*, ſacer princeps, ſicut Epiſcopus. Ita Vet. Dict. ¶

**Hiērārchĭa**, *ἱεραρχία.* Sacrorum principatum ſignificat: & hierarcha, *ἱεράρχης*, ſacrorum præfectum. Dionyſius *in lib. de Eccl. Hierarch.* hierarchiam definit, ordinatam omnium ſacrorum adminiſtrationem: & hierarchen, virum divinum, omnium eorum quæ ad ſacrorum cognitionem pertinent, peritum.

¶ **Hierarchicus**, ad hierarchiam pertinens.¶

**Hieraticus**, a, um, *ἱερατικὸς, ὴ, ὸν.* Sacerdotalis, item rebus ſacris deſtinatus. ¶

**Hiērātica**, *ἱερατικὰ.* Chartæ quoddam genus ſubtilius, religioſis tantùm voluminibus dicatum, quæ ab adulatione Cæſaris Auguſti nomen accepit. Plin. *lib.* 13. *cap.* 11.

**Hieri**, populi ſunt ultra Sauromatas, calvi & ſimi à nativitate omnes, & promiſcuè barbam habentes, qui ideò *ἱεροὶ*, id eſt, ſacri dicuntur, quia nihil injuſtè agunt, nec bella norunt.

**Hiericus**, *ἱερικὸ*, oppidum Judææ, inter Hieroſolymam & Jordanem ſitum, palmetis circunquaque conſitum, & fontibus irriguum. Vide Plin. *lib.* 5. *cap.* 14.

¶ **Hiero**, *ἱέρων.* Syracuſanorum quondam tyrannus, qui manſuetudine & lenitate, tremque corporis pulchritudine, & viribus adeò præſtitit, ut omnibus penè miraculo eſſet. Vide Juſtinum *lib.* 23. Plaut. *Men. ſc.* 3. *a.* 2. Hieroni regnum tradidit Liparo. ¶ Hieron alter Ferreus cognomento, Athenienſis, familiaris Nicæ ducis Athenienſis, unáque cum eo diſciplinis eruditus: poëmata nonnulla conſcripſit, quæ Plaut. *in Nitia* ad ætatem ſuam perveniſſe teſtatur.

**Hierobŏtănē**, *ἱεροβοτάνη.* Verbenaca herba, ab uſu nomen ſortita, quòd ea in ſacris uterentur, ad Jovis menſam verrendam, domúmque luſtrandam. Hanc etiam Legati ad hoſtes ituri manu ferebant. Duo ejus ſunt genera, quæ vide apud Plin. *lib.* 2. *cap* 9.

**Hierocomitæ**, *ἱεροκωμῆται.* Populi ab Hierocome civitate Cariæ. Author Polybius.

**Hiērŏcŏmium**, *ἱεροκομεῖον.* Locus in quo leproſi aluntur: hæc enim inter cætera elephantiaſim ſignificat, quam Arabes lepram appellant.

**Hiērŏdŭli**, orum. { כמרים *chemarim*, משרתים *maſcharetim. ἱερόδουλοι.* } Sacrorum miniſtri. Julius Firmicus *lib.* 8. Matheſeos ſcribit futuros ædituos, aut hierodulos, qui habuerint horoſcopum in viceſima ſexta parte Geminorum.

**Hieroglyphus**, *ἱερογλύφος*, qui ſancta, ſeu arcana ſculpit. Inde,

**Hieroglyphicus**, a, um, ad hieroglyphum pertinens.

**Hieroglyphica** abſolutè (ſubintelligendo *muſica*) erant notæ arcanæ animantium, per quas & res, & animi ſenſa exprimebant, tanquam per literas: unde & literas vocabant.

**Hieromonachi**, ſacerdotes monachi. Lex. gr. b.¶

**Hiēronīcæ**, *ἱερονῖκαι*, vocamus victores ſacrorum certaminum, hoc eſt, Olympiorum, Pythiorum, Iſthmiorum, ſeu Nemæorum. Sueton. *in Neron. cap.* 24. Ac ne cujus alterius hieronicatum memoria, aut veſtigium extaret uſquam, ſubverti, & unco trahi, abjicique in latrinas omnium ſtatuas & imagines imperavit. Idem Sueton. *cap. ſequenti*, Reverſus è Græcia Neapolim, quòd in ea primùm artem protulerat, albis equis introiit, diſjecta parte muri, ut mos hieronicarum eſt.

**Hiērōnymus**, *ἱερώνυμος*, proprium nomen Doctoris Eccleſiaſtici, cujus opera in pretio habentur. Latinè ſacrum nomen interpretari poſſumus, quaſi *ἱερὸς ὄνομα*, o parvo in y commutato. ¶ Fuit & hoc nomine philoſophus ex Rhodo inſula, qui finem ſummi boni poſuit in indolentia, quæ Græcè dicitur *ἀοδυνησία.* ¶ Alius præterea fuit hoc nomine Siciliæ Tyrannus, Hieronis filius, qui parti admodum puer ſucceſſit. Quapropter pater ei metuens, relictis tutoribus XVI. mandavit moriens, ut fidem erga pop. Rom. annos quinquaginta à ſe cultam, inviolatam ſervaret. Hic poſtea abjecta tutela, contempta patris diſciplina ac moderatione, luxuriosiùs & arrogantiùs agendo, à Romanis deſciviſſe, Annibalique adhæſiſſe. Quúmque ſuperbè nimis in cives ſeſe haberet, ab iiſdem interfectus eſt. Author hoc Liv. *lib.* 24. ¶ Hieronymus hiſtoricus Rhodius familiaris Demetrii Poliorcetis, relictúſque ab eo præfectus in regione Bœotiæ, ſcripſit res ab illo geſtas, ut ſcribit Plut. *in Demetrio.*

**Hiērŏphāntă**, *ἱεροφάντης.* Ædituus, ſacrorum cuſtodiæ præfectus. Hieron. *contra Iov.* Hierophantas quoque Athenienſium uſque hodie cicutæ ſorbitione caſtrari: & poſtquam in pontificatum ſuerint electi, viros eſſe deſinere affirmat. In quem locum annotavit Eraſmus, Hierophantas non propriè dici ſacerdotes, ſed magiſtros ſacrorum cuſtodes, quos Latinè vocamus Ædituos. Hierophantæ dicti, ſive ab eo quòd ſacra oſtenderent, ſive quòd ſactis cibis veſcerentur. Nonnunquam tamen pro ipſis ſacerdotibus.

**Hiērŏphylăx**, acis: Cuſtos ſacrorum. { כמר *chamar*, משמרת *meſchoreth. ἱεροφύλαξ.* GALL. *Secretain, gardien des choſes ſacrées.* ITAL. *Guardiano di coſa ſacra.* GERM. Der über heilige ding ſorg vnd hut tregt. HISP. *Sacriſtan ò guardador del templo.* ANGL. *A curche ouarden.* } quaſi *τὸ ἱερὰ φυλάττων.* Scævola *de ann. legat. lib.* 2. Annua ſacerdoti, hierophylaci & libertis.

**Hieros colpos**, i. ſacer ſinus, prope Aradum civitatem eſt. Steph.

**Hiērŏsŏlymă**, Hieroſolymæ, & Hieroſolyma, Hieroſolymorum, & Hieroſolymæ, Hieroſolymarum, numero plurali: urbs Judææ, totius Orientis clariſſima, quæ & Hieruſalem vocabatur. { ירושלם *jeruſchalaim. ἱεροσόλυμα.* GERM. Jeruſalem. } Cic. *pro Flacco.* Quum aurum Judæorum nomine ex Italia Hieroſolymam exportari ſoleret, hic Cn. Pompeius captis Hieroſolymis victor ex illo fano nihil attigit. Suet. *in Nerone.* Spoponderunt tamen quidam deſtituto ei gubernationem Orientis & regnum Hieroſolymorum. Idem *in Auguſt. cap.* 93. Hieroſolymam prætervehens noluit ſupplicare. Idem *in Neron. cap.* 40. Privato ſive deſtituto Neroni regnum Hieroſolymorum nonnulli ſponderunt. Hieroſolyma (ut ſcribit Hegeſippus) quæ primò Solyma dicebatur, poſteaquam rex Chananæus cognomento Juſtus, qui fuit conditor Solymorum, templum ei addidit, Hieroſolyma dicta eſt: nam Græci *ἱερὸν* templum vocant. Euſebius *lib.* 9. *Evang. præpar.* Hieroſolyma appellari ait, quaſi hieron Solomonis, hoc eſt, ædem Solomonis, à templo quod Solomon Hieroſolymis pulcherrimum, magnificentiſſimúmque conſtruxit.

**Hiērŏsŏlymītă**, משרשלים *miruſchalaim. ἱεροσολυμίτης*, & Hieroſolymitanus.

**Hiērŏsŏlymārĭus**, dictus eſt Cn. Pompeius ab Hieroſolymis expugnatis. Cicer. *lib.* 2. *ad Attic.* Si verò quæ de me pacta ſunt, ea non ſervantur, in cœlo ſum, ut ſciat hic noſter Hieroſolymarius te doctor ab plebem, quàm bonum meis puriſſimis orationibus gratiam retulit.

¶ Hierotheca, *ἱεροθήκη*, rei Sacramenti theca.¶

**Hiērŏthĕus**, *ἱερόθεος*, nomen viri proprium, & interpretatur, ſacer Deus.

**Hilă**, *ἵλιον.* Inteſtinum tenue, ab hira, ſive ab hilum (inquit Varr. *lib.* 4. *de L. L.*) quod eſt minimum. Unde quandoque hilæ pro inteſtinis farſis, aut lucanicis accipi ſolent. Plaut. Atque hilas eſt fumacas, & ſumen. ¶ Ab hila, ſive ab hira, ut Feſto placet, fit diminutivum hilla. Horat. *Serm. lib.* 2. *Satyr.* 4.

——— *Fernè magìs ac magìs hilis*
*Flagitat immenſum veſci.* (id eſt jejunus.)

¶ Quandoque ponitur pro eo inteſtino, quod in anum reſolvitur, medici vocant Rectum. Laberius, Nævæ aliter hunc prædicabis, quomodo video adoleſcenti noſtro cædis hillas.

**Hĭlăris**, e: Jucundus, lætus, facetus. ☽ Triſtis, mœſtus, horrida vita atque inculta. [ עלץ *halix*, נעם *ſamchach. ἱλαρὸς, φαιδρὸς.* GALL. *Joyeux, gay, content.* ITAL. *Allegro, lieto.* GERM. Frölich/ frewdig. HISP. *Alegre.* ANGL. *Mery, holike.* } Plaut. *Amphitr.* Triſtis ſit, heri ſi triſtes: hilaris ſit, ſi gaudeant. Idem *Aſin. ſc.* 1. *a.* 3. Quin te hilarem das mihi? Idem *Moſt. ſc.* 4. *a.* 1. Ingenio hilari & lepidè nos accipiet. Idem *in Aulularia.* Credam iſtuc, ſi eſſe te hilarem videro. Cicer. *ad Qu. fratrem.* Riſi nivem atram, tèque hilari animo eſſe, & prompto ad jocandum valdè me juvat. Horat. 2. *Epiſt.* 19.

*Oderunt hilarem tristes, tristémque jocosi.*

Terent. *in Eunuch.* Cette tu quidem in pol multò hilarior. ¶ Pro eodem dicimus etiam hilarus, a, um. Plaut. *in Milite*, Hilarus erat, imperavit, inhiat quod nusquam est miser. Terent. *in Adelph.* ita decet, hilarum ac lubentem te in nati ruptiis.

Hilăcŭlus, i, diminutivum. ἱλαρός. Gall. *Ioliet, guilleret, un peu joyeux.* Ital. *Alquanto lieto.* Germ. Simlichfrölich. Hisp. *Alegre un poco.* Angl. *Somewhat merry o pleasant.* ¦ Cic. *ad Att. lib.* 16. Attice quoniam quod optimum in pueris est, hilacula est, mels verbis suavium des.

Hilărĭtās: f. lætitia, jucunditas, suavitas, lætitia. ¦ חלישות *hallitsúth.* ἱλαρότης. Gall. *Joyeuseté, gayeté, réjoüissance.* Ital. *Allegrezza.* Germ. Fröligkeit. Hisp. *Alegria.* Angl. *Merinesse, joyefulnesse.* ¦ Cic. *Delabella*, Sed tamen hilaritas illa nostra, & suavitas, quæ te præter cæteros delectabat, erepta mihi omnis est. Idem 2. *de finibus.* Non enim hilaritate, nec lascivia, nec risu, aut joco comite levitatis: sed sæpe etiam tristes firmitate, & constantia sunt beati.

Hilărè, & Hilariter, adverbia: Lætè, cum hilaritate. ¦ φαιδρῶς. Gall. *Joyeusement, gayement.* Ital. *Allegramente, lietamente.* Germ. Fröllich. Hisp. *Alegramente.* Angl. *Merilie, pleasantlie.* ¦ Cic. *de fin. lib.* 5. Dicimus aliquem hilarè vivere: igitur si semel tristior effectus est, hilara vita amissa est? Idem 3. *de Orat.* Quis unquam res, præter hanc, tragicas penè comicè, tristes remissè, severas hilare, forenses scenica propè venustate tractavit?

Hilăriter, pro hilariter, dixit Plaut. *in Milite*, Es, bibe, animo obsequere mecum atque onerato hilaritus me.

Hilărĭtūdo, inis, antiqui etiam dixerunt pro hilaritate. ¦ Angl. *Merinesse.* ¦ Plaut. *in glorioso*, Sive animo obsequere mecum atque onera te hilaritudine. Ex Nonio.

Hilăro, as: Lætitiam, jucunditatémque adfero, exhilaro, oblecto. ¦ שמח *simmèach.* φαιδρύνω, ἱλαρύνω. Gall. *Réjoüir, deleiter.* Ital. *Allegrare, dar allegrezza.* Germ. Fröllich und mutig machen. Hisp. *Alegrar à otro.* Angl. *To make merie or chere full.* ¦ Cic. *lib.* 2. *de finib.* Omnem enim jucundum motum, quo sensus hilaretur. Græcè ἁδονὴ, Latinè voluptatem vocant. Quæ mansiones hyemi parantur, ità sunt constitutæ, ut possit eas hyberni Solis totus propemodum curlus hilarare. Hujus compositum est Exhilaro.

Hilărĕsco. Hilaris fio. ¦ שמח *samèach.* ἱλαρύνομαι. Gall. *S'éjoüir, estre aise.* Ital. *Farsi allegro, allegrarsi.* Germ. Fröllich werden. Hisp. *Alegrarse.* Angl. *To waxe merie or frolike.* ¦ Varr. In votum amicorum domus fumat, hilaresco.

Hilăriă, orum, ἱλάρια (i. festa mattis deûm.) Lamprid. *in Alexand. Sever.* tantùm pluraliter, & gen. neut. sicut Saturnalia, antiqui diem æquinoctii verni colentes appellarunt, ut inquit Macrobius, nempe octavum Calendas Aprilis, quo fit æquinoctium vernum: quo primùm tempore Sol diem longiorem nocte protendit. De his meminit Flavius Vopiscus *in Aureliano.* Vide Budæum *in Epist.*

‖ Hilarœdus, ἱλαῳδὸς, qui hilaria carmina canit. ‖

Hilărĭus, ἱλάριος. Phrygius quidam vates, sub Joviniano principe, literarum quidem imperitus, cæterùm tanta divinandi peritia præditus, ut Deus cum illo futurorum cognitionem communicasse videretur. Fuit præterea eodem nomine Senator quidam Antiochenus, de quo vide multa apud Suidam. ¶ Est præterea Hilarius nomen proprium Doctoris Ecclesiastici, cujus etiamnum multa extant opera.

‖ Hildesheimum, vel Hildesia, *Hildesheim.* V. E. Germaniæ, sub A. Moguntino. ‖

Hīlla, æ, fœm. gen. vel Hilla, orum, neut. ¦ ἅλας, ἰσχάδων, ἁλμὰς. Gall. *Saucice, ou andouille.* Ital. *Salsiccia.* Germ. Ein dum oder mast. Hisp. *Salchicha, longaniza.* Angl. *A small guttes or chitterling, salted.* ¦ Horat. 2. *Serm. Satyr.* 4.

——— *pernâ magis, an magis hilli*
*Flagitat in morsus resici.*

Quo loco Acron. Hilla, inquit, dicuntur falsa intestina hirci. Positum est diminutivè hæc hilla. Quidam in diminutione neutri generis esse dicunt. Alii dicunt farcta salsitia. Hæc ille. Varro *de L. L. lib.* 4. ab hilum deducit, quod est minimum. Videtur esse intestinum porcinum illud farctum aliis intestinis. Plaut. Atque hillas est farinatas & fumen.

Hilum, vel hillum, ab hic, Hit autem est minutum illud cavum in media vola. Ab eo ἐπιτρέχοντες, hillum. Cum vellent ostendere parvum modum rei, putà æquæ, ne hillum quidem, dicebant ostendentes volam manus. Hinc Nihil, punctum illud nigrum quod in summitate fabæ cernitur. ¦ Gall. *Le noir de la fève.* Ital. *Il negro della fava.* Germ. Das klein schwartz stäcklein an den bonen. Hisp. *El negro de la haba.* Angl. *The blak tofa beane.* ¦ Et pro re exigua ponitur, quæ parvi, vel nullius pretii est: quod Græci dicunt. ¦ χὶ. Gall. *Si peu que rien, rien.* Ital. *Cosa picciola, niente.* Germ. Etwas nichts solendas nichts wärdig ist. Hisp. *Nada.* Angl. *A dandeprate, a dollio.* ¦ Cic. *Tusc.*

——— *num illud quod Sisyphi versat*
*Saxum, fundus nitendo, nec proficit hilum:*

id est, quicquam, tantillum, minimúmque. ¶ Ab hoc nomine fit nihilum, quasi ne hilum quidem: & per apocopen, nil. Lucretius,

*Ex nihilo nihil, in nihilum nil posse reverti.*

Varro *de L. L. lib.* 1. Itaque ut cum quem putamus esse non hili, dicimus nihil: sic in quo putamus esse nequicquam, dicimus nequam.

Hīnc, pro hoc, ut illim, pro illinc, apud Plautum. Vide *Illim.*

Hīmantŏpŏdes, ἱμαντόποδες. Populi in Æthiopia loripedes, quibus serpendo ingredi natura est: hoc est, ut Solinus interpretatur, flexis cruum nexibus ingredi. ἱμὰς enim Græci lorum dicunt. Plin. *lib.* 5. *cap.* 8. ¶ Est etiam himantopus, avis ardeolæ magnitudine, cui alæ gravi: oblongæ, atque in acutum ferè desinentes, corpus phœnicopteron: crura digitorum longitudine, & secus, quàm in reliquis, cruce finem ex plano, ac lato acuminatum, ac nigrum, cum alioquin totum rubeat. Caput, collum, alarum pars exterior per transversum albicat, unde Picæ nomen inditum: cauda cuneæ extremum nigra, longa ut anatis: crura longa, pedum digiti terni, breves. Plin. hæc de ea ait *lib.* 5. *cap.* 8. Porphyrionibus tostum & prælonga crura rubent: hæc quidem & himantopodi (nomen à cruum longitudine loci inita) multò minori: quanquam eadem cruum altitudine: nasci tur in Ægypto: insilit ternis digitis, præcipuè ei pabulum muscæ.

Himĕlla, fluvius est Sabinorum, de quo Virg. *lib.* 7.

——— *qui flumen himella,*
*Et Tyberim Farfarumque bibunt, &c.*

Himĕra, ἱμέρα, fluvius Siciliæ, in duas partes dividitur, & in altera dulcem saporem, in altera salsum retinet. Est etiam urbis nomen ejusdem insulæ. Silius *lib.* 4.

*Armavêre suas quâ mergitur Himera Ponto.*

Vide Plin. *lib.* 3. *cap.* 8.

‖ Himerinus, circulus æquinoctialis. ‖

Hin, הין *hin.* Dictio est Hebraica, quam Hieronymus interpretatur genus mensuræ continens duos coros Atticos, hoc est, duos sextarios Italicos.

Hinc, vide in *Hic.*

Hĭnnĭo, is, ivi, itum, Proprium est vocis equorum: & tamen ad homines quoque transfertur, quemadmodum adhinnio. ¦ צהל *tsahál.* χρεμετίζω. Gall. *Hennir, hinnir.* Ital. *Annitrire.* Germ. Wihelen schreyen wie ein ross. Hisp. *Relinchar el cavallo.* Angl. *To neye lick an horse.* ¦ Quint. *lib.* 1. *cap.* 5. Jam ne balare quidem, aut hinnire fortasse diceremus, nisi judicio vetustatis niterentur.

Hinnĭtus, us. ¦ מצהלה *mitsalâh.* Gall. *Hennissement, ou hinnissement.* Ital. *Annitrimento.* Germ. Das rossgeschrey oder das wiehen der rossen. Hisp. *Aquel relinchido del cavallo.* Angl. *A neyend.* ¦ Cic. 1. *de Divin.* Quum autem aliquantum progressus esset, subitò exaudivit hinnitum, respexitque, & equum alacrem aspexit.

Hĭnnŭs, i, ab ינה, vel יין. ¦ פרד *péred, ים jemim,* משקשקים *achaschéteranim.* ὑ ἡμίονος, ὁ ἐξ ἵππου καὶ ὄνου γεννώμενος. Gall. *Mulet ou lengendré d'un cheval & d'une anesse.* Ital. *Mulo generato di cavallo & d'asina.* Germ. Das vom pferd und Esel geboren ist. Hisp. *El mohino, hijo de cavallo y asna.* Angl. *A mule engendred betweene an horse ana she asse.* ¦ Animal quod ex equo & asina nascitur. Varro *lib.* 2. *de re rust. cap.* 8. Muli & hinni bigeneri, atque insititii non suopte genere ac traditibus. Ex equa enim & asino fit mulus: contrà ex equo & asina hinnus. *Ibid. paulò post,* Hinnus qui appellatur ex equo & asina, minor est, quàm mulus corpore.

Hĭnnŭlus, i: Cervorum, caprearum, capreolorum, damarum, & similium fœtura. ¦ עפר *hépher.* νεβρός. Gall. *Faon de biche ou autre beste.* Ital. *Figliuoli di caprivoli, cervio di cavalli & simili.* Germ. Ein junge rehkitz der hirtzen / rehböcklein / gemsen / &c. Item, Ein junges rößlin oder eselin. Hisp. *Enodio ò cervatillo, hijo di ciervo ò otra bestia.* Angl. *A fawne or hinde calf.* ¦ ¶ Accipitur etiam hinnulus pro parvo hinno, hoc est, pro fœtu ex equo & asina nato. Plin. *lib.* 8. *cap.* 44. Equo & asina genitos mares hinnulos antiqui vocabant, conträque mulos, quos asini & equæ generarent. ¶ Hinnulus leonem: ὁ νεβρὸς τὸν λέοντα, subaudiendum cepit, vicit, aut provocat, aut id genus aliquod, pro ratione sententiæ. Proverbialis est allegoria, qua uti licebit, quoties præposteris rerum ordine, qui viribus multò est inferior, superat potentiorem. Lucianus.

Hĭnnĭbundè, adverbium: Hinnorum more. Claud. Quadrig. *annalium lib.* 26. Equi hinnibundè inter se spargentes terram calcibus. Ex Nonio.

‖ Hinnilito, as. Varro *lib.* 6. *de L. L.* ubi de vocibus animantium agit. Hæc, inquam, tudet ex rostris, atque hinnilitabat. ¶ Ex Lucilio.

Hĭo, as, ἀχάω, ut ἀ *bia* disco. Transit autem χ in h, ut in heni, seu hesi, quod fit ἀχή. Propriè ore aperto spiritum emitto. ¦ פער פיו *pahár peh,* פתח פתחו *patkáh peh,* בקע *bikkáh.* χαίνω. Gall. *Bailler, s'entr'ouvrir.* Ital. *Sbadagliare, spirare con la bocca aperta.* Germ. Gyhnen / sich aufsthun oder von einander thun. Hisp. *Abrir la boca, ò henderse alguna cosa, abrirse.* Angl. *To gape.* Plin. *lib.* 8. *cap.* 25. Invitat ad hiandum sui pabuli gratiâ. Idem *lib.* 10. *cap.* 33. Perdices hiantes per id tempus exerta lingua æstuant. ¶ Accipitur etiam hiare pro sponte, vel aliqua vi externa aperire sese, & scindere, ut ligna hiant arditare, & tellus æstu. Salust. *lib.* 4. Atque hiavit humus multa valla & profunda. ¶ Hiare flores dicuntur, quum aperiuntur. Propert. *lib.* 4.

*Nec flos ullus hiat pratis quin ille decenter*
*Impositus fronti languescat antè meæ.*

¶ Hiare orationem, dixit Quint. *lib.* 8. *cap.* 6. quæ malè conjuncta concinnatáque est. ¶ Hiare vocalibus sermo dicitur, quum propter multarum vocalium concursum hiulco ore proferendum est. Idem *lib.* 6. *cap.* 4. Neque enim aut hiare semper vocalibus, aut desinere temporibus volunt sermo & epistola. Idem, Commissuris hiantibus (loquitur ibi de malè cohærente oratione.) ¶ Per translationem significat mirari, dubitare, stupere. Virg. *lib.* 6.

——— *incertus clamor fusstratur hiantes.*

¶ Accipitur etiam pro concupisco. Senec. *in Epist.* Quicquid accipit, integrum devorat, & semper ad spem futuri hiat.

Hĭātŭs, us: Proprie est apertio oris, & labiorum diductio. ¦ פתחון *pithchón.* πτῶσις *petach.* χασμὸς. Gall. *Ouverture, baaillement, ou entrebaaillement, fendasse ou crevasse.* Ital. *Hiato, apertura.* Germ. Das gemen. Item: Ein spalt klumble. Hisp. *Hendedura, ò abiertura como de boca.* Angl. *A gaping, a yaving.* ¦ Cicer. *de natur. deor.* Quædam animalia cibum oris hiatu, & dentibus ipsis capessunt. Plin. *lib.* 8. *cap.* 16. Juxta litus conspecto leone hiatu minitet, arborem fuga petit. ¶ Per translationem accipitur pro terræ chasmate, aliarúmque rerum apertione. Plin. *lib.* 36. *cap.* 15. Haurire urbes terræ hiatibus publicus mortalium dolor est. Ovid. *in Epist. Briseid.*

*Devorer antè precor subito telluris hiatus*

Idem 4. *Fast.*

*Heu fugitat! Quid agat? Quos terra quærat hiatus?*

Hiatum terræ optabat Caligula. Suet. *in ipso Calig. cap.* 31. ¶ De Hiatu in versibus, vide Gellium *lib.* 20. *cap.* 7.

Hisco,

HIsco, is, ere, proprie est labra diducere, & loquendi gratiâ os aperire. ‖ פתח פתח *patach peh*, פער *pahár peh*, נבקע *nibkáh*. χάσκω, τὸ στόμα. GALL. *Ouvrir la bouche, baailler.* ITAL. *Aprir la bocca, aprirsi.* GERM. Einen/das maul aufsthun. HISP. *Bogtear, abrir la boca.* ANGL. *To yaune, to gasse, to muster.* ‖ Unde etiam accipitur pro eo quod est trepide, hæsitanter, & imperfectè loqui: quod Græci dicunt χᾴζειν. Cic. 5. *Philipp.* Respondeóne ad hæc, aut omninò hiscere audebis? Virg. 3. *Æneid.*

——*vix fauca furenti*
*Subjicio, & rauris turbatur vocibus, hisco.*

Liv. *lib.* 9. *dec.* 4. Hiscere non audent (in metu.) Ovid. 13. *Metam.*

——*nec hiscere quicquam*
*Audet.*

Dicitur tamen etiam de aliis quibusvis rebus. Unde terra hiscere dicitur, quum præ nimio æstu aperitur, & rimas agit. Ovid. 6. *Fast.*

*Hiscere nempe tibi terra rogauda fuit.*

Plaut. *in Pseud. sc.* 1. *act.* 4. Tace, ædes hiscunt. Animo malè est ædibus, vomunt lenonem: id est, aperiuntur, patefiunt. ¶ Inter hiare, & hiscere, hoc interesse videtur, quòd hiare sit patentem esse: hiscere verò, patescere, id est, patefieri. ¶ Quandoque hiscere accipitur pro hæsitare, & dubitare, μεταφ. Nævius, Hiscit: dubius est quid agat. ¶ Hujus composita sunt, Dehisco, & Fatisco.

‖ Hiscitatus, χασκάδης. Onom. i. e. frequenter oscitans. χάσκω, oscitatio. ‖

Hiātus, us, frequentativum est, significans sæpe, vel multùm aperior. ‖ χασμῶδες. GALL. *S'entr'ouvrir & entrebaailler.* ITAL. *Aprirsi.* GERM. Einen/auffthetten wie die grittigen muß/wann sie noch in der schalen sind. HISP. *Henderse, abrirse.* ANGL. *To gape and open.* ‖ Cato. *de re rust. cap.* 17. Ubi primùm incipiunt hiascere, tum legi oportet, hoc est, quando primùm incipiunt corticem interapertum ostendere. Loquitur de nucibus.

Hiāto, as, frequentativum est, significans sæpe, vel multùm aperior. ‖ χασμῶδες. GALL. *S'entr'ouvrir souvent.* ITAL. *Aprirsi spesso.* GERM. Offt einen/weit aufgethon werden. HISP. *Abrirse mucha vezes.* ANGL. *To gape muche and often.* ‖ Plaut. Si qua fortè concio est, ubi quum hiatare nondum in meretem venit, &c. Laberius passivo usus est, Hiantur fores, inquit; pro hiantur, id est, patent.

Hippācē, es: Caseus est ex lacte equino. ‖ ἱππάκη. GALL. *Fourmage de laict de jument.* ITAL. *Formaggio di cavalla.* GERM. Käß von rossmilch/rosstäß. HISP. *Formage ò queso de yegna.* ANGL. *Cheese of mare milk.* ‖ Plin. *lib.* 28. *cap.* 9. *de caseu lopueni*, Scitius eosdem effectus equino, quos bubulo tradit. Hunc vocant hippacen. In quem locum Hermolaus, Hippocrates (inquit) distinguit lac equinum jam agitatum, in partes tres: ex quibus quod supernatat butyrum vocatur: id quod sidit, hippace: tenue illud, quod in medio subsistit, ὄρρος, serum.

Hippax, ἵππαξ Aristoteli, cancrorum genus est, phalangi majoris magnitudine, coloris subalbidi, punctis subrubris conspersi, quod minimè edule est. Plin. *lib.* 9. *cap.* 31. *de cancris.* Io Phœnice Hippax vocantur, tantæ velocitatis ut consequi non possint, ἁρπάζειν, id est, cursor dicitur ab Hesychio.

Hippāco, as: Significat, animum celeriter duco, ut inquit Festus, ab equi habitu, qui est supra modum acutus.

Hippago, inis. Gell. *cap.* 25. *lib.* 10. ‖ ANGL. *A ferry boate to carri ouer horses.* ‖ Genus navigii convehendis equis aptum, quod à Julio Polluce ἵππαγωγὸς, dicitur: & à Livio hippagoga, *lib.* 34. Fortè postero die, quàm sybota classis venit, quinque & triginta naves, quas hippagogas vocant, & ab Elea profecta, cum equitibus Gallis, equisque, Phanas promontorium Chiorum petebant.

Hippārchus, ἵππαρχος. Magister equitum. Quo nomine dictus est quidam celebris Astrologus, qui (ut Columella author est) futurum asserunt, ut aliquando cardines mundi loco moverentur. Scripsit de Arati Phænomenis, de stellis fixis, de lunæ motu contra Platonem. ¶ Primus instrumenta mathematica invenit, unde hæc sensibus deprehendi possent, Plinio maximè laudatus. ¶ Hipparchus item alius fuit Poëta Comicus, cujus fabula quædam περὶ γάμων, id est, de nuptiis, inscribitur. Suidas. ¶ Alius propinquus Aristotelis. ¶ Alius Eretriæ tyrannus. ¶ Fuit etiam hoc nomine filius Pisistrati, qui ob libidinem in Hatmodium, Aristogitonis conjurationem in se concitavit. Hic ut tyrannidis invidiam sapientiæ opinione lenret, eruditos præcipuo in honore habuit. Author est Ælianus *de varia hist.* Idem Academiam muro sepsit, atque hujus rei nomine magnam pecuniæ vim ab Athenienfibus exegit. Unde Hipparchi muros, τὰ ἵππαρχα τείχη, dicebatur res quæpiam, quæ magni constaret expensis. Author Suidas.

‖ Hippasia, equitatus. ‖

Hipparis, ἵππαρις, fluvius in Camarina, cujus aquarum pars dulcis est, pars salsa. Interpres Pindari.

Hippasus, ἵππασος, Philosophus Metapontinus fuit, auditor Pythagoræ, qui mundi mutationi certum tempus præfinitum esse aiebat. Vide Laërtium.

Hippe, ἵππη. Chironis Centauri filia fuit, quæ quum in monte Pelio sese venando exerceret, gravida facta est, & ob id patris indignationem timens, deorum miseratione in equam conversa est, & in cœlum translata. Nonnulli patrem fuisse fabulantur: sed quia deorum consilia hominibus patefecisset, in equam esse conversam.

Hippeūs, ἱππεύς. Cometæ genus equinas jubas imitans, celerrimo motu in orbem circum se euntes. Author Plin. *lib.* 2. *cap.* 25.

Hippĕlăphus: ἱππέλαφος. Animal in Oriente, cervi magnitudine, habens cornua & jubas post collum, descendentes usque ad scapulas, & barbam sub mento. Theodorus ex Aristotele ἱππέλαφον vertit.

Hippi. ἵππιοι. Cancrorum genus Phœniciæ peculiare, equorum propemodum celeritatem adæquans: unde & nomen accepit. Plin. *lib.* 9. *cap.* 31. In Phœnice hippi vocantur tantæ velocitatis, ut consequi non possint. ¶ Est & Hippi Ioniæ oppidum juxta Clazomenas, olim insula, sed ab Alexandro per duo stadia continenti annexum. Vide Plin. *lib.* 5. *cap.* 19.

Hippădes, ἱππάδες. Statuæ mulierum equestres appellabantur, cujusmodi fuisse videntur Amazonum, quas mortalium primus equum scandere ausus, Lycias orator author est.

Hippĭas, ἱππίας. Philosophus Eleus fuit, teste Cicer. *lib.* 3. *de Orat.* qui audiente pene tota Græcia gloriatus est, nihil esse ulla in arte rerum omnium, quod ipse nesciret, nec solùm has artes, quibus liberales doctrinæ atque ingenuæ continerentur, Geometriam, Musicam, Literarum cognitionem, & Poetarum, atque illas quæ de naturis rerum, quæ de hominum moribus, quæ de rebus publicis dicerentur: sed & anulum quem haberet, pallium quo amictus, soccos quibus indutus esset, se sua manu confecisse. ¶ Fuit item Hippias, Pisistrati filius, de quo Cic. *ad Attic.* sic scribit, Nefarius (inquit) Hippias, Pisistrati filius, qui in Marathonia pugna cecidit, arma contra patriam ferens, &c.

Hippĭcē, ἱππική. Herba est, de qua Plin. *lib.* 25. *cap.* 8. Scythicam herbam in ore habentes, famem sitimque non sentiunt. Idem præstat & hippice, dicta quòd in equis eundem effectum habeat.

Hippĭon argos, ἄργος ἱππίου. Oppidum fuit à Diomede conditum, postea Argyrippa, ἀργυρίππα Stephano, & Arpi appellatum. Meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 11.

Hippius, ii, equester, Neptunus dictus est, vel quòd Pegasius ex eo & Pegaside natus: vel quòd equuleus, ut putant, loco ejus suppositus Saturno fuerit, quem pro Neptuno devoraret: vel quòd tridentis ictu terra equum exciverit: cui ob hoc Illyrici quatemos equos jaciebant nono quoque anno in mare. ‖

Hippizare, oscitare, vadare. *Hippacare* dixit: *Hippacare est celeriter animam ducere ab equi habitu, qui est supra modum acutus.* Melior lectio videtur *hippizare.*

Hippo, ἱππών Straboni. Oppidum Locrorum in Brutiis, quod postea Romani Brutiis ereptum, Vibonem Valentiam appellarunt, teste Strab. *lib.* 6. & Plin. *lib.* 3. *cap.* 5. ¶ Sunt præterea duæ hoc nomine urbes in Africa, quarum alteram Uticæ proximiorem, Hipponem regium: alteram à littore remotiorem, quòd in paludis loco sita sit, Diarrhytum, hoc est, diluvium vocant, interprete Plin. *lib.* 5. *cap.* 4. Est autem hoc nomen modò masculini generis, modò fœminini: unde Hipponem dilutum legimus apud Plin. *lib.* 5. *cap.* 4. & utrumque Hipponem apud eundem *lib.* 6. *cap.* 34. Author est Solinus, utrumque horum oppidorum à Græcis equitibus conditum fuisse, atque inde nomen accepisse. ¶ Est & Hippo, ἵππη, puellæ Bœoticæ nomen apud Plutarchum *in Pelopida.*

Hippobŏton, ἱππόβοτον, pratum quoddam amplissimum est sub Caspiis portis, in quo regium armentum quinquaginta millium equorum pascitur: unde & nomen accepit. Author Strabo *libro* 11.

Hippŏcāmpæ, ἱππόκαμποι. Equi marini, in piscium caudas desinentes: ita dicta à flexu caudarum, quæ piscosæ sunt: κάμπη enim flexura dicitur. Plin. *lib.* 37. *cap.* 5. Hippocampos vocat per secundam nominum inflexionem. Sed in maxima (inquit) dignatione Cn. Domitii delubro in Circo Flaminio, Neptunus ipse, & Thetis, atque Achilles, & Nereides suprà delphinos, & cete, & hippocampos sedentes.

Hippŏcāmpĭnŭs, a, um, adjectivum, ἱππόκαμπος, ut Hippocampinus cinis. Plin. *lib.* 32. *cap.* 7. Alopecias replet hippocampinus cinis, nitro, & adipe suillo mistus.

Hippŏcĕntaŭri, ἱππόκενταυροι, monstrosum hominum genus in Thessalia juxta Pelium montem, anteriore parte (ut Poëtæ fabulantur) hominum, posteriore equorum: effigiem referentium. Cui fabulæ occasionem ministrasse videtur, quòd primi equos domare cœperunt, iisque ita aptè insidere, ut homines unà cum equis unum in corpus coaluisse viderentur. Idem antea Centauri dicebantur, ἀνὸ τὸ κεντεῖν τοὺς ταύρους, hoc est, quòd tauros stimulis agerent. Verum quum idem postea ex equis existerent, usque insidentes stimulis tautos præ se agerent, Hippocentauri dici cœperunt: qui cùm ad Peneum amnem aquatum venissent, conspecti ab ulteriorris ripæ accolis, pro monstris habiti sunt, præsertim quum tachinis perendi gratiâ equorum capita non conspicerentur. Hinc factus est locus fabulæ, Hippocentauros monstrotam Centaurorum fuisse, qui dimidia sui parte hominem, reliqua equum referrent, quam tamen certum est non unquam exstitisse. Quod & Cicer. Thomas 2. *de nat. Deor.* Quis (inquit) Centaurum fuisse, aut Chimæram putet, quæve anus tam excors inveniri potest quæ illa quæ quondam credebantur apud inferos portenta, extimescat? Hæc Cicero. Constat tamen monstrosos hujusmodi partus aliquando editos fuisse, non sine gravis alicujus mali impendentis prælagio. Nam & Claudius Cæsar memoriæ prodidit, referente Plinio, Hippocentaurum in Thessalia natum eodem die periisse: & Plinius ipse testatur se sub ejusdem Claudii principatu Hippocentaurum vidisse in melle ex Ægypto allatum.

Hippocomi, ἱππόκομοι. Mangones, ab equis curandis, colorem fuco, robur inani fagina (ut ait Quint.) mentientes.

Hippocomitæ, ἱππόκομιται. Incolæ vici cujusdam in Lycia, cui Hippocome, ἱππόκομη, nomen est, ab equo viatoris cujusdam ibi extincto. Ex Steph.

‖ Hippocoum, vinum ex insula Coo, dictum ab agro generoso, cui nomen Hippo. ‖

Hippŏcrătēs, ἱπποκράτης. Nomen medici excellentissimi, patria Coi, cui tanta fuit artis peritia, ut vulgò ere ferretur Æsculapio progenitus. Extat apud Valerium Artaxerxis Persarum regis honorificentissima de eo epistola, in hæc verba: Rex regũ magnus Artaxerxes, Hystani Hellespontiæ Præfecto salutem. Hippocratis medici, Æsculapio prognati, ad me artis fama pervenit. Dirigatur operam ut aurum illi tribuas quantum cupit, simulque item quorum indiget, & eum ad me mitte. Erit enim pro honore tuo in Persidis urbis, &c. Hic de re veneria eam habebat existimationem, ut communi spectu esse putaret motui comitialis. Extant adhuc de ea re ejus verba apud Gell. *lib.* 19. *cap.* 1. τὰ ἐκ τοῦ στόματος ἐκείνου ἱερώτατα. Ejus libri, tanquam divino emanaverint ore, ubique celebrantur: in primo

mo enim jusjurandum continetur, in secundo Prognostics, tertio Aphorism. quarto illa admirabilis & impositio, ex. libris omnem scientiam medicinæ complectens. Excessit è vita annos natus circiter LV. Suscepit filios Thessalum & Draconem. Hæc Suidas. ¶ Hippocrates præter superiorem, Suidas quinque commemorat, omnesque ejusdem artis & familiæ, quorum tamen nemo primi ingenium gloriâ vel æquavit. ¶ Hippocratem alium Athenienſium ducem nominat in bello Peloponnesiaco Thucydides.

Hippocrēnē, *ἱππόκρηνη*. Fons Bœotiæ, non procul ab Helicone monte, quem Poëtæ fabulantur factum esse ungula Pegasi equi alati. Cui fabulæ occasionem videtur ministrasse Cadmus: qui cùm in Bœotia locum ubi condendæ quæreret, huc illuc obequitans, hunc fontem primus creditur invenisse. Et quoniam Cadmus litterarum inventor creditur, factum est, ut hic fons Musis sacer habeatur. Persius ad verbum reddens vocem Græcam, fontem caballinum appellat. Nam *ἵππος* nobis equum sonat, & *κρήνη* fontem.

Hippocrēnĭdes, *ἱππόκρηνίδες*, Musæ, ab Hippocrene fonte.

Hippodāmē, es. *ἱπποδάμη*, & Hippodamia, *ἱπποδάμεια*, filia Œnomai regis Elidis & Pisarum: qui quum ex oraculo se à genero interemptum iri didicisset, & illa tamen à multis procis ob formæ præstantiâ peteretur, curule certamen procis instituit, cum ea (habebat enim equos velocissimos, qui ex ventorum flatu creati erant) ipsa lege, ut qui vinceret, filiam haberet, victus subiret mortem. Tredecim igitur victis & occisis, Pelops Tantali filius, visa puella, ejus amore protinus exarsit: cujus nuptias ut assequeretur, Myrtilum ejus auriga pollicitis corrupit, sic ut ille axes infirmos & fragili subjunxerit: vel, ut alii volunt, obiecerit axi objecerit: & sic fracto, vel dissoluto curru, Œnomaus excidit, morientisque Myrtili caput devovit: obtestans Pelopem, ut vicem suam ulciscereturr: quod & factum est. Quum enim pactum sibi perfidiæ præmium à Pelope poscceret, ab eodem in mare dejectus est, atque hoc modo Pelops puella & regno potitus est. De hac Ovidius,

*Venit ut in Phrygios visa Hippodamīa sinus.*

Virg. 3. *Georg.*

*Hippodamēque, humerōque Pelops insignis eburno.*

¶ Alia item fuit Hippodamia Brisæ filia, quam Achilles expugnato Lyrnesso oppido secum abduxit. Hanc Poëtæ à Patris nomine Briseida appellant. ¶ Alia quoque Hippodamia fuit Anchisæ filia, quæ Alcathoo Troiano in uxorem data est, quem postea Idomeneus Cretensis in pugna occidit. ¶ Fuit & alia Hippodamia Pirithoi uxor: quam quum ipso nuptiarum die Centauri ei præripere conarentur, ab Hercule & Theseo ingenti clade sunt profligati. Ovid. 12. *Metam.* ¶ Pirræi item forum Hippodamia appellatum aiunt, ab Hippodamo Milesio architecto qui Athenienſibus Pirræum extruxit. Author Suidas.

Hippōdămŭs, *ἱππόδαμος*. Milesius Philosophus, naturæ studiosus, primus eorum qui in Republica versati non essent, cœpit aliquid dicere de optimo civitatis statu. Constituit enim civitatem ex numero decem millium divisam in partes tres, artifices, agricolas, & milites. Regiones in totidem partes, sacram, publicam, & privatam. Erat ob ambitionem vitæ morosior, crinium prolixitate, ac sumptuoso ornatu. Aristot. *lib.* 2. *politic.* ¶ Fuit item hoc nomine Architectus quidam Milesius, qui Athenienſibus Pirræum portum extruxit, à quo forum quoddam Pirræi Hippodamium appellatum. Author Suidas.

Hippōdōrŭs, *ἱππόδωρος*. Athenienſis fuit, qui filiam cum mœcho deprehensam duabus quadrigis jussit alligari, & in partes discerpi. Author Ælian.

Hippōdrŏmŭs: Locus in quo cursu exercentur equi, curriculum equorum, planities in qua certatur cursu, absque pugna. { *ἱππόδρομος*. Gall. *Une lice & lieu pour faire courir les chevaux & leur bailler carrière.* Ital. *Luogo deve corrono i cavalli.* Germ. *Ein rennplatz oder rennbahn.* Hisp. *La corredera de cavalles.* Angl. *A place wherein horses are exercised in running.* } Stadium in quo equites imaginario prælio concurrere solebant, catadromus, *κατάδρομος* dicebatur. Martial. *lib.* 12.

*Pulverenimque fugax Hippodromon ungula pulsat.*

Plaut. *in Cist.* Dico ei quo pacto eam ab hippodromo viderim herilem filiam nostram sustollere.

Hippōdrŏmŭs: Thessalus genere, patria Laristæus, circa M. Antonini principis tempora Athenis scholæ successit, ut est author Philostratus, qui eum inter Sophistas retulit.

Hippŏglōssă, sive Hippoglossum, *ἱπποβλωσσον*. Dioscoridi herba est folia habens sylvestris urticæ, concava & spinosa, & in his ceu linguas quasdam, folio parvo exeunte de foliis. Plin. *lib.* 27. *cap.* 11. Ruellius existimat eam esse quam Itali sua lingua Bonifaciam, seu Linguam paganam appellant.

Hippŏglōssŏn, *ἱπποβλῶσσον*. Herba quam alii Daphnitin, alii Carpophyllon, & Alexandrinam lautum vocant. Plin. *lib.* 15. *cap.* 10.

Hippōlă, *ἵππολα*, urbs vetus Laconica. Gentile Hippolaïtes.

Hippolŏchŭs, *ἱππόλοχος*. Filius Bellerophontis, & pater Glauci, teste Homero *Iliad.* 6. ¶ Alter teste eodem *lib.* 11. fuit Antimachi Troiani filius, qui unà cum Pisandro fratre & Agamemnone in Troiano bello interfectus est.

Hippŏlăpăthum. { *ἱππολάπαθον*. Angl. *The common or great dock.* } Herba lapathio sativo major, candidiórque, ac spissior, ut scribit Plin. *lib.* 20. *cap.* 11. Officinæ *Parietariam* appellant.

Hippŏlytē, *ἱππολύτη*. Amazonum regina fuit, quam Hercules prælio victam Thesei duci uxorem. Plaut. *Sten. sc.* 5. *act.* 1. Hercules ab Hippolyta succinctum rapuit. ¶ Fuit etiam hoc nomine Acasti Magnesiæ regis uxor, quæ Peleum, quòd libidini ejus non paruisset, apud virum accusavit, tanquam ei vim inferre voluisset.

Hippŏlytus, *ἱππόλυτος*: Thesei & Hippolytæ Amazonis filius fuit: qui quum ex libens ducens uxorem Scythicæ venatu exerceret, & constanti animo spernere mulierum congressum, à Phædra noverca, absente patre, amatus est: cujus corpori desiderio quum obtemperare noluisset, illa apud virum illum detulit, quòd sibi vim inferre voluisset. Quamobrem quum videret Hippolytus patrem dolo novercæ persuasum, de nece sua cogitare, conscenso curru fugam arripuit. Sed dum ejus quæ tum fortè in littus exierant, equorum & rotarum strepitu perterritæ magno impetu se in mare præcipitarent, exterriti equi, frustrà obluctante Hippolyto, currum per scopulos, & saxa traxerunt, juvenemque infelicem loris implicitum in partes discerpserunt. Hunc postea Æsculapius revocavit ab inferis, & pristinæ incolumitati restituit. Hippolytus verò relicta terra Attica, in Italiam venit, ne patris iram rursus experiretur: & se Virbium appellari jussit, quòd bis vir fuisset. Oppidum non procul à Roma ædificavit, quod à nomine acceptæ contagis, Aricciam appellat. ¶ Hippolytum imitabor *ἀμύητος ἀμύητα*. Diogenianus *in Collectaneis*, ait dictitatum deos, qui statuissent purè castèque vivere, ut Hippolytus. ¶ Hippolytus Sictonius amatur ab Apolline.

Hippŏmăchĭă: Pugna equestris. { *ἱππομαχία*. Gall. *Combat à cheval.* Ital. *Combattimento de cavallo.* Germ. *Ein streit auff rossen oder reysiger streit.* Hisp. *Pelea à cavalle.* Angl. *A fighting of horses.* }

Hippŏmăchŭs, *ἱππόμαχος*. Athenienſis tibicen, de quo tradit Ælianus, quum discipulum ab imperita plebe laudari videret, quem tamen in arte peccare cognosceret: silentium ei imposuit, quòd nullum putaret majus ignorantiæ argumentum, quàm rudi multitudini placere.

Hippŏmănēs, gen. neutri, secundùm Priscianum, *ἱππομανὲς*, ab equæ furore nomen habet, quasi *τὸ ἵππου μανία*. Quid autem significet, non satis convenit inter scriptores. Servius scribit esse virus ex equarum inguinibus defluens, quo tempore feruntur in amoris furorem, quòd in humana viscera descendens hominem in furorem agat. Virg. *lib.* 3. *Georg.*

*Hinc demùm hippomanes vero quod nomine dicunt*
*Pastoris lentum distillat ab inguine virus.*

Columella *lib.* 7. Maximè itaque curandum est, tam fœminis, quàm admissariis desiderantibus coeundi fiat potestas, quoniam id præcipuè alimentum si prohibeas, libidinis exstimulatu furiis. Unde etiam veneno ipsorum est nomen *ἱππομανὲς*, quòd equinæ cupidini similem mortalibus amorem accendat. Plin. *lib.* 18. *cap.* 11. *& lib.* 8. *cap.* 42. asserit esse caruncŭlam in fronte pulli equini, fabæ magnitudine, colore nigro: quam statim edito partu mater è fronte dentibus convellit. Quod si quis priùs abstulerit, pullum mater ad ubera non admittit. Virg. 4. *Æneid.*

*Quæritur & nascentis equi de fronte revulsus;*
*Et matri præreptus amor.*

Hæc caruncula mulieres medicamenta componentes, vertere homines feruntur in furorem.

Hippŏmărăthrum, *ἱππομάραθρον*. Herba est fœniculi, sed majoris & gustu acriore, quod Officinæ *Fœniculum sylvestre* appellant. Plin. *lib.* 20. *cap.* 23. Est (inquit) & in hoc genere sylvestre, quod alii hippomarathrum, alii myrsinoum vocant, foliis majoribus, gustu acriore, procerius, brachiali crassitudine, radice candida. Nascitur in calidis, sed saxosis. Diocles & aliud hippomarathri genus tradit, longo & angusto folio, semine coriandri. Hactenus Plinius. Nos verò fœniculum majus hyppomarathrum vocamus: mos enim est Græcis in compositione, ut quum magnum aliquid significare volunt, equum aut bovem ponant.

Hippŏmĕnēs, *ἱππομένης*. Megarei filius fuit, qui quum Atalantam puellam Scyriam cursu victam accepisset uxorem, & in luco magnæ Matris cum ea concubuisset, ab irata dea in leonem est conversus. Fabula extat apud Ovid. *lib.* 10. *Metam.*

Hippomolgi, *ἱππομολγοί*. Populi ab equis mulgendis dicti. Steph. *in Melanchlæi.* { Rosmelitæ. }

Hippōnă, *ἱππώνη*, Dea erat quam stabularii maximè colebant, cujusque effigies in stabulis locabatur. Apuleius *lib.* 3. *Metam.* Respicio pilæ medio, quæ stabuli trabes sustinebat. In ipso verò meditullio Hipponæ deæ simulacrum residens ædiculæ, quod accuratè corollis roseis quidem recentibus fuerat ornatum. Juvenal. *Satyr.* 8.

—— —— *jurat*
*Hipponam, & facies olida ad præsepia pictas.*

Hipponax, *ἱππώναξ*. Iamborum poëta, tanta deformitate & fœditate oris, ut ejus effigies à pictoribus quibusdam publicè proposita fuerit derideuda. Quamobrem indignatus Hipponax tam amarè in illos est invectus, ut aliquos ex iis credatur compulisse ad suspendium. Hic creditur inveniſse Scazontem carminis Iambici genus, quod ab ejus nomine Hipponacticum vocamus, sive Hipponacteum. Cicer. *de Orat.* Senarios verò & Hipponacteos effugere vix possumus: magna enim parte ex Iambis nostra constat oratio. Vide Plin. *lib.* 36. *cap.* 5. ¶ Hipponactei præconium, pro infami nota posuit Cic. *lib.* 7. *Epist.* Eúmque addictum tam paro esse Calvi Licinii Hipponacteo præconio.

Hipponesus, *ἱππώνησος*. Insula ante Cariam in sinu Ceramico. Plin. *lib.* 5. *cap.* 31.

Hipponicus, *ἱππόνικος*. Athenienſis civis fuit, Hippiæ filius, qui quum patriæ statuam dedicare decrevisset, suadentibus amicis, ut eam Polycleto faciendam locaret, vehementer ab illis dissensit, quòd in statuis tam insignibus artificis potiùs industriam, quàm dedicantis virtutem commendari arbitraretur.

Hipponium. Vulgò Ε. Calabriæ: vide *Miletus.*

Hippŏpĕræ: Dicuntur sacculi quibus equites necessaria itineri secum conferunt. { *ἱππόπηρα*. Gall. *Bougettes de cuir, ou une male qu'on porte à cheval, valise.* Ital. *Bolgie, valiggie, bisaccie.* Germ. *Ein bulgen oder wälschen so man zu rossen führt.* Hisp. *Esfetuinas, talegas, alforjas.* Angl. *A male or budget.* } Senec. *in Epist. ad Lucil.* Marcus Cato Censorius, quem tam necessarium fuit Reipublicæ nasci, quàm Scipionem (alter enim cum hostibus nostris bellum, alter cum moribus gessit,) comeatu vehebatur, hippoperis quidem impeditis, ut secum utilia portaret. Hæ à Pomponio Festo vocantur bulgæ.

Hippŏphăës, *ἱππόφαες*. Frutex in maritimis & fabulosis locis nascens, foliis quàm oleæ angustioribus: & inter ea spinis quum aresceat

cunt candidis, angulosis, geniculatim inter se distantibus, floribus hederæ corymbis similibus. Radix crassa est & amara, lacte madens, quod thiphæ modo acceptum, aut per se conditur, aut in arcana farina digeritur in pastillos. Romani lappaginem, seu lappulam vocant. Utuntur hoc frutice fullones in poliendis vestibus.

Hippophæstum, ἱππόφαες. Spinæ fullonæ genus est, in maritimis & labulosis locis nascens, sine caule, sine flore, inanibus tantum calyculis, foliis parvis & spinosis, radiculis mollibus & crassis, quarum succus comitialis morbo utilissimus habetur, teste Plin. *lib.* 16. *cap. ult.*

Hippophagi, Scythiæ populi in Asia.

‖ Hippophaistum, spinosa planta. H. P. ‖

Hippopodes, ἱππόποδες. Populi in Oceano Scythico, qui teste Solino, humanam usque ad vestigium formam tenent, sed in equinos pedes desinunt. Meminit horum Plin. *lib.* 4. *cap.* 13.

Hippopotamus, ἱπποπόταμος. Equus fluvialis, seu aquaticus, in Nilo præcipuè nascens, binis ungulis, quales sunt bobus, dorso equi & juba & hinnitu, rostro resimo, cauda obtorta, dentibus aprorum aduncis, sed minùs noxiis. Hujus meminit Plin. *lib.* 8. *cap.* 35.

‖ Hippos ἵππος, equus.

Hippo Regius. V. olim R. Africæ. ‖

Hipposelinum, ἱππόσελινον. Apii genus est, sativo multò majus, quod Romani olus atrum appellant. Hipposelinum dictum, quòd inter species apii longè maximum sit. Solent enim Græci quum rem augere volunt, in compositione ἱππος, vel βοῦς præponere. Vide plura de hac herba apud Plin. *lib.* 20. *cap.* 12. & in Discorid. *lib.* 3. *cap.* 75.

Hippotades, ἱππότης. Dictus est Æolus rex ventorum, quòd nepos esset Hippotæ Troiani ex Sesta filia. Ovid. 11. *Metam.*

*Quod pater Hippotades tibi sit, qui carcere fortes*
*Continet ventos.*

Hippotomadæ, vicus in tribu Œnide. Steph.

Hippotoxotæ. ἱπποτοξόται. Gall. *Archers à cheval.* Ital. *Sagittarii à cavallo.* Germ. Schützen die zu roß sind. Hisp. *Ballesteros à cavallo.* Angl. *Archers on orseback.* } Dicti sunt equestres sagittarii, qua voce utitur Hirt. *lib.* 5. *belli Asiatici.*

‖ Hippotyphia, ἱππωφία, equinus fastus, magna & ferox superbia. ‖

Hipsicratea: vide *Hypsicratea.*

Hippuacra, ἱππάκρα (quasi dicas equi promontorium) urbs Libyæ. Gentile Hippuacrites. Steph. Malim diversis vocibus, ἵππου ἄκρα. ratione accentus.

Hippūris, ἱππούρις. Herba à Latinis equisetum dicta, & vulgò *cauda equina* interpretatur. Plin. *lib.* 26. *cap.* 13. Vide *Equisetum.*

Hippūrūs, insula una Sporadum, non procul ab Anaphe & Astypalea. Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.

Hippūrūs, ἱππουρος. Pilcis ex genere locustarum, qui hybernis mensibus non capitur, propterea quod id temporis frigoris impatientiâ in cavernas sese abdat. Plin. *lib.* 6. *cap.* 16. & *lib.* 32. *cap. ult.*

Hippuri autem pluralis numeri tantùm, Taprobanæ insulæ portus, cujus meminit Plin. *lib.* 6. *cap.* 22.

Hippuriscus, ἱππούρισκος. Insula Cariæ. Steph.

Hippūs, ἵππος, fl. vicus est Colchorum, in Phasim defluens. Strabo *lib.* 11.

¶ Item mons Bithyniæ, in cujus radicibus condita est Prusa altera, diversa ab ea quam Annibal sub Olympo condidit. Plin. *lib.* 6. *cap.* 32.

¶ Est etiam insula Ereetriæ. ¶ Item urbs Siciliæ, & alia Palæstinæ. Gentile Hippus. Hippenus, Hippinus. Steph.

Hipseus, filius fuit Æsopi fluminis, qui Eteocli in auxilium venit adversùs Polyneicem. Stat.

*Hipsea quadrijugos clypeus sumptemplice tauros.*

Hir, nomen antiquum, quod pro vola, sive palma manus accipiebant. } חף *chaph*, χείρ. Gall. *Palme de la main.* Ital. *Palmo della mano.* Germ. Die flache oder hole der hand. Hisp. *Palmo de la mano.* Angl. *The palme of the hand.* } Genitivum facit hiris, si Charisio credimus. Probus mavult esse indeclinabile.

Hirā, intestinum cephysi adhærens, quod quia semper inane est, à medicis jejunum appellatur, ἰσχίαιον νῆστις. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 2. Hiræ, (sive hirci) omnes dolent (i. intestina.) Hinc deducitur hilla, quod quamvis diminutivum videatur, ejusdem tamen est significationis cum primitivo. } Die flache hole der hand. } ¶ Fuit item *Hira*, ἱρὰ, Stephano urbs Messeniæ maritima, non procul à Pylo, Agamemnonis imperio parens: cujus meminit Homerus 11. *Iliad.*

Hiraſa, ἱρασα. Locus Libyæ, in quem Afri Barcum transtulerunt. Stephan.

Hircŭlus: Herba est semper nascens cum nardo Gallico, eique similima, qua utuntur qui syncerum nardum volunt adulterare. νάρδος Dioscoridi. In hoc tamen distat à nardo, quòd sine cauliculo est, quódque minoribus foliis, radicéque amara, & minimè odorata. Author Plin. *lib.* 12. *cap.* 12.

Hircus, i, per c, olim ircus: ut ἵρκος, ἵρκα, arma. Caper admissarius, caper non castratus. } שעיר *sehahir*, צפור *tsaphir*, עתוד *hattúdh*. τράγος. Gall. *Vn bouc.* Ital. *Becco, capro, caprone.* Germ. Ein bock. Hisp. *Cabron.* Angl. *A male goate or bucke.* } Horat. *Epod.* 16.

*Amétque salsa levia hircus æquora.*

Plaut. ad hominem transtulit immundum & libidinosum, *in Asinar.* Scilicet ut properarem, flagitium maximum feci miser, propter opsam illius improbi hirci edentuli. ¶ Mulgere hircum τράγον ἀμέλγειν, dicitur proverbialiter de re absurda. Virg. 3. *Eclog.*

*Qui Bavium non odit, amet tua carmina Mævi,*
*Atque idem jungat vulpes, & mulgeat hircos.*

¶ Hircus item dicitur alarum gravcolentia, ad hirci animalis fœtorem accedens. } τράγος ὑπόζυξ. Angl. *The savour of à male goate, ram mubnes.* } Horat. *Epod.* 12.

——*an gravis hirsutis cubet hircus in alis.*

Catullus captum appellat *carmen* in Rufum,

*Valle sub alarum trux habitare caper.*

Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Quid sapit? Hircum ab alis. ¶ Hircus verrucosus, Tiberius appellatus est *in Tib. cap.* 45. (i. libidinosus.) Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 3. Illa me tabiosa fœmina observat canis: Pòst autem ille hircus alius, sive hircus Salius. Græcis enim τράγος dicitur, quo nomine Martialis quoque usus est.

*Inde tragi, celerésque pili, mirandáque marti*
*Barba.*

Hircinus, a, um: Quod ex hirco est, quod ad hircum pertinet. } τραγεῖος. Gall. *De bouc.* Ital. *Di becco.* Germ. Böcken, das von bocken ist. Hisp. *Cosa de cabron.* Angl. *Of a male goate, or cucke.* } Apuleius, Homo sordidus, & hircina libidine fœtens. Plin. *lib.* 12. *cap.* 17. In pellibus hircinis. Plaut. *In Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Heus tu qui cum hircina stas barba, responde quod rogo.

Hircōsus, a, um, qui hircum olet, sordidus, inculcus. } τραγώδης, τραγῶδες. Gall. *Qui sent le bouquin.* Ital. *Che sente di becco, chi puzzano l'ale.* Germ. Bockensleckig, das stinkt wie ein bock. Hisp. *Cosa che hiede a cabron.* Angl. *That sinckerh like a buck, ramm ish.* } Pers. *Satyr.* 3.

*Hic aliquis de gente hircosa centurionum.*

Idem *Satyr.* 3.

*Dixeris hæc inter hircosos centuriones,*

id est, tusticos, olidos & omnis nidoris expertes, inquit Budæus. Gell. *cap.* 2. *lib.* 12. Inter hircosos scitipti inter unguentatos placent.

Hircipilli: Dicuntur homines qui pilos duros atque extentos habent, quemadmodum hirci, δασύτριχες. Festus.

‖ Hircocervus: vide *Tragelaphus.* ‖

Hirquitallire, propriè de pueris, sive adolescentulis, qui jam pubescentes, vocem emittere incipiunt gravem & subraucam, quod fere accidere solet sub finem secundæ hebdomadis, teste Censorino, aut sub initium tertiæ. Quo tempore & pueros ipsos hirquitallos appellant: sive quòd tunc primùm hircum incipiunt olere, sive quòd vocem edant graviorem, & inæquabilem, hircinæque non dissimilem. Levinus longus *in orthographia*, Ut eos qui sunt adultâ ætate hirquitallos vocamus.

Hirquus, per q, est angulus oculi. } κανθός. Gall. *Le coing de l'œil.* Ital. *Canzone de l'occhio.* Germ. Ein augenwinckel. Hisp. *Lagrimal del ojo.* Angl. *The corner of the eye.* Virg. 3. *Eclog.*

——*Transversa tuentibus hirquis.*

Tractum est ab oculis hircorum, qui ob libidinis ardorem, retortis in angulum oculis, capras obliquè aspiciunt. Vide Servium in locum Virgilii jam citatum.

Hirtĭus, vel ut alii scribunt, Hirtius, Consul fuit Romæ unà cum Pansa, quo tempore Brutus ab Antonio obsessus fuit Mutinæ: ad quem liberandum profectus, unà cum collega est interfectus.

Hirnĕa, æ, vasis genus, quod Plaut. *in Amph.* cirneam appellat. Cato *de re rust. cap.* 81. Indito in hirneam fictilem. ¶ Hirnea, vas vinarium. Plaut. *Amph.* Cadus erat vini, inde implevi hirneam: alias *Cyrneam.*

‖ Hirnia, νάλη. Gloss. lege *Hernia.*

Hirpini, familiæ in Falisconum agro fuerunt, quæ in sacrificio annuo quod fiebat in monte Soracte, ambulantes per ambustam strueni lignorum non adurebantur. Authos Plin. *lib.* 7. *cap.* 2. Hi à Solino vocantur Hirpi.

‖ Hirrio, is, ivi, itum, garrio (alitex lingo) quod genus vocis est canis rabiosæ. Fest. ‖

Hirsūtus, a, um, ab hirtus: Pilosus, setosus, horridus. } שעיר *sahir*. τριχώδης. Gall. *Velu, couvert de poil rude & piquant.* Ital. *Peloso.* Germ. Rauch von haar, haarächtig. Hisp. *Velloso y aspero.* Angl. *Heary, covered with prickling hoares, ik swyne.* } Mart. *lib.* 10.

*Hirsutis ego cruribus, genisque:*
*Os blasum tibi, debilisque lingua est.*

Virg. 7. *Eclog.*

*Stant & juniperi, & castaneæ hirsutæ.*

Quo in loco Virgilius vocat castaneas hirsutas, quæ adhuc echinis includuntur. Plin. *lib.* 20. *cap.* 9. ejus comparativum protulit. Folia habet bina, parva, rotunda, plantis aliis similiori, candidiori, sativa & hirsutiori. Ovid. 2. *Trist. elegia unica.*

*Sumpserit annales, nihil est hirsutius illis.*

Ubi pro austero accipitur. Imò pro luxuriosis hic ponitur, ut apud Suet. *in Tiberio. cap.* 43. Obscœnitate oris hirsuto, atque olido senî clarè exprobrata.

Hirtus, a, um, idem quod asper pilis, aut aculeis: squallidus. } שעיר *sahir, iguæus.* Angl. *Shrubby, or rough.* } Dissimilem rationem postulat hirtum atque Tarentinum, inquit Col. ubi vir eruditus putat idem esse Tarentinum & hirtum, magno sanè errore. Nam hirtum pecus Tarentino opponitur. In agro enim Tarentino oves pellibus tegebantur, ut molliores essent velleris. Virg. *lib.* 3. *Georg.*

——*hirtásque capellas.*

Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Hirtus feris musculus marinus. Ovid. 10. *Metam.*

——*canities rigidis horrebit hirta capillis.*

Col. *lib.* 10. Talis humus, vel parietibus, vel sepibus hirtis claudatur. Hirta corpora. Plin. *lib.* 7. *cap.* 2. Hirtæ oves. Varro *de re rust. lib.* 2. *cap.* 2. Ovid. *Elegi.* 3. *lib.* 1. *Trist.*

*Squallidus immissis hirta per ora comis.*

Velleius, Hirtus & horridus C. Marius.

Hirūdo, nis, à *jacio* ἐδάκω. Sanguisuga, dicta quòd carni hæreat. } עלוקה *halukáh*. βδέλλα. Gall. *Sangsuë.* Ital. *Sanguisuga, migliata.* Germ. Ein egel. Hisp. *Sanguisuela.* Angl. *An horse leach, or bloudsucker worme.* } Horat. *de Arte poët.*

*Non missura cutem nisi plena cruoris hirudo.*

Quod proverbii quadam specie dicitur: torquet enim poterit in homines nimium sedulos, & quibusvis in rebus comparandis immodicos. Plaut. *Epidico*, Iam ego me vortam in hirudinem, atque horum exsugebo sanguinem. Plin. *lib.* 32. *cap.* 10. Hirudinum, quas sanguisugas vocant, ad exterahendum sanguinem usus est. ¶ Hirudo arenæ, per translationem, hoc est, exhaustrix. Cic. *ad Att. lib.* 1. Accedit illud, quòd illa concionalis hirudo avaritiæ, misera & jejuna plebecula me ab hoc magno unicè diligi putat.

Hirūndo, inis, priùs helundo, à ἀλδάω, χ in h, ut in u. *Heri.* Avis notissima, in tectis nidificans, sub initium veris ad nos advolans. } עגור *hagbur*. χελιδών. Gall. *Vne hirondo, vn hirondelle.* Ital. *Rondine.*

*rondine*. GERM. Ein ſchwalm. HISP. *La golondrina*. ANG. *A ſwallow*.} Virg. 4. *Georg*.

——— *ante*
*Garrula quàm tignis nidum ſuſpendat hirundo.*

Ovid. *Eleg*. 12. *lib*. 3. *Triſt*.

*Vique malè trimen matris depenat hirundo*
*Sub trabibus cunas, parvaque tecta facit.*

{ Veris periphraſis. Ovid. 2. *Faſt*.

*Fallimur? an verè prænuntia venit hirundo?*

Plin. *lib*. 10. *cap*. 24. Abeunt & hirundines hibernis menſibus, ſolâ carne veſcens avis, ex iis quæ aduncos ungues non habent: ſed in vicina abeunt, aptè eos ſecutæ montium receſſus, inventæque jam ſunt ibi nidæ ac deplumes. Plaut. *in Aſinaria*, *ſc*. 3. *act*. 3. Dic igitur me tuam anatteulam, columbam, vel carcellum, hirundinem, &c. ¶ Una hirundo non facit ver. μία χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ. hoc eſt, in aliqua re non ſat eſt unica conjectura. Sed multis hirundinibus opus eſt. Ariſt. *lib*. 1. *Moral*. & Ariſtoph. *in Avibus*. ¶ Hirundines ſub eodem tecto ne habeas, ξυναρχίους χελιδόνας μὴ ἔχειν. Hoc ſymbolo Pythagoras convictorem ingeratum, parſimque firmum monuit ablegandum. D. Hieronymus, Ariſtotelis authoritatem ſequutus interpretatur abſtinendum à commercio gattulorum & luſurronum. ¶ Hirundo etiam piſcis eſt marinus, pinnis caudâque expanſis hirundini volucri perſimilis, cui caput oſſeum, ut teſtudinis, oris partes internæ rubræ inſtar ſandaracha, quibus noctu velut igneus ſplendor adſiſtit: ob idque Lucernam piſcem quidam exiſtimarunt. Sed de Hirundine & Lucerna diſtinctè Plin. *lib*. 9. *cap*. 27. & *lib*. 23. *cap*. 11.

**Hirundinīnus**, a, um, quod ad hirundines ſpectat. { χελιδόνιος. GALL. *De hirondelle*, *en hirondelle*. ITAL. *Coſa de rondine*. GERM. Das der ſchwalmen iſt. HISP. *Coſa de golondrina*. ANGL. *Of ſwallow*.} ut,

Hirundininus nidus, apud Plaut. *in Rudente*, & apud Martial. *lib*. 11.

*In nido foges eſt hirundinino.*

Hirundininus ſanguis. Plin. *lib*. 30. *cap*. 14.

**Hiſmaëlītæ**. { ישמעאלים *iſchmehelim*. ἰσμαηλῖται. } Populi ſunt Africæ, qui nunc Saraceni dicuntur, ab Hiſmaele ſic nominati, Abrahæ filio ex Agar Ancilla.

**Hiſpălis**, ἡ ἹΣΠΑΛΙΣ, Bæticæ provinciæ urbs clariſſima, Romanorum colonia, cognomine Romulenſis: à qua unus ex quatuor juridicis Bæticæ conventibus, Hiſpalenſis dicitur. Plin. *lib*. 3. *cap*. 1. Hæc hodie *Sevilla* dicitur.

**Hiſpānĭa**. { ספרד *ſepharad*. ἰσπανία, βασιλεία. } Regio Europæ, quæ à montibus Pyrenæis incipiens per columnas Herculis circumiens uſque in Borealem Oceanum protenditur. Decem millibus ſtadiis (ut Appianus ſcribit) ejus latitudo commenſuratur. Longitudo proſus eadem eſſe videtur. Terra frumenti, vini, olei, auri, gemmarum, metallorúmque ferax. Ex qua etiam belliioſiſſimi viri, ac velociſſimi equi procreantur. Refert Varro in Hiſpaniis equas credi ex vento concipere, quòd equos habet hæc regio curſu tam veloces, ut meritò ex ventis concepti ferantur. Dividitur autem omnis Hiſpania, teſte Plin. *lib*. 2. *cap*. 12. & 3. in citeriorem & ulteriorem. Ulterior rurſus ſecatur in duas partes, in Bæticam, quæ hodie *Granata* dicitur: & Luſitaniam, quam vocant *Portugaliam*, quæ Ana fluvio à Bætica diſtinguitur. Ulterioris Hiſpaniæ conventus erant quatuor, Gaditanus, Cordubenſis, Aſſigitanus, & Hiſpalenſis. Citerior autem Hiſpania, quæ Tarraconenſis dicebatur, in ſeptem dividebatur conventus: vide Plinium. Hodie dividitur in quinque regna. Caſtellam, quæ cum Legione permiſta unum effecit regnum, Gallæciam, Cathaloniam, Aragoniam, & Navarram. Omnis autem Hiſpania ab Ibero fluvio primùm dicta fuit Iberia: poſtea ab Heſpero Atlantis fratre, ſive (ut alii malunt) ab Heſpero ſtella lucidiſſima, quæ veſpertino tempore in Occidente apparet, ſolem ſubſequens, vocata eſt Heſperia: poſtrem ò ab Hiſpali urbe, ad ſretum Atlanticum ſita, quam hodie *Sevillam* vocant, dicta fuit Hiſpalia: unáque deinde litterâ immutatâ, Hiſpania. Tibull. *lib*. 4.

——— *-latè audax Hiſpania terris.*

**Hiſpānus**, & Hiſpanienſis, ſiunt adjectiva, ſicut à Sicilia, Siculus, & Sicilienſis) à Corintho, Corinthius, & Corinthienſis. { Ein Spanier. } Sed qui in Hiſpania natus eſt, Hiſpanus dicitur. ἰσπανός. Hiſpanienſis, qui alibi ortus in Hiſpania verſatur: hoc eſt, licèt in Hiſpania ſit, non tamen in ea natus eſt, ἰσπανιώτης. Hinc Hiſpanienſes negotiatores, qui in Hiſpania negotiantur. Sic Hiſpanienſem exercitum vocabant Romani, qui in Hiſpania militabat. Plin. *lib*. 33. Cæſar Hiſpanienſi triumpho Chium & Falernum dedit, quum in Hiſpania bellum adversùs Romanos, non Hiſpanos geſſerit. Plaut. *Menæch*. *ſc*. 1. *a*. 2. Iſtros, Hiſpanos, Maſſilienſes, Illyrios.

**Hiſpānicus**, a, um, idem quod Hiſpanus. Gell. *cap*. 13. *lib*. 9. Hiſpanico gladio uſus Manilius.

‖ **Hiſpaniola**, *Spaignola*, inſula Orbis novi, à Chriſtophoro Columbo anno 1492. primùm detecta.

**Hiſpellum**, *Spello*. V. olim E. Umbriæ, ubi hodiéque Amphitheatri veſtigia ſuperſunt. ‖

**Hīſpĭdŭs**, a, um: Hirſutus, aſper, ſeroſus, horridus. { שׂעיר *ſahir*. λάσιος, *duris*. GALL. *Velu*, *de gros poil picquant*. ITAL. *Peloſo*, *aſpro*. GERM. Rauch von haar/borſtächtig. HISP. *Coſa aſpera con ſedas*. ANGL. *Rough*, *rugged with heares or briſtles*. } Virg.

——— *cui lateruin tenus hiſpida nanti*
*Frons hominem præfert.*

Plin. *lib*. 16. Continentur hiſpido calice. Hiſpidus aſpectus, apud eundem *lib*. 22. *cap*. 6.

**Hiſpidōsŭs**, a, um, idem quod hiſpidus, λάσιος, τραχύδης. Catull.

*Non dico pueris, ſed hiſpidoſis.*

**Hiſter**, Hetruſcorum lingua dicebatur Ludio, ὑπόκριτης. Author Liv. *lib*. 7. *ab urbe*. Vide *Hiſtrio*.

‖ Hiſter: vide *Iſter*. ‖

**Hiſtĭæa**, ἡ ἱστία. Euboeæ inſulæ civitas, quam Homerus *in Catalogo navium*, à vitium copia πολυστάφυλον cognominat. Eadem poſtea Otopus dicta eſt, teſte Stephano.

**Hiſtĭæus**, ὁ ἱστιαῖος. Miletiorum tyrannus, qui cùm relicto Dario, Ioues ad defectionem ſolicitaret, capeus ab Harpago Darii præfecto, in crucem ſublatus eſt. Vide Herodot. *lib*. 6.

**Hiſtŏălum**, τὸ ἱστόαλον. Oppidum Ferentanorum, in quarta regione Italiæ. Plin. *lib*. 3. *cap*. 12.

**Hĭstŏrĭă**, æ. { דברי הימים *dibre hayamim*, וברית *zicharón*. *inojn*. GALL. *Hiſtoire*. ITAL. & HISP. *Hiſtoria*. GERM. Ein hiſtori ein argtho lung einer geſchicht. ANGL. *An Hiſtorie*.} Latinè narratio, & rerum geſtarum expoſitio. Propriè tamen eſt earum rerum, quibus gerendis interfuit is qui eas narrat. Unde nomen habet ἀπὸ τοῦ ἱστορῶ, quod ſpectare, vel cognoſcere ſignificat. Plaut. *in Menæch*. *ſc*. 1. *a*. 2. Quin nos hinc domum redimus: niſi ſi hiſtoriam ſcripturi ſumus? Cic. 4. *Acad*. Sanè doctum hominem, ut indicat ipſius hiſtoria ſcripta Græcè. Ovid. *Eleg*. 1. *lib*. 2. *Triſt*.

*Eubius impura conditor hiſtoria.*

¶ Hiſtoria ab Annalibus quid differat: vide apud Gellium *cap*. 18. *lib*. 5. ¶ Accipitur etiam latiùs nomen hiſtoriæ, ut non ſolùm de narratione rei geſtæ dicatur, verùm etiam de quavis interpretatione, ſeu expoſitione. Unde Plinius opus ſuum ad D. Veſpaſianum, de Naturali hiſtoria inſcripſit. Hiſtoriam Cicero aliis vocabulis vocat, Memoriam publicam, Memóriam rerum veterum, Commemorationem antiquitatis, Monumenta rerum veterum, Monumenta temporum, locorum, hominum, rerum geſtarum, Omnium ſecretorum memoriam. Quomodo autem differat ab Annalibus, vide in dictione *Annales*.

**Hiſtŏrĭcŭs**: Hiſtoriarum ſcriptor. { ἱστοριάφος. GALL. *Hiſtorien*. ITAL. *Hiſtorico*, *ſcrittor d'hiſtorie*. GERM. Ein geſchichtſchreiber. HISP. *Hiſtoriador*. ANGL. *writer of hiſtories*. } Cic. *pro Murena*, Tua verò nobilitas Servi Sulpitii, tametſi ſumma eſt, tamen hominibus litteratis, & hiſtoricis eſt notior, populo verò & ſuffragatoribus obſcurior. Idem *in Topicis*, Philoſophi, poëtæ, hiſtorici.

**Hiſtŏrĭcŭs**, a, um, quod ad hiſtoriam pertinet, quod hiſtoriæ proprium eſt. { ἱστορικὸς. GALL. *Hiſtorique*, *d'hiſtoire*. ITAL. *Coſa d'iſteria*. GERM. Das der geſchichten oder hiſtorien iſt. HISP. *Coſa de hiſtoria*. ANGL. *Of à hiſtorie*. } ut, Fides hiſtorica. Ovid. 3. *Amorum*,

*Obligat hiſtorica nec ſua verba fide.*

Hiſtoricum ſcribendi genus eſt. Cic. *de Orat*. Non tam hiſtorico, quàm oratorio genere perſcripſit.

**Hiſtŏrĭālĭs**, quod ad hiſtoriam ſpectat. { ἱστορικῶς γεγραμμένος, καὶ ἱστορικὸς. GALL. *Appartenant à l'hiſtoire*, *fait ou peint par hiſtoire*. ITAL. *Pertinente à hiſtoria*. GERM. Den geſchichten zůgehörig. HISP. *Coſa pertenecíente à hiſtoria*, *ò hecha por hiſtorias*. ANGL. *That belongeth to an hiſtorie*. } Plin. *lib*. 16. *cap*. 33. Trahiturque etiam in picturas opere hiſtoriali.

**Hiſtŏ.lĭ.ē, es**, fœm. gen. ἱστορική. Pars illa Grammatices, quæ in enarratione authorum verſatur. Quint. *lib*. 1. *cap*. 9. Ratio loquendi & enarratio authorum, quarum illam methodicen, hanc hiſtoricen vocant.

**Hīstrĭōnes**: Fabularum actores, ludiones, qui perſonati in ſcenis fabulas agunt. { ὑποκριταὶ, μίμοι. GALL. *Joueurs de farces*, *joueurs de Comedies*, *ou perſonnages*, *Comediens*. ITAL. *Hiſtrioni che recitano le comedie*. GERM. Ein comedienſpiler oder der in einem ſpil ein perſon tregt. HISP. *Repreſentadores de perſonas*, *que repreſentan las comedias*. ANGL. *Players en interludes*. } ab Hiſtria regione, ex qua primùm veniſſe, indéque nomen ſortitos eſſe, aſſerit Feſtus; cui tamen refragantur Liv. *lib*. 7. *ab Vrbe condita*, *haud multò poſt principium*. Valeriuſque *lib*. 2. *cap*. 1. quod eſt *de Inſtitutis antiquis*. Et Plutarchus *in Problematis Romanis*, *cap*. 17. qui affirmant nomen hiſtrionibus fuiſſe indirom, quia Hiſter, Tuſco verbo, ludio, ſive ludius vocatur. Cicer. *lib*. 4. *Tuſc*. Agantur iſta prælà è, & ab oratore quidem melius (ſi modò eſt orator) quàm ab ullo hiſtrione. Idem *de Oratore*, Roſcius & Æſopus hiſtriones clari. Suet. *in Auguſt*. *cap*. 43. Hiſtriones omnium linguarum. Et in eos lex vetus. Idem *ibid*. *cap*. 45. Item, Judicium convicii in eos redditur ex alto. Veſſeus. Plaut. *Capt*. *proleg*. Hiſtrionem cogis mendicarier. Quint. Hiſtriones peracta fabula perſonam deponebant. Plaut. *proleg*. *Amphitr*. Sive etiam qui ambiſſent palmam hiſtrionibus, &c.

**Hiſtrĭōnĭă**, æ, vel Hiſtrionica, æ: Ars hiſtrionum. { ὑποκριτική. GALL. *L'art & meſtier de jouer ſon perſonnage dans les comedies*. ITAL. *Arte di repreſentare comedie*. GERM. Die kunſt ſchawſpil zuhalten. HISP. *Arte de repreſentadores de perſonas*. ANGL. *That art of playing en interludes*. } Plaut. *in Amph*. Quaſi verò novum non præferatur, Jovem facere hiſtrioniam. Idem *alibi*, Ut cor hiſtrioniam facit, i. geſtit, movetur. Sic Æſchylus, ἐκ χύτης ἡ κάρδια φύεται.

**Hiſtrĭōnĭcŭs**, a, um: quod ad hiſtrionem pertinet, hiſtrionicus. { ὑποκριτικὸς. GALL. *Appartenant à joüeur de farces*. ITAL. *Pertinente à hiſtrione*, *à giuocolare*. GERM. Das zu denn/ſo ſich in ſchawſpilen üben gehört. HISP. *Coſa pertenecíente à repreſentadores de comedias*. ANGL. *That perteineth to a player en interludes*. } Plaut. *in Pœn*. Audire vos jubet Imperator hiſtricus. ¶ Hinc formavit diminutivum Hieronymus *contra Ruf*. Si hiſtrionula, & livida mentis hominem à me ſubmoveo, & ad unum ſtipitem cuncta jacula dirigo qui vulnera ſua partitur in multos.

**Hiſtrĭōnĭcus**, quod eſt hiſtrionis, ſeu quod ad hiſtrionem pertinet. { ὑποκριτικὸς. GALL. *De joüeur de farces*. ITAL. *De giuocolare*. GERM. Das zu einem ſchawſpiler gehört. HISP. *Coſa de repreſentador de comedias*. ANGL. *Of a player of interlude*. } ut, Ars hiſtrionica, Hiſtrionicæ veſtes, Hiſtrionicus geſtus, Hiſtrionica verba.

**Hiſtrĭōnālis**, e, ad Hiſtrionem pertinens. ὑποκριτικὸς. ut, Studium hiſtrionale. Tacit. *lib*. 1. Miſcere cœtus hiſtrionali ſtudio doctus. Cic. *de Orat*. Ut laſcivia verborum, gravitate ſententiarum, licentia compoſitionis, hiſtrionales modos exprimant.

**Hiſtrix**, ἡ ἱστρίξ: vide *Hyſtrix*.

‖ **Hittio**, ἰχνεύω. Gloſſ. hoc autem eſt, Veſtigo. Proprium eſt canum veſtigium indagantium cum aliqua vocis miſtatione, ut tradit Scaliger ad Feſt. nempe ab *hittus*.

**Hittus**, φωὴ κυνὸς. Gloſſ. i.e. vox canis, ab *hio*. ‖

**Hĭŭlcŭs**, a, um: Fiſſus, fatiſcens. { פצוע *patzuach*, נפצע *nipchkách*, נבקע *nibkáh*.

nihilò. χασίλω. Gall. *Entr'ouvert, entrebaaillé.* Ital. *Fesso, aperto.* Germ. Gespalten/geginend. Hisp. *Cosa que se hende ò abre.* Angl. *Gaping or the ground in drought.*} Virg. 2. *Georg.*

*Hoc ubi hiulca siti findit Canis æstifer.*

¶ Per translationem etiam orationem dicimus hiulcam, quæ malè cohæret, quæque inepta & malè composita est. {Angl. *Not fitly joyned.*} Cicer. *de Orat.* Nec asper verborum concursus sit, neve hiulcus. Diomedes hiulcos versus appellat exiles, & quasi in media parte hiantes, ἰσχνογράφους.

Hiúlcè, adverbium: Inepte, vastè. ✻ Presiè, æqualiter, leniter. {κεχλάσμενα, διαχεχλάσμενα. Gall. *S'aus s'entretenir, ou s'entr'ouvrant.* Ital. *Apertamente, con largo spatio, fra una parola al altra.* Germ. Mit anstossenden worten. Hisp. *Abiertamente, apertadamente.* Angl. *As it were by gapes or chappes.*} Cicer. *de Orat.* Ex quo sic loquutum esse ejus partem judico, sic majores, non asperè, ut ille quem dixi, non vastè, non hiulcè, sed presiè, & æqualiter, & leniter.

Hiúlco, as, aperio, findo, hiulcum facio. {בקע *bakáh*. בקר *karáh*. χάζω, λαχάζω, χαρμάδω ποιῶ. Gall. *Fendre & faire ouvrir, faire baailler, & s'entr'ouvrir.* Ital. *Aprire, fendere.* Germ. Spalten/auffthun/zu ginem machen. Hisp. *Hender, ò abrir.* Angl. *To make to gape.*} Catullus,

*Æstus hiulcat agros.*

## H O

Hóàtis, Ἶστρος, Scythiæ fluvius apud Thussagetas nascens, & in Mœotim paludem influens. Author Herod. *lib.* 4.

Hŏc, pronomen demonstrativum neutri generis. {τὸ *hoc.* τοῦτο. Gall. *Cetuy-ci.* Ital. *Questo.* Germ. Dis. Hisp. *Aquesto.* Angl. *This.*} Cujus masculinum est, hic. Virg. *lib.* 4. *Æneid.*

*Hoc illud Germana fuit?*

Migrat interdum in adverbium, idemque significat quod Huc. δεῦρο. Virg. 8. *Æneid.*

*Hoc tunc Ignipotens cœlo descendit ab imo.*

Sic enim legit Priscianus. Plaut. *Milit. sc.* 6. *a.* 2. Ignoscas mihi hoc. Ignoscam tibi istuc. *Ibid. sc.* 5. *a.* 2. Vin' tu hoc facere strenuè. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 5. Animadvertere si possum hoc inter vos componere (i. hanc turbam.) Idem *sc.* 1. *a.* 3. Catapulta hoc ictum est mihi (i. oculus.) Idem *Amph. sc.* 1. *a.* 1. Qui hoc noctis solus ambulem. Què autem ædes video hoc noctis esse? Non placet me hoc noctis esse? Idem *Amph. sc.* 1. *a.* 1. & *in Curc. sc.* 1. *a.* 1. Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Ut hoc pultem (sup. ostium.) ¶ Hoc age. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 2. & hanc tem. *Ibid. sc.* 2. *a.* 4. & apud Gell. *cap. ult. lib.* 1. Hoc agamus. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 5. Hoc est quod herus facit. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Idem *ibid. sc.* 2. *a.* 1. Hoc vide ut ingurgitavit in se merum. Item, Hoc vide, ut dormiunt pessuli. *Ibidem.* Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Hoc etiam est, quam obrem cupiam vivere. Idem *Men.* Quid hoc negotii est? Idem *Amphitr.* & iterum *sc.* 3. *a.* 2. Quid hoc sit hominis. Idem *Amphitr.* Lucescit hoc jam. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Scio hoc tibi febrim esse, quia non licet injicere ungulas. Idem *sc.* 3. *act.* 3. M. Nempe hoc est quod illi dedi. A. Istuc. ¶ Hoc, pro ob hoc. Idem *Milit. sc.* 3. *a.* 2. Si fallò insimulas hoc peries. ¶ Hocce caput sentit. Idem *Aul. sc.* 2. *a.* 3. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 2. Hocce testamento servitus lega: tibi. ¶ Hoccine est pietatem colere? Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 3. Item, Facinus fecit audax. Hoccine. Idem *Milit. sc.* 3. *a.* 2. Hoccine fieri ut, &c. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Hoccine mandavit tibi senex? Hoccine, hoccine, hoccine. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 1. ¶ Rursum, Hoc age. Suet. *in Calig. cap.* 58. & *in Galba, cap.* 20. (id est, fieri.) ¶ In hoc, pro ob id. Senec. *cap.* 15. *de consol. ad Marc.* Item, Hoc mentis. *Ibid. cap.* 17. Hoc præmii feres. Idem *Menach sc.* 7. *a.* 5. ¶ Hoc erat quare Prænius antro fatigaret saxa. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.*

*Hoc est cur cantet fossor.*

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.* Item, Hoc erat quod, &c. Plaut. *Men. sc. ult. a.* 5. ¶ Hòc, pro ideo. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 3. Hòc ego fui obsessor fori. *Ibid.* Hòc homines tam brevem vitam colunt. Hóc noctis, pro hac nocte, Plauto, Apuleio, & aliis.

Hŏdiè: Hoc die. {יום *hajóm.* σήμερον, ἡ σήμερον, ἐπιχωρίως. Gall. *Aujourd'huy, huy, cehuy.* Ital. *Hoggi, heggidì.* Germ. Heut. Hisp. *Hoy.* Angl. *This day.*} Cic. 3. *Verrina*, Nonæ sunt hodie Sextiles, hora nona convenire cœpimus. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Hodie mihi nuptialis dies est. *Ibidem sc.* 3. *a.* 1 Hodie nate. Heus hodie nate. Idem *Amphitr.* Neque ego hodie nequam ad has ædes finam accedere. *Ibid. sc.* 4. *a.* 4. Nihil est, ut dies solet, quod hodie benè succedat mihi. Idem *Asin. sc.* 3. Nunquam hodie exorabis. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 5. Placidum te hodie reddam. Idem *Milit. sc.* 3. *a.* 2. Nunquam hodie quiesces. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 4. Qui hodie unquam forum inspexi. Idem *Ibid. sc.* 7. *a.* 5. Maximo hodie malo hercle vestro isthunc ferris. ¶ Nunc hodie, vide *Nunc.* ¶ Hodiéque, vide apud Vellerium, sæpè. ¶ Accipitur item pro nunc, sive hoc tempore, sive hac ætate. Plaut. *in Asin.* Censén' tu illum hodie primùm ire assuetum in ganeum? Terent. *in Eunucho*, O populares, ecquis me vivit hodie fortunatior? Cicer. *pro domo sua*, Hodiéque Volaterrani non modò cives, sed etiam optimi cives, fruuntur nobiscum simul hac civitate. ¶ Hodie per comminationem dictum, authore Donato. Terent. *Andr.* Si sensero hodie quicquam in his te nuptiis fallaciæ conari. Hodie manè. Cicer. *Attico lib.* 13. Venit paulò post Curtius hic salutandi causa, sed mansit invitatus. Trebatium nobiscum habemus. Hodie mane Dolabella, multus sermo ad multam diem. ¶ Hodie nunquam. Terentius *Adelph.* Scio ubi sit? verum hodie nunquam monstrabo. Ubi Donatus, Hodie, aut abundat: ut Virg. 2. *Æneid.*

*——nunquam omnes hodie moriemur inulti.*

Aut nunquam hodie, pro nullo tempore hujus diei: quia, nunquam, per se generale est. ¶ Non facies hodie? Non dices hodie? & similia, instandi & urgendi causa dicuntur. Horat. 2. *Serm. satyr.* 7.

*Non dices hodie quorum hæc tam putida tandem*
*Funxerit?*

¶ Hodie & heri, proverbium est, i. & ante, & nunc.
Hodiéque, id est, etiamnum hodie.

Hŏdiērnus, a, um, ut Hodiernus dies, {יום *hajóm.* ἡ σήμερον ἡμέρα. Gall. *D'aujourd'huy.* Ital. *Del giorno d'oggi.* Germ. Heuttig. Hisp. *Cosa de hoy, o este dia.* Angl. *Of this day.*} Cic. *in Catil.* Neque à nobis ante hodiernum diem collocatæ. Idem *ibidem*, Ut quum hodierno mane per forum meo jussu, & conjurati, & eorum judices in ædem Concordiæ docerentur, &c. Sen. *c.* 11. *de consol. ad Marc.* Nihil de hodierna die, nihil de hora mutatur.

¶ Hodidocos, latro atque obsessor viarum. Fest. Perottus scribit *hodedocum*, melius.¶

Hŏdîus, ὁδίτης. Fuit, teste Homero *lib.* 9. *Iliad.* unus ex Græcorum præconibus in bello Trojano.

¶ Hodœporicus, a, um, ὁδοιπορικός, ὴ, όν, viatorius, ab ὁδοιπόρος, viator. ¶

Hŏdœporĭcum, ὁδοιπορικόν. Commentarius itineris cujuspiam, eorúmve quæ in itinere acciderunt descriptionem continens: quod & Itinerarium nonnulli vocaverunt. Græci enim ὁδοιπορεῖν dicunt, pro iter facere: & viatorem ipsum ὁδοιπόρον appellant.

Hŏdŏmāni, ὁδόμαντοι, populi Thraciæ. Inde Hodomanticus, & fœminino Hodomantis, Steph. *ex Thucyd. lib.* 2.

¶ Hœdus: vide *Hædus.*¶

Hoetychiûs (quod hic pro nomine fabri corruptè legebatur) lege *Tychius.* Quod quidem erratum primùm ab Homeri interprete manavit, dictiones duas, quæ dividendæ erant, conjungente. Locus Poëtæ est *lib.* 7. *Iliad.* ubi sic habet,

Κὰκ δ' ἐξόχου ἤρατο φέρων, σάκος ἄντα νέεσσιν,
Χάλκεον, ἐπταβόειον, ὃ οἱ τέκτων ὑφὴνε πάλαι, &c.

Quem locum interpres sic vertit: Ferens scutum, turris instar, quod fecerat Hœtychius: non satis animadvertens, τὸ οἱ, ibi dativum esse pronominis ἑὸς, æquipollentem dativo Latino Sibi. Hujus generis non pauca ex fontibus ipsis repurgavimus, quæ eorum culpâ irrepserant, qui voluminis magnitudini potius consulentes, quàm bonitati, quicquid ubique obvium fuit, nullo judicio, albáque quod dici solet linea huc congesserunt, nihil interim pensi habentes, se & bibliopolis, quibus operas suas locant, fucum facere, & rudi linguæ Latinæ tyrunculo adulterina pro synceris tradere, unum privati sui commodi scopum sibi præfigentes, quo & librorum bonitatem, & officium suum metiuntur: opus illud longè optimum judicantes, ex quo quamplurimùm compendii ad se redeat, & emolumenti.

¶ Hoi, interjectio aliquid deplorantis. ὤ.

Holcas, ὁλκάς, navis oneraria. ὁλκὴ, pondus, cujus scilicet gravitas bilancem ἕλκει, i. trahit in alteram partem. ¶

Hŏlcădēs, Ἰλλυρίδες. Populi intra Iberum fluvium. Steph. *ex* 3. *Polybii.*

¶ Holcimus, a, um, ὁλκιμαῖος, ὶ, ον, sonat tanquam trahibile, quod facilè trahi potest.¶

Holcus, ὁλκὸς, propriè est tractus, ab eodem ἕλκω. in Gl. exponitur *aquæductus*, unde *fulcum* Latinis. ¶ Est & herba aristas à corpore educens: unde & nomen accepit, ἀπὸ τῆς ἕλκειν, quod est trahere. Plin. *lib.* 27. *cap.* 10. Holcus in saxis nascitur: aristas habet in cacumine tenues, culmo, quale hordeum restibile. Hæc circa caput alligata, vel circa lacertum, educit ex corpore aristas. Hanc quidam ob id aristidam vocant. Hactenus ille. Multi eam esse putant inter saxa nascentem: alii sylvestrem avenam.

¶ Hollandia, *Hellande, Hallandt*, una ex XVII. provinciis Germaniæ inferioris, titulo Comitatus clara, ad Oceanum Germanicum.¶

Hŏlmi, urbs Siciliæ asperæ, ubi priùs habitabant qui nunc Selenuntii gentile Holmeis. Sed apud Steph. sine aspiratione legitur Ὅλμοι. Apud Strab. Holmos cum aspiratione, & singulari numero, *lib.* 4.

Hŏlmŭlum, urbs Bœotiæ. Gentile Holmeis. Apud Steph. Ὅλμωνες sine aspiratione legitur.

Hŏlmōnēs, vicus Bœotiæ, ab Holmo Sisyphi filio. Paus. *lib.* 9. Gentile Holmoneis. In vulgaribus Steph. codicibus Ὁλμωνεῖς, & inde derivata non aspirantur.

¶ Holo, quod est in quibusdam sequentibus, est pars compositæ vocis, nempe ὅλος totus.¶

Hŏlŏcaūstum. {עולה *holáh.* ὁλόκαυτον. Angl. *A burnt offring.*} Victima quæ detractis extis integra aræ imponebatur: παρὰ τὸ ὅλον καίεσθαι, hoc est, ab eo quod totum cremaretur. ¶ Idem & holocautoma, ὁλοκαύτωμα, dicitur à verbo ὁλοκαυτέω, quod est victimas integras comburo.

Hŏlŏgrăphum, ὁλόγραφον. Testamentum quod totum testatoris manu scriptum est. Holographa epistola, quæ tota scripta est manu ejus cujus nomine mittitur. Hieronymus, contra Ruffinum, Quæ epistola holographa teneatur ab iis, ad quos perlata est.

Hŏlŏphăntă, ὁλοφάντης, qui ob consuenda mendacia vili conducitur mercede. Plautus *in Curculione*, Ædepol nugatorem lepidum hunc nactus est Phædromus: Holophantam, an sycophantam hunc magis dicam nescio.

Hŏlŏsĕrĭca vestis, vel substantivè, holoserica, orum, vestis quæ tota ex serico confecta est, nulla alia materia admista. {ὁλόμεταξα. Gall. *Robbe toute de soye.* Ital. *Veste tutta di seta.* Germ. Ein ganz seidin/oder sammatin kleid. Hisp. *Vestido de seda.* Angl. *Cloth of silk.*} Primus (teste Lamprídio) usus est Heliogabalus. Tacitus autem Imperator holosericæ vestis usum viris omnibus interdixit. Quàm tarus autem fuerit apud veteres holoserici usus, quantáque ejus caritas, docet Vopiscus *in Aureliano*, his verbis: Vellem holosericam neque ipse in vestiario suo habuit, neque alteri utendam permisit. Et quum ab eo uxor sua peteret, ut unico pallio blatteo serico uteretur, ille respondit: Absit ut auro fila pensentur. Libra enim auri tunc libra serici fuit. Hactenus ille. Seriæ autem vestes à Seribus Indiæ populis sunt appellatæ, apud quos vermiculus exiguus, qui σὴς appellatur, conficit molliorem illam lanam, quam sericum appellamus: quod vermiculi genus, antea orbi nostro ignotum, à monachis quibusdam è Serinda Indorum urbe ad Justinianum Imperatorem allatum, hodie per omnem Europam spartum est. De vermiculi hujus natura vide plura apud Bayfium, ex quo hæc excerpsimus.

Hŏlŏsĭdĕon, ὁλόσιδον. Herba est quadrantalis, humi repens, foliis viticulisque coronopo, aut graminis proximis, gustu astringentibus: radice alba, prætenui, usque in capillamenti speciem, longitudine

quatuor

quatuor digitorum : dicta per antiphrasin, quasi tota ossea, quum tamen careat omni duritia. Plin. *lib.* 27. *cap.* 10. Holosteon sine duritia herba, ex adverso appellata à Græcis, sicut fel dulce. Herbarii molle gramen appellant.

Hŏlŏthŭria, *ὁλοθούρια*, sunt inter zoophyta : saxis non hærentia, aspero corio contecta. Edulia non sunt, sed in litoribus jacent inter maris ejectamenta. Plin. *lib.* 6. *cap.* 47. Multis eadem natura quæ frutici, ut holothuriis, pulmonibus, stellis.

¶ Homagium est subjectionis quædam species, quæ Latinis clientela.

Homelium, pilei genus. Fest.

Homer חמר, vox Hebræa, nomen mensuræ continentis decem ephas: seu 30. sata. ¶

Hŏmērus, Ὅμηρος : Poëtarum omnium præstantissimus, qui fuit ante Romam conditam annis circiter centum sexaginta, ut Cornelius Nepos *in libro Chronicorum* tradit. Hic fuit cæcus, & ob id Homeri nomen sortitus, quum priùs Meleſigenes diceretur, quòd ad Meletem fluvium natus esset. Cameræ namque & lones captos oculis *ὁμήρους* appellant, quòd homeris, id est, itineris ducibus, egeant. Hinc Cæcutiens Mæonius nuncupatur à Martiano *lib.* 2. *de nupt. Philologiæ*, Cæcutiëtis Mæonii suaviloqua senectus. Vide *Mæonides*. De patria ejus nihil certi traditur. Fecit enim nominis ejus claritas, ut quem vivum, rebúsque omnibus egentem nemo agnoverit, nunc multæ Græciæ urbes certatim sibi vendicent, adeò ut quibus potissimùm credere debeamus, non facile sit discernere. Quod etiam testatur Cic. *pro Arch.* Homerum (inquit) Colophonii civem esse dicunt suum, Chii suum vendicant, Salaminii repetunt, Smyrnæi verò suum confirmant, itaque etiam delubrum ejus in oppido dedicaverunt : multi alii præterea pugnant inter se, atque contendunt. Extat ea de re distichon Græcum apud Gell. *lib.* 3. *cap.* 11.

*Ἑπτὰ πόλεις διερίζουσιν περὶ ζήνος Ὁμήρου,*
*Κῦμα, Σμύρνα, Χίος, Κολοφὼν, Πύλος, Ἄργος, Ἀθῆναι.*

Reliquam ejus vitam brevitatis causa hic prætermittimus, quam qui latiùs nosse cupit, Herodotum adeat, & Plutarchum.

Hŏmērĭcus, a, um, *ὁμηρικός*. Quod Homeri est. Quintilianus *lib.* 2. Sic ergo tam eloquentia, quàm moribus præstantissimus, qui ad Phœnicis Homeri exemplum dicere, ac facere doceat. Juvenalis,

*Tu miser exclamas, ut vincere Stentora possis,*
*Vel potiùs quantum Gradivum Homericus audit.*

¶ Homerocento, vide *Cento*. ¶

Hŏmĕrŏmăstix, *ὁμηρομάστιξ*. Cognomen Zoili cujusdam, qui eo solùm nomine innotuit, quòd præstantissimum Poëtarum omnium Homerum, libris adversùs eum editis, ausus fuerit insectis arguere : quos libros indignatione, quam ex hominis impudentia conceperat, post aliquot dies pecuniæ aliquid petenti, quo inopiam sublevaret : Mirum (inquit) te inopia premi, qui multò Homero es doctior, quum ille qui ante annos mille fato functus est, etiam hodie tot hominum millia pascat. Tandem parricidii accusatus, jussu regis in crucem sublatus est. Dictus Homeromastix, quasi Homeri flagellum *μάστιξ* enim Græcis idem est quod nobis flagellum. Unde & Comici verberones, hoc est, verberibus dignos mastigas appellitant. Extenditur & latiùs Homeromastigos appellatio, ut omnibus planè detractoribus accommoderur, qui insatiabili reprehendendi libidine, optima quæque lacerant : quúmque Venerem ipsam non possint, sandalium ejus reprehendunt. Plin. *in proœmio operis*, Ut obiter cavcam illos Homeromastigas : ita enim carptores suos nominat. Ad eúdem etiam modum obtrectatores omnes mastigas appellantur, addito nomine ejus cui obloquuntur : ut, Virgiliomastix : Virgilii reprehensor : & Ciceromastix, Ciceronis carptor : quo nomine Largus Licinius eum librum inscripsit, quem in Ciceronem edidit, teste Gellio *lib.* 17. *cap.* 1.

Hŏmĕrĭdæ, *ὁμηρίδαι*. Familia apud Chios illustris, ut ait Hellanicus, quæ generis sui originem ad Homerum referebat.

Hŏmĭcidă : Homicidium : vide *Homo*.

Hŏmĭlĭa. {דברה *dabberáh*. *ὁμιλία*. Angl. *A talke or advise that menbave together.*} Græcis colloquium, & cœtum significat : unde etiam concionem, sive oratiouem, quæ in cœtu habetur, scriptores Ecclesiastici homiliam vocant.

Hŏmĭlĭārĭus, adjectivum. Hieronymus *ad Heraclium*, Quem laborem, inquit, ideireo suscepimus, ne pulsatæ quæstiones & relictæ (quod homiliatico dicendi genere ab illo sæpe fieri assolet,) Latino lectori fastidium generarent.

Hŏmo, inis : Ab humo dictus, ut Varr. placet : vel, ut aliis, ab *ὁμὸς*, simul : est enim animal sociale. Scalig. {אדם *adhám*, אנוש *enósch*. *ἄνθρωπος*. Gal. *Homme, ou femme*. Ital. *Huomo*. Germ. Ein mensch. Ital. *El varon, ò la muger*. Angl. *A man or woman*.} Quid sit homo, & quis sit, vide apud Gellium *cap.* 1. *lib.* 4. Cicer. *de leg.* Animal hoc providum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis, & consilii, quem vocamus hominem, præclara quadam conditione generatum esse à supremo Deo. Idem 3. *Officiorum*, Homo autem qui rationis est particeps, per quam consequentia cernit, principia, & causas rerum videt, &c. Idem 2. *de nat. deor.* Homo ortus est ad mundum contemplandum & mirandum. Et *paulò post*, Deus homines humo exercitatos, celsos & erectos constituit, ut deorum cognitionem cœlum intuentes capere possent. Ovid. 1. *Metam.*

*Pronáque quum spectent animalia cætera terram,*
*Os homini sublime dedit, cœlúmque videre*
*Jussit, & erectos ad sydera tollere vultus.*

Seneca *cap.* 17. *al.* 36. *de consol. ad Polyb.* Non sentire mala sua, non est hominis, non ferre, non est viri. *Ibid. cap.* 11. *de consol. ad Marc.* Quid est homo, quassum vas (sæpè.) Quintilian. Summi sunt Demosthenes & Homerus, homines tamen. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 1. Quis homo est? Ego sum. Idem *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Ut fama est hominis, exinde solet pecuniam invenire. Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Hominem verbetonem Pseudolum. *Ibid. sc.* 2. *a.* 3. Hominem coquum pejorem. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Optimus hominum est homo. *Ibid. sc.* 3. *a.* 2. Idem *Pers. sc.* 1. *a.* 1. Quantum terra tegit hominum perjurissime. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 2. En tibi hominem (id est, cum quem volebas.)

¶ Homo natus, ubi natus vacat. Gellius *cap.* 6. *lib.* 16. Facetias hominis nebulonis. Senec. *cap.* 16. *al.* 35. *de consol. ad Polyb.* Dum mater homines erat, hominem se sensit Augustus. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 1. Gell. *cap.* 2. *lib.* 9. Demus huic (sup. ærario nebuloni) aliquid tanquam homines, non tanquam homini. ¶ Portentum hominis. Suet. *in Claud. cap.* 3. Flagitium hominis. Plaut. *Men. sc.* 3. *a.* 3. Item, Quis est homo me miserior. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 2. Quis tu homo es? Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 3. Quis homo vidit? tuus conservus. Idem *Milit. sc.* 2. *a.* 2. Et, Quis homo est? Menæchmus quidam. Idem *Men. sc.* 4. *a.* 2. Item, Ille homo homines non alit, verùm educat. *Ibid. sc.* 2. *a.* 2. Ut decet velle hominem amico? Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. ¶ Homo autem quanquam utrumque sexum complectitur, separatim de fœmina dictum invenitur, tametsi rariùs. Idem *in Cistell.* Istus pavco, & formido foris, ita metus nũc utrobique me agitat, illos hominis miseræ misereri. Idẽ *Amph. sc.* 3. *a.* 2. Quid hoc sit hominis? (de Alcmena uxore Amphitruonis.) ¶ Homo pro corpore humano. Macrob. *lib.* 1. *cap.* 13. Animum durare post hominem. Sulpitius *ad Cic. famil. lib.* 4. In unius mulierculæ animula si jactura facta est, tantopere commoveris? quæ si hoc tempore non suum diem obiisset, paucis post annis tamen erat ei moriendum, quoniam homo nata fuerat. ¶ In quo tamen exemplo adjectivum non cohæret cum substantivo homo, sed cum substantivo Tullia, vel pronomine Ipsa, quod facilè intelligitur. Hic enim est sensus : Quoniam ipsa nata fuerat homo, id est, humana sorte, & conditione : quasi dicat mortalis. Eadem ratione dici potest, Es nata erat animal. Homo, pro Ille de quo agitur. Horat. 2. *Serm. satyr.* 7.

*Aut insanit homo, aut versus facit.*

Sic ad Sulpitium, Repente Cæsar præter spem dixit, se Senatui roganti de Marcello, ne hominis quidem causa negaturum ipsius Marcelli. Nemo homo. Ter. *in Eunuch.* Nunquis hic est? nemo est: nunquis hinc me sequitur? nemo homo est. Ubi Donatus, Quanvis per *nemo*, homo intelligatur, tamen adjecit, *homo*, ut veteres solent, *vel ἀνθρώπου*. Cicer. *pro P. Sylla*, Nisi fortè regium tibi videtur ita vivere, ut non modò homini nemini, sed ne cupiditati quidem ulli servias. ¶ Homo es. Idem quod Vir es : hoc est, fortem, & magni animi te esse ostendis. Plaut. *Epid.* Euge frugi Epidice, frugi es : benè pugnasti, homo es. ¶ Homo de pueris. Quintil. *lib.* 1. *cap.* 3. Fugiendo turbam hominum ejus ætatis, quæ sit ad vitia maximè prona. ¶ Adolescens homo. Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Quid mirum fecit adolescẽs homo si amat. *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Adolescẽs venit. Ubi is homo est? &c. Vide *Adolescens*. ¶ Homines pro famulis, ancillis, servis, & tota familia. Scævola *in Later. ff. de delimat. except.* Pater pro filia dotem promiserat, & pactus erat, ut ipse alteret filiam suam, ejusque homines. ¶ Homo pro servo, passim apud Ciceronem : ut, Hominem Quinti deprehendis in publico. Et apud Catullum, Ad lectícam homines (id est, servi.) Et passim in Jure, & in Comœdiis Plauti : ut *in Pseud. sc.* 6. *a.* 4. Venitne homo ad te? (id est, Pseudolus.) Et, Hominem convenisti. *Ibid. & sc.* 7. *a.* 4. Malus & nequam homo qui heri imperium spernit. Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Non decet esse superbum hominem servum. Homo servus, vide *Servus*, & apud Gellium *cap.* 14. *lib.* 5. Homo Androdus, pro Androdus, vel servus. Et Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Fecit hominem frugi, ut facere oportuit (id est, servum.) Gell. *cap.* 14. *lib.* 5. Homo Androdus (i. servus.) ¶ Homo, ut vulgò dicitur, *le personnage*. Cels. *lib.* 6. *cap.* 18. Si purum est, in aqua homo desidere debet. ¶ Homo homini Deus, *ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ θεός*. Quod dici solet de eo qui subitam atque insperatam attulit salutem, aut qui magno quopiam beneficio juvit. ¶ Huic quasi diversum est, Homo homini lupus, *ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ λύκος*. Quo monemur ne quid fidamus homini ignoto, sed perinde atque à lupo caveamus. Lupus, inquit Plautus, homo homini, non homo, qui qualis sit, non novit.

Hŏmŭlus, Homulus, Homunculus, & Homuncio. {*ἀνθρωπίσκος, ἀνθρώπιον, ἀνθρωπάριον*. Gal. *Petit hõme, hommelet, bont d'homme, un nain*. Ital. *Hometto, homerino, huomo picciolo*. Germ. Ein menschlein. Hisp. *Pequeño hombre, enano*. Angl. *A litle man, a dwarfish fellow*.} Cicer. *in Pisonem*. Sed quoniam præterita mutare non possumus, quid cessat hic homulus ex argilla & luto factus Epicurea dare hæc præclara præcepta sapientiæ, clarissimo & summo Imperatori genero suo? Idem *lib.* 1. *Tusc.* Sed ut homunculus unus è multis. Et Terent. *in Eunuch.* Ego homuncio hoc non facerem? Plaut. *Capt. Prolog.* Homunculi quanti sunt cùm recogito. Gell. *cap.* 13. *lib.* 13. Homunculi Galli. Homunculus (in vitium.) Idem *cap.* 11. *lib.* 6.

Hŏmĭcīda, æ : Qui hominem necat. {רצח *retsáech*. *ἀνθρωποκτόνος*. Gall. *Homicide, tueur de gens, meurtrier*. Ital. *Homicida, homicidiale*. Germ. Ein todtschläger / der ein menschen umb das leben bringt. Hisp. *Homicida, que mata hombre*. Angl. *A mankiller*.} Cic. 2. *Philipp.* Fateor eos plus quàm sicarios, plus etiam quàm parricidas esse. Quint. *lib.* 7. *cap.* 4. An qui se interfecerit homicida sit? Horat. homicidam Hectorem cum laude dixit.

Hŏmĭcīdium, ii : Hominis necatio, cædes. {רצחה *retsáech*. *ἀνθρωποκτονία, φονοκτονία*. Gall. *Homicide, meurtre*. Ital. *Homicidio*. Germ. Todtschlag. Hisp. *Homicidio, muerte de hombre*. Angl. *Manslaughter*.} Plin. *lib.* 18. *cap.* 3. Frugem aratro quæsitam, furtim noctu pavisse ac secuisse, puberi duodecim Tabulis capitale erat : suspensumque Cereri necare jubebant gravius, quàm in homicidio convictum. Cicer. 2. *Philipp.* Homicidii rei sunt, an vindices libertatis.

¶ Hominatus, id est, hominium.

Hominium, idem quod homagium : ab *homo*, quatenus significat clientem, seu eum, qui est servilis conditionis.

Homo, *ὁμὸς*, quod quasdam sequentes voces inchoat, est ex *ὁμὸς*, i. e. *ἴσος καὶ ὁμοῖος*, æqualis, idem. Inde *ὁμοῦ*, simul : *ὁμοίως*, similiter. ¶

Homœologia, *ὁμοιολογία*, quasi similitudo sermonis, quæ nullâ varietate gratiâ levat tædium, atque est tota coloris unius. ¶

Homœomĕrĭa, *ὁμοιομέρεια*. Similitudo partium. Lucret. *lib.* 1.

*Hinc & Anaxagoræ scrutemur homœomeriam.*

Servius super illud Virg. 4. *Æneid.*

*Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor.*

Secundùm

Secundùm (inquit) Anaxagoram, qui dicit homœometiam, i. omnium membrorum similitudinem esse in rebus creandis: i. ex ossibus, ex sanguine, ex medullis; nam omnia pro parte sui transeunt in procreationem. ¶ Homœomeria item appellatur, quum partes eandem rationem, atque idem nomen cum toto obtinent. Sic terram, vel aquam ὁμοιομερῆ esse dicimus, quòd quâvis exiguam terræ aquæve partem, terram, aut aquam appellemus. Sic etiam à medicis in corpore animalis partes illæ minimæ, & sensu simplices, ὁμοιομερῆ appellantur, quas nos similares nominamus: quales sunt caro, os, cartilago, & ejusmodi, quorum vel minimæ particulæ, totius & rationem obtinent & appellationem.

Hŏmœŏptōtŏn, ὁμοιόπτωτον. Figura est, quum diversæ dictiones in fine membrorum in similes casus exeunt. Sal. Maximis ducibus, fortibus, strenuisque ministris. Ennius.

*Mœrentes, flentes, lachrymantes, & miserentes.*

Dictum homœoptoton, quasi ὁμοίως πίπτον, hoc est, similiter cadens, ut interpretatur Cic.

Hŏmœōsis, ὁμοίωσις. Figura est sententiarum; qua per similitudinem cogniti deducimur in cognitionem incogniti. Dicta homœosis à verbo Græco ὁμοιόω, quod est assimilo. Latini similitudinem interpretantur. Ejus tres sunt species, Icon, Parabola, & Paradigma, de quibus vide suis locis.

Hŏmœŏtĕlĕūtŏn, ὁμοιοτέλευτον. Similiter desinens. Figura, quum plura verba in eandem vocem finiunt: ut, Abiit, discessit, evasit, erupit. Differt ab homœoptoto, quòd illud solùm fiat in casibus similiter desinentibus: hoc etiam in his partibus orationis, quæ casus non habent.

Hŏmōgālăctŏs. { ὁμογάλακτος. Gall. *Nourri d'un mesme laict.* Ital. *Nutrito d'un istesso latte.* Germ. Von einer milch ernehret/der von einer mutter gesogen hat. Hisp. *Criado de una mesma leche.* Angl. *Nourished of the same milk.* } Eodem lacte nutritus, quem Latini collactaneum vocant. Vox composita est ab ὁμός, quod est unus, idem vel similis, & γάλα, lac. Verùm hujusmodi vocum significatio ex Græcolatino potiùs Lexico petenda erat: quippe quæ neque Latinis in usu sunt, neque nostris literis scribi consueverunt. Quare id genus non paucas, nullo prorsus judicio huc congestas, sustulimus, & veluti ab aliena familia removimus: idque eodem jure, quo Latinas voces è Græco dictionario eximeremus.

‖ Homogeneus, a, um, ὁμογενής. Quod est ejusdem generis, congener.

Homogenia, ὁμογένια, communio generis, cognatio.‖

Hŏmōlē, es, ὁμόλη Stephano. Mons est Thessaliæ, Centaurorum olim sedes, quemadmodum & Othrys. Virg. 7. *Æneid.*

*Ceu duo nubigenæ cùm vertice montis ab alto*
*Descendere Centauri, Homolen, Othrynque nivalem*
*Linquentes.*

Hŏmōlĭum, ὁμόλιον Stephano, Magnesiæ oppidum, cujus meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 9. & Strabo *lib.* 7.

Hŏmōhypnī, ὁμόϋπνοι. Domestici, contubernales, ac familiares, quasi unà somnum capientes. Ita enim eos appellat Charondas apud Aristot. *lib.* 1. *Polit.*

‖ Homologus, a, um, ὁμόλογος, ὁμολογία, ὁμολογέω, eandem rationem, seu proportionem habens, id est, confitens, & consentiens: consentaneus. Est etiam dedititius, qui scilicet se per consensum in alienam fidem dedit.‖

Hŏmōnœă, ὁμόνοια. Latinè concordia. ¶ Fuit etiam castissimæ matronæ nomen, cujus epitaphium memini me vidisse Romæ in veteri marmore incisum, quod id temporis asservabatur in petistylio ædium Cardinalis Alexandri. Erat autem hujusmodi:

*Tu qui secura procedis mente, parumper*
*Siste gradum, quæso verbáque pauca lege.*
*Illa ego, quæ claru fueram prælata puellis,*
*Hoc Hemeneæ brevi condita sum tumulo.*
*Cui formam Paphiæ Charites tribuêre decoram,*
*Quam Pallas cunctis artibus erudiit:*
*Nondum bis denos ætas mea viderat annos,*
*Injecêre manus invida fata mihi.*
*Nec pro me quæres hoc, morte est mihi tristior ipsa,*
*Mœror Atimeri conjugis ille mei.*
Atim. *Sit tibi terra levis, mulier dignissima vitæ,*
*Quæque tuis olim perfruerere bonis.*
*Si pensare animas sinerent crudelia fata,*
*Et posset redimi morte aliena salus:*
*Quantulacunque mea debentur tempora vitæ,*
*Pensarem pro te chara Hemeneæ libens.*
*At nunc, quod possum, fugiam lacrymasque, dolosque,*
*Et te matura per Styga morte sequar.*
Hom. *Parce tuam conjux sletu quassare juventam,*
*Fatáque maturæ solicitare meæ.*
*Nil prosunt lachrymæ: nec possunt fata moveri.*
*Vivimus: hic omnis exitus unus habet.*
*Parce, ita non unquam similem experiare dolorem*
*Et faveant vitæ numina cuncta tuæ.*
*Quod mihi præripuit mors immatura juventæ,*
*Id tibi victuræ porriget ulteriùs.*

‖ Homonymus, a, um: cognominis, e, idem nomen habens. Vulgò æquivocus, i. e. ambiguus.

Homonymia, ὁμωνυμία, communio nominis, æquivocatio, ambiguitas.‖

Hŏmōnўmum, ejusdem nominis, quod idem habet nomen. { ὁμώνυμον. Gall. *D'un même nom.* Ital. *D'un istesso nome.* Germ. Gleiche oder einerley nahmen. Hisp. *De un mesmo nombre.* Angl. *Of the same name.* } Propriè homonyma dicuntur res diversæ eodem appellatæ nomine: ut Taurus Asiæ mons, & bos masculus eodem appellantur nomine, quæ à Grammaticis vocantur Æquivoca, quæ sub una voce plura significant: quale est lupus, quod & animal terrestre significat, & piscem. Synonyma autem dicuntur voces diversæ, quæ ejusdem sunt significationis, quales sunt ensis & gladius.

‖ Homophorium, contubernium. ὁμοφόριον, concubernalis. Alias ὁμοζωρία, & ὁμοζώριον. Dict. G. L. & Rhodig. *lib.* 17. *cap.* 22.

Homolyneratis, similis commixtio. Tertull.‖

Hŏmōūsĭŭs, ὁμοούσιος, ejusdem substantiæ: quod Theologi voce inter Latinos non satis recepta consubstantialem dicunt; ὁμὸς enim idem est quod unus, idem, vel similis, & οὐσία substantia. Ilid. *lib.* 7. *cap.* 2.

Hŏnōrātŭs, a, um: Honore & dignitate præstans. { נכבד *nichbádh*, טוב *teb*, נכון *nachon*, הדור *hadúr*, יקר *jakar*, יקיר *jakkir*. ἐντίμος, ἐνδοξος, περιφανής. Gall. *Honneste, louable, vertueux & de bonne reputation, gentil.* Ital. *Honesto, laudabile, di vertù, gentile.* Germ. Ehrlich ehrbar/ehrsam. Hisp. *Cosa honesta, hermosa, honrada, y que parece bien.* Angl. *Honest, lonable, good.* } Sallust. *in Jugurtha*, Caludiæ paucorum, quibus omnia honesta, atque inhonesta vendere mos erat. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

——— *Honesti gloria nulla.*

¶ Honestum etiam. Senec. *cap.* ult. *de tranquill.* Item, honesta honorataque imago. Liv. *lib.* 6. *d.* 4. ¶ Item pulcher. καλὸς. Terent. *in Eunuch. sc.* 2. *a.* 3. Hem eunuchum tibi, quàm liberali facie, quàm ætate integra! tit. Ita me dii ament, honestius est. Et *paulò post*: Ille erat honesta facie & liberali. Suet. *in Tib. cap.* 68. Honesta facie erat Tiberius. Sic etiam inhonestus modò idem est ac turpis, hoc est, honoris & dignitatis expers, ἄτιμος. Cic. *pro domo sua*, Profectò illum Atilium, hominem turpissimum, atque inhonestissimum judicates. Modò idem quod deformis, αἰσχρός. Terent. *in Eunuch.* Illúmne, obsecro, inhonestum senem, mulierem, ¶ Honestus etiam venustè dicebatur pro divite, quemadmodum Asconius *in Verr.* 3. scribit, in qua significatione usus videtur Ulpian. *l.* 32. *ff. de furt.* Quum Titio honesto viro pecuniam credere vellem, subjecisti mihi alium Titium egenum, quasi ille esset locuples. Ex Hotomano.

Honestior, is. Plaut. *Capt. sc.* 3. *act.* 1. Me honestiorem honore semper fecit & facit. ¶ Honestius me quàm te hæc palàm facere. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 4.

Hŏnēstissĭmŭs: Honestate, vel honore præstantissimus, ἐντιμότατος. Cicer. *Lentulo*, post tuum discessum is dies nobis honestissimus fuit in Senatu.

Hŏnēstum, i, substantivum. Virtutem probitatemque significat, quo caveturne quid indecorè, effœminatè, libidinosè, turpiter fiat, cogitetur ve. { נכון *nachon*, נכבד *nichbádh*, הדור *hadhár*. τὸ καλόν. Gall. *Ce qui est honneste, honnesteté.* Ital. *Cio che è honesto, virtù, honestà.* Germ. Ehrsamkeit/ehrbarkeit. Hisp. *La que es hermoso, honrado y honesto.* Angl. *Honestie.* Quint. *lib.* 2. *cap.* 5. Sed nos justum, pium, religiosum, cæteráque his similia honesto complectimur.

Hŏnēstās: Dignitas, decus, laus virtute comparata. { הדר *hadhár*, יקר *jekár*, כבוד *chabód*. τὸ καλόν. Gall. *Honneſteté.* Ital. *Honestà.* Germ. Ehrsamkeit/ehrliche achtbarkeit. Hisp. *La honestidad.* Angl. *Honestie, goodnesse.* } Cicer. *in Offic.* In officio colendo sita est honestas omnis, & in negligendo turpitudo. Idem *ad Atticum*, O hominem amentem, & miserum, qui ne umbram quidem unquam τοῦ καλοῦ viderit! Ubi enim est dignitas, nisi ubi est honestas! Idem *pro Murena.* Nolite eum autè partis honestatibus, atque omni dignitate, fortunaque privare.

Hŏnēstè, adverb. Cum honore & dignitate, sine dedecore. ¶ σεμνῶς. Gall. *Honnestement, vertueusement, honnorablement.* Ital. *Honestamente, honorevolmente.* Germ. Ehrlich/ehrbarlich. Hisp. *Honestamente, honrosamente, y sin reprehension.* Angl. *Honestly, honorably.* { Terent. *in Eunuch. sc.* 4. *a.* 4. Alio pacto honestè quomodo hinc abeam, nescio. Cic. *de Amic.* Quod qui recusarent, quamvis honestè id facerent, jus tamen amicitiæ deserere arguerentur. Suet. *in August. cap.* 43. Honestè natus (id est, honesto loco.)

Hŏnēstĭtūdo, inis, pro honestate antiqui dixerunt. Accius, Horrida honestitudo Europæ principum primo ex loco. Idem *in Mirmidonibus*, Tua honestitudo Danaos decepit diu.

Hŏnēsto, as: Decoro, honore afficio. { הדר *hadhár*, כבד *chibbedh*. τιμάω, σεμνύω. Gall. *Honorer, faire honneur.* Ital. *Fare honore, honorare.* Ger. Ehren/ehr anthun. Hisp. *Honrrar, hazer honra à otro.* Angl. *To cause honour or make much estime one.* } Plaut. *in Capt.* Ne me secus honore honestes, quàm ego te, quum serviebas mihi. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Cui me tanto honore honestas, & me eximis è vinculis. Cic. *lib.* 1. *Offic.* Nec domo dominus, sed domino domus honestanda. Idem 2. *Offic.* Quæcunque igitur homines hominibus tribuunt, ad eam augendam atque honestandam, aut benevolentiæ gratiâ faciunt. Sallustius *in Catil.* Sed quòd indignos hominum honore honestatos videbam. ¶ Hujus composita sunt Cohonesto, quod est simul cum aliis honesto, συντιμάω. Cicer. *Bruto*, *epist.* 21. Quos cohonestatis, in primisque me, si Respub. municipii tui studio & diligentia benè administrata erit. Dehonesto, quod est contrarium suo simplici, ἀτιμάζω.

Honestamentum, i. Senec. *Epist.* 67. Nullo enim honestamento eget virtus, ipsa & magnum sui decus est, & corpus suum consecrat. Gell. *cap.* 26. *lib.* 10. Honestamenta orationis. ¶ Honestamenta morum, & τέγματα σεμνότητος. Apuleius *in Apolog.* 1. Itemque multos Philosophos ab ore honestissimos memoriæ prodi, qui gratiam corporis morum honestamentis ornaverunt.

Hŏnŏr, is, & Honos, ab ὀνίω priseo: unde ὄνημι. veteres enim tribebant onor. Reverentia quam alicui exhibemus in virtutis testimonium. Honor est verbum medium. Gell. *cap.* 9. *lib.* 12. { הדר *hadhár*, יקר *jekár*, כבוד *chabód*. τιμή. Gall. *Honneur, dignité* Ital. *Onore, ornamento.* Germ. Ehr. Hisp. *Honrra, hermosura.* Angl. *Honour, reverence.* } Cicer. *pro Cælio.* Nemini unquam præsenti Puteolani majores honores habuerunt, quàm M. Cælio. Ovid. 13. *Metamorph.*

——— *nec sanguinis ordo;*
*Sed virtutis honor quæritur.*

Plaut. *Asinar. sc.* 3. *a.* 1. Ætatis atque honoris gratiâ hoc fiet mihi. Item, Hanc tibi noctem honoris causâ gratis dono dabo. Gell.

*cap.* 6.

*cap.3. lib.4.* Faciam id honoris tui habendi gratiâ (ubi habendi vacat.) Plaut. *Asin. sc.1.a.1.* Me honorem habere ejus ingenio decet (i.referre gratiam.) Plaut. *Capt. sc.3.a.2.* Me honestiorem honore semper fecit. Tibull. *lib.4.*

*Sed generis priscos contendit vincere honores.*

Ibid.

*Nec solùm tibi Pierii tribuuntur honores.*

Ovid. 13. *Metam.*

——*demit honorem*

*Æmulus Aiaci.*

Plaut. *Cure sc.3. a.4.* Tui honoris gratiâ feci quod mandasti, tuum nuntium ne spernerem. Idem *Ampli.* Sed Alcmenæ hujus honoris gratiâ pater curavit uno ut fœtu fieret (i. ut pudicitiæ decus tueretur.) ¶ Ob honores, pro in honorem. Gell. *cap.2. lib.5.* de Bucephalo equo Alexandri loquens: Alexander parta belli victoria, oppidum in eis locis condidit atque ob equi honores Bucephalon appellavit. Honore honestate: vide *Honeste.* ¶ Honos pro pretio. Cæs. *lib.3. de bell. civ.* Pecus magno in pretio habebant. ¶ Pro præmio. Idem *lib.2. de bell. civ.* Honores habere, pro conferte præmia, & gratias agere. ¶ Accipitur etiam honor, sive honos, pro dignitate sive magistratu, & in hac significatione in plurali præcipuè ponitur. Cic. *de clar. Orat.* Honos est præmium virtutis, judicio studioque civium delatum ad aliquem. Idem *in Ep.* Quum honoribus amplissimis perfuncti essemus. Idem *ante quam iret in exilium,* Qui sunt assequuti summum gradum honoris. Intelligit dignitatem Consulatus, ad quam per Ædilitatem & Præturam, velut per inferiores gradus paulatim ascendebatur. ¶ Honor municipalis, est administratio reipub. cum dignitatis gradu, sive cum sumptu, sive sine erogatione contingens. Callistratus *D. lib.ult. tit.4. l.14.* ¶ Aliquando accipitur pro pulchritudine, κάλλος. Virg. *lib.1. Æneid.*

——*Et lætos oculis afflarat honores.*

Et *alibi,*

*Frigidus & sylvis Aquilo decussit honorem.*

¶ Aliquando pro cultura observantiâque, θεραπεία. Idem *lib.6.*

*Semper honore meo, semper celebrabere donis.*

¶ Invenitur etiam aliquando positum pro ipsis sacrificiis, vel odoribus, quos veteres diis suis accendebant. Idem 1. *Æneid.*

——*aut supplex aris imponat honores?*

¶ Aliquando pro præmio: ut apud eundem,

*Ipsis præcipuè dulcedine addit honores.*

Cic. 1. *Tusc.* Honos alit artes, omnesque incendimur ad studia gloriâ. Idem *in Epist. fam.* Medico haberi honorem placet. ¶ Mortis honos, id est, sepultura. Virg. 6. *Æneid.*

*Omnis ibi mœstos, & mortis honore carentes.*

¶ Aliquando pro amore. Idem 11. *Æneid.*

——*Si quos amata*

*Tangit honos animum.*

Alias etiam Honoris significationes affert Nonius Marcellus. ¶ Honorem præfari dicimus, quum rem aliquam turpem dicturi, paucula verba præmittimus, quibus turpitudinis veniam à præsentibus precamur. Cic. *Pare,* Nos autem ridiculè, si dicimus, Ille patrem strangulavit, honorem non præfamur: sin de Aurelia aliquid, aut Lollia, honos præfandus est. Pro eodem etiam dicimus, Habere honorem auribus. Carrius *lib.5.* Fœminarum convivia incuntium in principio modestus est habitus: paulatim pudorem profanat: ad ultimum opus (honos auribus sit habitus) ima corporis velamenta projiciunt. Appellare, vel nominare aliquem honoris causa. Cic. *pro Sext. Rosc.* Quæ de viro fortissimo & clarissimo, L. Sylla, quem honoris causa nomino: hoc est, honorificè, & non ad ignominiam cedere volo, quod nomen eius effero.

Hŏnōrārĭŭs, a,um, quod ad honorem pertinet. {יקר *jakár*, יקיר *jakkir*, כבוד *chabodh*. χρήσιμος, ὑ τιμὴν φέρων. Gall. *D'honneur, appartenant à honneur.* Ital. *Da honore, pertinente à honore.* Germ. Das zu ehren gehört. Hisp. *Cosa de honrra, pertenecciente à honrra.* Angl. *Belonging to honour, of honour.*} ut, Jus honorarium, id est, Prætorium, quòd Prætores, qui honoribus quoque funguntur, juri huic authoritatem dederunt. Honorarius autem arbiter dicitur, quem honoris causa utraque pars sumimum facit causæ suæ & controversiæ judicem. Cic. 5. *Tusc.* Quorum controversiam solebat tanquam honorarius arbiter judicare Carneades. ¶ Ludi honorarii, quos antiqui Liberalia dicebant, ut inquit Festus: dicti honorarii, ab honore, videlicet eorum, qui munera ea populo edebant. ¶ Honorarium donum erat, teste Budæo, quod Consulibus olim in provincias adventantibus honoris loco dabatur: qualia hodie Principibus suas primùm urbes ingressis porrigi, veluti benè ominandi gratiâ solet. {תשורה *teschurah*. χρήματα, τὸ χρῆμα, τὸ τίμιον, τὸ ἐπὶ τιμῇ φερόμενον. Gall. *Un present d'honneur fait à un Prince ou Magistrat.* Ital. *Presente de una cita à un Principe, donativo.* Germ. Ein verehrung oder ehrenschenck. Hisp. *Don à dadiva que dava la ciudad al Principe.* Angl. *A present given to Princes, Ambassadours or great Officers at there first entrie.*} ¶ Honorarium ob id dictum, quòd honoris causa dabatur, non tanquam debitum exigebatur. Cicer. *in Pis.* Qui modus cibi fuit frumenti æstimandi, qui honorarii: si quidem potest vi & metu extorqui, honorarium nominari, quod quum pereque omnes sensissent, tum acerbissimè Bœotii, Byzantii, Cherronenses, Thessalonica sensit. ¶ Est etiam honorarium apud Jurisconsultos, munus quod patronis dabatur à clientibus. Olim enim patroni non exigebant officii sui mercedem, quemadmodum nostri hodie Advocati, quòd turpissimum ducerent patronum esse mercenarium: clientes tamen ne accepti beneficii immemores viderentur, patronis pro suo censu atque arbitrio munus aliquod offerebant, quod honorarium vocabant, eo quòd magis ad honorandum patronum, quàm ad mercedis satisfactionem pro arbitrio clientis soleret offerri. ¶ Honorarius tumulus, qui honoris causa erigitur, κενοτάφιον. Sueton. *in Claud.* Cæterùm exercitus honorarium ei tumulum exstruxit: circa quem demceps statuto die quotannis miles accurreret, Galliarúmque civitates publicè supplicarent. Quibus verbis significat cenotaphium Druso in Germania extructum, quum corpus ejus Romam devectum esset. Sic nocant pollinctores quas *representationes* in annivertariis exequiis vocamus. Vide *Cenotaphium.* ¶ Honoratis, sunt ludi qui à Romanis fiebant in honorem Liberi patris, qui & Liberalia dicebantur, *Festus.* Festus honoratos ludos appellat. Sueton. *in August. cap.31.* Honorarii ludi, &c.

Hŏnōro, as: Honore afficio, honorem exhibeo. {כבד *chibbédh*, הדר *hadhár*. τιμῶ. Gall. *Honnorer.* Ital. *Honorare.* Germ. Ehren/ehr beweisen/ein ehren halten. Hisp. *Honrar.* Angl. *To honour, to do reverence to.*} Cic. 1. *de divinat.* Amphiaraum autem sic honoravit fama Græciæ, deus ut haberetur. Idem *in Philipp.* Hic me non solùm meis laudibus ornat, sed etiam honorat alicem. ¶ Honorare alias à Cicerone dicitur, honorem habere alicui, honorem adhibere, honestare, in honore habere, honorem ei facere, honorem debitum alicui præstare, honore augere, honore amplissimo ornare. ¶ Hujus compositæ sunt, Exhonoro, & Inhonoro, quæ sunt significationis contrariæ suo simplici.

Hŏnōrātŭs, qui in honore habetur, qui est in existimatione & gloria. {נכבד *nichbádh*, הדור *hadhúr*, נהדר *nehdar*. τίμιος, ἔνδοξος. Gall. *Honnoré.* Ital. *Honorato.* Germ. Ein ehrenman/der in ehren gehalten wird. Hisp. *Honrrado.* Angl. *Honoured.*} Cic. *lib.1. Offic.* Dicendum est etiam qualem hominis honorati, & principis domum placeat esse. Idem *de senect.* Manent ingenia senibus modò, permaneat studium & industria, nec ea solùm in claris & honoratis viris, sed in vita etiam privata & quieta.

Hŏnōrātē, adverb. Cum honore & dignitate. {τίμιως, ἐνδόξως. Gall. *Honorablement.* Ital. *Honoratamente.* Germ. Mit ehren. Hisp. *Honrrosamente.* Angl. *Honorably.*} Cic. 11. *Philipp.* Quæ de illo vito Sylla? quæ Muræna? quæ Servilius? quæ Lucullus? quàm honoratè, quàm honorificè, quàm graviter sæpè in Senatu prædicaverunt. Tacit. *lib.10.* Quòd filium ejus primo rerum motu in Colonia Agrippinensi deprehensum honoratè custodierunt.

Hŏnōrābĭlis, e: Honore dignus. {נכבד *nichbádh*, יקר *jakár*, יקיר *jakkir*. τίμιος, ἀξιέπαινος. Gall. *Honnorable, digne d'etre honoré.* Ital. *Degno d'honore, honorabile.* Germ. Ehrwürdig. Hisp. *Digno de ser honrrado.* Angl. *Worthie of honour, honorable.*} Liv. 4. *ab Urbe,* Quinque Consulatus eodem tenore gesti, vitáque omnis consulariter acta, verendum pene ipsum magis quàm honorabilem faciebant.

Hŏnōrābĭlĭtĕr, adverb. Jul. Capitol. *in Macrino,* Mandavit ut Antonium honorabiliter sepeliret.

Honorĭfĭcus, a,um: quod honorem confert, quod cum honore conjunctum est. {יקר *jakkir*, יקר *jakár*. τίμιος. Gall. *Qui fait honneur, honnorable.* Ital. *Cio che fa honore.* Germ. Das ehr bringt oder ehrlich macht. Hisp. *Cosa que honrra.* Angl. *That bringeth honour, honorable, worshipfull.*} Cic. *Calin.* Honorificus in me consul fuit, & suavis amicus. Idem *ad Frat.* Decrevi etiam imperium, quod quanquam videbatur illi ætati honorificum, tamen erat exercitum habere necessarium. Honorifica mentio alicujus, apud eundem, *ad Quint. frat.* Item, honorifica verba. Honorificum Senatusconsultum. ¶ Honorificentior, Comparativus. Idem *ad Attic. lib.1.* Quæ mihi tres multò honorificentior visa est, quàm aut illa quum, &c.

Hŏnōrĭfĭcē, adverb. Honoratè, cum honore, magnificè, splendidè. {τίμιως. Gall. *Honorablement, avec honneur, en faisant honneur.* Ital. *Honoratamente, honorevolmente, con honore.* Germ. Ehrlich/ehrerweisung. Hisp. *Honrrosamente.* Angl. *Honorably.*} Cicer. 6. *Verr.* Itaque in curiam venimus, honorificè sanè consurgitur: nos rogatu magistratus assedimus. Idem *ad Calium,* In quo admirari soleo gravitatem & justitiam & sapientiam Cæsaris, qui nunquam nisi honorificentissimè Pompeiũ appellat. ¶ Honorificè dicere. Brut. *Cic.* Non enim solùm usitatum, sed etiam quotidianum est aliquid audire de re, quod pro nostra dignitate fideliter atque honorificè dixeris, aut feceris. Honorificè appellari. Hirtius 8. *bell. Gall.* Itaque honorificè civitates appellando, principio maximis præmiis afficiendo. Cicer. *de petit. consul.* Largè & honorificè promittere aliquid.

Hŏnōrĭfĭco, as: Honore afficio. {כבד *chibbédh*, הדר *hadhár*. τιμῶ. Gall. *Honnorer, faire honneur.* Ital. *Honorare, far honore.* Germ. Ehr anthun/ehr erbieten/ehr bezeugen. Hisp. *Honrrar, hazer honrra à otro.* Angl. *To honour, to do reverence to.*} Lactant. *lib.7* Ut adorent & honorificent regem magnum.

Honorificentia, Iul. Capitolinus *in Ælio Vero*: Hic autem & privatus fuit, & ea honorificentia caruit, qua Marcus ornabatur.

Hŏnōrŭs, a,um: Decorus, honorificus. {נכבד *nichbadh*, יקר *jakár*, יקיר *jakkir*. τίμιος. Gall. *Honnorable, faisant honneur.* Ital. *Che fa honore.* Germ. Ehrlich. Hisp. *Honrrable, que haze honrra.* Angl. *Honorable.*} Tacit. *lib.3.* Fuerunt qui publici funeris pompam requirerent, comparárentque quæ in Drusum patrem Germanici honora & magnifica Augustus fecisset. Honora oratio, apud eundem *lib.3.* Unde inhonorus, sine honore, ἄδοξος, ἀτίμητος. Plin. *lib.5. cap.30.* Aliæque inhonoræ civitates.

Hŏnōrĭpĕtă, æ, ambitiosus, φιλόδοξος. Apuleius *lib.1. de Philosophia,* Culpabilium autem virorum quatuor formæ sunt, quarum prima honoripetarum.

Honus, & Honustus, pro onus & onustus, dixere veteres: vide Gell. *cap.3. lib.2.*

¶ Hopia legitur in Dig. *lib.39. tit.4. l.interdum,* §.7. Beryllus, chelinæ, hopia Indica vel adicta. Aliter legitur, Beryllus, chelidoniæ, opera Indica. Gothofr. Ad hopiam quod attinet, veneni etiam genus est & apud Dioscoridem, & Plin.¶

Hoplomăchus, ὁπλομάχος. Dicitur is qui scuto, reliquisque armis instructus in arenam descendit. Nam ὅπλα apud Græcos modò scutum, modò omnia uno nomine arma significat, quæ pugnantibus usui sunt. Martial. *lib.8.*

*Hoplomachus unus es? fuerat ophthalmicus antè:*
*Fecisti medicus quod facit Hoplomachus.*

Suet. *in Calig. cap.35.* Hunc è spectaculis detractum repentè, & in arenam deductum, Thraci, & mox hoplomacho comparavit.

HŌRA, æ. ὥρα, GALL. *Heure*. ITAL. & HISP. *Hora*. GERM. Ein iedenstheil der zeit eins tunds. ANGL. *An houre*. } Senec. *cap.* 10. *de tranquil. ad Marc.* Nihil de hodierna die, nihil de hora promittemus. Idem *cap. ult. de tranquill.* Ultra horam decimam nihil agebat Pollio. *Ibid. cap.* 15. In postmeridianas horas diff cre quod levioris est operæ. Plaut. *Atil fc.* 3. *a.* 2. Cui bini custodes semper totis horis accubant. Quintil. Si ad horam constiterit orator. ¶ Hora fatalis. Sueton. *in Nerone. cap.* 49. Sub horam pugnæ. Idem *in Augusti. cap.* 18. Item, Diei quarta, & sexta hora. Liv. *lib.* 2. *dec.* 5. Et Tibull. *lib.* 4.

——*dum terna per orbem*
*Sæcula fortitibus Titan decurrerit horis.*

Apud veteres accipitur pro cujusvis temporis parte. Unde quatuor anni partes, Ver, Æstas, Autumnus, & Hyems, anni horæ dictæ. Hodie tamen magis accipimus pro æqualibus spatiis, in quæ dies dividitur. Dictæ autem sunt horæ (ut Macrobius putat) a Sole: Ægyptii enim solem vocabant Horum. Unde etiam horæ ab Ovidio Solis ministræ finguntur, sive (ut alii malunt) ἀπὸ τοῦ ὁρίζω, quod terminum significat, sive ab ὁρίζω, quod est terminare, definire. Sunt enim horæ nihil aliud, quàm spatia quædam æqualia, in quæ dies dividuntur. Alii malunt horas dictas ἀπὸ τοῦ οὖρον, quo verbo urina significatur: Ferunt enim Hermetem Trismegistum horas primùm observasse ex urina sacri cujusdam animalis, quod Serapi erat dicatum. Nam quum animadvertetet ab eo animali diei & noctis unius spatio, æqualibus interpositis intervallis urinâ duodecies emitti, pla cuit in totidem horas diem civilem dividere, qui tamen postea duplicato numero in horas 24. est distinctus. Terent. *in Eunuch.* Dum hæc dicit abiit hora, rogo nunquid velit. Cicer. 6. *Verr.* Hora amplius jam in demolicndo signo permulti homines moliebantur. ¶ Hora etiam quandoque pro die accipitur, vel pro statuto quodam & certo tempore. Idem 3. *Verr.* Menses mihi tres quum eripuisseris ad agendum maximè appositos, reliquum omne tempus hujus anni me vobis remissurum putatis, ut quum horis nostris nos essemus usi, eo binis ludis interpositis quadragesimo pòst die responderes. Ubi Asconius, Horas suas vocat vigiliti dies qui accusatori dabantur ad accusandum legitimi, totidemque defensori. Virg. 1. *Georg.*

——*Nunquam te crastina fallet*
*Hora, neque insidiis noctis capiere serena.*

¶ Omnium horarum hominem, veteres appellabant eum, qui festis pariter ac jocis esse acommodatus, & qui cum assiduè libeat convivere. Atque ita appellatum Asinium Pollionem, author est Fabius *lib.* 8. *cap.* 4. *circa finem.* Vide Erasm. *Adag.* Horarum omnium amici. Suet. *in Tib. cap.* 42. Et Sermones. Idem *in Claud. cap.* 40. ¶ *Hora* præterea, dea nomen erat apud Romanos, ita dictæ ἀπὸ τοῦ ὥρου, hoc est, à venustate & pulchritudine, cui præesse putabatur. Hanc Romani putabant esse Hersiliam Romuli uxorem, quæ post Romuli apotheosin in cœlum translata, pro Hersilia vocata est Hora. Ennius,

*Teque Quirine pater veneror, Horámque Quirini.*

Apud Ovid. tamen *in lib.* 14. *Metam.* legitur Ora, sine aspiratione, & priore correpta.

——*Priscum* (inquit) *pariter cum corpore nomen*
*Mutat, Orámque vocat, quæ nunc dea juncta Quirino est.*

Hora Quirini. Gell. *cap.* 21. *lib.* 13. Quæ hic Æota Dea, Plutarcho Hora dicitur. Vide Plutarch. *q.* 22. & *q.* 36.

HŌRĀRĬUS, a, um, quod est unius horæ. Hinc Secretum horarium, dicitur secretum unius horæ. } ὡρομέτρον. GALL. *D'une heure, qui dure une heure.* ITAL. *D'un' hora, che dura un'hora.* GERM. Das einer stund lang ist. HISP. *Cosa de una hora.* ANGL. *That dureth one houre.* } Suet. *in Domit.* Inter initia principatus quotidie secretum sibi horarium sumere solebat, nec quicquam amplius, quàm muscas captare, ac stylo præacuto configere. Idem Suet. *cap.* 17. Mori jussit non amplius quàm horarium spatium dabat.

HŌRĀRĬUM, ii, substantivum: Est instrumentum quodvis, quo diei horas deprehendimus, sive solarium sit, sive clepsydra, sive alia quævis machina, horas indicans. } השעורים אשר tsel hammahalorh. ὡρολόγιον. GALL. *Horloge.* ITAL. *Horologio, horivolo.* GERM. Ein instrument oder vhr so die stunden anzeigt. HISP. *Relox.* ANGL. *A diall any instrument, to know the houres by.* } Censorinus *cap. de diebus*, P. Corn. Nasica Corculum ex aqua fecit horarium: quod & ipsum à consuetudine noscendi horas, à Sole solarium cœptum vocari.

HŌRŌLŌGĬUM, ii: Horarium, quasi horarum ratio, instrumentum quo horæ designantur. } השעורים אשר tsel hammahalóth. ὡρολόγιον. GALL. *Horloge.* ITAL. *Horologio, horivolo.* GERM. Ein instrument oder vhr so die stunden anzeigt. HISP. *Relox.* ANGL. *A clocke.* } Olim solarium dicebatur, quoniam in Sole eatenus horarum ratio conspiceretur. Apud antiquos enim erat concha hemicyclia, lineis debitâ proportione distincta, cui prælongus æreus, aut ligneus baculus Soli oppositus supereminebat, & ejus umbra in lineas incidens horas ostendebat. Quanquam & alia habuerunt Prisci horologia, quæ aquæ fluxu horas indicabant, quas ab aqua sensim defluente, clepsydras vocabant. Vide Plin. *lib.* 7. *cap.* 60.

‖ Horologicus, a, um, pertinens ad horologium. ‖

HŌRŌSCŌPUS, i, ὡροσκόπος, ἀπὸ τοῦ σκοπεῖν τὰς ὥρας, hoc est, à perspectandis horis: significat eam cœli partem, quæ hora quolibet ab inferiori hemisphærio surgit ab Oriente. Astrologi nostri sæculi Ascendens appellant. } ANGL. *Anything wherein houres be marked.* } Augustinus *lib.* 5. *de Civit. Dei*, Ac per hoc si tam celeriter alter post alterum nascitur, ut eadem pars horoscopi maneat, paria cuncta quæro, quæ in nullis possint Gemini invenire. Si autem sequentis tarditas horoscopum mutat, patentes diversos quæro, quos Gemini habere non possunt. ¶ Horoscopus item id temporis momentum significat, quo quisque nascitur, quasi horæ inspectionem & notationem. Persius *Satyr.* 6.

——*gemini horoscope vare.*
*Producis genios*, id est gemellos, tamen diversis fatis.

§ Est etiam horoscopus interdum adjectivum, ut instrumenta horoscopa, & vasa horoscopa dicuntur, in quibus horæ dignoscuntur. Plin. *lib.* 2. *cap.* 71. *al.* 74. Vasa horoscopa non ubique eadem forte usui in crecentis stadiis, aut ut longissimè etiam in quingentis stadiis, mutantibus semet umbris.

‖ Hora, nomen proprium, Juventutis dea. Enn. *An.* 1.

*Te Quirine, pater veneror, Heramque Quirini.* ‖

HŌRUM, ὥρου, per simplex r, cum diphthongo, dicitur mel æstivum, cæteræque omnes fructus, qui æstate colliguntur, ἀπὸ τοῦ ὥρου, hoc est, à pulchritudine, quòd fructus eo anni tempore collecti, pulchritudine & bonitate cæteris præcelluant. ¶ Dicuntur etiam hoc nomine quædam salsamenta ex piscibus confecta. Athenæus, Salsamentum autem horæum est, aut thynneum. In horæo macra pinguibus, in thynneo macris pinguia præferimus. Quæ cymbia dicuntur, inter macra sunt, inter pinguia cordylæ. Plaut. *Capt. fc.* 2. *a* 4. Horæum, Scombrum, & trigonum, & cetum, & mollem calcum.

HŌRĀTĬUS, ὡράτιος. Poëta Venusinus, Lyricorum & Satyrarum scriptor, qui anno Imperii Augusti Cæsaris XXXIII. ætatis verò suæ LVII. moriens Augustum reliquit hæredem, maxima pompa apud Mœcenatem in Exquiliis sepultus. Quidam hoc nomen ab orando deducebant: quibus tamen præter scripturam, patriæ etiam syllabæ quantitas refragatur. Corripit enim hoc nomen primam syllabam, Ovidius.

*Desinuit nostros numerosus Horatius ausus.*

¶ M. Horatius Cos. dedicavit Capitolium. Plutarch. *in Public.*

HŌRĀTĬUS Cocles: vide *Cocles.*

HŌRCTUM, & Forctum, pro bono veteres usurparunt.

HŌRDA, hæc Vacca prægnans. } βοῦς ἐγκύμων ἢ ἔγγυος. GALL. *Vne vache pleine, ou preing.* ITAL. *Vacca gravida.* GERM. Ein trag. nde kuh. HISP. *Vaca prehada.* ANGL. *A cowe with calfe.* } Nam quæ sterilis est, taura appellatur. Varro 2. *de re rustica*, *cap.* 5. Quæ sterilis est vacca, taura appellatur, quæ prægnans, horda. Ovidius mutata aspiratione in digamma Æolicum, pro eodem dixit Fordam, putátque à ferendo derivari.

*Forda ferens bos est, fœcundaque dicta ferendo.*

HŌRDĔUM, i. Ab horrore, quòniam tametsi calamus altior frumento, quàm hordeo sit, aristæ tamen mordacior est hordeo. } שעורים seórah. ὄρυζα. GALL. *Orge.* ITAL. *Orzo.* GERM. Gersten. HISP. *Cevada.* ANGL. *Barley.* } Vel dicitur ab oriendi celeritate, quòd ante omnia frumenta sit aridum: aut certè ab antiquo adjectivo hordus, quòd apud veterrimos significat gravidum, pro quo posteriùs mutata aspiratione in digamma Æolicum dixerunt Fordus. ¶ Terent. Scaurus *de Orthographia.* Fordeum antiqui dixerunt, quod postea hordeum: ut fœdus pro hœdo: fatiolus, pro hatiolo. Suet. *in Aug. cap.* 25. Hordeo decimatas (legiones) pavit. Plaut. *Asin. fc.* 4. *a.* 3. Demam de hordeo tolutim ni badizas. Plin. *lib.* 18. *cap.* 7. Hordeum frugum omnium nobilissimum est, seri non vult nisi in soluta & sicca terra, ac nisi læta. Palea ex optimis: stramento verò nullum comparatur.

HŌRDĔĀCĔUS, a, um, quod est ex hordeo. } ζυθήρης. GALL. *D'orge.* ITAL. *D'orzo.* GERM. Von gersten ist. HISP. *Cosa de cevada.* ANGL. *Made of barley.* } ut, Panis hordeaceus. Plin. *lib.* 18. *c.* 11.

HŌRDĔĀRĬUS, a, um, quod hordeo vivit. } ὁ ζυθῷ ἀναστρεφόμενος. GALL. *Qui vit d'orge.* ITAL. *Chi vive d'orzo.* GERM. Das der gersten gelebt. HISP. *El que vive de cevada.* ANGL. *That liveth on barley.* } Plin. *lib.* 18. *cap.* 7. Antiquissimum in cibis hordeum, sicut Athenienſium ritu Menandro authore apparet, & gladiatorum cognomine, qui hordearii vocabantur. Æs hordearium veteres dicebant, quod pro hordeo equiti dabatur. Festus. Hordearia pruna. Plin. *lib.* 15. *cap.* 13. Hordearia appellata à comitatu frugis ejus.

‖ Hordicalia. Varr. *lib.* 2. *de R. R. cap.* 5. Quæ sterilis est vacca, taura appellata: quæ prægnans, horda. Ab eo in fastis hordicalia nominantur, quòd tunc hordæ boves immolantur.

Hordicidium. Fest. Horda prægnans, unde dies, quo gravidæ hostiæ immolabantur, hordicidia. ‖

HŌRĬ, æ: vide *Oria.*

HŌRĬZŌN, tis: Finitor & finiens à Cicerone dicitur. } ὁρίζων. GALL. *L'horizon.* ITAL. *Orizonte.* GERM. Der circkel an dem sich das gesichte endet / wan einer auff der weite ist / und in bedeucht es hange der himmel ringweis umbher am erdtrich. HISP. *Orizonte.* ANGL. *Horizon.* } ἀπὸ τοῦ ὁρίζω, quod est terminare. Est autem circulus major apud astrologos, qui cœlum dividit quasi medium, & nostrum aspectum definit. Centum & octoginta stadia non excedere putatur, quòd oculorum acies ulteriùs se non extendat. Cic. 2. *de divin.* Quum enim illi orbes, qui cœlum quasi medium dividunt, & aspectum nostrum definiunt, qui à Græcis ὁριζοντες nominantur, à nobis finientes rectissimè vocari possint, varietatem habeant, atque in aliis locis sint, necesse est ortus, occasúsque siderum non fieri eodem tempore apud omnes.

HŌRŌDĒS, sive (ut alii scribunt) Orodes, Rex Parthorum fuit, qui M. Crassum occidit. Vide Plutarch. *in Crasso.*

HŌRMESION, gemma igneo colore radians, auro portante secum in extremitate candidam lucem, Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

HŌRMIOŌDĒS, gemma quæ ex argumento viriditatis appellata est, ambiente circulo aurei coloris. Idem *lib.* 37. *cap.* 10.

HŌRMINUM, ὄρμινον. Herba est folio marrubii, caule semicubitali, quadrangulo, semine salviæ simili. Vulgus *Salviam transmarinam* appellat.

Hormuli, statua sine manibus. Lege *Hermula.*

HĀTNŌ, adverbium, significat Hoc anno. } τῶνς, τότε τῷ ἔτει. GALL. *Cette année.* ITAL. *Questo anno.* GERM. Dēlit. HISP. *Aquesto año.* ANGL. *This yeare.* }

HŌRNŬS, a, um: A pronomine *hic*, & *annus*, idem est quod hujus anni, vel quod ætatem unius anni non excessit, hominus. ¶ Alii deducunt ab Hora, quod hujus esset anni, neque in alienas transisset horas, id est; partes anni sequentis. Scaliger. } שנה זה hen schanáh. ἔτος. GALL. *D'un an.* ITAL. *D'un anno.* GERM. Deſiniz dan nit über en jahr alt ist. HISP. *De un año.* ANGL. *Of one yeare.* } Unde Hornum frugem dicimus, quæ hoc anno provenit. Acron,

hornum, quod est unius anni, dixit: ut, Res horna: id est, annua, vel nova. Propert. *lib.* 4.

*Illa dies agnum eadem dennntiat hornis*, id est, agricolis.

Horat. *Epod.* 2.

*Et horna dulci vina promens dolio.*

Horna (inquit) vina dicuntur hujus anni. Nonius verò, illius anni interpretatus est, & adducit Lucil. *lib.* 28. ita scribentem: Utrùm anno, an horno te abstuleris à viro. ¶ Hornam messem, proverbiali figura dixit Plautus, pro maximo emolumento: quasi dicas, tantum lucri, quantum eo anno sit proventurum in agris. ¶ Comici verba sunt hæc *in Most. sc.* 3. *a.* 1. Jam pridem mecastor frigida non lavi magis lubenter, necunde me melius mea scapha oereet ædificatam. Hæc dicuntur à persona puellæ. Tum Tæna, optans ut ex ejus forma quamplurimum commodi capiatur: Eventus (inquit) rebus in omnibus velut in horreo horna messis magni fit. Id puella quippe simplex, quid sibi vellet, non satis intelligens: Quid (inquit) ea messis attinet ad meam lavationem? Erasm.

**Hornōtinus**, a, um: sicut à Diu, diutinus: Hujus, vel unius anni. { בן שנה *ben schanáh.* Gall. *De cette année.* Ital. *Di questo anno.* Germ. Heurigs/ding. Hisp. *Cosa de questo año.* Angl. *Of this yeare.* Cicer. 5. *Verr.* Hæ literæ, Judices, L. Metelli, quas auditis, hoc quantum est ex Sicilia frumenti hornotini, exstaverunt. Cato *de re rust. cap.* 17. Hornotinæ nuces, virides. Col. *lib.* 3. Plantas hornotinas, scrobibus pedalibus factis, ante Calendas Martii dispositas habeas.

**Hōrŏlŏgium**: vide *Hora.*

**Horodes**, Rex Parthorum, qui M. Crassum occidit. Alii Orodes scribunt.

**Horomasdes**, apud Chaldæos bonus dæmon erat, qui Jupiter putabatur. Sipontinus.

**Hŏrŏs**, ὅρος. A Græcis dicitur finis & terminus cujusvis rei. Inde à Latinis oram dici quidam putant, cujuscunque corporis extremum.

**Horreo**, Horresco: vide *Horror.*

**HŌRRĔUM**, ab horrore, quasi horridum, propter asperitatem aristarum: prisci enim fruges inclusas spicis cum aristis in granariis condebant. { עמר *omár*, אוצר *otsár.* ἀποθήκη, σιτοφυλακεῖον. Gall. *Grenier.* Ital. *Granaio.* Germ. Ein scheur/kornspeicher. Hisp. *Alhondiga, ò granero.* Angl. *A barne.* } Varro ab hordeo tractum existimat, quemadmodum à farre, farreum. Nam quemadmodum farreum dicitur locus in quo reponitur far, ita horreum dicitur locus hordeo servando accommodatus, quanquam latiùs accipitur pro quarumlibet frugum repositorio. Virg. *in Georg.*

*Illinc immensa cujusvis horrea messes.*

Cic. *contra Rullum*, Illi Capuam cellam atque horreum agri Campani esse voluerunt. Suet. *in Calig. cap.* 26. Horreis præclusis famem pop. inducere. Tibul. *lib.* 4.

*Horrea fœcundis indefitientia mensis.*

¶ Non solùm autem horreum accipitur pro loco destinato ad custodiam frugum, sed etiam retum aliarum pretiosarum, repositarum ad quotidianum usum: ut apud Apuleium *in Metamorph.* Demonstrat horreum, ubi vesperè sagaciter argentum copiosum recondi videret. Jureconsulti horrea frequenter usurpant pro repositoriis mercium, & rerum pretiosarum. ¶ Horreum excutere (de bibliotheca.) Senec. *epistol.* 45. ¶ Ipso horreo dari dicitur, quod proximè & affatim datur.

**Hŏrrĕŏlum.** { τὸ μικρὸν σιτοφυλάκιον, ἢ μικρὸς ἀποθήκη. Gall. *Petit grenier.* Ital. *Piccolo granaio.* Germ. Ein schäutle. Hisp. *Pequeño alholi, ò alforfa, ò granero.* Angl. *A litle barne.* } Diminutivum ab *Horreum.* Valer. Max.

**Hŏrrĕārius**, qui horreum curat atque custodit. { σιφοφύλαξ, ταμίας. Gall. *Gardien de blé.* Ital. *Guardiano del granaio.* Germ. Ein scheurenmeyer/speichermaister. Hisp. *Guardador, el que guarda el pan.* Angl. *That kee peth the barne.* } Ulpian. *in l. Celsus ff. ad exhib.* Sed si mo hæres sit, ea hæreditate agendum.

**Hŏrrĭbĭlis**, Horridus: vide *Horror.*

**Hŏrĭor**, is, vox ποιητική. Tremor, propriè quum totum corpus, vel frigore, vel pavore perturbatur, metus. { רעד *rahadh*, רעדה *rehadháh.* Φρίκη. Gall. *Frisson, effrayement, horreur, grand' peur.* Ital. *Tremore, horrore, freddo, batimento di cuore.* Germ. Ein schauderung oder erzitterung. Hisp. *Miedo, ò espeluzo por frio.* Angl. *Dread, feare, terrour.* } Cels. *lib.* 3. *cap.* 3. Febres aliæ protinus incipium à calore, aliæ à frigore. Frigus voco ubi extremæ partes membrorum inalgescunt: horrorem, ubi totum corpus intremuscit. Virgil. 3. *Æneid.*

*——nihi frigidus horror*
*Membra quatit.*

Idem 4. *Æneid.*

*Arrectæque horrore comæ, & vox faucibus hæsit.*

Plaut. *Amph.* Inclamat Alcmena, tamen res horrore afficit. Idem *ibid.* Horror misero mihi membra percipit. ¶ Refertur quandoque ad torvitatem aspectus. Apuleius, Quem quum aspexisset, horrore hominis deterritus, statim retrocessit. ¶ Quandoque ad venerationem, pro mera illo, qui ex religione incutitur. Virg. 1. *Æneid.*

*——horrentique atrum nemus imminet umbra.*

Lucanus,

*Arboribus suus horror inest.*

**Hŏrrĭdus**, a, um: Hispidus, asper. { שעיר *saïr.* Δασὺς, λάσιος. Gall. *Effrayant, hideux, épouvantable, aspre, rude.* Ital. *Horrido, aspro, peloso.* Germ. Rauch/haaridchtig. Item, Schauzlich. Hisp. *Espantable, ò espeluzado.* Angl. *Horrible, rough, dreadfull, rude.* } Virg. *lib.* 4. *Æneid.*

*——& glacie riget horrida barba.*

¶ Interdum accipitur pro inculto, & inornato. Ter. *in Phorm.* Nihil aderat adjumenti ad pulchritudinem: Capillus passus, nudus pes, ipsa horrida. Velleius, Hirtus & horridus C. Marius. ¶ Per translationem oratio dicitur horrida, quæ dura est, aspera, & jejuna. Et horridus, rusticus, φαῦλος. Virg. 3. *Æneid.*

*Horridus in jaculis*, hoc est, terribilis, ut exponit Servius.

Horrido contrarium est Nitens, vel nitidum. Cic. 3. *de Orat.* Ita de horridis rebus nitida, de jejunis plena, de pervulgatis nova quædam est oratio tua.

**Hŏrrĭdè**, adverbium: Asperè & incultè. { τραχέως, λαπίδως, αὐστηρῶς. Gall. *A sprement, rudement, horriblement.* Ital. *Rozzamente, asperamente.* Germ. Rauchlich/unfleblich/abscheulich. Hisp. *Notablemente, impolidamente, asperamente.* Angl. *Roughlie, rudelie, hidoslie.* } Cic. *in Orat.* Putant enim qui horridè, incultèque dicat, modò id eleganter enucleatèque faciat, cum solum Atticè dicere.

**Hŏrrĭdĭtās**, atis: Horror. { רעדה *rehadháh*, רעדת *rehadhát.* Φρίκη. Gall. *Horreur.* Ital. *Horrore.* Germ. Das schaudern oder zittern. Hisp. *Miedo ò espeluzo por frio, horror.* Angl. *Horrour, dread.* } Nævius. Omnia mihi horriditari erant maximæ.

**Hŏrrĭdŭlus**, a, um, diminutivum: Subhorridus, id est, parum bene cultus. { τραχύτερος. Gall. *Un peu effrayant, un peu aspre & rude.* Ital. *Alquanto tremante, sbigottito.* Germ. Schauzlechtig. Das vnsubtich ist. Hisp. *Espantable ò espeluzado un poco.* Angl. *Somewhat dreadfull or hideous.* } Persius,

*Seis comitem horridulum trita donare lacerna.*

Cic. 2. *ad Att.* Quanquam illa tua (legi enim libenter) horridula mihi atque incompta visa sunt: sed tamen erant ornata hoc ipso, quod ornamenta neglexerant. Cic *in Orat.* Horridulæ orationes. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Pupillarum horridularum oppressiunculæ.

**Hŏrrĭbĭlis**, e: Formidabilis. { אימה *aimáh.* Φοβερὸς. Gall. *Horrible, épouvantable.* Ital. *Horribile, spaventevole.* Germ. Grewlich/schewlich/erschröcklich. Hisp. *Espantable ò terrible.* Angl. *Fearfull.* } Cic. Et quod dictu quoque horribile videtur, viventis sanguine hausto. Virg. 4. *Georg.*

*Omnia transformat sese in miracula rerum,*
*Ignemque, horribilémque feram, fluviúmque liquentem.*

¶ Horricomis, e, horrentes comas habens. Horricomes canes. Apul. *lib.* 4.

**Hŏrrĭfĕr**, a, um: Horrorem incutiens. { מורא *morá*, זיו *zivo.* Φοβερός. Gall. *Qui donne frayeur.* Ital. *Che da spavento & fa tremare.* Germ. Das frost und schaudern bringt. Hisp. *Cosa que trae miedo.* Angl. *That bringeth feare or cold weather.* } Cic. 1. *Tusc.* Horrifer Aquilonis stridor gelidas molitur nives. Ex poëta Ovid. 1. *Metam.*

*——Septémque trionis*
*Horrifer invasit Boream.*

**Hŏrrĭfĭco**, as: Horrorem incutio, horrorem affero, injicio. { הזדיע *hezdia.* Φοβῶ. Gall. *Effrayer, effrayer, épouvanter.* Ital. *Far paura & horrore.* Germ. Ein grausen oder forcht machen/erschrecken. Hisp. *Espantar.* Angl. *To make feare.* } Virg. 4. *Æneid,*

*Multáque præterea vatum prædicta priorum*
*Terribili monitu horrificat.*

**Hŏrrĭfĭcus**, a, um, quod horrorem facit. { מזדיע *mezdia.* Φοβερὸς. Gall. *Qui fait frayeur, effrayant, étonnant.* Ital. *Ciò che fà horrore ò paura.* Germ. Das ein grausen vnnd forcht macht. Hisp. *Cosa que haze espanto y miedo.* Angl. *Terrible, that maketh to quake for feare.* } ut, Horrificum bellum, apud Cic. *pro domo.* Virg. 3. *Æneid.*

*At subita horrifico lapsu de montibus adsunt*
*Harpyiæ.*

**Hŏrrĭpĭlo**, as: Significat horridiore, asperioréque pilo frunicare. { סמר *samár*, סמר *simmér.* Δυσμίσγω. } Apul. *lib.* 3. Aures immodicis horripilant auctibus.

**Hŏrrĭsŏnus**, a, um, quod cum horrore sonat, sive quod horridum sonum habet: ut, Horrisonus fremitus. { ἠχήεντος. Gall. *Qui rend son effrayant.* Ital. *Che rende suono horribile.* Germ. Das grausam vnnd erschröcklich tönet. Hisp. *Cosa que haze el son à sonido espantable.* Angl. *That giveth an horrible sounde.* } Virg. 9. *Æneid.*

*Clamore excipiunt socii, fremitúque sequuntur*
*Horrisono.*

Cic. 2. *Tusc.* Horrisonum fretum.

**Hŏrrĕo**, es, ui: Horrore afficior, propriè quum pili setæve in animante ex guntur. { סמר *samár*, סמר *simmér*, רעד *rahádh*, חרד *charádh.* Φρίσσω. Gall. *Frissonner, se herissonner, & lever son poil, se rebuter, trembler de peur.* Ital. *Haver horrore, paura, freddo.* Germ. Ein grausen haben. Item, Frösteln oder frost haben/sich förchten und erschrecken &c. Hisp. *Espeluzarse con frio, temer, tener, ò haver en horror.* Angl. *To feare, to trimble or shiver for feare.* } ¶ Verùm quoniam hoc aliquando ex frigore fit, factum est, ut horrere aliquando accipiatur pro frigere. Juvenalis *Satyr.* 2.

*——& horrenti tunicam non reddere servo.*

¶ Hinc quia frigus sæpe à timore proficiscitur, fit ut horreo accipiatur pro timeo. Virg. *lib.* 3. *Georg.*

*Nec vanos horret strepitus.*

Liv. 2. *ab Urbe*, Consules quoque Romani nihil præterea aliud quàm suas vires, sua arma horrebant. ¶ Horrere item tremere significat. Columell. *lib.* 4. *cap.* 1. Sed frigoribus hyems intolerabiliter horrent. ¶ Item asperum esse, quoniam corpora quæ horrent, aspera reddantur. Virg. 11. *Æneid.*

*——tum lasà ferrens hastis*
*Horret ager.*

¶ Similiter horrere, est stupere, mirari. Idem *lib.* 3.

*Horrendum, ac dictu video mirabile monstrum.*

¶ Construitur hoc verbum modò absolutè. Terent. *in Eunuch.* Totus horreo. Modò cum dativo. Plinius *in Panegyr.* Nemo jam patrem filio, nisi fragilitatis humanæ vices horret. Modò, cum ablativo, mediante præpositione: ut apud Lactantium *lib.* 6. Nam de mortis genetibus horret animus recordari, quam immanium bestiarum ultra ipsam mortem carnificina sæviens. Modò cum accusativo. Virg. *lib.* 3. *Georg.*

*——nunquam custodibus illis*
*Nocturnum flabulis furem, incursúsque luporum,*
*Aut impactatas à tergo horrebis theorcs.*

¶ Hujus verbi composita sunt, Abhorreo, cohorreo, exhorreo, inhorreo, & perhorreo: quæ vide suis locis.

Hŏrrĕsco,

Hŏrrĕsco,is: Horridus fio, ut quum quis intrinsecus algorem, seu tremorem in se excitari & crescere sentit, pavore, stupore, aut febri sovalescente. {סמר *samár*, סמר *simmér*, רעד *rahádh*, חרד *charádh*. φρίττω. Gall. *Avoir frayeur, trembler de peur, craindre.* Ital. *Haver horrore, divenir horrido.* Germ. Ich heb an zu schaudern oder zuzittern. Hisp. *Temer, ò haver horror.* Angl. *To shiver for cold or feare.* } Virg. *lib.6.*

*Horrescit visu subitò, causásque requirit.*

Plaut. *in Asin.* Horrescet saxo læna, leges quum audiet, id est, expavescet. ¶ Item contremiscere. Virg. *lib.3. Georg.*

——*Tum segetes alta, campique natantes,*
*Lenibus horrescunt flabris.*

Terent. *Adelph.* Perii, horresco semper, ubi pulsare hasce occipio fores. Aliquando habet post se accusativum. Virg. *lib.3. Æneid.*

*Nec tu mensarum morsus horresce futuros.*

¶ Ejus composita sunt, Abhorresco, & exhorresco, & inhorresco, & perhorresco, quæ vide suis locis.

Hŏrrēndus, a, um: Timendus & abominandus. { נורא *norá*, φοβερὸς. Gall. *Dequoy on doit avoir horreur. horrible, épouvantable.* Ital. *Horrendo.* Germ. Erschröcklich, abscheulich, grausam. Hisp. *Cosa espantable y de temer.* Angl. *Horrible, to be feared.* } Virg. 3. *Æneid.*

*Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum.*

Idem 2. *Æneid.*

*Clamores simul horrendos ad sydera tollit.*

Tibull. *Eleg.* 10. *lib.* 1.

*Qui fuit horrendos primus qui protulit enses.*

Hōrsum, adverb. loci. Versùs hunc locum. { פה *poh*, הלאה *hálaeh*. δεῦρο, δεῦρο, ὧδε, εἰσάδε, εἰσάω. Gall. *Vers ce lieu, de ce costé, vers cette part.* Ital. *Verso questo luogo, verso quà.* Germ. Dyhärwertz/ hie hinauß. Hisp. *Hazia aquesta lugar.* Angl. *Hetherward.* } Plaut. *in Rud.* Vidésne alteram illam, ut fluctus ejecit foras? Surrexit, horsum se capessit, salva res. Idem *Milit. sc.3.a.2.* Quàm horsum junix se recipiat ad stabulum. Terent. *in Hecyr.* At ut eccum Phidippum & patrem video, horsum pergunt.

¶ Horta, quæ Hortanum Plinio, aliis Orta. *Horti, Orti.* V. E. Etruriæ, in provincia Romana, & ditione Pontificia. ‖

Horta Dea. Vide Plutarch. *q.22. & 46.* & suprà in *Hora.*

Hŏrtēnsĭa, Q. Hortensii filia eloquentissima. { Ein wolberedt Römisch weib. } quæ quum matronarum ordo gravi tributo à Triumviris Octavio, M. Antonio & Lepido premeretur, nec virorum quisquam liberiùs loqui auderet, causam constanter egit, repræsentatáque patris facundia, impetravit ut major pecuniæ pars eis remitteretur. Ejus orationis præcipua capita ab Appiano Alexandrino referuntur.

Hŏrtensĭus: vide *Hortus.*

Hŏrtēnsĭus, Q. Hortensii filius eloquentissimus. { Ein Römischer redner. } licèt ejus scripta non laudata fuerint, melius enim dicebat quàm scribebat. Dictionem enim incredibili gestus suavitate commendabat. De quo Cicer. *in Bruto*, sic refert: Primùm memoria tanta, quantam in vito cognovisse me arbitror, ut quæ secum commentatus esset, ea sine scripto verbis iisdem redderet, quibus cogitasset. De quo etiam fertur, quod sedens olim totum diem in auctione, omnes res venales, & pretia, & emptores, ordine suo recensuit, argentariis recognoscentibus, ita ut in nullo falleretur. Hortensius poëta. Ovid. 2. *Trist.*

*Nec minus Hortensi, nec sunt minus improba Servi*
*Carmina.*

Hŏrtātor, ōris, ab ἔγω, ἐγνά. Adhortor, ad aliquid excito, incito & impello, consilium ad aliquam rem do. Hortari, proprie est voce & clamore impellere: ut hortari equos, canes, remiges, milites. { מדהיר *bitzhir*, מסרת *hesith*, מעיר *hehir*, מחזיק *hechezik*. φρονρὸς, παρακλητικὸς. Gall. *Exhorter, inciter à quelque chose.* Ital. *Confortare, essortare.* Germ Ermahnen/mit worten anhalten und treiben. Hisp. *Induzir à amonestar, incitar.* Angl. *To exhort, to encourage.* } Et differt à moneo, quia monemus authoritate & consilio: hortamur rationibus & precibus, etiam plerumque blandiendo. Terent. *in Hecyr.* Ego propterea te sedulò & moneo, & hortor, ne cujusquam miserearis, quin spolies. Cic. *ad Lentulum*, Pompeium & hortari, & orare, & jam liberiùs accusare & monere, ut magnam infamiam fugiat, non desistimus. Plaut. *Amphitr.* Imperator utrinque hinc & illinc Jovi vota suscipere, hortari exercitum. ¶ Hortor te, dicitur, & hortor abs te. Ovid. 13. *Metam.*

——*Qua non hortanda, sed astu*
*Decipienda fuit.*

¶ Hortans, antis. Tibull. *lib.4.*

*Quin hortante Deo, magnis insistere rebus*
*Incipe.*

¶ Hortari ad. Cic. *pro Archia.* Quibus auditis, &c. hunc ad perficiendum hortatus sum. Hortari de. Cic. *Marcello, lib.4.* Iisdem igitur de rebus etiam atque etiam hortor. Cæs. *lib.2. de bell. civ.* Hortari de custodia & defensione urbis. ¶ Hortari, passivè. Tacit. *lib.6. Annal.* Memmium Pollionem Consulem designatum ingentibus promissis inducunt sententiam expromere, qua hortaretur Claudius Octaviam despondere Domitio.

Hŏrtātio, nis: Adhortatio, admonitio. { παρακλησις. Gall. *Admonestement.* Ital. *Essortatione.* Germ. Ermahnung. Hisp. *Induzimiento.* Angl. *An exertation or encouraging.* } Cicer. 5. *de finibus*, Tamen mihi grata est hortatio tua. Hortationes ad Philosophiam. Suet. *in Aug. cap.* 85.

Hŏrtātŭs, us: Adhortatio & monitio. παρακλησις. Cic. *pro Arch.* Quod si hæc vox hujus hortatu, præceptisque confirmata nonnullis aliquando saluti fuit, &c. Plin. *lib.13. cap.1.* Cujus hortatu exceperat eos dies. Gell. *cap.24. lib.13. & cap.3. lib.9.*

Hŏrtāmĕn, ĭnis, & Hortamentum, i, idem significant. παρακλησις. Liv. 10. Ubi auditur P. Decii eventus, ingens hortamen ad omnia pro Republ. audenda. Idem *lib.7.* Pugnatum haud procul porta Collina est, totius viribus urbis, in conspectu parentum, conjugúmque ac liberorum: quæ magna etiam absentibus hortamenta animi, tum subjecta oculis simul verecundia misericordiáque militem accendebant. Sallust. *Iugurth.* 134. Magnóque hortamento erant.

Hŏrtātor, is: Suasor, auctor. { מסית *masith*, מעיר *mehir*, מחזיק *machazik*. παρακλητικὸς. Gall. *Qui exhorte, admoneste & incite.* Ital. *Chi conforta & incita.* Germ. Ein ermahner. Hisp. *Enduzidor, amonestador.* Angl. *An exhorter, an counsailour.* } Cic. *pro Sext. Rosc.* Postremò, isto hortatore, authore, intercessore, ad Syllam legati non adierunt. Ovid. 13. *Metam.*

*Hortator scelerum.*

Idem *Eleg.2. lib.4. Trist.*

*Hortator pugnæ consiliúmque fuit.*

Hŏrtātrix. { מסיתה *massithah*, מעוררת *mehirah*, מחזקת *machazikah*. παρακλητικὴ, παρακλητὴς, παρακλητικὸν. Gall. *Celle qui exhorte, & incite.* Ital. *Dona che conforta.* Germ. Ein ermahnerin. Hisp. *Induzidora, amonestadora.* Angl. *She that exhorteth or counsaileth.* } ut, Gloria hortatrix animosi lecti. Stat. 9. *Thebaid.*

Hŏrtātīvus, a, um: Adhortationi accommodatus. { παρακλητικὸς. Gall. *Dequoy on use & se sert-on à exhorter.* Ital. *Cosa che usiamo per confortare.* Germ. Zu der ermahnung sügtlich. Hisp. *Cosa para induzir.* Angl. *That serveth for exhorting.* } Quint. Hæc ad hortativum genus maximè pertinent.

Hŏrtus, i, ab ἔρκος, vel χόρτος. Est locus in agro, sive etiam in urbe, in quo arbores, & olera oriuntur. { גן *ghan*. κῆπος. Gall. *Vn jardin, un courtil.* Ital. *Orto, giardino.* Germ. Ein garten. Hisp. *Huerto para ortalizar, jardin.* Angl. *A garden or orchard.* } Horat. 1. *Serm satyr.* 14.

*Caule suburbano qui fortis crevit in agris*
*Dulcior, irriguo nihil est elutius horto.*

Cic. 13. *Philipp.* Nam paucis diebus & in domum & in hortos patefactos immigravit. Plaut. *Milit. sc.3.a.2. & sc.4.a.2.* Apud nos neque solatium esse, neque hortum { quà transire possit. } Idem *Aul. sc.4. a.1.* Apud me hortum confodere jussi. Ovid. *Eleg.10. lib.1. Trist.*

*Non hæc in nostris, ut quondam, scribimus hortis.*

Idem *Eleg.8. lib.4. Trist.*

——*Vacuos foecundare in hortos.*

Plaut. *Mil. sc.2.a.2.* Mulier olitori nunquam supplicat, domi habet hortum. ¶ Hortus etiam in Priapeis sumitur, ut apud Græcos κῆπος, pro pube, & ea parte, quæ honestè nominari non potest. Victor. *cap.10. lib.25.* ¶ Apud veteres accipiebatur pro villa, quòd in illis viri ad bella apti orirentur. Plin. *lib.19. cap.4* In x: 1. Tabulis legum nostrarum nusquam nominatur villa: semper in significatione ea hortus: in horti verò, hæredium. Festus. Hortus apud antiquos omnis villa dicebatur, quòd ibi qui arma capere possent, oriretur. Constat itaque, si etymologiæ rationem spectemus, scribendum esse *orsus*, sine aspiratione: fecit tamen receptus à doctioribus usus ut aspiretur, ad differentiam fortassis participii ortus, vel nominis quartæ inflexionis. Utcunque tamen quis scribat, non multùm peccaverit. ¶ Valla *lib.3. cap.9.* constituit differentiam inter hortum singulari numero, & hortos plurali: ut *hortus* dicatur ubi olera nascuntur, hoc est, quævis herbæ sativæ, quibus vescimur: *horti* verò, qui arboribus consiti sunt, & voluptatis causâ comparati. Unde in superiori dicendum putas unum hortum, duos, aut tres hortos: in posteriore verò, per numeros distributivos loqui præcipit, ut scilicet unos, binos, ternos, quaternos hortos dicamus. Hæc tamen differentia etiamsi frequentiùs vera est, non semper tamen observatur. Testimonia vide apud Vallam *loco jam citato.* ¶ Horti pensiles, qui suprà ædificia facti, vel supra columnas erecti pendent. Plin. *lib.36. cap.14.* Leguntur & pensiles hortos, imò verò totum oppidum fecisse Ægyptiæ Thebæ.

Hortŭlus, i, diminutivum est ab hortus. { κηπίον. Gall. *Vn petit jardin, jardinet.* Ital. *Hortizello, giardinetto.* Germ. Ein gärtlin. Hisp. *Pequeño huerto, ò jardin.* Angl. *A litle garden.* } Plin. *lib.15. c.1.* Erat tunc Protogenes in suburbano hortulo suo. Cic. 1. *de nat. deor.* Mihi quidem etiam Democritus vir magnus in primis, cujus fontibus Epicurus hortulos suos irrigavit.

Horticus, a, um, ab Horto. Diomedes *lib.1.*

Hortensis, & hortense: Quicquid in horto nascitur. { κηπαῖος. Gall. *De jardin, qui croist és jardins.* Ital. *Cio che nasce n'elli horto.* Germ. Das in dem garten wachßt. Hisp. *Cosa de huerto, ò que nace en elle.* Angl. *Such herbe or frewer groweth in a garden.* } Plin. *lib.19. cap.10.* Morbos hortensis quoque sentiunt, sicut reliqua terræ sata.

Hortensĭus, a, um: hortensis. κηπαῖος. Plin. *lib.19. cap.8.* Beta hortensiorum levissima est. Idem *lib.22. cap.24.* Sed medicina è floribus, coronamentisque, & hortensiis, quæque manducantur, herbis prosequuti, quoniam modo frugum omittemus?

‖ Hortulanus, qui horti curam habet. ‖

Hōrus, ὥρος. Isidis filius, quem quum illa amisisset, veriti ne illi obvenisset quod Osiri patri acciderat, multùm flevit: sed eo invento, mœrorem in lætitiam convertit. ¶ Horus præterea ab Ægyptiis vocatur Sol, unde & horas dictas arbitratur Macrob. ¶ Fuit & Horus Assyriorum rex. Plin. *lib.30 cap.15.*

Hosa. Tuscorum fluvius Ptolemæo: Marsha hodie.

‖ Hosanna, ὡσαννὰ, duæ voces Hebrææ sunt, הושיעה נא, salutem affer, vel presta nunc. ‖

Hospes, fœmin. genet. de Junone:

*Non venit hæc vestris hospes amica thoris.*

Hŏspĕs, itis, generis commun. ab ἔνος. Æolicè, ἄνος. Quisquis peregrinus. Dicitur qui alterũ hospitio excipit, vel excipitur. { אורח מסאסיף *mesasiph* לון *lan*, מחלון *mithlonén*, גר *gher*. φίλος, ξένος, ξενοδόκος, ξένος. Gall. *Hôte, hôteliers, celuy qui loge, ou est logé, étranger.* Ita. *Albergatore, & chi è albergato, forestiere.* Germ. Ein wirt/oder ein gast Hisp. *Huesped, que recibe ò es recibido.* Angl. *An host that receiveth strangers, also a guest that lodgeth in anes house, a stranger.* } Propriè autẽ dicuntur hospites, qui amicos gratis excipiunt. Nam qui mercede id faciunt, Caupones dicuntur. Ovid. 1. *Met.*

——*Non hospes ab hospite tutus.*

Cic. *pro Dejotaro*, Per dextrã istam, quam hospes hospiti porrexisti.

¶ Primus officii gradus parentibus, secundus pupillis, tertius clientibus, quartus hospitibus: Gellius *cap.* 13. *lib.* 5. ubi plura. ¶ Hospes item pro peregrino accipitur. Terent. *in Andr.* Nunc me hospitem lites sequi, quàm hic mihi sit facile atque utile. Aliorum exempla commovent. Cic. *Acad.* 1. Nam nos in nostra urbe peregrinantes, errantésque tanquam hospites, tui libri quasi domum deduxerunt: ut possemus aliquando qui, & ubi essemus agnoscere. Eodem modo pro quolibet ignoto aliquando ponitur. Pers. *Sat.* 2.

——*hæc clarè & ut audiat hospes.*

Dicit autem Persius mentem bonam & fidem precantes clarè à dis petere, ut omnis præteriens & ignotus audiat: externa verò clamet occultè. ¶ Sunt qui putent hoc nomen esse omnis generis, quòd numero plurali interdum legamus neutrum genus hospita, ut apud Virg. 3. *Æneid.*

——*quo tutior hospita lustres*
*Æquora.*

Sed verisimilius est, hoc esse ab adjectivo hospitus, a, um, cujus etiam fœminum sæpiùs invenitur in singulari numero: ut, Avis hospita, apud Stat. 1. *Achil.* & Navis hospita, apud Ovid. 1. *Fast.* & Terra hospita, apud Virg. 3. *Æneid.* ¶ Hujus compositum est Inhospitus, a, um, de quo suo loco.

**Hōspitā, æ,** quæ aliquem hospitio excipit, aut excipitur. { זונה *zonáh.* ξενοδόκος, ξένη. GALL. *Hostesse.* ITAL. *Hostessa.* GERM. Ein wirthin oder gastgeb. HISP. *La huespeda assi.* ANGL. *An hostes, the good wife of an house.*} Cic. 4. *Verr.* Contemnere etiam signum illud Hiarræ jam videbatur, quòd eum multò magis figura & lineamenta hospitæ delectabant. ¶ Accipitur etiam pro peregrina. Terentius *in Andr.* Num illi molestæ quippiam hæ sunt nuptiæ, propter hujusce hospitæ consuetudinem.

**Hōspitium,** ii: Domus quæ gratis liberalitérque venienti hospiti patet. { מלון *malón.* ξενία, ξενισμός. GALL. *Logis pour les estrangers, hostelerie, auberge.* ITAL. *Hospitale, allegiamento, hospitio.* GERM. Ein herberg/wirthshauß. HISP. *Alberge, hospederia por amistad.* ANGL. *A lodging, or inne.* } Liv. *lib.* 2. Ibi benignè excepti, divisique in hospitia, curatis vulneribus. Sciendum antiqui instituti fuisse, ut hospitii necessitudo non modò inter privatos, sed etiam inter populos contraheretur: quod genus amicitiæ Græci συξενίαν. Latini hospitium publicum vocaverunt. Nam quod hospitium inter privatos contrahebatur, Græcè ἰδιοξενία, Latinè privatum hospitium dicebatur: cujus erat nota, pignúsque tessera hospitalis, ut ille apud Plautum ait *in Pœnulo*, Deum hospitalem & tesseram mecum fero. Liv. *lib.* 37. Nihil nobis tota nostra actione, P. C. neque difficilius, neque molestius est, quàm quod cum Eumene nobis disceptatio est: cum quo uno maximo regum, & privatum singulis, & (quod magis nos movet) publicum civitati nostræ hospitium est. Budæus. Hospitium item familiaris quædam amicitia est, vel mihi hospitandi apud illum, vel illi apud me. Cic. Fuit mihi cum illo vetus hospitium. Idem 4. *Verr.* Dixit hoc idem M. Lucullus se de his Dionis incommodis pro hospitio, quod sibi cum eo esset, jam antè cognovisse. ¶ Hinc & ædes quæ publicè parantur ad egenos recipiendos, hospitia non ineptè possunt appellari: quæ vulgò vocant Hospitalia, ξενοδοχεῖα, πανδοκεῖα. Quæ verò viatoribus, peregrinisque mercede parent, cauponæ, diversoriáque vocantur.

**Hospitiolum,** diminut. Ulpianus *in l. si verò, §. idem, ff. de iis qui deje.* Idem erit dicendum, & si quis amicis suis modica hospitiola distribuerit.

**Hōspitālis, e,** adject. Quod est hospitis, sive quod ad hospitem pertinet. { ξενικός. GALL. *Appartenant en servant à loger.* ITAL. *Servente ad albergo.* GERM. Zu den gesten gehörig. HISP. *Cosa perteneciente al albergo, ò hospederia.* ANGL. *Perteining to lodging.* } Livius *lib.* 1. Exceptus benignè ab ignaris consilii, quum post cœnam in hospitale cubiculum deductus esset. Et *lib.* 2. Alii prosecti domos nunciis hospitalium beneficiorum: multos Romæ hospitium, urbisque charitas tenuit. ¶ Accipitur item hospitalis, pro liberali & facili ad suscipiendum hospites hospitio. { ξενικός, φιλόξενος. GALL. *Qui est courtois & prompt à loger & recevoir les étrangers.* ITAL. *Cortese & liberale nell' allegiare & ricevere gli forestieri.* GER. Gastfrey. HISP. *Hospedable, liberal para hospedar los estrangeros.* ANGL. *Courteous, readie to lodge, give lodging or receive strangers.* } Cic. 5. *Verr.* Homo qui semper hospitalissimus, amicissimúsque nostrorum hominum existimatus esset, noluit videri ipsum illum Rubrium invitus in domum suam recepisse. ¶ Hospitalis Deus, dictus est Jupiter, quòd in ejus tutela hospites esse credebantur. ξένιος. ¶ Hujus compositum est Inhospitalis, hoc est, avarus, cujus domus hospitibus non patet. ἄξενος. Item locus inhospitalis, ad quem hospitibus non patet accessus. ¶ ‖ Hospitalia autem numerantur illa: Xenodochium, orphanotrophium, brephotrophium, brethottophium nosocomium, getotocomium, prochottophium (corruptè tocotrophium) leprosarium, elecmosynarium, de quibus vid. suis locis. ‖

**Hōspitālitās, atis:** Benignitas & facilitas in excipiendis hospitibus. φιλοξενία. GALL. *Hospitalité, courtoisie & liberalité à recueillir & festoyer les estrangers en sa maison.* ITAL. *Benignità, liberalità da ricevere gli forestieri.* GERM. Gastfreye/freundliche empfahung der gest. HISP *Hospedamiento y facilidad para hospedar.* ANGL. *Courtesie and benignitie in lodging strangers.* } Cic. *lib.* 2. *Offic.* Rectè etiam à Theophrasto laudata est hospitalitas.

**Hōspitālitĕr,** adverb. Benignè, liberaliter. { ξενικῶς, φιλοξένως. GALL. *Liberalement, courtoisement, en recevant les estrangers en sa maison.* ITAL. *Benignamente, liberalmente.* GERM. Gastlich/freundlich/güte lich. HISP. *Hospedablamente y con amistad.* ANGL. *Courteously, liberally in receiving strangers.*} Liv. 2. *ab Urbe*, Invitati hospitaliter per domos. Idem *lib.* 6. Mori extemplò Patres, vocari eos jam tum hospitaliter magis, quàm hostiliter jussère.

**Hōspitŏr, āris.** Amicè in hospitium recipio. { לִלין תְּנָה *iššéph talún.* ξενίζω. GALL. *Recevoir estrangers en son logu.* ITAL. *Allegiare, albergare.* GERM. Beherbergen/freudlich auffnemmen. HISP. *Hospedar a otro dando la posada.* ANGL. *To receive in lodging.* } vel hospitio utor. { לִלין. ξενίζομαι. GALL. *Estre recen & logé en logis estranger.* ITAL. *Esser' allogiato, esser' albergato.* GERM. Beherbergt werden/freundlich aufgenommen werden. HISP. *Ser hospedado.* ANGL. *To be lodged.* } Seneca *de vita beata*, Quid enim est cur illis bonum locum invidere velimus, hospitentur. ¶ Et per translationem hospitari, pro in alieno solo crescere. Plin. *lib.* 17. *cap.* 20. *de castanea.* Nuda enim radice tota in sulco prosternitur. Tunc ex acumine super terram relicto renascitur, & alia ab radice: sed translata nescit hospitari, paveréque novitatem.

**Hōspitus, a, um,** adject. ab hospite deductum: Peregrinus, externus. { זר *zher.* ξένος, ὁ ξένος. GALL. *Hoste, ou estranger.* ITAL. *Albergatore.* GERM. Herberg. HISP. *Huesped, ò estrangero.* ANGL. *A guest or stranger.* } Virgil. 3. *Æneid.*

——*Quò tutior hospita lustres*
*Æquora.*

Sic avis hospita, id est, peregrina, apud Statium 1. *Achil.* Navis hospita. Ovid. 1. *Fast.* Idem *Elegi.* 12. *lib.* 3. *Trist.*

*Hospitáque in Ponti littore puppis erit.*

Tetra hospita, apud Virg. 3. *Æneid.* Ita Gell. *cap.* 19. *lib.* 1. Anus hospita atque incognita ad Tarquinium Superbum adiit, &c. ¶ Hujus compositum est Inhospitus: de quo suo loco.

**Hŏstĭa, æ,** ab hostibus, quia post exitos hostes à sacerdote immolabatur. { זבח *zebach*, זבח *chagh.* θυσία, ἱερεῖον. GALL. *Sacrifice, oblation.* ITAL. *Hostia, vittima.* GERM. Ein schlachtopffer. HISP. *El sacrificio, ò cosa que se sacrifica.* ANGL. *Sacrifice, the beast killed in sacrifice.* } Propriè enim erat animal quod immolabatur ab Imperatore ad bellum proficiscente, pro impetranda contra hostes victoria: aut quod profligatis hostibus mactari solebat ab eo, qui potitus erat victoria. Ovid. 1. *Fastor.*

*Hostibus à domitis hostia nomen habet.*

Festus putat hostiam propriè dictam fuisse sacrificium quod Laribus immolabatur, eo quòd hostes ab illis arceri putabant: unde & ipsi Lares hostioli dicti sunt. Alii hostias ab antiquo verbo *hostio* dictas putant, quod apud antiquos inter alia significat fetio, vel retundo, ut probat Nonius hac auctoritate Pacuvii *in Teucro*, Nisi coërceuero protervitatem, atque hostiero ferociam. Gell. *cap.* 6. *lib.* 4. Hostiis in joribus rem procurare. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Atcelle hostias, victimas, laniot, &c. Tibull. *lib.* 4.

——*nec illis*
*Semper inaurato taurus cadit hostia cornu.*

Plaut. *Amphitr.* Faxo ut bubulis coriis onustus sis Saturni hostia. Pro eodem dicitur Victima, quæ cæditur victis hostibus. Ovid. *lib.* 1. *Fastor.*

*Victima, quæ cecidit dextra victrice, vocatur.*

Gell. hoc putat discriminis esse inter hostiam & victimam, quòd hostia à quovis Sacerdote mactari posset, victima tantùm ab eo, qui hostes vicisset. ¶ Mactata hostia lenior, proverbiali figura dixit Horat. de mansuetis & sponcaneis. ¶ *Hostia* item puellæ nomen fuit, quam Propertius adamavit, & falso nomine Cynthiam appellavit. ¶ Est & *Hostia* oppidi nomen in Latio, ad Tyberis ostium: in qua tamen significatione rectiùs scripseris Ostia, sine aspiratione. Eam urbem Ancus Martius condidit, ut scribit Livius: Strabo verò *Geograph.* 5. Urbis Romæ Navale vocat, quòd Tyberis erumpit eam præterlabens. Extenditur autem in Campaniam usque & Samnitium montes. Ejus situm, atque Tyberis cursus ab urbe Roma nemo elegantiùs descripsit Procopio *lib.* 1. *de bello Gothorum.*

‖ Hostiarium, lignum æquatorium, quo sextarius æquatur. Gl. A. L. Hostorium, melius. ‖

**Hostiatus,** Adject. Hostiis, sive sacrificiis onustus. Plaut. *Rud.* Ergo vos æquus erat candidatas venire, hostiatásque: Ad hoc fanum ad isthunc modum venire non solet.

**Hōstĭcus,** substantivum. Nomen Poëtæ fuit.

**Hōstĭcus:** Hōstilis: vide *Hostis.*

**Hostiones,** vel Hostixi, ἑσπέριοι, ὁ ἑσπέριος. Populi juxta Oceanum occidentale, quos Artemidorus Cassinos, alias Cossinos vocat Stephanus.

**Hō Ho,** is, ab ἴσος, ἴσω: cùm æquatio constat in tanto quanto, i. e. proportione. Æquam compensationem tribuo, vicem reddo. { שׁלם *schillém*, חמל *ghamal.* ἀμείβω. GALL. *Egaler, unir, rendre la pareille.* ITAL. *Aggugliare, ricompensare.* GERM. Widergeltenvergleichen. HISP. *Igualar, rasar la medida, renumerar.* ANGL. *To recompense the lyk.* } Plaut. *in Asinar.* Quia promitto, inquam, hostire contrà, ut mereris, id est, æqua reddere, & talionem referre. ¶ Quandoque comptimo, coërceo. Pacuvius *in Teucro*, ut citat Nonius, Nisi coërcuero protervitatem, atque hostiero ferociam. ¶ Quandoque offendo, cædo. Pacur. *Eratospanion lib.* 2. ut citat idem Nonius, Nunc id mihi molestum est, quòd hostit voluntatem tuam. ¶ Hujus compositum est Rehostio, quod est vicem refero, ut inquit Festus.

**Hōstīmentum, i:** Æquamentum, tertiorio, compensatio: ab antiquo verbo hostire, inter cætera significat æquare, vel æquum reddere, vel compensare. { שׁלום *schillúm.* ἀμοιβὴ, ἀντάμειψις, ἰσοστάσιον. GALL. *Retribution & égalité, la pareille, recompense de tant pour tant.* ITAL. *Aggugliamento.* GERM. Ein widergeltung/vergleichung. HISP. *Igualdad, como la rasadura.* ANGL. *A recompensing of the lyk.* } Plaut. *in Asin.* Par pari datum hostimentum est, opera pro pecunia. Festus, Hostimentum est beneficii pensatio.

**Hōstōrium, ii:** מחק *mechák.* GALL. *Vne rasoire, baston pour raser le blé quand on le mesure.* ITAL. *Il baston da radere il grano, detto randa.* GERM. Ein streichholz. HISP. *El rasero de la medida.* ANGL. *A staff to measure wheat or other graine.* } Lignum æquatorium, baculus quo modius & cæteræ mensuræ æquantur. Alio nomine Radius dicitur.

**Hŏstis, is:** { איב *ib*, עוין *oin.* πολέμιος. GALL. *Ennemy mortel.* ITAL. *Inimico commune.* GERM. Ein feind. HISP. *El enemigo publico.* ANGL. *An enemie.* } Communis generis, ab *hostio, is*, quod inter alia significat comprimere & retundere. Dicuntur autem hostes illi, cum quibus publicè bellum habemus: Inimici autem, cum quibus privata odia exercemus. ¶ Apud antiquos tamen hostis dicebatur, quem nunc vocamus peregrinum. Cicer. 2. *Offic.* Equidem illud etiam animadverto,

madverto, quod qui proprio nomine perduellis eſſet, is hoſtis vocaretur, lenitate verbi triſtitiam rei mitigante: hoſtis enim apud majores noſtros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus. Plaut. *Menach. ſc.* 2. *a.* 1. Averti prædam ab hoſtibus (i. ſupplavi uxorem.) Idem *Cure. ſc.* 1. *a.* 1. Et Gell. *cap.* 4, *lib.* 16. Status condictus cum hoſte dies. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Triſt.*

*Cum mediis gemino cæleſtis hoſte peris.*

Idem 15. *Metam.* Hoſtibus inſidior. *Ibid.* Hoſtes ſe mœnibus continuere. *Ibidem*, Raptam Deam aſſerre per hoſtes. Plaut. *Pſeud. ſc.* 3. *a.* 4. Metuo ne ad hoſtes tranſigat. Metaphor. *ibid. ſc.* 1. *a.* 3. Opus perperavi, hoſtibus fugatis. Metaphoricè: *ibid. ſc.* 2. *a.* 2. Hoſtes viros rapere ſoleo ex acie. ¶ Hoſtium potius, vide *Perius.* ¶ Hoſtis dubius, i. qui dubitat, cedátne, ac fugiat, an conſiſtat: quique firmo opponitur. Saluſt. *Jugurth.* 94. Subvenire ſuis, hoſtibus dubiis inſtare, quos firmos cognoverat, eminus pugnando retinere. ¶ Hoſtis non hoſtis, ἀπόλεμος πολέμῳ. Dicitur qui nulla lacefſitus injuria, tamen quæ ſunt hoſtium facit: aut qui pacis obtentu facit hoſtilia. Conveniet etiam in illos, qui priùs quàm expoſtulaverint de injuria cum amico, jam fœdunt inimicè.

‖ Hoſticapax, hoſtium captor. Feſt. ‖

**Hŏstĭcus**, a, um: Hoſtilis, inimicus, adverſarius. { πολέμιος, ἐχθρός. Gall. *D'ennemi, ou ennemis, ennemi.* Ital. *Coſa da nemico, inimico.* Germ. Feindtlich. Hisp. *Coſa de enemigo, enemiga.* Angl. *Of an enemie.* } Horat. *lib.* 1. *Serm. ſat.* 9.

*Hunc neque dira venena, nec hoſticus auferet enſis.*

Colum. *in præfat. lib.* 1. Quanquam inter ferrum & ignes, hoſticis incurſionibus vaſtatæ fruges: largiùs tamen condidêre, quàm nos, quibus diuturna permittente pace prolatare licuit rem ruſticam. Plaut. *Capt. ſc.* 1. *a.* 2. Per conſervitium quod hoſtica evenit manu. Ovid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Triſt.*

*Et cremat inſontes hoſtica turba caſas.*

Liv. *lib.* 6. *ab urb.* In hoſtico (agro) motari. Ovid. 4. *Faſt.*

*Hoſtica Tyrrhenis vota eſt vindemia regi.*

**Hŏstĭlis**, e, quod eſt hoſtis, hoſticus. { πολεμικός. Gall. *D'ennemy ou d'ennemis.* Ital. *Ciò che è d'inimico.* Germ. Feindtlich. Hisp. *Coſa de enemigo.* Angl. *Of an enemie, pertaining to an enemie.* } Virg. 11. *Æneid.*

*Induitóſque jubet truncos hoſtilibus armis*
*Ipſos ferre duces.*

Hoſtilis in Rempublicam animus. Cicer. *ad Brut.* Idem *pro Cluentio*, Hoſtile odium & crudelitas. Facere hoſtilia, vel pati omnia hoſtilia, eſt facere, vel pati omnia quæ ab hoſtibus poſſint expectari. Tacit. *lib.* 14. Quo pro Armenii hoſtilia faceret. Hoſtilia referre. Liv. *lib.* 1. *bell. Pun.* Legati retulerunt omnia hoſtilia: & Sagunti excidium nuntiatum. Plaut. *Capt. ſc.* 1. *a.* 2. Vis hoſtilis, eodem ſenſu. Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Triſt.*

*Ille ferox & adhuc oculis hoſtilibus ardens.*

¶ In rebus hoſtilibus magnus & ſapiens vir Metellus (i. belli peritiſſimus.) Saluſt. *Jugurth.* 88.

**Hŏstĭlĭter**, adverbium: Ad modum hoſtium. { πολεμικῶς. Gall. *En ennemi.* Ital. *Ad uſo d'inimico.* Germ. Feindtlich. Hisp. *Enemigablamente.* Angl. *Like an enemie or adverſarie.* } Cicer. 5. *Philipp.* Ego Annibal hoſtis? civis Antonius? quid ille fecit hoſtiliter, quod hic aut non fecerit, aut non faciat, aut non moliatur, & cogitet?

**Hŏstĭlĭtās**, atis. { איבה *ebáh. ἀνθρωπία, ἔχθρα, τὸ πολέμιον.* Gall. *Inimitié, haine d'ennemi mortel, hoſtilité.* Ital. *Inimicitia.* Germ. Feindtſchafft. Hisp. *Enemiſtad.* Angl. *Deadly hatred.* } Senec. *de vita beata*, Adversùs hoſtes inhumana crudelitas, adversùs ſuos etiam hoſtilitas eſt.

**Hŏstĭmĕntum**: vide *Hoſtia, is.*

‖ Hoſtiarius: vide *Oſtiarius.* ‖

**Hŏstĭum**: vide *Oſtium.*

**Hŏstĭus**: vide *Hoſtia*, is.

‖ Hoſtunum, *Hoſtuni*. V. E regni Neapolitani, ſub A. Brundulino. ‖

**Hŏstŭs**, teſte Varrone *lib.* 1. *de re ruſt. cap.* 24. dicitur tantum olei, quantum uno factu conficitur. Factum autem vocant, quod uno tempore conficiunt. Vide item Catonem *cap.* 6.

H S

‖ HS numiſmatis typus. Jun. ſeſtertius. ‖

H U

‖ Hu, olfaciendis geſtus. ‖

**Hŭmĭdus**, is: Fœcundus, fertilis, ferax, ſecundùm Apuleium cum h, ab ὑω, pluo. { פרה *peráh*, שבע *ſabáh*, שמן *ſchamén*, שוב *tob.* εὐφορος, ἔυκαρπος. Gall. *Plantureux, abondant, fertile, ample.* Ital. *Abondante, fruttifero, graſſo, divite.* Germ. Fruchtbar/oberſtüſſig. Hisp. *Coſa fertil y copioſa.* Angl. *Fertile, fruitefull, plentifull.* } Alii magis ab humeo, ſicut tuber à tumeo, m, in b, converſo. Loca enim arida, infœcunda ſunt: contrà, quæ humecta ſunt, fertilia. Non deſunt tamen hodie qui ſine aſpiratione ſcribere maliunt. Vide *Uber*, infrà. Eſt adjectivum omnis generis, quamvis in plur. numero neutrum genus non inveniatur. Cat. *lib.* 2, *Orig.* Ita res huber fuit. Cicer. *ad Quint. fratr.* Multis locis aquam profluentem, & eam hubertim vidi. Idem *lib.* 2. *de natura deor.* Hubertimi lætiſſimique fructus vitium. Idem 1. *denat. deor.* Majore expectatione, huberiore ſpe commoveri. Idem *de clar. Orat.* Nemo plenior & huberior ad dicendum fuit. Neutro genere uſus eſt Gell. *cap.* 14. *lib.* 7. Huber dicendi genus. Et Seneca, Et omne id, inquiens, quod huberi cingitur ſolo ✕ Inhuber. Gellius, Inhuberes, & multæ quidem macræque eſſent. ¶ Huber verò ſubſtantivum, idemferè eſt quod Mamma. { שד *ſchadh. τιτθος.* Gall. *Mammelle, tetin.* Ital. *Mammella, teta.* Germ. Bruſt. Hisp. *La teta.* Angl. *An udder, a pap.* } Virg. 3. *Eclog.*

——*Bines alit huberes fœtus.*

Propriè hubera videntur dici interiora mammarum: mammæ verò, huberum eminentiæ. Idem *lib.* 3. *Georg.*

——*lata magis manabunt hubera mammis.*

¶ Invenitur etiam quandoque huber ſubſtantivum, pro hubertate, aut fœcunditate. *Ut Lulin. Georgic.* 1. Huber agri, i. hubertas & fertilitas, quo pacto & Græci ἔθος ἄρουρα. dicunt. Idem *lib.* 1. *Æneid.*

*Terra antiqua, potens armis, atque ubere gleba.*

Pallad. *lib.* 1. *cap.* 35. Pratis verò tercentia ſtercora ſufficient ad huberem herbarum.

**Hŭbĕrtas**, tis: Fertilitas, abundantia, copia. { שבע *ſabáh*, מישע *meſáh*, *Lithuin.* Gall. *Abondance, fertilité, fecondité.* Ital. *Abondanza, fecondità, fertilità.* Germ. Fruchtbarkeit/völlige/überflüſſigkeit. Hisp. *Copia y fertilidad.* Angl. *Abondance, fertilitie, plenitie.* Plin. *lib.* 7. *cap.* 2. Hæc facit hubertas ſoli, temperies cœli, aquarum abundantia. Cicer. 2. *de nat. deor.* Nuper nati mammas appetunt, earúmque hubertate ſaturantur.

**Hŭbĕrĭùs**, & hubertimè, adverbia ſunt comparativi & ſuperlativi gradus, ab adject. *huber* deducta, idem ſignificantia quod copioſè, & copioſiùs. Cicer. *ad App. lib.* 3. Eadem illa fecerunt lætiora mihi tuæ literæ: non ſolum quia planiùs loquebantur, & hubertiùs, quàm vulgi ſermo, ſed etiam, quia magis videbar tibi gratulari. Idem 2. *de divin.* Atque his libris annumerandi ſunt ſex de Republica, quos tunc ſcripſimus, quum gubernacula Reipublicæ tenebamus: magnus locus, philoſophiæque proprius, à Platone, Ariſtotele, Theophraſto, tocáque Peripatericorum familia tractatus huberrimè.

**Hŭbĕro**, as: Huber, & fœcundum facio. { תשביע *hiſpríh*, שבע *ſabiáh*, ποιέω, ἐκφέρω *mid.* Gall. *Rendre plantureux & fertile, engraiſſer.* Ital. *Far abondante, far divitioſo, fecundare.* Germ. Fruchtbar oder völlig machen. Hisp. *Hazer fertil y copioſo.* Angl. *To mak fruitfull or plentifull.* } Pallad. *lib.* 4. Hoc velut cortu ſterilem arbores huberantur. ¶ Huberare pro Exhuberare, ſeu huberem & fœcundum eſſe dixit Colum. *lib.* 5. *cap.* 9. *Ἀθλιώτ, πιαμόφαγον.* Optimum eſt, inquiens etiam conſiderata plantas circumvenire cuneis: deinde conſideratum jam & maturum oliverum in duas partes dividere, quæ alternis annis fructu induantur: neque enim olea continuo biennio huberat, id eſt, fœcunda eſt, & fertilis.

**Hŭbĕrtim**, abundanter, copioſè. { πλούσιος, *Lithuan.* Gall. *Plantureuſement, fertilement, copieuſement, abondamment.* Ital. *Abondantemente, copioſamente.* Germ. Völliglich/überflüſſiglich. Hisp. *Copioſa y fertilmente.* Angl. *Abondantly with grat plantie.* } Catull.

**Hŭbĕrtŭs**, a, um: Abundans. { פרה *peráh*, שבע *ſabeah*, שמן *ſchamen*, שוב *tob. Georgic.* Gall. *Abondant, plantureux, fertile.* Ital. *Abondante.* Germ. Oberflüſſig/fruchtbar/völlig. Hisp. *Copioſo, fertil.* Angl. *Fruitfull, plentifull.* } Gell. *lib.* 7. *cap.* 14. Sed ea ipſa genera dicendi jam antiquis tradita ab Homero ſunt, ætia in tribus: magnificum in Ulyſſe, & hubertum: ſubtile in Menelao, & cohibitum: miſtum moderatúmque in Neſtore.

‖ Hubriola, vox à Germanis ſumpta pro lupulo ſalictario: nam eam plantam vocant hoyfen. ‖

**Hūc**, adverb. ad locum. { זה *póh. hûc.* Gall. *Icy, en ce lieu.* Ital. *Quà.* Germ. Hieher. Hisp. *Aca donde yo eſtoi.* Angl. *To this place.* } Terent. *in Eunuch.* Ego cum illo, quo cum uno rem habebam, tum hoſpite, abii huc. Idem *in Hecyra*, Nam ſenex eos abduxit ſe: huc tarò in urbem commeat. Plaut. *Men. ſc.* 2. *a.* 5. Concede huc ab iſto, quàm potes longiſſimè. *Ibid. ſc.* 2. *a.* 4. Huc concedamus. *Ibid. ſc.* 1. *a.* 2. Cedo dum huc marſupium. Idem *Aſin. ſc.* 3. *a.* 3. Quin tradis huc crumenam? Idem *Aul. ſc.* 3. *a.* 3. Opera huc conducta veſtra, non oratio. *Ibid. ſc.* 2. *a.* 4. Redde huc fis (bis *Ibidem.*) Item, Oſtende huc manum. Idem *Men. ſc.* 4. *a.* 2. Qui huc in hanc urbem pedem nunquam intrò retulit. *Ibid. ſc.* 2. *a.* 4. Neque hodie huc intrò retuli pedem. ¶ Hinc huc. Idem *Mil. ſc.* 3. *a.* 2. Nihil eſt quâ hinc huc tranſire poſſit (i. domo foras.) ¶ Huc & illuc, ἀλλαχῇ πανταχῇ, incertum iter oſtendunt, quod etiam dicimus ſurſum & deorſum. Cicer. *ad Attic.* Ne curſem huc & illuc deterrima via. Idem *in Offic.* Pars quæ hominem huc & illuc rapit. Plaut. *Aul. ſc.* 1. *a.* 4. Ut poſſim huc & illuc quid agant arbitrari. ¶ Hucuſque, hoc eſt, uſque ad hunc locum, vel uſque ad hoc tempus. Plin. *lib.* 6. *cap.* 26. Hucuſque Neſtoris exercitum duxit.

**Hūccĭnĕ**, interrogativum eſt, compoſitum ab huc & ne, per interpoſitionem ſyllabæ. Cicer. 7. *Verr.* Huccine tandem omnia reciderunt.

**Hŭi**, interjectio eſt admirantis, inquit Don. ἆαοὶ, ὦ. *Gall. Hui, oh.* Terent. *in Heaut.* Hui, tam graveis hos quæſo. M. Sic meritum eſt meum. Cic. *ad Attic.* Hui, tonièſne me literas dediſſe Romam, quum ad te nullas darem? ¶ Hui, hem, & cæteris ejuſmodi urimur adverſus eos, quibus iraſcimur, interprete Donato. Terent. *in Eunuch.* Scibis. Principio eam eſſe dico liberam. THR. Hem. CH. Civem Attecam. THR. Hui. Idem *in Andria.* Juno Lucina ſer opem, ſerva me obſecro. S. Hui tam citò? ridiculum. ¶ Hui, ironiæ quoque ſervit, ut author eſt Diomedes *lib.* 1.

**Hŭĭc**, dativus pronominis Hic. hæc, hoc. *τούτῳ, τούτου.* Qui in carmine ferè unica ſyllaba effertur: ut apud Virg.

*Huic conjux Sichæus erat.*

Quandoque etiam per duas, ſed tariùs. Stat. *lib.* 1. *Theb.*

*Latus huic domino videm dare jura nepotes.*

**Hūjūſce**, genitivus ab hic, hæc, hoc, compoſitus cum ſyllabica adjectione, ce. Cic. 7. *Verr.* Quos tamen fructus hujuſce neceſſitudinis in iſtius imperio tulit.

**Hūjūſmŏdi**, & Hujuſcemodi. Nomina adjectiva omnis generis indeclinabilia, compoſita ex genitivis hujus, vel hujuſce, & modi, à *modus*, idem ſignificant quod Talis. { זה *chazíh. τοῦτο.* Gall. *De cette ſorte, tel.* Ital. *Di queſta guiſa, di queſta maniera.* Germ. Solcherley/derley/dergleichen. Hisp. *Deſta manera.* Angl. *Of this ſorer faſhion.* } Plaut. *in Bacch.* Homo adoleſcentulus penetrem hujuſmodi in palæſtram, ubi damnis deſudaſcitur? Idem *Capt. ſc.* 4. *a.* 5. Hujuſmodi paucas poëtæ referunt comœdias. Idem *Pſeud. ſc.* 2. *a.* 3. Cùm haſce herbas hujuſmodi in alvum gerunt. Terent. *in Heaut.* Hujuſmodi obſecro, aliquid reperi. *Ibidem*, Hujuſmodi mihi res ſemper comminiſcere, ubi me excarnifices. Cic. 3. *de legib.* Nec mirer, ſed mœreo caſum hujuſmodi.

**Hŭlcŭs**: vide *Ulcus.*

**Hŭlŭla**: vide *Ulula.*

**Hŭlŭlo**: vide *Ululo.*

Hūmānŭs, a, um, denominativum est ab homine deductum: Benignus, mitis, lenis, facilis, affabilis, blandus. { עדין *hanún*. Gall. *Humain, d'homme doux, courtois.* Ital. *Humano, benigno.* Germ. Menschlich. Hisp. *Cosa humana y benigna.* Angl. *Courteu, gentlie, benigne gracious, courteous, pertaining to men.* } Sicut à fera ferinus. Cicer. 4. *Verr.* Quod est aliud in illa provincia genus humanum? Plin. *lib.* 11. *cap.* 49. Sunt iis etiam humano calculo remedia præcipua: id est, calculo qui in homine generatur. Cic. *pro Rosc. Amer.* Portentum atque monstrum crudelissimum est, esse aliquem humana specie & figura, qui tantùm immanitate bestias vicerit, ut propter quos hanc suavissimam lucem aspexerit, eos indignissimè luce privarit, quum etiam feras inter se partus atque educatio, & natura ipsa conciliet, &c. Ter. *in Andr.* Hæc ego putabam esse omnia humani mansuetique animi officia. Quintilianus, Datus tandem rebus humanis (sup. perfectus orator.) Senec. *cap.* 13. *de tranquill.* Generis humani odium. Velleius: Vir bonus in quantum humana simplicitas intelligi potest. Item, Neque divini, neque humani quicquam credas. Humanæ dapes, i. stercus, aut profluvies hominis, ut humanus potus, i. lotium. Plin. Cæteri authores consensu humanas dapes ad hoc in primis advocant, alii ex iis præferunt humanos potus. ¶ Accipitur etiam interdum *humanus* pro eo quod ab hominis natura non abhorret. Terent. *in Adelph.* Nam hoc quidem ferendum aliquo modo est, persuasit nox, amor, vinum, adolescentia: humanum est. Ubi Donatus. Nihil tandem ex ea sumptum consuetudine est, quod non humanum. Et hoc dicere solemus, ubi peccatum quidem non negamus, sed tolerabile esse dicimus.

Hūmānĭtās, atis, propriè naturam humanam significat. { ענוה *hanavâh*. Gall. *Humanité, courtoisie.* Ital. *Humanità.* Germ. Menschheit. Hisp. *Humanidad.* Angl. *Humanitie, courtoisie.* } Cic. *pro Rosc. Amer.* Magna est vis humanitatis, communio sanguinis, natura ipsa. Idem *pro Sylla*, Peteretem veniam errato meo ex intimis vestris cogitationibus, & ex humanitate communi. ¶ Et quoniam eruditio, & bonarum artium disciplinæ soli homini sunt propriæ, factum est, ut humanitas accipiatur pro eruditione, & bonarum litterarum scientia, quam Græci vocant παιδείαν. { Angl. *Learning, literall knowledge.*} ut apertissimè ostendit Gell. *lib.* 13. *cap.* 16. adducens locum Varronis ex *lib.* 1. *rerum humanarum*, qui sic habet: Praxiteles propter artificium nemini est paululum humaniori ignotus. Cic. *in Verr.* Tu sine ulla arte, sine humanitate, sine ingenio, sine litteris solus judicas? Idem *de Orat.* Homo non hebes, neque inexercitatus, neque communium litterarum & politioris humanitatis expers. ¶ Præterea quis homo inter omnia animalia maximè mitis est, ideirco humanus pro facili & miti ponitur, & humanitas pro facilitate, lenitate, comitate, mansuetudine, clementia, benevolentiáque, quam Græci φιλανθρωπίαν vocant, quasi amorem in homines. Cic. *lib.* 1. *Offic.* Non modò id virtutis non est, sed est potiùs immanitatis omnem humanitatem repellentis. ¶ Humanitatem dare, est cibos & alimoniam præbere in carcere constitutis.

Hūmānè, adverbium: Humano affectu, hoc est, benignè, mansuetè, comiter, leniter. { φιλανθρωπικῶς. Gall. *Humainement, comme un homme doit faire, courtoisement.* Ital. *Benignamente, humanamente, cortesamente.* Germ. Menschlich. Hisp. *Humana, y benignamente.* Angl. *Freindly, courteously, gently.* } Terent. *in Adelph.* Nam ita est homo, Cùm placo adversos sedulò, & detorreo. Tamen vix humanè patitur. Cicer. *Att. lib.* 15. Ille quòd Puteolos prosequitur, humanè: quòd quæritur, injustè. Humanè ferre morbum. Cicer. 2. *Tusc.*

Hūmānĭtĕr, adverbium, benignè, mansuetè, æquo animo. { φιλανθρώπως. Gall. *Humainement, avec douceur & courtoisie.* Ital. *Con humanità, come ad huomo si conviene.* Germ. Menschlich, dultiglich. Hisp. *Humana, y benignamente.* Angl. *Gently, with humanitie.* } Cic. *ad Marium lib.* 7. *Epist.* Propter molestissimas occupationes meas, quibus si me relaxaro, docebo profectò quid sit humaniter vivere. Idem *ad Attic. lib.* 1. Sin aliter acciderit, humaniter feremus, id est, æquo animo, ut hominem decet, mille fortunæ telis expositum.

Hūmānĭtŭs, adverbium: More humano. { ἀνθρωπίνως. Gall. *Comme il advient aux hommes, à la façon des hommes.* Ital. *Come deve far l'huomo.* Germ. Menschlicher weiß nach. Hisp. *Humanamente.* Angl. *After the fashion of men, as it happeth unto men.* } Plin. *lib.* 10. *cap* 63. Ubi autem (ut dictum est) humanitus strati, id est, ut solent homines. Cic. 1. *Philipp.* Si quid mihi humanitus accidisset, id est, si forte esset mortuus.

¶ Humano, as: Latini Ecclesiastici scriptores imitati Græcos, Dominum σαρκοποιεῖσθαι, dicunt *humanatum*, id est, humanâ carne indutum, hominem factum esse.

Humanatio σαρκόωσις, est incarnatio.

Hūmātio, Humatus: vide *Humus.*

Hŭmĕo, es, ui: Madidus sum. { רטב *ratáb. verbum.* Gall. *Estre, ou devenir moite, ou humide.* Ital. *Esser humido.* Germ. Naß oder feucht sein. Hisp. *Humedecerse.* Angl. *To be moyst or wete.* } Nicandro ὑγέω ὕω. Ovid. 10. *Metam.*

*Dat gemitus arbor, lachrymisque cadentibus humet.*

Col. *lib.* 3. *cap.* 11. Verùm est in opere difficilior, quod neque humentem fodere possis, quòd sit glutinosissima: nec nimium siccam, quia ultra modum prædura.

Hūmĕsco, is: Humectus fio. { רטב *ratáb*, ὑγρὸν γίνομαι, ὑγρὸς γίνομαι. Gall. *Devenir moite, ou humide.* Ital. *Divenir humido.* Germ. Naß oder feucht werden. Hisp. *Humedecerse.* Angl. *To waxe moyst or wett.* } Virg. *in Georg.*

——— *humescunt spumis, flatúsque sequuntur.*

Plin. *in Paneg.* Vidimus humectantes oculos tuos, demissumque gaudio vultum, tantumque sanguinis in ore, quantum in alieno pudoris.

Hūmĕcto, as: Humidum reddo, irrigo. { שטף *schatáph*, רטב *ratáb*, הרטיב *hirtáb*, διύω, βρέχω. Gall. *Humecter, mouiller.* Ital. *Bagnare, far humido.* Germ. Naß oder feucht machen. Hisp. *Mojar, humedecer.* Angl. *To mak moyst or wett.* } Virg. *lib.* 4. *Georg.*

*Qua niger humectat flaventia culta paloso.*

Col. *lib.* 7 *cap.* 3. Agous, quam est editus, erigi debet, atque uberibus admoveri: tum ejus deductum os pectus humectant papillis, ut condiscat maternum trahere alimentum.

Humectatus, a, um. Gell. *cap.* 11. *lib.* 17. Eóque (pulmone) satis humectato, dimanare per eum, &c.

Hūmĕctŭs, a, um, adjectivum, humidus. { רטוב *ratób*, רטיב *ratáb*. ὑγρός. Gall. *Mouillé, remeiti, rolent, humide.* Ital. *Humidito, humido.* Germ. Naß gemacht, befeuchtet. Hisp. *Cosa humeda.* Angl. *Moyst or wett, dankt.* } ut, Humectus locus. Varr. 1. *de re rust. cap.* 24. Si locus humectus sit, ibi cacumina populorum serunda, & arundinetum.

Hūmĭdŭs, a, um, ab ὗω, aliis ab *udus.* Quod humorem inducit, vel quod humorem habet. { רטוב *ratób*, רטיב *ratáb*. ὑγρός, ὑγρόν. Gall. *Humide.* Ital. *Humido.* Germ. Naß, feucht, oder das feucht macht. Hisp. *Humedo.* Angl. *Moyst wett, dankt.* } Virg. 2. *Æneid.*

——— *Et jam nox humida cœlo*
*Præcipitat, suadentque cadentia sydera somnos.*

Cic. *in Verr.* 5. Ignem ex lignis viridibus atque humidis in loco angusto fieri jussit. Ovid. *Eleg* 1. *lib.* 4. *Trist.*

*Humidáque est fletu littera facta meo.*

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 3.

*Deque tuo lacrymis humida verba dato.*

Gell. *cap.* 13. *lib.* 11 Humidis verbis & lapsantibus defluere. Et Plaut. *Most. sc.* 2. *a.* 1. Ita hæc signa humidè puterent (aliàs *humida.*) ¶ Humidum, Substantivum, ut Humidum paludis. Tacit. *lib.* 1. præmisso Cecinna, ut occulta saltuum scrutarentur, pontesque, & aggeres humido paludum, & fallacibus campis imponeret.

Hūmĭdŭlŭs, diminutivum, ut Linum humidulum, apud Ovid. 3. *de arte amandi,*

*Fallet & humiduli quæ fiet acumine limi.*

{ ὑγρόν, ὑγρὸς. Gall. *Un peu humide.* Ital. *Alquanto humido.* Germ. Naßlächtig. Hisp. *Cosa humeda un poco.* Angl. *Somewhat moyst, or dankt.* }

Hūmĭfĕr, a, um: Humefactus, humorem afferens. { רטוב *ratób*, רטיב *ratáb*. ὑγροποιός. Gall. *Ramoitissant, humide.* Ital. *Che da humore & bagna.* Germ. Das feucht und naß macht. Hisp. *Cosa humeda, ò que hace humedo.* Angl. *That bringeth wettnesse or dankenesse.* } Cic. 1. *de divin.*

*Naribus humiferum ducebre ex ædre succum.*

Hūmĭgĕrŭs: Humore perfusus. { רטוב *ratób*, רטיב *ratáb*, βεβρεγμένος. Gall. *Baigné, mouillé.* Ital. *Bagnato.* Germ. Besfeuchtiget. Hisp. *Mojado.* Angl. *Moysted, made wett.* } Apul. *lib.* 1. *flor.* Vel enim colliculus sepimine consecratus, vel truncus dolamine effigiatus, vel cæspes libamine humigatus, vel lapis anguine delibutus.

Hŭmĕrŭs, i: Est pars illa corporis, à qua dependent brachia, quæ alio nomine vocatur armus, authore Festo, quòd ab ea parte arma dependeant. { שכם *schechém*, כתף *chathéph*. ὦμος. Gall. *L'épaule.* Ital. *Humero, spalla.* Germ. Schulter oder achßlein. Hisp. *El embro.* Angl. *The sheulder.* } Terent. *in Eunuch.* quas matres studens demissis humeris esse. Cic. *in Verr.* Ab humero pendebant sagittæ. Virg. 2. *Æneid.*

*Hæ furens, lato humeros, subjectaque collo*
*Veste super, fulvique insternor pelle leonis.*

Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Mihi humerus est asser. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. Vorte hac humerum (ut te onerem.) Idem *Men. sc.* 1. *a.* 5. Eripe hinc oculum ab humero qui tenet. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

*Inque tuis humeris jam leve fertur onus.*

Idem *Eleg. ult. lib.* 4.

*Induiturque humeros cum lato purpura clavo.*

Idem 13. *Metam.*

*His humeris, his, inquam, humeris, ego corpus Achillis*
*Tali.*

Suet. *in Aug. cap.* 10. Humeris subire aquilam. ¶ Humeri etiam de bobus dicuntur. Cic. 2. *de nat. Deor.* Quid de bobus loquar? quorum ipsa terra vires humerorum, & latitudines ad aratra exstabenda, &c. ¶ Dicuntur etiam humeri in avibus partes illæ, à quibus dependent alæ. Col. *lib.* 8. *cap.* 2. de gallinaceis, Jubæ deinde variæ, vel ex auro flavæ, per colla cervicesque in humeros diffusæ. ¶ Humeris sustinere ii dicuntur, quorum authoritas, diligentiáque plurimùm valet in conservanda salute cujuspiam. Cic. *pro L. Flacco.* De summa Reip. taceo, quam vos universam hoc judicio, vestris, inquam, humeris, judices, sustinetis.

Hūmĕrōsŭs, qui latos humeros habet. { ὠμοπλάτων. Gall. *Espaulu, qui a hautes épaules.* Ital. *Di alte spalle.* Germ. Das grosse und breyte achßel hatt. Hisp. *Corcovado, que tiene las ombres altos.* Angl. *That hath breade sholders.* } Humerosus locus. Colum. *lib.* 3. *cap.* 10. Itaque custodiemus, ut à prædictis locis, quos humerosos rustici vocant, semina legamus.

Hūmĕrālĕ, is: Humerorum tegumentum, quemadmodum Tibiale, tegumentum tibiarum. { ὠμοπλάτιον. Gall. *Espaulliere.* Ital. *Veste da spalla.* Germ. Ein kleid das man zu bedeckung der achßeln anzeucht. Hisp. *Cierta vestidura del ombro.* Angl. *Any thing to where on the sholders.* } Paul. Nam si tibiale, vel humerale miles alienavit, castigari verberibus debet.

Hūmĭfĭco, Humidus: vide *Humeo.*

Hūmĭlis, e: Depressus, non altus, & à terra sublatus. { שפל *schaphál*, עני ταπεινός. χθαμαλός, πενιχρός. Gall. *Humble, humilié, rabbaissé, bas.* Ital. *Humile.* Germ. Nider, niderträchtig. Hisp. *Cosa baxa ò abatida, ò humilde.* Angl. *Lowe, simple, effowe conditions.* } Cic. *in Tusc.* Vites, & ea quæ sunt humiliora, neque se tollere à terra altiùs possunt. Colum. *lib.* 4. *cap.* 1. Humili statu vitis plerunque juxta terram coërcetur. Virg. 2. *Eclog.*

*Atque humiles habitare casas.*

Idem 4. *Eclog.*

*Non omnes arbusta juvant, humilesque myricæ.*

Velleius, Speciosis invidebat, parebat humillimis Sex. Pompeius. ¶ Accipitur etiam humilis pro contempto, abjecto, demisso, quod & Græci

Græci τυφλὸν dicunt. {ANGL. *verse, vile.*} Cic. 3. *de finib.* Qui altiore animo sunt, nihil abjectum, nihil humile cogitant. Idem *de Amic.* Nihil enim altum, nihil magnificum ac divinum suscipere possunt, qui suas omnes cogitationes abjecerunt in rem tam humilem atque contemptam. Idem *ad Attic. lib.* 7. Dicam idem quod Pompeius, nequid faciam humili animo.

**Hūmilitās**, atis. ✠ Altitudo. { שפל *shéphel*, עניי *hanavâh*, τὸ ταπεινὸν, ταπείνωσις. GALL. *Bassesse, basse estat, petitesse.* ITAL. *Bassezza, humiltà* GERM. Nidertrechtigkeit. Item, demut. HISP. *Baxeza, ò humildad.* ANGL. *Humilitie, basenesse of condition, lowlinesse.* } Cic. 5. *Tusc.* Sydera inter se altitudine & humilitate distantia. Idem 2. *de divin.* Docet enim ratio Mathematicorum, quanta humilitate Luna feratur, terram propè contingens. ¶ Humilitas ponitur etiam pro obscuritate, tenuitate, & ignobilitate. Cic. 1. *Offic.* Quorum autem prima ætas propter humilitatem & obscuritatem in hominum ignoratione versatur. Idem 13. *Philipp.* Is autem humilitatem despicere audet cujusquam, qui ex eadem tulerit liberos. ¶ Humilitas cùm opponitur superbiæ, ταπεινοφροσύνη, definitur à Speusippo, quod sit facilitas animi omnis expers iracundiæ. Verùm in hac significatione ubertatiùs Modestiæ vocabulo utimur.

**Hūmiliter**, adverb. hoc est, demissè, submissè. ✠ Altè, superbè. { ταπεινῶς. GALL. *Petitement, bassement, humilement.* ITAL. *Humilmente, bassamente.* GERM. Nidertrechtiglich. HISP. *Baxa, y humilmente.* ANGL. *Lowly, humbly.* } Plin. *in Epist.* Eadem enim facta claritate, vel obscuritate facientium, aut attollunt altissimè, aut humillimè deprimuntur. Liv. 4. *bell. Pun.* Hæc natura multitudinis est, aut servit humiliter, aut superbè dominatur.

**Hūmilio**, as: Humilem facio, & quasi abjectum ac vilem reddo. { משפיל *hischpil.* ταπεινῶ. GALL. *Abaisser, humilier.* ITAL. *Far humile, humiliare.* GERM. Erniderm, nidertrechtig, schlecht und unachtsam machen. HISP. *Abaxar, abatir, ò humiliar.* ANGL. *To make humble, or lowe.* } ut est illud, Humiliavit seipsum, formam servi accipiens. Frequens est hujus verbi usus in sacris litteris: alioqui apud probatos linguæ Latinæ scriptores vix invenies, in hac præsertim significatione. Legitur tamen Humiliatus, part. pro eo quod est depressus, & humilis effectus, ita ut à terra parum attollatur. Cic. 3. *de nat. deor.* Alia animalia humiliata, ut cibum terrestrem facilè rostris contingant: alia altiora sunt, &c.

**Hūmo**: vide *Humus*.

**Hūmŏr**, is: Aqua, liquor, ab *humus* fit, quia æquæ terris inclusæ sunt. { לח *teâch*, לשד *leschâdh*, ὑγρὸν. GALL. *Humeur.* ITAL. *Humore, liquore.* GERM. Feuchte, feuchtigkeit. HISP. *Humor.* ANGL. *Moysture, licour.* } Cic. *de divin.* Et humor allapsus extrinsecus, ut in tectoriis videmus, Austro potest sudorem imitari. Idem 2. *de natura deor. de astris loquens*, Et terrenis maximèque humoribus longo intervallo extenuatis alantur. *Ibidem*, Humor, & calor, qui est infusus in corpore. Virg. 1. *Georg.*

*Hic flevilem exiguus ne defleat humor ocellum.*

Humor pro potione vini aquosi. Virg. 1. *Georg.*

*Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem.*

Sic *alibi* humida vina vocavit tenuia, quæque plurimùm aquosæ substantiæ haberent admistum.

**Humificus**, Adjectivum. Idem quod humectans, humidum faciens. Plin. *lib.* 2. *cap.* 101. Glaciem refundat, cunctaque humifico spiritu laxet. De Luna.

**Hŭmŭs**, i, fœm. gen. Terra ab ὑγρὸς, υ in u mutata. Scaliger. { אדמה *adhamáh*, ארץ *erèts.* γῆ, χθών. GALL. *La terre.* ITAL. *Terra.* GERM. Die erd, das erdreich. HISP. *Tierra.* ANGL. *The moyst earth, the ground.* } Cic. *de senect.* Humus subacta atque pura. Idem 2. *de legib.* Quos humus injecta contegit. Virg. 1. *Georg.*

*Nectum & lini segetem, & cereale papaver.*
*Tempus humo tegere, & jamdudum incumbere aratris.*

Idem 1. *Georg.*

*At quæ pinguis humus, dulcique uligine læta.*

Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.*

*Tutáque nascenti corpus haberet humus.*

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.*

——— ——— Cùm
*Vester ab insuetâ cernitur exstet humo.*

Idem. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

*Alter humum de qua fingantur pocula, &c.*

Idem 13. *Metam.*

——— *Nec me tulisse tumérque*
*Tardarunt quin corpus humo sublime referrem.*

¶ Humi, vice adverbii ponitur. { ἐπὶ γῆς, κατὰ γῆς, χαμαί, χαμόθεν. GAL. *A terre, sur la terre, en bas.* ITAL. *In terra.* GERM. Auff der erden, auff dem boden. HISP. *In tierra, baxamente.* ANGL. *On the ground, a lowe.* } Plin. *lib.* 9. *cap.* 13. Humi quoque vice pedum serpunt. Colum. *lib.* 9. *cap.* 14. Iucunt autem non ut ptiotes aves, de quibus diximus, insistentes humi. Ovid. 5. *Metam.*

*Sternit humi juvenem.*

Virg. 1. *Æneid.*

*Nec primus abstitit quàm septem ingentia victor*
*Corpora fundat humi.*

¶ Humi haurire, μάτην κοπιᾶν. De inaniter laborante. Nihil est enim quod è solo haurias: hoc est, ab imo putei fundo, si is siccus sit. Apparet dici posse, quoties exhausta copia non multum supersit quod haurias. Zenodotus. ¶ Humi serpit oratio, quæ pressior humiliórque est quàm oportet, semper quasi jacens, nunquam assurgens. Horat.

**Humu.** Varro apud Non. *in Humu*, In pavimento non audes facere lacunam: at in humu calceos facis elixos.

‖ Humicŭbæ, sacerdotes humi cubantes ad Deorum responsa accipienda. Cerda.

**Humipes**, sponia dicta, quòd thedâ non veheretur. Poll.

**Humipeta**, humum petens. Bud. ‖

**Hūmo**, as: Humo contego, sepelio, terra condo, terra obruo. { קבר *kabár.* θάπτω. GALL. *Enterrer*, ITAL. *Seppellire, sopire di terra.*

GERM. Mit erden bedecken. HISP. *Enterrar los cuerpos.* ANGL. *To interre, to burie, to hide.* } Cic. *lib.* 1. *Tusc.* Magnum est mos, non humare corpora suorum, nisi à feris sint antè lanista. *Ibidem.* In terram enim cadentibus corporibus, hisque humo tectis (ex quo dictum est humari) sub terram censebant reliquam vitam agi mortuorum. Plin. *lib.* 7. *cap.* 54. Sepulcra intelliguntur quoquo modo condita: humatus verò humo contectus. Gell. *lib* 7 *cap.* 8. *de delphino*, In sui pueri sepulchro humatus est. ¶ Hujus compositum est inhumo, de quo suo loco.

**Hūmātio**: Sepultura. { קבורה *keburáh.* ταφὴ, ἐνταφιασμός. GALL. *Enterrement, ensevelissement.* ITAL. *Esso seppellire.* GERM. Begrebnuß bestattung zu der erden HISP. *Enterramiento.* ANGL. *A burying or interring.* } Cic. 1. *Tusc.* Cujus hoc dicto admoneor, ut aliquid etiam de humatione & sepultura dicendum existimem.

**Humator**, aliud verbale. Lucan. *lib.* 7.

——— *non illum Pœnus humator*
*Consulis*, &c.

‖ Hungaria, *Ungern, Hungrie*, provincia titulo regio data, quam Danubius medium interfluit. ‖

**Hūni**, ὖνοι. Populi sunt qui quondam in Scythia Europæa super Mœotim paludem incoluere: deinde mutatis sedibus, ingenti multitudine in Pannoniam irrupêre. Hæc gens temporibus Valentiniani principis, duce Attila totam penè Europam pervagata, Galliam, Italiámque fœdissimis cladibus affecit: donec Leonis Pontificis precibus victa rursus se recepit in Pannoniam. Quare credibile est, Hunnos eos esse, qui etiam hodie Pannoniam incolunt, pauris immutatis litteris, Ungari vocati. De his Hieronymus *ad Oceanum*: Ab ultima Mœotide inter glacialem Tanaim, & Maliagetarum immanes populos, ubi Caucasi rupibus feras gentes Alexandri claustra cohibent, erupisse Hunnorum examina, quæ permixtos equis huc illuc que volitantia, cædis pariter ac terroris cuncta compleverunt. ‖ Huso, nomen piscis ἀναπὸ, in Danubio, i. e. qui spinas non habet. Vide Casaub. *lib.* 7. *in Ath. cap.* 13. ‖

H Y

**Hyăcinthŏs**: ὑάκινθος. Suidæ. { GALL. *Vaciet, ou oignon de chien, hyacinthe* ITAL. *Iacinto, cipola canina.* GERM. Ein blaw martzenblum, molbeum HISP. *Iacinthe, flor.* ANGL. *A iacinct precious stone.* } Est genus violæ vernæ, colore obscuræ purpuræ, quam à Romanis vaccinium appellari author est Dioscorides. Galli, teste Ruellio *lib.* 3. *cap.* 4. servato Latini nominis vestigio, vocant *vacietam*: herbam autem, cæpam agrestem. Hoc violæ genus venis quibusdam nigris est distinctum, ita discurrentibus lineis, ut duarum Græcarum litterarum α. &. ι. figuram referant: quæ res Poëtis dapsilis fabulæ occasionem præbuit. Nam & hyacinthum puerum dilectum ab Apolline, quem imprudens disci jactu interfecit, in hunc florem mutatum tradunt, interjectionemque dolentis αι, quæ ex duabus illis litteris conficitur, veluti testimonium doloris, quem Apollo ex ejus morte conceperat, habere inscriptam. Præterea Aiacem in eundem florem conversum aiunt, dum impatientia prælatt sibi Ulyssis seipsum interemit: duásque primas ejus nominis litteras in hoc flore manifesto impressas. Ovidius utramque fabulam complexus est *lib.* 13. *Metam.*

——— *rubefactaque sanguine tellus*
*Purpureum viridi genuit de cespite florem,*
*Qui prius Œbalio fuerat de vulnere natus,*
*Littera communis mediis puerôque virôque*
*Inscripta est foliis, hæc nominis, illa querela.*

Vide Martial. *Epigr.* 173. *lib.* 14. ¶ Est etiam Hyacinthus gemmæ nomen, colorem habens amethysto gemmæ non absimilem, sed tamen dilutiorem. Vide Plin. *lib.* 34. *cap.* 9. ‖ ¶ Hyacinthus non scriptus, ea herba, quæ (ut Dioscor. *lib.* 4. 58. describit) habet folia bulbi, dodrantalem caulem, lævem (λεῖος) minimo digito tenuiorem, herbacei coloris, comam procumbentem florum purpureorum plenam (ὁμοῖα ἀνεθῷ ἄνευ πάνυ ὑπερφυοῦς), radicem quoque bulbaceam. Sed quid est, in divinis litteris sæpe conjungantur hyacinthus & purpura? Est pannus hyacinthino colore tinctus, qualis est hiacinthi floris. ‖

**Hyăcinthĭa**, orum, ἀνάθημα, substantivum (ut author est Hieronymus contra Iovinianum) dicebantur quædam sacra nocturna à Lacedæmonis reperta in honorem Hyacinthi pueri, ab Apolline disci jacto interfecti. Vide Plutarch. *in Agid.* Ovid. *lib.* 10. *Metam.*

*Nec genuisse pudet Spartæ Hyacinthon, honôrque*
*Durat in hoc avi: celebrandáque more priorum,*
*Annua prælata vehuntur Hyacinthia pompa.*

**Hyăcinthĭnus**, a, um. { תכלת *techêlath.* ὑακίνθινος. GALL. *De couleur de vaciet, de couleur de pourpre.* ITAL. *Del color di iacinto.* GERM. Violbraun, gefarbt als ein Hyacinth. HISP. *Cosa de color de aquilea violeta, ò de iacinto.* ANGL. *Of the colour of purple.* } Quod habet colorem hyacinthi. Persius *Satyr.* 1.

*Hic aliquis cui circum humeros hyacinthina læna est.*

Flos hyacinthinus. Catullus *in Epithalamio Iulia.*

**Hyacinthizontes**, ὑακινθίζοντες, dicti sunt smaragdi quidam ad hyacinthi colorem accedentes: quorum meminit Plin. *lib.* 37. *cap.* 5.

**Hyădes**. { כימה *chimáh.* ὑάδες Suidæ, stellæ septem in capite Tauri, quæ quoties nascuntur, vel occidunt, pluvias creant. ἀπὸ τοῦ ὕειν. {Das tägelich fürgehet im topff des himels.} Ovid. *lib.* 5. *Fast.*

*At simul induxit obscura crepuscula noctem,*
*Pars Hyadum toto de grege nulla latet:*
*Ora micant Tauri septem radiantia flammis,*
*Navita quas Hyadas Graius ab imbre vocat.*

Idem *Eleg.* 10. *lib.* 1. *Trist.*

*Aut hyades sævit hausurus Auster aquis.*

Item,

*Pleiadésque Hyadésque immunémque aquarii Arcton.*

Fabulantur Poëtæ Hyades Bacchi nutrices fuisse, quæ & Dodonides nymphæ vocatæ sunt, à Dodona civitate Epiri: quæ quum Junonis iram vererentur, fugerentque Lycurgi regis sævitiam, à Jove in cœlum translatæ sunt. Alii tradunt Atlantem ex Æthra uxore Hyantem filium suscepisse, septémque puellas, quarum hæc suos

nomina, Ambrosia, Eudora, Pasithoë, Coronis, Plexaure, Pytho, & Tyche: quæ cùm fratrem à leone devoratum implacabili luctu prosequerentur, dolorisque magnitudine extabescerent, Jovis miseratione in septem stellas sunt conversæ, & ut perpetuum maneret tantæ pietatis testimonium, fratris nomine Hyades sunt appellatæ. Hæ à Latinis vocantur Suculæ, ignorantiâ Græcæ linguæ, ut Tiro Ciceronis libertus putavit. Nam quum scirent priscî illi linguæ Latinæ authores ὗες à Græcis dici, quas vocamus sues, putaverunt etiam ὑάδας Latinè posse verti Suculas: tanquam Hyades ἀπὸ τῆς ὑός, hoc est, à Suibus, ac non potiùs ἀπὸ τοῦ ὕειν, hoc est, à pluendo dicerentur. Sed de Tironis judicio vide Gell. *lib.* 13. *cap.* 9. Non absurdum tamen videtur, ideirco Suculas à Latinis vocatas esse, quòd propter maximas quas afferunt pluvias, luto gaudere videantur, quemadmodum sues.

Hyæ, ὑαὶ, urbs Locrorum Ozolarum, apud Thucydidem *lib.* 3.

Hyæna, ὕαινα, cum diphthongo, & penultima prod. Animal ferum, & crudele, quod sermonem humanum assimilat, pastorúmque nomina addiscit, ut eos foras evocatos dilaniet. Plin. *lib.* 8. *cap.* 30. Hyænis utramque esse naturam, & alternis annis mares, alternis fœminas fieri; patere sine mare vulgus credit: Aristoteles negat, &c. Et *paulò post*, Multa præterea mira traduntur; sed maximè, sermonem humanum inter pastorum stabula assimilare, nomenque alicujus addiscere, quem evocatum foras laceret. Item vomitionem hominis imitari, ad solicitandos canes, quos invadat. Hyænæ etiam meminit Ovid. *lib.* 15. *Metam.*

——— *& quæ modò femina tergo*
*Passa marem, nunc esse marem miramur hyænam.*

‖ Hyænia, gemma ex oculis hyænæ. Plin. *lib.* 30. *cap.* 31. ‖

Hyalus: Vitrum. {ὑαλος. Angl. *Of the colour of glasse.*} Unde color hyali, dicitur color viridis, qualis est color vitri. Virg. 4. *Georg.*

——— *Milesia vellera nympha*
*Carpebant hyali saturo fucata colore.*

¶ Inde fit Hyalinus, ὑάλινος, pro vitreo: & Hyalurgus, ὑαλουργὸς, pro vitriario. ¶ Est item *Hyalus* Asiæ fluvius, in Tmolo monte nascens, & non procul ab Hermi ostio in mare Ægæum influens. Vide Strab. *lib.* 12.

‖ Hyalotheca, ὑαλοθήκη, locus ubi vitreum instrumentum reconditur.

Hyalurgus, ὑαλουργὸς, vitriarius, ὑαλουργεῖον, vitriarium, officina. ‖

Hyamëa, ὑάμεια. Messeniaci agri oppidum, unum ex quinque, ut inquit Steph. Gentile est Hyamita, ὑαμίτης. Teste eodem Steph.

Hyamion, ὑάμιον, Troadis oppidum, à quo sit gentile Hyamios, ὑάμιος. Stephan.

Hyampŏlis, ὑάμπολις. Phocidis oppidum ad Parnassum montem, cujus meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 7. & Strab. *lib.* 9. {Ein stat in Phocide am berg Parnasso.} Est & Hyampolis altera in Bœotia, non procul ab Orchomeno: cujus meminit Ptol. *lib.* 4. *cap.* 25.

Hyantes, ὕαντες. Ab antiquis appellabantur Græciæ populi, postea Bœoti appellati. {Die wölcker in Bœotia.} teste Plin. *lib.* 4. *c.* 7. quod nomen ab Hyante rege traxisse putantur, ut non obscurè innuit Strab. *lib.* 7. ¶ Hinc deducitur adjectivum Hyantius, a, um, idem significans quod Bœotius: unde Actæonem Cadmi nepotem Hyantium cognominat Ovid. 3. *Metam.*

*Quum juvenis placido per devia lustra vagantes*
*Participes operum compellat Hyantius ore.*

Hyapea, ὑάπεια, urbs Phocidis, ab Hyapo: civis Hyapeus.

‖ Hyas, adis, ὕας, ἄδος: signum in fronte tauri, quod ortu suo pluvias efficit, unde stellæ hyades dicuntur, ἀπὸ τοῦ ὑειν, quas Latini suculas appellarunt. Vet. Dict. Quælibet stella illius signi potest dici hyas. ‖

Hyas, antis, ὕας. Atlantis filius ex Æthra uxore, qui cùm adhuc puer venationibus sese exerceret, à leone devoratus est. Hunc fuerunt sorores septem à patris nomine Atlantides dictæ, quæ cum fratris desiderio extabescerent, deorum miseratione in septem stellas conversæ sunt: quarum pietas ne ullo temporis intervallo oblivione obliteraretur, à fratris nomine Hyades appellatæ sunt. Vide Ovid. *lib.* 5. *Fast.* ¶ Fuit & Hyas Bœotiæ rex, à quo Bœoti aliquando Hyantes fuerunt nominati. Author Strab. *lib.* 7.

Hyasis, ὕασις, urbs Libyæ, quæ & Oasis: unde Hyasites, vel Oasites. Steph. Vide *Oasis.*

Hyba, vel Hybadæ, ὕβα, ὑβάδαι. Vicus in tribu Leontide. Steph.

Hybăndă, ὑβάνδα, olim insula fuit Ioniæ, postea matris secessu continenti annexa. Author Plin. *lib.* 2. *cap.* 89.

Hyberes, Hybetæ, & Hyberni, quæ hic ut perperam scripta, sic alieno loco inserta erant. Vide *Iberes, Iberi, & Ibera.*

Hybele, ὑβλαία, urbs juxta Carthaginem. Gentile Hybelites.

Hybĕrnĭă, ὑβερνία, vulgò *Irlandia.* Insula inter Septentrionem & Occidentem solem, dimidio minor quàm Britannia, cui propinqua est. Ab hyberno tempore (ut quidam putant) sic apellata propter hyemis magnitudinem. Hinc

Hybĕrnĭcŭs, a, um: ut, Mare Hybernicum. Claudianus hanc insulam vocavit Hybernem *in* 7. *Paneg.*

*Sæterum cumulos flevit glacialis Hyberne.*

Hybernus, a, um, quod est hyemis, hyemalis, brumalis. {χειμερινὸς. Gall. *D'hyver.* Ital. *Invernale, d'inverno.* Germ. Winterlich/das deß winters ist. Hisp. *Cosa de invierno.* Angl. *Of winter.*} ut, Hyberna glacies: quod nomen ab Hyeme deduci, aspiratio indicio est. Plin. *lib.* 8. *cap.* 47. Multi hybernos agnos præferunt vernis. Soles hyberni. Virg. 2. *Georg.*

*Qui tantùm Oceano properent se tingere soles*
*Hyberni: vel qua tardis mora noctibus obstet.*

Suet. *in Calig cap.* 8. Apud hybernas legiones. Idem August. *cap.* 21. Solis pariens ne hyberni quidem. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Credo te ebibere potesse quamor fructus massici montis in uba hora. P. S. Hyberna addito. Tibull. *lib.* 4.

*Seu color (Sol) hybernus properat decurrere lucus,*

Item,

*Adversis hyberna licèt tumeant freta ventis.*

Hybĕrnă, orum, numero plurali, dicuntur loca in quibus milites hyeme, sicut Æstiva, in quibus æstivo tempore commorarentur, χειμάδια. Gall. *Le lieu où on se retire l'hyver.* Ital. *Luoghi da hyverno, quartieri d'hyver.* Germ. Winterlägen. Hisp. *Lugar para invernar.* Angl. *Wintering places for souldiers.*} Cæsar, Post hæc legionibus in hyberna deductis, in Italiam profectus est. Cic. *ad Catonem.* Exercitum in hybernis dimisit. Cæsar *lib.* 1. *de bell. civ.* Frumenta in hybernis erant. Tacit. *lib.* 1. Frumentum quod ex hybernis extulerat.

Hybĕrnĭcŭlă, orum: Castra hyberna. {τὰ χειμάδια χώρια. Gall. *Le lieu où on se retire l'hyver.* Ital. *Luoghi da invernare.* Germ. Dieter an denen man im winter ist vnd zu rechnen/als in den stubẽ. Hisp. *Lugar para invernar.* Angl. *Wintering places for souldiers.*} Liv. *lib.* 5. *ab Vrb.* Hybernacula etiam, tes nova militi Romano ædificari cœpta. Tacit. Cohortes, alæque novis hybernaculis locatæ. Livius *lib.* 10. *dec.* 4.

Hybĕrno, as: Hyemo, hyememago, stationem hyberno tempore in aliquo loco habeo. {חרף *charaph.* διαχειμάζω. Gall. *Hyverner, passer l'hyver en quelque lieu.* Ital. *Invernare.* Germ. Den winter verdrib haben/sich im winter halten. Hisp. *Invernar ò tener el invierno.*} Liv. *lib.* 7. *ab Vrbe,* Quia procul ab domo, ac rebus suis hybernassent. Cic. *pro lege Manilia,* Jam verò quemadmodum milites hybernent, quotidie sermones ac literæ perferuntur. Livius *lib.* 10. *ab Vrb* Hybernatum ducere. ¶ Dicitur etiam de mari & navibus, aliisque rebus, quæ hyeme quiescunt. Pers. *Satyr.* 6.

——— *mihi nunc Ligus ora*
*Intepet, hybernâque meum mare, quà latus ingens*
*Dant scopuli, & multa littus se valle receptat.*

Hyblă, vel Hyble, es, ὕβλα. Civitas Siciliæ, circa quam est thymi & salicum copia, ab Hyblone Rege ita dicta, Megara appellata postea. Hanc Strabo à Dorensibus conditam scripsit. ¶ Fit etiam hujus nominis mons dictæ urbi proximus, thymo abundans: unde apes pastæ mel optimum conficiunt. Mart.

*Quum dederis Siculis medicâ de collibus Hybla,*
*Cecropios dicam tu licet esse favos.*

Hyblæŭs, a, um, ὑβλαῖος: ut, Apes Hyblææ, quæ in Hybla monte pascuntur. Virg. 1. *Eclog.*

*Hyblæis apibus florem depasta salicti.*

Hyblōn, ōnis, ὕβλων. Siciliæ regulus, qui Hyblæ civitati nomen fecit, quæ postea Megara dicta est. Author Stephan.

Hybrĭās, ὑβριάς. Insignis Orator ex Mysiâ Cariæ urbe: cui quum pater nihil præter mulum ligurarium & mulionem reliquisset, illorum opera aliquandiu nutritus, Diotrephi Sophistæ operam dedit: posteáque ad Reipublicæ gubernacula conversus, proximam Euthydamo authoritatem obtinuit: quem quum patriæ quidem suæ tyrannidem exercere, sed tamen multis utilitatibus incommoda pensare videret, ferunt in concione dixisse, Euthydame malum ex civitatis perne cessarium. Nam nec tecum vivere possumus, nec sine te. Hic quum Labienus Parthorum auxiliis instructos, in Asiam irrupisset, adolescentulum quendam jactantem audiret, se Parthicum Imperatorem esse: At ego, inquit, Caricus. Quo ejus dicto irritatus Labienus, impetum in urbem fecit, eáque capta magnificas Hybreæ divitis ædes (nam ipsæ fuga se Rhodum subtraxerat) urbémque ipsam ruinis incendiisque deformavit: verùm quum ille Asiam reliquisset, reversus Hybreas, ædes suas, urbémque reparavit. Ex Strab. *lib.* 14.

Hybris, idos, vel Hybrida, æ: Proprie dicitur fus imparibus progenita parentibus, hoc est, altero fero, & altero domestico: quæ tamen appellatio etiam aliis animalibus convenit, teste Porphyrione, atque adeò ipsis hominibus, imparibus editis parentibus. { Angl. *A mungrell, which is engendred betweene two of diverse kindes.*} Plin. *lib.* 8. *cap.* 53. In nullo genere æquè facilis mistura cum feto: qualiter natos antiqui hybridas vocabant, seu semiferos: ad homines quoque, ut in Co. Antonium Ciceronis in Consulatu collegam, appellatione translata. Appellatio videtur tracta à Græco nomine ὕβρις, quod inter cætera significat adulterii. Videtur enim esse quædam quasi adulteri species, quam aliquod animal cum alterius generis animali habet consuetudinem. Suet. *in Augusto,* Themasinum quendam Epicardum vocat hybridam, quòd natus esset ex patre Parthico, & matre Romana.

Hybris, ὕβρις. Avis ex accipitrum genere, quæ interdiu minùs apparet, quia non clarè videt, sed nocte venatur more aquilæ: cum aquila adeò acriter pugnat, ut sæpiùs ambæ implexæ defecerunt in terram.

‖ Hycca, ὕκκα, piscis.

Hycaron, ὕκαρον τὸ, vel ὕκαρα τὰ. Oppidum Siciliæ, ubi Laïdem meretricem natam aiunt. Gentile, Hycareus: possessivum Hycaricus. Stephan ‖

Hyda, æ, sive Hyde, es, ὕδη. Oppidum Lydiæ, sub Tmolo monte situm, cujus meminit Hom. *in Catalogo.* Sunt qui idem esse putent cum Sardibus. Vide Strab. *lib.* 13.

Hydărĕæ, ὑδάρεαι. Indiæ populi, qui adversùs Liberum patrem pugnarunt. Steph.

Hydărnēs, ὑδάρνης. Fuit nobilis Persa, qui teste Herod. *lib.* 3. cum Dario in Smerdim Magum conjuravit. Vide Strab. *lib.* 11.

Hydāspēs, ὑδάσπης, fluvius Indiæ, qui per Parthos & Medos fluens, in Indiam extenditur, Nysamque urbem alluens, Indo flumini miscetur. {Ein fluß Judiæ.} Alii non in Indum, sed in mare labi tradunt. Lucan. *lib.* 6.

*Quàm rapidus Ganges, qui Nysæam Hydaspes.*

Dictus ab Hydaspe antiquissimo Medorum rege.

Hydĕrōs, ὕδερος. Aqua subter cutem, quam & Hydropen Græci appellant, utroque nomine, ἀπὸ τοῦ ὕδατος, hoc est, ab aqua deducto.

Hydĭsĭs, ὑδισις. Cariæ oppidum, ita dictum ab Hydisso filio Bellerophontis, & Asteriæ filiæ Hydei, teste Steph. Hujus incolæ dicuntur Hydissenses, ὑδισσεῖς, quorum meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 29.

‖ Hydor, ὕδωρ, ὕδατος, est aqua, ab ὕω pluo. Inde oriuntur quædam, quæ ab *hydro,* & (sequente vocali) ab *hydr* incipiunt. ‖

Hydrax, ăcis. {ὕδρα. Angl. *A water adder.*} Serpens in aquis vivens: de quo vide plura in dictione *Hydrus.* ¶ Est & *Hydra* promontorium Æolidis, quod Hermæum; alteri promontorio adversum.

Elaïticum

Blasticum finum efficit. Author Strab. *lib.* 13. ¶ Item Ætoliæ oppidum, quod postea Lysimachiam appellarunt: teste eodem Strab. *lib.* 10. ¶ Est præterea hujus nominis insula juxta Carthaginem, ut ex Ephori sententia tradit Steph.

Hydrägögus, ὑδραγωγός. Qui aquas ducit, aquæ doctor, παρὰ τὸ ἄγειν τὰ ὕδατα. Unde & hydragogiæ dicuntur ipsæ aquarum deductiones.

Hydrärgyrum. { ὑδράργυρος. GALL. *Vif argent, mercure.* ITAL. *Argento vivo, mercurio.* GERM. Quecksilber. HISP. *El azogue.* ANGL. *Quicke syluer.* } Genus est metalli liquidi, argenteum colorem, liquida verò consistentia aquam referens: unde & nomen accepit. Latini argentum vivum appellant: argentum quidem à colore: vivum autem à motu. Aristoteles ἀργυρος χυτὸς, hoc est, fusile, seu liquidum argentum vocat. Hujus duæ sunt species: nativum, sive fossitium: & factitium, quod ex minio excoquitur: quod solum Galeno fuit cognitum. Dioscorides utriusque meminit. Plin. *lib.* 33. *cap.* 5. argentum vivum ab hydrargyro videtur distinguere, quum ait: Æs inaurati argento vivo, aut certè hydrargyro, legitimum erat. Sed ea controversia facilè potest tolli, modo intelligamus Plin. illic, quod nativum, sive fossile esse diximus, argentum vivum: quod ex minio excoquitur, hydrargyrum appellare. Utraque species pestilentem exhalat odorem, aut amque planè cantalem.

Hydramia, ὑδραμία, urbs Cretæ: cives Hydramici. Steph.

Hydraula, æ. Sueton. *in Nerone. cap.* 54. Hydraulam & choraulam præbere. &c.

Hydraŭlos, masc. gen. {ὑδραυλος. ANGL. *A payre of organes.*} Musicum organum, aquæ decursu sonum reddens. Plin. *lib.* 9. *cap.* 1. Delphinus non tantùm hominis amicum animal, verùm musica arte mulcetur, symphoniæ cantu, & præcipuè hydrauli sono.

Hydraŭlĭcus, a, um. { ὑδραυλικὸς. ANGL. *Belonging to organes.*} ut, Hydraulicum organum. Plin. *lib.* 6 *cap.* 37. Laudatur Ctesibius, pneumatica oratione, & hydraulicis organis repertis. Sueton. *in Nerone. cap.* 41.

Hydrea, ὑδρία, insula juxta Troezenem. Gentile, Hydreates. Steph.

Hydrela, ὑδρηλα, in Caria est. Gentile, Hydrelicus. Steph.

Hydrĕlæum, ὑδρέλαιον. Oleum aquæ commistum, humectandi, molliendi & penetrandi vim habens, ut author Gal. *lib.* 3. *simpl.*

Hydrĭa. Urna, vas aquarium. { τὸ *chadh.* ὑδρία. GALL. *Cruche à porter eau.* ITAL. *Vrna d'acqua.* GERM. Ein wasserkrug. HISP. *Tinaja ò vaso para tener agua.* ANGL. *A pitcher or potte for water.* } Cic. 4. *Verr.* Dicebat scyphorum paria complura, hydrias argenteas, pretiosam vestem, strigulam, multa mancipia pretiosa Verri data esse. *Ibidem.* Quum in hydriam sortes conjicerentur.

Hydrŏcēlē. { ὑδροκήλη. ANGL. *A burstling when water falleth in to the coddes.* } Hernia aquosa, quum scilicet aqua in scroto colligitur. Marr. *lib.* 12.

*Quem cuncti modo colei timebant*
*Dicentem tumidam in hydrocelam.*

Inde hydrocelicus, ὑδροκηλικὸς, qui hydrocele laborat. Vide in dictione *Hernia.*

Hydrŏcĕphălŏs, ὑδροκέφαλος. Dolor capitis, nascens ex humore inter cutem & pericranium, aut certè inter hoc & cranium collecto. Vide Celsum *lib.* 4. *cap.* 2.

Hydrŏchŏŏs, ὑδροχόος. Signum cœleste, quod Latinè Aquarium dicimus, παρὰ τὸ χεῖν τὸ ὕδωρ, hoc est, ab aqua fundenda dictus. { Der wassermann. } Nam qui Astrologiam Poëticam scripserunt, putant hunc fuisse Ganymedem Troianum puerum, Jovis jussu ab aquila raptum, & in mensa deorum miscendæ nectari aquæ præpositum.

Hydrŏgătum, garum ex aqua. Lampridius *in Heliogabalo*, Hydrogatum Romanorum ducum primus publicè exhibuit.

‖ Hydrographia, aquæ descriptio. ‖

Hydrŏlăpăthum, ὑδρολάπαθον. Lapathi genus, quod in aqua nascitur. Plinius *lib.* 20. *cap.* 22. Sunt qui hydrolapathon tradunt in aqua natum.

Hydrŏmăntĭa, ὑδρομαντία. Divinatio quæ fit per aquam. August. *lib.* 7. *de Civit.* scribit Numam Pompilium hydromantiam fecisse, ut videret imagines deorum, vel indicationes dæmonum, à quibus audiret quid in sacris constituere atque observare deberet. Quod genus divinationis Varro à Persis dixit illatum, quo & ipsum Numam, & Pythagoram Philosophum fuisse usum commemorat.

Hydrŏmĕli. { ὑδρόμελι. ANGL. *Meade or methegline made of water and honie sodden together.* } Aquæ mulsæ genus, ex imbre purissimo, & melle temperatum, & jam vetustate vini saporem referens. Nam quod recens est, & ad præsentem usum confectum, melicraton potiùs nominatur. Plin. *lib.* 31. *cap.* 6. Hydromeli quoque ex imbre puro cum melle temperabatur quondam, quòd daretur appetentibus vinum ægris. Vide Marcellum Virg. in Dioscor. *lib.* 5. *cap.* 9.

Hydrŏmĕlŏn, ὑδρόμηλον. Liquoris genus ex melimelitis potione unâ, & duabus aquæ confectum, insolatis simul per Canis ortum. Dioscor. *lib.* 5. *cap.* 21.

Hydrŏmphălŏs, ὑδρομφαλος. Torpidi humoris in umbilico collectio.

‖ Hydromyla, ὑδρομύλη, mola quæ vi aquæ totatur.

Hydromystes, qui aquæ lustrali in vestibulo templi præfectus incumbes aspergebat. Beleng. ‖

Hydrophantes, ὑδροφάντης, qui aquarum scaturigines perquirit, sive irrigandis agris, sive potus causa. Hinc Hydrophantia, æ, aquæ inquisitio: quo vocabulo usus est is, qui de re rustica ad Constantinum Cæsarem scripsit. *lib.* 1. *cap.* 5. Alciat. *lib.* 11. παρεργων, *cap.* 4.

Hydrŏphŏbĭa, ὑδροφοβία, quam Latinè interpretari possimus, Aquæ fugam: morbi genus, quum æger supra modum aquam expavescit: quod accidere solet iis, qui à rabido cane fuerunt morsi. Hoc morbi genus attigit Ovid. *de remed. amoris,*

*Tollere nodosam nescit medicina podagram:*
*Nec formidatis auxiliatur aquæ.*

Hinc hydrophobi, ὑδροφόβοι, dicti ægri, qui aquam expavescunt, hoc est, quos canis rabidus momordent. παρὰ τὸ δεδοικέναι τὸ ὕδωρ. Plin. *lib.* 29. *cap.* 5. Est limus salivæ sub lingua rabiosi canis, qui datus in potu, fieri hydrophobos non patitur. ¶ Cornelius Celsus *lib.* 6. *c.* 27. genus morbi esse dicit, in quo simul æger & sitit, & aquæ metu cruciatur. Alii mutata una litera Hygrophobiam vocant, quòd omnem liquorem metuat. Alii Cynodiston, veluti ex rabie canina morbum conceptum. Qui hoc morbo laborant, vocantur à Plin. *lib.* 24. *cap.* 5. Hydrophobi: ab aliis Phovodipsi, quòd cum timore sitiant. Polybius Pheugydros vocat, quòd aquam fugiant. Antelianus Aquifugas. Tertull. *in lib. de Bap.* Lymphatos vocat, quos aquæ necaverunt, aut formidine, vel metu exercuerunt.

‖ Hydrophobus, qui aquam timet.

Hydrophorus, ὑδροφόρος, aquarius, aquæ portator.

Hydrophylaces, aquarii, aquarum custodes, & aquæductuum. Stewech. ‖

Hydropĭpĕr, ὑδροπέπερι. Herba circa stagnantes aquas, aut quæ pigro lapsu fluunt nascens, caule geniculato, robusto, multis alis concavo: foliis menthæ majoribus, candidioribus, tenerioribúsque, gustu piperis amato. Fructum gerit acrem in ramulis secundùm folia, continenti acinorum serie congestum, uvæ modo. Dictum hydropiper, teste Galeno, à piperis sapore, & locis aquosis, in quibus nascitur, quasi piper aquatile. Ruellius eam esse existimat, quam vulgus literbariorum falsò nomine *Eupatorium* appellat.

Hydrŏpōtēs: Aquæ potator, qui aquam bibit. ὑδροπότης. GALL. *Boyd'eau, buveur d'eau.* ITAL. *Bevitor d'acqua.* GERM. Ein wasser trincker. HISP. *Bevedor de agua.* ANGL. *A drinker of water.* Cyrus apud Xenophontem, monet suos, ut consuescant aquam bibere, ut hydroporæ.

Hydrōps, is, generis masculini. { ὑδρωψ. GALL. *Hydropisie* ITAL. *Hydropisia.* GERM. Die wassersucht. HISP. *Hydropesia, enfermedad de humor aguoso.* ANGL. *The dropsie.* } Morbum significat, qui Latinè dicitur aqua intercus, quòd sub cute aqua nascatur, qua corpus turgescit. Horat. 2. *lib.* 1. *Carm.*

*Crescit indulgens sibi dirus hydrops:*
*Nec fitim pellit, nisi causa morbi*
*Fugerit venis, & aquosus albo*
*Corpore languor.*

Hujus tria sunt genera: Tympanites, nomen habens à tympano instrumento musico, quum corpus spiritu magis, quàm aqua distenditur, pulsarúmque tympani sonum reddit: Ascites, παρὰ τὸ ἄσκος, hoc est, ab utre, quum alimenta in aquam convertuntur, quæ inter intestina & tunicam, quam peritonæon vocant, velut in utrem colligitur: Tertium genus omnium periculosissimum, & penè incurabile vocant leucophlegmatiam, vel hyposarca, quæ solidæ corporis partes in aquam resoluuntur, adeò ut corpus pallidum reddatur, & cadaveri simile. Vide Celsum *lib.* 3. *cap.* 21. ¶ Ab hydrops fit *hydropicus.* { ὑδρωπικὸς. GALL. *Hydropique.* ITAL. *Hydropico.* HISP. *Enfermo de hydropesia.* } Qui hydrope laborat. Horat. 2. *Epist.* 2.

*Si noles sanus, curres hydropicus.*

Hydrōpĭsis, is, ὑδρωπισις, idem quod hydrops, hoc est, aqua intercus. Plin. *lib.* 20. *cap.* 2. Sic & contra phthisin dicitur, & hydropises.

Hydrŏsĕlīnum, ὑδροσέλινον. Apium palustre, quod & eleoselinum appellatur.

Hydrŏmĕrŏcēlē, ὑδρομηροκήλη. Herniæ genus, quum & intestinum in scrotum delabitur, & aqua ibidem colligitur.

Hydrūntum, i. ὑδροῦς, vulgò *Otranto.* Oppidum extremum agri Salentini, apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 11. quod à Stephan. & Strab. Hydrus appellatur.

Hydrus, & Hydra. { ὕδρος, & ὕδρα. GERM. Ein wasserschlang. ANGL. *A water serpent.* } Genus anguium in aqua degentium, quorum hydrus mas, hydra fœmina. Plin. *lib.* 29. *cap.* 4. In orbe terrarum pulcherrimum anguium genus est, quod in aqua vivit, hydri vocantur, nullis serpentium infestatores veneno. Ælianus *lib.* 9. author est, in Cotcyra hydras procreari, quæ se retrorsum ad insequentes retorquent: & gravem odorem exhalantes, infectatores reprimunt. Magis varius, quàm hydra: παντοδαπὸς ὕδρος. De callidis ac dolosis, quòd hydra serpens sit versicoloribus notulis distincta. Aptè dicetur in vafros ac versipelles, aut etiam parum sibi constantes. ¶ Hydram finxerunt poëtæ esse multorum capitum in Lerna palude: quorum aliquot cæsis, totidem continuò renascebantur: quæ tandem ab Hercule & sagittis & igne interfecta fertur. ¶ Hydram secare, ὕδραν τέμνειν, est ita unum aliquod incommodum tollere, ut in ejus locum alia plura recipias. Accommodari poterit ad eos, qui litibus involvuntur nunquam finiendis.

Hydrus, untis, vide suprà *Hydruntum.*

Hydrūsa, ὑδροῦσσα. Duarum insulatum nomen in mari Ægæo, quarum altera noctore nomine Andros, *Andro*: altera, Ceos appellatur. Hydrusæ ab aquarum ubertate appellatæ. Utriusque meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.

Hydæ, ὕδαι. Oppidum Lucaniæ, juxta Palinurum promontorium, à Phocensibus conditum, teste Herod. *lib.* 1. postea Elea, deinde Helia, & postremò Velia appellata. Vide Strab. *lib.* 6.

Hyĕmus, is. Pars anni frigidissima, media inter Autumnum & Ver. {חורף *chóreph*, מהו *sethâu*. χειμὼν. GALL. *Hyver.* ITAL. *Inverno, invernata.* GERM. Der winter. HISP. *El invierno.* ANGL. *Winter.* } Sueton. *in Cæs. cap.* 35. Hyeme anni. Virg. 1. *Georg.*

——— *hyemes optate serenum*
*Agricolæ.*

παρὰ τὸ ὗειν: pluo: quòd id tempus anni pluviosum sit. Varr. ab hiando derivat, quòd anima quæ à nobis effluit, tum appareat. Spiritus enim nostri quum spiramus hyeme, quasi in nebulam concretus cernitur. Ovid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

*At cùm tristis hyems squalentia protulit ora,*

¶ Pro glacie, *ibid.*

*Tum neque se pandi possunt Delphines in æquor,*
*Tollere conantes dura coërcet hyems.*

¶ Interdum accipitur pro tempestate, procella, sive ventorum impetu. Idem *Eleg.* 10. *lib.* 1. *Trist.*

*Improba pugnat hyems.*

¶ Hyems pro anno: ut, Sexta hyems, id est, sextus annus. Martial. *lib.* 5. *cap.* 58.

*Sextam peregit hyemem jam, nec tamen totam.*

¶ Hyeme, pro in hyeme. Cic. 1. *de divin.* Campos & montes hyeme

& æstate peragranter. ¶ Hyeme Gallicè frigidior. Petronius Arbiter, Ego autem frigidiot hyeme Gallica factus, nullum potui verbum emittere.

Hyĕmo, as, are: Hyemem pergo, stationem hybernam aliquo in loco habeo, hyberno. { חרף בתורף. χειμαζω. GALL. *Hyverner, passer son hyver.* ITAL. *Invernare.* GERM. Wintern/das winterlager halten/ im winter wohnen. HISP. *Invernar à tener invierno.* ANGL. *To winter, to lodge rest, or mak abode in winter tyme.* } Cæs. 1. *bell. Gall.* Duásque ibi legiones conscribit, & tres, quæ circum Aquileiam hyemabant, ex hybernis educit. Cicer. *pro Font.* Cn. Pompeius maximus atque ornatissimus hyemavit in Gallia, M. Fonteio imperante. Horat. 1. *Epist.* 17.

——— *medio hyemet mercator in undis.*

Hyemare, pro Hyemis incommoda perferre, dixit Sueton. *in Aug. cap.* 71. ¶ Hyemare item interris duntaxat personis, interdum verbum est ex iis, quæ Grammatici exceptæ actionis appellant, quorum actio soli Deo, vel naturæ convenit: cujusmodi sunt, pluit, ningit, & similia: quæ interdum sola ponuntur sine nominativo, qui facilè in iis intelligitur: interdum eundem habent expressum. Sic aliquando dicimus hyemat, absolutè, χειμαζει, id est, hyems viget, vel frigus vehemens est. Colum. *lib.* 11. *cap.* 2. Quinto Calendas Novembris Vergiliæ occidunt, hyemat cum frigore & gelicidiis. Interdum expresso nominativo Deus, natura, ventus, sydus, vel dies hyemat. Plin. *lib.* 18. *cap.* 28. Delphini vespertini occasu continui dies hyemant. Colum. *lib.* 11. *cap.* 2. Auster, aut Africus hyemat. ¶ Hyemare interdum pro affligi incommodo hyemis, quam vocem in Sallust. notavit Sueton. *in August. cap.* 2. Assiduéque in urbe hyemaret.

Hyĕmātio, nis: Hyemis traductio. { παραχειμασια. GALL. *Hyvernage, quand on passe l'hyver.* ITAL. *Il passare l'inverno.* GERM. Winterung/ erhaltung über den winter. HISP. *Obra de invernar.* ANGL. *A wintering.* } Varr. 3. *de re rust. cap.* 16. Ut ne plus tertia pars eximatur mellis, reliquum hyemationi relinquatur.

Hyemātus, a, um: Particip. χειμασθεις. Plin. *lib.* 9. *cap.* 22. Autumnali sidere, ut palàm est, hyemato lacu, fluctibus glomeratæ volvuntur mirabili multitudine.

Hyemalis, e: Hybernus, ut hyemalis dies. { χειμερινὸς. GALL. *D'hyver.* ITAL. *Invernale, cosa de inverno.* GERM. Winterlich. HISP. *Cosa del invierno.* ANGL. *Vinterly, belonging to winter.* } Col. *lib.* 11. *cap.* 1. Hyemalis vis. Cicer. 5. *Tusc.* In ea tamen gente primùm hi qui sapientes habentur, nudi ætatem agunt. Cautè si nives hyemalémque vim perferunt sine dolore. Hyemalis navigatio, & minimè portuosa, apud eundem *in Epist. famil.*

Hyetus, vide *Hieros.*

Hyĕttūs, ὑηττὸς, vicus Bœotiæ, quem nonnulli Aspledonem nominant: ab Hyetto quodam Argivo nomen habens, sive (ut aliis placet) ab eo quòd jugibus rigetur pluviis. Vide Steph.

Hygăsĭus, ὑγασιος, Cariæ civitas, apud Steph. à qua campus vicinus Hygasseus appellatur.

Hygeis, ὑγειὰς. Sarmatiæ Europæ oppidum, inter Lycum & Portum fluvios. Vide Ptol. *tabul.* 8. *Europæ.*

Hygrĕmplastă, ὑγρεμπλαστρα. Liquida emplastra: sicut xerota, ξηρα, quæ sunt arida. Ex Galeno. Utitur & Plin. *lib.* 34. *cap.* 16. Præcipua tamen commendatio ejus in hygremplastro ad purganda vulnera fistulásque.

Hylactor, ὑλακτωρ, nomen unius ex canibus Actæonis: ἀπὸ τῆς ὑλακτεῖν, hoc est, à latrando. Ovid. 3. *Metam.*

——— *& acuta voces Hylactor.*

Hylæă, ὑλαία. Sarmatiæ regio sylvosa, non procul à loco, quem Achillis cursum nominant: à qua vicinum mare Hylæum appellatum est. Vide Herod. *lib.* 5.

Hylæus, ὑλαῖος. Centauri nomen, à sylvis deductum. Virg. 8. *Æneid.*

——— *tu nubigenas invicte bimembres,*
*Hylæumque Pholumque manu, tu Cressia mactas*
*Prodigia.*

Hylas, ὕλας. Filius fuit Theodamantis, quem Hercules rapuit. Quum enim ex Calydonia occiso Oenei pincerna fugeret, venissétque cum Deianira & Hyla filio ad Dryopes, & esurienti puero quum Lychas pædagogus abesset, à Theodamante aliquid cibi postulasset, ille autem denegasset, arreptum unum ex bobus Theodamantis mactavit, atque coxit. Quam ob rem Theodamas, convocatis populatibus, arma adversus Herculem movit: & quanvis in ea pugna fortè oppressus fuerit Hercules, tamen victoriam obtinuit, & occiso Theodamante, Hylam filium ejus secum abduxit, quem postea unicè dilexit, secúmque cum reliquis Argonautis Colchos navigans duxit. Verùm quum inter remigandum Hercules remum suum fregisset, unà cum Hyla navi egressus est, ut alium in Mysiæ sylvis quæreret. Invalescente autem æstu, quum siti premeretur, Hylam cum urna mittit ad Ascanium fluvium, ut inde sibi aquam afferret. Verùm quum ripa altior esset, quàm ut stans haurire posset, procumbens in pectus Hylas urnam è manibus amittit: quam quum subitò recipere conaretur, pondere ejus demersus est. Quæ res pœtis occasionem præbuit fabulandi, Hylam à Nymphis fuisse raptum. Hercules autem quum Hylas nusquam compareret, casum ejus tam ægrè tulit, ut relictis Argonautis, Mysiam totam obertans, Hylam quæreret. Juvenal. *Sat.* 1.

*Et multùm quæsitus Hylas, urnámque secutus.*

Unde locus factus proverbio, Hylam igelamas, ὕλαν αἰτεῖς, de frustra vociferantibus, aut in genere, de nihil profitentibus.

Hylatæ, ὑλάται. Populi Syriæ Cœles, apud Plin. *lib.* 5. *cap.* 23.

Hylăx, actos, ὑλαξ. Nomen canis, ἀπὸ τῆς ὑλακτεῖν, hoc est, à latrando.

Hyle, ὕλη, silva, quòd humida, ab ὕδη. Deinde est materia, quia suppeditat materiam, h. e. ligna. Est etiam lignum ὕλη, unde possit duci. GERM. holtz.

Hyllarima, ὑλλαρίμα. Oppidum Cariæ supra Theostrotonicium, patria Hieroclis ex athletis philosophi. Civis Hyllarimæus. Steph.

Hyllĕēssă, ὑλλέησσα. Paros, una Cycladum olim vocabatur. Est etiam Zacynthi epitheton. Steph.

Hyllusa, ὑλλοῦσα, vicus Cariæ, ubi Hyllus interiit, cum templo Apollinis. Alia apud Cares equum significat. Steph. Alias Hylluza.

Hyllus, ὕλλος. Suidæ. Filius fuit Herculis ex Melita Ægei fluminis filia: à quo Hyllinenses populos, & Hyllicum portum denominatum tradunt. ¶ Hylus, simplici l, alius fuit filius Herculis ex Dejanira, qui Iolen, patre mortuo, uxorem duxit, ut ait Ovid. *lib.* 9. *Metam.* Hic postea cum cæteris fratribus, qui ex Hercule superstites fuerant, ab Eurystheo pulsus, Athenas confugit, ibique Misericordiæ, vel Clementiæ templum condidit, quod & acceptæ ab Atheniensibus beneficii testimonium, & miseris in posterum asylum esset, & perfugium. Seneca *in Hercul. Oetæo.*

*Si vera pietas Hyla quærenda est tibi,*
*Iam perime matrem.*

¶ Hyllus item Straboni *lib.* 3. fluvius est Lydiæ, in Hermum influens, qui postea Phrygius appellatus est.

Hylŏnŏmē, es, ὑλονόμη. Mulier ex genere Centaurorum, Cyllari Centauri uxor, quæ mortuo marito gladio suo incubuit.

Hylŭs, ὕλος. Filius Herculis ex Deianira: de quo copiosiùs egimus in dictione *Hyllus.*

Hymari & Æmar filius Gelon. Steph. *in* γέλα.

Hymbēr, vide *Imber.*

Hymēn, ὑμὴν. A veteribus accipiebatur pro tenui membrana, quæ in fœminis tanquam virginitatis claustrum est: eam autem primo coitu rumpi putavêrunt: quanquam inter rei Anatomicæ peritos satis constat, in virginum dissectionibus pelliculam ejusmodi tarò inveniri.

Hymēn, pro Deo nuptiarum præside, qui & Hymenæus, & conjunctis dictionibus Hymen Hymanæus dicitur. Catullus *in Epithalamio,* Hymen, ô Hymenæe Hymen, Hymen ô Hymenæe.

Hymēnæŭs, ὑμέναιος. Deus nuptiarum putatus est, ἀπὸ τῆς ὑμένος, hoc est, à membrana, quæ claustrum virginitatis esse, & primo coitu rumpi putabatur. Hic Veneris & Liberi filius dictus est, vel { ut quidam aiunt) ex Urania progenitus, qui primus certas nuptias instituerit. Alii putant Hymenæum virum Atticum fuisse, qui raptas à latronibus virgines, patentibus intactas restituit: ideóque hanc vocem nuptialem factam apud Græcos, quemadmodum Romani in nuptiis virginalibus Thalassii nomen invocabant. Alii dicunt hymenæum fuisse quendam juvenem, qui die nuptiarum ruina oppressus interiit. Unde postea institutum, ut expiationis gratiâ nominaretur in nuptiis. Sunt etiam qui putent Hymenæum ipsum in virginalibus nuptiis cantari solitum, vocari hymenæum. Terent. *in Adelph.* Hoc mihi in mora est, Tibicina, & hymenæum qui canterent: ubi Donatus: Sic accipe, inquit, hymenæum in nuptiis, quemadmodum ἐλεγεῖον in funere, vel in sacris hymnum. ¶ Accipitur etiam pro ipsis nuptiis. Catull. *de com. Beren.*

*Qua rex tempestate novis auctus Hymenæis.*

Virg. 1. *Æneid.*

*Pergama quum peterat, incensaque hymenæus.*

Hymera, vide *Himera.*

Hymēttĭus, a, um: adject. ὑμηττιος. Stephano, quod est ex Hymetto monte. Plinius *lib.* 36. *cap.* 3. Lucius Crassus orator, primos peregrini marmoris columnas habuit Hymettias. Erant autem columnæ ex Hymetto monte excisæ; nam ex hoc monte pulcherrimum marmor effodiebatur.

Hymnŭs, cantus in laudem alicujus. { תפרת zimráh. משׂר mizmór. ὕμνος. GALL. *Cantique, ode, chanson, vers à la loüange de quelqu'un.* ITAL. *Hinno, laude, canzone.* GERM. Ein lob oder lobgesang. HISP. *Loor y alabança que se canta à Dios.* ANGL. *An hymne made to the praise of a god.* } Matt. *lib.* 11.

*Invitum puerum fatetur hymnum.*

Hymnĭfĕr, adject. { ὑμνοφόρος, ὑμνωδός, ὑμνῳδικὸς. GALL. *Qui porte odes, chansons, & loüanges: lyrique.* ITAL. *Che porta laude, canzone.* GERM. Der lobgesang singt oder übt. HISP. *El que trae loor ò alabança.* ANGL. *That bringeth hymnes.* } ut, Vultus Orphei hymnifici, Ovidius 11. *Metam.*

Hyope, ὕωπη, urbs Matienorum { fortè Marianorum. } Gentile, Hyopeus, eus, ites. Vestiti sunt ut Paphlagones. Steph.

Hyops, ὑοψ, urbs in Iberia Chersonesi, non procul à Lesuro fluvio. Inde Hyopus. Steph.

Hyŏscȳămŭs. { ὑοσκυαμος. GALL. *Dn hanebane ou jusquiame.* ITAL. *Dente cavallino, disturbio.* GERM. Bilsamkraut. HISP. *Veleno.* ANGL. *Henbane hearbe.* } Herba, quam Latini Apollinarè appellant. Vulgus: *fabam porcinam* vocat, vel *jusquiamum.* Col. *lib.* 7. Est ὑοσκύαμος, cujus semen detritum, & cum vino datum, prædicto vitio medetur. Plin. *lib.* 20. *cap.* 27. Colligitur succus ejus, ut hyoscyami.

Hyoscȳămĭnŭs, a, um, ὑοσκυάμινος. Quod est ex hyoscyamo: ut, Oleum hyoscyaminum, quod ex hyoscyamo decoquitur. Plin. *lib.* 23. *c.* 15.

Hyŏsĭtis, ὑοσῖτις. Herba est intubo similis, sed minor, & tactu asperior: quæ vulneribus contusa præclarè medetur. Plin. *lib.* 27. *cap.* 10.

Hypscaris. Scythiæ fluvius.

Hypæi, ὑπαῖοι. Massiliensium insula, una Stœchadum. Author Plinius *lib.* 3. *cap.* 5.

Hyperlochii, ὑπερλόχιοι, gens Molossica. Steph.

Hypæpæ, aruæ, ὑπαιπαι Stephano & Straboni, Lydiæ oppidum, quod occurrit à Tmolo monte ad Caystri campestria iter facienti. Nomen ei est (ut inquit Stephanus) quoniam sub Æpo monte situm est. Venerì sacrum est, eo quòd pulchræ fœminæ ibi visantur. Ovidius *de Aracbne.*

*Orta domo parva, parvâ habitabat Hypæpâ.*

Hypæthrā, ὑπαίθρα, sive Hypæthria, ὑπαίθριον, cœlo patens. { ANGL. *Places open above not covered over.* GALL. *Terrasse, lieu découvert.* ITAL. *Belvedere.* } de quo fit mentio *in l. malum* 241. *ff. de verb. sig.* Loca sunt aperta, quasi sub æthere constituta, quæ Latinè subdialia vocant

vocare possimus, quòd sub dio, hoc est, sub Jove, & sine tecto sint: vide Budæi Annotationes *in Pandectas*.

Hypăgōgeūs, ὑπαγωγεύς. Instrumentum quo lapides expoliuntur.

Hypăgum, Nonnulli credunt esse nauticum, instrumentum, adducti, ut opinor, manca & depravata Plinii lectione, quam ex *lib.7. cap.56.* adducunt ad hunc modum: Velum Icarus, malum & antennam Dædalus, hypagum Salaminii, aut Periçles Athenienſis. Ex quo loco, atque ex iis quæ præcesserant de antennis & velis, conjecturam fecerunt, hypagum etiam esse instrumentum nauticum. Sed isti profectò si paulò ulteriùs progressi essent, legendo hypagum, sive potiùs hippagum (ut nos legendum docebimus) navis genus esse, non instrumentum nauticum, animadvertissent. Subdit enim Plinius, Tectas longas Thasii, &c. illud enim videri vult Plinius, navim illam, quæ ad transvehendos equos utimur, à Salaminiis, aut certè à Pericle fuisse inventam, quemadmodum navim tectam à Thasiis. Hoc autem navigii genus, ἵππαγος à Græcis vocatur, quod nos u, in o longum mutato, hippagum vocamus. Polyb. *lib.1.* ἐκ δὲ τούτου τὰς ἱππαγους τὰς ἐπιμήκεις ἔθεντο, ἱππαγα δὲ λέγεται ἐξ ἀνάγκης ἔτι καὶ νῦν οὕτω: hoc est, Post hæc disposuerunt hippagos, dantes ex iis lota, & funes tractorios navibus, quæ in tertia classe erant. Ex his constat hippagum esse navigii genus ad transvehendos equos accommodatum.

Hypăllăgē, ὑπαλλαγή. Figura est, quam nos suppositionem vertere possumus, vel submutationem, quum scilicet unum pro altero subjicitur: ut quum agere dicimus, quod patimur, aut contrà: aut quum aliud quidvis præposterè effertimus: ut, *Trade rati ventos*, pro Trade ratem ventis.

Hypănis, ὕπανις, fluvius Scythiæ, ex magna palude profluens, sapore dulcissimo, donec ad quadragesimum milliare miscetur ei exiguus fonticulus. Exampæum nominat Herod. *lib.4.* qui sua amaritudine totum corrumpit Hypanim. Ovid. 15. *Metam.*

*Quid non & Scythicis Hypanis de montibus ortus,*
*Qui fuerat dulcis, fatifico vitiatur amaris?*

¶ Est & alter ejusdem nominis fluvius in India, cujus meminit Strabo *lib.15.* Ad quem referri potest illud Propertii,

*Quantum Hypanis Veneris distat ab Eridano.*

Hypana, ὕπανα. Triphyliæ civitas, apud Strab. *lib.8.*

Hypapante, es: ὑπαπαντή, & ὑπαντή, festum occursûs, quod in Ecclesia Occidentali, *Purificationis* appellatur.

Hypārchŏs, ὕπαρχος. Præfectus provinciæ, vel exercitus, cujus potestas & authoritas superiorem potestatem agnoscit: unde & illi imperandi jus, & provinciam administrandi: quasi ὑφ' ἑτέρου ἀρχόμενος. Angl. *That hath the oversight and charge in doing any thing.*] Ejusmodi erant Legati in exercitu, qui sub Imperatore rem gerebant, & provinciarum Præsides à Principe, vel Senatu constituti.

Hypătă, ὕπατα, & ὕπαται. Æniensium civitas, teste Stephano. Sunt autem Ænienses, Ætoliæ populi, Perrhæbis finitimi, teste Plin. *lib.4. cap.2.* ¶ Est item Hypata Bithyniæ regiuncula, ad Sangarium fluvium, teste Stephan.

Hypătŏs, ὕπατος, Phœnices fluvius, apud Melam *lib.1* ¶ Hypaton item Græci Consulem appellant, & Hypatriam Consulatum, & Hypaticum consularem. Verùm hæc quòd nostro instituto parum conveniant, ex Græco potiùs Lexico petenda relinquimus.

] Hypatus, a, um: ὕπατος, η, ον, summus, principalis.[

Hypatia, ὑπατία. Mulier Alexandrina, Theonis Geometræ filia, & uxor Isidori Philosophi, quæ magno & frequenti auditorio varia disciplinarum genera in patria professa est. Suidas.

] Hypeccauma, ὑπέκκαυμα, fomes.[

Hypĕcŏŏn, ὑπήκοον. Herba in segetibus arvisque nascens, foliis rutæ, ramis exilibus, vires papaveri proximas habens. Alio nomine Hypopheon appellant.

Hypelate, ὑπέλαια. Lauri species, quam quidam laurum Alexandrinam, alii daphnem, alii carpophylum vocant. Vide Plinium *lib.15. cap.ult.*

] Hypenemius, a, um, ὑπηνέμιος, ον (ab ἄνεμος, ventus) cui subest ventus: ut [

Hypenemium ovum, ὑπηνέμιον ὠόν, dicitur ex quo nihil gignitur, cujusmodi sunt quæ gallinæ citra coitum, ipsæ sibi venerem figurantes edunt. A quibusdam & Zephyrum ovum dicitur. Latini ovum irritum, & ventosum appellant. Plin. *lib.10. cap.53.* Et ipsæ autem inter se (si mas non sit) æquè saliunt, pariúntque ova irrita, quæ hypenemia Græci vocant.

Hypĕnŏr, ὑπήνωρ, Troianus, quem, teste Hom. *lib.5. Iliad.* Diomedes in bello occidit.

Hypēnŭs, ὑπηνός. Athleta qui primus diaulo vicit. Pausanias.

] Hyper, ὑπέρ. Unde Latinum *super*, spiritu aspero in s verso. Cum hac præpositione sequentes quædam dictiones componuntur.[

Hyperaspistēs. { מגן *magbén.* ὑπερασπιστής. } Latinè propugnator & defensor. ἀπὸ τοῦ ὑπερασπίζειν, quod est scuto protegere. Unde hyperaspistes dicitur, qui velut scuto aliquem protegit. ἀσπὶς enim apud nos scutum sonat. Hieronymus *in Præfat.* Quum Aristæus ejusdem Ptolemæi hyperaspistes, & Josephus non multò pòst nihil tale retulerint. ¶ Hoc nomine vocavit Desid. Erasmus Roterodam. libros suos de libero Arbitrio adversùs M. Lutherum.

Hyperbăsis, ὑπέρβασις. Latinè transgressio verbi, interprete Quintiliano *lib.8. cap.6.* quam frequenter ratio comparationis & decoris poscit. Fit enim frequentissimè aspera & dura, dissoluta & hians oratio, si ad necessitatem ordinis sui verba redigantur. Longius ergo verbum propriè hyperbaton est. Insigne hujus exemplum est illud apud Virg. 12. *Æneid.*

*Interea reges (ingenti mole Latinus*
*Quadrijugo vehitur curru, cui tempora circum*
*Aurati bis sex radii fulgentia cinxunt:*
*Solis avi specimen: bigis it Turnus in albis,*
*Bina manu lato crispans hastilia ferro:*
*Hinc Pater Æneas, Romana stirpis origo,*
*Sydereo flagrans clypeo, & cœlestibus armis,*
*Et juxtà Ascanius, magnæ spes altera Romæ,)*
*Procedunt castris,*

Quo in exemplo post octavum demùm versum nominativo redditur verbum. Vide Macrob. *Sat. lib.6. cap.6.* Dicitur Hyperbaton, ἀπὸ τοῦ ὑπερβαίνειν, quod est transcendere.

] Hyperberetæus, mensis Octobet apud Macedones & Asiæ populos, ut Josephus & Suidas tradunt. Sed Galenus apud Pergamenses Septembrem esse docet.

Hypersibusmus, figuræ nomen, cui accentus, aut litera ex una syllaba in aliam transfertur.[

Hypĕrbŏlē, ὑπερβολή, dici potest eminentia, vel (ut ait Cicero) Superlatio: à Quintiliano Superjectio interpretatur: à quibusdam excessus: ab ὑπερβάλλω, quod est extendo, supero, excedo. Est enim Hyperbole figura, quum sententia aliqua fidem excedit, augendæ rei gratiâ: ut, Nive candidior, & Fulminis ocyor alis. Item, Volantis re folii sonitus terret: & Vix ossibus hæret. Virgil. 3. *Æneid.*

*Qui cursu ventos anteirent, cursibus auras.*

Cic. *in Topic.* In hoc genere Oratoribus & Philosophis concessum est, ut mota etiam loquantur, ut mortui ab inferis excitentur, aut aliquid quod fieri nullo modo possit, augendæ rei gratiâ dicatur, aut minuendæ: quæ hyperbole dicitur. Vide Quint. *lib.8. cap.6.*

Hypĕrbŏlĭcŭs, a, um: ὑπερβολικός, ἡ, ὸν, excellivus: & Hyperbolicōs, adverbium.

Hyperbolus, homo improbissimus Athenis. Plutarch. *in Alcibiad.*

Hypĕrbŏrĕi, ὑπερβόρειοι. Montes & Populi Septentrionales: ita dicti, quod supra Boream flatum siti esse crederentur. Festus, Hyperborei supra Aquilonis flatum habitantes dicti: quoniam humanæ vitæ modum excedant, vivendo ultra centesimum, quasi ὑπερβαίνοντες ὅρον humani sæculi. Fetunt magnam his de cœlo clementiam concessam esse, auras spirare salubres, nihil noxii flatus habere, domos esse nemora, victum arbores ministrare, discordiam nescire, ægritudine non inquietari, ad innocentiam omnibus æquale votum esse, mortem accersere, & voluntario interitu obeundi tarditatem castigare. Sed hæc fabulosa sunt. Diodorus oppositam Celtis Oceani accolis esse insulam scribit, haud multò Sicilia minorem, valde fertilem, & biferam, hoc est, bis quotannis fructus ferentem: habitarique ab his qui Hyperborei appellantur: eo quòd vento Boreæ sunt expositi. Hyperborei, inquit Pomponius Mela, super Aquilonem Rhiphæósque montes sub ipso sydetum cardine jacent, ubi Sol non quotidie, ut nobis, sed primùm verno æquinoctio exortus, autumnali demùm occidit: & ideò sex mensibus dies, & totidem aliis nox usque continua est. Tecta angusta, aprica, per se fertilis, cultores justissimi & diutiùs quàm ulli mortalium & beatiùs vivunt, &c. Hactenus Mela. Plura de his vide apud Plin. *lib.4. cap.12.*

Hypĕrcătălĕctĭcum metrum, ὑπερκαταληκτικόν, cui una syllaba, vel duæ supersunt. Virg. 1. *Æneid.*

*Alloquitur Venus, ô qui res hominúmque deorúmque.*

Et Horat.

*Sylva laborantes geléque.*

Illud dactylicum hypercatalecticum est: hoc Iambicum hypercatalecticum.

Hypĕrdĕxion, ὑπερδέξιον. Regio Lesbi est, ubi Jupiter Hyperdexius, & Minerva Hyperdexia colunter. Steph.

Hypĕrĕchĭŭs, ὑπερέχιος. Alexandrinus Grammaticus sub Martiano principe: scripsit de nominibus & verbis, & de ortographia. Suidas.

Hypĕrĕē, sive Hyperia. ὑπέρεια. Fons Thessaliæ, apud Plin. *lib.4. cap.8.* Meminit hujus fontis & Strab. *lib.9.* qui eum in medio collocat Metaleusæ, quod oppidum est Phæreorum in Thessalia.

Hypĕrēsiā, ὑπερησία. Oppidum est Achaiæ propriè dictæ, cujus meminit Hom. *in Catalogo*, & Strab. *lib.9.*

Hypĕrĭcum. { ὑπερεικόν. Angl. *S. Johnes wort.* } Herba est odore resinam imitans (unde & chamæpitys à quibusdam appellatur) quæ digitis trita succum sanguineum emittit: qua ex causa ἀιμόρροος à Græcis cognominatur. Vulgus *Perforatam*, seu *Herbam divi Johannis* nominat.

Hypĕrĭdēs, ὑπερείδης. Athenienſis orator, æmulus Demosthenis, jussu Antipatri exsecta lingua interfectus. Plut. *in vita Demosthenis.*

] Hyperinus, a, um: ὑπερινός, ἡ, όν, minimum purgans.[

Hypĕrmnēstrā, ὑπερμνήστρα, una ex quinquaginta Danai filiabus, quæ quum totidem Ægisthi filiis nupsissent, jussæque essent à patre prima nocte maritos interficere, sola ex omnibus maritum suum Lynceum nomine ab insidiis liberavit, qui postea Danaum occidit. Extat inter Epist. Ovid. una Hypermnestræ ad Lynceum vitum.

Hypĕrīōn, ὑπερίων, Hyperionis in genitivo, ἀπὸ τοῦ ὑπερέρχεσθαι, quod est vado, seu eo: à poëtis usurpatur pro Sole, quòd eat super terras. Festus: quanvis alii Solis patrem esse tradant. Ovid. *lib.1. Fast.*

*Placat æque Jovem vadis Hyperiona cinctum.*

Diodorus scribit Hyperionem Saturni fratrem fuisse, Cæli filium, qui Solis & Lunæ, aliorumque astrorum motus, horasque primùm summa cura observationéque à se perceptas, cæteris noscenda tradidit: ideóque horum parentem nominatum esse, veluti ipsorum earum contemplatorem. Cic. *in Prognost.*

*Vt quum Luna meam Hyperionis effugit orbi.*

¶ Inde adjectivum,

Hyperionius, a, um, ad Hyperionem pertinens.

Hyperionĭdes, ὑπεριονίδης. Hyperione natus.

Hypermeter, & Hypermetrus, ὑπερμέτρος. Dicitur versus una syllaba redundans, quæ plerunque à prima syllaba subsequentis versus incipiente à vocali, absumitur. Virg. *lib.1. Georg.*

*Aut duitis musti Vulcane decoquis humorem,*
*Et foliis undam, &c.*

Hypĕrŏchă, ὑπεροχή, exsuperantia. Tryphoninus *l. pen. D. qui potiores pign.* Post primum contractum tuum, antequam aliam pecuniam tu crederes, eidem debitori Scius credidisset quinquaginta, & hyperocham hujus rei, quæ tibi pignori data esset, obligasset. Et *infrà*, Utrùm tibi cederet pignoris hyperocha, id est, quanti plutis est pignus quàm debiti summa: quatenus pretium pignoris debiti summam exsuperat. Gall. *Le plus valué.*

[Hyperpæi

‖ Hyperpasidium, locus per quem necessariò transitur. Lex. gr. b.
Hyperpyron, numi genus. L. g. b.
Hyperthesis. Gr. ὑπέρθεσις, dilatio, procrastinatio, crastinatio, frustratio, mora, remora, cunctatio: ὑπερθετικὸς, superlativus, frustratus, differens. Grammaticis etiam hyperthesis est transpositio literæ.
Hyperthyrum, oberthür/ oberschwell, superliminare, limen supernum.
Hypertimon, tributi genus. L. g. b.
Hypertimus, titulus Mettropolitani. Idem. ‖
Hyphêtæ, ὕφητες. Arcadum dialecto dicitur, quod Latini viscum vocant, præsertim qui in abiete, & latice gignitur. Vide Plin. *lib. 16. cap. ult.* & Theophrastum *lib. 2. de caus. plantarum.*
Hyphen. { מקף *makképh.* ὑφὲν. } Subnuto Latinis dicitur, ex ὑπὸ sub, & ἓν unum: quum duæ dictiones proferuntur sub uno accentu. Notatur autem linea ab ultima primæ dictionis litera ad primam sequentis subducta. Virg. 1. *Æneid.*

——— *neque enim ignari sumus ante malorum.*

Ubi Servius, Ante-malorum, ὑφὲν est. Terent. *in Andr.* & heri semper-lenitas verebar quorsum evaderet. Ubi Donatus, Semper-lenitas, hyphen.
Hypius, ὑπὸς, ὁ vel ἡ, urbs est & fluvius sub Pontica Heraclea. Item Hypii montes sunt, quorum incolas Mysos esse aiunt. Gentile Hypianus. Stephan.
Hypnalê, ὑπνάλη. Aspidis genus, solo somno citráque ullum doloris sensum hominem necans: cujus morsu sibi Cleopatram mortem conscivisse, author est Solinus. Galenus ptyadem appellat, propterea quòd cervicem erigens ex intervallo venenum exspuat. De eo aspidis genere intellexit Ovid. *in Metam.*

*Plenaque somniferis serpens peregrina venenis.*

Peregrina est Cretæ, sed Ægypti indigena. De aspidis generibus 3. vide apud Aëtium *lib.* 13. & Nicandrum.
Hypobarus, i. ὑποβαρὸς. Indiæ fluvius, à Septentrione in orientalem fluens Oceanum, juxta quem Cresias montem sylvosum esse tradidit, cujus arbores electrum exsudarent. Vide Plin. *lib* 37. *cap.* 2.
‖ Hypoboleo, dotis est incrementum, vel quod mortuo marito uxori superstiti redditur supra dotem, quod est instar donationis propter nuptias.
Hypobolicus, a, um: Sidon. *lib.* 3. *epist.* 2. Matet puellæ pro hypobolicis instrumentis cœpit actionem reperundarum velle proponere.
Hypobrychium, subversio. Tertull.
Hypocaustum, fornacula, caminatáve, seu concamerata, ubi ignis succenditur, unde aqua calefit.
Hypócaüstum, i. { ὑπόκαυστον. Gall. *Estuves, lieu échauffé par dessous pour suer.* Ital. *Stufa, luogo da sudare.* Germ. Stuben oder badstuben. Hisp. *Estufa, lugar para sudar.* Angl. *A bath stowe, or hoote house.* } Locus ad sudandum, παρὰ τὸ ὑποκαίειν, hoc est, à succendendo. Solent enim hypocausta sub pavimento habere fornaces, quibus accensis ipsa calefiant. Latinè dicitur Vaporarium, ab excitandis vaporibus. Papin. Stat. *lib. Syl.*

——— *tenuem volvunt hypocausta vaporem.*

Plinius *ad Callum.* Applicitum est cubiculo hypocaustum perexiguum, quod angusta senestra suppositum calorem, ut ratio exigit, aut effundit, aut retinet. Vitruvius appellat hypocausim, tradit enim faciendæ esse abena supra hypocausim tria, caldarium, tepidarium, frigidarium.
Hypochâlcis, ὑποχαλκὶς, urbs Ætoliæ in Europa. Gentile Hypochalcideus. Sita sub Chalcide monte. Steph. in Hypochalcis & Hypothecæ. Vide *Chalcis.*
Hypóchysis, sive Hypochyma, ὑπόχυσις ἢ ὑπόχυμα. Morbus est oculorum, quem Latini suffusionem appellant. Est autem (teste Ægineta) offusio humorum lentorum inter corneam tunicam & crystalloidem congelatorum.
Hypóchondriâ, ὑποχόνδρια. Partes sunt laterales, utrinque nothis cossis subjectæ, hepati & lieni superjacentes, quas Latini præcordia vocant. Dicta hypochondria, quòd ὑπὸ τὴν χόνδρον, hoc est, sub cartilagine sitæ sint. Plin. *lib.* 30. *cap.* 3. Præcordia vocamus uno nomine extra in homine. Græci quoniam sub chondro, hoc est, sub cartilagine sunt, hypochondria.
Hypocistis, ὑποκιστὶς. Quiddam est mali punici cytinis non dissimile, sub cisto fruticè nascens, unde & nomen accepit. Plin. duo facit hypocistidis genera, candido & rufo colore ea distinguens, *lib.* 26. *cap.* 8.
‖ Hypoclesium, qui Imperatoris partes in Ecclesiasticis obibat. L. g. b.
Hypoclunes, carnes sub clunibus ad femora. Poll. ‖
Hypocrisis. { חנופה *chanuphâh.* ὑπόκρισις. Gall. *Hypocrisie, simulation.* Ital. *Simulatione, hypocrisia.* Germ. Ein anneemung vnd nachfolgung eines andern gestalt/gleissnerey. Hisp. *Simulacion, ypocrisia.* Angl. *Hypocrisie.* } ut Budæus interpretatur, est simulatio alienæ personæ, quum scilicet qui se alium videri cupit, quàm est, ἀπὸ τῆς ὑποκρίνου, quod inter cætera significat simulare. Hinc in Comœdiis, Tragœdiisque actio ipsa vocatur hypocrisis, quòd actores alias simulant personas. ¶ A Rhetoribus item hypocrisis appellatur, quam Latini pronunciationem, seu actionem vocant, in gestu motúque præcipuè consistentem: cui Demosthenes primas, secundas, & tertias tribuit.
Hypocrita, { חנף *chaneph.* ὑποκριτὴς. Gall. *Hypocrite, dissimulateur.* Ital. *Simulatore, hipocrita.* Germ. Der einer andern person gestalt annimpt/ein gleißner. Hisp. *Simulador, y fingidor, ypocrita.* Angl. *An hypocrite.* } eodem Budæo interprete, est simulator alienæ personæ: unde histriones, & mimi, planipedes, & si qui alii sint fabularum actores, qui personam aliquam assumunt, proprié vocantur hypocritæ. ¶ De eo etiam usurpatur qui actores instruit & docet. Suet. *in Ner. cap.* 24. Non aliter confirmatus est, quàm adjutante hypocrita, non animadversum id, &c. ¶ Transfertur tamen etiam ad eas personas, quæ aliud in pectore gerunt, aliud in ore: quúmque se probos, piósque videri cupiant, longissimè tamen absint ab ea persona quam fictulant.
‖ Hypodia, vide *Hypopodium.*
Hypodiaconus, ὑποδιάκονος, inferior diaconus. Vide in Meurs. Græcob. ‖
Hypódiastolê, ὑποδιαστολὴ, quam nos subdistinctionem vocare possumus, est dextra pars circuli ad imam literam in fine dictionis applicata, qua nota Græci malè cohærentia discernunt.
Hypódidascalus. { ὑποδιδάσκαλος. Gall. *Un second maistre, sousmaistre.* Ital. *Repetitore, secondo maestro.* Germ. Ein lehrmeyster der eins der einem andern ist/ein provisor. Hisp. *Repetidor, segundo maestro.* Angl. *An usher or substitute in teaching.* } Dicitur is quem vulgus in ludo literario *submoniterem* vocat, vel *coadjutorem*: sic dictus, παρὸ τὸ ὑφ' ἑτέρου διδάσκειν, hoc est, ab eo quod sub alio doceat. Cic. *ad Pappi.* Sella tibi erit in ludo tanquam hypodidascalo.
Hypódytes, æ, ὑποδύτης. Interior vestis, subucula, & propriè Pontificum, ut inquit Hieronymus: ἀπὸ τοῦ ὑποδύεσθαι, quod est subinduere.
Hypógeâ, orum. { ὑπόγεια. Gall. *Lieux sous terre.* Ital. *Luogo sotto terra.* Germ. Oerter/ oder gemach vnder der erden/ als der keller sind. Hisp. *Lugares subterraneos.* Angl. *Places vnder the earth à dungeon in a prison.* } Loca subterranea dicuntur à Græcis: quæ dictio frequens est apud Josephum & Hegesippum: Hypogeorum (inquit Budæus) appellatio complectitur cellas vinarias, carnarias, olearias, penarias, promptuariaque.
Hypógeôn, ὑπόγειον. Herba sinzoi, sedi & sempervivi majoris nominibus notior: ita dicta quòd in subgrundiis nascatur. Græci namque partes tecti prominentes γῆρα appellant.
‖ Hypoglossum, frutex. H. P. ‖
Hypoglottis, idis, ὑπόγλωττις. Caruncula quâ lingua cohæret inferiori parti oris: dicta quòd sub lingua sita sit.
‖ Hypogonatium, ὑπογωνάτιον, quod genibus substernebant preces facturi. Vide Gloss. gr. b. Meursii. ‖
Hypómnêmâ, tis. { ὑπόμνημα. Gall. *Commentaire, exposition.* Ital. *Comento, esposizione.* Germ. Ein auszlegung etlicher dingen der geschichtenuß bsh. Item, Ein erklerung. Hisp. *Glosa, ò exposicion.* Angl. *An exposition or comment.* } & hypomnemarum, i: sumitur pro interpretatione & commentariis. Cicer. *Tirone.* Multùm mihi eripitur operæ in exscribendis hypomnematis. Plin. *lib.* 7. *cap.* 5. Cujus commenta, quæ appellantur Græcè ὑπομνήματα, sub nomine Democriti falsò prodantur.
‖ Hypomnematicus, a, um. ὑπομνηματικὸς, ὰὸν, commentarius, a, um, ad memoriæ subsidium factus.
Hypomnematographus, ὑπομνηματογράφος, à Strabone *lib.* 17. inter civitatis Alexandrinæ magistratus nominatur. Cujac. in Cod. *tit.* 31. *l.* 59. ait, Latinè posse dici, Commentariensem, qui nominationem ad munera civilia faceret.
Hystomochlium, ὑπομόχλιον, id quod vecti subjicitur, ut obnisu suo vectem adjuvet. ‖
Hypopheon, ὑπόφειον. Herba est in segetibus arvisque nascens, totus foliis, ramis exilibus, succum emittens papaveris viribus proximum. Alio nomine hypecoon dicitur.
Hypopodium, ὑπωπόδιον, scabellum, quod pedi supponitur. Cujacius *hypopodia* interpretatur, quæ sub pedes sedentibus ponuntur, quæ interdum etiam scamna vocantur, *l.* 3. *D. de suppell. leg.* ‖
Hypopyon, ὑπόπυον. Oculi morbus, quum pus sub cornea tunica colligitur. In qua significatione per y in penultima scribi debet, quum ἀπὸ τοῦ πύου, hoc est, à pure deducatur. ¶ Hypopion autem per i nostrum, antepenultima producta, ὑπώπιον, livor est sub oculis contingens, à sanguine compressis venulis exeunte, & sub cute permanente, cujusmodi vitia Latini suggillata appellant. Vide Bud. *in Pandect.* & Rhodig. *lib.* 7. *cap.* 20.
Hypósphagmâ, ὑπόσφαγμα, sanguinis subter cutem diffusio contingens ex rupta vena, ictu, fuste, duróve alio corpore illato. Galenus ὑπαιμάτωσιν ὑπόχυσιν, id est, sanguinis suffusionem appellat.
Hypóstasis, ὑπόστασις. Substantia, sive natura subsistens. Unde Theologis hypostasis in Trinitate divina, idem est quod οὐσία, & οὐσίωσις, quam Personam Latini nominant. ¶ Hypostasis item à medicis dicitur urinæ fæx in ima matulæ parte subsidens.
Hypóthecâ. { ערבון *Serabón.* ὑπόθεκα. Gall. *Gage, hypotheque.* Ital. *Pegno.* Germ. Ein pfand. Hisp. *La prenda que se da.* Angl. *A pledge, a gage.* } Latinè pignus, teste Martiano: Inter pignus, inquit, & hypothecam tantùm nominis sonus differt: cui assentitur Valla. Cicero *ad Thermum.* Cutes velim ut aut de hypothecis decedat, cásque procuratoribus Cluvii tradat, aut pecuniam solvat. Jurisconsulti tamen inter hypothecam & pignus sæpissimè distinguunt: ut illa sit rei immobilis, quæ solo adhæret: hoc verò rei mobilis, quæ tradi manu potest.
Hypothêcârius, adject. { משכון *noschéh.* ὑποθηκάριος, ὑποτιθέμενος, ὑποδεδεμένος λαβών. Gall. *Qui a gage, fourni ou garni de gage.* Ital. *Chi presta danari su pegni.* Germ. Dem man pfand eine setzt/ oder die von einer stattd redgm nimpt. Hisp. *El que tiene prenda.* Angl. *That hath a pledge.* } ut, Hypothecarius creditor. Ulp. *in l.* 1. §. *sciendum est autem, ff de separ.* Hypothecaria actio, *l.* 5. *ad exhib.*
Hypothêcæ, ὑποθῆκαι. Vocatæ sunt Portæ in Bœotia. Alii oppidum quoddam esse aiunt à loci situ ita nominatum. Steph.
Hypopompi, productores, Comites. Buleng.
‖ Hypothema, basis, fultura. Gloss. ὑπόθημα, subpostorium. ‖
‖ Hypóthesis. { ὑπόθεσις. Angl. *A matter, argument or cause to write or dispute on.* } Suppositio, scopus, institutum. Unde accipitur pro argumento totius operis præcipua capita paucis perstringente. ¶ A Rhetoribus item hypothesis dicitur quæstio finita, circa quam totius disputationis cardo versatur. Nam quæ infinitæ sunt, & generaliter proponuntur, theses appellantur. Si itaque in deliberationem venit, Num omninò ducenda sit uxor, thesis erit: sin hoc in contentionem adducatur, Num Catoni Martia ducenda sit, hypothesis censebitur. Cic. *in Top.* Quod Græci hypothesin vocant, nos causam ex definito quæstionum genere. Idem *Attic.* Hypothesin hanc habent, cámque præ se ferunt, clarissimum virum interfectum, Remp. perturbatam.
‖ Hypotheticus, a, um: hypothesin habens, conditionalis. ‖
Hypothetícè, conditionaliter.
Hypóthyrâ, ὑπόθυρα ἢ ὑποθύριον, apud Vitruv. pro valvarum cavitate & inanitate accipitur. Vel etiam ὑπόθυρον, limen infernus.

Hypothi

Hypothicos (quòd hic pro vestis genere corruptè legebatur) vide *Hypodyges.*

‖ Hypotrachelium, ὑποτραχήλιον, colli pars infra cervicem, & intra ὦμα πλάτας. Translatè autem est scapi pars, quæ sub astragalo est.

Hypotrimmata, ὑποτρίμματα, bellaria arida.‖

Hypōzeuxis, ὑπόζευξις. Subconjunctio, figura zeugmati contraria, quum singulis sensibus tribuitur propria clausula. Virg. 10. *Æneid.*

*Regem adit, & regi memorat noménque genúsque,*
*Quidve petat, quidve ipse ferat, &c.*

A verbo Græco ὑποζεύγνυμι, quod est subjico, vel subjungo.

Hypselis, ὑψηλὶς. Vicus Ægypti, quem inhabitant Hypselitæ. Sunt etiam Hypselitæ in vico quodam Thraciæ. Steph.

Hypsēnōr, ὑψήνωρ. Fuit, teste Hom. *lib.* 5. *Iliad.* filius Dolopionis, qui sacerdos Scamandri, in tanto honore habitus fertur, ut tanquam divinum quoddam numen coleretur, ac si deus quidam fuisset. Ilium Euripylus in bello Troiano interemit.

Hypsicrătēĭa, ὑψικράτεια. Mithridatis regis uxor, insigne conjugalis fidei exemplar, quæ maritum à Pompeio victum, attonsis capillis, virilique habitu assumpto, per loca inculta, feràsque gentes, infatigabili corporis animique robore sequuta est.

Hypsipyle, ὑψιπύλη. Lemni regina, Thoantis filia, quæ quum reliquæ mulieres ejus insulæ omnes viros ex communi sententia occidissent, sola patrem servavit. Ob quam pietatem è Lemno ejecta, capta à Piratis dicitur, & Lycurgo Thraciæ regi vendita: à quo liberaliter habita, & nutriendo filio ejus præposita est. Nam paulò ante fugam gemellos pepererat, quos conceperat ex Jasone, quem in Cuichos navigantem hospitio simul & lecto excepérat. Postea quum Argivis ad Thebanam expeditionem proficiscentibus, Langiam fontem ostensura, Archemorum alumnum humi depositset, ea absente adrepens serpens puerum interemit: quo nomine quum à Lycurgo ad supplicium quæreretur, ab Adrasto, exercitúsque Argivis servata est. Vide Statium *in Theb.* & Ovid. *in Epist. Heroid.* Propert. *lib.* 1.

‖ Hypsistarius, sectæ genus. Hesich. Lex. gr. b.‖

Hypsus, untis, ὕψους. Lycaonis filius condidit Thyreum Arcadiæ urbem. Stephan. Est & Hypsus Arcadiæ urbs. Idem.

Hyrcānĭa, ὑρκανία. Regio Asiæ, magna ex parte plana, & præclarissimis urbibus insignis, quarum celebertimæ sunt Talebrota, Samariana, Carta & Tape: adeò autem fertilis & opulenta, ut vitis vini meretram ferat, & ficus sexaginta modios ficorum: frumentum ex semine nascatur, quod cadit ex culmo: in arboribus mellificetur, perfluat mel ex oleis. Dicta Hyrcania, ab Hyrcana Sylva, quæ Scythiæ subjacet. Habet ab Oriente mare Caspium, à Meridie Armeniam, à Septentrione Albaniam, ab Occasu Iberiam. In ea regione panthеræ, pardi, & tigres abundant, quum sylvis aspera sit.

Hyrcānŭs, a, um: ὑρκάνιος. ut, Mare Hyrcanum, *Mar de Bacan.* Homines Hyrcani. Hieronymus, Hyrcani volucribus & canibus semivivos projiciunt. Virg. 4. *Æneid.*

*——— Hyrcanæque admorunt ubera tigres.*

Hyreus, ὑρεύς. Rusticus quidam Bœotius, qui quum Iovem, Mercurium, & Neptunum hospitio suscepisset, jussus petere quicquid vellet, mox voti compos futurus: respondit se quidem nihil æquè cupere ac filium, uxorem tamen ducere nolle. Quo intellecto, tres dii in bubulum tergus, quod ille juvenco detraxerat, quem Iovi recens immolaverat, lotium reddidére: ex quo decimo mense natus est puer, quem illi, ἀπὸ τοῦ οὖρου, hoc est, ab urina, Urionem vocavit: qui postea primæ literæ mutatione Orion dictus est.

Hyria, ὑρία. Insula est Ionii maris, ante Peloponnesum, alio nomine Zacynthus dicta. Author Plin. *lib.* 4. *cap.* 12. ¶ Fuit præterea Hyria Bœotiæ oppidum, in agro Tanagræo, authore Plin. *lib.* 4. *cap.* 7. & Strab. *lib.* 9. ¶ Item aliud in Japygia, à Cretensibus conditum, cujus meminit Herod. *lib.* 7.

Hyrmine, ὑρμῖνη. Oppidum in ea parte Achaiæ propriè dictæ, quæ Eleorum agro proxima est. Author Plin. *lib* 4. *cap.* 5.

Hyrnithium, ὑρνίθιον. Parva regio in Epidauro, cui nomen dedit Hyrnitho, filia Temeni. Gentile Hyrnithius. Steph. *in Pausania lib.* 2.

Hyrtăcīna, ὑρτακίνη. Oppidum Cretæ, apud Stephan. ¶ Fuit præterea hoc nomine Troianus quidam ex Ida monte, pater Nisi, unus ex comitibus Æneæ, qui à nomine patris Hyrtacides appellatur à Virg. *lib.* 9. *Æneid.*

Hysacis, ὑσακὶς. Insula parva, & magna Æthiopum: Insulares Hysacitæ. Stephan.

Hysbe, es, ὑσβή. Lydiæ oppidum, apud Steph. à quo deducuntur gentilia Hysbæus, & Hysbites.

Hyscena, ὕσκαινα, τά. Urbs Illyriæ: gentile Hyscenæus. Steph.

‖ Hysge, ὕσγη, nomen herbæ.‖

Hysginum, ὕσγινον. Planæ genus, quo color tingitur, coccineo similis: unde Græci vestes, ὑσγινοβαφῆ appellant, hoc est, hysgino tinctas. Plin. *lib.* 25. *cap.* 7. Quare Purpolum potiùs laudatur, quàm Tyrium, aut Getullicum, aut Laconicum, unde pretiosissimæ purpuræ. Causa est, quòd hysgino maximè inficitur, rubiámque cogitur sorbere.

Hysĭa, æ, vel Hysĭæ, arum, ὑσία, ὑσίαι. Bœotiæ oppidum, colonia Hyrcorum, à Nicteo Antiopes patre condita: de hac Thucydides *lib.* 3. Est & alia regio sedes Parthorum. Gentile Hysicus. Est item vicus Argivus Thucydidi: Characi verò civitas. Unde Hysiates, tis. Item Arcadiæ urbs, denique Rhysia, fortè Hysia, urbs Bœotiæ. Steph. Vide *Hyria.*

Hyssōpus. ‖ אזוב *exób.* ὕσσωπος. Gall. *Hyssope.* Ital. *Hissopo.* Germ. Ysop oder Isten. Hisp. *Hyssopo, hyssopito.* Angl. *Hysope.* ‖ Fœminini generis, & Hyssopum, neutri: cum y, & gemino ſſ, ut quibusdam videtur. Herba utilissima, pulmoni valde utilis. Columell. *lib.* 6. *cap* 10. Veterem tussim sanant duæ libræ hyssopi macerati sextarii aquæ tribus. Plin. *lib.* 25. *cap.* 11. Hyssopum in oleo contritum phthiriasi resistit & prurigini in capite. Columell. *lib.* 7. *cap.* 5. Remedio sunt hyssopus & sal, æquis ponderibus contrita. ¶ Apud Macrum legimus hysopum, unico ſ, duobus prioribus syllabis contra artis præceptiones correptis.

*Est* (inquit) *hysopum ficcum, calidúmque, & tertius illi*
*Est in utrisque gradus.*

Hyssōpītēs, hyssopitæ, masculi gen. ὑσσωπῖται. Vinum factitium ex hyssopo: sicut Myrrites, ex myrrha: Absinthites, ex absinthio. Columell. *lib.* 12. *cap.* 35.

Hystāspēs, ὑστάσπης. Darii Persarum Regis filius ex Atossa Cyri filia; cujus meminit Herod. *lib.* 7. ¶ Fuit & ante hunc alter eodem nomine, Arsamenis filius, & Darii pater: de quo idem Herod. *lib.* 1.

Hystĕrĭdes, ὑστέραι. Latinè vocantur Secundinæ. Sunt autem folliculi, quibus infans involutus prodit in lucem, & quicquid infantem ex utero sequitur.

Hystĕrĭcæ, ὑστερικαὶ. Dicuntur mulieres quæ uteri suffocatione laborant, in quibus sensum pulsúmque per intervalla nullum, aut certè perexiguum percipere possumus: quam affectionem hysterícam appellant, ἀπὸ τῆς ὑστέρας: quo nomine Græci matricem, vel uterum significant.

‖ Hysterologus, ὑστερολόγος, est qui ὕστερον λόγον, præposteto loco verba facit. Item qui priùs dicit, quod posterius est. Inde ‖

Hysterŏlŏgĭa, ὑστερολογία. Loquutio præposteta: figura eadem cum ea quæ dicitur hysteron proteron, quum scilicet quod priore loco dicendum erat, posteriùs dicitur.

Hysterŏn prŏtĕrŏn, ὕστερον πρότερον. Est figura quum sententia ordine commutatur: ut,

*Postquam altos tetigit fluctus, & ad æquora venit.*

Nam prius ad æquora venit, quàm tangeret fluctus.

Hystrix, ὕστριξ. Suidæ, hystricis. Animal est spinis contectum, ex herinaceorum genere. ¶ Gall. *Porc espic.* Ital. *Porco spinoso, cinghiale.* Germ. Meerschwein/ stachelsaw. Hisp. *Javali.* Angl. *A porcupine, a beast so called: that casteth prickes frome him at men. as it were arrowes.* ¶ Plin. *lib.* 8. *cap.* 35. Hystrices generat India, & Africa spinâ contectas ex herinaceorum genere: sed hystrici longiores aculei, & quum intendit cutem, missiles. Ora urgentium figit canum, & paulò longiùs jaculatur. Hybernis autem se mensibus condit, &c. ¶ Hystricis seta, ὑστρικὸς θρὶξ. dici poterit Dicterium acutiet in quempiam tortum.

Hytenna, ὑτέννα. Urbs Lyciæ. Steph.

Hythmitæ, ὑθμῖται. Populi juxta Lybarnos & Cyopios. Steph.

Hyttēnĭi, ὑττηνοὶ, vide *Tetrapolis.*

# NOTÆ ANTIQUORUM.

H Honestas, hæc, hæres, homo, habet, hora.

H A. Hadrianus, hora. H. ÆD. Q. C. P. AM. FE. hoc ædificium quod cernis prudens amator fecit.

H B. hæres bonorum. H. B. F. homo bonæ fidei.

HC hunc. HC. AM. N. hunc amicum nostrum. HC. L. hunc locum. HC. L. RO. hunc locum Romanum. H. COG. hæredem cognitorem, hæredem cognovit. HC. V. hinc vitæ.

H. D. hic dedicavit. H. DD. hic dedicarunt, hic dedicant. H. D. D. hoc dono datur. H D. M. hæc domus mortui.

H. E. M. TBNR. hæc est memoria Tribunorum. HER. S. Herculi sacrum.

H. F. hic fundavit, honesta fœmina, fortuna, fundat.

H. I. hæreditaris jure, hercle juravit, hic invenies. HIC. IN. ÆDF. REG. hic invenies ædificium regale. HIC LOC. HÆR. NON SEQ. hic locus hæredem non sequitur.

H. L. N. honesto loco natus. H. L. H. N. S. hic locus hæredem non sequitur.

H. M. honesta mulier, hora mala, hora mortis; hoc monumentum. H. M. AD H. N. TRAN. hoc monumentum ad hæredes non transeat. H. M. D. M. A. huic monumento dolus malus absit. H. M. H. E. N. SEQ. hoc monumentum hæredes ejus non sequuntur. H. M. M. hic memoria mirabilis. H. M. P. hic memoriæ posuit, hic monumentum posuit. H. M. S. M. hic mater sua mortua, vel hora mala sumpsit moram. H. M. S. S. E. H. N. S. hoc monumentum sine successoribus eadem hæreditate non succedit. HM. hymnus.

HO. homo, honestus. HO. H. homo honestus. HOM. homo. H. HON. homo honestus. HOR. VI. hora sexta. HOS. hostis. H. HO. S. hic hora secunda.

H. P. honesta persona, honesta puella, hora pessima, hic posuit.

HR. PSS. hæreditatis possessor. H. PS. hora pessima. HR. hæres. H. R. honesta ratio. H. R. I. P. hic requiescit in pace.

H. S. hora secunda, hic sita, hic sunt, hostia sacrilega. HSB. hostibus. H. S. E. hic sepultus est, hic situs est. H. S. H. N. S. hoc sepulcrum hæredes non sequuntur. H. SPL. M. A. hæc sepultura modò aucta. HSS. hostes. H. S. hostes sacrilegi. H. S. S. hic sepulti sunt. H. S. V. F. M. hoc sibi vivens fieri mandavit. HS. sestertium.

HU. hujus. H. V. honesta vita. H. V. B. P. heres verus bonorum possessor.

# I

I, Vocalium nulla sonum edit exiliorem, quare inter cæteras consonantes non immeritò postremæ est notæ, etsi producitur. Hoc enim indicavit Plato: accommodatum ait elementum esse ad exprimendas res subtiles ac penetrabiles: declarant hoc, ut ipse ait, ἰτέα, ἶς, ac similia. Dum profertur, ictu quodam petit ultimos dentes, quos genuinos appellant, nasciturque circa primores dentes collisio spiritus, neque os multùm aperitur, neque labra hoc præstant, ut os illustriore & hilariore sono renideat. Quod Virgilius plurimis in locis ostendit, sed in hoc maximè cognosci potest. *Olli* subridens dixit, non *Illi*, quum subjunctivus esset ridendi nomen, à quo natura literæ i longè aliena est. Hæc causa videtur mutatæ literæ: si enim propter magnificentiam solùm fieret, quam postulat heroïci carminis majestas, hanc causam affert Phavorinus Gellianus, cur isthuc magis fiat hìc quàm in aliis? Rursus alio in loco Virgilius quum narraturus esset ex persona Æneæ excidium Trojanum, in exordio in cæsuris principalioribus locum dedit huic elemento:

*Eruerint Danai, quæque ipse miserrima vidi,*
*Et quorum pars magna fui.*

Hujus tamen literæ exilitas non ita exsanguis, nec semper tristis, ut non suo loco amœnitatis vel plurimùm adducat, venusta gracilitate: qua de causa apud Latinos non raro in locum e migrat accita. Anget sonum & diminuit, sicuti cæteræ vocales, de quibus suprà dictum est. Litera vocalis est, quæ etiam consonans fieri consuevit. ‖ modò pro simplici consonante, modò pro duplici accipitur. Pro duplici consonante accipitur, quando in eadem dictione ponitur in medio duarum vocalium, ita ut posteriori cohæreat in eadem syllaba: ut Maius, Pompeius, Peius. Simplex autem consonans esse intelligitur, quoties in principio ponitur dictionis, ita ut cum sequente vocali cohæreat in eadem syllaba, aut quoties subsequitur immediatè aliquam consonantem: ut, Janus, conjuro. Notandum tamen, i literam pro consonante aspirari non posse, quum nulla consonans aptè aspirationem accipere valeat. Unde Hierosolyma sex syllabarum est, Hulcus trium. E, & I, commutari sæpe, docet Gell. *cap.* 29. *lib.* 10. ‖ I, quoque in V, mutatum apud antiquos: ut Decimus, *decumus*: Maximus, *maxumus*. ‖

## I A

**Ia**, *Ia*, filia fuit Atlantis, soror *Maiæ*, matris Mercurii, de qua Homerus *lib.* 4 *Odyss.* ¶ Item Ia, *ia*, Græci vocant violas: unde Ianthina vestis, vide infrà.

‖ Iaca, *Iaca*. V. E. Hispaniæ, sub A. Cæsaraugustano. ‖

**Iăcchŭs**, *Ἰακχος*. Nomen Bacchi, ab *ἰαχὼ*, clamo, canto, vociferor: nam qui Baccho sacrificabant, ululatibus & clamoribus omnia impiere solebant. Virg. *Eclog* 7.

*Populus Alcidæ gratissima, vitis Iacchо.*

Ponitur quandoque pro vino. Idem 6. *Eclog.*

*Inflatum hesterno venas, ut semper Iacchо.*

**Iăcĕo**, es, ui, jacère, ex *κεῖμαι, κεῖσθαι*. Cubo, decumbo, reclino, prostratus sum. { שכב *schachâb*. רבץ *rabâts*. *κεῖσθαι, ἴζεσθαι*. GALL. *Estre couché ou estendu, gesir*. ITAL. *Giacere, star giu*. GERM. *Ligen*. HISP. *Yazer. ò estar echado ò acostado*. ANGL. *To lye, to extende out or lo of length*. } Virg. *in Eue.*

*Silenum pueri somno videre jacentem.*

Idem 7. *Eclog.*

*Strata jacent passim sua quæque sub arbore poma.*

Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 5. *Trist.*

*Mens tamen ægra jacet.*

Ibid. *Eleg.* 3. *lib.* 3.

——— *duro in regione jacenti* (id est ægro.)

Ibid. *Eleg.* 1. *lib.* 2.

*Nec mihi credibile est quemquam insultare jacenti.*

Plaut. *in Amph.* Quis est hic senex, qui ante ædes nostras sic jacet? Dicimúsque, Jaceo in strato, jaceo humi. Liv. *lib.* 3. *bell. Pun.* Hostes jacentes inter custodias stationésque militum circumspexerunt. Jacere in luto. Vide *Lutum*. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 5. In nervo jam jacebis, nisi mihi argentum redditur. Ovid. *Eleg* 2. *lib.* 3. *Trist.*

*His e-o, qui jaceo tenerorum lusor amorum.*

Plaut. *Men. sc.* 4. *a.* 1. Si cades, non cades quin cadam tecum: jacentes tollet aliquis. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. Vultis ut me jacentem hic aliquis tollat? *Ibid. sc.* 2. *a.* 1. Pernam, callum, glandium facito in aqua jaceant (id est, macerentur) Ovid. 13. *Metam.*

*Oppositi molem clypei, texique jacentem.*

¶ Quandoque accipitur pro situm esse. Salust. In medio campus jacet aquis undique cæteris. Beurus *ad Ciceronem*, Quem locum volo tibi esse notum: jacet inter Apenninum, & Alpes, impeditissimus ad iter faciendum. Ovid. *Eleg.* 7. *lib.* 4. *Trist.* Jacent inter nic & te montes, flumina, campi, maria. ¶ Quandoque mortuum esse, atque adeò sepultum. Lucan. *lib.* 8.

*Ille jacet, lata pasi quem pratulit orbis.*

Martialis,

*Non aliter cineres mando jacere meos.*

Ovid. *Eleg* 3. *lib* 4. *Trist.*

*Et cinis in tumulo positus jacuisset avito.*

Plaut. *Amph.* Spes & opes vitæ jacent sepultæ in pectore. Senec. *cap.* 17. *de consol ad Helv.* O quàm multorum egregia opera in obscuro jacent! Plaut. *Curc. sc.* 4. *a.* 4. Meæ pugnæ obtritæ jacent. Ovid. 13. *Metam.*

——— *per me jacet inclytus Hector.*

¶ Aliquando Jacere ponitur pro abjectum, & infirmum esse, pro contemni. Cic. 1. *de fin.* Maximas verò virtutes jacere necesse est, voluptate dominante. Jacens animus, id est, non alacer, abjectus, humilis, demissus. Cic. *de Amic.* Non est igitur amici, talem esse in eum, qualis ille in se est: sed potiùs niti, & efficere ut amici jacentem animum excitet, inducátque in spem, cogitationémque meliorem. Jacens hæreditas dicitur antequam adita sit, apud Jurisconsultos. Item, jacens res, cujus dominus ignoratur. Ulp. *lib.* 43. *D. de furt.* Qui alienum quid jacens lucri faciendi causa sustulit, furti obstringitur. ¶ Jacet oratio, quæ languet, & quasi exanimis est. Quintil. *lib.* 9. de figuris sententiarum loquens: Motus est in his orationis, atque actus: quibus detractis, jacet, & velut agitante corpus spiritu caret. Budæus. Quintilian. Animi jacentis, & mollis frontis (sup. homo.) Et Gell. *cap.* 7. *lib.* 1. Aute non surda, nec jacenti. Jacent prætia prædiorum, pro Vili venduntur prædia. Cic. *pro Rosc. Comœdo.* Accepit enim agrum temporibus iis, quum jacerent prætia prædiorum. Rationes jacent, hoc est, emortuæ sunt & languidæ ac sopitæ. Plaut. *Amph.* Supreme Jupiter, quid intueor, utrique in musculo dextro, eodem in loco, signo eodem apparet probè, ut primùm coivit cicatrix rufula, sublutida. Rationes jacent, judicium filet: quid agam nescio, id est, rationes ignoro. Et inde fit, ut res discerni non possit. Jacent bona, quæ sunt sine possessore. Papinianus *D. lib.* 38. *tit.* 3. *l.* 3. Nónne justius atque utilius erit, ad eundem modum, &c. Jacere, pro plurimùm porrigi. Virg. *lib.* 3. *Georg.*

——— *itque per tum longa in deserta sine ullis*
*Hospitiis: tantùm campi jacet.*

Nonius. Hujus verbi composita sunt, Adjaceo, Interjaceo, Objaceo, & Subjaceo: de quibus vide suis locis.

**Jăcio**, is, jeci, & jaci, auctore Diomede *lib.* 1. jacere jactum, *παρὰ τὸ ἰὼ, ἄχω*. Significat emitto, jaculor. { ירה *jarâh*, חשליך *hischlich*, רמה *ramâh*. *βάλλω, βάπτω*. GALL. *Ietter, lancer, tirer*. ITAL. *Trarre, tirare, lanciare*. GERM. *Werffen*. HISP. *Echar, tirar, lançar, arrojar*. ANGL. *To cast, throwe or hurle*. } Cic. 6. *Verr.* In quem scyphum de manu jacere conatus est. Virg. 5. *Æneid.*

*Sublatáque procul dextra connixa coruscat,* *Et jacit.*

Tibull. *lib.* 4.

——— *celeremve sagittam* *Iecerit.*

¶ Jacere talos, vide *Tali*. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Jace pater talos, ut porrò nos jaciamus. Idem *ibid. sc.* 1. *a.* 4. Cùm jaciet talos, Te ne dicat, nomen nominet, Et *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Jacit volturios quatuor. Jacto basilicum. Cæsar 1. *bell. Gall.* Undique in murum lapides jaci cœpti sunt. ¶ Jacere, pro dare. Sueton. *in Neron. cap.* 17. Multásque, nec dubias significationes jecit, cum ordinem { senatorium } sublaturum, &c. ¶ Jacere fundamenta, est ponere, vel collocare lapides, quibus ædificium superstruatur. Sueton. *in Cæs.* In arca Capitolina novæ domus fundamenta jecit. ¶ Per translationem autem pro Inchoare, & rei alicujus principium statuere. Cic. 1. *Philipp.* In quo templo, quantum in me fuit, jeci fundamenta pacis. Gradum jacere, atque aditum ad cætera, idem est quod veluti viam parare, quâ ad aliqua progrediamur. Cic. 1. *de lege Agr.* Hunc quasi gradum quendam atque aditum ad cætera jactum intelligatis. ¶ Jacere, pro enuntiare, sive spargere in vulgus. Tacit. *lib.* 1. Quædam de habitu, cultúque & institutis ejus jecerat. Idem *lib.* 4. Neque tarò, neque apud paucos talia jaciebat. Jacere in aliquem aliquid, metaphoricè est dictum aliquod in quempiam torquere. Liv. 34. Rem defendam, non nos, in quos jecit magis hoc Consul verbo reos, quàm ut se insimularet. Jacere contumeliam in aliquem. Cic. *pro Syl.* ¶ Hujus composita sunt, Abjicio, *ἀπορρίπτω*. Adjicio, Conjicio, Circumjicio: unde Circumjecta impedimenta dicimus. Dejicio, *καθαίρω*. Disjicio, Ejicio, Injicio, Objicio, Projicio, Rejicio, Subjicio, Trajicio, quæ omnia videto suis locis.

**Jactus**, a, um: Velleius, Jacta mentio (pro *facta*,) in aliqui libri habent.

**Jacto**, as: frequenter & multùm jacio. { תשליך *hischlich*. יניד *nenid*. תחזיק *hezik*. *σείω*. GALL. *Ietter souvent*. ITAL. *Lanciare spesso*. GERM. *Dat vnd offt werffen, werffen eins vorwerffens*. HISP. *Lançar à menudo*. ANGL. *To cast often*. } Senec. Dum lapillos jactaret in pueritia. Virg. *lib.* 1. *Georg.*

*Deucalion vacuum lapides jactavit in orbem.*

Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Jacit volturios quatuor, jacto basilicum. ¶ Jactare, fusiùs gravisque est, quàm jacere. Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 1. *Trist.*

——— *jactat mea verba, precésque.*

¶ Jactare manus, i. movere, agitare, *χειρονομῶ*, apud Quint. *lib.* 6. *cap.* 3. Juvenalis,

*A facie jactare manus.*

In quo adulatoris gestus describitur, manuum jactatione, & motu, ac gesticulatione adblandientis, & propè histrionico more gestum agentis. ¶ Jactare, pro sæpe multúmque animo revolvere, *ἀναπολῶ*. Virg. 11. *Æneid.*

Atque

*Atque illum tales jactantem pectore curas.*

¶ Aliquando fatigare, vexare, concutere, exagitare, molestia afficere. {שלח *shillēch*, ἀναπαύω.} ut Virg. 1. *Æneid.*

——— *jactatos æquore toto*
*Troas reliquias Danaûm, atque immitis Achillis.*

Ubi Serv. Jactamur in mari, fatigamur in terris. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Trist.*

*Dum tamen & ventis dubiis jactabar & undis.*

*Ibid. Eleg.* 4. *lib.* 4.

*Nam neque jactantur moderatis æquora ventis.*

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 4.

——— *toto jactatus in orbe* (i. per orbem.)

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.*

*Fessaque jactati corporis ossa dolent.*

Cicer. *in Verr. a.* 2. Jactatur domi suæ vir primarius, & homo honestissimus: pro se quisque manus affert. Idem *pro Quintio.* Æquitas multis injuriis jactata, atque agitata. Et *paulò post.* Multis vexatus contumeliis, plurimis jactatus injuriis. ¶ Aliquando pro sese efferre, gloriari. {חתל *hithallēl*, גאה *gâah*, μεγαλαυχῶ. Gall. *Se vanter.* Ital. *Vantarsi.* Germ. Rhümen. Hisp. *Vanagloriarse.* Angl. *To crache or boast to glorifie him self.*} Cicer. *pro Rosc. Amer.* Hæc tu Eruci, tot & tanta si nactus esses in reo, quàm diu diceres? quo modo te jactares? Quint. *lib.* 4. *cap.* 13. Adversarius enim fiduciam partis suæ jactat. Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.*

*Tempus ubi est illud quo te jactare solebas*
*Conjuge.*

Item, Jactare se insectatione & convitiis dominorum. Liv. *lib.* 9. *dec.* 4. Et jactare obsequium amatori (id est, nimium prædicare.) Idem *ibid.* ¶ Est interdum jactare, idem quod insaniter loqui. Virg. 2. *Eclog.*

——— *ibi hæc incondita solus*
*Montibus & sylvis studio jactabat inani.*

Idem 1. *Æneid.*

*Talia jactanti strident Aquilone procellæ*
*Velum adversa ferit.*

¶ Aliquando frequenter admittere, sive ejaculari. Idem 2. *Georg.*

*Etsi non alium late jactaret odorem,*
*Laurus erat.*

Et *alibi,*

*Ipsa latrata voces ad sydera jactant*, i. crebrò emittunt.

¶ Aliquando frequenter ducere: ut apud eundem,

——— *haud unquam manibus jactata fatiscit*, i. ductata.

¶ Jactatur nummis. Cicer. 3. *Offic.* Cùmque collegium Prætorum Trib. pleb. adhibuissent, ut res nummaria, &c. constituerunt: jactabatur enim nummus illis temporibus sic, ut nemo scire posset quid haberet, id est, fluctuabat æstimatio nummi. Budæus, Jactans sui. Quintilian. Jactantior gestus. Idem Quintilian. Jactantius genus ambitus.

**Jactito**, as: frequentativum à Jacto. {ἐπαίρω, κομπάζομαι. Gall. *Jetter souvent.* Ital. *Gettar sovente.* Germ. Ein und wider treiben / embsig handlen. Hisp. *Echar à menudo.* Angl. *To cast often.*} Liv. 8. *ab Vrbe*, Juventus, histrionibus & fabulasum actu relicto, ipsa inter se more antiquo ridicula intexta versibus jactare cœpit.

**Jactus**, part. positus, constitutus. {משלך *mosheblach*, ἐμβαλῶν, βεβλημένος, ἐρριμμένος. Gall. *Jetté.* Ital. *Gettato.* Germ. Geworffen / Item, gelegt. Hisp. *Echado.* Angl. *Cast, layed.*} Cic. 2. *de lege Agrar.* Hunc quasi gradum quendam, atque aditum ad cætera jactum intelligetis. Ovid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

*Nix jacet, & jactam non sol pluviaque resolvunt.*

¶ Jactus, pro Jactatus. Idem *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.*

——— *Terráque marique*
*Jactum, &c. al. legitur Actum.*

**Jactus**, us, vi: Actus ipse jaciendi. {משחרת *metachavîth*, βολή. Gall. *Jet, jettement.* Ital. *Il trare, gettamento.* Germ. Ein wurff. Hisp. *El lance.* Angl. *A cast or throwe.*} Ter. *Adelph.* Ita vita est hominum, quasi quum ludas tesseris: Si illud, quod est maximè opus jactu, non cadit: Illud quod cecidit forte, id arte ut corrigas. Virg. 4. *Georg.*

——— *se jactu dedit æquor in altum.*

Jactus pilarum, Ovid. 2. *Trist. Eleg.* 1.

*Ecce canit formas alius, jactúsque pilarum.*

Jactus talorum. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2.

*Quid valeant tali, quo possis plurima jactu*
*Figere.*

Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Plaudite, & mihi ob jactum cantharo mulsum date (de Venere jacta in talis.) Jactus fulminum. Cicer. 3. *Catil.* ¶ Jactus absolutè, βάλος, pro jactu retis. Val. *lib.* 4. *cap.* 1. A piscatoribus in Mitesia regione verriculum trahentibus quidam jactum emerat. ¶ Jactus item accipitur pro mercium in mare projectione, quæ in magnis tempestatibus fieri solet, navis exonerandæ gratiâ. Unde extat *tit. lib.* 14. *Paul. ad legem Rhodiam de jactu*, quo cavetur, si levandæ navis gratiâ jactus mercium factus sit, omnium contributione esse sarciendum, quod pro omnibus damni factum est.

**Jactanter**, adverb. Insolenter, gloriosè, cum jactantia. {ἀλαζονικῶς. Gall. *Avec vanterie, & jactance.* Ital. *Con superbia, ambitiosamente.* Germ. Stoltzlich / mit rhümen. Hisp. *Vanagloriosamente, à pompa, ambiciosamente.* Angl. *Boastinglie.*} Tacit. *lib.* 2. Petisse Germanicum, nulli jactantius mœrent, quàm qui maximè lætantur: id est, majori cum ostentatione. Et *lib.* 19. Lutetias composuit ad Vespasianum jactantiùs quàm ad Principem.

**Jactātus**, part. {משולש *meshulash*, ἀντίμιμος, πολυσχημονῶν, ἀγχίμολος, ἐμπίπτων. Gall. *Agité, jetté d'un coté & d'autre.* Ital. *Spinto, gettato quà & là.* Germ. Hin und her geworffen und getrieben. Hisp. *Acossado, echado en diversas partes.* Angl. *Tossed to and fro.*} Ovid. *Eleg.* 10. *lib.* 3.

*Et quamquam Boreæ jactatis insonet undis*
*Ibid. Eleg.* 2.

*Undique jactato flore tegente viæ.*

Virg. 1. *Æneid.*

——— *jactatos æquore toto*
*Troas, reliquias Danaûm, atque immitis Achillis.*

¶ Jactatus: pro {Jactus}, Aug. apud Suet. *in Aug. cap.* 71 loquens de lusu talorum: Talis enim jactatis, ut quisque Canem, aut Senionem miserat.

**Jactabundus**, a, um: gloriosus. Gell. *lib.* 1. *cap.* 2. In quemdam jactabundum, & gloriosum. Et *lib.* 15. *cap.* 2. Nugator, & in Græca facundiæ gloria jactabundus. Dixit etiam *lib.* 19. *cap.* 1. Mare Ionium violentum, vastum & jactabundum.

**Jactātus**, us, ui: Agitatio, succussio. {שלשלת *shalshelâth*, σάλος. Gall. *Agitation.* Ital. *Agitatione è motto.* Germ. Bewegung. Hisp. *Agitacion.* Angl. *A tossing, a moving.*} ut, Jactatus maris. Plin. *lib.* 14. *cap.* 18. Sic & mari navigatio: cujus jactatus his quæ duraverint, tantum vetustatis adjicere sententiæ, quantum habuerint, Ovid. 6. *Metam.*

*Excussit pennas, quarum jactatibus omnis*
*Afflata est tellus.*

**Jactātio**, nis: Agitatio, succussatio. {שלשלת *shalshelâth*, σάλος, ἀλυσμός. Gall. *Secouement.* Ital. *Crollo.* Germ. Bewegung / hin und her treibung. Hisp. *Sacudimiento.* Angl. *A tossing, a beasting.*} Liv. *lib.* 30. *bell. Pun.* Simul sperans leniorem in navigatione quam in via jactationem vulneris fore, & curationi omnia commodiora. Cic. *pro Mur.* Quo tandem animo me esse oportet, propè jam ex magna jactatione terram videntem, in hunc cui video maximas Reip. tempestates esse obeundas? Jactatio etiam ponitur pro jactantia & gloriatione. Idem 5. *Tusc.* Jactatio {vel jactantia potiùs} est voluptas gestiens, & se efferens insolentiùs. Insolentiam & jactationem hominum fertæ. Idem *ad Att. lib.* 10. Jactatio verborum. Idem *ad Brutum.* Quint. Cùm jactatio illa dicendi vitiosa detonuit.

**Jactātor**, is: Gloriosus, insolenter se venditans. {מתחלל *mithallēl*, גאה *gaêh*, μεγαλαυχῶν, ἀλάζων. Gall. *Vanteur, glorieux, vain, presomptueux.* Ital. *Ventatore.* Germ. Ein rhümer der sich grosser dingen außthut. Hisp. *Alabancioso de si.* Angl. *A boaster, a cracker.*} Quint. *lib.* 11. *cap.* 1. de Cic. Is quidem rerum à se gestarum major quàm eloquentiæ fuit in orationibus utique jactator. Claud. *Panegyr.*

——— *Immodicus proprii jactator honoris.*

Gell. *cap.* 4. *lib.* 18. Jactator & venditator Salustianæ lectionis. Et Quint. Jactator rerum gestarum & eloquentiæ. Suet. *in Claud. c.* 35. Jactator civilitatis.

**Jactantĭa**, æ: Jactatio, insolentia, superbia. {גאון *gaôn*, גאוה *gaavâh*, μεγαλαυχία, μεγαλαυχία, ὕβρις, ἀλαζονεία. Gall. *Vanterie, vanité, jactance, presomption.* Ital. *Superbia, jattantia, vanita.* Germ. Rhümung / ruhmsüchtigkeit. Hisp. *Sobervia, alabança vana.* Angl. *Boasting, cracking pryde.*} D. finitur à Cicer. 4. *Inst.* voluptas gestiens, & se efferens insolentiùs. Quint. *lib.* 9. *cap.* 2. Veritus opinionem jactantiæ. Idem, Hoc enim manifesti est jactantiæ. Tacit. *lib.* 1. Jactantia, gloriáque ad posteros. Quintil. Jactantia ingenii.

**Jactĭōsè**: Jactanter, insolenter, superbè. {ἀλαζονικῶς. Gall. *Avec vanterie.* Ital. *Ambitiosamente, superbamente.* Germ. Stoltzlich mit rhümen. Hisp. *Vanagloriosamente.* Angl. *Boastingly, by cracking pryde.*} Cicer. Quum sint multa jactiosè dicta. Sic enim legant quidam: quamvis in castigationibus exemplaribus non jactiosè legatur, sed actuosè.

**Jactĭōsus**, jactans. Nonius Marcellus, Jactuosæ positum pro jactantes. Cicer. *in Orat.* Quum sint luminosæ, & quasi jactuosæ partes duæ. Alia exemplaria habent *actuosa.* Ex Nonio.

**Jactūra**, æ. Propriè dicitur damnum illud, quod ex jactu consequimur, hoc est, ex projectione mercium in mare, quæ fieri solent in magnis tempestatibus, ventis adversis sævientibus, ad exonerandam navem. {נזק *nézek*, ἐκπωμα. Gall. *Perte, dommage.* Ital. *Danno, perdita.* Germ. Eygentlich der schad so einer erleidet in den Meeren ungestümigkeit / außwerffung der güter / sunst aber / ein jeder schaden und verlust. Hisp. *Daño, perdida.* Angl. *Losse, hurte.*} Sallust. *ad Cæsarem*, Si quid adversi coortum est, de illis potissimùm jacturæ fit quæ minoris pretii sunt. Liv. *lib.* 3. *ab urb.* Jacturam sui juris facere. Et Senec. Jactura publica pacisci. ¶ Per Metaphoram accipitur pro quovis damno: ut apud Cicer. 2. *de finib.* Facere jacturam rei familiaris. Ovid. 9. *Metam.*

*Nunc tamen ablati domuit jactura doloris.*

Idem 1. *Metam.*

*Est tamen humani generis jactura dolori*
*Omnium.*

**Jăcŭlum**, i. Propriè telum, sive hastile, quod manu ejaculari potest. {חץ *chets*, ἀκόντιον. Gall. *Dard.* Ital. *Dardo.* Germ. Ein pfeil oder etwas anders das man in die veste würfft. Hisp. *Tiro que se tira.* Angl. *A pike, a dardo.*} Quint. *lib.* 8. *cap.* 2. Qui jaculum emittit, jaculari dicitur. Virg. 9. *Æneid.*

——— *& jaculum contorquens mittit in auras.*

¶ Jaculum, etiam à jaciendo dicitur rectis genus: Idem cum funda (quæ à fundendo dicitur, & Græcè βάλος, teste Servio) aut non multùm diversum. Distinguit etiam Ausonius *in Epist. ad Theonem.*

*Et jacula, & fundas, & villica nomina lini,*
*Celaque & insutos terrenis vermibus hamos.*

Plaut. *in Tuscul.* Quasi in piscinam rete qui jaculum parat. Idem, Jubeas una opera me piscari in æthere, venari autem recti jaculo in medio mari.

**Jăcŭlor**, aris, deponens. Jaculum emitto, telum conjicio. {ירה *iarâh*, רמה *ramâh*, ἀκοντίζω. Gall. *Darder, jetter un en plusieurs dards.* Ital. *Tirare, lanciare.* Germ. Schiessen / werffen. Hisp. *Tirar à lanzar tiro.* Angl. *To cast dartes.*} Juven. *Satyr.* 1.

——— *Quantum jaculetur Monychus ornos.*

Ovid. 2. *Metam.*

——— *vasti quoque rector Olympi,*
*Qui fera terribili jaculatur fulmina dextra.*

Quintil. *cap.* 12. *lib.* 2. Jaculantur abrupta quædam declamatores.

Et Liv. *lib.*2. *dec.*3. Probis in ipsum jaculati sunt. Quint. Jaculari in aliquem obliquis sententiis. Idem, Jaculari tententias vibrantibus digitis, &c. ¶ Aliquandò simpliciter accipitur pro Proicio. Colum. *lib.*2. Faba, quæ longiùs emittetur, pilæ eò pervenit, quò ventilator eam jaculabitur. ¶ Legitur & Jaculo, activum. Claudianus,

——— *iaculis iaculabat in arvis*

Hinc fit compositum, Ejaculo, quo usus est A. Gellius. Arionem (inquit) cum fidibus & indumentis, cum quibus se in salum ejaculaverat, exstitisse.

Iăcŭlātio, Jaculamen, & Jaculamentum, dicitur ipse actus jaculandi. { מטחרים *metachavîm.* ἀφεῖναι, ἀφίεσθαι. Gall. *Dardeiment, jettement.* Ital. *Il tirare, tiro* Germ. Schiessung/ werffung. Hisp. *Aquella obra de tirar lança.* Angl. *A throwing or hurling of darts.*}

Iăcŭlātor, is, qui jaculum emittit. { רמה *romêh,* מחצרים *mechatsêtsîm.* ἀκοντιστής. Gall. *Dardeur, jetteur de traict, arbalestier, archer.* Ital. *Tiratore, lanciatore.* Germ. Ein schützer/ oder werffer. Hisp. *Tirador ò lançador de tiro.* Angl. *A shooter, an hurler of dartes.*; Liv. 7. *bell. Pun.* Annibal tutumatim per equites, pedestrumque jaculatores levia certamina ferens, &c. Horat. 1. *Carm. Ode* 4.

*Enceladus iaculator audax.*

Curt. *lib.*3 Hoc agmen sex millia jaculatorum funditorumque antecedebant. ¶ Jaculator pro piscatore, vide *Iaculum.* Isidorus è Plauto, Probus quidem antea jaculator erat.

Iăcŭlātrix, icis, quæ jaculum emittit. { רמה *româh,* מחצרית *mechatsêtsîth.* ἀκοντίστρια. Gall. *Darderesse, celle qui jette dards.* Ital. *Donna che lancia dardi.* Germ. Ein schützerin oder ein werfferin. Hisp. *Lançadera de tiro.* Angl. *She that casteth or throweth dartes.*} ut, Diana jaculatrix. Ovid. 5. *Metam.*

*Pallada nunc vides, iaculatricemque Dianam*
*Abscessisse mihi*

Et 2. *Fast.*

——— *Iaculatricemque Dianam.*

Iăcŭlăbĭlis, e: quod jaculari, hoc est, longè projici potest. { βλητὸς, ἀκοντιζόμενος, ἀκοντιστός. Gall. *Qu'on peut darder ou jetter.* Ital. *Ciò che si può tirare.* Germ. Das zu schiessen oder zu werffen ist. Hisp. *Cosa que se puede tirar.* Angl. *That may be shoote or throwen.*} ut, Telum jaculabile. Ovid. *lib.*7. *Metam.*

——— *sed non firmissimus iste*
*Viderunt oculi telum iaculabile nostri.*

Pondus jaculabile. Stat. 6. *Theb.*

Iăcŭlātōrĭus, adject. quod ad jaculationem pertinet. { ἀκοντιστικός. Gall. *De dards, ou chose pour darder.* Ital. *Cosa da lanciare.* Germ. Das zu dem schiessen gehört. Hisp. *Cosa para lançar assi.* Angl. *Of dartes, or a thing to throwe, as it were a darte.*} ut, Campus jaculatorius. Ulp. *in l. item sed si. ff. ad l. Aquil.*

Iăcŭlus, i. Serpentis genus arbores tubiens, è quibus vi maxima se ejaculatur, penetrárque quodcunque animal obvium fecerit fortuna. σαῦρα. Lucan. *lib.*9.

*Et natrix violatur aqua, iaculique volucres.*

Plin. *lib.*8. *cap.*23. Jaculum ex arborum ramis vibrari, nec pedibus tantùm pavendas serpentes, sed & missili volare tormento. Vide Ælianum *lib.*9. *cap.*49.

Iăcōb, יעקב, *Iahakób.* Lat. athleta, & exercens se dicitur, quam appellationem primùm habuit, quum practicis operationibus multos labores ferebat. Quum autem jam victor luctando evasit, & speculationis fruebatur bonis, tunc Israëlem ipse Deus appellavit, æterna præmia beatitudinémque ultimam, quæ in visione Dei consistit, ei largiens. Hominem enim qui Deum videat, Israël nomen significat.

Iăcōbus, { יעקוב *Iahakób.* Ἰάκωβος. } Nomen proprium, quatuor syllabarum. Claud.

*Quid lacerum versus dux Iacobe meos?*

Nomina enim propria apud Hebræos (sicut Priscianus docet) in fine acutum accentum habent, quæ more Latino declinata, eundem retinent, & penultimam producunt: ut, Adam, Adamus: Joseph. Josephus.

¶S. Jacobi Equestris civitas, *Santiago de los Cavalleros.* V.E. Indiæ Occidentalis, in Guatimalæ provincia, sub A. Mexicano: sedes Senatus, sive Audientiæ regiæ.

S. Jacobi civitas, in Cuba insula, habet Episcopum Dominicopolitanum A. suffraganeum.

S. Jacobi insula, una Hesperidum insularum, quas *Capitis viridis* nuncupant, in mari Atlantico: vulgò *Cap. verd.*

S. Jacobi de Lestero, in Provincia de Sucuman. V. E. sub A. Platensi, apud Peruanos, in India Occidentali.

S. Jacobi V. E. in regno Chilensi, sub A. Platensi: vulgò *Santiago de Chile.*

Iacobitæ, homines Christiani per Orientales provincias sparsi ¶

Iădĕr, *Iadĕra,* neut. gen. Fluvius est Illyrici in Adriaticum mare defluens, juxta quem oppidum est Iadera. Lucan. *lib.*4.

*Et tepidum in molles Zephyros exercuit Iader.*

Iadera, quæ & Jader, neutro genere, *Iadĕra* Ptol. Urbs est Illyrici, non procul ab Apollonia & Salona. Pomp. *lib.*2. Jaderæ meminit & Plin. in descriptione Liburniæ. Vulgò *Zara.*

Iaetia, Ἰαῖτα, urbs Siciliæ. Steph.

¶ Jah, est ex nominibus veri Dei, יה, quod etiam in Alleluia, ultima syllaba sonat, ut habent verba Isid. *lib.*7. *cap.*1. censetur contractum ex *Iehouah.* Subinde in fine nominum propriorum est *Iah*; sed יה fine mappic, & pro eo aliàs יו. Itaque illud *Iah* videtur potiùs esse syllabica paragoge flexionis ergò, quàm nomen Dei.¶

Ialcheven, Ἰαχόβιοι, populi Libyæ.

Ialenus. Vide supra *Ascalabus.*

Ialysos, Ἰάλυσος. Oppidum in insula Rhodo, cujus meminit Plin. *lib.*5. *cap.*31. & Pomp. *lib.*2. In Rhodo, inquit, tres quondam urbes erant, Lindos, Camiros: Ialysos autem hæc postea est, quæ Telchinas olim alunt, his qui in Creta sagittâ, cos, ramos, malleum genus hominum, & præstigiis infame. De Ialysi imagine, Gell. *cap.* 31. *lib.*5.

Jam, adverbium temporis, quod penè est idem, quod nunc, illicò, { עתה *hattâh.* Gall. *Déja, maintenant, à cette heure.* Ital. *Già, hormai hora.* Germ. Jetzt/ vetzund/ bald. Hisp. *Ya.* Angl. *Now, even now.* } Terent. *in Adelph.* Tace, egomet convertam jam ipsum. Idem *in Eunucho,* Nam aut jam revertetur, aut mox nocte te adigent hortum inlocutum. Plaut. *Mostell. sc.*4. *a.*1. Jam revortar. Diu est jam illuc mihi. Idem *Menæch. sc.*5. *a.*5. Jam hic erunt. Mox: Jam illic faxo eris. Idem *Pseud. sc.*5. *a.*1. Ut rus item jam heri constituerat. (Gall. *Dés hier.*) *Ibid. sc.*3. *a.*1. Jam hic ero. *Ibid. sc.*1. *a.*1. Jam hoc multos dies gestas tabellas. ¶ Quid jam? (id est, cur ita? bis apud eundem *sc.*7. *a.*1.) ¶ Interdum hortantis est, & velut moram increpantis. Terent. *in Eunuch.* Jàmne imus? ¶ Nonnunquam accipitur pro modò. Virgil. 3. *Georg.*

——— *Iámque hos cursu, jam præterit illos:* hoc est, modò hos, modò illos.

¶ Interdum pro præterea, ἔτι, & quasi modus est quidam conjungens sententias. Tibull. *lib.*4.

*Iam sunt andacis veniunt certamina martis.*

Et apud Virgilium,

*Iam maris immensi prolem & genus omne natantum.*
*Iam varias pelagi volucres.*

Hoc idem efficit conjunctum cum *verò.* Ἤδη νῦν. Cicer. 1. *de Orat.* Jam verò narrationem, quod jubent versificatores, &c. ¶ Jam, tarditatis signum, pro Tandem. Terent. *Andr.* Dehinc postulo, sive æquum est, te oro Dave, ut redeat jam in viam. Idem *Adelph. sc.*1. *a.*1. Non innoveram: verum in istam partem potiùs peccato tamen. Nunc jam. Ubi Donatus, Nunc jam, duæ partes sunt: Et benè jam, quia serò & post plagas. ¶ Jam, pro mox. Tibull. *Eleg.*1. *lib.*1. Jam subrepet meis ætas. Et Horat. *Od.*4. *lib.*1. Jam te premet nox. Plaut. *Asin. sc.*1. *a.*1. Facta (pasarum jam sit (id est, mox.) Idem *Aul. sc.*4. *a.*1. Jam ad te revortar. Idem *Men. sc.*2. *a.*3. Ni jam abscedat ex oculis. Idem *Most. sc.*4. *a.*1. Dormiam ego jam, &c. ¶ Iam, dissyllabum interdum est, ut apud eundem *Asin. prol. versu* 1. Hoc agite fultis spectatores nunc jam. Item *ibid. sc.*1. *a.*1. Pro amplius. Idem *Amph.* Jámne itata non es? Non fum. Idem *Curc. sc.*2. *a.*4. Nunquid jam mavis? Jámne, pro tam citò? Idem *Pseud. sc.*3. *a.*1. Jámne abis. Idem *Menæch. sc.*2. *a.*3. Jámne isti abierunt è conspectu meo? Idem *Curc. sc.*3. *a.*1. Jámne ego relinquor? Idem *Men. sc.*2. *a.*4. & *sc.*4. *a.*3. Jámne ille abivit? (de odioso & molesto.) Item, Jámne abis? (increpantis morantem.) *Ibid. sc.*4. *a.*1. Jam inde à principio. Idem *Pseud. sc.*4. *a.*2. ¶ Jam pro Tunc. Quintil. Quod si satis prudenter ea viderint, jam propè consummata fortis præcipientis opera. Plaut. *Menæch. sc.*7. *a.*5. Id tibi jam nunc afferam. Idem *Curc. sc.*3. *a.*1. Migrare certum est jam nunc è fano foras. ¶ Jam tunc. Sueton. *in Aug. cap.*85. & *in Neron. cap.*7. ¶ Nunc jam, vide *Nunc.* Item, Jam verò Menæchme satis jocatus. Nunc hanc rem age. Item, Jam hercle occeperat insanire paulùm. Plaut. *Menæch. sc.*5. *a.*5. ¶ Jamdiu, multo jam tempore. { כבר *chebâr.* πάλαι. Gall. *Long temps y a.* Ital. *Già molto tempo, gran tempo.* Germ. Jetz lange zeit. Hisp. *Ya mucho tiempo.* Angl. *A great while ago or since.* } Cic. *de senectute.* Carthagini malè jam diu cogitanti. Idem *ad Cæs.* Utere, quem jamdiu plurimi facio, tanto intervallo videsim. Plaut. *Mostell. sc.*3 *a.*1. Nec quicquam argenti jamdiu æquè benè collocari. *Ibid. sc.*1. *a.*1. Jamdiu sum judicatus. Idem *Men. sc.*1. *a.*2. Si eum quæreres, eum invenisses jamdiu. Idem *Mostell. sc.*4. *a.*2. Ubi me hic jamdiu (novit.) *Ibid. sc.*2. *a.*2. Scelus jamdiu factum antiquum & vetus ante sexaginta annos. ¶ Jamdudum, ex Jam & Dudum compositum, & frequentiùs de tempore exiguo dicitur. { כבר *chebâr,* πάλαι, πάλαι ἤδη χρόνος. Gall. *Il y a ja assez long-temps.* Ital. *Già pezzo fa.* Germ. Vor langest/ vor einer guten weil. Hisp. *Ya ha poco tiempo.* Angl. *Nere, a litle while ago.* } ut, Jamdudum te expecto. Cic. *in Epist.* Vides me sudare jamdudum. Plaut. *in Men.* Jamdudum multæ tibi non imprudens adversabar, hunc metuebam. Aliquando de longiori. Idem *Asin. sc.*4. *a.*3. Jamdudum est intus. *Ibid. sc.*2. *a.*3. Jamdudum factum est cùm primùm bibi. Idem *Mil. sc.*6. *a.*2. Sensi, & jamdudum scio. Plin. *lib.*29. Jamdudum ex eadem Hispania Zoïlicum venit in Italiam plagis utilissimum. Macrobius, Jamdudum hæc quæstio ab Aristotele & proposita est, & soluta. ¶ Ponitur etiam pro continuò, & quamprimùm. Virg. 2. *Æneid.*

——— *Iamdudum sumite pœnas.*

¶ Jamjam, repentè, sine mora. { ὑπὸ πέτας. παραυτίκα. Gall. *Maintenant, à cette heure.* Ital. *Hora hora.* Germ. Eben jetzt grad jetzt/ jetzt bald. Hisp. *Agora, luego.* Angl. *Even now.*} ut, Jamjam aderit. Plaut. *Curc. sc.*3. *a.*3. Jamjam faciam ut jubeas. Idem *Pseud. sc.*2. *a.*1. Tu quæ jamjamque argentum mihi numetas. Idem *Men. sc.*4. *a.*2. Jamjam desine ludos facere. Idem *Curc. sc.*1. *a.*2. Jam jam novi, &c. Ponitur & cum præsenti, licèt in futurum resolvatur. Virg. 2. *Æneid.*

——— *Iamjámque manu tenet & premit hasta.*

Quasi, mox tenebit, & nunc videtur tenere. Plerumque figuratè per indignationem accipitur. Idem,

——— *Iamjam nec maxima Iuno.*
*Nec Saturnius hæc oculis pater aspicit æquis.*

Et per miserationem. Salust. *in Iugurth.* Jamjam animo meo, charissime frater, quanquam tibi immaturo, & unde minimè decuit, vita erepta, tamen lætandum magis, quàm dolendum puto casum tuum. Et per exhortationem. Quintil. Jamjam commilito, quicunque casus manet, etiamsi Imperator damnatus est, habet solatium: fatius est quam à patre necari. ¶ Jam olim, multo jam tempore. { מן קדם *min kédhem.* ἔνωθεν. Gall. *Par le passé, il y a assez long-temps.* Ital. *Per lo passato, d'assai tempo.* Germ. Vorlangem. Hisp. *Ya ha largo tiempo.* Angl. *A great while agone.* } Cic. Jam olim à principio illud statueram. ¶ Usurpatur interdum pro aliquando, Virg. 2. *Georg.*

*Et jam olim seram posuit quam vinea frondem.*

¶ Olim jam, pro jampridem, ἔνωθεν. Quintil. Olim jam Imperatoris inter fulgentes virtutes suum locum quæris, id est, à longo tempore. ¶ Jampridem, aliquando ab hinc tempore. Ἔνωθεν. Gall. *Il y a ja long temps.* Ital. *Già tempo.* Germ. Vorlangst/ vorlangst. Hisp.

Hisp. *Ya tiempo ay.* Angl. *A great while ago or since.* } Plaut. *Mostell. sc.* 2. *a.* 1. Jampridem ecastor frigida non lavi magia libenter. Idem *Amphitr.* Jampridem videtur factum, quod heri quatuor homines in lopotem collocastis. Seneca, Jampridem te expectantes ibi sederamus. ¶ Dicitur & de longiori tempore, ut idem sit quod jam olim. Plin. Quod majores nostros jampridem fecisse manifestum est: quod genus nuper & pattum ferè nostrorum memoria inventum est. ¶ Pro Nuper. Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 1. Jampridem me daturum dixeram. Passerat. ¶ Accipitur item pro statim, sive continuò. Lucan. *lib.* 1.

*Tollite jampridem, victricia tollite signa.*

¶ Jam tum, significat ex eo tempore. { מיום *mehatstsh. ik einmo.* Gall. *Dés maintenant, à cette heure.* Ital. *All'hora.* Germ. Von der zeit her selbber. Hisp. *Desde entonces.* Angl. *Since that time, even then.* } Plaut. Jam tum occæpit virginem amare. Virg. 8. *Æneid.*

*Jam tum religio pavidos terrebat agrestes.*

¶ Jam nunc, pro amplius, itaque non eo: id est, non sum. Jam nunc, certi temporis, quod præsens est, indicationem facient. Cic. 1. *Verr.* Jam nunc mente & cogitatione prospicio. Virg. 1. *Georg.*

——*& votis jam nunc assuesce vocari.*

Jamblichus. { ἰαμβλίχος. Germ. Ein Philosophus in Syria, der Pythagorischen lehr vast wol bericht. } Pythagoricus Philosophus e Chalcide Syriæ fuit, Porphyrii discipulus, qui tempore Constantini Magni floruit: sub quo brevi tempore tantum profecit, ut secundas post præceptorem Romæ obtineret, nec ab eo quicquam differre videretur doctrina, nisi quòd ille melior facilitate candoréque orationis, hic paulò durior habebatur: atque ut de Xenocrate Plato dicebat, venere dicendi exibat. Moribus adeò probatus, ut ejus vitæ abstinentia, modestiáque ea tempestate nulli non cognita fuerit. Hujus meminit & Hieronymus.

Jambrasus, ἰαμβρασος. Samus à fluvio sic dicta. Steph.

Jambus, ἰαμβος. Pes metricus constans ex priore brevi, & posteriore longa. Horatius *in Arte,*

*Syllaba longa brevi subjecta vocatur iambus.*

Dictus iambus, ut quidam volunt, ab inventore. Festus ἀπὸ τῆς ἰαμβίζειν deducit, quod est convitiari, seu invehi: quum tamen verisimilius sit ἰαμβίζειν verbum, ab iambi pedis natura esse deductum. Hinc iambicum carmen, cujus multa suot genera, quæ latissimè exequitur Mycillus. Ovid. *Eleg. mlt. lib.* 4. *Trist.*

——*Bastus quoque clarus iambis.*

¶ Iambeus, adjectivum est, Trimetri Jambei. Horat. *de Arte.*

Jamesais, ἰαμεσαὶς, Æstuarium est maris Britannici, in quod illabitur fluvius ille, quem Temesim Cæsar vocat. Plin. *lib.* 2. *cap.* 3.

Jami, ἰαμοὶ, populi Scythiæ. Steph.

Jamnia, ἰαμνία. Oppidum Phœniciæ. Strabo vicum esse scribit, ab Jamno dictum, aut quòd Jamnos Græci vocant humidos & floridos locos: gentile, Jamnites, pro Jamnites.

Jamno, nis. Oppidum insulæ Balearicæ minoris: quæ duo olim habuit oppida. Jamnonem & Magonem, teste Plin. *lib.* 3. *cap.* 5. & Pompon. Mela, qui *ad finem libri* 2. *Ptolem.* Jamnam, ἰάμνων, nominat.

¶ Jana luna, ut Janus sol. ¶

Jana, prius dicta fuit, quæ postea præposita litera d, Diana appellata est, teste Nigidio.

Janassa, ἰάνασσα, Nympha dicta est à suaviter regendo: ἰάνω, lætifico, ἀνάσσω, regno, impero.

Janassum Oppidum Celticæ gentis in Hispania citeriore. Pompon. Mela *lib.* 2.

Janeus, ab antiquis dicebatur, quem hodie Janitorem vocamus, teste Festo.

Janiculum, oppidum fuit in Janiculo monte trans Tyberim, ita dictum à Jano conditore, ut quidam putaverunt, vel quòd tanquam Janus esset Romanis in Hetruriam proficiscentibus. Virg. 8. *Æneid.*

*Hæc duo prætereà disjecta oppida montis,*
*Reliquiæ, veterúmque vides monumenta virorum.*
*Hunc Janus pater, hanc Saturnia condidit urbem:*
*Janiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.*

Janiculum captum a Porsenna. Plutarch. *in Publ.*

¶ Janicedum, est loci nomen, Janus medius. Vide *Janus.* ¶

Janira, ἰάνειρα. Nymphæ nomen, Oceani & Tethyos filia, παρὰ τὸ ἰάνειν τοὺς ἄνδρας. Hoc est, à viris deamicendis. Hesiodus *in Theogonia.*

Janitor, vide *Janus.*

Janthe, ἰάνθη, puella fuit Cretensis, ex Phæsto oppido, Telestæ filia, & Iphidis, qui ipso nuptiarum die ex fœmina mutatus est in marem. Ovid. *lib.* 9. *Metam.*

*Tertius interea decimo successerat annus,*
*Quum pater Iphi tibi flavam desponder Ianthen*
*Inter Phæsiadas, qua laudatissima forma*
*Dote fuit virgo, Dictæa nata Telesta.*

Janthinus, a, um, ἰάνθινος. Idem est quod violaceus. Nam Græci ἴα violas, & ἄνθη flores vocant. Janthinum itaque dicitur, quod floris violæ colorem refert. Unde vestis janthina, & janthina, orum, substantivè, dicantur vestes violacei coloris. Martial.

*Coccina famosa domus & ianthina mucho.*

Plin. *lib.* 12. *cap.* 6. Ex his violis, quæ sponte aprucis ac macris locis proveniunt, purpureæ, latiore folio, statim ab radice catmosa exeunt: solæque Græco nomine à cæteris discernuntur, appellatæ *Ia*: ab his janthina vestis.

¶ Janthum, ἴανθος, flos & color quidam purpureus. ¶

Janua, æ, à *janeo*, ἰάνω. Primus ingressus ad interiora domus: à Jano dicta, quòd huic consecratum erat omne participium. { תבש *sthabar*, נתח *pithach.* שער. Gall. *Porte, huis.* Ital. *Porta.* Germ. Ein thürein eingang in ein haus. Hisp. *Puerta.* Angl. *A gate.* } Et propriè domûs est janua: ostium verò, partium, ut cubiculorum: licèt confundantur. Nam & janua, à qua janitor, pro ostio ponitur: & ostium, à quo ostiarius, pro janua. Cic. 2. *de Orat.* Ut illud Naficæ, qui quum ad poëtam Ennium venisset, eique ab ostio quærenti Ennium. Et *paulò post*, Quum ad Naficam venisset Ennius, & cùm à janua quæreret, exclamat Nasica, &c. Valla *lib.* 4. *cap.* 8. Porta me-



torum est, municlorúmque, atque castrorum: janua parietis, atque domorum. Cic. 3. *Verr.* Servius fuit insperatæ Rubrius, ut januam claudercot, & ipsi ad fores assisterent. Ovid. 3. *Amor.*

*Clausa tuo magnæ janua fulmen habet.*

Plaut. *Mostell. sc.* 1. *a.* 1. Abiecede à janua. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 4. Foris crepuit. Mox, Ad januam concessero. Idem *Menæch sc.* 2. *a.* 1. Ab janua uxorem jurgio abegi. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 2. Ita hæc morata est janua, extemplò janitorem vocat. Vide *Forus, ibid. sc.* 3. *a.* 4. Januæ lenoniæ postrorum similliuæ, si adsectas tantum patent. *Ibid. sc.* 2. *a.* 2. Væ illi qui tam indiligenter observavit januam. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Trist.*

*Cur tamen oppositæ velatur janua lauro.*

Quint. Si janua tenetur incendio, per parietes exibimus. ¶ Fauces Ponti, & janua gemina Matis. Ovid. *Eleg.* 9. *lib.* 1. *Trist.* ¶ De Januæ aperiendæ ratione, &c. more Rom. & Græco, vide Plutarch. *in Publ.* Ingredi janua aliqua in causam: per metaphoram. Cicer. *pro Plancio*, Itaque quanquam qua nolui janua sim ingressus in causam, &c.

Janitor, is, in recto: Cui januæ custodia est commissa. { שער *shohêr. shemêr.* Gall. *Portier, huissier.* Ital. *Portiere.* Germ. Ein pförtner/ thürhüter. Hisp. *El portero.* Angl. *A porter or keeper of the gate.* } Cic. 5. *Verr.* Hunc vestri janitores, hunc cubiculari diligant. Janitor carceris, apud eundem legitur 7. *Verr.* Janitor inferorum Cerberus. Virg. 6. *Æneid.*

——*ingens janitor antro*
*Æternum latrans exsangues terreat umbras.*

Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 4. Herus ecquis hic est janitor aperite.

Janitrix, icis, fœm. gen. Mulier cui januæ custodia est commissa. { שערת *shoarath.* Gall. *Portiere, huissiere.* Ital. *Portinaia.* Germ. Pförtnerin / thürhüterin. Hisp. *Portera.* Angl. *She that keepeth the gate.* } Plaut. *in Curc.* Anus hic cubare solet custos janitrix. Plin. *lib.* 13. *cap.* 30. Laurus triumphis propriè dicatus, vel gratissima domibus, janitrix Cæsarum, Pontifi unique, id est, quæ solet plantari ante domos Cæsarum & Pontificum. ¶ Uxores duorum fratrum dicuntur janitrices Modestino *in l. non facilè, §. adfines, ff. de gradibus cognationum.* In emendatioribus exemplaribus non legitur dictio *janitrices*: sed unico contextu ita legitur, Duorum fratrum uxores dicuntur apud Græco *συνήκους.*

Janûal. Libi genus, quod Jano tantummodò libabatur. Festus.

Januarius, ii. { ἰανουάριος, γαμηλιών. Gall. *Le mois de Janvier.* Ital. *Gennaro.* Germ. Der Januar. Hisp. *El mes de Enero.* Angl. *The moneth Januar.* } Primus mensium, à Jano appellatus, quem Numa Pompilius primum anni esse voluit, tanquam bicipitis dei mensem respicientem, & prospicientem transacti anni finem, futuriique principia.

Janus, *Ianûs*, ab hiatu dictus est, detracta aspiratione: quem quidam Solem putant, idcóque geminum, quasi utriusque januæ cœlestis potentem, qui exoriens aperiat, occidens claudat. Alii Janum mundum, id est, cœlum intelligunt, quasi Fanum, ab eundo, ut inquit Cicer. *lib.* 2. *de nat. deor.* eo quòd mundus semper eat, dum in orbem volvitur, & ex se initium faciens in se refertur. Hinc & bifrons pingitur: duas enim facies habere dixerunt, alteram suo loco, alteram à tergo, eo quòd annus ex se initium faciens, fini occurrat: vel quòd præterita scierit, & futura prævideriit: seu quòd superorum & inferorum janitor exiterit. { Der Gott Janus / mit zweyen angesichtern von ein ander gewendt / sein tempel zu Rom stund offen so lang sie krieg hetten / zu frieden zeit aber wurd er beschlossen. } Hujus templum erat Romæ ad infimum Argiletum, à Numa Pompilio positum, quod tempore belli patebat, tempore pacis claudebatur: unde Parutius, & Clusinus cognominabatur, ut author est Servius. Constat autem templum hoc ter fuisse clausum. Primùm regnante Numa: iterum post bellum Punicum secundum: tertiò post bella Actiaca, quæ confecit Augustus: quo tempore pax quidem fuit, quantum ad exteras pertinet gentes, sed bellis flagravère civilibus Romani. Sueton. *in Neron. cap.* 13. Janum geminum claus. ¶ Janus quis? cur biceps, & de ejus tempio, Plutarch. *in Num.* Hujus autem claudendi, vel aperiendi templi ratio varia est. Alii dicunt Romulo contra Sabinos pugnante, quum jam prope vinceretur, calidam aquam ex eodem loco erupisse, quæ fugavit exercitum Sabinorum. Hinc ergo tractum morem, ut pugnaturi aperirent templum, quod eo loco fuerat constitutum, quasi ad spem præsentis auxilii. Alii dicunt Tatium & Romulum factofœdere hoc templum ædificasse. Unde & Janus ipse duas facies habet, ut ostendat duorum regum consensum: vel quòd ad bellum iturus æquum sit de pace cogitare. Est alia melior ratio, quòd ad prælium ituri, opient reversionem. Hunc alii quadrifrontem fecerunt, ob quatuor orbis cardines, & Janum quadrigeminum vocitarunt: & Junonium, quasi Calendarum principem. Calendæ enim sunt Junoni dicatæ. ¶ Janus præterea erat locus Romæ ubi fœneratores consistebant è regione Basilicæ: quoniam in eo Jani simulacra collocata visebantur. Ovid.

*Qui puteal, Janámque timet, celeréſque calendas.*

Horat. *in Epist.*

——*hoc Janus summus ab imo*
*Prædicat.*

Sueton. *in Domit.* Janos, inquit, ad fossque cum quadrigis, & insignibus triumphorum per regiones urbis extruxit. ¶ Janus antiquissimus Italiæ rex, quem geminam faciem prætulisse ferunt: quod ad regis prudentiam solertiámque referendum est, qui & præsentia nosceret, atque prospiceret futura: unde bifrons dicitur. Hic Saturnum à filio fugatum è Creta, classéque in Italiam advectum suscepit hospitio: & quoniam ab eodem rutis agriculturam edoctus est, regni partem illi concessit, ambóque unà regnarunt concordes, vicinàque oppida communi opera condiderunt. Romani, ut dictum est, hunc omnibus januis præesse crediderunt: unde & clavigerum ipsum vocarunt. Eum autem primum in Italia diis templa fecisse, ritúsque sacrorum instituisse, atque ob id eum in sacrificiis præfationem meruisse perpetuam, author est Macrob. *lib.* 1. *cap.* 7. 8. 9.

Janâlis, e, adjectivum à Jano: ut, Janalis virgo. Ovid. 2. *Fast.*

*Virgineo Lunalis de flumine sumitur alba.*

¶ Primus officii gradus parentibus, secundus pupillis, tertius clientibus, quartus hospitibus: Gellius *cap.* 13. *lib.* 5. ubi plura. ¶ Hospes item pro peregrino accipitur. Terent. *in Andr.* Nunc me hospitem tibi sequi, quàm hîc mihi sit facile atque utile. Aliorum exempla commovent. Cic. *Acad.* 1. Nam nos in nostra urbe peregrinantes, errantésque tanquam hospites, tui libri quasi domum deduxerunt: ut possemus aliquando qui, & ubi essemus agnoscere. Eodem modo pro quolibet ignoto aliquando ponitur. Petr. *sat.* 2.

——*hæc clarè & ut audiat hospes.*

Dicit autem Persius mentem bonam & fidem precantes clarè à diis petere, ut omnis præstetiens & ignotus audiat: cætera verò clamet occultè. ¶ Sunt qui putent hoc nomen esse omnis generis, quòd numero plurali interdum legamus neutrum genus hospita, ut apud Virg. 3. *Æneid.*

——*quo tutior hospita lustres*
*Æquora.*

Sed verisimilius est, hoc esse ab adjectivo hospitus, a, um, cujus etiam fœminum sæpiùs invenitur in singulari numero: ut, Avis hospita, apud Stat. 1. *Achil.* & Navis hospita, apud Ovid. 1. *Fast.* & Terra hospita, apud Virg. 3. *Æneid.* ¶ Hujus compositum est inhospitus, a, um, de quo suo loco.

Hōspĭtā, æ, quæ aliquem hospitio excipit, aut excipitur. {זונה *zonah.* ξενοδόχος, ξένη. Gall. *Hostesse.* Ital. *Hostessa.* Germ. Ein wirtin oder gastfraw. Hisp. *La huespeda assi.* Angl. *An hostes, the good wife of an house.*} Cic. 4. *Verr.* Contemnere etiam signum illud Himeræ jam videbatur, quòd eum multò magis figura & lineamenta hospitæ delectabant. ¶ Accipitur etiam pro peregrina. Terentius *in Andr.* Num illi molestæ quippiam hæ sunt nuptiæ, propter hujusce hospitæ consuetudinem.

Hōspĭtium, ii: Domus quæ gratis liberalitérque venienti hospiti patet. {מלון *malón.* ξενών, ξενεών. Gall. *Logis pour les estrangers, hostelerie, auberge.* Ital. *Hospitale, allogiamento, hospitio.* Germ. Ein herberg, wirtshauß. Hisp. *Albergo, hospederia per amistad.* Angl. *A lodging, or inne.*} Liv. *lib.* 2. Ibi benignè excepti, divisique in hospitia, curatis vulneribus. Sciendum antiquitùs institutum fuisse, ut hospitii necessitudo non modò inter privatos, sed etiam inter populos contraheretur: quod genus amicitiæ Græci συμβολαίων. Latini hospitium publicum vocaverunt. Nam quod hospitium inter privatos contrahebatur, Græcè ἰδιοξενία, Latinè privatum hospitium dicebatur: cujus erat nota, pignúsque tessera hospitalis, ut ille apud Plautum ait *in Pœnulo*, Deum hospitalem & tesseram mecum feto. Liv. *lib.* 37. Nihil nobis tota nostra actione, p. c. neque difficilius, neque molestius est, quàm quod cum Eumene nobis disceptatio est: cum quo uno maximo regum, & privatum singulis, & (quod magis nos movet) publicum civitati nostræ hospitium est. Budæus Hospitium item familiaris quædam amicitia est, vel mihi hospitandi apud illum, vel illi apud me. Cic. Fuit mihi cum illo vetus hospitium. Idem 4. *Verr.* Dixit hoc idem M. Lucullus se de his Dionis incommodis pro hospitio, quod sibi cum eo esset, jam antè cognovisse. ¶ Hinc & ædes quæ publicè parantur ad egenos recipiendos, hospitia non ineptè possunt appellari: quæ vulgò vocant Hospitalia, ξενοδοχεῖα, πανδοκεῖα. Quæ verò viatoribus, peregrinisque mercede patent, cauponæ, diversoriáque vocantur.

Hospitiolum, diminut. Ulpianus *in l. si verò, §. idem, ff. de iis qui deje.* Idem erit dicendum, & si quis amicis suis modica hospitiola distribuerit.

Hōspĭtālis, e, adject. Quod est hospitis, sive quod ad hospitem pertinet. {ξενικός. Gall. *Appartenant ou servant à loger.* Ital. *Pertinente ad albergo.* Germ. Dan zu den gesten gehört. Hisp. *Cosa perteneciente al albergo, ò hospederia.* Angl. *Perteining to lodging.*} Livius *lib.* 1. Exceptus benignè ab ignaris consilii, quum post cænam in hospitale cubiculum deductus esset. Et *lib.* 2. Alii profecti nomen nunciis hospitalium beneficiorum: multos Romæ hospitium, urbibus que charitas renuit. ¶ Accipitur item hospitalis, pro liberali & facili ad suscipiendum hospites hospitio. {ξενικός, φιλόξενος. Gall. *Qui est courtois & prompt à loger & recevoir les étrangers.* Ital. *Cortese & liberale nell' allegiare & ricevere gli forestieri.* Germ. Gastfrey. Hisp. *Hospedable, liberal para hospedar los estrangeros.* Angl. *Courteous, readie to lodge, give lodging or receive strangers.*} Cic. 3. *Verr.* Homo qui semper hospitalissimus, amicissimúsque nostrorum hominum existimatus esset, noluit videri ipsum illum Rubrium invitus in domum suam recepisse. ¶ Hospitalis Deus, dictus est Jupiter, quòd in ejus tutela hospites esse credebantur. ξένιος. ¶ Hinc compositum est Inhospitalis, hoc est, avarus, cujus domus hospitibus non patet. ἄξενος. Item locus inhospitalis, ad quem hospitibus non patet accessus. ¶ ‖ Hospitalia autem numerantur illa: Xenodochium, orphanotrophium, brephotrophium, bethotrophium nosocomium, geroutocomium, prochotrophium (corruptè tocotrophium) leprosarium, eleemosynarium, de quibus vid suis locis. ‖

Hōspĭtālĭtās, ātis: Benignitas & facilitas in excipiendis hospitibus. φιλοξενία. Gall. *Hospitalité, courtoisie & liberalité à recueillir & festoyer les estrangers en sa maison.* Ital. *Benignità, liberalità da ricevere gli forestieri.* Germ. Gastfreye, freundtliche empfahung der gest. Hisp. *Hospedamiento y facilidad para hospedar.* Angl. *Courtesie and benignitie in lodging strangers.*} Cic. *lib.* 2. *Offic.* Rectè etiam à Theophrasto laudata est hospitalitas.

Hōspĭtālĭtĕr, adverb. Benignè, liberaliter. {ξενικῶς, φιλοξένως. Gall. *Liberalement, courtoisement, en recevant les estrangers en sa maison.* Ital. *Benignamente, liberalmente.* Germ. Gastlich, freundtlich, gütlich. Hisp. *Hospedablamente y con amistad.* Angl. *Courteously, liberally in receiving strangers.*} Liv. 2. *ab Urbe*, Invitati hospitaliter per domos. Idem *lib.* 6. Mori extemplò Pattes, vocatis eos jam tum hospitaliter magis, quàm hostiliter jussêre.

Hōspĭtŏr, āris. Amicè in hospitium recipio. {מלין אצל *illéph labin.* ξενίζω. Gall. *Recevoir estrangers en son logis.* Ital. *Allegiare, albergare.* Germ. Beherbergen, freundtlich aufnemmen. Hisp. *Hospedar a otro dando la posada.* Angl. *To receive in lodging.*} vel hospitio utor. {לין *lín.* φιλοξενῶ. Gall. *Estre recen & logé en logis estranger.* Ital. *Esser' allegiato, esser' albergato.* Germ. Beherbergt werden, freundtlich aufgenommen werden. Hisp. *Ser hospedado.* Angl. *To be lodged.*} Seneca *de vita beata*, Quid enim est cur illis bonum locum invideat? veniant, hospitentur. ¶ Et per translationem hospitari, pro in alieno solo crescere. Plin. *lib.* 17. *cap.* 10. *de castanea.* Nuda enim radice tota in sulco prosternatur. Tunc ex acumine super terram relicto renascitur, & alia ab radice: sed translata nescit hospitari, paverque novitatem.

Hōspĭtus, a, um, adject. ab hospite deductum: Peregrinus, externus. {נכר *gher.* ξένος, ξένη. Gall. *Hoste, ou estranger.* Ital. *Albergatore.* Germ. Frömbd Hisp. *Huesped, ò estrangero.* Angl. *A guest or stranger.*} Virgil. 3. *Æneid.*

——*Quo tutior hospita lustres*
*Æquora.*

Sic avis hospita, id est, peregrina, apud Statium 1. *Achil.* Navis hospita. Ovid. 1. *Fast.* Idem *Eleg.* 11. *lib.* 3. *Trist.*

*Hesperiæque in Ponti littore pupis erit.*

Terra hospita, apud Virg. 3. *Æneid.* Ita Gell. *cap.* 19. *lib.* 1. Anus hospita atque incognita ad Tarquinium Superbum adiit, &c. ¶ Hujus compositum est inhospitus: de quo suo loco.

Hŏstĭā, æ, ab hostibus, quia post exitos hostes à sacerdote immolabatur. {זבח *zebach*, חג *chagh.* θυσία, ἱερεῖον. Gall. *Sacrifice, oblation.* Ital. *Hostia, vittima.* Germ. Ein schlachtopffer. Hisp. *El sacrificio, ò cosa que se sacrifica.* Angl. *Sacrifice, the beast killed in sacrifice.*} Propriè enim erat animal quod immolabatur ab Imperatore ad bellum proficiscente, pro impetranda contra hostes victoria: aut quod profligatis hostibus mactari solebat ab eo, qui potitus erat victoria. Ovid. 1. *Fastor.*

*Hostibus à domitis hostia nomen habet.*

Festus putat hostiam propriè dictam fuisse sacrificium quod Laribus immolabatur, eo quòd hostes ab illis arceri putabant: unde & ipsi Lares hostioli dicti sunt. Alii hostias ab antiquo verbo *hostio* dictas putant, quod apud antiquos inter alia significat fetio, vel retundo, ut probat Nonius hac auctoritate Pacuvii *in Teucro*, Nisi coërcueto protervitatem, atque hostiero ferociam. Gell. *cap.* 6. *lib.* 4. Hostiis majoribus rem procurare. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Arcere hostias, victimas, lanios, &c. Tibull. *lib.* 4.

——*nec illis*
*Semper inauvato taurus cadit hostia cornu.*

Plaut. *Amphitr.* Faxo ut bubulis coriis onustus sis Saturni hostia. Pro eodem dicitur Victima, quæ cæditur victis hostibus. Ovid. *lib.* 1. *Fastor.*

*Victima, quæ cecidit dextra victrice, vocatur.*

Gell. hoc putat discriminis esse inter hostiam & victimam, quòd hostia à quovis Sacerdote mactari posset, victima tantùm ab eo, qui hostes vicisset. ¶ Mactata hostia lenior, proverbiali figura dixit Horat. de mansuetis & spontaneis. ¶ *Hostia* item puellæ nomen fuit, quam Propertius adamavit, & falso nomine Cynthiam appellavit. ¶ Eli & *Hostia* oppidi nomen in Latio, ad Tyberis ostium: in qua tamen significatione rectiùs scripseris Ostia, sine aspiratione. Eam urbem Ancus Martius condidit, ut scribit Livius: Strabo verò *Geograph.* 5. Urbis Romæ Navale vocat, quò Tyberis erumpit eam præterlabens. Extenditur autem in Campaniam usque & Samnitium montes. Ejus situm, atque Tyberis cursus ab urbe Roma nemo elegantiùs descripsit Procopio *lib.* 1. *de bello Gothorum.*

] Hostiarium, lignum æquatorium, quo sextarius æquatur. Gl. A. L. Hostorium, melius. [

Hostiatus, Adject. Hostiis, sive sacrificiis onustus. Plaut. *Rud.* Ergo vos æquus erat candidatas venire, hostiatásque: Ad hoc fanum ad illhunc modum venti non solet.

Hōstĭcŭs, substantivum. Nomen Poëtæ fuit.

Hōstĭcŭs: Hōstĭlis: vide *Hostis.*

Hostiones, vel Hostii, ὀστίονες, οἱ ὀστίωνες. Populi juxta Oceanum occidentale, quos Artemidorus Cassinos, alii Cosinos vocat Stephanus.

Hŏstĭo, īs, ab ἔστω, ἐστῶ: cùm æquatio consistat in tanto quanto, i. e. proportione. Æquam compensationem tribuo, vicem reddo. {שלם *schillém*, גמל *ghamal.* ἀμείβω. Gall. *Egaler, unir, rendre la pareille.* Ital. *Aggualiare, ricompensare.* Germ. Midergeltenn, vergleichen. Hisp. *Igualar, rasar la medida, renumerar.* Angl. *To recompense the lyk.*} Plaut. *in Asinar.* Quin promitto, inquam, hostire contrà, ut meruerit, id est, æqua reddere, & talionem referre. ¶ Quandoque compsimo, coërceo. Pacuvius *in Teucro*, ut citat Nonius, Nisi coërcueto protervitatem, atque hostiero ferociam. ¶ Quandoque offendo, cædo. Pacuv. *Erotopægnion lib.* 2. ut citat idem Nonius, Nunc id mihi molestum est, quòd hostit voluntatem tuam. ¶ Hujus compositum est Rehostio, quod est vicem refero, ut inquit Festus.

Hōstĭmentum, i: Æquamentum, retributio, compensatio: ab antiquo verbo hostire, inter cætera significat æquare, vel æquum reddere, vel compensare. {שלום *schillum.* ἀμοιβὴ, ἀντάμειψις, ἀπόδομα. Gall. *Retribution & égalité, la pareille, recompense de tant pour tant.* Ital. *Aggualiamento.* Germ. Ein widergeltung, vergleichung. Hisp. *Igualdad, come la rasadura.* Angl. *A recompensing of the lyk.*} Plaut. *in Asin.* Par pari datum hostimentum est, opera pro pecunia. Festus, Hostimentum est beneficii pensatio.

Hōstōrĭum, ii, {מחק *mochák.* Gall. *Une raseoire, baston pour raser le blé quand on le mesure.* Ital. *Il bastone da radere il grano, detto randa.* Germ. Ein streichholtz. Hisp. *El rasero de la medida.* Angl. *A staff to measure wheat or other graine.*} Lignum æquatorium, baculus quo modius & cæteræ mensuræ æquantur. Alio nomine Radius dicitur.

Hŏstĭs, is; {איב *oyéb*, איר *ir.* ἐχθρός, πολέμιος. Gall. *Ennemy mortel.* Ital. *Inimico commune.* Germ. Ein feind. Hisp. *El enemigo publico.* Angl. *An enemie.*} Communis generis, ab *hostio*, *is*, quod inter alia significat comprimere & retundere. Dicuntur autem hostes illi, cum quibus publicè bellum habemus: Inimici autem, cum quibus privata odia exercemus. ¶ Apud antiquos tamen hostis dicebatur, quem nunc vocamus peregrinum. Cicer. 1. *Offic.* Equidem illud etiam animadverto,

madverto, quod qui proprio nomine perduellis esset, is hostis vocaretur, lenitate verbi tristitiam rei mitigante: hostis enim apud majores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus. Plaut. *Menaech. sc.2.a.1.* Averti prædam ab hostibus (i. supplavi uxorem.) Idem *Cure. sc.1.a.1.* Et Gell. *cap. 4. lib.16.* Status conditus cum hoste dies. Ovid. *Eleg.1.lib.2.Trist.*

*Cum mediis gemine cateruis hostis periit.*

Idem 13. *Metam.* Hostibus insidior. *ibid.* Hostes se mœnibus continuere. *Ibidem,* Raptam Deam afferre per hostes. Plaut. *Pseud. sc.3. a.4.* Metuo ne ad hostes transfugit. Metaphor. *ibid. sc.2. a.5.* Opus perperavi, hostibus fugatis. Metaphoricè: *ibid. sc.2. a.2.* Hostes vivos rapere solco ex acie. ¶ Hostium potitus, vide *Potitus.* ¶ Hostis dubius, i. qui dubitat, cedátne, ac fugiat, an consistat: quique firmo opponitur. Salust. *Iugurth.94.* Subvenire suis, hostibus dubiis instare, quos firmos cognoverat, eminus pugnando retinere. ¶ Hostis non hostis, ἀπόλεμος πόλεμος. Dicitur qui nulla lacessitus injuria, tamen quæ sunt hostium facit: aut qui pacis obtento facit hostilia. Conveniet etiam in illos, qui priùs quàm expostulaverint de injuria cum amico, jam fœdus inimicè.

‖ Hosticapax, hostium captor. Fest. ‖

Hŏstĭcŭs, a, um: Hostilis, inimicus, adversarius. { πολέμιος, ἐχθρός. Gall. *D'ennemi, ou ennemis, ennemi.* Ital. *Cosa da nemico, inimico.* Germ. Feindtlich. Hisp. *Cosa de enemigo, enemigo.* Angl. *Of an enemie.* } Horat. *lib.1.Serm. sat.9.*

*Hunc neque dira venena, nec hosticus auferet ensis.*

Colum. *in præfat. lib.1.* Quanquam inter ferrum & ignes, hosticis incursionibus vastatæ fruges: largiùs tamen condidêre, quàm nos, quibus diuturna permittente pace prolatare licuit rem rusticam. Plaut. *Capt. sc.1. a.2.* Per conservitium quod hostica evenit manu. Ovid. *Eleg.10.lib.3.Trist.*

*Et cremat insontes hostica tuba patres.*

Liv. *lib.6. ab urb.* In hostico (agro) morari. Ovid. *4. Fast.*

*Hostica Tyrrheno vota est vindemia regi.*

Hŏstĭlis, e, quod est hostis, hosticus. { πολεμικός. Gall. *D'ennemy ou d'ennemis.* Ital. *Cib che è d'inimico.* Germ. Feindtlich. Hisp. *Cosa de enemigo.* Angl. *Of an enemie, perteining to an enemie.* } Virg. 11. *Æneid.*

*Induitosque jubet truncos hostilibus armis*
*Ipsos ferre duces.*

Hostilis in Rempublicam animus. Cicer. *ad Brut.* Idem *pro Cluentio,* Hostile odium & crudelitas. Facere hostilia, vel pati omnia hostilia, est facere, vel pati omnia quæ ab hostibus possint expectari. Tacit. *lib.14.* Quo pro Armeniis hostilia faceret. Hostilia referre. Liv. *lib.1. bell. Pun.* Legati retulerunt omnia hostilia: & Sagunti excidium nuntiatum. Plaut. *Capt. sc.2. a.2.* Vis hostilis, eodem sensu. Ovid. *Eleg.2.lib.4.Trist.*

*Ille ferox & adhuc oculis hostilibus ardens.*

¶ In rebus hostilibus magnus & sapiens vir Metellus (i. belli peritissimus.) Salust. *Iugurth.88.*

Hŏstĭlĭtĕr, adverbium: Ad modum hostium. { πολεμικῶς. Gall. *En ennemi.* Ital. *Ad uso d'inimico.* Germ. Feindtlich. Hisp. *Enemigablamente.* Angl. *Like an enemie or adversarie.* } Cicer. 5. *Philipp.* E. go Annibal hostis? civis Antonius? quid ille fecit hostiliter, quod hic aut non fecerit, aut non faciat, aut non moliatur, & cogitet?

Hŏstĭlĭtās, atis. { איבה *ebáh. Inimicitia, ἔχθος, τὸ πολέμιον.* Gall. *Inimitié, haine d'ennemi mortel, hostilité.* Ital. *Inimicitia.* Germ. Feindtschafft. Hisp. *Enemistad.* Angl. *Deadly hatred.* } Senec. *de vita beata,* Adversùs hostes inhumana crudelitas, adversùs suos etiam hostilitas est.

Hŏstĭmĕntum: vide *Hostio,* is.

‖ Hostiarius: vide *Ostiarius.* ‖

Hŏstium: vide *Ostium.*

Hŏstĭŏrium: vide *Hostio,* is.

‖ Hostunum, *Hostuni.* V. E. regni Neapolitani, sub A. Brundusino. ‖

Hŏstŭs, teste Varrone *lib.1. de re rust. cap.* 24. dicitur tantum olei, quantum uno factu conficitur. Factum autem vocant, quod uno tempore conficiunt. Vide item Catonem *cap.6.*

H S

‖ HS omissionis typus. Jan. Sestertius. ‖

H U

‖ Hu, olfacientis gestus. ‖

Hŭbĕr, is: Fœcundus, fertilis, ferax, secundùm Apulejum cum h, ab ὗς, pluo. { פרה *peréh,* שבע *sabeá,* שמן *schamen,* שוב *tob,* εὔφορος, ἔυκαρπος. Gall. *Plantureux, abondant, fertile, ample.* Ital. *Abondante, fruttifero, grasso, divite.* Germ. Fruchtbar/überflüssig. Hisp. *Cosa fertil y copiosa.* Angl. *Fertile, fruitefull, plentifull.* } Alii magis ab humeo, sicut tuber à tumeo, m, in b, converso. Loca enim arida, infœcunda sunt: contrà, quæ humecta sunt, fœcunda. Non desunt tamen hodie qui sine aspiratione scribere malint. Vide *Uber,* infrà. Est adjectivum omnis generis, quamvis in plur. numero neutrum genus non inveniatur. Cat. *lib.2, Orig.* Ita res huber fuit. Cicer. *ad Quint. frat.* Multis locis aquam profluentem, & eam huberem vidi. Idem *lib.2. de natura deor.* Huberrimi lætissimique fructus vitium. Idem 1. *de nat. deor.* Majore expectatione, huberiore spe commoveri. Idem *de clar. Orat.* Nemo plenior & huberior ad dicendum fuit. Neutro genere usus est Gell. *cap.14. lib.7.* Huber dicendi genus. Et Seneca, Et omne id, inquiens, quod huberi cingitur solo ☞ Inhuber. Gellius, Inhuberes, & multæ quidem macræque essent. ¶ Huber verò substantivum, idemferè est quod Mamma. { שד *schadh. Uber.* Gall. *Mammelle, tetin.* Ital. *Mammella, teta.* Germ. Brust. Hisp. *La teta.* Angl. *An vdder, a pap.* } Virg. 3. *Eclog.*

——*Binos alit huberi fœtus.*

Propriè hubera videntur dici interiora mammarum: mamma verò, huberum eminentia. Idem *lib.3. Georg.*

——*lata magis manabunt hubera mammis.*

¶ Invenitur etiam quandoque huber substantivum, pro hubertate, aut fœcunditate. *Ubertas, ubertatis.* Huber agri, i. hubertas & fertilitas, quo proprio & Græci ὄμφαξ χώρας dicunt. Idem *lib. 1. Æneid.*

*Terra antiqua, potens armis, atque uberi gleba.*

Pallad. *lib.1. cap.35.* Pratis verò recentia stercora sufficient ad huberem herbarum.

Hŭbertās, tis: Fertilitas, abundantia, copia. { שבע *sabáh,* מישב *metsb, Ubertas.* Gall. *Abondance fertilité, fecondité.* Ital. *Abondanza, fecondità, fertilità.* Germ. Fruchtbarkeit/völle/überflüssigkeit. Hisp. *Copia y fertilidad.* Angl. *Abondance, fertilitie, plenitie.* Plin. *lib.7. cap.2.* Hæc facit hubertas soli, temperies cœli, aquarum abundantia. Cicer. 2. *de nat. deor.* Nuper nati mammas appetunt, earúmque hubertate saturantur.

Hŭbĕrtŭs, & hubertimè, adverbia sunt comparativi & superlativi gradus, ab adject. *huber* deducta, idem significantia quod copiosè, & copiosiùs. Cicer. *ad App. lib.3.* Eadem illa fecerunt lætiora mihi tuæ litteræ: non solùm quia planiùs loquebantur, & hubertiùs, quàm vulgi sermo, sed etiam, quia magis videbar tibi gratulari. Idem 2. *de divin.* Atque his libris annumerandi sunt sex de Republica, quos tunc scripsimus, quum gubernacula Reipublicæ tenebamus: magnus locus, philosophiæque proprius, à Platone, Aristotele, Theophrasto, totáque Peripatericorum familia tractatus huberrimè.

Hŭbĕro, as: Huber, & fœcundum facio. { הפריה *hiphráh,* השבעה *hubiah.* πιαίνω, ἰσχύειν ποιῶ. Gall. *Rendre plantureux & fertile, engraisser.* Ital. *Far abondante, far divitioso, fecundare.* Germ. Fruchtbar oder völlig machen. Hisp. *Hazer fertil y copioso.* Angl. *To make fruitfull or plentifull.* } Pallad. *lib.4.* Hoc velut cortu steriles arbores hubertantur. ¶ Huberare pro Exhuberare, seu huberem & fœcundum esse dixit Colum. *lib.5. cap.9. Ubertas, εὐφορία.* Optimum est, inquiens, etiam constitutas plantas circumvenire cuneis: deinde constitutum jam & maturum olivetum in duas partes dividere, quæ alternis annis fructu induantur: neque enim olea continuo biennio huberat, id est, fœcunda est, & fertilis.

Hŭbĕrtim, abundanter, copiosè. { μεστῶς, ὑπόπλεως. Gall. *Plantureusement, fertilement, copieusement, abondamment.* Ital. *Abondantemente, copiosamente.* Germ. Völliglich/überflüssiglich. Hisp. *Copiosa y fertilmente.* Angl. *Abondantly with gratplentie.* } Catull.

Hŭbĕrtŭs, a, um: Abundans. { פרה *poréh,* שבע *sabeah,* שמן *schamen,* טוב *tob.* εὔφορος. Gall. *Abondant, plantureux, fertile.* Ital. *Abondante.* Germ. Überflüssig, fruchtbar/völlig. Hisp. *Copioso, fertil.* Angl. *Fruitfull, septentifull.* } Gell. *lib.7. cap.14.* Sed ea ipsa genera dicendi jam antiquis tradita ab Homero sunt, ἀτρεῖα in tribus: magnificum in Ulysse, & hubertum: subtile in Menelao, & cohibitum: multum moderatúmque in Nestore.

‖ Hubiola, vox à Germanis sumpta pro lupulo salictario: nam eam plantam vocant hopfen. ‖

Hūc, adverb. ad locum. { הנה *péh. Hùey.* Gall. *Icy, en ce lieu.* Ital. *Quà.* Germ. Hyther. Hisp. *Aca donde yo estoi.* Angl. *To this place.* } Terent. *in Eunuch.* Ego cum illo, quo cum uno rem habebam, tum hospite, abii huc. Idem *in Hecyra,* Nam senex rus abdidit se: huc raro in urbem commeat. Plaut. *Men. sc.2.a.5.* Concede huc ab isto, quàm potes longissimè. *Ibid. sc.2.a.4.* Huc concedamus. *Ibid. sc.1. a.2.* Cedo dum huc mortuipium. Idem *Asin. sc.3.a.3.* Quin tradis huc crumenam? Idem *Aul. sc.3.a.3.* Opera huc conducta vestra, non oratio. *Ibid. sc.2.a.4.* Redde huc fis (bis *ibidem.*) Item, Ostende huc manum. Idem *Men. sc.4.a.2.* Qui huc in hanc urbem pedem unquam intrò retulit. *Ibid. sc.2. a.4.* Neque hodie huc intrò retuli pedem. ¶ Hinc huc. Idem *Mil. sc.3.a.2.* Nihil est quâ hinc huc transire possit (i. domo foras.) ¶ Huc & illuc, οἷός ἐστι πρόσω, incertum iter ostendunt, quod etiam dicimus sursum & deorsum. Cicer. *ad Attic.* Ne cursem huc & illuc deterrima via. Idem *in Offic.* Pars quæ hominem huc & illuc rapit. Plaut. *Aul. sc.1.a 4.* Ut possim huc & illuc quid agant arbitrari. ¶ Hucusque, hoc est, usque ad hunc locum, vel usque ad hoc tempus. Plin. *lib.6. cap.26.* Hucusque Nestoris exercitum duxit.

Hūccĭnĕ, interrogativum est, compositum ab huc & ne, per interpositionem syllabæ. Cicer. 7. *Verr.* Huccine tandem omnia reciderunt.

Hūi, interjectio est admirantis, inquit Don. βαβαί, ὦ. φεῦ. *Hui, eh.* Terent. *in Heaut.* Hui, tam graveis hos quæso. M. Sic meritum est meum. Cic. *ad Attic.* Hui, totiesne me litteras dedisse Romam, quum ad te nullas darem? ¶ Hui, hem, & cæteris ejusmodi utimur adversus eos, quibus irascimur, interprete Donato. Terent. *in Eunuch.* Scibis. Principio eam esse dico liberam. THR. Hem. CH. Civem Atticam. THR. Hui. Idem *in Andria.* Juno Lucina fer opem, serva me obsecro. S. Hui tam citò? ridiculum. ¶ Hui, ironiæ quoque servit, ut am hoc est Diomedes *lib.1.*

Hŭĭc, dativus pronominis Hic, hæc, hoc. *τούτῳ, τούτῃ.* Qui in carmine ferè unica syllaba effertur: ut apud Virg.

*Huic conjux Sichæus erat.*

Quandoque etiam per duas, sed tariùs. Stat. *lib.1. Theb.*

*Latus huic domino videam dare jura nepotes.*

Hūjūsce, genitivus ab hic, hæc, hoc, compositus cum syllabica adjectione, ce. Cic. 7. *Verr.* Quos tamen fructus hujusce necessitudinis in istius imperio tulit.

Hūjūsmŏdi, & Hujusce modi. Nomina adjectiva omnis generis indeclinabilia, composita ex genitivis hujus, vel hujusce, & modi, à *modus,* idem significant quod Talis. { חזה *chazeh. Mùrlo.* Gall. *De cette sorte, tel.* Ital. *Di questa guisa, di questa manera.* Germ. Solcherley/derley/dergleichen. Hisp. *Desta manera.* Angl. *Of this sorer fashion.* } Plaut. *in Bacch.* Homo adolescentulus penetrem hujusmodi in palæstram, ubi damnis desudascitur? Idem *Capt. sc.4. a.5.* Hujusmodi paucas poëtæ reserunt comœdias. Idem *Pseud. sc.2.a.3.* Cùm hasce herbas hujusmodi in alvum congerunt. Terent. *in Heaut.* Hujusmodi obsecro, aliquid reperi. *Ibidem.* Hujusmodi mihi res semper commiscere, ubi me excarnifices. Cic. 3. *de legib.* Nec miror, sed moreo casum hujusmodi.

Hūlĕus: vide *Ulcus.*

Hulula: vide *Ulula.*

Hululo: vide *Ululo.*

Hūmānŭs, a, um, denominativum est ab homine deductum: Benignus, mitis, lenis, facilis, affabilis, blandus. { עין hanún. φιλάνθρωπος, ἀνθρώπινος, ἀνθρωπικός. Gall. *Humain, d'homme doux, courtois.* Ital. *Humano, benigno.* Germ. Menschlich. Hisp. *Cosa humana y benigna.* Angl. *Courteous, gentle, benigne, gracious, bounteous, pertaining to men.* } sicut à fera ferimus. Cicer. 4. *Verr.* Quod est aliud in illa provincia genus humanum? Plin. *lib.* 11. *cap.* 49. Sunt iis etiam humano calculo remedia præcipua: id est, calculo qui in homine generatur. Cic. *pro Rosc. Amer.* Portentum atque monstrum crudelissimum est, esse aliquem humana specie & figura, qui tantùm immanitate bestias vicerit, ut propter quos hanc suavissimam lucem aspexerit, eos indignissimè luce privarit, quum etiam feras inter se partus atque educatio, & natura ipsa conciliet, &c. Ter. *in Andr.* Hæc ego putabam esse omnia humani mansuetique animi officia. Quintilianus, Datus tandem rebus humanis (sup. perfectus orator.) Senec. *cap.* 13. *de tranquill.* Generis humani odium. Velleius: Vir bonus in quantum humana simplicitas intelligi potest. Item, Neque divini, neque humani quicquam credas. Humanæ dapes, i. stercus, aut proluvies hominis, ut humanus potus, i. lotium. Plin. Cæteri authores consensu humanas dapes ad hoc in primis advocant, alii ex iis præferunt humanos potus. ¶ Accipitur etiam interdum *humanus* pro eo quod ab hominis natura non abhorret. Terent. *in Adelph.* Nam hoc quidem ferendum aliquo modo est, persuasit nox, amor, vinum, adolescentia: humanum est. Ubi Donatus. Nihil tandem ex ea sumptum consuetudine est, quod non humanum. Et hoc dicere solemus, ubi peccatum quidem non negamus, sed tolerabile esse dicimus.

Hūmānĭtās, atis, propriè naturam humanam significat. { עניות hanevúth. φιλανθρωπία, ἀνθρωπότης, ἀνθρωπισμός. Gall. *Humanité, courtoisie.* Ital. *Humanità.* Germ. Menschheit. Hisp. *Humanidad.* Angl. *Humanitie, courtoisie.* } Cic. *pro Rosc. Amer.* Magna est vis humanitatis, communio sanguinis, natura ipsa. Idem *pro Sylla*, Peteretem veniam errato meo ex intimis vestris cogitationibus, & ex humanitate communi. ¶ Et quoniam eruditio, & bonarum artium disciplinæ soli homini sunt propriæ, factum est, ut humanitas accipiatur pro eruditione, & bonarum litterarum scientia, quam Græci vocant *παιδείαν*. { Angl. *Learning, literall knowlege.*} ut apertissimè ostendit Gell. *lib.* 13. *cap.* 16. adducens locum Varronis ex *lib.* 1. *rerum humanarum*, qui sic habet: Præxiteles propter artificium nemini est paululum humaniori ignotus. Cic *in Verr.* Tu sine ulla arte, sine humanitate, sine ingenio, sine litteris solus judicas? Idem *de Orat.* Homo non hebes, neque inexercitatus, neque communium litterarum & politioris humanitatis expers. ¶ Præterea quia homo inter omnia animalia maximè mitis est, idcirco humanus pro facili & miti ponitur, & humanitas pro facilitate, lenitate, comitate, mansuetudine, clementia, benevolentiáque, quam Græci φιλανθρωπίαν vocant, quasi amorem in homines. Cic. *lib.* 1. *Offic.* Non modò id virturis non est, sed est potiùs immanitatis omnem humanitatem repellentis. ¶ Humanitatem dare, est cibos & alimonium præbere in carcere constitutis.

Hūmānè, adverbium: Humano affectu, hoc est, benignè, mansuetè, comiter, lenitèr. { φιλανθρωπικῶς. Gall. *Humainement, comme un homme doit faire, courtoisement.* Ital. *Benignamente, humanamente, cortesamente.* Germ. *Menschlich.* Hisp. *Humana, y benignamente.* Angl. *Freindly, courteously, gently.* } Terent. *in Adelph.* Nam ita est homo, Cùm placo advertor sedulò, & detorreo. Tamen vix humanè patitur. Cicer. *Att. lib.* 15. Ille quòd Pureolos prosequitur, humanè: quòd quæritur, injustè. Humanè ferre morbum. Cicer. 2. *Tusc.*

Hūmānĭtĕr, adverbium, benignè, mansuetè, æquo animo. { φιλανθρώπως. Gall. *Humainement, avec douceur & courtoisie.* Ital. *Con humanità, come ad huomo si conviene.* Germ. Menschlich, dutugtlich. Hisp. *Humana, y benignamente.* Angl. *Gently, with humanitie.* } Cic. *ad Marium lib.* 7. *Epist.* Propter molestissimas occupationes meas, quibus si me relaxaro, docebo profectò quid sit humaniter vivere. Idem *ad Attic. lib.* 1. Sin aliter acciderit, humaniter feremus, id est, æquo animo, ut hominem decet, mille fortunæ telis expositum.

Hūmānĭtŭs, adverbium: More humano. { ἀνθρωπικῶς. Gall. *Comme il advient aux hommes, à la façon des hommes.* Ital. *Come deve far l'huomo.* Germ. Menschlicher weiß nach. Hisp. *Humanamente.* Angl. *After the fashion of men, as it happeth unto men.* } Plin. *lib.* 10. *cap.* 63. Ursi autem { ut dictum est } humanitus strati, id est, ut solent homines. Cic. 1. *Philipp.* Si quid mihi humanitus accidisset, id est, si fortassè moreter.

Humano, as: Latini Ecclesiastici scriptores imitati Græcos, Dominum σαρκοποιοῦντα, dicunt *humanatum*, id est, humanâ carne indutum, hominem factum esse.

Humanatio σαρκώσεως, est incarnatio.

Hūmātio, Humatus: vide *Humus.*

Hūmĕo, es, ui: Madidus sum. { רטב ratáb. ὑγραίνω. Gall. *Estre, ou devenir moite, ou humide.* Ital. *Esser humido.* Germ. Naß oder feucht sein. Hisp. *Humedecerse.* Angl. *To be moyst or moyst.* } Nicandro ὑγρὸς εἶναι. Ovid. 10. *Metam.*

*Dat gemitus arbor, lachrymisque cadentibus humet.*

Col. *lib.* 3. *cap.* 11. Verùm est in opere difficilior, quod neque humentem fodere possis, quòd sit gluttinosissima: nec nimium siccam, quia ultra modum præduret.

Hūmĕsco, is: Humectus fio. { רטב ratáb. ὑγραίνομαι, ὑγρὸς γίνομαι. Gall. *Devenir moite, ou humide.* Ital. *Divenir humido.* Germ. Naß oder feucht werden. Hisp. *Humedecerse.* Angl. *To waxe moyst or wett.* } Virg. *in Georg.*

——*humescunt spumis, flatúsque sequentum.*

Plin. *in Paneg.* Vidimus humescentes oculos tuos, demissumque gaudio vultum, tantumque sanguinis in ore, quantum in alieno pudoris.

Hūmĕcto, as: Humidum reddo, irrigo. { שקה shekaráph. רטב ritzáh, הרטיב hirtzáh. διΐημι, βρέχω. Gall. *Humecter, mouiller.* Ital. *Bagnare, far humido.* Germ. Naß oder feucht machen. Hisp. *Mojar, humedecer.* Angl. *To mak moyst or wett.* } Virg. *lib.* 4. *Georg.*

*Quæ niger humectat flaventia culta galesus.*

Col. *lib.* 7 *cap.* 3. Agnus, quam est editus, erigi debet, atque uberibus admoveri: tam ejus diductum os pressis humectari papillis, ut condiscat maternum trahere alimentum.

Humectatus, a, um. Gell. *cap.* 11. *lib.* 17. Eóque (pulmone) satis humectato, emanare per eum, &c.

Hūmĕctŭs, a, um, adjectivum, humidus. { רטוב ratób, רווי ravéh. ὑγρὸς. Gall. *Meüillé, remoüi, relevé, humide.* Ital. *Humidito, humido.* Germ. Naß gemacht, befeuchtet. Hisp. *Cosa humeda.* Angl. *Moyst or wett, dankt.* } ut, Humectus locus. Varr. 1. *de re rust. cap.* 24. Si locus humectus sit, ibi cacumina populorum serunda, & arundinetum.

Hūmĭdŭs, a, um, ab *ŭo*, aliis ab *udus.* Quod humorem inducit, vel quod humorem habet. { רטוב ratób, רווי ravéh. ὑγρὸς, νοτερός. Gall. *Humide.* Ital. *Humido.* Germ. Naß, feucht, oder das feuchte macht. Hisp. *Humedo.* Angl. *Moyst wett, dankt.* } Virg. 2. *Æneid.*

——*Et jam nox humida cœlo*
*Præcipitat, suadentque cadentia sydera somnos.*

Cic. *in Verr.* 3. Ignem ex ligno viridibus atque humidis in loco angusto fieri jussit. Ovid. *Eleg* 1. *lib.* 4. *Trist.*

*Humidáque est fletu littera facta meo.*

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 3.

*Deque tuis lacrymis humida verba dato.*

Gell. *cap.* 13. *lib.* 11. Humidis verbis & lapsantibus deflocre. Et Plaut. *Most. sc.* 2. *a.* 1. Ita hæc tigna humidè putrent (aliàs *humida.*) ¶ Humidum, Substantivum, ut Humidum paludis. Tacit. *lib.* 1. præmisso Cecinna, ut occulta saltuum scrutaretur, pontesque, & aggeres humido paludum, & fallacibus campis imponeret.

Hūmĭdŭlŭs, diminutivum, ut Linum humidulum, apud Ovid. 3. *de arte amandi,*

*Fallet & humiduli qua fiet acumine lini.*

{ מעט רטוב. Gall. *Vn peu humide.* Ital. *Alquanto humido.* Germ. Naßlächtig. Hisp. *Cosa humeda un poco.* Angl. *Somewhat moyst, or dankt.* }

Hūmĭfĕr, a, um: Humefactus, humorem afferens. { רטוב ratób, רווי ravéh. νοτίζων. Gall. *Ramolissant, humide.* Ital. *Che da humore & bagna.* Germ. Das feucht und naß macht. Hisp. *Cosa humeda, è que bate humedo.* Angl. *That bringeth wetmesse or dankenesse.* } Cic. 1. *de divin.*

*Naribus humiferum ducere ex ædre succum.*

Hūmĭgĕrŭs: Humore perfusus. { רטוב ratób, רווי ravéh. διάνοτος. Gall. *Baigné, mouillé.* Ital. *Bagnato.* Germ. Befeuchtiget. Hisp. *Mojado.* Angl. *Moyssted, made wett.* } Apul. *lib.* 1. *flor.* Vel enim colliculus sepimine consecratus, vel truncus dolamine effigiatus, vel cæspes libamine humigatus, vel lapis unguine delibutus.

Hŭmĕrŭs, i: Est pars illa corporis, à qua dependent brachia, quæ alio nomine vocatur *armus*, authore Festo, quòd ab ea parte arma dependeant. { כתף schechém, כתף chathéph. ὦμος. Gall. *L'épaule.* Ital. *Humero, spalla.* Germ. Schulter oder achßlein. Hisp. *El ombro.* Angl. *The shoulder.* } Terent. *in Eunuch.* quas mattes studeat demissis humeris esse. Cic. *in Verr.* Ab humero pendebant sagittæ. Virg. 2. *Æneid.*

*Has setus, latos humeros, subjectaque colla*
*Veste super, fulvique insternor pelle leonis.*

Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Mihi humerus est aries. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. Vorte hac humerum (ut te onerem.) Idem *Aten. sc.* 2. *a.* 5. Eripe huic oculum ab humero qui tenet. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

*Ingue tuis humeris jam leve fertur onus.*

Idem *Eleg. ult. lib.* 4.

*Induiturque humeros cum lato purpura clavo.*

Idem 13. *Metam.*

*His humeris, his, inquam, humeris, ego corpus Achillis*
*Tuli.*

Suet. *in Aug. cap.* 10. Humeris subire aquilam. ¶ Humeri etiam de bobus dicuntur. Cic. 2. *de nat. Deor.* Quid de duobus loquar? quorum ipsa terra vires humerorum, & latitudines ad aratra contrahenda, &c. ¶ Dicuntur etiam humeri in avibus partes illæ, à quibus dependent alæ. Col. *lib.* 8. *cap.* 2. de gallinaceis, Jubæ deinde variæ, vel ex auro flavæ, per colla cervicésque in humeros diffusæ. ¶ Humeris sustinere ii dicuntur, quorum authoritas, diligentiáque plurimùm valet in conservanda salute cujuspiam. Cic. *pro L. Planco*, De summa Reip. taceo, quam vos universam hoc judicio, vestris, inquam, humeris, judices, sustinetis.

Hūmĕrōsŭs, qui latos humeros habet. { Ἀγκωνᾶς. Gall. *Espaulu, qui a hautes épaules.* Ital. *Di alte spalle.* Germ. Der grosse und breyte achßel hatt. Hisp. *Corcovado, que tiene los ombros altos.* Ang. *That hath broade shoulders.* } Humerosus locus. Colum. *lib.* 3. *cap.* 10. Itaque custodiemus, ut à prædictis locis, quos humerosos rustici vocant, semina legamus.

Hūmĕrāle, is: Humerorum tegumentum, quemadmodum Tibiale, tegumentum tibiarum. { ὠμοπλάτιον. Gall. *Espauliere.* Ital. *Veste da spalle.* Germ. Ein kleid das man zu bedeckung der achßeln anzeucht. Hisp. *Cierta vestidura del ombre.* Angl. *Any thing to cover on the shoulders.* } Paul. Nam si tibiale, vel humerale miles alienavit, castigari verberibus debet.

Hūmĕsco, Humidus: vide *Humeo.*

Hŭmĭlis, e: Depressus, non altus, & à terra sublatus. { שפל schaphál. ταπεινός, χαμαιλεὼν, πενιχρὸς. Gall. *Humble, humilié, rabaissé, bas.* Ital. *Humile.* Germ. Nider, niderträchtig. Hisp. *Cosa baxa ò abatida, ò humilde.* Angl. *Lowe, simple, effette conditions.* } Cic. *in Tusc.* Vites, & ea quæ sunt humiliora, neque se tollere à terra altiùs possunt. Colum. *lib.* 4. *cap.* 1. Humili statu vitis plerunque juxta terram coërcetur. Virg. 2. *Eclog.*

*Atque humiles habitare casas.*

Idem 4. *Eclog.*

*Non omnes arbusta juvant, humilésque myricæ.*

Velleius, Speciosis invidebat, putebat humillimis Sex. Pompeius. ¶ Accipiuntur etiam humilis pro contempto, abjecto, demisso, quod & Græci

Græci ταπεινὸν dicunt. {ANGL. *Base, vile.*} Cic. 3. *de finib.* Qui altiore animo sunt, nihil abjectum, nihil humile cogitant. Idem *de Amic.* Nihil enim altum, nihil magnificum ac divinum suscipere possunt, qui suas omnes cogitationes abjecerunt in rem tam humilem, tamque contemptam. Idem *ad Attic. lib.* 7. Dicam idem quod Pompeius, nequid faciam humili animo.

Hūmilitās, ātis. ✕ Altitudo. } שפל *shéphel*, ענוה *kanavádh*. ταπείνωσις. GALL. *Bassesse, basse estat, petitesse.* ITAL. *Bassezza, humiltà* GERM. Nidertrachtigkeit, item, demut. HISP. *Baxeza, à humildad.* ANGL. *Humilitie, basenesse of condition, lowlinesse.* } Cic. 5. *Tusc.* Sydera inter se altitudine & humilitate distantia. Idem 2. *de divin.* Docet enim ratio Mathematicorum, quanta humilitate Luna fetatur, terram prope contingens. ¶ Humilitas ponitur etiam pro obscuritate, tenuitate, & ignobilitate. Cic. 1. *Offic.* Quorum autem prima ætas propter humilitatem & obscuritatem in hominum ignoratione versatur. Idem 13. *Philipp.* Is autem humilitatem despicere audet cujuscquam, qui ex eadem tulerit liberos. ¶ Humilitas cùm opponitur superbiæ, ταπεινοφροσύνη, definitur à Speusippo, quod sit facilitas animæ omnis expers iracundiæ. Verùm in hac significatione usitatiùs Modestiæ vocabulo utimur.

Hūmilitĕr, adverb. hoc est, demissè, submissè. ✕ Altè, superbè. { ταπεινῶς. GALL. *Petitement, bassement, humblement.* ITAL. *Humilmente, basamente.* GERM. Nidertrachtiglich. HISP. *Baxa, y humilmente.* ANGL. *Lowly, humbly.* } Plin. *in Epist.* Eadem enim facta claritate, vel obscuritate facientium, aut attolluntur altissimè, aut humillimè deprimuntur. Liv. 4. *bell. Pun.* Hæc natura multitudinis est, aut servit humiliter, aut superbè dominatur.

Hūmĭlĭo, as: Humilem facio, & quasi abjectum ac vilem reddo. { השפיל *hiscpil*. ταπεινόω. GALL. *Abaisser, humilier.* ITAL. *Far humile, humiliare.* GERM. Erniderm, niderm, nidertrachtig machen, schlecht und unachtsam machen. HISP. *Abaxar, abatir, à humiliar.* ANGL. *To make humble, or lowe.* } ut est illud, Humiliavit seipsum, formam servi accipiens. Frequens est hujus verbi usus in sacris litteris: alioqui apud probatos linguæ Latinæ scriptores vix invenies, in hac præsertim significatione. Legitur tamen Humiliatus, part. pto eo quod est depressus, & humilis effectus, ita ut à terra parum attollatur. Cic. 3. *de nat. deor.* Alia animalia humiliata, ut cibum terrestrem facilè rostris contingant: alia altiora sunt, &c.

Hūmo: vide *Humus*.

Hūmŏr, is: Aqua, liquor, ab *humus* fit, quia ἁπαξ quæ terris inclusæ sunt. { לח *leách*, לשד *leschádh*. ὑγρὸς, ὑγρότης. GALL. *Humeur.* ITAL. *Humore, liquore.* GERM. Feuchte, feuchtigkeit. HISP. *Humor.* ANGL. *Moysture, licour.* } Cic. *de divin.* Et humor allapsus extrinsecus, ut in tectoriis videmus, Austro potest sudorem imitari. Idem 2. *de natura deor. de astris loquens*, Et terrenis maximisque humoribus longo intervallo extenuatis alantur. *Ibidem*, Humor, & calor, qui est infusus in corpore. Virg. 1. *Georg.*

*Hic flevilem exiguus ne deserat humor arenam.*

Humor pro potione vini aquosi. Virg. 1. *Georg.*

*Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem.*

Sic *alibi* humida vina vocavit tenuia, quæque plurimùm aquosæ substantiæ haberent admistum.

Humĭficus, Adjectivum. Idem quod humectans, humidum faciens. Plin. *lib.* 2. *cap.* 101. Glaciem refundat, cunctaque humifico spiritu laxet. De Luna.

Hŭmŭs, i, fœm. gen. Terra ab ὑγρὸς, ὑ in u mutata. Scaliger. { אדמה *adhamáh*. ארץ *eréts*. γῆ, χθών. GALL. *La terre.* ITAL. *Terra.* GERM. Die erd, dan erdrich. HISP. *Tierra.* ANGL. *The moyst earth, the ground.* } Cic. *de senect.* Humus subacta atque pura. Idem 2. *de legib.* Quot humus insecta contegit. Virg. 1. *Georg.*

*Necnon & lini segetem, & cereale papaver.*
*Tempus humo tegere, & jamdudum incumbere aratris.*

Idem 2. *Georg.*

*At quæ pinguis humus, dulcique uligine læta.*

Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.*

*Tellúsque nascenti corpus habere humus.*

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 9. *Trist.*

——— ——— Cùm
*Vester ab intacta circuit exstet humo.*

Idem. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

*Alter humum de qua fingantur pocula, &c.*

Idem 13. *Metam.*

——— *Nec me lustráque numérque*
*Tardarunt quin corpus humo sublime referrem.*

¶ Humi, vice adverbii ponitur. { ἐπὶ γῆς, κατὰ γῆς. GALL. *A terre, sur la terre, en bas.* ITAL. *In terra.* GERM. Auff der erden, auff dem boden. HISP. *In tierra, baxamente.* ANGL. *On the ground, a lowe.* } Plin. *lib.* 9. *cap.* 13. Humi quoque vice pedum serpunt. Colum. *lib.* 9. *cap.* 14. Incunt autem non ut priores aves, de quibus diximus, insistentes humi. Ovid. 5. *Metam.*

*Sternit humi juvenem.*

Virg. 1. *Æneid.*

*Nec primus abstitit quàm septem ingentia victor*
*Corpora fundat humi.*

¶ Humi haurias, χαμόθεν ἀντλεῖς. De inaniter laborante. Nihil est enim quod è solo haurias: hoc est, ab imo putei fundo, & is siccus sit. Apparet dici posse, quoties exhausta copia non multùm superest quod haurias. Zenodotus. ¶ Humi serpis oratio, quæ prostrat humilióque est quàm oportet, semper quasi jacens, nunquam assurgens. Horat.

Humo. Varro apud Non. *in Humo*, In pavimento non audes facere lacunam: ut in humo calceos facis citius.

‖ Humicubæ, sacerdotes humi cubantes ad Deorum responsa accipienda. Cerda.

Humipes, sponsa dicta, quòd thedâ non veheretur. Poll.

Humipeta, humum petens. Bud. ‖

Hūmo, as: Humo contego, sepelio, terra condo, terra obruo. { קבר *cabár*. θάπτω. GALL. *Enterrer.* ITAL. *Seppellire, sopire di terra.*

GERM. Mit erden bedecken. HISP. *Enterrar los cuerpos.* ANGL. *To interre, to burie, to hide.* } Cic. *lib.* 1. *Tusc.* Majorum est mos, non humare corpora suorum, nisi à feris sint antè lanata. *Ibidem*, In terram enim cadentibus corporibus, hisque humo tectis (ex quo dictum est humati) sub terram censebant reliquam vitam agi mortuorum. Plin. *lib.* 7. *cap.* 54. Sepultus intelligitur quoquo modo conditus: humatus verò humo contectus. Gell. *lib.* 7 *cap.* 8. *de delphino*, In sui pueri sepulchro humatus est. ¶ Hujus compositum est Inhumo, de quo suo loco.

Hūmātio: Sepultura. } קבורה *keburáh*. ταφὴ, ἐνταφιασμός. GALL. *Enterrement, ensevelissement.* ITAL. *Esso seppellire.* GERM. Begrebnuß bastarung zu der erden. HISP. *Enterramiento.* ANGL. *A burying or interring.* } Cic. 1. *Tusc.* Cujus hoc dicto admoneor, ut aliquid etiam de humatione & sepultura dicendum existimem.

Humator, aliud verbale. Lucan. *lib.* 7.

——— *non illum Pœnus humator*
*Consulis*, &c.

‖ Hungaria, *Ungern, Hungrie*, provincia titulo regio data, quam Danubius medium interfluit. ‖

Hūnni, *Hunnen*. Populi sunt qui quondam in Scythia Europæa supet Mœotim paludem incoluere: deinde mutatis sedibus, ingenti multitudine in Pannoniam irrupêre. Hæc gens temporibus Valentiniani principis, duce Attila totam penè Europam pervagata, Galliam, Italiámque fœdissimis cladibus affecit: donec Leonis Pontificis precibus victa rursus se recepit in Pannoniam. Quare credibile est, Hunnos eos esse, qui etiam hodie Pannoniam incolunt, paucis immutatis litteris, Ungari vocati. De his Hieronymus *ad Oceanum*: Ab ultima Mœotide interglaciales Tanaim, & Massagetarum immanes populos, ubi Caucasi rupibus feras gentes Alexandri claustra cohibent, erupisse Hunnorum examina, quæ pernicibus equis huc illuc que volitantia, cædis partiret ac terroris cuncta complevernnt. ‖ Huso, nomen piscis ἀνώνυμον, in Danubio, i.e. qui spinas non habet. Vide Casaub. *lib.* 7. *in Ath. cap.* 15. ‖

## H Y

Hyăcinthus: ὑάκινθος. Suidæ. } GALL. *Vaciet, ou oignon de chien.* ITAL. *Iacinto, cipola canina.* GERM. Ein blaue martzen blum, wolbeum HISP. *Iacinthe, flor.* ANGL. *A iacinth pretious flowe.* } Est genus violæ vernæ, colore obscurè purpureæ, quam à Romanis vacinium appellari author est Dioscorides. Galli, teste Ruellio *lib.* 3. *cap.* 4. servato Latini nominis vestigio, vocant *vacietam*: herbam aute n, cæpam agrestem. Hoc violæ genus venis quibusdam nigris est distinctum, ita discurrentibus lineis, ut duarum Græcarum litterarum α, & ι, figuram referant: quæ res Poëtis dapiceis fabulæ occasionem præbuit. Nam & hyacinthum puerum dilectum ab Apolline, quem imprudens disci jactu interfecit, in hunc florem mutatum tradunt, interjectionemque dolentis αι, quæ ex duabus illis litteris conficitur, veluti testimonium doloris, quem Apollo ex ejus morte conceperat, habere inscriptam. Præterea Ajacem ineundem florem conversum aiunt, dum impatientia prælati sibi Ulyssis seipsum interemit: duásque primas ejus nominis litteras in hoc flore manssisse impressas. Ovidius utramque fabulam complexus est *lib.* 13. *Metam.*

——— *rubefactaque sanguine tellus*
*Purpureum viridi genuit de cespite florem,*
*Qui prius Œbalio fuerat de vulnere natus,*
*Littera communis mediis puerôque virôque*
*Inscripta est foliis, hæc nominis, illa querela.*

Vide Martial. *Epigr.* 173. *lib.* 14. ¶ Est etiam Hyacinthus gemmæ nomen, colorem habens amethysto gemmæ non absimilem, sed tamen dilutiorem. Vide Plin. *lib.* 34. *cap.* 9. ‖ ¶ Hyacinthus non scriptus, ea herba, quæ (ut Dioscor. *lib.* 4. 52. describit) habet folia bulbi, dodrantalem caulem, lævem (λεῖος) minimo digito tenuiorem, herbacei coloris, comam procumbentem florum purpureorum plenam (κομὴν εὐερπὴ ἄνθεσι πολλοῖς ἐπηβώσαν) radicem quoque bulbaceam. Sed quid est, in divinis litteris sæpe conjunguntur hyacinthus & purpura? Est pannus hyacinthino colore tinctus, qualis est hyacinthi flotis. ‖

Hyăcinthĭa, orum, ἀνάκινθα, substantivum (ut author est Hieronymus contra Iovinianum) dicebantur quædam sacra nocturna à Lacedæmonis reperta in honorem Hyacinthi pueri, ab Apolline disci jacta interfecti. Vide Plutarch. *in Arist.* Ovid. *lib.* 10. *Metam.*

*Nec genuisse pudet Spartæ Hyacinthon, honórque*
*Durat in hoc avi: celebrandáque more priorum,*
*Annua prælata redeunt Hyacinthia pompa.*

Hyăcinthĭnus, a, um. { תכלת *techélerh*. ὑακίνθινος. GALL. *De couleur de vaciet, de couleur de pourpre.* ITAL. *Del color di iacinto.* GERM. Dielbraun, gefarbt als ein Hyacinth. HISP. *Cosa de color de aquilla violeta, à de iacinto.* ANGL. *Of the colour of purple.* } Quod habet colorem hyacinthi, Persius *Satyr.* 1.

*Hic aliquis cui circum humeros hyacinthina læna est.*

Flos hyacinthinus. Catullus *in Epithalamio Iulia.*

Hyacinthizontes, ὑακινθίζοντες, dicti sunt smaragdi quidam ad hyacinthi colorem accedentes: quorum meminit Plin. *lib.* 37. *cap.* 5.

Hyădes. { כימה *chimáh*. ὑάδες Suidæ, stellæ septem in capite Tauri, quæ quoties nascuntur, vel occidunt, pluvias creant. ὑὰς τὰς ἐν τῷ μετώπῳ τοῦ ταύρου ἑπτὰ ἀστέρας. } Ovid. *lib.* 5. *Fast.*

*At simul induxere obscura crepuscula noctem,*
*Pars Hyadum toto de grege nulla latet:*
*Ora micant Tauri septem radiantia flammis,*
*Navita quam Hyadas Graius ab imbre vocat.*

Idem *Eleg.* 10. *lib.* 1. *Trist.*

*Aut hyadas sævis hauserat Auster aquis.*

Item,

*Pleiadásque Hyadásque immunémque aquosis Arctum.*

Fabulantur Poetæ Hyades Bacchi nutrices fuisse, quæ & Dodonides nymphæ vocatæ sunt, à Dodona civitate Epiri: quæ quum Junonis iram verentur, fugerétque Lycurgi regis sævitiam, à Jove in cœlum translatæ sunt. Alii tradunt Atlantem ex Æthra uxore Hyantem filium suscepisse, septémque puellas, quarum hæc fuit

nomina, Ambrosis, Eudora, Pasithoë, Coronis, Plexaure, Pytho, & Tyche: quæ cùm fratrem à leone devoratum implacabili luctu prosequerentur, dolorisque magnitudine exabescerent, Jovis miseratione in septem stellas sunt conversæ, & ut perpetuum maneret tantæ pietatis testimonium, fratris nomine Hyades sunt appellatæ. Hæ à Latinis vocantur Suculæ, ignorantiâ Græcæ linguæ, ut Tito Ciceronis libertus putavit. Nam quum scirent prisci illi linguæ Latinæ authores ὗες à Græcis dici, quas vocamus sues, putaverunt etiam ὑάδας Latinè posse verti Suculas: tanquam Hyades ἀπὸ τῶ ὑῶν, hoc est, à Suibus, ac non potiùs ἀπὸ τῶ ὕειν, hoc est, à pluendo dicerentur. Sed de Tironis judicio vide Gell. *lib.* 13. *cap.* 9. Non absurdum tamen videtur, ideirco Suculas à Latinis vocatas esse, quòd propter maximas quas afferunt pluvias, luto gaudere videantur, quemadmodum sues.

Hyrā, ὑρὰ, urbs Locrorum Ozolarum, apud Thucydidem *lib.* 3.

Hyæna, ὕαινα, cum diphthongo, & penultima prod. Animal ferum, & crudele, quod sermonem humanum assimilat, pastorúmque nomina addiscit, ut eos foras evocatos dilaniet. Plin. *lib.* 8. *cap.* 30. Hyænis utramque esse naturam, & alternis annis mares, alternis fœminas fieri: parere sine mare vulgus credit: Aristoteles negat, &c. Et *paulò post*, Multa præterea mira traduntur: sed maximè, sermonem humanum inter pastorum stabula assimilare, nominúmque alicujus addiscere, quem evocatum foras laceret. Item vomitionem hominis imitari, ad solicitandos canes, quos invadat. Hyænæ etiam meminit Ovid. *lib.* 15. *Metam.*

——— *& quæ modò femina tergo*
*Passa marem, nunc esse marem miramur hyænam.*

‖ Hyænia, gemma ex oculis hyænæ. Plin. *lib.* 30. *cap.* 11. ‖

Hyalus: Vitrum. { ὕαλος. Angl. *Of the colour of glasse.* } Unde color hyali, dicitur color viridis, qualis est colos viri. Virg. 4. *Georg.*

——— *Milesia vellera nympha*
*Carpebant hyali saturo fucata colore.*

¶ Inde fit Hyalinus, ὑάλινος, pro vitreo: & Hyalurgus, ὑαλεργὸς, pro vitriario. ¶ Est item *Hyalus* Asiæ fluvius, in Tmolo monte nascens, & non procul ab Hermi ostio in mare Ægæum influens. Vide Strab. *lib.* 11.

‖ Hyalotheca, ὑαλοθήκη, locus ubi vitreum instrumentum reconditur.

Hyalurgus, ὑαλεργὸς, vitriarius, ὑαλεργεῖον, vitriarium, officina. ‖

Hyāmēi, ὑάμειοι. Messeniaci agri oppidum, unum ex quinque, ut inquit Steph. Gentile est Hyamita, ὑαμίτης, teste eodem Steph.

Hyamion, ὑάμιον, Troadis oppidum, à quo fit gentile Hyamios, ὑάμιος. Stephan.

Hyāmpŏlis, ὑάμπολις. Phocidis oppidum ad Parnassum montem, cujus meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 7. & Strab. *lib.* 9. { Ein stat in Phocide am berg Parnasso. } Est & Hyampolis altera in Bœotia, non procul ab Orchomeno: cujus meminit Ptol. *lib.* 4. *cap.* 15.

Hyantes, ὕαντες. Ab antiquis appellabantur Græciæ populi, postea Bœoti appellati. { Die völcker in Bœotia. } teste Plin. *lib.* 4. *c.* 7. quod nomen ab Hyante rege traxisse putantur, ut non obscurè innuit Strab. *lib.* 7. ¶ Hinc deducitur adjectivum Hyantius, a, um, idem significans quod Bœotius: unde Actæonem Cadmi nepotem Hyantium cognominat Ovid. 3. *Metam.*

*Quum juvenis placido per devia lustra vagantes*
*Participes operum compellat Hyantius ore.*

Hyapeæ, ὑάπεαι, urbs Phocidis, ab Hyapo: civis Hyapeus.

‖ Hyas, ὑάς, ὑάδος: signum in fronte cauri, quod ortu suo pluvias effundit, unde stellæ hyades dicuntur, ἀπὸ τῦ ὑεῖν, quas Latini suculas appellarunt. Vet. Dict. Quælibet stella illius signi potest dici hyas. ‖

Hyās, antis, ὑάς. Atlantis filius ex Æthra uxore, qui cùm adhuc puer venationibus sese exerceret, à leone devoratus est. Huic fuerunt sorores septem à patris nomine Atlantides dictæ, quæ cùm fratris desiderio exabescerent, deorum miseratione in septem stellas conversæ sunt: quarum pietas ne ullo temporis intervallo oblivione obliteraretur, à fratris nomine Hyades appellatæ sunt. Vide Ovid. *lib.* 5. *Fast.* ¶ Fuit & Hyas Bœotiæ rex, à quo Bœoti aliquando Hyantes fuerunt nominati. Author Strab. *lib.* 7.

Hyasis, ὕασις, urbs Libyæ, quæ & Oasis: unde Hyasites, vel Oasites. Steph. Vide *Oasis.*

Hyba, vel Hybadæ, ὕβα, ὑβάδαι. Vicus in tribu Leontide. Steph.

Hybāndā, ὑβάνδα, olim insula fuit Ioniæ, postea motu recessu continenti annexa. Author Plin. *lib.* 2. *cap.* 89.

Hyberes, Hyberi, & Hyberia, quæ hic ut perperam scripta, sic alieno loco inserta erant. Vide *Iberes, Iberi, & Iberia.*

Hybele, ὑβλαία, urbs juxta Carthaginem. Gentile Hybelites.

Hybĕrnĭā, ὑβερνία, vulgò *Irlandia.* Insula inter Septentrionem & Occidentem solem, dimidio minor quàm Britannia, cui propinqua est. Ab hyberno tempore (ut quidam putant) sic apellata propter hyemis magnitudinem. Hinc

Hybĕrnĭcŭs, a, um: ut, Mare Hybernicum. Claudianus hanc insulam vocavit Hybernem *in 7. Paneg.*

*Scotorum cumules flevit glacialis Hyberne.*

Hybernus, a, um, quod est hyemis, hyemalis, brumalis. { χειμερινὸς. Gall. *D'hyver.* Ital. *Invernale, d'inverno.* Germ. Winterisch/das deß winters ist. Hisp. *Cosa de invierno.* Angl. *Of winter.* } ut, Hyberna glacies: quod nomen ab Hyeme deduci, aspiratio indicio est. Plin. *lib.* 2. *cap.* 47. Multi hybernos agnos præferunt vernis. Soles hyberni. Virg. 2. *Georg.*

*Qui tantùm Oceano properent se tingere soles*
*Hyberni: vel qua tardis mora noctibus obstet.*

Suet. *in Calig cap.* 8. Apud hybernas legiones. Idem August. *cap.* 82. Solis pariens ne hyberni quidem. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Credo te ebibere potesse quatuor fructus massici montis in uba hora. P. S. Hyberna addito. Tibull. *lib.* 4.

*Seu celer (Sol) hybernas properat decurrere luces.*

Item,

*Adversis hyberna licet tumeant freta ventis.*

Hybĕrnă, orum, numero plurali, dicuntur loca in quibus milites hyeme, sicut æstiva, in quibus æstivo tempore commorantur. χειμάδια. Gall. *Le lieu où on se retire l'hyver.* Ital. *Luoghi dove invernano i soldati.* Germ. Winterläger. Hisp. *Lugar para invernar.* Angl. *Wyntering places for souldiers.* } Cæsar, Post hæc legionibus in hyberna deductis, in Italiam profectus est. Cic. *ad Cæsarem.* Exercitum in hybernis dimisit. Cæsar *lib.* 1. *de bell. civ.* Frumenta in hybernis erant. Tacit. *lib.* 1. Frumentum quod ex hybernis extulerat.

Hybĕrnācŭlă, orum: Castra hyberna. { τὰ χειμάδια χάρακα. Gall. *Le lieu où on se retire l'hyver.* Ital. *Luoghi da invernare.* Germ. Dieter an Denen man im winter ist verb zu wohnen/als in den stuben. Hisp. *Lugar para invernar.* Ang. *Wyntering places for souldiers.* Liv. *lib.* 5. *ab Vrb.* Hybernacula etiam, ices nova mihi Romano ædificari cœpta. Tacit. Cohortes, alæque novis hybernaculis locatæ. Livius *lib.* 10. *dec.* 4.

Hybĕrno, as: Hyemo, hyemem ago, stationem hyberno tempore in aliquo loco habeo. { חרף *charáph.* διαχειμάζω. Gall. *Hyverner, passer l'hyver en quelque lieu.* Ital. *Invernare.* Germ. Den winter verbringen: sich im winter halten. Hisp. *Invernar à tiempo et invierno.* } Liv. *lib.* 7. *ab Vrbe*, Quia procul ab domo, ac rebus tuis hybernasset. Cic. *pro lege Manilia*, Jam verò quemadmodum milites hybernent, quotidie sermones ac literæ perferuntur. Livius *lib.* 10. *ab Vrb* Hybernatum ducere. ¶ Dicitur etiam de mari & ventis, aliisque rebus, quæ hyeme quiescunt. Pers. *Satyr.* 6.

——— *mihi nunc Ligus ora*
*Intepet, hybernâque mouum mare, quà latus ingens*
*Dant scopuli, & multa littus se valle receptat.*

Hybla, vel Hyble, es, ὕβλα. Civitas Siciliæ, circa quam est thymi & silicum copia, ab Hyblone Rege ita dicta, Megara appellata postea. Hanc Strabo à Dorensibus conditam scripsit. ¶ Est etiam hujus nominis mons dictæ urbi proximus, thymo abundans: unde apes pastæ mel optimum conficiunt. Mart.

*Quum dederis Siculis media de collibus Hybla,*
*Cecropios dicas in loca esse favos.*

Hyblæŭs, a, um, ὑβλαῖος: ut, Apes hyblæ, quæ in hybla monte pascuntur. Virg. 1. *Eclog.*

*Hyblæis apibus florem depasta salicti.*

Hyblōn, i. ὕβλων. Siciliæ regulus, qui Hyblæ civitati nomen fecit, quæ postea Megara dicta est. Author Stephan.

Hybrēās, ὑβρείας. Insignis Orator ex Mylasi Cariæ urbe: cui quum pater nihil præter multum lignatium & multonem reliquisset, illorum opera aliquandiu nutritus, Diotrephi Sophistæ operam dedit: posteáque ad Reipublicæ gubernacula conversus, proximum Euthydamo authoritatem obtinuit: quem quum patriæ quidem suæ tyrannidem exercere, sed tamen multis utilitatibus incommoda pensare videret, ferunt in concione dixisse, Euthydame malum es civitatis perneccessarium. Nam nec tecum vivere possumus, nec sine te. Hic quum Labienus Parthorum auxiliis instructus, in Asiam irrupisset, adolescentulúmque quendam jactantem audiret, se Parthicum Imperatorem esse: Ergo, inquit, Caricus. Quo ejus dicto irritatus Labienus, impetum in urbem fecit, eáque capta magnificas Hybreæ diruit ædes (nam ipse fuga se Rhodum subtraxerat) urbémque ipsam ruinis incendiisque deformavit: verùm quum ille Asiam reliquisset, reversus in breve, ædes suas, urbémque reparavit. Ex Strab. *lib.* 14.

Hybris, idos, vel Hybrida, æ: Propriè dicitur sus imparibus progenita parentibus, hoc est, altero fero, & altero domestico: quæ tamen appellatio etiam aliis animalibus convenit, teste Porphyrione, atque adeò ipsis hominibus, imparibus ritiis patentibus. { Angl. *A mungrell, which is engendred betweene two of diverse kinde.* } Plin. *lib.* 8. *cap.* 53. In nullo genere æquè facilis mistura cum fero: qualiter natos antiqui hybridas vocabant, seu semiferos: ad homines quoque, ut in Cn. Antonium Ciceronis in Consulatu collegam, appellatione translata. Appellatio videtur tracta à Græco nomine ὕβρις, quod inter cætera significat adulterium. Videtur enim esse quædam quasi adulterii species, quum aliquod animal cum alterius generis animali habet consuetudinem. Suet. *in Augusto*, Themalinam quendam Epicadum vocat hybridam, quòd natus esset ex patre Parthico, & matre Romana.

Hybris, ὕβρις. Avis ex accipitrum genere, quæ interdiu minùs apparet, quia non clarè videt, sed nocte venatur more aquilæ: cum aquila adeò acriter pugnat, ut sæpiùs ambæ implexæ deferantur in certam.

‖ Hycca, ὕκκα, piscis.

Hycaron, ὕκαρον, vel ὕκαρα νῆ. Oppidum Siciliæ, ubi Laïdem meretricem natam aiunt. Gentile, Hycareus: possessivum Hycaricus. Stephan ‖

Hyda, æ, sive Hyde, es, ὕδη. Oppidum Lydiæ, sub Tmolo monte situm, cujus meminit Hom. *in Catalogo.* Sunt qui idem esse putent cum Sardibus. Vide Strab. *lib.* 13.

Hydātæ, ὑδάται. Indiæ populi, qui adversùs Liberum patrem pugnarunt. Steph.

Hydārnēs, ὑδάρνης. Fuit nobilis Persa, qui teste Herod. *lib.* 3. cum Dario in Smerdim Magum conjuravit. Vide Strab. *lib.* 11.

Hydāspēs, ὑδάσπης, fluvius Indiæ, qui per Parthos & Medos fluens, in Indiam extenditur, Nysamque urbem alluens, Indo flumini miscetur. { Ein fluß Indiæ. } Alii non in Indum, sed in mare labi tradunt. Lucan. *lib.* 6.

*Quàm rapidus Ganges, qui Nysam Hydaspes.*

Dictus ab Hydaspe antiquissimo Medorum rege.

Hydātōs, ὕδατος. Aqua subter cutem, quam & Hydropen Græci appellant, utroque nomine, ἀπὸ τῦ ὕδατος, hoc est, ab aqua deducto.

Hydissŭs, ὕδισσος. Cariæ oppidum, ita dictum ab Hydisso filio Bellerophontis, & Asteriæ filiæ Hydei, teste Steph. Hujus incolæ dicuntur Hydissenses, ὑδισσεῖς, quorum meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 29.

‖ Hydor, ὕδωρ, ὕδατος, est aqua, ab ὕω pluo. Inde oriuntur quædam, quæ ab *hydro*, & (sequente vocali) ab *hydr* incipiunt. ‖

Hydrăx, ăcis. { ὕδρος. Angl. *A water adder.* } Serpens in aquis viventi de quo vide plura in dictione *Hydrus.* ¶ Est & *Hydra* promontorium Solidis, quod Hermæotæ alteri promontorio adversum,

Eisticum

Ptaïticum finum efficit. Author Strab. *lib.* 13. ¶ Item Ætoliæ oppidum, quod postea Lysimachiam appellarunt: teste eodem Strab. *lib.* 10. ¶ Est præterea hujus nominis insula juxta Carthaginem, ut ex Ephori sententia tradit Steph.

Hydrāgōgus, ὑδραγωγός. Qui aquas ducit, aquæ doctor, παρὰ τὸ ἄγειν τὸ ὕδωρ. Unde & hydragogiæ dicuntur ipsæ aquarum deductiones.

Hydrārgyrum. ‖ ὑδράργυρος. Gall. *Vif argent, mercure.* Ital. *Argento vivo, mercurio.* Germ. Quecksilber. Hisp. *Azogue.* Angl. *Quicksylver.* › Genus est metalli liquidi, argenteum colorem, liquida verò consistentia aquam referens: unde & nomen accepit. Latini argentum vivum appellant: argentum quidem à colore: vivum autem à motu. Aristoteles ἄργυρος χυτὸς, hoc est, fusile, seu liquidum argentum vocat. Hujus duæ sunt species: nativum, sive fossitium: & factitium, quod ex minio excoquitur: quod solum Galeno fuit cognitum. Dioscorides utriusque meminit. Plin. *lib.* 33. *cap.* 3. argentum vivum ab hydrargyro videtur distinguere, quam ait: Æs inaurari argento vivo, aut certè hydrargyro, legitimum erat. Sed ea controversia facilè potest tolli, modò intelligamus Plin. illic, quod nativum, sive fossile esse diximus, argentum vivum: quod ex minio excoquitur, hydrargyrum appellare. Utraque species pestilentem exhalat odorem, aut imque planè exitialem.

Hydramia, ὑδραμία, urbs Cretæ: cives Hydramici. Steph.

Hydraula, æ. Sueton. *in Nerone. cap.* 54. Hydraulam & choraulam pirbere, &c.

Hydraūlos, masc. gen. ‖ ὑδραυλός. Angl. *A patre of organe.* ‖ Musicum organum, aquæ decursu sonum reddens. Plin. *lib.* 9. *cap.* 2. Delphinus non tantùm hominis amicum animal, verùm musica arte mulcetur, symphoniæ cantu, & præcipuè hydraulī sono.

Hydraūlicūs, a, um. ‖ ὑδραυλικός. Angl. *Belonging to organe.* ‖ ut, Hydraulicum organum. Plin. *lib.* 6 *cap.* 37. Laudatur Ctesibius, pneumatica ratione, & hydraulicis organis repertis. Sueton. *in Nerone. cap.* 41.

Hydrea, ὑδρέα, insula juxta Trœzenem. Gentile, Hydreates. Steph.

Hydrela, ὑδρέλα, in Caria est. Gentile, Hydrelicus. Steph.

Hydrēlæum, ὑδρέλαιον. Oleum aquæ commistum, humectandi, molliendi & penetrandi vim habens, ut author Gal. *lib.* 3. *simpl.*

Hydrēla. Urna, vas aquarium. ‖ τὸ ὑδρεῖον. Gall. *Cruche à porter eau.* Ital. *Vrna d'acqua.* Germ. Ein wasserkrug. Hisp. *Tinaja ò vaso para traer agua.* Angl. *A pitcher or potte for water.* ‖ Cic. 4. *Verr.* Dicebat scyphorum paria complura, hydrias argenteas, pretiosam vestem, strogulam, multa mancipia pretiosa Verri data esse. *Ibidem.* Quum in hydriam sortes conjicerentur.

Hydrōcēlē. ‖ ὑδροκήλη. Angl. *A burstyng when water falleth in to the coddes.* ‖ Hernia aquosa, quam scilicet aqua in scroto colligitat. Mart. *lib.* 12.

*Quem modò cœli timebant*
*Dicentem tumidas in hydroceles.*

Inde hydrocelicus, ὑδροκηλικός, qui hydrocele laborat. Vide in dictione *Hernia.*

Hydrōcephālōs, ὑδροκέφαλος. Dolor capitis, nascens ex humore inter cutem & pericranium, aut certè inter hoc & cranium collecto. Vide Celsum *lib.* 4. *cap.* 2.

Hydrōchōos, ὑδροχόος. Signū cœleste, quod Latinè Aquarium dicimus, παρὰ τὸ χεῖν τὸ ὕδωρ, hoc est, ab aqua fundenda dictus. ‖ Der wassermann. ‖ Nam qui Astrologiam Poëticam scripserunt, putant hunc fuisse Ganymedem Trojanum puerum, Jovis jussu abaquila raptum, & in mensa deorum miscendæ nectari aquæ præpositum.

Hydrōgārum, garum ex aqua. Lampridius *in Heliogabalo*, Hydrogarum Romanorum ducum primus publicè exhibuit.

‖ Hydrographia, aquæ descriptio. ‖

Hydrōlăpăthum, ὑδρολάπαθον. Lapathi genus, quod in aqua nascitur. Plinius *lib.* 20. *cap.* 22. Sunt qui hydrolapathon tradunt in aqua natum.

Hydrōmăntīa, ὑδρομαντία. Divinatio quæ fit per aquam. August. *lib.* 7. *de Civit.* scribit Numam Pompilium hydromantiam fecisse, ut videret imagines deorum, vel indificationes dæmonum, à quibus audiret quid in sacris constituere atque observare deberet. Quod genus divinationis Varro à Persis dixit illatum, quo & ipsum Numam, & Pythagoram Philosophum fuisse usum commemorat.

Hydrōmēli. ‖ ὑδρόμελι. Angl. *Meade or metheglin made of water and honie sodden together.* ‖ Aquæ mulsæ genus, ex imbre purissimo, & melle temperatum, & jam vetustate vini saporem referens. Nam quod recens est, & ad præsentem usum confectum, melicraton potiùs nominatur. Plin. *lib.* 31. *cap.* 6. Hydromeli quoque ex imbre puro cum melle temperabatur quondam, quòd daretur appetentibus vinum ægris. Vide Marcellum Virg. in Dioscor. *lib.* 5. *cap.* 9.

Hydromĕlōn, ὑδρόμηλον. Liquoris genus ex melimelitis portione una, & duabus aquæ confectum, insolatis simul per Canis ortum. Dioscor. *lib.* 5. *cap.* 11.

Hydrōmphălōs, ὑδρομφαλός. Torpidi humoris in umbilico collectio.

‖ Hydromyla, ὑδρομύλη, mola quæ vi aquæ torquetur.

Hydromystes, qui aquæ lustrali in vestibulo templi præfectus incensum aspergebat. Buleng. ‖

Hydrophantæa, ὑδροφάντης, qui aquarum scaturigines perquirit, sive irrigandis agris, sive potus causa. Hinc Hydrophantia, æ, aquæ inquisitio: quo vocabulo usus est is, qui de re rustica ad Constantinum Cæsarem scripsit. *lib.* 1. *cap.* 5. Alciat. *lib.* 11. *emblem. cap.* 4.

Hydrōphŏbīa, ὑδροφοβία, quam Latinè interpretari possimus, Aquæ fugam: morbi genus, quum æger supra modum aquam expavescit: quod accidere solet iis, qui à rabido cane fuerunt morsi. Hoc morbi genus attigit Ovid. *de remed. amoris,*

*Tollere vos fama nostri medicina podagram:*
*Nec formidatis auxiliatur aquis.*

Hinc hydrophobi, ὑδροφόβοι, dicti ægri, qui aquam expavescunt, hoc est, quos canis rabidus momorderit. παρὰ τὸ φοβεῖσθαι τὸ ὕδωρ. Plin. *lib.* 29. *cap.* 5. Est limus salivæ sublingua rabiosi canis, qui datus in potu, facit hydrophobos non pauciores. ¶ Cornelius Celsus *lib.* 6. *c.* 27. genus morbi esse dicit, in quo simul ægre & sitit, & aquæ metu cruciatur. Alii mutata una litera Hygrophobiam vocant, quòd omnem liquorem metuat. Alii Cynolission, velut ex rabie canina morbum conceptum. Qui hoc morbo laborant, vocantur à Plin. *lib.* 24. *cap.* 5. Hydrophobi: ab aliis Phovodipsi, quòd cum timore sitiant. Polybius Pheugydros vocat, quòd aquam fugiant. Antelianus Aquifugas. Terrull. *in lib. de Pap* Lymphatos vocat, quos aquæ necavêre, aut formidine, vel metu exercuerunt.

‖ Hydrophobus, qui aquam timet. ‖

Hydrophorus, ὑδροφόρος, aquarius, aquæ portator.

Hydrophÿlaces, aquarii, aquarum custodes, & aquæductuum. Sereth. ‖

Hydroplpĕr, ὑδροπίπερ. Herba circa stagnantes aquas, aut quæ pigro lapsu fluunt nascens, caule geniculato, robusto, multis alis concavo: foliis menthæ majoribus, candidioribus, tenerioribúsque, gustu piperis amaro. Fructum gerit acrem in ramulis secundùm folia, continenti acinorum serie congestum, uvæ modo. Dictum hydropiper, teste Galeno, à piperis sapore, & locis aquosis, in quibus nascitur, quasi piper aquatile. Ruellius eam esse existimat, quam vulgus herbariorum falso nomine *Eupatorium* appellat.

Hydrōpotēs: Aquæ potator, qui aquam bibit. ‖ ὑδροπότης. Gall. *Buyseau, beuveur d'eau.* Ital. *Bevitor d'acqua.* Germ. Ein wassertrincker. Hisp. *Bevedor de agua.* Angl. *A drinker of water.* ‖ Cyrus apud Xenophontem, monet suos, ut consuescant aquam bibere, ut hydropotæ.

Hydrōps, is, generis masculini. ‖ ὑδρωψ. Gall. *Hydropisie* Ital. *Hydropisia.* Germ. Die wassersucht Hisp. *Hydropesia, enfermedad de humor aguoso.* Angl. *The dropsie.* ‖ Morbum significat, qui Latinè dicitur aqua intercus, quòd sub cute aqua nascatur, quæ corpus tumefecit. Horat. 2. *lib.* 1. *Carm.*

*Crescit indulgens sibi dirus hydrops:*
*Nec sitim pellit, nisi causa morbi*
*Fugerit venis, & aquosus albo*
*Corpore languor.*

Hujus tria sunt genera: Tympanites, nomen habens à tympano instrumento musico, quum corpus spiritu magis, quàm aqua distenditur, pulsatúmque tympani sonum reddit. Ascites, ἀπὸ τῶν ἀσκῶν, hoc est, ab utre, quum alimenta in aquam converterunt, quæ inter intestina & tunicam, quam peritonæon vocant, velut in utrem colligitur: Tertium genus omnium periculosissimum, & penè incurabile vocant leucophlegmatiam, vel hyposarca, quæ solidæ corporis partes in aquam resoluuntur, adeò ut corpus pallidum reddatur, & cadaveri simile. Vide Celsum *lib.* 3. *cap.* 21. ¶ Ab hydrope fit *hydropicus.* ‖ ὑδρωπικός. Gall. *Hydropique.* Ital. *Hydropico.* Hisp. *Enfermo de hydropesia.* › Qui hydrope laborat. Horat. 1. *Epist.* 2.

*si nolet sanus, curres hydropicus.*

Hydrōpĭsis, is, ὑδρώπισις, idem quod hydrops, hoc est, aqua intercus. Plin. *lib.* 20. *cap.* 2. Sic & contra phthisin sin bibitur, & hydrópisis.

Hydrōsĕlīnum, ὑδροσέλινον. Apium palustre, quod & eleoselinum appellatur.

Hydrŏntĕrŏcēlē, ὑδρονηροκήλη. Herniæ genus, quum & intestinum in scrotum delabitur, & aqua ibidem colligitur.

Hydruntum, i, ὕδρους, vulgò *Otranto.* Oppidum extremum agri Salentini, apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 11. quod à Stephan. & Strab. Hydrus appellatur.

Hydrus, & Hydra. ‖ ὕδρος, ἡ ὕδρα. Germ. Ein wasserschlang. Angl. *A water serpent.* › Genus anguium in aqua degentium, quorum hydrus mas, hydra fœmina. Plin. *lib.* 29. *cap.* 4. In orbe terrarum pulcherrimum anguum genus est, quod in aqua vivit, hydri vocantur, nullis serpentium inferiores veneno. Ælianus *lib.* 9. author est, in Coryra hydras procreari, quæ se retrorsum ad insequentes retorqueant: & graveni odorem exhalantes, infectatores reprimunt. Magis varius, quàm hydra: ποικιλώτερος ὕδρου. De callidis ac dolosis, quòd hydra serpens sit versicoloribus notuis distincta. Aptè dicetur in vafros ac versipelles, aut etiam parum sibi constantes. ¶ Hydram finxerunt poëtæ esse multorum capitum in Lerna palude: quorum aliquot cæsis, totidem continuò renascebantur: quæ tandem ab Hercule & sagittis & igne interfecta fertur. ¶ Hydram secare, ὕδρᾳ τέμνειν, est ita unum aliquod incommodum tollere, ut in ejus locum alia plura recipias. Accommodari potest ad eos, qui litibus involvuntur nunquam finiendis.

Hydrus, untis, vide suprà *Hydruntum.*

Hydrūsa, ὑδροῦσα. Duarum insularum nomen in mari Ægæo, quarum altera notiore nomine Andros, *Andro*: altera, Ceos appellatur. Hydrusæ ab aquarum ubertate appellatæ. Utriusque meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.

Hyĕlē, ὑέλη. Oppidum Lucaniæ, juxta Palinurum promontorium, à Phocensibus conditum, teste Herod. *lib.* 1. postea Elea, deinde Helia, & postremò Velia appellata. Vide Strab. *lib.* 6.

Hyĕmus, is. Pars anni frigidissima, media inter Autumnum & Ver. חֹרֶף *chóreph*, ומן *ferháu*, χειμών. Gall. *Hyver.* Ital. *Inverno, invernata.* Germ. Der winter. Hisp. *El invierno.* Angl. *Vvinter.* › Sueton. *in Cæs. cap.* 35. Hyeme anni. Virg. 1. *Georg.*

——— *hyemes optate serenas*
*Agricolæ.*

Χεὶν & ὗειν, pluo: quòd id tempus anni pluviosum sit. Varr. ab hiando derivat, quòd anima quæ à nobis efflatur, tum appareat. Spiritus enim noster quum spiramus hyeme, quasi in nebulam concretus cernitur. Ovid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

*At cùm trifida hyems squalentia protulit ora,*

¶ Pro glacie, *ibid.*

*Tum neque se pandi possunt Delphines in æquas,*
*Tollere cupientes dura coërcet hyems.*

¶ Interdum accipitur pro tempestate, procella, sive vento totum impetu. Idem *Eleg.* 16. *lib.* 1. *Trist.*

*Improba pugnat hyems.*

¶ Hyems pro anno: ut, Sexta hyems, id est, sextus annus. Martial. *lib.* 5. *cap.* 38.

*Sextam peregit hyemem jam, nec tamen totam.*

¶ Hyeme, pro in hyeme. Cic. 1. *de divin.* Campos & montes hyeme

& ætate peragrantes. ¶ Hyeme Gallica frigidior. Petronius Arbiter, Ego autem frigidior hyeme Gallica factus, nullum potui verbum emittere.

Hyĕmo, as, are: Hyemem pergo, stationem hybernam aliquo in loco habeo, hyberno. ξ חרף εδαράβ, παραχειμάζω. GALL. *Hyverner, passer son hyver.* ITAL. *Invernare.* GERM. Wintern/das winterlager halten/ im winter wohnen. HISP. *Invierno à tener invierno.* ANGL. *To winter. to lodge rest, or mak abode in winter tyme.* ξ Cæs. 1. *bell. Gall.* Duasque ibi legiones conscribit, & tres, quæ circum Aquileiam hyemabant, ex hybernis educit. Cicer. *pro Font.* Cn. Pompeius maximus atque ornatissimus hyemavit in Gallia, M. Fonteio impe tante. Horat. 1. *Epist.* 17.

——— *medius hyemet mercator in undis.*

Hyemate, pro Hyemis incommoda perfertur, dixit Sueton. *in Aug. cap.* 72. ¶ Hyemare item in tertiis duntaxat personis, interdum verbum est ex iis, quæ Grammatici exceptæ actionis appellant, quorum actio soli Deo, vel naturæ convenit: cujusmodi sunt, pluit, nivit, & similia: quæ interdum sola ponuntur sine nominativo, qui facilè in iis intelligitur: interdum eundem habent expressum. Sic aliquando dicimus hyemat, absolutè, χειμάζει, id est, hyems viget, vel frigus vehemens est. Colum. *lib.* 11. *cap.* 2. Quinto Calendas Novembris Vergiliæ occidunt, hyemat cum frigore & gelicidiis. Interdum expresso nominativo Deus, natura, ventus, sydus, vel dies hyemat. Plin. *lib.* 18. *cap.* 28. Delphini vespertini occasu continui dies hyemant. Colum. *lib.* 11. *cap.* 2. Auster, aut Africus hyemat. ¶ Hyemare interdum pro affligi incommodo hyemis, quam vocem in Salust. notavit Sueton. *in August. cap.* 2. Assiduéque in urbe hyemaret.

Hyĕmātio, nis: Hyemis traductio. ξ παραχείμασία. GALL. *Hyvernage, quand on passe l'hyver.* ITAL. *Il passare l'inverno.* GERM. Wintering/ erhaltung über den winter. HISP. *Obra de invierno.* ANGL. *A wintering.* ξ Varr. 3. *de re rust. cap.* 16. Ut ne plus tertia pars eximatur mellis, reliquum hyemationi relinquatur.

Hyemātus, a, um: Particip. χειμασθείς. Plin. *lib.* 9. *cap.* 22. Autumnali sidere, ut palàm est, hyemato lacu, fluctibus glomeratæ volvuntur mirabili multitudine.

Hyemalis, e: Hybernus, ut hyemalis dies. ξ χειμερός. GALL. *D'hyver.* ITAL. *Invernale, cosa de inverno.* GERM. Winterlich. HISP. *Cosa del invierno.* ANGL. *Vinterly, belonging to winter.* ξ Col. *lib.* 11. *cap.* 1. Hyemalis vis. Cicer. 5. *Tusc.* In ea tamen gente primùm hi qui sapientes habentur, nudi ætatem agunt. Caucasi nives hyemalemque vim perferunt sine dolore. Hyemalis navigatio, & minime portuosa, apud eundem *in Epist. famil.*

Hyetus, vide *Hierus.*

Hyĕttûs, ὑήττος, vicus Bœotiæ, quem nonnulli Aspledonem nominant: ab Hyetto quodam Argivo nomen habens, sive (ut aliis placet) ab eo quòd jugibus rigetur pluviis. Vide Steph.

Hygālĭsûs, ὑγαλισσός, Cariæ civitas, apud Steph. à qua campus vicinus Hygalisseus appellatur.

Hygreis, ὑγρεῖς. Sarmatiæ Europæ oppidum, inter Lycum & Porticum fluvios. Vide Ptol. *tabul.* 8. *Europ.*

Hygrĕmplāstrā, ὑγρεμπλάστρα. Liquida emplastra: sicut xerea, ξήρεα, quæ sunt arida. Ex Galeno. Utitur & Plin. *lib.* 34. *cap.* 15. Præcipua tamen commendatio ejus in hygremplastro ad purganda vulnera fistulásque.

Hylăctor, ὑλάκτης, nomen unius ex canibus Actæonis: ἀπὸ τῆς ὑλακτῆσαι, hoc est, à latrando. Ovid. 3. *Metam.*

——— *& acuta vocis Hylactor.*

Hylæā, ὑλαία. Sarmatiæ regio sylvosa, non procul à loco, quem Achillis cursum nominant: à qua vicinum mare Hylæum appellatum est. Vide Herod. *lib.* 3.

Hylæus, ὑλαῖος. Centauri nomen, à sylvis deductum. Virg. 8. *Æneid.*

——— *tu nubigenas invicte bimembres,*
*Hylæumque Pholumque manu, tu Cressia mactas*
*Prodigia.*

Hylas, ὕλας. Filius fuit Theodamantis, quem Hercules rapuit. Quum enim ex Calydonia occiso Œnei pincerna fugeret, ventisséque cum Deianira & Hyla filio ad Dryopes, & furienti puero quum Lychas pædagogus abesset, à Theodamante aliquid cibi postulasset, ille autem denegasset, arreptum unum ex bobus Theodamantis mactavit, atque coxit. Quam rem Theodamas, convocatis populariibus, arma adversus Herculem movit: & quamvis in ea pugna fortè oppressus fuerit Hercules, tamen victoriam obtinuit, & occiso Theodamante, Hylam filium ejus secum abduxit, quem postea unicè dilexit, secúmque cum reliquis Argonautis Colchos navigans duxit. Verùm quum inter remigandum Hercules remum suum fregisset, unà cum Hyla navi egressus est, ut alium in Mysiæ sylvis quæreret. Invalescente autem æstu, quum siti premeretur, Hylam cum urna mittit ad Ascanium fluvium, ut inde sibi aquam afferret. Verùm quum ripa altior esset, quàm ut stans haurire posset, procumbens in pectus Hylas urnam è manibus amisit: quam quum subitò recipere conaretur, pondere ejus demersus est. Quæ res poëtis occasionem præbuit fabulandi, Hylam à Nymphis fuisse raptum. Hercules autem quum Hylæ nusquam compareret, casum ejus tam ægrè tulit, ut relictis Argonautis, Mysiam totam obeundo, Hylam quæreret. Juvenal. *Sat.* 1.

*Et multùm quæsitus Hylas, urnámque secutus.*

Unde locus factus proverbio, Hylam ingeminas, ὕλαν ἀναβοᾷς, de frustrà vociferantibus, aut in genere, de nihil proficientibus.

Hylatæ, ὑλάται. Populi Syriæ Cœles, apud Plin. *lib.* 5. *cap.* 23.

Hylāx, actos, ὑλαξ. Nomen canis, ἀπὸ τῆς ὑλακτῆσαι, hoc est, à latrando.

¶ Hyle. ὕλη, silva, quòd humida, ab ὕλη. Deinde est materia, quæ suppeditat materiam, h. e. ligna. Est etiam lignum ὕλη, unde possit duci. GERM. holtz. ¶

Hyllarima, ὑλλάριμα. Oppidum Cariæ supra Theostrotoniciam, patria Hieroclis ex athlera philosophi. Civis Hyllarimæus. Steph.

Hyllĕēsii, ὑλλήσιοι. Paros, una Cycladum olim vocabatur. Est etiam Zacynthi epitheton. Steph.

Hyllusa, ὑλλοῦσα, vicus Cariæ, ubi Hyllus interiit, cum templo & pollina. Alia apud Cares equum significat. Steph. Alias Hylluza.

Hyllus, ὕλλος Suidæ. Filius fuit Herculis ex Melita Ægæi fluminis filia: à quo Hyllienses populus, & Hyllicum portum dene minatum traduut. ¶ Hyllus, simplici l, aliis fuit filius Herculis ex Dejanira, qui Iolen, patre mortuo, uxorem duxit, ut ait Ovid. *lib.* 9. *Metam.* Hic postea cum cæteris fratribus, qui ex Hercule superstites fuerunt, ab Eurysthco pulsus, Athenas confugit, ibique Misericordiæ, vel Clementiæ templum condidit, quod & acceptum ab Atheniensibus beneficii testimonium, & miseris in posterum asylum esset, & perfugium. Seneca *in Hercul. Oetæo.*

*Si vera pietas Hyle quærenda est tibi,*
*Iam prime matrem.*

¶ Hyllus item Straboni *lib.* 3. fluvius est Lydiæ, in Hermum influens, qui postea Phrygius appellatus est.

Hylŏnomē, es, ὑλονόμη. Mulier ex genere Centaurorum, Cyllari Centauri uxor, quæ mortuo marito gladio suo incubuit.

Hylŭs, ὑλεύς. Filius Herculis ex Deianira: de quo copiosiùs egimus in dictione *Hyllus.*

Hymari & Ætnæ filius Gelon. Steph. *in γέλα.*

Hymbĕe, vide *Imber.*

Hymēn, ὑμήν. A veteribus accipiebatur pro tenui membrana, quæ in fœminis tanquam virginitatis claustrum est: eam autem primo coitu rumpi putaverunt: quanquam inter rei Anatomicæ peritos satis constat, in virginum dissectionibus pelliculam ejusmodi raro inveniri.

Hymēn, pro Deo nuptiarum præside, qui & Hymenæus, & conjunctis dictionibus Hymen Hymanæus dicitur. Catullus *in Epithalamio,* Hymen, ô Hymenæe Hymen, Hymen ô Hymenæe.

Hymēnæŭs, ὑμέναιος. Deus nuptiarum putatus est, ἀπὸ τῆς ὑμένος, hoc est, à membrana, quæ claustrum virginitatis esse, & primo coitu rumpi putabatur. Hic Veneris & Liberi filius dictus est, vel (ut quidam aiunt) ex Urania progenitus, qui primus certas nuptias instituerit. Alii putant Hymenæum virum Atticum fuisse, qui raptas à latronibus virgines, parentibus intactas restituit: idcóque hanc vocem nuptialem factam apud Græcos, quemadmodum Romani in nuptiis virginalibus Thalassii nomen invocabant. Alii dicunt hymenæum fuisse quendam juvenem, qui die nuptiarum ruina oppressus interiit. Unde postea institutum, ut expiationis gratiâ nominaretur in nuptiis. Sunt etiam qui putent Hymenæum ipsum in virginalibus nuptiis cantari solitum, vocari hymenæum. Terent. *in Adelph.* Hoc mihi in mora est, Tibicina, & hymenæum qui canteut: ubi Donatus: Sic accipe, inquit, hymenæum in nuptiis, quemadmodum ἐγκώμιον in fanere, vel in sactis hymnum. ¶ Accipitur etiam pro ipsis nuptiis. Catull. *de com. Berer.*

*Quæ rex tempestate novis auctus Hymenæis.*

Virg. 1. *Æneid.*

*Pergama quum peteret, inconfessisque hymenæos.*

Hymeta, vide *Himera.*

Hymēttĭus, ὑμήττιος Stephano & Suidæ, per duplex tt. Mons Atticæ clarissimus, semper florens, cujus mel Plin. scribit esse pretiosissimum. Mart. *lib.* 14.

*Hoc tibi Thesei populatrix misit Hymetti*
*Pallades a sylvis nobile nectar apis.*

Hymēttĭus, a, um: adject. ὑμήττιος Stephano: quod est ex Hymetto monte. Plinius *lib.* 36. *cap.* 3. Lucius Crassus orator, primus peregrini marmoris columnas habuit Hymettias. Erant autem columnæ ex Hymetto monte excisæ; nam ex hoc monte pulcherrimum marmor effodiebatur.

Hymnŭs, cantus in laudem alicujus. ξ שיר ומזמור zimráh. מזמור mizmór. ὕμνος. GALL. *Cantique, ode, chanson, vers à la loüange de quelqu'un.* ITAL. *Hinno, laude, canzone.* GERM. Ein lob oder lobgesang. HISP. *Loor y alabança que se canta à Dios.* ANGL. *An hymne made to the praise of a god.* ξ Matt. *lib.* 12.

*Invitum puerum fatetur hymnus.*

Hymnĭfĕr, adject. ξ ὑμνοφόρος, ὑμνολόγος, ὑμνῳδός. GALL. *Qui porte odes, chansons, & loüanges: lyrique.* ITAL. *Che porta laude, canzone.* GERM. Der lobgesang führt oder übt. HISP. *El que trae loor ò alabança.* ANGL. *That bringeth hymnes.* ξ ut, Vultus Orphei hymnifer, Ovidius 11. *Metam.*

Hyope, ὑόπη, urbs Mariennorum (fortè Marianorum.) Gentile, Hyopeus, eus, ites. Vestiti sunt ut Paphlagones. Steph.

Hyops, ὑόψ, urbs in Iberia Chersonesi, non procul à Lesiro fluvio. Inde Hyopus. Steph.

Hyŏscyāmus, ὑοσκύαμος. GALL. *Dit hanebane ou jusquiame.* ITAL. *Dente cavallino, disturbio.* GERM. Bilsamkraut. HISP. *Veleno.* ANGL. *Henbane hearbe.* ξ Herba, quam Latini Apollinarè appellant. Vulgus *fabam porcinam* vocat, vel *jusquiamum.* Col. *lib.* 7. Est ὑοσκύαμος, cujus semen detritum, & cum vino datum, prædicto vitio medetur. Plin. *lib.* 20. *cap.* 27. Colligitur succus ejus, ut hyoscyami.

Hyoscyāmīnŭs, a, um, ὑοσκυάμινος. Quod est ex hyoscyamo: ut, Oleum hyoscyaminum, quod ex hyoscyamo decoquitur. Plin. *lib.* 23. *c.* 15.

Hyovĭris, ὑόγυρις. Herba est intubo similis, sed minor, & tactu asperior: quæ vulneribus contusa præclarè medetur. Plin. *lib.* 27. *cap.* 10.

Hypacaris. Scythiæ fluvius.

Hypæā, ὑπαία. Massilienssium insula, una Stœchadum. Author Plinius *lib.* 3. *cap.* 5.

Hyperlochii, ὑπερλόχιοι, gens Molossica. Steph.

Hyperpæ, arum, ὑπερπεῖς Stephano & Straboni, Lydiæ oppidum, quod occurrit à Tmolo monte ad Caystri campestria iter facienti. Nomen ei est (ut inquit Stephanus) quoniam sub Æpo monte situm est. Veneri sacrum est, eo quòd pulchræ fœminæ ibi visantur. Ovidius *de Arachne.*

*Orta domo parva, parvis habitabat Hyperis.*

Hyperthrā, ὑπαίθρα, sive hypæthria, ὑπαίθριον, teste Budæo. ξ ANGL. *Places open above not covered over.* GALL. *Terrasse, lieu découvert.* ITAL. *Belveder.* ξ de quo fit mentio *in l. malum* 242. *ff. de verb. sig.* Loca sunt aperta, quasi sub æthere constituta, quæ Latine subdialia

vocant

vocare possumus, quòd sub dio, hoc est, sub Jove, & sine tecto sint: vide Budæi Annotationes *in Pandectas*.

Hypăgōgeūs, ὑπαγωγεύς. Instrumentum quo lapides expoliuntur.

Hypāgum, Nonnulli credunt esse nauticum instrumentum, adducti, ut opinor, manca & depravata Plinii lectione, quam ex *lib.7. cap.* 56. adducunt ad hunc modum: Velum Icarus, malum & antennam Dædalus, hypagum Salaminii, aut Periçles Athenienſis. Ex quo loco, atque ex iis quæ præcesserant de antennis & velis, conjecturam fecerunt, hypagum etiam esse instrumentum nauticum. Sed isti profectò si paulò ulteriùs progressi essent, legendo hypagum, sive potiùs hippagum (ut nos legendum docebimus) navis genus esse, non instrumentum nauticum, animadvertissent. Subdit enim Plinius, Tectas longas Thasii, &c. Illud enim videri vult Plinius, navim illam, qua ad transvehendos equos utimur, à Salaminiis, aut certè à Periçle fuisse inventam, quemadmodum navim tectam à Thasiis. Hoc autem navigii genus, ἱππαγὸς à Græcis vocatur, quod nos a, in à longum mutato, hippagum vocamus. Polyb. *lib.*1. Ἐκ δὲ τούτων ἱππαγοὺς, ἱππαγοὺς δόντες ἐξ αὐτῶν τοὺς ὁλκοὺς καὶ τοὺς πόλους ἔπειτα: hoc est, Post hæc disposuerant hippagos, dantes ex iis lora, & funes tractorios navibus, quæ in tertia classe erant. Ex his constat hippagum esse navigii genus ad transvehendos equos accommodatum.

Hypăllăgē, ὑπαλλαγή. Figura est, quam nos suppositionem vertere possumus, vel submutationem, quum scilicet unum pro altero subjicitur: ut quum agere dicimus, quod patimur, aut contrà: aut quum aliud quidvis præposterè efferimus: ut, *Trade rati ventos*, pro Trade ratem ventis.

Hypănis, ὕπανις, fluvius Scythiæ, ex magna palude profluens, sapore dulcissimo, donec ad quadragesimum milliare miscetur ei exiguus fonticulus. Exampæum nominat Herod. *lib.*4. qui sua amaritudine totum corrumpit Hypanim. Ovid. 15. *Metam.*

*Quid non & Scythicis Hypanis de montibus ortus,*
*Qui fuerat dulcis, salsitur vitiatur amaris?*

¶ Est & alter ejusdem nominis fluvius in India, cujus meminit Strabo *lib.*15. Ad quem referri potest illud Propertii,

*Quantum Hypanis Veneto distat ab Eridano.*

Hypæa, ὕπαια. Triphyliæ civitas, apud Strab. *lib.*8.

‖ Hypapante, es: ὑπαπαντή, & ὑπαντή, festum occursûs, quod in Ecclesia Occidentali, *Purificationis* appellatur.

Hypārchŏs, ὕπαρχος. Præfectus provinciæ, vel exercitus, cujus potestas & authoritas superiorem potestatem agnoscit: unde & illi imperandi jus, & provinciam administrandi: quasi ἐφ' ὑπέρου ἀρχόμενος. Angl. *That hath the oversight and charge in doing anything.* ‖ Ejusmodi erant Legati in exercitu, qui sub Imperatore rem gerebant, & provinciarum Præsides à Principe, vel Senatu constituti.

Hypăsă, ὕπασα, & ὕπασος. Æniensium civitas, teste Stephano. Sunt autem Ænienses, Æoliæ populi, Perrhæbis finitimi, teste Plin. *lib.*4. *cap.*2. ¶ Est item Hypasa Bithyniæ regiuncula, ad Sangarium fluvium, teste Stephano.

Hypăsŏs, ὕπασος, Phœnices fluvius, apud Melam *lib.*1. ¶ Hypaton item Græci Consulem appellant, & Hypatiam Consulatum, & Hypaticum consularem. Verùm hæc quòd nostro instituto parum conveniant, ex Græco potiùs Lexico petenda relinquimus.

‖ Hypatus, a, um: ὕπατος, η, ον, summus, principalis. ‖

Hypatia, ὑπατία. Mulier Alexandrina, Theonis Geometræ filia, & uxor Isidori Philosophi, quæ magno & frequenti auditorio varia disciplinarum genera in partia professa est. Suidas.

‖ Hypeccauma, ὑπεκκαυμα, fomes. ‖

Hypĕcŏŏn, ὑπήκοον. Herba in segetibus arvisque nascens, foliis rutæ, ramis exilibus, vires papaveri proximas habens. Alio nomine Hypopheron appellant.

Hypelare, ὑπελάα. Lauri species, quam quidam laurum Alexandrinam, alii daphnem, alii carpophylum vocant. Vide Plinium *lib.* 15. *cap.* ult.

‖ Hypenemius, a, um, ὑπηνέμιος, ον (ab ἄνεμος, ventus) cui subest ventus: ut ‖

Hypenemium ovum, ὑπηνέμιον ὠὸν, dicitur ex quo nihil gignitur, cujusmodi sunt quæ gallinæ citra coitum, ipsæ sibi venerem figurantes edunt. A quibusdam & Zephyrum ovum dicitur. Latini ovum irritum, & ventosum appellant. Plin. *lib.*10. *cap.*52. Et ipsæ autem inter se (si mas non sit) æquè saliunt, parúmque ova irrita, quæ hypenemia Græci vocant.

Hypēnŏr, ὑπήνωρ, Troianus, quem, teste Hom. *lib.*5. *Iliad.* Diomedes in bello occidit.

Hypēnŏr, ὑπήνωρ. Athleta qui primus disulo vicit. Pausanias.

‖ Hyper, ὑπέρ. Unde Latinum *super*, spiritu aspero in s verso. Cum hac præpositione sequentes quædam dictiones componuntur. ‖

Hypĕraspistēs. ‖ יָגֵן *magèn*. ὑπερασπιστής. ‖ Latinè propugnator & defensor. Ἀπὸ τοῦ ὑπερασπίζειν, quod est scuto protegere. Unde hyperaspistes dicitur, qui velut scuto aliquem protegit. Ἀσπὶς enim apud nos scutum sonat. Hieronymus *in Præfat.* Quum Aristæus ejusdem Ptolemæi hyperaspistes, & Josephus non multò pòst nihil tale retulerint. ¶ Hoc nomine vocavit Defid. Erasmus Rotterodam. libros suos de libero Arbitrio adversùs M. Lutherum.

Hypĕrbăsis, ὑπέρβασις. Latinè transgressio verbi, interprete Quintiliano *lib.*8. *cap.*6. quam frequenter ratio comparationis & decoris poscit. Fit enim frequentissimè aspera & dura, dissoluta & hians oratio, si ad necessitatem ordinis sui verba redigantur. Longius ergo verbum proprié hyperbaton est. Insigne hujus exemplum est illud apud Virg. 12. *Æneid.*

*Interea reges (ingenti mole Latinus*
*Quadrijugo vehitur curru, cui tempora circum*
*Aurati bis sex radii fulgentia cinxunt:*
*Solis avi specimen: bigis it Turnus in albis,*
*Bina manu lato crispans hastilia ferro:*
*Hinc Pater Æneas, Romana stirpis origo,*
*Sydereo flagrans clypeo, & cœlestibus armis,*
*Et juxtà Ascanius, magnæ spes altera Romæ,)*
*Procedunt castris,*

Quo in exemplo post octavum demùm versum nominativo redditur verbum. Vide Macrob. *Sat. lib.*6. *cap.*1. Dicitur Hyperbaton, ἀπὸ τοῦ ὑπερβαίνειν, quod est transcendere.

‖ Hyperbereteus, mensis Octobet apud Macedones & Asiæ populos, ut Josephus & Suidas tradunt. Sed Galenus apud Pergamenses Septembrem esse docet.

Hyperbibusmus, figuræ nomen, cui accentus, aut litera ex una syllaba in aliam transfertur. ‖

Hyperbŏlē, ὑπερβολὴ, dici potest eminentia, vel (ut ait Cicero) Superlatio: à Quintiliano Superjectio interpretatur: à quibusdam excessus: ab ὑπερβάλλω, quod est extendo, supero, excedo. Est enim Hyperbole figura, quum sententia aliqua fidem excedit, augendæ rei gratiâ: ut, Nive candidior, & Fulminis ocyor alis. Item, Volantius te foliis sonitus terret: & Vix ossibus hærent. Virgilius. *Æneid.*

*Qui candore nives anteirent, cursibus auras.*

Cic. *in Topic.* In hoc genere Oratoribus & Philosophis concessum est, ut muta etiam loquantur, ut mortui ab inferis excitentur, aut aliquid quod fieri nullo modo possit, augendæ rei gratiâ dicatur, aut minuendæ: quæ hyperbole dicitur. Vide Quint. *lib.*8. *cap.*6.

Hypĕrbŏlĭcŭs, a, um: ὑπερβολικός, ἡ, excessivus: & Hyperbolicè, adverbium.

Hyperbolus, homo improbissimus Athenis. Plutarch. *in Alcibiad.*

Hypĕrbŏrēi, ὑπερβόρειοι. Montes & Populi Septentrionales: ita dicti, quod supra Boreæ flatum siti esse crederentur. Festus, Hyperborei supra Aquilonis flatum habitantes dicti: quoniam humanæ vitæ modum excedant, vivendo ultra centesimum, quasi ὑπερβεβιωκότες ἀνθρωπικοῦ αἰῶνος humani seculi. Ferunt magnam his de cœlo clementiam concessam esse, aurasque spirare salubres, nihil noxii flatus habere, domos esse nemora, victum arbores ministrare, discordiam nescire, ægritudine non inquietari, ad innocentiam omnibus æquale votum esse, mortem accersere, & voluntario interitu obeundi cardinatem castigare. Sed hæc fabulosa sunt. Diodorus opposítam Celtis Occani accolis esse insulam scribit, haud multò Sicilia minorem, valde fertilem, & biferam, hoc est, bis quotannis fructus ferentem: habitarique ab his qui Hyperborei appellantur: eo quòd vento Boreæ sunt expositi. Hyperborei, inquit Pomponius Mela, super Aquilonem Rhiphæósque montes sub ipso sydetum cardine jacent, ubi Sol non quotidie, ut nobis, sed primùm verno æquinoctio exortus, autumnali demùm occidit: & ideò sex mensibus dies, & totidem aliis nox usque continua est. Terra angusta, aprica, per se fertilis, cultores justissimi & diutiùs quàm ulli mortalium & beatiùs vivunt, &c. Hactenus Mela. Plura de his vide apud Plin. *lib.*4. *cap.*12.

Hypĕrcătălĕctĭcum metrum, ὑπερκαταληκτικὸν, cui una syllaba, vel duæ supersunt. Virg. 1. *Æneid.*

*Alloquitur Venus, ô qui res hominúmque deorúmque,*

Et Horat.

*Sylva laborantes geluque.*

Illud dactylicum hypercatalecticum est: hoc Iambicum hypercatalecticum.

Hypĕrdĕxion, ὑπερδέξιον. Regio Lesbi est, ubi Jupiter Hyperdexius, & Minerva Hyperdexia colunter. Steph.

Hypĕrĕchĭus, ὑπερέχιος. Alexandrinus Grammaticus sub Mariano principe: scripsit de nominibus & verbis, & de ortographia. Suidas.

Hypĕrĕă, sive Hyperia. ὑπέρεια. Fons Thessaliæ, apud Plin. *lib.*4. *cap.*8. Meminit hujus fontis & Strab. *lib.*9. qui eum in medio collocat Metaleuse, quod oppidum est Phæreorum in Thessalia.

Hypĕrēsĭă, ὑπερεσία. Oppidum est Achaiæ proprié dictæ, cujus meminit Hom. *in Catalogo*, & Strab. *lib.*9.

Hypĕrĭcum. ‖ ὑπερικὸν. Angl. *S. Johnes wort.* ‖ Herba est odore resinam imitans (unde & chamæpitys à quibusdam appellatur) quæ digitis trita succum sanguineum emittit: qua ex causa ἀπὸ τοῦ αἵματος à Græcis cognominatur. Vulgus *Perforatam*, seu *Herbam divi Johannis* nominat.

Hypĕrĭdēs, ὑπερίδης. Athenienſis orator, æmulus Demosthenis, jussu Antipatri exsecta lingua interfectus. Plut. *in vita Demosthenis.*

‖ Hyperinus, a, um: ὑπερινὸς, ἡ, ον, minimum purgans. ‖

Hypĕrmnēstrā, ὑπερμνήστρα, una ex quinquaginta Danai filiabus, quæ quum totidem Ægisthi filiis nupsissent, jussæque essent à patre prima nocte maritos interficere, sola ex omnibus maritum suum Lynceum nomine ab insidiis liberavit, qui postea Danaum occidit. Extat inter Epist. Ovid. una Hypermnestræ ad Lynceum virum.

Hypĕrĭōn, ὑπερίων, Hyperionis in genitivo, ἀπὸ τοῦ ὑπερέχειν, quod est vado, seu eo: à poëtis usurpatur pro Sole, quòd est super terras. Festus: quanvis alii Solis patrem esse tradant. Ovid. *lib.*1. *Fast.*

*Placat equo Persis radiis Hyperiona cinctum.*

Diodorus scribit Hyperiona Saturni fratrem fuisse, Cœli filium, qui Solis & Lunæ, aliorumque astrorum motus, horasque primùm summa cura observationéque à se percepta, cæteris noscenda tradidit: ideóque horum parentem nominatum esse, veluti ipsorum naturæ contemplatorem. Cic. *in Pragnost.*

*Ut quum Luna means Hyperionis obsicit orbi.*

¶ Inde adjectivum,

Hyperionius, a, um, ad Hyperionem pertinens.

Hyperionĭdes, ὑπεριονίδης. Hyperione natus.

Hypermetĕr, & Hypermetrus, ὑπερμέτρος. Dicitur versus una syllaba redundans, quæ plerunque à prima syllaba subsequentis versus incipiente à vocali, absumitur. Virg. *lib.*1. *Georg.*

*Aut dulcis musti Vulcano decoquis humorem,*
*Et foliis undam, &c.*

Hypĕrŏchă, ὑπεροχὴ, exsuperantia. Tryphoninus *l. pen. D. qui potiùs pign.* Post primum contractum tuum, antequam aliam pecuniam tu crederes, eidem debitori Scius credidisset quinquaginta, & hyperocham hujus rei, quæ tibi pignori data esset, obligasset. Et *infrà*, Utrùm tibi cederet pignoris hyperocha, id est, quanti pluris est pignus quàm debiti summa: quæremus pretium pignoris debiti summam exsuperet. Gallus. *Lo plus valué.*

‖ Hyperpăs

¶ Hyperpasidium, locus per quem necessariò transitur. Lex. gr. b.
Hyperpyron, numi genus. L. g. b.
Hyperthesis. Gl. ὑπέρθεσις, diatio, procrastinatio, crastinatio, frustratio, mora, tempora, cunctatio: ὑπερθετικὸς, superlativus, frustrator, differens. Grammaticis etiam hyperthesis est transpositio literæ.
Hyperthyrum, oberthür, oberschwell, superliminare, limen superum.
Hypertimon, tributi genus. L. g. b.
Hypertimus, titulus Metropolitani. Idem.¶
Hyphëär, ὑφέαρ. Attcadum dialecto dicitur, quod Latini visum vocant, præsertim qui in abiere, & larice gignitur. Vide Plin. *lib.* 16. *cap. ult.* & Theophrastum *lib.* 2. *de caus. plantarum.*
Hyphen. { חקף *makkáph.* ὑφὲν. } Subunio Latinis dicitur, ex ὑπὸ sub, & ἓν unum: quum duæ dictiones proferuntur sub uno accentu. Notatur autem linea ab ultima primæ dictionis litera ad primam sequentis subducta. Virg. 1. *Æneid.*

——— *neque enim ignari sumus ante-malorum.*

Ubi Servius, Ante-malorum, ὑφὲν est. Terent. *in Andr.* & heri semper-lenitas verebar quorsum evaderet. Ubi Donatus, Semper-lenitas, hyphen.
Hypius, ὑπὸς, ὁ vel ἡ, urbs est & fluvius sub Pontica Heraclea. Item Hypii montes sunt, quorum incolas Mysos esse aiunt. Gentile Hypianus. Stephan.
Hypnālē, ὑπνάλη. Aspidis genus, solo somno citráque ullum doloris sensum hominem necans: cujus morsu sibi Cleopatram mortem conscivisse, author est Solinus. Galenus ptyadem appellat, propterea quòd cervicemerigens ex intervallo venenum exspuat. De eo aspidis genere intellexit Ovid. *in Alcram.*

*Plenaque somniferis serpens peregrina venenis.*

Peregrina est Cretæ, sed Ægypti indigena. De aspidis generibus 3. vide apud Aëtium *lib.* 13. & Nicandrum.
Hypobarus, i. ὑπόβαρος. Indiæ fluvius, à Septentrione in orientalem fluens Oceanum, juxta quem Ctesias montem sylvosum esse tradidit, cujus arbores electrum exsudarent. Vide Plin. *lib.* 37. *cap.* 2.
¶ Hypobolon, dotis est incrementum, vel quod mortuo marito uxori superstiti redditur supra dotem, quod est instar donationis propter nuptias.
Hypobolicus, a, um: Sidon. *lib.* 3. *epist.* 2. Mater puellæ pro hypobolicis instrumentis cœpit actionem tepetundarum velle proponere.
Hypobrychium, subversio. Tertull.
Hypocaus, fornacula, caminatáve, seu concameratio, ubi ignis succenditur, unde aqua calefit.
Hypŏcaŭstum, i. { ὑπόκαυστον. Gall. *Estuves, lieu échauffé par dessous pour suer.* Ital. *Stufa, luogo da sudare.* Germ. Stuben oder badstuben. Hisp. *Estufa, lugar para sudar.* Angl. *A bath stove, or heate house.* } Locus ad sudandum, παρὰ τὸ ὑποκαίεσθαι, hoc est, à succendendo. Solent enim hypocausta sub pavimento habere fornaces, quibus accensis ipsa calefiant. Latinè dicitur Vaporarium, ab excitandis vaporibus. Papin. Stat. *lib. Syl.*

——— *tenuem volvunt hypocausta vaporem.*

Plinius *ad Gallum*, Applicitum est cubiculo hypocaustum perexiguum, quod angusta fenestra supposítum calorem, ut ratio exigit, aut effundit, aut retinet. Vitruvius appellat hypocausim, tradit enim faciendæ esse abæna supra hypocausim tria, caldarium, tepidarium, frigidarium.
Hypochălcis, ὑποχαλκὶς, urbs Ætoliæ in Europa. Gentile Hypochalcideus. Sita sub Chalcide monte. Steph. in Hypochalcis & Hypothecæ. Vide *Chalcis.*
Hypŏchysis, sive Hypochyma, ὑπόχυσις ἢ ὑπόχυμα. Morbus est oculorum, quem Latini suffusionem appellant. Est autem (teste Ægineta) effusio humorum lentorum inter corneam tunicam & crystalloidem congelatorum.
Hypŏchŏndrĭă, ὑποχόνδρια. Partes sunt laterales, utrinque nothis costis subjectæ, hepati & lieni superjacentes, quas Latini præcordia vocant. Dicta hypochondria, quòd ὑπὸ τοῖς χόνδροις, hoc est, sub cartilagine sitæ sint. Plin. *lib.* 30. *cap.* 3. Præcordia vocamus uno nomine extra in homine. Græci quoniam sub chondro, hoc est, sub cartilagine sunt, hypochondria.
Hypocistis, ὑποκιστὶς. Quiddam est mali punici cytinis non dissimile, sub cisto frutice nascens, unde & nomen accepit. Plin. duo facit hypocistidis genera, candido & rufo colore ea distinguens, *lib.* 26. *cap.* 8.
¶ Hypoclesium, qui Imperatoris partes in Ecclesiasticis obibat. L. g. b.
Hypoclunes, carnes sub clunibus ad femora. Poll.¶
Hypocrisis. { חנפה *chanuphâh.* ὑπόκρισις. Gall. *Hypocrisie, simulation.* Ital. *Simulatione, hypocrisia.* Germ. Ein annemmung und nachfolgung eines andern gestalt/gleissnerey. Hisp. *Simulacion, ypocrisia.* Angl. *Hypocrisie.* } ut Budæus interpretatur, est simulatio alienæ personæ, quum scilicet qui se alium videri cupit, quàm est, ὑπὸ τὸ ὑποκρίνεσθαι, quod inter cætera significat simulare. Hinc in Comœdiis, Tragœdiisque actio ipsa vocatur hypocrisis, quòd actores alias simulant personas. ¶ A Rhetoribus item hypocrisis appellatur, quam Latini pronunciationem, seu actionem vocant, in gestu motúque præcipuè consistentem: cui Demosthenes primas, secundas, & tertias tribuit.
Hypocrĭtēs, { חנף *chaneph.* ὑποκριτὴς. Gall. *Hypocrite, dissimulateur.* Ital. *Simulatore, hipocrita.* Germ. Der einer andern person gestalt annimpt/ein gleissner. Hisp. *Simulador, y fingidor, ypocrita.* Angl. *An hypocrite.* } eodem Budæo interprete, est simulator alienæ personæ: unde histriones, & mimi, planipedes, & si qui alii sint fabularum actores, qui personam aliquam assumunt, propriè vocantur hypocritæ. ¶ De eo etiam usurpatur qui actores instruit & docet. Suet. *in Ner. cap.* 24. Non aliter confirmatus est, quàm adjutante hypocrita, non animadversum id, &c. ¶ Transfertur tamen etiam ad eas personas, quæ aliud in pectore gerunt, aliud in ore: quúmque se probos, piósque videri cupiant, longissimè tamen absint ab ea persona quam simulant.
¶ Hypodia, vide *Hypopodium.*
Hypodiaconus, ὑποδιάκονος, inferior diaconus. Vide in Meurs. Græcob.¶
Hypŏdiastŏlē, ὑποδιαστολὴ, quam nos subdistinctionem vocare possumus, est dextra pars circuli ad imam literam in fine dictionis applicata, qua nota Græci malè cohærentia discernunt.
Hypŏdidascălus. { ὑποδιδάσκαλος. Gall. *Un second maistre, sousmaistre.* Ital. *Repetitore, secondo maestro.* Germ. Ein lehrmeyster der eine der einem andern ist ein provisor. Hisp. *Repetidor, segundo maestro.* Angl. *An usher or substitut in teaching.* } Dicitur is quem vulgus in ludo literario *submoniterem* vocat, vel *succantorem*: sic dictus, παρὰ τὸ ὑφ' ἑτέρου διδάσκειν, hoc est, ab eo quod sub alio docet. Cic. *ad Papyr.* Scilla tibi erit in ludo tanquam hypodidascalo.
Hypŏdўtēs, æ, ὑποδύτης. Interior vestis, subucula, & propriè Pontificum, ut inquit Hieronymus: ἀπὸ τοῦ ὑποδύεσθαι, quod est subinduere.
Hypŏgēŭm, orum. { ὑπόγαια. Gall. *Lieux sous terre.* Ital. *Luogo sotto terra.* Germ. Oerter/oder gemach under der erden/als die keller seind. Hisp. *Lugares subterraneos.* Angl. *Places under the earth à dungeon in a prison.* } Loca subterranea dicuntur à Græcis: quæ dictio frequens est apud Josephum & Hegesippum: Hypogeorum (inquit Budæus) appellatio complectitur cellas vinarias, cellarias, olearias, penuarias, promptuarias.
Hypŏgĕrŏn, ὑπόγειον. Herba aizoi, sedi & sempervivi majoris nominibus notior: ita dicta quòd sub grundus nascatur. Græci namque partes tecti prominentes γείσα appellant.
¶ Hypoglossum, frutex. H. P.¶
Hypoglottis, idis, ὑπόγλωττις. Caruncula quâ lingua cohæret inferioris partis oris: dicta quòd sub lingua sita sit.
¶ Hypogonatium, ὑπογόνατον, quod genibus substernebant preces facturi. Vide Gloss. gr. b. Meursii.¶
Hypŏmnēmă, tis. { ὑπόμνημα. Gall. *Commentaire, exposition.* Ital. *Comento, esposizione.* Germ. Ein auffzeichnung etlicher dingen der geschichte halb. Item, Ein erklerung. Hisp. *Glosa, à exposicion.* Angl. *An exposition or comment.* } & hypomnematum, i: sumitur pro interpretatione & commentariis. Cicer. *Tironi.* Multùm mihi cripitur operæ in exscribendis hypomnematis. Plin. *lib.* 7. *cap.* 5. Cujus commenta, quæ appellantur Græcè ὑπομνήματα, sub nomine Democriti falsò proferuntur.
¶ Hypomnematicus, a, um. ὑπομνηματικὸς, ὴ, ὸν, commentarius, a, um, ad memoriæ subsidium factus.
Hypomnematographus, ὑπομνηματογράφος, à Strabone *lib.* 17. inter civitatis Alexandrinæ magistratus nominatur. Cujac. in Cod. *tit.* 31. *l.* 19. ait, Latinè posse dici, Commentariensem, qui nominationum ad munera civilia faceret.
Hystomochlium, ὑπομόχλιον, id quod vecti subjicitur, ut obnisu suo effectum adjuvet.¶
Hypopheon, ὑπόφοιον. Herba est in segetibus arvísque nascens, totafolis, ramis exilibus, succum emittens papaveris viribus proximum. Alio nomine hypecoon dicitur.
Hypopodium, ὑποπόδιον, scabellum, quod pedi supponitur. Cujacius *hypopodia* interpretatur, quæ sub pedes sedentibus ponuntur, quæ interdum etiam scamna vocantur, *l.* 3. D. *de supell. leg.*¶
Hypopyon, ὑπόπυον. Oculi morbus, quum pus sub cornea tunica colligitur. In qua significatione per y in penultima scribi debet, quum ὑπὸ τοῦ πύου, hoc est, à pure deducatur. ¶ Hypopion autem per i nostrum, antepenultima producta, ὑπώπιον, livor est sub oculis contingens, à sanguine compressis venulis exeunte, & sub cute permanente, cujusmodi vitia Latini suggillata appellant. Vide Bud. *in Pandect.* & Rhodig. *lib.* 7. *cap.* 10.
Hypŏsphăgmă, ὑποσφάγμα, sanguinis subter cutem diffusio contingens ex ruptura venæ, ictu, fuste, duróve alio corpore illato. Galenus ὑπαιμάτωσιν ὑποχύσεως, id est, sanguineam suffusionem appellat.
Hypŏstăsis, ὑπόστασις. Substantia, sive natura subsistens. Unde Theologis hypostasis in Trinitate divina, idem est quod οὐσία, & οὐσίωσις, quam Personam Latini nominant. ¶ Hypostasis item à medicis dicitur ulcus in ima maculæ parte subsidens.
Hypŏthēcă. { ערבון *Serabón.* ὑπόθεκα. Gall. *Gage, hypotheque.* Ital. *Pegno.* Germ. Ein pfand. Hisp. *La prenda que se da.* Angl. *A pledge, a gage.* } Latinè pignus, teste Martiano: Inter pignus, inquit, & hypothecam tantùm nominis sonus differt: cui assentitur Valla. Cicero *ad Thermum*, Cures velim ut aut de hypothecis decedat, eâsque procuratoribus Clavii tradat, aut pecuniam solvat. Jurisconsulti tamen inter hypothecam & pignus sæpissimè distinguunt: ut illa sit rei immobilis, quæ solo adhæret: hoc verò rei mobilis, quæ tradi manu potest.
Hypŏthēcārĭus, adject. { משׁרי *neschâh.* ὑποθηκάριος, ὑποτιθέμενος, ὑποδεδεμένος. Gall. *Qui a gage, fourni ou garni de gage.* Ital. *Chi presta danari su pegni.* Germ. Dem man pfand eine setzt oder die von einer schuld wegen nimpt. Hisp. *El que tiene prenda.* Angl. *That hath a pledge.* } ut, Hypothecarius creditor. Ulp. *in l.* 1. §. *sciendum est autem, ff. de separ.* Hypothecaria actio, *l.* 1. *ad exhib.*
Hypothēcæ, ὑποθῆκαι. Vocatæ sunt Portæ in Bœotia. Alii oppidum quoddam esse aiunt à loci situ ita nominatum. Steph.
Hypopompi, productores, Comites. Buleng.
¶ Hypothema, basis, fultura. Gloss. ὑπόθημα, subpositorium.¶
¶ Hypŏthĕsis. { ὑπόθεσις. Angl. *A matter, argument or cause to write or dispute on.* } Suppositio, scopus, institutum. Unde accipitur pro argumento totius operis præcipua capita pauca perstringente. ¶ A Rhetoribus item hypothesis dicitur quæstio finita, circa quam totius disputationis cardo versatur. Nam quæ infinitæ sunt, & generaliter proponuntur, theses appellantur. Si itaque in deliberationem venit, Num omnino ducenda sit uxor, thesis erit: sin hoc in contentionem adducatur, Num Catoni Martia ducenda sit, hypothesis censebitur. Cic. *in Top.* Quod Græci hypothesin vocant, nos causam ex definito quæstionum genere. Idem *Attic.* Hypothesin hanc habent, eâmque præ se ferunt, clarissimum virum interfectum, Remp. perturbatam.
¶ Hypothĕticus, a, um: hypothesim habens, conditionalis.¶
Hypothetice, conditionaliter.
Hypŏthўră, ὑπόθυρα ἢ ὑπόθυρις, apud Vitruv. pro valvarum cavitate & inanitate accipitur. Vel etiam ὑπόθυρον, limen inferius.

Hypothi

Hypothicos (quòd hîc pro vestis genere corruptè legebatur) vide *Hypodytes*.

¶ Hypotrachelium, ὑποτραχήλιον, colli pars infra cervicem, & intra ὑπομάσθιον. Translatè autem est scapi pars, quæ sub astragalo est.

Hypotrimmata, ὑποτρίμματα, bellaria arida.¶

Hypōzeuxis, ὑπόζευξις. Subconjunctio; figura zeugmati contraria, quum singulis sensibus tribuitur propria clausula. Virg. 10. *Æneid.*

*Regem adit, & regi memorat nomenque genusque,*
*Quidve petat, quidve ipse ferat, &c.*

A verbo Græco ὑποζεύγνυμι, quod est subjicio, vel subjungo.

Hypselis, ὕψηλις. Vicus Ægypti, quem inhabitant Hypselitæ. Sunt etiam Hypselitæ in vico quodam Thraciæ. Steph.

Hypsenōr, ὑψήνωρ. Fuit, teste Hom. *lib.* 5. *Iliad.* filius Dolopionis, qui sacerdos Scamandri, in tanto honore habitus fertur, ut tanquam divinum quoddam numen coleretur, ac si deus quidam fuisset. Illum Eurypylus in bello Troiano interemit.

Hypsicratēa, ὑψικράτεια. Mithridatis regis uxor, insigne conjugalis fidei exemplar, quæ maritum à Pompeio victum, attonsis capillis, virilique habitu assumpto, per loca inculta, feràsque gentes, infatigabili corporis animique robore secuta est.

Hypsipyle, ὑψιπύλη. Lemni regina, Thoantis filia, quæ quum reliquæ mulieres ejus insulæ omnes vitos ex communi sententia occidissent, sola patrem servavit. Ob quam pietatem è Lemno ejecta, capta à Piratis dicitur, & Lycurgo Thraciæ regi vendita: à quo liberaliter habita, & nutriendo filio ejus præposita est. Nam paulò ante fugam gemellos pepererat, quos conceperat ex Jasone, quem in Colchos navigantem hospitio simul & lecto excepérat. Postea quum Argivis ad Thebanam expeditionem proficiscentibus, Langiam fontem ostensura, Archemorum alumnum humi deposuisset, ea absente adrepens serpens puerum interemit: quo nomine quum à Lycurgo ad supplicium quæreretur, ab Adrasto, cæterisque Argivis servata est. Vide Statium *in Theb.* & Ovid. *in Epist. Heroid.* Propert. *lib.* 1.

¶ Hypsistarius, sectæ genus. Hesich. Lex. gr. b.¶

Hypsus, untis, ὕψους. Lycaonis filius condidit Thyræum Arcadiæ urbem. Stephan. Est & Hypsus Arcadiæ urbs. Idem.

Hyrcānīa, ἡ Ὑρκανία. Regio Asiæ, magna ex parte plana, & præclarissimis urbibus insignis, quarum celeberrimæ sunt Talebrota, Samariana, Carta & Tape: adeò autem fertilis & opulenta, ut vitis vini metretam ferat, & ficus sexaginta modios ficorum: frumentum ex semine nascatur, quod cadit ex culmo: in arboribus mellificetur, perfluat mel ex oleis. Dicta Hyrcania, ab Hyrcana Sylva, quæ Scythiæ subjacet. Habet ab Oriente mare Caspium, à Meridie Armeniam, à Septentrione Albaniam, ab Occasu Iberiam. In ea regione pantheræ, pardi, & tigres abundant, quum sylvis aspera sit.

Hyrcānŭs, a, um: Ὑρκάνιος, ον, ὁ Ὑρκάνιος πόντος, Mare Hyrcanum, *Mar de Bacan.* Homines Hyrcani. Hieronymus, Hyrcani voluceribus & canibus semivivos projiciunt. Virg. 4. *Æneid.*

——— *Hyrcanæque admorunt ubera tygres.*

Hyreus, ὑρεύς. Rusticus quidam Bœotius, qui quum Jovem, Mercurium, & Neptunum hospitio suscepisset, jussus petere quicquid vellet, mox voti compos futurus: respondit se quidem nihil æquè cupere ac filium, uxorem tamen ducere nolle. Quo intellecto, tres dii in bubulum tergus, quod ille juvenco detraxerat, quem Jovi recens immolaverat, lotium reddidêre: ex quo decimo mense natus est puer, quem ille, ἀπὸ τοῦ οὐρεῖν, hoc est, ab urina, Urionem vocavit: qui postea primæ literæ mutatione Orion dictus est.

Hyria, ὑρία. Insula est Ionii maris, ante Peloponnesum, alio nomine Zacynthus dicta. Author Plin. *lib.* 4. *cap.* 12. ¶ Fuit præterea Hyria Bœotiæ oppidum, in agro Tanagræo, authore Plin. *lib.* 4. *cap.* 7. & Strab. *lib.* 9. ¶ Item aliud in Japygia, à Cretensibus conditum, cujus meminit Herod. *lib.* 7.

Hyrmine, ὑρμῖνη. Oppidum in ea parte Achaiæ propriè dictæ, quæ Eleorum agro proxima est. Author Plin. *lib* 4. *cap.* 5.

Hyrnithium, ὑρνίθιον. Parva regio in Epidauro, cui nomen dedit Hyrnitho, filia Temeni. Gentile Hyrnithius. Steph. *in Pausania lib.* 2.

Hyrtacus, ὁ, ὑρτάκης. Oppidum Cretæ, apud Stephan. ¶ Fuit præterea hoc nomine Trojanus quidam ex Ida monte, pater Nisi, unus ex comitibus Æneæ, qui à nomine patris Hyrtacides appellatur à Virg. *lib.* 9. *Æneid.*

Hysaeis, ἡ Ὑσαΐς. Insula parva, & magna Æthiopum: Insulares Hysaitæ. Stephan.

Hysbe, es, ἡ Ὕσβη. Lydiæ oppidum, apud Steph. à quo deducuntur gentilia Hysbæus, & Hysbites.

Hyscana, ἡ Ὑσκάνα, τὰ. Urbs Illyriæ: gentile Hyscanus. Steph.

¶ Hysge, ἡ Ὕσγη, nomen herbæ.¶

Hysginum, τὸ Ὑσγινον. Planæ genus, quo color tingitur, coccineo similis: unde Græci vestes, ὑσγινοβαφῆ appellant, hoc est, hysgino tinctas. Plin. *lib.* 25. *cap.* 7. Quare Puteolum potiùs laudatur, quàm Tyrium, aut Getullicum, aut Laconicum, unde pretiosissimæ purpuræ. Causa est, quòd hysgino maximè inficitur, rubiámque cogitor sorbere.

Hysia, æ, vel Hysiæ, arum, ἡ Ὑσία, αἱ Ὑσίαι. Bœotiæ oppidum, colonia Hyrcorum, à Nicteo Antiopes patre condita: de hac Thucydides *lib.* 3. Est & alia regio sedes Parthorum. Gentile Hysicus. Est item vicus Argivus Thucydidi: Characi verò civitas. Unde Hysiates, tis. Item Arcadiæ urbs, denique Rhysia, fortè Hysia, urbs Bœotiæ. Steph. Vide *Hyria.*

Hyssōpus, ἡ ὕσσωπος, ὁ ὕσσωπος. Gall. *Hyssope.* Ital. *Hissope.* Germ. Ysop oder Jsten. Hisp. *Hyssopo, hyssopito.* Angl. *Hysope.* ¶ Fœminini generis, & Hyssopum, neutri: cum y, & gemino ſſ, ut quibusdam videtur. Herba utilissima, pulmoni valde utilis. Columell. *lib.* 6. *cap.* 10. Veterem tussim sanant duæ libræ hyssopi macerati sextariis aquæ tribus. Plin. *lib.* 25. *cap.* 11. Hyssopum in oleo coctum pituitam resistit & prurigini in capite. Columell. *lib.* 7. *cap.* 5. Remedio sunt hyssopus & sal, æquis ponderibus contraria. ¶ Apud Macrum legitur hysopum, unico ſ, duobus prioribus syllabis contra artis præceptiones correptis.

*Est* (inquit) *hyssopum siccum, calidúmque, & tertium illi*
*Est in utrisque gradus.*

Hyssōpītēs, hyssopitæ, masculi gen. ὑσσωπίτης. Vinum factitium ex hyssopo: sicut Myrtites, ex myrto: Absinthites, ex absinthio. Columell. *lib.* 12. *cap.* 35.

Hystāspēs, ὑστάσπης. Darii Persarum Regis filius ex Atossa Cyri filia; cujus meminit Herod. *lib.* 7. ¶ Fuit & ante hunc alter eodem nomine, Arsamenis filius, & Darii pater: de quo idem Herod. *lib.* 1.

Hystĕra, ὑστέρα. Latinè vocantur Secundinæ. Sunt autem folliculi, quibus infans involutus prodit in lucem, & quicquid infantem ex utero sequitur.

Hystĕrĭcæ ὑστερικαί. Dicuntur mulieres quæ uteri suffocatione laborant, in quibus sensum pulsúmque per intervalla nullum, aut certè perexiguum percipere possumus: quam affectionem hystericam appellant, ἀπὸ τῆς ὑστέρας: quo nomine Græci matricem, vel uterum significant.

¶ Hysterologus, ὑστερολόγος, est qui ὑστέρῳ λόγῳ, præposteto loco verba facit. Item qui priùs dicit, quod posterius est. Inde ¶

Hystĕrŏlŏgĭa, ὑστερολογία. Loquutio præpostera: figura eadem cum ea quæ dicitur hysteron proteron, quum scilicet quod priore loco dicendum erat, posteriùs dicitur.

Hystĕrŏn prŏtĕrŏn, ὑστερον πρότερον. Est figura quum sententia ordine commutatur: ut,

*Postquam altos tetigit fluctus, & ad æquora venit.*

Nam prius ad æquora venit, quàm rangeret fluctus.

Hystrix, ὕστριξ. Suidæ, hystricis. Animal est spinis contectum, ex hetinaceorum genere. ¶ Gall. *Porc espic.* Ital. *Porco spinoso, cinghiale.* Germ. *Meerschwein, stachelsaw.* Hisp. *Istuali.* Angl. *A porcupine, a beast so called that casteth prickes from him at men, as it were arrowes.* ¶ Plin. *lib.* 8. *cap.* 35. Hystrices generat Indis, & Africa spinâ contectas ex hetinaceorum genere: sed hystrici longiores aculei, & quum intendit cutem, missiles. Ora urgentium figit canum, & paulò longiùs jaculatur. Hybernis autem se mensibus condit, &c. ¶ Hystricis seta, ἡ τῆς ὕστριχος, dici poterit Dicterium acutæ in quempiam sortum.

Hyrenna, ὑρέννα. Urbs Lyciæ. Steph.

Hythmiæ, ὑθμίαι. Populi juxta Lyburnos & Cyopios. Steph.

Hyttēnĭa, ὑττηνία, vide *Tetrapolis.*

# NOTÆ ANTIQUORUM.

H Honestas, hæc, hæres, homo, habet, hora.

H.A. Hadrianus, hora. H.ÆD.Q.C.P.AM.FE. hoc ædificium quod cernis prudens amator fecit.

H.B. hæres bonorum. H.B.F. homo bonæ fidei.

HC hunc. HC.AM.N. hunc amicum nostrum. HC.L. hunc locum. HC.L.RO. hunc locum Romanum. H.COG. hæredem cogitorem, hæredem cognovit. HC.V. huic vitæ.

H.D. hic dedicavit. H.DD. hic dedicarunt, hic dedicant. H.D.D. hoc dono datur. H.D.M. hæc domus mortui.

H.E.M.TBNR. hæc est memoria Tribunorum. HER.S. Herculi sacrum.

H.F. hic fundavit, honesta fœmina, fortuna, fundat.

H.I. hæreditatis jure, hercle juvavit, hic invenies. HIC.IN.ÆDF. REG. hic invenies ædificium regale. HIC LOC.HÆR.NON SEQ. hic locus hæredem non sequitur.

H.L.N. honesto loco natus. H.L.H.N.S. hic locus hæredem non sequitur.

H.M. honesta mulier, hora mala, hora mortis, hoc monumentum. H.M.AD H.N.TRAN. hoc monumentum ad hæredes non transeat. H.M.D.M.A. huic monumento dolus malus absit. H.M.H.E.N.SEQ. hoc monumentum hæredes ejus non sequuntur. H.M.M. hic memoria mirabilis. H.M.P. hic memoriæ posuit, hic monumentum posuit. H.M.S.M. hic mater sua mortua, vel hora mala sumpsit moram. H.M.S.S.E.H.N.S. hoc monumentum sine successoribus eadem hæreditate non succedit. HM. hymnus.

HO. homo, honestus. HO.H. homo honestus. HOM. homo. H.HON. homo honestus. HOR.VI. hora sexta. HOS. hostis. H.HO.S. hic hora secunda.

H.P. honesta persona, honesta puella, hora pessima, hic posuit.

HR.PSS. hæreditatis possessor. H.PS. hora pessima. HR. hæres. H.R. honesta ratio. H.R.I.P. hic requiescit in pace.

H.S. hora secunda, hic sita. hic sunt, hostia sacrilega. HSB. hostibus. H.S.E. hic sepultus est, hic situs est. H.S.H.N.S. hoc sepulcrum hæredes non sequuntur. H.SPL.M.A. hæc sepultura modò aucta. HSS. hostes. H.S. hostes sacrilegi. H.S.S. hic sepulti sunt. H.S.V.F.M. hoc sibi vivens fieri mandavit. HS. sestertium.

HU. hujus. H.V. honesta vita. H.V.B.P. heres veras bonorum possessor.

# I

I, Vocalium nulla sonum edit exilitatem, quare inter cæteras consorores non immeritò postremæ est notæ, etsi producitur. Hoc enim indicavit Plato: accommodum ait elementum esse ad exprimendas res subtiles ac penetrabiles: declarant hoc, ut ipse ait, ἰτέα, ἴτυς, ac similia. Dum profertur, ictu quodam premit ultimos dentes, quos genuinos appellant, nascitúrque circa primores dentes collisio spiritus, neque os multùm aperitur, neque labra hoc præstant, ut os illustriore & hilariore sono renideat. Quod Virgilius plurimis in locis ostendit, sed in hoc maximè cognosci potest. *Olli* subridenti dixit, non *Illi*, quum subjunctivus, esset ridendi nomen, à quo natura literæ i longè aliena est. Hæc causa videtur mutatæ literæ: ‖ enim propter magnificentiam solùm fieret, quam postulat heroici carminis majestas, hanc causam affert Phavorinus Gellianus, cur isthuc magis fiat hic quàm in aliis? Rursus alio in loco Virgilius quum narraturus esset ex persona Æneæ excidium Trojanum, in exordio in cæsuris principalioribus locum dedit huic elemento:

*Eruerint Danai, quæque ipse miserrima vidi,*
*Et quorum pars magna fui.*

Hujus tamen literæ exilitas non ita exsanguis, nec semper tristis, ut non suo loco amœnitatis vel plurimùm adducat, venusta gracilitate: qua de causa apud Latinos non ratò in locume migrat accita. Auget sonum & diminuit, sicuti cæteræ vocales, de quibus suprà dictum est. Litera vocalis est, quæ etiam consonans fieri consuevit, & modò pro simplici consonante, modò pro duplici accipitur. Pro duplici consonante accipitur, quando in eadem dictione ponitur in medio duarum vocalium, ita ut posteriori cohæreat in eadem syllaba: ut Maius, Pompeius, Peius. Simplex autem consonans esse intelligitur, quoties in principio ponitur dictionis, ita ut cum sequente vocali cohæreat in eadem syllaba, aut quoties subsequitur immediatè aliquam consonantem: ut, Janus, conjuro. Notandum tamen, i literam pro consonante aspirari non posse, quum nulla consonans aptè aspirationem accipere valeat. Unde Hierosolyma sex syllabarum est, Hiulcus trium. E, & I, commutari sæpe, docet Gell. *cap.* 19. *lib.* 10. ‖ I, quoque in V, mutatum apud antiquos: ut Decimus, *decumus*: Maximus, *maxumus*. ‖

## I A

Ia, *Ia*, filia fuit Atlantis, soror *Maiæ*, matris Mercurii, de qua Hometus *lib.* 4 *Odyss.* ¶ Item Ia, *ia*, Græci vocant violas: unde Ianthina vestis, vide infrà.

‖ Iaca, *Iaca*. V. E. Hispaniæ, sub A. Cæsaraugustano. ‖

Iacchûs, *Iacchus*. Nomen Bacchi, ab ἰαχὼ, clamo, canto, vociferor: nam qui Baccho sacrificabant, ululatibus & clamoribus omnia implere solebant. Virg. *Eclog.* 7.

*Populus Alcidæ gratissima, vitis Iacchо.*

Ponitur quandoque pro vino. Idem 6. *Eclog.*

*Inflatum hesterno venas, ut semper, Iacchо.*

Iăcĕo, es, ui, jacêre, ex κεῖμαι, κεῖσθαι. Cubo, decumbo, reclino, prostratus sum. { שכב *schachâb*, רבץ *rabâts*. κεῖσθαι, κλίνεσθαι. Gall. *Estre couché ou estendu, gesir.* Ital. *Giacere, stargin.* Germ. Itidem. Hisp. *Yazer, ò estar echado ò acostado.* Angl. *To lye, to extende out or to be of length.* } Virg. *in Buc.*

*Silenum pueri somno videre jacentem.*

Idem 7. *Eclog.*

*Strata jacent passim sua quæque sub arbore poma.*

Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 5. *Trist.*

*Mens tamen ægra jacet.*

Ibid. *Eleg.* 3. *lib.* 3.

——— *dura in regione jacenti* (id est ægro.)

Ibid. *Eleg.* 1. *lib.* 2.

*Nec mihi credibile est quemquam insultare jacenti.*

Plaut. *in Amph.* Quis est hic senex, qui ante ædes nostras hic jacet? Dicimúsque, Jaceo in strato, jaceo humi. Liv. *lib.* 3. *bell. Pun.* Humi jacentes inter custodias stationésque militum circumspexerunt. Jacere in luto. Vide *Lutum*. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 5. In nervo jam jacebis, nisi mihi argentum redditur. Ovid. *Eleg* 2. *lib.* 3. *Trist.*

*Hic e.o, qui jacet tenerorum lusor amorum.*

Plaut. *Men. sc.* 4. *a.* 1. Si cades, non cades quin cadam tecum: jacentes tollet aliquis. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. Vultis ut me jacentem hic aliquis tollat? *Ibid. sc.* 2. *a.* 1. Pernam, callum, glandium facito in aqua jaceant (id est, macerentur) Ovid. 13. *Metam.*

*Oppositi molem clypei, texique jacentem.*

¶ Quandoque accipitur pro situm esse. Salust. In medio campos jacet aquis undique scatens. Brutus *ad Ciceronem*, Quem locum volo tibi esse notum: jacet inter Apenninum, & Alpes, impeditissimus ad iter faciendum. Ovid. *Eleg.* 7. *lib.* 4. *Trist.* Jacent inter me & te montes, flumina, campi, maria. ¶ Quandoque mortuum esse, atque adeò sepultum. Lucan. *lib.* 8.

*Ille jacet, lata posi quem protulit orbis.*

Martialis,

*Non aliter cineres mando jacere meos.*

Ovid. *Eleg* 3. *lib* 4. *Trist.*

*Et cinis in tumulo positus jacuisset avito.*

Plaut. *Amph.* Spes & opes vitæ jacent sepultæ in pectore. Senec. *cap.* 17. *de consol ad Helv.* O quàm multorum egregia opera in obscuro jacent! Plaut. *Curc. sc.* 4. *a.* 4. Meæ pugnæ obtritæ jacent. Ovid. 13. *Metam.*

——— *per me jacet inclytus Hector.*

¶ Aliquando Jacere ponitur pro abjectum, & miserum esse, pro contemni. Cic. 1. *de fin.* Maximas verò virtutes jacere necesse est, voluptate dominante. Jacens animus, id est, non alacer, abjectus, humilis, demissus. Cic. *de Amic.* Non est igitur amici, talem esse in eum, qualis ille in se est: sed potiùs niti, & efficere ut amici jacentem animum excitet, inducátque in spem, cogitationémque meliorem. Jacens hæreditas dicitur antequam adita sit, apud Jurisconsultos. Item, jacens res, cujus dominus ignoratur. Ulp. *lib.* 43. *D. de furt.* Qui alienum quid jacens lucri faciendi causa sustulit, furti obstringitur. ¶ Jacet oratio, quæ languet, & quasi exanimis est. Quintil. *lib.* 9. de figuris sententiarum loquens: Motus est in his orationis, atque actus: quibus detractis, jacet, & velut agitante corpus spiritu caret. Budæus. Quintilian. Animi jacentis, & mollis frontis (sup. homo.) Et Gell. *cap.* 7. *lib.* 1. Aure non surda, nec jacenti. Jacent pretia prædiorum, pro Vili venduntur prædia. Cic. *pro Rosc. Comœdo.* Accepit enim agrum temporibus iis, quum jacerent pretia prædiorum. Rationes jacent, hoc est, emortuæ sunt & languidæ ac sopitæ. Plaut. *Amph.* Supreme Jupiter, quid intuor, utrique in musculo dextro, eodem in loco, signo eodem apparet probè, ut primùm coivit cicatrix rufula, sublurida. Rationes jacent, judicium filet: quid agam nescio, id est, rationes ignoro. Et inde fit, ut res discerni non possit. Jacent bona, quæ sunt sine possessore. Papinianus *D. lib.* 38. *tit.* 3. *l.* 3. Nónne justius atque utilius erit, ad eundem modum, &c. Jacere, pro plurimùm porrigi. Virg. *lib.* 3. *Georg.*

——— *isque pecus longa in deserta sine ullis*
*Hospitiis: tantùm campi jacet.*

Nonius. Hujus verbi composita sunt, Adjaceo, Interjaceo, Objaceo, & Subjaceo: de quibus vide suis locis.

Jăcio, is, jeci, & jacui, auctore Diomede *lib.* 1. jacere jactum, παρὰ τὸ ἵημι, ἅξω. Significat emitto, jaculor. { ירה *jarâh*, חשליך *hischlich*, רמה *ramâh*. ἱέναι, βάλλειν. Gall. *Jetter, lancer, tirer.* Ital. *Trarre, tirare, lanciare.* Germ. Werffen. Hisp. *Echar, tirar, lançar, arrojar.* Angl. *To cast, throwe or hurle.* } Cic. 6. *Verr.* In quem scyphum de manu jacere conatus est. Virg. 5. *Æneid.*

*Sublatâque procul dextra connixa corusset,* *Et jacit.*

Tibull. *lib.* 4.

——— *celerisve sagittam* *Jacieris.*

¶ Jacere talos, vide *Tali*. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 3. Jace parer talos, ut porrò nos jaciamus. Idem *ibid. sc.* 1. *a.* 4. Cùm jaciet talos, Te ne dicat, nomen nominet. Et *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Jacit volturios quatuor. Jacto basilicum. Cæsar 2. *bell. Gall.* Undique in murum lapides jaci cœpti sunt. ¶ Jacere, pro dare. Sueton. *in Neron. cap.* 57. Multâsque, nec dubias significationes jecit, eum ordirem (senatorium) sublaturum, &c. ¶ Jacere fundamenta, est ponere, vel collocare lapides, quibus ædificium superstruatur. Sueton. *in Cæs.* In area Capitolina novæ domus fundamenta jecit. ¶ Per translationem autem pro Inchoare, & rei alicujus principium statuere. Cic. 1. *Philipp.* In quo templo, quantum in me fuit, jeci fundamenta pacis. Gradum jacere, atque aditum ad cætera, idem est quod veluti viam parare, quâ ad aliqua progrediamur. Cic. 1. *de lege Agr.* Hunc quasi gradum quendam atque aditum ad cætera jactum intelligatis. ¶ Jacere, pro enuntiare, five spargere in vulgus. Tacit. *lib.* 1. Quædam de habitu, cultúque & institutis ejus præerat. Idem *lib.* 4. Neque ratò, neque apud paucos talia jaciebat. Jacere in aliquem aliquid, metaphoricè est dictum aliquod in quempiam torquere. Liv. 34. Rem defendam, non nos, in quos jecit magis hoc Consul verbo tenus, quàm ut te insimularet. Jacere contumeliam in aliquem. Cic. *pro Syl.* ¶ Hujus composita sunt, Abjicio, ἀπορρίπτω. Adjicio, Conjicio, Circumjicio: unde Circumjecta impedimenta dicimus. Dejicio, καθαιρῶ. Disjicio, Ejicio, Injicio, Objicio, Projicio, Rejicio, Subjicio, Trajicio, quæ omnia videto suis locis.

Jactus, a, um: Velleius, Jacta mentio (pro *facta*,) ut aliqui libri habent.

Jacto, as: frequenter & multùm jacio. { משליך *hischlich*, חניד *henid*, חוטר *hotsi*. ἀναβάλλειν. Gall. *Jetter souvent.* Ital. *Lanciare spesso.* Germ. Dil vnd offt werffen, werffen eins vmb werffens. Hisp. *Lançar à menudo.* Angl. *To cast often.* } Senec. Dum lapillos jactatos in pueritia. Virg. *lib.* 1. *Georg.*

*Deucalion vacuum lapides jactavit in orbem.*

Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Jacit volturios quatuor, jacto basilicum. ¶ Jactare, fusiùs graviúsque est, quàm jacere. Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 1. *Trist.*

——— *jactat mea verba, precésque.*

¶ Jactare manus, i. movere, agitare, χειρονομεῖν, apud Quint. *lib.* 6. *cap.* 3. Juvenalis,

*A facie jactare manus.*

In quo adulatoris gestus describitur, manuum jactatione, & motu, ac gesticulatione adblandientis, & propè histrionico more gestum agentis. ¶ Jactare, pro Sæpe multúmque animo revolvere, ἐπιπολάζειν. Virg. 11. *Æneid.*

Atque

*Atque illum tales jactantem pectore curas.*

¶ Aliquando fatigare, vexare, concutere, exagitare, molestia afficere. {שלטר *tilttél. κραυεῖν, ταράττειν.*} ut Virg. 1. *Æneid.*

——— *jactatos æquore toto*
*Troas reliquias Danaûm, atque immitis Achillis.*

Ubi Serv. Jactamur in mari, fatigamur in terris. Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 3. *Trist.*

*Dum tamen & ventis dubiis jactabar & undis.*

*Ibid. Eleg.* 4. *lib.* 4.

*Nam neque jactantur moderatis æquora ventis.*

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 4.

——— *toto jactatus in orbe* (i. per orbem.)

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.*

*Fessaque jactati corporis ossa dolent.*

Cicer. *in Verr.* 2. Jactatur domi suæ vir primarius, & homo honestissimus: pro se quisque manus affert. Idem *pro Quintio*, Æquitas multis injuriis jactata, atque agitata. Et *paulò post*, Multis veratus contumeliis, plurimis jactatus injuriis. ¶ Aliquando pro sese efferre, gloriari. {התהלל *bithallél*, גאה *gaáh.* μεγαλαυχεῖν. GALL. *Se vanter.* ITAL. *Vantarsi.* GERM. Rühmen. HISP. *Vanagloriarse.* ANGL. *To crache or boast to glorifie him self.*} Cicer. *pro Rosc. Amer.* Hæc ut Eruci, tot & tanta si nactus esses in reo, quàm diu diceres? quo modo te jactares? Quint. *lib.* 4. *cap.* 13. Adversarius enim fiduciam partis suæ jactat. Ovid. *Eleg* 3. *lib.* 4. *Trist.*

*Tempus ubi est illud quo te jactare solebas*
*Conjuge.*

Item, Jactare se insectatione & convitiis dominorum. Liv. *lib.* 9. *dec.* 4. Et jactate obsequium amatori (id est, animum prædicare.) Idem *ibid.* ¶ Est interdum jactare, idem quod inaniter loqui. Virg. 2. *Eclog.*

——— *ibi hæc incondita solus*
*Montibus & sylvis studio jactabat inani.*

Idem 1. *Æneid.*

*Talia jactanti stridens Aquilone procella*
*Velum adversa ferit.*

¶ Aliquando frequenter admittere, sive ejaculari. Idem 2. *Georg.*

*Etsi non alium late jactaret odorem,*
*Laurus erat.*

Et *alibi.*

*Ipsa latebrid voces ad sydera jactant*, i. crebrò emittunt.

¶ Aliquando frequenter ducere: ut apud eundem,

——— *haud unquam manibus jactata fatiscit*, i. ductata.

¶ Jactatur nummis. Cicer. 3. *Offic.* Cùmque coëmptum Patrum Trib. plcb. adhibuissent, ut res numaria, &c. constituerent: jactabatur enim nummus illis temporibus sic, ut nemo scire posset quid haberet, id est, fluctuabat æstimatio nummi. Budæus, Jactans sui. Quintilian. Jactantior gestus. Idem Quintilian. Jactantius genus ambitus.

**Jactito**, as: frequentativum à Jacto. {ἠνυτέω, ναυδίομαι. GALL. *Jetter souvent.* ITAL. *Gettar sovente.* GERM. Hin vnd wider treiben / embsig handlen. HISP. *Echar à menudo.* ANGL. *To cast often.*} Liv. 8. *ab Urbe.* Juvenes, histrionibus & fabulatum actu relicto, ipsa inter se more antiquo fescennina versibus jactare cœpit.

**Jactus**, part. positus, constitutus. {משלך *mashlach.* ἐμβεβλημένος, βεβλημένος, ῥιπτός. GALL. *Jetté.* ITAL. *Gettato.* GERM. Geworffen / Item, gelegt. HISP. *Echado.* ANGL. *Cast, layed.*} Cic. 2. *de lege Agrar.* Hunc quasi gradum quendam, atque aditum ad cætera jactum intelligeris. Ovid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

*Nix jacet, & jactam non sol pluviaque resolvunt.*

¶ Jactus, pro Jactatus. Idem *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.*

——— *Terráque marique*
*Jactum, &c. al. legitur Actum.*

**Jactus**, us, vi: Actus ipse jaciendi. {משוטרת *metashavéh.* ῥῖψις. GALL. *Jet, jettement.* ITAL. *Il trare, gettamento.* GERM. Ein wurff. HISP. *El lance.* ANGL. *A cast or throwe.*} Ter. *Adelph.* Ita vita est hominum, quasi quum ludas tesseris: Si illud, quod est maximè opus jactu, non cadit: Illud quod cecidit forte, id arte ut corrigas. Virg. 4. *Georg.*

——— *se jactu dedit æquor in altum.*

Jactus pilarum, Ovid. 2. *Trist. Eleg.* 1.

*Ecce canit formas alium, jactúsque pilarum.*

Jactus talorum. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2.

*Quid valeant tali, quo possis plurima jactu*
*Figere.*

Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Plaudite, & mihi ob jactum cantharo mulsum date (de Venere jacta in talis.) Jactus fulminum. Cicer. 3. *Catil.* ¶ Jactus absolutè, βλὰψ, pro jactu retis. Val. *lib.* 4. *cap.* 1. A piscatoribus in Milesia regione verriculum trahentibus quidam jactum emerat. ¶ Jactus item accipitur pro mercium in mare projectione, quæ in magnis tempestatibus fieri solet, navis exonerandæ gratiâ. Unde extat *tit. lib.* 14. *Pand. ad legem Rhodiam de jactu*, quo cavetur, si levandæ navis gratiâ jactus mercium factus sit, omnium contributione esse faciendum, quod pro omnibus damni factum est.

**Jactanter**, adverb. Insolenter, gloriosè, cum jactantia. {ἀλαζονικῶς. GALL. *Avec vanterie, & jactance.* ITAL. *Con superbia, ambitiosamente.* GERM. Stoltzlich / mit rhümen. HISP. *Vanagloriosamente, à pompesamente.* ANGL. *Boastinglie.*} Tacit. *lib.* 2. Perisse Germanicum, nulli jactantius mœrent, quàm qui maximè lætantur: id est, majori cum ostentatione. Et *lib.* 19. Litteras composuit ad Vespasianum jactantiùs quàm ad Principem.

**Jactātus**, part. {משולש *meshulásh.* ἀνθρωπινῶς, ἀνθρωπίνως, ἀνθρωπικῶς, ἀνθρωπικός. GALL. *Agité, ietté d'un coté & d'autre.* ITAL. *Spinto, gettato quà & là.* GERM. Hin vnd her geworffen vnd getrieben. HISP. *Arrojado, echado en diversas partes.* ANGL. *Tossed to and fromo.*} Ovid. *Eleg.* 10. *lib.* 3.

*Et quamquam Boreas jactatis insonet undis.*

*Ibid. Eleg.* 2.

*Undique jactato flore tegemur viæ.*

Virg. 1. *Æneid.*

——— *jactatos æquore toto*
*Troas, reliquias Danaûm, atque immitis Achillis.*

¶ Jactatus: pro Jactus. Aug. apud Suet. *in Aug. cap.* 71. loquens de lusu talorum: Talis enim jactatis, ut quisque Canem, aut Senionem miserat.

**Jactabundus**, a, um: gloriosus. Gell. *lib.* 1. *cap.* 2. In quemdam jactabundum, & gloriosum. Et *lib.* 15. *cap.* 2. Negatori, & in Græcæ facundiæ gloria jactabundus. Dixit etiam *lib.* 19. *cap.* 1. Mare Ionium violentum, vastum & jactabundum.

**Jactātus**, us, ui: Agitatio, succussio. {משלשלת *mashleshéleth.* σεῖσις. GALL. *Agitation.* ITAL. *Agitatione è motto.* GERM. Bewegung. HISP. *Agitacion.* ANGL. *A tossing, a moving.*} ut, Jactatus maris. Plin. *lib.* 14. *cap.* 18. Sic & mari navigatio: cujus jactatus his quæ duraverint, tantum vetustatis adjicere lentatur, quantum habuerint. Ovid. 6. *Metam.*

*Excussit pennas, quarum jactatibus omnis*
*Affata est tellus.*

**Jactātio**, nis: Agitatio, succussatio. {משלשלת *mashleshéleth.* σάλος, ἀλυσμός. GALL. *Secouement.* ITAL. *Crollo.* GERM. Bewegung / hin vnd her treibung. HISP. *Sacudimiento.* ANGL. *A tossing, a boasting.*} Liv. *lib.* 30. *bell. Pun.* Simul sperans leniorem in navigatione quam in via jactationem vulneris fore, & curationi omnia commodiora. Cic. *pro Mur.* Quo tandem animo me esse oportet, propè jam ex magna jactatione terram videntem, in hunc cui video maximas Reip. tempestates esse obeundas? Jactatio etiam ponitur pro jactantia & gloriatione. Idem 5. *Tusc.* Jactatio (vel jactantia potiùs) est voluptas gestiens, & se efferens insolentiùs. Insolentiam & jactationem hominum fetre. Idem *ad Att. lib.* 10. Jactatio verborum. Idem *ad Brutum.* Quint. Cùm jactatio illa dicendi vitiosa detonuit.

**Jactātor**, is: Gloriosus, insolenter se venditans. {מתהלל *mithhallél*, גאה *gaéh.* μεγαλαυχῶν, ἀλάζων. GALL. *Vanteur, glorieux, vain, presomptueux.* ITAL *Ventatore.* GERM. Ein rhümer der sich grosser dingen anmasset. HISP. *Alabancioso de si.* ANGL. *A boaster, a cracker.*} Quint. *lib.* 11. *cap.* 1. de Cic. Is quidem rerum à se gestarum major quàm eloquentiæ fuit in orationibus utique jactator. Claud. *in Paneg.*

——— *Immodicus propriî jactator honoris.*

Gell. *cap.* 4. *lib.* 18. Jactator & venditator Sallustianæ lectionis. Et Quint. Jactator rerum gestarum & eloquentiæ. Suet. *in Claud. c.* 33. Jactator civilitatis.

**Jactantĭa**, æ: Jactatio, insolentia, superbia. {גאון *gaón*, גאוה *gaaváh.* μεγαλορρημοσύνη, μεγαλαυχία, ὑπερηφανία. GALL. *Vanterie, vanité, instance, presomption.* ITAL. *Superbia, iattantia, vanita.* GERM. Rhümung / rhumsüchtigkeit. HISP. *Sobervia, alabança vana.* ANGL. *Boasting, cracking pryde.*} Definitur à Cicer. 4. *Tusc.* voluptas gestiens, & se efferens insolentiùs. Quint. *lib.* 9. *cap.* 2. Veritus opinionem jactantiæ. Idem, Hoc enim inanis est jactantiæ. Tacit. *lib.* 1. Jactantia, gloriâque ad posteros. Quintil. Jactantia ingenii.

**Jactuōsè**: Jactanter, insolenter, superbè. {ἀλαζονικῶς. GALL. *Avec vanterie.* ITAL. *Ambitiosamente, superbamente.* GERM. Stoltzlich mit rhümen. HISP. *Vanagloriosamente.* ANGL. *Boastingly, by cracking pryde.*} Cicer. Quum sint multa jactuosè dicta. Sic enim legunt quidam: quamvis in castigationibus exemplatibus non jactuosè legatur, sed actuosè.

**Jactuōsus**, jactans. Nonius Marcellus, Jactuosæ positum pro jactantes. Cicer. *in Orat.* Quum sint luminosæ, & quasi jactuosæ partes duæ. Alia exemplaria habent *actuosæ.* Ex Nonio.

**Jactūra**, æ. Propriè dicitur damnum illud, quod ex jactu consequimur, hoc est, ex projectione mercium in mare, quæ fieri solent in magnis tempestatibus, ventis adversis sævientibus, ad exonerandam navem. {פגע *nézek. ζημία.* GALL. *Perte, dommage.* ITAL. *Danno, perdita.* GERM. Eygentlich der schad so einer erleidet in des Meers ungestümigkeit / auswerffung der güter / sunst aber / in jeder schaden vnd verlust. HISP. *Daño, perdida.* ANGL. *Loose, hurte.*} Salust. *ad Cæsarem*, Si quid adversi coortum est, de iis potissimùm jactura fit quæ minimi pretii sunt. Liv. *lib.* 3. *ab urb.* Jacturam sui juris facere. Et Senec. Jactura publica pacisci. ¶ Per Metaphoram accipitur pro quovis damno: ut apud Cicer. 2. *de fatib.* Facere jacturam rei familiaris. Ovid. 9. *Metam.*

*Nunc tamen ablati domuit jactura doloris*
*Omnibus.*

Idem 1. *Metam.*

*Est tamen humani generis jactura dolori*
*Omnibus.*

**Jaculum**, i. Propriè telum, sive hastile, quod manu ejaculari potest. {יד *chets ἀκόντιον.* GALL. *Dard.* ITAL *Dardo.* GERM Ein pfeil oder etwas anders das man in die weite würfft. HISP. *Tiro que se tira.* ANGL. *A pike, a darde.*} Quint. *lib.* 8. *cap.* 2. Qui jaculum emittit, jaculari dicitur. Virg. 9. *Æneid.*

——— *& jaculum contorquens mittit in auras.*

¶ Jaculum, etiam à jaciendo dicitur retis genus, idem cum funda (quæ à fundendo dicitur, & Græcè βλὰψ, teste Servio) aut non multùm diversum. Distinguit etiam Ausonius *in Epist. ad Theonem.*

*Et jacula, & fundas, & villica nomina lini,*
*Colaque & infutes terrenis vermibus hamos.*

Plaut. *in Truculent.* Quasi in piscinam rete qui jaculum parat. Idem, Jubeas una opera me piscari in æthere, venari autem teli jaculo in medio mari.

**Jaculor**, aris, deponens. Jaculum emitto, telum conjicio. {ירה *iaráh*, רמה *ramáh.* ἀκοντίζω. GALL. *Darder, ietter un un plusieurs dardz.* ITAL. *Tirare, lanciare.* GERM. Schiessen / werffen. HISP. *Tirar à lançar tira.* ANGL. *To cast dartes.*} Juven. *Satyr.* 1.

——— *Quantas jaculetur Monychus ornos.*

Ovid. 2. *Metam.*

——— *vasti quoque rector Olympi.*
*Qui fera terribili jaculatur fulmina dextra.*

Quintil. *cap.* 12. *lib.* 2. Jaculantur abrupta quædam declamatores.

Et Liv. *lib.*2. *dec.*3. Probris in ipsum jaculati sunt. Quinc. Jaculari in aliquem obliquis sententiis. Idem, Jaculari sententias vehementibus digitis, &c. ¶ Aliquandò simpliciter accipitur pro Projicio. Colum. *lib.*1. Faba, quæ longius mittetur, prius pervenit, quò ventilator eam jaculabitur. ¶ Legitur & Jaculo, activum. Claudianus,

——— *latis jaculabat in arvis*

Hinc fit compositum, Ejaculo, quo usus est A. Gellius. Arionem (inquit) cum fidibus & indumentis, cum quibus se in salum ejaculaverat, extitisse.

**Jăcŭlātio**, Jaculamen, & Jaculamentum, dicitur ipse actus jaculandi. {מחורים *metacharvîth.* ἀφεσις, ἀφεσίνομα. GALL. *Dardement, tetement.* ITAL. *Il tirare, tiro.* GERM. Schiessung, werffung. HISP. *Aquella cosa de tirar lança.* ANGL. *A throwing or hurling of dartes.*}

**Jăcŭlātor**, is, qui jaculum emittit. {רמה *romêh*, מחצית *mechatsîth.* ἀφετής. GALL. *Dardeur, jetteur de traict, arbalestier, archer.* ITAL. *Tiratore, lanciatore.* GERM. Ein schütz, oder werffer. HISP. *Tirador ò lançador de tiro.* ANGL. *A shooter, an hurler of dartes.*, Liv. 7. *bell. Pun.* Annibal turmatim per equites, pedítúmque jaculatores levia certamina ferens, &c. Horat. 3. *Carm. Ode* 4.

*Enceladus jaculator audax.*

Curt. *lib.*3 Hoc agmen sex millia jaculatorum funditorumque antecedebant. ¶ Jaculator pro piscatore, vide *Iaculum.* Isidorus è Plauto, Probus quidem antea jaculator erat.

**Jăcŭlātrix**, icis, quæ jaculum emittit. {רמה *româh.* מחצרת *mechatsêsth.* ἀφετρία. GALL. *Dardereſſe, celle qui jette dards.* ITAL. *Donna che lancia dardi.* GERM. Ein schiessin oder ein werfferin. HISP. *Lançadera de tiro.* ANGL. *She that casteth or throweth dartes.*} ut, Diana Jaculatrix. Ovid. 5. *Metam.*

*Palladaque nonne vides, jaculatricemque Dianam*
*Abstessisse mihi?*

Et 2. *Fast.*

——— *Jaculatricemque Dianam,*

**Jăcŭlăbĭlis**, e: quod jaculari, hoc est, longè projici potest. {βαλτὸς, ἀφετὸς, βλητὸς. GALL. *Qu'on peut darder ou jetter.* ITAL. *Cosa che si può tirare.* GERM. Das gut zuschiessen oder zuwerffen ist. HISP. *Cosa que se puede tirar.* ANGL. *That may be shoote or throwen.*} ut, Telum jaculabile. Ovid. *lib.*7. *Metam.*

——— *sed non formosius ipso*
*Viderunt oculi telum jaculabile nostri.*

Pondus jaculabile. Stat. 6. *Theb.*

**Jăcŭlātōrĭus**, adject. quod ad jaculationem pertinet. {ἀφετικὸς. GALL. *De dards, ou chose pour darder.* ITAL. *Cosa da lanciare.* GERM. Zum jagdem schiessen gehört. HISP. *Cosa para lançar assi.* ANGL. *Of dartes, or a thing to throw, as it were a darte.*} ut, Campus jaculatorius. Ulp. *in l. item sed si, ff. ad l. Aquil.*

**Jăcŭlus**, i. Serpentis genus arbores subiens, è quibus vi maxima se ejaculatur, penetrátque quodcunque animal obvium fecerit fortuna. *magis.* Lucan. *lib.*9.

*Et natrix violatur aqua, jaculique volucres.*

Plin. *lib.*8. *cap.*23. Jaculum ex arborum ramis vibrari, nec pedibus tantùm pavendas serpentes, sed & missili volare tormento. Vide Ælianum *lib.*9. *cap.*49.

**Jăcōb**, יעקוב *Iahakób.* Lat. athleta, & exercens se dicitur, quam appellationem primùm habuit, quum practicis operationibus multos labores ferebát. Quum autem jam victor luctando evasit, & speculationis fruebatur bonis, tunc Israëlem ipse Deus appellavit, æterna præmia beatitudinémque ultimam, quæ in visione Dei consistit, ei largiens. Hominem enim qui Deum videat, Israel nomen significat.

**Jăcōbus**, {יעקוב *Iahakób.* ἰάκωβος.} Nomen proprium, quatuor syllabarum. Claud.

*Quid lacerum versus dux Iacobe meos?*

Nomina enim propria apud Hebræos (sicut Priscianus docet) in fine acutum accentum habent, quæ more Latino declinata, eundem retinent, & penultimam producunt: ut, Adam, Adamus: Joseph, Josephus.

¶S. Jacobi Equestris civitas. *Santiago de los Cavalleros.* V.E. Indiæ Occidentalis, in Guatimalæ provincia, sub A. Mexicano: sedes Senatus, sive Audientiæ regiæ.

S. Jacobi civitas, in Cuba insula, habet Episcopum Dominicopolitanum A. suffraganeum.

S. Jacobi insula, una Hesperidum insularum, quas *Capitis viridis* nuncupant, in mari Atlantico: vulgò *Cap-verd.*

S. Jacobi de Lestero, in Provincia de Sucuman. V. E. sub A. Platensi, apud Peruanos, in India Occidentali.

S. Jacobi V. E. in regno Chilensi, sub A. Platensi: vulgò *Santiago de Chile.*

Jacobitæ, homines Christiani per Orientales provincias sparsi.

**Jădĕra**, *Jadĕra*, neutr. gen. Fluvius est Illyrici in Adriaticum mare defluens, juxta quem oppidum est Jadera. Lucan. *lib* 4.

*Et tepidum in molles Zephyros extenuit Iader.*

**Jadera**, quæ & Jader, neutro genere, *Jadĕra* Ptol. Urbs est Illyrici, non procul ab Apollonia & Salona. Pomp. *lib.*2, Jaderæ meminit & Plin. in descriptione Liburniæ. Vulgò *Zara.*

**Jaetia**, *Iaĕtia*, urbs Siciliæ. Steph.

**Jah**, est ex nominibus veri Dei, יה, quod etiam in Alleluia, ultima syllaba sonat, ut habent verba Isid. *lib.*7. *cap.*2. censetur contractum ex *Ihonah.* Subinde in fine nominum propriorum est *iah*, sed יה fine suppositi, & pro eo aliàs יו. Itaque illud *iah* vi tenus potius esse syllabica paragoge flexionis ergò, quàm nomen Dei.

**Jalchevei**, *Iarchĕi*, populi Libyæ.

**Jal** nemus. Vide suprà *Asealathon.*

**Jalysos**, *Iălysus*. Oppidum in Insula Rhodo, cujus meminit Plin. *lib.*5. *cap.*31. & Pomp. *lib.*2. In Rhodo, inquit, tres quondam urbes erant, Lindos, Camiros: Jalysos autem hæc ipsi est, quæ Teichiosa olim alunt, his qui in Creta sunt, cognomines, mixtum genus hominum, & prætigiis infame. De Jalysi imagine, Gell. *cap.* 31. *lib.*15.

**Jam**, adverbium temporis, quod penè est idem, quod nunc, illicò, {עתה *hattáh.* GALL. *Desja, maintenant, à cette heure.* ITAL. *Già, hormai hora.* GERM. Jetzt, vetzund, bald. HISP. *Ya.* ANGL. *Now, even now.*} Terent. *in Adelph.* Tace, egomet conveniam jam ipsum. Idem *in Eunucho*, Nam aut jam tevertere, aut mox noctu te adigere horum insomnia. Plaut. *Mostell. sc.*4. *a.*1. Jam revortar. Dii est jam istuc mihi. Idem *Menæch. sc.*5. *a.*5. Jam hic erunt. Mox: Jam illic fano erit. Idem *Pseud sc.*5. *a.*1. Ut rus item jam heri constitueram. (GALL. *Dés hier.*) *Ibid. sc.*3. *a.*1. Jam hic ero. *Ibid. sc.*1. *a.*1. Jam hoc multos dies gestat tabellas. ¶ Quid jam? (id est, cur ita? his apud eundem *sc.*7. *a.*1.] ¶ Interdum hortantis est, & veluti moram increpantis. Terent. *in Eunuch.* Jámne imus? ¶ Nonnunquam accipitur pro modò. Virgil. 3. *Georg.*

——— *Jámque boves cursu, jam prætervolat illos*: hoc est, modò hos, modò illos.

¶ Interdum pro præterea, ĭtem, & quasi modus est quidam conjungens sententias. Tibull. *lib.*4.

*Jam sunt audaces veniunt certamina martis.*

Et apud Virgilium,

*Jam maris immensi prolem & genus omne natantum,*
*Jam varios pelagi volucres.*

Hoc idem efficit conjunctum cum *verò*. Tu *vimo.* Cicer. 1. *de Orat.* Jam verò natationem, quod jubent vel similem, &c. ¶ Jam, tarditatis signum, pro Tandem. Terent. *Andr.* Dehinc postulo, sive æquum est, te oro Dave, ut redeat jam in viam. Idem *Adelph. sc.*1. *a.*2. Non inveneram: verum in istam partem potius peccato tamen. Nunc jam. Ubi Dionysus, Nunc jam, dux partes sunt: Et bercè jam, quis ferò & post plagis. ¶ Jam, pro mox. Tibull. *Eleg.*1. *lib.*1. Jam subrepet inertes ætas. Et Horat. *Od.*4. *lib* 1. Jam te premet nox. Plaut. *Asin. sc.*1. *a.*1. Face id paratum jam sit (id est, mox.) Idem *Aul. sc.*4. *a.*1. Jam ad te revortar. Idem *Men. sc.*2. *a.*5. Ni jam abscedat ex oculis. Idem *Most. sc.*4. *a.*1. Dormiam ego jam, &c. ¶ Jam, dissyllabum interdum est, ut apud eundem *Asin. prol. versu* 1. Hoc agite fultis spectatores nunc jam. Item *ibid. sc.*1. *a.*1. Pro amplius. Idem *Amph.* Jámne irata non es? Non sum. Idem *Curc. sc.*2. *a.*4. Nunquid jam me vis? Jámne, pro tam citò! Idem *Pseud. sc.*3. *a.*1. Jámne abis. Idem *Menæch. sc.*2. *a.*3. Jámne isti abierunt è conspectu meo? Idem *Curc. sc.*3. *a.*1. Jámne ego relinquor? Idem *Men. sc.*2. *a.*4. & *sc.*4. *a.*3. Jámne ille abivit? (de odioso & molesto.) Item, Jámne abis? (increpantis moramtem.) *Ibid. sc.*4. *a.*1. Jam inde à principio. Idem *Pseud. sc.*4. *a.*2. ¶ Jam pro Tunc. Quintil. Quod si satis prudenter ea viderint, jam propè consummata fuerit præcipientis opera. Plaut. *Menæch. sc.*7. *a.*5. Id tibi jam nunc affectam. Idem *Curc. sc.*3. *a.*1. Migrare certum est jam nunc è fano foras. ¶ Jam tunc, Sueton. *in Aug. cap.*88. & *in Neron. cap.*7. ¶ Nunc jam, vide *Nunc.* Item, Jam verò Menæchme satis jocatus. Nunc hanc rem age. Item, Jam hercle occœptat insanire paulùm. Plaut. *Menæch. sc.*5. *a.*1. ¶ Jamdiu, multo jam tempore. {כבר *chebár.* πάλαι. GALL. *Long temps y a.* ITAL. *Già molto tempo, gran tempo.* GERM. Jetzt lange zeit. HISP. *Ya mucho tiempo.* ANGL. *A great while ago or since.*} Cic. *de Senectute*, Carthagini malè jam diu cogitanti. Idem *ad Cass.* Ut te, quem jamdiu plurimi facio, tanto intervallo viderim. Plaut. *Mostell. sc.*3 *a.*1. Nec quicquam argenti jamdiu æquè benè collocavi. *Ibid. sc.*1. *a.*1. Jamdiu sum in judicatus. Idem *Men. ch. sc.*1. *a.*2. Si eum quæreres, eum invenisses jamdiu. Idem *Mostell. sc* 4. *a.*2. Ubi me hic jamdiu (novit.) *Ibid. sc.*2. *a.*2. Seclus jamdiu factum antiquum & verus ante sexaginta annos. ¶ Jamdudum, ex Janus & Dudum componitur, & frequentiùs de tempore exiguo dicitur. {כבר *chebár.* πάλαι, πάλαι ὲὸς χρόνος. GALL. *Il y a ja assez long-temps.* ITAL. *Già pezzo fa.* GERM. Vor langest, vor einer guten weil. HISP. *Ha poco tiempo.* ANGL. *Now, a litle while ago.*} ut, Jamdudum te expecto. Cic. *in Epist.* Vides me sudare jamdudum. Plaut. *in Men.* Jamdudum mutier tibi non imprudens adversabar, hunc metuebam. Aliquando de longiori. Idem *Asin. sc.*4. *a.*3. Jamdudum est intus. *Ibid sc.*2. *a.*3. Jamdudum factum est cùm primùm bibi. Idem *Mil sc.*6. *a.*2. Sensi, & jamdudum scio. Plin. *lib.*19. Jamdudum ex eadem Hispania Zœlicum venit in Italiam plagis utilissimum. Macrobius. Jamdudum hæc quæstio ab Aristotele & proposita est, & soluta. ¶ Ponitur etiam pro continuò, & quamprimùm. Virg. 2. *Æneid.*

——— *Iamdudum sumite pœnas.*

¶ Jamjam, repente, sine mora. {תכף *pétah. παραυτίκα.* GALL. *Maintenant, à cette heure.* ITAL. *Hora hora.* GERM. Eben jetzt, grad jetzt, jetzt bald. HISP. *Agora, luego.* ANGL. *Even now.*} ut, Jamjam adest. Plaut. *Curc. sc.*3. *a.*1. Jamjam faciam ut jusseris. Idem *Pseud. sc.*2. *a.*2. Tu quæ jam jamque argentum mihi numeras. Idem *Men. sc.*4. *a.*2. Jamjam desine ludos facere. Idem *Curc. sc.*2. *a.*3. Jam jam novi, &c. Ponitur & cum præsenti, licèt in futurum resolvatur. Virg. 2. *Æneid.*

——— *jamjámque manu tenet & premit hasta.*

Quasi, mox tenebit, & nunc videtur tenere. Plerumque figuratè per indignationem accipitur. Idem,

——— *jamjam nec maxima Iuno,*
*Nec Saturnius hæc oculis pater aspicit æquis.*

Et per miserationem. Salust. *in Iugurth.* Jamjam animo meo, charissime frater, quanquam tibi immaturo, & unde minimè decuit, vita erepta, tamen lætandum magis, quàm dolendum puto. Cætum tuum. Et per exhortationem. Quintil. Jamjam committito, quicunque casus nunet, etiamsi Imperator damnatus est, habet solatium: fatus est quam à patre occidi. ¶ Jam olim, multo jam tempore. {מן קדם *min kádhem. ἔκπαλαι.* GALL. *Par le passé, il y a assez long-temps.* ITAL. *Per lo passato, d'assai tempo.* GERM. Vorlangem. HISP. *Ya ha largo tiempo.* ANGL. *A great while ago.*} Cic. Jam olim à principio illud statueram. ¶ Usurpatur interdum pro aliquando, Virg. 2. *Georg.*

*Et jam olim seram posuit quàm vinea frondes.*

¶ Olim jam, pro jamprudum, *πάλαι ποτέ.* Quintil. Olim jam Imperatoris inter fulgentes virtutes hæc locum quærit, id est, à longo tempore. ¶ Jamjudum, aliquando abhinc tempore. {ἤδη πάλαι. GALL. *Il y a ja long temps.* ITAL. *Già tempo.* GERM. Vorlangst, vorlangst.

HISP.

Hisp. *Ya tiempo ha.* Angl. *A great while ago or since.* } Plaut. *Mostell. sc.* 2. *a.* 1. Jampridem ecastor frig da non lavi magis libenter. Idem *Amphitr.* Jampridem videtur factum, quod heri quatuor hominum in lectum collocastis. Seneca, Jampridem te expectantes ibi sedebamus. ¶ Dicuntur & de longiori tempore, ut idem sit quod jam olim. Plin. Quod majores nostros jampridem fecisse manifestum est: quod genus nuper & patrum ferè nostrorum memoria inventum est. ¶ Pro Nuper. Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 1. Jampridem me daturum dixeram. Passerat. ¶ Accipitur item pro statim, sive continuò. Lucan. *lib.* 1.

*Tollite jampridem, victricia tollite signa.*

¶ Jam tum, significat ex extempore. { מתי *mehattah.* ἐξ αὐτοῦ. Gall. *Dés maintenant, à cette heure.* Ital. *All'hora.* Germ. Von der zeit her/ seither. Hisp. *Dende entonces.* Angl. *Since that tyme, even then.* } Plaut. Jam tum occœpit virginem amare. Virg. 8. *Æneid.*

*Jam tum tellicio pavides terrebat agrestes.*

¶ Jam nunc, pro amplius, irata non eo: id est, non jam. Jam nunc, certi temporis, quod præsens est, indicationem facient. Cic. 2. *Verr.* Jam nunc mente & cogitatione prospicio. Virg. 1. *Georg.*

——*& votis jam nunc assuesce vocari.*

Jamblichus. { ἰαμβλίχος. Germ. Ein Philosophus in Syria/ der Pythagorischen lehre wol berichet. } Pythagoricus Philosophus è Chalcide Syriæ fuit, Porphyrii discipulus, qui tempore Constantini Magni floruit: sub quo brevi tempore tantum profecit, ut secundas post præceptorem Romæ obtineret, nec ab eo quicquam differre videretur doctrina, nisi quòd ille melior facilitate candoréque orationis, hic paulò durior habebatur: atque ut de Xenocrate Plato dicebat, venere dicendi catebat. Moribus adeò probatus, ut ejus vitæ abstinentia, modestiáque ea tempestate nulli non cognita fuerit. Hujus meminit & Hieronymus.

Jambrasus, ἰαμβρασος. Samos à fluvio sic dicta. Steph.

Jambus, ἰαμβος. Pes metricus constans ex priore brevi, & posteriore longa. Horatius *in Arte.*

*Syllaba longa brevi subjecta vocatur iambus.*

Dictus iambus, ut quidam volunt, ab inventore. Festus Διὰ τῆς ἰαμβίζειν deducit, quod est convitiari, seu invehi: quum tamen verisimilius sit ἰαμβίζειν verbum, ab iambi pedis natura esse deductum. Hinc iambicum carmen, cujus multa sunt genera, quæ latissimè exequitur Mycillus. Ovid. *Eleg. alt. lib.* 4. *Trist.*

——*Barrum quoque clarum iambis.*

¶ Iambeus, adjectivum: ut, Trimetri Jambei. Horat. *de Arte.*

Jamesais, ἰαμεσαὶς, Æstuarium est maris Britannici, in quod illabitur fluvius Ille, quem Tamesim Cæsar vocat. Plin. *lib.* 2. *cap.* 3.

Jami, ἰαμοι, populi Scythiæ. Steph.

Jamnia, ἰαμνία. Oppidum Phœniciæ. Strabo vicum esse scribit, ab Jamno dictum, aut quòd Jamnos Græci vocant humidos & sordidos locos: gentile. Jamnites, pro Jamnites.

Jamno, nis. Oppidum insulæ Balearicæ minoris: quæ duo olim habuit oppida. Jamnonem & Magonem, teste Plin. *lib.* 3. *cap.* 5. & Pompon. Mela, qui *ad finem libri* 2. *Ptolem.* Jamnam, ἰάμνα, nominat.

¶ Jana luna, ut Janus sol. ¶

Jana, prius dicta fuit, quæ postea præposita litera d, Diana appellata est, teste Nigidio.

Janassa, ἰάνασσα, Nympha dicta est à suaviter regendo: ἰάνω, lætifico, ἀνάσσω, regno, impero.

Janassum Oppidum Celticæ gentis in Hispania citeriore. Pompon. Mela *lib.* 2.

Jancûs, ab antiquis dicebatur, quem hodie Janitorem vocamus, teste Festo.

Janiculum, oppidum fuit in Janiculo monte trans Tyberim, ita dictum à Jano conditore, ut quidam putavernnt. vel quòd tanquam Janua esset Romanis in Hetruriam proficiscentibus. Virg. 8. *Æneid.*

*Has duas preterea disjecto oppida muro,*
*Reliquias, veterúmque vides monumenta virorum.*
*Hunc Janus pater, hunc arcumm condidit urbem:*
*Janiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.*

Janiculum captum a Porsenna. Plutarch. *in Publ.*

¶ Janimedium, est loci nomen, Janus medius. Vide *Janus.* ¶

Janira, ἰάνιρα. Nymphæ nomen. Oceani & Tethyos filia, παρὰ τὸ ἰάσιν τοῖς ἀνδράσι. Hoc est, à vitia demulcendis. Hesiodus *in Theogonia.*

Janitor, vide *Janua.*

Janthe, ἰάνθη, puella fuit Cretensis, ex Phæsto oppido, Telestæ filia, & Iphidis, qui ipso nuptiarum die ex fœmina mutatus est in marem. Ovid. *lib.* 9. *Metam.*

*Tertius interea decimo successerat annus,*
*Quum pater Iphi tibi flavam desponder Ianthen*
*Inter Phaestiadas, qua laudatissima forma*
*Dote fuit virgo, Dictæo nata Telesta.*

Janthinus, a, um, ἰάνθινος. Idem est quod violaceus. Nam Græci ἰὸν violam, & ἄνθος flores vocant. Janthinum itaque dicitur, quod floris violæ colorem refert. Unde vestis janthina, & Janthina, orum, substantivè, dicuntur vestes violacei coloris. Martial.

*Cœrulea famosa domus & janthina matrona.*

Plin. *lib.* 21. *cap.* 6. Ex his violis, quæ sponte apricis ac maceris locis proveniunt, purpureæ, latiore folio, statim ab radice carnosa exeunt: foliaque Græco nomine à cæteris discernuntur, appellantur ἴα: ab his janthina vestis.

¶ Janthus, ἰάνθος, flos & color quidam purpureus. ¶

Janua, æ, à *janus*, ἰανὸς. Primus ingressus ad interiora domus: à Jano dicta, quòd huic consecratum erat omne participium. { שער *schaar*, πυλη *pétheh.* θύρα. Gall. *Porte, huis.* Ital. *Porta.* Germ. Ein thürein eingang in ein hauß. Hisp. *Puerta.* Angl. *A gate.* } Ea proprie domûs est janua: ostium verò, partium, ut cubiculorum: licet confundantur. Nam & janua, à qua janitor, pro ostio ponitur: & ostium, à quo ostiarius, pro janua. Cic. 2. *de Orat.* Ut illud Naficæ, qui quum ad poëtam Ennium venisset, eique ab ostio quærenti Ennium. Et *paulò post*, Quum ad Naficam venisset Ennius, & cùm à janua quæreret, exclamat Nasica, &c. Valla *lib.* 4. *cap.* 8. Porta mo-



torum est, munitionúmque, atque castrorum: janua patricia, atque domorum. Cic. 3. *Verr.* Servius fuit, qui præerat Rubrius, ut januam claudercnt, & ipsi ad fores assisterent. Ovid. 2. *Amor.*

*Clausa tuo mœstæ janua fulmen habet.*

Plaut. *Mostell. sc.* 1. *a.* 1. Abscede à janua. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 4. Fores crepuit. Mox, Ad januam concellato. Idem *Menæch. sc.* 2. *a.* 1. Ab janua uxorem jubeo abegi. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 2. Ita hæc mortua est janua, exemplò janitorem vocat. Vide *Fores. ibid. sc.* 3. *a.* 4. Januam lenoniæ pertotum similimæ, si adferas tantum patent. *Ibid. sc.* 2. *a.* 2. Væ illi qui tam indiligenter observavit januam. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Trist.*

*Cur tamen opposita velatur janua Laure.*

Quinc. Si janua tenetur incendio, per parietes exibimus. ¶ Fauces Portæ, & janua gemini Martis. Ovid. *Eleg.* 9. *lib.* 1. *Trist.* ¶ De Januæ aperiendæ ratione, &c. more Rom. & Græco, vide Plutarch. *in Publ.* Ingredi janua aliqua in causam: per metaphoram. Cicer. *pro Planc.* Itaque quamquam qua nolui janua sim ingressus in causam, &c.

Janitrix, is, in recto: Cui januæ custodia est commissa. { שער *schohêr.* θυρωρὸς. Gall. *Portier, huissier.* Ital. *Portiere.* Germ. Ein portnerin/ thürhüterin. Hisp. *El portero.* Angl. *A porter or keeper of the gate.* } Cic. 5. *Verr.* Hunc vestri janitores, hunc cubicularii diligunt. Janitor carceris, apud eundem legitur 7. *Verr.* Janitor inferorum Cerberus. Virg. 6. *Æneid.*

——*ecce ingens janitor antro*
*Æternum latrans exsangues terrent umbras.*

Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 4. Herus equis hic est janitor apertis.

Janitrix, icis, fœm. gen. Mulier cui januæ custodia est commissa. { θυρωρὸς. Gall. *Portiere, huissiere.* Ital. *Portinaia.* Germ. Portnerin/ thürhüterin. Hisp. *Portera.* Angl. *She that keepeth the gate.* } Plaut. *in Curc.* Anus hic recubare solet custos janitrix. Plin. *lib.* 15. *cap.* 30. Laurus triumphis propriè dicetur, vel gratissima domibus, janitrix Cæsarum, Pontificumque, id est, quæ solet plantari ante domos Cæsarum & Pontificum. ¶ Uxores duorum fratrum dicuntur janitrices Modestino *in l. non facilè, §. adfines, ff. de gradibus cognationum.* In emendatioribus exemplaribus non legitur dictio *Ianitrices*: sed unico contextu ita legitur, Duorum fratrum uxores dicuntur apud Græco *ejusmodi.*

Januâl. Libi genus, quod Jano tantummodò libabatur. Festus.

Januarius, ii. { ἰανουάριος, γενικὸν. Gall. *Le mois de Janvier.* Ital. *Gennaro.* Germ. Der Januer. Hisp. *El mes de Enero.* Angl. *The moneth Januar.* } Primus mensium, à Jano appellatus, quem Numa Pompilius primum anni esse voluit, tanquam bicipitis diei mensem respicientem, & prospicientem transacti anni finem, futurique principia.

Janus, *Ianûs*, ab hiatu dictus est, detracta aspiratione: quem quidam Solem putant, idcóque geminum, quasi utriusque januæ cœlestis potentem, qui exoriens aperiat, occidens claudat. Alii Januum mundum, id est, cœlum intelligunt, quasi Eanum, ab eundo, ut inquit Cicer. *lib.* 2. *de nat. deor.* eo quòd mundus semper eat, dum in orbem volvitur, & ex se initium faciens in se refertur. Hinc & bifrons pingitur: duas enim facies habere dixerunt, alteram suo loco, alteram à tergo, eo quòd annus ex se initium faciens, fini occurrat: vel quòd præterita sciverit, & futura prævideri: seu quòd superorum & inferorum janitor exiterit. } Der Gott Janus/ mit zweyen angesichtern von ein ander gewendt/ sein tempel zu Rom stund offen so lang sie krieg fürten/ zu friedens zeit aber ward er beschlossen. } Hujus templum erat Romæ ad infimum Argiletum, à Numa Pompilio positum, quod tempore belli patebat, tempore pacis claudebatur: unde Patulcius, & Clusinus cognominabatur, ut author est Servius. Constat autem templum hoc ter fuisse clausum. Primùm regnante Numa: iterum post bellum Punicum secundum: tertiò post bella Actiaca, quæ confecit Augustus: quo tempore pax quidem fuit, quantum ad exteras pertinet gentes, sed bellis flagravere civilibus Romani. Sueton. *in Nerone. cap.* 13. Janum geminum clausit. ¶ Janus quis? cur biceps, & de ejus templo, Plutarch. *in Num.* Hujus autem claudendi, vel aperiendi templi ratio varia est. Alii dicunt Romulo contra Sabinos pugnante, quum jam prope vinceretur, calidam aquam ex eodem loco erupisse, quæ fugavit exercitum Sabinorum. Hinc ergo tractum morem, ut pugnaturi aperirent templum, quod eo loco fuerat constitutum, quasi ad spem præsidii auxilii. Alii dicunt Tatium & Romulum factofœdere hoc templum ædificasse. Unde & Janus ipse duas facies habet, ut ostendat duorum regum cõsilium: vel quòd ad bellum ituros æquum sit de pace cogitare. Est alia melior ratio, quòd ad prælium ituri, optent reversionem. Hunc alii quadrifrontem fecerunt, ob quatuor orbis cardines, & Janum quadrigeminum vocitarunt: & Junonium, quasi Calendarum principem. Calendæ enim sunt Junoni dicatæ. ¶ Janus præterea erat locus Romæ ubi fœneratores consistebant è regione Basilicæ: quorum in eo Jani simulacra collocata visebantur. Ovid.

*Qui putet, Janumque timet, celeréssque calendas.*

Horat. *in Epist.*

——*hoc Janus summus ab imo*
*Prædicat.*

Sueton. *in Domit.* Janus, inquit, adisque cum quadrigis, & insignibus triumphorum per regiones urbis exitit. ¶ Janus antiquissimus Italiæ rex, quem geminam faciem prætulisse ferunt: quod ad regis prudentiam solertiámque referendum est, qui & præsentia nosceret, atque prospiceret futura: unde bifrons dicitur. Hic Saturnum à filio fugatum è Creta, classéque in Italiam advectum suscepit hospitio: & quantum ab eodem rudis agriculturam edoctus est, regni partem illi concessit, utróque unâ regnarunt concordes, vicináque oppida communi opera condiderunt. Romani, ut dictum est, hunc omnibus januis præesse crediderunt: unde & clavigerum ipsum vocarunt. Eum autem primum in Italia dis templa fecisse, ritúsque sacrorum instituisse, atque ob id eum in sacrificiis præfationem meruisse perpetuam, author est Macrob. *lib.* 1. *cap.* 7. *&* 9.

Janalis, e, adjectivum à Jano: ut, Janalis virga. Ovid. 2. *Fast.*

*Virgaque Janalis de spina sumitur alba.*

*Qua lumen thalamis parva fenestra dabat.*

Ianalis porta, quæ & Belli porta vocabatur Romæ, à Iano dicta, ubi & positum ejus signum dicitur. Hanc Numa ea lege instituit, ut esset clausa semper, nisi quum bellum foret.

Janium, templum Jani. Vide *Minervium.*

Janualis porta, apud Varron. 4. *de L. L.* Vide in supplemento Linguæ Græcæ Constantini *Lexicon.*

Ianxantis, *Ἰανξάντις*, urbs Libyorum: gentile Ianxantites. Steph.

Iăpĕtŭs, *Ἰαπετὸς*. Cœli & Terræ filius (ut inquit Hesiodus) vir quidam potens apud Thessalos, sed protervi ingenii, magisque filiorum, quàm sua virtute clarus. Ferunt hunc Asiam nympham uxorem duxisse, & ex ea Hesperum, Atlantem, Epimetheum, & Prometheum suscepisse. Valerius Flac. *lib.* 1.

*Iapeti posti bella truces, Phlegraque laberes.*

Hunc quidam Promethei patrem fuisse asserunt. Ovid. *Metam.* 1.

*Sive recens tellus, seductaque nuper ab alto*
*Æthere, cognati retinebat semina cœli,*
*Quam satus Iapeto mistam fluviatilibus undis,*
*Finxit in effigiem moderantum cuncta deorum.*

De Prometheo loquitur. ¶ Japeto antiquior, *Ἰαπετιωνίδης*, de re antiquissima dixit Lucianus.

Iăpygium, promontorium. Acram Japygiam, *ἄκραν Ἰαπυγίαν*, cum Græcis nominat Plin. extremum Salentinorum promontorium, quò quàm longissimè in mare excurrit Italia. Vulgò *Cabo de S. Maria tierra de Otranto.* Vide Plin. *lib.* 3. *cap.* 11.

Iăpis, idis, *Ἰάπις*, nomen proprium cujusdam Ætoli, qui quum in Veneriam venisset, oppidum de suo nomine condidit: à quo ea pars Italiæ, quæ Timavo fluvio irrigatur, Japide dicta est. Quin etiam Timavum ipsum ab hujus nomine Japidem cognominat Virgil. 2. *Georg.*

*Castella in tumulis & Iapidis arma Timavi.*

Iăpygĭa, *Ἰαπυγία*. Regio est in finibus Italiæ, in Chersonesi formam coacta, cujus Isthmus à Tarento Brundusium usque extenditur. {Das Land so sich zu hindest in Italien in das Adriatisch meer wie ein halbe Insel gerichet: jetziger zeit d'Otranto genant.} Alio nomine Messapia dicitur. Author Strabo *lib.* 6. Servius in illud Virgilii:

*Ille urbem Argyripam patria cognomine gentis*
*Pulsus Gargani condebat Iapygis arvis.*

Japygia (inquit) pars est Apuliæ, in qua mons Garganus, qui usque ad mare Adriaticum extenditur. Quod si verum est, longè majores sunt Japygiæ fines, quàm quos modò ex sententia Strabonis descripsimus. Nam Garganus mons multis passuum millibus extra jam dictam peninsulam situs est. Dicta est autem Japygia ab Japyge Dædali filio, ut tradit Solinus *in Polyhistor.* Tibull. *lib.* 4.

——— *telis mihi victa*
*Portis Iapygia milet.* (aliàs *Iapidia.*)

Iăpyx, *Ἰάπυξ*, ventus est ab Occasu solstitiali spirans, qui alio nomine Caurus dicitur, teste Gellio *lib.* 2. *noct. Att.* {Der wind so von dem Sommer Nidergang herwehet.} Dictus Japyx à Græcis, quòd ab Japygia spirare videatur, quare & commodissimus est ex Italia in Græciam navigantibus. Horat. *lib.* 1. *Carm. Ode* 3.

*Sic te diva potens Cypri,*
*Sic fratres Helenæ, lucida sydera,*
*Ventorumque regat pater,*
*Obstrictis aliis, præter Iapyga.*

Iarbās, *Ἰάρβας*. Gentilorum rex, qui quum Didûs ambiret nuptias, ab ea repulsus nascenti adhuc Carthagini bellum intulit: quod quum cives propulsare non possent, regnum suam eò adegerunt, ut nuptiis suis pacem redimeret. Quod quum illa aliâ ratione effugere non posset, simulat se antè Sichæi (id enim defuncti mariti nomen erat) Manes placare velle. Eam itaque ad rem imperato spatio, pyram ingentem exstruxit, cui superincumbens, suis sibi manibus necem consciscit. Ovid. 3. *Fast.*

*Et petitus casta Maurus Iarba domo.*

Iarchās, *Ἰάρχας*. Philosophorum Indiæ princeps, qui in solio aureo sedens apud suos sapientiam profitebatur. Vide Philostratum *in vita Apollonii Tyanæi.*

Iardanus, *Ἰάρδανος*, fluvius Lydiæ.

Ias, *Ἰάς*, pars Illyriæ: dicitur etiam Ionica, incolæ Iatæ. Steph.

Iasa, nomen civitatis quæ imminet Rubro mari, ubi est terminus Moabitarum provinciæ.

Iasis, *Ἰασὶς*, dicta est Atalanta ab Jasio patre. Propertius,

*Atque animum dura contulit Iasides.*

Iasĭus, *Ἰάσιος*, filius fuit Abantis Argivorum Regis, frater Dardani. Nam Dardanus, inquit Servius, & Jasius fratres fuerunt, Electræ filii: sed Dardanus de Jove, Jasius de Corito procreatus est. Hoc Servius apud Virgilium 3. *Æneid.* Hinc Græci, Jasidæ: & Jasii vocatur Atalanta ejusdem filia. ¶ Jasius quem amavit Ceres ex Creta. Ovid. *lib.* 3. *amor. Eleg.* 9. ¶ Fuerunt & alii ejusdem nominis: unde Jasides Palinurus, apud Virg. 5. *Æneid.*

*Iasides Palinure ferunt ipsa æquora classem.*

Iasĭon, *Ἰάσιων*, quem Diod. *lib.* 4. etiam Jasium appellat: Jovis & Electræ filius, qui adeò à Cerere adamatus est, ut in ejus gratiam ad nuptias Hermiones ipsius Jasii sororis, maximam & frumenti & pecoris copiam attulerit, atque ex eo Plutum peperterit, qui cultum vitæ instituere, pecuniásque conservare, atque in usus custodire omnium primus docuit, quum antea parva congregandæ servandæque pecuniæ fuisset cura. Alii addunt fabulæ, eum postea à Jove ex invidia fulmine ictum: quanvis non desint, qui aliam mortis causam adferant, quòd simulachrum ejus contumelia affecerit. Hunc quoque alio nomine Æthionem vocant. Ovid. *lib.* 9. *Metam.*

——— *queritur cæsisse nitentem*
*Iasiona Ceres, &c.*

Iasĭōnē, *Ἰασιόνη*. Herba est volubilis, sive convolvuli species. Theoph. *lib.* 1. *de plant.* Vide *Convolvulus.*

{Jasme, leucoii species fruticantis: aliter Apiacis.}

Iasōn, *Ἰάσων*. Plaut. *Pseud. fa.* 2. *a.* 1. Fac ut ex Ballione me prædicet regem Jasonem (qui abundavit frumento, sup.) Filius Æsonis ex Polymela, seu (ut alii volunt) Alcimede, quem pater moriens Peliæ fratri in tutelam commendavit, tradito etiam regno, ea tamen lege, ut illud adulto Jasoni restitueret. Pelias Alcimedes suspectum habens Peliam, Jasonem Chironi alendum dedit. Itaque Jason adultus ad repetendum paternum regnum venit: sed Pelias commentus fraudem, Jasonem Colchos ad auferendum aureum vellus navigare jussit. Quæ res tametsi in principio esse major hominum viribus Jasoni videretur, constructa tamen Argo navi, cum reliquis heroibus Colchos profectus est. Inter navigandum autem primùm ad Lemnum insulam appulit, ubi ab Hypsipyle & hospitio & thalamo susceptus est. Deinde ad Phineum regem, a quo numeris loco edoctus est, quomodo per Cyaneas petras inter se concurrentes ad Colchos usque tutò navigare posset. Quò quum pervenisset, Medea Colchorum Regis filia, formâ ejus capta, à certissimo cum exitio: offensa tatione, qua & arietes tauros perdomare, & draconem pervigilem sopire posset. Ejus igitur consilium sequutus Jason, aureum vellus sustulit, & inde clàm cum socijs & Medea fugam arripiens, ad Istri ostium pervenit: adversóque flumine lubiens, quum eum tandem in locum pervenisset, ubi Danubius Liburnæ montibus proximus est, navim qua vectus erat, sui sociorúmque humeris superatis montibus in mare Adriaticum deportavit: tandémque sospes in patriam revectus, duos ex Medea filios suscepit. Sed quum postea Creusæ, Corinthiorum Regis filiæ amore flagrans, eam uxorem duxisset, Medea ægrè ferens divortium, Creusam cum regia exulit. Sunt qui tradant, Medeæ postea reconciliatum Jasonem Æetem socerum à Perse fratre pulsum, in regnum restituisse, multáque alia præclara gessisse, adeò ut divinos in Asia honores fuerit promeritus. Describitur latiùs tota hæc fabula ab Apollonio Rhodio, & Valerio Flacco. ¶ Corripit hoc nomen penultimam genitivi syllabam. Ovid. 7. *Metamorph.*

*Multaque perpessi clarè sub Iasone, tandem, &c.*

*Et alibi.*

*Quem nisi crudelem, non tangat Iasonis atas?*

¶ Hinc fit patronymicum Jasonides: ut, Jasonidæ juvenes, apud Statium *lib.* 10. *Theb.*

Jasonium, *Ἰασόνιον*: Promontorium est Cappadociæ. Ptolem. *lib.* 5. *cap.* 6.

Iăspis, originis Hebraicæ. {יַשְׁפֵה *Jaschpheh. Iaruh.* Gall. *Jaspe.* Ital. *Diaspro, pietra preziosa.* Germ. Jaspis / ein edelgesteyn. Hisp. *Jaspe, piedra preciosa de color verde.* Angl. *A jasse, a precious stone so called.*} Gemmæ viridantium genere, cujus ut multæ species, ita varii sunt colores. Author Plin. *lib.* 37. *cap.* 9. Martial. *lib.* 5.

*Sardonychas, smaragdos, adamantes, jaspidas meas*
*Portas in articulo Stella Severe meus*

Iaspidĕus, a, um, vel Jaspidea gemma, quæ jaspidis colorem refert. {*Jaspachates, Jaspizon.* Gall. *Qui resemble à un jaspe, ou qui a couleur de jaspe.* Ital. *Che ha colore de diaspro.* Germ. Das ein farb hat wie ein Jaspis. Hisp. *Cosa semejante à tal piedra, ò que tiene color de jaspe.* Angl. *Resembling à jasper in colour.*} Plin. *lib.* 37. *cap.* 11. Cepiorides in Ætolia Arsine nunc pago, quondam oppido nascuntur, multis coloribus translucentes, alias vitrex, alias crystallinæ, alias jaspideæ.

Iaspŏnyx, *Ἰασπόνυξ*. Jaspidis gemmæ species, maculis quibusdam humano ungui non dissimilibus vestigata: unde & onychi juncta dicitur. Plin. *lib.* 37. *cap.* 9.

Jasus, sive Jassus, *Ἰασός*. Insula Cariæ continenti adjacens, cujus incolæ, quòd regionem habeant sterilem, ex piscatu potissimùm victum quærunt. Hinc proximus sinus, Jasius cognominatus est. Ex Jaso orti sunt Choerulus poëta, & Diodorus dialecticus, cognomento Chronus.

Jathrippa, *Ἰαθρίππα*, urbs Arabiæ prope Egram. Steph.

Jatinum, *Ἰάτινον*, Meldensium civitas est apud Ptol. *lib.* 2. *cap.* 9. Forte quæ hodie vocatur *Meaux.*

Iātrŏs, {*Ἰατρὸς*. Gall. *Medecin.* Ital. & Hisp. *Medico.* Germ. Ein artz. Angl. *A physician.*} Latinè medicus, unde Archiatros, princeps medicorum: quo nomine dictus est Æsculapius, tanquam princeps, deúsque medicorum. Plin. *lib.* 29. *cap.* 1.

iātrălēptēs, vel Jatralepta, *Ἰατραλείπτης*. Medicus unguentarius, qui unguentis & perfrictionibus curat. Celsus *lib.* 1. *cap.* 1. Sanus homo, qui & benè valet, & sui juris est, nullis obligare se legibus debet, ac neque medico, neque jatralepta egere. Melius tamen Iatralipta.

iātrălēptĭcē, *Ἰατραλειπτικὴ*. Medicinæ genus, quæ unguentis & perfrictionibus curat, quasi medicina unguentaria: *Ἰατρικὴ* enim medicina, *Ἀλειπτὴ*, unctor dicitur.

{Jatronices, medicorum victor. Bud.}

Java, Hispaniæ civitas. Ptolem.

{Jaurinum, *Raab.* V. E. Hungariæ, sub A. Strigoniensi.}

Iaxamatæ, *Ἰαξαμάται*. Populi circa Maotim (inquit Stephanus) quos Ephorus appellat Sauromatas. Valet. Flac.

*Atque homes Tovines ditat, sua mollia Satarchen*
*Iaxamatas venatum alit.*

De his Amm. *lib.* 4. Circa hæc stagna gentes sermonum institutionúmque varietate dispares, Iaxamatæ, Maotæ, cum Geloais Agathyrsi.

Iāxārtēs, *Ἰαξάρτης*. Fluvius Scythiæ est, eorum qui Caspium mare influunt, longè maximus. Quem Alexander falsò credidit Tanaim esse. Nam esse diversum Jaxartem à Tanai, aliorum postea navigationibus compertum est. Oritur apud Sacas (ut ait Ptol.) in Septentrionem fluens.

Iāxtes, fluvius, quem eodem cum superiore in tractu quidam locant: cujus meminit Claudianus,

——— *sic nobis Scythicus famulatur Iaxtes.*

Jazyges, Metanastæ. {*Ἰάζυγες*. Germ. Siebenbürgen.} Populi in Europa, qui ab Oriente habent Daciam, ab occasu & Austro Germaniæ partem, à Septentrione Sarmatiam. Hodie {si quis in re tam vetusta conjecturæ locus est} creduntur populi inhabitantes eam regionem, quam Septem castra vocamus, Germanicè Siebenbürgen a

quæ

quæ regio partim ab Hungaris, partim à Valachis colitur. Prol. *lib.*3. *cap.*23. Ovid. *Eleg.*1. *lib.*2. *Trist.* Iazyges (trisyllabum) & Colchi.

IB

**Ibxi**, ἴβηκες, qui & Ibeni, populi Celticæ. Sunt enim Ibeni, aliàs Iaonicæ dicti. Steph.

¶ Ibulia, maris habenula. Gloss. A. L.¶

Iberia, vide *Hibernia.*

**Ibēr**ŭs. { ἴβηρ. GERM. Ein fluß *Hispaniæ*/ jetzt Ebro. } Fluvius Hispaniæ, qui apud Cantabros oritur, per xl. passuum millia fluit, & in mare Balearicum devolvitur. Dictus (ut Eustathius ait) à Rege ejusdem nominis. Lucan. *lib.*4.

*Qui præstat terris, aufert tibi nomen Iberum.*

¶ Iberus etiam piscis, Scombrus. Horatius *lib.*2.

*His missum jus est olee, quod prima Venafri*
*Pressit cella gave, de succis piscis Iberi.*

**Ibērĭa**, ἰβηρία. GALL. *Aragon.* Primùm appellata Hispaniæ regio utrinque Ibero fluvio proxima, quam postea Celtæ Gallorum populi, relictis sedibus suis, habitavêre. Unde compositò ex utraque gente nomine, Celtiberi appellati sunt: & regio Celtiberia. Postea tamen universa Hispania, Iberia dicta est; & Hispani ipsi, Iberi, sive Iberes, ἴβηρες. Virg. 3. *Georg.*

*Aut impacatos à tergo horrebis Iberos.*

Lucan.

——— *Occurrat Ibericus alter.*

¶ Est & alia regio hoc nomine juxta Pontum, inter Colchida & Armeniam, venenorum ferax, quæ Caucasiis montibus circundatur: cujus similiter populi Iberi & Iberes dicti sunt, à quibus (ut Varro scribit) profecti dicuntur, qui in Hispania habitaverunt: & ab illis Hispania, Iberia: & fluvius Hispaniæ, Iberus dictus est, & hinc adjectivum

**Ibērŭs**, a, um. Virg. *lib.*9.

*Fillus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera.*

Dionysius contra aliorum sententiam tradit Iberos populos à Pyrenæis montibus profectos in Asia sedes posuisse. Unde ea pars Asiæ Iberia nuncupatur.

**Iberiacus**, aliud adjectivum: ut, Terræ Iberiacæ, apud Sil. *lib.*13.

¶ Iberæ nænix, fabulæ vanæ Hispaniæ, vel potiùs cantilenæ nutricum ad pacandos infantes.

**Ibērĭcā** herba, spartum dicebatur antiquis. Quint. *lib.*2. *cap.*2. Ut ille qui in actione Ibericas herbas, se solo nequiquam intelligente, dicebat, nisi irridens hanc vanitatem Cassius Severus spartum eum dicere velle indicasset. Gell. *cap.*16. *lib.*7. Iberica glans optima. Horatius,

*Iberis pernasta famibus lanus:* i. sparteis.

**Ibēris**, idis. ἴβηρις. Herba eadem cum lepidio sylvestri: de qua vide Plin. *lib.*25. *cap.*6.

**Ibi**, adverbium loci, ab ibo. Significat in eo loco: quo propriè utimur in demonstrando. { ⊐ψ *schon. dort.* GALL. *Là, en ce lieu là.* ITAL. *Ivi, en quel luogo, là.* GERM. Daselbst. HISP. *Ay, à alli do algo esta.* ANGL. *In that place, there.* } Ibidem verò relativum est, idem significans, quod in eodem loco, *mêrde.* Cicer. *pro domo sua*: Ibi enim positus est, ubi templi ædituus est. Idem *in Epist.* Nemo est quin ubivis, quàm ibi ubi est, esse malit. Plaut. *Mostell. sc.*1. *a.*1. Ibi sumptus sumptui non sunt. Idem *Menæch. sc. ult. a.*5. Hic natus est ibi. *Ibid. sc.*2. *a.*5. Amor meretricem, atque ibi potat. Idem *Cure. sc.*1. *a.*4. In Tusco vico, ibi sunt qui se venditant. Item, Ibi sunt qui dant & accipiunt fœnus. *Ibid.* & Gell. Plaut. *Cure. sc.*2. *a.*5. Tum ibi me nescio quis arripit. ¶ Accipitur aliquando pro adverbio temporis, idémque valet quod tunc. Terent. *in Eunuch.* Invitat tristis, manet: ibi illa cum illo sermonem accipit. ¶ Pro tum. Plaut. *Amph.* Perduelles penetrant se in fugam. Ibi nostris animus additus est. Idem *ibid.* Ibi me inclamat Alcmena. Idem *Cure. sc.*3. *a.*1. Ibi me interrogat. Idem *ibid. sc.*2. *a.*5. Spectacula ibi rursus. Idem *Aul. sc.*4. *a.*1. Ubi manum injecit, ibi oneratæ aliquam Zamiam (id est, cum, cum.) *Ibid. sc.*5. *a.*1. Ubi res soluta est omnibus, ibi cedit miles (id est, cum, tum.) ¶ Idem *Pseud. sc.*1. *a.*4. Ibidem una aderit mulier. Idem *Menæch. sc.*4. *a.*2. Ubi hunc hominem novisti? Ibidem, ubi ille me. Idem *Mast. sc.*2. *a.*2. Defodit hospitem hic ibidem in ædibus. ¶ Ab ibi fiunt composita, Inibi, & alibi, seu alicubi, & ibidem: quæ suis locis explicantur.

**Ibĭcēs**, Capræ sylvestres sunt, pernicitatis mirandæ. Plin. *lib.*8. *cap.*53. Sunt capræ, sunt rupicapræ, sunt ibices pernicitatis mirandæ, quanquam onerato capite, vastis cornibus, gladiorúmque vaginis: in hac se librant, ut tormento aliquo totari in petras, potissimùm è monte aliquo in alium transire quærentes, atque recussu pernicius, quò liberius, exsultant.

**Ibidem**: In eodem loco. { *mêrde.* GALL. *En ce même lieu, là même.* ITAL. *In quello stesso luogo.* GERM. Eben daselbst. HISP. *En el mesmo lugar.* ANGL. *In that same place.* } Virg. 1. *Æneid.*

——— *ter fluctus ibidem*
*Torquet agens circum.*

Cicer. *pro Quintio*, Quod ibi rectè custodire poterunt, id ibidem custodiant.

**Ibylla**, ἴβυλλα, urbs Tarteſiæ: cives Ibyllini, apud quos auri & argenti metalla sunt. Steph.

**Ibis**, ἶβις. Avis soli Ægypto peculiaris, quæ serpentibus vescitur. Hæc duplex esse fertur: altera nigra tota est, altera ciconiæ non absimilis, diversa tamen à ciconia. Cicer. *lib.*2. *de nat. deor.* Ibes maximam vim serpentium conficiunt, quum sint aves excelsæ, tigidis cruribus, corneo proceróque rostro: avertunt pestem ab Ægypto, quum volucres angues ex vastitate Lybiæ vento Africo invectas interficiunt atque consumunt: ex quo fit, ut illæ vivæ nec morsu noceant, nec odore moriæ. Hæc ille. Traditur autem ibis clysteris usum prima commonstrasse, quòd consuetudinem habeat se purgandi, rostri aduncitate eam perluens partem, qua cibotum onera tenduntur. Author Plin. *lib.*8. *cap.*27.

¶ Ibrida, spurius, vide *Hybrida.*¶



**Ibus**, pro iis, ab Is, ea, id. Plaut. *Curc. sc.*2. *a.*4. Tarissimi estis ibus (alias nibus.) Idem *in Milit. sc.*1. *a.*2. Ibus dinumerem stipendium.

**Ibycus**, ἴβυκος. Nomen poëtæ lyrici Rhegini, apud Græcos præclari, sed tamen omni libidinis genere effœminatissimi, à quo genus metri dictum est Ibycum, sicut alterum ab Alceo Alcaicum. Ibyci equus, ἴβυκος ἵππος, in quo proverbium abusse videtur de iis, qui nolentes præter ætatem ac vires ad periculosum negotium adigerentur. Nam (ut refert Plato *in Parmenide.*) Ibyco equus erat jam annosus, athleta multis certaminibus detritus. Is quum ad certamen curru ingeretur, exhorruit, videlicet expertus ejusmodi ludorum aleam, rideente populo. Ibycus surgens equus, inquit, domino similis est: nam & ipse jam senex ad amandum compellor.

IC

**Icadius**, ἰκάδιος. Prædo insignis. Cicer. *de Fato*, Ne Icadii quidem prædonis video fatum ullum: nihil enim scribit ei prædictum. Quid mirum igitur, ex spelunca saxum in crura ejus incidisse? Puto enim si Icadius tum in spelunca non fuisset, saxum tamen aliud casurum fuisse.

**Icadistæ**, οἱ ἰκάδιοι, cognominati sunt Epicurei sectæ Philosophi, quòd τὴν εἰκάδα, hoc est, vicesimum quintum lunæ diem, quo natus est Epicurus, celebrarent, imagines ejus per cubicula circumferentes. Vide Athenæum *Deipnosophistarum lib.*7.

¶ Icanati, milites optimates dignotes, qui cohortem habuere. Buleng.¶

**Icārĭa**, sive Icaros, οἰκαρία Ptolemæo, ἴκαρος Stephano, ¶ hodie *Nicaria*, exigua insula Ægæi maris, haud procul à Chio ¶ inter Samum & Myconum sita, una Cycladum: à quo vicinum mare Icarium appellatur, non (ut Poëtæ fabulantur) ab Icaro Dædalio. Eadem & Doliche, & Macris, & Ichthyoëssa aliquando fuit appellata. Author Plin. *lib.*4. *cap.*12. In hac insula fuit insigne Dianæ templum, Tauropolium appellatum: cujus meminit Strab. *lib.* 14. Vulgò *Nicaria.*

**Icărĭus**, ἰκάριος. Pater Penelopes. Ovid. *Epist.*1.

*Me pater Icarius viduo discedere tecto*
*Cogit, & immensum increpat usque morar.*

Idem *Eleg.*2. *lib.*5. *Trist.*

*Icaria numerum dicere coner aqua.*

**Icărĭs**, ἰκαρίς, Patronymicum fœmininum, quod Poëtæ accipiunt pro Penelope Icari filia. Ovid. *in Ibin.*

*Et velut Icariis fumula periere, procique.*

**Icărĭŏtĭs**, idis. Ovid. 3. *de Ponto.*

*Morte nihil opus est, nihil Icariotide tela.*

**Icărus**, ἴκαρος. Œbali Laconum regis filius fuit, patet Erigones, qui quum acceptum à Libero patre vinum rusticis distribuisset, illique ex nimio potu ebrii facti essent, arbitrantes sibi toxicum esse datum, Icarum interfecerunt. Quod ubi Erigone cognovit, doloris impatientia laqueo vitam finivit: quæ deorum miseratione in cœlum translata, signum efficit Virginis. Tibull *lib.*4. *ad Messalam.*

——— *etiam Thœbe gratissima dona*
*Cres tulit, & cunctis Bacchojucundior hospes*
*Icarus, ut puro testantur sydera cœlo.*

Item Propertius *lib.*2.

*Icare Cecropiis merito jugulate colonis.*

¶ Icarus, ἴκαρος. Dædali filius fuit, qui unà cum patre è Creta fugiens, fretus alarum fiducia, quum ultra patris jussa altius evolasset, Solisque ardore cera, quâ pennæ continebantur, liquefacta esset, ita ut ab alis defluerent, decidit in mare, quod est inter Samum & Myconum, quod ab ejus nomine Icarium dictum esse fabulantur Poëtæ. Ovid. 3. *Tristium.*

*Icarus Icariæ nomine fecit aquæ.*

Constat enim verè, ut diximus suo loco, Icarium mare nomen accepisse ab Icaria insula, medio ferè inter Samum & Myconum spatio sita.

¶ Icas, ἴκας, est vicenarius, ab εἴκοσι, viginti.¶

**Icesius**, ἰκήσιος. Conditor Erasistratiorum scholæ apud Smyrnam: cujus meminit Strabo *lib.*14.

**Ichana**, ἴχανα, oppidum Siciliæ mediterraneum: cujus incolæ dicti sunt Ichanenses, ἰχανῖνοι Stephano, quorum meminit Plinius *lib.*3. *cap.*8.

**Ichnæ**, ἴχνη, oppidum in ora Macedoniæ, non procul ab Axii fluminis ostio. Plin. *lib.*4. *cap.*10.

**Ichneŭmŏn**. { ἰχνεύμων. GALL. *Un rat d'Inde.* ITAL. *Serice ò topo d'India.* GERM. Ein Indianische maus. HISP. *Raton de India.* ANGL. *A rat of Indie.* } Animal est magnitudine felis, specie muris: vulgò nunc *Murem Indicum* vocant. Nascitur in Ægypto, & cum aspide pugnat. Ichneumonas Ægyptii adorant, quoniam ova crocodillorum conterit: & luto convolutus, quum os aperiunt, ita in ventres eorum insilit, ut exesis intestinis eos interimat. Plin. *lib.*8. *cap.*4.

**Ichneŭtæ** quandoque Nicander vocat ichneumonas.

¶ Ichnobates, nomen canis apud Ovidium,

*Ichnobatesque sagax:*

ab ἴχνος, & βαίνω, quia feræ vestigiis insistit.¶

**Ichnŏgraphĭa**, ἰχνογραφία. Quasi vestigii descriptio, est futuri operis delineatio, quam Galli *Planam formam* vocant. Vide Vitruvium *lib.*1.

**Ichnūsĭa**, ἰχνοῦσσα. Insula Sardiniæ dicta est, quòd similitudinem referat humani vestigii, quod Græcè ἴχνος dicitur. Sil. *lib.*12.

*Inde Ichnussa pius Grajis memorata colonis.*

Vide Plin. *lib.*3. *cap.*7.

**Ichorosus** sanguis, idest tabidus, ab ἰχώρ, ὄζω, idest tabum, sanies, serum sanguinis.

**Ichthyŏëssa**, ἰχθυόεσσα. Insula in mari Icario, una Cycladum, inter Samum & Myconum sita, quæ aliis nominibus Icaros & Icaria dicitur. Vide Plin. *lib.*3. *cap.*12.

**Ichthyŏcŏlla**. { ἰχθυόκολλα. GALL. *Colle faite de peau de poisson, colle de bouche.* ITAL. *Colla di pesce.* GERM. Hausenblasen/ ist ein leim von einem fisch. HISP. *Cola de pescado.* ANGL. *Glew made of fish-skinnes, mouth-glew.* } Gluten ex pisce, à Dædalo primùm inventum, ut tradit

Plin. *lib.*7. *cap.*56. ¶ Est item ichthyocolla, piscis cujusdam nomen, corium habens glutinosum, ex quo glutinum conficitur. Author Plin. *lib.*32. *cap.*7.

Ichthyophăgi. {ἰχθυοφάγοι. ANGL. *That liveth on fishes.*} Qui ex piscibus vivunt: quo nomine dicti sunt quidam populi Maris rubri accolæ, de quibus Hieronymus contra Jovinianum: Porrò Ichthyophagi, genus errans in littore Maris rubri, supra petras Solis calore fervente assant pisces, & hoc solo alimento victitant. Strab. *lib.*15. Ichthyophagorum regio secus mare est, & magna ex parte arboribus caret. Raritas in ea palmarum, acanthi, muricæ, aquatum & domestici cibi maxima est. Vescuntur piscibus tum ipsi, tum eorum pecora: & aquas pluviales & fossiles potant: pecorum carnes piscibus præbent, domicilia ex ossibus cetorum, & ostreorum conchis magna ex parte faciunt. Nam trabium & fulcrorum usum costæ præstant, portas maxillæ. E vertebris fiunt mortaria, in quibus pisces subigunt, & ad solem assant: postea ex his panem conficiunt, frumenti paululum admiscentes. Nam & molas habent, quanquam ferrum non habeant. Quod nequaquam mirandum est: id enim aliunde afferri potest. Concidunt eas quum attritæ sunt lapidibus iis, quibus & sagittas & missilia pœtrusa exacuunt. Pisces partim in cupis panariis assant, partim (quod frequenter fit) crudos edunt. Capiunt eos retibus ex cortice palmarum factis.

Ichthyŏpōlă. Piscium venditor. {ἰχθυοπώλης. GALL. *Vendeur de poissons.* ITAL. *Venditore de pesci.* GERM. Ein fisch verkeuffer. HISP. *Vendedor de peces.* ANGL. *That selleth fishes.*} Locus autem vendendis piscibus destinatus Ichthyopolion, ἰχθυοπώλιον appellatur.

Ichthyŏtrŏphēum. {ἰχθυοτροφεῖον. GALL. *Estang, vivier.* ITAL. *Peschiera, vivaio.* GERM. Ein fischgrub / ein weyer in dem man fisch behelt. HISP. *Estanque de pescez.* ANGL. *A fishe ponde or stewe.*} Piscina alendis piscibus accommodata: quod & vivarium à Latinis dicitur. Coll. *lib.*8. *cap.*1. Atque etiam quum datur liquoris facultas, ἰχθυοτροφῶν sedulâ curâ exercentur: ea sunt omnia (ut Latinè potiùs loquamur) sicut avium cortalium stabula, nec minùs earum quæ conclavibus septa sagimantur, vel aquatilium animalium receptacula.

Ichthys, ἰχθύς, Elidis est promontorium in Achaia apud Thucydidem, quod Valla, piscem transtulit, & ob id meritò reprehensus est ab Hermolao.

¶ Ictum, quasi exitus, nullo remanente. Gloss. Isid.¶ Lege *Exitium.*

Ĭco, is, ici, ictum, ab ἴκω. Ferio, percutio. {מהם *hichchâh.* πατάσσω, τύπτω. GALL. *Frapper, ferir, toucher.* ITAL. *Percuotere, ferire.* GERM. Schlagen. HISP. *Herir.* ANGL. *To strike, to touche.*} Plaut. *in Truc.* Hoc vide, dentibus frendit, icit femur. Cæcilius, Si unquam quisquam vidit quem catapulta, aut balista icerit. Plin. *lib.*2. *cap.*15. Lauri frutiecm non icit. Idem *Capt. sc.*1. *a.*4. Genu ut quemque icero, ad terram dabo. ¶ Icere colaphum, κολαφίζειν, est impingere alicui colaphum. Idem, Quæ hæc res est? hei colaphum icit, malam vobis dabo. ¶ Icere fœdus. Cic. *in Pisonem*, Tu scilicet homo religiosus & sanctus, fœdus quod meo sanguine in pactione provinciarum iceras, frangere voluisti. Legitur & passivum Icor. Plin. *lib.*16. *cap.*30. Arborum manu satarum, receptarúmque in domos, fulmine lauros sola non icitur. Liv. *lib.*1. Ibi in turba ictus Remus cecidit.

Ictŭs, us: Percussio. {מכה *machchâh.* πατάσσω, τύπτω. GALL. *Coup, frappement.* ITAL. *Colpo, percossa.* GERM. Ein streich / oder schlag. HISP. *Golpe ò herida.* ANGL. *A stripe or stroke.*} Cic. 2. *Offic.* Optavit Phaëthon, ut in pectus currus tolleretur: sublatus est insanus: antequam constitit, ictu fulminis deflagravit. Virg. 5. *Æneid.*

*—— aut gravis ille*
*Seminecem liquit saxo, lacerúmque viator.*

Plaut. *Milit. sc.*1. *a.*1. Uno ictu quingentos occideres. Senec. *cap.*9. *de consol. ad Marc.* Ad omnes ictus expositi sumus. Lucan. *lib.*1.

*—— —— unóque sub ictu*
*Stat genus humanum.*

Senec. *cap.*12. *de vita beat.* Sub ictu fortunæ stare. Ne sub vnam fortunæ ictum totas vires regis cadere pateretur. Et Velleius, Ad ictum cervicem dare. Senec. *cap.*26. *de consol. ad Marc.* Ad ictum militaris gladii formati duces. Quint. Ictum evocant gladiatores. Idem ut ictu simili ferires: de fortunæ vulnere. Ovid. *Eleg.*1. *lib.*2. *Trist.*

*Saxa memor refero rursus ad ille pedem.*

Quintilian. Feriunt animum sententiæ, & uno ictu impellunt. Senec. *Epist.*73. In conspectu, & ut ita dicam, sub ictu. Et *cap.*9. *al.*28. *de consol. ad Polyb.* Sub ictu est tua innocentia. Plaut. *Mostell.* Perfacilè ego ictus perfero argenteos. Ovid. 5. *Metam.*

*Quæ mirata diu factum pedis ictibus undæ.*

¶ Legitur & ictŭ genitivus, à nominativo secundæ declinationis. Claud. Quadrigarius apud Gellium, Ne Gallus imperum ictŭ haberet.

Ictŭs, a, um, participium: Percussus, verberatus, læsus, pulsatus. {מכה *muchchêh.* πατάσσων, τύπτων. GALL. *Frappé, feru, touché.* ITAL. *Percosso, ferito.* GERM. Geschlagen / getroffen. HISP. *Golpeado, herido.* ANGL. *Stricken.*} Ovid. 1. *Trist.*

*Non aliter stupuit, quàm qui Jovis ignibus ictus*
*Vivit.*

Gell. *cap.*2. *lib.*1. Tali petulantiæ mulieris (Laidis sup.) atque pecuniæ magnitudine ictos exparidúsque Demosthenes, avertit iter. Liv. *lib.*7. *de bell. Pun.* Nova te Consules icti. *Ibid. lib.*6. Icti cladibus. Idem *lib.*7. *dec* 4. Icti responso novo.

Icon, is. {צלם *tselem.* תבנית *tabnîth*, תמונה *temunâh.* εἰκών. GALL. *Image, statuë, portraict.* ITAL. *Imagine, effigie.* GERM. Ein bildnuß. HISP. *Imagen.* ANGL. *An image or lykes or a thing.*} Effigies, imago, & statua ex membris ipsis à pictoribus, seu statuariis expressa. Plin. *lib.*34. Eorum verò, qui iter superavissent, imagine ex membris ipsorum similitudine expressa, quas iconas vocant. ¶ Est & icon figura, quum formæ ad formam cum quadam similitudine fit collatio, aut laudis, aut vituperationis causa. Exemplum erat apud Virg. 4. *Æneid.*

*Omnia Mercurio similis, vocémque, colorémque,*
*Et flavos crines, & membra decora juventæ.*

Icona, pro icon, dicitur à Cæsario *lib.*7. *cap.*12.

Icŏnicŭs, a, um: Ad vivum expressus, vivam imaginem referens. {εἰκονικός. GALL. *Tiré au vif, peint en pourtrait sur le vif.* ITAL. *Ritratto dal naturale.* GERM. Das also eigentlich und wesentlich abgebildet ist / als ob es lebte. HISP. *Dibuxado de lo natural facado.* ANGL. *That representeth the livelie image of a thing.*} Suet. *in Calig.* Simulachrum stabat in templo auteum, iconicum, amictiebatúrque quotidie veste, quali ipse uteretur. Plin. *lib* 36. *cap.*8. Adeò jam colorum usus increbuerat, adeóque ars perfecta erat, ut in eo præstio iconicos duces pinxisse tradatur: Athenensium Miltiadem, Callimachum, Cynegirum: Barbarorum, Datim, Tissaphernem.

¶ Iconici, pictores qui tantùm pingebant effigiem. Bud.¶

Iconismŭs, εἰκονισμός. Vetus, vivæque imaginis expressio: à verbo Græco εἰκονίζω, quod est effingo, seu imaginem rei alicujus exprimo. Senec. *lib.*15. *Epist.* Iconismos descriptiones interpretatur, atque esse verbum Publicanorum.

Icŏnium, εἰκόνιον. Oppidum Lycaoniæ, non procul à flexu Tauri montis. Strab. *lib.*12.

Icos, ἶκος, insula maris Ægæi, una Cycladum, Euboeæ proxima. Steph.

Icōsium, εἰκόσιον. Mauritaniæ Cæsariensis oppidum est, à viginti Herculis comitibus, qui ab eo defecerant conditum. Unde etiam à numero conditorum nomen habet. Author Solinus.

Ictĕrŭs. {ἴκτερος. GALL. *La jaunisse.* ITAL. *Itteritia, malattia che fa diventar gialli.* GERM. Die gälbsucht. HISP. *La itericia, dolencia.* ANGL. *The jaundis.*} Est suffusio bilis flavæ, vel nigræ per totum corpus. Plin. & Varro regium morbum appellant, quod multo præcipuè, regio planè potu, curaretur. Celsus & Apulcius vocant auriginem, à colore auri: & hominem hoc morbo laborantem, auriginosum. Marcel. Virgil. ex Dioscoride arcuatum vertit, à colore cœlestis arcus. {ἴκτερος. GALL. *Vn certain oiseau de couleur jaune.* ITAL. *Vccello giallo.* HISP. *La tropendolai ave.*}¶ Est item ictĕros avicula quædam flavi coloris, quam Latini galgulum vocant, solo aspectu regium morbum sanans: unde & nomen habet. Plin. *lib.*30. *cap.*11. Avis ictĕrus vocatur à colore: quæ si spectetur, sanari id malum tradunt, & avem mori. Hanc puto Latinè vocari galgulum.

Ictĕrĭcŭs, qui ictĕro laborat. {ἰκτερικός. GALL. *Qui a la jaunisse.* ITAL. *Itterico.* GERM. Gälbsüchtig. HISP. *Enfermo de aquella dolencia.* ANGL. *That is sicke of the jaundis.*} Νῦν δ' ἰκτερίῳ, hoc est, à milvo, quòd oculi bile suffusi, milvinis similes videantur. Plin. *lib.*20. *c.*9. Ictericis, necnon & phreneticis radicis crudæ succum gargatizandum bibendumque demonstrat. Idem *lib.*21. *cap.*20. vocat felle suffusos. Juvenal. *Satyr.*6.

*Consulit ictĕrica lunæ de fumere matris.*

Ictis, idis, ἶκτις, inquit Aristoteles, sylvestris mustelæ genus est, magnitudine Melitensis catelli: sed pilo, facie, albedine partis inferioris, & morum astutia mustelæ simile. Mansuescit majorem in modum, & officit alveatibus, mellis enim avida est: aves etiam perit, ut felis. Hanc *martam* speciali vocabulo vocant. Genitale ei osseum est, medicamento urinæ stillationibus. Plinius *lib.*29. *cap.*4. {ANGL. *A kind of moose.*}

Ictus, Tarentinus nobilis palæstrita fuit, qui toto vitæ tempore à Venere religiosissimè abstinuit, ne quid de corporis viribus imminueret.

Ictûs, vide *Jecur.*

## I D

Id, neutrum genus pronominis is, varium in oratione usum habens. {זה *zeh.* τοῦτο. GALL. *Cela.* ITAL. *Ciò, questo.* GERM. Das. HISP. *Ello.* ANGL. *That.*} Plaut. *Most. sc.*2. *a.*1. Nunc postquam sunt mihi, id verò meopte ingenio reperi. *Ibidem*, atque hoc haud videtur verisimile vobis. At ego id faciam ita esse ut credatis. Item, Ad id usque frugi fui dum in potestate fui, parentum. ¶ Id, pro ea re. Id cupio obtequi (id est, ea in re.) Idem *Asin. sc.*1. *a.*1. Item, Quid id est? Idem *Pseud. sc.*3. *a.*1. & *Asin. sc.*4. *a.*3. & *Aul. sc.*6. *a.*4. & *Curc. sc.*2. *a.*3. & Ovid. *Eleg. ult. lib.*4. *Trist.* ¶ Id, pro ea re. Plaut. *Curc. sc.*2. *a.*1. Id quod amo, careo, (id est, ea re.) ¶ Id, pro ideo, sive ob id. Idem *Capt. sc.*5. *a.*3. An id successes mihi? *Et in Amph.* Id huc revorti me uti pugnarem tibi (id est, ideo.) ¶ Id interdum vacat. Idem *Menæch. sc.*4. *a.*5. Sanum futurum mea id promitto fide. Item, Id pro capite tuo quod dedit perdiderat tantùm argenti. Et *in Curc. sc.*1. *a.*1. Id uti occœpi dicere, ubi *vi* id, vacat post hyperbaton. Eleganter adjunctum habet genitivum: ut, Id ætatis, id temporis, id est, ea ætate, eo tempore. Cicer. *in Epist.* Id ætatis jam fumus, ut omnia fortiter ferre debeamus. Idem *in Catil.* Quos ego id temporis ad me venturos prædixeram. Plaut. *Asin. sc.*1. *a.*1. Non puduit eum id ætatis sycophantias agere. Velleius, In id furoris processerat. Id locorum. Salust. *Jugurth.*104. Tamen is ad id locorum talis vir (nam postea ambitione præceps datus est,) Rursus 101. Neque pòst id locorum Jugurthæ dies, aut nox quieta fuit. ¶ Id quod res est, idem est ac si diceremus, quod verum est. Terent. *in Adelph.* Verùm cogito id quod res est, τὸ ὄν. ¶ Idipsum, idem est quod hoc. Cic. *Lentulo*, Multi rogabantur, atque idipsum Consulibus invitis. ¶ Ab id, fit ideo, *mîm*, ob eam causam; & ideirco, propter hoc, ἀπὸ τοῦ, διὰ τοῦτο, quæ declarantur suis locis. ¶ Id est, pro veluti, apud Jurisconsultos aliquando ponitur. Ulpian. *de pact. l.*7. §.8. Pacta in personam sunt, quoties paciscor ne petam, id est, ne à L. Titio petam. Et puto interdum permittendum, id est, si grande damnum sit minoris.

Id quòd, pro ideò quòd, veteres dicebant. Sic loquutus est Terentius *in Heaut.* Id quòd est consimilis moribus, convinces facile ex te natum. Et *in Hecyra.* Illicò lætæ exclamant, Venit: id quòd me repentè aspexerant. Et Livius *lib.*42. Id quòd erat vetusta conjunctio cum Macedonibus. Et *lib.*3. *ad Qu. Frat.* Teneo accusando vir mehercule, sed tamen teneo, id quòd judices nullos habemus. Ex Aldi Commentario *ad Qu. Frat.*

Īdă, Idæ, Ἴδη. Mons altissimus, qui ad Troadem spectat. Latus ejus Septentrionale, ex angustiis Abydi usque ad Æsepum, & Cyzicenum agrum, ad Propontidem pertinet: Occidentale ad Hellespontum respicit: Australe promontorium efficit, quod Lectum appellatur.

Orientalis

Orientalia Idæ ad Mysos declinant. Abundat mons aquis, & multa flumina emittit: in ejus summitate locus est, Gargarus appellatus, qui & Gargara in plurali numero dicitur, atque adeò æquè pro monte atque oppido sumptum, quod in dorso montis est situm. Ovid. *lib.*4. *Fast.*

*Dindymen & Cybelen, & amnem fontibus Idam.*

¶ Ida item appellata est Dordani Scytharum regis filia. ¶ Est & Ida Cretæ mons, ita dictus à Corybantibus, sive Dactylis Idæis, qui quum in Cretam venissent, montem, in quo consederunt, patrii montis nomine appellarunt. Virg.12. *Æneid.*

*Dictamnum genitrix Cretæa carpit ab Ida.*

Idæus, a, um, *ἰδαῖος*, adject. Propert.

*Cedite jam divæ, quas pastor viderat olim*
*Idæis tunicam ponere verticibus.*

Idĭcus, a, um: Possessivum ab Ida monte. Plin. *lib.*16. Idicarum cedrorum. Veteres tamen Idicos pro montanis omnibus sumunt, ut inquit Nicander.

Idæi Dactyli, *Ἰδαῖοι Δάκτυλοι*. Idem qui Corybantes, quos Jovem aluisse ferunt: & ne vagitu puer proderetur, novo lusus genere excogitato, clypeolis æneis inter se concrepantes, æris tinnitu & numerosa pedis compositione, qui dactylus inde dictus est, Saturnum celavisse. Dicti Idæi, ab Ida Phrygiæ monte, quem primùm incoluerunt. Faciebant miracula. Plutarch. *in Numa.* Ovid. *Eleg.*1. *lib.*4. *Trist.*

*Vtque suum Bacchi non sentit fascia vulnus,*
*Dum stupet Idæis exululata modis.*

¶ Sunt & gemmæ quædam in Creta ferrei coloris, humani pollicis imaginem referentes, quas dactylos Idæos nominat. Vide Plin. *lib.*37. *cap.*10.

Idæus, *ἰδαῖος*, Rhodius poëta, scripsit Rhodiorum res gestas versibus ter mille. Author Suidas. ¶ Fuit & Priami auriga Virg. *lib.*6.

*Idæumque etiam currus, &c.*

Idale, oppidum est in Troade, ut inquit Plinius. De hoc quoque Lucan. *lib.*3.

*Mysiáque & gelido tellus perfusa Caico,*
*Idalis & nimium gelidis exilis Aribbe.*

Idălium, *Ἴδαλιον*. Cypri oppidum, quod ab eventu nomen accepit. Nam quum oraculum Chalcenori datum esset, ut illic urbem conderet, ubi primùm orientem Solem conspiceretur: unus è comitibus qui fortè astabat, ad eum conversus, *ἴδε ἥλιος*, inquit, id est, vide Solem. Arreptóque Chalcenor omine, civitatem statuit, & ab ea voce Idalium nominavit. Author Steph.

Idălius, a, um: adjectivum, *ἰδάλιος*. Unde Venus Idalia, & Idalium nemus appellatum. Virg. *lib.*10.

*Est Amathûs, est culsa mihi Paphos atque Cythera,*
*Idaliaque domus, &c.*

Idănthyrsus, Scytharum Rex, qui bello res magnas gessit, bonáque parte Asiæ subiugata, usque in Ægyptum excurrit, ut author est Strabo *lib.*14.

Idas, *ἴδας*, Apharei filius nomine, re autem ipsa Neptuni, qui acceptis à patre velocissimis equis, Marpessam filiam formosissimam, Eveni regis Æoliæ, Martis filii in Dianæ luco saltantem rapuit. Ob quam rem ejusdem pater (qui nulli procorum filiam suam dare voluerat, nisi certamine cursus fuisset victus: à se autem victos decollare, eorúmque capita in aliorum terrorem de muris ædium suarum suspendere consueverat) dolore commotus, interemptis quos habebat equis, se in fluvium Lycormam, qui postea ab ipso Evenus dictus est, præcipitavit. Cæterùm fugienti cum puella Idæ Apollo in itinere obviam venit: qui quum Marpessam & ipse præripere Idæ vellet, ventum utrimque ad certamen est. Sed à Jove missus Mercurius arbitrium Marpessæ commisit, ut ipsa utrum vellet eligeret: illa autem Idam elegit, verita ne sese ætate provectum Apollo relinqueret. Hom. *lib.*9. *Iliad.* Vide *Marpessa.*

Idāspes: vide *Marpessa.*

Idcirco, vel Iccirco, conjunctio: ideo, eam ob causam. {עלכן *halchen. διὰ, διότι, τοίνυν, διὸ τοῦτο.* Gall. *Pour ce, pourtant.* Ital. *Per ciò, per tanto.* Germ. Darumb/derhalben. Hisp. *Por esso.* Angl. *Therefore, for that cause.*} Terent. *in Andr.* Nam idcirco accersor, nuptias quòd mihi apparari sensit. Cic.7. *Verr.* Reperietis idcirco hæc in uno homine conjuncta, ut cæteris formidines, &c.

Idĕa, æ, *ἰδέα, ἀπὸ τοῦ ἰδεῖν*. Est prima rerum species, & inchoata intelligentia. Cic. *in Orat.* Has rerum formas appellat Ideas ille, non intelligendi solùm, sed etiam dicendi gravissimus author & magister Plato, eásque gigni negat, atque semper esse, ac ratione & intelligentia contineri: cætera nasci, occidere, fluere, labi, nec diutiùs esse uno & eodem statu. Ideas (inquit August. *lib.*80. *Quæstionum*) Latinè possumus vel formas, vel species dicere, ut verbum è verbo transferre videamur. Ideas primus Plato appellasse perhibetur. Sunt autem Idæ exemplaria æterna eorum quæ naturaliter fiunt, immortales, immutabiles, inviolabiles. Et ut res apertior fiat, opus est, præter omnes homines intelligere quendam hominem: & præter omnes equum: & præter animalia animal ingenitum. Et quemadmodum ex uno sigillo complures fiunt impressiones: sic ex uno homine sexcenta millia hominum. Et hæc est Platonis Idea, à quo Aristoteles dissentiens, nullas putat esse ideas. Euseb. *lib. Præp.* ideam sic definit: Idea est perpetua subsistentia, causa & principium, ut singularia talia sint, qualis est ipsa, & quemadmodum sensibilium exemplaria ad hæc corpora præcedunt, sic quæ omnia in seipsa continet pulcherrima atque perfectissima, hujus mundi exemplar est, ad quam à creatore Deo ab universa subsistantia mundus similimè formatus est.

Idem, componitur ex is, & demùm. {עצם *hetsém. ὁ αὐτὸς, τὸ αὐτὸ.* Gall. *Le mesme.* Ital. *Quello stesso, quel medesimo.* Germ. Eben der. Hisp. *Ello mesmo.* Angl. *The same.*} In masculino genere nominativi singularis producit priorem, quam in neutro genere corripit, tam in nominativo, quàm accusativo. Virg.4. *Æneid.*

*Idem ambas ferro dolor, atque eadem hora tulisset.*

Juvenal.

*Si fecisset idem caderet sub judice morum.*



Idem cum dativo, Horat. *de arte poët.* Idem facit occidenti. Legendus Victor. *cap.*22. *lib.*10. ¶ Idem vocari, id est, eodem nomine. Quintil. & Ovid.2. *Fast.*

*Torrida cum mica farra vocantur idem* (id est febres.)

Ad idem tendere. Quint. Idem laborare. Idem. ¶ Plaut. *Menæch. sc.*1. *a.*5. Idem faciebat Hecuba, quod tu facis. ¶ Idem Accii, quod Titii: quid sit? docet Gell. *cap.*16. *lib.*3. Accusativus masculini & fœminini generis mutat m, in n, ante d, euphoniæ causa: ut Eundem, eandem. Cæteri verò casus ex integro & corrupto compositi inveniuntur: ut eadem, ejusdem, eidem, eodem: iidem, eadem, eisdem, vel iisdem, eosdem. Itaque per duo ii, vel per e, & i, regula exigit scribi, tam nominativum pluralem masculinum, quàm dativum & ablativum plurales. Solent tamen poëtæ per synæresin duo ii, in unum contrahere. Unde iidem, & iisdem, in carmine sunt dissyllaba. Ovid. 1. *Fast.*

*Quisque suum populo, sua sibi dedebat agenda.* (i. eadem de causa.)

Idem *Eleg.*13. *lib.*3. *Trist.*

*Inque relinquendo, quod idem fecere sodales.*)

Idem 1. *Fast.*

*Dii quoque cuncteres in idem venere Lycæi.* (i. eódem.)

Idem 3. *Fast.*

*Hæc quoque desiderat laudata vitæ ferorum.*
*Quid faciant? turba pars habet omnis idem.*

¶ Eadem, vide E, suprà. ¶ Idem non semper præcisè is ipse, sed pro ejusmodi, ejus generis, similísve ponitur, ut sæpissimè dicit Celsus iisdem medicamentis curandum hoc ulcus, & illud *lib.*7. *cap.*14. Idque vulnus linimentis curandum. Humorem quidam vel inciso summo tumore effundunt, & vulnus iisdem linimentis curandum. ¶ Habet nonnunquam venustam quandam vim & rationem repetendi, quæ jam sunt dicta. Cic.1. *Offic.* Et huic conjuncta beneficentia, quam eandem vel benignitatem, vel liberalitatem appellare licet, id est, quam etiam. Quintil. Si causam veneficii dicat adultera, non M. Catonis damnata judicio videtur, qui nullam adulteram non eandem esse maleficam dixit. ¶ Idem, similis. Plaut. *Milit. sc.*6. *a.*1. Proh dii immortales: similiorem mulierem, magísque eandem, quàm nostræ est ea, non reor Deos facere posse. Idem qui. Idem *Trucul.* Idem ex ecastor, qui soles. ¶ Idem quod. Cic.2. *de Divinat.* Quid enim sors est? idem propemodum quod micare. ¶ Idem ac. Terent. *Heaut.* Et animos te erga idem ac fuit. Idem ut, pro Idem quod. Plaut. *Mercat.* Non ego idem facio, ut alios in comœdiis amantes vidi facere. Idem ætatis. Tacit. *lib.*13. Mos habebatur principum liberos cum cæteris idem ætatis nobilibus sedentes vesci in aspectu propinquorum, id est, ejusdem ætatis. ¶ Idem virium, pro Eadem vires, apud eundem *lib.*14. Nec bonis artibus idem vitium erat. ¶ Idem cum dativo, quod resolvitur per Idem quod, idem ut, idem ac. Græci dicunt *ταυτὸ εἶναι*. Salust. *Jugurt.*120. Quod si nec jure despiciunt, faciant idem majoribus suis. Lucret. *lib.* 2. *de primis corporibus*,

*Atque animalitus' sint mortalibus una eadémque?* id est, *ζῷα τὰ αὐτά.*

Et *lib.*3.

*——— quorum unus Homerus*
*Sceptra potitus eadem aliis sopitu' quiete est.*

Iterum *lib.*4.

*Nempe eadem facit, & scimus facere omnia turpi.*

Horat. *in Arte*,

*Invitum qui servat, idem facit occidenti.*

¶ Ab idem fit itidem, quasi item idem, quod est similiter, eodem modo. Vide suo loco.

Idĕnetidem, componitur ex Idem geminato. {עשתים רבית *pehamim rabbóth. ἐκάστοτε, πολλάκις, ἐξ ἐπιδιαστολῆς.* Gall. *Souventesfois.* Ital. *Sovente, spesso.* Germ. Offt/immendar/eine oder das ander. Hisp. *Muchas vezes.* Angl. *Often times.*} Sed prius m, in n, mutatur, & t, interponitur euphoniæ causa, significátque, frequenter, & (ut inquit Valla *lib.*2.) cum quodam intervallo. Plaut. *Menæch sc.*2. *a.*1. Respectas identidem. Liv. *lib.*1. Uram longè ante alias insignem specie, & pulchritudine, à globo Thalassii cujusdam raptam ferunt, multísque scisciantibus cuinam eam ferrent, identidem, ne quis violaret, Thalassio ferri clamitatum. Plin. Centum millia numorum pro domo ejus identidem promittens. Suet. *in Cæsare.* Quam M. Cato identidem, nec sine jurejurando, denuntiaret delaturum se nomen ejus simul ac primùm exercitum dimisisset, id est, frequenter, subinde, crebrò.

Idĕo, Conjunctio collectiva, sive rationalis, significans ideirco, eam ob causam. {עלכן *halchen. διὰ, διόπερ, τοίνυν, διὸ, διὸ τοῦτο.* Gall. *Pource, pourtant.* Ital. *Per ciò.* Germ. Darum/derhalben. Hisp. *Por esso.* Angl. *Therefore.*} Cic.6. *Verr.* Ideo Claudius Pulcher retulit, ut C. Verres auferre posset. Idem 1. *de Invent.* Hæc ideo diligentiùs inducitur præscriptio, ut apertè, &c. Ideò quòd. Idem *Lent. fam.*1. Re quidem ipsa mihi ideo non satisfacto, quòd nullam partem tuorum meritorum, &c. Et *in Verr.* 3. In hoc genere facilior est existimatio, quàm reprehensio: ideò quòd eum, qui hoc facit, avarum possumus existimare, crimen in eo constituere non tam facilè possumus. Ideò quoque. Idem *pro Cælio*, Non si justa causa est oppugnandi, ideo quoque justum est, &c. Ovid. *Eleg.*1. *lib.*2. *Trist.*

*Non ideo debet pelago se credere, si qua*
*Audet in exiguo ludere cymba lacu.*

¶ Ideo quia, pro Ideo quòd. Plaut. *Men. sc.*1. *a.*1.

Idiocaballus, *ἰδιόκαμπος*, proprius equus, *ἴδιος ἵππος*. Gloss. gr. & b. Meurs.

Idiocratoria, proprium principatus. Baleng.

Idiographum, *ἰδιόγραφον*, privata scriptura. Dicitur & *idiographus* liber, propriâ authoris manu scriptus. Gell. *cap.*14 *lib.*9. Facile iis credam qui scripserunt idiographum Virgilii sese inspexisse, &c. (id est, manu Virgilii scriptum.)

Idioma, atis. {לשון *laschón*, שפתי *saphdh. Idioma.* Gall. *Proprieté de langage, idiome.* Ital. *Idioma, linguaggio.* Germ. Eigner sprach art geschafft. Hisp. *Propriedad de lenguaje.* Angl. *A proper forme of speech.*}

*ſpeach* } Proprietas ſermonis: ut ſunt quoque idiomata Græcorum, quæ & Dialecti vocantur.

‖ Idiomĕlium, *ἰδιόμελον*, canticum alicui feſto dici proprium, ab *ἴδιος*, & *μέλος*. Vide Gloſſ. gr. b. Meurſ.

Id.ŌTES, ſive Idiōta. { *idiote.* GALL. *Idiot, lourdaut, ſot, ignorant, perſonne privée.* ITAL. *Ignorante, idiota.* GERM. Ein ſchlechte perſon/ ſo ein ampt tregt. HISP. *Necio, ruſtico, indocto, loco.* ANGL. *An idiot, a foole.* } Proprie idem eſt, quod privatus, nullóque munere publico fungens. Unde *ἰδιώτευειν* dicunt Græci, pro eo quod eſt privatam vitam agere. Apud Latinos tamen ferè accipitur pro illiterato, & imperito. Lucil. Quidni & ea idem illiteratum me, atque idiotam dicerés? Cic. 7. *Verr.* Quæ non modò iſtum hominem ingenioſum, atque intelligentem, verùm etiam quemvis noſtrûm, quos iſte idiotas appellat, delectare poſſent. Gell. *cap.* 2. *lib.* 1. Idiotæ, rudes, & agreſtes. Et Quint. Grati etiam Idiotis joci.

Idiotiſmus. Senec. *controverſ. lib.* 7. Idiotiſmus eſt inter oratorias virtutes, res quæ raro procedit. Magno enim temperamento opus eſt, & occaſione quadam: nec tamen mirum eſt ſi difficulter apprehenditur vitio tam vicina virtus.

Idmon, is, *Ἴδμων*. Vates inter Argonautas, Apollinis & Aſteriæ filius: ex Idmone autem & Theſtia, Theſtor: è Theſtore Chalcas item vates, ut placet Pherecydi. Apollonius autem poëta Idmonem Abantis filium eſſe dicit, & item Herodotus, Volaterranus.

‖ Idolicus, *εἰδωλικός*, ὴ, ὸν, pertinens ad idolum. Suid. ‖

Idolium, eſt templum fabricatum in honorem idolorum.

InDŌLUM, i. Simulachrum, ſtatua, imago. { צלם *tſélem*, תמונה *temunáh*, אליל *elil*. *εἴδωλον*. GALL. *Idole, image.* ITAL. *Idolo, ſimulacro.* GERM. Ein Bild oder Götz. HISP. *Idolo.* ANGL. *An idole or image.* } Cic. 1. *de fin.* Atomi, inane. Imagines, quæ idola nominant. ¶ Nonnunquam accipitur pro ſpectro, ſive phantaſmate. Plin. *in Epiſt.* Mox apparebat idolon, ſenex macie & ſqualore confectus, promiſſa barba.

Idōlŏlatrā, *εἰδωλολάτρης*. Idolorum cultor.

Idōlŏlatrĭă, *εἰδωλολατρία*. Simulachrorum cultura, compoſitum ex *εἴδωλον* & *λατρεία*.

Idōlŏpœĭă, *εἰδωλοποιία*. Figura eſt quæ introducimus perſonam notam, ſed mortuam, & quæ loqui deſierit: ſicut *in Hecuba Euripidis*, Polydori introducitur idolum: & Appii Cæci *in Oratione pro M. Calio.*

Idōlŏthўtă, *εἰδωλόθυτον*, cum accentu in penultima: Immolatio quæ fit idolis.

Idō o hytum, *εἰδωλόθυτον*. Immolatum idolo.

Īdŏmĕnæ, *Ἰδομενή*. Macedoniæ oppidum, apud Steph. Gentile, Idomenius, *Ἰδομήνιος*, vel Idomeneus: quo utitur Plin. *lib.* 4. *cap.* 10.

Īdŏmĕnĕŭs, per quatuor ſyllabas, *Ἰδομενεύς*, Deucalionis filius, Cretenſium rex, qui contra Troianos ſtrenuè dimicavit. Troia autem everſa, quum in patriam renavigaret, ſubitò obortæ tempeſtate, ſolenne votum concepit, ſi ſe Neptunus incolumem in patriam reduceret, ſe illi immolaturum quod primùm ſibi occurreret. Contigit autem, ut filius ejus ei primus occurreret: quem quum immolare vellet, à ſuis pulſus, fugit in Calabriam: ubi juxta Salentinum promontorium oppidum condidit. Hæc refert Servius in illud Virg. 3. *Æneid.*

*Et Salentinos obſedit milite campos*
*Lyctius Idomeneus.*

Ovid. 13. *Metam.*

*Nec minus Idomeneus patriâque creatus eadem.*

Īdōnĕŭs, ab *ἰδ* ϶ *ἰδεῖν*, vel ab *εἶδος*, Conveniens, aptus. { יאה *ravi. iaáh*. GALL. *Idoine, propre & convenant.* ITAL. *Atto, conveniente* GERM. Geſchickt/ füglich/ taugliche. HISP. *Coſa decente y idonea.* ANGL. *Apt, meet, proper.* } Ovid. 5. *Faſt.*

——— *ſed idonea nondum*
*Eſt via.*

Plaut. *Aul. ſc.* 4. *a* 1. Me arbitratis idoneum quem ludos faciat. Item, Idonei nuncii. Cæſ. *lib.* 1. *de bell. civil.* Terent. *in Andr.* Adeón' videmur vobis eſſe idonei, in quibus ſic illudatis? Idem *in Hecyra*, Nequeo mearum rerum initium ullum invenire idoneum. Idoneus author. Fidelis, *ἀξιόπιστος*. Cic. *ad Atticum.* Non mihi ſatis idonei ſunt authores ii qui à re probantur. Ovid. 2. *Faſt.*

*Hunc morem tenem, pietatis idoneus auctor*
*Attulit in terras.*

Idoneus, cum dativo, id eſt, Utilis. Plin. *lib.* 13. *cap.* 19. Idoneus & tingendis veſtibus flos. Idoneus ad. Plaut. *Pœnulo*, Non potuiſti adducere homines ad hanc rem idoneos. ¶ Idoneus homo, i. Locuples & dives. Cic. *in Offic.* Et ſæpe idoneis hominibus indigentibus de re familiari impertiendum, ſed diligenter atque moderatè. ¶ Idoneus, neceſſarius, commodus. Saluſt. *Jugurth.* 99. Oppidum nullius idoneæ rei egens. Idonea, *τὰ δέοντα*.

Īdōnĕī, orum. Tacit. *lib.* 4. At apud idonea provinciarum, id eſt, apud idoneos locos provinciarum.

Idōnĕē, adverbium; Aptè, commodè, convenienter. { *κατὰ τὸν καιρὸν*, *ἐπιτηδείως*. GALL. *Convenablement, comme il appartient.* ITAL. *Convenevolmente, ſofficientemente.* GERM. Geſchicklich/ füglich. HISP. *Digna, y decentemente.* ANGL. *Aptelie, properlie.* } Cic. 1. *de Invent.* Exordium, eſt oratio, auditoris animum idoneè comparans ad reliquam dictionem.

Idŏthĕa, *Ἰδοθέη*. Nomen proprium filiæ Proti Argivorum regis, apud Homer. 11. *Odyſſ.*

Idryeus, *Ἰδρυεύς*, Hecatomni Cariæ regis filius, frater Mauſoli, qui Artemiſiæ ſorori in regnum ſucceſſit. Strab. *lib.* 14.

Idus: Ovis quæ omnibus Idibus Jovi immolabatur. Ovid.

*Idibus alba Jovi grandior agna cadit.*

Et ſacra dicebantur Idulia, de quibus vide Varr. 4. *de L. L.* hoc loco: Sacra quotquot menſibus feruntur in arcem. Ex idulis agnæ lanæ Flaminis Dialis albogaleros ſuos conficiebant. Feſtus de ſacris viis loquens: Quidam dictum putant, quòd eo itinere utantur ſacerdotes idulium ſacrorum conficiendorum cauſſa.

Idŭæī, lingua Hetruſcorum dividere eſt. Inde Viduam dictam put[illegible] Gellius, quaſi iduam, hoc eſt, valde diviſam.

Idūmæi. { אדומים *adómim*, *Ἰδουμαῖοι*. } Populi inter Judæam & Arabiam ſiti, ad Occaſum Caſio monti proximi. Olim ſeruntur à Nabathæis, teſte Strabone *lib.* 6. qui orta domi ſeditione, rejectis ſedibus ſuis, extrema Judæa occuparunt. Horum regio Idumæa dicitur ab Idume oppido: cujus meminit Lucan. *lib.* 3.

*Gazæque & arbuſta palmarum divesque Idume.*

Idūmæŭs, a, um. { אדומי *adómi*. *Ἰδουμαῖος*. } Virg. 3. *Georg.*

*Primus Idumæas referam tibi Mantua palmas.*

‖ Idumæa, regio finitima Judææ Meridiem versus, & Arabiæ atque Ægypto. ‖

Idūs, iduum, idibus, *εἰδοὶ*, pluralis tantùm numeri, & ſemin. gen. in Martio, Maio, Junio, & Octobri dies eſt decimusquintus: in reliquis decimus ſeptimus. Unde Idus dictæ ſint? docet Plutarch. *in Numa*: Dictæ idus, ut quidam exiſtimant, ab antiquo verbo iduare, quod eſt dividere: propterea quòd ad medium menſem exiſtentes, in duas partes propemodum æquales menſem dividere videantur. Varro vocis hujus etymon è lingua Sabinorum, aut Hetruſcorum ductum putat *lib.* 4. *de lingua Latina.* Ab idibus autem denominationem ſumunt ſeptem dies Nonas immediatè ſubſequentes: non quòd ipſæ ſint idûs, ſed quòd eas antecedant. Unde octavo, ſeptimo, ſexto, quinto, quarto, tertio, & pridie idus dicimus: hoc eſt, octavo, vel ſeptimo die ante idus. Ab idibus, idules dictæ ſunt oves, quæ ſingulis idibus Jovi immolabantur. Vide *Idulis.*

Idya, dicta eſt à Cicerone mater Medeæ, quam Ovid. Hypſeam vocat.

*Nec erat Æetes, ad quem deſpecta rediret,*
*Non Hypſea parens, Chalciopéque ſoror.*

‖ Idyllium, *εἰδύλλιον*, ab *εἶδος*, ſpecies: quia poëmata eſſent rerum quaſi ſpecies quædam. ‖

Idyma, *Ἴδυμα*, vel *Ἰδῦμα*, urbs Cariæ, ubi Idmus fluvius eſt. Steph.

Idyrus, urbs & fluvius Pamphiliæ, pro urbe, *ἰδύη*, vel *ἰδύης*, invenitur. Stephan.

## IE

Iebus. { יבוס *jebús*. *Ἰεβοῦς*. } Civitas in finibus Judææ, Jebuſæorum metropolis, qui ab ea nomen acceperunt.

Jĕcŏr, jecoris, & jecinoris, qui genitivus (ut inquit Priſcianus) videtur eſſe à nominativo jecinus, qui non eſt in uſu. { כבד *chabedh*. GALL. *Le foye.* ITAL. *Fegato.* GERM. Die Läber. HISP. *El higado.* ANGL. *The liver.* } Eſt autem jecur, viſcus ineraſſato ſanguini ſimile, ſedes concupiſcentiæ, venarum omnium principium, & primum ſanguinis generandi inſtrumentum, ventriculum lobis quibuſdam, quaſi digitis, circumquaque complectens: à Græcis dicitur *ἧπαρ*. Plaut. *in Cura.* Lien necat, renes dolent, pulmones diſtrahuntur, cruciatur jecur, radices cordis pereunt. Horat. 1. *Carm. Ode* 13.

——— *va, meum*
*Fervens difficili bile tumet jecur.*

Martialis *lib.* 13.

*Aſpice quàm tumeat magno jecur auctum ſepulcro.*

Plin. *lib.* 13. *cap.* 37. Jecur in dextera parte eſt in eo quod caput extorum vocant magnæ varietatis. *Ibidem*, Sex victimarum jecinora replicata inſtrumentis reperta ſunt. Ita etiam Sueton. *cap.* 95. *in Aug.* Et immolanti, inquit, victimarum jecinora replicata inſtrumentis ab ima fibra patuerunt.

Jĕcŭſculum, i, diminutivum. Parvum jecur. { *ἡπατίον*. GALL. *Petit foye.* ITAL. *Fegatello.* GERM. Ein läberlin. HISP. *Higadillo.* ANGL. *A little liver.* } Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Murium jecuſculis fibræ ad numerum lunæ in menſe congruere dicuntur.

‖ Jehova, יהוה, nomen proprium, quo ſe verus Deus in Verbo ſuo appellavit. Soler hoc nomen vocari Tetragrammaton, id eſt, quatuor literarum IHVH, neglectis vocalibus, ſine quibus Hebræus ſermo à peritis legi & intelligi poteſt, beneficio horum trium elementorum יהו, quæ propterea *matres lectionis* appellantur.

Jējūnĭum, ii. Abſtinentia à cibo, vel dies quibus cibo abſtinemus. { צום *tſom*, תענית *tahanith*. *νηστεία*. GALL. *Jeûne, abſtinence de manger.* ITAL. *Il digiuno, il digiunare.* GERM. Faſtung/ abbrechung eſſens vnd trincken. HISP. *El ayuno.* ANGL. *A faſting.* } Liv. 6. *bell. Macedon.* Eorum prodigiorum cauſa libros Sybillinos ex s. c. Decemviri quum adiiſſent, renuntiaverunt jejunium inſtituendum Cereri eſſe, & id quinto quoque anno ſervandum eſſe. Jejunio laborare, apud Colum. *lib.* 3. *cap.* 12. Ovid. 1. *Metam.*

*Lenta domant illos inopi jejunia victu.*

Idem 15. *Metam.*

*Carne ferâ ſedant jejunia.*

Idem 4. *Faſt.*

*Quæ quia principio peſſet jejunia noctis* (ſupple *famem exſolviſſet*, &c.)

Jējūno, ā, ī, vinum. A cibis abſtineo. { צום *tſom*, *νηστεύω*. ANGL. *To faſte.* } Hieronymus *ad Lucinium*, Atque utinam omni tempore jejunare poſſimus, quod in Actibus Apoſt. diebus Pentecoſtes, & die Dominico Apoſtolum Paulum, & cum eo credentes feciſſe legimus.

Jējūnŭs, a, um: qui cibum nondum guſtavit. { צום *tſom*. νῆστις, ἄσιτος, ἄγευστος. GALL. *Jeun, qui eſt à jeun* ITAL. *Digiuno, che non ha ancora mangiato.* GERM. Nüchter. HISP. *Coſa ayuna, que no ha comido.* ANGL. *That faſteth, faſting.* } Plaut. *in Pſendolo*, In cœnam qui jejunus venerit, aut ſitiens, is riſu, & ventre raſo vigilabit ſedulò. Tristes & jejuni. Quintilian. Plaut. *Capt. ſc.* 1. *a.* 3. Neque jejunioſiorem, neque magis effractum fame vidi. Senec. *cap.* 7. *de conſol. ad Helv.* Quid jejunus ad copias hoc fazo? ¶ Jejunus animus, per tranſlationem pro languido & imbecillo, apud Cic. 4. *Philipp.* quoniam qui jejuni ſunt minimum habent virium. Jejuna aviditas, hoc eſt, maxima, & qualis jejunis eſſe ſolet. Plin. *lib.* 10. *cap.* 3. Ea jejunæ ſemper aviditatis, & querulæ murmurationis. Jejuna oratio, cui opponitur copioſa & plena. Jejuna terra, apud Virg pro ſicca & ſterili terra. Jejuna ſaliva, apud Colum. quæ ab homine jejuno exſpuitur.

Jējūnum

Jejūnum intestinum: Medium inter ecphysin, & ileon situm obtinet: inde nomen habens, quòd perpetuò inane reperiatur. { ישנה. GALL. *Le boyau culier, boyau qui toujours est jeun.* ITAL. *Jejuno intestino.* è *bedello.* GERM. Ein dann der kein speiß behalt sonder alwag ldr ist. HISP. *La tripa ayuna.* ANGL. *One of the puddings ever emptie.* } Nulla enim cunctatione expellit quicquid acceperit, affluentis in se bilis acrimonia lacessitum. Hoc antiqui hilum, & per diminutionem hillam dixerunt, ut inquit Festus, & hillum neutro genere.

Jejūnè, adverbium: Exiliter, frigidè. { ἀσαρῶς, λιτῶς. GALL. *Sans boire ni manger, maigrement, petitement.* ITAL. *Magramente, à digiuno.* GERM. Schlechtiglich low/ ohn trincken ernst vnd geschickligkeit. HISP. *Magramente, sin bever y comer.* ANGL. *Barely, coldy.* } Ut. Jejunè de re aliqua disputare, agere, dicere. Cic. *in Oratore,* Quod quum statuerit, cum ut quicquid erit dicendum, id dicet: nec satura jejunè, nec grandia minutè, nec item contrà.

Jejūnĭtās, atis. Propriè est abstinentia à cibo. { ישנה *tsom.* מנוע. GALL. *Jeûne, abstinence de manger.* ITAL. *Digiuno, abstinenza dal cibo.* GERM. Fastung/ nüchterkeit. HISP. *El ayuno.* ANGL. *Fasting, barenesse or nakednesse in stile.* } Quanquam per translationem pro exilitate, & ariditate accipitur. ✠ Ubertas, & copia. Cic. 1. *Tusc.* Sed reperiebantur nonnulli, qui quum obruerentur copia sententiarum, atque verborum, jejunitatem & famem se malle, quàm ubertatem & copiam dicerent. Idem *de Clar. Orat.*

Jena, urbs Thuringiæ ad Salam fluvium: habet Academiam anno 1558. excitatam.

Jentāculum, i: Cibus qui ante prandium sumitur. { ἀκρατισμός. GALL. *Le déjeuner.* ITAL. *Collatione, mangiare inanzi dizinare.* GERM. Dem morgenessen/ morgensupp HISP. *Almuerzo de mañana.* ANGL. *A breakfast.* } Plaut. *Trucul.* Non novisti obsecro, qui illic apud me erat, hujus pater usque ad jentaculum jussit ali. Idem *Cure. sc.* 1. *a.* 1. Veneri vovi jam jentaculum. *Ibid.* Quid anteponis Veneri à jentaculo? Sueton. *in Vitel.* Epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebar, in jentacula, & prandia, & cœnas, comessationésque. Martialis *in Distichis,*

*Surgite, iam vendit pueris jentacula pistor:*
*Crista taque sonant undique lucis aves.*

Jentō, as, in *dare*, vel, ut Dores loquuntur, *in.* Jentaculum sumo. { ἀκρατίζομαι. GAL. *Déjeûner.* ITAL. *Far collatione.* GERM. Zu morgen essen. HISP. *Almorzar de mañana.* ANGL. *To breack fast.* } Varro *Mercipore,* ut citat Nonius: Ut eat, ac Remp. administret, & quod pulli jentent. Afranius, Dum exto domum, jentare nulla invitat. Usus est eo verbo Suet. *in Vitellio.*

Jenysus, ἰενυσσός. Oppidum in ora Syriæ, tridui itinere à Casio monte distans. Herod. *lib.* 3.

Jeranympha, ab impetu sic dicta, ἴημι enim impetum facio significat.

Jerna, ἴερνα, Arrabrorum fluvius in Hispania, apud Melam *lib.* 3. Strab. Jernam Arrabrorum montem esse tradit: à quo verisimile est ejusdem nominis amnem profluere.

‖ Jerosolyma, vel Hierosolyma, *Hierosalem,* urbs Patriarchalis, ob Christi Salvatoris nostri Passionem notissima. ‖

Jes, iæis, civitas est Achaiæ, in promontorio ejusdem nominis, juxta quod Alpheus amnis præterfluens, sex millibus passuum navigaret. Tortellius.

Jesus. { ישוע *ieschuáh, iesûs.* } Apud Græcos & Latinos dictio est trissyllaba, Hebræorum lingua Servatorem significat.

Jeterem, Mœsiæ fluvius, ex Rhodope profluens. Author Plin. *lib.* 8. *cap.* 6.

I G

‖ Igædita, vel Igæditania, V. olim E. sub M. Bracatensi: quæ sedes inde Guardiam translata est. Vide *Guardia.* ‖

Iggerunt, pro ingerunt. Varro *lib.* 1. *de L. L.* Aggulus, aggens, aggilla, iggerunt, in ejusmodi Græci, & Attius nolter binam g, literam scribunt. Prisc. *lib.* 1.

Igĭtŭr, quasi agitur. Collectiva, vel rationalis conjunctio est, ex præcedentibus conclusionem inferens, adhiberturque (ut inquit Valla) brevioribus conclusionibus. { לכן *lachen,* עתה כן *hal chén.* ἄρα, συμπερασμά. *Donc, doncques.* ITAL. *Adunque, dunque.* GERM. Darumb/ derhalben. HISP. *Assique.* ANGL. *Therefore sore.* } Cic. *pro Ligario,* Habes igitur Tubero, quod accusatori maximè optandum, confitentem reum. Plaut. *Mostell. sc.* 1. *a.* 2. Miserum est. Quid est igitur? Idem *Menæch. sc.* 7. *a.* 5. Siccine igitur abire liberum. Idem *Amph. sc.* 2. *a.* 1. Igitur tunc demùm omnes scient quæ facta. Idem *in Asin. sc.* 2. *a.* 2. Tum tu igitur es dives factus. Idem *Most. sc.* 2. *a.* 1. Tum tu igitur cedò purpurissum. Idem *Cure. sc.* 1. *a.* 2. Tum te igitur morbus agitat hepararius. ¶ Ponitur interdum pro deinde, sive postea, *in.* Terent. *in Eunuch.* Quid igitur faciam? Cic. *Acad.* Quid ergo esset id? Visum credo: quale igitur visum? Plaut. *in Amph.* Sin aliter sient animati, neque dent quæ petant: Sese igitur summa vi, virisque eorum oppidum expugnassere. Idem *Asin. sc* 1. *a.* 1. Tum tu igitur cura quidlibet (i. deinceps.) *Ibid. sc.* 3. *a.* 3. Tum tu igitur loquere quidlibet. ¶ Pro ideo. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Igitur inveniendo argento ut fingeres fallaciam. Quid igitur est? phrasis defectiva, ut apud Cels. *lib.* 2. *cap.* 18. ubi *faciendum* subintelligitur, i. *manibus,* ut *Aster. cap.* 12. *vi in isi.*

Ignārus, vide *Ignoro.*

Ignāvĭă, æ, ab ignavus sit: Inertia, formido, timiditas ✠ Fortitudo. { עצלות *hatsláh.* עצלות *hatslúh. jaʒuula,* ἀργία. GALL. *Cowardise, lascheté, paresse.* ITAL. *Paura, pigritia, dapocaggine.* GERM. Faulheit/ unfrumkeit/ forchtsame zagheit. HISP. *Negligencia à peresa.* ANGL. *Sloath, slugishnesse, cowardnesse.* } Plaut. *Mostell. sc.* 2. *a.* 1. Venit ignavia, ea mihi tempestas fuit. Idem *Menæch sc.* 6 *a.* 5. Verbera, compedes, molæ, hæc sunt præmia ignaviæ. Sallust. *in Catil.* Scitis quidem milites, socordia, atque ignavia Lentuli quantam sibi nobisque cladem attulerit. Cic. *in Lælio,* Ut cum aliqua cura res sibi contrarias aspernetur, atque oderit, ut bonitas malitiam, temperantia libidinem, ignaviam fortitudo. Idem, ignaviam pusilli & abjecti animi vitium esse ostendit, ad Cælium scribens: Etenim meminì in hoc genere gloriari solitum esse familiarem nostrum Hortensium, quòd non-



quam bello civili interfuisset: hoc nostra laus erit illustrior, quod illi tribuebatur ignaviæ, de nobis id existimari non potest arbitror. Quid autem sit fortitudo, docet Author *ad Heren. lib.* 4. Ista non est fortitudo, inquit, sed temeritas: propterea quòd fortitudo contemptio est laboris & periculi cum ratione utilitatis, & compensatione commodorum. Temeritas est cum inconsiderata dolorum perpessione gladiatoria periculorum susceptio.

Ignāvĭtās, Ignavia. Justin. *hist. lib.* 43. Namque Phocenses ex ignavitate ac macie terræ coacti, studiosius mare, quàm terras exercuerunt.

Ignāvus, iners, socors, remissus, timidus ✠ fortis, industrius. { ירא *hatsél.* ἀργός, δειλός. GALL. *Coüard, lasche, paresseux, faineant.* ITAL. *Codardo, dapoco, ville de core.* GERM. Faul/ vnstrüt etc/ forchtsam/ zag. HISP. *Cosa negligente è perezosa.* ANGL. *Slouthfull, a coward, a fearfull dastard.* } Virg. 4. *Georg.*

*Ignavum fucos pecus à præsepibus arcent:* hoc est, inutile & nullius artis.

Cicer. 1. *Tusc.* Ut enim sit in prælio, ut ignavus miles ac timidus, simul ac viderit hostem, abjecto scuto fugiat. Liv. 5. *ab Urbe,* Quum concione advocata terrorem increparet ac fugam. fusos esse ab ignavissimo & fugacissimo hoste. Gellius *cap.* 4. *lib.* 17. Ignavissimi poëtæ. ¶ Differt hoc tamen, quantum intelligo, inter ignavum & industrium, quòd ignavus propriè sit is, qui ad subeunda pericula, ac labores tolerandos, sapiens & fortis est: industrius qui ingenio quum multùm valeat, ut artifex bonus, aliquid struere & negotiari, non otiari studet. Cicer. *pro Pomp.* Deinde exteris ex ordinibus homines gnavi & industrii, partim in Asia negotiantur, quibus absentibus vos consulere debetis, partim suas & suorum in provincia pecunias magnas collatas habent. Sallust. *in Cat.* Compertum ego habeo milites, verba virtutem non addere, neque ex ignavo strenuum, nec fortem ex timido oratione Imperatoris fieri. Ovid. 6. *Fast.*

*Nunc inopes victum ignavâque fata timentes* (i. famem.)

Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Ignavi, malè habiti & malè conciliati. Gell. *cap.* 23. *lib.* 2. Ignava verba & ingrata (Cæcilii) præ Menandro. Velleius, Ignavum stipendium conferunt Galliæ. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Captus est filius tuus? H. Ita. C. Non igitur nos soli ignavi sumus. Gell. *cap.* 8. *lib.* 13. Hominis ignava opera & philosophi sententia. Idem *cap.* 24. *lib.* 13. Ignava & frigida repetitio. Ovid. *Eleg.* 6. *lib.* 1. *Trist.*

——— *Et non ignava legentem*
*Otia delectet.*

¶ Componitur ignavus ex in, & gnavus: sive ex in, & navus: ablato g. Vide *Gnavus.*

Ignāvè, sive Ignaviter, adverbium: Lentè, & segniter, sine industria. { ῥᾳθύμως. GALL. *Coüardement, laschement, paresseusement.* ITAL. *Pigramente, lentamente.* GERM. Faulicht/ liederlich/ ohn ernst. HISP. *Perezosamente.* ANGL. *Slouthfullie, cowardlie.* } Cicer. 2. *Tusc.* Sed hoc quidem in dolore maximè est providendum, ne quid abjectè, ne quid timidè, ne quid ignavè, ne quid serviliter, muliebriterve faciamus. Hircius ad Cic. Rute jam redieris, quæris? An ego, quum omnes caleant, ignaviter aliquid faciam.

Ignāvĭt, teste Nonio, antiqui dixerunt pro ignavum fecit. Afranius *Emnade* 10. ut citatur à Nonio, In parte inferiori hic multiplicabitur caput. Fateor: sed sæpe ignavit fortem in spe expectatio. Verbum est obsoletum.

Ignĭs, is, ab in, privativo, & gignendo dicitur, quòd in eo nihil nascatur. Isidor. *lib.* 19. At contrà Varro *lib.* 4. *de L. L.* quòd inde gignantur omnia. { אש *esch.* πῦρ. GALL. *Feu.* ITAL. *Fuoco.* GERM. Fewr. HISP. *Fuego.* ANGL. *A fire.* } Virg. 4. *Georg.*

*Æstuat ut clausis rapidum fornacibus ignis.*

Cæsar 3 *bell. civili,* Subitoque omnes castris continuit, ignesque fieri prohibuit, quò occultior esset ejus adventus. Cic. 5. *Verr.* Cædere januam saxis, instare ferro, ligna & sarmenta circumdare, ignem subjicere cœperunt. Tibull. *lib.* 1.

*Latior elusit struetos super ignis acervos.*

Senec. *cap.* 10. *de consol. ad Marc.* Ignibus peruret corpora vel in pœnam admotis (in tormentis sup.) vel in infernis (sup. in rogo.) Ovid. *Eleg.* 6. *lib.* 1. *Trist.*

*Ipse mea posui mœstus in igne manu.*

Idem *Eleg. ult. lib.* 4. *Trist.*

*Cum tamen hic essem, minimóque accenderer igne.*

Idem *Metamorph.* de exilio. Idem *Eleg.* 8 *lib.* 4. *Trist.*

(*Nil*) *rapido firmius igne Iovis.*

*Ibid. Eleg.* 3.

——— *suum sævis Iovis ignibus ictus.*

Idem *Eleg.* 5. *lib.* 3.

*Ausus es igne Iovis percussum tangere corpus.*

Idem *lib.* 5. *Fast.*

——— *magno torret in igne bovem.*

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.*

*Nec quia rex mundi compescuit ignibus ignes.*

Suet. *in Calig. cap.* 27. Igni cremare. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Jube ignem ingentem fieri. Idem *Aul. sc.* 2. *a.* 1. Quid si quispiam ignem quærat. E. Extingui volo. Nam si ignis vivet, tu extinguere extemplò. ¶ Ignem esse in medio Mundi, & de ejus præstantia. Plut. *in Num.* Sacrificiis adhibebatur, *ibid.* ¶ Per metaphoram accipitur pro amore. Virg. 4. *Æneid.*

*Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni.*

Idem 3. *Eclog.* pro exoleto, & quem quis amat vehementiùs.

*At mihi sese offert ultrò meus ignis Amyntas.*

Terent. *in Eunucho.* Accede ad ignem hunc, & calescet plus satis. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

*Phyllidis hic idem teneræque Amaryllidis ignes*
*Lusit.*

Ibidem,

*Tempore defecit, tragicos si persequar ignes.*

Idem *Eleg.* 7. *lib.* 3. *Trist.*

*Ergo si remanent ignes tibi pectoris iidem.*

Et *Eleg. ult. lib.* 4.

*Sæpe suos solitum vecitare Propertius ignes.*

Et apud Quintilian. S: nostrum ignem judex conceperit (id est, affectus.) ] ¶ Ignis innocens. Ulpian. *D. lib. 19. tit. 1. l. 1.* Aliud est ignem innocentem habere, aliud omninò non habere: permittitur enim habere, sed innoxium. ¶ Ignis missilis. Corn. Tacitus *lib. 17.* Dum faces & glandes, & missilem ignem in obsessos jaculantur. ¶ Ignis sacer, quis dicatur, explicat Celsus *lib. 5.* his verbis: Sacer quoque ignis multis ulceribus annumerari debet. {ANGL. *S. Johnes fyre.*} Ejus duæ species sunt: alterum est subrubiculum, aut multum rubore, atque pallore, exasperatúmque per pustulas continuas, quarum nulla altera major est. In his semper ferè pus, & sæpe rubor eum calore est. Fit maximè in pectore, aut lateribus, aut eminentibus partibus, præcipuéque in planta. Alterum autem in summæ cutis exulceratione, sed sine altitudine, latum, sublividum, &c. Servius in illud Virgilii 3. *Georg.*

——— *contractos arctum sacer ignis edebat.*

Sacer, inquit, ignis est, quem Græci ἱερὸν πῦρ appellant. Quod tamen manifestè falsum est. Nam ἱερὸν νόσημα, ut inter medicos omnes convenit, idem est morbus cum epilepsia, sive morbo comitiali, quam & Latini morbum sacrum appellant. Rectiùs quidem sentit Mænardus, ignem sacrum à Latinis appellari, quod erysipelas dicunt Græci. Plin. *lib. 26. cap. 11.* Ignis sacri multa afferit esse genera, inter quæ periculosissimum est, quod Græcè ζωστὴρ vocatur, hominem medium ambiens, & si cinxerit, enecans. ¶ Vir igni spectatus, i. vir probatæ & spectatæ probitatis. Metaphora ab auro, quod igne probatur. Cicer. *lib. 2. Offic.* Quod in quo viro perspectum sit, hunc igni spectatum arbitrentur. Sic in antiquis Cod. ¶ Ignis lenis, id est, lentus. Cels. *lib. 6.* Leni igne coquitur. ¶ Ignis ad torrem veniens, πῦρ ἐπὶ δαλὸν ἰὸν. De negotio quod raptim faciléque conficitur, quasi quum ultrò ignis ad torrem transvolat. Diogenianus. ¶ Ignem diffecate, τὸ πῦρ ξήνατε, est sterilem operam sumere. ¶ Igni ferróque minari dicuntur, qui extremas denuntiant inimicitias. Quod verbum & hodie tritissimum est. Cic. *Philipp. 13.* ¶ Ignem igni ne addas, Μὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ: id est, ne incendium incendio addas. Plato. ¶ Subjicere ignem: id est, invidiæ materiam suggerere. Cicer. *pro Rabirio*, Et quanquam tum propter multorum delicta, etiam ad innocentium periculum tempus illud exarserat: tamen quum odium non restinguereris, huic ordini ignem novum subjici non sivistis. Budæus.

Igniculus, i. Propriè diminutivum est ab ignis. {πυρίδιον. GALL. *Petit feu, étincelle de feu.* ITAL. *Picciol fuoco, picciol stimolo.* GERM. Fürlin. Fünctlin. HISP. *Fogueño fuego.* ANGL. *A litle fyre.*} Juvenal. *Satyr. 3.*

——— *Igniculum bruma si tempore possit.*

Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 4. Satin' audis quæ illic loquitur. *Ibid. sc.* 2. *a.* 3. Illic hircus (me observat sup.) pro ille.

Illĭcĭo, is: Attrabo, inesco, capto, illecebris decipio: ex in, & antiquo verbo, *lacio.* {ἕλκω, πείθω, ἀγάγω. GALL. *Attirer, allecher.* ITAL. *Accarezzare, attrarre, adeſcare.* GERM. Anreitzen/ einlocken. HISP. *Attraher con halagos, liſonjear.* ANGL. *To wine bi faire words, to intyſe to allure.*} Terent. *in Andr.* Tùne hic homines adolescentulos imperitos rerum, edoctos liberè, in fraudem illicis. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Cùm me illiciebas ad te blandè (de Lena.) Velleius, Et inertiæ & inlicere. Plaut. *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Is me ad illam illexit.

Illĭcĭtŭs, participium. Attractus, invitatus. {משוך *meſhuteh.* ἑλκυσθείς, δελεασθείς. GALL. *Attiré, allechè.* ITAL. *Allettato, adeſcato.* GERM. Angereitzt/ hinein gelockt oder gezogen. HISP. *Attrayda con halagos.* ANGL. *Intyſed, allured.*} Cic. 4. *Tuſc.* Libido ad id quod videtur bonum illecta, & inflammata videtur.

Illĭcĭtŭs, us, ui: Blanditiæ, illecebræ, incitamentum. {משיכה *eheltáh.* ἐπαγωγή, δελεασμός. GALL. *Allechement, attrayement.* ITAL. *Adeſcamento, luſinghe.* GERM. Anreitzung/ einlockung. HISP. *Halagos, liſonjas.* ANGL. *Intiſement, alluremens.*} Plaut. *Bacch.* Magis illectum tuum quàm lectum metuo. ¶ Est item Illectus, compositum à participio *lectus*, idem significans quod non lectum. ἀναίρετος, ἀναγκαῖος. Ovid. *lib.* 1. *de arte amandi.*

*Si non accipiat ſeripsum, illectámque remittat:*
*Lecturam ſpera, propoſitumque tuæ.*

Illecto, as: Frequenter illicio. {ἑλκύω. GALL. *Attirer, allecher.* ITAL. *Allettare.* GERM. Offt oder stets anreitzen/ anlocken/ geben. HISP. *Attraher con halagos.* ANGL. *To bolsture or intyſe.*} Augustinus, Quos ad peccata illectant.

Illectus: Non collectus. ἀνάπτυστος. Gaius D. *lib. xlv. de verborum ſignificat.* Stipula illecta, sunt spicæ in messe dejectæ, quas rustici cum vacuerint, colligunt.

Illex, illegis, qui sine lege vivit. {ἄνομος. GALL. *Sans loy.* ITAL. *Senza legge.* GERM. Der gesatzen maß. HISP. *Hombre à muger ſin ley.* ANGL. *That liveth without any lawe.*} Plaut. *Perſa*, Impure, inhoneste, injure, illex, labes populi. In quo loco *illex*, Nonius idem significare arbitratur quod *exlex.*

Illex, icis, communis gen. Interdum substantivè accipitur pro illecebris, & incitamento. {חלקה *chelkáh.* ἐπαγωγή. GALL. *Allechement, appas.* ITAL. *Incitamento, ſtimolo.* GERM. Anreitzung/ einlockung. HISP. *Atrahida por halagos.* ANGL. *Intiſement, alluremens.*} ut illex animi Venus. Plaut. *Parasit.* Idem *Perſa*, Impure, inhoneste, injure, illex, labes populi. ¶ Interdum adjectivè sumitur, ut idem sit, quod illiciendi vim habens. ἐπαγωγός, δελεαστικός. GALL. *Allechant, attrayant.* ITAL. *Coſa che attira & adeſca.* GERM. Anreitzung/ das anreitzung gibt. HISP. *El añagaza.* ANGL. *That hath force to allure.*} ut, Oculi illices, apud Apuleium, quòd aspectu ad libidinem incitemur. ¶ Illex etiam dicitur avis aucupis manusfacta, quæ alias aves allicit, id est, παλάγιον, & ἡδύσμα Aristoteli. Plin. *lib.* 10. *cap.* 33. de perdicibus loquens: Capiuntur quoque pugnacitate ejusdem libidinis, contra aucupis illicem (mendovè in vulgatis *indicem*) excunte in prælium duce totius gregis. ¶ Transfatè dixit Plaut. *in Asin.* Lectus est illex.

Illĭcĭum, ii, ab illiciendo dictum, incitamentum. {חלקה *chelkáh.* ἐπαγωγεῖον, ἐπαγωγή. GALL. *Allechement, attrayement.* ITAL. *Incitamento, ſtimolo, adeſcamento.* GERM. Einlockung/ anreitzung. HISP. *Atrayda por halagos.* ANGL. *Allurement or intiſement.*} Varro *lib.* 3. Sed si transfituræ sunt apes eò, apiastro perfricandum, quod illicium hoc illis. Cicer. *ad Attic. lib.* 12. Postea quam mihi litteræ à Cornelio Balbo minore missæ essent, illum existimare Qu. fratrem illicium meæ perfectionis fuisse, his verbis ad Cæsarem scripsi. ¶ Item est locus Romæ. Plutarch. *in Numa.*

Illĭcĭāmĕntă, δέλεαστρα, illicia. Apuleius *in Apolog.* At ille puellæ meretricios blandimentis, & lenonis patris illecramentis captus.

Illectārio, nis. Gell. *cap.* 2. *lib.* 18. Demulcentes animum atque lasantes jucundis honestisque sermonum illectationibus.

Illĭcĭtŭs, a, um: Indecorus, flagitiosus. ἀτόπος. GALL. *Illicite, non loiſible.* ITAL. *Illicito.* GERM. Unzimlich/ verbotten. HISP. *Coſa illicita ò que no conviene.* ANGL. *Unlawfull, unhoneſte, uncomely.*} Cic. *pro Cluent.* Multitudinem illicitum est contradicere. Ciceronis est locus depravatus. Senec. *cap.* 3. *de conſol. ad Marc.* Illicitas à se pœnas exigere.

Illĭcĭtè, adverbium. {ἀτόπως, ἀκρίτως, ἀθέσμως. GALL. *Illicitement.* ITAL. *Illicitamente.* GERM. Unzimlicher weiß/ ungebürlich. HISP. *No conveniblemente.* ANGL. *Vnlawfullie.*} Ulp. *in l. fideicommiſſa*, §. *ſi quis illicitè, ff. de leg. & fideicom. lib.* 3.

Illicò, adverbium est loci, propriè idem quod ibidem, quasi in eodem loco, ἐνταῦθα. {ANGL. *In the ſame place.*} Ennius, Et quia quò irent, celeraverat, illicò manserunt, id est in eo loco. Terent. *in Adelph.*

Otiosè

Otiosè nunc jam illicò consiste. Donatus, Illicò modò locum, modò tempus significat. ¶ Frequentior ejus usus est pro statim, sive continuò. { מהרה *pithóm. παραυτίκα.* Gall. *Soudain, sur le champ.* Ital. *Di fatto subito, incontinente.* Germ. Von stundan/eins wegs/flugs. Hisp. *Luego.* Angl. *Incontinent, forthwith.* } Cic. *pro Murena*, Simulàque increpuit suspicio tumultus, illicò artes nostræ conticescunt. Idem *pro Quintio*, Illicóne ad Prætorem ire convenit? Plaut. *Aul. sc.* 2. *a.* 1. Omnes illicò me suspicantur aurum habere. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Revocat me illicò. Item, Sta sis illicò. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 5. Idem *Mostell. sc.* 2. *a.* 2. & *sc.* 3. *a.* 1. bis.

Illīdo, is: Offendo, impingo, confringo, aliquid solidæ rei impactum vehementiùs frango. Ita navis impacta scopulis dicitur illidi. { רטש *rittésch.* προσβαλεῖν, ἐκπίπτειν, συντρίβειν. Gall. *Heurter, contrefraisser.* Ital. *Rompere, frangere.* Germ. Anstossen/an ein ding stossen oder schmeissen/zustossen. Hisp. *Quebrar una cosa en otra.* Angl. *To hitte, dasher beat to or against some thing.* } Valerius Maximus *lib.* 4. Coactis Locrensibus thesauro ejus magnum illi pecuniam dare quum onustus nefaria præda navigaret, vi subitæ tempestatis tota eum classe vicinis Dex litoribus illisus est: hoc est, impegit ad vicina litora, & naves fregit. Cic. *de Arusp. respons.* Jam ita serpens compressa atque illisa moreretur. Virg. 5. *Æneid.*

——*durésque reducta*
*Libravit dextra media inter cornua cassus*
*Ardens, effractéque illisit in ossa cerebro.*

Senec. *cap.* 9. *al.* 28. *de consol. ad Polyb.* Pendemus, fluctuamur, illidimur alter ad alterum. Plaut. *Amphitr.* Concussi pugnis, & illisis dentibus. Item Suet. *in Calig. cap.* 59. Filia parieti illisa. Dentes illidere labellis. Lucret. *lib.* 4. Illidere dentem alicui rei, pro imprimere. Horat. 2. *Serm. Satyr.* 1.

——*& fragili quærens illidere dentem,*
*Offendit solida.*

Illidere manus. Cic. 3. *Tusc.* Æquora illisa scopulis. Virg. 3. *Georg.*

Illīsus, us: Illisio, & ipse actus illidendi. { σύγκρουσις, σύμπτωσις. Gall. *Heurt & froissement contre quelque chose.* Ital. *Esso battere contra qualche cosa.* Germ. Anstossung/anschmeissung. Hisp. *Quebradura de una cosa con otra.* Angl. *A dashing to or against some thing.* } Plin. *lib.* 27. *cap.* 8. Illisu ipso repercussus.

Illīgo, as, are, innecto, intexo. { קרש *kaschár. σύνδεσμος.* Gall. *Attacher, lier avec.* Ital. *Legare, avilupare.* Germ. Einbinden/einlegen/einflechten. Hisp. *Atar.* Angl. *To intangle, to knit with another.* } Ita emblemata poculis, vel aurum argento illigare dicimus. ¶ Per translationem sumitur pro implicare, sive involvere, ἐμπλέκειν. Liv. *lib.* 22. Postea quam nos neque decernere id præsidium, neque velle illigari Romano bello vidit. Et rursus *eodem libro*, Privatis etiam hospitiis, familiarisque amicitia plerique illigati Philippo erant. Iterum, Illigare se bello alieno. Liv. *lib.* 6. *dec.* 4.

Illīmis, e: Purus, quasi sine limo. { ἄμολυντος, ψιλός. Gall. *Sans bourbier, pur.* Ital. *Puro, senza fango.* Germ. Ohne dreck oder unreinigkeit. Hisp. *Cosa clara, sin limo ò cieno.* Angl. *Without muddie or slime.* } Ovid. 3. *Metam.*

*Fons erat illimis, nitidis argenteus undis.*

Illinc, adverbium de loco. { משם *missám. ἐκεῖθεν.* Gall. *De là, de ce costé là.* Ital. *De là, di quel luogo.* Germ. Von dannen/von dannen. Hisp. *Allí donde alguno está.* Angl. *From thence, from that parte.* } Terent. *in Adelph.* Illinc huc transfertur virgo. Cic. 2. *Philipp.* Omnem se amorem abjecisse illinc, atque in hanc transfudisse. Plaut. *Menæch. sc.* 4. *a.* 2. Nunc illinc venit (i. è Sicilia.) *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Hinc illæ, illinc cassam dicis. ¶ Hinc illinc, proverbium. Terent. *in Adelph.* An sedere oportuit domi virginem tam grandem, dum cognatus hinc illinc veniret, expectantem?

Illĭnĭo, is, ere: Inungo, perungo. { נח *tach.* משח *maschách. ἐπιχρίειν.* Gall. *Oindre.* Ital. *Ungere.* Germ. Ansalben/übersalben. Hisp. *Untar.* Angl. *To anoynt.* } Colum. *lib.* 6. *cap.* 14. prædictóque medicamento defricatur & illinitur: sed si ex toto propter cervicis tumorem jugum recusat, paucis diebus requiet ab opere danda est: tum cervix aqua frigida defricanda, & spuma argentea illinienda est, id est, inungenda. Plin. *lib.* 30. *cap.* 11. Cornicis carnes esse, & nidum illinere, in longissimis morbis utilissimum.

Illĭno, is, evi, itum, tertiæ conjugationis: Inungo, liquidi quippiam rei alicui induco. { נח *tach*, משח *maschách. ἐπιχρίειν*, ἐπαλείφειν. Gall. *Oindre, enduire par dessus de quelque chose humide.* Ital. *Ungere.* Germ. Ansalben/anstreichen/mit salb bestreichen. Hisp. *Untar.* Angl. *To anoynt with any licour.* } Horat. 1. *Serm. Satyr.* 4.

*Et quæcunque semel chartis illeveris, omnes*
*Gestiet à furno redemptus ferre.*

¶ Illinere cum accusativo, & præpositione in. Cels. *lib.* 6. *cap.* 6. Excipere oportet ovi albo, donec mellis crassitudinem habeat, idque in linteolum illinere, & fronti agglutinare.

Illītus, a, um: Inunctus, perunctus. { משוח נמשח *nemschách. ἀλειμμένος.* Gall. *Oinct.* Ital. *Unto.* Germ. Bestrichen/übersalbt. Hisp. *Untado.* Angl. *Anoynted.* } Vulg.

*Illita tela dolis, nec Mavortem communia usquam*
*Ausa pati virtus.*

Livius *lib.* 2. Ita in vadis hæsitantes frumenti acervos sedisse illitos limo.

Illītus, us, ui: Illinendi actus. { משיח *tsiach.* ἐπίχρισις. Gall. *Frottement, onction.* Ital. *Ongere.* Germ. Bestreichung/ansalbung. Hisp. *Untadura.* Angl. *Anoynting a rubbing with licour.* } Plin. *lib.* 24. *cap.* 6. Sonitus aurium emendat usufu, strumas illitu, nervotúmque nodos.

Illipa, ἡ. Cognomento Magna: civitas Turdetanorum in tractu Hispaniæ Bæticæ, apud Ptolemæum *lib.* 2. *cap.* 5. Plin. *lib.* 3. *cap.* 1.

Illipula, ἡ, quæ & Illipa minor, civitas Turdetanorum in ea parte Hispaniæ Bæticæ, quæ Lusitaniæ proxima est. Ptolemæus *lib.* 2. *cap.* 5. & Plin. *lib.* 3. *cap.* 1.

Illiquĕfăcio, is: In re aliqua liquefacio. { τήκειν. Gall. *Fondre dans quelque chose.* Ital. *Liquefare in qualche cosa.* Germ. Etwas in schmeltzen/ einschmeltzen. Hisp. *Derretir en algo.* Angl. *To melt, to make soft or tender in any thing.* } Cicer. 5. *Tusc.* Et quoniam est hæc aurium, ut reliqui sunt oculorum, & tactionum, & odorationum, & saporum: quæ sunt omnes unius generis ad perfundendum animum, tanquam illiquefactæ voluptates.

¶ Illisus, ilicet. Glos. Isid. ¶

Illĭtĕrātus, a, um: Litterarum expers, indoctus, stupidus. { ἀγράμματος, ἀπαίδευτος. Gall. *Non lettré, sans lettres.* Ital. *Non litterato, ignorante.* Germ. Ungelehrt. Hisp. *No letrado, ignorante.* Angl. *without goode letters or learneding.* } Cicer. 2. *de Orat.* Quem cognovimus virum bonum, & non illiteratum, sed nihil ad Persium. Plin. *Epist.* 147. Et libertus mihi non illiteratus. ¶ Illiteratus, pro litteris non scriptus. Gell. *lib.* 11. *cap.* 18. Draconis leges non decreto jussóque, sed tacito illiteratóque Atheniensium consensu obliteratæ sunt.

Illĭtĕratissĭmus: Superlativus. Plin. *Epist. lib.* 1. Scribo plutimas, sed illiteratissimas litteras.

Illò, adverbium, in illum locum. { שמה *schammáh. ἐκεῖσε.* Gall. *A ce lieu là.* Ital. *A quel luogo.* Germ. Dahin/an das ort. Hisp. *Aquella de alguno está.* Angl. *To that place.* } Plaut. *Amphitr. sc.* 1. *act.* 1. Principio ut illò advenimus. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Illum si es illò missurus. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Quin tu illò (i. ad cenam) inimicos vocas? Idem *Mostell. sc.* 2. *a.* 1. Ubi illò nequam homo immigrat (i. in illas ædes.) Idem *Capt.* Ubi illò adveni. Terent. *Andr.* Quum illò advenio, solitudo ante ostium.

¶ Illoc, pro illo. Catullus ad Licinium:

*Ludebat numero modò hoc, modò illoc.* ¶

Illōcābĭlis, e, quod locari non potest. { ἀνάληπτος. Gall. *Qu'on ne peut pourvoir, ou loger.* Ital. *Che non si può alleggiare.* Germ. Das nicht / da kein man vberkommen kan. Hisp. *Lo que no se puede poner en lugar.* Angl. *That can not be hyred or set out.* } ut, Virgo illocabilis, quæ ob deformitatem, aut inopiam vitium invenire non potest. Plaut. *in Aulul.* Virginem habeo grandem, dote cassam, atque illocabilem. Neque eam quo locare cuiquam.

Illōtus, a, um: Quod lotum non est, sordidum, immundum. { ἄπλυτος, Gall. *Qui n'est point lavé, ord, sale.* Ital. *Che non è lavato, sporco, brutto, immundo.* Germ. Ungereinlichen/unsauber. Hisp. *No lavado, sucio.* Angl. *Foule, unwashed.* } Hinc, illotis manibus, vel pedibus rem aliquam aggredi, hoc est, imprudenter, [illegible], & imperitè rem aliquam attentare: velut si grammatista aliquis trivialibus illis disciplinis vix ad summam cutem tinctus, enarrationem Virgiliani poëmatis audeat aggredi. Tractum est adagium à sacrorum cæremoniis: in quibus omnia pura convenit esse, & probè lota. Vide Erasmi *Adagia*. Illoti echini: Horat. 2. *Serm. satyr.* 8.

*Ernea virides, multum ego primus amaram*
*Manstravi incoquere, illotos Catullus echinos.*

Gell. *cap.* 9. *lib.* 2. Illotis (quod aiunt) pedibus & verbis reprehendit doctissimi hominis orationem. Illi qui repentè pedibus illotis ad Philosophos divertunt. Et *cap.* 15. *lib.* 17. Illotis (quod aiunt) pedibus, & verbis reprehendit doctissimi hominis orationem. Et Gaius I. C. *in l.* 1. *D. de orig. jur.* Illotis manibus interpretationis materiam tractare.

¶ Illubricare, lubricitate quodammodo se insinuare. Apul. ¶

Illūcĕo, es, secunda producta: Inre aliqua lucco. { אור *or.* ἐπιφαίνειν, ἐπιλάμπειν. Gall. *Luire dessus, reluire.* Ital. *Lucere.* Germ. Einbin leuchten / oben scheinen. Hisp. *Lucir.* Angl. *To delight, to appeare and shewit self.* } Plaut. *Curc. sc.* 4. *a.* 3. At pol te, si hic sapiat senex, atra pix agitet apud carnificem, tuo quæ capiti illucent. Suet. *in Cæs. cap.* 81. Ea nocte, cui illuxit dies cædis. Velleius, Illuxit clarissimum Homeri ingenium. Cum accusativo. Plaut. *Bacchid.* Ædepol certò scio, Vulcanus, Sol, dies, Luna, dei quatuor, scelestiorem nullum illuxêre alterum.

Illūcĕsco, is: Lucidus fio. { אור *or.* Angl. *To waxe day.* } quo vix aliter quàm in tertiis personis utimur: ut, illucescit, id est, dies fit. Liv. *lib.* [illegible] *belli Punici.* Ubi illuxit, recepêre classem. Plaut. *Amph.* Ut mortalibus illucescas luce clara, & candida.

Illūc, adverbium, significat motum ad locum. { שמה *schammáh. ἐκεῖσε.* Gall. *Là, en ce lieu là.* Ital. *Aquel luogo.* Germ. Dahin/ daselbst hin. Hisp. *Allí donde alguno está.* Angl. *To that place.* } ut, Huc, atque illuc intueri, apud Ciceronem *de Oratore.*

Illuc, pro illud. Plaut. *Milite*, Illuc ætatis. Idem *Amphitr.* Sed quid illuc est?

Illūctōr, aris. { נקם *nikkám. ἀμύνεσθαι, ἀνταμύνεσθαι.* Gall. *Luiter contre, se revancher.* Ital. *Lottare contra, sforzarsi.* Germ. Etwas in gegen. Hisp. *Mucho y contra luchar.* Angl. *To wrastle or struggle against.* } Stat. 4. *Thebaid.*

*Et teneris meditans verba illuctantia labris.*

Illūdo, is: Derideo, ludibrio habeo. { התל *hathál*, תעך *tsachák*, שחק *schachák*, תחלים *hithhallél. ἐμπαίζειν, ἐκπτύειν.* Gall. *Se jouër de quelque chose, se mocquer.* Ital. *Beffare, burlare.* Germ. Vber sprotten/betriegen. Hisp. *Escarnecer.* Angl. *To mocke, to yll at.* } Illudere in aliquo. Virg. 2. *Æneid.*

——*certántique illudere capto.*

Terent. *in Andria*, Adeón' videmur vobis esse idonei, in quibus sic illudatis? Idem *in Phormione*, Satin' superbè illuditis me? Ubi Donatus, Et dativum & accusativum casum regit *illudo.* Virg. 9. *Æneid.*

——*verbis virtutem illude superbis.*

Sen. *cap.* 14. *de tranquill.* Lusisse putas illa tabula? Illusit. Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

*Perfidus his nostros illusit fraude locorum.*

Item Suet. *in Tib. cap.* 2. Illudere discrimini publico. ¶ Significat interdum per ludum loco. Virg. 3. *Georg.*

*Nec varia illudant pestes.*

¶ Illudere capitibus, apud Suet. *in Tib. cap.* 45. Fœminarum quoque, & quidem illustrium capitibus, quantopere solitus sit illudere evidentissimè apparuit. ¶ Illusisse corpus, dixit de se venetea.

Illūsus, participium: Derisus, ludibrio habitus. { התל *hathal.* ἐμπαιγμός.

ωχτάν. Gall. *Abusé, moqué.* Ital. *Schernito, beffato.* Germ. Verspott. Hisp. *Escarnecido.* Angl. *Mocked.* } Tacit. *lib.* 14. Ille ferocium amicis metuit, sæpe asperis facetiis illusus. Vestes illusæ auro: id est, in quibus artifex auro depugnavit. Virg. 2. *Georg.* Illusáque auro vestes.

Illūdo, dis: Irrisio, derisio. ¶ קלס *kelés*, שחוק *sechók.* ἐμπαιγμός. Gall. *Derision, mocquerie.* Ital. *Scherno, derisione.* Germ. Verspottung. Hisp. *Escarnecimiento.* } Cicer. 3. *de Orat.* Et extenuatio, & huic adjuncta illudo à præceptis Cæsaris non abhorrens, &c.

Illūmĭno, ās, āre: Clarum & lucidum reddo, illustro. { אור *heir.* λαμπρύνω. Gall. *Eſclairer, donner clarté & lumiere.* Ital. *Illuminare, alluminare.* Germ. Erleuchten. Hisp. *Alumbrar, dando lumbre.* Angl. *To give light.* } Cicer. *de nat. deor.* Ut sol mundum omnem suâ luce complcat, ab eóque luna illuminata gravidatres & partus afferat, Plin. *lib.* 9. *cap.* 36. Diis advocatur placandis, omnémque vestem illuminat: in triumphali miscetur auro. Illuminare orationem: & Illuminare aliquid. Quintilianus, Cic. 3. *de Orat.* Quæ sententiis, orationem, verborúmque confirmationibus illuminent. Velleius, Illuminavit Thebas os Pindari. Idem, Illuminat Cicero naturam eloquentiâ & ingenio. Idem Velleius, Ille dies virtutem Catonis illuminavit. Idem, Horum fidem illorum perfidia illuminavit.

Illūmĭnātè, adverbium: Clarè, apertè. { λαμπρῶς. Gall. *Clairement, avec grande lumiere.* Ital. *Chiaramente, apertamente.* Germ. Klärlich, heiter. Hisp. *Claramente.* Angl. *Clearly, with great light.* } Cic. 3. *de Orat.* Qui distinctè, qui explicatè, qui abundanter, qui illuminatè, & rebus, & verbis dicunt.

Illūmĭnātio, nis. φωτισμός. Macrob. *Saturnal. lib.* 1 *cap.* 17. Phanata dixit solem ἀπὸ τῆς φανῆς, ἡ φωτιᾷ, i. à lumine, atque illuminatione.

Illūmĭnus, a, um: quod est sine lumine. { חשוך *chaschéch.* ἀφώτιστος. Gall. *Obſcur, sans lumiere.* Ital. *Senza lume.* Germ. Ohne liecht sinster. Hisp. *Casa escura, sin lumbre alguna.* Angl. *without light.* } Apul. *lib.* 6. Et illuminarum Proserpinæ nuptiarum. Et *lib.* 3. Servato noctis illumino tempore: id est, obscuro, & sine lumine.

Illūnis, e, nox dicta est à Plinio *Epist.* 106. pro obscura: quasi sine luna, & lunari splendore viduata. { חשוך *chaschéch.* σκοτώδης, οὐκ ἀπολάμπουσα. Gall. *Noire nuit, en laquelle la lune ne luit point.* Ital. *Notte senza lume della luna.* Germ. Ein nacht ohne monschein. Hisp. *A noche sin luna.* Angl. *A dark night when the moone giveth no light.* } Vix, inquit, viam defervenimus: & nox non quasi illunis & nubila, sed qualis in locis clausis lumine extincto. Apul. *lib.* 9. *Metamorph.* per primam & secundam declinationem inflexit, Illunæ, inquiens, caliginis: à nominativo Illunus, a, um.

Illūro, oppidum civium Romanorum in ea parte Tarraconensis Hispaniæ, quæ Pyrenæis montibus proxima est. Author Plin. *lib.* 3, *cap.* 3. & Pompon. Mela *lib.* 3.

Illūrco, ἰλλοῦρκις Ptolemæo, Hispaniæ Baticæ oppidum est apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 1.

Illūstrĭs, e, clarus, lucidus. { נס *ssach.* λαμπρός, λαμπρότης, φανερός. Gall. *Fort clair.* Ital. *Chiaro.* Germ. Erleucht, heiter. Hisp. *Esclarecido, claro.* Angl. *Peribright.* } Colum. *lib.* 1. Balneatia Occidenti æstivo advertantur, ut tam post meridiem, & usque ad vesperum illustria, id est, clara. Plin. *lib.* 9. *cap.* 16. Noctibus quidem illustribus æquè quàm die cernunt, id est, serenis. Plaut. *in Rudente,* Illustriores fecit, fenestrásque indidit. Salust. *in Jugurth.* Quo ad cognoscendum omnia illustria magis, magísque in aperto sint. ¶ Per translationem accipitur pro Nobili, celebri, & qui magni est nominis. { נכבד *nichbádh.* ἐνδοξος, διάσημος. Gall. *Fort renommé, illustre.* Ital. *Illustre, nobile, famoso, di gran nome.* Germ. Durchleuchtig, berümpt. Hisp. *Famoso en bien.* Angl. *Famous, noble, excellent.* } Cicer. *de Amicit.* Genus autem hoc sermonum positum in hominum veterum authoritate, & virorum illustrium, plus nescio quo pacto videtur habere gravitatis. Idem *in Verrem,* Tam illustre ac nobile domicilium. Illustre, notúmque omnibus factum, apud eundem, 7. *Verr.* Facta illustria, & gloriosa. Idem 1. *de finibus.* Fama illustris. Virg. 7. *Æneid.* Illustris & lata via. Cicer. 7. *Verr.* Gell. *cap.* 28. *lib.* 15. Illustrissimæ orationes. Idem *alibi,* Illustrissimi philosophorum.

Illūstro, as: Rem aliquam lucidam & splendidam efficio, lucem & splendorem affero, illumino, clarum reddo. { חאור *heir,* חביהק *hibhihk.* λαμπρύνω, φωτίζω. Gall. *Illustrer, donner clarté & lumiere ou luire.* Ital. *Illustrare, dar gran luce.* Germ. Erleuchten, heiter machen. Hisp. *Esclarecer.* Angl. *To mak light or cleere.* } Colum. *lib.* 1. Vinctis quàm salubberrimum subterraneum ergastulum, plurimis & iis angustis illustratum fenestris. Auri fulgore templum illustrare. Cicer. 6. *Verr.* ¶ Per translationem accipitur pro Nobilitare, clarúmque & celebrem reddere. { כבד *chibbádh.* ἀξιοφανίζω. Gall. *Illustrer, renommer, mettre en reputation.* Ital. *Dar chiara fama, illustrare.* Germ. Berümpt machen. Hisp. *Ennoblecer.* Angl. *To mak famous or wel knowen.* } Cicer. *Lentulo, lib.* 1. *Epist.* Illustrabit, mihi crede, tuam amplitudinem hominum injuria. ¶ Nonnunquam pro declarare, patefacere, manifestare, aperire: quòd quæ aperta sunt majorem lucem præbeant. { Δηλόω. Gall. *Declarer, donner à entendre.* Ital. *Dichiarare.* Germ. Erleutern, erklären. Hisp. *Declarar.* Angl. *To mak manifest or plaine.* } Cic. *in Catil.* Omnia & Senatus, & vos, quæ erant contra salutem omnium cogitata, illustrata & patefacta vidistis. Idem *de Oratore,* Patefacere & illustrare obscura. Illustrare philosophiam Latinis litteris. Idem *lib.* 1. *Acad.* & 1. *Tusc.* Velleius, Illustratos bello Italico Sylla (i. clarus factus.)

Illūstrātio, nis: Evidentia, exornatio, expolitio. { תפארת *jiphháh,* והר *zohar.* ἐξήγησις, τὸ φανερόν, τὸ κόσμημα. Gall. *Eclaircissement, ornement, reparement.* Ital. *Splendor, ornamento.* Germ. Erleuterung. Hisp. *Esclarecimiento, ornamento.* Angl. *A beautifeing, a making manifest.* } Quint. *lib.* 6. *cap.* 2. Insequetur ἐκφρασις, quæ à Cicerone illustratio & evidentia dicitur.

Illustramentum, i. Idem. { תפארת *jiphháh,* והר *zohar.* ἡ ἐξήγησις, τὸ φανέρωμα. } Quint. *lib.* 11. *cap.* 2. Hæc sunt vel illustramenta perturbationis, vel vitia, quibus propositis, multa cogitare debet orator.

Illūstrissimè, adverb. λαμπρότατα. Gell. *lib.* 9. *c.* 15. Purissimè atque illustrissimè, simplicique & incompta orationis antiquæ suavitate descripsit.

‖ Illut, illud. Antiq. Scal.

Illutbarbus, qui illutam barbam habet. ‖

Illūtĭbĭlis, e, quod elui non potest. { ἀνίπτος, ἀνίπτητος. Gall. *Qui ne se peut laver.* Ital. *Che non si può lavare.* Germ. Unabwäschlich. Hisp. *Lo que no se puede lavar.* Angl. *That cannot be washed.* } Plaut. *in Menach.* Nec ex illoc loco spurcatur nasum odore illutibili.

Illuvĭes, ei: Squalor, immunditia, sordes. { רפש *tsoáh,* טומאה *tumméáh.* ἀκαθαρσία. Gall. *Ordure, saleté.* Ital. *Sporchezza, bruttezza.* Germ. Must, unsauberkeit, unflat. Hisp. *Suziedad.* Angl. *Uncleanneſſe, filthineſſe.* } Terentius *in Heaut.* ita tenebat una pannis obsita, neglecta, immunda illuvie. Plaut. *Mostell. sc.* 1. *a.* 1. Germana illuvies, tas, pecus, hara, suis.

Illyris, idis, ἰλλυρίς, sive Illyrium, ii, sive Illyricum, i, regio Europæ satis ampla, secundùm dextrum maris Adriatici latus extensa, à cæteris partibus, Istria, Mysia superiori, & Macedoniæ parte, quæ Adriatico mari incumbit, terminata. { Das windischland, begreifft die Dalmatier und Sclauen. } Dicta ab Illyrico Polyphemi (ut Appianus scribit) sive (ut Eustathio placet) Cadmi filio. Urbes habet Iaderam, & Epidamnum, postea Dyrachium, hodie Rhagusam dictam, Salonem, & alias quamplurimas. Vulgò *Esclavonia.*

Illyrĭcus, a, um, ἰλλυρικός. Virg. 1. *Æneid.*

*Antenor potuit mediis elapsus Achivis,*
*Illyricos penetrare sinus.*

Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Trist.*

*Non procul Illyricis læva de parte relictis* (an Illyriis?)

Plaut. *Men. sc.* 1, *a.* 2. Massilienses, Illiorios (aliàs Jullurios, aliàs Illuros.)

Ilota, æ, arum. Plutarch. *in Lyc.* Ilotarum Spartæ misera conditio.

Ilva. ἴλβα. Ptolemæo, insula Hetruriæ adjacens, decem passuum millibus distans à Populonia, tenacissimi ferri metallis ubertima. Virg. 10. *Æneid.*

——— *at Ilva trecentos*
*Insula inexhausto Chalybum generosa metallo.*

Ilurcis, ἰλούρκις, urbs fuit Vasconum in citeriori Hispania, postea à Sempronio Gracchio, Gracchuris dicta.

Ilus, i. Ἶλος. Filius Tros regis Trojanorum, & Pater Laomedontis, quem matura ætate mortuus regni hæredem reliquit. Ab hujus nomine celeberrimum illud Mysiæ minoris, sive Troadis caput Ilii nomen accepit; sive quòd ab illo primùm fuerit conditum, quum Dardanus antea in montibus Dardaniam condidisset, ut placet Homero *lib.* 13. *Iliad.* sive quòd à Dardano primùm conditum instauravit Ilus, & auctius reddiderit, quemadmodum non obscurè significat Virg. *lib.* 8.

*Dardanus Iliaca primus pater urbis, & author.*

Author Strabo *lib.* 13. primum omnium illum ausum fuisse in campis habitare, proindeque in mediis campis fuisse sepultum, cujus sepulchri meminit & Homer. 11. *Iliad.* ¶ Fuit & alter Ilus Æneæ filius, alio nomine Ascanius appellatus. Virg. 1. *Æneid.*

*At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo*
*Additur, Ilus erat dum res stetit Ilia regno.*

I M

Im (inquit Festus) ponebant pro eum, à nominativo is. Cicer. 3. *de Legib.* Ast im cum auro sepelito.

Imacarenses, ἰμακαρηνοί. Populi Siciliæ stipendiarii, in mediterraneis insulæ siti, quorum meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 8.

Imaduchi, ἰμαδοῦχοι. Scythiæ populi, Caucasi montis juga accolentes. Plin. *lib.* 6. *cap.* 7.

‖ Imadus, carmen fœculare. Prol.

Imæum carmen, quod concinebant aquarum haustores. Rh. vel qui modulas versabant. ‖

Imāgo, nis: Simulacrum & alicujus rei repræsentatio. { תמונה *temmunáh,* תבנית *tabnith.* εἰκών. Gall. *Image, representation, semblance, pourtrait.* Ital. *Imagine, figura, simulacro, sembianza.* Germ. Ein bildnuß. Hisp. *Imagen ò semejanza.* Angl. *An image or lykines of any thing.* } Dicitur autem imago, quasi imitago: vel ab *in,* & *agere,* i. referre eum, cujus est effigies. ¶ De imaginibus & parabolis, legendus Senec. *Epist.* 60. Juvenal. *Sat.* 8.

——— *una vivit imago.*

Senec. *cap.* 24. *de const. ad Marc.* Imago filiorum, & effigies perit tantùm (i. corpus.) Idem *cap.* 15. *de tranq.* Cato virtutum viva imago. Plaut. *Prolog. Amph.* In Amphitruonis vertit se se imaginem. Idem *ibid.* Et Sosia servus, cujus ego hanc fero imaginem. Idem *Pseud. sc.* 1 *a.* 1. Expressam in cera ex annulo suam imaginem. *Ibid. sc.* 2. *a.* 4. Nosce imaginem: mox, signum. *ibid.* Imaginem obsignatam mittere. Ovid. 13. *Metam.*

——— *sub imagine tectum.* (Achillis.)

Senec. *cap.* 2. *de const. ad Marc.* Imaginem filii (mortui) nullam habere voluisti (ad consolandum sup.) Apuleius *Apolog.* 1. Fluor jugis imaginum. Velleius, Tanta patris imagine non obscuratur ejus (filii) memoria. Idem, Imaginem tribunitiæ potestatis reliquerat in jure Sylla. Item, Imagines cubiculares. Suet. *in August. cap.* 7. Imagines, statuæ sive. Idem *in Calig. cap.* 34. ¶ Imagines, de nocturnis visis, usurpavit Suet. *in Calig. cap.* 50. Item 15. *Metam.*

*Deceptus* (inquit) *imagine somni.*

Idem 3. *Fastor.*

*Vtile sit, fausténque precor quod imagine somni*
*Vidimus.*

¶ Pro specie. Ovid. *Eleg.* 11. *lib.* 3. *Trist.*

*Munere in hoc usus Rex est, sed imagine major.*

Idem *Eleg.* 10. *lib.* 1. *Trist.*

*Quicunque egressi nihil est nisi mortis imago.*

Imagines, & simulacra Deorum multæ Romæ fuerunt annis 170.

Plutarch *in Num.* Cic. *de Amic.* Nemo unquam animo, aut spe majora suscipiet, qui sibi non illius memoriam atque imaginem proponendam putet. Virg. 2. *Æneid.*

*——atque ipsius umbra Creüsæ*
*Visa mihi ante oculos, & notâ major imago.*

Cicer. *in Orat.* Demosthenis imaginem ex ære vidi. Idem *de natura Deorum.* Fac imagines esse quibus pulsantur animi, species duntaxat objicitur quædam. ¶ Olim nobiliores majorum suorum imagines ad vivum expressas, in atriis ponere solebant, quibus ad virtutem & similia facta excitabantur, & quibus populo commendabantur. Solebant enim eorum poni imagines, qui præclari aliquid in Republica gesserant: quo factum est, ut imagines pro nobilitate acciperentur. Cicer. *de Lege Agrar.* significare volens se novum hominem, id est, nulla generis nobilitate commendatum, Consulem tamen factum, ita ad populum loquit: Quemadmodum quum petebam, nulli me vobis authores generis mei commendarunt: sic si quid deliquero, nullæ sunt imagines quæ me à vobis deprecentur. Idem *in Pisonem.* Obrepsisti ad honores errore hominum, commendatione fumosarum imaginum, quarum nihil habet præter colorem. Ubi fumosas imagines appellat Cicero antiquissimi generis stemmata. Plin. *in Epist. lib. 9. ad Professorum.* Neque enim ardentiùs pronepotes, quàm ego liberos cupio: quibus videor à me, tuóque latere pronum ad honores iter, & audita latiùs nomina, & non subitas imagines relicturus: nascuntur modò, & hunc nostrum dolorem gaudio mutent. Subitas imagines appellat Plinius nobilitatem parùm antiquam, sed sepositè fortunæque beneficio quæsitam, quomodo nostris temporibus multi extiterunt, ignotis natalibus orti, qui nec avum quidem, aut etiam patrem ciere haud possent, aut auderent, qui subitariis principum beneficiis, & aulicorum suffragationibus, supra civile fastigium evecti, ingentium, splendidarumque gentilitatum fundamenta jecerunt. Hæc ex Budæo. ¶ Imago, pro vagina: quòd veluti sit imago ejus rei quam claudit. Virg. *lib.* 8.

*——curvam servans sub imagine falcem.*

¶ Rhetores imaginem, εἰκόνα, vocant quandam orationis figuram, quum res gesta non simpliciter indicatur, sed ut gesta sit ostenditur, ut est illud: Ipse inflammatus scelere ac furore in forum venit, ardebant oculi, toto ex ore crudelitas emicabat. ¶ Vitæ imago, id est, exemplar. Tacit. *lib.* 15. Quod unum jam, & tamen pulcherrimum habebat, imaginem vitæ suæ relinquere testatur. Oratoris imago, id est forma. Quinct. *lib.* 5. *cap.* 12. Olim jam ab illa vera imagine oratoris recesserunt. ¶ Imago expressa. Cicer. *pro Sext. Roscio*, Ut effictos nostros mores in alienis personis, expressámque imaginem nostræ vitæ quotidianæ videremus. Repræsentare imaginem sceleris. Quinct. *lib.* 6. *cap.* 1. Vestis tamen illa sanguine madens, ita repræsentavit imaginem sceleris, ut non occisus esse Cæsar, sed tum maximè occidi videretur. Imago, ut ait Festus, ab imitatione dicitur.

Imāgūncūlă, diminutivum, parva imago. { εἰκονίδιον, GALL. *Petite image.* ITAL. *Picciola imagine.* GERM. Ein kleine bildnuß. HISP. *Pequeña imagen.* ANGL. *A little imagine.* } Sueton. *in Cæsare*, Nactus puerilem imaguncularn.

Imāgĭnārĭŭs, a, um, quod verum non est, sed ita imaginamur & animo concipimus, ac si verum esset, cujusmodi apprehensionem proprie dicimus Imaginationem. { φανταστικός, παραφανταστικός. GALL. *Imaginaire, contrefait, feint.* ITAL. *Imaginario, contrafatto.* GERM. Das durch einbildung des gemüts gefasst ist. HISP. *Imaginado, fingido.* ANGL. *Imagined, contrefait.* } Sueton. *in Claud. Cæs.* Equestres militias ita ordinavit, ut post cohortem, alam: post alam, Tribunatum legionis daret: stipendiáque instituit, & imaginariæ militiæ genus, quod vocatur *super numerum*, quo absentes, & titulo tenus fungerentur. Imaginariis fascibus cedere. Liv. *ab Urbe.* Emptio imaginaria. Ulpianus *l. si qui suâ, §. 2. ff. de manumiss.* Si ab ignoto emptus sit, postea autem pretium suum obtulerit, dicendum erit non esse audiendum: ab initio enim hoc agi debet, ut imaginaria fiat emptio, & per fidem contractus inter emptorem & servum agatur. Est autem imaginarius emptor, qui servum illius nummis emit.

Imāgĭnōsŭs, a, um: In quo sunt plures imagines. { εἰκονώδης. GALL. *Plein d'images.* ITAL. *Incui sono molte imagini.* GERM. Voll bilder seyn. HISP. *Cosa llena de imagines.* ANGL. *Full of images.* } Cod. speculum imaginosum à Catullo dicitur, ab imaginibus, quæ in speculo numerosæ videntur. ¶ ¶ Imaginosus item morbus est φανταστικός, quum phantasmata animo occurrunt. ‖

Imāgĭno, as: Imagines facio, seu repræsento. { יצר *jatsár*, εἰκονίζω, ἀναπλάττω. GALL. *Representer, ou rendre la semblance d'aucun, faire images.* ITAL. *Far imagini, rappresentare.* GERM. Ein bildnuß geben oder machen. HISP. *Hazer imagines.* ANGL. *To make images, to represent the likeness.* } Gell. *cap.* 13. *lib.* 16. Ut speculum in loco positum nihil imaginat, aliorsum translatum facit imagines.

Imāgĭnŏr, aris, rem aliquam mente concipio, mente aliquid fingo. { יצר *jatsár*, הגה *haghah*. ἐπινοέω, φαντάζομαι, ὑπονοέω, ὑπολαμβάνω. GALL. *Imaginer, comprendre en sa pensée.* ITAL. *Imaginarsi, pensare.* GERM. Einbilden, ein bildnuß mit dem gemüt einfassen. HISP. *Imaginar, ó fingir visiones.* ANGL. *To imagine, to conceive, to muse on.* } Plin. *lib.* 20. *cap.* 13. Ideo profluvio genitali datur, & venerem crebrò per somnia imaginantibus. Plin. *in Epist.* Cujus quidem Fannius quod accidit, multò antè præsensit: visus est sibi per nocturnam quietem jacere in lecto suo compositus in habitu studentis, habere ante se scrinium (ita solebat) mox imaginarius venisse Neronem, in toro sedisse. Sueton. *in Cæs. cap.* 81. Et Calpurnia uxor imaginata est collabi fastigium domus (id est, videre sibi per somnium visa est.) Quintilianus, Quærere, imaginari, & fingere oratorem.

Imāgĭnārĭo: Alicujus rei conceptio & fictio, quæ mente fit. { יצר *jetser*, φαντασία, ἐπινόημα. GALL. *Imagination.* ITAL. *Imaginatione.* GERM. Einbildung. HISP. *Obra de imaginar, imaginamiento.* ANGL. *Imagination, conceiving of any thing in mynd.* } ut, Imaginationes libidinum, apud Plin. *lib.* 20. *cap.* 7. ¶ Imaginabile, quod mente concipi potest. ἐπινοητόν.

Imāgĭnātŭs, a, um, quod est ad alicujus imaginem factum. { ἀνδριαντοποίητος. GALL. *Imaginé, fait à la semblance ou image de quelqu'un.* ITAL. *Fatto ad imagine d'alcuno.* GERM. Eingebildet. HISP. *Imaginado, ó fingido, hecho a la imagen de alguno.* ANGL. *Made after the lykenes of any thing.* } Lactant. *lib.* 15. Sed terram dignis suis imaginatam mutant & adorant.

Imantopodes, ἱμαντόποδες. Populi in Æthiopia loripedes, quibus serpendo ingredi natura est: hoc est, ut Solinus interpretatur, qui flexis cruris nexibus ingrediuntur. ἱμὰς enim Græcorum dicunt. De his Plin. *lib.* 5. *cap.* 8. ¶ Sunt & aves quædam imantopodes dictæ, ex argumento pedum, quasi loripedes, quòd habent crura prælata. Plin. *lib.* 10. *cap.* 47. Laudatissimi porphyrionis in Comagene, rostra ris, & prælonga crura rubent. Hæ quidem & imantopodi, multò minori: quanquam eadem cruris altitudine. Nascitur in Ægypto: insistit ternis digitis. Quo tamen in loco Plinii, quidam *hæmatopodi* legere malunt, ut potius à sanguineo cruris colore, quàm ab eorundem longitudine ducti hac. Vide supra *Hæmatopedes.*

‖ Imarctium, templum grandius. Malaxus.

Imarmene, εἱμαρμένη, fatum.

Imatium, peculiare genus vestium sæcularium. Codin. ‖

Imaus. Ἴμαος. Caucasi montis pars, Indiam à Scythia dirimens, Scythiamque ipsam in duas secans partes, quarum altera, Scythia intra Imaum; altera, Scythia extra Imaum appellatur. Vide Plin. *lib.* 6. *cap.* 17. & Ptolemæum *Asiæ tabula* 9.

Imbaros, Ἴμβαρος. Sami insulæ fluvius est, apud Plin. *lib.* 5. *cap.* 27.

Imbĕcillis, e, & imbecillus, a, um: Debilis, languidus, infirmus, quasi baculo destitutus: quæ significatio tracta videtur à tenerioribus plantis, quæ citra baculi adminiculum vix possunt subsistere. { אמלל *umlál*, חלש *challasch*, דוי *davái*. ἀσθενικός. GALL. *Imbecille, foible, debile, lasche.* ITAL. *Debole, languido.* GERM. Schwach, blöd / machtloß. HISP. *Debil y flaco.* ANGL. *Feble, weake.* } Plin. *in Panegyr.* Quis enim est tam imbecilli ingenio, qui non tanto meliorem Consulem speret, quanto sæpiùs fuerit. Cic. *de Amic.* Ut si parentibus nati sint humilibus, propinquos habeant imbecilliores vel animo, vel fortuna, eorum augeant opes, eisque honori sint, & dignitati. Horat. 2. *Serm.*

*Imbecillus, iners, si quid vis, adde popino.*

Cicer. *de Amic.* Imbecilla enim humana natura est ad contemnendam potentiam, &c. Plin. *in Epist.* Sed hæc felicitas terræ, imbecillis cultoribus fatigatur. Quint. Imbecilla frons & verecunda sustinetur magna conscientia. Et Senec. *Epist.* 60. Dum imbecillissima mœnium quatit.

Imbĕcillĭtās, atis: Debilitas, infirmitas, defatigatio, & tam ad animum, quàm ad corpus refertur, sicut & imbecillus. { חלשה *chaluschah*, דוי *devái*, מדוי *madvéh*. ἀσθένεια, ἀδυναμία. GALL. *Imbecilité, foiblesse, debilité, lascheté.* ITAL. *Debolezza, infirmità.* GER. Schwachheit / blödigkeit / machtloß. HISP. *Flaqueza ó impotencia.* ANGL. *Feblenes, weakenesse.* } Cic. *de Amic.* Sæpissimè igitur mihi de amicitia cogitanti, maximè illud considerandum videri solet, unum propter imbecillitatem atque inopiam desideranda sit amicitia. Imbecillitas materiæ matorum. Cæs. 2. *bell. civil.* Imbecillitas consilii. Cic. 1. *Offic.* Imbecillitas ætatis. Idem *ad Brutum.*

Imbĕcillĭtĕr, adverbium; Debiliter, & remissè, ac languidè. { ἀδυνάμως. GALL. *Debilement, foiblement, lascivement.* ITAL. *Debolmente, languidamente.* GERM. Schwachlich. HISP. *Flacamente.* ANGL. *Feblelie, faynlye.* } Cic. 4. *Acad.* Dubitant, hæsitant, revocant se interdum, hisque quæ videntur, imbecillius assentiuntur. Idem 5. *Tusc.* Qui imbecillius horrent dolorem & reformidant.

Imbellis: Timidus, ignavus, quasi bello parum aptus. { חלש *chalásch*. רפו *raphúh*. ἀνάλκης, ἄναλκτος, ἀνανδρώδης. GALL. *Couard, lasche en bataille, debile.* ITAL. *Inetto à la guerra, timido.* GERM. Untüchtig schreckhaft, forchtsam. HISP. *Flaco para poder pelear, indispuesto para batallar.* ANGL. *Cowardous, weake, fearfull.* Cic. 1. *Offic.* Nunquam periculi fuga committendum est, ut timidi imbelleique videamur. Ovid. *in Epist.*

*Tres sumus imbelles numero, sine viribus, unus,*
*Laertésque senex, Telemachúsque puer.*

Imbellis, inermisque fœminarum turba. Liv. *lib.* 8. & 38. Imbelle pecus. Idem 4. *ab Urb.* Imbelle tirocinium, quo non sit pugnatum. Item Ovid. 13. *Metam.*

*——— asperæ gravisque*
*Pelim hastæ potest imbellibus esse lacertis.*

Ibidem,

*Conferat his Ithacus Rhesum, imbellémque Dolonem.*

Virg. 2. *Æneid.*

*Sic fatus senior, telumque imbelle sine ictu*
*Conjecit.*

Imbelles damæ. Martial. *lib.* 13. Imbellis cithara, hoc est, molle quiddam & effœminatum resonans, & à Martio rubæ tropitu plurimùm distans. Ita imbellis lyra. Horat. *lib.* 1. *Od.* 6.

*——— dum pudor*
*Imbellisque lyra musa potens vetat*
*Laudes egregii Cæsaris, & tuas*
*Culpas deterere ingenii.*

Imbēllĭtās: Ignavia, inertia, & belli reique militaris imperitia. { חלושה *chaluschâh*. ἀνανδρία. GALL. *Couardise ou guerre, debilité & faute de courage.* ITAL. *Viltà, poca sperienza di combattere.* GERM. Zagheit / unmanheit. HISP. *Flaqueza para pelear.* ANGL. *Cowardnesse, lothenesse, lack of courage.* } Mict. *lib.* 3. *Sat.* Tunc Pœnus eludens ignaviam, imbellemque militum ejus pretiosè armatorum: Planè, inquit, satis esse credo Romanis hæc, etsi avarissimi sunt.

Imber, bris, ab ὄμβρος. Quibusdam himber ab hiems. alii hymber ab ὗω. Hinc imbrex, generis masculini: in ablativo imbre, vel imbri, { גשם *geschem*, מטר *matár*. ὄμβρος. GALL. *Pluye.* ITAL. *Pioggia.*

GERM.

Germ. Ein grosser tägen. Hisp. *La agua lluvia.* Angl. *A shower of rayne.* } Virg. 4. *Æneid.*

——— *& ventis pulsantur & imbri.*

Lucretius,

*Ex igni terráque anima nascuntur & imbre.*

Est autem imber aquarum largus ex concretis effusum nubibus: nimbus verò repentina, & vehementior pluvia: quæ quanto est improvisior, tanto est præcipitatior, & breviore attringitur casu. Virg. 2. *Georg.*

*Maximus agricolis, pelagóque parabitur imber.*

Plaut. *in Most. sc.* 2. *a.* 3. Venit imber, lavat parietes, perpluunt tigna. Ovid. *Eleg.* 6. *lib.* 4 *Trist.*

*Fert herùs præcipites navis modò facta procellas:*
*Quamlibet exiguo solvitur imber aqua.*

Plaut. *Most. sc.* 2. *a.* 3. Ea (tempestas) grandinem imbrémque mihi attulit. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Tam hoc in proclivi, quàm imber est, quando pluit. Terent. *in Eunuch.* Quo pacto Danaë missse aiunt quondam in gremium imbrem aureum Virg. 4. *Georg.*

——— *ipse ferasces*
*Figat humo plantam, & amnicos irriget imbres.*

¶ Imber non tantùm de pluviæ lapsu & agmine, sed etiam grandinis. Lucret.

*Nec cohibere nives gelidas, nec grandinis imbres.*

Per translationem pro quovis humore aqueo accipitur. Virgil. *lib.* 1. *Æneid.* pro aquarum copia uberiore vehementioréque ulurpave, *Accipimus inimicum imbrem, rimisque fatiscunt.*

¶ Imber, pro lacrymarum effusione. Ovid. *lib.* 3. *amor. Eleg.* 5.

*Spargebat tepido flebilis imbre sinus.*

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 3.

*Nil nisi flere libet, nec nostro parcior imber.*

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

*Inque sinum mœsta labitur imber aqua.*

Item Plaut. *Mostell. sc.* 2. *a.* 2. Amor advenit pro imbre in cor meum lapidum. Sanguinis, & terræ imber. Cic. 1. *de divin.* Ferreus imber. Virg. 12. *Æneid.*

*Tempestas telorum & ferreus ingruit imber.*

¶ Sunt tamen qui hoc nomen cum h & y scribant, quòd à Græco verbo ὕειν, quod est pluere, deducendum arbitrentur: unde & hyemem dictam esse suprà ostendimus. Verisimilius tamen videtur à Græco ἔμβρυον derivari, quod imber Latinis est. Sine aspiratione autem scribi debere ex compositis apparet, quæ sunt September, October, November, & December.

Imbrĕus, a, um: Pluviosus, & imbres ferens, aut generans. { ὑετώδης. Gall. *Pluvieux.* Ital. *Piovoso.* Germ. Regendächtig. Das zunder gen geneigt. Hisp. *Invierno.* Angl. *Full off showers or rayne.* } Plaut. *in Merc.* Hic Favonius serenus est, hic Auster imbreus: Hic facit tranquillitatem, itte omnes fluctus concitat.

Imbr ĭdus, aliud adjectivum, idem significans. Solinus *cap.* 10. Nam homo Sardus opem plurimam de imbrido cœlo haberet.

Imbrĭfer, a, um: Pluvius, pluvias afferens. { ὑετοφόρος. Gall. *Qui apporte, ou ameine la pluye, pluvieux.* Ital. *Che apporta pioggia.* Germ. Das zergen bringt. Hisp. *Cosa que trahe agua lluvia.* Angl. *That bringeth rayne, stormie.* } Ut, Auster imbrifer, Cœlum imbriferum. Colum. *lib.* 1. *cap.* 4. Hoc ego siccis locis fieri utiliter non negaverim: sed ubi aut uliginosa regio est, aut cœli sunt imbriferi, minimè faciendum censeo. Virg. 1. *Georg.*

——— *Vel quum ruet imbriferum ver.*

Imbĕrbis, e: Barba carens, non barbatus. { ἀγένειος, ἀνήνωρ. Gall. *Qui n'a point de barbe.* Ital. *Senza barba, sbarbato.* Germ. Dager bartet oder ein bart. Hisp. *Lo que no tiene barba.* Angl. *Beardeles.* } Horat. *de arte,*

*Velquia turpe putant parere minoribus, & quod*
*Imberbes didicere, senes perdenda fateri.*

Cicer. *pro domo sua*, Quæ major calumnia est, quàm venire imberbem adolescentulum, &c. Idem 1. *de natura deor.* Illo enim modo dicere licebit Jovem semper barbatum, Apollinem semper imberbem.

Imberbus, pro *Imberbis*, apud Nonium *cap.* 2. *n.* 84. ex Lucil. & Varr.

Imbĭbo, i. Bibo, humorem attraho. { שתה *schathàh*, רוה *ravàh*, ἐμπίνω. Gall. *Boire, embeire.* Ital. *Bevere.* Germ. Trincken, in sich trincken. Hisp. *Embeverse si.* Angl. *To drink, or receive in.* } Plin. *lib.* 20. *cap.* 14. Imbibitur ad serpentium ictus decoctum. Idem *lib.* 24. *cap.* 15. Radix ejus imponitur carbonibus cupressi, atque is nidor per infundibulum imbibitur in vetere tussi. Gell. *c....lib.* 13. Imbibere opinionem. Livius *lib.* 1. *ab urb.* Tantis certamen animis imbiberant. *Ibid.* Neque immemor ejus, quod initio consulatus imbiberat. ¶ Imbibere item per metaphoram apprehendere significat, & concipere. { תרה *barah*, ἐκμανθάνω, ἐναπολαμβάνω. Gall. *Prendre, concevoir.* Ital. *Apprehendere.* Germ. In sich fassen. Hisp. *Prendere.* Cic. 2. *Verr.* An iste unquam de se bonam spem habuisset, nisi de vobis malam opinionem animo imbibisset? Liv. *lib.* 2. *ab urb.* Nec ulla vi domari poterat, tantum certamen animis imbiberat. ¶ Imbibere, instituere, decernere, perseverare. Cic. *pro Quinct.* Atque imbibere ejusmodi rationibus, illum ad suas conditiones producere. Lucret.

——— *pauca capere imbibat aures.*

¶ Imbito est ineo. } *Bate.*

Imbracteo, bracteæ includo. Vide *Bracteatus.* Gloss. ¶

Imbrasus, ὁ Ἴμβρασος. Sami insulæ fluvius est, apud Plin. *lib.* 5. *cap.* 31.

Imbreus, per duas syllabas. Nomen unius Centauri, apud Ovid. *lib.* 12. *Metam.*

*At non Eurynomus, Lycidásque, & Aranis, & Imbreus,*
*Effugere necem.*

Imbŏnĭtas, non bonitas, vox *Tertulliano* nota. Tertull. *ad Martyres*, Ubi omnis duritia & imbonitas & infirmitas constitit. Idem *de exhort. Castitat.* Alioquin tes & viris & fœminis eadem imbonitate, &c.

¶ Imbrevio, as, in breves, seu peracta referre. Hinc.

Imbreviator, qui in breves referebat.

Imbrevistura, protocollum. Scriboo. ¶

Imbrex, icis: Canalis est, vel tegula curva & obtorta, per quam imber defluit. { κεράμιον. Gall. *Tuile creuse & à demy ronde.* Ital. *Embrici, coppi, tegola da coprire la casa.* Germ. Ein buchrennt oder holer ziegel. Hisp. *La teja, ò canal del tejado.* Angl. *The tile called gutter tile being half crooked.* } Plaut. *Mostel. sc.* 2. *a.* 1. Tempestas venit, contrigit tegulas, atque imbrices. Idem *in Mil. sc.* 6. *a.* 1. Sisen. *lib.* 3. *hist.* Dilapsis imbricum fragminibus, ac tegularum. Ex quibus locis constat imbrices genus esse tegularum, incurvum ex opere figlino, quo etiam hodie in plerisque locis utimur ad arcendum imbrem. Unde imbricata tecta appellamus, quæ ex imbricibus sunt confecta. Vide *infrà.* ¶ Imbrices, genus plaustrum. Sueton. *in Nerone. cap.* 20. Qui (adolescentuli) divisi in factiones plaustrum genera conficerent: bombos, & imbrices, & tectas vocabant.

¶ Imbrico, κεραμόω. Onom. est imbricum, seu suggrundiorum modo facio, vel tego. ¶

Imbricātus, a, um: Imbricis modo incurvatus, imbricum figuram referens. { ἐμβληκώδης. Gall. *A demi rond, comme tuile d'égouts.* Ital. *Che ha figura d'embrice, fatto à forma di tegole.* Germ. Der formiret oder an ein ander gesetzt als die holen ziegel. Hisp. *Cosa canalada con canales.* Angl. *Crooked lyk a gutter tile.* } Plin. *lib.* 1. *cap.* 1. Superné tantùm imbricatas flexibilibus vertebris. Vitruv. *lib.* 2. Inferta verò cæmenta, alia super alia sedentia, inter se imbricata, non speciosam, sed firmiorem, quàm reticula, præstant structuram. Quo loco imbricata cæmenta, quæ imbricum in morem inter se ligata sunt & composita. Budæus.

Imbricātim, adverbium: Imbricum modo. { γεισωμάτιον, γεγεισωμένον. Gall. *A la façon des tuiles des égouts.* Ital. *A foggia de tegole.* Germ. Auff die weiß als die hol ziegel oder tächl. Hisp. *Como à canales.* Angl. *In the maner of gutter tile.* } Plin. *lib.* 9. *cap.* 34. Iam distinctione virgulata, crinita, crispa, cuniculatim, pectinatim, imbricatim undata.

¶ Imbricamentum, opus imbricarum. ¶

Imbricĭtor, is, qui imbres ciet. Ἰμβρικτήρ. Ennius in 17. apud Macrobium *lib.* 6. *cap.* 2.

*Concurrunt veluti venti, cùm spiritus Austri*
*Imbricitor, Aquilæque sua flat flamine contrà.*

Imbria. Ovid. *Eleg.* 9. *lib.* 1. *Trist.*

*Imbria terra tuos in portus venimus.*

Imbromati, quibus est fastidium βρώματος, i.e. cibi. ¶

Imbrus, ἴμβρος. Insula Thraciæ adjacens, Mercurio sacra, cum oppido ejusdem nominis. Vide Plin. *lib.* 4. *cap.* 11. Hinc adject. Imbrius: ut, Terra Imbria. Ovid. 1. *Trist. Eleg.* 9.

Imbŭlbĭtare, est puerili flercore compurcare, ἀλφιζάω. ¶ Imbubinare autem est monstruo mulierum sanguine inquinare. Lucilius apud Festum, Hic te imbubinat: ac hic contrà te imbulbitat. Dedecorum autem est imbulbitare à Græco βόλβιτος: quo nomine fimus, vel stercus significatur.

¶ Imbulus. Ver. Dict. Imbulus, quasi inambulus: locus ad ambulandum parinsus. ¶

Imbŭo, is, ui, utum, ab *in*, & *bua*, quod est priscum, à βύω, i.e. infercio: hinc bua, omnis generis potio. Liquore vel odore aliquid inficio, & ut quid aliquid imbibat, vel hauriat, efficio. ¶ Fit autem à præpositione in, & Græco verbo buo, quod priscum est βύω, & significat infercio. { אבט *ebat*, אבה *ebàh*, רוה *ravàh*, חנך *chanach*, ἐμβάπτω, ἐμβάλλω. Gall. *Abbreuver de quelque liqueur.* Ital. *Tingere, empiere, immergere.* Germ. Trincken / eingiessen. Hisp. *Embeuer, à empapar, à hinchir.* Angl. *To imbrue or die with some colour or licour.* } Columell. *lib.* 10. Quibus liquoribus mundam lanam unguere oportebit, ut insistentes apes, quasi per syphonem succum evocent. Horatius *lib.* 1. *in Epist.*

*Quo semel est imbuta recens servabit odorem*
*Testa diu.*

Cic. 14. *Philipp.* Imbuti sanguine gladii, &c. legionum exercituúmque nostrorum, vel madefacti potiùs ducum Consulum tertio Cæsaris præsio. Liv. *lib.* 1. *dec.* 5. Novitas successoris, quæ noscendis prius quam agendis rebus imbuenda sit. Imbutus odio. Liv. *lib.* 4. *ab urb.* Idem Imbutus certaminibus plebeiis. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

*Hæsurus hamus ferro, imbuátque tela veneno.*

Inārdĕsco, scis: Flammam concipio, igne accendor. {להט *lahát.* ἀναφλέγω. Gall. *Ardre, estre embrazé.* Ital. *Ardere.* Germ. Entbrennen/ erwarm brennen. Hisp. *Consumirse alguna cosa del fuego.* Angl. *To burne, to be one fire.* } Inardeo verò idem est quod in re aliqua ardeo. Horatius *Epod.* 3.

*Nec munus humeris efficacis Herculis*
*Inarsit assumptus*: hoc est, arsit in humeris Herculis. Quintilianus, Inardescant affectus.

Inārēsco, scis: Aridus & siccus fio. {יבש *jabésch.* ξηραίνομαι, ἀποξηραίνομαι. Gall. *Devenir sec, se secher.* Ital. *Seccarsi.* Germ. Erdorren/ dürr werden. Hisp. *Secarse.* Angl. *To waxe drier and drier, to drie up.* } Col. *cap.* 6. *lib.* 1. Deinde ubi tectorium illud inaruerit. Gell. *lib.* 20. *cap.* 8. Cæpe inarescit lus à adolescente.

Inārēfactus, Participium ab Inarefio. {מחרב *macherâb.* ξηρασμένος, ἀποξηρασμένος. Gall. *Fort seiché, & aride.* Ital. *Molto secco.* Germ. Gedörret. Hisp. *Muche secado.* Angl. *Made dried, dried to powder.* } Plin. *lib.* 32. *cap.* 10. Ad sanguinem sistendum & ranarum illinunt cinerem, vel sanguinem maresactum.

Inārgēntātus, a, um: Argento coopertus, atque obvolutus. {מצחצח *metsuppháchab.* ἀργυρωμένος. Gall. *Argenté, couvert en bruni d'argent.* Ital. *Argentato.* Germ. Versilbert/ mit silbert überzogen. Hisp. *Platado por defuera.* Angl. *Covered with silver.* } Plin. *lib.* 21. *cap.* 2. Paulatimque & Romæ subrepsit appellatio, corollis inter initia propter gracilitatem nominatis: mox & corollariis, postquam è lamina ærea, tenui, aut inaurata, aut inargentata dabantur.

Inārgūtè, adverbium: Non acutè. {οὐκ ἀγχινῶς. Gall. *Sans subtilité.* Ital. *Senza argutie, senza sottilità.* Germ. Nitt spitzfündiglich/ nitt subtil. Hisp. *Sin sutileza.* Angl. *Without subtilitie, unwittily.* } Gell. *lib.* 21. *cap.* 13. Tunc Sulpitius Apollinaris retorquens: Non mehercule inargutè, inquit, nec incalliḍè opposuisti hoc Tullianum.

Inārimi, ἄρυμοι Homero, Ἀρίμοις Stephano. Insula est in sinu Puteolano, non procul à Nespoli, ut ait Plin. *lib.* 3. *cap.* 6. In qua mons fuit qui terræ motum passus, alteram fecit insulam, quæ Prochyta, ab effusione dicta est. Sub hanc quoque insulam Typhœa gigantem à Jove detrusum. Virgilius his verbis declarat:

*Tum sonitu Prochyta alta tremit, durumque cubile*
*Inarime, Iovis imperiis imposita Typhœo.*

Eadem & Ænaria, à statione navium Ænææ: & à corendicis forma, Ischia dicitur. Ab Homero in Catalogo insula hæc ἄρυμοι appellatur. Primus Virgilius, quum illud Homeri ἀναρίθμους transferret, ex ἀν, Ionum præpositione, & ἀρίθμοις, unam dictionem conflavit, numero & declinatione mutatis. Inarime verò ab Arimis, sive populis, sive belluis, ita priscæ Hetruscorum lingua simias dictante, quas Græci πίθηκους vocant, unde nomen insulis Pithecusis, ut Strabonis placet, ex historia fabulosa, quam Harpocration, Xenagoras, & Suidas ita referunt. Fratres (aiunt) duo fuerunt, Candulus & Atlas, omnium scelerum, quibus humana vita damnata est, authores & inventores. Quibus motum perversitas, Cercopum nomen dedit. Impostores enim ac planos, quales hi præcipui fuêre, ita Græci vocant ab animalibus quæ κίγκοι, id est, caudæ motu blandiuntur. Its summum studium fuit, appulsos & advenas dolis quibuscunque circumvenire. Quod quum in ipsum etiam Iovem tentassent, ab eo ex hominibus in simias mutati sunt, quas Græci pithecos vocant. Unde insulis, quas tenebant, Pithecusæ vocabulum datum. Hinc Ovidius Xenagoram sequutus 14. *Metamorphoseos* cecinit,

*Inarimen, Prochytémque legit, sterilique locatas*
*Colle Pithecusas, habitantum nomine dictas.*

Quanquam Plinius *lib.* 3. ait: Inarime dicta, Græcis Pithecusa, non à simiarum multitudine, ut aliqui existimavère, sed à figulinis doliariorum.

Inărō, as: Aro, terram aratro proscindo. {חרש *charáseh.* ἀρόω. Gall. *Labourer, arer, cultiver.* Ital. *Arare.* Germ. Ein feld ebnen. Hisp. *Arar y labrar la tierra.* Angl. *To plowgh, to eare land.* } Plin. *lib.* 18. *cap.* 14. Inarari protinus solum opus est. ¶ Interdum inarare idem est quod arando obruere: ut cùm lupinum, fabaliáve, aut quid simile stercorandi agri gratiâ aratro obruimus. Varro *lib.* 1. *de re rust. cap.* 25. Itaque lupinum, quum necdum siliculam cepit, & nonnunquam fabalia, si ager macrior est, pro stercore inarare solent. Inarare arbores, apud Col. *lib.* 1. *cap.* 2.

Inărātus, a, um: Non aratus. {לא נחרש *lo necheráseh.* ἀνήροτος. Gall. *Non ará, ni labouré.* Ital. *Non arato.* Germ. Ungeeckt/ ungebauet. Hisp. *Cosa no brada, no labrada.* Angl. *Unplowghed or tilled.* } Virg. *lib.* 1. *Georg.*

Inārtificiālitĕr, adverbium. {ἀτέχνως. Gall. *Sans artifice.* Ital. *Non artificiosamente.* Germ. Unkünstlich/ unmeistlich. Hisp. *Sin arte.* Angl. *Without art.* } Quintil. *lib.* 2. *cap.* 17. Sed nec illa omittenda sunt, qua in re alius se inartificialiter gerat, in ea esse artem.

Inascensus, ἀνάβασις. Ascensus. Plinius *in Pan.* 111. Jam toties procedere in rostra, inascensúque illum superbiæ principum locum tercre, &c.

Inaspectus, a, um: Non visus, non conspectus. {ἀνεπόπτευτος, ἀόρατος. Gall. *Non vu, non regardé.* Ital. *Non visto.* Germ. Nit angesehen. Hisp. *No mirado.* Angl. *Unseen.* } Stat. 1. *Thebaid.*

——— *imaque recessu*
*Sedis inaspectos cœlo radiisque penates*
*Servantem.*

Inassātus: Assatus. {צלוי *tsalúi,* צלי *tsêli.* ὀπτός, ὀπτάω. Gall. *Rosti.* Ital. *Arrostito.* Germ. Gebratten. Hisp. *Cosa muy assada.* Angl. *Rosted.* } Plin. *lib.* 29. *cap.* 8. Glaucomata verò jecinoris recentis inassati sanie, cum despumato melle inunctis. Idem *lib.* 30. *cap.* 8. Verendorum formicationibus, vertucisque medetur asterium pulmonis inassati sanies.

Inassuētus, a, um: Insuetus, inusitatus. {ἀσύνηθης. Gall. *Inusité, non accoustumé, non usité.* Ital. *Non usitato, non consueto.* Germ. Ungewohnet. } Ovid. 4. *Fast.*

*Iandiu interea diri via: tálmque diurnum*
*Lumen inassueti vix patiuntur equi.*

Idem *in Ibin.*

*Cepit inassuetas sumere tela manus.*

Inātēres, ἀνάμιγες, Græco nomine dicuntur quæ duobus, vel pluribus nupserit fratribus, sicut Æthra, ἀνάμιγες, quibus duæ nupserunt sorores.

Inatus, ἀνατὸς, ubi Cicero, alii montem & fluvium esse dicunt, in quo colebatur Ilithya Inata. Steph.

Inaurātus, a, um: Non attenuatus, aut imminutus. {οὐ λεπτυσμένος, ἀπαύρητος. Gall. *Qui n'est point attenué, appetissé ni amenuisé.* Ital. *Non attenuato, non sminuito.* Germ. Ungeminderet/ unabgethanet. Hisp. *No adelgazado.* Ang. *Not diminished, not made lesse.* } Ovid. 8. *Metam.*

*Iámque fame patriæ, alitque voracine ventris*
*Attenuarat opes: sed inattenuata manebat*
*Tum quoque dira fames, implicataque vigebat*
*Flamma gulæ.*

Inaūdax, acis: Timidus. {δειλός. Gall. *Qui n'est point hardi, coüart.* Ital. *Timido.* Germ. Unkeck/ ungedurstig. Hisp. *Temeroso.* Angl. *Cowardous.* } Horatius 3. *Carm. Ode* 20.

*Dura fessi pauló fugies inaudax*
*Præda rapter.*

Inaūdĭo, is: Rem antea incognitam audio, & intelligo, auditione percipio. {ἀκούω. Gall. *Ouyr.* Ital. *Vdire.* Germ. Hören sagen. Hisp. *Oyr.* Angl. *To heare.* } Plaut. *Milit. sc.* 5. *a.* 2. Sororem hic esse inaudivi. *Ibid. sc.* 3. *a.* 2. Os columnatum esse poëtæ inaudivi barbaro. Et *Capt. prolog.* Quoniam heri inaudit de summo loco esse (i. inaudivit.) Idem *in Aulul.* Credo ego jam illum inaudisse, mihi esse thesaurum domi. Cicer. *Pansa*, Quorum erupit illa vox, de qua ego ex te primùm inaudieram.

Inaūditus, a, um: Non auditus, novus. {ἀνήκουστος. Gall. *De quoy on n'a point ouy parler, non ouy.* Ital. *Inaudito, nuovo.* Germ. Unerhört/ von dem man nie hatt hören sagen. Hisp. *Cosa no oyda.* Angl. *Unheard.* } Liv. 5. *bell. Maced.* Et multa nomina gentium inauditarum. Cicer. 1. *de Orat.* Nihil dicam recondítum, nihil expectatione vestra dignum, nihil aut inauditum vobis, aut cuiquam novum. ¶ Inauditus quandoque significat causam indictam, ut apud Sueton. *in Vitel. cap.* 14. Ut quisque deferretur, inauditum capite puniebat. Idem in Galb. *cap.* 14. in eadem significatione inauditum ulurpat.

Inaūdītus, a, um: apud veteres etiam actionis significat, quæ ne in usu fuit, ut Nonius annotavit. Quædam animalium alia alio sensu carent, & aut cæca naturâ gignuntur, aut inodora, aut inaudita. Ex Nonio. Unde locus Gell. *lib.* 7. *cap.* 6. corrigendus est, ubi legitur in quibusdam codicibus, Inaurita.

Inaūdītŭlus, a, um, tenuis auditio rei ediscendæ. ἀκροαμάτιον. Gell. *lib.* 5. *cap.* 21. Habebátque nonnullas disciplinæ grammaticæ inauditiunculas partim rudes, inchoatásque, partim non probas, ideóque commentationes: ita enim τὰ ἀκροαμάτια, videtur exponendum hic. Vide suprà *Acroamata.*

Ināvērsābĭlis, inevitabilis, atque indeclinabilis, ἀναπότρεπτος. Apul. *in Hermetis Asclepio.* Sed serviunt rei stabilitati rationis æternæ, quæ æternitas inaversabilis, immobilis, insolubilis est.

Inaūgūro, as: Dedico, consecro. {חנך *chanách.* ἐγκαινίζω, ἱερεύω. Gall. *Dedier, consacrer.* Ital. *Dedicare, consacrare.* Germ. Eine weihen/ einem einweihen/ zu gnaigen. Hisp. *Consagrar.* Angl. *To dedicate or consecrate.* } Apud veteres enim nefas erat quempiam in dignitatem aliquam, aut sacerdotium assumi, aut etiam ædem alicui Deorum consecrari, nisi augurato, hoc est, addicentibus avibus. Cicer. 2. *Philipp.* Quid igitur cessas? cur non inaugurare? Sume diem, vide qui te inauguret: collegæ sumus, nemo negavit. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 2. Impetritum, inauguratum est, quoris admittone aves. Suet. *in Calig. cap.* 22. Augur inauguratus, &c. Liv. 3. *ab Vrbe.* Eo magis quòd & Augures jussos adesse ad Regillum lacum fama exierat: locúmque inaugurari, ubi auspicatò cum populo agi posset ✠ Exauguro, hoc est, quod augurio consecratum erat, addicentibus avibus profanum facio, & religione libero. ¶ Porrò Inaugurare, est divinare. Liv. *lib.* 1. *dec.* 1. Agedùm inaugura fierine possit.

Inaūgūrātō, adverbium, hoc est, præcedente augurio, & addicentibus avibus, κατ' οἰώνισμα, οἰωνῷ χρησάμενος. Livius 1. *ab Vrbe.* Id quia inauguratò Romulus fecerat, negare Accius Navius, inclytus ea tempestate Augur, neque mutari, neque novum constitui, nisi addixissent aves posse. Idem *lib.* 5. Urbem inauspicatò, inauguratóque conditam habent.

Inaūris: Ornamentum quod ab aure pendet. {נום *nezém,* עגיל *hagúil.* ἐνώτιον, ἐνωτίς. Gall. *Bague, ou anneau pendu au tendron de l'oreille.* Ital. *Ornamento de l'orecchie.* Germ. Ein eltern zierd/ ohrering. Hisp. *Los cercillos de las orejas.* Angl. *An earing.* } Nam memineris me inaurem ad te afferre natali die? Plin. *lib* 9. *cap.* 35. Antonia Drusi mulieris, quam diligebat, inaures addidit. Plaut. *Menech. sc.* 2. *act.* 3. Inaures da mihi faciundas pondo duûm nummûm.

Inaūrītus, a, um: Carens auribus. {ἀνώτος. Gall. *Qui n'a point d'oreilles, efforeillé.* Ital. *Che non ha orecchie.* Germ. Der keine ohren hat. Hisp. *Cosa que no se tiene orejas.* Angl. *That hath not eares.* } Gell. *lib* 7. *cap.* 6. Quædam animalium alia alio carent sensu, & aut cæca naturâ gignuntur, aut inodora, inauritáve, id est, sine auribus: ita enim in quibusdam legitur. Sed offendi ex Nonio, *inaudita* legendum esse. Vide suprà *Inaudito.*

Inaūro, as: Auro tego, vel aurum induco. {זהב *tsiphúh zahábh.* χρυσόω. Gall. *Dorer, enrichir d'or.* Ital. *Dorare, indorare.* Germ. Vergülden oder übergülden. Hisp. *Dorar por defuera.* Angl. *To gilde or cover with gold.* } Per metaphoram accipitur pro Divitem facio. Cicer. *ad Trebat.* 7. Puto te malle à Cæsare conlulı, quàm inaurari. Horat. 1. *Epist.* 12.

——— *ut te*
*Confestim liquidum fortuna rivum inauret.*

Inaūscŭa,

Inaūrātŭs, a, um: Auro tectus & obductus. {מצופי זהב *mesuppâh. zahâb.* ἐπιχρυσωθείς, χρυσοκόλλητος, χρυσόπαστος. Gall. *Doré, enrichi d'or.* Ital. *Indorato.* Germ. Vergüldet. Hisp. *Dorado por defuera.* Angl. *Gilded, gilde.*} Cicer. *in Pisonem.* Suet. *in Caes. c.* 54. Tria millia pondo auri è Capitolio furatus, tantundem inauratæ æris deposuit. {Gall. *Il remit en la place autant de cuivre doré.*} Tibull. *lib.* 4.

——— *Nec illis* (Diis)
*Semper inaurato Taurus cadit hostia cornu.*

Ovid. 2. *Fast.*

*Cervus inauratum pedibus crateræ recurvum*
*Tollit, & aërium pervolat altus iter.*

Inaūrātŏr, is. {χρυσοῖ. Gall. *Doreur.* Angl. *A gilder.*} Julius Firmicus *Matheseos lib.* 4. Facit aurifices inauratores, bractearios, argentarios, &c.

Inaūspĭcātō: Non captatis auspiciis, malo auspicio. {ἀσημείως. Gall. *A la malheure, malheureusement.* Ital. *Senza auspitii, con importuni auspitii.* Germ. Zu einer ungluͤcklichen boͤsen stund oder zeit. Hisp. *Malaventuradamente.* Angl. *Vnluckely, vnfortunatly.*} Cic. 1. *de divinat.* Qui quum tabernaculum vitio cepisset imprudens, quòd inauspicatò pomœrium transgressus esset, comitia de Consulibus abrogandis habuit. ¶ Et quia veteribus ita persuasum erat, nihil feliciter succedere nisi aves addixissent, factum est, ut Inauspicatò accipiatur pro Infeliciter. Ita Crito ille Terentianus dicit se inauspicatò Athenas contulisse, quòd magnam molestiam suscepisset, sine ulla commodi compensatione.

Inaūspĭcātŭs, a, um, Adject. ἀσημείωτος. Non auspicatum, Infelix, nempe quod sit auspicio non prius captato. Id enim priscis illis pro summa religione habebatur, ut nihil, quod grave esset, priùs inciperent, quàm augurium, aut auspicium captassent. Plin. *lib.* 28. *cap.* 2. Incendio inter epulas nominato, aquam sub mensa profundi abominamur: recedente aliquo ab epulis, simul verri solum, aut bibente conviva, mensam, vel repositorium tolli, inauspicatissimum judicatur, id est, Infelicissimum.

Inaūsŭs, a, um: quod non audetur, quod nemo audet. {ἀ ἔλπιστος, ἀνέλπιστος. Gall. *Que personne n'ose entreprendre, ou faire.* Ital. *Che non si ardisce.* Germ. Das niemandt hatt thun doͤrffen. Hisp. *No atrevido, ni osado.* Angl. *vnhich non mandare te interprise.*} Senec. *Thyeste.* Ac me innocentem faciat, & inausa audeat, id est, quæ alii non sint ausi. Virg. 8. *Æneid.*

*At furiis Cæci mens effera, ne quid inausum,*
*Aut intentatum scelerisve, dolive fuisset.*

Senec. *cap.* 14. *al.* 35. *de consolat. ad Polyb.* Nihil inausum & intactum fortunæ.

¶ Inbreviare, in breve deducere. Cod. Il. antiq. ¶

Incædŭus, a, um: cum diphthongo: Quod non cæditur: ex in, & cædo. {ἀτμητος. Gall. *Qu'on ne coupe point, qui n'est point tondu.* Ital. *Che non si taglia.* Germ. Das man nit abhawt. Hisp. *Cosa que no se corta.* Angl. *wich no man cutteth.*} ut, incædua sylva. Ovid. *lib.* 3. *Amor.*

*Stat vetus, & multos incædua sylva per annos.*

Sic Incædui montes, dicuntur sylvosi, quos *intonsos* Virgilius appellat. Servius, Intonsi montes, sylvosi, incædui. Ovid. 2. *Fast.*

*Monte sub Exquilio multis incæduus annis*
*Iuvenum magna nomine lucus erat*, alibi legitur, *Inciduus.*

Incălesco, cis, incalui: Valde calidus fio. {חמם *ithchamm.* θερμαίνομαι. Gall. *S'échauffer.* Ital. *Scaldarsi, divenir caldo.* Germ. Warm oder heiß werden. Hisp. *Calentarse.* Angl. *To waxe or be verie heat.*} Plin. *lib.* 14. *cap.* 21. Item vasis incalescentibus, operculisque sudantibus. Col. *lib.* 1. *cap.* 4 Pingues campi, qui diutiùs continent aquam, proscindendi sunt anni tempore jam incalescente. Liv. *lib.* 9. *bell. Maced.* Fortè epulantibus iis, quum jam vino incaluissent, nuntiatum in convivio est Ovid. 2. *Fast.*

——— *nam dicitur omine ab isto*
*Roma suburbanis incaluisse rogis.*

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 2. *Trist.*

*Hostitis igne dum incaluisse Deos.*

Incălfăcio, is: Calidum facio. {חמם *yichhem.* θερμαίνω. Gall. *Eschauffer.* Ital. *Scaldare.* Germ. Erwermen/ warm machen. Hisp. *Calentar.* Angl. *Mak very hoate.*} Ovid. 4. *Fast.*

*Quantum si culmen Titan incalfacit udos.*

Idem 15. *Metam.*

*Illaque confestim incalfacit hostia cultros.*

Incălĭdŭs, a, um, per duplex l: Non astutus. {תם *pethî.* ἄδολος, ἀπλοῦς. Gal. *Qui n'est pas fin, cant, ny ruse.* Ital. *Simplice, non astuto.* Germ. Ungeschendt/ unlistig. Hisp. *No astuto ni malicioso.* Angl. *Simple, vnsubtile.*} Cic. 1. *de invent.* Sed quum à summis viris maxima res administrarentur, arbitror alios fuisse non incallidos homines, qui ad parvas controversias privatorum accederent.

Incălĭdè. Simpliciter, non astutè. {ἁπλῶς. Gall. *Sans ruse, sans finesse, simplement.* Ital. *Senza accortezza, simplicemente.* Germ. Ungeschendtigklich/ one list. Hisp. *No astutamente.* Angl. *No subtillie, simplie.*} Cic. 3. *Offic.* Io his generibus, quoquo modo possunt, non incallidè tergiversantur.

Incălo, as: Voco, teste Festo. καλῶ.

Incăndesco, scis, incandui: Candens & ignitus fio. {ἐκπυροῦμαι, πυροῦμαι, πύρωσις. Gall. *S'échauffer grandement.* Ital. *Divenir affocato.* Germ. Gluͤent oder feurig werden. Hisp. *Encenderse.* Angl. *To be angrie, to be all on a fire* Ovid. 7. *Metam.*

*Non secus exarsit, quàm quum Balearica plumbum*
*Funda iacit: volat hoc, atque incandescit eundo:*
*Et quos non habuit, sub nubibus invenit ignes.*

¶ Per metaphoram accipitur pro vehementer irasci, & iracundia quodammodo accendi. Gall. *S'emporter de colere.*

¶ Incanigenia, primigenia. Pap. ¶

Incăno, as: Verbis solis, vel etiam rebus quibusdam adjunctis aliquid supra naturam moliri. {לחש *chischschidh.* ἐπᾴδω, γοητεύω. Gall. *Enchanter.* Ital. *Incantare.* Germ. Verzaubern / bezaubern.



Hisp. *Encantare con palabras.* Angl. *To inchaunt.*} Plin. *lib.* 28. *cap.* 2. Qui malum carmen incantasset.

Incantātio, & Incantamentum, . {לחש *chaschâph.* ἐπῳδή, γοητεία. Gall. *Enchantement.* Ital. *Incanto.* Germ. Zaubery / hexerey. Hisp. *Encantamiento.* Angl. *Enchantment.* Plin. *lib.* 28 *cap.* 2. Valeántne aliquid verba, & incantamenta carminum.

Incantator, γόης. In prima Scorpii parte quicunque habuerit horoscopum, erit incantator, qui latentes dolores mitiget potestate verborum. Jul. Firmic. *Mathes. lib.* 2.

Incānŭs, a, um: Canus, aut valde canus, Servio teste. {שב *sab.* πολιός. Gall. *Chenu, blanc de vieillesse.* Ital. *Canuto, bianco di vecchiezza.* Germ. Ganz weiß oder grave altern halb. Hisp. *Cosa muy cana y blanca.* Angl. *Very hoare for age.*} Plaut. *in Rudente*, Ecquem tu hic hominem cernis, incanum videris. Virg. 3. *Georg.*

——— *nescio crines, incanáque menta.*

Incana herba, id est, subalbida, lanugine canitiem referens. Colum. *lib.* 8. *cap.* 2. Palex ex rutilo albicantes, quæ velut incanæ herbæ dependent.

Incānesco, verbum: Canus fio. {שב *sab.* πολιόομαι. Gall. *Devenir blanc, chenu.* Ital. *Venire canuto.* Germ. Grau werden. Hisp. *Encanecer.* Angl. *To waxe hoare for age.*} Catull. *in Argon.*

*Tertáque remigis spumas incanuit unda.*

Incāpistrāre: Litigare, à capistro formatum verbum. {חבש *chasám.* φιμόω, κωμῳδῶ. Gall. *Lier, encheveſtrer.* Ital. *Ligare.* Germ. Die halffter anlegen. Hisp. *Atar.* Angl. *To halter.*} Quod tamen tardò apud classicos scriptores invenies.

¶ Incapito, ἐπιχέομαι. Gloss. i. e. incœpto.

Incaseduum, palmæ medulla, corculum. Dioscor. ¶

Incassum, adverbium: Frustrà, inaniter. {ריק *rik.* κενῶς, μάτην. Gall. *En vain.* Ital. *In vano.* Germ. Vergebens. Hisp. *En vano.* Angl. *In vaine.*} Tractum à cassibus, ut ait Servius. Imò à Cassum, vanum, inane, vacuum, nulli usui, ut cassa nux, & cassi lumine, à careendo. Salust. Lucullus superiore anno quantis animis ierit in L. Q. iectum, vidistis: quantæ denique nunc mihi turbæ concitarentur: quæ profectò incassum agerentur, ni priùs quàm vos serviendi, finem illi dominationis facturi erant. Virg. 7. *Æneid.*

*Turne tot incassum fusos patiêre labores?*

Incassum tela jactare. Liv. 10. *ab Vrb.* Ignis incassum fuit. Virg. 3. *Georg.*

Incāstigātŭs, a, um: Non castigatus. {ἀνωνείδιστος. Gall. *Non corrigé.* Ital. *Non castigato.* Germ. Vngestrafft / vngezuͤchtiget. Hisp. *No castigado, incorregido.* Angl. *No casticed, vncorrected.*} Horat. 1. *Epist.* 10.

*Nec me dimittes incastigatum, ubi plura*
*Cogere, quàm fatis est, ac non cessare videbor.*

¶ Incastus, ἀνάγος. Gloss. leg. ἄναγος.

Incavillatio, per despectum irrisio. Fest. ¶

Incavo, as: Cavo, excavo, effodio. {חרם *chardh.* κοιλαίνω, κοιλάνομαι. Gall. *Caver dedans, creuser.* Ital. *Cavare, incavare.* Germ. Auſſhoͤlen hol machen. Hisp. *Cavar à fuera.* Angl. *To mak holow.*} Colum. *lib.* 4. *cap.* 25. Nam quum in aversum pressa manu defecare quid deber, cultro utitur: quum autem retrahere, sinu: quum allevare, scalpro: quum incavare, rostro.

Incautŭs, a, um: Imprudens, non cogitans, inconsideratus. {ἀβάσκοπος, ἀσκόπως, ἀπροφύλακτος, ἀπερίσκεπτος. Gall. *Imprudent, inconsideré.* Ital. *Incauto, non avveduto.* Germ. Vnbehutsam/ vnfürsichtig. Hisp. *No acuto, ni astuto.* Angl. *Vnware, vncircunspect.*} Cic. *pro Plancio.* Qui te incautum fortassè, nunc tuo loco dimovere potuerunt: providentem autè, & præcaventem nunquam certè movebunt. Virg. 3. *Georg.*

*Continuò ferro culpam compesce, priusquam*
*Dira per incautum serpant contagia vulgus.*

Ovid. 4. *de Ponto, Elegia* 14.

*Plectar & incauto semper ab ingenio.*

Idem 13. *Metam.*

——— *fortis incautum decipit hostem.*

Incautè, adverbium: Improvidè, imprudenter. {ἀσκόπως, ἀπροφύλακτως. Gall. *Par mégarde, imprudemment.* Ital. *Senza accortezza, imprudentemente.* Germ. Vnbehutsamlich/ vnbetrachtlich. Hisp. *No pensadamente, sin cuidado.* Angl. *Vnciencespellie, without taking heade.*} Cic. 7. *ad Atticum*, Nisi ego insanio, stultè omnia & incautè agi judico. Liv. 4. *ab Vrbe*, Primo prælio, quod ab Sempronio incautè imprudentèrque commissum est, &c. Legitur & incautè, inconsultèque. Idem 9 *bell. Maced.* Sed incautiùs subiit muros, ictus, ex vulnere paucos post dies moritur.

Incēdo, is, cessi, cessum: Ingredior, procedo, sed ferè cum pompa, & quodam fastu. {התהלך *hithhallêch.* צעד *tsahâdh.* διέρχομαι. Gall. *Marcher, aller.* Ital. *Andare, caminare pomposamente.* Germ. Einher trotten/ daher gehn. Hisp. *Andar con pompa.* Angl. *To go or walk.*} Virg. *lib.* 1. *Æneid.*

*Ast ego, quæ divûm incedo regina, Iovisque*
*Et soror & conjux.*

Liv. *lib.* 2. Ipse nostris decoratus insignibus magnificè incedit. Seneca, Tenero ac molli passu suspendimus gradum, nec ambulamus, sed incedimus. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 4. Non mediocri incedo fastu magnidicus. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. Palliolatus huc incessi (paulò antè me intuli.) *ibid. sc.* 3. *a.* 1. Simonem video cum Calliphone incedere (de senibus.) Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Capite operto ambulant, incedunt suffarcinati. *ibid.* Incedunt cum suis sententiis. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 2. Casanti capite incedit (i. capite crebrò cadenti & nutanti, ita legendum, non *quassanti*) Item, Æacidinis minis capletus, animique incedit. *ibid. sc* 4. *a.* 3. Hem quid istuc est? ut tu incedis? (de equo.) Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 1. Vide ut incedit? (de aniculâ.) Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Eccum lenonem incedit (de ægroto.) Idem *Mostel. sc.* 1. *a.* 2. Is deridiculus est quaquà incedit omnibus. ¶ Incedere sella dicitur, (i. vehi.) Suet. *in August. cap.* 53. Senec. *cap.* 1. *de tranquill.* Alium incedo. ¶ Aliquando significat simpliciter ire. Ambire. Plaut. *in Mercat.* Flagitium est, si te quatuor, quando incedit per viam. Idem *in Curc. sc.* 1. *a.* 3. Caute ut incedas via (metaphoricè) Liv. *lib.* 3. *bell.*

*Pun. secundi*, Cùm signis prima luce motis, segnitiæ agmen incedere. ¶ Pro Venire & accedere. Plaut. *Mostel. sc.*3. *a.*1. Sed est-ne hic meus sodalis qui huc incedit cum amica sua? (de ebrio.) Idem *Aul. sc.*4. *a.*3. Sed Megadorus ecquis incedit à foro. *Ibid. sc.*5. *a.*3. Jam istos absolutos ecquis eum incedunt inimici? (i. accedunt.) Idem *Capt. sc.*3. *a.*5. Incedit huc audax. Senec. 18. *de consol. ad Marc.* Ut incessit fidus æquam, vel maquum. ¶ Incedere per ora. Salust. *Jugurth.*76. Neque eos, qui ea fecêre, pudet, aut pœnitet: sed incedunt per ora nostra magnificè, i. ante ora.

**Incessus**, us: Ingressus. {אזר *zaakâdh. βάδισμα, βάδισις.* GALL. *Allure avec gravité.* ITAL. *Caminar con gravità.* GERM. Der gang/den einher gehen. HISP. *Andadura con pompa.* ANGL. *A walking, a manner of going.*} Valla, Incedere, est ambulare: inde Incessus sive tardus, sive festinus, sive commotus, incompositus, immoderatúsque: propriè tamen sublimior quidam, & fastum præ se ferens. Cic. 2. *de fin.* Quod si vultum, si incessum fingeres, quo gravior viderêre, non esses tui similis. Virg. 1. *Æneid.*

*Et vera incessu patuit dea.*

¶ Fractus incessus, parum firmi signum. Quint. & Sen. *a.*15. *de tranq.* ¶ Accipitur tamen quandoque pro quovis gressu, sive hominum, sive aliorum animantium. Plin. *lib.*10. *cap.*38. Incessus omnibus animalibus certus, & uniusmodi, & in suo cuique genere.

**Incesso**, is, ssi, vel ssivi, vel ssii, à supino verbi Incedo formatum: Lacesso, conviciis infector, provoco, concito, maledictis peto. {גרה *gharâh.* הסירו *berith.* προσκαλοῦμαι. GALL. *Venir sus, assaillir, molester, vexer.* ITAL. *Molestare, provocare.* GERM. Anfallen/anreitzen mit worten. HISP. *Enojar, desafiar el enemigo.* ANGL. *To provoke, to exasperat the mynd and make angrie.*} Plaut. *Amph.* Horum fallere minas, & dolis incessere. Et Quint. Incessere cœstus. Ovid. *Eleg.*11. *lib.*3. *Trist.*

*Quid simulachra ferox dictis incessis amaris?*

¶ Facit & incessiit in præterito. Gell. *cap.*2. *lib.*1. Juvenes dilatrantes justa objurgatione incessiit. Sueton. *in Calig. cap.*25. Incessere ora digitis. Incessere nuda latera hostium. Liv. *lib.*6. *d.*4. pro lacerare, fœdare, diffamare. Lactant. *lib.*3. Quid ergo te magistra illa vitæ docuit? an ut potentissimum Consulem maledictis incesseres? Quint. *lib.*7. *cap.*3. Satius est omni se antactæ vitæ abstinere convitio, quàm aut levibus, aut frivolis, aut manifestò falsis reum incessere, hoc est, lacerare, vel accusare maledictis. βάσκειν λόγῳ. ¶ Dicimus etiam, Incessit me cupiditas, vel incessit mihi cupiditas: hoc est, invasit, vel cepit me cupiditas. Liv. *lib.*1. Timor deinde patres incessit, ne civitatem sine imperio vis aliqua externa adoriretur. Et iterum, perfectis patris mandatis, cupido incessit animos juvenum sciscitandi, ad quem eorum regnum Romanum esset venturum. Valer. Max. dativo junxit, Nec mihi cuncta complectendi cupido incessit. Alter Terent. *in Adelph.* Nova, inquit, nunc religio in te ista hæc incessit? Et Liv. 8. *bell. Pun.* Pestilentia incesserat pari clade in Romanos Pœnósque. Sine casu, Incessit timor. Cæs. *lib.*3. *de bell. civ.* ¶ Aliquando significat Ingruo, irruo. Col. *lib.*2. *cap.*22. Si verò procellæ ventorum, aut turbines incesserint, major pars arboris certam defluit. Idem cum dativo posuit, Famem quoque, si sterilitas annorum incessit hominibus, commodè propulsat. ¶ Interdum significat Ingredior. Columel. *lib.*3. Et quum aurorum incesserit, antequam frigus cacumina adurat, omnia folia decerpere expediet. ¶ Incessit mos ut, id est, invaluit, aut invectus est. Cic. *de rep. ord. ad Cæsarem.* Quoniam is incessit mos, ut homines adolescentuli sua atque aliena consumere, nihil libidini, atque aliis rogantibus denegare, pulcherrimum putent. Sunt tamen qui illud Incessit, & Incesserit, malint deducere à verbo Incedo, is, ere. ¶ Incessor, passivum. Virg. enim infinitivo Incessi, utitur 13. *Æneid.*

*Regina ut tectis venientem prospicit hostem.*
*Incessi muros, ignésque ad tecta videt.*

**Incelebris**, e: Non celebris. {ἀδιάφορος, ἄσημος. GALL. *Inconnu, sans renom.* ITAL. *Non frequentato.* GERM. Unberümpt. HISP. *No famoso, no divulgado.* ANGL. *Unknowen, without estimation.*} ut, Vallis incelebris, apud Silium *lib.*8. Gell. *lib.*1. *cap.*22. Memini advocatum non incelebrem postulare.

**Incelebrātus**: Non celebratus. Colu. Tacit. *lib.*5. Nobis pleraque digna cognitu obvenêre, quanquam ab aliis incelebrata.

**Incendo**, is: Inflammo, accendo. {תבערה *bitsir.* ἐκκαίω, ἐκκαύω, πυρόω. GALL. *Faire brûler, mettre le feu, allumer.* ITAL. *Infiammare, abbruciare.* GERM. Anzünden. HISP. *Encender.* ANGL. *To set on fier, to kendle, to mak to burne.*} Plaut. *in Menach sc.*3. *a.*2. Sternite lectos, incendite odores. Cic. 7. *Verr.* Inflammati navem, incendique jussi. Plaut. *Menach. sc.*1. *a.*1. Mox incendo rogum. Idem *Asin. sc.* 4. *a.*2. Semper me ille incendit ira. Idem *Pseud. sc.*2. *a.*1. Nimis sermone hujus ira incendor. Gell. *cap.* 26. *lib.* 2. Acuere & quasi incendere colorem. Item, Incendere ædes, vide *Ædes.* ¶ Hinc per translationem dicimus, Incendere aliquem ira, vel amore, hoc est, ad amandum, vel irascendum inducere. Plaut. *in Asin.* Sine me hunc perdere, qui semper me ira incendit.

**Incēnsio**, nis: Inflammatio. {בערה *beherâh.* תבערה *tabberâh.* ἐμπρησμός, ἐμπύρισις. GALL. *Embrasement de feu.* ITAL. *Abbruggiamento di fuoco.* GERM. Ein brunst. HISP. *Encendimiento.* ANGL. *A burning, a setting on fiere.*} Cic. *pro P. Sylla.* Incensione urbem, internecione cives, vastitate Italiam, interitu Rempublicam liberavit.

¶ Incensum, θυμίαμα. Gloss. Isid. *lib.*4. Incensum dictum, quia igne consumitur, dum offertur. Ver. Dict. Incensum thus vel dicitur holocaustum, quod ab igne consumatur, & incendatur, dum offertur. Gell. *Encens.* V. *Thus.*

**Incensē**, ardenter. Gell. *lib.*10. *cap.*3. Odium, detestationemque apud cives Romanos incensè atque acriter, atque inflammatiùs facit, cum hæc dicit.

**Incensiōr**, Comparat. magis incensus atque iratus. Claudian. *lib.*3. *de raptu Proserp.*

——— *Phlegrâque nobis*
*Incensior æther.*

**Incēnsōr**, is, ἐμπυρεύτης, ἐμπυρευτής. Apul. *lib. de mundo.* Nocturni explorators & nuncii speculatorum inconsultos allidunt. ¶ Dicitur etiam incensor, incendiarius. Ulp. *D. lib.*47. *tit.*19. *l.*16. Messium incensores, &c.

**Incendium**, ii: Inflammatio. {בערה *beherâh.* תבערה *tabberâh.* ἐμπρησμός, ἐμπύρισις. GALL. *Embrasement de feu, un grand feu brûlant une maison, ou autre chose, incendie.* ITAL. *Incendio, abbruggiamento.* GERM. Ein brunst. HISP. *El fuego, quando alguo se enriende.* ANGL. *Burning, a light fyre that burneth an house.*} Quintil. Si janua incendio tenetur, per parietem erumpendum. Senec. *cap.*2. *de tranq.* Quasi ad incendium currentes. Plin. *lib.*12. *cap.*19. Donec id delubrum incendio consumptum est. ¶ Per metaphoram etiam accipitur pro vehementia amoris. Plaut. *in Asin.* Nam ni impetro, regem perdidi: ex amore tantum est homini incendium. Velleius, Crescente amoris incendio. Ovid. 1. *Fast.*

*Hinc alia Satyrum incendia mitia præbent* (amoris.)

**Incendiārius**, ii, qui tectis, ædificiisve ignem injicit. {מבעיר *maabîr.* πυρκάϊτης. GALL. *Boutefeu.* ITAL. *Incendiario.* GERM. Ein brenner. HISP. *El que pone fuego por hazer daño.* ANGL. *That fyreth buildings.*} Quint. *declam.*9. Morabar inter sacrilegos, incendiarios, & (quæ gladiatoribus una laus est) homicidas, inclusus turpiore custodia. Utuntur etiam hac voce Suet. *in Vitell.* & Tacit. *lib.*15.

**Incendiaria**, avis quædam infausta, alio nomine Spinturnix dicta, cujus conspectus tam mansuetus habebatur, ut eam solam ob causam urbem lustratam fuisse memoriæ proditum sit. Quidam incendiariam avem esse volunt, quæcunque apparuerit ex aris vel altaribus carbonem auferens. Vide Plin. *lib.*10. *cap.*13.

**Incentor**, ab eo, quòd incendat & inflammet. Incentor, quia prava suggestione ad vitia cor aliorum succendit, & persuadendo inflammat. Ibid. *lib.*10. Sed

**Incensor** est, qui incendit: ut, incensor messium, *Dig. lib.*4. *tit.*3. Incensor turbarum. Ammian. *lib.*31.

**Incēnsus**, a, um: qui non est census, hoc est, qui censum suum non est professus: quod criminis gravissimi loco habebatur apud Romanos, adeò ut qui censum non esset professus, libertate spoliaretur. ἀνάπογρος. ANGL. *Not registred, one that wald not be registred or enrolled in the nomber of the citizens.*} Cicer. *pro Cæcin.* Si pater vendidit eum, quem in suam potestatem susceperat, ex potestate dimisit. Jam populus quum eum vendidit, qui miles factus non est, non adimit ei libertatem, sed indicat eum non esse liberum, qui ut liber sit, adire periculum noluit. Quum autem incensum vendidit, hoc indicat, quum ii qui in servitute justa fuerunt, censu liberentur, eum qui cùm liber esset, censeri noluerit, ipsum sibi libertatem abjudicasse. ¶ Incensum dedicare fundi instrumentum. Gell. *cap.*21. *lib.*7. Sed ea in uno scorto majorem pecuniam absumpsisti, quàm quanti omne instrumentum fundi Sabini incensum dedicaveris.

**Incēnso**, Incensicus, vide *Incino.*

‖Inceps, deinceps. Fest. ab *in*, pro *inde* (ut *dein*) & *capio.*‖

**Incēptio**, Inceptor, Inceptor, vide *Incipio.*

**Incērno**, is: Compositum à Cerno, significat Cribro. {חנף *bonâph.* ἀλοάω, λικμάω, σήθω, ἀλφίτω. GALL. *Cribler, fasser, bluter ou tamiser.* ITAL. *Crivellare, cernere, burattare.* GERM. Aber etwas/die Den oder beutlen. HISP. *Cerner como harina.* ANGL. *To fifte, to range, or serce.*} Cato *de re rust. cap.*41. Tum semen sereto cribro tanquam linum, & eo terram cribro incernito. Unde *Incernículum*, cribri genus, quo frumenta purgantur. Vitruv. Super incaturum, levigationibus, & polituris quum fuerit perfecta, incernatur marmor.

**Incernículum**, i, est instrumentum quo frumenta purgantur antequam molantur. {נפה *naphâh.* νάκκη. GALL. *Vne crible, fas ou blutoau.* ITAL. *Crivello, staccio, tamiso.* GERM. Ein beutel oder sieben. HISP. *Cedaço para cernar harina, criva.* ANGL. *A ranging fine, a serce.*} Plin. *lib.*7. *cap.*44. Decretum fecere, quo caveretur ne frumentarii negotiatores ab incerniculis eum arcerent. Cato *de re rust. cap.*3. Cribrum unum, incerniculum unum, securim unam, scamnum unum.

**Incēro**, as, incerare, aliquid cera tego, vel illino. {κηρόω. GALL. *Encirer, couvrir ou enduire de cire.* ITAL. *Incerare.* GERM. Uberwachsen. HISP. *Encerar embriando de cera.* ANGL. *To dresse with waxe.*} Juv. *Satyr.*10.

——— *gemma inceratæ deorum.*

Cornutus *in Pers. Sat.*1. Apud antiquos citreis tabulis parietes ornabantur, quas & cera incerabant, ut quicquid in animum veniebat statim notaretur.

**Incērtus**, a, um: Dubius, anceps. {ἄδηλος, ἀνώμοτος. GALL. *Incertain, douteux.* ITAL. *Dubbio, incerto.* GERM. Ungewiß. HISP. *Dudoso, no cierto.* ANGL. *Uncertaine, doubtfull.*} Plaut. *Capt. sc.*4. *a.*3. Mihi res omnis in incerto sita est. Idem *Asin. sc.*4. *a.*2. Ego me certè scio incerto datum hoc nemini. Idem *Aul. sc.*1. *a.*4. Incertum mihi est quod agam. Idem *Capt. sc.*1. *a.*2. Per fortunam incertam te oro, &c. Idem *in Pseud. sc.*3. *a.*2. Certa amittimus, quum incerta petimus. Terent. *in Heaut.* Domum revertor mœstus, atque animo ferè perturbato, atque incerto præ ægritudine. ¶ Incerta ultionis mulier. Tacit. *lib.*2. Et Ovid. *Eleg.*3. *lib.*3.

*Incertúsque mea pene salutis eram.*

Incertum vulgus, hoc est, non ubi constans. Cic. *pro L. Murena.* Nihil est incertius vulgo, nihil obscurius voluntate hominum, nihil facilius ratione toga comitiorum.

**Incertè**, ἀμφιβόλως, ἀδήλως. Ennius apud Gell. *lib.*19. *cap.*10. Incertè erat animus, præter proteriam virtutem. Plaut. *Pseud. sc.*2. *a.* 4. Admodum incertè sum. Ovid. 6. *Fast.*

*Auctor in incerto est.*

**Incērto**, as: Incertum, seu dubium reddo. {ἀδηλόω, εἰς ἀμφιβολίαν καθίστημι. GAL. *Faire ou rendre incertain.* ITA. *Far dubbio.* GERM. Ungewiß machen. HISP. *Hazer dudoso y no cierto.* ANG. *To make uncertaine.*} Plaut. *in Epid.* Longa dies meum incertat animum. Verbum est derivatum à nomine sequente.

‖Incessabilis, e, qui non cessat. Eutrop. *lib.*2. Post damna bellorum indutias relaxatas à cœlo, terraque excandescentes incessabili ruina tunc corripuerunt.

**Incētia**, Incessus, vide *Incedo.*

Incestus, ue: & Incestum, i. {ἀνόσιος συνουσία, ἢ ἔρως μιχθεία. Gall. *Inceste, conuiſſance ou conionction charnelle illicite auec parentes.* Ital. *Incesto, congiuntione carnale illecita, come tra parenti.* Germ. Ein blutſchand. Hisp. *Ayuntamiento con parientes.* Angl. *Incest.*} Dicitur ſi quis cum ea, cum qua ſanguinis ratio, aut religio matrimonium contrahere prohibet, ut cum matre, ſorore, ſacris virginibus, aut ſi militibus, ita dictum (ut Nonius putat) quaſi non caſtum. Alii Incestum deducunt à ceſto, Veneris cingulo, quo amor maritalis in legitimis nuptiis conciliari putabatur: ut Incestus dicatur concubitus illegitimus, cui cingulum illud, juſtarum nuptiarum inſigne, non adhibetur. Papinianus *l. ſi adulterium. ff. ad legem Iuliam de adult.* Incestum autem quod per illicitam matrimonii conjunctionem admittitur, excuſari ſolet vel ſexu, vel ætate, vel etiam puniendi correctione, quæ bona fide intervenit. Cicer. 4. *Tuſcul.* Omnibus enim ex animi perturbationibus eſt profectò nulla vehementior: ut ſi jam ipſa illa accuſare nolis, ſtupra dico & corruptelas, & adulteria: incerta denique, quorum omnium accuſabilis eſt turpitudo.

Incestus, a, um: Pollutus, impurus, nefarius. {νόθος καὶ μεμιασμένος, ἀνόσιος. βέβηλος. Gall. *Pollu, ſouillé.* Ital. *Macchiato, violato.* Germ. Mit blutſchand befleckt. Hisp. *Enſuziado.* Angl. *Polluted, defiled.*} Propert. *lib.* 3. *Eleg.* 11.

*Scilicet inceſti meretrix regina Canopi.*

Cic. *pro domo ſua,* Iſtius qui non ſolùm aſpectu, ſed etiam inceſto flagitio, & ſtupro polluit cæremonias, &c. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Triſt.*

*Non ſatis inceſtis temerari vocibus aures,* i. obſcœnis verbis.

Incestè, adverb. Fœdè, turpiter. {ἀνάγνως, βδελυρῶς, ἀνοσίως. Gall. *Par vilaine, infame & illicite paillardiſe* Ital. *Con tale ſporcamente, & corrottamente.* Germ Schandtlich. Hisp. *Con ayuntamiento con pariente.* Angl. *Filthelie, or by inceſt.*} Cic. *pro Cælio,* Ideo aquam adduxi, ut ea tu inceſtè uterere?

Incesto, as: Polluo, conſpurco. {νόθω τιμῇ. μιαίνω. Gall. *Polluer, corrompre.* Ital. *Macchiare. violare.* Germ. Ein blutſchand begehn/ beflecken. Hisp. *Enſuziar, violare.* Angl. *To pollute, to defile.*} Tacit. *lib.* 5. Poſt quos Sextus Marius, Hiſpaniarum ditiſſimus, defertus inceſtaſſe filiam, & è ſaxo Tarpeio dejicitur. Virg. 6. *Æneid.*

——*-tetámque inceſtas fumere claſſem.*

¶ Sueton. tamen *in Tib. cap.* 43. de monſtroſo concubitu eorum qui ſanguine juncti non erant, uſurpavit. Triplici, inquit, ſerie connexi inceſtarunt ſe coram ipſo. Sic quoque inceſtas voces dixit Ovid. (id eſt, obſcœnas.) De quo ſuprà in *inceſtus, a, um.*

Incestuôsus, qui inceſtum commiſit, hoc eſt, qui inconceſſo concubitu ſe polluerit, cujuſmodi ſunt, qui cum ſanguine junctis ſeſe commiſcent.

Incestificus, a, um. {φθορέα. φθορίς. Gall. *Corrupteur de femmes ſes parentes.* Ital. *Che giace con parenti.* Germ Der ein blutſchand begehe oder begangen hat. Hisp. *El que comete pecado de ayuntamiento con parientes.* Angl. *An inceſtuous perſonne.*} Senec. *Thyeſte,*

——*Ego caſtam manum*
*Nefandus, inceſtifico, execrabilis*
*Attrecto.*

Inchoo, as: à nomine Chaos, ut author eſt Feſtus, quòd Heſiodus omnium rerum initium dixerit eſſe chaos. Incipio, ordior, exordior. Cur autem aſpiretur? vide Gell. *cap* 3. *lib.* 2. {החל *hechil.* ἄρχειν. Gall. *Commencer.* Ital. *Commenciar, dar principio.* Germ. Anhebenanfahen. Hisp. *Comenzar.* Angl. *To begime.*} Eſt autem inchoare idem quod incipere. Virg. 3. *Georg.*

*Te ſine nil altum mens inchoat.*

Cicer. *de clar. Orat.* Meos libros quos expectas, inchoavi, ſed conficere non poſſum his diebus. ¶ Quandoque perficere eſt. τελεῖν. Virg. 6. *Æneid.*

*Tunc Stygio regi nocturnus inchoat agnus.*

Ubi Servius, Inchoat, ideſt perficit, & eſt verbum ſacrorum. ¶ Idem Servius in illud Virg. 3. *Georg.*

*Te ſine nil altum mens inchoat,*

author eſt, antiquos olim ſcripſiſſe *Incæbo,* aſpiratione interpoſita inter duas vocales, quòd putarent nullum verbum eſſe Latinum quod ante o haberet alterum o in fine: quod tamen hodie videmus in verbo Boo, & compoſito Reboo. In ſecunda autem ſyllaba verbi inchoo nullam ſcribebant aſpirationem, quòd tres tantùm putarent eſſe voces Latinas quæ poſt c literam aſpirationem reciperent, ſepulchrum, orchus, & pulcher: ex quibus, inquit Servius, pulcher tantùm hodie recipit aſpirationem. Probus *lib.* 2. ait, imperitiſſimè dici *Inchoo*, ſed *Incoho*, ſcribendum. ¶ Martianus Capella neutrum protulit, quam ait: India ab Emodiis montibus inchoat. ¶ Inchoatus, a, um, Particip. Imperfectus. Cicer. 2. *de nat. deor.* Atque ſi etiam à primis inchoatiſque naturis ad ultimas perfectáſque voluntas procedere, ad Deorum naturam pervenimus neceſſe eſt. Plaut. *Amph.* Næ hanc inchoatam tranſigam comœdiam. Senec. *cap.* 15. *de tranquill.* Inchoati conceptus.

¶ Inchoativus, a, um: inchoandi vim habens: ἀρχικός.¶

Inchoavit, initiavit. Gloſſæ veteres. ἄρχομαι, εἰσάγω initio. Optatus lib. 4. *initio.* Cœlius Aurelianenſis *lib.* 1. *tardarum paſſionum, cap.* 4. *Tunc ſequenti die initiet.* Et acutorum morborum lib. 1. cap. 2. *Ab eo ſponte initiatus lequelam.* Servius: *Secunda eſt inchoativa, qua aliquid nos initiare oſtendit, ut eſt Caleſco, quod ſignificat calere incipio.*

Inchoativa verba, à Priſciano appellabantur, quæ à verbis ſecundæ potiſſimùm conjugationis, aut à nominibus quibuſdam adjectivis deducta, in ſco ſyllabam deſinunt: cujuſmodi ſunt caleſco, & frigeſco, à caleo, & frigeo: item miteſco, dulceſco, ſterileſco, à nominibus adjectivis, mitis, dulcis, & ſterilis, deducta. ἀρχικὰ ῥήματα. Hujus generis antè verba Priſcianus Inchoativa appellavit, quòd potavit per ea ſignificari inchoationem actionum, quæ per verba primitiva denotantur. Quem ob id non immeritò reprehendit Valla *lib.* 1. *Eleg.* docens ea augmentativa potiùs appellanda, quum incrementum potiùs importent, quàm inchoationem. Aliquando tamen comparativè, id eſt, majori cum augmentatione ſumuntur. Virg.

*Sin in proceſſu cœpit crudeſcere morbus.*

Ubi Servius exponit, Crudeſcere, validior fieri. Aliquando comparatio ſupponitur. Terent. *in Heaut.* Nam mihi quotidie augeſcit magis de filio ægritudo. Virg. *lib.* 7.

*Quàm magis effuſo crudeſcunt ſanguine pugnæ.*

Quod autem ſignificent incrementum, interpretum authorúmque idoneorum authoritate ſimul, & ratione probandum docet. Nonius *in priſcis diſſicilibus,* Albicatur, candicatur, exalbeſcit, purpuraſcit, purpureum fit. Cic. *lib.* 2. *Acad.* Quid mare? nónne cœruleum? aut ejus unda quum eſt remis pulſa, purpuraſcit? Nigidius, Dicemus quæ vetuſtate deteriora fiunt vetuſteſcere, inveteraſcere, quæ meliora. Similiter apud Virg. *lib.* 2. *Georg.*

*Æraque diſſiliunt vulgò, veſtéſque rigeſcunt.*

Servius, Rigeſcunt, durantur. Feſtus, Remorbeſcat, in morbum recidat. Et Obherbeſcere, herbam increſcere. Cic. *lib.* 4. *Tuſc.* Deferveſcere, pro deferaſcere, exponit. Aut rogandi (inquit) ut adhuc ſunt, ſi quam habent ulciſcendi vim, differant in tempus, dum deferveſcat ira. Deferveſcere autem, decreſcere ſignificat ardorem animi, invita ratione excitatum. Ex quo illud laudatur Architæ, qui cùm villico factus eſſet iratior: Quo te modo (inquit) accepiſſem, niſi iratus eſſem? Idem *pro Marcel.* Nihil opera & manu factum, quod non aliquando conficiat, & conſumat vetuſtas: at verò hæc tua juſtitia & lenitas floreſcit quotidie magis. Quis ibi interpretatur Floreſcit, pro incipit florida fieri, quum illud potiùs velit. Cæſaris lenitatem, tum quidem floridam, in dies tamen magis ac magis floridam fieri. Si quotidie magis fiebat, profectò iſta continuatio dierum, dum hoc fieret, jam ab initio rem inchoatam ſemel fuiſſe, non quotidie incipi, aperté demonſtrat. Cic. etiam *in Catone,* Ita ſenſim ſine ſenſu ætas ſeneſcit, nec ſubitò frangitur, ſed diuturnitate extinguitur. Si ætas ſenſim ſeneſcit, aut ſenſim incipit ſemper ſeneſcere? ſi ita eſt, ergo plus millies iſta inchoatio fiet. Et ſic toties deſinet fieri ſenex, quoties ſenſim ſeneſcit. Sed quoniam ab initio, quo cœpit ſenex fieri, nunquam omninò deſinit fieri ſenex, patet quod Seneſco, ſignificat Senex fio, non Incipio fieri ſenex. Plin. quoque *lib.* 21. de orta roſæ, Paulatim (inquit) rubeſcens dehiſcit. Jungimus autem hæc duo verba iſtis verbis in ſco terminatis, ſicut & aliis, quum aliquid inchoari ſignificare volumus, quæ ex hoc potiſſimùm inventa eſſe intelligimus, ut prædictis verbis, & omnibus aliis jungi poſſent, cùm actus inchoationem deſignari neceſſe foret: quod non fieret, ſi ex ſe inchoationem ſignificarent. Quare Virg. dixit,

*Sin in proceſſu cœpit crudeſcere morbus.*

Cato *de re ruſt.* Et ubi primùm incipiunt biſcere, tum legi oportet. Cæſ. *in comm.* Cùm matureſcere frumenta inciperent. Cic. *de nat.* In his animantibus, quæ lacte aluntur, omnis ferè cibus matrum lacteſcere incipit. Et alibi dixit, Orationem ſuam caneſcere cœpiſſe. Formantur hæc verba utplurimùm à verbis neutris ſecundæ conjugat. à ſecunda perſona, juncta (co) ſyllaba, ut Albeo, albes, albeſcot Caleo, cales, caleſco. Quædam tamen ab activis, vel neutris tranſitivis deducuntur, quæ paſſivam nihilominus ſignificationem innatam habent: ſicut illa quæ à neutris ſecundæ conjugationis ſunt, ut Augeſco, ab augeo: Integraſco, ab integro: Seneſco, à Sanis, a in e mutata. Siccеſco, crudeſco, molleſco, marceſco, matureſco, hilareſco, graveſco, grandeſco: quæ tametſi à nominibus venire poſſe videantur, tamen à verbis eorum vel activis, vel neutris tranſitivis fermè omnia venire magiſtratu edo. Quædam verò à nominibus formari convenit, ut Miteſco, dulceſco, crudeſco, ſterileſco, lapideſco, rareſco, crebreſco. Sunt enim quædam ambigua & varia quæ ſignificationem paſſivam habent innatam, & à neutris veniunt, & nihilominus etiam activam habere reperiuntur, ut Horreſco, & horreſco Virg. 3. *Æneid.*

*Ne tu meaſarum morſus horreſce futuros.*

Alia ſunt, quæ primitivorum ſignificationem habent: ut Labaſco, extimeſco, pertimeſco, exhorreſco, præſentiſco, contimeſco, præſciſco, reſciſco, aſciſco, conſciſco, & ſi qua ſunt alia. Alia terminantur in ſco, licèt non ſint derivata: ut, Puſco, diſco, gliſco, offuſco, inceſco. Sciendum etiam quod hæc verba, de quibus agimus, habent præteritum perfectum, quamvis multi negent: ſed falluntur, quoniam cum primitivis eorum aut ea communia habent, aut certè mutuò ab illis accipiunt. Quod Priſcian. in verbis Aſciſco, & Deſciſco non diſſimulavit: Aſciſco, inquit, aſcivi, aſcetum: Deſciſco, ſcivi, ſcitum. Ubi Livii exemplum ponit, Deſcitum ab Romanis. Poſtea verò ſubdit, Adſciſco, & Deſciſco, compoſita ab inchoativo Sciſco, habere præterita à primitivo Sciſco. Quo in loco Priſc. malè appellat Sciſco inchoativum, quum tamen inchoativum non ſit, neque habeat ſignificationem verborum in ſco deſinentium. Diomedes quoque præteritum oſtendit verbi adoleſco: Adoleſco (inquit) adolevi, facit. Virg.

——*mox ubi maturo adoleverit ætas.*

A pernatureſco eſt: ſignificat enim pernatutum factum eſt. Columella *lib.* 10. At circa Calend. Martias locis aprilis licet porrum, ſi jam ingrandoit, transferre. Ab ingrandeſco eſt, non ab Ingrandeo, quod neſcio ſi inveniatur; nec ſi inveniretur, ab eo eſſet, quia ingrandit, grande factum eſt, ſignificat; non autem grande fuit: quod ſignificaret, ſi ab ingrandeo eſſet, ſed ſenſui non conveniret. Saluſt. Hi poſtquam convenerunt in una mœnia, diſpari genere, diſſimili lingua, alii alio more viventes, incredibile memoratu eſt, quàm facilè coaluerint. Ubi coaluerint, eſt à Coaleſco, quod ſignificat concreſco; non à Coaleo, cujus ſignificatio activa repugnaret ſenſui orationis. Lactant. *lib.* 5. Decet eos ſuſcipere defenſionem Deorum ſuorum, ne ſi noſtra invaluerint, uti quotidie invaleſcunt, cum delubris ſuis ac ludibriis deferantur. Invaluerint, validiora fiant, ab Invaleſco: quoniam ſubditur, Ut quotidie invaleſcunt. Quint. *lib.* 5. *Inſtitut. Orat.* Jam illa flamma, quæ magna congerie convaluerat, diductis quibus alebatur. Ubi convaluerat, idem ſignificat quod creverat, ſive valida facta erat, non valida fuerat, à Convaleſco, non à Convaleo. Cic. *lib.* 6. *de repub.* Hoc ſonitu omnes fere completæ aures hominum obſurduerunt: ſignificat ſurdæ factæ ſunt, ab Obſurdeſco, non autem ſurdæ fuerunt, ab Obſurdeo, quaſi non amplius

amplius surdæ tunc forent. Hoc modo omnia præterita perfecta ejusmodi interpretata sunt. Et si ambigua videbuntur, disquirendum erit, an à primitivis, an derivativis veniant, quod significatio, & res, de qua tractabitur, commonebunt. Possunt nihilominus hodiè eerni: ut si dicam Canui, pro canus factus sum, tunc à Canesco erit: si verò dixero, Hæc vestis canuit, pro cana fuit, quæ amplius cana non sit, ut si eam pullam feceris, tunc à Canco erit. Similiter, Hæc arbor floruit, si de tempore quo florida fuit, loquar, tunc à Floreo erit: sin eam floridam factam esse intelligi voluero, à floresco sumetur. Hoc enim, florida facta est, significat: illud verò, florida fuit. De his plura vide apud Vallam *lib.1. Elegant.*

Incicur, non cicur. Fest. Incicurem, immansuetum & ferum. Pacuv. Reprime incicurem iracundiam. ¶ Interdum *cicur* pro sapiente ponitur, idem Pacuv. Consilium cicur.

INCĪDO, is, idi, isum, ex in, & cædo: Seco, resecо, amputo. { חסב *chatáh*, בצע *bitsáh*, גזר *ghazár*, נתח *nitthách*, בתר *bitsér*, חק *thak*, חקק *chikkáh*. Ἀφαίρω, φρήγνυμι, διαιρέω. GALL. *Entailler, couper, inciser, trancher, engraver.* ITAL. *Tagliare, intagliare.* GERM. Anschneiden/einschneiden. HISP. *Cortar, entallar, esculpir.* ANGL. *To cut, to grave, to intayle.* } Virg. 3. *Ecl.*

*Atque malâ vites incidere falce novellas.*

¶ Accipitur etiam Incido, pro insculpo. Cic. *de senect.* Notum est ejus carmen incisum in sepulchro. ¶ Cum dativo. Plin. *Paneg.* 9. Quod ego titulis omnibus speciosius reor, quando non trabibus, aut saxis nomen tuum, sed monumentis æternæ laudis inciditur. Suet. *de clar. Grammat.* Statuam habet Prænestæ in inferiore fori parte contra hemicyclium, in quo fastos à se ordinatos, & marmoreo parieti insisos publicaret.

Incīsus, a, um: Inscriptus, insculptus. { חשוב *chasub*, מחקק *mechukkák*. Ἐγγεγραμμένος. GALL. *Compté, entaillé, engravé.* ITAL. *Tagliato, scolpito.* GERM. Eingehauren/ eingeschnitten. HISP. *Cortado, esculpido, entallado.* ANGL. *Graved, intayled.* } Velleius, Incisis venis. Liv. 3. *ab Vrb.* Leges in æs incisas in publico proposuerunt, Cic. *in Orat. de finib.* Id non modò conscripserunt, verùm etiam in ære incisum tradiderunt. ¶ Incisum aliquando significat amissum, ademptum. Ἀπογεγραμμένον. Liv. *lib.* 3. Itaque spe incisa priùs quàm prædicta dies adesset, Appius mortem sibi conscivit. ¶ Incisum, Oratores vocant sensum non expleto numero conclusum, quod plerisque pars membri esse videtur, κόμμα: ut, Domus tibi deerat? at habebas: pecunia superabat? at egebas. Fiunt autem singulis verbis incisa. Cicer. *in Orat.* Quæ nescio cur quum Græci κόμματα, & κῶλα nominent, nos non rectè incisa & membra dicamus.

Incīsio, nis: est actus ipse incidendi. { גזר *ghézer*, בתר *bétser*, נתח *néthach*. Ἀφαίρεσις. GALL. *Incision, coupure.* ITAL. *Taglio, intaglio.* GERM. Einschneidung in ein ding. HISP. *Cortadura, intalladura.* ANGL. *A cutting or graving.* } Colum. *lib.* 3. Infra incisionem & alligaturam, falce acuta leviter vitem vulnerat ex utraque parte, ut his potiùs plagis humor defluat, quàm ex incisione abundet. ¶ Incisio alias in oratione pars membri est, quod Græci κόμμα nominant. Cic. *in Oratore*, In incisionibus verò multò magis, & in membris. ¶ Incisores dentes, Isidoro *Etym. lib.* dentes primores, τομεῖς, ἀκρεῖς, πρόσω, γλαφυροί, & τομεῖς) Corn. Celso.

Incīsūra, æ: Ipsa incisio. { גזר *ghézer*, בתר *bétser*, נתח *néthach*. Ἀφαίρεσις. GALL. *Coupeure, entaillure.* ITAL. *taglio.* GERM. Ein schnit. HISP. *Cortadura.* ANGL. *A iagge gasse or cutte.* } Plin. *lib.* 11. *c.* 39. Pili recisi, non ut herba, ab ipsa incisura augentur, sed ab radice exeunt. Colum. *lib.* 12. *cap.* 54. Tum salem inter incisuras raporum non minimum minutum aspergito. ¶ Incisuræ etiam dicuntur in manibus, quæ vulgò lineæ vocantur. Plin. *lib.* 11. *cap.* 52. Contrà, longæ esse vitæ iocurvos humectis, & in manu duas incisuras longas habentes.

Incīsūs, { ANGL. *A cutting, a iagging.* } Plin. *lib.* 16. *cap.* 52. Fructum quædam proximo anno ab incisu largiuntur.

Incīsè, adverbium: Incisim, minutatim. { Κατὰ τμήματα. GALL. *Par coupures, par morceaux, par pieces.* ITAL. *Minutamente, in pin parti.* GERM. Stucklechtig. HISP. *A cortaduras, cortando.* ANGL. *By pieces.* } Cicer. *in Orator.* Quo autem pacto debeat incisè, membratimve dici, jam videamus.

Incīsim, significat per incisiones, minutatim, incisè. { Κατὰ τμήματα, λεπτομερῶς. GALL. *Par coupures, par incisions.* ITAL. *A tagli.* GERM. Stücklechtig/ von stuck zu stuck. HISP. *Acordaduras, cortando.* ANG. *In cuttes and gasbes, shortly.* } Cic. *in Orat.* Hæc quidem duo binis pedibus incisim, deinde membratim dicere solebas.

Incīdŭus, a, um: quod cædere, vel incidere non licet. { Ἀπρεπῶς. GALL. *Qu'on ne coupe point, ou qu'il n'est licite de couper.* ITAL. *Che non si deve tagliare.* GERM. Das man nicht abhauen darff. HISP. *Lo que no se deve cortar.* ANGL. *That can not be cutte.* } Ovid. 2. *Fast.*

*Monte sub Exquilio, multis incidua annis,*
*Iunonis magnæ nomine lucus erat.*

Idem 3. *amor. Eleg.* 1.

*Stat vetus & multos incidua sylva per annos.*

INCĪDO, is, idi, ex in & cado, supinum facit incasum, licèt parum usitatū: Cado, accido, irruo. { נפל *naphál*. Ἐμπίπτω. GALL. *Tomber d'avanture dessus, cheoir dessus, en prés.* ITAL. *Accadere, incorrere.* GERM. Einfallen. HISP. *Caer en algo, à acontecer.* ANGL. *To happen, or fall in.* } Omnia enim à cado composita, proferunt supinum cum a, sicut Cado: quæ verò à Cædo, pro ferio, mutant e in i, ut incisum, reciso. Unde ab Incido, incasum, incasurus. Plin. *lib.* 2. *cap.* 17. Sed exaccidisse, non quia hæc facta sunt, arbitror: verùm hæc ideo facta, quia incasura erant illa. Est autem Incidere, proprie idem quod in aliquid, seu supra aliquid cadere. Liv. *lib.* 2 *bell. Pun. secundi*, Sagunti ruinæ (utinam falsus vates sim) vestris capitibus incident. Plaut. *Menach. Act.* 2. *s.* 1. Ei derepentè tantus morbus incidit. GALL. *Vne si grande maladie luy est venuë tout à coup.* Ovid. *Eleg.* 5. *lib.* 4. *Trist.*

*Incidat & vestro vana querela toro.*

Sueton. *in Galba, cap.* 17. Incidit ei valetudo. Item incidunt amnes flumini. Livius *lib.* 4. *dec.* 5. ¶ Sumitur tamen frequenter Incidere, pro eo quod est casu incurrere. { *Accidere.* ANGL. *To happen.* } aut de improviso labi: ut, Incidi in latrones. Incidi in errorem. Cic. *Cluent.* Quod in Reipublicæ tempus non incideris, sed veneris. Cæs. *lib.* 1. *de bell. civ.* Incidere in aliquem etiam qui non sit hostis. Et Senec. *cap.* 9. *de consol. ad Marc.* Incidit hoc quotidie in oculos. Incidere ergo, casu venire est: venire verò, certo judicio, & sententia, & consultò. Quod ipse Cicero in eo quod sequitur declarat. Judicio enim tuo, non casu in ipsum discrimen rerum contulisti Tribunatum tuum. ¶ Incidere portis, dictum de iis, qui in urbem fugerent, à Livio *lib.* 5. *ab urb.* Item de iis, qui urbem invadebant repentè, ab eodem Liv. *lib.* 6. Jungitur quandoque cum dativo: ut, Mihi incidit suspicio. Quandoque absolutè ponitur: ut, Incidunt sæpe multæ causæ: Obligationes incidunt necessariæ: &, Incidit ab utentibus mentio. Item, Incidit quæstio, Aliud ex alio incidit.

Incidit sæpe ut, i. Sæpe evenit, Fere fit. Cicer. *de Amic.* Quanquam ille quidem mihi difficilius esse dicebat, quàm amicitiam usque ad extremum vitæ diem permanere: nam vel ut non idem expediret utrique incidere sæpe, vel ut de Republica non idem sentirent.

Incidens, entis, adject. Quod incidit, sive cadit. Plin. *lib.* 11. *cap.* 17. Pupillæ obtuse incidentia facilè declinant. Incidens portis exercitus, hoc est, incurrens in portas. Liv. *lib.* 3. Agrestesque pavidi incidentes portis, non populationem, nec prædonum parvas manus, sed omnia vano augentes timore.

Inclēns, dicitur propinqua partui, quòd fœtus ejus sit inclusus. Festus. Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. *al.* 36. Antiqui abdomen vocabant, priusquam calleret, incientes occidere non assueti.

Incico, vocare, commovere, provocare, ab *in*, & *cio*. Dicitur etiam Iacio, ab *in*, & *cio*.

¶ Incitus, a, um, incitatus, motus. ab *incieo*. Item qui non potest cieri, seu moveri ab *in*, & *citus*, participio, ex *cio*, moveo. Ita *inciti* calculi, qui cieri nequeunt. ¶

INCĪLO, is. { חלח *chalách*. Ἀῤῥοή. GALL. *Vne trenchie, fossé, canal ou conduit, par lequel on fait couler l'eau en quelque lieu.* ITAL. *Canale, condutto, cannone per condur via l'acqua.* GERM. Ein geharen grablin oder kanal/ dardurch man das wasser auss einem orte hin laitet. HISP. *El aguaducho del molino, ò acequia para regar.* ANGL. *A gutter to conveigh water.* } Teste Ulp. *l.* 1. *ff. de rivis*, est locus depressus ad latus fluminis, ex eo dictus, quòd incidatur. Scinditur enim lapis, vel terra, unde primùm aqua ex flumine agi possit, quemadmodum in pistrinis frumentariis videmus. Quod autem ad incile apponitur aquæ derivandæ, compellendæve ex flumine causâ (quod vulgò *Clausa* dicitur) sive id ligneum sit, sive lapideum, sive ex qualibet alia materia ad continendam transmittendámque aquam excogitatum, Latinè (Ulpiano teste) Septum dicitur. ¶ Item incile dicitur locus, per quem primùm deducitur ex quocunque rivo aqua, irrigandi causâ. Apud Fest. pro eodem in plurali numero legimus incilias, si quatenus fides haberi debeat libro à sciolo quodam tam fœdè contaminato. Ego certè *incili* legendum puto.

Incilēs, inquit Festus, canales sunt, in quos aqua confluit in vias lapide stratis: ab eliciendo dicti. Sic enim habent omnia exemplaria. Quo tamen in loco non *inciles*, sed *inlices*, sive *illices*, legendum est.

Incilo, as: Increpo, vel improbo. { תוכיח *tochiach*, גער *ghahár*. Ἐγκαλέω, ψέγω. GALL. *Reprendre.* ITAL. *Riprendere.* GERM. Schelten/ vorwerffen. HISP. *Reprehender.* ANGL. *To reprecbe or reprehend.* } Plaut. Melius tamen est ita vivere, ne quis nostra inciler facta. Lucr. *lib.* 3. Jure (ut opinor) agat, jure increper, incilétque. Accius *apud Non.* Spernens me, incilans probris. Idem, Matris meæ jure factum incilas. Pacuv. Quis hæc me oratione inciler.

INCINGO: Cingo, & circumligo, circundo. { סבב *sabáb*, חגר *chisschar*. Περιζώννυμι. GALL. *Ceindre, environner.* ITAL. *Cingere.* GERM. Umbgürtten/ umbgürten/ umbgeben. HISP. *Ceñir.* ANGL. *To girde, or to environne.* } Liv. 8. *ab Vrbe*, Ipse incinctus cinctu Gabino, armatus in equum insiluit, ac se in medios hostes immisit. Virg. 7. *Æneid.*

*Pampineâsque gerunt incincti pellibus hastas.*

Ovid. 3. *Amor. Eleg.* 7.

*Quid tibi turritis incingere mœnibus urbes?*

Idem 3. *Fast.*

*Illa levi mitra cauos incincta capillos.*

Idem 5. *Fast.*

*Ebrius incinctis Philyra conviva capillis.* Ibidem,

*Hinc venit incinctus tunica mercator.*

Idem *Metam. lib.* 13.

*Incinctus juvenis flexit nova cornua cervis.*

Et Quint. Lænam involvere toga & cingi, &c.

¶ Incinctus, a, um, cingendo circumdatus, inclusus, ambitus. Eingegürtet.

Incinctus, non cinctus, ἄζωστος, nomen, ex *in*, & *cinctus*. Vet. Dict. Incinctus, non cinctus. Item incincta, prægnans, quasi sine cinctu, quum cingi fortiter uterus non permittit. Hinc habent Galli suum *Enceinte*, id est, gravida. ¶

INCINO, is: Cum quadam modulatione cano. { זמר *zimmér*. Ἀῤῥῶδω. GALL. *Chanter, soit par voix, ou par instrumens.* ITAL. *Cantar per voglia.* GERM. Singen/ auff einem seytenspiel schlagen. HISP. *Cantar para incitar y con razon.* ANGL. *To sing by voice or instrument.* } Gell. *lib.* 4. *cap.* 13. Creditum est hoc à plerisque, Ischiaci, quum maximè dolent, tum si modulis levibus tibicen incinat, minui dolores. Propertius.

——— *seu varios incinit ore modos.*

Gell. *lib.* 11. *cap.* 1. Et frequentamenta quædam varia tibicen incineret. Hinc fit frequentativum Incanto, as, de quo suprà: & Incentio, de quo mox.

Incentio, ais: Cantio, seu cantilena. { ᾠδή. GALL. *Chanson.* ITAL. *Canzone.* GERM. Ein gesang. HISP. *Cancion.* ANGL. *A singe.* } Gell. *lib.* 4. *cap.* 13. docet plurimis hominum morbis medicinam fuisse incentiones tibiarum. ¶ Incentio, incantamentum, quod vocis modulatione fiebat Gell. *lib.* 16. *cap.* 12. Ut serpentum virulentorum domitores sint, & incentionibus, herbarúmque succis faciant medelarum miracula. Hoc loco legitur apud Gell. Et incantationibus.

Incēntivus,

Incĕntīvŭs, a, um: ἐπιτικός: ut, Tibia incentiva, apud Varronem, quæ à dextra canit, sicut Succentiva, quæ ad sinistram facit, *lib.* 1. *de vit. cap.* 1. Erat dextra tibia aut, quam sinistra, ita ut tamen sit quodammodo contenta: quod est alterâ eâdem earum modorum incentiva, altera succentiva. ¶ Accipitur etiam incentivum pro incitativo, sive incitativo, propterea quod milites incentione tubarum ad bellum solent incitari, παρακελευστικός. Plin. *in Panég.* Non tubæ solùm, sed etiam Spartanæ tibiæ incentivum aliquid ferunturhabuisse.

Incipisso, & Incipisso. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Sed brevem orationem incipisse. Idem *Milit. sc.* 2. *a.* 2. Magnam rem incipistis: Et hic hanc rationem incipissam Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 3. Nugas inepteisque incipisso. *Ibid. sc.* 2. *a.* 4. Incipisset facere cum tantis minis.

Incipio, is: ex in, & capio: Inchoo, initium capio, ordior, exordior. { התחל *hechel.* ἄρχομαι, ἀναίρχομαι. Gall. *Commencer.* Ital. *Cominciar, incominciare.* Germ. Anfahen/anheben. Hisp. *Comenzar.* Angl. *To beginne.* } Terent. *in Adelph.* Per di hercle: hæc spe illi hoc inceperunt. Plaut. *Menæch. sc.* 4. *a.* 2. Tantùm operis incœpi. Idem *Capt. sc.* 5. *a.* 3. Ne quicquam tale faciamus incipere audeat. Idem *Aul. sc.* 4. *a.* 3. Facinus audax incipit qui cœpit habere negotium pauper cum divite. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Quid cessо ire ad forum quò inceperam. Ovid. 6. *Fast.*

*Incipe, ait* (Jupiter sup.) *Martі, protinus ille refert.* (formula est.) Conjungitur autem hoc verbum cum verbo infinito: ut, Incipio timere Deum: Tu incipis esse probus: Illum incipit tædere laboris. Potest tamen esse sine infinito. Plaut. *in Capt. sc.* 3. *a.* 5. Quandiu id factum est? s. t. hic annus incipit vigesimus: Bellum incipitur. Sallust. *Jugurth.* 111.

¶ Inceptivus, χρηστὸς, principialis, ut inceptiva littera. Diomedes *Grammaticæ lib.* 1.

Incippat, illudit, includit. Gloss. Isid. παίζει, παιδεύει.

Incitegro, integro, ut *reciprocus*, pro reprocus. *Concipilo*, pro compilo, antiq.¶

Incœptus, a, um: Tibull. *lib.* 4.

*Incœptâ de te subtexam carmina chartâ.*

Ovid. 13. *Metam.*

*Rex jubet incœpti causam dimittere belli.*

Idem Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Tanta incœpta res, &c.

Incœptum, i: Institutum, principium. { תחלה *techillâh.* ἀρχή. Gall. *Commencement, principe*, Ital. *Cominciamento, principio.* Germ. Ein anfang/fürnemmung. Hisp. *Comienço.* Angl. *A beginning, an enterprise.* } Cicer. *in Catil.* Cujus ego si non modò factum, sed incœptum ullum conatúmve contra patriam deprehendero. Ovid. 13. *Metamorph.*

*Aegrè incœpto ferum accessisse laboris.*

Tibull. *lib* 4.

*Nulla nec incœpto perlabitur unda liquore.*

Liv. *lib.* 6. *dec.* 4. & ubique.

Incœptŏr, is: Auctor. { מחל *mechôl.* πρᾶκτωρ, ἐπιχειρήτωρ. Gall. *Entrepreneur, celuy qui commence ou entreprend quelque chose.* Ital. *Chi comincia è vero chi ha cominciato qualche cosa.* Germ. Ein anfanger/anheber. Hisp. *El que comença alguna cosa.* Angl. *A beginner.* Terent. *in Eunuch.* O Parmeno, ô meorum voluptatum omnium inventor, incœptor, perfector.

Incœptio, nis: Principium. { תחלה *techillâh.* ἀρχή, ἐπιβολή. Gall. *Commencement.* Ital. *Cominciamento.* Germ. Anfahung/oder anfang. Hisp. *Comienço.* Angl. *A beginning, a deviſing.* } Terent. *in Andr.* Nam incœptio est amentium, non amantium.

Incœpto, as: frequentativum. { ἐπιχειρῶ, ἐπιβάλλω. Gall. *Commencer.* Ital. *Incominciare.* Germ. Embfig anfahen. Hisp. *Començar.* Angl. *To beginne, to go about.* } Plaut. *in Amph.* Quæsque incœpistis res, quæsque incœptabitis. Terent. *in Heaut.* Veh, video quod incœpteret facinus. Gell. *lib.* 1. *cap.* 11. Tibicines inter exercitum positi canere incœptabant. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Magna incœptas, si id expectas quod nusquam est. Idem *Menæch. sc.* 5. *a.* 5. Homo incœpit insanire (suprà occœpit.) Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Incœptas facimus facere.

Incisè, incisim, Incisio, Incisum, Incisura, vide *Incido.*

Incĭtā, æ: Paupertas. { מחסור *machsôr*, דלות *dallâh.* πένεια. Gall. *Pauvreté.* Ital. *Povertà.* Germ. Armut. Hisp. *Pobreza.* Angl. *Povertie.* } Plaut. *Trinum.* Hic cujus est tuus ad incitas redactus. Idem *in Pœnulo*, Tace modò: Profectò ad incitas lenonem rediget, si has abduxerit.

Incĭtēga, pro machinula, in qua amphora vini constituebatur, unde subinde vina in convivio subministrarent. Fest.

Incĭto, as: ab in, & cito, quod est frequentativum à verbo Cieo. { תסיר *hasîr*, גרה *gherâh*, נהל *nihêl.* ἐρεθισμός, ἐγείρω, παροξύνω, ἐπιτείνω, ἐπιτείνομαι, ὁρμῶ. Gall. *Inciter, provoquer.* Ital. *Incitare, provocare.* Germ. Bewegen/anreitzen/antreiben. Hisp. *Incitar, mover.* Angl. *To stirre up, to provoke and encourage.* } Unde & pro irritare, & provocare sumitur. Cæs. 3. *bell. Gall.* Sed multa tamen Cæsarem ad bellum incitabant. Plin. *lib.* 10. *cap.* 7. Nec ulla res majorem cibis aviditatem incitat, inhibéque eandem. Treb. ad Cic. *lib.* 12. *Ep.* Ne putes in Asia feriatum illum ab his studiis, in quæ tua cohortatione incitatur, futurum. Cæs. *lib.* 2. *de bell. civil.* Duæ naves sese in unum incitaverant. Item, Incitari in somno, pro agitari. Sueton. *in Calig. cap.* 50.

Incĭtātŭs, particip. Commotus, perturbatus. { נבהל *nibhâl.* ταραχώδης, παροξυσμός. Gall. *Incité, émeu, provoqué.* Ital. *Intitato, smosso.* Germ. Bewegt/angereitzt. Hisp. *Incitato, movido.* Angl. *Stirred, moved an encouraged.* } Cic. 1. *Offic.* Iracundia incitatus populus. Idem *lib.* 4. *Acad.* Et tamen isti physici tardè admodum, quum hæreant aliquo loco, exclamant, quasi mente incitati. ¶ Incitatum pro vehementi, nomen ex participio. Cicer. *in Bruto*, Nihil grande, nihil incitatum, nihil ornatum. Idem *in somn. Scip.* Hic verò tantos est totius mundi incitatissima conversione sonitus, ut eum aures hominum capere non possint.

Incĭtātus, nomen equi est, cui magni honores habiti, & dona pretiosa data. Suet. *in Calig. cap.* 55. Incitato equo (cujus cænâ pridie Cis-



censet, ne inquietaretur, vicinæ silentium per milites indicere solebant,) præter equile marmoreum, & præsepe eburneum, præterque purpurea tegumenta ac monile è gemmis, domum etiam & familiam & supellectilem dedit, quo facilius nomine ejus invitati acciperentur: Consulatum quoque tradituri Caligulæ destinasse. Hæc ipsum vix non vulgariter eruditus, Marc Calaub, ex Dione confirmat *in suis Animadverſ. in Suetan.* Nec novum id videri debet, cùm Alexander Magnus condiderit à se oppidum, Bucephalon appellaverit, ob equi sui Bucephali honores: de quo vide Gell. *cap.* 2. *lib.* 5.

Incĭtātio, nis: instigatio, commotio. { מחלה *behalâh*, ὄχλησις, παροξυσμός. Gall. *Reiseur, viſteſſe, inſtigation, provocation.* Ital. *Incitamento.* Germ. Bewegung anreitzung. Hisp. *Incitamento.* Angl. *A ſtirring, moving or proveking.* } Cic. 2. *de Orat.* Languentis populi incitatio, & effrænati moderatio. Idem 1. *de Orat.* Sic evolvit oratio, ut ejus vim atque incitationem alpexerim, vestigia ingressúmque vix viderim.

Incĭtātè, adverbium. { ἐμπαθῶς, σφοδρῶς. Gall. *Par grande veiſdeur, viſtement.* Ital. *Incitatamente.* Germ. Gstreng. Hisp. *Incitadamente.* Angl. *Swiftlie, with à vehemencie and quickneſſe.* } Cicer. 2. *ad Attic.* Quas Numestio litteras dedi, tu te his evocabam, ut nihil actum, neque incitatius fieri posset.

Incĭtābŭlum, i: Incitamentum, i. { מחלה *behalâh.* παροξυσμός, ἐρεθισμός. Gall. *Incitement, éguillon.* Ital. & Hisp. *Incitamento.* Germ. Anreitzung/trib. Angl. *A ſtirring up or moving an encouragement.* } Gell. *lib.* 15. *cap.* 2. Comitem esse quendam dicens, & incitabulum ingenii virtutisque. Cic. *pro Archia*, Hoc maximum & pernecessarium incitamentum est, & laborum.

Incĭtŭs, verbale: Incitatio. { מחלה *behalâh.* παρόρμησις.} Plin. *lib.* 2. *cap.* 43. Qui sine assiduo mundi incitu, & contrario siderum occursu nascuntur, sive hic est ille generabilis rerum naturæ spiritus, &c.

Incĭtus, compositum ex in, & citus, idem quod velox & celer. { מהיר *mahîr.* ταχύς, ὠκύς. Gall. *Leger, émeu.* Ital. *Veloce, ſpeſſo.* Germ. Schnell durch anreitzung. Hisp. *Incitado, ligero.* Angl. *Swyft ſpeedie and quicke.* } Cic. *de nat. deor.* Sicuti inciti atque alacres toltis perfremunt Delphini. Ex Accio. Lucret. *lib.* 6.

——— *validi vis incita venti.*

¶ Incitega, machinula, in qua constituebatur in convivio amphora, de qua subinde deferrentur vina. Ubi Scaliger monet, incitegam dici ab integendo: quia, inquit, veteres *incitegere*, pro *integere* dicebant, ut *reciprocum*, pro *reprocum*. *Reciperare*, pro *reparare*, *concipilare*, pro *compilare*.

Incĭvĭlĭs verba appellat Gell. petulantiora, nihil prorsus habentia civilis modestiæ, ἀκαμῆ. ¶ Incivilis pro sævo & crudeli, vide *Civilis.*

Incĭlāmo, as: Et clamore objurgare. { קרא *karâ.* κράζω. Gall. *Crier, appeller à haute voix.* Ital. *Riprendere gridando, sgridare.* Germ. Beſchreyen/mit ſchreyen ein beſchelten. Hisp. *Reprender con grito, dar grandes vozes.* Angl. *To cry out.* } Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Nimis egrè istum continui, ubi hospitem inclamavit, qui se absente mihi fidem habere noluisset. Idem *in Stichо*, Tuos inclamas, tui delinquunt. Inclamare nomen. Quint. Ovid. 3. *Fast.*

*Inclamátque suos, auxilíumque vocat.*

¶ Inclamare magnum, pro exclamare. Gell. *cap.* 9. *lib.* 1. Idem Plaut. *Amph. sc.* 1. *a.* 1. Ibi me inclamat Alcmena (i. vocat.) Aliquando accipitur pro intrò vocare. Ovid. *lib.* 2. *Fastorum*,

*Fit ſomno, inclamat comites, & lumina poſcit.*

Valer. Max. *lib.* 1. Perterritus deinde tum tetro visu & nomine horrendo, servos inclamavit, scilicet ausúsque est, si quem talis habitus, aut intrantem cubiculum, aut exeuntem vidisset. ¶ Inclamare contra aliquem, idem quod inclamare aliquem Plauto, id est, objurgare & increpare.

Inclamatus, in judicio vocatus. Cod. Il. antiq.¶

Inclāmito, as, are: frequentativum. { ἐπιβοῶμαι. Gall. *Souvent appeller, ou crier.* Ital. *Chiamar ſpeſſo.* Germ. Offt beſchreyen. Hisp. *Llamar mucho vezes.* Angl. *To cry out often.* } P. aut. *Epid.* Etiam inclamitor quasi servus.

Inclārĕo, es, vel Inclaresco, is, inclarui: Clarus fio, innotesco. { נודע *nodhab.* ἐπιφανὴς, ἀξιοθαύμαστος. Gall. *Pouvoir clair, venir en reputation.* Ital. *Divenir chiaro, famoſo.* Germ. Erlüchtt werden/berümpt/oder benampt werden. Hisp. *Aclararſe, hazerſe claro y manifeſto.* Angl. *To be famous and knowen abreade.* } Plin. *lib* 35. *cap.* 11. Inclaruit maxime discipulo Nicea Athenensi, qui diligentissimè mulieres pinxit.

Inclēmens, tis: Durus & asper. ἀνήμερος. { אכזר *achzar.* ἀπάνθρωπος. Gall. *Sans clemence, rigoureux, impitoyable.* Ital. *Duro, aſpro.* Germ. Unmilticlich/unbarmhertzig. Hisp. *No miſericordioſo, aſpero.* Angl. *Mercileſſe, rigorous.* } Liv. 8. *ab urbe*, Extrema concio, & circa Fabium globus increpabant inclementem Dictatorem.

Inclēmentĭssĭmus: Crudelissimus. Macrob. *comment. lib.* 1. *cap.* 10. Dionysius aulæ Siculæ inclementissimus incubator.

Inclēmēntĕr: Durè, asperè. { ἀπανθρώπως, ἀπηνῶς. Gall. *Rigoureuſement, ſans clemence.* Ital. *Duramente, aſtramente.* Germ. Unmilticlich/mit rauhe und ſtrenge. Hisp. *No miſericordioſamente.* Angl. *Rigorouſli.* } Plaut. *in Amph.* Iterum hic jam in me inclementer dicit, atque id sine malo. Liv. *lib.* 3. Quæso, inquit, Appi, primum ignosce patrio dolori, si quid inclementiùs in te sum invectus. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Aut inclementer dicit lepidis literis.

Inclēmentĭa, æ: Duritas. { אכזריות *achzerîuth.* קשי *keſhi*, ἀνήμερος, ἀπάνθρωπος. Gall. *Rigueur, rudeſſe.* Ital. *Aſprezza, durezza.* Germ. Unmilticheit/rauhe. Hisp. *Aque. la no miſericordia, dureza.* Angl. *Rigour, unmercyfullneſſe.* } Virg. 1. *Æneid.*

——— *rerùm inclementia divûm Hæc evertit opes.*

¶ Hujus contrarium est Clementia.

Inclīno, as: Inflecto, recedo, appropinquo, admoveo. { נטה *hittâh.* קרב *kerab*, תקריב *hikrîb.* κλίνω, καθυφίημι, ἐξίημι. Gall. *Enclineer, ſe baiſſer, tenanter vers.* Ital. *Chinarſi, inchinare.* Germ. Zugen/neygen. Hisp. *Inclinar à otro, acoſtarſe, à abaxarſe.* Angl. *To leane or bend to ating.* } Juven. *Satyr.* 9. & 10.

——— *atque etiam inclinare maritos.*

Liv.10. *bell. Mac.* In præsentia placet omni ope in Romanos accendi regem, impellique ad concilia belli, ad quæ jam sua sponte animum inclinasset. Idem 1. *ab Urbe.* Ut Hostius cecidit, confestim Romana inclinatur acies. Item Quintilian. Inclinavit eloquentiam Phalereus. Senec. *cap.4. de consol. ad Marc.* Titubabat Augustus subducto altero adminiculo, nec luctu inclinandus erat. Quintilian. Rectum quoque judicem inclinat miseratio. ¶ Inclinare nomina in casus. Gell. *cap.16. lib.1.* & *cap.13. lib.10.* Item, Vexare inclinatum est à vehere, (bis.) Idem Gell. *cap.16. lib.14.* ¶ Inclinare rem, pro fermè conficere. Liv. *lib.2. decad.4.* Et, Sol meridie se inclinavit. Idem *lib.9. ab Urb.* Et, inclinare se in fugam. Idem *lib.5. dec.4.* Item, Inclinaverat se fortuna. Cæs. *lib.1. de bell. civ.* Dicitur autem acies inclinari, quum retro cedit, & paulatim in fugam convertitur. ¶ Dicitur &, Acies inclinat, pro inclinatur. Liv. *lib.2.* Tum demùm impulsi Latini, perpulsáque inclinavit acies. Suet. *in Cæs. cap.62.* Inclinatam aciem retinere. Ita enim Velleius loquutus est. ¶ Inclinata Resp. quæ jam declinare cœpit. Salust. *de Rep. ordinanda ad Cæsarem.* Qui per virtutem sibi divitias, decus, honorem pepeterunt, ubi paulùm inclinata Resp. agitari cœpit, multiplicitei animus curis atque laboribus fatigatur. ¶ Inclinat sententia, hoc sentit, huc tendit, eò vergit ut, &c. Liv.2, *bell. Maced.* Inclinavit sententia, suum in Thessaliam agmen dimitteret. Idem *lib.2. dec.4.* etiam ita loquitur. ‖ ¶ Inclinari in casus. Gell. *lib.10.* Nam partim hoc in loco adverbium est, neque in casus inclinatur. ‖

**Inclinātio**, nis: Inflexio. { קרטר *kerabáh.* κλισις. GALL. *Inclination, penchement.* ITAL. *Inchinatione.* GERM. Bugung/ neigung. HISP. *Inclinacion.* ANGL. *A leanting or bendlag to a thing.* } Plin. *lib.17. cap.13.* de liquorum sectione loquens: Altera inclinatione egerunt feobem. Inclinationes retum & temporum dicuntur, quando Reip. constitutio tenorem suum jam non amplius servat, sed ad mutationem spectare videtur. Cic. *in Philipp.* Minimis momentis r.c. maximæ inclinationes temporum fiunt. Senec. *epist.54.* Non tempestas, sed jam mutatio maris. Quint. Faciunt ad totius causæ inclinationem. Et Gell. *cap.1. lib.15.* Inclinatio mundi & devergentia & regio, &c.

**Inclināmēntum**, i. Pro declinatu, vel declinatione, vel determinatione. { κλιτικὸν. GALL. *Declinaison, soit de noms, ou de verbes.* ITAL. *Mutatione, derivatione.* GERM. Verendrung der syllaben an den wörtern. HISP. *Declinacion de nombres ò verbos.* ANGL. *A declination, of names or verbes.* } Gell. *lib.4. cap.9.* Hoc inclinamentum semper hujusmodi verborum, &c. Refert verba Nigidii Figuli.

**Inclināt̄ūs**, us: Declinatio. κλισις. Gell. *lib.3. cap.11.* Neque aliud est, quod simili inclinatu dicatur. Falsa est authoritas.

**Inclūdo**, is: Intus claudo, occludo. { רצר *saghár.* συγκλειω, ἰσκλειω. GALL. *Enfermer, enclorre.* ITAL. *Rinchiudere, serrare di dentro.* GERM. Einschliessen. HISP. *Encerrar, meter ò poner dentro.* ANGL. *To shut in, to inclose.* } Virg.2. *Æneid.*

*Inclusos utero Danaos.*

Cic. *de senect.* Nam dum sumus inclusi in his compagibus corporis, munere quodam necessitatis & gravi opere perfungimur. Idem *de Universitate.* Sed quia nondum omne animal in mundo inclusérat. Tibull.

*Qua maris extremis Tellus includitur undis.*

Ovid. *Eleg.1. lib.5. Trist.*

*Strangulat inclusus dolor.*

**Inclūsio**, nis: Occlusio. { συγκλεισις, περιδεσμος. GALL. *Enfermement.* ITAL. *Rinchiudimento.* GERM. Einschliessung. HISP. *Encerramiento.* ANGL. *An inclosing or shutting in.* } Cic. *in Pison.* M. Bibulum, cujus inclusione contentus non eras, interficere voluerat.

‖ **Inclūsus**, monachus, ἐγκλειστος, claustrarius, qui scil. clausus, h. e. loco clauso, ut monasterio, habitat. ἐγκλειω est *includo.*

**Inclūsīlā**, fuit genus tunicæ interioris apud Rom. quæ & subula dicitur. Alexand. ab Alexand.

‖ **Inclutus**, nobilis, clarus. Fest. ab *in*, sive *intrà*, & *clutus.* ‖ Vide *Inclytus.*

**Inclytūs**, a, um: cum y, Gloriosus, excellens, atque insignis, quique veluti fulgore quodam famæ resplendet. { נכבר *nicbádh.* λαμπρος, περιφανης. GALL. *De grand renom, qui a grand bruit, illustre.* ITAL. *Inclito, glorioso, illustre.* GERM. Berümpt/ herlich/ namhafftig. HISP. *Glorioso, preclaro, famoso, illustre.* ANGL. *Famous, excellent, noble.* } Virg.1. *Æneid.*

O *Patria, ô divûm domus, Ilium, & inclyta bello,*
*Mœnia Dardanidum.*

Gell. *cap.8. lib.9.* Inclyta facie mulier. Idem *cap.6. lib.18.* Inclytæ doctrinæ liber. Plaut. *Pseud. sc.2. a.1.* Inclytæ amicitiæ vitis cum summis. Ovid. 13. *Metam.*

——— *Per me jacet inclytus Hector.*

Tacit. *lib.2.* Incluti sumus illa victoria (pro inclyti.) Liv.7. *ab Urb.* Inclyta justitia, religióque ea tempestate Numæ Pompilii erat. Idem 6. *bell. Pun.* Inclytum divitiis templum. Sunt qui per i, nostrum scribant, putéque deduci ἀπὸ τῆς εἰκονῆ, quibus tamen reclamat accentus, & quantitatis ratio: quandoquidem ratione diphthongi ει, media deberet produci, quæ apud omnes corripitur.

**Inclytissĭmŭs**, superlativus, εὐδοξότατος. Gell. *lib.3. cap.7.* Propter ejus virtutes omnis Græcia gloriam, atque gratiam præcipuam claritudinis inclytissimæ decoravere monumentis.

**Incōactŭs**, a, um: Voluntarius. { ἑκων. GALL. *Non contraint, volontaire.* ITAL. *Volontario, non sforzato.* GERM. Ungezwungen. HISP. *De su voluntad, voluntariamente.* ANGL. *Not constrained, willing.* } Valet. *lib.4. cap.7.* Incoactam voluntatem esse in amicitiis contrahendis. Senec. *Epist.67* Omne honestum injussum incoactúmque est, syncerum, & nullo modo mistum. Gell. *cap.7. lib.13.* Homerus poetarum inclytissimus.

**Incōctĭlis**, Incoctus, vide *Incoquo.*

**Incœnātus**, e: Sine cœna, incœnatus, qui non cœnavit. { ἄδειπνος. GALL. *Sans souper, ou qui n'a encor soupé.* ITAL. *Senza cena.* GERM. Der nit zu nacht gessen hat. HISP. *El que no ha cenado.* ANGL. *Not supped, supperlesse.* } Plaut. *in Casin.* Illæ autem semper incœnem exire copiunt ex ædibus, ut ipsæ solæ ventres distendant suos.

**Incœno**, as: apud Sueton. *in Tiberio, cap.39.* pro Cœno. { δειπνεω. GALL. *Souper.* ITAL. *Cenare.* GERM. Zu nacht essen. HISP. *Cenar.* ANG. *To supper.* } Incœnante eo (inquit) completa & ingentia fata fortunæ supernè delapsa sunt.

**Incœnātŭs**, Non cœnatus. { ἄδειπνος. GALL. *Qui n'a encor soupé.* ITAL. *Che non ha cenato.* GERM. Der nicht zu nacht gessen hat. HISP. *El que no ha cenado.* ANGL. *Not supped, supperlesse.* } Plaut. *Aul. sc.4. a.2.* Superi incœnati sint, & curnati inferi. Cato *de re rust.* Bibat aquam mulsam, cubet incœnatus, postea manè bibat sucum. Plaut. *in Pseud. sc.2. a.3.* Ut incœnatus cubitum Juppiter.

**Incœnāre**, stupere, cessare. Gloss. Iid.

**Incōgĭtans**, tis, inconsiderans, non satis perpendens ea quæ aggreditur. { ἀλογος, ἀλογιστος. GALL. *Fleurdi, qui fait tout à la volée, inconsideré.* ITAL. *Inconsiderato.* GERM. Unbedacht/ unbesinnt. HISP. *El que no piensa.* ANGL. *Rash, unadvised.* } Terent. *in Pharm.* Quod nisi fuissem incogitans, ita eum expectarem, ut par fuit. Et iterum, Adeón' te esse incogitantem, atque impudentem Phædria, ut phaleratis dictis ducas me, & meam ducles gratis?

**Incōgĭtantĭa**, æ, imprudentia. { ἀλογια. GALL. *Inadvertance, inconsideration, étourdissement.* ITAL. *Inavertenzia, inconsideratione.* GERM. Unbesinnenheit. HISP. *Aquel poco pensamiento.* ANGL. *Rashnesse, unwarenesse.* } Plaut. *in Merc.* Incogitantia, excors immodestia.

**Incōgĭtātŭs**, a, um: Incogitans. { ἀλογος, ἀλογος. GALL. *Inconsideré.* ITAL. *Inconsiderato.* GERM. Unbedacht/ unbedächt. HISP. *El que no mucho piensa, osado.* ANGL. *Rash, unadvised.* } Plaut. *Bacch.* Petulans, protervo, incundo animo, indomito, incogitato, sine modo & modestia sum. Hic activè accipitur, apud Sen. verò *epist.58.* passivè ponitur, Alacritas incogitata, & injussa.

**Incōgĭtābilis**, e: Incogitans, ἀλογος. Plaut. *in Milite,* Nunc demùm scio me fuisse excordem, excum, incogitabilem. ¶ Dicitur etiam passivè de re, quæ non cogitatur, sive quæ cogitatione comprehendi non possit, ἀνεπίνοητος.

**Incōgnĭtŭs**, a, um: Non cognitus. { ἄγνωστος. GALL. *Inconnu.* ITAL. *Incognito, non cognosciuto.* GERM. Unbekant. HISP. *No conocido.* ANGL. *Unknown.* } Salust. *in Jugurth.* Ne quid de absente incognita causa statuatis, Cic. *pro Cecina,* Dum incognitæ re judicare voluisset, &c. Virg.1. *Æneid.*

——— *sed vis animos incognita turbat.*

Ovid.2. *Metam.*

——— *promissis testis adesto,*
*Dis juranda palus, oculis incognita nostris.*

**Incōhĭbĕo**, ŭi, ere. Lucret. *lib.3.*

*Aëre qui credas posse hanc cohiberier ullo:*
*Corpore qui nostro rarus magis incohibescit.* Hoc est, non cohibet.

‖¶ Incognitum habere, non cognoscere, ἀγνοεῖν. Sueton. *in Augusto:* Ac die proximo obvium sibi Augustum, cùm incognitum alias haberet, non sine admiratione contutus. ‖

**Incōĭbilis**, e: quod coire & conjungi non potest. { ὃ οὐ συνάπτεται, ὃ οὐ συμφύεται. Non coalescens. GALL. *Qui ne se peut joindre avec un autre.* ITAL. *Che non si può congiongere con altri.* GERM. Das man nit zusamen fügen kan/ das sich nicht zusamen schicke. HISP. *Cosa que no se puede ayuntar.* ANGL. *That can not be joyned with another.* } Gellius *lib.5. cap.3.* Videt enim eum eo genere oneris tam impedito, ac tam incoibili, facilè atque expedite incedentem.

‖ **Incoinquinatus**, ἀμίαντος, non coinquinatus. ‖

**Incŏlo**, is: Inhabito, in aliquo loco dego. { ישב *jáschábh.* οἰκεῖν, κατοικεῖν. GALL. *Habiter.* ITAL. *Habitare.* GERM. Einwohnen. HISP. *Morar en lugar, habitar.* ANGL. *To inhabite, to dwell in a place.* } Cic.1. *Tusc.* Ubi sunt ergo ii quos miseros dicis, aut quem locum incoluut. Idem 2. *de divin.* Loca quæ à quibuscunque incoluntur.

**Incŏlā**, ab incolendo deducitur; sicut ab accolendo, Accola. { תושב *toschábh.* ἐπιτροπος, παροικος. GALL. *Habitant, citoyen, qui établit son domicile en quelque lieu.* ITAL. *Habitatore.* GERM. Ein einwohner. HISP. *El morador en lugar.* ANGL. *An inhabiter which is come to dwell with us from some other place.* } Est autem incola qui in aliena urbe, vel Republ. habitat, quasi civis, aut municeps. Plin. Quod eorum montium incolæ facere consueverunt. Cic. *lib.1. Offic.* Peregrini & incolæ officium est, nihil præter negotium suum agere, nec esse in aliena Rep. curiosum. Ovid. *lib.4. Trist.*

*Hic ego felicis jacens novus incola sedis.*

Plaut. *Aul. sc.2. a.3.* Optati cives populares, incolæ, accolæ, advenæ. Tibull. *lib.4.*

——— *Ænea Nepetinus incola rupis.*

Catull. *de com. Beren.*

*Grata Canopis incola litoribus.*

Pomponius Incolam esse ait, qui in aliena regione domicilium conduxit, quem Græci μέτοικον appellant. Nec tantùm qui in oppido morantur, incolæ sunt, sed etiam qui in alicujus oppidi finibus ita agrum habent, ut intra eum se, quasi in aliquam sedem recipiant. Incolam autem non domus, aut possessio facit, sed domicilium. ¶ Inquilinus autem, qui in alienas ædes, alienáque prædia ex conducto habitat, sive in urbe, sive ruri. Cic. *in Philipp.2.* At verò te inquilino, non domino, personabant omnis vocibus ebriorum, natabant pavimenta vino. Unde inquilinus, probri, vel odii causa quis appellatur, quasi domum propriam non habeat. Salust. *in Cic.* M. Tullius inquilinus civis urbis Romæ. Qui autem inquilinis cœnacula locant, à Jurisconsultis dicuntur facere cœnacularium. Vide Isidor. *lib.9. origin cap.4.* ¶ Ponitur tamen quandoque inquilinus, pro cohabitatore. Martialis,

*Vicinus Nenius, vel inquilinus*
*Sit si quis Nenium videre non vult.*

¶ Incola autor, incola piscis. Plin. *lib.3. cap.9.* Sed quæ ex his in incolarum numero esse cœperit, dicentur inter fructiferas, i. quæ coluntur & serumnt apud nos. Idem *lib.9. cap.17.* Admovitque tibi gula sapores piscibus satis, & novum incolam maris dedit, ac quis peregrinas aves Romæ parere mireur.

Incŏlātŭs,

Incŏlĭtās, ātis, } מושב *moſchéb. habitacion.* GALL. *Habitation.* ITAL. *Habitatione di forestieri.* GERM. Ein inwohnung eines fremden orts. HISP. *Aquella morada en lugar de estrangeros.* ANGL. *Dwelling in a place.* } Ipsa habitatio in aliena patria, seu tempus quo quis in loco habitat, ita ut inde discessurus sit. Modest. *l.* 34. *D. ad municip.* Incola jam muneribus publicis destinatus, nisi perfecto munere, incolatui renuntiare non potest. Ex Hotom.

Incŏlŏrātè, adverb. Sine colore, & praetextu. Ulpian. *in l. minor* 18. *in prine. D. de Minorib. lib.* 4. *tit.* 4. Severus & Antoninus non audiendi incolorate restitui desiderantem.

Incŭltŭs, a, um: A *cultus* participio compositum: idem est quod non cultus: propriéque dicitur de agris, quorum cultura deseritur. { ἀνήροτος. GALL. *Qui n'est point labouré, cultivé, ou ageré, qui est negligé, ou abandonné.* ITAL. *Rozzo, incolto.* GERM. Ungebauwen/nicht in ehren gehalten. HISP. *Cosa no labrada, ni polida.* ANGL. *Untilled, unhusbanded, rude, clubbish.* } Liv. 2. *ab Urbe*, Caritas primùm annonæ ex incultis per secessionem plebis agris. Cicer. 1. *de natura deor.* Terræ regio inhabitabilis & inculta. ¶ Per translationem accipitur pro inornato, neglecto, horrido, ineleganti, & illaborato. { ἀμαθές. GALL. *Grossier, lourd, negligé, mal propre.* } Cicer. *de clar. Orat.* Vir ut vita, sic oratione durus, incultus, horridus. Et *paulò post*, Cotta alia quidem inculta via & horrida ad eandem laudem pervenerat. Item Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 3. Fundum alienum arat, inculturn familiarem deserit (id est, uxorem suam.)

Incultè, adverb. Aspertè, horridè, inornatè. { ἀφελῶς. GALL. *Sans ornement ou elegance, grossierement, lourdement.* ITAL. *Rozzamente, inornatamente.* GERM. Ungeschlich, unartlich. HISP. *No labradamente, ni polidamente.* ANGL. *Rudely, clubbishly.* } Cicer. *de clar. Orat.* Et dicere non incultè solebat, & erat cum litteris Latinis, tum etiam Græcis, ut illis temporibus satis eruditus. Idem *pro Quintio*, Vixit enim semper incultè atque horridè: natura tristi atque recondita fuit. Idem *in Oratore*, Incultè & horridè dicere.

Incultus, us, ui, substantivum: contrarium cultui. Liv. *lib.* 2. *dec.* 5. Suos honores partim defectos per incultum ac negligentiam, partim hostiliter sublatos esse. Senec. autem *epist.* 5. videtur posuisse pro cultu, ubi ait: Asperum incultum, & negligentiorem habuam, & intonsum caput, & indictum argento odium, & cubile humi positum, & quicquid aliud ambitionem perversa via sequitur, devita. Ibi tamen legitur, *asperum cultum.*

Incŏlŭmĭs, e: Firmus, sanus, salvus. Dicitur veluti qui in columine, seu columna stat, & tutus est: vel ut columini insistens. { ὑγιὴς, ἀβλαβὴς, ὑγιές. GALL. *Sain & sauve.* ITAL. *Sano & salvo.* GERM. Gesund und frisch. HISP. *Entero, sano, y rezio.* ANGL. *whole safe and sound.* } Terent. *in Andr.* Posthac incolumem, sat scio, fore me, nunc si devito hoc malum. Cic. 4. *de finib.* Ut se & salvum in suo genere, incolumémque vellent. Idem *pro Rosc. Amer.* Quibus incolumibus, & domi dignitas, & foris authoritas retineretur. Ædes incolumes, pro integris, & non ruinosis, apud Ulpianum *l. quibona fide*, §. *quum inter, D. de damn. infect.* Horat. 1. *Serm. Satyr.* 4.

——— *vitam famámque tueri*
*Incolumem possim*, &c.

Cæsar *lib.* 3. *de bell. civ.* Incolumem æqualem refert. ¶ Incolumis (id est, nondum exul.) Ovid. *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.* ¶ Incolumiores. Gell. *cap.* 2. *lib.* 17. Deteriores sunt incolumiores.

Incolūmĭtās, ātis, est, ut Cic. *de Invent.* 2. inquit, salutis tuta atque integra conservatio. { ὑγίεια, ἀσφάλεια. GALL. *Santé entiere, & parfaite.* ITAL. *Sanità, salute.* GERM. Gesundtheit/wolstand. HISP. *Sanidad y entereza.* ANGL. *Perfite thealth and safetie.* } Idem *Trebatio, fam.* 6. Si qui mihi erit adieus de tuis fortunis, id est, de tua incolumitate, in qua sunt omnia agenda, &c. agam per me ipse, & moliar. Idem 5. *de fin.* In quibus numerant incolumitatem, conservationémque omnium partium. Suet. *in Aug. cap.* 51. Venia & incolumitate donatos principem etiam in civitate locum tenere passus est.

Incōmes, itis: Festo authore, dicitur sine comite, antiquum est. ¶ Nunc dicimus *incomitatus.*¶

Incōmĭtātus, a, um: Non comitatus, comitibus destitutus. { ἀνεπιπομπὸς, ὁ μὴ ἐν ἀκολούθοις ἄγεσθαι, ὁ μὴ ἐν ἀκολουθίαις. GALL. *Qui n'est point accompagné.* ITAL. *Scompagnato, non accompagnato.* GERM. Unbegleytet. HISP. *Non acompañado.* ANGL. *Being without companie, alone.* } Cic. *de Orat.* Cujus artem quum indotatam esse atque incomitatam videres, verborum eam dote locupletasti, & ornasti. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

*Ne tuis fugiens incomitatus eat.* Sup. calculus. Et 4. *Fast.*
*Quid facis in solis incomitata locis.*

Incŏmtus, incomptus, incultus, agrestis ac ferus. Macrob. *Saturn. lib.* 1. *cap.* 7. Ab incomi & tenebrosa vita, quasi ad lucem & bonarum artium scientiam editi sumus.

Incōmĭtĭo, as, are: Est, inquit Festus, tale commissum facio, propter quod necesse sit, in comitium, hoc est, in conventum venire. Plaut. *in Curc. sc.* 1. *a.* 3. Adolescens quæso ne me incomities. LYCO, Licetne inforare, si incomitiare non licet?

Incŏmmendātus, adjectivum: Non commendatus. { ὁ μὴ ἐπαινούμενος, ὁ μὴ συνιστάμενος, ὁ μὴ ἀφελκυόμενος. GALL. *Qui n'est point recommandé.* ITAL. *Non ricommandato.* GERM. Unbefohlen. HISP. *No encomendado.* ANGL. *Not recommended.* } Ovid. 11. *Metam.*

*Nil illic vetitum est, incommendatæque tellus.* (non commendata, non cara.)

¶ Incommiscibile, quod non commiscetur. Tertull.

Incommobilitas, dicta Græcè ἀναλγησία. Apul. *de Philosoph. mor.* Quum quis scilicet non commovetur ac adversis.¶

Incōmmŏdum, i: Damnum, detrimentum. { חבל *nézek.* βλάβη, βλάβος. GALL. *Dommage, nuisance, ennuy, deplaisir, fascherie.* ITAL. *Danno, incommodità.* GERM. Ein schad/nachtheil. HISP. *Daño, è no provecho.* ANGL. *Domage, hurt, losse.* } Plaut. *Amph.* Ita cuique comparatum est in ætate hominum, ita diis placitum, voluptati ut mœstos comes consequatur, quin incommodi plus multique illicò adsit, boni si quid obrigit. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 2. Neque quidquam no-bis patiant ex se incommodi. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Cùm ejus incommodum ægrè ferat (i. captivitatem.) Cic. 1. *de fin.* Itaque eum ob ea solum incommoda, quæ evenunt improbi, fugiendam improbitatem putamus. Incommoda ferre, pro incommodare. Cicer. *ad Quint. Frater.* Dicebat scriptum in ea Epistola, quam tuam esse dicebat, te aut quasi amicis tuis gratias actum, aut quasi inimicis incommoda latorum.

Incommŏdus, a, um: quod damnum adfert, vel molestum est. { βλαβερὸς, ἀσύμφορος, ἀνωφελής. GALL. *Incommode, mal propre, ennuyeux, fascheux. dommageable, nuisant.* ITAL. *Incommodo, molesto, dannoso.* GERM. Nachtheilig/schädlich, beschwärlich. HISP. *No provechoso, dañoso.* ANGL. *That causeth domage or losse.* } Ter. *in Heaut.* Ain' tu tibi hoc incommodum eventile iter? Et *paulò pòst*: Non hercle verbis dici potest tantum, quàm re ipsa navigare incommodum est. Cic. 5. *Verr.* Non potest reprehendi illa æstimatio, quæ ita toti non modò incommoda non est, sed etiam grata est. Incommoda uxor, & importuna. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Item, Incommodus homo. Liv. *lib.* 6. *dec.* 4.

Incommodisticus, a, um. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 1. Parasiti venatici sumus. Et *paulò post*, Odioficique, & multùm incommodistici (i. odiosi, & multum incommodi, molestiæ ac detrimenti dantes.)

Incŏmmŏdĭtās, ātis: Damnum, molestia. { βλάβη *nézek.* ἀσυμφορότης. GALL. *Incommodité, fascherie, ennuy, nuisance.* ITAL. *Incommodità, danno.* GERM. Ein schad oder nachtheil/unbequemlichkeit. HISP. *Daño, no provecho.* ANGL. *Displeasure, incommoditie, domage.* } Ter. *in Andr.* Nempe incommoditas denique hæc omnis redit, si eveniat (quod dii prohibeant) discessio. Liv. 10. *ab Urbe*, Romæ cùm desiderio viri, tum incommoditate temporis tristis annus fuit, ut, &c. Plaut. *Aulul. sc.* 5. *a.* 3. Hæ sunt magnis dotibus incommoditates. Gell. *cap.* 8. *lib.* 6. Alia quædam incommoditas consequuta est.

Incŏmmŏdè: Molestè, intempestivè, cum incommodo, seu detrimento. { ἀπρεπῶς, ἀσυμφόρως, ἀκαίρως. GALL. *Incommodément, mal à propos, mal à point.* ITAL. *Incommodamente, disconciamente.* GERM. Ungeschicklich/unkommlich/schädlich. HISP. *No provechosamente, dañosamente.* ANGL. *Unhandsomelie, disprofitably.* } Terent. *in Hecyr.* Sed continuò veltrum eatum sensi immutati omnium, qui tam incommodè illi fors obtulerat adventum meum. Cicer. *de Amicitia*, Quamobrem cum illo quidem (ut suprà dixi) actum optimè est, mecum autem incommodiùs. Incommodissimè navigare, Cic. *ad Attic. lib.* 5.

Incŏmmŏdo, as: Noceo, damnum infero, obsum ✕ Commodo, prosum. { חרע *herább.* βλάπτω, ζημιῶ. GALL. *Incommoder, faire ou porter dommage, nuire.* ITAL. *Incommodare, nuocere* GERM. Schaden thun/nachtheil bringen. HISP. *Dañar, è no aprovechar.* ANGL. *To domage, to hinder, to disprofite.* } Cicer. *pro Quintio*, Ut quum ipsi nihil alteri scientes incommodarint, nihil ipsis jure incommodi capere possit. Terent. *in Andria*, Quem ego credo manibus pedibúsque obnixè omnia facturum, magis id adeò, mihi ut incommodet, quàm ut obsequatur gnato. ¶ Passivum Incommodor. Gell. *cap.* 17. *lib.* 7. Is dicitur obnoxius, cui quid ab eo, cui esse obnoxius dicitur, incommodari & noceri potest ei, qui habeat aliquem noxæ, id est, culpæ suæ conscium.

Incŏmmŏdātĭo, nis: Incommoditas. { חבל *nézek.* τὸ βλάπτειν, ζημιοῦν. GALL. *Dommage, nuisance, ennuy, détlaisir, fascherie.* ITAL. *Incommodità, danno.* GERM. Schad/nachtheil/ungemach. HISP. *Daño, no provecho.* ANGL. *Domage, disprofiting.* } Cicer. *ad Attic. lib.* 1. Atque in ista incommodatione alienati illius animi & offensi, illud inest tamen commodi.

Incŏmmūnè: In Republicam æqualiter omnibus. { ἐπὶ τοῦ κοινοῦ, κοινῇ. GALL. *Communement, également.* ITAL. *Communemente.* GERM. In die gemein hinein. HISP. *Igualmente, comunmente.* ANGL. *In commun or equallie to all.* } Terent. *in And.* Id te oro, incommune ut consulas. Pro eodem etiam dicimus, In medium consulere.

¶ Incommunicabilis. Sap. 14. 21. ἀμεταδότους.

Incŏmpăctum: Disjunctum, malè compositum. { διαλυτὸν. GALL. *Dispint.* ITAL. *Disgiunto, mal composto.* GERM. Unzusammen gebunden/ober gepackt. HISP. *Desfacho.* ANGL. *Not schell fett together.* }

Incŏmpărābilis, e: Cui nihil potest comparari, seu adæquari. { ἀσύγκριτος, ἀσύμβλητος. GALL. *Incomparable, qui n'a point son pareil.* ITAL. *Incomparabile.* GERM. Nit zu vergleichen/unvergleichen/on alle gleiche. HISP. *Cosa que no se puede comparar.* ANGL. *Incomparable, without an headepeare.* } Plin. *lib.* 7. *cap.* 25. Illa fuit vera & incomparabilis invicti animi sublimitas, id est, cui comparari alia non potest. Quint. *lib.* 1. *cap.* 2. Sed præstet alicui, vel gratia, vel amicitia, vel pecunia, ut doctissimum atque comparabilem magistrum domi habeat.

¶ Incompetendino, as, dilato. Gloss. A. L.¶

Incŏmpĕrtus, a, um: Incognitus, ignotus, & de quo nullam certitudinem habemus. { ἄδηλος, ἀγνώστος. GALL. *Dequoy on ne sçait rien au vray, inconnu.* ITAL. *Incognito, non trovato.* GERM. Unerfahren/unerfundiget. HISP. *Desconocido, no hallado.* ANGL. *Unknowen, uncertaine.* } Plin. *lib.* 34. *cap.* 13. Origo atque natura ejus incomperta est mihi. Liv. 8. *bell. Pun.* Id utrum pavum ex intervallo sit conspectum, an dolus aliquis suspectus fuerit, incompertum est. Plin. *lib.* 12. *cap.* 8. Qualis sit ea, incompertum habeo.

¶ Incompos, impotens. Pap.¶

Incŏmpŏsĭtŭs, a, um: Inconptus, inornatus, inelegans ✕ Compositus. { ἀκατάσκευος, ἀκόσμητος, ἀκατάστατος. GALL. *Qui n'est sans ordre, mal agencé, mis en desordre.* ITAL. *Non ornato, non polito.* GERM. Ungezirt/ungeziert. HISP. *No bien compuesto.* ANGL. *Disordered, without fashion or array.* } ut, Incomposita oratio. Liv. 4. *ab Urbe*, Tempanti oratio incomposita fuisse dicitur, cæterùm militariter gravis, moribus incompositis. Quintilian. *lib.* 4. *cap.* 1. Motus incompositos dare. Virg. 1. *Georg.*

Incŏmpŏsĭtè, adverb. Inter, inordinatè, confusè. { ἀκοσμήτως, ἀτάκτως. GALL. *Sans ordre.* ITAL. *Senza ordine.* GERM. Unzirlich/unordentlich.

unordenlich. Hisp. *Sin orden.* Angl. *Disorderlie, without array.* ] Liv. 5. *bell. Punic.* Et in hostem negligenter & incomposite venientem incurrunt.

INCŌMPRĔHĔNSŬS: Non comprehensus. { ἀκατάληπτος, ἀδιάνοητος. Gall. *Incomprehensible, qui n'est point compris.* Ital. *Non compreso.* Germ. Unbegriffen. Hisp. *No comprehendido.* Angl. *Incomprehensible that is not comprehended.* } Lactant. *lib.* 3. Intelligat nullo humano studio posse ad sapientiam perveniri, & ideo non oportet comprehensæ atque imperfectæ rei perfectum nomen imponi.

Incŏmprĕhĕnsĭbĭlis, e, quod comprehendi non potest. { ἀκατάληπτος. Gall. *Incomprehensible, qu'on ne peut comprendre ou tenir.* Ital. *Incomprensibile, che non si può comprehendere* Germ. Unbegreiflich. Hisp. *Lo que no se puede comprehender.* Angl. *That may not be comprehended.* } Natura incomprehensibilis, apud Celsum. Plin. *epist.* Est in disputando incomprehensibilis, ut lubricus, ita eludit. Incomprehensibilis arcanæ paritas. Colum. *lib.* 10. *in Præm.*

Incŏmptŭs: Inornatus, incompositus. { ἄκομψος, ἀκόσμητος. Gall. *Qui n'est point orné, mal agencé.* Ital. *Non ornato, non accomodato.* Germ. Ungeziert, ungeschmuckt. Hisp. *No ornado ni polido.* Angl. *Not decked or trimmed clubish.* } Cicer. *ad Attic. lib.* 2. Quanquam tua illa (legi enim libenter) horridula mihi atque incompta vita sunt. Idem *in Orat.* Si hæc subtilis oratio etiam incompta delectat. Capilli incompti, Caput incomptum, apud Horatium.

Incŏncĕssŭs, a, um: Non concessus, illicitus, negatus, prohibitus. ἀπαγορευτός. Gall. *Qui n'est point permis, illicite.* Ital. *Prohibito, non concesso.* Germ. Nit zu gelassen, unbewilligt. Hisp. *Ilicito, no concedido.* Angl. *That is not permitted, not granted.* } Quint. *lib.* 10, *cap.* 2. Quum totum exprimere, quum elegeris, penè fit homini inconcessum. Virg. 1. *Æneid.*

*Pergama quum peteret, inconcessique hymenæi.*

Ovid. 3. *Amor. Eleg.* 4.

*Indignire licèt, juvat inconcessa voluptas.*

] ¶ Inconcessum semen, nuptiæ illicitæ. Glos. Isid. [

INCŌNCĬLĬO, as, are: Turbo, dispergo. { עבר *hachâr*, בקרת *likkéh.* μεγάλως. Gal. *Mettre en discorde, troubler.* Ital. *Disturbare.* Germ. Dieses machen, zerstreuen. His. *Desturarar.* Ang. *To put out of order, to cause discorde.* } Plaut. *in Bacchid.* Ipse quod in se fuit, accuratum habuit quod posset mali facere in me, inconciliare copias omnes meas. ¶ Accipitur etiam inconciliare, pro irritare & inimicum facere. Plaut. *in Trin.* Inconciliastin' cum qui mandatus es tibi: illum, qui mandavit cum, extrubasti ex ædibus.

Incŏncĭlĭātè, adv. Petperam, incunsultè. { ἀσυμβούλως. Gall. *En mettant haine & discorde.* Ital. *Senza concordia.* Germ. Unrathsamer weiß. Hisp. *Sin concordia.* Angl. *By causing discorde.* } Plaut. *in Most.* Ne inconciliatè quid nos potiùs postulet.

INCŌNCĪNNŬS, a, um: Inelegans, inornatus, absurdus, incompositus. ἀκόμψως, ἀσύμφορος, ἄμουσος, ἄκομψος. Gall. *Mal agencé & façonné, qui n'a point de grace.* Ital. *Mal composto, discencio.* Germ. Ungeschickt, ungereimpt, nit zusammen gericht. Hisp. *Desataviado.* Angl. *Unpleasant, without grace.* } Gell. *lib.* 16. *cap.* 5. Ea fermè omnia inconcinna atque absurda visa sunt. Cic. 2. *de Orat.* Nam qui aut tempus quid postulet non videt, aut plura loquitur, aut se ostentat, aut eorum quibuscum est, vel dignitatis, vel commodi rationem non habet, aut denique in aliquo genere aut inconcinnus, aut multus est, is ineptus dicitur. Horat. 1. *epist.* 19.

Liv. *lib.* 8. *d.* 4. Inire urbem (i. ingredi.) Idem *lib.* 5. *dec.* 4. Numerum equitum ac peditum iniri non posse. ¶ Inire convivia. Ovid. 4. *Fast.* Et, initum & dimissum convivium. Sueton. *in Aug. cap.* 76. Inire prælium, certamen, i. aggredi & suscipere, *cirimon.* Salust. *in Catil.* Quapropter vos moneo, ut forti atque parato animo estis, & præbeatis quum inibitis, memineritis vos divitias, decus, gloriam, præterea libertatem & patriam in dextris vestris portare. Inire certamen. Cic. 4. *de finib.* Et Velleius, Ubi initum certamen est. ¶ Inire beneficium, id est, comparare. Terent. *in Andr.* Quàm maximè abs te postulo Chreme, ut beneficium verbis initum dudum, nunc re comprobes. ¶ Inire consilium, pro capere consilium. Cicer. *ad Brutum*, Consilia inire cœpi brutina planè. Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Si ista de re consilium inivimus. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 3. Qui consilium iniere (alias concilium) quo nos vita & victu prohibeant, iis diem dicam. ¶ Inire causam & rationem alicujus rei, hoc est, rationem, vel causam cogitando invenire: vel, si mavis, est incipere cognoscere. Liv. *lib.* 4. *bell. Maced.* item *lib.* 33. *bell. Maced.* Atque ego nonnullarum cupiditatum nec causam quidem, aut rationem inire possum. ¶ Inire consulatum, præturam, ædilitatem, &c. Cæsar, Qua ex die consulatum iniit. Lentulus. Inire imperium. Suet. *in Tib. cap.* 67. ¶ Inire cubile, concumbere. Cicer. *de Arusp. resp.* Quum uxorem sororémque non discernis, quum quod ineas cubile non sentis. ¶ Inire gratiam ab aliquo, est benevolentiam alicujus demereri. { חמל *ghamal.* χάριτας νιὶ χαρίζου. } Terent. *in Adelph.* Ego lepidus inceo gratiam. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 3. Initis à me solidam & grandem gratiam. Idem *in Asin. sc.* 1. *a.* 1. Bene hercle facitis, & à me initis gratiam. Cic. *ad Attic.* Quod ille si faciat, jam cum bonis omnibus summam ineat gratiam. ¶ Inire nexum, pro vinciri, devinciri, illigari, & detineri. Liv. 7. *ab Urbe*, Nam etsi unciario fœnore facto, levata usura erat, sorte ipsa obruebantur inopes, nexúmque ibant, id est, vinciebantur & astringebantur. Inire rationem, pro viam ac modum aliquid agendi quærere. Terent. *in Heaut.* Quid agam, aut quid comminiscar, ratio de integro ineunda est mihi. ¶ Inire, Pro coire, sive concumbere. { רבץ *rabáb. in Suetonio, βοᾶν.* } M. Antonius Apud Suet. *in Augus. cap.* 69. non semel usurpavit: Quid re, inquit, muravit, quòd reginam inco? uxor meaest. Idem, Tu solam Drusillam inis? Non imeris Tertullam, aut Terentillam, &c. Idem *in Neron. cap.* 28. Taurus Pasiphaën ligneo juvencæ simulachro abditam iniit. Plin. *lib.* 7. *cap.* 40. *de canibus*, Primos quoque mares pariunt, in exteris alternant si ineantur opportuno & commodo tempore. Idem, Sed asini qui equas ineant, optimi legendi sunt. ¶ Initus æstimatio, id est, inveniuntur modus ac ratio rei æstimandæ. Ulp. *D. lib.* 9. *tit.* 2. *l.* 41. Si quis testamentum deleverit, an damni injuria actio competat, videamus? Et Marcellus *lib.* 5. *Dig.* dubitans negat competere. Quemadmodum enim, inquit, æstimatio inibitur? ¶ Liv. *lib.* 4. *d.* 4. Inita amicitia, inita fraudis via. Idem *lib.* 5. *d.* 4. Initum prælium. Velleius. Et, Inito consilio. Cæsar *lib.* 1. *de bell. civ.* & Ovid. 3. *Fast.*

*Hinc etiam* (à nonnullis Martio) *veteres initi memorantur honores.*

Velleius

Velleius, Inita pax cum eo est.

Inito, frequentativum ab ineo, ἐφαπτεύω. Diomedes *lib.* 1. ab Ineo, is, inito dicimus. Pacuvius, Loca atrida initans.

Inĭtĭum, ii: Coitum significat. ‖ ἐμβατήριον, ἰχνίον. Gall. *Congrés du mâle avec la femelle.* Ital. *La Congiuntione del machio con la femina.* Germ. Der eingang oder vermischung des menschlichen geschlechts zu weiblichen. Hisp. *El ayuntamiento del macho con la hembra.* Angl. *The act of generation.* ‖ Plin. *lib.* 8. *cap.* 42. *de equis*, Nec tamen quindecim initus ejusdem anni volet tolerare. *Ibid. cap.* 44. Et quæ non primo initu generare cœperit. Sic *lib.* 10. *cap.* 63. Varro 2. *de re rust. cap.* 7. Tametsi incredibile, quod usu venit memoriæ mandandum, quum equus matrem ut saliret adduci non posset, & cum capite obvoluto petoriga adduxisset, & coëgisset matrem inire: quum descendenti velum dempsisset ab oculis, ille impetum fecit in eum, ac mordicus interfecit. Petoriga appellatur is, qui admissarium ad fœminam adducit, ut ait Varro *ibidem.*

Inēptŭs, a, um: ex *in* negativa particula, & *aptus* componitur, Inappositus, importunus. ‖ ψυχρολόγος, ἀπρεπὴς, ἄλογος. Gall. *Mal adroit & mal propre, inepte, messeant, sot, fat, incommode, impertun, impertinent.* Ital. *Non atto, mal destro, inetto.* Germ. Der geschicklichkeit/ungeschickt. Hisp. *Cosa grossera, inhabil.* Angl. *Not meet or proper, foolish.* ‖ Quid autem significet, docet Cicer. *lib.* 2. *de Orat.* his verbis, Ineptus nomen habere videtur, quòd non sit aptus, idque sermonis nostri consuetudine petitum patet. Nam qui aut tempus quo quid postulet, non videt, aut plura loquitur, aut se ostentat, aut eorum quibuscum est, vel dignitatis, vel commodi rationem non habet, aut denique in aliquo genere, aut inconcinnus, aut multus est, is ineptus dicitur. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

*Lusibus ut possis advertere numen inepti.*

Senec. *cap.* 14. Ne inepta spe tibi blandiaris.

Inĕptĭo, is, ivi, itum: Ineptias facio, aut dico, quod neque loco, neque tempori, neque rebus, neque personis convenit. ‖ נסכל *nischal. ainō.* ψυχρολογῶ. Gall. *Dire, ou faire quelque chose mal à propos, des sottises, badiner.* Ital. *Dire ò fare cose sconvenevole, inettire.* Germ. Thorechtig thun/narretey treiben/ungeschickt sein. Hisp. *Hazer ò dezir necedades.* Angl. *To trifle, to speak nothing to the purpose.* ‖ Terent. *in Pherm.* Non agam, imò non desinam, donec perfecero hoc. P. Ineptis. Idem *in Adelph.* Hanc te æquum est ducere, & te operam ut fiat dare. M. Me ducere autem? D. M. Me? te inquam. M. Ineptis.

Inĕptĭa, & Ineptitudo. ‖ סכלות *sichluth.* ἀνοητολογία. Gall. *Messeance, sottise, badinerie, impertinence.* Ital. *Sciocchezze.* Germ. Dummgeschicklichkeit/narrenwerck oder thun. Hisp. *Inhabilidad, necedad.* Angl. *Foolie, trifling.* ‖ Ter. *in Pherm.* Ut ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias. Cic. 2. *Tusc.* Ineptiæ penè aniles. Plaut. *Capt. sc.* 3. *a.* 5. Maximas nugas ineptiasque incipisso.

Inĕptē, adverbium: Minus aptè & prudenter. ‖ ἀνοητολογικῶς. Gall. *Sottement, mal proprement.* Ital. *Sciocchamente, goffamente.* Germ. Dummgeschicklich / geuschtisch. Hisp. *Desatinadamente, y inhabilmente.* Angl. *Unproperlie.* ‖ Plaut. *in Mostell. sc. Habeo*, Interdum ineptè stultus est. Cic. 1. *Tusc.* Nam etsi non sus Minervam, ut aiunt, faciti tamen ineptè quisquis Minervam docet.

Inequitare, ἐφιππεύω, equo insidere. Translatè pro insultare.

Inequitabilis: Non equitabilis. Curt. *lib.* 8. Imber violentiùs, quàm aliàs fusus campos lubricos & inequitabiles fecerat. Quasi diceret, nullum fuisse tum regi Poro usum quadrigarum, & equorum, idque propter camporum lubricum, & illuviem. Subdit enim, Gravésque & propemodum immobiles currus illuvie & voragine hærebant.

Inermĭs, e: Armis non tectus, nudus. ‖ ἄοπλος. Gall. *Desarmé, sans armes, qui n'a point d'armes.* Ital. *Senza arme, disarmato.* Germ. Ungewaffnet/wehrloß. Hisp. *Cosa desarmada.* Angl. *Unarmed, unweaponed.* Cicero *pro Cæcin.* Arma esse suis nominibus, alia ad tegendum, alia ad nocendum: quæ qui non habuerint, eos inermes fuisse evinces. Liv. 1. *ab Urbe*, Adhæc Albana pubes inermis ab armatis septa, &c. Ovid. 13. *Æneam.*

——*qui tum, qui semper inermis*
*Rem gerit.*

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

*Si quoties peccant homines sua fulmina mittat*
*Iuppiter, exiguo tempore inermis erit.*

Senec. *cap.* 3. *de tranq.* Inermia viria, impotentia, invidia, &c. ¶ Et per translationem inermis dicitur, qui nihil habet, quo causam suam tueatur, aut defendat. Cic. 1. *de fin.* Jam in altera philosophiæ parte, quæ est quærendi & disserendi, quæ λογική dicitur, ille vester planè (ut mihi quidem videtur) inermis ac nudus est.

Inermŭs, a, um: Inermis, nudus. Virg. 2. *Æneid.*

*Tum studio effusa matres & vulgus inermum,*
*Invalidique senes, turres, & tecta domorum*
*Obsedêre.*

Gell. *lib.* 17. *cap.* 2. ex Quint. Claudii *annal. libro primo*, Arma plerique objiciunt, atque inermi illatebrant sese. Salust. *in Iugurth.* Neque quenquam decere qui manus armaverat ab inermis pedibus auxilium petere.

Inermo, as, are: Armis spoliare. Fest. ‖ ἀφοπλίζω. Gall. *Desarmer.* Ital. *Desarmare, disfogliare l'arme.* Germ. Wehrloß machen. Hisp. *Desarmar, desbejar de armas.* Angl. *To unarme, to take harnesse from.* ‖

Inerro, as: In loco quopiam erro, vagor, discurro. ‖ שוט *schut*, נוד *nud*, תעה *thaäh.* ἀποπλανῶμαι. Gall. *Aller çà & là, vaguer & errer.* Ital. *Vagare in qualche luogo.* Germ. Etwarinn umbherschweyffen oder irgehn. Hisp. *Vagar.* Angl. *To erre, to wander.* ‖ Plin. *lib.* 1. *Epist.* Experieris non magis Dianam montibus quàm Minervam inerrare. Ignis inerrat ædibus. Stat. 1. *Sylv.* Tibull. *lib.* 4.

——*Versus summa vel inverret in ara.*

Inerrans, tis, particip. Non errans, fixus, constans, immobilis. ‖ ἀπλανής. Gall. *Qui n'erre point.* Ital. *Che non erra.* Germ. Nicht hin und her schweiffend/umtreibend. Hisp. *Lo que no vaga ni yerra.* Angl. *Voide erreth not.* ‖ Unde inerrantes stellæ dicuntur, quæ & fixæ appellantur. Cic. 2. *de nat. deor.* Nec verò eæ stellæ, quæ inerrantes vocantur, non significant eandem mentem, atque prudentiam, quarum est quotidiana, convenions, constansque conversio. Idem, Habent igitur suam sphæram stellæ inerrantes ab æthere conjunctione secretam & liberam.

Iners, tis, ab antiquis accipiebatur pro eo qui artem nullam nosset, quem Græci ἄτεχνον appellant. ‖ Gall. *Qui n'a nul art, ni sçavoir, paresseux, lasche, faineant.* Ital. *Senza arte è giudicio, da poco.* Germ. Künstloß / der keiner kunst berichtet ist/ungelehrt / unbönnend. Hisp. *Sin arte.* Angl. *Dull, without courage or skill.* ‖ Cic. 3. *de fin.* Sed illustremus animo has maximas artes, quibus qui carebant, inertes à majoribus nominabantur. Postea tamen consuetudo obtinuit, ut pro ignavo, stupido, & d. fide accipiatur. ‖ עצלות *hatsel.* ἀνανδρία, ἀτολμία. Gall. *Paresseux, lâche, faineant.* Ital. *Stupido, disutile, poltrone.* Germ. Faul nâg der sich nirget in bemühen mag. Hisp. *Haron, haragan, floxo.* Angl. *Slouthfull, idle.* ‖ Terent. *in Andria*, Atque hoc constitui jam obtigisse, quandoquidem tam iners, tam nulli consilii sum. Cicer. 4. *Verr.* At homo interior, ignavior, magis vir inter mulieres nequam, quàm impura inter viros muliercula, &c. Plin. *lib.* 9. *cap.* 6. Illæ ad flexum immobiles, ad repugnandum inertes, & ponderi suo oneratæ. Iners membris. Idem *lib.* 18. *cap.* 12. Juxta hanc fera appellatur catoplebas, modica alioquin, cæterisque membris iners, caput tantum prægrave ægrè ferens, &c. ¶ Iners in Veterem, ineptus, non habilis, id est, segnis ad coitum. Columell. *lib.* 6. *cap.* 27. Ætas iners, senectus. Tibull. *lib.* 1. *Eleg.* 1. Et Ovid. *Eleg.* 8. *lib.* 4 *Trist.*

*Iam subeunt anni fragiles, & inertior ætas.*

Idem *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

*Cessat iners rigido terra relicta situ.*

Corda inertia. Virg. 9. *Æneid.* Corpora inertia. Idem 2. *Æneid.* Pectus iners. Ovid. *Eleg.* 7. *lib.* 3. *Trist.*

*Sed vereor, ne nunc mea te fortuna retardet,*
*Postque meos casus sit tibi pectus iners.*

Item, Anima iners. Idem 13. *Metam.* Iners glacies. Horat. *Ode* 9. *lib.* 2. *Carm.* Inertem dolorem dimittere. Senec. *de consol. ad Polyb.* Ovid. 5. *Fast.*

*Iamque in privatos pascere inertis erat.*

Inertĭa, æ, propriè artis ignorationem significat, accipitur tamen pro ignavia, socordia, desidia. ‖ עצלות *hatsiluth.* ἀνανδρία, μαλακία. Gall. *Paresse, negligence, lascheté.* Ital. *Deporagine, pigritia, poltroneria.* Germ. Unkönnenheit/faulheit/tragheit. Hisp. *Haronia, y floxedad.* Angl. *Slouth, dulnesse.* ‖ Cicer. *in Partit.* Animi autem, aut quemadmodum affecti sunt, virtutibus, vitiis, artibus, inertiis: aut quemadmodum commoti, cupiditate, metu, voluptate, molestia. Colum. *in præfatione lib.* 2. Non ego fatigatione, quemadmodum plurimi credidêrunt, nec senio, sed nostra scilicet inertia minùs benignè nobis arva respondent. Cic. *de Orat.* 1. Duo illa relinquamus, idque largiamur inertiæ nostræ. Senec. *cap.* 12. *de tranq.* Inertia inquieta eorum.

Inertĭcŭla: Vitis genus est, vinum ferens nervis innoxium, unde nomen habet, quod scilicet iners habeatur in tentandis nervis, ἀμύους. Græci vocant ἀμύους, eo quòd non facilè vinum ex ea gignat ebrietatem. Colum. *lib.* 3. *cap.* 2. Inerticula tamen nigra, quam quidem Græci ἀμύους appellant, potest in secunda quasi tribu esse, quod & boni vini est innoxia: unde etiam nomen traxit, quòd iners habeatur in tentandis nervis.

Inervatus, pro eo quod nunc est *enervatus.*

Inērŭdītŭs, a, um: Non eruditus, indoctus, illiteratus. ‖ ἀμαθὴς ἀπαίδευτος. Gall. *Qui n'est point sçavant, ignorant.* Ital. *Ignorante.* Germ. Ungelehrt. Hisp. *No enseñado, inerudito.* Angl. *Vnlearned, ignorant.* ‖ Cicero 1. *de finib.* Non ergo Epicurus ineruditus. Idem 4. *Acad.* Modò ne quis illud tam ineruditum absurdúmque respondeat. Suet. *de clar. Grammat.* Præterea priscorum Catonis verborum ineruditissimum furem.

‖ Ineruditio, ōnis, f. inscitia. ‖

Inērŭdītè, adverb. ἀμαθῶς. Gell. *lib.* 7. *cap.* 3. Culpavit autem primum hoc, quòd Cato ineruditè, & ἀνωφελῶς, ut ipse ait, principio nimis insolenti, nimisque acri & objurgatorio usus sit.

Inesco, as: Oblata esca decipio, fallo, illecebris capio, irretio. ‖ פתה *pithah.* δολῶ. Gall. *Amorcer, apaster, allecher.* Ital. *Ingannare, adescare.* Germ. Ein aass legen/hinein locken/betriegen. Hisp. *Cevar engañando para temar.* Angl. *To lay a baite, to deceive.* ‖ Translatio sumpta est à piscibus, & avibus, quæ propriè inescari dicuntur, quum escam captantes capiuntur. Terent. *in Adelph.* Nunquam tam facies: abi, nescis inescare homines Sannio. Livius 2. *bell. Pun.* Annibal id damnum haud ægerrimè pati, quin potiùs credere velut inescatam temeritatem ferocioris Consulis. Velleius, Inescare & incitare multitudinem.

‖ Inesis, iners, segnis, piger. Gl. Isid. ‖

Inēvītābĭlis, e, quod vitari non potest. ‖ ἀναπόφευκτος, ἀδιαφυγής. Gall. *Inevitable, qu'on ne peut éviter, ni fuyr.* Ital. *Che non si può schifare.* Germ. Unvermeidenlich. Hisp. *Cosa que no se puede esquivar.* Angl. *That can not be eschewed.* ‖ Plin. *in Paneg.* Magnum & inevitabile, ac toties cuique experiendum malum. Ovid. *ad Liv.*

*Sed rigidum jus est, & inevitabile mortis.*

Inēxsātūrābĭlis, e: Insatiabilis. ‖ ἀπλήστος. Gall. *Insatiable.* Ital. *Insatiabile.* Germ. Unersettlich. Hisp. *Cosa que no se puede hartar.* Angl. *Unsatiable.* ‖ Virg. 5. *Æneid.*

*Iunonis gravis ira & inexsaturabile pectus.*

Inēxcōgĭtātŭs, quod excogitatum & præmeditatum non est, immeditatum, inconsideratum. ‖ ὁ μήπω ἐξευρεθείς, ἀπροβούλευτος. Gall. *Non encor trouvé, inventé ou excogité.* Ital. *Non imaginato, non premeditato.* Germ. Noch nicht erdacht/nicht ersinnt. Hisp. *No imaginado ni pensado.* Angl. *Nere avised upon.* ‖ Plin. *lib.* 36. *cap.* 15. Novum & inexcogitatum antea posteaque remedium invenit ille rex.

Inexcūltŭs, a, um: Inornatus, impolitus. ‖ ἀκόσμητος, ἀκατασκεύαστος. Gall. *Qui n'est point bien ajusté & orné, sans ornement exquis.* Ital. *Inornato, rozzo,*

rezzo. Germ. Vngeglaubt/vnausgebuzt. Hisp. *No afeytado, no compuesto.* Angl. *Unpolished.*} Gell. *lib.*13. *cap.*21. M. Cato Consulatis & Censorius publicis jam privatisque opulentus rebus, villas suas inexcultas & rudes, ne tectorio quidem præditas fuisse dicit.

Inĕxcūsābilis, e: quod excusari non potest. {ἀπρόφασιστος. Gall. *Inexcusable, qu'on ne peut excuser.* Ita. *Inescusabile.* Germ. Das man nicht mag entschuldigen. Hisp. *Lo que no se puede excusar.* Angl. *Unexcusable.*} Ovid. 7. *Metam.*

*Gratia dis felix & inexcusabile pectus.*

Inĕxercitatus, a, um, ✠ Exercitatus. {ἀγύμναστος. Gall. *Qui n'est point exercé, dressé, & usité.* Ital. *Non essercitato, non practicato.* Germ. Ungeübt. Hisp. *No exercitado ni ejercitado.* Angl. *Not exercised or practised.*} Cicer. *de senect.* Quibus qui splendidè usi sunt, hi mihi videntur fabulam ætatis peregisse: nec tanquam inexercitati histriones in extremo actu corruisse. Idem 2. *Tusc.* Rudis ille & inexercitatus miles. Idem *de clar. Orat.* Inexercitatus ad dicendum.

Inexercitus, Inexercitatus, idem. Cic. 5. *Tusc.* Asclepiadem ferunt non ignobilem, nec exercitum philosophum, &c.

Inexhaustus, a, um: incredibilis, admirabilis, magnus, quod exhauriri non potest. {ἀνεξάντλητος. Gall. *Qu'on ne peut épuiser.* Ital. *Inesausto, che non si può votare.* Germ. Unerschöpflich. Hisp. *Cosa que no se puede vaziar.* Angl. *That can not be wasted or drawen up.*} Cic. 3. *de leg.* Erat enim, ut scis, in eo inexhausta aviditas legendi, nec sitiri poterat. Inexhausta metalla, quæ exhauriri non possunt præ abundantia. Virg. *lib.*10. *Æneid.*

—— *est Ilva trecentos*
*Insula, inexhaustis chalybum generosa metallis.*

Inexorābilis, e: Implacabilis, qui exorari non potest. {ἀπαράιτητος. Gall. *Inexorable, qui ne veut rien octroyer, quelque priere qu'on luy face, inflexible.* Ital. *Che non si può mitigare, che non si può placare.* Ger. Unbittlich/das man nicht erbetten mag. Hisp. *Cosa que no se puede mitigar ni aplacarse.* Angl. *That can not be intreated by prayer.*} Cic. *ad Quint. fratr. lib.*1. In literis mittendis, ut sæpe ad te scripsi, nimium te inexorabilem præbuisti. Liv. 2. *ab Urbe,* Legatum fuisse dam, & inexorabilem esse. Virg. 2. *Georg.*

*Felix qui potuit rerum cognoscere causas:*
*Atque metus omnes, & inexorabile fatum*
*Subjecit pedibus, strepitumque Acherontis avari.*

Senec. *cap.*11. *al.*30. *de consol. ad Polyb.* Sorte inexorabili defungi. (i. morte & fato.)

Inexpectatus, a, um: Improvisus ✠ Expectatus. {ἀπροσδόκητος. Gall. *Qu'on n'attendoit point, imprevu.* Ital. *Non aspettato.* Germ. Unerwartig/das man nicht wartend gewesen. Hisp. *Cosa no esperada para venir.* Angl. *Unlooked for.* Quint. *lib.*9. *cap.*2. Illis non accedo qui schema esse existimant, etiam si quid nobis ipsis dicamus accidisse inexpectatum. Ovid. 12. *Metam.*

—— *nec inexpectatus in armis*
*Hostis adest.*

Inexpergĕfactus, a, um: Non expergefactus. {ἀνεγρετος. Gall. *Qui n'est point éveillé.* Ital. *Non svegliato.* Germ. Unerwacht. Hisp. *No despertado.* Angl. *Not wakened.*} Ovid. 12. *Metam.*

*In tanto fremitu cunctis sine fine jacebat*
*Sopitus venis, & inexpergefactus Aphynar.*

Inexpertus, a, um: Intentatus. {ἄπειρος. Gall. *Qui n'est point experimenté* Ital. *Non provato.* Germ. Unversucht oder unerfahren. Hisp. *No experimentado.* Angl. *Not proved or assayed.*} Virg. 4. *Æneid.*

*Ne quid inexpertum frustrà moritura relinquat.*

Inexpiābilis, e: quod expiari non potest, implacabilis. {ἀνίλαστος. Gall. *Qu'on ne peut purger, ni appaiser.* Ital. *Che non si può purgare.* Germ. Unversöhnlich. Hisp. *Lo que no se puede limpiar.* Angl. *That can not be pureed or appeased.*} Cic. 1. *Tusc.* Tum è Pontificio jure, & cæremoniis sepulchrorum intelligi licet: quas maximis ingeniis præditi, nec tanta cura coluissent, nec inviolatas tam inexpiabili religione sanxissent. Liv. *lib.* 7. *bell. Maced.* Ut inexpiabile bellum adversùs se onum maneret. Inexpiabile odium Romanorum in Annibalem. Idem 9. *bell. Maced.* Inexpiabilis invidia. Sueton. *in Cæs. cap* 76.

Inexplanatus, a, um. {ἀδιάρθρωτος, ἀδιανόητος. Gall. *Qui n'est pas bien distingué, ny éclaircy.* Ital. *Impedito, non piano.* Germ. Unerklärt/ungeredt. Hisp. *No allanado, no claro.* Angl. *That is not made plaine.*} ut, Inexplanata lingua, hoc est, impedita, neque agilis, neque etiam complanata, ut apertè proferre possit. Plin. *lib.*11. *cap.*37. Metellum Pontificem linguæ adeò inexplanatæ fuisse accepimus, ut multis mensibus tortus cruciatus, quum meditaretur in dedicanda æde Opis verba diceret.

Inexplēbilis, e, quod expleri non potest, insatiabile. {ἀπλήστος. Gall. *Qu'on ne peut assouvir ni contenter, insatiable.* Ital. *Che non si può empire, insatiabile.* Germ. Unersättig/das man nicht erfüllen mag. Hisp. *Cosa que no se puede hartar.* Angl. *Unsatiable, that can not be filled.*} Cic. 5. *Tusc.* Quid verò illum, quem libidinibus inflammatum & furentem videmus, omnia rapidè appetentem cum inexplebili cupiditate? Plin. *lib.*3. *cap.*47. Huc omnia inexplebile animal congerit. Senec. *cap.*15. *de consolat. ad Helviam,* Colloquia quorum inexplebilis eram.

Inexplētus, adjectivum. {ἀνεμπλήστος, ὁ πανδεχοῦς. Gall. *Qui n'est point encore complet.* Ital. *Non ancor fornito.* Germ. Unausgemacht. Hisp. *Cosa ni harta ni llena.* Angl. *That is not filled.*} ut, Cædes inexpletæ, apud Statium 8. *Thebaid.* hoc est, nondum completæ. Lacrymans inexpletum. Virg. 8. *Æneid.* id est, inexplebiliter, nomen pro adverbio:

*Tum pater Evandrus dextram complexus euntis*
*Hæret inexpletum lacrymans, ac talia fatur.*

Inexplicābilis, quod explicari non potest. {ἄλυτος, ἀδιήγητος. Gall. *Qu'on ne peut expliquer ni bailler à entendre.* Ital. *Che non si può esplicare.* Ger. Das man nicht erklären noch erzehlen kan/unerschrocken. Hisp. *Cosa que no se puede declarar.* Angl. *That can not be declared.*} Plin. *lib.*22, *cap.*1. De generibus singulis dicere, immensum & inexplicabile est. Inexplicabiles fraudes. Cic. 2. *Tusc.* Plin. *lib.* 5. *cap.*5. Ad Garamantas iter inexplicabile adhuc fuit. Inexplicabiles viæ continuis imbribus: hoc est, unde se quis facilè extricare non queat. Liv. *lib.*10. *bell. Maced.* In laqueos inexplicabiles incidere. Quintilian. *lib.*5. *cap.*10.

Inexplicĭtus, a, um: Intricatus, involutus, obscurus, & qui facilè explicari non potest, perplexus, difficil. explicatus habens. {ἀσάφητος. Gall. *Qui n'est point declaré, expliqué ou entendu, plein d'intrications & embarras* Ital. *Intricato, involuppato.* Germ. Verwirrt/schwer zuerleutern oder zuverstehen. Hisp. *No desenbuelto, escuro.* Angl. *Intricate, that can not be unfolded.*} Martial. *lib.*9.

*Democritos, Zenonas, inexplicitosque Platonas.*

Inexplōrātus, a, um, ✠ Exploratus. {ἀνεξερεύνητος. Gall. *Qu'on n'a point encore cherché.* Ital. *Obscuro, non investigato.* Germ. Unerkundiget/unerforschet. Hisp. *Cosa no buscada ni hallada y escura.* Angl. *That is not searched, or tryed.*} Liv. 6. *bell. Pun.* Non altitudo maximum, non inexplorata stagni vada, non castellum in alto tumulo situm, &c. Plin. *lib.*35. *cap.*6. Apportatur & Indicum ex India, inexploratæ adhuc inventionis mihi. De atramento.

Inexplōrātè, sive inexplorato, adverb. Non explorata re. {ἀνεξερευνήτως. Gall. *Sans considerer.* Ital. *Senza avi sarlo.* Germ. Ohne erkundigung/ungeforschlich. Hisp. *No buscando.* Angl. *No taking proofe or tryall.*} Livius *lib.*6. Inexplorato pabulatum cohortes mittere. Gell. *lib.*5. *cap.*15. Sed arrogationes non temerè, nec inexplorato committuntur.

Inexpūgnabilis, e: quod expugnari non potest, insuperabilis, invincibilis. {ἀπάρατος. Gall. *Qu'on ne sçauroit forcer ni surmonter, imprenable.* Ital. *Che non si può pigliare, inespugnabile.* Germ. Das nicht zubestreiten oder zugewinnen ist/unüberwindlich. Hisp. *Cosa que no se puede tomar por fuerza.* Angl. *Invincible, that can not be overcome.*} Liv. 2. *ab urbe.* Ibi alto, & munito loco arcem inexpugnabilem fore. Cic. 5. *Tusc.* Volumus enim eum, qui beatus sit, tutum esse, inexpugnabilem, septum atque munitum. Ovid. *Eleg. ult. lib.*4. *Trist.*

*Nolle Cupidineis nec inexpugnabile telis*
*Cor mihi.*

Inexpūtābilis: quod numerari non potest. {ἀνεξάριθμος, ἀνεξαρίθμητος. Gall. *Qu'on ne peut nombrer, ni conter.* Ital. *Che non si può numerare.* Germ. Unzehlbar. Hisp. *Lo que no puede ser contado.* Angl. *That can not be numbred, or counted.*} Columell. *lib.*6. *cap.*4. Nam inexputabilis erat numerus.

{ Inexterminabilis, e. *Sap.*12. 23. Deus creavit hominem inexterminabilem: aliter *in integritate.* Ἀφθαρσία.}

Inextĭnctus, a, um: quod non extinguitur. {ἀσβεστος. Gall. *Qui ne s'éteint, ou qu'on n'éteint point.* Ital. *Che non mai s'estingue.* Germ. Unauslöschlich. Hisp. *Cosa no apagada del fuego.* Angl. *Not quenched.*} Unde Ovid. *lib.*6. *Fast.* ignem Vestæ vocat inextinctum, quòd semel suppeditatis fomentis à sacris virginibus, nunquam penitus extingueretur.

*Ignis inextinctus templo celatur in illo:*
*Effigiem nullam Vesta, nec ignis habent.*

Idem 1. *Fast.*

*Te quoque inextincta Silene libidinis urnæ.*

Idem *in Ibin,*

—— *inextincta conficiare fame.*

Inextinguibilis, e, idem quod inextinctus. Varro, Mala consuetudo dira importata est inextinguibilis.

Inextirpabilis, e: quod extirpari non potest. {ἀνεξάλειπτος. Gall. *Qu'on ne peut déraciner, ou arracher du tout.* Ital. *Che non si può svellere.* Germ. Das man nicht ausreüten kan. Hisp. *Cosa que no se puede desarraygar.* Angl. *That can not be rooted up or drawen up by the rootes.*} Plin. *lib.*15. *cap.*20. Radices multæ, atque altæ, & ideò inextirpabiles.

Inextricabilis error, labyrinthus. Virg. 6. *Æneid.*

*Hic labor ille domus, & inextricabilis error.*

Higin. Fab. 40. *Dædalus Minotauro labyrinthum inextricabili exitu fecit.* Sidonius lib. 2. epist. 5. *Joannes familiaris meus inextricabilem labyrinthum negotii multiplicis incurrit, & donec suarum merita chartarum, vel vestra scientia, vel si qua est vestra (si tamen est ulla) similitis, insexeris, quid respuat, quidve optet ignorat.*

Inextricabilis, Insolubilis: quod extricari non potest, seu unde quis extricare se non potest, inexplicabilis. {ἄφυκτος, ἀλυτος. Gall. *De quoy on ne se peut depestrer, ou desembarrasser, dont on ne peut sortir à son aise.* Ital. *Che non si può sbrigare, che non si può scieglire.* Germ. Verwirt/unauflöslich/daraus sich niemandt entrichten kan. Hisp. *Cosa que no se puede desenredar, ò desatar.* Angl. *That where of one can not ridde him self.*} Virg. 6. *Æneid.*

*Hic labor ille domus, & inextricabilis error.*

Plin. *lib.*36. *cap.*13 Inque basi quadrata intus labyrinthum inextricabilem. Inextricabilia vitia. Idem *lib.*20. *cap.*21.

Inexsuperābilis, e: quod superari non potest, insuperabilis. {ἀνυπέρβατος. Gall. *Qu'on ne peut surmonter, ou outrepasser, insurmontable.* Ital. *Insuperabile, che non si può vincere.* Germ. Unüberwindlich/ oder darüber man vor höhe nicht kommen mag. Hisp. *Cosa que no puede ser vencida.* Angl. *That can not be overcome or passed.*} ut, Inexsuperabilis vis fati. Liv. 8. *ab Urbe,* Idem 5. *ab Urbe.* Alpes inde oppositæ erant, quas inexsuperabiles vilas haud equidem miror, nullam via superata.

Infabrē, Inartificiosè, inornatè, fœdè, & impolitè. {ἀκόμψως, ἀνεπιτηδείως. Gall. *Lourdement, grossierement.* Ital. *Rozzamente, senza artificio.* Germ. Unkünstlich/ ungeschmeidig/ unartig. Hisp. *No artificiosamente.* Angl. *Unconningly, nothing craftily, unhandsomely.*} sicut affabrè, pulchrè, & ornatè. Liv. 6. *bell. Maced.* Aureos torques, M. CCCC. LXX. ad hæc auri pondo CCXLV. argenti infecti, factique in Gallicis vasis, non infabrè suo more factis, duo millia CCCXL. pondo, &c. Horatius 2. *Serm. sat.*3.

*Quid scalprum in ebore, quid fusum durius esset?*

Infabrĭcātus, a, um: Non fabricatus, impolitus. {ἀκατασκεύαστος, ἀνεπιτήδευτος. Gal. *Qui n'est pas façonné, taillé ou charpenté.* Ital. *Non fabricato,*

*fabricato.* GERM. Ungewercket/ungezimmert. HISP. *Cosa no fabricada.* ANGL. *Not wrought workmanly, clumbish.*} Virg. 4. *Æneid.*

*Frondentésque ferunt ramos, & robora sylvis*
*Infabricata fuga studio.*

**Infăcētus**, a, um: Inurbanus, rusticus, qui nihil satis habet, aut lepôris. {ἄχαρις, ἀχάριτος, ἄλουτος. GALL. *Mal plaisant, qui n'a point de grace.* ITAL. *Disgratioso, non faceto, non civile.* GERM. Unbeholffen/ unhöfflich/ bey dem kein liebligkeit ist. HISP. *Rustico y descortes.* ANGL. *That hath no merinesse.*} Plaut. *in Trin.* Quid? tam infacetus Lemno advenis? Non infacetus homo & satis literatus. Cic. 3. *Offic.* Non infacetos lepôres. Plin. *lib.* 37. *cap.* 1. Infacetum mendacium. Cic. *pro Cælio.*

**Infăcētĭæ**, arum: Inurbanitates, & rusticitates. {ἀστειότητες, ἀχαριστίαι. GAL. *Manvaise grace, rusticité, incivilité.* ITAL. *Rusticherze.* GERM. Unfleterkeit/ unhöfflichkeit. HISP. *Rusticidad y descortesia.* ANGL. *Vnmerinesse.*} Unde Catullus Annales Volusii dicit esse plenos infaceriarum.

**Infăcūndĭa**, æ: Dicendi imperitia. {ἡ τοῦ λέγειν ἀπειρία. GALL. *Manvaise grace à parler, défaut d'eloquence.* ITAL. *Infacundità, grossezza nell' oratore.* GERM. Unberedte/ ungeschickligkeit zu reden. HISP. *No elegancia en a habla.* ANGL. *Lack of viterance to tell his tale.*} Gell. *lib.* 11. *cap.* 17. Tui erroris culpam esse intelligo, in mea scilicet infacundia.

**Infăcūndus**: Inelegans, nulla dicendi facultate præditus. {כבד פה *chebad peh*, כבד לשון *chebádh laschón.* ἀμέτρως ἢ λίχνῳ, ἀφυοστόμῳ. GALL. *Qui n'a aucune grace à parler.* ITAL. *Poco eloquente.* GERM. Unberede/ beredsam gnůg hat mit reden. HISP. *No elegante en a habla.* ANGL. *Not eloquent or well languaged.*} Liv. 4. *ab urbe*, Et Tribunus plebis vir acer, nec infacundus, nactus inter adversatios, &c.

¶ Infæcatum, fæce conspurcatum. Tertull.¶

**Infāmis**, e: Qui ob vitium aliquod, aut turpitudinem malè audit, aut cui fama est parum secunda, aut integra. {מגרף *meghúddáph.* ἄτιμος. GALL. *Infame, diffamé, détrié.* ITAL. *Infame, vituperato.* GERM. Beschreyt einen lasters halben/ verleümdet. HISP. *Infame, ò infamado.* ANGL. *That is evillspoken of, defamed.*} Infame judicium, non ut Iureconsulti, sumit Livius *lib.* 4. *ab Vrbe*, ad judices respiciens. Idem *lib.* 1. *decad.* 3. Infames frigoribus. Cic. 6. *Verr.* Quo in oppido multas familias toras in perpetuum infames tuis stupris, flagitiisque feceristi. Terent. *in Heaut.* Ea causa magis patiar Clitipho flagitiis tuis me infamem fieri. ¶ Infamis dictus est ab antiquis digitus medius propter ignaviam: quoniam indigere videatur aliorum defensione. Persius *Satyra* 2.

*Infami digito lustralibus amè saliva*
*Expiat.*

Juvenal.

*Medióque ostenderet unguem.*

Nam veteres quum aliquem medio digito indicabant, latenter ejus significabant infamiam: cujus rationem propter nimiam obscœnitatem hic consultò prætermisimus. Si quis tamen nosse cupiat, videat proverbium, Digitum medium ostendere. Infames qui dicantur, cognosce ex *l.* 1. *D. de his qui not. infam.*

**Infāmĭa**, æ: Macula, probrum, nota turpitudinis. {גדוף *ghidhúph*, גדופה *ghedhuphâh*, חרפה *cherphâh.* ἄτιμία, διαβολή. GALL. *Manvais bruit & renom, infamie.* ITAL. *Infamia, disonore.* GERM. Ein schandfleck/ ein böß geschrey. HISP. *Infamia, ò mala fama.* ANGL. *Evill brut and report, infamie.*} Terent. *in Andr.* Tum id clam cavit, ne unquam infamiæ ea res sibi esset, ut virum forrem decet. Cic. 5. *Verr.* Nihil ad tuas aures de tua infamia pervenisse. ¶ Oris infamia, vide *Obtigurire.* Differt autem infamia & ignominia in eo quod illa ex multorum sermone nascitur, hæc imponitur ab eo, qui potest animadversione notare. Cornel. Fronto *de different. verborum.* Ovid. *lib.* 1. *Fast.*

*Cæcum Aventina timet atque infamia sylva.*

**Infāmo**, as, are: Infamia afficio, ignominiam, vel notam inuro. {גדף *ghiddéph*, חרף *cherêph.* ἀτιμάζω. GALL. *Infamer, diffamer, rendre infame.* ITAL. *Svergognare, infamare.* GERM. Verschreyen/ verleumbden/ in ein böß geschrey außbringen. HISP. *Infamar en mala parte.* ANGL. *To cause one to get an evill brute, to disfame.* Quintil. *lib.* 1. *cap.* 1. Deinde quum se jactaret eodem modo dicere, Senecam infamavit. Idem, Infamatur ejus fides. ¶ Invenitur etiam interdum pro divulgare. Livius 10. *belli Maced.* Infamandæ rei causa januam obserari jubet. ¶ Infamare agrum, devastare. Col. *lib.* 1. *cap.* 7. Ita fit, ut & actor, & familia peccent, & ager sæpiùs infametur.

**Infāmātus**, participip. {מגדף *meghuddáph*, διάτιμος, ἀτιμίᾳ, ἀδόξως. GALL. *Diffamé.* ITAL. *Infamato.* GERM. Verschreyt. HISP. *Infamado.* ANGL. *Evillbruted.*} Ovid. 4. *Metam.*

*Et procul insidiæ, infamataque relinquunt*
*Templa deæ.*

¶¶ Infamata natio. Ulpianus *lib.* 21. *tit.* 1. *leg.* 31. §. 21. Præsumptum etenim est, quosdam servos bonos esse, quia natione sua non infamata.¶

**Infāmissĭmè**. Julius Capitolinus *in Pertinace.* Ipsæ præterea Cornificiam infamissimè dicitur dilexisse.

**Infāndus**, a, um: Ingens, immensus, inenarrabilis, illicitus, nefandus, à fando, quòd oratione exprimi non possit, aut debeat. {ἄῤῥητος. GALL. *Chose de quoy on ne peut, ou doit jamais parler.* ITAL. *Cosa da non dire.* GERM. Unsäglich. HISP. *Cosa que no se deve hablar.* ANGL. *Horrible, not to be spoken or named.*} Virg. 2. *Æneid.*

*Infandum Regina jubet renovare dolorem.*

Terent. *Eunuch. sc.* 3. *a.* 4. Petii, obsecro tam infandum facinus meatu ne audivi quidem. Virg. 4. *Æneid.*

——— *infandum si fallere posset amorem.*

¶ Usurpatur nonnunquam pro interjectione. Idem *lib.* 3. *Georg.*

*Infandum, si fluat annus, terræque dehiscunt.*

Idem *lib.* 1. *Æneid.*

——— *Navibus (infandum) amissis.*

**Infāns**, tis, substantivum, communis generis. Dicitur propriè qui nondum fari cœpit, sed & de septem & octo, aut decem annorum puero legitur. {עולל *Holál*, עול *Ual*, ינק *jonéh. sinens*, Septuag. GALL. *Qui est encor petit enfant.* ITAL. *Fanciullo, bambino.* GERM. Ein vnmündig kind/ das ist/ welches noch nicht reden kan. HISP. *Niño antes que sepa ni puede hablar.* ANGL. *An infant, an child.*} ¶ Infans dicitur homo primæ ætatis. Dictus autem infans, qui adhuc fari nescit, id est, loqui non potest. Isid. *lib.* 11. *cap.* 2. ¶ Gell. *cap.* 9. *lib.* 15. Infans mutus & elinguis Crœsi filius. *Ibid.* Non loquent. Cicer. 3. *Verr.* Ille infanti pupillæ fortunas patrias ademit. Liv. *lib.* 1. *bell. Maced.* In Sabinis incertus infans natus masculus, an fœmina esset. Ovid. 15. *Metam.*

*Editus in lucem jacuit sine viribus infans.*

Suet. *in Aug. cap.* 63. Infans conceptus. Ovid. *lib.* 4. *Fast.*

*Tutus ut infanti vagiat ore puer.*

Senec. *cap.* 9. *de consol. ad Marc.* Mortuorum infantium togam quotidie agitamus animo. Ovid. *Eleg* 13. *lib.* 3. *ad Natalem.*

*Quóque loco primum malè sum tibi cognitus infans.*

Et in fœminino. Quintilian. Infantem suam reposcavit. Suprà, puellam. ¶ Accipitur etiam aliquando infans, pro brutorum animalium, atque ipsarum etiam avium fœtu. Plin. Quadrupedes infantes suos cognoscunt. Idem *lib.* 11. *cap.* 61. Vespertilio volucrum sola lacte nutrit, ubera admovens, geminos volitat amplexa infantes. ¶ Adjectivum verò quasi pro parvo in usu est. Idem *lib.* 22. *cap.* 22. *de bolete.* Nec tunicæ minor gratia in cibo infantis boleti, id est, parvi, & nondum adulti. Ovid. 6. *Fast.*

*Pelloraque exserbent avidis infantia linguis.*

¶ Interdum dicitur infans, non facundus. Cic. *in Brut.* Ipsum Scipionem accepimus non infantem fuisse. ¶ Per translationem sumitur pro stulto, & quasi loqui nesciente. Ex quo, infantior, & infantissimus, id est, stultior & stultissimus. Author ad Herennium *lib.* 2. Et dum cautè expediteque loqui volunt, infantissimi reperiuntur. Cic. *ad Quint. frat.* Gabinius absolutus est, omnino nihil accusatore Lentulo, subscriptoribúsque infantius, nihil illo consilio sordidius. ¶ Infans, pro nefandus, vel nefans. Lucilio Accius, Priusquam infans facinus oculi vescuntur mei.

**Infāntĭa**, æ: Ætas hominis usque ad annum septimum, quòd ad id ferè tempus satis commodè fari non possumus. {νηπιότης. GALL. *Enfance.* ITAL. *Età del fanciullo fino à sette anni.* GERM. Kindheit. HISP. *Edad del niño que no habla.* ANGL. *Clyldhood, infancy, babeship.*} Plin. *lib.* 9. *cap.* 8. Atque etiam gestans fœtus in infantia. Quintil. *lib.* 1. *cap.* 2. Et quantum infantia præsumptum est temporis, adolescentiæ acquiritur. Idem, Sua est & studiis infantia. ¶ Dicitur etiam infantia, quum quis rem aliquam novit, quam tamen explicare non potest. Cicer. 3. *de Orat.* Dummodo hoc constet, neque infantiam ejus, qui rem novit, sed eam explicare dicendo non queat: neque insciliam ejus, cui res non suppetit, verba non desint, esse laudandam: quorum si alterum optandum sit, malim equidem indisertam prudentiam, quàm stultitiam loquacem. Infantia pomi. Plin. *lib.* 15. *cap.* 19. Mox lactrum humorem, hoc est, infantiam pomi absumunt. ¶ Infantia vini, apud Macrob. *Saturn. lib.* 7. *cap.* 7. ‖ Vinum cùm in infantia est, dulce: cùm pubescit, magis suave quàm dulce est.‖

**Infāntārĭa**, pro puerpera. {ἡ τοκάς, ἡ τικτοῦσα. GALL. *Celle qui porte enfant, femme enceinte, ou qui enfante.* ITAL. *Femina gravida.* GERM. Eine die mit einem kind geht/ oder ein schwangere frauw. HISP. *Parida, muger que parió.* ANGL. *She that is with child.*} Marc. *lib.* 4.

*Et quod miveris magis, infantaria non est.*

**Infāntĭlis**, e, adject. quod est infantis, νηπιώδης. Iust. *hister. lib.* 17. Infantilibus blandimentis inductus est. Et *lib.* 23. Infantilis educatio.

**Infārcĭo**, cis: Impleo, inculco, intrudo. {מלא *malé.* γεμίζω. GALL. *Fourrer dedans, remplir, entasser, farcir.* ITAL. *Empire, insaccare.* GERM. Hinein stopffen/ oder stossen/ füllen. HISP. *Hinchir y recalcar.* ANGL. *To fill, to stuffe.*} Plin. *lib.* 35. *cap.* 14. Quid? non in Africa, Hispaniâque ex terra parietes (quos appellant formaceos, quoniam formacum modò circumdati utrinque duabus tabulis infarciuntur verius, quàm instruuntur) xvis durant incorrupti imbribus, ventis, ignibus, omnique cæmento firmiores! Col. *lib.* 21. *cap.* 53. Et maximè in eas partes, quibus ossa relicta sunt, largum salem infarcito. ¶ Infarcire verba, Inculcare, & sine ordine infetere. Cicer. *in Orat.* Quæ vitia qui fugerit, ut neque verbum ita trajiciat, ut id de industria factum intelligatur: neque infarciens verba, quasi rimas explear, &c.

**Infaria**, non fatua, falsa, ut fatuum efficio. Lege *infatua, non fatua.* Infatuat, fatuum efficit, ut infatuus sit σιμῶν, fandi impotens.

**Infartum**, impletum. Tertull.

**Infătigābĭlis**, qui non defatigatur, indefatigatus. {ἀκάματος. GAL. *Qu'on ne peut lasser.* ITAL. *Che non si stracca.* GERM. Unermüdlich. HISP. *Cosa que no puede ser fatigada.* ANG. *That can not be made wearie.*} ut, Infatigabilis cursus, Plin. *lib.* 18. *cap.* 19. Dentes quidem eorum maximi, equis quoque adalligati, infatigabilem cursum præstare dicuntur.

**Infătŭo**, as, are: Fatuum & stultum reddo, mentem alicui aufero, nihil sapientem, aut cogitantem efficio. {סכל *sichil.* ἐμμαίνω. GAL. *Faire devenir fol, rendre stupide & sot.* ITAL. *Impazzire.* GERM. Berören/ vberwarten. HISP. *Enloquecer, hazer bovo y loco.* ANG. *To make stupide and fantisb.*} Fit enim à fatuus, & præpositione *in*, quæ ejus significationem auget. Cicer. *pro L. Flacc.* Neminem quidem adeò infatuare potuit, ut ei nummum ullum crederet. Idem 3. *Philip.* Ut hominem stultum magis etiam infatuet mercede publica. Senec. Infatuat nos adulatio. ¶ Infatuare mulieres dictæ sunt, quæ Faunorum ludibriis attingunturr. Et similiter infatuati viri, quos nunc vulgus *Spiritu correptos* nominat, quidam etiam dæmoniacos.

**Infăvōrābĭlis**, ἀνεύφημος, cui favor detrahendus, favore indignus. Celsus *D. lib.* 37. *tit.* 6. *l.* 6. Nec infavorabilis sententia est, ut hoc saltem habeat ex paternis, quod propter illum datum est.

‖ Infavorabiliter. Ulp. *D. lib. ult. tit.* 2. *l.* 2. Non infavorabiliter quis medium tempus illi prodesse voluit jam nato, respondebit.‖

Infaustus, a, um: Infelix, infortunatus. {δυσχής. Gall. *Malencontreux, infortuné, malheureux.* Ital. *Sfortunato, infelice.* Germ. Ungluͤcklich. Hisp. *Cosa desdichada.* Angl. *Not lukie, unhappie, unfortunate.*} Ovidius *lib.* 14. *Metam.*

*Bella infausta gerunt, multámque ab utraque cruoris*
*Parte dabunt.*

Infectores, & infectus, vide *Infecto.*

Infectus, nomen adjectivum, compositum ex *in*, negativa particula, & participio factus, idem significans quod non factus, ut infectum argentum. {ἄεργος ἄεργος, ἀδιαπόνητος. Gall. *Non fait, non encor achevé.* Ital. *Non fatto.* Germ. Ungemacht / oder unausgemacht. Hisp. *No hecho.* Angl. *Not made or undone.* } Infecta pace, infecto negotio, ἀπράκτως. Plaut. *in Capt. sc.* 2. *a.* 3. Quod malè feci, crucior modò, si infectum fieri posset, ἀγένητον. Idem *in Amph.* Ea quæ sunt facta, infecta esse accelamitat. Terent. *in Eunuch.* Infecta pace, ultrò ad eam venies, indicans te amare, & ferre non posse. Liv. *lib.* 4. *bell. Maced.* Argenti infecti fulit in ærarium quatuordecim millia pondo septingenta triginta duo: & signati bigatorum septemdecim millia viginti tria. Infecti, id est, non signati, nec exlati. Plaut. *Mostel. sc.* 3. *a.* 1. Infecta dona facio (i. dona promissa revoco.) Idem *Amphitr.* Di faxint infecta dicta ne eveniant tua. Idem *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Factum est illuc, infectum fieri non potest. Idem *Milit. sc.* 2. *a.* 2. Visa, ut visa ne sint, facta infecta ut sient. ¶ Infectum, quod fieri nequit, ἀδύνατον. Salust. *in Iugurth.* Sed Rex nihil jam infectum Metello credens, i. nihil esse putans, quod Metellus efficere non posset.

Infelix, Infeliciter, Infelicito, & Infelicitas, vide *Infœlix*, cum diphthongo.

Infendere, ἐπιτείνειν, ἐπεκτείνειν. Scaliger ad Fest. Lege, inquit, *Infundere.*

Infensator, ἐπιβάτης. Glossæ Phil. hoc est, *defensor.*

Infensus, a, um, ab antiquo infendo, quod ab inusitato Fendo, & hoc à ὀφένδειν: hinc Fensor, apud veteres, pro iratus. Iratus, male alicui cupiens. {ἀπεχθής. ἐχθρός. Gall. *Faschè, courroucé, affrement offencé.* Ital. *Chi molto odia inimico.* Germ. Hefftig gramm / zornig / grimmig. Hisp. *Ayrado, fasado, mal que enemigo.* Angl. *Angrie or displeased.*} Terent. *in Andr.* Me infensus servat, nor quam faciam in nuptiis fallaciam. Suet. *in Vitell.* Nullis tamen infensior, quàm vernaculis. Cicero 1. *in Verrem*, Jam nunc timeo, quidnam pro offensione hominum, qui illi inimici, infensique sunt, & expectatione omnium, & magnitudine rerum dignum eloqui possim. Nec solùm ponitur pro eo qui alios infensus & iratus est, sed pro eo qui alios inimicos & infensos habeat. Idem 1. *Cat.* Si me meis civibus injuriâ tam graviter infensum suspectúmque videres, carere oculis civium, quàm infestis omnium oculis conspici mallem. Eodem omninò modo quo offensus. Suet. *in Iul. Cæs.* Pompeium affectatus est offensum Patribus, quòd victo Mithridate, &c.

Infensior, in comparativo. Suet. *in Vitell. cap.* 14. Nullis tamen infensior, quàm Vernaculis & Mathematicis.

Infensè: Inimicè, ἐχθρῶς. Coen. Tacit. *lib.* 4. Quippe Tiberius etsi in senatu invectus, cætera ambigua reliquerat.

Infensо, as, āre: Infestus & inimicus sum. {ἀπεχθάνομαι, ἔχθω καλάμην, ἔχθω chasso. ἐπεχθάνω. Gall. *Fascher, me faire fascher, offenser, se faire offencé.* Ital. *Prender odio contra alcuno.* Germ. Hefftig zuͤrnen / oder gram seyn. Hisp. *Haver mas que enemigo.* Angl. *To be angrie or displeased.* } Tacit. *lib* 13. Ut quasi infensantibus diis cuncta tradi crederentur. ¶ Infensare, pro Infestare. Idem *lib.* 6. Adequitare castris, infensare pabula. Idem *lib.* 13. Sed palàm infensare Armeniam.

Infĕr, apud antiquos legitur pro infrà, sicut super. {ὑποκάτω *tachath.* ὑπένερθε. Gall. *Dessous.* Ital. *Di sotto.* Germ. Vnden. Hisp. *Lo baxo.* Angl. *Under, beneath.* } Cato *de re rust. cap.* 149. Ubi pytus florere cœperit, prato irriguo, ubi super inferque vicinus permittet, tum decedito. Sunt tamen qui hoc in loco super & infer malint etedere antiqua adjectiva: ut supervicinus dicatur, qui à superiori parte fundum contingit. Infer, qui ab inferiore.

Inferiæ, arum: Sacrificia, quæ inferis solvuntur. ἔναγισμός, ἐναγίσματα. Gal. *Sacrifices pour les morts.* Ital. *Sacrificii mortori.* Germ. Todtenopffer. Hisp. *Las ofrandas de muertos.* Angl. *Sacrifices for the dead.* } Unde inferias facere, est Manes sacrificiis placare. Virgil. 10. *Æneid.*

*Viventes rapit inferias quas immolet umbris.*

Cic. *de nat. deor. lib.* 3. Tertius est ex Idæis indigetis, cui inferias afferunt. Virg. 9. *Æneid.*

*Absenti ferat inferias, decorétque sepulchro.*

Ovid. 5. *Fast.*

*Inferias tacitis Manibus illa dabunt.*

Item, Referre inferias. Horat. *Ode* 1. *lib.* 2. Suet. *in Calig. cap.* 15. Hisque (Tiberio, matri, & fratri scilicet) inferias annua religione publicè instituit. Inferias ab inferendo dici volunt plerique Grammatici, idque constare ex hoc Ateii, Non denique vinum liquens patera rum effusionibus inferimus. Virg. *in Æneid.*

*Inferimus tepido spumantia cymbia lacte.*

Infernās, atis, ium. gen. Ex loco inferiore. {Superas.} ὑποκάτω ὑπόγειος. Gall. *Qui est d'en bas.* Ital. *Che è d'abasso.* Germ. Von unden her. Hisp. *Cosa de abaxo.* Angl. *That is from beneath.* } Plin. *lib.* 16. *cap.* 39. Et ideo Romæ infernas abies supernati præfertur. Vitruv. Inferoatia ligna sunt quæ ex Apennini parte, qua infernum mare spectat, cæduntur, supernatia è diviso.

¶ Infernus, a, um, qui infra est. Glossæ. Infernus, κατώτερος, κάτω ὑπόγειος. ¶

Infernus. {שְׁאוֹל *scheöl.* ἅδης. Gall. *Le gouffre d'enfer.* Ital. *Inferno.* Germ. Die hell. Hisp. *Infierno.* Angl. *Hell.* } Pro infernorum loco, in singulari gen. mascul. in plurali neutri esse, authores sunt Grammatici: cujus tamen rei nullum ex classicis scriptoribus testimonium proferunt, nisi fortassis exsacratum Interpretibus, quos in ea re non imitabimur. ¶ Est enim revera, Infernus, a, um, nomen adject. significans id quod infra nos; sicut supernus, quod supra nos est. {ὑπὸ γῆς τὰ κάτω, ὑπὸ γῆν κάτω. Gall. *D'en bas.* Ital. *Da basso.* Germ. Vnderig / das da vnden ist. Hisp. *Cosa baxa.*} Plin. *lib.* 2. *cap.* 47. Quoniam ille infernus fluctus ex imo maris spirat. Infernæ umbræ. Martial. *lib.* 1. Infera regna. Liv. 8. *ab Vrbe.* Inferni dii. Idem 1. *bell. Maced.* Eodem usus est Cic. *in Arato.* Tibull. *lib.* 4.

——*Inferos Plutonia subdita regno.*

Infernè, adverb. {תַּחְתִּיָּה *mitteschath.* κάτω. Gall. *Ci-bas.* Ital. *De basso.* Germ. Vnden / vnden auff. Hisp. *De abaxo.* Angl. *From beneath.* } Plaut.

Infernālis, e: ab *infernus* fit, quum est substantivum. {ὑπόγειος. Gall. *Infernal, chose d'enfer.* Ital. *Infernale, dall' inferno.* Germ. Hellisch. Hisp. *Infernal, del infierno.* Angl. *That belongeth to hell.* } Unde Infernales Furiæ.

Infĕro, infers, intŭli, illatum: Intrò porto, inveho, intrò duco. {נָתַן *hebi.* הֵבִיא. Gall. *Porter, en mettre dedans, en dessus.* Ital. *Portar d'entro.* Germ. Hinein tragen. Hisp. *Meter ò traer dentro dentro.* Angl. *To bring in.* } Plaut. *in Amph.* Neque meum pedem huc intuli. Liv. *lib.* 1. Lacus erat quem medium ex opaco specu fons perenni rigabat aqua, quò Numa se persæpe inferebat. Cæsar *lib.* 3. *de bell. civ.* Non intulit moram ad insequendum. Liv. *lib.* 9. *dec.* 4. Inferre mentionem. Suet. *in August. cap. ult.* filiam neptémque vetuit sepulchro suo inferri (id est, ejecondi.) Senec. *cap.* 5. *de const. ad Marc.* Inferre tumulo reliquias. Plaut. *Mil. sc.* 1. *a.* 2. Quò nemo nisi ex inferret pedem. Gell. *cap.* 10. *lib.* 6. Inferre pedem aliquò. Velleius, Terminum gladio se summæ intulit. Plaut. *Aten. sc.* 2. *a.* 5. Qui negat se in ædes pedem intulisse, sup. penetrare pedem intra ædes. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 4. Ut magnificè infert se. *Ibid. sc.* 1. *a.* 5. Ad hunc me modum intuli. Cæs. 1. *bell. civ.* Inferre signa. Livius *lib.* 6. *d.* 4. Adversùs quem duæ naves inferebantur. Idem Livius, Signa inferentibus restitere. ¶ Interdum ponitur pro Injicere, ἐμβάλλειν: ut, Inferre manus. Cic. *in Parad.* Et æquè peccare se, si privatis, ac si magistratibus manus inferantur. ¶ Inferre se, est cum impetu irruere. Liv. *lib.* 1. Adeò concitato impetu se insuleram Hetrusci, ut funderent ipso in cursu Aricinos. Inferre damnum, cladem, detrimentum. Cæsar 1 *bell. civ.* Magnisque ultrò illatis detrimentis, eos qui irruptionem fecerant in oppidum rejiciebant. Liv. *lib.* 9. *bell. Punic.* Omnibus pacis modo incuriosè agentibus magna clades illata. ¶ Interdum subjicere, seu apponere, ἐπιφέρειν. Lact. *lib.* 1. Quod clarum fiet exemplo quod inferemus. ¶ Interdum pro Ferre in medium, commemorare. Cic. *lib.* 3. *Offic.* Turpe est, & valde vitiosum in te severa contivio dignum aliquem inferre sermonem. ¶ Interdum pro Concludere. Seneca, Quam his argumentis, quod proposuerat intulisset. ¶ Interdum pro contrà ferre. Cæs. *lib.* 1. Romani conversa signa bipertitò intulerunt. Inferre arma, bellum alicui, est bellum contra aliquem suscipere, ἐπιφέρειν πόλεμον. Cic. *Octavio.* Quibus cogitas arma inferre? ¶ Inferre crimen, est crimini dare, seu objicere. Idem *in Lælio*, Addendum eodem est, ut ne in criminibus, aut inferendis delectetur amicus, aut credat oblatis. Stuprum inferre. Idem *in Paradox.* Inferre faces sceleratas tectis. *Ibid. Parad.* 4. Cùm tectis sceleratas faces inferebas, tunc meorum aliquid vere, aut deflagrare arbitrabaris. ¶ Inferre judicium. Gaius *D. lib.* 5. *de inofficioso testamento. l.* 4. Non est enim consentiendum parentibus, qui injuriam adversùs liberos suos testamento inducunt. Quod plerumque faciunt, malignè circa sanguinem inferentes judicium, novercalibus delinimentis instigationibúsve corrupti. { Inferre, Solvere. Scævola *in l. de necessariis. ff. de dim. temp. præscr.* Jam enim in illo tempore, quo contrahebat, videri te concessisse venditionem, si pecuniam non intulisses. Paul. *in l. Caius, ff. de usur. & fruct.* Quidam debitores cessaverunt in solvendis usuris, quidam plus intulerunt. Plin. *in Paneg.* Qui vigesimam deberent, nondum inde tulissent. De vectigali, vel tributo loquitur. ¶ Ab *infero* fit verbale Illatio. Ulp. *in l.* 2. *ff. de religiosis & sumptibus funerum.* De ea autem illatione Prætor censet, quæ sepulturæ causa fit.

¶ Infertor, ἐπιφέρων. Glossæ Phil. & Gl. Cyr. ἐπιφέρων, structor, infertor.

Infertum vinum, quod aræ offertur, aut libatur. Cath. ¶

Insero, is, ere: Sergo & obrepo, leniter invado. { בוא *bá*, חדר *chadár*. ἐμφωλεύω. GALL. *Se trainer & couler dedans, entrer doucement.* ITAL. *Entrare dentro dolcemente.* GERM. Hineinkriechen oder schleichen. HISP. *Entrar à escondidas.* ANGL. *To creepe in.* } Stat. 1. *Theb.*

*——jam somnus avarus*
*Inserpit curis.*

Insertorium, i, orum est quo scutum apprehenditur. Laurenberg.

Inservio, is: Obsequor alicui, servitium præsto, colo. { עבד *abádh*. δουλεύω, ὑπηρετέω. GALL. *Servir, faire service.* ITAL. *Servire, far servitio.* GERM. Dienen. HISP. *Servir, hazer servicio.* ANGL. *To serve.* } Cic. 1. *Offic.* A quo plurimùm spera, etiamsi ille non eget, tamen ei potissimum inservit. Antiqui etiam accusativo jungebant. Plaut. *in Mostell.* Non meretricum est, unum inservire amantem. ¶ Inservire suis commodis, est utilitati suæ consulere. Cic. 2. *de finibus.* Ergo in his adolescentibus bonam spem esse dicemus & magnam indolem, quos suis commodis inservientes, & quicquid ipsis expediat, facturos arbitrantur. Inservitum est. Idem *Appio lib.* 7. Sed nihil est à me inservitum temporis causa. Liv. 2. *ab Vrb.* Plebi cui ad eam diem summa ope inservitum est, injuriæ à primoribus fieri cœpere.

‖ Insero, filo seçam aptare. Vet. Dict. ‖

Insibilo, as, are: Sibilo, spiro, sibilum emitto. { שרק *scharák*. ἐμφυσάω. GALL. *Siffler.* ITAL. *Fischiare.* GERM. Einpfeiffen. HISP. *Sylvar.* ANGL. *To whistle or blowe in.* } Ovid. 15. *Metam.*

*Qualia succinctis ubi trux insibilat Eurus,*
*Murmura pinetis fiunt.*

Membra insibilat ignis. Silius *lib.* 12.

‖ Insico, pro insecо. Salmas. ‖

Insiccatus, a, um: Non siccatus. { οὐκ ἀποξηρασθείς. GALL. *Qui n'est point seché.* ITAL. *Non asciutto.* GERM. Ungetrucknet. HISP. *Cosa no seca ni enxuta.* ANGL. *Not made dryе.* } Stat. 3. *Theb.*

*Vulneráque ista ferus patri insiccata cruore,*
*Protinus ire petit.*

‖ Insicium, edulii genus. Fiebat ex carne diligenter intrita, & minutissimè concisa, quod nunc per se terticulo aut omento circumdatum, aliis etiam junctum rebus & aromatibus aliquando, in sartagine cum adipe aut oleo butyróque frigebatur. Varro *lib.* 4. *de L. Lat.*

Insiciale jus. Gloss. Isid. Intelligo ζωμὸν ex insicits.

Insiciarius, alias insiciarius, qui insicia parat. Vox legitur in ludicro testamento M. Grunnii Corocottæ Porcelli: De meis visceribus dabo, donabo suroribus fetas, tixatoribus capitinas, surdis auriculas, cæcis & verbosis linguam, bubulariis intestina: insiciariis femora, mulieribus lumbulos, pueris vesicam, puellis caudam, cinædis musculos, cursoribus & venatoribus talos, latronibus ungulas: & nec nominando coquo delego ac dimitto popam & pistillum, quæ mecum detuleram à querceto usque ad haram. Liget sibi collum de reste. Hæc ferè sunt in hominum abusibus: detestando sæpe peccato, quo efficiunt, ut pejore, quàm potei, conditione moriantur, victima inferorum. ‖

Insīdĕo, es: In re aliqua, sive super rem sedeo, inhæreo, insisto. { ישב *jaschab*, רכב *rachab*, חנה *chanáh*. ἐπικάθημαι. GALL. *Estre assis dessus.* ITAL. *Sedere sopra qualche cosa.* GERM. Einsessen auff sitzen. HISP. *Assentarse sobre algo.* ANGL. *To sit upon.* } Plin. *de viris illustr.* Hic primus instituit, qui equites Romani Idibus Quintilib. ab æde Honoris equi insidentes, in Capitolium transirent. Liv. 7. *ab Vrb.* Equo deinde quàm poterat maximè exornato insidentem se in specum immisisse. Cicer. *lib.* 4. *Tusc.* Quum autem hic terror concitatióque animi inveteraverit, & tanquam in venis medullisque insederit. ¶ Aliquando locum aliquem occupo ad intercipiendum aliquem. { ארב *aráb*. ἐνεδρεύω, ἐνεδρεύομαι, ἐνίδρυμαι. GALL. *Embuscher, dresser des embusches, surprendre.* ITAL. *Insidiare, far agguati.* GERM. Mit list auff einen lauffern/ auffsetzig sein. HISP. *Insidiar.* ANGL. *To lay in wayt, to entrappe.* } Salust. *in Jugurth.* Adherbalem vitæ suæ dolis insidiatum esse. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 4. Certum est alto pacto Pseudolo insidias dare, quàm in Comœdiis, ubi cum stimulis & flagris (domini) insidiantur servis. Velleius, Insidiari temporibus, & medium se præstare. Ovid. *lib.* 3. *Fast.*

*Error ut ante oculos insidiantis eat* (furari volenti ancilia, sup.)

¶ Item, insidiantis hoc fortunæ fuit. Cicer. *de Orat.* Non enim id agit ut insidietur, & observet, sed faveat. Martial. *lib.* 12. *ad Priscum,*

*Si te delectant animosa pericula Tusci,*
*(Tutior est virtus,) insidiemur apris.*

Virg. 9. *Æneid.*

*——lupus insidiatus ovili.*

Ovid. 13. *Metam.*

*Hostibus insidior, fossas munimine cingo.*

Apud Callistr. *in l.* 28. *D. de Pœnis*, præteritum est tanquam ab Insidio, as, are: Igni cremantur, inquit, plerumque servi, qui saluti dominorum suorum insidiaverint.

Insidiātor, is, qui tendit insidias. { ארב *orév*, נכל *nechel*. ἐνεδρευτής. GALL. *Qui dresse des embusches, guetteur.* ITAL. *Insidiatore.* GERM. Ein auffsetzig/der einem mit list nachstellt. HISP. *Assechador.* ANGL. *That layeth in waits to deceive.* } Cic. *pro Mil.* Insidiatori verò latroni quæ potest afferri injusta nex.

Insidiōsus, qui sæpe insidiatur, plenus insidiis, fallax. { עקב *hakób*. ἐνεδρευτικός, ἐνεδρευτικῶς. GALL. *Plein de tromperie.* ITAL. *Pieno d'inganni.* GERM. Auffsetzig/arglistig/heimlich nachstellig. HISP. *Lleno de assechanças y engaños.* ANGL. *Full of wiles an deceit.* } Cic. 4. *Verr.* Quis acerbior? quis insidiosior? quis crudelior unquam? Insidiosus latro. Ovid. 6. *Fast.*

*——Latia Saturnia bacchor*
*Instimulat fictis insidiosa sonis.*

Et, Insidiosa itinera (i. insidiis opportuna.) Suet. *in Cæs. cap.* 28. Matt. *lib.* 14. Plin. *lib.* 29. *cap.* 1. In qua conditione insidiosissima authoritatem pessimis boni faciunt.

Insidiōsē

Insidiosè: Cum insidiis, fallaciter, fraudulenter. { *par trahison, par surprise & tromperie, en guettant.* ITAL. *Con tradimento, con inganno, con trassa.* GERM. Jnn̄ſtdtzigkeit/mit hinderliſt. HISP. *Con aſſechanças, con engaños.* ANGL. *Deceitfullie, with wiles.* } Cic. *lib.* 3. *Offic.* Ratio ergo postulat ne quid insidiosè, ne quid simulatè, ne quid fallaciter.

¶ Insidianter, aliud adverb. Justinus *hist. lib.* 6. Sed Lacedæmonii securi, insidianter absentiam Arcadum speculati, castellum eorum expugnant. ¶

INSIDO, is, insedi, insessum, idem quod insideo. { ישב *jasheb*, רכב *rachab*, חנה *chanah*. ἱζάνω, ἐμβάλλω. GALL. *S'asseoir, & se poser, resider sur.* ITAL. *Sedere.* GERM. Einſitzen/ſich niderlaſſen. HISP. *Aſſentarſe.* ANGL. *To ſit downe upon.* } Virg. 5. *Æneid.*

*At veluti in pratis, ubi apes æstate serena*
*Floribus insidunt variis, & candida circum*
*Lilia funduntur.*

Quint. *lib.* 10. *cap.* 7. Moras, & secessum, & silentium quærtet, dum illa verba fabricentur, & memoriæ insidant. Senec. *cap.* 1. *de conſ. ad Marc.* Insidunt penitus vitia, nisi dum surgunt, opprimantur. Lactant. *lib.* 6. Vitanda ergo spectacula omnia, non solùm ne quid vitiorum pectoribus insidat, id est, sensim ingrediatur, & inhæreat. Stat. pallivum protulit. 2. *Theb.*

——— *Fessis insiditur æstus.*

INSIGNIS, e: Eximius, egregius, & propriè in quo aliqua sunt signa, quibus ab aliis discernitur. { נכבד *nichbádh*, נשמן *nismán*, כבד *chabedh*. ἐπίσημος. GALL. *Notable, signalé, insigne, noble, illustre, remarqué.* ITAL. *Nobile, illustre, chiaro.* GERM. Jürnemb/fürendlich/für andere außt. HISP. *Claro, señalado.* ANGL. *Notable, & videns, marked to be knowen.* } Virg. *lib.* 3. *Georg.*

*Nec mihi displiceat maculis insignis & albo.*

Hoc est, insignitus, quique maculis ab aliis distinguitur. Liv. 18. *ab Vrb.* Flaminem Jovi assiduum Sacerdotem creavit, insignique cum veste, & curuli regia sella adornavit. Virg. *lib.* 4. *Æneid.*

——— *ostróque insignis & auro*
*Stat sonipes*: hoc est auro & ostro intratus.

Liv. *lib.* 34. Insignes auro & purpura. ¶ Insigne itaque dicitur, quidquid ligno aliquo, vel nota inter alia eminet. ¶ Insignia mancipia, pro insignita. Gell. *cap.* 4. *lib.* 7. Insignis annus sterilitate, Liv. *lib.* 10. *d.* 4. Ita qui nobilitate aut virtute aliqua, aut etiam vitio inter alios eminent, insignes dicuntur. Virg. 1. *Æneid.*

*Insignem pietate virum.*

Ovid. *Eleg. ult. lib.* 4 *Triſt.*

*Jmmi ad insignes urbis ab arte viros* (eruditionis causſa.)

Sic etiam insignes latrones dicimus, qui majore audacia grassantur, & suis facinoribus omnibus innotuerunt. Sic, insignis aliquo incommodo. Senec. *cap.* 14. *al.* 33. *de conſol. ad Polyb.* Et insignis deformitas. Gell. *cap.* 13. *lib.* 11. Item, Insignia monstris corpora & prodigiosa. Quintil. Item insignia etiam facinora dicimus, quæ vulgaria non sunt, sed rara, nihilque habent mediocre, sed aut insigniter bona, aut mala. Insignis homo omnibus notis turpitudinis. Cic. *pro Rab.* Terent. *in Eunuch.* Jamdiu aliquam causam quærebat senex, quamobrem aliquid insigne faceret. Donatus, Insigne aliquid magnum & nobile facinus. Sic etiam insignia scelera, à Tacito dicuntur. Quicquid enim excellit, sive illud sit vitium, seu virtus, insigne dicitur. Hinc etiam quandoque simpliciter pro magno sumitur. Lucil. Coquus non curat caudam insignem esse, modò pinguis siet.

Insigne, is, & in plurali insignia, insignium. Notæ, signa. { נקרות *nekuddóth*, אותות *othóth*. σημεῖα &. GALL. *Enseignes, marques, armoiries, armes.* ITAL. *Insigne, arme.* GERM. Zeychen/wapen. HISP. *Las insignias de las banderas, las armas.* ANGL. *A badge or cognisance, signes of honoures or degrees.* } Insigne Domitiorum, fuit rutila barba. Suet. *in Neron. cap.* 1. Quod insigne mansit & in posteris ejus, ac magna pars rutila barba fuerunt. Et Gell. *cap.* 6. *lib.* 5. Et Velleius, Insigne regium (id est, diadema.) Item Ovid. *lib.* 1. *de Arte*,

*Este procul vittæ tenues, insigne pudoris.*

Sic etiam dicimus insigne regni, pro diademate quo reges utuntur. Cic. 3. *Philipp.* Esset enim illi serviendum, si Cæsar ab ipso regni insigne accipere voluisset. Dicuntur autem Insignia quæ in vestibus, vexillis, & hujusmodi insignia sunt: aut ipsæ vestes, vexilla, & alia quæ fiunt, aut feruntur, ita ab aliis diserta, ut nosci possint cujus sint, & ad quos pertineant: ut vestes militares, & insignia militaria, regalia, consulariáve, quibus acies ab acie, eques ab equite, Rex & Consul à viro privato cognosci debet. Virg. 2. *Æneid.*

——— *Danaúmque insignia nobis*
*Aptemus clypeos.*

Liv. *lib.* 1. Ipse en ille nostris decoratus insignibus magnificè incedit. Salust. *Catil.* Cum fascibus, atque aliis imperii insignibus ad Manlium in castra tendit. Mos fuit antiquorum, ut benemeritis insignia tribuerent magistratuum. Unde scribit Tacit. decreta fuisse Narcisso Quæstoria insignia à Claudio Cæsare: ab eòdem insignia Prætoræ Crispino decreta fuerunt. Suet. *in Aug. cap.* 29. Quique Victores essent, hoc insignia triumphorum inferrent. Liv. *lib.* 34. Non triumphi, nec insignia contingunt fœminis. Mox, Mundities & ornatus fœminarum insignia sunt. *Ibidem.* Vell. Cùm se insignibus honorum velasset, jugulatus est. ¶ Et non solùm signa & ornamenta ob virtutem adepta, sed etiam insignia laudis, & insignia gloriæ dicimus: ut Cic. *Appio*, Insignia enim virtutis multi etiam sine virtute assequuti sunt.

Insigno, is, ivi, itum: Signis noto, seu distinguo. { כתם *chathám*, רשם *raschám*. ἐπισημαίνω, ἐπισφραγίζω. GALL. *Marquer, noter & remarquer, orner.* ITAL. *Ricamare, ornare.* GERM. Zeychnen. HISP. *Señalar, ornar.* ANGL. *To marke or seale.* } ut apud Claudianum *lib.* 1.

*Hic elementorum seriem, sedésque paternas*
*Insignibat acu.*

Cic. *lib.* 4. *ad Her.* Si quam rem deformabimus turpem, ac eruentam, aut cœno oblitam, aut rubrica delibutam inducemus, quo magis insignita sit forma. Virg. 7. *Æneid.*

*At lævem clypeum sublatis cornibus Io*
*Auro insignibat.*

Insignire annum cladibus. Tacitus, pro insignem facere. Suet. *in Calig. cap.* 31. Insigniti tempora calamistratibus. Gell. *cap.* 6 *lib.* 5. Insignita corona rostris navium. Insignita virgo labe. Idem *cap.* 11. *lib.* 1. Insignitæ injuriæ. Idem *cap.* 3. *lib.* 10. Et insignitè ioqui, ad vituperium dictu à Gellio de eo qui loquebatur absona, &c. *c.* 15. *lib.* 6.

Insignitus, part. aut nomen ex participio, idem quod insignis. { נכתם *nichtham*, נרשם *nirschám*. ἐπίσημος. GALL. *Marqué, noté, signalé.* ITAL. *Ornato, figillato.* GERM. Bezeychnet oder gemercki. HISP. *Ornado, señalado.* ANGL. *Marked or sealed.* } Cic. *de Div.* Quòd plenus ac sit immortalium animorum, in quibus tanquam insignitæ notæ veritatis appareant. Tacit. *lib.* 4. His partæ victoriæ spes, & si cedant, insignitius flagitium. ¶ Insignita, Plin. *lib.* 27. *cap.* 4. Oculorum vitia omnia sanari ea convent, privatim pruriginem & scabiem genarum, item insignita ac livida.

Insignitè: Insigniter, eximiè. { *ἐπισήμως*. GALL. *Fort excellemment, notablement, evidemment, clairement.* ITAL. *Illustremente, manifestamente, chiaramente.* GERM. Trefflich/außbündiglich/mercklich. HISP. *Notablemente, y señaladamente.* ANGL. *Notably, evidentlie.* } Cic. *pro Quint.* Neque tamen quisquam inventus est tam insignitè improbus. Plaut. *in Men. sc.* 7. *act.* 5. Neu sinas in me insignite fieri tantam injuriam.

Insignitèr, aliud adverb. ejusdem significationis. { *ἐπισήμως*. ANGL. *Notable, passing wel.* } Cicer. *in Partit.* Parentibus, amicis, hospitibus præcipuè atque insigniter diligendis. Idem 5. *Philipp.* Quis autem rex unquam fuit tam insigniter impudens, ut haberet omnia commoda, beneficia, jura regni venalia? Colum. *lib.* 10. *cap.* 1. Superest ergo cultus horrorum insigniter neglectus quondam veteribus agricolis. Suet. *in Tib. cap.* 14. Insigniter cristatus gallus. Et Gell. *cap.* 16. *lib.* 11. Insigniter turpe.

Insilè, is: est suspendiculum, vel perpendiculum, quod telam demissam examinat, ita dictum, ut credit interpres Lucretii, eo quòd applausa pectine tela resultet & subsiliat. { ANGL. *The treadle of a weavers lome.* } Lucret. *lib.* 5.

*Textile post ferrum est, quia ferro tela paratur:*
*Nec ratione alia possunt tam lævia gigni*
*Insilia, ac fusi, & radii, scapique sonantes.*

Alii volunt esse duo instrumenta lignea, pedibus textorum supposita, quibus alternis resurgentibus & depressis, telæ operiuntur, & contrahuntur.

INSILIO, is, insilui, insilivi, insilii, insultum. Saltu ingredior, vel super aliquid salio, consendo, inco. { דלג *dalágh*. ἐπιθορνύω, ἐμβαίνω. GALL. *Saillir, ou sauter dessus, se ruer dessus.* ITAL. *Assalire, saltare in qualche cosa.* GERM. Einſpringen oder etwan auff ſpringen. HISP. *Saltar en otra cosa.* ANGL. *To leape in or upon.* } Lucr. *lib.* 3.

*Insilit ille loco, cupiens prædere puppi.*

Insilire in equum. Liv. 6. *ab Vrb.* Plaut. *in Rud.* E navi timidæ ambæ in scapham insiluimus, &c. Plin. *lib.* 8. *cap.* 16. Dum sequitur, insilit saltus quo in fuga non utitur. Sueton. *in Claud. cap.* 21. Insilire tauros desessos. Plaut. *Milit. sc.* 3. *a.* 2. Ne in malum & cruciatum maximum insiliamus.

Insultura (i. ineqaum insultus,) *quand l'on saute sur un cheval*: cui opponitur desultura (i. ex equo desultus) *quand l'on saute, ou que l'on se jette de cheval en bas.* Plaut. *Milit. sc.* 3. *a.* 2. (per Metaphoram.) Tu sali solus (sup. in maximum cruciatum.) Ego istam insulturam & desulturam nihil hic moror. Vide Lambinum *in hunc locum.*

Insimùl: Ex *in*, & *simul*, significat Una. { יחד *jachdáv*. ἅμα. GALL. *Ensemble.* ITAL. *Insieme.* GERM. Mit einander. HISP. *Juntamente.* ANG. *Together.* } Scat. 1. *Syl.* Et gentes alis insimul rogatas. Flor. *lib.* 1. *in præmio*: Si pariter atque insimul universam populi Romani magnitudinem ostenderem.

INSIMŪLO, as: Accuso, crimen ingero. { שטן *satán*. κατηγορέω, ἐγκαλέω, αἰτιάω. GALL. *Accuſer, blâmer, mettre ſus.* ITAL. *Accusare, incolpare.* GERM. Zeihen/beſchuldigen. HISP. *Acuſar, culpar.* ANGL. *To accuſe, to lay to mes charge.* } Cic. *Trebatio*, Hic tu me etiam insimulas, nec satisfactionem accipis. Plaut. *Milit. sc.* 3. *a.* 2. Si falsò eam insimulas, hoc perieris. Idem *Menech. sc.* 2. *a.* 5. Malè facis quæ insontem insimules. Idem *Amphitr.* Atque insimulabit eam probri. Idem *ibidem*, Istuc facinus quod tu insimulas, generi nostro non decet. *Ibid.* Qui illi collibitum meo viro sic me insimulare falsum facinus tam malum. Idem *Milit. sc.* 4. *a.* 2. Insimulatam me perperam falsò probri: *ibidem.* ¶ Jungitur etiam quandoque genitivo. Terent. *in Pherm.* Si herum insimulabis avaritiæ, malè audies. Accipitur etiam Insimulo, pro suo simplici simulo. *ἐγκαλύπτω*. Cicer. *lib.* 1. *Offic.* Solus neglexit fidem, furere insimulavit, ne quò iret.

Insimulatio: Quæ (ut inquit Donatus) est falsi, vel veri criminis inculatio. { שטנה *sitnáh*. κλοπὴ, τὸ ἐγκαλεῖν. GALL. *Blâme, accuſation.* ITAL. *Accuſa, biasmo.* GERM. Zeihung einer laſters/beſchuldigung. HISP. *Aquella falſa acuſacion.* ANGL. *Accuſation, blaming.* } Cicer. *pro Fonteio*, In falsam atque iniquam probrorum insimulationem vocabatur.

¶ Insimulator, accusator, ἐγκαλύπτης, κατήγορος. Apul. *in Apologia*: At tu piscium insimulator, longè diversa instrumenta Magis attribuis. ¶

INSINŪO, as: In notitiam alicujus adduco, latenter introduco. { ὑποδύνω, ὑπεισέρχομαι, ἐνισχύω, ἐνεισδύνω, ἐμφωλεύω. GALL. *Mettre ou jetter au ſein, fourrer dedans, démontrer, insinuer.* ITAL. *Mettere in seno o gittar dentro, demostrare.* GERM. Sich einſchmeychlen oder einſticken/zuletzt ſich machen. HISP. *Enſeñar, ò meter en el ſeño, demoſtrar.* ANGL. *To put into his besome.* } Suet. *de clar. Gramm.* Quare circò manumissus Augusto insinuatus est, quòd eleganter curam ordinandarum bibliothecarum in Octaviæ porticu susceperit, hoc est, in notitiam Augusti pervenit. Cic. *de Amicit.* Callidus ille & occultus ne se insinuet, studiosè cavendum est. Plaut. *in Milit. sc.* 1. *a.* 2. Interim ivit hinc miles, fortè Athenas advenit: Insinuat se

sese ad aliam amicam heri mei. Mox, Sese intimum facit. Et Gellius *cap.7.lib.3.* Insinuant in hunc locum (id est, ingrediuntur.) Livius *lib. 2. bell. Macedon.* Insinuat se flumen inter valles. Idem *lib. 10. d.3.* Insinuaverat se animis suspicio, Insinuare ordines. Idem *lib. 4. d.5.* ¶ Dicitur autem Insinuo, quasi in sinum, vel pectus immitto. ¶ Unde apud Tertull. *de resurr. carnis.* Insinuare, pro In sinum abscondere usurpatur. Moses manum in sinum condidit, & emortuam protert: & rursus insinuat, & vividam explicat. Apud Virg. *lib. 1. Æneid.* legitur Insinuar, pro Insinuatur.

*Tum verò tremefacta novum per pectora cunctis*
*Insinuat pavor.*

¶ Insinuare quoque, aliquando est immittere, aut movere. Sisenna *Hist. lib. 4.* Agmen perturbatum pedites insinuant, ac loco commovent. Ex Nonio: vide Gell. *in Insinuarat.*

**Insinuātus**: Inflexus, complicatus, compressus. { חבוק *chabuk. συμπλοκή.* GALL. *Tors, double, replié.* ITAL. *Rivolto, torto.* GERM. In busen gelegt. HISP. *Doblado, tuerto.* ANGL. *Bowed, plett.* } Apul. *lib 9.* Siccine vacuus & otiosus insinuatis manibus ambulabis mihi? GALL. *Les mains dans le sein.* Tali enim habitu manus otiosorum complicantur. Liv. pro eodem dixit, Compressis manibus, cujus hæc sunt verba, ex *lib. 7. ab Urbe:* Quid aliud causæ esse credamus, cur veteranus dux fortissimus bello, compressis (quod aiunt) manibus sedeas? GALL. *Les bras croisez.* Sueton. *in Calig. cap.* 12. Insinuatus per alium. Et *in Othon. cap.* 2. Per hunc insinuatus est Neroni. Gellius *cap.* 2. *lib.* 15. Ne ædificatio correpta atque insinuata flammis arderet: hoc est, circumcincta.

**Insinuātio**, nis: Obscura & latens auditoris conciliatio. { ὑφήγησις. ANGL. *A creaftie or couloured beginning of an oration.* } Cicer. 1. *de Invent.* Insinuatio est oratio quadam dissimulatione & circuitione obscurè subiens auditoris animum. Vide Quint. *lib.* 4.

**Insipĕre**, apud Varr. id est, alterando fiat insipidum. Quanquam alibi legatur, *cùm fur incipiat.*

**Insipĭdus**, a, um: Injucundus, insuavis, sine sapore. { בסיל *chesil*, נבל *nabál*, רע *evil.* ἄνοστος, ἄμοιρος. GALL. *Quine sent rien, insipide, insipide.* ITAL. *Che a cattivo sapore.* GERM. Ungeschmackt. HISP. *Cosa desabrida, sin sal.* ANGL. *without smacke, unsaverie.* } Per translationem accipitur pro stulto & insipienti. ἄδηλος. Gell. *lib. 6. cap.* 2. Nihil est profusi, inquit, insipidius, qui opinantur bona esse potuisse, si non essent idem mala.

**Insipiēns**, tis: Non sapiens, stultus, imprudens. { כסיל *chesil*, נבל *nabál*, רע *evil.* ἄσοφος, ἄφρων, μωρός. GALL. *Fol, qui n'est point sage, imprudent.* ITAL. *Pazzo, sciocco.* GERM. Unweis. HISP. *No sabido, nescio, loco.* ANGL. *Foolish, not wise.* Cic. 2. *de finib.* Turpe est sapientem ex insipientium sermone pendere. Idem *de Amic.* Nihil insipiente fortunato intoletabilius fieri potest. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 3. Sumne ego insipiens qui solus loquor. Idem *Mil. sc. 6. a.* 2. Nunc demùm me insipientem esse arbitror. Suprà, Excordem, excum, incogitabilem.

**Insipientissĭmus**, superl. Senec. *quæst. nat. lib. 2. cap. ult.* Non tibi timidissimus omnium videtur & insipientissimus, qui magno ambitu togat motam mortis?

**Insipientĭa**, æ, imprudentia, dementia. { כסילות *chesilúth*, אולת *evilath.* ἀνοησία, ἀφροσύνη, μωρία. GALL. *Folie.* ITAL. *Pazzia.* GERM. Unweisheit / torheit. HISP. *La necedad, ò ignorancia, locura.* ANGL. *Foolishnesse.* } Plaut. *in Amph.* Justa autem ab injustis petere, Insipientia est. Idem *Pseud. sc. 5. a. 5.* Ist hæc insipientia est, iram in promptu gerere.

**Insipienter**, adverb. Imprudenter, stultè, temerè. ἀνοήτως. GALL. *Folement.* ITAL. *Pazzamente.* GERM. Unweislich. HISP. *Neſciamente.* ANGL. *Foolishlie.* } Plaut. *Trucul.* Per tua obsecro genua, ut tu illuc insipienter factum sapienter feras, mihique ignoscas.

**Insipo**, as, are, verbum est antiquum & obsoletum, quod Festus interpretatur injicere. Cato *de re rust. cap.* 85. Omnia bene permiscero, & in ollam novam insipato.

¶ Insipte: vide *Ipsitse.*

**Insisto**, is, significat in re aliqua consisto. { עמד *hamádh.* ἐπιστῆναι, ἐπίμονος, ἐπέχω, ἐφίστημι. GALL. *Se tenir ferme sur quelque chose, s'y arrester.* ITAL. *Assermarsi, star fermo.* GERM. Etwas aufstehn. HISP. *Estar firme, firmarse en lugar.* ANGL. *To insist upon any thing, to tarie.* } Plin. *lib. 7. cap.* 2. Contuentes solem immobilibus oculis, fervoribus arenis toto die alternis pedibus insistere. Cæsar 2. *bell. Gall.* At hostes etiam in extrema spe salutis tantam virtutem præstiterunt, ut quum primi eorum cecidissent, proximi jacentibus insisterent. ¶ Insistere: Obfirmare animum. Terent. *Hecyra*, Pamphile, ad ea res haud invito sermo mihi accessit tuus, quum te pòst putasse omnes res præ parente intelligo. Verùm vide ne impulsus ira, pravè insistas. ¶ Insistere, pro instituere, ut & consistere, interdum pro constituere. Cic. 3. *de Oratore*, Quonam igitur modo tantum munus insistemus, ut arbitremur, &c. Insistere viam, vel iter. Plaut. *Milite.* Terent. *Eunuch.* Ubi quæram? ubi investigem? quem percontet? quam insistam viam, i. instituam. ¶ Insistere vestigia, pro firmare. { העמיד *heemidh.* } Virg. *lib.* 11.

*Vtque pedum primùs infans vestigia plantis*
*Institerat, fœcunda potens armavit acuto.*

Plaut. *Capt. sc. 1. a.* 4. Omnes itinera insistant sua. Idem *Amphitr.* Ubi quisque institerat, concidit crepitu. Idem *Milit. sc. 4. a. 1.* Age nunc, insiste in dolos. Idem *Capt. sc. 4. a. 3.* Ne quid huic temerè insistas credere. ¶ Institit, pro instituit, sive cœpit. Catull. *de com. Beren.*

*Et qui principio sub terra quærere venas*
*Institit.*

Item dicitur, Insistere vestigiis alicujus, id est, sequi & imitari aliquem. ¶ Item insistere, pro operam dare. ἐπιβάλλομαι, ἐπίστημι. ¶ Item sollicitare, urgere. { עמד *amadh*, פעם *paʿam.* } Plin. Frequentiúsque, ut id ageret, insistebat. Author *ad Herenn.* in hac significatione eum dativo conjunxit. Nunc idem nosmetipsi vobis insistemus, res enim communis agitur, id est, vim faciemus. Gell. *cap.* 23. *lib.* 1. Quid mater audire instituisset (i. urgere voluisset.) Tibull. *lib.* 4.

*Magnis insistere rebus*
*Incipe.*

Liv. 7. *d.* 4. Legati eorum institêre. ¶ Item pro resistere, immorari, & quasi sistere gradum, cujus contrarium progredi. Cic. 4. *Verr.* Quot videtis esse in uno furto peccatorum gradus! ut si singulis insistere velim, progredi iste non possit. Idem *in Orat.* Sæpè accidit, ut aut citiùs insistendum sit, aut longiùs procedendum. Insistere hastæ, hoc est, stanti. Plin. *de viris illustr.* Advocato Marco Livio Pontifice, hastæ insistens, & solemnia verba respondens, se & hostes diis Manibus devovit. Insistere vestigiis alienis, hoc est, inhærere, & sequi aliena vestigia. Plin. *lib. 6. cap.* 17. ¶ Insistere viam, & insistere iter, Proficisci, ambulare. Ter. *Eunuch.* Ubi quæram? Ubi investigem? quem percontet? quam insistam viam? Liv. 7. *bell. Mac.* Iter quod insistis L. Scipio ego quoque approbo. Idem *lib. 5. d.* 4. Insistunt sequi suorum agmen. Idem 9. *d.* 4. Insistere perculsis. Idem *lib. 7. d.* 4. Iter quod insistis.

**Insistio**, nis, verb. Progressioni opponitur. { עמדת *hemdáh.* ἐπιστάσεις. GALL. *Arrest, demeure.* ITAL. *Dimora, mora.* HISP. *Tardança.* ANGL. *An insisting, or tarying.* } Cic. 1. *Tusc.* Aut quis errantium stellarum cursus, progressiones, institiones notavit? Quo tamen in loco nonnulli, sed perperam) legunt *insistitiones.* Vocat enim Cicero stellarum institiones, quum omnino non moventur, sed ad quoddam tempus insistunt, sive consistunt: id quod testatur *lib. 2. de nat. deor.*

**Insistio**: Insititium: vide *Insero.*

**Insitium**, ab insectione dictum. Pulmenti genus, ex insectis & minutatim tritis carnibus confectum. ἔψημα. Apud Apicium sæpe fit mentio de insitiis. Meminit & Varr. Vide suprà *Insecto.*

**Insitum**, Insitivus: vide *Insero.*

‖ Insobres, Insubria. Scal. ‖

**Insociābilis**, e, quod conjungi non potest. { ἀσυμπάθητος, ἀσυμπάθητον. GALL. *Qui n'est point accompagnable.* ITAL. *Solinga, che non si può accompagnare.* GERM. Ungesellig, unvereinbarlich. HISP. *Cosa que no puede ser acompañada.* ANGL. *That can have no societie or compania with others.* } Plin. *lib. 16. cap.* 43. In omni genere & glutinum abdicant quædam, & inter se & cum aliis insociabili glutino, sicut robur. Sed nec ferè cohærent, nisi similia naturâ, ut si quis lapidem lignúmque conjungat. Indomita & insociabilis gens. Liv. 7. *bell. Maced.* Regnum insociabile. Tacit. *lib.* 13. Liv. 7 *bell. Pun.* Insitati namque antea alienigenis, nec videre ipsi advenam in terra sua adsueti, omni generi humano insociabiles erant.

**Insōlābiliter**, adverbium: Sine consolatione. { ἀπαραμυθήτως. GALL. *Inconsolablement, sans consolation.* ITAL. *Senza consolatione.* GERM. Untröstlich / one trost. HISP. *No podiendo ser consolado.* ANGL. *Without comfort.* } Horat. 1. *epist.* 14.

*Me quantis Lamia pietas & cura moratur*
*Fratrem mœrentis, rapto & de fratre dolentis*
*Insolabiliter.*

**Insŏlens**, Insuetus & insolitus. { ἀσύνηθες. GALL. *Insusié, qui n'est point en usage.* ITAL. *Insolito, non solito.* GERM. Ungewonet, seltzam. HISP. *No acostumbrado.* ANGL. *Not wont or accustomed.* } Horat. 3. *Carm. Ode* 29.

*Fortuna sæva lata negotio, &*
*Ludum insolentem ludere pertinax,*
*Transmutat incertos honores,*
*Nunc mihi, nunc alii benigna.*

Salust. Insolens vera accipiendi. Cæs. 2. *de bell. civ.* Insolens belli multitudo. Gell. *lib.* 1. Atque id quod à C. Cæsare excellentis ingenii, ac prudentiæ viro in primo de Analogia scriptum est, habet semper in memoria atque pectore, ut tanquam scopulum fugias inauditum atque insolens verbum. ¶ Ponitur etiam pro superbo & arrogante, quem *præsumptuosum* dicere solemus. { גאה *gheed*, זד *zedh.* ἀλαζών. GALL. *Insolent, arrogant, superbe, fier.* ITAL. *Arrogante, superbo.* GERM. Vbermütig / hochtragend / stoltz. HISP. *Arrogante, y sobervio.* ANGL. *Presumpteous, arrogant, hautie.* } Quod est quum quis audet facere, vel dicere quod à modestis viris fieri, aut dici non solet. Cicer. *pro Marcello*, In victoria, quæ sui natura insolens & superba est. Idem *de senectute*, Tertiam enim jam ætatem hominum vivebat, nec erat ei verendum ne vera de se prædicans nimis videretur aut insolens, aut loquax.

**Insŏlentĭa**, æ, insuetudo, res non consueta, aut solita. { ἀήθεια. GALL. *Faute d'accoustumance, inaccoustumance, nouveauté.* ITAL. *Novità.* GERM. Ungewonheit / seltzamkeyt. HISP. *Aquella no costumbre.* ANGL. *Disusage, lack of wonting.* } Cic. 1. *de Invent.* Primò propter insolentiam reclamantes, deindè propter rationem atque orationem studiosius audientes, &c. Liv. 8. *bell. Maced.* Et offenderunt aures insolentia sermonis. Cicer. *pro Dejot.* Moveor etiam loci ipsius insolentia. Item verborum insolentias, dixit Gellius *cap.* 19. *lib.* 13. ¶ Insolentia, pro arrogantia, superbia. { גאוה *gheavah*, גאות *gheúth.* זדון *zedhón.* ἀλαζονεία. GALL. *Insolence, arrogance.* ITAL. *Superbia, arroganza.* GERM. Stoltz / hochtragenheit / übermut. HISP. *Arrogancia, y sobervia.* ANGL. *Pryde, presumption.* } Senec. *epist.* 88. Insolentia nihil est aliud quàm species magnitudinis falsæ. Cic. 5. *Verr.* De luxuria Apronis loquor, nihil de insolentia, nihil de singulari nequitia ac turpitudine. Idem 1. *Tuscul.* Quæ quidem cogitans soleo sæpe mirari nonnullorum insolentiam philosophorum, qui naturæ cognitionem admittantur.

**Insolēnter**, adverbium: Arroganter & superbè. { ἀλαζονικῶς. GALL. *Fierement, arrogamment.* ITAL. *Superbamente, arrogantemente.* GERM. Stoltzlich / übermütiglich. HISP. *Arrogantemente y sobervamente.* ANGL. *Arrogantlie, proudlie.* Cic. 4. *Tuscul.* Insolenter se efferre. Liv. 2. *ab Urbe*, Tandem superant externa, adeò superbè, insolentérque hostis eludebat. ¶ Aliquando etiam, Insolenter usurpatur pro rarò. { ANGL. *Seldome, fewtymes.* } Cic. 1. *de Invent.* Deinde natura ejus eveniténe vulgò soleat, an insolenter & rarò.

**Insolesco**, is, ere, *s'enorgueillir, devenir insolent.* Gell. *cap.* 3. *lib.* 7. Ne Romani, Perse quoque rege victo, ad superbiam, ferociámque & immodicum modum insolescerent.

**Insŏlidum**, sive Insolido: Integrè. { εἰς ὁλόκληρον. κατ' ὁλόκληρον. GALL. *Entierement, en tout & pour le tout.* ITAL. *Interamente.* GERM. Gäntzlich.

Gänzlich Hisp. *Integramente, ò enteramente.* Angl. *Throughlie.*} Senec. *de benefic. lib.* 2. Præterita nondum tota insolida sunt, potest illa casus aliquis incidere. Obligati insolidum. Ulp. *l. bis verbis eod. tit.* Spondere insolidum. Iulianus *l. reos, eodem tit.*

Insŏl ĭtus, a, um: Non suetus, insolens, insuetus. {ἀσύνηθες. Gall. *Inusité, non accoustumé.* Ital. *Insolito, non consueto.* Germ. Ungewont. Hisp. *Desacostumbrado, no acostumbrado.* Angl. *Unaccustomed, not wonted.*} Virg. 1. *Georg.*

——— *insolitis tremuerunt motibus Alpes.*

Cic. 6. *Verr.* Cur prudentissimas, electissimásque fœminas in tantum virorum conventum insolitas, invitásque prodire cogis? Insolitus ad laborem exercitus. Cæsar *bell. civilis.* Insoliti Romani tumultus, genitivo casu. Liv. *lib.* 10. *ab Urb.* Ovid. *Eleg. nit. lib.* 4. *Trist.*

*Insolita cepi tempora arma manu.*

Insŏlitè, adverbium, præter consuetudinem. {ἀσυνήθως. Angl. *Not as it was wonte.*} Gell. *lib.* 1. *cap.* 3. Intemperiùs ac insolitè differebat. Sunt tamen qui eo loco legant, *Insuavitèr* differebat.

Insōlo, as: Ad solem sicco. {ἀποξηράνω. Gall. *Mettre au Soleil, secher au Soleil.* Ital. *Seccar al sole.* Germ. Sönnen / an die sonnen thun oder darmachen. Hisp. *Assolear poniendo al sol.* Angl. *To dry at the sonne.*} Columel. *lib.* 12. *cap.* 39. Quas per triduum insolaveris. Idem *lib.* 4. *cap.* 17. Nam & sic facilius insolatur humus, & fructus percoquuntur.

Insōlātus: Insole, seu ad solem siccatus, aut calefactus. {ἡλιωθείς, ὁ τόπος. Gall. *Exposé, & sechè au Soleil.* Ital. *Seccato al sole.* Germ. Gesönnet / an die sonnen gelegt. Hisp. *Cosa asoleada.* Angl. *Dryed at the sonne.*} Columell. *lib.* 5. Super hoc materiæ quæ fructum habent, melius convalescunt, & uvæ commodiùs insolatæ percoquuntur. ¶ Insolati dies, apud Columellam, Illustres, quibus sol lucet. Idem *lib.* 11. *cap.* 3. Deinde quum cuata semina fuerint, tepidis diebus & insolatis juxta ædificium sub dio ponat. Budæus. ¶ Insolare quoque pueri dicuntur, dum facie tecta passos capillos ad solem expandunt siccandi gratiâ. Et ipsi crines insolati dicuntur. Plin. *lib.* 21. *cap.* 14. de cera loquens, Candidissima verò fit post insolationem etiamnum decocta.

Insŏlūbilis, e, quod solvi non potest. {ἄλυτος. Gall. *Indissoluble.* Ital. *Che non si può sciorre.* Germ. Unauflöslich. Hisp. *Cosa que no se puede desatar.* Angl. *That can not be lowsed.*} Quint. *lib.* 5. *c.* 9. Ubi est signum insolubile, ne lis quidem est. Insolubile judicium, necessarium, quod urget hominem: apud eundem Quint.

Insŏlūbĭlĭtĕr, adverb. ἀλύτως. Macrob. *comment. lib.* 1. *cap.* 6. Cùm verò medicatis ipsa geminatur, ea quæ extima sunt, non tenaciter tantùm, sed etiam insolubiliter vinciuntur.

Insolūtum accipere, est aliquid accipere in satisfactionem, aut certè deductionem rei debitæ. Senec. *lib.* 2. *de beneficiis, cap.* 27. inde est, ut omnia meruisse se existimet, & insolutum accipiat, nec satis pro suo pretio æstimatum existimet. ¶ Sic etiam dicimus Insolutum cedere, id est, cedere in solutionem. Exempla nusquam non occurrunt apud Jurisconsultos.

Insŏlum, veteres pro *Insolitum* dixerunt. Afranius. Orbitatem senectuti tuæ malam metui: quod insolum non venit cæco ac demenți. Id est, ne eveniret quod nunc agitur insolum. Apud Non.

Insŏmnium, ii, neut. gen. Est, ut inquit Macrobius, quod in somno videmus, & ex cura oppressi vel animi, vel corporis, vel fortunæ proficiscitur, unà cum somno advolat, & pariter evanescit: unde Insomnium nomen, non quia per somnum videtur, sed quia in ipso somno tantummodo esse creditur dum videtur, post somnum nullam utilitatem, vel significationem relinquit. {חלום *chalóm*, ὄνειρος, ἐνύπνιον. Gall. *Songe ou vision qu'on voit en dormant.* Ital. *Sogno, visione veduta in sogno.* Germ. Ein traum / ein gesicht so einem im schlaff fürkompt. Hisp. *Vision en sueños.* Angl. *A dreame or vision in ones sleepe.*} Virg.

——— *quæ mesuspensam insomnia terrent*

Tibull.

*Dii meliora ferant, nec sint insomnia vera.*

Cicer. *de senect.* Caret ergo etiam vinolentia, & crudelitate, & insomnis. Gel. *cap.* 8. *lib.* 13. Tanquam mimo, aut insomnio. Plaut. *Men. sc.* 7. *a.* 5. Hæc nihilo mihi videntur secus quàm insomnia. Ovid. *Eleg.* 8. *lib.* 3.

*Vt tetigi pontum vexant insomnia.*

Insŏmnis, insomne: Pervigil. {ער *hér.* ἄυπνος. Gall. *Sans dormir, sans sommeil.* Ital. *Senza sonno, vigilante.* Germ. Unschläffig, wachend. Hisp. *Sin sueño ò desvelado.* Angl. *Without sleepe.*} Unde insomnes noctes, apud Virg. 9. *Æneid.* hoc est, pervigiles.

——— *noctem custodia ducis*

*Insomnem lusæ.*

Oculi insomnes. Stat. 3. *Thebaid.*

Insŏmnĭa: Vigilia. {ἀγρυπνία, ἀϋπνία. Gall. *Insomnie, quand on ne dort point.* Ital. *Vigilia, vegghia.* Germ. Unschläffigkeit / das wachen. Hisp. *La vela contraria del sueño.* Angl. *Waking.*} Cælius *Plotio*, apud Nonium, Consequuntur omnes insomnia: ea porrò insaniam affert. Donatus *in illud Terentii Eunuch.* Aut mox noctu te adigent hostium insomnia. Legitur, inquit, & Adiget, ut sit insomnia numeri singularis. Gell. *cap.* 4. *lib.* 6 Insomnia necati. Pacuv. apud Charis. *lib.* 1. Perdita illuvia atque insomniâ.

Insŏmnĭōsus, qui multa somniat. {ἐνυπνιώδης. Gall. *Qui songe plusieurs choses.* Ital. *Che si sogna molte cose.* Germ. Traumig / dem gern vil schwetzt traum fürkommen. Hisp. *El que mucho sueña.* Angl. *That dreameth often or feeth visiones in sleepe.*} Cato *de re rust. cap.* 157. Omnino qui insomniosus est, hac eadem curatione sanum facies.

Insōns, tis: Innocens, qui extra culpam est. {נקי *naki.* ἄσπιλος, ἀναίτιος. Gall. *Innocent.* Ital. & Hisp. *Innocente.* Germ. Unschuldig. Angl. *Giltles, innocent.*} Liv. 4. *ab Urbe.* Etsi nisi regni crimine insons fuerit. Plaut. *in Asin. sc.* 2. *a.* 3. Ille ecastor suppilabat me, quòd ancillas meas suspicabar, atque insontes miseras cruciabam. Liv. 1. *d.* 3. Insons omnis injuriæ. Ovid. 3. *Metam.*

——— *Pater est fraterni sanguinis insons.*

Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 3. Malè facis quæ insontem insimules. Ovid. *Eleg.* 10. *lib.* 3.

*Et cremat insontes hostica turba casas.*

Insŏno, as, are: Sono. {תסמ *humah* ἐνηχῶ. Gall. *Sonner, rendre un son* Ital. *Sonare.* Germ. Tönen. Hisp. *Sonar.* Angl. *To sounde.*} Lucan. *lib.* 1.

*Insonuêre tubæ, & quanto clamore cohortes*
*Miscentur, tantum, &c.*

Ovid. 11. *Metam.*

*Nulla mora est, calamis agrestibus insonat ille.*

Idem *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

*Et quamquam Lesbon passis insonet alis.*

Idem 2. *Fast.*

*Dum lare insonuit vocis nemus.*

Insŏnŭs, a, um, quod est nullo sono & strepitu. {ἄφωνος, ἀηχής. Gall. *Sans son, ou sans bruit.* Ital. *Senza suono, che non ha sorno.* Germ. Dasein getöß oder geraüsch macht. Hisp. *Cosa sin ruido, y sinsonido.* Angl. *That hath no sound.*} Apuleius, Infimo vestigio insonem perducit. Sic Asonum, sine sono, vel male sonans, vide suo loco.

Insŏpītus, a, um: Insomnis, pervigil: ut, Insopitus draco. {ער *hér.* ἄυπνος. Gall. *Qui ne dort point, qui n'est point assoupi de sommeil.* Ital. *Vigilante.* Germ. Unentschlafft. Hisp. *Vigilante, velador toda la noche.* Angl. *That sleepeth not.*} Ovid. 7. *Metam.*

——— *cur non tamen exhorter in illum,*
*Terrigenásque ferum, insopitumque draconem?*

Insortītus, a, um.} ἀλαχωθείς. Gall. *Qui n'est point divisé ny party par sort.* Ital. *Non partito per sorte.* Germ. Ungetöstet / nicht durch das loß werffen zugetheilt. Hisp. *Cosa no partida por suerte.* Angl. *Not parted by lot.*} Plaut. *in Casin.* Si non impetravit, spicula etiam insortita sunt mihi.

¶ Inspectatus, sine specie. Tertull. ¶

INSPĒRĀNS, tis, omnis gen. Non sperans, non expectans, imprudens.} {ἀέλπιστος. Gall. *N'esperant point, qui n'espere point.* Ital. *Che non spera, senza speranza.* Angl. *That looketh not for.*} Cic. 1 *de Orat.* Insperanti mihi cecidit, ut in istum sermonem dilaberemini.

ex inspērātō, adverb. Præter spem & opinionem. {ἀπροσδοκήτως. Gall. *Sans qu'on l'esperast, hors, ou contre esperance, à l'impourveu.* Ital. *Senza haverlo pensato, all' improviso.* Germ. Unverhofftes / unbedachtes / unversehenlich. Hisp. *No esperando, fuera de esperança.* Angl. *Beyonde expectation.*} Plin. *lib.* 25. *cap.* 2. Casúque accidit ut nullite à morsu cantis incipiente, &c. Servatúsque est ex inspērato.

inspērātus, a, um: Inexpectatus. {ἀνέλπιστος. Gall. *Non esperé, qu'on n'attend point.* Ital. *Cosa non sperata.* Germ. Unverhofft. Hisp. *Cosa no esperada.* Angl. *Not looked or beleved for.*} Ter. *in Heaut.* Celem tam inspĕratum gaudium, quum illi nihil periculi ex indicio fieri? Inspĕratum, non opinatum malum. Cicer. 3. *Tusc.* Plaut. *Men. sc. ult. a.* 5. Dii immortales, date mihi spem inspĕratam quam suspicor. *Ibidem*, O salve inspĕrate frater. Idem *Mostell. sc.* 3. *a.* 2. Inspĕrata accidunt magis sæpè, quàm quod speres.

Inspĕrābĭlis, e, quod vix sperari potuisset. {ἀνέλπιστος, ἀπροσδόκητος. Gall. *Qui ne se peut esperer.* Ital. *Che non si può sperare.* Germ. Nicht zuverhoffen / daß kein hoffnung worde. Hisp. *Cosa que no se puede esperar.* Angl. *That could not be beleved.*} Gell. *lib.* 4. *cap.* 18. Pecemque & victoriam vobis pepere inspĕrabilem: ex verbis Scipionis Africani.

Inspĕrgo, is, ĕre: Sparsim infundo. {זרה *záráh*, נזה *pizzer*, ἐπιπάσσω. Gall. *Espandre ou épancher par dedans, ou dessus.* Ital. *Spargere, aspergere.* Germ. Einspiengen / etwatein sprützen oder säyen. Hisp. *Derramar.* Angl. *To sprinkle in or upon.*} Cic. 2. *de Divinat.* Cor est in exta, jam absceder simul ac molam & vinum inspersoris. Col. *lib.* 11. *cap.* 2. Hoc eodem tempore stercoris pars in prata digerenda, pars oleis & exteris arboribus inspergenda. Nævi inspersi egregio corpori. Horat. 1. *Serm. Satyr.* 6.

Inspĭcĭo, is: Aspicio, intueor, ac penitus cognosco. {ראה *rááh*, חביט *hibbit*, צפה *tzaphàh*, השכיל *hischchil*. κατανοῶ, ἐποπτεύω, ἐπιστήμων. Gall. *Regarder dedans, considerer & voir de prés.* Ital. *Guardare, vedere.* Germ. Ansehen / hineinsehen / anschawen. Hisp. *Mirar, y ver.* Angl. *To looke in or upon, to consyderer.*} Plaut *Men. sc.* 2. *a.* 1. Vin' tu faciamus loculentum inspicere? Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 3. Concede (i. recede) inspiciam quid scriptum est (i. legam epistolam.) Idem *Amph. sc.* 1. *a.* 1. Cùm in speculum inspexi, formam agnosco meam. Idem *Mil. sc.* 1. *a.* 2. Inspexi mulieris sententiam. Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 3. Extra inspicere in Sole etiam vivo licet. Ter. *in Adelph.* Denique inspicere tanquam in speculum vitas hominum jubeo, atque ex aliis exemplum sumere sibi. Plaut. *in Men.* Quum inspicio matrimonium, Viatrices hercle admodum æstivè sumus. Idem *in Mostell.* Cupio hercle inspicere has ædes.

Inspĭcĭens, tis, verbale: qui rem aliquam venalem pro potestate cognoscit, quales sunt apud nos quòs magistros opificiorum vocant, quibus opifices opificia sua, ut approbent, necesse est instituto municipali, aut in mulsam incidant, nisi (quod plerunque fit) prolato arte se tueantur, ut utar verbo prisco. Hæc Budæus. Plin. *lib.* 17. *cap.* 7. Accedit religio narrata à siderum cognitione ab inspectoribus, quoniam serè stellarum hyadum & numero & dispositione stellantur.

Inspĕctĭo, nis: Diligens rei alicujus consideratio. {השכיל *haschchil*. *immemi*, ἐποπτεία, ἐπιστήμη. Gall. *Regard, consideration, égard.* Ital. *Considerazione diligente di qualche cosa* Germ. Beschawung / besichtigung. Hisp. *Mira diligente.* Angl. *The looking upon or beholding of a thing.*} Colum. *lib.* 1. *cap.* 4. Nam prima inspectione neque vitia, neque virtutes abditas ostendit. Cic. 2. *Philipp.* Nos enim nunciationem solùm habemus: Consules & reliqui magistratus etiam inspectionem, id est, cognitionem & judicium. Quo loco tamen libri emendatiores, *fruitionem*, non inspectionem habent. Ars ex inspectione & exercitatione constat (id est, θεωρίᾳ & πράξει.) Quintilian.

Inspĕctŭs, us, pro ipsa inspectione. Tert. *lib.* 4. *adversus Marc.* Cur autem

autem inſpectui eorum manus & pedes ſuos offert, quæ membra ex oſſibus conſtant?

Inſpecto, as: Continuè, ſive attentè intueor. { ישפון *hiſtchbiil.* πῶ *ſchauſph.* ἰσορῶ, ἐξετάζω. Gall. *Regarder ſouvent & diligemment, conſiderer.* Ital. *Guardar con diligenza.* Germ. Fleiſſig oder eigentlich beſichtigen. Hiſp. *Mirar à menudo, ò con diligencia.* Angl. *To behold or conſiderer often.* } Cic. *ad Brut.* Quod utinam inſpectare poſſis timorem de illo meum. Plaut. *Capt. prolog.* Faciam ut pugnam inſpectes non bonam. Idem *Milit. ſc.* 2. *a.* 2. De tegulis neſcio quis modò inſpectavit (quid fieret domi.) Idem *Milit. ſc.* 6. *a.* 2. Inde inſpectaviſti meum hoſpitem oſculantem apud me. ¶ Inſpectare etiam dicuntur ſatellites, quos principes præſidii, cuſtodixque corporis ſui cauſa circum ſe habent. Sueton. *in Caſ.* Sunt qui putent conſiſum eum noviſſimo illo ſenatuſconſulto, ac jurejurando etiam cuſtodias Hiſpanorum cum gladiis inſpectantium ſe removiſſe.

Inſpectātio, nis, verbale. Senec. *nat. quæſt. lib.* 6. Quorum eſt adeò mihi dulcis inſpectatio, ut quanvis aliquando de tectarum motu volumen ediderim juvenis, tamen tentare me voluerim & experiri, &c.

Inſpico, as, in modum, ſpica: vel ſpici actio. { ἀγκωνίζω. Gall. *Faire aigu & pointu comme un eſpi, aiguiſer.* Ital. *Aguzzare.* Germ. Als ein ähr zuſpitzen. Hiſp. *Dentar la hoz, aguzar, eſpigar.* Angl. *To make ſharp lyk the eare of corne.* } Virg. *lib.* 1. *Georg.*

——— *Ferróque faces inſpicat acuto.*

Ubi Servius acuto ferro incidit, ad ſpectem & imaginem ariſtarum.

Inſpīro, as: Afflo, perflo. } נפח *niſchſchebh*, נפח *naphach.* ἐμπνέω. Gal. *Souffler dedans, ou deſſus.* Ital. *Inſpirare, ſpirare, ſoffiare.* Germ. Hinein wehen/einblaſen. Hiſp. *Soplar, eſpirar.* Angl. *To blowe or breath in or upon.* } Colum. *lib.* 1. Sed granaria ſcalis adeantur, & modicis feneſtellis Aquilonibus inſpirentur. Virg. 1. *Æneid.*

*Occultum inſpires ignem.*

Idem 4. *Georg.*

*Illum ira modum ſupra eſt, laſaque venenum*
*Morſibus inſpirat.*

Celſ. *lib.* 5. *cap. de fiſtulo.* Medicamenta acida in calamum ſcriptorium conficienda ſunt, iſque ori fiſtulæ aptandus, inſpirandúmque eſt (id eſt, intrò ſpirandum) ut ea medicamenta intus compellantur. Quint. Inſpirare iram & miſericordiam. Idem, Inſpirantes tamis arborum auræ. ¶ Inſpirare, pro aſpirare litteram, videtur poſitum apud Gell. *cap.* 3. *lib.* 2.

Inſpīrātio, ἐμπνευσις. Julius Firmicus *Matheſeos lib.* 6. Talis genitura Pindaro, & Archilocho dulciſſimi carminis modos divina ingenii inſpiratione largita eſt.

Inſpīrātus, ἐμπνευσθείς. Juſtinus *hiſt. lib.* 11. Cui cùm inſpirati vates canerent, non impunè canerent.

Inſpŏlĭātus, a, um: Non ſpoliatus. { ἀσύλητος. Gall. *Qui n'a point eſté pillé ni dépouillé.* Ital. *Non ſpogliato.* Germ. Unberaubt/ungeplündert. Hiſp. *No deſpojado.* Angl. *Not ſpoiled.* } Quint. *lib.* 7. *cap.* 2. Hominem occiſum eſſe cõſtat, non in ſolitudine, utſi latronibus ſuſpicer: non prædæ gratia, quia inſpoliatus eſt: non hæreditatis ſpe, quia pauper: fuit odium igitur in cauſa.

Inſpŭo, is, ere: Super aliquid ſpuo, conſpuo. { רק *rahkeetzíu.* Gall. *Cracher ſur, ou dedans quelque choſe.* Ital. *Sputare qualche coſa.* Germ. Etwarin oder etwarauff ſpeyen. Hiſp. *Eſcupir en algo.* Angl. *To ſpytt in or upon.* } Plin. *lib.* 22. *cap.* 22. Tradúntque, commanducata ea ſi inſpuatur, moti ſerpentem. Idem *lib.* 31. *cap.* 9. Datúrque lingendus, & oculis jumentorum inſpuitur. Sen. *cap.* 13. *de conſol. ad Helviam*, Inſpuere faciem alicujus.

Inſpūto, frequentativum. { ἐγχρίμπτω. Gall. *Cracher ſouvent.* Ital. *Sputare ſovente.* Germ. Dil und offt etwarauff ſpeyen. Hiſp. *Eſcupir à menudo.* Angl. *To ſpytt often upon.* } Plaut. *Capt. ſc.* 4. *a.* 3. Ibi moribus qui inſputatur interdum venit (bis, terque.) *Ibidem*, Ut qui ne opus ſit inſputarier.

Instăbĭlis, e: Inconſtans, varius, volubilis, mutabilis. { נד *nadh.* ἀστάτος, ἀβέβαιος. Gall. *Inconſtant, leger, variable.* Ital. *Inſtabile, leggere, inconſtante.* Germ. Unbeſtendig/unſtät. Hiſp. *Coſa que no puede eſtar queda.* Angl. *Inconſtant, changeable.* } Virg. *lib.* 4. *Georg.*

*Inſtabiles animo lædo prohibebis imani.*

Et paulò poſt,

*Vt cymba inſtabiles fluctus inſtante ſabburra.*

Tibull. *lib.* 4. Inſtabilis nacat (libra.)

Inſtăbĭlĭtās, atis: Inconſtantia, varietas, mutabilitas. { ἀστάτια. Gall. *Inſtabilité, inconſtance, legereté.* Ital. *Inſtabilità, inconſtanza.* Germ. Unbeſtendigkeit. Hiſp. *Movimiento, inconſtancia.* Angl. *Inconſtancie, unſtedfaſtneſſe.* } Plin. *lib.* 24. *cap.* 17. Hanc autem à Regibus Perſarum comedi atque bibi contra omnium corporum incommoda, inſtabilitatémque mentis.

Instāns, tis. { קרוב *karób*, תדיר *tavéd.* ἐνεστώς, ἐνεστῶσα. Gall. *Qui eſt prés, qui s'approche ou eſt preſent, inſtant.* Ital. *Inſtante, chi è preſente.* Germ. Gegenwertig/ſchon vorhanden. Hiſp. *Coſa preſente ò cercana.* Angl. *That is at hand or nigh.* } Pro minimo temporis momento, apud claſſicos ſcriptores non legimus: quo tamen utuntur quidam noſtræ ætatis philoſophi, ut pleriſque aliis, quæ docti non agnoſcunt. Apud idoneos tamen ſcriptores legimus, Inſtans tempus, pro tempore præſenti, vel pro momento illo temporis quod nunc inſtat, non tamen abſolutè (ut illi utuntur) pro quovis minimo temporis puncto. Malè ergo quidam interpretantur cùm inſtans pro præſenti tempore uſurpant, quaſi inſtabile eſſet & abiret, momentaneum, cùm tamen hoc nomen à Græcis mutuari ſimus, qui ἐνεστὼς dixere, quòd inſtaret cedenti præterito: non autem quòd non ſtaret. Imò cætera tempora non ſtant, ſed præteritum jam non eſt, futurum autem nondum: unum præſens ſemper eſt: nam etſi abit tempus, tamen hoc quod eſt, præſens eſt. Scal. Tacit. *lib.* 19. Præterita, inſtantia, futura pari oblivione dimiſerat. Quint. *lib.* 3. *cap.* 10. Præteritum, inſtans, futurum.

Instāntĭŏr, comparativus. Gell. *lib.* 13. *cap.* 22. Dupléxque eadem compellatio admonitionem facit inſtantiorem.

Instānter, adverbium: Sedulò, perſeveranter. { ἐπιμελῶς. Gall. *Avec diligente pourſuite, perſeveramment, & ſans ceſſe.* Ital. *Di continuo, continuamente, perſeverantemente, senza ceſſare.* Germ. Beharrlich/ununterlich/ernahlich. Hiſp. *Apreſſuradamente.* Angl. *Diligentlie.* } Quintil. *lib.* 9. *cap.* 4. Ubicunque acriter erit, & inſtanter, pugnacitérque dicendum, membratim, exſimque dicemus. Tac. *lib.* 5. Inſtantiùs.

Inſtantiſſimè, admodùm perſeveranter. Sext. Aur. Victor *in Tito*: Iſte à puero præclaris ſtudiis probitatis, militiæ, litterarum inſtantiſſimè deditus. Et, Inſtantiſſimè deſiderare, apud Gell. *lib.* 4. *cap.* 18.

Inſtantĭa, æ: Sedulitas, aſſiduitas, & continua intentio. { σπουδή. Gall. *Pourſuite continuelle, perſeverance, inſtance.* Ital. *Inſtanza, continuatione, perſeveranza.* Germ. Anhaltung/beharrung. Hiſp. *Aquella preſencia, inſtancia.* Angl. *Diligence with perſeverance.* } Plin. *lib.* 3. *cap.* 5. Quid eſt enim quod non ut illæ occupationes impediat, aut hæc inſtantia poſſit efficere? Gell. *cap.* 2. *lib.* 6. Neceſſitas & inſtantia fati: vid. *Imminentia.*

Instār, indeclinabile, ab Inſto. Olim flectebant inſtar, inſtaris, ut nectar nectaris: ferè ſine præpoſitione conſtruitur. { עד *chemó.* ὅσον. Gall. *A la comparaiſon, à l'equipolent, comme, de même.* Ital. *A guiſa, à ſimilitudine.* Germ. Gleich/wie/nicht anders dann als zu gleich. Hiſp. *A ſemejança, à modo.* Angl. *Lyke, as it were.* } Ovid. *Eleg.* 8. *lib.* 3. *Triſt.*

——— *Inſtar mihi muneris ampli.*

Idem *Eleg.* 4. *lib.* 3.

——— *Gratique erat inſtar amoris.*

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 5. *Triſt.*

*Perſque mea pœna totum inſtar erit.*

Gell. *cap.* 5. *lib.* 20. Ad tantæ amplitudinis inſtar emicuit imperium populi Romani. Velleius, Salubritatis inſtar & amœnitatis ornamentum. Item, Multorum voluminum inſtar. Et modò idem ſignificat quod ad æquiparationem, ſive ad menſuram. Columell. *lib.* 3. Vincâ novellam gemmas agere ſinito, ſimilátque de pampinus inſtar quatuor digitorum erit, tum demùm pampinato. Idem *lib.* 1. In campo ſatius, in colle ſpiſſiùs, acervi ſtercoris inſtar quinque modiorum diſponentur. Modò ad ſimilitudinem refertur: ut illud Ciceronis, Fugeramnam autem quæ fuit non vlci inſtar, *ſedítiones*, *Iaméſ*. Sed urbis quod erat Amani caput, &c. Et *in Piſonem*, Unus ille dies mihi quidem immortalitatis inſtar fuit, quo in patriam redii, quum Senatum egreſſum vidi, Populúmque Rom. univerſum. Sueto. *in Cæſare, cap.* 61. Cujus jam etiam (ſcilicet equi) inſtar pro æde Veneris genitricis poſtea dedicavit, i. imaginem, ſimilitudinem. Inſtar in nominativo elegantèr poſitum. Juſtinus *lib.* 4 Mittitur Gylippus ſolus, ſed in quo inſtar omnium auxiliorum erat: id eſt, ſed qui ſolus tantum potuit, quantum omnes, auxiliari. Item pro exemplari apud Virg. 6. *Æneid.*

——— *quantum inſtar in ipſo eſt.*

Ulp. *de novi operis nunciat. l. ſiſpulatio.* Si præponatur inſtar quod ſit operis, quaſi facies quædam facti operis. Solinus cum præpoſitione ullus eſt, Meſopotamiam opimat annuæ inundationis exceſſibus, ad inſtar amnis Ægyptii terris ſuperfuſus, invecta ſoli fœcunditate.

Instaūro, as, à σταῦρος, palum depango. Feſtus putat dictum ab inſtar, quòd propriè aliquid inſtauretur dicatur, quum ad antiquam formam & ſtatum reducitur. Integro, reficio, in priſtinum ſtatum reſtituo, renovo. { חדש *hadhák*, חזק *chizzék*, חדוש *hechezik.* ἀνανεόω, ἀνακαίζω. Gall. *Reſtaurer, racouſtrer, rabiller.* Ital. *Rinovare, reſtaurare.* Germ. Erneuern. Hiſp. *Renovar lo viejo.* Angl. *To repaire, reſtore or renew.* } Unde Donatus *in illud Terentii*, Amantium iræ amoris redintegratio, inquit, hoc eſt, inſtauratio. Virg. ad animum tranſtulit, *Æneid.* 2.

*Inſtauratí animi regìs ſuccurrere tectis.*

Hoc eſt, recreati, & reſtituti.

¶ Alii putant Inſtauro compoſitum eſſe à ſtauro antiquo verbo, quod idem ſignificabat quod poſtea inſtauro: neganteque ab inſtar deductum eſſe, propterea quod tantò uſu eveniat, ut everſa ædificia ad ſimilitudinem priſtinam reſtituantur. Liv. *lib.* 4. Nam Phalisci perpelli ad inſtaurandum bellum, neque clade Romanorum, neque ſociorum precibus potuére. Inſtaurandam, non ad ſimilitudinem priſtini gerendum, ſed integrandum, & denuò inferendum. Liv. *lib.* 7. *d.* 4. Inſtaurare novum de integro bellum. Sic Cic. *de Provinciis Conſularibus in Piſonem & in Gabinium*, Periculum eſt ne inſtauratas maximi belli reliquias ac renovatas judiamus. Virg. *lib.* 3. *Æneid.*

*Ergo inſtauramus Polydoro funus.*

Idem *lib.* 2.

*Certatim inſtaurant epulæ*, i. denuò imponunt.

Quum ergo inſtauro mihi in ſignificato conveniat cum inſtar, nullo pacto ab inſtar formari dicendum putant, præſertim quum nec ad analogiam pertineat, quòd inſtauro, non inſtauro, facere deberet. Reſtauro autem, quanvis penè aboleverit, & pro eo inſtauro melius utamur, tamen Lactant. *lib.* 7. uſus eſt pro reduco, ſeu reformo, renovo, reficióve: Verùm ille (inquit) quum deleverit juſtitiam, judiciúmque maximum fecerit, ac juſtos, qui à principio fuerunt, ad viram teſtaverit, mille annis inter hominet verſabitur. Velleius, Inſtauratum Syllani exempli malum proſcripſerat.

Instaūrātio, nis: Refectio, teſtitutio. { חקרה *chezrátb.* ἀνακαίνισις. Gall. *Reſtauration, accoutrement, renouvellement.* Ital. *Rinovatione, riſtoro.* Germ. Erneuerung. Hiſp. *Obra de renovar, renovacion.* Angl. *A repairing, a reſtoring to the firſt eſtate.* } Cic. *de Aruſp. reſp.* Dii ſudorum inſtauratione placantur.

Instaūrātīvus, dies. Ultimus Circenſium erat, Jovis propitiandi gratia additus: de cujus inſtitutione vide Macr. *lib.* 1. *Sat. cap.* 7.

Inſtaūrātivi ludi, dicebantur qui in locum eorum, qui aut prætermiſſi erant, aut perperam facti inſtaurabantur. Cic. 1. *de Div.* Itaque ludis intermiſſis inſtaurativi conſtituti ſunt.

Instĕrno, is: Superſterno, operio, ſuperextendo. { ἐπιτείνω *bitſiáb.* ἐπιστόρνυμι. Gall. *Couvrir, étendre deſſus.* Ital. *Diſtendere di ſopra, coprire.* Germ. Oberſpreyten/überlegen/bedecken. Hiſp. *Cubrir, eſtender ſobre algo, ygualar lo aſpero.* Angl. *To cover, to ſpread upon.* }

upon.} Plin.*lib.*19.*cap.*5. Si palo adacto caverna palea insterneretur. Liv.10. *bell. Pun.* Tabulasque superinstravit, ut pervium navium ordinem faceret. Virg.2. *Æneid.*

——*fulvique insternor pelle leonis.*

Instrātus: Ornatus, stratus. Plin.*lib.*8. *cap.*42. Ita instrata, equorum ornamenta dicuntur. Et instratus, lectus dicitur, veste stragulâ tectus. { יצוע *mutsáh.* ἐπιφορὰ. Gall. *Couvert, estendu par dessus.* Ital. *Coperto, steso di sopra.* Germ. Bedeckt/gedeckt. Hisp. *Cubierto, estendido sobre algo.* Angl. *Covered, spread upon.* } Suet. *in Claudio*, c.35. Convivisque ac simul fragminibus panis ita illitratus, ut nisi postico emere in palatium voluerit. Instratos equus speciosè. Liv.*lib.*4.

Instrātum, substantivum, ab insternendo: Operimentum, stragulum, quicquid insternitur. { יצוע *jesúah*, כסוי *chesúi*, מכסה *michséh.* ἐπίρρημ. Gall. *Tout habillement servant de couverture, comme housse, lodier, & telles choses.* Ital. *Coperta.* Germ. Ein Decke/Bedecte. Hisp. *Estrado à repostero.* Angl. *A salve cloth or any thing that is spread upon another.* } Ulp.*l.in strato, ff. de verb. sign.* Instratum omne vestimentorum continere quod injicitur, Labeo ait. Idem *alii loco*, Instratum significat omnem vestem stragulam insternendi causa paratam. ἐπίρρημ.

Instrāgŭlum, i: Stragulum. { יצוע *jesúah*, כסוי *chesúi*, מכסה *michséh.* ἐπίρρημ. Angl. *A counterpoynte, a coverlid, of a bed other thing.* } Cato *de re rust. cap.* 10. Culcitras octo, instragula octo, pulvinos sexdecim, operimenta decem, mappas tres, &c.

Instrŭo, xi: Et *in*, & obsoleto verbo *stigo*, cujus originem referunt ad verbum Græcum στίζω. Pungo, stimulo, excito, adhortor. { תחיתי *hesith*, תעיר *hebir.* παρόξυνσις. Instrivio. Gall. *Eguillonner, inciter, émouvoir.* Ital. *Instigare. stimolare.* Germ. Antreiben/anreitzen/anhetzen. Hisp. *Hostigar, à aguijonear.* Angl. *To prik fo forward, to stirre up or move.* } Unde Instimulo: & tam in bonum, quàm in malum sumitur. Instigare, incitare, & quasi impellere objurgatione quadam. Ter.*in And.* Age si hic non insanit satis sua sponte, instiga. Liv.3. *bell. Maced.* Infensi & irati Romanos in Annibalem, & ipsos causam odii quærentes instigabant. Idem 10. *ab Urbe*, Hæc precatus velut instigante dea, & ipse collegæ & exercitui virtutem adæquavit ducis. Cicer.*in Pison.* At tu eras Consul, quum in palatio nexa domus ardebat, non casu aliquo, sed ignibus injectis, instigante te.

Instīgātio, instigationis: Instigandi actus. { παρόξυσις, παρόρμησις. Gall. *Instigation, éguillonnement.* Ital. *Instigatione, incitamento.* Germ. Antreibung/anhetzung. Hisp. *Hostigamiento.* Angl. *A pricking or stirring up.* } Ad Heren. *lib.*2. Amplificatio est res, quæ per locum communem instigationis auditorum causâ sumitur.

Instigatus, us, ui, aliud verbale, pro eodem. Ulpian.*in l.*2. §. *sed & si. ff. si quadr. paup.* Sed etsi instigatu alterius fera damnum dederit.

Instīgātrix, quæ instigat. Cornel. Tacit.*lib.*17. Acerrima instigatrix adversùs Galbianos.

Instīllo, as, are: Guttatim infundo. { נטף *hittiph*, נטף *natsák*, ἐπιστάλλω, ἐπιστάζω. Gall. *Dégoutter, destiller goutte à goutte.* Ital. *Gocciare, instillare, lambicare.* Germ. Einträufflen/tropffechtig eingiessen. Hisp. *Destillar gota à gota, gotear.* Angl. *To droppe in or powre in by droppes.* } Plin.*lib.*10. Et auriū gravitati succum taphani instillant. Cicer. *de sen.* Namque hæc quoque nisi tanquam lumini oleum instilles, exstinguuntur senectute. Idem 1. *Tusc.* Gutta quæ saxa assiduè instillans Caucasi. Ovid.*Eleg.*3.*lib.*3.*Trist.*

*Vix instillato restituenda mero.*

¶ Per translationem accipitur pro sensim in animum mittere. Cic. *ad Attic. lib.*9. Attulit ubertimas tuas litteras, quæ mihi quiddam quo starem instillarunt.

Instillatio, verbale, ἐπιστάλαξις. Infusio stillatim & guttatim facta. Plin. *lib.*29.*cap.*6. Autes purgat fel pecudis cum melle, canum lactis instillatio sedat dolorem.

Instĭmŭlo, as, are. Exstimulo, instigo. { תסיית *hesith*, תעיר *hebir.* παρόξυνσις, παρόρμησις. Gall. *Eguillonner, inciter.* Ital. *Stimolare, incitare.* Germ. Anstupffen/antreiben/reitzen. Hisp. *Hostigar, aguijonear.* Angl. *To prikke or stirre up.* } Instigare, & stimulis quibusdam impellere. Ovid.6. *Fast.*

*Dissimulata deam Latiæ Saturnia Bacchæ*
*Instimulat fictis insidiosa sonis.*

Et *Met.*14.

*Instimulat verbis, vetteremque resuscitat iram.*

‖ Instinguo, impello, incendo. Gloss. *instinguit.* Vet. Dict. Instingŭo, is, xi, ctum: instigare, persuadere. Et dicitur ab *in*, & *stingo* Hinc‖

Instinctŭs, us, ui: Instigatio, admonitio, divinus afflatus. { παρόξυσις. Gall. *Instinct, éguillon, mouvement d'esprit, inspiration divine.* Ital. *Instinto, inspirazione divina.* Germ. Eingebung/trib. Hisp. *Movimiento divino.* Angl. *An inspiration, persuasion, an inward motion or stirring.* } Cicer.1.*Tusc.* Sine cœlesti aliquo mentis instinctu. Idem 1. *de Div.* Oracula quæ instinctu divino, afflatuque fundantur. Instinctu alicujus facere, hoc est, suasu & impulsione. Plin. *in Panæg.* Multa fecimus sponte, plura instinctu quodam & imperio.

Instinctus, a, um, participium: Instigatus, excitatus, incitatus. { מסרי *mussáh*, נקור *nekér.* παρορμῶν, παρορμώμενος. Gall. *Eguillonné, provoqué.* Ital. *Stimolato.* Germ. Angetrieben/bewegt. Hisp. *Hostigado, aguijoneado.* Angl. *Moved, stirred up or provoked.* } Liv.5. *ab Urbe*, Itaque quæ tum cecinerit divino spiritu instinctus, ea se nec, ut indicta sint, revocare posse, &c. Ovid.6. *Fast.*

*Talibus instinctus*, sup. Exstimulare.

Quint. quasi instinctus oraculo Delphico. Sen. *cap. ult. de tranquill.* Cum instinctu sacro surrexit excelsior mens. Velleius, Instincta in bellum Achaia. Curt.*lib.*4. Sic Duces, sic proximi militum instincti sunt.

Instinctŏr, is: Impulsor, instigator. { מסרי *mussíh*, מעיר *mebir.* ὁ παρορμῶν, παροξυντὴς. Gall. *Eguillonneur, instigateur.* Ital. *Stimolatore, incitatore.* Germ. Ein anreitzer/anstosser. Hisp. *Hostigador.* Angl. *He that stirred up or provoketh.* } Cotn. Tacit.*lib.*7. Nec deerat scelerum instinctor.

I. stipŭlŏr, atis, est certa & solennia quædam verba concipere, quibus is qui interrogatur, aliquid se daturum factumve promittit. ἐπερώτημα. Stipulationis hujusmodi exemplum insigne est illud apud Plautum *in Pers. sc.*6. *a.*4. Mihi vigint' sunt ac salvæ sunt tibi, hodie quas absente indestipulatus Pseudolus: ubi, quod stipulatus, dicitur pro instipulatus est, per mesin, litera d interposita more antiquo. Priscian. *lib.*8. legit *instipulatus*: & *in Rudente*, Ni dolo malo instipulatus sis. Et *paulo infrà*: Nullum periculum est, quod dicam stipulatus sit, ut concepisti verba, vigint' minas dabin'? a. Dabuntur.

Instĭtă, æ: Tenuis fasciola, qua lanifica tantùm matronæ utebantur (inquit Acron.) quæ stolæ imam partem ambiebat. { ἐπίζωμα τῆς στολῆς ἐσχάτου περιφερὲς, ἢ πλέγμα, ἢ πλοκή. Gall. *Une bande d'or soulait attacher, & coudre au bas d'une robbe à femme, comme un petit ourlet.* Ital. *Banda larga, che si usava anticamente à piede delle vesti delle honeste matrone.* Germ. Die Biegen an einem Frauren Kleid. Hisp. *Vestidura insigne de castidad.* Angl. *A purfle, a garde, a welte.* } Horat.*lib.*1. *Satyr.*2.

*Nil medium est, sunt qui nolunt tetigisse, nisi illos*
*Quorum subsuta talos tegit instita veste.*

Contrà, alius nullam nisi olenti in formice stantem. Ovid.*in Arte.*

*Esse procul vitta tenues, insigne pudoris,*
*Quæque tegis medios instita longa pedes.*

¶ Instita, qua lectus tenditur. Interpres Juvenal. *Satyr.*6.

Instĭtæ, gravatæ, restitutæ. Scribe *Instita gravati restituta.* Scholiastes Juvenalis, *Cadurcus instita, qua lectus intenditur.* Sunt qui legant, *Clavata vestes*, sed ego sentio *restituta.*

Instĭto: vide *Insto.*

Institŏr, is: Dicitur qui à mercatore negotiationi alicui est præpositus: quales sunt illi quos negotiatores tabernis suis solent præponere, vel ad merces aliquas vendendas committere, quos hodie Factores vocant. { רוכל *rochel*, סוחר *sochér.* πραγματευτὴς. Gall. *Revendeur, facteur de marchand.* Ital. *Fattore di mercante, mercante.* Germ. Ein Kramer/einer Kaufmanns factor. Hisp. *Regaton, mercador, ò revendedor.* Angl. *A factour of merchantes, or a merchant.* } Dicti autem sunt institores (ut indicat Ulp. *in l.* 3. *D de instit. act.*) ab insistendo, eo quòd negotio insistant. Juven. *Satyr.*7.

*Institor hyberne tegetis, nivisque caduci.*

Liv.6. *ab Urbe*, Urbi frequentandæ multitudo incolarum libertorumque, & institorum, opificumque referta. Propert. *lib.*4. *Eleg.*2.

*Mundus dimissis institor in tenuibus.*

Institor alicujus mercis. Sen. *Epist.*42. ¶ Institor eloquentiæ. Quinct. *lib.*11. *cap.* 1. Commoveatne quisquam ejus fortuna, quem tumidum ac sui jactantem, & ambitiosum institorem eloquentiæ in ancipiti sorte videat. ¶ Poëtæ ferè semper accipiunt institorem pro eo qui venditor est mercium delicatarum, cuique vestiarii, & linteatii dant vestem circumferendam & distrahendam. Ovid.*de Arte*,

*Institor ad dominam veniet discinctus emacem.*

Plautus ancillam pro domina negotiantem, institricem vocat. ¶ Vergiliarum quoque sydus Institor vestis dicitur, quòd mense Novembri quum earum occasus est, ex hoc sydere conjecturam faciunt hyemis. Nam si nubilus fuerit earum occasus, pluviosam hyemem denuntiat. Ideóque negotiatores statim augent lacernarum pretia, quibus pluvio tempore utimur: si verò Sereno tempore occiderint, asperitas hiemis denuntiatur. Ideirco reliquarum vestium pretia accendunt.

Institōrĭus, a, um, quod ad Institorem pertinet. { ἐμπορικὸς, πραγματικός. Gall. *Appartenant au fait des marchands, ou des facteurs.* Ital. *Pertinente à mercantia & à tali fattori.* Germ. Das zu einem Krämer gehört. Hisp. *Cosa de aquella vegatoneria.* Angl. *That belongeth to a factour of merchantes.* } ut, Ars institoria. Sueton. *in Claud.* Dispositæ per litora & tipas diversoriæ tabernæ parabantur, insignes ganeæ, & matronarum institorias operas imitantium, atque hinc inde ocantium ut appelleret. ¶ Institoria actio dicitur qua dominus institorem convenit, vel pro institore convenitur, δίκη ἐμπορικὴ. Ulpianus *l. quicunque, ff. de instit. action.* Si libertinus (quem Græci πραγματικὸν vocant) servum pollinctorem habuerit, isque mortuum spoliaverit, dandam in eum quasi institoriam actionem: quamvis & furti, & injuriarum actio competeret.

‖ Institrix, ancilla negotians pro domina. Perott. ita exponit hanc vocem apud Plaut. ‖

Instĭtŭo, is, ui, & *stauo*: Propono, constituo, decerno. { נזר *ghazár.* παρεγγυῶ. Gall. *Instituer, proposer, ordonner.* Ital. *Proporre, instituire.* Germ. Fürnemmen/fürsetzen. Hisp. *Constituir, proponer.* Angl. *To appoynte, to ordeine, to beginne.* } Plaut.*in Pœnul.* Ego dare me ludum meo gnato instituì, ut obsequium animo sumere possit. Cic. 4 *Verr.* Tu qui instituerat in eos animadvertere, qui perperam judicassent. ¶ Aliquando pro Incipio. { החל *hechil.* ἄρχω. } Cicer. *pro Cluent.* Quæso, ut me, Judices, sicut facere instituistis, benignè, attentéque audiatis. Plautus, *Milit. sc.*2. *a.*2. Ita hanc instituam fallaciam. Idem *Mostell. sc.*2. *a.*2. Argumenta multa in pectus instituì. ¶ Aliquando pro Docco, instruo. { לימד *limmédh.* παιδεύω, παιδεύω. Angl. *To teach.* } Cicer. *pro Quintio*, Qui apud te esset educatus, quem tu à puero instituisses, ut nobili ne gladiatori quidem hæreret. ¶ Dicitur & de malis artibus. Juven.

*Instituitque rudes melior Lucusta propinqua.*

Id est, docet eas venefícia. ¶ Aliquando pro Ordino. { ערך *harádh.* παράταξις, παρατάσσω. } Terent. Optimè vitam instituì. Et. 1. Ea famili ita ortum, ita se ab adolescentia vitam instituisse, ut omnia bona in spe haberet. Plaut. *Pseud. sc.*3. *a.*2. Hæc instituta ornataque habebam (i. instructa.) ¶ Instituere delectum, vide *Delectus.* ¶ Instituere, pangere ramos lauri. Sueton. *in Galba*, *cap.*1. Item instituit id a prima lanugine, i. cœpit facere. Idem *in Othon. cap.*12. ¶ Pro Instaurare. Liv.*lib.*34. ¶ Amicitiam instituere cum aliquo, id est, inire. Sallust. *in Jugurth.* 60. ¶ Instituere, pro Plantare, conserere: ut instituere vitem, apud Sueton. *de clar. Grammat.* Sic vineam instituere. Cicer. *in Rullum*, Jugera CCC. ubi institui vineæ possunt. Et apud Justin. Colonos, cùm lege locationis non esset comprehensum, ut vineas ponerent, nihilominus vineas instituunt.

Institūtĭus,

Instĭtūtus, part. Constitutus, ordinatus. {נגזר nigzár, מלמד melumdáh. ἐπιτηδευμένος. Gall. *Ordonné, enstitué.* Ital. *Ordinato, apparecchiato.* Germ. Eingesetzt/geordnet. Hisp. *Ordenado, constituido.* Angl. *Appointed, ordained.*} Cic. *Attic. lib.* 2. Magistratus hic multos annos post Decemviros institutus est. ¶ Institutus, studitus. Idem 3. *de fin.* Eos melius à natura institutos fuisse quàm instrui potuissent à Philosophia. ¶ Institutus, inceptus. Idem *pro domo sua*, Neque institutas cæremonias persequi, neque verbum ullum solenne potuit effari. Liv. *lib.* 2. *d.* 5. Institutus sermo cum aliquo.

Institūtĭo, nis: Institutio, doctrina. { חק *choi*, חקוה *chukkáh. παιδεία, ἀγωγή.* Gall. *Institution, enseignement.* Ital. *Institutione, introduttione.* Germ. Underweysung/lehr. Hisp. *Obra de enseñar.* Angl. *A theaching.*} Cicer. 1. *Offic.* Magis ad institutionem vitæ communis spectare videntur. ¶ Institutiones item dicuntur libri, sive præcepta ad artem aliquam viam sterneutia, quas παραγγελίας appellant Græci. Unde etiam Quinc. opus suum, quo futurum Oratorem instituit, *Institutiones oratoriæ* inscripsit.

Institūtor, is: Lamprid. *in Commodo*, Tantum valet aut ingenii vis, aut eorum qui in aula institutores habentur.

Institūtum, i: Mos, disciplina, consuetudo. { חק *choh*, חקוה *chukkáh. τὸ νομίζομενον, ἐπιτήδευμα.* Gall. *Une coûtume & maniere de faire, mœurs, façon de vivre.* Ital. *Usanza buona confermata à dar consiglio de buoni.* Germ. Einsatzung/gebrauch/gute gewonheit. Hisp. *Buena costumbre y bien deliberada.* Angl. *A custome, trade, a purpose.*} Est autem propriè bona consuetudo & boni mores consilio & ratione sampti, & domestica disciplina, quæ litteris non mandatur, sed observatur communi optimone bonorum virorum per quandam consuetudinem. Isoc. Unde *de Institutis antiquis* titulus est apud Valer. Max. *lib.* 2. id est, de moribus antiquorum usu & consuetudine receptis. Cic. *de Clar. Orat.* Jutis publicis leges, & institute cognoverat. Idem 2. *Verr.* Veteri consuetudine institutóque majorum. ¶ Aliquando idem est quod Propositum, sive inceptum, aut scopus, σκοπὸς, σκοπός. Cic. *in Top.* Sed ad hujus libri institutum nihil pertinent. Idem 2. *de Invent.* Quod ad nostrum institutum illa nihil pertinent.

Instō, as: Urgeo, & ferè dativo jungitur. { עז *atz* פצר *patsár. ἐπείγω, ἐπείγομαι.* Gall. *Presser de prés, sollicite & haster.* Ital. *Instare, affrettare con instantia.* Germ. Anhalten/obligen treiben. Hisp. *Apressurar à aquexar.* Angl. *To be earnest en one tede, to inforce, to presse.*} Cic. *pro Quintio*, Verùm quoniam tibi instat Hortensius, ne eas in consilium: à me postulat, ne dicendo tempus absumam. ¶ Interdum Incumbo. ἐφίεμαι. Virg. 1. *Æneid.*

*Talis erat Dido, talem se læta ferebat*
*Per medios instans operi, regnisque futuris.*

¶ Instare etiam dicuntur hostes, quum undique urgent, & impressionem faciunt. Liv. *lib.* 1. Ita incautiùs ab latebris ferunt, ut non sisterent modò Sabinas legiones ferociter instantes cedentibus, sed subitò in fugam verterent. Quandoque verò accusativum habet. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Si magis me instabant ad Prætorem sufferam. Tibull. *lib.* 4.

——*Majora parabis*
*Instanti.*

Ovid. *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Trist.*

*Vt lupus & tempus instant morientibus ursi.*

Senec. *cap.* 10. *de consol. ad Marc.* Instat à tergo mors. Suet. *in Tib. cap.* 16. Instare ultro citróque cedentibus. ¶ Institit, pro instituit, & cœpit, notatum ad verbum *Insisto*, ex Catullo. ¶ Interdum etiam accipitur Insto pro Insisto. Plaut. *in Asinar. sc.* 1. *a.* 1. Rectam instas viam, id est, rem tenes, vel ingressus es rectam viam. ¶ Invenitur etiam sine aliquo prædictorum casuum, licèt possit intelligi. Salust. *in Catil.* Veterani virtutis pristinæ memores cominùs acriter instare, illi haud timidi resistunt. Instare, pro instabant, quasi contra stabant, id est, pugnabant. Terent. *in Andr.* Ego illud sedulò Negare factum, ille instat factum: id est, contendit & perseverat esse factum. ¶ Aliquando idem est quod imminere, vel propinquum esse. { קרוב *karáb.*} Salust. *in Catil.* Optimum factu ratus, noctem quæ instabat, antè capere, ne quid eo spatio novaretur, id est proxima erat, vel sequebatur. Cæs. 1. *bell. Gall.* Cæsar ubi se diutiùs duci intellexit, & diem instare, quo die frumentum militibus metiri oporteret.

Instĭto, as, are: Frequentativum est, Sæpe contrà stare, repugnare. Cæs. *lib.* 1. Id conspicati Helvetii qui in montem sese receperant, rursus instituere, & prælium redintegrare cœperunt. *Instare* tamen est legendum.

Instĭtŭtĭo, nis: Institutio, doctrina. { חק *choh*, חקוה *chukkáh. τὸ νομίζομενον, ἐπιτήδευμα.* Gall. *Une coûtume & maniere de faire, mœurs, façon de vivre.* Ital. *Usanza buona confermata à dar consiglio de buoni.* Germ. Einsatzung/gebrauch/gute gewonheit. Hisp. *Buena costumbre y bien deliberada.* Angl. *A custome, trade, a purpose.*} Est autem propriè bona consuetudo & boni mores consilio & ratione sampti, & domestica disciplina, quæ litteris non mandatur, sed observatur communi optimone bonorum virorum per quandam consuetudinem. Isoc. Unde *de Institutis antiquis* titulus est apud Valer. Max. *lib.* 2. id est, de moribus antiquorum usu & consuetudine receptis. Cic. *de Clar. Orat.* Jutis publicis leges, & institute cognoverat. Idem 2. *Verr.* Veteri consuetudine institutóque majorum. ¶ Aliquando idem est quod Propositum, sive inceptum, aut scopus, σκοπὸς, σκοπός. Cic. *in Top.* Sed ad hujus libri institutum nihil pertinent. Idem 2. *de Invent.* Quod ad nostrum institutum illa nihil pertinent.

Instō, as: Urgeo, & ferè dativo jungitur. { עז *atz* פצר *patsár. ἐπείγω, ἐπείγομαι.* Gall. *Presser de prés, sollicite & haster.* Ital. *Instare, affrettare con instantia.* Germ. Anhalten/obligen treiben. Hisp. *Apressurar à aquexar.* Angl. *To be earnest en one tede, to inforce, to presse.*} Cic. *pro Quintio*, Verùm quoniam tibi instat Hortensius, ne eas in consilium: à me postulat, ne dicendo tempus absumam. ¶ Interdum Incumbo. ἐφίεμαι. Virg. 1. *Æneid.*

*Talis erat Dido, talem se læta ferebat*
*Per medios instans operi, regnisque futuris.*

¶ Instare etiam dicuntur hostes, quum undique urgent, & impressionem faciunt. Liv. *lib.* 1. Ita incautiùs ab latebris ferunt, ut non sisterent modò Sabinas legiones ferociter instantes cedentibus, sed subitò in fugam verterent. Quandoque verò accusativum habet. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Si magis me instabant ad Prætorem sufferam. Tibull. *lib.* 4.

——*Majora parabis*
*Instanti.*

Ovid. *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Trist.*

*Vt lupus & tempus instant morientibus ursi.*

Senec. *cap.* 10. *de consol. ad Marc.* Instat à tergo mors. Suet. *in Tib. cap.* 16. Instare ultro citróque cedentibus. ¶ Institit, pro instituit, & cœpit, notatum ad verbum *Insisto*, ex Catullo. ¶ Interdum etiam accipitur Insto pro Insisto. Plaut. *in Asinar. sc.* 1. *a.* 1. Rectam instas viam, id est, rem tenes, vel ingressus es rectam viam. ¶ Invenitur etiam sine aliquo prædictorum casuum, licèt possit intelligi. Salust. *in Catil.* Veterani virtutis pristinæ memores cominùs acriter instare, illi haud timidi resistunt. Instare, pro instabant, quasi contra stabant, id est, pugnabant. Terent. *in Andr.* Ego illud sedulò Negare factum, ille instat factum: id est, contendit & perseverat esse factum. ¶ Aliquando idem est quod imminere, vel propinquum esse. { קרוב *karáb.*} Salust. *in Catil.* Optimum factu ratus, noctem quæ instabat, antè capere, ne quid eo spatio novaretur, id est proxima erat, vel sequebatur. Cæs. 1. *bell. Gall.* Cæsar ubi se diutiùs duci intellexit, & diem instare, quo die frumentum militibus metiri oporteret.

Instĭto, as, are: Frequentativum est, Sæpe contrà stare, repugnare. Cæs. *lib.* 1. Id conspicati Helvetii qui in montem sese receperant, rursus instituere, & prælium redintegrare cœperunt. *Instare* tamen est legendum.

Instĭtŭtĭ, æ: Instantes, adverbium: Instabilis, & Instabilitas. Vide suo loco.

Instragulum, Instramentum: vide *Insternо.*

Instrēnŭus, a, um. ✠ Strenuus. Minimè generosus, ignobilis, negligens, ad res gerendas minimè promptus. { עצל *hatsel. ἀνανδρος, μαλθακός.* Gall. *Qui n'est point vaillant ni hardi, coüard.* Ital. *Non bellicoso, non generoso, instrenuo.* Germ. Vnthapffer/unkuntig/ungeschickt. Hisp. *No diestro, no hidalgo, no diligente.* Angl. *Of lowe degre, wrabe.*} Plaut. *in Most. sc.* 2. *a.* 1. Atque ubi illò immigrat nequam homo, indiligens cum pigra familia, immundus, instrenuus, hic jam ædibus vitium additur. Instrenuus animus: ἀγενναῖος, ignobilis. Terent. *in Heaut.* Ambo accusandi, etsi illud inceptum tamen animi est prudentis signum, & non instrenui.

Instrĕpo, is, ui: In re aliqua strepitum edo: ut quum apes floribus instrepere dicimus. { חמר *chamár. ἐμβρέμω.* Gall. *Faire bruit.* Ital. *Far strepito.* Germ. Einen rauschen/ein getrusch machen. Hisp. *Hazer estruendo.* Angl. *To murmer or murmure.*} Aliquando usurpatur pro simplici *strepo*, quadam tamen intentione significante vi præpositionis accedente: ut sit Instrepere, gravem strepitum & sonum emittere. Virg. 3. *Georg.*

*Pòst validè nitens sub pondere fagina axis*
*Instrepit.*

Liv. 4. *ab Urbe*, Inde si quid instrepat terroris, fine Patritio magistratu placere Rempublicam opprimi.

¶ Instricatum, vulneratum. Cod. Il. antiq. Gloss.



Instrŭo, is, ere. { מחץ *machatz.* Gall. *Etreindre.* Ital. *Stringere.* Germ. Eingürten. Item, Entgürten. Hisp. *Apretar.* Angl. *To unbend, or unstraine.*} Catull. *de Lesbya.*

*Quin te animo affirmas, tuque instringisque, reducisque,*
*Et diu invitis desuis esse misers*

Rectè. Est enim instringere coërcere, intùsque cohibere, ἐντείνειν. Sed malè exponuere per *dissolvere.*

Instrūmentum, i: Ab instruo. { כלי *cheli.* ἐργαλεῖον, σκεῦος. Gall. *Instrument.* Ital. *Strumento.* Germ. Rüstzeug/werckzeug/rüstung. Hisp. *Instrumento.* Angl. *A instrument.*, Instrumenti nomine, quæ tes intelligantur, cognosce ex Ulpiano *in l. instrumento, & l. quæsitum, ff. de fund. instr.* Communiter hoc nomine significatur quicquid nobis usui ad agendum est. Sic dicimus arma, instrumenta belli esse, σκεύη πολέμου. Cic. 1. *Academ.* Totius belli instrumentis & apparatu, Ligones, matras, sarcula, instrumenta agricolationis. Ovid. 5. *Fast.*

*Cætera luxuria nondum instrumenta vigebant.*

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

*Felices ornent hæc instrumenta libellos.*

(Nempe pumex, cedrus, minium, &c.) ¶ Item dicitur id, quo quis instruitur, hoc est, docetur. Διδάσκω. Unde dicimus, instrumentum vetus & instrumentum novum, pro lege veteri, & lege nova. Ex his enim homo instruitur quid agere, aut vitare debeat. Hinc instrumenta litis. Gall. *Les pieces instructives du procés.* Quint. Instrumentum litis omne intuendum. Idem, Quod instrumentum dicendi Ciceroni defuit. ¶ Aliquando sumitur pro apparatu, quo fundus, taberna, & id genus alia instruuntur. ἐφόδια. Cicer. *pro domo sua*, In fundum autem vicini Consulis, non modò instrumenta villæ, sed etiam arbores transferebantur. Idem *in Verr.* Hæc omnia in instrumento ac supellectili C. Verris nominabantur. Suet. *in Aug. cap.* 71. Alexandrinâ captâ, nihil sibi, præter calicem, ex instrumento regio retinuit, i. supellectili. Sicut & *paulò infrà initio cap.* 37. Instrumenti ejus & supellectilis parcimonia. Idem *in Cæs. cap.* 37. Diverso quemque apparatu instrumento (egit triumphum, sup.) Idem patet ex *cap.* 84. *ibid. infrà.* Sic apud Jurisconsultos titulus est *de Fundo instructo, & instrumento legato.* ¶ Apud Suetonium *Instrumenti* nomine intelligitur monumentum scripturarum ad res gestas pertinentium, quale fermè est, quod vulgò *Inventarium* appellatur. { כורסי *midhráseh*, כותב *chethúb. καταγραφή.*} *In Vesp.* Undique investigatis exemplaribus instrumentum imperii pulcherrimum ac vetustissimum confecit. Sic instrumentum publicum (de tabulis publicis, sive actis.) Suet. *in Calig. cap.* 8.

Instrŭo, is, xi, ctum: Ordino, apparo, compono. { ערך *harách*, ערה *hittáh*, חכן *hechin. κοσμέω, παρασκευάζω.* Gall. *Accoustrer, equipper, ordonner, instruire.* Ital. *Apparecchiare, ordinare.* Germ. Zurüsten/bereyten/ordnen. Hisp. *Ordenar, poner à punto.* Angl. *To sett in order, to instruct or teach, to prepare.*} Et dicitur de acie, de causa, ac etiam de mente alicujus. ἐπιτήδεια, παρασκευάζω. Plaut. *in Amphitr.* Nos nostras more nostro & modo instruximus legiones. Cicer. *pro Murana*, Tu actionem instituis, ille aciem instruit. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

——*audaces instruit igne manus.*

Idem 4. *Fast.*

*Vnde meum præsens instrueretur opus.*

Plaut. *Menæch. sc.* 1. *a.* 1. Hi quoque jam chari qui instruuntur deserunt (ambigue de cumis & cibis.) Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Quondam instruere in corde cœpit Thermopolium. ¶ Item Instruere constabulationem in parietes (verbum ædificandi.) Cæsar 2. *de bell. civ.* Instruere agmen. Liv. *lib.* 6. *ab Vrb.* ¶ Instruere aliquem potestate. Suet. *in Tib. cap.* 29. Idem *in August. cap* 46. Instruere Italiam vectigalibus. Instrui mandatis. Liv. 4. *d.* 4. Instruit nuntium secretis notis. Idem *ibid.* Lactant. *lib.* 1. Quod malum à Græcis ortum est, quorum levitas instructa dicendi facultate & copia, incredibile est quàtas mendaciorum nebulas excitaverit. Idem *lib.* 3. Apparet falsam & inanem esse omnem philosophiam, quia nec instruit ad justitiæ meta, nec officiorum hominis, rationémque consummat, hoc est, non præparat, imbuit, aut instituit. Colum. *lib.* 5. Nonnulli strenuè fabricant navigia, nec consummata perinde instruunt armamentis, ministríque id est, armant, vel muniunt. ¶ Instruere epulum, est apparare. παρασκευάζειν, ἑτοιμάζειν. Gell. *lib.* 2, *cap.* 24. Verba Labii hæc sunt: Quibus indicat hœdum, qui ad epulas fuit allatus, dimissum, cœnámque, ita ut lex Licinia sanxisset, pomis, oleribúsque instructam, id est, paratam. ¶ Instruere discipulos, id est, docere, litteris & disciplinis imbuere: quamvis Valla neget se in eo significatu reperisse. { לשר *limmádh.* διδάσκω.} Quint. *lib.* 2. *cap.* 5. Orationum lectione susceptos à se discipulos instruxerit. Idem, His omnibus admiscebitur, ut quisque locus postulabit, dicendi ratio: quæ non eorum modò scientiam, quibus solis quidam nomen artis dederant, studiosos instruat. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

*At vitium mores instruxerit inde suos.*

Senec. *cap.* 9. *de tranquill.* Onerat discentem, non instruit librorum copia.

Instrŭctŏr, is, qui parat & instruit. { ערך *horéch*, מערך *mehattédh*, מכין *mechin. παρασκευαστής.* Gall. *Qui appreste & appareille.* Ital. *Colui che ordina, che apparecchia.* Germ. Ein zurüster. Hisp. *Fornecedor, ordenador.* Angl. *He that prepareth, or furnisheth.*} Cic. *post red. in Senat.* His sunt condictores, instructoréque convivii.

Instrŭctus, a, um: Apparatus, ornatus. { ערוך *harúch*, מכון *mukhán. παρασκευασμένος, ἡτοιμασμένος.* Gall. *Appareil, équipage.* Ital. *Apparecchio, ordinatione.* Germ. Zurüstung/zubereytung. Hisp. *Fornecimiento, aparejo.* Angl. *A furnishing.*} Cic. *de Orat.* Rivis est deducta oratio, non fontibus: & quocunque ingreditur, eodem est instructa ornatuque comitata. Idem *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

*Bella sonant alii telis instructa cruentis.*

Ibidem,

*Parva sedet tenuis instructa tabella lapillis.*

¶ Instructus item aliquando idem est, quod instrumentorum fundi. Instructum tamen ab instrumento, sic differre arbitror, ut totum à

parte. Nam *instrumenti* nomine, non modò quæ fundo necessaria sunt continentur, verumetiam quæ præterea testator habuit, quibus suum fundum instruxit. Instrumenti verò ea duntaxat, sine quibus fundus dici instructus non potest. Ex Hotom.

Instructissimus Grammaticus, i, doctissimus. Macrob. *Saturn. lib.* 5. *cap. ult.* Didymus Grammaticorum omnium quique fuit, quique fuerint, instructissimus.

Instructio, nis: Constructio. {מערכה *maʕarachâh.* κόσμησις. Gall. *Ordonnance, equipage.* Ital. *Instruttione, ordinatione.* Germ. Ein bawung / zuberuttung / ordnung. Hisp. *Obra de fornecer y poner à punto.* Angl. *Setting in araie or order.*} Traian. *in Epist. Plinii.* Si instructio novi balnei operatura vires Prusiensium non est, pollicitus desiderio eorum indulgere. Instructio exercitus, Instructio muliebris, apud Cic. *pro Cæcin.*

Insudiosus. Apuleius *in Apologia*, Quid enim eandem si medicinæ neque insudiosus, neque imperitus, quæpiam remedia ex putribus quæro.

Instupĕo, es: Stupeo, aut valde stupidus, & sensus expers sum. {קהה *kahâh.* ἀναισθήτως ἔχω. Gall. *Estre estonné & étourdi.* Ital. *Stupire.* Germ. Verstummen / unempfindelich werden / verstarren. Hisp. *Estar sin sentido y pasmado.* Angl. *To be astonished.* } Plin. *lib.* 28. *cap.* 4. Tali pæ torporem sedari, quocunque membro instupente, si quis in sinum exspuat.

¶ Insuāsus, a, um: non suasus. Gloss. Insusum, ἀπροαίρετον.¶

Insuāsum, i, n. g. appellabant antiqui colorem (inquit Festus) similem luteo, qui hebat ex famoso stillicidio. Plaut. *in Trucul.* Adveniisti huc subtextatum exornatus ollibus, quia tibi insuaso insecisti propudiosa pallulam.

Insuavis, e: Injucundus. { ἀηδὴς. Gall. *Qui n'est point doux ni souëf, amer, desaggreable.* Ital. *Non soave, aspro, acerbo.* Germ. Unlieblich. Hisp. *No suave al sentido, aspero.* Angl. *Not sweet, bitter.*} Cic. *de amicit.* Insuavem illam admirationem ei fore, quæ jucundissima fuisset, si aliquem, cui narraret habuisset. Idem 2. *de Orat.* Qui vitam insuavem sine his studiis putaveris.

Insŭbidŭs, dicitur à *subidus*, quod ipsum à *sus*, & *in*, significationem auget. Est verò subidus, sui similis, obscenus, ineptus. Gellius,

*Et tacitus, subidus, duplo ideo pereo.*

Rursus, Hæc tamen inepti & insubidi hominis loca præterito. Idem *lib.* 19. *cap.* 9. Sed ne nos, i. nomen Latinum, tanquam professos quosdam & insubidos ἀνεξηδύτους condemneris.

Insubidè, Adverb. ἀπερισκέπτως, ἀκύρως, ineptè, suis more, insciter, impetitè. Gellius, Verte etiam, & muta, ut urbes dicas, insubidius nescio quid facies & pinguius. Rursus *lib.* 2. *cap.* 2. Multa atque immodica de Philosophiæ doctrinis intempestivè, atque insubidè differebat. Macrob. *lib.* 7. *Saturn.* Ipsam verò videndi naturam non insubidè introspexit Epicurus.

Insubres, Populi Cisalpinæ Galliæ, cujus civitates sunt Mediolanum, Ticinum, Placentia, Cremona, Lauda, Novaria, Vercellæ, Comum: Ἰνσοῦβρες, vagò *Lombars.* { Die völcker in Lombardye umb Meiland / paurn. } Cicer. *pro Cornel. Balbo.* Fœdera Germanorum, Insubrium, Helvetiorum, Lapidum, &c. Strab. *lib* 5. Insubres hac etiam ætate sunt, qui Mediolanum metropolim habuêre. Ea quidem pridem vicus erat (omnes enim vicatim habitabant) hâc verò tempestate eximiæ dignitatis urbs Padum civitas est, quodammodo Alpibus finitima.

¶ Insubsidiatus, sine subsidio. Voc. Eccl. ¶

Insubtĕlis. Papinianus *D. lib.* 30. *tit.* 1. *l.* 11. Julianus non insubtili ratione motus.

Insubtĭlĭtĕr, adverb. Indoctè, negligenter. { οὐκ ἀξυνέτως, οὐκ ἀσυνέτως, ἀφρόνως. Gall. *Non subtilement, lourdement.* Ital. *Non sottilmente, goffamente.* Germ. Unsubtilich / unschidrpflich. Hisp. *No subtilmente.* Angl. *Clubbishlie, not subtillie.* } Non subtiliter. Ulpian. *l.* 1. § *si ex fundo. ff. de hared. instit.* Marcellus non insubtiliter non putat hodie hoc procedere.

¶ Insubula, instrumentum ad quod stamina insuuntur. { Germ. Wine deibaum eines webers. }

Insubulo, as, insubulum involvo, perfoto. Cath. ¶

Insŭcco, as: Succo imbuo, humecto, intrigo. {רוה *rivâh.* משקה *hisḳîh.* ἰ, χαλίζω, ἐγχρίω, ἐμβάπτω. Gall. *Mouiller, tremper, baigner en quelque liqueur.* Ital. *Bagnare, intingere.* Germ. Gaffig machen / besuchtigen / in saft einmachen. Hisp. *Empapar en cumo, mojar.* Angl. *To wet or dippe in.* } Columell. *lib.* 7. *cap.* 5. Fracta pecudum non aliter, quàm hominum crura sanantur, involuta lanis oleo atque vino insuccatis, atque mox circundatis fetulis colligata. Idem *cap.* 7. *lib.* 7.

¶ Insudum, ἄνυδρον, ἄβροχον. Gloss. id est, admodum sudum, absque pluviis & aquis. ¶

Insuēfăcio, fecis, & Consuefacio: Assuefacio. {לסר *limmâdh.* ἐθίζω. Gall. *S'accoustumer.* Ital. *Assuefarsi, avvezzarsi.* Germ. Gewonen. Hisp. *Acostumbrarse.* Angl. *To accustome or wont.*} Plaut. *in Capt.* Imperare insuevi. Terent. *in Adelph.* Nam qui mentiri, aut fallere insuevit patrem, aut audebit, tantò magis audebit cæteros. Columell. *lib.* 9 *cap.* 47. Cui pastui deinde quum decem diebus insuevit equa. ¶ Pro consuetudinem: Impuri cum muliere habere. Tacitus, Duas pellices, quarum corpori insueverat. Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Qui imperare insueveram, nunc alterius imperio obsequor. ¶ Insuescere, frui parta victoria. Liv. 5. *bell. Punic.* Insuesco, activa significatione. Horat. *lib.* 1. *Serm. Satyr* 4.

——*insuevit pater optimus hoc me*
*Ut fugerem.*

Colum. *lib.* 6. *cap.* 4. Maximè omnem salsuram amarca, si tantundem aquæ misceas, & ea pecus insuescas. Insuesci. Colum. *lib.* 11. *cap.* 3. Atque ubi cœperunt aliquod incrementum habere, sic insuesci debent, ut in id spatium quod sulcis interjacet, inclinentur.

Insuēfăcio, is, ere: Consuescere. {לסר תרגיל *limmâdh. hirgîl.* Gall. *Accoustumer.* Ital. *Accostumare.* Germ. Gewonen. Hisp. *Acostumbrar.* Angl. *To accustome.* } Unde Insuefactus, assuefactus. Cæs. 4. *bell. Gall.* Notissimis locis and ßet consuefactos, & equos insuefactos incitarent.

Insuētus, a, um: Insolitus, vel cui non assuevimus. { ἀήθης. Gall. *Inaccoustumé.* Ital. *Non usato, non solito, disusato.* Germ. Das gewont. unbrauchlich. Hisp. *No acostumbrado.* Angl. *Unaccustomed, not vented.* } Cels. *lib.* 7. *cap.* 16. de intestinis. Momento etiam alienantur, externo & insueto ipsitu circundata. Virg. 6. *Æneid.*

*Insuetum per iter gelidas enavit ad Arctos.*

Idem 1. *Eclog.*

*Non insueta graves temptabunt pabula fetas.*

¶ Insuetus alicui rei dicitur is, qui rei alicui non assuevit. Liv. 8. *bell. Punic.* Ut non Syphacem modò barbarum, insuetumque moribus Romanis, sed hostem etiam infestissimum facundè aliquando sibi conciliaret. Insuetus mos. Cicer. *ad Attic. lib.* 4. Quo Senatusconsulto recitato, quum populus more hoc insueto & novo, plausum eo nomine in recitando dedisset, habui contionem. ¶ Insuetus contumeliæ. Idem *ad Attic. lib.* 2. ¶ Insuetus laboris. Cæsar 7. *bell. Gallic.* Operum. Idem *lib.* 3. *de bell. civ.*

Insŭla, æ: Dicitur terra, quæ undique aquis clauditur, propriè autem in mari. { νῆσος. Gall. *Une Isle.* Ital. *Isola.* Germ. Ein insel. Hisp. *La isla, tierra cercada de mar, ò de rio.* Angl. *An yle.*} Itaque nonnulli à solo appellatas insulas volunt, quòd in salo, id est mari, sitæ sint. Ita Festus: Insula, quòd in salo posita. Passerat: quòd in aqua tanquam in solo hæreat: nam & sunt amœnum insulæ. Hinc Peninsula, quæ penè insula est, undique ferè aquis clausa, angustóque tantùm terræ spatio, quod dicitur Isthmus, continenti annectitur, χερρόνησος. Mediamnis autem vocatur terra quatuor amnibus circuita. μεσοπόταμος. Insulas tamen nullo discrimine vocamus, etiam eas, quæ flumine, vel lacu ambiuntur. Cic. 3. *de Leg.* Insula quæ est in Fibreno flumine. Idem *pro Milone.* Insula in lacu Prætio. Plaut. *Mostellar. scen.* 2. *a.* 1. An quasi mare omnes circuimus insulas. Idem *Asin. scen.* 1. *a.* 1. Apud fullitudinas, ferricrepidinas insulas. ¶ Insulæ etiam dicuntur, domus in urbe ab aliis separatæ, & vicos undique habentes, quòd sicut insulæ sunt in mari loca undique ambita, undique discreta à continenti, ita domus nullis connexæ ædificiis cohærentibus, insulæ nominantur. ἐξοικίαι, ἐνοικίαι, Budæo. Hinc Spartianus scribit ccccxxv. insulas olim Romæ incendio absumptas fuisse. Ulpian. *l. stipulationes non dividuntur, ff. de verb. oblig.* Planè si insulam fulcirit quis stipulatus sit, non est expectandum ut insula ruat. Cic. *pro M. Cælio.* Nunc demùm intelligo P. Clodii insulam esse venalem, cujus hic in ædiculis habitet decem, ut opinor, millibus. Sueton. *in Neron. cap.* 16. Insularum incendia arcere. Idem *in Cæs. cap.* 41. Per dominos insularum censum egit. ¶ Insula facta Romæ quomodo cuata. Plutarch. *in Valer.*

Insŭlāris, e: quod est insulæ, & ad insulam pertinet. { νησιώτης. Gall. *Des appartenances d'Isle.* Ital. *Ciò che s'appartiene ad isola.* Germ. Das zu der insel gehört. Hisp. *Cosa perteneciente à isla.* Angl. *That pertaineth to an yle.*} ut, Morbus insularis, ex insulis invectus. Plin. Qui primus insularem morbum in urbem invexit. Insularis pœna, quum quis in insulam deportatur. Marcell. Nec ferè pœnæ ullo, nec obsistente, insulari pœna mulctati sunt.

Insŭlārĭus, qui insulas, hoc est, ædes ab aliis ædificiis discretas inhabitat. { οἰκίας ἐξωμφαλίου, συνοικίας τινός, ἐνοικίου. Gall. *Concierge.* Ital. *Guardiano di casa.* Germ. Der zur hût in einem einzigen haus wonet / das nicht mit andern anstössig ist. Hisp. *Guardador de aquella tal casa.* Angl. *That dwelleth a parte as in an yle.*} Hoc verbo usus est Pomponius *in l. si ita, ff. de usu & habit.* Dominus, inquit, proprietatis, etiam invito usufructuario, vel usuario, fundum, vel ædes, per salutarium, vel insularium custodire poterit. Ubi Insularius dicitur servus, qui insulam custodiæ causa inhabitat.

¶ Insulo, as: in insulam converror. Apul.

Insulæ arum. Gallicè *l'Isle*, Flandricè *Rissel*, urbs & emporium Flandriæ celebertimum, diœcesis Tornacensis. ¶

Insŭlsŭs, a, um: Propriè id dicitur, quod salsum, aut salitum non est. תפל *taphêl.* ἄναλος, ἄμυρος. Gall. *Sans sel, fans saveur, insipide.* Ital. *Non salato.* Germ. Ungesaltzen. Hisp. *Cosa sin sal, no salada.* Angl. *Vnsavery, without smack of salte.*} Sæpius tamen per translationem accipitur pro fatuo, inepto, sive insipiente. {תפל *taphêl.* ἀνόητος, ἀνόητος. Gall. *Sot, mansade, fans aucune sagesse ni grace.* Ital. *Goffo. sgarbato, senza gratia.* Germ. Torechtiger geschicte. Hisp. *Cosa sin gracia, y desabrida.* Angl. *Vnsavery, without smack salte.*} Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 3. Cocus glorioſus, insulsus, inurbis, Idem *in Rudente*, Bonum est quòd habeas gratiam meritò mihi, qui te ex insulso salsum feci opera mea. Terent. *in Eunuch.* Fatuus est, insulsus, tardus, stertit noctesque & dies. Cic. 1. *de Orat.* Sed qui ejus rationem quandam conati sunt, artémque tradere, sic insulsi exiterunt, ut nihil aliud eorum nisi ipsa insulsitas rideatur.

Insŭlsĭtās, atis: Inepția, stultitia. {תפלות *tiphlâh.* ἀνοησία, ἀναισθησία. Gall. *Sottise, impertinence.* Ital. *Inettia, pazzezza.* Germ. Die unlieblichkeit / torechtigkeit / ungeschicklichkeit. Hisp. *Sosedad ò desgracia.* Angl. *Vnsavorines.*} Cic. *ad Attic. lib.* 13. De horum ex tuis litteris cognovi, & Chrysippo, cujus insulsitatem benè noram in villa. Idem *pro Rab.* Jam nostis insulsitatem Græcorum.

Insŭlsè, adverb. Imprudenter, ineptè. {ἀνοήτως, ἀναισθήτως. Gall. *Sottement.* Ital. *Inettamente. impendentemente.* Germ. Ungeschicklich / torechtiglich. Hisp. *Desabrida, ò desgraciadamente.* Angl. *Vnsaverlie, foolishlie.*} Cic. *ad Cæs. lib.* 2. *Epist.* Sed ita locutus insulsè est, ut initium Senatus convitium exceperit. Idem *ad Attic. lib.* 15. Omnia videntur insulsè fieri.

¶ Insulsissimè. Gellius *lib.* 11. *cap.* 2. Postea hoc etiam addidit insulsissimè. ¶

Insŭlto, as, frequentativum ab Insilio, cujus supinum est insultum. {לעג *dillegh.* דלק *dalâh.* חשוק *hisiqh immâm.* Gall. *Sauter, s'élever contre quelqu'un, insulter.* Ital. *Assalire, dileggiare.* Germ. Mit ungestüme springen. Hisp. *Saltar para mal hazer.* Angl. *To leap or lift him self up againg any.*} Inde insulto, propriè est Meiùm & cum impetu super rem aliquam salio. Ex aliquando habet

habet post se accusativum. Terent. *in Eunuch.* Næ tu istam, fazo, calebus sæpe insultabis frustrà. Sæpiùs autem dativum. Virg. 3. *Georg.*

*Insultare solo, & gressu glomerare superbos.*

¶ Per translationem accipitur pro exagito, vehementiùs invehor, contumeliosiùs in aliquem aliquid vel dico, vel facio, ἐπηρεάζω, ὑβρίζω, ἐπεμβαίνω. Sal. Multos tamen ab adolescentia bonos insultavit. Cicer. *pro Plancio.* Nunc verò non insultabo vehementiùs, nec velitabo in hoc insolentiùs, neque in illum nugatorem invehar. Idem *pro Milone*, Clodius qui tot annos in hanc rempubl. insultavit. Senec. *cap.* 3. *de tranquill.* Turò insultaverat agmini tyrannorum Socrates. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

*Nec mihi credibile est quemquam insultare jacenti.*

Idem *Eleg.* 11. *lib.* 3. *Trist.*

*Si quis eo insultes qui casibus improbè nostris.*

Suet. *in Cæs. cap.* 22. Insultare omnium capitibus.

Insŭltātio, nis: Exagitatio, insectatio. ¶ שוד *sigh.* ἐπήρεια, ἐπεμβασία. Gall. *Outrage, moquerie, insulte.* Ital. *Oltraggio, beffamento.* Germ. Ein schmächliche verspottung. Hisp. *Aquella obra de mal hazer, escarnecimiento.* Angl. *Outrage.* ¶ Quint. *lib.* 8. *cap.* 5. Non tam probatio, quàm extrema quasi insultatio.

Insŭltātŭs, ūs: Insultandi actus. ¶ שוד *sigh.* ἐμπήδησις. Plaut. Nam ego istam insulturam & desulturam nihil hic moror.

Insum: In aliqua re sum. ¶ יש *iesch.* ἔνειμι. Gall. *Estre en, ou dedans.* Ital. *Essere in qualche cosa.* Germ. Etwarinn sein. Hisp. *Ser en algo.* Angl. *To be in.* ¶ Terent. *in Eun.* In amore hæc omnia insunt vitia, injuriæ, &c. Idem *in Andr.* Tristis severitas inest in vultu atque in verbis fides. Inest huic, pro in hoc. Plaut. *Pœn. sc.* 1. *a.* 1. Inest amotis macula huic homini in pectore. Idem *prolog. Asin.* Inest lepos ludúsque in hac comœdia. *Ibid. sc.* 1. *a.* 3. Viginti minæ hic insunt in hac crumena. Idem *Capt. Prolog.* Neque spurcidici insunt versus. *Ibid. sc.* 1. *a.* 2. Inest spes nobis in hac astutia. Idem *prolog. Amphitr.* Tum meo patri autem totulus inerit aureus. Ovid. *Eleg.* 13. *lib.* 3. *Trist.*

*Si tibi cura mei, vel si pudor ullus inesset.*

Martial. *lib.* 14.

*Is mihi candor inest.*

Plin. *in Paneg.* Cui plus invidiæ, quàm pulchritudinis inest.

In summā, divisis dictionibus, & Summatim, eandem ferè habent significationem. ¶ κεφαλαιωδῶς. Gall. *En somme.* Ital. *In somma.* Germ. In einer summ überal. Hisp. *Reduziendo in suma.* Angl. *In somme, in a worde.* ¶ Quint. In summa non recedo, fas est mihi invitis etiam parentibus plè facere. ‖ Id alter, Ad summam. ‖

Insūmo, is, pet simplex m: Impendo, consumo, expendo, expensas facio. ¶ תרצ *hotsi.* ἀναλίσκω, δαπανῶ. Gall. *Employer, dépendre.* Ital. *Consumare, spendere.* Germ. Anwenden, verthun, außgeben. Hisp. *Gastar, consumir.* Angl. *To spend, to bestow.* ¶ Cic. *Attic. lib.* 5. Nos tamen, etsi hoc te ex aliis audire malo, sic in Provincia nos gerimus, ut nullus teruncius insumatur in quenquam. Insumere curam. Plin. *lib.* 9. *cap.* 46. Omnis ergo cura ad speculandum hoc malum insumitur. Insumere operam. Cic. 5. *Verr.* Quantam igitur spem illi prædæ propositam arbitramur fuisse, qui tantum præsens lucrum nulla operæ insumptæ contempserit, atque despexerit? Liv. *lib.* 10. *ab Vrb.* Malle frustrà operam insumptam, quàm quicquam incidisse. ‖ Insummo, *verb.* Onom. i. e. perficio, consummo. ‖

Insŭo, is: Intexo aliqua suo, includo. ¶ תפר *taphar.* ἐνείρω. Gall. *Coudre en, ou dedans.* Ital. *Cucire in qualche cosa.* Germ. Einnehen. Hisp. *Coser en algo.* Angl. *To sowe in any thing.* ¶ Vitr. *de re rust.* Quæ intra capita insuitur pellis mollis. Virg. *lib.* 5. *Æneid.*

*Terga boum plumbo insuto, ferróque rigebant.*

Ovid. 3. *de Arte amandi,*

*Nec prodire graves insuto vestibus auro.*

¶ Per translationem accipitur pro implicare, immiscere, conjungere. Liv. 10. *bell. Maced.* Lepidus molem ad Tarracinam confecit ingratum opus, quòd prædia habebat ibi, privatámque publicæ rei impensam insuerat.

Insŭper: Ad hæc, præterea. ¶ עוד *bodh.* ἔτι. Gall. *D'avantage, par dessus, outre.* Ital. *Oltre à ciò.* Germ. Darüber, überdas. Hisp. *Allende desto.* Angl. *Moreover.* ¶ Cic. *ad Quint. fratrem*, Nam ne te fingiat, latiùs insuper Epicurus. Plaut. *in Trucul.* Ut illud acceptum sit prius, quod perdidi, hoc addam insuper his, pro Præter hæc. Virg. 1. *Æneid.*

*Insuper hîc, campi quos vox habet ipsa Latinos.*

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Trist.*

*Insuper accedunt te non adimente paterna*
*Opes.*

¶ Insuper habere, pro fusque deque ferre, negligere. Papin. *l.* 17. D. *de his qua ut indign.* Hæredem qui sciens defuncti vindictam insuper habuit, fœtus omnes restituere cogendum existimavi. Sic idem *in l.* 43. *de religios.* Eodem sensu usus est Gell. *cap.* 19. *lib.* 1. & *cap.* 1. *lib.* 4. pro negligere.

Insŭperābilis, e, quod superari & domari non potest, invincibilis, ineurabilis. ¶ ἀνίκητος. Gall. *Insurmontable, invincible.* Ital. *Insuperabile, invincibile.* Germ. Unüberwindlich, endendlich. Hisp. *Lo que no puede ser vencido.* Angl. *Invincible, that can not be ever come.* ¶ ut, Morbus insuperabilis, id est, incurabilis. ἀνήκεστος, ἀλύτος. Plin. *in Epist.* Rogavitque, ut medicos consuleremus de summa valetudinis, ut si essent insuperabilis, sponte exiret è vita. ¶ Interdum idem est, quod impervius, inaccessus: propriéque de montibus dicitur, qui facilè superari non possunt. ἀνυπέρβατος. Liv. 1. *bell. Pun.* Constabat non tam bello moros, quàm longinquitate viæ, Alpiúmque insuperabili transitu. Insuperabilis bello, invictus, qui bello superari non potest. ἀμάχητος. Virg. *lib.* 4. *Æneid.*

*——Genus insuperabile bello.*

Insurgo, is, ere: Sursum me erigo, surgo. ¶ קם *ham.* ἀνίστημι. Gall. *Se lever à l'encontre.* Ital. *Levarsi.* Germ. Wider jemandes aufstehen, sich aufbäumen, wider einen entpören. Hisp. *Levantarse.* Angl. *To rise up against.* Virg. 11. *Æneid.*

*Tum validam pirque armo vir, pirque ossa secuvim,*

*Altior insurgens oranti & multa precanti*
*Congeminat, vultus calidi vigat ira cerebro.*

Senec. *cap.* 17. *de consol. ad Helv.* Cùm animis insurgit ad considerandum. ¶ Insurgere remis, idem est, quod incumbere, & vehementer adniti. Solent enim remiges, quum totis viribus remis incumbunt è sedilibus suis assurgere. Virg. 5. *Æneid.*

*——Nunc nunc insurgite remis.*

Ovid. 9. *Metam.*

*——Credúnque suis insurgere remis.*

¶ Insurgere altiùs in oratione verba dicuntur, quum subsequentia ponderе superant priora. Quint. *lib.* 8. *cap.* 4. Hæc etiam solet crescere verbis omnibus altiùs atque altiùs insurgentibus. Quintil. Hæc sunt quibus mens & oratio insurgant. ¶ Insurgere item alicui, est se alicui opponere. Senec. *cap.* 8. *de consol. ad Marciam*, Insurgens & contra remedia effervescens dolor. Assurgere verò, est surgendo honorem alicui exhibere.

Insūsurro, as: Leni susurro alicui quid in aurem dico. ¶ רגן *ragbin.* ὑπογογγύζω. Gall. *Dire tout bas, & en l'oreille, murmurer entre ses dents.* Ital. *Parlar sotto voce.* Germ. In die ohren blasen oder brumeln. Hisp. *Zumbar ò murmurar en algo.* Angl. *To whisper, to mutter.* ¶ Cic. 5. *Tuscul.* Leviculus sanè noster Demosthenes, qui illo susurro delectari se dicebat, aquam ferentis mulierculæ (ut mos est in Græcia) insusurrantisque alteri. Hic est ille Demosthenes. Macrob. *lib.* 2. *Saturn.* Valedicenti hoc tantùm insusurravit, Non putabã me tibi tam familiarem. Cic. 4. *Academ.* Verùm quoniam non solùm natura significat, sed etiam Faronius ipse insusurrat, navigandi nobis tempus esse. Sueton. *in Calig. cap.* 22. Cum Capitolino Jove secretò fabulabatur, modò insusurrans, ac præbens invicem aures, modò clariùs, nec sine jurgiis.

‖ Insusurratio, ὑπογογγυσμός. Jul. Capitol. *in M. Antonino*: Cùm suos mores semper teneret, neque alicujus insusurratione mutaretur. ‖

Insūsceptŭs, a, um: Non susceptus. ¶ ἄπαρτος. *Non prins ni recen.* Ita. *Non preso, non ricevuto.* Germ. Nit gethanden genommen. Hisp. *No tomado ni recebido.* Angl. *Not taken or received.* ¶ Ovid. *ad Liviam*,

*Dixit, & iratus vota insuscepta reliquit:*
*Duravitque animum, destitutique precer.*

‖ Insutitius. Apul. *lib.* 5. Insutitium & fastilem alium exponere, intellige insutum. ἐπιῤῥαπτόν. ‖

Insyncērus, a, um: Non syncerus, parum integer, corruptus. ¶ טמאה *mesebbâsh.* οὐχ ὑγιὴς, ἰνίκερος. Gall. *Qui n'est point sincere, pur, ni sain, ni entier.* Ital. *Non sincero, corrotto.* Germ. Unaufrecht, falsch, unlauter. Hisp. *No limpio ni apurado.* Angl. *Vncleane, not pure.* ¶ Cenor insyncerus. Virg. 4. *Georg.*

*Tempus & Arcadii memorande juventa magistri*
*Pandere: quoque modo cæsis jam sæpe juvencis,*
*Insyncerum apes tulerint cruor.*

‖ Iat, eunt, suppl. ‖

Intābesco, is, ere: Macrore ac tabe consumor, tabesco. ¶ נמס *namah.* ἀποτήκομαι, ἀπόλλυμαι. Gall. *Devenir en estre etbique, affoiblir ou flestrir.* Ita. *Infracidare & consumarsi.* Germ. Eindorren, außzehren. Hisp. *Corromperse.* Angl. *To pine, weare or whither away.* ¶ Colum. *lib.* 4. *cap.* 3. Novella verò dum adolescit, nisi omnia justa perceperit, ad ultimam redigitur maciem, & sic intabescit, ut nullis deinceps impensis recreari possit. Horat. *Epod.* 5.

*Interminato quum semel fixa cibo*
*Intabuissent pupula.*

Ovid. 15. *Metam.*

*——ut lata plumbea funda*
*Missa solet medio glans intabescere cœlo.* Id est liquescere.

Quint. Intabescere coagmentandis verbis. Senec. *cap.* 6. *de consol. ad Helv.*

Intăctŭs, a, um: Integer, immaculatus, impollutus. ¶ תם *tamim*, נקי *nakî.* ἀμίαντος, ἀκήρατος, ἄθικτος. Gall. *A qui on n'a point touché, sain & entier.* Ital. *Non toccato, non corrotto.* Germ. Vnberührt, vnbefleckt. Hisp. *No tocado, no corrompido.* Angl. *Vntouched, whole.* ¶ Liv. *lib.* 8. *bell. Maced.* Infamia intactum, invidia qua possunt, urgent. Salust. *Jugurth.* 97. Multi capiuntur, nemo intactus profugit. Intactæ religione animi vir, hoc est, quem nulla religio tangit. Liv. *lib.* 5. *ab Vrbe.* Intactus à fibulo, nunquam exfibilatus, aut explosus. Cælius *Ciceroni*, Hoc magis animadvertsum est, quod intactus à fibulo pervenerat Hortensius ad senectutem. Catullus *in carmine nuptiali.*

*Virgo intacta manet.*

Carmen intactum Græcis. Horat. *lib.* 1. *Sermon. Satyr.* 10. Grex intactus. Virg. 6. *Æneid.* Velleius: Intacta plebs pernicioso consilio. Ovid. *Eleg.* 5. *lib.* 4. *Trist.*

*Vester ab intacta circulus extet humo.*

Senec. *cap.* 15. *de consol. ad Helv.* Non ex intacto corpore tuo sanguis fluxit. Idem *cap.* 16. *de consolat. ad Polyb.* Nihil intactum, aût sacrum fortunæ.

Intăctĭlis: Tactum refugiens, sive quod tangi non potest. ¶ ἄψαυστος. Gall. *Qu'on ne peut toucher.* Ital. *Che non si può toccare, che fugge il tatto.* Germ. Das man nit berüren oder betasten kan. Hisp. *Lo que no puede ser tocado.* Angl. *That can not be touched.* ¶ Lucr. *lib.* 5. Sin intactile erit, &c.

Intăllātē. Antiqui dicebant, pro eo quod est scindendo formare, teste Varrone, ἐγγλύφειν, quemadmodum Taliare, pro scindere.

Intāmĭnātŭs: Incontaminatus, inviolatus. ¶ תם *tamim*, נקי *nakî.* ἀμίαντος. Gall. *Non contaminé, ni sullé, entier.* Ital. *Incorrotto, non contaminato.* Germ. Vnbefleckt. Hisp. *No corrompido.* Angl. *Vndefiled.* ¶ Horat. 3. *Carm.*

*Virtus repulsæ nescia sordidæ,*
*Intaminatis fulget honoribus.*

Intantum, & Inquantum: Eatenus, quatenus. ¶ ἐπεὶ, τόσον, τόσου. Gall. *Tant, entant.* Ital. *Tanto.* Germ. So vil. Hisp. *Entanto.* ¶ Senec. *de beneficiis, lib.* 1. Quomodo dandi intantum producenda notitia est muneris sui, inquantum delectatura est cui datur: ita, &c. Virg. 6. *Æneid.*

*Hoc puer Iliacâ quisquam de gente Latinus*
*Intactum spe tollet avos.*

‖ Intantizare, pervertere. Pap. ‖

Intĕgĕr, a, um: Ab *in* & *Tango*: ut enim ab ago, ager, sic ab *in* & *tango*, fit integer, quasi intager, i. e. intactus: Perfectus, absolutus, innocens, incorruptus. ‖ תמים *tamim*, שלם *schalém*, נקי *naki*. ἀκραῖος. Gall. *Entier*. Ital. *Intero, integro*. Germ. Gantz vollkommen. Hisp. *Entero*. Angl. *Entiere and whole, uncorrupted, undefowled*. ‖ Terent. *in Andr.* Egregia forma, atque ætate integra res, quæ est perfecta, de qua nihil est imminutum: ut integrum corpus, cui nihil deest, ἀπροσδεής. Integer vir, qui est innocens, candidus, nullóque vitio corruptus. ἀνεγκλησίας. Cic. *pro Plancio*, Quùm neque illo nemo esset neque integrior, neque sanctior. Integer homo & castissimus. Idem 1. *de Orat.* Integer ævi, dicitur cui adhuc ætas integra est. ἀκμάζων. Ita Ennius deos integros ævi vocat, quòd quum immortales sint, nihil de eorum ævo imminuatur. Cæs. *lib.* 1. *de bell. civil.* Integra loca, i. intacta à pabulatoribus. Liv. *lib.* 4. *d.* 4. Integra regio, non populata. Ovid. *Eleg.* 6. *lib* 4. *Trist.*

*Integer est melior nitidis gladiator arenis* (quàm saucius.)

Ibid. *Eleg.* 3. *lib.* 3.

*Integer hanc potui nuper bene reddere vitam.*

(i. nondum exul, sive nondum capite minutus.) Idem *Eleg.* 1. *lib.* 5.

*Integer est lectus, lata & juvenilia lusi.*

Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Ubi sunt? ubi latent? quibus ætas integra est. Idem Sueton. *in Calig. cap.* 25. Ovid. *lib.* 13. *Metam.*

*Adde quod ipse tuus tam raro prælia passus*
*Integer est clypeus.*

Sueton. *in Aust. cap.* 19. Neque ætate, neque corpore integer. Cæs. *lib.* 1. *de bell. civ.* Ut integerrima essent ad pacem omnia. Liv. *lib.* 5. *d.* 5. Integrioris judicii & à favore, & ab odio. Idem *lib.* 9. Integra gens à cladibus belli. ¶ Integrum mihi est, significat in potestate mea est, possum iure & commodè. Cic. *pro Rab.* Ego autem, si mihi esset integrum, susciperem hoc crimen, agnoscerem, confiterer. ¶ In integro res esse dicitur, quæ adhuc potest vel fieri, vel omitti. Idem *lib.* 3. *de Orat.* Sed quoniam hæc jam neque integra esse possunt, &c. ¶ Integer, pro firmo, recenti, & laboribus non fracto. Cæsar *lib.* 1. *de bell. civil.* Quum crebrò integri defessis succederent. Item pro sobrio, & abstinenti. Cic. *de nat. deor.* Multò plura evenirent, si ad quietem integri iremus: nunc onusti cibo & vino perturbata & confusa cernimus. ‖ ¶ Integræ frontis homo (qui homini perfrictæ frontis impudentique opponitur) id est, illæsæ verecundiæ ac pudoris. ‖ ¶ Integrum se servare, pro neutri se addicere. Idem *ad Att. lib.* 7. Quòd me amicissimè admones, ut me integrum, quoad possim, servem, gratum est. ¶ Integrum restituere, est in pristinum statum reducere. Terent. *in Phorm.* Si hoc videtur, quod te absente hic filius egit, restitui in integrum æquum est. Cic. 7. *Verr.* Ut damnati in integrum restituantur; vincti solvantur. Senec. *cap.* 22. *de consol. ad Marc.* In integrum restituimur (morte scilicet.) ¶ Hinc adverbia, Abintegrò, denuò, rursus. ἐξ ὑπαρχῆς. Virg. 4. *Eclog.*

*Magnus ab integro sæclorum nascitur ordo.* De Integro.

Idem Terent. *Heaut.* Ratio de integro ineunda est mihi. De integro incidere in morbum. Cic. *ad Cornif. Epist. lib.* 12.

Integro, as: Rursus inchoo, instauro, innovo. ‖ חדש *hiddésch*, החליף *hecheliph*. ἀναμάζω. Gall. *Faire ou rendre entier, restaurer*. Ital. *Reintegrare*. Germ. Wider ergäntzen / widerumb anheben / etc. ernewern. Hisp. *Enterar à otra cosa*. Angl. *To repaire, to restore*. ‖ Virg. 4. *Georg.*

——*remóque fodens, miserabile carmen*
*Integrat.*

Liv. *lib.* 1. Simul ut ab religione animos remiserunt, integrant seditionem Tribuni plebis. Cic. 1. *de Invent.* Sic animus defessus audiendo, aut admiratione integratur, aut risu renovatur. Stat. 8. *Thebaid.*

——*bellum integrabat Enyo.*

Liv. 6. *ab Urb.* Integrare pugnam.

Integrāsco, is: Integror, instauror, ab integro redeo. ‖ חם *tém* ἀναμάζομαι. Gall. *Retourner en son entier, se renouveller*. Ital. *Essere fatto intero, essere reintegrato*. Germ. Widerumb ernewert werden. Hisp. *Enterarse*. Angl. *To waxe new again, to be renewed*. ‖ Terent. Hoc malum integrascit. Ubi Donatus, integrascit, i. integratur.

Integritās, atis, Incorruptio, innocentia. ‖ תם *tom*, תמרה *tummáh*. ἀκεραιοσύνη, ἀδιαφθορία. Gall. *Integrité*. Ital. *Integrità*. Germ. Aufrichtigkeit, den gemüte und leibs frommkeit. Hisp. *Entereza*. Angl. *Uprithnesse*. ‖ Cic. 3. *Verr.* Mulierem eximia pulchritudine, sed eam summa integritate, pudicitiáque existimari. Idem 2. *de Orat.* Eadem facultate fraus hominum ad perniciem, & integritas ad salutem vocatur. Integritas corporis, id est, integra valetudo. ὑγίεια. Cicer. *de fin.* Quod cumulatus ex integritate corporis, & ex mentis ratione perfecta. ¶ Integrum corpus etiam esse dicitur à Medicis, cùm febre vacat: quibus integritas, i. ἀπυρεξία, est febris vacuitas.

Integritudo, integritas. *D. lib.* 25. *tit.* 1. *l.* 1. *initio ex verbis mandati*: Secutus animi mei integritudinem erga optimos fidelissimósque commilitones.

Integrè, adverbium: Purè, syncerè, castè. ‖ ἁπλῶς, ἀκεραίως. Gall. *Entierement, finerement*. Ital. *Integramente*. Germ. Aufrichtig / gantzlich. Hisp. *Enteramente*. Angl. *Uprightlie*. ‖ ut, Integrè vivere, apud Cic. 4. *de fin.* Incorruptè atque integrè judicare. Idem 1. *de fin.* Castè, integréque versari in periculis amicorum. Idem *pro lege Manil.*

Intego, is, ere: Tego. ‖ כפר *chasáh*, צפן *tsíphah*. κάλυπτω, σκεπάζω. Gall. *Couvir*. Ital. *Coprire*. Germ. Bedecken. Hisp. *Cubrir*. Angl. *To cover*. ‖ Cæsar 2. *bell. civil.* Integebantur porticus lignis conjunctis inter se. Liv. 7. *bell. Punic.* Postquam neque in æquum dimitti agmen vidit, & tum loci altitudine, tum vallo etiam integi Romanos, &c.

Integūmentum, i, quo quid integitur. ‖ חפה *chesúi*, צפון *tsiphún*. σκέπασμα. Gall. *La couverture*. Ital. *Coprimento, coperta*. Germ. Ein decke. Hisp. *Cobertura*. Angl. *A cover*. ‖ Liv. 10. *bell. Macedon.* Deorum capita, quæ in lectis erant, averterunt se, sanèque cum integumentis, quæ Jovi apposita sunt, decidere. Cic. *in Pisonem*, Veteor ne quis sit, qui istius insignem nequitiam, frontis involutam integumentis nondum cernat.

Intĕctus, ἀγνάμπτως. Detectus & nudatus. Cornelius Tacitus *lib.* 10. Producuntur propè intecto corpore.

Integrè, Integrasco, Integritas: vide *Integer.*

Integumentum: vide *Intego.*

Intellĭgo, is, xi, ctum: Cognosco, mente percipio. ‖ בין *bin*, השכיל *hischil*. συνίημι. Gall. *Entendre*. Ital. *Intendere*. Germ. Verstehen. Hisp. *Entender*. Angl. *To understand*. ‖ Asconius 1. *in Verr.* Intelligitur aliquid argumentis, animadvertitur sensibus præsenti animo utentibus. Item, Legimus oculis, ergo intelligimus quum plane perspicimus. Intelligere, pro sentire alterius dolorem, Senec. dixit *cap.* 4. *al.* 21. *de consol. ad Polyb.* Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Semper sensi te amicum filio esse, & illum intellexi tibi. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Quid oleant nescias, nisi quod malè olere intelligas. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Tum demùm nostra intelligimus bona cum ea amisimus (i. agnoscimus.) Idem *Amphitr.* Alcmenam stare ante ædes saturam intelligo (i. video.) Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Statum vide hominis, quasi habilem. S. Bene confidentéque astitisse intelligo. Quintil. Propriè intelligendi ambitu (i. judicandi de pictura.) Ovid. *Eleg. ult. lib.* 5. *Trist.* Nullus hîc cujus intellectûris auribus ærat, adest. Cicer. *ad Tyronem*, Tu istic, si quid librarii mea manu non intelligent, monstrabis. Terent. *in Andr.* Quantum intellexi modò senis sententiam de nuptiis. Cicer. 3. *de nat. deor.* Sed ea magis ex aliorum contentione, quàm ipsa per sese cognosci atque intelligi potest. ¶ Intelligitur, impersonale. Idem 1. *de fin.* Ex quo intelligitur, nec intemperantiam propter se fugiendam esse. Idem *de amic.* Id si minùs intelligitur quanta vis amicitiæ, concordiæque sit, ex dissensionibus atque ex discordiis percipi potest. ¶ Hujus compositum est Subintelligo, quod significat Mediocriter intelligo.

Intellexes, pro intellexisses. Plaut. *Cistel.* Diis hercle habeo gratiam, nam ni intellexes, nunquam crede amitteres.

Intellĕctus, us: Nobilissima animæ rationalis pars, quæ & Mens & Intelligentia dicitur, qua præditus homo, unus cæteris antecellit animantibus, cujusque opera res incorporeas, & ab omni materia sejunctas notiones atque formas solus apprehendit. ‖ שכל *sichel*, השכל *haschél*. νόησις. Gall. *Entendement*. Ital. *Intelletto*. Germ. Der verstand. Hisp. *Entendimiento, potencia del' anima*. Angl. *The understanding*. ‖ Tacit. *lib.* 13. At quibus altior intellectus: id est, qui secreta noverant. ¶ Impropriè tamen passim apud scriptores Intellectus vocabulum etiam de brutis animantibus dicitur, in eadem scilicet significatione, qua nos & sensus, & perceptionis, & cognitionis verbis utimur. Plin. *lib.* 8. *cap.* 42. *de equis*, Nam ideireo ad currus junctî, non dubiè intellectum adhortationis, & gloriæ fatentur. Idem *lib.* 10. *cap.* 35. Columbis inest quidam gloriæ intellectus. ¶ Intellectus, pro notione rei. Quint. *lib.* 5. *cap.* 10. Verba quædã divisos intellectus habent. Idem *lib.* 1. *c.* 11. Quidam litteris instituendos, qui minores septem annis essent, non putaverunt, quòd illa primùm ætas & intellectũ disciplinarum capere, & laborem pati non possit. Idem, Hoc positum est in communi intellectu. Quintil. Senior *decl.* 17. Verba enim ambigua, & in plures intellectus dicta sunt. Sic intellectus saporum, id est, perceptio, & sensus. Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Intellectus saporum est cæteris in prima lingua, hominî est in palato.

Intellĭgens, tis, nomen ex participio. Sagax, ingeniosus, sapiens, doctus, prudens. ‖ מבין *mebin*, נבון *nabón*, משכיל *maschil*. συνετός. Gall. *Entendu, connoissant*. Ital. *Intelligente, dotto*. Germ. Verständig. Hisp. *Entendido, docto*. Angl. *Wyse, understanding*. ‖ Terent. *in Eunuch.* Dii immortales, homini homo quid præstat? stulto intelligens quid interest? Intelligens Principis, Compertum habens Principis ingenium. Plin. *Epist.* 113. Designatus ego Consul, omni hac, etsi non adulatione, specie tamen adulationis abstinui, non tanquam liber & constans, sed tanquam intelligens Principis nostri, cujus videbam hanc esse præcipuam laudem, si nihil quasi ex necessitate decernerem.

Intellĭgenter, adverbium. ‖ συνετῶς, ἐπιστημόνως. Gall. *Intelligiblement*. Ital. *Intendentemente*. Germ. Verständtlich. Hisp. *Entendiendose*. Angl. *Cunningly, by skill*. ‖ Cic. *in Partit.* Sumuntur autem rerum rerum gratiâ: ut amicè, ut intelligenter, ut attentè audiamur.

Intellĭgentĭa, æ: Facultas animæ nobilissima, qua res etiam incorporeas, ab omni materia abstractas contemplamur. Mens, animus, intellectus. ‖ בינה *bináh*, תבונה *tebunáh*, שכל *sichel*, השכל *haschel*. σύνεσις, νόησις, σοφία. Gall. *Intelligence, cognoissance*. Ital. *Intelligenza*. Germ. Der verstand. Hisp. *Obra del entendimiento*. Angl. *Knowledge wisse*. ‖ Cic. 1. *de nat. deor.* Mens simplex fugere intelligentiæ nostræ vim ac notionem videtur. Idem 2. *de divin.* Pars animi, quæ rationis atque intelligentiæ sit particeps. Idem *de Univers.* Deus intelligentiam in animo, animum conclusit in corpore. ¶ Intelligentiæ item dicuntur particulares notiones quas mente apprehendimus. Idem 1. *de Leg.* Natura homini rerum plurimarum obscuras & necessarias intelligentias enodaris, tanquam fundamenta scientiæ.

‖ Intellectualis, e. Sic Latinis lubuit exponere, quod Græcis est, νοητὸν vel νοερόν. ‖

Intellĭgibĭlis, quod mente percipi potest. ‖ νοητὸς. Gal. *Qui se peut entendre*. Ital. *Che si può intendere*. Germ. Verständlich. Hisp. *Cosa que se puede entender*. Angl. *That may understanded*. ‖

‖ Intellones, folles lucernarum. Gl. Isid. ‖

Intĕmĕrāndus: Non violandus, aut contaminandus: referúntque ad res sacras. ‖ ἀμιαντος, ἀμόλυντος. Gall. *Qu'on ne doit point corrompre*. Ital. *Che non deve esser violato*. Germ. Nit zubefleckten / noch zu vermasgen. Hisp. *Cosa que no deve ser corrompida*. Angl. *That auth not be defiled or violated*. ‖ Valer. Flacc. 5. *Argon.*

——*An martia templa*
*Intemerata micant?*

Intĕmĕrātus, a, um: Inviolatus, incorruptus. ‖ תם *tam*, שחור *tahór*. ἀμίαντος,

ἀμίαντος, ἀμόλυντος, ἄθραυστος. GALL. *Qui n'est point violé.* ITAL. *Inviolato, incorrotto.* GERM. Unbefleckt/ungeschendt. HISP. *No corrompido.* ANGL. *Undefiled, or violated.* ‖ Virg. 2. *Æneid.*

*Per, si qua est, quæ restas adhuc mortalibus usquam,*
*Intemerata fides.*

¶ Intemerata sacra dicuntur, quæ titè perfecta sunt, ut sacrificii ratio exigebat. Idem 3. *Æneid.*

*Corripio è stratis corpus, tendóque supinas*
*Ad cælum cum voce manus, & munera libo*
*Intemerata focis.*

Ubi Servius: Intemerata, i. titè perfecta, ut si leniter est fundendum vinum, aut mola insicienda, sic fiunt, ut ratio exigit sacrificii: aliter si fiant, temerata ac turbata sunt facta.

INTEMPERANS, tis: Immoderatus, incontinens, voluptatibus & ventri præter modum indulgens. ‖ ἀκρατής, ἀκόλαστος. GALL. *Intemperant, immoderé.* ITAL. *Intemperato, immoderato.* GERM. Unmäßig. HISP. *Destemplado.* ANGL. *That can not be nie his lustes and affections.* ‖ Cic. *de senect.* Libidinosa etenim & intemperans adolescentia effœtum corpus tradit senectuti. Liv. *lib. 4. bell. Punic.* Avidus atque intemperans plebeiorum animus. Cic. 1. *Acad.* Intemperantiæ etiam arbitror esse scribere, quod occultari velit. Liv. *lib. 6. dec. 4.* Intemperantior in agendo Valerius, &c. Sen. *cap. 6. de consolat. ad Helv.* Quid intemperantius hoc særo?

INTEMPERANTIA, æ: Incontinentia ) ( Temperantia, modestia. ἀκολασία, ἀκρασία. GALL. *Intemperance, incontinence.* ITAL. *Intemperanza, incontinenza.* GERM. Unmäßigkeit. HISP. *Destemplanza.* ANGL. *Incontinence.* ‖ Cic. 4. *Tusc.* Omnium autem perturbationum fontem esse dicunt intemperantiam, quæ est à tota mente, & à recta ratione defectio, sic aversa à præscriptione rationis, ut nullo modo appetitiones animi nec regi, nec contineri queant. Plin. *lib. 11. cap. 37.* Intemperantiam risus constare lenis magnitudine quidam putant.

INTEMPERANTER, adverbium, immoderatè, immodicè. ‖ ἀκρατῶς. GALL. *Intemperamment, demesurément.* ITAL. *Intemperantemente.* GERM. Unmäßiglich. HISP. *Destempladamente.* ANGL. *Immoderatlie.* ‖ Cic. 1. *Philipp.* Nimis iracundè hoc quidem & valdè intemperanter. Idem 1. *Philipp.* Ne honoribus nostris elatus intemperantiùs suis opibus utatur.

INTEMPERANTISSIMÈ, adverb. Apuleius *in Apologia*, Apud omnes intemperantissimè gloriatur.

INTEMPERATÈ, aliud adverbium, incontinenter. ‖ ἀκολάστως. GALL. *Intemperamment, sans mesure.* ITAL. *Stemperatamente, senza modestia.* GERM. Unmäßiglich/über die maß/unmüßlich. HISP. *Destempladamente.* ANGL. *Immoderatlie.* ‖ Cic. *de Univers.* Qui autem immoderatè & intemperatè vixerit, cum secundus ortus in figuram muliebrem transferet.

INTEMPERATUS, a, um: Incontinens, immodicus. ‖ ἀκόλαστος, ἀκρατής. GALL. *Intemperé, immoderé, dérigli, démesuré.* ITAL. *Incontinente, intemperato.* GERM. Unmäßig. HISP. *Destemplado.* ANGL. *Intemperat, immoderat.* ‖ Cic. *in Pison.* Quid ego illorum dierum epulas, quid lætitiam & gratulationem tuam, quid cum tuis sordidissimis gregibus intemperantissimas perpotationes prædicem? &c. Idem *de amic.* Intemperata quædam benevolentia.

INTEMPERIÆ, arum: Erant quædam deæ habentes vim nocendi, & per intemperantiam sæviendi: quas Cato *de re rust. cap. 141.* facto sacrificio jubet propitiari. *Lemures, Dispites.* Plaut. *Mil. sc. 5. a. 2.* Quæ te intemperiæ tenent. Idem *Amphitr. sc. 4. a. 4.* Quæ hospes intemperiæ? ut te meum verberes! Idem *Capt. sc. 1. a. 4.* Clades, calamitas, intemperiæ (de parasito.) Idem *Aulul. sc. 3. a. 4.* Larvæ hunc atque intemperiæ agitant senem. Idem *Amph.* Di vestram fidem, quæ intemperiæ nostram agunt familiam!

INTEMPERIES, ei: Rerum mistarum inconveniens temperatura. ‖ ἀκρασία. GALL. *Indisposition, intemperance.* ITAL. *Mala disposizione, distemperanza.* GERM. Unrechtmäßigkeit/ungewitter. HISP. *Destemplanza.* ANGL. *Unseasonablenesse, intemperatnesse.* ‖ Sic intemperiem cœli dicimus, quum aër est immoderatè aut calidus, aut frigidus, aut humidus, aut siccus: ut apud Senec. *cap. 18. de consol. ad Marc.* & Liv. *lib. 3. ab Vrb.* Annonâ propter aquarum intemperiem laboratum est. Colum. *lib. 1. in præfat.* Sæpe numero civitatis nostræ Principes audio culpantes modò agrorum infœcunditatem, modò cœli per multa jam tempora noxiam frugibus intemperiem. Liv. 8. *ab Vrb.* Fœdus insequens annus, seu intemperie cœli, seu humana fraude fuit.

Intempestæ nox. ‖ ἀκηδία. *Le temps de la nuit, que tout le monde repose, comme le minuit.* ITAL. *Quand' egli è mezza notte.* GERM. Die stille nacht/in welcher etwas angefahen unzeytig ist. HISP. *En silencio de la media noche.* ANGL. *Midnigth.* ‖ Varro *lib. 6. de Ling. Lat.* Intempestam vesperuginem & jubar dicta nox intempesta: ut in Bruto Cassii, quo dicebat Lucretia: Nocte intempesta nostram devenit domum. Intempestam Ælius dicebat, quum tempus agendi est nullum: quod alii concubium appellarunt, quòd ferè omnes tunc cubarent: alii ab eo quòd sileretur, silentium noctis: quod idem Plautus Conticinium. Videbitur (inquit) factum volo, redito conticinio. Hæc Varro. Virg. 1. *Georg.*

——— *aut intempesta silet nox.*

Et 3. *Æneid.*

*Et lunam in nimbo nox intempesta tenebat.*

Liv. 7. *ab Vrbe.* Ab Samo intempesta nocte venit. Cic. 7. *Verr.* Repentè nocte intempesta servorum armatorum sit concursus, atque impetus. Macrob. *lib. 1. Saturn.* & Censorinus *de die natali, cap. de diebus,* Intempestam noctem docent esse eam partem noctis, quæ est inter noctem concubiam, & mediam noctem, putántque dictam intempestam, quasi intempestivam, quòd ea pars noctis intempestiva sit rebus agendis. Intempestæ Graviscæ. Virg. 10. *Æneid.*

*Et Pyrgi veteres, intempestæque Graviscæ.*

Intempestæ autem, hoc est, pestilentes, & cœli intemperie atque injuria insalubres. Dictæ autem Graviscæ, authore Catone *in origin. apud Servium*, quòd cœlum grave sustineret.

INTEMPESTAS, atis, intemperies: ut, Intempestas cœli, hoc est, injuria. ‖ ἀκρασία. GALL. *Hors heure, temps, ou saison, indisposition de temps.* ITAL. *Mala disposizione, indisposizione d'aria, ò di tempo.* GERM. Ungewitter. HISP. *Indisposicion de tiempo.* ANGL. *Vnseasonablenesse.* ‖ Plin. *lib. 18. cap. 6.* Malum paterfamilias, quisquis interdiu faceret, quod noctu posset, nisi intempestate cœli.

‖ Intempestivitas, ἀκαιρία. Gell. *lib. 13. cap. 16.* Cùm abortio quibusdam, non partus videretur mensis octavi intempestivitas. ‖

INTEMPESTIVUS, a, um, quod fit præter opportunitatem temporis, inopportunus, molestus. ‖ ἄκαιρος, ἄωρος. GALL. *Hors temps & saison, incommode, mal à propos.* ITAL. *Fuor di tempo, importuno.* GERM. Ungelegen/dan zu ungelegner und unkommlicher zeit beschicht. HISP. *Cosa fuera de su tiempo.* ANGL. *That is done of season.* ‖ Habétque antitheta, Tempestivus, opportunus. Cic. *de . mic.* Nunquam intempestiva, nunquam molesta est amicitia. Idem *ad Atticum, lib. 4.* Si nihil habebis, tamen scribas aliquid: nunquam enim mihi tua aut intempestiva epistola, aut loquax visa est. Sen. *cap. 9. de cons. ad Marc.* Intempestivus monitor. Idem *cap. 17. al. 36. de cons. ad Polyb.* Intempestivi ludus (aleæ.) Gellius *cap. 14. lib. 8.* Intempestivus homo. Velleius, Immodica & intempestiva libertate usi. Ovid. 6. *Fast.*

*Intempestivos cum vadis ille sonos.*

Idem *Eleg. 3. lib. 4. Trist.*

——— ——— *sævo*
*Intempestivus nominis obstet honor.*

¶ Intempestivus, pro portentoso, & mali ominis. Plin. *lib. 18. cap. 35.* de indiciis tempestatum: Anseres continuo clangore intempestivi, pecora exultantia, & indecorâ lasciviâ lædentia eandem significationem habent.

Intempestivè, adverbium: Importunè. ἀκαίρως. GALL. *Hors heure, temps & saison.* ITAL. *Fuori di tempo, di stagione.* GERM. Zu unzeyte/unordentlich zu ungelegner zeit. HISP. *Fuera de tiempo y hora.* ANGL. *Vnseasonable, out of due tyme.* ‖ Cic. *lib. 1. Offic* Ne si itaſcamur, aut intempestivè accedentibus, aut impudenter rogantibus, in morositatem inutilem & odiosam incidamus. Col. *in Præsm.* Et ne singulos intempestivè nunc prosequar, &c.

‖ Intemporalis, æternus, nullo tempore finitus. Prud. ‖

INTENDO: Vehementer tendo, vel extendo, contendo, adduco. ‖ מתח *mathách*, נטה *schatách*, נטה *natáh*. τείνω, ἐντείνω. GALL. *Tendre, étendre.* ITAL. *Tirare, drizzare.* GERM. Spannen. HISP. *Tender, estender, ò estesar.* ANGL. *To stretche, to vretche, to bende.* ‖ Plaut. *Menæch. sc. 1. a. 1.* Quàm magis intendas (hæc vincula sup.) tantò adstringant strictiùs. Suet. *in Tib. cap. 62.* Auxit intenditque sævitiam. Plaut. *Pseud. sc. 7. a. 4.* In hunc intende digitum. Gell. *cap. 4. lib. 6.* Intendere oculos in cœlum. Idem *cap. 7. lib. 3.* & Liv. *lib. 6. d. 4.* Intendere iter aliquò (i. iter dirigere: Galli dicunt, *Tendre chemin quelque part.*) Idem *ibid.* Fugere intendit. Ii hostem persequi intendunt. Item, alium petere intendit. Idem *ibidem.* Idem *lib. 7. ab Vrb.* Nox interdiu visa est intendi. Item *lib. 1. ab Vrb.* Primis se intendentibus tenebris. Cic. 7. *Verr.* Tabernacula quemadmodum consueverat temporibus æstivis, quod antea jam demonstravit, carbaseis intenta velis collocari jussit in litore. Idem *in Catone*, Intentum animum, tanquam arcum habebat, nec languens succumbebat senectuti. ¶ Intendo, aliquando idem est quod animadverto, diligentérque animo specto, atque intueor. ἐφίημι. Virg. 5. *Æneid.*

*Intenti expectant signum.*

Hinc intendere animum rei alicui, est animum adjicere & applicare. Salust. *in Jugurtha.* In regnum Adherbalis animum intendit. ¶ Intendere animum in re aliqua, per translationem dicimus, pro eo quod est Rei alicui arduæ totis ingenii viribus incumbere: cui opponitur, Relaxare animum, quod est intensam animi curam re quapiam jucundiore remittere. Cicer. *in Hortensio*: Quæro, non quibus intendam rebus animum, sed quibus relaxem. Sueton. *in Nerone, cap. 32.* Intendere animum calumniis. Idem *in August. cap. 35.* Ut quisque animum intenderet. ‖ ¶ Intendere injurias. Velleius Paterc. *lib. 2.* Sperneret injurias, quæ ab aliis intendebantur. ‖ ¶ Interdum Intendere idem est, quod innectere, alligare ἐναρμόζειν. Virg. 2. *Æneid.*

——— *& fluppea vincula collo*
*Intendunt.*

Præcipere, vel actionem intendere, idem est quod agere. *l. 8. D. si servit. vind. l. 6. D. si usufr. petat. l. 139. D. de verb. sig.* Et Cic. *in Quinctiana.* Sibi eum nuper edidit socium, quem quomodo nunc intendit, ne in vivorum quidem numero tum demonstrat fuisse. Vell. Intendere injurias, pro inferre. Plaut. *Mil. sc. 4. a. 2.* Pergin' scelestè intendere atque hanc arguere. Hinc intentio passim pro actione. *l. 9. D. ad exhib. l. 66. de judic.* & multis aliis locis.

Intentùs, five intensus, utrunque dicitur participium. Extensus, porrectus. ‖ מתוח *mathúach*, שתוח *schatúach*, נטוי *natúi*. τεταμένος. GALL. *Tendu, étendu.* ITAL. *Intento, teso, floso.* GERM. Gespannen/gestrecket. HISP. *Tendido.* ANGL. *Stretched out, bended.* ‖ Cic. *de Orat.* Voces ut chordæ sunt intentæ. Plin. *lib. 8. cap. 5.* Intentos, ingentes arcus defigunt humi. Quint. Intenta loris tela. ¶ Intentus, attentus. προσεκτικός. Liv. 3. *ab Vrbe.* Operi certè (id quod constat) agresti intentus, &c. Quintilian. *lib. 10. cap. 1.* Vix singula quisquam intentissima cura consequi possit. Tibull. *lib. 4.*

*Intentáque tuis precibus sis probus aure.*

Ovid. *Eleg. ult. lib. 3. Trist.*

*Mens intenta suis ne foret usque malis.*

Senec. *cap. 1. de consol. ad Marc.* Intenta in eam rem & officia.

Intentè, adverbium, accuratè, diligenter. ‖ ἐπιμελῶς. GALL. *Attentivement, diligemment, soigneusement.* ITAL. *Intentamente, diligentemente.* GERM. Fleissiglich/anhebtich. HISP. *Diligentemente y con cuydado.* ANGL. *Diligentlie, as it were for him self.* ‖ Audue aliquem intentè & modestè. Quint. *lib. 2. cap. 2.* Plin. *epist. 4.* Non mehercule tam mea sunt, quæ mea sunt, quàm quæ tua: hoc tamen differunt, quòd solicitiùs & intentiùs tui me, quàm mei te excipiunt. Liv. 7. *bell. Punic.* Hostilium intentiùs monuit, ut in eo spem non moturos quisquam Hetrusços poneret.

Intentissimè, adverb. Lamprid. *in Heliogab.* Expectans tamen intentissimè quando ei nuntiaretur contobinus occisus.

Intentus, us, ui, verbale: Extensio, adductio, contentio )( Remissio. { ἔντασις, ἐπίτασις. GALL. *Extension, contention, effort.* ITAL. *Stendimento, sforzamento.* GERM. Das außstrecken. HISP. *Estendimiento, esfuerço.* ANGL. *A stretching out.* } ut, Intentus gladii in jugulum. Intentus palmarum, id est, manuum extensio, cum quadam comminatione: cujusmodi fieri videmus in seditione & discordia, aut reclamatione alicujus turbæ, cujus non solùm voces, verumetiam manus intensæ conspiciuntur in eum, quem explodere & ejicere cupiunt. Cic. *pro Sest.* Voces quidem, & palmarum intentus, & maledictorum clamorem omnem profuderunt.

Intentio, sive Intensio )( Laxatio & remissio. { משתוה *mischuách.* מתוח *mithrás.* פתיחה *chitzek.* ἔντασις. GALL. *Estendue.* ITAL. *Stendimento.* GERM. Spannung/außstrecking. HISP. *Estendimiento.* ANGL. *A stretching, retching or bending out.* } Colum. *lib. 6. cap. 6.* Credulitatis signa sunt crebri ructus, ac ventris sonitus; fastidia cibi, nervorum intentio, hebetes oculi. Sen. *ep. 8. de consol. ad Helv.* Æquali intentione diffusus spiritus per omnia. Idem *cap. 15. de tranquill.* Non in eadem intentione retinenda mens. ¶ Quintilian. Paucorum annorum intentione hæc discentur. Intentio corporis. Cic. 1. *Tusc.* Intentio vocis, apud eundem. ¶ Intentio, & remissio contraria. Idem 2. *Tusc.* Ut onera contentis corporibus facilius feruntur, remissa opprimunt: similimè animus intentione sua depellit pressum omnem ponderum, remissione autem sic urgetur, ut se nequeat extollere. ¶ Est præterea intentio, finis quo animus, ad id quod intenditur, dirigitur: propositum. σκοπός. Plin. *in Epist.* Tu ergo intentionem scribentis accommodes. ¶ Intentio etiam accipitur pro attentione animi, diligentia & studio. Quint. *lib. 8. c. 2.* Idipsum in consilio est habendum, non semper tam esse acrem judicis intentionem, ut obscuritatem apud se ipse discutiat. Plin. *in Epist.* Ut tantum curæ intentionisque suscipere & possint, & velint. Gell. *cap. ult. lib. 13.* Quæ legero, quam impedient intentionem, i. attentionem, sive sententiam. ¶ Pro munere, sive officio. Idem *cap. 2. lib. 15.* (Vinum) eos reddit lætiores, atque ad intentiones rursus capiendas habiliores, &c. id est, ad munera, sive officia. ¶ Item, Pro majore propositione argumenti non semel apud Quintilian. ponitur. ¶ Intentio, apud Oratores, est oratio crimen in aliquem intendens. Cic. 1. *de Invent.* At si qua intentionis depulsio non est, ea nec constitutio, nec pars constitutionis est. ¶ Intentio, augmentum, incrementum. *intimus.* Gell. *lib. 16. cap. 5.* Ve, particula (sicuti quædam aliæ) tum intensionem significat, tum minutionem. Item Quintilianus, Paucorum annorum intentione hæc discentur.

Intento, as, are: Comminor, minitor, minas jacio. { ἀπειλεῖν, ἀπειλεῖσθαι. GALL. *Menacer.* ITAL. *Minacciare.* GERM. Trawen. HISP. *Amenazar, ò attentar.* ANGL. *To menace or beasl. to stretch out often.* } Cic. 5. *Tusc.* Dolor ardentes faces intentat, is fortitudinem & patientiam se debilitaturum minatur. Virg. 1. *Æneid.*

*Præsentémque viri intentant omnia mortem.*

Liv. *lib. 8. bell. Macedon.* Uno in loco ferro ignique gesta res est, à duobus iterò incepto, quum intentassent magis quàm intulissent certamen. Ætoli abscesserunt: id est, quum non tam certamen intulissent, quàm specie certaminis hostis terrorem incutere conati essent. ¶ Intentare manus alicui, pro injicere. Hirtius, sive Oppius 6 *belli Hispan.* Eum qui legatos jugulasset, lapidare, & ei manus intentare cœperunt. Apud Liv. 6. *ab Vrb.* Intentare vim, arma. Apud Cic. *in Milon.* Intentare secum: quod pro Milone dixit Senec. *epist. 72.* Intentare manus in oculos. Item Intentare, pro objicere. Liv. *lib. 1. dec. 5.*

Intentatio, nis, verbale. Senec. 2. *de Ira.* Ne nos offensatio aliena solliciter, nec oculi ad intentationem subitam digitorum comprimantur.

Intentatus, participip. ἀπείρητος. Liv. 9. *ab Vrbe,* Gladii etiam plerisque intentati, & vulnerati quidam, necatique.

Intentatus, a, um, nomen: Non expertus, non tentatus. { ἀπείρητος. GALL. *Qu'on n'a point experimenté ni essayé.* ITAL. *Non provato, ne esperimentato.* GER. Unversucht oder unerfaren. HISP. *No experimentado.* ANGL. *Not assayed.* } Cic. *in Lælio,* Nemo est qui non quocum consuevit libentiùs utatur, quàm intentato & novo. Hic autem locus ex vetusto codice sic legitur: Atqui in ipso equo (cujus modò mentionem feci) si nulla res impediat, nemo est qui non eo quo consuevit, libentiùs utatur, quàm intractato & novo. Virg. 10. *Æneid.*

——*hæc intentata manebat.*

Senec. *cap. 8. al. 27. de consolat. ad Polyb.* Intentatum opus Romanis ingeniis.

Intepesco, es, ere, & Intepeo, ces: Incalesco, tepidus fio. { χλιαίνομαι. GALL. *S'atiedir, devenir tiede.* ITAL. *Divenir tepido.* GERM. Warmlechtig werden. HISP. *Entibiarse.* ANGL. *To waxe warme.* } Propertius *lib. 4. Eleg. 1.*

*Et latus æstivis intepet Vmber aquis.*

Ovid. 5. *Fast.*

*Et varia radiis intepuêre coma.*

Inter, extra compositionem medium quiddam significat, & tam de loco, quàm de tempore, & persona dicitur. { בין *ben.* מבחוץ. GALL. *Entre, au milieu.* ITAL. *Tra, fra.* GERM. Zwischen. HISP. *Entre.* ANGL. *Betweene.* } Cic. *Attic. lib. 3.* Inter me & Brundusium Cæsar est. Idem 2. *Verr.* Ut dies quadraginta quinque inter binos ludos tollerentur. Idem *de Amic.* Quæ sæpe inter me, & Scipionem de amicitia disserebantur. Inter cœnam, hoc est, in cœna, vel dum cœnatur. Idem 2. *Philipp.* Si inter cœnam in tuis illis immanibus poculis hoc tibi accidisset. Inter falcatios venire, dixit idem Cic. *in Catil.* pro eum in locum, ubi sunt falcarii. Dico, inquit, te priore nocte venisse inter falcarios (non agam obscurè) in M. Lecæ domum. Gell. *cap. 7. lib. 4.* Valerius Probus Grammaticus inter suam ætatem præstanti scientia fuit (i. suæ ætatis. Galli dicunt, *de son temps, ou en son temps.*) Idem *cap. 1. lib. 3.* Inter ambulandum. Idem *cap. 12. lib. 12.* Inter ædificandum. Liv. *lib. 4. d. 4.* Inter ipsum pugnæ tempus. Et, Inter discrimen pugnæ. *Ibid.* Item, Inter noctem lux orta. Idem *lib. 2. d. 4.* Et Plaut. *Aul. sc. 5. a. 2.* Egomet mecum cœpi cogitare vitas, Suet. *in Cæs. c. 84.* Inter ludos cantata sunt quædam, &c. (i. in ludis.) Liv. *lib. 2. ab Vrb.* Inter patres lectus (i. in patrum numerum.) Suet. *in Othon. c. 2.* Allectus inter patricios. Idem *in Calig. c. 45.* Inter hæc, &c. Quintil. Inter manus Centurionem jactabantur. Plaut. *Men. sc. ult. a. 5.* Memini me inter homines decertare (i. in turba.) Idem *Capt. sc. 4. a. 3.* Inter sacrum saxumque sto. Senec. *cap. 10. de const. ad Marc.* Inter vitam & & mortem (morbis) detineri. Velleius, Dum inter ducem & supplicem tumultuatur (i. dum dubitat, an dignitatem retineat, an vitam.) Liv. 8. *dec. 5.* Qui inter præsidia fuissent (i. intra.) Gell. *c. 13. lib. 16.* Inter undas adnavit Delphin. Senec. *cap. 15. al 34. de const. ad Polyb.* Dum inter homines erat. Plaut. *Men. sc. 1. a. 2.* Hominem inter vivos quæritamus mortuum. Tibull. *lib. 4.*

*Fertilis hanc interposita est, interque virentes.*

Plaut. *Men. sc. 2. a. 5.* Inter ancillas sedere, lanam carpere. Idem *Pseud. sc. 1. a. 3.* Alter alterum inter se prehendunt. Idem *Amphitr.* Vos inter vos pugnate. Idem *Most. sc. 1. a. 2.* Abripite illum inter manus. Idem *Capt. sc. 3. a. 2.* Inter nos fuisse ingenio haud discordabili. Idem *Men. sc. 2. a. 5.* Nescio quid velitati illis inter vos duos. Idem *Capt. sc. 3. a. 2.* Amare inter se (i. invicem.) Idem *Amph. sc. Amphitruo.* Pax inter vos duos. Idem *Curc. sc. 2. a. 2.* Inter se congruunt. Idem *Capt. prol.* Inter sese confingerunt dolum. Idem *Pers. sc. 2. a. 4.* Quæ inter nos duos convenit. Senec. *cap. 6. de const. ad Marc.* Erat omnis inter luctus dies. Plaut. *Most. sc. 1. a. 1.* Qui mihi inter patinas exhibes argutias. Idem *Pseud. sc. 5. a. 1.* Inter se consenserunt. Ovid. *Eleg. 7. lib. 3. Trist.* Invenies sedentem inter libros & Pierides. ¶ Inter manus. Quo genere loquendi præter Ciceronem sic usus est Cæsar *bell. civ. lib. 2.* Atque hac agger inter manus proferebatur. ¶ Inter se diligere, est se mutuò diligere. Cic. 1. *de nat. deor.* Dii inter se diligunt. Idem *ad Quint. fratr.* Pueri valent & nos, & inter se amant. ¶ In compositione sæpè idem valet, quod in medio constituere: ut, Interpono, intersero. Modò privationem præ se fert: ut, Interficio, interimo. Modò in compositione auget, ut Interbibo, valde bibo. Interdico, interminor, cum potestate dico & prohibeo. ¶ Compositus autem ferè cum omnibus litteris, & integra manet: a, Ut interaresco: b, ut interbibo: c, ut intercedo: d, ut interdico: e, ut interneco: f, ut interficio: i, ut interjacio: l, ut interlino: (notetur intelligo, ubi r, mutatur in l,) m, ut interminor: n, ut interneco: p, ut interpello: r, ut interregnum: s, ut intersum: t, ut interturbo: u, ut intervenio. Ab inter, fiunt Interea, & Interim.

Interalbico, as, are. { ἀλλαδιαφορεῖν, ἀλλαδιαφορεῖσθαι γίνεσθαι. GALL. *Estre blanc par divers endroits.* ITAL. *Ritirarsi al bianco.* GERM. Weißfeicht sein/weiß fuchsen scheinen. HISP. *Ser blanco en algunas partes.* ANGL. *To be withe betweene or mixed withe with other colowres.* } Et colorem album per intervalla ostendere, inter alios colores emicantem: quod in quibusdam vasii coloris gemmis accidere solet, & in vestibus quibusdam, quarum subtegminis color distat à colore staminis. Plin. *lib. 37. cap. 10.* Leucochrysos fit chrysolitho interalbicante.

Interamnâ, ἰντεράμνα. Vulgò *Teramo.* Urbs Umbriæ: ita dicta, quòd inter duos amnes sit constituta. ¶ Alia ejusdem nominis V. E. Apruzii.

Interamnia, chorda. Gloss. Isid. Intellige, quà frequens est inter inter amnes.

Interanea, orum, dicuntur intestina, à præpositione *intrà*, eo quòd intra corpus sint condita. { מעים *meháyim.* ἐντερα. GALL. *Entrailles.* ITAL. *interiori.* GERM. Die eingeweyd. HISP. *Las intestinos, y entrañas.* ANGL. *The entrailles of man or beast.* } Plin. Medicæ sunt innumeratæ ad interanea. Idem *lib. 9. cap. 43.* Hamo devorato omnia interanea evomunt, donec hamum egerant. Col. *lib. 10.* Quidam exemptis interaneis, occisas aves intus includunt, quæ tempore hyberno plumis suis delitescentibus apibus præbent reporem.

Interaresco, ere, est penitus aresco, hoc est, omninò aridum fieri, sicut interbibere, funditus ebibere. { חרב *chorâb.* ἀλλεξηράνθη. GALL. *Devenir sec ou tari. se secher, se tarir du tout.* ITAL. *Seccarsi affatto.* GERM. Verdorren. HISP. *Secarse de todo punto.* ANGL. *To become utterlie drie.* } Cic. 5. *Tusc.* Nihil enim interaresceret, nihil extingui, nihil cadere debet eorum, in quibus vita beata consistit.

Interbibo, is: Totum bibo. { ἐκπίνω, ἀλλαπίνω. GALL. *Boire tout.* ITAL. *Bere affatto.* GERM. Garaußtrincken. HISP. *Bever todo.* ANGL. *To drinke out all.* } Plaut. *in Aul. sc. 5. a. 3.* Præterea tibicinam, quæ interbibere sola, si vino scateat, Corinthiensem fontem Pirenem potest.

Interbito, as, are: Intervenio. { ἐπιγίνομαι. GALL. *Entrevenir, ou intervenir, survenir.* ITAL. *Intervenire.* GER. Darzwischen kommen. HISP. *Entrevenir.* ANGL. *To come in the meane while.* } Plaut. *in Most.* Hic ego tibi præsidebo, ne ulla interbibat quæstio. Verbum est antiquum, compositum ex *inter*, & *ito*, interposita littera b, causa solidioris soni.

Intercalo, as, are, intersero, seu interpono, quasi intervoco. Galo enim, voco est. { παρεμβάλλειν, παρεμβάλλεσθαι. GALL. *Mettre, ou inserer dedans, ou parmy.* ITAL. *Intraporre, intramettere.* GERM. Zwischen ein setzen. HISP. *Entreponer.* ANGL. *To set or put betweene or a day or yare.* } Cato *de re rust. cap. 150.* Si intercalatum erit Calendis Martiis, annos XXX. ne amplius promittat. Plin. *lib. 18. cap. 14.* Itaut XII. annis continuis non intercalaretur. Liv. *lib. 1. d. 5.* In hoc anno intercalatum est. Idem ait *lib 5. d. 5.* Suet. *in Cæs. cap. 40.* Fastos correxit jampridem vitio Pontificum per intercalandi licentiam adeo turbatos, &c. ¶ Hujus verbi meminit & Macrobius, etiam de ratione intercalandi abundè differens. Julius Cæsar instituit unus ut dies quarto quoque anno intercalaretur, hoc est, interseretur, unde bissextilem annum Plinius Intercalarem vocat, & Livius mensem dixit Intercalarium. De intercalandi ratione, vide Plutarch. *in Numa, & in Cæsare.* ¶ Intercalare, differre. Livius 9. *ab Vrbe.* Sed si me audiatis priusquam dedatur, hic in comitio virgis cæsi, hanc jam ut intercalatæ pœnæ usuram habeant. Budæus.

Intercalaris, e: Interjectivus, interpositivus. { παρεμβάλλων, παρεμβαλλόμενος. GALL. *Inseré.* ITAL. *Interposto.* GERM. Das man zwischen ein setzt oder spricht. HISP. *Entrevido, entrepuesto.* ANG *That is sett or put betweene.* } ut, Intercalaris mensis dictus est, cui interebatur dies, qui deerat ad complendum annum, diversis quidem rationibus diversis

diverso tempore. Is autem mensis erat Februarius, quoniam erat ultimus anni. Non tamen intercalabatur in fine mensis, sed post vigesimum & tertium diem, Terminalibus jam peractis: deinde reliquos februarii dies, qui erant quinque, post intercalationem sui jungebant, vetere religionis suæ more, ut Februarium omninò Martius sequeretur. Vide de hoc plura in dictione *Bissextum*. ¶ Intercalares Calendæ, dicuntur mensis intercalaris, id est, Februarii. Alii intelligunt Calendas Martias, non quòd eo mense intercalarentur dies, sed quòd essent proximæ diebus intercalaris, id est, quòd statim sequerentur intercalationem, quinque tantum diebus interpositis, aut certè eo quòd in omnibus mensibus dies qui Idus sequuntur, denominationem sumunt à mense subsequente. Cicero *ad Ligarium famil.6*. Ego tamen quum ad tertium Calendas intercalares rogatu fratrum tuorum veniſſem manè ad Cæsarem. ¶ Intercalares dies, ἐπαγόμενοι ἡμέραι, Græci embolismos, sive hyperbolicos nominant. ¶ Intercalaris versus, qui frequenter inter aliquos versus interponitur, ut est apud Virgilium,

*Incipe Menalios mecum mea tibia versus.*

Intĕrcălārĭus, a, um, intercalaris, ἐμβολιμαῖος. Liv. *6. bell. Mac.* Triumphavit mense intercalario pridie Calendas Martias. Intercalarius mensis. Suet. *in Cæs. cap.* 40.

Intĕrcălārium, ii, pro tempore quo intercalatur, ut annus cum cursu Solis conveniat. Cic. 4. *Verr.* Tunc Cephaleditani decreverant intercalatium quadraginta quinque dies longum, ut reliqui menses in suam rationem reverterentur, ἐμβόλιμον.

Intĕrcălātio, ἐμβολισμός. Macrobius *Saturn. lib.* 1. *cap.* 15. Alterius ternos vicenósque intercalares expensabant intercalationibus quatuor.

‖ Intercalitor dies, ἐμβολιμαῖος, intercalaris. Macrob. *Saturn. lib.* 1. *cap.* 13. Sed octavo quoque anno, intercalatores octo affluebant dies ex singulis. ‖

Intĕrcăpēdo, inis: Interstitium temporis, vel loci, inter duo spatia interceptum. ζ Διάστημα, διαχώρησις. Gall. *Espace de temps, ou de lieu entre deux.* Ital. *Intervallo, spatio di tempo, ò di luogo tra due.* Ger. Der begriff oder weite zwischen zweyen dingen. His. *Espacio entre dos tiempos, ò lugares.* Ang. *Distâce or space of tyme or place.* } Cic. *Tironi famil.* 16. Itaque jam me non pœnitebit intercapedinem scribendi fecisse. Idem 1. *de finibus*, Alii audaces, protervi, iidem intemperantes & ignavi permanentes: quas ob causas in eorum vita nulla est intercapedo molestiæ. Sueton. *in Aug. cap.* 38. Post longam intercapedinem [i. intervallum.]

Intĕrcĭdo, is, ci, sum: Inter duo venio, me interpono. ζ גדר *pagâh*. διϊσχνέομαι, παρεμπίπτω, *interdico*. Gall. *Estre entre deux, venir entre deux, s'entremettre.* Ital. *Intraporsi, intrametterſi.* Ger. Dazwischen kommen. His. *Interceder, entrepuneſe.* Ang. *To come in betweene and lett.* } Cæs. *lib.* 1. Non se hostem veteri, sed angustiæ itineris, & magnitudinem sylvarum, quæ inter eos & Ariovistum intercedebant. Cæs. *lib.* 1. *de bell. civ.* Intercedunt quinque millia passuum. *Ibid.* Nullum intercedebat tempus quin extremi cum equitibus prœliarentur. *Ibid.* Intercedunt paucis momentis magni casus. Cic. *lib.* 2. *de Orat.* Vix annus intercesserat. ¶ Intercedere etiam authoritate publica, & magistratum gerentis rem aliquam impedire, & prohibere. Διαπεδάω, ad verbum. Plutarchus, κωλύσαντα, ἐμποδὼν γενόμενον, εἰργόντων. Ut, Tribuni intercesserunt, hoc est, rem pro magistratus potestate impediverunt. Cæs. *lib.* 8. Quod ad Atticinos spectat, nihil intercedit quominus Samniti populo pacis, bellique arbitrium fiat. Terent. *in Andr.* Si nulla ægritudo huic gaudio intercesserit, id est, intervenerit, vel hoc gaudium impediverit. ¶ Qui jus intercedendi Senatusconsulto habeant, vide apud Gell. *cap.* 7. *lib.* 14. & *cap.* 12. *lib.* 13. ¶ Dicimus etiam, Intercedit mihi rerum necessitudo, amicitia, familiaritas, & intercedit tibi cum illo affinitas: hoc est, media est, quæ me tibi, & te illi conciliat. Cic. *Appio Pulcher. famil.* 6. Veteres mihi necessitudines cum his omnibus intercedunt, quibuscum ego agere de re non desiti. ¶ Intercedere item aliquando accipitur pro spondere, seu fidejubere. ζ ערב *harâb*. ἐγγυάω. } Cicer. *Att. lib.* 1. Accersivit ad se, promisit, intercessit, dedit. Idem *lib.* 6. Adscribit, & quasi calcar admovet, intercessisse se pro iis magnam pecuniam. Idem *Philipp.* 2. Tantum pro re intercessisse dicebant. *l.* 1. & 2. *ad SC. Velleian.* Ne pro ullo fœminæ intercederent. ¶ Intercedere contra aliquem, Obstare, obesse. Plin. *lib.* 32. *c.* 1. de echineide pisce loquens, Nec longa fuit illius moræ admiratio, statim causa intellecta, quum è tota classe quinqueremis sola non proficeret, exilientibus protinus qui id quærerent circa navim, invenere adhærentem gubernaculo, ostenderúntque Caio, indignanti hoc fuisse quod se revocaret, quadringentorúmque remigum obsequio contra se intercederet: id est, obstaret ne remiges obsequerentur Caio. ¶ Imaginibus intercedere, pro Obstare imaginibus, & prohibere, per metaphoram. Tacit. *in vita Agricolæ*, Non quia intercedendum putem imaginibus, quæ marmore, aut ære finguntur: id est, Non quia negem, habendas imagines, quæ marmore, aut ære finguntur.

Intĕrcēssio, nis: Impeditio, & prohibitio magistratus, ne quid fiat. ζ מגד *migdâh*. μεσιτεία, ἀναστολή. Gall. *Opposition, empeſchement.* Ital. *Divieto, impedimento.* Germ. Fürkommung, verhinderung. His. *Contrapoſicion, empacho.* Ang. *A withstanding, a stopping to lett a water procedde.* } Erat autem intercessio propriè Tribunorum, quibus jus fuit intercedendi, hoc est, vetandi prohibendique. Nam ( ut Gell. docet *cap.* 12. *lib.* 13. ) Tribuni plebis antiquitus creati videntur, non juri dicendo, sed legibus & rogationibus intercedendo, ut injuria si qua fieret, arcerent, & ut vim fieri prohiberent. Cæsar 1. *bell. civ.* Refertur statim de intercessione Tribunorum. Intercessioni cedere, vel provocationi, est patere intercedenti, & rem omittere. ¶ Intercessio etiam dicitur in re pecuniaria. Cic. *Epist.* 3. *ad Attic. lib.* 1.

Intĕrcēssŏr, is: Is qui intercedit, impeditor. ζ עזב *pegâdh*. ἐνάντιος, ἀναστολεὺς, *interdictor*. Gall. *Qui empoſe & empeſche.* Ital. *Oppone & impedisce.* Germ. Ein verhinderer, der sich zwischen etwas legt das es nicht fürgehen mag. His. *Aquel tal entrevenidor, empachador.* Ang. *He that withstandeth.* } Cic. 3. *de legibus*, Patère jubet lex intercessori. Et, intercessor rei malæ, salutaris civis esto.

Intĕrcīdo, is, idi, isum: Ex *inter*, & *cædo*: æ, diphthongo in i, producta mutata. Per medium scco. } חצה *chatsâh*. Διχοτομέω, Διχοτομῶ. Gall. *Couper par le milieu.* Ital. *Tagliare per mezzo.* Germ. Entzwey hawen. His. *Entrecortar.* Ang. *To cutt by the middes a sunder.* } Cæs. *lib.* 2. Ut si possent, castellum cui præerat Q. Titurius legatus, expugnarent, pontémque interciderent. Sed *interscinderent* legendum.

INTERMĬNO, & Interminor, aris: Magnum malum denuntio, vehementer minor. { ἀπειλέω, ἐπαπειλέω. GALL. *Menacer fort.* ITAL. *Minacciare.* GERM. Hefftig trawen. HISP. *Amenazar fo pena grave.* ANGL. *To threaten fore, to charge upon à paine.* } Plaut. *Milite.* Quis homo me interminat. Idem *in Asin.* Mihi tibique interminatus est, nos futuros ulmeos, ni hodie Argyrippo essent viginti argenti minæ. Ter. *in Andr.* Dixine tibi? Interminatus sum, ne faceres? num veritus? Plaut. 1. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Eminor, interminórque ne quis mihi obstiterit obviam. Interminati. Idem *Casina*, Imitatur malatum malam disciplinam, viro quæ interminata suo vitam: id est, quæ virum se interfecturam minatur. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 3. Interminatus est à minimo ad maximum.

*Si quis non hodie munus misisset sibi.*
*Eum eras cruciatu maximo perbitere.*

¶ Activè, idem *Mil. sc.* 4 *a.* 2. Sceledre, Sceledre. S. Quis homo interminat? (i. minis prohibet ire viam, vel revocat.)

INTERMĪNĀTUS, a, um: Non terminatus, termino carens, indefinitus. { ἀόριστος, ἄπειρος. GALL. *Qui n'a point de borne ni de fin.* ITAL. *Non terminato.* GERM. Ungezilet. HISP. *Cosa sin termino, y fin.* ANGL. *That hath not an end.* } Cic. *de nat. deor.* Confugitis ad deum, cujus operam profectò non desideraretis, si immensam & interminatam in omnes partes magnitudinem regionum videretis. Velleius, Interminata cupiditas Imperii.

INTERMĪNUS, a, um: quod non habet terminum. { ἀπέραντος, ἄπειρος. GAL. *Sans bornes, sans limites.* ITAL. *Senza termine.* GERM. Dañen zil noch end hatt. HISP. *Cosa sin termino y fin.* ANGL. *That hath no border.* } Sidon. *ad Font.* Dominis Simplicio & Apollinari interminæ intercessione vos comperi, &c. ¶ Hanc tamen vocem apud quempiam veterum non facilè inveniás.

INTERMISCĔO, es, ere: Interpono, commisceo. { μιγνύω μεταξύ. GALL. *Entremêler, mêler parmi.* ITAL. *Mischiare di mezzo.* GERM. Zwischen ein mischen. HISP. *Mesclar entremedias.* ANGL. *To mixe wit other.* } Colum. *lib.* 11. *cap.* 3. Deinde ad Calend. Februarias sereno die convenit semina spargi, quibus & aliquod satureiæ semen immiscendum erit. Plin. *lib.* 19. *cap.* 6. Intermiscebi satureiam, quoniam majùs proveniat. Virg. *Eclog.* 10.

*Duris amara suam non intermiscet amdam.*

INTERMITTO: Ad tempus omitto, cesso. { עזב *Bazáb*, משׁשׁ *natásch. hasáim*, ἐάω. GALL. *Entrelaisser, cesser parfois.* ITAL. *Tralasciare.* GERM. Underlassen. HISP. *Entremeter, è dexar estar.* ANGL. *To leave of or cease for a tyme.* } Cic. Etsi ego id tempus intermiseram potius, quàm omiseram. Cæsar 1. *bell. Gall.* Quum iter non intermitteret. Cic. 1. *Offic.* Acriores autem remorsus sunt intermissæ libertatis, quàm retentæ. Idem *lib.* 5. *de finib.* Nec verò intermittunt, aut admirationem earum rerum quæ sunt abantiquis repertæ, aut investigationem novarum. Tetent. *in Adelph.* pol is quidem jam hic aderit: Nam nunquam unum intermittit diem, quin semper veniat. Quint. Intermittere dolorem. Intermisit date, pro Distulit. Cæsar 4. *bell. Gall.* Ex eo quod obsides dare intermiserant, fore id quod accidit suspicabantur. Intermittere tempus à labore. Cæs. *de bell. civ.* His rebus confectis Cæsar, ut reliquum tempus à labore intermitteretur.

Intermissus, a, um. Liv. *lib.* 3. Intermissum sacrum Cereris. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

*Sed modò subsidunt, intermissique silescunt (venti.)*

Cæsar *lib.* 3. *de bell. civ.* Intermissis diebus. *Ibid. lib.* 1. Intermissis passibus quadringentis (id est, vacuo relicto spatio.)

INTERMISSŪS, us: Intermissio. { שבתת *schebeth.* διάλειμμα. GALL. *Cesse, cessation, discontinuation.* ITAL. *Intermissione.* GERM. Underlassung. HISP. *Cessacion ò intermission.* ANGL. *Leaving of or ceasing for a tyme.* } Plin. *lib.* 10. *cap.* 19. Luscinias diebus ac noctibus quindecim garrulus sine intermissu cantus.

] Intermissè, sine intermissione. Voc. Eccl.[

INTERMISSIO, nis, verb. Vacatio ab aliquo munere per aliquod tempus. { שבתת *schebéth.* διαλείψις. ANG. *Leaving of for a tyme.* } Cicer. *de nat. deor.* Nec tamen video quomodo videatur iste deus beatus, quum sine ulla intermissione quiescat, agitetúrque atomorum incursione sempiterna. Idem *Trebat.* Neque alia ulla fuit causa intermissionis epistolarum, nisi quod ubi esset planè nesciebam.

INTERMŌRĬOR, eris: Morior, pereo, intereo, perdor. { אבד *abádh*, מות *meth.* παραπίπτω. GALL. *Mourir.* ITAL. *Morire.* GERM. Sterben. HISP. *Morir.* ANGL. *To die.* } Bithynicus *ad Cic. lib.* 6. *Epist.* Peto à te ut absentem me, quibuscunque in rebus opus fuerit, tueare: si nullum officium tuum apud me intermoriturum existimas. ¶ Intermortuum verò, Latini dicunt eum, qui inter mortem vitámque ex dolore procumbit, similis exspiranti. Plin. *lib.* 32. *cap.* 10. Vituli marini adeps instillatur auribus intermortuarum vulvæ vitio. Sueton. *in Nerone*, Postquam deinde Galbam, & Hispanias defecisse cognovit, collapsus, animóque malè fracto diu, & sine voce propè intermortuus jacuit. Cic. *in Pison.* Vos eandem illam manum ex intermortuis Catilinæ reliquiis concitastis, id est, ex reliquiis propemodu extinctis. Memoriam generis propè intermortuam revocare. Idem *pro Murana.*

Intĕrmundium, ii, τὸ μεταξὺ κόσμου. Spatium medium inter plures mundos: sicut Intercolumnium, spatium inter columnas. Censebat enim Epicurus infinitos esse mundos, & inter eos spatia magna inania, per quæ atomi volitantes, alios atque alios mundos cosgmentarent. Cic. *lib.* 3. *de finib.* Individua quum dicitis, & intermundia, quæ nec sunt ulla, nec possunt esse, intelligimus. Idem 1. *de nat. deor.* Tanquam modò ex Epicuri intermundiis descendisset. Budæus.

Intĕrmūrālis. {ὁ ἐν τῷ μεταξὺ μεσοτείχῳ, ὁ ἐν μεσοτείχῳ ὤν. Gall. *Qui est entre deux murs.* Ital. *Tra due muri.* Germ. Das zwischen zweyen mauren ist. Hisp. *Entre dos muros.* Angl. *That is betweene two walles.*} Intermuralis amnis. Liv. *lib.* 4. *decad.* 5. *ad finem.* Muro urbis conjuncta procul videtur, divisa est intermurali amni, & eadem ponte juncta.

Intĕrnāscŏr, eris: In medio nascor, inter aliquos nascor. {παρεμφύομαι. Gal. *Naistre parmy, ou entre deux.* Ital. *Nascere in mezzo.* Germ. Darzwischen wachsen. Hisp. *Nascer entremedias.* Angl. *To spring betweene or among.*} Plin. *lib.* 18. *cap.* 16. Internascentésque herbas excludi. Liv. 8. *bell. Pun.* Angustiæ & internata virgulta ordines dirimebant. Tacit. *lib.* 20. Virgulta postremò, stirpes, & internatas saxis herbas, vel lentes, miserarum documentum fuêre.

Intĕrnĕco, as, internecavi, internecatum, & internectum: Deleo, simul interficio, & multitudinem totam fermè complectitur. {אבד *ibbédh*, תאבד *tebbidh*, תמית *hemith*. ἐξολεθρεύω. Gall. *Tuer tout.* Ital. *Uccidere, amazzare.* Germ. Alles ertödten. Hisp. *Matar.* Angl. *To kill all.*} Plaut. *in Amph.* Legiones revertuntur domum, duello extincto maximo, atque internectis hostibus. Cic. 4. *Philipp.* Internecti notha testamenta credo subjiciunt.

Intĕrnĕcio, sive internectio: Vitæ privatio, interfectio, cædes, strages. {רצח *retsách*, אבדן *abdán*, πανωλεθρία. Gall. *Tuerie, occision.* Ital. *Uccisione.* Germ. Ein ertödtung da gar nichts überbleibt. Hisp. *Muerte violenta.* Angl. *Slaughter, killing of all.*} Liv. *lib.* 9. Lucerni, ac Samnites ad internecionem cæsi. Cicer. 5. *Verr.* Tamen aratorum internecio facta nulla est. Idem *ad Attic.* Neque enim resisti sine internecione posse arbitramur. Gell. *cap.* 6. *lib.* 3. Ad internecionem deperire (i. perire.) Suet. *in Othon. cap.* 12. Ad internecionem armis inter se concurrerunt.

¶ Internecies, mors, jactura. Gloss. 16d.¶

Intĕrnĕcīnus, a, um: Quod ad internecionem geritur. {πανολεθρικός. Gall. *Pernicieux, mortel.* Ital. *Cio che si apartiene ad uccisione.* Germ. Das jnn der ertödtung gehört. Hisp. *Cosa perteneciente á matar.* Angl. *Pernitious, mortall.*} Unde internecinum testamentum dicitur, authore Festo, propter quod dominus ejus necatus est. Intercinum bellum, cujus exitus alteri parti internecionem affert. Liv. *lib.* 9. Nullus modus fuit cædibus, deletáque Ausonum gens, vix certo defectionis crimine, petinde ac si internecino bello certasset. Plin. *lib.* 8. *cap.* 24. de aspide loquens. Habet deinde internecinum bellum cum icheumone. Gell. *cap.* 1 *lib.* 2. Internecinum genus morbi.

Internecida est, qui falsum testamentum facit, & ob id hominem occidit. Fest. Vide Cujacium *in Observationib.*

Intĕrnĕcto, as, are: Colligare, inter se connectere. {חבש *chabásch*, συνδέω, συναπτω. Gall. *Entrelacer, entrelier.* Ital. *Ligare insieme.* Germ. Zusammen knüpffen oder heffren. Hisp. *Atar juntamente.* Ang. *To knitt together.*} Stat. 2. *Thebaid.*

——— *vix magna lavare*
*Vulnera, & effantes libat internectere plagas.*

Intĕrnigrāns, internigrantis: Passim nigricans. {ὁ ἐν τῷ μεταξὺ μελανίζων. Gall. *Entre-noir, entre-semé de noir.* Ital. *Che nigreggia.* Germ. Darzwischen schwartzend. Hisp. *Entre negreciente.* Angl. *Having betwe interlaced amon-other colours.*} Stat. 6. *Thebaid.*

——— *nitet, maque diémque*
*Assimilans, maculis internigrantibus alba.*

Intĕrnīdĭfĭco. {ὁ τὰ μεταξὺ οἰκοδομῶν. Gall. *Faire son nid entre, ou parmy.* Ital. *Fare il nido tra due.* Germ. Zwischen ein nisten. Hisp. *Anidar entre dos.* Angl. *To build a nest betweene.*} Plin. *lib.* 10. *cap.* 33. Tertium est earum genus quæ ripas excavant, atque ita internidificant.

Intĕrnĭtĕo, es, ere: Inter alia niteo, pelluceo. {ἀγαλλόμενος μεταξὺ αἴλλω. Gall. *Entreluire, luire ou reluire entre, ou parmi.* Ital. *Lucere tra l'altre cose.* Ger. Zwischen andern fürhin scheinen. Hisp. *Luzir entremedias.* Angl. *To shine among other.*} Plin. *lib.* 17. *cap.* 5. Tunc enim tellure internitent, quia his ventis maximè aterna moventur. Curtius, spissæ nubes intendere se cœlo, & quicquid lucis internitebat, offusa caligine extinctum est. Idem *alibi.* Armorum internitentium fulgor.

¶ Internoctatio, παννυχίδες. Gloss.¶

Intĕrnōdium: Est spatium medium inter duos nodos, quale videmus in arundinibus & culmis. {φάλαγξ. Gall. *Ce qui est entre deux nœuds ou jointures.* Ital. *Spatio tra l'uno & l'altro nodo.* Germ. Die weite zwischen den gleychen. Hisp. *El canuto entre dos nodos.* Angl. *The space betweene two knottes.*} Colum. *lib. de arboribus cap.* 3. Virgam malleolarem non amplius quàm sex gemmarum esse convenit: ita tamen, si brevia internodia habet. Plin. *lib.* 7. *cap.* 2. Arundines verò tantæ proceritatis, ut singula internodia alveo navigabili ternos interdum homines ferant. Ovid. 11. *Metam.*

——— *longa internodia cruris.*

Idem 6. *Metam.*

*Mollia nodosis facit internodia poplex.*

Intĕrnōsco: Inter alios nosco, sive discerno. {עיר *bichebir*. ἀναγνωρίζω. Gall. *Entreconnoistre, connoistre entre autres.* Ital. *Discernere, cognoscer tra gl' altri.* Germ. Vnder andern kennen vnderscheiden. Hisp. *Distinguir entre diversos.* Angl. *To know one ting among other.*} Plaut. *Amph.* Nunc internosse ut possitis facilius, ego hanc habeo usque in petaso penulam. Cic. 2. *de Orat.* Quos quum humare vellent, non potuerunt obtritos internoscere. Idem *de Amic.* Secerni blandus amicus à vero, & internosci potest, adhibita diligentia.

Intĕrnundĭnum, non internundinum, ut inquit Victorinus Afer,

Spatium novem dierum: id quod novem dies continuos habet.

Internundinum, spatium inter nundinas, ut intermenstruum, quod inter menses. Varro, Quoties priscus homo ac Rusticus Romanus internundinum barbam radebat. Lucilius, Pancorum atque hoc pacto si nihil gustat internundinum.

Intĕrnūntius, ii, qui inter duos medius est ad aliquid transigendum, & modò huic, modò illi per vices nuntiat. {מלאך *maleách*, מליץ *melits*. ἄγγελος. Gall. *Messager entre deux parties, truchement.* Ital. *Messetto, mezzano, corretiere, interprete, sensale.* Germ. Ein bott zwischen zweyen, so von einem zu dem andern gehet. Hisp. *Mensagero entre diversos.* Angl. *A messenger betweene two parties.*} Plaut. *in Amph.* Seu perscriptas literas, sive qui ipsi ambissent, sive per internuntium. Terentius *in Eunuch.* Eho, nunnam tu hic relictus custos, ne quis fortè internuntius clam à milite ad istam curriset. Cæsar 1. *bell. civ.* Post paulò tamen internuntiis ultrò citróque missis, quæ ignorabant de L. Domitii fuga, cognoscunt. Internuntius & minister rei alicujus. Liv. 3. *lib. bell. Maced.* Augures interpretes, & internuntii Jovis. Cic. 8. *Philipp.* ¶ Inventur & muliebris generis internuntia.

Intĕrnūntio, as. {בשר *bissér*, διαγγέλλω, παραγγέλλω. Gall. *Annoncer les uns aux autres.* Ital. *Isontare, messaggiare uno all' altro.* Germ. Botten von einem zu dem andern schicken. Hisp. *Traer mensage á unos entre dos.* Angl. *To bring message betweene.*} Liv. *lib.* 2. *dec.* 5. Paulisper internuntiando cunctatio fuit, uti transgrederentur.

¶ Internus, a, um: quod est intra.¶

Intĕrpŏs, hoc est, ipso opere, vel quum opus fit, μεταξὺ ἐργαζόμενος. Tibullus,

*Crura sonant ferro, sed canit interpos.*

Intĕro, is, ere: Terendo immitto. {כתש *chatásch*, דך *dach*, חבת *chabath*. κόπτω. Gall. *Broyer dedans, ou parmi.* Ital. *Tritare.* Germ. Eintrocken, eintreiben. Hisp. *Majar como en mortero.* Angl. *To grate or crumme in.*} ut, Interere panem lacti. Varro *de re rust. cap.* 9. Necnon ita panem hordeaceum dandum, ut non potiùs cum in lacte desinitum, &c. Cato *de re rust. cap.* 156. Et cò cyminum intrito. Terent. *in Therm.* Ad te summa solùm Phormio redit: Tute hoc intristi, tibi omne est exedendum. Ubi Donatus, Paræmia apte parasito, quæ de cibo est. Hoc autem inter rusticos de allisto mortario dici solet, Et bene intristi: propriè enim intrita dicitur hujusmodi cibus.

Intrita, panis tritus, ex quo pulticulæ modo edulium continuatur, vulgò *panade, ou pain grattè.* Celf. *lib.* 4. *cap.* 3. Incipiendum erit à pulticula, vel intrita benè madida.

Intritum: Genus edulii ex allijs, caseo, oleo, ovis, & porro concinnatum. Ita dictum quod in mortario teratur. μυττωτὶς, Theodoro. Est etiam intritum, vel meliùs intrita, calcis genus, manibus subactum, neque statim ad opus adhibitum, sed tempore maceratum, fermentatúmque, ut inquit Hermolaus in hunc locum Plin. *lib.* 36. *cap.* 23. Ruinarum urbis ea maximè causa, quod furto calcis, sine ferrumine suo cæmenta componuntur. Intrita quoque quo vetustior, eo melior. ¶ Est etiam Intrita apud Catonem, emplastri genus ad infitionem accommodatum, quod constat ex argilla manibus subacta. {Angl. *Fine mortes or plaister.*} Plin. *lib.* 17. *cap.* 16. Sed id etiam apud veteres Græcos invenitur, & apud Catonem, qui oleam sicúmque ita inseri jussit: mensura etiam præfinita secundùm reliquam diligentiam suam, corticem scalpro excidi quatuor digitorum longitudine, & trium latitudine, atque ita coagmentari, & illa sua intrita oblini.

Intĕrordĭnium, ii: Spatium quod est inter ordines. {τὸ μεταίχμιον. Gal. *L'espace qu'on laisse entre les rangées.* Ital. *Spatio tra due ordini.* Germ. Die weite zwischen ordnungen. Hisp. *Espacio entre dos ordines.* Angl. *The space betweene ranks.*} Col. *lib.* 3. *cap.* 13. Minimum est quinque pedum interordinium, septem maximum. Idem *lib.* 5. *cap.* 5. Sed de spatio ordinum eatenus præcipiendum habemus, ut intelligant agricolæ, sive aratro vineas culturi sint, laxiora interordinia relinquenda, &c.

Intĕrpĕdĭo, as, interpedire. διαπίπτω. Macrob. *lib.* 7. *Saturn. cap.* 15. Propterea tot meatibus distinctus est, & interpedit timus. De pulmone loquitur.

Intĕrpello, as, are: Est loquentem, vel aliquid agentem interrumpere. {עצר *katsár*. ἀναχαίτισμα, παρεμποδίζω τὸ λέγοντα, ἢ λέγειν τινὰ κωλύω. Gall. *Rompre le propos, parole ou entreprise de quelqu'un.* Ital. *Trapellare, & interrompere.* Germ. Einreden / in die red fallen / mit einreden verhindern. Hisp. *Estorvar al que algo hazе.* Angl. *To let or interruptions talk.*} Plaut. *Amphitr.* Ne interpella, perge porrò dicere. Idem *Men. sc. ult. a.* 5. Si interpellas, ego tacebo. Cic. 1. *Tusc.* Sed nihil te interpellabo: continuem orationem audire malo. Cæs. *de bell. civ.* 3. Quum in Asiam venisset, reperiebat Titum Appium conatum esse tollere pecunias ex fano Dianæ: sed interpellatum adventu Cæsaris profugisse. ¶ Aliquando est dicere, vel commonere. Lucil. *lib.* 28. ut erat Nonius: Verùm tu quid agis? interpella me ut sciam. ¶ Aliquando rogare. {תפגיע *hiphgiah*.} Valer. Maxim. *lib.* 3. Cato rogatus ut socios apud avunculum adjuvaret, constanti vultu non facturum se respondit: iterum deinde ac sæpiùs interpellatus, in proposito perstitit. ¶ Interpellare virginem, vel matronam de stupro, frequens est apud Jurisconsultos, pro ambire, vel petere ejus concubitum. ¶ Interpellare stuprum, idem est, quod impedire, & intertumpere. Liv. 3. *ab Urb.* Stupro interpellato magis, quàm cæde morum. ¶ Interpellare debitorem, est debitum exigere. Pomp. Si nemo sit à parte promissoris, qui interpellari trajectitiæ pecuniæ possit. ¶ Interpellare partam victoriam, impedire, remorari. Cæs. 3. *bell. civ.* Sed sive ipsorum perturbatio, sive error aliquis, sive etiam fortunam partam jam, præcipitémque victoriam interpellasset, dandam omnibus operam, ut acceptum incommodum virtute sarciretur. Velleius, Interpellare triumphum, id est, impedire. Livius *lib.* 9. Interpellare comitia. Idem *lib.* 3. *ab Urb.* Cœptáque res morte Posthumi est interpellata. ¶ Interpellare de negotio aliquem, est convenire, & admonere. λέγειν τινὰ περί τινος. Senec. *lib. declamat.* 8.

Dives

Interpellātio, nis: Interloquutio, interruptio, impeditio. {ψογο *matsfar. λόγου παρεμβασις, διακοπή.* GALL. *Rompement de propos, détourbier.* ITAL. *Sturbamento.* GERM. Einredung / verhinderung. HISP. *Estorvo.* ANGL. *A letting or disturbing.*} Cicer. *de provinciis Consularibus.* Interpellatio mei familiaris, qua paulò antè interrupta est oratio mea. Idem *ad Attic. lib.* 12. Putabam enim commodiùs te idem istud domi agere posse interpellatione sublata. Idem *Lepta lib.* 16. Itaque literæ quidem meæ impediuntur, in quibus sine ulla interpellatione versor.

Interpellātŏr, is: Interventor, qui interrumpit sermonem, aut aliud aliquid agentem. {ψογο *botser.* ὁ τῆς λαλιᾶς παρεμπλέκων. GALL. *Détourbeur, qui interrompt le propos.* ITAL. *Sturbatore.* GERM. Ein einreder/ Der einem mit einreden hinderstellich macht. HISP. *Estorvador.* ANGL. *An letter or disturber, an interrupter of ones talk.*} Cicer. 3. *Offic.* Dictabat se hortulos aliquos emere velle, quo invitaret amicos, & ubi se oblectare sine interpellationibus posset. Idem *Attic. lib.* 15. Sed interpellatores illic minùs molesti. Author ad Heren. *lib.* 1. Dialectici alieni sermonis molesti interpellatores. Cic. *lib.* 3. *Epist.* In literis sine interpellatore versor. Quint. Pantomimorum alter saltator, alter interpellator. ‖ Interpellatores matrimoniorum. Paulus *D. lib.* 47. *tit.* 11. *l.* 1. Sollicitatores alienarum nuptiarum, itemque matrimoniorum interpellatores.

INTERPENSIVUS, a, um: quod pendet inter quosdam terminos. Vitruv.‖

Interpensīvă, apud Vitruvium, Perticarum, tigillorum, asserúmque genera sunt, quæ ab angulis parietum ad angulos tignorum, ad imbres in collicias derivandos, vel alium quemvis usum interlocantur, quæ à pendendo Græci appellant. {κρεμαστάς. GALL. *Grands & longs cerdeaux, ou tarets & liens, ou colomnes & potences de bois, qui portent & soustiennent des edifices.*}

Interpensīvi parietes, sunt qui supra contignationem struuntur, nec in solo fundamentum habent, sed in pendenti surgunt. Hermolaus. κρεμαστοί.

INTERPLĬCO, as, are: Passim implico. {παρεμπλέκω. GALL. *Entreplier.* ITAL. *Trapiegare.* GERM. Einflechten oder wicklen. HISP. *Entreplegar.* ANGL. *To plat betweene.*} Stat. 4. *Thebaid.*

*Alibique puniceam interplicat insula crista.*

INTERPŎLO, as, are: est immuto, vel instauro, & rebus vetustis novam formam induco, à Poliendo dictum, ut Perotus existimat. {חדש *chiddésch, חחליף hechelíph.* ἀνακαίζω. GALL. *Repolir, r'accoustrer, regratter quelque chose vieille, & la renouveller.* ITAL. *Rinovare, instaurare.* GERM. Erneweren/ widerbutzen als wan es new wäre. HISP. *Renovar, à aseytar, à adobar.* ANGL. *To dresse new, to furbusse.*} Ita vestimenta interpolata, quibus à fullonibus ita nova lana inducta, ut pro novis fallere possint. Cic. *ad Quint. fratr.* Vult, inquam, Appius renovare eundem magistratum, quo minùs togam prætextam quotannis interpolet. ¶ Sic mancipia interpolata dicuntur, quæ quum sint veterana, tamen à venaliciariis ita ornantur, finguntur, & quasi renovantur, ut pro novis vendi possint. Ulpian. *in l. præcipimus ædiles. ff. de ædil. edict.* Quia igitur venaliciarii sciunt facilè decurri ad novitiorum emptionem, idcirco interpolant veteratores, & pro novitiis vendunt. Plin. *lib.* 12. *cap.* 12. At hercle Alexandriæ, ubi thura interpolantur, id est, tudia quum sint, poliuntur. Convehebatur enim illuc thus rude, aspectu simile cortici. Plaut. *in Amphitr.* Illic me homo interpolabit, meúmque os finget denuò. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Novâ picturâ interpolare vis opus lepidissimum.

Interpŏlātio, nis. {ἀνακαίσις, ἀνάνεωσις. GAL. *Renouvellement de choses vieilles.* ITAL. *Rinovatione de cose vecchie.* GERM. Einrenerung. HISP. *Renovamiento de cosas viejas.* ANGL. *A new dressing or polishing of thinges.*} Plin. *lib.* 13. *cap.* 12. *de chartis.* Hanc excepit Romæ Fanni sagax officina, tenuitámque curiosa interpolatione principalem fecit è plebeia.

Interpŏlātŏr, is, qui antiquas vestes reconcinnat, ac renovat, ut facilius vendat. {ἀνακαινιστής. GALL. *Radoubeur, frippier.* ITAL. *Regattiere, vaccunciatore de vesti vecchie.* GERM. Der alte kleider also zurüst als wann sie new wären. HISP. *Renovador, remendador.* ANGL. *A furbisher or dresser of old thinges.*}

Interpŏlātrix, {GALL. *Radoubeuse, frippiere.* ITAL. *Raccunciatrice de vesti vecchie.* GERM. Ein außbutzerin alter kleider als wann sie new wären. HISP. *Renovadera, remendadera.*} Mulier quæ antiquas vestes renovat, ut eas facilius vendat, ἀνακαινίστρια. Pomponius, Interpolatricem accersire oportet, quæ hanc vestem abducat.

Interpŏlis, e: quod interpolatum est. {ἀνακαινιστός. GALL. *Radoubé, renouvellé, rapetassé.* ITAL. *Rifato, rinovato.* GERM. Einerneret. HISP. *Remendado, adobado, renovado.* ANGL. *That is dressed or scoured.*} Plin. *lib.* 19. Et quidem ejus natura interpolis: rursúsque quamlibet vetustum novo miscetur. ¶ Sic per translationem mulieres etiam interpoles dicuntur, quæ vitia deformitatis arte occultant. Plaut. *in Most. sc.* 3. *a.* 1. Nam istæc veteres, quæ se unguento unctitant, interpoles, vetulæ, edentulæ, quæ vitia corporis fuco occultant.

Interpŏlŭs, a, um: Interpolis, reconcinnatus. {ἀνακαινιστός. ANGL. *New dressed.*} Ulp. *l. Labeo. ff. de contrahend. empt. & vend.* Si vestimenta interpola quis pro novis emerit, Trebatio placere ita emptori præstandum quod interest, si ignorans interpola emerit.

INTERPŌNO, is, ere: Interfero, interjicio. {παρεμβάλλω, παρεμβάσσω. GALL. *Entremettre, interposer.* ITAL. *Interporre.* GERM. Zwischen ein setzen. HISP. *Entreponer.* ANGL. *To put betweene or among.*} Cic. *de Amic.* Quasi enim ipsos induxi loquentes, ne inquam, & inquit, sæpiùs interponeretur. ¶ Interponere accusatorem, est submittere & subornare. Cic. 3. *Verr.* Interposuistis accusatorem, qui quum ego mihi centum & decem dies solos in Siciliam postulassem, centum & octo sibi in Achaiam postularet. ¶ Interponere authoritatem suam, est authoritate sua impedire ne aliquid fiat. Cic. 3. *Philipp.* Quod si authoritatem tuam interponis sine armis, magis quidem laudo. Sen. *ep. ult. de tranq.* Interponere laboribus temperaverunt. Velleius. Interponere se armis Principum, quibus licet. Senec. *ep.* 8. *de consol. ad Helv.* Interposuerunt se Gallicæ populis (id est, inter eos habitarunt.) Liv. *lib.* 4. *dec.* 4. Ne si interponerent (id est, immiscerent.) Idem *lib.* 5. *dec.* 4. Qui consilium suum meo interponet. Idem *lib.* 7. *bell. Pun.* Tribuni se interposuere. Idem *lib.* 5. *dec.* 4. Interponere se bello. ¶ Fidem suam interponere, est aliquid in suam fidem recipere. Cæs. 5. *bell. Gall.* Ipsi verò nihil nocitum iri, inque eam rem se suam fidem interponere. ¶ Interponere postulata, est profiteri ea, quæ quis sibi postulet concedi. Cic. 8. *Philipp.* Postulata hæc ab eo interposita sunt, quo minùs quod opus esset ad bellum, à vobis pararetur. Interponere judicium suum, Judicio comprobare. Idem *Attic. lib.* 8. Hæc te scire volui, scripsique sedatiore animo quàm proximè scripseram, nullum meum judicium interponens, sed exquirens tuum. ¶ Jusjurandum interponere, Jurejurando affirmare. Liv. 4. *bell. Mac.* Qui primo jurejurando interposito, de præsidio expellendo, cum idoneis collocutus, dum, &c. ¶ Interponere moram, quod & Nectere moram dicitur: hoc est, differre & morari. Cic. 6. *Philipp.* Interponere nomen alicujus in re aliqua, pro Adumbrare, & accommodare in speciem & in fraudem. Idem 3. *Verr.* Petatur hæreditas ea quæ nulla debetur? In prædam Prætoris interponatur nomen civitatis? Interponere se alicui (est se illi opponere.) Cic. *in div. & in Verr.* Cui te interponis invictissimis his, quibus maximè lex consulitum esse vult.

Interpŏsĭtus, a, um: participium. {παρεμβεβλημένος. GALL. *Interposé, mis entre deux.* ITAL. *Posto tra due.* GERM. Darzwischen gesetzt. HISP. *Entrepuesto.* ANGL. *Put among or betweene.*} Plin. *lib.* 18. *cap.* 16. Interpositis quinis diebus, hoc est, interjectis, vel intermissis.

Interpŏsĭtus, us, ui: Interpositio. {παρέμβασις, παρεμβολή. GALL. *Interposition, parantheſe, assiete entre deux.* ITAL. *Interpositione.* GERM. Hinein setzung/ Darzwischen setzung. HISP. *Aquel entreponer.* ANGL. *An putting among or betweene.*} Cic. 1. *de nat. deor.* Tum ipsa incidens in umbram terræ, cùm est è regione Solis, interpositu, interjectúque terræ repentè deficit. De Luna.

Interpŏsĭtio, nis: Insertio, interjectio. {παρέμβασις. GALL. *Interposition, entrelacement.* ITAL. *Interponimento da una cosa tra due.* GERM. Darzwischen setzung. HISP. *Aquel entreponer.* ANGL. *An interposition or putting betweene.*} Cic. *de Invent.* Quæstionem autem eam appellat, quæ habet in se controversiam in dicendo positam, sine certatum personarum interpositione. ¶ Interpositio, pro iis quæ lineis superscribi & inscribi solent, dum aliquid emendatur. Cic. *ad Tironem, lib.* 16. Tu istuc, si quid librarii mea manu non intelligent, monstrabis. Una omninò interpositio difficilior est, quam ne ipse quidem facilè legere soleo. De quadrimo Catone.

‖ Interpretmium, interpretium, æquale, & correspondens. Cod. Il. antiq.‖

Interprĕmo, Comprimo, vel premendo collido. {συμπιέζω. GALL. *Entreserrer, entrepresser.* ITAL. *Rinchiudere, premere tra due.* GERM. Zusto schen etwas zusammen klemmen. HISP. *Apretar entredos.* ANGL. *To thrust or presse betweene.*} Unde interpremere fauces, est faucibus compressis spiritum intercludere. Plaut. *in Rud.* Ædepol infortunio hominem prædicas damnabilem. T. Qui sacerdotis scelestus fauces interpresserit.

INTERPRES, etis, est qui in aliqua re agenda medius est, & veluti conciliator, & author. {מליץ *melits.* ἑρμηνεύς, ἐξηγητής. GALL. *Truchement, interprete.* ITAL. *Truciamano, interprete.* GERM. Ein schidemann. Item/ ein dolmetsch. HISP. *Trujaman ò farsante de lengua, el que declara lo escure.* ANGL. *An expounder or declarer.*} Virg. 4. *Æneid.*

*Tûque harum interpres curarum, & conscia Juno*

¶ Interpretes ab Asconio dicuntur, per quos inducitur pactio. Quoniam verò hujusmodi homines animos eorum quibus dati sunt interpretes, sedulò perscrutantur, eorúmque consilia explorant, aliorum deregunt, factum est, ut interpres pro eo accipiatur, qui obscura exponit. Quintilian. Sequester ille, & media litium manus, & interpres. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Salutem mittit per literas interpres. Liv. 2. *ab Urb.* Interpres Deûm Carmenta. Virg. 3. *Æneid.* Trojugena interpres divûm. Ubi Servius, Interpres, vaticinator, qui mentem deorum mortalibus publicat. Cic. 1. *de divin.* Interpretes portentorum Galeotæ in Sicilia nominabantur. *Ibidem,* Quorum omnium interpretes, ut Grammatici poëtarum, proximè ad eorum, quos interpretantur, divinationem videntur accedere. ¶ Interpres item, qui aliorum scripta vertit in aliam linguam. Idem *de opt. gen. Orat.* Nec converti ut interpres, sed ut orator sententiis iisdem, & earum formis, tanquam figuris, verbis ad nostram consuetudinem aptis.

Interprĕtŏr, aris, ab antiquo Prato, quod à φράζω. Nisi malis cum Isidoro, interpres, quasi inter partes medius. Expono, explico, explano. {באר *beér.* ἑρμηνεύω, ἐξηγέομαι. GALL. *Interpreter, expliquer, donner à entendre.* ITAL. *Interpretare.* GERM. Außlegen / verdolmetschen. HISP. *Interpretar, declarar lo escure.* ANGL. *To expounde, to make, to understand a doubtfull and darke thing.*} Cicer. *lib.* 2. *Offic.* Nec quicquam aliud est Philosophia, si interpretari velis, quàm studium sapientiæ. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Nisi Sibylla legeris, eas interpretari posse neminem. Senec. *cap.* 14. *de tranquill.* Benignè interpretari adversa. Velleius, Totam victoriam, ut suam Lepidus interpretabatur. Idem, Interpretabantur clementiam Cæsaris pro virtute. ¶ Interpretor etiam passivè dicitur, authore Gell. *cap.* 13. *lib.* 13. ¶ Interpretari, pro judicare. Cic. *ad Attic.* Quod si audetem, Athenas peterem, sanè ita cadebat, ut vellem. Nunc nostri hostes ibi sunt, & te non habemus: & veremur, ne interpretentur illud oppidum non satis ab Italia abesse. Liv. *lib.* 1. *ab Urbe.* Rectè an perperam interpretor, fuerit ista ejus deliberatio, qui bellum suscepit. ¶ Interpretari memoriæ alicujus: hoc est, reducere in memoriam. Plaut. *Epid.* Iniquè injurius es. P. Quid jam. M. quia tuæ memoriæ interpretari meo æquum censes.

Interprĕtātus, a, um: partic. Expositus, explicatus. {מבואר *meboár.* ἐξηγημένος. GALL. *Interpreté, declaré.* ITAL. *Interpretato, dichiarato.* GERM. Außgelegt/ erklärt. HISP. *Declarado.* ANGL. *Expound, declared.*} Cic. 2. *de legib.* Vesta quasi focus urbis, ut Græco nomine est appellata: quod nos propè idem Græcum interpretatum nomen tenemus. Sallust. *Jugurth.* 65. Uti ex libris Punicis interpretatum nobis est.

Interprĕtātio, nis: Expositio. {מליצה *melitsáh.* פשר *peschér.* ἐξήγησις. GALL.

Gall. *Declaration, interpretation.* Ital. *Interpretatione, dichiaratione.* Germ. Auslegung. Hisp. *Obra de interpretar, y declarar.* Angl. *An expounding.*} Cic. 1. *Offic.* Nimis callida, sed malitiosa juris interpretatio, inquit author ad Herenn. *lib.* 4. ell quæ non stetant, idem redintegrat verbum, sed id commutat, quod positum est alio verbo, quod idem valeat. ¶ Interpretatio, conjectura & judicium. Liv. 2. *ab Urb.* Non crediderit factum, in tantum animo & roboris fuerit, nec traditur certum, nec interpretatio est facilis. Budæus.

Interpretāmentum: Interpretatio, { מליצות *melitsáh*, פשר *pisther*, פתרון *pithrón*. ἑρμηνεία.} Gell. *cap.* 2. *lib.* 6. Ut si cui meum illud interpretamentum videbitur obscurius, ad ipsius verba animadvertat. Idem *cap.* 9. *lib.* 13. tanquam id verbum Latinum Græci verbi interpretamentum sit. Idem, Ex quibus diversa Latinæ linguæ interpretamenta colligimus. Idem *lib.* 5. *cap.* 18. Cujus Latinum interpretamentum scriptum est in libro Sempronii.

Interpretium, Græcis ἑρμήνευμα, Glossis interpondium. Gothofr. *l.* 64. *in pr. ff. de ædil. edict.*¶

Interpungo, is, ere, { Gall. *Entrepoindre, entrepiquer.* Item, *Ponctuer, distinguer par virgules, empoincter en écrivant.*} Sen. *epist.* 40. Interpungere consuevimus, cùm scribimus.

Interpūnctus, a, um: Quod punctis distinctum est. { נקוד *nakódh*. διεσταλμένος, διακεκριμένος. Gall. *Distingué par poincts.* Ital. *Distinto con certi ponti.* Germ. Mit puncten underscheyden. Hisp. *Apartado con puntos.* Angl. *That is distinguished by pointes.*} Cicer. 2. *de Orat.* Sed & festivitatem habet narratio distincta personis, & interpuncta sermonibus.

Interpūnctum, i, neut. gen. Distinctio, interpunctio. { διαστολή. Gall. *Distinction par poincts.* Ital. *Distintione con punti.* Germ. Underscheydung mit puncten. Hisp. *Apartamiento con puntos.* Angl. *A distinction by pointes.*} Cic. 3. *de Orat.* Clausulas & interpuncta verborum, animæ interclusio, & angustiæ spiritus attulerunt.

Interpūnctio, onis: Interpunctum. διαστολή. Cic. *pro Murena.* Res enim sunt parvæ, propè in singulis literis, atque interpunctionibus verborum occupatæ.

Interpūrgāre. { ἀφαπτόμενος, ἀποτεμνόμενος. Gall. *Oster par cy par là ce qui est mauvais & superflu, sarcler.* Ital. *Cavare di quà & di là quel che è soverchio.* Germ. Erseuberen. Hisp. *Quitar è purgar de todas partes lo superfluo.* Angl. *To take away here and there yat wiche is superfluous.*} Plin. *lib.* 13. *cap.* 26. Ficus interpurgari, semina fieri.

Interpūto, as, quasi per intervalla putare, & purgare. { ἀφαπτόμενος. Gall. *Esmonder, oster & couper les petites branches des arbres.* Ital. *Tagliar i picciolirami de gli alberi.* Germ. Erbawen vnd abseubern die vberflüssigen ästlin. Hisp. *Podar los pequenos ramos del arbol.* Angl. *To cutt and take away the litle branches of trees.*} Col. *lib.* 3. Rosam fruticibus, ac furculis dispon per furculos pedales consuevit per idem tempus, quo & violam: sed omnibus annis fodi ante Calendas Martias, & interputari oportet: hoc modo multis annis perennat. Varro *lib.* 1. *cap.* 30. Oleam seri & interputari oportet.

Interqueror, unde interquerī, apud Liv. *lib.* 3. *dec.* 4.

Interquiēsco, is, ere: Quiesco. { שבת *schabát*, נח *nach*. ἀναπαύω. Gall. *Se reposer.* Ital. *Ripossare.* Germ. Darzwischen ruwen. Hisp. *Holgar, quedarse.* Angl. *To rest or pause in doing.*} Cicer. *de clar. Orat.* Quam hæc dixissem, & paululum interquievissem, &c.

Interrādo, is: Hinc illinc abrado. { גרד *gárad*. Gall. *Racler entre.* Ital. *Radere d'ogni intorno.* Germ. Hin vnd wider schaben vnd schleben. Hisp. *Raer en derredor.* Angl. *To file, to polish, to scraze about.*} Col. *de arbor. cap.* 19. Nam si spissè posueris, neque insà quicquam serere poteris, nec sic ipsæ fructuosæ erunt, nisi eas interrasseris. Plin. *lib.* 15. *cap.* 1. Olea attondentur, sicut & vites, atque etiam interradi gaudent. ¶ Interradere, pro exsculpere, hinc & illinc radere, & excavare. Plin. *lib.* 35. *cap.* 2. de pictura: Nec tantùm, inquit, ut parietes toti operiantur, verùm & interraso marmore, vermiculatisque ad effigies tetum animalibúmque crustis. Budæus.

Interrāsilis, e: Interrasus, hoc est, per intervalla erasus, & exsculptus. { διαξεστός Gall. *Raclé à l'entour.* Ital. *Raso d'ogni intorno.* Germ. Darzwischen geschlt oder geschabt. Hisp. *Raido en derredor.* Angl. *Scraped or shaved about.*} Plin. *lib.* 12. *cap.* 19. Coronas ex cinnamomo, interrasili auro inclusas.

Interrex, regis, dicitur is, qui regis mortui munere fungitur, donec novus Rex creatus sit. { μεσοβασιλεύς. Gall. *Viceroy, un roi qui gouverne cependant qu'il n'y a point de Roy.* Ital. *Vice Re in morte del Re.* Germ. Ein statthalter eines Königreichs zwischen des Königs absterben vnd eines newen erwehlung. Hisp. *El Virey y corregey y Rey.* Angl. *A regent yat governeth frome the death of a Prince till another be chosen.* } Hic autem magistratus primùm institutus est post mortem Romuli. Nam quum inter patres de Rege creando convenire non posset, res ad interregnum rediit, placuitque Reipubl. à Patribus administrari, donec novus Rex procreatus esset. Vide Livium *lib.* 1. *ab Urbe.* Regibus autem exactis, Interreges quoque appellabantur, qui consulum creandorum causa, cùm consularia comitia perfici non possent, fiebant. Cic. *contra Rullum.* L. Flaccus Interrex legem de bylla tulit, ut omnia quæcunque ille fecisset, rata essent. Idem *lib.* 3. *Epist.* Ego omnibus, unde petitur, hoc consilii dederim, ut à singulis Interregibus advocationes postulent. Interrex creabatur, quum esset in urbe patricius magistratus: creabatur autem à senatu, nec à senatoribus cunctis, sed à patriciis tantùm: nec verò Interrex poterat esse, qui patricius non esset: nec ultra quinque dies durabat. Moris autem fuit, ut qui primus Interrex creatus esset, comitia non haberet: habebat autem vel secundus interrex, vel qui deinde facti essent. Ex Aldi *observat.*

Interregnum, Regni intervallum, & spatium temporis, quousque in locum demortui Regis alius sufficitur. { μεσοβασιλεία. Gall. *Le temps entre le trépas d'un Roy, & la creation d'un nouveau.* Ital. *Tempo tra la morte di un Re, & la creatione di un altro.* Germ. Die zeit vnd weil so sich verlauffet von der absterbung eines Königs / zu der erwehlung eines newen. Hisp. *Aquel medio tiempo de rey y rey.* Angl. *The space of a kingdome betweene the death of an king till the choosing of another.*} Cic. *ad Attic.* Nam permagni ejus interest, rem ad interregnum non venire. Idem *ad Quint. frat.* Res spectat ad interregnum.

Interritus, a, um: Imperterritus. { ἀδεὴς. Gall. *Asseuré, qui n'a point de peur, intrepide.* Ital. *Che non ha paura.* Germ. Vnerschrocken. Hisp. *El que no ha miedo.* Angl. *That hath no feare.*} Ovid. 10. *Metam.*

*Qui quod inest virtus, & mens interrita lethi?*

Idem 6. *Metam.*

——— *sola est interrita virgo.*

Idem *lib.* 13. Interritus egi causam.

Interrogo, are: Quæro, rogo. { שאל *schaál*. ἐρωτάω, πυνθάνομαι. Gall. *Interroger, demander, enquerir.* Ital. *Interrogare, dimandare.* Germ. Fragen. Hisp. *Preguntar.* Angl. *To aske, to demande.*} Cic. *in Orat.* Ut interrogando urgeat, & rursus quasi ad interrogata sibi ipsi respondeat. Idem *in Partit.* Sic ego te vicissim eadem de rebus interrogem. Plaut. *Amphitr.* Qui sum, saltem si non sum Sosia, te interrogo (id est, quæso, rogo.) *Ibidem.* Nam tu quoque etiam insanis, quæ id me interrogas? Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 1. Num non vis me interrogare te? E. Imò si quid vis, roga. Idem *Men. sc.* 5. *a.* 5. Quin tu interrogas purpureum panem, an puniceum soleam ego esse, an luteum? Idem *in Pœn.* Si vexerit leno, censetis hominem interrogem, Meus servus si ad eum venerit, nécne. ¶ Interrogare lege, est legis authoritate aliquem apud Prætorem interrogare, nunquid factus aliquod admiserit. Asconius: Quid, inquit, est reum fieri, nisi apud prætorem legibus interrogari? Cic. *pro domo*, Esto. Non fuit in me ulla pœna peccari, At fuit judicii, cujus? quis me unquam ulla lege interrogavit? quis postulavit, quis diem dixit? Velleius, Interrogari lege repetundarum. Liv. *lib.* 8. *dec.* 4. *& lib.* 6. *dec.* 3. Interrogari legibus (id est, deferri, Passer.) Idem Liv. *lib.* 10. *bell. Pun.* Interrogare sententiam, &c. ¶ Interrogandi casus, vide *Casus*, suprà.

Interrogātio. { ἐρώτησις, πύσις. Gall. *Interrogation, demande.* Ital. *Interrogatione.* Germ. Ein frag. Hisp. *Pregunta.* Angl. *An asking, a demanding.*} Petitio. Cic. *de fato*, Recti genus hoc interrogationis ignavum atque iners nominatum est. Instare interrogationi. Quint. *lib.* 5. *cap.* 7. Longiùs repetita interrogatio.

Interrogātiuncŭla, æ. { ἐρώτησις ἐρώτησις, ἐρωτήσεις. Gall. *Petite interrogation, petite demande.* Ital. *Picciola dimanda.* Germ. Ein frag lin. Hisp. *Pequeña pregunta.* Angl. *A litle demande.*} Cic. *in Paradox.* Sed minutis interrogatiunculis, & quasi punctis, quod proposuit efficit. Idem 5. *de finibus*, Punguot quasi aculeis, interrogatiunculis angustis.

Interrōgātivè, adverb. Asconius Pædian. *in* 3. *Verr.* At enim interrogativè pronunciatum est, & contra responsivè omnes rejecti.

Interrumpo, is: Medium abrumpo. { διαῤῥηγνύω, διαῤῥήγνυμι. Gall. *Interrompre, détourner.* Ital. *Interrompere, disturbare.* Germ. Zerbrächen, in mitten durchbrächen. Hisp. *Interromper.* Angl. *To breake in the middes.*} Plancus Ciceroni, Pontes quos feceram, interrupi. ¶ Interrumpere ordinem, id est, perturbare. Colum. *lib.* 11. *cap.* 2. ¶ Interrumpere somnos, interturbare. Plin. *lib.* 28. *cap.* 2. ¶ Interrumpere, aliquid dicentem faciendíve impedire. Cæsar 1. *bell. civ.* Improviso ad vallum advolat, colloquia interrumpit, nostros repellit à castris. Plaut. *Trin.* Dum sermonem vereor interrumpere, solus sto, &c.

Interrūptus, participium, { διῃρημένος, διῃρημένως. Gall. *Interrompu, discontinué.* Ital. *Interrotto.* Germ. Zubrochen, zerrent. Hisp. *Interrompido.* Angl. *Broken, discontinued.*} Amnis interrupti aquis. Lucan. *lib.* 2. Interrupta consuetudo, intermissa. Cicero *ad Cassium*, *Epist. lib.* 15.

Interruptè, adverb. Incisè, vel exilim, aut divisè. { συνεχῶς. Gall. *Par interruption, sans continuer.* Ital. *Interrottamente.* Germ. Zerrissen vnd vnordenlicher weiß. Hisp. *Cortando, apartadamente.* Angl. *Without continuation.*} Cic. 2. *de Orat.* Erit autem perspicua narratio, si verbis usitatis, si ordine temporum conservato, si non interruptè narrabitur.

Interscalmium, ii: dicitur spatium illud in navi, quod est inter scalmum & scalmum. { μεσοσκάλμιον. Gall. *L'espace qui est entre les chevilles esquelles on attache les avirons, ou rames d'un navire.* Ital. *Spatio tra scalmo & scalmo deve s'appogiano i remi.* Germ. Die weite zwischen den zweyen orten des schiffs, an welche man die ruder legt. Hisp. *El spacio entre remo, e scalmo.* Angl. *The space betweene the oares of a ship.*} Sicut interstitium, spatium duarum columnarum. Est autem scalmus lignum illud ad quod remus inhæret, & circumflectitur.

Interscapillium, ii: Spatium illud quod inter scapulas est. { τὸ μεσοχείριον. Gall. *L'entre-deux des épaules.* Ital. *Spatio tra due spalle.* Germ. Die weite so da ligt zwischen beyden schultern. Hisp. *Escalmo el cuerpo entre espalda, y espalda.* Angl. *The space betweene the shoulders.*} Higinius *in descriptione Vasa*, In humero clavam unam, in pede de posterioribus novissimo duas, in summo interscapilio unam.

Interscindo, is: Medium abrumpo, sive discindo. { חצה *chatsáh*. διαπρίω. Gall. *Couper par le milieu.* Ital. *Fendere, tagliare per mezzo.* Germ. Zerschneiden, zbrechen. Hisp. *Enterrotar.* Angl. *To cutt by the middell.*} Cic. 2. *de legib.* Nec quia nusquam erat scriptum, ut contra omnes hostium copias in ponte unus adsisteret, à tergóque pontem interscindi juberet. Liv. 8. *bell. Pun.* Nam & ipsa Chalcis quanquam e paridem insulæ urbs est, tamen adeo arcto interscinditur freto, ut ponte continenti jungatur.

Interscribo, is: Inter versus scribo, interpono, interscribo. { μεταγράφω. Gall. *Escrire entre deux.* Ital. *Scrivere di mezzo.* Germ. Darzwischen schreiben. Hisp. *Escrivir entremedio.* Angl. *To write betweene.*} Plin. *Epist.* 129. Poteris & quæ dixeris postea obliterare, multa detinere, pluratransire, alia interscribere, alia referibere.

Interscēco, as: In partes secare. { חצה *chatsáh*. διατέμνω. Gall. *Entretailler.* Ital. *tagliare in pezzi.* Germ. Zerschneiden. Hisp. *Entretorar.* Angl. *To cutt by the middell.*} Ad Herenn. *lib.* 3. Ut ipsa pronuntiatione

clatione res ipſas quas demonſtravimus inſerere, atque interſecare videamur in animis auditorum.

‖ Interſecivus aget, qui alitet *arciſſimus*, ab interſecando. Vide infrà *ſub arciſſimus*.

Interſeminatus. Apul. *in Apolog.* Remedia naturæ munere interſpersa atque interſeminata.

‖ INTERSEPTA. Ἀφράγισμα. Onom. i. e. interſeptum. ‖

Interſæpio: Velut ſepibus quibuſdam intercludo, vel iter impedio. {τὸ ſanè. Ἀφράσσω, Ἀφραμίζω. GALL. *Environner & clorre de hayes, bouchers.* ITAL. *Intermettere.* GERM. Vnderzäunen / mit einem bug vermachen. HISP. *Diſtinguir en partes.* ANGL. *To compaſſe or cloſe round about or with an hedge.*} Liv. 1. *bell. Maced.* Per triduum interiectus terruerat eos, nunc præſidiis lacеſſendo, nunc operibus interſepiendo quædam, ne exitus ad fugam eſſet. Interſepit urbem vallo, id eſt, munite. Liv. 5. *bell. Pun.* Cic. *pro Corn. Balbo.* Ne interſeptum hoc illis iter perpetuò ad hoc amplissimum præmium civitatis.

Interſæptum, dicitur quicquid in re aliqua medium eſt, uti eſt cartilago illa, quæ veluti paries intermedius nares dirimit: item, ſeptum illud transverſum, quod viſcera vitalia ſeparat à naturalibus. {Ἀφράγισμα. GALL. *Le milieu, ce qui ſepare.* ITAL. *Il mezzo.* GERM. Ein vnderſchlag das in mitte zweyen dingen iſt. HISP. *El medio.*}

INTERSĒRO, is, ſevi, ſitum: Inter alia plantо, ſemino, inſerо. {παρεμφυτεύω, παρασπείρω. GALL. *Planter ou ſemer entre deux.* ITAL. *Piantare & ſeminare fra altre coſe.* GERM. Darzwiſchen ſäen oder pflantzen. ANGL. *To graff or plant between.* } Colum. *de re ruſtic. lib. 3. cap. 16.* Conquato deinceps paſinato molliculus ordinariis vitibus interſerendus eſt. Idem *lib. 8 cap. 15.* Eaque congerantur interſitis buxeis, aut myrteis frondibus. Ovid. 10. *Metam.*

——— *medijs interſerit oſcula verbis.*

Interſĕro, is, ui, ſertum, interpono, interjicio. {παρεμβάλλω, παρεντίθημι. GALL. *Entremêler, inſerer parmy.* ITAL. *Trammettere, interporre.* GERM. Zwiſchen ſetzen. HISP. *Entreponer, entreverir.* ANGL. *To intermingle.*} Plin. *in Epiſt.* Prædia agris meis vicina, atque etiam interſerta, venalia ſunt.

Interſĭsto, is, ſtiti, interſiſtere: In loquendo reticeo, in loquendo conticeo. {διαστέλλω, διαστέλλομαι. GALL. *S'arreſter au milieu, ou entre deux.* ITAL. *Fermarſi in mezzo, ò tra due.* GERM. Zwiſchen ein ſtehen. HISP. *Eſtar entremedias.* ANGL. *To reſt or ſtay between.*} Quint. *lib. V. c. 3.* Quia ultima prioris ſyllabæ littera, quæ exprimi niſi labris cœuntibus non poteſt, aut interſiſtere nos indecentiſſimè cogit, &c. Idem *lib. 9. cap. 4.* Interſiſtentes clauſulæ. Idem, Interſiſtentes ſententiæ. Et, Interſiſtant. Idem, Ne interſiſtat orator fatigatus, &c.

Interſistĭtur, impersonale. Quint. *lib. 9. cap. 4.* Tum longæ per ſe, & veluti ultimæ ſyllabæ aliquid etiam mediæ temporis inter vocales, quaſi interſiſtatur aſſumunt.

‖ Interſpersus. Apul. *in Apol.* Remedia interſpersa atque interſeminata. ‖

INTERSPĪRO, ās: Perſpiro, exſpiro. {רוח *revách.* Ἀναπνοή. GALL. *Souffler entre deux, reſpirer.* ITAL. *Spirare, ſoffiare tra due.* GERM. Durchhinauß dempffen. HISP. *Eſpirar, y reſpirar.* ANGL. *To vente, to breath between.*} Cato, Manu comprimito acina, ut combibant aquam matrimam: ubi impleveris dolium, operculo operito, relinquito quà interſpiret.

Interſpīrātio. {רוח *revachâh* Ἀναπνοή. GALL. *Reſpiration.* ITAL. *Reſpirazione.* GERM. Erholung deß athems. HISP. *Reſpiracion.*} Cic. 1. *de Orat.* Interſpirationis enim, non defatigationis noſtræ, &c. Plin. *lib. 13. cap. 1.* A balucis raptim, & ſine interſpiratione necat, de muſto loquitur.

Interſterno, is: Interjicio, intermiſceo. {παρεμβάλλω. GALL. *Eſtendre ou coucher entre deux.* ITAL. *Interporre.* GERM. Zwiſchen etwas ſtreuwen oder ſpreyten. HISP. *Entrepaner.* ANGL. *To ſpreade or laye between.*} Plin. *lib. 19. cap. 2.* Alii hastilis tedæ ſubjectis, & ſubinde interſtratis, oleo aſperſam accendunt.

Interſtinguo, is: Diſtinguo. {חברי *hibdil.* Διαίρεσις, χωρισμός. GALL. *Diſtinguer, ſeparer.* ITAL. *Diſtinguere, ſeparare.* GERM. Vnderſcheyden. HISP. *Apartar uno de otro.* ANGL. *To diſtinguiſh or ſever.*} Statius 3. *Sylvarum.*

——— *Hyalia interſtincta columnis.*

¶ Interdum idem quod extinguo. Feſtus, Ignis Veſtæ ſi quando interſtinctus eſſet, virgines verberibus afficiebantur à Pontifice.

INTERSTĬTĬUM, ii: Spatium & diſtantia inter quævis. {מרחק *révach.* Διάστημα. GALL. *L'entre-deux de quelque choſe que ce ſoit, intervalle, interſtice.* ITAL. *Spatio, diſtanza.* GERM. Die weite zwiſchen zweyen dingen. HISP. *Eſpacio entre medias.* ANGL. *Space, or diſtance between.*} Macrob. Quum quatuor ſint elementa, ex quibus conſtant corpora, terra, aqua, aër & ignis, tribus ſine dubio interſtitiis ſeruntur oportet: quorum unum eſt à terra uſque ad aquam, ab aqua uſque ad aëra, ſequens: tertium, ab aëre uſque ad ignem. Higinus, Quod ab eo ſidere parvo interſtitio differt. ¶ Interſtitium Lunæ, idem quod interlunium, ſeu conjux Lunæ cum Sole: quo tempore, quod ſuperiore parte tantùm illuſtretur, à nobis cerni non poteſt. *Suidæ*. quo uſus eſt Apuleius.

Interſtĭtio, nis: Intermiſſio, ceſſatio, vacatio. {διάλειψις. GALL. *Relâche, ceſſation, vacation.* ITAL. *Vacatione, ceſſamento.* GERM. Vnderlaſſung. HISP. *Ceſſamiento.* ANGL. *A ceaſing or leaving of.*} Gell. *lib. 20. cap. ult.* Quando animus eorum, interſtitione aliqua negotiorum data, laxari indulgerique potuiſſet. Idem, *lib. 20. cap. 1.* Velut quoddam juſtitium, id eſt, juris inter eos quaſi interſtitionem quandam & ceſſationem. Verba ſunt Gellii.

Interſtrĕpo, is: Strepitum inter alios emitto. {μιξοβοέω, διαψοφέω. GALL. *Faire bruit entre autres, ou parmy.* ITAL. *Far ſtrepito tra gl' altri.* GERM. Vnder etwas rauſchen oder lönen. HISP. *Hazer eſtruendo entre otros.* ANGL. *To make a noiſe in the middes of others.*} Virg. 9. *Eclog.*

*Digna ſed argutos interſtrepere anſer olores.*

Quo tamen in loco videtur rectiùs legi poſſe, Inter ſtrepera, diviſis dictionibus: ut ſit ordo, ſtrepere inter argutos olores.

Interſtringo, is: Comprimo. {συμπίεζω. GALL. *Eſtreindre, ſerrer entre quelque choſe.* ITAL. *Stringere.* GERM. Zuſammen ſtrichen oder truck ken. HISP. *Strellir à apretar.* ANGL. *To ſtrayne or preſſe betweene.*} ut, Interſtringere gulam, id eſt, ſuffocare, vel ſtrangulare. *Gaviſus.* Plaut. *Aulul.* Ibo intro, atque illi tuo ſocio interſtringam gulam.

Interſtruo, is: Simul conſtruo, compto, compono. {συνκτίζω, συνκτίζω. GALL. *Baſtir & conſtruire pluſieurs choſes enſemble.* ITAL. *Mettere inſieme, comporre.* GERM. Zuſammen ſetzen oder fügen. HISP. *Componer ò ordenar juntamente.* ANGL. *To build and compoſe ſundrie things.*} Silius *lib. 10.*

——— *Teleſinum ad oſſa*
*Illiſo ſaxo, quæ ſpina interſtruit artus,*
*Occumbit.*

Interſum: Præſens ſum, adſum, ſimul gero & adminiſtro. {παρίημι. GALL. *Eſtre preſent, ſurvenir.* ITAL. *Eſſere preſente.* GERM. Zugegen ſein. HISP. *Entrevenir.* ANGL. *To be preſent.*} Cic. *I ent.* Quæ hic requiruntur, accipies ex Pollione, qui omnibus negotiis non interfuit ſolùm, ſed etiam præfuit. Idem *de ſenectute.* Sæpe interfui querelis meorum æqualium. ¶ Significat etiam differre, diſcrepare. Διαφέρω, Διαφίημι. Terent. *in Eunuch.* Stulto intelligens quid intereſſt. Vide *Intereſſe.*

‖ Intertaleo, incido ramum. Vide *Talea.* ‖

Irrĕvĕrĕntĕr, adverb. Sine reverentia & honore. { ἀνοσίως, ἀνιερῶς. Gal. *Irreveremment, ſans reverence.* Ital. *Senza reverenza.* Germ. Ohne ehr erbietung, unzüchtiglich. Hisp. *Sin reſpeto.* Angl. *Unreverentlie.* } Plin. *epiſt.* 38. Cæteri audaces, atque etiam magna ex parte adoleſcentuli obſcuri ad declamandum huc tranſeunt, tam irreverenter & temerè, ut mihi Attilius noſter expreſsè dixiſſe videatur, ſic in foro pueros è centumviralibus cauſis auſpicari, ut ab Homero in ſcholiis.

Irrĕvĕrentĭa, æ. ✠ Reverentia. { ἀνοσία. Gall. *Irreverence.* Ital. *Irreverenza.* Germ. Unzucht, verachtung. Hisp. *Deſacato.* Angl. *Lack of reverence.* } Tacit. *lib.* 13. Quibuſdam coalitam libertatem irreverentiam eò protupiſſe frementibus. Plin. *epiſt.* 92. Studiorum irreverentia.

Irrĕvŏcābĭlis: Quod non poteſt revocari, immutabilis. { ὃ οὐκ ἀναπέμπεται. Gall. *Qui ne ſe peut revoquer.* Ital. *Che non ſi può rivocare.* Germ. Unwiderrüfflich. Hisp. *Que no ſe puede revocar.* Angl. *That can not be called back.* } Horat. 1. *epiſt.* 18.

*Et ſemel emiſſum volat irrevocabile verbum.*

Irrĕvŏcātŭs, a, um, idem: ut, Error irrevocatus, apud Claudianum *de bell. Get.*

Irrĕvŏcātŭs, a, um: Non revocatus. { ὁ οὐκ ἀναπέμπεται, ὁ οὐκ ἀναπεμπόμενος. Gall. *Non revoqué.* Ital. *Non revocato.* Germ. Jn nicht abzuwenden iſt. Hisp. *No revocado.* Angl. *Not called back.* } Horat. 2. *epiſt.* 1.

——*Quem ira ſæpe rediens revocavimus iræ vocati.*

Ovid. 11. *Metam.*

——*ſed enim irrevocatus ab ævi*
*Cade ſuum perſtat dulcedine ſanguinis auctor.*

Irrĕvŏlūtus, a, um: ✠ Revolutus. { ἀνάπαυτος. Gall. *Qui n'a point été revolué, fubillaté, ni déroulé.* Ital. *Non rivolto.* Germ. Jnumbgewent. Hisp. *No rebuelto.* Angl. *Unrolled, or wrapped together.* } Martial. *lib.* 11.

*Vadas & redeas irrevolutus.*

Irrīdĕo, es, ſi, ſum, ex *in.* & *rideo*: Derideo, ludibrio habeo. { לעג *laghág* חלעיב *hilbeh*, לץ *latz*, צחק *tſchehk.* καταγελάω. Gall. *Se moquer & rire de quelqu'un.* Ital. *Beffare, ſchernire, burlare.* Germ. Den lachen, verſpotten. Hisp. *Burlar, eſcarnecer.* Angl. *To mocke, to laugh to ſcorne.* } Plaut. *Curc. ſc.* 1. *a.* 1. Facilè miſerum irridere. Plaut. *Amph.* Ultrò venis irriſum dominum. Idem *Aul. ſc.* 4. *a.* 1. Facis haud decorum ut inopem irrideas. Sequitur Derideo. Idem *Capt. ſc.* 4. *a.* 3. Hic me nunquam irridebit (minantis.) Idem *Pſeud. ſc.* 2. *a.* 5. Et argentum aufert, & me irridet? Ter. *in Heaut.* Irrides in re tanta, neque me quicquam conſilio adjuvas. Idem *in Eun.* Cœpit ad id illudere, & me irridere. Cic. *de nat. Deor.* Etiam per jocum deos irridens, quem cavea liberati puelli, &c.

Irrĭdunt, pro irridet. Sic parire, pro parere, apud veteres. Brutus (de patientia:) Irridunt horum lachrymæ. Ex Diomede *Grammat. lib.* 1.

Irrīsŭs, a, um: Part. מלעב *mulhás.* καταγελασθείς. Gall. *Moqué.* Ital. *Schernito.* Germ. Verlacht. Hisp. *Eſcarnecido.* Angl. *Mocked.* } Tacit. *lib.* 4. Ad vana, & toties irriſa revolutus.

Irrīsĭo, ōnis. { לעג *lóhag* שחק *ſeckók.* χλεύασία. Gall. *Moquerie, irriſion.* Ital. *Schernimento.* Germ. Das verlachen. Hisp. *Burla ò eſcarnecimiento.* Angl. *A mocking, a ſcorning.* } Tacit. *lib.* 1. Retinentes centuriones irriſu, & contumeliis, poſtremò verberibus infectantur. Idem *lib.* 3. Non ſine irriſu audientiam poſtulavit. Irriſui eſſe: id eſt, ludibrio haberi. Cæſ. *lib.* 2. *de bell. civ.* Plin. *lib.* 22. *cap.* 5. Imò verò pleriſque ultrò etiam irriſui ſumus, illa commentantes, ac frivoli operis arguimur.

Irrīsĭo, nis: Subſannatio, derifio, illuſio. { מלעב *malhib*, מצחק *metſachek.* χλεύασμός. Gall. *Moquerie.* Ital. *Beffa, ſcherno.* Germ. Verlachung. Hisp. *Eſcarnecimiento.* Angl. *A mocking, a launing to ſcorne.* } Cic. 1. *Offic.* Deformè etiam de ſeipſo prædicare, falſa præſertim, & cum irriſione audientium imitari militem glorioſum.

Irrīsŏr, is: Derifor, ſubſannator. { לעג *lohégh*, מלעיב *malhib*, מצחק *metſachk.* χλευαστής. Gall. *Moqueur.* Ital. *Schernitore.* Germ. Ein verlacher, verſpotter. Hisp. *Burlador, eſcarnecedor.* Angl. *A ſcorner.* } Cic. *in Parad.* Veniant igitur irriſores hujus orationis ac ſententiæ, & jam vel ipſi judicent, &c.

Irrīsĭbĭlĕ, adverb. Infacetè, inelegantèr. { ἀ χαλοίως, ἀχαρίτως. Gall. *Sans grace & rencontre, ſans moquerie.* Ital. *Senza gratia, ridiculoſamente.* Germ. Jdcherlich, spöttlich. Hisp. *Sin gracia y burla.* Angl. *Vnmerilie, without a good grace.* } Cæſar 1. *bell. Gall.* Quod quum fieret, non irridiculè quidam ex militibus decimæ legionis dixit, pluſquam pollicitus eſſet, Cæſarem facere.

Irrĭgo, ex *in.* & *rigo*: Adaquo, humecto, quaſi rivos in agrum deduco. { רוה *rivéh*, השק *hiſchák.* ἀρδεύω, βρέχω, ὑγραίνω. Gall. *Arroſer.* Ital. *Innaffiare, adacquare, bagnare.* Germ. Das waſſer hin ein ſtrömmen laſſen. Hisp. *Regar derramando agua.* Angl. *To water ground.* } Cic. 2. *de nat. Deor.* Ægyptum Nilus irrigat. Idem 1. *de nat. Deor.* Democriti fontibus Epicurus hortulos ſuos irrigavit. Plin. *lib.* 2. *cap.* 63. Quàmque ſanguine noſtro irrigamus, inſepultis oſſibus regimus. Virg. 3. *Æneid.*

——*ſoper irrigat artus.*

Irrĭgātĭo, nis: Actus irrigandi { רי *ri.* ἄρδευσις, ὑγρασία. Gall. *Arrouſement.* Ital. *Adacquamento.* Germ. Wäſſerung. Hisp. *Regadio ò regadura.* Angl. *A wattering of ground.* } Cicer. 2. *Offic.* Adde ductus aquarum, derivationes fluminum, agrorum irrigationes, moles appoſitas fluctibus.

Irrĭguus, a, um, quod irrigatur, vel facilè irrigari poteſt. { רוה *ravéh.* ὑγρός. Gall. *Arrouſé d'eaux qui ſortent ſur le lieu, marescageux.* Ital. *Che facilmente ſi può adacquare.* Germ. Das man wäſſern gerodſſet. Hisp. *Coſa que ſe puede regar, ò que es regada.* Angl. *That may be eaſilie avatered.* } Cato *cap.* 1. *de re ruſt.* Vinea eſt prima, ſi vino multo opus ſiet: ſecundo loco hortus irriguus. ¶ Accipitur & quandoque in ſignificatione agendi: ut, Aqua irrigua, quæ irrigat. Virg. 4. *Georg.*

——*irriguumque bibant violaria fontem.*

Tibull. *lib.* 2. *el.* 1.

*Tunc bibit irriguum fertilis hortus aquas.*

Irrĭpio: Intus capio, εἰσδύω. Cic. Irripiunt in ædes ſubitò.

Irrĭto: Frequentativum ab irruo per mutationem u, in i, euphoniæ cauſa, ſive à *Hirrire*, aliis à *Rixi.* Eſt autem irritare, idem quod lacеſſere, provocare, & ad iram incendere. { נקס *chikes*, הכעיס *hichhis.* ἐρεθίζω, ἐπαίρω, παροξύνω, παροργίζω. Gall. *Irriter, agacer, inciter à courroux.* Ital. *Provocare, attizzare, ſtimolare.* Germ. Anreitzen, zum zorn bewegen. Hisp. *Provocar à encender.* Angl. *To provoke, to kendle wrath.* } Quæ ſignificatio à canum more tracta videtur, qui in laceſſentem irruunt: vel, ut Donatus ait, reſtrictis dentibus, i litteram imitantur. Plaut. *Capt. ſc.* 1. *a.* 3. Canem irritatam imitari, & dentes reſtringere. Virg. *lib.* 5. *Æneid.*

*Irritátque virum telo, & voce laceſſit.*

Ovid. *lib.* 2. *Faſt.*

*Cum ſicco primas irritat cortice flammas*, id eſt, ſuſcitat.

Plaut. *in Amphitr.* Irritabis crabrones. Senec. *cap.* 2. *de conſ. ad Helv.* Irritant aliquando ſolatia dolorẽ. Idem *c.* 17. *al.* 36. *de conſ. ad Polyb.* Irritare luctum ſuum ſqualore & ſordibus. Plaut. *Curc. ſc.* 3. *a.* 5. Si me irritaveris, his (pugnis) placidum te reddam. Idem *Amphitr.* Si me irritaſſis, hinc auferes infortunium. *Ibidem ſc.* 4. *a.* 4. Bacchus te irritaſſit. Item, Irritare ingenia. Suet. *in Neron cap.* 39. Et, Irritare necem alicujus propoſita mercede. Velleius. ¶ Ab eodem fonte manat & Prorito, as, pen. prod. Nam ſicut Irrito, pro laceſſo ab *irone* eſt; ita Prorito à *prorus*: nec multùm in ſignificatione differunt. Nam prorito idem eſt quod provoco. προεγείρω. Col. *lib.* 2. Lini ſemen, niſi magnus eſt ejus in ea regione, quam colit, proventus, & pretium proritat, ſerendum non eſt. Hoc eſt, niſi pretium alliciat, & inviter. Differunt autem Prorito, & Irrito, quòd illud & in bonam partem, uti provoco, capi poteſt: Irrito non niſi in malam.

Irrĭtātus, a, um, participium. Laceſſitus, provocatus. { מכעס *mechhas*, מכעם *mechhám.* ἐρεθιστός, παροξυσμός. Gal. *Irrité, agacé, émeu.* Ital. *Irritato, incitato, ſmoſſo.* Germ. Angereitzt, bewegt. Hisp. *Provocado, encendido.* Angl. *Provoked, ſtirred up.* } Gens irritata. Ovid. *lib.* 3. *Metam.* Voluptas irritata. Idem 2. *de Arte.* ¶ Irritatus pro itato. Terent. *in Phorm.* Ita ſum irritatus, animum ut nequeam ad cogitandum inſtituere.

Irrĭtātus, nomen ex participio. Gell. *lib. alt. cap. ultr.* Quo ſit quorundam malè doctorum hominum ſævitas & invidentia irritatior. Senec. *cap.* 3. *de conſ. ad Marc.* Irritata mater (luctu) tot rogis, quaſi toties amitteret filium.

Irrĭtātĭo, nis: Inſtigatio. { כעס *chahás.* παροξυσμός. Gall. *Agatement, irritation.* Ital. *Attizzamento, irritatione.* Germ. Anreitzung. Hisp. *Provocacion, encendimiento.* Angl. *A ſtirring up to wrath.* } Liv. *lib.* 2. *bell. Mac.* Et irritatio animorum ea prima fuit. Gell. *cap.* 16. *lib.* 7. Edendi irritationes repertas eſſe (i. cupeditas & delicias ciborum.)

Irrĭtātŏr. ἐρεθιστής. Senec. *epiſt.* 109. Cùm irritator acceſſit, tunc illa animi bona veluti ſopita excitantur. Vide paulò antè in *Irritatus.*

Irrĭtābĭlis, e, quod facilè irritatur. ✠ Placabilis. { εὐόργητος, ἰσχυρὸς ὀργῇ. Gall. *Aiſé & facile à courroucer.* Ital. *Che facilmente ſi provoca, facile à corrucciarſi.* Germ. Das ſich gern zu zorn reitzen läſt, unbeſtändig. Hisp. *Coſa que puede ſer provocada, enojadixo.* Angl. *That is eaſilie keddled to wrath.* } Cic *ad Attic. lib.* 1. Nam ſi ita ſtatueris, & irritabiles animos eſſe optimorum ſæpe hominum, & eoſdem placabiles, &c. Horat. 2 *epiſt.* 2.

——*Genus irritabile vatum.*

Irrĭtāmĕntum, i, quo quis irritatur, & accenditur. { ἐρεθισμός. Gall. *Provocation.* Ital. *Provocamento.* Germ. Ein anreitzung. Hisp. *Provocacion.* Angl. *A provocation to anger.* } Plin. *lib.* 9. *cap.* 6. Subinde inſultis impactus, totidem incitatus irritamentis, polluitque, &c. Ovid. *lib.* 1. *Metam.*

*Effodiuntur opes irritamenta malorum.*

Sic irritamenta gulæ, dicuntur condimenta quibus edendi aviditatem provocamus. Sic Liv. *lib.* 10. *dec.* 4.

Irrĭtāmĕn, inis, idem. ἐρεθισμός. Ovid. *lib.* 12. *Metam.*

*Haud ſecus exarſit quàm circo taurus aperto,*
*Quum ſua terribili petiit irritamina cornu.*

Irritamen amotis. Idem *lib.* 9. *Metam.*

—— —— *magnum*
*Adjeciſſet opes, animi irritamen avari.*

Irrĭtus, a, um, compoſitum ab *in.* & *ratus.* Non ratus, inutilis, nullius valoris. { דק *tek.* ἄκυρος, ἄπρακτος. Gall. *Vain, qui n'a point d'effet.* Ital. & Hisp. *Vano.* Germ. Unkräfftig, vergäblich. Angl. *That is of no effect.* } Ter. *in Phorm.* Quod dictum, indictum eſt: quod modò erat ratum, irritum. Plaut. *in Amphitr. ſc.* 1. *a.* 1. Ea ingrata habui atque irrita. *Ibid. ſc.* 1. *a.* 3. Ego feci iſtæc verba virtute irrita. Gell *cap.* 14. *lib.* 13. Aves irritas habuit Remus (i. infaustas, inauſpicatas, inutiles,

inutiles sibi.) Item, Ad irritum cadens spes. Liv. *lib.* 2. *ab urb.* Et, In irritum redit. Sen. *Epist.* 28. Et Velleius. ¶ Irritus consilio, gladio se transfixit (i. quia non potuit persuadere quod suadebat.) Labor irritus anni. Ovid. *lib.* 1. *Metam.* Irritæ preces, id est, vanæ, futiles, & incassum fusæ. Plin. *in Panegyr.* Ac plerique irritis precibus surdas principis aures adsitrepebant. Tela irrita. Virg. 4. *Eclog.* Verba irrita. Ovid. 1. *de remed. amor.* ¶ Interdum Irritus idem est, quod ad nihilum redactus. Virg. 4. *Eclog.*

*Te duce, si qua manent sceleris vestigia nostri,*
*Irrita perpetua solvent formidine terras.*

Irritum fieri testamentum dicitur, quoties statu testatoris mutato, ipso jure testamentum concidit, *l. si quis 6. D. de injust. rupt.* veluti si capite diminutus fuerit. Itaque Rumpi, & Irritum fieri sic differunt, quòd irritum status testatoris immutatus facit: rumpit autem casus extrinsecus contingens, ut agnationis, adoptionis, testamenti novi. Rursus inter Irritum esse, & Irritum fieri, hoc interest, quòd irrita fieri ea dicuntur, quæ cùm antea jure constarent, eversa sunt: irrita verò vel injusta esse dicuntur, quæ nunquam constiterunt, sed infirma semper sua sponte fuerunt. Hotom.

**Irrōbŏro**: Invalesco, vires acquiro. {πιν *chazak*. ἰσχύειν. Gal. *Prendre force & vigueur, se renforcer.* Ital. *Prendere forza, divenir forte.* Germ. Erstercken/an krefften zunemmen. Hisp. *Fortalecerse.* Angl. *To waxe strong and tak force.*} Gell. *lib.* 1. *cap.* 22. Irroboravit, inveteravitque falsa atque aliena verbi significatio, quod dicitur: Hic illi superest.

**Irrōdo, as**: Infero, infligo, impono. {שים *hehmin*. ἐπιφέρω, ἐπιτίθημι. Gall. *Imposer, requerir qu'on impose.* Ital. *Dare, imporre.* Germ. Auffsetzen/anthun. Hisp. *Dar, attribuir, imponer.* Angl. *To set a penaltie, to bestowe.* } Plaut. *in Capt.* Qui consilium Inière, quo nos victu & vita prohibeant: his diem dicam, irrogabo mulctam, ut mihi cœnas decem meo arbitratu dent, quum cara annona sit. ἐπιβάλλω, ἐπιτίθημι. Plin. Non modò culpam omnem, sed etiam mulctam irrogavit. Cic. *pro domo sua*, Vetant leges sacratæ, vetant XII. Tabularum leges privatis hominibus irrogari: id enim est privilegium. ¶ Irrogare alicui mortem. Tacit. *lib.* 4. Sibimet irrogaret mortem, quam patri struxerat. Quintil. Non plus irrogandum quieti (i. tribuendum.)

**Irrŏgātus, a, um**, participium: Impositus. {ἐπιβαλεῖς. Gall. *Imposé.* Ital. *Imposto.* Germ. Auffgelegt. Hisp. *Impuesto.* Angl. *Imposed, bestowed.*} Tacit. *lib.* 15. Exilium que accusatori irrogarum, & tabulæ exulis sunt.

**Irrŏgātio, nis**: {ἐπιβολὴ, ἐπίθεσις. Gall. *Imposition.* Ital. *Imposizione.* Germ. Auffsetzung. Hisp. *Imposicion.* Angl. *An imposing of a tribut.*} Cic. *pro Rabirio*, Nam quid ego ad longam orationem comparem, quod est in eadem mulctæ irrogatione præscriptum, hunc ocr fuæ, nec alienæ pudicitiæ pepercisse?

**Irrŏgāsit**, antiquum verbum, pro quo apud Cicer. *in leg.* corruptè legitur *Interrogassit.*

**Irrŏro, as**: Rore aspergo, seu madefacio. {ἐπιῤῥαίνω, βρέχω. Gall. *Arrouser, mouiller de rosée.* Ital. *Bagnar di ruggiada, inaffiare.* Germ. Mit taw besprengen / befeuchtigen. Hisp. *Mojar, rociar derramando rocio.* Angl. *To sprinkle or weet with dew.*} Col. *lib.* 11. *cap.* 2. Septimo Idus decembres Aquilo manè oritur, Africus interdum Auster irrorat. Idem *lib.* 11. *cap.* 12. Noctibus autem labrum operite convenict, ne irroretur. Dicimus autem, Aquam irrorare agro, & irrorare aqua. Ovid. 1. *Metam.*

*Inde mihi libatos irroravêre liquores*
*Vestibus.*

Idem *lib.* 7. *Metam.*

*Ter se convertit, ter sumpti flumina crinem*
*Irroravit aquis.*

Idem 4. *Fast.*

*Ter caput irrorat.*

¶ Somnus irrorat quietem oculis. Silius *lib.* 10.

**Irrŭbĕo, es**, vel Irrubesco, is: Rubrum fieri, rubore suffundi. {אדם *adhám*. ἐρυθριᾶν. Gall. *Se rougir, devenir rouge.* Ital. *Farsi rosso, arrossire.* Germ. Rot werden. Hisp. *Hazerse roxo.* Angl. *To waxe redde.*} Stat. 9. *Thebaid.*

*——irrubuit cæli plaga sydere misto,*
*Occumbúntque sacro pariter jubar arctos utrinque.*

Ignis irrubuit vultibus, apud eundem *lib.* 5. *Syl.* pro Suffudit vultus.

**Irrŭcto, as**: Est ructu affio. {ἀπορρύγχω. Gall. *Retter, ou rouper contre.* Ital. *Rutare contra.* Germ. Angörpfen / ein görpß gegen anlassen. Hisp. *Regoldar contra alga.* Angl. *To belke an blowe on.*} Plaut. *Pseud.* Quid tu, malum ergo in os mihi ebrus irructas?

**Irrŭgĭo**, is: Valde rugio. {ἐπιβρυχάομαι. Gall. *Rugir beaucoup comme le lion.* Ital. *Ruggire molto.* Germ. Hefftig dahär brüllen. Hisp. *Mucho bramar como el leon.* Angl. *To bruie out, to rore.*}

**Irrūgo, as, are**: In rugas contrahere. {חרש *chabáh*. ῥυτίδων. Gall. *Se rider.* Ital. *Crespare.* Germ. Runtzlechtig machen. Hisp. *Arrugar haziendo rugas.* Angl. *To make wrinckles.*} Gell. *lib.* 1. *cap.* 1. Ne æquor illud ventris irrugetur.

‖ Irrumator, in obscœnis. Mart. Catull. mentulam tanquam mamillam ori alterius præbens.‖

**Irrŭmpo, is**: Violenter cum impetu ingredior, irruo, impetum facio. {ψυδ *paschát*, פרץ *parátz*. ἐπιπίπτω, προσβάλλω, ἐμβάλλω. Gall. *Entrer par force, se ruer impetueusement dessus.* Ital. *Entrare con impeto, entrare violentemente.* Germ. Mit gewalt hinein brechen. Hisp. *Entrar con impetu.* Angl. *To break in.*} Plin. *lib.* 35. Hostilius Mancinus, qui primus Carthaginem irrupetat. Cæsar *lib.* 2. *de bell. civ.* Oppidum irrumpere. Et Catull. *de com. Berec.* Cùm Medi irrupêre novum mare. Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 5. *Trist.*

*Quæ tamen (curæ) irrumpunt, quóque vetantur, ámor.*

Idem 15. *Metam.*

*——portas irrumpere apertas.*

Virg. 11. *Æneid.*

*——portas irrupêre patentes.*

Luc. *lib.* 2. Nam quum ab Alexandro capta civitas esset, ac milites ad eam spoliandam irrupissent. Et fermè semper in hac significatione hoc verbo utuntur Authores. Idem propriè sumpsit *lib.* 6. pro penitus frango. ἐκπίπτουσι. Summum (inquit) inter se hominum vinculum est humanitas, quod qui irruperit, nefarius & parricida existimandus est.

**Irrŭptio, nis**: Impetus, incursio. {פרצת *ghedhédh*, פרץ *peréts*. ἐφοδος. Gall. *Entrée impetueuse.* Germ. Ein ungestümer einbruch. Hisp. *Entrada con impetu.* Angl. *A breaking in by force.*} Cic. *pro lege Manil.* Nam quum hostium copiæ non longe absunt, etiamsi irruptio facta nulla sit, tamen pecora relinquuntur.

**Irrŭo, is, ui, tum**: Cum impetu aliquem aggredior, vel violenter me aliquò immitto. {ψυδ *paschat*, פרץ *parats*. ἐφέπω, πίπτω, ἐμπίπτω. Gall. *Se ruer & jetter dessus.* Ital. *Assalire con furia.* Germ. Mit ungestümm einfallen oder anfallen. Hisp. *Acometer con furia y impeto.* Angl. *To runne furiously upon à thing, to rush in.*} Sal. *in Jugurth.* Quum fortè in eum irruerent, facilè repulsi. Cic. 2. *de fin.* Equo admisso in mediam Latinorum aciem irruebat. Terent. *in Adelph.* Fores effregit atque in ædes irruit alienas.

**Irtĭŏlă, æ**, genus vitis Umbriæ, Piceno, & Mevanati agro peculiare, teste Plin. *lib.* 14. *cap.* 3. Colum. *lib.* 3. *cap.* 2. Nam has nuper mihi cogitas, pergulanam dico, & irtiolam ferreolámque, non facilè asseveres quo gradu habendæ sunt.

**Irus, i**, mendicus fuit Ithacensis, affecla procorum Penelopes, quem Ulysses domum reversus pugno interfecit. Hom. 18. *Odyss.* Hujus paupertas abiit in proverbium, ut hominem extremæ inopiæ Iro pauperiorem dicamus. Ovid.

*Irus erit sultò, qui modò Cræsus erat.*

**Irus, i**, urbs Thessaliæ: civis Irotes, ἰρώτης. Steph.

## I S

**Is, ea, id, ejus, ex is.** Ab *ĭ*, fit Iste, idem, ibidem, idemidem. Quidam volunt Iste dici quasi Is te. Pronomen est, eandem habens significationem quam ille, aut hic: eandémque in oratione locum obtinet.{ז *zeh*. οὗτος, ὅτος. Gall. *Il, icelny, cetuy-là, celuy.* Ital. *Questo, il medesimo, colui, costui.* Germ. Der. Hisp. *El, ello.* Angl. *That, he.*} Et modò demonstrativè accipitur. Cic. *lib.* 2. *Epist.* Neque enim tu is es, qui fis nescias. Idem *pro P. Sylla*. Neque enim una est ratio defensionis ea, quæ posita est in oratione. Modò relativè. Idem *ad Att. lib.* 1. Venit mihi obviam puer tuus: is mihi litteras abs te reddidit. Idem 6. *Philipp.* Antonius cum una legione, & ea quidem vasillante, L. fratrem expectat. Idem *de Divinat.* Plurimis nostris exemplis usi es, & iis quidem illustribus. ¶ Quis is, & quis est is. Vide *Quisquis is.* Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Quis is est homo. Et *ibid. sc.* 3. *a.* 2. Quis est is. ¶ Is, ejus, eo, ii, vel eorum, subaudiuntur: vide *Quis.* Gell. *cap.* 16. *lib.* 15. Cùm ille (Milo Crotoniensis) quasi perfecto, quo erat connixus, manus laxasset, &c. Hic subauditur (eo) positò pro perfecto. ¶ Item, Is est, pro Ea est, si credendum Passeratio est, dixit Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 3. Philenium illuc hæc quæ intus exit? Atque Argyrippus una. L. Os opprime: Is est, &c. (i. ea est.) ¶ Ea verba sunt hæc. Gell. *cap.* 12. *lib.* 15. ¶ Nonnunquam accipitur Is pro *talis, vel ejusmodi.* Cic. *lib.* 2. *Epist.* Is enim tu vir es, & eum me esse cupio, ut, &c. Idem *Att. lib.* 35. Itaque ego is in illum sum, quem tu me esse vis. ¶ Eapse, pro Ea ipsa. Plaut. *Cist.* Puerum, aut puellam alicunde ut reperirem sibi recens natum, eapse quod sibi supponeret. ¶ Ipse, pro *Is ipse.* Cic. *pro Rosc. Amer.* Nullum esse jus tam sanctum, atque integrum, quod non ejusce vis ac perfidia violaret.

**Isăra**, urbs à Babylone itinere dierum octo distans, apud quam est Is fluvius, in Euphratem influens: è quo bitumen ædificandis muris Babylonis subministrabatur. Author Herod. *lib.* 1.

**Isaca**, sive (ut in quibusdam exemplaribus legitur) Isca, fluvius est in meridionali latere Britanniæ insulæ. Vulgò *Ex.* Ptol. *lib.* 2. *cap.* 3.

**Isæus, ei**, cum æ diphthongo. Nomen Rhetoris pariter & Philosophi, quem Philostratus *in vitis Sophistarum*, Assyrium fuisse tradit. Cujus hoc fuit inventum, cujusvis rei argumentum in breve contrahere compendium.

**Isagōgĭcus**, {חנך *chinnúch*. εἰσαγωγικὸς. Gall. *Introduction.* Ital. *Introduttione.* Germ. Ein einleytung / einführung. Hisp. *Introduccion.* Angl. *An introduction.*} Prima artis scientiæve alicujus rudimenta, ad majora altioráque viam munientia: à Græco verbo εἰσάγω, quod significat instituo, & prima artis cujuspiam elementa trado. Quidam ex nostris verbum ex verbo reddentes, Introductionem appellarunt, quos nemo tamen imitabitur Latinæ elegantiæ studiosus. Gell. *lib.* 16. *cap.* 8. Quum disciplinas dialecticas induci atque imbui vellemus, necesse fuit adire atque cognoscere, quas vocant Dialecticæ εἰσαγωγικὰς.

**Isagōgĭcon**, εἰσαγωγικὸν. Liber prima artis alicujus præcepta tradens, & ad interiora altioráque viam certam muniens. Quidam ex nostris Introductorum vertunt, vocabulo inter doctos non non satis recepto, imò planè rejecto.

**Isandĕr, andri**. Filius fuit Bellerophontis & Achimenes, qui quum esset bellum inter Lycos & Solymos, contra Solymos pugnans occisus est.

‖ Isangelia, nuncium conforme. Item judicium, & accusatio in proditores, & quorum crimina legibus non continentur. Rh.

**Isangĕlus**, Angelis par.‖

**Isăpis**: Vulgò *Albi*. Fluvius Flaminiæ, propinquus Cæsenæ, ut Strab. *lib.* 5. scribit. Lucan. *lib.* 2.

*Crustuminúmque rapax, & junctus Isapis Isauro.*

**Isăra**. Fluvius est Allobrogum, non procul à Cemeno monte in Rhodanum influens. Vulgò *Isere.* Vide Plin. *lib.* 3. *cap.* 4.

**Isatis**. Vulgò. Gall. *Guede, pastel en Longuedoc.* Ital. *Guado.* Germ. Weyd krut. Hisp. *Pastel.* Angl. *woad.* {Græcis vocatur herba quam Latini *glastum* appellant. Ejus duo sunt genera: Isatis sylvestris, folia habet lactucæ, sed majora, caules præterues, multifidos, quadrangulos rubentes, in quorum cacuminibus folliculi multi dependent, quandam linguarum effigiem referentes, in quibus semen habet flore tenui & luteo: sativa folia habet plantaginis similia, verùm pinguiora, nigriorâque, caulémque duorum cubitorum altitudinem excedentem. Hanc tinctoribus molis premunt, ut herbaceam faniem ex-ludant

excludant: deinde abacto liquore digerunt in magnos globos, quos in tabulatis in cinerem putrefacere sinunt. Toloſates *paſtellum*, ab effigie pastillorum, in quos glomerabat, nominant.

Isaũrix, *Ἰσαυρία*. Regio est Asiæ minoris, proxima Ciliciæ ad Taurum montem, quam Publius Servilius cognomento Isauricus subegit, & multas piratarum munitiones, quæ in ora maritima erant, vi cepit. Hæc Strab. *lib.* 12. qui se Servilium vidisse scribit. Fuisse autem traditur fortunæ adeò tenuis, ut publico funere sit elatus.

Isauri, populi Isauriam tenentes.

Isaũrus: Flaminiæ fluvius est, qui accepto Isapi, non procul à Cæsena in mare Adriaticum influit. Lucan. *lib.* 2.

*Crustumiámque rapax & inutilem Isapis Isauro.*

Isaũri, orum, *Ἴσαυροι*, *ea*. urbs Isauriæ, quæ est Asiæ regio non procul à Tauro monte, inter Lycaoniam & Ciliciam sita. Hanc urbem postea Claudius, deducta eò colonia, à nomine suo Claudiopolin appellavit, ut author est Ammianus.

Isbus, *Ἴσβος*. Isauriæ civitas. Gentile Isbocus, *Ἰσβώτης*. Steph.

Isca, medulla nucis, quæ in ligno ipso continetur. Aëtius.

Iscariotes, cognomen Iudæ proditoris Domini.

Ischădes, *ἰσχάδες*. Græco nomine sici aridi appellantur, teste Pollace: nam *σῦκα* propriè de recentibus dicuntur.

Ischæmata, sanguinem attenuantia, suppimentia. Tiraq.

Iscalis, Britanniæ urbs, ut est author Ptol. *lib.* 2.

Ischăs, adis, *ἰσχάς*. Raphani agrestis genus; quod apion nonnulli, alii agriorphanum appellant, author Plin. Gesnerus *de fur. liter.* C. & H. Sylvestris quoddam leguminis, aut vicię genus, non dissimile astragalo: panem porcinum in multis Germaniæ locis vocant, quòd radiculas ejus dulces & rotundas, sues agris effossis requirant.

Ischæmŏn, *ἰσχαιμον*. Herba à Thracibus primùm inventa, qua ferunt sanguinem sisti, non aperta modò vena, verùm etiam præcisa. Serpit è terra millio similis, foliis asperis & lanuginosis. Author Plin. *lib.* 25. *cap.* 8.

Ischæmus, vim habens sanguinis sistendi.

Ischĭa, *ἰσχία*. Insula est maris Tyrrheni, altera Œnotridum, è regione Velię sita. Author Plin. *lib.* 3. *cap.* 7.

Ischĭas, adis, *ἰσχὰς λαγωπόδιον*. Herba quædam radice cyperi, quæ commanducata dentium dolorem sedat, alii leucocantham vocant, alii polygonaton, alii Sigillum Solomonis. Plin. *lib.* 20. *cap.* 16.

Ischĭi, *ἰσχία*. Ossa duo sunt in posteriore hominis parte ossi sacro, in anteriore mutuò *εἰς σύμφυσιν* cohærentia. { Angl. *The hanche bones.* } Latinè coxendices appellantur. Utrunque horum grandi cavatum est acetabulo, in quo insertum femoris caput circumvolvitur.

Ischĭas. *ἰσχιὰς*. Gall. *Vne goutte sciatique*. Ital. & Hisp. *Sciatica*. Germ. *Hüfftwee*. Angl. *A gout in the hanche bones.* } Arthritidis species est apud Æginetam, coxendices (quæ *ἰσχία* vocant Græci) præcipuè infestans. Vulgò corrupto nomine *Sciaticam* vocant. Plin. *lib.* 27. *cap.* 1. Bibitur propter ischiada & strangurian in vino.

Ischĭădĭcus, sive ischiadicus. { *ἰσχιαδικός*. Gall. *Qui est malade d'vne goutte sciatique*. Ital. *Chi patisce di sciatica*. Germ. *Der hüfftwee hat*. Hisp. *El doliente de sciatica*. Angl. *That is sick of this kind of gout.* } Qui ischiade morbo laborat. Plin. *lib.* 23. *cap.* 1. Prodest stomacho, &c. vertigini, tormínibus, ischiadicis. Cato *de re rust. c.* 123. Vinum ad ischiacos sic facito, &c. Gell. *cap.* 13. *lib.* 4. Tibicinis modulos ischiacis mederi scribit: Ischiaci, inquit, cùm maximè doleant, tum si modulis levibus tibicen incinat, mitiùs dolores.

Ischnophonia, linguæ hæsitantia, exilitas vocis. Rh.

Ischŏmăchē, es, *ἰσχόμαχη*. Uxor Pirithoi fuit, ex Attacia Thessaliæ regiuncula, alio nomine Hippodamia appellata, quam cùm Centauri Pirithoo præripere conarentur, ingenti clade ab Hercule & Theseo profligati sunt. Propert. *lib.* 2. *Eleg.* 4. Ischomache Lapithæ genus heroïnæ. Dicta ischomache *παρὰ τὸ ἰσχειν τὰς μάχας*: hoc est, à cohibenda pugna.

Ischoricos. Saltatio in honorem Bacchi. Scal.

Ischŏpŏlis, *ἰσχόπολις*. Urbs est Ponti Cappadocii, juxta Cæsaream: teste Ptolem. *lib.* 5. *cap.* 6.

Ischūrĭa, *ἰσχουρία*, à Græcis dicitur urinæ suppressio: quæ acto modis fieri solet, inflammatione, duritia, sanguinis collectione, resolutione lapidis, procidentia, ulceratione, & luxu. Si.

Iscæ, iscolæ, scholæ. Salmas.

Iselasia, *ἰσελασία*, ingressus, ab *ἐλαύνω*, ineo, intro. Inde,

Iselasticus, *ἰσελαστικός*, quasi dicas introitorius.

Iselasticum, præmium de publico latum victori in patriam redeunti à ludis. Turn.

Iselastica certamina quæ sint apud Plin. *in Epist.* vide in Constantini Lexico editionis secundæ, in voce *ἰσελαστικός*.

Isemerinos, æquinoctialis circulus in sphæra. Pap.

Isepus, *Ἴσηπος*. gens Scythica. Steph.

Iseum, *Ἰσεῖον*. Urbs Ægypti ab Iside dicta, cujus incolæ Metaboli, id est, mutabiles; tales enim erant. Solis mercatoribus onera mutuò vendunt, ipsa ab artificibus singulatim ementes. Steph.

Isiaci, *ἰσιακοί*, Isidis sacerdotes erant in Ægypto, qui vestibus tantùm lineis, quas illi *λινυφίας* appellabant, amicirentur, à qua consuetudine emanavit dictum illud Plutarchi dictum, *Οὔτε γὰρ φιλόσοφος πολυτελοπρεπὴς, οὔτε πολυτελὴς φιλόσοφος πώποτε γέγονε καὶ λινυφής*: hoc est, neque Philosophos facit barba promissior, vestisque attrita, nec item Isiacos linei amictus. Habet autem hoc non invenustam proverbii speciem. Isiacum non facit linostolia: quod trito vulgi proverbio dicimus, Monachum non perfici cucullo.

Isicium: vide *Insicium*.

Isinda, vel Isindas, *ἰσινδα*. Urbs Ioniæ est: & Isinda, vel Isindia regiuncula. Steph.

Isiphylus, *ἰσίφυλος*. Pater fuit Protesilai, cujus meminit Ovid. *in epist. Laodamia ad Protesilaum.*

*Vix soror Isiphyle, vix me grandævus Actæus,*
*Vix mater gelida mœsta refecit aqua.*

Isis, emplastrum conferens in acta bile. Onom. Med.

Isis, Isi, & Isidis, Isim in accusativo. *Ἰσις*. Inachi filia, Io prius dicta, quæ quum à Jove adamaretur, metu interventionis Junonis in juvencam fuit transmutata: appositóque à Junone Argo centoculo custode, arctissimè fuit observata. Tandem implorato Jovis auxilio, quum ad Nilum perveniisset, pristinam formam recepit, & ab Ægyptiis mutato nomine Isis dicta est: à quibus etiam numinis loco est habita. Lucan. *lib.* 6.

*Nos in templa tuam Romano recepimus Isim.*

¶ Hoc etiam nomine dicta est insula in sinu Arabico. Scribit Suidas, Isim Jovem ex Agro Græciæ urbe rapuisse: & quum Junonem timeret, mutasse nunc in bovem candidam, nunc in violaceam: cùmque ea obtrectantem in Ægyptum venisse.

Isiacus, a, um, denominativum ab Iside. Juven. *Sat.* 3.

*Aut apud Isiaca potius sacraria lena.*

Isteria, festum Athenis, cùm magistratus inibantur, & erat anni principium Kal. Jan. Item oratio auspicalis. Suid.

Islandia, *Islande*, insula maris septentrionalis, ad Regem Daniæ spectãs.

Ismaela, *Ἰσμαήλα*. Arabiæ parva regio: incolæ Ismaelitæ. Steph.

Ismărus, gener. masculi. *Ἴσμαρος*, in plurali neutrius: Mons Thraciæ asper & incultus ex una parte, ex alia fertilis vinetis & olivetis, quem Orpheus incolit. Virg. 6. *Eclog.*

*Nec tantum Rhodope miratur, & Ismarus Orpheа.*

Et rursus 2. *Georg.*

——— *juvat Ismara Baccho*
*Conserere, atque olea magnum vestire Taburnum.*

¶ Est item Ismarus, *Ἴσμαρος* Stephano: sive ut apud Plinium legitur Ismaros, Cyconum urbs in Thracia, à monte, ad quem sita erat, nomen habens. Unde Ismarius, a, um, id est, Thracius.

Ismēnē, *Ἰσμήνη*, Œdipi filia, ut author est Stat. 2. *Theb.* Cynthej cujusdam juvenis sponsa, qui ante nuptias à Tydeo occisus est.

Ismenias, *Ἰσμηνίας*. Nomen Thebani viri optimi tibicinis. Apuleius: Nescio, inquit, ut Ismenias tibiis canere: ut Apelles pingere: ut Lysippus fingere. De hoc Plutarch. *in Pericle* dicit, Quum audiret Antisthenes Ismeniam optimum esse tibicinem, respondit: Malus igitur vir est: nam si probus esset, tibicen non esset.

Ismēnŭs, *Ἰσμηνός*. Fluvius Bœotiæ, non procul ab Aulide in Euripum Euboicum illabens. Dictus autem putatur Ismenus ab Ismeno Pelagi filio. Statius *lib.* 1. *Theb.*

*Horruit ingenti venientem Ismenon acervo.*

Ismēnus, a, um: Thebanus. Ismenides, mulieres Thebanæ.

Isoces, piscis, ex quo primùm isicia facta. Isid.

Isŏcinnămon, *ἰσοκίνναμον*. Frutex est præstantissimi odoris, in iisdem ferè locis nascens, in quibus & cinnamum nascitur & casia. Dictum isocinnamum, quòd cinnami præstantiam adæquare videatur. Alio nomine daphnoidem appellant. Vide Plin. *lib.* 12. *cap.* 20.

Isŏcōlŏn, *ἰσόκωλον*, à Rhetoribus vocatur schema, quod Latinorum nonnulli Compar appellaverunt: quum scilicet periodus duabus, aut pluribus sententiis brevibus, & inter se paribus exigitur.

Isocrătes, *Ἰσοκράτης*. Nomen maximi rhetoris Græci, cujus domus cunctæ Græciæ quasi ludus quidam patuit, atque officina dicendi. Hic fuit auditor Platonis, suavissimus Orator, & in diverso dicendi genere nitidus, & compositus. Omnes dicendi veneres sectatus est, inventione facilis, honesti studiosus, in compositione diligens. Hic nonagesimo quarto anno ætatis suæ librum composuit, qui *Panathenaicus* inscribitur. Centum & sex annos vixit.

Isŏdŏmum, *ἰσόδομον*. Vocabant genus structuræ in ædificiis, in quo coria omnia æqualis sunt crassitudinis. Nam ubi crassitudo est inæqualis, pseudisodomon appellant. Plin. *lib.* 36. *cap.* 23. Græci è lapide duro ac silice æquo construunt veluti lateritios parietes: quum ita fecerint, isodomon vocant genus structuræ. At quum inæquali crassitudine structa sunt, Pseudisodomon.

Isŏdos, isodus, introitus in Sancta Sanctorum. Anon. L. g. b.

Isŏnŏmĭa, *ἰσονομία*. Cum accentu in penultima, Latinè juris æqualitas dicitur. Cicer. 1. *de natura deorum*, Summa verò vis infinitatis, magna ac diligenti contemplatione dignissima est: in qua intelligi necesse est eam esse naturam, ut omnia omnibus, paria paribus respondeant: hanc *ἰσονομίαν* appellat Epicurus, id est, æquabilem tributionem.

Isŏpyron, *ἰσόπυρον*. Herba quam aliqui vocant phaseolum, quoniam ejus folium, quod est amplo simile, in pampinos torquetur. Capitula sunt in summo caule tenuia, plena seminis melanthii. Plin. *lib.* 27. *cap.* 11.

Isŏpleurŏn, *ἰσόπλευρον*. Figura cujus latera omnia sunt æqualia. Nam *ἴσον* Græcis æquale sonat, & *πλευρὸν* latus.

Isopolitia, *ἰσοπολία*, communis reip. gerendæ cura. Vide Dionys. *lib.* 3.

Isosceles, *ἰσοσκελὲς*, *χῦμα*, figura æquis cruribus: ab *ἴσος*, & *σκέλος*, crus.

Isostates, *ἰσοστάτης*. Æqualitatis recognitor. Cod. *de pond. & aur. lib.* 1. *quæstor.* Quoties de æqualitate solidorum orta fuerit contentio, placet quem sermo Græcus vocat Isostaten, pro sua fide & industria, ut neque fallat, neque fallatur, contentionem dirimere.

Isox, piscis genus. Casaub.

Ispalis, *Ἰσπαλὶς*. Ptolemæo, vulgò *Sivigilia*. Urbs clarissima Hispaniæ Bæticæ, non procul à freto Gaditano: à qua unus ex quatuor juridicis Bæticæ conventibus qui jus dicunt, Hispalensis à Plinio appellatur. Hodie ab Hispanis *Sobilla* dicitur. Vide *Hispalis*.

Ispollum, *Ἴσπολλον*, vulgò *Spello*. Vilumbrorum civitas, non procul à Camertibus: cujus meminit Ptolem. *cap.* 3. *lib.* 1. hodie Ispellum.

Ispŏris, *ἰσπορὶς*. Olim vicus fuit ad Syrtim magnam, teste Ptolem. *lib.* 4. hodie civitas esse creditur ea quæ Naim appellatur.

Israël. { *ישראל israël. Ἰσραήλ.* } Interpretatur vir videns Deum, sive prævalens Deo, quod nomen impositum fuit Iacob Patriarchæ, à quo Israëlitæ, *Ἰσραηλῖται*, qui de Israëlis stirpe sunt, qui priùs Hebræi dicebantur. Sed postquam in duo regna populus Hebræorum divisus est, tunc duæ tribus quæ de stirpe Juda reges habebant, Judæorum nomen sortitæ sunt, reliquæ decem tribus Israëlis nomen tenuerunt ab Israële filio Isaaci. Regio majoris Asiæ, Samariæ confinis, dicta est Israël. Dicuntur & Israëlitides, *Ἰσραηλῖτιδες*, à nominativo

minativo singulari Istæclis,tit,& tidis.Hieronymus *in lib.Num.* Arrapto pugione ingressus est post virum Istæclitidem. Sic Madian, itis,& itidis: Moab, itis, & itidis.

Ἴσσα, *issa.* Urbs Lesbi.Imera etiam dicta,deinde Pelasgia,& Issa,ab Issa Macaris filia.Dicitur etiam in fœminino *Issis*: vox corrupta videtur de Lesbo.Steph.

Issiorium,ἰσσιώριον, urbs Laconiæ, vide *Diana Issioria.ἰσσιώρια.* Steph.

Issa, *issa*, vulgò *Lissa*, insula in mari Adriatico,adjacens Dalmatiæ, ut tradit Ptolem.*lib.*2. *cap.ult.* in qua fuit non ignobilis civitas ejusdem nominis. ¶ Est item Issa castellæ nomen, apud Martialem *epigram.* 138. *al.*137. *lib.*1.

*Issa est passere nequior Catulli.*

¶ Isso, pro ivero. Fest.¶

Ἰσσός, ἴσσου. Oppidum Ciliciæ,non procul ab Amano monte, quo loco Alexander Darium vicit: unde etiam pro Isso Nicopolin appellavit. Ab hujus oppidi nomine propinquus sinus, Issibus appellatur à Ptol.*tab.*4. *Asiæ.*

Istæ,ista,istud,genitivo istius.{ זה *heb.* οὗτος. Gall. *Cetuy-cy, celuy qui est auprés de toy.* Ital.*Costui.* Germ *Der.* Hisp.*Esse.* Angl. *This.* } Propriè dicitur de eo qui apud te est, aut de quo loqueris. Terent. *in* Eunuch.Mirum ni tu credas quod iste dicat. Cicer. *Calio lib.*2.Putasne unquam accidere posse, ut mihi verba deessent, neque solùm ista vestra oratoria,sed hæc etiam levia nostratia? Plaut. *Men.sc.*2.*a.*5. Eripe oculum isti, ab humero qui te tenet. *Ibid.sc.*5. *a.*5. Non tu scis quantum isti morbo facias mali? Idem *Pseud.sc.*5. *a.* 1. Istis tu manibus hodie mihi argentum dabis. Idem *Most.sc.*1. *a.*1. Tu tibi istos habeas turtures, pisces,aves.Senec.*cap.*16.*de consol.ad Helv.* Propter istas ( malas fœminas ) quæ litteris ad luxuriam uruntur.

Istace,pro ista.Cato *cap.*132.Macte istace dape pollucenda esto.¶Istaccine. Plaut. *Pseud. sc.*2. *a.* 3. Istaccine causa tibi nummum dabo? ¶ Istuccine? Item Istic,isthæc,istoc,&c.Vide infrà.

Istò, adverbium ad locum,idem significans quod istuc. { ὀστοῦν, ὀστοῦ. Gall. *Là où tu es.* Ital. *Costì.* Germ. Dahin / daselbst hin. Hisp.*De ay donde tu estas.* Angl.*To this place.* }Plin. *Epist.*59.Destino enim,si tamen officii ratio permiserit, excurrere istò.

Istæc,pro ista.Cato *cap.*132.Macte istace dape pollucenda esto.¶Istaccine. Plaut. *Pseud. sc.*2. *a.* 3. Istaccine causa tibi nummum dabo? ¶ Istuccine? Item Istic,isthæc,istoc,&c. Vide infrà.

Istò, adverbium ad locum,idem significans quod istuc. { ὀστοῦν, ὀστοῦ. Gall. *Là où tu es.* Ital. *Costì.* Germ. Dahin / daselbst hin. Hisp.*De ay donde tu estas.* Angl.*To this place.* }Plin. *Epist.*59.Destino enim,si tamen officii ratio permiserit, excurrere istò.

Istic,istæc, istoc, pro Iste hic. Ter.*in Heautont.* Quid istuc quæso? qui istic mos est Clitipho? istàne fieri oportet? Plaut.*Most.sc.*3.*a.*1.Non oportet istanc ætatem pigmentum attingere. Idem *Pseud. sc.*5. *a.*1. Istæc insipientia est, iram in promptu gerere. Idem *Men. sc.*2. *a.*5. Aperiam isthæc tua flagitia. Idem *Pseud.sc.*3.*a.*2. Cum istoc genere natus nummum non habes. Idem *Capt.sc.*2.*a.*3. Nunquam istoc vinces me ( illa re. ) Idem *Men.sc.*5.*a.*5. Insanis. Egóne? Tu istic, qui *Ibid.sc.*2.*a.*4.Quis homo est? Tu istic, inquam.*Ibid.sc.*2.*a.*1. Quis istic ornatus tuus? Idem *Capt.sc.*3.*a.*2. Istic Juppiter,pro iste. *Ibid. sc.*3.*a.*5.Isne istic fuit. Idem *Men.sc.*2.*a.*1. Ira istæc nimis lenta vincla sunt escaria, &c. *Ibid.sc.*2.*a.*4. Omnes istæc in te recident contumeliæ. ¶ Idem *Milit.sc.*3.*a.*2. Væ capiti tuo. P. Tibi istuc ( væ ) promitto fore. Idem *Asin.sc.*2.*a.*1.Istuc loci ( bis. ) Idem *Cure.sc.*2. *a.*1. Quid istuc est verbis? Idem *Milit.sc.*5.*a.*2. Quid istuc est Philocomasium? ( objurgantis. ) Idem *Men.sc.*2.*a.*1.Istuc aliis fieri solet. Idem *Milit.sc.*2.*a.*2. Istuc quidem nihil est. Idem *Men.sc.*2.*a.*5. Dic mihi istuc,quod dissertatis,ut sciam,&c.

Istūccine, pro istúdne. Terent. *in Eunuch.* Istuccine interminatus sum hinc abiens tibi?Plaut.*Pseud.sc.*2.*a.*2.Istoccine pacto me adjuras,&c.

Istiūsmòdi. { מזה *chaz.héb.* τοιοῦτος. Gall. *De cette maniere, tel, de cette sorte.* Ital.*Cotale, di questa sorte.* Germ. Dergleichen/solcha. Hisp.*Cosa de essa manera.* Angl.*Such,of this sort.* } Plaut.*in Mostell.*Nihil moror mihi clientis istiusmodi.Idem *Epid.* Malim istiusmodi mihi amicos furno mersos,quàm foro.

Istic,adverb.est loci,quietem vel modum significans eo in loco in quo tu es. { ὦδε.Gall.*Là où tu es.* Ital.*Costì, in cotesto luogo.*Germ. Daselbst. Hisp. *Ay donde tu estas.* Angl. *In that place.* } Ter. *in* Eunuch.Omitte,jam istic adero. Idem *Adelph.*Tibi verò quid istic rei? Cic. *Valer.lib.*1. Et tibi malis esse ubi aliquo numero sis, quàm istic, ubi solus sapere videare.

*——tum forsitan istic*
*Jucundum nostri nescia tempus agis.*

Pro illic, i. Romæ. Ovid.*Eleg.*3.*lib.*3. *Trist.& Eleg.*10.& 12.*ibid.*

Istinc, adverbium de loco.{ αὐτόθεν, ἐνθένδε. Gall.*De là où tu es.* Ital. *Di costà.* Germ.Da dannen.Hisp.*Ay donde tu estas.* Angl. *Out of that place.*}Cic.*ad Attic.lib.*7.De malis nostris tu prius audi,quàm ego,istinc enim emanant. Plaut. *Pseud.sc.*7.*a.*4. Memento mihi dimidium istinc de præda dare.

¶ Istò, adverb. istic. Plin. *epist.lib.*3. *Severo*: Destino enim, si tamen officii ratio permiserit, excurrere istò.¶

Istŏc,adverbium: Ab isto loco. { Gall.*De là où tu es.* Ital.*Di dove tu sei.* Germ. Dessa/dessahin. Hisp. *Ay donde tu estas.* Angl.*From that place.* } Ter.*in Adelph.* Accede istuc Parmeno, nimium istòc abiisti.

Istàc,adverbium per locum. { διὰ τοῦτο ἢ τούτου, τοῦτ, οὗτ. Gall. *Par là où tu es.* Ital.*Per costà.*Germ.Daselbst durchhin.Hisp.*Per ay donde tu estas.* Angl.*By that place.*} Ter.*in Heaut.* Abi deambulatum. ut. Deambulatum, quò? i.Vah, quasi desit locus. Abi sanè istac, illorsum, quò vis.

Istōrsùm,adverbium: Versùs eum locum ubi tu es. { πρὸς τοῦτο ἢ τούτου. Gall.*Vers là où tu es.* Ital. *Inverso.* Germ. Gegen dem orth. Hisp. *Hazia alla donde tu estas.* Angl. *To wardes yat place.*} Ter. *in Phorm.* Concede hinc à foribus paululum istorsum sodes, Sophrona.

Istĕr, sive Istrus,istri, ὁ Ἴστρος. Vulgò *Danub.* { Gall.*Danube.* Germ.*Die Thonaw.* }Fluvius est Europæ longè maximus,qui ortus in jugis Arnobæ montis Germaniæ, ex adverso Rauraci Galliæ oppidi, multis intra Alpes millibus,ac per innumeras lapsus gentes, sexaginta auctus amnibus, in Pontum sex ostiis evolvitur, Alio nomine Danubius dicitur,præsertim à fonte usque ad cataractas quæ sunt in montibus Daciæ,non procul à Tauruno oppido, Nam inde deinceps Istri nomen assumit. Ovid.1. *de Pont.*

*Stat vetus urbe vipa vicina bimembri Istri.*

Idem *Eleg.ult. lib.*4. *Trist.*

*——Tu nos abduxis ab Istro.*

Idem *Eleg.*1.*lib.*5.

*——Scythicis in finibus Istri.*

¶ Nilus, Istrus ( qui alio nomine *Danubius* appellatur ) & Rhodanus, flumina sunt maxima. Vide Gell. *cap.*7.*lib.*10.

Isthmĭă, ἴσθμια,inter quatuor sacra certamina numerantur, quæ quinto quoque anno in Græcia celebrari solebant, in honorem Neptuni instituta à Theseo, ut Plutarcho videtur: aut certè in honorem Palæmonis, ut ex Archiæ Poëtæ Græco Epigrammate colligitur,quod etiam hodie circumfertur. Hujus certaminis victores pinu coronabantur. De institutione horum ludorum sic scribit Plutarchus *in vit.* Thesei: Theseus primus Neptuno certamen instituit,gloriatique est solitus,ob Herculem Jovi,ob se verò Isthmia Neptuno celebrari. Quod enim ibidem in Melicertæ honorem institutum est, noctu agebatur,initiandi magis,quàm spectaculi speciem præferens. Hactenus ille. Dicta autem sunt Isthmia, à Peloponnesi isthmo, in cujus faucibus celebrabantur,non procul à Neptuni templo,quod illic erat in primis celebre.

Isthmŭs, i. ἰσθμός. Est angustia illa media inter peninsulam, & continentem, & veluti quædam cervix, quæ à continente, velut à corpore gracilescens, peninsulam cum continente,tanquam caput cum reliquo corpore connectit. Isthmo opponitur Porthmus,i. fretum angustum inter duas continentes,quale est fretum Gaditanum, exiguo intervallo Europam ab Africa dirimens. Isthmus omnium celeberrimus est ille, quem & Corinthiacum & Achaicum vocamus,quinque tantùm millium spatio Ægæum mare ab Ionio submovens,angustóque tramite Helladi Peloponnesum annectens. In hujus Isthmi faucibus Corinthus olim sita fuit, totius Peloponnesi urbs clarissima. ¶ Isthmum perfodere dicebantur, qui magno quidem conatu,sed irrito moliebantur aliquid. Ductum ab hoc Isthmo Corinthiaco, qui efficiebat ut naves longo & ancipiti ambitu juxta peninsulam circumagerentur. Unde complures illum adorti sunt, quâ erat angustissimus, perfodere, nempe Demetrius Rex,Dictator Cæsar,C. princeps, Domitius Nero, infausto,ut omnium patuit exitu, incœpto. Author Plin. *lib.*4. *cap.*4. Et Sueton. *in Ner. cap.*19.In Achaia, inquit,Isthmum perfodere aggressus, &c. Idemque refert de Caligula *in ipsius vita, cap.*21.

Istiæa,*iriæa*,Ionicè,pro Estiæa,*hriæa*.Homerus πολυφόρδον,id est,vini feracem cognominat. Urbs Eubœæ est, quæ nunc Oropus. Gentile Estiæus; nam Istiotes ab oppido Thessaliæ descendit.

Istone,*iriæa*. mons Coccytæ proximus: unde Istonæus.Steph.

Istonium, Italiæ oppidum, Ptolemæo.

¶ Istrè, rectè. Glos. Isid. ¶

Istrĭă,*iriæa*. Italiæ regio,post flexum Adriatici sinus, Illyrio conterminа, quæ in latitudine sexaginta passuum millia, in circuitu centum viginquinque millia complectitur à Phormione, nunc Tisano fluvio ad Danoticum sinum, in quo Asia amnis decurrens, Istriam ab Illyrio dirimit. Istrorum gentem, fama est originem à Colchis duxisse, missis ab Æeta rege ad Argonautas persequendos: qui ut à Ponto intraverunt Istrum, nec raptores invenissent, sive metu regis, sive tædio longæ navigationis juxta Aquileiam consederunt, Istrique ex amnis nomine, quo à mari concesserunt, sunt appellati. In ea est Justinopolis,urbs quam Justinus Imperator exstruxit.

Istri, orum, ἴστροι. Istriæ populi,à Colchis ( ut putatus) oriundi. Lucan. *lib.*4.

*Detegit orta dies stantes in puppibus Istros.*

Istriana,*iriana*,civitas ad mare Persicum, gentile Istrianites,vel Istrianus. Steph.

Istriŏpolis,*iriana*.Thraciæ urbs non procul ab ostiis Istri, Milesiorum colonia. Author Plin.*lib.*4. *cap.*11.

Istrus,ἴστρος,urbs Cretæ,quam Artemidorus Istronam,*iriana* vocat. Altera in Ponto. Hinc Istrius,Istrianus, Istricneus. Tertia, insula cum oppido ejusdem nominis juxta Triopium Cnidiæ. Quarta, urbs Japygiæ. Stephan.

¶ Istucne, quasi *istucine*, an istud? aut istócne.¶.

Istula, fluvius ad finem Germaniæ Ortum versùs: vide *Vistula.*

Istus, *iris*, insula Africæ, ab Afris Udenoën dicta. Phœnicibus Cellarsath, quod interpretatur *ab istonis*; navi enim similis est: gentile Istius. Steph.*iris*, pro malo navis aspiratus: videndum an etiam huic proprio adjicienda sit aspiratio.

¶Isula,*Isola*,V.E.Calabriæ,sub A.Rhegino,tertio lapide à mari distat.¶

Isus,& Antiphus, Priami fuêre filii: verùm Antiphus ex Hecuba susceptus est,cùm naturalis esset Isus, ut author est Hom.*in Iliade.*

Isura, Insula est sinus Arabici,apud Plin.*lib.*6.*cap.*28.

I T

Ĭtă,ab ἴσος,adverb.Similitudinis,idem valens,quod Sic. { כן *chen*, כה *chéh.* οὕτως. Gall.*Ainsi,tellement, voire,vày.* Ital. *Si,così,à questo modo,in tal maniera.*Germ.Ja/also. Hisp.*Si,tambien.*Angl.*Yea.*} Cic.*in Verr.* Est ita, ut dicitur, Judices. Plaut. *Mil.sc.*2. *a.*2. Is mihi abiens ita respondit. Idem *Cure.sc.*2.*a.* 5. Audivi poëtam scripsisse duas mulieres esse pejores una. Ita res est. Ovid. *Eleg.*8. *lib.*4. *Trist.* ¶ Similitudinis. Plaut.*Cure.sc.* 3.*a.*5.Ita te nervo torquebo, itidem uti catapultæ solent. Idem *Amph.sc.*5.*a.*3. Ita me Dii amabunt,ut, &c.¶ Liv.*lib.*34.Emebant ita,ut (i. ea lege & conditione.) ¶ Jurisjurandi formula apud Senec. Ita te legam,ita fruar. Et Quintilian. Ita mihi contingat hæredem filio mori. Senec. *de consol. ad Polyb. cap.*1.Ita est,nihil perpetuum est. Catull. *de Com. Beren.*

*Non,ita me divi,vera gemunt, juverint.*

Plaut. *Cure.sc.*4.*a.*4. Ita me machæra & clypeus benè juvent. Idem *ibid.sc.*3.*a.*2. Ita me Venus amet. Idem *Aul. sc.*2. *a.*3. Ita me benè amet laverna. Idem *Pseud.sc.*1. *a.*4. Ita me Dii ament: ita non faciens.¶ ¶ Ita mihi velim deos propitios. Genus jurisjurandi ( inquit Asconius *in divinat.*) id est, quod dicimus, Tantùm mihi divinitus liceat,quantum verum est illud quod dico tibi.¶ ¶ Admirantis. Idem *Mil.sc.*1.*a.*1 Isne aiebat tandem? Et istòne verò! ¶ Pro Enim. *Ibid. sc.*4.*a.*2.Timeo quid rerum gesserim? ita dorsus totus pruit. Idem

*Men.*

*Men. fc.4.a.2.* Neque quod volui agere licitum eſt: ita me detinuit. *Ibid. fc.2.a.1.* Ita iſthæc nimis lenta vincula ſunt eſcatis. *Ibid. fc.1. a.1.* Ita mihi neceſſe eſt eloqui quicquid ago, &c. ¶ Cum negatione idem ferè valet quod valde. Cic. *lib. 3. epiſt.* Caſſius non ita multùm furore utitur. Idem *de fin.* Acceſſione utuntur non ita probabili. Idem *de clar. Orat.* Ille non ita pridem abiit. Ter. *in Andr.* Non ita diſſimili ſunt oratione ac ſtylo. Aliquando tamen magis negat. Plaut. *Pſend. fc.2.a.2.* Non ita eſt. Et Ovid. *Eleg. 8. lib. 4. Triſt.* Non Diis viſum eſt. ¶ Imprecantis. Sueton. *in Aug. cap. 69.* Ita valeas, ut, &c. ¶ Narrantis. Ovid. 13. *Metam.*

*Atque ita captivo victor victique potitus*
*Ingredior curru,* &c.

¶ Ita, pro itaque. Plaut. *Pſeud. fc.2.a.1.* Ita valdè facta ut veſtra lacera varia ſint. *Ibid. fc.3. a.1.* Ita miſer & amore pereo, & inopia. Et Cic. 5. *Verr. & lib. 1. de divinat.* & Senec. ſic uſi ſunt. ¶ Quandoque optantis. Pacuvius, Ita te dii ament, ita tibi pro voto ſecundent omnia. ¶ Quandoquè illativa conjunctio eſt, pro *igitur.* Cic. Ita nobiliſſima civitas Græciæ & olim potentiſſima, ſepulchrum civis ſui ignoraſſet, niſi ab homine Arpinate didiciſſet. ¶ Quando cõponitur cum Que, conjunctio eſt, quæ rem concludit, & conficit, & habet accentum in prima ſyllaba, idémque ſignificat quod Ergo, vel igitur: *itaque, itaque, vr.* Si autem duæ partes ſunt, habet accentum in penultima, & dicimus itáque, *& ĭtaque.* Ter. *in Andr.* Imò ita volo, itáque poſtulo, ut fiat. Plaut. *in Amph.* Verùm ita animatus fui, itáque ſum nunc, ut ea te patera donem. ¶ Ita ſanè, concedentis particula cum affirmatione, *vai, valde.*

**Ītă**, ĭtas. Europæ regio, priùs Heſperia dicta, ab Heſpero Atlantis fratre, qui à fratre ex Africa pulſus, & Hiſpaniæ & Italiæ dedit nomen. Sive (ut Macrobius inquit) ab Heſpero ſtella, quòd Occaſui ſubjecta ſit. Dicta etiam fuit Œnotria, vel à bonitate vini quod in Italia naſcitur (nam Græci οἶνον vinum dicunt,) vel ab Œnotrio Sabinorum rege. Poſtea Italia, ab Italo Siculorum rege, qui agriculturam Italos docuit, & leges condidit, eámque partem in qua poſtea Turnus regnavit, à ſuo nomine Italiam appellavit. Virg. *lib. 1. Æneid.*

*Eſt locus, Heſperiam Graii cognomine dicunt:*
*Terra antiqua, potens armis, atque ubere glebæ.*
*Oenotrii colnere viri, nunc fama, minores*
*Italiam dixiſſe, ducis de nomine, gentem.*

Timæus & Varro, à bobus vocatam dixerunt, quoniam Tauri Græca veteri lingua, Itali vocati ſunt, à quorum multitudine & pulchritudine Italiam dixerunt. Vide de hac re Gell. *cap. 1. lib. 11.* Latium autem & Auſonia, non totius Italiæ, ſed partium quarundam ſunt nomina. Latium enim eſt ea pars Italiæ, quæ citeriori Tyberis ripæ adjacet, ut hodie eſt Roma. Auſonia verò dicta ſunt Italiæ regio maritima, inter eam agri Brutii partem, quæ Siciliæ objicitur, & Salentinos, intercepta: unde etiam vicinum mare Auſonium appellatum fuit. ¶ Eſt autem omnis Italia in formam crucis inter Adriaticum & Tuſcum mare, à jugis Alpium dorſóque Apennini protenſa, ſe paulatim attollens uſque ad fretum Siculum. In ultimo ſui ſcinditur in duo cornua, quorum alterum Ionium ſpectat mare, alterum Siculum, in extremitate Rhegium oppidum habens. Ejuſdem longitudo, quæ ab Auguſta prætoria, quæ in Alpino limite ſita eſt, per Romam Capuámque porrigitur, uſque ad oppidum Rhegium, Solino teſte, decies centena & viginti millia paſſuum continet: latitudo verò quadringenta decem, ubi major latitudo: ubi anguſtior, centum triginta ſex, habétque umbilicum in agro Reatino. Olim tamen ex latere maris ſuperi Rubiconem fluvium pro finibus habuit. Dividitur autem in ſexdecim regiones, ſcilicet Liguriam, Hetruriam, Latium, Campaniam: Lucaniam, Calabriam, Apuliam, Samnium ſive Apruſium, Picenum, Flaminiam, & Æmiliam, ſeu Romandiolam: Umbriam, nunc ducatum Spoletanum: Galliam Ciſalpinam: Venetiam, nunc Marcham Tarviſanam: Lepinam & Carniam: nunc Forum Julium, & Iſtriam. ¶ Italia ſic deſcribitur à Siculo Flacco *in libro de conditionibus agrorum*: Ab Alpibus in mare porrigitur: à tribus lateribus exteras gentes intuetur; à Sicilia uſque ad Galliam omne litus Africum ei eſt contrarium: rurſus à Leucopetra, pars quæ ad mare attingit, Macedoniam & aliquam Epiri partem ſpectat: Adriaticum verò litus Illyricum contra ſe habet.

**Ītălŭs**, a, um, adject. Ἰταλὸς. Quod ex Italia eſt: ut, Gens Itala. Virg. 6. *Æneid.*

*——qui maneant Italâ de gente nepotes.*

Idem 5. *Æneid.*

*Et ſæpe Heſperiam, ſæpe Italæ regna vocare.*

Horat. 2. *Carm. Ode 7.*

*Diis patriis, Italóque cælo.*

**Ītălĭcŭs**, a, um, Ἰταλικός: ut, Oræ Italicæ. Ovid. 15. *Metam.*

*Græia quæ Italicis author poſuiſſet in oris*
*Mœnia.*

Saluſt. *Jugurth.* Italici quorum virtute mœnia defenſabantur.

**Ītălĭcum**, Ἰταλικόν. Philoſophiæ genus quoddam nuncupatum ab ea parte Italiæ, quæ quondam magna Græcia dicta eſt, quod (ut docet Auguſt. *lib. 8. de civitate Dei.*) authorem habuit Pythagoram Samium: à quo etiam ferunt ipſum Philoſophiæ nomen exortum.

**Ītălĭcă**, Ἰταλική, Urbs Pelignorum, quæ alio nomine Corfinium dicitur, ut ait Strab. *lib. 5.* Alia Hiſpaniæ Bæticæ, in conventu Hiſpalenſi, teſte Plin. *lib. 3. cap. 1.* patria Silii Italici, à qua & Adrianus Imperator ortum habuit.

**Ītălĭcēnsēs**, Ἰταλικηνσοί, dicti ſunt populi ab Italica Hiſpaniæ Bæticæ urbe. Italicus ager, Ἰταλικὸς χώρος, in Sicilia. Stephan. ¶ Italicenſes, Gellio teſte *cap. 13. lib. 16.* etiam ſunt cives Rom. ex municipio, ex quo ortus D. Adrianus.

¶ Italiota, peregrinus in Italia morans, aut in magna Græcia. ¶

**Ītănus**, Ἴτανος, urbs in Creta, ab Itano Phœnice, vel ab uno Cretum. ¶ Elt & promontorium.

**Ītea**, Ἴτεα, Vicus in tribu Acamantide: tribulis Itæus. Steph.

**Item**, advcrb. Significat Similiter, quaſi iterum idem. {את *aph*, גם *gham*, יד *hodh*, ὁμοίως, ὡσαύτως. Gall. *Auſſi, ſemblablement, pareillement, de meſme, de plus.* Ital. *Similmente.* Germ. Deſgliche chen. Hisp. *Eſſe meſmo, ſemejantemente.* Angl. *Alſo, lykewiſe.*} Authores Donatus & Valla *lib. 2. c. 51.* Plaut. *Prolog. Aſin.* Ut vos item pariter nunc Mars adjuvet. Item *Men. fc. ult. a. 5.* Huic item Menæchmo nomen eſt. Idem *Amph.* Forma, ætate item qua ego ſum. Idem *Pſeud. fc.2.a.1.* Item ut nos jurejurando malo tros quærunt (i. ſimiliter.) Et *in Aul. Prol.* Item à me contra factum eſt. Nam item obiit diem (i. ſimiliter.) Lambinus. Vel Poſtquam, ſive Ubi, ut paulò antè: Ubi is obiit mortem, qui, &c. Paſſerat. Et *Cure. fc.2.a.1.* Item factutos alios Deos ſenſerat (i. ſimiliter.) *Ibid. fc.2.a.4.* Item genus lenonum inter homines meo quidem animo, itti muſcæque, pulicéſque, &c.

**Iter**, iteris, ſecundùm Priſc. & itineris, ab antiquo nominativo *Itiner*, quo veteres uſi ſunt. {דרך *derech*, ארח *hrach*, חלוץ *halich*, חליכה *halichdh*, מלך *malach.* πορεία, ὁδοιπορία. Gall. *Chemin.* Ital. *Camino, viaggio.* Germ. Ein reyſa oder vodgfart. Hisp. *Camino.* Angl. *That way, a iourney.*} Plaut. *in Mercator.* Ergo itinet meum exequi me ſines? Varro, Expectant itinet longo ſermone levare. Genitivus etiam iteris, quamvis hodie non ſit in uſu, legitur tamen ablativus *itere*, apud Lucr. *lib. 5.*

*Conuſſos itere, & labefactos ære multo.*

Dictum iter, ab *eundo*, cujus ſupinum eſt itum: ſive ab *ito* frequentativo, authore Varrone *lib. de L. L. 4.* Eſt autem iter idem ferè quod via, vel profectio ipſa, vel etiam navigatio, ut apud Terent. Ain' tu tibi incommodum evenille hoc iter? Non herele Parmeno verbis dici poteſt, quantum te ipſa navigate incommodum eſt. Ovid. 6. *Faſt.*

*Audit, & ad vocem concitus urget iter.*

Idem *Eleg. 6. lib. 3. Triſt.*

*Sed mea me in pœnam nimirum fatta trahebant,*
*Omne bona claudunt militaris iter.*

Idem, *Eleg. 6. lib. 4. Triſt.* Sol ſuum iter peragit. Sen. *cap. 11. de tranquill.* Iter liberum ad te iis malis. Nocturnum iter. Suet. *in Tib. cap. 6.* Itinere avio alicui occurrere. Iter pedibus emetiri. Gell. *c. 16. lib. 10.* Senec. *cap. 20. de conſol. ad Marc.* Iter mortis ingredimur naſcentes. *Ibidem cap. 22.* Iter mortis ingreſſus ſum, & jam medium teneo. ¶ Iter facere, ὁδοιπορεῖν, eſt ire: quod & iter tenere, & *iter ingredi* dicimus. Virg. 1. *Æneid.*

*Quòve tenetis iter?*

¶ Iter facere, etiam pro viam facere atque aperire. Celſ. *lib. 7. cap. 26.* Quia calculus iter, cùm vi promitur, facit, ſi non accipit. ¶ Iter intendere aliquò. Gell. *cap. 7. lib. 3.* ¶ Iter gradere, vetus loquutio. ¶ Habere iter, idem quod iturum eſſe: ut, Iter habeo ad Cæſarem. Plaut. *Aſin. fc.3.a.2.* Huc habeas iter. Cæſ. *lib. 1. de bell. civil.* Pompeius ex urbe profectus, iter ad legiones habebat. Plaut. *Milit. fc.6.a.2.* Hic ad me habet rectam viam. Sueton. *in Auguſt. cap. 82.* Itinera lenta facere ac minuta. At viam facere, ὁδοποιεῖν, non eſt iter facere, ſed aperire & munire viam. ¶ Ad iter proficiſci. Cæſ. 1. *de bell. civ.* ¶ Iter inſiſtere, vide *Inſiſto.* Iter vadere. Ovid. *Eleg. 3. lib. 4. Triſt.*

*Ardua per præceps horrida vadit iter.*

¶ Iter, pro incœpto, & inſtituto. Cic. *ad Qu. fratr. lib. 3.* Quare neque ego impediri Ciceronis iter atque illam diſciplinam volo: & ipſe puer magis illo declamatorio genere duci & delectari videtur, in quo quoniam ipſi quoque fuimus, patiamur illum ire noſtris itineribus, id eſt, noſtro hoc genere dicendi. ¶ Iter urinæ, apud Celſum *lib. 7. cap. 26.* & alibi ſæpiſſimè, id eſt, meatus urinarius, qui in cole eſt: quod de fœminis etiam dicitur ἐφέδρα. Idem *lib. 4. cap. 1.* Tum in maſculis iter urinæ ſpatioſius (id eſt, longius) & compreſſius (id eſt, anguſtius) à cervice hujus deſcendit ad colem. In fœminis breviùs, & plenius (id eſt, latiùs: alii legunt *planiùs*, quia alibi rectiùs eſſe dixit,) ſuper vulvæ cervicem ſe oſtendit. *Ibid.* fiſtulam vocat. Vide *Fiſtula.*

**Itĕrum**, ab Iter, quod repetebant paſtores. Veruſtiſſimi ἐπαναληπτικῶς. Adverbium. Ruſtes. {שנית *ſchenith*, שנה, שנו. Gall. *Encor, derechef, pour la ſeconde fois.* Ital. *Un' altra volta, di nuovo, anchora.* Germ. Wie derumb. Hisp. *La ſegunda vez.* Angl. *Agayne oft ſommes.*} Virg. 4. *Eclog.*

*Atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.*

¶ Interdum ſignificat Secundò. {שנית *ſchenith*, ἐπὶ δεύτερον.} Cicer. *lib. 1. de Invent.* Primò quidem decipi incommodum eſt, iterum ſtultum, tertiò turpe. Plaut. *Capt. fc. 1. a.4.* Iterum natus videor. Sic iterum Conſul dicitur à Latinis authoribus qui alterum conſulatum gerit, nonnunquam ſecundò Conſul: id quod ex Livio & Cicerone præcipuè conſtat. ¶ Iterum, pro *deinde.* Plaut. *Mil. fc.3.a.2.* Id tibi dicam: Primùm ſi falsò infimulas Philocomaſium, hoc perieris: Iterum ſi id verum eſt, tu ei cuſtos additus periclis. Idem *Men. fc.4. a.2.* Ubi Agatocles regnarat fuit, & iterum Panthia.

**Itĕro**, as: Repeto, teſtamo: quaſi iterum aliquid ago. {חזר *hazar*, ἐπαναλαμβάνω. Gall. *Reprendre & repeter quelque choſe, la reiterer.* Ital. *Rifare, replicare.* Germ. Widerſtam, widerumb thun oder anheben. Hisp. *Repetir alge la ſegunda vez, reiterar.* Angl. *To repeat, to beginne agayne.*} Liv. *lib. 1. ab Vrb.* Reſiſtere atque iterate pugnam jubet. Plaut. *Amphitr.* Hæc ubi Telebois ordine iteravunt (i. iterum dixerunt.) Idem *Aſin. fc.2.a.3.* Tua male facta iterari multa poſſunt (id eſt, prædicari.) Idem *Pſeud. fc.3.a.1.* Nolo bis iterare (i. iterum idem dicere.) Gell. *cap. 18. lib. 5.* Iterare quæ in bello geſta ſunt, &c. pro narrare. Iterare æquor, apud Horatium *lib. 1. Carm. Ode 7.* pro iterum navigare. Iteráto ridiculum. Plaut. *Caſin.* Itera dum eadem iſta mihi. Cic. *ad Attic. lib. 14.* Iterare campum, tertam, agrum, pro iterum proſcindere. Col. *lib. 2. cap. 4.* Igitur uliginoſi campi proſcindi debent poſt Idus menſis Aprilis, quo tempore quum arati fuerint, diebus interpoſitis, citra ſolſtitium, quod eſt nonum & octavum Calendas Julias; iteratos eſſe oportebit: ac deinde circa Septembris Calendas tertiatos. Idem, Colles pinguis ſoli, &c. Februario ſtatim proſcindendi ſunt: deinde de Aprili medio uſque in ſolſtitium iterandi, tertiandique.

**Itĕrātio**, nis: Repetitio, reſumptio. {שנוי *ſchenuidh*, ἀνάληψις. Gall. *Reprinſe & repetition de quelque choſe.* Ital. *Il replicare qualche*

cosa. GERM. Ein wiederholung. HISP. *Obra de repetir algo la segunda vez.* ANGL. *Repeating or doing agayne.* } Cicer. *in Orator.* Itémque si quæ verborum iterationes contemptionem aliquam, & clamorem requirent, eruntur ab hac summissione orationis alienæ. Iteratio, orationis genus, qua ager secundò protenditur, apud Plin. *lib.* 18. *c.* 10. ¶ Iteratio præterea, secunda olearum pressura dicitur, apud Col. *lib.* 12. *cap.* 50. ¶ Apud Gell. *lib.* 3. *cap.* 18. legitur iterare, pro iterum facere. Sed eos (inquit) Senatores qui Magistratum curulem nondum acceperant, pedibus iteravisse in Curiam. Quo tamen in loco omninò legendum puto *iravisse*.

‖ Iterativum verbum, sive frequentativum. Diomedes *Grammat. lib.* 1. Iterativum iterativi, ut à curro, cursito: vide *Viso, visito.* ‖

ĭtĕrātō, adverbium: Iterum. { ANGL. *A gayne ofte sonnes.* } Iulianus *lib.* 5. Quibus accitis iteratò præstantur.

ĭtĭnĕrārium: Descriptio itineris, hoc est, commentarius earum rerum quæ in itinere acciderunt, & locorum per quæ iter est faciendum. {ὁδοιπορικὸν. GALL. *Charte à voyage, livre pour montrer les chemins & distances des lieux, description ou relation d'un voyage.* ITAL. *Carta del viaggio.* GERM. Ein verzeichnung oder beschreibung einer reyß oder wegfart. HISP. *Libro de los lugares del camino.* ANGL. *A description of the way.* } Adhuc extat Antonini itinerarium, de cujus ratione inscriptionis pronuntiandum puto.

ĭtĭnĕrārĭus, adjectivum: ut, Sumptus itinerarius. Lamprid. *in Commodo*, Simulavit se in Africam iturum, ut sumptum itinerarium exigeret, id est, viaticum, ἐφόδιον.

ĭtĭnĕrō, ās: Iter facio. { הלך *arách*, ὁδοιπορέω. GALL. *Voyager.* ITAL. *Far viaggio.* GERM. Reysen/wandern. HISP. *Hazer camino.* ANGL. *To take journey.* } Utitur hoc verbo Apul. & recentiores quidam. Alioqui apud classicos scriptores non temerè occurrit.

Ithăcă, ὁ, ἡ. Insula est in mari Ionio, ante Epirum, in qua regnavit Ulysses. Cicer. 1. *de Orat.* At si nos (inquit) quod maximè debet, nostra patria delectat, cujus rei tanta est vis, ac tanta natura, ut Ithacam illam in asperrimis saxulis, tanquam nidulum affixam, sapientissimus vir immortalitati anteponeret: quo amore tandem inflammati esse debemus in ejusmodi patriam, quæ una in omnibus gentis domus est virtutis, imperii, dignitatis? Hæc ille. ¶ Ab Ithaca, Ulysses Ithacus dicitur, & Ithacensis. Virg. *lib.* 2. *Eclog.*

*Hoc Ithacus velit, hoc magno mercentur Atrida.*

Ovid. 13. *Metam.*

*Conferat hu Ithacus Rhesum.*

Id est, Ulysses. Tibull. *lib.* 4.

*Non Pylos, aut Ithace tantes genuisse ferantur.*

Nestora & Ulyssem. ¶ In Ithaca urbs est ejusdem nominis: item mon. Neritos, νήριτος, à quo tota insula interdum est Neritos appellata, ut annotavit Servius in illud Virg. 3. *Æneid.*

*Iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos,*
*Dulichiumque, Samēque, & Neritos ardua saxis.*

Ithōmē, ἰθώμη. Oppidum est in Phthiotide Thessaliæ regione: cujus meminit Homerus *in Catalogo.* ¶ Est & altera Ithome, in agro Messeniaco, quam Lacedæmonii post diuturnum annorum obsidionem in deditionem acceperunt: ut refert Thucyd. *lib.* 4. *Theb.*

*Planáque Messene, montanáque nutrit Ithome.*

‖ Ithymbus, ἴθυμβος. Saltatio quædam in honorem Bacchi: etiam carmen: item ipse cantor Bacchicus. ‖

ĭtĭdem: Similiter, eodem modo, quasi iterum idem. { כן *chen*, גם *gam.* ὡσαύτως, ὁμοίως. GALL. *Pareillement, semblablement.* ITAL. *Medesimamente, similmente, parimente.* GERM. Zugleich. HISP. *Otra y otra vez, semejantemente.* ANGL. *So after the same sorte, lykewise.* } Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Non itidem condio, ut alii coqui. *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. Mihi atque itidem tibi. Idem *Cure sc.* 1. *a.* 3. In caves conclusi itidem ut pulli. Idem *Amph.* Solebas me salutare antehac, appellare itidem ut pudicæ suos viros, quæ sunt, solent *Ibid.* Ut filium bonum patri esse oportet, itidem ego sum patri. Idem *ibid.* Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Quasi pisces itidem est amator. *Ibid.* Itidem hic apud nos (in reddition similitudinis.) Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Exossabo illum itidem ut murænam coquus. Et *in Mostell sc.* 3. *a.* 1. Itidem olent quasi quum jura confundit coquus. Terent. *Andr.* Ibo ad eum, atque hæc eadem quæ tibi dixi, dicam itidem illi. Suet. *in August.* Centurio stationc desertà, itidem ut manipulares, capitali animadversione punivit.

Itio, ōnis: Profectio, actus eundi. { הלך *hélech*, הליכה *helichâh.* πορεία. GALL. *Partement, allée.* ITAL. *L'andare, il partirsi.* GERM. Ein gang/ein wandlung. HISP. *Andadura, partida.* ANGL. *A going, a walking.* } Ter. *Phorm.* Hæccine erant itiones crebræ, & mansiones diurnæ Lemni?

‖ Itiner: vide *Iter.* Gloss. ὁδοιπορία, *itiner.*

Itius, est promontorium prope Bononiam maritimam, seu Gallicam. Navale autem dicitur Gesloriacus, idem cum Navali Bononensi. ‖

Ĭto, as: vide Eo, is.

Iton, nis, *Itonis.* Oppidum est in Phthiotide Thessaliæ regione, ea in parte, qua Crocium campum Amphrysus fluvius irrigat. ¶ Hinc Itonia, *Itonis*, cognominata est Minerva, quòd hoc in oppido eximium haberet templum, summóque cultu veneraretur. Fuit & Itoniæ Minervæ templum in Bœotia. Vide Strab. *lib.* 5.

Itur. Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Itur ad te Pseudole. Vide Eo, supra.

Iturum, ἴτουρον. Umbriæ oppidum est, non procul ab Ispello. Author Strab. *lib.* 5.

Ĭtūræi. { יטור *jetúr. ἰτουραῖοι.* } Populi Syriæ Celes in Arabiam vergentis accolas, qui plana incolunt, perpetuis excursionibus infestantes, teste Plin. *lib.* 6. *cap.* 23. & Strab. *lib.* 16. Hos arcu plurimùm usos fuisse memoriæ traditur: undæ Ituræi arcus, à Poëtis maximè celebrantur. Virg. 2. *Georg.*

*——— Ituræi taxi curvantur in arcum.*

Lucan. *lib.* 7.

*——— Ituræi cursus fuit inde sagittis.*

Cic. 5. *Philipp.* Ituræi barbari, cum sagittis.

Itus, us, & Itio, Suet. *in Tib. cap.* 52. Ad extremum vota pro itu, & reditu suo suscipi passus. Vide Eo.

Iturissa, *iturissæ.* Civitas est Hispaniæ citeriotis in tractu Vasconum, cujus meminit Mela *lib.* 3. & Ptol. *lib.* 2. *cap.* 6.

Itylus, & Neis: Filii fuerunt Zethi ex Aëdone conjuge, quorum Itylum mater noctu per errorem interfecit, putans eum esse Amaleæ Amphionis filium: invidebat enim uxori Amphionis, quòd jam viro filios sex mares peperisset. Quæ quum errorem suum cognovisset, optavit mori, sed deorum commiseratione in cæduicem versa Itylum flet. Itylus, pro Itys. Catull. *ad Ortal.*

*——— absumpti fata gemens Ityli.*

Itymoneus, teste Homero, Hyperochi filius, vir in primis strenuus: qui in bello Pyliorum cum Elidensibus à Nestore jaculo est interfectus.

Ithyphallī. ἰθύφαλλοι. Dicti sunt in sacris Bacchi qui Phallum sequebantur, muliebri veste induti, & ad carminis Phallici, sive Ithyphallici numeros laltantes. Erat autem Phallus, teste Suida, membri virilis effigies, quæ primùm ex ficulno ligno, postea verò ex aluta rubra fieri solebat, quem sibi ita inter femina adaptabant, ut inde enatus videretur.

Ĭtys, ўος. Terei & Prognes filius fuit, qui (ut est in fabulis) à Progne matre discerptus, & patri epulandus appositus, in phasianum mutatus est. Author Serv. apud Virg. *in Silene.* Ovid. *ad Liv.*

*Deflet Threicium Daulias ales Itym.*

Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 1. Venate Iepotem, nunc Itym tenes. Itylus, pro Itys. Vide *Itylus*, suprà. Vide *Progne.*

## I U

‖ Iva arthetica, ἰουανικὴ, herba tertæ dicta. Jun. ‖

Juba, Rex Mauritaniæ, Pompeianarum partium pertinacissimus assertor, qui Curionem à Cæsare in Africam missum cum omnibus copiis delevit. Victo verò Pompeio cum Scipione copias conjunxit: commissoque prælio superatus, quum nulla jam spes reliqua esset, magnificè epulatus, cum Petreio mutuis vulneribus concurrens, fortissimè cecidit. Plaut. *in vita Cæsaris.* De Juba (inquit) rege triumphavit. Ejus filius Juba quoque nomine, puer admodum in eo deductus est triumpho: fortunatissima utique captivitate, qua effectum est, ut ex barbaro, atque impolito inter doctissimos scriptores connumeretur.

Jŭbæ, ārum: Crines animalium à collo pendentes. { χαῖται. GALL. *Les crins.* ITAL. *Crini.* GERM. Die mähne oder langen haißhaar an den thieren/als roßen/löwen/&c. HISP. *Las crenetas ò crines.* ANGL. *The mane of an horse, or other beastes.* } Plin. *lib.* 10. *cap.* 63. Equarum jubas tondere præcipiunt. Cæsar 1. *bell. Gall* Equorum jubis sublevant. Plin. *lib.* 8. *cap.* 16. Leonis præcipua generositas tum quum colla armósque vestiunt jubæ.

Jŭbātŭs, a, um, quod jubas habet. { ὁ χαίταν ἔχων, ἡ χαίτην, χαιτήεις. GALL. *Crinu, qui a des crins.* ITAL. *Zazzeruto, chi a crini.* GERM. Der lang haißhaar hat. HISP. *Cosa con aquellos crines.* ANGL. *That hat à mane.* } Unde Jubati leones dicuntur, qui jubas habent, ad differentiam eorum, qui jubas non habent. χαιτήεντες. Jubati angues, id est, cristati, & cervicibus erecti. Plaut. *in Amph.* Devolant angues jubati deorsum in impluvium duo. Liv. *lib.* 2. *d.* 5. Jubatus anguis.

Jŭbăr, ăris, à Juba, quòd radii Solis similitudinem jubæ referant. Propriè est splendor Solis, aliorúmve syderum, jubarum quandam similitudinem referens. { יעטף *iphtâh*, יהר *zâhar.* αὐγὴ. GALL. *Lueur, éclat de lumiere, comme du soleil & estoilles.* ITAL. *Lo splendor del sole ò d'altra stella.* GERM. Der schein vnnd glantz der sonnen sterne oder auch anderer dingen. HISP. *La claridad del sol ò otras estrellas.* ANGL. *The brightnesse of the sonnes or starres.* } Virg. 4. *Æneid.*

*It portis jubare exorto delecta juventus.*

Et non tantùm de Solis, seu stellæ claritate dicitur, sed etiam de cujuscunque rei splendore, ut auri, argenti, gemmarum, aut similium rerum. Jubar Solis. Suet. *in August. cap.* 94. Ovid. Jubar tollit dicit. ¶ Hinc ad majestatem transfertur. Claudianus,

*Per fratris regale jubar.*

Jŭbĕo, es, jussi, jussum: Impero, præcipio, mando, quasi jus habeo. { יהר *tsiváh.* κελεύω, ἐπιτάσσω. GALL. *Commander, enjoindre.* ITAL. *Comandare.* GERM. Heyssen/befehlen. HISP. *Mandar como señor.* ANGL. *To bidde.* } Terent. *in Eunuch.* Jubésne? C M. Jubeo, cogo, atque impero. Quint. 9. *decl.* Namquanvis infestum latronibus mare jussus intravi: neque dissimulaverim magnas fuisse causas patri, cur hoc mihi imperaret. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 3. Inter ancillas sedere (viros.) *Ibid.* Cur accersi (me) jubes (ô filia.) *Ibid sc.* 4. *a.* 2. Ut jussisti atque voluisti paratum est. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 1. Face quod te soror jubet. Idem *Mil. sc.* 6. *a.* 2. Licétne, P. Inquito, jubeo. Quasi dicat, Ego dominus facio potestatem. *Ibid. sc.* 2. *a.* 2. Quin tu petruncari tibi istam linguam jubes? *Ibid.* Jube transire huc. Idem *Cure. sc.* 4. *a.* 4. Vapulare ego te vehementer jubeo. Idem *Menach. sc.* 4. *a.* 1. Jube ire accubitum (convivas.) Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Jubeo te salvere voce summa. *Ibid. sc.* 7. *a.* 5. Liber esto, nempe jubes. Jubeo, si quid imperii est in te mihi. *Ibid. sc.* 8. Liberum te abire jussi. ¶ Interdum ponitur pro Rogare. Virg *lib.* 2. *Æneid.*

*Infandum regina jubes renovare dolorem.* Pro cogere. Plaut. *Milit. sc.* 5. *a.* 2. Do fidem me intrò ituram quò jubes (suprà dixi Vi cogis.) ¶ Interdum pro Sinere. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 2. Jube venire nunc jam (senem, ut ludos faciam.) *Ibid.* Potin' ut facias quod jubeo, inquit servus hero minori, &c. Item Ovid. 13. *Metam.*

*Esse Iovis monitu deceptus imagine somni,*
*Rex jubet incepti curam deponere belli.* al. *dimittere.*

Ibid.

*——— nec me fors ire jubebat.*

¶ Interdum pro Precari, optareque: ut, Jubeo te salvere, Jubet me benè spetare. Ter. *in Andr.* Jubeo Chremetem salvere. ¶ Interdum pro decernere, ψηφίζομαι, ut Populus jussit, id est, decrevit. Salust. *Jugurth.* 118. Postquam ei populus Provinciam Numidiam jussit. ¶ Invenitur aliquando hoc verbum cum accusativo. Lucan. *lib.* 1.

*Jámque secuturo jussum classem Phœbo.*

¶ Jubere est, inquit Festus nonnunquam decernere. Hinc illud apud Imperat. §. 6. *de testam. ord. in.* Neque ii, quos leges jubent improbos intestabilesque esse, possunt in numerum testium adhiberi: i. quos statuunt ac decernunt. Caius *leg.* 26. *D. de testam.* Cùm lege quis intestabilis jubetur esse, eò pertinet, ut, &c. Horom. apud Cic. Sæpe lex jubet, & quod illi contrarium est, lex vetat.

‖ Jusso

¶ Jussio, severè jubeo. Est & *jusso*, pro *jussero*. ¶

Jūssio, nis: Jussus, us: & Jussum, i, id est, mandatum. { מצוה *mitsvâh*. ἐντολή, ὁ. GALL. *Commandement*. ITAL. *Commandamento*. GERM. Ein gebeyss. HISP. *El mandamiento*. ANGL. *A biddaing or commanding*. } Plaut. *in Amph.* Jovis jussu venio. Idem *in Curcul. sc.* 3. *a.* 2. Post suo jussu profectus perveni in Cariam. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 1. Tuo facit jussu, tuo imperio patet. Vide Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. & *Eleg. ult. lib.* 4. & *Eleg.* 3. *lib.* 5. *Trist.* Item *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

*Non tamen ideirco legum contraria jussis*
*Sunt ea.*

(à nominativo Jussum, i.) Virg. 4. *Æneid.*

*Ille patris jussa exequitur.*

Sisen. *lib.* 5. Tamen Tudertibus senatusconsulto & populi jusso dat civitatem. A *jussus* componitur Injussus, us. Terentius *in Hecyr.* Quamobrem incendor ita, te esse autum facere injussu meo, ἀκουσίως.

¶ Jubilæus, annus ex septies septenis factus. ¶

Jubilum, i, dicitur id quod ex gaudio voce significatur: nec tamen verbis explicatur. { תרועה *teruâh*. ἀγαλλίασις. GALL. *Cry de joye*. ITAL. *Giubilo*. GERM. Ein frewdgeschrey/Jauchtzung vor frewd. HISP. *La grita ò alborotos como de Moros*. ANGL. *Any out cry for joye*. } Silius *lib.* 13.

*Et latus sepulti audivit jubila Cyclops.*

Jubilo, as: Est rustica & incondita voce gaudium testari. ¶ Descendit à Græcis particulis *ἰὼ λὼ*, quæ erant voces triumphatorum: superstites enim virum Apollini acceptam ferebant, cui canerent pæana in victoria, *ἰὼ βοῶ παιάν*. Scaliger. { יבב *jibbêh*, תרועה *teruâh*, יגון *hegâh*, יללה *hitreûah*. ἀγαλλίασις. GALL. *Crier de joye*. ITAL. *Jubilare, far festa*. GERM. Jauchtzen vor frewden wie die bauren. HISP. *Hazer alborotos, como gritos como los Moros*. ANGL. *To shout for joye*. } Jubilare (inquit Fest.) est rustica voce inclamare.

Jubilātus, est clamor rusticorum. Quiritatus urbanorum, ut ostendit Valla ex Varronis authoritate.

¶ Jububa, herba. Jun. ¶

Jūcūndus, a, um: Suavis, gratus, lætitiam & voluptatem afferens. à juvando, quasi juvicundus. Aliis jocundus, tanquam à jocando, teste Cicer. 2. *de fin.* propterea quòd quæ jucunda sunt, mentem, & sensus juvent. { נעים *naîm*, חוה *tûb*. εὐφραίνων, ἡδύς. GALL. *Plaisant, joyeux, recreatif, qui donne plaisir, aggreable*. ITAL. *Suave, giocondo, dilettoso, dolce*. GERM. Lieblich/Kurtzweilig/ergetzlich. HISP. *Cosa que da plazer à otro*. ANGL. *That maketh sport to another, pleasant, delectable*. } Unde jucundæ litteræ, jucunda oratio, jucundus aspectus. Cic. *ad Attic.* Fuit mihi sæpe & laudis nostræ gratulatio tua jucunda, & timoris consolatio grata. Idem 4. *in Catil.* Est mihi jucunda in malis, & grata in dolore vestra erga me voluntas. Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.*

*Jucundum nosti nescia tempus agis.*

Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Non jucundum est nisi amans facit stultè. Jucundus homo alteri: Obsequiosus & obtemperans. Cic. *pro Sestio*. Qui institutis majorum neglexerunt, imperitæ atque concitatæ multitudini jucundi esse voluerunt. Jucundior. Tibull. *lib.* 7.

*——cunctis jucundior hostes*
*Iearus.*

Jūcūndĭtās: Oblectatio quædam ex qua nascitur voluptas. { נעימות *neîmûth*. מנעם *neûam*. ἡδονή, ἡδύτης, τερπνότης. GALL. *Réjoüissance, plaisir, recreation*. ITAL. *Piacere*. GERM. Lustigkeit/ergetzligkeit/lust. HISP. *Aquel plazer y alegria*. ANGL. *Pleasantnesse, rejoycing, mirth which is done to some body*. } Cic. *ad Attic.* Nihil mihi unquam ex plurimis tuis jucunditatibus gratius accidisse, quàm quod meam Tulliolam diligentissimè coluisti.

Jūcūndè, adverb. Suaviter, dulciter. { ἡδέως, τερπνῶς, εὐφράνως. GALL. *Joyeusement, plaisamment, avec recreation*. ITAL. *Giocondamente, con diletto*. GERM. Lieblich/ergetzlich. HISP. *Alegramente*. ANGL. *Pleasantlie, merilie*. } Cicer. 1. *de fin.* Clamat Epicurus is, quem vos nimis voluptatibus esse deditum dicitis, non posse jucundè vivi, nisi sapienter, honestè, justèque vivatur, &c.

Jūcundō, aris, voluptate, & delectatione afficiot. { שעע *nahám*. ἡδύνω. GALL. *Se recreer, se réjoüir*. ITAL. *Haver piatere ricevere dilettatione*. GERM. Belustiget oder ergetzt werden. HISP. *Alegrarse*. ANGL. *To make joye full or merie*. } Lactant. *lib.* 4. Quotidie autem jucundabar ante faciem ejus, quum lætaretur orbe perfecto gaudio affici. ¶ Invenitur etiam Jucundo, as: August. *lib.* 17. *de Civitate Dei*, Exaltasti dexteram, jucundasti omnes inimicos ejus. Apud Classicos neutrum facilè invenias.

¶ Juda, filius Jacobi, quartus ex Lia. Secundùm Hebræam scripturam est *Iehudâh*: Græcis *iûda*, vel *iûdas*, assumpto ſ, & h sublato de medio. ¶

Jūdæ, æ. { יהודית *jehûdhah*. Iudæa. GERM. Das Jüdische land in Syrien gelägen. } Quæ & Palæstina dicitur: Syriæ regio est, à qua Judæicus, a, um: sicut, Achaicus, Euboicus: pro Hebræo, Achæo, Eubœo. Juvenal. *Satyr.* 14. Judaïcum jus ediscunt. Dividitur autem Judæa in Galilæam, hoc est, in eam partem, quæ Syriæ juncta est & Perream, hoc est ulteriorem, quæ Arabiæ & Ægypto proxima est, à cæteris Judææ partibus Jordane amne discreta. Reliqua autem Judæa dividitur in decem Toparchias: quas vide apud Plin. *lib.* 5. *cap.* 14. Dicta autem est Judæa à Juda filio Jacob, quum antea terra Chanaan diceretur.

Judæi. { יהודים *jehûdhim*. Iudæi. GERM. Die Juden. } à Juda filio Jacob dicti sunt. Namlicèt fuerint duodecim tribus, quæ à duodecim filiis Jacob descenderunt, à Juda tamen primogenito omnes Judæi sunt appellati: quia (ut Augustinus inquit) de stirpe ejus regnum veniebat Judæis. Prophetaverat enim Jacob, dicens: Non deficiet Princeps de Juda, nec dux de femoribus ejus, donec veniat qui promissus est. De tribu autem Juda venit Dominus noster Jesus-Christus. ¶ Imò Ruben fuit primogenitus ipsius Jacob. *Genes.* 46. *v.* 8. & 1. *Paralip.* 5. *v.* 1. Juda verò quartus filius numeratur inter filios Jacob, *ibid.* & ubique passim. Itaque pro his verbis (à Juda tamen primogenito) repono (à Juda tamen inter fratres fortissimo & principe.) Hoc enim elogio insignitur ille Juda *lib.* 1. *Paral. c.* 1. *v.* 2.

Jūdāĭcus lapis. { אבן יהודית *eben jehudhith*. Iudaïcus lapis. } Inde nomen accepit, quòd in Iudæa nascatur. Candidus est, figura glandis, lineis distinctus inter se æqualibus, velut torno factis. Author Dioscor. *lib.* 5. Retinet nomen in officinis. ¶ Judaici ritus. Suet. *in Tiber. cap.* 36. Judaicos ritus compescuit.

Judex, Judicatio, Judicium: vide *Judico*.

Jūdĭco, as: Jus dico, judicium exerceo, statuo, decerno. { דון *dhan*. κρίνω, δικάζω. GALL. *Juger*. ITAL. *Giudicare*. GERM. Richten/urtheilen. HISP. *Juzgar*. ANGL. *To judge*. } Cicer. *pro Flacco*. Itaque recuperatores contra illum, rem minimè dubiam prima actione judicarunt. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 5. Istâ tem judicasti perfidiosè Phædrome. ¶ Liv. *lib.* 1. *ab urb.* Duumviros facio, qui Horatio perduellionem judicent. Et paulò post. P. Horati tibi perduellionem judico (id est, te in causâ perduellionis judico.) ¶ Judicate, pro Judices ferre, judicium indicere, sive diem dicere. Livius *lib.* 6. *bell. Punic.* Cùm tribuni plebis appellati negarent se esse in mora, &c. quoad vel capitis, vel pecuniæ judicasset privato: tum Sempronius perduellionis se judicare Co. Fulvio dixit. ¶ Judicate sub formula, pro eo quod dicunt, ad rigorem juris. Senec. *de Clem. c.* 2. Clementia liberum arbitrium habet, nec sub formula, sed ex æquo & bono judicat. Cicer. *Attic. lib.* 6. Consulibus permissum erat, ut de Cæsaris actis cognoscerent, statuerent, judicarent. ¶ Interdum idem est quod æstimare, & opinionem de re aliqua in animo concipere. Idem *pro Marcello*, Servi itaque etiam iis judicibus, qui multis pòst sæculis de te judicabunt, & quidem haud scio an incorruptiùs quàm nos. ¶ Cum accusativo personæ idem valet quod condemnare: ut Judicare aliquem capitis. Terent. *in Adelph.* Hominem maximi pretii esse hodie te judicavi animo meo. Cicer. *de Amic.* Sed ut mihi videtis, non rectè judicas de Catone. Liv. *lib.* 8. *ab Urb.* Centurionem nobilem militaribus factis judicatum pecuniæ quum duci vidisset, medio foro accurrit. Judicatum pecuniæ dixit, pro eo quod est, judicatum, vel condemnatum actione pecuniæ. κατακεκριμένον χρημάτων. Gell. *lib.* 20. *cap.* 1. Quantæque pecuniæ judicati essent, prædicabatur. ¶ Hujus compositæ sunt, Abjudico, Adjudico, Dijudico, & Præjudico, de quibus suis locis. ¶ Judicatum facere, est patère judicato, & persolvere, quod judex dependendum esse pronuntiavit. ἀποτίνειν τὸ κριθὲν, κρίσιν ὑπὲρ τινὸς τὸν ἡττηθέντα. Cicer. *pro Flacc.* Quum judicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab hoc ductus est. ¶ Judicate quempiam creditori, est debitorem ei addicere, ita ut abduci possit & vinciri. Plaut. *Menæch.* Nam ego ad Menæchmum, etsi jamdiu sum judicatus, ultrò eo, ut me vinciat. ¶ Judicassit, pro Judicaverit, antiquè. Cic. 3. *de legib.* Quum magistratus judicassit, interrogassitve, per populum multæ pœnæ certatio esto.

Judĭcātus, a, um, participium: Cognitus, condemnatus. { נשפט *nishpât*, נתן *nadhân*. κεκριμένος, κατακεκριμένος. GALL. *Jugé*. ITAL. *Giudicato*. GERM. Beurtheilt. HISP. *Juzgado*. ANGL. *Judged*. } Cicer. 4. *Verr.* Atque ut aliquando de rebus ab isto cognitis, judicatisque, & de judiciis datis dicere desistamus. Ne judicatum sit, id est, ne valeat sententia, apud Ulpian. *de feriis*. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Judicatum me uxor abducit domum (i. damnatum.) Et Gell. *cap.* 1. *lib. ult.* Confessi igitur æris, ac debiti judicatis triginta dies sunt dati, coquirendæ pecuniæ causâ, quam dissolverent (ubi & confessi, passivè significat, ut suo loco notavimus *suprà*.) Senec. *cap.* 2. *de consol. ad Marc.* Sed illud inter res nondum judicatas habeatur.

Judĭcātio, nis: Actus, vel facultas judicandi. { משפט *mishpât*, דין *din*. κρίσις. GALL. *Jugement*. ITAL. *Giudicio*. GERM. Ein urtheilung/entscheydung. HISP. *Juyzio*. ANGL. *A judging*. } Quint. *lib.* 6. *cap.* 5. Consilium est ratio quædam altè petita, habètque in se inventionem & judicationem. ¶ Interdum Judicationis nomine id dicitur, quod in judicium venit, & in quo præcipuus causæ totius cardo vertatur. τὸ κριτήριον. Cicer. 2. *de Inventione*. Quæstio in conjecturali eadem quæ judicatio.

Judĭcātūs, us, ui: Judicatio, judicandi facultas, vel officium judicis. { משפט *mishpât*, דין *din*. ἐπιμέλεια. GALL. *Jugement, pouvoir & authorité de juger*. ITAL. *Giudicio*. GERM. Das ampt oder der gewalt zu urtheilen. HISP. *Juyzio*. ANGL. *A judging or power to judge*. } Cic. *ad Attic. lib.* 12. De Cocceio & Libone, quæ scribis, approbo: maximè quòd de judicatu meo responsum sit. Gell. *lib.* 14. *cap.* 2. Juravi mihi non liquere, atque ita judicatu illo solutus sum (i. judicandi munere.)

Judĭcātum, i: In judicio statutum. { משפט *shephât*. τὸ κριθὲν, τὸ κεκριμένον πάγυ. GALL. *Chose jugée & decidée*. ITAL. *Cosa giudicata*. GERM. Eines gerichts rechtlicher ausspruch. HISP. *Cosa juzgada*. ANGL. *That is recreed by judgement*. } Est, ut ait Cicer. 1. *de Invent.* de quo jam antè sententiâ alicujus, aut aliquorum, constitutum est. *Ibid. lib.* 1. Judicatum est res assensione, aut authoritate, aut judicio alicujus, aut aliquorum comprobata. Idem *pro Flacco*, Frater meus pro sua æquitate, prudentiâque decrevit, ut si judicatum negaret, in duplum iret.

Judĭcātò, adverb. Maturo judicio, & non temerè. { μετὰ κρίσεως καὶ νόμου. GALL. *Avec jugement*. ITAL. *Con giudicio*. GERM. Mit gerichtem urtheil. HISP. *Con juyzio*. ANGL. *With faking advisement, not rashly*. } Gell. *lib.* 14. *cap.* 1. An ita serio judicatóque pronuntiaret.

Jūdex, icis: Cognitor controversiæ & disceptator: dicitur autem judex quasi jus dicens, aut jure disceptans. { משפט *shephêt*, דין *dajân*. κριτὴς, δικαστής. GALL. *Juge*. ITAL. *Giudice*. GERM. Ein richter. HISP. *El juez*. ANGL. *A judge*. } Jure autem disceptare, est justè judicare. Est itaque judex, qui ex jurisdictione propria, aut sibi delegata & commissa, jus habet causas litigantium cognoscendi. Et qui ex propria jurisdictione illud habet, dicitur judex ordinarius: qui verò ex delegata, dicitur delegatus, seu extraordinarius. Itaque olim omnes judices fuerant extraordinarii. Non enim ex propria sua potestate judicabant, sed pro potestate sibi à prætore commissa. Prætor enim omnium privatarum causarum judices dabat. ¶ Judex est justitiæ assistes. Gell. *cap.* 4 *lib.* 14. In judicem legi, & de judicio officio. Idem *cap.* 2. *lib.* 14. ¶ Judices tricesimoquinto anno allegi solini. Augustus Cæsar primus à tricesimo ætatis anno allegit, id est,

quinquennio maturiùs quàm solebant, ut author est Suet. *in Aug. cap.* 32. Judices ex animi sui sententia pronunciabant. Quintil. *declamat.* 312. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Res agitur apud Judicem. Senec. *cap.* 4. *de consol. ad Marc.* Fama judex principum libertima. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 4. Ad populum, vel in jure apud Judicem res est. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Trist.*

*Judicis officium est ut res, ita tempora rerum*
*Quærere.*

Cicer. *pro Sext. Rosc.* L. Cassius ille, quem populus Romanus vetissimum & sapientissimum judicem putabat, identidem in causis quærere solebat, cui bono fuisset. ¶ Judex rerum, pro æstimatore. Horat. 2. *Serm. Satyr.* 7.

——*at ipse*
*Subtilis rerum judex & callidus audis.*

Cicer. 3. *de fin.* Quia te æquissimum habeo eorum studiorum, quæ mihi communia tecum sunt, æstimatorem & judicem. Ovid. 13. *Metam.*

*Difficilem tenui sub iniquo judice causam.*

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 2. *Trist.*

*Res quoque privatas statui sine crimine judex.*

Ibidem,

*Nec mea (fugæ) falsello judice, &c.*

Idem *Eleg.* 7. *lib.* 3. *Trist.*

*Sæpe tui judex (inscriptis scilicet,) sæpe magister eram.*

Idem *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.*

*Ingeniumque meum (potes hoc meminisse) probabat,*
*Plus etiam quàm me judice dignus erat.*

Jūdĭcĭum, ii, est legitima disceptatio duorum, aut plurium coram judice. { שפט *mischpat*, דין *din. κρίσις, δίκη.* Gall. *Jugement.* Ital. *Giudicio.* Germ. Ein gericht. Hisp. *El juyzio.* Angl. *Judgement.* } Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 5. Hoc judicium meum est paulò antè, ut scire possit meam sententiam (de arbitro.) Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Nihil hoc Jovis ad Judicium attinet (i. arbitrium & potestatem.) Livius *lib.* 1. *dec.* 5. Sub jus judiciúmque suum redegit (i. potestatem.) Cæsar *lib.* 1 *de bell. civil.* Docent sui judicii tempus esse (i. voluntate sua non fieri.) Idem *lib.* 2. *de bell. civil.* Judicia in privatos reddere. *Ibidem,* Judicium de re facere, pro judicare. ¶ Judicia suprema (i. testamentum.) Quintilian. & Sueton. *in August. cap.* 68. Amicorum tamen suprema judicia morosissimè pensitavit, &c. Plaut. *Amphitr.* Rationes jacent, judicium silet (i. ea res discerni & dijudicari non potest.) Senec. *cap.* 12. *de tranquill.* Prosequi judicium ixpè nubentis. Ovid. *Eleg. ult. lib.* 4. *Trist.*

*Otia judicio semper amata meo.*

Velleius, Petulantis convitii judicium histrionum ex alto redditur. ¶ Privata judicia. Gell. *cap.* 2. *lib.* 14. Cic. *pro Cecina,* Omnia judicia aut distrahendarum controversiarum, aut puniendorum malificiorum causâ reperta sunt. Idem *Qu. Rosc.* Aliud est judicium, aliud arbitrium: judicium est pecuniæ certæ, arbitrium incertæ. Capitale judicium. Quint. *lib.* 4. *cap.* 1. Judicium capitis. Cic. 1. *Tusc.* Accipi aut etiam judicium pro existimatione, sive opinione alicujus. Idem *de clar. Orat.* Intráque patietés alutr eam gloriam, quam nemo quidem meo judicio est consequutus.

Jūdĭcālis, e, quod ad judicium pertinet, judiciarius: ut, Judiciale genus causarum. { *Δικαστὸς.* Gall. *Judicial, des appartenances de jugement.* Ital. *Ciò che à giudicio apartiene.* Germ. Das zu dem gericht gehört. Hisp. *Cosa pertenesciente al juyzio.* Angl. *That pertaineth to judgement.* } Cicer. 1. *de invent.* Judiciale est, quod pubrum in judicio, habet in se accusationem & defensionem, aut petitionem & recusationem. Judiciales suppressiones. Idem *pro Cluent.* Judicialis molestia. Idem *ad Attic.* Officium judiciale. Gell. *cap.* 2. *lib.* 14. De his, & cæteris hujusmodi judicialis officii tractatibus, cùm erit otium, dicere quid sentiamus, conabimur.

Jūdĭcĭārĭus, a, um, quod ad judicem, sive ad judicium pertinet: ut, Controversiæ judiciariæ, *δικανικὰς.* Cic. 3. *Verr.* Ut finis aliquando judiciariæ controversiæ constitueretur. Idem *pro Cluent.* Hic ille planus improbissimus quæstu judiciario pastus, &c. Idem *in Pisonem,* Ecquid vides, ecquid sentis, lege judiciaria lata, quos posthac judices hanus habituri? Leges judiciariæ, i. civiles. Suet. *in Aug. cap.* 56. ut legibus judiciariis tenerentur. Res judiciaria. Gell. *cap.* 2. *lib.* 14. Ut ad judicandas lites vocatus, rem judiciariam, ex mutis, quod aiunt, magistris (id est, libris) cognoscerem.

Jŭvērnā, æ, *Ἰέρνη.* Steph. Inland. Insula est in Septentrionali Oceano, tantum ferè Britannia distans, quantum Britannia ipsa distat à continente. Cæs. Hyberniam vocat, Mela Juvernam: quo nomine etiam Juvenal. eam appellat. *Satyr.* 7.

——*arma quid ultra*
*Littora Juvernæ promovimus, & modò captam*
*Orcadas, & minima contentos nocte Britannos.*

Strabo etiam *Ierne* nominat: quem videtur sequutus Claud. *de* 4. *Honorii Consulatu,*

*Sceptorum cumulos flevit glacialis Ierne.*

Vulgus *Irlandiam* vocat.

Jugalis, Jugamentum: vide *Jugum.*

Jugere dicuntur mihi, quum vocem emittunt. Festus.

Jŭgĕrum, i. { מעגן *maanáh, ἀπὸ τοῦ ζεύγνυμι, ἀπὸ τοῦ ζεύγλη.* Gall. *Autant de terre que deux bœufs accouplez peuvent labourer en un jour, deux arpens de terre.* Ital. *Campo, spatio di terra che un giorno si ara con un paio di buoi.* Germ. Ein tauchart ist ein feld 240. schuch lang und 120. schuch breith. Hisp. *Una obrada de un par de bueyes, espacio de tanto campo quanto puede arar un par de bueyes en un dia.* Angl. *Half an acre so much land as two oxen yoked together can plough in a day.* } In singulari frequentiùs est secundæ declinationis, & in plurali sæpiùs per tertiam declinatur, jugera, jugerum, jugeribus, ab antiquo nominativo juger, vel jugus, à quo adhuc in usu sunt genitivus jugeris, & ablativus jugere. Similiter à nominativo jugerum legitur adhuc dativus & ablativus pluralis jugeris. Varro *lib.* 1. *de re rust.* In Hispania ulteriore metiuntur jugis, in Campania versibus, apud nos in agro Romano ac Latino jugeris. De genitivo jugeris, testimonium est apud Pomponium Melam. Sed ultra (inquit) quàm canalem habet, evehi plus jugeris spatio sublimia. Ablativo jugere usus est Tibullus.

*Et multo innumeram jugere ferre ovem.*

Et Plaut. *Menæch. sc.* 5. *a.* 5. Non potest hæc res à liberi jugere obtineri. Est autem jugerum mensura, quam Hieronymus Marbenarieus ducentis pedibus continere scribit. Quintilian. autem ducentis quadraginta pedibus in longitudinem, dimidii in latitudinem: à jugo dictum, teste Plin. *lib.* 8. eo quòd tantum fere spatii uno jugo boum in die arari possit. Gellius *cap.* 3. *lib.* 7. Colonis prohibitum plus quingenta jugera habere. Liv. *lib.* 2. *d.* 7. Jugerum agri pater mihi reliquit. Varr. *lib.* 1. *cap.* 10. Jugerum, quòd quadratos duos actus habeat. Actus quadratus, qui & latus pedes centum viginti, & longus totidem: in modius, ac minus, Latinè appellatur. Jugeri pars minima dicitur scrupulum, i. decem pedes, & longitudine & latitudine quadratum. Alii jugerum inde dictum putant, quòd constet ex duobus actibus quadratis simul junctis. Col. *lib* 5. *cap.* 1. loquens de actu quadrato, Hoc duplicatum facit jugerum: & ab eo quod erat junctum, nomen jugeri natum est. ¶ A *jugerum* fit compositum semijugerum, quod continet dimidium jugeri, hoc est, centum viginti pedes in longitudinem, & sexaginta in latitudinem. Galli olim etiam vocaverunt *Arepennum*, ut testatur Colum. *lib.* 5. *cap.* 1.

Jŭgĕratim, per singula jugera. { *Κατὰ πλέθρα.* Gall. *Par chaque deux arpens.* Ital. *Per ciascun essi fatto spatio.* Germ. Von tauchart zu tauchart. Dutch alle tauchart. Hisp. *De obrada en obrada.* Angl. *Acre by acre.* } Columell. *lib.* 3. *cap.* 3. Ut primæ vineæ centenas amphoras jugeratim præberent.

Juges, is: vide *Jugum.*

Jŭglans, ans: quæ per antonomasiam nux appellatur, & inter nuces primum locum obtinet. { אגוז *eghóz, κάρυον βασιλικὸν.* Gall. *Noix.* Ital. *Noce.* Germ. Ein baumnuss. Hisp. *La nuez.* Angl. *A walnutte.* } Dicta quasi Jovis glans, teste Macrobio. Creditum est enim hoc nucis genus Jovi sacrum esse, quòd hæc arbor inter omnes suavissimum ferat fructum. Cloatius, referente Macrobio, Diuglandem primò vocatam scribit, quasi *δὶς βάλανος*: postea detractione primæ literæ, Juglandem. Cicer. 5. *Tusculan.* Instituique ut candentibus juglandium putaminibus barbam sibi & capillum adurerent. Constat sanè apud antiquissimos maximo in honore fuisse glandem, antequam mortales ad nutriendum vitæ cultum se converterent, ut quæ simplicis vitæ atque innocuæ alimenta præbebat. Hinc veteres quasi honoris gratiâ, Jugulandem quasi Jovis cibum concupiverit. ¶ Hanc nucem ob excellentiam Græci basilicam appellant, quasi nucem regiam. Plinius, & juglandes è Perside à regibus transfatas, indicio sunt Græca nomina. Optima earum genera sunt, quæ Persica atque basilica vocant. Persica quidem in tantum augentur, ut putamen rumpant, ideóque molliscæ nuces, à putaminis mollitie vocitantur. ¶ Est aliud nucis juglandis genus, quæ Tarentina dicitur, fragili putamine, & ita mollis, ut vix attrectata frangatur & avium furto semper sit exposita. Unde quidam Tarentum appellatum putant, quòd nuces juglandes, & pineas molles habeat, ac similiter oves. Tarentum autem Sabini vocant, quod nos dicimus molle: ad quod alludens Horatius molle Tarentum vocavit. ¶ Secundum inter nuces locum obtinet pinea, exiles nucleos habens, quamvis totius corporis magnitudine alias superet. Hæc Sylvestris pinus dicitur, ad differentiam alterius, quæ urbana vocatur. ¶ Est & tertium genus ejus, quæ pinus picea appellatur, quòd piceæ potiùs quàm pino similis sit: ideirco etiam apinam vocant, quasi minimè pinum. Nux hæc cutem ventus, quàm putamen, adeò mollem habet, ut simul mandatur. ¶ Quartum genus, apinastrum vocant. Tertio loco numerantur avellanæ, quas antea abellinas patrio nomine constat vocitatas, ab Abellino Campaniæ oppido, ubi abundant, cæteris minores: unde à Satyrico poëta Numæ nuces vocantur. Proprium arboris nomen est Corylus. Eædem & Prænestinæ vocantur, quòd his Prænestini abundent: vel quòd à Pœnis obsessi hoc nucis genere famem toleraverint, ut refert Macrobius *lib.* 3. *Saturn.* & Pontica, quòd in Italiam Græciamque primò è Ponto venêre, inquit Plinius. Hinc illud Papinii *ex Hendecasyll.* Quicquid nobile Pontici nucetis. Dehinc sequitur amygdala, nucleum habens dissimilem latitudine. Hæc & nux Græca vocatur, & Thasia à Thaso insula Thraciæ adjacente, è regione Nessi fluvii, olim Æthra & Æthria dicta: cujus populi Thasii vocantur. Postea nux castanea armata echynato calyce, quæ & Heracleotica. Sunt & castaneæ triangulari forma, quæ in aqua nascuntur, & coctivæ vocantur. ¶ David Kybetus *in Lexico rei herbariæ*, conjicit Juglandem dictam, quòd glandem jugulet, propterea quòd nativum quoddam dissidium sit inter juglandem & quercum, ut quercus emoriatur, si juglandi sit vicina. Plin. *lib.* 14. *cap.* 1. Sunt verò Juglandis partes Gulioca, Carina, Nauci. Gulioca juglandium summa & viridia putamina apud veteres nominantur. Carina, metaphoricè loculamentum, seu cortex durior in juglande. Nauci membranula quæ in nucis juglandis est medio.

Jugo, as: vide *Jugum.*

Jŭgŭla, æ: Signum est cœleste, quod & Orion dicitur. *Ὠρίων.* De quo Varro, Jugula signum est, quod Accius appellat Orionа, quum ait, Citius Orion patebit. Hujus signi caput dicitur ex tribus stellis: quas infra duæ claræ, quas appellant humeros: inter quas quod videtur, jugulum: unde Jugula dicta. Plaut. *in Amphitr.* Neque Jugula, neque Vesperugo, neque Vergiliæ occidunt. ¶ Jugula in cancri fidere. Manil. *lib.* 5.

*Nunc cancro vicina canam, qui parte sinistra*
*Consurgunt jugula.*

Ubi Scal. jugulas vocat, quos alii ὄνους, asellos in πρασέπι. ¶

Jŭgŭlus, i, vel in neutr. gener. jugulum, à *Jugum.* Jugulum ferè accipitur pro colli parte anteriori, in qua aspera arteria cernitur emicare. { *Δειρὴ.* Gall. *Le gosier ou gavion.* Ital. *Gola, strozza.* Germ. Das gürgelin umb den knopff am halss. Hisp. *El nuelle ó garganta, ó ysäa.* Angl. *The fore parte of the neck where the windpipe is, the throte.*

*thorete.* ¶ Periti tamen rei anatomicæ jugulos appellant concavitates duas in summa thoracis parte sub clavibus tras, quorũ alterum dextrum, alterum sinistrum jugulum nominant, Græcè φάρυγα dicunt. Plin. *lib.* 11. Uni homini sunt duo jugula, dextrum, & sinistrum. Cors. Celsus *lib.* 8. A dextro jugulo si id factum est, ad alam sinistram; à sinistro, ad dextram. Neutro genere usus est Cic. *de Fato*, Quòd jugula concava non haberet. Passim tamen jugulus pro parte anteriore colli accipitur, qui locus quia maximè lethalis est, & penetrabilis, factum est, ut jugulare accipiatur pro quovis modo perdere. ¶ Date, præbete jugulum, & petete jugulum. Cicer. *pro Mil.* Quod si ita putasset, certè optabilius Miloni fuisset dare jugulum P. Claudio, non semel ab illo, neque tum primùm petitum, quam jugulari vobis, quia se illi non jugulandum tradidisset. Senec. *cap.* 11. *de tranq.* Præbere jugulum. ¶ Offerrare jugulum pro capite alicujus, est se objicere periculo capitis pro vita alterius. Cicer. *ad Attic. lib.* 1. Me verò teste producto, credo te ex acclamatione Clodii advocatorum audisse, quæ consurrectio judicum facta sit, ut me etiam circumsteterint, ut apertè jugula sua pro meo capite P. Clodio ostentarint. ¶ Virg. 10. *Æneid.*

*Hæc loquitur, jugulóque haud insciùs accipit ensem.*

Ovid. 1. *Metam.*

*Obsidu unius jugulum mucrone resolvit.*

¶ Jugulare curas. Martial. *epigr.* 50. *lib.* 8. ¶ In agendis causis jugulum petere dicitur Orator, cùm id, quod firmissimum in causa adversarii habent, invadit, ut illius tanquam jugulum petere videatur. ἀγχόνην. Quint. *lib.* 8. *cap.* 6. Nam illa agendis causis jam detrita. Pedem confertè, & jugulum petere, & sanguinem mittere, inde sunt, nec offendit tamen.

Jũgŭlo, as: Jugulum incido, interficio. { טבח *habách*, שחט *schachát*. σφάττω, σφάζω. Gall. *Couper la gorge, égorger*, Ital. *Scannare*. Germ. Die gurgel oder den halß abstechen tödten. Hisp. *Degollar, cortar el cuello*. Angl. *To kill, to cutt a throte*. { Cic. 5. *Tusc.* Nec grunnitum audiunt, quum jugulatur sus. Liv. 4. *bell. Pun.* Inter hæc abstractam penetralibus jugulant. Et non solùm de gladio, sed etiam de morbo dicitur. Cels. *lib.* 3. Quartana neminem jugulat. ¶ Transfertur interdum ad inanimata. Martialis,

——*scelus est jugulare Falernum.*

¶ Jugulare hominem suis verbis. Terent. *in Eunuch.* Pulchrè mehercle dictum, & sapienter, papæ! Jugularas hominem, quid ille? Sic apud Cic. *Verr.* Jugulari sua confessione. Jugulari suo gladio suóque teso dicitur, qui sui ipsius dictis revincitur, aut qui suo invento, dolóre capitur: denique in quem quocunque modo seu dictum, seu factum retorquetur, quod ab ipso profectũ sit. Vide Adagia Erasmi. Jugulare gladio plumbeo, hoc est, facilè, nullóque negotio aliquem convincere, seu reum peragere. Cic. *ad Attic. lib.* 1. Quum illum plumbeo gladio, jugulatum tamen iri diceret.

Jũgŭlātio, onis: Cædes, interfectio. { שבחרת *tibchát*, שבח *tébach*. σφαγή. Gall. *Egorgement, coupement de gorge*. Ital. *La scannare*. Germ. Erwürgung, tödtung. Hisp. *Degollamiento, obra de cortar el cuello*. Angl. *A throte cutting* { Hurtius, seu Oppius 6. *bell. Hispan.* Jugulatione oppidanorum facta.

Jŭgum, i, à ζυγὸς. Vertex, sive cacumen montis. { ראש *resch*. ὄρος, ὄρους. Gall. *Le sommet ou coupet d'une montagne*. Ital. *Sommità di monti*. Germ. Der spitz oder gipffel eines bergs. Hisp. *La cumbre del monte alto*. Angl. *The toppe of a mountane*. { Virg. 5. *Eclog.*

*Dum juga montis aper, fluvios dum piscis amabit.*

Cæsar 4. *bell. Gall.* Tandem Germani à dextro latere summum jugum nacti hostem loco depellunt. Ovid. 1. *de remed. amor.*

*Nunc tua frondosis retia tende jugis.*

¶ Est & ligneum instrumentum, quo junguntur boves, & arctantur. Deductum à Græco ζεύγνυμι. z in j, & u in u mutata. { יוגר *Sel.* ζυγὸς, ζεῦγος. Gall. *Un joug, un couple*. Ital. *Giogo, paio*. Germ. Ein joch. Hisp. *El yugo para unir los animales*. Angl. *A yoke or couple*. } Plin. *lib.* 8. *cap.* 16. de leonibus: Jugo subdidit eos, primúsque Romæ ad currum junxit M. Antonius. Idem *lib.* 10. *cap.* 54. Leones jugum subeunt. ¶ Accipitur & pro pari boum. { אסר *tsémed*. Gall. *Un couple de bœufs, une paire de bœufs*. Ital. *Un paio di buoi*. Germ. Ein par ochsen oder rinder. Hisp. *La yunta de un par de bueyes ò otros animales*. Angl. *A yoke of oxen*. } Cicer. 5. *Verr.* Quid quòd in singulis jugis arant, qui ab opere ipsi non recedunt, &c. Plin. *lib.* 9. *cap.* 15. Nec nisi boum jugis extractus. Ovid. *Eleg.* 6. *lib.* 4. *Trist.*

*Præbet & incurvo colla premenda jugo.*

Idem *ibidem*,

*Scilicet & veteres fugimus juga sæpè juvenci.*

¶ Et metaphor. mulier dicitur ferre jugum, quæ cubat cum viris. Plaut. *Curcul. sc.* 1. *a.* 1. Jámne ea fert jugum? Paulò infrà Phædromus ita respondet: Illa est pudica, nequedum cubitat cum viris. ¶ Ad servitutis malum atque incommodum crebrò Cicer. transfert 3. *Philipp.* Patriæ liberatores urbe carebant ea, cujus in cervicibus jugum servile dejecerant. Senec. *cap.* 1. *de consol. ad Marc.* Subactis omnium cervicibus, & ad Seiani jugum adactis. Hinc jactare jugum apud *Juvenalem*, pro incommodè ferre servitutis necessitatem. Translatum à bobus nondum assuetis jugo. ¶ Item lignum quo textores telam convolvunt. Ovid. *lib.* 9. *Metam.*

*Tela jugo juncta est: stamen percurrit arundo.*

¶ Præterea Jugum dicebatur sub quo ignominiæ gratiâ victi hostes traducebantur. Nam fixis in terra duabus hastis, super eas ligabatur tertia: tunc victi hostes discingebantur, & sub illa transire cogebantur inermes. Cic. 3. *Officior.* At Tit. Veturius, & Sp. Posthumius, quum iterum Consules essent, quia quum malè pugnatum apud Caudium esset, legionibus nostris sub jugum missis, pacem cum Samnitibus fecerant, dediti sunt his. Livius *lib.* 3. *ab Urbe*, Sed ut exprimatur tandem confessio, subactam, dominámque esse gentem, sub jugum abituros. Tribus hastis jugum fit, humi fixis duabus, superque eas transversa una deligata. Ausonius *in monosyllabis*:

*Hostilis quæ forma jugi est, hanc efficiet Π.*

Sub hoc jugo Dictator equos misit. Hinc subjugare, pro debellare, ac subjicere. χειροῦμαι. ¶ Item jugum in vinea dicitur, quum duabus, aut pluribus perticis fixis, aliæ super alias alligantur, in quibus vitis conjunguntur, & quasi jugum, id est, summitatem quandam faciunt: à quo vites ipsæ, seu vineæ jugatæ dicuntur. Quod si hastilibus in terra defixis, singulæ transversæ perticæ in unam tantùm partem ordinis annectantur, unijugæ vineæ dicuntur: & genus ipsum jugi. Cæterum rustici vocant. Plin. *lib.* 16. *cap.* 37. Salices quædam in proceritatem magnam emittunt jugis vinearum perticas. Idem *lib.* 17. *cap.* 22. Simplici jugo constat porrecto ordine, quem Cæterum appellant. Hinc jugati vineæ dicuntur, quæ in jugum constituuntur. Columella, Sequitur jam administrandæ, jugandæque vineæ cura. ¶ Item jugum (ut Varro inquit *lib.* 1. *de re rust. cap.* 10.) in Hispania ulteriore vocatur, quod juncti boves uno die exarare possunt, quod Romani vocant jugerum. ¶ Jugum etiam in curru dicitur. Propert.

*Effeda talatis fixa Britanna jugis.*

Item,

——*Rotis saliens juga desertis.*

Et Livius *lib.* 7. *decad.* 4. ¶ Dicitur etiam jugum, ferrum, vel lignum transversum in libra, à quo lances dependent, quod & Græci ζυγὸν appellant. ¶ Rursus juga, ζυγὰ, sunt tabulæ navium in quibus remiges sedent, quæ & Transtra vocantur. Virg. 6. *Æneid.*

*Inde alias animas, quæ per juga longa sedebant,*
*Deturbat, laxátque foros.*

¶ Bos sub jugum, βοῦς ὑπὸ ζυγὸν, ubi quis assiduè laborat, aut ubi se quis laborioso involvit negotio. Ductum à bobus agricolis, Zenodotus refert. Ego ac tu idem traximus jugum, ἐγώ τε καὶ σὺ ἕλκομεν ὑπὸ ἕνα ζυγόν. De iis qui similibus vitiis, aut malis obnoxii sunt. Translatum à bobus aratoribus. ‖ ¶ Jugum Christi, *Matth.* 11. 29. 30. dicitur doctrina & omninò dominium ejus. ‖

Jũgo, as: Conjugo, quasi ad unum jugũ alligo. { צמד *tsimmédh*, חצמיד *hitsmidh*, חבבק *hibbik*. ζεύγνυμι. Gall. *Accoupler, lier ensemble*. Ital. *Congiungere*. Germ. Zusammen tochen, zusammen fügen. Hisp. *Ayuntar*. Angl. *To yocke, to couple, to tie together*. } Col. *lib.* 12. *cap.* 19. Inter quaternos pedes figere, & perticis jugare. Cic. 2. *Tusc.* Hoc quidem est commune virtutum omnes enim inter se nexæ & jugatæ sunt. ¶ Dicitur etiam de iis qui maritali jugo, ipsitas boum colla subjiciunt. ¶ Hujus composita sunt, Abjugo, adjugo, conjugo, dejugo, subjugo: quæ omnia habent pen. corr.

Jũgōsus, a, um: quod in jugum acuitur, arduus, acclivis, jugis abundans. { ὀρεινὸς, ὀρεσίφοιτος, πολυόρειος, πολυώρυμος. Gall. *Montagneux*. Ital. *Pieno de monti*. Germ. Gipffichtig, stotzechtig. Hisp. *Lleno de montes*. Angl. *Full of ridges or hilles*. } Ovid. 2. *Amor Eleg.* 1.

*Quis prohibet Cererem in sylvis regnare jugosis?*
*Lege pharetrata virginis arva coli?*

‖ Jugabilis, e, ζευκτὸς, ή, όν. Mactob. *Comment. lib.* 16. ‖

Jŭgālis, e: ut, Jugale vinculum, copula matrimonii. { σύζυγος, ὑπόζυγος. Gall. *Accouplé de joug*. Ital. *Accoppiato, adunzigo*. Germ. Das den tocht ist. Hisp. *Cosa de yugo ayuntado*. Angl. *Coupled or yoked*. } Virg. 4. *Æneid.*

——*cui vincla jugalia curæ.*

Idem 4. *Æneid.*

*Si cui me vinclo vellem sociare jugali.*

¶ Jura Jugalia. Ovid. 7. *Metam.*

*Esse metus cœpit, ne jura jugalia conjux*
*Non bene servasset.*

Lectus jugalis. Virg. 4. *Æneid.*

——*exuviasque omnis, lectúmque jugalem,*
*Quo perii, superimponam.*

Tori jugales. Stat. 4. *Sylv.* ¶ Jugale os, ζυγόδες, quod transversum à genis tendens ab inferioribus ollibus sustinetur. Celsus *lib.* 8. *cap.* 1.

Jũgālēs, dicuntur qui eidem jugo subacti. { ὑπόζυγες, σύζυγες. Gall. *Compagnons de joug, accouplez sous un même joug*. Ital. *Sotto uno stesso giogo*. Germ. Ziechrosz so under die zusammen eingespant sind. Hisp. *Ayuntados en un mesmo yugo*. Angl. *Horses of one yocke*. } Virg. 7. *Æneid.*

*Absenti Æneæ currum geminósque jugales*
*Semine ab æthereo spirantes naribus ignem.*

Jũgāmēnta, in ædificiis dicuntur fenestrarum structuræ, sive ex ligneæ sint, sive lapideæ: ita dictæ à jugi militaris similitudine. παρὰ τὸ ζυγόω. { Gall. *Les croisées des fenestres*. } Solebat enim jugum ita fieri, ut duabus perticis erectis tertia superimponeretur: Ad eundem etiam modum in fenestris duobus tribúsve erectis postibus limen superinjectum, quandam jugi speciem exhibet. Cato *de re rustic. cap.* 15. Jugamenta & antepagmenta, quæ opus erunt, ex lapide indito.

Jugārius, id est, bubulcus & auriga boum, sive arator qui jugo ducit & regit. { ζεύκτωρ. Gall. *Celuy qui accouple les bœufs ou chevaux, bouvier*. Ital. *Bifolco, aratore*. Germ. Der die eingiochten rinder weiset und führt. Hisp. *Corretero, boyero*. Angl. *He that yokes the oxen or horses*. } Col. *lib.* 1. *cap.* 6. Lata bubilia esse oportebit pedes decem, vel minimùm novem: quæ mensura & ad procumbendum pecori, & jugario ad circumeundum lata ministeria præbeat.

Jugarius, vicus Romæ dictus, quia ibi Junonis Jugæ ara erat, quam putabant matrimonia conjungere. Liv. Jugarium Æquimelio & Fortunæ templo vicinum statuit. Festus.

‖ Jugatio, pensio soluta pro jugis boum. Buleng. ‖

Jugārĭus, a, um, ut Jugarius bos, qui jugo subditur. { ζευκτὸς βοῦς. Gall. *Un bœuf de harnois qui tire la charrue*. Ital. *Bue che tira il caro sotto giogo*. Germ. Ein eingiochte rind. Hisp. *Buey que trae el carro*. Angl. *An oxen that is accustomed with the yoke*. } Varr. *de re rust. cap.* 5. Boni enim genetis in Italia: plerique Galliæ ad opus: conctà, jugarii Ligustici.

Jugēs, dicuntur ejusdem jugi pares. ὁμόζυγες. à quo Injuges boves, qui nunquam jugo juncti sunt. Conjuges, vir & uxor. Bijuges, sive bijugi. δίζυγες, ξυνωρίδες. Quadrijuges, Quadrijugi: equi bigas, vel quadrigas trahentes.

Iugis,e: Assiduus, continuus, quasi semper jugo affixus. {תמיד *tamidh.* עדות *adh. Mlat. assiduè.* Gall. *Continuel, perpetuel.* Ital. *Continuo.* Germ. Emsig/stätig. Hisp. *Continuo. manantial.* Angl. *Continuall.* } Plaut. *Pseud.* Istoccine pacto me adiutas? Do id quod mihi est: nam is mihi thesaurus iugis in nostra est domo. Cic. 1. *de Divin.* Qui quum vidisset exhaustam aquam de iugi puteo, terræ motus dixit instare. Idem 2. *de Div.* Etiámne futurum esse aquæ jugis colore præsentiunt. Apuleius, Jugis fluor imaginum.

‖ Juge sacrificium, holocaustum ex agno anniculo, qui manè & vesperi offerebatur.

Iugitas, assiduitas, perseverantia. Vet. Dict. ‖

Iugiter, adverbium: Continuè. {תמיד *tamidh. Mlatinè.* Gall. *Continuellement.* Ital. *Continovamente.* Germ. Stäts/ohn underlaß/einander. Hisp. *Continuamente.* Angl. *Continuallie.* } Plaut. *in Milit.* Veneremˌ amoremˌ amœnitatémque accubans exerceo: Et quidem ædepol omnes mores ad venustatem jugiter.

‖ Iugites, ἀπὸ τοῦ ζεύγνυμι. Gloss. à jungendo. ‖

Iugatæ vites, à jugo, quod ad similitudinem militaris jugi fiebat. Ἰμζεύγνυμι, ut suprà videre licet in dictione *Iugum.*

Iugurtha, filius fuit Manastabilis fratris Micipsæ Regis Numidarum, quem Micipsa patruus moriens, hæredem regni sui constituit unà cum duobus filiis suis adhuc impuberibus, Adherbale, & Hyempsale: quos ille postea beneficiorum immemor, insidiis adortus interfecit, ut solus regnaret. Id ægrè ferentes Romani, bellum adversùs Iugurtham susceperunt, quod ducum inertiâ, perfidiâque præter omnium expectationem multos in annos est protractum, quo temporis intervallo vario sæpe eventu pugnatum est, donec misso in Numidiam Metello primùm, deinde Mario, Iugurtha, fractis opibus ad Bocchum Mauritaniæ regem confugit: à quo proditus, Syllæque traditus, ad Marium perductus est, & ab eo Romæ in triumpho ductus, tandemque in carcerem conjectus, animi dolore periit. Vide Plutarch. *in Mario, & in Sylla.*

Iuleus, fistilis. Lege *Hinleus.*

‖ Iulea, voces suaves, à Iulide insula. Rh. Item fossilia. Gl. Isid. ‖

Iuli, ἰοὶ. Propriè dicuntur teneræ illæ lanugines, quæ in arboribus flores antecedunt, ut in ficu grossuli. Plin. *lib.* 16. *cap.* 29. Ferunt & avellanæ iulos compactili callo ad nihil utiles. Hinc per translationem dicuntur Iuli, teneræ illæ lanugines, quæ in juvenum genis primæ enascuntur. ¶ Hinc Servius Ascanium Æneæ filium Iulum cognominatum existimat, quòd adhuc adolescens, quum primùm cœpisset emittere lanuginem, Mezentium singulari certamine superarit: quanquam Virgilius non uno in loco etiam antequam in Italiam appelleret, Iulum fuisse cognominatum ostendit. ¶ Est item Iulus vermis multipes & lanuginosus, arboribus passim adrepens.

Iulia gens, ἡ Ἰουλία φύλη, dicta est ab Iulo Ascanio Æneæ filio, sive ab Iulo, Iuli Ascanii filio, ut inquit Fest. Ex hac familia Cæsar dictator prodiit, de quo paulò infrà.

Iulia, æ, f. e. Urbium multarum nomen est, in gratiam C. Julii dictatoris impositum. Est enim Iulia Norici oppidum, apud Plin. *lib.* 4. *cap.* 4. ¶ Iulia Fidentia Hispaniæ oppidum, inter Bætim amnem & Oceanum situm. Plin. *lib.* 3. *cap.* 1. ¶ Iulia Claritas, ejusdem Bæticæ oppidum in conventu Astigitano. Plin. *ibid.* ¶ Iulia Virtus, ejusdem Bæticæ oppidum est in conventu Astigitano, apud eundem *lib.* 3. *cap.* 1. ¶ Iulia Concordia, ejusdem Bæticæ oppidum, *ibid.* apud eundem. ¶ Iulia Contributa, Iulia Restituta, ejusdem Bæticæ oppidum apud eundem, *loco jam citato.* ¶ Iulia Felicitas, Lusitaniæ oppidum, notiore nomine Olyssippo appellatum. Plin. *lib.* 4. *cap.* 22.

Iulianus, ἰουλιανὸς. Imperatoris Romani nomen, qui quum Christo nomen dedisset, factus Imperator ab eo defecit: unde & Apostatæ cognomen apud Christianos invenit.

Iulias, adis, ἰουλὰς. Iuliæ oppidum, ad lacus exortivum Genesaræ lacus. Plin. *lib.* 5. *cap.* 15.

‖ Iulinum, celebre olim Vandalorum emporium, in Pomerania: cujus sedes Episcopalis inde Caminum est translata. ‖

Iuliobona. Oppidum est Callerum, in Gallia Lugdunensi, non procul à Lexoviis & Unellis. { Caten etlichen/etlich achtens für Jouffen in Normandien. } Ptol. *lib.* 2. *cap.* 8.

Iuliobriga, ἡ Ἰουλιόβριξ. Cantabrorum oppidum est in tractu Tarraconensis Hispaniæ. Plin. *lib.* 3. *cap.* 3. Ptol. *lib.* 2. *cap.* 6.

Iuliomagus, ἡ Ἰουλιόμαγος. Andium oppidum in Gallia Lugdunensi. Ptol. *lib.* 2, *cap.* 8.

Iuliopolis, ἡ Ἰουλιόπολις. Mysiæ oppidum, alio nomine πρότερον κομὴ appellatum. Plin. *lib.* 5. *cap.* 32.

Iulis, is, ἡ Ἰουλὶς. Ceæ insulæ oppidum, Simonidis Melici patria. Plin. *lib.* 4. *cap.* 12. ¶ Est & Iulis piscis nomen, cujus jus præcipuam purgandæ alvi facultatem habet. Plin. *lib.* 32. *cap.* 9. *al.* 10. Optimum jus è scorpionibus, & saxatilibus, nec virus recipientibus.

Iulium Sextiferminum, Iulium Forum, Iulium Castrum, Hispaniæ Bæticæ oppida sunt, apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 1.

Iulius, mensis dictus est quintus à Martio, in honorem Iulii Cæsaris: quòd eo mense ad quartum idus Quintilis natus fertur. { Der herbstmonat. } Antea enim Quintilis dicebatur. Vide Macrob. *lib. Saturn. cap.* 12. Virg. 1. *Æneid.*

*Iulius à magno demissum nomen Iulo.*

Lucan. *lib.* 9.

*Gentis Iuliæ vestris clarissimus aris*
*Dat pia thura nepos.*

Iulius Cæsar. { Der erste Römische keyser/ein gewaltiger held. } Omnium Romanorum Imperatorum clarissimus, quem unum ex Romanis habemus, quem Alexandro Macedoni jure optimo possimus præferre: Iuliorum nomen ab Iulo Ascanio Æneæ filio deductum videtur Virg. *lib.* 1. *Æneid.* quum ait,

*Nascetur pulchra Troianus origine Cæsar,*
*Imperium Oceano, famam qui terminet astris*
*Iulius, à magno demissum nomen Iulo.*

¶ A *Iulius* fit Iulianus, a, um. Hinc Iuliani milites appellantur à Suetonio veterani milites, quorum operâ usus erat Iulius Cæsar. ¶ Item fasti Iuliani, à Iulio Cæsare confecti. Similiter vectigalia Iuliana, à Iulio imposita & exacta, apud Cic. 13. *Antonian.*

Iulium Carnicum. Ptolemæus *lib.* 2. *cap.* 14. Urbs est inter Italiam & Noricum, in ditione Ducum Austriæ, vulgò *Golitia*, alii *Villach in Kernten.*

Iulius portus. Sueton. *in Aug. cap.* 16. Portum Iulium apud Baias, immisso in Lucrinum & Avernum lacum mari, effecit.

Iumentum, à juvando, id est, operam præbendo. {בהמה *behemáh. arbûs.* Gall. *Iument, toute bête servant à porter, ou tirer.* Ital. *Giumento, bestia della qualle servians à portar pesi.* Germ. Ein iede lieb arbeitsam thier/als roß/esel/camel/ochsen. Hisp. *Bestia de carga. como asno.* Angl. *All manner of beastes that serue to bear, burdens, or do any labour.* } Cujus appellatione continentur animalia, quæ vel farcinas gerunt, vel currus trahunt, vel terram excolunt. Columell. *in præfat. lib.* 6. *cap.* 3. Nec tamen ulla regio est, in qua modò frumenta gignantur, quæ non ut hominum, ita armentorum adjumento juvetur. Unde etiam jumenta à re trahere nomen, quòd nostrum laborem, vel onera subvectando, vel arando juvarent. Plin. *lib.* 8. *c.* 8. *de camelis,* Omnes autem jumentorum in ius versis dorso sanguntur. Col. ferè jumenti nomine intelligit equos, non autè boves, ut *lib.* 1. *cap.* 6. Nec altius edita esse præsepia convenit, quàm ut bos, aut jumentum sine incommodo stans vesci possit. Idem *lib.* 6. *c.* 19. Machina fabricanda, quâ clausa jumenta bovesque curentur. Jumenta farcinaria. Cæsar *lib.* 1. *de bell. civ.* appellare videtur, quæ nos Galli vocamus *Mulets, ou bien Chevaux de bagage, ou de charge.* ¶ Est & jumentum vehiculi genus, ζεῦγος, quod adjunctis pecoribus trahebatur, quod à jungendo, Gellius dictum existimat *lib.* 20. *cap.* 1. Iumentum dicitur pecus aliquod unicum tergo vehens. Et *paulò post*: Iumentum quoque, inquit, non id solùm significat, quod nunc dicitur, sed vectabulum etiam, quod adjunctis pecoribus trahebatur. Veteres enim nostri jumentum à jungendo dixerunt. Vocabant & alio nomine, nempe Junctum vehiculum, ut apud Livium, Vehiculo juncto uti, idem est, quod Iumento uti. ¶ Suo iumento sibi malum accersere, dicitur qui ipse sibi malorum est author: tanquam suo sumptu, sua opera, quasi sponte plaustro malorum sarcinam apportet sibi. Plaut. *in Amphitr.* ¶ Superiumentarius pædagogus. Sueton. *in Claud. cap.* 2. Diu & sub pædagogo fuit, quem Barbarum & olim superiumentarium, ex industria sibi appositum, ut se quibuscunque de causis quàm sævissimè coërceret, ipse quodam libello conqueritur.

‖ Iumentarium, τὸ κτηνοτρόφιον. Gloss. id est, locus ubi stant jumenta.

Iumentarius, a, um, ad iumentum pertinens. Apul. *lib.* 9. Iumentario contubernio.

Iumentarius, τὸ κτηνοτρόφος. Gl. i. e. qui iumenta pascit. ¶ Iumentarius item, custos iumenti. Ver. Dict.

Iuncata, lac concretum, & in iunco involutum. Vet. Dict.

Iunctor, qui iungebat mulas ad rhedam, vel carrucam, quâ vehebatur paterfamilias. ‖

Iunctus, i, à iungendo, quoniam usus eius ad iuncturas utilis est. {אגמון *aghmón,* גומא *ghóme.* χοῦς, βούνιον. Gall. *Jonc.* Ital. *Giunco.* Germ. Ein binß. Hisp. *El junco.* Angl. *A bulrushe.* } Iuncorum autem multæ sunt species, de quibus vide Plin. *lib.* 21. *cap.* 18. Molli iunco detexere aliquid. Virg. 1. *Eclog.* Palustres iunci. Ovid. 8. *Metam.* Limosus iuncus. Virg. 1. *Eclog.* Tibullus *lib.* 2. *Eleg.* 1.

*Et fiscella levis detexta est vimine iunci.*

Iunculus, diminutivum. { χοῦνος. Gall. *Petit jonc.* Ital. *Picciolo giunco.* Germ. Ein binßlein. Hisp. *Pequeño junco.* Angl. *A litle bulrushe.* } ¶ Iunculos item vocabant cibi genus ex opere dulciario, qui ad similitudinem iuncorum figuratus erat, quales hodie in opere pistorio venales conspiciuntur. Est etiam opus lactarium, sive coagulatum instar metæ formatum, iuncis inclusum, quæ meta lactis à Martiale dicitur. Vulgus *Iuncatam* à iuncis nominat.

Iuncēus, a, um: quod est ex iunco, iuncinus. { χοινῶδες, βούνιος. Gall. *De jonc.* Ital. *De giunco.* Germ. Binßin. Hisp. *Cosa de junco.* Angl. *Of a bulrushe.* } ut iuncea vincula. Ovid. 4. *Fast.* Iuncea cratis. Plin. *lib.* 21. *cap.* 14. Et apud Columell. *lib.* 12. *cap.* 6. Iuncea sporta. ¶ Per translationem, Virgo iuncea, id est, tenuis, gracilis, & in modum iunci tenera. Terent. *in Eunuch. sc.* 3. *a.* 2. Deducunt cibum: tametsi bona est naturâ, reddunt curaturâ iunceas.

Iuncinus, adiect. Iunceus, ex iunco factus. { χοινῶδες. Gall. *Fait de jonc.* Ital. *Fatto di giunco.* Germ. Auß binßen gemacht. Hisp. *Hecho de junco* Angl. *Made of a bulrushe.* } Plin. *lib.* 15. *cap.* 7. Sic Rhodinum è rosis, iuncinum è iunco.

Iuncōsus, a, um: Iuncis plenum. { χοινώδης. Gall. *Plein de jones.* Ital. *Pieno di giunchi.* Germ. Binßechtig. Hisp. *Lleno de juncos.* Angl. *Ful of bulrushe.* } Plin. *lib.* 18. *cap.* 6. Iuncosus ager verti pala debet. Littora iuncosa. Ovid. 7. *Metam.*

Iunctum, i: Locus iuncis consitus. { סוף *suph.* χοινών. Gall. *Iongaye, lieu où croissent les jones.* Ital. *Luogo dove sono molti giunchi.* Germ. Ein orth da viell binßen stehen/ein riedt. Hisp. *Lugar donde nacen muchos juntos.* Angl. *A place where bulrushe groweth.* } Varro 1. *de re rust. cap.* 7. Primum genus quod dixi, maximè quæritè salicta: secundum arundineta: tertium iuncta.

Iuncum ieūile, pro *flexile*, vel potiùs *flexile.* Onom. *flexile.* λυγώδη.

Iuncus odoratus, à rosæ odore, quem spirat, nomen accepit, χοῖνος ὀδορατὸς. Scapo est exili, rubente, flore copioso, vinoso sapore linguam mordicans. Præstantissimus nascitur in Nabathæa, proximus in Arabia, deterior in Africa. Vide Plin. *lib.* 12. *cap.* 22.

Iunganni: vide *Inganni.*

‖ Iungla, ἰσόμιμα ζεύγνυμι: habenæ iugales, à iungendo. ‖

Iūngo, is, xi, ctum: Connecto, compono, coniungo, quasi in unum ago. {חבר *chibbér,* חברת *hibbbit,* חצמד *hitsmidh.* ζεύγνυμι. Gall. *Joindre, accomplir.* Ital. *Giungere, congiungere.* Germ. Jügen/oder zusammen jügen. Hisp. *Ayuntar.* Angl. *To joyne or couple together.* } Plin. *lib.* 11. *cap.* 32. Cervix articulorum nodis iungitur. Sapientia iuncta eloquentiæ. Cic. *de clar. Orat.* Virg. 8. *Æneid.*

*Quois neque mos, neque cultus erat, nec jungere tauros,*
*Aut componere opes norant, aut parcere parto.*

Tibull. *Eleg.* 1. *lib.* 2. Iungere amores. Liv. *lib.* 4. *dec.* 4. Iungere amicitiam,

citiam, ſemel atque iterum. Sueton. *in Caſ. cap.* 82. Iungere dextras cum Iove. Ovid. *Eleg.* 4. *lib.* 3.

*Exige amicitiæ, & tibi junge parem.*

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Triſt.*

*Junxit Ariſtidæ Miletia trimina ſecum.*

¶ Iungere in unum. Celſ. *lib.* 5. *cap. de fiſtulis.* ¶ Huius compoſita ſunt, Abjungo, Adjungo, Conjungo, Dejungo, quod eſt ſeparo. Plaut. *in Aſin.* Ne vos dijungat amantes. Iniungo, interiungo, ſubiungo, & ſeiungo.

Iūnctūs, participium. { מחבר *mechubbâr*, מדבק *medhbâk*, נצמד *nitſmâdh*. ζευκτὸς. Gall. *Joint, accouplé.* Ital. *congiunto.* Germ. Zuſammen gefügt. Hisp. *Ayuntado.* Angl. *Sett or joyned together.*} Puella iuncta matrimonio. Livius 10. *bell. Sam.* Idem, iuncto vehiculo uti, pro eo quod iumento uti, dicebant veteres. Vide *Iumentum*, ſupra. Plaut. *Menach. ſc.* 2. *a.* 5. Equos junctos iubes capere indomitos. *Ibidem*, Equis iunctis minitari. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Triſt.*

——*legitimo fœdere iunctus amor.*

Plaut. *Men. ſc. Ædepol.* Me iunctis quadrigis minutatus es proſternere. Tibullus *lib.* 4.

*Seu libeat duplicem, ſeu junctum cernere Martem.*

Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Triſt.*

*Cùm mecum iuncti criminis acta rea eſt.*

Iunctior, & iunctiſſimus, Ovid. *Eleg.* 6. *lib.* 3. *Triſt.*

*Nec tibi me tota iunctior urbe fuit.*

Idem *ibid.*

——*nobis uſu iunctiſſime longo.*

Senec. *controverſ. lib.* 10. Severi hominis Labieno iunctiſſimi bellè res ferebatur, &c.

Iūnctio, nis: Coniunctio. { מחברת *machbéreth.* σύζευξις. Gall. *Coniunction.* Ital. *Congiuntione.* Germ. Zuſammen fügung. Hisp. *Ayuntamiento.* Angl. *A joyning or ſetting together.* Cic. 1. *Tuſc.* Eſt enim interitus quaſi diſceſſus & ſecretio earum partium, quæ antè iunctione aliqua tenebantur.

Iunctūra, æ: Commiſſura, coniunctio. { רבק *debêk.* σύζευξις. } Col. *lib.* 12. *cap.* 2. Hoc enim genus iuncturæ maximè probatum eſt. Genuum iunctura. Ovid. 2. *Metam.* Iunctura verborum, id eſt, compoſitio. Quintilian. *lib.* 9. *cap.* 4. Idem, Inter iuncturas verborum revocare ſpiritum. Sueton. *in Auguſt.* Inter iuncturas lapidum enata palma. Idem *in Aug. cap.* 91. Senec. *Epiſt.* 77. Iuncturæ navium aquam excludentes. Gell. *cap.* 3. *lib.* 5. Iunctura faſcis lignei.

Iūnctim, adverbium: Sine intervallo. { ἀναπαύστως. Gall. *Tout joignant, tout enſemble.* Ital. *Inſieme, giuntamente.* Germ. Zuſammen/oder mit einander. Hisp. *Ayuntadamente.* Angl. *Joiatly, without diſtance.*} Suetonius *in Tiberio*, Magiſtratus & maturiùs inchoavit, & penè iunctim percurrit. Gell. *lib.* 14. *cap.* 6. Cur Thelemachus cubans iunctim ſibi cubantem Piſiſtratum non attigerit manu.

Iūnīcæ: Teneræ ætatis boves fœminæ, quæ iam ceſſaverunt vitulæ eſſe, necdum tamen ad ſummam magnitudinem pervenerunt, dictæ quaſi iuvenæ, à iuniori ætate, inquit Cornutus. { פרה *parâh.* ἀμόσχαι. Gall. *Genisses, jeunes vaches.* Ital. *Manzuole, torelle.* Germ. Kärdiſtan. Hisp. *Novilla.* Angl. *Haifers.*} Perſius. *Satyr.* 2.

*Tot tibi quum junicum in flammis umenta liqueſcant.*

Nominativus ſingularis eſt Iunix. Plaut. *in Milit.* Quum nox ad ſtabulum iunix recipiat ſe de pabulo. Mares autem in eadem ætate Iuvenci, μόσχοι appellantur.

Iūnīcūlus: Palmes vetus in magnam longitudinem, & ad quartum uſque pedamentum porrectus, quod alio nomine Draconem vocant, ad maſculeta conficienda idoneum. Plin. *lib.* 17. *c.* 22. Nec veterem placet palmitem in longum, & ad quartum uſque pedamentum emitti, quod alii dracones, alii juniculos vocant, ut faciant quæ maſculeta dicunt.

Iunior: vide *Iuvenis.*

Iūnīperus, i, quaſi iunes baccas pariens. Iunis eſt viridantis ætatis, contractum ex *Iuvenis.* { ברוש *berôsh.* ἄρκευθος. Gall. *Genievre, ou genevre.* Ital. *Ginero.* Germ. Wachholterſtand. Hisp. *El enebre.*} Arbuſcula quæ in locis arenoſis frequens naſcitur, pro foliis ſpinas habens perpetuò virentes: unde & topiario operi idonea eſt, materiámque habet cariei non obnoxiam. Vide Plin. *lib.* 1. *cap.* 25.

Iunis, e, quod eſt ætate viridem. Unde iunior comparativus ſit, inquit Cornutus.

Iūnix: vide *Iuvenci.*

Iūnius menſis. { ἰούνιος μὴν. Gall. *Le mois de Juin.* Ital. *Giugno.* Germ. Der Brachmonat. Hisp. *El mes de junio.* Angl. *The moneth of June.*} à Iunone putatur dictus, quem Iunionalem & Iunonium dicebant, vel ut Nonius ſcribit, à iungendo: G, littera aſpirata. Sed poſtea detritis aliquot litteris, ex Iunonio Iunius eſt dictus. Sunt qui putant à Iunio Bruto dictum Iunium, qui primus Romæ factus eſt Conſul, quòd hoc menſe, ſcilicet Kalendis Iunii, pulſo Tarquinio, ſacrum Carneæ deæ in Cœlio monte voti reus fecerit. Alii à Iunioribus derivant, ſicut Maium à majoribus. Ovid. *lib.* 6. *Faſtor.*

*Sic ſtatuit, menſémque notâ ſecrevit eâdem.*
*Iunius eſt iuvenum, qui fuit antè ſenum.*

Et à Iunone, & à iuvenibus Iunium menſem dictum teſtatur Plut. *in Numa.*

Iūno, ónis, à Iuvo, vel à Iove, cujus fuit ſoror & coniux. Saturni filia fuit, & (ut fabulantur Poëtæ) Iovis & ſoror & coniux. Phyſici interpretantur per Iunonem intelligi aërem: idcirco autem Iovis coniugem, & ſororem putari, quòd ſumma ſit aëris cum æthere ſimilitudo. Cic. 2. *de nat. Deorum*, Aër, ut Stoici diſputant, interjectus inter mare & cœlum, Iunonis nomine conſecratur, quæ eſt ſoror & coniux Iovis, quòd ſimilitudo eſt ætheris, & cum eo ſumma coniunctio. Efferminarunt autem eam, Iunonique tribuerunt, quòd nihil eo eſt mollius. Et *paulò poſt*, Sed Iunonem à Iuvando credo nominatam. Iunonis multa ſunt nomina. Eſt enim Curetis, quæ utitur curru & haſta. Virg. 1. *Æneid.*

——*hic illius arma,*
*Hic currus fuit.*

¶ Eſt & Lucina, quæ partubus præeſt. Terent. *in Andr.* Iuno Lucina fer opem. Eſt & regina. Virg. 1. *Æneid.*

*Aſt ego quæ divûm incedo regina....*

Et quia præeſt nubentibus, Pronuba dicitur. Idem 4. *Æneid.*

——*& pronuba Iuno.*

Gell. *cap.* 3. *lib.* 4. Iunonis aram pelices ne tangito. Plaut. *Amph. ſc.* 3. *a.* 2. Per ſupremi regis regnum iuro, & matremfamilias Iunonem. Idem *Aul. ſc.* 5. *a.* 3. Quem Iovi Iuno cuſtodem addidit.

Iunonalis, e. Ovid. *lib.* 6. *Faſt.* Iunonale leges tempus, &c.

Iūnōnius, a, um: ut, Avis Iunonia, pavo. Ovid. 1. *de arte.*

*Laudatas oſtendit avis Iunonia pennas.*

Iunonius menſis, id eſt, Iunius. Idem 6. *Faſt.* Iunonius puer. Cic. *Epiſt. ad Octavium.* Templa Iunonia. Ovid. 3. *Triſt.* Iunonius puer, Iunonia hoſpitia, fauſta, fortunata. Turn.}

Iūnōnicŏlæ, Colentes Iunonem. Ovid. 6. *Faſt.*

Iūnōnigĕnă, æ: Vulcanus dicitur, Iunonis filius. Ovid. 4. *Metam.*

Iūnōnia, duarum inſularum nomen eſt inter Fortunatas, quarum altera Iunonia maior, altera Iunonia minor appellatur: ut ex Iubæ ſententia refert Plin. *lib.* 6. *cap.* 32. *legi.*

¶ Iunus, animal quadrupes. Gell. ¶

Iūpĭtĕr, tris, vel teris, ut Priſciano placet, non Iovis: qui genitivus eſt non à Iupiter, ſed à nominativo Iovis. ζεύς. Nam à principio Iovis appellatus eſt à juvando: poſtea adiuncto altero vocabulo dictus eſt Iupiter, quaſi Iovis, ſive iuvans pater, ſicut Liber-pater, & Diſpater: item, Neptunus pater, Saturnus-pater, Mars-pater, (pro quo & Marſ-piter) Ianus pater, &c. olim dicere ſolebant, ut author eſt Gellius *cap.* 12. *lib.* 5. E contrario veteres Veiovem appellarunt Deum cui nulla eſſet iuvandi facultas, celebrabant enim quoſdam deos, ut prodeſſent: quoſdam ne obeſſent, placabant. Iupiter cur genitor & rector, & eo nihil maius. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Triſt.* Plaut. *Moſt. ſc.* 1. *a.* 2. Iupiter ſuptemus, ſummis opibus & induſtriis me periſſe cupit. Idem *Capt. ſc.* 1. *a.* 4 Iupiter ſuptreme ſerva meâ quæ auge opes. Idem *Amphitr.* Summe Iupiter, quid ego video? Iupiter? prò Iupiter. Idem *initio ſc.* 1. *a.* 2. *Pſeud.* Proh Iupiter. Gaudentis, ſive geſtientis præ gaudio. ¶ Iurantis, adiurantiſque. Idem *Pſ. ſc.* 5. *a.* 1. Do Iovem teſtem tibi. Et *Men ſc.* 2. *a.* 5. Iovem ſummum, Deóſque deteſtor me nihil ei malè feciſſe. *Ibidem ſc.* 2. *a.* 4. Per Iovem deóſque omnes adiuro me iſti non mutaſſe: Satin' hoc tibi. *Ibidem ſc.* 7. *a.* 5. Per Iovem patrem adiuro. Et Gell. *cap.* 21. *lib.* 1. Per Iovem lapidem (quod ſanctiſſimum iusjurandum eſt habitum) paratus ſum jurare, &c. ¶ Imprecantis. Idem *Moſtell.* At te Iupiter diique omnes perdant. Et *in Pſeud.* Iuppiter te perdat. Et *in Curcul. ſc.* 2. *a.* 5. Iuppiter te malè perdat. ¶ Benè precantis, & fauſta optantis. Idem *Pſeud. ſc.* 1. *a.* 4. & *Moſtell. ſc.* 1. *a.* 2. Ita ille faxit Iuppiter. Idem *in Milit. ſc.* 2. *a* 2. At Iuppiter benè te amet. Idem *Pſeud. ſc.* 1. *a.* 1. Miſerè miſer ſum. P. Id te Iuppiter prohibeſſit ¶ Iovi ſacrificare, *ibid. ſc.* 3. *a.* 2. Si ſacrificem ſummo Iovi, & exta tenearn. ¶ Suſcipere vota Iovi. Idem *Amphitr.* Imperatores utrinque hinc & illinc vota ſuſcipiunt. Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Triſt.*

*Et debitur meritò laurea vota Iovi*, &c.

¶ Iovis nomen interdum tribuerunt ipſis hominibus. Idem *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Triſt.*

*Iuſteſúmque mihi ſit ſatis eſſe Iovem* (i. Auguſtum.)

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 3. & *Eleg.* 1. *lib.* 5. *verſ.* 2. Iovis domus (i. Auguſti.) Plaut. *Capt. ſc.* 2. *a.* 4. Ut ſacrifices. H. Cui Deo? E. Mihi. Nam ſum tibi ſummus Iuppiter. Item Ovid. *Eleg.* 4. *lib.* 4.

*Iuppiter ingenio prabet ſua numina vatum,*
*Seque celebrari quolibet ore ſinit.*

Idem 13. *Metam.*

——*A Ioue tertius Aiax*

Ibidem,

*Arma tuliſſe refert contra Troáſque Iovémque.*

Item,

*Iuppiter ipſe levi veſtus per inania curru*, &c.

Fabulantur autem Poëtæ Iovem Opis & Saturni filium fuiſſe, in Creta inſula eodem cum Iunone partu editum, & in Ida monte à Curetibus educatum: idque clam patre, qui ex pactione cum Titane fratre inita, filios ſuos omnes devorabat. Quum autem in virum adoleviſſet, cognoviſſétque etiam tunc patrem vitæ ſuæ inſidiari, regno eum pepulit, undique imperium cum fratribus Neptuno, & Plutone ſorte diviſit: ac Iovi quidem, cœli & terræ, Neptuno maris, Plutoni inferorum imperium obtigit. Iunonem deinde ſororem ſuam uxorem duxit, quæ ei Vulcanum peperit. Cic. *de nat. deor.* res enumerat Iovet. Principio, inquit, Ioves tres numerant ii qui Theologi nominantur: ex quibus primum & ſecundum natos in Arcadia, alterum patre Æthere, ex quo etiam Proſerpinam natam ferunt, & Liberum: alterum patre Cœlo, qui genuiſſe Minervam dicitur, quam principem & inventricem belli ferunt. Tertium Cretenſem Saturni filium, cujus in illa inſula ſepulchrum oſtenditur. Hæc Cic. Phyſici interpretantur Iovem elementum ignis, dictúmque Iovem à iuvando, quòd nulla ſit res, quæ æquè omnia foveat, atque calor. A Poëtis dicitur divûm atque hominum rex: à maiotibus autem Optimus maximus. Et quidem antè optimus, id eſt, beneficentiſſimus, quàm maximus: quia maius, certéque gratius prodeſſe omnibus, quàm opes magnas habere. Idem *pro domo ſua*, Quocirca te Capitoline, quem propter beneficia pop. Rom. optimum: propter vim, maximum appellavit. ¶ Iupiter ſupremus dicitur, ad differentiam Iovis Stygii. Arnobius, Iupiter tam ſupremus, quàm Stygius. ¶ Iovis Manes, i. Diſpater, Summanus, Pluto, Orcus. Apud Macrobium. Diſpater, ſive Iovis Manes, ſive quo alio nomine fas eſt nominare. ¶ In carmine ſemper ferè geminamus p. quòd à iuvando putatur deduci, cujus prima ſyllaba corripitur. ¶ Uſurpatur quandoque pro æthere. Horat. 1. *Ode* 1.

——*manet ſub Iove frigido*
*Venator tenera conjugis immemor.*

Iuvenalis,

——*ferueret ſæva ſàm grandior ætas*
*Iuppiter.*

Unde & sub dio dicimus, id est, sub aëre. Nam Διὰ Jovem vocant Græci, quem omnia esse voluerunt. Valerius Sotanus,

*Iuppiter omnipotens, regum, rerúmque, deúmque*
*Progeniter, genitrixque deûm, Deus unus & omnes.*

¶ Accipitur & pro imbri. Virg. *lib.* 2. *Georg.*

*Et iam maturis metuendus Iuppiter uvis.*

¶ Pro tota rerum natura. Lucanus *lib.* 9.

*Iuppiter est quodcunque vides, quocunque moveris.*

¶ Est & Jupiter nomen stellæ illius salutaris, quæ in ordine secunda est. ¶ Aliquando per Jovem intelligimus ipsam vim duorum superiorum elementorum, quæ agit in hæc duo inferiora, ad generationem & corruptionem. ¶ Jupiter aquilam delegit. Ζεὺς αἰετὸν ἄνωθεν. Ubi quis asciscit ubi præclaros, suisque rebus accommodatos titulos. Poetæ enim fingunt aquilam Jovi fulmen portigere, quòd hæc avis omnium altissimè subvolet, nec ictu fulminis lædatur. ¶ Ne Jupiter quidem omnibus placet. Theognis *in sententi.* οὐδὲ τὸ Ζεύς, ἢ μὴ ὗν ἢ μὴ ὗσε δοκεῖν, ἀνὴρ ἀνόητος. Id est, Neque Jupiter ipse, sive pluat, seu non, unicuique placet. Hodiéque vulgò dicunt, neminem inveneri, qui satisfaciat omnibus: nam aliis alia probantur. ¶ Pone à Jove, atque à fulmine, πρὸς Διὸς καὶ κεραυνοῦ. Refertur à Diogeniano. Admonet non esse agendum cum præpotentibus, qui nutu possint perdere, si quando libeat: Maximè cum regibus atque tyrannis. ¶ Stultitia est, Jovem putare esse, ἢ μεῖζον ἢ ἀξιοπιστότερον ἑαυτὸν νομίζειν, id est, Inscitia est, natum tot annos, credere esse ullum Jovem. In eum accommodari potest, qui grandis natu dicit, aut sentit absurdum quippiam, quum propter ætatem nihil oporteat jam ignorare. Non convenit enim in natu grandes puerilis superstitio. Recensetur à Suida Jovis suffragium, Διὸς ψῆφος: dicebatur sacrum & inviolatum. Unde sententiam ejus, cujus sit velut irrefragabilis authoritas, Jovis suffragium recte dixeris.

Jūrā: Mons est Galliæ, Sequanos ab Helvetiis dividens, authore Cæsare *in Comment.* {Der Läberberg/scheidet die Helvetischen Schweitzer von den Burgundern.} Sunt qui putant eum esse, quem Galli sua lingua vocant *Le mont des faucilles.*

Jurāmēntum, Juratus: vide *Juro.*

‖ Jurea. Plaut. *Perf. t.* 3. Quasi jurearn esse jus decet collyricum. Turn. *lib.* 4. 2. Jurearn, inquit, placentam intelligo, quæ è jure tota constat, ut jus collyricum, non liquidum sit, neque mactum, sed tam crassum & concretum, quàm si è jure placenta fieret. ‖ Gal. *Potage mitonné.*

Jūrgo, as, à Jus. Contendo, litigo, rixor, controversiam cum aliquo habeo, disceptо. {ריב *rab*, מצה *nitsáh.* ζυγομαχία, λοιδορία.} Gall. *Querelle, debattre.* Ital. *Contendere, litigare.* Germ. Zancken/hadern/bleken. Hisp. *Rekir, ò meredazmente reprehender.* Angl. *To braule or chide.*} Terent. *in Andr.* Cum Davo egomet vidi jurgantem ancillam. Differt autem Jurgare à litigare, & Jurgium à lite, quoniam jurgium levior res est. Siquidem inter benevolos, aut propinquos dissensio, vel concertatio, jurgium dicitur: inter inimicos dissensio, lis appellatur. Cic. 4. *de repub. apud Nonium*, Admiror nec rerum solùm, sed verborum etiam elegantiam: Si jurgant, inquit, benevolorum concertatio, non lis, sed jurgium: inimicorum lis dicitur. Et in sequenti, Jurgare igitur lex putat inter se vicinos, non litigare. Jurgate enim, à jure dictum est, ut author est Varro *lib.* 6. *de ling. Lat.* & significat jure agere, aut jure litigare. ¶ Est & jurgor deponens. Horat. 1. *Serm. Satyr.* 2.

——— *jure, inquit, Thrasius iste*
*Iurgatur verbis*

¶ Ab his fiunt composita, Objurgo, & Objurgot, de quibus alibi.

Jūrgium, ii: Contentio, dissensio, & levior quædam lis, qualis non nunquam etiam inter amicos solet accidere. {ריב *rib.* מצה *matsáh.* φιλονεικία, ἔρις. Gall. *Noise & debat.* Ital. *Contentione, lite.* Germ. Ein zanck/hader. Hisp. *Renzilla, contencion.* Angl. *Branling or chiding.* { Ascon. Pædian. *in Verr.* 3. Jurgium, inquit, dictum puto, quasi jure agium, quia jure agatur & disceptetur. Nam & pro lite accipitur. Hæc ille. Cic. 2. *de senect.* Ut Themistoclem ferunt Seriphio cuidam in jurgio respondisse. Idem 4. *Tusc.* Ira, cujus impulsu exstitit etiam inter fratres tales jurgium. Inter jurgium autem & litem quid interesset, his verbis ostendit idem *in lib.* 4. *de Repub.* Admiror nec rerum solùm, sed verborum elegantiam. Si jurgant, inquit, benevolorum concertatio, non lis, sed jurgium: inimicorum, lis dicitur. Et *ibidem*, Jurgare igitur lex putat inter se vicinos, non litigare. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Non nisi commissi, aut jurgii caussa {inter virum & uxorem sup.} patrem accersit. *Ibid. sc.* 2. *a.* 1. Jurgio abegi uxorem ab Janua. Vide, in *Iurgo*, vocabulo antecedente.

Jūrgiōsus, a, um: Contentiosus, litigiosus, {φιλόνεικος. Gall. *Noiseux, esprit brouillon, querelleux.* Ital. *Contentioso.* Germ. Zanckisch/hoderisch. Hisp. *Renzilloso.* Angl. *That braules or chideth muche.*} Gell. *lib* 1. *cap.* 17. Mulier morosa admodum fuisse fertur, & jurgiosa. De Xantippe Socratis uxore. Et *lib.* 19. *cap.* 9. Facundia tabida & jurgiosa.

Jūridicus, Jurisdictio: Vide *Ius.*

Jūro, as: Jure jurando aliquid affirmo, vel nego: quod verbum à jure deductum putatur, quòd jurare propriè sit aliquid ita sanctè promittere, ac si jus esset. {נשבע *nisshbáh.* ὀμνύω, ἐξορκίζω. Gall. *Jurer.* Ital. *Giurare.* Germ. Schweeren. Hisp. *Jurar.* Angl. *To sweare.*} Cic. *ad Attel.* Juravi jusjurandum veritissimum. ¶ Jurare conceptis verbis, est jurare certa verborum formula, quam juraturo præit is, qui juramentum defert. Plaut. *in Cistel.* At ille conceptis juravit verbis apud matrem meam, me uxorem ducturum esse. ¶ Jurare corporaliter in principum Constitutionibus dicitur de iis, qui cùm ethnici essent, aras jurando tenebant: vel de iis, qui cum Christiani essent, Evangelii codicem tenebant, vel attingebant. ‖ ¶ Jurare in acta Principis. Sueton. *in Tiberio.* ‖ ¶ Jurare in leges, id est, jurare se servaturum leges alterius. Plinius *de vir. Illustr.* Aqua & igni interdixit ei, qui in leges suas non juravisset. ¶ Jurare in litem, id est, Juramentum de calumnia præstare. Cic. *pro Rosc. Comœdo.* Quod in codicem injuratus referre noluit, id jurare in litem non dubitet? Jurare in verba. Cæsar 1. *bell. civ.* Princeps in hæc verba jurat ipse: ad idem jusjurandum agit Afranium. ¶ Hujus composita sunt, Abjuro, Adjuro, Conjuro, Dejuro, Dejero, Perjero, Objuro, Prajuro, & Ejuro: quorum significata vide suis locis.

Jūrātus, activè accipitur pro eo qui juravit. ✠ Injuratus. {נשבע *nisshbáh.* ὁ ὀμόσας, ὁ ὁρκισθείς. Gall. *Qui a juré.* Ital. *Che ha giurato.* Germ. Geschworen/der geschworen hat/beeydigt. Hisp. *El que ha jurado.* Angl. *That hath sworne.*} Author *ad Herenn.* Ex eo quod aiet se non potuisse adesse, ita ut juratus fuerat, id est, juraverat. Sic injuratus, qui non juravit, ἀνώμοτος. Idem *in Verr.* Malo ei jurato suam quàm injurato aliorum tabellas committere. Plaut. *in Amphitr. sc.* 1. *a.* 1. *v.* 282. Nam injurato, Iccio, plus credet mihi, quàm jurato tibi. Idem *Curcul. sc* 1. *a.* 3. Quid quòd juratus sum? Et *sc.* 4. *a.* 4. Quod fui juratus, feci (i. Juravi.) Et *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Idem *in Pers. sc.* 2. *a.* 3. *v.* 2. Juratus est mihi. Et *Rud. sc.* 3. *a.* 5. *v.* 16. Num tu juratus mihi es? Et L. Juratus sum, & nunc jurabo, &c. pro Num tu juravisti mihi? Et L. Juravi, &c. Ovid. 13. *Metam.*

*Et nunc ille eadem nobis iuratus in arma.*

Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Nam si ego juratus (i. qui juravi) pejorem hominem quærerem, coquum non potui, quàm hunc, quem duco, ducere. Hic tamen *juratus* potest exponi passivè pro *adjuratus*, ut *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Jurato mihi video necesse eloqui quicquid roges. Passive protulit Lucan. *lib.* 8.

——— *mihi per Latium iurata tenentem.*

Hic nonnemo exponit activè, i. quæ juravit, ut apud Ovid.

——— *Iidem iurata fefellit.*

Idem Lucan. *lib* 5. usus est verbo passivo Juror,

*Et læta iurantur aves bubone sinistro.*

‖ Juratrix, scholasticus legis peritus. Gl. Isid.

Jūrāmēntum, i: Jusjurandum, affirmatio, vel negatio rei alienjus sacra attestatione firmata, sancta & religiosa affirmatio. {שבועה *shebubáh.* ὅρκος. Gall. *Iurement, serment.* Ital. *Giuramento.* Germ. Ein eydschwur. Hisp. *El juramento.* Angl. *An othe.*} Senec. *lib.* 2. *de Clem.* O vocem in concionem omnium mortalium mittendam! in cujus verba Principes, Regésque juramentum faciant: hoc est, in cujus verba Reges & Principes jurent.

Jūrāndum, i: Jusjurandum. {שבועה *shebuáh.* ὅρκος. Gall. *Iurement, serment.* Ital. *Giuramento.* Germ. Ein schwur/ein eydschwur. Hisp. *El juramento.* Angl. *An othe.*} Plaut. *in Cistell.* Verùm haud metuo ne jurandum nostrum quisquam culpiret. Et *paulò post*, Abi quærere, uti tuo jurando fatis sit subsidii.

Jūrātŏr, is. { Angl. *A sweare.*} Utitur præter Senec. Macrob. *lib.* 5. *cap.* 19. Testamentum faciebat esse jurator, de quo juraret.

Jūrīlo, onis. {ἐξορκιστής. Angl. *A swearing.*} Macrob. *Saturn. lib.* 3. *c.* 6. Verba jurationis concipit, nullam esse in villa tua scrophàm.

Jūrĭjūrāndō: Jurare, juramentum præstare. {נשבע *nisshbáh.* ὀμνύω. Gall. *Jurer.* Ital. *Giurare.* Germ. Schweeren. Hisp. *Jurar.* Angl. *To sweare.*} Liv. *Decad.* 5. *lib.* 1. Prætores ambo in eadem verba jurejurando verum.

Juruleutus: vide *Ius*, pro liquore.

Jūs, juris, neutr. gen. Liquot eorum quæ coquuntur. {מרק *marák.* ζωμός. Gall. *Brouet, potage.* Ital. *Brodo.* Germ. Ein brühe. Hisp. *El caldo de la carne, ò pescado.* Angl. *Brothe.*} Plaut. *Mostell.* Iidem olent quasi unà multa jura confundit coquus. Terent. *Eunuch.* Quo pacto jure hesterno panem attrum vorent. Vocare pisces in jus. Varro 3. *de re rust.* Si hos pisces nemo coquus in jus vocare audebit. Jus conditum. Cic. 5. *Tusc.* Quid, victum Lacedæmoniorum in Phiditiis nónne videmus? ubi quum tyrannus cœnavisset Dionysius, negavit se jure illo nigro, quod caput cœnæ erat, delectatum? Tum is, qui illa coxerat: Minimè mirum, inquit, condimenta enim defuerunt. ¶ De jure nigro Laconum Plutarch. *in Lych.*

Jūrŭlēntus, a, um, quod cum jure coctum est. { ζωμώδης. Gall. *Qui est mis en potage.* Ital. *Cotto con brodo.* Germ. Brühicht/in der brüh gekocht. Hisp. *Cosa guisada con su caldo.* Angl. *That is sodden in broth.*} Colum. Cels. *lib.* 1. *cap.* 10. Tum res eadem magis alit jurulenta, quàm assa: magis assa, quàm frixa. Varro. Ubi pultem, aut jurulenti quid ponebat, à capiendo catinum nominarunt. Apul. verò *in Magia apolog.* jusculentum, non jurulentum formavit, sic de Ennio dicens: Ostendit, qualiter quisque piscium assus, aut jusculentus optimè sapiat.

‖ Jusculentus, idem quod jurulentus.

Juscellarius, ζωμοπώλης. Gloss. id est, qui juris coquendi est peritus, tanquam à juscellum. ‖

Juscum, sive quod usitatius est, jusculum. Liquot eorum quæ coquuntur. {מרק *marák.* ζωμίδιον. Gall. *Vn bruillon, un petit breuet.* Ital. *Brodetto, guazetto.* Germ. Ein brühlein. Hisp. *El caldo.* Angl. *Potage, gruell.*} Cato *de re rust. cap.* 156. Postea inde jusculum frigidum sorbere.

Jūs, juris, à jussu, ut quidam volunt, deducitur. {חוקים *tsuchúkim*, תורה *toráh*, משפט *mishpát*, צדק *tsédek*, צדקה *tsedhakáh*, דת *dath*, δίκη, τὸ δίκαιον. Gall. *Droit, raison, justice.* Ital. *Ragione, dritto, giustitia.* Germ. Das recht oder billich. Hisp. *Razon, derecho.* Angl. *Law, right.*} Nihil enim aliud est jus, quàm quod vel natura, vel civitas, aut populus, vel gens, vel consuetudo jubet. Terent. *in Heaut.* Quid cum illis agis, qui neque jus, neque bonum atque æquum sciunt? ¶ Duritia juris, sive legum, æquo & bono opponitur. Hinc apud Sueton. *in Claud. cap.* 14. Duritiam multarum legum ex æquo & bono moderatus est. Et *cap. seq* Opponuntur res cognitionis, & res juris ordinatæ. Idem *in Augusto. cap.* 56. Amicos pari jure esse voluit, quo cæteri. ¶ Publicum jus, id est, civile, apud eundem *in Tiber. cap.* 50. Sed & peculio concesso à patre, prædiisque annuis fraudavit per speciem publici juris, quòd de his nihil Augustus testamento cavisset. Idem *in Aug. cap.* 32. Juris ambigui loca. ¶ Item: Jus, id est, jubendi facultas. Idem *in Caligul. cap.* 14. Jus arbitriumque omnium rerum. Velleius, Jutis sui facere legiones (id est, in potestatem redigere, & occupare.) Jus consulere. Liv. 9. *dec.* 4. Ovid. 5. *Fast.*

*Iam tibi dicendi (est) si qua requiris, erit.*

Idem *Elegy.* 3. *lib.* 5. *Trist.*

*Hæc mihi ius civis, nec mihi nomen abest.*

Gell.

Gell. *cap.*15. *lib.*10. Jus non est id fieri. Ovid. *Eleg. ult. lib.* 4.

*Jure sodalitii, qui mihi junctus erat.*

Plaut. *Capt. sc.*1. *a.*4. Ibo ad præfecturam, & jus dicam laridо. Idem *Curc. sc.*1. *a* 3. Ambula in jus. T. Non eo. P. Licet antestari? Non licet. Idem *Asin. sc.*4. *a.*1. In jus te voco. L. Non eo. Idem *Men.* Juris ubi dicitur dies, simul patronis dicitur. Idem *Aul. sc.*3. *a.*3. Si istuc jus pauperioribus dicitur, quomodo nubent divites? *Ibid. sc.*6. *a.*4. Si istuc jus est (id est, si licet.) Idem *Pseud. sc.*3. *a.*1. Jus bonum oras. *Et in Stich.* Jus bonus dicit. Et *in Epidic.* Jus dicis. *In Trinum.* Jus hic orat. Idem *alibi*, Jus bonum petis, postulas, &c. GALL. *Votre requeste est juridique, est civile, raisonnable, recevable.* Idem *Pseud. sc.*2. *a.*3. Jus petis facere. Cic. *Philipp.*2. Jus postulas. ¶ Sui juris & arbitrii animus. Senec. *cap.*8. *al.*17. *de consol. ad Polyb.* Et Velleius, Juris sui facere legiones (id est, in potestatem redigere & occupare.) Ovid. 6. *Fast.*

*Jus tibi fecisti numen cælestе videndi.*

Idem *Eleg.*1. *lib.*4. *Trist.*

*Erepti nobis jus habet illa loci.*

Idem 15. *Metam.*

——— *qui jura sibi silentibus illis*
*Reddit.*

Liv. 3. *ab Urbe.* Juris sui jactatum facere. Idem 4. *d.* 4. Jus esset (id est, potestas.) Idem 1. *d.* 5. Sub jus judiciúmque redegit. Cic. Colere jus. Tacit. *lib.*19. Exuere jus. Lucr. *lib.*3. *vers.*60.

——— *cognum transcendere fines*
*Juris.*

¶ Meo jure, tuo jure, suo jure. Plaut. *Capt. sc.*1. *a.*2. Quod antehac pro jure imperitabam meo (id est, heriti) id oro nunc per precem. Hinc meo jure agere, idem est quod mea potestate, vel authoritate concedere, decedere, & remittere de jure suo, *Ie laisse bien de son droict.* Jus suum retinere, obtinere. Quint. *cap.*6. *lib.*3. Aliquo juris adjutorio elabi ex crimine. Senec. *ad Trang.* Gens expers juris. Quint. *cap.*2. *lib.*4. Fiducia juris. Juvenal. *Satyr.*8.

*Qui juris nodos & legum ænigmata solvat.*

Plaut. *Most.* Docent litteras, jura, & leges. ¶ Summo jure agere, contendere, experiri, id est, stricto jure: vide *Agere.* Cæs. 1. *bell. Gall.* Jus extremum retinere. Quint. Jus actionis non habeo: mox, Non licet agere. Idem, Jus abdicandi habeo. Idem *cap.*4. *lib.*1. Verba jus, (id est, authoritatem) ab authoribus sumunt. Item Cicer. Perdiscere jura benevolentiæ. ¶ Jus esto (i. vim atque authoritatem legis habeat.) Idem 3. *de legib.* ¶ Reddere jus. Paulus IC. Rapere, deducere in jus aliquem. Jus omne suum persequi. Plaut. *Capt. sc.*1. *a.*3. ¶ Jus mortalitatis, id est, conditio. Senec. *cap.*1. *de consol. ad Marc.* ¶ De Jure augurio, pro Augurali. Gell. *cap.*6. *lib.*6. Jus trium liberorum. Suet. *in Galba, cap.*14. ¶ Et differt à lege, quòd jus generale est, lex juris species. Rursus jus ad non scripta etiam pertinet, lex tantùm ad jus scriptum. ¶ Dividitur autem jus in naturale, gentium & civile. Naturale, quod est commune omni nationi, eo quòd ubique instinctu naturæ habetur, non aliqua constitutione facta ab homine, sed ab ipso naturæ conditore: ut maris & fœminæ conjunctio, liberorum successio in bonis parentum, puerorum educatio, communis omnium possessio, quia jure naturali omnia hæc omnibus nationibus sunt communia, quemadmodum & rei depositæ, vel commodatæ restitutio, violentiæ per vim repulsio; quod tibi vis fieri, ut alteri facias, & ècontrario. Jus gentium, quo gentes humanæ utuntur, quod à naturali processisse facilè intelligere licet; quia illud omnibus animalibus, hoc solis hominibus inter se convenit: ut scilicet Deo, religioni, patriæ & parentibus pareamus, ut vim atque injuriam propulsemus. Jus civile, quum aliquid communi juri vel additur, vel detrahitur: hoc est, quum populus sibi constituit quasi proprium jus civitatis. Hoc autem scripto constat, ut sunt leges, plebiscita, Senatusconsulta, principum decreta: aut sine scripto, ut ea quæ authoritate prudentium fiunt, quæ legum interpretationes rectiùs dici possent, quàm leges. Unde qui hoc profitentur, Interpretes juris, & Jureconsulti, & Jurisprudentes dicuntur. Et qui inter eos excellunt, Juris Antistites nominantur. ] ¶ Jus sibi dicere in rem aliquam, privata authoritate, nec adito magistratu: rem pro suo jure capere, atque ut propriam usurpare non licet. ] ¶ In civili jure Prætorum jus cominetur, quod prætores supplendi, vel corrigendi juris civilis gratiâ introduxerunt, ob publicam utilitatem. Hoc à Prætoris honore, Honorarium appellatur. ¶ Est etiam jus singulare quod contra tenorem rationis, ob aliquam utilitatem authoritate constituentium introductum est. ¶ Jus consuetudinis, quod in morem vetustas vulgi approbatione produxit. ¶ Jus militare, quo soli milites sunt adstricti, ut belli inferendi solennitas, fœderis faciendi cæremonia, signo dato egressio in hostes, & pugnæ commissio, signo dato receptio, stipendiorum modus, dignitatum gradus, præmiorum honor, prædæ divisio pro personarum qualitatibus. ¶ Juris præcepta tria sunt, honestè vivere, alterum non lædere, jus suum cuique tribuere. In nostra etiam religione est jus divinum, in quo divina oracula comprehenduntur: & jus principum, quod principes singulis suis regnis præscripserunt. ¶ Aliquando jus ponitur pro authoritate omnium consensu alicui concessa. *Iuris.* Cic. *pro Archia.* Quare suo jure noster ille Ennius sanctos appellat Poëtas, id est, sua quadam authoritate, & pro libertate sibi omnium consensu, ut gravissimo Poëtæ concessa. Idem pro meo jure dico, quasi confidenter. Hinc sui juris esse dicuntur, qui nullius imperio sunt subjecti, *αὐτόνομοι, ἀνεύθυνοι.* ¶ Aliquando pro necessitudine: ut, Est mihi cum illo jus cognationis, vel amicitiæ. ¶ Aliquando pro loco, in quo jus redditur, appellatione collata ab eo quod fit, in id in quo fit: quem locum definiunt, ubicunque Prætor salva majestate imperii sui, salvóque more majorum dicere jus constituit. ¶ Jus suum obtinere non posse dicebant veteres eum, cui pervenire ad suum non liceret. Cic. Hic Philodamus, postquam jus suum obtinere non potuit, ut humanitatem, consuetudinémque suam retineret, laboras. Idem *in Antonium actione* 4. Hoc edicto non Siculi, sed isti ipsi Equites Romani, qui jus suum tetinere se contra Apronium posse erant arbitrati, splendidi homines, & aliis Prætoribus gratiosi, vincti Aptonio traditi sunt. ¶¶ Jus pro necessitudine atque cognatione. Marcianus *D. lib.*1. *tit.*1. Nonnunquam jus etiam pro necessitudine dicimus, veluti est mihi jus cognationis, vel adfinitatis. ¶ Jus sibi dicere, magistratûs authoritatem usurpare, quorum jus dicendo solùm interest. ¶ Juris scrupulositas. Ulpianus *D. lib.*28. *tit.*3. *d.*12. Licèt juris scrupulositate, nimiáque subtilitate testamentum ruptum videatur. ]

Jūsè, aliquando adverbialiter ponitur pro Meritò. Quintil. Quis enim id non meruisse, quis non jure passum affirmet?

Jura dabant, imperabant. Sidonius in carmine 2.

*Sic Maximus, vivente Pio, post jura dabat,*
*Innumerabilibus legionibus imperitabant.*

Juraticus, Scholasticus legis peritus. Poëta, *Umbraticus.*

Jurjūrándum, i, est affirmatio religiosa, ut inquit Cicero *lib.*3. *Offic.* Juramentum. {ὅρκος, ἔμνυμι, ἐπόμνυμι. GALL. *Jurement, serment.* ITAL. *Giuramento, sacramento.* GERM. Ein eydschwur. HISP. *Juramento.* ANGL. *An othe.*} Plaut. *in Pseud. sc.*1. *a.*1. Qui item, ut nos, jurejurando quærunt rem. Cicer. 3 *Offic.* Nullum enim vinculum ad stringendam fidem jurejurando majores arctius esse voluerunt. ¶ Scholasticorum mos à jurejurando incipiendi. Senec. ¶ De Jurisjurandi sanctitate Romæ. Gell. *cap.*18. *lib.*7. Plaut. *Curc. sc.*2 *a.*1. Tibi auxilium in jurejurando tulit (Jupiter.) Idem *Amph.* Manè arbitratu tuo jusjurandum dabo. Cæs. *lib.*1. *de bell. civ.* Princeps in hæc verba jurat ipse: ad idem jusjurandum adigit Afranium. ¶ Sueton. *in Tib. cap.*35. Jurisjurandi gratiam facere. Idem *in Cæs. cap.*85. Jurejurando distrahere controversias. Plaut. Jurejurando vincere. ¶ Jusjurandum remittere. Paul. *D. lib.*12. *tit.*2. *l.*6. Remittit jusjurandum qui deferente se, cùm paratus esset adversarius jurare, gratiam ei facit, contentus voluntate suscepti jurisjurandi. ¶ Jusjurandum referre, est alterius jurejurando stare malle, quàm suo. ]¶ Jurisjurandi militaris formula, apud Gell. *cap.*4. *lib.*16.

Jūrisdictĭo, nis: Juris dicendi potestas. {διοικησία, διάκρισις. GALL. *Jurisdiction puissance de juger.* ITAL. *Giurisditione.* GERM. Gewalt oder gerechtigkeit/ recht und gericht zuhalten. HISP. *Jurisdicion como señorio.* ANGL. *Jurisdiction, power to judge.*} Ser. Sulpit. *Ciceroni, Postero die quam ab eo digressus essem eo consilio, ut ab Athenis in Bœotiam irem, reliquâque jurisdictionem absolverem.* Cicer. 4. *Verr.* Is venalem jurisdictionem in Sicilia habuit. Suet. *in Calig. cap.*16. Jurisdictio libera sine appellatione.

Jūrisconsŭltus, i, sive Jureconsultus: Juris, sive legum interpres, utrumque enim dicitur: quanvis Sosipater *lib.*1. Jureconsultos rejiciat. {חכם *sophér.* σοφός, ὁ σοφός, συμβουλεύειν. GALL. *Jurisconsulte, juriste, sçavant en loix.* ITAL. *Giurista, dotto in leggi.* GERM. Ein rechtverständiger/ ein rechtgelehrter. HISP. *Letrado en la ley y por pleytos.* ANGL. *A lawyer.*} Cic. 2. *de legib.* Sed jurisconsulti, sive ecthesis objiciendi causa, quo pluta & difficiliora scire videantur, sive (quod similius veri est,) ignoratione docendi (nam non solùm scire aliquid artis est, sed quædam ars etiam docendi,) sæpe quod positum est in una cognitione, id in infinita dispertiuntur: velut in hoc ipso genere, quàm magnum illud Scævolæ faciunt Pontifices ambo, & iidem juris peritissimi. Consultus juris, apud Horat. *de Arte*, Jurisconsultor, pro Jurisconsultus. Author Breviarii, Passerat. teste.

Jūrĭdĭcŭs, a, um: Quod jurisdictioni destinatum est, vel quod secundùm jus est. {ἐνδικος. GALL. *Juridique, appartenant au droict.* ITAL. *Giuridico, pertinente al dritto.* GERM. Rechtlich/ das nach dem rechten oder gesetz ist. HISP. *Perteneciente al derecho.* ANGL. *That is according, to right and reason.*} Hinc juridicus dies, quo ritè jus dici potest. Et juridica actio, quæ secundùm jus est. ¶ Dicitur etiam juridicus, qui jus dicit. {δικαστὴς. GALL. *Juge.* ITAL. *Giudice.* GERM. Ein richter. HISP. *Juez.* ANGL. *That doeth right unto the parties upon the thing that they strive for.*} Senec. *in Herc. fur.* Flentes Eurydicem juridici sedent. Juridici conventus dicuntur in quibus jus redditur. Plin. *lib.*3. *cap.*1. Juridici conventus ei quatuor, id est, in quibus jura redduntur.

Jūrĭdĭcālis, e: Judicialis, quod pertinet ad judicium. {δικανικὸς. GALL. *Appartenant à juger, ou à juger.* ITAL. *Ciò che è à giudicio, ò à giudicio s'appartiene.* GERM. Das zu dem rechten gehört. HISP. *Cosa perteneciente al juyzio, ò juez.* ANGL. *That belongeth to the judge or judgement.*} Cic. 1. *de invent.* Huic generi Hermagoras partes quatuor supposuit, deliberativam, demonstrativam, juridicialem, negotialem. Juridicialis status, apud Quintilianum *lib.*3. *cap.*8.

Juridicus appellatur à Tertulliano *in lib. de Pallio*: Causidicus ab Ammiano *lib.*30. Judicus ab Apuleio *lib.*7.

Jurites Dei. Gellius *cap.*21. *lib.*13.

Jūscŭlum, vide *Jus*, pro liquore.

Jūssŭs, participium à Jubeo, & Jussum, i. Vide *Jubeo.*

] Justinopolis, quæ Ægida Plinio, vulgò *Capo d'Istria.* V. E. Istriæ, sub P. Aquileiensi. ]

Jūstus, à, jus. Probus, sanctus, bonus, qui jus observat, & à jure non discedit. {צדיק *tsaddik.* δίκαιος. GALL. *Juste.* ITAL. *Giusto.* GERM. Gerecht. HISP. *Cosa justa ò justo.* ANGL. *Just, upright.*} Cicer. 1. *Offic.* Justus homo, isque quem bonum virum dicimus. Idem *pro Sestio*, Aristides, qui unus omnium justissimus fuisse traditur. Ovid. 13. *Metamorph.*

*Aspicimus oculis superi mortalia justis.*

Plaut. *Capt. sc.*2. *a.*2. Non justa causa est, ut vos fervem. Idem *prolog. Amph.* Æqui & justi eritis omnes arbitri. *Ibidem*, Justè ab justis justus sum orator datus. Item, Justa ab injustis petere, insciția est, Ovid. *Eleg.*3. *lib.*4. *Trist.*

——— *ubi incubuit justo mens ægra dolori.*

Velleius, Justis legibus, & æquis conditionibus bellum componere. Idem, Mitissimo, ac justissimo lenioe (Sylla) ante victoriam, post audito crudelior (id est, clementissimo.) Idem, Justissimo animo conditiones pacis Cæsar postulabat, æquo animo Pompeius recipiebat. ¶ Interdum ponitur pro satis magno & mediocri, quum & jus ipsum mediocritas quædam sit. Unde justam magnitudinem alicujus rei dicimus, quum nec debità minor est, nec modum excedit. Justum opus, satis magnum, non exiguum. Plin. *in præfat. lib.*8. Opere justo

temporum noſtrorum hiſtoriam odi. Sic juſtum prælium, juſtum exercitum, hiſtorici dicunt magnum, & non contemnendum. Sic etiam Aſconius, juſtas inimicitias, pro magnas apud Ciceronem expoſuit. Liv. *lib.6. ab Vrb.* Juſta cæde confiecre hoſtem (id eſt, magna.) Cæſ. *lib.1. de bell. civ.* Juſtum iter confecere (id eſt, magnum.) Suet. *in Nerone cap.* 51. Juſta ſtatura eſſe (id eſt mediocri.) Item, Juſta libertas, dicitur Suet. *in Auguſt. cap.* 40. quæ vulgò dicitur major IC. ¶ Interdum pro vero, γνήσιος. Unde apud Iureconſultos, qui filium adoptat, interrogatur an velit eum, quem adoptat, juſtum ſibi filium eſſe, id eſt, verum filium. Iuſtus dominus, pro vero, cui contrarius eſt Alienus. Cic. *lib.*1. *Offic.* Quare L. Sylla, & C. Cæſaris pecuniarum tranſlatio à juſtis dominis ad alienos, non debet liberalis videri. Iuſta hæreditas, inquit Horomanus, ea proprié dicitur quæ jure legitimo, id eſt, agnato proximo obvenit. Sic Iuſta uxor. Suet. *in Calig. cap* 24. Item, Iuſti liberi: quibus opponuntur illegitimi, & ex pellice nati. Varro latiùs accepit 2. *de re ruſt.* pro ea quæ jure, & quovis modo alicui obvenit. ¶ Eſt præterea Iuſta ætas, cui ætas pupilli opponitur. Et rurſus, Iuſta ætas, pro cujuſque quæſtionis ratione, ea quam leges in ea cauſſa exquirunt, veluti in nuptiis xij. aut xiij. annorum. Iuſta poſſeſſio, quæ poſſeſſio bonæ fidei dicitur. Lavolenus, Iuſta materfamilias, & Pellex contraria. Liv. 9. *bell. Maced.* Nam etſi minor ætate quàm Perſeus eſſet, hunc tamen juſta matrefamilias, illum pellice ortum eſſe. ¶ A Iuſtus deducitur Iniuſtus, qui contra ius facit, & qui juſtam magnitudinem excedit, ἄδικος. Cic. 6. *Tuſc. quæſt.* Vir maleficus naturâ, & iniuſtus. Virg. 3. *Georg.*

*Iniuſto ſub faſce viam dum carpit.*

¶ Iuſti dies qui fuerint apud veteres, apertiſſimè docet Gell. *lib.*20. *cap.*1. his verbis, Confeſſi itaque æris, ac debiti judicatis triginta dies ſunt dati conquirendæ pecuniæ cauſa, quam diſſolverent. Eoſque dies Decemviri iuſtos appellaverunt: velut quoddam iuſtitium, id eſt, juris inter eos quaſi interſtitionem quandam & ceſſationem, quibus diebus nihil cum his agi jure poſſet. ¶ Dicebantur præterea in bellis ſuſcipiendis dies iuſti numero tres & triginta, ab eo ſcilicet die, quo repetitæ erant per Fecialem: quibus elapſis, niſi reddita res eſſent, haſta in fines hoſtium conjecta, bellum indicebatur. Liv. *lib.*1. *ab Vrbe.*] ¶ Iuſta ſtatura, quæ quadrata dicitur à Colum. *lib.*7. inter proceram & exiguam, & à Plauto *in Aſin.* Commoda ſtatura. ]

Iūſtè, adverb. Rectè, legitimè, jure. { *Δικαίως.* Gall. *Iuſtement.* Ital. *Giuſtamente.* Germ. Gerechtlich / billigklich. Hisp. *Iuſtamente, ò juſtamente.* Angl. *Iuſtlie, uprightlie.* } Brutus *Cic.* At hoc ipſum, inquies, iniquè facitis, imò iuſtiſſimè. Declam. *in Salluſt.* Id vos ſi fortè offenderimus, juſtius huic, quàm mihi ſuccenſere debetis. Iuſtè & legitimè imperare. Cic. *lib.*2. *Offic.*

Iūſtō, ablativus, pro adverbio: ut, Longius iuſto, id eſt, longius quàm par eſt. Quinct. *lib.*9. *cap.*4. Membrum longius iuſto, tardum: brevius, inſtabile. Velleius, Iuſto ferocior Marcellus.

Iūſti, Exequiæ, ſive parentalia, & ſacrificia, quæ Diis Manibus fiebant, quæque mortuis impenduntur, ita dicta, quòd jure fierent his, qui de nobis vivences bene meriti fuerant. { *κατάκλυσις, τεμενοθήκη, νεκρώσιμα.* Gall. *Les obſeques, funerailles, ſacrifices & ceremonies qu'on faiſoit aux trépaſſez.* Ital. *Eſſequie, pompe funerali.* Germ. Beſtattung der todten / ſeelgrät oder opfferung für dieſelbigen. Hisp. *Las exequias de los muertos.* Angl. *Funerailes, ſacrifices and ceremonies for the dead.* } Iuſta facere. Plaut. *Ciſtell.* Ille uxori iuſta fecit, Saluſt *in Iugurth.* More regio iuſta magnificè fecerant. Ovid.

*Hanc quia iuſta ferunt, dixere Feralia lucem.*

Cicer. 2. *de Legibus,* Non ſolùm vita cruciari, atque dedecore, verùm & ſepultura, & iuſtis exequiarum caruerunt. ¶ Iuſta ſolvere patrono funeri. Idem *pro Roſc. Amer.* ¶ Iuſta funerum reiicere ad interpretes religionum. Idem 2. *de leg.* ¶ Iuſta peragere, Plin. *cap. ult. lib.*2. ¶ Iuſta præſtare ſorori. Senec. *cap* 17. *al.* 36. *de conſol. ad Polyb.* ¶ Iuſtis exequiarum carere. Cicer. 2. *de legib.* Ovid. *Eleg. ult. lib.*4. *Triſt.* ¶ Iuſta, pro conſtitutis, quæ neceſſariò præſtari debent. Colum. *lib.*11. *cap.*2. Item vinearum foſſio iiſdem locis peragenda, arbuſtorúmque ſive putatio, ſive alligatio ſumenda eſt, quorum iuſta certa eſſe non poſſunt. ¶ Ad iuſta perducere, id eſt, ad iuſtum laborem. Col. *lib.*6. *cap.*14. Iuſta reddere, opus debitum & conſuetum perficere. Idem *lib.*1. *cap.*8. Cic. *Offic.*1. Eſt autem infima conditio & fortuna ſervorum, quibus non malè præcipiunt, qui ita jubent uti ut mercenariis ad operam exigendam, & iuſta præbenda.

Iūſtĭtĭa, ut inquit Cicer. 5. *de finib.* eſt habitus animi, communi utilitate ſervata, ſuum cuique tribuens, atque ſocietatem conjunctionis humanæ muniſicè, atque æquè tuens. { צדק *tſedhek*, צדקה *tſedhakáh.* δικαιοσύνη. Gall. *Iuſtice.* Ital. *Giuſtitia.* Germ. Gerechtigkeit. Hisp. *La juſticia que yguala las partes.* Angl. *Iuſtice.* } Virg. 1. *Æneid.*

*O regina, novam cui condere Iuppiter urbem,*
*Iuſtitiáque dedit gentes frenare ſuperbas.*

Ovid. 3. *de Ponto.*

*Iuſtitia vires temperat ille ſuas.*

¶ Iuſtitiam religiosè colere. Cic. *ad Heren.* & 3. *de finib.* ¶ Agitare Iuſtitiam, pro Aſſiduè exercere. Plin. Ut in alienis, ita in ſuis agnate juſtitiam mihi egregium videtur (id eſt, aſſiduè exercere.) ¶ De juſtitiæ vi ac laudibus, Plutarch. *in Ariſtide.* Vide in verbo *Explico*, quæ de Iuſtitia diſſerunter.

] Iuſtĭfĭco, ex vi originis, eſt iuſtum facio.

Iuſtificatio, eſt & actio juſtificantis, & paſſio ejus, qui juſtificatur. ]

Iūſtĭfĭcŭs, a, um: qui æqua & juſta agit. { מצדיק *matſdik.* δίκαιος. Gall. *Qui fait juſtice.* Ital. *Che fa giuſtitia.* Germ. Der gerechtigkeit übt. Hisp. *El que haze juſticia.* Angl. *That doth juſtlie and uprightlie.* } Catull. *Argon.* Iuſtifica mens deorum.

Iūſtĭtĭum, ii: Quaſi juris ſtatio dicitur. Eſt enim juris dicendi intermiſſio, quæ indici ſolet in publico luctu, & Reipublicæ inſigni aliqua calamitate. { ἀνοχή Plutarcho. Gall. *Vacation, quand on ceſſe de plaider.* Ital. *Vacatione da tener raggione* Germ. Zuſchlagung oder anſtellung des gerichts. Hisp. *Las vacationes de los juyzios.* Angl. *A vacation or ceaſing from mine miniſtration of juſtice.* } Liv. Dictator quum iuſtitium edixiſſet, omnes juniores ſacramento adegit. Idem, Iuſtitium edicit: claudi tabernas toto urbe jubet: vetat quempiam privatæ quicquam rei agere. Triſti juſtitio clauſa fora. Lucan. *lib.*6. Dicitur & juſtitium remittere, juſtitio finem imponere. Liv. *lib.*10. Ut Romam reditum eſt, juſtitium remiſſum eſt, &c. *de Amſpic.* Hic in Concione auſus eſt dicere, Iuſtitium edici oportere, bonâ Dionem intermitti, claudi æratium, Judicia tolli. ¶ Iuſtitium, (id eſt, ceſſatio) exigendi æris, xxx. dies. Gell. *cap.*1. *lib.*10. Suet. *in Tib. cap.*51. & *in Calig. c.*3. Juſtitii nomine alius eſt. ] ¶ Iuſtitium, in pace: Induciæ, in bello, & utrumque mortuis lugendis. Cerda. ]

Iūſum, pro deorſum. Gall. *Iuſ, en bas.* Gothicum eſt.

Iūtūrnă, *Ἰουτέρνη.* Dauni filia, & Turni Rotulorum regis ſoror, quam Jupiter pro erepta virginitate immortalitate donavit. Virgil. *lib.*12. *Æneid.* Numicique fluminis nympham fecit. Hæc in bello fratrem adversùs Æneam multùm adjuvit: ſed videns fratri necem inſtare, in Numicum fluvium ſe occultavit. Alii dicunt eam rem habuiſſe cum Latino rege: cóque pallim facto, ſua ſponte ſe in Numicum præcipitaviſſe. Virg.

*At procùl ut diræ ſtridorem agnovit & alas,*
*Infelix crines ſcindit Iuturna ſolutos, &c.*

¶ Eſt & Iuturna, fons Italiæ, prope Numicum, ſalubrimæ aquæ: unde ad omnia ſacra Romam afferebatur aqua. Ad hunc fontem plerique Virgilium reſpexiſſe volunt.

Juvamen, vide *Iuvo.*

Juvenacium, *Γινουενάκιον.* V. E. regni Neapolitani, ſub A Barenſi.

Juvenalis, Juvenalia, Juvencus, vide *Iuvenis.*

Iuvencus, i: Bos junior, qui jam vitulus eſſe deſiit, nondum tamen in juſtam magnitudinem excrevit. { עגל *par.* μόσχος, μόσχη. Gall. *Une jeune beſte, un jeune bœuf ou taureau.* Ital. *Manzette, giovenco.* Germ. Ein junger ochs oder ſtier. Hisp. *El mancebo ò buey novillo.* Angl. *A yong oxe.* } Dictus à Juvando, ut Varroni placet, quòd tam domitum in agro colendo adjuvare poſſit. Col. *lib. 6. cap.* 2. Nam ubi plauſtro, aut aratro juvencum conſueſcimus, ex domitis bubus valentiſſimum, eundémque placidiſſimum cum indomito jungimus qui & procurrentem retrahat, & cunctantem producat. Hic obiter nota, conſueſcere activè dictum eſſe, pro conſuefacere. Socium juvencos impoſito aratro. Stat. 1. *Thebaid.* Virg. 3 *Georg.*

*Seu quis Olympiæ miratus præmia palmæ*
*Paſcit equos, ſeu quis fortes ad aratra juvencos.*

Ovid. *Eleg.* 6. *lib.*4. *Triſt.*

*Scilicet & veteres fugiunt juga ſæpè juvenci.*

Et Virg. 3. *Georg.*

——— *validis terram proſcinde juvencis.*

Ovid. 13. *Metam.* Cornigeræ juvencæ. ¶ Propriè tamen juvenci dicuntur boves, qui jam deſierunt eſſe vituli. Varro enim *lib.*2. *cap.*5. *de re ruſt.* quatuor diſtinguit bubuli generis ætates: quarum prima eſt vitulorum, ſecunda juvencorum, tertia boum novellorum, quarta veterum. ¶ Juvencus quoque de homine adoleſcente dicitur. Horat. 2. *Carm. Ode* 2.

*Te ſuis matres metuunt juvencis,*
*Te ſenes parci, miſeræque nuper*
*Virgines nuptæ.*

In quem locum annotavit Porphyrion, juvencum non ſolùm de bobus, verùm etiam de hominibus adoleſcentulis dici: quanvis in ea ſignificatione frequentiùs juvenculos dicamus, & juvenculas. Neque mihi tamen Porphyr. perſuaſerit, tametſi venuſta in primis Horatius allegoria ſit uſus, ob id rectè juvencum de hominibus dici.

Jŭvĕnĕŭlus, diminut. μοσχίων. Catul. *ad puerum,*

*Qui floſculum es juvenculorum.*

Jŭvĕnĕă, æ: Vacca junior, quæ jam vitula eſſe deſiit, nondum tamen in juſtam magnitudinem excrevit. { פרה *parâh.* δάμαλις, πόρις. Gal. *Geniſſe, jeune vache.* Ital. *Manza, manzuela.* Germ. Ein jung kalb. Hisp. *Manceba ò novilla.* Angl. *A yong cowe.* } Virg. 3. *Georg.*

*Paſcitur in magna ſylva formoſa juvenca.*

Ovid. *lib.*13. *Metam.* Cornigeræ juvencæ.

Jŭvĕnĭs, à juvando: quòd ea ætas maximè ſit apta ad laborem tolerandum, adoleſcens, integra & ſpectata ætate. { נער *naár*, בחור *bachur*, עלם *helem.* ἥβη. Gall. *Jeune, jouvenceau.* Ital. *Giovane.* Germ. Jung / ein junger mann oder weibabild. Hisp. *Mancebo ò manceba en edad, joven.* Angl. *Yong, a yong man.* } Et à Jurisconſultis juvenes dicuntur, qui adoleſcentiæ exceſſerunt ætatem, quoad incipiant inter ſeniores numerari. Cenſorin. *de die natali.* Juvenes ab anno 30. ad 45. quòd in re militari juvare poſſent. Tubero hiſtoricus apud Gell. *cap.* 28. *lib.* 10. Servius Tullius rex prudentiſſimus cùm illas quinque claſſes juniorum cenſus faciendi gratiâ inſtitueret, pueros eſſe exiſtimavit, qui minores eſſent annis ſeptemdecim: atque inde ab anno 17. quos idoneos jam eſſe Reip. arbitraretur, milites ſcripſiſſe: cóſque ad annum 46. juniores, ſupráque cum ſeniores appellaſſe, &c. ¶ Senior & Junior, ſive Juveniot, authore Varrone, ſunt comparativi gradus per diminutionem, ut teſtatur Servius *in Virg. lib.*5. *Æneid.*

*Tum ſenior tales referebat pectore voces.*

Item in illud 6. *Æneid.*

*Iam ſenior, ſed cruda Deo, viridiſque ſenectus:*

ubi ſic ait: Senior, aut pro poſitivo poſuit Virgilius, aut (ut diximus) Senior eſt virens ſenex, ut junior, ſive juveniot, inter a juvenem eſt, ſecundùm Varronem. Quam rem à Varrone tractatam confirmat etiam Plinius. Virg. 5. *Æneid.*

*Hoc juvenem egregium præſtanti munere donat.*

¶ Juvenes ſervidi. Horat. 4. *Carm. Ode* 13.

*Poſſent ut juvenes viſere ſervidi,*
*Multo non ſine riſu,*
*Dilapſam in cineres facem.*

Plin. *lib.*7. *cap.*36. Cornelia enim juvenis eſt, & parere adhuc poteſt. Juvenis pro filio, bis *lib. Inſtitut. Orat. & declamat.* 7. Juvenem meum alius occidit. ¶ Hinc formatur comparativum Junior. Nam quod apud Col. *lib.*9. *cap.*11. legitur, Juveniori examini, arbitror librariorum culpa accidiſſe: præſertim quum in venerandæ cujuſdam fidei exemplaribus legatur *iuniori.* Horat. 2. *Epiſt.* 1.

Qui

*Qui vel mense brevi, vel toto est junior anno.*

Juniores servi. Plin. *lib.8. cap.32.* Alioqui ante frontem prominere solitos juvenibus. Gell. *cap.2. lib.14.* Haud p ro junior. ¶ Juvenis, de ove. Col. *lib.7. cap.3.* Fœmina post bimestrum maritari debet, juvenisque habetur quinquennis. ¶ Iuvenis, pro juvenili. Ovid. 7. *Metam.*

——— *& admonitus juvenes nutricibus annos*
*Posse suis reddi.*

¶ Iuvenior, pro Junior. Apul. ‖ Laurenberg.

**Iŭvĕnālis**, e, adjectivum: quod ad juvenem pertinet. { *νεανικὸς.* Gall. *Jeune, de jeunesse, appartenant à jeune ceux.* Ital. *De giovane, giovallino.* Germ. Das zu der jugent gehört. Hisp. *Cosa de mancebo.* Angl. *That belongeth to youth, yonge.* } ut, Ætas juvenalis, Juvenile robur. Col. *lib.4. cap.5.* Iuvenalis ludus, vel jocus. Liv. 1. *ab Vrbe.* Virg. 5. *Æneid.*

*Et mihi quæ fuerint juvenili in corpore vires.*

Ovid. *lib.5. Trist. Eleg.1.*

*Integer & lætus, lata & juvenilia lusi.*

Idem *lib.14. Metam.*

*Silenusque suis semper juvenilior annis.*

Idem *Eleg. mis. lib.4. Trist.*

——— *cum populo juvenilia carmina legi.*

Idem *Eleg.1. lib.2. Trist.*

——— *Sidus juvenile, nepotes.*

Juvenal. *Satyr.11.*

——— *juvenilia membra.*

**Iŭvĕnīlĭtās**, atis: Iuventus. Varro *Trimo.* ἡβὴ χάρις. Quam dereliquit multicapida juvenilitas. Ex Nonio.

**Iŭvĕnīlĭter**, adverbium: More juvenum. { *νεανικῶς.* Gall. *A la façon des jeunes gens.* Ital. *Da giovani.* Germ. Nach der jugent art. Hisp. *En manera de mancebo.* Angl. *Youthfully, like a yong man.* } Cic. *in Catone*, Et Annibalem juveniliter exultantem patientia sua molliebat. Ovid. 7. *Metam.*

*Venatum in sylvas juveniliter ire solebam.*

Idem *Eleg.1. lib.2. Trist.*

*Quæ (ingenio) videar quamvis nimium juveniliter usus.*

**Iŭvĕnālis**, e, adjectivum, *νεανικός.* Plin. *lib.15. cap.1.* Quum C. Sulpitius Galba juvenalem famam apud principem popinarum pœnis aucuparetur. Iuvenalis dies, dicebatur festum quoddam, quod à juvenibus præcipuè celebrabatur primo die post elapsa Saturnalia, à Caligula primùm institutum. Suet. *de Caligula, cap.17.* Adjecit diem Saturnalibus, appellavitque Iuvenalem.

**Iŭvĕnālis**, *Ἰουβενάλιος.* Nomen proprium Satyrici Poëtæ, in primis eorum, qui argumentum ejusmodi tractarunt, laudandus, nisi secretam illam flagitiorum sentinam nusquam non movens castiores animos à sui lectione avertisset.

**Iŭvĕnālĭa**, erant ludi, qui pro salute juvenum celebrabantur. *νεανικά.* Sidonius.

*Iam verò juvenalibus peractis,*
*Quem te præbueris sequente in ævo,*
*Chartis posterioribus legemur.*

Tacit. *lib.14.* Ne tamen adhuc publico theatro dehonestaretur, instituit ludos Iuvenalium vocabulo, in quos passim nomina data. ¶ Iuvenales ludos vocat Suet. *in Neron. cap.11.*

**Iŭvĕnĕsco**, is: Iuvenis fio, ad ætatem & constitutionem priorem redeo. { *νεανιεύομαι.* Gall. *Rajeunir.* Ital. *Ingiovanirsi, farsi giovane.* Germ. Jung werden. Hisp. *Hazerse mancebo.* Angl. *To waxe or beyonge.* } Ovidius 3. *Amor.*

*Illius à tactu Pylius juvenescere posset.*

Plin. *lib.34. cap.14.* Vites squalore decisо annis omnibus cogimus juvenescere. Idem *lib.8. cap.57.* de glitibus: Rursus æstate juvenescunt.

**Iŭvĕnārĭ**: Temerè & inconsideratè, & juvenum more aliquid dicere, vel facere. { *νεανίζω.* Gall. *Faire comme les jeunes gens, parler comme eux.* Ital. *Parlare inconsideratamente, parlare da giovane.* Germ. Narrechtig vnd vnbesint reden wie die jugent. Hisp. *Hablar ò parlar no bien mirando como mancebo.* Angl. *To do or say any thing rashly after the fashion of youth.* } Horat. *in arte*,

*Aut nimium teneris juvenentur versibus unquam.*

**Iŭvĕntūs**, utis: Ætas juvenilis, quæ & juvenilitas & juventa dicitur, *νέοτης.* Salust. Ibique juventutem suam exercuit. ¶ Sæpiùs accipitur pro multitudine juvenum. { נעורים *neʿurim*, נער *naʿár*, נעורת *neʿuráth*, עלומים *ʿalúmim*, νεολαία. Gall. *Jeunesse, jeunes gens.* Ital. *Gioventu.* Germ. Die jugent. Hisp. *Mocedad ò mancebia.* Angl. *Youth, yonge age, a companie of yonge men.* } Serv. Sulp. *Cic.* Licitum est tibi, credo, pro tua dignitate ex hac juventute generum eligere. Cic. *à Tusc.* Iuventutem laboribus erudiunt. Plaut. *Capt. sc.2. a.1.* Nulla est juventutis spes, sese omnes amant. Idem *Ibid.* Iuventus nomen indidit scorto mihi. Idem *Men sc.1 a.1.* Iuventus nomen fecit Pœniculo mihi. Senec. *cap.15. al.34. de consol. ad Polyb.* Circa primos Iuventutis suæ annos eum amisit. Plaut. *Most. sc.1. a.2.* Quo nemo adxquè pareus juventute ex omni Attica. *Ibid. sc.2. a.1.* Quo neque industrior de juventute erat. Idem *Curc. sc.1 a.1.* Dum te abstineas nupta, vidua, virgine, juventute, &c. Idem *Pseud. sc 2. a.1.* Hunc hominem hic colere pati juventutem Atticam? Catullus *de com. Beron.*

——— ——— *eumque juventus*
*Per medium classi barbara navit Athon.*

¶ Iuventutis princeps. Sueton. *in Calig. cap.15.* & Senec. *cap.15. de consolat. ad Polyb.* ¶ Aliquando ponitur pro dea, quæ præsidere putabatur huic ætati, hoc est, Hebe Iunonis filia, & Herculis uxore. Liv. 4. *decad. lib.6.* Iuventutis ædem in Circo maximo C. Lucinius Lucullus Duumvir dedicavit. Plin. *lib.35. cap.8.* Pinxit hic raptum Proserpinæ, quæ tabula fuit in Capitolio in Minervæ delubro, supra ædiculam Iuventutis.

**Iŭvĕntă**, æ: Ætas juvenilis, iuventus. { נעורים *neʿurim*, נער *naʿár*, נעורת *neʿuráth*, עלומים *ʿalúmich.* νέοτης. Gall. *Jeunesse.* Ital. *Gioventù.* Germ. Die zeit der jugent/das alter der jugent. Hisp. *Mocedad, ò mancebia.* Angl. *Youth, yonge age.* } Plin. *lib... cap...* Aliis sterilis est iuventa: aliis semel in vita datur gignere. Idem *lib... cap...* Nec nisi iuventa constat ille qui quæritur vigor. Viridis juventa. Virg. 5. *Æneid.* Audax iuventa, pro iuvenum multitudine, quæ & iuventus dicitur. στρατιὰ. Matt. *lib.1.*

*Quintiliane vaga moderator summe juventa.*

Et ita Livius *lib.5. ab Vrb.* Iuventa dea melioris ætatis, & iuventutis, apud Vallam *lib.4.*

**Iŭvĕntās**, ‖ idem quod iuventus. Item ‖ Dea quæ iuventuti præesse putabatur. ἥβη. Horatius 1. *Carm. Ode 30.*

*Et parum comis sine te juventas.*

Ubi Acron. Aliud est iuventa, aliud iuventas, aliud iuventus: Iuventa, ætas putatur: iuventas, ipsum nomen: iuventus, ipsi iuvenes. ¶ Accipitur tamen iuventas pro ætate ipsa juvenili. Lucret. *lib.5.*

*Tum demum pueris, ævo florente, juventas*
*Occipit, & molli vestit lanugine malas.*

**Iŭvērnā**, Insula est non procul à Britannia, quæ vulgò *Irlandia* dicitur, à doctis verò Hybernia. { Irland. } Iuven. *Satyr.2.*

——— *Avona quid altra*
*Littora juverna promovimus, & modò capta*
*Orcadas, & minima contentus nocte Britannis?*

Gazei vocant *iergam*, teste Hamelao. Claud. *in quarto Honorii*, vocat Iernam.

**Iŭvo**, as, iuvi, iutum, quasi iugo, à iugum. Opem fero & auxilior, adsum, defendo, præsto sum. { עזר *ʿazár.* βοηθέω, ἀρήγω. Gall. *Aider.* Ital. *Giovare.* Germ. Helffen. Hisp. *Ayudar.* Angl. *To aide, to help.* } Plaut. *in Trinummo*, Nunc ego te quæso, ut me opera & consilio iuves. Idem *Curc sc.4 a.4* Ita me machæra & clypeus bene iuvent. Idem *Pseud. sc.4. a.2.* Benè iuvas (est gratiam habentis.) Idem *Capt. sc.2. a.1.* Neque unquam me juvat, quod ego domi foris aliquantillum etiam quod gusto, id beat. Ter. *in Heaut.* Credo, inquam, mihi, aut consolando, aut consilio, aut re iuvato. ¶ Iuvare, pro Beneficio, & misericordia prosequi. Cic. 4. *Verr.* Legis Corneliæ meminit, quæ proscriptum iuvari vetat. Liv. Iuvisse eos omni commeatu classem hostium. ¶ Iuvat impersonale, delectat, *ἡδεῖ.* Virg. 3. *Æneid.*

——— *juvat evasisse tot urbes.*

¶ Iuvat me, & iuvat mihi, æquè Plautus dixit. Iuvat me, ut suprà videre est in exemplis allatis: Iuvat mihi, ut *in Cist. sc.1. a.1. sub finem*, Quando ita tibi juvat, vale atque salve. Ubi Vignoniana editio anni 1605. habet *lubet*, pro *iuvat*. Alii scribunt dictam *invat* à Plauto pro *placet*. ¶ Iuvati, pro adiuvari, auxilio levati. Plin. *lib.17. cap.17.* Quod sic etiam iuvatur. Ovid. 1. *de Ponto. Eleg.4.*

*Sed vereor ne me frustrà sanare laboret,*
*Nec juvet admota perditus ægre ope.*

**Iŭvāns**, participium. { עזר *ʿozer*, עוזר *ʿozráh.* βοηθῶν, ἀρήγων. Gall. *Aidant.* Ital. *Aiutante.* Germ. Helffend. Hisp. *Ayudador.* Angl. *Aiding, helping.* } Cic. *ad Treb.* Méque diis iuvantibus ante brumam expectabis.

**Iŭvāmĕn**, Iuvatio & Iuvamentum, idem significant, scilicet auxilium. { עזר *ʿezer*, עזורי *ʿezráh.* βοήθημα, ἀρήγημα. Gall. *Aide.* Ital. *Giovamento.* Germ. Helffen/Helffung. Hisp. *Ayuda.* Angl. *Aide, help.* }

**Iŭxtā**, à iugo: uti conjunx. Propè propter. { קרב *kâl.* πλησίον. Gall. *Auprès, joignant.* Ital. *Appresso.* Germ. Bey oder nahe bey. Hisp. *Cerca.* Angl. *Nere or nighte.* } Virg. *lib.4. Æneid.*

——— *Humilis volat æquora juxta.*

Plaut. Iuxta te sum, ut prè tucatis, oportet. ¶ Interdum reticetur accusativus, ut apud Virg. 6. *Æneid.*

——— *furiarum maxima juxtà*
*a Acheronta.*

¶ Aliquando significat simul, coniunctim, ἅμα. Varro *de vita pop. Roman.* Quum interea lucubrando faceret iuxta ancillas lanam, id est simul cum ancillis. ¶ Quando verò adverbium est, significat æquè, similiter, eodem modo. ὁμοίως. Salust. *bell. Jugurth.* Hyemem atque æstatem iuxtà pati. Plaut. *Aul. sc.5. a.4.* Dixi tibi mater: iuxta mecum rem tenes, id est, æquè atque ego. Idem *Milit. sc.2. a.2.* Ut scias iuxta mecum mea consilia. Idem *in Persa*, Quid istic sceptum? Iuxta tecum scio. Vulgò dicunt: Non magis scio, quàm tu. Sic Salust. *in Catil.* Nunc verò quo loco res sitæ sunt, iuxta mecum omnes intelligitis. ¶ Sic scire aliquid iuxta cum aliquo dicitur. Plaut. *Pseud. sc.7. a.4.* An nescis? iuxta cum ignarissimis. { id est, æquè scio, ac ignarissimi, sive perinde scio, ac qui maximè ignorant. } Iuxtà cum dativo. Livius *lib.4. bell. Punic.* Fabius omittendam rem parvam, ac iuxtà magnis difficilem, &c. censebat. (id est æquè difficilem, ac sunt res magnæ.) Cicero *in Planciana*, Reliquis officiis me iuxtà ac si meus frater esset sustentavit. ¶ Apud veteres *iuxtim*, pro iuxta inveniturs. Sisenna, Iuxtim Nunucium flumen obtruncatur. Livius Andronicus *in Ægysthe.* In sedes collocat se regias, Clytemnestra iuxtim, tertias nurus occupant. Ex Nonio. ¶ Interdum etiam secundum, vel post. Gell. *cap.13. lib.5.* Constabatque ex moribus pop. Rom. primum iuxta parentes locum tenere pupillos debere. Et Plin. *cap.45. lib.7.* Iuxta hæc Variana clades. Item *lib.4. cap.9.* Nigidius figulus homo (ut ego arbitror) iuxta Marc. Varronem doctissimus, hoc est, secundùm Varronem, vel post Varronem.

**Iuxtim**, adverbium, significat propè, *de prés, tout contre.* { קרב *kâl. πλησίον* } Suet. *in Tib.* Magistratibus pro tribunali cognoscentibus, plerunque se offerebat consiliarium, assidebátque iuxtim, vel ex adverso in parte priori. Lucr. *lib.4. vers. 101.*

*Cur ea quæ fuerint iuxtim quadrata, procul sint*
*Visa rotunda.*

Sisenna apud Nonium, Iuxtim flumen obtruncatur. Vide *suprà.*

¶ Iuxtim, pro æqualiter. Laurenberg. ex Lucret. *lib.4.*

‖ Iuxto, as, appropinquo. ‖

## I X

**Ixĭa**, æ. Herba quædam cum terra colorem mutans, unde & Chamæleonem

Iconem appellarunt. Ixias autem dicitur ἀπὸ τοῦ ἰξὸς, hoc est, à visco, quod quibusdam in locis circa radicem ejus invenitur, quo pro masticche utuntur mulieres. Hujus duæ sunt species, candido, & nigro colore distinctæ. Vide Plin. *lib.* 24. *cap.* 18.

‖ Ixiæ, varices, quum in cruribus sanguis dilatatur. Rh. ‖

Ixiæ hæc, vide *Ixabata*, & *Ixiamata*.

‖ Ixioh, avis genus. Voc. Eccl. ‖

Ixion, ixionis. Ein König in Thessalien gewesen, welchem Jupiter zur hellen verdampt hatte, das er stäts an einem rad umbgetriben würde. Filius fuit Phlegiæ (alii tamen Æthionis, alii Iovis filium faciunt) qui principio uxorem duxit Dian filiam Dioneï, seu Eioneï: qui cùm multa pro compensatione dotis pollicitus esset, & ob id patri sponsæ ad eum venisset, ut munus reciperet, Ixion facta scrobe, eáque lignis & flammentis intecta, patrem sponsæa fraude peremit: à qua cæde quum neque homines, neque dii eum lustrare vellent, diúque incertis vagaretur, Jupiter illius misertus, in cœlum assumptum expiavit. Quúmque jam purgatus apud superos degeret, Junonem amare cœpit, eámque de stupro interpellavit. Quod quum Jupiter intellexisset, nubem illi sub Junonis effigie opposuit, ex qua ille Centaurum genuit. Dejectus deinde in terram, quum passim gloriaretur, se cum deorum regina rem habuisse, Jupiter indignatus, fulmine ad inferos Ixionem detrusit, curavitque ut ibi rotæ volubili alligatus, perpetuò volutaretur: unde Ovid.

*Volvitur Ixion, & se sequiturque fugitque.*

Ixionides, Patronymicum.

Ixõn, ixos. Græci appellant viscum, quo aves capiuntur: unde & chamæleonem herbam ixiam vocavere, quòd quibusdam in locis ad radicem ejus viscum inveniatur, quo mulieres vice masticches utuntur.

Ynx, iyngis, ἴυγξ. Avis quæ Verticilla, à colli versura vocatur. Hæc paulò major est, quàm hirundo, colore vario: linguam serpentibus similem habet, quam longitudine quatuor digitorum exserit, rursúmque contrahit intra rostrum: collum circumagit in adversum, reliquo quiescente corpore, unde Torquilla à quibusdam est appellata. Sunt qui & turbinem vocant, putántque avem esse amatoriis medicamentis infamem. Frequens avis hujus mentio est apud Theocritum *in Pharmaceutria*.

I Z

Izelus, ὁ Ἴζηλος. Castellum Siciliæ. Steph.

‖ Izone, veltis satyrica. Scal ‖

# NOTÆ ANTIQUORUM.

INterdum in, inter, intra, unum, Junius, Julius, significat.

IA. P. intra provinciam. I. AGL. in angulo. IAD. jamdudum, jamdiu. IA. SD jam satisdandum. IA. RI. jam respondi. I. AQ. in aquam. JANuarius.

I. B. in breve.

I. C. juxta circulum, intra circulum, Julius Cæsar, Jurisconsultus. I. C. E. V. juris causa esse videtur. I. C. I. intra civium.

ID. jud s, dus, judicatum. I. D. is fecerit Dius, juri dicundo, in dominio. I. D. C. juris dicendi causa. ID. ID. judicium judicandum. ID. E. idem est. ID. D. judicium dabo. I. D P. juri dicundo præfuit. I. D. T. S P. in diem tertium, sive perendinum. ID. S. judicatum solvi. IDQ. atque.

I. E. in eum, judex esto, in ære, interest.

I. F. Julii filius, in foro, interfui. I. F. B. in foro boario. I. F. C. A. in foro Cæsaris Augusti. I. F. HA. in foro Hadriani. I. F. IU. in foro Iulii. I. F. L. in foro Livii. I. F. FLAM. in foro Flaminii. I. F. N. in foro Nervæ. I. FOR CÆS. A. in foro Cæsaris Augusti. I. FOR. FLAM. in foro Flaminii. I. FO. P. in foro Pacis, Palladis. I. FO. POP. in foro Popilii. Populi. I. FO. PR. in foro pro rostris, in foro Populi Rom. ni. I. FO. TR. in foro Trajani.

I. H jesus homo. IHS XPS. Jesus Christus.

III. VIR. R. P. C. Triumviri Reipublicæ constituendæ. I. I. iusiurandum.

I. L. iure legis, in loco, nulla lex, intra limitem. I. L. A. in loco absentis. I. L. D. in loco divino, in loco domus. I. L. P. in loco publico. I. L. PR. in loco præsenti. I. L. R. in loco religioso. I. L. S. in loco sacro.

I. M. Iovi maximo. I. M. CIT. in media civitate. IMP. vel IMPR. Imperator. IMPRR. Imperatores. IMP. AU. Imperator Augustus. IMP. CS. AU Imperator Cæsar Augustus. IMPL. Imperiale, Imperialis, I. M, IST. B. ABSCD. in memoria iusti sunt bona abscondita: vel, in monumento isto sunt bona abscondita.

I. N. R. I. Jesus Nazarænus Rex Iudæorum. IN. interciso. IN. A. P. in agro pedes. IN. AG. P. XX. in agro pedes viginti. I. N. EE. insulam non esse. INT. vel INC. incipiunt. INTS. intercedentes. IN. HC. MM. S. P. S. P. in hoc monumento sunt pecuniæ sine fine. IN. B. M. in bonâ memoriâ. INF. S. AR. E. M. S. intus, sub aræ est memoria facta IN. L. ADMIREL. invenies locum admirabilem. IN. M. I. ST. D. AUGI. in memoriâ isti sunt divitiæ Augusti. IN. H. MM. S. P. S. in hoc monumento sunt pecuniæ factæ. IN. FR. P. in fronte pedes. IN. HC. vel IN. FO. in fundo, vel in foro. INR. AR. intra aram. IN. DE. D. interesium denotabat diem. IN. FR. P. XX. in fronte pedes viginti.

I. O. M. S. Iovi optimo maximo sacrum.

I. P. iusta persona.

I. R. iure rogavit.

I. S. iudicium solvi, in Senatu, iudicio Senatus, iudicatum solvi. I. S. C. in Senatus Consulto. I. SN. R. in Senatu Romano. I. S. S. inferiùs scripta sunt.

I. T. C. intra tempus constitutum.

IV. quatuor, vel IIII. I V. iustus vir. IUD. Iudicium. IUNON. & PROSER. Iunonis, & Proserpinæ. IURD. Iurisdictio. IUV. Iuvenalis, juventus.

# K

K, Littera Græcorum est, non Latinorum, quam ipsi κάππα nominant. Ea Latini non utuntur, nisi in Kalendis, quam tamen vocem non incommodè per C, scribimus. Nã & Priscianus testis est, K apud Latinos esse supervacuum: & Quintilianus non obscurè innuit loco ejus not habere literam C, quæ ad omnes vocales vim suam perferat. ‖ K, & ω, notæ vestium, illud sumptuarium, hæc fulguritarum. Puræ verò vestes, quæ his carebant. Cerda.

K, littera decima Græcorum, mutata à Latinis in C. Hæc littera inusta fronti illorum, qui calumniæ damnati. Lipſ.

K. K. K. Cappa tria pessima, Cappadoces, Cretes, Cilices. ‖

K A

‖ Kabbala, vide *Cabbala*.

Kære Cæsar amicos Gl. Isid. lege, kære Cæsar, ave Cæsar. ‖ κᾶρε φίλοι.

Kaii cancelli. Kai cancelliæ. Gloss. Isid. Scal. *Aufon. lect. lib.* 2. *cap.* 22. ad illud,

*Desertus vacuis solitisque exirecoraris,*

annotat: Aræ sunt margines, seu crepidines promittentes earum molium, quibus flumini, ut loquitur Lucretius, oppilentur. Vulgò Francis *Kais* vocant. Videtur vox esse à *quies*. Litus est, ubi quiescit unda, ut scil. longiùs excurrat.

Kalare, vocare, καλεῖν: unde *Kalendæ*. Varro *lib.* 5. *de L. L.* Primi dies mensium nominati Kalendæ, quòd iis diebus kalentur ejus mensis Nonæ à Pontificibus, quintanæ an septimanæ sint futuræ in curia Kalabra, sic: Dies te quinque kalo Iuno covella, septem dies te kalo Iunocovella. In sacris Tusculanis: Vinum novum ne vehatur in urbem antequam vinalia kalentur: nec vinalia sine vino expediri, nec curia Kalabra sine kalatione potest aperiri. Varro *lib.* 5. *Analog.*

‖ Kalendæ, vide *Calendæ*.

Kalones, servi militum. Item caligæ militum. Gl. Isid. aliàs *Galeæ*.

Karolus, nomen proprium.

Karthago, urbs Africæ, condita à Didone post bellum Troianum.

Kutulum, quo mortui efferuntur, & Katulum. Lege *Capulum in quo mortui efferuntur*.

K E

K Ikeye, seu Celtxene, M. sub P. Constantinopolitano. ‖

K H

Kh est χ, sicut ante literam χ inventam, loco ejus scribebant K, id est, K cum spiritu aspero.

K I

Kildaria, *Kildaria*, V. E. Hiberniæ, sub A. Dublinensi.

Kilkenia, id est, S. Canici fanum, *Kilkenny*. V. E. Hiberniæ, caput provinciæ, seu Comitatus Kilkenniensis, sub A. Dublinensi.

Kiovia, *Kiow*. V. E. Volhiniæ, ad Borysthenem fl. sub A. Leopolensi, ditionis Poloniæ.

K U

Kuptisium Ægyptii Christiani. ‖

K Y

Kyrie eleison, ex pronunciatione vulgari, alioquin erit *Kyrie eleeson*. Domine miserere. Κύριε ἐλέησον. Greg. Magn. *epist.* 63. *lib.* 7. Kyrie eleison autem neque diximus, neque dicimus, sicut à Græcis dicitur. Quia in Græcis simul omnes dicunt. Apud nos autem a Clericis dicitur, à populo respondetur, & totidem vicibus etiam Christe eleison dicitur: quod apud Græcos nullo modo dicitur.

# NOTÆ ANTIQUORUM.

K Calendis, caput, clarissimum, cardo, castra, Cælius.

KAR. Carthago. K. AP. Calendis Aprilis. KAL. IAN. AUG. Calendis Ianuarij Augusti. KARO. Carthago. KARO. C. Carthago civitas. KAR. M cardo maximus. KAR. F. cardo finalis.

K. DD. castra dedicavit, dedicarunt.

K. FX. castra fixit. K. FEB. Calendis Februarii.

KL. Calendis. KLD. calendis KL. SEP. calendis Septembris. KL. NOV. calendis Novembris. KL. OCT. Calendis Octobris.

KM. carissimus. K. M. cardo maximus. K. MT. Cælius mortuus.

KO. calendis Octobris. KO. Catolo.

K. P. Car. positus. K. Ps. castra posui, castra pōtis. KPR. castra peregrina.

K. Q. calendæ Quintiles.

KR. chorus. KR. C. chara civitas. KRM. carmen. KR. AM. N. carus amicus noster. K. R. N. carus Rex noster. KS. Chaos K S. calendæ Sextiles.

K. T. capite tonsus. K. θ. ectanos, thanatos: fulguritæ vestis, & funestæ mulieris.

# L

, LITTERA Latinorum est, Græcorum lambda sono & potestate respondens, una ex iis quæ à Græcis ἀμετάβολα, hoc est, immutabiles, à Latinis liquidæ appellantur. Quo fit, ut mutam immediatè subsequens in eadem syllaba, præcedentem syllabam, si brevis fuerit, reddat indifferentem. Hinc fit ut Atlas priorem syllabam habeat indifferentem, quum naturâ brevis sit. Martial.

*Non aliter videtur Atlas*
*cum compare multo.*

Et alibi, *Conturbabit Atlas.*

Virg. eandem producit 8. *Æneid.*

——— *At Maiam maximus Atlas.*

¶ Postò L, lenis littera est. Ovid. 5. *Fast.*

*Aspera mutata est in lenem tempore longo*
*Littera.* (ut Lemuria, Remuria.)

Item, L succedit loco R, ut Frater, Fratellus: Caper, Capella. Terent. Scaurus *de Orthograph.* ¶ D, & L, consentiunt, v. g. Sella dicta est, quæ antea *sedda.* Idem *ibidem.* ¶ Nomina verbáque ab hac inchoantia, si cum præpositione *ad*, vel *in* componantur, posteriori litera præpositionis convertitur in L, ut allabor, alluo, illino, illustris, pro adlabor, adluo, inlino, inlustris.

LA

La, sive, laa, λᾶ Lycophroni, λάα Homero. Laconiæ oppidum, edita in petra situm, unde & nomen habet: nam λᾶ, Græcis petra est, vel lapis. Hanc urbem quum expugnassent Castor & Pollux, Lapusæ, λαπῆσαι, cognominati sunt. Incolæ, Lai, λαεῖ dicuntur. Steph.

‖ Labandria, quæ ad levandum sunt data. Rh. & Gell. *lib.* 16. *cap.* 7.

Labacum, *Labach.* V. E. Carniolæ, spectat ad gentem Austriacam. ‖

Labarum, λάβαρις, λάβαρος Hermias vocat. Vexillum erat militare ante Imperatorem gestari solitum, auro intertextum, gemmisque intermicantibus splendidissimum: tantæ olim existimationis, ut à militari turba adoraretur. Rhodig. *lib.* 6. *cap.* 11. Hujus deinde loco Constantinus crucis insigne jussit præferri. Hadr. Jun. *in Nomencl.* Labarum interpretatur Vexillum sacrum, quale in templis suspendi solet. { Kirchen fahne. } Meminit hujus vexilli Ambrosius *in Epist.* Septimius *in Apolog.* Sozomenus *hist. Tripart. lib.* 1. *cap.* 5. Et præter hos Cassiodorus, Rufinus, & Prudentius *in Symmachum.* Lipsi. *de Cruce.*

Labāsco, vide *Labo.*

Labaum, Insula est in sinu Arabico, apud Plin. *lib.* 6. *cap.* 28.

Labara, λάβαρα. Cariæ oppidum, apud Stephanum.

Labarbus, viri proprium, cujus crebra mentio apud Plutarchum.

Lăbdă, λάβδα, Amphionis cujusdam ex Bacchiadarum genere filia fuit: quæ quòd clauda esset, & ob id à Bacchiadis cæteris spernerentur, Æetioni nupsit, eique puerum peperit, quem ab eventu Cypselum nominavit. Nam quum duo Corinthiis reddita essent oracula, quibus illi monebantur fore, ut Labdæ filius Corinthi aliquando tyrannidem invaderet, mitti suos publico decreto decemviri, qui puerum interficerent. Verùm quum fortè puer ei, qui primus eum à matre acceperat, arrisisset, ille misericordia motus adduci non potuit, ut eum occideret: quapropter ille alteri tradidit, & ille rursus alii: atque ita deinceps per manus traditus infans, à decimo matri redditus est, nemine eum interficere volente. Post hæc illi egressi, & pro foribus stantes, sese mutuò, & præcipuè eum, qui priùs puerum acceperat, increpabant, qui eum ex convento non occidisset. Quod quum audisset Labda, quæ intus ad fores adstabat, puerum in menstrua fumentaria, quam Cypselum vocant Græci, occultavit: unde postea mater illi Cypselo nomen imposuit. Vide Herod. *lib.* 5.

Labdacus, λάβδακος. Phœnicis filius, qui senex Thebas vocatus, ibi aliquandiu regnavit: filiumque habuit Laium, qui à patre Labdacides vocatur. Stat. *lib.* 6. *Theb.*

——— *nec verbera pallidus audit*
*Labdacides.*

Labdăcĭdæ, λαβδακίδαι, cognominati sunt Thebani à Labdaco rege, Laii patre.

‖ Labdacismus est, si pro uno l, duo ponantur, ut Afri faciunt, sicut colloquium, pro colloquium: vel quoties ùnum l exilius, duo largiùs proferimus: quod contrà est, nam unum longiùs, duo exilius proferre debemus. Isid. *lib.* 1. *cap.* 31. ‖

Labdalon, λάβδαλον. Promontorium Epipolæorum prope Syracusanos. Steph.

Labeates, Liburniæ populi sunt, apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 22.

Labefactio, Labefacto, vide *Labes.*

Labellum, vide *Labrum.*

Labeo Antistius, nomen Iureconsulti, à labiorum magnitudine sic dicti. Quicunque enim magna labia habent, labeones & labrones cognominantur, παχέα χείλεα. { Dicke lefftzen haben. } Hic Labeo, (ut Gell. ait *lib.* 14. *cap.* 10.) juris civilis disciplinam principali studio exercuit, & consulentibus de jure publicè respondit avit. Sed cæterarum quoque bonarum artium non expers fuit, & in Grammaticam atque Dialecticam, literásque antiquiores, altioréque penetravit: Latinorúmque verborum origines, rationesque percalluit, eh-

que præcipuè scientia ad enodandos juris laqueos ille utebatur. Immodica libertate fuisse perhibetur, & nimia vetendi juris pertinacia, adeo ut D. Augusto jam Principe, & Rem-publicam obtinente, ratum tamen perenne quæ nihil haberet, nisi quod justum sanctumque esse in Romanis antiquitatibus legisset. Quare quum à muliere quadam Tribuni adversùs eum adirentur, Gellianum ad eum mississent, ut veniret, & mulieri responderet, jussit eum qui missus erat redire, & Tribunis dicere, jus eos non habere, neque se, neque alium quenquam vocandi, quum moribus majorum Tribuni plebis prehensionem haberent, vocationem non haberent: posse igitur eos venire, & prehendi se jubere, sed vocandi absentem jus non habere. Vide plura de hoc apud Gell. *lib.* 13. *cap.* 10. & 12.

Lăbĕrĭus, Poëta mimographus, à Cæsare annulo equestri donatus, cujus meminit Macrob. *Saturn. lib.* 2. & Gell. *lib.* 17. *cap.* 8. Senec. *lib.* 1. *de declam.*

Lăbēs, is, fœm. gen. Ruina, lapsus: à labendo, vel potiùs à λάβη. { חֹרֶב *charum*, חֻרְבָּה *charabah*. חֻרְבָּן, חֻרְבָּה, φθορά, λύμη. GALL. *Tache, macule, soüillure, ruine.* ITAL. *Rovina, macchia.* GERM. Ein fäll oder schad. Item / Ein maasen oder fleck. HISP. *Mancilla à caymiento.* ANGL. *A soiling, a spot, a blemish.* } Virg. 2. *Æneid.*

*Hinc mihi prima mali labes.*

¶ Est quoque labes violenta quædam illuvies aquæ: aut tempestatis grandinisve ruina: aut quum terra in altissimum hiatum aperitur. Cicer. 1. *de divin.* Delata etiam ad Senatum labes agri Privernatis, quum ad infinitam altitudinem terra desedisset. Labes atque cluvies civitatis. Idem *pro domo sua*, Labes atque pernicies provinciæ. Idem 2. *Verrin.* Quanta pernis pestis venit? quanta labes larido? Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 4. ¶ Labes item accipitur pro macula, qualis fieri solet aut oleo, aut simili liquore in vestem delapso. κηλὶς, σπίλος. ¶ Frequentiùs tamen per translationem pro quovis animi vitio fœdiore accipitur. Cicer. *pro domo sua*, Hanc labem turpitudinis, & inconstantiæ poterit pop. Rom. dignitas sustinere? Ovid. *in Epistol. Deianira.*

*Lataque sit vitæ labe nocente tuæ.*
*Parva quidem periit, sed sine labe domus,*

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

——— *decem lustris sine labe peractis.*

Idem *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.* Labes terræ. Livius 2. *d.* 5. Metonymicè, pro homine impuro, & scelesto. Plaut. *Persa*, Impure, inhoneste, injuste, illex, labes populi. ‖ ¶ Labem patrimonii facere, patrimonium labefactare ac perdere, patrimonio excidere. ‖

Lăbĕcŭlă, diminutivum. { μικρὰ λύμη, κηλίς. GALL. *Petite tache, ou soüillure, ou ruine.* ITAL. *Piccola macchia, picciola rovina.* GERM. Ein mäslein. HISP. *Pequeña mancilla ò caymiento.* ANGL. *A little spot, or blemish.* } Cicer. *in Vatin.* Sed quum Annium tantopere laudes, & clarissimo viro nonnullam laudatione tua labeculam aspergas, &c.

Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.* Hinc illæ lacrymæ, ex *Andria Terentiana* usurpatum proverbialiter per allusionem videtur ab Horatio. *Hinc illæ lacryma.* Usurpavit ad hunc modum M. Tullius in *act. pro Cælio*, Hinc illæ lacrymæ nimirum, & hæc causa est omnium horum scelerum, atque criminum. Dicetur autem de rei causa aliquandiù dissimulata, quæ verè tandem deprehendatur, veluti si quis dicat barbaros damnare Græcas literas, ne scilicet ipsi parum docti videantur, commodè subnectet, Hinc illæ lacrymæ: hoc est, quòd eos malè habet. ¶ Lacrymæ arborum dicuntur, autore *Theophraste*, ipse humor naturalis, quem interdum ipsæ arbores foris ostendunt, vel qui in ipsis interioribus partibus continetur. Plin. *in Præfat. lib.* 23. Lacryma vitium, quæ veluti gummi est, lepras, & lichenas, & pforas nitro antè præparatas sanat.

Lacrymŭlæ, diminut. {δακρύδια. GAL. *Petites larmes, larmettes.* ITAL. *Piccioli lagrime, lagrimette.* GERM. Ein trehnlein. HISP. *Pequeña lagrima.* ANGL. *A little teare.*} Terent. *in Eunuch.* Hæc verba una mehercule falsa lacrymula, quam oculos terendo miserè vix vi expresserit, redinguet.

——*dum parentum*
*Frustrantur falsis gaudia lacrymulis.*

Catull. *de com. Beren.*

Lacrymo, as, neutrum, & Lactymor, aris, deponens, Ploro, fleo, fletu prosequor, lacrymas effundo, aut profundo, {דמע *damáh* בכה *bachàh.* δακρύω. GAL. *Larmoyer, pleurer, jetter larmes.* ITAL. *Lagrimare, piagnere.* GERM. Weynen, greinen. HISP. *Lagrimar, llorar con lagrymas.* ANGL. *To weepe.*} Terent. *in Adelph.* Oh, lacrymo gaudio Ovid. 3. *de arte Amandi*,

*Quà non ars penetrat, discunt lacrymare decentèr:*
*Quóque velint plorant tempore, quóque modo.*

Cic. *ad Attic.* Te lacrymasse molestè ferebam. Lacrymari tardiùs invenitur. Celsi. *lib.* 3 *c.* 4. sine voluntate lacrimare.

Lacrymat id, hoc est, ob id. Terent. *in Eunuch.* Num id lacrymat virgo? Cicer. 7. *Verr.* Ecquis fuit quin lacrymaretur? ¶ Lacrymare etiam dicuntur plantæ, quum humor ex eis distillat. Plin. *lib.* 17. *cap.* 14. Ideò lacrymantes calamos inseri non oportet, non hercule magis, quàm aridos. ¶ In qua significatione interdum invenitur post se habere accusativum. Lact. *in Hymno Dominica resurrectionis.*

——*lacrymat sua gaudia palmes.*

Lacrymans, antis.

——*manúque simul velut lacrymantia tersit*
*Lumina.*

Ovid. 13. *Metam.* Oculi tibi sunt lachrymantes. Plaut. *Asinar. sc.* 2. *a.* 3. Lachrymandum est, non plorandum. (in luctu.) Senec. *epist.* 64. Salutem abs te expetit lacrymans (de amica.) Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 1.

Lacrymātŭs, a, um, participium à lacrymor. {סער *nisáh* נבכה *nibcheh.* δάκρυρροῶν. GAL. *Larmoyé.* ITAL. *Lacrimato.* GERM. Geweynt. HISP. *Lacrymado, llorado.* ANGL. *That is weeped for.*} Ovid. *lib.* 1. *Fastor.*

*Non pertulerat lacrymatas cortice myrrhas*
*At per aquoreas hospita navis aquas.*

Notat Diomedes *lib.* 1.

Lacrymātĭo, Fletus, dejectio. {בכה *bachàh* בכי *becheh* משפך *mispách.* ἀναγωγή. GAL. *Larmoyement, pleurement.* ITAL. *Esso lacrimare & piagnere.* GERM. Weinung. HISP. *Llore con lacrimas.* ANGL. *A weeping with teares.*} Plin. *in Præmio lib.* 13. Genarum scabiem emendat, oculorumque lacrymationes.

Lacrymōsŭs, a, um, Abundans lacrymis. {בכי *bechi* בכה *bachàh.* δακρυώδης. GAL. *Plein de larmes.* ITAL. *Pieno di lacrime.* GERM. Voll trehren ynd weynens. HISP. *Lleno de lagrimas.* ANGL. *Full of teares.*} Plin. *lib.* 17. *cap.* 28. Quin & virium radicibus aquam salsam jubent affundi. si sint lacrymosæ carmen lacrymosum. Ovid. *lib.* 5. *Trist.* Fumus lacrymosus, hoc est, provocans lacrymas, Horat. 1. *Serm. sat.* 5. Funera lacrymosa. Ovid. *Epist.* 15. Risus lacrymosus, Stat. *lib.* 8. *Thebaid.* Ovid. 1. *Fast.*

*Iussa recusantes teretrum lacrymosa ministri.*

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.*

*Quis tibi, Naso, modus lacrymosi carminis, inquit*

Lacrymōsè adverb. {δακρύων, δακρύοις, δακρυόεντως. GAL. *Avec larmes, en larmes.* ITAL. *Lacrimosamente.* GERM. Klåglich / in gestalt der trehren. HISP. *Con lagrimas, lloresamente.* ANGL. *Weepingly, as they one weepeth.*} Plin. *lib.* 16. *c.* 43. Stamineam hoc usu probant venam, & vocant fertilem: argumento similitudinis, quoniam lacrymosè crispa. Gell. *c.* 9. *lib.* 10. Lacrimosè & miserantes.

Lacrymĭbĭlis, e, Lacrymas commovens, miserabilis. {κλαυτός. GAL. *Qui a des pleurs, digne d'estre pleuré.* ITAL. *Cosa per laquale si deve piagnere.* GERM. Klåglich / jåmerlich / das einem die trehren abgetreiben. HISP. *Cosa digna de ser llorada.* ANGL. *To be lamented and weeped for.*} ut bellum lacrymabile. Ovid 8 *Metam.*

*Later, aut, dolèmus gens lacrimabile bellum.*

Idem 2. *Metam.*

*Vixque tenens lacrymas, quia nil lacrymabile cernis.*

Lacrymābundŭs, a, um, Ferè lacrimans. {δακρυόεις ἱκανὸς, δακρυρροῶν. GAL. *Tout effloré, larmoyant à gros et gouttes.* ITAL. *Pieno di lacrime, fondato in lacrime.* GERM. Weinend / greinend. HISP. *Lleno de lagrimas.* ANGL. *Weeping, ready to weepe.*} Liv. 5. *ab Urbe*, At ille lacrymabundus, Gratum est, inquit, crastina die vestra opera uti.

Lacia Saturni (uxor) Gell. *c.* 21. *lib.* 13.

Laciburgium Ptolem. *lib.* 2. *cap.* 11. Germaniæ urbs in climate magis Septentrionali. {Rostock im hertzogthumb Mechelburg.} Habet Academiam insignem, conditam à Joanne & Alberto primis Ducibus Megapolensibus.

Lācĭnĭa, æ, in vestimento pars extrema, & cæsuræ particulatim concisæ, decoris causâ, inquit, *Sisenna*, à lacerando dictum. {ἄκρον *chanaph.* ἔσχατον & τὸ κατὰ μέσον περιφερές. GAL. *Le bord, ou le pli d'un habillement chiquetté & frangé.* ITAL. *Orlo delle veste frangie, nelle cusse, falde delle veste.* GERM. Die zerbarenem gefertet zu eusserst an den saumen der kleider. HISP. *Falda ò trepa ò orilla de la vestidura.* ANGL. *A garde of a garment cut, an hemme, a fringe.*} Laciniæ sunt in vestimento partes extremæ, quæ interdum in humerum solemus rejicere, quibúsque in sinum collectis, aliquid gestare consuevimus: ita dictæ, ut *Festus* indicat, à lacerando, quòd sint partes quædam & segmenta vestem dividentia. Plaut. *in Merc.* At tu ædepol sume laciniam, atque absterge sudorem tibi. Cicer. *Tirone.* Video enim videre te ementem rusticas res, cum villico loquentem, in lacinia servantem ex mensa secunda semina. ¶ Colum. *lib.* 2. Iubet pecus agrorum distribui in lacinias, id est, in particulas separari, ut facilius convalescant. Nam disereta animalia & in partes divisa, in lacinias segregata dicuntur. Lacinia tenere dicuntur, qui leviter rem tenent, hoc est extrema vestis ora. Lachrymantem lacinia tenet lachrymans. Plaut. *Asin. sc.* 3 *a.* 3. Lacinia obhæsit, (de diro omine.) Sueton. *Neron. cap.* 19. Lacinia tenere aliquem. Idem *in Claud. cap.* 15. Et *in Calig. c.* 35. Calcata lacinia toga præceps per gradus iret indignabundus. Cic. *lib.* 3. *de Orat.* Nam illud alterum genus, quod est temporibus, locis, rebus definitum, obtinent, atque id ipsum lacinia.

Laciniare, laciniæ inflexu abundare, adumbrare. Apul.

Lācĭnĭātŭs, adjectivum. {ANGL. *That hath a fringe or welte.*} unde laciniata vestis, id est, sinuosa.

Lācĭnĭātim, adverb. Particulatim & separatim. *Apul.* Non laciniatim dispersos, sed cuneatim stipato commeatu, difficultates illas transibimus.

Lācĭnĭōsŭs, a, um, Amplus & sinuosus. {ἱ ἐχὶ πολλαπλάσιος. GAL. *Qui a des plis.* ITAL. *Pieno di falde.* GERM. Faltechtig / weit. HISP. *Lleno de faldes.* ANGL. *Jagged, full of plaites, hemmed, fringed.*} ut Vestis laciniosa. Sermo laciniosus, id est, flexuosus, multisque ambagibus involutus, *Plin.* Alexandriam laciniosam fuisse scribit, hoc est, extensis vestium laciniis similis, *lib.* 5. *cap.* 10. Laciniosa folia. Idem *lib.* 25. *c.* 10. ¶ Laciniosa onera, apud Tertull. *lib.* 4. *contra Marc.* Multiplicia & quæ homines occupationibus distinebant, sicut impedit ingressum vestis laciniosa. Sermo laciniosus, apud eundem, *lib. de virginibus velandis* pro diffuso.

Lacinium, λακίνιον, vulgò *Cabo de colonne en Calabria.* {Ein vorgebirg im nidersten Italia so in das meer hinauß gehet vnd das Jonisch von dem Adriatischen vnderscheidt.} Promontorium in extremis Italiæ finibus inter Periliam & Crotonem in mare excurrens. Ioniúmque dirimens ab Adriatico. Dictum Lacinium à Lacinio quodam latrone, quem Hercules, quòd boves suos abegisset, ibi tradit interemisse, Iunonique ibidem templum ædificasse, quam etiam à nomine illius Laciniam cognominavit. Virg. 3. *Æneid.*

*Hinc fines Herculei (si vera est fama) Tarenti,*
*Cernitur: attollit se diva Lacinia contra.*

Lācĭnĭus, adjectivum, Ἀκρωτήριος, ut litora lacinia, apud Ovid. 15. *Metam.*

Lăcio, is, lacui & lexi *Priscianus*, & supino lacitum, & lectum: significat in fraudem duco: ab obsoleto nomine *lax*, quod fraudem significat: hinc Delicium, allicio, elicio, prolicio. {רמה *rimmáh.* ἐξάγω. GAL. *Tromper, mener quelqu'un pour le tromper.* ITAL. *Menare al inganno.* GERM. Einführen zubertrigen / einlocken. HISP. *Guiar al engaño, ò por engañar.* ANGL. *To allure and deceive.*} Festus, lacit, id est, decipiendo inducit, lax enim fraus est. Simplex tamen *lacio* desiit esse in usu. ¶ Ejus composita sunt Allicio, delicio, illicio, oblicio, pellicio: ex quibus fiunt frequentativa, Allecto, delecto, electo, illecto, oblecto, pellecto, & habent quidem duo præterita, *Priscianus* teste, & duo supina, quemadmodum *lacio*: quamvis ab elicio, elicui, solùm inveniatur. Quòd faciat de se frequentativum electo, videtur aliquando etiam habuisse præteritum elexi, & supinum electum Plaut. in *Asin.* Ibo adversum, atque electabo quicquid illud sit. Cætera usitatiùs præterium per xi, & supinum per ctum, faciuntque Allicio, allexi, allectum. Pellicio, pellexi, pellectum. legitur tamen & præterium pellicui apud antiquos. Liv. *Andronicus in laudem*, De illo Asiatico ornatu fluens pellicuit.

Lacippo, Hispaniæ Bæticæ oppidum est in conventu Gaditano, teste Plin. *lib.* 3. *c.* 1. Vulgò *Fuenpiola.*

Lăcmōn, λάκμων. Epiroticorum montium pars est, ex qua Æas fluvius

oritur,

oritur, per Apollonia tarum agtum in mare Adriaticum illabens. Autor Herod. *lib.9.*

LACONIA, æ, Λακωνικὴ. {Ein gewälnge Landtſchafft in Peloponneſo / ſo vor zeiten hundert Stätt gehabt.} Peloponneſi regio, inter Argivum agtum & Meſſeniacum, ſecundùm littus extenſa, olim à numero centum civitatum, Hecatompolis appellata: quarum omnium caput fuit Lacedæmon, quæ & Sparta ſalutaribus olim Lycurgi legibus optimè inſtituta. Hinc proximus ſinus Laconicus dicitur, inter Tænarum promontorium & Meleam extenſus. Vide Strab. *lib.8.* & Plinium *lib.4 c.5.*

LACŌ, ōnis, Λάκων. Qui eſt ex Laconia regione. Stat. 6. *Theb.*

*Tandem inſpiratus media de gente Lacænum*
*Profilit Alcidamas.*

¶ Nihil moratur Laconas imi ſubſellij vitos Plaut. *Capt. ſc.1.a.3.* Idem *Moſt. ſc.3.a.2.* ¶ Hujus fœmininum eſt Lacæna, de quo *ſuprà.* ¶ Eſt item Lacon canis nomen, apud Ovid. *lib.3. Metam.*

*Prævalidúſque Lacon, & curſu fortis Acſtè.*

LACŌNICUS, adject. Λακωνικὸς. ut Ager Laconicus, & Laconiſtæ canes, apud Plin. *lib.10, cap.4.* ¶ Laconicas lunas, Λακωνικὰς σελήνας, ſubaudiendum, cauſatis, aut ejuſmodi quippiam. De promiſſis, aut factis incertis atque infirmis dicebatur. Nam (ut aiunt) Lacones ſi quando pactum auxilium poſcerentur, lunas cauſabantur: atque hoc prætextu ſuffugiebant, quòd (ut teſtatur *Lucianus*) legem tuliſſet Lycurgus, ne prælium initent niſi plenilunio. In cæteris item negotiis auſpicandis lunæ rationes ſuperſtitioſiùs obſervabant, atque hinc occaſio proverbij.

LACŌNICUM, i, Hypocauſtum, Vaporarium. {Λακωνικὸν. GAL. *Eſtuve.* ITAL. *Stufa.* GERM. Ein oeth in der badſtuben an welchem man trucken ſchwitzt. HISP. *Lugar en el baño para ſudar.* ANGL. *Aſtove, an heat houſe or dry bayne.*} Locus in balneis orbiculari ambitu in ſe recurvo, quo ſudor elicitur ſicco calore, docet Celſ. *lib.1.* Vitruvius *lib.5.* præcipit Laconicum, ſudationéſque conjungi debere tepidario. Eſt enim fornacula ex tecta & tegulis marmoratis addito tormento concinnata, quæ incluſo igne per ſpiracula parva calefacit per præfurnium laconiti. Frequentabatur laconicum à crudis, uti per deſudationem exugeretur quicquid excrementitij & ſudorifici humoris in corpore reſediſſet. Columell. *in præf. lib.1.* Mox deinde ut apeſ veniamus ad ganeas, quotidianam cruditatem laconicis excoquimus, & exuſto ſudore ſtim quærimus. Dictum laconicum, quòd eo Lacones præcipuè uterentur.

LACŌNISMUS, i, Breviloquentia. brevitas in dicendo. {Λακωνισμὸς. GAL. *Vn parler bref & court.* ITAL. *Parlar breve & corto.* GERM. Ein kurtze red. HISP. *Hablar breve.* ANGL. *A briffe ſhort forme of ſpeaking.*} Tractum à Lacedæmoniorum moribus, quibus prolixa loquacitate nihil erat odioſius. Cicer. *ad Brut. lib.11.* Sed quid ago, non imitor laconiſmum tuum: altera jam pagella procedit.

LACOTOMUS, apud Vitruv. *lib.9 cap.8.* eſt linea recta axi parallelos, à radio æſtivo, quò loci ſecat meridianum, ad radium hibernum, ubi ipſe eundem meridianum interſecat, ducta.

Lacryma, æ, Lacrymo, as, vide *Lacryma.*

Lacrines, Λακρίνης Lacedæmonius quidam fuit, ad Cyrum Ionibus bellum inferentem legatus miſſus, teſte Herod. *lib.1.*

Lactena, malleum. *Gloſſ. iſid.*

LĂCTŌRIS, herba eſt oleæ folio, ſed minore & flore luteo: intus plena lactis, quod guſtatum vomitiones concitat. Eadem eſſe putatur, aut certè ſimillima illi quæ militaris herba appellatur, quoniam vulnus ferro factum ſanat intra quinque dies ex oleo impoſita. Plin. *lib.19. cap.18.*

LĂCTŪCĂ, æ, Herba acetariorum uſu notiſſima, inde dicta quòd abundantiâ lactis exuberet. {חזרת *marór.* θρίδαξ. GAL. *Laituë.* ITAL. *Lattuca.* GERM. Lattich. HISP. *Lechuga.* ANGL. *Lettice, or lettuce.*} Plin. *lib.19. cap.8.* Quæ meconis appellatur, à copia lactis ſoporiferi, quanquam ſomnum parere credantur. Apud antiquos Italiæ hoc ſolùm genus clarum fuit, & ideò lactucæ nomen ademptæ. Lactucarum aliæ Cæcilianæ, aliæ Cappadoces. Item Tarteſiacæ, Paphiæ, ſive Cypriæ, & Seſſiles. Lactucarum criſpas Cappadocas vocant. Seſſiles, quæ latè per terram diffunduntur, quæ & Laconicæ dicuntur, teſte Plin. *lib.19. cap.8.* Martial. *lib.13.*

*Claudere quæ cœnas lactuca ſolebat avorum:*
*Die mihi cur noſtras incipit illa dapes?*

Horat. *lib.2. Serm. ſatyr.4.*

*——nam lactuca innatat acri*
*Poſt vinum ſtomacho.*

LĂCTŪCŪLĂ, æ, diminutivum. {τὸ θριδάκιον. GAL. *Petite laituë.* ITAL. *Picciola lattuca.* GERM. Ein lattichlein. HISP. *Pequeña lechuga, lechuz guma.* ANGL. *A little lettuce.*} Col. *lib.10.* Iam teneris frondens lactuca fibris. Et Suet. *Auguſt. cap.77.*

Lactucarius, qui lactucas vendit. Diomedes *lib.1.*

Lactumen, in capite & facie puerorum naſcens, quaſi lactis imperitas. Onom. M.

Lacturius porcellus ſive oeſrens nondum ablactatus: qui *ſucculus* in ſpeculo Saxonico. Lindenb. *in Gl. ad Cod. Ll. Antiq.*

Lactucini, cognominati ſunt Romæ proceres quidam ex Valeria familia appellatione à lactucis deducta. Vide Plin. *lib.19. cap.5.*

Lactophagi, quidam Scythiæ populi, qui & γαλακτοφάγοι dicuntur {Milchſpeiſſer.}

Lacuna. vide *Lacus.*

LĂCŪS, ūs, genet. maſcul. à λάκκος, λάκκος, & λάκκα à ſtrepitu undæ. Locus profundus cum aquis perpetuis ibidem natis, efficiens vivos flumina. {בור bor בריכה ghebé. λίμνη. λάκκος. GAL. *Vn lac.* ITAL. *Lago.* GERM. Ein See. HISP. *El lago, o cuerno aque viua.* ANGL. *A lak.*} Differtque à ſtagno, quòd hoc ad tempus habeat aquam ſtagnantem, quæ plerunque hyeme colligi ſolet, æſtate ſiccari, lacus aqua ſit perpetua & perennis. Virg. 4. *Georg.*

*Iámque domum mirant genitricis, & humida regna,*
*Speluncaſque lacus clauſos, Lacoſque ſonantes.*

Idem 8. *Æneid.*

*——deinde lacu ſuccedit opaco.*

Col. *lib.6. cap.105.* Nec ulla re magis gaudet, quàm rivis, æquè cœnoſo lacu volutari.

*Non ideo debet pelago ſe credere, ſi quis*
*Audet in exiguo ludere cymba lacu,*

Ovid. *Eleg.1. libr. Triſt.*

*——ut tunicis contectam frigore vinâ,*
*Dèque lacu fragiles effodiantur aquæ?*

Idem *Eleg.10. lib.3. Triſt.*

*Quaque lacu duro non ſediantur aquæ,*

Idem *Eleg.11. lib.3. Triſt.* Item lacus, amnes, montes. In triumphô. Idem *Eleg.2. lib.4. Triſt.* Idem lacus dicitur vas amplum in quod muſtum pedibus prælóve expreſſum infuit. {ὑπολήνιον. GAL. *Vn grand vaiſſeau à recevoir le vin qui coule du preſſoir.* ITAL. *Vaſo nel quale cade il vino dal torchio.* GERM. Der bocken oder zuber in welchen der moſt ab dem notbett laufft. HISP. *Lacuna.*} Colum. lib.12. *c.29.* Antequam prælа vinacea ſubjiciantur, de lacu quàm recentiſſimum addito muſtum in amphoram novam, cámque oblinito & impicato diligenter. Ovid. *in Faſt.*

*Pramia de lacubus proxima muſta tuis.*

Varro *lib.1. cap.54.* Quæ calcatæ uvæ erunt, earum ſcalpicum folliculis ſubjiciendi ſub prælum, ut ſi quid reliqui habeant muſti, exprimatur in eundem lacum. Græcè λάκκος etiam dicitur. Vnde Lenæus Bacchus, & Lenobates, uvæ calcator.

*Inque cavos ſerant tertia muſta lacus,*

Ovid. 3. *Faſt.*

*Nec cumulant altos ſervida muſta lacus.*

Idem *Eleg.10. lib.3.* Nec muſta in lacu ſtatim auſtera ſine. Quint. *c.4. lib.2.* ¶ Lacubus item diſtinguuntur granaria, ut ſeparatim quæque legumina ponantur Columella. *Lib.1. cap.6.* ¶ Interdum lacus accipitur pro trabe plana in ædificiorum contignationibus, vel pro tignorum interſtitio lacuum quandam ſimilitudinem referente. Lucil.

*——reſultántque undique lacuſque.*

Lacus Curtij Romæ. Suet. *in Auguſt. cap.57. & in Galba, cap.10.* Lacus Albanus, vide *Albanus lacus.* Lacus Curtius, vide *Curtius.*

LĂCŪSCŬLUS, diminutivum. {λακκίδιον. GAL. *Vne petite foſſe.* ITAL. *Foſſetta.* GERM. Ein waſſergrüblin. HISP. *Pequeña foſſa, laguna.* ANGL. *A little pitte or dyche.*} Colum. *lib.12. cap.50.* Oportet habere lacuſculos tam multos, quàm poſtulabit modus olivæ.

LĂCŪNA, æ, à lacu fit, & eſt aquæ collectio, vel foſſa (ut Feſtus docet) in qua aqua collecta ſtare conſuevit. {בור ghebe. λίμνη. GAL. *Lacune, foſſe.* ITAL. *Aqua morta, laguna.* GERM. Ein pfütz ein tauffach. HISP. *Laguna de agua repoſada, lagunaio.* ANGL. *A diche wherin water ſtandeth, anbole where the water reſideth.*} Virg. *lib.1. Georg.*

*Præſertim incertis ſi menſibus amnis abundans*
*Exit, & obductis late tenet omnia limis,*
*Vnde cava tepido ſudant humore lacuna.*

Vbi Servius, Lacunæ ſunt foſſæ in quibus collecta aqua ſtare conſuevit. ¶ Hinc in agris lacunæ dicuntur foſſæ ad liccandos agros paratæ. Virg. *lib.3. Georg.*

*Et terra ſolidam in glaciem vertere lacuna.*

¶ Lacuna pro quacunque etiam exigua foſſa, ſive concavitate accipitur. Varr. 2. *de re ruſtic. cap.7.* His majores qui ſunt intelligi negant poſſe, præterquam quum dentes ſunt facti brochi, & ſupercilia cana, & ſub iis lacunæ, ex obſervatu dicunt eum equum habere annos ſedecim. ¶ Lacuna in pavimento pro loco fidente ponitur à Vitruvio *lib.7. c.1.* Lacunam in pavimento facere, i. humi aquam fundere, apud *Varronem*: In pavimento audes facere lacunam, & in humo calceos facis elixos. ¶ Lacuna item dicitur in iis rebus in quibus aliquid ad perfectionem & impletionem deeſt, ut in libris lacunæ dicuntur loca hiantia & mutilata, in quibus ad perfectionem aliquid deſideratur. Hinc explere lacunam rei familiaris, per tranſlationem eſt ſarcire damnum acceptum, vel rem familiarem exinanitam explere & redintegrare. Cicer. *actio. 2. in Verr.* Cenſores fecerunt idem, quod in noſtra Repub. ſolent ij, qui per largitionem magiſtratus adepti ſunt, dederunt operam, ut ita poteſtatem gererent, ut illam lacunam rei familiaris explerent. Gell. *cap.3. lib.1.* Quaſi lacuna famæ imminentis partarum amico utilitatum ratione ſolidatur. ¶ Item vallecula ſuperioris labri per ſimilitudinem lacuna vocatur à *Lactantio.* ¶ Lacuna in auro, id eſt, adulteratio, vel fraus, vel legitimi valoris imminutio. Cic. *Attic.* Vide ne qua ſit lacuna in auro. ¶ Hujus diminutivum eſt Lacunula.

LĂCŪNŌSUS, a, um, adjectivum, Inæquale, lacunis plenum, imperfectum, inexplerum. {σκρωδὴς, τραχύτερος. GAL. *Plein de foſſes, ou foſſettes, creux par cy par là.* ITAL. *Pieno di foſſe.* GERM. Grübächtig / pfützächtig. HISP. *Lleno de lagunas à foſſos.* ANGL. *Full of dicis, or holes, not even.*} Cic. 2. *de nat. deor.* Quid pulchrius ea figura, quæ ſola omnes alias figuras complexa continet, quæque nihil aſperitatis habere, nihil offenſionis poteſt, nihil inciſum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunoſum?

LĂCŪNO, as, Lacunar facio, vel lacunaris ſimilitudinem rei alicui induco. {φαλάω, σανιδόω. GAL. *Plancheter de treces cauez ou creuſes.* ITAL. *Far travature.* GERM. Vberſchlüſſen. HISP. *Labrar de ſaguizami.* ANGL. *To laye vouth plankes and mak ſome partes lowerthen the reſidew.*} Ovid. 8. *Metam.*

*——molli cellas erat humida muſco,*
*Summa lacunabant aliterno murice concha.*

LĂCŪNĂTUS, a, um. Ad lacunæ formam depreſſum. {ἐκ τοῦ ἐναντίου κυρτός, σκρωδὴς. GAL. *Cavé & fait comme une foſſe, creux.* ITAL. *Cavato, a foggia di lago.* GERM. Grubechtig, vmben. HISP. *Cavado, labrado de ſaguizami.* ANGL. *Made holowe lik a diche.*} Plin. *lib.15. c.20.* Ibrus exiles nucleos lacunaris includi toris.

LĂCŪNĂR, is, Contignatio exculpta, tignorum interſtitiis lacuum, ſive lacunarum quandam ſimilitudinem referens. ¶ חזית פרצים, πλινθίον, τέγος. GAL. *Chevrons ou planches d'une maiſon, ou la lambris*

*du plancher.* Ital. *Trabe che sostiene la fabrica.* Germ. Die bäne oder verfassung eines jeden gemachs. Hisp. *El sobrado ò entresuelo hecho en guisa de laguna ò lagumage labrado de taquejama.* Angl. *A beame in an house.* ¶ Lacunaria intueri, vitiosus gustus *Quintil.* Sueton. *in Neron.* Lacunaria quæ noctu super dormientem laxata machina deciderent paravit. Horat. *lib.*2. *Carm. Od.*18.

*Non gemmis, neque purpurâ,*
*Mea renidet in domo lacunar.*

Cic. 4. *Tusc.* In hoc medio apparatu fulgentem gladium, è lacunari setâ equinâ appensum demitti jussit. ¶ Eadem & laquearia dicuntur. Virg. 1. *Æneid.*

——*dependent lychnis laquearibus aurei.*

Lacydes, Λακύδης, Suidæ Philosophus fuit Cyrenæus, primus novæ Academiæ institutor. Hanc tradit Plin. tantopere ab ansere quodam fuisse adamatum, ut ei perpetuò comes adhæserit, nusquam ab eo non in publico, non in balneis, non noctu, non interdiu digressus. ¶ Fuit præterea hoc nomine quidam ex Argivorum regibus, molli incessu, comâque perpetuò unguentis delibuta. Meminit ejus *Plutarchus* eo in opusculo quo docet, quo pacto utilitatem ab inimicis capere possumus.

Lada Plinio, Λάδα, Dioscoridi. Fruter est ex cystbi generibus, longioribus foliis, & nigrioribus, quæ verno tempore pingue quiddam roscidum contrahunt, quod capratum barbis adhærescit, indéque deperum colatur, cogitúrque in offas. Id Ladanum appellant, in Cypro insula præcipuè laudatum. Plin. *lib.*12. *c.*17.

Ladas, Λάδας. Alexandri Maced. cursor fuisse traditur, tanta pedum velocitate, ut vestigia ejus in arena non apparerent. Quo nomine statuam meruit apud Argos in templo Veneris, quam ταχυδρόμον cognominabant. Martial. *lib.*1.

*Quid si per graciles vias Petauri*
*Invitum jubeas subire Ladam?*

Ladanum, λάδανον, est quiddam pingue ladæ herbæ insidens, barbisque caprarum adhærescens. Hæc autem herba nascitur in Cypro. Vide Plin. *lib.*12. *cap.*17. Et quæ suprà annotavimus in dictione *Lada.*

Lade, Insula in ora Ioniæ, teste Plin. *lib.*5. *c.*31. Stephanus Λάδην Æolidis insulam facit.

Ladepsi & Eranepsi, Λαδηψοὶ & Ἐρανηψοὶ, Populi Bithynorum, *Steph.*

Ladesta, aut Ladestum, Λάδεστα & Λάδεστον. Una Liburnidum civitatum: gentile Ladestinus. *Steph.*

Ladisacites, Λαδισακῖται, Insula in Persico mari. *Steph.*

Lādōn, Λάδων. Fluvius Arcadiæ, juxta quem Poetæ fabulantur Syringa nympham in fistulam fuisse mutatam. Ovid. *lib.*1. *Metam.*

*Donec arenosi placidum Ladonis ad amnem*
*Venerus.*

¶ Est & nomen canis Actæonis, apud Ovid. *lib.*13. *Metam.*

*Et substricta gerens Sicyonius ilia Ladon.*

Quo tamen in loco in castigatioribus exemplaribus *Lagon* legitur, non *Ladon.*

Laan oppidum est Arabiæ ad sinum illum rubri maris, qui in Ægyptum vergit, qui ab oppidi hujus nomine Laanitus vocatur. Plin. *lib.*5. *c.*11.

Lædo, is, si, sum. per æ diphthongum, quasi λαίω δῶ. Verbo, factó ve aliquem offendo, comminuo, verbero, pulso. ¶ מכה *hubchâh.* Λάκτιζω. Gal. *Blesser, nuire, offenser, faire tort.* Ital. *Offendere, far dispiacere.* Germ. Verletzen beschädigen mit worten oder wercken. Hisp. *Dañar ò lesiar.* Angl. *To anoye or hurt.* ¶ Quod verbum quidam à Græco λοιδορῶ tractum putant, quod significat maledictis & conviciis quempiam incessere, & construitur ferè cum accusativo, Virg. 10. *Eclog.*

——*Ah ne te frigora ladant.*

Terent. *Adelph.* ille clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus. Cic. *pro Cluent* Itaque diutiùs suspicionibus obscuris lædi famam suam noluit. Ovid. 4. *de Ponto, Eleg.*6.

*At si quem lædi fortuna cernit iniqua,*
*Mollior est animo fœmina nulla tuo.*

——*Nil prodest quod non lædere possit.*

Idem *Eleg.*1. *lib.*2. *Trist.*

*Lusit opus lacrymis ipse Poëta suum,*

*ibid. Eleg.*1. *lib.*3. Memini. cùm dicto haud audebat, facto nunc lædat. Plaut *Capt.*..... ¶ Hujus composita sunt Allido, collido, elido, illido, oblido, quæ habent pen. prod de quibus vide suis locis.

Læsus, participium Vulneratus. ¶ פגר *machebh.* Βλαβείς. Gal. *Offensé.* Ital. *Offeso.* Germ. Verletzt. Hisp. *Dañado, lisiado.* Angl. *Anoyed. wounded.* ¶ ut. Cor vulnere læsum, Ovid 12. *Metam.* Fœdus læsum. Virg 12. *Æneid.* Pudicitia læsa, Ovid *Epist.* 5. Læsi Principis ira. Idem *Eleg. ult. lib.*4. *Trist.* Læsa fuit Iuno. Idem 2. *Fast.*

——*quæ maculas læsis de vestibus aufert,*

Idem 3. *Fast.*

*Et carmen demens carmine lapsa sano,*

Idem *Eleg.*1. *lib.*4. *Trist.*

Læsio, nis. ¶ פגר *machâh.* Βλάβος. Gal. *Offense, tort, injure.* Ital. *Offesa.* Germ. Verletzung. Hisp. *El daño, ò lesion.* Angl. *A noying hurting.* ¶ Cicer. 3. *de Orat.* Purgatio, conciliatio, læsio, optatio, atque execratio.

Læsūra, æ, Detrimentum & dispendium, cum aliquid de re familiari nostra amittitur, jactura. Tertull. *de patientia*, Læsuras quoque earum computandas non esse.

Lælaps, λαῖλαψ, turbo, genus venti procellosi.

Læmargus Gl. λαιμάργος. glutto, i, homo gulosus vorax.

Læmuschaton, λαιμόχαλτον. præmium quod victor referebat ex gladiatorio ludo, nempe centum minæ.

Lænæ, Vestis lanea (testibus *Varrone* & *Festo*) habitus duplicis, quæ super cætera vestimenta impenebantur. ¶ *Manteau.* Gal. *Vne sorte d'habit double, dequoy vsoient les augures, aussi les gens d'armes en hyver.* Ital. *Habito de gli antichi, usato, de gli augurii, & da soldati* Germ. Ein oberkleid/oberrock. Hisp. *Cierta vestidura antigua de soldados.* Ang. *A double woller garmend vsed whenne of warre vseth to winter.* ¶ Lænæ dictæ sunt quasi χλαῖναι. Plutarch. *in Num.* De Lænæ habitu in agendo, ut togæ. *Quintil.* Nonius putat esse vestem militarem, Virgilij autoritate ionitus 4. *Æneid.*

——*Tyrioque ardebat murice lana*
*Demissa ex humeris.*

Pertusa læna. Iuven. *Satyr.* 5. Cic. *de clar. Orat.* docet Lænam etiam fuisse vestis genus, quâ Flamines uti solebant, quum sacrificia facerent. Quum Consul (inquit) esset, eodemque tempore sacrificium publicum cum læna faceret, quòd erat Flamen carmentalis, plebis contra Patres concitatione & seditione nunciata, ut erat læna amictus, ita venit in concionem.

Lāerte, es, Λαέρτη, sive (ut apud *Strab.* & *Steph.* legitur) Lacrtes, castellum est Ciliciæ in tumulo quodam situm, qui mamillæ speciem præbet. Autor Strab. *lib.*14.

Lāertēs, Λαέρτης. Acrisij filius fuit, & pater Vlyssis, qui ab eo Lærtiades dicitur. Ovid. in *epist. Penelopes,*

*Tres sumus imbelles numero, sine viribus uxor,*
*Laertésque senex, Telemachúsque puer.*
*Nam mihi Laertes pater est, Arcesius ille.*

Ovid. 13. *Metam.* Lærtiadæque de armis quæ meruit. Idem *ibid.*

Lāertius, a, um, regina Lærtia, apud Virg. 3. *Æneid.*

——*donec Lærtius heros*
*Astitit.*

Ovid. 13. *Metam.*

Lærtius Diogenes. Ex Lærte Ciliciæ castello ortus putatur, indéque cognomentum assumpsisse. Creditur floruisse sub Antonino Philosopho. Scripsit vitas Philosophorum oratione soluta: eidémque brevi carmine perstrinxit, quod σιλλογραφον inscripsit.

Læstrygŏnes, Λαιστρυγόνες. Populi fuerunt immanissimi, Formias Campaniæ urbem incolentes, quos Plin. *lib* 7 tradit humana carne victitasse. Gellius *lib.*15. *cap.*21 Præstantissimos virtute, prudentia, viribus, Iovis filios Poetæ appellaverunt, ut Æacum, Minoa, & Sarpedona: ferocissimos & immanes, & alienos ab omni humanitate, tanquam è mari genitos, Neptuni filios dixerunt, ut Cyclopas, & Cercyona, & Læstrygonas.

Lætamen, simus, quo agri stercorantur. *Plinio.*

Lætator, qui lætum se ostendit.

Lætus, a, um, ἀλαστος, vel λαιτός, incolumis. Ita vocabant, qui cum coronâ publicè votulabant, λαῶν, λαιτὸν. Deinde λαιτὸς. Qui hilaritatem quam intus habet, etiam vultu ostendit: à latitudine mentis, ut quidam putant. alacer, volens, hilaris. ¶ שמח *samêach* שמח *sar. φαιδρὸς, γηθόσυνος.* Gal. *Ioyeux, gay.* Ital. *Allegro, lieto.* Germ. Fröhlich. Hisp. *Alegre.* Angl. *Glaid, joyous.* ¶ Nam qui gaudium aspectu promunt, dilatare quodammodò faciem videntur. Imò (inquit *Festus*) lætum est propriè quod latè diffunditur, unde lætæ arbor & seges. Inde ad animum diffusum transfertur. Tibul. *lib.*4.

*Lætus eluxet flentibus super ignis acervus.*

Læta & nitens arbor, Gell. *cap.*2. *lib.*12. Lætissimæ comæ arborum. Idem *cap.*1. *lib.*19. Lætiora adolescunt (de sobole arborum. Senec. *cap.*16. *de consol. ad Marc.*

*Integer & lætus lata & juvenilia lusi.*

Ovid. *Elegiar. lib.*4. *Trist.* Læta exta. Liv. *lib.*1. *bell. Maced.* Læta fortuna. Idem *lib.*4. *d.*4. Item lætus. 1. propitius, Plaut. initio *Amph. in prol.* Ut vos in vostris voltis mercimoniis & me lætum lucris afficere, i. propitium. *Lambin.* & *Festus.* Virg 4. *Æneid.*

*Imperio lati parent.*

¶ Lætus est de amica, Terent. *Adelph.* Lætus lætitiis omnibus. Cic. 2. *de fin.* Lætas oves ἱερὰν μῆλα. Homero dicimus quæ pingues sunt, ac bona corporis habitudine. ¶ Lætæ segetes, id est, fertiles. Virg. 1. *Georg.*

*Quid faciat lætas segetes.*

Idem,

*Unde prius lætum siliqua quassante legumen.*

Læva verò prata, læta domus, quæ lætos nos sua amœnitate reddunt. ¶ Lætum aliquando à Poëtis invenitur usurpatum pro celeri: fortassis quòd in iis quæ lætо animo aggredimur, celeritate utamur. Idem Virg.

——*lætus Eois*
*Eurus equis.*

¶ Accipitur præterea lætus, pro fausto & felici. Plin. *lib.*8. *cap.*47. Sunt enim delubra gemina, alterum intrasse, lætum est: in altero, dira portendit.

Lætè, adverb. lucundè, & hilaritet. ☽. Severè. ¶ ἱλαρῶς, εὐφρόνως. Gal. *Ioyeusement, gayement.* Ital. *Allegramente, lietamente.* Germ. Fröhlich. Hisp. *Alegremente.* Angl. *Gladlie.* ¶ Quintil. *lib.*8. *cap.*3. Concitatè dicere, an moderatè: lætè, an severè, &c. lætiùs frondere, lætiùs fruticare: id est, uberiùs, apud Colum. *lib.*5. *cap.*9. & Plin. *lib* 16. *cap.*31.

Lætānter. lætè, ἱλαρῶς. Cicero, lætanti animo, lampetid. *in Commodo*, Quod Commodus lætanter accepit.

Lætor, aris, Gaudeo, delectationem capio, me oblecto, lætitia perfundor, lætitiam percipio. ¶ שוש *samách* שוש *sas.* χαίρομαι, εὐφραίνομαι. Gal. *S'éjouyr, prendre plaisir.* Ital. *Allegrarsi, godere.* Germ. Fröhlich sein/sich freuen. Hisp. *Alegrarse, haver plazer.* Angl. *To reioyce, to be glad.* ¶ Terent. *in Heaut.* Egò non tam meapte causa lætor, quàm illius, quam ego scio honore quovis dignam. Conjungitur cum ablativo, idque vel cum præpositione, vel sine; & cum accusativo. Nam lætari dicimus de aliqua re, aliqua re, & aliquam rem: quamquam postremum dicatur ratiùs. Cicer. 2. *de finib.* An Cn. Pompeium censes tribus suis Consularibus, triumphis, maximarum rerum gloria lætaturum fuisse; si sciret se in solitudine Ægyptiorum trucidatum iri? Idem *ad Marcum*, Verumque lætor: sine dolore corporis te fuisse, & animo valuisse. ¶ Invenitur etiam cum genitivo. Virg. *lib.*11.

*Nec veterum memini, lætáve malorum.*

¶ Hinc Collætor, simul lætor. *συνευφραίνομαι.*

Lætūs

Lætāns,tis, participium. {שמח *samēach* שׂמח *sas.ομένος ἱλαρός*. Gal. *Qui se réjouyt*. Ital. *Chi si allegra*. Germ. Frölich sein vnd frewend. Hisp. *Que se alegra*. Angl. *He that is glad, glaid in a mynde*.} Cicero *pro Cluent.* Itaque subit Oppianico pontificio Sassia lætantis animo, & spe optimæ confirmata. Vin' te faciam ex læto lætantem magis? Plaut. *Pseud. fc.* 3. *a.* 1.

Lætāndum Cicero *pro lege Manilia*, Atque illud in primis lætandum mihi esse video. *Salust.* Tamen lætandum magis quam dolendum casum tuum puto.

Lætabundus, Gell. *c.* 15. *lib.* 11. Abundè lætus.

Læto, as, Lætam facio, lætifico, lætitiâ perfundo, lætitiam & gaudium affero. {שמח *simmēach* שׂמח *ἐυφραίνω, εὐφραίνομαι*. Gal. *Rendre joyeux, réjouyr*. Ital. *Far allegro*. Germ. Frölich machen, erfreuen. Hisp. *Alegrar à otro*. Angl. *To make glad*.} Accius *Telephio*, ut citat *Nonius*, Et te ut triplici lætem bono Auspicium est.

Lætifico, as, idem. {שמח *simmēach* שׂמח *ἐυφραίνω*. Angl. *To make glade*.} Plaut. ita mentes hæc res lætificavit modo. Cic. 1. *de nat. deor.* Contahit terram, tum vicissim lætificat ut cum cœlo hilarata videatur.

Lætificōr aris, deponens, Lætor, lætus sum. {שמח *samēach* שׂמח *χαίρω, γάνυμαι*. Gal. *Estre joyeux, réjouyr*. Ital. *Essere allegro*. Germ. Frölich sein. Hisp. *Ser alegre*. Angl. *To rejoyce, to be glaid*.} Plaut. *Aul. fc.* 6. *a.* 4. Nunc eo alij lætificantur meo malo, & damno.

Lætificus, a, um. lætitiam faciens. {משמח *mesammēach*. *ἐυφραντικός*. Gal. *Qui réjouyt*. Ital. *Chi rallegra*. Germ. Das frölich macht. Hisp. *Que alegra*. Angl. *That maketh glade*.} ut, Lætificæ vites, Cicer. 1. *Tusc. ex antiquo Pœta*.

Lætisco, is, prisci dixerunt, pro lætus fio. {שמח *simmēach* שׂמח *εὐφραίνομαι*.} Sisenna *lib.* 1. *apud Nonium Marcel.* Vtrùmne dij cultu erga se mortalium lætiscant, an supernæ gentes humana negligant,

Lætitia. Est exultatio animi (ut definit Gell. *lib.* 2. *c.* 17.) cum gaudio efferventiore, propter eventum rerum expetitarum, gandium, voluptas. {שמחה *simchāh* שׂמחה *χαρμοσύνη, γηθοσύνη, γαῦρος*. Gal. *Liesse, joye, réjouissance*. Ital. *Letitia, allegrezza*. Germ. Frewd. Hisp. *Alegria*. Ang. *Gladnesse, joye*.} Cic. 4. *Tusc.* Lætitia, opinio recens boni præsentis, in quo efferri rectum videatur. Et propriè lætitia est, quum ita moveatur animus, ut etiam ad exteriora egrediatur: & maximè in vultu: gandium, quum animus exhilaratur aliqua re, neque tamen ad exteriora diffunditur ulteriùs modum, ut facilè appareat. Hinc dicunt Stoici, Gaudium in sapientem cadere posse: lætitiam non posse. Vide *Gaudium*. Cicer. *in Catil.* Hic tu qua lætitia perfruêre? quibus gaudiis exultabis? quanta in voluptate bacchabere? Prosequi aliquem lætitia, Quintil. *lib.* 5. *c.* 11. ¶ Lætitiam dare, id est, præbere causam lætitiæ. Cicer. *Pro Plancio*, Cui tria gaudia, ter demeritas dem lætitias. Plaut. *Pseud. fc.* 4. *a.* 2. Item ut mea lætitia lætus promiscua fies. *Ibid. fc.* 5. *a.* 4 Quid sit lætitia, docet Gell. *cap.* 17. *lib* 2.

Lætitūdo, nis. Lætitia. {שמחה *simchāh* שׂמחה *sasón. χαρμοσύνη, γηθοσύνη*.} Accius *in Bacchis*, ut citat *Nonius*, Quanta in venaudo affectus est lætitudine.

Lætābilis, e, Lætitiâ dignus. {*χαρίεις*. Gal. *De quoy on se réjouit, digne de réjouyssance*. Ital. *Degno che ogni uno si rallegri*. Germ. Frewenswürdig. Hisp. *Cosa digna de alegria*. Angl. *Worthy of one to glade*.} Cic. *lib.* 1. *Tusc.* Quod ut ita sit (nihil enim pugno) quid habet ista res, aut lætabile, aut gloriosum? ¶ Indè illætabilis, contrariæ significationis.

Lætāmēn inis. Fimus, qui per agros jacitur, quòd lætas, hoc est, pingues segetes faciat. {זבל *domen. κόπρος*. Gal. *Fiens pour fumer la terre, fumier*. Ital. *Letame*. Germ. Mist oder man auff die acker streut. Hisp. *Estiercol, para estercolar la tierra*. Angl. *Donge*.} Plin. *lib.* 18. *cap.* 16. Ipsúmque pro lætamine est.

Lævā æ. Manus sinistra dicitur. {שמאל *semāl. manâ*. Gal. *La main senestre, ou gauche*. Ital. *Mano sinistra, mancha*. Germ. Die linck hand. Hisp. *La yzquierda mano*. Angl. *The left hand*.} Vide & Scævola nomen tractum est à Græco λαιός, quod sinistrum significat. Cicer. 4. *Acad.* Quum autem lævam manum admoveret, &c. Virg. 4. *Æneid.*

*Lævam cuncta cohors remis ventisque petivit.*

Liv. 4. *ab Vrbe*, Dextera montibus, læva Tyberi amne septus.

Lævus, a, um, à Græco λαιός. Sinister. {שמאל *semāl* שׂמאל *semali. λαιός, σκαιός*. Gal. *Gaulcher, senestre*. Ital. *Sinistro*. Germ. Linck. Hisp. *Siniestro, ò yzquierdo*. Angl. *Left handed, left*.} ut Læva manus, apud Cic. 1. *Acad.* Lævus humerus. Ovid. 9. *Metam.* Lævum cornu, Cæs. 3. *Comm.* ¶ Per translationem accipitur pro mausplicato & infelici, *δεξιός*. Virg. 1. *Eclog.*

——— *Si mens non læva fuisset.*

Idem *lib* 4. *Georg.*

——— ——— *signa*
*Numina læva sinunt, auditque vocatus Apollo*
*Dextráque ut lævum tentat, dextrámque sinistra Miles.*

Tibull. *lib* 4.

——— *Seu quis dextera velit, seu læva turri.*

Idem *lib.* 4. Picus, cornix est, ab læva: corvus, parra ab dextra. Plaut. *Asin. fc.* 1. *a.* 2. Corvus mihi cantat ab læva manu Idem *Aul. fc.* 3 *a.* 4. Respice ad lævam. Idem *Merc. fc.* 4 *a.* 2. Abjiciam coronam ad lævam manum. Idem *Men. fc.* 3. *a.* 3.

*Barbara pars lævæ est.*

Ovid. *Elegio lib.* 1. *Trist.* ¶ Lævum tamen fulmen quum dicimus, prosperù significamus, *εὐώνυμον*, propterea quòd quæ nobis sinistra sunt, superis sint dextra. Hertuscæ cælum in tredecim partes diviserunt: è quibus octo ab exortu sinistra, totidem è contrario appellavêre dextras. Hinc omnia fulmina læva existimantur esse prospera: quoniam à læva parte mundi ortus est, sicut scribit *Plinius*. Et (ut autor est Cicer. 2. *de divinat.*) optimum auspicium habebatur apud Romanos, quod sinistrum fuerat. Vnde *Virgilius* Antiquitatis consultissimus dixit,

*Intonuit lævum.*

quod felicitatem portendere credebatur. ¶ Ipsi Græci *ἀριστερὰ* dicunt pro bono, ut Latini lævum. Horat.

——— *Oego lævus,*
*Qui purgo bilem sero sub tempora horam.*

Virg. sæpiùs eodem sensu.

Lævorsum, versùs lævam, {Angl. *Lowardes the left side*.} Apul. verò, *Florid. lib.* 1. Cùm igitur aquila eò se exulit, nutu clementi lævorsum, vel dextrorsum.

Lævis, e. cum diphthongo in priore syllaba. Planus, politus, glaber, tacta mollis. {חלק *chalak*. λεῖος. Gal. *Vni, poli, uny, doux au toucher*. Ital. *Polito, liscio, unito, molle*. Germ. Glatt. Hisp *Cosa lisa, pulida, ò tersa*. Angl. *Lyth, plane, polished, smel dikt*.} Virg. 7. *Æn.*

*At lævum è cythaco simulacra cornibus Io*
*Auro insignia.*

¶ Accipitur aliquando pro glabro & depilato. Idem 6. *Eclog.*

*Et ego audivi quosdam dicere cornua frontes*
*Lævia, pressa gravi cedere vomeri.*

Tibull. *lib.* 1. *Eleg.* 8. *ad ig.*

*Cha ier est autre nouvelle, cui lævus fu'gent*
*Ora, nec amplexus aspera barba terit.*
*Quod nequis sum credo flavus, nec pumice lævis,*

Ovid. *Elegiar lib.* 3. *Trist.*

*Et Satyri lævisque senex tetigere, &c.*

Idem 3. *Fast.* (i. calvus Silenus.)

Lævitās. X. asperitas. {חלקות *chelkāh. λειότης*. Gal. *Vne douceur qu'on sent en touchant quelque chose qui n'est point rude*. Ital. *Vna vguaglianza che da piacere toccando*. Germ. Glatt. Hisp. *Aquella figura ò pintura*. Angl. *Smoothnesse, plainnesse, slightnesse*.} Tantum præstat imaginis artibus ad similitudinem referendum lævitas illa speculi fabra, & splendor opifex. Apul. *Apolog.* 1. Accipitur interdum lævitas pro lubrico Plin. *lib.* 2. *c.* 3. lævitate continuâ lubricum corpus notatur. Celsus *lib.* 4. *c.* 16. Ex terminibus interdum intestinorum lævitas oritur, quæ continere nihil possunt, & quicquid assumptum est, imperfectum protinùs reddunt. Cornut. *in Pers.* si inæqualitas lævitatem offendat.

Lævor, is, gen. masc Lævitas, X. Asperitas. {חלקות *chelkāh*. λειότης. Angl. *Smoothnesse, slickenesse*.} Plin. *libro* 3. *c.* 12 Speculantur in chartis tenuitas, densitas, candor, lævor. Idem *lib.* 9. *cap.* 35. Dos omnis in candore magnitudine, orbe, lævore, pondere, &c. De unionibus. ¶ Cornutus *in Persium*, Lævor pro mollitie & suavitate dixit: Talia, inquit, carmina facis quæ mollitie & lævore suo incessum desuant.

Lævīgo as, Complano, polio, quasi leve ago. {חלוק *hechelik* קלקר *kilkâl*. λειαίνω. Angl. *To make smooth*.} Stat. *lib.* 1. *Theb.*

*Pars teretes lævare manu, ac dissonere mensas.*

Celsus. lævat, quæ exasperata sunt.

Lævātūs, tior, tissimus. Gell. *lib.* 17. *cap.* 8. Ad coëundum ideo videntur faciliora, quæ lævatiora, lævióque sunt.

Lāgănum, i. {רקיק *rakik* עיניחית *rakik efanichith*. λάγανον. Gal. *Bignes ou crepes*. Ital. *La fogna*. Germ. Ein gattung küchlein oder in pasteten. Hisp. [illegible]. Angl. *A pankake or fritter*.} Placentæ genus ex farina aquâ subactæ, addito caseo, aliisque condimentis, simul in pingui jure decoctis. Lagana (inquit *Ateneus*,) sunt quædam quasi membranulæ ex farina & aqua, quæ jure pingui coctæ, & caseo, pipere, croco, cinnamóque conditæ, in cibis dantur.

Lagaria, Λαγαρία. Magnæ Græciæ oppidum non procul à Thuriis Epei, & Phocensium opus.

Lagaritānus, a. um. ut vinum Lagaritanum; mite & dulce, & à Medicis mirificè commendatum. Autor Strab *lib.* 6.

Lagarus, a, um. λαγαρὸς in. laxus, ἀσθενής, subinanis.

Lāgĕos. λάγεως, genus uvæ, quæ sclepetaria dicitur. Virgil. *lib.* 1. *Georgic.*

*Et passo Psythia utilior, tenuisque lageos.*

Lāgāri, λαγαροί. Versus dicuntur, qui medio claudicant pede, sicut myuri, qui postremo: & acephali, qui à brevi syllaba incipiunt. Ex Hermolao.

Lăgēnă æ. λάγηνος, λαγήνιον. Giphanius scribit lagœna, quasi laguna, à lacuna. genus vasis testacei, ad vinum præcipuè accommodatum. {חמרת *chémeth* אשיש *aschschish* בקבוק *bakbûk* נבל *nebel. elvoειδὲς*. Gal. *Vn flascon, ou une bouteille*. Ital. *Vn fiasco ò barlotto*. Germ. Ein lägel oder flaschen. Hisp. *Bota de vino*. Angl. *A flagon or bottell*.} Colum. Omnis spurcitia cum spumis existimatur, quæ decocta quum tam crassa fuerit quàm defrutum, refrigeretur, & benè picatis lagenis condatur. Plaut. *in Curc.* Quasi tu lagenam dicas, ubi vinum solet Chium esse. Martial. *lib* 7.

*Nulla catonatus pila, est prælimina lagenæ.*

Lăgūncŭlă æ, diminutivum, Parva lagena. {λαγυνίδιον. Angl. *A little flagon*.} Plin. *in Epigr.* Proinde quum venabere, licebit, autore me, ut panarium & lagunculam, sic etiam pugillares feras, Cic. *Attic. lib.* 6. In iis lavenæ sunt quinquè lagunculæ matronarum, &c. sed *Imagunculæ* est legendum.

Lageos, vitis & uvæ species. Virg. *Æneid.* 2.

——— *tenuisque lageos.*

Lagia. unum ex nominibus Deli insulæ apud Plin. *lib.* 4 *cap.* 12.

Laginia. Λαγινία, oppidum Catiæ: Gentile Laginensis, Laginites. Est & Λαγίνια, Vide *Hecatesia*.

Lăgōis, λαγώς, genus avis quæ leporinas habet carnes. Nam λαγὼς apud Græcos lepus est. ¶ Est & genus piscis. Horat. 2. *Serm. Satyr.* 2.

*Nec fœnum, aut pueris peregrina juvare lagois.*

Lăgŏphthălmos, λαγόφθαλμος, dicitur apud *Celsum* oculorum vitium, quum superior palpebra non descendit. Cui vitio contrarium est ectropium, quum inferior palpebra parum sursum attollitur, nec cum superiore committitur. Dictum à lepotibus qui apertis oculis dormire consueverunt.

Lăgōpus, {λαγώπους. GAL. *Un certain oiseau ayant les pieds velus, comme ceux d'un lievre.* ITAL. *Uccello ch'i piedi pelosi come la lepre.* GER. Ein gewechsen / oder federichte die hohen Alpen sind. HISP. *Cierta ave que tiene los pies velludos como la lieura.* ANGL. *A certaine birde with rough or heary feet lik the feet of an hare.*} Avis est Alpina, de qua sic scribit Plin. *lib.* 10 *c.* 48. Ee præcipuo sapore lagopus: pedes leporino villo nomen hoc dedere, cæterò candidæ, columbarum magnitudine, Martial. *lib.* 7.

*Si mensæ aurita gaudet lagopode Flaccus.*

¶ Est etiam lagopus herba quædam, à pedis leporini similitudine. Plin. *lib.* 28. *cap.* 8. Lagopus sistit alvum è vino pota, aut in sorbitione ex aqua. Nascitur in segetibus.

Lagotrophia, {λαγοτροφία. ANGL. *A cuninger.*} Leporaria sunt, id est loca in quibus lepores aluntur. Utitur hac voce Colum. *lib.* 8. *c.* 1.

Lagus, λάγος, Pater fuit Ptolemæi successoris Alexandri, cui Philadelphus successit in regno, Lucan. *lib.* 10.

*Nomina vana, prolis clarissima Lagi, &c.*

Hinc Lagæus, a, um, vide *Ptolem.*

Lagusa λάγουσα. Insula est in mari Pamphylio, ex adverso Glauci fluvij. Autor Plin. *lib.* 5. *cap.* 31. Strabo Lagusam enumerat inter insulas Cretæ vicinas: non procul ab Io insula.

Lagyra, λάγυρα, urbs est Tauricæ Chersonesi, apud Ptol. *lib.* 3. *c.* 6.

Lāĭcus, a, um, {λαϊκὸς ἰδιώτης. GAL. *Qui n'est point clerc.* Lais. ITAL. *Che non è chierico.* GERM. Einer / ungemeiner gemein. HISP. *El que no es clerigo.* ANGL. *Of the common people.*} Quod commune est, & non sanctum: hoc est, quod attrectabile est, sicut & sacrum & sanctum dicitur, cujus tactu populo interdictum est. Nunc Laicos vocamus quasi populares & profanos, qui sacris initiati non sunt. *Budæus.*

Lāĭs, idis λαΐς. Nomen proprium famosissimæ meretricis, quæ à scriptoribus Corinthia dicta est, quia Corinthi habitavit: ad quam propter insignem pulchritudinem potentissimi quique ex omni Græcia convenichant, nec quisquam admittebatur, nisi qui dabat quod posceret. Vide profectum creditur proverbium, Non cujusvis hominis esse, adire Corinthum. Tam cariè enim Lais suas locabat noctes, ut vel ditissimi homines pretij magnitudine deterrerentur. Inter quos etiam Demosthenes fuisse fertur, qui quum scorti tam nobilis famâ accensus, aliquando Corinthum navigasset, illâque noctis unius operam decem millibus drachmarum indicasset, expavefactus pretij immanitate, Græcè respondit, οὐ μετανοῶ μὲν ἀγοράσας δὲ οὐ πείθομαι. Non emo, inquit, decem millibus drachmarum pœnitentiam. Ovid. 1. *Amor.* —*multis Lais amata viris.* Vide Gell. *lib.* 1. *cap.* 1.

Laisus, sinus, vox barbara; unde *laisoverpire* in sinum conijcere. Vide Gloss. Lindenbrogij *ad Capitularia.*

Lāĭus, filius fuit Labdaci Regis Thebarum, pater OEdipi quî Iocastam Creontis Thebani filiam uxorem duxit: quam quum concepisse audisset, de futura prole oraculum consulit: cui responsum est, eum nasciturî nunc perituros. Quapropter Iocastæ præcepit, ut quicquid peperisset necaret. Verùm quum illa insigni formâ puerum peperisset, maternâque indulgentiâ affecta adduci non posset, ut eum interficeret, neque tamen educare audiret, ministro cuidam exponendum tradit: qui acceptum puerum in sylvam detulit, planteisque perforatis, viminéque trajecto ex arbore eum suspendit: futurum ratus, ut inedià moreretur. Verùm quum Phorbas Polybij Corinthiorum Regis pastor illàc iter faceret, audito vagitu, cò accurrit, puerumque servavit, quem & reginæ, quæ liberis carebat, magni muneris loco obtulit. à qua, veluti puer exlitiò missus, Elij loco est educatus, & à pedibus ex vulnere tumentibus OEdipus est appellatus. Grandior deinde natu, quum generis sui cognoscendi avidus Apollinem consuluisset, responsum accepit, se Patrem in Phocide inventurum. Quò quum venisset, casum in tumultu quodam inter cives suos, exterósque exorto, interfecit, matrémque imprudens duxit uxorem. Stat. 11, *Thebaid.*

*Ensem scelerifera spolium lacrymabile Laij.*

Reliqua vide in dictione *OEdipus.*

Lălætānĭa, Hispaniæ regio in tractu Tarraconensi. Mart. *lib.* 1.

*Aprica repetes Tarracona littora*
*Tuámque Lalætaniam.*

Lălætānus, a, um, adject. ut vinum Lalætanum, magis copiâ, quàm bonitate laudatum, teste Plin. *lib.* 14. *c.* 6. Mart. *lib.* 6.

*Et Lalætana nigra lagena sapa.*

Lalage, clamor, vociferatio. Lalax, agis, unde nomen proprium apud *Horatium.*

Lalangia, crustula Gl. A. L.

Lalasis, fluvius est Isauriæ, quæ Asiæ regio est, inter Ciliciam & Pamphyliam sita. Autor Plin. *lib.* 5. *cap.* 27.

Lalisanda, λαλισανδὰ, urbs Isauriæ: nunc dicitur Dalisanda. *Steph.*

Lălisio, nis, Pullus onagri. {ἰσθὶς ἀγρίου, vel ὀνάγρου πῶλος. GAL. *Petit asnon sauvage.* ITAL. *Asinello salvatico.* GERM. Ein junger waldesel. HISP. *El hijo del asno.* ANGL. *A litle wydlasse.*} Martial.

*Dum tener est aneger, fœtáque lalisio matre*
*Pascitur, hoc infans, sed brevis omen habet.*

Lălĭtāre, Antiqui dixerunt pro dormire, de infantibus loquens: quod inde ductum inquit *Cornutus*, quòd nutrices cùm infantes dormire volunt, iis Lalla, lalla, lalla dicere soleant. Pers. *Sat.* 3.

*Et similis regum puerum palpare monentum*
*Pessulus, & tacitæ mamma lallare recusat?*

Ex quo loco Persij antehâc malè hic legebatur, Lallare veteres dixisse pro lac fugere. Est enim à Persij sententia hoc alienum, & à Cornuto ejus interprete rejectum.

Lallus, i, Deus qui præerat Nymphis illis balbis, quas nutrices pueris occinunt, & pueros reddere cogunt. Origo λαλῶ, non ab L, ut volunt. Ausonius de filio Probini, Nutricis inter lemmata, Lallique somniferos modos.

Lama, æ, Aquarum collectio est, interprete *Festo*, quæ & lacuna dicitur λίμνη. Horat. *Ep.* 1. 13.

——*per claras, flumina lamas.*

Lama, piscina: vox Longobardica.

Lambdoides, (λαμβδοειδὴς, scil. γραφὴ) sutura cranij, à figura literæ Λ. sic dicta, occipui circumscribens.

Lamberos as, Plaut. *Pœn. fc.* 4. *a.* 2. Me meo ludo lamberas (i.) fabellis jocis, ac salibus me pectis, lacessis, proscindis, &c.

Lāmbo, is, bi, tum, à sono illius actionis: ut λαπτίζω, λαπτάζω. Lingo, linguâ leviter aliquid tango {לחך *lachách* לק *lak*. λάκχω, λακχάνω. GAL. *Lecher comme font les chiens en buvant, lecher.* ITAL. *Leccare.* GERM. Lecken. HISP. *Lamer*, à *lamber.* ANGL. *To lape, or like.*} Lucil. *Satyr.* 3.

*Iucundáque puer qui lamberat ore placenta.*

Colum. *lib.* 8. *cap.* 17. Nam qui dentibus carent, aut lambunt cibos, aut integros hauriunt: mandere quidem non possunt. *Virg.* pro leviter tangere, 3 *Æneid.*

*Astellique globos flammarum, & sydera lambit.*

Lucan. *lib.* 1.

*Sic & Syllanum solito tibi lambere ferrum*
*Duras, magne, fitu.* (i. cruoris civilis.)

¶ Interdum pro leviter alluere, Horat. *lib.* 1. *Carm. od.* 22.

——*Vel qua loca fabulosus*
*Lambet Hydaspes.*

¶ Ponitur etiam aliquando pro circumdare, aut tegere. Pers. *Sat.* 1. Pallantiámque relinquo Pyrenem illis quorum imagines lambunt Hederæ sequaces. Virg. 2 *Æneid.*

——*tacitè qui innexa micanti*
*Lambere flamma comas.*

¶ Allambo compositum, vide suo loco.

Lătīnæ, arum, Feriæ erant conceptivæ, singulis annis à magistratibus concipi solitæ, quibus pro communi totius Latij salute Jovi Latiali in monte Albano sacra fiebant à Præfecto urbis Latinarum feriarum causa creato: populisque Latinis carnes dividebantur ex præscripto veteris fœderis inter Romanos & Latinos ictis, Sp. Cassio, & Posthumio Cominio Coss. Cujus fœderis leges ne ullo unquam tempore interciderent, Romæ in ænea columna fuerunt incisæ. Cic. *pro Planc.* Quibus in municipiis vix jam qui carnem Latinis petant inveniuntur. Latinarum caussa præfectus urbi relictus: Gell. *cap. ult. lib.* 14. Latinarum feriarum dies quatuor Plutarch. *in Camil.* {Fästtag an welchen die Latiner dem Joui für ihr wolfart opfferten}

Lătīnæ feriæ dicebantur quum ex populis Latini viri simul & mulieres in montem Albanum hostias adducebant: & qui, triduano sacrificio facto, accepta carne, in suam quisque civitatem digressi, revertebant: ea dicta visceratio, quoniam ex hostiis carnes in partes exæ distribuerentur. Visceration em mox & Cæsar populo dedit, ut apud *Suetonium* legimus. Ferias autem Latinas, maximo Romanorum Latinorúmque magistratuum conventu, Consules procurabant, cùm interea cum populo agere non liceret: ob eam causam Latinæ aliquando à consulibus instaurabantur, cùm tribunis plebis obsistere vellent, populares leges, reipublicæ perniciosas, ferre cupientibus. Itaque Cic. ad Quint. Fratrem *lib.* 11. Consul, inquit, Lentulus dies comitiales exemit omnes: nam etiam Latinæ instaurantur: nec tamen deerant supplicationes. Sic legibus perniciosissimis obsistitur, maximè Catonis. ¶ Instaurabant Latinas etiam Pontifices, ut Liv. *lib.* 32. tradidit. Id autem fiebat quasi jam faciendis iis aut prætermissum aliquid esset, aut quod non oportuerit, commissum. Primus eas in unum diem Tarquinius superbus instituit: secundus dies additus, pullis regibus: tertius post secessionem in Aventinum: quartus, plebe & patribus à dictatore Camillo in concordiam reductis. In eo meam fluctuare sententiam fateor, conceptivæne, an stativæ feriæ fuerint Latinæ? si *Varronem* & *Macrobium* sequamur, antiquitatis utrumque peritissimum, conceptivæ erant, non stativæ; concipiebantúrque in dies vel certos, vel incertos. Liv. tamen stativas indicat fuisse, cùm ait *lib.* 25. Romæ consules prætoréque usque ante diem quintum Calend. Maij, Latinæ tenuerunt, eo die perpetrato sacro in monte, in suas quisque provincias proficiscuntur. Non enim simile veri est, consules cum victor Annibal vastaret Italiam consultò in v. Calend. Maij, qui dies primo initi magistratus die, hoc est, ab idibus Martij, XLIII. dierum spatio distat, Latinas distulisse, ut ipsi sibi diutinæ in urbe mansionis necessitatem imponerent, cùm ire in provincias neque consulibus, neque prætoribus liceret, nisi Latinarum sacro perpetrato. Cur igitur eas è stativis in ordinem conceptivarum postea transisse credendum est aut latentem causam alij persequentur. Et Paul. Manutij *comment. in Epist. ad Attic. & ad Quint. Fratrem.*

Lătīnè, adverb. More Latinorum, lingua latinâ. {λατινιστί. Gal. *En latin, à la maniere des Latins.* Ital. *Latinamente.* Germ. *Lateinischlich.* Hisp. *Latinamente, en Latin.* Angl. *In Latine after the fashion of the latines.*} Latinè loqui, proverè & simpliciter loqui, nihilque mentiri, nec supra verum, rem efferre. Cic. 6. *in Verrem*, Non enim verbi, neque criminis causa agendi complector omnia. cùm dico nihil istum ejusmodi rerum in tota provincia reliquisse. Latinè me scitote, non accusatoriè loqui. Benè autem Latini de Latinis existimabant, eos simplices & ingenuos minimèque simulatos & fallaces mendacésque arbitrabantur. ¶ Latinè loqui, etiam est propriè loqui, ingenuè, apertè, atque absque dissimulatione & verborum involucro.

lucro Martialis in Ep. si quis tamen tam ambitiosè tristis est, ut apud illum in nulla pagina Latinè loqui fas sit, potest epistolâ, vel potius titulo contentus esse. Ob id dixit,

*Cæsaru Augusti lasciva laudis versus*
*Sex lego, qui tristi verba Latina legis.*

Rursus,

*Absolvit lepidos nimirum Augusta libellos,*
*Quos sic Romana simplicitate loqui.*

id est, apertè, & propriè rèmque suo nomine appellare. Vide *More Rom.* Cicer. 2. *Philip.* Quem gladiatorem non ita appellavit, ut interdum etiam M. Antonius gladiator appellari solet: sed ut appellant ij, qui planè & Latinè loquuntur: hoc est propriè & apertè. Latinè sciri, est Latinè scire loqui. Liv. 1. *ab Vrbe*, Terror ad hostes transiit. Etenim audiverant clara voce dictum, & magna pars Fidenatium, ut qui coloni additi Romanis essent, Latinè sciebant. Cic. *pro Caruna.* Quid enim facilius est, quàm probari iis qui Latinè sciant, in uno servulo familiæ nomen non valere? Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

*Signa videbuntur casu non dicta Latinè:*
*In qua scribebat barbara terra fuit.*

Lătīnĭtās, atis, Locutio ipsa Latina, sive sermo Latinus. ¶ Gal. *Langage Latin.* Ital. *Favella Latina.* Ger. *Die Lateinische sprach.* Hisp. *Habla Latina.* Angl. *The Latine language.* ¶ Cic. *ad Att. lib.* 7. Securúsque sum, non dico Cæcilium manè ut ex portu in Piræum (malus enim auctor Latinitatis est,) sed Terentium, cujus fabellæ propter elegantiam sermonis putabantur à C. Lælio scribi. Latinitas præterea, pro jure latij: ut civitas, jus urbis. Suet. *in Aug. cap.* 47. Vrbium quasdam Latinitate, vel civitate donavit, i. jure latij.

Lătīnĭēnsis, e, Latinus, Latius. Cic. *de Arusp. respons.* Quod in Agro Latiniensi auditus est strepitus cum fremitu. ¶ Significare etiam potest eum, qui alibi otius, in Latio cum Latinis versatur: ut suprà dictum est in dictione *Hispanus.*

Lătmĭus mons, Λατμίου ὄρους, mons Ioniæ, natus fabula Endymionis, quem quum Luna adamaret, in Latmio monte ab ea sopitum fecunt, ut unum ab eo osculum auferret: unde & ipse Endymion Latmius dictus est. Ovid. *lib.* 3. *de Arte*,

*Latmius Endymion non est tibi Luna rubori?*

Lato, as, πλατύνω Onom. Vet. Dict. Lato, avi, atum, in latum extendere & ampliare: & derivatur à *latus, a, um.* Item *lato, as*, potest esse frequentativum à *fero*, i. e. frequenter fero: à *Lato* componitur, Collato, dilato.

Lătōĭs, idis, secunda syllaba producta, Λητοΐς, patronymicum est femininum à Græco nomine Λητὼ deductum, quo nomine illi Dianæ matrem appellant, quam & nos Latonam. Latoïs itaque à Poëtis accipitur pro Diana Latonæ filia, quam & Latini Græcorum imitatione Latonam appellant. Ovid. 7. *Metam.*

*Inde Caïstrea Latoïdes affixit arva.*

Lătŭmĭæ, vel latumiæ, arum, λατομίαι. Gal. *Quarrieres.* Ital. *Luoge dove si scarpellano sassi, miniere di sassi.* Germ. *Steinbruch, steingrub.* Hisp. *La cantera, minera de canteo.* Angl. *Quarries of stones.* ¶ à Siculis dicuntur, quas nos vocamus lapidicinas, autore *Asconio*, hoc est, loca unde excidunur saxa. λᾶας enim Græcis est lapis: & τμῆσις, sectio. Liv. 6. *bell. Cum.* Comprehensa postea privata ædificia, comprehensæ latomiæ: forúmque piscarium. Ad latomias damnati dicebantur ij, qui in opus metalli damnabantur. Plaut. *in Capt. sc.* 5. *a.* 5. Tyndarus in Latomias lapidarias ab Ægione damnatur. Inde, inquit, ibis potrò in latomias lapidarias. Latomiæ locus etiam fuit Syracusis, in quem rei & scelerati conjiciebantur: ita dictus quòd 111. in supe esset à Dionysio Tyranno excisus. 7. *Verr.* Carcer ille, qui est à crudelissimo Tyranno Dionysio factus Syracusis, quæ Latomiæ vocantur, in illius imperio domicilium Romanorum fuit. Sueton. *in Tiber. cap.* 51. In Latomiam damnatus eques Rom. de latomiis carcere. Vide Senec. *cap.* 17. *de const. ad Marciam.*

Lătŏmŭs. ¶ πέτρα *charistè.* λατόμος. Gal. *Tireur de pierre, quarrier, tailleur de pierre.* Ital. *Spezza pietra, taglia pietra.* Germ. *Ein steinbrecher, steinhawer.* Hisp. *Cantero que saca las piedras y labra.* Angl. *A quarrier, a digger of stones.* ¶ Latinè dicitur lapicida, qui è cupibus saxa excindit, aut ad opus adaptat.

Lătōnă, Λητώ, filia Cœi Titanis, à Iove amata & cõpressa est, ex quo geminam concepit prolem, Apollinem & Dianam. ¶ Die mutter Apollinis vnd Diane. ¶ Quod Juno adeò ægrè tulit, ut immisso contra illam Pythone serpente, per totum terrarum orbem pellicem persecuta sit, donec errando ad sororem Asteriem in insulam Ortygiam pervenit, à qua susceptæ est, ibique Dianam peperit, quæ è vestigio obstetricis officium in nascituro fratre matri præstitit, & Apollinem nascentem, suscepit: qui adultus, mox Pythonem interfecit, & petentibus cœpit dare responsa. Potrò hæc insula, quum antea Ortygia vocaretur, postea Delos vocari cœpit, quòd quum antea aquis mersa fuisset, subitò Jovis jussu exiterit. Nam δῆλος Græci dicunt, quod nos ostendere, seu manifestare.

Lătōnĭă, Λητωΐς, dicta est Diana à matre Latona, quemadmodum Apollo ipse, Latous Λητῷος. Virg. 9. *Æneid.*

*Tu dea, tu præsens nostro succurre labori,*
*Aut recum decus, & numerum Latonia custos.*

Hinc Delos, ut ait *Servius*, dicta est Latonia, quòd in ea Latona enixa sit Dianam, & Apollinem.

Latonigenæ dij, id est, nati ex Latona, λητοῖδαι. scil. Apollo & Diana. *Seneca*, & *Ovid.*

Lator is. Vide *Fero.*

Lătreŭs, unus ex Centauris. λατρεὺς. Ovid. *Metam.*

*Quem sederat letho membris & corpore Latreus*
*Maximus.*

Lătrĭă, æ. Latinè Cultus qui debetur Deo: obsequium, servitus. ¶ עבודה *bedoah.* λατρεία. Gal. *Adoration & culte Souverain que l'on rend à Dieu seul, reverence.* Ital. *Servitù, osservatione.* Germ. *Ein verehrung, dienst.* Hisp. *Honra ò acatamiento al mayor.* Angl. *worship or service to god.* ¶ Vox est nostris Theologis usitata: à quibus ejus vis est atque explicatio petenda. August. *lib.* 10. *de civ. Dei* Latriam nostri, ubicunque sanctarum scripturarum positum est, interpretati sunt servitutem. Sed ea servitus quæ debetur hominibus, secundùm quam præcipit Apostolus servos dominis suis subditos esse debere, alio nomine Græce nuncupari solet. Latria verò secundùm consuetudinem quâ locuti sunt, qui nobis divinam eloquentiam condiderunt, aut semper, aut frequenter, aut penè semper ea dicitur servitus quæ pertinet ad colendum Deum: & quæ nonnisi uni & soli Deo debetur. Isidor. *lib.* 8. *orig. c.* 11.

Lătrīnă, æ. Cloaca, locus privatarum sordium, & ad exonerandum ventrem accommodatus: à latendo, sive potiùs à lavando, ut mox *Varronis* testimonio docebimus. {מחראות *mecheraôth* מרחצות *merchaçoth.* ἀφόδευσις. Gal. *Vn retrait, latrine.* Ital. *Cacatoio, necessario, cesso, luogo, da scaricare il ventre.* Ger. *Ein profey / hindach gemach.* Hisp. *La privada ò necessaria de la casa.* Angl. *A draught, iakes, or privie.* } Foricæ verò loca publica, in quibus licet omnibus ventrem exonerare. Cloaca, aquæductus subterraneus dicitur, ad emendas urbis sordes accommodatus. Antiqui lavatrinam dixerunt: quæ posteà, syllabâ unâ sublatâ, latrina est appellata. Vario *lib.* 2. *de Analogia*, Deinde quum brevitatis causâ nomina contraherent, quò essent aptiora, pro lavatrina, latrinam nominarunt: sicut ex maxillis, axillis, & vexillis malæ, alæ, & vela diminuta sunt. Ex quo apparet, latrinam à lavando dictam esse, propriéque significare colluviem omnium sordium, quæ ex totâ domo in unum locum confluunt. Plaut. *in Curcul.* Istas tuas magnas minas non pluris facio, quàm ancillam meam, quæ latrinam lavat. Videntúrque latrinæ differre à cloacis, tanquam privatæ à publicis. Columell. *lib.* 10.

*Immundo quacunque vomit latrina cloacis.*

Invenitur etiam apud veteres Latrinum in neutro, Liberius in *compitalibus*, Sequere in latrinum ut aliquid gustes ex Cynica hæresi. Lucilius, *lib.* 6.

*Hæc tamen: credin quemquam latrina petisse?*

Ex Nonio. Suet. *in Tiber. cap.* 58. Nummo, vel anulo effigiem impressam latrinæ, aut lupanari intulisse.

Lătro, as. *Varro* dictum putat, quod canes indicent quæ noctu latent. *lib.* 6. *de L. Lat.* Proprium est canis, quum vocem edit, terrens, & in aliquem impetum faciens. ¶ נבח *nabách.* ὑλακτέω. Gal. *Abbayer, japper.* Ital. *Abbaiare.* Germ. *Bellen.* Hisp. *Ladrar propriamente los perros.* Angl. *To barke as a dogge.* ¶ Virg. 9. *Eclog.*

*multum latrante Lycisca.*

Plaut. *in Pœnulo*, Etiámne mea in me latrant canes? Cic. *pro Roscio Amerino.* Quòd si luce quoque canes latrent, quum deos salutatum aliqui venerint, Gell. *c.* 1. *lib.* 7. Eum non latrabant canes. Item Allatrare magnitudinem alicujus. Liv. 8. *d.* 4. ¶ Latrare, ad homines transfertur, pro vociferari, & intentiore voce clamare. Cic. 2. *de Oratore.* Quid enim hic meus frater ab arte adjuvari potuit, quum à Philippo interrogatus quid latraret, furem se videre respondit? ¶ Hujus verbi composita sunt, Allatro, & oblatro, de quibus vide suis locis. ¶ Latrare aliquando poscere est, sumpta translatione à canibus, qui cùm quid poscunt, latrant. Lucret. *lib.* 2.

—— *nonne videre*
*Nil aliud sibi naturam latrare, nisi ut cui*
*Corpore sejunctus dolor absit, &c.*

Eadem autem significatione Ennium usum Varronis testimonio, & Festi Pompeii intelligitur: quorum ille, Multa, inquit, ab animalium vocibus translata in homines, partim quæ sunt aperta, partim quæ sunt obscura. Perspicua, ut Ennij,

*Animus cum pectore latrat.*

Ita autem legendum *Victorius* docet, ratione fretus, & *Festi* testimonio. Male enim antea *latet sc.* pro *latrat*, legebatur.

Lătrŏr, latraris, passivum. Plin. *lib.* 25. *cap.* 10. Hanc habentes aegræ latrari canibus.

Latrātŭr, impersonale. Ovid. 2. *Trist.*

*Sed cui latretur, quum solus ambulat ipse.*

Latrāns, tis, particip. ¶ נבח *nobéach.* ὑλακτῶν. Gal. *Qui abbaye.* Ital. *Che abbaia.* Germ. *Bellend.* Hisp. *Cosa que ladra.* Angl. *Barking.* } ut, Colla latrantia canis, Propert. *lib.* 3. *Eleg.* 16.

*Exoranda canu tria sunt latrantia colla.*

Horat. *lib.* 2. *Satyr.* 2.

—— *cum sale panis*
*Latrantem stomachum bene leniet:*

Latrātŭs, patticip. à passivo latror. ¶ ὑλαγμὸς. Gal. *Abbayt.* Ital. *Abbaiamento.* Germ. *Ingebelle.* Hisp. *Ladrado.* Angl. *Barkyt or.* } Stat. 1. *Achil.*

—— *juxtáque Cepharum*
*Latratum pelago tellus caput.*

Latrātŏr. ¶ נבח *nobéach.* ὑλακτής. Gal. *Abbayeur.* Ital. *Abbaiatore.* Ger. *Ein beller.* Hisp. *Ladrador.* Angl. *A barker.* } Virg. 8. *Æneid.*

—— *& latrator Anubis.*

Quintil. Rabula & latrator.

Latrātŭs, us. Ipsa vox canum, sive ipse latrandi actus. {ὑλαγμὸς, ὑλαμός. Gal. *Abbayement.* Ital. *Abbaiamento.* Germ. *Das bellen.* Hisp. *Ladrido de perros.* Angl. *A barking of dogges.* } Virg. 5. *Æneid.*

—— *sævit canum latratus in auras.*

Ovid. 2. *Fast.*

*Sicut aper longè sylvis latratibus actus.*
*Fulminee celeres dissipat ore canes.*

Plin. *lib.* 8. *cap.* 40. Ab alio in Epiro agrium in conventu, percussorem domini, laniatu & latratu abductum, ut cogeretur fateri scelus.

Latrōnēs, Grassatores, raptores, prædones, viarum obsessores, qui viatores aut vitâ, aut pecuniâ spoliant. {גדודים *gedudim* ליסטים *lestim.* Gal. *Larrons.* Ital. *Ladroni.* Germ. *Mörder / strassrauber.* Hisp. *Ladrones.* Angl. *Theeves, robbers by the high waye.* } Horat. *lib.* 1. *Epistol.*

*Vt jugulent homines, surgunt de nocte latrones.*

Ita

Ita dicti, autore *Festo*, quòd à latere adoriantur: vel à Latendo, quòd latenter insidientur. Cicer. 2. *Philipp.* Erat ei vivendum latronum more, ut tantum haberet, quantum rapere potuisset. Horatius 2. *Serm. Satyr.* 1.

*— quem vos distinguere coner*
*Thermis ab infestis latronibus.*

¶ Usurpant Poëtæ latronem, pro venatore. Virg. *lib.* 12.

*——— fiximus latrum*
*Impavidum frangit telum.* quum superiùs dixisset
*Sanctus ille gravi venantum vulnere pectus.*

Plaut. *Amphitr.* Ego idem latrones, hostes, bello & virtute contudi, &c. Sequitur qui Achaiam, Æoliam vi vorrebant piratica. ¶ Apud antiquos etiam, latrones dicebantur conducti milites, à λατρεία, stipendio: nam serviebant mercede. Moris autem erat, ut hos Imperator & circa se haberet, & primos mitteret ad omne discrimen. *Varro* autem hujusmodi stipatores putat latrones dictos, quasi laterones, quoniam latera tegerent. Hos nunc satellites vocant, qui Principis alicujus latus tuentur, qui & stipatores, & σωματοφύλακες vocantur. ¶ Gal. *Soldats des Gardes.* ¶ Plaut. *in Milite*, Nam ego hodie ad Seleucum regem missi parasitum meum, ut latrones quos conduxi, hinc ad Seleucum duceres, Qui ejus regiam tutarentur. Idem *ibid. fr.* 1. *Act.* ad finem, Nam Rex Seleucus me opere oravit maximo, ut sibi latrones cogerem atque conscriberem.

Latrunculus, diminut. Parvus latro. ¶ τὸ λῃστάριον. Gal. *Larronneau.* Ital. *Ladroncello.* Germ. Ein strassenräuberlin. Hisp. *Ladroncillo.* Angl. *An little robber or cutthroter.* ¶ Cicer. *de Provinciis Consularibus*, Res in Sardinia cum mastrucatis latrunculis à Prætore una cohorte auxiliaria gesta. ¶ Sunt etiam latrunculi sive latrones, quibus ludimus, sedecim scrupis gemina acie utrinque directis: in quibus duo Reges sunt invicem contendentes, duæ reginæ, quatuor equites, sedecim pedites, quatuor satellites, totidem centuriones. De iis Senec. *cap.* 14. *de tranquill.* Ovidius meminit *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* ¶ Gal. *Eschecs.* Ital. *Scacchi.* Germ. Ein schachstein. Hisp. *Axedrez.* Angl. *A chesse man.* ¶ Martialis.

*Insaniorum si ludus bella latronum.*

Seneca. latrunculis ludimus.

Latrūncŭlātŏr, is, qui latronibus conquirendis & supplicio afficiendis præest, vulgò *Iudex maleficiorum.* ¶ δικαστὴς λῃστῶν κολάζων. Gal. *Prevost des Mareschaux*, Ital. *Giudice di malefitio à Berzelle di campana.* Germ. Ein blutrichter, ein blutvogt. Hisp. *El juez de los ladrones.* Angl. *That se ercheth robbers to punish.* ¶ Ulpianus *lib.* 5. *Fund. l. solemnis*, 61 *in fin. de pact.* Latrunculator de re pecuniaria judicare non potest.

Latrōcĭnĭŏr, ris, Latronum more prædor, grassor, occido, interficio, neco. ¶ גדד *ghadad* פשׁח *paschat* הג *ghadh.* λῃστεύω. Gal. *Dérober, brigander, détrousser.* Ital. *Rubbare.* Germ. Mörderey oder rauberey treiben. Hisp. *Robar.* Angl. *To rebe, to rak preys or beesties.* ¶ Cicer. *pro Milone.* Quasi Appius ille Cœcus viam stravisset, non qua populus Romanus uteretur, sed in qua posteri sui impunè latrocinarentur. Idem *de natura deorum.* Tot millia latrocinantur morte proposita: alij omnia quæ possunt, sana compilant. ¶ Significat & mercede militeo. Plaut. *in Milite.* an quia latrocinatis, arbitramini, Quidvis vobis licere facere, verbero? Idem *in Cure.* Latrocinatus annos decem meredem accipio.

Latrōcĭnātĭo, ōnis, Latronum more prædor, grassor, occido, interficio, neco. ¶ גדד *ghanab* פשׁח *paschat* הג *ghadh.* λῃστεία. Gal. *Déreber, brigandage, détrousser.* Ital. *Rubbare.* Germ. Mörderey oder rauberey treiben. Hisp. *Robar.* Angl. *To rebe, to rak preys or beesties.* ¶ Cicer. *pro Milone.* Quasi Appius ille Cœcus viam stravisset, non qua populus Romanus uteretur, sed in qua posteri sui impunè latrocinarentur. Idem *de natura deorum.* Tot millia latrocinantur morte proposita: alij omnia quæ possunt, sana compilant. ¶ Significat, & mercede militeo. Plaut. *in Milite.* an quia latrocinatis, arbitramini, Quidvis vobis licere facere, verbero? Idem *in Cure.* Latrocinatus annos decem mercedem accipio.

Latrōcĭnātus, ūs, Ipse latrocinandi actus. ¶ גנבה *ghanabah.* λῃστεία. Gal. *Brigandage, détrousseiment de gens, volerie, larcin.* Ital. *Assassinamente, latrocinio.* Germ. Mord, diebstal. Hisp. *Aquel robo publico.* Angl. *Arobbing and killing bythe hig wayes.* ¶ Colum. Et in ipso facto, latrocinium. Cæsar 8. *bell. Gall.* Quia repentino latrocinio atque impetu incolæ illorum erant oppressi. Cicer. *pro Deiot.* Tueri fines suos ab excursionibus hostium, & latrociniis. ¶ Apud veteres pro ipsa militia. *Plaut.* Qui apud Regem in latrocinio fuisti, stipendium accepisti.

Latrocinalis, e, ad latronem pertinens. Apul.

Latrōcĭnārĭo, Latrocinium. λῃστεία. Plin. *lib.* 19. *c.* 4. Multitudinis innumeræ sæva latrocinatio.

Latura, φόρτος. Gloss. Phyl. Cyrill. Gloss. φόρτος vectura. Sed rectum est φόρτος merces, quæ pro portatione penditur.

Laturarius, bajulus.

Lātŭs, a, um, à τελαρὸς. Spatiosus, amplus, laxus. ✕ Angustus. ¶ רחב *rachab.* εὐρύχωρος, πλατὺς. Gal. *Large, de grande estendue.* Ital. *Lato.* Germ. Weit, breyt vnd groß. Hisp. *Ancho, en respecto de larga.* Angl. *Wide, large, broade.* ¶ Plin. *lib.* 12. *c.* 7. Lata radice arbor. Ter. *in Heaut.* Huc est intrò latus lectus. Cicer. 6. *Verr.* Una via lata perpetua, multæque transversæ Syracusis. *Ibidem*, Insula est Melita, satis lato ab Sicilia mari, periculosóque disjuncta. ¶ Latus pectore, Martial. *lib.* 11. Latum pedum quinque faciunt. Colum. *lib.* 3. Buccina tortilis in latum. Ovid. 1. *Metam.* Laur. *Mostell. fr.* 2. *a.* 2. Si posthac scies me latum pedem modò imposuisse inundam. & *Aul. sc.* 1. *a.* 1. latum unguem non discedere. Idem *Milit. sc.* 5. *a.* 2. Dianæ laudes latas gratèsque agam. Ovid. 5. *Fast.*

*Aut pecus aut latam dives habebat humum.* i. latifundia.

Tibull. *lib.* 4.

——*Latis audax Hispania terris.*

Ovid. *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.*

*Lati agni plus parvi vel timoris habent.*

Lata fuga, exilij species, & certorum locorum interdictio. *D. lib.* 48. *tit.* 25 *leg.* 13.

Lātus etiam aliquando participium est à *Fero*, Idem valens quod portatus. ¶ נשׂא *nissa.* φέρω, ἐνέγκω. Gal. *Porté.* Ital. *Portato.* Germ. Getragen. Hisp. *Traido.* Angl. *Borne or brought.* ¶ Cic. *ad Qu. Frat. lib.* 12. Latus lectica.

Lātè, adverbium, in multis locis, per multos locos. ¶ ἐφεξῆς, πλατέως, διὰ πολλῶν. Gal. *Largement, au large, amplement.* Ital. *Largamente, ampiamente.* Germ. Weit vnd breyt, an vilen orten. Hisp. *Largamente, anchamente.* Angl. *Broadlie, widlie.* ¶ Cic. *pro lege Manil.* Latè longéque diffusa latè Pompeij. Idem *pro M. Marcell.* Vagabitur nomen tuum longè, atque latè. Virg. 8. *Aneid.* Locus latè lacet.

*Est regio: gentem latus prope Curibus amnem*
*Religione patrum latè jacet:*

Latè possidere, ej divitem esse. Senec. *Epist.* 88. & Ovid. *Eleg.* 20. *lib.* 3. *Trist.* Cic. *in Cæcil.* Latius optatione dissemmatum est hoc malum. Idem 1. *Offic.* Hoc latissime patet, ad plurimósque pertinet. Idem *lib.* 5. *de finib.* In omni autem honesto, de quo loquimur, nihil est tam illustre, nec quod latiùs pateat quàm consensio inter homines hominum. ¶ Latiùs, pro diuturniùs. Plin. *lib.* 3 *Epist.* 10. Cujus famæ latiùs consuleretur, & dispensata & digesta fuerit. Virg. *in Aneid.* populúmque latè reges. Salust. *in Jugurth.* Cujus in Africa magnum atque latè imperium voluit.

Lātĭtūdo, Spatiositas, superficies. ¶ רחב מרחב *rochab* מרחב *merchâb.* πλάτος, εὐρυχωρία. Gal. *Largeur, etendue.* Ital. *Larghezza* Germ. Breite, weite. Hisp. *Anchura, largura.* Angl. *Largenesse, broadenesse.* ¶ Cic. 1. *de Nat. deor.* In hac immensitate latitudinum, longitudinum, altitudinum. Idem 3. *de lege Agrar.* Qui latitudinem possessionum tueri, quæ invidiam Syllanorum agrorum ferre non possunt. Idem 2. *de Orat.* oris pravitatem, & verborum latitudinem imitatur.

Lātesco, Latus fio, & in latum extendor. ¶ רחב *rachâb.* πλατύνομαι. Gal. *S'élargir, devenir large.* Ital. *Dilatarsi, allargarsi.* Germ. Breit werden, weit werden. Hisp. *Ensancharse, ser ancho.* Angl. *To waxe wide or broade.* ¶ Columell. *lib.* 2. Jugerum agri non amplius quatuor sextariis rapotum seminis obserendum est, quarta parte amplius napis spargendum, qui non in ventrem latescunt, sed tenuem radicem deorsum agunt. Cic. *in Arat.*

*Hic aquus à capite & longa cervice latescit.*

Lātĭfŏlĭa, Arboris glandiferæ genus, quam nonnulli eandem putant cum æsculo: à latitudine foliorum nomen habens. πλατύφυλλος. Plinius *lib.* 16. *cap.* 6. In quercu glande alia dulcior, molliórque fœminæ, matis spissior. Maximè autem probantur latifoliæ ex argumento dictæ. Laurus latifolia, & Myrtus latifolia apud Plin. *lib.* 15. *cap.* 7.

Lātĭfundĭum, ij, Magnus & amplus fundus. ¶ ἐφεξῆς. Gal. *Vn fond d'heritage de grande estenuë.* Ital. *Gran fondo, grande possessione.* Germ. Ein breyt vnd groß ligend gut. Hisp. *Heredad entera y grande* Angl. *Abreade or wide ground, a field of heritage.* ¶ Plin. *lib.* 27. *cap.* 22. Latifundiis non legitima naturæ festinatio, id est, non potestuna certa ratio præsembi putandæ vineæ in magnis prædiis, quòd aliæ serius id, aliæ maturiùs desiderant. Idem *lib* 18. *cap.* 6. latifundia perdidere Italiam. Senec. *Epist.* 89. Latifundia metiri docet Geometria. Ovid. Latam humum vocat. 5. *Fast.*

Lātĭsclāvĭus, Tunica erat purpura prætexta, latior tunica vulgari, quâ Senatores utebantur. πλατύσημος. Hoc vestis genere primus usus est Tullus Hostilius Romanorum Rex, teste Plin. *lib.* 9. *cap.* 39. Utebantur eo & sacerdotes: ut non obscurè ostendit Silius Italicus *lib.* 3.

*Sacrificum lato vestem distinguere clavo.*

Et quoniam hac veste utebantur præcipuè Senatores, factum est ut Latusclavus acciperetur pro dignitate Senatoria. Plin. *in Epist.* Ego Sexto Laruncelavum à Cæsare nostro, ego Quæsturam impetravi. Vide Suet. *in Claud. cap.* 24. Ovid. *Eleg. ult. lib.* 4. *Trist.*

*Induitúrque humeros cum lato purpura clavo.*

Quintil. Cui laticlavi jus non erit. ¶ Ab *Ovidio* Clavus simpliciter dicitur pro senatoria dignitate, illo versu.

*Curia vestatas, Clavi mensura coacta est.*

Latĭclāvĭi, Senatores appellati sunt, à lato clavo. πλατύσημοι. Sueton. *in Augusto.* Ac ne expers castrorum esses, binos plerunque laticlavios præposuit singulis: alius Laticlavia tunica. Valer *lib.* 5. Et tunica laticlavia donatum, ad Masinissam remisit.

Lătŭs, eris, quia sub axillis latet. Quod est infra alam. ¶ צלע *tsêlah* צד *tsad.* πλευρὸν. Gal. *Le costé.* Ital. *Lato, fianco, costato.* Germ. Die seyt. Hisp. *Lado ò costado.* Angl. *Aside.* ¶ Virg. 2. *Æneid.*

——— *Lateríque Argivum accommodat ensem.*

Quint. *lib.* 11. *c.* 11. Inclinatio laterum fortis & virilis. Cic. *pro Cluent.* Is ex equo cecidit, & latus offendit vehementer. ¶ Hinc lateris dolor, quem Græci πλευρίτιδα vocant. Cic. 3. *de Orat.* Crassus laterum dolore consumptus. Horat. 1. *Serm. Satyr.* 9.

*Hunc neque dira venena, nec hostium auferet ensis,*
*Nec laterum dolor, aut tussis, nec tarda podagra.*

Quintil. *declam.* 258. Latetis honorem cedere seniori. Suet. *in Neron. cap.* 13. Latese dextro collocare. Gell. *cap.* 21. *lib.* 15. Ex omni latere circumplexa igni turris. Idem *cap.* 11. *lib.* 5. Ex adverso latere. Plaut. *Aul. fr.* 1. *c.* 3 Iste male factum arbitror, quia non latus fodi. Idem *in Milite fr.* 2. *a.* 1. Faciam vestra latera lotea. Idem *Men. fr.* 5. *a.* 5. Nisi vos vestra cruta & latera nihil facitis. Et Martial.

*Ille facit latera tussis.*

Latus fatigatum (orando causam) reficiens cantico. Quint. Lateris firmitas in pronunciando. *Idem*

——— *Latera navis labula*, (i. navis) *ferimur ab undis.*

Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 1. *Trist.*

*Increpuit quantis viribus unda latus.* (navis.)

Idem *Eleg.* 3 *lib.* 1. *Trist.*

*Innocuum rigido perforat ense latus.*

Idem *Eleg.* 9. *lib.* 3. *Trist.*

*Terreor, hostilem pene premente latus.*

Idem *Eleg.* 11. *lib.* 3. *Trist.* Latus alicui petere: Suet. *in Calig. c.* 56. ¶ Aliquando latus pro viribus & spiritu ponitur. Cic. *de senect.* Quū legem Voconiā magna voce & bonis lateribus suaderem Idē *de Sen.* Neque enim ex te unquā es nobilitatus, sed ex lateribus, & lacertis tuis. ¶ A latere dicūtur chari & amici principūm qui eorū lateribus semper adsunt. Liv. *lib.* 4. *bell. Pun.* Ab latere inde eos nominat tyranni, quorū capita vilissima fingenti inter dolores gemitúsque ecciderunt. Curtius *lib.* 5. Quum ad perniciem ejus etiam à latere pecunia ipsius solicitaret hostis ¶ Latus mundi, pro regione. Horat. 1. *Carm. Ode* 22.

*Quod latus mundi nebula, malusquo*
*Iupiter urget:*

latera insulæ, pro extremis utrinque partibus. Cic. 1. *de Leg.* Fibrenus divisus æquabiliter in duas partes, latera hæc alluit. ¶ Latus tegere, est latus alterius sinistrum, qui vel ætate, vel honore superior est, claudere: quod qui facit, tanquam pro tecto est. Horat. *Serm.* 1. Notanda loquendi forma, In contrario latere agitare, pro in contrariam partem disputare. Ulpianus *Dig.* 39 *tit.* 2. *l.* 11. Quæ species est in contrario latere apud Marcellum agitata. Quæ translatio ex re equestri.

Lătĕrārii, ἀγγελοφόροι. dicuntur satellites, qui principis alicujus latus custodiunt: qui etiam latrones & latrones dicuntur.

Lătĕrārius, a, um adject. ut laterarium lignum. Vitruv. *lib.* 10. *c.* 20. Ipsi autem laterarii circà fixis contineantur, tegantúrque tabulis maximè pubinei.

Laterarix tabulæ, ad latus positæ.

Latuscŭlum, i, diminutivum, Parvum latus. {Gal. *Petit coſté.* Ital. *Pre. ſolo lato.* Germ. Ein ſeitlin. Hisp. *Pequeño lado* ò *coſtado.* Angl. *A little ſyde.*} Catullus *ad Thallum*,

*Ne lanium latuſculum, manúſque mollicellas,*
*Inluſa turpiter tibi flagella conſpicillent.* al. *tunſta turpiter.*

Speculorum latuscula. id est, parva latera. Lucr. *lib.* 4. Quia etiam quæcunque latuscula sunt speculorum.

Lătĕrensēs, à Latere novè dixit *Tertullianus*, quos alioqui laterones appellamus. Tert. *lib.* 4. *contra Marcion.* Tot ferè laterensibus uti solebat in duobus tellibus consistens Dei sermo. Dicti sunt laterenses, quòd latus claudant.

Lateralia viatoria, Capsulæ videntur esse, in quibus, ad ephippium utrinque loro suspensis, ea quæ nobis in itinere necessaria sunt, recondimus. Scævola *l.* 102. *D. de leg. & fideicommiſſ. lib.* 32. Uxori meæ lateralia mea viatoria, & quicquid in his conditum erit, quæ membranulis mea manu scriptis continebuntur. Item. Hic chirographa debitorum & pecuniam cùm esset profecturus in urbem, in lateralibus condidit. ex Horomano.

Lateralis, e. ad latus pertinens.

Latos, navis: Lege *Solarem.* Gloss. Isid.

Lacynium, Λακύνιον. Mons Crotonis, vel ut alij, Laconiæ, ut scribit Scholiastes Theocriti.

Lăvācrum, vide *Lavo.*

Lavandula, f. uticulus quidam vulgò passim notus de nomine. Hadr. Jun. *in Nom.* Lavandula, hirculus nonnullis. Saliuncula Plinio, ut Scaligero videtur, spicanspica nardi. {Gal. *Lavande.*}

Lavatrina, locus ubi vasa escaria eluunt coqui, urinarium, μαγείρου ὑπόξυσμα: quem ad ulum locus quadratus in culinis adhiberi solet.

Lauce, Insula in Ponto Borysthenis ostio objecta: dicta Achillea, quoniam Achilles ibi situs sit.

Lauda, *Lodi*, V. E. sub A. & Ducatu Mediolanensi.

Lăudāmentum, & Laudimium, vide post *Laudo.*

Laudis, cestudo, vox corrupta ex Germanica Laut.

Laudanæ fuêre ornamenta aurea, vel argentea, quasi virgæ, quæ suspendebantur ante altaria, dictæ à laudando, quòd in laudem & honorem Martyrum ponebantur.

Laudo, as, Commendo, extollo. {הלל *hillél* שבח *ſchibbách.* ἐπαινέω, ἐγκωμιάζω. Gal. *Louer, dire bien, parler en bien.* Ital. *Laudare, ledare.* Germ. Loben Hisp. *Loar* ò *alabar.* Angl. *To prayſe, to commend.*} Differt autem à verbo Probo, quòd te magis probemus, laudemus verbis. Plautus *in Trin.* utrumque conjunxit, Laudo (inquiens) consilium, & probo. ¶ Laudare contrario sensu, pro improbare, repudiare, rejicere, ut est Græcè ἐπαινῶ, quia quæ nolunt, dilaudant, ut distrahant atque vendant. Virg. 1. *Georg.*

*——Laudato ingentia rura:*
*Exiguum colito.*

Sic apud Hesiod. Νὴ ἐπαίνῳ αἰνῶ· μεγάλα δ' ἐπὶ σχεδὸν ἅλωα. Virgilius latifundia improbat, modicum agri modum præfert. Plaut. *Merc. ſc.* 2. *a.* 3. Laudo commentum tuum. Item probans ædes: laudant fabrum (ædium,) Idem *Mostell. ſc.* 2. *a.* 1. Haud centesimam partem laudat, quam meritus est ut laudetur laudibus. Idem *Capt. ſc.* 3. *act.* 2. Eamus ad lenonem. M. Laudo. Idem *Curc. ſc.* 2. *a.* 5. Ovid. *Metam.*

*De Danaïs quis te laudârit, petitve?*

¶ Aliquando Laudare, est nominare. Plaut. *in Capt. ſc.* 3. *a.* 2. Id ferias, Jovem supremum testem laudo. Laudare, inquit Macrob. *lib.* 6. *cap.* 7. *Saturn.* & Gell. *cap.* 6 *lib.* 2. Significat priscâ linguâ nominare, appellatéque. Ita qua significatione usus est Pomponius *in leg.* 6. § 5. *ff. de act. emp.* Si ibi me vendidero, ita demum autorem me laudare poteris, si tuus fuerit fundus. Item Modest. *in l.* 6 *f. de evictionib.* ¶ Nonnunquam etiam citare, & in testem adducere. ἐπιμαρτύρομαι. Laudare testem, quo est Fabius usus *in declamat.* est nominare: quem enim quis testem nominat laudet eundem necesse est, ne videatur parum dignus, cujus testimonium audiatur. *Turneb. ad.* Gell. *lib.* 3. *c.* 16. Varr. undecimo mense nasci hominem posse dicit, ejúsque sententiæ tam de octavo, quàm de undecimo mense Aristotelem laudat autorem Cic. 3. *de Orat.* Atque hæc quidem ab his Philosophis, quos tu maximè diligis Catule, dicta sunt: quod eo lubentiùs testificor, quod autoribus laudandis inepti arum crimen effugiam, id est, his Philosophis nominatim citandis, & tanquam ad testimonium dicendum evocandis, quos autores harum rerum habeo. ¶ Laudare, pro mercede. Virg. 1. *Georg.*

*——Laudato ingentia rura,*
*Exiguum colito.*

Laudare cum exceptione, id est, non integrè. Idem *lib.* 2. *Epiſtol. ad Quint. Frat.* Unum est quod tibi ego præcipere non desinam, neque te patiar cum exceptione laudari. Omnesenim qui illinc veniunt, ita de virtute, integritate, humanitate commemorant, ut in tuis summis laudibus excipiant unam iracundiam. ¶ Hujus composita sunt, Allaudo, Collaudo, Elaudo, de quibus *suprà.*

Laudamentum. *Lib.* 1. *de feud. tit.* 7. Per laudamentum sapientum, id est, ut Cujacius exponit, consilio Jurisperitorum. Idem enim est laudamentum, quod arbitrium, judicium, consilium.

Laudimium, præmium quod præstatur pro renovatione emphyteutica. *in Longob. lib.* 4. *Cod.*

Laudum, sententia arbitri. In Vet. Dict. à Bart. exponitur transactio.

Lăudātus, a, um, participium, sive nomen ex participio. {מהולל *mehullál.* משבח *meſchubbách.* Immutus. Gal. *Loué.* Ital. *Laudato.* Ger. Gelobt. Hisp. *Alabado.* Angl. *Praiſed, commended.*} Abundè laudatus. Ovid. 1. *Triſt. Eleg.* 6 Falsò laudata fœmina. Idem 3. *Amor. Eleg.* 11. Laudatissima forma, Idem *Epiſt.* 18.

Laŭdātŏr, is, {מהולל *mehallél* משבח *meſchubbách* שבח *ſchabbách.* Immutus, ἐγκωμιαστής. Gal. *Celuy qui loue & dit du bien de quelqu'un.* Ital. *Che lauda altrui.* Germ. Ein lober. Hisp. *Alabador.* Angl. *A praiſer, a commander.*} Ad Her. *lib.* 4. Nolo esse laudator, ne videar adulator. Laudator voluntarius, Cic. 6. *Verr.*

Laŭdātrix, icis. {מהוללת *mehallélet* משבחת *meſchubbáhath.* ἐγκωμιαστικὴ μᾶλλον. Gal. *Celle qui loue.* Ital. *Donna che lauda.* Germ. Eine lobrin. Hisp. *Alabadora.* Angl. *She that praiſeth.*} Cic. 5. *Tuſc.* Virtutem laudatrix fama popularis.

Laŭdāndŭs, gerundium: ut loci non Laudandi Ovid. 1. *Triſt. Eleg.* 8.

Laŭdātĭo, nis, Commendatio. {תהלה *tehillah.* ἔγκωμιον. Gal. *Louange.* Ital. *Laude, lode.* Germ. Lobung. Hisp. *Loor, o alabança, obra de alabar.* Angl. *Commendation or praiſing.*} Cic. 4 *Verr.* Præclara laudatio. Item 2. *de finib.* Lege laudationes Turquæ, non eorum qui sunt ab Homero laudati, &c. Laus & laudatio differunt, Senec. *Epiſt.* 103. Præterea aliud est laus, aliud laudatio. Hæc & vocem exigit. Itaque nemo dicit laudem funebrem, sed laudationem, cujus officium oratione constat. Suet. *in Cæſ. cap.* 48. Laudatio in funere. Laudatio judicialis. Idem *in Aug. cap.* 56.

Laŭdātĭor, compar. ἐγκωμιαστικώτερος. Gell. *lib.* 4 *cap.* 9. Quanto majora auctioráque sunt etiam, tanto laudatiora sunt.

Laŭdābĭlis, e, quod meritò laudari potest. {ἐπαινετός. Gal. *Loüable, digne d'eſtre loué.* Ital. *Lodevole.* Germ. Lobsam, Lobs wart. Hisp. *Coſa digna de ſer alabada.* Angl. *Worthy of praiſe.*} Plaut. *in Perſa* Ædepol dedisti virgo operam laudabilem, probam, & sapientem, & sobriam. Laudabilis vita, apud Ciceronem *de Amic.* Recta & laudabiles res. Idem *lib.* 1. *de finib.* Opus laudabile. Lucr. *lib.* 5. Carmen laudabile, Horat. *de Arte.*

Laŭdābĭlĭter, adverbium, Cum laude & commendatione. {ἐπαινετῶς. Gal. *Loüablement, & avec honneur.* Ital. *Lodevolmente.* Germ. Lobblich Hisp. *Loablemente.* Angl. *Praiſe worthily.*} Cic. 5 *Tuſc.* Quidi ad recte, honestè, laudabiliter, postremò ad benè vivendum, sanctè esse præsidij in virtute? Perquam laudabiliter jurate. *Velleius.*

Laŭdātīvus, a, um, quod laudationi est accommodatum. ἐγκωμιαστικός. Unde laudativum genus orationis à Rhetoribus dicitur, quod alio nomine demonstrativum vocant Rhetores. Quint. *lib.* 3. *cap.* 16. Laudativam totam, quæ est pars Rhetorices tertia. Et laudativus casus, dictus est accusativus, quia per hunc videmur vel accusare, vel laudare.

Laus, dis, à λαύω, fruor, vel à λαός. Præconum commendatio, gloria. {תהלה *tehillah.* ἔπαινος. Gal. *Louange, los.* Ital. *Laude, lode, gloria, honore.* Germ. Ein lob Hisp. *Loor, alabança,* à *honra.* Angl. *Praiſe, commendation.*} Terent. *in Adelph.* Dei vestram fidem! Utrum studióne id sibi habet, an laudi putat fore, si perdiderit gnatum? Propriè virtus est, non aliunde proveniens, sed suis nixa radicibus. Virg. 5. *Æneid.*

*——primam meruit qui laude coronam.*

Dicta ἀπὸ τοῦ λαοῦ, hoc est, à populis, quòd propriè laus sit populi, de aliquo recta loquentis. Certare laudibus alicujus. Virg. 2. *Georg.*

*Nec pulcher Ganges atque auro turbidus Hermus,*
*Laudibus Italiæ certent.*

Concedere laudem alicui. Cic. 2. *de Orat.* Ut eorum quibus summa dicendi laus à nostris hominibus concessa est. Congerere laudes alicui, id est, aliquem ampliter laudare. Sueton. *in Tito:* Tantas mortuo gratias egit, laudésque, quantas congessit ne vivo quidem unquam atque præsenti: &, Conciliare laudem. Quintilian. *lib.* 2. *cap.* 7. Et laudem sæpè majorem, quàm si nostra sint, conciliant. Potere in laude. Cic. 3. *de Or.* Recte genus hoc numerorum, dummodo ne continuum sit, in orationis laude ponetur. Tribuere laudem. Idem *Metell. lib.* 5. Ego doloti non solùm ignosco, sed summam etiam laudem tribuo. Ovid. 13. *Metam.*

*——Laudem cum sanguine ponat,*

Laudi vacare, i. laude. Gell. *cap.* 6. *lib.* 2.

*Et jam promiſſa poteram cum laude reverti*
(de præmio & gloria simul) Ovid. 13. *Metam.*

*Non ego ſum fatis ad tanta præconia laudis,*
Tibull. *lib.* 4.

*At non per dubium cernas mea carmina laudes,*
Idem *ibidem,*

*Laudi & aſſiduo vigeat certamine miles.*
Ibidem,

*——pars eſt ſua laudis in illo,*
Ovid. 13. *Metam.*

*ignoſcas laudibus ipſe tuis.*
Idem *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Triſt.*

Perfidiæ laudes gloriósque habemus. Plaut. *Aſin. ſc.* 2. *a.* 3 Laudes & gratias alicui scribere. Gell. *cap.* 8. *lib.* 3. Quantis laudibus collaudavit heram! Plaut. *Cure. ſc.* 2. *a.* 2. Laudati laudibus. *Ibid.* ¶ Interest autem inter laudem, & honorem, quòd honor sit dignitatis consummatio, vel publicè, vel privatim; Laus secunda existimatio rectè factorum.

Laudicæni, ἐνοικιασταί. Plin. *Epiſt. lib.* 2. *Maxime*, Sequantur auditores actoribus similes conducti, & redempti mancipes, in media basilica, tam palàm sportulæ, quàm in triclinio dantur. Ex judicio in judicium pari mercede transitur. Inde jam non inubanè ἐνοικίων vocarunt.

vocantur, λοὶ ἔ σφίσι καλοῦσι, iisdem Latinum nomen impoſitum eſt Laudiſecenis.

Laudunæ, Eccleſiaſtica vaſa. Pap.

Laudunum Clavatum, *Laon*, V. E. Laudunenſis, ſub A. Remenſi.

Lavellinum. *Lavello*, V. E. ſub A. Barenſi.

Laver, eris, neut. gen & aliquando formin. {*erin.* GAL. *Berle.* ITAL. *Gergolino.* GERM. *Bachpungen/waſſer gauchheil.* HISP. *Rabanos.*} Herba eſt in aquis naſcens, frutice pingui, recto, foliis latis, oluſatro ſimilibus, ſed minoribus & odoratis. *Dioſc.* Plin. *lib.* 26. *cap.* 8. Laver quoque naſcens intivis, & cocta & coſta torminibus medetur.

Laverna, Dea cujuſdam nomen fuit apud Romanos, in cujus tutela fures eſſe putabantur, qui ab ea Laverniones dicti ſunt. Ita me benè amet Laverna (inquit Cocus apud Plaut. *Aul. ſc.* 2. *a.* 3.) {*Die Diebsgöttin bey den Römern.*} ¶ Hinc Lavernalis porta Romæ dicta eſt ab æde Lavernæ propinqua. Hæc ferè ex *Feſto*.

Lavernio, fur, quia ſub tutela Lavernæ: ut habent impia Gentilium figmenta.

Lavicanum, villæ nomen. Suet. *in Cæſ. cap.* 85.

Lāvīnĭă, Λαυινία. Filia fuit Latini regis & Amatæ, quæ primùm Turno, deinde Æneæ deſponſata eſt: cujus occaſione, otto inter hos duos bello, multi utrinque occubuerunt. Tandem devicto Turno, Æneas nupſit: quo mortuo, ipſa privigni inſolentiam timens in ſylvas prægnans profugit, & apud Tyrrheum paſtorem diverſit, ibique peperit filium, quem Julum Sylvium Poſthumum appellavit, eo quòd poſt patris funus in ſylvis natus eſſet. Hanc tamen poſtea Aſcanius in regnum revocavit, quum ipſe ſeceſſiſſet Albam longam, urbem à ſe conditam: Lavinio novercæ relicto, quod illa moriens Julo Sylvio poſthumo filio ſuo reliquit. Virg. *Æneid. lib.* 12.

——*& victum tendere palmas*
*Auſonii videre: tua eſt Lavinia conjux, &c.*

Lāvīnium, Λαυίνιον Stephano, Λαυινιὸν Straboni. Urbs fuit in Latio, ab Æneæ condita, & à nomine Lavinię uxoris ita appellata. Cujus rei teſtis eſt Liv. *1. ab Urb.* Æneam (inquiens) apud Latinum fuiſſe in hoſpitio tradunt: Ibi Latinum apud Penates deos domeſticum publico adjunxiſſe fœdus, filiam in matrimonium data. Ea res utique Trojanis ſpem affirmat tandem, ſtabili, certâque ſede finiendi erroris Oppidum condunt: Æneas ab nomine uxoris Lavinium appellat.

Launegild, in ll. Longob. Gloſſ. Launechild. ſine ſolennitate teſtium. *à νῶν ἄνευ.*

Lavendala. Vide *Lavandula*.

Lāvo, as. Abluo, purgo, mundo, nitidum reddo. Deſcendit à verbo Græco λάω, quod eadem eſt ſignificationis. Hinc lavtina, quaſi lavatrina. {רחץ *rachàs* כבס *chibbès.* λάω, νίπτω, πλύνω. GAL. *Laver.* ITAL. *Lavare.* GER. *Waſchen.* HISP. *Lavar.* ANGL. *To waſh.*} Plaut. *in Aul.* Aquam hercle plorat, quum lavat, profundere. Idem *in Truculent.* Viſe illam, atque operire ibi, jam exhibit: nam lavabat. Virg. 3. *Eclog.*

——*Omnes in fonte lavabo.*

Ovid. *Epiſt.* 1.

*Membra lavabis aqua.*

Idem 3. *de Arte*,

——*lacrymis vulnera ſæva lavat.*

Præteritum facit lavi. Terent. *in Heaut.* Atque illa, ſi jam laverit, mihi nuntia. Supinum eſt, lotum: unde deducitur participium, lotus. Martial. *lib.* 5.

*Lotus nobiſcum eſt, hilaris cœnavit, & idem*
*Inventus manè eſt mortuus Andragoræ.*

Olim etiam lavatum faciebat, & per ſyncopen lautum. Ter. *in Eunuch.* Abeunt lavatum, perirrepunt. Horat. 1. *Serm. Satyr.* 6.

*Aſt ubi me feſſum ſol mitior ire lavatum*
*Admonuit.*

Ovid. 3. *Faſt.*

*Sacra lavaturas manè petebat aquas.*

Lavandi ratione valetudinem tueri. Suet. *in Aug. c.* 82. Dormit, ornatur, lavatur, excuſantis muliercm Plaut. *Mil. ſc.* 2. *a.* 2. Lavaſti *Amph.* Quid poſteaquam lavi. *Ibid.* Quid me vis, eo lautum, ut ſacrificem. Idem *Aul. ſc.* 5. *a.* 3. Lavari cum viris, ſignum adulteræ. *Quint.* Ancilla quæ lattinam lavat. Plaut. *Cure. ſc.* 4. *a.* 4. Lavabo ut, rem divinam faciam. Idem *Aul. ſc.* 2. *a.* 4. Venit imber, lavit patientes. Idem *Moſt. ſc.* 2. *a.* 1. ¶ Veteres hoc verbum per tertiam conjugationem inflectebant. ¶ Idem *True.* Mihi quoque præ laſſitudine opus eſt lavere, Cato *c.* 63. Si inquinata erit, lavito. Virg. *lib.* 10. *Æneid.*

*Vel ſcribit ſuper infundens lavit improba teſter Ora cruor.*

Horat. 1. *Serm. Satyr.* 5.

*Ora manuſque tua lavimus Feronia lympha.*

Quibus in locis quum prima ſyllaba hujus verbi corripiatur, certum eſt non eſſe præteriti temporis, quum diſſyllaba præterita priorem neceſſariò producant. Simile eſt illud apud Virg. 3. *Æneid.*

*Lumina cæſſi flentia lavit unde cruorem.*

Plures authoritates refert *Laurenberg.* quibus adde Nonium *cap.* 10. ¶ Interdum ſignificat madefacere, humectare, βρέχω. Plaut. *in Pſeud.* Geſtas tabellas tecum, eas lacrymis lavit. ¶ Hujus compoſita, Abluo, alluo, colluo, circumluo, deluo, diluo, eluo, perluo, proluo, præluo, reluo, & ſubluo: quorum ſignificata vide ſuis locis.

Lāvātio, lavacrum, purgatio lotio. {רחץ *rachàs* רחצה *rachtſáh.* λοῦσις. GAL. *Lavement, blanement.* ITAL. *Lavamento.* GERM. *Waſchung.* HISP. *Lavamiento.* ANGL. *A waſhing.*} Plin. *lib.* 8. *c.* 45. Lavatione calidæ aquæ traduntur pinguescere. Cic. *Verr.* Si minus, perſequar in Cumanum, & antè te certiorem faciam, ut lavatio parata ſit, id eſt balneum. Plaut. *Moſtell. ſc.* 3. *a.* 1. Quid ea meſſis ad meam lavationem attinet? nihilo plus quàm lavatio tua ad meſſim.

Lāvātrum, Balneum, in quo quis lavari commodè poteſt. {רחץ *rachàs* מרחץ *rachtſáh.* λουτρὸν. GAL. *Lavoir, un lieu à ſe laver, un bain.* ITAL. *Lavatorio.* GERM. *Ein bad.* HISP. *Lugar de ſe lavar.* ANG. *A waſhing place.*} Gell. *lib.* 1. *c.* 2. Propulſamus caloris incommoda lucorum umbra ingentium, longis ambulacris & mollibus, adium poſticum re-



fulgentibus lavacris. Hujus dictionis media producitur, quum à ſupino *lavatum* derivetur.

Lautus, a, um, à *lavo*, ϖ. fuit enim priùs Daucus. Purgatus, locus mundatus. {רחץ *rachàs* מכבס *michbàs.* λελουμένος. GAL. *Lavé.* ITAL. *Lavato.* GERM. *Gewaſchen, gebadet.* HISP. *Lavado.* ANGL. *waſhed, cleane, trickt.*} Terent. Tève alymbolum venite unctum atque lautum à balneis: Horat. 2. *Serm. Satyr.* 3.

*Libertinum erat qui circum compita ſiccus*
*Lautus manè ſenex manibus currebat, &c.*

Cic. *pro Dejot.* Cui te lautum voluit cœnatum noluit occidere? Aliquando idem ferè quod mundus & ſplendidus {עדן *hanáj* יקר *jakàr* נדיב *nadhàb* שיח *ſioàh.* πλούσιος. GAL. *Magnifique & ſompteux, honeſte, honorable, propre.* ITAL. *Delicato, polito, magnifico.* GERM. *Sauber/zierlich/wolgeruſt.* HISP. *Aſeytado à delicado.*} Hinc lauta cœna, apud Plin. in *Epiſt.* 194. dicitur, quæ magnificè, opiparéque eſt inſtructa. Plaut. *Pſeud. ſc.* 2. *a.* 2. Facite ut ſtrata lautâque ſint hæc omnia. Gel. *cap.* 11. *lib.* 13. Dominum convivij eſſe oportet non tam lautum, quàm ſine ſordibus. Plaut. *Curc. ſc.* 2. *a.* 2. Tute tibi puer es lautus. Luces cereum. ¶ Homo lautus dicitur, qui elegans eſt, mundus & ſplendidus. λαμπρός. Cic. 3. *Verr.* Quum iſte atque iſtius amici, homines lauti atque urbani, ſermones hujuſmodi diſſiparent. ¶ Aliquando divitem & potentem. Terent. *in Heaut.* Omnes te in lauta, & bene aucta parte putant. Cic. *Aſil. lib.* 13. In Halefina civitate tam lauta, quàm nobili conjunctiſſimos habeo, lautum & copioſum patrimonium, apud eundem *pro Rab. Poſthume.*

Lautè, adverbium. Eleganter, ſplendidè, magnificè. {λαμπρῶς. GAL. *Mignonement, jolyment, proprement.* ITAL. *Delicatamente, gentilmente, magnificamente.* GERM. *Herrlich/köſtlich.* HISP. *Aſeytadamente y delicadamente.* ANGL. *Minionly, coſtely, deintily.*} Plaut. *in Caſina.* Lautè veſtitus exornatúſque ambulat. Idem *in Mil.* Loquitur lautè, & minimè ſordidè. A *lautus* fit diminutivum *lautulus*: à quo adverbium *lautulè*.

Lautĭtĭæ, æ, Epularum magnificentia, à lavatione dicta, ut *Feſto* placet, quia apud antiquos elegantiæ ſtudium quod nunc eſt, non erat, & raro quis lavabat. {תענוג *tahanúg* מחמדים *mahadanim.* τρυφὴ. GAL. *Magnificence en habits ou banquets.* ITAL. *Delicatezza, magnificenza in habiti & in cibi.* GERM. *Herlichkeit/köſtlichkeit.* HISP. *Aſeyte, à delicadeza en manjares.* ANGL. *Fineſſe, deintineſſe.*} Lautitia igitur, munditia eſt in veſtitu & in epulis. Suet. *in Cæſ. cap.* 46. Munditiarum, & lautitiarum ſtudioſiſſimus. Item lautitiarum invidia. Idem *in Auguſt. cap.* 72. Plin. *lib.* 9. *cap.* 35. Quum exquiſitis quotidie Anconius ſignaretur epulis, lautitiam ejus omnem, apparatiſmque oberectans. Cicer. *in Epiſt.* Fama ad te mea nova lautitia venit. ¶ Antiquitùs etiam lautitia dicebatur, teſte *Feſto*, farina ex tritico aquâ conſperſo.

Lautĭa, orum, Munera dicebantur quæ Romani per Quæſtores legatis exterarum nationum, Regibus amicis, ac viris claris advenientibus mittebant. {λαύτια, ut inquit Plutarch. *in Probl.* GAL. *Preſens & dons que les Romains envoyoient aux Ambaſſadeurs des Princes étrangers.* ITAL. *Doni & preſenti che ſi facevano da Romani à gli ambaſciatori di principi eſterni, & ad altri gran perſonaggi.* GERM. *Gaben oder geſchenck ſo der Römiſch gemein frömden botſchafften zů ſchicken ſie zuverehren.* HISP. *Las dadivas que davan los Romanos à los embaxadores eſtrangeros.* ANGL. *Preſents that the Romanes ſent to the ambaſſadours of other realmes.*} Unde ſcribit *Liv.* Lautia Attalo fuiſſe decreta. *Feſt.* Lautia dicebant veteres quæ Lautia dicimus, dabantur legatis hoſpitij gratiâ. Liv. 8. *bell. Pun.* Locus inde, lautiáque legatis præberi juſſa. Loca lauria. Idem 2. *d.* 5. Et, locum lautia. 5. *d.* 5. Legimus & lautias fœminini generis in eadem ſignificatione. Idem 8. *bell. Pun.* Ad hoc ædes, libera loca, lautiæ legatis decreta. ex *Bud.* Lautia dicuntur, quæcunquè ad lautitiam atque elegantiam cultûs & menſæ pertinent. Ulp. *de aur. & arg. argumento leg.* l. 25. Mundo inquit, muliebri continentur, lautica, acus, reticula, & hujuſmodi. *Lautica*, vocem, ni fallor, melius Briſſ. interpretatur, ac pro ea reponendum putat vocabulum *Calantica*, ut habet editio Norembg. cujus non tantùm *hic*, ſed & alibi meminit *Vlp.* Erat autem tegmen muliebre capitis: ut Bayſius ex Cic. docet.

Laurea, vide *Laurus*.

Laurĕă Tullius, Ciceronis libertus fuit, cujus extat nobile de aquis Ciceronianis epigramma apud Plin. *lib.* 31. quod quoniam circa principium operis hujus inſeruimus in dictione *Academia*, illinc lectori petendum relinquimus.

Laurencum, *Lorch*, ſedes olim fuit metropolitana Pannoniæ, & Noricis: cujus hodie rudera in Enſio Auſtriæ oppido, vulgò *Ens*, extare tradit Lazius *lib.* 2. *rerum Viennenſium cap.* 2.

Lāurentĭă, uxor Fauſtuli fuit, paſtoris Amulij, quæ Romulum, & Remum expoſitos nutrivit: & quoniam ſe omnibus proſtituebat, lupa dicta eſt. Et hinc locus datus eſt fabulæ, Romulum & Remum à lupa eſſe nutritos. Hanc aliqui Laurentinam vocant: feſtáque in honorem eius inſtituta, Laurentinalia Plutarch. *in Rom.*

Laurentālĭă, λαυρεντάλια. Feriæ erant in honorem Accæ Laurentiæ inſtitutæ, quæ nutrix fuit Romuli & Remi: cui ſacerdotes (in velabro ſacrificabant, teſte Varr. *lib.* 5. *de L. L.* Laurentalia (inquit Feſtus) Laurentiæ conjugis Fauſtuli & nutricis Romuli & Remi feſta.

Laurentes, tis. Modò gentile nomen eſt, Λαυρεντῖνοι. Virg. 12. *Æneid.*

*Ipſi Laurentes mutati, ipſique Latini.*

Idem 1. *Æneid.*

——*Laurentia regia Pici.*

¶ Modò denominativum omnis generis. Idem 12. *Æneid.*

*Te quoque Laurentes viderunt Æole campi*
*Oppetere.*

Idem *alibi*,

——*ignarum Laurens habet ora Minantæ.*

Idem *lib.* 7.

——*poſquam Laurentia vidit*
*Gerrone extincto Tyrrhidæ arcigis arva.*

Laurentum, civitas Latij, non procul Lavinio: ita dicta à ſylva lau-

*Nec fœnum, aut patriæ peregrina juvare Lagois.*

Lăgŏphthălmŏs, λαγόφθαλμος, dicitur apud *Celsum* oculorum vitium, quum superior palpebra non deficendit. Cui vitio contrarium est ectropium, quum infernæ palpebra parum sursum attollitur, nec cum superiore committitur. Dictum à lepotibus qui apertis oculis dormire consuevetunt.

Lăgŏpŭs, {λαγώπους. GAL. *Un certain oiseau ayant les pieds velus, comme ceux d'un lievre.* ITAL. *Uccello co'piedi pelosi come la lepre.* GER. Ein Lerchenhun / oder Steinhenn die hohen Alpen sind. HISP. *Cierta ave que tiene los pies peludos como la liebre.* ANGL. *A certaine birde with rough or hairy feet lik the feet of an hare.*} Avis est Alpina, de qua sic scribit Plin. *lib.*10 *c.*43 Et præcipuo sapore lagopus: pedes lepotino villo nomen hoc dedere, cæterò candidæ, columbarum magnitudine, Martial. *lib.*7.

*At mense lauria gaudet lagopode Flaccus.*

¶ Est etiam lagopus herba quædam, à pedis leporini similitudine. Plin. *lib.*28 *cap.*8. Lagopus sistit alvum è vino pota, aut in sphondylio ex aqua. Nascitur in segetibus.

Lagostophia, {λαγωστόφια. ANGL. *A cuninger.*} leporaria sunt, id est loca in quibus lepores glantur. Vetitur hac voce Colum. *lib.*9 *c.*1.

Lagus, λάγος, Pater fuit Ptolemæi successoris Alexandri, cui Philadelphus successit in regno, Lucan. *lib.*10.

*Nomisma varij proles clarissima Lagi, &c.*

Hinc Lagæus, a, um, vide *Lyrium.*

Lagusa λάγουσα. Insula est in mari Pamphylio, ex adverso Glauci fluvij Autor Plin. *lib.*5 *cap.*31. Seraxo Lagusam enumerat inter insulas Cretæ vicinas: non procul ab Io insula.

Lagyra, λάγυρα, urbs est Tauricæ Chersonesi, apud Pto. *Lib.*3 *c.*6.

Laĭcus, a, um, {λαϊκὸς ἰδιώτης. GAL. *Qui n'est point clerc. Lat.* ITAL. *Che non è chierico.* GERM. Einfeltig / ongeweyhet gemein. HISP. *El que no es clerigo.* ANGL. *Of the common people.*} Quod commune est, & non sanctum: hoc est, quod attrectabile est, sicut & sacrum & sanctum dicitur, cujus tactu populo interdictum est. Nunc Laicos vocamus quasi populares & profanos, qui sacris initiati non sunt. *Budæus.*

Lăis, idis λαΐς. Nomen proprium famosissimæ meretricis, quæ à scriptoribus Corinthia dicta est, quia Corinthi habitavit: ad quam propter insignem pulchritudinem potentissimi quique ex omni Græcia confluebant, nec quisquam admittebatur, nisi qui dabat quod poscebat. Vnde profectum creditur proverbium, Non cujusvis hominis esse, adire Corinthum. Tam carè enim Lais suas locabat noctes, ut eel diffissimi homines pretij magnitudine deterrerentur. Inter quos etiam Demosthenes fuisse fertur, qui quum secreti tam nobilis famâ accensus, aliquando Corinthum navigasset, illâque noctis unius operam decem millibus drachmarum indicasset, exparefactus pretij immanitate, Græcè respondit, *οὐκ ἐτῶν μετανοῶ ὀγρυῶν ἀγορασθῆναι.* Non emo, inquit, decem millibus drachmarum pœnitentiam. Ovid. 1. *Amor.* —*multis Lais amata viris.* Vide Geil. *lib.*2 *cap.*1.

Laĭsus, sinus, vox barbara, unde *laisser retrospirare* in sinum conijcere. Vide Gloss. Lindenbrogij *ad Capitularia.*

Lăĭus, filius fuit Labdaci Regis Thebarum, pater OEdipi quî Iocastam Creontis Thebani filiam uxorem duxit: quam quum concepisse audisset, de futura prole oraculum consulit: cui responsum est, eum nascenturi manu periturum. Quapropter locastæ præcepit, ut quicquid peperisset necaret. Verùm quum illa insigni formâ puerum peperisset, materâque indulgentiâ affecta ad necem non posset, ut eum interficeret, neque tamen educare audebat, ministro cuidam exponendum tradit: qui acceptum puerum in sylvam detulit, plantisque perforatis, viminéque trajecto ex arbore cum suspendit: futurum ratus, ut inediâ moreretur. Verùm quum Phorbas Polybij Corinthiorum Regis pastor illàc iter faceret, audito vagitu, eò accurrit, puerumque servavit, quem & reginæ, quæ liberis carebat, magnî muneris loco obtulit: à qua, veluti puer exlitùs missus, filij loco est educatus, & à pedibus ex vulnere tumentibus OEdipus est appellatus. Grandior deinde natu, quum generis sui cognoscendi avidus Apollinem consuluisset, responsum accepit, se Patrem in Phocide inventurum. Quò quum venisset, Laium in tumultu quodam inter cives suos, exterósque exorto, interfecit, matrémque imprudens duxit uxorem. Stat. 11, *Thebaid.*

*Ensem sceptriferi sistolium lacrymabile Laij.*

Reliqua vide in dictione *OEdipus.*

Lălantĭa, Hispaniæ regio in tractu Tarraconensi, Mart. *lib.*1.

*Africa repetes Tarracona lustra*
*Tuámque Lalantiam.*

Lălantĭus, a, um, adject ut vinum Lalantium, magis copiâ, quàm bonitate laudatum, teste Plin. *lib.*14 *c.*6. Mart. *lib.*6.

*Et Lalantia nigra lagena sapit.*

Lalage, clamor, vociferatio. Lalax, agis, unde nomen proprium apud *Horatium.*

Lalagia, crustula Gl. A. L.

Lalassis, fluvius est Isauriæ, quæ Asiæ regio est, inter Ciliciam & Pamphyliam sita. Autor Plin. *lib.*5 *cap.*27.

Lalisanda, Λαλισανδα, urbs Isauriæ: nunc dicitur Dalisanda. *Steph.*

Lălisĭo, nis, Pullus onagri. {ἰτάλου ἀγριου, vel ὀνάγρου πῶλος. GAL. *Petit asnon sauvage.* ITAL. *Asinello salvatico.* GERM. Ein junger waldesel. HISP. *El hijo del asno.* ANGL. *A little wyldasse.*} Martial.

*Dum tener est onager, fœtáque Lalisio matre*
*Pascitur, hoc tibi sit, sed breve nomen habet.*

Lălĭo, Antiqui dixerunt pro dormire, de infantibus loquentes: quod inde doctum inquit *Cornutus*, quòd nutrices cùm infantes dormire volunt, iis Lalla, lalla, lalla dicere soleant. Pers. *Sat.* 3.

*Et similis regum puerâ pappare minutum*
*Poscit, & acetum mamma lallare recusat?*

Ex quo loco Persij aretè malè hic legebatur, Lallare veteres dixisse pro lac fugere. Est enim à Persij sententia hoc alienum, & à Cornuto ejus interprete rejectum.

Lallus, i, Deus qui præerat Naniis illis balbis, quas nutrices pueris occinunt, & pueros reddere cogunt. Origo Διὶ Δαλλεῖ, non ab L, ut volunt. Ausonius de filio Probini, Nutricis inter lemmata, Lallique somniferos modos.

Lama, æ, Aquarum collectio est, interprete *Festo*, quæ & lacuna dicitur λίμνη &. Horat. *Ep.*1.15.

——*per cunctos, flumina lamas.*

Lama, piscina: vox Longobardica.

Lambdoides, (λαμβοειδὲς, sell. σχῆμα) futura erunij, à figura literæ A, sic dicta, occipiti circumscribens.

Lamberas ære Plaut. *Pœn. act.*4. *sc.*2. Me meo ludo lamberas (i.) Gemitibus jocis, ac salibus me pecta, lacessis, proiciendis, &c.

Lămbo, is, bi, tum, à tono illius actionis: ut λαμβω, λαπτω. Lingua, lingâ leviter aliquid tango. {לקק *lachách* לחך *lat.* λαμβω, λιχμάομαι. GAL. *Lecher comme font les chiens en buvant.* ITAL. *Leccare.* GERM. Lecken. HISP. *Lamer*, à *lamber.* ANGL. *To lape, or lick.*} Lucil. *Satyr.*13.

*Lurcandáque puer qui lamberat ora placenta.*

Colum. *lib.*8 *cap.*17. Nam qui dentibus carent, aut lambunt cibos, aut integros hauriunt: mandere quidem non possunt. Virg. pro leviter tangere, 3 *Æneid.*

*Attollitque globos flammarum, & sydera lambit.*

Lucan. *lib.*1.

*Sic & Syllanum solito tibi lambere ferrum*
*Durat, magne, situ.* (i. cruoris civilis.)

¶ Interdum pro leviter alluere, Horat. *lib.*1. *Carm. od.*22.

——*Vel qua loca fabulosus*
*Lambit Hydaspes.*

¶ Ponitur etiam aliquando pro circundare, aut tegere. Pers. *Sat.*1. Palladiamque relinquo Pyrenem illis quorum imagines lambunt Hedera sequaces. Virg. 2 *Æneid.*

——*tacitæ qua innexa mollis*
*Lambere flamma comas.*

¶ Allambo compositum, vide suo loco.

Lămbro, as, lambitavi, lambitatum, lambitare, frequentativum, Solinus *cap.*25. Ægyptij canes è Nilo nunquam nisi currentes lambitant.

Lambotus, fluvius est Africæ, apud *Strab.*

Lămbrus, fluvius in Cisalpina Gallia, quem Padus defert in mare Adriaticum, ut ait Plin. *lib.*3. *cap.*16. & 19. A quo Lambrani dicti sunt ejus accolæ. Suet. *in Cæs.* Per Lambranos & Transpadanos duxit.

Lameca, vel Lamecum, *Lamego*, urbs Lusitaniæ, ad Durium amnem sita sub M. Bracarensi.

Lămĕlla. Vide *Lamina.*

Lămentor, aris, ab ἀλαλάζω, qui fuit infelix Calliopes soboles. *Ialemo*, lamentor, deploro, defleo, lachrymo, fleo, & ipsa voce dolorem ostendo. {קונן *kenán* נהה *nahah* בכה *bachah* ספד *saphadh* אבל *ábal. Scholia.* ὀλοφύρομαι. GAL. *Lamenter. se plaindre, & crier de douleur & quoy qu'en soit.* ITAL. *Lamentarsi, dolersi.* GERM. Klagen / heulen / weheklagen. HISP. *Llorar con voces grandes.* ANGL. *To weepe, to lament, to bewaile for.*} Terent. *in Andr.* Quæ cùm mihi lamentari præter cæteras visa est. Idem *in Phorm.* Modò quamdam vidi virginem hîc vicinæ Miseram suam matrem lamentari mortuam. ¶ Cic. 1. *Tusc.* pro lamentatione dignum aliquid effecisse. Nam hæc quidem vitâ mors est quam lamentari possem si liberet. Idem 1. *Orat.* Lapides me hercule omnes flere ac lamentari coëgissent. Plaut. *Men. act.*1. *sc.*1. Ne lamentetur, néve animum despondeat (machæra)

Lămentātus, a, um, participium {נכפר *nispádh. ἀδυρμός.* GAL. *Lamenté, pleuré, plaint.* ITAL. *Lamentato* GERM. Klaglich beweynt. HISP. *Llorado.* ANGL. *Lamented for.*} ut Fata diù lamentata. Silius *lib.*13.

Lămentātio, Est (ut Cicer. 4. *Tusc.* docet) ægritudo cum ejulatu. {תרנה *mispédh* נהי *nehi* ככרי *bikheh. ὀλοφυρμός, ὀδυρμός.* GAL. *Lamentation, plainte.* ITAL. *Lamento.* GERM. Wehklagung, das klaglich weynen. HISP. *Llanto con voces.* ANGL. *Lamentation, a bewayling.*} Idem 1. *Tusculan.* Sed illa lugubris lamentatio, flentúsque mœrens, ex eo est, quod &c.

Lămentās, Pro lamentationes dixêre veteres. Pacuv. *in Hermog.* Lamentas, fletus facere compendi licet. *Nonius.*

Lamentum, i, Ipsa lamentatio. {מספד *mispédh* נהי *nehi* ככרי *bikheh. ὀλοφυρμός.* GAL. *Lamentation.* ITAL. *Lamento.* GERM. Heulung / weehklagung. HISP. *Llanto con voces.* ANGL. *Lamentation, or bewayling.*} Cicer. *de senect.* Solonis quidem sapientis elogium est, quò se negat velle suam mortem dolore amicorum, lamentisque vacare. Virgil. 4. *Æneid.*

*Lamentis, gemitúque & fœmineo ululatu.*
*Tecta fremunt, resonat magnis plangoribus æther.*

Lămentābilis, e, quod est dignum multa lamentatione. {πολύθρηνος. GAL. *Digne d'etre pleuré, lamentable.* ITAL. *Lamentevole.* GERM. Klaglich / beweynens werdt. HISP. *Cosa digna de ser llorada.* ANGL. *Lamentable, worthie to be bewayled.*} Virg. 2. *Æneid.*

*Troianas ut opes, & lamentabile regnum*
*Eruerint Danai.*

Cic. *de legib.* Posteaquam ut scribit Phalereus sumptuosa fieri funeta & lamentabilia cœpissent, Solonis lege sublata sunt. Lamentabili voce deplorare, Cic. 1. *Tusc.* Carmen lamentabile, Sat. 5 *Syl.*

Lămentātĭus, a, um, quod ingerit lamentationem. {θρηνώδης. GAL. *Pleureux, qui émeut à lamenter.* ITAL. *Cosa che move à lamentarsi.* GERM. Das einen zu weynen beweget. HISP. *Cosa que haze llorar.* ANGL. *That moveth to lamentation.*} Plaut. *in Capt. act.*1. *sc.*1. Quæ ædes lamentariæ mihi sunt.

Lamerini, Λαμερῖνοι, urbs à Lamate fluvio juxta Crotonem est. Hinc Civis Lamerinus, *Steph.*

Lamia, λαμία, piscis quidam ex planorum genere.

Lămĭæ, arum, à λάμια, fordibus oculorum. {לילית *lilith.* λαμίαι.}

Ab antiquis mulieres esse putabantur, sive verius dæmonum quædam φαντασματα, quæ formosarum mulierum specie assumpta pueros pariter & juvenes blanditiis allectos votare credebantur. ¶ Nachtmumml / Gött. Nachtgispel in mehrer gestalt. ¶ Hæ quum foris essent egregiè oculatæ, domi prorsus exsuctabant. 1. Horat. 1. Carm.

*Non prælia lamia pueram virum extrahat alvo.*

Apul. *lib.* 1. *de Asin.* At ille colore spurcissimi humoris percussus, quo me lamiæ illæ infecerant, aspernatur. Philostratus *in Apollonio*, ait lamias, à quibusdam Larvas appellari, & Lemures, à nonnullis etiam Empusas, easque ad amorem & venerem propensas, & carnes humanas, maximèque formosorum esurientes appetere, ideóque libidinis cupiditate allicere eos, ut postea devorent. Plura de his vide apud Cæl. Rhodig. *lib.* 29. *cap.* 5. ¶ Lamiarum item nobilis Romæ familia fuit à Lamo orta, Antiphatis patre, & Læstrygonum Rege, qui Formiis regnavit. Ex hac familia fuit Ælius ille Lamia, Senator Romanus, ad quem extat carmen Horat. *Carm.* 3. *Od.* 17.

*Ælî vetusto nobilium ab Lamo.*
*Quando & priores hinc Lamiæ ferunt*
*Denominatos, & nepotum*
*Per memores genus omne fastos:*
*Autore ab illo ducis originem,*
*Qui Formiarum mœnia dicitur*
*Princeps, & innantem Maricæ*
*Litoribus tenuisse Lyrim.*

¶ Chrysostomus Dion in intima Africa feras quasdam esse scribit muliebri facie, quæ & ipsæ lamiæ dicuntur, uberibus autem totóque pectore adeò speciosis, ut nullo pictoris ingenio simile effingi queant, quibus retectis hominem in fraudem alliciant, captósque devorent. Lamia item meretrix quædam insignis fuit, Demetrij Regis amica, cui blandientes Thebani, Veneri Lamiæ delubrum consecraverunt. Lamia item piscis est, (unde & lamiarum strigum nomen: quod ut lamiæ sint votacissimæ, à λαμὸς guttur) tanto oris rictu, tantæque votacitatis, ut & loricatum hominem devorasse compertus sit. Itaque de hoc intelligunt qui lonam deglutierit, Plin. *lib.* 29. *cap.* 24.

Lămĭnă, ab λαμπὶς. Giphanius scribit lammina, & lamma. Metalli cujusvis frustum in latitudinem ductum, crassius tamen quàm bractea. ¶ *labah* לחב *lahat* לחט *lahat* חט *pâch.* λαμπὶς. Gal. *Lame, plastron, une table ou bande large & assez espaisse, fait de cuivre ou autre metail.* Ital. *Lamà, piastra.* Germ. Ein lammen oder blat von einem metall. Hisp. *La lama ò oja de metal.* Angl. *A plaste or thinne piece of any metall.* ¶ Quint. *c* 4 *lib.* 2. Tenuem laminam ducere quam extatura altior. rumpat. Metaphor. Cæs. 2. *de bell. civ.* Eo super tigna bipedalia injiciunt, eáque laminis clavisque religant. ¶ Laminæ etiam ferreæ velut crustæ erant, quæ candefactæ admovebantur noxiorum corpori. Prudentius.

*Nec sic inusta flammeis ardet rutis,*
*Ut febrim atro fella venas exedit.*

Cicer. 4. *Verr.* Quid quum ignes, candentésque laminæ, exterique cruciatus admovebantur? Plaut. *Asin. sc.* 2. *a* 3. Adversùs stimulos, laminas, crucésque, compedésque.

Lămĕllă, æ, diminutivum. ¶ τὸ μικρὸν λαμπρὸν. Gal. *Petite lame.* Ita. *Lama piccola.* Germ. Ein blechlein. Hisp. *Pequeña lama, ò oja de metal.* Angl. *A litle plaste of metall, as gold foyle.* ¶ Vitruv. *lib.* 7. *c.* 3. Speculum argenteum tenui lamella ductum. *Seneca*, Majorum dierum partem in æruginosis lamellis consumit.

Lămĭnă, pro lamina, contractum, apud Horat. *lib.* 2. *Carm. Ode* 2.

*Nullum argento color est, avaris*
*Abdita terris inimice lamina*
*Crispe Sallusti, nisi temperato*
*Splendeat usu.*

Lamium, Urticæ genus mitissimum, prorsúsque innoxium, quam Urticam mortuam Herbarii appellant. ¶ Angl. *Archangell, an hearbe called de adnettle.* ¶ Plin. *lib.* 21. *cap.* 15. Quæ innoxia est, morsu carens, lanium vocatur.

Lamia, urbs Lyciæ & fluvius, *Steph.*

Lămĭrŭs, λάμιος. Herculis filius fuit, ex Iole Euryti OEchaliæ Regis filia.

Lămpăs, adis. Fax. ¶ לפיד *lappidh.* λαμπὰς. Gal. *Une torche, ou un flambeau.* Ital. *Lampada.* Germ. Ein amp / fackel oder fewr. Hisp. *La lampara.* Angl. *A lampe, a torche.* ¶ ἀπὸ τοῦ λάμπειν, quod est splendere, Virg. 9. *Æneid.*

*Primasque ardentem conjecit lampada Turnum.*

¶ Frequenter tamen sumitur pro instrumento, in quo ellychnium accensum oleo fovemus, quod & lychnium pensilem vocamus: ut apud Iuven. *Sat.* 3. Ænea lampas. Columel. *lib.* 12. *cap.* 18. Ferreis lampadibus ardentibus calefiunt. Lampadibus ardentibus oculos exurere Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. ¶ Est etiam lampas genus facis in aëre exsistens. Plin. *lib* 2. *cap.* 26 Duo genera faciunt, lampades vocant planè faces: alterum bolidas: quale Mutinensibus malis visum est: vulgus *faces ardentes, vel taleas igneas* vocat. ¶ Lampada cursu tradere, elegans est proverbium, quo quis significatur partes suas quasi successione in alium transferre. Varro *lib.* 3. *de R.R. cap.* 16. Sed ô Merula, Axius noster ne dum hoc audit, physicam addiscat, quòd de fructu nihil dixit nunc cursu lampada tibi trado. ¶ Quibus verbis significat se alteram sermonis partem Merulæ tradere; ut is in dicendi vicem succedat. Tractum à consuetudine lampadaphorotum, qui in certamine lampadodromico, si lampadem ad metam inextinctam non pertulissent, eam alteri tradebant.

Lampadarius, qui fert lampada.

Lampadephoria, lampadis gestatio. Item certamen quoddam, in quo lampada gestantes cursu contendebant.

Lămpē, es, λάμπη. Oppidum est Arcadiæ ad Lampeum montem. Plin. *lib.* 2. *c.* 6.

Lămpĕtĭă, λαμπετία. Filia Solis ex Neæra, soror Phaëtusæ & Lampethusæ, cum quibus patris fuit armenta in Sicilia pascebat, quo tempore Ulysses eò tempestate appulsus est. Vide infrà in dictione *Phaëtusa.*

Lampedo, Mulier Lacedæmoniæ, tanæ felicitatis, ut quæ & Regis filia fuerit, & Regis uxor, & Regis mater. Plin. *lib.* 7. *c.* 15.

Lampetra, piscis à limbendis petris: muscula Ausonio, muræna fluviatilis, echeneis Oppiano; quòd fuctu suo navibus affixa remorari injiciat.

Lampeus, Mons est Arcadiæ, teste Plin. *lib.* 4. *c.* 5.

Lămpĭă, fluvius est Arcadiæ, cujus meminit Stat. *lib.* 4. *Thebaid.*

*Candida sine jugis Lampia nivosis.*

¶ Est item oppidum Arcadiæ ejusdem nominis, apud *Lactantium.*

Lampium, pulpitum analogium. Gloss. Isid.

Lampon, Panthaes, Pelotis, Carophasus, nomina fuêre equorum apud *Solinum.* ¶ Fuit & Lampon, sacrificus vates per anserem velut avem Auguralem jurare solitus.

Lamprotera, genus saltationis. *Scal.*

Lampsăcum, Cicetoni & Plinio, Ptolemæo Lampsacus, λάμψακος, vulgò *Labsice.* Nomen urbis in littore Hellespontì, in ora Asiatica: Ovid. *Eleg.* 9. *lib.* 1. *Trist.*

*Et te ruricola Lampsace cuncta Deo.*

Cic. 3. *Verr.* Oppidum in Hellesponto est Lampsacum, in primis Asiæ provinciæ clarum & nobile: homines autem ipsi, Lampsaceni, in omnes cives Romanos officiosi. Plin. *lib.* 5. *cap.* 32. Deinde Pityusa dictum, Lampsacum, antea Pityusa dictum.

Lampsăcēnus, a, um. λαμψακηνὸς. Hinc Caron historicus, & Adamantus & Anaximenes, & Metrodorus Epicuri sodalis, Lampsaceni à patria cognominati.

Lampsăcĭus, a, um, λαμψάκιος, λαμψακηνὸς denominat Macrob. *lib.* 10.

*Nam mea Lampsacio lasciva pagina versu.*

ubi Lampsacium versum dixit pro lascivo, quales Priapo dedicari solent, qui Lampsaci præcipuè colebatur.

Lampsana, λαμψάνη. Olus est sylvestre inter segetes: de quo Plin. *lib.* 19. *cap.* 8. ubi lampsana & cyma sylvestris appellatur.

Lămpyrĭs, idis. Vermiculus, noctu lucens nitedulæ, noctilucæ. ¶ λαμπυρὶς Gal. *Ver petite mouche ou petit ver, qui reluit de nuit, luisante.* Ital. *Lucciola.* Germ. Ein wurm oder mucke zu nacht scheint. Hisp. *La luzernaga.* Angl. *A glis worme that shyneth by nyght.* ¶ Plin. *lib.* 11. *cap.* 28. Lucent ignium modo noctu lacrymæ & clunium colore lampyrides, nunc pinnarum hiatu refulgentes: nunc verò compressu obumbratæ non ante matura pabula, ut post delecta conspicuæ. Idem *lib.* 18. *cap.* 26. Estque signum illius maturitatis, & horum fationis commune, lucentes vespere per arva cicindelæ: ita appellant rustici *stellantes volatus.* Græci lampyrida, incredibili benignitate naturæ.

Lamus, filius fuit Herculis ex Omphale regina Lydiæ cui noverca se factam esse Deianira apud Ovid. *in Epist.* conqueritur:

*Vna recens crimen referatur adultera nobis,*
*Vnde ego sum Lydo facta noverca Lamo.*

¶ Alius fuit Lamus Neptuni filius Læstrygonum rex, à quo Æliorum familia nomen accepit: de qua paulò antè in dictione *Lamia.* ¶ Item Lamus equus generosus apud *Solinum.* ¶ Tum Lamus & Sicoris prole bellacis Ilerdæ.

Lămyrŭs, piscis ex genere lacertorum, apud Plin. *lib.* 22. *c.* 22. Item mordax, comis, facetus. *Rib.*

Lāna, æ. à λάω, Dor. λάνω. Alij à λάσιος ducunt, quod à λᾶς & χνῦς. Alij παρὰ τὸ λάσιον. Quod de ovibus detondetur, aut dedicitur, à laniando: laniare enim scindere est. ¶ צמר *semer, lanam.* Gal. *Laine.* Ital. & Hisp. *Lana.* Germ. Wollen. Angl. *Wull.* ¶ Scinditur tamen nunc lana quæ velli solebat; unde à vellendo vellus dicebatur, autore *Varrone.* Cic. *de Orat.* Quando ad me venis cum tua colu & lana? Virg. 2. *Georg.*

*Quid memorem Æthiopum molli canentia lana?*

Sunt qui à lævitate, hoc est, à mollitie lanam dictam putent. Est autem in sola ove lana: nam exteræ quadrupedes pilos, aut setas habent. ¶ Lana tamen non tantùm de ovibus dicitur, sed de aliis etiam quibusdam animalibus & arboribus, Vlp. *in l. cui lana* §. *Lana legata, ff. de legatis & fideicomm.* 3. Lana legata etiam lepotinam lanam, & anserinam, & caprinam, credo contineri: & de ligno, quam Græci ξύλινον appellant. Martial. *epigramm.* 161. *lib.* 14. Lana interior Cycni. (Gal. *Duvet.*) Item Plaut. *Mostell. sc.* 2. *a.* 1. Quando ego ancillas, penum, lanam, aurum, vestem tibi præbeo. Item, Inter ancillas sedere, lanam carpere. Idem *ibidem sc.* 2. *a.* 5. De Lanis vide Martial. *Epigr.* 154. 155. 156. 157. & *c. lib.* 14.

Lānŭla, æ, Diminutivum. Celsus *lib.* 7. *cap.* 17. Tenuésque carunculæ lanulis similes.

Lanicutis, e, vocabulum Poëticè à fictum licentiâ à *Laberio*, qui sic scribit de ariete, Reciprocicornem, lanicutem, vestitrahum: quæ omnia Poëtica sunt, ut tardigrada, domiporta, & similia.

Lānārĭus, ij, qui lanam curat. ¶ ἐριοπώλης, ἐριουργὸς. Gal. *Qui a, ou porte laine.* Ital. *Lanese.* Germ. Das wollen regt. Hisp. *Lanudo de lana.* Angl. *That hath or beareth woll.* ¶ Varr. *lib.* 2. *de re rust. cap.* 19. Nos qui pecus pascimus lanare.

Lānārĭus, ij, qui lanam curat. ¶ ἐριουργὸς. Gal. *Celuy qui apreste, ou accoustre la laine.* Ital. *Lanaio.* Germ. Ein wollen bereiter. Hisp. *El que obra lana.* Angl. *A woll winder, one that occupyeth or selleth woll.* ¶ Plaut. *in Aul. sc.* 5. *a.* 3. Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius.

Lānātŭs, a, um. lanâ rectus ¶ Gal. *Laine, qui a, ou porte laine.* Ital. *Lanifo, coperto di lana.* Germ. Wollächtig / das wollen regt. Hisp. *Cosa lanuda, de lana.* Angl. *That hath or beareth woll.* ut lanatæ oves, apud Colum. *lib.* 12. *cap.* 2. Lanatæ pelles, Idem *lib.* 6 *cap.* 1. Sed jaculi, quibus copulabatur, lanatis pellibus involuti sunt. Lanatæ vites, uvineæ dictæ, quòd canescant lanugine. Idem *lib.* 3. *c.* 2. Lanatam quoque uvineam quidam maximè probant: quæ hoc

vocabulum non idcò usurpat, quòd sola ex omnibus animis, verùm quòd præcipuè caneſcat lanugine.

Lānātior, & lanatius. Plin. *lib.* 21 *c.* 20. Hi & folia ejus thymo similia tradunt, niſi quòd molliora ſunt & lanatiore canitie.

Lānĕus, a, um, adjectivum. Quod eſt ex lana {ἐριοῦ}. Gal. *De laine.* Ital. *Di lana* Germ. Wollin. Hisp. *Coſa de lana.* Angl. *Of wooll or woollen* } ut Pannus laneus. Plaut. *in Mil.* — cauſcasiam habeas ferrugineam cultratam ad oculos laneam. Laneum pallium Cicer. *de har. resp.* Lanea vitta, Propert. *lib.* 3. *eleg.* 6. Laneum latuſculum, id eſt, latus molliſſimum. Catull. *ad Thallum.* ¶ Laneus lupus, piſcis eſt Timavi fluvij, qui idcirco laneus dicitur, quòd juxta hunc fluvium maxima ovium copia ſit, uberrimúſque lanarum proventus. Martial.

*Laneus Euganii bufo de gurgite Timavi,*
*Æquoreis dulces cum ſalit ante greges.*

Lānĭfĭcium, ij, Lana vel lanæ proventus. {ἐριουργία}. Gal. *Laine, ou l'art & exercice d'icelle* Ital. *Lana, pratica e arte di lana.* Germ. Wollwercke. Hisp. *Lana, provecho à arte de lana.* Angl. *Working of wooll, the craft of making cloth.* } Plin. *lib.* 8. *c.* 19. Primi ſunt hominum qui noſcantur: Seres, lanicio ſylvarum nobiles, perfuſam aqua depectentes frondium canitiem. Virg. 3. *Georg.*

*Si tibi lanicium, curæ primùm aſpera ſylva,*
*Lappaque tribulique abſint.*

Ubi *Servius*, Lana, inquit, dicimus & lanicium: quemadmodum fuga, & effugium.

Lānĭfĭcium ij. Lanæ opificium. {ἐριουργία, ἔλουσις. Gal. *L'art d'apprester, ou conſtruer la laine.* Ital. *Lanificio.* Germ. Wollwercke / arbeit mit der wollen. Hisp. *Aquella obra de lana* Angl. *Spindand and carding, the art of making cloth* } Plin. Jun. *de Vita Illuſtr.* Exinde Collatiam petunt, Lucretiam inter ancillas in lanificio offendunt. Col. *lib.* 12. *in præfatione.* Nunc verò quum pleræque ſic luxu & inertia diffluunt, ut ne lanificij quidem curam ſuſcipere dignentur. Sueton. *de Aug. cap.* 9.

Lānĭfĭcus, qui lanæ artem exercet. {ἐριουργός, πολυπουργός. Gal. *Qui beſongne, que travaille de laine.* Ital. *Lanaiuolo.* Germ. Wollen ſpinner oder wöllner. Hisp. *El que obra lana.* Angl. *That worketh wool.* } Martial. *lib.* 6.

*Si mihi lanifica ducunt non pulla ſorores*
*Stamina, nec ſurdas vox implet iſta deas.*

Manum lanificæ ſubtemine ponere penſis, Tibul. *lib.* 2. *eleg.* 1. Artis lanificæ doctiſſimus, Claudian. 2. *in Eutrop.*

Lānĭfĕr, a, um, quod lanam ferat, lanigerum. {ἐριοφόρος. Gal. *Qui porte laine.* Ital. *Che porta lana* Germ. Der wollen treget. Hisp. *Coſa que trae lana.* Angl. *That beareth wooll* ut laniferæ arbores, Plin. *lib.* 13. *cap.* 14. Æthiopia Ægypto contermina inſignes arbores non habent, præter laniferas.

Lānĭgĕr, a, um, quod lanam ferat, lanifer, ἐριοφόρος. Ejuſdem inſulæ, inquit Plin. *lib.* 12. *c.* 10. excelſiore ſuggeſtu lanigeræ arbores alio modo quàm Serum. Virg. 3. *Georg.*

*Lanigeros agitare greges, hirtaſque capellas.*

Idem *lib.* 3. *Æneid.*

*Lanigera comitum quam ſtirpe ovis, &c.*

Lānĭpendĭum, quæ lanearum veſtium textoribus lanam pendit ac diſtribuit. Pompon. *in l.* 31. *in princ. D. de donat. inter vir. & uxor.* Neque impedire quòd in ea re uxor tanquam lanipendia fuerit, & viri negotium procuraret.

Lanoculus, qui lana tegit oculi vitium, inquit *Feſtus.*

Lānōsus, a, um, Lanâ abundans. {ἐριώδης. Gal. *Laine, couvert de laine.* Ital. *Lanoſo.* Germ. Voll wollen / wolldechtig. Hisp. *Lanudo.* Angl. *Full of wooll.* } Col. *lib.* 7. *cap.* 3. Eliges bimam, vaſti corporis, cervice prolixa, prolixi villi, nec aſperi, lanoſi, & ampli uteri.

Lanaria, æ, Herba eſt quàm vulgus *Sapenariam* appellat, inde nomen habens, quòd lanæ quæ ob pinguedinem colorem recipere non poſſunt, ejus ſucco eluantur *φάσει*. Plin. *lib.* 24. *cap.* 18. Herba lanaria ovibus jejunis data, lactis abundantiam facit.

Lāncĕa, æ, à λόγχη, venabulum & hoc à λαγχάνω. Haſta longa, quaſi & equites & pedites utuntur. {חנית *chanith* לוך ten. λόγχη. Gal. *Une lance, picque ou javeline* Ital. *Lancia.* Germ. Ein glan / ein ſchaffelin. Hisp. *Lança, arma para pelear.* Angl. *A ſpeare or javeline.* } Teli genus longiſſimum, teſte Gell. *c.* 25 *lib.* 10. quod quidam à ferri latitudine, alij à Græco λόγχη deductum putant. Gell. tamen *l.* 15. *l.* 30. Hiſpaniensem vocem eſſe affirmat. Plin. *lib.* 35. *cap.* 30. de lanio loquens, Romanis præcipuè lætitiæ victoriarúmque nuntia additur literis & militum laneis, pilíſque falces Imperatorem decorat, &c Tacitus, Diſjectam fluitantémque teſtudinem lanceis, contiſque teſtabantur, donec diſjecta compage ſcutorum exangues proſternerentur. Lucan. *lib.* 6.

*Nullis fuit non certa manus, non lancea felix.*

*Feſtus* autor eſt, lanceam olim à Lucullis vocatam fuiſſe lucullean. ¶ Lanciam etiam *Budæus* dicit eſſe ſpiculum venabuli, vel jaculi.

Lancĕŏla, diminutivum, cum acceoru in antepenultima, Parva lancea. {λογχάριον. Gal. *Petite lance.* Ital. *Picciola lancia.* Germ. Ein klein glän / ſpiesslein. Hisp. *Pequeña lança, lanceta.* Angl. *A little ſpeare or pike.* } Hinc fortaſſe Calepini verbum, cujus nullum exemplum apud idoneos ſcriptores extat.

Lancĕārĭus, ij, qui lanceam gerit. {λογχοφόρος. Gal. *Lancier ou piquier.* Ital. *Che porta lancia.* Germ. Der ein glän oder ſpieß füret / ein lantzknecht. Hisp. *El lançero.* Angl. *That beareth a ſpeare.* } Lanceratij ſunt ex *Trang.* inquit *Bud.* qui vulgò *Picardi*, quaſi ſpiculatij dicuntur.

Lancĕātus, a, um, Lanceâ armatus. {λογχοφόρος. Gal. *Armé & garny de lance.* Ital. *Che a lancia, armato di lancia.* Germ. Mit einem glän oder ſpieß gewapnet. Hisp. *Armado de lança, alanceado.* Angl. *Armed, with a ſpeare.* } Lanceati etiam dicuntur, qui ictu lanceæ necantur. *Julius Firmic.* Quicunque habuerint horoſcopum in XXI. parte Tauri, lanceati morientur.

Lānx, vaſa lata & rotunda minùs excavata quàm patina, cui caro cum roſta, quam eliza apponitur. {לחרות *lahareth*. מגרפות, πινακίδες. Gal. *Grands platrons grandes eſcuelles.* Ital. *Piatti grandi.* Germ. Weite vnd flache platten oder teller. Hisp. *Platos grandes.* Angl. *Great broade platters, charges or peringers.* } Plaut. *in Amph.* Interea dum illi certant, in popinam divertendum eſt mihi lances detergam omnes, omnéſque trullas hauriam. Idem *Curcul. act.* 3. *ſc.* 2. In catinario fortaſſe dicis, pernam & glandem eſſe.) In lancibus. Plin. *lib.* 33. Lances è centenis libris argenti ſupra quingentas numero Romæ fuiſſe conſtat. Horat. 2. *Serm. ſatyr.* 4.

——— *& ligna nitentia glande rotunda*
*Curvet aper lances.*

¶ Dicitur & in ſingulari Lanx, lancis, à λίγξ: vel à *Lix*: vel etiam à *Lax.* Iuvenal. *Satyr.* 5.

*Aſſice quàm magno diſtendat pectore lancem.*

¶ Lances etiam in libra dicuntur duo illa vaſcula, lancium eſcatarum ſimilitudine, in quorum altero pondus, in altero verò res ponderanda ponitur: unde & bilances dictæ ſunt, quòd duas habeant lances. {τὰ πάλανθα, οἱ πλάστιγξ. Gal. *Baſſins de balances.* Ital. *Scodelle della balanza.* Germ. Die wagſchäfftn. Hisp. *La eſcudilla de balança.* Angl. *The baſons of a balance.* } Cic. *lib.* 3. *de fin.* Virtutis autem amplitudinem quaſi in altera libræ lance ponere. Perſius *Sat.* 4.

*Sin eorum juſtum gemina ſuſpendere lance*
*Anceps libra.*

Gell. *cap.* 18. *lib.* 11. Per lancem & licium concepta furta. ¶ Lancem etiam vas eſſe rebus divinis aptum, docet Auſonius in monoſyllabis: *Thuribula, & pateræ: quæ tertia vaſa deûm lanx.* Furtum per lancem & licium. Vide in voce *Licium.*

Lance & licio dicebatur apud antiquos, quia qui furtum ibat quærere in domo aliena, licio cinctus intrabat, lancemque ante oculos tenebat, propter matrum familiæ, aut virginum præſentiam. *Feſt.*

Lāncino, as, Lacero, vexo. {פרק *parák* חמיר *himsir* חמרוש *hipriſch* פרס *parás* Σπαράζω. σφάζω. Gal. *Pendre, piquer, deschirer,* Ital. *Lacerare,* Germ. Zurtzen zurreiſſen Hisp. *Deſpedaçar.* Angl. *To rent, to prick to tear, to vex.* } Plin. *lib.* 11. *cap.* 34. *al.* 53. Eſt & voluisse canibus peculiare ſuum malum, aures maximè lancinans quæ defendi morſu non queunt. *Senec.* Aliam inter leges celebriſque ſpectacula fori lancinavit. ¶ Bona lancinata ſunt. Catull. *in Iul. Cæſ.* Senec. *epiſt.* 32. Diducere in particulas & lancinare vitam.

Lancianum, *Lancianus*, V. A. regni Neapolitani.

Landavium, urbs Palatini ducatus. {Landavo}

Landeshuta, Landeſperga, Landauum, omnes in ducatu Bavariæ urbes.

Landgravij, marchgravij, regionum, aut limitum comites, *Wolf.*

Landula, alauda, genus avis eſt. *Vet. diſt.*

Lanerum, veſtimenti genus ex lana ſuccida confectum. *Herbarius.* Fett.

Langa, æ. A Græcorum quibuſdam animalis genus creditum eſt, quod & languſtam appellarunt, circa Padum Italiæ fluvium vitam agens: cujus urinam Zenothemis in electrum putavit concreſcere: quod tamen falſum eſſe conſtat, ut pleraque omnia quæ Græci ſcriptores de tota electri ratione prodiderunt. Plin. *lib.* 37. *c.* 2. Alij dixêre langurium, & eſſe in Italia beſtias languſtas. Zenothemis langas vocat eaſdem, & circa Padum iis vitam affirmat.

Lāngĭa, fons in Nemea ſylva, poſteà Archemorus dictus, ab Hypſipyles alumnis, quem cum illa, Argivis fontem hunc oſtenſura, in gramine reliquiſſet, ſerpens interemit. Stat. *lib.* 4. *Theband.*

*Hæc quoque ſervata nutrit langia ſub umbra:*
*Nondum illi raptum dederat lacrymabile nomen*
*Archemorus.*

Languedoca, *Languedoc*, regni Galliæ provincia, à Viſigothis, id eſt, Occidentalibus Gothis, Gophia dicta. vulgò *Langothia*: id eſt terra Gothorum: hinc corrupta vox *Languedoc*, pro *Landtgoth.*

Langula, ſpecies patinæ, ſive catini eſt, *Varroni* latior, unde & langulam dictam putat.

Langor, is, defectio virium, & remiſſio vigoris, & tam de corpore, quàm de animo dicitur, debilitas, infirmitas. {דוי *davai* מדוה *madvéh*. μάρανσις, νάρκη, ναρκωμή. Gal. *Langueur, defaillance de force.* Ital. *Languidezza, il languire.* Germ. Kraffteloſe / ſchwache heit / unvermögligkeit. Hisp. *Flaqueza, condolencia.* Angl. *Faintneſſe, weakeneſſe, infirmitie* } Senec. *cap.* 25. *de tranq.* Hebetatio & languor animorum ex aſſiduitate laboris. Plaut. *Pſeud. ſc.* 2. *a.* 3. Dabitur ibi lectus, ubi tu, &c. uſque ad languorem. { dormias, ſup. vel quid ſimile.} Cic. *de Divin.* 2. Animus quum præ languore corporis nec membris uti, nec ſenſibus poteſt, incidit in varia viſa & incerta. Idem 4 *Philipp.* Expectatio legatorum quantum languoris afferat animis quis non videt? Et *lib.* 2. *Offic.* Nihil autem magis cavendum eſt ſenectuti, quàm ne languori ſe deſidiæque dedat. Plaut. *in Aſinar. ſc.* 2. *a.* 3. pro laſſitudine poſuit, quam ait:

*Vos ſæpe ad languorem tua duritia dederat eſſe*
*Valides liſtores, ulmis affectos lentis virgis.*

Lānguĕo, es, ui, olim languco. ab Hebr. *Laah.* Deficio, infirmus ſum, diſſolvo, debilitor, infirmor. {חלה חלי *chalái* חלי *vmlái* רפה *raphah*. μαλακομαι, ἀσθενῶμαι, χαλῶμαι, ναρκάω. Gal. *Languir, venir en langueur, defaillir.* Ital. *Languire, eſſere debile.* Germ. Schwach ſeinabnemmen. Hisp. *Eſſlaquecerſe.* Angl. *To fayote, to be in ſickneſſe, to faynt.* } Cic. 1. *Offic.* Idem *in Piſon.* Quanquam languet juventus, nec perinde, atque debet in laudis & gloriæ cupiditate verſatur. Idem 1. *Philippica.* Quàmque languerem & vitâ, & mihimet diſpliceerem, niſi, &c. ¶ Interdum ponitur pro timere. Saluſt. *in Catilina.* Quantò vos attentiùs ea agetis, captò illis infirmior erit animus: ſi jam modò vos languere viderint, jam omnes feroces aderunt. ¶ Interdum pro otioſum eſſe, ἐκλύεσθαι. ἐκλύεσθαι ἐν ἑδρῇ. Idem. Séque ſi pauci adjuvarent, languentibus aliis, in curiam impetum facturum. ¶ Hujus verbi compoſita ſunt, Elanguco, ἐκλύομαι, à quo elanguesco, quod eſt, valdè debilitor. ἐκλύομαι.

Relan

Relanguco, à quo relanguesco, in languorem recido. Ovid. *lib.6. Metam.*

*Impositoq; fratri manibunda relanguit ore.*

Claudian. *lib.1.* Relanguere, pro remissum esse, posuit.

——— *vix ille reperit.*
*Erubuitque preces, animisque relanguit ardor.*

Lānguĕsco, Languidus, infirmus, & debilis fio. {חלה נחלה *nechláh* אמלל *amlál* רפה *raphàh*. ὀκνηρὸν. χαλάω. Gal. *Tomber en langueur, languir, perdre cœur, defaillir.* Ital. *Divenir languido, languire.* Germ. Můd oder maglos werden / kraffteloß werden. Hisp. *Enflaquecerse.* Angl. *To waxe faynte or feble.* } Cicer. *in Cat. Orat.* metuo ne languescat senectute, Ovid. *Eleg.3. Trist.*

*Nec mea consueto languescunt corpora lecto.*

¶ Alio transtulit Virg. *lib.11.*

*Purpureus veluti, cui flos succisus aratro.*
*Languescit moriens.*

Languescente colore in luteum. Plin. *lib.27.cap.13.*

Lānguĕfăcio, Languorem affero, sive languere facio. {רפה *rippáh* מרפא *marpèh*. Gal. *Faire languir.* Ital. *Far languire.* Ger. Můd oder kraffteloß machen. Hisp. *Enflaquecer à otro.* Angl. *To make feble or aynte.* Cicer. *de legib.* Incitare languentes & languefacere excitatos.

Lānguĭdŭs, a, um, Remissus, debilis, infirmus. {רפה *rappéh* חלש *challáseth* אמלל *amlál. ἀπειρηκὼς, ἀμενηνὸς, χαλαὸς.* Gal. *Qui languit, languoureux, laſche.* Ital. *Languido.* Germ. Kraffteloß / ſchwach / blöd / matt. Hisp. *Flaco, por dolencia.* Angl. *weake, feble, faynte.* } Ovid. *Eleg.8. lib.4. Trist.*

*Languidum in pratis gramina carpit equum.*

Tibull. *lib.4.*

*Languida non nostrum peregit labor otia.*

Ovid. 5. *Fast.*

——— *violas aureo videres*
*Filáque puniceis languida fulta toris*

Cic. *in Catil.* Qui accubantes in conviviis, complexi mulieres impudicas, vino languidi, confecti cibo, sertis redimiti, unguentis oblíti, debilitati stupris eructant sermonibus suis eædem bonorum atque urbis incendia. Senec. *epist.* 54. Languidum mare {mox æqualitas.}

Lānguĭdŭlŭs, a, um. diminut. {ἀνειμένος. Gal. *Un peu langoureux.* Ital. *Un poco languido.* Germ. Trägsechtig / lamprechtig. Hisp. *Flaco un poco.* Angl. *Somewhat faynte.* } ut Somni languiduli, Catull. *Argon.*

Lānguĭdē, adverb. Cunctanter, otiosè, negligenter. {ὑποζεῶς. Gal. *Laschement, langoureusement.* Ital. *Languidamente.* Germ. Gemächlich / unfruchtſamlich / faulelich. Hisp. *Flacamente.* Angl. *Feblely, without quickenesse, or spirit.* } Colum. *lib.11. cap.1.* Hoc igitur custodire oportet villicum, ne statim à prima luce familia cunctanter & languidè procedat. Cæs. *lib.7. bell. Gall.* Quòd paulò incautiùs custodias in muro dispositas videbat, suos quoque languidiùs in opere versari jussit, & quid fieri vellet ostendit. Senec. *cap.9. lib.19. de consol. ad Marc.* Languidius incurrunt provisa.

Lānguĭlum, quidam ex Græcis scriptoribus succinum appellarunt, quod putarent circa Padum fluvium bestias quasdam esse, languties. sive langas appellatas, quarum urinam existimabant in succinum concrescere. Vide Plin. *lib.37. cap.2.*

Lānĭger, vide *Lana.*

Lānĭus, ij, seu Lanio, nis qui carnes vendit: à laniandis pecoribus, quòd eas concidat, lanietque. {טבח *tabbach.* κρεωπώλης, κρεαγορὸς. Gal. *Boucher,* Ital. *Beccaio.* Germ. Ein metzger. Hisp. *El carnicero.* Angl. *A butcher.* } Plaut. *Capt. f.2 a.4.* Quanta laniis lassitudo? quanta porcinariis? Varro 1. *de re rust. cap.5.* Lanij qui ad cultrum bovem emunt. Terent *Eunuch.* Concurrunt læti mihi obviam cupedinarij, cetarij, lanij, coqui. Lanij concinnant liberis orbas oves. Plaut *Capt. f.2. a.4.* Lanij xmuli lenonum, quia Jurejurando malo rem quærunt. Idem *Pseud. f.2. a.1.* Lanios arcessant duos cum cultionabulis. *Ibid.* Arcesse hostias, victimas, lanios, &c

Lānĭēnă, æ, Officina in qua laniantur, ac venduntur carnes. {κρεωπωλεῖον. Gal. *Boucherie.* Ital. *Beccaria.* Germ. Ein metzg oder schol. Hisp. *La carniceria.* Angl. *A slaughter house.* } Plin. *in Epist.* Per mytropolia & lanienas, circúmque argentarias rogitando sum raucus factus. ¶ Accipitur etiam pro ipsa laceratione: à laniando. κρεωργία.

Lanea, æ, idem quod laniena. Liv. *lib.4. dec.5.* Laneásque tabernas conjunctas in publicum emit.

Lanificus, ἐριουργὸς. Onom. i.e. qui lanæ artem exercet.

Lanifica, ἐριεργὸς γυνὴ.

Lanigenus, a, um. id est, lanionius.

Lanilustor, qui lanas eluit.

Lānĭōnĭus, a, um, quod ad laniam pertinet. {κρεωφαγικὸς. Gal. *Appartenant à boucher.* Ital. *Pertinente à beccaio.* Germ. Das zu dem metzger gehört. Hisp. *Pertinente à carnicero.* Angl. *That belongeth to a butcher.* } Vnde Lanionio more, κρεωφαγικῶς. Et Lanioniæ mensæ, in quibus scinditur caro. Suet. *in Claud.* Carnificem statim acciri cum machæra mensáque lanionia flagitavit.

Lānĭo, as, à Lanio. Scindo lacero, dirripio. {פרס *parák* פרק *parák* קרע *karáh* נתח *nitsách* פרס *parás.* κρεουργῶ. κρεανομῶ, κρεοκοπῶ, κρεοτομῶ. Gal. *Déchirer, déperer.* Ital. *Fendere, stracciare.* Germ. Zerstucken / zerhawen / zerreiſſen. Hisp. *Hender, despedaçar como carne.* Angl. *To rent, to quarter, to cut in pieces.* } Virg. *lib.3. Georg.*

——— *ipsique suos tum morte sub ægra*
*Discissos nudos laniabant dentibus artus.*

Liv. 2. *bell. Maced.* Et Cornuis, duo lupi oppidum ingressi, obvios aliquot laniaverant.

Lānĭātĭo, laniatus. Senec. 2. *de Clementia*, Et nullum certius quàm quod in cædes hominum, & laniationes pervenit.

Lānĭātŭs, a, um, partic. Lacerátus, discerptus. {נתר נשרף *niphrak* נשרף *nisráph.* ἐσπαραγμένος. Gal. *Déchiré, déperé.* Ital. *Stracciato, sdramato, squartato.* Ger. Zerhawen oder zerrissen. Hisp. *Despedaçado.* Angl. *Rent, or torned in pieces.* } Virg. 12. *Æneid.*

*Et rosea laniata genas,*

Classis laniata. Ovid. *Epist.7.* Capillos laniata. Idem *Epist.14.* Hujus compositum est. Dilanio, dilacero, divello *Nonius.*

Lanĭātŭs, ūs ui, Ipse actus laniandi. {קרע *kerèa*, σπαραγμὸς, κρεανομία. Gal. *Déchirement, déperement, équartellement* Ital. *Lasciamento.* Germ. Zerhawung / zerreiſſung. Hisp. *Obra de despedaçar como carne.* Angl. *A rotting or tearing in pieces.* } Cic. 1. *Tusc.* Quid igitur mihi ferarum laniatus obtulit nihil sentienti? Plin. *lib.8. cap.40.* Laniatúque & latratu adactum, ut cogeretur fateri scelus.

Lānĭārĭum, ij, Lanienа. {κρεωπωλεῖον. Gal. *Boucherie.* Ital. *Beccaria.* Ger. Ein meng oder schol. Hisp. *La carniceria.* Angl. *A slaughter house or bouchers shoppe.* } Varr. 2. *de re rust. cap.4.* Ignavum & sumptuosum esse qui succidiam in carnario suspenderit potiùs ab laniario, quàm ex domestico fundo.

Lanipendrius, qui lanas pendit, ponderat.

Lanipendia mulier, quæ lanam lanificis præbet, totiusque lanificij curam gerit.

Lānĭsta, Præfecti ludi gladiatorij, magistri qui gladiatores instituebant, exercebántque ad mutuam lanienam. {ξυμμαχιστὴς. Gal. *Maistres d'escrimer.* Ital. *Maestri di scherimire.* Germ. Fechtmeister. Hisp. *Maestros que enseñan à esgremir.* Angl. *A maister, in fences of armes, which teacheth to play with the swoorde.* } Lanistarum familia. Sueti *in August. cap.* Hi familias habent domi ad gladiatoriam exercendam: quas instituere, & mox paratas vendere solebant muneratiis. Juvenal. *Satyr.3.*

*Hic plaudat nitidi prætoris filius inter*
*Pinnirapi cultos juvenes, juvenúsque lanistæ.*

¶ Hinc lanistæ avium, dicti sunt à *Columella* qui aves certaminibus præparabant.

Lanitium, Virg. & *lanitia* taberio, lanæ proventus.

Lanius, & lanio, qui carnes pecorum concidit & vendit.

Lano, as. ἐριουργέω. Onom.

Lanoculus, qui lanâ tegit oculi vitium. *Fest.*

Lanterna, pro laterna.

Lānūgo, inis. Tenera quasi lanæ cujusdam mollities, qualis in adolescentium genis, & in pomis quibusdam gignitur. {ἴουλος. Gal. *Poil follet, barbe qui commence à venir.* Ital. *Prima barba, lanugine.* Germ. Das erste vnd zarte barthaar / gauchhaar. Item, Die wollen an etlichen früchten. Hisp. *El vello, flueces, primera barba.* Angl. *The doune seithers such as we see in pigeons with en thay ar barbitheduhe mos sinesse in fruites.* } Col. *lib.4.* tanatam quoque amineam quidam maximè probant: quæ hoc vocabulum non ideo usurpat, quòd sola ex omnibus amineis, verùm quòd præcipuè canescit lanugine. ¶ Ponitur aliquando proserobe, Idem *lib.4. cap.29.* Nullâ intervenience lanugine, quam excitabat antiqua terebra. Lanuginem excipiebant propinqui. Suet. *in Neron. c.54.* Id instituisse à prima lanugine Idem *in Othon. cap.12.* ¶ Lanugo maris, est spuma arida maris, salsa aspergo.

Lānūgĭnōsŭs, adject. {ὁ ἢ ἡ χνοώδης, ἰουλώδης. Gal. *Qui a force barbe foleste, force cotton, ou mousse.* Ital. *Che a musco sottile.* Germ. Der vil zarte haarhaut. Hisp. *Cosa llena de flueces ò vellez.* Angl. *Full of cotton.* } Plin. *lib.22. cap.20.* Est & alia similis pseudanchusa ob id appellata, à quibusdam verò, enchusa, aut doris, & multis aliis nominibus, lanuginosior & minus pinguis.

Lānŭvĭum, oppidum erat Latij in via Appia, à quo prospectus patebat maris & Antij. Hujus oppidi frequens est mentio apud Cic. *in orat. pro Milone*, Vulgò *Indivina.*

Lanuvium, obscœna mulierum pars, veluti quadam lanugine hirta. Propert. Tum.

Lanuvinus, a, um. quod est ex lanuvio ut Colei lanuvini. Cicer. *Pato lib.9.* Honesti colei lanuvini, Clitemini, non honesti.

Lānx, cis, vide suprà *Lances.*

Lāŏcōōn, Λαοκόων. Filius fuit Priami ex Hecuba & Apollinis Thymbrei sacerdos, qui primus hastam in equum ligneum torsit: ob quod factum Virg. 2. *Æneid.* ait, ipsum cum duobus filiis periisse.

*Primus ibi ante omnes magna comitante caterva,*
*Laocoon ardens summa decurrit ab arce, &c.*

Laodamantia, Λαοδαμάντεια. Insula in Libya. Fortassis autem à Laomedonte Troiano Laomedontia dicebatur. Hinc Gentilia Laodamantides, & Laodamantites, *Steph.*

Laodamas, Λαοδάμας. Halius & Clytoneus, filij fuêre Alcinoi regis & Aretes: ut scribit Homer. *Odyss. lib.18.*

Lāŏdămīă, Λαοδάμεια. Bellerophontis fuit filia ex Achemene conjuge, cujus amore correptus Jupiter cum ea concubuit, susceptique Sarpedonem, qui postea Lyciæ rex factus est. Verùm quum Bellerophon rerum successu elatus, in cœlum evolare conaretur: Jupiter hominis temeritatem ægrè ferens, œstrum illi immisit: quo exagitatus equus, sessorem excussit. Diana quoque Laodamiæ infensa, suis eam telis confixit. Homer. 6. *Iliad.* ¶ Altera fuit Laodamia Acasti & Laodothes filia, quæ tanto amore Protesilaum virum suum adamavit, ut quum ab Hectore occisum cognovisset, superstes ei esse noluerit. Priusquam tamen interiret, in solatium mœroris operaretur ut mortui umbram videret: qua visa in illius amplexibus expiravit. Ovid. *Epist.10.*

*Mittit & optat umbras, quò materetur ire salutem:*
*Æmonii, Æmonia I. sodamia viri.*

Lāŏdĭcē, Λαοδίκη. Priami fuit filia & Hecubæ, quæ Helicaonì Antenoris regis Thraciæ filio nupsit ¶ Alia fuit Agamemnonis, filia, quam patet cum Chrysotemi & Iphigenia, seu Iphianassa, Achilli obtulit, ut ex eis quam vellet, uxorem eligeret.

Lāŏdĭcēă, Λαοδίκεια. Vrbs celeberrima in Asia, ad Lyco flumini impositа, primò Diospolis appellata, deinde Rhoas, & postremò Laodicea. Hæc urbs præ cæteris Asiæ urbibus multis clarissimis civibus est nobilitata. Ex quibus fuit Hero, qui hæreditatem populo divisit supra

duo millia talentorum, & multis donis civitatem exornavit. Posteà Zeno orator, & Polemo ejus filius, qui ob res fortiter gestas prius ab Antonio, posteà ab Augusto ad regiæ dignitatis fastigium evectus est.

Lāodocus, Λαοδόκος, teste Homero *lib. Iliad.* 4. Antenoris Troiani filius, in cujus formam transfigurata Pallas, intulit se in acies Troianorum, ut Paridem invenire posset, quò ei suaderet ut sagitta Menelāum confoderet.

Lāomedōn, Λαομέδων. Rex fuit Troiæ, Ili filius, qui quum de ædificandis Troiæ mœnibus cogitaret, Apollini & Neptuno id negotij dedit, pactus mercedem, quam mox extructis mœnibus se soluturum jurejurando athimavit. Verùm perfecto opere Laomedon perjurus pactam mercedem negavit: propter quod dij irati, Neptunus aquam, Apollo pestem urbi immisit. Dupliciter igitur calamitate affectus Laomedon de remedio oraculum consulit: responsum est, non aliter deos placati posse, quàm si singulis annis virgo Troiana Ceto dilaceranda exponeretur. Institutum itaque est virginem quotannis exponi, eámque sorte eligi. Sed quum tandem sors in Hesionem (quam tamen alij solam ab Apolline & Neptuno expostulatam tradunt) Laomedontis filiam cecidisset, & jam scopulo alligata monstrum expectaret: Hercules fortè illac transiens, liberatur im se filiam Laomedonti pollicitus est, si equos divino semine procreatos, quos habere eum constabat, in præmium sibi traderet. Hunc igitur in modum pactione facta, Hercules interfecta bellua, virginem liberavit. Sed quum Laomedon promissis non staret, indignatus Hercules, collecto undequaque exercitu, Ilium expugnavit, Laomedontem occidit. Hesionem Telamoni uxorem dedit, quòd primus murum conscendisset, Priamum eius filium captivum abduxit, qui posteà auro a vicinis redemptus fuit, ideóque ἀπὸ τοῦ ἀγοράζω, hoc est, à redimendo nomen obtinuit.

Lāomēdontiădēs, patronymicum, Λαομεδοντιάδης. Virg. *lib.* 8.

*Laomedontiadem Priamum Salamina petentem.*

Vbi additur a, ut in multis aliis, ut commodiùs ingrediatur carmen heroicum, sicut Anchisiades, Telamoniades. Aliquando superabitur syllaba, ut Athemides, pro Athemonides, Deucalides, pro Deucalinides.

Lāomēdontēus, Λαομεδόντειος, adjectivum deductum à Laomedonte Troianorum rege. Virg 4. *Æneid.*

——*necdum*
*Laomedonteæ sensus perjuria gentis.*

Laonome, Λαονόμη, Galliarum ex Odrædoco filiam peperit, qui locorum urbi nomen dedit. *Steph.*

Laoplanus, dæmon populatis, impostor. *Bud.*

Lapaixa, vide *Granatza.*

Lapas, atis, secundùm magistrum in historiis est cibus ex oleribus confectus.

Lăpăthum, ἡ λάπαθον. ANGL. *Dock*, herba est acidi saporis, quæ à Latinis Rumex appellatur. Multæ autem sunt lapathi species, quas vide apud Plin. *lib.* 20. *cap.* 21.

Lapatzas, vestis princeps Constantinop. *Codin.*

Lapersæ, Λάπερσαι, dicti sunt Castor & Pollux Jovis filij, ab eo quòd Lacedæmonios Laconici urbem expugnaverint.

Lapethos, Λάπηθος, Cypri insulæ oppidum est, portum habens & navalia. Meminit ejus Plin. *lib.* 5. *c.* 31.

Lăpis, idis à λᾶς: vulgò quasi lapides. ‡ חצץ *chétz sélah* GAL. *Pierre.* ITAL. *Pietra, sasso.* GERM. Ein stein. HISP. *Piedra.* ANGL. *A stone.* ‡ Quem Græci λίθος vocant: à nonnullis ita distinguitur à saxo ut lapis mitior sit, minórque, ac teneriot: saxum majus, asperius, durióque. Hinc gemmæ lapides, non saxa dicuntur. Plin. *lib.* 36. *cap.* 18. Nusquam hic utiliot, quam in Italia gignitur; lapisque, non saxum est. Idem, Est & viridis lapis, vehementer igni resistens, sed nusquam copiosus: & ubi invenitur, lapis, non saxum est. Sed hæc profectò differentia non videtur cum Plinio convenire, qui non magnitudine distinguit saxum à lapide. Nam etiam columnas ex uno lapide fieri, & Laocoontis statuam ex uno lapide excisam fuisse affirmat. Videtur itaque magis dicendum, saxum esse, quod ex rupibus, vel lapidicinis excinditur: lapidem, qui è terra effoditur. Lapide excutiunt clavum (compedum.) Plaut. *Menæch. sc.* . . Desine verberare lapidem ne perdas manum. (i. homo stolidus, stupidûs, durus.) Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Cerebrum mihi excutiunt dicta tua, lapides loqueris soror. Plaut. *Aul. sc.* 3. *a.* 1. Illic nos insectabit lapidibus (de furioso.) Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Nam me illuc ducis ubi lapis lapidem terit? (de mola) Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Nimis velim lapidem cui illi Speculo diminuam caput. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Lapides octonos quotidie effodere. Idem *Capt. sc.* 5. *a* 3. Item, lapides eximere, *ibidem.* ¶ Item, Jovem lapidem jurare, Iusjurandum sanctissimum Gell. *cap.* 21. *lib.* 1. ¶ Et quoniam apud veteres lapidibus milliaria designabantur, ponitur quandoque lapis pro milliario. Vnde legimus ad tertium, ad quartum lapidem. Ovid. 2. *Fastor.*

*Sæpè videt fieri sexto ab urbe lapis.*

Et apud *Latinum*, lapis, & mille passus, sæpè pro eodem. ¶ De lapide empros quoque dicimus, qui publica auctione à præcone erant venditi. Nam prisco more præcones ex lapide & loco altiore facere præconium solebant: ubi mancipia quoque venalia, præconis voce proclamabantur. Col. *lib.* 4. Non tamen excedunt septem jugera, unius operam vinitoris, quem vulgus quidem parvi æris, vel de lapide noxium posse comparari putat. Cicer. in *Pisonem*, Tribunos de lapide empros esse ait, qui mercede potestatem vendebant, suóque imperio in gratiam eorum qui dabant, abutebantur: significat autem homines vilissimos, alludens ad venditionem præconum, quæ è lapide fieri solebat, rerum nimirum vilium & abjectarum. Hominem præterea lapidem quandoque dicimus, qui negligens stupidúsque sit, quique ad id agendum, quod maximè oporteat, non moveatur. Terent. in *Heauton.* Hei, quid stas lapis? *Ibidem.* Quot res dedêre, ubi possem persentiscere, Nisi essem lapis, quæ vidi? Lapis interdum pro petra accipitur. Virg. *Eclog.* 1.

*Et tibi magna satis quarum lapis omnia rudit,*
*Limosique palus obducat pascua junco.*

Lapis incusus, manualis mola est, cudendo exasperata. Idem 1. *Georg.*

——*lapidémque rotantes*
*Incusum, aut atram massæ picis urbe reportat.*

Lapis bibulus, qui arenarius vocatur. Idem 1. *Georg.*

*Aut lapidem bibulum, aut squalentes undique conchas,*

hoc est, puniceum. Lapidem decoquis, λίθον ψήεις, pro eo quod est, Inaniter laboras. Neque nusquam mollescit lapis quantumvis diutina coctione. Lapides flere, de re vehementer miseranda, proverbij hyperbole dici solet, eam esse tam lamentabilem, ut vel lapides cogantur ad fletum. Cicer. *pro Mur.* ¶ Verberare lapidem, aptè proverbio dicimus, ubi quis objurgat incastigabilem, aut docet indocilem, aut inanem operam sumit in te quapiam. ¶ Vitiabit lapidem longum tempus, Σῆπει καὶ πέτρον ὁ πάντα χρόνος, Nihil in rerum natura saxo durabilius: at id quoque temporum diuturnitate absumitur. ¶ Lapidem ferre altera manu, panem ostentare altera. Plaut. *Aul. sc.* 4. *a.* 3. In eos dicitur qui coram blandiuntur, clàm obtrectantes; palàm amicos agunt, clanculum nocent: aut qui hic prosunt, illic lædunt; falsam beneficij spem ostentant, ut nacti occasionem funditùs perdant. Translatum ab iis qui canes ostentato pane pelliciunt, deinde accedentibus saxum illidunt. ¶ Lapis vivus, id est, pyrites, πυρίτης. Plin. *lib.* 36. *cap.* 19. Pyritarum etiamnum aliqui genus unum faciunt, plurimùm habens ignis, quos vivos lapides appellamus (sic enim legend.) & ponderosissimi sunt. Hi exploratoribus castrorum maximè necessarij, qui clavo, vel altero lapide percussi, scintillas edunt: quæ excepta sulphuratis, aut fungis aridis, vel foliis, dicto celeriùs ignem tradunt. Grattius Poëta,

*Et vivum lapidem, & circa Meliteusia nullum*
*Cerealia.*

¶ Lapidem silicem tenebant juraturi per Jovem, hæc verba dicentes: Si sciens fallo, tum me Diespiter, salvâ urbe arceque, bonis ejiciat, uti ego hunc lapidem. *Festus.* ¶ Lapis Bezoar hodie adversùs venena admodum inter eos celebratur, qui in animalium corporibus nascuntur: unde medicamenta contra venena per antonomasiam vocantur *Bezoardica.* ¶ Lapidibus agros distinguebant, qui terminales dicebantur, & hos corollis ornare, ungere, ac venerari solebant. Lapidum finalium genera, apud eos qui de limitibus scripserunt, multa reperiuntur; sunt enim hæc verba: Lapis fluvialis, cromaticus vocatur. Lapis tiburtinus, exsalis dicitur. Terminus coctus testaceus, ollagenis dicitur. Lapis albus siliceus, si petralbus fuerit, Gallicensis nuncupatur: si mixtam venam habuerit, figniferi nomen habet: nam aliquibus locis terminos non dolatos posuimus, & nihil illis subter addidimus. Lapis gammatus dicebatur, in quo forma gammæ, Græcæ literæ apparet, qui pentagoni recipiebant rationem: unde & gammati termini dicebantur. Lapis numidicus, vide infrà in *Numidicus.* ¶ Lapidibus apud veteres milliaria signabantur, quod nunc quoque quibusdam in locis aspicimus: unde lapis aliquando pro milliari accipitur: ut cùm dicimus, ad tertium lapidem, ad quartum lapidem. *Festus.* Boëthius *lapides cursorios* appellat, per quos certa loca discriminabantur. ¶ Lapis horarius, horologium, lapideum. *Novar.* Hæc Lapis, *Ennius.* Tanto sublatæ sunt agmine cunæ lapides. Non. *cap.* 3.

Lăpĭdĕus, a, um, quod ex lapide constat, saxeum. ‡ λίθινος. GAL. *De pierre.* ITAL. *Di pietra.* GERM. Steinin. HISP. *Cosa de materia de piedra.* ANGL. *Made of a stone.* ‡ ut lapideus murus, apud Livium *lib.* 1. *ab Urbe.* Lapideus postis. *Velleius.* Lapideus imbex, apud eundem Liv. *lib.* 10. *belli Punici.* & Lapidea Niobe, id est in lapidem conversa. Cicer. 3. *Tusculan.* Et Niobe fingitur lapidea præ pœre æternum, credo, in luctu silentium. ¶ Per translationem ponitur lapideus, pro gravi & ponderoso; Plaut. *in Truculen.* Lapideus sum, commovere me miser non audeo.

Lăpĭdōsus, a, um, Saxosum, quod lapidibus abundat. ‡ λιθώδης. GAL. *Plein de pierres, pierreux.* ITAL. *Pieno di pietre, pietroso.* GERM. Steinechtig, voll stein. HISP. *Lleno de piedras.* ANGL. *Full of stones.* ‡ Ovid. *de Nuce*, lapidosus ager. Plin. *lib.* 19. *cap.* 8. In locis incultis, lapidosis.

*Defluit interea lapidosus murmure rivus.*

Ovid. 3. *Fast.* ¶ Aliquando pro duro ponitur. Virg. 2. *Georg.*

——*& prunis lapidosa rubescere corna.*

Lăpĭdārĭus, a, um, quod ad lapides pertinet. ‡ λιθουργός. GAL. *Appartenant à pierres.* ITAL. *Pertinente à pietre.* GERM. Dass zu den steinen gehört. HISP. *Pertenecientes à piedras.* ANGL. *That belongeth to stones.* ‡ ut Latomiæ lapidariæ. Plaut. *in Capt. sc.* 5. *a.* 3. Inde ibis potiò in latomias lapidarias.

Lăpĭdārĭus, ii, sub. Lapicida. ‡ λιθοτόμος, λιθουργός, λιθοξόος, λατόμος, λαξεύτης, λιθοτόμος. GAL. *Tailleur de pierres, quarrier ou tailleur de pierre.* ITAL. *Tagliapietra, scarpellino.* GERM. Ein steinbrecher. HISP. *El cantero.* ANGL. *A digger of stones, a mason.* ‡ Ulp. *in l. si ut certo.* §. *sed interdum ff. Commod. vel contrà.* Nam & Mela scripsit, si servus lapidario commodatus, sub machina perierit, teneri fabrum commodati, qui negligentiùs machinam colligarit.

Lăpillŭs, i. diminutivum. Calculus, parvus lapis. ‡ חצץ *chatsátz.* λιθάριον. GAL. *Petite pierre, pierrette.* ITAL. *Pietra picciola, pietruzza.* GERM. Ein steinlin. HISP. *Piedra pequeña.* A. G. *A little stone* ‡ Plin. *lib.* 10. *cap.* 23. Excubias habent nocturnis temporibus lapillum pede sustinentes, qui laxatus somno, & decidens, indiligentiam sono coarguat. ¶ Lapilli etiam nomine gemmas, hoc est, lapides pretiosos intelligimus. *Curtius.* Lapilli auribus pendent. Horat. 1. *Serm. satyr.* 2.

*Nec magis huic intra nives viridisque lapillos*

Ovid.

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 1 *Trist.*

*Parva fides cernit ventos intenta tabella lapilli.* (de XII. scripis.)

Lăpicīda, æ gen. masc. Qui lapides vel ex rupe excudit, vel ædificio adaptat, lapidarius. ‖ ΛΞΠΟ *metsébh*, λατόμος, λιθότομος, λιθουργός, λιθεργός. Gal. *Tireur de pierre, quarrier ou tailleur de pierre.* Ital. *Taglia pietra, o scapellino.* Germ. Ein steinhauer oder steinmetz. Hisp. *El cantero.* Angl. *A mason, a digger of stones.* ‖ Vatro *lib.* 3. *de R. R.*

Lăpidīnă, vel potiùs lapicidina, quemadmodum lapicidam & homicidam dicimus, seu lapicædina, locus ubi lapides excīduntur, quam λατόμιον vocant Græci. Unde & carcerem Latomias vocamus, sive quòd damnati ad lapides excidendos mitterentur: sive quòd Syracusanorum tyranni latomias habebant instar carceris, excavatas, ex quibus exesi lapides ducerent ad urbem extruendam, hinc que pro carcere utebantur. ‖ λιθοτομία, λατόμια. Gal. *Une quarriere d'ou on tire les pierres.* Ital. *Cava de pietre.* Germ. Ein steinbruch oder steingrub. Hisp. *La cantera.* Angl. *A place of the earth digged.* ‖ Plaut. *in Captivis* fi. 1. *a.* 3. In lapicidinas facite deductus siet. Cic. 2. *de divinat.* Potest igitur tale aliquid etiam sua sponte in lapicidinas Chiorum exstitisse. In lapicidinis quæ sint cruciamenta, docet Plaut. *fc.* 4. *a.* 5.

Lăpidō, ās, apidibus obruo, vel lapides in aliquem jacio, lapidibus appeto. ‖ סקל *sakal.* λιθάζω, λιθοβολέω, καταλιθάζω. Gal. *Lapider.* Ital. *Lapidare.* Germ. Steinigen oder versteinigen. Hisp. *Apedrear.* Angl. *To strike or kill with stones.* ‖ Unde scribit Macrobius lapidatum à pop. Rom. fuisse Vatinium, significare volens, lapidibus jactis fuisse impetitum. ¶ Transfertur igitur ad inanimata: ut, lapidare aliquem verbis, pro eo quòd est, incessere. *Macrobius*, Nonantes ejus impotentiam hac dicacitate lapidatam. ¶ Lapidare crebrò apud *Livium*, pro lapidibus pluere. ¶ Dicit *Livius*, lapidavit, & lapidatum est, pro lăpidibus pluit.

Lăpidātio, verbale, lapidum jactus, lapidum obtutio. ‖ λιθοβολία. Gal. *Jettement de pierres, lapidation.* Ital. *Il lapidare.* Germ. Steinigung/ mit steinen werffung. Hisp. *Apedreamiento.* Angl. *A stoning or killing with stones.* ‖ Cic 6. *Verr.* Fit magna lăpidatio. Plin. *de viris illustr.* Intercedentem Bebium collegam, facta per populum lapidatione, submovit. ¶ Lapidatio supplicij genus apud Judæos. Lapidabantur autem 1. adulter, incestuosus accedens ad matrem, patris uxorem, filij uxorem, puellam desponsatam, masculum, jumentum. 2. blasphemus. 3. idololatra offerens de semine suo idolo Molech. 4. Violans sabbathum. 5. maledicens patri, aut matri. 6. impellens, seu incitans ad idololatriam. 7. filius inmorigerus. Ita Schindl. *in Lex.*

Lăpidātŏr, lapides jaciens. ‖ סקל *sokél.* λιθοβόλος. Gal. *Lapidateur, jetteur ou tireur de pierres.* Ital. *Chi lapida, ohtira pietre.* Germ. Ein steinigender/ der mit steinen werffe. Hisp. *Apedreador.* Angl. *An hurler of stones.* ‖ Cic. *pro domosua.* Percussor, lapidator, fori depopulator. obsessor curiæ.

Lăpĭo, is, ivi, itum, Durum efficio, & quasi in lapidem converto. ‖ λιθόω. Angl. *To make hard as it were a stone.* ‖ Pacuvius, Lapit cor eius, rumina corpus conficit. Non. *c.* 1. Lapit, id est, dolore afficit. Obsoletum est.

Lăpĭdĕsco, is, ere, legitur pro in lapidem converti, seu in lapideam duritiem. ‖ λιθόομαι. Gal. *Devenir pierre, ou aussi durcir que pierre, se convertir en pierre.* Ital. *Impietrare, divenir pietra, convertirsi in pietra.* Germ. Steinen/ oder steinhert werden. Hisp. *Hazerse piedra.* Ang. *To wax hard lyke a stone.* ‖ Plin. *lib.* 2. *de baccis coralii.* Aiunt tactu protinus lapidescere. Idem *lib.* 5. *c.* 103. Similiter in flumine Silari ultra Surrentum, non virgulta modò immersa, verùm & folia lapidescunt. Idem *lib.* 16. *cap.* 6. dicit lapidescere in duritiem.

Lapidicæsor, λατόμος. Gl. qui lapides cædit.

Lapistrus lapatium: hæc in cibo sumpta stomachum confortat, venerem reprimit. Iisd. *lib.* 17. 10.

Lăpĭthæ, Λαπίθαι. Populi fuerunt Thessaliæ, Pindum & Othryn montes incolentes, Pirithoi olim imperio patentes. ‖ Gram. Volcker in Thessalia so Pindum vnnd Othrin die grossen berg bewonth haben. ‖ Hi primi omnium frænos & strata equorum creduntur invenisse. Virg. 3. *Georg.*

*Frena Pelethronij Lapithæ, gyrósque dedêre.*

Et *lib.* 2. *Georg.*

*Et magnus Hylæus Lapithæ crateras minantem.*

Lăppă, quòd in terra lapidosa, id est, inculta, crescat. ‖ Gal. *Bardane.* Ital. *Lappola.* Germ. Kletten. Hisp. *Yerua, amor del hortelano.* Angl. *A burre.* ‖ Herbæ genus capitula habens leviter hamata, ideóque vestibus adhærentia. Tres autem sub se complectitur species: Nam quædam dicitur caninaria, quæ est exigua, canibúsque adhæret. Altera major est, & φιλάνθρωπος appellatur, quòd vestibus hominum adhæreus. ipsos amare videatur: eadem vocatur Apazine. Tertia appellatur personata, & maxima est: nascitúrque inter rivos, & flumina. Græci eam ἄγνωτα vocant. Virg. 1. *Georg.*

——— *interunt segetes: subit aspera sylva,*

*Lappæque tribulique.*

Lappaceus, adjectivum Plin. *lib.* 22. *cap.* 17. Semina in capitibus lappaceis adhærentia vestibus, de helxine.

Lăppāgo: Herbæ nomen est quam describit Plin. *lib.* 26. *c.* 10. his verbis: Et lappago similis anagallidi, nisi esset ramosior, ac pluribus foliis, aspera, rugosa, asperioris succi, gravis odoris. Quæ talis est, mollugo appellatur: similis, sed asperioribus foliis, asperugo.

Lappia, vel Lapponia, tegió Septentrionalis, à polo quinque gradibus distans. Lappones incolæ dicuntur.

Lăpsănă, λάψανα. Olus sylvestre trium foliorum: de quo Plin. *lib.* 19. *cap.* 31. Inter sylvestres brassicas & lapsana est, pedalis altitudinis, hirsutis foliis, napi simillimis, nisi candidior esset flore. Coquitur in cibo. alvum leniter emollit. Idem *lib.* 19. *cap.* 9 Necnon olus quoque sylvestre est trium foliorum, divi Julij carminibus præcipuè jacis militaribus celebratum. Altemis quippe versibus exprobravere, lapsana se vixisse apud Dyrrachium, præmiorum patsimoniam cavillantes. Dicitur etiam brassica sylvestris, & cyma sylvestris ab ipso *Plinio*: & ab *Isidoro* Armotacea.

Lapso. Lapsus, vide *Labor.*

Lăquĕār, is, & per apocopen laquear, aris; & laquearium, ij. Dicitur camera. hoc est, pars tegentior cubiculi & cœnationis convexa, quæ variis adornari solet scapturis, & coloribus. ‖ ΠΟΠΠ *rabit.* ςάσωμα, σκεπάσμα. Gal. *Le plancher d'une maison, ou le lambris du plancher.* Ital. *Architrave.* Germ. Die obere bûne oder gewelb einer gemachs. Hisp. *El techado o entramado labrado de ensamiento.* Angl. *The ceyse of a chamber emblowed, also a plaine beame in a roofe.* ‖ ¶ Hæc etiam lacunaria appellantur, propterea quòd tignorum intervalla, quamdam lacuum speciem præbere videantur. Horat. *lib.* 2. *Carm. Od.* 18.

*Non enim, neque aureum*

*Mea renidet in domo lacunar.*

Servius in illud Virg. 1. *Æneid.* Dependent lychni laquearibus aureis: à nomine lacus significante trabem in ædificiis planam aut diminutivum esse lacunar, à quo lacunarium, & per antiphrasin laquear, & laquearium.

Lăquĕātus, a, um. Laqueis intextus, ligatus. ‖ יקוש *jakásh.* ἐμπεδόδετος. Gal. *Lacé, enlacé, tenu en lacs.* Ital. *Ligato, allacciato.* Germ. Gefangen strick/ gefangen oder gebunden. Hisp. *Enlazado.* Angl. *Snared, intangled.* ‖ Colum. *lib.* 6. *cap.* 19. Cæterum corpus laqueatum, & distentum nervorum obligatur, inmorigenque medentis arbitrio est exponitum. ¶ Laquearium item dicitur id quod laquearibus est ornatum. ἐλαφρία, ἐπιπέδωσις. Vnde laquearia tecta Cicer. *lib.* 1. *de leg.* Magnificas villas, & pavimenta marmorea, & laqueata tecta contemno. Et apud Liv. 5. *decad. lib.* 1. Laqueatùm auro templum dicitur: hoc est, laquearibus aureis, vel auratis ornatum: qualis structura in Regiæ tectis Parisiis visitur. Verba Livij sunt hæc. Antiochus Jovis Capitolini magnificum templum, non laquearum auro tantùm, sed parietibus ejus lamina inauratum, hoc est, non tantùm habens laquearia inaurata, sed etiam ipsos parietes auro incrustatos.

Laqueo, est laqueo innecto.

Lăquĕus, à lax obsoleto: quod Dacorum linguâ significat sylvestrem portulacam. Vinculum ita nexum, ut pondere deprellum, claudatur, tere, plagæ. ‖ מוקש *mekesh* πρόσκομμα. *h. mayis.* Gal. *Laqs, lacs, lacet, piege, lasson.* Ital. *Laccio.* Germ. Einstrick. Hisp. *Lazo para prender.* Angl. *A snare, a gynne.* ‖ Cic. 4. *Verr.* Homini jam collum in laqueum inserenti subvenisti Ovid. 6. *Metam.*

——— *laqueóque animosa ligavit*

*Guttura.*

Virg. *Georg.*

*Tum laqueis captare feras, & fallere visco*

*Inventum.*

Meum laqueo collum quando obstrinxero. Plaut. *Aulul.* fc. 1. *a.* 2. Laqueum tibi fortuna impegit, quem non potes solvere, vel abrumpere. Senec. *cap.* 10. *de tranq.* ¶ Ponitur etiam laqueus pro quacunque re, quâ quis capi ac irretiri potest. ¶ Hinc griphos captiosásque argumentationes, laqueos dicimus. Cic. *de Fato.* Ad Chrysippi laqueos revertamur. Gell. *lib.* 1. *cap.* 2. Atque interea vocabulis haud facilè cognitis, syllogismorum, captionúmque dialecticarum laqueis strepebat. ¶ Hinc & Cicer. *pro Milone*, laqueos judicij dixit. Quurg, inquit, illam belluam judicij laqueos declinantem, jam irretitam teneret. Et *pro Cæcinna*, capi aliquem laqueo verbi dixit, pro eo quod est, irretire aliquem argutis verbotum. ¶ Inducuntur in laqueum testes interrogatione. *Quintilianus*. In laqueos inexplicabiles incidere. *Idem.* ¶ Laqueus auxiliari videtur, ἀφορμή, ἐπίτευγμα, ἐφόδιον, id est, Laqueus, ita ut videtur, bono est. Dictitari consuevit, quoties incommodum alicui verteretur in bonum. ¶ Suo ipsius laqueo captus est. In eum, qui sibi malorum est autor. *Psal.* 9. ἐν παγίδι ταύτη ἃ ἔκρυψαν, συνελήφθη ὁ πούς αὐτῶν. id est, *In ipso laqueo quem absconderunt, comprehensus pes eorum.* Nota metaphora. ¶ In laqueum inducere, est ante sic concludere quempiam, ut jam nullum sit effugium. ¶ Laqueus laqueum cepit, παγὶς ἐν παγίδι ἐπιάσθη πεπάγδι, id est, Laqueum laqueus, ita ut videtur, cepetit. Vbi malos malum obsetvat. Mandare laqueum dicimur iis, quos usque adeò negligi à nobis significamus, ut vel si suspendant sese, nihil ad nos attineat. Juvenal. *de Democr.*

——— *quum fortuna ipse minaci*

*Mandaret laqueum, mediámque ostenderet unguem.*

¶ Laquei etiam dicuntur quæstiones implicatæ.

Laquedonia, vulgò *Lacedœna.* V. L. Hirpinorum, sub A. Compsano.

Lar, is, vide *Lara.*

Lăr, sive Larunda, Nympha fuit quæ Junoni furta Jovis cum Jutturna patefacit. Hinc Mercurius compressit, & inde geminos sustulit qui à matre *Lares* appellati sunt. ¶ Sunt qui credant Lares δαίμονες genérósque eosdem esse, existimantes unicuique duos Lares esse, alterum bonum, alterum malum. Colebantur domi, focíque illis sacer erat. Vnde vulgus focum, foculare appellat, quasi laris focum. Hi putati sunt dii domestici, ἐφέστιοι θεοί, quòd ad urbis commoda vigilare dicuntur inter compita. Ovid. *in Fast.*

*Lucifero subeunte Lares delubra tulerunt.*

¶ A Nonnullis dij agrorum vocati sunt. Tibullus,

*Vos quoque felices quondam nunc pauperis agri*

*Custodes fertis munera vestra Lares.*

¶ Lares viales apud Plaut. *in Casina*, qui viæ præsunt, ἐπὶ ὁδοῖς, quos invocare solent viatores: quo etiam cognomento Mercurius colebatur, ut & erat Apollo ἀγυιεύς. Quoniam autem Lares, sive Penates, etiam privatorum domibus præesse credebantur (Plaut. *in Aulul.* Ego Lar sum familiaris ex hac familia, Vnde exeuntem me aspexistis) factum est, ut utrunq; verbum pro ipsis domibus usurpetur. Sallust. *in Cat.* Illos binas, aut amplius domos continuare, nobis larem familiarem nusquam ullum esse. Mart. *lib.* 1.

*O mihi*

*O mihi cærorum pretium non vile meorum*
*Flacce Anteriani spes & amanda lari?*

Horat. *Serm. lib. 1. Satyr. 2.*

*Qui patrium Numa donat humáque Larique.*

¶ Propatæ interioce domus. Ovid. 1. *Fast.*

*Omnes habet geminas hinc atque hinc janua frontes:*
*Et quibus hæc populum, respicit illa Larem.*

¶ Quandoque pro igne. Colum. *lib.* 11. *cap.* 1. Consuescitque rusticos circa larem dominus, focumque familiarem semper epulari. ¶ Ab ipso lare, ἀπὸ τῆς ἑστίας, id est, *A Lare incipe*, hoc est. A domesticis ac familiaribus rem suam suorum. Rectè dicitur in magistratus & alienæ vitæ censores: quorum officium est, ut in primis suos, suorúmque vitam corrigant. Nam Vestam Græci vocant, quem nos Latem ac Vestam vocamus. *Aristoph.* ¶ Lari sacrificant. *Serv. Ivven.* In tenaces proverbium, qui de suis nemini quicquam impertiunt: aut in convivas elates, qui nihil de appositis epulis mutuum amicis, neque quicquam faciunt reliquum. Nam antiquos religiosum erat, ex his, quæ Laribus immolabantur, aliquid foras efferri. *Aulul. Prologo, & act. 3. sc. 2.* Pari cœnam & Thure, & vino sacrabat. Ovid *Eleg. 3. lib. 1. Trist.*

*Ille etiam antè lares passis prostrata capillis.*

(Mos penates.) Idem *Eleg. 1. lib. 3.*

*Relliquias fraterna vaga lavisse penates.*

Idem *Eleg 8. lib. 4. Trist.*

*Ponit ad antiquas quæ tulit arma lares.*

(miles emeritus.) Meminit Idem 2. *Fastor. & Eleg. 5. lib. 2.* ¶ Lar in historia Romana est nomen viri. ¶ Compitales lares, de quibus Sueton. *in August. cap.* 31. Lares familiares in publicum abjecti. Idem *in Calig. cap.* 1. Lares Grundiles, Diomed *lib.* 1. Lares otium *lasis* dicebantur, Terent. Scaurus *de Orthographia*. Lares qui? Apuleius *de Deo Socratis.*

Lara Almonis filia, ex qua & Mercurio Lares geminos natos fingunt, ab ea & Lares quidam volunt appellatos. Fabula exstat apud Ovidium 2. *Fast.* Eadem aliter *Lactantius.*

Lārārium, ii. Sacrarium domesticum, in quo Lares & dij peculiares adorabantur. ¶ ἱδρύματα, ἱερατεῖα. Gell. 4. Die hausgöttlein welcher die hausgesetzt angebeten wurden, gesprächkammer. ¶ Scribit *Lampridius* Alexandrum Severum in lario rem divinam matutinis horis facitasse, ad effigies deorum, in quibus habebat Apollonium, Orpheum, Abrahamum, & Christum. In secundo lario simulachrum Virgilij & Ciceronis.

Lārāndā, ὁ νῦν. Civitas Lycaoniæ, in præfectura Antiochena, non procul a Derbæ. Vide Prol. *lib.* 5. *cap.* 6. & Strab. *lib.* 12.

Larcus, vas viminum, in quo frumenta catones. Rh.

Lārdum, i, sive laridum, i, *lardi* vel ab *aridum*. Caro sulla quovis modo salita. ¶ χοιρεία, ταρίχη. Gal. *Du lard, du porc salé.* Ital. *Lardo.* Germ. Speck, gesaltzen (oder eintzen) fleisch. Hisp. *El lardo è tympano de tocino.* Angl. *Bacons.* ¶ Ovid. *lib.* 6. *Fast.*

*Pingue quid hoc ritu guttam mihi lardo Calendis?*

Laridi mi legitur apud Plaut. in *Captivis, sc.* 2. *act.* 4. Quanta, inquit, pernis pinguis vestiet: quanta libes laridi? Caro salita laridum est, & laridum dictum quasi largè aridum. Macrob. 7. *Saturn.* Plaut. *Capt. sc.* 2. *act.* 3. Ibo ad præfecturam, & Jus dicam laridi. Idem *Aten. sc.* 3. *act.* 1. Squillam, laridum, pernam, &c. Item, Jube laridum atque epula foveri. Idem *Curcul. sc.* 2. *act.* 4.

Lardārium, locus, ubi lardum servatur & continetur. Ver. Dict. Ar Hadr Jun. in *Nicer.* exponit lardarium, quo coqui carnes confingunt, inaspersio lardo. ¶ Germ. Specktadel. Gal. *Lardoire.* Ital. *Lardiera.*

Lārentiā, nobilissima meretrix fuit, quæ populum Romanum hæredem fecit, & postea pro dea habita, Flora appellata est. ¶ Die göttin Flora. ¶ cujus facta *Floralia* dicuntur. Vide suprà in Dictione *Flora.*

Lares, ium. Vide *Lar.*

Laridum, idem quod lardum, id vide.

Largens, domesticus. Lege *Larga.*

Lārgior, ἐλεύθερος: ut-à mē, ne, parcus. Dono, concedo, permitto, relinquo. ¶ נדב *nadab*. נתן *natán*. נתן *nathán*. ἀφίημι, χαρίζομαι. Gal. *Donner largement, & abondamment.* Ital. *Donare largamente.* Germ. Reichlich aufgeben / schencken. Hisp. *Dar largamente.* Angl. *To give largely.* ¶ Largiri civitatem. Cicer. *pro Corn. Balbo.* Homo, tam gravitate & prudentia præstans, tum vel nimium pareus in largienda civitate. Largiri cœnam. Plaut. in *Amphitr.* Proin tu illam cœnam largire, si sapis, esurientibus. Largiri libertatem populo. Cicer. 3. *de Legib.* Sed ego, etsi satis dixit pro se illis libris Scipio, tamen libertatem istam largior populo, ut autoritate valeant, & utantur boni: sic enim à me recitata lex est de suffragiis. Largiri vitam. Plaut. *Asin.* — jam ipse Vitam meam tibi largiar, & de mea ad tuam addam. ¶ Largior de te puer. Terent. in *Adelph.* hæc: promisi ego illis. M. promisisti autem? de te largior puer. Largiri ex Cic. *ad Appium lib.* 3. Quum & natura semper ad largiendum ex alieno foetum restringitur. Si tempus non largitur, id est, non permittit, non concedit. Colum. *lib.* 5. *cap.* 9. Largiri se ultrò. Plaut. *Mil.* Nam tu te vilem feceris, si te ultrò largibere. Largibere pro largitis. Sicut Idem in *Bacch.* Tum libertatem Chrysolao largibere. Idem *Asin. sc.* 2. *act.* 4. Istóne mores partem æquum est libertis largiriet. Item, Quæ est ea lætitia, quam iste læcus largitur mihi? Idem *Capt. sc.* 2. *act.* 4. Lingua largior. Idem *Asin. sc.* 2. *act.* postquam herili filio largius est dictis. Idem *Pseud. sc.* 4. *act.* 1. Tibull. *lib.* 4.

*Quam largita tuis sunt munia filamina vatum.*

Largitur, participium passivum. Plin. *lib.* 17. *cap.* 11. Aut si condicio largita non sit.

Largitor, Donator liberalis, populi corruptor, ¶ נדב *nadab*. חנן *chanún* נתן *nathán*. δότης, χορηγός. Gal. *Liberal, donneur.* Ital. *Prodigo à prestare in donare.* Germ. Der reichlich mitheilet oder darleihet. Hisp. *El que da largamente.* Angl. *A liberall giver.* ¶ Liv. 6. *ab Vrbe.* Quum urbem largitor espisset Dictator, prædam militi dedit, quò minùs spera-

tam, ruinæ largitore duce, eo militi gratiorem. ¶ Cicero in malam partem utitur, pro eo qui largitione populum corrumpit, *pro Calio.* Non potest qui ambitiosè, nec abjectum quidem patitur esse absolutum: ita prorsus impune unquam esse largitor. Idem 1. *Offic.* Existuntque in Republica plerumque largitores, & factiosi ut opes quàm maximas consequantur.

Lārgitās, ātis, Liberalitas, munificentia. ¶ נדבה *nadbah*. δωρεά. Gal. *Largesse.* Ital. *Liberalità, largheza.* Germ. Ein freywillige reiche milte gaab oder einige gemeine Gunst. Hisp. *Liberalidad, largueza.* Angl. *Largesse, liberality, bounty.* ¶ Largitas, & largitio, duo inter se differunt, quòd largitas (ut Agretius ait) humanitatis sit, largitio ambitionis. Est enim largitas rationabilis & definitus liberalitatis effectus: largitio expensa quæ fit ut gratia parandum favorem ad potestatem magistratuum. Terent. *in Adelph.* Quæ illinc sublata est largitas? Quandoque tamen largitio pro liberalitate ponitur. Cæsar 1. *bell. civ.* Simul à Tribunis militum, centurionibusque mutuas pecunias sumpsit, has exercitui distribuit: quo facto duas res consecutus est, quod pignore animos centurionum devinxit, & largitione redemit militum voluntates.

Lārgus, a, um, Copiosus, uberes, amplus, latus. ¶ רב *rab*. Plin. *libro* 11. *cap.* 39. Pili equis in juba largi, in armis leoni. ¶ Largus opum. Virg. 11. *Æneid.*

*Largus opum, lingua melior, sed frigida bello*
*Dictis.*

Ubi Servius, Largus opum, Abundans opibus, dives. Traderet largus lachrymarum foras. Plaut. *Asin. sc.* 1. *act.* 3. Opera ut largus est nocturna. *Ibid. sc.* 3. *act.* 3. Horat. *Carm. Ode* 11. Donate largus, dixit pro largus in donando, largissimum epulum præbere, Suet. in *Cæs. cap.* 38. Accipitur etiam pro eo qui multa largitur, qui liberalis est, vel etiam prodigus, profusus, splendidus. ¶ נדיב *nadib*. שפע *shéfa*. λαμπρός, δωρεάν. Gal. *Large, abondant.* Ital. & Hisp. *Largo.* Germ. Gelegig / gendig. Angl. *Large, liberall.* ¶ Cicer. *lib.* 2. *Offic.* Omnino duo sunt genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales.

Lārgè, adverb. Liberaliter, abundanter. ¶ ברוב *berób*. δαψιλῶς. Gal. *Largement, a foyson, a planté.* Ital. & Hisp. *Largamente, copiosamente.* Ger. Reichlich / überflüssiglich. Angl. *Largely, plentifully.* ¶ Horat. *lib.* 1. *Carm. Od.* 9.

*Dissolve frigus, ligna super foco*
*Largè reponens: &c.*

¶ Nemini credo, qui largè blandus est, dives pauperi. Plaut. *Aul. sc.* 4. *act.* 1.

Largiter, aliud adverbium. Brutus *Attic.* Sed persuade tibi de voluntate propria mea nihil esse remissum, de judicio largiter. ¶ Largiter vini. Plaut. in *Trucul.* Ædepol, Neptune peccavisti largiter, qui occasionem istam amisisti tam bonam. Idem *Mostell. sc.* 2. *act.* 2.

Lārgītus, teste *Nonio*, pro largè, sive largiter, sed antiquum est & obsoletum. *Afranius*, Quid illuc est? quid fles? quid lachrymas? largitus proloquere.

Lārgĭfĭcus, a, um, adjectivum: ut, Stipe largifica ditare aliquem. Lucr. *lib.* 2.

Lārgĭlŏquus, qui abundanter loquitur. ¶ πολύλογος. Gal. *Grand parleur.* Ital. *Gran parlatore.* Ger. Ein tandman der viel (oder grätzen) klappert. Hisp. *Que largamente habla.* Angl. *That speakes much.* ¶ Plaut. in *Cistell.* — quæ ubi saburraæ sumus, Largiloquæ exemplo sumus: plus loquimur quàm sat est. Quin prætruncari tibi istam linguam largiloquam jubes? Idem *Mil. sc.* 3. *act.* 2.

Lārgĭflŭus, dicitur qui largè & abundanter affluit. Cicer. 3. *de Orat. ex Fabio*, Grando multa imbri largifluo subita, & præcipitans cadit.

Lārgissĭmè, Suet. in *Aug.* Quoties largissimè se invitaret.

Laricina Resina gracilis, mellei liquoris, virus tedolens. Plin. *lib.* 24. *c.* 6. In officinis pro terebinthina, sed rarior est: hæc non vitiosa, sed suaviter odorata.

Larigna, resina ex larice. Sed pro terebinthina consuevit usurpari.

Larignus, a, um, ex larice factus.

Larimnum, odor præstantissimus ex fuffitu in Sabæis. Rh.

Lārīnās, Virgo quædam Italica, una ex Camillæ comitatu, quæ Turno adversùs Æneam suppetias tulit, Virg. 1. *Æneid.*

*At circum lætа tomices, Larinásque virgo,*
*Tul æquet.*

Larinè, λαρίνη. Fons est Atticæ, sicut Callirhoë. Plin. *lib.* 4. *cap.* 7.

Larissæ, urbs est Elei, Herodot.

Lārīssa, λάρισσα. Nomen est multarum civitatum. Una in Thessalia, à qua Achilles Larissæus dictus est. Alia pensilis in Creta, à nonnullis Pelasgia dicta. Stephanus Corcyram Creæ urbem olim Larissam dictam scribit. Alia in Peloponneso, arx Argivorum. Alia in agro Attico. ¶ Apud Thralles etiam urbs est Larissa, ut Strabo scribit: à qua Larissæus Jupiter, Ζεὺς, λαρισσαῖος & λαρισσεύς, est dictus. ¶ Larissa quoque in Italia, quam (ut Diodorus *lib.* 5. scribit) Pelasgi condidere. Cæsar 3. *bell. civ.* Universi simul Larissam versùs se recipere cœperunt.

Lārĭus, Lacus est totius Italiæ amplissimus, vulgò *Lago de Como.* ¶ Der Cumer see. unde & à *Virg.* Maximus, vocatur: quem & à Como vicino oppido nonnulli appellant Comensem. Per hunc lacum medius fluit Abdua Amnis, aquásque ejus reddit suaviores: deindè per oppositam lacûs partem erumpens, in Padum non longè à Cremona influit. Dictus Larius à fulicarum multitudine. A Græcis enim λάρος vocatur fulica, quæ est avis nigra, & malcum in aquis degens. ¶ Fuit & Larius filius Lydi, filij Herculis.

Larius, a, um, Catullus, *Carm.* 33.

*Veronam venias, novi relinquens*
*Cum mœnia, Lariúmque littus.*

Lārix, ῆκος. Theophrasto, si Theodoro credimus, Arboris genus cognatum abieti & pino; nullam quantumvis longâ senectâ cariem sentiens, neque ignem per se concipiens, neque ulla ratione ardens,

dens,

dens,eò quòd plurimum terrestris,aquæque habeat substantiæ : minimum autem ignea,aut aerea. Nec est alia ratio eam consumendi, quam si magna lignorum copia utatur, quemadmodum in iis contingit lapidibus, qui calcis gratiâ coquuntur. Abundat circa Padi ripas,& maris Adriatici littora, vix alibi nota. Vide Plin. *lib.* 16. *cap.* 10. Lucan. *lib.* 7.

*Et larices fumoque gravem serpentibus arua*
*Abrotonum.*

Larna, rosarium, Gloss. Isid.

Lasodij, populi fuerunt in Scythia Asiæ, ut *lib.* 4. scribit Herodotus.

Latta,urbs in Epiro hodie olim Ambracha.

Lārva,anim, à *Lemure*, vel à *larâ* : ut arvum ab *aro* : servus à serus, Noxiæ inferorum umbræ, furiæ, erynnes. ¶ μορμονες, μορμολυκεια. GAL. *Effrits qu'on dit aller de nuit, loups garous.* ITAL. *Spirito che vanno di notte.* GERM. Ein nachtgespenst / holtzergeyst / rumpelgeyst HISP. *Fantasma que parece de noche.* ANGL. *Fayries or the Lady of the fayries.* ¶ Plaut. *in Amphitr.* Nam hæc quidem ædepol larvarum plena sunt. Larvæ,& intemperiæ, insaniæque agitant hominem. Idem *Aul. sc.* 3. *act.* 4 Larvæ stimulant vitium. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3 Larva umbratilis tu me minus territas? Idem *Amphitr.* Hinc Larvati, μορμολυκειοι, dicuntur furiosi & mente moti, quasi à larvis exterriti : quales sunt quos vulgò *Damoniacos* appellant. *Idem*, Larvatus ædepol hominem miserum mendicum quæritas. Hi etiam Ceriti dicuntur à Cerere,quasi Cereris,ita animo vexati. *Idem*, Cerrè larvatus,aut Ceritus. Idem *Menæch. sc.* 4. *act.* 5. Nam larvatus es, aut ceritus? ¶ Larva etiam persona, quam Barbari vocant mascam. ¶ σοφωνιον, μεγαλυνειον. GAL. *Masque, face visage.* ITAL. *Volto finto, maschera.* GERM. Ein bugenvantlitz. HISP. *La mascara, ò carrasula, ò carantoña.* ANGL. *Amasking visour.* ¶ Hinc larvarum dicimus personarum. Horat. 1. *Serm. Satyr.* 5.

*Nil illi larva, aut tragico portentum cothurno.*

Apul. *in Apolog.* larvas appellat noctium occursacula, bustorum formidamina, sepulchrorum terriculamenta. August. *lib.* 4. *de civitate Dei.* Larvæ dicuntur animæ hominum depravatæ, & in malis vitæ meritis maculosæ, quæ à corpore separatæ terriculamento sunt mortalibus. Cum larvis luctari dicuntur ij, qui vitâ defunctos infectantur maledictis : qua re nihil posset esse indignius ingenuo viro. Qui larvæ. Apul. *de Deo Socratis.*

Larvatus, vide in *Larva.*

Lārvālis, e,Deformatus,pallens, φοβερος. Sidonius, Facies veluti umbris mœstificata larvalibus.

Larunda,Nympha fuit Latium mater,quam alij Laram vocant, à qua Lares dicti, Vide *Lara.*

Lārūs,i,Avis est aquatica. colore fusco, magnitudinem columbæ non multum excedens. λαρος. Quidam fulicam interpretantur. ¶ Larus hians, λαρος, στηλιτευει, proverbium in fures. Est enim hæc avis mirum in modum rapax. *Suidas.*

Larymna,oppidum in ora Locrorum Epicnemidiorum, ad Boagrium amnem, non procul à Thronio oppido, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 7.

Larymna, oppidum Bœotiæ ad Cephisum fluvium, ut scribunt Plin. Strab. & Pomp. Mela.

Larynx,αγγος ὁ. caput & ostium asperæ arteriæ.

Lāsānum, Vasculum evacuando veneri accommodatum. ¶ ἀσκαριον. GAL. *Pot à chambre, pot à pisser.* ITAL. *Cantharo, orinale, sella forauna, banchetta, zangola.* GERM. Ein schisstubel/oder tachel. HISP. *Orinal.* ANGL. *A water pot,closse stoole.* ¶ Horat. 1. *Serm. Satyr.* 6.

*Quum Tiburte via Praetorem quinque sequuntur*
*Te pueri,lasanum portantes,cænophorumque.*

Lascia,Scal. *in Tibull.* Quas latini tractas lanæ vocant, eas *lascias* dixit Greg. Turon. *lib.* 4. 26.

Lāscīvus, a,um, quasi lassus. Protervus,salax,plus mollitiei(ut inquit Valla in Randensem) quàm roboris, aut constantiæ habens. ¶ סורר *serér* סרר *sarár* ἀπλως, λαγος. GAL. *Lascif, luxurieux.* ITAL. *Lascivia, molle, luxurioso.* GERM. Geil/mutwilligerpig HISP. *Dissoluto, loçano, ratoçon.* ANGL. *Lecherous, wanton savage.* ¶ Virgil. 3. *Eclog.*

*Malo me Galatea petit lasciva puella.*
*Filius hujus erat primo lascivus in anno* (cujus ludus noxius.)

Ovid. 4. *Fast.*

*Debitum si quis lascivâque carmina quærit,*

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.* Fit autem lascivus à *lacio* insertâ literâ s. Plin. *lib.* 8 *cap.* 40. Memoratur & Nicomedis Bithyniæ regis,uxore ejus Consingi lacerata,propter lasciviorem ejus cum marito jocum. ¶ Dicitur etiam de brutis animantibus. Virg. 1. *Eclog.*

*Florentem cytisum sequitur lasciva capella.*

¶ Aliquando ponitur pro impudico. Martial. *lib.* 1.

*Lascivus est nobis pagina vita proba.*

Lāscīvissĭmus.superlat. ἀκολαστοτατος. Suet. *in Tiberio*, Cubicula plurifariam deposita tabellis ac sigillis lasciviissimarum picturarum, & figurarum adornavit.

Lāscīvĭa.æ, Mollities,petulantia,nequitia,incontinentia corporis, vel animi. פרוץ *farab.* ἀκολασια, ἀκρασια. GAL. *Intemperance & lasciveté, paillardise, molesse.* ITAL. *Lascivia, lussuria.* GERM. Mutwill/gailheit/ appigkeit HISP. *Locania obra de rameçir.* ANGL. *Lecherie, to intemperate, fawtinesse.* ¶ Procedit enim lascivia ab animi alacritate. ¶ Aliquando pro joco, petulantia & procacitate usurpatur. Plin. *lib.* 26. *cap.* 1. Gravissimum ex his morbis lichenas appellavêre Græco nomine : Latinè, quoniam à mento ferè oriebatur, joculari primum lascivia (ut est procax natura multorum in alienis miseriis; mox & usurpato vocabulo, mentagram, occupantem in multis totos utique vultus.

*At quare in nostra nimia est lascivia Musa?*

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

*Hæc tibi me in ipsum lascivia fecit, &c.*

*ibidem.* O cæcilianum colone, ô virgarum lascivia. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Garrulitas,arguitæ lascivia puerorum. Senec. *cap.* 16. *de consol. ad Helviam.* ¶ Lascivia maledicendi,apud Quintil. *lib.* 9. *cap.* 2. pro maledicendi voluptate. Assistentes, inquit, oderint hanc maledicendi lasciviam. ¶ In oratione quoque laudibunda & exultante dicitur esse lascivia. *Idem Quintil.* Ne recentis hujus lasciviæ floscvlis capti, voluptate quadam prava delinientur.

Lāsci-libūndus,adject. *Plautus*, Quidnam dicam Dinacium lasciviibundum tam libenter currere? *in Stichо.*

Lāsciviter,lasciviter:adverb.id est,petulanter,procaciter, molliter, nequiter. LIV. τρυφῶν μᾶλλον ἢ σεμνῶς, lasciviter dixit pro lasciviènter autor est Sosipater *lib.* 2. *Dipth. Grammat* lasciviterque ludunt.

Lāscivio,Petulanter ago petulans sum, exulto. ¶ סרר *sorér* סרר *sarár* τρυφερῶς, ἀκολαστως. GAL. *Rager,folastrer,estre lascif, libander.* ITAL. *Gongolare.* GERM. Gail oder mutwillig sein. HISP. *Retoçar ò burlar.* ANGL. *To be wanton,to grow to rankely.* ¶ Ut equi indomiti solent, aut qui diu in ocio fuerunt,qui aut calcitrare præter solitum, aut lusitare exultatéque solent. Colum. *lib.* 7. Satietate veni pabuli pecudes exhilaratæ lasciviunt. ¶ Lascivire alicui. Stat. 1. *Sylv.*

*——paulum arma nocentis Thebæ*
*Ponite : delicto volo lascivire feroci.*

¶ Lascivire etiam arbores dicuntur, quum nimia pabuli ubertate luxuriant. *Rudæus.*

Lāser,eris, Succus laserpitij,eximij in medicamentis usus. ¶ σιφιον ὑποφορ. GAL. *Benjoin.* ITAL. *Bengivi.* GERM. Teufelsdreck. HISP. *Benjuy.* ¶ Plin. *lib.* 19. *cap.* 3. Ab his proximum dicetur autoritate clarissimum laserpitium,quod Græci silphion vocant,in Cyrenaica provincia repertum,cujus succum vocant laser,magnificum in usu,medicamentisque. Col. *lib.* 5. *cap.* 10. Nos exiguum admodum laseris vino dilutimus & ita cacumina arboris summa oblinimus.

Laserculi, placentulæ. Mar.

Lāserpĭtium, ij, Virgultum herbidum,ex cujus culmo exudat succus roscidus,quem vocant laser,magnificum in medicamentis,& in Cyrenaica provincia laudatissimum σιλφιον. Hinc Catullus *ad Lesbiam*, laserpitiferas vocat Cyrenas. Caulem laserpitij magudarim vocari autor est Galenus, quanquam non desunt, qui semen etiam eodem nomine appellant. A laserpitio Cato formavit, laserpitiatus, a,um, *c.* 116. *de re rust.* tentim quomodo servari oporteat:laserpitium aceto diluito,permisceto lentim aceto laserpitiato,& in sole ponito. Eo laserpitij pondo libram diluunt. Plaut. *Pœnul. sc.* 2. *act.* 3 Plin. *lib.* 18. *cap.* 30. Sunt qui lentem aceto laserpitiato aspergant.

Laserpitifer, laserpitium ferens. Catull. *ad Lesbiam.*

*Laserpitiferis cretæ Cyrenis.*

Lases olim dicebantur,qui nunc lares. Terent Scaur. *in Orthogr.*

Lasia,Λασια, vulgò *Andro*, Insula est decem tantùm passuum millibus distans à Geresto Euboeæ, quæ notiore nomine Andros dicitur. Autor Plin. *lib.* 4. *cap.* 14. ¶ Est & altera ejusdem nominis insula non procul à sinu Troezenio. Plin. *loco jam citato.*

Lassia, mappula villos habens, mantile. Poll.

Lassiciusmus, animal. Gesn.

Lāssus,nomen est adjectivum à labore,aut lapsu. Fessus, vel fatigatus, hoc est corporis,vel animi labore fractus. ¶ יעף *jahéph* נלאה *nileh.* κεκμηκως. GAL. *Las,lassé.* ITAL. *Stracco,affaticato,lasso.* GERM. Müd/Aseig. HISP. *Cansado con trabajo, fatigado.* ANGL. *wearie,tyred.* ¶ Plaut. *in Amphitr.* lassus sum hercle,è navi ut vectus huc sum : etiam nunc nauseo. Ter *in Heaut.* Etenim lassam oppidò tum aiebat,eo ad eam, non admissa sum Plaut. *Pœnul. sc.* 2. *a.* 2. — nam ut lassus veni de via, Me volo curare. Amore lassus. Ovid. 3. *Amor. Eleg.* 6.

*Lassum in extremis jacco, populisque, locisque* (de ægro.)

Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.*

*Quo fessi unde petam lassis solatia rebus?*

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 5. *Trist.* Resistando retinendóque lassum reddiderunt. Plaut. *Capt. sc.* 3. *a.* 3.

Lāssŭlus,i, diminutivum,Parum fatigatus. ¶ ὀλιγον τι κεκμηκως, ὑποκαμων. GAL. *Qui est un peu,ou aucunement las.* ITAL. *Alquanto stanco.* GERM. Müdlächtig HISP. *Cansado,ò trabajado un poco.* ANGL. *Somewhat wearie.* ¶ Catull. *de Berecynth.*

*Itaque ut domum Cybeles tetigêre lassulæ*
*Nimio à labore somnum capiunt sine Cerere.*

Lāssĭtūdo,nis,Defatigatio,languor ex labore perceptus. ¶ חלאה *telaáh* κοπος, κοπωσις. GAL. *Lassitude.* ITAL. *Stracchezza & fiacchezza.* GER. Müde. HISP. *Cansancio por trabajo.* ANGL. *wearinesse.* ¶ Salust. non famem, aut sitim, neque frigus, neque lassitudinem operiti. Plaut. *in Capt.* — illic ibi demum est locus,ubi labore lassitudo omnis exigunda ex corpore. Cic. *ad Cornif.* Sed nulla lassitudo impedire officium & fidem debet. Cæs. 2 *bell. Gall.* Cursu ac lassitudine exanimatus. Genua succidunt lassitudine,credo hercle. Plaut. *Curc. sc* 3. *a.* 2. Cùm supervacua lassitudine domum tedire. Senec. *cap.* 12. *de tranquill.* Compedes:lassitudo, Plaut. *Men. sc.* 6. *a.* 5. Quanta laniis lassitudo,quanta porcinatiis (venit.) Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 4.

Lāsĕsco,is, Lassus fio,fatigor. ¶ נלאה *nileáh.* κοπιαω, εκκοπιαω, ὑποκαμνω, ὑποτρεσω. GAL. *Se lasser,devenir las.* ITAL. *Divenir lasso, stanchezzi.* GERM. Müd werden. HISP. *Cansarse.* ANGL. *To waxe wearie.* ¶ Plinius *lib.* 10. *c.* 16. Non lassescere in nullo labore qui nervos ex alis & cruribus gruis habeant. Idem *lib.* 14. *cap.* 2 Si non præpinguis soli ubertas lassescentem sustineat.

Lāsso.as,Fatigo,exerceo,defatigo,labore obruo. ¶ חלאה *hileáh.* κοπιαω, ἀποκοπιαω, κακοπαθεω. GAL. *Lasser.* ITAL. Stancare, affaticare. GERM. Ermüden/müd machen. HISP. *Cansar à otro.* ANGL. *To wearie or tire.* Ovid. 3. *de Ponto.*

*Mitius ille perit subita qui mergitur unda,*
*Quàm suus qui tumidas brachia lassat aquas.*

Senec. *Epist.* 89. Cujus patrimonium Fabularius lassat.

*Vrbs quoque te & legum lassat tutela tuarum.*

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Hujus compositum est delasso, vehementer lasso. Plaut. *in Asin.* Eum etiam hominem in Senatu dare operam, aut clientibus ibi labore delassatum, noctem totam sterrere.

Lāssŏr,aris,passivum. καταπονουμαι. Ovid. 2. *Metam.*

*——in molli nec quisquam lassor arena.*

Lassātus, participium. ἐκλυτὸς γενόμενος, ἀπειρηκώς. Gal. *Lassé.* Ital. *Stracco.* Germ. Ermüdet. Hisp. *Cansado.* Angl. *wearied or tired.* Juvenal. *Satyr.* 6.

*Et lassata viro nondum satiata recessit.*

Senec. *cap. de consol. ad Helv.* Lassata in me fatorum crudelitas consistat.

Lastaurus, λάσταυρος, cui hirsutus θῶρος, i. e. ea pars quæ inter anum & scrotum interjecta: item salax, impudicus.

Latax, λάταξ, ακος, nomen animalis quadrupedis amphibij, aërem, non humorem recipientis, crocodili more. Aristot. *hist. anim. lib.* 8. 5. Suidas λαλαξ ὑγρὰ μεγάλη σταγὼν magna gutta, stillicidium majusculum.

Lasthenia, nomen est mulieris Mantinex, quæ adeò cupida fuit discendæ Philosophiæ, ut assumpto virili habitu, Platonis auditorium frequentaret. *Laertius.*

Lasus, λάσος, primus de musica scripsit, & dithyramborum certamen protulit primus: vixitque temporibus Darij Persarum regis. *Suidas.*

Lăteo, es, ui, ĕre, λανθάνω. In occulto sum, me abscondo abditus sum. { סתר nistar מחבא mechbâh. λανθάνω. Gal. *Se cacher, estre caché, n'estre vû ny cognu.* Ital. *Essere nascoso, nascondersi.* Germ. Verborgen ligen. Hisp. *Escondersse.* Angl. *To lurke or lie hid.* } Virg. 3. *Eclog.*

——— *latet anguis in herba.*

Cic. 5. *Verrin.* Nullæ sunt occultiores insidiæ quàm hæ quæ latent in simulatione officij. Horat. 1. *Epist.*

——— *Vrianus, armis*
*Herculis ad postem fixis, latet abditus agro.*

¶ Et quoniam ea quæ in occulto sunt fere ignoramus, factum est ut latêre accipitur pro incognitum esse, vel ignorari. ¶ Et in hac significatione plerumque accusativum habet. Virg. 2. *Æneid.*

*Nec latuere doli fratrem Iunonis & iræ.*

¶ Sic dicimus hæc res latet me: hoc est, me fugit, præterit. Latet plerosque, id est, in occulto est plerisque, vel plerique ignorant. Plin. *lib.* 1. *cap.* 10. latet plerosque magna ex illi affectatione compertum à principibus doctrinæ viris supernorum trium syderum ignes esse. ¶ Aliquando etiam in hac significatione cum dativo legitur. Lucan. *lib.* 10.

*Tu mihi causa latet.*

¶ Latere sub, & inter. Liv. 4. *bell. Maced.* Sub umbra Romanæ amicitiæ latebat. Plaut. *Trinum.* Satin' inter labra atque dentes latuit vis minimi pretij. Idem *Mostell. sc.* 1. *act.* 1. Exi è culina nidor, quid lates? Et *Pseud. sc.* 2. *act.* 1. Ubi sunt? ubi latent? qui amant à lenone. *Vellius.* Virtute eminet: patriâ latet. Ovid. 13. *Metamorph.*

*Post clypeumque latet, & mecum contendit sub illo.*

Idem *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.*

*Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit: &c.*

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.* Latet virtus in bonis rebus: in malis apparet.

*Quæ latet, inque bono cessat non cognita rebus,*
*Apparet virtus, arguiturque malo.*

Et *Eleg.* 8. *lib.* 1.

*Gratuler ingenium non latuisse tuum.*

¶ Hujus verbi compositæ sunt, Deliteo, de quo *suprà*, Obliteo, & Oblitesco, de quibus suis locis.

Latesco, is: lateo. vide *infrà*, locum Cicer. in *latera*, post *latus*.

Latens, entis, Ovid. 15. *Metam.*

*Insidias prodet (nitor galeæ) manifestabitque latentem.*

Lătēnĕr, adverb. Clàm, occultè. { κρύβδην. Gal. *En cachette, secrettement, couvertement.* Ital. *Nascosamente.* Germ. Verborgenlich. Hisp. *Escondidamente.* Angl. *Quietlie.* } Cic. *in Top.* Cùm enim nihil sine causa fiat, hoc ipsum est fortunæ eventus obscura causa, quæ latenter efficitur.

Laterani, satellites latus Principis stipantes. Tertull.

Lătito as, Sæpe, aut ferè semper lateo. { סתר nistar מחבא mechbâh, κρυπτω, μαχω. Gal. *Se cacher, se se monstrer point.* Ital. *Nascondersi quà & là.* Germ. Stäts verborgen ligen und nirgends fürhin kommen. Hisp. *Escondersse à menudo.* Angl. *To lurke or lie hid often.* } Cic. *pro Cluent.* Exstabitur domo latitans Oppianicus à Manilio. Horat. 3. *Carm. Ode* 12.

*Celer alto latitantem fruticeto excipere aprum.*

¶ Cato tamen latitaverunt dixit, pro frequenter tulerunt, alterum frequentandi verbum à Feto. ¶ Latitare, inquit *Budæus* dicuntur qui ad judicium vocati frustrantur & ludificantur. Cicer. *pro Quint.* Ego experiri non potui: latitavit, procuratorem nullum reliquit. ¶ Latitare est, ut ait *Vipian.* non ut Cicero definit, turpis occultatio sui: Potest enim quis latitare non turpi de causa, veluti qui tyranni crudelitatem timet, aut vim hostium, aut domesticas seditiones. Hotoman. Ovid, *Eleg.* 4. *lib.* 3.

——— *Latitantes versus amicos*
*Protrahet.*

Lătitātio, nis. { מחבא machabê חבוין chebîjn. κρυπτη. Gal. *Cachement.* Ital. *Nascondimento.* Germ. Das verligen. Hisp. *Escondimiento.* Angl. *Aturking.* } Quint. *lib.* 7. *cap.* 3. Sonus, clamor, gemitus, latitatio, metus, & similia.

Lătebra & latebræ, arum, locus ubi aliquid latet. { סתר sêther מחבא machbê. δυσις. Gal. *Cachette.* Ital. *Luogo da appiattarsi, nascosa, sagna.* Germ. Ein ort in dem sich einer verborgen hält. Hisp. *Escondrijo lugar de esconder.* Angl. *A lurking corner.* } Lucan. *lib.* 1.

*Credendum est bella, quorum tibi tuta latebra.*
*Latibus erit.*

Quintil. Et quamvis odio eversoris nostri evocatus ex latebris suis, populus subsellia non implet. Plaut. *in Aul. sc.* 1. *a.* 4. Non metuo ne quisquam inveniat, ita probè in latebris sicum est. Dicuntur & latebræ pro ferarum cubilibus: quanquam nonnulli ita distinguunt, ut latebræ hominibus dicantur: latibula de feris. Sed non semper observatur. Nam & latebræ passim apud receptæ autoritatis scriptores pro ferarum lustris inveniuntur accipi. Liv. *lib.* 46. Inter vepres, & latebras ferarum noctem unam delituit. Plin. *lib.* 10. *cap.* 19. Œnanthe quidem etiam stratos latebræ dies habet. ¶ Ponitur interdum latebra pro excusatione, & prætextu, πρόφασις. Cic. 3. *Offic.* Sed si hoc sibi sumant, nullam esse fidem, quæ infideli data sit, viderint, ne quæratur latebra perjurio. ¶ Latebra scribendi, γραμμοχαρία, scriptura occulta. Gell. *lib.* 17. *cap.* 9. Quænam verò litera, pro qua subderetur, antè iis (sicut dixit) complacebat, qui hanc scribendi latebram parabant. *Ibid.* furtivum scripturæ & literas secretiores vocat. Rursus, Profunda quædam & inopinabilis latebra.

Lătebrĭcŏlă, æ, latebras incolens. { φολεύς. Gal. *Qui se tient & demeure en cachette.* Ital. *Chi si occulta in luoghi nascosti.* Germ. Der in einem verborgnem ort sich enthelt. Hisp. *Morador en escondrijos.* Angl. *That remaineth in a lurking place.* } Plaut. *Trinumm.* Latebricolarum hominum corruptor.

Lătebrōsus, a, um, ut latebrosus locus, in quo frequenter latebræ sunt, obscurus, tenebricosus. { אפל aphêl. σκοτεινὸς. Gal. *Plein de cachettes.* Ital. *Pieno di luoghi da appiattarsi.* Germ. Ein ort voll heimlicher schlupffen oder verborgner winckeln. Hisp. *Cosa llena de escondrijos.* Angl. *Dark and full of lurking corners.* } Plaut. in *Bacch.* Nam huic ætati non conducit mulier latebrosus locus. Latebrosus locus ad equites tegendos. Liv. 1. *bell. Pun.* Colles latebrosi, Silius *lib.* 5. Flumina latebrosa, Virg. 8. *Æneid.* Nox latebrosa, Lucan. *lib.* 6.

Lătebrōsĕ, adverb. Occultè, clam. { κρύβδην. Gal. *En cachette.* Ital. *Nascostamente.* Germ. Verborgenlich, heimlich. Hisp. *Escondidamente.* Angl. *Secretlie.* } Plaut. *Trinum.* — pater adsum, Impera quid vis, neque tibi ero in mora: neque latebrosè me abs tuo conspectu occultabo.

Lătĭbŭlum, i, In quo aliquid delitescit. { סתר sêther מחבא machabê. φωλεὸς. Gal. *Caverne, tanière, cachette.* Ital. *Luogo dove si nasconde.* Germ. Ein höle oder loch darein sich ein thier verschlufft. Hisp. *Escondrijo.* Angl. *A lurking place.* } Valla distinguit latibulum à latebra, quòd latebra hominum sit, latibulum ferarum. Sed hæc differentia non semper observatur. Nam quemadmodum suprà ostendimus, latebram etiam pro ferarum lustris accipi; ita etiam latibulum aliquando de iis locis dicitur, in quibus homines se occultant. Cicer. *Attic. lib.* 12. Ego autem volo aliquod emere latibulum perfugium dolotis mei. ¶ Latibulum temeritatis, Apul. *in Apol.* Ibi verò Æmilianus, cum te quoque actiùs motum, & ex verbis rem factam videret, quærere occepit ex diffidentia latibulum aliquod temeritati.

Lătĭbŭlo, as, neutrum, & latibulor, aris, deponens, significat lateo. { סתר nistâr מחבא mechbâh חבוי chabûi. φωλεύω. Gal. *Se cacher, se musser & tapir.* Ital. *Nascondersi.* Germ. Verborgen ligen. Hisp. *Escondersse.* Angl. *To lurk, to lie hid.* } Accius, Progredere, & ne quis latibuletur prospice. Antiquum. *Non.* latibulet, latibuletur, pro *latent*: vide *Lauremb.*

Lătĕr, masculi. gen. laterem, latere: & lateres in plurali integrum invenitur pro terra excocta, & in lapidem durata: genitivus & dativus singulares ratò leguntur. { לבנה lebenâh. πλινθος. Gal. *Brique, ou tuille.* Ital. *Quadrello, mattone.* Germ. Ein ziegelstein, oder bachenstein. Hisp. *Ladrillo.* Angl. *A bricke or tile.* } Cicer. 2. *de divin.* Num hoc in latere, aut in cæmento, ex quibus urbs effecta est, potuit valere? Colum. *lib.* 6. *cap.* 14. Itaque quum id accidit, veteri lateri latet conteritur, eóque intrito, &c. Idem *lib.* 9. *c.* 6. Reliqua sunt alveorum genera duo, ut vel ex fimo fingantur, vel lateribus extruantur. Valla *lib.* 1. *Elegant.* Coctiles lateres, qui cocti sunt, & non crudi. Vitruvius, Sive silex, sive cæmentum, aut coctus later, sive crudus, his erit utendum. *Plautus.* Latere firmior. Laterum tria genera sunt: didoron, δίδωρον, à longitudine duorum palmorum ita dictum palmorum (inquam) majorum, quorum singuli valent palmos minores tres, hoc est, digitos duodecim: quæ mensura geminata conficit sesquipedem: quæ erat didori longitudo: latitudo autem pedis unius: Alterum tetradoron, τετράδωρον: tertium pentadoron, πεντάδωρον nominabant, à mensura quatuor & quinque palmorum Græci enim antiqui δῶρα palmum vocabant, & ideò δῶρα munera, quòd manu darentur. Vide Plin. *lib.* 15. *cap.* 14. ¶ Laterem lavare. proverbio dicitur, pro operam ludere, Inde tractum, quòd rubedo illa in lateribus ablui non possit. Ter. *Pherm.* Purgem me? laterem lavem, id est, frustrà agam. Imò etiam à latere crudo lavando, quem quanto magis quis laverit, tanto amplius lutũ facit. Isid. *de Summo bono, l.* 2. *c.* 13.

Lătĕrcŭlus, i, diminutivum, parvus later. { πλινθιον. Gal. *Petite tuille.* Ital. *Mattonello.* Germ. Ein ziegelscherb, bächen steinlin. Hisp. *Pequeño ladrillo.* Angl. *A little bricke or tile.* } Plin. Crudis latercculis ad formam camini. Curtius *lib.* 5. scribit, latereulo cocto structos fuisse muros Babylonis. Col. *lib.* 12. *cap.* 14. Sub porticibus deinde quadratæ hæc cæmentis, vel etiam latercculis extruuntur.

Lătĕrĭtĭus, a, um, quod est confectum ex lateribus. { πλινθινος. Gal. *Fait de tuille ou de brique.* Ital. *Mattonato di mattoni.* Germ. Ziegelin, auss ziegelstein gemacht. Hisp. *Cosa obrada de ladrillos.* Angl. *Made of bricke or tile.* } Plin. Lapide duro ac silice æquo construunt, veluti laterítios parietes. Idem *lib.* 35. *cap.* 14. Græci præterquam ubi è silice fieri poterat structura, parietes laterítios prætulere. Suet. in *August. cap.* 28. Vibem laterítiam acceperat, &c.

Lătĕrārĭus, laterítius. πλινθουργὸς. qui lateres coquit. Non. *inter vet. Grammat.* Aceratum, est latum paleis mistum, ut laterariis usus est. Plin. *lib.* 7. *cap.* 56. Laterarias domos constituerunt primi Euryalus, & & Hyperbius fratres Athenis. Sic enim legit *Galepinus* quum tamen omnia Plinij exemplaria, quæ quidem nobis videre contigit, hûc in modum legendam ostendant: laterarias, ac domos constituerunt, &c. ut laterarias intelligamus officinas fornacésque fingendis, coquendisque lateribus aptas. ¶ Laterarium, genus tigni. Vitruv. *lib.* 2. *c.* 10. Ipsi autem laterariis circa axis continentur, teguntúrque tabulis maximè palmeis. Cæs. 2. *bell. civ.* Laterítium discutere.

Laterāria, officina, ubi lateres coquuntur. vide *Laterarium.*

Laterunculāria tabula, in quo laterunculis luditur. Senec. *Epist.* 118. Nemo qui ad intendium domus suæ currit, tabulam laterunculariam perspicit, ut sciat quomodo alligatus exeat calculus. Laterunculariam

truncularium dicit *laterunculariam*; qui & alibi, latrunculos vocat *laterunculos*, nisi nos fallant exemplaria.

Lătercŭlum, i, substantivum. Libri nomen est in quo dignitatum omnium, tam militarium, quàm civilium cognitio continebatur. Hic erat penes primicerium notariorum. Porrò duplex fuit latereculum, majus & minus. Majus latereculum dignitates civiles continebat, cujus picturam in voluminc (quod descriptionem imperialium officiorum cum Orientis, tum Occidentis cum imaginibus complectitur,) cernere est. Minus latereculum fuit, quod dignitates militares continebat. Hujus fit mentio in *Cod. l. 1. de offic. quæst. ibi: Totum minoris latereculi curam.* Vide Tertull. *contra Valent.*

Lătercŭlénses, sunt præfecti latereculorum. *D. lib. 1. in l. centesimus. & in l. fin. C. de proximis sacrorum scriniorum, cæterisque qui in sacro scrinio militant, lib. 12.*

Lătĕrālis, vide *Latus*, substantivum.

Lătĕrānŭs, nomen proprium nobilissimi civis Romani, qui quum Consul designatus esset, jussu Neronis est interfectus. Juvenal. *Satyr. 10.*

——— *egregios Lateranorum obsidet ædes*
*Tota cohors.*

Extat ad hunc diem Romæ Basilica Lateranensis D. Joanni sacra, omnium, quæ in urbe visuntur, magnificentissima. Hieron. *ad Marc.* Quis credat mulierem nobilem & potentem in domo Laterani Consulatis designari, &c.

Lătĕrnă, æ, à lateo, licèt lateo habeat primam correptam, laterna verò productam. נר *ner. Isaiæ, Pariet.* Gal. *Lanterne.* Ital. & Hisp. *Lanterna.* Germ. Ein latern. Angl. *A lanterne.* Martial. *lib. 14. Epigramm. 61. & 62.*

*Dux laterna viæ clausit fores aurea flammis,*
*Et tuta est gremio parva lucerna meo.*

Dicta laterna, quòd lumen in ea inclusum lateat. Fit ex laminis corneis, in qua candela includitur ne à vento extinguatur. Plaut. *in Amph.* Quò ambulas tu, qui Vulcanum inclusum in cornu geris? Idem *ibid.* A portu illinc nunc cum laterna huc advenit. Idem *in Aul. Act. 3. s. 3.* pellucet quasi laterna punicea.

Lătĕrnārĭus, ii, qui alteri laternam præfert. Λυχνοφόρος, φανοφόρος, λαμπαδοφόρος. Gal. *Qui porte la lanterne.* Ital. *Che porta la lanterna.* Germ. Ein laternenträger, der einem mit der laternen vorgindt. Hisp. *Lanternero, el que lleva la lanterna.* Ang. *That beareth the lanterne.* Cicer. *in Pis.* An cum altero barbaro Epicureo, cum altero Catilinæ laternario?

Lătĕus, vide *Latus*, adjectivum.

Lătex, icis, humor qui latet. Omnis humor dicitur, ab eo quòd intra aliquid lateat. מפוח *maschiah*, יצג. Gal. *Toute liqueur.* Ital. *Ogni humore.* Germ. Ein jede feuchtigkeit. Hisp. *Todo humor.* Angl. *All kind of licour, juice.* De aqua Virg. 4. *Æneid.*

*Sparserat & latices simulatos fontis Averni.*

De vino, Idem 1. *Æneid.*

*Regales inter mensas, laticemque Lyæum.*

Sic Ovid. *Palladios latices* dixit, quum oleum dicere vellet. Et Lucret. Absinthij laticem. Liquoris vitigeni latex. Luctet. *lib. 5.*

*Cæruleos ventis latices duramus Iberis*
*Congelat.*

Ovid. 4. *Trist. Eleg. 10.* Calidi latices. Virg. 6. *Æneid.* Absinthij amarum perpotare laticem. Lucr. *lib. 4.*

——— *perpotet amarum*
*Absinthi laticem*, &c.

Lăthyris, λάθυρις. Herba quæ cataputia major appellatur, de qua sic Plin. *lib. 27. cap. 11.* Lathyris folia habet multa, lactucæ similia, tenuiora, germina multa, in quibus semen cuniculis continetur, ut capparis.

Lathyrus. λάθυρος, cicercula. legumen.

Latiæ. munditiæ. Credo legendum, *lautia. munditia* Carisius lib. 1. *lautia. supellex.* Festus lib. 4. *Item dantur quæ lautia dicimus, & dantur legatis hospitij gratia.* Livius lib. 8. Decad. 3. *locum inde lautiaque legato præberi jussa.* Apuleius lib. 3. *hospitium & loca lautia mihi præbiturum.* & lib. 9. *Novum dominum loca lauta prolixè præbuit.* Symmachus lib. 4. epist. 36. *Mensis in palatio loca lautiora tu dedisti.* Cerda.

Latialis, vide *Latium.*

Latibulum, vide *Latco.*

Laticlavium, Latifolia, Latifundium, vide *Latus.*

Latinè, Latinus, vide *Latium.*

Lătīni. Italiæ populi dicebantur, qui eum tractum incolebant, qui est inter ostia Tyberis & Circeios: quam Italiæ partem Latium antiquum appellabant. Hi ante Æneæ in Italiam adventum Aborigines dicti sunt, postea verò Troianis permisti uno nomine dicti sunt Latini, sive à Latio regione illa quam incolebant, sive à Latino rege, cujus filiam Lavinium Æneas duxerat uxorem.

Lătīnŭs, i, substantivum, Λατῖνος. Nomen regis Aboriginum. Fauni & Maricæ nymphæ filij, cujus filiam Lavinium Æneas accepit uxorem. De hoc Virg. *lib. 7. Æneid.*

——— *Rex arva Latinus, & urbes*
*Jam senior longa placidas in pace regebat.*

Sylvij Posthumi filij, Ovid. 4. *Fast.*

Latinus, qui est Latio, Virg. *Æneid. 1.* de Æneæ.

*Multa quoque & bello passus, dum conderet urbem,*
*Inferretque deos Latio, genus unde Latinum.*

Latinæ feriæ, erant apud Romanos. Vid. *Feria*: & *infrà, Latina.*

Latina lingua, cujus olim promiscuus usus fuit in Latio.

Latio, vide *Fero.*

Latito, vide *Lateo.*

Lătĭtūdo, vide *Latus* adjectivum.

Lătĭum, ii, vulgò *Campania di Roma.* Die Landschafft umb Rom in Italien. Ea pars Italiæ est, reste Plin. *lib. 3. c. 5.* quæ est inter ostia Tyberis & Circeios, millia passuum quinquaginta in longitudinem non excedens: quod postea prolatis Imperij finibus, antiquum Latium est appellatum. Postea verò, teste *Servio*, Latij nomine dictum est, quicquid est inter Tyberim & Vulturnum amnes. Totúsque ille tractus dividitur in Latium citerius, & Latium ulterius. Citerius Latium à Tyberis ripa Fundos usque protenditur: ulterius à Fundis usque ad Vulturnum amnem. In Latio qui mos sponsaliorum fuit, & quando Latio civitas donata? Gell. *cap. 3. lib. 4.* Item,

*Quum prior in Latio non fuit ulla fore.*

Ovid. *Eleg. 4. lib. 4. Trist.* ¶ Dictum autem Latium putarunt, quod illic latuerit Saturnus, dum Jovem fugeret. Idem *lib. 1. Fast.*

*Dicta quoque est Latium terra latente Deo.*

Virg. 8. *Æneid.*

——— *Latiumque vocari*
*Maluit, hic quoniam latuisset tutus in oris.*

Contrà *Varro* Latium à Latino rege dictum asserit.

Lătĭus a, um, quod ex Latio est. Latinus. Col. *in præfat. lib. 1.* An Latiæ musæ non solos adytis suis Accium & Virgilium recepere, sed eorum & proximis, & procul à secundis sacras concessere sedes? Agri Latij, Ovid. 2. *Fastor.* Gens Latia. Idem 4. *Fast.* Lingua Latia. Idem 2. *de Pont. eleg. 3.* Vid. *Latinus.*

Lătĭālis, e, quod ex Latio est ut Jupiter Latialis dictus est, quòd in Latio coleretur. Virg.

*Et residens celsa Latialis Juppiter alba.*

Cic. *pro Mil.* Latialis sermo, qui & Romanus & Latinus. Plin. *lib. 3. c. 9.* Ex his digna memorato, aut Latiali sermone dictu facilia. Macrob. *lib. 1. c. 1.* Doctrinæ Latialis haud insciam.

Lătīnŭs, a, um, λατῖνος, nomen deductum à Latio. Latius, quod ex Latio. Virg. 1. *Æneid.*

*Genus unde Latinum.*

Inde Latinum sermonem dicimus eum, quo utebantur in Latio. Carmen Latinum, Horat. 1. *Carm. Ode 32.* ¶ Latinæ consuetudini tradere, id est, in Latinum sermonem convertere, Colum. *in præfat. lib. 12.* Hæc in œconomico Xenophontis: & deinde Cicero qui eum Latinæ consuetudini tradidit. Vertere in Latinum, hoc est, in Latinam linguam. Quinc. *lib. 10. cap. 5.* Vertere Græca in Latinum veteres nostri oratores optimum judicabant. Cic. 1. *de finib.* Ita sentio, & sæpe disserui Latinam linguam non modò non inopem, ut vulgò putarent; sed locupletiorem etiam esse quàm Græcam. Vocij Latini nominis, Livius *lib. 34.* Latinorum jura. *Ibid.* Latini prisci. Plutar. *in Romul.*

Lătīnæ, arum, Feriæ erant conceptivæ, singulis annis à magistratibus concipi solitæ, quibus pro communi totius Latij salute Jovi Latiali in monte Albano sacra fiebant à Præfecto urbis Latinarum feriarum causa creato: populisque Latinis carnes dividebantur ex præscripto veteris fœderis inter Romanos & Latinos ictis, Sp. Cassio, & Posthumio Cominio Coss. Cujus fœderis leges ne ullo unquam tempore interciderent, Romæ in æneâ columnâ fuerunt incisæ. Cic. *pro Planc.* Quibus in municipiis vix jam qui carmen Latinis peragant inveniuntur. Latinarum causâ præfectus urbi relictus: Gell. *cap. ult. lib. 14.* Latinarum feriarum dies quatuor. Plutarch. *in Camil.* ¶ Fästtag an welchen die Latiner dem Jouiter the wolfart opfferten.

Lătīnæ feriæ dicebantur quum ex populis Latini vini hinal & mulieres in montem Albanum hostias adducebant: & qui, triduano sacrificio facto accepta carne, in suam quisque civitatem digressi, revertebant: ea dicta visceratio, quoniam ex hostiis carnes in partes exæ distribuerentur. Visceration em mox & Cæsar populo dedit, ut apud *Suetonium* legimus. Ferias autem Latinas, maximo Romanorum Latinorúmque magistratuum conventu, Consules procurabant, cùm interea cum populo agere non liceret: ob eam causam Latinæ aliquando à consulibus instaurabantur, cùm tribunis plebis obsistere vellent, populares leges, reipublicæ perniciosas, ferre cupientibus. Itaque Cic. ad Quint. Fratrem *lib. 2.* Consul, inquit Lentulus dies comitiales exemit omnes: nam etiam Latinæ instaurantur: nec tamen deerant supplicationes. Sic legibus pernicios issimis obsistitur, maximè Catonis. ¶ Instaurabant Latinas etiam Pontifices, ut Liv. *lib. 32.* tradidit. Id autem fiebat quasi jam faciendis iis aut prætermissum aliquid esset, aut quod non oporteret, commissum. Primus eas in unum diem Tarquinius superbus instituit: secundus dies additus, pullis regibus: tertius post secessionem in Aventinum: quartus, plebe & patribus à dictatore Camillo in concordiam reductis. In eo meam fluctuare sententiam fatcor, conceptivæne, an stativæ feriæ fuerint Latinæ? si *Varronem* & *Marrobium* sequamur, antiquitatis utrumque peritissimum, conceptivæ erant, non stativæ, concipiebantúrque in dies vel certos, vel incertos. Liv. tamen stativas indicat fuisse, cùm ait *lib. 25.* Romæ consules prætoréque usque ante diem quintum Calend. Maij, Latinæ tenuerunt, eo die perpetrato sacro in monte, in suas quisque provincias profecturi. Non enim simile veri est, consules cum victore Annibal vastaret Italiam consultò in v. Calend. Maij, qui dies primo initi magistratus die hoc est ab idibus Martij, XLIII. dierum spatio distat, Latinas distulisse, ut ipsi sibi diutinæ in urbe mansionis necessitatem imponerent, cùm ire in provincias neque consulibus, neque prætoribus liceret, nisi Latinarum sacro perpetrato. Aut igitur eas è stativis in ordinem conceptivarum postea transisse credendum est: aut latentem causam alij perscrutentur. Ex Paul. Manutij *comment. in Epist. ad Attic. & ad Quint. Fratrem.*

Lătīnè, adverb. More Latinorum, lingua Latina. Λατινιστί. Gal. *En latin, à la maniere des Latins.* Ital. *Latinamente.* Germ. *Lateinisch.* Hisp. *Latinamente, en Latin.* Angl. *In Latine after the fashion of the Latines.* Latinè loqui, pro verè & simpliciter loqui, nihilque mentiri, nec supra verum, rem efferre. Cic. 6. *in Verrem.* Non enim verbi, neque criminis causa agendi complectar omnia, cùm dico nihil istum ejusmodi rerum in tota provincia reliquisse. Latinè me scitote, non accusatoriè loqui. Benè autem Latini de Latinis existimabant, eos simplices & ingenuos minimèque simulatos & fallaces mendacésque arbitrabantur. ¶ Latinè loqui, etiam est propriè loqui, ingenuè, apertè, atque absque dissimulatione & verborum involucro.

lucro Martialis *in Ep.* si quis tamen tam ambitiosè erisis est, ut apud illum in nulla pagina Latinè loqui fas sit, potest epistolâ, vel potius titulo contentus esse. Ob id dixit,

*Cæsaru Augusti laserves brevidè versus*
*Sex lege, qui erudtu verba Latina legis.*

Rursus,

*Absolvis lepidos nimirum Auguste libellos,*
*Qui scis Romana simplicitate loqui.*

id est, apertè, & propriè rèmque suo nomine appellare. Vide *More Rom. us.* Cicer 2. *Philipp.* Quem gladiatorem non ita appellavit, ut interdum etiam M. Antonius gladiator appellari solet : sed ut appellant ij, qui planè & Latinè loquuntur, hoc est propriè & apertè. Latinè scire, est Latinè scire loqui. Liv. 1. *ab Vrbe*, Terror ad hostes transiit. Etenim audiverant clara voce dictum, & magna pars Fidenatium, ut qui coloni additi Romanis essent, Latinè sciebant. Cic. *pro Cæcina.* Quid enim facilius est, quàm probari iis qui Latinè sciant, in uno servulo familiæ nomen non valere ? Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

*Siqua videbuntur casu non dicta Latinè :*
*In qua scribebat barbara terra fui.*

Lătīnĭtās, ātis, Locutio ipsa Latina, sive sermo Latinus. ¶ Gal. *Langage Latin.* Ital. *Favella Latina.* Ger. *Du Lateinischsprach.* Hisp. *Habla Latina.* Angl. *The Latine language.*¶ Cic. *ad Att. lib.* 7. Securúsque sum, non dico Cæcilium manè ut ex portu in Piræum ( malus enim auctor Latinitatis est, ) sed Terentium, cujus fabellæ propter elegantiam sermonis putabantur à C. Lælio scribi. Latinitas præterea, pro jure latij : ut civitas, jus urbis. Suet. *in Aug. cap.* 47. Vrbium quasdam Latinitate, vel civitate donavit. i. jure latij.

Lătīnĭēnsis, e, Latinus, Latius. Cic. *de Aruspicum responsis*, Quod in Agro Latiniensi auditus est strepitus cum fremitu. ¶ Significare etiam potest eum, qui alibi ortus, in Latio cum Latinis versatur : ut suprà dictum est in dictione *Hispanus.*

Lătmĭus mons. Ἀκτμαῖος ὄρος. mons Joniæ, natus fabula Endymionis, quem quùm Luna adamaret, in Latmio monte ab ea sopitum ferunt : ut unum ab eo osculum auferret : unde & ipse Endymion Latmius dictus est. Ovid. *lib.* 3. *de Arte*,

*Lætmius Endymion non est tibi Luna ruberit*

Lato, as. πλατύνω. Onom. Vet. Dict. Lato, avi, atum, in latum extendere & ampliare : & derivatur à *latus, a, um.* Item *lato*, as potest esse frequentativum à *fero*, i. e. frequenter fero : à *Lato* componitur, Collato, dilato.

Lātōĭs, idis secunda syllaba producta, Λητοΐς, patronymicum est femininum à Græco nomine Λητώ deductum, quo nomine illi Dianæ matrem appellant, quam & nos Latonam. Latoïs itaque à Poëtis accipitur pro Diana Latonæ filia, quam & Latini Græcorum imitatione Latoniam appellant. Ovid. 7. *Metam.*

*Inde Cadmeæ Latoidos afflixit arva.*

Lātŏmĭæ, vel latumiæ, arum. λατομίαι. Gal. *Quarrieres.* Ital. *Luogo dove si scarpellano sassi, miniera di sassi.* Germ. Steinbruch, Steingrub. Hisp. *La cantera, mineria de cantos.* Angl. *Quarrey of stones.* ¶ à Siculis dicuntur, quas nos vocamus lapidicinas, autore *Asconio*, hoc est, loca unde excidantur saxa. λᾶς enim Græcis est lapis : & τόμος, sectio. Liv. *6. bell. Pun.* Comprehensa postea privata ædificia, comprehensæ latomiæ : fotúmque piscatium. Ad latomias damnati dicebantur ij, qui in opus metalli damnabantur. Plaut. *in Capt. sc.* 5. *a.* 3. Tyndarus in Latomias lapidarias ab Ægione damnatur. Inde, inquit, ibis porrò in latomias lapidarias. Latomiæ locus etiam fuit Syracusis, in quem rei & scelerati conjiciebantur : ita dictus quòd ita. in rupe esset à Dionysio Tyranno excisus. 7. *Verr.* Carcer ille, qui est à crudelissimo Tyranno Dionysio factus Syracusis, quæ Latomiæ vocantur, in illius imperio domicilium Romanorum fuit. Sueton. *in Tiber. cap.* 51. In Latomiam damnatus eques Rom. de latomiis carcere. Vide Senec. *cap.* 17. *de cons. ad Marciam.*

Lătōmŭs. ¶ חצב *chotsé b.* λατόμος. Gal. *Tireur de pierre, quarrier*, *tailleur de pierre.* Ital. *Spezza pietra, taglia pietra.* Germ. Ein steinbrecher, steinhawer. Hisp. *Cantero que saca las piedras y labra.* Angl. *A quarrier, a digger of stones.* ¶ Latinè dicitur lapicida, qui è rupibus saxa excindit, aut ad opus adaptat.

Lătōnă, æ, filia Cœi Titanis, à Jove amata & cõpressa est, ex quo geminam concepit prolem, Apollinem & Dianam. ¶ *Die mutter Apollinis vnd Dianæ.* ¶ Quod Juno adeò ægrè tulit, ut immisso contra illam Pythone serpente, per totum terrarum orbem pellicem persecuta sit, donec errando ad sororem Asterien in insulam Ortygiam pervenit, à qua susceptæ est, ibique Dianam peperit, quæ è vestigio obstetricis officium in nascituro fratre matri præstitit, & Apollinem nascentem, susceptit : qui adultus, mox Pythonem interfecit, & petentibus cœpit dare responsa. Porrò hæc insula, quum antea Ortygia vocaretur, postea Delos vocari cœpit, quòd quum anteà aquis mersa fuisset, subitò Jovis jussu exiterit. Nam δῆλον Græci dicunt, quod nos ostendere, seu manifestare.

Lătōnĭă, æ, dicta est Diana à matre Latona, quemadmodum Apollo ipse, Latous Λητῷος. Virg. 9. *Æneid.*

*Tu dea, tu præsens nostro succurre labori,*
*Affectum decus, & nemorum Latonia custos.*

Hinc Delos, ut ait *Servius*, dicta est Latonia, quòd in ea Latona enixa sit Dianam, & Apollinem.

Latonigenæ dij, id est, nati ex Latona, Λητοΐδαι. scil. Apollo & Diana. *Statius*, & *Ovid.*

Lator is. Vide *Fero.*

Lătrĕus, unus ex Centauris. Λαπίθης. Ovid. *Metam.*

*Quem viderat lætho membris & corpore Latreus*
*Maximus.*

Latrĭa, æ, Latinè Cultus qui debetur Deo : obsequium, servitus. ¶ עבדה *abodáh.* λατρεία. Gal. *Adoration & culte souverain que l'on rend à Dieu seul, reverence.* Ital. *Servitio, osservatione.* Germ. Ein verehrung Gottes. Hisp. *Honra ò acatamiento al mayor.* Angl. *worship or service to god.*¶ Vox est nostris Theologis usitata : à quibus ejus vis est æque explicatio petenda. Augustin. *lib.* 10. *de civ. Dei* Latriam nostri, ubicunque sanctarum scripturarum positum est, ita interpretati sunt servitutem. Sed ea servitus quæ debetur hominibus, secundùm quam præcipit Apostolus servos dominis suis subditos esse debere, alio nomine Græcè nuncupari solet, Latria verò secundùm consuetudinem quâ locuti sunt, qui nobis divinam eloquentiam condiderunt, aut semper, aut frequenter, aut penè semper ea dicitur servitus quæ pertinet ad colendum Deum : & quæ nonnisi uni & soli Deo debetur. Isidor. *lib.* 8. *orig. c.* 11.

Latrīnă, æ, Cloaca, locus privatarum sordium, & ad exonerandum ventrem accommodatus : à latendo, sive potiùs à lavando, ut mox *Varronis* testimonio docebimus. ¶ מסתורית *mesthoráth* מרחץ *mesthóth.* ἀφεδρών. Gal. *Va retrait*, *latrine.* Ital. *Cacatoio, necessario, cesso, luogo, da scaricare il ventre.* Ger. Ein profey / heimlich gemach. Hisp. *La privada* à *necessaria de la casa.* Angl. *A draught, iakes, or priuie.* ¶ Foricæ verò loca publica, in quibus licet omnibus ventrem exonerare. Cloaca, aquæductus subterraneus dicitur, ad eluendas urbis sordes accommodatus. Antiqui lavatrinam dixerunt : quæ posteà, syllabâ unâ sublatâ, latrina est appellata. Varro *lib.* 2. *de Analogia.* Deinde quum brevitatis causâ nomina contraherent, quò essent aptiora, pro lavatrina, latrinam nominatum : sicut ex maxillis, axillis, & vexillis malæ, alæ, & vela diminuta sunt. Ex quo apparet, latrinam à lavando dictam esse, propriéque significare colluviem omnium sordium, quæ ex totâ domo in unum locum confluunt. Plaut. *in Curcul.* Istas tuas magnas minas non plutis facio, quàm ancillam meam, quæ latrinam lavat. Videntúrque latrinæ differre à cloacis, tanquam privatæ à publicis. Columell. *lib.* 10.

*Immundu quacunque vomit latrina cloacis.*

Invenitur etiam apud veteres Latrinum in neutro, Liberius *in compitalibus.* Sequere in latrinum ut aliquid gustes ex Cynica hæresi. Lucilius, *lib.* 6.

*Hæc tu sapè : credin quemquam latrina petisse ?*

Ex Nonio. Suet. *in Tiber. cap.* 58. Nummo, vel anulo effigiem impressam latrinæ, aut lupanari intulisse.

Latro, as. *Varro* dictum putat, quod canes indicent quæ noctu latent. *lib.* 6. *de L. Lat.* Proptium est canis, quum vocem edit, terrens, & in aliquem impetum faciens. ¶ נבח *nabách.* ὑλακτῶν. Gal. *Abbayer*, *japper.* Ital. *Abbaiare.* Germ. Bellen. Hisp. *Ladrar propriamente los perros.* Angl. *To barke as a dogge.*¶ Virg. 9. *Eclog.*

*multùm latrante Lycisca.*

Plaut. *in Pœnulo*, Etiámne mea in me latrant canes ? Cic. *pro Roscio Amerino.* Quòd si luce quoque canes latrent, quum deos salutatum aliqui venerint. Gell. *c.* 1. *lib.* 7. Eum non latrabant canes. Item Allatrare magnitudinem alicujus. Liv. 8. *d.* 4. ¶ Latrare, ad homines transfertur, pro vociferari, & intentiore voce clamare. Cic. 2. *de Oratore.* Quid enim hic meus frater ab arte adjuvari potuit, quum à Philippo interrogatus quid latraret, furem se videre respondit ? ¶ Hujus verbi composita sunt, Allatro, & oblatro, de quibus vide suis locis. ¶ Latrare aliquando poscere est, sumpta translatione à canibus, qui cùm quid poscunt, latrant. Lucret. *lib.* 2.

—— *nónne videre*
*Nil aliud sibi naturam latrare, nisi ut cui*
*Corpore sejunctus dolor absit, &c.*

Eadem autem significatione Ennium usum Varronis testimonio, & Festi Pompeii intelligitur : quorum ille, Multa, inquit, ab animalium vocibus transtata in homines, partim quæ sunt aperta, partim quæ sunt obscura. Perspicua, ut Ennij,

*Animus cum pectore latrat.*

Ita autem legendum *Victorius* docet, ratione ductus, & *Festi* testimonio. Malè enim antea *lastat*, pro *latrat*, legebatur.

Lātrŏr, latratis, passivum. Plin. *lib.* 25. *cap.* 10. Hanc habentes negant latrari canibus.

Latrātŭr, impersonale. Ovid. 2. *Trist.*

*Scit cui latretur, quum solus ebambulat ipse.*

Latrāns, tis, particip. ¶ נבח *nobéach.* ὑλακτῶν. Gal. *Qui abbaye.* Ital. *Che abbaia.* Germ. Bellend. Hisp. *Cosa que ladra.* Angl. *Barking.*¶ ut, Colla latrantia canis, Propert. *lib.* 3. *Eleg.* 16.

*Exoranda canu tria sunt latrantia colla.*

Horat. *lib.* 2. *Satyr.* 2.

—— *cum fele panis*
*Latrantem stomachum bene leniet :*

Latrātŭs, particip à passivo latror. ¶ ὑλαγὴ. Gal. *Abbayé.* Ital. *Achi si abbaia.* Germ. Angebellt. Hisp. *Ladrado.* Angl. *Barket at.*¶ Stat. 2. *Achil.*

—— *juxtáque Caphareus*
*Latratum pelago tellens caput.*

Latrātŏr. ¶ נבח *nobéach.* ὑλάκτης. Gal. *Abbayeur.* Ital. *Abbaiatore.* Ger. Ein beller. Hisp. *Ladrador.* Angl. *A barker.*¶ Virg. 8. *Æneid.*

—— *& latrator Anubis.*

Quintil. Rabula & latrator.

Latrātŭs, us. Ipsa vox canum, sive ipse latrandi actus. ¶ ὑλαγὴ, ὑλαγμός. Gal. *Abbayement.* Ital. *Abbaiamento.* Germ. Das bellen. Hisp. *Ladrido de perros.* Angl. *A barking of diggers.*¶ Virg. 5. *Æneid.*

—— *fævit canum latratus in astra.*

Ovid. 2. *Fast.*

*Sicut aper longè sylvis Lucretilibus audit,*
*Fulminea celeres dissipat ore canes.*

Plin. *lib.* 8. *cap.* 40. Ab alio in Epiro agnitum in conventu percussorem domini, laniatu & latratu abductum, ut cogeretur fateri scelus.

Latrōnēs, Grassatores, tapetores, prædones, viarum obsessores, qui viatores aut vitâ, aut pecuniâ spoliant. ¶ פריצים *parutsim* גדודים *gheddudhim.* λῃσταί. Gal. *Larrons.* Ital. *Ladroni.* Germ. Mörder / strassrauber. Hisp. *Ladrones.* Angl. *Theeues, robbers by the high wayes.*¶ Horat. *lib.* 1. *Epistol.*

*Vt jugulent homines, surgunt de nocte latrones.*

Ita

Ita dicti, autore *Festo*, quòd à latere adoriantur: vel à Latendo, quòd latenter insidientur. Cicer. 2. *Philipp.* Erat ei vivendum latronum ritu, ut tantum haberet, quantum rapere potuisset. Horatius 2. *Serm. Satyr.* 1.

*quam cur distinguere coner*
*Tutus ab infesto latronum.*

¶ Usurpant Poetæ latrones, pro venatore. Virg. *lib.* 12.

*——fixumque latronem*
*Impavidum frangit telum.* quum superiùs dixisset;
*Saurus ille gravi venantum vulnere pectus.*

Plaut. *Amphitr.* Ego idem latrones, hostes, bello & virtute contudi, &c. Sequitur qui Achaiam, Ætoliam vi vorteban piratica. ¶ Apud antiquos etiam, latrones dicebantur conducti milites, à λατρεύω, servio: nam servichant mercede. Moris autem erat, ut hos Imperator & circa se haberet, & primos mitteret ad omne discrimen. *Varro* autem hujusmodi stipatores putat latrones dictos, quasi laterones, quoniam latera tegerent. Hos nunc satellites vocant, qui Principis alicujus latus tuentur, qui & stipatores, & σωματοφύλακες vocantur. ¶ Gal. *Soldats des Gardes.* ¶ Plaut. *in Milite*, Nam ego hodie ad Seleucum regem missi parasitum meum, ut latrones quos conduxi, hinc ad Seleucum duceret, Qui ejus regiam tutarentur. Idem *ibid. fr.* 1. *a.* 1. *ad finem*, Nam Rex Seleucus me opere oravit maximo, ut sibi latrones cogerem atque conscriberem.

Latrunculus, diminut. Parvus latro. ¶ τὸ λαρίδιον. Gal. *Larronneau.* Ital. *Ladroncello.* Germ. Ein strassenraubertlin. Hisp. *Ladroncillo.* Angl. *An little robber or theefe.* ¶ Cicer. *de Provinciis Consularibus*, Res in Sardinia cum mastrucatis latrunculis à Proprætore una cohorte auxiliaria gesta. ¶ Sunt etiam latrunculi sive latrones, quibus ludimus, sedecim scrupis gemina acie utrinque directis: in quibus duo Reges sunt invicem contendentes, duæ reginæ, quatuor equites, sedecim pedites, quatuor satellites, totidem centuriones. De iis Senec. *cap.* 14. *de tranquill.* Ovidius meminit *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* ¶ Gal. *Eschecs.* Ital. *Scacchi.* Germ. Ein schachstein. Hisp. *Axedrez.* Angl. *A chesse man.* ¶ Martialis.

*Insidiatorum si ludis bella latronum.*

Seneca, Latrunculis ludimus.

Latrunculātor, is. qui latronibus conquirendis & supplicio afficiendis præest, vulgò *Iudex maleficiorum.* ¶ ἀρχιστὴς τῶν λῃστῶν πρόεδρος. Gal. *Prévost des Mareschaux.* Ital. *Giudice di malefitio* ò *Bargello di campana.* Germ. Ein blutrichter oder ein blutvogt. Hisp. *El juez de los ladrones.* Angl. *That se archeth robbers to punish.* ¶ Ulpianus *lib.* 5. *fund. l. solemnis.* 61. *in fin. de judic.* Latrunculator de re pecuniaria judicare non potest.

Latrōcinor, aris. Latronum more prædor, grassor, occido, interficio, neco. ¶ גזל *ghazal* שדד *schadad* גדד *ghadad.* ἁρπάζω. Gal. *Dérober, brigander, détrousser.* Ital. *Rubbare.* Germ. Mörderey oder rauberey treiben. Hisp. *Robar.* Angl. *To rob, to rak, to pray or hooties.* ¶ Cicer. *pro Milone.* Quasi Appius ille Cæcus viam straviisset, non qua populus Romanus uteretur, sed in qua posteri sui impunè latrocinarentur. Idem *de natura deorum.* Toti millia latrocinantur morte proposita: alij omnia quæ possunt, fana compilant. ¶ Significat & mercede militare. Plaut. *in Milite.* an quia latrocinaris, arbitramini, Quidvis vobis licere facere, verbero? Idem *in Cure.* Latrocinatus annos decem mercedem accipio.

Latrōcinium, ij, ipse latrocinandi actus. ¶ גבר *ghabar* גזל *ghazal* שדד *schadad.* ἁρπαγή. Gal. *Brigandery, détroussement de gens, voleurie, larcin.* Ital. *Assassinamento, latrocinio.* Germ. Mord, diebstal. Hisp. *Asalto robo ponzoña.* Angl. *Arobbing and killing bythe by weyes.* ¶ Colum. Et in ipso facto, latrocinium. Cæsar 8. *bell. Gall.* Quia repentino latrocinio atque impetu incolæ illorum erant oppressi. Cicer. *pro Deiot.* Tueri fines suos ab excursionibus hostium, & latrociniis. ¶ Apud veteres pro ipsa militia. *Plaut.* Qui apud Regem in latrocinio fuisti, stipendium accepisti.

Latrocinalis, e, ad latronem pertinens. Apul.

Latrōcinātio, latrocinium. λῃστεία. Plin. *lib.* 19. *c.* 4. Multitudinis innumeræ sæva latrocinatio.

Latura, φόρτος. Gloss. Phyl. Cyrill. Gloss. φόρτος, vectura. Sed rectum est φόρτος merces, quæ pro portatione penditur.

Latutarius, bajulus.

Lātus, a, um. à τελαίω. Spatiosus, amplus, latus. ✕ Angustus. ¶ רחב *rachab.* εὐρύχωρος πλατύς. Gal. *Large, de grande étendue.* Ital. *Largo.* Germ. Weit, breyt und groß. Hisp. *Ancho, en respecto de largo.* Angl. *Wide, large, broade.* ¶ Plin. *lib.* 12. *c.* 7. Lata radice arbor. Ter. *in Heaut.* Huc est intrò latus lectus. Cicer. 6. *Verr.* Una via lata perpetua, multæque transversæ Syracusis. *Ibidem*, Insula est Melita, satis lato ab Sicilia mari, periculosòque disjuncta. ¶ Latus pectore, Martial. *lib.* 12. Latum pedum quinque faciunt. Colum. *lib.* 3. Buccina torilis in latum. Ovid. 1. *Metam.* Iane. *Mostell. sc.* 2. *a.* 2. Si posthac scies me latum pedem modò imposuisse inundam. & *Aul. sc.* 1. *a.* 1. latum unguem non discedere. Idem *Milit. sc.* 3. *a.* 2. Dianæ laudes latas gratèsque agam. Ovid. 5. *Fast.*

*Aut pecus aut latum dives habebat humum.* i. latifundia.

Tibull. *lib.* 4.

*——Latis audax Hispania terris.*

Ovid. *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.*

*Lataque plus parvis vela timoris habent.*

Lata fuga, exilij species, & certorum locorum interdictio. D. *lib.* 48. *tit.* 23. *leg.* 5.

Lātus etiam aliquando participium est à *Fero*, Idem valens quod portatus. ¶ נשא *nissa.* αἴρω, φορέω. Gal. *Porté.* Ital. *Portato.* Germ. Getragen. Hisp. *Traido.* Angl. *Borne or broght.* ¶ Cic. *ad Qu. Fratr. lib.* 12. Latus lectica.

Lātè, adverbium, in multis locis, per multos locos. ¶ εὐρέως, πλατέως, διεδόδην. Gal. *Largement, au large, amplement.* Ital. *Largamente, ampiamente.* Germ. Weit und breyt, an vilen orten. Hisp. *Largamente, anchamente.* Angl. *Broadlie, widlie.* ¶ Cic. *pro lege Manil.* Latè longéque diffusi latus Pompeij. Idem *pro M. Marcell.* Vagabitur nomen tuum longè, atque latè. Virg. 8. *Æneid.* Locus latè lacet.

*Est lucus Stygius, Styge nemus horrendum*
*Religione patrum latè jacet:*

Latè possidere (si divitem esse. Senec. *Epist.* 88. & Ovid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.* Cic. *in Cat.* Latius optimoque disseminatum est hoc malum. Idem 1. *Offic.* Hoc latissime patet, ad plurimósque pertinet. Idem *lib.* 3. *de finib.* In omni autem honesto, de quo loquimur, nihil est tam illustre, nec quod latiùs pateat quàm conjunctio inter homines hominum. ¶ Latiùs, pro diutiùs. Plin. *lib.* 3 *Epist.* 10 Cujus famæ latiùs consuleretur, si dispensata & digesta fuerit. Virg. *in Æneid.* populúmque latè reges. Salust. *in Jugurth.* Cujus in Africa magnum atque latè imperium voluit.

Lātitudo, Spatiositas, superficies. ¶ רחב *rachab* מרחב *merchab.* πλάτος, εὐρυχωρία. Gal. *Largeur, étendue.* Ital. *Larghezza.* Germ. Breyte, weite. Hisp. *Anchura, largura.* Angl. *Largenesse, broadenesse.* ¶ Cic. 1. *de nat. deor.* In hac immensitate latitudinum, longitudinum, altitudinum. Idem 3. *de lege Agrar.* Qui latitudinem, possessionum tueri, qui invidiam Syllanorum agrorum ferre non possunt. Idem 2. *de Orat.* oris pravitatem, & verborum latitudinem imitatur.

Lātesco, Latus fio, & in latum extendor. ¶ רחב *rachab.* πλαδύνομαι. Gal. *S'élargir, devenir large.* Ital. *Dilatarsi, allargarsi.* Germ. Breyt werden, weite werden. Hisp. *Ensancharse, ser ancho.* Angl. *To waxe wide or broade.* ¶ Columel. *Lib.* 2. Jugerum agri non amplius quatuor sextariis caporum seminis obserendum est, quarta parte amplius napis spargendum, qui non in ventrem latescunt, sed tenuem radicem deorsum agunt. Cic. *in Arat.*

*Hic equus à capite & longa cervice latescit.*

Lātifŏlĭa, Arboris glandiferæ genus, quam nonnulli eandem putant cum æsculo: à latitudine foliorum nomen habens. πλατύφυλλος. Plinius *lib.* 16. *cap.* 6. In querna glande alia dulcior, molliórque fœminæ, matris spissior. Maximè autem probantur latifoliæ ex argumento dictæ. Laurus latifolia, & Myrtus latifolia apud Plin. *lib.* 15. *cap.* 7.

Lātifundium, ij, Magnus & amplus fundus. ¶ ἀγρὸς πολύς. Gal. *Un fond d'heritage de grande étendue.* Ital. *Gran fondo, grande possessione.* Germ. Ein breyt und groß ligend gut. Hisp. *Heredad entera y grande.* Angl. *Abroade or wide ground ò field of heritage.* ¶ Plin. *lib.* 17. *cap.* 22. Latifundiis non legitima naturæ festinatio, id est, non potest una certa ratio præscribi putandæ vineæ in magnis prædiis, quòd aliæ seriùs id, aliæ maturiùs desiderant. Idem *lib.* 18. *cap.* 6. latifundia perdidere Italiam. Senec. *Epist.* 89. Latifundia, metiri docet Geometrà. *Ovid.* Latam humum vocat. 5. *Fast.*

Lātūsclāvĭus, Tunica erat purpura præterita, latior tunica vulgari, quâ Senatores utebantur. πλατύσημος. Hoc vestis genere primus usus est Tullus Hostilius Romanorum Rex, teste Plin. *lib.* 9. *cap.* 39. Utebantur eo & sacerdotes: ut non obscurè ostendit Silius Italicus *lib.* 3.

*Sacrificum lato vestem distinguere clavo.*

Et quoniam hac veste utebantur præcipuè Senatores, factum est ut Latusclavus accipiatur pro dignitate Senatoria. Plin. *in Epist.* Ego Sexto Larumclavum à Cæsare nostro, ego Quæsturam impetravi. Vide Suet. *in Claud. cap.* 24. Ovid. *Eleg. ult. lib.* 4. *Trist.*

*Induitúsque humeros cum lato purpura clavo.*

Quintil. Cui laticlavi jus non erit. ¶ Ab *Ovidio* Clavus simpliciter dicitur pro senatoria dignitate, illo versu,

*Curia restabat, Clavi mensura coacta est.*

Laticlāvĭi, Senatores appellati sunt, à lato clavo. πλατύσημοι. Sueton. *in Augusto.* Ac neexpers castrorum esset, binos plerunque laticlavios præposuit singulis: aliis Laticlavia tunica. Valer. *lib.* 5. Et tunica laticlavia donatum, ad Masinissam remisit.

Lătus, eris, quia sub axillis latet. Quod est infra alam. ¶ צלע *tsélah* יָרֵךְ *iarech.* πλευρόν, λαγών. Gal. *Le costé.* Ital. *Lato, fianco, costato.* Germ. Die seyt. Hisp. *Lado* ò *costado.* Angl. *A syde.* ¶ Virg. 2. *Æneid.*

*——Lateríque Argivum accommodat insim.*

Quint. *lib.* 1. *c.* 11. Inclinatio laterum fortis & virilis. Cic. *pro Cluent.* Is ex equo cecidit & latus offendit vehementer. ¶ Hinc lateris dolor, quem Græci πλευρίτιδα vocant. Cic. 3. *de Orat.* Crassus laterum dolore consumptus. Horat. 1. *Serm. Satyr.* 9.

*Hunc neque dira venena, nec hostium auferet ensis,*
*Nec latorum dolor, aut tussis, nec tarda podagra.*

Quintil. *declam.* 258. Latetis honorem cedere senioni. Suet. *in Neron. cap.* 13. Latere dextro collocare. Gell. *cap.* 1. *lib.* 15. Ex omni latere circumplexa igni turris. Idem *cap.* 11. *lib.* 5. Ex adverso latere. Plaut. *Aul. sc.* 1. *a.* 3 Istuc malefactum arbitror, quia non latus fodi. Idem *in Milit. sc.* 2 *a.* 2. Faciam vestra latera lorea. Idem *Men. sc.* 6. *a.* 5. Nisi vos vestra crura & latera nihil facitis. Et Martial.

*Illa facta laterum custos.*

Latus fatigatum (orando causam) reficiens cantico. *Quint.* Lateris firmitas in pronunciando. *Idem*

*——Laterum tabula, (i. navis) frenamur ab undis.*

Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 1. *Trist.*

*Intrepuit quantis viribus unda latus.* (navis.)

Idem *Eleg.* 3 *lib.* 1. *Trist.*

*Innocuum rigido perforat ense latus.*

Idem *Eleg.* 9. *lib.* 3. *Trist.*

*Terreor, hostemeum pene premente latus.*

Idem *Eleg.* 11. *lib.* 3. *Trist.* Latus alicui petere: Suet. *in Calig. c.* 36 ¶ Aliquando latus pro viribus & spiritu ponitur. Cic. *de senect.* Qui legem Voconiâ magna voce & bonis lateribus suadissem Idé *de Sen.* Neque enim ex te unquâ es nobilitatus, sed ex lateribus, & lacertis tuis. ¶ A latere dicuntur chari & amici principū, qui eorū lateribus semper adsunt. Livius *lib.* 4. *bell. Pun.* Ab latere inde eos nominat tyranni, quorū capita vilissima fingenti inter dolores gemitúsque excutiuntur. Curtius *lib.* 5. Quum ad perniciem ejus etiam à latere pecunia ipsius solicitaret hostis ¶ Latus mundi, pro regione. Horat. 1. *Carm. Ode* 22.

*Quod latus mundi nebula, malúsque*
*Iup[illegible] urget:*

latera insulæ, pro extremis utrinque partibus. Cic. 1. *de Leg.* Fibrenus dividit æquabiliter in duas partes, latera hæc alluit. ¶ Latus tegere, est latus alterius sinistrum, qui vel ætate, vel honore superior est, claudere: quod qui facit, tanquam pro tecto est. Horat. *Serm.* 1. Notanda loquendi forma, In contrario latere agitare, pro in contrariam partem disputare. Ulpianus *D. lib.* 39. *tit.* 2. *l.* 11. Quæ species est in contrario latere apud Marcellum agitata. Quæ translatio ex re equestri.

Lătĕrānī, Δορυφόροι, dicuntur satellites, qui principis alicujus latus tuentur, qui etiam laterones & latrones dicuntur.

Lătĕrārĭus, a, um, adject. ut lateratium lignum. Vitruv. *lib.* 10. *c.* 20. Ipsi autem lateratis citrà fixis continentur, teganturque tabulis maximè palmeis.

Lateratiæ tabulæ, ad latus positæ.

Lătŭscŭlum, i, diminutivum, Parvum latus. {Λεπίδιον. GAL. *Petit costé.* ITAL. *Piccolo lato.* GERM. Ein seitlin. HISP. *Pequeño lado* ò *costado.* ANGL. *A little syde.*} Catullus *ad Thallum*,

*Ne tantum latusculum, manúsque mollicellæ,*
*Inlusa turpiter tibi flagella confricabunt.* al. *Inusta turpiter.*

Speculorum latuscula, id est, parva latera. Lucr. *lib.* 4. Quin etiam quæcunque latuscula sunt speculorum.

Lătĕrensēs, à Latere novè dixit *Tertullianum*, quos alioqui laterones appellamus. Tert. *lib.* 4. *contra Marcion.* Tot ferè laterensibus uti solebat in duobus testibus consistens Dei sermo. Dicti sunt laterenses, quòd latus claudant.

Lateralia viatoria, Capsulæ videntur esse, in quibus, ad ephippium utrinque loro suspensis, ea quæ nobis in itinere necessaria sunt, recondimus. Scævola *l.* 102. *D. de leg.* & *fideicommiss. lib.* 32. Uxori meæ lateralia mea viatoria. & quicquid in his conditum erit, quæ membranulis mea manu scripris continebuntur. Item. Hic chirographa debitorum & pecuniam cùm esset profecturus in urbem, in lateralibus condidit. ex Hotomano.

Lateralis, e. ad latus pertinens.

Latos, navis: Lege *Selaios.* Gloss. Isid.

Latymnum, Λατύμνιον. Mons Crotonis, vel ut alij, Laconiæ, ut scribit Scholiastes Theocriti.

Lăvācrum, vide *Lavo.*

Lavandula, f. uticulus quidam vulgò passim notus de nomine. Hadr. Jun. *in Nom.* Lavandula, hirculus nonnullis. Saliuncula Plinio, ut Scaligero videtur, spica, spica nardi. {GAL. *Lavande.*}

Lavatrina, locus ubi vasa elearia eluunt coqui, urnarium, μαγειρικὸν ὑδροδόκημα: quem ad ulum locus quadratus in culinis adhiberi solet.

Lauce, Insula in Ponto Borysthenis ostio objecta: dicta Achillea, quoniam Achilles ibi situs sit.

Lauda, *Lode*, V. E. sub A. & Ducatu Mediolanensi.

Laudamentum, & Landimium, vide post *Laudo.*

Laudis, testudo, vox corrupta ex Germanica Laut.

Laudanæ fuêre ornamenta aures, vel argenteæ, quasi virgæ, quæ suspendebantur ante altaria, dictæ a laudando, quòd in laudem & honorem Martyrum ponebantur.

LAUDO, as, Commendo, extollo. {הלל *hillél* שבח *schibbách.* ἐπαινῶ, ἐγκωμιάζω. GAL. *Louer, dire bien, parler en bien.* ITAL. *Laudare, lodare.* GERM. Loben. HISP. *Loar* ò *alabar.* ANGL. *To praise, to comment.*} Differt autem à verbo Probo, quòd te magis probemus, laudemus verbis. Plautus *in Trin.* utrumque conjunxit, Laudo (inquiens) consilium, & probo. ¶ Laudare contrario sensu, pro improbare, repudiare, rejicere, ut est Græcè ἐπαινῶ, quia quæ nolunt, dilaudant, ut distrahant atque vendant. Virg. 2. *Georg.*

——— *Laudato ingentia rura:*
*Exiguum colito.*

Sic apud Hesiod. Νῆ ἐπαίνῳ αἰνῶ. μεγάλη δ' ἐπὶ φορτία θήκη. Virgilius laxi fundi, improbat, modicum agri modum præfert. Plaut. *Merc. sc.* 2. *a.* 2. Laudo commentum tuum. Item probant ædes: laudant fabrum (ædium,) Idem *Mostell. sc.* 2. *a.* 1. Haud centesimam partem laudat, quam mentus est ut laudetur laudibus. Idem *Capt. sc.* 3. *ad.* 2. Eamus ad lenonem. M. Laudo. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 3. Ovid. *Metam.*

*De Danaïs quis te laudârve, petîve?*

¶ Aliquando Laudare, est nominare. Plaut. *in Capt. sc.* 3. *a.* 2. Id scias, Jovem supremum testem laudo. Laudare, inquit Macrob. *lib.* 6. *cap.* 7. *Saturn.* & Gell. *cap.* 6 *lib.* 2. Significat priscâ linguâ nominare, appellareque. In qua significatione usus est Pompon. *in leg.* 6. § 3. *ff. de action. emt.* Si tibi ster vendidero, ita demum autorem me laudare poteris, si tuus fuerit fundus. Item Modest. *in l.* 6 5. *de evictionib.* ¶ Nonnunquam etiam citare, & in testem adducere. ἐπιμαρτύρομαι. Laudare testem, quo est Fabius usus *in declamat.* est nominare: quem enim quis testem nominat laudet eundem necesse est, ne videatur parum dignus, cujus testimonium audiatur. *Turneb. ad.* Gell. *lib.* 3. *c.* 16. Varr. undecimo mense nasci hominem posse dicit, ejúsque sententiæ tam de octavo, quàm de undecimo mense Aristotelem laudat autorem. Cic 3. *de Orat.* Atque hæc quidem ab his Philosophis, quos tu maximè diligis Catule, dicta sunt: quod eo sæpiùs testificor, quod autoribus laudandis ineptiarum crimen effugiam, id est, his Philosophis nominatim citandis, & tanquam ad testimonium dicendum evocandis, quos autores harum rerum habeo. ¶ Laudare, pro merere. Virg 2. *Georg.*

——— *Laudato ingentia rura,*
*Exiguum colito.*

Laudare cum exceptione, id est, non integrè. Idem *lib.* 1. *Epistol. ad Quint. Frat.* Unum est quod tibi ego præcipere non desinam, neque te pariar cum exceptione laudari. Omnes enim qui illinc veniunt, ita de virtute, integritate, humanitate commemorant, ut in tuis summis laudibus excipiant unam iracundiam. ¶ Hujus composita sunt, Allaudo, Collaudo, Elaudo, de quibus *suprà.*

Laudamentum. *Lib.* 1. *de feud. tit.* 7. Per laudamentum sapientum, id est, ut Cujacius exponit, consilio Jurisperitorum. Idem enim est laudamentum, quod arbitrium, judicium, consilium.

Laudimium, præmium quod præstatur pro renovatione emphyteutica. *in Long. legib. lib.* 4. *Cod.*

Laudum, sententia arbitri. In Vet. Dict. à Bart. exponitur transactio.

Laudātus, a, um, participium, sive nomen ex participio. {מהולל *mehuddál* משבח *meschubbách.* ἐπαινετός. GAL. *Loué* ITAL. *Laudato.* GER. Gelobt. HISP. *Alabado.* ANGL. *Praised, commended.*} Abundè laudatus. Ovid. 1. *Trist. Eleg.* 6. Falsò laudata fœmina. Idem 3. *Amor. Eleg.* 11. Laudatissima forma, Idem *Epist.* 18.

Laudātor, is, {מהולל *mehallél* משבח *meschabbéach* שבח *schabbách.* ἐπαινέτης, ἐγκωμιαστής. GAL. *Celuy qui loue & dit du bien de quelqu'un.* ITAL. *Che lauda altrui.* GERM. Ein lober. HISP. *Alabador.* ANGL. *A praiser, a commender.*} Ad Her. *lib.* 4. Nolo esse laudator, ne videar adulator. Laudator voluntarius, Cic. 6. *Verr.*

Laudātrix, icis, {מהללת *mehallélech* משבחת *meschabbáchath.* ἐγκωμιαστικὴ GAL. *Celle qui loue.* ITAL. *Donna che lauda.* GERM. Eine lobrin. HISP. *Alabadora.* ANGL. *She that praiseth.*} Cic. 3. *Tusc.* Vitiorum laudatrix fama popularis.

Laudāndus, gerundium ut loci non laudandi Ovid. 1. *Trist. Eleg.* 8.

Laudātio, nis, Commendatio. {תהלה *tehillah.* ἐγκώμιον. GAL. *Louange.* ITAL. *Laude, lode.* GERM. Lobung. HISP. *Loor, alabanza, obra de alabar.* ANGL. *Commendation or praising.*} Cic. 4 *Verr.* Præclara laudatio. Item 2. *de finib.* Lege laudationes Torquate, non eorum qui sunt ab Homero laudati, &c. Laus & Laudatio differunt, Senec. *Epist.* 103. Præterea aliud est laus, aliud laudatio. Hæc & vocem exigit. Itaque nemo dicit laudem funebrem, sed laudationem, cujus officium oratione constat. Suet. *in Cæs. cap.* 48. Laudatio in funere. Laudatio judicialis Idem *in Aug. cap.* 56.

Laudātior, compar. ἐπαινετώτερος. Gell. *lib.* 4. *cap.* 9. Quanto majora artificia atque sunt etiam, tanto laudatiora sunt.

Laudābĭlis, e, quod meritò laudari potest. {ἐπαινετός, ἀξιέπαινος. GAL. *Louable, digne d'estre Loué.* ITAL. *Laudevole.* GERM. Lobsam, lobs wart. HISP. *Cosa digna de ser alabada.* ANGL. *worthy of praise.*} Plaut. *in Persa* Ædepol dedisti virgo operam laudabilem, probam, & sapientem, & sobriam. Laudabilis vita, apud Ciceronem *de Amic.* Rectæ & laudabiles res. Idem *lib.* 1. *de finib.* Opus laudabile, Lucr. *lib.* 5. Carmen laudabile, Horat. *de Arte.*

Laudābĭlĭter, adverbium, Cum laude & commendatione. {ἀξιεπαίνως. GAL. *Louablement, & avec honneur.* ITAL. *Laudevolmente.* GERM. Löblich. HISP. *Loablemente.* ANGL. *Praise worthely.*} Cic. 5 *Tusc.* Quidè ad recte, honestè, laudabiliter, postremò ad benè vivendum, sanctiùsne est perfidij in virtute? Perquam laudabiliter jurate. *Vellius.*

Laudātīvus, a, um, quod laudationi est accommodatum. ἐγκωμιαστικός. Unde laudativum genus orationis à Rhetoribus dicitur, quod alio nomine demonstrativum vocant Rhetores. Quinct. *lib.* 2. *cap.* 16. Laudativam totam, quæ est pars Rhetorices tertia. Et laudativus casus, dictus est accusativus, quia per hunc videmur vel accusare, vel laudare.

Laus, dis, à λαύω, fruor, vel à λαός. Præconum commendatio, gloria. {תהלה *tehillah.* ἔπαινος. GAL. *Louange, los.* ITAL. *Laude, lode, gloria, honore.* GERM. Ein lob. HISP. *Loor, alabança*, à *honra.* ANGL. *Praise, commendation.*} Terent. *in Adelph.* Dei vestram fidem! Utrum studióne id sibi habet, an laudi putat fore, si perdiderit gnatum? Propriè virtus est, non aliunde proveniens, sed suis nixa radicibus. Virg. 5. *Æneid.*

——— *primam meruit qui laude coronam.*

Dicta λαὸς τῷ λαύειν, hoc est, à populis, quòd propriè laus sit populi, de aliquo recta loquentis. Certare laudibus alicujus. Virg. 2. *Georg.*

*Nec pulcher Ganges atque auro turbidus Hermus,*
*Laudibus Italiæ certent.*

Concedere laudem alicui. Cic. 1. *de Orat.* Ut eorum quibus summâ dicendi laus à nostris hominibus concessa est. Congerere laudes alicui. id est, aliquem ampliter laudare. Sueton. *in Tito:* Tantas mortuo gratias egit, laudésque, quantas congessit ne vivo quidem unquam atque præsenti: &, Conciliare laudem. Quintilian. *lib.* 2. *cap.* 7. Et laudem sæpè majorem, quàm si nostra sint, conciliant. Ponere in laude. Cic. 3. *de Orat.* Rectè genus hoc numerorum, dummodo ne continuum sit, in orationis laude ponetur. Tribuere laudem. Idem *Metell. lib.* 5. Ego doloti non solùm ignosco, sed summam etiam laudem tribuo. Ovid. 3. *Metam.*

——— *Laudem cum sanguine pensat,*

Laudi vacare. i. laude. Gell. *cap.* 6. *lib.* 2.

*Et jam promissa peterem cum laude reverti*
(de præmio & gloria simul) Ovid. 13. *Metam.*

*Non ego sum fatum ad tanta præconia laudis,*
Tibull. *lib* 4.

*At non per dubias errant mea carmina laudes,*
Idem *ibidem,*

*Laudis & assiduo vigent certamine mihi.*
Ibidem,

——— *pars est sua laudis in illo,*
Ovid. 13. *Metam.*

*ignosces laudibus ipse tuis,*
Idem *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.*

Perfidiæ laudes gratiásque habemus. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 3. Laudes & gratias alicui referre. Gell. *cap.* 8. *lib.* 3. Quantis laudibus collaudavit heri! Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 2. Laudari laudibus. *Ibid.* ¶ Interest autem inter laudem, & honorem, quòd honor sit dignitatis consummatio, vel publicè, vel privatim; Laus secunda existimatio rectè factorum.

Laudicenus, ὁ ἐπαινέτης. Ilin. *Epist. lib.* 2. *Maxime*, Sequantur auditores actoribus similes conducti, & redempti in anticipes, in media basilica, tam palàm sportulæ, quàm in triclinio dantur. Ex judicio in judicium pari mercede transitur. Inde jam non inurbanè σοφισταὶ vocantur.

vocantur, λαὶ ἔ σφῶν ἐς καλοῦς, iisdem Latinum nomen impositum est Laudicœnis.

Laudunæ, Ecclesiastica vasa. Pap.

Laudunum Clavatum, *Laon.* V. E. Laudunensis, sub A. Remensis.

Lavellinum, *Lavello*, V. E. sub A. Barensi.

Laver, eris, neut. gen. & aliquando fœmin. {רחץ *rachats* כבס *chibbés*. λύω, νίπτω, πλύνω. Gal. *Laver.* Ital. *Lavare.* Ger. Waschen. Hisp. *Lavar.* Angl. *To wash.*} Herba est in aquis nascens, fruticè pingui, cæsio, foliis latis, olusatro similibus, sed minoribus & odoratis. *Dioscor.* Plin. *lib.* 26. *cap.* 8. Laver quoque nascens in vivis, & condita & cocta hominibus medetur.

Laverna, Deæ cujusdam nomen fuit apud Romanos, in cujus tutela fures esse putabantur, qui ab ea Laverniones dicti sunt. Ita me benè amet Laverna (inquit Cocus apud Plaut. *Aul. sc.* 2. *a.* 3.) {Die dieb zgöttin bey den Römern.} ¶ Hinc Lavernalis porta Romæ dicta est ab æde Lavernæ propinqua. Hæc ferè ex *Festo.*

Lavernio, fur, quia sub tutela Lavernæ: ut habent impia Gentilium figmenta.

Laviceanum, villæ nomen. Suet. *in Cæs. cap* 85.

Lāvīnĭă, Λαυινία. Filia fuit Latini regis & Amatæ, quæ primùm Turno, deinde Æneæ desponsata est: cujus occasione, orto inter hos duos bello, multi utrinque occubuerunt. Tandem devicto Turno, Æneæ nupsit: quo mortuo, ipsa privigni insolentiam timens in sylvas prægnans profugit, & apud Tyrrheum pastorem divertit, ibique peperit filium, quem Julum Sylvium Posthumum appellavit, eo quòd post patris funus in sylvis natus esset. Hanc tamen postea Ascanius in regnum revocavit, quum ipse secessisset Albam longam, urbem à se conditam: Lavinio novercæ relicto, quod illa mortiens Julo Sylvio posthumo filio suo reliquit. Virg. *Æneid. lib.* 12.

——*& vindum tendere palmas*
*Ausonij videre: tua est Lavinia conjunx*, &c.

Lāvīnĭum, Λαυίνιον Stephano, Λαυινιον Strabonі. Urbs fuit in Latio, ab Æneæ condita, & à nomine Lavinіæ uxoris ita appellata. Cujus rei testis est Liv. 1. *ab Vrb.* Æneam (inquiens) apud Latinum fuisse in hospitio tradunt: Ibi Latinum apud Penates deos domesticum publico adjunxisse fœdus, filia in matrimonium data. Ea res utique Troianis spem affirmat tandem, stabili, certâque sede finiendi erroris Oppidum condunt: Æneas ab nomine uxoris Lavinium appellat.

Launegild, in ll. Longob. Gloss. Launechild, sine solennitate testium. *ἄ ἀφώνου.*

Lavendala. Vide *Lavandula.*

Lāvo, as, Abluo, purgo, mundo, nitidam reddo. Descendit à verbo Græco λύω, quod eamdem est significationis. Hinc latrina, quasi lavatrina. {רחץ *rachats* כבס *chibbés*. λύω, νίπτω, πλύνω. Gal. *Laver.* Ital. *Lavare.* Ger. Waschen. Hisp. *Lavar.* Angl. *To wash.*} Plaut. in *Aul.* Aquam hercle plorat, quum lavat, profundere. Idem *in Truculent.* Vise illam, atque operire ibi, jam exibit: nam lavabat. Virg. 3. *Eclog.*

——*Omnes in fonte lavabo.*

Ovid. *Epist.* 1.

*Membra lavabis aqua.*

Idem 3. *de Arte*,

——*lachrymis vulnera sæva lavat.*

Præteritum facit lavi. Tetent. *in Heaut.* Atque illa, si iam laverit, mihi nuntia. Supinum est, lotum: unde deducitur participium, lotus. Martial. *lib.* 5.

*Lotus nobiscum est, hilaris cœnavit, & idem*
*Invenius manè est mortuus Andragoras.*

Olim etiam lavatum faciebat, & per syncopen lautum. Ter. *in Eunucho.* Abeunt lavatum, pertrepunt. Horat. 1. *Serm. Satyr.* 6.

*Ast ubi me fessum sol acrior ire lavatum*
*Admonuit.*

Ovid. 3. *Fast.*

*Sacra lavaturas manè petebat equas.*

Lavandi ratitate valetudinem tueri. Suet. *in Aug. c.* 82. Dormit, ornatur, lavat (excusantis mulierem) Plaut. *Mil. sc.* 2. *a.* 2. Lavasti *Amph.* Quid posteaquam lavi. *Ibid.* Quid me vis, ea lautum, ut sacrificem. Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 3. Lavari cum viris, signum adulteræ. *Quint.* Ancilla quæ lacrimam lavat. Plaut. *Curc. sc.* 4. *a.* 4. Lavabo ut, rem divinam faciam. Idem *Aul sc.* 2. *a.* 4. Venit imber, lavit parietes. Idem *Most. sc.* 2. *a.* 1. ¶ Veteres hoc verbum per tertiam conjugationem inflectebant. ¶ Idem *Tenet.* Mihi quoque præ lassitudine opus est lavere, Cato *r.* 65. Si inquinata erit, lavito. Virg. *lib.* 10. *Æneid.*

*Fluminibus salsum defert ubi purpura fucum* *Ora cruor.*

Horat. 1. *Serm. Satyr.* 9.

*Ora manusque tua lavimus Feronia lympha.*

Quibus in locis quùm prima syllaba hujus verbi corripiatur, certum est non esse præteriti temporis, quum dissyllaba præterita priorem necessariò producant. Simile est illud apud Virg. 3. *Æneid.*

*Lumenque effossi fluidum lavit ecce cruentem.*

Plures authoritates refert *Laurenberg.* quibus adde Nonium *cap.* 10. ¶ Interdum significat madefacere, humectare, ἀγίζω. Plaut. in *Pseud.* Gestas tabellas secum, eas lacrymis lavit. ¶ Hujus composita, Abluo, alluo, colluo, circumluo, deluo, diluo, eluo, perluo, proluo, præluo, reluo, & subluo: quorum significata vide suis locis.

Lāvācro, Lavacrum, purgatio lotio. {רחץ *rachats* מרחצה *marchetsáh*. λοῦσις. Gal. *Lavement, baignement.* Ital. *Lavamento.* Germ. Waschung. Hisp. *Lavamiento.* Angl. *A washing.*} Plin. *lib* 8. *c.* 45. Lavatione calidæ aquæ tradunt pinguescere. Cic. *Pater.* Si minus, persequar in Cumanum, & antè ex certiorem faciam, ut lavatio parata sit. id est balneum. Plaut. *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Quid ea messis ad meam lavationem attinet: nihilo plus quàm lavatio tua ad messim.

Lāvācrum, Balneum, in quo quis lavari commodè potest. {רחץ *rachats* מרחצה *marchetsáh*. λουτὸν. Gal. *Lavoir, un lieu à se laver, un bain.* Ital. *Lavatorio.* Germ. Ein bad. Hisp. *Lugar de se lavar.* Angl. *A washing place*} Gell. *lib.* 2. *c.* 2. Propulsamus caloris incommoda lucorum umbra ingentium, longis ambulatiis & mollibus, adium posticum re-



frigerantibus lavacris. Hujus dictionis media producitur, quum à supino *lavatum* derivetur.

Lautus, a, um, à *lavo*, -as. fuit enim priùs Dauco Purgatus, locus mundatus. {רחץ *rachats* כבס *chibbés*. λούω, νίπτω, πλύνω. Gal. *Lavé.* Ital. *Lavato.* Germ. Gewäschen, gebadt. Hisp. *Lavado.* Angl. *washed, cleane, trimme.*} Tetent. Tèvε ἀγυμβολον venire unctum atque lautum à balneis: Horat. 2. *Serm. Satyr.* 3.

*Libertinus enim qui circum compita siccus*
*Lautus manè senex manibus currebat*, &c.

Cic. *pro Deiot.* Cur te lautum voluit cœnatum noluit occidere? Aliquando idem ferè quod mundus & splendidus {נאה *haná* נדיב יקיר *nakkir* שרץ *sharats*. καλὸς, κ. Gal. *Magnifique & somptueux, honeste, honorable, propre.* Ital. *Delicato, polito, magnifico.* Germ. Sauber, zierlich, wolgegrost. Hisp. *Afeytada* ò *delicada.*} Hinc lauta cœna, apud Plin. *in Epist.* 194. dicitur, quæ magnificè, opiparèque est instructa. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Facite ut strata lautâque sint hæc omnia. Gel. *cap.* 11. *lib.* 13. Dominum convivij esse oportet non tam lautum, quàm sine sordibus. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 2. Tute tibi puer es lautus. Luces cereum. ¶ Homo lautus dicitur, qui elegans est, mundus & splendidus. λαμπρὸς. Cic. 3. *Verr.* Quum iste atque istius amici, homines lauti atque urbani, sermones hujusmodi dissipabant. ¶ Aliquando divitem & potentem. Tetent. *in Heaut.* Omnes te in lauta, & bene aucta parte putant. Cic. *Ascil. lib.* 13. In Halesina civitate tam lauta, quàm nobili conjunctissimos habeo, lautum & copiosum patrimonium, apud eosdem *pro Rab. Posthumo.*

Lautè, adverbium. Elegantèr, splendidè, magnificè. {λαμπρῶς. Gal. *Magnifiquement, somptueusement, proprement.* Ital. *Delicatamente, gentilmente, magnificamente.* Germ. Herrlich, köstlich. Hisp. *Afeytadamente* y *delicadamente.* Angl. *Minionly, costely, daintely*} Plaut. *in Casina.* Lautè vestitus exornatúsque ambulat. Idem *in Mil.* Loquitur lautè, & minimè sordidè. A *lautus* fit diminutivum *lautulus*: à quo adverbium *lautulè.*

Lautĭtĭă, æ, Epulārum magnificentia, à lavatione dicta, ut *Festo* placet, quia apud antiquos elegantiæ studium quod nunc est, non erat, & raro quis lavabat. {תענג *tahanág* מחדנים *mahadanim.* τρυφὴ. Gal. *Magnificence en habits ou banquets.* Ital. *Delicatezza, magnificenza in habiti & in cibi.* Germ. Zierlichkeit, köstlichkeit. Hisp. *Afeyte, ò delicadeza en manjares.* Angl. *Finesse, daintinesse.*} Lautitia igitur, munditia est in vestitu & in epulis. Suet. *in Cæs. cap.* 46. Munditiarum, & lautitiarum studiosissimus. Item lautitiarum invidia. Idem *in August. cap.* 71. Plin. *lib.* 9. *cap.* 35. Quum exquisitis quotidie Antonius signaretur epulis, lautitiam ejus omnem, apparatúmque obrectans. Cicer. *in Epist.* Fama ad te mea nova lautitia veniet. ¶ Antiquitùs etiam lautitia dicebatur, teste *Festo*, farina ex tritico aquâ conspersa.

Lautĭa, orum, Munera dicebantur quæ Romani per Quæstores legatis exterarum nationum, Regibus amicis, ac viris claris advenientibus mittebant. {δῶρον, ut inquit Plutarch. *in Probl.* Gal. *Presens & dons que les Romains envoyoient aux Ambassadeurs des Princes etrangers.* Ital. *Doni & presenti che si facevano da Romani à gli ambasciatori di principi esterni, & ad altri gran personaggi.* Germ. Gaben oder geschenck so der Römisch gemeine frömden botschafften zůschicket sie zuverehren. Hisp. *Las dadivas que davan los Romanos à los embaxadores estrangeros.* Angl. *Presents that the Romanes sins to the ambassadours of other realmes.*} Unde scribit Liv. Lautia Attalo fuisse decreta. *Fest.* Dauria dicebant veteres quæ Lautia dicimus, dabantur legatis hospitij gratiâ. Liv. 8. *bell. Pun.* Locus inde, lautiáque legatis præberi jussa. Loca lautia. Idem 2. *d.* 5. Et, locum lautia. 5. *d.* 5. Legimus & lautias fœminini generis in eadem significatione. Idem 8. *bell. Pun.* Ad hoc ædes, libera loca, lautiæ legatis decreta. ex *Bud.* Lautia dicuntur, quæcunque ad lautitiam atque elegantiam cultûs & mensæ pertinent. Ulp. *de aur. & arg. argumento lig. l.* 25. Mundo inquit, muliebri continentur, lanrica, acus, reticula, & hujusmodi. *Lanica*, vocem, ni fallor, melius Briss. interpretatur, ac pro ea reponendum putat vocabulum *Calantica*, ut habet editio Norimberg. cujus non tantùm *hic*, sed & alibi meminit *Ulp.* Illas autem tegmen muliebre capitis: ut Bayfius ex Cic. docet.

Laurea, vide *Laurus.*

Laurēă Tullius, Ciceronis libertus fuit, cujus extat nobile de aquis Ciceronianis epigramma apud Plin. *lib.* 31. quod quoniam circa principium operis hujus inseruimus in dictione *Academia*, illinc lectori petendum relinquimus.

Laurencum, *Lorch*, sedes olim fuit metropolitana Pannoniæ, & Noricі: cujus hodie rudera in Ensio Austriæ oppido, vulgò *Ens*, extare tradit Lazius *lib.* 2. *rerum Viennensium cap.* 2.

Laurentĭă, uxor Fausluli fuit, pastoris Amulij, quæ Romulum, & Remum expositos nutrivit: & quoniam se omnibus prostituebat, lupa dicta est. Et hinc locus datus est fabulæ, Romulum & Remum à lupa esse nutritos. Hanc aliqui Laurentinam vocant: festáque in honorem eius instituta, Laurentinalia Plutarch. *in Rom.*

Laurentālĭă, Λαυρεντα. Feriæ erant in honorem Accæ Laurentiæ institutæ, quæ nutrix fuit Romuli & Remi: cui sacerdotes (in velabro sacrificabant, teste Varr. *lib.* 5. *de L. L.* Laurentalia (inquit Festus) Laurentiæ conjugis Fausluli & nutricis Romuli & Remi festa.

Laurentes, is. Modò gentile nomen est, Λαυρεντιος. Virg. 12. *Æneid.*

*Ipsi Laurentes mutati, ipsique Latini.*

Idem 1. *Æneid.*

——*Laurentia regia Pici.*

¶ Modò denominativum omnis generis. Idem 12. *Æneid.*

*Te quoque Laurentes videmus Æole campo*
*Objectare.*

Idem *alibi*,

——*ignarum Laurens habet ora Minerva.*

Idem *lib.* 7.

——*postquam Laurentia vidit,*
*Gerrone extincto Troianæ agmina turmæ.*

Lauretum, civitas Latij, non procul Lavinio: ita dicta à sylva lau-

tea, quâ ecclesiâ ædificata est. Vel (ut inquit Priscianus) à lauro ibi primùm inventa, dum Picus eam conderet. Hinc Laurentes populi dicti sunt.

Laurĕŏlus, Poëtis traditur fuisse latro sceleratissimus, cóque nomine in crucem sublatus, & à feris devoratus. Quæ fabula aliquoties Romæ in spectaculis repræsentata est. Juven. *Satyr.* 8.

*Laureolum velox etiam bene Lentulus egit,*
*Ludite me, vera dignum cruce.*

De Domitiano quoque memoriæ proditum est, hanc fabulam repræsentatarum nocentissimum quendam, ultimo supplicio damnatum, in crucem exigi jussisse, & immissa ursa dilaceratum. atque ita rei veræ, non fictæ, spectaculum populo exhibuisse. Martialis *in Amphitheatro Cæsaris*,

*Qualiter in Scythica religatum rupe Prometheum*
*Assiduam nudo pectore pavit avem:*
*Nuda Caledonio sic pectora præbuit ursо,*
*Non falsa pendens in cruce Laureolus.*

Laurĕōtis is. Spodij genus est ex argento. Fit autem spodium cineris genus ex metallis, dum in fornace coquuntur, favillæ modo evolans, & in fornacis pavimentum recidens: ut docet Galen. *lib. 9. simp. medic.* qui ea ratione distinxit spodium à pompholyge, quòd hæc ob levitatem ad summas usque fornacum cameras evolaret, illique adhæresceret: illud neque tam altè evolaret, & mox in pavimentum recideret. *Plinius* tamen spodion etiam illud appellat, quod summis fornacum testudinibus adhæret: distinguitque à pompholyge solo colore, quòd pompholyx minùs candida sit.

Laurētum, *Lauretо*, V. E. ditionis Pontificiæ, Deiparæ Virginis ædе sacrâ toto orbe celebris.

Laurices, Fœtus sunt cuniculorum è matre execti, vel uberibus ablati, qui olim cum interaneis non repurgatis cocti, gratissimis in cibis habebantur. Autor Plin. *lib. 8. c. 55.*

Laurion, Λαύριον, Locus in Atticæ montanis mare spectans, argentifodinis nobilitatus: cujus meminit Thucyd. *bell. Peloponn. lib. 2. & 6.*

Laurolavinium, Λαυρολάβιον, urbs Latij proxima Laurento.

Laurus, i, à Laus, vel ex λα & ῥύω, {ποιητ. ερυσιβ. Gal. *Laurier.* Ital. *Lauro, allоro.* Germ. Ein lorbeerbaum. Hisp. *Laurel arbol.* Angl. *A laurell or baye tree.*} Aliquando quartæ classis fuit, & lauru in sexto casu, & in recto numeri multitud. laurus, efferebatur. Est autem genus arboris, perpetuâ virens comâ. Itaque & Apollini sacra esse putatur, eo quòd is Deus semper juvenis & imberbis esse existimetur. A Græcis δάφνη dicitur, quæ res Poëtis fabulandi occasionem videtur præbuisse, Daphnem puellam ab Apolline adamatam, quum vim ejus effugere non posset, deorum miseratione in laurum fuisse mutatam. Laurus (inquit Plinius *lib. 15. cap. 30.*) triumphis propriè dicatur, vel gratissima domibus, janitrix Cæsarum, Pontificúmque, quæ sola & domos exornat, & ante limina excubat. Duo ejus genera tradit *Cato*, Delphicam & Cypriam, Delphicâ laurus dicta, quòd victores Delphis eâ coronarentur: & est viridior laurus, maximis baccis, & è viridi rubentibus. Cypria folio brevi, nigro, suberispo. Quidam mustaceam addiderunt, ita dictam, quoniam mustaceis subjiceretur. Hanc esse folio maximo constat, flaccidóque, & albicante. Numeratur etiam ab aliquibus inter lauri genera Tinus, quam nonnulli sylvestrem laurum intelligunt, nonnulli sui generis arborem. Differt colore, est enim cærulea bacca. ¶ Item regia laurus, quæ & angusta cognominatur, amplissima & arbore, & folio, baccis quoque gustatu non asperis. ¶ Sunt & alia lauri genera. Plin. *lib. 15. c. 30.* ex quo hæc paucis verbis immutatis. Laurus Apollinea, quòd Apollini dicata sit. Ovid. *6. Fast.*

*Venit Apollinea longas conterdita lauro*
*Nexa coma.*

Delphica lauro comam cingere. Horatius: *Carm. Ode 30.* Fatidica laurus, Claudian. 3. *Panegyr.* Vel quòd Apollini fatidico Deo est dicata: vel quòd ex ejus crematæ strepitu futura colligebant, ut Porphyrius philosophus. Et *Iliad. 1.* scribit *Eustathius*. Fragosius enim combusta felicitatem portendere credebatur. Tibull. *lib. 2. Eleg. 5.*

*Laurus ubi bona signa dedit, gaudete coloni.*

Contrà si tacitè conflagrasset, tristia portendebat. Propert. *lib. 2. Eleg. 23.*

*Et vacet extincto laurus adusta foco.*

Vide Cæl. Rhodig. *lib. 5. cap. 7.* Plin. *lib. 15. cap. 30.* Laurus ipsa pacifera, ut quam prætendi etiam inter armatos hostes quietis sit indicium.

Laurĕa, propriè lauri folium perpetuò virens, & topiario operi accedens. {Gal. *Fueille de laurier.* Ital. *Foglia di lauro.* Germ. Ein lorbeerblat. Hisp. *Hoja de laurel.* Angl. *The leafe of a baye tree.*} Ovid. *3. Fast.*

*Cedat ab Iliacis laurea nata focis.*

Plin. *lib. 15. c. 30.* Unius arborum latina lingua nomen imponitur virisque unius folia distinguuntur appellatione: laurea enim vocamus. Quem Plinij locum sic intellige, Nullam esse arborem à qua viris nomen sit impositum præter unam laurum, deinde nullam esse arborem cujus folia habeant distinctam appellationem, præter unius lauri folia, quæ laurea dicuntur. Virg. *8. Eclog.*

*Populus Alcidæ gratissima, vitis Iacchо,*
*Formosa myrtus Veneri, sua Laurea Phœbo.*

Horat. *lib. 2. Carm.*

*Tum pinus ramis laurea fervidis.*

¶ Aliquando corona est, ex lauro facta, quæ in triumphis adhibebatur. {Gal. *Chaveau de feuilles de laurier.* Ital. *Ghirlanda con foglie di lauro.* Germ. Ein lorbeerbimes tranis. Hisp. *Corona ò guirnalda de laurel.* Angl. *A garland of laurell leaves.*} Mart. *lib. 2.*

*Quæ datur ex Docæ Laurea, tota tua est.*

Cic. *de prov. Consul.* Si in Capitolium invehi victor cum in illa insigni laurea gestiret. Senec. *c. 10. de consol. ad Helv.* In Jovis gremio reponere lauream. Ovid. *Eleg. 2. lib. 4. Trist.*

*Et dubium meritò laurea vota Jovi.*

Cic. *de re rust. lib. 1.* Lauream, & Laurum, & mutatâ diphthongo. m, in o litteram, Loream dixit.

Laurĕus, a, um, quod est ex lauro. {δαφνεος. Gal. *De laurier.* Ital. *Di lauro.* Germ. Lorbeumin. Hisp. *Cosa de laurel.* Angl. *Of the baye tree.*} quo modo roseus, myrteus, quod ex rosa, myrtóve confectum est: ita & Laurea corona, & serta laurea. Plin. *lib. 15. cap. 30.* Ovid. *2. Trist.*

*Pendet & in nitidâ laurea serta comâ.*

Lauretum, Locus consitus lauris. {δαφνών. Gal. *Vn lieu planté de lauriers.* Ital. *Luogo piantato d'allori.* Germ. Ein ort da vil lorbeum stehet. Hisp. *Laureda, lugar de laureles.* Angl. *A place planted with baye trees.*} veluti rosetum, myrteum, spinetum: locus rosis, myrtis, spinisve consitus. Plin. *lib. 15. cap. ult.* Durat & in urbe nomen impositum loco, qui Lauretum in Aventino vocatur, ubi sylva lauri fuit.

Laurĕŏla, æ, à laurea diminutivum nomen, Coronula ex lauro. {δαφνοῦς στεφανος, δαφνίς μικρά. Gal. *Petit chapeau ou guirlande de laurier.* Ital. *Ghirlanda di lauro.* Germ. Ein lorbeumin trenzlin. Hisp. *Corona ò guirnalda de laurel.* Angl. *A garland of the baye tree.*} Cicer. *lib. 2. Epistol. famil.* Qualemcunque triumphum, sive ovationem, Laureolam appellat. Velles enim, ait, tantùmmodò ut haberem negotij, quod esset ad laureolam litis. Laureolam in mustaceo quærere, est ex re frivola insignem laudem capere. Cicer. *ad Attic.* Bibulus, credo, voluit appellatione hac inani nobis esse partim eadem. Amano cœpit laureolam in mustaceo quærere. Est autem mustaceum, seu mustaceus, libi genus, cui aliquid additur de virga lauri decussani, ac decoquitur suppositis lauri foliis, ut indicat Cato *lib. de Agricult.* Unde Plin. *lib. 15. cap. 30.* mustaceum dictum putat tertium lauri genus, quod ad eum usum adhibebatur. Alioqui laurus erat triumphalis, ornamentum urbium principalium, ac pontificatum. Hanc qui non poterant assequi laurum, in mustaceo quærebant laureolam.

Laureo, as, coronо. Gl. A. L.

Laurĕātus, a, um, nomen. Lauro ornatus. Latinum non est. Hinc laureati, qui laureis coronati sunt. {δαφνηφορημένος. Gal. *Couronnez de laurier.* Ital. *Inghirlandato di lauro.* Germ. Mit einem lorbeumen oder lorbeerin trenzlin betrone. Hisp. *Coronados de laurel.* Angl. *Crowned with the baye tree.*} Cicer. *pro Murena*, Qui imaginem parentis sui laureatam in gratulatione sua conspexit. Sic fasces laureatos dixit. Idem 2. *de Divin.* id est, fasces laureâ, vel lauro circumvolutos. Plin. *lib. 35. cap. 18.* Tantúmque non cum laureatis fascibus remitti illò, unde cretatis pedibus advenissent. ¶ Laureati lictores qui laureatos fasces & laureas coronas gerunt. Cicer. *ad Attic. lib. 7.* Laureatæ fores Senec. *cap. 18. al. 35. de consolat. ad Polyb.* Laureatæ epistolæ, quæ lauro involutæ in victoriæ signum ab Imperatoribus ad Senatum mittebantur. Scriban.

Laurifĕr, a, um, & Laurigĕr, Ferens, seu gerens laurum. {δαφνηφόρος. Gal. *Qui porte lauriers.* Ital. *Luogo che produce lauri.* Germ. Da es vil lorbeum tregt. Hisp. *Que tiene, ò trae laurel.* Angl. *That beareth baye trees.*} Lucan. *lib. 5. Laurifери nullo comitentur vallere curru.* Mart. *lib. 3. ep. 24.*

——— *Laurigeros ageres quum lota triumphos.*

Laurĭcŏmus, a, um. {ὁ, ἡ δαφνόκομος, ὁ δαφνοκόμης. Gal. *Qui porte ou qui est couronné de laurier.* Ital. *Inghirlandato d'allоro.* Germ. Das vil lorbeum hat. Hisp. *Cosa que tiene hoyas de laurel.* Angl. *That beareth baye trees.*} ut Montes lauricomi, id est, lauri comis ornati, Lucr. *lib. 6.*

Laurĭnus, a, um, Quod ex lauro factum est, laureus. δαφνινος. ut Laurinum oleum. {δαφνέλαιον. Gal. *De laurier.* Ital. *D'allоro.* Germ. Lorbeumin. Hisp. *Cosa de materia de laurel.* Angl. *Made of the baye tree.*} Plin. *lib. 23. cap. 4.* Oleum laurinum utilius quò recentius. Idem *lib. 12. cap. 2.* Item laurino folio.

Laus, i, dictio dissyllaba, λάος. Fluvij nomen est in finibus Italiæ, agrum Brutium à Lucanis dirimens: cujus meminit Strab. *lib. 6.* & Ptolem. *lib. 3. c. 1.* ¶ Est & alter ejusdem nominis fluvius in ea parte Macedoniæ, quæ Adriatico mari proxima est, per Apolloniatarum agrum in mare sese exonerans: idem (opinor) cum eo, quem Plin. Æantem appellat. Vide Ptol. *lib. 3. c. 13.*

Laūs, dis, vide *Laude.*

Lausaicum, historia SS. Patrum, olim legi solita. Lex. gr. b.

Lausanna, Allobrogum urbs, ad lacum Lemanum sita. Vulgò *Lesanne*, sub A. Vesontionensi.

Lausus, filius fuit Numitoris, & frater Iliæ Sylviæ, quem Amulius patruus fugato patre occidit. Ovid. *3. Fastor.* ¶ Alius fuit Mezentij filius, quem Æneas interfecit, quum parentem vulneratum defenderet. Virg. *lib. 11. Æneid.*

Lautia, Lautĭtĭa, Lautus, vide *Lavo.*

Lautŭlæ, arum. Locus fuit in urbe Romana, non procul à Jano gemino: à lavando dictus, quòd aquas calidas haberet. Autor Varr. *lib. 4. de ling. Lat.*

Lautumia latinis, pro eo quod Græcis, λατομίαι.

Lavis, Pompeia, Italiæ Transpadanæ oppidum, à Scilla conditum, teste Plin. *lib. 3. c. 17.* vulgò *Lodi.*

Lax, fruns. *Fest.* Est à *lacio*, quod verbum usurpat Lucr. *lib. 4.*

*Quod facerent nunquam, nisi mutua gaudia possent,*
*Quæ laxare in frondem possent: vultúsque tenere.*

Lăxāmentum, laxare, laxatus, vide *Laxus.*

Lauzanum, animal quadrupes. Gesn.

Lāxus, a, um, à λάω. Laxatus, remissus, non contentus, aut adductus. {ורחב אין מחסור נרגיע ונפשו תרוה משתה. χαῦνος. Gal. *Lasche, large.* Ital. *Rallentato.* Germ. Weit / luct / abgelassen. Hisp. *Floxo, ancho.* Angl. *Loose, slacke.*} ut, Laxæ fides, laxa tudentes, laxus arcus. Virg. *12. Æneid,*

*Sed laxos referunt humeris lanugine arcus.*

Sic laxa vela dicimus, quæ ventorum flatu non tenduntur. ¶ Item Laxas habenas, pro molli & lenti imperio, translatione ab equis

sumpta,

sempta,quæ habenis adductis molestiùs & laboriosiùs incedunt, quam iisdem relaxatis. ¶ Accipitur item laxus pro amplo & capaci sapore. Colum. *lib.* 1. *c.* 3. Nec dubium quin minus reddat laxus ager, non rectè cultus quàm angustus eximiè. ¶ Laxum tempus,id est longum,cui opponitur breve,& angustum. Plin. *in Epist.* Tempus tibi & quidem laxius vindicavit,id est,longius. Cic. *ad Attic. lib.* 6. Ego sic diem statuo satis laxam, id est, tempus satis longum. Proculus *l. quum stipulatur. ff. de verborum obligat.* Quam ipse arbitratu meo aliam diem operi faciundo laxiorem dedero : id est, quam diem protulerim. ¶ Hinc Prolixum,quasi porrò laxum. Invenitur & Laxum,adverbium,pro latè. Martial. *lib.* 5. *epigr.* 69.

*Et adhuc supererat centies tibi laxum.*

Laxiorem diem dare. Liv. 4. *d.* 4.

Lāxè, adverbium, Remissè. latè. ἐκτενῶς. GAL. *Laschement, au large,* ITAL. *Largamente, remissamente.* GERM. Weit / oder mit eng. HISP. *Flexamente, anchamente.* ANGL. *Leesely, largely.* ‡ Cic. *pro domo sua,* habitare laxè & magnificè voluit. Laxè. ✕. Angustè. Varro *de re rust. c.* 10 De numero pastorum alij angustiùs, alij laxiùs constituere solent.

Lāxitās, atis, Remissio. ✕. Contentio. ‡ שחרור *schemittáh* מרפא *marpé* מתחון *pithchón. χάλασις.* GALL. *Estendue ou l'large, largeur,* ITAL. *Rallentamento, remissione, allentamento.* GERM. Weite. HISP. *Flexura, anchura.* ANGL. *Leesenesse, slakenesse.* ‡ ut Laxitas in fidibus esse dicitur, quum tensæ non sunt. Accipitur tamen non tantò pro amplitudine, seu magna capacitate ἀφειμένως cui opponitur angustia. ut laxitas domûs. Cic. 1. *Offic.* Sic in domo clari hominis, in quam & hospites multi recipiendi sunt, & admittenda hominum cujusquemodi multitudo, adhibenda est cura laxitatis. ¶ Laxitas viarum. Columell. *lib.* 4. *c.* 3. Ex laxitas ædium. Suet. *in August. cap.* 72. & *in Nerone, cap.* 31.

Lāxo, as, Laxum reddo, remitto. ✕. Contendo, intendo, adduco. ‡ רפות *rippáh* פתח *pitsách* חזיר *hazir. χαλάω.* GAL. *Mettre au large, lâcher, relâcher.* ITAL. *Rallentare, rilassare.* GER. Weit oder luck machen. *machlassen.* HISP. *Aflexar, ensanchar.* ANGL. *To loose, to slake.* ‡ ut Laxare æreum, laxare fides citharæ, laxare rudentes. Visus est Cicer. pro dilaxare, & proferre. *ἐμάκυνε.* Idem *ad Attic. lib.* 2. Ut monumentum illud eousque laxaremus, & usque ad atrium Libertatis explicaremus. Plin. *lib.* 12. *cap.* 14. Laxatur hic plaga, non adimitur. Senec. *cap.* 10. *de consol. ad Helviam*, Laxare corpora, & majora facere. Idem *cap.* 15. *de tranquil.* Laxabat animum vino Cato. Laxare animum. Sueton. *in August. c.* 83. ¶ Aliquando accipitur pro relaxare, & ex eo, quod debebatur, aliquid remittere. *ἀνίημι,* habétque antitheton. astringere. Cic. *ad Attic.* Tantum abest ut ex eo, quo astricti sumus, aliquid laxari velim, ut, &c. ¶ Aliquando pro libero. Idem *in Catone M.* qui se à libidinum vinculis laxatos esse non molestè ferient. Idem 1. *Tusc* Quódque nunc facimus, qui laxati curis, &c. ¶ Aliquando pro aperio. Virg 2. *Æneid.*

*Laxat claustra Sinon.*

Hinc relaxo quod est rursus laxo, recreo, remitto, Cicer. *lib.* 1. *Offic.* Atque etiam quum relaxare animos voluerint, caveant intemperantiam.

Lāxāmēntum, i. Relaxatio, remissio, requies, recreatio. ‡ מרפא *marpé. ἄνεσις.* GAL. *Relasche, relaschement, liargissement, recreation.* ITAL. *Rilassamento, relassamento da fatica, riposo, recreatione.* GERM. Ein nachlassung, end erledigung. HISP. *Flaxura, anchura, recreation.* ANGL. *Relaxation, recreation, refreshing.* ‡ Cic. *lib.* 7. *Epist.* Ego tamen nactus in navigatione nostra pusillum laxamenti, concinnavi tibi munusculum. ¶ Laxamentum & veniam non habent leges, si modum excesseris. Liv. 2. *ab urbe.* Laxamentum & otium. Gell. *cap.* 2. *lib.* 6 Item laxamentum dare. Liv. *lib.* 5. *ab urbe.*

Laxaroma, vestis mortualis. L. g. b.

Lazaros, homo recens mortuus. Idem.

Lazarus nomen viri, *Luc.* 16.

Lāzi Λαζοὶ. Stephano. Populi sunt Themiscyræ regionis, ad Pontum Euxinum. Vide Plin. *lib.* 6. *c.* 5.

Lazulus, lapis opacus sapphiri colore, aut florum cyani, aureis punctulis aut flammulis exornatus.

Lazurion, color cæruleus. L. g. b.

L E

Lĕa, Leonis fœmina est, quę & Læna dicitur: ‡ לביאה *lebiáh.* λέαινα. GAL. *Lionne.* ITAL. *Leona, leonessa.* GERM. Ein löwin. HISP. *La leona.* ANGL. *A lionesse, or she lion.* ‡ Lucr. *lib.* 5.

*Lactata lea pascebant corpora saltu.*

Ovidius.

*Nec lea cùm cæcis lactentibus ubera præbet,*

Idem *Elog.* 7. *lib.* 4. *Trist.*

*Esse canis utero sub virginis : esse chimæram*
*A trunco quæ flammas separat angue leæni.*

¶ Lea item, brassicæ genus, latis foliis è caule exeuntibus, unde & λεωλάχη quidam vocavêre. Græci item λάπα appellant, hoc est, lævem à foliorum lævitate. Plin. *lib.* 10. *c.* 9.

Lea, insula supra Cretam, una Sporadum, cujus meminit Plin. *lib.* 4. *c.* 12. ¶ Item oppidum Syeniearum qui sunt populi in ea Africæ parte, quæ sinum Arabicum spectat. Vide eundem *lib.* 6. *c.* 29.

Lĕæna, ‡ לביאה *lebiáh.* λέαινα. ANG. *A lioness, or she lion.* ‡ Leonis fœmina, itidem ut lea appellatur. Virg 2. *Eclog.*

*Turpis leæna lupum sequitur : lupus ipse capellam.*

Plin. *lib.* 8. *c.* 16. Aristoteles tradit leænam primo fœtu parere quinque catulos, ac per annos singulos uno minus, ab uno sterilescere. Leænæ quoc pariant, docet Gell. *c.* 7. *lib.* 13.

Leæna, Leontium Athenis non ignobile, ob lyræ cantum Harmodio & Aristogitoni familiare. Hanc memoriæ proditum est, ad necem usque à tyrannis exercitatam, nullis tamen tormentis adduci potuisse ut tyrannicidarum consilia patefaceret. Quamobrem Athenienses, & honorem habere ei volentes, nec tamen Leontium celebrare animal nominis ejus fecêre, atque ut intelligerentur causa honoris, in opere linguam addi ab artifice voluerunt. Auctor Plin. *lib.* 34. *c.* 8.



Lēandĕr, Λίανδρος, Juvenis nomen ex Abydo Asiæ oppido in litore Hellespontiaco sito, qui quum Erûs puellæ amore captus esset, quæ in oppositi littoris oppido Sesto habitabat, noctu ad eam tranabat. Quod ubi aliquoties non infeliciter cessisset, jam audacior factus quum mari tumido & impacato se commisisset, vi ventorum & undarum victus, in Hellespontо submersus est. Fabulam hanc elegantissimo carmine apud Græcos professurus est Musæus : à quo Ovidius mutuatus est argumentum epistolarum Erûs ad Leandrum, & Leandri ad Erum.

Lēāthēus, Λεάγθεος. Arhamantis & Inûs filius, quem pater furore correptus occidit. Quod quum vidisset Ino, arrepto Melicerta altero filio, in mare se præcipitavit : atque illa quidem in deam maris mutata est, quam Græci Λευκοθέαν, Latini Matutam vocant : Melicertes autem in Deum marinum, quem Græci παλαίμονα, Latini Portunum vocant. Ovid. *lib.* 6. *Fast.*

*Tuque cadu patrio parvo Learche manu.*

¶ Hinc adject. Learcheus. Idem 6. *Fast.*

*Mæsta Learchias mater tumulaverat umbras.*

Lebadia, sive Lebadea, Λεβάδεια. Vibs Bœotiæ est, non procul à Cheronea, & Orchomeno. nullam omninò gignens talpam. Plin. *lib.* 8. *cap.* 58. In Bœotiæ Lebadia illatæ, solum ipsum fugiunt, quæ juxtà in Orchomeno tota subruunt arva, talpæ quarum e pellibus cubicularia vidimus stragula : adeò ne religio quidem à portentis submovet delicias.

Lebbæus cognomentum Iacobi. *Matth.* 10. 3.

Lēbēdŭs, Λέβεδος, Suidæ, Ioniæ civitas est, à Colophone centum viginti stadia distans. Hic scenicorum histrionum collegium fuit, qui in honorem Liberi patris ludicra certamina quotannis edebant. Horat. *lib.* 1. *Epist.*

*Scis Lebedus, quàm sit Gabiis desertior.*

Leberis λέπυρον serpentis exuvium, aut senium, quod exuit, significat.

Lēbēs, tis, masc. gen. à λέβης. Vas æneum in quo igni apponitur aliquid, ut ebulliat, authore Porphyr. *in 9. Iliad.* ‡ סיר דוד *sir dud. λέβης.* GAL. *Chaudron ou marmite.* ITAL. *Caldaia.* GERM. Ein ehemer haf oder tessel/den man vber das feur hencke. HISP. *El caldero de cobre.* ANGL. *A pan, kettle, or caudron.* ‡ Virg. 5. *Æneid.*

*Tertia dona facit, geminos ex ære lebetes.*

Lebia, λεβίας, pisces.

Lēbinthus, Λέβινθος. Insula est una Sporadum, non procul à Pathmo, teste Strab. *lib.* 10.

Lebusia, *Lebus*, V. E. Germaniæ, ad Viadrum fl. Francofurto vicina, sub A. Genesinensi.

Lecanomantia, λεκανομαντεία, cum accentu. Divinatio quæ fit per pelvim. Unde Strabo. lecanomantas & hydromantas in Perside frequentes fuisse tradit, *lib.* 6. *Geographiæ.*

Lecanomanticus, λεκανομαντικός, qui lecanomantiâ utitur.

Leccator, gulosus. *Gloss. Isid. Vocab. vet.* quod sæpe barbarissimarum vocum est repositorium : Leccia est proprietas lingendi, & dicitur à lingo, inde hæc leccacitas, & hic leccator, & hæc leccatrix : nam talium est lingere.

Lĕchæum, Λεχαῖον Portus est Corinthi ad sinum Crissæum, sive Corinthiacum, qui Isthmum Peloponnesi ad Occidentem alluit. Nam alterum, qui Sinu Saronico ad Orientem abluitur, Schœnuntem appellant. Papinius,

*Curva Palæmonio fœlicitur unda Lechæo.*

Lecithus, λέκιθος. i. virellus ovi.

Lecithopola, λεκιθοπώλης, venditor ovorum, vel piscium : ut λεκιθοπώλιον eorum venditrix.

Lectè, vide *Lego*, is,

Lectĭcŭl. Lecticarius, vide *Lectus.*

Lectio, & Lectus, participium, vide *Lego.*

Lectum, Λεκτόν, Homero, vulgò *Scepsium*, Asiæ promontorium est, ad Idam montem pertinens, Troadémque disterminans ab Æolide. Auctores Plin. *lib.* 5. *c.* 30. & Strab. *lib.* 13.

Lectŭs, à λέκτος, λέκτρον : seu à lego : vel à λιχμᾶν, herbosus. In locis enim herbidis cubabant pastores. Cubile, grabatus : dictus (ut Varro inquit) quòd lectis herbis frondibus, & stramentis fieri solebat. ‡ מטרח *mittah* ערש *arés.* κλίνη. GAL. *Lit, ou couche.* ITAL. *Letto.* GERM. Ein bett. HISP. *Lecho, cama.* ANG. *A bedde.* ‡ Vel (ut alij putant) ab alliciendo, quòd fatigatos ad quiescendum alliciat. Alij à Græco deducunt. Nam quem nos lectum dicimus, antiqui Græci vocabant λέκτρον. Cic. 7. *Verr.* Nam pater grandis jam diu lecto tenebatur. id est, decumbebat, jacebat, & morbo vexabatur. Plaut. *Mercat. act.* 5. *sc.* 2. & *in prolog. Casi.* In lecto cubat. de ægrota. Apud lecti fulcrum capsulam constitue. Gell. *cap.* 15. *lib.* 10. Lectus illex, amatores aves. Plaut. *Asin. act.* 3. *sc.* 1. Tibi dabitur lectus ubi haud somnum capias. Idem *Pseud. act.* 2. *sc.* 1. Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.*

*Nec mea consuetо languescent corpora lectо.*

¶ Lectos etiam habebant in triclinîis, in quibus recumbentes cibum sumebant : quos ab usu discubitorios, & triclinîares appellabant : ad quorum differentiam. Cicer. 2. *de Divinat.* inquit, Quos nocturnos quietis causa in cubiculis habemus. Plaut. *Mostell. act.* 3. *sc.* 2. Vbi lectus stratus (convivis sup.) Idem *Menæch. act.* 3. *sc.* 2. Lectos sternite, incendite odores. Idem *Cure. act.* 3. *sc.* 2. Deduco pedes de lecto clam (surgens è convivio loquitur.) Idem *Amphitr.* Cœnavisti mecum. Ego accubui simul, A. In eodem lecto? De Triclinio. In imo lecto cœnare. Sueton. *in August. cap.* 64. Lectus, ûs. ui. Apud Priscian. *lib.* 6. Comitici *lib.* 2. *de rerum Deorum*, Ipsis verò lectus sternuntur. Plaut. *Amphyt.* Quàm lectûs, ubi cubuisti, concaluit locus.

Lectŭlŭs, diminut. Parvus lectus. ‡ κλινίδιον, κλιντήριον, κλινίς. GAL. *Un petit lit, une couchette.* ITAL. *Letto picciolo.* GERM. Ein bettlin. HISP. *Pequeño lecho.* ANGL. *A litle bedde.* ‡ Cic. *Attic. lib.* 14. A ducendo autem uxore sic abhorret, ut libero lectulo neget esse quicquam jucundius.

Lectarius, λεκτιαρίος, qui lectos facit. Onom.

Lectica, Cathedra, aut sedes, quâ ferebantur divites & potentes, in qua pulvinar & lectulus stratus erat. ‖ אפריון *sub. appion*, *anno.* Gal. *Litiere ou on se fait porter.* Ital. *Lettica.* Germ. Ein tragbett / sessel zu tragen. Hisp. *Las andas, ò litera.* Angl. *A litter whereon men use to be borne.* ‖ Juven. *Satyr.* 3.

*Namque sacris sonorum clausa lectica fenestris.*

Græci modò ἐφέρειον, modò *in κλῖνος* appellant, à numero ser, aut octo servorum lecticam gestantium. Quos supra turbam delicatos lectica suspendit. Sen. *Epist.* 81. Lecticam asscctari. Idē *c.* 12. *de tranq.* Plin. *lib.* 17. *cap.* 14 In mollibus arborum lecticis. Hic lectica significat parvum lectum.

Lecticula, diminut. Parva lectica. ‖ Ἀναφάριον. Gal. *Petite litiere.* Ital. *Picciola lettica.* Germ. Ein tragbettlin. Hisp. *Pequeña andas, à litera.* Angl. *A little litter.* ‖ Cic. *Mario.* Vt nostras villas obire, & mecum simul lecticula circumcursare possis.

Lecticārius, qui lecticam ferebat ‖ λικτοφόρος. Gal. *Qui porte un lit, ou à porter la litiere.* Ital. *Portatore di lettica.* Germ. Einer so ein bett oder seuffte hülle tragen. Hisp. *El que à cuestas lleva las andas.* Angl. *That beareth the litter.* ‖ Servius Sulpit. *ad Cic.* Coactus sum in eadem illa lectica, qua ipse delatus eram, meisque lecticariis in urbem eum referre. Sueton. *in Caligæ.* 38. & *in Othone c.* 6. Lecticarij cum assribus accurrerunt.

Lecticārīŏlă, æ, à *Martiale* vocatur mulier, quæ lecticariorum (id erat vilissimum servorum genus) amores sectatur: quemadmodum contrà, ancillariolus ab eodem appellatur, qui ancillarum consuetudinem appetit. Locus est Martialis *in lib.* 12. *in Audam.*

*Ancillariolum tuncte vocat uxor: & ipsa*
*Lecticariola est: ejus Alauda pares.*

Lectionarium, Missale Flodoard.

Lectisternium, i, quum sacrorum gratiâ lecti in templis sternebantur ad discumbendum in epulo publico. ‖ מרכד *marbádh Græcis*, apud Athenæum. ‖ In Capitolio enim stratis tribus lectis, convivium apponebatur tribus diis, Jovi, Junoni, & Minervæ: Jupiter, id est, Jovis simulacrum, statuebatur in lectulo recubans: Juno & Minerva in sellis considebant: sed appositis epulis, non ipsi dij, sed seprem epulones fruebantur. Liv. *l.* 5.

Lectisternĭātŏr, Lectistrator, qui lectum sternit. ‖ Στρωτήρ, στρώτωρ *Græcis.* Gal. *Qui fait le lit.* Ital. *Che fa il letto.* Germ. Ein bettbereiter. Hisp. *Que haze el lecho, à strado.* ‖ Plaut. in *Pseud.* Tu esto lectisternator: tu argentum elnito.

Lectistĭtium, statio lecti. Gl. Isid.

Lectrum, analogium, super quo legitur. Gloss. Isid. Lectrum & hoc legium pro pulpito. Vet. Dict. à lectione.

Lectrum, analogium, super quo legitur. Stephanus de sacram Altaris. cap. 4. *Officium acolythorum est, ante Diaconum ferre cereum accensum cum ceroferariis usque ad analogium, & tenere debent dum legitur Evangelium.* Valafridus Strabo de Reb. Eccles. c. 6. *Analogium, quòd in eo verbum Dei legatur, & annuncietur.*

Lecythus à λάω, q. λαστικὸς, μαχαιρὰ ἁλοὺς κύθου. ‖ אסוך *asiich* אסחרת *isappichath.* Gal. *Bocal à tenir l'huile, ou autre liqueur, burette.* Ital. *Bocale del oglio* Germ. Ein ölmugerin geschirr mit einem weiten bauch und engen hals in dem man öl hatt. Hisp. *El azeytera.* Angl. *A pitcher or lyk vessell to contain oyle.* ‖ Vasis genus ventre protuberante, oréque angustiore, oleo asservando accommodatum: quod *A. Gellius* guttum appellat, *Iulius Poll.* Lecythum etiam inter unguentaria vasa annumerat. ¶ Lecythum habere in malis, ἔχειν λήκυθον ἐπὶ ταῖς γνάθοις, id est lecythum habere ad malas. Tectum & ænigmaticum convitium est in anus, quæ rugas illitis pigmentis dissimulant. Aristoph. *in Concio.* ¶ Non est oleum in lecytho, οὐκ ἔστιν ἔλαιον ἐν τῇ λήκυθῳ. Scilicet quum significamus non esse precibus locum apud inexorabilem Idem *in Acharn.* Est autem allusio ad vocem: nam ἔλαιον oleum significat, & ἔλεος misericordiam.

Lēdă, Λήδη, Tyndari Laconiæ regis uxor fuit, quam quum Jupiter adamaret, transformatus in cygnum, cum ea concubuit. Ex quo congressu Leda duo peperit ova: ex quorum altero nati sunt Pollux & Helena, ex altero Castor & Clytæmnestra. Ovid. *in Epist. Helenæ ad Parisem*,

*Dat mihi Leda tuum cygno decepta parentem.*

Ledo, nis. maris æstuatio. Gl. Isid.

Legalis, vide *Lex.*

Legatarius, Legator, Legatum vide, *Lego*, as.

Lēgērda, Λεγέρδα, urbs est Armeniæ majoris, in Enterena regione, non longè ab Euphrate fluvio. Ptol. *lib.* 5. *c.* 14.

Lēgĭfĕr. vide *Lex.*

Lēgio, nis. A delectu militum dicta est. ‖ στρατιά. Gal. *Legion.* Ital. *Legione, squadra di soldati.* Germ. Ein legion / ist ein zal oder hauffen ausserlesner ombd gemustereter kriegsleuten bey 6000. Hisp. *Legion.* Angl. *A legion.* ‖ teste Varr. *lib* 4. *de lingua Lat.* eo quòd legionis milites vititim legi soleant. Legiones erant 600. equitum, & sex millium peditum. Plutarch. *in R mul.* Legiones dictæ ab eligendo, legiones veteranæ, Cæsar *lib.* 1. *de bell. civil.* Legionis legatus Suet. *in Tiber. c.* 19 Legionis tribunus. Idem *in Claud. cap.* 24. In legione sunt sexaginta Centuriæ: Manipuli triginta: cohortes decem Gell. *ad finem cap.* 4. *lib.* 16. Ad legionem cùm itant, id est, ad exercitum. Plaut. *Stichum. sc.* 2. *a* 1. Tua legio es, (id est, tu es Imperator.) *ibid.* Syngraphum ad legionem ferat ut liceat abire domum. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 2. Is nunc Amphitruo præfectus est legionibus. Idem *in prologo Amphitr.* Quæ ad legionem facta sunt, id est, apud exercitum, Idem *ibid.* Clanculum abij à legione, (id est, exercitu.) Idem *Amphitr. sc.* 3. *a.* 1. Quæ apud legionem vota vovi. Idem *Ibidem sc.* 2. *a.* 3. & metaphoricè de dolo: Ve huc meas legiones adducam Idem *Pœnul. sc.* 1. *a.* 2. Vel legioni sat est, (id opsonium.) Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 3. Omnes ordines sub signis ducam, legiones meas. Idem *Pœn. sc.* 4 *a.* 2. Dividiturque legio in decem cohortes: cohors in quinque manipulos: manipulus in viginti quinque milites. Legiones Romanæ, à numero atque ordine nomina sumebant: ut Primani, Secundani, Decumani milites vocabantur, qui erant primæ secundæ, & decimæ legionis. Livius 7. *bell. Maced.* Romana acies unius propè formæ fuit, & hominum, & armorum genere: duæ legiones Romanæ, duæ sociorum & Latini nominis erant, quina millia, & quadragenos singulæ habebant. Vide Veget. *de re milit. lib.* 4. *cap.* 2. & *seq.* La continebat eodem autore sena millia, & amplius. In quavis autem legione erant, ætas prima, triariorum: altera, principum: tertia, hastatorum: ultima, velitum: quæ, velitibus exceptis, dividebantur singulæ in decem centurias, singulis autem centuriis primarij centuriones præerant: eæque in triariis ita appellabantur, primum pilum, secundum pilum, tertium pilum, & deinceps usque ad decimum pilum: in principibus, primus princeps, secundus princeps, usque ad decimum: in hastatis, primus hastatus, secundus item usque ad decimum, duces appellabantur, primi pili centurio, primi principis centurio, primi hastati centurio, & ita usque ad decimum: velites verò in has triginta centurias pro rata parte distribuebantur. Cic. *in Epist. ad M. Brutum*, Sceleratus, inquit, octavum principem, id est, octavam centuriam principum duxit, Metello imperatore. Ex P. Manutij *comment. ad Qu. Fratrem.*

Lēgiuncŭla, æ, diminut. Parva legio. ‖ Στρατιώτης. Gal. *Petite legion.* Ital. *Picciola legione.* Germ. Ein schlechte oder kleine legion. Hisp. *Pequeña legion.* Angl. *A little legion.* ‖ Livius *lib.* 5. *bell. Macedon.* Vix duatum malè plenarum legiunculatum instar in castris regis.

Lēgiōnārĭus, qui est ex legione, quod ad legionem pertinet. ‖ στρατιωτικὸς. Gal. *Appartenant à legion.* Ital. *Pertinente à legione.* Germ. Das zu einem solchen kriegs volck gehört. Hisp. *Pertenesciente à legion.* Angl. *That pertaineth to a legion.* ‖ Cæsar 3. *bell. civil.* Ex legionarij interioris munitionis defensores scalis admotis, &c. Legionariæ cohortes Liv. 4. *bell. Maced.*

Legio, *Leon*, caput regni Legionensis. V.E. Clara à temporibus Gothorum. Apostolicæ sedi tantùm subjecta, & nullum in Hispania Metropolitanum agnoscens.

Legio secunda Augusta, λεγιὼν δευτέρα σεβαστή, Britanniæ urbs, ut scribit Ptolem. *lib.* 2. vulgò *Leicestr.*

Legicrepa, Legitupa, Legislator, Legitimus, vide *Lex.*

Legiuncula, vide *Legio.*

Lēgo, as. In legationem mitto, oratorem decerno, aliquem negotij expediendi causâ aliò mitto ‖ שלח *schalách.* διαπρεσβεύω, ἐπιπρεσβεύω. Gal. *Envoyer en ambassade.* Ital. *Mandar legati, ambasciatori.* Germ. Zuschicken, ausschicken, ausspendenn, befelch abfertigen. Hisp. *Embiar embaxador.* Angl. *To send in ambassage to bequeath.* ‖ Varius est apud scriptores veteres hujus verbi usus. Plaut. in *Amph.* Delegit viros primorum principes: eos legat Thelebois. ¶ Sæpiùs loco dativi accusativum habet cum præpositione Ad. Cic. 5. *Verr.* Nobilem Andronem Centuripinum legarant ad Apronium.

*Ipsa suum Zephyrum ea famulum legarat.*

Catull. *de nupt. Peleo.* Hocce testamento servitus legat tibi, Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 2 ¶ Cum nominibus locorum constructum eandem habet constructionem, quam cætera verba motum ad locum includentia. Nam si ea fuerint civitatum, castellorum, aut vicorum nomina, in accusativo collocabuntur sine præpositione ut, Legare quempiam Carthaginem, vel Corinthum: sin regionum ea fuerint nomina, in accusativo ponentur, mediante præpositione, In. Salust. *in Jugurth.* Legantur tamen in Africam majores natu. ¶ Interdum legare, verbum est rei militaris, & ponitur, pro sibi aliquem substituere, vel adjungere, qui belli & imperij sit admiller & socius. Cic. *Acut. lib.* 8. Dolabella me sibi legavit. Idem *A. Cæcinna*, Cassium sibi legavit. Brutum Galliæ præfecit. ¶ Quandoque pro committere. Plaut. *in Cas.* —quin ruri ei in præfectura tua? Quin potiùs quod legatum est tibi negotium, id cures? ¶ Quandoque pro decernere, & testamento alicui relinquere ἐπιτίθημι, καταλείπω. ut, Testator liberto suo argenti pondo decem legavit: hoc est, decrevit ex hæreditate sua decem argenti pondo liberto suo conferri. Liv. *lib.* 1. *ab Vrbe* Numitori, qui stirpis maximus erat, regnum vetustum Sylviæ gentis legat. Et in hac significatione, præter dat. & accus. interveniente præpositione accedit ablativus, qui personam significat ejus à quo testator legatum dat. Cic. *in Top.* Si paterfam. uxori ancillarum usumfructum legavit à filio, neque à secundo hærede legavit, mulier usumfructum non amittet. ¶ Aliquando assignare, adscribere, dare, & vertere vitio. Liv 8. *bell. Pun.* Patere nos omnia quæ prospera tibi, & pop Rom. imperio evenêre, tuo consilio assignare: adversa, casibus incertis belli & fortunæ legare. ¶ Hujus verbi composita sunt, Ablego, allego delego, relego, sublego, quæ habent ten. prod. Derivativa sunt, Collega, & Collegium: de quibus omnibus vide suo loco.

Legatus, a, um, pro, missus. a, um Valer. Maxim. *cap.* 1. *lib.* 5. Legatus in eam (Albam longam) custodiæ causâ Perses, id est, missus, & sepositus.

Lēgātŭs, qui legationem suscepit, qui mandata perfert ¶ Nomen deductum à verbo *lego*, quia legatorum officium est legere, id est, dicere. ‖ מלאך *malcách* שׂיר *sar.* πρεσβευτὴς. Gal. *Legat, ambassadeur.* Ital. *Ambasciatore, legato.* Germ. Ein gesandter bott, der von einem gewalt vnd befelch abgefertiget ist. Hisp. *Legato, ò nuncio, ò embaxador.* Angl. *An ambassadour.* ‖ Virg. 11. *Æneid.*

*Legati responsa ferunt.*

Cic. 9. *Philipp.* Lucius Tolumnius Rex Veientium, quatuor legatos pop. Rom. Fidenis interemit. Quasi legatum abesse. Suet. *in Tib. c.* 11. Legatus legionis. *ibidem cap.* 19. ¶ Legatus item in bello dicebatur, qui imperatoris potestate fungebatur, maximámque ea absente in exercitu obtinebat auctoritatem, quive ab Imperatore cum parte copiarum in expeditionem mittebatur, aut præsidio præficiebatur. στρατηγὸς ἀντιπρόσωπος. Cæsar *bell. civil.* Neque se ignorare quod sit officium legati, qui fiduciariam operam obtineret. Legatum verò propterea fiduciariam operam obtinere dixit:

dixisse esse *Budæo*, quia redeunte Imperatore, aut Consule, cedere eam oportet. Legatum mittere de aliqua re, est mittere aliquem qui de aliqua re, cum alio, nostro nomine agat. Cicer. *de Orat.* Quum Athenienses ad Senatum legatos de suis rebus maximis mitterent. Legatos decernere, est censere legatos mittendos esse, sive legatos sententia sua constituere. Idem *ad Lent. lib.* 1. Crassus tres legatos decernit. Legati, qui cum Imperatoribus in provincias mittebantur à Senatu tantùm erant sine potestate & imperio. Alij à Senatu quidem eligebantur, imperium verò aut potestatem à populo accipiebant. Suet. *in Galba* c. 10. Legatum se Senatus & populi Rom. dixit.

Lēgātio, nis, verbale, Munus, officium, vel functio legati. ¶ πρεσβεία, ἐξιβῶσις. Gal. *Ambassade, legation, ou l'office d'un Ambassadeur.* Ita. *Ambasceria, ambasciata, legazione.* Germ. Botschafft. Das ampt eines gesandten. Hisp. *Legacia o embaxada.* Angl. *Ambassage, or office of an ambassadour.* Cic. 9. *Philipp.* Etenim cui legatio ipsa mortis causa fuisset, ejus monumentum extare voluerunt: ut in bellis periculosis obirent homines legationis munus audaciùs. ¶ Legatio interdum pro ipsis legatis qui mittuntur, ponitur. Quint. *lib.* 10. *c.* 1. Missa ad Achillem legatio. Legationis patronus, Sueton. *in Claud. cap.* 6. Equester ordo bis patronum eum postulandæ pro se legationis elegit. ¶ Legatio quoque quædam erat, quæ libera dicebatur. Legationes, inquit *Budæus*, liberæ, olim ornamenti tantùm causâ ab Senatu impetrabantur, quemadmodum honorati magistratus à principibus honestamenti causâ conceduntur, ticulóque tenus obeuntur & geruntur. Has autem ij Senatores impetrabant, quibus negotia futura erant in provinciis, ut qui hæreditates persequi, aut legata, aut qui nomina exigere volebant in provinciis, legatorum personis acceptis commendabiliores controversias haberent atque favorabiliores. Quamobrem lege XII. tabularum id veritum erat his verbis, *Rei suæ ergo ne quis legatus esto.* Cic. *contra Rullum.* Legatos vestros autoritate tenus, qui quanquam rerum privatarum causa legationes liberas obeunt, tamen exteræ nationes ferre vix possunt. Grave est enim nomen imperij, idque etiam in levi persona pertimescitur, propterea quòd vestro, non suo nomine abutantur. Brutus ad Cic. *lib.* 11. Quum in his angustiis versaret, placitum est, ut postularem liberam legationem mihi, reliquisque nostris, ut aliqua proficiscendi causa honesta quæreretur. ¶ Est & legatio votiva, quæ voti prætextu suscipitur. Cic. *ad Attic. lib.* 15. Votiva ne tibi quidem placebat: erenim erat absurdum, quæ si iteretur Resp. vovissem, ea me, eversa illa vota dissolvere. Legationem dare, est alicui obeundæ legationis munus injungere. Idem *contra Rullum*, Quibus vos legationem dedistis. Legationem accipere, id est, suscipere onus legationis obeundæ: Idem *pro Flacco*. Qui hanc ipsam legationem, quam habet, non accepit à suis civibus, &c. Legationem gerere, id est, fungi legatione, & legatum esse. πρεσβεύειν. Quintil. *lib.* 3. *cap.* 5. Malè gestæ legationis apud Græcos. ¶ Idem *lib.* 7. *c.* 2. Qui laberat, & qui militabat, & qui in legatione erat. Hoc est, legatus creatus erat, necdum tamen legationem absolverat.

Ovid. *Eleg.* 5. *lib.* 3 *Trist.* coëunt aversi quemadmodum & lynces, cameli, elephanti, thynocetores, & tigrides. Eorum animi index est cauda, sicut equorum aures: vim summam in pectore habent, sauciati innoxij sunt. Timent rotarum orbes circumactos, & currus inanes, & cristas, cantúsque gallinaceorum sed maximè ignes. Vide Plin. *lib.* 8. *cap.* 16. ¶ Est & Leo marinus ex canctorum genere, apud eundem *lib.* 23. *cap.* 11. ¶ Item Leo cœleste signum, apud eundem *lib.* 17. *cap.* 24. quem putant fuisse leonem Theumessium ab Herculc occisum, in cœlum ab Iove translatum. Dictus autem Theumessius, à Theumesio Bœotiæ monte. ¶ Leones radere, dicuntur, qui feroces & præpotentes arte tractant, & illudunt magno suo periculo, Socrates apud Platon. *de republ. lib.* 2. ¶ Leonem stimulat, *pro virum vellit.* Leonis qui potentem ac ferocem in suum ipsius exitium provocant, atque exstimulant. Leonem fabula excipere: proverbium, Senec. *Epist.* 83. Leonem edentulum olentem poretam. i. vetulum. ¶ Plaut. *Men. act.* 2. *sc.* 3.

*Tempora Pœnorum comprescunt ora leonum,*

Ovid. *Eleg. 6. lib. 4. Trist.* ¶ Leonem ex unguibus æstimare. ἐκ τοῦ ὄνυχος τὸν λέοντα γινώσκειν, est, ex una quapiam conjectura negotium universum perpendere, ex paucis multa, ex minimis maxima conjicere. Natum videtur adagium à Phidia statuario, qui (sicut narrat Lucianus *in Hæresim*) inspecto duntaxat leonis ungue, quantus esset totus leo perpendit, totúmque ex indicio unguis effinxit.

Lĕōnīnus, a, um, adjectivum. ¶ λεόντειος. Gal. *De lion.* Ital. *De leone.* Germ. Löwin. Hisp. *Cosa de leon.* Angl. *Of a lyone.* ¶ ut, Adeps leoninus, Apud Plin. *lib.* 24. *cap.* 17. Et Leonina species, apud Varr. *lib.* 2. *de re rust. cap.* 9. ¶ Leonina societas, Vlpian. *D. lib.* 17. *tit. pro socio. l.* 29. Aristo refert Cassium respondisse, societatem talem coiri non posse, ut alter lucrum tantùm, alter damnum sentiret & hanc societatem leoninam solitum appellare.

Lĕōnātus, Λεοντᾶς, Vir nobilis ex Alexandri ducibus, Philippi ex materno genere consanguineus, unà cum Alexandro educatus: de quo vide plura apud *Suid.*

Lĕōchārēs, Λεωχάρης, Nobilis statuarius fuit, unus ex iis qui Mausoli regis Cariæ sepulchrum exlaverunt. Plin. *lib.* 35. *cap.* 5.

Leocorion, Λεωκόριον Monumentum ab Atheniensibus in medio Ceramico erectum. Nam quum Attica universa maxima fame laboraret, unumque ab hoc oraculis ostenderetur mali effugium, si quis liberos suos immolaret, inventus est Leos quidam Orphei filius, qui tres filias virgines, Pasitheam, Theopen, & Eubulen tradidit immolandas. Cujus beneficij memores Athenienses monumentum in Ceramico erexerunt, quod Leoricon appellarunt. Autor *Suidas.*

Lĕodāmās, Leodamantis, Λεοδάμας, Thasius Philosophus fuit, cujus meminit Laërtius *in vita Archyta Tarentini.*

Leodium, Ducatus Iuliacensis, urbs Episcopalis: vulgò *Lutrich.*

Lăngotās, Λαγγοτᾶς, Andocidæ rhetoris pater fuit, teste *Suida.*

Lĕōnīdēs, Λεωνίδης, Lacedæmoniorum Rex fuit, ex genere Heraclidarum qui apud Thermopylas, quum angustias adversùs Xerxem tuerentur, fortissimè pugnans occubuit. Cujus cadaver Persæ, abscisso capite è cruce suspenderunt. Autor Herodot. *lib.* 7. Fuit præterea Leonides Alexandri magni pædagogus: qui quum videret largè puerum thura aris ingerentem, monuit illum, ut tum demum quum thuriferas regiones subegisset, illo modo supplicaret. Cujus rei memor Alexander Arabia jam potitus, misit ei navim thure onustam, exhortans eum, ut in deos parcus esse desineret. Autor Plin. *lib.* 12. *c.* 14.

Leonium. *S. Paul, de Leon*, V. E. Leonensis, sub A. Tutonensi, Principatûs titulo clara.

Lĕōntĭcē, Λεοντική, Herba est quam Dioscorides cacaliam appellat, foliis grandibus & candidis, inter quæ semen dependet minutis margaritis simile: cujus grana quindecim in oleo macerata atque adverso capillo illita, porriginem tollunt. Vide Plin. *lib.* 35. *c.* 11. Officinæ *Caram* agreste appellant.

Lĕōntīnum, *Leontini.* V. olim E. Siciliæ, Gorgiæ Rhetoris patria.

Lĕōntĭŏs, λεόντιον, Gemma à leoninæ pelis similitudine nominata, quemadmodum pardalios à similitudine pellis panthereæ Autor Plin. *lib.* 37. *cap.* 11.

Lĕōntiscŭs, Λεοντίσκος, Mamertinus quidam Pycta fuit, ex argumento Actocherites cognominatus, tanto corporis robore, ut summis adversarium manibus arripiens, non prius eum desereret, quàm deficientem sentiret. *Suid.*

Lĕōntĭus, fuit quidam eximius statuarius, qui Olympiæ fecit Stadiodromon astylon, aliásque opera, quæ commemorantur à Plin. *lib.* 34. *c.* 8. ¶ Fuit item Leontios quidam Tripolis Lydiæ Episcopus ex Marsia ortus, de quo vide *Suid.*

Lĕōntŏpĕtălŏn, Λεοντοπέταλον. Herba est caulem emittens dodrantalem, plurimis aliis concavum, & in cacumine semina parva duo, aut tria, eáque in siliquis ciceris modo, flores puniceo colores, anemonæ similes folia brassicæ, sed papaveris divisura, radicibus nigris, sapæ similibus. Nascitur in arvis. Vide Plin. *lib.* 27. *cap.* 1. Vulgus à similitudine pedis leonini *pastam leonis* appellat.

Lĕōntŏphŏnus, Λεοντοφόνος. Exiguum est animal, in iis tantùm regionibus nascens, in quibus gignuntur leones: quibus tam præsens est venenum, ut gustato leontophono leo statim moriatur: unde etiam animalculum hoc leontophoni nomen accepit. Autor Plinius *lib.* 8. *cap.* 38.

Lĕōntŏpŏdium, Λεοντοπόδιον, Herbula est duorum digitorum, folio parvo, angusto, digitorum crium, quatuórve longitudine, hirsuto, lanosióque ad radicem, & subcandido, in cacumine caulium capitula tanquam perforata, floribus nigris erumpentibus, semen quod oculis vix possit deprehendi propter circundatam lanuginem. Ruellius existimat eam esse quam vulgus *crucistam* appellat.

Lĕŏpārdus, ¶ נמר *namér.* λεοπάρδαλις. Gal. *Leopard.* Ital. *Leopardo.* Germ. Ein leopard. Hisp. *Animal nacido de leon y pardo.* Angl. *A leopard.* ¶ Animal ex pardo & læna natum, jubis carens, nigris maculis leoninam pellem distinguentibus. Nascitur in Africa, ubi propter penuriam aquarum ad paucos amnes multitudo fetarum convenit, ideo multiformes ibi animalium partus, mutuò sese miscentibus diversorum generum animalibus Vnde ortum est proverbium, Semper aliquid novi Africam affert. Vide Plin. *lib.* 18. *cap.* 25.

Leopolis, *San Leo*, V. E. sub A. Vrbinensi munitâ & arte munitissima, in

spicę

apice montis Feretrij constructaeſtque caput provinciæ montis Feretrij, vulgò *Monte Feltro*; ſpectat ad Ducem hodie Vrbinatem.

Leopolis, *Lemberg*, V. A. Ruſſiæ Nigræ, ſub ditione Polonorum.

Leos, Orphei filius. Vide *Lesbium*.

Lĕŏsthenes, ους, Λεοσθένης. Viri Athenienſis nomen, qui quum ſponſus eſſet, & Lamiacum bello concitaſſet, in prælio interfectus eſt. Ob cujus amorem ſponſa, Demotionis Areopagitarum principis filia, ſe interfecit: ſicut *Hieronymus* contra Jovinianum teſtatur. *Suidas* Leoſthenem tradit, eo in prælio, quod Athenienſes adversùs Macedones commiſerunt, quum multa ſtrenuè geſſiſſet, lapidis ictu interiiſſe.

Lepadnum, Λεπάδνιον, lotum latum, quo collum equi ad jugum religatur.

Lepadus, vide *Lepadusa*.

Lĕpĭdium, Λεπίδιον. Herba eſt in cubitalem, eóque majorem altitudinem aſſurgens, foliis lauti, ſed mollioribus, & majoribus, quæ crita ſinapim olent, & piperis acrimoniam referunt. Vnde vulgus Herbariorum *piperitim* vocitat. Quidam etiam *raphanum*, quòd raphano ſylveſtri, quem armoraciam alio nomine dicunt, planè ſimilis ſit. Lepidium autem ab effectu appellatur, quod τὰς λεπίδας, hoc eſt, ſquamas & maculas faciei deleat & repurget. Hæc herba hodie in Italia non reperitur, ut ait Matthiolus.

Lĕpĭdōtes, λεπιδωτὸς, Gemma quæ ſquamas piſcium imitatur. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Lĕpĭdŭs, a, um, In quo lepôris eſt plurimum, facetus, elegans, jucundus. {נעים *naïm*. Λεπτός, ἀστεῖος, χαρίεις. GAL. *Plaiſant gay, ioly, qui eſt de bonne grace, agreable*. ITAL. *Piacevole, gratioſo*. GERM. Holdſeligklich angenem. HISP. *Gracioſo en donayre*. ANGL. *Pleaſant in talke or dede, merie, that hath a good grace*.} Terent. in *Andr*. O lepidum caput! Plaut. in *Milite*, At quidem illuc ætatis qui ſit, non invenies alterum lepidiorem ad omnes res. Idem in *Aul*. O lepidum diem! Idem in *Asin*. Nimium lepidum mihi memoras facinus. Idem in *Epid*. Forma lepida & liberali. Viſne ampiectamur? licet. Lepida es. Idem *Moſtell. ſc.* 4. *a.* 1. Quin tu te exornas moribus lepidis, cùm tute lepida es. *Ibid. ſ.* 3. *a.* 1. Vt lepida ſcapha ſeleſta multum ſtipat. Lepidis literis, lepidis tabellis, lepida conſcriptis manu. Idem *Pœn. ſc.* 1. *a.* 1. Accipiam te lepido victu: & lepida aderit mulier. *Ibid. ſc.* 2. *a.* 4. Apud ſuum hoſpitem lepidum ſenem. Idem *Mil. ſ.* 1. *a.* 2. Lepidus liber. Idem *Curc. ſc.* 2. *a.* 1. Non mutit cardo, eſt lepidus, idem *Ibid. ſ.* 1. *a.* 1. Pulchrum, probum, lepidum facinus. Idem *Men. ſc.* 2. *a.* 1. *&c.* ¶ Lepidum parvis tantùm in rebus dicimus, utpotè quod ſit ductum λεπὸς λεπτὸς, λεπὶς autem λέπος & λέπρα. ¶ Lepidum, interdum adverbij ſignificatione ponitur pro lepidè. Plaut. in *Pœn*. Lepidum eloquere. ¶ Lepidus, politus, inquit Donatus. λεῖος ξυσμένος, id eſt, à lamina, ſive ſquama. Plin. *lib.* 34. Excutiuntur, veluti milij ſquamæ quas vocant lepidas.

Lĕpidè, adverb. id eſt, Cum lepôre, facetè. {κομψῶς, χαρίεντως, καλῶς, γλαφυρῶς. GAL. *Plaiſamment, gaillardement, de bonne grace*. ITAL. *Piacevolmente, con buona gratia*. GERM. Holdſeliglich / fein und lieblich. HISP. *Graciosamente en donayre*. ANGL. *With a good grace, merily*.} Hoc effectum lepidè tibi tradam. Plaut. *Curc. ſc.* 1. *a.* 3. Ingenuo hilari & lepidè nos accipiet. Idem *Meſſ. ſc.* 4. *a.* 1. Lenones novîti lepidè. Idem *Curc. ſc.* 2. *a.* 4. Probè lepidéque concinnatam palam. Idem *Men. ſc.* 2. *a.* 3. Lepidè animum tentavi tuum. *Idem*, Nimis lepidè verba fecit. Idem *Aul. ſc.* 5. *a.* 3. Circumducam lepidè lenonem. Idem *Pſeud. ſc.* 5. *a.* 1. *verſ.* 119. Vt te accipiam lepidè vino, unguentis. *Ibid. ſc.* 1. *a.* 4. Quicquid ago, omnia lepidéque proſpereque eveniunt. *Ibid ſ.* 1. *a.* 2. *&c.* Cicer. *ad Attic. lib.* 2. Nunc ſit lepidè illa ἰσχὺς radiorum. Plaut. in *Perſa*, Lepidè hercle adjuvas, hoc eſt, elegantèr, & opportunè.

Lĕpĭdŭlè, diminut. Plaut. in *Pſeud*. Eam circumducam lepidulè.

Lĕpĭſĭum, ii. Vaſis aquarij genus. teſte *Feſto*, idem forteſſis cum eo quod Ariſtophanes Λεκανίδα vocat. Varr. *lib.* 1. *de vita pop. Rom.* ut citat *Nonius*. Lepiſtæ etiam nunc Sabinorum fanis pauperioribus pleriſque aut ſictiles ſunt, aut æneæ. Apud Feſtum & Nonium legend. *Lepaſta*, è Græco λεπάστη, cujus etiam meminit Varr. *lib.* 4. *de ling. Lat.* ubi tamen malè *Depaſta*, pro Lepaſta, in Romana editione legitur.

Lĕpŏntĭi, Populi ſunt Alpini, Salaſſis finitimi, ex comitatu Herculis ibi relicti, quòd membra haberent nive præuſta, Plin. *lib.* 3. *cap.* 20. Lepontij Rhetos habent ab Ortu, Inſubres ad Meridiem, Salaſſos Seduoſque ad Occaſum Helvetios ad Septentrionem.

Lepŏs, ŏris, & Lepos ŏris, à λέπω, & hoc à λέπτος. hinc lepidus. Propriè eſt venuſtas, urbanitáſque ſermonis, facetiæ. {חן *chen*. χαρίεις, ἀστεῖος. GAL. *Iolyneſſe, bonne grace, dexterité*. ITAL. *Piacevolezza, gratia*. GERM. Lieblichkeit zierligkeit der red / wolſtand. HISP. *Gracia en donayre, dulce hablar ſuavriloquentia*. ANGL. *Grace and delectable comelines in ſpeech and geſture*.} Cicer. 7. *Verr*. Lepôre ac venuſtate affluens. Idem 1. *de Orat*. Magnus in jocando lepos in Craſſo. Lepor dicendi, eſt ornatus, concinnitas, elegantia. Idem 4. *Acad*. Cujus primò non admodum probata ratio, quanquam floruit acumine ingenij cum admirabili quodam lepôre dicendi, &c. Inest lepos ludúſque in hac comœdia. Plaut. *prolog. Aſin. & Curc. ſc.* 2. *a.* 1. Latini leporis facetiæ. Velleius

Leporarium. Leporinus, vide *Lepus*.

Lepra, æ, {צרעת *tzaraath*. λέπρα. GAL. *Lepre, Iadrerie*. ITAL. & HISP. *Lepra*. GERM. Die maſeley oder außſatz. ANGL. *Leaurie*.} Galeno, cæteriſque Græcis Medicis, ſcabiei genus eſt, cutem deformi obducens crustâ, ab atra naſcens bile, corpúſque vehementer pruritu infeſtans. In qua ſignificatione Lepræ vocabulo utuntur etiam Latini. Plin. *lib.* 24 Lacryma virium, veluti gemma, leprас, & lichenas. & pſoras nitro antè præparatas ſolvit. Avicenna verò, cæterique Arabicæ factionis, lepræ vocabulum impropriè uſurpant pro elephantiaſi, quod morbi genus ſuperiori multò eſt perniciosius: ut quòd non ſolùm cutem infeſtet, verumetiam carnem ipſam uſque ad oſſa leviſcatur.

Leprium, λέπριον. Elidis oppidum ad Alpheum fluvium, cujus incolæ dicuntur Leptiatæ. Plin. *lib.* 4. *cap.* 5. Prol. *lib.* 3. *c.* 16. ¶ Eſt & alterum ejuſdem nominis oppidum in Arcadia, cujus meminit Plin. *lib.* 4. *c.* 6. & Cic. *lib.* 6 *Epiſt. ad Attic.*

Lepſemandus, λεψήμανδος, oppidum Cariæ, Steph.

Lepte acra, Λεπτὴ ἄκρα. India promontorium, alias Drepanum appellatum: de quo vide Plin. *lib.* 6. *cap.* 23.

Leptines, Λεπτίνης, Athenienſis orator non incelebris, qui quum liturgiarum onus ad paucos, eóſque tenuioris fortunæ redijſſe videret, potentioribus fere omnibus immunitate donatis, tulit legem, ut ſublato jure immunitatis, liturgiarum ſumptus ex æquo à ditioribus ſuppediterentur. Quam legem oppugnat Demoſthenes in oratione, quam adversùs Leptinem inſcripſit.

Lĕpŧis. Λεπτὶς, Ptolemæo, Duarum urbium nomen eſt in Africa propriè dicta, quarum minor, quæ Sarrana dicitur, inter duas Syrtes eſt ſita: cujus meminit Sil. *lib.* 3.

*Trabea, tum Tyrium vulgus Sarranáque Leptis,*

Hæc etiam Neapolis dicitur, vulgò *Mahometa*. Altera quæ major Leptis dicitur, trans Syrtim minorem ſita eſt, ad Oeam oppidum, vulgò *Tripoli*. De hac *Hieronymus*, In Lepti (inquit) urbe terribarbara & poſita in ſolitudine moris eſt, ut narus altera die ſocrum ollam mutuò poſtulet. Vtriuſque civitatis meminit Strabo *lib.* 17.

Lĕptŏcăryă, Λεπτοκάρυα. Græco nomine dicuntur avellanæ: quæ & Ponticæ, & Heracleoticæ appellantur.

Lĕptŏn centaurium, κεντάυριον λεπτὸν. hoc eſt, centaurium minus, herba eſt quam Latini *fel terræ* vocant, propter ſummam amaritudinem. Galli vocant *exactum*, eò quòd potum, omnia medicamenta mala per alvum exigat. Plura vide apud Plin. *lib.* 25. *c.* 6. ¶ Lepton etiam eſt tenuis numulus, dimidius quadrans, λεπτὸν τεταρτημόριον, & ſimpliciter λεπτόν.

Lĕpŏphyllon, λεπτόφυλλον. Septima tithymali ſpecies eſt, in petris naſcens: ita dicta à tenuitate foliorum. Alio nomine dendroides ἰσοπλευρὶς appellatur, eó quòd ex omnibus tithymali generibus conſimilimum ſit. Vide Plin. *lib.* 26. *c.* 9.

Lĕpŏtăges, λεπτάγγης, Vuæ quædam dicuntur, dulces quidem habentes acinos, ſed tenues tamen & minutos, cujuſmodi ſunt quas *uvas Cerinthiacas* vulgò appellamus. Plin. *lib.* 14. *c.* 1. Eſt & illa natura laſcivia, ut prægrandibus adhæreant pergulis parvi mites, & ſuavitate certantes: lepotages has vocant. Hactenus *Plin*. Dictæ autem ſunt lepotages, ab acinorum tenuitate. Nam λεπτὸν exiguum eſt, & tenue, γάγγαι autem à Græcis uvarum acini dicuntur.

Lĕpŭs, oris, Λαγὼς. Vulgò quaſi levipes. Animal ſatis notum à celeritate pedum, dictum, quaſi levipes. Quintil. *c.* 10. *lib.* 1. {ארנבת *arnébeth*. Λαγώς. GAL. *Lievre*. ITAL. *Lepre* GERM. Ein haaſe. HISP. *Liebre*. ANGL. *An hare*.} ſive (ut Varr. putat *lib.* 3. *de re ruſt. c.* 12. quòd Æoles (vel potiùs Dorienſes) antiquo vocabulo λάπωρα vocabant, quem nos leporem. ¶ Quare non ſolùm genus hoc nomen Latinum Lepus mutuavit à Dorienſi lingua, qui dicunt ἀπὸ τοῦ λάπωρα, ſed etiam in recto caſu lineamenta Latina ſibi aſſumpſit. Virg. 3. *Georg*.

*Et canibus leporem canibus venabere damus.*

Horat. *Epod.* 2.

*Pavidámque leporem & advenam laqueo gruem,*
*Iucunda captat præmia.*

¶ Per tranſlationem pro infami accipitur, & qui adverſus, & averſus impudiens ſit, creditur enim leporis utrumque ſexum ineſſe, ut hyænæ. Terent. in *Eunuch*. Lepus tute es, & pulpamentum quæris? quod habes (inquit Donatus) quæris in alterio. ¶ Lepus etiam piſcis eſt ex lacertorum genere, inter marina venena numeratus, præſertim in Indico Oceano, ubi vel ſolo tractu peſtilens, vomitum diſſolutionemque ſtomachi protinùs creat: in noſtro mari colore tantùm leporis ſimilis: in Indis & magnitudine, & pilo dutiore. Hæc Plin. *lib.* 9. *c.* 49. ¶ Lepus dormiens λαγὼς κοιμώμενος. Quadrat in eum, qui quod non facit, id facere ſeſe adſimulat: aut quod facit, id ſe facere diſſimulat. Nam leporem patentibus oculis dormire, cùm alij permulti tradunt, tum Plin. *lib.* 11. *c.* 37. *al.* 36. id quod etiam hominibus nonnullis ait accidere, quos Græci κοιμωμένους appellant. Neque perperam dicetur & in timidos. Adagium à multis refertur. Leporem non edit. Antiquitùs ſuperſtitioſè creditum ejus lepotinæ pulpæ conciliari formam. ¶ Lepus pro carnibus λαγὼς ἐπὶ τῶν ἐδῶν: ſubaudi petielitatur. In eos dicitur qui ob aliquam ſui utilitatem in diſcrimen vocantur. Nam leporem non inſectamur quòd noceat, ſed quòd pulpamentum habeat. ¶ Bove venari leporem, τὸν βοῦν τὸν λαγὼν ἀναγκάζειν. dicuntur qui rem abſurdam, ſtultam ac præpoſteram aggrediuntur. Plutarchus. ¶ Leporis vitam vivere λαγὼν βίον ζῆν, dicuntur qui ſæpè anxij trepidique vivunt, quòd id animal omnium prædæ expoſitum, ne ſomnium quidem capit, niſi oculis apertis. Demoſt. in *Æſchin*. Theopompus apud Gell. *c.* 15. *lib.* 16. ait in Biſaltia lepores bina jecora habere. ¶ Lepus eſt aliquando inter verba contumeliæ. Donat. ad illud *Eunuch. ſc.* 3. *a.* 1. Lepus tute es, &c. ¶ Aliquando etiam inter ſidera, qui ut inquit Hyginus, *lib.* 2. dicitur Orionis canem fugere venantis.

Lĕpŭscŭlus, i, diminutivum. {ארנבתון. GAL. *Leuraut, petit lievre*. ITAL. *Leprettino*. GERM. Ein häslin HISP. *Liebrajuelo*. ANGL. *A little hare*.} Cicer. 6. *Verr*. Si minus equimodi quidpiam venari potuerant, illa quidem certè pro lepuſculis capiebantur, patellæ, pateræ, thutibula, &c. Idem 1. *de nat. deor*. Si Seriphi natus eſſes, nec unquam egreſſus ex inſula, in qua lepuſculos vulpeculáſque ſæpè vidiſſes, &c.

Lĕpŏrārium, ij, Non tantùm pro loco, ubi lepores aluntur, ſed etiam pro omnibus ſeptis villæ aſſiris accipitur, in quibus incluſæ pecudes paſcuntur. {λαγωτροφεῖον. GAL. *Garenne, parc, ou lieu à nourrir lievres ou autres beſtes ſauvages*. ITAL. *Chiuſura, ſerraglio da nutrire ſalvaticine*. GERM. Ein thiergarten / ein engeſchloſſen ort in dem man nit nur haſen / ſonder auch andere thier zeucht. HISP. *Bivar, lugar de lebres ò otras bestias*. ANGL. *A ſtu to kepe conyes, a warren, any place to keep beaſt in for pleaſure*. Cell. *lib.* 1. *c.* 20. Vivaria veteres quandoque Leporaria dixêre, in quibus omnia claudebantur animalia.

lia. Varr. *de re ruſt. lib.3. c.3.* Leporaria te accipere volo, non ea, quæ tritavi noſtri dicebant, ubi ſoli lepores ſint, ſed omnia ſepta, affixa villæ quæ ſunt, & incluſa, habent animalia, quæ paſcuntur. Hæc antiquiores Roboraria etiam appellari voluerunt à tabulis roboreis, quibus ſepta erant ante quàm muro cingerentur.

Lepōrīnūs, a, um, quod eſt ex lepore. {λαγῶος. GAL. *De lievre.* ITAL. *Cio che è di lepre.* GERM. Haſen. HISP. *Coſa de liebre.* ANGL. *Of an hare.*} ut Pes leporinus, leporinus cinis, apud Plin. *lib.28. cap.11.* ¶ In leporinis, *τὰ λαγώεια*, carnibus vivere dicebantur, qui lautè atque in deliciis vitam agebant. Varro *lib.2. c.11.* coagulum leporinum.

Lepta, ornamenta tunicarum aurea. Feſt.

Lerina. Inſula eſt, provinciæ Narbonenſi adjacens, è regione Antipolis, Plin. *lib.3. cap.5.*

Lernē, ſive Lerna, *λίμνη*, Lacus eſt in agro Argivo, Herculis labore notiſſimus, qui in eo hydram Lernæam ferunt interemiſſe, vicinæ omni regioni adeò infeſtam, ut locum fecerit proverbio *λίμνη κακῶν*, hoc eſt, lerna malorum, de malis plurimis ſimul in unum congeſtis & accumulatis. ¶ Eſt & fluvius ejuſdem nominis per Praſias in ſinum Argolicum illabens, teſte Strab. *lib.8.*

Lernæŭs, a, um, *λερναῖος*, ut Palus Lernæa, Hydria Lernæa.

Lernĭfĕrŭs, Adjectivum, *λερνοφόρος*, ut venenum lerniferum. Ovid. *Epiſt.9.*

Lĕrō, ūs, *λέρος*, Inſula eſt Galliæ, Antipoli adverſa, cujus meminit Plin. *lib.3. cap.5.*

Lĕrŏs, *λέρος*, Inſula eſt Cariæ adjacens, in mari Icario, una Sporadum, quæ & Icaria dicitur, teſte Strab. *lib.10.* Vulgò *Lero*, Inſulani, Lerij, *λέριοι*, dicuntur, qui olim corruptiſſimis moribus fuiſſe perhibentur. Hinc illud Phocylidis nomine circumfertur, *λέριοι κακοὶ· ὡς ὁ μὲν ὁ εἷς. Πάντες, κακὸν πανοῦργοι· ἡ πανοῦργος λέριος*, hoc eſt, Lerij mali, non unus quidem, alter verò minimè. Sed univerſi, excepto Patrocle. & tamen Patrocles quoque Lerius, &c. In eos recte dicetur, qui pariter omnes gentis vitio ſunt improbi.

Lĕrŏūă, *λέρουσα*, Hercaonum oppidum in Hiſpania Tarraconenſi. Ptolem. *lib.1. cap.16.*

Lĕsbŏs *λέσβος*, vulgò *Metelin.* Inſula eſt in Ægæo, Æolicarum urbium metropolis quæ olim univerſæ Troadis imperium obtinuit. Ambitus ejus ſtadiorum centum ſupra mille, à Borea in auſtrum protenſa, quingenta & ſexaginta ſtadia longitudinis habens, feraci agro, & multa materia, ad claſſes conficiendas idonea. Urbes in ea fuêre memoratu dignæ, Mitylene, è qua nunc tota Inſula, Mitylene vocatur, & Pyrrha ſita in Occidentali litore. Fuit & Ereſſos, & Antiſſa cum porro, & Methymna. Dicta Lebos ab urbis nomine, quæ in ea potentiſſima fuit: ſive à Lesbo Iapeti filio, qui in eam inſulam navigavit. Ex hac Pittacus, unus ex ſeptem Græciæ Sapientibus: item Alcæus, Sappho, Theophraſtus Philoſophus, & alij viri ſcientiâ clariſſimi orti. Ovid. 13. *Metam.*

——— *hinc tradit. Lesbon*
*Me Tenedon, &c.* { cœpit Achilles. }

Lĕsbĭŭs, a, um. *λέσβιος*, ut Lesbium vinum, Gell. *lib.13. cap.5.* Vates Lesbia i. Sappho, Ovid. *Eleg.7. lib.3. Triſt.*

Lĕsbōĭŭs, a, um, Horat. *lib.2. Carm.*

*Lesbium ſervate ſenedere barbitos.*

Lĕsbĭădĕs, dicuntur mulieres ex Lesbo, *Λεσβιάδες*. Sappho apud Ovid. *in Epiſtol.*

*Lesbiades invidiam quæ me fatiſſe amara,*
*Deſinite ad citharas turba venire meas.*

Leſſa, machinæ bellicæ genus. L. g. b.

Lĕsŭs, us, Lugubris ejulatio. {קִינָה *miſpéd* מִסְפֵּד *nehi.* θρῆνος. GAL. *Pleur, cri de dueil, lamentation.* ITAL. *Pianto.* GER. Ein klägliches heulen vnd weynen. HISP. *Endecha ò llanto ſobre muerto.* ANGL. *A bewailing, lamentation.*} Plaut. in *Truc.* Thetis quoque etiam lamentando leſſum fecit filio. Cicer. *de legib.* Mulieres genas ne radunto: neve leſſum funeris ergò habento. His enim verbis ſignificatur lamentationem lugubrem in funeribus prohiberi.

Lĕſtŏrī, Populi Indiæ extra Gangem, qui feri & ſylveſtres eſſe dicuntur, & in ſpecubus habitare, & corvis albis & pſittacis abundare. Meminit horum Prol. *lib.7. c.1.* Hodie *Regnum Pegu* dicitur.

Læſtrygŏnes, ſive potiùs Læſtrygones, cum diphthongo in prima ſyllaba, *Λαιστρυγόνες*, Italiæ totius populi immaniſſimi, agrum Formianum non procul à Caieta incolentes, humanâque carne veſcentes. Dicti Læſtrygones *ἀπὸ τοῦ λαιστρεύειν*, hoc eſt, à latrocinio: de quibus copioſiùs egimus ſuo loco.

Læſtrygŏnĭŭs. Adject. *Λαιστρυγόνιος*, ut, Amphora Læſtrygonia. Horat. *1 Carm. Ode 16.* Rupes Læſtrygoniæ. Sil. *lib.4.*

Lēthæŭs, *Λήθαιος*. Fluvius Aſiæ ortum habens à Pactio Epheſiorum monte, & circa Magneſiam urbem in Meandrum influens. Autor Strab. *lib.14.* ¶ Eſt & Lethæus alius in Cretâ inſula, non procul à Corryne, Idem *lib.10.* ¶ Sunt & alij ejuſdem nominis fluvij, qui ab eodem *lib.14.* recenſentur.

Lēthālis, lethale. Vide *Lethum.*

Lēthārgŭs, i. {λήθαργος. GAL. *Maladie qui fait dormir exceſſivement, & aſſoupit le malade en ſorte qu'il luy fait oublier toutes choſes.* ITAL. *Malattia che induce ſonno, & oblivione d'ogni coſa.* GERM. Die ſchlaffſucht, iſt ein ſolche kranckheit da einer vber die maß vil ſchlaffen muß, aller dingen vergißt vnd ſchier vom im ſelbs kompt. HISP. *La enfermedad que mata durmiendo.* ANGL. *A drouſie and forget full ſickneſſe.*} Eſt corporis ſeu mœror, & inexpugnabilis penè ſomni neceſſitas, cum alienatione mentis, ut inquit Celſus *lib.3. cap.20.* Plin. *lib.20. c.14.* Præterea inſaniâ facere, & lerhargos, & jecinoris vitia, &c. Quidam latinè Veternum dici putant: quamvis Plin. in raphini medicinis veternum à lethargo diſtinguere videatur. Locum eundem in corpore occupat quem phrenitis, nimirum cerebrum: maxime etiam verò habet contrarium. Gignitur enim ex abundantia pituitæ, quum phrenitis ex flava bile adulta naſcatur. Dicitur autem Lethargus (ut quidam putant) *ἀπὸ τοῦ λήθης*, hoc eſt, ab oblivione. Nam in eo morbo oblivio contingit omnium rerum, à pituita frigidiore, humidiuſque cerebrum refrigerante, & madefaciente, & præcipuè poſteriores ventriculos cerebri occupante, in quibus quidam memoriæ ſedem eſſe volunt, quanquam veriſimilius eſt eam per totum cerebrum eſſe diffuſam.

Lēthārgĭă, etiam pro lethargo ponitur. {ANGL. *A drouſie and forget full ſickneſſe.*} Plinius *lib.24. cap.9.* Semen inſtillatur in lethargia & phrenesi.

Lēthārgĭcŭs, a, um, {λήθαργικὸς. GAL. *Qui eſt malade de lethargie.* ITAL. *Infermo di letargo.* GERM. Mit der ſchlaffſucht beladen. HISP. *Que tiene tal dolencia.* ANGL. *That hath a drouſie an forget full ſickneſſe.*} Qui lethargiam patitur. Plin. *lib.20. c.4.* Hydropicis quoque ex aceto, & ſinapi ſumpti, & lethargicis. ¶ Uſurpatur etiam adjuncti nominis ſignificatione: ut lethargicus morbus. Idem *lib.28.*

Lethargici, canes clandeſtini, tacitè mordentes. Rh.

Lēthē, ēs, {λήθη. GERM. Ein helliſch oder fluß der vergeſſenheit bringt alles dinge dem ſo daraus trincket} Nomen fluvij, quem apud inferos eſſe Poëtæ tradiderunt, cujus latices ſi quis guſtaſſet, omnium præteritarum rerum oblivi ſci voluerunt. Idcircò *λήθη ἀπὸ λήθης*, id eſt, ab oblivione nomen habet. Datus eſt hinc fabulæ locus, morientibus omnium rerum oblivionem irrumpere. Conſtat autem hunc amnem in Africæ circa extremum Syrtium cornu, Berenicem urbem alluere: ſed ea apud omnes fama eſt, hunc fluvium ab inferis ad ea loca inundatione prorumpere. Lucan. *lib.8.*

*Quam juxta Lethes tacitus perlabitur amnis,*
*Inferus (ut fama) rapiens oblivia rerum.*

Lēthæŭs, a, um, *λήθειος*, Virg. *6. Æneid.*

*Lethæumque domos placidas qui prænatat amnem.*

Catull. *ad Ortall.*

*Namque mei nuper Lethæo gurgite fratris*
*Pallidulum manans alluit unda pedem.*

Ovid. *Eleg.9. lib.4. Triſt.*

*Et tua lethæas alta dabuntur aquæ.*

Lēthum, i, à *λήθη*, autore *Feſto.* Priſcianus ſcribit *Letum* à *Leo*, quo veteres utebantur pro *deleo.* Alij Lætum, à *lino.* Alij Lætum quaſi minimè lætum. Mors interitus. {מָוֶת *máveth. μόρος. θάνατος.* GAL. *Mort.* ITAL. *Morte.* GERM. Der todt. HISP. *Muerte.* ANGL. *Death.*} Cicer. 1. *de divin.* Tamen eodem ſibi lecto, qui ipſe inſtituſſet perendum. Virg. 5. *Æneid.*

*Millia multa dari letho, gemerentque repleti*
*Amnes.*

Ovid. 1. *Triſt. Eleg.1.*

——— *Genus miſerabile lethi.*

De etymo, & ſcripturæ hujus dictionis, diverſi diverſa ſentiunt. *Priſc.* putat ab antiquo verbo *leo* derivari, quod veteres uſurparunt pro *deleo*, unde etiam ſine aſpiratione ſcribendum putat. *Apulejus* à *lino* deduxit, & per æ in priore ſyllaba ſcribi præcipit. Alij per antiphraſin dictum putant ab adjectivo *lætus*, quòd minimè ſit lætum, ſed omnium rerum triſtiſſimum. Veriſſima videtur Varronis, & Feſti opinio, qui *λήθη ἀπὸ λήθης*, hoc eſt ab oblivione dictum putant, quòd per mortem omnium rerum obrepat oblivio. Veteres enim abſtinebant mortis mentione ne cogerentur, *ἀνεφημίαν*. Itaque ambitionem pro morte dixerunt, ut Græci *ἔκθεσιν*, & eodem modo lethum, quaſi *λήθην*, oblivionem. Unde etiam Poëtæ Lethen fluvium apud inferos eſſe finxerunt, cujus aquæ guſtatu nos omnium rerum protinus oblivi ſci crediderunt.

*O lethe eſt ultimus ipſe dolus.*

Ovid. 6. *Faſt.*

*Quem letho fallax hoſpita pane dedit.*

Idem *Eleg.1. lib.2. Triſt.*

*Viveret aut certè lethum ſine crimine haberet.*

Idem 13. *Metamorph.* Emortuum me mavelim lecto maſo. Plaut. *Aul. ſc.3. a.4.*

Lēthālĭs, e, Mortiferum. {θανάσιμος *epikyas.* GAL. *Mortel.* ITAL. *Mortifero, mortale.* GERM. Todtlich. HISP. *Coſa mortal.* ANGL. *Worthie death, deadlie.*} Plin. *lib.11. cap.ult.* Homini non ante diem ſeptimum lethalis media. Duraſſe & ultra undecimum certum eſt. Idem *de viro illuſtr.* Tarquinium gravi quidem, ſed non lethali vulnere acceptò perire: ut, &c. Virg. 11. *Æneid.*

*Qua vulnus lethale ferat.*

Ovid. 13. *Metam.*

*Quæ patuit, ferrò lethalem condidit enſem.*

Lēthālĭtĕr, adverbium. θανασίμως, *θανατικῶς*. GAL. *Mortellement.* ITAL. & HISP. *Mortalmente.* GERM. Todtlich. ANGL. *Deadlie.*} Plin. *lib.11. c.37.* Oves quidem lethaliter circum renes concreto pingui.

Lēthĭfĕr, a, um, quod mortem infert, mortalis. {θανασιφόρος. GAL. *Qui apporte la mort, qui fait mourir.* ITAL. *Che da morte, mortifero.* GERM. Das den todt bringt. HISP. *Coſa mortal.* ANGL. *That cauſeth death.*} Colum. *lib.7. cap.12.* Et, ut plurimi paſtores affirmant, rabies arcetur, lethifer morbus huic generi. Ovid. 7. *Metam.*

*Lethiferis calidi flavarunt æſtibus Auſtri.*

Virg. 10. *Æneid.*

——— *quæis tela, ſagitta*
*Corytique leves humeris, & lethifer arcus.*

Lēthō, as, Morte afficio. {הֲמִית *hemith.* θανατόω. GAL. *Faire mourir, tuer.* ITAL. *Dar la morte, uccidere.* GERM. Todten. HISP. *Matar, dar la muerte.* ANGL. *To kil.*} Ovid. 3. *Metam.* de Cadmi ſociis à ſerpente interemptis.

*Vi nemus intravit, letalique corpora vidit.*

Lēvāmĕn, Lēvāmĕntum Lēvāmĭnis, vide *Levo* in *Levis. κουφίζω, κούφισις.*

Lēvānă, dea, quæ partis præerat de tetro levandis: ut inquit Auguſtinus.

Leuca, menſura quædam viæ: aliter *leuga.*

Leucăcānthă, *λευκάκανθα*, Herba eſt in cacumine aculeum habens, radice cyperi, quæ commixta cum pipere dentium dolores ſedat. Alio nomine

mine Rhamnus dicitur. Item carduus beatæ Mariæ, folia lactucæ habens, maculis albis conspersa. Vide Fuchsium. ¶ Angl. *Arabin.*] Dioscor. *lib.* 3. *c.* 21. Plin. *lib.* 22. *c.* 6.

Leucáchates, chatæ, masc. genet. λευκάχατες, Gemma candida ex genere Achatarum. Plin. *lib.* 37. *c.* 10.

Leucánthemis, λευκάνθεμις. Herba est quæ & Anthemis, & Leucanthemum à nonnullis vocatur: ab aliis etiam Chamæmelon, eò quod mali odorem habeat. Vide *lib.* 22. *cap.* 21. Officinæ hodie *Chamomillam* vocant.

Leucæthiópes, λευκαιθίοπες, teste Plin. *lib.* 5. *cap.* 7 Populi sunt interioris Libyæ qui supra Getulos Meridiem versùs primi occurrunt. Liby Ægyptiis proximi. ¶ Die Weissend Mohren / Ein volck im innern Libia. ]

Leucádia, λευκάδια, vulgò *Lucada*, ὁ S. Maura. Peninsula fuit contra sinum Ambracium operâ accolarum à continente abscissa, arenæque accumulatione rursus continenti reddita, ut tradit Pompon. Mela *lib.* 2. Hæc etiam Neritis appellata fuit. Plin. *lib.* 4. *cap.* 2. Deinde Leucadida ipsa peninsula, quondam Neritis appellata, operâ accolarum abscissa à continente, ac reddita, ventorum flatu congeriem arenæ accumulantium: qui locus vocatur Dioryctos. Leucadia Oppia, locus Romæ. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 4.

Leucagus, vir interfectus, excussus curru, apud Virg. *lib.* 10.

Leucárgillum, λευκάργιλλον, Argillæ candidæ genus, quo in agro Megarico utuntur, in humida duntaxat, frigidâque terra provenient. Vide Plin. *lib.* 17 *cap.* 7.

Leucas, adis, λευκάς. Oppidum est in Leucadia peninsula, olim Neritum appellatum, teste Plin. *lib.* 4. *c.* 1. Quinetiam Strabo totam peninsulam, sive (ut ipse appellat) insulam (aliquando enim humano opere à continenti fuit abscissa, & rursus arenæ alluvione eidem annexa) Leucadem appellat, eodem quo oppidum nomine. Leucadem (inquit *lib.* 10.) in insulæ formam redegerunt, & in eum locum transportato Nerito, qui quondam fuerat isthmus: nunc verò fretum, & euripus est, ponte jugabilis, mutato nomine dixerunt Leucadem, sumpto (ut reor,) à leucate vocabulo.

Leucádius, a, um, denominativum, quod est ex Leucade insula. Ovid. in *Epist. Sapphûs*.

*Tu quoque mollis Amor primus suppone cadenti,*
*Ne sim Leucadia mortua crimen aquæ.*

Idem 5. *Fast.*

*Tristia Leucadis sacra peracta Deo.* (i. Saturno.)

Leucáspis, λευκάσπις, unus ex comitibus Æneæ, natione Lycius, unà cum Oronte in Tyrrheno mari tempestate submersus. Virg. 6. *Æneid.*

*Cernit ibi mœstos & mortis honore carentes*
*Leucaspim, & Lycia ductorem classis Orontem.*

Leucátes, æ, λευκάτης. Promontorium est Acarnaniæ, ad sinum Ambracium, Apollinis templo nobile: à petræ candore nomen habens. Virg. 3. *Æneid.*

*Mox & Leucatæ nimbosa cacumina montis,*
*Et formidatus nautis aperitur Apollo.*

Leuce, es, λεύκη. Parvum oppidum in finibus Ioniæ, & Æolidis, non longè à Smyrna olim insula. Autor Plin. *lib.* 5. *cap.* 29. ¶ Est præterea Leuce parva insula Ponti, Borysthenis amnis ostio objecta, quæ quòd Achilles in ea sepultus fuerit, etiam vocatur Achillea: ab aliquibus etiam Macaron appellata. Idem *lib.* 4. *cap.* 13. ¶ Aliud item hujus nominis oppidum in Italia stadiis quingentis à Tarento distans. Lucan. *lib.* 5.

——— *Secretâque littora Leuce.*

¶ Sunt item Leucæ, insulæ quinque Lesbo adjacentes, quarum meminit Plin. *lib.* 6. *c.* 3.

Leuce, es, λεύκη, à Græcis appellatur, quam Latini populum albam appellant. Galli à tremula frondium mobilitate *Tremblam* nominant. Vide infrà in dictione *Populus*. ¶ Est item Leuce, herba mercuriali simillima, nisi quòd per medium folium linea alba transeuntat: unde & Mesoleucon appellarunt. Autor Plin. *lib.* 27. *c.* 12. ¶ Est item Leuce morbi genus quod Latini vitiligînem appellant.

Leuci Populi inter Belgas, Mediomatricibus finitimi, jaculandi olim peritissimi: (idem ut putatur) cum iis quos hodie *Luxemburgenses* vocamus. Lucan. *lib.* 1.

*Optimus excusso Leucus Rhomáïque lacerto.*

Leucippus, λεύκιππος, Philosophus fuit Eleates, sive, ut aliis placet, Abderites. Zenonius auditor, qui universum quidem infinitum esse dixit ejusque partes plenum esse, & inane, omniáque fieri ex atomis sibi invicem implicatis. Reliqua vide apud Laërtium. Meminit hujus & Cic. 4. *Tusc.*

Leuciscus, λεύκισκος, piscis è mugilum fluviatilium genere, à candore. Leucochalcos, Orichalcum L. g. b.

Leucochrysus, λευκόχρυσος, Gemma est ex hyacinthorum genere inter auri colorem venâ candidâ intervenientè. Autor Plin. *lib.* 37. *cap.* 9.

Leucogæa, Gemma est tota candida, quæ & Galactites, & Leucographia appellatur, lactis succo & sapore notabilis. Plin. *lib.* 37. *c.* 10.

Leucogei, vulgò *Lomera*. Colles sunt in agro Campano, inter Neapolim & Puteolos in quibus sulphur præstantissimum effodiebatur, & cretæ genus optimum, quod aliceæ admistum, candorem simul asperabat & teneritatem. Fontes quoque ex his collibus erumpebant, vulnetibus medicinam, dentibúsque firmitatem afferentes. Vide Plin. *lib.* 18. *c.* 11. & *lib.* 31. *c.* 1. & *lib.* 35. *c.* 15.

Leucographis, idis, λευκόγραφις, Herba quædam utilis sanguinem excreantibus. Plin. *lib.* 27. *cap.* 11.

Leucoion, λευκόϊον. Dioscoridi. ] Gall. *Violette.* Ital. *Viola, garofano.* Germ. Nägelin violen. Hisp. *El alheli blanco.* Angl. *The violet or stock gilofer.* ] Licet pro ratione etymi violam albam videatur significare, tamen & pro lutea, & purpurea solet usurpari. Neque tamen est, quòd Leucoij nomine cum intelligas florem, quem ... Græci, Latini violam propriè appellant: sed quem vulgus ab odoris similitudine *cariophylan* nominat: sive is albus sit, sive luteus, sive purpureus. Unde Leucoïon album dixit Colum. *lib.* 11. innuens nimirum etiam aliorum colorum esse leucoia.

Leucola, apud Plin. *lib.* 5. *c.* 27. Promontorium Pamphyliæ, Lyciæ conterminæ. ¶ Est & insula prope Cyprum, & quidem in mari Lycio. ¶ Strabo quoque portum in Cypro vocari tradit Leucola.

Leucómas, atis, λευκόμας. Album dicitur, hoc est, tabula illa in qua judicum descripta erant nomina, & in qua singulorum annorum acta literis mandabantur à Pontifice maximo. Pictatium alias dicitur, & matrix. Hermolaus. ¶ Accipitur etiam Leucoma, λεύκωμα, pro albugine oculorum, & albo ovi, quod vitellum ambit.

Leucómenides, λευκομενίδες, Pisciculi exigui, qui & *Sinus* appellantur, ut ex Speusippo annotavit Hermolaus.

Leucón, ónis, λεύκων. Rex Ponti à fratre Ozylocho necatus, quòd cum ejus uxore adulterij & incestûs consuetudinem haberet. Ovid. in *Ibin.*

*Aut pia te casu, dicatur adultera: sicut*
*Quæ cecidit Leucon vindice dicta pia est.*

¶ Est item Leucon λεύκων, genus quoddam ardeo latum, à candore ita dictum: de quo Plin. *lib.* 10. *c.* 60.

Leuconius, a, um, vel Leuconicus, a, um, *Peroratio*, Leuconicas lanas apud Martialem exponit Leuconicum tomentum.

Leucoonium, ij, sive Leuconicum, idem Mart. *lib.* 11.

*Culcitra leuconio quàm viduata sue.*

Idem *lib.* 4.

*Oppressa nimium vicina est fascia plumæ,*
*Accipe bruto non cedens vellera vasa sago.*

Legitur, & *Lingonicum*.

Leucophásphûs, λευκόφασφος. Candidis vestibus indutus, nullóque pretioso fuco inebriatis. Est enim φᾶσσα, vestium contextus. Unde etiam est apud Græcos proverbium, ἐξ ἀλουργοῦς εἰς τὰ λευκοφάσσα ἦλθε, in eos dici solitum, qui in vestium quidem sumptu frugi sunt, animi verò luxu diffluunt. Vide Cæl. Rhodig. *lib.* 6. *cap.* 7.

Leucopétalus, λευκόπετάλος. Gemma, quæ candorem nivis auro distinguit. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Leucópetra, λευκόπετρα. Vulgò, *Capo delle armi. Spartimento in Calabria.* Germ. Weissenfels. ist ein vorgebürg zu Hunderst in Italien gegen Sicilien ] Promontorium è regione Siciliæ in agro Rhegino, à candore nomen habens. Cic. 1. *Philipp.* Quum autem me ex Sicilia ad Leucopetram (quod est promontorium agri Rhegini) venti detulissent, ab eo loco conscendi, ut transmitterem.

Leucophæátus, a, um, cum diphthongo, color ex albo & fusco mistus, subniger ] λευκοφαιές. Gal. *Couleur meslée de blanc & gris, cendré gris, blanchastre.* Ital. *Fosco, quasi nero.* Gram. *Grauw.* Hisp. *El pardillo.* Ang. *Gray of colour.* ] Nam λευκὸς album dicunt Græci, φαιὸν fuscum, hoc est, subnigrum. Plin. *lib.* 32. *c.* 19. lecur rubeæ, vel cor alligatur in panno leucophæo, & quartanis prodest. *Varro* de his coloribus scribens, Fontes, inquit, flumina sunt, quorum potu pecora, quamvis alba sint, aliis locis procreant vellera leucophæa, aliis locis pulla, aliis coracino colore. *Idem*, In campis Trojanis, proximè flumen, armenta rufa & pecora leucophæa nascuntur. Nos colorem cinereum vocamus, hunc verò vulgus in Gallia *grisium* appellat.

Leucóphæátus, qui est colore leucophæo indutus, ut Franciscani monachi. ] λευκοφαιατός. Gal. *Vestu de gris.* Ital. *Vestito di fosco.* Ger. *Grawe bekleydet als die Barfüsser mönch.* Hisp. *Vestido de pardillo.* Angl. *Clothed in gray as the ffryers.* Mart. *lib.* 1.

*Amictor ille tristium laternarum,*
*Et barbicanus, atque leucophæatus.*

Scribitur & *Leucophæatus*. ¶ Sunt & medicamenta certi generis hoc nomine: quasi subfusca, sive subcandida.

Leucóphlegmatia, λευκοφλεγματία, Species est hydropis, quâ aqua subtet cutem inæqualiter collecta, alibi aliter extuberat. Alio nomine hyposarca, ὑποσαρκὰ appellant. Vide Cels. *lib.* 3. *cap.* 21.

Leucophórum, λευκοφόριον. Glutinum, quo aurum ligno inducitur. Fit ex sinopidis Ponticæ selibra, silis lucidi libris decem, & melini Græciensis libris duabus, mistis, & per dies duodecim unâ tritis. Plin. *lib.* 35. *cap.* 6.

Leucophthálmus, λευκόφθαλμος, Gemma, quæ candidam nigrámque oculi speciem continet, aliàs rutila. Plin. *lib.* 37. *c.* 10.

Leucópolis, λευκόπολις. Oppidum Asiæ in sinu Doridis, apud Plin. *lib.* 5. *c.* 29. [Weissenburg in Asia.]

Leucópygi, λευκόπυγοι, Molles & effœminati, quasi candidis natibus, qui scilicet nates habent depilatas. Quibus opponuntur melampygi, hoc est, fortes & viriles, quibus nates pilis nigricant.

Leucotum civitas, id est, Tullum, *Toul en Lorraine*, V. E. sub M. Treverensi. Vide *Metis*.

Leucósia, λευκωσία, Insula contra Pæstanum sinum in mari Tyrreno Leucaniæ adjacens, (ut Strabo *lib.* 16. refert) parvum ad continentem habens cursum. Dicta Leucosia ab una Sirenum, quæ hoc in loco periit, quum spreta ab Ulysse, in profundum sese abjecisset. *Festus* ab Æneæ consobrino, loco datum nomen existimat. ¶ Quin & Samothracia Leucosia priùs est appellata, ut inquit Aristocles.

Leucóstictos, λευκόστικτος, Marmoris porphyritici genus, candidis intervenientibus punctis. Plin. *lib.* 36. *cap.* 7. Rubet Porphyrites in eadem Ægypto ex eo candidis intervenientibus punctis, Leucostictos vocatur.

Leucosyria, λευκοσυρία, prius dicebatur, quæ nunc Cappadocia. Strabo *lib.* 12.

Leucósyrus, λευκόσυρος, fluvius Ciliciæ, Pyramus postea dictus. Steph.

Leucothea, [חנא ילבנה. λευκοθέα. Gal. *L'aube du jour, le point du jour, l'Aurore.* Ital. *Aurora.* Germ. Die morgenröt. Hisp. *Alva.* Angl. *The breake of the day or thee day.* ] Quam & Maturam Latini vocaverunt, eadem est cum Autora. Leucothea dicta, quasi alba dea. Cicer. 1. *Tusculane.* Quid Ino Cadmi filia, nonne Leucothea nominata à Græcis, Matuta habetur à nostris? De hac vide plura suprà in dictione *Ino*.

Leucóthoë,

Leliedhöč, *Adrichom.* Otcami Regis Babyloniorum filia fuit ex Eurynome, quam à Phœbo gravidam factam quum pater vivam defoderet, Phœbi miseratione mutata est in arborem thuriferam. Vide Ovid. *lib. 4 Metam.*

Leucrocuta, Æthiopica fera perniciſſima humanas imitans voces, aſſini feri magnitudine, cruribus cervinis, collo, caudâ, pectore leonis, capite cameli, biſulcâ unguli, ore ad aures uſque reſciſſo, dentium locis oſſe perpetuo. Autor Plin. *lib. 8 cap. 21.*

Leuctra, ōrum, n. Vicus eſt Bœotiæ juxta Theſpias, circa quem Epaminondas Thebanus Lacedæmonios vicit, adeóque attrivit, ut poſtea imperium nequiverint reparare.

Leuctricus, a, um, ut Leuctrica pugna, Leuctrica monumenta. ¶ Leuctricæ puellæ Hippo, & Miletia, five (ut aliis placet,) Theano & Evexippe. Scedaſi filiæ fuerunt, quæ à Lacedæmoniis quibuſdam hoſpitibus vim paſſæ, dolóris impatientiâ ſibi necem intulerunt, eóque in campo ſepultæ ſunt, in quo poſtea commiſſa eſt ea pugna, quâ Lacedæmoniorum opes conciderunt. De his ſic ſcribit Hieronymus *contra Iovin.* Quo ore laudandæ ſunt Scedaſi filiæ in Leuctris Bœotiæ quas traditum eſt abſente patre duos juvenes præterentes jure hoſpitij ſuſcepiſſe, qui multum indulgentes vino, vim per noctem intulêre virginibus, quæ amiſſâ pudicitiâ, nolentes ſupervivere, mutuis conciderunt vulneribus. Plutarchus tamen *in Narrationibus amatoriis*, ab ipſis hoſpitibus puellas poſt ſtuprum occiſas ait, & in puteum conjectas, cadaveráque earum à Scedaſo canis indicio, fuiſſe inventa.

[ Homo Leucana alias Leucuna, pro levi, Gell. ex Laberio *c. 7. lib. 16.*

Leucus, *λευκός*, i. e. albus, piſcis apud Theocrit. in Berenice.

Leūdis, is, & plurali leudes, leudum, leudibus: aut, leodes, um, ibus, ſubjecti principis, ejus imperio ac ditioni parentes.

Levi, nomen Patriarchæ: à quo Levita, ſeu Levites, *Λευίτης*, pro eo qui eſt de tribu Levi: Hieronym. *in Exod.* Aaron frater tuus Levites, ſcio quod eloquens ſit. Hinc Leviticus a, um, *Λευιτικὸς* poſſeſſivum.

Lēvĭathān, dictio Hebræa, quâ ſignificatur Draco, ſeu ſerpens. Nam (ut inquit *Hieronym.*) Judæi dicunt draconem magnum, quem fecit Deus Leviathan: & eſt in mari, & aiunt: Quando recedet Oceanus, draco vertitur.

Lēvidensa, (autore Servio) Vile genus veſtis, ſic dictum, quoniam filo admodum raro eſſet textum. { Angl. *A course garment of great rough threads chimely wrought.* } Cic. *Dolabellæ*, Sed ego hoſpiti veteri & amico munuſculum mittere volui levidenſe, craſſo filo, cujuſmodi eſſe ſolent ipſius muneta. Ibi *Cicero* parum elaboratam, atque expolitam orationem pro Deiotaro, quam Dolabellæ requirenti mittebat, vocat proverbij figura, Munus levidenſe, hoc eſt, munus vile, & minimi pretij, cujuſmodi ſolent eſſe Regis Deiotari munera. Quondam inter hoſpitum xenia veſtes in primis erant.

Levidensis, levitei denſus, non admodum.

Lēvĭgo, eſt leve & facile facio, exonero.

Levĭgo, complano, à *levus*, id eſt, planus. Vide *Levis.*

Leviga, æ, inſtrumentum levigandi, quod etiam planatorium vocatur. Voc. vet. vox barbara.

Levio, leve facio. Vet. Dict.

Lēvir, i, affinitatis nomen, Frater uxoris vel mariti. { יבם *jabám. δαήρ.* Gal. *Le frere du mary, le beau frere, ſon mary en à la femme.* Ital. *Cognato.* Germ. *Der ehemannen oder deß ehemanns bruder / ſchwager.* Hisp. *El marido de la hermana, ò el cuñado.* Angl. *The husbandes brother.* } Nonius. Levir dicitur frater mariti, quaſi lævus vir. Modeſtinus Juriſconſ. *de grad. affin. lex facilè. §. 6.* Viri frater. levir eſt is apud Græcos *δαὴρ* appellatur: ſic enim Helena ad Hectorem dixit: *ἐμὸς ἦεν ἑκυρὸς, ἐμὸς δ' ἔτι δαὴρ ἐφέστιος*, id eſt, Levir mei canis omnis mali cauſatricis horridæ.

Lĕvis, e, à *λαῖος* Exigui ponderis res, expeditus, celer. ✕. Gravis. { יקל *kal* יחף *pachés. ἀκρατὲς, κοῦφος, ὀλίγος.* Gal. *Leger.* Ital. *Leggiero, levo, ſenſa peſo.* Germ *Leichtgering.* Hisp. *Liviano de peſo, ò peſo.* Ang. *Light.* } Virg. *lib. 12.*

*Cornique levis humerum, & lethifer arcus.*

Leve illud propriè dicitur eſſe, quod facilius ſurſum attollitur, quàm deorſum tendat: ut ignis.

——*levi velitis per inania curru.*

Tibull. *lib. 4.* Levibus umbris. *Ibidem.*

*Occurrat tacito me levis umbra ſibi.*

Ovid 5. *Fast.*

*Luſus equis nunc eſt, levibus nunc luditur armis.*

Idem *Eleg. 12. lib. 3. Triſt.* Levis cauſa. Idem *Eleg. ult. lib. 4.* Levem ſervitutem reddere, Plaut. *Capt. ſc. 1. a. 2.* Levis manus artificis. Mart. *Epigram. 52. lib. 6.* Levi manu quærere. Senec. *in fin. nat. quæſt.* ¶ Leves, pro *vilibus* & levitas pro *vilitas* dici, docet Gell. *cap. 11. lib. 7.* Leve etiam dicitur, quod licèt non protſus ſine pondere ſit, parum tamen habet ponderis, ut levis armatura. Cic. 10. *Philipp.* Noſtræ ſunt legiones, noſtra levis armatura, noſtri equitatus, &c. Levis armaturæ milites ſunt pedites expediti, non magno armorum pondere onerati. Eadem quoque ratione, Levis armaturæ equites dicuntur. Et à Cic. 2. *de divin.* Levis armaturæ excurſio in oratione. elegantèr dicitur pro prima argumentorum leviorum textura. Sed hæc, inquit, fuerint nobis tanquam levis armaturæ prima orationis excurſio; nunc comminùs agamus, experiamúrque, ſi poſſumus cornua commovere diſputationis tuæ. ¶ Transfertur etiam ad animum: unde Leves homines, vocantur inconſtantes, qui facilè opinionem mutant, viles, & nullo honore digni, *ἀσταθεῖς*, quemadmodum econtrario graves dicimus, conſtantes, ſeveros, prudentes. Plaut. *Men.* Quid ais homo levior quàm pluma? Hinc Levis autor, à Liv. *lib. 5. ab Vrbe*, dicitur, cui nulla ſit adhibenda fides. Sed, inquies, autòrem levem, nec ſatis fidum ſuper tanta re eſſe patres rati. Et à Terentio *in Hecyr.* ea dicuntur levia, quæ vana ſunt, & nullius, aut certè parvi momenti: Levia, inquit, hæc ſunt, quæ tu pergravia eſſe in animum induxti tuum. Et Cic. *ad Attic. lib. 4.* quod indiligenter agunt, levi brachio agi, dixit: Conſules, inquit, qui illud levi brachio egiſſent, tem ad ſenatum detulerunt. ¶ Levis quandóque accipitur pro parvo, ut Levis dolor. Idem 1. *de finib.* Plaut. *in Pœnulo*, —verùm ita ſunt omnes iſti noſtri divites: Si quid bene facias, levior pluma eſt gratia, hoc eſt, nullam, aut parvam habent gratiam. Levi admodum vomere ſauciare ſummam partem terræ, dixit Columell. *lib. 2.* pro leviter terram arare. Levis eſſe ſententiæ, dicuntur ij, qui ſententiam ſæpe mutant. Terent. *in Hecyr.* Itidem mulieres illæ ſunt fermè, ut pueri, levi ſententia. ¶ Leve interdum pro minus odioſo: ut quum dicitur, Leve nomen. Cicer. *pro Rab. ad Imperium.* Sin eos quos qui leviore nomine appellant, percuſſores appellant, &c. ¶ Vina levia, id eſt tenuia. Plin. ait leviſſimum vinum celerrimè inveterari. Habere aliquid in levi Tacit. *ann. 19.* Quocunque caſu accidit, dum atrocitas metuebantur, in levi habitum.

Lĕvĭcŭlus, a, um: diminutivum à levis { *κουφάριον, κουφοῦτον.* Gal. *Vn peu leger.* Ital. *Alquanto leggiero.* Germ *Etwas leichtfertig.* Hisp. *Liviano no peſo.* Angl. *Somwhat light and wanton.* } Cic *lib. 5. Tuſc.* Leviculus ſanè noſter Demoſthenes, qui illo ſuſurro delectari ſe dicebat, aquam ferentis mulierculæ, ut mos in Græcia eſt &c.

Levisata, tunica militaris, fortè. *Lana ſagum tunica militaris.*

Levisticarum, potionis genus. L. g. b.

Lĕvĭuscŭlus, cujus poſit. leviculus, ut molliuſculus, molliculus. Plin. *Epiſt. lib. 1.* Facit verſus quoſdam ſanè, ſed data opera molliuſculos leviuſculóſque duriuſculos quoſdam.

Lēvīta, qui eſt ex familia Levi. ¶ Levita etiam ex patronymico ceſſit in religioſum nomen, quia Levitæ ad eccleſiaſticatum terum adminiſtrationem aſſumpti ſunt locò primogenitorum, qui initio à tempore exodis primogenitorum in Ægypto Deo erant conſecrati.

Lēvĭtĭcus, a, um, ad Levitas pertinens.

Leviticus, liber tertius Moſis appellatur, eo quòd Levitarum miniſteria & diverſitatem victimarum exequitur, totúſque in eo otio Leviticus annotatur. Iſid. *lib. 6 2.*

Lĕvĭtās, Exilitas, item inconſtantia mobilitas. ✕. Gravitas. { יקלות *kalúth. ἀκρατὲς, κουφότης, κοῦφος.* Gal. *Legereté, inconſtance.* Ital. *Leggierezza, inconſtanza.* Germ *Leichte: item Leichtfertigkeit.* Hisp. *Liviandad de peſo, ò de ſeſo.* Angl. *Lightneſſe, unconſtancie.* } Plin. *lib. 11. c. 11.* Syncerum quidem deprehenditur levitate. Modò de vitio gravitati & conſtantiæ contrario, *ἀστάτου.* Cicer. Quum in Antonio genus quoddam ſordidiſſimum vitæ demonſtrare vellet, quòd in caupona delitueſſet, quòd ad veſperum potaret, quòd ore involuto iter faceret ne cognoſceretur. Videre (inquit) hominis levitatem: tanquam pictus iſta dedecora hoc vitio notarentur. ¶ Levitas, pro *vilitas*, ſicut leves pro *viles*, docet dict. Gell. *cap. 11. lib. 7.*

Lĕvĭtĕr, adverbium, Negligenter. { *ἀλαφρῶς, κούφως.* Gal. *Legerement, ſoudainement, brievement.* Ital. *Leggiermente: da buffoni.* Germ. *Leichtlich, lehlerlich.* Hisp. *Livianamente.* Angl. *Lightly, a lue.* } Sueton. *de claris Gramm.* Functúſque militia, ſtudia repetit, quæ jam inde à puero non leviter attigerat, id eſt, non parvo tempore literis operam dederat, aut non indiligenter à pueritia attigerat, & multò plus quàm à limine ſalutaverat. ¶ Aliquando ponitur pro breviter. Cic. *in Catone.* Tamen, ut leviſſimè dicam, &c. Idem *pro Roſc. Amer.* Non omnia dicam, & leviter unumquodque tangam, hoc eſt, obiter, & quod dicitur in tranſcurſu. Idem *pro eodem.* Sed in animo eſt, quemadmodum antè dixi leviter, tranſire ac tantummodo perſtringere unamquamque rem hoc eſt, ſuccinctè, & breviter tractare. ¶ Dicitur etiam pulchrè in eâdem ſignificatione, Leviter in tranſitu attingere aliquid: ut apud Quint. *lib. 7. cap. 4.* ¶ Ponitur aliquando pro *parùm*, & pro ejus diminutivo ſecundo *paululùm*, ſive admodùm parùm. Plaut. *in Perſa*, & quanquam bene volumus leviter lenonibus. Plin. *in Epiſt. lib. 6.* Ea tamen quæ ſunt pretioſiora, aut integra manent, aut leviſſimè læſa ſunt, id eſt, admodum parum. Cic. 2. *de nat. deor.* Genæ oculis ſubjectæ, leviterque eminentes, id eſt paululum. Idem *lib. 2. de Orat.* Leviter eruditus homo, id eſt, parum, & vix mediocriter. ¶ Aliquando ponitur pro facilè, patienter, ſive æquo animo. Idem *ad Attic.* Id graviter equidem, ſed aliquanto leviùs ferebam. ¶ Levius, pro *Minus*, ut apud Horat. 2. *Serm. Satyr. 7.*

——*quanto conſtantior idem*
*In vitiis, tanto leviùs miſer, &c.*

Dolere leviùs, Ovid. *in Ibim.*

Lĕvĭfĭdus, a, um. Qui facilè fidem violat. { *ἀπιστος, ἄπιστος.* Gal. *Qui eſt de legere foy, qui n'eſt point ferme.* Hisp. *Che non ha ferma fede.* Ger. *Der (ein glauben oder zuſagen eine ſchätzt.* Hisp. *Coſa de mala y liviana ſe.* Angl. *Light of faith.* } Plaut. *in Perſa*, Omnes ſunt lenæ levifidæ.

Lĕvĭpēs, hujus levipedis, omnis generis. Celer, & pedibus levis. { *ἐλαφρόπους.* Gal. *Qui eſt leger des piés, qui va viſte, leger à la courſe.* Ital. *Che ha piedi veloci.* Germ. *Eine zu fuß.* Hisp. *El que ha lo pies ligeros.* Angl. *Light of foote.* } Varr. 3. *de re ruſt. cap. 12.* Ælius putabat ab eo dictum leporem à celeritudine, quòd levipes eſſet. Vide *Lepus.*

Lĕvĭsŭmnus, a, um, quod levi ſomno eſt elegans canum epitheton, qui vix ſomno premuntur. { *ἐλαφρόϋπνος.* Gal. *Qui eſt aiſé à s'éveiller, de leger ſommeil.* Ital. *Che ha il ſonno ſottile.* Germ. *Leichtſchlaffig.* Hisp. *El que ha el ſueño ligero y fuzil.* Angl. *That ſleepeth not deeply, eaſie to waken.* } Lucret. *lib. 5.*

*Et leviſomna canum ſida cum pectore corda.*

Lĕvo, as, In alium tollo, elevo, extollo, eveho. { הניף *henim. ἀναφέρω.* Gal. *Hauſſer, lever en haut.* Ital. *Levare, alzare.* Germ. *Aufheben, emporſtupfen.* Hisp. *Alçar.* Angl. *To lyft up an highto make light, to deliver and take away.* } Liv. Mox aqua levata vento, quum ſuper gelida montium cacumina concreta eſſet. ¶ Interdum eſt, Auferre. Virg. 2. *Æneid.*

——*atque arcto levare*
*Vincla jubet Priamum,*

¶ Interdum,

¶ Interdum, Exonerare, & quasi relevare. Idem 9. *Eleg.*

*—— ego hoc te fasce levabo.*

Cum dativo, Plaut. *in Mil.* Levandum morbum mulieri video. Mœsta corda levat tempus. Ovid. *Eleg. 6. lib. 4. Trist.*

*Nec ficeam Getico fonte levare sitim.*

Idem *Eleg. 8 lib. 4. Trist.* Interdum extenuare, minuere, κουφίζειν, Virg. 1. *Æneid.*

*— — nostrumque leves quacunque laborem.*

Ovid. *Eleg. 4 lib. 3. Trist.*

*Illa meos casus aggravat, illa levat.*

Idem *Eleg. 7. lib. 3. Trist.*

*Nec mala tam longa nostra levata mora,*

Idem *Eleg. 1. lib. 4. Trist.*

*Iure Deos igitur venerer mala nostra levantes,*

Auget aut levat invidiam persona, *Velleius.* Ovid. *Eleg. ult. lib. 4. Trist.*

*Tristia qui possum carmine fata levo.*

Plaut. *in Epid.* Virgini pauperculæ, Tuæque matri me levare paupertatem. Cic. *pro Milone. & pro Corn. Balbo.* Gaditani populum Rom. in caritate, frumento suppeditato, levaverunt. Aliquando pro Recreare & relaxare animum. Cic. *in Catone.* Et corpora quidem defatigatione, & exercitatione ingravescunt, animi autem se exercendo levantur. Ovid. 4. *Fast.*

*— & nervos lassa levaris equo.* (i. equos fessos recreare.)

Idem *Eleg. 1. lib. 4. Trist.*

*Me quoque Musa levat ponti loca iussa petentem,*

¶ Ad corporis levationem transtulit Plin. *lib. 28. cap. 4.* Levatur illicò percussus à pœna. Levare opinione. Cic. *de Amic.* Qui hac opinione non modò verbis, sed etiam opere levandi sunt. ¶ Aliquando ponitur pro Curare, sive sanare. Plin. *lib. 7. cap. 2.* Crates Pergamenus in Hellesponto circa Pætum genus hominum fuisse tradit, quos Ophiogenes vocat, serpentum ictus contactu levare solitos. Ovid. *Eleg. 3. lib. 3. Trist.*

*Nullus Apollineas qui levet arte malum.*

Idem *Eleg. 4. lib. 3 Trist.*

*Et mala vix ulla parte levanda levat.*

Idem *Eleg. 1. lib. 5. Trist.*

*Et aliquid fatale malum per verba levare:*

Idem *Eleg. 2. lib. 5 Trist.*

*Vulnera qui fecit facile levare velit.*

¶ Item levare tempus (illudere,) Gell. *cap. 13. lib. 18.* Annonam levare, est Populum levare, frumento suppeditato in caritate annonæ. Liv. 6. *bell. Pun.* Plagam levare, vel infectas partes de arbore: hoc est, auferre tenuissimas partes, quæ postincisuram remanserunt ne insitioni noceant. Colum. *varia in lectis.* ¶ Levare tributum alicujus agri, Reditus illius capere. Ulpian. *in l. forma, §. si verò, ff. de censibus.* Agri eum tributum in eam civitatem debet levari, in cujus territorio possiderur. ¶ Composita hujus verbi sunt, Allevo, elevo, relevo. & sublevo, de quibus suis locis.

Levāsso antiquum verbum pro Levo: sicut abjurasso, pro abjuro. Cic. *de senect.* ex Ennio,

*O Tite si quid ego adjuto, curámve levasso.*

Levatiora, & leviora Gell. *cap. 8. lib. 17.*

Levātio, Levamen, mitigatio, consolatio, animi remissio, & relaxatio, ab errato à dolore, solatium. { ארכרת *arucháh* מרפא *marpé.* ἀνάπαυσις. Gal. *Allegement.* Ital. *Alleviamento.* Germ. Ein leichterung, ein trost. Hisp. *El alivio.* Ang. *An easing of pain or sorrow.* } Cic. *ad Attic. lib. 12.* Levatio quædam est, si minus dolentis, ac officij & debiti. Idem 1. *Tusc.* Quæ levationem habent ægritudinum.

Lĕvāmĕn, ĭnis, levatio, levamentum. { ארכרת *arucháh* מרפא *marpé.* ἀνάπαυμα, ἀνάπαυσις. Gal. *Soulagement, allegeance, soulas.* Ital. *Alleviamento, allegiamento.* Germ. Ein leichterung. Dan einen trosan leichter und ringer machi. Hisp. *El alivio.* Anot. *An easing or diminishing of pain.* } Cic. *ad Attic. lib. 12.* Quòd si esset aliquod levamen, id esset in te uno. Virg. 3. *Æneid.*

*Hunc ego nitorem omnis curæ, casúsque levamen,*
*Aut te Anchisen.*

Lĕvāmĕntum, i, Levamen. { Ang. *An easing of pain or sorrow.* } Cic. 5. *de finib.* nos autem non solum beatæ vitæ illam oblectationem videmus, sed etiam levamentum Senec. *ep.* 8 al. 17. *de consol. ad Polyb.* & *c.* 11. *de consol. ad Marc.* & Gellius *cap. 4. lib. 11.*

Levor, Levus, vide *Lævus.*

Leuphana, λεύφανα. oppidum est Germaniæ in climate Septentrionali. Ptol. *lib. 2 cap. 11.*

Leutychides, Λεωτυχίδης, vir Lacedæmonius fuit, Menaris filius & inimicus Demarati, quem à Cleomene adjutus regno expulit & in locum ejus Spartanorum rex creatus est. Verùm quum accepex contra leges pecuniæ in jus accersiretur, Tegeam profugit, ubi & diem suum obiit. Vide Herodot. *lib. 6.*

Lex, à legendo, vel à ligando, dicta putatur: quòd publicè legatur, ut omnibus nota sit, & ab omnibus observetur. { תורה *torâh* דת *dath.* νόμος. Gal. *Loy, ordonnance, constitution.* Ital. *Legge.* Germ. Ein gesatz. Hisp. *La ley.* Ang. *A law written.* } Hanc quidam definiunt esse generale jussum populi, aut plebis, rogante magistratu: & hoc dumtaxat in libera civitate. Lex quid? Gell. *cap. 20. lib. 12.* Lege denunciare testimonium. *Quintil.* Lex quæ vetat, semper potentior, quam quæ permittit. Cupiditates prius naturæ, quam leges: ut morbi, quàm remedia. Livius *lib. 34.* Ad omnem legem exacta innocentia. (i. normam.) Senec. *ep. 3. al. 22. de tem. ad Polyb.* Qui neque leges, neque æquum bonumve quam colunt. Plaut. *Mil. fc. 2. a. 4.* Ut voles legem nobis imponito. Idem *Asin. fc. 3. a. 1.* Leges ut conscribat, quibus se populus teneat. Idem *ibid. fc. 3. a. 3.* Vi me cogis, lege agito mecum. Idem *Mere. fc. 5. a. 1.* Eam mihi des uxorem ut leges jubent (comptessam ducere sup.) Idem *Aul. fc. 6. a. 4.* Lege barbaries (i. Romana) Jus meum persequar. (de conditionibus veteris.) Idem *Capt. fc. 1. a. 3.* Ut reliquit, sic relinquendus erat: legem sibi dixerat. Ovid. 13. *Metamorph.* ¶ Quinetiam regum & principum jussa leges dici cœpta, præsertim Imperatoris, postquam in eum populi Romani majestas translata fuit, rogabat magistratus populum quid constituendum esset, populus jubebat. Id jussum si generale erat, & ad omnes pertinens, lex dicebatur: si ad singulos cives spectabat, privilegium. Cic. 1. *de legib.* hic legem definit, quod sit ratio summa, insita in natura, quæ recta suadeat, prohibeatque contraria. Legum appellatione, Leges duodecim tabularum, Senatusconsulta, Plebiscita, Edicta Prætorum, Decreta principum, Legitimæ actiones, interpretationes prudentium, & alia id genus continentur. Legis virtus est imperare, vetare, permittere, punire. Dicimus eleganter, Lege agere cum aliquo: quod aliter dicimus, Actionem intendere in judicio, sive judicio experiri. Plaut. *in Aul.* Lege agito mecum molestius ne fis, & cernam eoque. ¶ Interdum lege agere, exequi sententiam à judice latam, sive judicis jussum peragere: ut si judex sententiam tulerit, ut qui victi sunt, virgis cædantur, deinde securi feriantur; & lictori dicat judex, Lege age, hoc est exequere sententiam. Liv. *de Campano, lib. 26.* Flavius acceptas literas, neque resolutas, quum in gremio reposuisset, præconi imperavit ut lictorem lege agere juberet, id est, ut de damnatis supplicium sumeret. ¶ Legibus aliquem solvere, pulchrè etiam dicitur, quod nunc *dispensare* vulgus vocat. Liv. 10. *ab Urbe.* Tribuni plebis nihil id impedimento futurum aiebant, sed ad populum laturos, ut legibus solveretur. Is legibus solvi dicitur, cui speciali privilegio conceditur, ut legibus parère non teneatur. Cic. *Philipp.* 1. Qui ex ædilitate Consulatum petit, legibus solvatur. ¶ Legem ferre, est populo aliquid proponere, rogatèque velitne id ita ut recitatum fuit ratum esse, & pro lege habere. Cic. *post reditum,* Legem Tribunus pleb. tulit ne auspicia, &c. ¶ Condere leges, est leges præscribere. Idem *de legib.* Constat profectò ad salutem civium, civitatumque incolumitatem vitámque omnium quietam, & beatam conditas esse leges. Unde conditores legum dicuntur quos Legislatores appellamus. νομοθέται, quales apud Athenienses fuerunt Draco & Solon: apud Lacedæmonios Lycurgus: Romæ decemviri. Pro eodem etiam dicimus, Componere leges, constituere legem, sancire leges, dare leges, imponere leges, scribere leges )( Abrogare, tollere, refigere, antiquare. ¶ Lex quoque pro conditione ponitur. Plaut. *in Asin. fc. 2. a. 4.* Agedum, illum ostende quem conscripsisti syngraphum inter me, & amicam, & lenam: leges pellege. ¶ Legum præses & custos. Ἐπιστάτης. Senec. *lib. 1. de Ira.* Ita legum præsidem, civitatisque rectorem decet. ¶ Dicimus &, Hac lege, id est, hac conditione, sive, hoc pacto, sive hoc jure. Cicer. 3. *Tusc.* Ea lege nos esse natos, ut nemo in perpetuum esse possit expers mali. Terent. *in Eunucho.* Verùm heus tu, lege hac tibi meam astringo fidem. Semper tibi promissum habero hac lege cum superes datis. Plaut. *Asin. fc. 3. a. 1.* His legibus ducam uxorem, Idem *Aulul. fc. 3. a. 6.* An non despondes filiam? Ellis legibus. *Ibid. fc. 4. a. 1.* Quasi fundum vendam meis addicam legibus (paulò antè dixerat, nisi quis meliorem conditionem offerat.) Idem *Capt. fc. 2. a. 1.* Dabo ei talentum, sed ea lege, ut, &c. Idem *Mostell. fc. 1. a. 2.* Legem suam secuta natura. (mox, conditionem.) Senec. *cap. 10 al. 19. de consol. ad Polyb.* In hanc legem datus ut moreretur. *Idem.* Ovid. *Eleg. 1. lib. 2. Trist.*

*His opulus leges hospitioque dedit.*

Æquis conditionibus & justis legibus bellum componere. *Velleius.* Lex orandi, Demosthenes. *Quintil.* ¶ Accipitur item lex, pro norma, sive regula. Cicer. 3. *de Orat.* Hanc igitur, Crassus inquit, ad legem cum exercitatione, tum stylo, qui & hoc maximè ornat, ac limat, formanda vobis oratio est. Idem *in Orat.* Quò etiam difficilius est oratione uti, quàm versibus; quod in illis certa quædam & definita lex est, quam sequi oporteat. ¶ Lex annalis, quâ cautum erat nequis ante præstitutos annos honores adipisceretur. ¶ Lex Cornelia, quam Cornelius Sylla dictator tulit adversùs falsarios; cujus pœna erat in liberum, deportatio, & bonorum omnium publicatio; in servum, capitis supplicium: ut docet Martianus *l. 1. ff ad leg. Corn. de falsis.* ¶ Lex judiciaria, quam tulit Aurelius Cotta prætor, quâ communicata sunt judicia Senatui, & equitibus Romanis, & Tribunis ærariis. ¶ Lex Lepidiana, quam Lepidus tulit, quæ & sumptuaria dicta est, quòd cœnarum sumptus restringeret. ¶ Lex Licinia, lata est à Publicio Licinio Crasso divite, cujus ferendæ tantum studium ab optimatibus impensum est, ut Senatusconsulto juberetur, ut ea tantummodo promulgata, antequam trinundino confirmaretur, ita observaretur ab omnibus, quasi jam populi sententia comprobata esset. Hujus legis summa erat, ut Calendis, Nonis, Nundinis, liceret cuique in dies singulos duntaxat triginta asses edendi causâ consumere: cæteris verò diebus ne amplius apponeretur quàm carnis aridæ pondo tria, & salsamentorum libra, & quod ex terra, vite, aborève natum esset. ¶ Lex Municipalis est, quam unaquæque urbs sibi privatim constituit. ¶ Lex Orchia, prima omnium de cœnis lata ad populum fuit, quam tulit Orchius Tribunus plebis de Senatus sententia, tertio pòst anno quàm Cato Censor fuerat. Hæc nutrientum rantum convivarum præscribebat, jubebátque ut parentibus jamvis cœnitaretur, quò observatio ejus videri posset. ¶ Lex plagiaria, quæ adversùs plagiarios erat lata, hoc est, quâ puniebantur ii qui alienos mancipia ad fugam incitabant, vel fugitiva receptabant. Vinc. *Lirinum.* ¶ Lex Satyra, sive satura dicebatur quæ uno rogatu, multas simul comprobabat, quasi saturata, & multis legibus gravida. ¶ Ex tabellaria, suffragia scribere non permittebat, sed puncto notare jubebat. νύττειν. ¶ Lex & regio. ἔθος. Admonet proverbium, serviendum & obsecundandum esse moribus regionis, in qua versaris. ¶ Lege de ficariis commisi. Quintil. (i. In legem.) Ne legi fraudem faciant talariæ. Plaut. *Mere. fc. 2. a. 2.* Item, legibus eripere reum. Suet. *in Aug. c. 56.* Sub lege venundate. *Ibid. c. 21.* Lege in æs incisa, & in æra ium condita. Idem *in Cæs. cap. 28.* Leges quasdam mortales. Liv. *lib. 34.* ¶ Lex in manibus. ἐν χερσὶ νόμος, id est, lege manumittendi quum res vi geritur non ex præscripto legum. Æschin. *contra Timarch.* Quod Cic. ait 3. *de legib.* magistratum esse

legem

legem loquentem, legem autem mutum magistratum : persimile ejus est, quod de Pictura & Poësi dictum Simonidi tribuitur picturam esse tacitam poësim, poësim autem picturam loquentem. *P. Victor.* ¶ Leges incidebantur antiquitùs in æs, vel etiam in marmore, quò perpetuæ essent, & in Capitolio, vel loco aliquo publico figebantur, ut omnibus apertæ essent. Cic. *varior. in loco.* Qui in *Orat. pro Flacco*, legum ferendarum morem sic breviter describit. O morem (inquit, &c.) ¶ Lex Salica ea est, quâ cunctis feminis adimitur ad hæreditatem paternam aditus, ita ut omninò excludantur. Itaque lex Salica, id est, Gallica intelligitur. nam *Salios* vocavit antiquitas Gallos. Claudianus *in Stilicon. panegyr. 1.*

——— *Rhenúmque minacem*
*Cornibus infractis adrò mansuescere cogit,*
*Et Salios jam rura colat.*

Fortasse à saliendo nomine hoc illis impositum. Sidon. Apoll.

——— *junctus tibi vinctus illic*
*Cursu Herulus, Chunnus jaculis, Francísque nocivus,*
*Sauromata clypeo, Salius pede, falce Gelonus.*

Gens Salica *in Chronico de Guelphis, editionis Canisij* : Uxorem duxit de gente Salica, de castro Glihberg Et in prologo harum legum, Gens Francorum inclyta, fortis in armis, audax, velox & aspera. Inde Salicus Francus *c. L. Sal. Lud. Imp.* § 3. *Decret. Chil.* §. 14. *c.* 14. *tit.* 75. Lex Salica simpliciter dicitur, *Synod. Cabilon. & Rhemens.* ejúsque mentio *feudor. lib.* 2. *tit.* 29. Videantur Ado, Einardus, Otho Frising. Sigebertus, Abbas Ufpergens. Trithemius. Hinc terra Salica frequenter.

Lēgĭslātŏr, is, Legis scriptor, qui legem scripsit, & ad populum tulit. { ρητρα *mechokék. νομοθέτης.* Gal. *Legislateur, qui fait la loy, ou ordonnance.* Ital. *Colui che fa la legge.* Germ. Ein gesatzgeber. Hisp. *El que haze, ò da la ley.* Angl. *A law maker or giver.* } Dicitur etiam legumlator, & separatim lator legum, vel lator legis, & legum scriptor. Liv. 4 *bell. Maced.* Nostri legumlatoris non in pauciorum manu Rempubl. esse voluit, Cicer. 4. *in Catil.* Latorem legis Semproniæ jussu populi pœnas Reipubl. dependisse. Legumlator cur dictus sit Parrhasius, vide apud Quintil.

Lēgĭsĕr, i, Legislator. { ρητρα *mechokék. νομοθέτης.* } Ovidius 3. *Amor. Eleg.* 10.

*Optavit Minos similes sibi legifer annos.*

Lēgĭfĕra, fœminino. { ρητρα *mechokéketh. ἡ νομοθέτις.* } Virg. 4. *Æneid.*

——— *mactant de more bidentes*
*Legifera Cereri, Phœbóque, patrique Lyæo.*

Legicrepa, *νομοδίδασκαλος* Gl. id est, qui leges crepat, vox Græca à λαλέω, quod est quærere, scrutari.

Lēgĭfrăgă. æ, Legis perfractor : qui legem frangit. { *παράνομος.* Gal. *Rompeur & violateur de loix.* Ital. *Huomo che rompe leggi, conditioni, patti.* Germ. Ein gesatzbrecher. Hisp. *El que quiebra la ley.* Angl. *A breaker of the lawes.* } Plaut. *in Pseud. fœn.* 2. 4. Impudice, scelestè, verbero, bustirape, furcifer, socifraude, parricida, sacrilege, perjure, legirupa, pernicies adolescentum, (de lenone.)

Lēgĭfrŭpĭo, nis, qui rumpit leges. { *παράνομος.* Gal. *Violateur, infracteur de la loy.* Ital. *Huomo che rompe leggi.* Germ. Ein gesatzbrecher. Hisp. *Quebrador de ley.* Angl. *A breaker or violator of the lawes.* } Plaut. *in Rudent.* Iube modò accedat propè hunc legirupionem.

Legisperitus, *νομικὸς*, qui & *δεδιδαγμένος* h. e. legis doctor.

Lēgĭtĭmŭs, a, um, quod est æquum, justum, conveniens ; lege, more, atque instituto majorum factum. { ρητ *ishaddik. χρηστὸς, νόμιμος.* Gal. *Legitime selon la loy.* Ital. *Leggitimo.* Germ. Gesatzlich, ordentlich nach satzschreibung den gesatzen. Hisp. *Justo y hecho por ley.* Ang. *Lawfull, according to the lawe.* } ut, Uxor legitima. Martial. *lib.* 4.

*Quæ legum causa nupsit tibi Lælia Quinto,*
*Verorum patres hanc dicere legitimam.*

Ovid. 10. *Metam.*

*Ergo legitimo vacuum dum conjuge lectum, &c.*

Ætas legitima ad petendum consulatum, Liv. 3. *bell. Pun.* Amor legitimus. Ovid. *Epist.* 23.

——— *Legitimo quisque morabar equo,*

Idem 3. *Fast.*

Lēgĭtĭmè, adverbium, Rectè, justè, ex lege. { *νομίμως.* Gal. *Legitimement.* Ital. & Hisp. *Legitimamente.* Germ. Nach dem gesatzen ordentlich. Angl. *Lawfullie.* } Cicer. 1. *Officior.* Iustè & legitimè imperanti. Idem *pro A. Cæcina.* Is qui legitimè procurator dicitur. Cujus contrarium est, Illegitimum. Unde legitimi filij, qui secundum legem nati sunt.

Lēgŭlēĭŏs, ei, qui legum studia sectatur, seu versatur in legibus, { *νομικὸς.* Gal. *Legiste.* Ital. *Colui che studia nelle leggi, leggista.* Germ. Ein gesatzgelehrter, einer der sich der gesatzen annimpt. Hisp. *Letrado y docto en las leyes.* Angl. *A lawyer, a sagger in the lawe.* Cicer. 1. *de Orat.* Ita & tibi Iurisconsultus per se nil nisi leguleius quidam cautus videtur, & acutus pœne actionum, cantor formularum, auceps syllabarum.

Lēgālĭs, e, quod ad legem pertinet. { *νομικὸς.* Gal. *De la loy, des appartenances de la loy, legal.* Ital. *Pertinente à la legge.* Germ. Dan zu dem gesatz gehört. Hisp. *De ley, pertenesciente à la ley.* Ang. *Of or belonging to the lawe.* } Quintil. *lib.* 1. *c.* 10. Aliquando etiam incidere possunt legales tractatus in privata maximè consilia.

Lexiarchicum, λεξιαρχικὸν, tabula, in qua civium Athenien sium, qui ætatem ad magistratus gerendos aptam habebant, nomen scribebatur, addito etiam municipio, cujus erant. Item tabula, in qua inscribebantur *οἱ τοὺς ἵππους τρέφοντες*, id est, qui tustam ætatem habebant adolescentes, quibus patrimonium administrare jam licebat. Suid

Lexicon, λεξικὸν, ὀνομ. per se adjectivum, ad λέξις, id est, vocabula, pertinens. Substantivè λεξικὸς idem qui λεξιγράφος, qui Gazæ Dictionarius, Vocabularius. λεξικὸν autem Dictionarium, Vocabularium, Liber in quo vocabula secundùm seriem posita explicantur.

Lĕăl, is, Dictio. { רמא *millâ*. Gal. *Parole, diction.* Ital. *Vocabulo, voce.* Germ. Ein wort. Hisp. *Palabra.* Angl. *Speech, a word.* } Cicer. 3. *de Orat.*

*Quidam lapide leges compostæ, ut tessellula omnes*
*Arte pavimento atque emblemate vermiculato.*

Ex Poëta quopiam vetusto.

Lexoviorum civitas, *Lisieux*, V. Ennuc Lexoviensis, in Normania, sub M. Rothomagensi.

Lexŏbĭi, λεξόβιοι, Galliæ Lugdunensis populi, apud Ptolem. *lib.* 2. *cap.* 8. quos Cæsar Lexovios vocat. Horum Metropolis erat Neomagus, vulgò *Lysieux*.

L I

Liaculum, λειαντὴρ. Gloss. λειάω est, *Levigo*, ergo λειαντὴρ analogicè esset *levigator*. Hic liaculum videtur intelligi instrumentum levigandi, voce ducta à λειάω levigo, complano.

Lĭæ, sunt foramina quæ in summo mali recipiunt funes.

Libadium, λιβάδιον. Herbæ genus quæ nostris vulgò *Centaurium minus* appellatur : inde nomen habet, quòd fontibus & locis irriguis gaudeat. Nam Græci fontium scaturigines λιβάδας appellant. Plin. *lib.* 25. *cap.* 65.

Lĭbāmĕn, Libamentum, vide *Libo*.

Libavium inter bugloſſæ nomina recensetur à Dodonæo *pempt.* 5. *lib.* 1. *cap.* 9.

Libanius uva, thuris odore, ex qua prolibant. Plin.

Libanius, λιβάνιος. Nomen Sophistæ Antiochi, qui floruit Iuliani apostatæ temporibus, usque ad Theodosium seniorem. Discipulus fuit Diophanti. Scripsit encomium Constantij Cæsaris, & alterum Iulianiæ præterea Progymnasmata Rhetorices, & epistolas quasdam. *Suid.*

Libanochros, λιβανόχρους, Gemma quæ thuris similitudinem ostendit, & succum mellis. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Lĭbanōtis, {λιβανωτὶς. Angl. *Rosmary.*} Frutex odorem thuris habens, qui rosmarinus appellatur. Plin. *lib.* 19. *cap.* 12. Libanotis radicem habet olusatri, nihil à thure differentem. Usus ejus post annum stomacho saluberrimus. Quidam eam alio nomine rosmarinum appellant. Hactenus *Plinius*. Ejus tres sunt species, quas vide apud Dioscor.

Lĭbanotus, { λιβάνωτος. Ital. *Mezzo giorno libeche.* } Ventus flans inter Libs, (hoc est, Africum) & Notum. Plin. *lib.* 2. *c.* 47.

Libanus, {לבנון *libanón*. λίβανος.} Syriæ mons, à Sydone Phœnices oppido, usque ad Symiram urbem Syriæ Cœles extensus, centum quinquaginta stadiorum longitudine. Huic ex adverso obtenditur Antilibanus, valle tantùm interjecta, olim muro illi conjunctus. Inter duos hosce montes Orontes fluvius oritur, teste Plin. *lib.* 5. *cap.* 19. 20. 21. ¶ Libanus item quæ & Dendrolibanus, dicitur frutex, sive arbuscula thurifera, ita dicta (Poëtæ fabulantur à juvene quodam Assyrio ejusdem nominis, in hunc fruticem converso. Hinc etiam ipsum Græci λίβανον appellant.

Lĭbātrum, λίβατρον Ptolemæo, Libarna Plinio. Oppidum Italiæ sub Apennino situm, non procul à Dertona Ptolem. *lib.* 3. *c.* 1. & Plin. *lib.* 3. *cap.* 5.

Libatio, vide *Libo*.

Libatorium, Coxale : fortè *Conchale*.

Libella, vide *Libra*.

Libellio, Libellus, vide *Liber*, priore correpta.

Libent. Libenter, vide *Liber*.

Libentia Dea, vide *Liber*.

Libentina dea, Venus, seu Proserpina. August. *lib.* 4. *de civitate Dei*, Neque enim audent aliquas partes sub nomine deorum, vel dearum, deæ Concinæ tribuere : aut Volupiæ, quæ à voluptate appellata est : ut Libentinæ, cui nomen est à libidine. Hujus meminit & Cic. 1. *de nat. deor.*

Lĭbĕr, priore prod. in genitivo Liberi, Bacchus, sive Dionysius. *Δίονυσος* vini reperter. Multos autem fuisse Liberos, sive Bacchos, Dionysiósve ostendit Diodorus : quorum longè celeberrimus est, qui ex Semele & Iove genitus fertur, quem tertium fuisse autumant, & Thebis Bœotiis natum, qui Liber appellatus est à liberando : nam libertatis deus est : sive quòd Bœotiæ urbes liberas fecerit (ipse enim, ut inquit Plutarchus, pro Bœotiæ libertate pugnavit) vel quia vinum curas solvat, & mentem ab illis liberet : seu quòd vino usi, liberè loquantur. Fiunt autem plerique ebrietate petulantiores. Senec. *lib. de tranquill. vitæ*, Liberum appellatum dixit, non ob licentiam linguæ, sed quia liberat servitio errarum animum, & tristitiæ medetur. Varro à labendo deducit, quòd lubrica mens ebrij, quò lubet prolabatur. *Augustinus* docet Liberum vocari quòd mares in coëundo per ejus beneficium emissis seminibus liberentur. Hoc idem dicunt in fœminis agere Liberam, quam etiam Venerem putant. ¶ Interdum Liber usurpatur pro ipso vino : sicut Ceres pro frumento. Salve liberi lepos, vinum. Plaut. *Curcul.* 2. 1. Liber lepidus vini pollet. *Ibid.* Terent. *in Eunuch.* Sine Cerere & Baccho friget Venus. Liber etiam dicitur Sol, quia liberè per æthera vagatur. Virg. *lib.* 1. *Georg.*

——— ——— *vos ô clarissima mundi*
*Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum,*
*Liber & alma Ceres.*

Libera Dea, Ariadna. Ovid. 3. *Fast.*

Lĭbĕrālĭă, orum, Liberi festa, quæ apud Græcos dicuntur *Διόνυσα*. Nonius. Libera lingua loquuntur, ludis liberalibus. Cic. *ad Curnific. lib.* 12. Liberalibus literas accepi tuas. Idem *ad Attic.* Liberalia tu accusas? Liberaliorum periphrasis. Ovid. *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.*

Lĭbātĭo, nis, à λείβω, vel à λείβω, libatio, quæ quia spontanea esse débet, inde Lubeo, & œber prisci dicebant. *Fest.* Sui juris, in sua potestate. ✕ Servus {עבד *ebed*. *δοῦλος, οἰκέτης.* Gal. *Libre, franc.* Ital. *Libero non servo.* Germ. Frey. Hisp. *Libre de servidumbre.* Angl. *Free, at liberte not bounden.*} Cic. 1. *de nat. deor.* Qui de libera matre est, liber est. Idem *pro Cæcin.* Non potest jure Quiritium liber esse, qui

in numero Quiritium non sit. Servum antestari ? T. Item, ut scias me liberum esse Plaut. *Curculio. fc.2. a.5.* Tun' libero homini malè servas loquere. Idem *Asin. fc.4. a.2.* Meáne ancilla libera ut sit, quam ego nunquam emisi manu. Idem *Curcul. fc.2. a.5.* Ludificare ingenuam & liberam. Idem *Merc. fc.6. a.2.* Liber esto, æque abito, quò voles. Idem *Menæchm. fc.7. a.5.* Liberum te abire jussi. Idem *ibid. fc.8. a.5.* Tanquam si me argento emeris liber servibo tibi. *Ibid. fc ult. a.5.* Liberi lubentius sumus, quàm servimus. Idem *Capt. fc.2. a.2.* Libera ego sum nata. Idem *Curcul. fc.2. a.5.* Cùm tu es liber, gaudeo Messenio. Idem *Men. fc.7. & ult. a.5.* ¶ Aliquando liberum etiam dicimus, pro ocioso, & omni negotio cuiáve vacuo, ut, Soluto, liberóque animo esse, apud Cicer. 4. *Fam.* Idem 1. *Officior.* Si ab omni animi perturbatione liber sis. ¶ Liber etiam pro eminenti & extanti. Varro in *Eumenid.* ut citat Nonius: Iterum Tragici prodeant cum capite libero, non antiqua fronte. ¶ Item pro magno, seu valido. Ovid. *Epist.* 5.

*Perfruar infelix liberiore malo.*

¶ Hinc campus liberior, ἐυρυχωρία, qui amplius est, latéque patet, & in quo equi libero inoffensóque cursu vagari possunt. Indéque sumpta translatione, Oratores liberum ad dicendum campum nactos dicimus, quum in locum latè patentem incidérunt, amplam suppeditantem materiam ad latiùs expatiandum. ¶ Libera uti lingua, παῤῥησιάζεσθαι, est audaciter loqui quod sentias, nihilque aut potentiæ alicujus, aut gratiæ tribuere. Plaut. in *Cist.* Quia quum adeò me complevi flore Liberi, Magis libera uti lingua collibitum est mihi. ¶ Libero corde fabulari, est fabulari liberè, & sine timore. Idem in *Epid.* Facilè tu istuc sine periculo, & cura, corde libero Fabulare Jovi. ¶ Liberæ ædes, quibus quis uti potest, tanquam suis. Idem in *Milit.* Liberæ sunt ædes, liber sum autem ego, me uti volo liberè. ¶ Liberum arbitrium, est animi voluntas, ac sententia libera. Liv. 2 *bell. Macedon.* Et permisso libero arbitrio, ne in corpora sua sæviretur, metuebant. Cicero voluntatem liberam vocat. ¶ Liberum cælum, quod omnibus æquè commune est. Idem 1. *Tusc.* Et in liberum cælum, tanquam in domum suam, venerit. Libero cælo se permittunt aves. *Quintilian.* Liberæ literæ, quæ liberiùs atque audaciùs loquuntur Cic. *ad Attic. lib.* 1. Itaque neque Achaicis hominibus, neque Epitoticis paulò liberiores literas committere audeo ¶ Libera mandata, quæ plenam rei constituendæ potestatem habent. Liv. 7. *bell. Macedon.* His quæ præsentis disceptationis essent, libera mandata de summa rerum Senatus constituit. ¶ Liberum tempus, id est, vacuum, quo omni cura soluti sumus. Cic. 1. *de finibus,* Nam libero tempore, quum soluta nobis est eligendi optio, quúmque nihil impedit, &c. Ovid 5. *Fastor.*

*Liber ab arbitribus locus est apta area pugnæ.*

¶ Liberum hospitium, max laxum spatium. Senec. *epist.* 89. ¶ Aliquando liber, qui nulli rei est obnoxius: ut, Liber à delictis, qui nulli delicto est obnoxius apud Cic. *pro lege Agrar.* ¶ Liber à fide, qui fidem solvit. Livius 7. *bell. Punic.* Ita tollit indutias, ut liber à fide incœpta exequeretur. ¶ Liber ab irrisione, qui nihil aut fecit, aut dixit, cur meritò possit irrideri. Cicer. 4. *Academ.* Liber igitur à tali irrisione Socrates, liber Aristo Chius &c. ¶ Liber à legibus, id est, solutus à legibus, Plautus in *Trinum.* ¶ Sic liber à prædonibus, Liber à mero. ¶ Sine præpositione: ut liber omni cura animus, apud Cic. 1. *de finib.* Aliquando cum genitivo construitur pro liberali. Plautus in *Amphitr.* Nam ego vos novisse credo jam, ut sit pater meus. Quàm liber harum rerum multarum sit. ¶ Liberum est mihi, elegantèr dicitur, pro licet mihi, vel possum, & in arbitrio meo constitutum est Plin. in *Epist.* Erit enim & post emendationem liberum nobis vel publicare, vel continere. ¶ Relinquere liberum alicui. Quintilian. *lib.* 1. *cap.* 4. vocabulum, an appellatio dicenda sit προσηγορία, & subjicienda nomini, nécne: quia parvi refert, liberum opinaturis relinquo.

Libĕ, adv. Ingenuè & liberaliter, suo more, sive arbitrio, audacter. {ἐλευθερίως. GAL. *Librement, franchement.* ITAL. *Liberamente, splendidamente.* GERM. Frey. HISP. *Libremente.* ANGL. *Freely, frankely.*} Terent. in *Andr.* sinne hic homines adolescentulos Impetitos rerum, educatos liberè in fraudem illicis? Plaut. in *Rud.* An non vides, ut solæ liberè grassentur? ¶ Liberè vivere, id est, suo more vivere, neque subiti alterius voluntati Terent. in *Andria,* Nam is postquam excessit ex ephebis Sosia, Liberiùs vivendi fuit potestas ¶ Liberè loqui, est confidenter loqui, ita ut nihil gratiæ tribuas, aut potentiæ cujuspiam, παῤῥησιάζεσθαι. Cic. *pro Planc.* Aspertius (inquit) loquutus est: imò verò liberiùs. Liberè hercle hoc quidem (servum cum corona ebriũ.) Plaut. *Aulul. fc.2. a.5.*

Libĕrtās, atis. ☧. Servitus {שפחה *shuphchah.* ἐλευθερία. GAL. *Liberté, franchise.* ITAL. *Libertà, franchezza.* GER. Freyheit HISP. *Libertad, franqueza.* ANGL. *Freedome or liberte* } quam sic definit Florentinus *l. libertas, ff. de statu hominum.* Libertas, est naturalis facultas ejus, quod cuique facere libet, nisi si quid vi, aut jure prohibetur. Cic. in *Paradox.* Libertas est potestas vivendi ut velis. Immodica & intempestiva libertate uti, *Vellæus.* Libertas restamentorum jure prohibita. *Quintilian.* Patriam & libertatem perdidi. Plaut. *Capt. fc.2. a.2.* Libertati confirmare, vide *Confirmare.* In libertate esse quid? & in libertate esse aliud, aliud liberum esse. Quintil. *declam.* 340. ¶ Item libertas justa, quæ juxta Jurisconsultos Suet. in *Aug. cap.* 40. Accipitur etiam libertas pro eo quòd Græci vocant παῤῥησία, hoc est, pro loquendi, admonendi sententiam dicendi, increpandique audacia: potestas, quum scilicet quidvis quod sentimus, liberè loquimur, nullius respectu, gratiâ, aut potentiâ commoti. Et in hac significatione libertas accipitur ferè in meliorem partem. ☧. Assentatio. Licentia verò in malam ferè partem, quum quis libertate intemperanter aburitur & procaciter. Est enim licentia immoderata impunitáque quædam facultas agendi, dicendique quicquid velis. *Quintilian* quæ in aliis libertas est, in aliis licentia vocatur. Terent. in *Heaut.* Deteriores omnes sumus licentia. Usurpatur tamen quandoque licentia pro libertate in bonam partem, ut apud Cicer. *lib.* 5 *Offic.* Nobis autem nostra Academia magnam licentiam dat, ut quodcunque probabile maximè occurrat, id nostro jure liceat defendere. Idem *lib.* 1. *epistolarum,* magnis enim illi & divinis bonis hanc licentiam assequebantur. ¶ Libertas quandoque etiam in malam partem accipitur, pro effræni quadam animi libidine. Cicer. 5. *Verr.* Quonquam ipsimet nobis præcideremus istam licentiam, libertatémque vivendi. Idem *pro Flacco,* Græcia hoc uno malo concidit, libertate immoderata, & licentia concionum. ¶ Adimere libertatem, est aliquem libertate spoliare. Idem *pro domo,* Quod idem in posterum de extraordinariis potestatibus libertatem ademisset. ¶ Amittere libertatem, *idem,* Nemo civis Romanus, aut libertatem, aut civitatem possit amittere, nisi ipse autor factus sit. ¶ Dicimus præterea, habere libertatem, largiri libertatem, retinere libertatem, recipere libertatem, tenere libertatem, vindicare in libertatem: quorum exempla nusquam non occurrunt. ¶ Dare libertatem alicui, pro liberum facere, Cicer. *pro Planco,* Tabella quæ dat eam libertatem, ut quod velint faciant. ¶ Libertas etiam, libertatis dea dicebatur cujus templum in Aventino constitutum, fuisse narrant historiæ. ¶ Libertas aliquando dicitur pro ingenuitate. Hermogen. *lib* 40. *D. de liber. caus. l.* 12 *l.* 40. Cum pacto partionis pretij major viginti annis venalem se præbuit, nec post manumissionem ad libertatem proclamare potest. ¶ Libertatis nomen propriè convenit ad manumissos: sed transfertur ad multa. Est enim libertas primùm quæ servum liberat à domino, deinde quæ nexu à creditore: quandiu enim vinculis ob æris alieni gravitatem tenetur, liber non est: tertiò quæ civem à magistratus injuria. Quovis enim delicto ac scelere (uno excepto perduellionis crimine) cives Romani à securibus & fascibus, id est, à nece & verberibus veterum legum Valeriæ, Poteiæ, Semproniarúmque beneficio defendebantur. Postremò latiùs etiam libertas diffunditur, cùm jus illud significatur quod inter omnes cives æquum: nullo neque fortunæ, neque dignitatis discrimine leges constituunt, ut omnes liberi sint, nemini quisquam, præterquam legibus pareat. Ex quo etiam liberi populi dicebantur, qui suis legibus uterentur, neque regibus, neque cuiquam populo parerent, neque omnino cuiquam vectigal ullum penderent: qualis aliquando Carthago, Corinthus, Athenæ, ipsa verò ultra quingentos annos Roma fuit. P. Manut. in *Additamentis.*

Libĕrālis, e, Benignus, munificus. Vide Gel. *cap.* 5. *lib.* 17. {נדיב *nadhib* גבר *ghabar.* ἐλευθέριος, ἐλευθέριον. GAL. *Liberal, franc.* ITAL. *Liberale, magnifico.* GERM. Freygebig. HISP. *Liberal, franco.* ANGL. *Liberall, free, bounteous.* } Cui contraria sunt parcus, avarus, avidus, tenax, & sordidus. Cicer. *pro Quint. Roscio,* Liberalis avidum fraudasse dicitur. *Ibidem,* Roscius semper liberalissimus munificentissimúsque fuit. Idem *lib.* 3. *de Orator.* Quid tam porrò regium, tam liberale, tam munificum, quàm opem ferre supplicibus. Paulò liberalior vita ei objecta. (nempe luxuriosior.) *Quintilian.* ¶ Sunt etiam qui ita distinguant, ut liberalis sit, qui parvis & privatis hominibus beneficia præstat: munificus, qui magnis, & in magnis rebus: sic liberalitas & naturæ benignitas, quæ maximè in præstanda opera amicis perspicitur, & versatur inter privatos & parvos homines; munificentia, inter magnos. Quod nomen à Libero patre (si Valerio maximo credimus) deductum est. Materia minus liberalis (de causa & lite tenui.) *Quintilian.* Liberalis potio, i. largior & copiosior. Cels. *lib.* 3. *cap.* 6. At potio esse debet magis liberalis, & ante cibum, & post hunc. &c. ¶ Accipitur quandoque liberalis, pro egregia forma, & eleganti. Plaut. in *Milite,* Lepida & liberali forma est. Terent. in *Eunuch.* Quàm liberali facie, quàm ætate integra. Ecastor pulcher est, & liberalis. Plaut. *Aleat. fc.2. a.2.* Liberali ingenio dicitur esse, qui ingenuus est, & ἐρρτος. Terent. in *Adelph.* Nam ingenium novi tuum liberale. ¶ Liberale responsum, hoc est, dignum ingenuo, & libero homine. Cicer. *ad Attic. lib.* 5. Quòd si non modò tu, sed quisquam fuisset, qui me Pompeij minus liberali responso perterritum, à turpissimo concilio revocaret, &c. ¶ Liberale conjugium est, quod inter ingenuos & liberos fit. Terent. in *Andria.* Spero consuetudine, & conjugio liberali devinctum. Chreme. Dehinc facilè ex illis sese emersurum malis. ¶ Liberale judicium, & causa liberalis, in quo de alicujus agitur libertate, ἐλευθερικὴ δίκη. Quintilian. *lib.* 6. *cap.* 4 Quod fecit Longus Sulpitius, qui quum ipse fœdissimus esset, eum, contra quem judicio liberali aderat, ne faciem quidem habere liberi hominis dixit. Plaut. in *Curcul.* Memento promisisse te, si quisquam hanc liberali causa manu adsereret, mihi argentum omne redditum iri. Terent. in *Andria,* Nam ego illam liberali causa assero manu. Ubi *Donatus,* Ordo est. Ego liberali causa assero illam manu: & sunt juris verba, à quibus etiam assertores dicuntur vindices alienæ libertatis. Vide *Assero* ¶ Liberales artes, quæ solius ingenii, non manuum ministerio peraguntur. ἐλευθέρια μαθήματα. ejusmodi sunt Grammatica, Dialectica, Geometria, cæteræque id genus: ideò liberales dictæ, quòd liberum hominem potissimùm deceant: nam manibus corporisque labore victum quærit are, illiberale quiddam habet & servile. Cic. 1. *de Invent.* Quos habuerit artium liberalium magistros quos vivendi præceptores, &c. Plin. *lib.* 14. Pessum iêre vitæ pretia omnésque à maximo bono liberales dictæ antea in contrarium cecidêre, at servitute sola profici cepimus. Cic. *de Orat.* Ingenuas artes appellat Scudia liberalia, Tacit. *lib.* 1. Liberalis doctrina. Cic 5. *de finib.* Liberalis eruditio & doctrina. Idem 1. *Tusc.* A liberali musa non abhorrens. Gell. *cap.* 1. *lib.* 9. Liberalis vox & actio. *Quintil.* Liberalia studia dicta, quòd homine libero sint digna. Senec. *Epist.* 89. ¶ Illiberales verò, opificia quæ in manuum opera consistunt. habent enim servile ministerium. ¶ Liberales joci, id est, liberi quodam animo pronuntiati. Plin. in *Panegyr.* Sed benigna invitatio. & liberales joci, & studiorum honos &c.

Libĕrālĭtās, Munificentia. A libero patre videtur deducta apud Valer. Maxim. *cap.* 1. *lib* 5. *initio.* {נדיבה *nedhabah* נדיב *nedhabh.* ἐλευθερία. GAL. *Liberalité, bonnesse largesse.* ITAL. *Liberalità, magnificenza.* GER. Freygebigkeit. HISP. *Liberalidad, franqueza.* ANGL. *Liberalitie, bountie, freehart in geving.*} Cic. 5. *de finib.* Nam

quum

quàm ita nati factique sumus, ut & agendi aliquid, & diligendi aliquos, & liberalitatis, & referendæ gratiæ principia in nobis contineremus, &c. Idem 1 *Offic.* justitiæ est conjuncta beneficentia, quam eandem vel benignitatem, vel liberalitatem appellare licet. Liberalitas (ut inquit Speusippus) est habitus, qui in quærendis, erogandisque pecuniis decorum servat. Hoc est, decens & moderata acquisitio, & erogatio pecuniæ, avaritiæ, & prodigalitatis extremis tanquam finibus circumscripta. Nam si non tantum, quantum oportet, tribuas; avaritia oritur: sin excedas in dando modum, déque plus quàm oportet, & cui non oportet, & quando, & qua causa non oportet; in vitium laberis prodigalitatis. ¶ Aliquando ita accipitur liberalitas, ut servili metui opponatur. Terent. *in Adelph.* Pudore & liberalitate liberos retinere satius esse credo, quàm metu. Quo Terentij loco sic *Donatus*. Pudore, ad filios retulit, liberalitate ad parentes. Argumentum à conjugatis, Liberalitate regendi sunt, propter quod liberi dicuntur. Liberalitatem autem bonitatem dicit.

Libĕrălĭtĕr, Largè, munificè, indulgenter, liberè, splendidè. ‖ ἐλευθερίως, Gal. *Liberalement, franchement.* Ital. *Liberalmente, magnificamente.* Germ. Freygebiglich. Hisp. *Liberalmente, francamente.* Angl. *Liberally.*‖ Cic. 4. *Verr.* Hi porrò, qui successerunt, vehementer istius cupidi; liberaliter ex istius cibariis tractati, non minus acres contra me fuerunt. Idem 3. *de finib.* essèque homines ingenui, & liberaliter educati, velle hæc audire à parentibus. ¶ Liberaliter eruditus is dicitur, qui optimis artibus institutus est. Idem 2. *Tusc.* Sed si possumus, eos excitemus, qui liberaliter eruditi, adhibita etiam differendi elegantia, ratione & via philosophantur. Sic liberaliter instructus, apud Cæsarem *lib.* 3. *bell. civil.* Liberaliter servire, id est, alacri animo, libenter obsequendo. Terent. *in Andr.* Propterea quòd serviebas liberaliter. Liberaliter respondere. & liberaliter appellari. Cæs. 3. *de bell. civ.* ¶ Item pro Indulgenter, ut apud *Salust.* Exercitum, quem in Asia ductaverat, luxuriosè, nimisque liberaliter habuerat. Cujus contrarium est, Illiberaliter, de quo suo loco.

Lĭbĕri, orum, plur. tantùm numer. Dicuntur filij, vel filiæ, quamvis etiâ liberorum appellatione unicus filius, & unica filia intelligatur. ‖ בנים *banim. ni'nim, vaidle, vini.* Gal. *Enfans, ou enfans, ligné.* Ital. *Figliuoli.* Germ. Kinder. Hisp. *Los hijos.* Angl. *Children.*‖ Cajus *in l. non est. ff. de verborum significat.* Non est sine liberis, cui vel unus filius, unáve filia est. Terent. *in Heaut.* Qui illum decrevérunt dignum, suos cui liberos committerent. Sic & Cic. En cui tuos liberos committas, quum de uno ageret. Liberi liberæque: Liv. 3. *ab Urbe.* Liberorum quærendorum causa ei uxor data est. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Gell. *cap.* 3. *lib.* 4. Quod tibi sempiternùm salutare sit liberis procreandis volote uxorem ducere, Plaut. *Aul. sc.* 3. *a.* 1. Olim tamen in usu erat nominativus singularis liber, pro filio. Catul. *in Argon.*

*Optavit genitor primævi funera gnati,*
*Liber ut innupta poterentur flore novercæ.*

¶ Item nepotes & pronepotes, exterique ex his descendentes, Liberorum appellatione continentur. Paulus, *ff. de gradibus & affin. l. Jurisconsulti.* Liberi inquit, vocantur usque ad trinepotem. Callistratus *l. liberorum, ff. de verborum significat.* Liberorum appellatione nepotes, & pronepotes, exterique qui ex his descendunt, continentur, hos enim omnes liberorum appellatione lex duodecim Tabularum comprehendit. Similes patri liberi, Seneca *in Medea.* Parere liberos, Idem *Thebaid.* Procreare liberos. Quintil. *l. b.* 3. *c.* 8. Auctus liberis. Tacit. *lib.* 3 Tanquam auctus liberis Drusus domũ Germanici magis urgeret. Dare operam liberis, est procreandorum liberorum causa cum uxore rem habere. Cicer. 2. *Offic.* Liberis dare operam, re honestum est nomine obscœnum. ¶ Liberi dicti sunt à libertate regendi, ut ait *Donat.* Item de brutis. Lanij concinnant liberis orbas oves. Plautus *Capt. sc.* 1. *a.* 4.

Lĭbĕrtŭs, qui quum esset servus, factus est liber: ita dictus quasi liberatus. ‖ ἀπελεύθερος, ἀπολελυμένος. Gal. *Affranchi, & mis en liberté.* Ital. *Fatto libero di serve.* Germ. Ein freygelassener. Hisp. *El que de siervo fue hecho libre.* Angl. *A franckling, he yat is enfranchised.*‖ Vid. *Patronus.* Plaut *in Asin. sc.* 3. *a.* 3. Magis decorum est, libertum potiùs, quàm patronum, onus invia portare. *Vipianus* eum esse libertum definit, quem quis ex servitute ad civitatem Romanam perduxit. Quintil. *lib.* 7. *cap.* 8. Patrono in libertum manus injectio fit. Idem *lib.* 11. *cap.* 3. Eadem pro libertis adversùs patronos observantia. Nec mihi libertus est ullus. L. Quis tu es. C. Libertus illius. Plaut. *Cure. sc.* 1. *a.* 3. & *sc.* 3. *a.* 4. Salvere jussi libertum. Jam manúne emissus? Item, Quo nos vocabis nomine? A. Libertos. L. Non patronos? Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Liberorum suorum herus, Pompeius. *Festus*, Libertorum tria genera olim, Romanorum, Latinorum, & Dedititiorum. Iustinian. *Instit. de libertis.*

Lĭbĕrtă fœminino. ‖ ἀπελευθέρα. Gal. *Affranchie, & mise en liberté.* Ital. *Fatta libera, francata.* Hisp. *Libertada, hecha franca y libre.* Angl. *She yat is enfranchised.*‖ Horat. 1. *Serm. satyr.* 1.

——— *at hunc liberta secuti*
*Dividit medium sortissima Tyndaridarum.*

Modestinus, Libertis libertabúsque meis, libertum libertæ testatoris non contineri. Experiar, quam mihi fore libertam, & quam venalem credam. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1.

Lĭbĕrtīnŭs, i, m. ‖ Ingenuus, ἀπελεύθερος, ἐξ ἀπελευθέρου. Libertus ad patronum refertur. Per libertinum enim significamus conditionem hominis, sicut per ingenuum: per libertum verò, privatum quendam respectum ad patronum. Plaut. *in Aulular.* Ingenuam, an libertinam? Propriè itaque libertini dicuntur, qui ex libertis procreati sunt, hoc est, qui ipsi quidem nunquam servierunt, sed quorum parentes antequam filij nascerentur, è servitute manu emissi sunt. Cic. 4. *Philipp.* Ipse ex libertini filia suscepit liberos. ¶ Postea tamen Libertinorum & Libertorum vocabula in eadem significatione usurpari cœperunt, pro iis scilicet, qui post justam servitutem libertatem essent consecuti. Quod manifestissimè ostendit Sueton. *in Claud. cap.* 24. his verbis. Ignarus temporibus Appij, & deinceps aliquandiu, libertinos dictos, non ipsos qui manumitterentur, sed ingenuos ex his procreatos. Quint. *declam.* 411. Qui à servitute in libertatem venit, libertinus dicitur. ¶ Libertinitas, Ipse status libertini dicitur, ut ingenuitas ingenui; *in l. prima* 40. *ff. de liberali causa.* Sive de libertinitate, sive de ingenuitate quæstio moveatur.

Lĭbĕro, as, Manumitto, & ex servo liberum facio, liberare dono, in libertatem traduco. ‖ פדה *chippésch* חפש *hapés.* פדה *pasdé.* λυτρόω, ἐλευθερόω. Gal. *Delivrer, mettre en liberté, affranchir.* Ital. *Liberare. donare la libertà.* Germ. Frey machen, ledigen, erlösen. Hisp. *Librar de servidumbre ò peligro.* Angl. *To enfranchise and set at libertie, to deliver.*‖ Proprie heri est, quum servum de potestate sua emittit. Nonnunquam tamen & servus se liberare dicitur: cùm peculio se redemit. Cicer. 1. *de Orat.* Si quis apud nos servisset ex populo fœderato, seséque liberasset. Aliquando forense verbum est, idem significans quod absolvo, & ab actione intentata liberum judico. ἀφίημι. Idem *pro Cluent.* Judices hunc quem jam bis condemnatum acceperant, liberarunt. Idem 4 *Verr.* Qui Sopatrum eodem illo crimine liberarant. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Quin omnes populum hac peste liberat? Idem *ibid.* Quin tu labore liberas te onere crumenæ. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Non te finam hic esse triduum, quin te liberalem liberem. (i. manumittere emptam à domino.) Idem *Curcul. sc.* 3. *a.* 1. Eum velle aiunt amicam liberare. (i. manumittere emptam à domino.) *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Si rectè facias, here me emittas manu. Liberem ego te? Idem *Menech. sc.* 7. *a.* 5. Amicas emit, liberare. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 2. Vbi amans scortum liberet. (i. manumittat.) Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 2. Item cum genitivo, liberare ejus culpæ regem. Liv. 1. *d.* 5. ¶ Præterea generale verbum est, significans ex molestia, damno, vel periculo eripio. Cic. *Attic.* Næ tu me solicitudine magna liberaris. Libertate fidem, est præstare promissum, Idem *pro Flac.* Ipse tamen Fufiis satisfacit absentibus, & fidem suam liberat. Liberare se ære alieno, est crediram pecuniam creditori numerare. Idem *ad Attic. lib.* 6. Ita multæ civitates ære alieno liberatæ, &c. Liberare item debitorem dicitur creditor, aut ejus hæres; quum quod sibi debebatur, ei acceptum refert. Papin. *l. quum hæres. ff. de liberat. legat.* Quum hæres rogatus debitorem suum liberare, de eo tantùm cogitatum viderit, quod in obligatione mansit. ¶ Liberare promissa, pro Abrogare, vel eorum tollere obligationem, ac facere ne ligent. Cic. 1. *Offic.* Quæ quidem promissa pleraque jure Prætorio liberantur, nonnulla legibus. ¶ Liberare (inquit Sipontinus) etiam aliquando usurpamus pro eo quod est Addicere. Vnde in licitationibus, rẽ, quę venalis proposita est, plus offerenti addicere, seu liberare dicimur & non modò qui vẽdit, sed etiam qui emit, rem ipsam sic venditam liberare dicitur. Hinc liberationis vocabulum, Paul. Jurisc. *in l. liberationum, ff. de verb. & rer. signif.* affirmat eandem vim habere, quam solutionis. Et contrà, solutionis verbum ad omnem liberationem pertinet, ut vult idem Paul. *in l. solutionis. ff. de solutionib.*

Lĭbĕrātŏr, is. Vindex libertatis. ‖ משחית *maschappéschi* מציל *matsil* מפלט *mephallét.* λυτρωτής. Gal. *Qui delivre & met en liberté.* Ital. *Liberatore, che mette en libertà.* Germ. Ein erlöser. Hisp. *El que libra.* Angl. *He that deliverith and setteth at libertie.*‖ Cicer. *ad Attic.* Patriæ liberatores urbe carebant ea, à cujus cervicibus jugum servile dejecerant. Idem *alibi*, Romæ nostri liberatores turbò esse non possunt.

Lĭbĕrātĭo, nis, Actus liberandi, dimissio, absolutio. ‖ תרועה *hatstsalâh* פלטה *pelatâh.* λύτρωσις, ἄφεσις, ἀπολύτρωσις. Gal. *Delivrance.* Ital. *Liberatione.* Germ. Erlösung, erledigung. Hisp. *Libramiento.* Angl. *An enfranchising or setting at libertie.*‖ Cic. *in Pison.* Reorum acerbissimæ damnationes, libidinosissimæ liberationes. ¶ Accipitur præterea liberatio pro acceptilatione, quæ à Græcis ἀπόκοπὴ dicitur, sive pro absolutione à nexu. Vnde tit. est *in Pand. de liberatione legata.* ¶ Pro solutione. Paulus. *D. de V. S.* Liberationis verbum eandem vim habet, quam solutionis.

Lĭbĕr, bri, à λέπω. Propriè corticis genus est tenuius, quod in phillyras plures dividi potest: cujusmodi erant, quæ papyrus in Ægypto detrahebantur, chartæque usum præbebant. ‖ קלפת *pesolah.* φλοιός. Gal. *Escorce d'arbre.* Ital. *Scorza d'albero.* Germ. Baste die innen baum rinden. Hisp. *La corteza del arbol.* Angl. *The barke of a tree.*‖ Cicer. 1. *de nat. deor.* Trunci obducuntur libro, aut cortice, quò sint à caloribus & frigoribus tutiores. Plin. *lib.* 13. *cap.* 11. Palmarum foliis primò scriptitarum, deinde quarundam arborum libris. Indifferenter tamen pro quovis cortice positum invenitur. Col. *lib.* 5. *a.* 10. Ità librum arboris inolescere sinito. Virg. 10. *Eclog.*

*Nec si quum morieus alta liburnæ in ulmo.*

Idem 2. *Georg.*

——— *hinc aliena ex arbore germen*
*Includunt udèque docent inolescere libro.*

Et quoniam libri, hoc est, tenuiores arborum cortices, chartæ olim usum præbebant, codices quoque, qui ex iis compaginari solebant, libri dicti sunt. ‖ ספר *sépher.* βίβλος. Gal. *Livres.* Ital. *Libri.* Germ. Bücher. Hisp. *Libros.* Angl. *A booke.*‖ dicti sunt: obtinuitque usus, ut quamvis mutata re, aliisque jam inventis chartarum generibus, priscum tamen manserit nomen, libríque dicantur qui ex pluribus concinnati sunt chartis, ex quacunque materia præparatis. Idem & Codices dicuntur, ab arborum codicibus, ex quibus antiqui tabulas ligneas ad scribendi usum solebant confingere, eásque cera obducere. Cic *Attic.* Demetrij librum de concordia tibi remisi. ¶ Librum edidit, non esse, &c. id est, librum conscripsit, in quo contendit non esse, &c. Suet. *in Iulio Cæsare.* Librum edidit, non esse Cæsaris filium quem Cleopatra dicat. ¶ Liber commentarius. Gell. *cap.* 7. *lib.* 14. ¶ Liber (de Oratione pro Cæcina.) *Quinct.* Græci incedunt sufarcinati cum libris, cum sportulis. Plaut. *Cure. sc.* 3. *a.* 2. Quasi in libro eum scribuntur calamo literæ Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Invenies illam inter libros. Ovid. *Eleg.* 7. *lib.* 3. *Trist. & eleg. ult. lib.* 3. *Trist.* ¶ Quandoque tamen libros vocant operis alicujus partes,

certáque segmenta, in quæ totum opus distinguitur. Græci λήμματα, κώλα, & κόμματα appellant: ut Virgilij Æneida in XII. libros distincta esse dicimus. ¶ Liber præterea ponitur pro Inventario, ut vulgò dicitur, sive *regista*, quod & *repertorium* dicitur. Cicer. *in Verr.* Misit literas ad Carpinatium, quas ego Syracusis apud Carpinatium in literarum allatarum libris, Romæ in literarum missarum apud Tullium magistrum familiarem tuum inveni. Bud. ¶ Libri elephantini, ex ebore facti magnificis expensis. Rituales sacri. Iun. ¶ A *liber*, quando corticem significat, fit verbum Delibro, quod est corticem detraho. λεπτύνω, λεπτύω. Vide suo loco.

Libellus, i, Parvus liber. {βιβλίδιον, βιβλίδιος. Gal. *Petit livret, petit livret.* Ital. *Libretto.* Germ. Ein büchlin. Hisp. *Librillo.* Angl. *A litle booke.*} Martial. *lib.* 14.

*Omnia in hoc gracili xenitorum turba libello*
*Cernabit numos quatuor empta tibi.*

Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.*

——— *Majora libelli*
*Et diuturna magis sunt monumenta mei.*
*Sed ego fastorum scripsi totidémque libellos,*
*Cùmque suo finem mensa volumen habet.*

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Item in prima fronte libelli. (i. librorum metamorph.) Idem *Eleg.* 6. *lib.* 1. *Trist.*

*Sera redundavit veterum vindicta libelli.* (i. crimen librorum de arte amandi.)

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Ad libellum respicere, ut pueri oblivioſi solent, *Quint.* ¶ Libellus etiam dicitur pars totius libri in plures divisi. Gell. *lib.* 6. *cap.* 7. Quæ compositio prior libello continetur. At ipse libellus, quintus liber est totius operis. ¶ Aliquando veteres usi sunt pro epistola, sive tabella. Brutus *ad Cic. lib.* 11. Ne de Planco quidem spem adhuc abjecit, ut ex libellis ejus animadverti. E libello sermones habere. Sueton. *in Aug. cap.* 84. In hoc libello obsignato attuli gaudia multa. (i. in epistola.) Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. ¶ Inde libelliones dicti sunt, de quibus infrà. ¶ Libelli etiam dicuntur quod vulgus *supplicationes*, ἐντεύξεις. appellat: quos *Martialis*, Supplices libros nominavit illo hendecasyllabo,

*Idem supplicibus vocat libellis.*

Tales enim principibus dari solent ad negotia explicãda à subditis, in quibus petitiones continentur. Sueton. *in Cæs.* pro eodem sine addito dixit libellum, i. libellúmque indicem insidiarum, ab obvio quodam porrectum, libellis cæteris, quos signata tenebat, quasi mox lecturus communicuit. Libellum tradere. Idem *in Claud. cap.* 37. ¶ Libellos legere, & referebere inter spectandum. Idem *in Aug. cap.* 44. ¶ Libellum porrigere (de supplice.) *ibidem cap.* 53. Et libelli famosi *cap.* 55. *Ibidem* Libellos quos componit litigator patronus contentus. *Quint.* ¶ Libellus ponitur etiam pro commentario, quam *memoriam* vulgò vocant Idem *lib.* 12. *cap.* 8. Pessimæ verò consuetudinis est libellis esse contentum, quos componit aut litigator, qui confugit ad patronum, aut alij ex genere advocatorum. Quo in loco, teste *Budæo*, libellus accipitur pro scripto memoriæ causâ parato, pro quo etiam libellum memorialem dicimus. Sueton. *in Iul. Cæs.* Epistolæ quoque ejus ad Senatum extant, quas primùm videtur ad paginas, & formam memorialis libelli convertisse. ¶ A Ciceronе autem *ad Attic.* Libellus mandatorum dicitur, in quo memoriæ causâ, quæ alicui mandantur, sive injunguntur, sunt præscripta. ¶ Libellus etiam, eodem *Budæo* teste, dicitur Epistola assertoria, quam vulgò *certificatoriam* vocamus: ut quas vectigalium & tributorum nominatæ ad publicanos destinatæ solent, ne pro vectura res suas advehentes, importantésve inhibeant. Paul. *in l. si publicanum. ff. de publican.* Significent, inquit, id libello manu sua subscripto, eúmque ad publicanum mittant. ¶ Est & libellus mensuræ genus. Cato *de re rust. cap.* 15. Parietes villæ si locet in pedes centum, id est, pedes denos quoquò versum habeat libellum in pedes quinos, &c. ¶ Dicitur quoque libellus scripti genus, quo aliquis in judicium vocatur. Plaut. *in Curc. sc.* 3. *a.* 1. Ubi tu es, qui me bello Venereo citasti? ecce me sisto, ades contrà ¶ A libellis autem ministri illi esse dicuntur, qui principi in hoc negotio subserviunt, ut supplices libellos accipiant, evolvant, iisque respondeant. Suet. Epaphroditum à libellis capitali pœna condemnavit. ¶ Libellos proponere, est scriptum aliquod in locis publicis affigere, quibus notum aliquid omnibus fit. Cic. *pro Quint.* De quo libelli in celeberrimis locis proponuntur huic ne pertie quidem certè tacitè, obscuréque conceditur. Per libellos respondere postulatoribus, Suet. *in Neron. cap.* 15. ¶ Libellos signare, sive subnotare dicitur is, qui libellis supplicibus, quas vulgus *requestas* vocat, respondet. Plin. *in Epist.* Sedeo pro tribunali, subnoto libellos, conficio tabulas. Pro eodem legitur & libellos agere, ut *in l. scriptum de distr. pign.* Rescriptum est ab Imperatore, libellos agente Papiniano, i. Papiniano libellis apud Imperatorem præfecto. ¶ Apud leguleios libellus diversis modis dicitur. Nam est libellus accusationis, conventionis, repudij, & hujusmodi. ἔγκλημα, πρόσκλησις, ἀπόκρυμμα.

Libellŭlus, diminutivum à libellus. βιβλίδιον. Hieron. In præsenti libellulo edoceat.

Libellūria: Cujac. *t. de feud. tit.* 2.

Libellarius contractus est venditio, quæ fit scriptura interveniente certo prezio, & hoc ampliùs, certâ pensione constitutâ in annos singulos, & hac plerunque lege, ut stato condictóque tempore contractus renovetur rursus, numerato pretio, certo, vel arbitrario.

Libellāticus. Qui metu supplicitorum eò pertrahebãtur, ut idolis etiam sacra facerent, Sacrificati dicebantur, iidémque Thurificati. Qui non incendissent quidem thura idolis, sed tamen per libellos tantùm nomina dedissent. Libellatici vocabantur. Cypr. *lib.* 4. *Epist.* 2. Ex Fraſmo in Cyprianum.

Libellio, nis. masc. gen. Veteribus dicebatur, quem nos *Tabellionem* vocamus. {γραμματεύς. Gal. *Porteur de lettres, Notaire, Tabellion.* Ital. *Porta lettere, notario.* Germ. Ein bott oder brieffträger. Hisp. *Mensajero, escrivano.* Angl. *A carier of letters, a notar.*} Varro; Tum ad me ferunt, quod libellionem esse dicebant. ¶ Accipitur interdum pro librario qui libros scribit, & vendit. Stat. 4. *Syl. ad Plotium.*

*Sed Brutes senis officiationes.*
*De capsa miseri libelliones,*
*Emptum plus minimo esse Cæsone,*
*Dicas.*

Librārĭus, a, um, quod ad libros pertinet. {χαρτικός. Gal. *Qui appartient à livres.* Ital. *Ciò che appartiene à libri.* Germ. Das zu den büchern gehört. Hisp. *Cosa perteneciente à libros.* Angl. *Belonging to bookes.*} ut, Atramentum librarium, quo libri scribuntur quemadmodum furorium, quo coria: & tectorium, quo parietes denigrantur. Plin. *lib.* 35. *c.* 6. Omne autem atramentum Sole perficitur, librarium, & tectorium, glutino admisto. Taberna libraria, in qua libri venales prostant. βιβλιοπωλεῖον. Cic. 2. *Philipp.* Quum tu illum in foro spectante populo Romano, gladio strictò insecutus es: negotiúmque transegisses, nisi ille se sub scalas tabernæ librariæ conjecisset.

Librārĭus, ij, substantivum, qui libros manu sua mercede describit. {βιβλιογράφος. Gal. *Libraire, écrivain de livres.* Ital. *Copiatore, copista.* Germ. Ein buchschreiber / der umb lohn bücher schreibt. Hisp. *Librero, ò el escriviente que escreve los libros.* Angl. *A scrivener, a booke writer.*} nam qui eos vendit, Græco nomine Bibliopola dicitur, βιβλιοπώλης. Cic. *pro leg. Agrar.* Aliquando tandem me designato, lex in publicum proponitur, concurrunt jussu meo plures uno tempore librarij, describtam legem ad me afferunt. Liv. 8. *bell. Maced.* In L. Scipione malim equidem librarij mendum, quàm mendacium superioris esse in summa auri atque argenti. Horat. *in Arte.*

*Ut scriptor si peccat, idem librarius, usque*
*Quamvis est monitus, venia caret.*

Plin. *lib.* 7. *c.* 15. de insigni memoria Julij Cæsaris, Epistolas verò tantarum rerum quaternas pariter librariis dictare, aut si nihil aliud ageret, septenas. Ad librarios suos ita respiciunt, ut sportulam dictare videantur. Quintil.

Librārĭŏlus, i, diminutivum à librario. {γραμματιδεύς. Gal. *Petit libraire, ou écrivain de livres.* Ital. *Piccolo libraro, ò scritore de libri.* Germ. Ein burtschreiberlin. Hisp. *Pequeño libraro, ò escriviente de libros.* Angl. *A litle scrivener or writer of bookes.*} Cic. *ad Attic. lib.* 4. Et jam velim mihi mittas de tuis librariolis duos: quibus Tyrannio utatur glutinatoribus Idem *t. de legib.* Cujus loquacitas habet aliquid argutiarum: nec id tamen ex illa erudita Græcorum copia, sed ex librariolis Latinis.

Librārĭa, æ, substantivum. Taberna in qua libri prostant. {βιβλιοπωλεῖον. Gal. *Librairie, bibliotheque.* Ital. *Libraria.* Germ. Ein buchladen. Hisp. *La libreria de libros.* Angl. *A shope wherein bookes ar sold.*} Gell. *lib.* 5. *c.* 4. Apud Sigillaria forté, in libraria, ego, & Lucius Paulus Pœta, vir memoria nostra doctissimus, consedebamus.

Librārium, ij, Theca est, sive scrinium quo libri continentur. {τὸ βιβλιοφυλάκιον. Gal. *Un garde livre, ou regist, Bibliotheque.* Ital. *Cosa ò altro luoco da guardare i libri.* Germ. Ein buch kammer / liberey. Hisp. *Grussso registro, lugar para guardar libros.* Angl. *A cheste to keep bookes or any like thing.*} Cicer. *pro domo sua.* Exhibe, quæso, Sexte Clodi, librarium illud legum vestrarum, quod te aiunt eripuisse è domo, & ex mediis armis, turbâque nocturna, tanquam Palladium sustulisse.

Libĕr, æ, Jovis & Cereris filia, quæ & Proserpina dicitur. κόρη. Cic. 1. *de nat. deor.* Liber Cereris filius & frater Liberæ.

Lĭbĕt, verbum impersonale, idem significans quod Placet: à labendo (ut Varro inquit) quòd quæ placent in mentem prolabantur. {ἀρέσκει *pareh. δοκεῖ. ἐπιχαίρω.* Gal. *Il plaist.* Ital. *Piace.* Germ. Es gefellet mir es gefält mich. Hisp. *Agrada, ò plaze.* Angl. *It pleaseth, it lyketh well.*} Duo habet præterita, libuit, & libitum est. Plaut. *in Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Cur id ausus facere? B. libuit. id est sic volui, sic placuit mihi. Idem *Asinar. sc.* 1. *a.* 1. Si quid te volam, ubi eris? L. Ubicunque libitum erit animo meo. Tibull. *lib.* 4.

*Seu libeat curvo brevium contendere gyro:*

Ibidem.

*Seu libeat dupl icem, seu junctum cernere Martem.*

Ut voles, ut tibi libebit, legem Imponito. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Qua lubeat nubant dum dos ne fiat comes. Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 3. Vbi liber, coga. Idem *Men. sc. ult. a.* 5. Ubi libet, ire licet accubitum. Idem *Mil. sc.* 4. *a.* 2. Idem *Curc. sc* 3. *a.* 4. Vbi restitetas? Vbi mihi libitum est. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Libet. Quid libet? *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Libet potare, armare, &c. Idem *Mostell. sc.* 1. *a.* 1. Nunc dum tibi liber, licétque, es, pota, perde rem. *Ibid.* Qui lubet ludibrio habere me? Idem *Menech. sc.* 4. *a.* 1. Non licet te colloqui? B. At mihi non libet. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Age jam, quando tibi libet, peri. Idem *Merc. sc.* 4. *a.* 2. Vt tibi libet. quid tibi libebit fac. Idem *Amph.* Aliud cura quid libet. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 1. Quid ista tibi factio est? MI. Quia mihi libitum est Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 3. Age ut libet Idem *Men. sc.* 5. *a.* 5. Quod tibi libet, idem mihi libet Idem *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. ¶ Hinc fit Quamlibet. Ovid. *Eleg.* 6. *lib.* 4. *Trist.*

*Quamlibet exiguo feliciter imbre vetemus.* (navis.)

Et *eod. lib.* 4. *Eleg.* 7.

——— *cur non tua dextera versum*
*Quamlibet in puncti officiosa fuit.*

¶ Hinc etiam Collibet, penult. corr. vel Collubet: collibuit, collibitum est, Collibere, idem quod libere. Terent. *in Eunuch.* Siquid collibuit, novi te. Colum. *lib.* 11. *cap.* 1. Factorus mox, si collibuisset, quod nunc aggredior.

Lĭbens, tis. Volens voluntarius gaudens. {רצון *radhih* רוצה *retzêh* εὐδοκῶν. Gal. *Qui volontiers & de son bon gré fait quelque chose, volontaire.* Ital. *Che fa da se & volontieri, fatiue.* Germ. Gutwillig, gern. Hisp. *A plazible y de buena gana.* Angl. *Willing, that doth a good will to do any thing.*} Cic. *ad Attic. lib.* 10. Si vis [illegible] ces: si falsa, me libente capies mihi hunc errorem. Idem [illegible]

Eamque

Ĕámque animis vestris, aut libentibus, aut æquis rem irritis. Gratu libéntque do, cedo. (commodata.) Sen. *exp.* 11. *de tranq.* Me libente feceris. Plaut. *Curc. fr.* 1, *s.* 6. Duorum hominum labori parsissem lubens, Idem *Pseud. fr.* 1. *s.* 1. Ut ego hunc auscultо lubens. Idem *Aul. fr.* 5. *s.* 3. Ædepol me libente facies. Idem *Amph. fr.* 3. *s.* 2. Complectere. Facio lubens. Idem *Asin. fr.* 3. *s.* 3. *Liv. lib.* 9. *bell. Pun.* Ut modicas injurias non æquo animo pati, sed propè libenti videri possent. Cic. *ad Attic. lib.* 4. Illam porticum redemptores statim sunt demoliti libentissimis omnibus. Lubentissimo corde atque animo. Plaut. *Pseud. fr.* 1. *s.* 5.

Libēns, autore *Donato*, interdum adverbij significatione ponitur pro libenter. ἑκουσίως. Terent. *in Andr.* Fugin' hinc? n. Ego verò ac libens.

Libēnter, Non gravatè, æquo gratóque animo. ἑκουσίως, ἀσμένως. Gal. *Volontiers.* Ital. *Volentieri.* Germ. Gern. Hisp. *De buena gana.* Angl. *Willingliesweith a good will.* Cicer. 4. *Acad.* Itaque quum aliud diceret atque sentiret, libenter uti solitus est ea dissimulatione, &c. Horatius 2. *Epod.*

*Dicet enim citiùs mentiqué libentiùs illud,*
*Quod quis deridet, quàm quod probat, & veneratur.*

Libenter vivere, & cœnare, autore *Donato*, est bonorum ciborum edacem esse. Terent. *in Eunuch. fr.* 9. *s.* 5. tu herele cum illa Phædria. Et libenter vivis: etenim bene libenter victitas. Frigida non lavi magis libenter, Plaut. *Mast. fr.* 3 *s.* 1. Ut te libenter videam cùm ad nos venerit. *Ibid. fr.* 3. *s.* 3. Verbis conceptis libenter perjurabis. Idem *Asin. fr.* 2. *s.* 3. Liberi lubentius sumus, quàm servi. Idem *Capt. fr.* 2. *s.* 1. Nimio edo libentius. Idem *Merc. fr.* 6. *s.* 5. Item libentissimè loqui de aliquo. Senec. *cap.* 3. *de consol. ad Marc.*

Libēntĭa, æ. Voluptas, illecebræ. ערות *hedonáh* עריות *ervóth.* *ἡδονή.* Gall. *Volupté.* Ital. *Voluptà.* Germ. Wollust. Hisp. *Deleyte.* Ang. *Will, Pleasour.* Gell. *lib.* 15. *cap.* 2. Cui libentiæ gratiæque omnes conviviorum incognitæ sunt.

Libīdo, inis, Cupiditas, extraordinarium desiderium. עגבה *hagbáh* תאוה *taaváh.* *ἐπιθυμία, ἐπιθυμητόν.* Gal. *Plaisir, volupté desordonnée, appetit déreglé, paillardise.* Ital. *Libidine, appetito disordinato di lussuria.* Germ. Mutwillen, tode ungezämpte und unordentliche begird. Hisp. *Gana, antojo, luxuria.* Angl. *Lust, sensualitie, unlawfull appetite or will.* Ferè semper in deteriorem partè accipitur. Plaut. *in Epist.* Nequam es homo Epidice, cui libido est malè loqui. Tametsi verò multarum rerum libidines sint, tamen quum libido dicitur, neque cujus rei libido sit additur, non ferè solet animo occurrere, nisi illa qua obscœnæ partes corporis excitantur. Cic. 4. *Tusc.* Voluntas est, quæ quid cum ratione desideratique quæ autem adversùs rationem incitata est vehementius, ea libido est, vel cupiditas effrænata, quæ in omnibus stultis invenitur. Salust. *in Catil.* medium vocabulum esse ostendit, quòd tam in meliorem, quàm in deteriorem partem accipi possit, hoc est, pro voluptate tam honesta, quàm inhonesta. Magisque (inquit) in decoris armis, & in militaribus equis, quàm in scortis, & conviviis libidinem habebant. ¶ Libido nauseæ, id est, cupiditas vomendi. Caro *c.* 156. Ubi libido veniet nauseæ, cùmque apprehendet, decumbat, purgétque sese. Plaut. *Pseud. fr.* 5. *s.* 1. Libido est ludos tuos spectare Pseudole. Et *Men. fr.* 1. *s.* 1. Libido major fugere est vinctis. Ad libidinem honores cepit. Sueton. *in Cæs. cap.* 76. ¶ Libido pro nimia Veneris appetentia. Tacit. *lib.* 17. Avaritia & libidine fœdus & maculosus. ¶ Libido urinæ, mingendi appetitus. Gell. *lib.* 19. *cap.* 4. Quærit cur accidat, ut eum, qui propter ignem diutiùs steterit, libido urinæ lacessat. ¶ Libido opponitur rationi. ut, Libidine, non ratione rem alienam agere. Cic. *pro Quint.* ¶ Libido equina, i. furiosa, immensa & incitatissima. Prudentius,

*Advena quos profugus gignens, & equina libido*
*Iatulis Italia: Tonsum namque ille puellis*
*Primus adhinnivit simulato nomine machum.*

Ob id dixit Horat. 1. *Carm. Ode* 25.

*Quum tibi flagrans amor & libido,*
*Quæ solet matres furiare equorum,*
*Sæviet circa jecur ulcerosum.*

Libidĭnōsŭs, a, um, qui in libidinem propensus est, venereus, salax. עז *hagbéh.* *ἀκρατής, ἀκόλαστος, ἀφειδής.* Gal. *Impudique, sujet à son plaisir desordonné, abandonné à paillardise.* Ital. *Lussuriosо, libidinoso.* Germ. Geyl, mutwillig, bösen lüsten ergäben. Hisp. *Luxurioso.* Angl. *Lust full, ben to pleasure.* Cic. *de senect.* Libidinosa enim & intemperans adolescentia effœtum corpus tradit senectuti. Plin. *lib.* 11. *cap.* 39. Libidinosiores hominum quoque hirtos colligeos. Quintil. *lib.* 6. *cap.* 4. Libidinosior es quàm ullus spado. Libidinosas sententias. Cic. *pro domo sua* dixit, quæ pro libidine cujusque feruntur. Libidinosæ dapes dicuntur exquisitæ, & curiosæ. Columell. *in præf. lib.* 10. Mox quum sequens, & præcipuè nostra ætas dapibus libidinosis pretia constituerit, &c.

Libĭdĭnōsĭssĭmŭs, superl. Lamprid. *in Heliog.* Vasa nonnulla schematibus libidinosissimis inquinata.

Libĭdĭnōsè, adverbium, Impotenter, crudeliter, & pro animi libidine. ἀκρατῶς. Gal. *Impudiquement, vent, d'un appetit desordonné.* Ital. *Crudelmente.* Germ. Mutwilliglich. Hisp. *Luxuriosamente.* Angl. *Pathastely, wilfully, or immoderat lust.* Sallust. *in Jugurth.* Pòst ubi paulatim licentia crevit, juxta bonos & malos libidinosè intersicere. Cicer. 1. *Verr.* Ut quæ ille libidinosè, quæ nefariè, quæ crudeliter fecerit. Idem 1. *Offic.* Cavéque ne quid libidinosè aut faciat, aut cogitet. Livius *lib.* 3. *ab Vrbe*, Abstinebatur à patribus, in humiliores libidinosè, crudelitérque consulebatur.

Libĭdĭnŏr, aris, libidinem peragо, voluptati indulgeo. אוה *habáh.* *ἡδονάω.* Gal. *S'adonner à paillardise.* Ital. *Darsi alla lussuria.* Germ. Mutwillen und geylheit treiben. Hisp. *Luxuriar.* Angl. *To give him selfe to sensualitie or lust.* Suet. *in Ner. cap.* 28. Olim etiam quoties lectica cum matre veheretur, libidinatum incestè, ac maculis vestis proditum affirmat.

Libitado, libido, libitum. Flod.



Libethrĭdes, *Λιβηθρίδες*, Fons Musis sacer in Magnesia regiuncula Thessaliæ annexa: ut docet Plin. *lib.* 4. *cap.* 9. & Pomp. Mela *lib.* 2. Sunt qui in Olympo monte libethram urbem fuisse dicant, à Sye torrente funditùs eversam, quum jam olim oraculo prædictum esset, fore ut Libethrij *τὸν αὐτὸν* omnes interirent, quùm Orphei ossa Sol inspexisset. Erant autem Orphei reliquiæ in columnæ quadam conditæ, quæ vim imminebat à Deo in Olympum ducenti. Quem in locum quum ingens hominum vis convenisset ut pastorem in somnijs suaviter canentem audirent, evenit ut columna evulsa Orphei ossa nudarentur: eodémque die torrens nomine Sys supra modùm auctus, Libethrios cum urbe submersit. Vide Cæl. Rhodig. *lib.* 18. *cap.* 22.

Libethrĭdĕs, *Λιβηθρίδες*, dictæ sunt Musæ à Libetra Magnesiæ fonte Musis sacro, & Poëtarum carminibus celebrato: Pompon. Mela *lib.* 2. in descriptione Macedoniæ. Strab. tamen *lib.* 10. autor est, Musas appellatas esse Libethridas, à Libethro Thraciæ monte, quem postea Macedones tenuerunt, sub quo & antrum fuisse ait, Musis Libethridibus à Thracibus consecratum. Virgilius 7. *Eclog.*

*Nympha, noster amor Libethrides, aut mihi carmen,*
*Quale meo Codro, concidite, &c.*

Libēthrĭus, *Λιβήθριος*, Mons est Macedoniæ, teste Lycophrone, habens, ad radicem Pimpleum fontem, Musis consecratum. Alij Libethrion Thraciæ montem esse aiunt, postea à Macedonibus occupatum: ad cujus radicem antrum fuit Musis Libethridibus à Thracibus consecratum. Vide Strab. *lib.* 10.

Libenum, *λιβήνιον, λιβάνιον*, vasculum in sactis dicebatur, quo oleum effundebatur. Jun.

Libidinosus, Libido, vide *Libet.*

Libĭtīnă, æ, Dea, in cujus templo vendebantur, & locabantur ea quæ ad sepulturam pertinebant: ita Dicta à Libitu, vel à Libidine. Plutarch. Venerem fuisse putat, reddítque rationem *in Problematibus*, quare Romani ea, quæ ad pompam funebrem spectant, in Veneris templo voluerint asservari; ut scilicet eo ipso humanæ fragilitatis admoneremur, certò scientes exitum ab ortu non procul abesse, cùm eadem dea morientibus præsit, & vitam ingredientibus. Alij malunt esse Proserpinam Plutonis uxorem, quàm quòd inferorum crederetur regina, mortuis præesse putabant, ideóque etiam ea quibus mortui exornati veluti ad inferos deducuntur, in ejus templo voluerint asservari. Libitina Venus, vel Proserpina, Plutarch. *in Num.* ¶ Quandoque Libitinam positam legimus pro ipso apparatu funebri, quem Libitinarij in usu exequiarum locabant. τὰ ἀναγκαῖα τῶν τεθνηκότων, ἐπιτήδεια. Gal. *Dépense de funerailles.* Ital. *Spesa & apparecchio de funerali.* Germ. Der todten oder rüstung zu einer begrebnuß. Hisp. *Gastos de funerallas*, ὁ *honras.* Liv. *lib.* 4. In urbe tanta fuit pestilentia, ut vix nunc Libitina sufficeret, ad suppeditanda scilicet funeribus necessaria. Suet. *in Nerone*, Pestilentia unius autumni, qua triginta funerum millia in rationem Libitinæ venerunt. Erant autem rationes quas conficiebant ij, qui in æde Libitinæ locabant ea, quæ ad funebres pompas pertinerent. ¶ Exercere Libitinam dicebantur ij, qui in æde Libitinæ præerant locandis, vendendisque iis, quæ necessaria erant funebrem pompam instructuris. *Valer. Max.* Quin tunc Libitinam exercebant, tum rerum suarum usum, tum ministerium suum gratuitum polliciti sunt. ¶ Sed quoniam in æde Libitinæ locabantur necessaria ad funebrem apparatum, hinc factum est, ut Libitina aliquando pro morte, seu pro lecto quo mortui ferebantur, caperetur. Horat. *lib.* 3. *Od.* 30.

——— *multaque pars mei*
*Vitabit Libitinam.*

Libĭtĭnārĭus, ij. Propriè dicitur is, qui locat, aut vendit ea, quæ ad pompam funebrem sunt necessaria, vel qui curam habet perficiendorum funerum. ὁ τὰς θήκας. Gal. *Celuy qui fait mestier d'ensevelir les morts, & faire sepultures & funerailles.* Ital. *Colui che vende, ò presta à prezzo, & dà à nolo quelle che si appartiene alla pompa di morti.* Germ. Der todtding so zu einer begrebnuß vonnöten sind, zurüst, verfüret oder verkaufft, etwa todtengräber. Hisp. *El que apareja cosa de funerales.* Angl. *He thath selleth which beneedefull for burialles.* Tractum est nomen à Libitina dea, in cujus æde asservabantur ea, quæ ad institutionem funebris pompæ erant necessaria. Ulpian. *l. quicunque, ff. de institor. action.* Si libitinarius, quem Græci ταφικὸν vocant, servum polinctorem habuerit, isque mortuum spoliaverit, dandum in eum quasi institoriam actionem. Ex quibus verbis patet, libitinarij munus honestius fuisse, quàm polinctoris. Habebant enim libitinarij domi suæ servos, quorum operâ utebantur ad polincienda, hoc est, ad abluenda, ungenda, & consuenda cadavera. Itaque & polinctores vocabantur, à poliendis cadaveribus. Designatores autem dicebantur, qui pompam funebrem instruebant, & cuique incedendi præscribebant locum: quos Græci ἡγεμόνας appellant. De quibus latiùs *suis locis.* Seneca *de benefic.* An tu Aruntium, & Ateium, & cæteros qui captandorũ testamentorum artem professi sunt, non putas eadem habere, quæ designatores & libitinarios, vota?

Libo, nis, Romanus civis fuit, qui Romæ in Comitio puteal primus extruxit, quod ideirco Libonis puteal dicitur ab Horat. *lib.* 1. *Epistol.* 19.

*Ennius ipse pater nunquam, nisi potus ad arma*
*Prosiluit dicenda, sarum, putealque Libonis*
*Mandabo siccis, adimam cantare severis.*

Libo, as, Leviter degustо, & quasi primis labris attingo. נגף *nasách.* *λείβω.* Gal. *Gouter d'une chose, remuer en mouillet seulement les levres.* Ital. *Gustare leggiermente, assaggiare.* Germ. Bloß versuchen, mit den lefftzen anrüren. Hisp. *Gustar.* Angl. *To taste.* Sunt qui libare dictum putant, quasi labiare: quum tamen constet verbum esse Græcum. Illi enim dicunt λείβω, quod nos, e diphthongo in i longam commutata, vertimus libo. Virg. *lib.* 4. *Georg.*

*Purpureúsque metunt flores, & flumina libant.*

Quandoque ponitur pro leviter tangо. Virg. 2. *Æneid.*

*Ossula libavit gnata.*

Quandoque partem Dis dare. Vide *Libamina.*

*Libaque quod sacris pars datur inde focis,*

Ovid. 5. *Fast.* Idem 1. *Fast.*

*Inde triumphata libasti munera gentis,*
*Templaque fecisti.*

Vide *Libamen*, & *Libum.* ¶ Quandoque pro sacrificare ἀπαρχὴν, ἢ ἀπαρχὰς προσφέρειν τινί. Virg. 3. *Æneid.*

——— *tendéque supinas*
*Ad cælum cum voce manus, & munera libo*
*Intemerata fero.*

Cic. *lib.* 3. *de legib* Certas fruges, certásque baccas sacerdotes publicè libanto. Lactant. *lib.* 5. *divin. instit.* Nihil enim sancta ac singularis illa majestas aliud ab homine desiderat, quàm solam innocentiam: Quam si quis Deo obtulerit, satis piè satis religiosè libabit. ¶ Aliquando ponitur pro Decerpo, & colligo. Autor ad Herenn. *lib.* 4. Vide ne facias impudenter, qui tuo nomine velis ex aliorum laboribus libare laudem. Cicer. *lib.* 5. *Tusc.* Sed à te impetrare libenter velim, nisi molestum sit, quoniam nulla vincula te impediunt ullius certæ disciplinæ, libásque ex omnibus quodcunque te maximè specie veritatis movet. ¶ Hujus verbi composita sunt, Delibo, prælibo, prolibo, penule. prod.

Libātus, participip. Decerptus. {מנוסך *missách.* λοιβὴ *is.* Gal. *Gousté, extrait, ou cueilly* Ital. *Gustato, scielto.* Germ. Gesamlet, abgeklaubet. Hisp. *Gustado, cogido.* Angl. *Tasted, taken out of.*} Cic. 2. *de divin.* Naturale quod animus arriperet, aut exciperet extrinsecus ex divinitate, unde omnes animos haustos, aut acceptos, aut libatos haberemus. Ovid. 5 *Fastor.*

*Faleiferæ libata sani duo corpora gnatæ*
*Mittere* (i. dicata.)

Libāmĕn, ĭnis, Libamentum, i. & libatio, nis, pro eodem sumuntur, significántque quicquid in sacris libaturâ libero patre (ut nonnulli putant) qui primus Jovi libavit. {נסך *nésech, σπονδὴ, σπονδεῖον.* Gal. *Ce qu'on offre en sacrifice, offrande.* Ital. *Cosa offerta in sacrificio.* Germ. Ein opffer. Hisp. *Cosa ofrecida en sacrificio, ofrenda.* Angl. *A sacrifice, any thing tasted and sacrificed.*} Ovid. *lib.* 3. *Fast.*

*Nomine ab auctorè ducunt libamina nomen.*

Liber enim qui Bacchus dictus est, quum victor de Scythis aliisque nationibus extitisset, eorum primitias magno Jovi obtulit. Verisimilius tamen videtur, hæc omnia deducta esse à verbo Græco λείβω. Cic. 1. *de legibus*, Quod tempus ut sacrificiorum libamenta serventur, forensque pecorum, quæ dicta in lege sunt, diligenter habenda ratio intercalandi est. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10. Præterea in aras addita ea, traditur libamenta non amburi Virg. 6. *Æneid.*

*Ignibus imponit sacris libamina prima.*

Valer. Flacc. *in Argonaut.*

*pingui cumulat libamine flammam.*

Stat. 3. *Syl.*

*Hæc ego nascentes lætus Bacchatus ad aras*
*Libamenta tuli.*

¶ Libamentum dare, gustum dare Senecæ, i. præbere aliquod specimen. ¶ Dare libamentum ex Dialectica, Gell. *cap.* 8. *lib.* 16. Vide *Delibo.*

Libātio, Libamentum, degustatio quæ in sacrificiis fieri solebat. {נסך *néchech, σπονδὴ, σπονδεῖον.* Gal. *Offrande, ou offerte qui se fait à Dieu, sacrifice.* Ital. *Offerta che si fa à Dio, sacrificio.* Germ. Opffrung, verstuchung. Hisp. *Ofrenda que se haze à Dios, sacrificio.* Angl. *A tasting in sacrifice.*} Cic. *de Arusp. resp.* Te appello Lentule, tui sacerdotij sunt tensæ, cutricula, præcentio, ludi, libationes, epulæque ludorum.

Libatorium, crater, quo fundituri libamen in sacris.

Libonōtus, λιβόνοτος, ventus quidam. Senec. *nat. quæst. lib.* 5. *c.* 16. A meridiano ære cognotus est, deinde notus, Latinè auster, dein Libonotus, qui apud nos sine nomine est. Veteres exemplaria habent *Leuconotus.* Matthæus Fortunatus probat, quod est in vulgatis, *Libonotus.*

Lĭbum, i. Genus dulciarij cibi, ex farre, caseo, melle, & oleo. {חלת *challáh.* ψωμὸς. Gal. *Un gasteau, ou une torte.* Ital. *Focaccia, torta.* Germ. Ein gattung eines süssen kuchen / ein opfferkuch. Hisp. *Torta.* Angl. *A wafer made of cleane wheat with hony and oile.*} Virg. *lib.* 7.

——— *& adorea liba per herbam*
*Subjiciunt epulis.*

Dictum est autem libum à verbo Græco λείβω, quod nos mutata ει diphthongo in i longum, dicimus libo. Solent enim liba sacrificiis adhiberi. Alij volunt à Libero patre dictum esse libum: quod etiam indicat Ovid 5. *Fast.*

*Liba dies fiunt, sucus quia dulcior ille*
*Gaudet, & à Baccho mella reperta ferunt.*

Et *paulò pòst.*

*Mella pater fruitur, libóque infusa calenti*
*Lare repertori splendida mella damus.*

Quo pacto autem fieri soleat libum, docet Cato *de re rust. cap.* 75. his verbis, Libum sic facito: Caseum bene distere in mortario: ubi bene triveris, farinæ siliginex libram, aut si voles tenerius esse, selibram similaginis solùm eodem indito, permisceto que cum caseo bene: ovum unum addito, & permisceto unà bene: inde panem facito, & folia subdito: in foco calido sub tecta ea coquito leniter. Ovid 3 *Fast.*

*Fingebat trepida rustica liba manu.*
*Atque ita per populum fumantia mane solebat*
*Dividere,*

Idem *ibid.*

——— *Quare*
*Vilia non populo ad sua liba vocet.*

*Eadem.*

*Nomine ab auctoro* (Liberi sup.) *ducunt libamina nomen:*
*Libaque quod sacris pars datur inde focis,*

Idem *lib.* 3. *Trist. Eleg.* 13.



*Libáque dem* (natalis) *pro te, geniale per otium tempus.*

Idem *Eleg. ult. lib.* 4. *Trist.*

*Vna* (natalis meus, & fratris) *celebrata est per duo liba dies.*

Lĭbārius qui liba facit, vel vendit. Senec. *Epist.* 7. Jam libarij varias exclamationes. Gal. *Patissier.*

Lĭbra, æ. ἡ λίτρα, ας, ἡ, quæ & As, & Mina, seu Mna, & pondo dicitur, duodecim constat unciis. {מנה *manéh.* λίτρα. Gal. *Une livre.* Ital. & Hisp. *Libra.* Germ. Ein pfund. Angl. *A pound weight.*} Libra tamen unciarum varietatem accepit: pondo semper idem fuit. ¶ Erat præterea libra apud Romanos mensuræ genus, constabat ex duodecim partibus æqualibus, quas similiter Uncias vocabant. Hanc autem mensuram ad differentiam ponderis, *libram mensuralem* vocabant, vel libram mensuram: alteram autem quâ res appenduntur, hoc est, pondus ipsum, *Libram ponderalem*, vel libram pondo. Erat autem libra mensuralis, teste Galeno *lib.* 1. *de compos. medicament.* mensura cornea, quâ oleum admetiebantur Romani, interiecta lineis quibusdam dividentibus ipsam in duodecim partes. ¶ Hujus verò libræ pars duodecima, hoc est, interstitium inter duas lineas, Uncia vocabatur. Libarum septemdecim de adolescentulo. Sueton. *in August. cap.* 44 ¶ Potrò quantum differat libra mensuralis in pondere à libra ponderali, docet idem Galenus *eodem operis lib.* 6. ostendens libram mensuralem, æqualem esse decem unciis ponderalibus, hoc est, duabus unciis minorem esse libra ponderali. Cotneis autem mensuris oleum apud Romanos vendi consuevisse, ostendit etiam Horat. *lib.* 2. *Serm. Satyr.* 1.

*At nisi mutatum parcis diffundere vinum, &*
*(Cujus odorem olei nequeat perferre) lituram*
*Ille repotia, natales, aliúsve dierum*
*Festos albatus celebret) cornu ipse bilibri*
*Caulibus instillat, veteris non parcus aceti.*

Laserpitij libram pondo diluunt. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. ¶ Item, Per assem & libram adoptare. Suet. *in August. cap.* 64. Et per æs & libram facere testamentum, & emancipare familiam. Gell. *cap.* 27. *lib.* 15. ¶ Propriè autem libra instrumentum est, quo res ponderantur, duas habens lances, ex quarum depressione, vel elevatione justum rei pondus deprehenditur. Unde etiam bilancem vocant. Cic. 5. *Tusc.* Quo in loco quæro quam vim habeat libra illa Critolai, qui quum in alteram libræ lancem animi bona imponebat, in alteram corporis externa, tantum propendere illam boni lancem putat, ut terram & matia deprimat. Pers. *Sat.* 4.

*Seu crassum libræ libratum pondus in assem*
*Ancipitis librat.*

Cic. *lib.* 5. *de finib.* Virtutis autem amplitudinem quasi in altera libræ lance ponere. Statera verò, instrumentum quo res sine lancibus ponderantur. ¶ Est & libra cæleste signum, quod Cæsaris ætate octavo, hodie decimotertio Calend. Octobr. Sole ipsum ingrediente, æquinoctium facit autumnale. Virg. 1. *Georg.*

*Libra die, somnique pares ubi fecerit horas.*

Plin. *lib.* 18. *cap.* 25. Alterúmque æquinoctium Libræ. Ovid. 4. *Fast.*

*Pendula cælestes libra movebat aquas.*

Seneca *Hercul. furen.*

*Libra Phœbeos tenet æqua currus.*

Ad libram fecerat turres, Cæsar, *lib.* 3. *de bell. civ.* Libra etiam instrumentum est fabrile, seu potiùs geometrica machina, quâ exploramus altitudinem maris, fontium, lacuum, vel fluviorum. num scilicet altiora sint eo loco, quò ea ducere constituimus. Quanquam etiam non raro Libræ vocabulum usurpamus pro ipsa altitudine, quam machinâ hujusmodi deprehendimus. Undè lacum dicimus esse pari libra cum mari, id est æquali altitudine. Item fontem dicimus esse infra libram montis, cujus scaturigo monte est inferior. Colum. *lib.* 8. *cap.* 1. Si autem locus ubi vivarium constituere censemus, pari libra cum æquore maris est in pedes novem defodiatur piscina. Et *paulò pòst*, Quoniam modus ille aquæ jacentis infra libram maris non aliter exprimitur, quàm si major recentis fieri vis necesserit. *Frontinus*, Aquæ omnes diversa in urbem libra perveniunt, i. diversa altitudine. ¶ Idem instrumentum, & libella appellatur per diminutionem. Colum. *lib.* 8. *cap.* 1. Hos autem meatus fieri censemus per imam concepti partem, si loci situs competet, ut in solo piscinæ posita libella septem pedibus sublimius esse maris æquor ostendat. ¶ Ponitur quoque pro libramento. Plin. *lib.* 10. *cap.* 36. Contra flatus quoque pervicax libra Bononiensibus calamis.

Libĕlla, æ, diminutivum, Scater, instrumentum quo ponderamus. {שלש *péles* מאזנים *mozenáym.* ζυγὸς. Gal. *Balance.* Ital. *Bilancia.* Germ. Ein wag. Hisp. *Balança.* Angl. *A balance.*} Aliquando pro pondere duodecim unciarum. {מנה *manéh.* λίτρα. Gal. *Le poids d'une livre.* Ital. *Peso di una libra.* Germ. Ein gewicht zwolffer unntzt das als Römisch pfund / thut unsers gewichts 24. lot. Hisp. *El peso de una libra.* Angl. *A pound weight.*} ¶ Aliquando etiam pro numulo argenteo, qui & as dicitur. Cicer. 4. *Verr.* Ecquis Volcatio, si sua sponte venisset, unam libellam dedisset? Libellam pro asse dixit, quod libram æris valebat, id est, assem. Quum autem minimam pecuniam significare volebant, assem & libellam dicebant. Plaut. *in Capt.* At ob eam rem mihi libellam pro argenti ne duis. Libella argenti idem dicitur, quòd numulus erat argenteus decima pars denarij. Cic. *ad Attic. lib.* 7. Fecit pulchrè te ex libella, me ex trunicio, hæredem nimirum. Tibi libellam argenti nunquam credam. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Cui usquam libella est, *Ibid. sc.* 7 *a.* 4. Cui neque numus argenti fiet, cui nec libellæ spes sit usquam gentium. *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. ¶ Libella etiam est fabrile instrumentum, quod nostrates (autore Budæo) *Nivellam* appellant. {τὸ ἀνακλαστικὸν, ἢ μολυβδίνη. Gal. *Un niveau, un plombet.* Ital. *Piombino da guastatori.* Germ. Ein richtscheit oder bleywag. Hisp. *El nivel para nivellar.*} Plin. *lib.* 7. *cap.* 56. Fornicem autem, & libellam, & totum, & clavem Theodotus Samius invenit. Idem *lib.* 36. *cap.* 21. Structuram ad normam, & libellam, & ad perpendiculum respondere oportet. ¶ Item piscis, ζυγαινα.

Libĕlla,

Librālis, e, quòd est unius libræ. ¶ Ἀσσάριος. Gal. *D'une livre.* Ital. *D'una libra.* Germ. pfundig. Hisp. *Cosa de peso de una libra.* Angl. *That is a pound weight.* ¶ Plin. *lib.19. cap.2.* Excedunt sæpè magnitudinem mali coronei, etiam libeali pondere. Librales offæ, quæ libræ unius pondus exæquant. Colum. *lib.1. cap.2.* Post hæc deductis malis, educito linguam, torumque eorum palatum sale defricato, libraléque offas in præsulsæ adipis liquamine tinctas, lingula demittito.

Librārius, a, um, à Libra, quod est ponderis unius libræ. ¶ Ἀσσάριος. Gal. *De livre* Ital. *Di libra.* Germ. Das eines pfunds wigt. Hisp. *De libra.* Angl. *Of a pound weight.* ¶ Colum. *lib. ult. cap.13.* Caro in libraria frusta conciditur. Hoc est, quorum singula singulas libras pondere adæquarent. Librarij asses olim. Gell. *lib.20. cap.1.*

Librāria, à libra, quo nomine significatur ancilla, quæ præficitur partiendis pensis. Iuven. *Satyr.6.*

——— ——— *si nolle maritus*
*Aversum jacuit, perit libraria, pensus*
*Cosmeta tunicam.*

Libratior, comparat. Liv. *lib.1. bell. Pun.* Gravior ac pondere ipso libratior superne ac enerratiis ictus erat.

Librīle, Scapus libræ, inquit *Festus*, hoc est, trabs illa transversa, ex qua lances dependent. ¶ Ζυγὸς, σταθμὸς. Gal. *La brayette d'une balance.* Ital. *Il fondo di una balanza.* Germ. Das joch / oder oberste werch daran die wag hangt. Hisp. *Hastil de la balança.* Angl. *The beame of the balance.* ¶ In librili perpenderent. Gell. *cap.1. lib.20.*

Librion. insigne. Lex gr. b.

Libripens, dis. Antiquitùs dicebatur, qui ante argentum signatum, quum Romani adhuc æte gravi uterentur, ex libra pendebat æneа, unde & libripens dictus est. ¶ Ζυγοστάτης. Gal. *Qui tient la balance pour peser.* Ital. *Che pesa tenendo in mano la bilancia.* Germ. Ein wagmeister. Hisp. *El que pesa con balança.* Angl. *A weiger or holder of the balance.* ¶ Plin. *lib.13. cap.3.* Populus Rom. ne argento quidem signato ante Pyrrhum regem devictum usus est. Libralis (unde etiam nunc libella dicitur) & dupondius appendebatur assis. Quare æris gravis pœna dicta: & adhuc expensa in rationibus dicuntur: item impendia, & dependere, Quin & millium stipendiorum, hoc est, stipis ponderandæ pensatores, libripendes dicuntur: qua consuetudine in his emptionibus quæ mancipi sunt, etiam nunc libra interponitur. Ex quibus Plinij verbis clarissimè ostenditur, eum primum dictum fuisse libripendem, cujus officium erat militibus appendere æs grave in stipendium. Postea verò libripendis nomen transisse ad eum, qui in mancipationibus, hoc est, in rerum mancipi venditionibus æneam tenebat libram. Nam apud veteres (ut docet Boëthius *in 3. parte Commentariorum in Top. Ciceronis*) res mancipi, hoc est, quæ nostri suot dominij, alienati non poterant, nisi adhibitis ut minimùm quinque testibus civibus Rom. puberibus, & eo qui libram tenebat, qui vocabatur libripens. Quo autem ritu id fiebat, docet Caius *lib.1. Instit.* his verbis, Est autem mancipatio, venditio. Is qui mancipium accipit, æs tenens ita dicit: Hunc ego hominem ex jure Quiritum meum esse aio, isque mihi emptus esto hoc æte, æneáque libra. Deinde ære percutit libram, idque æs dat ei, à quo mancipium accipit, quasi pretij loco.

Libro, as, Pondero, trutino, æstimo, examino. ¶ פלס *pillés* שקל *sebakál.* Ζωστεύω. Gal. *Peser, balancer, contrepeser.* Ital. *Pesare, ponderare, essaminare.* Germ. Wägen. Hisp. *Pesar con peso.* Angl. *To weighe, to levell, to trie by plumbe rule.* ¶ Plin. *lib.19. cap.1* In priore mitè tenui pediculo librat ur pondus immobile auræ. ¶ Librare aquam, est alias ponderare eam, aliàs autem est librâ explorare altitudinem aquæ. ¶ Aliquando grave reddere. Plin. *lib.11. cap.11.* Apes, si oriatur procella, apprehensi ponduscolo lapilli se librant. Virg. 4. *Georg.*

*Excursúsque brevat tentant, & sæpe lapillos*
*Tollunt, hos sese per inania nubila librant.*

Ovid. 1. *Fast.*

*Et jam finitimæ corpus librarat in herba.*

Idem *lib.3. Fast.*

*Pila cadunt primo & dubia librantur ab aura.*

Pila librata ponderibus figi dicit. Liv. 7. *ab Urbe.* Gravior ac pondere librator ictus. Idem *lib.10 bell. Pun.* ¶ Aves etiam se librare dicuntur, quum velut sagitta arcu excussa, ex alto in terram se præcipitant. Plin. *lib.16. cap.3.* Superest haliæetus clarissima oculorum acie, librans ex alto sese, &c. Ovid. 8. *Metam.*

*(Cretus) ——— geminum epifex librarit in alas.*

¶ Aliquando æquare. Columell. *lib.4.* Sic permensum & libratum opus in similitudinem veracti semper procedit. Idem *lib.6.*

*Et paribus Tuam orbem librarerat hasta.*

Librare ponderibus. Cic. 5. *Tusc.* Unde terra, & quibus librata ponderibus, quibus caverais maria sustineat, &c. librate malleum. Ovid. *lib.2. Metam.*

*Lucifera vitulo dextra librator ab aure,*
*Tempora dispexit clare cava malleus ictu.*

¶ Ponitur interdum pro jaculari, & magna vi aliquid jacere. Virg. 9. *Æneid.*

——— *hinc acrior idem*
*Fert aliud summa telum librabat ab aure.*

Libratio nis. Ponderatio Diomed. *Grammar. lib.3.* Autor hujus librationis Agretius.

Librātor. ¶ Στοχάστωρ. Gal. *Poiseur, sentenier.* Ital. *Scandagliere.* Grx. Ein wäger / ein fleissiger erweger der wasser und brunnen wie hoch man sie hinein leiten könte. Hisp. *Nivelador.* Angl. *That weighes.* ¶ Dicitur qui in ducendis aquis peritiam habet librandi, hoc est, expendendi & examinandi altitudinem fontium, vel lacuum, quando scilicet altiores sint eo loco, quo eos ducere constituimus Plin. *Epist.* Superest ut tu librato rem, vel architectum, si tibi videtur, mittas, qui diligenter exploret, sitne lacus altior mari, quem artificum regionis huius quadraginta cubitis altiorem esse contendunt. ¶ Libratores etiam dicuntur, qui eminùs cum hostibus pugnant, tela, aut lapides, aut glandes torquentes. Hodie tales sunt tormentarij bombardarum, qui vulgò *Cannoniers.* Tacit. *lib.13.* Librariorum fundibulorumque attributus locus, unde eminùs lapides, & glandes torquerent. Idem *lib.2.* Sensit dux imparem cominus pugnam, remotisque paulum legionibus, funditores, librariorumque excutere tela & perturbare hostem jubet.

Librāmentum, i, Æquamentum. ¶ Ἰσοστάσιον, Gal. *Nivellement*, *contrepoids.* Ital. *Agguagliamento, pareggiamento.* Germ. Gewicht. Hisp. *El nivel.* Angl. *Equall poize or weigh be tonge of a balance.* ¶ Columell. *lib.1 cap.5.* Nam ejusmodi politio medium libramentum, temperamentúmque ventorum hyemalium, & æstivorum tenet. Plin. *lib.31. cap.6.* Libramentum aquæ in centenos pedes sursum elici minimum erit. ¶ Libramenta tormentorum, sunt habenæ & lora, seu funes quibus librantur, seu vibrantur tormenta. Tacit. *lib.19.* Vincula & libramenta tormentorum abscidissent. ¶ Libramenta plumbi, sunt massæ plumbeæ in arietes conjectæ & vibratæ. Liv. *lib.8. decad.4.* In arietes telonibus libramenta plumbi, aut saxorum, stipitésve robustos incutiebant.

Librāmen, inis, Ipsa vis ejaculandi & vibrandi. Liv. 2. *lib.2. decad.* 5. Huic spiculo ad libramen parmæ tres, ut sagittis solent, circumdabantur.

Librilla (inquit Festus) sunt instrumenta bellica, sara scilicet ad brachij crassitudinem, in modum flagellorum, loris revincta: indè dicta quòd librari manu, id est, ponderari videantur.

Libraria, Librarius. Vide *Liber.*

Librile, Librilla, Libripens, Libro. Vide *Libra.*

Libs, libis. Λίψ. Ventus ab Occasu hiumali flans adversùs Volturnum: ita dictus, quòd à Libya spiret: quâ ratione & Africus à nostris appellatur. Gell. *lib.2. cap.22.* Plin *lib.2. cap.47.*

Libum, vide *Libo, as.*

Liburnia, æ. Λιβυρνίς. Regio sapta intimum Adriatici sinus recessum sita, inter Istriam, & Dalmatiam: ita dicta à Liburno quodam Attico, si Stephano credimus. Hodie *Croadam* vocant, in ditione Ducum Venetæ.

Liburni, ōrum. Λίβυρνοι. Populi ex Liburnia regione inter Istriam, & Dalmatiam sita. Virg. 1. *Æneid.*

*Antenor potuit medios elapsus Achivos,*
*Illyricos penetrare sinus, atque intima tutus*
*Regna Liburnorum, & fontes superare Timavi.*

Lucan. *lib.3.*

*Pugnacésque mari Graiorum classe Liburnos.*

¶ Liburni item viatores dicti sunt, qui ex agris jussu magistratuum sæpè vocabant cives, sic mènsque eorum via erat ab agris ad urbem. Liburni inde dicti, quòd ferè ex tiburnia orti essent, qui hoc vilissimum officij genus administrabant. Juvenal. *Sat.4.*

——— *primus clamante Liburno,*
*Currit, jam sedit, rapta properabit ab ulna*

Liburnā, æ, vel Liburnica, æ. ¶ Ein Jagtschiff oder rennschiff. ¶ Genus navigij levissimi, velocissimique, quod Liv. 3. *decad. lib.4.* lenem biremem appellat. Λιβυρνὶς. Plutarcho, & Appiano. Ratio nominis tracta est à Liburnis populis in Illyrico, qui olim navibus velocibus usi, Jonium mare infulósque prædabantur. Qua ex causa Romani naves levitate celeri, atque præstantes, Liburnas appellavêre: aut Liburnicas, sicut refert Appianus. Horat. *in Epod.1.*

*Ibis Liburnis inter alta navium*
*Amice propugnacula.*

Suet. *in Augusto*, Utrobique parte liburnicarum demersa, simúlque ejus qui vehebatur fusis armamentis, & gubernaculo distracto. Lucan. *lib.3.*

*Ordine contracta gemino rexisse liburna.*

Firmicus Liburnicum impetum usurpat pro navali. Suet. *in Neron. cap.34.* Liburnica cui præerat Trietarchus.

Liburnum, i. ¶ Ein senffte oder guischen wagen. ¶ Vehiculi, sive lectica genus, ad liburnicæ navis similitudinem constructum, quo principes Romani vehi solebant adeo molliter, ut interim, vel dormire iatus possent, vel legere, vel scribere, aut aliud quidvis non incommodè agere. Iuvenal. *Satyr.3.*

*Si vocat officium, turba cedente vehetur*
*Dives, & ingenti curret super ora Liburna,*
*Atque obiter leget, aut scribet, vel dormiet intus:*
*Namque facit somnos clausis lectica fenestris.*

Liburnus, Λιβυρνὸς, Portus Tusciæ, Ptol. *lib.3. cap.1.* Hodie *Livorna.*

Libyā, æ, & Libye, es. ¶ לוּבִים *Lubim.* Λιβύη. ¶ Tertia pars totius orbis, quam & Africam dicimus, ab Asia, Nilo fluvio: ab Europa mari Mediterraneo divisa. Dicta autem putatur Lybia, quod inde libè venetis flare soleat: seu quod pluvia indigeat propter nimiam siccitatem, ἀπὸ τοῦ βλάπτειν καὶ βίαν. Vel à Libya Epaphi filia, Jovis filij. ¶ Semper adfert Libya mali quippiam, ἀεὶ φέρει λιβὸς τι κακὸν, quod inde Romam monstra deportarentur. Hinc & in mores ingeniúmque deterquerì potest: siquidem, ut est regio venenorum ferax, ita gentis pestilens ingenium. Præcipuè convenit in fœdifragos ac pactorum novatores.

Libys, yos. ¶ לוּבִי *Lubim.* Λίβυς. ¶ Gentile est masculinum, cujus fœmininum est Libyssa, sicut à *Phœnix*, Phœnissa.

Libyēus, a, um, Λίβυος. Virg. 4. *Æneid.*

*Te propter Libyæ gentes Nomadúmque tyranni Odere.*

Libycus campus, agri Argivi pars est, inde nomen habens, quòd illuc primùm fruges ex Libya allatæ sintunde Ceres ipsa ab Argivis Libyssa, cognominata est, teste *Festo.*

Libyca, fera, Λιβυκὸν θηρίον, dicebantur olim in hominem vafrum, callidum, versipellem, variis moribus, anceps ingenio. Quod genus portentum *Cicero*, Catilinam fuisse testatur. Inde natum, quòd in Libya variæ ferarum species sæpenumerò misceantur, atque ita nova quædam hinc monstra spectaculo produci soleant.

leant, Romam à provinciæ præsidibus deportata.

Libystis, idis, λιβυστις. Stephano, à nomine Lybis deductum: quùm tamen analogiæ ratio. Lybissis postulare videatur. Virg. 5. Æneid.

*Hinc Erycina in puppim & pelle Libyssidis ursæ.*

Quo tamen in loco nonnulli *Libyssidu* legere mâluerunt: quàm rectè, ipsi viderint. *Stephanum* certè, à nomine Lybis λιβυης, deducit λιβυϊς δ', λιβυστις, λιβυστις, & λιβυης, putátque ea fieri à genitivo λιβυος, à nomine Libys formato, pleonasmo τὸ υ, quum regularis genitivus sit λιβυ.

Libyās, adis, λιβυας. Iudææ oppidum, Herodis opus, Iordani fluvio ab Ortu adjacens, teste Ptol. *lib.* 5. *cap.* 16.

Libyssa, λιβυσσα. Oppidum fuit Bithyniæ, notissimum Annibalis interitu. Plin. *lib.* 5. *cap.* 32. Fuit & Libyssa oppidum, ubi nunc Annibalis tantum tumulus est.

Libystinus, λιβυστινος. Dictus est Apollo ab his qui Pachinum Siciliæ promontorium incolebat, quòd immissa Carthaginiensibus hostibus pestè penè cunctos subita morte interemit.

Libystis, λιβυστις, Oppidum est Scythiæ Asiaticæ, non procul à Danubij ostiis: cujus meminit Plin. in *descriptione Thraciæ lib.* 4. *cap.* 11.

Licĕo, es, cui, citum. יפר *jabar*. πλειστου πιπράσκομαι, ἀνὰ μάσσης. Gal. *Estre mis à prix, estre apresté*. Ital. *Essere estimato, essere appresiato*. Germ. Geschetzt oder angeschlagen werden. Hisp. *Ser puesto en precio*. Angl. *To be set at a price*. } Antiquum verbum est, sub voce neutra passivam habens significationem: unde à Grammaticis neutrum passivum esse dicitur, quemadmodum væneo, & vapulo, quæ quum voce neutra sint, significationem tamen habent respondentem *vendor*, & *verberor*. ¶ Licere itaque res aliqua dicitur, quum pretium pro ea offertur. Contrà licari dicitur is, qui rei alicujus emendæ animo pretium pro ea offert. ἀνὰ μάσσης. ¶ Indicare autem dicitur venditor, quum merces suas empturo certo æstimat pretio, ἐπιβάλλω. Plaut. in *Men.* — die septimo Auctio fiet. MES. Menæchme. MEN. mane sanè Vænibant servi supellex, fundi, ædes, omnia Vænibunt, quisque licebunt præsenti pecunia, hoc est, quantulumcunque eorum nomine offerretur. Licere dicitur præco apud Martial. *Epigr.* 66. *lib.* 6. & Plaut. apud Fest. in *sub corona* Præco ibi adsit, quique liceat, væneat. Idem *Asin.* fr. 3 a. 3 Ut quantum possit, quisque liceat, væneat. pro quisquis liceat, &c Hor. 2. *Serm. Sat.* 6.

*Contra Lecanium Valeri gentis, unde Superbus*
*Tarquinius regno pulsus fuit, unius assis*

Martial. *lib.* 6.

*Non unquam pretio pluris licuisse.*
*Parvo quàm pretio Ara locavit.*

Cic *Attic. lib.* 12. De Druſi hortis quanti licuisse tu scribis, id ego quoque audieram, &c. ut opinor, heri ad te scripseram.

Licĕor, eris, Pretium offero. ✕ Iudico. } היקר *hekir*. ἐπιτίμημα, ἀποτίμημα. Gal. *Ir ser, ou mettre encherir, apretier*. Ital. *Mettere all' incanto*. Germ. Auff ein feil ding bieten Hisp. *Poner en precio, en almoneda*. Angl. *To offer the price, to prise, to cheapen*. } Plaut. *Stich.* locos ridiculos vendo, agite licemini. Pers. *Satyr.* 5.

*Et centum Græcos curto centusse licetur.*

Hujus verbi præteritum ratione analogiæ deberet esse licitus sum, quod, teste Valla, non est in usu. Eo tamen usus est Cic. 5. *Verr.* Herbitenses quum viderent, si ad Æschrionem pretium rediisset, se ad Arbitrium libidinosissimæ mulieris spoliatum iri, liciti sunt usque eò, quoad efficere posse arbitrabantur. Sueton. in *Cæs.* cap. 20 Publicanos remissionem petentes, tertia parte mercedum relevavit: ac ne in locatione novorum vectigalium immoderatiùs licerentur, propalam monuit. ¶ Licari contra aliquem, Cic. 3. *Offic.* Non licitatorem venditor, nec qui contra se licetur, emptor opponet.

Licĭtātor, is. qui crebrò licetur, quisque pro re emenda conducendâve pretium aliquod majus pollicetur. } ὁ ἀντιπιπράσκων, ὑπερβαλλόμενος. Gal. *Encherisseur, celuy qui met encheres sur ce qu'on vend*. Ital. *Chi mette prezzo all' incanto*. Germ. Der stäts auff ein ding mehr bietet / ein anbieter. Hisp. *El que pone precio en almoneda*. Ang. *He that priseth, or cheapeth*. } Licitatorem apponere, est subornare aliquem, qui coram emptore majus pretium offerat, ut res pluris æstimetur, vendatúrque. Cic. *ad Martium lib.* 7. Nunc quoniam tuum pretium novi, licitatorem potius apponam, quàm illud minoris veneat. Idem *lib.* 3. *Offic.* Tollendum igitur ex contrahendis rebus omne mendacium, non licitatorem venditor, nec qui contra se licetur, emptor opponet.

Licĭtor, aris, Liceor. Quamvis enim frequentativum videatur } verbo liceor, ejusdem tamen omninò est significationis, ut auctor est Valla *lib.* 3. } הקיר *hekir*. ἀποτιμῶμαι, ἐπιτιμῶμαι. Gal. *Mettre prix, mettre encherir*. Ital. *Mettere prezzo*. Germ. Auff etwas bieten Hisp. *Poner en precio, en almoneda*. Angl. *To prise to cheape*. } Cic. *de reb. Alexandr.* Quum habeatis arma, licitamini hostium capita. ἐπιποθεῖτε τὰς κεφαλὰς. Plin. *lib.* 7 *cap.* 38. Aristidis Thebani pictoris unam fabulam centum talentis Rex Attalus licitatus est. ¶ Licitari item, teste *Nonio*, congredi, & pugnare significat. Cæcil. in *Hym.* Quin machæra licitari adversum eum cœpisti sciens. *Ennius*, Pars ludicre saxa jactant, & inter se licitantur. ¶ Licitari dicuntur (inquit *Fest.*) in pugnando, sive mercando contendentes.

Licĭtātio, Oblatio pretii, auctio. } ἀντιπίπρασις. Gal. *Enchere mise sur ce qu'on vent au plus offrant*. Ital. *Prezzo, offerto sopra cosa che si vende*. Ger. Ein bitt auff etwas in schätzung oder etwas veil feyl. Hisp. *Aquella palabra de precio* Angl. *A prising, cheaping*. } Licitationem facere. Cic. 4. *Verr.* Exquisitis palàm pretiis, & licitationibus factis deferebat Censores, &c.

Licĕt, impersonale, Pas est, conceditur, potestas datur. } ἔξεστι, ἐλεύθερόν ἐστι, ἐπιτρέπεται. Gal. *Il est permis, il est licite*. Ital. *E lecito, gli è lecito*. Germ. Es ist erlaubt / mag jmandt gelassen / man darff das. Hisp. *Es licito, es viene*. Angl. *It is lefull, it is permitted*. } Cic. Neque enim licebat locum numini consecratum turpi flagitio contaminare. Virg. 9. *Æneid.*

*Quandoquidem Ausonios conjungi fædere Teucris*
*Haud licitum, nec vestra capit discordia finem.*

Martialis,

*Piscinam peto, non licet natare.*

Ovid. *Eleg.* 9. *lib.* 4. *Trist.*

*Si licet, & patriæ, nomen fatinásque tacebo.*

Cave mutire si veris; licet. (affirmantis.) Plaut. *Most. sc.* 1. *a.* 1. Licénne obsecro petere, an non licet? Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Ut tuo nomine liceat operam dare negotio. Idem *Mers. sc.* 1. *a.* 1. Orant videre ut liceat, (te tam pulchrum.) *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. Licet me scire id quid sit? Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Licéne? (i. facis potestatem ingrediendi domum tuam & quærendi?) respondet, inquire, jubeo. Idem *Mil. sc.* 6. *a.* 2. Licet inforare, si incomitiare non licet? Idem *Cure. sc.* 1. *a.* 3. Si quid vis in illum bene loqui, id loqui licebit. ¶ Non rectè si illi dixeris, vapulabis. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Se excruciat qui non potit (amicam) dum licet. Idem *Cure. sc.* 3. *a.* 1. An arbitramini quidvis licere facere vobis. Idem *Mers. sc.* 6. *a.* 2. Onera maledictis, licet. (i. faciam.) Si meo arbitratu licet, omnes pendeant. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 2. Actutùm hæc parata sint, licet. Idem *Men. sc.* 3. *a.* 1. Concede huc, licet. *Ibid. sc.* 3 *a.* 1. (assentientis) occultemus lumen, licet. Idem *Cure. sc.* 1. *a.* 1. (Concedentis & affirmantis.) Iube hominem arcessi, licet. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 5. (eodem sensu.) Age, recipe acturùm, licet. Idem *Cure. sc.* 3. *a.* 5. (concedentis & festinantis.) I, in malam crucem. Ire licebit tamen tibi hodie tempori. Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Cæsari, cui omnia licent, multa non licent. Senec. *cap.* 7 al. 16. *de consol. ad Polyb.* Non licuerat matri ut hauriret oscula. Idem *cap.* 3. *de consol. ad Marc.*

*Est mihi præterea de quo mihi quærere restat,*
*Si liceat, dixi: Dixit & ille, licet.*

Neminem eorum per Italiam ire licituram. Liv. 2. *d.* 5. Item licessit, pro licuerit? Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Næ iste hercle ab ista non pedem discedat, si licessit. Cicer. 1. *Tuscul.* Idque cùm multis aliis rebus, tum è Pontificio jure, & ceremoniis sepulchrorum intelligi licet. *Ibidem.* Licuit enim esse otioso Themistocli, licuit Epaminondæ. Idem *pro Corn. Balbo.* Si civi Romano licet esse Gaditanum. Quibus in testimoniis hoc animadvertendum est, utroque modo rectè dici, Licet esse mihi otioso, & otiosum. Idem *Attic. lib.* 1. Quo in genere mihi negligenti esse non licet. Idem *pro Flacco.* Cur his per te frui libertate sua? cur denique esse liberos non licet? ¶ Si per te licet, id est, si permiseris, vel si potero, àre non impeditus. Plaut. *in Asin.* Asinaria vúlt esse, si per vos licet. Terent. *in prolog. Heaut.* Dare potestatem mihi silentiam agere, ut liceat per silentium: id est, ut ego possim agere, vobis tacentibus. ¶ Licet absolutè, pro poteris facere. Cicer. *lib.* 1. *de Invent.* Hanc si quis partem putat esse orationis, sequatur Hermagoram licebit. id est, poterit sequi, vel licet ut sequatur. ¶ Aliquando significat facile est. Cicer. *lib.* 2. *Offic.* Licet enim ora ipsa cernere tranquilla, aut eorum, qui aut libidine, aut motu commoti sunt, &c. id est, facile est. Pro liquet, apud Tertull & Plaut. ¶ Aliquando adverbium concedentis est, idem significans quod est. Virg. 6. *Æneid.*

*——— licet ingens janitor antro*
*Æternum latrans exangues terreat umbras.*

¶ Est conjunctio adversativa pro quamvis. } ὅ τι, Gal. *Iaçoit que, nonobstant*, Ital. *Ben che*. Germ. Wiewol ob schon. Hisp. *Aunque*. Angl. *Albeit, altheght*. } Cic. *pro Sexto Rosc.* Licet omnes in me terrores impendeant, subibo.

Licĭtum est, licet. ἔξεστι. Plaut. in *Amph.* Quin introire in ædes nunquam licitum est, id est, nunquam permittitur.

Licĭtus, (adjectivum) a, um, Negotiatio licita. Ulpian. *lib.* 2. *ff. de jure patronat.*

Licĭtum. Cic. *ad Attic. lib.* 2. Quòd nihilo magis ei licitum esse plebeio Reipublicam perdere, quàm similibus ejus, &c.

Licentia, æ, Libertas immodica, impunitas agendi, dicendique quicquid velis. } רשיון *reschjón*. ἐλευθερία, ἄδεια. Gal. *Licence, abandon, liberté*. Ital. *Licenza*. Ger. Erlaubung / nachlassung / gestattung. Hisp. *Licencia, la soltura para malhazer*. Angl. *Licence, leave*. } Terent. Deteriores omnes sumus licentia. Lucan. *lib.* 1.

*Quis furor, ô cives, quæ tanta licentia ferri?*

Quint. Quæ in aliis libertas est, in aliis licentia vocatur. ¶ Aliquando etiam in meliorem partem accipitur, ut idem sit quod libertas. Cic. 3. *Offic.* Nobis autem nostra Academia magnam licentiam dat, ut quodcunque probabile maximè occurrat, id nostro jure liceat defendere. Idem *lib.* 1. *Offic.* Magnis enim illi, & divinis bonis licentiam hanc assequebantur.

*Par fuit exigui similisque licentia Calvi,*

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Licentia gladiatorum, *Villium.*

*——— Non tuta licentia Circi est,*

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Cicero vir acerrimæ in studio literarum licentiæ, &c. Gell. *lib.* 3. *lib.* 15. Libertatem, imò licentiam, Liv. 4. *d.* 5. Licentia ad exitum præcipites. Suet. *in Aug. cap.* 47. Ingens licentia æstuantium aquarum. Seneca *cap.* 18. *de const. ad Marc.*

Licentiatus. doctus, cum dignitate licentiæ.

Licentiōr, is, & licentius, quod immodicè liberum est. } παῤῥησιαστικώτερος. Gal. *Trop abandonné* Ital. *Più licentioso*. Germ. Der mehr zu lobung hatt / fürsichtiger / meisterhafftiger Hisp. *Mas suelto de rienda*. Angl. *Over dissolute*. } Ut, Licentior epistola, in qua nimis liberè scribimus. Plin. *in præfat. naturali. histor.* Licentiore epistola narrare constitui. Licentiora municipia dicuntur nonnulla, quæ multa per licentiam facientia. Licentior vita, id est, dissoluta. Valer. *lib.* 9. *cap.* 1. Licentior dithyrambus. Cic. 3. *de Orat.* Inde ille licentior & durior fluxit dithyrambus Idem *de Orat.* Quid verò licentius, quàm quod hominum etiam nomina contrahebant, quò essent aptiora?

Licentiōsus, a, um. qui nimiâ utitur licentiâ. } παῤῥησιαστικός. Gal. *Trop licencieux, trop hardi*. Ital. *Licentioso*. Germ. Der zůviel freyheit oder erlaubung hatt / mutwilig. Hisp. *Suelto de rienda*. Angl. *Dissolute, licentious*. } Quint. *lib.* 1. *cap.* 10. Nam ebur dicere, non minus est licentiosum, quàm & sulphuri, & gutturi subjicere o medium

diam in genitivo. *Tacitus*, Ex moribus Imperatoris miles incactus, aut licentiosus.

Licenter, adverbium, Liberè, audacter {ἀδῶς. GAL. *Licentieusement, librement.* ITAL. *Licentiosamente.* GERM. Nacktlich/schalckhaftiglich. ANG. *With license or leave.*} Cicer. *Orat.* Solutum quiddam sit, nec vagum tamen, ut ingredi liberè, non ut licenter videatur esse. Idem *1. de nat. deor.* Tanta est impunitas gestiendi, ad quam licenter fluentium frequenter translatio fit visionum, ut è multis una videatur. ¶ Ab hoc *Gellius* formavit *Praelicenter*, quod est quasi nimis licenter, Quæ verba (inquit) finxit prælicenter.

Licerceris. Centurio: forte *Lacertos*, Cerd.

Lichanos. λιχανὸς, ὁ. idest digitus qui post pollicem secundus, si ab eo incipias numerare. Index.

Lichanos, λιχανὸς, ὁ. Chorda quædam Aristoteli.

Lichas {לחש} *lâreth.* λιχὰς. ANGL. *A spanne.*} Mensura est, quam Galli suâ linguâ impropriè *palmam* vocant: hoc est, illud interstitium, quod est inter pollicem & indicem quàm maximè extensos.

Lichas, Puer quidam Herculis, per quem Dejanira viro suo in Œta monte sacrificaturo, vestem misit, Nessi Centauri sanguine infectam: quam quum ille induisset, serpente jam per corpus veneno doloris magnitudine in furorem versus, Licham, pernicioſi muneris latorem, capillis arripuit, & in subjectum mare præcipitavit: quem Poëtæ fabulantur in saxum sui nominis fuisse mutatum, quod à nautis in mari Euboico ostenditur. Ovid. 9. *Metam.*

*Nunc quoque Euboicis scopulus brevis eminet altè*
*Gargine, & humanæ servat vestigia formæ:*
*Quem quasi sensurum nautæ calcare verentur,*
*Appellantque Lichan.*

Lichades, λιχάδες. Insulæ tres sunt in mari Euboico, à Licha Herculis puero ita appellatæ, quem in hoc mare præcipitavit Hercules Nessi Centauri sanguine in furorem converſus: Autor Strab. *lib.* 9.

Lichēn, is. {λειχὴν, vel Lichenes, plurali numero, λειχῆνες. GAL. *Dartre, ou feu volage, qui est une maladie sur la peau de la personne.* ITAL. *Mentagra.* GERM. Die verwesung des angesichts mit schuppächtiger raud/gitterma. HISP. *El empeyne.* ANGL. *A disease called a tetter, ring worme, or wildfire.*} Morbi genus faciem præcipuè infestans, quem Latini quòd à mento potissimùm oriretur, mentagram appellarunt. Irrepsit in Italiam Tiberij principatu, antèà universæ propemodum Europæ incognitus, sine ullo quidem dolore, & sine vitæ pernicie, tanta tamen fœditate, ut quæcunque mors præferenda esset. Hæc Plin. *lib.* 26. *c.* 1. Galenus tamen, cæteríque Græci, Lichenum nomine levius quoddam mali genus videntur intellexisse, quàm quod à Plinio describitur: illud scilicet, quod Latini impetiginem appellant. Quocirca Plin. ipse *lib.* 20. *c.* 1. Lichenas impetiginem interpretatur; sicut psoram, scabiem. Vide Menardum *Epist. medic. lib.* 7. ¶ Est & Lichen herbæ genus, singulari adversùs lichenas remedio: unde & nomen accepit. Ejus duo sunt genera, quorum alterum in locis nascitur saxosis, folio uno ad radicem lato: caule uno, parvo, longis foliis dependentibus: alterum petris roseidis adhæret, ut muscus. Autor Plin. *lib.* 25. *cap.* 4.

Lichfeldia, *Lichfelde*, V.E. Angliæ sub A. Cantuariensi.

Lichindus, λιχινδὸς, urbs Siciliæ, unde gentile nomen, Lichindius. Stephan.

Licia, orum, Sunt fila quibus in telis textrices implicant stamina: quamvis nonnunquam etiam pro ipsis accipiuntur staminibus. {ערג *hâreb.* νῆμα. GAL. *Les fils de lingrame d'un tisserant.* ITAL. *Licciolo da tramare.* GERM. Das mabergeschirr/gerüst darduich der zettel auff dem stul gezogen wirt. HISP. *Los hilos de la tela.* ANGL. *Threades in the webbers beame.*} Plin. *lib.* 8. *c.* 48. Plurimis verò liciis texere; quæ polymita appellant. Alexandriæ instituit. Virg. 8. *Eclog.*

*Terna tibi hæc primùm triplici diversa colore*
*Licia circumdo.*

Ovid. 3. *Fastor.*

*Licia dependent longæ velamina sepes.* (i. vittæ.)

Per lancem & licium concepta furta. Gell. *cap.* 18. *lib.* 11. Licio transverso & limo præcincti lictores. Gell. *cap.* 3. *lib.* 12. Ovid. 2. *Fastor.*

*Tunc centum nenet cum fuscо licia plumbo.*

Unde Trilicem dicimus vestem, quæ ex tribus liciis constat. Et Titivilicia, fila de tela decidentia. Plaut. *in Casin.* Non ego verbum empeitem titivilicio, id est, te admodum vili.

Licinius, Poëta Martiali coætaneus, & conterraneus: ad quem extat ejus *Epig. libri.*

*Videbis altam Licinæ Bilbilim.*

Licinia, æ, Genus olivæ, quæ & Liciniana dicitur, ab inventore. Cato *de re rustic. cap.* 6. Qui ager frigidior & macrior erit, ibi oleam licinianam seri oportet. Colum. *lib.* 11. *cap.* 49. Videntur autem, & alia genera huic rei magis esse idonea, sicut Licinix & culminex.

Licinium, vestis quædam *Isid.* Lignum lucens. *idem.* unde & licinium dicitur, quòd lumen det.

Licinius, quasi lucinius est enim candela lucerna.

Licini. Lucernæ. Lege *Licini.*

Licius negotiator. Gloss. Isid.

Licitator, Licitor, vide *Licito.*

Lictor, is. Apparitor magistratûs, viator, carnifex. {ῥάβδοῦχος. GAL. *Sergent, huissier.* ITAL. *Birro, sbirro, sergente.* GERM. Stantzeche oder schergen diener der oberkeit. HISP. *El macero real, verdugo.* ANGL. *A sergeant or like minister to execute corporall punishment.*} Lictor dictus à ligando, Plutarch. *in Rom.* Idem *ibid.* conatur à Graco deducere. Lictor è collegio Viatorum erat. Et unde dictus. Gell. *c.* 3. *in fin.* Cùm lictor ex more animadverti justsisset. Sueton. *in Cæs. cap.* 80. Sed duodeni lictores Consulis erant, aliorum seni tantùm, portantes virgarum fasciculos cum securibus ligatos. Hi magistratibus præibant, ac quoties justi erant, fasciculo solventes primò virgis cædebant damnatum, mox secum ferebant. *Livius*, Milliqua lictores ad sumendam supplicium, mandatos virgis cædunt, ferroque ferunt. Hos primus instituit Romulus, ut est autor *Plutarch.* Dicti autem sunt lictores à ligando, eò quòd magistratus popul. Rom. priusquam quempiam verberari jussisset, pedes & manus à ministris illi jubebat ligari. Gell. *lib.* 11. *c.* 5. quod & ipsum non obscurè indicat Cicer. *in Oratore pro Rab.* Lictor, inquit, colliga manus. Differunt tamen Lictor & Viator, ut Lictores dicantur qui jussi in damnatos animadvertunt, & sunt ministri Consulum, Prætorum, Proconsulum, Præsidum, cæterorúmque, qui cum imperio sunt. Viatores verò non cædunt, aut animadvertunt, sed jussu Tribunorum, quorum sunt ministri, tantùmmodo vocant, aut impediunt. Liv. *lib.* 2. *ab Urbe*, Ardens itaque ira Tribunus, Viatorem mittit ad Consulem, Consul lictorem ad Tribunum. Gell. *lib.* 13. *c.* 12. *ex lib.* 1. *rerum hum. Varronis.* In magistratu habent alij vocationem, alij prehensionem, alij neutrum. Vocationem, ut Consules, & cæteri qui habent imperium: Prehensionem, ut Tribuni plebis, & alij qui habent viatorem: Neque prehensionem, neque vocationem, ut Quæstores, & cæteri, qui neque lictorem habent, neque viatorem.

Lictorius, a, um, quod ad lictorem pertinet. {ῥαβδοῦχος. GAL. *Apartenant à bourreau, ou sergent.* ITAL. *Pertinente a birro, à sergente.* GER. Das zu den stockknechten oder schergen gehört. HISP. *Pertenecinte à macero real.* ANGL. *Belonging to a sergeant.*} Plin. *lib.* 7. *cap.* 30. Fasces lictorios januæ summisit is, cui se Oriens Occidénsque summiserat.

Lidda, *S. George de Lidde*, V.E. sub P. Jerosolymitano.

Lidiscarti fissura membri *in ll. Bajorum.* Vox Germanica à lid, membrum; & schalte, rasura, fissura, crena: à schalten tondere, radere.

Lido, is, *ēgi.* Verbum antiquum, significat Confringo, deleo, cujus composita sunt Allido, collido, illido.

Liduna, maris salacia.

Liduvagi. In *ll. Bajor.* à verbo lid, membrum & vegen movere.

Lien, is, genet. masculi. à lingua, quia linguæ bubulæ figuram repræsentat. {σπλὴν. GAL. *La rate, ou ratelle.* ITAL. *Milza.* GERM. Die miltz. HISP. *El bazo.* ANGL. *The milte.*} Dicitur etiam in Nominativo lienis, apud Celsum *lib.* 4. *cap.* 2. & alibi sæpissimè. Viscus est in humano corpore sinistram partem occupans, concava sui parte in dexteram, hepar versùs, gibba verò ad spinalium costarum extrema conversum, humoréſque melancholicos ex hepate per vas venosum ad se attrahens, quorum partem tenuissimam in sui alimentum convertit, reliquam per proprium quendam meatum, quem stomachum vocant Medici, in ventriculum eructans. Alio nomine *splen* dicitur. Pers. *Sat.* 1.

——*Sed fum petulanti splene cachinno.*

Hoc est, proclivior sum ad risum. Tradunt enim Physici lienis magnitudinem, risûs intemperantiam gignere. Intumescit quandoque lien, ut cingere hominem videatur. Plaut. *in Curc.* Nam quasi zona, liene cinctus, ambulo, Geminos in ventre habere videor filios. Nihil metuo, nisi medius disrumpat miser. Idem *ibid. sc.* 1. *a.* 2. Lien necat, renes dolent. Ambula, hoc lieni optimum est. Idem *Curc. sc.* 1 *a.* 2.

Lienis, is. idem quod Lien, lienis bubulus, apud Cels. *lib.* 4. *cap.* 9. Lienis torquet, apud eundem *lib.* 5. *cap.* 18. Varro *lib.* 6. *de Ling. Lat.* Lienes necant, ubi *Passeratius* putat legendum *Lienes necat.*

Lienosus, qui liene laborat. {σπληνώδης, σπληνίων. GAL. *Qui a douleur de ratte.* ITAL. *Che patisce di milza.* GERM. Miltzsüchtig. HISP. *El que era bazo.* ANGL. *That hath a disease, in the milte.*} Accidit autem hic morbus (ut inquit Arist. *lib.* 3. *de part. anim.*) quoties plus excrementi in lienem diverit, quàm calor ejus visceris possit consecere. Plin. *lib.* 7. *cap.* 2. Quorundam corpore partes nascuntur ad aliqua mirabiles: sicut Pyrrho regi pollex in dextero pede, cujus tactu lienosis medebatur. Lienosum cor, lienis naturam habens, ut turgeat sicut lien. Plaut. *in Cas.* — ubi sim nescio: Perij, cor lienosum, opinor, habeo: jamdudum salit. ¶ Forsasse legendum *ludiosum*: id est, subsultans more ludionum, ac in corpore emicans, ut illi in theatro.

Lienicus, Lienosus. Plin. *lib.* 29. *cap.* 3. Hæc & illita lienicis, &c.

Lienteria, æ, {λειεντερία. GAL. *Flux de ventre.* ITAL. *Flusso di ventre.* GERM. Der wunder bauchlauff. HISP. *Fluxo de vientre.* ANGL. *To flixe, laxe, or loosen of the belly.*} Fluxus ventris ex lævitate intestinorum: quum scilicet intestina ob lævitatem cibum non continent, sed talem propemodum excernunt, qualis est ingestus. Nam λεῖος Græci lævè dicunt, & ἔντερα intestina. Hoc morbo qui laborant, Lienterici dicuntur.

Lienticus, a, um, λειεντερικὸς, ὁ, ὸν. qui lienteriâ laborat.

Liesena, *Lesene*, olim Pharos, insula Venetorum in mari Adriatico, habet Episcopum Spalatensi A. suffraganeum.

Ligamen, vide *Liga.*

Ligarius, Civis Romanus, Pompeij partes in bello civili sequutus, eo mortuo in Africam sese contulit ad Scipionem, pertinacissimúmque sese Cæsari hostem præbuit. Postea apud Cæsarem, cum à Tuberone accusaretur, defensus est à Cicerone elegantissima illa oratione, quæ *pro Ligario* inscribitur.

Ligarianus, Adjectivum {λιγαριανὸς. Cicer. *Attic. lib.* 3. Ligarianam, ut video, prælatè authoritas tua commendavit. Subaudi *orationem.* Nam de oratione loquitur, quam pro Ligario habent.

Ligellum, i. litera domicilium & rugiolum. {ר׳ אבר׳ *melamâh.* ναῦς. *cleidion.* GAL. *Lagot, ou lagette.* ITAL. *Cassettina, arcicla.* GERM. Ein hültzlein im schlechten klufftum. HISP. *Cherpa, ò caxa pequeña.* ANGL. *A little house or cottage.*} Plaut. *in Aul.* Diùm atque luculentum clamat continuò fidem, De suo ligello fumus si qua exit foràs. Quo in loco *Nonius* Ligelli nomine domunculam, sive rugurium intelligit. Quanquam non invenustè ligellum intelligere possumus diminutivum esse à ligno, quemadmodum tigellum à Tigno. Leguut autem in vulgatis libris Plauti *tigella*, non *ligella.*

Ligea, ἀηδών. Nymphæ nomen, Nerei & Doridis filiæ, à cantûs suavitate ita dictæ. Virg. 4. *Georg.*

*Dymoque Xanthoque, Lycorque, Phyllodoceque.*

Liger, is in Rutuli cujusdam nomen fuit, fratris Lucagi; quem Turni auspicia sequutum Æneas interfecit. Virg. 10. Æneid.

——vefano talia late
Dicta volant Ligeri.

Liger, is. Λίγηρις. Ptolem. qui & Ligeris in nominativo: unde accusativus Ligerim. Nobilis est Celtarum fluvius, qui in Armoricum finibus oritur, Heduósque à Biturigibus dividens, non procul à Pictonibus in Oceanum Britannicum influit. { Gal. Loire. Germ. Löre } Cæs. lib. 7. bell. Gall. Liger ex nivibus crevetat. Idem paulò pòst, Magnis itineribus ad Ligerim pervenit.

Ligilium, genus herbæ, de qua apud rei rusticæ Scriptores fit mentio quomodo seratur.

Ligium feudum est, in quo vasallus domino fidelitatem præstare debet contra omnes, nullo antepositio. Hinc Ligius homo, beneficiarius, & vasallus.

Lignārius, a, um, quod ad ligna pertinet. {ξυλικός. Gal. Appartenant à bois. Ital. Pertinente à legno. Germ. Das zu dem holtz gehört. Hisp. Pertenesciente à leña. Angl. Belonging to wood.} ¶ Lignarius, ij, subst. artivum. {ξυλουργός. Gal. Bûcheron, charpentier. Ital. Legnaiuolo. Germ. Ein holtzhawer, holtzer. Hisp. Cortado de madera. } qui lignum vfecat, aut qui lignatum it. Liv. 5. bell. Maced. Ea iidem porticum extra portam Trigeminam inter lignarios fecerunt.

Lignarius subst. lignorum venditor: item qui ligna secat, seu cædit, tanquam lignicida dicatur.

Lignarium, cella lignatia. Voc. vet. Lignarium, locus lignorum, vel lignorum acervus.

Lignum, i. A legendo (inquit Varro) quòd ligna caduca in agris legebantur, quibus ad focum uterentur. {ξύλον. Gal. Bois. Ital. Legno. Germ. Holtz. Hisp. Leña ò madera. Angl. Woode.} Plin. lib. 31. cap. 11. Quoniam fructus is constat radice, fruticè, cortice, ligno, &c. Cic. 3. Verr. Cædere manuam saxis, instare ferro, ligna & sarmenta circumdare, ignem subjicere cœperunt. Horat. 3. Carm. Ode 27.

——— ——dum pecus otiosum
Compena lignum, cras genium mero
Curabis.

Virg. 1. Georg.

Nam primi cuneis scindebant fissile lignum.

Idem 2. Georg.

Quid tibi odorato referam sudantia ligno
Balsamáque, & bacas semper frondentis acanthi?

S. Ligna apud nos nulla sunt. St. Sunt asseres, sunt igitur ligna. Plaut. Aul. fr. 3. a. 2. Neque ego ligna usquam vidi præberi pulchriùs. Idem Aul. 2. 1. a. 3. ¶ Ligna cocta dicuntur, quibus humiditas exempta est, ut fumare nequeant. Ulp. l. 15. D. de legat. 3. Sed & tritiones, inquit, & alia ligna cocta ne fumum faciant, utrum ligno, an carbonibus in suo genere adnumerabimus. ¶ Lignum aliquando pro tabulis ligneis, in quibus scriptum est. Typhon. l. 19. ben. possess. contra tabul. Quod vulgò dicitur, liberis dicam bonorum possessionem contra lignum esse, sic intelligendum est, &c. Paulo pòst dixit, contra tabulas. Ex Horomano. ¶ In sylvam ligna ferre, est aliquem iis rebus augere velle, quibus ipse maximè abundet. Horat. ¶ Lignum curvum, haud unquam rectum, ξύλον, ἀγαθὸν οὐδὲν ἔχον. Hom. Distorta prævaque ingenia vix unquam ad bonam frugem traducuntur. Usurpavit Galenus.

Ligneus, a, um, quod ex ligno est. {ξύλινος. Gal. De bois. Ital. Di legno. Germ. Holtzin Hisp. Cosa de madera ò de legna. Angl. Made of woode.} Ut Ligneus equus. Plaut. Rud. Nempe equo ligneo per vias cerealeas estis vectæ. Ovid. 11. Metam.

——— quo munera fierent
Lignea contulerat ut terrena simulacra deorum.

Cic. 2. de Invent. Materiam ligneam flammam fieri posse necesse est. Pro lignea salute vis argenteam remittere illi. Plaut. Pseud. 1. 1. a. 1. {de tabellis.} Item. Quam tu navem mihi paulatim ligneam sæpè istam, sæpè fixam. Idem Men. fr. 4. a. 2. Ligneus translatè de emaciato. Catull. ad Furium. Et cum conjuge ligneo parentis, & gracilis atque exucci corporis. Senec. Ἐπιστ. τῷ Λουκιλλῳ.

Ligneolus, diminut. {Angl. A littering made of woode.} Cic. ad Quint. frat. lib. 3. Hanc scripsi ante lucem ad lychnum ligneolum.

Lignile, is, neutr. gen. {ξυλικὸν. Gal. Lieu à tenir bois. Ital. Legnaio, stiva di legno. Germ. Ein holtzhaus oder holtzlege. Hisp. Lugar donde se guarda la leña. Angl. A woode house, or woode pile.} Dictum est, ubi ligna in domo ad comburendum parata sunt: sicut fœnile, ubi servatur fœnum. Sic bovile, equile, captile, & hujusmodi. Lignarius. Liv. lib. 5. d. 4 Inter lignarios.

Lignōsus, a, um, quod instar ligni durum est. {ξυλώδης. Gal. Abondant en bois, ressemblant à bois, dur comme bois. Ital. Legnoso, duro come legno, simile à legno. Germ. Holtzicht, voller holtz. Hisp. Cosa llena de leña, ò de madera, ò dura como madera, ò semejante à ella. Angl. Full of woode Plin. lib. 12. cap. 7. Arbor radice lata, lignosáque.

Lignōr, aris, ari, verbum est castrense, idem significans, quod ligna colligere, sive congerere. {ξυλεύω. Gal. Aller querir du bois, ou en cueiller, ou apporter. Ital. Far legne, ò per legno alla foresta. Germ. Holtzen ein, das holtz gehn oder fahren. Hisp. Hazer leña, ò por leña ò madera. Angl. To goo pervyigh or get woode.} Propriè enim milites lignari dicuntur, quum in sylvam profecti ligna secundi, quæ in castra convehant. Liv. lib. 1. ab Vrbe. Respondentibusque lignatum se ire. An tandem, inquit nunc castra vallata non habetis? Plaut. Capt. fr. 4. a. 3. Ite isthinc, afferte lora. C. num lignatum mittimus?

Lignātio, nis, lignorum collectio, comportatio delectio. {ξυλοτομία, ξυλοφορία. Gal. Apport du bois taillé, le lieu ou on coupe le bois. Ital. Il far legna. Germ. Holtzung, holtz samlung. Hisp. Aquella obra de yr por leña, ò lugar donde se haze leña, ò cosa de leña. Angl. An hewynge or carryinge of woode } Cæs. 5 bell. Gal. Ut nonnulli milites, qui lignationis merendi causa in sylvas decessissent, repentino adventu interciperentur. ¶ Lignatio, pro loco unde ligna accipi possunt. Col. lib. 12. c. 5. Sit autem vel intra villam, vel extrinsecus indubitatus fons perennis, lignatio pabulumque vicinum.

Lignātor, dicti sunt milites, qui lignatum eunt. {עֵצִים חֹטְבֵי hotbei hatsim. ξυλοκόποι. Gal. Qui vont querir, ou apporter du bois, bescherons. Ital. Soldati che vanno à far legna. Germ. Die angehn / oder ausshawen holtzen. Hisp. Los que van por leña para quemar. Angl. A woodmenger, a prouyder of woode.} Liv. lib. 10. ab Vrbe, Paucis citra milibus lignatores ei cum prælidio occurrunt. Cæs. 5. bell. Gall. Subitóque oppressis lignatoribus, magna manu, &c.

Ligo, as. Vincio, constringo, colligo. ¶ Descendit à Græco λύγος, vimen: non autè à legendo, ut Varro voluit, u in i brevi mutato. Ligo olim, nunc alligo. Plautus Rem. {אסר אזר קשר lasfibar zor tsarar tsfar. δέω. διαπείρω. Gal. Lier. Ital. Legare. Germ. Binden. Hisp. Atar. Angl. To bendeto tie.} Quint. lib. 5. c. 14. Quæ apprehensa Græci magis (nam hoc solùm nobis pecus faciunt) in catenas ligant & inextricabili serie connectunt. Guttura ligavit laqueo. Ovid. 5. Metam. Vulnera ligare. Idem 7. Met. Legibus ligare aliquem, Stat. 4. Syl. Cic. 4. in Catil. Filium ejus impuberem ligatum à Prætore missum. Veluti sacramento ligatus. Senec. Epist. 66.

Pisces in glacie pisces hærere ligatos.

Ovid. Eleg. 10. lib. 3. Trist. ¶ Hujus compositæ sunt. Alligo, colligo, circumligo, deligo, illigo, obligo, prætigo, religo, subligo, quorum significata, vide suis locis.

Ligāmen, inis, ligaculum, i, ligamentum, i, significat id quo aliquid ligatur. {אסר זֵרוֹר tsror. ἄμμος, δεσμός. Gal. Lien, liaison, liement, ligature. Ital. Legame, Legatura. Germ. Ein band. Hisp. Atadura. Angl. That wherby any thing is tied.} Col. lib. 11. cap. 12. Possit etiam salix decisa pridie ad lucubrationem expurgati, & ad vitium ligamina præparari. Propert. lib. 2. Eleg. 30.

——— Nullaque ligamina mitra.

Aurium ligamenta, Quintil.

Ligantia, est obligationis genus.

Ligātūra, φυλακτήριον, amuleta. Fab. Victorinus, 1. Rhet. Cic. Medici officium est curare, sed quia multi & incantatione & ligaturis curant.

Ligo, onis, rusticum instrumentum ad extirpandas herbarum radices accommodatum. {מַחֲרֵשֶׁת machares ef hait. dicitur, parvum. Gal. Vn boyau. Ital. Zappa. Germ. Ein hawe oder karst. Hisp. El apado. Angl. A shovell spade.} Plin. lib. 18. cap. 6. Adduxit graves ligones, vomeres ponderosos. Ovid. 5. Amor.

Quam bene pacifici pulsarunt arma ligones!

Ligula, vide Lingua, & Lingula.

Liguria, Λιγυρία. Italiæ regio, pro majore parte montosa, inter amnes Varum & Macram, ab altero latere habens Apenninum, ab altero Padum, Tuscam attingens; cujus caput est Genua. Dicta Liguria, à Ligysto Phaëtontis filio, conversione y in u.

Ligur, vel Ligus, ris. Λίγυς. Secundum Priscianum aliquando est proprium nomen: & tunc est generis masculini. Aliàs est nomen gentile, virum significans, vel mulierem ex Liguria & sic est communis generis. Probus putat Ligus esse adjectivum omnis generis: nullum tamen de neutro genere profert testimonium. Lucan. lib. 1.

Et tunc tonsi Ligures quondam per colla decori, &c.

Virg. lib. 11.

Vane Ligus frustráque animis elate superbis.

Idem Georg. 2.

Assuetúmque malis Ligurem.

Ligusticus, a, um, Λιγυστικός. Non ea possessivum: ut, Mare Ligusticum quod Liguriam alluit. Saxum Ligusticum. Iuven. Sat. 3.

Nam si præcubuit, qui saxa Ligustica portat.

Lic. Rio, is, ui, vel ivi, itum. Abi gutto consumo, devoto, dilapido, belluo. {אבל אכל lehabil אכל lehabil. κατεσθίω, κατατρώγω. Gal. Gourmander, devorer, prendre les meilleurs morceaux. Ital. Consumare il suo in ingordigia. Germ. Verschlecken / verschlemmen. Hisp. Comer y gastar en golosina. Angl. To waste, or spend or playe the glutton.} Personæ trisyllabæ hujus verbi penultimam producunt. contra consuetudinem eorum quæ sunt ejusdem terminationis. Horat. lib. 2. Serm. Sat. 2.

——— Puer unctis
Tractavit tabicem manibus, dum furta liguvit.

¶ Est etiam ligurire, suavissima quæque degustare paulatim, & cum quadam mora atque elegantia comedere, quasi lingendo ut per se cibus in stomacho lignebat. Terent. in Eunuch. Quæ cum amatore suo quum cœnant, liguriunt. Dictum ἀπὸ τοῦ λιχεῖν, quod Græci suave dicunt, inquit Donatus, Cic. D. Bruto. ad suppliationem rerum transiit. Quum quidam (inquit) de collegis nostris agrariam liguriret curationem, disturbavi rem, eamque nobis integram reservavi, hoc est, cùm appeteret, & præpropera quadam ipe quasi devoraret. Plaut. Capt. fr. 1. a. 1. Dum turi turiant homines, quos liguriant. ¶ Item ligurire naturam. (obscenè) Sueton. in Tib. c. 45. ¶ Ligurire lucra, pro sensim depeculari. Cic. pet. translationem, 5. Verr. Commissa est, inquit, pecunia tanta Prætori non reperietis hominem timidè, nec leviter hæc improbissima lucra liguriente, &c Nota in omnibus antiquis codicibus semper legi Ligurire, & Abligurire.

Ligurītōres, dicuntur gulosi, & voratores edulionum dulciorum, qui consumptis dapibus catillos etiam lingant, quos antiqui catillones appellabant. {חַדְרֵי בָטֶן chadrei baten. λαιμάργοι. } Gal. Gourmands, Friands.

Liguritio, nis. Aviditas, immoderata appetentia. {ἐπιθυμία γαστρὸς, ἀδηφαγία. Gal. Gourmandise, & friandise. Ital. Avidità grande, ardente appetito. Germ. Verschlingung oder schlemmerey. Hisp. Aquella obra de comer en golosina. Angl. Lecherous feedyng & gurmenyng } Cic. 4. Tusc. Ægrotationi autem talia quædam subjecta sunt, multiformitas, pervicacia, liguritio, inopia, inopia, & hujusmodi.

Ligus, uris, vide Ligur.

Ligusticus, a, um, Λιγυστικός, ex Liguria ortus, aut ad Liguriam pertinens.

Ligusticum, Herba est in ea Apennini parte præcipuè nascens, quæ Liguria

garis imminet, unde & nomen habet. Quidam panaceam appellarunt, quòd panaceam Heracleoticam caule referat, radice, & effectu. Galenus litterâ unus immutatione Libysticum vocat. Officinæ *Levisticum* appellant.

Ligústrum, i. à lego, quasi legistrum. {λιγύστρον. quibusdam aliis φιλύρα. Gal. *Du troene*, Ital. *Ligustro*. Germ. Beinholtz / oder mund weiden. Hisp. *El arbol de la alhenna*. Angl. *Privet*.} Arbos, ex cujus ligno texeræ fiunt aptissimæ, olivæ similis folio, semine coriandri, flore candido & odorato. Coquitur hoc in oleo, premiturque, quod postea cyprinum vocatur, ab arbore sua, quæ dicitur cypros alio nomine: cujus ubertate Cypro Cilicij maris insulæ nomen inditum est. Plin. *lib.* 24. *cap.* 10. Ligustrum eadem arbor est, quæ in Oriente Cypros. Suos in Europa usus habet.

Ligyes, Λίγυες. Populi Asiatici, qui cum Xerxe contra Græcos militarunt quorum meminit Herodot. *lib.* 7.

Ligystides. Insulæ eædem, quæ Stœchades, ut infrà dicetur.

Ligystina, Λιγυστίνη, urbs Ligurum prope occidentalem Iberiam, & Tharsum: incolæ Ligyes vocantur. Steph.

Ligystus. teste Fabio Pictore, Phaethontis fuit filius, à quo Liguria cognominata est.

Lilæa, Λίλαια, urbs Phocidis, Steph.

Lilium, ij, à λείριον, mutato ι in λ. {שושנה *schoschannáh*. λείριον. Gal. *Herte*, *ou fleur qu'on appelle lis*. Ital. *Giglio*. Germ. Ein gilgen oder lilien. Hisp. *Azucena*. Angl. *A lilie*.} Flos est notissimus proximam (teste Plinio) à rosa nobilitatem obtinens, eximio candore, foliis foris striatis, & ab angustiis in latitudinem paulatim se laxantibus, effigie calathi, resupinis per ambitum labris, tenuique filo, & semine, stantibus in medio croceis. Ex hoc flore cõficitur oleum, sive unguentum, quod Græci λείριον vocãt. Nam illi λείριον vocant florem, quem nos lilium dicimus. Sunt autem diversa liliorum genera. Vide Plin. *lib.* 21. *cap.* 4. Virg. 6. Æneid.

*& candida circum*
*Lilia funduntur.*

Idem 4. *Georg.*

*Hic verum tamen ille, mihi sub vallibus olim,*
*Lilia, verbenásque premens vescúmque papaver.*

¶ Lilium convallium, seu lilium vernum, planta est lilij foliis, & floribus, sed parvis, rotundis, hiantibus, per oras denticulatis ac reflexis, albidis & odoratis. {Germ. Meyblume.} quasi flos Maij, quia circa Calendas Maij floret, præsertim inter senticosa nemorum umbrosáque convallium. Gallis *Muguet*, tanquam muscatum ab odoris suavitate.

Lilliceus, a um adjectivum. {λειρινος. Gal. *De lis*. Ital. *Di giglio*. Ger. Gilgen art̃ gilgen gemacht. Hisp. *Cosa de azucena*. Angl. *Of lillies*.} ut Oleum liliaceum, Pallad. *lib* 6. *cap.* 14.

Lilialis, itidis quædam species, à similitudine lilij.

Liliastrum, planta est, lilio similis.

Lilionarcissus, planta, species Tulippæ: tanquam ex lilio & narcisso composita.

Lilinón, Unguentum, sive oleum ex lilio. {λειρινον. Gal. *Huile, ou onguent de lis*. Ital. *Oglio ò unguento de giglio*. Germ. Gilgensalb oder öl. Hisp. *Azeyte ò unguento de azucenas*. Angl. *An oile of lillies*.} Plin. *lib.* 21. *cap.* 5. Lilium rosæ nobilitate proximum est, & quadam cognatione unguenti, oleique, quod lirinon appellatur. Idem *lib.* 13. *cap.* 4. Lirinum, quod & Phaselinum, & Syrium vocavimus, renibus utilissimum est sudoribúsque evocandis, &c. al. legitur, *Lilinum quod & Phyllinum & Syrium*, &c.

Lilæum, i. locus in quo sunt lilia consita. {λειριών. Gal. *Lieu où croissent les lis*. Ital. *Luogo dove sono molti gigli*. Germ. Ein ort da vil gilgen stehn. Hisp. *Lugar de muchas azucenas*. Angl. *A place where lilies*. Palladius, Lilieta, cameta ponenda sunt. Idem *lib.* 3. *cap.* 21. Non lilieta formabunt.

Lilybæum, Λιλύβαιον. Promontorium Siciliæ, cum urbe ejusdem nominis, Libyam spectans. {Das vorgebirg Sicilie gegen Mittag und Africa / Marsala genant.} Tria enim traduntur esse ejus insulæ præcipua promontoria, ex quibus quod ad Italiam respicit, Pachynum; quod Italiam, Peloron, Scyllæ oppositum; quod autem in Austrum Libyam versùs procurrit, Lilybæum appellarunt. Autor Pompon. *lib.* 2. Vulgò *Marsala*.

Lilybeius, adject. Λιλυβήιος. Virg. 3. Æneid.

*Et vada dura lego saxa Lilybeia retro.*

Lima, æ, à sono Λίμη. Instrumentum fabrile, quo ferrum, aut aliquid aliud terendo expolitur. {מפלסת *pesirbáptm*. λίμη. Gal. *Une lime*. Ital. *Lima*. Germ. Ein feile. Hisp. *La lima de hierro, instrumento para limar*. Angl. *A file*.} Quint. *lib.* 10. *cap.* 3. Opus polit lima. Tum compediti jamdam lima perterunt Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 1. ¶ Hinc non inelegantèr dicimus scriptis deesse ultimam limam: quum significare volumus, non satis tersa esse, & expoliata. ¶ Item lima uri, pro castigare, & expolire. Ovid. *lib.* 2. *de Ponto*,

*Scilicet incipiam lima mordacius uri,*
*Et sub pedicium singula verba vocem.*

Idem *Eleg.* 6. *lib.* 1. *Trist.*

*Desinis & scripsit ultima lima meis.*

Item, lima poliat opus, non exterat, Fab. *cap.* 4. *lib.* 10. In eo scripsere plus limæ. *Victorius*.

Limæ veteres dicebant omnia transversa à quo & limina ostiorum, per quæ foris & intus itur; & limites, quòd per eos foris & intus ratur.

Lima, seu Civitas Regum, *Ciudad de los Reyes*, V. A. provinciæ Peruanæ cultissima.

Limo, as, polio, lævigo. {λειαίνω, ἐπιμηκύνω, ἐξομαλίζω, ἀλφιτίζω. Gal. *Limer, polir à la lime*. Ital. *Pelire, limare*. Germ. Feilen. Hisp. *Polir, limar con lima*. Angl. *To file, to polish with a file*.} Plin. *lib.* 36. *cap.* 6. Scalpere atque limare gemmas." ¶ Ponitur per translationem pro expolire, exornare, & supervacanea resecare. Cic. 1. *de Orat.* Neque hæc ita dico, ut ars aliquid limare non possit: neque enim ignoro, & quæ bona sunt, fieri meliora posse doctrinâ. Decoquent anni (stylum) ratio limabit, detereret usus. Quintil. *cap.* 4. *lib.* 2. ¶ Aliquando significat limis oculis aliquid intueri. Horatius.

*Non ita obliquo oculo meum commoda quisquam*
*Limat.*

¶ Aliquando est conjungere, teste *Nonio*, Sociare, quòd qui amatores cum amica caput jungunt, tanquam terunt & limant, fere mutuò fricando dum osculantur in opere. Plaut. *in Pœn.* At videlis, cum illa nunquam limavi caput. Idem *Mercat.* Nisi cum illo, aut ille mecum neuter stupri causâ caput limaret. ¶ Hujus composita sunt, Delimo & elimo, quæ habent penultimam productam.

Limātus, a, um, nomen ex participio, Politus, expolitus, perfectus. {λείριος. Gal. *Limé, poli, orné*. Ital. *Limato, polito, ornato*. Germ. Gefeilt aufgebutzt. Hisp. *Limado, ornado, afeytado*. Angl. *Polished, filed*.} Cic. *de clar. Orat.* Nihil enucleatè, quo fieri possit aliquid limatius. Horat. 1. *Serm. Satyr.* 10.

*—— fuerit Lucilius, inquam,*
*Comis & urbanus, fuerit limatior idem,*
*Quam rudis.*

Limātè, limatiùs, adverbium, Politè, ornatè, perfectè. {Gal. *Avec ornement*. Ital. *Ornatamente*. Germ. Zierlich / gestreyfft. Hisp. *Ornadamente*. Angl. *Perfectly*.} Cic. 5. *de finib.* Unum populariter scripcum, quod, ἰδιωτικῶς appellabant, alterum limatiùs, quod, &c.

Limātŭlus, i, diminutivum. {ἐπιμηκυντικῶς. Gal. *Un peu limé & poli*. Ital. *Alquanto limato & polito*. Germ. Zierlich gestreyfft. Hisp. *Limado y ornado un poco*. Angl. *Somewhat filed*.} Cic. *Volumnio*. Opus est hic limatulo, & polito tuo judicio, id est, terso & subtili.

Limātūra, æ, Scobs, hoc est, pulviseulus limando detractus. {λίπασμα. Gal. *Limure, limaille*. Ital. *Limatura*. Germ. Abfeile / abfeilung. Hisp. *Limadura*. Ang. *Feling, or dust of filing*.}

Limax, acis, teste Varr. *lib.* 5. *de ling. Lat.* cochlea nomémque habet à limo, in quo per hyemem delitescit, vere prodiens. {רכס *chómet* שבלול *schabliúl*. κοχλίας. Gal. *Limace ou limaçon*. Ital. *Lumaca*. Germ. Ein schnecke. Hisp. *Caracol*. Angl. *A snaile*.} Col. *lib.* 1.

*Implicitum conchæ limax, hirsutaque campe.*

Nonnulli tamen contendunt limacis nomen patere latiùs quàm cochleæ: ut cochlea tantùm dicatur, quæ conchæ includitur, luamque secum domum circumfert: limax etiam illa, quæ testa caret. ¶ Item Limax pro eo qui exquisitè ut aliquid auferat. Plaut. *Bacch.* Limaces viri quòd auferant & consumant. *Nonius*. ¶ Limax etiam est meretrix, apud Varron. *lib.* 6. *de L. L.*

Limbus, i, à lambo, quia lambit vestem. Fimbria, est pars infima vestis muliebris, imos pedes concingens: vel potiùs fascia extremitatem vestium circunquaque ambiens. {שפה *canáph*. κράσπεδον. Germ. Gal. *Bord, bordure*. Ital. *Limbo, orlo*. Germ. Ein saum oder bleg / sönderlich an weibs kleydern. Hisp. *El cabo ò borde de la vestidura*. Angl. *A garde or hemme of a garment*.} Ovid.

*—— —— quam limbum obibas*
*Aurum, ornabant auratæ mamilla tollam.*

Virg. 4. Æneid.

*Sidoniam picto chlamydem circumdare limbo.*

Vbi *Servius*, Limbus est fascia extremitatem vestium ambiens, secundùm antiquum ritum. ¶ Limbus duodecim signorum, Zodiacus quia in sphæra pingitur, ut fascia quædam lata. ¶ Limbus scholasticis Theologis est etiam pars inferorum. ¶ Hujus diminutivum est Limbulus, à quo limbellus, quorum oportet afferri exempla, è locupletibus auctoribus sumpta.

Limbulārius, ij, qui limbam vestium consuit. {πεπλοποιός. Gal. *Brodeur, passementier*. Ital. *Chi fa taliere*. Germ. Blegendoer. Hisp. *Bordador ò bostador*. Angl. *An embroderer, or that sewith hemmes of garments*.} Plaut. in *Aulul* Textores, limbolarij, arcularij, &c. *ser.* 5. *a.* 3.

Limen, inis, quod ex transverso in januæ stamitur, à limo, id est, obliquo, quod ingredientibus, excuntibúsque transversum sit, ut est apud Donatum. Festúmque. {סף *saph* מפתן *miphtán*. φλιά, οὐδός, *halpis*. Gal. *Le linteau ou seuil de l'huis, l'entrée d'une porte*. Ital. *Soglia, soglia della porta, entrada di casa*. Germ. Die thürschwell / die ober end ender. Hisp. *El umbral de la puerta*. Angl. *The treshould, an entry*.} Terent. in *Heaut.* Jam ut limen exirem, ad genua accidit. Ovid. *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Trist.*

*Ausus es igne Jovis percussum tangere corpus,*
*Et deplorato limen adire domus.*

Toties præter limen exequias immaturas fax & ecereus præcessit. Senec. *cap.* 11. *de tranquil.* Item, Cur trans limen rapitur nova nupta. Plutarch. in *Rom. quæst.* ¶ Nec solùm inferiorem partem significat, quæ subpedibus calcari solet in ingressu; sed etiam superiorem, quam Græci ὑπερθύριον, ὑπερθύρωμα appellant. {מזוזה *maschóph* מזוה *chaphtór*.} Juven. *Satyr.* 6.

*—— —— pendentia lignis*
*Vela domus, & adhuc virides in limine lauros.*

Nævius verò limen superum & inferum dixit, Exime limen superum quod mihi misero sæpe confregit caput: inferum quoque, ubi ego omnes defregi digitos. ¶ Limen superum, inferúmque discedentes salutabant. Plaut. Limen superum, infesúmque salve, simul autem vale. ¶ Ponitur interdum limen pro ingressu. {מבוא *mabó* ביאה *biáh*. εἴσοδος.} Virg. 2. Æneid.

*Limen erat, cæcæque fores, & pervius usus*
*Tectorum*

¶ Interdum pro domo ipsa. Idem 1. *Georg.*

*—— penetrant aulas & limina regum.*

¶ Ubi *Servius*, Profitentur Satellitium: limina autem ait interiorem familiaritatem. ¶ Interdum pro carceribus, unde stadiodromi cursum auspicantur. Vir. 5. Æneid.

*—— —— signóque repenso*
*Corripiunt, spatia audito, limenque relinquunt.*

¶ Interdum pro amicitia, ut censet *Servius*, enarrans illud de Turno,

*—— —— —— se limine pelli.*

Juven. *Satyr.* 3.

*Limine submovere*, id est, repellere ab amicitia.

Petisti hunc intra limen meretrix, Plaut. *Mostel.* 4. 2.

*Ter limen terigistis sum revocatus.* &c,

Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Trist.* ¶ Ad limina servus, pro atriensi. Virg. *lib.* 9.

——*fidâque ad limina custos*, id est, Janitor, sequitur *Budæus*. ¶ Limina imperij, id est, extremi fines. ¶ Musas vix à limine salutasse, proverbij metaphora dicuntur ij, qui vix leviter & summis rantùm labris literas degustarunt. ¶ Ipsum ostij limen tetigisti, ἀπὸ τοῦ κατ' ἀρχὰς τῶν θυρῶν. dicti solitum quoties ad rem ipsam pervenitur. ¶ At limen, liminis, Græci λιμὴν portum significare: à quo Limenarcha. de quo paulò pòst.

Limenotis, Chersonesus Cilicia, Steph.

Limentinus, Putabatur deus, qui liminibus præesset.

Limete, locus ubi nomen. Vide suprà in Epidaurio. ex Stephano.

Limenarchæ, mascul. gen. Gal. *Celuy qui garde les passages sur mer, qui a la charge des ports de mer, maistre des ports: Amiral.* Ital. *Ammiraglio di porto, che guarda un passo di mare, ò un porto marittimo.* Germ. Ein oberster, so verordnet ist zu der hut eines marthafens oder pas in sonderlich. Hisp. *Gardador de los puertos marittimos.* Angl. *A constable, master of the watch or portes.* Dictio Græca est, quam latinè Præfectum portus interpretari possumus. λιμὴν enim Græci portum dicunt. Erant autem Limenarchæ, qui portubus præerant, ex quibus frequens erat trajectus ad exteras nationes. Hos Aristot. *lib.* 6. *Politicôn*, λιμενοφύλακας appellat. Hæc ferè Budæus *in l. Limenarcha. ff. de servis fugit.*

Limenophylaces, limenarchæ, custodes portuum maris. Lazius.

Limentius, deus præses limitum, quem pagani singebant.

Limes, itis, mascul. gener. à λίνω, vel à *limen*. Semita transversa, militaris via angustior. גבול *ghebûl* גליות *ghelîl*. ἀπαρκτικὸς, ὁρίζων. Gal. *Frontiere ou lisiere, chemin traversant les terres, sentier, confins.* Ital. *Via per traverso termine, confine.* Ger. Ein gewercher fussweg durch ein acker. Hisp. *La linde ò termino.* Angl. *A cresse path or way.* ‡ Col. *lib.* 1. Semitas novósque limites in agro fieri non patiatur. Virg. 8. *Æneid.*

*Hæc ego vasta dabo, & late te limite dicam.*

Idem 4. *Æneid.*

——*tenue longo limite fulcum*
*Dat lateri.*

Ovid. *Eleg.* 9. *lib.* 1. *Trist.*

*Et longum tenui limite ferit iter* (Navis sup.)

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 2.

*Discolor ut recto grassetur limite miles.* (i. latunculus.)

Catull. *de com. Berec.*

*In varia* [limite] *tali fixa corona foret*,

Lipyria febris, λιπυρὸς πυρετὸς, quæ & λιπυρώδης πυρετὸς. & fœminino genere λιπυρὰ Hippocrati.

Lĭquāmen, Liqueo. Liquesco, Liquefio, vide *Liquo, as*, in *Liquor*.

Lĭquēntĭa, vide *Liquitia*.

Lĭquĕt, impersonale, vide post *Liquor*, ceris.

Lĭquĕtĭa, sive (ut quidam scribunt) Liquentia, Fluvius est Lapidiæ in finibus Venetiæ ex Opiterginis montibus nascens, teste Plin. *lib.* 3. *c.* 8. Vulgò *Livenza*. Virg. 1. *Æneid.*

*Qualis ærea Liquentia flumina circum*
*Seve Padi ripa, Athesim seu propter amœnum*
*Consurgunt gemina quercus.*

Quo tamen in loco nonnulli *Liquentia* legere malunt: & Liquentis flumina eadem ratione dicta existimant, qua alibi & Fluvios liquentes, & Campos liquentes, & Mella liquentia perpetuo epitheto Poëta appellavit.

Lĭquo, as, are, tertiæ conjugationis absque præterito & supino, Resolvor, desino, distillo, liquefio, liquesco. { ὑγραίνω. Gal. *Liquefaire*. Germ. Zerſchmelzen / zerflieſſen. Hisp. *Derretirſe*. Angl. *Tobe melted*. } Producit autem hoc verbum primam syllabam, quæ in verbis liquo, liquesco, liquefio, & in nomine liquor corripitur. Lucanus *lib.* 9.

*——femoraque quæque musculus omnis.*
*Liquitur & nigra distillant inguina tabe.*

Liquidas autem indifferenter apud *Lucretium* ponitur, eo quòd tam à *liquor* fieri possit, quàm à *liquo*.

*Crassáque* (inquit) *conveniunt liquidis & liquida crassis,*

Lĭquĭdŭs, a, um, Molle, fluxum, humidum, fluidum. { ὑγρὸς. Gal. *Liquide, fondu*. Ital. *Liquido*. Germ. Flüſſig / weych. Hisp. *Humido*. Angl. *Soft, liquide, melted*. } Plaut. *Milite*, Liquidius cultiúsque quàm ventus est Favonius. Liquidus venter dicitur à Martiale *lib.* 13. qui est fluidus & laxus. ¶ Aliquando ponitur pro puro. { ψιλὸς ἰσαὶ τυτὸ ταῖς. καθαρὸς. Gal. *Clair, pur, sans lie*. Ital. *Puro, chiaro*. Germ. Klar / lauter / helle. Hisp. *Puro, claro, y sin hez*. Angl. *Pure, cleane, cleare*. } Virg. 6. *Æneid.*

*——liquidumque per aëra lapſa.*

Idem *lib.* 4. *Georg.*

*Dulcia mella premes, nec tantùm dulcia, quantum*
*Et liquida, & durum Bacchi domitura saporem.*

id est, defæcata, & sine sordibus. Plaut. in *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Liquido es animo, (id est, tranquillo & defæcato.) Liquida luce. Liv. *lib.* 2. *bell. Pun.* Liquido pro sereno. Sueton. *August. cap.* 45. Ad liquidum explorata veritas. Liv. *lib.* 5. *d.* 4.

*——per liquidum volucris vehor aëra pennis.*
*Splendidior liquidis tum sol caput extulit undis.*

Tibull. *lib.* 4.

*——Liquido teste fit apta mora.*

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Ad liquidum & confessum deducere. *Quintilian.* Item *Velleius* & Qu. Curtius. ¶ Aliquando pro prospero, sive optimo, Plaut. in *Pseud.* Avi sinistra, auspicio liquido, atque ex sententia confidentia est, Inimicos me posse perdere. ¶ Liquidus animus & tranquillus, Idem *Epid.* Quid pater meus, vivus est? E. animo liquido & tranquillo es, tace. Sic, mente liquida videre aliquid. Catull. *de Berecynthia*. ¶ Liquida littera, q. quia uda est & mollis, velut liquefacit pronuntiatione. ¶ Liquidum auspicium est, cùm sereno puróque cœlo certum nec dubium auspicium ostenditur.

Lĭquĭdum, i. Pro aqua usurpavit Horat. 1. *Serm. Satyr.* 8.

*Vt tibi si sit opus liquidi non amplius urna,*
*Vel cyatho, & dicas, Magno de flumine mallem:*

Liquido, as, ἐξαρτῶ. Gloss. id est, clarum facio.

Lĭquidò, Purè, manifestè, certò, omninò. { ἀναφῶς. Gal. *Liquidement, clairement, manifestement*. Ital. *Puramente, chiaramente*. Germ. Klarlich / gantz heuer. Hisp. *Claramente, manifeſtamente*. Angl. *Clearlie, plainelie*. } Terent. in *Andr.* Quia si fortè opus sit ad herum jurandum mihi non apposuisse, ut liquidò possim, Cicer. *ad Catonem lib.* 15. Gratissimum est te libenter amicitiæ dedisse quod liquidò veritati dares. Liquidò dicere, id est, apertè. Idem 4. *Verr.* Nemo esset, qui hoc se audisse liquidò diceret. Liquidò jurare, i. verè.

Lĭquĭdē, liquidiùs, liquidissimè. Liquidè serenum cœlum. Gell. *cap.* 21. *lib.* 2. Hæc non liquidè consistunt. Idem *cap.* 1. *lib.* 14. Idem quod liquidò. Cic. *ad Planc. lib.* 10. Liquidiùs de toto sensu tuo judicavi, hoc est, apertiùs, certiùs, ac faciliùs.

Liquentiùs Adverb. liquidiùs. Gell. *lib.* 18. *cap.* 5. Sed ut purè liquentiúsque esset.

Liquiditas, atis, λιχμότης. Apul. *lib.* 6. *de Mundo*: Supernis omnibus, ut videri potest, aëris liquiditate, ad modum segminis septis & opertis.

Liquis, vel liquus, *Scal. ad Fest.* Verus autor loquens de figuris & lineamentis: Omnem autem summitatem metiendi observationes sunt duæ, enormis, & liquis. Enormis, quæ in omnem actum rectis angulis continetur. Liquis, minuendi laboris causâ, & salvâ rectorum ratione angulorum, secundùm ipsam extremitatem subtenditur.

Liquŏr, is, masc. gen. Humor liquidus. { ὑγρότης. Gal. *Liqueur, humeur coulante*. Ital. *Liquore*. Germ. Flüſſigkeit / ſo da fleuſt / als waſſer / wein / safft / &c. Hisp. *Licor de lo que suela*. Angl. *Licour*. } Plin. *lib.* 10. *cap.* 52. Piscium ova ex liquore mollia. Cic. 1. *de nat. deor.* Aquæ admistum esse calorem primùm ipse liquor rerum aquæ declarat effusio. Virg. 3. *Georg.*

*Kursum abundabat fluidus liquor, omniáque in se*
*Ossa minutatim morbo collapſa trahebat.*

Pellucidi amnium liquores. Cic. 1. *de natur. deor.* Vitigeni liquoris latex. Lucret. *lib.* 5. ¶ Liquor pro mollitudine & teneritate quadam. Martialis.

*Et placido fulget vivum in ore liquor.*

Sic in vetustis exemplaribus. *Arnobius*: Liber membris cum mollibus, & liquoris fœminei dissolutissimus laxitate. Invergere in me liquores tuos sine ô liber pater. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 1.

*Fontibus ut dulces erumpat terra liquores.*

Tibull. 4.

Lĭquŏr,

Lĭquĕo, es, lĭqui, lĭquere, à *lix* & *aueo*, ut à *lax*, laqueus, lacio. Liquidum & fluidum esse. ¶ נמס *namés* נמס *namak*. מוֹגֵ. Gal. *S'amollir, se fondre.* Ital. *Liquefarsi.* Germ. Weych vnd fleissig seine gestissen Hisp. *Derretirse.* Angl. *To melt or to be melted.* ¶ Vnde liquens, nomen ex participio, idem significans quod liquidus. Virg. 6. *Æneid.*

*Principio cœlum & terram, camposque liquentes*
*Spiritus intus alit.*

Ubi campos liquentes dixit pro mari. ¶ Hinc fiunt composita. Colliqueo, & deliqueo, à quibus rursus fiunt augmentativa Colliquesco, & deliquesco: quorum significata vide suis locis.

Lĭquĕfio, is, Liquidus, fluidúsque fio, mollesco, resolvor, dissolvor, ↄ. Concresco. ¶ נמס *namés* נמס *namak*. מוֹגֵ. Gal. *Devenir liquide, s'amollir, se fondre.* Ital. *Liquefarsi, & ammollirsi.* Germ. Weych vnd zerdenn machen fahen schmelzen zergehen Hisp. *Derretirse.* Angl. *To be resolued or about to melt.* ¶ Virg. 8. *Eclog.*

*Limus ut hic duresci, & hæc ut cera liquescit.*

Idem 8. *Æneid.*

*Vulnificúsque chalybs vasto fornace liquescit.*

Vbi Servius, *Liquescit*, propriè dixit: nam ferrum non solvitur, sed mollescit. ¶ Liquescere voluptate. & fluere mollitia, est mollem esse, & voluptati deditum. Cic. 2. *Tusc.* Opinio est enim quædam esse effeminata & levis, nec in dolore magis, quàm eadem in voluptate: qua quum liquescimus, fluimusque mollitia, apis aculeum sine clamore ferre non possumus. Liv. 1. *bell. Pun.* Ut verò tot hominum jumentorúmque incessu dilapsa est, per nudam infra glaciem fluentémque labem liquescentis nivis ingrediebatur. ¶ Liquescere, pro colari & delabi, quòd quæ liquida sunt, sic diffluere solent. Vitruvius *lib.* 8. Rubro saxo & copiosæ & bonæ, si non per intervenia dilabantur & liquescant, i. diffluant transcolenturque ac dispetdantur, nempe aquæ.

Lĭquo, as. Liquidum facio, liquefacio, quum scilicet aurum vel plumbum igni dissolvimus. ¶ נמס *hemes* נמס *hemak*. ναω. Αμαξιω. Gal. *Fondre, amollir, effraindre & tirer le fer.* Ital. *Liquefare.* Germ. Schmeltzen zerlassen. Hisp. *Derretir.* Angl. *To melt, or make to melt.* ¶ Lucanus *lib.* 7.

——*Ereptaque tela liquavit.*

Cicer. 2. *Tusc.* Ex quo liquatæ Solis ardore excidunt guttæ, Ovid. 4. *Fastor.*

*Nec tigeat tristem vivos cum lacte papaver*
*Sumere, & expressis mella liquata favis.*

Liquare alvum Cels. *lib.* 4 *cap.* 4. Liquanda alvus interdum etiam ducenda. Alvus liquida, fluida & libera non astricta. Fracta alvus, quæ liberius fluit quàm natura patiatur. ac multùm soluta, *Quint.* Tempore & annis liquata (id est, scripta) deferbuerunt. ¶ Liquata vox, quæ liquido exit gutture. *Turn.* ¶ Hujus cómposita sunt, Deliquo, & eliquo.

Lĭquāmen, ĭnis. ¶ ὑγρόλιπαρμα, τὸ ὑγρόλιπαρμα, ἡ χόλη. Gal. *Graisse, sein ou autre chose fondue.* Ital. *Grasso à sevo colato.* Germ. Etwan das gesthmelts oder zerlassen thails schmaltz heisster, &c. Hisp. *La manteca de cosa derretida.* Angl. *Dripping, greace fluet molten.* ¶ Pinguedo animalium ad ignem liquefacta, & in usum coquinarium servata ad condiendos cibos. De aliis etiam dici potest, quibus non vescimur. Est etiam genus condimenti liquidi, ex putrefactis piscium intestinis confectum, & in usum coquinarium servatum ad condiendos cibos: γάρον. Columell. *lib.* 7. *cap.* 4. Succus exocti lupini, veteris vini fæx & amurca pari mensura miscentur, eóque liquamine consita ovis imbuitur. Idem *lib.* 6. *cap.* 2. Libraléque offas in præsulsæ adipis liquamine tinctas lingula demittito.

Liquāminārius, ἀρτοπώλης. Gloss. id est, qui liquamen vendit.

Liquābĭlis, qui liquescere potest. ῥευστός. Apuleius *in Apologia.* Virgilius (ad Magium) enumerat lautum, fragilem, linum durabilem, ceram liquabilem.

Lĭquefăcio, is, Liquidum & fluidum facio, admoto igne, vel Solis calore: à quo liquefio, ejusdem enim liquesco significationis. ¶ נמס *hemes* נמס *hemak*. Αμαξιω, ἀπόλυω. Gal. *Faire fondre ou amollir.* Ital. *Liquefare, far liquido.* Germ. Fliessig machen zerlassen schmeltzen. Hisp. *Derretir.* Angl. *To melt or make to melt.* ¶ Cæs. *in Catil.* Ex statuæ veterum hominum dejectæ, & legum æra liquefacta. Virg. 2. *Georg.*

*Flammarúmque globos, liquefactáque volvere saxa,*

id est, igne soluta, ut inquit *Servius.* ¶ Hujus verbi composita sunt, Alliquefacio, & colliquefacio: quorum significata vide suis locis.

Lĭquĕfio, fis. Fundor, liquesco, dissolvor. ¶ נמס *namés* נמס *namak*. Αμαξιεύομαι. Gal. *Devenir liquide, se fondre.* Ital. *Diuenir liquido.* Germ. Fliessig zerschmeltzen werden. Hisp. *Derretirse.* Angl. *To be dissolued or to melt.* ¶ Cic. 1. *de nat. deor.* Glaciem calore liquefactam & dilapsam diffundi. Idem *in Catil.* Quum & legum æra liquefacta sint.

Lĭquus. Vide *Æquus.*

Lĭquĕt, impersonale. Constat, sive manifestum & certum est, quoniam quæ teneluntur, certa, constabilia & manifesta sunt. ¶ ἐναργὴς ἐστιν. Gal. *Il appert, il est notoire est.* Ital. *Manifesto.* Germ. Es ist offenbar es ligt heller am tag. Hisp. *Es manifiesto.* Angl. *It is euident or manifest.* ¶ Terent. *Eunuch.* Illum liquet mihi dejerare his mensibus sex non vidisse proximis. Nisi nunc quum minimè vellem. Cic. 1. *de nat. deor.* Nec verò Protagoras, qui sese negat omnino de diis habere quod liqueat, sint, non sint, qualéve sint, quicquam videtur de natura deorum suspicari. Liquet inter nos, id est, compertum & certum habemus. Idem *Ad.* ed quòd in nos liqueat, nec tu quidem intelligis. Non liquere sibi de causa, dicebant Judices, quando non satis sibi constabat, condemnandúsne esset reus, an absolvendus: neque commodè poterant judicare, nisi causa denuò diceretur. Quum itaque illud significare volebant, sibi de causa non constare, eúmque esse ampliandum, inscribebant in illis tabellis quæ ad colligenda suffragia judicibus dari solebant, duas hasce literas, N. L. Si enim erant notæ ampliationis, quemadmodum, A. absolutionis, & C. condemnationis. Quòd si collectis suffragiis, maxima pars tabellarum notam ampliationis haberet inscriptam, tunc, ut aiunt, aut is qui judicio præerat, Judicibus de causa non liquere, reúmque ampliandum videri pronuntiabat: hoc est, causam denuò esse dicendam, & reum in aliud tempus reperiendum. Ulpian. *de arbitr. Idem tempus.* Proinde si forte urgeatur à Prætore ad sententiam arbiter, æquissimum erit, si juret sibi de causa nondum liquere, spatium ei ad pronuntiandum dari. Gell. *lib.* 3. Ut absolverem tamen, inducere in animum non quivi, propterea quæ juravi. Non liquere atque ita judicatu illo solutus sum. Quicquid ambiguum in animo fuit, nunc liquet, nunc defæcatum est. Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Vt liqueant omnia & tranquilla sint. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 1.

——*Liquet hoc carissima nova.*

Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.*

*Quod magus ut liquerat, nève hoc ego fingere credar,*

Idem *Eleg.* 11. *lib.* 3. *Trist.*

*Quod precor esse liquet,*

Idem *Eleg.* 7. *lib.* 4. *Trist.*

Līra, æ, Sulcum significat, sive fossam rectam in agro, teste *Nonio*, in quam terræ ulrro confluit. ¶ תלם *telém* תלמים *melamim* גדוד *gheddiadh*. Γῆλαξ. Gal. *Sillon, terre levee & entre deux fossez.* Ital. *Solco, ò elevatura di terra tra due fossi.* Germ. Ein wasserfurch einen ackers dardurch das regenwasser ausfliessen gleitet wird. Hisp. *La tierra entre dos sulcos emalga.* Angl. *Aridge betweene two furrowes.* Columella tamen liras eosdem videtur facere cum porcis, hoc est, editiores terræ cumulos inter duos sulcos interceptos. Sic enim scribit *lib.* 11. *cap.* 2. Liras rustici vocant eosdem porcas, quum sic aratum est, ut inter duos latiùs distantes sulcos medius cumulus siccam sedem frumentis præbeat. Idem *lib.* 11. *c.* 3. Est autem lira similis ei porcæ quam in sationibus campestribus rustici faciunt, ut uliginem vitent.

Lĭra, æ, mg. æ. Plaut. *Pœn. sc.* 1. *a.* 1. Nam tuæ blanditiæ mihi sunt, quod dici solet, Gerræ germanæ, atque edepol, liræ, liræ. Aliter scribunt *Lyræ*, etiam *lyra*. Meursius autem scribit *liræ, liræ.* & docet esse ipsum Græcanicum λῆρος, & manasse ad Italos ex magna Græcia; & hinc esse *lirare*, pro ineptire, & *delirare.*

Lirāre. ¶ ἀνάλημμα ἰλλάειν, ἄγλαξ ἀλαγίζω. Gal. *Faire sillons en une terre labourée.* Ital. *Far tali elevature tra solchi.* Germ. Wasser furchen machen. item, Eggen. Hisp. *Emalgar lo arado à sembrado.* Angl. *To make ridges.* ¶ Est liras facere, ut in sulcos porcis aqua defluat: quod fieri solet tertia aratione, jacto jam semine. Solebant enim antiqui, teste Varr. *de re rustica, lib.* 1. *c.* 1. & *cap.* 19. tres facere arationes. Primò enim arabatur terra, idque vocabant proscindere. Deinde secunda aratione, exercitatæ grandiores glebæ frangebantur, quod vocabant offringere. Tertia aratione, jacto semine boves lirare dicuntur, quum cabellis ad vomerem additis, simul & satum frumentum operiunt in porcis, & sulcant fossas quò pluvia aqua dilabatur. Plin. *lib.* 18. *cap.* 20. Aratione per transversum iterata, occasio sequitur, ubi res poscit, crate, vel rastro, & sato semine iteratio, hoc quoque ubi consuetudo patitur, crate dentata, vel ramula aratro adnexa, quod vocant lirare, operientes semina: unde primum appellata deliratio est. ¶ Lirare quoque, confodere aliquando significat, per quandam similitudinem. *Pomp.* Jámne abierunt? Jámne obcendunt? Jamne ego sum in tuto satis? num quis hic restitit, qui nondum labias lirarit mihi, id est, confoderit, ex Nonio. *cap.* 1. *num.* 62.

Lirātim, adverbium. Per liras. ¶ κατὰ ἄναγμα. Gal. *Par sillons.* Ital. *A solco à solco.* Germ. Den furchen nach. Hisp. *De emelga en emelga.* Angl. *By ridges.* ¶ Columella. Eæque quum sint divisæ liratim sesi debent.

Lirĭnus, a, um, λειρεος. liliaceus, è lilio factus, vel lilio similis.

Lirimiris, λειμωνίς. Oppidi nomen in tractu magis Septentrionali Germaniæ. Ptolem. *lib.* 2. *cap.* 11. ¶ Ἔθνος. ¶

Lirĭŏpe, λειριόπη. Nympha marina Oceani & Tethyos filia, ex qua Cephisus amnis Narcissum puerum formosissimum suscepit. Ovid. *lib.* 3. *Metamorph.*

*Caruit Liriope, quam quondam flumine curvo*
*Implicuit, &c.*

Lirĭnum unguentum, vide *Lilium.*

Lirippium, vox barbara. Kilian. *in Dict. Belgicol.* est superhumerale.

Liris, λίρις. Fluvius Campaniæ, sive Latii novi per Minturnatum ruinas in sinum Caietanum illabens, non procul à Formis. ¶ Ein fluss in Campanien. ¶ Alio nomine Glanicus dicitur, teste Plin. *lib.* 3. *cap.* 5. Itali hodie *il Garigliano* appellant.

Lirnytea, λιρνύτεια, urbs Pamphiliæ. Steph.

Lis, ĭtis, à *sisto*: fuit enim *sistis*, postea *ilitis*, tum *litis*. & denique *lis*. Alij dicunt à limite: alij ab ἔρις, quod antiqui dicebant *eris*, postea *lis*. Controversia: à limite dicta, quòd primæ inter homines lites de limitibus fuerint. ¶ מצה ריב *massáh. Rib.* ἔρις. Gal. *Noise, debat, prezez.* Ital. *Pista, lite, controversia.* Germ. Ein zanck oder spann. Hisp. *Lid, à pleyto, ò contencion.* Angl. *Strife, contencion, debate.* ¶ Lis & Jurgium sic differunt, teste *Nonio*. levior enim dissensio, vel discordia inter benevolos, aut propinquos, jurgium dicitur; gravior disceptatio inter inimicos, lis. Cic. *de Rep.* 4. Si jurgant, benevolorum concertatio est inimicorum non jurgium dicitur. Et *paulò* ↄ*st*, jurgare igitur lex putat inter se vicinos, non litigare. Ovid. 6. *Fast.*

*Dixit & in litem studio certamina surgunt,*

Litium pleni, pleni, rapaces, Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 4. ¶ Lis instrumentum à *Quintiliano* pro ipsis actis, quæ *productiones* vocamus. Dicimus elegantèr, litem habere cum aliquo, litem alicui intendere, litem capitis in aliquem inferre. Fac illi turbas, lites. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 4. Litem dare contra aliquem, vel secundùm illum judicare. Gell. *c.* 10. *lib.* 5. Qui pugnam expectat, lites contrahit. Plaut. *Capt. prolog.* Litem suam facere, id est, litis causam suscipere & tanquam suam defendere. Litem autem suam faciebat judex, non solùm qui malè judicabat, sed etiam qui, quæ judicare hora debebat, ad comitia non veniebat;

veniebat. Curius *ad Matrob.* Inde ad comitium vadunt, ne litem suam faciant: dum eunt, nulla est in angiporto amphora, quam non impleant. Judex, inquit Ulp. *in tit. de judic. leg.* 15. §. 1. tunc litem suam facere intelligitur, cùm dolo malo in fraudem legis sententiam dixerit. Litem meam facere adversùs eum absens nolui, Gell. *cap.*1. *lib.*10. Litem meam ego faciam, Senec. *cap.*2. *al.* 1. *de consol. ad Polyb.* Cicer. *lib.*2. *de Orat.* & Gell. *lib.*9. Judex autem dicitur litem suam facere, quum dolo malo in fraudem legis sententiam dixerit. Dolo autem malo hoc facere videtur si evidens arguatur ejus gratia, vel inimicitia, vel etiam sordes, ut veram æstimationem litis præstare cogatur. Ulpian. *in l. si filiusfam. ff. de judicio.* Litis nomen (ut vult idem Ulpian.) actionem significat, sive in rem, sive in personam sit. Litem perdere, id est, ejus rei causam, de qua agebatur, dimittere. Lite cadere, est ejus rei, de qua agitur, causam amittere. id quod sæpe Cicer. dixit, causa cadere. Litem in rem suam vertere, Liv. 5. *ab Urbe*, id est, rem inter duos controversam adjudicare sibi: quod fit quum judex ita cum litigatoribus agit, ut jure suo cedant. ¶ Litis contestatio, est hinc inde apud judicem, negotij principalis facta narratio. Oritur enim litis contestatio ex petitione actoris, & exceptione rei. Litem contestari, Gell. *cap.*10. *lib.*5. Litem pro Discrepantia & confusione quarancunque rerum, etiam animatarum, posuit Ovid. 1. *Metam.*

——— ——— *quia corpore in uno*
*Frigida pugnabant calidis, humentia siccis:*
*Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus:*
*Hanc Deus & melior litem natura diremit.*

¶ Litem inter se jungere. Ulp. *D. lib* 44. *tit.*6. *l.*1. §.1. Et quod fieri potest, ut duo in necem ejus litem inter se jungant, qui cum ipso litigare non poterant.

Litigo, as. Disceptо, Contendo, sive id in foro sit, sive extra forum. {רב rab *hitstsáh. ἀμφισβητῶ, ἐγκαλῶ, διαζεύγνυμι, λοιδόρημαι.* Gal. *Avoir noise, debat, different, ou procez contre quelqu'un, plaider.* Ital. *Litigare, far lite.* Germ. Zancken / spenning sein. Hisp. *Pleytear ò contender.* Angl. *To stryve, to beate to be at variance.*} Cic. *pro Cælio*, Aliquot enim in causis videram cum frustrà litigantem. Martial. *lib.*7.

*Ah miser & demens, viginti litigat annos.*
*Quæ jurgia, cui vinci Gargilianæ licet?*

Plaut. *in Rud.* Qua de re nunc litigatis inter vos? Cic. *ad Attic.* Hircius cum Quinto acerrimè pro me litigavit. Idem *Qu. Frat.* Litigarem tecum si fas esset. Ut decumbamus, suadebo dum hi litigant. (i. rixantur.) Plaut. *Asin. sc.*2. *a.*5.

Litigium, ij, Litis actio. {ריב rib מצה matstsáh. ἀμφισβήτησις, ἔρις. Gal. *Noise, debat, procez.* Ital. *Lite, piato, controversia.* Germ. Ein zanck / hader / streit. Hisp. *Pleyto ò contencion.* Angl. *Strywng, debate, controversie in wordes.*} Plaut. *in Casina. sc.*2. *a.*1. Nam ego quid contrahere cupio litigij inter eos? Idem *Almach. sc.*2. *a.*5. Litigium tibi est cum uxore. Ecce autem litigium (inter virum, & uxorem) Idem *ibidem.* Novi te hominem molestum, quive emas litigium. Idem *Amphitr.* Plin. *lib.*37. *cap.*10. Sidcrites ferro similis, & litigio illata discordias facit.

Litigiōsus, a, um. qui frequens in litibus versatur, vel quavis de causa litem movet. {φιλόδικος, δύσκολος, ἐγκληματικός, ἀμφισβητητικός. Gal. *Noiseux, litigieux, plaideresse, contentieux.* Ital. *Litigioso.* Germ. Zänckisch / spannig / der gern rechtet. Hisp. *Pleyteador, contencioso.* Angl. *Full of stryfe or contention, a wrangler.*} Cicer. *in Verr.* Hominem id ætatis minimè litigiosum, quàm tumultuosissimè aggrediuntur. Idem *pro Murana.* Quid huic tam loquaci litigioso responderet ille, unde petebantur? ¶ Litigiosa disputatio, Idem 5. *de finib.* Fora litigiosa, plena litibus, Ovid. 4. *Fastor.* ¶ Interdum litigiosum, idem est quod controversum, hoc est, de quo lis est & controversia, ἀμφισβητούμενον. ut Litigiosum prædium, apud Cic. *de Orat.* Litigiosus ager, apud Ovid. 2. *Fastor.*

Litigātor, qui litigat. {דין rab. ὁ διαδίκων, ὁ διαγωνιστής, ὁ ἀμφισβητῶν. Gal. *Plaideur, faiseur de noises, & debat, chicaneur.* Ital. *Chi fa lite, litigante.* Germ. Ein zancker / der ein handel um rechten hat / oder führt. Hisp. *Pleyteador, contendedor.* Angl. *A striver, a sutter in the law.*} Cic. *pro domo sua*, Emit domum litigatoribus defatigatis propè dimidio carius quàm æstimabat.

Līsæ, χαυλιόδοντες. Cels. *lib.*4 *cap.*1. Sunt autem lisæ, teste Donato, venæ majores gutturis, quibus intersectis animal confestim emoritur. Unde elisum dicitur, quicquid ex tali causa mortuum est.

Lismora. *Lismore*, V. E. Hiberniæ, sub A. Cassiliensi.

Līssa, Λίσσα, insula est maris Adriatici, contra Iader. Plin. *lib.*3. *cap. ultimo.*

Līssus, Λίσσος, Fluvius Thraciæ, inter Masambriam Samothracum & Strymam Thasiorum in mare illabens, quem Græci scriptores inter eos annumerant, quos à Xerxis exercitu exsiccatos tradunt. Autor Herod. *lib.*6. ¶ Lissus item oppidum est in finibus Dalmatiæ, Macedoniæ contiguum, non procul à Nymphæo promontorio Plin. *lib.*3. *cap.*22. & Ptolem. *lib.*2. *cap. ult.* Lucanus *lib.*3.

*Præterunt frustra tamen litora Lissi,*
*Nymphæumque tenent.*

Līsta, linea. Gloss.

Līsta, ora & limbus; quidam lineam esse aiunt, unde fabellas. Līsta defundato. est auro texta, aut picta acu.

Lītānīa. {תחנון techinnáh. Numer. 6.} Supplicatio: à verbo Græco λιτανεύω, quod significat supplicare, & vota suscipere. Vulgus ineptè vocat *Letaniam.* Vid. Rhod. *lib.*5. *cap.*3.

Lītĕra, æ, quamvis ratione etymologiæ primam videatur debere corripere (creditur enim litera dicta, quasi linura) ubique tamen apud veteres Poëtas eandem produxit. Aliqui tamen veram literæ appellationem ex figura emergere arbitrantur, cùm eas certis lineis contineri videant, ut quæ primùm lineaturæ dicerentur, postea literæ dictæ sint. {γράμμα. Gal. *Lettre.* Ital. *Lettera.* Germ. Ein buchstab. Hisp. *Letra.* Angl. *A letter.*} Superfluus itaque anxietas eorum potest videri, qui primam hujus dictionis syllabam producere non audent, nisi gemmata consonante: insignis autem illorum temeritas, qui eam nullo veterum exemplo corripiunt, frivolóque atque incerto etymo freti, ab unanimi veterum omnium consensu non dubitant discedere. Propriè autem literæ dicuntur, minimæ atque individuæ partes orationis, ex quibus constituuntur syllabæ, & tam singulari quàm plurali numero elementum significat, videlicet A. B &c. Cic. *pro Sylla.* Literæ posteritatis causa repertæ sunt. Quint. *lib.*1. *c.*4. Ut pro Fundanio Cicero testem, qui primam ejus literam dicere non posset, irridet. Cicero 4 *Verr.* Huic etiam Romæ videmus in basi statuarum maximis literis incisum à communi Sicilia datas. ¶ Dicitur autem Litera, quasi legitera, ut quibusdam placet, eo quòd legenti præbeat iter: vel quòd in legendo iteretur, ut ait *Servius*: vel à lituris, quòd scripta deleri possint: in ceratis enim tabulis antiqui plerunque scribere solebant, & deinde delebant. Alij à verbo *lino* deducunt, quod inscribendo atramentum illinitur, hoc est, leviter inducitur charax. ¶ Aliquando Litera capitur pro scribendi manu Cicer. *ad Attic.* Nam Alexidis manum amabam, quòd tam propè accedebat ad similitudinem tuæ literæ. ¶ Plurali numero literæ epistolam designant. {βίβλος *sépher.* χάρτης Gal. *Lettres missives, epistre.* Ital. *Lettere.* Ger. Brieff / schrifft. Hisp. *La letra, carta mensagera.*} Apud Poëtas tamen legitur Litera in singulari, pro epistola, χάραγμα quoque à Græcis. Ovid. *in epist.*

*Quam legis ab rapta Briseïde littera venit.*

Ignari etiam servilium literarum, Senec. *cap.*9. *de tranquill.* Ovid. *Eleg.*7. *lib.*3. *Trist.*

*Littera sermonis fida minister mei,*

Seu per scriptas literas, seu per internuntium abire, &c. Plaut. *Prol Amph.* Ovid. *Eleg.*4. *lib.*4. *Trist.*

*Non fuit arbitrij littera nostra tui.*

Literas facere super re aliqua, (i. scribere.) Gell. *cap.*15. *lib.*6. & Plaut. *Asin. sc.*1. *a.*4. Salutem mittit per cetam & linum, literásque interpretes. Idem *Pseud. sc.*1. *a.*1. Ut literarum harum sermonem audio. Expoliunt liberos, docent literas. Idem *Mostell. sc.*2. *a.*1. ¶ Litera pro Musa,

*Non tamen ut fuisse, rursus mea littera ludet,*

Ovid. *Eleg.*1. *lib.*3. *Trist. &c.* Item ad literam locum dicere. Senec. *Epist.*676. Literas scisse Ciceronem negabat. *ibid.* ¶ Vocantur præterea Literæ, λόγοι disciplinæ, qui literarum monumentis continentur. Plaut. *in Rudent.* Literas didicisti, sine alios discere. Hinc, Dare literis operam dicimus, hoc est incumbere ingenuis artibus, quæ literis consignatæ sunt. ¶ Literæ exolescentes, id est, fugientes Ciceroni; caduceæ. Plinio. ¶ Literæ laureatæ, i. literæ victrices. Ciceronis *in epist. ad Atticum.* ¶ Literis tinctus, vide *Tingo.* Ad literam, idem quod ad verbum. Quintil. *lib.*9. *cap.*2. Quemdnobus ab eo libris tractatum locum ad literam subjeci. ¶ Aliquando usurpatur pro scriptura. Cicer. *in Verr. act.*3. ut Romam rediit, nullam literam pupillo, nullam matri ejus, nullam tutoribus reddidit. id est, schedulam nullam scripsit, quâ testaretur & agnosceret se accepisse pecunias, &c. ¶ Ne literam quidem, pro nihil scripsit, nullas literas misit. Cic. *Comm. lib.*2. Ille quum ad Thermum de Parthico bello scriberet, ad me literam nunquam misit, id est, tantum abest, ut ad me literas miserit, ut ne literam quidem miserit. Literas attingere, est ipsas tractare, seu versari in studiis literarum. ¶ Literæ interiores, sunt abstrusiores, altioréque disciplinæ. ¶ Literæ publicæ sunt, quas barbari *registra* vocant. Referre aliquid in literas publicas, est quod barbari *Inregistrare* dicunt. ¶ Literæ, pro Edicto & mandato Magistratûs. Cic. 7. *Verr.* Cedo mihi ejusdem Prætoris literas, & rerum decretarum, & frumenti imperati. *Budæus.* ¶ Apud Ciceronem pro scriptis & monumentis literarum, *ad Attic.* Quod meis omnibus literis in Pompeiana laude esset perstrictus: id est, meis omnibus scriptis. ¶ Literam longam facere, pro, laqueo vitam finire, quòd laqueus similitudinem literæ habeat Plaut. *Aulul. sc.*2. *a.*3. Nihil est melius quàm ex me unam faciam literam longam. laqueo collum quando obstrinxero. ¶ Literas nescire, pro nescire pingere, ac scribere. ¶ Trium literarum homo, id est, Fur, Apud eundem Plaut. *Aul. sc.*2. *a.*2. Tu trium literarum homo vituperas me?

Lītĕrŭla, diminut. {γραμμάριον Gal. *Petite lettre.* Ital. *Picciola lettera.* Angl. *A litle letter.*} Cicer. *ad Tironem lib.*16. Accepi tuam epistolam vacillantibus literulis. ¶ In numero plurali pro exigua epistola. Idem *ad Attic. lib.*14. Etsi novi nihil, nostro more tamen ne patiamur intermitti literulas. ¶ Aliquando eodem numero, pro disciplinis, aut earum studiis, Idem *ad Tironem lib.*16. Literulæ meæ, sive nostræ cui desiderio oblanguerunt.

Lītĕrātŭs, qui literis præditus est, literis ornatus, eruditus, doctus. {ὁ φιλόλογος, ὁ εἰδὼς Μούσας ἀμφιέπειν. Gal. *Lettré & sçavant.* Ital. *Litterato, dotto.* Germ. Gelehrt. Hisp. *Letrado, hombre de letras.* Angl. *Learned, cunning.*} Cicer. *in Verr. a.*3. Circumpedes autem homines formosos, & literatos, suos esse dicebat, se emisse. Idem *Famil. lib.*9. *ad Pet.* Frater meus, quem literatissimum fuisse judico, facilè dicerer. Hic versus Plauti non est, hic est. ¶ Literatus etiam dicitur, cui aliquid insculptum est, & superscriptum Plautus *in Pœnulo*, Haud secùs tu videas literatas ibi epulas, &c. Literatum otium, in quo literis operam damus. Cicer. 5. *Tusc.* Quid est enim dulcius otio literato? hujus contrarium est, Illiteratus: de quo suo loco. ¶ Literatulus, diminutivum est.

Lītĕrātĭor. comparativus. Senec. *quæst. nat. lib* 4. *cap.*13. Quid istas inquis ineptias, quibus nec literatior sit quisquam, nec melior, tam operosè persequeris?

Lītĕrātè, adverbium Doctè, eruditè, elegantèr. {γραμματικῶς. Gal. *Doctement.* Ital. *Dottamente.* Ger. Zünfftlich. Hisp. *Doctamente.* Angl. *Learnedlie, cunninglie.*} Cicer. *in Pison.* Ita enim sunt perscriptæ scitè & literatè. &c.

Literalis, vel scriptilis vox Diomedes *lib.*1.

Lītĕrārĭus, a, um. quod ad literam, vel ad literas pertinet. {γραμματικός. Gal.

Gal. *Appartenant aux lettres.* Ital. *Ciò che appartiene à lettere.* Germ. Das zu den buchſtaben oder künſten vnd der geſchrifft gehört. Hisp. *Cosa perteneciente a letras.* Angl. *Belonging to letters.* ¶ Hinc dicitur ludus literarius, παιδαγωγεῖον. διδασκαλεῖον. in quo adoleſcentes in literis inſtituuntur. Plin. *lib.9. cap.8.* Ex Baiano Puteolos in ludum literarium trantem, &c. id eſt in ſcholam.

**Litterātŏr**, is, qui leviter literis tinctus eſt, vel qui prima literarum elementa docet, Grammaticus. ¶ γραμματιστής. Gal. *Lettré tellement quellement.* Ital. *Alquanto dotto.* Germ. Ein halbgelehrter/der ein wenig gelehrt iſt. Hisp. *El mal grammatico.* ò *letrado.* Angl. *A smatterer, shath hath litle skill of good letters.* ¶ Literatorem enim non perfectum literis, ſed imbutum tantùm eſſe docet Sueton. *de claris Grammat.* Unde apud majores, quum familia alicujus venalis produceretur, non temerè quem literatum in titulo, ſed literatorem inſcribere ſolebant, quaſi non perfectum literis, ſed imbutum. Literator linguæ Latinæ, Gellius *cap.6. lib.16.*

**Litterātūrā**, æ, eadem quæ Grammatica. ¶ γραμματική. Gal. *Literature, connoiſſance des lettres.* Ital. *Scrittura, ſcienza.* Germ. Die kunſt der buchſtaben vnnd geſchrifft. Hisp. *El letrero, conocimiento de las letras.* Angl. *Learning, wryting, cunning.* ¶ Quintilian. *lib.2. cap.15.* Non ipſam nunc volumus ſignificare ſubſtantiam, ut Grammaticè literatura eſt: non literatrix, quemadmodum oratrix: nec literatoria, quemadmodum oratoria. ¶ Aliquando invenitur pro literarum ſcientia, & cognitione, Cicer. 2. *Philipp.* Fuit in illo ingenium, ratio, memoria, literatura, cogitatio, diligentia. (de Cæſare.) Senec. *Epiſt.89* prima illa literatura (ut antiqui vocabant) per quam elementa pueris traduntur. Cic. *in part.* Literatura conſtat ex literarum notis.

**Litterōsŭs**, a um, Literatus, γραμματικός. Caſſius Hemina *Annal. lib.4.* Homo merè litteroſus. Ex *Nonio.*

**Lithargyros**, λιθάργυρος. Corporis metallici genus, quod à *Plinio* argenti ſpuma appellatur: quamvis non ex ſolo argento, verùm etiam ex auri vena fiat, & ex plumbo. ¶ Sunt autem tria ejus genera, Chryſitis, Argyritis, & Molybditis. Plin. *lib.33. cap.6.* Dioſc. *lib.5.*

**Litheſius**, λιθήσιος. Apollo in Malea, quod in lapide collocatus ſit, à *Litho*-ſicut Marathefius à Marathos. *Steph.*

**Lithiāsis**, is, λιθίασις. Calculi generatio in veſica, per quem urinæ excretio prohibetur. A verbo Græco λιθιάω, quod eſt calculo laboro. ¶ Lithiaſis præterea dicitur, quum in palpebris gignuntur albicantia quædam & dura tubercula lapillorum modo.

**Lithizōntes**, λιθίζοντες. Gemmæ quædam ex genere carbunculorum, lividiùs, & languidiùs lucentes, unde & nomen acceperunt, quòd ad lapidum potiùs, quàm ad gemmarum naturam accedant. Autor Plin. *lib.37. cap.7.*

**Lithocolla**, λιθόκολλα. Glutinum quo lapides conjunguntur. Fuit autem ex lapide Pario aut marmore, cum taurino glutino. *Hermol.*

**Lithoglyphus**, ¶ λιθογλύφος. Gal. *Taillur de pierres, ſculpteur.* Ital. *Scarpellino.* Germ. Ein ſteinhawer / oder bildhawer. Hisp. *Sculpidor* ò *entallador.* Angl. *A graver* ò *enayller.* ¶ Sculptor lapidum.

**Lithos**, λίθος, lapis. inde ſequentia nonnulla, Latinis uſitata.

**Lithargyros**, argenti ſpuma.

**Lithiaſis**, calculi generatio in veſica: pueris familiaris ob edacitatem.

**Lithocolla**, λιθόκολλα. glutinum, quo lapides conjunguntur.

**Lithoglyphus**, ſculptor lapidum.

**Lithoſpermon**, λιθόσπερμον. Herba eſt, quæ hodie nomine notiore Milium Solis dicitur. Lithoſpermon ideò dictum, quòd ſemina tanquam calculos ferat, candore & rotunditate margaritarum, duritia verò lapidea. Vide Plin. *lib.27. cap.12.*

**Lithōſtrōtŏs**. ¶ λιθόστρωτος. Græcis. Gal. *Pavé de pierres.* Ital. *Terrazzo, battuto, laſtricato, de pietra viva.* Germ. Mit ſteinen oder einen eſtrich beſetzt. Hisp. *El ſuelo ſolado de piedras.* Angl. *A place paved with fine square ſtones.* ¶ Adjectivum ſignificans, quod lapide eſt ſtratum: à nomine λίθος, lapis, & verbo στόρνυμι, ſterno. ¶ Hinc Lithoſtrota dicta ſunt quædam pavimentorum genera, quæ ex minutis lapillis ſternebantur, colorum diverſitate rerum quarumlibet imaginem exprimente. Plin. *lib.36. cap.26.* Pavimenta originem habent apud Græcos elaborata arte picturæ ratione, donec lithoſtrota expulêre eam. Et *paulò pòſt.* Lithoſtrota cœpêre jam ſub Sylla, parvulis certè cruſtis: extátque hodie quod in Fortunæ delubro Prænestæ fecit.

**Lithōtŏmĭă**. λιθοτομία, Lapidicina, quæ & Latomia dicitur, à nomine λίθος lapis. & verbo τέμνω, cædo. vel ſeco. ¶ Fuit etiam carceris nomen Syracuſis, in quo noxij aſſervabantur. Meminit hujus carceris Thuc. *lib.6.* & ſæpiùs Cicer. *in Verrem.*

**Lithotomos**, λιθότομος. qui calculos in veſica findit atque comminuit, quo nomine etiam ob id vocatus eſt Ammonius. Celſ. *lib.7. cap.26.*

**Lithurgus**. λιθουργός, lapidarius.

**Liticen**, qui lituo canit.

**Litigator**. Litigioſus, Litigo. Litigium, vide *Lis*, itis.

**Lītŏr**, as quaſi luto, à λίτη, vel à λιτὴ prece: unde Litania. Sacrificio facto deos placo, divinam rem facio, verbum à precibus dictum, teſte *Feſto*, qua Græci λιτὰς vocant. ¶ חג chippér. καθαίρω. Gal. *Impetrer de Dieu par ſacrifices.* Ital. *Placare con ſacrifitij & impetrare.* Germ. Mit opffern Gott verſünen etwas zuerwerben. Hisp. *Impetrar y placar por ſacrificio.* Angl. *To ſacrifice, to obtaine by ſacrifice.* ¶ Sueton. *in Cæſare.* Deinde pluribus hoſtiis cæſis quum litare non poſſet, introiit curiam: Nam & victimas cæſas Diri patri litavit. Idem *in Othone, cap.8.* Litare, & Lutare, à luendo, id eſt, ſolvendo vota. ſcil. Diis. *Varro*, Habes qui, & cujus rei cauſa fecerim hecatomben, in quo ego (ut puto) quoniam luere eſt ſolvere, lutavi. Inter Litare & Sacrificare tamen hoc intereſt, (inquit Nonius,) Sacrificare eſt veniam petere: Litare eſt propitiare, & votum impetrare. Virg. *4. Æneid.*

*Tu modo poſce deos veniam, ſacriſque litatis*
*Indulge hoſpitio.*

Sacris (inquit) litatis, id eſt, venia per ſacrificia impetrata, vel felicem eventum promittente victima. Plaut. *in Poen.* Si hercle iſtuc unquam factum eſt, tum me Jupiter faciat, ut ſemper ſacrificem, neque unquam litem. Cic. *pro Placc.* Litemus igitur tentulo, parentemus Cethego. Non litante ſacrificio, Suet. *in Auguſt. c.96.* ¶ Aliquando ponitur pro ſatisfacere. Plin. *in Panegy.* de ſtatuis loquens, Illæ autem aurex, & innumerabiles ſtrage & ruina publico gaudio litaverunt. ¶ Litatò, id eſt, addicentibus victimis: ſicut Auſpicato, id eſt, addicentibus avibus, hoc eſt, lætum ei inſtitutæ exitum promittentibus. Liv. 5. *ab Urbe.* Non deorum ſaltem, ſi non hominum memores, nec auſpicatò, nec litatò inſtituunt aciem diductam in cornua.

**Litatò**, adverbium, vide *Lito.*

**Litātio**, nis, Voti per exſtam victimam impetratio, vel victimæ læta promittentis mactatio. ¶ חגך chippur. καθαίρω. Gal. *Impetration de ce qu'on demande à Dieu.* Ital. *Impetratione di ciò che ſi prega ſacrificando.* Germ. Ein verſöhnung durch auffopferung/ eine verſünung. Hisp. *Obra de impetrar y placar por ſacrificio.* Angl. *A pleaſing of God with ſacrifice.* ¶ Plaut. *Pſeud. ſc.3. a.1.* Ut hodie ad litationem huic ſupperat ſatias Jovi. Liv.7. *bell. Punic.* Per dies aliquot hoſtiæ majores ſine litatione cæſæ: diúque non impetrata pax Deûm. ¶ Hujus compoſitum eſt Perlito, quod eſt perfectè lito. *Gell.* Si hæ res divinæ factæ titêque perlitatæ eſſent, aruſpices dixerint omnia ex ſententia procedurum eſſe.

**Litotes**, λιτότης, eſt tenuitas, vilitas, frugalitas.

**Lītŭs**, quod aliter ſcribunt *litus*, oris, terra adjacens mari, quæ fluctibus alluitur: unde & nomen inveniſſe putatur ab alluendo, vel allidendo, niſi ſi malis à Græco λιτὸς, quod ſcilicet ſit terra tenuis. ¶ חוף *chooph.* ἀκτὴ, αἰγιαλὸς ἰτέα, ὄχθη. παραλία. Gal. *Le bord ou le rivage de la mer, ou d'un fleuve.* Ital. *Lito.* Germ. Ein geſtad deß meers. Hisp. *La ribera del mar, ò tierra cerca della.* Angl. *The ſea banks or ſhoare.* ¶

*Et date naufragio litora tuta meo.* (metaphoricè.)

Ovid. *Eleg.4. lib.1. Triſt.*

*Præteritque cita Syrtium littora puppi,*

Tibull. *lib.4.* Dictum autem eſt litus, quaſi lucus à luendo. (i. ſolvendo) quia luuntur vota à nautis in littore, vel quòd alluatur fluctu. Litus (inquit Celſ. *l. littus. ff. de verborum ſignific.*) eſt, quò uſque maximus fluctus à mari pervenit: idque M. Tullium aiunt, quum arbiter eſſet, primùm conſtituiſſe. Proptiè itaque littus de mari dicitur: ripa, de fluminibus, ὄχθη. Ovid. 1. *Metam.*

——*campóque recepti*
*Liberiùs aqua pro ripis littora pulſant.*

Suet. *in Neron.* Diſpoſitæ per litora & ripas diverſoriæ tabernæ. Quandoque etiam litus dicitur de fluminibus. Virg *in Dirn.*

*Littora quæ dulces aurus diffunditis agros.*

id quod dixit quum de Mincio Mantuani agri fluvio loqueretur. Litus & ripa, pro eodem accipi videntur apud Columellam *lib. 1. cap.5.* Villa ſemper mare rectè conſpicit, quum pulſatur, ac fluctu reſpergitur, nunquam ex ripa, ſed paulùm ſummota à litore. ¶ Sumitur interdum pro agro mari vicino. Virgil. 4. *Æneid.*

——*cui litus arandum,*
*Cuique loci leges dedimus.*

¶ Interdum pro ſpatio circa aram: à litando, quia ibi litabantur hoſtiæ. Nam (ſicut docet *Donatus*) navigantes eundo & redeundo in litore ſacrificabant. Si itaque *Donato* à litando litus dicit credimus, videtur unico t, eſſe ſcribendum, quemadmodum etiam à nonnullis ſcribi videmus. In carmine tamen omnes geminant conſonantem. Sed ne hoc quidem videtur neceſſarium, quum uſquam litus correptum in prima inveniatur. Itaque videtur potius naturâ longa eſſe, quàm ratione geminatæ conſonantis licenter produci. Sed de eo Grammatici viderint.

**Litōrĕŭs**, a, um, adjectivum, Litoralis, maritimus, & Litorea domus, quæ in litore, aut juxta litus conſtructa eſt. ¶ ἀκτὴ παραθαλασσία. Gal. *Qui eſt ſur le bord de la mer.* Ital. *Chi è alla piaggia del mare.* Germ. Das zu dem geſtad des meers gehört. Hisp. *Coſa de la ribera del mar.* Angl. *That is by the ſhoare or caſt of the ſea.* ¶ Martial. *lib.10.*

*Anxurus æquorei placidos Fontine receſſus,*
*Et proprium Baiæ littoreámque domum.*

**Litorex** aves apud Virg. 12. *Æneid.*

*Litoreas agitabat aves*, id eſt, paluſtres.

**Litorālis**, e, Litoreus, ad mare, maritimus, ut Litoralis piſcis, id eſt, in litore vivens. Plin. *lib.9. cap.17.* Nec litoralibus gratia. Dij litorales, Catull. *de Pinaſſe.*

*Nemo ulla vota litoralibus diis*
*Sibi eſſe facta.*

**Litōrōſŭs**, a, um, ¶ ὁ πολὺ ἀκτώδης. Gal. *Qui eſt fréquent au bord.* Ital. *Che è appreſſo el lito del mare.* Germ. Das bey dem geſtad deß meers iſt. Hisp. *Que eſta caſi ſiempre à la ribera.* Angl. *Of ten by the caſtes or ſhoares.* ¶ Plin. *lib.37. cap.10.* Calais ſapphirum imitatur, candidior, & litoroſo mari ſimilis, id eſt, cum aquæ marinæ colorem referens, qui eſt circa litus.

**Lituania**, provincia magni Ducatus titulo nobilis. miſsâ idololatriâ, Chriſti fidem ſuſcepit anno 1386. Pagellone Duce in Poloniæ Regem adſumpto ac baptizato, anno autem 1578. in unum Reipublicæ corpus cum Polonia coaluit.

**Litura**, vide *Linо.*

**Lītŭrgus**, λειτουργὸς proptiè qui publica operatur.

**Liturgia**, λειτουργία, actio λειτουργὸς, quæ eſt, λειτουργία.

**Liturgicus**, a, um, λειτουργικὸς, ἡ, ὸν quaſi dicas miniſterialis, miniſtrato tocius.

Litus, vel, lidus, in legibus veter. homo dedititius, qui ingenuitatem suam mancipavit.

Litŭus, ὁ λίτυος, τὸ μακρὸν ξύλον ἱπποφόρβιον ἐοικὸς κέρατι, καμπύλον ἀκρωτήριον. Plutarcho, Baculus incurvus quo sedentes Augures avibus templa designabant. ¶ Gal. *Un baston, ou une verge de quoy usoient les Augures anciennement, un cor, ou cornet.* Ital. *Trombetta, picciola verga, usata da gli augvri.* Germ. Ein stab der oben auß krumb ist / vor zeitten von den weissagern gebraucht / die auff der vögel geschrey vnd fliegen achtung trugen vnd Augures hiessen. Hisp. *La trompeta bastarda, ò cuma, ò cierta verga que usavan antiguamente en los agueros.* Angl. *A crood bayne or trumpet.* ¶ Gell. *lib* 5. *cap.* 8: Lituus est virga brevis, in parte quâ robustior est incurva. Primus litui usus à Romulo manasse creditur, qui dum urbem conderet, hujusmodi baculo regiones direxit. Cicer. *lib.* 1. *de divinat.* Quin (inquit) lituus ille vester (quod clarissimum est insigne Auguratus) unde vobis est traditus? Nempe eo Romulus regiones direxit tum, quum urbem condidit. Qui quidem Romuli lituus, id est, incurvum, & leviter à summo inflexum bacillum (quod ab ejus litui, quo canitur, similitudine nomen invenit,) quum situs esset in Curia Saliorum, quæ est in Palatio, cùque deflagrasset, inventus est integer. Eadem ferè de hoc lituo scribit Plutarch. *in vita Romuli & Camilli.* Lituus (inquit) consecratus est in Palatino colle usque ad Gallorum tempora, à quibus capta urbs incensa est. Sed postea expulsis à Camillo hostibus inter altissimas familias illæsus, quum ignis omnia consumpsisset, inventus est. ¶ Est præterea lituus, autore *Festo*, buccinæ genus incurvum gracilem edens vocem, quo in bello utebantur: quâ qui canebat, Liticen dicebatur, Varro *lib.* 4. *de L. L.* Tubicines dicti à *tuba*, & *canendo*: similiter & Litiemes à *lituo*. & *cano*. μλιτιερὶς Virg. *lib.* 6.

*Et lituo pugnas insigne obitbat & hasta.*

Lucan. *lib.* 1.

——— *Strider lituum, clangôrque tubarum*

Ovid. 3. *Fast.*

*Jam lituus pugnæ signa dabiturus erat.*

Stat. 6. *Thebaidos.*

*Et lituis aures circumpulsantur acutis.*

Litvesa, λιτυέρσης, fuit Regis Midæ nothus filius, qui Celænis in Phrygia regnavit.

Liveo, Livesco, Lividus, vide *Liver.*

Livĭus, λίβιος, Nobilis historiæ Romanæ scriptor, patria Patavina quem *Quintilianus* Herodoto opponit aut Salustium Thucydidi. De hoc Hieronymus *ad Paulinum.* ad Titum Livium lacteo eloquentiæ fonte manantem, de ultimis Hispaniæ, Galliarúmque finibus quosdam venisse nobiles legimus: & quos ad contemplationem sui Roma non traxerat, unius hominis fama perduxit. Habuit illa ætas inauditum omnibus seculis celebrandúmque miraculum, ut tantam urbem ingressi, aliud extra urbem quærerent. Vixit tempore Clodii Cæsaris. Sueton. *in Claud.* 41. ¶ Fuit & Livius Andronicus, Latinorum Poetarum antiquissimus: de quo Diomedes. Constat (inquit) apud Romanos primùm Latino sermone Comœdiam Livium Andronicum scripsisse. Gell. *lib.* 17 *cap. ult.* Primus omnium T. Livius Poëta fabulas docere Romæ cœpit: post Sophoclis & Euripidis mortem annis plus ferè centum & sexaginta.

Livonia, *Livland*, provincia ad mare Balticum sita, ditionis hodie Polonicæ.

Livor, is à Libya regione. Lividus, quasi Libycus. Color ex pallido nigrescens, quem & plumbeum nonnulli appellant: quale in contusis corporis partibus videre est, quum fuste, alióve corpori duro ictu illato, exiles venæ contusæ sanguinem ad extremam cutem diffundunt. ¶ חבורה *chabburah.* μώλωψ, ὠμώδιξ. Gal. *Couleur de plomb.* Ital. *Livido re, livedura, color simile à piombo.* Germ. Die bleyfarb oder blawe mala die streychmasen sind bleych vnnd schwartzlecht die eyterunder. Hisp. *El cardenal, color de plomo.* Angl. *Black and blew, of the colour of lead.* ¶ Plin. *lib.* 20. *cap.* 22. Illinitur & livoribus, suggillatisque cum melle. Hinc livorem contrahere, est nigrescere. Columell. *lib.* 12. *cap.* 47. Quia hæc candidior est oliva, quàm ea quæ contusione livorem contrahit. ¶ Et quoniam talis est color invidorum, ideò livor accipitur pro invidentia. Luc. *lib.* 1.

*Livor edax tibi cuncta negat.*

Claudian. *lib* 3.

——— *rabiem livoris acerbi*
*Nulla potest placare quies.*

¶ Livor specialiter est macula subnigra in corpore, ne quæ percussu est factam: nigrum quod apparet in corpore flagellato. ¶ Livor etiam dicitur in re exangui. Juven. *Sat.* 2.

——— *Dedit hanc contagio labem,*
*Et dabit in plures: sicut grex totus in agris*
*Unius scabie cadit & porrigine porci,*
*Unaque contacta inficit arbore silva.*

Id est, uva uvam videndo varia fit, ut exponit *Ver. Flacc.* ¶ Livor peculiariter dicitur oculi suggillatio, cùm is sanguine perfusus videtur, qui ubi refrigeratus livescit.

Livĭdus, a, um. Propriè is dicitur qui ex ictu fustis, lapidisve, plumbeum colorem in parte læsa contraxit: quod accidere solet, exilibus venis ictu collisis, sanguineque ad cutem diffluente. ¶ μώλωψ. Gal. *Qui a la chair meurtrie, ou est de la couleur, ou de couleur de plomb, perné, livide.* Ital. *Livido, che ha livedura, di colore simile al piombo, ò con lividura.* Germ. Blaw / oder vil blawer streychmasen hat. Hisp. *Amarillo o negro de golpe, cosa cardena.* Angl. *Perished as beaten with whippes, wounde.* ¶ Plin. Tapsia succus fugillatis ac lividis prodest. Hinc lividum pro eo quod subnigrum est, ponitur: qualis est color plumbi. Virgil. 6. *Æneid.*

*Quidve pavent animæ, vel quo discrimine ripas*
*Hæ lugubres, aut quæ vento subvecta revisunt.*

Lividus livida armis, Horat. 1. *Carm. Ode* 8. Vorago paludis lividissima. Catull. *ad Colonian.* Ora livida facta digitis. Ovid. *Epist.* 19. ¶ Quoniam verò qui invidia laborant, exedentes se dolore, hanc colorem contrahunt, lividus sæpè pro invido ponitur. *Invidus.* Martial. *lib.* 1. *ep.* 86.

*Omnibus invidus lividus, nemo tibi.*

Livĭdŭlus, diminutivum, Sublividus. ¶ ὑποπελιδνὸς. Gal. *Un peu terné, ou livide.* Ital. *Alquanto livido.* Germ. Bleychlächtig auß einer verbunst. Hisp. *Cardeno un poco.* Angl. *Somewhat pale or wanne.* ¶ Iuven. *Satyr.* 1.

*Ponebat igitur Tusco ferrata catino.*
*Omnia tunc quibus invidens, fi lividulus sis.*

Livĕo, es, Lividus sum, plumbei coloris sum. ¶ πελιδνῶ. Gal. *Estre terné, se ternir.* Ital. *Divenir livido, infividare.* Germ. Blawlechtig oder bleyfarb sein. Hisp. *Ser cardeno.* Angl. *To be pale or wanne.* ¶ Plin. *lib.* 22. Cortex verò (scilicet heliostrophi) liventibus colorem reddit. Ovid. 2. *Metam.*

——— *Livent rubigine dentes.*

Crura liventia compedibus. Ovid. 2. *Amor. Eleg.* 4. Labellis impressis livere. Idem 1. *Amor. Eleg.* 7. ¶ Per translationem accipitur pro invidere. *Βασκαίνειν, φθονεῖν*, tractum ab invidiosum consuetudine, aliena felicitate pallentium. Martial. *lib.* 19. Livet Carinus, rumpitur, &c. Fata liventia. Stat. 5. *Sylvar.*

Livĕsco, is. Lividus fio. ¶ πελιδνὸς γίνομαι. Gal. *Devenir terné, se ternir.* Ital. *Divenir livido.* Germ. Bleyschschwartz werden. Hisp. *Hazer se cardeno.* Angl. *To waxe pale.* ¶ Claud. *lib.* 3.

*Haud equidem invideo: nec enim invisescere fas est*
*Vel nocuisse deos.*

Matt. *lib.* 8. *ep.* 50.

*Livescit nulla caligine fusca, nec edit*
*Exploratores nubila massa foros.*

Digiti livescunt in pedibus. Lucret. *lib.* 3. Hujus compositum est, Allivesco.

Livia, columba agrestis.

Lix, licis, est aqua, à *lux.* Hinc elixum, aquâ coctum. Ita Nonius. ¶ נתר *pach* נתר *ipher. ejus.* Gal. *La cendre du foyer.* Ital. *Cenere.* Germ. Esch. Hisp. *La ceniza del hogar.* Angl. *Ashes.* ¶ Plin. *lib.* 36. *cap.* 37. ex Varrone. Lix cinis est focis. ¶ Vel, lix aqua cineti immilta. Unde dictum lixivium. Nonius *lixa.*

Lixabundus ambulat, qui voluptatis causâ ambulat. Festus: *Lixabundus iter liberè ac profusè faciens.*

Lixæ aquum quæ. Lege, lixæ Agmen quod per milites ambulat antiqui lixum dixerunt.

Lixiones, aquarum portitores. Vel potiùs *partitores.*

Lixio. Gloss Isid. Lixiones aquarum portitores. *Vulcanium*, vel potiùs inquit, partitores.

Lixivĭa, æ, Aqua in qua lavandi gratiâ decoctus est cinis. ¶ πλύσις. Gal. *Lessive.* Ital. *Lisciva.* Germ. Laug. Hisp. *La lexia de ceniza.* Angl. *Lie made of ashes.* ¶ Columell. *lib.* 12. *cap.* 16. Sunt qui culmos fabæ exurant, & ex eo, quod cremarint, cinere, lixiviam faciant. Et paulò pòst *eodem c.* 21. Deinde in lixiviæ sextarios decem salis cyathos & olei cyathum adjiciant. Et rursum *paulò antè*, In olla fictili ampla, præparatam lixiviam cineris sarmenti calefieri convenit. *Noninus Marcellus*, lixivium effert neutro genere. Lix (inquit) cinis dicitur, vel humor cineti missus. Nam etiam nunc id genus lixivium vocatur.

Lixivium vinum, vel linitum (inquit Budæus) dicitur à Colum. *lib.* 12, *cap.* 21. quod *Plinius* Protropum vocat.

Lixivius, adject. ut lixivius cinis. Plin. *lib.* 14. *cap.* 20. & *lib.* 11. *cap.* 17. Quidam ut has faciant, in cinere lixivio tinguntur protinus quàm detraxere vitibus.

Lixæ, arum, dicti sunt, inquit *Sipontinus*, qui viliaris quæstus gratiâ exercitum sequuntur, ut potâ lavandi, aut coquendi gratiâ: à cinere, qui lix antiquis dicebatur, ut Varronis testimonio docet. Plin. *lib.* 36. *cap.* 17. ¶ κυνοφόροι. Gal. *Ceux qui servent la canaille pour gaigner à servir, & blanchir, ou cuire aux gens de guerre. Goujats.* Ital. *Cuochi genti d'arme, facchini.* Germ. Suldeto bub en mit kochen vnnd wäschen / schmutzköch. Hisp. *Los aguadores que llevan agua al real, ò que sirven à otras cosas.* Angl. *which follow the men of warre for to gaine same thing by an office, scullions of the kitchen.* ¶ Nonius tamen affirmat antiquos lixam dixisse pro aqua: indéque elixum dictum esse, quod aqua coctum & mollitum esset: & lixas, qui militibus aquam ad castra, vel tentoria soleant ferre: sed idem addit, Lix etiam cinis dicitur. Silius *lib.* 2.

——— *Inutile Martis*
*Lixarum vulgus.*

Scipio apud Livium Actium Umbrum appellat semilixam, quasi semi mancipium, nomine ignominioso. *Varro* lixulas, & semilixulas, vocabulo Sabino scribit dici circulos ex farina, caseo, & aqua commistos, olim inter vilissima cibaria numeratos.

Lixo, as, Aquâ coquo: quod tamen apud veteres non facilè invenies. ¶ בשל *bischschel.* ἑψῶ. Gal. *Cuire en eau, faire bouillir en eau.* Ital. *Alessare.* Germ. Sieden oder kochen. Hisp. *Cozer en agua.* Angl. *To seeth.* ¶ Magis in usu est compositum ejus Elixo, quod est ejusdem significationis. Prolixo huc non pertinet. Neque enim fit à lixo, sed ab adjectivo Prolixus, quod componitur ex porrò, & laxus: a, in i, mutato.

Lixor, is portitor aquæ. Vet. vocab. Lege partitor aquæ.

Lixula, cibi genus.

Lixŭs, a, um, Coctus, elixus, à lixa antiquo nomine, quo veteres aquam significabant, referente Nonio. ¶ מבושל *mebuschschal.* ἑψητός. Gal. *Bouilli, cuit en eau.* Ital. *Bollito: alesso.* Germ. Gesotten / gekocht. Hisp. *Cozido en agua.* Angl. *Sodden.* ¶ Frequentiore tamen in usu est elixus, quemadmodum elixo usitatius est quàm lixo.

Lixabundus, dicitur, qui exiguæ mercedis gratiâ vilissimis sese obsequiis immiscet, ὑφορτικὸς, vel *ἀνδραποδισμός.* Tractum à lixarum consuetudine.

Digitized by Google

consuetudine, qui vilissima quæque in exercitu munia obibant.
*Plaut.* Qui famam tuam lixabundus,& nomen fœdas.

Lixus, λίξος. Colonia Claudio Cæsare in Mauritania Tingitana institutæ, circa quam Poëtarum fabulæ & Antæi regiam, & Hesperidum hortos collocarunt aurea mala ferontes à draconε pervigili summâ curâ asservata. Cui fabulæ occasionem suppeditasse existimat *Plin.* flexuosum maris æstuarium, draconis modo nemus quoddam ambiens, nihil præter oleastros ferens. *lib.*5. *cap.*1. ¶ Est & Lixus amnis in eadem ora, cujus meminit Idem *ibid.* & Pomp. Mela.

## L O

Loba, λέπυρον ψωμοῦ, Hesych. Id à λοβὸς. Sunt enim manus, instrumenta capiendi.

Lŏba, In milio Indico dicuntur culmi, sive comæ arundinaceæ semen complectentes. Λοβὸς. Plin. *lib.*18. *c.*7. Milium (inquit) intra hos decem annos ex India in Italiam est invectum, nigrum colore, amplum grano, arundineum culmo. Adolescit ad pedes altitudine septem, prægrandibus culmis, (*Lobas* vocant) omnium frugum fertilissimum. legend. *fobas*, vide φίβας in Constantini Lexico.

Lobrini, montes, Λοβρινὰ ὄρη. In Phrygia sunt: unde Rhea Lobrina. *Scholiastes Nicandri.*

Lōbus, i. {לוֹבָה *bedbâl.* Λοβὸς.} Ima auricula: ἀπὸ τοῦ λαμβάνειν, quòd eam apprehendamus, quempiam admonentes. In hepate quoque partes extremæ, & quædam veluti segmenta, ventriculum circumquaque amplectentia, Lobi dicuntur. Nican. *in Ther.* Ἡπατὸς περίσταται εἴρεσαι λοβοὶ, ἄκρα περιέχοντες ἐγκάρδια. Vbi interpres περίσταται accipit summam solidámque hepatis partem, ex qua lobi dependent.

Lobus, alia vox, Hispanica scil. est lupus.

Locar, locus apud urbem Romam. Lege *Lucar, Lucab.*

Locātum, vide *Locus.*

Locellus, vide *Loculus* in *Locus.*

Lochium, λοχεῖα: puerperium. *Lex Consb.*

Locito, Loco, vide *Locus.*

Locanus fluvius est Locrorum in fronte Italiæ, quæ olim magna Græcia dicebatur. Plin. *lib.*2. *cap.*10.

Lochias Ἀσχίας, Promontorium est Ægypti, non procul ab Alexandria, & Pharo. Strabo *lib.*7.

Locoritum, autore *Ptolem.* urbs Germaniæ, hodie Trusonia, vulgò *Forchem*, in Franconia.

Locozus, Λοκοζός, urbs Phrygiæ, quam Thraces tenuerunt, cognomento Locozij. Vide Steph.

Locri, orum, Λοκροὶ. Græciæ populi, Parnassum montem utrinque accolentes: quorum qui occiduam incolunt plagam, ad Crissæum usque sinum pertingentes, medij inter Æolos & Phocenses, à gravitate odoris Ozolæ, & à situ Hesperii cognominantur. Qui verò Parnassum ad ortum accolunt, ad mare usque Euboicum extensi, in duplici sunt differentia. Nam hi quidem à Cnemide monte, Epicnemidij; illi verò ab Opunte urbe, Opuntij cognominantur. Autor Strab *lib.*9 ¶ Sunt & Locri in extrema Italiæ ora, quam magnam Græciam antiqui appellarunt, oppidum incolentes ejusdem nominis ab iis qui Ajacem Oileum ad Troiam sequuti sunt, conditum; ut annotavit Servius in illud Virg 3. *Æneid.*

*Hic & Narycij posuerunt mœnia Locri.*

Hi discriminis gratiâ Epizephyrij cognominantur, quòd supra Zephyrium promontorium siti sint.

Locris idis, Λοκρὶς, Græciæ regio, utrinque Parnasso incumbens: cujus incolæ dicuntur Locrini jam dictum est.

Loculatus, Loculamentum, Loculus, Locuples. vide *Locus.*

Lŏcŭs, i, in plurali num. Loci, orum, vel Loca, orum, ab antiquo λόκω, jaceo Λόκος, λόκρος, ubi quis situs est. Quicquid aliquid continet, sive, ut ait Varr. *lib.*4. *de Ling. Lat.* ubi quid consistit, vel ubi aliquid locatur, à Græco, λόκρος, c in k mutato {מקום *makom* מקם}. Gal. *Lieu, place.* Ital. *Luogo.* Gall. Cimbr. Hisp. *Lugar.* Angl. *A place.* ¶ Virg. 8. *Æneid.*

*Hæc locus urbis erit,*

Servius Sulpit. Cic. *lib.*4. *Epist.* Nos in nobilissimo orbis terrarum gymnasio Academiæ locum delegimus, ibique eum combussimus: posteáque curavimus, ut iidem Athenienses in eodem loco monumentum ei marmoreum faciendum locarent. ¶ Frequentissimè etiam accipimus locum pro vice: ut quum dicimus, Loco patris te habeo, hoc est, vice patris, & ea charitate te amplector qua patrem. Sic etiam dicimus, Diligo te in loco germani. Terent. *in Andr.* Si te in germani fratris dilexi loco. In locum filij supersitem tibi doloremfeci, Senec. *cap.*1. *de consol. ad Marciam.* Item locum vacantem explere (in vicem fun.) Idem *cap.*16. *de cons. ad Marc.* Apud me nihil est Summano loci, Plaut. *Curcul. sc.*1. *a.*3 Faciam hujus diei locique meique memineris. Idem *Capt. sc.*1. *a.*4. Animus nunc mihi est in tuto loco. Idem *Pseud. sc.*1 *a.*4. Sine arbitris nobis detis loquendi locum. Idem *Capt. sc.*1. *a.*2. Meis dare locum fallaciis, & hinc amovemmi Idem *Pseud sc.*5. *a.*1. Det locum illi qui queat. *Ibidem.* Loco meliore eum ponet. (i. apud Inferos) Senec. *cap.*3. *de consol. ad Marc.* Non hinc emigrasti? Quem in locum? Plaut *Men sc.*2 *a.*3.

*Ignoscant augusta mihi loca, Dique locorum,*

Ovid. *Eleg.*1. *lib.*1. *Trist.* Vide capillum saris suo loco compositum est Plaut. *Mostell. sc.*3. *a.*1. Fieri non potest, ut idem uno tempore duobus locis sit. Idem *Amphitr.* Tempus abire est ab his locis lenonis. Animum amittunt prius quàm loco demigrent. *Ibid.* ¶ Interea loci, vide *Interea.* Et Plaut. *Pseud. sc.*3. *a.*1. — ut adhuc locorum feci, faciam sedulò. Idem *Capt. sc.*3. *a.*2. ¶ Ex hoc loco ibo ad tres viros. (i. è vestigio) Idem *Asin. sc.*2. *a.*1. Loco voluptatis mihi est, loco turpitudinis, loco honoris: id est, voluptuosum, turpe, honorificum. Valla *lib.*3 Movere aliquem loco, est aliquem de loco suo, vel de dignitate depellere. Horat. *lib.*2. *Epist.*

*Cedat uti conviva satur, reget ille catervas*

*Audebit, quicunque parum splendoris habebit.*

Senec. *lib.*3. *de ira, cap.*ult. loco movere Centurionem. Verba movere loco. Cicer. *ad Quint. fratr. lib.*2. Exarsit dolor: surgere illi ut nos loco moverent. ¶ Accipitur etiam Locus pro natalibus, vel conditione nativitatis. *Sanctius*, Inter suos non obscuro loco natus. De summo loco, summóque genere Plaut. *in Capt. prologo.* ¶ In plurali numero indifferenter dicimus Loca, vel Locos. De neutro genere ubique plurima occurrunt exempla, Masculino genere usus est Virg. 6. *Æneid.*

*Devenêre locos lætos.*

Idem 1. *Æneid.*

*Devenêre locos, ubi nunc ingentia cernis Mœnia.*

Gell. *lib.*6. *c.*6. eodem in loco utroque genere usus est: Nam quoniam non ipsæ tantùm aves, quæ prosperiùs prævolant, sed etiam loci quos capiunt quòd idonei felicésque sunt, præpetes appellant: idcirco Dædali pennas præpetes dixit, quoniam ex locis in quibus periculum metuebat, in loca tutiora pervenerat. ¶ Loci item sedes sunt argumentorum, quos Græci τόπους vocant. Cicer. *lib* 2 & 3. *de Orat. in Topicis*, ex quibus veluti ex promptuariis quibusdam petuntur argumenta. ¶ Loci etiam in mulieribus dicuntur vascula semen recipientia inter vesicam & intestinum rectum sita, in duos divisa sinus, unde & loci plurali numero appellantur, in his (ut ait Varro) nascendi initia consistunt. Plin. *lib.*11. *c.*37. Fœminis eadem omnia, præter quàm vesicæ junctus utriculus. Unde dictus uterus, quod alio nomine locos appellant. Hoc in reliquis animalibus vulvam tantùm dicimus. Colum. tamen *lib.*6. *c.*37. equarum etiam genitalia vocat locos. Quod si (inquit) admissarius ineris est in venerem, odore perfricatus detersis spongia fœminæ locis & admotâ equi naribus. Idem etiam *lib.*8. *c.*11. pavonum loca appellat, in quibus ova nascuntur, Sæpiúsque (inquit) digitis loca fœminarum tentanda sunt: nam in promptu gerunt ova. ¶ E loco inferiore agere, est ad judices. De superiore loco agere, est pro rostris. Ex æquo loco agere, est in Senatu: ut etiam annotavit *Budæus.* Cic. 3. *de Orat.* Nam sive de cœli natura loquitur, sive de terræ, sive de divina vi, sive de humana, sive ex inferioti loco, sive ex æquo, sive ex superiore. ¶ Priore loco causam dicere, est antè defendere quàm quis accusatus sit. Idem *pro Quintio.* Vt ipse causam capitis, si sponsionem fecisset, priore loco diceret. Posteriore verò loco dicere, est ultimo loco dicere: quod defensores solebant, qui accusationi respondebant, eámque refutabant. Idem *Ibid.* Quoniam majores ita constituerunt, ut qui pro capite diceret, is posteriore loco causam diceret. ¶ Secundo loco, à Cic. *ad Lentulum*, pro præterea ponitur. Facilè, inquit, secundo loco me consolatur recordatio meorum temporum, &c. Pulchè etiam dicitur Si in isto essem loco, si meum esset negotium, si mea res ageretur. Plaut. *in Bacch.* Verùm, ut ego opinor, si ego in isthoc siem loco. Dem potiùs aurum, quàm illum cortumpi sinam. ¶ Ponitur aliquando locus pro statu & fortuna. Idem *ibidem.* In eum nunc revenit res locum, &c. Terent. *in Adelph.* Pejore res loco non potest esse, quàm in quo nunc sita est. Cic. *ad Brutum*, Nostræ res meliore loco videbantur, id est, statu meliore & fortuna. ¶ In loco res posita dicitur, quæ rectè atque ordine posita sive collocata est, Idem *Verr.* Rectè collocata & judicio populi in hoc loco posita esse videatur. ¶ Locus bonus, de hospitio. Senec. *cap.*23. *de vita beata.* Et in loco festivo festivè accepti sumus. Plaut. *Pseud. sc.*1. *a.*5. ¶ Ponitur interdum locus pro æstimatione, amore, gratia. Cicer. *in Philipp.* Quem locum apud Cæsarem obtinuisti? quo numero fuisti? Esse magno loco apud Regem, dixit Idem *in Epist. Cæs.* 1. *comment.* Qui si iviissent, eodem se eos loco, quo Helvetios, habiturum. ¶ Locus de laude. *Velleius*, Magnum locum facere operi suo. Ovid. *Eleg.*3. *lib.*4 *Trist.*

*Dat tibi nostra locum tituli fortuna.* (i. laudis occasionem.)

¶ Ponere in loco maledicti, & contumeliæ. est quod barbari dicunt, *capere ad malum & ad injuriam.* Cic. *in Pisonem.* Tùne etiam ausus meum discessum in maledicti & contumeliæ loco ponere. Tenere principem locum, est maximo esse in pretio, & autoritate, primúmque dignitatis gradum obtinere. Idem *pro Plancio.* Qui in mea salute principem semper locum, autoritatémque tenuisti. ¶ Locum suum relinquere, & locum suum retinere (in acie.) Gell. *c.*6. *lib.*5. ¶ Locus aliquando ponitur pro opportunitate, καιρὸς. Cicer. *de Offic.* Locum autem actionis, opportunitatem temporum esse dicunt. (Æs. *lib.*1. *bell. civ.* Dum locus cominus pugnandi daretur (i. facultas, occasio, opportunitas.) Liv. *lib* 9 *d* 4. Ne locus esset mortis confiscendæ. *Velleius.* Defuisset fortunæ ejus destruendi locus. (i. facultas.) ¶ Loco aliquid quærere, est quærere quando res postulat. Cic. *in partit.* Loco tu quidem quæris, sed plenius, &c. ¶ In loco, id est, opportunè. Terent. *Heaut.* In loco ego verò laudo. Cic. *Ante quàm erat in Exilium*, Fidei conducit, inquit, in loco beneficium retribuere. ¶ Loco dicere, est ordine sententiam dicere, & rogatum. Idem 3. *de legib.* Vt loco dicat, id est, rogatus: ut modo, ne sit infinitus. ¶ Locus non est bonitati, id est, bonitas contemptioni est. Idem 3. *de finibus.* Quod ni ita se haberet, nec justitiæ ullus esset, nec bonitati locus. ¶ Locum alicui dare, est ipsum admittere, & recipere, Idem *de Orat.* Hæc turba & barbaries forensis dat locum vel vitiosissimis oratoribus. ¶ Aliquando locus pro tempore, vel spatio agendæ rei. Terent. *in Heaut.* Nam & cognoscendi, & ignoscendi dabitur peccati locus. Et Suet. *in August. cap.*34. Contradicerem tibi, si locum haberem. (i. tempus.) Item *Livius*, Temeritatem ad id locorum, Infelicem fuisse, pro, ad id temporis.) *lib* 5. *bell. Pun. & d.*5. Item in unum locum tres patritij petierunt. Idem *lib.*5 *d.*4. (i. In idem tempus) Locus precì non est relictus: hoc est, precibus amplius flecti non potest. Terent. *in Andr.* Nihil est precì loci relictum. ¶ Locus etiam in scriptoribus dicitur quævis operis exigua pars, sed quæ tamen extet, & illustris sit. Idem *in prolog. Adelph.* cum Plautus locum reliquit integrum, eum hic locum sumpsit sibi in Adelphos.

Lŏcātum, i. Pretium quod datur in stabulo & taberna pro consistendi potestate. Varr. *lib.*4. *de ling. Lat.* ¶ *Conductor.* Gal. *Louage de maison*

*son, payement de loüage.* ITAL. *Il fitto.* GER. *Das haußgelt / Hußgelt.* HISP. *El alquiler de casa.* ANGL. *The price for the hiring of an house.*

Locarius, qui in spectaculis loca populo locat. Martial.

*Hermes drouica locariorum.*

Locŭlus, i, diminutivum, exiguus & angustus locus. {χωρίον GAL. *Petit lieu.* ITAL. *Luogherto.* GERM. *Ein örtlein.* HISP. *Pequeño lugar.* ANGL. *A little place.*} Plaut. *Milit.* Sed in cella paululùm erat loculi lubrici ¶ Aliquando loculi dicuntur loculamenta quædam separata in piscinis, ornithotrophiis, aliorúmve animalium stabulis, in quibus unaquæque seorsum aluntur. *cuppi.* Varro *lib. 3 de re rust. c. 17.* Hortensius familiaris noster cùm piscinas haberet magna pecunia ædificatas, ac loculos ita sæpè cum eo ad villam ivi. ¶ Sæpè etiam loculos accipimus pro sacculo, in quo pecunia servatur. { כיס *chis.* ארנק *esrór.* βαλάντιον. GAL. *Bourse ou gibbesiere, gousset.* ITAL. *Borsa.* GERM. *Ein seckel oder täschlein.* HISP. *Bolsa, ò bolsico.* ANGL. *A bagge of leather.*} Martial *lib. 14.*

*Hos nisi de flava loculos implere monetta*
*Non decet.*

¶ Stimulorum loculi, idest, ut in loculis servatur pecunia; ita hîc meretur ut in ipso stimuli recondantur, quo vexetur magis. ¶ Interdum etiam loculus, { ארון *arón. capsa.* GAL. *Cercueil ou coffre en quoy on garde les corps morts.* ITAL *Cataletto.* GERM. *Ein todtenbaar.* HISP. *Arand, vasos de la ceniza de los muertos.*} pro capsula, seu conditorio, quo mortuorum cadavera conduntur. Plin. *lib. 7. cap. 2.* Hunc etemari cum reliquo corpore non potuisse tradunt, conditúmque loculo in templo.

Lŏcellus, id est, crumenula, diminutivum à *loculus.* { βαλλάντιον. GAL. *Petite bourse, gousset, ou gibbesiere.* ITAL. *Borsetta, fachetto.* GERM. *Ein seckelein oder täschlein.* HISP. *Bolsita ò taxa pequeña.* ANGL. *A little purse or bagge.*} Martial. *lib. 14. ep. 13.*

*Si quid adhuc superest in nostra face tecelli,*
*Munus erit: nihil est, ipse tocellus erit.*

Lŏcŭlātus, a, um, quod habet diversos locos. { σκευοτὶ. GAL. *Ayant plusieurs petits appartemens, & lieux pour mettre plusieurs choses chacune à part.* ITAL. *Dove sono più ricettimenti da porvi cose diverse separatamente.* GERM. *Dan vil dältein oder underschlächteln hat.* HISP. *Cosa de muchos bolsos y lugares, para guardar las cosas apartadamente.* ANGL. *That hath many places and holes.*} VARRO 3. *de re rustic. cap. 17.* Nam ut Pausanias, & exteri pictores ejusdem generis loculatas magnas habent aviculas, ubi discolores sint Cerx: sic hi loculatas habent piscinas, ubi dispares discluſos habent pisces.

Lŏcŭlōsus, a, um, quod multos habet loculos, seu sinus septo aliquo intermedio distinctos. { σκεύδες. GAL. *Plein de lieux, & petits trous, ou appartemens separez.* ITAL. *Pieno di luoghi.* GER. *Voll dälin oder underschlächteln.* HISP. *Cosa llena de muchos lugares y bolsas.* ANGL. *Full of places and holes.*} Plin. *lib. 15. c. 22.* Sola differentia generum in putamine duro fragilive, & tenui ac crasso, loculoso & simplici.

Lŏcŭlāmĕnta, orum Loca distincta, sive capsulæ in quibus aves, apes, aut etiam majora animalia seorsùm ædificatæ, seu habitare solent: & à loculis deduci videtur. { σκεύη. GAL. *Petits lieux & trous separez pour retirer quelque chose; comme ruches à miel, & où nichent les oiseaux.* ITAL. *Luochi diversi da servir nido gli uccelli.* GER. *Besöndere vnd vnderscheydene örtlein oder gemächtlein.* HISP. *Cavones, ò cajitas, como de palomar.* ANGL. *Lockets or any places with little boxes or holes w a hovercote.*} Col. *lib. 8. cap. 8.* Vel si non ita competit paxillis adactis tabulæ supponantur, quæ loculamenta, quibus nidificent aves, vel fictilia columbaria recipiant. Idem *lib. 9. c. 12.* Protinus custos novum loculamentum in hoc præparatum, perliniat intrinsecus prædictis herbis: deinde guttis mellis respectum admoveat, tum manibus, aut etiam trulla congregatas apes recondat. ¶ Ponitur aliquando pro conceptaculo, sive theca rei alicujus. Vitruv. *lib. 10.* Super autem tertium tympanum planum eadem ratione dentatum, inclusum in alterum loculamentum collocetur. ¶ Loculamenta appellantur etiam loculi libris digerendis compositi in bibliotheca: apud Senec. *de tranq. vitæ c. 9* ubi sic ait, Apud desidiosissimos videbis quicquid orationum historiarúmque est, & tecto tenus exstructa loculamenta.

Lŏcŭplĕs, etis. Dives agri, multas habens possessiones, quasi locorum plenus. Gellius *cap. 5, lib 10.* Locuples dicitur, qui pleraque loca possidet. Idem ait Ovidius *lib. 3. Fastor.* { עשיר *ósher.* πλούσιος, πλουτῶν. GAL. *Riche.* ITAL. & HISP. *Ricco.* GERM. *Reich / fürnemlich an liegenden gütern als der vil determatten oder gärten hat.* ANGL. *Riche.*} Plin. *lib. 18. cap. 3.* Cognomina etiam prima: inde Pilumni, qui pilum pistrinis invenerunt: Pisones à pinsendo: hinc & locupletes dicebant, locorum, id est, agrorum plenos. Est autem hoc nomen omnis generis, ut *Pristinum*, censet, & æquè in sexto casu, e, vocalem postremam, & i, habet Cic. *Attic.* Nec moderatior quàm Sylla in pecuniis locupletium. Idem *in frument.* In provincia locupleti & referta. Horat. 2. *Serm.* In locupleti domo. ¶ Neque solùm pro divite, & loca multa possidenti accipitur, verumetiam pro gravi homine, atque auctoritatis summæ, & exploratæ fidei. Hinc locupletem auctorem, testem, fidejussorem dicimus, de cujus fide meritò nemo debeat ambigere, αξιόπιστον. Cic. *lib. 3. Off.* Accedit eò rectis locuples Possidonius. Et *paulò post.* Quorum quidem testem non mediocrem, sed haud scio an gravissimum Regulum nolite quæso vituperare. Quem enim locupletiorem quæritis, quàm principem pop. Rom. qui retinêdi officij causa, cruciatûs subierit ulteriùs? Locupletis antithesa sunt Egens, & tenuis. Idē 4. *Verr.* Nã locupletissimi cujusque census extenuatant, tenuissimi auxerant. Idem *pro Plancio*, Egentes in locupletes armabantur. ¶ Locuples oratio. diversorum & abundans. Idem 3. *de Orat.* Inde ille licentior, & divitior fluxit dithyrambus: cujus membra & pedes, ut ait idem, sunt in omni locupleti oratione diffusa. ¶ Locuples etiam aliquando per translationem ponitur pro instructo & copioso. Idem 1. *de natur. deor.* Locupletior igitur hominum natura ad beatè vivendum, quàm deorum, quod pluribus generibus fruitur voluptatum.

Lŏcŭplētissimè, adverbium. In Epitome Ser. Aurelij Victoris *in Vespasiano*, Hujus inter cætera bona illud singulare fuit, inimicitias oblivisci: adeò ut Vitellii hostis sui filiam locupletissimè dotatam splendidissimo conjungeret vito.

Lŏcŭplĕto, as, Dito, locupletem reddo. { העשיר *hoshír.* πλουτίζω. GAL. *Enrichir.* ITAL. *Arricchire.* GERM. *Reich machen* HISP. *Enriquecer otro.* ANGL. *To make riche, to enriche.*} Columel *lib. 3.* Ut antè perpensum & exploratum habeamus, ut locupletet patrem familiæ vinearum cultus. *Plaut.* Visus est paterna hæreditate locupletarier. Cicer. 5. *Verr.* Ob hasce res, quoniam te locupletavi. hoc anulo aureo dono. Idem 1. *Offic.* Hique arbitrantur se beneficos in suos amicos visum iri, si locupletent eos quacunque ratione. ¶ Hujus compositum est, Collocupleto, de quo suo loco.

Lŏco, as, Pono, constituo, colloco, repono. { שים *hisím* חשיב *hishíb* *fam. mitto.* GAL. *Mettre en quelque lieu, asseoir, poser.* ITAL *Collocare, porre.* GERM. *Setzen/ordnen* HISP. *Poner alguna cosa en lugar.* ANGL. *To put in some place, to place, to set.*} Liv. *lib. 1.* Castra ab urbe haud plus quinque millia passuum locat. Virg. 1. *Æneid.*

*—— hic alta theatri*
*Fundamenta locant alij.*

Plaut. *in Aulul.* Dum aulam domi locatam perquisit, ablatam repetit. ¶ Locare insidias alicui. Idem *Rud.* Metuo hercle illa mulier mihi insidias locet. id est, struat & ponat. Vitam in tranquillo locare. Lucret. *lib.* ¶ Locare aliquem in regno. Liv. *lib. 7. d. 4.* Locatus in terra exercitus idem fecit. *Velleius.* Quod (malum) molli sub veste locatum. (i. In gremio.) Catull. *ad Ortalum.* Locare castra. Liv. *lib. 10. d. 4.* ¶ Interdum ponitur pro elocare, & nupsui tradere {ἐκδίδωμι, μνηστεύω. GAL. *Donner en mariage, marier.* ITAL. *Maritare.* GER. *Zur ehe geben/Verheuraten.* HISP. *Casar hija, ò criada.*} Terent. *in Phor.* Quæso quid si filiam suam unicam locaret? Locate filiam nuptum. Terent. *in Phor.* dixit. Ut potui, virginem nuptum locavi huic adolescenti. Item, Locare in matrimonium, Plaut. *in Trin.* Ubi erit locata virgo in matrimonium. Dote callam & illocabilem, neque eam quo locare cuiquam. Idem *Aul. sc. 4. a. 1.* Si filiam locassim meam tibi, (i. dedissim uxorem.) *Ibid.* ¶ Interdum idem est quod pretio utendum do. { שכר *sachar.* μισθόω, ἐκμισθόω, ἐκδίδωμι. GAL. *Louer à loüage, loüer.* ITAL. *Affittare, appigionare.* GERM. *Verlehnen vmb gelt.* HISP. *Arrendar alguna cosa à otro.* ANGL. *To hyre or lete out to hire.*} In qua significatione frequenter dativum habet personæ, cui quid locandi, cum accusativo rei quæ locatur, & ablativo pretij, ut, Ædes, quas in Palatio amplissimas habebas, centum te sestertiis Mutio locasse audio. ¶ Sæpe tamen pretium non exprimitur, Cic. *in Verr.* Menonis nobilissimi hominis uxoris fundus erat colono locatus Ornamenta quæ locavi metuo ut possim recipere. Plaut. *Curc. sc. 1. a. 4.* Perinde ac si agrum sterilem fodiendum loces. Idem *Amph.* ¶ Locare alicui operam suam, est aliquid mercede faciendum suscipere. μισθοῦσθαι. Gell. *lib. 5. cap. 3.* Ob quæ rendum victum ad circumagendas molas, quæ trusatiles appellantur, operam pistori locasse. Plaut. *Trin.* Nam operam meam tribus nummis ego locavi ad aretes nugatorias. Locare alicui opus faciundum, dicitur is, qui pro opere faciundo alteri mercedem constituit, μισθοῦν. Sulpit. *Ciceroni*, Cutavimus ut iidem Athenienses in eodem loco monumentum ei marmoreum faciendum locarent. In cædundum illum agnum conduxi. E. loces effeundum: Nam mortuus est Plaut. *Aulul. sc. 3. a. 3.* Item Autor sum ut me castrandum loces. Idem. *Ibid. sc. 4. a. 1.* Interdum locare, idem est quod collocare, sive impendere ut quum operam pecuniámve benè, aut malè locatam dicimus. Idem *Mostell. sc. 3. a. 1.* Nec quicquam argenti locavi tam diu usquam æquè benè. Idem *Amph.* Optimè optimo optumam operam das, datam pulchrè locas Locare insidias alicui. Idē *Aul. sc. 4. a. 1.* Non tu pudicæ cuipiam insidias locas? Idem *Curc. sc. 1. a. 1.* ¶ Item locari locationes, & induci. Liv. *lib. 9. d. 4.* Argentum fœnori locare, pro fœnori dare. Plaut. *Most.*

Lŏcto, as, Frequentativum formatum à supino verbi *loco, as, ini*, mutata. { μισθόω, ἐκδίδωμι. GAL. *Bailler souvent à loüage, louer souvent.* ITAL. *Spesso appigionare & affittare.* GERM. *Offt verleihen/ oder außleihen.* HISP. *Arrendar à menudo* ANGL. *To lete out often to hire.*} Terent. *in Adelph. sc. 8. a. 5.* Agelli hic sub urbe est paululum quod locitas foras: Huic demus qui fruatur.

Lŏcātor, is. { שכר *socher.* ὁ μισθώσας, ὁ ἐκδιδοὺς. GAL. *Locateur, qui baille à loüage.* ITAL. *Colui che da à pigione, à fitto.* GERM. *Ein vererlaher vmb gelt oder vmb ein zinß* HISP. *El que arrienda à otro por renta.* ANGL. *Alesseour.*} Propriè dicitur is qui rem aliquam pretio utendam dat, ut Locator prædij, vel ædium, dicitur is, qui prædij, ædiúmve usu conductori concesso, pretium accepit. Interdum tamen locator is dicitur, qui redemptori pro opere aliquo faciundo mercedem constituit. *Budæus.* Quanquam locator sit plerunq; qui pretium accipit & conductor qui datur sit locator dominus, conductor inquilinus; tamen nonnunquam viceversa evenit, ut locator pretium det, conductor accipiat. Plin. *lib. 7. cap. 52.* Romæ quoque Corfidium materteræ suæ matrimum, funere locato revixisse, & locatorem funeris ab eo elatum.

Localis, e, ad locum pertinens item quod in loco est. Etiam aliquando, quod in loco esse potest, quod propriè locabile. Gloss. χωρίος, localis, situs intellige locum. κατὰ τόπον.

Lŏcālĭter, χωρίως. Diomedes *Grammatic. lib. 1.* Adverbia localiter posita.

Lŏcātĭo, nis, verbale, Χ. Conductio: propriéque ejus est qui pretium accipit. {ἐκδίδωσις. GAL. *Loüage, bail à loüage.* ITAL. *Locatione, il dare à pigione.* GERM. *Ein außleihung.* Item *ein verdingung.* HISP. *Arrendamiento.* ANGL. *A letting out to hire.*} Cicer. 3. *Verr.* Hic istius scelerata locatione, nefarióque latrocinio, bonis patriis fortunisque omnibus spoliatus, venit in judicium Idem *ad Attic. lib. 4.* Disturbata porticus Catuli, quæ ex s. c. coss. locatione reficiebatur,

&

& ad rectum penè perveneras. ¶ Inducere locationem, est irritam facere locationem. tabulasque de locatione confectas interlinire, aut discerpere. Idem *ad Attic. lib.* 1. Asiani, qui de Censoribus conduxerant, questi in Senatu, se cupiditate prolapsos nimium magno conduxisse, ut inducerentur locatio, postulaverunt. Locati locationes, & inducî. Livius *lib.* 9. *d.* 4.

Locatarius, ὁ μισθώσας. Μισθόω, est mercede locari. Μισθὸς, mercede conducere.

Locatitius, μισθωτὸς. Gloss. Phil. μισθωτικὸς. conductitius, locatorius. Idem, ἐκδοτικὸς locatitium. Gl. Cyr. Est quod mercede locatur, aut conducitur.

Locŭsta, æ, & olim Lucusta. Insecti genus est, ioſirmat habens alas, tam modicis se volatibus è terra attollens, ut saltare potiùs videatur quàm volare. { ארבה *arbèh.* ἀκρὶς. Gal. *Une langouste, un sauterau, un sauterelle.* Ital. *Cavaletta.* Germ. Ein heuſchreck. Hisp. *Langosta.* } In Africa & Syria majore corpore nascuntur, firmioribúsq; alis: tanta autem copia, ut herbas, messésque omnes, aut erodãt, aut tactu adurant. Quinetiã & mafia transvolare dicũtur, & absumptis domesticis omnibus externa pabula quærere, non sine infausto præsagio eorum ad quos penetrarint. In India monstrosæ magnitudinis nasci traduntur, ut interdum trium pedum longitudinem excedant: ex quorum femoribus & cruribus, quum inaruerint, ferræ solent confici. Vide plura de his apud Plin. *lib.* 11 *cap.* 29. ¶ Locusta etiam piscis est ex genere crustatorum, corpore longo, cornua ante oculos bina longa, & aspera habens: dictus à similitudine terrestris. Idem Plin. *lib.* 9. *cap.* 30. Locustæ fragili crusta muniuntur in eo genere quod caret sanguine. Latent mensibus quinis: & veris principio senecturem exuunt anguium more, renovatione tergorum. Cætera, in aquis natant: locustæ reptantium modo fluitant: Si nullus ingruat metus, recto meatu, cornibus, quæ sunt rotunditate præpilata, ad latera porrectis: in pavore, in latera procedunt. Cornibus inter se dimicant. Unum hoc animal, nisi vivum ferventi aqua incoquatur, fluida carne, non habet callum. Sueton. *in Tiber. cap.* 10. Locusta prægrandis lacerat os piscatoris. ¶ Locusta pro sipone, sive siphone, vide *Sipo.*

Locŭsta. Venefica fuit Neroni grata, ex Galliis evocata, cujus operâ Agrippina Claudium, & Nero Britannicum de medio sustulerunt Tacit. *lib.* 12. & 13. Juven. *Satyr.* 1.

*Instituitque rudes melior Locusta propinquas,*
*Per famam, & populum nigros efferre maritos.*

Locutio, Locutor, Locutuleius, vide *Loquor.*

Lŏdix, icis, Lecti operimentum. { חבשה *chebsáh.* מצע. Gal. *Loudier ou grosse couverte de lit.* Ital. *Coltra coperta.* Germ. Ritterlaybet, decken als kinlach, gastern, &c. Hisp. *La manta ò cubertar de cama.* Angl. *A blanket for a bed.* Juven. *Sat.* 6.

*Zonã & φοινὰ mendi sub lodice relictis*
*Uterus in rauca.*

Vide Martial. *epigr.* 148. *lib.* 14.

Lŏdicŭla, æ, diminut. { ἡ μικρὰ ἢ λωτὴ στρωμνή. Gal. *Un petit loudier ou couverture de lit.* Ital. *Piccola schiauina ò coltra.* Germ. Ein leinlachlin. Hisp. *Pequeña manta ò cubertor de cama.* Angl. *A little blanket.* } Suet. *in Augusto.* Ita ut in extremis spatiis subsultim decurreret, lodicula involutus.

Lœbesum, & lœbertatem antiqui dicebant liberum & libertatem. Ita Græci λαιὸν, & λαιῶν. Vid. sup. *Liber.*

Lœdoria, λοιδορία, convicium.

Lœmŏdes, λοιμώδης, Apollinis cognomen, quod ei Lydij imposuerunt ob malorum expulsionem, finitâ pestilentiâ. Nam pestem Græci λοιμὸν appellant.

Lœmodes, pestilens, planè Græca terminatione, λοιμώδης.

Logarium, Logeum, Logica, Logion, Logistæ, Logisterium, Logisticæ, Logisticus, Logodædalus, Logographi. Vide *Legos.*

Lŏgos, { דבר *dabár* טעם *taãm.* λογος. Gal. *Parole, raisonnement.* Ital. *Ragion, mento, parola, ragione.* Germ. Ein red oder wort. Item die vernunfft. Hisp. *Razon palabra, razonamiento.* Angl. *Speache, a word.* } Apud Græcos modò sermonem significat, modò verbum, modò rationem. Hieronym. *ad Paulinum.* Logos Græcè multa significat: nam & verbum est, & ratio, & supputatio, & causa uniuscujusque rei, per quam sunt singula quæ subsistunt. Augustin *contra hæreses,* Hermes, qui Latinè dicitur Mercurius, scripsit librum qui λόγος τέλειος appellatur, id est, verbum perfectum. ¶ Λόγοι item Græci vocant operis tomos, sive sectiones, quos & libros Latinè appellamus. ¶ Habet & alias notiones apud Græcos, quæ ad nostrum institutum nihil pertinent. Hoc tamen hic prætereundum non fuit, Logos etiam à Latinis scriptoribus usurpari, pro verbis futilibus, & ad nihil profuis conducentibus. Cic. *Gallo.* Ego te certò scio omnes logos qui ludis dicti sunt animadvertisse Plaut. *Menæch. sc.* 2. *a.* 5. Loquere paucis, non longos logos. Logos Æsopæos, pro Apologos. Senec. *cap.* 18. al. 37. *de consolat. ad Polyb.* Terent. *in Phorm.* Fœneratum istud beneficium tibi pulchrè dies. D. Logi, { id est, ridicula dicta, & verba inutilia } ¶ A *logos,* fiunt Catalogus, epilogus, dialogus, elogium, analogia, & propè infinita alia.

Logistæ, publicos reditus tractabant, ne alicui deſit stipendium Puteng.

Logarium. { λογάριον. Gal. *Petit conte, ou petit registre.* Ital. *Picciol conto, picciol registro.* Germ. Ein registerlin oder rechenbüchlin täglichs aufzugebens. Hisp. *Pequeña cuenta, ò pequeño registro.* Angl. *A little counte.* } Apud Ulpian. l. 3 *de penu legat.* accipitur pro levioribus minutioribúsque rationibus, quales iis de rebus, quæ quotidie in usum familiæ erogantur, in adversariis solent conscribi. Verba Ulpian. Sed & chartas ad rationculam, vel ad logarion paratas, contineri appellatione Penoris.

Lŏgeum, λογεῖον. Pulpitum in scena, in quo chorus Tragœdiarum, & Comœdiarum (quoad Comœdiæ chorum habuerunt) cæteraque personam non habentes, fabulæ subserviebant. Vitruv. hæc vocè Vitruv. *lib.* 5.

Lŏgĭca, æ, & Logice, es, Instrumentum est, cognoscendi, sive cognitionis, & ratio verum inquirendi, cujus omninò finis est inquisitio veritatis. { λογικὴ. Gal. *Logique, dialectique, science pour disputer.* Ital. *Logica, dialettica, arte da disputare.* Germ. Die kunſt so da lehret sich artlich mit einander zu vnderreden vnd die warheit zuergründen. Hisp. *La logica, arte de disputar.* Angl. *Dialectik, logick, the art of reasoning.* } Nonnulli Græcæ vocis etymon reddentes, rationalem Philosophiæ partem appellant. Cicer. *de finib.* Iam in altera Philosophiæ parte, quæ est quærendi ac disserendi, quæ λογικὴ dicitur, iste vester, ut mihi quidem videtur, planè inermis ac nudus est. *ibid.* Totaque est Logice, quam rationem disserendi voco, Boëthius *in comment. Top.* Hæc est, (inquit) disciplina quasi disserendi quædam magistra, quam Logicen veteres Peripatetici appellarunt, continens in se inveniendi, judicandique peritiam.

Lŏgĭca, orum, neutr. gen. plur. num. Cic. 4 *Tuscul.* Habes ea quæ de perturbationibus enucleatè disputant Stoici, quæ logica appellant, quia disserunt subtiliùs.

Lŏgion, λόγιον. Græci oraculum appellant, præsertim soluta oratione editum: Nam quod carmine respondebatur, χρησμοὶ potiùs nominant; ut post Suidam annotavit Cælius Rhodig. *lib.* 7. *cap.* 6.

Lŏgistæ, λογισταὶ, Supputatores, sive æstimatores dicuntur, ἀπὸ τῦ λογίζεσθαι, quod est rationes subducere, æstimare, seu rem aliquam diligenter expendere. ¶ Athenis Logistæ magistratus erant, quorum munus erat expendere quæ in magistratu quisque gessisset. Aristophanis tamen interpres, Logistas, eosdem fuisse existimat cum Agoranomis, quorum munus persimile Ædiles Romæ exercebant.

Lŏgistĭce, es, λογιστικὴ, Ars supputandi, quam vulgus *Abacum* vocat, ἀπὸ τῦ λογίζεσθαι, quod est supputare, & calculum subducere.

Lŏgistĕrium, λογιστήριον. Locus in quo exercitus recenseretur, militique stipendium penditur. Julius Pollux, inter Athenienſium diæsteria numerat & Logisterium: interpretatúrque locum fuisse in quo Logistæ considere, & muneri suo vacare consueverint. { Gal. *Le lieu où l'on fait passer les troupes en reuene.*

Lŏgistŏrĭcus, Liber fuit Varronis sermonum, & dictorum insignium narrationem continens. Gell. *lib.* 4. *c.* 19. Marcus Varr. in Logistorico scripsit, &c. Macrob. *lib.* 3. *Satur.* Varro in Logistorico qui inscribitur Martius de Fortuna.

Lŏgodædălus, λογοδαίδαλος, qui inanem verborum ornatum, non rerum pondus sequitur: sive qui captiosa atrèque composita oratione, alium in fraudem conatur inducere, Cicer. *in Orat.* Hæc tractasse Thrasymachum Chalcedonium primùm & Leontinum ferunt Gorgiam: Theodectum in Byzantium multósque alios quos λογοδαίδαλους appellat *in Phædo* Socrates.

Logodipnon, cœna verbis condita. Rh.

Lŏgŏgraphi, λογογράφοι, teste Suida, dicuntur qui acta judicialia excipiunt. Cujus sententiæ subscribit & Ammonius, οἱ ἐμποιοῦντες τὰς ἀληθείας λέξεις: cujus hæc sunt verba, λογογράφοι, ἐν οἷς τὰς δικανικὰς λέξεις χαράσσουσι. Demosthenes tamen & Æschines vocem hanc in deteriorem partem ferè usurpant, magnique convitij loco sese mutuò λογογράφους appellant. Meminit horum Arcadius *l. ult.* §. 1. *C. de num. & non.*

Logotheta, λογοθέτης, ad verbum, qui rationem ponit. λόγον τίθησι.

Lŏlĭgo, inis, Piscis genus, à volatu dictum, teste Varr. { τρίγλη, Theodoro. Gal. *Un poisson qu'on appelle calemar, ou tante.* Ital. *Pesce calamaro.* Germ. Ein meerfisch der schreibt blutt hatt wie dinten. Hisp. *El calamar pescado conocido.* } Nam (ut ex Trebij Nigri sententiâ scribit Plin. *lib.* 32. *c.* 2.) tanta interdum multitudine è mari evolant loliginis, ut navigia demergant. Coëunt linguis quemadmodum & sepiæ, componentes inter se brachia, & in contrarium nantes; pariunt autem ore. Itali hodie à thecæ calamariæ similitudine, *calamarium* appellant. Habent enim duo officula, quorum alterum calami, alterum gladioli perspicui pellucidíque imaginem refert. Ad hæc cruorem habent nigrum atramenti similitudine. Unde succum loliginis, pro livore hominis parum candidi posuit Horat. *Serm. Sat.* 4.

——— *hic nigræ succum loliginis, hæc est*
*Æruginosa.*

Ubi Porphyrio, Ex loliginis succo livorem memis vult intelligi: ex æruginosa, venenum. Prima hujus dictionis syllaba semper producitur, idque contra naturam primitivi *Volo, as*: quod priorem corripit. Unde nonnulli in carmine geminato ll. scribunt *lolligo.*

Lŏlĭgŭncŭla, diminutivum, νεόλιθος, Plaut. *in Casina,* Emito sepiolas, lepidas, loliguncŭlas, &c.

Lŏlium is, herba est hordeo similis (cujus etiam vitium esse putatur) in segetibus nascens. Gallis *Yurée*, ab inebriando dicitur. { ζιζάνιον. Gal. *Yuraye.* Ital. *Imbriaga, loglio.* Germ. Lolch, dorr. Hisp. *Ezuyo ò vallico.* Angl. *Cokle, mang corne.* } Virg. 1. *Georg.*

*Infelix lolium, & sterilis dominantur aveno.*

Plin. *lib.* 18. *cap.* 17. Nam lolium, & tribulos, & cardnos, lappásque non minus quàm rubos inter frugum morbos potius, quàm inter ipsius terræ pestem numeravêrim. Miror lolio victitare te, tam vili tritico, (quia luscioſus.) Plaut. *Merc. sc.* 3. *a* 2. ¶ Lolio victitare dicuntur, qui visu sunt imbecillo, nocet enim oculis lolium propter vapores acres quos in cerebrum attollit. Ovid 1. *Fast.*

*Et carmen lolio nocuit vitiantibus agri.*

Lŏlĭāceŭs, a, um quod ex lolio est { ζιζανῶδες. Gal. *D'yuraye.* Ital. *De loglio.* Ger. *Von lolchin, dorchin.* Hisp. *De ezuyo ò vallico.* Angl. *Of cockle* } ur, Farina loliacea.

Lŏlĭārĭus, a, um, { ζιζανιώδης. Gal. *Appartenant à yurey.* Ital. *Pertinente à*

legbo. GERM. Das ist dem laich gehört. HISP. *Pertenesciente à joyo, ò vallico.* } ut, Cribrum loliarium, in quo lolium ex frumento excernitur. Colum. *lib.* 8. *cap.* 5. Cribro viciario, vel loliario, qui jam fuerit in usu, pulli superponantur.

Loliescere. in lolium degenerare. *Budæus.*

Lólliús, genus piscis admodum parvi, & facie à loligine diffidens, *τάριχος.* Vide Hermol. *in Plin.*

Loma, est id, quod in extremitate alicujus extenditur, quasi illud definiens ac circumscribens prout est, quod vulgò dicitur Margellicum. *λωμάκιον*, parvula fimbria, parvus limbus, seu limbulus. Grotius *lib.* 2. *in Codinum, cap.* 4. GAL. *Bordure d'une robe.*

Lombaria, sive Lomberia, *Lombés*, V. F. Lomberiensis, vel Lomberiacensis, sub A. Tolosano, octo leucis distat à Tolosa, eis Garumnam.

Lomentum, i, Farina fabacea, quâ ad eruganda corpora usa est antiquitas. } ἰξυμὸς. GAL. *Farine de féves.* ITAL. *Farina di fave.* GER. Bonenmell. HISP. *Harina de las havas.* ANGL. *Beans meale.* } Martialis *lib.* 3.

*Lomento rugas uteri quod condere tentat.*

Plin. *lib.* 22. *cap.* 25. de faba loquens, lomento, inquit, ex aceto decocto, tumores maturat, atque aperit. ¶ Est item lomentum colotis quoddam genus, quod in usum Pictorum ex cæruleo confici solet. Idem *lib.* 33. *cap. ult.* Ex cæruleo fit, quod vocatur lomentum: perficitur id lavando terendóve: & hoc ex cæruleo candidius. Et *paulò post*, Est & subtilissimum genus lomenti (quidam tritum vocant) quinis assibus æstimatum. Postremum hoc genus à Græcis propriè *λείμμα* appellatur.

Lonche, cultri genus, cujus usus in liturgia.

Lönchítis, } λογχίτις. GAL. *Espece de plantain qu'on dit, long plantain, ou lancelée.* ITAL. *Herba di lungo gambo.* GER. Ein kraut die sein namen nit einerley art / denenmes genant weis spicant. HISP. *El carmel, yerva nota.* } Herba est in locis sitientibus nascens, foliis porri, ad radicem rubentibus, flores habens ceu galericulos, personis comicis similes, parvam exerentes linguam: semen verò involucris clausum, triangulum, & lanceæ simile; unde sibi nomen vendicavit. Non esse autem eandem cum xiphio, seu Phasganio (ut hactenus à Dictionarij hujus concinnatoribus perperam creditum est) apertissimè docet Plin. *lib.* 25. *cap.* 11.

Londinium. Λονδίνιον. Ptolem. *lib.* 1. *cap.* 3. sive, ut aliis placet, Londinum, Britanniæ insulæ metropolis. Vulgò *Londres*

Löngãno, nis, A quibusdam appellatur intestinum rectum, à crasso intestino quod κόλον appellant, ad sedem usque porrectum, spinæ è directo incumbens. } ἀπὸ τῆς ῥάχεως ἰσιόμενος. } Ratio nominis inde tracta est, quòd in longum procenditur, nullis orbibus implicitum, ut cætera intestina. *Apicius.* Longanones porcinos ex ture Tarentino, factos cunctos in cinere pullorum.

Löngævus, longanimis, vide *Longus.*

Longinus, Sueton. *in Neron. cap.* 37. meminit Cassi longini Iureconsulti.

Löngöbärdi, Populi Cisalpinæ Galliæ à Germanis oriundi, & à barbarum prolixitate cognominati. Hi relicto Oceano ultimisque Germaniæ oris, Albino duce Italiam ingressi, brevi omnes penè citerioris Galliæ urbes cepêre. Ibi quum ducentis annis regnassent, à Carolo Magno superati sunt. Alij arbitrantur Longobardorum gentem ex Lingonibus & Bardis, hoc est, Gallis coaluisse, quemadmodum Celtiberi ex Celtis Galliæ populis & Ibetis creduntur commisti: ideóque Lingobardos potiùs appellandos putant.

Longone. Λογγώνη, urbs Siciliæ. *Steph.*

Löngo, as, *μηκύνω, μακρύνω*, quamvis non sit in usu, habet tamen composita in frequenti usurpatione habita, quæ sunt. Elongo, prolongo, quod est protraho. *Plaut.* Quæ mihi anus prolongat promissa.

Lõngus, a, um, à λόγχη, lancea. Propriè (inquit Nonius) idem quod per planum porrectus. } ארוך *aruch* ארך *órech.* *μακρὸς.* GAL. *Long.* ITAL. *Longo.* GERM. *Lang.* HISP. *Longo.* ANGL. *Long.* } Virg. 3. *Georg.*

*Tum longa nullum latera modum.*

¶ Nonnunquam idem quod in altum erectus, hoc est, procêrus. Idem 3. *Æneid.*

*Stant longis innixi hastis, & fruta tumentes.*

Plaut. *Tim.* — qua facie est homo? S. Sesquipede quidem est quàm tu, longior. Longus pedes septem. *Plinius.* In hoc cæli circumplexu æquinoctij die media, umbilicus, quem gnomonem vocant, septem pedes longus, umbram non amplius quatuor pedes longam reddit. Longus pedum quatuor. *Columella.* In morem horti areas latas pedum denûm, longas pedum quinquagenûm facito. *Idem.* Atque ita mense ultimo Aprilis seritur tantum, quantum singuli cyathi seminis locum occupent, decem pedum longum, & quinque latum. ¶ Per translationem usurpatum quandoque pro diuturno. Virg. 3. *Æneid.*

——— *& longum Andromache tessatur amorem.*

¶ Nonnunquam pro prolixo, & fuso. Plaut. *in Trinum.* Longo sermone utimur. Cic. *lib.* 1. *de natur. deor.* Sed nolo esse longior. Longum est, id est, multi temporis. Idem 3. *Verr.* Longum est dicere quàm improbè fecerit. ¶ Quandoque pro magno: unde longiores dies, majores dicimus. ¶ Quandoque pro pernicioso. Virg. *lib.* 1. *Æneid.*

*Nec quem ô varie nostrum sermone trahebas*
*Infelix Dido, longúmque bibebat amorem.*

Longi versus (i. Hexametri.) Gell. *cap. ult. lib.* 18.

*In quemcunque hominem me longa vocaverit ætas,*

Tibull. *lib.* 4. Cum tunica longa mulicbri. Gell. *cap.* 10. *lib.* 6. Sat sic sunt longæ fabulæ, Plaut. *Hæna. sc.* 1. *a.* 1. Ovid. 13. *Metam.*

——— *longi tadia belli*
*Mente ferunt placida,*

Idem *ibid.*

*Longa refert mora est,*

Nimis diu & longum loquor. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 2.

*Quæ mala sunt longa multiplicata die,*

Ovid. *Eleg.* 6. *lib.* 4. *Trist.* Nisi de te mihi supplicium datur longum diutinúmque à mane usque ad vesperum, Plaut. *Most. sc.* 2. *a.* 2. In longum duravit eis constantia. *Velleius*, longum est enumerare, Suet. *in Tiber. cap.* 61. Longum erat armari. Ovid. 2. *Fastor.* ¶ Longa dies, pro longo tempore. Plaut. *Epid.* Longa dies animum incertat meum. Iuven. *Satyr.* 10.

*Longa dies igitur quid contulit, &c.*

Ne longum faciam, id est, ut breviter dicam. Horat. *lib.* 1. *Serm. Satyr.* 3. In longum ducete. Virg. 9. *Eclog.*

*Cantando vestros in longum ducite amores.*

Nimium longi sumus in: Cic. 2 *de finib.* Sed in rebus apertissimis nimium longi sumus. Nulli mihi longius quàm, id est, nihil mihi molestius, aut nihil desideratius, Cic. *in variis locis.* Penum instruere vel longam, vel longo ordine. Gell. *lib.* 4. *c.* 1. ex Virg. *Æneid.* 1.

Löngùm, adverbialiter. Diù, longo tempore. } μακρὸν. GAL. *Longuement.* ITAL. *Longamente.* GERM. Lange vor oder zeit. HISP. *Luengamente.* ANGL. *A long time.* } Matt.

*Vique tuo longum dominâsque putrique fruantur*
*Muneribus.*

Virg. *lib.* 10. *Æneid.*

——— *non mea, quicunque es, inulto,*
*Pastor, nec longùm latabere.*

Löngè adverbium, Procul, longo intervallo, longo loci spatio. } πόῤῥω, μακρὰν. GALL. *De loin, loin.* ITAL. *De lungi.* GERM. Weit ferr. HISP. *Lexos ò de lexos.* ANG. *Farre of.* } Cic. *pro Flacco.* Non longè à gradibus Aureliis hæc causa dicitur. *Ibidem.* Longè omnino à Tiberi ad Caium. Idem *pro domo sua*, ejus simulachrum non longè à Tanagris in sepulchro positum fuit. ¶ Dicitur etiam de temporis intervallo. Idem *pro Sylla*, Tempus muneris dandi longè abest. Idem *de Cl. Oratoribus.* Varro vitam Nævij producit longius. Longè, latèque, id est, multis variisque in locis, διεξοδικῶς. Idem 1. *de nat. deorum*, Sed longè latèque colluceat. Idem *pro lege Manilia*, Tantum bellum, tam diuturnum, tam longè latèque dispersum. Quid longissimè meministi? Plaut. *Menæch. sc. ult. a.* 5. ¶ Interdum significat, valde. *Salustius*, Longè mihi alia mens est. ¶ Interdum accipitur pro multò, jungiturque comparativo, aut superlativo, μακρῷ. Cicer. *de Cl. Orator.* Vir longè post natos homines improbissimus. Idem *alibi*, illud homini longè optimum esse. Virg. 9. *Æneid.*

*At pedibus longè melior Lycus,*

¶ Positivis *Excellens*, & *Præstabilis* junctum aliquando reperitur. Apul. *de deo Socr.* Chaleas autem longè præstabilis hariolus. Idem *in Florid.* Longè ante cæteros excellens. Longè princeps id est, excellentior cæteris. Ut vestræ fortunæ meis præcedunt longè. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Cic. *Brut. lib.* 15. Longè primus, id est, excellentior. Cic. 4. *Verr.* Longè primus civitatis est Epicrates. ¶ Aliquando idem ferè valet, quod procul. (i. pro eo quod barbari dicunt à longè.) Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.*

——— *Longè proiectus in oras*
*Sarmaticas.*

Catull. *de com. Beren.*

——— *An quòd amantes*
*Non longè à caro corpore abesse volunt?*

Visus sum procul sedere, longè à me Æsculapium. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 1.

——— *Longéque volante sagitta.*

Ovid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.* Sic Virg. 2. *Georg.* dixit, Littora longè resonantia. *Plaut.* Longè habere, hoc est, habere quod procul intendas, *in Truculent.* Næ ista stimulum longè habet quæ usque illinc cor pungit meum, hoc est, habet stimulum longum, vel à longè protensum. Longè prospicere futuros casus, est eos longè antè videre, quàm eveniant. Cic. *de Amic.* Ut nobis longè prospicere oporteat futuros casus Reipublicæ. Longè gentium, significat omninò longè: sicut nusquam gentium, nusquam locorum, idem significant quod omnino nusquam. Idem *Art. lib.* 6. Tu autem abes longè gentium. ¶ Lucret. *lib.* 3. longiter dixit pro longè.

*Nox, ut opinor, id à lecto sum longiter erat.*

Sosipater *lib.* 11. *Institutionum Grammat.* ¶ Longiùs comparat. Longissimè superlat. Istuc abeat longiùs. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1.

*Quique sit à sævo longius hoste locus.*

Ovid. *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.* Longissimè abest à vero. Cicer. 4. *Acad.* Longissimè, pro longum est. Plaut. *Stycho.* — quàm dudum in portum huc venis? P. longissimè, Concede huc mea gnata abi istoc quàm potes longissimè. Idem *Menæch. sc.* 2. *a.* 3. Quid longissimè meministi? *Ibid. sc. ult. a.* 5.

Löngŭlŭs, a, um, diminut. } μακρύτερος. GAL. *Longuet.* ITAL. *Longhetto.* GERM. Langlech. HISP. *Largo un poco.* } ut. Longulum iter. Cicer. *ad Attic. lib.* 16. Itaque eo die mansi Aquini, longulum sanè iter, & via inepta.

Löngĭúscŭlŭs, a, um, diminutivum nomen, Longior, sive longius: idem valens quod paulò longior. μακρότερος. Cic. *pro Archia.* Quòd epigramma in eam fecisset tantummodo alternis versibus longiusculis. Plin. *lib.* 10. *cap.* 36. Fœminis (passeribus) longiusculum spatium.

Löngŭlè, diminutivum. Diomed. *lib* 3. } μικρὸν μαλακρότερον. GAL. *Un peu long.* ITAL. *Un poco di lungi.* GERM. Etwan vorttein wenig ferr. HISP. *Lexos un poco.* ANGL. *Somewhat farre of.* } Plaut. *in Rud.* Haud longulè ex hoc loco.

Löngĭmănŭs, i, Cognomen fuit Artaxerxis Persarum regis, inde impositum, quòd alteram manum haberet longiorem, μακρόχειρ.

Löngĭpĕs, pedis, omnis generis. Longos pedes habens, sive longa crura habens. } μακροσκελὴς. GAL. *Haut sur pambes, qui a longs pieds.* ITAL. *Longo de piedi.* GERM. Langfüssig. HISP. *El que tiene largos pies.* ANG. *Long footed.* } Plin. *lib.* 30. *cap.* 4. Bupestis animal est rarum in Italia, simillimum scarabæo longipedi.

Löngævŭs,

Lōngævŭs,a,um,Annosus,senex,quasi longi ævi. {באריכים *bahaĵamim*, μακρόβιος, μακρόχρονος. Gal.*Qui vit,ou a vescu long-temps, de longue vie & durée.* Ital.*Vecchio,attempato,di lunga età.* Germ.Alt/wolbetagt Hisp.*Cosa de larga edad.* Angl.*Long lived,of many yeares continuance.*} Virg.6. *Æneid.*

*Quem tibi longævus servum Lavinia conjux*
*Educet sylvis regem, regúmque parentem.*

Idem 3. *Æneid.*

*Surge age,& hæc lætus longævo dicta parenti*
*Haud dubitanda refer.*

Cic. *in Catone,*O misenum senem, qui mortem contemnendam in tam longæva ætate non viderit.

Lōngævĭtās,ātis,Annositas.{μακροβιότης, πολυετία.} Macrob.*Saturn.lib.* 7.c.10.Liquor vitalis longævitate siccatus est.

Lōngănĭmis,e,qui est perseverantis animi,æquanimiter tolerans quicquid sibi acciderit. {ארך אפים *érech apaiim.* μακροθυμῶ. Gal. *Patient.* Ital. *Patiente d'animo, che solera i casi della fortuna.* Germ.Langmütig.Hisp.*Paciente y sufrido.* Angl.*That is patient,long suffering.*}Legitur *Nehem.*9.17.& *Esdr.*4.64.Alibi,quod sciam,apud Latinos scriptores non occurrit.

Lōngănĭmĭtās, Tolerantia, patientia, vox à Theologis introducta. {μακροθυμία.Gal.*Patience.*Ital.*Toleranza,pazienza.* Ger. Langmüs tigkeit.Hisp. *Paciencia,y sufrimiento.* Angl.*Long sufferance.*} Hieronymus,Longanimitas, quæ ibi sustentatio dicitur, à patientia differt. Minimè etiam Latina vox.

Longanimiter ferens. *Hebr.*6.15. μακροθυμήσας.

Lōngĭtūdo,inis prolixitas {ארך *érech* ארך *érech.* μακρότης,μῆκος.Gal. *Longueur.* Ital.*Longhezza.*Germ. Lenge. Hisp. *Largueſa.* Angl. *Length.*} Plin. *lib.*11. *cap.*25 Intelligi autem gracilitate & longitudine. Cicer.9 *Philipp.*Non enim longitudo itineris,non asperitas viarum,non morbus ingravescens retardavit. ¶ Accipitur nonnumquam pro longo temporis spatio.Terent.*in Heaut.sc.*1.*a.*5. Ubi re vidi animo esse omisso, & suavia in præsentia Quæ essent , prima habere, neque consulere in longitudinem;Cœpi rationem,ut neque egeres,neque ut hæc posses perdere.Cicer.7.*Verr.* Noctis longitudo stupris & flagitiis conterebatur.

Lōngĭnquŭs,a,um,Remotus,distans,diversus,longè disjunctus. {רחוק *rachók.* πόρρω,μακρὰν, περίοδος. Gal. *Loingtain.* Ital. *Lontano, ſtraniero.* Germ. Weit von Dannen / fern. Hisp. *Cosa de lexos.*Angl.*Farre of ſtrang.*} Cic. *pro Marcello,* Non dubito quid præsentes censeant, nos quidem longinqui & à te ipso missi in ultimas gentes. ¶ Aliquando significat quod in longum tenditur. Claudianus,

*Sic qui vectarus longinqua per æquora merces*
*Mollitur tellure ratem.*

¶ Aliquando ponitur pro externo & peregrino, ξένος. Ovid. *de Trist.*

*Simea longinquum visceris piscis edet.*

E longinquo, & E præsenti opponuntur. Plin. *lib.*7. *c.*51. Repetimus inter exempla Clazomenij, animam relicto corpore errare solitam, vagámque è longinquo multa annuntiare, quæ nisi à præsenti nosci non possent. Ex longinquo veniens nobilitas , dicitur antiqua nobilitas. Idem *lib.* 7. *cap.*42.Minor nobilitas , quia non ex longinquo venit , &c. In longinquum non sunt mittendæ cupiditates. Senec. *cap.*10. *de tranquill.* Apud Plautum. *Amphitr. sc.* 4. *a*4. ubi legitur. E loco compellemus. *Passerat.* legendum suspicatur *E longinquo.* ¶ Ponitur aliquando pro diuturno. Liv. *lib.* 1. *ab Urbe.* Donec ipse quoque longinquo morbo est implicitus. Plaut. *in Milit.* Vitam longinquam darent.¶ Nonnunquam pro lento. Idem *Mercat.* Longinquum amanti istud , longinquus sermo opponitur brevi. Idem *in Milit.* Brevin' an longinquo sermone? ¶ Longinquum loqui,id est, diutiùs. Idem *in Mercat.* Oratio odiosa est, quum rem agas , longinquam loqui. Equidem ad capita rerum pervenias.

Lōngĭnquĭtās , ipsa locorum distantia. {מרחק *merchák.* διάστημα. Gal. *Lontain , longue diſtance de lieux.* Ital.*Lontananza.*Germ. Die weite oder weitmuß / fernuß. Hisp. *Aquella lexura de lexos.* Angl. *Long diſtance of place , length of time*} Cicer. *ad Calium lib.*2. In his enim sum locis , quò & propter longinquitatem , & propter latrocinia tardissimè omnia perferuntur. ¶ Aliquando pro diuturnitate. Terent. *in Heaut. sc.*1. *a.*4. Hæc mihi nunc cura est maxima , ut ne cui mea Longinquitas ætatis obstet , mortémque exopter meam. Cæs.2. *bell. civil.* Tamen rei eius moram , temporisque longinquitatem timebat.Cic.2.*de finib.*Qui autem voluptate vitam effici beatam putabit,qui sibi is conveniet,si negabit voluptatem crescere longinquitate?

Lōngĭsco,is,Longus fio. {מרחק *rachók.* διαστέλλομαι.Gal.*Devenir long.* Ital.*Diventar lungo.* Germ. Lang werden. Hisp. *Hazerſe luengo.* Angl. *To waxe long.*} Ennius.

——*Neque corpora firma*
*Longiscunt quicquam* Nonius.

Longitrorsus sic dicitur,sicut dextrorsus,sinistrorsus.in longum.

Longiturnus,diuturnus,longè durans. Inde,

Longiturnitas,i. e.diuturnitas.

Lōngūrĭo,nis,Longus homo,& procerus,à perticæ , quam *longurium* vocant,similitudine dictus.{גבוה *ghabóah.* ὑψηλός,ὑπερμήκης. Gal. *Long.* Ital. *Lungo.* Germ Ein vast langer mensch. Hisp. *Largo.* Angl. *A long man.*} Varr. Hic qui ante me est, nescio quis longurio.

Lōngūrĭus,ii,Perticâ longior,quæ sepibus horrorum trajici solebat ad eas confirmandas : eadem bellicis in rebus magno usui ad muniendà castra. {מוט *mot.* κόντος, δόναξ. Gal. *Vne longue perche.* Ital. *Lunga pertica.* Germ.Ein zweret ſtang. Hisp. *Haſta,ò pertica larga.* Angl. *A long pole ſuch as teeth ar commonly in hedges.*} Varro *de re ruſt.lib.*1 *cap.*14. Secunda sepes ex agresti ligno,sed non vivit. Fit autem palis ſtatutis crebris,ac virgultis implicitis,aut laris perforatis,& per ea foramina trajectis longuriis ferreis binis , aut ternis,aut ex arboribus truncis demissis in terram delinceps,constituit. Idem *lib.*2.*cap.*7.Interjicere longurios.Cæsar *lib* 4.*bell.Gall.*& longuriis,cratibúsque constemebantur. Idem *lib.*3, *de bell. civil.* Item *lib.*2. Longuriis ac furcis,

Lŏpădūsa,λοπάδουσα,Insula inter Siciliam & Lybiam è regione Thaphi,cujus meminit Strabo *lib.*vi.

Lŏpas,adis:λοπάς,Genus conchæ marinæ.Plaut.*in Medico parasito.*Addito lopades,echinos,ostreas.Dictæ lopades à vasis culinarij genere , quod Græci λοπάδας, λοπάδια appellant. Bayfius farraginem interpretatur. Est & lopas, sive Lopæ vestimenti genus : in qua significatione priorem syllabam producit, quum apud Græcos scribatur per ω.

Lopimus,a,um, λοπᾶς,ᾶ,ον,qui decorticari potest,aut solet, à λοπὰς,decortico.

Lŏquŏr,eris,locutus,pet e.us Prisciano videtur , sive loquutus pet q. Proprié significat, verba qualiacunque profero. Formatur à Græco verbo λέγω, λέλεγμαι, hinc loquor ɣ in g mutata. {דבר *dibber* אמר *amár.* λαλῶ, φθέγγομαι. Gal.*Parler, diſcourir, raiſonner.* Ital.*Parlare , raggionare.* Germ. Reden (predigen. Hisp. *Hablar , razonar.* Angl. *To ſpeak , to reaſon.*} Differunt autem *loqui*, & *dicere*, quòd *loqui* sit à natura ; *dicere*, eleganter & facundè. Quamquam *loqui* aliquando pro *dicere* positum invenitur. Plaut. *in Menæchmis* , Quos tu parasitos loquere ; *ibidem.* Adolescens quæso loquere tum mihi nomen. Quid taces , heus tecum loquor. Imò tute tecum. Idem *Milit.sc.*5. *a.*2. Quàm confidenter loquitur ! Idem *Mostell. sc.*1. *a.*1. Meam partem loquendi , & tuam tradò tibi. Idem *Asin. sc.*1. *a.*3. Plus oportet servum scire , quàm loqui. Idem *Mere. sc.*5.*a.*2. Si quid tu illum voles loqui , Id loqui licebit. ( i. bene dicere, ) Idem *Mostell. sc.*3.*a.*1. Nimis diu & longum loquor, ( aliàs *longè* ) Idem *Pseud.sc.*3 *a.*2. ¶ Non loquens, ( i. Infans , & mutus. ) Gell. *cap.*9. *lib.*5. Loqui ad voluntatem ( apud Cicer. *in Paradox.* ) id est, Dicere quod libet. ¶ Loqui ad voluptatem , est sermone suo voluptatem audientibus afferre , adulari . & grata loqui. Cic.*pro Quintio.* Fatetur se non bellè dicere , non ad voluptatem loqui posse. Cum adverbiis sæpe jungitur, ut , Loqui apertè , liberè, latinè , magnificè, &c. ¶ Loqui lapides, est ea loqui quæ sic audientis mentem obtundunt,ac offendunt , ut si lapidibus illius caput ferires. Plaut. *in Aulul.* Quia mihi misero cerebrum exeuntiunt tua dicta soror, lapides loqueris. ¶ Loquuntur hoc palàm.Cic. 5. *Verr.* Hoc quum palàm Decumani tota provincia loquerentur. Loquuntur vulgo, id est, vulgi in ore versatur Idem 7.*Verr.*Quum vulgò loquerentur,suppositum in ejus locum , &c. Loquuntur annales,historiæ,hoc est,referunt,commemorant. Loquitur res ipsa : hoc est,apertissima est,& sermone non eget. Loquitur fama. hoc est homines famam sequuti loquuntur. ¶ Dare aliquem loquendum chartis,dixit Martialis, *lib.*3.

*Quem chartæ famaque damus populóque loquendum.*

¶ Composita hujus verbi sunt,Alloquor,colloquor. circumloquor , deloquor, eloquor , interloquor. obloquor , præloquor , & peroloquor : quorum significata partim suprà explicuimus , partim infrà suis locis exequemur. ¶ Loquier , pro Loqui. Cic. *ad Atticum lib.*12. Publia ad me scripsit, matrem suam cum Publio loquier, ad me cum illo venturam. Loqui in eandem sententiam : hoc est,ejusdem esse sententiæ. Cæsar *lib.*1. *bello civili,* In eandem sententiam loquitur Scipio , Pompeio esse in animo Reip. non deesse. si Senatus sequatur. ¶ Loqui , etiam de arboribus,pro sibilum edere. Virg. *in Bucol.*

*Mannius argutumque nemus, pinosque loquentes*
*Semper habet.*

Lŏcūtŭs, sive Loquutus, particip. {מדבר *medhabber.* λαλῶν,φθεγξάμενος. Gal.*Qui a parlé.* Ital.*Chi a parlato.* Germ. Geredt/der geredt hat. Hisp.*El que ha hablado.* Angl.*That hath ſpoken.*} Horat. *lib.* 1. *Epist.*7.

*Vt venturum ad cænam est, dicenda tacenda loquutus,*
*Tandem dormitum dimittitur.*

Virg.1. *Æneid.*

——*Sic ore locuta est.*
——*neaque hæc facundis, si qua est ,*
*Quæ nunc pro domino pro vobis sæpè locuta est.*

Ovid.13. *Metam.*

*Sed tu magna virum misteni quæ verba locuta est,*(de querelis) Catul.

Lŏcūtĭo, sive loquutio, nis, Sermo , oratio , dictio, genus dicendi. {דבורית *dabberáh* אמירה *imráh* φράσις,λάλημα. Gal.*Parole, un diſcours, parlement.* Ital. *Parlamento.* Germ. Ein red.Hisp.*Obra de hablar.* Angl. *A ſaying or ſpeaking.*} Cic. *in Orat.*Quanquam enim omnis locutio oratio est ; tamen unius oratoris locutio hoc proprio signata nomine est.

Lŏcūtŏr , seu loquutor, Sermocinator, qui loquitur. {מדברית *midhbár.* λάλος. Gal. *Parleur , babillard.* Ital. *Parlatore , cianciatore.* Germ.Ein tandter/schwetzer/der zů viel red. Hisp. *Hablador , parlero.* Angl. *That ſpeaketh a bablet.* Cell. Qui sunt leves & futiles & importuni locutores, & *lib.*1. *cap.*15. blateronos, linguaces , linguaces.

Lŏcūtŭlēĭi. sunt homines in verba provecti , quos & garrulos, loquaces ,blateronos , & linguaces dicimus , quorum lingua tam effusa ad loquendum , infrænisque est , ut tetterrima quadam colluvione verborum fluat semper , & æstuet. Cell.*lib.*1. *c.*11. {ἀδολεσχαλάλοι. Gal. *Grands parleurs , babillards.* Ital. *Cianciatori, gran parlatori.* Germ. Klafferig/schwätzig/klapperer denen stäts das maul geht. Hisp.*Hablantes , parleros.* Angl. *Babblers or prattlers.*} Non. *c.*1 lingulacæ. locutuleïæ.

Lŏquācĭtās,atis Multiloquium,inanis & immodica garrulitas. {πολυλογία, ἀπεριλαλία. Ital.*Trop grande abondanza de parlari , trop parler.* Ital. *Cianciare , ciarlare , parlare ſovarchio & vano.*Germ. Schwätzigkeit / vonnöthen geschwätz. Hisp. *Obra de mucho hablar.* Angl. *Babling, much talking.*} Cicer.*Tusculan.*Facit autem non loquacitas

mes, sed benevolentia longiores epistolas. Idem *ad Attic. lib.* 7. Loquacitati ignoscas, quæ & me levat ad te quidem scribentem, & elicit tuas literas.

Lŏquācĭto, as, Multum loquor. {דבר *nidhbár.* λαλῶ πολλά. GAL. *Parler beaucoup, caqueter.* ITA. *Parlar molto.* GERM. Vil klappern oder schwätzen. HISP. *Hablar mucho.* ANG. *To bable, to speach much.* } Hieronym. Si quando mulierculæ de divitiis proprijs, de filijs, de vestibus, de mundi vanitatibus garrulando loquacitent, ut moris est eis, frangantur. Vox, nova est, quam apud veteres non facilè invenias.

Lŏquāx, acis, Verbosus, garrulus, loquendo importunus. {דבר *nidhbár* λάλος, πολυλόγος. GAL. *Caqueteur, babillard, grand parleur.* ITAL. *Cianciatore, che parla molto.* GERM. Schwätzig / Plepfig. HISP. *Cosa mucho habladora, hablador.* ANGL. *That babbleth.* } Cicer. *pro Cluent.* Præterea servum illum Nicostratum, quem nimiùm loquacem fuisse, ac nimium domino fidelem arbitrabatur, &c. Idem *lib.* 2. *de Orat.* Quare istam artem totam dimittamus, quæ in excogitandis argumentis muta nimium est, in prædicandis nimium loquax. Hinc corvi & aliæ aves quæ humanam vocem imitantur, loquaces dicuntur. Loquaces multùm omnes habemur mulieres Plaut. *Aul. sc.* 2. *a.* 1.

*Indocilesque loquax gutture vernat avis,*

Ovid. *Eleg.* 12. *lib.* 3. *Trist.*

Lŏquācĭŏr, comparativum, λαλίτερος, & superlativum loquacissimus {λαλίστατος.} Cicer. *de senect.* Et senectus est natura loquacior. Idem *pro Flacco.* Repentè homo loquacissimus obmutuit.

Lŏquācĭtĕr, adverbium. {πολυπρωδῶς, ἀδολεσχῶς. GAL. *Avec trop grande abondance de paroles superfluës.* ITAL. *Da cianciatore.* GERM. Schwätziglich / mit vil vnnutzen tandeen. HISP. *Parleramente con muchas palabras.* ANGL. *Babblinglie with much talk.* } Cicer. *pro Murena*, Quid huic tam loquaciter litigioso responderet ille?

Lŏquēla, æ, sermo quem loquendo profitemur. { דבר *dabbár* דברים *dabárim.* λαλία. GAL. *Parole.* ITAL. *Parola.* GERM. Die red. HISP. *Habla.* ANGL. *Speache or talk.* } Catullus.

*Verbosa gandes Veranius loquela.*

Interest tamen inter loquelam, & sermonem; quòd sermo omnium gentium est, loquela cujusque gentis propria dialectus: quemadmodum autor est Corn. Fronto *de differen. vocab.* Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 5. *Trist.*

*Graiaque quod Getico mixta loquela sono.*

Loquelaris, ut loquelares præpositiones, quæ ornandi sensûs, aut augendi, vel minuendi gratiâ cæteris partibus præponuntur. *Festus.*

Lŏquēlă, æ, & Loquium, quamvis à *loquor* deducantur, non tamen eis veteres utuntur, nisi in compositione: ut Breviloquentia, breviloquium, multiloquentia, multiloquium, magniloquentia, magniloquium. Similiter magniloquus, multiloquus, stultiloquus, blandiloquus, & hujusmodi quæ habent: λάλημα, λαλία. Valerius Probus tamen, teste Gell. *lib.* 2. *c.* 15. affirmat, Sallustium *loquentiam* usurpasse pro *loquacitate.* Sic enim legit, Satis loquentiæ, sapientiæ parum. Ubi tamen vulgò legebatur, Satis eloquentiæ.

Lŏquĭtŏr, aris, Garrio, multum loquor, verba multa inaniter profundo. דבר *nidhbár.* πολυλογέω. GAL. *Parler beaucoup.* ITAL. *Cianciare, parlar molto.* GERM. Landen / vnnutz geschwätz treiben. HISP. *Hablar mucho.* ANGL. *To speake muche.* } Plaut. *in Bacchid.* Eho tu loquitatísne es gnato meo malè? Usus est hoc verbo & Apuleius *in Florido.*

Lŏră, æ, sive Lorea: genus potionis est, quam Græci ὀξυκρᾶτον appellant, quasi secundariam: velut apud nos tertiaria, per vini caritatem: nam δεύτερον apud Græcos secundum dicitur. { GAL. *Vinet, vin de dépense, breuvette.* ITAL. *Vino leggiero.* GERM. Leurentrancf. HISP. *El vino aguado.* ANGL. *A small or thinne wine.* } Plin. *lib.* 14. *cap.* 10. Non possunt jure dici vina, quæ Græcis ὀξυκρᾶτα appellant, Caro & nos lorum, maceratis aqua vinaceis, quamvis inter vina operarta numerentur. Tria eorum genera. Primum decima parte aquæ addita, quæ musto expressa sit, & iranocte & die madefactis vinaceis, rursúsque prælo subjectis. Alterum, tertia parte ejus quod expressum sit, addita aquæ, expressóque decocto ad tertias partes. Tertium fæcibus vini expressum, quod fæcatum Cato appellat. Varro *de vita populi Romani*, Antiquæ mulieres majores natu bibebant lotam. Dicta lora, quasi lota, quod fiat ex vinaceis aqua dilutis. Vide Varr. *de re rust. lib.* 1. *cap.* 54. & Colum. *lib.* 12. *cap.* 40. & Gell. *lib.* 10. *c.* 24.

Loramentum, Lorarij. vide *Lorum.*

Lordosis. λόρδωσις. incurvatio in anteriora: quum homo vitiatâ dorsi spinâ, capite semper prono est & cernuo: à λορδόω curvo in anteriora.

Lōrīcă, æ. {περισκελίς. ὑποδρομίς. GAL. *Halecret, cuirasse ou harnois ou d'homme d'armes: brigandine ou cotte de maille.* ITAL. *Lanciera, corazza.* GERM. Ein lädern rustung oder harnisch / ein panser. HISP. *Cota de malla.* ANGL. *An habergion, a coate of male.* } Est munimentum corporis, quale in Imperatorum antiquis statuis videmus: quamvis ferè accipiatur pro quovis genere armorum, quo corpus adversùs vim tegimus. Sueton. *in August. cap.* 35. Lorica sub veste munitus existimabatur. Item loricam linteam induere. Idem *in Galb. c.* 19. Dicta autem putatur lorica, à loro: Nam antiquitùs, teste *Varrone*, pectoralia ex crudo corio fiebant: Cic. *pro Murena.* Descendi in campum cum firmissimo præsidio fortissimorum virorum, & cum illa lata insignique lorica, non quæ me tegeret, (ne enim sciebam Catilinam non latus, aut ventrem, sed caput & collum solere petere.) Liv. *lib.* 5. *ab Urbe*, Multósque imperitos nandi, aut invalidos, graves loricis, aliísque tegminibus hausêre gurgites. Virg. 3. *Æneid.*

*Loricam consertam hamis auróque trilicem.*

¶ Dicitur præterea lorica in ædificiis quoddam quasi sepimentum, & veluti pesbolus, quæ nos tuetur à lapsu, δρομὶς. lorica enim pars est murorum, & structurarum. Vitruv. *lib.* 2. de lateritijs partietibus loquens: Quum enim in tecto tegulæ fuerint factæ, aut à ventis dejectæ, qua possit ex imbribus aqua perpluere, non patietur lorica testacea lædi latetem: sed projectura coronarum rejecit extra perpendiculum stillas. Curtius *lib.* 8. Angusta muri corona erat: non pinnæ, sicut alibi, fastigium ejus distinxerant, sed perpetua lorica obducta transitum septerat. Itaque Rex hærebat magis quàm stabat in margine, clypeo undique incidentia tela propulsans. Loricam appellat structuram fastigiatam, quæ aquam pluviam utrinque dispellit extra perpendiculum, veluti fuggrundulis prominentibus. Hujusmodi structuræ à nostris structoribus Capistratæ appellantur. ¶ In pavimentis etiam tudertatis, lorica appellatur cotium è marmore tuso cum calce & arena. Vitruv. *lib.* 6. Itaque si necessitas urgeat, ut minimè vitiosa fiant, sic erit faciendum. Quum coaxatum fuerit, insuper altera coaxatio transversa sternatur, clavisque præfixa duplicem præbeat contignationi loricationem, deinde ruderi novo tertia pars testæ tusæ admisceatur. Varro *lib.* 1. *de re rust. c.* 37. Parietes & solum opere tectorio marmorato loricandi. Hæc *Bud.* Cæs. 5. *bell. Gall.* Turres contabulantur, pinnæ loricæque ex cratibus attexuntur.

Lōrĭco, as, loricam induo. {ὁπλίζομαι, θωρακίζω. GAL. *Vestir une cuirasse, ou haleeret ou harnois, se cuirasser.* ITAL. *Armarsi di corazza.* GERM. Mit einer lädern rüstüg oder harnisch sich bewapnen. HISP. *Armar como de cotta de malla.* ANGL. *To put on an habergion.* } Plin. *lib.* 8. *cap.* 24. Mox ubi pluribus eodem modo se cotiis loricavit, in dimicationem pergit. ¶ Hujus verbi compositum est Dilorico de quo alibi.

Lōrĭcātŭs, a, um, participium. Loricâ indutus. {ὁπλισμένος, θωρακοφόρος. GAL. *Armé d'un haleeret, brigandine, ou cotte de maille, cuirassé.* ITAL. *Armato di corazza.* GERM. Mit einer lädern harnisch oder panser angethon. HISP. *Armado de cotta de malla.* ANGL. *Armed with an habergion.* } Liv. 3. *bell. Pun.* Statua ejus indicio fuit Prænestæ in foro statua loricata, amicta toga, velato capite, &c. ¶ Loricati milites. Idem 5. *bell. Macedon.* Partim loricatos, quos cataphractos vocant, partim sagittis ex equo utentes.

Lōrĭcātĭo, ἐφύγωσις, incrustatio parietis. Paulus *de verb. signific.* Aquæ salientes, incrustationes, loricationes, picturæ.

Lōrĭcŭlă, æ, à Lorica diminutum nomen, Parvam loricam significat. { θωράκιον. GAL. *Petit haleeret, petite cotte de maille.* ITAL. *Picciola corazza, giacco di maglia.* GERM. Ein pidgendenlin. HISP. *Pequeña cotta de malla.* ANGL. *A litle abergion or coate of male.* } ¶ Accipitur etiam pro munimento, quod obsessores urbium construunt. Nam ultra factum celi fossam faciunt, eámque vallo fudibus, & turriculis instruunt, ut erumpentibus è civitate possint obsistere. { GAL. *Vn lieu fort, ou fortification que font ceux qui assiegent une ville pour resister aux saillies de ceux de la ville, retranchemens.* ITAL. *Luogo fortificato, come si fa nelle terre per resistere à gli assalti de terrazani.* GERM. Ein pasteyen oder schanz / ein werbarote schutze. HISP. *Empresta, à trabique, para defenderse.* ANGL. *Atrenche made to defend an armie.* } Autore Veget. *lib.* 4 Cæs. 8. *bell. Gall* sic scribit, Hæc imperat vallo XII. pedum muniri, cornisque pro ratione ejus altitudinis inædificari: fossam duplicem pedum denûm, quinûm lateribus directis deprimi: turres crebras excitari in altitudinem trium tabulatorum, pontibus trajectis, constratisque conjungi: quorum frontes viminea loricula munirentur, ut hostes à duplici propugnatorum ordine depellerentur.

Lōtĭpēs, edis, Qui pedem in modum lori tortum habet. {ἰμαντόπους. GAL. *Qui a la jambe tortue.* ITAL. *Zoppo, che ha il pie torto.* GERM. Ein krumb fuß. HISP. *Zanquiseso.* ANGL. *That hath his foote crooked or logge.* } Iuvenal. *Satyr.* 2.

*Lentipedem rectum derideat, Æthiopem albus.*

Plaut. *in Pœnul.* Nequicquam hos patronos mihi elegi, lotipedes tardissimos.

Lōrum, i, Propriè significat corrigiam ex corio: unde habenas & retinacula jumentorum, quæ ferè ex corio fieri solent, lora appellamus, {מוסר בבורית *mosár babbirith. ipsis.* GAL. *Lanieres, longue courroye de cuir, fangle.* ITAL. *Correggia, stroffile, redine.* GERM. Ein riemen / zügel. &c. HISP. *La correa à correa para riendas.* ANGL. *A corde or le nahmade of aleng thenge leather.* Ovid. 2. *Metam.*

*Colla jugo exumpunt, abruptáque lora relinquunt.*

Ibidem,

*Corripe lora manu.*

Virg. 1. *Georg.*

——— *illi instant verbere torto,*
*Et proni dant lora: volat vi fervidus axis.*

Idem *lib.* 1. *Æneid.*

*Fertur equis, curruque hæret resupinus inani,*
*Lora tenens tamen,*

¶ Præterea etiam lora dicuntur zonæ ac volumina ex corio bubulo, quibus pugiles utebantur: quos & cæstus appellabant. ¶ Præterea quæcunque ligamina, lora dici possunt. *Gellius*, Postea videbamus Androdum & leonem loro tenui revinctum, utbe tota circum tabernas ire. ¶ Et loramenta, quæliber ligamenta, etiam quæ ex tabulis fiunt. *Hieronym.* Loramento ligneo circumdatum ædificij fundamentum non dissolvetur. Justinus *lib.* 11. *de modo Gorgiæ*, Quum capita loramentorum intra rodos abscondita repetire non posset, violentiùs oraculo usus gladio loramenta cædit. ¶ Lorum etiam pro corrigia accipitur quo homines verberantur. *Donat.* Vestra latera loris facium varia. Plaut. *Mostel. act.* 1. *sc.* 1. Item, Injecto in collum loro (i. laqueo.) *Vellejus.* ¶ Item lora pro habenis, ut loris equos ducere. Livius *lib.* 5. *d.* 4. Et Plaut. *Men. act.* 2. *sc.* 3. Jam ascendo in curtum, lora teneo. ¶ Lora patricia. Senec. *cap.* 11. *de tranquill.* Lora apud veteres *laura* dicebantur, à lauro triumphorum, sub qua mos erat captivos vinciri, duciique per pompam. Loco autem ut conditionis reminiscantur, loris cædebantur. Unde & loriarij dicebantur: de quibus suo loco diximus. Terent. *Antiph.* Nam & molestus

molestus pergis esse, jam intrò arripiere, atque ibi usque ad necem operiere loris. s. loris liber? Cicer. 13. *philipp.* Quos Antonius deliciarum causa loris in convivio cædi jubebat à suis publicè. ¶ Item lora dicuntur corrigiæ, quibus lecti & sellæ instruuntur: super quibus tomenta, vel culcitræ imponuntur. Martial. *lib.* 2.

*Retemi sella, linteisque lorisque.*

¶ Hinc etiam funiculus aureus argenteúsve, qui collo gestari solet, lorum appellatur. ¶ Invenitur etiam lorus, λῶρος, masculi. gener. sicut & corius. & collus. *Apul.* Lotum quempiam sinu suo depromit. ¶ Lora dare, est laxare habenas. *Æneid.* 2. ¶ Lorum vomitorium, quo vomitus movetur.

Lōrāmēntum, vide in *Lorum.*

Lōrārius, a. um, adject. ἱμαντῶδης, *lorowichtig.* Gal. *De courroye.* Ital. *Di correggia.* Germ. Das auß riemen gemacht ist. Hisp. *Cosa de correa.* Angl. *Of a leash of leather.* } Plin. *lib.* 28. *c.* 31. Antiqui funibus, viteisque loreis ea detrahebant. Sic apud Caton. *c.* 3. Loreus funis. Faciam vestra latera lorea. Plaut. *Aulu. fc.* 2. *a.* 2.

Lōrārii, servi, à loro dicti sunt, quorum officium erat aliquem ex conservis jussu domini aut vincire, aut loris cædere. } λωρίσαντες, οἱ τοὺς ἱμᾶντας πλέκοντες, μαστιγίαι. Gal. *Ceux qui d'escourgées fouettoyent les serfs.* Ital. *Chi battono à flagello y servi.* Ger. Schergen / die knecht so andere binden und gefänglen müssen / fleckenknecht. Hisp. *Los que açotavan los siervos.* Angl. *Scourgers whipers.* } Lorariorum frequens est mentio apud *Plautum.* Dicebantur præterea Lorarij, lictores, aut ministri magistratuum, qui eis in provincias profic. centibus ministrabant, fasceisque præferebant. Hoc falsum est. Ex Gell. *cap.* 3. *lib.* 10. Lorarij in scenicis fabulis. Idem. Cato id genus hominis etiam Brutianos appellat: quoniam Brutij ignominiæ causâ jussi sunt à Romanis magistratibus in provincias euntibus parére, & præministrare servorum vice, quòd primi totius Italiæ ad Annibalem defeciissent.

Lorus, idem quod lotum: vox rara, nec facilè usurpanda.

Lotharingia, *Lorraine*, Provincia Ducali titulo à multis retrò sæculis clara.

Lōrymā, λώρυμα, Locus est Cariæ è Regione Rhodi insulæ. Plin. *lib.* 5. *c.* 28. & Strab. *lib.* 4

Los, λῶς, Insula circa Thessaliam. Insularis Lous, *Steph.*

Lōtis, idis, λωτίς, Nymphæ nomen est, quæ Priapum fugiens, in arborem Lotos fingitur transmutata. Ovid. 9. *Metam.*

*Lotus in hanc nymphe fugiens obscœna Priapi,*
*Contulerat versos servato nomine vultus.*

Lotax, mendicus. L. g. b.

Lotomettra: æ. Panis genus ex semine loti herbæ confectum. Vide Plinium *lib.* 22. *cap.* 21.

Lōtophăgi, λωτοφάγοι, Populi in Africa apud Syrtes, à loto nomen sortiti, quòd arboris ejus fructu credantur victitare; cujus cibus tam est dulcis, ut advenis ineutiat patriæ oblivionem. Itaque quum Ulyssis socij delati in Africam essent, & lotum gustassent, vix inde abduci potuerunt, ut placet Homero *lib.* 9. *Odyss.* Vide *Lotos.*

Lōtium, ij, Urina, à diluendis corporibus appellatum. Est enim totius corporis lotio. } מרזבלי מים *meraghlaym.* Gal. *Urine, pissat.* It. *Piscio, orina.* Germ. Der harn oder brunn. Hisp *Orina.* Angl. *Vrine, pisse.* } Sueton. *in Vespasiano*, Reprehendenti filio Tito, quòd & urinæ vectigal commentus esset, pecuniam ex prima pensione admovit ad nares, sciscitans num odore offenderetur: at illo negante, Atqui, inquit è lotio est. ¶ Habet autem hæc dictio, quamvis à supino lotum fieri putetur, contra naturam primitivi primam syllabam correptam. Vide Vallam *lib.* 1. *cap.* 2.

Lotiolentè, Adverb. à lotio, i. fœdè, luculentè, sordidè. Titinnius Varro lotiolentè flocci *fier*, & circulator. al. cuculator. *Nonius.*

Lōtus, vel Lotos, λωτός. Arbusculæ, seu fruticis species, Africæ familiaris, à Lotide nympha, quæ Priapum fugiens, in eam arborem fingitur commutata, nomen habens. } Gal. *Alisier.* Ovid. *lib.* 10. *Metam.*

*Amniculoque simul felices, & aquatica lotos.*

Ovid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

*Sic nova Dulichiis lotos gustata palatis,*
*Illo quo nemo gramina fugere fuit,*

Tibul. *lib.* 4.

*Non valuit lotos captos avertere cursus.*

Hæc arbor (ut inquit Plin. *lib.* 13. *cap.* .. & *lib.* 21. *cap.* 17.) in Africa vocatur Celtis, támque dulci est cibo (nam myrti modo baccas fert,) ut nomen etiam genti, terræque dederit. nimis hospitali advenarum oblivione patriæ. Hinc locus factus proverbio, Lotos gustasti: λωτὸν ἐφαγες. de iis dicebatur, qui diutiùs in peregrinis regionibus hæretent, velut obliti reditûs. Neque inconcinnè dixeris in eos, qui simulatque semel voluptatem inhonestam degustarint, ad pristina studia revocari non queunt. Ligno color niger: ad tibiarum cantus expeditur. Quare & à Poëtis pro tibia ponitur. Lotos Palladius, (i. tibia.) Martial. *Epig.* 50. *lib.* 8 Ovid. 4. *Fast.* Quidam arbitrantur eam esse arborem, quam Romani Viscinlum dicunt. ¶ Est etiam eodem nomine herba in Ægypto, quam Homerus inter herbas subnascentes deorum voluptati primam nominavit. Hæc recedentibus aquis Nili, provenit similis fabæ, in cujus capite fructus est papaveri similis: intus grana ceu milium, ex quo incolæ faciunt panem, quem lotomettam appellant. Vide Plin. *lib.* 22. *cap.* 22.

Lovanium, Brabantiæ urbs, archigymnasio celeberrima. { Louen }

Lora. Ptolemæo *lib.* 2. *cap.* 3. fluvius Britanniæ. Vulgò *Ure.*

Lōxias, λοξίας. Apollo dictus est, vel propter obliqua & tortuosa responsa, quæ hujus vates reddebant, quòd fallijs consultoribus imponerent: vel quòd Apollo, id est Sol, Zodiacum obliquè perrexit, λοξὸς enim Græcis obliquus est.

L U

Lübēcum, vel Lubeca, vulgò *Lubeck*, V. E. Germaniæ, sub A. Bremensi.

Lūbet, uit, vetere per u scribebant: quòd nosper i. Vide *Libet.* } רוצה בעינים *rotzè beenaim.* יפה *iafè.* ἀρέσκει. Gal. *Il plaist.* Ital. *Piacere.* Germ. Es gelebt oder gefelt mir. Hisp. *Hazer gana.* Angl. *It semeth good, it lykith.* } Plaut. *in Amphitr.* Ita vestipellem se facit, quando lubet. *Ibidem.* Tuus sum, proinde ut commodum fiet, & lubet quicquid facias. Cicer. *de senect.* Idipsum tamen ut lubebit; quoniam, &c. Ecquid lubet? Plaut. *Curc. fc.* 2. *a.* 1. Item. Etiam stimulo fodere lubet te. *Ibidem.* Cur me verberas? quia lubet nimis. Idem *Merc. fc.* 1. *a.* 1.

Lūbēns, tis, omnis generis, Libens, volens. } ἀρεσκόμενος. Gal. *Qui fait quelque chose volontiers.* Ital. *Celui che fa volentieri una cosa.* Germ. Gutwillig. Hisp. *Cosa agradable y de buena gana.* Angl. *That doeth any thing willingly.* } Plaut. *Cistell.* Ædepol factum id est lubenti animo. Idem *Stich*, lubente hercle me facies.

Lūbens, pro lubenter. Terent. *Heaut.* Faciam boni tibi aliquid pro isthac re, ac lubens. Idem *Adelph.* Servum haud illiberalem præbes te, & cibi lubens bene faxim. Plaut. *Cas.* lubens fecero & volens. Idem *Amphitr.* Non ego hic te lubens relinquo. ¶ Lubentiores eos faciam, quàm lubentia est. Idem *Asin. fc.* 2. *a.* 1. Tu respondeprius. A. Lubens. Idem *Amphitr.* Nemo est cui de industria amplius malè plus lubens faxim. Idem *Aulul. fc.* 2. *a.* 3. Quid lubet dicere te perditum esse? Idem *Curc. fc.* 2. *a.* 1. Cape atque serva (marsupium) me lubente feceris. Idem *Menach. fc.* 2. *a.* 2.

Lūbēnter, adverbium, lubenti animo. } ἀσμένως. Gal. *Volentiers.* Ital. *Volentieri.* Germ. Gutwillichlich/gern. Hisp. *Plazentera y ganosamente.* Ang. *with a good will.* } Plaut. *Rudens.* Nam qui dormiunt lubenter, sine lucro, & cum malo quiescunt. Idem *Captiv.* ——omnes profectò liberi lubentius sumus, quàm servimus.

Lūbīdinem veteres dixêre à verbo *lubet*, pro libidine. Plaut. *in Trinummo.* Lubida est observare quid agat. Idem *Menæch.*

*Nam homini misero malum si accidit ad malum,*
*Major lubido est fugere, & facere nequiter.*

Lubidinitas, pro lubidine.

Lūbēntiā, æ, & Libentia, quemadmodum dicimus, libet, & lubet. Idem est quod voluptas, lautitia, deliciæ, jucunditas. } רצון *ratzón.* ἐυπάθεια. Gal. *Plaisir, volupté, grace.* Ital. *Piacere, gradimento, diletto.* Germ. Wollust/ergetzlichkeit. Hisp. *Aquel plazer y buena gana.* Angl. *Pleasour, good will.* Gell. *lib.* 15. *cap.* 1. Cui libentiæ gratiæque omnes conviviorum incognitæ sint. Plaut. *in Asin.* Lubentiorem te faciam, quàm lubentia est. Atque is quidem hîc lubentiam viderur accepisse, pro dea quadam voluptatum, deliciarúmque præside.

Lubricus, a. um. Quasi labricus. } חלקלק *chalakalák* חלק *chalák.* λεῖος, γλαφὺς, γλίσχρος, σφαλερός. Gal. *Glissant, gliant.* Ital. *Lubrico che sdrucciola, che sbriscia.* Germ. Schlipferig glatt. Hisp. *Cosa lisa para caer, que desliza ò resbala.* Angl. *Slipper, waavering, read y to slip or slide.* } Propriè enim lubricus dicitur, teste Valla *lib.* 4. in quo quis nequit consistere: quales sunt herbæ perfusæ sanguine, aut terra argillosa humectata, aut marmora lævigata, terra glacie conecta, aqua durata gelu, extetáque hujusmodi, ubi commodè vestigium figere non possumus. Virg. 5. *Æneid.*

*Et fesso apposuit Salio per lubrica surgens.*

Ovid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

*Lubricáque immotas testa (glacie) premebat aquas.*

Lubrica sunt ista bona. Senec. *c.* 9. al. 18. *de consol. ad Polyb.* In lubrico positæ sunt opes. Idem *cap.* 9. *de cons. ad Marc.* ¶ Lubricum item dicitur, quòd si comprehendatur, manibus elabitur, facilèque effluit: ut, Piscis lubricus, qui facilè manibus effluit, dum contrectatur. Virg. 2. *Æneid.*

*Lubrica convolvit sublato pectore terga.*

& alibi,

——*Adytis quum lubricus anguis ab imis.*

Inde figuratè, Adolescentia lubrica dicitur, quòd proclivis sit ad lapsum. Cicer. *pro Cælio*, Viæ adolescentiæ lubricæ, quibus illa insistere, aut ingredi sine casu aliquo, aut prolapsione vix potest. Lubrici oculi, id est, mobiles: sicut dicitur pes lubricus, qui est in lubrico loco, qui vacillat. Idem *lib.* 2. *de natur. deorum*, Natura oculos fecit lubricos. & mobiles. ¶ Pro fallaci, & qui multas elabendi novit vias; est usus Virg. 11. *Æneid.*

*Nequicquam patriæ tutatis lubrica artes.*

¶ Lubricus locus per translationem dicitur pro difficili, & incerto Cic 2. *Offic.* Qui locus est sanè lubricus: quoniam vix invenitur qui laboribus susceptis, periculisque aditis, non quasi mercedem terum gestarum desideret glotiam. ¶ Lubricus assensus, inconstans, non tutus, fragilis. Cic. 4. *Acad.*

Lubricè, adverbium. Inconstanter, & parum syncerè. } γλαφυρῶς. Gal. *Inconstamment, douteusement, en glissant.* Ital. *Instabilmente, dubiosamente, sdrucciolosamente.* Germ. Schlipferlichong / unstandhafftiglich. Hisp. *Dudosamente, con deslezamiento.* Angl. *Sliperly, waaveringlie.* } Cic. 2. *Phil.* Et lubricè versatus in bello est.

Lubricum, i, substantivum. } חלקות *chelkáb* חלקלקות *chalaklakáh.* τὸ γλαφυρόν. Gal. *Glissement, grillement* Ital. *Sdrucciolare, sbrisciare, istabilità ter strada.* Ger. Schlipferung / glette. Hisp. *Deslezamiento.* Angl. *Slipperneſſe, sliderneſſe* } Tacitus *lib.* 18. Et lubrico itinerum ademptâ equorum pernicitate. Idem *lib.* 1. Illi sanguine suo & lubrico paludum lapsantes, &c. Idem *lib.* 19. Per angusta & lubrica viarum flexerunt. ¶ Lubricum ætatis, pro levitate, mobilitate, & temeritate posuit Ulpian. *l.* 11. § 4. *D. de minor.* Neque enim ætatis lubrico captus est adeundo locupletem hæreditatem. ¶ Lubricum linguæ. Modestinus *in l. famosi, ff. ad legem Iul. majest.* Nam & persona spectanda est, an pomerit id facere, & an antè quid fecerit, & an cogitaverit, & an sanæ mentis fuerit: nec lubricum linguæ ad pœnam facilè trahendum est.

¶ Lubricum

¶ Lubricum fidei. Macrob. *Satur. lib.*7.3. Objiciens tanto viro lubricum fidei.

Lubricum, vallum, imo fossa. Lege, *Ludicrum, vallum sine fossa.* Vide Vegetium.

Lubrĭco, as, Lubricum facio. { פתנה *bechelik. γλισθω, ολισθηρὸν ποιῶ.* GAL. *Faire glissant, ou gresillant, faire glisser.* ITAL. *Far sdrucciolare.* GERM. Schlipfferig oder glatt machen. HISP. *Hazer deslizar ò resbalar à otro.* ANGL. *To make slipper.* } Juvenalis.

*Qui Lacedæmonium pyrismate lubricat orbem.*

Lūca, ἡ Λοῦκα, civitas Tusciæ, à qua Lucenses dicuntur, qui eam urbem incolunt. Vulgò etiam hodie *Lucca.* Dicta à Lucomone Hetruscorum rege. De hac Strabo *lib.* 5. Luca urbs est ad montes Lunæ incumbentes; ubi plerunque viatim habitant, regio tamen virorum probitate floret: itaque robur militare hinc magnum educitur, & equitum multitudo, ex quibus Senatus militares capit ordines.

Lūcæ, boves, sive Lucanæ, dicti sunt elephantes, eò quòd in Lucania primùm visi sint, eo tempore quo Pyrrhus Romanis bellum intulit. Plin. *lib.* 8. *cap.* 6. Elephantes Italia primùm vidit Pyrrhi regis bello; & boves Lucas appellavit in Lucanis visos. Dicti autem sunt boves, eò quòd Itali ad ea usque tempora majus animal non nossent, quàm bovem. *Nævius*, Atque priùs pariet locusta bovem lucam. Varro tamen hanc notionem & etymologiam rejicit. *lib.* 6. *de ling. Lat.* Multis de causis, & Lucas esse dictas ait, à luce, quòd longè relucebant propter inauratos regios clypeos, quibus eorum tum ornatæ erant turres.

Lūcāni. Λευκανοὶ. Populi Italiæ à Samnitibus oriundi secundùm mare extensi, Silaro fluvio à Picentinis, Lao à Brutiis dirempti: quorum oppida præcipua fuerunt, Velia, Pæstum, & Buxentum, aliáque non nulla. Plin. *lib.* 3. *c.* 5. Horat. *lib.* 2. *Serm. Satyr.* 8.

——— *Lucanus, an Apulus, anceps.*

¶ Item Lucanus adjectivum, ut, Apet Lucanus. Horat. *Serm. Satyr.* 8. Juga Lucana. Silius *lib.* 8 Mare Lucanum Stat. 3. *Sylv.*

Lūcānĭcă, Genus farciminis ex porcinis carnibus à Lucanis populis primùm inventum. { *Lucan.* GAL. *Saucisse.* ITAL. *Salsiccia.* GERM. *Ein wurst mit schwein, rinnen fleysch ausgefüllt.* HISP. *Longaniza* ANGL. *A pudding called à sausage.* } Cic. *Pat.* Solebam antea delectari oleis & Lucanicis tuis. Mart. *lib.* 13.

*Fuit Ficena vento Lucanica porca,*
*Pulchris hinc nivem grata corona dator.*

Lūcānŭs, nomen proprium Poëtæ, nepotis Senecæ, viri undecunque doctissimi, & gravissimi Tragœdiarum scriptoris. Hic bellum civile inter Cæsarem & Pompeium gravissimo carmine perscripsit. Item Orphei tragœdiam, multáque alia, quæ hodie non extant. Periit, incisâ jussu Neronis venâ, jam Consul designatus, propterea quòd inter eos nominatus esset, qui eum Pisone conjurarant. Vide latiùs vitam ejus apud *Crinitum.*

Lūcăr, Pretium (inquit *Festus*) quod ex lucis capiebatur, vel erogatio quæ in locis fiebat. Et lucaris pecuniâ, quæ in luco erat data. Tac. *lib.* 1. de modo Lucaris, multa decernuntur.

Lūcārĭă, orum, Festa quæ in luco Romani faciebant, qui permagnus erat, inter viam Salariam & Tyberim eò quòd victi à Gallis, fugientes à prælio ibi sese occultaverant. *Festus.*

Lucelum, vide *Lucrum.*

Lūcēntĭă, Citerioris Hispaniæ urbs, & Romanorum quondam colonia, ut scribit Pomp Mela *lib.* 2.

Lūcentum Hispaniæ Tarraconensis oppidum à superiore diversum, quod Ptolem. *lib.* 2. *c.* 6. statuit supra Carthaginem, Occasum versùs.

Luceo, vide *Lux.*

Lucerĭa, V. E. Volhiniæ in Russiâ Nigrâ, ditionis Polonicæ, sub A. Gnesnensi.

Luceres, sive Lucerenses, à Iudo. Plutarch. *in Rom* Tertia pars erat populi Romani, tempore Romuli Romanorum regis. Constat enim autore *Livio*, receptis iam in urbem Sabinis, populóque aucto, Romulum omnem populum in tres secrevisse tribus: quarum una Tatiensium appellata est à T. Tatio Sabinorum duce: altera à Romulo Ramnensium: tertia Lucerum à Lucero Tuscorum rege (ut refert *Varro*) qui pugnanti adversùs Tatium Romulo suppetias tulit. ¶ Luceres autem primam Tyllabam habet ancipitem: producitam apud *Ovid.* correptam apud *Propert.*

Lucĕria, Λουκερία, urbs Apuliæ, Ausonum colonia. Plin. *lib.* 3. *c.* 11.

Lucerius, Λουκέριος, Ardea rex, qui auxilio fuit Romulo adversùs Tatium.

Lucerna, Lucesco, vide *Lux.*

Lucerna, una ex primariis fœderis Helvetici urbibus.

Lucerna, aliàs Lacerna, genus cucullæ.

Lucĕrius, Λουκέριος, dictus est Jupiter, à luce, quam præstare hominibus putabatur. Sic Juno Lucetia, quòd lucis causâ sit parturientes adjuvans. Gell. *cap.* 12. *lib.* 5.

Luci, adverbium, Lucidus, Lucifer. Lucifuga, vide *Lux.*

Lūcĭlĭŭs, Poëtæ vetustissimi nomen, patria Aurunci, qui primus Latinorum Satyram scribere aggressus est. Obiit apud Neapolim anno ætatis suæ quadragesimo sexto, publicóque funere elatus est. De Lucilio vide Quintil. *lib.* 10. & Horat. *lib.* 1. *Serm. Satyr.* 4.

*Hinc omnis pendet Lucilius hosce secutus, &c.*

Lūcīnă, Dea partuum præses teste Servio, quæ & Juno dicitur Diana, Λοχία. Terent. *in Andr.* Juno Lucina fer opem, Juno Lucina tuam fidem. Plaut. *Aul. sc.* 5. *a.* 4. Virg. *in Pollione.*

*Casta fave Lucina, tuus jam regnat Apollo.*

Et pro Luna nascente apud *Macrob.* Atque hic quidem accipitur pro Diana. Cicer. *lib.* 2. *de nat. deor.* Quum Luna à lucendo nominata sit, eadem est enim Lucina lenque ut apud Græcos Dianam, eámque luciferam, sic apud nostros Junonem Lucinam in pariendo invocant: quæ eadem Diana omnivaga dicitur, non à venando, sed quod in septem numeratur tanquam vagantibus. Dicta Lucina, quòd partum ferat in lucem. Plin. *lib.* 16. *c.* 44. putat Lucinam dici, quòd oculis præsit & luci. Sunt qui à luco deducant, qui Romæ Junoni sacer est in Esquiliis. Ovid. *lib.* 2. *Fastor.*

*Gratia Lucina dedit hæc tibi nomina lucis:*
*Aut quia principium tu dea lucis habes.*

Idem legendus 6. *Fast.*

Lucinus. Adject. ut, Lucina hora, i, lucis, & vitæ hora. Prudentius.

*Et qui lucinas tribus nascentibus horas.*

Lucĭnos dicimus quibus sunt parvi utrinque ocelli, & brevis visus. Illud enim videtur innuere Plin. *lib.* 11. *c.* 37. si vulgatis editionibus adhibeamus fidem. Ab iisdem (inquit) qui altero lumine orbi nascerentur, coclites vocabantur: queis parvi utrinque ocelli, Lucini injuriæ cognomen habuêre. In quibusdam tamen vetustatis exemplaribus legitur: Ab iisdem qui altero lumine orbi nascerentur, coclites vocabantur: queis parvi utrinque ocelli, Lucinij, &c.

Lucinium cicindela lucernæ, qui dat lumen.

Lucionum sive Luxonum, *Luçon, Luçon*, V. E. Lucionensis, vel Luxonensis, sub A. Burdigalensi.

Lūcĭus Prænomen est Romanis familiare, quod ideireo illi, qui primò hoc prænomine fuit appellatus, impositum creditur, quòd prima luce esset natus. ¶ Lucius Ostius tempore bellorum civilium patrem suum proscriptum, quem Triumviri ad supplicium perquirebant, latentem prodidit, ut ejus bona acciperet, autor Plutarch. ¶ Est etiam Lucius piscis nomen, cujus solus Ausonius meminit in *Mosella*,

*Lucrus obscurus vultus canèque lacunæ*
*Obsidet, hic nullus mensurum tellus ad usus.*

Lūcrētĭa, Romanæ castitatis præcipuum lumen, filia Tricipitini Præfecti urbis, & uxor Collatini, quam Sext. Tarquinius, quum precibus exorare non posset, vi oppressit, stricto enim gladio in cubiculum irruens, mortem minabatur, ni voluntati suæ obsequeretur: addebátque se eum mortua jugulatum servum positurum, ut in sordido adulterio necata diceretur: quibus minis illa perterrita, ut infamiæ suspicionem effugeret, expugnati sese passa est. Quo facto convocatis patre, marito, cæteríque amicis, obortis repentè lacrymis, tyranni flagitium detexit, & educto cultro, quem sub veste occultum habebat, sese statim confodit. Qua re moti pater cum marito & cæteris amicis, populo ad arma concitato, reges expulerunt. Vide hæc latiùs apud Livium *ad finem lib.* 1. *ab Urbe.* Mart.

*Esse videbaris, fateor, Lucretia nobis, &c.*

Inter lucubrantes ancillas reperta Lucretia, Liv. *lib.* 1. *ab Urbe.*

Lūcrētĭlĭs, Mons fuit in Sabinis: de quo Horat. *lib.* 1. *Carm.*

*Velox amœnum sæpe Lucretilem*
*Mutat Lyræo Faunus.*

Lūcrētĭlĭŭs, Poëta antiquissimus, Ciceronе xij. annis natu minor. Scripsit de rerum natura libros sex, qui etiam hodie leguntur. Extat honorificum de eo elogium apud Ovidium *in Eleg.*

*Carmina sublimis tunc sunt peritura Lucreti,*
*Exitio terras quum dabit una dies.*

Lucretius pater Lucretiæ, Cons. Plutarch. *in Public.*

Lūcĭfĭcābĭlĭs, Lūcĭfŭgă, vide *Lucrum.*

Lucrinum. Dauniorum est oppidum in Apuleia, ut scribit Strab. *lib.* 6. Pomp. *lib.* 2.

Lūcrīnŭs, Λακρῖνος. Lacus Campaniæ in sinu Bajano, contra Puteolos, propinquus Averno lacui, adeò ut in maximis quandoque tempestatibus conjungi soleant. Dictus à lucro, ut vulgò creditur, propter multitudinem piscium, qui capiebantur. De utroque Martial.

*Dummodo Lucrino, modò se permittit Averno.*

De lucrinis ostreis. Senec. *Epist.* 76.

Lūcrum, i. Quæstus, commodum, compendium, utilitas. { מסחר *hésseb.* κέρδος, ὄφελος. GAL. *Gain, profit.* ITAL. *Guadagno, acquisto, profitto.* GERM. Ein gewin. HISP. *Ganancia, ò el logro.* ANGL. *Gaine, profite, winning.* } Ter. *in Heaut.* Nam ille haud scit, hoc paulum lucri quantum ei damni apportet. Cic. 5. *Tusc.* Nam ut illic alij emendi, aut vendendi quæstu & lucro ducerentur. Ovid. 3. *de Arte*,

*Ira subit deformе malum, furorique cupidus*
*Surgáque & vixa, sollicitúsque dolor.*
——— *in lucro est, quæ datur hora mihi.*

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Trist.* Porin' ut hunc cum lucro respicias? Plaut. *Pœn. sc.* 3. *a.* 1. Lucrum. Ludum. Jocum ferias. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Necesse est ut sumptum faciat, qui quærit lucrum. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Nobis potius lucro fuisti, quàm decori tibi. Amanti amœnitas malo nobis est lucro. Idem. *Men. sc.* 3. *a.* 1.

——— *Da facto gaudia lucro,*

Ovid. 5. *Fastor.* ¶ Lucri est, veteres usi sunt pro conducit, vel utile est. Plaut. *in Amphitr.* Lucri est, quod miseriam deputat. ¶ Frequentiùs pro eodem dicimus, lucro est. *Cicero*, Quibus uter vestrum cecidisset, lucro futurum est. Deputate in lucro, est tanquam lucrum æstimare. Terent. *Phormion.* Quicquid præter spem evenit omne id deputabo in lucro. Pro eodem etiam dicimus, Ponere in lucro. Cicer. *pro Flacco*, Quiescant igitur, & me hoc in lucro ponere, atque illud agere patiantur. Dicitur etiam Lucrus, vel Lucri, à Plauto *in Pers.* apud Non. *c.* 3. Nunc ea narrabo unde tu pergrandem lucrum facies.

Lucrativa. Gloss. id est, lucrum afferentia.

Lūcrātīvŭs. *D. lib.* 6. *tit.* 1. *l.* 7. Sed & si quis ex lucrativis causis rem accepit, habet Publicianam.

Lūcrōsŭs, a, um, Plenus lucro, utilis, fructifer. { מרוח *hetsleh.* κερδαλέος, ὠφελιμος. GAL. *Profitable, lucratif, qui apporte gain & profit.* ITAL. *Pieno di guadagno.* GERM. Gewinsam, gewinreich. HISP. *Ganancioso.* ANGL. *Full of gaine, wherof one gaineth much.* } Plin. *lib.* 18. *c.* 12. Et auctionibus adhiberi lucrosum putant. Ovid. 2. *Amor. Eleg.* 10.

Cui

*Cur mihi sit damno, tibi sit lucrosa voluptas.*
Idem *Eleg.1. lib.2. Trist.*

*Quæque manum prodest palma est lucrosa Poëtæ,*
Plin. *lib.8. c.31.* Id perzquè lucrosissimum. Idem *lib.37. c.12.* Neque est ulla fraus vitæ lucrosior.

Hinc fit Elumbus, a, um, vel Elumbis, elumbe, quod lumbis caret, seu potiùs quod lumbos confractos habet, aut invalidos ἀσθενολόγους. Bona enim pars virium in lumbis sita est: ut qui soli, nullius alterius ossis adminiculo, superiorem corporis compagem sustineant. Hinc factum est, ut elumbis accipiatur pro debili. Plin. *lib.10. c.33* Perdix prægravem, aut elumbem sese simulans. ¶ Item delumbis, pro molli & effœminato. Pers. *Satyr.1.*

——*summa delumbe saliva,*
*Hoc natat in labrio.*

¶ Inde Delumbe carmen, pro lascivo, minimèque virili. ¶ Et verbum Delumbo, as, are, delumbem reddere, debilitare. ἐκθηλύνειν. Plin. *lib.10. cap.4.* Hoc sæpe delumbata quadrupede approbatur. ¶ Delumbare sententias, per translationem, est, nervis illas & robore suo spoliare. Cic. *in Orat.* Nec minutos numeros sequens conciet, delumbèque sententias.

Lumbulus, i, diminut. ἰσχιάδιον, ψοΐδιον. Gal. *Petit rable, ou rognon*. Ital. *Piccolo lombo, arñione, rignone*. Ger. Ein kleine lende. Hisp. *Pequeño lomo*. Angl. *A litle loine*. } Plin. *lib.28. c.11.* Sicca lippitudo, lumbulis suum tostis atque contritis & impositis tollitur.

Lumbifragium, ij, Fractura lumborum. {ψοΐαγμα. Gal. *Rompure de rable ou reins*. Ital. *Rottura de gli arnioni*. Ger. Ein lendenbruch. Hisp. *Quebradura de lomos*. Angl. *The breaking of the loine*. } Verbum est fictitium, quo usus est Plaut. *in Amph.* Nam si me irritassis, hodie lumbifragium hinc auferes.

Lumbago, Vitium & debilitas lumborum, ut sit Festus. ἰσχιὰς & ἰσχιαγώ.

Lumbare. Tegmen quo pudenda teguntur. {מגור *ezór*. περίζωμα. } Quo verbo usus Bibliorum interpres in *Jeremiam*.

Lumbones, cingula circa lumbos, Gl. Isid.

Lumen, inis Res aliqua splendorem diffundens: ita dictum quasi lucimen. {אור *or*. φῶς. Gal. *Lumiere*. Ital. *Lume*. Germ. Ein liecht. Hisp. *Lumbre ò luz quarquiera*. Angl. *Light*. } Ovid. *Eleg.8. lib.1. Trist.*

*Mobile sic sequitur fortuna lumina vulgus.*

Quintil. Mihi eruit lumen filius (sup. moriens.) luminibus oculorū acribus pingebatur Iustitia. Gell. *c.4. lib.14.* Ovid. *Eleg.1. lib.2. Trist.*

*Luminibusque tuis totum quibus utitur orbis,*
*Scenica vidisti lasus adulteria.*

Plaut. *Curc. fr.1. a.1.* Occultemus lumen & vocem. Ovid. *Eleg.6. lib.3. Trist.*

(Mea) *Lumina funesti conscia facta mali,*

Nondum tantùm lumen dicendi accesserat. *Quintil.* Effusum alterum lumen Imperij. De Pompeio extincto. *Velleius* Ovid. *13. Metam.*

——*manóque simul velusi lacrymantia tersit*
*Lumina,*

Catul. *de com. Beren.*

*Omnia qui magni dispexit lumina mundi,*

Servius *in 1. Æneid.* Lumen à luce distinguit, quòd in lumine sit splendor, sed cum famosa luce, solus splendor. Virg. *7. Æneid.*

——*tum fumida lumina fulvo*
*Involvit, ac vocem Valtemum ſpargere telis,*

Idem *6. Æneid.*

——*nec fumea tedæ*
*Lumina.*

Idem *9. Æneid.*

——*picum fert humida lumen Teda.*

Verùm hæc Servij differentia non est perpetua: Nam & Solem & Lunam & cætera cælestia corpora, lumina appellamus, quæ tamen fumi omnino sunt expertia. Alij lumina intelligunt corpora ipsa lucida, quæ claritatem à se diffundunt. Sic Solē ipsum lumen appellant, lucem autem claritatē à Sole profectam: Sed hoc, ut in Sole fortasse verum est, ita in cæteris locum non habet. Neque enim splendorem à candela, lychnóve per ædes diffusum, statim appellaveris. Lucem itaq; alij uni Solis splendori proprium esse voluntaliarúmque rerū claritati nonnisi per abusum, aut per translationem tribui. ¶ Obscuro lumine. Salust. *Iugurth.68.* Sed ubi plerunque noctis, obscuro etiam tum lumine, &c. ¶ Ponitur aliquando pro luce, sive die. Cicer. *pro Rab. Posthumo.* Si te secundo lumine hic offendero, moriēre. Virg. *5. Æneid.*

——*vix lumine quarto*
*Prospexi Italiam*

¶ Aliquando pro vita. Virg. *2. Æneid.*

——*nunc cassum lumine lugent:*

id est mortuum. Idem *6. Æneid.* dixit, Vitæ lumina attingere. ¶ Aliquando pro oculo, quòd oculorum beneficio lumen conspiciamus. Quintilian. *in Proœm. lib.6.* Prior alterum ex duobus eruit lumen. ¶ Doctorem ac lumen desiderare, est desiderare rei alicujus difficilis, ac obscuræ interpretationem. Cicer. *ad Trebat. lib.7.* Qui quanquam plurimi sunt, doctorem tamen, luménque desiderant. ¶ Lumen ponitur aliquando pro fenestra, per quam lumen in ædes immittitur. Hinc luminibus obstruere, est ædificando officere luci domus vicinæ, & quæ è regione est. Idem *pro domo sua.* Quum ille negaret, primò se luminibus ejus obstructurum minabatur. ¶ Lumina excipere. Paul. *D. lib.8. tit.2. l.4.* Luminum servitute constituta id acquisitum videtur, ut vicinus lumina nostra excipiat. ¶ Per translationem quoque alterius luminibus obstruere dicimur, quum nominis ejus claritatem obscuramus. Idem *in Bruto*, Catonis luminibus obstruxit hæc posteriorum quasi exaggerata altiùs oratio. Lumina præferre menti alicujus, id significat, quod vulgò *inspirare aliquem* dicimus. Idem *antequam iret in exilium*, Vos, vos obtestor, dij immortales, qui meæ menti lumina prætulistis, quum consensum extinxi conjurationis, arcémque urbis ab incendio ac flamma liberavi. Lumina civitatis dicuntur insignes viri, & clari. Idem *in Catil. Oratione 3. in fine*, Lumina civitatis extincta sunt. ¶ Lumen probitatis prospicere in aliquo, hoc est, maximam probitatem. Idem *de amicitia*, Lumen virtutis. Clara & magna virtus. Idem *ad Cassium.* ¶ Lumina in pictura umbræ opponuntur. Plin. *lib.35. cap.5.* Tandem se ars ipsa distinxit, & invenit lumen, atque umbras differentia colorum alterna vice sese excitante: deinde adjectus est splendor alius hic, quàm lumen, quem, quia inter hoc & umbram esset, appellaverunt tonon. ¶ Lumina orationis sunt sententiæ & figuræ, quæ suis locis, velut emblemata quædam interjecta, orationem mirum in modum illustrant. ¶ Lumen Soli mutuas, τὸ φῶς ὑπὸ ἡλίου δανείζεσθαι. Quum docemus doctissimum, monemus vehementer prudentem, aut quum conamur exponere quæ per se sunt clarissima. Simile huic est, quod *Quintil.* refert, lumen Sol inferre. Luminis tremor, & lumen tremulum. Vide *Stella.*

Lumino, as, Illumino, illustro. {האיר *haïr*. φωτίζω, καταλάμπω. Gal. *Esclairer*. Ital. *Illuminare, alluminare*. Germ. Leuchten. Hisp. *Alumbrar*. Angl. *To light, or to geve light*. } Martianus, Quos stellantibus oculis intercinctos crebri vibratus ignium luminabant. ¶ Relumino, lumen reddo.

Lūmĭnārĕ, is. Ipsum lumen, aut id quod claritatem, splendorémve, ex se diffundit. {מאור *máor*. φωστὴρ. Gal. *Lumiere, & clarté, luminaire*. Ital. *Lume, luminare*. Germ. Ein liecht. Hisp. *Lumbrera, ò cuerpo luzio*. Angl. *Ligt or brightnesse*. } Hieronymus *in Genes.* Fecit Deus duo luminaria magna: unum ut præesset diei, alterum ut præesset nocti. ¶ Luminaria per translationem, viros eximios, in quibus singularis quidam virtutis splendor elucet, quique sui ordinis hominibus decori sunt, & ornamento, appellavit Cic. *2. Philipp.* In te autem, M. Antoni, id decrevit Senatus: & quidem incolumis, nondum tot luminaribus extinctis, &c. id est, tot egregiis viris, qui sunt lumen & splendor, atque ornamentum Senatus & civitatis. Alij legunt, *luminibus.*

Lūmĭnōsus, a, um, quod est, clarum & apertum. {מאיר *bahir*. φωτεινὸς. Gal. *Plein de lumiere, fort reluisant & eclairant*. Ital. *Luminoso*. Ger. Voll liechts heiter. Hisp. *Cosa llena de lumbre*. Angl. *Shyning full of light*. } Cic. *in Orat.* Tum sunt maximè luminosæ, & quasi actuosæ partes duæ. Sumptum à pictura, in qua & lumen & umbra contraria.

Lūnă, æ, quasi lucina, A lucendo dicta, quod noctu sola lucet, vel certè à Lucina voce concisa, vox formata. {ירח *jarách*. σελήνη. Gal. *Lune*. Ital. & Hisp. *Luna*. Ger. Der Mon. Angl. *The moone*. } Alij Lunam, quasi lucem alienam dicunt, quòd lumen à Sole recipiat. Cic. *in somnio Scipionis.* Ex quibus erat minima, quæ ultima cœlo, citima terris, luce lucebat aliena. Hæc Solis discipula obsequitur cursibus superis, & prout accedit ad Solem, vel recedit à Sole crescens, aut senescens, dispensat lumen, ideóque semper est instabilis. Ovid *15. Metamorph.*

*Nec par aut eadem nocturna ferma Diana*
*Esse potest usquam, semperque hodierna sequenti,*
*Si crescit, minor est: major, si contrahit orbem.*

Luna (ut inquit Macrobius) dispensationibus septenariis luminis sui vices sempiterna lege variando disponit. Primis septem diebus dimidiata semiorbem ostendit, Græcóque sermone διχότομος, & διχότομος vocatur, quasi dimidia. Secundis totum orbem complet, fitque pleniluvium, quod Græci πανσέληνον vocant. Tertiis rursus διχόμηνος efficitur. Quartis fit totius Lunæ cum Sole, quod interluvium vocant, & silentem lunam, & intermenstruam, coitio, Græcè σύνοδος dicitur. Hæc pleniluvium, quod est, quum luna quintadecima & rotunda

soranda est, Soliqueex diametro opponitur. Plin. *lib.* 18. quum verò occidente Sole oritur (scilicet luna ex adverso) ita ut paritet aspiciantur, tunc erit plenilunium. Interlunium, quum apparere desierit, & nova fit, & coeunte, vel silenti luna. Vnde lunæ conjunctio dicitur dies silentis lunæ. Luna vigesima, pro vigesimo die post novam lunam. Plin. *lib.* 2. *c.* 97. Æstus idem triduo in mense consistit, septima, octava, nonique luna. ¶ Quarta luna, nati, τριτάιοι γαμψοὶ dicuntur, qui parum feliciter nati sunt. ut autor est Eustath. *in lib. Iliad.* 2. Propterea quòd Hercules hac luna natus feratur, cujus omnis vita voluptatum omnium expers, ac laborum plena fuit. Dici potest & in eos, qui laboribus sibi nentiquam frugiferis fatigantur, Herculis videlicet exemplo, qui juvandis aliis sudavit, sibi inutilis. Diem, Aquam, Solem, Lunam, Noctem, hæc argento non emo. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Lunæ hebdomadibus Athenis agitabantur convivia. Gell. *c.* 2. *lib.* 15. De lunæ Eclipsi. Plutarch. *in Æmilio.* Lunula & luna in calceis patriciorum. Juven. *Satyr.* 7. & ejus Interpres. ¶ Luna sitiens, sive sicca. Propertius.

*Nunc licet in trivio sicca requiescere luna.*

Plin. Favonio flante, aut luna sitiente Idem, Luna decrescente ac sicca. ¶ Luna dubia, i. intermenstrua, vel intermestris, & menstrua. Virg. Samonicus *cap. de comitiali morbo.*

*Ipse Deum memoras dubia per tempora lunæ*
*Conceptum.*

Lūnŭla, diminu. {μηνίσκος *fakarón.* σελιδόν. Gal. *Petite lune.* Ital. *Picciola luna.* Germ. Ein mönlin. Hisp. *Pequeña luna.* Angl. *A litle moone* } Plaut. *in Epidic.* Lunulam, atque anellum aureolum in digito. Cæterùm hic *Plauti* locus indicat, Lunulam, sive lunulas, fibulas esse ad Lunæ similitudinem factas, quas Græci interpretes LXX. apud *Isa. cap.* 3. μηνίσκους, verterunt: hoc est, quod scribit Hieronym. habere mulieres in lunæ similitudinem bullas dependentes. Vide suprà in *Luna.* Lunulas in calceis Romani nobiles habebant, quæ & Lunæ dicebantur. Iuvenal. *Sat.* 7.

*Felix & sapiens & nobilis & generosus*
*Appositam nigræ lunam subtexit alutæ*

Indicat Senatorem Romanum. Ita Martial. *lib.* 2.

*Lunata nusquam pellis & nusquam toga.*

Statius *in Silv. ad Crispin.*

*Primáque patricia clausit vestigia luna.*

¶ Item bulla in formam lunulæ propendens. Gl. A. L.

Lūnāris, e, quod ad lunam pertinet, σεληνιακὸς, ut lunaris ratio, Lunaris annus. Plin. *lib.* 15. *cap.* 30. Lunaris annus, qui mense uno suum efficit cursum. Ovid. 14. *Metam.*

*Cæruleus, & vultum ferrugine lucifer ater*
*Sparsus erat, sparsi lunares sanguine currus.*

Idem 5. *Fast.*

*Sed quoque cum stellis nulla gravitate retentum.*
*Et vos lunares exclusistis equi.*

Cic. *in somn. Scipion.* Quam ob causam summus ille exli stelliferi cursus, cujus conversio est incitatior, acuto & excitatò movetur sono: gravissimo autem hic lunaris & infimus.

Lūnāria, æ, herba, minor à Fuchsio vocatur. Vernlæ ad philtra utuntur, sicuti & ophioglosso. Lege *Gesn.* de Lunaria minore, sive petrea, ut ipse cognominat *in commentario de admirandis herbis*, ubi confutat eos, qui hanc herbulam epipactin vocant.

Lūno as, are, in modum lunæ, quando in cornua curvatur, flecto. {σεληνιάζω κερῶ Gal. *Faire courbure ou courber en forme de lune ou croissant.* Ital. *Torcere à guisa di luna.* Germ. Nach dem mone gestalt biegen. Hisp. *Plegar en guisa de luna.* Angl. *To make crooked lyk the moone.*} Ovid. 1. *Amor.*

*Lunavitque genu sinuosum fortiter arcum.* id est, intendit.

Lūnātŭs, a, um, quod est ad lunæ similitudinem factum, vel quod habet speciem lunæ. {σεληνοειδὴς, μηνοειδὴς. Gal. *Cornu comme la lune, fait en Croissant.* Ital. *Ch' a forma di luna co nuta.* Germ. Gestalt oder gebogen wie der Mon wann er erst new worden ist. Hisp. *Plegado en guisa de luna.* Angl. *Made lik the moone horned.*} ut, Lunatum ferramentum. Columell. *lib.* 12. *cap.* 54. Deinde, sicut consueverunt salgamarij, decussatim ferramento lunato incidito. Tres enim sunt figuræ crescentis lunæ, nam modò curvatur in cornua, modò in orbem circumacta, ut quam est plena, & Soli adversa: modò dimidio orbe cæsa: hoc est, quum æqua proportione dividitur: & ob id à nostris dividua, à Græcis διχότομος vocatur. Virg. *lib.* 1. *Æneid.*

*Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis*
*Penthesilea furens.*

Classis lunata. Lucan. *lib.* 3. Cauda lunata delphinorum, Senec. *OEdip.* Frons lunata vituli, Claudian. *de rapt. Proserp.*

Lūnātĭci, dicuntur qui furore laborant, non illo quidem perpetuo, sed intervallis quibusdam recurrente. { οἱ σεληνιαζόμενοι. Gal. *Lunatiques, ou malades par lunes.* Ital. *Lunatici, che impazzano à punti di luna.* Germ. Mondsüchtige. Hisp. *Lunaticos, alunados, locos por lunas.* Angl. *Lunatikes, sickes certaine tymes of the moone.*} Quod mali genus inde nomen accepit, quòd iis qui ipso interlunio nati sunt, familiare esse consueverit: sive quòd statis lunæ ratione intervallis soleat reverti. Iul. Firm. 4. *Math.* Et si luna malè fuerit collocata, aut spasticos, aut lunaticos, aut caducos facit. Vide Samonicum *cap. de comitiali morbo.*

Lunatica, quæ fiunt plenilunio Gl. Isid.

Lunatica mulier, lunæ obnoxia.

Lunista, lunæ peritus, & intercalationis ejus. Novar.

Lūnă, Hetruriæ oppidum ad mare situm fœcundissimis candidi marmoris fodinis, quod ab eo lunense dicebatur, olim nobilitatum. Vulgò *Luni.* Plin. *lib.* 36. *cap.* 6. Adjecit idem Nepos, Mamurram totis ædibus nullam nisi è marmore columnam habuisse, omnes solidas è Carystio, aut lunensi. Lucanus *lib.* 1.

——*quorum qui maximus ævo,*
*Arnus incoluit deserta mœnia Lunæ, &c.*

Lūnēnsis caseus, A luna urbe nomen accepit, quæ fuit in ea parte Hetruriæ, quæ Liguriæ proxima est. Erat autem hoc casei genus sola magnitudine laudatum, ut quod librarum mille pondus nonnunquam æquaret: unde inter servorum obsonia refertur à Martiale, *lib.* 14.

*Cæsum Hetrusca signatum imagine Lunæ*
*Præstabit puerus prandia nulle tuus.*

Plin. *lib.* 11. *c.* 42. Missum Hetruriæ atque Ligurix confinium Lunensem mittit, magnitudine conspicuum: quippe & ad singula missia pondo premitur.

Lūnæ promontorium, Hetruriæ promontorium est, non procul à Macra fluvio; cujus meminit Ptolemæus *lib.* 3. *cap.* 1. σελήνης ἄκρα. ¶ Est item ejusdem nominis promontorium in Lusitania, non procul à Tagi ostio, apud eundem Ptol. *lib.* 2. *cap.* 5.

Lunarium, Promontorium Lalætanorum in Hispania Tarraconensi, cujus meminit Ptol. *lib.* 2. *cap.* 6. Alio nomine, Mons Iovis.

Luneburgum, *Luneburg.* urbs Germaniæ, titulo Ducali clara.

Lunus deus, qui Luna. ¶ Lunus est cinctus, quem publicè habent servi.

Lŭo, ui, Persolvo, exolvo, pendo. {חשבון *heshbón* שלם *shillém* נפרע *ghamál* פדיון *padhún* נפרע *ghaál* כפר *chipper* פקיון *nikkáb* λύομαι. Gal. *Payer, satisfaire, souffrir punition.* Ital. *Purgare, pagare.* Germ. Bezalen, büssen. Hisp. *Lattar, ò pagar la pena.* Angl. *To paye satisfie, to suffer punishment.*} Liv. *lib.* 1. *ab Urbe.* Vt tamen debito supplicio sceleris lueret: id est, debitum sceleri supplicium solveret. Dictum putatur à verbo Græco λύω, quod inter cætera significat etiam purgo, aut λύω τὸ λύειν, quod est lavare, sive abluere. ¶ Luere pœnas, est dare pœnas, seu ferre supplicium. Cic. *Attic. lib.* 3. Itaque mei peccati luo pœnas. Sic luere supplicium, est supplicio affici. Iustin: *lib.* 1. Quicunque capi potuerunt, supplicia crucibus luerunt. Luere capite, est capite plecti. Liv. 9. *ab Urbe.* Obsides etiam sexcenti imperati capite luerunt. ¶ Luere maculas sanguine, est abstergere, purgare, eluere, & tum à lavando quidam ductum volunt. Cic. *in Verrem act.* 7. Errabas, Verres, & vehementer errabas, quum te maculas furtorum & flagitiorum tuorum, sociorum innocentium sanguine luere arbitrabare. Luere peccata, est delictorum supplicium ferre. Liv. 8. *bell. Mac.* Ego tamen & cum aliis pro dignitate imperij vestri coactis luere peccata sua, pacem pepigi. Litigator luit petulantiam patroni. *Quintil.* Ovid. *Ars.* 2. *lib.* 2. *Trist.*

*Sentiet in superis etiam fortuna lucnda est.*

(i. danda pœna oberrorem.) Luere pœnas suppliciis meritis. *Vellei.* Piaculis luere fulgur. Gell. *cap.* 5. *lib.* 4. Luere piaculum, Idem *cap.* 6. *lib.* 4. Item luere noxam pecunia. Livius *lib.* 8. *d.* 4. Luere sponsionem, Idem *lib.* 9. *ab Urbe.* ¶ Luere aliquando est pretium redemptionis redemptori offerre, ait *Bud.* Ulpian. Qui status controversiam patiuntur, non debent per id tempus militare: sed nec hi qui ab hostibus redempti sunt, prius quàm luant. Item res oppigneratas soluta pecunia liberare. Imperator *in Instit.* Sed etsi rem obligatam creditori aliquis legaverit, necesse habet heres eam luere, &c. Luere i. dissolvere, ex multis locis Varr. *de Ling. Lat.* probat Victorius *cap.* 24. *lib.* 13. Ut à pluo, plui, & pluvi reperiturnsic à luo, lui, & luvi. Lucil.

*Tantain' qui pœnas ob facta nefaria luvit.*

Lŭĭtŭr, impersonale. Lucan. *lib.* 5.

——*hoc cade luitur*
*Quicquid Romani meruerunt pendere mores.*

Lūītĭo, nis, Redemptio, liberatio {פדיון *pidhjón* פדיון *pidhjón* שלום *shillúm* גאולה *ghealláh.* λύσις, λύτρωσις. Gal. *Rachat, payement de rançon.* Ital. *Pagamento che si fa per riscato.* Germ. Bezalung. Hisp. *Pagamiento de rescate.* Angl. *Redemption, paying of ransom.*} Ulp. *de capt. & post. rever. l. patre.* Si patre redempto, & ante luitionem defuncto, filius post mortem ejus redemptionis quantitatem offerat, dicendum est suum ei posse heredem existere.

Lŭĭtūrŭs, participi. Luitura pœnas puppis, Claud. 4. *Panegy.*

Lunchus. Utitur hac voce Tertullianus *de coron. mil.* Quos interdiu exorcismis fugavit, noctibus defensabit incumbens & requiescens super luncho, quo persolium est latus Christi. I. aceam militis intelligit, quæ deos Gentilium, id est, dæmones defenset, quos ipse miles Christianus antè fugaverat. B. Rhen. Ergo est à λόγχη, vox castrensis.

Lŭcēndŭs, Ovid. 2. *Trist.*

*Scilicet in superis etiam fortuna lucenda est.*

Luto, as, are, frequentativum à luo. Habes qui & cujus rei causa fecerim Hecatomben, in quo, ut puto, quoniam est luere solvere, lutavi. id est, lui. Ex *Nevio.*

Lūpar, Lupanar, Lupanatus, Lupatum. Vide *Lupus.*

Lŭpērcăl, à Lupa dicitur, Locus sub Palatino monte sacratus ab Evandro Pani Deo Arcadiæ, qui Lyceus vocatur, eò quòd non sinat lupos in oves sævire. Quamvis quidam ita appellatum velint, quòd Lupa ibi Remum & Romulum nutrivetit, λυκαῖον. Ovid. 2. *Fast.*

*Sita loco nomen fecit, lorum illa Lupercal:*
*Magna dati nutrix præmia tanta habet.*

Lŭpērcālĭa. Solennia quædam sacra dicebantur, quæ mense Februario à Lupercis fiebant in honorem Panos pastorum Dei, λυκαῖα. Cicer. *ad Quint. frater. lib.* 2. Hodierni dici res gestas Lupercalibus habebis. Suavius enarrans illud Virg. 8. *Æneid.*

*Hic exultantes Salios, nudosque Lupercos.*

Quum, inquit, in honorem Panos Lupercaliorum solemnitas celebraretur, pecora Romanorum subitò à latronibus rapta sunt. Illi projectis vestibus, persecuti sunt latrones: quibus oppressis & receptis animalibus, propter rem à nudis prosperè gestam, consuetudo permansit, ut nudi Lupercalia celebrarent. Lupercalia unde & cujusmodi, Plutarch. *in Rom. & in Cæsare.*

Lŭpērci. Sacerdotes erant Panos pastorum Dei, qui Lupercaliorum die nudi per urbem cursitabant, prægnantiúmque mulierum manus, uteróque caprina pelle feriebant: quare & fœcunditatem, & facilem partum fieri putabant. ¶ Dicti autem creduntur Lupersi à Pane Deo pastorum, cui sacra & ritus faciebant in Lupercali. Græci eum Panа vocant Lyceum, deducto nomine ἀπὸ τοῦ λύκου, hoc est, à lupo. quod oves à lupis tueri credebatur. Vel à Lycæo monte Arcadiæ, in quo Pan colebatur. Ovid. 2. *Fast.*

*Quid vetat Arcadia dictos de monte Lupercos?*

Fauno

*Parunt in Arcadia templa Lycæum habet.*

Cic. 2. *Philipp.* Insectatus M. Antonium, quòd in rupercalibus, in quibus sedebat Cæsar amictus toga purpurea, in sella aurea coronatus, se rupercum exhibuerit.

**Lupia**, Germaniæ fluvius Pomponio *lib.* 3. Conjectura est, inquit Vadianus *in Melam*, eum esse, quem hodie Necharum vocant, qui haud longè à Danubij fontibus ortus per VVitembergensem ducatum lapsus, móxque in Occasum versus Rhenum seorsum irrisa habitur. *Strabo* longè secus quàm *Pomponius*, Lupiam in Visurgim deferri ait, ut Lupiæ nomine, non Necharus, sed is amnis, quem hodie Fuldam vocant, intelligatur. Tacitus (adeò in re tantilla variant scriptores) *lib. Augustæ historiæ* 2. Lupiam vocat amnem non in Rhenum, sed in Oceanũ elapsum. Hæc *Vadianus*. Cujus viri alioqui diligentissimi lapsum tam supinum satis mirari non possum, præsertim in suæ Germaniæ chorographia. Constat enim Lupiam Bructerorum (hodie VVestphalos appellant) fluvium esse, qui etiã hodie nomen retinet, v tantummodò in i mutato, non procul à Badenborna nascentem, ad cujus caput extat oppidulum, quod Germani sua lingua *Lipenspringe*, quasi Lipiæ fontem appellant: aliudque citra medium ferè fluminis tractum visitur oppidulum, quod eodem cum fluvio nomine *Lipiam* nominant, sitúmque autem in Rhenum (quod & Mela asserit) citra Vesaliam agri Clivensis oppidum.

**Lupsurdum** Ptolemæo *lib.* 2. *cap.* 15. Urbs Germaniæ, hodie Myssa. Vulgò Meissen.

**Lũpĭnus**, i, & **Lupinum**, substantivum. Leguminis genus est omnium amarissimum, quod sui circumactu agricolis horas etiam nubilo die ostendit. {*Lupus.* GAL. *Du lupin* ITAL. *Lupino.* GER. Zeigbonen wolffs schotten. HISP. *El altramuz.*} Dictus autem putatur lupinus, à lupi natura, quod non minus terram appetat, vorásq; illius sit, quàm lupus; & rellurem adeò amat, ut quamvis frutet oso solo conjectum inter folia vepréseque, ad terram tamen radice perveniat. Vide Plin. *lib.* 18. *cap.* 14. Horat. 1. *Epist.* 7.

*Nec tamen ignoras quid distent æra lupinis.*

Vide Erasm. in *Chiliad.* Virg. 1. *Georg.*

*——tristisque lupini*
*Sustulerit fragiles calamos.*

¶ Lupinus etiam est manus in comœdiis, verum repræsentans.

**Lupio**, is, ire, de valde esurientibus. Plaut. *Curcul. sc.* 3. *a.* 1. Lupiunt fauces fame.

**Lũpus**, i, Animal rapax, quod nulli notum non est. {ΛΥΚΟΣ λύκος, λύκη. GAL. *Un loup.* ITAL. *Lupo.* GER. Ein wolff. HISP. *Lobo.* ANGL. *A wolff.*} Hujus fœmin. est lupa. Ovid. 1. *Trist.*

*Excussa est avidis dentibus agna lupi.*

Horat. *Epod.* 15.

*Dum pavet lupus, & nautis infestum Orion*
*Turbaret hybernum mare.*

Virg. 3. *Georg.*

*Quid lynces Bacchi varias & genus acre luporum,*
*Atque canum?*

Horat. *Epod.* 16.

*——habitandáque fana*
*Apris relinquit & rapacibus lupis.*

Virg. 6. *Æneid.*

*——plenos lupus insidiatus ovili.*

*Vellem*, Nunquam defuturos Italiæ libertatis raptores lupos, nisi sylva (Romana) excisa esset. Item, Quasi lupus eluricos metui, ne in me facerent impetum. Plaut. *Capt. sc.* 3. *a.* 4. Ut malis lupos apud oves linquere, quàm hos domi custodes. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1.

*Vique rapax simulante fame, cupiddque cruoris,*
*Incustoditum capiat ovile lupus.*

Ovid. *Eleg.* 5. *lib.* 1. *Trist.* ¶ Est etiam lupus, piscis genus, quem Romani olim piscibus omnibus præferebant, cósque præcipuè, qui in Tyberi inter duos pontes capi essent: quos catillones, hoc est, ligurritores vocabant: metaphora ducta ab hominibus gulosis & delicatis, quos ideo Catillones vocabant antiqui, quòd assumptis cibis, ipsos etiam catillos lingerent. λάβραξ. Est enim hic piscis voracissimus, stercorúmque, ac latrinarum avidissimus sectator, à nullo sordium genere temperans. Paulus Iovius in eo libello, quem de piscibus Rom. edidit, Spigolam vocari ostendit: multisque argumentis eorum opinionem convincit, qui hunc, Scutionem esse putaverunt. Plin. *lib.* 9. *cap.* 17. Postea præcipuam autoritatem fuisse lupo & asellis, Cornelius Nepos, & Laberius Poëta Mimorum tradidêre. Luporum laudatissimi, qui appellantur lanati, à candore mollitiáque carnis. Martial. 13.

*Lanatus Eugani lupus excipit ora Timavi,*
*Æquoreo dulces cum sale pastus aquas.*

Idem *lib.* 2.

*Multum dimidium, lupúmque rorum.*

¶ Item lupus, genus est fœni asperrimi, quod & luparum dicitur. à lupinis dentibus, qui inæquales sunt, quorum propterea morsus est asperrimus. His fœnis utebantur Galli. Ovid. *lib.* 4. *de Tristibus.*

*Tempore paret equus lentis animosus habenis,*
*Et placido duros accipit ore lupos.*

¶ Item lupus, est instrumentum aduncum, quo vasa quæ in puteum fortè ceciderunt, extrahuntur. ἅρπαξ. Græco vocabulo, & à nostris arpago nominatur. Liv. 8. *bell. Punic.* In alios lupi superne ferrei injecti, ut in periculo essent, ne suspensi in murum extraherentur. ¶ Item aranei genus Plin. *lib.* 11. *cap.* 14. Luporum nomine minimi non texunt. ¶ Hoc nomine etiam dicta est herba, quæ asparagi vice mandi solet; quæ & lupus salictarius appellatur, quòd salices ad similitudinem vitis ascendat. Hanc herbam Officinæ vocant lupulum, Galli *houblon*. Ea utuntur Belgæ ad condiendam cervisiam admistis frugibus. ¶ Item lupus (ut Palladius autor est) ferula manubriata vocatur. ¶ Ovem lupo commisisti. Terent. in *Eunucho.* Concinnè hoc utemur proverbio, quoties ei servandum aliquid committitur, cujus gratia custodem magis oporteat adhiberi. Cic. 2. *Philipp.* Etenim in concione dixerat se custodem futurum urbis, usque ad Calendas Maias ad urbem exercitum habiturum, O præclarum custodem evium (ut aiunt) lupum. Custódne urbis, an direptor, & vexator esset Antonius? Quadrare videtur quoties inimico negotium committitur, eique qui nobis pessimè velit, propterea quòd lupus & agnus genuino quodam odio dissident. ¶ Lupo agnum eripere. Plaut. *Pœn.* Lupo agnum eripere postulant, nugas agunt. Hoc uti possumus proverbio, ubi quis frustra conatur prædam recipere, cui semel manus injecit rapax aliquis. Improbum enim videtur, speratæ futurum, ut lupus agnum semel arreptum amittat. ¶ Lupus est in fabula, proverbium est notissimum, quo utimur quoties nostro sermoni supervenit is, de quo loquebamur, & nobis sua præsentia amputat loquendi facultatem. Proverbium tractum est à lupi natura, quem ferunt iis, quos priùs aspexerit, vocem includere. Ad quod alludit Virg. 6. *Eclog.*

*——vox quoque Mœrim*
*Jam fugit ipsa; lupi Mœrim videre priores.*

¶ In taucum dicitur, & cui vox repentè sit adempta. Festivùs diceretur in eos, qui metu alicujus obticescunt, alioqui feroces. ¶ Lupum auribus tenere. proverbium est, quod in re anceps, periculosáque dici solet. Nam qui auribus lupum tenet, nec eum dimittere audet, nec retinere potest sine periculo. Sueton. *in Tiber.* 10. *cap.* 25. Cunctandi causa erant metus undique imminentium discrimina, ut sæpe lupum se auribus tenere diceret. Lupus aquilam fugit, λύκος ἀετὸν φεύγει. Ubi periculum eminens evitari non potest. Aquilam enim, alata quum sit, frustra lupus fugit. ¶ Lupus ante clamorem festinat. λύκος πρὸ τῆς βοῆς τρέχει. Ubi quis admissi conscius, ultrò timet priusquam accusetur; siquidem lupus, simulatéque prædam rapuit, mox properat aufugere, ne coorto rusticorum clamore, veniat in periculum. ¶ Ale luporum catulos, θρέψαι λυκιδεῖς. Proverbium est, teste Theocriti interprete, in eos qui læduntur ab his, de quibus bene meriti sunt: aut in ingratos. ¶ Lupus hiat, λύκος χάσκει. Dicebatur si quis re multùm sperata, multúmque appetita frustratus discederet. Aiunt enim lupum prædæ inhiantem rictu laxè diducto accurrere, quasi frustretur, obambulare hiantem: Arist. *in Lysistrata.* ¶ In laqueos lupus, εἰς παγὰς ὁ λύκος. Quum improbus quispiam tandem in extremum adducitur discrimen. ¶ Ex ore lupi, ἐκ λύκου στόματος. Ubi res quæpiam præter spem recipitur, quæ jam planè petiisse videbatur. ¶ Ut lupus ovem amat, ὡς λύκος ἄρνα φιλεῖ, qui sui commodi gratia simulat amorem: nam is vulgò dicitur amor, quum revera sit odium. Socrat. *in Phædro.* ¶ Lupus pilum mutat, non mentem, λύκος τὴν τρίχα, ἀ τὸν τρόπον ἀμείβει. Senecta canitiem affert improbis, non item aufert malitiam. ¶ Lupus est homo homini, non homo, quum qualis sit, non novit. Plaut. *Asinar. sc.* 4. *a.* 2. Hoc proverbio monemur, ne quid fidamus homini ignoto.

**Lupor**, atis, sector, meretricor. Non.

**Lupus**, i, Salictarius memoratus à *Plinio* vulgaritèr lupulus. Græci hodie vulgò Bryon dicunt, nimirum, à Bryoniæ similitudine. Utuntur eo ad coquendam cervisiam. {GAL. *Houblon.* GERM. Hopfen HISP. *Hombrezillos.*}

**Lũpă**, æ, fœminin. {λύκαινα, τρίβη. GAL. *Louve, paillarde publique.* ITAL. *Lupa, bagascia, puttana.* GERM. Ein wölffin. HISP. *Loba, ò laputa del burdel, ò ramera.* ANGL. *A she wolf, a common whore.*} Plin. *de viris illustr.* Ad vagitum lupa accurrit, eósq; uberibus suis aluit. Ovid. *lib.* 3. *de arte amandi.*

*——rapida tradit ovile lupa.*

¶ Ponitur tamen, quandoque pro meretrice, quòd ut lupa edendi, in hæc quæstus appetens sit. Plutarch. *in Rom. Mand. in Epid.* Devortunt mores virgini longè, ac lupæ. Cicer. *pro Mil.* Ille qui semper secum scorta, semper exoletos, semper lupas ducebat. Sic lupa dicta fuit Laurentia uxor Faustuli, nutrix Romuli & Remi, quam id cognominis volunt ex moribus traxisse, quòd corpus suum pastoribus vulgaret, & quia stuprum Iliæ admissum fuit in luco Æcis. & lupos Martis tutelæ gentilis superstitio supposuit; concurrentibus nominum favoribus, à vera lupa fera, Romulum lactatum fuisse finxerunt.

**Lũpānar**, Prostibulum, ganeum, in quo lupæ, hoc est meretrices prostãt. {πορνεῖον, γυναικωνῖτις. GAL. *Bourdeau, ou bordel.* ITAL. *Chiasso, bordello.* GERM. Ein hurenhauß. HISP. *El burdel.* ANGL. *A brothels house for the common use of baudrie.*} Quint. *lib.* 7. *c.* 4. An deprehensus in lupanari cum aliena uxore, adulter sit, quæritur. Juven. *Sat.* 6.

*Intravit calidum veteri centone lupanar.*

Oblitum lupanar, Catullus.

**Lũpānārium**, ij. Lupanar. {πορνεῖον. ANGL. *A brothels house.*} Ulp. *l.* 17. §. 1. *D. de pœnis, hæred.* Licet à lupanario perceptæ sint: Nam & in multorum honestorum virorum prædiis lupanaria exerceantur.

**Lupanarius**, lupanarij dominus. *Lampr.*

**Lũpānālis**, e, ut infamia lupanaris apud *Apuleium*, pro spurca & fœda fama, qualis esse solet meretricibus. {γαμικὸς. GAL. *De bourdeau.* ITAL. *Di bordello.* GERM. Das des hurenhauß ist. HISP. *Cosa de burdel.* ANGL. *Of a brothels house.*} Ambros. Cum meretricibus scortaberis in contubernio lupanari.

**Lũpŏr**, aris, ati, Scorrari, meretricari. {זנה zanáh. πορνεύω.} Turpilius apud *Nonium.* Qui cum meretrice per vias habitu nostro lupantur. Antiquum.

**Lũpārius**, ij, qui venatur lupos. {λυκοθήρας. GAL. *Chasseur de loups.* ITAL. *Cacciatore de lupi.* GERM. Ein wolffs jäger. HISP. *Cazador de lobos.* ANGL. *That hunteth wolves.*} Servius in *commentar. Georg.* Constat enim luparios carnibus tinctis veneno lupos necare.

**Lũpātum**, i, lupus pro fræno asperrimo. {χαλινὸς. GAL. *Un mors de bride fort rude, un frein fort aspre.* ITAL. *Morso aspro, duro.* GER. Ein scharpff gebiß zum zaum man es den rossen eintregt. HISP. *El freno de la brida, ò del caballo.* ANGL. *A sharpe bitte for an horse.*} Virg. 3. *Georg.*

*——præsidque negabunt*
*Verbera dura pati & duri parcere lupati.*

Dicta lupata (ut Servius inquit) à lupinis dentibus, qui inæquales sunt, unde & eorum morsus vehementer obest. ¶ Lupatus masculino genere dixit Solinus *cap.* 17. Usque adeò ipse vir lupatos ut de industria cernuatus ruina & se, & equitem pariter affligeret.

Lūpīnūs,a,um, quod est lupi. {λυκικὸς. GAL. *De loup.* ITAL. *Lupino, di lupo.* GERM. Das deß wolffs ist / oder von einem wolff. HISP. *Cosa perteneciente à lobo, à loba.* ANGL. *Belonging to a wolf.*} Cicer. in *Catil.* Quem inauratum in Capitolio parvum atque lactantem uberibus lupinis inhiantem fuisse meministis. Plin. *lib.* 18. *cap.* 11. Lupino quoque adipe, vel medulla suum, sticati oculos contra lippitudines præcipiunt.

Lūrā, (inquit *Festus*) Os culei, sive utris, ab antiquis dicebatur.

Lūrco, as, à lura, ob ingluviem. Cibum cum aviditate nimia sumo. {λαφυσσω. GAL. *Manger avidement.* ITAL. *Inghiottire.* GERM. Gründ fressen / schlemmen. HISP. *Tragar mucho.* ANGL. *To eat gredely lik a glotton.*} Pompon. Sirus apud *Nonium*, lardum lurcabat lubens.

Lūrcŏr, aris, deponens idem. Lucil. *Satyr.* 2.

*Vt lurcarentur laridum & carnaria furtim.*

Lurcōnēs, dicti sunt gulosi, bonorum suorum consumptores, comedones edaces. Sic dicti à *Lura*, Fest. {λαιμοὶ. GAL. *Gourmands, qui despendent tout leur bien en gourmandise.* ITAL. *Ghiottoni, golosi.* GER. Schlemmer / prasser / die ir hab vnd gut vnnützlich verdempffen. HISP. *Golosos ò glotones.* ANGL. *Glutttones gulligottes.*} Plaut. *in Persa*, Peremisere, lurco, edax, furax, fugax. Lucil. *Satyr. lib.* 5. ut cicat Nonius,

*Edite lurcones, comedones, vivite ventres.*

Suet. *de clar. Gram* c. 15 tallaturum, & lurconem, & nebulonem, pomponémque appellans, & vita scriptisque monstrosum.

Luria oxymelum appellatum, quòd aceti & mellis permixta conficitur materia, unde & dulcedinem tenuet, & acorem.

Lūrĭdŭs, a, um, à similitudine luræ, i. utris coriacei. Quicquid est supra modum pallidum, quasi lotidum, seu loro percussum, & lividum factum. {ירקון *jeroken.* ἀχρὸς, ωχιδιὸς. GAL. *Fort pasle, & comme herbe & mourant de frisorgées, blaffard.* ITAL. *Pallido, molto.* GER. Gantz bleych. HISP. *Cosa de color amarilla.* ANGL. *Pale as beaten wish rohippet, or vane.*} Horat. *lib.* 3. *Carm. Od.* 4.

*Mixtéque parvis fulminis luridum* | *Missos ad orcum.*

Ovid. 1. *Metam.*

*Lurida terribiles miscent aconita novercæ.*

Horat 4. *Carm.* 13.

——*& refugit te, quia luridi*
*Dentes, quia rugæ*
*Turpant & cani nitent.*

Viden' illi corpus maculis maculari luridis. Plaut. *Capt. sc.* 4. *a.* 3.

Ovid. 15. *Metam.*

——*Sola quoque tristis imago*
*Lurida solicitis prabebat lumina terris.*

Idem 14. *Metam.*

——*me luridus occupat horror.*

¶ Lurida, avis, ictterus.

Lūrŏr, is, masc. gen. Pallor, color subflavus. {ירקון *jeraken.* ἀχρὸς. GAL. *Palleur.* ITAL. *Pallidezza.* GERM. Bleiche / todtenfarb. HISP. *Amarillez.* ANGL. *Paleneſſe, wanneſſe.*} Lucret. *lib.* 4.

*Lurida præterea fiunt, quæcunque tuentur*
*Arquati; quia lurorem de corpore eorum*
*Semina multa fluunt simulatum obvia rerum.*

Lūscĭnĭă, æ, Avis cantûs suavitate præcellens, quæ & philomela appellatur, ita dicta, ut volunt, quod lugens canat, aut certè quòd canat ante lucem {ἀηδὼν. GAL. *Rossignol.* ITAL. *Rossignuolo, lusignuolo.* GERM. Ein Nachtgal. HISP. *Ruyseñor.* ANGL. *The nyghtingale.*} Plin. *lib.* 10. *cap.* 29. Luscinîis diebus ac noctibus continuis quindecim garrulus sine intermissu cantus, densante se frondium germine, non in novissimam digna miratu ave, Horat. 2. *Serm. Satyr.* 3.

*Luscinium febris impenso prandere coemptum.*

Poëtæ fabulantur Philomelam à Tereo violatam in hanc avem fuisse mutatam, ad quam fabulam alludit Martial. *lib.* 14.

*Fiet Philomela nefas incesti Tereos, & qua*
*Muta ruella fuit, garrula fertur avis.*

Ob eandem causam & Atthis dicitur. Fuit enim Philomela patria Atheniensis, Pandionis regis filia. Martial. *lib.* 6.

*Sic ubi multisona fervet sacer Attidis lucus.*

Animadvertendum contra plures, qui hanc fabulam tradiderunt, existimasse *Georgium*, Philomelam in hirundinem, Prognem sororem ipsius in luscinîam conversam fuisse, quam etiam opinionem sequutus est *Marcus Varro*. Luscinîola luctuosè canere existimatur, atque esse ex Attica Progne in luctu facta avis. Et Virg. *Eclog.* 6.

*Quas ille Philomela dapes.*

Ex comment. Petri Victorii *in* 3. *lib. Rhetoricorum Aristot.* Nec quantum luscinîæ dormiunt, {οὐδὲ ὁσον ἀηδόνες τὴν νύκτα. In eos convenit, qui somni sunt parcissimi, luscinîæ minimum dormire feruntur, vel propter ictyn extinctum vel propter timiditatem. Factus dictum videtur, quod luscinîæ vernis mensibus per omnem fere noctem perpetuo cantu garriant.

Lūscĭnĭŏlă, diminutivum. {ἀηδόνιον. GAL. *Petit rossignol, rossignolet.* ITAL. *Piccolo lusignuolo, lusignoletto.* GERM. Ein kleine nachtgal. HISP. *Pequeño ruyseñor.* ANGL. *A little nyghtingale.*} Plaut. *in Bacch.* Pol ego quoque mereo luscinîolæ ne defuat cantio.

Luscĭtĭōsŭs, sive luscitiosus, is dicitur teste Nonio, qui ad lucernam non videt. {μυωψ. GAL. *Qui a courte veuë.* ITAL. *Che ha corta vista.* GER. Oberſichtig / ein Blinzaug / der bey dem liecht nicht gesicht. HISP. *El que tiene corta vista.* ANGL. *Poore blind.*} Varro *disciplinarum lib.* 8. ut citatur à *Nonio*, Vesperi non videre quos appellant luscitiosos. Idem etiam *Andabatas*. Ædepol idem cæcus non luscitiosus est. Budæus *in Ann.* luscitiosos sive luscitiosos eos dici existimat, qui propiùs admotæ oculis vident, remota verò non: quod genus homines res intuendas oculis ferè contingere solent, & limis etiam clausisque oculis aspicere, eosdémque à Græcis *μύωπας* vocari ait. De Myope, quem luscitiosum vocant, Gell. *noct. lib.* 4. Mitor solio vicitare tc, &c. Tu cæcus, non luscitiosus Plaut. *Mil. sc.* 2 *a.* 2.

Luscitio, nis, Vitium visûs, quod Græci *σκοτωματίαν, σκοτόδινον* dicunt. Ulpian. *in l. eidem fitus* 5. *item, ff. de aedil. edict.* luscitionem quidam putant, ubi homo lumine adhibito nihil videt. Quidam tamen *nuscitionem*, quidam *elusc[illegible]* hic legunt.

Luscitus, *μύωψ*. Onom.

Lūscŭs, i, qui altero captus est oculo. {σκιμβὸς, λαβρὸς. GAL. *Louche, bergne.* ITAL. *Losco.* GERM. Einäugig. HISP. *Tuerto, menguado de un ojo.* ANGL. *That hat but one eye, or blynd.*} Qualis fuit Annibal, de quo Juvenal. *Satyr.* 10.

*Quem Gemula ducem gestaret bellua luscum.*

Ædepol lenones novisti luscè, lepidè (Supra dixerat, unocule.) Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 4 Reddidi luscо liberto tuo M. Quos luscos liberos, & c. *ibid.* Vide Juvenalis Interpretem *Sat.* 7. Cic. *lib.* 2. *de Orat.* Et tamen id dixit, quod in omnes luscos conveniret. Martial. *lib.* 8.

*Omnia Philænis semper alterus plorat:*
*Quo fiat, illud quarum modo luscus est.*

¶ Compositum Elusco, as, quod est luscum facio, & oculum eruo, *ἐκκολάπτω*. Scribit Julianus Jureconsultus, Aquilia lege teneri eum, qui eluscaverit discipulum in disciplina.

Lūslo vide *Ludo* in *Ludus*.

Lusitania, æ, *Λυσιτανία*, Tertia Hispaniæ pars, ad Septentrionem, Durio amne à Tarraconensi provincia, ad Austrum, à Betica Ana fluvio discreta: cujus descriptionem vide apud Plin. *lib.* 4 *c.* 21. & Ptolemæum *lib.* 2. *c.* 5 Strabo tamen *lib.* 3. Lusitaniam ad Austrum Tago flumine terminat. Dictam autem volunt Lusitaniam à Luso & Lysa liberi patris Comitibus, qui cum bacchantes in Hispaniam secuti sunt, ut tradit *lib.* 3. *c.* 1. Hodie *Portugallum* appellant.

Lūsĭtro, vide *Ludo*, in *Ludus*.

Lusius, *λούσιος*, Arcadiæ fluvius frigidissimus, Gortynam vicum præterfluens, in quo Jovem primum ablutum fuisse Arcades asserunt. & nomen accepisse putatur. Vide Cælium Rhodig. *lib.* 18 *c. ult.* ¶ Fuit Lusius quidam, Marijex sorore nepos, qui quum Trebonio generoso adolescentulo vim afferre conaretur, ab eodem occisus est. Valet. *lib.* 6. *c.* 1. Clusium appellat.

Lusspix, *Λυσπιξ* Ptol. *lib.* 3. *c.* 1. Calabriæ urbs, Lupia *Plinio*.

Lusoi, *Λυσοὶ*, urbs Arcadiæ, ubi Melampus Prœti filias lavit, & ab insania liberavit. Civis Lusius, Lusiates, Luræus, *Steph.*

Lustria, & Tubi Lustris. Ovid. 5. *Fast. in fine.*

Lustrum, i, Ferarum habitaculum in sylvis, latibulum latebræ à luto, ut *Servius* putat, eo quòd apri suesque sylvestres in lutosis ferè locis sua habeant cubilia. {חטיר, אשר סבך *sebech. ἀγκὼν, ὑγρὸν τόπον.* GAL. *Caverne où se retirent les bestes sauvages és bois.* ITAL. *Habitatione di fiere, caverna dove se ritirano gli animali salvatichi.* GERM. Ein höle des wilden thieren. HISP. *Lugar de las fieras.* ANGL. *A cave or denne where wylde beastes haunteth.*} Alii putant lustrum per antiphrasim dictum, quòd minimè sit luce illustratum, sed obscurum & immundum. Virg. 2. *Georg.*

*Nec absunt illa saltus ac lustra ferarum.*

¶ Aqua similitudine ij, qui in locis abditis ac sordidis desidiæ ac veneri indulgent, in lustris agere vitam dicuntur. Propter quod & lustra dicuntur popinæ & lupanaria, ubi scorta delitescunt. *ἐν ταφοις, καὶ πορνεῖοις.* Cic. 2. *Philipp.* Quum omnes impudica in domo quotidie fuisceperis, vino lustrisque confectus. Idem *Cassio*, Quæ autem in lustris, & in vino commentatio potuit esse? Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 2. Corruptelæ & liberis lustris fluder. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 4. Lenones malè suadendo & lustres lacerant homines. ¶ Lustrum item dicebatur sacrificij quoddam genus, quo urbis lustrandæ gratiâ, sus, ovis, & taurus immolabantur. Liv. *lib.* 1. Omnes centuriæ & equites in Campum Martium convocati, sue, ove, tauro, cæsis immolarunt: quod lustrum dictum, sicque à sacrificio illo census obtinuit nomen lustri. Idem *lib.* 5. *d.* 5. Lustra sacrificare. Lustrum autem quemadmodum *Varro* est autor, à luendo dicitur, id est, solvendo; quòd quinto quoque anno vectigalia per Censores locata persolvebantur: & à civibus tributa conferebantur. ¶ Quia verò census ipse, sive lustrum quinto quoque anno habebatur (quo temporis spatio durabat Censorum magistratus) invalvit consuetudo, ut lustri appellatione, spatium quinque annorum appelletur: quod Olympias apud Græcos dicitur, id est, quinquennium: ita tamen ut quadriennio exacto, quinto quoque anno incunte, lustrum peractum intelligatur.

*Jamque decem lustra omni sine labe peracta,*

Ovid. *Eleg.* 8. *lib.* 4 *Trist.*

——*Novémque*
*Addiderat lustro altera lustra novem,*

Idem *Eleg. ult. lib.* 4. *Trist.* {ἐ πενταετία, ἐ πενταετηρὶς, πενταετὲς. GAL. *Espace de cinq ans.* ITAL. *Spacio di cinque anni.* GERM. Ein zeyt fünff jar begreiffend. HISP. *Espacio de cinco años.* ANGL. *The space of fyve yeares.*} Plin. *lib.* 2. *c.* 47. Omnium quidem (si libeat observare minimos ambitus) redire easdem vices quadriennio exacto Eudoxus putat, non ventorum modò, verùm & reliquarum tempestatum magna ex parte. Et est principium lustri ejus semper intercalari anno Caniculæ ortu. Intercalarem annum dixit, quem bissextilem dicimus. Ulpian. *in l.* 4. *§.* 1. *D. de rebus cred.* Nam etsi colonus post lustrum completum fructus percepterit condici eos constat. *Tacitus* secundum lustrum dixit, ut secundam Olympiadem. de ludicro quinquennali loquens Romæ instituto. Hinc *Budæus.*

Lustrius, frater mariti. Gl. A. L.

Lūstro, as. Peragro, ambio, circumago. abeo, viso. {חבר *sabab* סור *sachar.* περιέρχομαι, περιάγω. GAL. *Environner, tourner, parcourir.* ITAL. *Circondare.* GERM. Durchgehn / umbgehn / beschawen. HISP. *Andar en derredor de lugar.* ANGL. *To environne, to go about.*} Lactant. *lib.* 2. Sed luna quæ orbem illum signiferum triginta dierum spatio lustrat Cic. *lib.* 5. *de finib.* Cur ipse Pythagoras, & Ægyptum lustravit, & Persarum magos adiit? Virg. *lib.* 3. *Æneid.*

——*quò turior hospita lustres*
*Æquora, & Ausonio possis consistere portu.*

Idem *lib.* 4. *Georg.*

*Ter liquidi Phasin ter vidua regna tenentes*
*Lustrabat.*

Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

*Sæpe ambulanti mœnia lustra sequi,*

¶ Interdum significat expiare. {כפר *chippêr* נקה *nikkâh.* ἁγνίζω, καθαίρω. GAL. *Purger.* ITAL. *Purgare.* GERM. Reinigen.

HISP.

Hisp. *Purgar, alimpiar.* Angl. *To purge.* ¶ Livius *lib. 3. ab Vrbe*, Ibi instructum exercitum ove, sue, tauris tribus lustravit. Virg. *Eclog. 5.*

*——— & quum solennia vota*
*Reddemus nymphis, & quum lustrabimus agros.*

Idem *lib. 6. Æneid.*

*Idem ter socios pura circumtulit unda,*
*Spargens rore levi & ramo felicis oliva,*
*Lustravitque viros, dixitque novissima verba.*

¶ Interdum idem est, quod circumquaque aspicio, circumspicio, oculos circumduco. Idem *lib. 8. Æneid.*

*——— ille os oculosque loquentis*
*Iamdudum & totum lustrabat lumine corpus.*

¶ Lustrare animo, i. perpendere & examinare, ἐπισκοπεῖν. Cic. *lib. 9. Offic.* Sed quum omnia ratione atque animo lustraveris. ¶ Interdum lustrare accipitur pro sequi, ἀκολουθεῖν. Virg. 2. *Eclog.*

*At meum tantum, tua dum vestigia lustro,*
*Sola sub ardenti resonant arbusta cicadæ.*

¶ Interdum patefacere, illustrare, illuminare, aperire, φωτίζειν, λαμπρύνειν. Virg. 3. *Æneid.*

*Postera Phœbea lustrabat lampade terras*
*Orta dies.*

Ubi *Servius.* Aut illustrabat, aut revera lustrabat, id est, purgabat: nam nox quodammodo polluit mundum. Lustrare exercitum, id est, recognoscere, recensere. ¶ פקד *pakádh.* ἐξετάζειν. Cæsar *lib. 7. bell. Gall.* Legionibúsque omnibus ex hybernis ad fines Treverorum evocatis, eò profectus est, ibique exercitum lustravit. Hujus verbi composita sunt Collustro, illustro, perlustro, quorum significata vide suis locis.

Lūstrŏr, aris, passivè. Purgor, expior, diis reconcilior. Ovidius *lib. 13. Metamorph. ad finem:*

*——— ego lustror ab illis:*
*Et purgante nefas novies mihi carmine dicto,*
*Pestifera flumineis jubeor supponere cæsum.*

Idem *lib. 10. Metam.*

*——— Magico lustrabere ritu.*

Virg. *lib 9. Æneid.*

*Lustramúque Iovi, votisque incendimus aras.*

Vbi *Servius.* Aut lustramur, id est, purgamur, ut Jovi sacra faciamus, aut certè lustramur Jovi, id est, expiamur.

Lūstror, aris, deponens. Scottor, in lustris & lupanaribus versor, lupor. A lustris, quæ interdum pro meretricum latibulis accipiuntur. ¶ זנה *zanách. meretrix.* Gal. *Hanter le bordel, bordeler.* Ital. *Puttaneggiare.* Germ. *Hurtery treiben, zu böſen häuſern gehen.* Hisp. *Andar por las putarias.* Angl. *To haunt the brothel house or banderie.* ¶ Plaut. in *Pseud.* Luxuriantur, lustrantur, comedunt quod habent. Idem in *Cas.* Vnde is nihili: ubi lustratus? ubi bibuli?

Lustro, nis, qui in lustris (ganeis) partita & avita consumit.

Lūstrātus, participium, Purgatus, expiatus. ¶ מכפר *mechuppar.* καθαρθείς. Gall. *Purgé & nettoyé.* Ital. *Purgato.* Ger. Gereiniget. Hisp. *Limpiado por sacrificios.* Angl. *Purged, cleansed.* ¶ ut Lustratum atque purgatum Capitolium. Liv. *lib. 2 ab Vrb.* Martial. in *præfat. lib. 8.* Meminerit nonnisi religionis purificatione lustratos accedere ad templa debere. Corpus lustratum divino odore. Ovid 14. *Metam.*

Lychnuchi, pro hominibus qui lucernas portabant, quique ab elephantis gestabantur. Suet. *in Cæs. dict. cap* 37. Ascenditque Capitolium ad lumina quadraginta elephantis dextra atque sinistra lychnuchos gestantibus.

Lycia, *æ, is,* Regio minoris Asiæ inter Pamphiliam & Cariam sita: olim (si Poëtarum fabulis credimus,) Chimæræ monstri ignibus infestata. Cujus fabulæ occasionem præbuit Chimæra ejus regionis mons, crebrò ignem eructans. Dicta est autem Lycia, à Lyco Pandionis filio, urbem habet Pataram Apollinis oraculo celebratam à qua Apollo Pataræus cognominatur. Rhodiam & Lyciam subegit. Plaut. *Curc. fc.* 1. *s.* 3.

Lycius, gentile. Virg. 1. Æneid.

*Vnam, quæ Lycios, fidumque vehebat Orontem.*

Lycius, a, um, adjectivum, ut Lyciæ sortes apud Virg 4. Æneid. id est, sortes Apollinis, qui in Lycia apud Pataram responsa edebat.

Lycidas, æ, Λυκίδας. Nomen Centauri unius ex iis qui Pirithoo Hippodamiam sponsam etipere conati, à Lapithis interempti sunt. Ovid. 12. *Metam.*

*At non Eurynomus, Lycidásque & Areus, & Imbrus*
*Effugere necem.*

¶ Fit & nomen pastoris, apud Virg. 9 *Eclog.*

Lycimnius, sive potiùs Lycimnius, Λυκίμνιος. Avus maternus Herculis; quem Tlepolemus, ejusdem Herculis ex Astiochia filius jam ætate provectum interfecit. Autor Homer. *in Catalogo.*

Lycisca, nomen canis proprium, à lupi (ut videtur) similitudine impositum, sive ab eo quòd lupum coërceat. Virg. 3. *Eclog.*

——— *Maximum latrantia Lycisca.*

*Servius* Lyciscas vocari arbitratur canes ex lupo, & cane fœmina natas: cujusmodi in Cyrenaica Libya gigni scribit Aristoteles. Plin. *lib.* 8. *cap.* 21. hoc genus hybridas Crocutas vocat, omniáque dentibus frangere ait, & devorata protinus concoquère.

Lyciscus nomen cujusdam pueri. Horat. 1. *Epod.* 11.

Lyclum λύκιον Dioscoridi, spinæ genus, folia habens buxeis similia: unde & pixacantham appellarunt. Virgas habet tricubitales, quibus cũ radicibus tusis, succóque expresso, fit medicamentum, quod & ipsum Lycium appellant. Nascitur hæc spina copiosissimè in Lycia Asiæ regione, recte Dioscoride unde & nomen videtur accepisse. Plin. *lib.* 24. *cap.* 14. Lycium præstantius è spina fieri tradunt, quam & pyxacanthon Chironiam appellant.

Lycius, λύκιος, Apollinis cognomen: vel λὸ + λευκὸς, quo nomine prisci Græcorum dicebant lucem illam, quæ præcedit Solem: vel (quod vetius puto) à Lycia Asiæ regione, in qua præcipuè colebatur. Habet enim ea regio Pataram urbem Apollinis oraculo insignem. Non enim sunt audiendi, qui, quòd lupi naturam imitetur hauriendo humore vi caloris vehementiore, Lycium dictum contendunt.

Lyco, nomen Trapezitæ. Plaut. *Curc. fc.* 3. *s.* 2.

Lycoctonon, λυκοκτόνον, Aconiti genus, ita dictum, quòd eo in crudæ carnis esse occultato lupos necent venatores. Vide Dioscorid. *lib.* 4. *cap.* 66.

Lycomedes, λυκομήδης, Scyri insulæ rex, cui Thetis filium suum, dormiente præceptore suo Chirone, clam rapeum servandum tradidit, ut ibi inter ejusdem regis filias ferat enim facie venusta & relegantissima ut facilè pro puella sese gereret muliebri habitu indutus latitaret. ne ad bellum Troianum, à quo non reversurum sciebat, proficisci cogeretur. Apud quem cum delitesceret, Deidamiam regis filiam vitiavit, & ex ea Pyrrhum suscepit ¶ Fuit & alter Lycomedes Creontis filius, cujus meminit Hom. *lib.* 9 *Iliad.*

Lycon, λύκων, Philosophus Peripateticus fuit ex Troade Asiæ regione, in dicendo adeò suavis, ut pro Lycone Glycon nominaretur, tracto nomine à dulcedine. Hic fuit cultu & vestium mollitie nitidissimus, lucta & pilæ lusione exercebatur. Periit podagræ morbo annos natus septuaginta quatuor. ¶ Fuit præterea Lycon, quidam orator unus ex accusatoribus Socratis de quo Laërtius *in vita Socratis.* Fuerunt & alij ejusdem nominis, quorum meminit idem *Laërtius.*

Lycone, Λυκώνη, urbs Thraciæ, gentile Lyconeus. *Steph.*

Lycopanthéros, animal lupum & panthetam referens. *Gesn.*

Lycophlia, lupina anuicitia. Rhodig. *lib.* 11. *c.* 14.

Lycophili suspecti, latentes, quibus non fidendum. *Idem.*

Lycophos Cares dicunt, quod non primum tempus lucis. Dictum autem λυκόφως, quasi λύκος φῶς, id est, lumen candidum. *Fest.* ubi *Scaliger.* Imò dictum, quod λύκη lux apud veteres. Unde manstt in ἀμφιλύκη, inde etiam lux, & lucere. At λύκη tamen bene ex eo, quòd λευκὴ Lux candida est, alba aurora, unde & Gallis *Aurore*, aurora, & *Aube*, quia alba, ufitata illis literæ, l, elisione. Ideo & *Leucothea* aurora. Gloss. Cyr. λυκόφως, crepusculum, diluculum. Apul. *lib.* 7. initio, ut primùm, tenebris abjectis, dies inalbebat.

Lycophron, Λυκόφρων, Poëta partis Chalcidensis, natura quidem Sophoclis grammatici, adoptione verò Lyci Rhegini historici filius inter septem Poëtas, qui *Pleiades* dicebantur à numero stellarum, à Philadelpho Ptolemæo receptas. Erant autem hi, Theocritus, Aratus, Nicander, Apollonius, Philiscus, Homerus junior. & Lycophron. Tragœdias ejus enumerat Suidas. Scripsit & *Alexandrum*, poema valde obscurum, in quo agit de vaticiniis Cassandræ exinde usque ab Hercule & rebus Troianis, prosequitur usque ad Alexandrum Macedonem. De hujus morte, Ovid. *in Ibin*:

*Vt que cothurnatum perisse Lycophrona narrant,*
*Hæreat in fibru fixa sagitta tuu.*

¶ Alius fuit Lycophron Periandri Corinthiorum regis filius ex Melissa, Proclis Epidauriorum Tyranni filia: quam quum Periander gravidam, ictu calcis occidisset, Lycophron cum Cypselo fratre suo ad Proclem se recepit. Verùm repentè filios Periandro quum Procles dimittere cogeretur, ficus admonuit, meminisse eos debere quinam matrem eorum occidisset. Quod verbum tam latè Lycophronis menti insedit, ut Corinthum reversus adduci non potuerit, ut aut priùs patrem salutaret, aut ab eo compellatus, verbum ullum responderet. Qua filij pertinacia irritatus Periander, ædibus eum ejecit, edicto simul proposito, Apollini ut sacer esset quisquis eum tecto reciperet. Cujus edicti metu quum ab omnibus excluderetur, quarta demum die in porticu quadam à patre inventus illuvie squalidus & inedia tantùm non enectus, blandéque ab eo invitatus, ut posita pertinacia regni successione miserrimo præsertim exitio, nihil aliud respondit, quàm caput ejus Apollini deberi, quòd contra edictum in colloquium suum venisset. Periander itaque animadvertens gravius esse malum filij, quàm cui facilè mederi posset, in Corcyram, nam & illi imperabat) eum abiegandum curavit. Verùm quum ingravescente jam ætate Periander sibi conscius esset, se deinceps tyrannidi administrandæ minus idoneum esse, missa ad Lycophronem sorore, ad regni administrationem eum evocavit. Cui quum ille respondisset se patre vivo Corinthum non reversurum, hanc ei conditionem tulit Periander, sese in Corcyram concessurum, modò ipse ad tyrannidis successionem sese in Corinthum conferret. Id approbante filio; Periander conscensa navi, in Corcyram cursum tenuit, futurum tatus, ut filius mitteretur Corinthum. Quæ res cum magnoperè fefellit. Edocti enim de his omnibus Corcyræi qui Periandro malè cupiebant, ut adventum ejus intercluderent, Lycophronem interimunt. Quod facinus tam indignè tulit Periander, ut insulam vi ingressus, trecentos primorum Corcyræorum pueros Sardis ad Halyatten regem misert castrandos, qui tamen quum Samum appulissent, beneficio Samiorum servati sunt, & incolumes demum remissi. Vide Herodot. *lib.* 3. & Laërt *in Periandro.*

Lycophthalmus, λυκόφθαλμος. Gemma est quatuor colorum, ex rutilo & sanguineo, in medio nigrum candido cingitur, ut luporum oculi, illis per omnia similis. Plin. *lib.* 37. *cap.* 11.

Lycopirdes, tyrannorum satellitium. Rhodig. *lib.* 11. *c.* 14.

Lycopodium, muscus terrestris dici cœpit, qui à Germanis vocatur Wolffs klawen. λύκου πούς, est lupi pes. Vide Dodon. 3. 5. 14.

Lycopolis, λυκόπολις, urbs Ægypti, à lupis dicta, quòd Æthiopias Ægyptum incursantes, lupi facta acie usque ad urbem Elephantinam terpulissent. Ibi Ægyptij Lycopolim condiderunt, à bestiis illis nomen imponentes, quas etiam pro diis coluerunt. Autor Diodor. *lib.* 2. Germanicè dici posset Wolffstatt.

Lycopsis, λυκόψις, Anchusæ species, longioribus quàm lactuca foliis, crassioribúsque, caule longo hirsutóque. Vide Plin. *lib.* 27. *cap.* 11. Galli *Linguam caninam* appellant.

Lycorea, λυκώρεια. Vicus in Delphis, à Lycoreo rege. Civis Lycoreus, Lycorites. Est & Lycoreus lupiter, & λυκώρεια per ω repetitur. *Steph.*

Lycoris, λυκωρίς, Volumnij Senatoris liberta fuit, vero nomine Cytheris dicta, misere à Cornelio Gallo adamata: quo tamen spreto, Antonium in castra sequuta est. Virg. 10. *Eclog.*

——— *tua cura Lycoris*
*Perque nives alium perque horrida castra secuta est.*

Lycormas, λυκόρμας. Steph. Fluvius est Ætoliæ, flavas arenas volvens. Hic postea Evenus, ab Eveno rege Ætoliæ, qui se in illum præcipitavit, appellatus est. Strab. *lib.* 7. Ovid. *lib.* 2. *Met.*

*Arsurúsque iterum Xanthus, flavúsque Lycormas.*

Lycos, λύκος. Minimum aranei genus, à rapacitate dictum. Plin. *lib.* 30. *cap* 6. Araneus & maximè qui lycos vocatur, dolenti medetur lieni. Idem alibi *lupum* appellat, ut *lib.* 11. *cap.* 24. Luporum nomina minimi non texunt.

Lycosthene, λυκόσθενα, vel λυκωσθένη, urbs Lydiæ, *Steph.* Gentile Lycosthenus, vel Lycosthenites.

Lycozes, λυκοζῶναι, urbs Traciæ, cives Lycozæi, *Steph.*

Lycosura, λυκόσουρα, urbs Arcadiæ in Lyceo monte, inde Lycosureus, *Steph.*

Lyctonia, urbs Cretæ insulæ, ut notat *Turnebus.*

Lyctus, λύκτος, Cretæ urbs edito in loco strauude & Lithon quidam appellavetunt, teste Steph. *de urb.* & Strab *lib.* 10.

Lyctius, gentile, λύκτιος, ut Lyctius Idomeneus. Virg. 3. Æneid

Lycurgus, λυκοῦργος, Nobilis Spartiata fuit, Polydectæ filius, & frater Eunomi Lacedæmoniorum regis cui etiam in regnum successit, ignarus Eunomum uxorem gravidam reliquisse. Quod ubi primùm cognovit, posito regis nomine. Prodici, hoc est tutoris nomen assumpsit, regique adulto (Chasilao ei nomen erat) regnum fideliter restituit.

restituit. Verùm quum civitatem pessimè institutam animadverteret, ad constituendam salubrioribus legibus Rempublicam animum adjecit. Conscriptis itaque iis, quæ longa peregrinatione didicerat, civitati utilia fore, Delphos sese contulit, ut dei quoque consilium in re sanctissima exploraret. Quùmque Pythia consilium ejus à Phœbo maximè probati, déque potiùs quàm hominis inventum esse respondisset, alacrior ad peragendum institutum factus, foro aliquot armatis occupato, leges suas perfert: quibus quum jam cives mediocriter assuefactos videret, ut quas tulerat leges æternas quoque redderet, hanc rationem commentus est. Simulat arduum quiddam adhuc superesse, quod ad civitatis salutem pertineret, quod tamen inconsulto oraculo aggrediendum non esset: eáque de causa se Delphos proficisci velle. Interim tamen Reip. interesse, ut leges quemadmodum latæ erant, in reditum suum inviolatæ servarentur: idque ira futurum primùm à regibus, deinde à cæteris omnibus jusjurandum exegit. Profectus itaque Delphos quum Pythiam respondentem audisset, nihil legibus illis absolutius esse, felicissimámque fore civitatem eam, in qua illæ quàm diutissimè servarentur, constituit sibi amplius in patriam non esse redeundum, ne illi aliquando jurejurando soluti, leges suas exeuterent. Missio itaque Spartani oraculo amicóque itineris comites amplexus, illique dimissis, Cirrham concessit: ubi mox suis sibi manibus necem conscivit. Quanquam alij in Crissa, nonnulli etiam in Creta interisse volunt: ubi etiam ejus sepulchrum apud Pergameam urbem ostenditur. Spartani mortuo sacellum consecrarunt, & ob singularia ejus in patriam merita divinos ei honores tribuerunt. Vide latiùs vitam ejus apud *Plutarchum*. ¶ Fuit & Lycurgus Nemeæ rex, & pater Archemori, alumni Hipsipyles, cujus meminit Statius *lib. 5. & 6. Thebaidos*. ¶ Fuit & Lycurgus alius, Thraciæ rex, filius Dryantis, qui quòd Thracas immoderatè vino deditos conspiceret, vites omnes toto regno exidi jussit, ut scribit Plutarch. *eo opusc. quod de Poëtarum utilitate* scripsit. Hinc datus est Poëtis locus fabulæ, Lycurgum infestissimo Bacchum odio prosequutum esse, adeò ut nutrices illius in Nysa latentes persequerentur, & Baccho ipsi tantum terroris incusserit, ut præcipiti fuga trajecto mari, in Naxum se receperit: ideóque justa numinum ira Lycurgum in furorem conversum: & quum vites quoque, ne Baccho in posterum liberarentur, excidere vellet, tibias sibi succidisse. Hic est ille Lycurgus, cujus meminit Plaut. *Capt. sc. 4. a. 3.* Alcmæon, atque Orestes & Lycurgus [insani.] Item Virg. 3. *Æneid.*

*Terra procul vastis colitur Mavortia campis,*
*Thraces arant, acri quondam regnata Lycurgo.*

Lycurgēus, a, um, Λυκούργειος. Cic. *ad Attic. lib. 1.* Nos metipsi qui Lycurgei à principio fuissemus, quotidie dimittamur. Ubi interpres, Lycurgei id est optimates, legum assectæ, & propugnatores, qualis Lycurgus, apud Lacones legum conditor. *Budæus* severissimum interpretatur.

Lycūs, Λύκος. Bœotiæ rex fuit, qui Antiopam Nycteï regis filiam uxorem duxit, quam postea, quum à Jove in Satyrum converso compressam cognovisset, repudiavit. Direcmque uxorem duxit, quæ veritæ ne Antiope cum Lyco in gratiam rediret, arctissimis eam in vinculis asservavit, quibus Jovis miseratione dissolutis, in Cithæronem mõtem profugit, ubi Amphionem & Zethum peperit, qui postea à pastore, qui ipsos nutrierat, de Lyci injuria edocti, eum una cum uxore interfecerunt. ¶ Alius fuit Lycus quidam exul Thebanus, qui id temporis, quo Hercules ad inferos descenderat, rei bene gerendæ occasionem sibi oblatam ratus. Creonte occiso, regnum Thebanorum occuparit: quúmque jam Megaræ Herculis uxori vim inferre pararet, opportuno illius reditu oppressus est, & cum suis omnibus interfectus. Vide Senecam *in Hercule furente*. ¶ Fuit item Lycus, quidam ex Æneæ comitibus de quo Virg. *lib. 1.*

*Nunc Amyci casum gemit, & crudelia secum*
*Fata Lyci.*

¶ Est etiam Lycus, Λύκος, fluvius Ponti, præter Heracleam Maryandinorum in Pontum Euxinum influens. Autor Plin. *lib. 2. cap. 103.* ¶ Alius item est ejusdem nominis fluvius in Asia, Laodiceam præterfluens, cujus meminit idem Plin. *lib. 2. c. 29.* ¶ Est item Lycus Germaniæ fluvius, Rhætos dirimens à Vindelicis, & præter Augustam Vindelicorum, in Danubium illabens, teste Ptolemæo *lib. 2. cap. 12.* {Der Lech.}

Lyddă, Λύδδα. Judææ oppidum, ad occasum Jordanis fluvij, teste Ptolem. *lib. 5. cap. 16.* & Plin. *lib. 16. cap. 14.* Vulgò *Rama*.

Lyde: Ovid. *Eleg. 5. lib. 2. Trist.*

*Nec tenuium Clarie Lyde dilecta Poëta.*

Lydĭă. {ארם לודים *Ludhim*. Λυδία.} Regio Asiæ minoris. Crœso rege & Pactolo aurifero flumine notissima, quæ flexuosis Mæandri amnis recursibus perfusa, super Ioniam procedit, Phrygiæ ab ortu Solis vicina, ad Septentrionem Mysiæ, Meridiana parte Cariam amplectens. Lydia dicta est à Lydo Atys filio, quum antea Mœonia vocaretur. Urbes habet Philadelphiam, Hypepas, Magnesiam, & Sardis Crœsi regiam, totiúsque regionis caput. ¶ Hujus regionis incolæ Lydi dicuntur, qui primi autum, argentúmque signarunt: primique caupones, institorésque fuerunt, autor Herodot. *lib. 2.* ¶ Lydus in meridie, Λυδὸς ἐν μεσημβρίᾳ In hominem insatiatæ, aut etiam intempestivæ libidinis dictitabatur. Narrant Lydos adeò libidine perditos fuisse, ut non tantùm nocte vacarent voluptati veneteæ, verùm etiam ipso meridie lasciviremt manibus fœdum opus petagentes. Unde λυδίζειν dicunt Græci, pro Lydorum more vitam agere. ¶ Lydus caponatur, Λυδὸς καπηλεύει. In effœminatos, & voluptatibus deditos jactiebatur. ¶ Lydum in planitiem provocas, Λυδὸν ἐς πεδίον καλεῖς. In eum competit, qui lacessit jamdudum ad id propensum ac promptum. Notati sunt Lydi, quod ad bellum capessendum plus æquo propensiores essent.

Lydius modus in Musicis dicitur, qui decurrit in F & f. divisus in C, finitus in F. Levatus decurrit inter b & bb. dividitur in f. Durus est & minax, teste Luciano Βαρυηχής. id est, insanus. Ambitu ejus est *fa ut*, vel *fa, ut, sol, ut*, quum in Ionicum mutatur, sed tum pro *mi* accipit *fa*. A Lydis populis dictus est. Vide *Glareanum*. Aiunt, Lydios modos à Cario Lydo inventos, qui Iovis habitus est filius & Torebiæ. Minus

Inclinata est Lydia, quàm Phrygia harmonia. Vide Scaliger. *lib. 5. Poet. c. 19.*

Lydĭus, lapis. Coticula est, cujus attritu aurum proditur cujusmodi sit alio nomine Heraclius lapis vocatus, teste Theophrasto *de natura lapidum*, Βάσ. Latini etiam Indicem appellant, in quem Batus ille pastor apud Ovidium transfiguratus hoc fecit, manente animum exigendi studio. De hoc meminit Plin. *lib. 33. c. 8.* his quidem verbis, Auri argentique mentionem comitatur lapis, quem Coticulam appellant, quoniam non solitum invenire, nisi in flumine Tmolo, ut autor est Theophrastus: nunc verò passim, quem alij Heraclium, alij Lydium vocant. Iis coticulis petita quum è vena, ut lima rapuerint experimentum, protinus dicunt quantum auri sit in ea, quantum argenti, vel æris, scrupulari differentia, mirabili ratione non fallente. ¶ Vicem autem proverbij habet in eos, qui vehementer acri exactóque judicio sunt, ut lapides Lydij, λίθου ὁραλλικὸς, à Λυδοῖς λίθοις vocentur, Tibull. *lib. 4.*

*Non mihi regna*
*Lydia non magno parcet sua fama Philippo.*

Lydij barbari, i. Ludij. Vide *Ludius*.

Lydus, Λυδὸς. Herculis filius ex Iole. Alter filius Athyos, & frater Tyrrheni à quo Lydia regio est appellata. Nam quum propter terræ sterilitatem Mœonia populum suum alere non posset, Tyrrhenus sorte facta discedens, cum ingenti multitudine ad Italiam veniens, eam tenuit partem, quæ ad mare inferum versa est, & à se Tyrrheniam nominavit, maréque ipsum Tyrrhenum: Lydus verò remanens, Mœoniam de suo nomine vocitavit.

Lygdamus, Λύγδαμος. Naxius quidam fuit, Pisistrato in recuperanda tyrannide adjutor. Herodot. *lib. 1.*

Lygdanum, oppidum Teuthraniæ, quæ Mysiæ pars est, teste Plin. *lib. 5. cap. 30.*

Lygos, seu Lygus, λύγος. Frutex est ad justæ penè arboris magnitudinem excrescens, in asperis nascens locis, & ferè in fluminum ripis, ramos habens longos, folia olivæ, sed molliora. ¶ Duo ejus sunt genera unum flore partim albo, partim purpureo, alterum flore purpureo tantùm, & semine piperi non dissimili. Ratio nominis ducta est à tamorum flexibilitate. Nam λύγος, à Græcis dicitur vimen. Ob quam etiam rationem à Latinis Vitex dicitur. Officinæ vocant, *Agnum castum*.

Lyle, λύλη, urbs Arcadiæ. Gentile, Lylæus *Steph.*

Lymira, oppidum est Lyciæ, cum fluvio ejusdem nominis, in quem Arycandus influit, teste Plin. *lib. 5. cap. 17.* Ptolemæus transpositis vocalibus Λίμυρα appellat.

Lympha, à νύμφη. Quidam scribunt Limfa, aut Limpa, & inde ducunt Limpidus. {מים *maim*. νύμφη. Gal. *Eau*. Ital. *Acqua*. Germ. Wasser. Hisp. *Agua*.} A nostris aqua, per metathesin n, in l, quasi Nympha. Nam Græcè dicitur νύμφη. Col. *lib. 10.*

*Dehinque Parthenope Sebethide roscida lympha.*

Virg. 4. *Æneid.*

*Hoc corpus properet fluviali spargere lympha.*

Horat. *Epod. 16.*

*——— mentibus altis*
*Levis crepante lympha desilit pede.*

Virg. 9. *Æneid.*

*——— hausit de gurgite lympha.*
*Restringere pocula lympha.*

Horat. *Serm. 1. sat. 5.* Tibull. *lib. 4.* Regia lympha.

Lymphātici, Furiosi, insanientes, quasi Nymphatum conspectu in furorem versi. {מתשגע *meshugha*. νυμφόληπτος. Gal. *Furieux, troublez d'esprit par quelque vision*. Ital. *Matti, pazzi, pieni, furiosi*. Germ. Unsinnig, verscheucht. Hisp. *Locos, ravioſos*. Angl. *Which go mad or out of wit by seeing some thing in the water*.} Nam creditum est ab antiquis, ut inquit *Festus*, qui in fonte speciem quandam, id est imaginem nymphæ vidisset, furore corripi, quos Græci, νυμφόληπτους, Latini Lymphaticos vocant. Plin. *lib. 25. cap. 5.* de Elleboro albo. Medetur itaque morbis comitialibus, vertigini, melancholicis insanientibus, lymphaticis. Idem *lib. 25. cap. 8.* Semen ejus potum lymphatica somnia facere dicitur. Livius 10. *ab Urbe*. Ita victorem equitatum velut lymphaticus pavor dissipat. Tales sunt ferè ij, qui ceriti & larvati dicuntur quasi Cereris ira, aut larvarum occursatione vexati. *Plautus*, Larvatus certè es, aut ceritus. Et *alibi*, Iube hanc pro cerita circunferri lymphatici mores. Senec. *Epist. 86.* Lymphatici nummi apud *Plautum*. Vide verbum *Confisio*.

Lymphio, vide *Thelepenum*.

Lympĭto, as. verbum activum. In furorem ago. {משגע *schigheh*. νυμφόω. Gal. *Mettre en fureur, hors du sens*. Ital. *Infuriare*. Ger. Das sinnig oder verscheucht machen, verwirren. Hisp. *Raviar, y hazer raviar à otro*. Angl. *To make mad*.} Valer. 3. *Argonaut.*

*Rupta quies: Deus anticipatem lymphaverat urbem,*

id est, turbarat, & in belli furorem verterat. Ejus passivo usus est Plin. *lib. 34. c. 17.* Hac herbâ eporâ lymphari homines. ¶ Aliquando etiam legitur Lymphor deponens, teste *Prisciano*, ut apud *Curtium*, Quippe lymphati, trepidare cœperunt omnium pectora occulto metu percurrente. Nisi fortè ibi malimus legere *lymphati*.

Lymphātus, a, um, Furiosus, insanus, furore correptus. {משתגע *meshugha*. νυμφόληπτος, φρενοβλαβής. Gal. *Furieux, furieux, troublé de son sens pour quelque vision*. Ital. *Insano, furioso, pazzo*. Germ. Unsinnig. Hisp. *Ravioſo*. Ang. *Mad, furious*.} Horat. *lib. 1. Carm. Od. 37.*

*Mentémque lymphatam Mareotico*
*Redegit in veros timores.*

Virgil. 4. *Æneid.*

*Immensam sine more furit lymphata per urbem.* (i. mente commota, furiata.)

Plin. *lib. 30. cap. 10.* Rursus magi tradunt lymphatos sanguinis talpæ aspersu resipiscere. Metu lymphato trepidare. Lucan. *lib. 7.* Pectora lymphata. Ovid. 11. *Metam.*

Lymphaticus, furiosus, Varro *lib. 6.* In Græcia cõmota mente, quos νυμφολήπτους appellant, ab eo lymphatos dixerũt nostri. Editio Aldi habet νυμφολήπτους, scil. correptos à nympha, vel nymphæ spiritu.

Lymphātio,

Lymphātĭo, nis. § נתיש *sebigbagbón*. νυμφολεψία, φρενολεψία Gal. *Troublement d'esprit, forcenerie.* Ital. *Pazzia, furia.* Germ. Wütung. Hisp. *Aquella obra de rauiar.* Angl. *Rage, madnesse.*} Plin. *lib.* 35. *cap.* 15. Et præfixisse in limine è sepulchro evulsos clavos adversùs nocturnas lymphationes.

Lymphæŏnes, antra nympharum, vel officinæ, & sacraria artium. *Turn.*

Lyncēstis, λυγκήστις, Macedoniæ fluvius est, cujus aquâ pota non minus ebrietatem inducit, quàm si quis vino se ingurgitasset. Plin. *lib.* 2. *c.* 103. Lyncestis aqua temulentos facit. ¶ Est etiam Lyncestis, idis, λυγκηστίς, Macedoniæ regio in Occidentem versa: cujus caput est Heraclea, teste Ptolem. *lib.* 3. *cap.* 13. ¶ Hujus incolæ dicuntur Lyncestæ, quorum meminit Plin. *lib.* 4. *c.* 10. Cæterùm idem author *lib.* 2. *cap.* 103. quod est *de miraculis aquarum, fontium, & fluminum*, Lyncestis vim describit. Lyncestis (inquit) aqua, quæ vocatur acidula, vini modo temulentos facit.

Lyncēstĭus, a, um, Ovid. *lib.* 15. *Metam.*

*Hinc fluit effectu dispar Lyncestius amnis,*
*Quem quicunque parum moderato gurgite traxit,*
*Haud aliter titubat, quàm si merum vina bibisset.*

Lynceus, dissyllabum, hujus Lynceï, vel lynceos, penult. obliquorum correpta, λυγκεύς, Unus ex Argonautis tanta oculorum acie præditus, ut diceretur, vel parietem visu penetrare, & (ut ex historicis nonnulli prodiderunt) novissimam unam, primámque eodem die in signo arietis conspicere: quod paucis mortalium contigit vidisse. Hinc Valer. *lib.* 1. *Argonaut.*

*— solus transegit nubila lynceus.*

Hunc Varro centum triginta millia passuum prospexisse scribit: solitúmque exeuntem à Carthagine classem Punicam, numerúmque navium, ex Lybicana specula manifestissimè notare. *Solinus* refert fuisse Strabonem. ¶ Fuit & Lynceus alius, frater Idæ, qui pro duabus Leucippi filiabus, quas desponsatas Castor & Pollux rapuerant, arma sumpserunt: initáque pugna, Castor Lynceï: Lynceus Pollucis manu occubuit. Idas verò, quum ipsum etiam Pollucem conaretur adoriri, immisso à Iove fulmine interiit. Vide Ovid. *ad finem lib.* 5. *Fastor.* Apollonius tamen *in Argonaut.* Idam à Castore interfectum tradit: idque Lynceum per abietem vidisse, & Castorem occidisse. ¶ Fuit & Lynceus qui Danao patruo interfecto Argis regnavit. Ideirco Ἄργος λυγκέϊον. id est, Argos Lynceium, seu Lynceus nominatur. Unde apud Ovid. 1. *Metamorph.* Lyncea serva, i. Argiva.

Lyncēus, a, um: per tres syllabas, λύγκειος, denominativum est à *Lynceus* formatum. Ovid. 5. *Fast.*

*Pectora trajectum Lyncea Castor ab ense,*
*Non expellato vulnere pressit humum.*
*Vixor adest Pollux, & Lyncea perforat hasta,*
*Qua cervix humeros continuata tegit.*

In primo carmine, *Lyncea* est adjectivum: in tertio Lyncea est accusativus à Lynceus primitivo.

Lynceus, a, um, id est, Argivus, a, um. Ovid. 1. *Metam.* Vide in proximo vocabulo. *suprà.*

Lyncĭtrium, λυγκίτριον, Gemma est coloris subflavi, quam vetustas credidit ex lyncis urina concrescere: unde & nomen videtur accepisse: in qua etiam sententia fuit Plin. *lib.* 8. *cap.* 38. Item Ovid. 15. *Met.* ubi sic se habet,

*Et quibus (ut memorant) quicquid vesica remisit,*
*Vertitur in lapides, & congelat aëre tacto.*

Recentiores tamen asserunt lyncis urinam non concrescere: quod etiam superioribus annis compertum est, lyncibus aliquot ex Africa in Galliam advectis.

Lyncūs, λύγκος, Rex Scythiæ fuit, qui missum à Cerere Triptolemum, ut hominibus frugum usum commonstraret susceptum hospitio, ut in se gloriam transferret, interimere cogitavit. Ob quam rem iratæ Ceres eum convertit in lynceum ferum varij coloris, ut ipse variæ mentis extiterat. Hæc Servius. Ovid. 5. *Metam.*

*Rex ibi Lyncus erat regis subit ille penates.*

Lyndŭs, vide *Lindus.*

Lynx, λύγξ. urbs Lydiæ juxta Gades post Atlantem, est insula Atlantis, & urbs Lynxo, λυγξός. Gentile, Lynxites, & Lynxius.

Lynx, cis, masculini, vel fœminini generis. § λύγξ. Gal. *Lynx, une espece de cerf de diverses couleurs, ayant le cuir tacheté, & la veuë fort aiguë.* Ital. *Lupo cerviero.* Germ. Ein lucho, ist ein flechechtig thier, hatt vberaus ein scharpff gesich. Hisp. *Lobo cerval, animal de aguda vista.* Angl. *A beast sharpe of sight called linx.*} Animal est ex luporum cervariorum genere, vario colore, & maculoso tergore, acutissimóque visu. Plin. *lib.* 28, *cap.* 8. Peregrinæ sunt & lynces, quæ clarissimè omnium quadrupedum cernunt. Horat. 2. *Carm.*

*Timidos agitare lynces.*

Virg. 1. *Æneid.*

*— — maculosa tegmine lyncis.*

Hujus urina in calculi duritiem verti olim credebatur, & in lapidem cum concrescere, quem ob id lyncurium appellant. Quod tamen falsum esse nuper compertum est, lyncibus aliquot ex Africa in Galliam advectis.

Lyncēus, a, um, adject. Quod est Lyncis, vel quod lyncis habet naturam, λύγκειος. Horat. 1. *Serm. satyr.* 2.

*— — ne corporis optima lynceis*
*Contemplere oculis.*

Est enim prius hemistichium versus dactylici finis: nisi per synæresim malis duas syllabas in unam contrahi. Homo lynceus, id est, vehementer perspicax, quem non facilè quis fefellerit. Idem *ad Lollium lib.* 9. *Epist.* Quis est tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nusquam incurrat?

Lyparis, gemma, cujus suffitu omnes bestiæ dicuntur evocari. Plin. *lib.* 37. *c.* 13.

Lypesologus, aliis maledicendo molestus. Suid.

Lyrā, λύρα, χέλυς. Gal. *Vne harpe.* Ital. *Lira.* Germ. Ein leyren. Hisp. *Cierto instrumento musico de cuerdas, como guitarra, harpa.* Angl. *An harpe.*} Instrumentum musicum, in quo quot sunt fides, tot resonant voces. Ovid. *Eleg.* 1. *lib.* 4.

*Fertur in abductæ Briseidæ tristia Achilles;*
*Æmonia curas attenuasse lyra.*

Idem,

*Dum ferit Ausonia carmina culta lyra.*

Idem. *Eleg. ult. lib.* 4. *Trist.* Lyra dicta, quasi λύπη, propterea quòd Apollini à Mercurio (qui eam primus creditur invenisse) pro boum compensatione fuerit data: quum antè chelys diceretur. Formam habet (ut inquit Plinius *lib.* 9. *cap.* 10.) testudinis. Horat. 1. *Carm. Ode* 10.

*Te canam magni Iovis & deorum*
*Nuntium, curvæque lyræ parentem,*

Ovid. 10. *Metam.*

*Te lyra pulsa manu, te carmina nostra sonabunt.*

¶ Lyra etiam signum cæleste est. Varro *lib.* 2. *de re rustic. cap.* 5: Hoc secundùm astri exortum facito, quod Græci vocant Lyram, Fidem nostri. Lyra occidit quarto Nonas Februarij, vel certè Calendis Februarij, idque noctu, teste Higino, quando occidunt terga Leonis. Ovid. 3. *Fastor.*

*Illa nocte aliquis tollens ad sydera vultum*
*Dicet, ubi est hodie qua Lyra fulsit heri?*

Qui poëticam Astrologiam scripserunt, volunt hanc Lyram esse à Mercurio primùm inventam in Cyllene Arcadiæ monte, & ab eo Apollini donatam. Apollinem autem, inventa cithara, Orpheo lyram concessisse: mortuo autem Orpheo, à musis in cælo fuisse collocatam. Alij dicunt esse lyram Arionis citharœdi, qui floruit tempore Periandri Corinthiorum tyranni, & primus fuit omnium citharistarum. ¶ Lyra etiam est piscis quidam Aristoteli *lib.* 4. *hist. anim.* 9. Meminit & Massarius *in* 9. Plin. *cap.* 18.

Lyræ, lyræ, voces nugatoriæ, nil significantes. Plaut. Turn.

Lyricŭs, a, um, adjectivum, quod ad lyram pertinet. λυρικός. Hinc Poëtæ Lyrici dicti, quòd ad lyram sua carmina cantabant, stabatúrque eis chorus quinquaginta virorum, ac tauro donabantur, Horat. 1. *Carm. Ode* 1.

*Quòd si me lyricis vatibus inseris,*
*Sublimi feriam sidera vertice.*

Modi lyrici. Ovid. *Epist.* 20.

*— — quum lyricis sim magis apta modis.*

Lyrĭcă, orum, pro carminibus lyricis. Plin. Junior *lib.* 2, *Epist.* 3. Scribit enim & utraque lingua lyrica doctissima.

Lyrĭcĕn, nis, qui lyrâ canit, cujus significationis est etiam lyristes. § λυρῳδός. Gal. *Ioueur de harpe.* Ital. *Sonatore di lira.* Germ. Ein leyrer. Hisp. *Tannedor de aquel instrumento.* Angl. *An harper.*} Plin. jun. *ad Genitorem.* Quàm multi, quum lector, aut lyristes, aut comœdus inductus est, calceos ponunt?

Lyristes, λυριστής, verbale Græcum à λυρίζω, lyrâ cano.

Lyrcēus, λυρκεύς. Fons Arcadiæ sub Cynuria monte, ex quo Inachus fluvius oritur. Autor Strabo *lib.* 4. *cap* 8. & Stat. 4. *Thebaid.*

*Aret Lerna nocens, aret Lyrceus, & ingens*
*Inachus.*

¶ Stephanus Lyrceum agri Argivi montem esse ait, indéque vicinam regionem Lyrceam appellari.

Lyrcēus, a, um, λύρκειος. Ovid. 1. *Metam.*

*— — — — jam pascua Lerna*
*Constitáque arboribus Lyrcea reliquerat arva.*

Lyrcēus, a, um, per quatuor syllabas. λυρκεῖος. Valer. Flac. *lib.* 1. *Argon.*

*— — dominum Lyrceia tellus*
*Antraque deprensa tremuerunt conscia culpæ.*

Lyris, vide *Liris*, per i. Latinum.

Lysmatia, λυσμάτια, Chersonesus & parva regio Lyciæ. Gentile Lysmaticus. *Steph.*

Lymēssŭs, λυρνησσός. Stephan. Oppidum fuit Troadis ab Achille eversum, quum Priamo bellum, ob Helenam à Paride filio raptam à Græcis inferretur. Ex quo Briseida quoque abduxit, occiso Minete ejusdem oppidi principe, quæ inde Lymessis ab Ovid. *lib.* 4. *Trist. Eleg.* 1. appellatur,

*Fertur & abducta Lymessida tristis Achilles.*

Lyrnēssĭus, a, um, inde deductum nomen, λυρνησσεύς. Stephano. Virg. *lib.* 10. *Æneid.*

*— — Lymessius Acmon.*

Ovid. 1. *Epist. Briseidis ad Achillem,*

*Diruta marte tuo Lymessia mœnia vidi.*

Lysandĕr, λύσανδρος, Lacedæmoniorum Imperator, homo factiosus, qui odium totius Græciæ in Lacedæmonios concitavit. Hujus ductu Lacedæmonij Athenienses, ducémque eorum Cononen navali prælio superarunt: paulò pòst tamen eodem duce à Cononе superati sunt terrestri prælio, in quo & Lysander ipse occisus est. Reliquam ejus vitam pete ex *Plutarcho.*

Lysanias, λυσανίας, Orator Græcus. ¶ Alter fuit Arcas, qui Lycaonem regno expulit.

Lysbona, vide *Olisipo.*

Lysiades, λυσιάδης, Athenienſis Phædri philosophi filius, de quo Cicer. *Philipp.* 5. sic scribit, Lysiadem Athenienſem plerique novimus: est enim Phædri philosophi nobilis filius, homo præterea festivus, ut ei cum M. Cutio confessore eodem & collusore facillimè possit convenire, &c.

Lysias, λυσίας Syracusanus genere, Cephali filius, unus è decem oratoribus, natus Athenis quò pater se transtulerat. Puer Thurion coloniam migravit, rediit annos natus quadraginta septem, interq; principes oratores est habitus. De quo sic scribit Cic. *in Bruto*, Tum fuit Lysias (inquit) ipse quidem in causis forensibus non versatus, sed egregiè subtilis scriptor atq; elegans, quem jam propè audeas oratorem perfectum dicere: (nam planè quidem perfectum, & cui nihil admodum desit, Demosthenem facilè dixeris) nihil acutè inveniri, potuit in eis causis, quas scripsit, nihil (ut ita dicam) subdolè, nihil versutè, quod ille non viderit nihil subtiliter dici, nihil prosè; nihil enucleatè, quo fieri possit aliquid limatius: nihil contra grande, nihil incitatum, nihil ornatum, vel verborum gravitate, vel sententiarum;

sententiarum, quo quicquam esset clarius.

Lysicrates, Λυσικράτης, Atheniensis quidam, in quem aliquoties invehitur Atistophanes, quòd capillos jam canos nigro colore inficeret, quò juvenis etiam tum videretur. Erat autem alioqui simus, & deformis, & furax, & largitor adeò ut locum fecerit proverbio, Λυσικράτους δωρεὰν φαγόντες Ἀθηναῖοι, hoc est, Lysicrates largitor, Atheniensium Imperator, quo opportunè utemur, quum significare voluerimus penes eos summam esse potestatem, qui ut honores largitionibus sunt adepti, ita eosdem turpissimè habent venales. Autor *Suidas*.

Lysidice, Λυσιδίκη, filia fuit Pelopis & Hippodamiæ, Pitthei soror, quæ Electrioni nupsit, & ex eo Alcmenam Herculis matrem peperit, ut inquit *Plutarchus*. Alij verò inter quos est interpres Homeri, matrem Alcmenes non Lysidicem Pelopis, sed Anaxo Ancei ejusdem filiam dicunt.

Lysidicus, controversiarum diremptor.

Lysigāmus, nuptias solvens.

Lysimachia, Λυσιμάχεια, vulgò *Hexamili*, Thraciæ Chersonesi urbs, ad Hellespontum, ob terræ motum deserta. Plin. *lib.* 4. *cap.* 11. ¶ Fuit & Lysimachia Ætoliæ urbs, ad Hydram lacum, quam & ipsam suæ ætate fuisse prostratam scribit Strabo *lib.* 10.

Lysimachia Plinio, Λυσιμάχεια, Dioscoridi, Herba est, quæ vulgò *Salicaria* dicitur, sive quod folia habeat salicis, sive quòd subter salices nascatur. Dicta Lysimachia, sive ab inventore Lysimacho, sive ἀπὸ τοῦ λύειν τὴν μάχην. Refert enim *Plinius* tantam huic herbæ componendorum dissidiorum vim inesse, ut discordantibus etiam jumentis jugo imposita, asperitatem eorum cohibeat. Hujus variæ sunt species. 1. Lysimachia lutea, sive flore luteo. 2. Lysimachium flore purpureo. 3. Lysimachij genus, secundùm quosdam, dicitur herba, quæ *Antony* vocatur, & filius ante patrem.

Lysimachus, Λυσίμαχος, Agathoclis filius, è successoribus Alexandri Magni, Pergamo præfuit, ubi thesauri regis fuerunt. Hic illustri quidem Macedoniæ loco natus, virtute illustrior fuit; amore literarum ac Philosophiæ ardebat adeò, ut Callisthenem tunc ab Alexandro afflictum, atque in vinculis habitum, de virtute differentem sæpiùs audiverit, poculúmque ei, ac remedium miseriæ optanti propinaverit. Quod ægrè ferens Alexander, Lysimachum leoni objecisse dicitur: sed ille viribus fretus rem posteris prodendam fecit, manum amiculo convolutam in os leonis inferens, arrepta lingua feram exanimavit: quo facto vehementiùs postea Alexandro dilectus, & in honore maximo fuit. Vide Trogum *lib.* 15. ¶ Lysimachus, Λυσίμαχος, natione Acarnan. Alexandri pædagogus, secundas post Leonidem obeinuit: nullo urbanitatis genere præditus, nisi quod se Phœnicem: Alexandrum, Achillem: Philippum verò Peleum nuncupabat. Autor Plutarch. *in Alexandro*. ¶ Lysimachus item alius fuit, patriâ Atheniensis, Aristidis Iusti filius, qui ob memoriam paternorum in Rempublicam meritorum, adeò charus populo fuit, ut quum à patre prorsus inops relictus esset: (fuit enim Aristides adeo pauper, ut in defuncti ædibus nihil præter vetus ferreum fuerit inventum) publico tamen decreto centum ei agri consiti totidémque inculti jugera in Eubœa fuerint assignata, centúmque minæ ex publico numeratæ, & quaternæ drachmæ in singulos dies. Vide de his plura apud Plutarchum *in vita Aristidis*, & Demosthenem *in oratione adversùs Leptinem*.

Lysiponia, labores, & lassitudines solventia. Tiraq.

Lysippē es, Λυσίππη, una fuit filiarum Prœti quæ & sorores, quòd se Junoni præferre non essent veritæ, tanto furore correptæ sunt, ut per agros discurrentes, se vaccas esse crederent. Vide *Iphianissa*.

Lysippus, Sicyonis clarissimus statuarius, qui ad sexcenta decem opera feciisse traditur, quorum singula arti claritatem dare potuissent. Hic, teste *Quintiliano*, ad veritatem optimè accessit: quamobrem etiam Alexander ille Magnus ab uno Lysippo se fingi voluit, ut pingi ab Apelle. Horat. *lib.* 2. *Epist. ad Augustum*,

*Edicto vetuit, ne quis se præter Apellem*
*Pingeret, aut alius Lysippo duceret æra,*
*Fortis Alexandri vultum simulantia.*

*Cicero*, Neque enim Alexander ille gratiæ causa ab Apelle potissimùm pingi, & à Lysippo fingi volebat: sed quòd illorum artem cùm ipsis, tum etiam sibi gloriæ fore putabat, &c. ¶ Lysippus item Poëta comicus fuit, cujus fabulas enumerat Athenæus.

Lysis, is, & ios, λύσις, id est, solutio, à λύω, solvo. Cic. 3. *Tusc.* Ex quo ipsam ægritudinem, & λύσιν Chrysippus, quasi solutionem totius hominis, appellatam putat. ¶ Lysis in architectura, hiatus est januarum, id est solutio continui parietis. Vitruv. *lib.* 6. *cap.* 10.

Lysistrātus, Λυσιστράτος, Lysippi statuarij frater fuit, qui primus signa ex gypso finxit. Vide Plin. *lib.* 35. *cap.* 12.

Lysius, Λύσιος. Liberi patris cognomen apud Bœotios, λὰπ' Ἔλευ, hoc est à solvendo impositum. Ferunt enim Bœotios aliquando à Thracibus deprehensos, partim captos, partim in fugam versos fuisse: ex quibus quum nonnulli ad Trophonij speeum confugissent, visum est iis noctu astantem Deum Liberi patris sibi auxilium promittere. Quo somnio alacriores redditi, Thracas ex insidiis adorti sunt: quos quum vino somnóque obrepros invenissent, nullo negotio superarunt: receptísque suis, quum in patriam rediissent. Dionysio cognomento Lysio templum consecrarunt. Autor *Heraclides Ponticus*. ¶ Iulius Pollux, deos omnes, qui avertúcandi mali gratia colebārur, Lysios vocari ait, quos & ἀλεξιφάρμακους, & λυσιπονήτους, Græi nominant.

yssa, rabies canum sub caniculam. *Lyttæ*.

Lytæ, Λυταί. Exigua Thessaliæ regio, circa Peneum amnem: sic dicta quod Neptunus dissipatis aquis, Tempe ab inundatione liberarit.

Lytheria, solutoria, signa morbi magni solutionem præcedentia. L.M.

Lytherium, porcellus, cujus mactati sanguine linebantur manus ejus, pro quo expiatio fiebat.

Lythirambus, Λυθίραμβος, Bacchi cognomentum, inde impositum, quod eo ex femore Iovis (cui interempta matre insertus fuerat) in lucem prodituro, identidem Iupiter inclamaverit, Λῦθι ῥάμμα, id est solve futuram.

Lytiersis, cantilena messorum.

Lytron, lytrum, λύτρον, redemptionis pretium, quod pro redemptione dependitur: pretium redempti apud Livium: pretium quo captivi redimuntur. ‡ GAL. *Rançon*. ITAL. *Riscatto*. GERM. Losgelt / item Ranzon. HISP. *Ranzon*. ‡

Lytra, vel Lutra Hectoris, fabula quædam Ennij, quam è re ipsa inscripserat, quòd scilicet Priamus comitatus Phrygibus in castra Græcorum venerat, ut filium Hectorem redimeret.

Lytta, λύττα, genus vermiculi qui nascitur in lingua canum. ‡ ANGL. *A worme in a dogges tonge which maketh him mad if heede not taken out*. ‡ Hic si infantibus catulis eximitur, nec rabidi fiunt, nec fastidium sentiunt. Plin. *lib.* 29. *cap.* 5.

Lytus, fluvius est minoris Asiæ in Pontum defluens.

Lyxīa, Λύξεια, Arcananiæ oppidum. *Steph.*

Lyxeus, gentile. *Idem*.

Lyzizōna, mulier cui soluta zona, quæ cum viro concubuit. *Suid.*

# NOTÆ ANTIQUORUM.

L. Lucius, Lælius, libertus, locus, lector, Lollius, quinquaginta.

L.A. lex alia. L.A.C. Latini coloni. L.A.D. locus alter datus. L.ÆL. Lucius Ælius. L.AG. lex agraria. L.AN. quinquaginta annis. Lucius Annius, L. AP. Indis Apollinaribus. LAT. P. VIII. E.S. latum pedes octo & semis. L. ADQ. locus adquisitus.

LB. liberi. L.BIB. Lucius Bibulus. L.B.M.D. locum benè merenti dedit. L.BO. Lex boaria. L. B. P. locus benè possessus.

LC. locus. L.C. Latini coloni. Lucius Cornelius, libertatis causa. Latini cives, seu Consules. LC. DIV. lucrum divinum. L. CÆ. vel L. COEL. Lucius Cælius, vel Cœlius. L. CENS. Lucius Censorinus. L. CIN. Lucius Cinna, lex Cincia.

LD. laudandum. L. D. locum deditum, lucrum dedititium, legem dat. L.

D.Æ.B.M. Locum dedit Ælius benè merenti. L.DD. locus deditus. L. D.D. locus dono datus. L.D D.D. locus datus decreto Decurionum, libens dono dedit, dicavit: libens dato decreto Decurionum. L.DD. D. locum Diis dicavit. L. DIV. locus divinus.

LEG. E.D. lege ejus damnatus. LEG. legio. LEG. III. ITAL. Legionis tertiæ Italicæ. LEG. X. legionis decimæ. L.EM. locus emptus.

L. F. Lucij filius: Lucius Flavius: Lucius Flaminius. L. FIL. Lucij filius. L FV. Lucius Furius.

LG. legatus, leges, legatum. LG. D. legem dedit. LG.EG. lege egisse. LG. F.S. legem fecit suam. LG. PM. legem promisit. LG. S.F. leg. suam fecit. LG. S.I. legem servare jussit. LG. S.P. legem suam præcidit, promisit.

L.H. locum hunc. locus hæredum, locum hæreditatis.

LIB. libertas, libertus. LIB. LIBQ. POSTQ. EOR. libertis, libertabusque, posterisque eorum. L.I.D.A.C. Lex Iulia de adulteriis coërcendis. L. I. D. AVG. Lex Iulia Divi Augusti. L.II. locus injuriæ. L.IQ. lex injuriæ Quiritium. L. IMPL. locus Imperialis. L. II. F. locus inter fines. LITR. literæ. L. IV. REP. Lex Iulia repetundarum.

LL. Lælius. L.L. Lucij libertus. Livij libertus. Laudabilis loci. L. L. L. Lucij liberti locus. L.L.L. M. M. lacerat lacertum Largij mordax Memmius. L.LQ.E. libertis, libertabusque eorum. L.LVC. Q.F. Lucius Lucceius Quinti filius.

L.M. Lucius Murena. locus monumenti, locus mortuorum. L.MAN. Lucius Manlius. L.M.D. locus mortuis dicatus, locus Manibus dicatus. L.M.E. lex mecum est. L.MV. Lucius Murena.

L.N. Latini nominis. L.NN.F. Lucius Nonius Faustinus.

LONG.P.VII. L P.III. longum pedes septem, latum pedes tres.

L.P. locus proprius: lege punitus: Latini prisci: locus publicus, aut privatus. L.P.C.R. Latini prisci cives Romani. L.P.D. locus publicè datus. L. PL. lex plebeia, locus publicus.

L.Q.S. locus qui supra. L.Q. S.E. locus qui supra est.

L.R. locus religiosus. lex Romana. L.RV. lex rusticana. L. R. I. lex Regia justa.

L.S. Latibus sacrum. locus sacer, lucum sacrum, Lucius Samius. L.SC. locus sacer. L.S.DEN. Lucius Sicinius Dentatus. L.S.PAL. loca sacra palatij.

L.T. Lucius Tatius. legem tulit. LT. RR. Latini patres.

LV. quinquaginta quinque. L.V. Lex vetus. L.VAL. Lucius Valerius.

LVCRE. Lucretius. LVD. AP. ludi Apollinares. L. VOC. lex Voconia.

LVD. SÆC. ludi sæculares.

LX. sexaginta.

Aoi 146320

Digitized by Google

Digitized by Google